Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.

+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.

+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.

+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

Digitized by Google

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT
900000122344
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SYNTAGMA IVRIS VNIVERSI, ATQVE LEGVM PENE OMNIVM GENTIVM, ET RERVM PVBLICARVM PRAECIPVARVM,

in Tres Partes Digestum,

IN QVO DIVINI ET HVMANI IVRIS TOTIVS, *naturali, ac noua methodo per gradus, ordineq́, materia vniuersalium & singularium, simulq́ iudicia explicantur.*

AVCTORE PETRO GREGORIO THOLOSANO, I.V.D OCTO-re, & olim in Academia Cadurcensi & Tholosana Professore, nunc vero in Lotharingica Pontimussana eorundem Iurium Professore & Decano.

HÆC EDITIO POST AVCTORIS IPSIVS RECOGNITIONEM, AVCTIO-*nem & emendationem, Nunc denuo ab innumeris mendis, tam in textu, quam allegationibus, exactissimè repurgata, emaculata, nouis subinde Notis, Argumentis aucta, & aliis insuper ornamentis illustrata, Quartum nunc in lucem prodit,*

CVM INDICIBVS RERVM ET VERBORVM copiosissimis.

AVRELIAE ALLOBROGVM,

Excudebat Philippus Albert:

M. D CXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRINCIPVM, ET IMPERATORVM OMNIVM DOMINO, VNIVERSARVMQVE RERVM Exſiſtentium Auctori, ſuo Mœcenati omnipotenti, adorandoque Deo,

P. GREGORIVS.

VARIAE, & propemodum innumerae de ſummo bono fineque hominum præcipuo proditæ ſunt ab humanis ingeniis ſententiæ, adoranda Mæcenas: & quâ uis vnicus ſit ſcopus, vnave veritas, ad quã nonniſi vnica via peruenire poſſimus, aberrandi tamen ab ea patent vndecunque aditus. Homines vt plerunque affectibus àguntur, & quamdiu his quæ ſummopere deſiderant, appetitus faſcino mentis conſtrictam aciem habẽt: tamdiu exprobabiliora eſſe ſibi perſuadent, aliosque in eandem opinionem pertrahere conantur. Qui ambitione, & honorum cupiditate ventove ſuperbiæ impelluntur, ij principum mortalium ſceptra mirantur, & extollunt: & vt participes vel modici honoris, vel fauoris fiant, ingeniorum ſuorum monumenta, ſcripta, operamque iiſdem tanquam numinibus conſecrant, & adulationibus aures illorum deliniunt, ſeipſos autem præcipites conculcant, & nihilominus ſibi ita plaudunt. Nec erubeſcunt Chriſtiani heroes, quibus libros ſuos dicant, numina, & tutelares deos, & auxiliares, & id genus pluribus nominibus, quæ à Chriſtiano abhorrent, appellare. Quinimo ſi quis exemplo bonorũ Chriſtianorũ nomen Dei ſuis ſcriptis præponat, cacchinnant, & (vt vno verbo dicã) ſe peiores Ethnicis, qui ab eo Ioue, quem putabant Deum, initium faciebant, perfricta fronte profitentur. Miſera certe horum cæcitas, vt lethalis ægritudo quæ non ſentitur, non valde diſtans ab affectibus eorum, qui carmina cudunt, & idolorum nomina priſcorum, Dei nomine ſceleſtiſſime & imprudenter inſigniunt: imo adhuc illis Idolis non contenti alia confingunt, & meretrices quaſdam ſeu amaſias cultu diuino donant, deas dicunt, ſe adorare aſſerunt. Transferuntur alij à via recta pecuniis, & habendi cupiditate: & iſti in ſummo bono, plura poſſidere conſtituunt, animi monumẽta nihili faciunt. Aliis alij inuoluti, alia laudant & ſequuntur: & pauci ſunt, qui & ſe & bonorum auctorem norint: aut ſi norint facile eius obliuiſcuntur. Et ſi quid boni egerint, ſi quid ingenij eruditioniſve conſequantur, nolunt vel neſciunt vel erubeſcunt fateri à quo habuerint: & ingrati, à Deo in homines, fructus, & laudem falſo traducunt. Ego, Mæcenas adorande, nunquam erubeſcendum putaui ſua cuique reddere aut profiteri per quem profecceris. Et ſatius eſſe duxi abſtinere ab erroribus vulgi: quam eos imitari: mihi plane conſcius quot beneficia à te indignus acceperim, nullis mortalium opibus aut conſilio adiutus. Et certe quod de ſuis diis confictis dicebant antiqui, rectius de te vero Deo dictum puto ab Euripide, in Hercule furente,

Θεοὶ δ' ὅταν πιμῶσιν ἀλλήλους φίλων:
Λῦπις γὰρ ὁ θεὸς ὠφελῶν ὅταν θέλῃ, id eſt:
Deus cum fauet non eſt opus amicis:
Satis enim eſt Deus iuuans nos ſi velit:

Et proinde ſi quæ ſint in iuris Syntagmate, quæ digna lectu, quæ vtilia Reipublicæ futura ſint, vt tua tibi conſecro, tua tibi reddo à te ſumſiſſe profiteor: & rogo vt tua iuues, nec calumniari patiaris. Reliqua autem, quæ humana ignorantia, & cæcitate perperam aut male cohærent, emendari iubeas. Quid enim diffitear, cum mortalis ſim, errare me poſſe? Nec iniuria principes aſſici puto, ſi ea quæ ipſi vel nihili faciunt, vel quæ equis & ludicris poſtponunt, illis non offerantur.

Vnuſquiſque ſui ſimilibus gaudet, dat cenſus honores. At tibi humilia placent, eaque promoues, ſuperba deiicis.

Digitized by Google

REVERENDISSIMO ATQVE ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO VVOLFGANGO

Archiepiscopo Moguntinensi, S. Romani Imperii per Germaniam Archicancellario & Electori, Domino meo clementissimo.

CElsitudini tuæ, quanta possum reuerentia & animi submissione, Reuerédissime atque Illustrissime Princeps, in tutelam & patrocinium Deo dicatum opus, offero: non velut meum, sed tanquam publicus & fidus literariæ rei curator: qui operi præstantissimo exsulanti contra asperrimos rerum sacratarum violatores vicaria tutela cautum desidero. Sacrilegii alias instar esset, Religioni Supremi numinis vota, prophano, proprioque iuri vindicare, deque illis ac suis rebus largiri, cum illa, quæ diuini Iuris sunt, ita commercio humano exemta sint, vt nullius priuati fieri possint. Præstantiam operis alio encomio, aliisue verborum lenociniis non adornabo, quam à proprio ipsius Auctoris titulo, nimirum, quod verissime Iuris vniuersi atque legum pene omnium gentium & rerumpubl. methodica sit digestio. Preclarum equidem opus est, & nescio, siue qua materiam generis spectes, siue qua formam, an opus vtrique foro, (ecclesiastico scilicet & ciuili) imo & politicarum rerum studiosis, vtilius, fructuosius & magis necessarium nostra ætas protulerit. Petunturque Iura rerum? Neque Diuinarum, neque Publicarum, neque Priuatarum, neque feudalium copia deest. Libetne personarum cuiuscunque dignitatis, conditionis & qualitatis rationem cognoscere? Ea ab origine (& ab ipsis, vt aiunt, cunabulis,) artificiosa dispositione traditur: omnium ordinum iura & ecclesiasticorum & ciuilium tam compendiose pertractantur, vt ea, velut in tabella, singula exactissime conspicere liceat. Pari modo nec minore felicitate contractuum, actionum, & iudiciorum vtriusque fori vsus & consuetudo proponitur, adeo vt meritissimo iure quis dixerit, Hoc opus legum omnium penum variam refertissimam, optimaque serie dispositam esse, & in eam (veluti in compendium) Ius vniuersum coiisse. Denique quæ hinc & inde occulta, confusa, sparsa, & longis interuallis per ecclesiastica, ciuilia & historica scripta, dissita, incredibili molestia & inexhaustis laboribus atque vigiliis perueſtiganda erant, ea nunc in hoc iuris vniuersi Syntagmate tam naturali & artificiosa methodo composita atque digesta sunt, vt petenti vel vltro se offerant, etiam citra inuestigandi fastidium.

Hęc omnia cum aperte vtilitatem operis maximam demonstrarent, (vt & illæ apud Gallos iteratæ editiones) operæpretium facturum me, atque adeo rem Germaniæ nostræ, ceterisque à Gallia remotis gẽtibus, gratissimam & vtilissimam existimaui, si typis nostris illud excudendum committerem, vt facilitate pretii, & exemplarium abundantia, (quorum alterius caritate, alterius vero ob raritatem difficultate hactenus quamplurimi ab illius comparatione auersi fuerant) legum amatores ad illius coemtionem inuitarem: meoque hoc labore, Reipub. literariæ vtilitatem pro viribus meis promouerem. Quod vt facerem etiam Germanorum & Gallorum viri plurimi, grauissimi, atque doctissimi serio adhortati sunt.

Commoditate itaque publica, vt & doctissimorum virorum monitu victus, licet me seculum hoc rei literariæ & nobis durissimum atque infensissimum terreret, opus excudendum suscepi. Sed quo melius, purius & auctius per me in publicum exiret, exactissime virorum eruditorum præcognitioni commendaui, cum per iniuriam temporis ipsius auctoris præsentia & ope frui non liceret, ne quid deinde, quod ad vtentium commoditatem facilitatemque facere posset, requireretur. Quod cum ita factum esset, etsi magno studio, neque minore sumtu pere grinum hoc opus, (quod hospitale meum erga illud officium postulare videbatur) auxissem atque adornassem: nondum tamen debitum plene exsoluisse mihi visus sum, nisi id ipsum in Ædem sacram piamque alicuius tutelam reposuissem.

Nouum forte hoc superuacuum, vel impium etiam quis dixerit Potentissimo Numini dedicatum humano insuper præsidio velle munire: Maxime cum Deus (vt Philosophus ait) nullis indigeat, isque solus & vnus.

—*Cunctos vmbone repellere possit.*

Sed neque

Digitized by Google

Sed neque superfluum neque impium id est. An non quæ Deo & Christo saluatori oblata vel relicta sunt ad curam Reuerendissimorum Oeconomorum pertineant? An non quæ diuini Iuris sunt, cum nullius in bonis vel sint, vel esse possint, extra tuitionem & patrocinium humanum cupiditati, calumniæ, & rapinæ omnium sint relinquenda? Hoc certe quis impium merito dixerit. Non sunt, vt arbitror, contraria, Dei esse, & humano patrocinio mediante, defendi, sed subordinata.

Circumspicienti itaque mihi & serio deliberanti, cuius præsidio tuto atque intrepide sacratum hoc & votiuum munus, vt nunc à me emendatum, melioratumque prodit, restituerem, nulli hoc æque aut meliore iure deberi ac Reuerendissimæ Celsit. Tuæ existimaui, idque ob multas easque non leues caussas. Ne quid dicam de Inclyta atque Illustrissima Maiorum tuorum progenie; vt taceam tuam ipsius Pietatem, clementiam, temperantiam, virtutes denique omnes quibus cum Illustriss. maioribus tuis non modo certare, sed eos longe antecellere velle videris. Quis ignorat, quam excelso dignitatis gradu Deus Opt. Max. Celsit. Tuam collocauerit? Non suffragiis amicis, non sorte, sed sola pietatis atque virtutis laude ad illud honoris fastigium, quod per Germaniam, & sacrum Imperium Romanum in Diuinis negotiis, Celsitudini tuæ primum, in ciuilibus vero post Imperatoriam Maiestatem augustissimum obtigit, euectus es. Sacratum illum & Diuinum Archiepiscopatus honorem intuemur? An non rerum diuinarum & personarum quoque imperium & curam Celsitudini Tuæ Deus commisit? Nullus equidem iura illarū hactenus hoc nostro auctore apertius atque dilucidius tradidit. Summus ille Electoratus conspiciatur? Et Imperii quoque iura traduntur. Ampliſſima illa Archicancellariatus dignitas spectatur? An non eius intuitu, iustitiæ & æquitatis custos præfectus iuris & supra rigidas leges dispensator constitutus es? Quis nostro auctore iustitiæ & æquitatis regulas breuius atque apertius tradidit? Quis etiam Celsit. Tua vtrique muneri sanctius, integrius, iustiusue præfuit? Quam incredibili animi moderatione, vtriusque status gubernacula pietatis atque iustitię ductu, hoc ancipiti, atque adeo turbulentissimo seculo Celsit. Tua, ad Pacis portum direxerit, non tuæ sedis subditi tantum clamant, sed vniuersum Romanum Imperium publice testatur. Nihil enim statim ab Electionis Tuæ primordio antiquius, nihil ordini & dignitati conuenientius esse duxisti, quam litium fata properare earumque caussas, (ne mala altius in Germaniam nostram serperēt,) vicinis præcidere & pacem sanctissime colere. Hoc itaque tam incredibile pacis conseruandæ augendæque studium, & innata illa illustri animo mansuetudo, cum maximum in toto imperio, Illustriss. Celsitudinis Tuæ, amorem pepererunt, omnesque Imperii subditos G. Tuæ ita obstrinxerunt, vt perpetuas preces pro salute, incolumitate & diuturno felicique C. Tuæ Imperio ad Deum fundant: tum etiam nos ante ceteros omnes (quibus literatarū operarum studium curæ est, quæque in otio tantum & pace, non etiam in bello vigent) tanti beneficii immemores esse non decet.

Accedit & illud quod Illustriss. C. Tua omnium facultatum studia, illorumque cultores tanto complectatur fauore, illisque tam promtam suppetias ferendi voluntatem offerat, sicuti etiam ipso facto voluntatem declarat, & summa humanitate opem & auxilium flagitantibus impartitur, vt iure meritissimo inter Germaniæ Proceres solus literatorum patronus, &, vt ita dicam, Parens haberi debeas.

Vt igitur aliquod meæ in Celsit. Tuam gratitudinis monumentum perpetuum pro beneficio illo publico, atque innata illa in literatos clementia, solitoque fauore etiam à me ponatur, publicetur, hæque tuæ præclarissimæ virtutes magis magisque orbi Christiano clarescant atque æternentur, Illustrissimo Nomini Tuo, præstantissimum hoc opus, qua per me auctius, melius, ornatius factum curatumve est, consecro, inque clientelam & patrocinium tuum summa cum animi deuotione offero. Hoc insuper Celsitudinem Tuam supplex rogans, vt me deinceps cum tota mea libraria colonia, quam maximis sumtibus ex Gallia in Germaniam nostram non ita pridem deduxi, solito suo fauore, subsidio atque clementia complecti, & aduersus omnes Zoilorum obtrectatorumque insultus tueri atque defendere dignetur.

Sereno itaque vultu, Reuerendissime atque Illustrissime Elector, pro ingenita tua in pios conatus humanitate præsens hoc opus æternum, meæque in C. T. obseruantiæ testimonium suscipito. Quod si ita fiat, meque Celsit. Tua, voti mei, vti plane futurum confido, compotem faciat, plurimorum optimorum auctorum editione Germaniam nostram beabo, Deo Optimo Maximo cœptis nostris feliciter aspirante.

Eundem Ter Maximum ex toto pectore oro, vt Reuerendissimam Tuam Celsit. quam diutissime incolumē seruet, eique dona Sanctissimi sui Spiritus indies magis magisque augeat, quo crescentibus vtriusque status ærumnis tempestiue prudenterque mederi possit, eaque animi dexteritate, virtute & sapientia futura mala depellere, vt velut olim, ita etiam in posterum tota Germania fructum Pietatis & Iustitiæ Tuę percipiat.

Bene vale, Illustrissime & Reuerendissime Princeps: Deus Celsitudini Tuæ perpetuo adsit. Francofurti ad Mœnum Kal. Mart. Anno virginei partus, 1599.

Reuerendissimæ Celsitudini tuæ

deuotissimus Clicns

Iohnas Rhodius Petri Fischeri Bibliopolæ
Francofortensis Successor.

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI. S. D.

VINO vendibili, vt in prouerbio est, suspensa hedera nihil opus. neque res praclara, cum ex se placeant, exoticam desiderant laudem Hoc tamen verissime, & sine fallacia, lector, de hoc Syntagmate ausim dicere: Quod etiam res ipsa clamant, illud iuris vniuersi Theatrum amplissimum esse, & Thesaurum legum omnium pene gentium & rerum publicarum maximum amplissimumque. Ex quo, si libet, aut si scientiæ quis aut rei Politicæ cupidus fuerit, tanquam ex penu plenissima, quod desiderio futurum erit satis, depromere datur. Visne Diuina, lector, & rerum sacrarum arcana? visne status, ordines, legesve personarum ecclesiasticarum? Iura rerum humanarum, ea nimirum quæ personas, Resve publicas, Politiam, & ciuilem vel militarem curam spectant? nihil prope oculis, licet insatiabilibus, defuturum existimo. Neque hanc tibi, lector, huius operis commendationem in limine proscribo, tanquam mercator, aut nescio quis fumi venditor, qui

Largius æquo
Laudat venales, & vult extrudere merces:

Sed ita mihi à variis, iisque clarissimis doctissimisque viris & communi prope eruditorum hominum calculo comprobatum ac commendatum fuit, vt penitus mihi persuaserim, vtilitati tuæ, tuisque studiis (quibus hactenus pro viribus & facultatibus diligentissimas operas nauaui) hoc insuper beneficium adiicere debuisse, Atque ideo sentio, me nullo præteritorum meorum laborum in tantum studia tua iuuasse, quantum præsenti hac Syntagmatis editione me adiuturum confido. Grauius tamen maturiusque aut liberum de hac re iudicium tuum tibi relinquam. Sed quo, tibi noua hæc editio, grauior nunc, vtilior atque adeo ad vsum tuum facilior esset, eam viris consultissimis (cum ipsius Auctoris præsentia in hisce deplorandis Gallicarum rerum tumultibus frui non liceret) summa cura commendauimus, vt ita opus castigarent, illustrarent atque augerent, vt nihil deinde amplius desiderari posset, quod ad operis ornatum, vsum & fructum facere existimarent. Quod etiam ex fide ab illis fuisse præstitum, & ipse comperi, & tumet studiose lector, rea ipse percipies.

Imprimis menda infinita prope, à textu ipso expurgata sunt. Hinc allegationes marginales falsæ, emendatæ: transpositæ & perturbatissimæ, quarum maximus certissime numerus erat, in verum statum & ad suum locum, non sine graui labore restitutæ: & in ipsum textum coniectæ, characterumque discrimine ita politæ, vt nemini displicitura sint. Argumenta & summaria vetera renouata & emendata, ac noua plurima addita: Notæ subinde, sed raro tamen adsperæ: Indices reformati, castigati, & quam plurimis iisque valde necessariis locis adaucti: Quo facilior vtenti depromendi facultas esset. Deinde quod antea nondum, etsi maxime necessarium, ab vllo præstitum fuerat: Indicem Titulorum omnium vniuersi Syntagmatis, generalem, ex serie literarum de nouo contexendum curauimus: multaque alia, quæ ad huius Aurei & plane fructuosi operis, vel commodiorem vsum, vel maiorem elegantiam requiri possent. Adeo, vt si cum prioribus editionibus comparationem quis instituat, plane nouum atque excellentius opus iudicauerit. Tu interea, Beneuole Lector, labores nostros, & quam libenter pro te fecimus operam, boni consule, iisque communi cum fructu feliciter vtere, fruere & vale.

PERIOCHA

PERIOCHA IN PRIMAM PARTEM.

DEVS optimus maximusq;, primũ ex nihilo cœlũ & terrũ creauit: postea distinctis & perfectis rerum formis, hominem, qui rebus omnibus præesset, formauit: & ad eum (vt secundum rei cuiusque propriam naturam commode imperaret, & iuxta cuiusque conuenientem modum prospiceret) adduxit animalia cuncta, vt videret quid vocaret ea. Genes. 2. Homo vltimus creationis, sed perfectius creationis opus, centrum totius vniuersi, & in quo omnes circumferentiæ, omnesque omnium rerum naturæ coniunguntur, & præcipuum quod habent, contribuunt. Et proinde homo, qui orbis dominationẽ humanam susceperat, qui vt sociis & æqualis naturæ homin bus præesse debebat, rerum omniũ cognitione ab initio in sui primordio ornatus à Deo fuit. Sciebat ille quid bonum erat in singulis, quamdiu superioris & creatoris & Domini mãdatum obseruauit: illudque bonum sufficiebat ad bene imperandi tunc scientiam. Ceterum inuidia hostis, qui ob superbiam de loco præstantissimo beatitudinis præceps in abyssum impietatis actus fuerat, deceptus, voluit & malum cum bono cognoscere: sicque miser ille & nimium mulieri credulus, in se quid malum esset periculum fecit magna cum posterorũ pernicie. Et ita boni scientia & lumen intelligentiæ, quod ex pura anima mentem illustrabat, ab infausto malo anima in tenebras decidit, & veluti cæca cœpit à malo in peius semper deficere: sicque ætas peior aliis genuit nos nequiores, mox daturos progeniẽ vitiosiorem. Misertus est Deus huius humuncionis, & pluribus modis lapsã hãc fragilem naturam reformare, & restituere suo pristino splendori aggressus est: intrinsecus mentes humanas excitando & illustrando, & extrinsecus plura præcepta per se & verbi sui nuntios præscribendo: & postremo loco mittendo filium suum vnigenitum, verum Deum, & carne assumta verum quoque hominem, Dominum nostrum Iesum Christum, qui voluntatem patris manifestius explanauit, & abscondita reuelauit, nostraque seruitutis redemptionem operatus est & salutem, reconcilians nos Deo patri: atque simul bona præcipua quæ obliti eramus, cognitionem rerũ & sui ipsius, nota fecit, vt Deum ipsum cognosceremus. Quamobrem ante Domini nostri Iesu Christi descensum de cœlis, & assumtionem nostræ carnis, ante prædicationem & legem eius, nunquam boni & æqui vera & perfecta cognitio haberi potuit: neque apud ipsos Iudæos, quorum ex parte maxima velata erat mens, & secreta & incognita erant mysteria illis familiaria. Quæ postea palam facta, omnium figurarum velo & vmbris depulsis. Fatear tamen etiam nunc infinitam propemodum multitudinem inter mortales eorum, qui in errore antiquo & cæcitate inueterata degunt: & inter Christianos quoque sponte adhuc plures esse, qui peiores illis sint. Verum tamen non ideo minus lucet diuina sapientia inter homines suban, quod isti sponte cæci esse velint: nec solis splendor ideo deficit, quod quidam vias & fenestras eius radiis occludunt. Sed eo magis pernicioſiores, quod oblatam Dei notitiam consulto reiiciunt vel segniter vt recipiant, separant. Expedita certe nunc boni & æqui ratio, vna regula concepta: vt omnia, quæ cogitamus, dicimus & facimus, sint Dei voluntati & mandati eius consona. Hoc est præceptũ illud, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata: quæ consistunt in dilectione Dei & proximi. Cetera rum quia difficile est aliunde hominẽ exuere, et quia plerumque quæ meliora sunt probamus, sed deteriora sequimur, pluraque sunt, quæ veluti nubes solem, sic mentem per affectus obnubilãt, perturbationibus confundunt, et ex singularium negotiorum formis dubitandi caussam dant, num voluntati Dei, qua nostra sunt cõsentiant, constituti sunt legislatores, principes, et magistratus spirituales et seculares potestatis, qui volunta ẽ explicent pro modo occurrentis caussa, cui prospiciendum est. Oritur autem caussa dubij, vel à rebus ipsis, vel à personis, vel ab actionibus seu negotiis personarum, vt docuimus in libro de arte Iuris, cap. 41. Idcirco Ius quod tractare nunc instituimus absolutum omnibus suis membris, videlicet quod complectitur omnia iura diuina et humana, tres partes principales habet. Prior est de rebus, altera de personis, altera de actionibus seu negotiis compositis ex rebus et personis. Vna tamen methodo, Deo iuuante, prima mediis et vltimis connectimus, vt partes omnes ordine naturæ sese consequi videantur. Præponimus res personis, non tanquam nobiliores, sed creationis et originis seriem sequuti: primum enim creatæ sunt res, dehinc persona, et postea negotia seu actiones prodierunt. Hæc tria separatim primum, vt simplicia: dehinc, vt composita ex substantia propria et accidentibus, quæ in considerationem et quæstionem Iurisconsultis et legislatoribus venire possunt, Deo eodem iuuante, perscrutabimur, ea naturali seruata consecutione, vt vnius tractatio ex altera nascatur. Cuius Syntagmatis imaginem paucis lineis compactam, memoriæ caussa offeram.

Prioris partis primus liber, res omnes tibi vnico rei nomine contineri generaliter explicat, et vnum id esse genus, c. 1. Postea diuidit in corporales, et intelligibiles seu incorporales: corporales in simplices, et compositas materia et forma: simpliciter, in quatuor elementa. Et de his explicat elementa tam seorsum terram, c. 2. aquam, c. 3. et 4. aerem, c. 5. ignem, c. 6. prout in iure vsurpantur: et distinctiones eorum, et hæc ipsa quatuor statim simul, c. 7. Vnde fit transitus ad composita corpora, quæ à quatuor elementis fiunt: docentur modi compositionis physica rerum in individuo, et mixtiones, confusiones, et ciuiles hominum cõpositiones, c. 8 Compositione edocta, habes diuisionem cõpositarum rerum, in inanimatas, et animatas: et rursum eandem speciem, et quomodo iura considerant easdem, cap. 9. Accedit incorporalium rerum membrum, et quæ incorporales sint docet, cuius occasione et diuiduas et indiuiduas explicat, cap. 10. Et hactenus considero res ex substantia naturali, vel ex his, quæ substantiam respiciunt: subinde accidentia occurrunt, quibus inter homines distinguuntur, et considerantur. Accidentium autem illorum præcipuum fundamentum est, possessio et dominium verum, vel fictum, plenum, proprietas, vsusfructus, et vsus, quæ explico, cap. 12. Vt possessionis species, cap. 13. Et hæc tractatio continuo parit res dictas diuini et humani iuris, nempe quæstionem, quæ sint in dominio seu possessione, vel iure Dei aut hominum, quas tibi distinguimus, c. 14.

Explicamus libro 2. res diuini iuris, sacras, publicas, priuatas, religiosas, et sanctas per 29. cap. habes inter sacras explicatum de templis, cap. 1. fide catholica, cap. 2. de septem sacramentis, cap. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. de sacris lipsanis, cap. 12. religiosa cœmiteria, c. 13. et 14. Xenodochia, cap. 15. festa, festa, cap. 16. vigilias ecclesiasticas, cap. 17. ieiunia, cap. 18. primitias, c. 19. decimas quadruplicis generis, c. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. ecclesiastica alia bona, c. 28 et sancta, portas, muros que ciuitatum, cap. 29.

In tertio res humani iuris, publicas, et vniuersitatis percurrimus: et inter publicas explicamus tributa et vectigalia, eorumque originem, et rationem, cap. 2. 3. 4. de canone, capit. 5. de oblatione, capit. 6. indictione, super indictione, cap. 7. et 8. Et in singulari de portoriis, cap. 9. et aliis vectigalibus, cap. 10. de compendiis quæ applicantur fisco ex aliquibus rebus, de quibus etiam notionem tradimus, vt de thesauris, cap. 11. de compendiis hereditatum, albanagij, vacantium bonorum, caput 12. viarum publicarum, cap. 13. pascuorum, c. 15 confiscationum ex delicto, ca. 17. 18

Digitized by Google

19.20. de mari, de fluminibus publicis, cap.14. de syluis & nemoribus, c.16. de aedificiis & operibus publicis, c.21. de fõtibus & aquaeductu, cap.22. quorum etiam aliqua possunt dici communia vniuersitatis, cap.21.

Subinde exspectabis in 4. lib. de rebus priuatis, quae singulorum sunt: instituiturque sermo in eo de rebus quae liberae sunt, & quae seruiunt aut personis aut rebus aliis seu praediis, cap.1. et inibi. de vsu, habitatione et vsufructu, et aliis commoditatibus perceptis ex rebus per personas, cap. 2. de vsufructus natura et distinctione ab vsu, et eorũ actione, ca.3. in quibus constituantur, quomodo acquirantur et amittantur, cap. 4. et 5. de seruitutibus vrbanis, Oneris ferendi, cap.7. tigni immittendi, cap.8. stillic. diũ immittendi, auertendi, ca.9. altius tollendi vel non tollendi, cap.10. luminum, cap.10. et 11. protectus habendi, cap. 12. et aquam eiiciendi, c.13. Item de rusticis, semitae, itineris, viae, actus, cap.14. aquaeductus, cap 15. aquahaustus, c. 16. excipiendi aquam, cap.17. Appulsus pecoris ad aquã, ca. 18. pecoris pascendi, ca.19. arenae fodiendae, calcis coquendae, cretae eximendae, cap.20. & aliis, de constitutione seruitutum, cap.21. de actionibus pro illis, c.22. de amissione illarum, cap.23. Aque his annectimus earum rerum notionem quam necessario cognosci operae pretium est, pro explanandis seruientibus rebus, de vicinis, cap.24. de restitutione operis nocentis citra ius seruitutis facti, & remedia quod vi aut clam, cap.25. de damno infecto, ca. 26. de operis noui nuntiatione, cap.27. & quibus & à quibus nuntiatio haec fiat, c.28. effectum, ca.29. & formas nuntiandi, cap.30. & modos quibus nuntiatio extinguitur, c. 31.

Iterum facilioris doctrinae gratia, subdiuidimus alio libro, 5. res seruas aut liberas, in communes, confusas, & proprias, ca.1. Et explicatis singulis. de communium agimus diuisione, seu de iudicio communi diuidundo, cap.2. de diuiduo, & individuo, cap.3. de familiae erciscundae, c. 4. & finium regundorum iudiciis, cap.5. igitur.

Subijcitur deinde lib.6. Aliud membrum rerũ liberarũ explicandum, & diuiduntur res liberae, in allodiales, censuales, emphyteoticarias, & feudales, cap.1. De singulis agitur strictim & remissiue, de feudis in hoc libro latius, seu de rebus feudalibus, & ea ratione instituitur methodica tractatio de finitione & diuisione feudorum, ca.2. Et quae proprie feudales res, queve improprie, annotatur, quae dignitatis, quae noua feuda, antiqua, paterna, materna, hereditaria, realia, ligia, recta. Quae impropria feuda, vt nõ recta, frãca, libera, habitationis soldata de camera, de caneua, guardia, Castaldia, ca.3. Et rursũ, quae nobilia, ignobilia, cap.4. Ecclesiastica, secularia, c.5. perpendimus, res quae in feudum dari possunt, stipendiaria & tributaria praedia, c.6. Et personas quae ex rebus titulos habent, & res diuersas indicant feudales, quae dant vel possident feuda, Imperatores, reges, duces, c.7. comites, c.8. marchiones, c.9. barones, c.10. castellanos, valuassores, valuassinos, vassos, c.11. mulieres, c.12. Et harum personarum status, legitimam vel spuriam natiuitatem, cap.13. Modos constituendi vel acquirendi feuda, & inuestituram, & formam seu symbolum eius, c.14. Iuramentum fidelitatis, c.15. vtilitates horum, c.16. successionem particularem, ca. 17. testamentariam, c.18. extinctionem vel ademtionem beneficij feudalis, c.19. negotia ingratitudinis, c.20. Finem quo reuertatur res feudalis, c.21. & controuersias & iudicia harum rerum. c.22. Et hic prioris partis operis huius constituimus periodum.

PERIOCHA IN SECVNDAM PARTEM.

A Bsoluta primâ iuris parte de rebus, peruenitur ad personas seu homines, in quibus rerum corporalium & incorporalium fit coniunctio & epitome, vt docemus, & postea diuidimus sexu in masculum & fœminã, hermaphroditos, & eunuchos, quorum species, modum, & sanctiones, quae ad illos pertinent, explicamus, c. 1. & 2. Nugas eorum, qui homines non Adamicos constituerunt, reprehendimus: iudicantes quae de nymphis, pygmeis, satyris, sphyngibus, tritonibus, & de similibus monstrosis animalibus hominis formam aliquantum referentibus, credendum sit, cap.3. de lelythimis & fatidicis mulieribus.

Hisque praetermissis, ad Adamicos & veros humanos homines, constantes corpore & anima immortali, sermonem lib.8. referimus, adhibita prima & praecipua ex natiuitate, seu ex coniunctione maris & fœminae distinctione, quam vel legitimam vel illegitimam constituimus. Et ex legitima coniunctione naturali, filios absolute nasci; ex illegitima autem alterius generis partus ostendimus, videlicet, spurios, vulgo quaesitos, naturales tantum, incestuosos, nefarios, adulterinos, c.1 In his rursum legitimam cõiunctionem, vt originem prolis tractamus, de sponsa, sponso, & sponsalibus, c.2. Et cur praecedere sponsalia matrimonium seu nuptias soleant, cap.3. qui quaeve per se vel per alios ea contrahant, c.4. quae horum qualitates, c.5. & quae accidunt sponsalibus, c.6. de arrha, sponsalitia largitate, donationibus ante nuptias, c.7. proxeneticis, osculo, c. 8. solutione sponsaliorum, c.9.

Subinde lib.9. de nuptiis agitur, de synonymis matrimonij, c.1. de finitione, institutione, ex vago concubitu, c.2. de coniunctione & consensu habentium, & parentum illorum, c.3. de societate individua, c.4. ritibus & speciebus vxorum, c.5. rationes introductarum nuptiarum, c.6. Et de personis quibus prohibentur propter aetatem, c. 7. propter consanguinitatem vel affinitatem, cap.8. qua occasione, & consanguineas & affines personas declaramus, c.9. 10.11. Et alias prohibitarum nuptiarum causas prosequimur, erroris, furoris, frigiditatis, maleficij, c.12. & similes, c.13. Potissimum ecclesiasticarum personarum, c.14. de dissolutione & modis abeundi à matrimonio iuris naturae, ciuilis, diuini, & pontificij, c.15. & 16. de accessoriis nuptiarum, dote, paraphernis, & antiphernis, c.17. & 18. de oneribus matrimonij, c.19. & 20. Et aliis nuptiarum axiomatibus, c.21. de dote repetenda, c.22. vel non repetenda seu lucranda, c.23. de priuilegiis dotis ratione hypothecae vel caussarum aliarum, c.24. de donationibus inter virum & vxorem validis & inutilibus, c.25. de repetitis nuptiis, & de his quae in illis nocent binubis, c.26.

Decimus liber, aliud membrum personarum ex illegitima coniunctione natarum absoluit, & parentes & partus illegitimos declarat, agitque de concubinis, cap.1. meretricibus, c.2. & illarum naturalibus, spuriis, incestuosis, adulterinis, nefariis, c.3. & qui restitui natalibus, & quibus modis legitimari possint, c.4. Ad legitimos tantum subinde descendo per spiritualem cognationem, cap.5. vel per adoptionem & arrogationem, cap.6. quomodo fiant breuiter tradens.

Vndecimus, postquam iam praecedentes personas veluti nascentes nobis proposuerunt, personarum veluti natarum qualitates prosequitur: & statum naturalem, gensium & ciuilem exhibet & distinguit liberorum, seu ingenuorum, seruorum, libertinorum, c.1. agitque vna de potestate in liberas personas generaliter prius, cap.2. & speciali nota in domesticos, cap.3. in vxorem, cap.4. in filios, c.5.6.7.8.9.10.

Hunc excipit 12. agens de potestate tutorum in pupillos: & tutelarum explicat caussam, qui in sua tutela & aliena sint, c.1. quid tutela & qualis eius auctoritas, c.2. officium, c.3. qui gerere tutelam possint, c.4. qui suspecti ab ea remi-

Digitized by Google

tàreiiciuntur, c. 5. qui excusantur, cap. 6. quæ tutelarum species, c. 7. declarans testamentariam, c. 8. legitimam, ca. 9. vtramque & parentum, c. 10. & patronorum, c. 11. & fiduciariam, c. 12. Datiuam, Attilianam, & alias, modúque dandi & confirmandi ex his legibus tutores, c. 13. honorarios tutores & notitiæ causſa datos, c. 14. & finem tutelarum, c. 15.

Et seriem sequitur 13. liber, agens de curatoribus diuersæ speciei, c. 1. pupillorum, c. 2. minorum c. 3. & eorum restitutione, c. 4. mente captorum, stultorum, furiosorũ, c. 5. prodigiorum. c. 6. ventris, c. 7. bonorum, c. 8. publicarum rerum, c. 12. & de adiutoribus tutorum vel curatorum, ca. 9. actionibus directis, c. 10. & contrariis tutelæ & curæ, c. 11.

Ad potestatem in seruos incidit liber 14. Et qui sint liberi & serui natura, vel hominum constitutione docet, c. 1. Seruitutem diffinit, cap. 2. quomodo fiant aut nascantur serui, demonstrat, cum causſis ex quibus probata est personarum seruitus, c. 3. Iura simul & vtilitates potestatis dominicæ, c. 4. & quot modis soluatur illa potestas volentibus dominis, c. 5. vel inuitis, c. 6. quomodo solutione illa libertini fiant & ab ingenuis distinguantur, c. 7. qui inde patroni dicantur, & iura eorum, c. 8. & quando illa amittuntur, cap. 9. & data occasione, de iure patron. clientelæ agit, c. 10.

Quindecimus liber de personis Ecclesiasticis agit, de præstantia potestatis earum, c. 1. de Episcopis in vniuersum. c. 2. de summo Pontifice gentilium, Iudæorũ, & Christianorum, c. 3 de cardinalibus, c. 4. patriarchis Constantinopolitano. c. 5. Alexandrino, ca. 6. Antiocheno, cap. 7. S. Hierosolymitano, c. 8. & de patriarchatu in genere, c. 9. de primatib. c. 10. Archiepiscopis. c. 11. Episcopis in specie, & chorepiscopis, c. 12. Abbatibus, c. 13. & eorum monachis, c. 14. legibus monasticis, c. 15. causſis institutionis monasteriorum, c. 16. deque monialibus, c. 17. prioribus & præpositis, c. 18. cancellariis, c. 19. Archidiacono, c. 20. archipresbytero & decanis, c. 21. primicerio, cantore, præcentore, chorodidascalis, chorigis, chorodectis, c. 22. præbendatis canonicis vtriusque sexus, ca. 23. curionibus, c. 24. coadiutoribus, c. 25. intitulatis, ca. 26. pensionariis, c. 27. Orphanotrophis, & piorum locorum seu hospitaliorũ præpositis, c. 28. capellanis, capellis, oratoriis, c. 29. præstimonium habentibus & obtuariis, c. 30. operariis seu sacris ædituis, cap. 31. de collegiatis, c. 32. de conuentibus seu societatibus sacrorum militum, vt de templariis, cap. 33. cruciferis, hospitalariis ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, cap. 34. & de aliis sacris militibus, c. 35. detrahentibus beneficia manualia, c. 36. de vicariis temporalibus, officiali, ca. 37. commendatario, c. 38. de officiariis Ecclesiasticis, vt de thesaurariis, c. 39. œconomis, & vicedomino, syndico, & aliis, cap. 40. de officiariis ordinariis, ca. 41. & sedis Apostolicæ, 42.

Liber 16. persequitur personas sacris ordinibus inauguratas, clericos, c. 1. eorumque ordines, c. 2. ostiarios, ca. 3. lectores, c. 4. exorcistas, c. 5. acolytos, c. 6. subdiaconos, cap. 7. presbyteros seu sacerdotes gentilium Iudæorum, Christianorum, ca. 8. & qui ordinare possint, ca. 9. & qui ordinari, c. 10. & de modo & forma ordinationis, c. 11.

Subinde lib. 17. beneficiorum & personarum, quæ ab illis accipiunt nomen, euoluit tractationem, quidve sit beneficium explicat, c. 2. & eorum species, cap. 3. ius patronatus ecclesiasticum, c. 4. beneficiorum erectionem, c. 5. collationẽ, cap. 6. & de qualitate conferentium, c. 7. de iure regaliorum, c. 8. de iure deuoluto, c. 9. de mãdatis ad beneficia & mãdatariis, c. 10. De modis legitimis dandi ecclesiastica beneficia, electione, collatione, postulatione, c. 11. De confirmatione electionis, c. 12. consecratione, & benedictione, c. 13. de collatione libera, c. 14. necessaria, c. 16. De vacatione, c. 17. per modum renuntiationis, c. 18. & per mortem, c. 16. de beneficio litigioso, c. 20.

In lib. 18. personæ potissimum publicæ & alia declarãtur, quæ ad publicam pertinent auctoritatem: principes legitimi & illegitimi, c. 1. & 2. agitur & de populo, c. 3. & magistratibus in genere, c. 4. de priuatis, c. 5. de prophetis & vatibus, c. 6. de philosophis, c. 7. mathematicis, c. 8. de physicis, c. 9. de iis qui speculatiuis vacant disciplinis, ca. 10. de Iurisconsultis, c. 11. de gerentibus publica munera, c. 12. & 16. & de honoribus municipalibus & diuersa appellatione eorum, qui ea gerant, c. 13. & 20. de decurionibus, c. 14. optionibus, c. 15. duumuiris, c. 17. de defensoribus ciuitatis, c. 18. de legatis, c. 19. de artificibus, c. 21. de architectis, c. 22. de agricolis, c. 23. pastoribus, c. 24. medicis, c. 25. variisque aliis artificibus, c. 26.

Tandem in lib. 19. de personis militaribus, & iis quæ ad artem militarem spectant, tractatur: & agitatur primum de militibus & paganis, deque militia duplici, c. 1. & 2. de militantium distinctione, c. 3. de sacramento militari, vt de missione, c. 4. de legibus militaribus, c. 5. de annona, c. 6. de veste militari, c. 7. de hospitiis militum, cap. 8. de prædiis & castris eorum, c. 9. deque officiis & pœnis, c. 10. & circa segnitiem eorum legibus, c. 11. vt & circa alia delicta, c. 12. de obsidibus, c. 13. de priuilegiis & eorum negotiis, c. 14. de castrensi peculio, c. 15. deque aliis eorum priuilegiis, c. 16. & 17. de magisteria militari dignitate, c. 18. & collegiis militum, c. 19. Et sic manus imponitur extremæ secundæ partis, quæ personas complectitur & qualitates earum.

PERIOCHA IN TERTIAM PARTEM.

EXPENSIS rebus & personis, ea quæ potuimus diligentia seorsum & separatim, restant negotiorum compositiones enucleandæ in tertia hac iuris parte, quæ versatur aut circa res acquirendas, aut amittendas, aut cõseruandas, ex quibus non bene compositis sequuntur lites, crimina & iudicia, & media quædam, quæ ea præparant. Primum itaque acquirendi & amittendi modos, lib. 20. c. 1. proponimus vniuersaliter, horumque iuris gentium præcipuos, statim, c. 2. subiungimus singulares explicatione per occupationem & inuentionem, c. 3. dehinc 4. captionem ab hostibus, cui accedit ius postliminij in c. 5. & c. 6. redemtionis, & c. 7. per nationem, & c. 8. per allusionem, in c. 9. per accessionem artificialem, quæ vel iungit vel vnit, vel confundit res. Sequitur 10. modus per traditionem: atque per quas personas hac acquirantur in 11. docemus, & in 12. quomodo amittantur, ostendimus.

Fit inde commode transitus, lib. 21. ad conuentiones in genere, quibus negotia pleraque tractantur & componuntur, res quæruntur & distrahuntur: & harum conuentionum necessitatem primum demonstramus, cap. 1. quid illæ sint, quæ contineant, quomodo fidem præstandam admittãt. 2. Quomodo obligent, quid sit obligatio, & quas species habeat, ciuiles vel naturales, honorarias, mixtas, 3. Quæ res veniant in conuentionem, 4. Quæ personæ pacisci possint legitime, 5. De formulis conueniendi in genere, 6. De conuentionem effectibus, rationibus & causſis, 7. Additis & actionibus variis, in 8. Et interdictis, 9. De incremẽtis actionũ per id quod interest, 10. aut per culpam, & de culpa, 11. Per casum fortuitum, & de casibus fortuitis, 12. Per dolum, & de dolo, 13. Per moram, & de mora, 14. Per inficiationem & impensas, 15. Et postea tractamus de minutione vel sublatione obligationum

Digitized by Google

& actionum, per impensarum deductionem, in 16. Per exceptiones & de exceptionibus, 17. Per solutionem, & de solutionibus, 18. Per acceptilationem, & de acceptilationib. 19. Per nouationes, & de nouationibus cõmunibus, 20. & quæ litis contestatione fiunt, 21. Per compensationem, & de compensationibus, 22. Descendimus postea ad species conuentionum, re, verbis, literis, & consensu celebratarum.

Quocirca lib. 22. singulari nomine de mutuo agimus in c. 1. vbi quid sit mutuum, & quæ in eo contemplanda sint, admonemus, c. 2. Agimus & 3. de mutuo vsurario, & de vsuris. Item in 4. de earum extinctione & permissione. In 5. vero de mutui repetitione & eius cõdictione. Deinc 6. de prehensione & carceratione debitorum. In 7. de dilationibus soluendi. Et commode in 8. de beneficio iuris, nẽpe de cessione bonorum. Sequitur 9 qui cedere bonis possint, & qui non. Et in 10 pro quibus debitis. Rursum in 11. de præscripta cedendi formula. Et in 12. quod cessio nõ porrigitur ad fideiussores. De fine præcipuo cessionis 13. c. docet. Et statim 14. de rationibus cessionis indultæ: & num huic beneficio renuntiari possit, 15. admonet. Annectitur & 16. alia mutui species, indebitum solutum: & de condictione eius. In 17. quæ ab illa excipienda sint.

Sequuntur in lib. 23. alij contractus re initi, explicati. Vt commodatum, c. 1. Precarium & precaria, 2. Depositum, & eius species sequestratio, sponsio, in 3. Et repetitio depositorum, 4. Pignus antichris, hypoth. 5. Prætorium & iudiciale pignus, 6. Testamentariũ, 7. Legale seu tacitum, 8. Cõuentionale, 9. Actio hypothecaria seu pignoratitia, 10. Prioritas & priuilegia hypoth. 11. Et extinctio earũdẽ, 12.

Hunc librum alius 24. sequitur, qui verborum obligationes docet: de stipulationibus, c. 1. de actionibus earum, 2. de fideiussoribus, 3. & actionibus fideiussionis contra fideiussores, 4. vel cõtra debitorẽ principalẽ, 5. vel cõtra confideiussores, 6. de constituto, 7. de duobus reis constituendis, 8. de pollicitatione, 9. de voto, 10. de nouationibus & delegationibus remissiue, 11. vt de acceptilationibus & Aquiliana stipulatione, 12. Succedit admonitio de literarum obligationibus, vbi mutuum fictitium breuiter 13. c. explanatur.

Methodus postea de conuentionibus consensu initis agi desiderat, & proinde liber 25. singularis est in emtione explicanda, quid contineat nomen eius, c. 1. quomodo finiatur, 2. quid mercatus & nundinæ, 3. quæ res emi venidive possint, 4. Num res dotales vencant rectè, 5. aut fructus futuri, 6. quæ non sunt in commercio, 7. Temporaliave Ecclesiarum, 8. aut quæ in titulum clericorum sunt data, 9. alienæ res, 10. & quæ ementis sunt, 11. Dehinc de pretio agitur requisito emtioni, 12. certo, 13. iusto, 14. Et de consensu personisque quæ consentiunt, & contractuum emtionis peragunt, in 15. Et de laudemiis quæ ratione venditionis præstantur, 16. De forma & pactis quæ emtioni accedunt, circa arrham, scripturam, addictionem in diem, legem commissoriam, & alia, in 17. de natura emtionis & fine, 18. actionibus emti venditique, in 19. & de redhibitoriis, 20. & redhibitione, quæ auctoritate fit magistratus, 21. de euictionibus, 22. rescissione emtionis in genere, 23. & in specie ob vtilitatem pretij, 24.

Libro vero 26. singulari tractatu, redhibitionem gentilitium prosequimur. Et agitur c. 1. in quibus locis obtineat, & in 2. pro quibus rebus & ex quibus contractibus, in 3. & quando in redhibitione pactitia, pacto legis commissoriæ, vel addictionis in diem ea exerceatur, in 4. Num & locum habeat in venditione nulla, 5. aut re quæ redit ad dominum iure commissi, 6. aut in donatis seu relictis titulo institutionis, 7. vel iure transactionis, 8. ex compensatione, acceptilatione, 9. diuisione, 10. mutuo, locatione, datis in solutum, 11. permutatis, 12. Annotamus & personas quæ retrahere possint, in 13. & in specie, num retrahant venditoris filius, 14. aut heres, 15. & quomodo propinquitas metienda sit retrahentium, 16. qui ex proximis nequeant retrahere, in 17. num cedi hoc ius possit, 18. & secundum quas leges retractus faciendus sit, in 19. docemus & modum seu praxim retrahendi, in 20. Quid offerre debeat proximus emtori, quidve emtor proximo, in 21. quod pretium restitui emtori debeat, 22. & si nolit emtor, quomodo proximus offerre consignare debeat, 23. intra quod tempus, 24. Finis, rationes iuris redhibitionis, 25.

Sequitur 27. lib. qui reliquas conuentiones consensu initas complectitur, & docet de locatione & conductione, c. 1. de mercede laborum, 2. & de reliquis quæ locationem respiciunt, 3. Subinde de societate, 4. de mandato & procuratore, 5.

Commode postea de contractibus anomalis, 28. lib tractatur de innominatis & formulis illorum generalibus, de do vt des, c. 1. de transactione, 2. fine & rationibus eius. 3. do vt facias, 4. facio vt des, 5. facio vt facias, 6. de donationis finitione & diuisione, 7. de reb. quæ donari possunt, 8. & de personis quæ donare, quibusve donari potest? & num filiusfam. donatio à patre facta valeat, in 9. & de donatione inter coniuges celebrata, 10. Et quibus modis firmentur factæ filiusfam. & coniugi, 11. deque aliis personis donatariorum, 12. de forma donationis & eius insinuatione, 13. de donatione causa mortis, 14. de fine & causa donationis probanda, & de actione, 15.

Accedit proxime lib. 19. de obligationibus quæ ex quasi contractu, agens primum de his in genere, c. 1. postea de negotiis gestis variis viuorum & mortuorum, 2. ex tutela curave, 3. & ex administratione Reipub. 4 vel rerum cõmunium, 5. vel debiti soluti, 6. de obligatione vnde ad exhibendum actio, 7. vel quod iussu, 8. exercitoria, & nautæ caupones stabularij, & c. 9. Subiectis quibusdam legibus Rhodiæ finem de iactu, 10. & de aliis rebus nauicularium, 11. de institoria, 12. de tributoria, 13. de peculio, 14. de in rem verso, 15. & de gestione negotiorum quorum ratione quis cum defunctis quasi contrahit, 16.

Et quia delinquendo quasi contrahitur, post contractus lib. 30. transimus ad crimina, & in 1 c. docemus affinitatẽ contractuum & criminum, quomodo in delictis obligemur, quæ in his perpendenda: criminis dolus peccatique differentias. In 2. de causis criminum, de voluntariis & inuoluntariis generaliter. In 3. de delictis impetu commissis, aut vino, ebrietate, lasciuia, ira, amore. In 4. de casualibus & fortuitis. In 5. quemadmodum personæ sint in delictis considerandæ, habita ratione proportionis geometricæ vel arithmeticæ, ætatis, malitiæ, sexus. In 6. de loco in delictis perpendendo. In 7. de temporis peristasi In 8. de æqualitate vel inæqualitate, & qualitate delictorum. In 9. de quantitate. In 10. de ignorantia & errore delinquentium, Postea, in 11. ad modos delinquendi & distinctionẽ accedimus criminum. Et docentur quatuor formæ generales fere deliquendi, re, verbis, literis, consensu: quæ priuata & publica crimina: capitalia, non capitalia, mortalia, venialia, priuilegiata, communia, regia & non regia.

9 de Iudice legitimo criminis admissi in via publica, seu regia. 565
10 Num magistratus municipales, vt consules, vel capitolini, vel escheuini dicti, possint de criminibus cognoscere. 566
11 de Subscriptione libelli accusationis. 567
12 Qui Acusare non possunt ob delictum, vel eius suspicionem. 567
13 de Prohibitione accusandi ob sexum. 568
14 de Prohibitione accusationis ob ætatem. 569
15 Quare, & quomodo magistratibus, & quibus, interdictũ, est accusare: & accusari qui nequeunt. 570
16 de Personis reiectis ab accusando ob status conditionem. 571
17 de Prohibita libertis patronorum, & seruis dominorum accusatione. 571
18 de aliis qui Accusare non possunt. 572
19 qui Accusari possint. 572
20 de Accusatorum delictis, & primum de Calumniatoribus. 573
21 de Præuaricatione. 574
22 de Tergiuersatione. 574
23 de Abolitione criminum. 575
24 de Iudicio criminum, & differentiis inter ciuilia & criminalia iudicia. 576
25 de aliis Differentiis ciuilium, & criminalium causarum. 578
26 de alia differentia ciuilium, & criminalium negotiorũ, ex ordine iudiciali. 578
27 de Pœnarum Impositione. 579
28 de Suppliciorum seu pœnarum Exsecutione. 579
29 de Cadaueribus punitorum. 580

LIBER XXXIII.

De Crimine diuinæ imminutæ Maiestatis.

1 Quid Maiestas. 580
2 De diuersa specie maiestatis. 580
3 quid Maiestatis læsæ crimen. 581
4 de Hæreticis, quid hæresies & hæreticus. 581
5 de diuersitate Sectarum hæreticorum. 582
6 de Iudicibus, & iudicio hæreticorum. 582
7 In Hæreticorum iudicii quæ perpendenda. 583
8 de Pœnis hæreticorum. 584
9 de Cautionibus contra hæreticos. 585
10 de aliis criminibus maiestatis diuieæ. 586
11 de Schismaticis. 586
12 de blasphemis. 587
13 de Simonia, & simoniacis. 588
14 de Sacrilegis. 592
15 de Pœnis veri sacrilegii. 593
16 Vindictæ diuinæ in sacrilegos exempla. 594
17 de quibusdam sacrilegiis alterius generis. 595
18 de Pœnis quasi sacrilegii. 595
19 de Lege Iulia Peculatus. 595
20 de lege Iulia de Residuis. 596
21 de Sacrilego violationis asylorum: & de asylis, quę Galli dicunt *Franchises*. 596
22 In quibus non obtinuit Ius asyli. 598
23 de Sepulcro violato. 598

LIBER XXXIIII.

De Sortilegis & Maleficis.

1 De nomine Malefici, Magi, Mathematici, Sortilegi, & aliis quibusdam. 601
2 de distinctione artium Magicarum, & Maleficiorum: & Maleficia per pharmaca fieri. 602
3 de Diuinatione. 603
4 Quæ Prædictiones vetitæ non sunt. 604
5 Quæ Sortes, & quando non sint prohibitæ. 605
6 de quibusdam aliis Diuinandi generibus. 605
7 de generali diuinationis prohibitione. 606
8 Cur aliquando Diuini & Sortilegi verum proferant. 607
9 de artibus Magicis mirabiliũ & scelerum effectricibus. 607
10 de Incãtationibus, quibus relatum est fusos hostes fuisse. 608
11 de Maleficiis & Incantationibus, homines, animalia, aliasque res interimẽtibus, vel iisdem nocentibus. 609
12 de amatoriis incantationibus 610
13 de Elementorum per magos turbatione. 611
14 Leges & exempla gentium in puniendis diuinis, maleficis & mathematicis. 612
15 de Pœna diuinorum, seu mathematicorum. 612
16 de mirabilibus actibus aliis magicis, præstigiis, & metamorphosi. 613
17 de magicis circa morborum curationem. 615
18 de magicis ad bonum quendam finem. 615
19 de Spectris. 615
20 de Lamiis & Strigibus, seu Sagis. 616
21 Vnde, & quando vis incantationibus tributa est. 619
22 de Remediis maleficiorum ex antiquo-

Digitized by Google

ex antiquorum obseruationibus. 621

LIBER XXXV.

De crimine laesae seu imminutae maiest. humanae.

1 De generali criminis maiestatis humanæ consideratione. 622
2 de Personis perpendendis accusantium, accusatorum, & iudicum, & negotiis. 625
3 de Coniurantibus aduersus alios, quam reges. 626
4 de Crimine maiestatis contra legatos Reipub. 627
5 de Proditionis crimine. 628
6 de Seditionis crimine. 631
7 de aliis læsæ maiestatis crimi nibus. 633
8 de Maledicis principis. 633
9 de Infractore aggerum Nili, salui conductus, & se geren te pro magistratu. 634

LIBER XXXVI.

De publicis Criminibus aliis.

1 De Falso. 635
2 de Falsa moneta. 636
3 de Falso alio modo, quam in moneta, facto vel dicto cõmisso. 639
4 de Mutatione nominis. 640
5 de Falso in scriptura commisso. 641
6 de Crimine adulterii. 642
7 de Adulteriis mixtis cum aliis criminibus, & de incestu. 645
8 de Raptu, & Raptoribus. 646
9 de Stupro in virgines, & viduas. 648
10 de Præpostera libidine. 648
11 de Lenonibus, & lenis. 649
12 Non tantum ipsas Fornicationes & adulteria, sed & præludia, per quæ ad ea peruenitur legibus punitri. 650
13 de aliis capitulis quæ pertinent ad legem Iuliam de adulteriis. 651
14 de alia Præpostera, & abominanda libidine. 652
15 de lege Cornelia de Sicariis, vel de Homicidio. 650
16 de Castratione. 654
17 de Caussis aliis ad Corneliã legem de sicariis, pertinẽtibus. 655
18 de Veneficiis. 655
19 de Incendiariis. 656
20 de Inuoluntariis homicidiis. 658
21 de Caussæ, ex quibus Homicidia excusantur à pœna, vel leuius castigantur quam lege Cornelia. 659
22 de Homici dio suipsius. 662
23 de quibusdam speciebus aliis homicidiorum. 663
24 de Parricidio. 663
25 de vtraque Vi, publica & priuata, legis Iuliæ. 665
26 de Vi offensiua. 665
27 de Pœna propria vtriusque capitis legis Iuliæ de Vi publica, & priuata. 665
28 de Crimine legis Iuliæ repetundarum, vel de repetundis 670
29 de Ambitu. 672
30 de lege Iulia de annona. 674
31 de crimine legis Flauiæ de plagiariis. 676

LIBER XXXVII.

De priuatis delictis.

1 De Furto. 677
2 de Pœna extraordinaria furum 680
3 de consideratione rerum in Furtis, & primum rerum nauticarum. 682
4 de Furtis rusticarum rerum, & primũ instrumentorum. 682
5 de Furtis animalium, & Abigeatu. 582
6 de Furtis arborum, & fructuũ. 684
7 de Frugibus furto sublatis. 685
8 de Tigno iuncto. 685
9 de Expilatoribus hereditatis. 685
10 de Furtis perpendendis ratione personæ quæ furatur, & à qua accipitur. 686
11 de Crimine rerum amotarum 686
12 de Furtis & furibus domesticis. 687
13 Obseruanda quoque esse loca, vbi & vnde Furta fiant, docetur. 688
14 de aliis Circumstantiis perpendendis in furti iudicio. 688
15 de Receptatoribus latronum. 689

LIBER XXXVIII.

De Iniuriis & contumeliis.

1 Quid Iniuria seu Contumelia, & an sit vindicanda. 690
2 quando Iniuria fieri dicatur. 692
3 de his quæ perpendi debent in iniuriis iudicandis. 692
4 de Cariuario. 695
5 de Verbis illata iniuria, seu de contumelia. 695
6 de iniuriis Scripto factis. 697
7 de iniuriarum Abolitione. 697
8 de Pignorationibus, seu iure Repressaliorum. 699
9 de Lege Aquilia. 700
10 de Seruo corrupto. 701
11 de Noxalibus actionibus. 702
12 Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. 703

LIBER XXXIX.

De pluribus aliis priuatis delictis.

1 De quibusdam Extraordinariis delictis. 704
2 de Ludo. 706
3 de Aleæ lusu vetito, & de Aleatoribus. 706
4 de Ludis permissis. 707
5 de Spectaculis. 708
6 de alio crimine extraordinario, de Otio. 711
7 de iis qui Popinas frequentãt 712
8 de Ebrietate. 714
9 de interdicta Venatione hominum. 714
10 de Venatione ferarum interdicta. 715
11 de Laruis, & Personatis. 716
12 de Bonorum decoctoribus. 717
13 de Termino moto. 717
14 de Crimine Stellionatus. 719
15 de Mendacii crimine. 719

LIBER XL.

De Vsucapionibus.

1 Quid sit Vsucapio. 720
2 de Rebus, quæ vsucapi pos-

Digitized by Google

sunt vel non possunt. 721
3 de Personis, quæ vsucapere possunt. 722
4 de Possessione, quæ requiritur in vsucapione. 723
5 de Continuatione possessionis, & temporibus vsucapionum. 723
6 de Temporis initio, medio, & fine considerando in vsucapione: & de vsurpatione seu interceptione vsucapionis. 727
8 de Bona fide requisita in vsucapione. 729
9 de Personis pro bona vel mala fide considerandis. 730
10 de Effectu vsucapionis. 731
11 de Rationibus inducendæ & approbandæ vsucapionis. 731

LIBER XLI.

De Successionibus conuentionalibus.

1 De Successionibus, & Hereditate in vniuersum. 732
2 de Hereditate quæ ex Contractu defertur, primumque ex donatione causa mortis. 733
3 de Successione mortui, quæ Pacto defertur 734
4 de Pacto de futura Successione viuentis improbato. 734
5 Dissolutio antinomiarum in Pacto de Hereditate viuentis. 736
6 Examinantur quædam antinomiæ de Pacto succedendi inter patrem & filium. 739
7 de Pacto in contractu matrimonii apposito, vt primogenitus succedat in aliqua parte bonorum parentum, secundum ius quo vtimur. 740
8 de Pacto, de Conseruanda hereditate. 743
9 de Pacto, de non Succedendo in iure quæsito. 743
10 de Pacto, de non Succedendo facto à filio vel filia, aliquo à patre accepto, quid statuat ius ciuile. 744
11 de Renuntiatione Successionis, quæ fit à filia dote contenta, ex iure pontificio & vsitato. 744
12 quando Filia Renuntians dicatur dote contenta. 745
13 de Personis, quibus fit renuntiatio successionis per filiã dotatam. 747
14 de Renuntiatione successionis præsentis & futuræ, & de dolo & metu interuenientibus. 747
15 de iuramento, quod in renuntiatione successionis interuenit, & de gratia eiusdem. 748
16 de Superuiuentia filiæ patri post pactum 748
17 Notabiles casus, in quibus filia dote contenta, non obstante renuntiatione, succedere potest. 749
18 de secunda specie acquisitionis, Successionis per epistolam. 750

LIBER XLII.

De Testamentaria Successione.

1 Cur prius de testamentaria, quam de intestati successione agamus. 750
2 de Definitione testamenti. 751
3 de Testamentorum distinctione seu diuisione. 752
4 de Testamento Solemni & in Scriptis facto. 753
5 de Testamento Nuncupatiuo 754
6 de Militari testamento. 756
7 de Quibus testari possumus. 757
8 de Qualitate personarum, quæ testari possunt. 758
9 de Requisitis in testamento. 760
10 de Secundis institutionibus, seu Substitutionibus in genere. 761
11 de Diuisione substitutionum. 762
12 de Vulgari substitutione, 763
13 Quis præferatur in successione testatoris, an transmissarius institutus, an substitutus vulgaris. 764
14 an Fiscus succedens instituto indigno, præferatur substituto vulgari. 765
15 Num repudiante hereditatem instituto filio vel seruo pater vel dominus adeuntes excludant substitutum vulgarem. 766
16 de effectu vulgaris substitutionis & eius interitu. 766
17 de Substitutione pupillari, eiusque definitione, & diuisione. 767
18 de quibus bonis fiat substitutio pupillaris. 768
19 an Substitutus excludat ascendentes pupilli, aut matrem in legitima & hereditate ab intestato eis debita. 768
20 quis possit Substituere pupillariter. 760
21 de Forma substitutionis pupillaris. 771
22 Quibus substitui pupillariter possit. 771
23 Anacephalæosis pupillaris substitutionis effectus rationes, & modi extinctionis eiusdem. 774
24 de Exemplari substitutione. 775
25 de Militari substitutione. 777
27 de Substitutione breuiloqua, seu reciproca. 778
28 de Fideicommissaria substitutione. 780
29 de iis, quibus fideicommissũ relinqui potest, & de reliquis quæ ad hanc substitutionem fideicommissariam pertinent. 785
30 de Extinctione fideicommissi. 788
31 de Trebellianica deductione. 788
32 de Legatis. 791
33 Quibus Legari possit, & de effectu, actionibus, & rationibus legatorum. 795
34 de Lege Falcidia seu de diminutione legatorum. 798
35 Cuius personæ institutio possit in testamento fieri. 801
36 Fine propter quem ea quæ diximus in superioribus de testamentis, summa cum prouidentia & labore tradita sunt, & de ratione eorundem. 803

LIBER XLIII.

De Mediis, quæ ad causam testati & intestati pertinere possunt.

1 De Codicillis. 805
2 de Bonorum possessionibus. 807
3 de Bonorum possessione secundum tabulas. 808
4 de Bonorum possessionibus contra tabulas. 808
5 de Bonorum possessionibus ab intestato delatis. 810

LIBER XLIIII.

de Præludiis ad causam intestati.

1 Quibus

Digitized by Google

1 Quibus modis cauſſa inteſtati excauſſa teſtamenti oriri poteſt. 810
2 de Præteritione filiorum. 812
3 de Exheredatione liberorum 814
4 de Inofficioſo teſtamento. 816
de Legitima. 819
65 de aliis mediis, quib. teſtati ca uſſa ad cauſſam inteſtati perueniat. 824

LIBER XLV.

De Succeſſionibus inteſtati.

1 De Inteſtati ſucceſſione in genere. 825
2 de Succeſſione Deſcendentiũ filiorũ & filiarum ex legitimo matrimonio, ſecundum iura ciuilia & pontificia. 826
3 de Succeſſione inteſtati filiorum Primogenitorum, ſecundum leges & conſuetudines regionum. 828
4 de more gentium in Succeſſione filiorum & filiarum diuerſo. 829
5 de Succeſſione Liberorum legitimorum tantum. 830
6 de Succeſſione filiorum Naturalium tantum & Spuriorum. 830
7 de Filiorum Legitimatorum ſucceſſione inteſtati. 831
8 de Nepotum ſucceſſione. 832
9 de Succeſſione delata Aſcendentibus inteſtatorum deſcententium. 834
10 de rationibus & Exceptionibus ſucceſſionum inteſtati aſcendentium, & de legibus harum ſucceſſionum extra ius Iuſtinianeum. 836
11 de Succeſſione inteſtati Collateralium Fratrum, Filiorumque. 837
12 de Succeſſione Collateraliũ vlterioris gradus, quã fratrum. 839
13 de Legibus ſucceſſionis collateraliũ alterius iuris quã Romani. 840
14 Quando ſuccedant ſibi ab inteſtato vir & vxor. 842
15 de aliis Succeſſionibus inteſtatorum, delatis quibuſdã aliis perſonis. 844
16 de delatione Succeſſionis inteſtati in fiſcum. 845

LIBER XLVI.

De Acquirenda vel amittenda hereditate.

1 De ratione huius libelli. 846
2 de Iure deliberandi. 847
3 de Confectione & iure Inuẽtarii hereditarii. 849
4 de Adeunda hereditate. 851
5 de Effectibus, & rationibus aditionis. 853
6 de Repudianda hereditate. 854
7 de Petitione hereditatis. 856
8 de Collatione bonorum. 858
9 de modis, quibus alicui Adimitur hereditas, vel pars eius obiter. 862
10 de Coniunctione & Diſiunctione quibus vtimur in Iure accreſcendi perpendendo in ſucceſſionibus, aliiſque iuris negotiis. 862
11 de Iure accreſcendi, & non decreſcendi. 863
17 de Dictatoris poteſtate & imperio. 900
18 de Magiſtro equitum, & eius imperio. 901
19 de Decemuiris, & Triumuiris ſummi imperii. 902
20 de Monarchię imperio, & poteſtate eius inter Romanos. 902
21 de Diſtinctione iudicum, ratione imperii & iuriſdictionis. 904
22 de Iudicibus delegatis in genere. 908
23 de Iudicibus, qui ex numero equitum Romæ eligebantur. 910
24 de Centumuiris iudicibus. 911
25 de Senatorib. Romanorum & Senatu. 912
26 de Senatu aliarum gentiũ, quam Romanorum. 918
27 de Senatu Gallicano. 915
28 de Conſilio Principis, ſeu de Prætoriano conſilio vel aulico. 917
29 de Cancellario ſeu Nomophylace, vel iuris præfecto Galliæ. 918
30 de Prætorib. & de Præfectis prætoriis diuerſis. 920
31 de Ædilibus. 924
32 de Prouincialibus Magiſtratib. aliis quam Prætoribus. 925
33 de Rectoribus prouinciarũ in Gallia. 927
34 de Tribuniſplebis. 929
35 de Præfecto vrbi. 930
36 de aliis Magiſtratibus quibuſdam per Satyram. 932
37 de Iudicibus mercatorum. 933
38 de Iudicibus ſummis & inferioribus ærarii Gallici. 935
39 de Arbitris & compromiſſariis. 936
40 de Adminiſtris iudiciorum & iudicum. 940
41 de Scribis, & Amanuenſibus. 934
42 de aliis Notariis ſeu Fabulariis publi. 936

LIBER XLVII.

De Iudiciis, & Iudicibus, & eorum Iuriſdictione & Adminiſtris.

1 De Iudiciorum comprobatione. 867
2 de nominis Iudicii acceptione. 869
3 de Definitione iudicii. 870
4 de Diuiſione iudicii. 870
5 de Diuiſione iudiciorum, ratione cauſſarum quæ deducuntur in iudicium. 872
6 de Diſtinctione alia iudicii, ordinarii & extraordinarii 872
7 de Rebus quæ deducuntur in iudicium, & de præcautione circa conſultationem. 873
8 de Perſonis quæ iudicia exigunt, & de ordine dicẽdorum ſequentibus libris. 875
9 de Iudicum conſideratione ex eorum perſona: & primum de prohibitione iudicandi per naturam. 875
10 de iis, qui Lege prohibentur iudicare. 878
11 Qui Moribus iudicare prohibeantur. 880
12 de Iudicum & Magiſtratuum diſtinctione, propter diuerſam dignitatem & poteſtatem. 881
13 de Imperio magiſtratuum in genere. 883
14 de Gladii iure. 884
15 de Imperio & Poteſtate Cõſulum Romanorum. 885
16 de Patritiatus & Cenſoris poteſtate. 888

LIBER XLVIII.

De Ordine iudiciorum.

1 De Ordinatione iudiciorum in genere. 948
2 de Citatione, ſeu vocatione in ius. 949
3 de Contumacia. 951
4 de Satiſdatione iudiciali. 954
5 de Libelli oblatione. 956
6 de Litis conteſtatione. 957
7 de Iuramento calumniæ. 958
8 de Dilationibus. 995

Digitized by Google

9 de Probationibus in genere. 961
10 de Probationibus quibusdã in specie. 962
11 de Præsumtionibus, & suspicionibus. 963
12 de Tortura seu Quæstione. 964
13 de Testibus. 967
14 de Probatione, & Productione instrumentorum. 972
15 de Purgatione vtraque, vulgari & canonica. 974
16 de Duello & Monomachia, seu singulari certamine. 978
17 de Conclusione litis. 980

LIBER XLIX.

De Legitimis personis, inter quas iudicia feruntur.

1 De Foro legitimo cõstituẽdo, ratione actorum, reorum, & negotiorum. 981
2 A quibus agatur, & qui conueniri possunt. 982
3 de Iudicum Reiectione, & Subsortione. 983
4 de Procuratoribus ad lites. 985
5 de quibusdam aliis speciebus procuratorum ad lites vt de Syndico & actore. 988
6 de Aduocatis. 989
7 de Aduocatis, & Cognitionibus, seu Procuratoribus regiis, & fisci. 992
8 de Salario aduocatorum. 994

LIBER L.

De Sententia, & iureiurando.

1 De sententia formanda in genere. 995
2 de Appellationibus. 999
3 de Iuramento in genere, & iurandi necessitate. 1005
4 de Iuramenti finitione, diuisione deque iuramento temerario, & promissario. 1005
5 de Confirmatorio contractuum iuramento. 1006
6 de Iuramento ad Iudicii & sententiæ definitionẽ pertinente. 1008
7 de Quibus iuretur, & de iis qui iurare debent vel coguntur. 1009
8 de Iuramenti quibusdã Formulis. 1010
9 de viribus & Effectu iuramẽti. 1012
10 de Periurio, & eius pœna generaliter. 1012
11 de Pœna periurii, secundum ius positiuum scriptum, ciuile, & pontificium. 1014
12 de Interpretatione, absolutione, Nullitate & remissione iuramenti. 1014

SYNTAG-

Digitized by Google

SYNTAGMATIS IVRIS VNIVERSI PRIOR PARS, DE REBVS IN GENERE.

LIBER I.

De Summaria in vniuersum rerum consideratione. CAP. 1.

1 *Rei appellatio quare generalis.*
2 *Rei appellatio, & quæ sunt* Patrimonij, *& non patrimonij continet*, Corporaliaque & Incorporalia.
3 *Rerum diuisio, in Corporales & Incorporales: & earum discrimen.*
4 *Materia & forma quid.*
5 *Corpora simplicia & composita.*

GENERALIS rei appellatio ex eo nata videtur, quod rei nomen à Græco verbo ῥέω, id est *fluo*, † confictũ & tractum videtur, vel ab Hebr. רס *ros*, id est, *muscus*. Siquidem veluti quodam perpetuo flumine vnda vndam sequitur, & altera aliam impellit, & inuicem commiscentur: Sic ex vna prima rerum materia & substantia, perpetua quadam alteratione, res variæ fiunt & nascuntur, & miscentur: generalis quippe rerũ fuit creatio *Cælum & Terra*, in primo die Geneseos orbis; *Genes.* 1 quæ per dies sequentes distincta est à summo & 2 omniporente rerum omnium opifice Deo. ¶ Quamobrem † rei significatio latissimè sese diffũdit, in ea, quæ patrimonij nostri sunt, & quæ extra patrimonium & possessionem habentur, & *Paul. Iurisconsul. notat, l. rei appellatio. l. 5. de verb. sign. lib. 50. P. tit. 16.* Vt merito præter hanc rei appellationẽ tanquam generalem elegerit, in edicto *De rebus creditis* conceptione, *teste Vlpiano l. 1. §. fin. de rebus cred. lib. 12. P. titul. 1.* Nec interest corporalia sint, an incorporalia: vtraque namque continentur, *tit. de reb. corp. & incorpor. lib. 2. Instit. tit. 2. Paul. l. 1. de rer. diuisi. lib. 1. P.* Siquidem & facta continentur quoque, *not. glos. in d. §. fin. l. 1. de rebus cred. & Vlpian. in l. nomine & rei, l. 6. de verbor. signifi. in P.* & personæ ipsæ *apud Modestinum, l. omnia 32. §. fin. de leg. 1. lib. 31. P. tit. 1.* causæ & iura, *Vlpian. in l. rei appellatione, 23. de verbor. signifi. in P.* Et in summa, & omnia reliqua quę sunt, vt & Ausonius ait: *Imperium*, inquit, *litem, Venerem, cur vna notas res: Quodque illa res non est, nihil est.* D. *August. lib. de doctrin. Christian. & 1. sentent. dist. 1.* Sic Cicero, *in part. orat. res bonas vel malas* dici tradit, *vel animi vel corporis vel externorum*, cui & omnes subscribunt. Facilioris tamen doctrinæ gratia, personæ à rerum communi appellatione distinguendæ sunt, & negotia seu actiones, vt & ante fecit Caius, *in l. 1. de stat. hom. lib. 1. P. tit. 5.* & postea Tribonianus *§. final. de iur. nat. lib. 1. Instit. iur. ciuil. tit. 2.* ¶ Est † autem rerum potissima & prima diuisio in corporales, & incorporales: illę, quæ sui natura tangi viderive possunt: istæ minimè, *Iust. in §. 1. de reb. corp. lib. 2. Inst. tit. 2. Paul. l. 1. de rer. diuisi. lib. 1. P. tit. 8.* Vel, vt Cic. *in Topicis dixit*, aliæ res sunt, aliæ esse intelliguntur. Plato *dial. 6. de republic. & rursus in Phædone* genus rerum aliud visibile, aliud inuisibile & intelligibile constituit: atque corpus visibile, animam autem ex genere inuisibilium dixit. Porro res corporales distant inter se per exteriores terminos & sensibus comprehensibiles: res vero incorporales, quamuis per exteriora discrimen non admittant, intimis tamen proprietatibus discernuntur. Sic ideæ ab ideis, in mente: scientiæ à scientiis, in anima: mens ab anima, mentes à mentibus, anima ab animis, *vt ait Plotinus lib. 4. Ennead. 6. cap. 11.* In corporalibus rursum, duo perpetuo obseruare conuenit, materiam scilicet & formam, per quam ex caligine materia lucem accipit. Sicut & in intellectualibus, quòd profundum incognitumque est prius, materiæ instar est, quæ lumine rationis è lustris ad intellectum reuocatur, formamque intellecti suscipit. Diuidit enim, & perpetuo vis intelligendi rem examinat, quousque ad id quod simplex est, nempe ad verum peruenerit, quod videlicet resoluit vlterius non valeat, *idem Plot. lib. 4. Ennead. 2. c. 5.* ¶ Materia † cum 4 apud alterius doctrinæ professores, tum etiam apud Iurisconsultos est, quæ vnicuique transmutationi subijci potest: vel id, ex quo aliquid fit, vel fieri potest, *Caius l. adeo, 7. §. eũ in suo, de acquir. rer. dom. lib. 41. P. tit. 1.* Forma, est transmutationum effectrix, res ab inuicem & à seipsis distinguens, *d. l. adeo. §. insulam. Vlpi. in l. Iulianus. 9. §. si quis rem, ad exhib. lib. 10. P. tit. 4.* ¶ Corporum † alias vt simplicia in iure, alia vt composita, considerantur: quemadmodum & Aristoteles, 1. *de cælo, cap. 12. & sequentib.* simplicia & Physici nominant quatuor elementa, *aerem, aquam, terram, ignem*, & quintum corpus *æthera*, & quæ in eo. Verum differunt in eo Iurisconsulti à Physicis & Philosophis aliis, vt elementa quatuor simplicitate illa inuisibili, quam illi ponunt, nõ considerent, sed quatenus cum mole & visibili forma nobis apparent, elementa inquam mixta, vt seorsum de terra, seorsum de aqua, & similiter de igne, & aere hoc pertractent. De quibus exempla oculis subijciemus.

De Terra. Cap. 2.

Terra pura quid.
1 *Noualis terra qua, & qua integra.*
2 *Terra pro regione, &* Territorio.
34 *de Alluuionum incremento: aliaque terræ inhærentia ponuntur.*
5 *de Viarum publicarum cura & curatoribus.*
6 *Quatuor viri viarum.*

VLpianus terram puram, aliis † secibus nõ mixtam describit, dum ait, *in l. 1. §. pen. de via publ. lib. 43. P. tit. 9.* [*nemo potest in viam terrenam, glaream mittere, aut ibi sternere lapides*:] glaream medium ponens inter lapides & veram terram. Quamquam & illa aliquando terra dicatur, cum adiectione accidẽtali: vt Georgici sæpe terrarum discrimina insinuant, dum dicunt *terram vel calculosam, vel arenosam, putrem, nigram, & id genus.* Alio modo locus purus dicitur, qui neque sacer, neq; sanctus, neque religiosus est: sed ab omnibus nominibus vacare videtur, *Vlpi. in l. 2. §. pũrum, de religi. & sumt. fun. lib. 11. P. tit. 7.* ¶ Et † apud Iurisconsultos 2 alia noualis, nuperrime quæ est proscissa, & à dumetis, & sentibus repurgata, & aratro nũc primum aperta, *c. 1. & c. quid per nouale, de verb. signific. apud Gregor plura Specul. tit. de pro bat. in §. fi. & Versi. cur nouale, & quãdiu dicatur nouale*, vel quæ anno præterito cessauit, *Paul. in l. sylua, 30. §. noual. de verb. sign. lib. 50. P. tit. 16.* Alia integra terra, in quam dominus nondum pecus immisit pascendi causa, *d. l. sylua, §. noualis.* ¶ In † summa, illud omne, quod teritur 3 pedibus hominum & consequenter vniuersus orbis, terra dicitur: & aliquando tamen, addito vocabulo alio, pars à toto distinguitur, proque aliqua regione, regno, vel natione eius nominis exauditur, vt dicimus terram sanctam. *c. ad liberandam, de Iudæis in decretal. cap. cum in partibus. de verbor. signific.* Sic vniuersitas agrorum intra fines cuiusque contenta, terra & territorium non impropriè dicitur à Pomponio, *l. pupillus, 239. §. territorium. de verborum signific. lib. 50. P.* quod intra illos fines magistratus habeat terrendi, id est, *submouendi* ius. Cui affinia significatione sunt nomina, *districtus, dioecesis, iurisdictio*, & id genus sono tenus dissimilia. ¶ Circa † terræ tractationẽ agitantur quæstiones, de alluuionum latentibus incrementis, quæ sequuntur terrarum qualitates, & dominia quibus accedunt, *Gordi. Cas. in l. 1. §. final. & Arcad. Honor. & Theo. in l. 2. & Theo. & Valen. inl. 3. de alluui. lib. 7. C. tit. 41. cap. ex transmissa, iuncta gl. in verbo minutatim, de præscrip. l. ad. 9. §. præterea. de acquir. rer. domin. lib. 41. P. tit 1. §. præterea, de rer. diuis. lib. 2. Instit. tit 1.* exemtis agris limitatis militibus distributis, *l. in agris, de acq. rer. dom. lib. 41. P. tit. 1.* Agitur & de seruitutibus itineris, actus viæ, & aliis prædialibus, de quibus proprij extant tituli, *vt de itinere actúve priua. cum similib.* & leges, *Pomponius in l. si tam angusti, 12. de serv. lib. 8. P. tit. 1. Vlpian. l. 1. Cassus l. via 8 Paul. l. via, 23. de seruitut. rustic prædior. lib. 8. P. tit. 3. cum similib.* Et vt vicinus, via publica terræ motu, vel aquarum iniuria sublata vel intercepta, teneatur per terram suam proximam iter publicum pati, *Iabolen. in l. si locus, 14. quemad. serv. amit lib. 8. P. tit. 6.* Pertinet & huc, titulus De ripa munienda, *libr. 43. P. tit. 14.* titulus, Finium

Digitized by Google

regundorum, *lib.*10. *P.tit.*1. titulus, Si mensor falsum modum dixerit, *lib.*11. *P. tit* 6. ¶ Huc † potest pertinere curæ pars ædilium curulium circa vias publicas, vt illæ aperiantur occlusæ, reficiantur, & purgentur, id est, ad liberamentum proprium reducantur, ne effodiantur vel subruantur, ne quid in his ædificetur: non proiiciantur in his stercora, non morticina, non coria, non alia noxia, ne in viis rixari permittant, *Vlpianus in l.1.& 3. de via public. lib.* 43. *P. titul.*10. Ne fiant impedimenta itineris, specus, ponsve per viam publicam, *Vlpian. in l.2.§. tractatum est, ne quid in loc. publ. lib.* 43. *P. tit.*8. *Pompon. l.1.& Paul. l.2. de loc. & itin. pub. lib.* 43. *P. tit.*6. Sic Themistocles, & Areopagitarum iudicium, *Heraclides de politiis in Atheniensibus*, viarum publicarum curam gerebant, ne quis in eis ædificaret, aut constitutos terminos excederet: quia viæ publicæ solum, publicum est, neque in his ius est, aliquid operis priuato faciendi, *d. l.2.§. ait prætor, ne quid in loco publ.* Vocantque ideo Græci βασιλικὰς has, *basilicas* vel regias, *hoc est*, regis, qui iuris publici tuetur vim & causam. Sicut & in sacris literis, regia via, publica etiam dicitur, *Num. c.*21. Romanis, prætoria, consularis, *d. l.2.§. ait prætor.* & militaris, *Paul l.3. de locis & itiner. publ.* Singularis lex Alexandri Seueri Cæsaris, literis consignata à Lampridio, *in Alexand. Seuer.* vt si quis è suis militibus de via in alicuius possessionem deflexisset, pro qualitate loci, aut fustibus subiceretur in eius Alexandri, scilicet conspectu, aut virgis, aut condemnationi: & si hęc transiret dignitatis homo, grauissimis contumeliis afficiebatur, dicente eo, *Visne in agro tuo*
6 *hæc fieri? alteri ne feceris quod tibi fieri non vis.* ¶ Constituti † & olim quatuor viri, qui curam viarum agerent, paulo post creationem consulum *Pompon. in l.2. §. eodem tempore, de orig. iur. lib.*1. *P. tit.* 2. Cura etiam reficiendarum viarum non negligebatur à Cæsaribus: nam & has mandauit Octauianus reficiendas, partim publicis, partim suis, partim patrum quibusdã sumtibus. *Dion Cassius. lib.* 53. *hist. Rom.* Itaque Cæsar exsistens, viarum curator cõstitutus, prætorios viros etiam viis reficiendis, qui binis lictoribus vterentur, designauit, *idem libr.*54. Itinera namque publica maxime commerciis hominum conseruãdis necessaria sunt: vt impium etiam visum fuerit, non tantum ea impediuisse, sed etiam errantibus ab iis, viam non demonstrasse. Cuius rei in collectione antiquorum comicorum, *c.5. in Diphili sententiis*, Diphili ponuntur comici testimonia.

Ἀγωγὲς ἐν τοῖς ὁδοῖς
Ὅτι ἔξεστιν εἴ τις μὴ φράσει ἢ ὀφθαλὸς ἰδών,
Ἢ πῦρ καύσει, ἢ διαφθερεῖ ὕδωρ, id est,
Seu in excerationibus
Illud adjecis, si quis non recte monstrauerit viam,
Aut ignem succenderit aut aquam corruperit.

De Aqua. Cap. 3.

1 *Aqua fluens & pluuia.*
2 *Aqua stagnans, aqua Viua, Flumen, & fluminum partitio, Torrens, Riuus, Ripa Littus.*
3 *Aqua nostra, aliena, ex qua seruitutes, ductus haustusq; ad aquam pecoris appulsus.*
4 *Aqua quotidiana, æstiua. Mare excipiens omnes aquas.*
5 *In Mari iurisdictio, quæ ibi distinctio terminorum, & necessitas earum vicinorum.*
6 *De Nautis, Nautis, & legibus nauticis.*
7 *Maritimi improbi.*
8 *De Almyrarchi, quem dicunt Admiralum, iurisdictione.*

1 AQua apud Iurisconsultos † per accidentia distinctionẽ accipit pari modo, vt terra: nam vel considerant tanquam profluentem, cuius vsus communis sit, siue profluat à cœlo, siue perpetuo flumine labatur, aut aliter, *§. & quidem, de rer. diuis. lib.*2. *Instit. tit* 2. *& ibi Accurs. vt l. fluminum*, 24. *de dam. inf. lib.* 39. *P. ti.*2. Quæ de cœlo cadit, pluuia dicitur, quæve imbre excrescit, siue sola fluat, siue cũ alia misceatur. Sicq; explicat Vlpianus edictũ prætoris, *l.* 1. *de aqua plu. arc. lib* 39. *P. ti.*3. de aqua pluuia arcenda.

2 ¶ Quæ † si aliquo loco excipiatur & concludatur, vt *Cisterna*, vel aliter, dicitur *aqua stagnãs*, qualis in stagno, in lacu, fossa, & piscina. *quid ea sint, explic. Vlp. l.*1. *vt in flum. publ. nauig. lice. lib.* 43. *P. ti.*13. in quo differt & veluti opponitur aquæ viæ, quæ nõ è cœlo cadit, sed ex terra nascitur, qualis in fonte, *in l.*1. 4. 1. *de fonte, lib.* 43. *tit.* 21. *P.* vel etiam in puteo, qui ex suis cuniculis aquas accipit, quæ & viuæ ea ratione dici possunt, sicut & nominauit Vlp. *in qui in puteum, l.*11. *quod vi aut clam lib.*43. *P. tit.* 23. quando portionem agri dixit aquam viam. Quando autem vel ab imbribus collecta aqua vel à fontibus scaturiens, perpetuum agit fluxum, *flumen* facit: quod tamen à riuo differre creditur, aut magnitudine, aut existimatione circumcolentium. Atque rursum, fluminum quædam perennia, in quorũ alueo aqua nunquam deficit. Alia *Torrentia*, quæ tantum hyeme fluunt. æstate exsiccantur solibus, *l.*1. *de flum. lib.*43. *P. tit.*11. *Riuum* Vlp. dicit, *l.*1. *§. ait ergo prætor, de riuis, lib* 43. *P. tit.*20. locũ per longitudinem depressum. Ea omnia, vel publica, vel priuata sunt. Et vicina alueis loca, vel *Ripa*, vel *Littus* nominantur, *d. l.*1. *§. ripa, de flum. & Iusti. §. littus, de rer. diuis. lib.*2. *Inst. Modest. l. littus*, 112. *de verb. sign. li.*50. *P. tit.*16. quatenus fluũt hybernis fluctus naturalem viam secuti, *d. l.*1. *§. ripa, de flumin.* Et apertius ripa, ea quæ plenissimum flumen continet, *l. pen. de flum.*
in P. ¶ Dicimus † & *Aquam nostram* esse, quæ in nostro agro nascitur; vt alienam, quæ ex alieno deriuatur, *Alex. Imp. in l. aqua.* 3
*4. & l. laudius Cæsar, in l præses prouinciæ, de seruit. lib.*3. *C. tit* 34. *addendus & Vlp. in l. Proculus.*26. *de dam. inf. lib.* 39. *P. tit.*2. In aliena aqua seruitutes constituuntur, ductus aquæ, *d. l.*1. *§.*1. *de font. in P. l.* 1. *de riu.* Aquæ haustus, pecoris ad aquam appulsus, *d. l.* 1. *de riu, de omnibus in l.*1. *de seru. rust. prad. lib.*8. *P. tit.*3. *& Iusti. in §. inter rusticorum. eo. tit. Inst. iur. ciuil.* Atque ad ductionem aquæ pertinet stillicidij immittendi caussa, quæ & seruitutem facit, *l. seruitutes.* 4
*19. §. si sublatum, cũ sequen. §§. de seruit. vrb. prad. lib.*8. *P. tit.*2. ¶ De † hinc & edictum de *Aqua quotidiana & æstiua*: quotidianam autẽ aquam vocamus quæ quotidie, æstate, & hyeme duci potest: æstiuã porro illam, quæ æstate tantum, *l.*1. *de aqua quoti. & æsti. lib.* 43. *P. tit.*19. idque arte. Ceterũ natura fit alia ductio omnium fluminũ, riuorum, & fontium, siue per apertos cursus, vel aditos cuniculos, in mare quod est centrum aquarum omnium, ex quo oriuntur, & in quod reuertuntur, *Eccles. c.*1. *& Eccles. c.*40. *& Leuit. c.* 8. *Arist. Mete. lib.*1. *c.*1. ex omni terræ latissima circumferentia, & cauernoso, spongioso ve vtero. Vocauit quippe Deus in mundi genesi terram aridam: cõgregationes autem aquarum maria, *Gen.*1. Quæ quidem magis fœculentam aquam continent, vt pote mari participe humoris, aeris & terræ, vt Aristoteles docet, *lib. de mundo. in prin.* Quo fit corpulentius, & aqua potui incommoda, ob multã portionem terræ & paucum humorem, quibus ibi vt plurimum testacea generantur & coalescunt. *Arist. lib.*3. *de gen. anim. c.*11. *& problem. sectio.*23. *q.* 7. ¶ Et † hoc ipsum mare etiã consi- 5
derant Iurisconsulti, tũ late diffusum, tũ etiã littora eius. Siquidẽ & diuisum mare per varia imperia: atque iurisdictio in pelago, non omnibus, sed certis competit. Sunt enim & mari certi fines natura per Deũ cõstituti, & tamẽ terminus vnus generalis: quod indicatur in sacris Prouerbiis, *Prou. 8. c. Quando*, inquit sapientia æterna, *circumdabat Dominus mari terminum suum, aderam: & quãdo legem ponebat aquis, ne transirent fines suos.* Est autẽ terminus generalis in Oceano mari, quod quidẽ velociter orbẽ omnẽ ambiẽs, infinitum, sicut ait Põponius Mela, *in pr. li.*3. *Pompo. Mela. de situ orbis.* efficit pelagus, vt terra omnis ideo insula dicat ab Strabone, *circa pri. lib* 1. *Georg.* Et Plotinus *lib. de proui.* aquam videri totam terram obruiturã, ni intra suos fines à summo opifice cõtineretur, animaduertit. De quorum diuisione late Macrobius *lib.*2. *in som. Scip.* & Arist. *c.*9. *li. de mundo.* Ex his mediterraneum mare caput attollit, per varios sinus in fluente Oceano secund. Solinum, *c.*22. Inter Abylã. n. & Calpẽ irrũpens, Africã ab Europa diuidit. Et in summa, ne geographũ agam, vtrisq; mare Oceanũ, & Mediterraneũ, à regionibus quas alluit, diuersa assumit nomina. Veluti appellamus Oceanum Atlanticum, Britannicum, Germanicum, Sardinium, Gallicum, Adriaticũ, Siculum, Creticum, Ægyptiũ, Pamphiliũ, Syriacum, Ægæum, Mirteum: & ad ortum solis Oceanum pariter Indicum, Persicum, &c. Et Mediterraneum, Ibericũ, Ligusticum, Tuscum, Tyrrhenum, &c. Ex quibus, *de Iurisd. in maris, & quando, & quis possit inibi tributa imponere, vide disputatum apud Cepollam, lib.*2. *de seruitut. rustic. prad. c.*26. *à num.*4. *& que ad* 29. quia constat tribui nomina mari à locis vicinis, procul dubio cõstat, & curam horum sinuum, ad illas regiones pertinere debere, vt tutæ pyratis, barbarorum hostiumque incursionibus sint, & nauigationes mercium extra aliam prædæ ad incolas littorum, & ciuitates vicinas perueniant. Et quia nauigandi vsus frequens fuit, simul & nauigij iura introduci oportuit, quæ nec cõstitui debuerunt, vel potuerunt facilius, quam ab iis, qui in proximis mari locis imperant: ideo notant Ioannes Andreas. *glos. in c. vbi periculũ, circa primam explicationem. in fine*, & post eum Dominicus, *in d. c. ad §. porro, de elect. lib.*1. *& sexti tit.*6. *Bald. in l pe. de instit. sub cõd. fact. C. Bald. in c. accedens. in fine. & lit. non contesta. Dec. in cap. licet caussam. in* 2. *col. de probat.* quod licet mare non sit in alicuius territorio vel dominio, eo quod iure gentium diuisum non sit, sed omnibus pateat, *Celsus in l. littora.*3. *ne quid in loco pub. lib.* 43. *P. tit.* 8. tamen maris partes, eius ciuitatis cẽseantur, quæ proxima est, *Vlpian. l. venditor.*14. *commun. prad. lib.*8. *P. tit.*4. Sic & Carus. *l. insula.*9. *de probat. lib.*5. *P. tit.*1. Insulæ, inquit, Italiæ, pars Italiæ sunt: sicut & cuiusque prouinciæ. Quare probe Antonius Imperator respondit Eudemoni, *l. ἐξίωσις, alias deprecatio.*9. *ad l. Rhod. de iact. lib.*14. *P. titul.*2. Nicomediensi, qui naufragium fecerat, & direptione vexatus fuerat in mari Italico, ἐγω μὲν τοῦ παντὸς κόσμου κύριος: ὁ δὲ νόμος, τῆς θαλάσσης, &c. *Ego quidem totius mundi dominus, lex autem, maris: secundum itaque legem Rhodiam indicate nautica, dummodo in iis legibus nostris nihil aduersetur.* Fuerunt quippe leges antiquæ de nauigatione à Rhodiis, qui maxime freta sulcabant, latæ, *c. Rhodia.*2. *distinct. in decret. Gratia* postea & illis approbatis, aliæ de naufragio à Romanorum nomothetis promulgatæ, *Vlpian. in l. quo naufragium.*2. *de incend. rui. & naufr. lib.*47. *P. titul.*9. *Diocle. & Maxim. C. C. in fin. de fur. lib.*6. *C. tit* 2.

¶ Exstant † & proprij in posterioribus libris Codicis Iusti- 6
nianei tituli, de nauicular. *lib.*11. *C. tit.*1. de nautis *lib.*11 *C. ti.*26. Tyberinis, de naufragiis, *lib.*11. *C. tit.*5. Refert & Strabo, *lib.*10. *Georg.* primum mari imperasse Minoem. Quod Diodorus Siculus. *lib.* 6. Neptuno tribuit, & quia primus classem mari induxerit, ob id maris imperatorem dictum. Quamquam alij aliter sentiant, vt refert Polydorus Virgilius *lib.*3. *de Inuent. rer. cap.*15. qui inuentiones nauium

Digitized by Google

nes nauium,& ratis adiudicauit quibusdam Noacho iunioribus, cum tamen constet Noachum, & nauem quam dicimus arcam, tempore cataclysmi fabricasse,*Genes.6.Beros.in 2. Ioseph.in 1. antiq.Iudaic.* Etsi non diffitear seculis sequentibus Noachum,aliquos alicubi vsum demonstrasse, & imperandi per vim sibi sceptrum arrogasse,non aliter quam contigit etiam in terra,simulque leges aquis finitimis,& insulis dictasse, sicut & regnicolis aliis. ¶ Quinimo, † in maritimis potissimũ ciuitatibus & regionibus,opus fuit maximo salutis fundatore,& diuinis legum latoribus, vt monet Plato, *dial.4.de ll.* ne multos ac varios mores, simulque prauos huiusmodi regionis natura contraheret. Nam cum eiusmodi loca,cauponando mercibus & pecuniis repleantur, fiunt incolarum & accolarum dolosi animi,instabiles,& infidi mores:accedit inhumanitas & feritas, quæ vel propriam indit nautis naturam. Si quidem illi propter sanguinem crassum, non secus ac aurigæ,& baiuli euadunt feroces, plerumque improbi,sine stimulis conscientiæ,sine metu,nulla ducti religione,humanitate,vel pietate, quia iis sanguis tetro, ac insuaui halitu,cerebrũ impler. Et sicuti atra denique nubes soli offusa, radios eius intercipit, ac lumen offuscat: sic humor, qui in illis dominatur,mentem obnubilat, atque ad noxia quæque impellit, prout etiã animaduertit Leuinus Lemnius,*lib. 5. de occult.rer. mirac.c.16.* Idcirco & seuerius & accuratius legum aculei, in his regionibus erant exserendi. ¶ Proinde † Iurisconsulto futuro & leges horum cognoscendę sunt,quæ de aquis latæ sunt.quarum aliquas summo digito indicabimus, dummodo monuerimus in Gallia præfectum maris constitutum, quem corrupta voce dicunt *Admiralum*: cum dici debeat Almyrarchos,*Ioachimus Peronius, lib.de ling. Galli. cum Græca cognatione*,ac si dicas,fallugihis vel maris principem, cuius iurisdictioni & imperio,post principem, omnes,qui maritimas incolũt oras circa Gallias, obtemperant,dũm de eius caussa agitur,vt apparet ex constitutione regia Frãcisci primi,*Ordonn. du Roy François sur le faict de la marine, art.*30. Cura autem eius versatur circa res bellicas, & apparatus omnes nauales,estque tanquam imperator in exercitu,& apparatu nautico:ideo ei ius decimæ omnium quæ capiuntur ex hostibus tempore belli,*ead.constitut.art.23.* Sicuti & ius salarij peteudi pro commeatu tuto & comitatu militari, quem tenetur præstare tempore belli mercatoribus regni vel aliis fœderatis,*eadem constitut.art.28.* Exigendi etiam ei potestas iura excubiarum, id est,*de guet*,ab accolis maris tempore pacis,sicut & tempore belli cogere potest ad vigilias & excubias,vt ex speculis signum dẽt incolæ:interdiu fumo,noctu igne,*ead.constit. art.31.* Constituit & milites stationarios pro custodia piscatorum, ne inuadantur ab hostibus,*ead.art.10.*

De legibus aquarum. Cap.4.

1 *Aquarum publicarum vtilitas non immutanda.pons,nauigatio libera,& piscatio.*
2 *Aquarum abusus mulctatus per curatores aquarum.*
3 *Piscari non licet in mari cum lumine.* Phari.
4 *Seruitus aquæ excipienda,non voluptatis reuisuiscens.*
5 *de Molendinorum fluuiatilcorum constructione.*
6 *de Molendinis bannariis.*

1 INter leges † aquis dictas illa est singularis, non licere manu facto opere cursum fluminis immutare,*Vlpian.in l.1. ne quid in flumin.publ. lib.43.P.tit.12.* etsi liceat ita in ripa opus facere,ne flumen agris nostris noceat, *Vlpianus l.1.de ripa munien. lib. 43. P. titul.14.l* 1.C.*de alluuion.* Non autem quicquam immittere, vel in flumine facere,vel eius ripa, quo statio nauium iterve nauigij deterius fiat,*Vlpian.l.1.de flumin.lib.43.P.tit.*11. Neque *Pontem* priuati iuris,quisquam supra flumẽ publicum facere põt,*Scæuola,l.fin.eod.de flumin.* At quilibet sine prohibitione priuata,in flumine *Nauigare* potest,in eiusque ripa libere ratem nauemque onerare,& exonerare,*Piscari* sicut & in mari,*Vlpian.l.1.& in flum. publ.nauig.lic.lib.43.P.tit.13.& l.2.§.si quis in mari,ne quid in loc.pub. lib.43.P.tit.8.Celsus,in l.littora.3.eod.Vlpian.in l.iniuriarum actio,* 13. *§.final.de iniur.lib.* 47.*P.titul.*10.*Mar.in l.2.&* 4. *&* Caius *l. riparum.l.5.de rer.diuis.lib.1.P.tit.8.Iustin.in § flumina.& seq.§§. eod. tit. in Instit.iur.ciuil.tit.1.lib.2.* quia horum omnium vsus communis, non secus quam aeris,sicuti Iustinianus tradit.*§.1.& §.& quidẽ, 8.de rerum diuis.apud Iustin.Mart.in l.2.& 4.Florent.l.3.eod.tit. in P.* & ita apud Ouidium 6.*Metamorphos.* Latona alloquebatur pueros Lycios rusticos:

Quid prohibetis aquas? vsus communis aquarum est:
Nec solem proprium natura,nec aera fecit,
Nec tenues undas.

Sic & Augustus,*Execrabile*,inquit,*videtur domos huius almæ Vrbis aquam habere venalem,l.ad reparationem.7.de aqua d.lib. 11. C.* vbi scilicet est copia & publica:nam priuatam licet, potissimum in locis vbi est penuria,*vt in l.mela.§.quadam.de aliment leg. in P.* Apud tamen Platonem *dialog.7.de legib.in fin.* hæc lex est, *Piscator nec in portubus,nec sacris fluuiis,paludibus,stagnisve venetur : in aliis liceat,dummodo succorum non vitetur permixtione.* Quod de lacu,& piscina iuris & dominij priuati negatur,vetante domino,*d.l.iniurarum,§ fin.de iniuriis,d.l.1.§.si priuata,vt in flumin.public nauig.lice.*quamuis in legibus Longobardorum,*lib.1.legum Longobar.tit. de homic.liberorum hominum,& de monomachiis.l.item animalia est, & tit.de damn.in viam dato, l.si animal in puteo.* aqua puteorum priuatorum esse communis omnium vtilitatis dicatur, ex statuto Regis Rotarij.Verum & ij refectionibus contribuunt secundum Speculatorem,*titul.de lud.§.sequent.*

¶ Ceterum,† sicuti vsus cõmunis publicarum aquarũ liber fuit: sic & abusus legib. coercitus.Et apud Græcos Themistocles,*Plutarchus in vita Themistoc.* apud Romanos M.Portius Cato, & Lælius Valerius Censores,*Liuius lib.9.decad.4.* omnem aquam publicam seu fontiũ,aquæ ductuum,seu fluminũ publicorũ, in priuatum ædificium aut agrum fluentem ademerunt,& quæ in loca publica ædificata amolitave habebant, intra dies triginta demoliti sunt:Themistocles nãque fluuiorũ cognitioni& curationi Athenis præfectus,huiusmodi quasi seueriſſime deliquisset,multã inflixit seueriſſimã,teste Plutarcho,*in eius vita.* Et iura & priuatis deductionẽ illã aquarũex publico,citra priuilegij cõcessionẽ,prohibent,*l.2.3.4.6.9.de aqua du.lib.*11.C.*tit.*42. séper.n. priuatorũ cõmodũ publico postponẽdum est,& ei quod plurib. prodesse potest,*l.3. de primipil. lib.*12.*C.titul.* 63.*l.uni. §.pen.de cadu. toll.l.6.pro tit.* 50. *Paul.l. actione.* 56.*§. Labeo pro socio,lib.*17.*P.titul.*2. Meminit & Gellius,*lib.*3.*noct.cap.*20. Nolanos ita hoc ius conseruasse, vt neque Virgilio permiserint aquam ducere in propinquum rus:eoque iratum Virgilium,ex suis versibus Nolanos expunxisse, vbi antea cecinerat,

Dines erat Capua & Vicina Vesevo
Nola iugo.

¶Idcirco† vetitum est piscatoribus, ne noctu cum lumine piscentur: ne offenso lumine fallant nauigantes, quasi portum aliquem appulsuros, eoque modo in periculũ naues, & eos qui in eis sunt, deducant, sibique exsecrandam prædam dent. *Vlpia. in l.ne piscatores.*10.*de incend.ruin. & naufr.lib.*47.P.*tit.*9. Proprium enim est portibus,lumen in editis locis constitui, ad quod enauigent intempesta nocte errantes in pelago nautæ. Quamobrem & speculæ,vnde lumen dependet, *Phari* dicuntur ἀπὸ τοῦ φαίνω. quod lucidũ significat mutata litera N,in R,& proinde illa altissima turris in Canopico ostio Nili sita, Pharus vel Pharo dicta, quia,

Lumina nocturnæ tollit Pharus amula Lunæ.

quo lumine deficiẽte, indicium itineris cum periculo naufragij amittitur,non aliter quam Musæus scribit Leandro contigisse, dum ab Abydo ad Sestum enataret visendi Eri gratia, qui extincta lucerna loci, ad quam pergebat, erans misere fluctibus maris inuolutus, submersus est. Pariter & referunt Nauplium patrem Palamedis, vt iniustam filij necem vlci sceretur, obscura nocte redeuntibus Græcis, ex Cæphareo promontorio lucẽ ostendisse, ex qua illi portum proximum arbitrati impegerunt in scopulos naufragi.Sunt & aliæ nautarum obseruationes,quas Deo fauente in explicanda exercitoria actione, post contractos nominatos trademus. ¶Ceterum † interim & aliæ leges de aquis subeunt,inter priuatos controuersias dirimentes: vt si quidem de pluuiali agatur, eaque noceat vicino ex proximo fundo demissa, toties cõpetat remedium, de aqua pluuiali arcenda. quoties manufacto opere in agro, vicino agro nocitura est. si quis manu fecerit,quo aliter fluceret, quam soleret natura : vel si immittẽdo maiorẽ eã fecerit, aut citatiorem,aut vehementiorẽ, aut si eam comprimendo redundare fecerit.*Vlp.in l.1.§.hac autem actio. & §.idem annuit, & §. si vicinus,§.denique, de aqua plu. arc.* aliter autem, si natura agri noceat, remedium vllum auertendi non conceditur,*d.l.1.§.fin.& l.2. de aqua plu.* quanquam noceat inferioribus prædiis, naturali hoc onere cum pinguedine quæ ex superioribus defluit, compensato:vt vetustas seruitutem huiusmodi constituisse videatur,non secus quam consuetudo præscripta,aut vsus, qui quatenus memoria extenditur non habuit controuersiam, & sine contradictione constituisse seruitutẽ aquæ immittendæ, *l.hoc iure, §.ductus aqua, de aqua quotidi. Claudius Cæs.l.præses prouinciæ.6.Diocle.& Max.in l.si manifesta.7.C. de seruit.& aqua lib.*3.*C.tit.*34. *Scæuo.in l final.de aqua pin.arc.* dicitur. Patiẽtia quippe domini agri excipiẽtis aquã cũ non ante dissenserit,videtur ius superiori concessisse, *Pompo.in l.Labeo ait.*19. *cum 2.ll.seqq.de aq.plu. arc.in* P. *Vlpia.l.si quis diuturno* 10.*si seru. vindic.lib.*8.P.*tit.*5.vt in reliquis prædialibus seruitutibus. Neque quisquã magis alienare videtur, quam dum ab alio suam rem, palam tamẽ,non vi.nõ precario, nec clam,patitur vsucapi,*Paul. l.alienationis* 28.*de verb.sign.lib.*50.P.*tit.*16.& possideri Neque in alieno prædio quisquam ius habere potest, nisi volente domino, potissimum ius seruitutis, quod prædio inhæret seruienti & illius libertatem minuit, sicuti prædij dominãtis auget commodum,*vt ait Bart.in rub.de seruit.in* P. vt ex trita seruitutis finitione patet.Siquidem sine commodi fine,constitui non potest,cũ reiiciantur ob voluptatem solam constituendæ seruitutes,*Paul.l.vt pomum.*8.*de seruit.lib.*8.P.*tit.*1. Neq; ex alieno prædio inuito domino quis ducere aquam potest, *Alex.in l.aquam.*4.*de seruit.lib.* 3.*C.* nisi ius habeat seruitutis. Quod quidem ius, aqua aliena vn-

Digitized by Google

de ducitur intermoriente vel exarescente, intermoritur: & renascente, reuiuiscit, *Papin. in l. vnus ex socio.* 34. *§. fin. cum l. seq. de seruit. rust. lib.* 8. P. *tit.* 3. Nam etsi seruitus ad certum tempus vel ex tempore constituatur: illud non ad temporis causſam, sed ad modum vtendi seruitute pertinet: vt etiam vſus secerni possit certis temporibus, & interuallis dierum & horarum, *Papin. l.* 4. 5 *de seruitu. titul. generali in* P. *cum suus §§. Caius l.* 5. *eod.* ¶ Sed † & ad aquę materiam pertinet pecuniosa illa de molendinis aquaticis tractatio: illa, vel in fluminibus publicis vel priuatis construuntur, non sine magno dominorum cõmpendio. Porro in flumine pulico nauigabili, non cuilibet est ius constituendi opus, vt dictũ est, neque per consequens molendinum: sed ei tantum cui permissũ est à publico, ex principis concessione, à quo publicæ rei & fluminis vſus impetratur, *Vlpian. l.* 1. *§. permittitur. de aqua quotid. & æsti. libr.* 43. P. *tit.* 19. *Pompo. in l.* 2. *de fluminib. l.* 43. P. *titul.* 11. Neque enim posset concedere senatus hodie, *gloſſ. in dict. §. permittitur, in verbo nulli* quamuis vetare possit, si fiat *d. l.* 2. *de flumin.* Siquidem translata potestate in principem, non est ius, in publicas res, quæ principis censentur, liberum senatui: & si in iudicãdo, atque si illi concessa fuerit hæc notio, ratum sit eius minus, quam principis iudicium. *l. non ambigitur, de legib. lib.* 1. P. *l.* 1. C. *de Senatusconſ. lib.* 1. Et inter *Regalia*, flumina publica enumerantur, *§.* 1. *quæ sint regal. in vſib. feud.* Quod si flumen nauigabile non sit, permitti molendini constructionem satis constat, *d. l.* 2. *de flumin.* P. vel non imperrata licentia à principe. Quæ. n. communia omniũ sunt, vel nullius, occupanti concedũtur. *Caius in l.* 3. *de acq. rer. do. lib.* 41. P. *ti.* 1. huiusmodi est aũt aqua profluens, *Mart. in l.* 2. *de* 6 *rer. diuiſ. li.* 1. P. *ti.* 8. ¶ Eo excepto, † vt si alicui alii sit quęsitũ ius, vel auctoritate principali, vel pacto municipũ, vel consuetudine habendi, vt dicunt *molendinũ Bannerium*, i. publicum & cõmune habitatorib. tunc alii non liceat ædificare in eo territorio, in præiudiciũ iuris quæsitis: sicuti nec ius hoc habendi, per se competit sine præscriptione longinqua, cui accessit prohibitio alia non molendi, eaq; minime controuersa. Quemadmodũ nec sine titulo, aliis est ius prohibendi. *gl. & Dd. in l. qui luminib. ſerv. verb. præ. in* P. *gl. & Dd. in d. l.* 1. *§* 2. C. *de ſer.* & domino, patrono, vel clientelari, vt vocant, iustitiario, vel directo, prout & iudicatũ in Senatu Burdigalensi an. 1522. *Papo. li.* 13. *rap. d. arreſto. tit.* 8. *ar.* 3. Quãuis nationum quædam consuetudines ius habendi molendinum solum beneficiario iustitiario deferant, vt apud Turonenses, *Titres des droicts de baſſe Iuſtice ar.* 4. Pictauenses, *ti. de la diſtinction de Iuriſdictions ar.* 25. Britannos, *tit. des molins, art.* 62. & 360. & alios, *Anjou. tit. des Seigneurs temporels, art.* 14. *couſtume du Maine tit. des haſ iuſticiers. art.* 4. Quamobrem priuilegiis exceptis, si concessa facultate quis prius molendinum ædificauerit, alius velit postea superius aliud ædificare, si patiatur inferius, nulla erit controuersia: sin minus, in præiudicium tertij concessio à principe facta vel alio non intelligatur. In priuato cuilibet ius ædificandi in suo etsi noceat vicino: nisi, vt dixi, præscriptio vel lex agrorum & locorum officiat, concessæ facultati, vt plane explicat Bar. *in l. quo minus, de fluminib. in* P. apud quẽ molendinorum exstat accurata explicatio. Sed his addere plura licet de aquis & aquæ ductu, quæ tradimus lib. 3. c. 22. & lib. 4. c. 15. quæ videto, & de aquæ hausſtu c. 16.

De Aere. Cap. 5.

1 *Aeris consideratio, & ad ſalubritatẽ, & ad ſeruitutes pertinet.*
2 *Aeris vſus quo ad corporis humani neceſsitatem.*
3 *Aeris peſtilentia & infectio quomodo euitetur.*
4 *de Seruitute luminum.*

1 VEnit & in controuersiam Iurisconsultus de † aere quęstio, vel propter salubrem victum, vel propter iura seruitutũ. Siquidem ad priorem causſam pertinet interdictum prætoriũ restitutorium & prohibitorũ, de cloacis purgandis & reficiendis, *Vlp. in l.* 1. *de cloac. li.* 43. P. *ti.* 22. *& in l. de pupillo,* 5. *§. ſi quis vinos, de ope. no. nunt. l.* 2. *§. idẽ ait ſi odore, ne quid in loc. pu. in* P. *lib.* 43. *tit.* 8. ne immundicię non fluentes vel ruinas proximis minentur ædificiis, vel ne sordiũ terra exhalatio. peſtilens reddat cœlum. Quod exemplum à politicis magistratib. ad alia similia, quæ aerẽ inficiunt, trahi põt, vt curent si velint salubrẽ ciuitatem conseruare. Siquidẽ aer est, cum corporũ, tum spirituum nostrorum elementũ aduenies, vt euentans flabellum, spiritus vel foues vel corrumpens, qui euitari nequit, quãdiu viuimus, cum continue adhæreat, nec alterationem eius in inſpiratione & reſpiratione effugiamus, vt ait Galenus 3. *Therap. c.* 5. *&* 3. *lib. de ſtudio ſanit. c.* 8.
2 *Hippo. de aere & aquis.* ¶ Opus † quippe habemus externi aeris ingreſſu, cordis refriger andi gratia: nam animalia quæ cor habent, quod inſiti caloris fons est, egent illa refrigeratione, idcircoq; *pulmones* dati, vt folles. Neque etiam absque reſpiratione diutius loqui possumus: Cum. n. spiritus qui in pectore est, consumitur, egemus alterius attractione ad vocẽ alendã, nisi piscibus, qui cor nec pulmones habẽt, & ideo muti sub aquis, similes esse nos, quis dixerit. Spiritus aũt ille, aer, isq. malus magis officiat quam praui succi cibi, vel inſuaues potus, *conſiliator, li.* 4. *differentia.* imo & pluribus quam ex modis, nocere põt. Tribus enim modis afficere potest corpus, per qualitates inquã accitas, frigidi, calidi, humidi, vel sicci: dehinc, subtilitate & densitate reſpirationis: tertio, per lucem & tenebras, Arnaldus Villanouanus, *in primo tractatu medicinæ diſtinctionis tertiæ, partis primæ, c.* 4. *de ſignific. rerum non naturalium.* Sunt plures porosi in corpore meatus, sunt sensualium instrumentorum canales, quibus adimitur etiam dormientibus aer circunfusus, qui secum qualitates & impuritatem inuehit. Ideo immundus suffocans est & putris, humores putrefacit corporis, cor inficit, morbos pestilentes creat, iuncturas laxat, sitim auget, spiritus deijcit, colorem alterat, desipientiam facit, fruges corrumpit, ardorem in pectore efficit, linguæ siccitatem inducit, vomitum prouocat, & similia.

¶ Quæ † corriguntur tantum, si putredini occurratur præcau- 3
tione adhibita in submouendis his, quæ aerem talem reddunt: veluti, si prohibeatur in vicinis aquis ciuitatum linum macerare, vel canabim, ne morticinia insepulta iaceãt, ne quiſquiliæ olerum, leguminumque putredo, vel simus intra ædes in ciuitate habeantur: neue porci, anates, & cetera animalia sordida, intra vibis mœnia alantur, si cloacarum colluuies non subsideat. Atque hoc commune vel malum, vel bonum, omnibus erit: nam & aer communis omnibus est, vt dixit etiam Martial. Iurisconſ. *l.* 2. *de rer. diuiſ. lib.* 1. P. *tit.* 8. ¶ Quamquam † interdum præoccu- 4
patione, libertas vicino adimi possit eius, vnde constitutæ sunt seruitutes quædam vel confessoriæ, vel negatoriæ luminum, vt officiatur luminibus vicini, vel vt libera sint nobis, *Vlpian. in l.* 2. *& in l. qui luminibus.* 10. *&* P *aul. in l.* 3. *de ſeruit. vrban. prad. lib.* 8. P. *tit.* 2. quod & in seruitute prospectus obseruari potest, qui differt à seruitute luminum, *Vlpian. in leg. inter ſeruitutes.* 14. *Paul. l. lumen.* 19. *de ſeruit. verb. pred.* Accedit alia seruitus quæ ex aere commoto constituitur, nempè à vento, qui si credamus Hippocrati, *lib. περὶ φυσῶν, ſive de ſpiritualib. flatib.* nihil aliud est, quam aeris fluẽs vnda: siquidem vicinus qui iuxta vicini ædes habet aream, prohibet ne is tollere altius ædes possit, si ob id area sua expurgandorum granorum cauſſa exstructa, inutilis reddatur prohibitio ventorum flatu, *Iuſtin. in l. fin. §. fin. de ſeruit. & aqua. lib.* 8. C. *tit.* 35. Quod intelligendum est, si seruitus altius non tollendi, & flatibus non officiendi imposita sit, *ſecundum Io. & Azonẽ, gloſ. in d. l. fin. §. fin.* alioquin autem cœlum, siue aer, qui supra solũ nostrum est, liber erit, P *aul. in l. fin. de ſeruit. lib.* 8. P. *tit.* 1. *Venuleius in l. fin. §. penul. quod vi aut clam. lib.* 14. P. *tit.* 23. *&* Põpo. *in l. pen. eod.* & ædificare quis in suo, etiam cum vicini præiudicio, si ad æmulationem non faciat, sine legitima prohibitione poterit, *Vlpian. in l. Proculus, 26. de damn. infect. lib.* 39. P. *titul.* 2. *& in l. fluminum.* 24. *§. fin. eod.* sicuti nec cum eo, qui obscurat vicini ædes, extollendo, si non seruiat, actio non competit, *Vlpian. l. cum eo.* 8. *de ſeruit. verb. prad. lib.* 8. P. *titul.* 2. Celsus communem vsum aeris esse omnibus hominibus & maris putat, *l.* 3. *ne quid in loc. publ. lib.* 43. P. *tit.* 8.

De Igne. Cap. 6.

1 *Ignis nocens, & innocens.*
2 *de Incendio.*
3 *Ignis de cœlo.*
4 *Triumuiri incendiorum.*
5 *Ignis & aquæ interdictio.*
6 *Ignis & aquæ myſteria in nuptiis.*
7 *L. Saliqua de incendio.*

ET de igne etiam agitur in iuris tractatione, illumque vel 1
† innocentem vel nocentem esse dicunt, *innocens*, qui per se nocere non potest, nisi casu fortuito noceat: *nocens* contra, qui potest facile nocere, vel sui magnitudine, vel ratione loci vbi fit, vel ob ea quæ ante eum tractantur & aguntur, veluti si sulfura sint, vel facile flammam concipiant. Et eo modo leges locationis ædium, si incendio tollantur, recipiunt interpretationem, ad damnum æstimatione censendum. Siquidem si ea lege quis conducat, vt possit in iis haberi ignis innoceus, incendij periculum ad dominũ pertinet, si culpa conductoris ignis non noceat: sin autem dictum sit non licere nec nocentem, nec innocentem ibi ignem habere, quomodocunque ex igne habito oriatur damnum, qui conduxit tenetur, *Iulian. in leg. ſi quis fundum* 10. *§.* 1 *loca. lib.* 19. P. *tit.* 2. *sumcto, Vlp. in l. videamus.* 12. *§. ſi hoc, eod.* Sunt namque loca pleraque, in qua vel ignẽ vel lumen qualeque inferre periculosum est. Et sunt aliqui, qui nũquam igne, vel raro apud se vruntur, vt dicunt Zenonem victu sine igne vsum, tenutque pallio, vt notat Suidas, *in verbo ἀσκρα.* ¶ Huc † pertinet de in- 2
cendio quæstio, de qua fuse permulta capita in titulo de incendio, ruina & naufragio in Pandectis, *lib.* 47. *tit.* 9. vbi inspicimus, num fortuitum fuerit, an culpa adsit, an vero adhibito consilio patratum. In primo quippe casu, nulla restitutio, *Mart. in l. ſi fortuito.* 11. *de incend. ruin. & nau. lib.* 47. P. *titul.* 9. *l. quæ fortuitis, de pig. actio. l. in rebus. loca. in* P. in secundo, castigatio, & damni restitutio fit ab eo, qui in culpa vel negligentia est *Callist. l. capitalium.* 20. *§. qui ob inimicitias, de pœn. lib.* 48. P. *tit.* 19. *l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornacarius, & §. ſi quis alteri, & §. ſi quis mulam, & l. fin.*

ad l.

Digitized by Google

ad l. Aquil l. qui occidit. §. in hac eod. tit. Caius l. qui ædes. 9. de incen. rui. Eiusd. c. 22. c. si egressus, c. 5. de iniur. lib. 5. decret. tit. 36. Vlpia. l fin. de offi. præf. vigil. lib. 1. P. tit. 15. in tertio, capitale crimen animaduersione capitali expiatur mortis, vel deportationis, vel concremationis, *Caius, d. leg. qui ædes, & Vlpi. in l. fin. de incen. rui. & nau. Calliſt. l. capitalium. 23. §. incendiarij, de pœn. lib. 48. P. tit. 19.* Ita vt qui eccleſiã incendit, grauiori pœna canonica & ſpirituali, nempe excommunicatione, *c. in literis, c. 5. de raptor. lib. 5. decret. tit. 17. cap. tua, de ſentent. excõmun.* percellitur. Nec mirum videatur, quod nos dixerimus, fortuito caſu ſolum fieri poſſe incẽdium, moti Vlpiani reſponſo, *Vlpia. in l. ſi vendita. 11. de peri. & commo. rei vendit. lib. 18. P. tit. 7.* quo ait, [*Sine culpa incendium fieri non poſſe:*] nam & ſcimus extranea vi poſſe fieri incendium, hoc eſt, aliena negligentia quam conductoris, veluti ſeruorum & aliorum domeſticorum & vicinorum. ¶ Verum † & nemo inficias ibit, ſine opera hominum poſſe tangi de cœlo domum, & aceruos frugum, ignis quippe cœlitus immitti poteſt, vt quãdo ignis egreſſus à domino exuſſit Nadab & Abiud, *Leuit. c. 20.* quãdo cõſumtę ſunt ciuitates ſeptem ob ſcelus immane, *Geneſ. c. 19.* quando exuſti iuſſu Heliæ quinquagenarij, *Reg. 4. c. 1.* dũ cõcuſſa fuerunt fundamenta ædium filiorum Iob, tactæ de cœlo oues, & pueri eius, *Iob, cap. 1.* Proinde boni patresfamil. ſoliti erant incendij exſtinguendi cauſſa, *acetum* paratum habere, vt notat Vlpia. *l. quæſitum 12. §. acetum quoque. de fund. inſtr. lib. 33. P. tit. 7.* ¶ Et † Romæ ob ſubitas incendiorum vaſtationes, triumuiri & excubiæ nocturnæ poſitæ, & familiæ publicæ circa portas & muros ciuitatis diſpoſitæ, & mercenarij cõducti ad incendia ſupprimenda, pluribus vno die ſubortis incendiis, *Paul. in l. 1. & Vlpia. 2. l. de off. præf. vigil. lib. 1. P. tit. 15.* aliquando. ¶ Atque † vltra ignis exuſtionem, conſiderant in pœnis ignis & aquæ, tanquam elementorum neceſſariorum ad vitam, interdictionem, *Cicero pro domo ſua*: in cuius pœnæ locum, hodie ſucceſſit deportatio, *l. 3. ad l. Iul. pecul. l. 2. §. conſtat. de pœn. lib. 48. P. tit. 19. l. 1. §. ij quibus, de lega. 3.* ¶ Sicuti † qui in illa cumulata ſocietate olim nuptiis coniungebantur, ignis & aquæ admotis myſteriis vinciebantur, vt meminit etiam Scæuola, *l. pen. de dona. inter vir. & vxor. lib. 24. P. tit. 1. Ouid. 4. faſt.* *His noua fit coniunx, hac duo magna putant*, in ſymbolum, quod bona & mala communia forent illis: veluti horum appellatione, videtur Deus vniuerſa bona & mala concluſiſſe, dum ait, ad hominem, *ecce appoſui tibi ignem & aquam, Eccleſ. 13. vitam & mortem, porrige manum ad quod volueris.* Erat & inter ſummos imperatorios honores, ignis prælatus in ſartagine ferculo ſuprapoſita. Sic meminit Herodianus, *lib. 1.* Commodum Cæſarem, Lucillæ vxoti Peiani permiſiſſe ſedere in theatro ſella imperatoria, & ignem de more ei præferri. Sicque ait, *idem lib. 2. Pertinacem non fuiſſe paſſum ignem ſibi deferri, vel vlla principatus inſignia attolli, donec ſententiam ſenatus ſciſcitaretur.* ¶ Inter † leges incendij, Saliqua illa eſt Francorum antiquiſſima, *in l. Saliqua, ti. de incend. Vuolfgan. Lazius. lib. 1. comment. Reip. Rom. c. 7.* cuius verba: *Si quis ignem poſuerit in domum, ita vt flamma eructet & arſerit, & à familiis liberata fuerit, vnumquemque de liberis cum ſua Hreuauunti, eo quod eos in vnum, quod dicitur, hoc eſt, in deſperationem vita fecerit. Et non cõponat amplius, niſi quantum ignis conſumſerit. Dacalo vero diſciplina integra permaneat, & ſi negare voluerit cum his cũ capnione ſe defendat, aut cum duodecim ſacramentalibus, id eſt, militibus, iuret.*

1 *Et confuſio ex acceſſione vel adhæſione, ex congregatione corporali.*
2 *Collegia illicita improbata.*
3 *Philoſophorum collegia, vt ſeditioſa, ſublata.*

1 POſtquam hactenus ſimplicia † elementa excuſſa à nobis ſunt, nunc memoriæ facilioris cauſſa, de rebus quæ ex illis componuntur, inſtituitur Epitome, veluti paraſceue ad pleraſque enodationes inuolutarum quæſtionum. Refert itaque Põponius, *l. rerum miſtura. 30. de vſucap. lib. 41. P. tit. 1.* compoſitionẽ corporum triplicem eſſe, prior eſt, *naturalis & phyſica*, per quam fit & ſequitur certa ſpecies, determinatio, & diſtinctio corporis phyſici: dum ea quæ miſcentur ſine rerum interitu, quæ ex iis conflantur, non poſſunt diſſolui, continenturque vno ſpiritu, id eſt, vna propria compoſitione, vt lapis, homo, lignum, & id genus ſimilia: in quibus & φθορὰν & διαφθορὰν conſiderare poſſumus cum Suida, *in verb. διαφθορὰ*: vt φθορὰ ſit corruptio & immutatio aliqua in parte, elementis illis in dyſcratiam & alterationem peruenientibus, extra temperamentum & compoſitionis propriæ proportionem conuenientem, vel alicuius eorum, læſio aut ademtio. Διαφθορὰ autem ſit, prorſus diſſolutio compoſiti & reſolutio. De hac compoſitione & Paulus Iuriſconſ. meminit alibi, *l. in rem. 24. §. itẽ quacunque. de rei vend. lib. 7. P. tit. 1.* Hanc tunc imitatur ars, cum ex mixtione, ex qua confunduntur ſpecies, vt ſeparari nequeant, poſtea tertium quoddam corpus fit, vtriuſque particeps confuſe, vt in confuſione liquidorum appareat, *Iſtius. in §. cum ex aliena materia. de rerum diuiſ. lib. 2. Inſt. tit. 1. & §. quod ſi partim. eod. tit.* ¶ Alia ſpecies compoſiti corporis fit coniunctione materiæ & corporum congluxinatione, applicatione, continuatione: vel à natura, vt ſi res ſibi diuerſæ tamen ſpeciei, adhæreant, vel continuatione conſequantur, vt dum fundus ex iugeribus componitur, vtque auis carnem & pennas habet: vel ab arte, veluti annulo gemma incluſa, pictura tabulæ: vtque domus tignis, lapidibus, aliiſque perficitur. Cuiuſmodi corpus vnum dicit Pomponius *d. l. rerum miſtura*, τεχνικὸν, id eſt, artificiale, etſi artificium hoc, vt dixi, non tantum à natura, ſed & ex hominum ingenio proficiſcatur. ¶ Tertia ſpecies compoſitionis corporum, ex pluribus longe lateque diſtinctis neque hærentibus vel continuis, congregatis, locoque tamen & mente diſcretis, perficitur: ſic vnum corpus grex erit apud Pomponium, *d. l. rerum miſtura.* Ad eum modum vniuerſitas, reſpublica, corpus facere dicuntur, *Caius, l. 1. §. quibus permiſſum, quod cuiuſque vniuer. nomi. lib. 3. P. tit. 4.* Et populum vnum qui ſub vexillo Domini noſtri Ieſu Chriſti militat, vnum corpus, vnamque Eccleſiam facere, conſtat, *1. Corint. c. 12. can. nihil. 7. q. 1.* itidem & collegium omne, *tit. de colle. illici. & corporib. lib. 47. P. tit. 22. & Mart. in l. 3. eod.* Et ideo qui ex huiuſmodi ſodalitiis ſunt, corporati rite nominantur, *l. 1. de Alexandriæ primatib lib. 11. C. tit. 28* ſiue coierint iuſte, ſiue præter legem. Poſſunt enim hoc pacto eſſe licita, & illicita corpora: ſicut de collegiis recepta eſt vtraque appellatio. ¶ Quanquam † illicita, qualia omnia ſunt quæ ſenatus, 2 vel principis auctoritate non coierint, non perſeuerent, ſed citius fumo diſſoluantur, *Martian. d. l. 2. de coll. illici. in P.* maxime, cũ principibus ſuſpectæ ſunt huiuſmodi populi confœderationes, metu defectionum & proditionum. Vt Octauius Auguſtus collegia omnia, præter legitima & antiqua, diſſoluit, cum plurimæ factiones titulo collegij noui, ad nullius non facinoris ſocietatem coirent, vt ſcribit Sueto. Tranq. *in Octauio c. 32.* Et Martia. *l. 1. de colle. illicit. in P.* mandatis principalibus præcipi ait præſidibus prouinciarum, ne paterentur eſſe *collegia ſodalitia*, potiſſimum militum in caſtris: præbita tamen licentia coeundi tantum religionis cauſſa, ſicut & lege Solonis conceſſum, *Caius l. fin. de colleg. illic.* erat. Quemadmodũ & negotiationis cauſſa, dum tamẽ proſpiciatur, ne ibi *monopolia* artifices architectentur, iuxta legẽ Zenonis Cæſaris, *l. unica, de monop. lib. 4. C. tit. ul. 59.* ¶ Nam 3 † omne illorum ſodalitium tunc improbandum & puniendum eſſet, non ſecus quam olim philoſophorum Pythagoreorum collegia, ſodalitates, & ſcholæ in Italiæ parte, quæ olim magna dicebatur Græcia, cum ipſis philoſophis concrematæ ſunt, propter illorum circa imperium inuocationes, & factiones, atque clandeſtinas conſpirationes, teſte Polybio, *libro 2. hiſtor.* Et Epicurei Roma fuerunt exacti ſenatuſconſulto: ſicuti in Arcadia, Meſſeni eos qui eodem quaſi præſepi Epicuri paſti eſſent, ante ſolis occaſum excedere agro Meſſenio iuſſerunt, vt peſtes adoleſcentum, iiſque expulſis, fana luſtrari à Sacerdotibus, & à Timuchis (ſic enim vocant à gerendis honoribus ſuos magiſtratus) totam vrbem purgari, tanquam ſordibus & ſentina quadam liberam. Quodq; & Lyctij in Creta ſanxerunt, auctore Suida *in verbo Λύκιοι.* Sic ob nimiã diſcendi libertatem vſurpatã, ſoluit & expulit Roma collegia Cynicorum & Stoicorum præter Demetrium Cynicum, & Moſonium, Veſpaſianus, *Xiphilin. ex Dione, in Veſpaſiano.* Et Antonius Caracallanus omnes ſodalitates Ariſtotelicas in Alexandria, *Xiphilin. ex Dion. Caracal.* Generaliter etiam Archadius & Honorius, omnem conuenticulam illicitam improbant, puniuntve, *l. conuenticulam, 15. de epiſc. & cler. libr. 1. C. t. 6.*

De Elementis quatuor. Cap. 7.

1 *Elementa magicis non turbanda.*
2 *Elementis priuatus necatur homicida.*
3 *In elementis capta, capientibus cedunt.*

1 EXtenditur † & cura Iuriſconſultorũ ad omnia vniuerſaliter & elementa, veluti quando Conſtant. & Iulianus Cæſares lege deteſtantur eos, qui artibus veritis, & magicis ſuſurris, elementa turbare nituntur, *l. multi magicis. 6. de malefic. & mathem. lib. 9. C. tit. 18.* adimuntque † parricidio pollutis viuentibus, elementa quatuor, leges iubent *culeo* inſutos inter fera animantia ſine elementorum vſu interire, *Conſtant. in l. vnic. de iis qui parent. aut libe. occide. li. 9. C. tit. 17. Modeſt. l. pen. ad l. Pompe. de parric. lib. 48. P. ſi. 5.* prouident † & ne moueatur cõtrouerſia de his quæ in cœlo, terra, marique capiuntur, primo occupantibus, concedentes, *Florent. l. 2. de acquir. rer. dom. lib. 41. P. tit. 1. Paul. l. 1. de acq. poſſ. lib. eod. P. tit. 2. §. fere. de rer. diuiſ. ap. Iuſtinia. lib. 2. Inſt. tit. 1.* Extat in Francofordẽſi Synodo, habito ſub Carolo magno & Zacharia, anno 742. conſtitutio, ne fierent ſacrilegi ignes, quos Nedfri vocant, *tomo 2. conciliorum impreſſ. Colonia 1551. pag. 456.*

De Compoſitione corporum. Cap. 8.

1 *Corporum compoſitio, triplex: Naturalis vel Phyſica.*

Digitized by Google

De compositorum corporum distinctione. Cap. 9.

1 *Corporum physicorum diuisio.*
Corpora silentia quæue animata eaque triplicia.
2 *Silentium exempla.*
3 *Lapides quomodo dicantur renasci.*
4 *Animatorum exempla.*
5 *Corporum diuisio alia in* Mobilia, *&* Immobilia, *&* Mouentia, *perpetuo mobilia*, Dubia.
6 *Immobilia, quæ & pro immobilibus habita: vt ager, domus, coloni, vsusfructus, census perpetui, annuus annona ciuiles, adhærentia immobilibus.*
7 *quæ Mobilia. Mouentia, & se mouentia.*
8 *Immobilia minorum non alienantur sine solemnitate.*
9 *Possessio vilis & sine affectione, mobilium: contra, immobilium, & de retractu gentilitio.*
Biens meubles n'ont point de suitte. *eod.*
10 *De his quæ natura dubia sunt num mobilia, vel immobilia.*
11 *Inter immobilia vectigalia, pedagia, guidagia, portoria, &c.*

1 RVrsum corpora physica † diuiduntur: vt alia dicantur, quæ solam habẽt compositionis appellationem & naturam, dicta exsistentia tantũ ab Hebræis דוממים. *Ioannes Isaac Levita, c. 1. libri quod Rauchhaken. Spiritus gratia, vel physica Hebræa*, silentia, & simpliciter concreta: qualia sunt lapis, metalla, & iis similia. Alia dicãtur *Animata*, idque tripliciter: primum ea quibus inest vis vegetabilis, præter simplicem compositionem, quæ vis anima vegetans appellata est: ex qua tres oriuntur facultates, alẽdi, coalescendi, & simile sibi procreandi, quę procul dubio in arboribus & plantis sunt. Secundo animata dicuntur, corpora viuentia, quæ habent compositionem elementarem, vt silentia, & vegetabilem vim, qualem plantę: sed vltra habent vim sensitiuam & patibilem, vt bruta, pisces, aues, & reliqua animalia. Postremo & illa animata perfectiora sunt, loquendi & intelligendi vi prædita, quæ omnes silentium vegetabilium & sensitiuorum habẽt facultates. easque præstantiores, & vltra animam rationalem, intellectualem, & immortalẽm: cuiusmodi tantum compos homo est. Atque horum omnium hypotheses iura nobis discutiendas & distinguendas, subiiciunt oculis. ¶ Nam † de silentibus corpo-
2 ribus agunt, quando rerum agendarum instrumenta proponunt, in titulo, de fundo instructo instrumentoue legato, *lib. 33. P. tit. 7.* cum cotes ad hostes deferri vetant, *Paul. l. cotem. 11. de public. & vectigal.* quando argentilibræ, quinos aureos solidos dant, *Augustus, l. unic. de argen. præt. quod the sau. infer. lib. 10. C. tit. 76.* vetant decoqui aurum, *Imp. Valens, l. 1. de auri publ. persecutor. lib. 10. C. tit 72.* cum pondera pecuniis assignant, *l. 1. & 2. de ponderato. lib. 10. C. titul. 71.* cum aurum argentumve factum, hoc est, in formam aliquam conflatum, ab infecto & in rudi materia exsistente separant non sine magno labore, *Pompo. in l. & si non sunt. 21. §. argento facto. & §. infecti. & Paul. in l. pediculis. in princ. & §. 1. de aur. & arg. lega. lib. 34. P. tit. 2. cum similib.* dum quærunt, num pura, an vero adulterata sit materia, tum in nummorum excussione, *Paul. l. qui falsam. 18. ad leg. Corn. de fals. lib. 48. P. tit. 19. tot. titul. C. de fals. monet.* tũ in aliis plerisque. Considerant & fructus demessos, aromata & alia in vectigaliũ æstimatione. aliasq. res inanimatas, de quib. exempla passim occurrũt examinãda, *Mar. l. interdum. 16. de publ. & vectig. lib. 39. P. tit. 4.* & aliquando curiosius, quam apud
3 Physicos. ¶ Veluti † apud Marcellum, *in l. pro regione. 8. de acq. rerum domi. lib. 41. P. tit. 1.* & Papinianum *in l. diuerso. 8. §. si in fundo. solut. matr. lib. 24. P. tit. 3.* agitata quæstio de *lapidibus*, num renascantur exsciſſi, quod negant Physici, qui tantum additione & ablatione materiæ eos componi aiunt, nunquam autem crescere: aliter illi tamẽ renasci dixerint iustitiæ & physices peritissimi auctores, qui tamen intelligendi sunt dixisse, & renasci lapides in Gallia & Asia, quãdo sublata dura superficie, mollis terra quæ subsidebat, aere admisso cõdensatur, & in lapidem durescit. ¶ A-
4 gunt † & de *Vegetabilibus* sæpissime, vt in titulis, De glãde legẽda, arborum furtim cæsarum, *lib. 47. P. tit. 27.* de arborib. cædendis. *lib. 47. P. ti. 7.* de luco Daphnes, *lib. 11. C. tit. 77.* & de cupressis, *lib. 11. C. tit. 77.* & de pascuis publicis & priuatis, *lib. 11. C. tit. 60.* de pascuis limitaneis, & castellorum; & in seruitutum capitulis, *lib. 11. C. tit. 59.* de iure pascendi pecoris, *Vlpia. in l. 1. de seru. rust. prad. lib. 8. P. tit. 3.* Atque & de animalibus frequens tractatio, in titulo, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, *lib. 9. P. tit. 1.* in lege Aquilia, *Pompon. in l. Quintus Mutius, 39. & l. seq. ad l. Aquil. lib. 9. P. tit. 2. cum similib.* in ædilitio edicto, *Vlp. l. ediles aiunt, 38. de ædilit. edict. libr. 21. P. titul. 1. cum similib.* & alibi. De hominibus autem, qui perfectam exhibent compositionem, non est quod doceam iura tractare, cum finis iuris homo sit, vt tradunt Hermogenea-
nus. *l. 2 de sta. ho. lib. 1. P. tit. 5.* & Iustinianus, *§. fin. de iur. nat.* sicut & ceterarum rerum omnium, *l. in pecudum, de vsur. lib. 22. P. titul. 1. §. in pecudum, de rer. diuis. lib. 2. Instit. tit. 1.* Prostant & integri tituli, De statu personarum, *lib. 1. P. tit. 5.* de iis qui sunt sui vel alieni iuris, *lib. 1. P. tit. 6. in Instit. simil. lib. 1. tit. 8.* de ingenuis, *apud Iustinia. lib. 1.* de libertinis, *apud Iustin. lib. 1.* de iure personarum, *eodem apud Iustin.* de sponsalibus, *in P. & C.* de nuptiis, *in P. & C. & Instit. & Auth.* & similes, de quibus suo loco, Deo fauente, dicemus.

¶ Ex † quibus omnibus alia corporum rerumque colligi potest 5
diuisio, vt quædã res sint mobiles, quædam se mouẽtes, quædam immobiles, *Iustin. §. 1. de litig. coll. 8. tit. 8. in Auth.* & quædã perpetuo mobiles, quas Græci ἀϋλα. ἀ'ϋτα dicunt: quædã dubiæ naturæ.

¶ Immobiles † res sunt, quæ moueri omnino non possunt, 6
& tales proprie res soli sunt, quæ tradi nequeunt, & non nisi adeptione possessionis transferuntur. Et Vlp. *l. à diuo Pio. 15. §. in venditione, de re iudic. lib. 42. P. tit. 1.* ita iudices interloqui solere ait, *si mouentia non sint, & soli quoque capiantur*: quibus verbis mouentibus opponit soli res. Latius autem & quæ solo adhærent, & quæ solo destinata sunt, vt ei perpetuo inseruiant, immobilium loco sunt: & non solum ager, sed & ei addictus colonus, domus, mancipia rustica, *§. vult enim, de nõ alien. reb. eccles. in Authent. coll. 2. tit. 1.* coloni enim huiusmodi vel mancipia, à prędio cui addicũtur separari non possunt, & dominum ementem prædium & retinentem sequuntur perpetuo, *l. 2. & l. quemadmodum, 7. de agr. & cens. lib. 12. C. tit. 47. Mart. l. si quis inquilino, 115. de leg. 1. lib. 30. P. titul. 1.* quia nec puncto temporis abesse debeãt ãgleba, vt ait Honorius, *l. colonos. 15. de agric. & cens.* sed statim ad opus reuerti, *Modest. in lege 2. de mund. lib. 50. P. tit. 11.* ideo & partes fundi dicti à Modestino, *l. 3. de diuers. & temp. præsc. lib. 44. P. tit. 3.* eoque modo fructus pendentes, quamdiu à solo separati non sunt, inter immobilia erunt, quia pars fundi sunt, *Caius l. fructus pẽdentes, 44. de rei vend. lib. 6. P. titul. 1. l. si fuit. 14. alias l. arboribus. §. Iulianus, de vsufr. libr. 7. P. titul. 1.* contra, separati inter mobilia erunt, vt notat Modestinus ex Traiani sententia, *l. fin. de req. reis, lib. 48. P. tit. 17.* Dicunt & vsumfructum ex immobilibus percipiendum, inter immobilia esse: quia dum cõstituitur, in re ipsa est, iusque in corpore, *Celsus l. 2. de vsufruct. lib. 7. P. tit. 1. c. fin. de pign. apud Greg.* & idcirco ille pars dicitur dominij, *Paul. l. 4. eod. tit. de vsufruct.* Hac ratione census perpetuos annuatim debitos, annonasve ciuiles, inter immobilia annumerauit Iustinianus, *§. vult igitur, de non alien. reb. eccles. in Auth. coll. 2. tit. 1. l. fi. §. præterea, de iur. dot. Liubemus, de sacrof. eccles. Clem. eximii. §. cumque, de verb. sign.* Sic pensiones per longum tempus præstari solitæ ecclesiæ, ad exemplum immobiliũ alienari prohibentur, *c. querela, de elect. ap. Greg.* non secus tamen quam ex mobilium numero habebuntur reditus, si annui ad modicũ tempus duraturi sint, si credamus Alc. *in l. mouentium, de verb. signifi.* cuius tamẽ sententia apud me vera est, quando illa pẽsio duratura ad modicũ sit & ex genere earũ, quæ sopiri & aboleri possunt redẽtione sortis mutuatæ, aut si sit ex his, quas dicunt Galli, *Rentes Volantes constituees à prix d'argent*: non autem si de solari iuris censu agatur, quam vocant, *Rentes foncieres*. Nãin prioribus mobilia considero, nẽpe pecunias, quibus constituta est pensio: in aliis, quod ex pactione solum habet, veluti dicimus, tributorũ prę stationem semper sequi prædij detẽtorem, quamuis pacto aliter placuerit inter priuatos. *Imp. Iul. in l. fi. sine cens. & reliq. fund. comp. non pos. li. 4. C. tit. 47. Papin. l. Imperatores. 7. de pub & vect. li. 39. P. tit. 4. Pap. l. inter debitorẽ, 43. de pact. li 2. P. ti. 4.* In summa & res illę quæ adhærẽt immobiliter immobilibus, immobilia cẽsentur: vt molẽdinũ, cp aluei fluuiatilis solo insidet, cũ fistucis adactis trabibus & tignis fibulatis vel subliciis ædificatũ, *aux coustumes du pays de Turene. tit. des choses qui sont reputees meubles, art. 2.* Item de omibus affixa, clauis ve impagibus, pro immobilibus sunto, *ca. consuet. art. fi.* si potissimun affixa sunt, vt ibi perpetuo essent, vel uti fistulę, castella plumbea, putealia, epistomia, fistulis applumbata, columnæ.

¶ Mobiles † res illæ sunt proprie, quæ facile à loco moue- 7
ri & transferri tradive possunt, seipsas autem non mouent: in quo à mouentibus se differũt, quæ proprie animalia sunt. *Cels. in l. mouentium, 93. de verb. sig li. 50. P. tit. 16. d. l. à diuo Pio. §. in venditione, de re iud. in* P. etsi omnia perpetuo non moueantur, sed aliquãdo, vt apta ad motionem. Sunt autem alia corpora & res perpetuo in motu exsistentes, veluti cœli & sydera, vt constat tum experientia, tum ex Oceeli libello de vniuerso, ceterisque physicis & astrologis, & ex Philone de mundo: ideo Iustin. dixit, *§. autem lex, de non ali. reb. eccl. coll. 2. tit. 1. in Auth.* nostrum statum sub perpetuo motu consistere.

¶ Quæ † quidem omnia apprime notanda sunt, quia distin- 8
ctionis huius vtilitas frequens in iure est, veluti in tractãdis rebus minorum: alienatio quippe inhibetur rerum immobilium sine solennitate. & iudicis decreto, *Constant. l. lex quæ tutores, 21. de administr. tut. lib. 5. C. titu. 37. tot. titul. de præd. & alijs rebus min. sine decret. non alien. lib. 5. C. tit. 71 l. etsi sine § quæsitum, de minorib. P. Solemnitates huius venditionis, tradit Vlpianus l. magis puto, 5. §. non passim, de rebus eorum qui sub tut. lib. 27. P. tit. 9.* mobilium autem & se mouentium, quæ seruando seruari non possunt, permittitur tutoribus, *Constant. in leg fin. quando decret. opus non est. lib 5. C. tit. 72. d l. lex quæ tutores. §. fin. de administr. tut. C. l. & si fine, §. quæsitum, de minor 25. ann.*

¶ Et † rerum mobilium vilis & abiecta æstimatur possessio à 9
Paulo, *l. si rem mobilem, 47. de acquirend. possess. lib. 41. P. titul. 2. & l. peregre. 44. eod. tit.* vt eam facilius amittamus ignorantes. *gloss. in prad. ll. proxime cit. & in l. si post acceptum iudicium, 18. in gloss. de rei*

ven.

Digitized by Google

Gen.in P.& breuiori præscribatur temporis curriculo, *Iustin.in l.1. de vsuca.transfor.li.7.C.tit.31.tit.de vsuca.lib.2.in 5.* Sed & axioma in iure & praxi indubitatum : mobilia non teneri legibus hypothecæ,vt priores in debito vel priuilegiati aliis minime priuilegiatis & posterioribus præferãtur,si minus diligentes in captione fuerint pignorũ,quod nos in Gallia dicimus,*que biens meubles n'ont point de suitte*, id est, quod quandiu mobilia sunt penes debitorem,ea possint à quolibet creditore iure pignoris capi & distrahi,vt à priore creditore deinceps conquerente,distractio reuocari vel impediri non possit, *in consuetu.Aluernia.item consuet. du Maine tit.des prescriptions,art.436.& consuet.d'Anjou.eo.tit.art. 421.Chass.eo.consue.Burg.tit. des rentes vendues à rachat.§.3. Vers.videmus quotidie.*nisi quæstio esset de pensione locationis, quo casu dominus inquilini inuecta in domum, iure prælationis, vt tacite legis auctoritate oppignerata, retineret, *l.4.C.de pact.l.2.3.4. in qui.cau.pig.vel hypot.tac.contrah. l. si non inuecta,& l.fi. C.eo.tit.de quib.latius in pig.agemus.* vel si pignora mobilia iudicialia, eius sint valoris,vt possint vendita vtrisque satisfacere. Dehinc nec in mobilibus affectio. *Vlp.l.3.de in lit.iur.lib.12.P.tit.3.* consideratur,quod fuerint maiorum,& ideo nec *gentilitia redemtioni* locus in his, *Masuer.in praxi.iud.ti.de retract.§.1.Io.Lucius in placitis summa curiæ,lib. 9.tit.3.Bart.Chass.in com.ad consuet.Burg.tit.de retract. art.1.*vt in immobilibus,quæ in locis eius consuetudinis,propter hanc affectionem,*l.si in emtionem,36.de mino.25. ann.c.constitutus,de in integ.rest.ap. Greg.§.pen. qual. olim feu.alie.poss. in vsib.feu.* quod res maiorum fuerint, si vendantur à proximioribus venditoris reuocantur, restituto emtori æquali pretio, quod venditori numeratum est.Vnde alia vtilior regula generalis,vt quę pro mobilibus habentur,redhibitioni gentilitiæ non sint obnoxia : quæ autem pro immobilibus, quæve immobilia sunt, redhiberi possint à proximis. ¶Ceterum † & alia est annotanda rerum dubia natura earum, quæ possunt inter mobilia & immobilia esse, & tamen per se talia non sunt. Huiusmodi sunt nomina debitorum,*Bartol.& gloss.in l.mouentium,de verborum signif.*id est,debita, quæ si sint rerum immobilium, immobilibus adscribentur, si mobilium mouentiumve, mobilibus, *gloss.in dicta l.mouentium , & ibi Alciat.& Alberic. in dictionario , in verb. mouentium.* Cum incorporalia nec mobilia vel immobilia sint proprie per se , *Baldus in l.final. de cognition.feud. Lapus in alleg.sua 91.late Aufrer.ad quæst.Tholos.* 315. neque tradi neque possideri possint.*l.seruus.§.incorporales,de acq rer.dom,in* P.Quamobrem & Iurisconsulti, qui omnia complectuntur , addunt mobilibus,& immobilibus expressis,etiam nomina.*d.l.à diuo Pio.§. 2.de re iud.l.quam Tuberonis.§. in peculio.de pecul.in* P. *late Alex.de iur.con.52.vol.1.verb.tertio mouetur.Panorm.in c.si nulli.de reb.eccle.non alien.* ¶ Sunt † autem & inter immobilia,iura perpetua,vt re- 11
ditus perpetui,nomina,vt dictum est,seruitia quoque , *Specul. in tit. de rest.spol.verb.sed adhuc.* & vectigalia , quæ dicuntur guidagia,portoria,pedagia,& similia iura,& vectigalia, vel tributa, *Chass.ad consuet.Burg.in tit.de retraicts lignagiers.§.1.ver. item quæro.Bald in c.2.de feud.cogn.& in § 1.quæ sint regal.* vt & in iis retractus locũ habeat:neq. possint sine solẽnitate ab ecclesiasticis viris,si ecclesiæ sint,alienari.*l.subemus.& Auth.hoc ius porrectum.de sacrosc.eccle.lib.1.C.tot.tit.de nõ alien.reb.eccles.in Auth.* Quibus & alia prope innumerabilia, quamproxime vtilia adiungi facile à quolibet poterunt.

De Incorporalibus.
Cap. 10.

1 *Incorporalium finitio & diuisio.*
2 *Spiritualia quæ,& ibi Spiritus acceptiones.*
3 *Vbi tractent de spiritualibus iura.*
4 *Iura esse incorporalia.*
5 *Forma incorporales,item & figura.*
6 *De individuo vel diuiduo.*
7 *Corporalium & incorporalium discrimen in diuisione & vsu contractuum.*
8 *Sacrorum spiritualium & aliorum ratione commercij differentia , & de* Simonia.
9 *In Spiritualib. minor 25.ann.filiusfamilias.in iudicio esse potest.*
10 *Spiritualia facilius nascuntur,quam destruantur:contra corporalia.*

1 INcorporalia Iurisconsulti etiam vt Physici intelligunt, quæ † tangi viderive non possunt,*§.1.de rebus corp.& incorpo.l.1. de rer.dmus.lib.1.P.tit.8.*vt dictum à nobis est *sup.c.* 1. Ceterum ea vberiori facilitate explicamus, vt ea huiusmodi sint spiritualia: vel iura, quæve iuris nomine insignũtur: vel formæ,vel figuræ. Spiritualia dicuntur ea,quæ ex fide & animi sola cogitatione & intellectu pendent , quæve ad Dei cultum pertinent , de quibus Iurisconsulti, Cæsares, & Pontifices agunt plerunque. ¶Hęc † autem spiritualia dicuntur non à vento , qui & spiritus dicitur, 2
Ezech.5.Psal.47.& sæpe alibi. vel ab habitu, vbi etiã spiritus, hæc enim corpora sunt elementaria,sed ab *anima*,quæ & spiritus,*ita apud Iustin.in §.1.const.60.vt defunct.vel funera eorum,&c.* diuinus à Deo inspiratus in faciem hominis, factus in animam viuentem *Genes.c.1.*sicuti dum D. Iacob. ait *Iacob. 2.* [*corpus tuum sine spiritu,mortuum est.*] Et D.Stephanus. *Act.7.*[*suscipe spiritũ meũ.*]Et Hebræi pariter vocant רוח roach, sicut & Græci ψυχὴν. Cum tamen apud vtrosque & pro flatu,vento , refrigeratione, accipi vtrumque nomen possit , & pro anima,quę ideo flatus & spiritus, quod per spiritus vitales,per totum corpus exserat vitales facultates. Est etiam in anima alia vis , quæ spiritus etiam dici potest , vt dum dicitur , [*quis scit hominum , quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in eo est?*] 1.*Corin.c.2.* Vtque mens est superior vis animæ,ita spiritus vis inferior. *gl. ordinaria. in c.14. 1.ad Corin.in verba illa,Spiritus meus erat.* vbi rerum corporalium imagines imprimuntur. Sicque in Genes.*cap.* 41. dicitur [*Spiritus Pharaonis informatus est vt videret imagines:mês autem Iosephi illuminata,vt intelligeret.*] Hicque spiritus pars virilis animæ, qui tanquam maritus, animalem affectionẽ,velut vxorem regit.Eritque anima,spiritus quo sumus : & hic spiritus,velut animus,spiritus quo regimur , in his in quibus inest ὁρμὴ καὶ φαντασία , impulsusque animæ D.Paulus quoq; *1.ad Thess.* hęc distinguit,[*integer*, inquit , *spiritus vester,& anima,& corpus.*] Suntque etiam quæ corporalem materiam non habent spiritus , veluti Deus spiritus est : & pater spiritus,filiusque Deus spiritus: & tertia diuinitatis designatio spiritus sanctus proprie, vt docet Didymus , *libello de Spiritu sancto.*Item spiritus sunt,sed non eius puritatis qua Deus, Angeli.*Psalm.*103.*ad Hebr.1.& alibi.* In summa spiritus carnem & ossa non habent,*Luca* 24.nec tangi viderive per se queũt, nisi in assumto externo corpore. Et hi comprehensibiles tantum animo sunt,spiritualibus spiritualia cõparando. 1. *Corinth.*2.Hinc cultus diuinus maxime & quæ circa eum sunt,spiritualia dicuntur,sicuti illa fluxa & caduca,quæ corporali parti accommodantur,profana,temporalia,& secularia,si non sint sacris deseruientia.Virtutes,& dona Dei inter spiritualia sunt,*Can.1.& 2.l. quæst.* 1.& ratione connexionis,& quod spiritualia dona conferant,sacramenta spiritualia:*hæc tractantur à magistro sententiarum,lib.4.d. 1.& 2.de iis non vendendis.in cap.non satis.cap.8.cum in ecclesia. cap. 9.de simon.lib.5* P.*tit.5.*sicuti & quæ religiosis locis adhærent, religiosa censentur,*Paul.l.quæ religiosis.* 43. *de rei vind.lib.6.*P.*tit.1.*vt ius patronatus annexum spirituali spirituale.*cap.de iure patronat. cap.16.de iure patron.lib.3. apud Gregorium tit.* 38. *cap.quanto, de iudic.apud eundem.* Huius & iuris censebuntur sacra vasa, vestes,& reliqua cultui diuino destinata,*Panormit.in cap.consulere.numero 3. de simonia.* quæ quamuis corporalia sint, tamen in illis,quod spirituale est incorporeum est,& animo solo intelligitur: etsi exteriora signum aliquod inuisibilium exhibeant. ¶ Et † de iis ex- 3
stant propriæ in iure vtroque tractationes.Eoque referũtur tituli Codicis Iustinianei in primo libro , De summa trinitate,& fide catholica,tit.4.de sacrosan.eccle.tit.5. & qui sequũtur tit.6.7. 8.9.10.11.12.13.14.15.16. Tractãt & de spiritualibus,diuinis,& religiosis summi Pontifices in decretalibus ,sexto, & Clementinis, extrauagantibus,de summa trinitate, de electione , postulatione prælatorum, de trãslatione episcopi, de supplenda negligentia prælatorum,de tẽpor.ordinat.de renunciatione, de sacra vnctione , de sacramentis non iterandis:& dum agunt de officiis ecclesiasticis,de symonia,de iure decimarum,de vsuris,de sepulturis, voto,euchariſtia,consecratione,& huiusmodi. Item de aliis spiritualibus non sacris,quoties agunt de consensu,de voluntate,de consilio,pactis,& similibus,de iuris & facti ignorãtia, de iniuriis verbalibus, & de reliquis , quę intellectu solo comprehenduntur.Nam quæ ex spiritu nascũtur, spiritualia sunt, D.*Ioan.Euangel.c.3.*& simile sibi simile gignit propria generatione,vel productione. Estque industria personarũ ideo spiritualis,*Vlpianus in l. inter artifices.* 31. *de solutio. lib.*46.P.*tit.*3. Siquidem omnes artes & scientiæ & intellectualia,incorporalia dicuntur à Porphyrio *lib.de occasion.* ¶ Ex † quibus sequitur & iura esse inter incorporalia an- 4
numeranda,quia illa solo animo comprehenduntur:quanquam ea,quibus iura adhærent,sint corporalia.*l.1.§. quadã,de rerum diuis.lib.*1.P.*tit.*8.*§.1.de rebus corpo.& incorporal.lib.2.Instit.*Iuris autẽ appellatio ad multa pertinet,P*aul.in l.penult. & Mart.l. fin.de iustit.& iur.lib.*1. P.*tit.*1. Quamobrem ne nos pluribus exemplis oneremus,erit regula generalis:vt id omne,quod in finitione sua habet vocabula iuris,sit incorporale. Igitur & hæreditas,quia per ius definitur , *Iulianus in l.hæreditas.* 63. *de reg.iur.lib.* 50. P.*titu.*17. *Caius in l. nihil aliud.*24.*de verborum significat.lib.*50 P.*tit.* 16. incorporalis erit *dict.l.1.de rerum diuis.in* P. Similiter & seruitutes, quæ iura prędiorum dicuntur, *Bart.in l.1.de seruitutibus. l. final.de præscript.longi tempor.* C.& seruitutes personarum à iure gentium introductę,*l.ex hoc iure de iustit.& iur.lib.* 1. P. obligatio, vt iuris vinculum *§.1.de obliga.lib.3.Instit.tit.*14. actio, vt ius persequendi, *§.1.de actio.l fin.de præscrip.long.temp.*ius patronatus,ecclesiasticũ, & non ecclesiasticum,*ts.de iur.patr. ap. pontifices summos. & tit. de iur.patronat.in* P.*lib.* 17.*tit.* 14.*posiſſ.l.4.& simil.*siue profanum:iurisdictio,*l.1.de iuri.d.omnium iud.lib.*2.P.*tit.*1.& sic de similibus.

¶ Quod † si de formis agatur , formas & incorporales esse 5
credi par est: siue illæ substantiales,siue accidentales sint. Porro forma substantialis ea est, cuius ratione quid tale dicitur, vt hominis forma substantialis,illi propria ratione corporis & animæ immortalis compositio.*Clem.1.de summa trini.*In arboribus,pro-

Digitized by Google

prium genus propriaue ſpecies, qua differunt inter ſe & ab aliis rebus. Accidētalis qua ad tempus mutatur res, extrinſecus. Nam *Forma* eſt tranſmutationis effectrix, diſtinguens rem ab aliis, & permutationem eandem à ſeipſo, *Vlpianus l. Iulianus. 2. §. ſi quis rem. ad exhib. lib.* 10. P. *tit.* 4. *Caius l. adeo. 7. §. inſulam de acquiren. rerum domin. lib.* 41. P. *tit.* 1. Sic figura omnis, quæ videri putatur, cum tamen non videatur, incorporalis eſt, & ſpiritualis. Quod enim hoc ſit quadratę vel triquetrę figuræ vel alterius, ad animi determinationē pertinet: Quia mathematicæ omnes definitiones, contēplationesue ſunt cōſiderādæ in abſtracto. Et oportet credere tales eſſe, prius quā tales eſſe dignoſcamus, vt admonet Ariſtoteles *lib.* 11. *Metaph. c.* 3. vt & Plato *in lib. ciuili* tradit, mathematicas formas ab omni actione liberas. Dehinc & Ariſtot. *lib.* 3. *Metaph. c.* 5. ſcribit ea, ex quib. figura fit, vt pūcta, lineā, rectitudinē ſine corpore eſſe poſſe, neq; omnia exiſtētia eſſe corpora, neque inter
6 corporea poſſe adſcribi. ¶Hinc † pendet vtilitas nō exigua perdificili illo tractatu diuidui & indiuidui: Nā incorporalia, vt iura ſeruitutum promiſſa, quæve formam habent ſubſtantialem vnam, vt homo, pro parte ſolui reipſa nequeunt, vt indiuidua, item plura obligatione ſimul promiſſa, cum obligatio iuris ſit, pro parte, quod pertinet ad tollendam obligationem, vt ea pro parte cenſeatur ſublata, ſolui nequeunt, vt notat Paulus lib. 27. ad edictum, *l.* 2. *de verborum obligat. lib.* 45. P. *tit.* 1. Vlpianus, *l. ſtipulationes non diuid.* 72. *de verborum obligat. Mod. l. pro parte*, 11. *de ſeruit. lib.* 8. P. *tit.* 1. *cum ſimil. ibi notat.* & alij. Alioquin enim corrumpi oporteret ſtipulationē diuiſione, vel ex vna duas, vel plures naſci, vt ſint tot ſtipulationes, vel obligationes, quot ſint ſeparatæ res, ſecundum eundem Vlpianum, *l. ſcire debemus*, 29. *eodem tit. de verborum obligat. cum ſimil. ibi notat.* Nā pro ſubſtantia contractibus eſt forma præſcripta, qua mutata, degenerat negotium in aliam naturam, *Martia l. vbi ita donatur*, 27. *de donat. cau. mort. lib.* 39. P. *tit.* 6. illa exiſtente ex placito indiuiſibili. ¶ E-
7 runtque † conſequenter res indiuiſibiles, vel diuiſibiles, vel ſua naturali forma & ſubſtātia, vel ſolutione, vel promiſſione, ſiue obligatione: in quibus optime verſatum eſſe de iure reſpondentem oportet. Et cum Bartolo, *tract. de aluco*, obligationem perpendere debemus: vel in modo contrahendi, & tunc in contractu qui facti eſt, *l. conſilio, de curat. fur. in P.* antequam adſit vinculum obligationis, addi vel minui poteſt: in modo autem obligandi, quia certius nihil. *l. obligationum fere, §. placet, de act. in P.* aut vt contractam conſideramus, & tunc nec addi nec diuidi quicquam ab ea etiam poteſt, non modus, non conditio, *l. perfectum de donat. quæ ſub mod. C.* vel conſideramus res, quæ in obligationem venerunt: quæ, ſi ſua natura diuiduæ, & talis porerit eſſe particularis præſtatio, & rerum ratione diuidua ſecundum quid erit obligatio, & ſolutione partis pro parte interibit, *l. ſi ſtipulatus ſim*, 9. *§. qui decem, de ſolut lib.* 46. P. *tit.* 3. Verum donec ex integro ſatisfactum ſit, ius obligationis integrum: vt pro parte reſidua, & tota poteſtas capiendi pignoris & venditionis eius ſalua ſit, *Gordian. Caſſ. l.* 2. *debit. pign. Vend. imp. non po. lib.* 8. *C. tit.* 29. *& l. quamdiu. de diſtra. pig. lib.* 8. *C. tit.* 18. perinde ac ſi nihil fuiſſet ſolutum: ſit tamen imputatio poſtmodum ſoluti, in integra præſtatione. Et ſecundo loco memoria tenendum, inter corporalia & incorporalia intereſſe: quod illa tangi viderive ſui natura, & diuidi ſiue in partes ſimilares, ſiue diſſimilares corporeas poſſint: iſta, *d. l. 1. §. quadam, de rer. diuiſ. in* P. *Pau. l. arbor* 19. *§. de veſtibulo cum ſeq. communi diuid. lib.* 10. P. *tit.* 3. *Vlp. in l. 1. §. is qui totam, & §. ſeq. & Iulian. in l. non poſſumus*, 7. *ſi pars hered. peta. l* 5. P. *tit.* 5. *l per fundum, de ſeruitu. ruſt. prad. in* P. *& l. Vnus ex ſociis eodem tit. l. fin. com. prad. lib.* 8. P. nequaquam, quæ tantum animo & complectimur & diſtinguimus, intentione vel remiſſione animi formamus, vel fingimus. Quamobrem & notabile eſt, illos qui animum habent, vel impeditum, vel deperditum, vel læſum, negotiorum eorum non eſſe capaces, quæ à mente ſana tractari debent, & quæ conſenſum & voluntatem deliberatam exigunt: veluti merito furioſis, pupillis, inhibentur contractus, potiſſimum qui conſenſu perficiuntur, vel quorum conſenſus verbis exprimitur, *§. furioſus & §. pupillus, de inutil. ſtipul. Vlp. l. vbi non voc.* 167 *de reg. iur. lib.* 50. P. *tit.* 17. inhibetur & amentibus coniunctionis per nuptias facultas, *Vlp l. patre furioſo, l.* 8. *de his, qui ſunt ſui vel alien. iur. lib.* 1. P. *tit.* 6. *c. dilectus, de ſponſal. c. neque furioſus*, 32. *q.* 2. *cum ſimilib.* & impuberibus in foro dicendi, *Vlp. in l. 1. §. initium, de poſt. lib.* 3. P. *ti.* 1. vel iudicandi libertas, P. *au. l. cum prætor*, 12. *de iud.*
8 *lib.* 5. P. *tit.* 1. ¶ Dehinc † & adiiciendum, diſcrimen maximum eſſe inter ſpiritualia & temporalia multis de cauſſis, præter illam corpoream declaratam differentiam: ſacra namque de conſecratione pontificum ſiunt, *Martia. l. in tantum*, 6. *§. facta, de verum diuiſ lib.* 1. P. *titul.* 8. non poſſunt præſcribi; *§. ſed aliquando, de vſucap lib.* 2. *Inſtit. tit.* 6. neque in ſtipulationem deduci, *l. inter ſtipulantem*, 83. *§. ſacram. & l. multum*, 34. *de verbor. oblig. lib.* 45. P. *tit.* 1. cum in dominio alicuius non ſint, *§. ſacra. & §. nullius, de rer. diuiſ.* Minus etiam ſpiritualia, ſacramenta, & ſimilia nundinationes recipiunt: eo quod, dona Dei æſtimari nequeant vili hac materia & pretio corporeo, alioquin imminente tentantibus imponere æſtimationem pœna maledictionis, qua ob eandem cauſſam punitus fuit Simon Magus, *Actorum cap.* 8. à quo & reliqui qui comparare pretio diuina ſatagunt, ſimones vel ſimoniaci *gl. in princ. l. quæſt. 1. & can. qui ſtudet, 1. quæſt. prima*, & crimen ipſum ſimonia, vt vendentes Giezitæ, à Gieza ſeruo Heliſei, qui ob gratiam à Deo per Heliſeum prophetam Naamo conceſſam in lepræ cura, auſus eſt munera poſcere ſuo maximo malo & poſterorum ſuorum: lepra ideo alba in perpetuum in vltionem ſceleris infectus, 4. *Reg. 5. d. ſtudet. 1. q. 1. c. ſicut pro certo. de ſimon.* Atque in cauſſis ſpiritualibus maior 14. annorum filius familias, in iudicio ſuo nomine, ſine patris conſenſu & voluntate eſſe poteſt, in aliis non poteſt, *c. ſi. de iudic. lib.* 2. *ſexti decret. tit. l. cum oportet, & l. cum non ſolum, de bon. quæ lib.* ¶ Suntque † aliæ differen-
9 tiæ quæ omittuntur. Sed & ſpiritualia difficilius deſtruuntur, quam fiant: contra, corporalia difficilius fiunt, quam deſtruantur, *c. inter corporalia, de maior. & obed. apud Greg.*

De forma. & eius regulis. Cap. II.

1 *Formarum diuiſio, &c.*
Forma ſubſtantialis, quod ſit perfectio rei, & de animalium forma.
2 *De forma vel figura extrinſeca, & de intrinſeca rerum additione vel detractione mutata.*
Teſtamentorum forma immutabilis.
Item contractuum.
Actionis rei vxoriæ transfuſio in ex ſtipulatu actionem.
3 *Forma accidentalis quid.*
4 *Formam exprimit, 1. expreſſio honeſtatis, 2. condicio, 3. ordo. 4. continuatio actus.*

SEd quia obiter de forma dixiſſe non ſufficit, ſeorſim † de il- 1
la paucis agamus adhuc, eo quod eius cognitio valde neceſſaria nobis ſit. Conſiderabimus itaque illam cum in corporalibus, tum in incorporalibus, vel vt ſubſtantialē vel tanquam accidentalem. Subſtantialem dicemus, conſummationem & perfectionem cuiuſque rei, prout quæque res habet definitam & determinatam rationem vel compoſitionem certis rebus vel partibus abſoluēdam, vt me docuit Caius Iuriſcon. *l. ſi is qui quadringenta*, 79. *§. ſi. ad legem Falc. lib.* 35. *P. tit.* 2. Nec dicitur homo, qui in vtero adhuc embryo eſt, nec partes omnes hominis completas habet. *Pau. l. non ſunt liberi*, 14. *de ſtatu hom. lib.* 1. P. *tit.* 5. *Vlpian. in l Iulianus*, 9. *§. ſi quis ad exhib. lib.* 10. P. *tit.* 4. *Iuſtin. l. quod certatum. 3. de poſt. hered. inſtit. lib.* 6. *C. tit.* 29. Nec inanimato corpore natus, *Clement.* 1. *de ſumma trinit. in Clem. can. ſi quis obiecerit*, 1. *quæſt.* 1. *can. Moyſes*, 32. *quæſt.* 2. Sic in aliis animalibus, ea formā non habent ſubſtantialem, quæ carent vita ſenſitiua: ſed aliud nomen accipiunt, carnis. *Iulian. in l. ſi ſeruus*, 14. *§. fin. de condit. fur. lib.* 13. P. *tit.* 1. P. *au. l. mortuo boue*, 50. *de legatis* 2. *lib.* 32, P. *tit.* 1. ſolum vel corii, vel cadaueris, velut & in hominis corpore pariter obſeruatur, efflata anima, *tit. de cadauer. punitur lib.* 48. P. *tit.* 24.

¶ Huius † ſpeculationis eſt figura exterior in rebus corporali- 2
bus, cuius alteratio mutat rem à ſeipſa, vt alia à ſe videatur: ſiue illa ſit ſubſtantialis, ſiue accidentalis. Verum intrinſeca mutata, magis res alterat: vt ſi bonitas vini mutetur, & acceſcat, fit acetum, & definit eſſe vinum, *Vlpianus l. in venditionibus*, 9. *de contrahend. emt. lib.* 18. P. *titul.* 1. Niſi mens loquentis, vel vſus improprius loquendi, vtrumque deſignet eodem nomine: Alias enim vinum non continet acetum, mulſum, hydromel, defrutum, nec ſimilia, *Vlpianus l ſi quis vinum*, 9. *de trit. oleoque leg. lib.* 36. P. *tit.* 6. Item forma arte addita, quæ rei dat nomen, ſi mutetur, remaneat quamuis eadem materiæ ſubſtantia, rem aliam conſtituit: vt poſtquam in ſcypho bibi nō poteſt, non amplius ſcyphus erit, *Vlp. l. Iulianus*, 9. *§. ſi quis, ad exhib.* 10. *lib.* P. *tit.* 4. Et facti argenti appellatio, infectum non continebit, *Vlpianus l. Quinc. Mutius*, 29. *§. cum aurum. de auro & argento leg. lib.* 34. P. *tit.* 2. Atque vniones interire dicuntur, cum ex naturali forma decidunt ſolida, & diſſoluuntur, *Mar. in l. Seia*, 6. *de auro & argento leg. lib.* 34. *P. tit.* 2. Quod & in formis negotiorum ſine actionibus obtinere putandum eſt: vt ſi à definita qualitate deficiant, nec habeant ſolemnitatem requiſitam, inutilia prorſus ſint, vel in aliquam aliam naturam tranſeant, *l. qui per ſalutem, de iureiuran. in* P. *Martian. l. vbi ita donatur*, 29. *de mort. cauſ. donat. lib.* 39. P. *tit.* 6. *Cel. l. cū precario*, 12. *de precar. lib.* 43. P. *tit.* 25. ¶ Exempli cauſſa, vbi in vltima voluntate non inuenitur heredis inſtitutio, quæ potiſſima cauſſa ſubſtantialis teſtamenti, eſt, *l. 1. de heredibus inſtitu.* P. *§. ante heredis inſtitutionem, de leg. apud Iuſtinianum, l. 1. de vulg in* P. ibi nec mentem coniicimus, nec naturam teſtamenti, ſed codicillorū, *Dioclet. & Maxim. l. nō codicillum*, 14. *C. de teſta. lib.* 6. *C. tit.* 23. Si tamē reliqua, quæ codicillorum ſunt, adſint. ¶ Eo modo in reliquis propriis contractuum determinationib. vel à lege, vel ab homine inductis, quæ violari non poſſunt, quin ipſe cōtractus vim patiatur, vel mutationē, neq. additioni quidē vel detractioni locus eſt: hæc. n. aliud faciūt, *Papin. in l pacta conuenta*, 72 *de contrab. emt. li.* 18. *P. tit* 1. ſi in ipſo cōtextu nō fiāt, vt dicemus in contractibus. Deo iuuāte. Nō ſecus ac cū additur vel detrahitur iuri gētium, fit aliud ius, ciuile inquam, *Vlpian. l. ius ciuile*, 6. *de inſtit. & iur. lib.* 1. *P. tit.* 1. Quamuis illud à iure gentium non omnino recedat, neque per omnia illi ſeruiat. Atque ita transfuſio vnius formæ in aliam, nouum quid facit, & figuram conſtituit nouam,

quæ

Digitized by Google

quæ priorem expellit: vt actio ex ſtipulatu addita conſtitutioni dotium perimit rei vxoriæ actionem, *Iuſtin. in l. 1. §. cum autem, & §. & nemo putet, de rei vxor. act. lib. 5. C. titu. 13.* ¶ Vt vſus ſeruitutis contrarius formæ impoſitæ in conſtitutione, tollit ſeruitutem: veluti vſus ſeruitutis nocturnæ, amittitur diurna conſtituta, *Pau. l. ſi priuatum, 17. de aqua pluu. arcend libro 39. P. titulo tertio.* Et hæc ad formam ſubſtantialem proprie pertinet: vel ad intrinſecam, ratione cuius res eſſe habent, vel ad extrinſecam, ratione cuius talia qualia ſunt, eſſe propria figura & charactere dicũtur. ¶ Paulo
3 † tamen diuerſa conſideratione, in accidentali vtendum eſt: ea quippe eſt, quæ adeſſe abeſſeve poteſt, ſine corruptione ſubiecti, id eſt, ſine corruptione formæ intrinſecæ, vel perfectionis extrinſecæ: vt docili poteſt exemplo iudicij, quod idem eſt, etſi in locum demortui iudicis, alius ſubrogetur: quod philoſophice perſequitur Alphenus Iuriſconſultus, *l. proponebatur, 76. de iudic. lib. 5. P. tit. 1.* Accidens quippe plus & minus continet tantum, ratione quorum, rei non cõſtituitur differentia à ſeipſa, nec actus diuerſitas, *l. fin. de fundo inſtru. P.* neque addititium formæ, rem mutat. Veruntamen præterundum non eſt, accidentalem formam, quæ in propriam extrinſecam tranſit ex integro priorem mutando, aliã rẽ à ſe, ſed accidentaliter, nõ ſubſtantialiter, facere, *l. ſi ſtatuam, de auro & argen. legat. lib. 34. P. titul. 2.* potiſſimum in nomine, quod ſecundum plus & minus varie impoſitum eſt, ſecundumque numerum, & ſecundum alia accidentia, veluti agris diuiſis, iugerum diuerſa appellatio *Caius l. adeo, 1. §. inſulam, de acq. rerum domin. lib. 41. P. titul. 1.* ¶ Sed † vt apertius doceamus, quid
4 quandove aliquid dicatur eſſe de forma negotij vel rei, ex Felino *in c. cum dilecta, de reſcript.* colligimus breuiter axiomata aliqua, quorum qui voluerit latius inquirere probationes, poterit ipſum auctorem conſulere.

1 ¶ Quando, quod negotio per ſe inerat de honeſtate ſine expreſſione, exprimitur vel à lege, vel ab homine, id de forma negotij ſubſtantiali ſentiendum, vt cum dictum eſt, *canon. noſtratus, 30. quæſt. 5.* ex honeſtate requiri in nuptiis conſenſum paternum, apud iuris canonici auctores, & in Gallia in edicto Henrici I. de clandeſtinis matrimoniis.

2 ¶ Pro forma data eſt, conditio appoſita in conſtitutione legis, vel hominis: atque tunc conditiones implendæ ſunt, vt formales, in forma illa præbita, *l. qui hæredit as. & l. Maximus, de condit. & demonſtr. in P cum ſimilib. l. 2. de inſtitut. ſub cond. facl. in P.*

3 ¶ Quando ſtatuitur ordo in legis vel hominis diſpoſitione, is pro forma eſt ſequendus, *& in tit. de ordin. cogn. lib. 7. C. tit. 19. & in cap. quoniam contra, de probation apud Gregor. Calliſtrat. l. ſi de vi. 37. de iudic. lib. 5. P. tit. 1. l. 1. & 2. quando ciuil. act. crimin. præiud. lib. 9. C. tit. 31. l 2. §. primo. de vulg. in P.*

4 ¶ Quæ interuenire debent in ipſo actu, & quæ vno contextu fieri iubentur, de ſolemnitate ſubſtantiali ſunt, vt iis omiſſis tunc corruat negotiũ, nec poſtea poſſint ex interuallo adijci: veluti dũ lex exigit ſolemnitates teſtamẽtorum continuo actui adijci, *l. hæredes palam, §. fin. de teſtamen. in P.* dum iubent interrogationem & reſponſionem in ſtipulatione ſimul annecti, *l. continuus, 137. de verborum obligation. lib. 45. P. tit. 1.* Nam ſi quid aliud perfectis negotiis additur, & ſi illis adhæreat, non forma erit negotij, ſed forma alia iuuans vel corroborans actum, quæ nõ eadem tamen cum actu primo, vt exemplo eſſe poteſt inſinuatio actuum poſt actus requiſita, quæ eſt ſolemnitas effectum inducens, non ſubſtantialis cauſa actus, *Iuſtin. l. ſancimus, 34. Conſtant. l. data, 27. Leo. l. in hac ſacratiſſima, 30. de donation. lib. 8. C. titul. 54.* qualis & cautio heredis de reſtituendis vſuris à teſtatore exactis illegitime, quæ ad teſtamenti effectum accedit. *cap. quamuis, de vſur. in 6.*

5 ¶ Vbicunque adijcitur decretum annullans, vt ſi contradicta vel conſtituta fiant, nulla ſint; omnia diſpoſita, pro forma ſubſtãtiali ſunt, ſicuti in reſcriptis vel ſanctionib. adijcitur clauſula irritans, idque tripliciter: primo hæc, Nulli ergo hominum liceat hanc paginã infringere, *vt in extrauag. commu. c. 1. & fi. in fi. de prab. c. 1. in fi. ne ſede vac & c. 1. & ſeq. de reb. eccl. non alien. & in extrauag.* 2. per clauſulam, Non obſtantibus, *c. 1. in fi. de ſchiſm. in extrauag. communibus.* 13. per clauſulam, Si quis hæc attentare preſumſerit, ferat ſibi indignationem Dei. *c. 3. de priuil. in extrauag. comm. & c. ſeq. eo. &c.*

6 ¶ Quando dictum eſt, vt ita demum fieri non poſſit: tunc quod ante dictum, pro forma eſt, *vt ap. Marc. in l. non enim aliter, 18. de adop. lib. 1. P. tit. 7.*

7 ¶ Quando tempus certum definitur, ibi forma ſubſtantialis. vt in præſcriptionibus.

8 ¶ Quando diſpoſitum eſt vel præter, vel contra ius cõmune, ibi forma ſubſtantialis: vt paſſim in conſuetudinibus dantur exempla.

9 ¶ Formam facit quod diſpoſitum eſt, & epigraphe vel titulus diſpoſiti ita inſcribatur, De forma. Nã tituli debẽt conuenire diſpoſito, & diſpoſitum titulo, *Hermog. l 2. de ſtat. hom. lib 1. P. ti. 5.* Porro vtilitas iſtius præcognitionis, nũ quid ſit de forma actus, in eo verſatur, vt quę de forma ſint, debeant ad amuſſim obſeruari, fieri vel impleri. alioquin nihil actum videatur, & cotruat quod agitur, ſi præter vel contra formam factum ſit, *c. cum dilecta, de reſcr. lib. 1. decret. c. Piſanus, de reſt ſpol. in decre. c. Venerabili, de off. & pot. iud. ord. in decret. Vlpian. l. tum hi. 8. §. ſi prætor. de tranſ. lib. 2. P. tit. 15. l. qui per ſalutem, de iureiur. in P.* Quod perpetuo verum eſt, niſi in tribus caſibus. Prior, ſi actus fiat ex certa ſcientia contra formam, ab eo qui poteſt quando vult, ſolemnitates vel ſupplere vel immutare: quemadmodum præſentia ipſius principis, qui publicam gerit auctoritatem, *Iuſtin. §. ſed quod principi, de iur. nat. li. 1. Inſt. tit. 2. Vlp. l. 1. de conſtit. princ. lib. 1. P. tit. 4. Aurelius, l. vn. de offic. præf. prat. lib. 1. P. tit. 11. cum ſim.* ſupplet ſolemnitates teſtamentorum coram eo factorum omiſſas, quãuis illæ iuris publici ſint, *l. 3. de teſta. lib. 28. P. tit. 1.* Atque in aliis idem ſtatuendum, ſi modo princeps, vel qui poteſt expreſſe, vel actu ipſo deroget ſcienter; alioquin enim, niſi concurrant, princeps iuri publico, aut eius ſolemnitatibus non cenſetur ſuis reſcriptis derogare, *Anaſt. Imp. in l. fin. iunct. gl. ſi contr. ius vel vtil. publ. lib. 1. C. tit. 25. Conſt. Imp. in l. nec damnoſa. 3. & Theod. & Val. in l. reſcripta. 7. de prec. Imp. offer. lib. 1. C. tit. 22.* Alter caſus, ſi quod additur formæ, minimum ſit, & ad eundem finem conſpiret, illud non mutat formam, ſed iuuat, vt forma formæ addita, *probat gl. in c. innocens, ad verb. clementer, 22. q. 4.* Tertius, vt ſi ſine periculo forma non poſſit impleri expreſſe, ſufficiat eam impleri per æquipollens, *cap ſtatutum, de offic. delegat. in 6.* veluti in forma quæ exigit, vt beneficiorum acceptatio publicetur in locis vel templis ſacerdotioſi: ſi tuto is locus adiri non poſſit, poteſt alibi publicari, *Lud. Roman. ſingul. 433.* Sic in vocatione iuris experiundi cauſſa facienda ex forma in loco domicilij, in periculo, vt alibi fieri poſſit diſpenſatur, *gloſſ. Clement. 1. de foro competen. in Clement.* quod & in appellatione ſignificanda receptum eſt, *Clemen. cauſſam, de elect. apud Clem.*

De dominio, proprietate, & poſſeſſione.

Cap. 12.

1 *Proprietatis, vel dominij, & poſſeſſionis prænotio, neceſſaria acquiſitioni rerum.*
2 *Dominium à δόμος, non à domo dictum.*
3 *Dominij finitio.*
4 *Proprietarius, & proprium quid, & quomodo.*
5 *Dominium in plenum & non plenum partitum, & quid ſit vtrumque.*
6 *Plenam poteſtatem rei minuit vſusfructus.*
7 *Dominium directum & vtile quid:* Proprietas nuda.
8 *Dominium fictum eſſe.*

AD illa rerum genera corporalium & incorporalium, referri poteſt & ſubiici, & alia rerum diſtinctio, quæ habet plura capita, ex earum dominio & poſſeſſione pendens, quæ intelligi vix poteſt à iuris tyronibus, niſi prius de dominij, proprietatis, † & poſſeſſionis appellatione quædam præcognouerint, 1
cum ex his ius tenendi res & varia nomenclatura ſequatur. Quamobrem de iſtis pauca notare antea operæpretium duco.

¶ Igitur † Dominus mihi videtur is dici, cui aliquid ſubiicitur: non ſecus ac Græci dicunt verbum δεμεῖν, ſignificare ſubiicere: veluti & Latinis δεμεῖν illud contractione facta in δομῶ. 2
Mutuata ſignificatio verbi domo, idem oſtendit. Conſentit etiam Hebraica ſignificatio, affinis huic nomini דום, domem, quod idem eſt, ac fecit ſilere, compeſcuit, & ita ſibi obedientem reddidit: vnde malo dominum potius dici, quam à domo, id eſt, ab ædibus cum Ambr. Calepino. Siquidem vt Mar. Varro notat, *§. de ling. Latin.* Domus nomen Græcum eſt, ſicuti & apud Hom. *Iliad. n.* vſurpatur, *δῶμ' ἐς ἱερὸν δμῶες ἀνωτερὸν δόμον*, & apud Heſiodum *in Ergis, ἐν ἀβληχροισι δόμοισι*. At domus δόμος vel δῶμα à δλω ortum habet quod eſt ædifico: quare non poteſt ædificij & dominij trahi inde vlla ſimilitudo, cum nec qui ædificat, ideo dominus dicatur, imo potius ædificatum in alieno, cedit domino ſoli, *Vlpia. l. redemptores, 40. de rei vind. lib. 6. P. tit. 1.* ¶ Itaque † dominium di- 3
cetur facultas, qua poſſumus in aliqua re quippiam: vti poteſtas in ſeruorum perſona dicitur dominium, à Paulo *l. poteſtatu, 215. de verborum ſignificat. lib. 50. P. tit. 17.* libro ſingularium ad legem Fuſiam. Et in perſona magiſtratuum, imperiũ, cuius poteſtas, quod pertinet ad eius retinendi facultatem, dominio rei ſuæ ſimilis dicitur, ab Vlpiano *l. qui furere, 20. de ſtat. hom. lib. 1. P. tit. 5.* ¶ Sic qui 4
† ſibi ſoli habere rem poteſt, ſine communione, dominium habere dicitur: & ſignificantius proprietarius dicitur is, cuius poteſtati res magis accedit. Siquidem *Proprium* dicitur, quod magis prope nobis eſt, peculiareque cuiuſque: &, vt in ſumma dicam, quod vni ſoli conuenit. *c. 1. de patr. pot. lib 1. Inſtit. l. omnes populi. de iuſt. & iu.* Et ita proprium ſolum Iabolenus Iuriſc. dixit, *l. proprium ſolum, §. com præd. lib. 8. P. tit. 4.* quod commune non eſt cum ſocio. Hinc & proprietas eius eſſe dicitur, cuius ſolum eſt & res, quod plus ſit rem habere, ex qua vſusfructus, quam ipſum vſumfructum: vnde & proprietas pro re ipſa, ſi in dominio alicuius non ſit, ponitur à Iuſtiniano. *§. Iuſtorum, de rerum diuiſ. lib. 2. Inſtit. titulo* 1. Et ideo Vlpianus. *l. ſi vt certo, §. §. ſi duobus, commod. lib. 13. P. titulo ſexto*, tradidit, duorum vnius rei in ſolidum dominium eſſe non

Digitized by Google

posse, quod Tryphoninus *in hereditate, l.19. §.pater, de castr. pecul. lib. 49. P. tit. 17.* probat: nisi pro indiuiso, iuris tantum intellectu, non diuisione corporum; quis plures esse dominos eiusdem rei admittat cum Papiniano, *in l. Manius 68 §. duobus testamentis, de legatis 2. lib. 31. P. titu. 1.* Quo tamen casu adhuc & quisque sociorum retinebit integrũ dominiũ, vt in iure seruitutis apparet ex respõsis Iurisconsul. *apud Vlp. in l. 2. de seruit. tut. generali in P. in l. si cum prad. eo. & l. vnus ex socijs & l. per fundũ, de ser. rust. prad. l. Sabinus, com.*
5 *diuid. in P. cũ similib.* ¶ Cetertũ † hoc dominiũ interdũ plenũ dicitur, interdũ nõ plenũ. Plenũ dicitur, quãdo dominus & corpus rei, & vsumfructũ eius habet sibi liberũ. *Tryphon. in l. cum in fundo, 81. de iure dot. lib. 23. P. tit. 3.* & plenã in re potestatẽ, vt ait Iustin. *in §. si de vsufr. lib. 2. Inst. tit. 4.* Quod & ex Iustin. *l. raptores, 41. § bona, & §. seq. de pisc. & cler lib. 2. C. tit. 6.* constitutione facile colligitur. Sicut plenũ dicitur aliquid, si nihil quod eius naturæ sit, desit: veluti plenũ cõpromissum Papinian. *in l. si cum dies, 26. §. plenũ, de recep. arbitr. lib. 4. P. tit. 8.* dixit, quod de rebus omnibus controuersiisve compositum est. Et eo pacto vsusfructus in multis casibus pars dominij dicitur à Paulo IC. *in l. 4. de vsufr. lib. 7. P. tit. 1.* id est, dominij & plenę potestatis: non autem pars integralis iuris dominij, quod nihilominus proprie est penes eum: cuius corpus rei est, etsi vsusfructus ad aliũ pertineat. Quia proprie vsusfructus seruitus est. vt idem Paulus explicauit, *l. recte dicimus, 25. de verborum signific. lib. 50. P. Mart. in l. 1. de seruit. lib. 8. P. titul. 1.* Siquidẽ vsusfructus, est ius alienis rebus vtendi fruendi, salua rerum substantia. eidem Paulo *l. 1. de vsufr. in P.* & Iustin. *in §. 1. de vsufruct. lib. 2. Inst. tit. 4.* vt aperte postea alibi Paulus, *l. 1. si ager vectigal, vel emphyteut. pet. at. lib. 6. P. tit. 3.* etiam notauit, eos qui in perpetuũ, fundum vectigalem, quo fruantur, conduxerint, non esse domi-
6 nos. ¶ Verum † quandiu fructus percipere alij possunt, potestatem plenam non esse rerum dominis nemo ambigit: redeunte autem vsufructu redintegratur potestas, fitque, vt dicit Theophilus *§. finali de vsufruct. libro secundo Institut. iur. ciuil. tit. 4. & Iustinian. §. finali, eodem titulo, in Instit.* consolidatio proprietatis & vsusfructus. Sic tres illi Cæsares, Gratianus, Valentinianus, & Theodosius *in l. fœmina, 2. §. illud, de secundis nuptijs, libro quinto, Cod. titul. 9.* plenum ius proprietatis concedunt in bonis contagi, qui non habuit ex priore matrimonio liberos, vel si nati nateve discesserint: ita vt in his nanciscendi dominij & testandi circa quę voluerit, liberam habeat facultatem. Et absolute proprietas posita, quando de possessione, & dominio quæritur, pro dominio pleno sumitur, vt obseruare licet, plerisque iuris vtriusque locis: vt dum dicunt, prius de possessione, quam de proprietate agendum, *vt in cap. prim. de causs. possess. & proprietat. libro primo decret. titu. duodecimo. Vlpianus in lege prima, §. huius autem, Vti possidetis libr. 43. P. titulo decimo sexto. Imperat. in l. si quis conditionu, 25. de locat. libro quarto*, C. *titulo sexagesimoquinto*, & nihil commune habere proprietatem cum possessione, *l. naturaliter, §. nihil commune de acquirenda possessione, in P.* & sic de simil.
7 ¶ Non † plenum igitur dominium erit, & dicetur directum dominium esse in nuda proprietate, & quod ab hoc dominio discedit, erit quasi dominium, & quippiam nobis vtile ex reb' alienis. Et ita proprietati, vsusfructus opponitur plerunque, *vt in l. raptores. 41. de episcopis & clericis.* C. *in §. bona, & sequent. Casus l. 3. de vsufruct. lib 7. P. titul. 1. cum similibus. Iustin. in §. primo, & fin. de vsufruct. lib. 2. Instit. tit. 4.* in iure, nam proprietatis nudę nomine, nullus fructus continetur, vt notat Caius, *l. videamus, 19. de vsufruct. lib vigesi noscundo, P. titul. 1.* sed tantum ius rei solius, non considerata eius possessione vel vsu: sicuti distinguit Paulus *l. 2. §. quadam, de interdict. lib. 43. P. titul. 1.* in interdictorum tractatione, & Imperator Alexander *in l. proprietatis dominium, 4. de probationibus, libr. 4. C. titul. 19.* vocat proprietatis dominium. Et certe procul dubio dicendum est vnum genus veri dominij esse, proprietarij, quod directum dici potest, eo quod non aliunde pendeat, vel ex alterius re: Vsufructuarij autem ius, dicemus etiã fictione quadam & subtilitate iuris, esse dominium. Ita enim Tryphoninus *l. quamuis, 78. de iur. dot. libro vigesimotertio, P. tit. 3.* nominat maritum in dote vxoris, cuius tamen proprietas vere vxoris, fructus autem mariti: quod ad subtilitatem legum refert Iustinianus, *l. in rebus, 30. de iure dot. lib. 5. C. titulo duodecimo.* Proprie autem quasi dominiũ dicetur, sic enim & Tryphoninus appellat *in l. cum in fundo, 81. de iure dotium, in P.* maritum, penes quem antea dixerat esse rei dotalis dominium, quasi dominium in vsufructu in dotem dato: ratione enim dictionis, quasi, reiecta opinione Accursiana, *in dicta l. cum in fundo, ad verbum quasi*, quæ vult ibi veritatem inde exprimi, existimo similitudinem dominij, propter commodum fructuum, non verum dominium exprimi. Indicat enim impropriam significationem vocula, quasi, & imperfectionem dicti, *vt apud Paulum in l. in facto, 59. de condition. & demonstration. lib. 35. P. titulo primo.* Eo modo intelligenda lex Theodosij Imperatoris, *l. possessores, 12. de fund. patrimon. libro vndecimo*, C. *titul. 61.* dum ait eos, qui patrimoniales principis fundos, & emphyteuticarios possident, esse fundorum dominos: cum tamen vere domini non sint emphyteoræ, sed illi qui in emphyteosim dant, rei vocentur domini, *Zeno in l. prima, & Iustinianus in l. 3. in principio, de iur. emphyt. lib. 4. C. titul. 66. dicti. leg. 1. si ager vectigal. libro 6. P. tit. 3.* Reddam autem rationem, quare vsufructuarij, vel alij emphyteutæ, qui in alienatione rerum emphyteoseos liberi non sunt, non mereantur domini nomen, quod non possint de his libere disponere in vita, & sub mortem: in quibus vera est nota veri domini, qui ita pro modulo volũtatis disponit, *§ 1. de lege Fusi. Cani. tollen. apud Iustinianum, l. 1. C. de sacrosanct. eccles. l. verbu legis, de verborum significatione. leg. 1. ad legem Falcid. in P. l. nemo externus, de Iudæis, lib. 1. C. l. in re mandata*, Cod. *mandat. l. 2. de iis qui sunt sus vel alien. iur. lib. 1. P.* Vsusfructus autem cum vita finitur, & repetit proprietatem, *§. finitur, de vsufruct. Paul. necessario, 8. § final. de perscul. & commod. res vend. libr. 18. P. tit. 6. l. 3. § final. quibus mod finit. vsusfructus.* Non negarim tamen vsusfructus dominium dictum fuisse à Iuliano, *in leg. qui vsumfructum, 3. si vsusfruct. petatur, lib. 7. P. titul. 6.* Intelligi autem debet, vt sit dominium secundum vtilitatem. * Nam quia vtilitas & commodum dominij proprietatis, ad alium, nempe ad fruentem, pertinet, non est reticienda vtilis dominij appellatio, vt plerique, & male quidem mea sententia, suadent. Nam ratione directi, & vtile dici potest: sicut in actionibus, vtilem eam dicimus competere ei, qui nõ habet ius dominij plene cessum, sed ad quem compendium rei pertinere debet: quemadmodum directa competit, cessis plene iuribus, vt vtrumque probat Alexander Cæsar in hypothesi, *in l. emtor hæreditatu, 5. de hæreditate vel actio. vend. lib. 4. C. tit. 39. Impp. Diocletian. & Maxim. in l. postquam, l. 7. & in l. ex nominis emtione*, 8. *eodem.* C. hereditatis venditæ. Neque quicquam prohibet, quin transpositione similitudinis, aliquid alterius nomen non vsurpet ratione alicuius, veluti quãuis filium eum dicamus, quem nuptiæ demonstrant, *lege filium, de stat. homin. in P.* ex matrimonio conceptum: nihilominus tamen, & receptum est, & filium eum dici, quem adoptamus, *tot. tit. de adopt.* ¶ Vt † & in iure, ne longius abeam, dominium quod 8
dam fictum inueniatur, id est, ratione iuris siue vtilitatis adhuc competens, & nõ adepta re, vel possessione, quale in legatis tradunt esse, quando à die mortis testatoris in legatarium recta via transire dicuntur, *l. à Titio, de furt. in P.* Non enim prodest legatario interim legatum, ad acquirendum quicquam, *glos. in l. Vnica, §. in nouissimo, de caducis tollend. lib. 6. Cod. titul. 50.* ex re legata. Dictumque in mariti substantiam, *l. in rebus, de iur. dot.* C. dotem transire, fictione iuris.

ADDITIO.

* *Non videtur ea lege Iulianus vsumfructum, dominium appellare propter vtilitatem, nam eadem ratione, vbique vsusfr. Dominium dici posset, cum semper vtilitatem præstet. Sed improprie Iulianus ibidem vsumfruct. appellat dominium: quæ iure ciuili constitutus est: respectu eius vsufruct. qui à prætore, in fideicommissarium cõtinuatur, aut potius de nouo constitutus fuerat.* (*Solet enim Prætor vt plurimum Iuris ciuilis subtilitatem temperare, & loco dominij, possessionem dare*) *& huius opinionis confirmandæ causa, addo l. si quis, 29. & l. generali, 12. §. 1. D. de vsu. & vsufr. leg. Hæc ego, Salua bona gratia, & meliore IC. Prælatissimi iudicio, & explicatione, in transitu notãda censui* P. *Brederodius.*

De possessione. Cap. 13.

1 *Dominium cœpit à possessione.*
2 *Possessio dominium continet aliquando, & contra.*
3 *Possessio, & proprietas distinguuntur.*
4 *Plena possessio cum vsufructu.*
5 *Possessionis finitio noua.*
6 *Iuris nomen in antiquis finitionibus possessionis exuberans, cũ sit facti, & probatur vsque ad 12. numerum.*
7.9 *Possessio à pedum positione.*
8.10.11 *Possessio ab alijs, à sedium positione.*
12 *Possessio proprie corporalium, non incorporalium.*
13 *Animus cum corpore in possessione concurrere debet.*
14 *Per nosipsos & alios acquirere possumus possessionẽ. & possidemus.*
15 *De diuisione possessionis, vel diuersis modis possidendi, ex iure & facto exuberante.*
16 *De possessione, quæ plus iuris, quam facti habet: plus iuris, id est, animi, vel incorporei. & 18.*
17 *Hæc possessio ciuilis.*
19 *De possessione quæ habet plus facti quam iuris.*
20 *De colorata possessione.*
21 *De ea, quæ plurimum iuris, & plurimum facti habet.*
22 *De ea, quæ nihil iuris habet. & 24.*
23 *Posse quem incumbere possessioni ciuiliter, naturaliter vtroque modo: non autem dici ciuilem possessionem.*
24 *Possessio naturalis.*
25 *Possessio mere ciuilis.*
26 *De possessione vacua.*
27 *Ratione caussa possessio distincta in eam, quæ cum titulo, & sine titulo est: & quid titulus.*

IN consarcinatione Pandectarum, de acquir. rerum domin. titulus, præponitur titulo, De acquirend. possess. ordo tamen mihi videtur inuersus, de dominij prius, quam de possessione agere. ¶ Quia † dominium à possessione cœpisse tradidit Pau- 1
lus, ex auctoritate Neruæ filij *in l. de acquirem. possess. lib. 41. P. tit.*
2. ¶ Ideo † aliquando possessionis nomine, & proprietas & ius 2
domin-j

Digitized by Google

dominij venit, sicuti videtur docere Callistratus *in l. si de vi, l. 37. de iudic. l. 5. P. tit. 1.* dum ait: *Si de vi & possessione quæratur, primo cognoscendum de vi, quam de proprietate rei*, explicans per nomen proprietatis, quod de possessione dixerat. Expressius Paulus *in l. interdum, 38. de verborum significat. lib. 50. P. tit. 16. interdum*, inquit, *proprietatem quoque possessionis verbum significat: sicut in eo qui possessiones suas legasset, responsum est.* Et ita usurpatur ab Antonino Cæsare, *l. 2. de probat. lib. 4. C. titulo 19* Quanquam Accurs. *in d. l. 2.* aliter sentiat. Et Cicero, ad Valerium, *possessionem habet*, inquit, *in Volaterrano possessionem.* Sicut & apud eundem, idem est ius dominij, & possessio corporalis. Quamobrem & plerunque dominij nomen possessionem etiam complectitur, *vt in l. quoties, 15. de rei vindic. lib. 3. C. titul. 32.* si mens loquentis adsit. ¶ Verum † quia sæpe accidit, vt proprietas ad aliquem, & ususfructus ad alium, & possessio ad alium pertineat, permisceri hæc non oportet in propria substantia, vt admonet Venuleius Iurisconsultus *in l. permisceri, 52. de acquirend. possess. in P.* Atque idcirco Iabolenus, *l. quæstio est, 115. de verborum significat. in P. lib. 50.* possessionem distinguit à proprietate, vt quicquid apprehendamus, cuius proprietas ad nos non pertineat, aut non possit pertinere, hoc possessionem appellemus, vtque possessio usus sit, ager autem, proprietas loci. Generalius Vlpianus *in l. naturaliter, 32. §. nihil commune, de acquirend. possess.* nihil commune habere proprietatem cum possessione dixit, quod intelligi debet, in cuiusque substantia seorsum considerata, non quatenus in alio subiecto vel extrinseca
4 qualitate concurrere: & ita in alio commune quippiam habere possunt. ¶ Dixit † & Iustinianus, *l. raptores, 41. §. bona autem. de episc. & cler. lib. 1. C. titulo 6.* plenam possessionem, dum & pro-
5 prietatem & usumfructum simul exprimere voluit. ¶ Et † proprie existimarim, possessionem esse actum corporalem in re factum, per quem quis facit, vel re ipsa detinet, vel ostendit se velle eandem rem, & quę eius sunt, detinere sibi, vel alteri cuius
6 nomine facit. ¶ Quæ † finitio, vt noua, ita diuersa ab illis, quas adferunt interpretes *in l. 1. de acquiren. possess. in P. Guliel. de Cuneo, & Cyn. in l. licet, C. eod. tit. Alciat. in l. quinque pedum, C. commun. diuid. Francisc. Ripertus tota rub. de caus. possess.* à quibus lubens abeo, quod bona pars illorum, ius, alij adminiculum iuris immiscerant: cum tamen ius non sit ex substantia possessionis, sed possessionem vel probam vel improbam reddat, possessione iam præcedente, & existente. Et certe nemo est, qui si syncere possessionis essentiam examinet, non videat eam ob actum, qui intervenit, facti esse, non iuris. Quod & Iurisprudentia declarat frequentibus responsis, *l. 1. §. adipiscimur, & §. si vir. l. possessionem. 15. de acquir. possess. in P. Vlpian. l. 1. §. Scævola. si quis testi. li. esse iussi fuer.*
7 *lib. 47. P. tit. 4.* ¶ Accedit † notatio nominis in argumentum: dicitur namque possessio, à pedum positione, vt vulgo legitur apud Paulum in l. inde acq. possess. Cuius lectio firmari potest ex Cicerone, 1. *Offic.* dum ait, *Sunt naturæ priuata nulla, sed aut veteri occupatione, vt qui quondam in vacua venerunt: venire autem est, pedes ponere.* Rursum alibi Philip. 3. *hodierno die primum, patres conscripti, longo internallo in possessionem libertatis pedem ponimus.* Estque symbolum adeptionis possessionis, pedis positio, eatenus detentionem extendens, quatenus mens intelligit se velle tenere, vt notat eleganter Paulus, *d. l. 3. de acquir. possess.* Estque possessionis nota substantialis, factum illud positionis, vt rudis declaratio mentis, quæ postea determinationem accipit ab ex-
8 pressione voluntatis. ¶ Conuenit † quod scriptum est in Deuteronomio *cap.* 11. Dei, & in lib. Iosue *cap. 1. Omnis*, inquit Deus, *locus quem calcauerit pes vester, vester erit.* Et facti esse docet etiam alia à quibusdam emendata lectio, *l. 1. de acquiren. possess.* dicentibus à sedium positione dictam possessionem, quasi positionē. Sicut & legi in Pisanis Pandectis, ait Alciatus *libro 1. disiun. capit. primo*, improbans priorem sententiam, quam irridet etiam Laurentius Valla, *libro secundo, antidot. aduer. Pogium: Quia*, inquit, *neque à Græco nomine πούς πόδος, pes, apud Græcos fiat vlla deri-*
9 *uatio vel compositio similis, vt pedis, id est, ποῦς, positio. vel positio à pede dicatur.* ¶ Quibus † tamen in hoc non subscribo, quando negant declinationem nominis, à ποῦς, fieri non posse, cum ex dativo πόδι Græco, id est, pedibus, & itione Latino existimem componi posse, possessionem, id est, πόδι itionem. Quando animadverterim & apud Græcos, per pedum positionem, fuisse etiam symbolum dominij vsurpatum: dicunt enim ἐπὶ τοῦ ἔχειν πόδα, habere pedem extra, pro eo quod est, non habere vel deiici à possessione, exsortem vel extorrem esse alicuius, vt apud Pindarum in Pythiis, *Ode* 4. *Pythio. Antistrop. vltima*,

—φασὶ δ' ἁμῖν
τῦτ' ἀνιαρότατον,
κρεμάννυσθαι τ', ἀνάλκα
ἐπὶ τοῦ ἔχειν πόδα. id est,
aiunt autem hoc esse
molestissimum,
præclara scientem (cogi) necessitate
extra habere pedem.

Sic apud Sophoclem *in Philoct.*

κἀν τοῖς λοιφῆ' οὕτω φρονῶ,
ὅστις ἂν ἐκτὸς κλαυμάτων ἔχοις πόδα.

10 ¶ Non † tamen reiicio, quin & possessio à sedium positione etiam, symbolum acceperit: nam qui regiones olim sibi elegerunt, & ibi sedes posuisse dicuntur, vt apud Virgilium 1. *Aenead.*

Hic tamen ille vrbem Pataui sedesque locauit
Teucrorum.

Sicut & in sacris literis etiã, pro ea electione sediũ, dicuntur eligentes, tabernacula figere, *Genes. 16. cum simil.* Erat enim illa fictio, factum corporale in re immobili vsurpanda, similis ratione finis, positioni pedum. Consequitur enim partem aliquam eius, quod quis possidere vult: sicuti pro positione pedum haberetur consuetudinis formula, qua modicum terræ possidendæ rei in manu accipitur, vel extremitate palli, quod teneat aliquis, imponitur, vt notat Innocentius tertius *in c. 2. de consue. li. 1. decret. tit. 4.* Quod de reliquis, quæ traditionis instar sunt, intelligi par est, de quib. Deo fauẽte agemus in acquisitione, quæ per traditionẽ fit. ¶ Vnde † liquet, versari in possessione factum corporale, non iu- 11
ris adminiculum. Quod firmatur adhuc ex eo, quod & possessio sine iure inueniatur: veluti quando iniustam dicimus possessionem, *in l. 3. §. ex contrario. & l. iuste possidet, 11. de acquir. possess. in P.* & improbam, *l. improba, C. eod.* Erit & sine iure, quando naturalis est sola detentio, vel custodia, & ita apud Paulum, *l. 3. §. fin. de acq. possess.* & summos pontifices. *c. 1. de dol. & contumac. ap. Gregor.* & alios *Vlpian. l. ex conducto, 16. locat. lib. 19. P. tit. 2. Iulia. l. communi diuidundo, 7. §. neque, comm. diuid. lib. 10. P. tit. 3.* Eoque pertinent verba finitionis, quæ de detentione agunt. ¶ Dico † dein- 12
ceps in possessionis finitione, actum fieri corporalem in ea, quo volo intelligi proportionem ad subiectum, nempe ad corpus, vt proprie corporalia possideri doceam, *l. 3. de acqui. possess. l. cum heredes, 23. eod. tit.* non vtique corporalia, *Paul. l. sequitur, 4. §. si via, de vsuc. lib. 41. P. tit. 3. Caius, l. seruus, 43. §. incorporales de acqu. rer. dom. lib. 41. P. tit. 1.* in quibus quando eis vtimur & disponimus de eorum negotiis, quãdam improprie & quasi possessionem demonstrationis gratia confingimus, quemadmodũ apud Vlpianum *in l. 3. § fin. de vi & vi arma. lib. 43. P. tit. 15. & in l. si qui is diuturno, 10. si seru. vendi lib. 8. P. tit. 5.* legimus. ¶ Verba † autem illa fi- 13
nitionis, Vel ostendit se velle eandem rem, & quę eius sunt detinere: admonent duo, primum, & animum cum corpore. *Paul. in l. quemadmodum, §. & l. 3. de acq. possess. in P. l. nemo, C. eod. tit. l. 1. §. adipiscimur, eod. in P.* in possesione assequenda requiri: rursum, necessarium non esse, omnem rem, vel omnes rei partes, retinere: sed sufficere, si aliqua pars eius totius *l. 3. de acqui. possess.* rei determinatæ *d. l. 3. §. incertam partem, de acq posse. in l. locus. 26. eod. tit. & in l. si fur. 32. §. incertam, de vsuc. lib. 41. P. tit. 3.* nomine, apprehendatur. ¶ At verba † illa, vel sibi, vel alteri, indi- 14
cant possessionem non solum per nos ipsos, sed per alios nostro nomine, nobis acquiri posse, neque facto nostro solum, sed & alieno: vt in iis apparet, qui per se acquirere possessionem nequeunt, quia affectionem non habent, veluti infans, furiosus. Interdum & ex caussis, ex quibus per alios quærimus ignorantes, possumus acquirere possessionem: veluti ex caussa peculii, *l. 1. de acq. possess. lib. 7. C. tit. 2. l. per procuratorem, 8. eod. tit. Paul. in l. 1. §. item acquirimus, de acqu. poss. Vlp. in l. quicquid, 4. l. quod seruus tuus, 24. eod. tit. Celsus l. quod meo, 18. l. possessio. §. 1. eod. tit.* ¶ Porro † 15
quod ad possessionis species pertinet, cum vnum certe genus sit possidendi, eas vt infinitas. *Paul l. 3. §. fin. de acq. poss.* persequi, par non est: cum potissimum differentiæ non sint inter illas substantiales, sed ex modis possidendi ortæ, vt tot sint, quot sunt genera acquirendi, *d. l. 3. §. fin. de acq. poss.* Et ita erunt accidentales distinctiones. Quas ita breuiter cõplectitur, *gl. in l. 1. in verbo, interuenerit, de acq hered. C. gl. in c. cum nostris c. 8. in verba plus habet facti, de conces. prabend. ap. Gregor. Iaf. in l. si is qui pro emptore, de vsucap. in P.* vt alia sit possessio, quæ plurimum iuris, alia, quæ plurimum facti: alia, quæ & facti & iuris æque habeat. Sic exaudiendus Constantinus, *in l. nemo ambigit. l. 10. de acq. poss. lib. 7. C. tit. 32.* dum ait. [*nemo ambigit possessionis duplicem esse rationem, id est caussam duplicem esse, vel modum & caussam generaliter possidendi: aliam quæ iure consistit, id est, qua iure traditur: aliam corpore, id est, in qua plus facti sit:*] Addo autem ego membrum aliud, vt alia sit possessio, in qua nihil iuris sit, & ita omnes species continebuntur, eritq; perfecta & plena distinctio: dummodo & quãto loco possessionem fictã à iure intellectum sine actu corporali expresso, dicamus. Et sexto neutrius specici, scilicet vacuam.
¶ Plus † iuris possessio habet quam facti, quando plurimum ex 16
iure mutuatur, vt ait Iulius Paulus, *l. possessio. 49. de acqui. possess. in P.* Et ita possessio non tam corporis, quam iuris est. Iuris autem plurimum, quando ius factum alioquin debile ad quærendum, roborat: vt quando statuit, facto alterius, nempe procuratoris, vel administratoris tutoris vel curatoris, alteri possessionem acquiri, *d. l. possessio quoque. 49. de acquirenda possess. Paul. l. 2. prosolut. li. 41. P. ti. 4.* Accedit, vt ea plus iuris habeat apprehẽsio in rebus, quæ ob sui naturam vel magnitudinem corporali modo, vt alia immobilia apprehendi nõ possunt, & lex & ius ex titulo possessionem dat, cum modico æquipollenti actu corporali: veluti dũ acceruus lignorum venditur, vel vini amphoræ: ibi enim quæ ritur modico facto possessio, veluti data custodia visu, qui corporalis est: traductione, & similibus: in quibus quia magis animus agentium exuberat, & animo apprehendi possessio dicitur à Iaboleno, *in l. quarundam rerum. 51. de acqui. possess. in P.* & ab animo fit denominatio, non quod solus sit sine facto, sed quia præ

Digitized by Google

ueleat. Non secus ac in contractuum formulis dicimus, alios re, verbis alios, alios literis, alios consensu fieri. *§. fi. de obl. lib. 3. Inst. tit. 14. Paul. l. 1. §. 1. de actio. lib. 44. P. tit. 7.* eo quod in aliquibus magis res inspicitur, in aliis quod dicitur, in aliis scripturta, in aliis consensus, vt in contractuum tractatione Deo fauente dicemus. Et ita à prædominante fiet denominatio, *l. quæritur, de stat. hom. lib. 1. P.* atq; possessio plus animi, quam facti habens, animo fieri dicetur, & facti tamen habet substantiam. Nam si omnino à iure penderet ius illud, non possessio bonorum, sed potius bonorum possessio dicenda, quæ iuris magis, illa autē corporis, vt
17 ait Vlpianus, *l. 3. de bono. poss. lib. 37. P. tit. 1.* ¶ Neq; † abeerrabimus, si dicam⁹ hāc possessionē quæ plus iuris habet, esse ciuilem, cuius seruus capax non sit, *Vlp. in l. stipulatio ista, 38, §. hæc quoq; , de verb. oblig.* etsi capax naturalis: Eo quod quātū pertinet ad ius ciuile, pro nullo habeatur, *l. quod attinet. 33. de reg. iur. lib. 50. P.* Et ideo aliud tenere, quod naturalē dicitur habere possessionē, aliud
81 possidere. *s.* iure ciuili. ¶ Sed † & notādū est, aliquādo plus iuris, id est, incorporeæ substantiæ inesse possessioni, *l. 1. de re. dmsf. in P.* post adeptionem eius, quam fuerit in ipsa adeptione. Si quidē in adeptione, vt dictū est, & corporale factū, & animus exigitur, cū tamē illa retineri animo solo possit, vt rescripserunt Cæsares Diocle. & Maxim. *l. licet, 4. de acq. poss. C.* & Paul. *l. qui diuersas. 30. §. quod per colonū. de acq. poss. in P.* Quod certe, si rem serio perpendamus, est potius ius possessionis, quam possessio: hoc est, id potius erit, quod per possessionis legitimā & iustam affectionem quę situm est. Sic enim mea sententia intelligēda sunt iura, *l. peregre, 44. de acq. poss. l. non ideo minus, 5. de libe. cau. lib. 9. tit. 16. l. si ea res, 32. §. 1. le actio. empt. l. si quis ad se fundum, C. de vi pub. cum similibus*, quæ meminerūt de iure possessionis. Ius quippe ex facto oritur, & in causa ius positum, vt monuit Alphenus Iurisconsultus, *l. si ex plagis, 53. §. in cliuo, ad l. Aquil. lib. 9. P. tit. 3.* & ex facto pacti, ius etiam nascitur, vt dixit Palus *in l. si vnus. 28 §. pactus ne peteret, Versic. sed si pactum & Vers. quod & in specie, de pact. lib. 3. P. titul. 14.* Et ideo quia hęc retentio ciuilis non indiget corporis ministerio, vel facto alio, accidit vt à diuersis, diuerso tamen modo, res eadē possideri possit in solidum, *Paul. l. si duo, 3. vti possid. lib. 43. P. tit. 16.* scilicet animo, corporali detentione apud alium existēte, veluti in deposito, *l. licet, 17. deposi. lib. 16. P. titul. 3.* & commodato: *l. rei commodata, 8. cum l. seq. commod. lib. 13. P. tit. 6.* apparet melius & expresse in precario apud Pomponium, *in l. & habet, 15. §. eum qui, de procur. libr. 43. P. titul. 25.* alio ita iuste animo, alio iniuste corpore detinente. Si quidem nec naturalis possessio, apud diuersos vel iuste vel iniuste eiusdem rei esse potest simul & eodem tēpore, neq; vna eadem ciuilis, vt ait Vlpianus, *l. si vt certo 5. §. si duobus, commod. lib. 13. P.* Paulus, *l. 3. ex contrario, de acq. poss. in P.* & Iulianus, *l. duo in solidum, 19. de precar. in P.* ¶ Porro † possessio, quæ
19 plus facti quam iuris habet, sua etiam habet exempla: veluti quā do nos ipsi corpore & animo nostro eam nanciscimur, & ius qui dem eam probat, sed nihil præter naturam possessionis fingit, *vt in l. 1. & 3. de acqui. poss. in P.* Est & aliud exemplum, si cum titulo quidem à iure probato, res possidetur, sed aliunde prohibeatur detentio propter incapacitatem personæ, vel aliud iuris impedimentum: Ea enim tunc plus facti, quam iuris habere dicitur, *cap. cum nostris, c. 6. §. auditor. de conces. præb. lib. 3. decretal. tit. 8.* ¶ Po-
20 test † & dici huius generis possessio colorata. Nam sicut annotat communis interpres ad Pragmatic. Sanctio. *gl. in §. 1. in verbo coloratum, de pacifi. poss. in pragm. sanctio.* & Abbas Panormita. *in cap. cum nostris, col. fin. de conces. præb. Ludou. Gomes, ad reg. de trien. possess. q. 27.* post Calderinum, Anton. & Immol. quando defectus potestatis non est in conferente titulum beneficij, nec inducitur priuatio à iure vel ab homine, talis possessio dicetur colorata. Meminit & inter Iurisconsultos de colore & titulo possessionis vel traditionis, Macellus *in l. Sulpitius, 50. de donat. inter vir. & vxor. lib. 44. P. tit. 1.* Sed & ea plurimum facti habet, quæ continuationem vsus postulat: quæ exigitur in præscriptionibus, vt me docuit Papinianus, *l. denique 19. ex quib. caus. maio. lib. 4. P. tit. 6.* ¶ Plu-
21 rimum † iuris & plurimum facti dicunt possessionem habere interpretes eam, quæ per procuratorem quæritur nobis ignorantibus, & tamen non quæritur vsucapiendi per eam acquisitionem facultas, *l. 1. C. de acquiren. hared. leg. 2. pro solut. lib. 41. P.* differens ab ea quæ plus iuris habet quando in caussa peculiari tātū
22 datur etiā vsucapiēdi occasio. ¶ Nihil † iuris habet possessio ea, quando iure non probatur detentio, vel quando ex detentione ius possessionis non nascitur. Ita qui iniuste rē alterius occupat, possidet quidem, naturali detētione: sed quod ad iuris vtilitatē, tenere potius solum, quā possidere dicitur ab Vlpia. *in l. 1. §. quod ait prætor, quorum legā. lib. 43. P. tit. 3.* Estque istius ordinis malæ fidei detentio, quæ tamen possessio dicitur, *l. 3. §. fin. de acquir. poss.* Similiter ea quæ improba quæue iniusta, quæ sine præcedente titulo, quæ ius non dat, vt aiunt CC. Diocle. & Maxim. *leg. improba. 7. de acquir. poss. lib. 7. C. tit. 32.* item ea quæ violenta, & clandestina est, apud Vlpianum, *l. clam possidere, 6. in princ. & §. fin. de acq. poss. in P. l. 1. & tot. tit. de vi & vi arma.* Exiltimatur in iure vsusfructus habere tantum possessionem naturalem ab Vlpiano: quia quod pertinet ad ciuilem, non dicantur possidere vsufructuarij, *l. naturaliter, 12. de acq. poss. in P. Caius, in l. acquiritur, 10. de acquir. rer. dom. l. 41. P. tit. 1. Martia. l. sciendum, 35. qui satisd. cogan. libr. 2. P. tit. 7.* Neque etiam is qui rem accipit, si non habeat animum possidendi, possessor dicetur, *l. 1. § per procuratorem, de acquiren. poss.* Et qui aliis possident, & aliorum nomine, ratione quidem iuris possessores non dicuntur, *Valenti. & Valentin. in l. 2. C. de præsc. 30. vel 40. annor. lib. 7. tit. 39.* verum ratione facti, & naturalis detentionis tales dici possunt secundum Pomponium, *in l. si colonus, 31. de acqui. poss. in P.* & Alexandrum Cæsarem, *l. 1. commun. de vsucap. lib. 7. C. tit. 30.* ¶ Quamobrem † oportet inde annotare, posse 23
aliquem & ciuiliter aut naturaliter, vel vtroque modo, incumbere possessioni, veluti monuit Vlpia. *in l. 3. §. fin. ad exhiben. lib. 10. P. est. 4. & l. 1. §. deijcitur, de vi & vi arma. lib. 43. P. tit. 15.* non tamen dico possessionem ciuilem, cum facti & corporis dixerimus, sed posse ei incumbere ciuiliter, & ciuiliter possessionis ius haberi.
¶ Ad naturalem † etiam pertinet possessionem, ea quæ precaria 24
dicitur, quam quis habeat quandiu tradenti placuerit, *l. & habet. §. cum quis, de precar. in P. leg. in rebus, §. meminisse, & l. certe, §. si qui rogauit, eod. tit. l. si quis ante de acq. poss.* pertinet & ille ingressus, qui iure familiaritatis in prædio amici conceditur, qui sine animo possidendi fit, vt ait Paulus, *l. qui iure familiaritatis. 41. de acquir. poss.* ¶ At possessio † quæ solum ex iure pendet, mere ciuilis 25
appellari potest, in qua ius ciuile rem transfert, sine corporali facto, operaturque retinendi potestatem: licitam, legalem, vel legitimam dicere possumus: veluti cōuentio legitima dicitur ea, quæ ex lege tantum vim habet, *l. legitima conuentio, de pact. lib. 2. P. tit. 14.* Huius exemplum, in suis liberis, qui continuare vel assequi possessionem bonorum paternorum, statim à morte patris sine aditione dicuntur, *Pap. l. in suis 11. de lib. & posthu. lib. 28. P. titul. 2. Catus, l. in suu, 14. de suis & legit. hared. lib. 38. P. titul. 7.* Quod ex cōsuetudine generali Galliarum, tractū est ad omnes hæredes, qui non egeant corporali aditione, sed mortuus possessionem censeatur dare hæredi, quod dicunt, *le mort saisit le vif.* Ad quam consuetudinem edidit commentaria D. Andreas Tiraquellus. Et de illa fere omnes consuetudinarij tractarunt, *Boerius in consuetud. Biturs tit. de testam. §. 6. Ioan. Faber. in sus haredes, de hære. quali. & differ. Guil. Bened. in repet. c. Raimutius, in verb. mor tuo. Bart. Chass. tit. de succes. 10. §. 1. in comment. consuet. Burg.* Quæ certe possessio mere ciuilis, & potius quam ea quæ à iure suis defertur, quæ proprie continuatio possessionis, quam habebant viuēte patre, dici potest, vt ait Paulus, *in l. 2. § fin. pro hærede, lib. 41. P. ti. 6.* ¶ Postrema † autem possessionis species, vacua dicitur, quam existimo esse, 26
veluti subiectum dispositum ad recipiendum modum possidendi, vel ciuilem, vel naturalē, iuste vel iniuste, quando scilicet res, nec animo, nec corpore alicuius tenetur, vt notat & firmat exemplis Accursius, *in l. fin. in verb. vacuam, vnde Vi, lib. 8. C. tit. 4. & in l. non id circo, in verbo, in vacuam, de fid. instrum. 4. C. lib. tit. 31. & in l. improba poss. in verbo, in vacuam. de acquir. posses. lib. 7. tit. 32.* alio quin enim si quis alius possideat, vel animo vel detentione corporali, vacua non est possessio, vt ait Paul. Iurisconsul. *l. 2. §. 1. iuncta l. seq. de actio. emt. lib. 19. P. tit. 1.* Huius generis erunt possessiones bonorum vacantium, *l. 4. & toto tit. de bon. vacan. lib. 10. C. titul. 10.* & desertorum, *l. 1. & toto titu. de omni agro deser. libr. 11. C. tit. 58.* Similiter eaque nullius sunt, quæ vt vacua primo occupanti cedunt, *Caius in l. 3. & §. de acquir. rer. domin. lib. 41. P. tit. 1. §. feræ bestiæ, de rer. diu. lib. 2. I. stit. tit. 1.* Sunt huiusmodi res diuini iuris, & sacræ, *l. 1. de rerum diu. lib. 1. P. titul. 8. §. nullius, §. Sanctæ, eod. titul. apud Iustin. facit titul. ne quid in loco sacro, Paul. l. quæ vniuersas, 30. de acquir. posses. in* P. & quæ publicæ sunt, *l. 1. & l. in tantum, 6. de rerum diui. lib. 1. P. titul. 8. cum simil.* aliæque quæ extra commercium sunt hominum, quarum vacua possessio, quia nullus possideat proprie. sicuti Vlpianus vacuas dicit tabulas, in quib. nihil scriptum reperitur, *Vlpia. in l. sibi ne, 11. de iniust. rup. lib. 28. P. tit. 7.* Et ex his absoluta patet possessionis distinctio, ratione quorum quis possessor dicitur, & possessorium cōpetit remedium. ¶ Ceterum, † ratione caussæ, quæ ius possidendi tribuit, dupliciter 27
quis possidere dici potest: vel cum titulo, vel sine titulo. Est autem *titulus*, inscriptio vel compendiaria significatio, & signū, *canon. consuetudo. 16. quæst. 6.* maius aliquid demonstrans. Ad quam finitionem omnes tituli variæ acceptiones referuntur, de quibus interpretes tractant: *glo. in c. fin. de offic. archiep. in verbo, titulu, glos. in c. dudum, in 4. de election. in verbo, intitulatam, libr. 1. decretal.* dicerent Græci ἐπιγραφὴν *§. titulos, de manda. princip. in authen. colum. 3. tit. 3. l. 2. & tot. titu. vt nemo priuat. tit. prad. suis vel alien. & c. libr. 2. C. tit. 16. l. 1. de iis potentior. nomi. titu. præd. affig. & c. eod. lib. C. tit. 15.* Quamobrem caussa ex qua sustinetur, vel conceditur, vel nominatur possessio, dare titulum dicitur possessioni: iisque iustus in omni possessione ad præscribendum requisita desideratur, *c. si diligenti, de for. compet. l. penult. de vsuca. pro hærede lib. 7. C. tit. 29. leg. nulla, C. de rei vind. l. diuturna, C. de præscript. long. temp. l. Celsus, de vsucap. in* P. vt postea Deo fauente in vsucapione explicabitur. Eo referuntur rubricæ, & earum leges: Pro soluto, *l. 1. pro solut. lib. 41. P. titu. 4.* quando rem in solutum datam tenemus: Pro emtore, quando ex vera emtione sequitur traditio, *Paul. l. 2. pro emt. lib. 41. P. titul. 5.* vel ex negotio emtioni proximo, *Caius l. 1. & Vlpia. l. 2. eod.* dummodo emtio iure approbetur. Nam illicita, vel rei inalienabilis emtio, non dat titulum, *l. 1. 2. & fin. de vsucap. pro emto. lib. 7. C. tit. 26.* Item pro transactione, quando ex caussa trāsactionis possidetur, *l. pen. eod. tit. C. de vsucap. pro emto.* Pro here-

de, quando

Digitized by Google

de,quando extraneus,non suus,l.2.C.*de vsucap.pro here. lib.7.titu.* 29.*l.2.§ fina.eod.tit.P.* vere institutus post mortem, & non in vita,*l.1.pro herede in P. l.3.C.eod.titu.* testatoris, res hereditarias, vt heres,possidet. Cui affinis possessio bonorum à prætore concessa,*Vlpia.l.pro herede*,11.*de petit.hered.lib.5.P.titul.3.§ sequens,de interd. lib. 4. Instit. iur.ciuil.titu.*15. dicitur. Quod si quis alioquin donationis capax, ex ea causa possideat, pro donato possidere dicitur à Paulo,*l.1.pro donato,lib.*41.P.*tit.7.l.2.*C.*eo.lib.7.tit.*27. Et si occupetur res ablegata omnino ab alio, sequitur titulus, pro derelicto,& similis nominis possessio, *tot.tit.pro derelict.lib.*41.P. *tit.*8. Eadem dicēda de aliis,vt pro dote,*tit.pro dot.lib.*41.*P.tit.*10. *& de vsucap.pro dote lib.*7.*C.tit.*28.pro legato,*tit.pro lega.lib* 41.*P. titu.*9.pro suo,*titu.pro suo, lib.* 41. P.*titu.*11. His accedit possessio prætoria,quando auctore prætore quis possidet: iuste enim possidere dicitur,secundum Paulum,*l.iuste,de acquiren.possessio.in* P. potissimum quando iudex non quidem ex primo, sed ex secūdo decreto, iubet rem non cauentis de damno infecto, possideri, *Paul.in l.4.§. fin.& Iulia.in l.sed si res,*5.*commun.diuid.lib.*10.P.*tit.* 3.*l.2.si ex noxa.caus.aga.in P.*vel per adiudicationem,*§.fin.de pub. ind.lib.*4.*Instit.l.* 7.*§. fin.&* l.3.*&* 4 *fini.regun.in* P. vel per assignationem,*§.1.de assignat.liberter.l.1.eod.tit.* P. vel per adiectionem, *§.1.de eo cui liberta.caus.bon.addicunt.l.* 2.*de fideicommiss. liberta. in P.*sicuti & titulus possessionis per ius accrescendi, *l. qui patri. de acquiren. hered.in P.* non secus quam ex institutione possessioni accedere potest,*§. fina.de hered.qualit.& differ.apud Iustin.* Sine titulo possidēs,dicitur simpliciter pro possessore possidere, quādo caussa nominata vel expressa probata in iure, non dat caussam possidendi: sicuti in possessione rei donatæ inter coniuges, quæ,quia nullo titulo donationis iure probatur, *in l.*1.2.3. *de donatio.int. vir.& vxor.in* P.*l.donationes quas parentes,C.eod. tit.* facit possessorem detentorem pro possessore, *Vlpia. in l.quod vxor viro*,16. *de acquiren.possess.in* P.*& in l.nec vllam*,13. *§. item in titulo pro donato.de petit.heredi. lib.*5.P.*tit.*3. Sic etiam & prædo, dicitur pro possessore possidere,*Vlp.pro herede,l.*11. *& in l. nec vllam, §. omnibus,de petit.hered.in* P.*sequens,de interd.lib.*4.*Inst.sur.ciuil.tit.*15.

De rerum diuisione,ratione dominij, & possessionis: & parasceue ad sequentem librum.

Cap. 14.

1 *Rerum diuisio,diuini iuris res,ibid.*
Humani iuris res,ibid.
2 *Sacra res quæ sint.*
3 *Templum quare Græci ἱερὸν,& ναὸς.*
Templa quare olim dicta fana,ibid.
4 *Templa quandoque desinunt esse sacra.*
Sacrum per translationem,sacrum dici patrimonium principis,ibid.
5 *Religiosa res quæ sint.*
Sacrum & religiosum quandoque confundi,ibid.
Religiosum quid sit,ibid.
6 *Sancta res quæ sint.*
7 *Humani iuris res, quædam sunt puræ,quædam profanæ.* Profanum *quid sit,ibid.*
8 *Publicæ res quæ dicantur.*
9 *Res quæ in nullius bonis.*
10 *Res quæ sint natura communes.*
11 *Quibus ex caussis discessum fuit à communione.*

EXplicata ratione proprietatis & dominij, † sequitur vt distinctiones rerū quæ in illis variæ sunt,tradamus. Res itaq; *hæc diuisio ponitur in l.*1.2.3.4. *de re. diuis.lib.*1. *P. tit.*8. aut diuini aut humani iuris sunt, hoc est,vel sunt in Dei vel diuorum,vel in hominum iure,dominio, aut possessione: corporales aut incorporales. ¶ Diuini iuris,res sacræ,religiosæ, sanctæ: quæ in nullius videlicet hominis dominio sunt,*l.*1.*de rer.di.in* P.*§.nullius.eod.tit. apud Iustin.§.sancta,eod.* ¶ Humani iuris, aut publicæ, aut priuatæ,aut nullius,*l.*2.*de rer.ds.* ¶ Publicæ,aut communes omnium, aut vniuersitatis,*§.*1.2.3.4.*de rer.diui.apud Iustinian.* quæ vsu non proprietate communes sunt. ¶ Priuatæ, quæ ex his quæ nullius sunt,singulorum fiunt. ¶ Nullius,sunt non occupata, hereditates non aditæ,& similia. ¶ Sacræ † res sunt,quæ publice dedicatæ suut,vel in ciuitate,olim principis aut populi, nunc pontificis auctoritate, *Marti.l.in tantum*,6.*§. sacra & Vlpian.l. sacra loca* 9. *de rerum diuis.Macrob.lib.*3.*in somn.Scipio.c.*3.*& Gellius.* Et sacra quædam publica & priuata, à Paulo Iurisconsulto constituūtur, *l.sacrilegij capite*,9.*ad l.Iul.pecul lib.* 43.P.*tit.*13.*Matthæi* 19.3.*Regum* 7. ¶ Templa iuris diuini & sacra sunt, quia inibi domus Dei, *Exodi* 34.*Deut.*7.12.16. Idque monent tituli, De sacrosanct. eccles.& de consecra.eccleſiar. Erant & pro templis consecrata olim nemora.luci potissimum apud idololatras. Nec alia templa fuisse Germanis antiquitus quam nemora scribit Coro.Tacitus, *lib.de morib.Germanor.* Et Græcis ἱερὸν,*Iulius Pollux, lib.*1. *onomast.* c.1.templum dicitur,quasi sacrum. Et ναὸς,*διὰ τὸ ἐναίειν ἐν αὐτῷ τὸν θεὸν*,quod in ipso Dei,vt ipsi plures falso putabant,habitarent.

¶ Et † Varro.*de ling.Lat.*5.fana templa dicta notat, quod consecrando ipsa.pontifices locuti seu fati finem fecissent. ¶ Quare & templa,sacræ res sunt, & per pontifices Deo consecrata: quæ desinunt esse aliquando sacra,*l.inter stipulantem,§.sacram,de verb. oblig.in* P.& fiunt profana per euocationem sacrorum, *l. sacra,*9. *§.*1.*de rerum diui.in P.Macrob.libro tertio,c.*8. si liberentur à sactis vel per coemtionem à pontificibus,*Cic.pro Murena.*vel si ab hostibus capiantur, *l. cum loca,*36.*de relig & sumpt. fune.lib.*11.*P.tit.*7. Translatio porro fit appellationis sacri ad pleraque alia, vt ad patrimonium principis,*tex.& glo.in §. abripiat,vt omnes obe.inde. prouin.in authent.l.*1.*de indictio.lib.*10.C. quia & consecratur princeps,& vngitur, *can.*1.*§. vnde, de sacr.vncti.* ¶ Religiosæ † res erant,quas quisque priuatus piis vsibus consecrabat, vt si sepulchrum facerent,*§.religiosum locum, de rer.diuis.l.*2.*de relig.& sumt. fun.in P.*hodie tamen non licet priuatis sine auctoritate Episcopi facere locum religiosum, *c.abolenda, de sepultur.* Sunt enim Christianis publica cœmiteria consecrata. Dicuntur & religiosæ domus,quæ & sacræ,*tit.de relig.domib.* Atque istæ appellationes sacri & religiosi cōfunduntur aliquando, quia & erga Deū religio dicta est,*l.vt vim,de iust.& iur.* Et Massurius Sabinus, religiosum esse dixit, quod propter sanctitatem remotum ac sepositum à nobis est,*vide late Gellium,lib.*4.*noct. Atticar.c.* 9. ¶ Sanctæ res sunt quæ ab iniuriis hominum defensæ atque munitę sunt,*l sanctum est*,8.*de rer.diui.§. sancta, eod.apud Iust.* † Quales portæ, muri ciuitatis, quorum violatoribus capitalis dicta est pœna,*l.fin.de rer.diui.* Sic & sancti legati,& ab omni iniuria tuti,*l.si quis legatum*,17.*de legat.lib.*5.P.*titu.*7. Et hæc pauca nunc pro sacrarum, religiosarum, & sanctarum rerum explicatione sufficiant. Plura enim tradimus paulo post,& in criminibus, titulo de sacrilegiis. ¶ De rebus † humani iuris ideo agemus strictius: humani iuris sunt, quæ in consortio hominum sunt, diuini enim iuris nullius in bonis sunt, *§.nullius, de rerum diuis.* Pau. *l.*1.*eodem titu.in* P.*cap.semel,cap.*51. *de regu.iuris in* 6.*l.inter stipulantem.§. sacram,de verborum obligat.can.ligna,cap.Vestimenta, de consecras. distinctione prima.* Quæ humani iuris sunt,& puræ res dici possunt: ita locus purus,qui neque sanctus,nec sacer,neque religiosus est,*l.*1.*§. prioris,de relig.& sumtibus fun.l.*1.*de mort.infer.in* P. ¶ *Profanum* quoque quasi procul à fano, & à rebus templorum, *Varro libro quinto de ling: Lat.* dictum. Et profanum id proprie Trebatius dici ait, quod ex religioso vel sacro, in hominum vsum proprietatemque conuersum est,*Macrob.libro tertio Saturnalium, cap.*3. ¶ Publicæ res, quasi populicæ, & publicum, quasi populicum, quod omnibus patet, *Iustinian. in §. consequenti, de suspect.tutor.libro* 1.*Instit.titu.*26.*§.*1.*de public.iudic. Vlpian.l.*1.*§.consequens,de suspect.tutor.libro* 26.*P.titu.*10. Vlpianus publica existimat,*in l.*7.*§.publici loci.ne quid in loco publi.lib.*43.P.*titulo octauo.* quæ publico vsu destinata sunt, vt areas, insulas, agros, vias publicas, itinera publica. Sic ædes sacras vocat publicas Philippus Imperator,*l.acceptam.*C.*de vsur.lib.*4.*tit.*32. ¶ Item † nomine publicarum rerum, res vniuersitatis dicuntur, siue municipij cuiusque ab Vlpiano, *in l.*1.*quod cuius vniuersit. nomin. lib.*3. P.*titul.* 4. Nam municipibus ad exemplum reipublicæ, permissum est habere arcam communem, resque alias communes, *d.l.* 1. *§.quibus permissum,quod cuiusq.vniuersit.nomin.* Proprie tamen publicum, ad statum rei Romanæ pertinere dicitur, & populi Romani,*Vlpian.in l.bona ciuitatis*,15. *& l. eum qui vectigal, de verborum significatio. §. fina.de iust.& iur.l.*1.*§. huius studij, eodem in* P. ¶ Quare & *fiscus*, qui pecunias vectigales populi colligit, publicas pecunias dicitur habere,*glos.in l.in prouincia,in verb. fiscalu,de numerat.& actuar.libro duodecimo,*C.*titu.*50. vt & res fisci, res imperij dicuntur, *§. res fisci, de vsucap.* & propriæ principis, qui pro republ.inuigilat,*l.*2.*§.*2.*ne quid in loc.publ.in* P.& vt quæ militibus pro republic. vigilantibus assignantur, communem caussam & publicam habere videntur,*l.Lucius, de euictio. in P. l. ita verberatus, §. finali, de rei vindicat.* P. Sic latius patet publicum, quam vniuersitatis. Et publica dices flumina, vias regias, & publicas, portus, & similia, quæ vndecunque venienti populo vsum communicant,*l. flumina,de rerum diuis.* at vniuersitatis dices ea tantum, quæ communia sunt solum municipibus eius loci vel ciuitatis,vt stadia,theatra,pascua,nemora, & id genus similia,*Mart.in l.tantum,§.vniuersitatis,de rerum diuis.* quæ tamen singulorum, vt singulorum non sunt, sed singulorum municipij, vt vniuersorum, id est, quibus nullus ex municipio, vt bonis propriis potest vti, vt alios prohibere possit, sed quibus vtatur, vt communibus,*l.sunt,§.*1.*quod cuiusq. vniuersit.* Vniuersitas ita rerum, & res & iura continebit ex sententia Vlpiani,*in l. item veniunt*, 20. *§. finali,de petit.hered.libro quinto P. titulo tertio.* Eritque congregatio, videlicet rerum, vel personarum, vel iurium, quæ vnum quid faciat. Neque dicetur vniuersum possidere qui separatas rei partes possidet, *Iabol. in l. eum qui ædes*, 23.*de vsucap.lib.*41. P.*titu.* 3. Et vniuersitatem tantum possideri,non singulas partes dixit Paulus, *in l.* 2. *§.cum sicut, versiculo* 1. *pro emtor. in* P. *lib.* 41. *titul.* 5. ¶ Res † quæ nullius in bonis sunt, diuini iuris sunt, vt dixi, ab hominum commercio exemtæ, *l.*1. *de rerum diuis. in P. §.nullius, eod. apud Iustin.* Sunt & aliæ quæ hominibus communia contingere singulis possunt, & tamen nullius sunt: vt aër, aqua profluens, mare, littora, *Martia. in l.* 2. *&* 4. *& Flor. in l.* 3. *de rerum diuis §.* 1. 2. 3. 4. *eodem titul. apud Iustin.*hereditas quæ nondum adita est, *l.*1. *de rerum diuis. l.eius qui de reb.credit in P.* ¶ Ferunt † quoque, naturæ omnia fuisse & esse communia, id est, omnibus vtenda communi vsu

Digitized by Google

propositæ, & iure naturæ & diuino. Cuius rei exstant vestigia apud Iurisconsul. qui feras captas & euadentes, pristinam libertatem naturalem recipere aiunt, *cap. 1. & can. ius naturale, 1. dist. can. quo iure, 8. distinct. Anacarsis epistola vlti. ad Cræsum.* Et Cicero dicebat, *sunt priuata natura nulla, 1. offic.* ¶ Sed † nos de his plura, & de necessaria diuisione communitatis 3. lib. præludior. optimi Iurisconsul. c. 4. & sequentibus. Quare hic plura non subiungam. Præterquam, quod paucis accipies, ex illa communione necessario peruentum fuisse iustis de caussis ad diuisionem: primo, quia communio rerum parere solet discordiam, *Caius, l. naturalem autem, 5. de acquir. rer. dom. lib. 4. P. titul. 1. §. fere, & §. naturalem, de rerum diuis. apud Iustin.* dehinc, quod *Communio* habeat rerum gerendarum difficultatem, *Papin. in l. cum pater, 79. §. dulciss. mis, de leg. 2.* & naturale vitium est; negligi quod communiter possidetur, *Vlpian. in l. qui neque, 1. de rebus eor. qui sub tut. lib. 27. P. titul. 9.* vtque se nihil habere, qui totum non habet, arbitretur: denique, suam quoque partem quis corrumpi patitur, dum inuidet alienæ, *l. 2. quan. & quibus quar. pars debea. lib. 10. C. titul. 34.* Exemplo sint illi quantumuis probi viri, Abraham, & Loth, qui diu in communione viuere nequierunt sine iurgiis, *Genes. c. 13.* neq; Iacobeum socero Labano, *Genes. 30.* Tertio, & habemus auctorem sapientissimum diuisionis, Deum, qui piscibus aquam: auibus aërem: alijs terram, pro diuersa diuisit natura: diuisit & gentes, *Genes. 10.* & seperauit filios hominum, *Deut. 32.* distribuique voluit terram subactam à filijs Israel *Iosue cap. 9. 18. & 21.* Atque 4. loco, & ius gentium docuit diuidere, *l. hoc iure, de iust. & iur. cap. ius gentium, 1. distinct. §. ius autem gentium, de iur. natur. apud Iustin. §. singulorũ, de rerum diuis.* Proinde singulorum res fieri oportuit, hoc est, ex illa rerũ cõmunione, in mancipiũ & ius venire propriũ cuiusq; istæque res sunt priuatæ, quæ in alicuius iure & bonis sunt, *§. 1. de rer. diu. l. 1. eo. ti. in P. l. 1. §. huius studij, de inst. & iu.* vel liberæ, vel seruiẽtes, vel cõmunes inter priuatos, vel cõfusæ.

DE REBVS DIVINI IVRIS, LIBER. II.

De sacrosanctis ecclesiis. Cap. 1.

Exstant tituli, de Eccles. ædifican. vel reparand. lib. 3.
Decretal. tit. 40. Lib. 3. Sexti, tit. 21.
De consecrat. distinct. 1. in Decreto.
De sacrosanct. Eccles. lib. 1. C. tit. 5.

1 *Ecclesia generaliter quid sit. Ecclesia apud Christianos quæ & quid sit, ibidem.*
Catholica cur dicta, ibidem.
2 *Ecclesia pro particulari quadam congregatione. Item & pro personis coordinatis ad ministeria Ecclesiastica, ibid.*
3 *Ecclesia continens pro contento. Templum à tuendo.*
4 *Templa Græci κυριακὰ. Item ἔνναος: ἱερὸν: & ναὸς τέμενος ibid. Item & Basilica, & quare, delubra, sacella, &c. ibid.*
5 *Sacra olim in lucis culta.*
6 *Ara quare sic dicta. Altare quare sic dictum. Sacrificia tria loca Ethnicis olim familiaria.*
7 *In Montibus antiqui adorabant & orabant.*
8 *Tabernaculum primus Moses Deo construxit, deinde Salomon.*
9 *Sanctuarij Dei olim decem miracula facta. Prodigia quæ olim Iudæi & templo eorum contigerunt, tempore Iuliani Apostatæ, ibid. Mulieres quare hodie à partu non arcentur ab ecclesia, vt olim certis diebus à templo illo Iudaico, ibid.*
10 *Pontificum, seu Episcoporum cura & auctoritas requiritur in Ecclesiarum constructione. Ecclesiæ construendis obseruanda.*
11 *Sacra loca antiquis vbi erant sita.*
12 *Ecclesiæ reparandæ, vel resarciendæ obseruandæ distinctiones.*
13 *Templorum antiquæ immunitates.*
14 *Missas nullibi celebrandas, quam in altari seu loco consecrato.*
15 *Altare duplicis speciei.*
16 *Ecclesia dedicatio per episcopum.*
17 *Dedicatio quid sit, Hebræis חנכה Græcis ἐγκαίνια.*
18 *Constantinus Magnus Ecclesiam portatilem, vbicunque locorum esset, circumferebat. Ecclesia portatilis quid.*

1 ECCLESIA nomen † generale est pertinens ad omnem congregationem & cœtum, Græcis ἐκκλησία, cœtus conuocatus: interdum pro loco, vbi concio & vocatio cœtus fit. Proinde monemus hic agendum, non de omni ecclesia, sed tantum de sacrosancta. Accipitur autem apud Christianos ecclesia primum generaliter pro fidelium seu credentium omniũ cœtu vbique exsistentium, *can. ecclesia, de conse. dist. 1. can. legimus. 93. distin. circa me. can. multæ, 1. quæst. 1. can. loquitur, 24. q. 1. Cyrillus Hierosolymitan. epist. cathec. 18. illuminatorum.* Et tunc dicitur, ἐκκλησία καθολικὴ, Ecclesia vniuersalis, quæ vna est, & apostolica, vt habetur in symbolo fidei Nicenę Synodi, & in Symbolo Apostolorum, πιστεύω εἰς πνεῦμα ἅγιον, ἁγίαν ἐκκλησίαν καθολικήν. Credo in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam. Dominus noster Iesus Christus caput huius ecclesiæ, *ad Ephes. c. 5 cap. On. de sac. vnct. c. Engildrudam, 3. q. 4.* Vicarius eius in terris, vnus summus Pontifex, qui Romæ sedet, vbi D. Petrus sedem elegit, *Opta. Milenita. in 2. Ignat. epist. ad Rom. Irenæum lib. 3. aduers. hæres. Tertul. de præscr. hæret. Orosius, lib. 12. c. 4.* & pro fide Christi occisus est, *Egesippus, lib. 3. c. 2. Euseb. lib. 3. histo. eccles. cap. 1.* ad quem Dominus dixerat, *Tu es Petrus seu Cæphas, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, Matth. 16. can. in nouo, & can. quamuis, 21. dist. cano. & can. sacrosancta. 22. dist. cano. fidelior. 50. dist. can. loquitur. 24. quæst. 1. nos reddentes, de sum. trin. C. §. 1. de eccles. titul. de colla. 9. de primatu eccl. Rom. fuse Ioan. Cocleus, lib. 2. de Petro & Rom.* Illa vna & omnium populorum, secundum quod prædictum erat; *dabo tibi gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ, Psal. 2.* Et rursum, de regno filij Dei, *& dominabitur de mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad extremos terræ, Psal. 49. Ecclesia,* inquit Athanas. *de diuers. quæstio. quæst. 71. quidem dicitur, quod in ea vocantur omnes: Catholica vero propterea, quod per totum mundum diffusa sit.* Ecclesia Romana caput aliarum ecclesiarum, *c. 1. 12. dist. can. dudum, 3. q. 6.* quæ in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis vocatæ sunt, *ca. multum, 3. q. 6. ca. qui se. 2. q. 6. c. ad honorem, de aucto. & Supallij.* vnius enim ecclesiæ, vnus debet esse tantum episcopus, *ca. in apibus, 7. q. 1 D. Hieron. ad Rust. Cypr. epist. 2. lib. 3. D. Aug. epi. 162. & 171. con. Donatist.* Et ideo qui ab ipsius vnitate decidunt, amplius in fide non viuunt, & sicuti excisi à radice, sine vita sunt, *ca. alienus. can. quicunque, & can quia ex sole, 24. q. 1. ca. ipsa pietas, 23. q. 4.* ¶ Sumitur † & ecclesia pro particulari quadam congregatione, vt, *ecclesia quæ est Corinthi, 1. ad Corin. cap. 1.* & *, in ecclesijs benedicite Deo domino, Psal. 67. & eccle. c. 24.* Et rursum ecclesia pro personis coordinatis ad ministeria ecclesiastica, vt dicitur, *non ingredietur manzer,* hoc est, de scorto natus, *in Ecclesiam Domini vsque ad decimam generationem, Deut 23.* id est, non promouebitur ad ministerij ordinem, *c. 1. & ibi glo. de fil. presby.* Et rursum, *non ingredietur Ammonites & Moabites in ecclesiam Dei, vsque in æternum, Nehem. 13.* Et apud D. Matthæum *si non audierit, dic ecclesiæ, c. 18.* Ita ecclesia, & pro prælato ecclesiæ, *can. scire debes. 7. q. 1.* & pro maiori parte capituli, *can. Apostolica, 6. dist.* ¶ Secũdo † accipitur ecclesia, pro loco vbi congregatio fit: cõtinens pro contento. vt apud D. Paulum, *1. ad Corinth 11. Nunquid non domos habetis ad manducandum & bibendum, aut ecclesiam Dei contemnitis? & confunditis eos qui non habent;* nẽpe pro ædificio seu tẽplo *can. de Fabrica eccle sia, can. in ecclesijs de conse. dist. 1.* itẽ & pro ritibus ipsius loci, *c. que relatum, vbi gl. ne prælati. vic. suas.* ¶ Templũ † dicunt ecclesiã quoq; & à tuendo primũ templũ dictũ, quo circa cœlũ quã tuimur dictũ templũ naturæ: ab auspicijs in terra: à similitudine, sub terra, auctore Varrone, *lib. 6. de lng. Lat.* Vocabantur & Græcis tẽpla ναοὶ, vt constat ex edicto Maximiani, quo iubebatur, vt prædia & res Christianorũ ecclesijs restituerentur, *Niceph. Calis. lib. 7. histor. c. 38.* quasi dicas domos domini, id est, Dei. Sic enim & alicubi scriptũ legimus, *D. Matth. c. 21. D. Ioan. c. 2.* dicentẽ Deũ, *Domus mea, domus orationis vocabitur.* Et quia ea diuersoria etiam deorum putabant antiqui: templa dixerunt ναοὺς, ἱερὰ, & pluribus aliis nominibus, ἀπὸ τοῦ τέμνειν. Hinc & nos templum Dei, 1. *ad Corinth. 3* Vnde & *Basilicæ* quoque, id est, principis domus, *can. omnes basilicæ, 16. q. 7. can. omnes basilicæ, de conse. dist 1.* regiæ domus vocabantur, & magnifica ædificia. Iussit & Plato templa domibus regalibus coniungi, *Plato, lib. 6. de legib.* Sicut & Octauianus Cæsar anno ab vrbe condita 726. in palatio tẽplum Apollinis dedicauit, ac bibliothecas perfecit, *Dion. Cass. lib. 53.* Dicta & templa delubra, sacella, bidentalia. *De quibus Lilius Gregorius Gyraldus, de Idolis gẽtiũ, syntag. 17.* item & tabernacula, *can. in veteri, 47. dist.* Quando autẽ cultus diuinus fuit publicus, fuerunt & vna loca quædam destinata cultui, & sacrificia & ministri horum. ¶ Aliquando † & in lucis sacra exculta: sicut & meminit Virgilius 7. *Æneid.* 3

Templum Augustum ingens, centum sublime columnis,
Horrendum syluis ac religione parentum.
Hinc sceptra accipere & primos attollere fasces.
Regibus omen erat: hoc illis curia templum.

Et iterum lares aiunt apud eundem *Virg. 7. Æn.*

Nulli certa domus, lucis habitamus opacis.

Nec alibi quam in nemoribus colebant numen, antiqui Germani, *Cornel. Tacit. de morib. Germam.* Et fere eius moris erant omnes idololatræ, vt prope infinita loca sint sacræ scripturæ, in quibus Deus populo suo lucos plantare prohibet, & plantatos demoliri iubet, *Exodi, 34. Deuter. 7. 12. 16. & 3. Reg. 14. 15. 18. 2. Paral. 14. & 17. Iudith. 3. Esaiæ 17. Michææ 5.* Fuerunt sola altaria ante templa, quia & ante & ex omni tẽpore ab initio seculi fuerunt sacrificia Deo oblata, vt cõstat ex sacrificijs Abelis & Caini, *Genes. 4.* & Noachi qui & altare domino fecit, liberatus à diluuio. ¶ Erant † inibi aræ, & altaria loca quædam elatoria, vbi sacrificabatur, 6

Digitized by Google

crificabatur, vnde ara quod area pura sit, *Genes.8. Beros.in 3.* vel vbi victima ardebat, vel ab imprecationibus, quas Græci ἀραὰς dicunt, *Varro, de ling. Lat.* vt altare quo altior locus sit. Tria loca enim erant in sacrificando Ethnicis familiaria, per quæ expiationem facerent: scrobiculo facto, inferis: aris, terrestribus, cœlestibus, exstructis focis *Lact. Grammat. lib. 7. Thebaida.* Idem Porphyrius tradit philosophus, & aras cœlestibus, & terrestribus & heroibus focos antiquos statuisse, & subterraneis fossas, scrobesve & quæ à Græcis dicuntur μήγαρα: mundo & nymphis, ce-
7 teriſque huiusmodi antra dicasse. ¶ Adorabant † & in montib⁹, *vt Genes. cap. 21.* & agris antiqui sub dio, antequam templa essent & loca eam ob causam certa. Orabat & sæpe in monte oliuarũ Dominus noster Iesus Christus, vt turbã hominum vitaret. *DD. Matth. cap. 14. Mar. 6. Luc. 22. Ioan. Euang. 6.* Et exibat Isaac in agrum, vt meditaretur, id est, vt oraret. *Genes. c. 24.* Apud Persas neque templa, neque statuas, neque aras exitruere cõsuerudo erat: quinimo hoc facientibus infamiæ tribuere. Quod non, quemadmodum Græci, sentiẽt Deos ex hominibus esse ortos: in moremque habebant, editissimis quibusque conscensis montibus, suis Deis immolare, vt auctor Herodotus. *Herod. in 1.* Quis primum ædificauerit templum apud Ethnicos idololatras, nõ satis constat, nec etiam de eo anxij esse debemus: imo potius est eius rei memoria & auctorum, & templorum, & simulacrorum, obliuione suffocanda. Verum puto prius Deo templum dicatum, & ædes eius sacrificiis destinatas, quia rex Salé & panes offerebat domino, *Gene. c. 14.* & ante eum inuocauit publice Enos nomen domini. *Gene. 4. in fi.* At in populo Dei postea tabernaculũ à Mose Deo cõstructum, quod etiam templum & domus Dei dictũ est, *vt 1. Reg. c. 1.* vt in libris Samuelis scriptum, *ingressus est Elcana & Anna in domum Dei in Silo, & puer Samuel erat cum ipsis.* Tunc tamen templum & domus Dei non erant: nam Salomon ædifi-
8 cauit postea. *2. Reg. 8.* ¶ Tabernaculum † autem quod fixit Moses, erat in Silo. *Exod. 26.* Rursum autẽ & scriptum, *quod Samuel dormiebat in templo Dei. 1. Reg. 3.* De dispositione & triplici sectione tabernaculi pulcre videbis apud D. Paulum, *ad Hebr. cap. 9* & in Exodo. 26. & 40. Hoc Moses consecrauit adhibitis ceremoniis. *c. 1. de consecrat. dist. 1.* Consecratum est templum Salomonis ritibus pluribus adhibitis & orationibus, vt dignus fieret locus ille, in quo oãtes à Deo exaudirẽtur. *3. Reg. c. 8. 9.* dignaretur; ibi De⁹ inhabitare: vt pote in loco, in quo ei⁹ memoria, cultusve eius esset: ideo & consecrabatur, vt propria Dei domus ab ipso
9 sanctificãda, & ad sanctificationẽ aliorum. ¶ Et † ideo Rabini in sanctuario Dei, olim decem miracula facta fuisse annotant. *l. qui prikabot. capitulu patrum, cap. 5. & ibi* Paulus Fagius. 1. *Quod nunquã abortiuit mulier ab odore carnis, quæ in sanctuario immolabatur,* 2. *Quod non conspecta sit musca in domo mactationis.* 3. *Quod non accidit casus nocturnus, siue pollutio sacerdoti magno in die expiationis.* 4. *Non exstinxerunt pluuiæ ignem, qui erat in strue lignorum.* 5. *Non vicit ventus columnam fumi.* 6. *Non repertum est vllum vitium in Gomer.* 7. *Nec in duobus panibus.* & *in panibus facierum.* 8. *In eo stabant coarctati, & adorabant dilatati.* 9. *Non læsit vnquam aliquem serpens & scorpio in Hierusalem.* 10. *Nec dixit vnquam socio suo homo, angustior est mihi locus, quam vt possim pernoctare Hierosolimis.* Sunt & qui proferunt ex libris Cabalisticis, leonis imaginem in flamma ignis sacrificia absumentis, conspectam fuisse. Sublato tamen sacerdotio antiquo, omnino templi Iudaici memoria exstincta est: & cum fuerit ante aduentum domini dirutum & rex dificatũ tamen lege adueniente euangelij restitui non potuit, vastatum funditus à Tito & Vespasiano. Imo cũ Iulianus à fide alienus Cæsar in contumeliam Christianorũ iussisset, & permisisset Iudęis templũ Mosis construere, idque illi diligenter exsequerẽtur, terræ motu facto, iã iacta fũdamẽta omnino deiecta & euulsa sunt pluribus oppressis. Rursumq; pertinaciter opus aliis persequentibus, ignis è cœlo, & ex fundamẽtis simul emissus, instrumenta & ædificata exussit, atque inuenta sunt omnium Iudæorũ vestimenta cruce signata, quæ nullo modo elui potuerunt: aliaq; prodigia contigerunt, quæ narrat Nycephorus, & D. Chrysostomus, & alij. *Niceph. Calist. lib. 10. hist. eccles. c. 32. & 33. D. Chrysost. hom. 4 in 1. c. Matth. tom. 2. Theodo. lib 6. Histo. cap. 4.* qui ait, *id contigisse anno domini* 363. Post aduentum domini nostri Iesu Christi. inter Christianos fide propagata, cœperunt quoque Deo dominо vero Iesu Christo exædificari sacella, atque splẽdida ædificia, simulque templa, quæ ante idolorum erant, Deo fuere consecrata, adhibitis ritibus sacris in sanctificationem, de qua pauca alibi diximus, in beneficiis & de beneficiorum erectione. Maioris aũt dignitatis ecclesiæ nostrę sunt templo Iudæorũ, non secus ac vmbræ præstat veritas: Nam & nos verum inibi Domini nostri Iesu Christi corpus, in altaris mysterio habemus, cuius aduentum figuræ Mosaicę tantum prænunciabant. Et apud nos ob ipsam veritatem, ecclesiæ sunt à legalibus illis liberæ, aduenientę propitiatione vera & efficaci: idęo & mulieres hodie post partum non arcentur ab ecclesia. vt olim certis diebus ab ingressu templi, *ca. 1. de purific. post part. lib. 3. Decreta tit 47. Leonti. 12. can. mulier. can. ad eius, de consecr. dist 5.* quãquã si venerationis causſa, certis diebus ab illo se abstineant, non improbetur. *ca quotidie, de consecr.*
10 *dist. 3.* ¶ Diximus † & in titulo de sacrilegiis, sacra olim per iussũ plebis lege Papyria, *Cicero, pro domo sua ad Pontifices.* de sacrandis agris & per imperatores & consules & pontifices dedicari, *l. 2. ne quid in loc. sacr. vel P. l. in tantum, 6. §. sacræ, de rer. diuis.* nunc autem solum per pontifices proprios Christianos, *§. sacræ, de rer. diuis. can. placuit. 1. q. 2.* sine quorum consensu, nec licet sacras ædes constructre, *can. quicunque, 17. q. 1. ca. Iaior. 3. quæs. 5. cano. quidam. 18. quæst. 2. can. nemo, de consec. dist. 1. c. aqua, de consec. eccles. vel alta.* nec nisi eorum permissione à presbytero ad id minus delegato. *glos. in d. can. nemo, c. presbyteri. & ca. fin. 26. q. 6. c. ministerium, de offic. archiepi. ca. nullus presbytero, de consecr. dist. 4.* putaremque & hunc episcopum esse debere. *iuxta cap. aquam. de consecr. eccles. uncta glos.* 2. Siquidem episcopus ciuitatis seu loci, ante debet ad locum accedere, in loco crucem figere, publice atrium designare. Prius autem qui ædificare desiderat, statuere & definire prouentus, quæ ad luminaria, & ad custodiam, custodumque stipendia sufficiant. Subinde & post ædificationem, episcopum oportet locum ipsũ consecrare, aqua lustrali seu benedicta aspergere, *hæc omnia, in d. ca. nemo, de consecr. dist. 1. §. illud, de monac. in aut.* orationes dicere, *§. si quis autem voluerit, de eccles. tit. collat. 9.* Prospicit hęc episcopi cura & auctoritas in ecclesiarum constructione: insuper, vt qui ædificare seu fundare decreuit, pietatis intuitu ædificet, nõ quæstus cupiditate, puta ne paciscatur, vt ex eo quæ ędificauit de suo vel in suo, quæstum cum clericis diuidat, *ca. si quis basilicam, de consec. di. 1. ca. eulentherium. 18. qu. 2. can. hanc consuetudinem, & ca. quia sacerdotis, 10. q. 1. can. ecclesiæ, qua pactione, 1. q. 4.* neque vbique, vel sine discretione, aut per somnia cuiusq; ædificare permittat, aut sine reliquiis alicuius martyris. *can. placuit, & can. de fabrica. de consecr. dist. 1.* Nec omnibus passim temere ve templum ædificare de nouo licet, præ extu religionis: sed tãtum, si fructus sufficientes sint vnius ecclesiæ ad duas ecclesias, & parrochia latiores habeat fines, quam hyberno tempore possint accolæ in vnam conuenire. *c. ad audientiam, de eccles. ædific.* Si temporis qualitas exigat, *can. & temporis qualitas. 16. quæst. 1.* vel incrementum sit notabile populi, *can. felix, & ca. multis. ca. præcipimus, 16. qu. 1.* si in præiudicium alterius non fiat. *c. ecclesiæ, c. quacunque, 16. qu. 1. c. 1. de oper. noui. nunt. c. 2. de eccles. ædific.* & loco fiat congruo. *ca. ecclesias, de consec. dist. 1.* ¶ Locum † congruum explicat Agenus Vrbi- 11
cus, *in comm. ad Iulianum Frontinum, de controu. agro. loca.* inquit, *sacra quæ ædificabantur apud antiquos, quam maxime in confinio constituebantur, vbi trium vel quatuor possessionum terminatio conueniret. Et vnusquisque possessor donabat certum modum illi sacro ex agro suo: & quantum donasset scripto faciebat, vt per diem solemnitatis, priuatorum eorum agri nullam molestiam incolentes populi sustinerent.* Adde & exigi vt loco sacro populus indigeat: *ca. si. de eccles. ædific. ca. præcipimus, 16. qu. 1. can. ecclesias. 16. q. 7.* Sic nec Iudæis Synagogas ædificare vel templa permissum, etsi vbi recepti, antiquas fulcire liceret. *l. fin. C. de Iudæis, lib. 1. C. tit. 12. c. 3. eo. tit. lib. 5. dec. tit. 6. l. quæ nuper, de ind. lib. 16. C. The. titul. 6.* Placuit nihilominus recte tẽpla & sacrificia paganorum, omninò interdici pœna capitali, *l. 1. 2. 7. de paga. lib. 1. C. tit. 14. l. 4. eod. lib. 16. C. The. tit.* 8. & hæreticis omnia ẽt loca cõsueniẽdi causa. *l. pen. C. de hær. l. 2. de sum. trinit. & fid. Catho. C. l. conuenticula, de epis. & cler. C l. 4. de hæ qui ad Eccles. confuge. §. 1. de interd. colleg. hæret. in auth. collat. 9.* De hinc episcopus prospicit, vt dotatio sufficiat pro cultu diuino in ea ecclesia fouendo, & pro ministerio & ministrantibus, & pro oneribus, soluendis episcopalibus: *c. pia mentis, 16. q 7. in auth. vt deter. mi. sit nume. cler. §. 1. vt nullus fabr. orato dom.* Ad hoc enim tenentur fundatores. *ca. si plures, & ca. pia mentis, 16. q. 7. arg. l. qui liberos, de rit. nupt. in P. tex. in ca. cum sint, de consc. eccles.* Alioquin heres fundatoris tenetur congrue dotare, *§. si quis ædificationem, §. si autẽ, de eccles. tit.* vel episcopus ipse, si sine dotatione permisit. ędificari, exemplo ordinatorum sine titulo, quos tenetur vel alere, vel eis de beneficio prouidere. *c. episcopus, de prabend.* Pertinet & ad curam episcopalem prospicere, vt iam recte ædificata templa in suo splendore conseruentur, neve collabantur, & videre si qua reparatione indigeant. Quod & rectorum prouinciarum munus erat. *l. si in aliquam 7. de offi. proconsl. lib. 1. P. tit. 16.* ¶ Por- 12
ro † in ecclesia reparanda vel refarcienda distinguendum est. Interdum enim ecclesiæ habent quandam portionem ædificationis causſa destinatam, & tunc illa pars procul dubio huic oneri seruire debet. Olim episcopus tertiam partem singulorum beneficiorum accipiebat, vt sarta tecta conseruaret ædificia: quod si ei parti cessisset is, qui eam accipiebat, onus subibat, *can. prisci, & can. Onio, 10. quæst. 3. can. decernimus, 10 quæst. 1.* Erat autem pars illa tertia præter aliam, quæ episcopo debatur iure episcopi. *glos. in dict. cap. prisci & Onio.* Quatuor quippe partes iure antiquo fiebant de reditibus & oblationibus ecclesiarum: vna clericis dabatur ministeria obeuntibus sacra: alia pauperibus: tertia fabricæ: quarta, episcopali iuri. *can quatuor, & can. de reditibus, 12 quæst 2. cum similibus. ibi nota.* Quod si hæc tertia pars fabricæ destinata non sufficiat reparationi, æquum est, qui fructus percipiunt contribuere pro rata & parte. quam percipiunt, *cap. 1. & cap. de his, de eccles. ædific. can. si monachus, 16. quæst. 1.* videlicet ex sententia prælati seu episcopi proprij. cui standum est. *can. fin. de his quæ fiunt à prælat. sine consens. capit.* Quemadmodum & vsufructuarius ad sarta tecta tenetur rerum quibus fruitur. *l. vsufructu legato. & l. hactenus, de vsufructu. in P. & l cum ad quem. Cod. de usufructu.* Si tamen aliqua sit alia consuetudo parrochorum, qua

Digitized by Google

de suo id faciant, erit obseruanda, *ca. quicunque, & ca. hoc dicimus, 16. quæst. 7. argum. cap. ad Apostolica, de simon. §. pro consuetudinibus, de sanctiss. episc. & §. ad hoc scimus, de eccl. ædif. coll. 9. l. priuilegia, & l. ad instructiones, C. de sacrosanct. eccles.* Quod & tradit Hostiens. *in summa. tit. de eccles. ædific. in princip.* Interest enim illorum, ædes restitui, vbi conuenire possint, & sacrosancta mysteria Dei accipere & audire: imo maxime ad id tunc cogendi sunt, cum decimæ exiguæ sunt, vel male solutæ. Satisque impendit de suo, cum laborem suum contribuit ecclesiastica præpolita persona: quia suis stipendiis nemo teneatur militare. Et dignus saltem alimentis sit, *c. cum secus, dum apostolum, de prabend.* qui spiritualia & diuina cum periculo suæ salutis, si male se gerat, dispensat.

23 ¶ Templorum † immunitates plures fuerunt, partim communes cũ rebus aliis ecclesiasticis, de quibus infra: partim propriæ, veluti ne in ecclesiis fiant tumultus, conuenticula, & quæ turbare possunt diuinum officium, *c. 2. & §. 1. de immun. eccles. in 6. l. conuenticulam, de episcop & cleric.* iudicia ne exerceantur, *dict. cap. 2. §. 1. de immun. eccles. in 6. ca. 1. eod. ap. Greg. c. de causis sanguinis, eod.* quamuis antiquis religionis esset, non auspicari consilia, nec haberi senatum, nisi in inaugurato loco, in fano seu luco. *Seruius sæpe in 8. Æneid. Virgil.* Vnde ne id in templo Vestæ fieret, illud non erat consecratum. Nemo olim quoque sepeliebatur in ecclesia martyrum, *l. 2. C. de sacrosanct. eccles.* exceptis in ea, nullus. 13. *quæst. 2.* Eratque ius asyli *c. 6. & 10. de immun. eccles. tit. de iis qui ad eccles. confug. C. est tit. de sacrileg.* in ecclesia, vt alibi etiam latius docui *in crimin. sacrileg. & de asylo 5.* Singulare illud autem, ecclesiam non consecratam, in qua tamen diuina peraguntur officia, iisdem immunitatibus potiri, *cap. ecclesia. c. 8. de immun. eccles.* habetur quippe ratio cultus diuini, qui ibi Deo
24 exhibetur, non mutorum aut parietum. ¶ Quamobrem †& quia in ecclesiis sacrificia, & dona offeruntur Deo, & preces: ibi altaria etiã sunt, in quibus & oblatio facta est ab antiquis patribus. *Genes. 8. 12. Exod 17. & melius & ratio, in cap. 20. & 29. & Leuitic. 6. Iosue 8. 3 Reg. 7. & 1. Machab. 4.* Et proinde sanctificabatur altare & consecrabatur, *dd. cap.* vt nunc quoque in ecclesiis consecrabatur. *tit. ul. de consecr. eccles. vel altar.* Nec licet missas celebrare, præterquam in altari seu loco consecrato, nisi maxima cogat necessitas, *ca. sicut non alij, & ca. missarum. de consecra. distinctio. 1.* & nunc nobis & sacrificium & altare, vt ait D. Paulus *ad Hebræ. 13.*
25 ¶ At † duplicis generis altare est, mobile, & fixum, *glo. in cap. 1. de consecrat. eccles.* mobile dicitur portatile, quod transferri potest à loco in locum, lapis, inquam, quidam, continens in se foramen cum consecratione, & signo superposito: fixum autem & stabile est, quod non mouetur loco. Illud profanum fit amoto sigillo consecrationis, *dict. cap. 1. de consecr. eccles.* hoc autem, cadentibus lapidibus, vel horum aliquo, contiguo consecrationis loco: vel si motum est sigillum, vel si tota mensa amoueatur, licet ibi foramen consecrationis non fit: quia dũ altare est firmum totum, non sola tabula vel alia pars consecratur, vt notat Panormitan. *in cap. 1. de consecrat. eccles. vel altar. gloss. in can. si motum, in verbo altare, de consecrat. distinct. 1.* Ideo si tabula, cui pontificalis benedictio adhibetur, enormiter fracta vel amota sit, debet iterum consecrari, vt possit ibi offerri. *cap. quod in dubiis. & ca. ligneis, de consecr. eccles. 1. Machab. 4.* Et sacri Chrismatis vnctio & benedictio adhiberi, *ca. altaria, 2. de consecr. distinct. 1.* martyrumque sacra
26 lipsana, *can. placuit, eod.* ¶ Ædificatis † & dotatis ecclesiis, earum fit dedicatio Deo simul per proprios loci episcopos, *cap. 1. de relig. domibus.* Neque interest quo die, dominico aut alio fiat. *c. 2. de consecr. eccles.* At facta dedicatione eximitur in perpetuum ab omni vsu humanorum & profanorum negotiorum locus, & ædificio cohærentia. *ca. semel, de regul. iur. in 6. can. qui semel. 19. quæst. 5.*
27 ¶ Erat † proprie dedicatio, initiatio ecclesiæ, id est, ecclesiæ opere consummato, primum ei vsui cui destinata erat, accommodatio: vocant Hebræi חנכה chanucha, *Numer. 7. & Nehem. cap. 12.* quæ Græcis ἐγκαίνια encænia, sicut & festum dedicationis templi vel altaris, *vt D Ioan. cap. 10.* quod fit singulis annis, anniuersaria memoria. *cap. solemnitates, in 1. & 2. de consecr. distinctione 1.* Mos enim antiquorum patrum fuit in his dedicationibus, tempore dedicationis festum agere aliquot diebus, *lib. 3. Reg. 8. 1. Esdræ 12. 1. Machab. 4. cap. 1. de consecr. distinct. 1.* & deinceps singulis annis semel, in gratiarum actionem. *D. Ioannes Euang. cap. 4. 10.* In altari portatili non est dedicatio festiua: quia vbique deferri potest, & vbicunque ponitur, potest ibi consti-
28 tuere ecclesiam portatilem. ¶ Quemadmodum † legimus, *Nicephor. Callist. lib. 7. Histor. eccles. cap. 46. Sozomenus, lib. 1. histor. tripart. c. 9.* Constantinum Magnum curasse sibi fieri ecclesiam portatilem, quæ vbicunque locorum esset, & maxime in bello circumferri posset: ne, si in solitudine quidẽ agens, vbi opus esset, Deum colere, & diuina mysteria participare deberet, æde sacra careret: ad quam, velut ad tabernaculum, semper præsto fuere sacerdotes & diaconi, sine intermissione ministeria diuina iuxta statas ecclesiæ ceremonias obeuntes.

De rebus Ecclesiasticis, & primum de fide catholica. Cap. 2.

Lib. I. Decretal. tit. 1. Lib. 1. Sex. tit. 1.
Lib. I. Clemen. tit. 1. Lib. 1. C. tit. 1.

1 *Religionis caussa præcipua apud omnes gentes.*
2 *Fides catholica, præcipua res Ecclesiæ. Ecclesiæ columna & firmamentum veritatis.*
3 *Fides quid sit.*
4 *Fides duplex, vna quæ est ex scientia: Altera vero, quæ ex opinione.*
5 *Apostata quis dicitur.*
6 *De fide catholica publice disputare prohibitum. Fides Christi testimonium Galeni ibid.*
7 *In religione pertractanda, duæ sunt species personarum. Catechumeni sacrosanctis Eucharistiæ misterijs nõ intererãt.*
8 *Diaconos quales esse oportet ex D. Paulo.*
9 *Templi tres partes apud Iudæos.*
10 *Templum Cereris non ingrediebantur nisi initiati.*
11 *Religionis causas nolunt aperto foro cognoscere Augustus.*

APud Ethnicos, † omnesque pariter gentes religionis caussa præcipua visa est: veluti vita nostra ea constante, vt ait Plinius *lib. 14. c. 19.* cum ea sit fundamentum humanæ societatis. Cicero *1. de nat. Deor. vide quæ diximus lib. 39. Syntax. art. mira. c. 30. & Lactant. de ira Dei, c. 12.* Tantaque cura eius Romanis, vt nullus actus absque augurio vel pontificum, vel sine vatum sententia fieret, decemque iuuenes filij principum Ethruriæ singulis annis mitterentur ad discendam rerum sacratum peritiam. *Valer. Maxi. lib. 1. cap. 1.* Fuit & aliorum populorum solicitudo circa suas superstitiones diligentissima Verum de his non referã plura, quia falsarum religionum etiã nomẽclatura indigna est, quæ ore Christiano proferatur. Sed de vera agam religione. ¶ Est † itaq; præcipua res in ecclesia, fides catholica, vnitas scilicet fidei, cum ecclesia quippe sentiendum est catholice, nec ab ea discedendũ, ne fiant schismata. *c. quis nescias, 11. dist. Cypria. lib. 4. epist. 8. epi. ante eum Calistum, 12. dist can. non decet, & Iulius qui Athanasium restituit, c. nolite errare, 11. dist.* Cuius caussa & episcopi maioribus se submittere debẽt. *D. Ambro. in ca. 4. ad Ephes. D. Augustinus cõtra Donatist. lib. 2. c. 3. & Leo Magnus ad Atanasium episc. Thessal. epist. 82. c. fi.* Per hanc Basilius Magnus *lib. de Spiritu Sancto* impugnat Eunomianos. Ad huius interpretationẽ se refert D. Chrysost. *1. ad Corinth. 15.* Hæc columna & firmamentum veritatis, ecclesia, *2. ad Timoth. c. 3. Nec crederem,* inquit D. Augustin. *euangelio, nisi ad hoc ecclesia auctoritas me compelleret. August. ad Paulum.* Fidei acceptiones alibi pertractauimus 12. vt opus nõ sit repetere. *diximus lib. 39. Synt. c. 13. Vide & Hosti. in sum. de summa tri. & fide cath.* Hic autem fides accipitur, pro iis quæ oportet Christianum credere ad consequendam æternam salutem & vitam, prout continetur in symbolo apostolico & Niceno, quod habetur in c. canones, 15. dist. & lib. 1. Histo. tripart. cap. 8. ¶ Fides † itaque est, credere quæ sentit ecclesia apostolica & catholica, vt vnũ Deũ in trinitate personarum, *l. 1. 2. & l. nos reddentes. de summ. trin. c. 1. eod. tit. ap. Grego.* & reliqua quæ in articulis fidei continentur, *vt in l. nos reddentes, de summ. trin.* & quatuor conciliis generalibus, Niceno, Constantinopolitano, Ephesino, Chalcedonensi, *l. 3. & l. nos reddentes. 4. §. suscipimus, de sum. trin. C. l. quicunque, 8. de her. C. Nouella 103. Ea,* inquiunt Honor. & Theodo *in l. fi. de religio. lib. 16. C. Theodos. tit. 8. qua circa catholicam fidem, vel ordinauit antiquitas, vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit, vel serenitas nostra roborauit, nouella superstitione remota, integra & inuiolata custodiri præcipimus. Fides,* inquit Clemens Alexandrinus, *lib. 2. stromat. est † duplex: vna quidem, quæ est ex scientia: altera vero quæ ex opinione.* Prima suppeditatur ex diuinis scripturis, quæ sunt sacræ literæ, & ex ea quæ à Deo docetur sapientia. Disciplina ergo parere præceptis, quod est Deo credere: & fides Dei potentia, quæ est vis veritatis: vt illud *si habueritis fidem, tanquam granum sinapis montem transferetis. D. Marc. c. 4.* Et rursum, *secundum fidem fiat tibi. D. Lucas, c. 17.* Et mortuus resurgit per fidem eius, qui credit quod à morte esset resurrecturus. D. *Matt. cap. 17.* Quæ autem ex opinione fit, demonstratio est & humana, quæ fit ex argumentis rhetoricis vel etiam dialecticis syllogismis. Qui ab hac catholica fide in parte recedit, dicitur *Hereticus:* qui in totũ, *Apostata.* Sicut qui non recedit à fide, sed ab vnitate & concordia prælatorũ, & ecclesiæ vnius, schismaticus: & qui nunquã recepit, est vel paganus, vel Iudæus. De hæreticis & schismaticis, paganis & Iudæis, iã cõstituto loco criminũ læsæ diuinę maiestatis loquuti sumus, nec repeto. ¶ Apostata † porro dicitur, desertor & proditor fidei, qui omnino à fide catholica, & à Dei veri religione recessit. *l. 1. & 2. de apostat. lib. 1. C. tit. 1.* In qua initiatus antea per sacramentum baptismi fuit: quãuis & hæretici apostatare à fide, cũ ab aliquo articulo abeant, dicantur, & ita apostatæ nominantur, *l. hi qui sanctam. C. de apostat.* quia hæretici extorres ab ecclesia sunt, *ex nobis enim,* inquit D. Ioannes, *prodierunt, sed non erant ex nobis.* D. *Ioannes 1. ep ca. 2.* Et *in vno peccans articulo, factus est omnium reus.* D. *Iacob. c. 2. c. desinat, de regul. iur. apud Greg.* Omnis quippe virtus ab vno vitio patitur detrimentũ. *c. dolendum. de pœnitent. dist. 5.* Ita tanquam hæretici, etiã apostatæ & desertores fidei puniuntur, & seuerius. *l fin. C. de apostat.* exuti omnibus Christianorum priuilegiis, *l. 3. C. eo.* vt etiam duret huius criminis delatio. & accusatio post mortem rei, in quinquennium, & testamentum eius qui huiusmodi est, probato crimine

irritum

Digitized by Google

irritum sit *l.2.C.eod.* Publicum hoc crimen, & pœna capitalis in eum, qui aliquem ingenuum au seruum, apostatare à fide coegerit. *l.4. & 5.C.eod.* Itaque debet hæc fides catholica firma esse, & indubitata: alioquin dubitans, hæreticus censetur. *c.1. de hære.*

6 ¶ Et † proinde de ea disputare, publice potissimum, prohibitum, est *l. nemo. 4. de sum. trin. c. maiore d.24. q.1. Tertullia. de præscrip. hæreticor.* Et quamuis discendi causa, inter pios interpretationis eruędæ causa, & ad conuincendos errores dubia mouere, haud omnino sit improbatum: attamen reuocare in dubium, quæ auctoritate principali maiorum decreta sunt, sacrilegium, *l.2. de crimine sacrileg.* & temeritatis plenum. Non enim transgredi oportet terminos antiquos, quos posuerunt patres nostri. *Proverbio. c. 22.* Quod intelligitur etiam de fide. *c. transferunt, 24. q.3.* Meminit istius legis Galenus, *Galen. lib.2. de differ. pulsuum.* testis ab omni suspicione alienus, dum ait: *lex Christianorum & Mosaicorum, non liceat de ea disputare: eam enim sine rationibus & demonstrationibus adipiscebantur.* Et alibi *Galen. aduersus Archigenem. multo*, inquit *præstaret aliquam apponere, si non formam, demonstrationem adrationem sufficientem sermoni de octo qualitatibus, vt ne quis inito statim, quasi in Mosi & Christi schola impingat, leges audiat nulla constitutas demonstratione, idque vbi maxime deceat.* Sicuti nec disputabãt etiam Pythagorei, de his, quæ à Pythagora dicta erant, sed sufficiebat illis, αὐτὸς ἔφα, ipse dixit. *Absurdum autem fuerit*, vt ait Clemens Alexandrinus *lib.2. stromat. Pythagoræ quidem sectatores, recusatis eorum quærebantur demonstrationibus, illud, ipse dixit, fidem facere arbitrari, & ad ea quæ audierant confirmanda, hanc vocem satis esse ducere: eos autem, qui contemplandi tenentur desiderio, fide digno magistro, solis seruatori Deo fidem non habere: aggredientes eorum quæ dicuntur probationes ab eo exigere.* Et apud Ciceronem sic dicit Cotta Lucillo, *habes Balbe, quod Cotta, quid pontifex sentiat, fac nunc ego intelligam quid tu sentias: à te enim physiosopho rationem religionis accipere debeo.* Maioribus autem nostris, etiam nulla ratione reddita, rationis est credere. *refert Lactant. lib. 2. de origin. error. cap. 7.* D. Paulus, *noli verbis contendere: ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium. 2. ad Tim. 2.* Sicut enim Moysi restituerunt Iannes & Mambres: ita hæretici resistunt veritati: homines corrupti mente, reprobi circa fidem: sed vltra non proficient. *Exod. 7. & 2. ad Timoth. 3.* Res fidei sunt, quæ ingenij & rationis nostræ vires superant, vt humana ratione non possint omnino doceri, vt alibi docuimus, sobrie & cum diuino lumine de illis agendum est.

7 ¶ Vt † non immerito in religione pertractanda sint duæ species personarum considerandæ: vna, eorum qui credere debent: alia, eorum quos intelligere excellentius, vt docere possit, oportet. Non enim omnibus res sacræ profanandæ, nec omnibus omnia vulganda mysteria, cum propter dignitatem eorum, tum etiam propter altissima quædã & adyta, quæ vulgus capere non potest. Sicque dominus noster IESVS Christus ad discipulos, *vobis datum est nosse mysteria Dei: ceteris autem in parabolis. Matthæi 13. Luca 8.* Et alibi, *non omnes capiunt verbum istud.* Quædam sunt, quæ alienis à religione tacentur: quædam quæ inter populares etiam Christianos silere debent, ne dum non intelligunt, erroris sementem accipiant, *dict. l. nemo, de sum. trin. C.* quæ tantum initiatis, sacrisque adscriptis ordinibus committuntur, vtpote in exercitio mysteriorum eruditis. Neque Catechumeni in primo nascentis ecclesiæ statu, dum gentiles ad eam concurrebant, statim templa ingrediebantur quamdiu discebant, nec intererant sacrosancti Eucharistiæ mysteriis. *Loquimur*, vt inquit D. Paulus, *1. ad Corinth. 2. Dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante sæcula, quia spiritus sanctus loquitur mysteria. 1. ad Corinth. 14. can. nulli, 1. q.1.* Quare eum qui mysteria hæc nosse desiderat sanctissimi præceptoris, mundum, & à profano vulgo secretum, &

8 sanctificatum esse oportet. † *Diaconos*, inquit, D. Paulus, *1. ad Timoth. 3. oportet esse pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura:* Neque danda sunt sancta canibus, neque obiiciendæ margaritæ porcis, ne forte conculcent eas pedibus suis, *Matthæi c. 7. cap. in mandatis, 43. distinct. c. nolite recedere, 11. quæst. 3.* & canes con-

9 uersi dirumpant nos. ¶ In tẽplo † Dei apud Iudæos erant tres tẽpli partes: in extrema, populus: in secunda, sacerdotes: in tertia, sancta sanctorum, vbi semel in anno tantum ingrediebatur summus sacerdos, *ad Hebræos cap 9.* quo loci ceteris aliis absconditæ erant res, & diuina. Nec esse reuelanda mysteria in prouerbiis Salomon monet. *Et qui reuelat*, inquit, *mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis. Proverb. c. 20.* Orpheus ab iis quos initiabat, in primo vestibulo cum terribili auctoritate religionis exegit, ne profanis auribus inuenta ac composita religionis prodeirentur. *Firmicus Maternus lib. 7. Matheseos. Sabellicus in vita Augusti, c. 93.*

10 ¶ Atque † olim iis qui initiati non erant: templum Cereris ingredi nefas erat diebus initiorum, vt docet Liuius *lib. 31.* dum ait, duos iuuenes Acarnanes, tanquam ob infandum scelus intersectos fuisse, quod per dies initiorum, cum initiati nõ essent, imprudentes religionis, cũ cetera turba ingressi fuerant templũ Cereris: quæ fuit causa belli inter Philippum Macedonum regem, & Athenienses. Euripides quoque. *Euripid. 8. in Bacchicis, act. 8. de orgiis sic scribit.*

Pentheus, Τὰ δ' ὄργι' ἆρ' ἃ θύετ' οὐκ ἐσακτέα;
Dionysius, ἄρρητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν.
Pentheus, ἔχει δ' ἕνειν τοῦσιν θύουσιν τινά.
ὦ θυμὲ δαίου σ' ἕξει δ' ἄξι' οὐκ ἀκλεᾶ.

Et postea idem Dionysius, δόξει τις, ἀμυδῶς σοφὰ λέγων, ὅτι κ φρονεῖν.

id est,

Pen. Hæc vero Orgia, quam speciem habent tibi?
Dio. Non dicenda sunt, non initiatis Bacchicis.
Pen. Quam autem vtilitatem sacrificantibus ferunt?
Dio. Non fas est te id audire, quamquam sit dignum scitu.
Dio. Apud ignarum & rudem de mysteriis loquens, parum videtur sapere.

Sic à sacrificiis arcebant profanos antiqui Ethnici, id est, nondum sacris initiatos, ita *Ouidius 17. Metamorph.*

Hinc procul Æsonidem, procul hinc iubet ire ministros
Et monet arcanis oculos remouere profanos.

Et vt abirent profani, & tẽplo exirent prius inclamabant Sacerdotes: est & apud Silium Italicum *lib.7.*

Tum puppe è media magno clamore sacerdos
Parcite pollutis contingere vincula palmis.
Et procul hinc monco, procul hinc quæcunque profana.

Meminit & Tertullianus in apologetico, at vero & formulam refert Virgilius. *6. Æn.*

——Procul procul este profani,
Conclamat vates, totoque absistite Luco.

¶ Augustus † Cæsar, noluit religionis causas aperto foro co- 11
gnoscere. *Suet. in Aug. c. 95.* Et Athenis sacris initiatus, cum postea Romæ pro tribunali de priuilegio sacerdotum Cereris cognosceret, & quædam secretiora proponerentur, dimisso consilio & corona circumstantium, solus audiuit disceptantes. Noa, qui sacros ritus & ceremonias, & Theologiam docuit homines, multa etiam naturalium rerum secreta mandauit literis, quæ solis sacerdotibus Scythæ, Armeni commendarunt. Neque enim fas est vlli ilia inspicere, aut legere, aut docere, quam solis sacerdotib. & inter sacerdotes dumtaxat, sicut & quod rituales libros reliquit, ex quibus illis primum *Saga* nomen fuit inditum, quod est sacerdos, sacrificulus, pontifex. *Berosi in 3.* Sed de mysteriis celandis in religione hactenus dictum sit, cum in crimine hæresecos plura pertractauerimus, dum agimus de cautionibus contra hæreticos. Et quomodo etiam cultus diuinus exercendus sit, & de munere sacerdotum & aliarum personarum ecclesiasticarum, deque ordinibus sacris, suo loco tractatur, dũ de personis agimus ecclesiasticis, & de ordinibut, & beneficiis, potissimum in finitione beneficij, & alibi.

De sacramentis in genere. Cap. 3.

1 *Sacramentorum causa, & quid, & quot.*
2 *Diuisio & finis singulorum.*
3 *Quæ iterantur, & quæ non.*
4 *De quo, & à quo confirmentur.*
5 *Quibus rebus formam & perfectionem accipiant sacramenta. Et qua imprimant Characterem.*

DEus optimus maximusque, † cum hoc miserum humanum 1
genus in suam tutelam singulari redemtionis beneficio susceperit, rude & corporale, voluit electa certa materia illi suam inuisibilem gratiam conferre, eam rebus certis & statis benedictionibus imprimens pro ineffabili sua omnipotentia. Ita sacramentum inuisibilis gratiæ visibile signum, sed vltra signũ, quod videtur, habens gratiam simul inhærẽtẽ, cuius, visibile testatur vt signum, exsistentiam. *vide can. sacrificium, de consecrat. dist. 2. c. nulli, 1. q.1. Tractatur de hac sacramentorum materia, in 4. Magistri sententiarum sacrorum patrum, dist. 1. & seq.* Sacramenta, in ecclesia Dei sunt à fide & religione Christiana recepta, à Deo instituta, vt in lege noua euangelica, eaque septem, prout probauimus in sexto lib. Artis mirabilis c.8. quæ sunt, baptismus, cõfirmatio, eucharistia, extrema vnctio, pœnitentia, matrimoniũ, sacer ordo. ¶ Sacramentorũ † alia dicuntur necessitatis, alia voluntatis. *cano.* 2
remissionem, §. sed notandum, 1. q.1. c. veniens. cap. 8. de transf. ad. ep. Gr. Tractat de necessitate sacramentorum Vigerius, cap. 16. de sacrament. vers. 9 in institutions. Theologicis. Necessitatis sunt, quæ Christianus suscipere tenetur: voluntatis, quæ Christianus, etsi possit, tamen, suscipere non cogitur. Necessitatis dicuntur 5. Baptismus, *c. nulla prater, de consec. dist. 4.* confirmatio, *c. nullus ministrorum, de consecrat dist. 4.* eucharistia, *capit. omnis Christianus, de consecr. dist. 1.* extrema vnctio, *c. 1. 26 q.7.* pœnitentia, *ca. non potest. de pœnitent. dist. 1.* Voluntatis duo, ordo, *ca. vbi ista, 74. dist. can fin. § fin 22 q. 4.* & matrimonium. *c. vbi non est, 30. q.2. c. cum locum, de spons.* Omnia tamen sacramenta, quod ad statum vniuersum ecclesiæ pertinet, necessaria sunt. baptismus, sacramentum intrantium: *ca. nulla prater, § porro, de consecrat. dist. 4.* confirmatio ad robur pu-

Digitized by Google

gnantium, *c.vni. §. per famulos, de sacra vncti. & c. Spirit. sanctum. de consecrat. dist. 5.* eucharistia, ad viaticum salubertimum progredientiũ, *c. qui recedunt, & ca. de hu, 26. q. 6.* pœnitentia, redeuntium, *c. hu qui, 26 q. 7. c. 2. §. 2. de pœnit. distinct. 3.* & resipiscentium: extrema vnctio, exeuntium ab hoc seculo, *c. ab inferno, 26 q. 7.* ordo, diuinis deseruientium: matrimonium, generantium. ¶ Horum † omnium quædam semel tantum cõferuntur, alia iterabilia sunt. Quæ nõ iterantur, & nõ nisi semel cõferuntur, sunt *Baptismus, ca. sacramenta, & c. maius. 1. q. 1. tit. ne sanct. Baptism. reiter. lib. 1. C. tit. de sacram. non iteran. ap. Gregor.* confirmatio. *eod.* ordo, *c. de homine, c. de hu, ca. dictum est nobis, de consec. distin. 5. & Cyprian. sermone, de ablutio. pedum.* reliqua repeti possunt. *Hostien. in Summ. titul. de sacram. non iteran.* ¶ Porro † spiritus sanctus ipse est, qui efficacia omnia facit sacramenta: non autem is qui ea præbet minister, *can. multa. can. sta fiat, cum 4. sequent. 1. q. 1.* à cuius malitia coinquinari nequeunt, *c. remissionem. 1. quæstio. 1. c. nonne. eodem, vide concilium Tridentin. sectio. 5. de sacrament. c. 12. c. vestra, de cohabita. cler. & mulier.* Et ideo quandiu minister malus ab ecclesia sufferitur, ab eo sacramenta accipi possunt, *can. multi, can. neque, c omnia, c. per Esaiam, 1. quæst. 1. c. fin 15. q. fin.* excepto eo quem nosti hæreticum, à quo nec à simoniaco, si indubie notis, non debes accipere, *can. vltim. 24. quæst. 1.* Si tamen ipsi in forma ecclesiç, hoc est, obseruata forma ecclesiastica, præbuerint, virtute sua sacramenta non priuantur. *can. secundum. 19. dist. c. quod autem, cum trib. sequen. & c. sicut, 1. q. 1.* potissimum quod ad characterem pertinet, non autẽ quod pertinet ad exsecutionem. *can. præter hoc. § porro, 22. distinct. c. si qui à simoniaco, 1. quæst. 1.* Quamobrem & ordinatio facta per hæreticos, iteranda non est, sed virtus sacramenti dabitur per manus impositionem, & suppletur, *can. præter hoc, §. de malis, 32. distinct.* si autem non seruata forma ecclesiastica concedantur ab iis sacramenta, virtute carent omnino. *c. hi qui, §. sed notandum, 1. quæst. 1.* Legitimi sacramẽtorum ministri illi, qui parochiis præfecti sunt, vbi degunt quibus dandi: alij minim: generali iure. *c. interdicimus, 16. q. 1 c. 2. & 3. de paroch. c. 1. de sepultur. c. omnis utriusque, de pœniten. in 6.* Et ij saltem presbyteri esse debent. *c. presbyteri qui, de consec dist. 1.* qui baptismum, eucharistiam, conficiunt, & extremã adhibent vnctionem, & pœnitentiam, & qui matrimonium benedicunt, *Hostien. in Sum. de sacramen. non iter. in. §. quis possit conferre.* at qui confirmat & ordinat, Episcopus. *c. vni. §. 4. c. ferculin, de sac. vncti.* ¶ Sacramenta † omnia tribus, perficiuntur, videlicet rebus, tanquam materia: verbis, tanquam forma: & persona ministri conferentis sacramentum, cũ intentione faciendi, quod facit ecclesia. Tria sacramenta, baptismus, confirmatio, & ordo, characterem, id est, spirituale quoddam signum à ceteris distinctum, imprimunt in anima indelebile, vnde in eadem persona non iterantur: reliqua quatuor characterem non imprimunt, & iterationem admittunt. *vide de hu concil. Florent. sub Eugenio, 4. pontif. Max.*

De Baptismo, Cap. 4.

Lib. 3. Decreta. titu. 42.

1 *Baptismus ianua sacramentorum aliorum, & quid, & efficacia eius.*
2 *Differentia huius sacramenti ab aliis baptismis Dini Ioannis, & aliorum: & de speciebus baptismi.*
3 *Quæ concurrunt in forma Baptismi aqua.*
4 *Quæ aqua interuenire debeat.*
5 *Vsus aquæ per formam verborum ex Spiritu Sancto. Item numero 8. 9.*
6 *Quare potius hoc sacramentum regenerationis, aquam quam aliam materiam habet: & de figuris legis præcedentibus baptismum hunc.*
7 *Creditum Ethnicis expiari aqua crimina posse.*
10 *De ceremonijs adhibitis baptismo, & de earum antiquitate: & de Anadocho siue patre lustrali.*
11 *Quomodo, & quæ persona considerandæ sunt in baptismo. Et num hæreticus baptizare possit.*
12 *Baptizatus quis sit.*
13 *De baptizato puero à puero.*
14 *Baptizari desiderant Turcæ à sacerdotibus Christianis ob corporis salutem.*
15 *Non esse rebaptizandum, & pœna rebaptizantium.*
16 *Baptizandi pueri.*
17 *Tempora baptismi: Adultorum solemnia.*
18 *Qui possint esse patres lustrici, & quibus prohibetur, & quot possint esse.*
19 *Fines, & efficacia baptismi.*
20 *Hæreses vitandæ in baptismi materia.*

1 PRimum omnium sacramentorum, est baptismus: veluti † ianua & fundamentum aliorum, & Christianismi, *c. veniens, de presbyte. non baptiz. minist. c. cum itaque, de consecrat. distinctione quarta,* quo renascimur Deo, & vitam nouam subimus, *D. Ioan. Euangel. capite tertio,* sine quo vitam adipisci æternam non possumus, *c. firmissime, & c. filius, de consecrat. distinctione quarta. D. Matthæ. c. fina. ca. firmissime, 15. quæstione prima, c. maiores. de baptis.* nec alia sacramenta suscipere. *c. si quis per ignorantiam, 1. q. 1.* in sacramento quippe baptismatis baptizatus membrum Christi fit. *c. quia passus est, de consecr. distinct. 2. & c. ad hoc, de consecr. distinct. 4.* Et ideo tunc originale, venialeque peccatum, per baptismum admittur. *ca. regenerante, & c sine pœnit. de conse. dist. 4.*

¶ Baptismus † autem, alius à baptismo D. Ioannis, qui erat pœnitentiæ tantum, *Matth. cap. 3.* Baptismus nomen generale est, ad omnem lotionem seu ablutionem pertinens, ex vi nominis à Græco βαπτίζω, abluo, immergo. Et D. Athanasius *lib. de diuers. quæst. qu* 133. octo species baptismi describit, nempe primum diluuij, quo peccata exciisa sunt, *Genes. cap. 7. & 8.* 2. in maris rubri transitu, 1. *ad Corinth. cap. 11.* in quo, aqua, nubes, & ignis, & in nostro aqua & Spiritus sanctus. 3. legalem, quo immundi lauabantur: & ita purificati redibant in castra, *Ecclesia. 34. Marci 7. Iudith 12. 4.* D. Ioannis baptisma, introductorium nondum tamen omnino spirituale, sed ad pœnitẽtiam solummodo, *Act. 1 & 19. & D. Ioan. Euang. c. 1. Marc. 9. 5.* Domini nostri Iesu Christi, totum spirituale. 6. lacrymis cõtãs, vere laboriosũ, *Psal. 6.* vt, *laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* 7. per martyrium & sanguinem, quo dominus noster Iesus Christus baptizatus est, *Marci 10. Luca 11. 8.* non saluare, quod sine fine punit peccatores. Breuius nostri omnes distinguunt baptismum tripliciter, sanguinis, flaminis, & fluminis, *c. baptismo, de consecrat. distinctione quarta, c. catechumenum, eodem.* Sanguinis, cum quis martyrium fert ob Dei numen, antequam baptizetur aqua: qualis latronis in cruce, & sanctorum innocentium, *d. can. baptismi, & c. catechumenum, ca. firmissime, 15. quæstione prima.* Cyrillus Hierosolymitanus, *catechum. 3. illuminato. Idipsum & Basilius Magnus, de Spiritu sancto, c. 15. redimens,* inquit, *terram saluator per crucem, & in latere vulneratus, sanguinem & aquam emisit: vt alij quidem pœnæ tempore in aqua baptizarentur, alij autem tempore persecutionis in proprijs sanguinibus.* Flaminis baptismus est, quando quis per sanctum Spiritum mundatur, dum fidem suam coram persecutore confitetur, & dum iusto errore ductus, credit se fuisse baptizatum hoc baptismo, & baptizatos fuisse apostolos & discipulos tradit Cyrillus Hierosolymitanus, *catechum. 3. 12. 17. & Actuum secundo.* Quamuis Tertullianus probet, *libro de baptismo, cap. decimotertio, ca. quando, & can. sequent. de consecrat. distinctione quarta.* & apostolos fuisse baptizatos baptismo aquæ. Atque Nicephorus Calisti *libro secundo, historia ecclesiastica, capite tertio,* citat Euodium apostolorum successorem dicentem in epistola, quam vocat φῶς seu lumen, Christum Dominum suis manibus baptizasse tantummodo Petrum, Petrum autem Andream, & filios Zebedæi: hos autem alios Apostolos. At discipulos 70. baptizasse Petrum & D. Ioannem dictum Theologum. Quanquam apud D. Ioannem dictum sit, *cap. 4. & ca. quando, de consecrat. distinctione quarta,* quod Iesus non baptizabat, scilicet per se, sed discipuli eius in nomine eius. Basilius Magnus, baptismum ignis etiam dicit probationem, quæ fiet in iudicio, *D. Basilius Magnus libro de Spiritu sancto. capite vigesimoquinto,* ex capite tertio D. Matthæi, *ipse vos baptizabit in Spiritu sancto. & igne.* & 1. ad Corinthios capite tertio, *vnusquisque opus quale sit, ignis probabit.* Dicimus autem baptismum flaminis, & fluminis liberare à peccatis originali & actualibus, *can. regenerante, & can. paruuli, de consecrat. distinctione quarta,* atque tantumdem operari flaminis: ac baptismum fluminis: quando non per contemtum omittitur baptismus aquæ, sed in articulo quis necessitatis incidit, qua non potest assequi quis baptismum aquæ, *d. ca. baptismum vicem. in 2. de consecrat. dist. 4.*

¶ Baptismus † fluminis sacramentũ est in ablutione corporis adhibita præscripta forma verborum. Et ibi duo obseruanda, aqua pro materia, & verba pro forma, ex quibus animæ mundatio indicatur, & regeneratio. De materia, dictum *nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei, D. Ioan. euang. capite tertio, in ca. non te, de bapti. ca. regenerante, de consecr. dist. 4.* 3

¶ Et † aquam naturalem non necessariam esse dicentem decreuit concilium Tridentinum esse anathema, *sectione quinta, titulo de sacra. bapti.* Et in concilio Florentino idipsum statutum, hancque aquam veram esse, & naturalem debere: nec interesse, sitne frigida, vel calida, prohibitis aquis factitiis, qualis rosacea, muscata, aliusve similibus, & aliis liquoribus: 4

¶ Nec † tamen omnis aqua naturalis, per se ad remissionem peccatorum efficax, nisi Spiritus sanctus in eam descendat, eamque consecret, *ca. per aquam. de consecra. distin. can. paruuli. eod.* Quod fit accedente verbo ad elementum, & forma adhibita *can. detrahe, 2. q. 1. ca. penu. de bapti.* virtus enim Domini nostri Iesu Christi operatur in hoc sacramento, *can. baptismus, in 1. de consecra. dist. 4.* Atque ita verus baptismus delet ita peccatum originale, & actuale. *ca. regenerante, & can paruuli, de consecr. dist. 4.* Cum enim duplex sit homo, ex anima & corpore compositus: duplex quoque purificatio, corporea quidem, & incorporea: corporea vero fit corpori, & aqua sane mũdat corpus, spiritus autem signat animam, vt abluti in corpore aqua munda, & repurgati in corde, accedamus ad Deum, vt scribit Cyrillus Hierosolymita. *catechum. 3. illuminator.* 5

¶ Qui † & postea tradit *catechu. eadem 3.* causas, cur potius materia 6

Digitized by Google

teria eius ſacramenti aqua, quamaliud, *primum*, inquit, *quia vnũ ex quatuor elementis. 2. quia cælum, angelorum habitaculum, at ex aquis ſunt cœli. 3. terra hominum locus: at ex aquis etiam terra. 4. ante rerum omnium creatarum diſtinctionem ſex dierum, ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. 5. principium mundi aqua. 6. principium euangelij Iordanis. 7. liberatio Iſraelis à Pharaone per mare facta & liberatio à peccatis mundi per lauacrum eſt aqua in verbo Dei. 8. vbicunque fœdus inter Deum, & homines: ibi & aqua. Poſt diluuium fœdus percuſſum eſt cum Noe, fœdus cum Iſraele in monte Sina: verum hac non ſine aqua, & lana rubea. Prius Helias enim tranſiuit Iordanem, deinceps in cælum raptus eſt: prius abluitur ſummus ſacerdos factus. Symbolum Baptiſmi, erat labrum poſitum in tabernaculo veteris teſtamenti: Finis & initium noui, eſt baptiſmus.* Referam & quædam, quæ non erunt indigna lectu, conſpirantia ad huius aquæ materiam ex prædictionibus ſacris antiquorum prophetarum, vel ex typo ſeu figura legis antiquæ. Et primum annoto, iſtius baptiſmi aquæ præfigurationem, in baptiſmo Aaronis & filiorum eius, in Exodo, *cap* 29. Secundo audi Rabinum Barrachiam, dum explicat illud *Quid eſt quod futurum eſt, in cap.1.eccleſ. Si cui fuit redemtor*, inquit, *primus, ſic erit & vltimus: redemtor primus*, ſcilicet *Moſes, fecit aſcendere puteum ſicut habetur Numero c.21 Sic redemtor vltimus, qui eſt rex Meſſias faciet aſcendere aquas: ſicuti habetur in Iohele c.iiu. Et fons de domo Dei egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum: Per torrentem autem ſpinarum, intelligitur multitudo peccatorum.* Prædictum & illud per Eſaiam, *c.44. noli timere ſerue meus Iacob. & rectiſſime quem elegi, effundam enim aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam, effundam Spiritum meum ſuper ſemen tuum, &c.4.* Et per Ezechielem, *c.36. effundam ſuper vos aquam mundã, & emundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* Explicant & 5. Rabini in libro *Ionia Hieroſolymita.* illud Geneſeos, *49. cap. Lauabit in vino veſtimenta ſua, &c.* de baptiſmo, à ſancto Meſſiah poſtmodum ordinando. Adde 6. Zachariam, *cap.13.* dum ait, *in illa die erit fons patens domui Dauid, & omnibus habitantibus Hieruſalem, in ablutione peccatorum & menſtruatæ.* Poſtquam & 7. Eſaias *cap.14.* dixit de ſaluatore, *ecce Deus meus, fiducialiter agam*, ſubdit, *hauſietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris*, de fontibus, id eſt, de latere ex quo exiit ſanguis, & aqua, *D. Ioan. euan. cap.19.* Vide & ad id facientem textum in c. fin. Eſaiæ, ibi, *ecce intelliget ſeruus meus, &c.* quem de Meſſiah intellige ſecundum paraphraſem
7 Chaldaicã. ¶ Se † & apud Ethnicos expiationes, & veluti purgationes per aquam fiebant, & qui ſuperis ſacrificabat, ſe aqua immergebat, vt innuit Virgilius, 4. *Aen.* ibi,

Tu genitor cape ſacra manu, patrióſque penates,
Me bello ex tanto digreſſum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.

Et expiari aqua crimina poſſe antiqui putarunt teſtimonio Ouidij, 2. *Faſtor.*

Omne nefas, ommemque mali purgamine cauſſam
Credebant noſtri tollere poſſe ſenes.
Gracia principium moris fuit: illa nocentes
Impia luſtratos, ponere facta putat.
Acloridem Peleus, ipſum quoque Pelea Phoci
Cæde per Hemonias ſoluit Acaſtus aquas.

Et poſtea.

Ah nimium faciles, qui triſtia crimina cædis,
Flumineæ tolli poſſe putatis aquæ.

Narrat Athenæus, *lib.9 Dipnoſophi. cap.* 27. quod χίτρι erat antiquis aqua, in qua tortem ex ara capientes tingebãt, ſuper quam ſacrificia peragebant, eaque aqua circumſtantes aſperſiſſe, ac purgaſſe. Meminit & de lotione Athenienſiũ, qua purgabãt exſecrandos. Ceterum Ethnicis quidem vſurpata eſt ad expiationem aqua, quæ tamen non ſufficit: ideo nec baptiſmus illorum ſanctificabat. Sic D. Ambroſius, *tomo 4. lib. de his qui initiant. myſteriis, cap.5. & 6. cognoſce quia aqua non mundat ſine ſpiritu.*

8 ¶ Idcoque † legiſti, quod tres teſtes in baptiſmate vnum ſunt, aqua, ſanguis, & ſpiritus, 2. *D. Ioan. c.1.* Quia ſi vnum horum detrahas, non ſtat baptiſmatis ſacramentum. Quid enim eſt aqua ſine cruce Chriſti? elementum commune ſine vllo ſacramenti effectu. Nec iterum ſine aqua, regenerationis myſterium eſt: niſi enim quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt ingredi in regnum Dei, *D. Ioa. euan. c.3.* Et poſtea idem Ambroſ. *vide igitur. quod non ſunt vacua aquæ, ideo in natatoria piſcina dictum eſt, deſcendere angelum & mouere aquam. ſed nemo ſanabatur, qui deſcendiſſet angelus. Mouebatur aqua propter incredulos, ibi creatura operabatur, angelus ſcilicet: hic autem Chriſtus auctor creaturæ: illis ſignum, ſibi fides: illic angelus deſcendebat, hic Spiritus ſanctus, & deſcendit columbæ ſpecie Spiritus ſanctus ſuper Chriſtum, D. Ioan euang. cap. 1. cum baptizaretur.* Et Dinus Chryſoſtomus de aqua baptiſmi loquens, tomo 1. *homil ſuper pſalmum 22. Hæc aqua*, inquit. *primatum tenet in elementis, ſed cum iſtud elementum acceperit Spiritum ſanctum, fit ſacramentum: & iam non erit aqua potationis, ſed ſanctificationis: non erit aqua communis, ſed refectionis. Per iſtam aquam educit purgatos, facit perfectos ratione claritatis & gratiæ illuminans, & replens eos, vt vbi abundauerit peccatum, faceret diuites in gratiam.* ¶ Forma † ſubſtantialis ideo cum immerſione baptiſmi eſt, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus
9 ſancti, *c.1. de baptiſmo. c.quodam, c. multi, diſtinct.4. Baſil. Magn. lib. de Spiritu ſancto, c.12.* Nec alio modo verba illa proferri debent. Qua de re exemplum ſingulare exſtat apud Nicephorum Calixt. *lib.16. hiſtor. c.15. Cum enim*, inquit, *quidam Epiſcopus Arianus, cui nomen Deuterius, baptizaret Conſtantinopoli quendam dictum Barbam extra formulam eccleſiæ, veluti traditionem abolens, dicens: Baptizatur Barbas, in nomine Patris, per Filium, in Spiritu ſancto: ecce vndæ, quæ in ſacro lauacro erat, repente euanuit. Et Barbas inde profugiens, hoc miraculum omnibus promulgauit.* Ennomij Eutycani hæretici baptiſmum corruperant: non enim in trinitate, ſed in Chriſti morte baptizabant, vt ait Socrates, *lib.9. hiſtoria tripar. ca. 40. Actuum 2.* Fuit tamen in eccleſia primitiua aliquandiu formula baptizandi, in nomine Ieſu, vt nomen eius propagaretur inter Iudæos, *gloſ. in c. à quodam, de conſecrat. diſtin. 4. Interp. c.1. de baptiſ.*

¶ Adhibentur † autem huic ſacramento ab eccleſia aliæ ceremoniæ, quæ vim ſacramenti exhibẽt, & veluti ante oculos proponunt. Quare ita apud Clementem *lib.7. conſtit. apoſtol. ca.23.* de baptiſmo ſic Apoſtoli ſtatuunt, *baptizandum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Sed prius baptizandum vngendum oleo. de hinc baptizandum aqua, poſtremo conſignando vnguento: vt vnctio, ſit participatio Spiritus ſancti: aqua, ſit ſymbolum mortis: vnguentum, ſigillum pactionum. Et ſi deſit oleum vel vnguentum, ſufficit aqua & ad vnctionem, & ad ſigillum. Et ad vnctionem morientis vel potius commorientis.* Addunt *Clemens d. lib.7. ca.39.40.41.42.* ante baptiſmum Catechumenos in fide renuntiare oportere operibus diabolj, & mundi, & cultui principis eius, angelis & machinationibus eius: poſtea confiteri debere fidem, *Credo, &c.* priuſque oleum benedictum eſſe debere, in remiſſionem peccatorum. Et Dionyſius Areopagita tradit, *lib. de eccleſiaſt. Theolog. c.2.* in primis interrogandum eſſe baptizandum, antequam eccleſiam ingrediatur, num velit eſſe eius profeſſionis? id eſt, num velit eſſe fidelis? & poſt confeſſionem, ſacerdotem ei imponere manum, eumque ſignando iubere ſacerdotibus eius deſcribi virũ & anadochum, id eſt, eum qui eum duxit ſeu fideiuſſorem, ſeu patrem luſtricum, quem vulgus vocat patrinum. Dehinc eum iubere, introductum exui, per miniſtros in occiduis intentum, ad quam partem manus leuantem iubet ter exſufflare diabolo & ita mori priori vitæ. Iubendum ei ter renuntiare Satanæ, & ea quæ ſunt abrenuntiationis, confiteri: ter poſtea confiteri, & eloquia Dei promittere ſeruaturum, hinc fieri orationem ſuper eum, exui omnino, vngẽdo oleo vnctionis ter, tribus crucibus poſtea ſanctificandam aquam, nominari eius nomẽ à ſacerdote, præſente atteſtante anadocho: ternis immerſionibus & emerſionibus baptizandum, in teſtimonium, quod tribus diebus Chriſtus in ſepulcro fuit, cuius munere ſanctificatur: vnguento poſtea ſignandum, in teſtimonium, quod particeps poteſt poſthac fieri Euchariſtiæ: veſte noua induendum, tanquam nouam vitam innocentem adeptum. Et rurſum idem Dionyſius Areopagita ſcribit, *de eccleſiaſt. hierar. cap.7.* iiſdem abrenuntiationibus & ſolemnibus obſeruatis, pueros baptizandos. Nam ibi & puer, non anadochus vere eadem facit, neque enim hoc, inquit, ait puer, ſic ego pro me puero abrenuntiationes aut ſacras confeſſiones facio: ſed quia puer abrenuntiat, hoc eſt, confiteor puerum credere in ſenſum ſacrum. Nihil ergo vt exiſtimo inconſequens, ſi ſecundum diuinam anagogen puer educatur, ducẽ & anadochũ (id eſt, patrem luſtricum) ſacrum habens habitum ſibi diuinorum inſinuantem, & cuſtodem peritum à contrariis. Refert & Tertullianus, *lib. de corona milit. & de baptiſmo*, has ſolemnitates baptiſmi ab Apoſtolis originem ducere. Renuntiationem fieri diabolo, pompæ, & angelis eius, adhiberi manuum impoſitionem, inunctionem & alia. Ex eorum inſtitutis, priuſquam ad baptiſmum ducantur baptizandi, exorciſmis & exſufflationibus clericorum prius Satanam ab eo abigi debere, & docet D. Chryſoſt. *tom.1. in homil. de Adamo & Euam in cap.15 ad Corinth.* & D. Auguſtinus, *ad Sextum Romanum preſbyterum.* Silendum primum puerum ante fores templi baptizandum, & nomen petendum illius, diximus ex D. Dionyſio Areopagita probari. & ex concilio quoque Carthaginenſi 85 cui interfuit D. Auguſtinus. Exſufflationes diaboli fuiſſe factas in baptiſmo probant DD. Chryſoſtomus. *homil. de Adamo.* Auguſtinus. *de eccleſiaſt. dogmat. ca.31. & epiſt.105. & lib.4. de ſymbolo ad Catechumenos, & lib. de gratia Chriſti & peccator. Origen. cap.40.* Quid autem iſta ſignificent, vide in capit. poſtea vſque ad cap. venit ſacerdos. de conſecrat. diſtinct. quart. De ſale quod baptizandis imponitur, Origenes meminit Catechumenos alloquens, *homil.6. in Ezechiel.* Quod poſtea exorcizandus diabolus, docet D. Auguſtinus, *libro de fide & operibus.* Fiebant autem exorciſmi, teſte Dionyſio Areopagita, adhibitis ſuper baptizandum grauibus verbis, impoſitione manuum ſuper caput, & ſigno Crucis. Catechiſmum olim exorciſmus in adultis baptizandis ſequebatur, *cap. ſiue paruuli, vſque ad capit. Venit, de conſecrat. diſtin. 4. Auguſt lib. de ſymbolo ad Catechumenos.* & adultos baptizandos oportebat prius ſymbolum fidei diſcere ex concilio Laodiceno, *in conc. Laodicenſi. ca.46. ca. baptizandos, de conſe. diſt. 4.* Inſtruebantur quippe ante baptiſmum Catechumeni, vt plerunque per octo menſes, vel tempore alio arbitrario, *cap. Iudas. cum ſequentibus, de conſecrat. diſtin. 4.* Indicebatur & adultis baptizandis pœnitentia interior non exterior, *cap. omnis,*

Digitized by Google

& seq. ca. sine pœnitentia, de consecrat. distin. 4. Adhibitum inter baptizandum & olim verbum, Epheta, quod est aperire, *ex cap. 7. D. Matthæi*, tangendo aures, *Ambrosius lib. 1. de iis qui initiant. mysteriis, & lib. 1. de consecrat. cap. 1. Rabanus, de institut. clericor.* Meminit & de luto, quod oculis imponitur cum iputo, D. Ambrosius, dicens adhici, vt cogitemus humanæ naturæ infirmitatem, & agamus pœnitentiam, *D. Ambrosius lib. 1. de sacramen. ca. 12.* Renuntiationem quoque iteratam, quæ fit rursum in baptismo, esse ex institutione apostolica, constat ex Dionys. Areopag. Hieronymo, *in cap. 6. Amos.* Ambrosio, *in epistol. ad Colossen. lib. de sacramen.* Augustino, *lib. 2. de symbo. & 2. de gratia Christi, & peccatorum.* Quod baptizatus post renuntiationem vngatur ter, ex traditione esse quoque apostolica docuimus ex Dionys. Areopag. & Clemente, *lib. 3. recognit. & alibi vt prædictum est*, Origene, *in Ezechiel. homil. 7.* Ambrosio, *lib. 1. de sacramen. cap. 2.* Augustino, *cant. ecclesiasticarum, 11. distin.* Cur autem vngatur baptizandus oleo Catechumenorum in pectore, inter scapulas, & chrismate in vertice, docet etiam Innocentius 3. *in c. 1. de sacramen. vnct. ap. Greg.* Datum quoque antiquitus baptizato cereum accensum, nos docet Prudentius, *in hymno ceres paschalis.* At aquam baptismi ante necessitatem, debere consecrari docet Dionysius Areopagita, *lib. de eccles. hierar. par. 2. cap 2.* trina crucis impressione, cum oratione & inuocatione, & hoc de congruo, non de necessitate, vt ait Bonauentura, *in 4. senten. distin. 3.* extra sacerdotem in ecclesia baptizantem: nam sacerdotes in ecclesia semper debent benedicere. Ita baptismatis aquam debere benedici, dixit Basilius Mag. *de spiritu sancto, cap. 27.* Cyprianus, *lib. 1. epist. 12.* Ambrosius, *lib. 2. de iis qui initian. myster. c. 3. & lib. 1. de sacramen. cap. 5.* Augustinus, *lib. 6 de baptis. contra Donatist. & tract. 8. in D. Io. & epist. ad Ianuarium, 118.* Proinde sacri fontes in ecclesiis parochialibus sunt, vbi tantum licet baptizare: exceptis quibusdam casibus, & si de filiis regum agatur, vel vrgeat necessitas, quæ non patiatur ad ecclesiam vsque differri baptismum, prout ex concilio Viennensi decreuit Clemes *5. in clem. vni. de baptismo.* Trinam mersionem olim in aquam constat facta m fuisse ex Tertulliano, & aliis, in memoriam triduanæ sepulturæ Domini, quod & alij omnes probant, *D. Augustinus in can. postquam de consecr. distin. 4. Leo epist. 4. c. 3. Cyrill. Hierosolymit catech. 3. mystagogica.* Veruntamen, & vnicam mersionem & intinctionem etiam sufficere, cum forma placuit, *concilio Toleta. 4. cap. 6. lib. 1. Registr. epist. 41. ca. de trina. de consecrat. distin. 4.* quia vna est resurrectio Domini, cum quo in baptismo, sepulti resurgunt. Antiquum quoque D. Augustinus tradit, *epist. 23. respondens Bonifacio de ba. paruulorum, & lib. 4. de Bap. cont. Donatist. c. 14.* suscipientem in baptismo, quem anadochum dici constat apud D. Dionysium Areopagitam, fidem & confessionem pollicer, vel testari de fide & consensu baptizati. Diximus & ex Dionysio Areopagita, baptizatum vngi debere chrismate, quod & Tertullianus, *libr. 1. contra Marcionem.* Ambrosius, *lib. de iis qui initian. myste. c. 6.* Rabanus, conciliumque Laodicense probat, *in concil. Laodicens.* Atque vestes alba indutos fuisse baptizatos, vulgare est & plures testantur, *lib. 12. Hist. tripar. c. 14. Ambro. lib. 1. de his qui initian. myster. c. 7.* rationéque in promptu sunt, *c. postquam, de consecrat. distin. 4.* De his omnibus etiam tractat Cyrillus Hierosolymita. *cateche. mystagogi. 3. & 1.*

¶ Cum † his considerare etiam oportet personas baptizãtis, 11
baptizati, & spõsorum seu anadochorum, qui patres lustrici, patrimi, matrimæve vulgo. Nam hoc sacramentum non datur, nisi à sacerdotibus, excepta causa necessitatis: neque alibi baptizari quis debet extra necessitatem, quam in ecclesia per proprios sacerdotes, non in abbatia, non in monasteriis, vbi esse baptisteria prohibentur, can. pridem, 18. quæstio. 2. In necessitatis causa autem quilibet potest baptizare hac forma, aspergendo in baptizandum aquam, ego te baptizo in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, *ca. diaconos, 93. dist. ca. constat. de consecra. dist. 4. c. prater, §. verum, & §. porro. 32. dist. cap. si quem, 24. quæst. 1. cap. ista, & seq. 32. quæst. 4. c. 1. de cler. non ord.* Etiam pater qui generauit: nec ideo à matrimonio vel copula vxoris arcetur. *can. ad limina. 30. q. 1.* Baptizari ita tunc à pagano & Iudæo posset, si in forma & intentione ecclesiæ faciat, *c. Romanus, de consecr. dist. 4.* & ab alio peruerso homine quolibet, dummodo ne male detur, *c. secundum, 19 distin. can. si inter. cum seq. de consec. dist. 4. ca. baptismus, ead. 4. dist.* Seipsum tamen nemo baptizare potest, quantumuis materiam & formam seruet, *can. debitum, de baptis.* Inuenio tamen in concilio Elibertino, *in 38.* fideles quoscunque in casu necessitatis, longe ecclesia posita, posse Catechumenum de vita periclitantem baptizare, excepto bigamo, forsan si alij adsint. Sed num ab hæretico baptismus dari possit, quæstione non caret. Ceterum, vt breuiter me ab ea expediam, placet & ab hæretico dari posse, si is in forma ecclesiæ baptizet, & si nihil demat ex substãtialibus: nempe vt aqua baptizet, & in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, *can. dictum est à Domino, §. quod vero, cum 2. cc. seqq. 1. q. 1. Magister Sent. lib. 4. dist. 6.* Ita mihi videtur intelligẽdus D. Cyprianus, *lib. 1 epistol. epist. 6. & lib. 2. epistol. epist. 1. & epistol. ad Iulian. & alibi, epist. ad Pompeium contra epist. Stephani, & tom. 2. & 3. cuius concil. Cart. ea de re.* dum summis contendit argumentis, baptizare non posse hæreticos, & ab iis baptizatos, esse non quidem rebaptizandos, etenim non fuisse baptizatos contendit: sed baptizados in ecclesia, quod ipsi fidem ecclesiæ non habuerint, nec intentionem. Alioquin certe erronea esset opinio, nã ecclesia recte defendit, sacramentorum meritum non pendere à vita ministrorum, sed à Deo, *D. August. contra Cresc. cap. 17. 20. 21. & 29. Optatus Mileuita. 2. contra Parmen. & 5. Aug. super Ioan. tract. 5. 1. par. cap. baptismus talis, de consecra. distinct. 4.* Et ideo vere forma obseruata ecclesiæ, esse baptismum. Suppleri tamen reliquas ceremonias placet, & inspergendam aquam cũ hac conditione: Si tu non es baptizatus, ego te baptizo, & *c. can. 2. de baptismo, ca. si nulla, de consecra. distin. 4. ca. ecclesia, Vel alteras, & c. an. Solemnitatis, de consec. 4. distin. 1.* Sic & in baptizatis per alios, quam per sacerdotes, vel per hæreticos, vt per laicos in casu necessitatis, supplendum est *in concil. Elibertino, ca. 38.* vt exemplum firmat, quod refertur à Nicephoro Calisto *lib. 3. histor. eccles. cap. 37. Accidit*, inquit, *ambulantibus Christianis simul cum* 12
Iudæo per loca deserta psalmos simul cantantibus, vt Iudæus proxime se putans morsturum in stinere, Christianos obtestatus fuerit, vt se baptizarent: & coactis illis, cum non esset ibi nec aqua, nec sacerdos, tamen eum nudatum, arena in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizarunt: & statim Iudæus bene se habuit. De quo consultus Alexandria episcopus, obstupens, quæ omissa erant tantum ex baptismo, supplenit, addita aqua. ¶ Referẽt † & suppletas fuisse ce 13
remonias in baptismo Iudæi pueri factas à pueris Christianis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, cum iuxta littus natarẽt, atque initiati essent ceremoniis ecclesiæ. Miraculum certe, & diuinæ potentiæ exemplum, curatum fuisse Iudæum per baptismũ arenæ propter eius fidem: verum baptismi illius forma sine materia fuit: & dubium, num quod corpori profuerat, animam etiam emundasset à peccatis. ¶ Sicut † legimus, *lib. 2. Iuris o-* 14
riental. in constitutio. Luca patriarcha Constantinopolitani, de infantib. capiens baptizandis, p. 146. Agarenos seu Turcas petere ab orthodoxis sacerdotibus baptisma, non tamen bona fide, nec orthodoxo proposito, sed propter corporalem medicinam: persuasum est enim Agarenis, suos liberos à dæmone vexãdos, & olere tanquam canes male, nisi baptismum à Christianis assequantur. Scriptum quoq; vero baptismate Constantinum Magnum à lepra curatum fuisse, *Niseph. Callist. lib. 7. histor. c. 23. & 25.* Porro personæ, quæ baptizari possunt, sunt pueri, & adulti: exceptis expresse prohibitis. De adultis etiam heretici consentiunt, & ante docuimus, quia & illi audiunt Euangelium, *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ, baptizantes omnes gentes, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Matth. 28.* Et rursum, *Marci 16. c. maiores, de baptis. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui non crediderit, condemnabitur.* Quæ verba de idoneis intelligenda, iuxta vulgarem iuris vtriusque regulã, *l. Ve gradatim, de muneris.* Nam adulti dormientes, vel amentes, non possunt cum effectu baptizari, *c. maiores, §. sed adhuc, de baptisme, ap. Gregor.* nisi & ante somnum, vel amentiam baptizari voluissent, *d c. maiores, §. item quæritur.* ¶ Item † baptizati semel, ite- 15
rum baptizari non debent, *c. fin. de baptis. sit. ne san. baptis. reiter. C. Clemens, lib. 6. constitutio. apostoli. ca. 15. ca. rebaptizare, de consecr. dist. 4. Cypria. de bapti. Christi, & sermo. de abluto. pedum.* pœna vltimi supplicii inducta, *l. 2. ne sanctum baptis. reiter.* & priuatione sacerdotii rebaptizanti, *l. 1. C. eod. tit.* & aliquando 10. librarũ auri, *l. fin. C. eod.* Comprobatum hoc fuit miraculo, in Iudæo æruscatore pecuniæ per baptismi iterationem: is enim, vt refert Nicephorus Calixtus, & Socrates *lib. 14. Instit. c. 17. & Socrates. lib. 11. hist. tripart. cap. 14.* se baptizari sæpe fecerat, vt inde pecuniam acciperet: cum autem peruenisset ad Paulum Nouatiorum episcopum, & baptismum ab eo postularet, ipse illi promisit, sed antea instruxit in fide, & ieiunium imposuit: quo præter spem impositio, Iudæus vt suo voto potiretur, instituit: quod & nõ distulit Paulus, sed baptisterium repletum aqua ingredi iussit Iudæum. Quo ingresso statim aqua euanuit, & ministris putantibus aquam alicunde effusam, iterũ aliam aquam infuderunt, quæ & statim euanuit. Qua re Paulus cognita ad eũ dixit, Vel ignorare videris te baptismum adiisse, aut flagitium, o homo facis. Ad quam rẽ nouam pluribus occurrentibus, cognitum est illum Iudæũ alias fuisse baptizatum. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Et explicat Cyrillus Hierosolymita. *in procatechesi.* qui scienter rebaptizantur, Deum abnegare dicuntur, & grauissima pœnitentia tantum reformantur, *can. eos quos de consec. dist. 4.* fiunt que irregulares, *can. qui bis, & seq. de consecra. dist. 4.* nec ad ordines sacros debent promoueri, etiam si ignoranter bis baptizentur, *can. qui in aliquos, 51. dist. can. confirmandũ est, 50. distin.* ¶ Sed † & baptis- 16
mum puerorum fateri necesse est, sic enim & fides recte sentit catholica ab apostolis morem retinens, *Dionys. Areopag. lib. d. ecclesia. hierar. c. 7. In concilio Africano. apud D. Cypria. D. Aug. li. 10. sup. Genes. cap. 23. & duobus libris ad Marcellinum. Hieron. lib. 3. aduersus Pelagianos in concil. Mileuitano. c. 77. can. non illud, de consec. dist. 4.* & eos egere baptismo, vtpote secum ab vtero matris labem peccati ferentes, in miquitatibus & peccatis conceptos, *Psalm. 50.* vt & in Adamo omnes moriuntur, *1. ad Corin. 15.* & omnes ex eius fermento quippiam referunt. Et proinde mundentur isti quoq; necesse est lauacro regenerationis, sine quo nemo saluandus est, *D. Ioan. Euan. c. 3.* alioquin interitur æterno obno-

Digitized by Google

xij. Quemadmodum circũcisionis tempore, cui ſucceſſit baptiſmus, anima eius qui non fuiſſet circũcisus, delebatur de libro vitæ, *Geneſ. c.17.* Originale peccatum quod traxerunt ſine ſuo facto paruuli, per baptiſmum & ſine illorum expreſſo cõſensu, remittitur: quod aliter in adultis, qui actuali polluti consentiũ, ſine cõſensu expreſſo ablui nõ poſſunt, *ca. maiores, in princ. & §.1. de baptiſ.* Vnde paruuli quam citius fieri poteſt baptizandi ſunt, tum vt à poteſtate diaboli eruantur, tum etiam ob periculum imminentis mortis, cum qua ſine baptiſmo damnarentur in æternum, *can. venerabilis. de conſec. diſt.4.* Debet tamen puer eſſe natus, nam intra vterum matris nequit baptizari, *cano. qui in materna, cad.4. diſt. de conſecra.* taſtantur autem parentes luſtrales fidem puerorum, & aſſerunt, quam ipſi tacite profitentur. Quare in pueris baptizandis obſeruatum eſt à tempore Apoſtolorum, vt patres naturales infantes baptizandos tradant aliquibus ex fidelibus, qui offerentes ſacerdotibus ſpondeant, ſe iuxta ſanctam vitam eos educaturos, & fidem proſiteantur, & abrenuntiationes reſpondeant, *Dionyſ. Areopag. de eccleſiaſt. hierarch. cap. 7. Diuus Auguſtinus libro 4. de baptiſ. contra Donatiſt. & epiſt.23.* Et Optatus Mileuita. *lib.5.* fidem eius qui ſpondet pro baptizato prodeſſe baptizato docet, *placuit*, inquit, *fides mulieris deprecantis pro filia ſalute Deo, cuius dixit, quod ſi crederet in Chriſtum, filia eius ſuſcitaretur: ipſa autem reſpondit omnia eſſe poſſibilia Domino noſtro Ieſu Chriſto, dicíumque ei, vade in pace, fides tua te ſaluam fecit, D. Matthæi, cap.15.* Accedit fides Centurionis credentis, pro puero rogantis, & obtinentis ſalutem, *D. Matth. 8. Luc.7.* Quinimo & fides ſecreta & tacita in corde, operata eſt in hæmorroiſſa curata tactu veſtimentorũ domini noſtri Ieſu Chriſti, 17 *D. Matth.9.* In † eccleſia primitiua adultorum, eorúmque potiſſimũ qui regebant inſtructione baptiſmus duobus ſolennib. diebus tantum extra neceſſitatis cauſſam, quæ accelerabat, fiebat: videlicet paſchæ & pentecoſtes, *can. de catechumenis, & ca. venerabi. de conſecrat. diſt.4. can. non ratione, vſque ad ca. conſtat, ead. 4. diſt.* Et ideo his diebus conſecrationis fontis baptiſmatis fiebat. *Diem baptiſmo ſolemniorem paſcha præſtat*, inquit Tertullianus *lib. de baptiſ. cum & paſſio domini, in quam tingimur, adempleta eſt.* Et poſtea, *die paſcha quo & domini reſurrectio celebrata eſt, & gratia Spiritus ſancti dedicata. Cæterum omnis dies domini eſt, omnis hora, omne tempus habile baptiſmo: ſi de ſolennitate, intereſt, de gratia nihil refert*, hæc Tertull. Et Niceph. Calix. *li.2. hiſt...34. In Theſſalia*, inquit, *mos fuit, vt paſchalibus tantum diebus baptiſmus perageretur, quapropter multi eo ſacramento non initiati deceſſerunt.*

18 ¶ Subinde † qui præſentare poſſint baptiſmo, omnes quoque fideles ſunt tempore neceſſitatis: & ſine ea quoque, niſi qui ſpeciali nomine prohibẽtur, ne patres luſtrici, ſeu ſpirituales, ſeu, vt dicunt, patrimi ſint. Prohibetur autem abbatibus, monachis, monialibus, vel religioſis perſonis, *c. non licet, in 1. de conſec. diſt.4. cap. placuit, in 2.16.q.1.2.* ſi tamen tenent, compatres ſunt. Et in ſtatutis militum Hieroſolymitanorum, ſic ſcriptum eſt, *tit.18. c.3. Non liceat cuiquam fratrum noſtrorum in ſacro baptiſmatis fonte recipere abſque ſui ſuperioris licentia, niſi baptizandus eſſet filius Baronis, aut maioris domini.* Item qui non eſt ipſe baptizatus nec confirmatus, non poteſt alium baptizandum offerre, *can in baptiſmate, & can. in catechiſ. de conſec. diſt.4* excepta cauſſa neceſſitatis. Num autem mater quæ proprium filium de baptiſmo leuauit, cõiugale debitum poſſit reddere marito, tractatur tota 30. quæſt.1. Iure communi vnus tantum vir, vel vna tantum mulier ſuſcipere debent in baptiſmo infantem, *ca. non plures, de conſecr. diſt.4. c. fin. de cognat. ſpirit. in 6.* quia baptiſmus vt adoptio, imitatur naturam, *§. memorem, de adoptio.* vel duo ad ſummum, nempe vir & mulier, vt concilio Tridentino nuper cautum, *in concil. Trident. 8. ſeſſio. c.2. reformationis.* Plures tamen aliquando adſunt, & ſi ſunt, contrahunt & illi cognationem hanc, *d. c. fin. de cognat. ſpirit in 6.* quæ ex ſuſceptione vel præſentatione infantis naſcitur. Nam ex hac præſentatione naſcitur affinitas & cognatio ſpiritalis, & filius is eius quoq. dicitur, qui eũ in fide inſtruit, & baptizat, *c. contracto. c. 1. de cogna. ſpiri. c.2. eod. tit. in 6. can. in catechiſmo, de conſec. diſt.4. c. ſi quis Gnus*, 30.q.4. *cano. ſciſcitatur, c. ſi quis*, 30.q.4. Atque qui de fonte aliquem leuarunt, vti probi parentes, debent baptizatũ filium docere in fide, in ſymbolo ſaltem & oratione dominica, *can. vos autem omnia, de conſecr. diſt.4.* vt & ipſi baptizati adulti facti, tenẽtur ad fidem quã pro ſe illi ſpoponderũt, *can. paruuli, de conſecr. diſt.4.*

19 ¶ In ſumma † baptiſmus ad conſequendam remiſſionem peccatorum inſtitutionem habet, originalis & actualiũ antea commiſſorum ab adultis, vt dictum eſt, & ita ſecundum Baſilium Magnum, *in exhortat. ad baptiſmum. Baptiſmus, eſt captiuorum & eruum alieni remiſſio, peccati mors, anima regeneratio, amictus ſplendens, character indelebilis, cæli iter, regni cæleſtis conciliatio, adoptionis gratia.* Cui & ſubſcribit Cyrillus Hieroſolymita. *in procatheſi. Baptiſmus*, inquit, *captiuitatis liberatio, peccatorum remiſſio, mors peccati, anima regeneratio, veſtimentum candidum, ſignaculum ſanctum & indelebile, currus ad cœlum, deliciæ paradiſi, regni cæleſtis conciliatio, chriſmáque adoptionis filiorum.* Et rurſum idem, *catech. 18. illuminator. Peccata quæ baptiſmum anteceſſerunt, anima & corporis vulnera curat Deus per baptiſmum, ad reliqua autem futura ſic nos communicamus omnes, vt mundam corporis hanc veſtem cuſtodiamus: nam poſt peccatum, macula peccati manebunt ſicut plaga accepta in corpore, quamuis curata ſit: cicatrix tamen manet: ſic peccatum vulnerat corpus & animam, & manent ſigna cicatricum in omnibus.* Et D. Cyprianus, *lib.4. Epiſto. epiſt.7. & lib.3. ad Quirinum. c. 65. Diabolus*, inquit, *nequitia obſedit corpus hominis vſque ad baptiſmum, poſtea cedit, niſi labatur in peccata. Exemplum, Pharao qui nunquam in filios Iſrael operari quieuit, donec mari ſubmergeretur: mare autem illud, exemplum futuri baptiſmi. Nam ſicut ſcorpiones & ſerpentes, qui in ſicco præualent, in aquam præcipitati præualere nequeunt: ſic nec Spiritus nequam, qui ſcorpis & ſerpentes appellantur: & tamen per nos, data per dominum poteſtate, calcantur: permanere vltro in hominis corpore non poſſunt, in quo baptizato & ſanctificato incipit Spiritus Sanctus habitare.* Docet & D. Paulus, *1. ad Corinth. cap.10.* Scimus tamen per baptiſmum manere concupiſcentiam, ſed attenuatam, *can. per baptiſmum, de conſecr. diſt.4.*

¶ In baptiſmo † pretractando vitandæ ſunt hæreſes, prior illa Anabaptiſtarum ſeu rebaptizãtiũ, vt ſupra diximus. Itẽ alia quæ vult dominum noſtrum Ieſum Chriſtum baptizatum & à peccatis ablutum à D. Ioanne Baptiſta: cum tamẽ illo baptiſmo, ipſe potius aquas ſanctificauit, quam ab illis ſanctificatus fuerit, *vide can. ſi baptizata eſt, & can. non regenerabantur, de conſecrat. diſt.4.* Dehinc & alia Meſſalianorum, quos εὐχίτας, id eſt orantes dicebant. Qui & εὐσυνάγας, id eſt, ſacrificatores: illi enim aſſerebant nullam vtilitatẽ ex factо baptiſmate baptizatis accedere, & ſolam ſtudioſam orationem effugare dæmonẽ: inſuper vnumquemq; naſcentium à progenitore ſuo, ſicuti naturam, ſic etiam dæmonum trahere famulatũ, quibus expulſis per orationem illam ſtudioſam Sanctum Spiritum aduenire, & ſenſibiliter & viſibiliter ſuam deſignare præſentiam, & c. vt eſt apud Theod. *lib.7. hiſt tripart. c.11.* Item & illa, quæ impie adſtruit, filios ex parentibus catholicis natos non egere baptiſmo, ſed in fide parentum ſaluari, contra illud, *niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, &c. D. Ioan. c.3.* Item cauendum eſt, ne dicamus campanas ſeu tintinabula, quæ benedicuntur, & nomẽ vt diſcerni poſſint accipiũt, vt & aliæ inanimatæ res, eo baptiſmo, quo remiſſio peccatorum confertur, baptizari: quia inanimatæ res ſunt. Sic & ſcriptum eſt in legibus capitularibus Caroli Magni latis Aquiſgrani *in anno. c.18. clochas no baptizẽt, nec chartas per pertucas ſuſpẽdant propter grandinem.* Non tamen nouum eſt, vel à fide Chriſtiana alienũ, campanas benedicere, & vngere, ſeu nomẽ eis dare. Nam & in Geneſi *c.28.* legimus, Iacobum ſurgentem mane, & memorem vſus quo apparuit ſibi illi ſcala ad cœlũ vſque pertingens, tuliſſe lapidem, quem capiti ſuo ſuppoſuerat. & erexiſſe in titulum fundẽdo oleum deſuper, appellaſſeque nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza dicebatur.

20

De Confirmatione. Cap. 5.

1 *Confirmatio ſua deſcriptione, arma fortiora in pugna Spirituali addit, videlicet Spiritum Sanctum.*
2 *Quæ conſideranda in confirmatione, de materia, perſonis confirmantibus, & ſuſcipientibus confirmationem.*
3 *De Anadochu, ſeu præſentantibus confirmãdos, & qui poſſint eſſe.*
4 *Confirmationis facienda forma.*

COnfirmatio, † ſacramentũ in eccleſia eſt catholica poſt baptiſmum conferendum, ſine quo poteſt quidem homo ſaluari baptizatus: at ſine eo bene eſſe non poteſt, vtpote cum per eam arma fortiora, Spiritum ſanctum videlicet, quis accipiat, aduerſus impetus dæmonum & aliorum, quorum pugna ſpirituali continuo diſtringimur, *can. Spiritus ſanctus, & ca. nouiſſime, de conſecr. diſt.5.* Ideo omnibus Chriſtianis neceſſaria in eccleſia, *c.1. de conſec. diſt.1.* Scribit Nicephorus, *lib.6. Heſter. eccleſiaſt. c.3.* Nouatum non potuiſſe habere Spiritum ſanctum, ex eo, quod baptizatus non recepiſſet ab epiſcopo ſignaculum, quod cõfirmationem vocamus. Atq; Euſebius Pamphili *lib.6. c.33.* de Nouato loquens, *Nouatus*, inquit, *Spiritu immundo vexatus, cum aliquantum temporis conſumſiſſet apud Exorciſtas, ægritudinem incurrit grauem, ita vt deſperaretur, vnde iacens in lecto, pro neceſſitate perfuſus eſt, nec reliqua in eo quæ baptiſmum ſubſequi ſolent, ſolemniter adempleta ſunt, nec ſignaculo chriſmatis cõſummatus, vnde nec Spiritum ſanctum vnquam potuit promereri.* ¶ Conſidera † in hoc ſacramento materiam, perſonas, & formam, ſeu modum cõferendi. Materia chriſma eſt, quod conſecratur in cœna Domini, quo vtitur nunc eccleſia, vſque perpetuo, *Cypria. lib.1. de vnct. chriſma. & aliis ſacramentis. D. Dionyſ. Areopag. lib de eccleſiaſt. Hierar. c.2. & 3. Clemens, lib. recognit. 3. epiſt.2. in concilio Carthag. 3. & 4. Fabianus papa & martyr, epiſt 2. ad orientales, concil. Toleta. 1. c. 20. Brachatenſi. 1. c. 37. can. illud, 95. diſt.* Chriſma, ſymbolum eſt, nos eſſe luctatores contra Diabolum, vt ait Proſper in ſententiis Auguſtini, *nu. 342.* In perſonis, qui confert vel confirmat neceſſario eſt epiſcopus *c. de his, & c. ſeq. de conſec. diſt.5. c. quamuis, c8. diſtin. c. presbyteros 97. diſtin. Actuum. 8. ca. Spiritus ſanctus, de conſec. diſtin.5.* quod & firmat concilium Aurelianenſe *can.3.* Meldenſe, *can.6.* Aliquando tamen ex cauſſa neceſſitatis cum epiſco-

1

2

Digitized by Google

pus haberi non potuit, fuit ipsum munus presbyteris cōcessum, *can. peruenit, 95. dist.* Ceterum qui confirmatur, debet excedere septennium, & esse, ni fallor, eius ætatis, in qua pugnandum illi cum dæmone, & succubuisse peccatum est. Debetq; esse iejunus & cōfessus, excepta causa necessitatis, vt & episcopi cōferentes, *can. vt iejuni, & c. seq. de consecrat. dist. 5.* Omnes autem eius debent esse sacramenti participes, *can. dictum, & c. homines, de consecrat. dist. 5.* ¶ Accedunt † confirmandis quoque anadochi, vocamus patrimos, & inducit confirmatio compaternitatē spiritualem, vt baptismus, *can. si quis vnus, 30. q. 4.* Potestque idem esse, qui & fuit in baptismo pater lustralis necessitate vrgente, aliter non, *can. in catechismo, de consecra. dist. 4.* Qui non est baptizatus, non potest confirmandum exhibere seu suscipere in suam curam, *ca. in baptismate, de consecr. dist. 4.* nec vitricus priuignum, aliter ab vxore thorum separat, *c. de his, 30. q. 1.* Neque etiam coniuges se mutuo in confirmatione suscipere possunt: quia inde nascitur cognatio, quæ impedit matrimonium, *ca. 1. de cognat. spirit. in 6.* Nec ideo regularitet quis tenere debet filium, fratrem, sororem, quia satis natura hos coniunxit. Exigitur porro & hic, quemadmodum in baptismo, qui confirmando adsit, quia re ipsa qui confirmationem petit, debilem se fatetur: petit enim se confirmari, ideo ad robur alterius interim confugit, isque talis esse debet, vel qui saltem talis præsumatur. Quamobrem sexus infirmus per se mulierum huic rei non est accommodus. ¶ Forma
4 est, † signū crucis impressum in frōte cum chrismate, *ca. nunquid, de consecrat. dist. 5.* dicendo, Signo te signo crucis, & confirmo chrismate salutis in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti. Accedit manus impositio, vt formula antiqua seruetur, qua Spiritū sanctum confirmati recipiebant. Sic enim fecerunt, baptizatos confirmantes apostoli, *actuum 9.* & eorum successores, qui & chrismate, & hoc signaculo vsi sunt, *Clemens, epist. 4. Basil lib. de Spiritu Sācto. Cypria. lib. 1. epist. epist. 12. Augu. cont. libros Petil. ca. 104. & lib. 15 de trin. c. 26.*

De sacrosancta Eucharistia, Cap. 6.

1 *Nomina plura Eucharistiæ sacrosanctæ.*
2 *Quid, & ibi probationes existentiæ corporis & sanguinis Domini.*
3 *De materia huius sacramenti panis & vini aqua mixti.*
4 *Montanorum funesta in Eucharistia, materia.*
5 *De pane azymo Eucharistiæ.*
6 *Cur sacerdotes sub vtraque specie panis & vini, potius quam Laici, huic sacramento communicent: & quibus Laicis permissum.*
7 *De forma consecrationis huius sacramenti.*
8 *Quæ sunt personæ consecrantes, & quales quæ recipiunt.*
9 *Quomodo, & quo tempore communicandum huic sacramento.*
10 *Semel in die tantum sacerdos facere missam debet, & quando tunc posset. & de vestimentis sacerdotis sacris. Et de Telesphoro.*
11 *Partes sacrificij substantiales & accidentales huius sacrosancti sacrificij Eucharistiæ & missæ.*
12 *Missa quæ pro defunctis fit, viuis applicari vetatur, vel sortilegiis.*
13 *Ob effectum sacramenti huius necessarium, conseruatur consecrata Eucharistia.*

1 SAcrosancta † Eucharistia pluribus effertur nominibus, quæ aliquid magnum insinuent, dicta à Græcis *εὐχαριστία, ἱερουργία, τελετή*: ab Hebræis misa, à verbo mas מס tributum, pensum. oblatio Magna huius sacramenti auctoritas, & ineffabilis substantia, vt ingenue velim profiteri, nec mihi ingenij aciē tantam esse, quæ possit de hoc sacramento pro eius dignitate eloqui vel pertractare. Quare humili penna quædā tantum persequar, quæ iura discentibus accōmoda esse possint: sublimium mysteriorum recondita & admirabilia relinquens videnda apud illos, qui ex professo de eo præstantissima ediderunt volumina.
2 Ergo † *εὐχαριστία*, siue bene gratum sacramentum est, in quo sub visibilium accidentium speciebus, sacrosanctum corpus, & sanguis domini nostri Iesu Christi continetur *c. multi, & c. ante me, 1. q. 1. cano. ego Berengarius, de consecrat. distinct. 2.* D. Martialis discipulus domini, *Sacrificium*, inquit *epistol. ad Burdegalenses, offertur creatori in ara, non homini, non angelo: nec solum in ara sanctificata, sed vbicunque offertur oblatio munda, sic testatus est, cuius corpus & sanguinem in vitam æternam offerimus. Quod Iudæi per inuidiam immolauerunt, putantes se nomen eius tollere à terra: nos causſa salutis nostræ in ara sanctificata proponimus, scientes hoc solo remedio vitam præstandam, & mortem effugandam.* Et ita creditum esse omni tempore ab ecclesia catholica, vel fidem facere possunt Ethnici, qui cum tantum, ac mirabile mysterium comprehendere non possent, calumniabantur olim Christianos, tanquam anthropographos, nempe quod eos corpus Domini comedere audiuissent, *Tatianus, oratio. contra Græcos, & Theoph. Theologus, lib. 3. ad Autholychum.* Galatinus vir egregie in Hebræorum & Iudæorum libris exercitatus, Rabinorum plures colligit sententias, *libro decimo, aduersus Iudæos, ca. 4. 5. & 6.* quibus constat credidisse, futurum Messiam sese in cibum daturum, & id ipsum consecrandum & porrigendum in specie placentæ, eius magnitudinis tantum, cuius vola manus est. Sic in Psalm. 70. qui incipit, *Deus iudicium tuum regi da*, scriptum יהי פסתך, id est, erit in illo tempore (scilicet Messiæ cui inscriptio dicatur) placenta frumenti in capite montium. Et in libro דסמדי siphre, super illud Deuter. 32. *Dominus deducet eum, & non erit cum eo Deus alienus.* Dicitur quod in diebus Messiah fruméta producēt, עלוס קארת gelus keor, id est, placentas, sicut est plenitudo כף caph, id est, manus siue palmæ: sicut scriptum est Psalm. 72. *erit placenta frumenti in capite montium.* Quod & repetit Rabi עזרא gnora, in libro כתובות chetubot, id est, sponsaliorum, capite quod incipit שני דיני scene dine, id est, duo iudices, interpretatur. Et Rabi Mosche Hadarsam, in ca. 14. Geneseos tradit. Quod dictum de oblatione Melchisedech in pane & vino, de sacrificio intelligendum corporis & sanguinis instituendo in iisdem speciebus à Messiach: quia & is est sacerdos secundum ordinem Melchisedech, *Psalm. 109. Dixit dominus.* Et eo pertinere, quod scribitur in Prouerbiis, *Prouerb. c. 19. venite comedamus panem meum, & vinum quod miscui vobis.* ¶ In hoc † sacramento, materia ex qua 3
fit, est panis & vinum aqua mixtum, quæ species transubstantiantur in corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, *D Io. Euangel. cap. 6. 1. Corinth. 11. cap. in quadam, de celebr. missar. c. non oportet, c. in sacramento, can. omne, de consecr. dist. 42. Bernardin. serm. 3. domin. in ramis.* D. *Ambr. tom. 4. de iis, qui initiantur mysteriis, c. 9. Tert. lib. de resurrectio.* in prolatione verborum sacramentalium, virtute diuina, *c. quia corpus, can. panis est, can. re vera, de cons. dist. 3.* in id ipsum inquam corpus, quod natum ex virgine matre, quod passum, quod sepultum, quod resurrexit, *ca. 1. & seq. de consecr. dist. 2.* & ascendit in cœlum, *can. omnia, de consec. dist in. 2. Martia. ad Burdegalen. c. 3.* quodque Christus dedit in cœna, *late id probat. Cyprian. libro 2. epist. epist. 3. & ratio. concil. Flor. in hoc sacramento, can. in sacramento, de consec. dist. 2.* Miscetur aqua vino, vt declaretur hypostasis duarum naturarum, diuinæ & humanæ in domino nostro Iesu Christo, *Niceph. Calix. lib. 18. ca. 58* Ideo quia id negant Iacobitæ hæretici Armenij, vino aquam non miscent, *Epiphanius tomo 3. libr. 1. aduersus hæreses, hæresi 46.* Sicut & in eo lapsus Tatianus hæreticus, qui sola aqua vsus in iisdem misteriis: vt & Eucratistæ quoque hæretici, *Epiphanius tomo 1. libr. 2. contr. hæres hæres. 46.* Datur sub specie panis & vini hoc sacramentum, ne si verum corpus quod vere ibi est, & sanguis appareret, horrore cruoris à tā necessario cibo deterreremur, *ca. forte, & c. panis est, de consec. dist. 2.* Et vt subsannatio Ethnicorū & Iudæorum euitaretur, qui id ipsum exprobare possent, *c. Verum, de consecr. dist 2.* Nec receptum est vuas cum sacramentali benedictione Eucharistiæ iungi, vel alia, & lac, *ca. dedimus, & ca. cum omne, de consecrat. distinct. 2.* Neve cum pane aliquid admisceatur aliud. ¶ Quemadmodum † & D. Hieronymus detestatur merito, *vide beatum Rhenanum in annotationibus in Tertul. lib. aduersus Praxeam*, Montanorum hæreticorum funesta sacramenta. Nam de infantis anniculi cuiusdam sanguine, quem de toto eius corpore minutis punctionum vulneribus extorquebant, Eucharistiam suam fecisse perhibebantur, miscentes eum farinæ, panémque inde facientes: apud quos etsi is puer tunc mortuus fuisset, habebatur pro martyre: si autem vixisset, pro magno sacerdote. Non audeo hic etiam inculcare impudicam impietatem & blasphemiam, quam sacrosancto, & adorando mysterio corporis & sanguinis domini alij miscebant: verū eam videbis detestatam apud Epiphanium, *tom. 2. libr. 1. contr. hæreses, hæresi 64.* ¶ Panis † qui huic sacramento seruit, est azymus, id est, 5
sine fermento, *ca. si. de celebr. missar. Epulamini*, inquit D. Paulus, *in azymis sinceritatis, cum pascha nostrum immolatus est Christus. quo tempore pascha hoc sacrificium dominus instituit. 1. Corinth. 5.* iussitque ita fieri apostolis & discipulis, vt eum fecisse & consecrasse viderant; *Luc. 22. D. Ioan. Euang. c. 18. D. Matth. ca. 26.* Neque tunc alius ibi, quam azymus adesse poterat panis. Sic enim in Leuitico 23. & *Deuter. 16.* iusserat Dominus. *Mense primo, quarta decima die ad vesperam phase domini est. quarta decima die mensis huius solemnitas azymorum domini est, septem diebus azyma comedetis, &c.* Quæ figura fuit agni veri, qui tulit peccata mundi, & eius sacrificij. *can. sextam Synodum, de consecrat. distin. 3.* Quod etiam aliis adumbratum erat legalibus figuris. Proinde & ecclesia Catholica quoque in festo paschæ retinuit tempus legis antiquæ *in can. apostol. c. 8.* explosis vmbris aduenientе vero corpore, in sacrificio, per quod impletum est quod prædictum: alioquin enim, si panis solus esset sine realitate corporis dominici in hoc sacrificio, essemus pares Iudæis, qui tantum figuram hanc habebant sacrificij huius, in panis & vini sacrificio, quod erat oblatum à sacerdote domini Melchisedecho, *Genes. cap 14.* Et tantundem fuisset apud eosdem in panibus propositionis, *1. Regum cap. 21. 2. Paralipom 4. 1. Machab. 4. & 2. Mach. cap. 10.* in panibus azymis, in laganis collyridis *de quib. Leuit. 7.* Obseruat ecclesia Romana & Catholica post multas ea de re sopitas controuersias, *de quibus controuersiis vide Sozomen. lib. 9. Tripart. Histor. ca. 39. Epiphan. lib. 2. de hæres. hæres. 50. Niceph. Calix. libr. 4. Histor. eccles. cap. 36. 37. & 38. & l. hr. 6. ca. 10. & lib. 12. cap. 31. 32. 33. & 34.* vt ex cursu solis simul & lunæ, diem celebrandi paschæ semper computet: solis quidem propter diem dominicam: & mensem lunæ propter legem, qua in decima quarta luna vsque ad vicesimam primam pascha immolandum

Digitized by Google

landum & azyma faciendum eſſe præcipitur. Ita ſubducta calculi ratione, vt poſt æquinoctium vernale à quarta decima luna vſque ad 21. id eſt, in tertia hebdomada primi menſis, die dominica ſolemnitas paſchæ celebretur, *Victor in epiſt. ad Epiſcopos in Alexandria conſtitutos, in cap. 8. apo. Beda libr. de natu. rerum, c. 60* Variaſque eius obſeruationes colligit Brunus, *libr. 6. de ceremon, c. 4.* Vt non mirum, ſi in azymis quoque, in myſterij materia, vt in tempore, conſentiat eccleſia cum priſca lege. Scio tamen aliquos ab eccleſia Catholica, & in hac parte diſceſſiſſe, non ſecus quam ſchiſmatici & hæretici quoque, in plumb. aliis ſeipſos decipientes ſefe ſubducunt ab eadem. Sicut & Rutheni ſiue Moſcouitæ in azymis ſacram Euchariſtiam non eſſe concedendam cenſent, vt ſcribit Sigiſmundus liber Baro, *in comment. rer. Moſcouita.* in hoc morem ſequuti orientalium, qui in fermentato celebrant, *Niceph. Calix. lib. 1. Hiſt. c. 28.* ¶ Sacerdotes † in hoc ſacramento communicare debent ſub vtraque panis & vini mixta aqua, *c. literas. de celebr. miſſar. De rationibus mixtionis Cyprianus, libr. 2. epiſt. 3. cap. in ſacramentorum, de conſe. diſt. in. 2. in concil. Flor.* quia dum hi ſacram peragunt liturgiam, myſterium redemptionis plene exhibent, & diſtincte: & dum facti ſunt apoſtoli ſacerdotes, dictũ illis in vino, *hic eſt ſanguis, &c. bibite ex eo omnes, &c. Luc.* 22. Plus vero vini, quam aquæ poni debet in calice, *cap. penultim. de celebr. miſſar. ca. in quadam, eod.* Si vinum tamen in regione deficiat, poteſt ſummus pontifex diſpenſare, vt ſine eo conſecrari poſſit, *Ang. de Clauaſ. in ſumma, in verbo Euchariſtia, num.* 20. At laicis ſub ſpecie panis tantum porrigitur, quia nec corpus viuum domini, in quod tranſubſtantiatio fit, ſine ſanguine eſt. Sic legimus ſcriptum, nulla mentione habita ſanguinis domini & vini, dicentem dominum, *Ioan. 6. cap. Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi:* Et cum diſcipulis conuenientem eundem Dominum in Emaus, *Luc.* 24. eis panem dediſſe & cõſecraſſe: item fideles fuiſſe perſeuerantes in doctrina apoſtolorum & communicatione & fractione panis, *Actuum, cap. 1.* Et ita etiam decretum in concilio Conſtantienſi, ſeſſio. 13. & concilio Tridentino, *Seſſio. 5. cap. 3.* Scio tamen apud Moſcouitas, *Sigiſmundus lib. de rebus Moſcouit.* ſub vtraque ſpecie communicationem Euchariſtiæ fieri, quandocunque in anno quis voluerit, dummodo confeſſus fuerit, ſaltem in die paſchatis. Item noui pueris & ſeptemnibus & infantibus apud aliquod Euchariſtiam porrigi, ſaltem per guttam vini. Verum hoc alienum à Catholica doctrina. Quamuis & indultum ſit concilio Baſilienſi Boemis promiſcuus vſus Euchariſtiæ ſub ſpecie vtraque panis & vini, vbi is mos tã inoleuiſſet: ea tamen lege, ne diuerſũ vſum improbarẽt, neve ſe ab eccleſia Catholica in ceteris ritub⁹, dogmatibuſque ſeiungerent, *Marti. Chornerus, lib. 2. de rebus Polon.* Atque inibi contrarium huic priuilegio morem eſſe eccleſiæ catholicæ dicitur, qui & ſeruari mandatur, *concil. Conſtan. ſeſſ. 33.* Sicut & in concilio Baſilienſi, *ſeſſ. 30.* vbi declaratur hæreticum eſſe dicere dominum præcepiſſe fidelibus omnibus ſub vtraque ſpecie communicare, idipſumque concilio firmatum Tridentino, *Concil. Tridentin. ſeſſ. 6.*

7 ¶ Forma † conſecrationis iſtius ſacramenti, eſt in conſecratione corporis. (Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur in remiſſionem peccatorum) in conſecratione ſanguinis ſacroſancti, hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum, *Matth. cap. 26. D. Luca 22. D. Marci 24. D. Ioan. Euang. c. 11. cap. cum Martha. de celebr. miſſ. lib. 3. Decret. c. 41.* Quibus verbis à ſacerdote prolatis ſociantur ima ſummis, *c. quid ſit, de conſecr. diſt. 2.*

8 ¶ Perſonę † ſeu miniſtri qui conficiunt, eſſe debent ſacerdotes, aliis non licet, *c. perlectis, 25. diſt. c. diacones, ca. peruenit, ca. præſentes, 93. diſt.* nec quidem laicis contrectare, *Niceph. Caliſt. libr. 6. hiſtor. eccleſ. ca. 8. & lib. 13 c. 7.* Nec hodie quemadmodum aliquando. *c. peruenit, de conſec. diſt. 2.* menſæ dominicæ aſſiſtentes, corpus & ſanguinem manibus propriis accipiunt. Sacerdos irregularis tamen, aut interdictus, ſuſpenſus ab ordine, excommunicatus, ſimoniacus, ſchiſmaticus, depoſitus, publicus & notorius peccator, degradatus conſecrare non debent de iure: Si tamen de facto in debita materia conſecrent cum debita intẽtione & forma, conficiunt corpus domini, *Ang. Clauaſius, in ſum. in verbo Euchariſtia 2. num. 2. ex Richardo, in cap. 4. diſtinct. 13.* Non enim diſpenſatorum ſeu miniſtrorum meritis augetur ſacramenti virtus, nec per eorum vitia deſtituitur virtute, *can. multi, 1. q. 1.* Ceterum perſonæ, quæ ſumunt Euchariſtiam, & diligenter præparatæ. & alioquin indignæ eſſe poſſunt. ¶ Sumunt enim omnes cuiuſcunque generis ſint, qui manducant, verum corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti, dum poſt conſecrationem manducant. Veruntamen exitu & effectu inæquali. Nam qui ſe ad tantum beneficium diſponunt, præparant, & probant, ad ſalutem accipiunt æternam: alij autem in interitum, *1. ad Corinth. 11. can. ſancta, ca. ſicut Iudas, & ca. quid eſt, & ca. qui manducat, de conſec. diſtinct. 2. c. quotidie, can. qui ſcelerate, can. qui diſcordat, eod.* Atque in eo quod dominus Iudæ Euchariſtiam porrexit, exemplum ſingulare eſt, non eſſe eam negandam peccatoribus occultis, ſi petant, *ca. non prohibeat. & can. ſicut Iudas, de conſecr. diſt. 2. c. aduerſitas, 7. quæſt. 1.* Si tamen publice ſceleſtiſſime deliquerint, ſtatim vbi petunt non eſt concedenda, *ca. pro dilectione, de conſecr. diſt. 3. c. in actionem, de pœn. diſt. 1.* vt nec hiſtrionibus, *c. pro dilectione, & c. 2. de conſ. diſt. 2.* niſi poſt peractam confeſſionẽ & pœnitentiã, excepta neceſſitatis mortis cauſſa, in qua morientibus pœnitentibus non eſt negãda, *c. pœnitentia, 50. diſt. c. virgines, 27. q. 1. ca. ſi quis hæretice, 1. q. 1 & can. in primis, 2. q. 1. ca. accuſatores, 46. diſt. ca. ſiquis de corpore, & ſeq. 26. q. 6.* etiamſi excommunicati ſint, dummodo ſatisfecerint, *ca. tanta, 86. diſtinct.* Imo & in Maguntinenſi concilio placuit, furca ſuſpendendis in ſceleribus ſuarum pœnam, de peccatis ſuis omnibus puram confeſſionem facientibus, non denegandam, ſi petant, *can. quæſitum 13. quæſt. 3.* Quod & ad alios reos, vltimo damnatos ſupplicio, porrigitur, *in clemen. 3. de pœniten. & remiſſio. ca. pœnitentes, 26. quæſt. fin. can. 1. 26. quæſt. 7. can. pro obeuntibus, 13. qua. 2.* Vterque ſexus, & omnis ætas hoc ſacramentũ ſuſcipere poteſt Chriſtianorum: imo adulti tenentur ſaltem ſemel in anno ſumere, *ca. omnis, de pœn. & remiſſ.* dummodo rationis habeant iudicium. Siquidem iis negatur tempore amentiæ, ſi antequam in eam inciderint, illud præparati non petierint, vel in dilucidis interuallis: his enim caſibus concedi poteſt, ſi nihil aliud prohibeat, veluti ſi de euomitione metuatur, *can. hu qui, 26. quæſt. 6.* vel alia ſimilia vetent. Ætas porro adultorum dicetur legitima ad communicandum ſacramentaliter, quæ iudiciũ habet diſtinguendi & diiudicandi ſacramentum hoc corporis & ſanguinis domini ab alio cibo quotidiano, ſeque probandi, *ſic enim D. Paulus exigit, 1. ad Corinth. 11.* dum credat ſub ſpecieb. panis latere verum corpus & ſanguinem dominicum. Sic quemadmodum malitia: ita & prudentia ſupplet ætatem, *can. de illis, in 2. & cap. fin. de deſponſ. impu. l. 3. C. ſi minor ſe maior. dixe.* Et puerorum impuberumve quædam ſunt delicta, quæ animaduerſionem aliquam exigunt, *c. 1. de delic pueror. l. 1. C ſi aduer. delict. leg. impunitas, Cod. de pœn.* etſi ea non ita ac in maioribus ſeuera, *ca. 2. de delict. pueror. l. auxilium, §. etiam. de minorib. l. ſi ex cauſſa iudica. eod.* Infantes tamen, pueroſque olim quod ex ſacramento reſiduum erat, ex populi ſumtione comediſſe, non tamen ſacramentaliter, patet, in orientali eccleſia, ob puritatemque vitæ fragmenta illis conceſſa *ca. paruuli, conſ. de diſtin. 2. Conſuetudo* inquit Nicephorus *lib. 17. eccleſ. Hiſtor. cap. 25. à multo tempore imperandi vrbi Conſtantinopoli fuit, vt cum pluſculum de partibus immaculati diuinique corporis domini, & Dei ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti reliquum eſſet, ſacerdotes pueros à matre incorruptos, ex eis qui ad præceptores in ludum literarium eunt, accerſerent: qui ieiuni reliquias eas ederent. Quod quidem mihi,* inquit Nicephorus, *ſæpenumero cum puer admodum eſſem, & maxime à prima ætate in ſacris ædibus verſari ſtudio haberem, contigit.* Narrat & ſtatim quod ſub Mena Epiſcopo Conſtantinopolitano euenit. *Accidit,* inquit, *vt filius Iudæi inter alios ex ſchola rediens ex his acceperit, & patri vitrario morę cauſſam reddens expoſuerit. Quo percitus ira Iudæus in furnum vitrorum ardentem miſit, & clauſit, vt combureretur: & poſtea cum quæreretur à matre redeunte de ciuitate, per tres dies illa exquirente à patre cum lacrymis: filius matrem audiens ex fornace reſpondit. Qua aperta, euentus eſt inter ignes illæſus, vnde eductus, ad Iuſtinianum ductus cum matre. Chriſtianus factus, pater autem Chriſtianiſmum renuens, vt parricida de ficu ſuſpenſus eſt.* Porro quicunque voluerit ſacramentaliter ſaluifere ſacroſanctum domini corpus ſuſcipere, confiteri debet peccata, & iniunctam implere pœnitentiam, hoc eſt, ſe probate num digne & deuote accedat & reuerenter, *1. ad Corint. 11. can. tribus gradibus, & ca. illo, de conſ. diſtin. 2.* debetque eſſe ieiunus, qui à media nocte nihil comederit, *can. liquido, de conſ. diſtinct. 2. can. nihil, 7. quæſt. 1. c. ex parte, de celeb. miſſ.* excepta cauſſa infirmitatis, quæ mortem minatur, in qua ne ſine viatico moriatur infirmus, etiam à cibo recte communicat corpori & ſanguini domini, *c. presbyter, de conſecr. diſt. 2.* Sit & à pollutione nocturna externa & cui conſenſerit, alienus, *can. non eſt, diſt. 6. ca. quiſquis, 14. q. 1.* & à venere, *vide c. omnis homo, de conſecrat. diſtinct. 2. can. ſciatis, 33. quæſt. 4.* vt & Tibullus *lib. 1. epiſt 2.*

Vos quoque abeſſe procul iubeo, diſcedat ab aris,
Cui tulit heſterna gaudia nocte Venus.

Et Iuuennalis Satyr. 6.

Ille petet veniam quoties nom abſtinet vxor
Concubitu, ſacris obſeruandiſque diebus.

Quemadmodum nec licebat panem ſanctum aut propoſitionis, antiqua lege manducare laicis, nec niſi mundis, maxime à mulieribus, vt habetur 1. Reg. cap. 21. Non ſit item excommunicatus, nam & hic à communione ſacroſanctæ menſæ repelli debet, *can. Engeltrudam. 3. q. 4. c. nulli, de ſenten. excom. ca. illud, de cle. excomm. c. ſunt, 2. q. 7.* Sumat à miniſtro idoneo, ſcilicet, à ſacerdote, *ca. peruenit, de conſ. diſt. 2* eoque proprio, *Clem. religioſi, de priuileg.* vel ab eo cui ipſe conceſſit, vel epiſcopus, à quo procedunt literæ, quas vocant de regendo: videlicet quãdo curio per ſe non poteſt ſacramenta conficere, puta, quia abſens, vel nondum ſacerdos factus: nam tunc vicariis temporalibus hæc cura committitur. Poteſt & ſumi Euchariſtia à proprio Epiſcopo, & proprio Archipresbytero, *c. 3. de offic. archidiac.* excepta cauſſa neceſſitatis: quo caſu, & diaconus, & religioſus, & laicus, præbent conſecratam, imo & qui Euchariſtia eget, per ſe tunc ſuſcipere poteſt, *vide Panor. in ca. quanto, de conſuetud. Ang.*

Digitized by Google

Claua. in summa. in verbo Eucharistia 3. nu. 33. & in verbo excommunicatio. 5. in 2. cas. num. 5. ab hæretico autem nunquam, *ca. cæpit, 24. q. 1. ca. si quis dederit, eod.*

9 ¶ Suscipienda † autem secũdum morem & præscripta ecclesiæ catholicæ, & certe, si quis esset omni die probatus, vtile & laudabile esset quotidie suscipere, *can. si quotiescunque, can. non iste, de consec. dist. 2. can. iteratur, & ca. vtrum, de consecr. dist. 2.* Verum quia non nisi cum reuerentia & summa cum probatione quis ad tantum mysterium accedere debet, nec si abstineat quis à quotidiano eius vsu vituperandus est *c. ad eius vero concubitum, 5. dist. c. quotidie, de consec. dist 2.* Qui indigne enim sumit, iudicium sibi manducat, & bibit, *1. ad Corinth. cap. 11.* Sunt & aliquando animæ malæ dispositæ: & illis melius se habentibus, interdum corpora probe disposita non sunt. Ideo in dubio subuersionis stomachi seu vomitus non est præbenda Eucharistia, & peccat scelestissime, qui tunc sumit & vomit: is quoque qui infirmus, nauseam patiens, accipit, *c. si quis per ebrietatem, de consecr. dist. 2.* Et proinde quoque sani qui susceperint tantum hospitem Deum & hominem, à crapula & vino, maxime quo tempore receperint, abstinere debent, nec statim ad alias escas accedere, *c. tribus gradibus, de consec. dist. 2.* Maximum piaculum est, permittere in terram sacrosanctum hoc mysterium, etiam sine malitia per negligentiã cadere, *c. interrogo, 1. q. 1.* Quod & de sanguine sit dictum. Et presbyter, qui negligenter custodierit vel fuderit, 40. diebus pœnitere debet, *ca. qui bene, & ca. si per negligentiam de consecr. dist. 2.* Narrat Nicepho. Calix, *libr. 13 cap. 7.* mulierem quandam Macedonianæ hæresis, noluisse in ecclesia fidem cum viro sectari, atque mysteria Eucharistiæ accipere: monitam tandem à marito nunquam cum ea se concubiturum, ni cum eo ad sacram communionem veniret, illam se facturam simulasse, & vna cum eo in ecclesiam venisse, & domum, id est, Eucharistiam, vt alios accepisse: verum inclinando se perinde atque orationi vacaturam, Eucharistiam occuluisse, & allatum ab ancilla panem communem pro ea accepisse: tamen vbi ori admouisset, in lapidis naturam iuduruisse, nec attetere potentem, delictum fassam, resipuisse. αὐχμαὶ hæretici, qui ita dici voluerunt, quasi precatores vel ἐνθουσιασταὶ, hoc est, afflati numine, vel potius dæmone, ab ecclesiastica communione non se abstinuerunt, nihil prorsus vel prodesse vel obesse diuinam escam dicentes, *Nicephorus Callist. lib. 11. cap. 14.* De qua tamen dominus noster Iesus Christus dixit, *qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, vinet in æternum.* In Ecclesia itaque non fuit datum mandatum quotidie communicandi, sed communicandum in tribus festiuitatibus præcipuis, paschæ, pentecostes, natiuitatis domini, *can. etsi non frequentius, & can. si quis intrat, de consecrat. distinct. 2.* vel saltem in festo paschatis, *cap. omnis vtriusque, de pœniten. & remiss.* semel in anno. Imo nec sacerdotes singulis diebus tenentur necessario liturgiam peragere, & ita communionis Eucharistiæ participes esse, *ca. quotidie, de consec. dist. 2. debent enim celebrando, corpus & sanguinem domini sumere ex Concilio Toletano, 12. ca. relatum, de consec. dist. 2. vbi pœna non facientis,* exceptis iis, qui sacerdotia curam animarum habentia possident, qui ad minus tenentur festis diebus celebrare, & missas perficere, vel per alios populo de his satisfacere, *cap. 1. de cele. miss. c. dolentes, eod.*

10 ¶ Debetque † quilibet sacerdos quantum frequentius poterit, missam peragere, *ca. significatum, de prab.* semel tamen tantum in die, *ca. sufficit, de consec. dist. 1.* excepto die natalis domini, quo tres dicuntur ab eodem, prior media nocte, altera in aurora, tertia hora debita, separatim vel simul. Excepto etiam casu necessitatis, *c. consuluisti, de celeb. miss. vbi gl. casus necessitatis, quibus quis duas miss. peragere potest, annot.* Fuit autem Telesphorus, qui temporibus Antonini Cæsaris sedit anno dominicæ salutis 139. teste Eusebio, *lib. 4. Histor. ecclesiast. capitul. 10.* qui vt ter in die natiuitatis domini missa celebraretur, statuit, *in decretu Telesphori ap. Isidor. in 1. tom. conciliorum.* Item sacerdos extra causam necessitatis non nisi ieiunus sacrificare debet ex decreto Soteris Papæ noni, qui sedit anno domini 163. *in epi. Soteris 2. ad epis. Italiæ, in tom. 1. concil. cap. Illud diuinum, 7. quæst. 1.* Id ipsum etiam cautum concilio Carthaginensi, *ca. sacramenta, de consec. distinct. 1.* aliter excommunicationi subiacet, *ca. nihil 7. quæst. 1. ca. si constiterit, de accusat.* & depositioni beneficiorum, *ca. ex parte. de celebr. miss.* Non potest autem hostia proposita missam peragere nisi consecret, & si fingat & vere non consecret, grauissime peccat, *c. de homine de celebr. miss.* Etenim populum decipit, dum hostiam non consecratam adorat, *vt in c. sane, de celebr. miss.* Nec missam dicet, nisi accenso lumine, *c. fin. de celebr. miss.* nec sine consueris sacris vestimentis, alba, cingulo, manipulo, stola seu orario, casula, *arg. c. eccl. siastic. 23. dist. can. vinum, 95. dist. can. episcopus 11. quæst. 3. ca. de gradatio, de pœn. in 6.* Sancta enim erant vestimenta, non communia etiam in lege antiqua, quibus sacerdotes vtebantur, quæ post sacrificium, in gazophylacio relinquebant. *Ezech. 44. Vide de vestib. sacerdotis, missam celebrantis, Durandum lib. 3. Rationalis diuinorum officiorum.* Missa seu oblatio, & sacrificium, & diuinum officium in ecclesia ex patrum institutione in sacro altari fieri solitum.

11 ¶ Huius † partes essentiales sunt, consecratio corporis & sanguinis domini Iesu Christi (quam veteres mysticam benedictionem appellarunt) & oblatio. Accidentales sunt ceremoniæ, quibus consecratio ipsa & oblatio rite perficiuntur, vt orationes, benedictiones, gratiarum actiones, oscula, manuum expansiones, eleuationes, complicationes, genuflexiones, signacula crucis, comminutio, memoriæ sanctorũ, salutationes, responsiones, oblationes, & alia his similia: quæ partim ab apostolis tradita sunt, partim ab eorum successoribus SS. patribus, de quibus consule Brunum libr. 2. de ceremoniis, cap. 1. & 2. Antididagma ecclesiæ Colonienſis, cap. 31. Durandum toto lib. 3. Rationalis diuinorum officiorum. Sunt & mysteria quæ in synaxis sumtione, explicat D. Dionysius Areopagita libr. de ecclesiastica Hierarchia, cap. 3. Exstant hodie liturgiæ DD. Iacobi, Chrysostomi, Basilij, in quibus ceremonias prope easdem obseruare licet, quæ nunc sunt,

12 ¶ Cauere † autẽ debent sacerdotes, ne missam, quæ pro quiete animarum defunctorum dici solet, pro viuis eo animo celebrent vt è vita eximantur. Nam hoc nefarium duxit concilium Toletanum 17. Et hoc agentes gradu deponi iubet, & ergastulo perpetuo constringi, & carcerari, *can. quicunque sacerdotum, 26. q. 5.* Abutitur enim sacramento, quod in salutem hominum donatum est, qui in perniciem conuertere nititur. Et proinde etiam is qui super rebus aptis ad facienda sortilegia, vnam vel plures missas scienter celebrauerit, adhibitis nefariis precibus. & verbis superstitiosis, grauiter puniendus est. *dict. c. quicunque, vide de hoc Ioannem Bernardum Diaz, in pract. crimin. canon. ca. 39. Paulum Bosillands tract. de sortileg. q. 14.* Debent & sacerdotes & sibi hoc sacramentum accipere, & aliis gratis præbere, *In concilio Constant. 6. can. 23. & in cap nullus, 1. q. 1.* Quia effectus tanti sacramenti mirabiliter confert Christianis, & viaticum est decedentium & viuentium: ideo placuit etiam consecratum perpetuo in templo seu ecclesia, loco mundo & signato, conseruari vt egentibus illo, vel adorandum seu spiritualiter manducandum offeratur, vel sumendum exhibeatur sacramentaliter, *glo. in cap. sane, de celeb. miss. in c. 1. de custo. Eucharist. lib. 3. Decretal. tit. 42. in concil. Tridenti. sessio. 3. can. 6.*

De extrema vnctione. Cap. 7

1 *Extrema vnctio quare ita dicitur.*
2 *Origo vsus eius.*
3 *Materia & forma sacramenti huius.*
4 *Effectus spiritualis, medicina peccatorum.*
5 *Qui vsus personæ, qua inungant, & qua inungantur, & quo loco.*

1 EXtrema vnctio dicta est, † quæ morituris mox secundum hominem iudicium, datur, ideo extrema: non tamen extrema ratione concessionis, quia & repeti potest conualescentibus ægrotis, & iterum ad mortalem ægritudinem recidentibus. ¶ Vsus sacramenti huius extremæ vnctionis, à tempore D. Iacobi apostoli in ecclesia remansit catholica, *infirmatur, inquit ille, D. Iac. c. 5. ca. presbyteros, §. prohibitio, 95. distinct. ca. unico, de sacra vnctio. quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngẽtes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei.* Sic Innocentius pp. *epistol. ad Decentium epis. c. 8. Vngantur ægroti, fideles secundum institutum D. Iacobi oleo ab episcopo consecrato: pœnitentibus denegetur, quia & alia sacramenta denegantur.* Et in synodo Cabillonensi, *cap. 48.* secundum Beati Iacobi apostoli documentum: cui etiam præcepta patrum consonant, infirmi, oleo quod ab episcopis benedicitur, à presbyteris vngi debent. Sic enim ait: *infirmatur quis in vobis, &c. D. Iacobi 5.* Et Beda quoque ægrotos inungi oleo consecrato solitos, docet, *Beda. lib. 2. c. 6. in Marc.* ¶ Instituitque † Carolus Magnus, *libr. 1. de l. Franc. ca. 156.* 3 vt presbyter in ampulla oleum ferat ad vngẽdos infirmos. Qui non crediderit hanc extremam vnctionem esse sacramentum, anathema fit ex concilio Tridentino, *sessio 4. in canonibus, de sacram. extremæ vnct. c. 1. 2. 3.* Materia istius sacramenti, oleum est oliuarum. Forma, oratio quæ exprimit inter vngendum quod fit: vt per istam vnctionem, & piam suam misericordiam indulgeat tibi Deus, quicquid peccasti per visum, per auditum, &c. in aliis sensibus. ¶ Effectus † namque principalis huius sacramenti, spiritualis medicatio: cõtra peccatum inquam veniale, & defectus quibus homo spiritualiter infirmatur & deiicitur à perfecta virtute vitæ, gratiæ, vel gloriæ. Non autem contra mortalia peccata, vel contra originale conceditur. Nam ibi potius opus est resurrectione, quam medicina, *vide qua tradit Viguerius in Institution. theolog. c. 16. de extre. vnct. vers. 2. 3. 4.* Mouet tamen gratia illa infusa vnctionis, liberum arbitrium ad contritionem, & ex consequentia, ad consequendam peccati mortalis veniam efficax, diminuitque eius pœnam. ¶ Personæ † quæ inungunt 5 sunt sacerdotes, *ca. qua sunt, de verb sign. c. illud super flumen 95. distinct.* cum clerico, vel sine illo soli, *c. quæsiuit, ca. 14. de verb. sign.* quæ inunguntur, sunt ægroti & in partibus sensualibus, ex quibus origo peccati: vt inunguntur oculi, pro visus peccato: aures propter auditum: nares ob odoratũ: os propter gustum: manus propter tactum, qui in pulpis digitorum maxime viget: renes

vel

vel pectus, propter appetitum: propter motum pedes. Inunguntur porro ægroti morbo naturali, non casuali, nec amentes, *Angelus Clauasius in Summa, in verb. vnct. extrema, nu.* 4.

De Pœnitentia. Cap. 8.

Lib. 5. Decret. tit. 38. In Decret. 3. parte de pœnitentia.

1 *Pœnitentia nomen quid contineat, & quomodo vt sacramentum definiatur.*
2 *Pœnitentiæ diuisio in eam, quæ Dei & quæ hominis: Item subdiuisio pœnitentiæ hominis, in veram & falsam: & veram, in publicam seu solemnem & priuatam.*
3 *Pœnitentiæ materia & res peccata, &c.*
4 *Partes pœnitentiæ, contritio, confessio, satisfactio, absolutio, &c.*
5 *Contritio quid, & quæ ad eam pertinent.*
6 *Confessio quæ, & quibus facienda: item & diuisio in sacramentalem, & non sacramentalem.*
7 *Cui confitendum sit. & quando laico quis possit confiteri.*
8 *Fuisse semper & priuatim auricularem confessionem cum publica, docetur, & num.* 10. *vbi de publico pœnitentiario.*
9 *Rationes confessionis inductæ.*
11 *Vsus & effectus pœnitentiæ.*
12 *Quatuor quæ veram confessionem impediant eamenda, pudor, timor pœnæ, nimia spes, desperatio. & de partibus audientis Exomologesin.*
13 *De Silentio Exomologeses audientium, quod eas non detegant: Et de pœna reuelantium confessiones.*
14 *De duplici satisfactione propitiatoria, seu reconciliatoria & canonica.*
15 *De absolutione & forma eius, & peccatis reseruatis absolutioni superiori.*
16 *De indulgentia pro gratia.*

1 PŒnitentia † generalis sua appellatione continet id omne, quod contrarium priori sententiæ displicet, siue ea bona, siue mala sit. Sic dicit Cicero in Epistolis, *suæ quemque fortunæ pœnitere.* Et Iuuenal. *Satyr.* 10.

—quid tam dextro pede concipis, vt te
Conatus non pœniteat, votique peracti?

Dehinc dicunt pœnitentiam accipi pro virtute: & definiunt, *Viguer. in Instituti. Theo. cap.* 16. §. 1. *de sac. pœniten.* vt sit habitus electiuus in voluntate exsistens, quo quis dolet de peccatis præteritis, cum intentione & proposito remouendi quod inde sequitur, nempe Dei offensam, & reatum pœnæ: quod vt assequatur, remedia à Deo proposita exquirit. Tertio dicitur pœnitentia, prout est sacramentum nouæ legis, signum sensibile, siue imago sacræ rei, scilicet remissionis peccatorum, per contritionem, confessionem, & satisfactionem sensibilem, ac etiam per absolutionem caussa eius exsistens, *Viguer. vbi supr. Oportebat Christum pati & resurgere tertia die à mortuis,* vt ait D. Lucas *c. fin.* Sicut & monebat D. Ioannes Baptista, *Pœnitentiam agite, quia appropinquauit regnum cœlorum, D. Matth. capite* 3. Etenim oportuit pœnitentiæ hoc remedium post tam grauia mortalia, vt acritudinem saporis ad maculas eluendas accedere. Peccatum enim cum consummatum fuerit, generat mortem, *Diui Iacobi capite primo, nisi autem pœnitentiam egerit,* inquit Dominus, *omnes simul peribitis, D. Luca, c.* 3. Fracta enim naui in mediis fluctibus maris, salutis vna spes in tabulis dissolutis residet, vt naufragium vitemus. Talis est pœnitentia, quæ postquam naufragium à baptismo purificati delinquendo fecimus, supereſt, vt cito eam arripientes, submersionem vitare possimus *in concilio Tridentino, sessio.* 4. *de pœniten. cap. secundo, de pœniten. dist.* 1. Ita vere sacramentum hoc *in dicta* 4. *sessio. de pœnit. c.* 1. *concil. Tridentin.* nec vllo modo differendum, nisi perire omnino velimus. Atque ideo statim vbi peccauit Adam, Deus eum paradiso eiecit ad agendam pœnitentiam, *Genes* 3. Nescimus qua hora fur venturus sit, nec qua hora Dominus veniet. Mortuus autem sine pœnitentia omnibus certe lacrymis deplorandus, quia omnino mortuus, *D. Ambrosius lib.* 2. *de pœniten. c.* 11. vt Dauid plorabat vehementius Absalonem, *Absalon fili mi, fili mi Absalon,* 2. *Reg.* 19. Sic tempus peccantium & pœnitentiæ exprimitur in Psalmo captiuorum, *Psalm.* 136. *Super flumina Babilonis, illic fleuimus & quieuimus, dum recordaremur tui Sion. Suspendimus organa nostra.* Et additur *beatus qui tenebit, & allidet parvulos suos ad petram,* hoc est, qui infirmat & lubricas cogitationes elidit ad Christum. Fidei confessio hoc etiam in se continet, nempe credere vnum baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, *Cyrillus Hieroso. cathe.* 18. *illuminato.* Ante pœnitentiam non datur à Deo misericordia peccatori, *can. quia sanctitas.* 50 *distin.*

2 ¶ Et vt hæc facilius tradamus, † & distinctionem adhibebo eorum, quæ possent remorari discentes. Pœnitentia itaque inuenitur in vtroque diuino & humano iure, Dei & hominis: Dei pœnitentia est *Genes.* 6. 1. *Reg.* 15. mutatio eorum, quæ iam fecerat vel statuerat: non quod ideo more nostro Deus pœniteat, vel improbet quod fecit, vt malum: sed quia secundum ea quæ prænouerat fieri debere, & pro modo occurrentis caussæ, ea quę iam fecit, tollit aut mutat, *ca. incommutabili,* 22. *q.* 4. *Pœnitentia Dei,* inquit Tertullianus *lib.* 2. *aduersus Marcionem, nihil aliud intelligitur, quam simplex conuersio sententiæ prioris, quæ etiam sine reprehensione eius possit admitti, etiam in homine, &c. μετάνοια* Græcis. Pœnitentia hominis, est vindicta semper puniens in se quod dolet commisisse, *ca. quamuis caute. §. hac auctoritate, de pœniten. dist.* 3. vel perpetrata mala plangere, & plangendo non perpetrare, & quasi pœnam semper sustinere, vel tenere, *c.* 2. *de pœn. dist.* 3. Hominis rursum pœnitentia, alia falsa, alia vera. Falsa pœnitentia, cui nũquam indulgentia promittitur: vera, cui nunquam negatur, *c. sic tantum, §. fi. & ca. inter hæc, in fin. de pœn. dist.* 3. quæ peccato maculata reddit Deo accepta, *ca. purgabit,* 50. *dist.* & lapsos fortiores facit, *ca. quid est, cum* 3. *seq. ca.* 50. *dist.* restituitque dignitatis officia, *c. quid sanctitas, ead.* 50. *dist. can. quanto,* 2. *q.* 4. Falsam constituunt pœnitentiam, rem alienam, per quam contractum est peccatum, non restituere, *c. si res,* 14. *q.* 6. pœnitere, se pœnitentiam egisse, *ca. sunt qui,* 17. *q.* 4. si non imponatur ex auctoritate patrum, secundũ qualitatem criminum, *ca. falsas, de pœnit. dist.* 5. spretis aliis commissis peccatis, de vno solo pœnitentiam agere, *c. fratres, de pœnit. dist.* 5. *c. sceleratior, § his auctoritatibus, de pœnit. dist.* 3. *vide gloss. l. c. quod quidam, de pœnit.* inter pœnitendum animum nõ pœnitendi non deponere, *ca. quod quidam, c.* 5. *de pœn. & remiss. ap. Greg.* Vera pœnitentia hominis rursum duplex, aut publica, aut priuata: & publica, aut solemnis, aut non solemnis: solemnis publica in capite quadragesimæ incipit, obseruatis solemnitatibus, de quibus in cap. pœnitentes, & ca. in cap. 50. dist. ex cõcilio Agathensi excerptis. Et hæc tam solemnis est, vt non nisi semel concedatur, nec reiteretur, *c. si quis post remissionem,* 50. *dist. vide & ap. Nicephor. lib.* 6. *c.* 1. nisi esset consuetudo quarundam ecclesiarum iterari, *ca. nihil prodest, §. ex persona, de pœnit. distinct.* 3. Neque illa etiam nisi pro maximis criminibus publicis imponebatur, *c. in actionem, de pœn. distinct.* 1. Neque clerico, nisi depositio, propter scandalum, *arg. c. alienum, & c. confirmandum,* 50. *distinct. c. quæsitum, de pœniten. can. vlt.* 26. *quæstio.* 6. Qui hanc pœnitentiam peragunt, quandiu in ea sunt, non debent communicare, nisi in mortis articulo, *ca. si quis, cum* 3. *seq.* 26. *q.* 6. non secularem militiam, vel pompam exercere, *c. contrarium, de pœniten. dist.* 5. *can. fin.* 50. *dist.* non accusare in curia seculari, *ca. aliud,* 2. *quæst.* 1. non matrimonio iungi, *can. audiuimus,* 33. *quæst.* 2. nec ad sacros ordines promoueri, *c. ex pœnitentibus,* 50. *distin. c.* 3. 4. 5. *seq.* Publica non solemnis erat pœnitentia, quæ fiebat ante fores ecclesiæ, cum face seu theda accensa, & aliis quibusdam solemnitatibus, extra tamen tempus quadragesimæ, imposita publice: quia peccata manifesta, non sunt occulta correctione purganda, *c.* 1. *de pœnit. & remissio. ap. Greg. c. si peccauerit,* 2. *q.* 2. *q.* 1. *ca. ego Berengarium, de consecrat. dist.* 2. Hæc imponi potest à sacerdote, alia solemnis non nisi ab episcopo, *c. pœnitentiã, & c. in cap.* 50. *distinct. c. accidentibus. de excess. prælato. ca. fin.* 26. *q.* 6. *c.* 1. *& c. statuimus, de maledict. c. fin. de his qui propr. fili. occid.* Priuata pœnitentia est, quæ nec solemnis, nec publica est, sed priuatim imponitur, & fit. ¶ Pœnitentiæ † res & materia circa quã versatur, sunt peccata seu delicta pœnitentium, secundum quorum circumstantiam pœna imponenda, *c.* 3. *de pœn. c. si quis,* 15. *q.* 1. *c. fi.* 33. *q.* 5. *c.* 1. *de pœn. dist.* 1. adhibita consideratione contritionis pœnitentis, & qualitatis, & ætatis delinquentis, *ca. Deus qui ecclesiam, de pœnit. c. tempore,* 26. *q.* 7. *c. de pœnit. de consecr. dist.* 3. *c. in actionem, de pœn. dist.* 1. Sic arbitraria, etsi à quibusdam canonibus certa quædam particularis sit imposita, & modus, *can. mensuræ, de pœn. dist.* 1. Veluti imposita pœna 15. annorum, fornicanti cum filia spirituali: *can. si quis Sacerdos,* 30. *q.* 1. decennij matricidæ. *ca. latorem,* 33. *q.* 2. & fornicanti religioso vel moniali: *can. deuotam,* 27. *q.* 1. septennis inuasori ecclesiæ, *ca. de vno,* 12. *q.* 2. & pro incestu, *can. si pater,* 30. *q.* 4. pro vxoricidio, *c. admonere,* 33. *quæst.* 2. pro homicidio, adulterio, & pro periurio, *can. prædicandum.* 22. *qu.* 1. Quod tamẽ, & pro diuersitate periurij, etiam aliud recipit tempus, *ca. qui compulsus, cum* 3. *seq.* 22. *q.* 5. Est & septennis pro quolibet peccato mortali, *ca. hoc ipsum,* 33. *quæstio.* 2. ¶ Res autem † seu materia, ex qua pœnitentia perficitur, contritio, confessio, satisfactio, absolutio. Satisfactio, confessione disponitur: ex confessione, pœnitentia nascitur: ex pœnitentia Dei mitigatio, *Tertull. lib. de poen.* ¶ Contritio, † cordis est interna afflictio, & peccati commissi detestatio cum dolore & pudore: quod primum requirit Deus per Iohelem, *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Ioel. c.* 2. *& in c. porro, §. facilius, & ea. si quis aliquando, can. quem pœnitet, de pœn. distinct.* 1. Et Deus cor contritum & humiliatum non despicit, *Psalm.* 50. Ob hanc contritionem, qui pœnitentiam agit, paratus esse debet ad opprobria perferenda, injuriasque subeundas, nec commoueri, si quis ei peccati sui crimen obiciat: Cum enim ipse se accusare debeat, quare alium non sustinet arguentem? *D. Ambros. tom.* 4. *in Psal.* 37. *c.* 1 *de poenit. distin.* 2. *ca.* 1. *& c. si Apostolus de consecr. dist.* 3. Signa externa contritionis internæ sunt humiliatio, tristitia lacrymæ, cinis, cilicium, ieiunia, & similia. Hæc autem facile tolerat, qui considerat grauitatem scelcris, Dei magnitudinẽ quem offendimus, lapsum quo affligimur si ante oculos ponat à quãta gloria deciderit, de quo libro vitæ nomen suum deleatur, se iam proximum tenebris exterioribus, vbi fletus & stridor dentium sine fine. & cetera quæ prosequitur D. Ambrosius *lib. ad virginem lapsam.* Pœnitentia

Digitized by Google

huius temporis, dolor medicinalis est: pœnitentia alterius seculi, dolor pœnalis, *D. Augustin Psal. 57.* Pars confessionis & quæ efficax valde, est in corde contritio: alia in ore confessio, in opere humilitas, *ca. perfecta pœnitentia, de pœniten. dist. 1. & c. perfecta pœnitentia, de pœnit. dist. 3.* id exprimi videtur apud Esdram *can. 9. Conuenerunt*, inquit, *in ieiunio, & saccis, & humus super eos.* vide humiliationem & contritionem: *& separatum est semen filiorum Israel ab omni alienigena, & steterunt, & confitebantur peccata sua, & parentum suorum.* Et dum de baptismo D. Io. Baptistæ, quod erat pœnitentiæ dictum baptisma, *Actuum 19.* agitur, apud D. Matthæum *c. 3.* Sic scriptum est, *Exibat tunc ad eum omnis Hierosolyma, & omnis Iudæa, omnisque regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordano, confitentes peccata sua.* Quia sola contritio non sufficit peccatorum, si confessio contemnitur, *can voluissent, §. ex his, & c. mensuram §. 1. & 2. seq. de pœn. dist. 1. can. qui aliquando, ead. dist. Dic*, inquit Deus, *iniquitates tuas, vt iustificeris, Esaiæ 43. Et iustus est accusator sui, Prouerb. 18.*

6 ¶ Confessio † potest fieri peccatorum, & Deo, & hominibus, & publice, & priuatim. Verbum confiteri, est fateri aliquid, & ideo ad plura extenditur, quæ quis fateri potest. Porro hic confessio est expressio & detectio per os proprium peccatorum propriorũ, qua morbus latens, sub spe veniæ aperitur. Et expressius, non sacramentalis & sacramentalis est confessio: sacramentalis pars pœnitentiæ est, actus virtutis pœnitentiæ, quo specialis, distincta & particularis ac voluntaria peccatorum, quæ memoriæ occurrunt, fit manifestatio, cum submissione sacerdoti potestatem clauium habenti facta, & cũ spe veniæ siue ad remissionem consequendam, & cum proposito in futurum cauendi, & iniunctam pœnitentiam implendi, *hanc finitionem & explicationem, vide apud Viguerium in Inst. theolog. c. 16. de sacra pœn. §. 4. versic. 13.* Cõfessio publice, coram omnibus fit: & priuatim, sacerdoti. Græci tantum volunt Deo faciendam confessionem, hos improbat ecclesia catholica, & Deo & sacerdoti fieri debere docet, *can. quidã, de pœn. dist. 1.* vt & D. Iac. *c. 1. 5. Confitemini alterutrum*, inquit, *peccata vestra.* Non tamen negandum est, quin & Deo fieri confessio possit, sed illa non est sacramentalis: per quam legitima secũ
7 dum peccata, imponenda pœnitentia. ¶ In hac † quippe confessione pœnitentiale iudicium, *c. omnis vtriusque, de pœn. & remiss.* & iudex peccatorum interuenit, cui fit peccatorum expressio & detectio. Iudex idoneus debet esse, quia sententia à non suo dicta, non valet, *l. fi. si à non compe. iud. C. l. fi. de iurisd. omn. iud. in P. l. 2. de iud. in P.* Debet itaque is esse talis sacerdos, qui absoluendi & retinendi peccata potestatem acceperit. Ideo mulier, cui talem non accepit, exomologesim audire non potest. *c. noua. de pœn. & remiss.* Dehinc erit sacerdos proprius seu parochus, *c. omnis vtriusque, & ca. quod autem, de pœn. & remiss. can. sacerdos. § fin. de pœn. dist. 5. c. 1. & 2. 9. q. 2. c. nullus, de paroch. can. 1. de pœn. distinct. 6.* vel de eius licentia electus. *d. ca. omnis. & in c. placuit, de pœn. distinct. 6* vel ex facultate data ab Episcopo, *c. 2. de pœn. in 6.* vel à iure, quo Prælatus sibi eligere potest inconsulto parocho confessorem idoneum, *c. fin. de pœn ap Greg.* In casu tamen necessitatis, & morte vrgente, si presbyter haberi non possit, & alteri, *c. si presbyter, & c. agnouimus, 26. quæst. 6.* etiam laico confiteri licet, & socio, *can. qui vult confiteri, de pœn. dist. 6. can. quem pœnitet, de pœn. dist. nict. 1. vbi*
8 *adducitur ratio.* ¶ Neque vt opinor, † nisi malitiose quispiam dubitauit hanc confitendi sacerdoti normam, in ecclesia Catholica obtinuisse quoque cum confessione publica, si antiquorum perlegerit scripta & sine affectu animi iudicet: nam de ea meminit Clemens ex D. Petri doctrina, Dionysius Areopagita epist. ad Demophylũ, Origenes in Psal. 37. & primo libro περὶ ἀρχῶν, Cyprianus sermo. 5. de lapsis, Nicephorus Carthophilax ad Nicephorum monachum, Basilius in regula monachor. c. 21. sessio. 4. concilij Tridentini per totum caput de sacramento pœnitentiæ.

9 ¶ Et certe † eam induci valde hominum interfuit ad salutem. Superbiam quippe hominis conterit modus hic confitendi hominibus impositus à Deo, vt qui non erubuit Deum offendere, cogatur homini pari suum delictum profiteri: vtque peccator ad veniam recurrens ministerio hominis & absolutionem consecutus, securus discedat: alioquin propemodum desperatione perdendus, dum sibi non potest de venia securitatem suadere, vt Cain qui de indulgentia desperauit, Genes. 4. vt & alij nimia securitate bonitatis Dei, etiam permitiose errarent, & sine conscientia viuerent. Et postremo conueniens à sacerdotibus adhibetur remedium pro modo delictorum & circumstantiarum, neque solui soluenda, vel retineri retinenda possent, sine expressione illa. Expressio delictorum quoque est sui accusatio *Psalm. 31. ibi, dixi confitebor aduersum me, &c.* coram sacerdote sponte facta, humilis, *cap. insuetum, 11. quæst. 3.* cum circumstantiis peccatorum, *ca. 1. de pœn. distinct. 1.* sine diuisione (nempe ne quis vni sacerdoti partem vnam peccatorum, aliam alij confitea tur, hoc enim improbatur, *can. 1. de pœn. distin. 1. ca. cautus sit. §. 1. de pœnitent. dist. 5.*) integra: deliberata, *vide Archidiac. in ca. quis aliquãdo, de pœn. dist. 1.*

10 ¶ Putant aliqui † auricularem confessionem, secretam à tempore Nectarij fuisse inductam, quod ille pœnitentiarios publice institutos in ecclesia sustulerit. Quod certe falsissimum est: nam tunc erant & confessiones priuatæ, & si pœnitentiarij publici sublati sint ab eo: quod vt planum fiat, verba ipsa de ea re Nicephori & aliorum subiiciam. *A tempore Apostolorum*, inquit Nicephorus Calixtus, *lib. 12. Historiæ ecclesiast. cap. 28. consuetudo erat in omni ecclesia constituti presbyterum, vel id curabat Episcopus, qui ea dignitate erat, vt diceretur pœnitentiarius: siquidem eorum quemque de peccato audiebat, priusquam ad communionem admitteretur. Graue namque visum fuit Episcopo, qui proxime post Christum fuere, in media plebe, veluti in theatro, noxam confiteri. Quod tamen abrogauit Nectarius tempore suo. Quo tempore quidam pœnitentiarius presbyter in Constantinopolitana ecclesia, mulieri adultere pœnitentiam facere iussit, vt orationi & ieiunio vacaret. Quod ubi fecit, postea à Diacono qui cum ea concubuerat, se cognitam esse indicauit. Quod factum vbi postea plebs cognouit, indigne scelus id cum tanta ecclesiæ contumelia commissum tulit, maxima etiam calumnia ex ea re & criminatio aduersus sacerdotum ordinem increbuit: & Nectarius ob id Diacono dignitatem abrogauit, & desenceps populo adhuc in clericos indignato, Nectarius ne postea in ecclesia presbyter pœnitentiarius esset, suadentibus illis sancit, & vt cuique permitteretur pro conscientia & fiducia sua communicare, & de immaculatis mysteriis participare, sic enim fore vt ecclesia à contumelijs libera esset & immunis: Et ab eo tempore ecclesia in tali statu permansit Constantinopolitana. Ego vero*, inquit Nicephorus, *ea re ecclesiam prisca & veneranda grauitate excidisse, & ad arbitrarium inconsideratumque atque negligentem morem prolapsam esse paulatim ab accuratiore disciplina, & desciscere cæpisse puto, æquum certe, atque credibile est minus antea peccatorum fuisse, tum propter eorum, qui confiterentur verecundiam, tum propter iudicum ad hoc constitutorum diligentem inquisitionem. Quanquam nunc quoque, ita vt fors tulerit, & quandocunque cuique libitum fuerit, fiat.* Addit dehinc Nicephorus, publicum illum pœnitentiarum introductum, propter Nouatum potissimum, vt is non quereretur satisfactione nulla accepta pœnitentiæ, lapsos recipi in ecclesiæ communionem. Atque adhuc Romæ sancte illum pœnitentiarium durare, & in Ecclesiis occidentalibus, his verbis. *Episcopi Nouati resistentes dogmati ecclesiastico canonem secuti, in ecclesia qualibet presbyterum pœnitentiarium constituerunt: vt ab hoc qui post baptismum peccarent, crimina sua confessi, absolutionem eorum obtinerent. Canonisse in alijs quoque factis est seruatus, in ecclesijs vero occidentalibus ad hunc vsque diem obtinet. atque in Romana maxime, vbique certus est pœnitentium locus. stant illi perinde atque iudicio damnati essent vultu demisso admodum lugentes: re autem diuina peracta illi quidem ea sacra non participant, quæ illu percipere fas est, qui sacris sunt operati: cum eiulatu autem, cum luctu multo, se ad pedes eius qui rem diuinam facit, præcipitant, directus deinde, qui tunc ministerium eius sortitus est, ad eos accurrit, atque itidem collacrymans se humi sternit, tum reliqua ecclesia multitudo circumsistens, & ipsa flens atque lamentans, lacrymis repletur. Postea primus exsurgit seu presbyter, seu episcopus, & illos ita iacentes surgere iubet, & per orationem eam quæ pœnitentibus conuenit precatus, vbi & audiuit, & dixit quæ opus est, eos omittit: atque illi pro se quisque segregati à loco, pro eo atque eis iniunctum est se macerat vel ieiunijs, vel vigilijs, frequentibusque precibus, resipiscentia, vel illuuia & deliciarum abstinentia, vel aliis etiam modis constitutum sibi ab episcopo debitum persoluit. à crimine absoluitur, & simul cum aliis in eccl-sia eodem iure & communione eadem conuentus frequentat. Hunc ritum iam inde ab initio ad hoc vsque tempus Romani episcopi habuere. de magno pœnitentiario Romano quædam etiam tractemus, dum de diuersitate personarum ecclesiastica, ratione iurisdictionis agimus. qui ab eis inde ad ecclesias omnes alias peruenit, præterquam ad Nouatianos, qui pœnitentiam etiam prorsus non receperunt.* Hæc Nicephorus, quæ fere eadem repetes apud Sozomenum *lib. 9. Histor. tripart. c. 36.* Porro publicam illam pœnitentiam recte obseruatam in sceleribus cognitis grauioribus, quibus offendebatur respublica Christiana, laudandum esse nemo dubitat. Et Paulus Thimotheum, vt eam imponat monet. *1. ad Thimoth. cap. 5. can. sed illud, 45. dist. Peccantes coram omnibus arguc, & ceteris timorem habeant*, & ita vel pœnitentiam agere debent, vel extra ecclesiam debent eijci, *D. Matthæi cap. 18. can. displiced, 13. quæst. 4.* Memorabile illud de ea exemplum D. Ambrosij. Cum enim Thessalonicensis vrbis furens populus quosdam comitatenses principis Theodosij occidisset, & ira percitus Theodosius sex millia hominum obuiantium occidi iussisset inaudita caussa, & sine delectu, & in ecclesiam more solito postea precaturus iret, D. Ambrosius ab ingressu ecclesiæ eum repulit, tanquam sanguinarium, nec per octo vel amplius menses eo accedere permisit, quin prius criminis pœnitentiam ageret, & sanctionem edidisset, de non puniendis statim quos ipse iussisset occidi, & nisi post triginta dies per quos custodiæ traderentur, *Niceph. Calixt. lib. 12. cap. 40. Theodoret. libr. 9. Histor. tripart. cap. 30. D. Ambr. lib. 5. epist. epist. 28. Constitutio exstat in l. si vindicari, 20. C. de pœn. cap. si quando, de reser.* ¶ Vis
11 est maxima † pœnitentiæ, quæ & resipiscere nolentes cogat, & vt Hermas *lib. 2 pastoris mandato. seu c. 4.* D. Pauli discipulus dicebat, *pœnitentiæ sensus est magnus, & magna sapientia: quoniam qui pœnitentiam agit, sensum magnum adipiscitur: sensit enim se peccasse & fecisse nequiter in conspectu domini, & recordatur intellectu, quod deliquit & pœnitentiam agit, & amplius non operatur nequiter, sed bene, & humiliat animam suam, & torquet eam, qui peccauit.* Sic clamat

Digitized by Google

clamat Dauid *Psalm.* 118. cognoscens peccati sui pondus, *Bonum mihi Domine, quia me humiliasti, vt cantem iustificationes tuas.* Nec pudet tunc fateri, quod tacitum vitam admineret. *Dixi*, inquit idem. *confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei*, Psal. 31. Per pœnitentiam apparet malefactum, remissis perturbationibus: ante enim improbus nec secum consentire potest: necesse enim est tum propter naturam rationalem videre malum quodammodo verum, tum propter imaginationem perturbatam, plurimum ignorare secumque dissidere, vt ait Proclus *in commentar. in Alcibiadem primum Platonis.* Quare Aristoteles *lib. 7. Ethico. c. 7.* intemperantem necessario non pœnitere, proinde esse incurabilem. *Quia*, inquit, *qui non pœnitet, incurabilis est.* Cyrillus *Hierosolymit. catech. 1. illumi.* *Confitere*, inquit, *quæ perpetrasti, siue opere, siue verbo, siue nocte, siue interdiu.* Scribitur & in Thalmut Iudæorum, *in codice Sabat, ca. vanũ ad litibim. Si quis neglecta confessione mortem obierit, is iugiter culpæ subest obnoxius.* Et ideo cautum inter præcepta Iudæorũ affirmatiua *In Mizor Gnasce præcepto 16*, זיחודיאת התאחם חתוטא ישוכ אשוע זובי סטאו לאבי תשמיחודים שכאיש אן אשם ועשי טכל חאטח תארבונוז i. *de peccato peccãs conuertetur ad Dominũ & cõfitebitur: quia scriptum est Num. c. 5. vsr aut mulier. quæ fecerint peccatũ de omnibus peccatis hominũ, &c.* & cõfitebuntur peccata quæ fecerunt. Sunt autem quatuor, quæ veram confessionem impediunt, quæ cauenda sunt: pudor, qui sæpe os loquentium obstruit, ne peccata vni declarentur, cum tamen non erubuerint omnibus intendo: timor dehinc pœnæ, ne grauis imponatur: tertio, nimia spes, quarto desperatio. Et proinde oportet eum ad quem exomologesin delinquens defert, sagacem, prouidum, & discretum esse, non nimium acerbum, nec vltra modum remissum. Et in primis ad exemplum optimi medici, & domini nostri Iesu Christi confitentes excipere debet, *cap. pœnitentiæ*, 26. *quæst. 7.* Memor quod D. Dionysius Areopagita grauiter obiurgauerit Demophilum, quod pœnitentem ad se confugientem, vt peccatorum indignum venia reiecisset, *Dionysius Areopag. ad Demophil.* Etenim non poterit esse inefficax pœnitentia tandem resipiscentibus vere, etsi in dilatione culpa sit, & dubium, *vsus. si quis positus, de pœnitent. distinct. 3.* Neque vnquam Deus spernit pœnitentiam etiam summorum malorum, quantumuis modicam vel exiguo tempore factam, *ca. talis, § accedat, de pœn. dist. 3.* etiam relapsorum & iteratam, *c. quãuis, § hac auctoritate. & c. septies. de pœn. dist. 3. c. in tantum, § sine. eod.* Nemo in summa desperandus est, quamdiu hoc in corpore constitutus est. *c. nemo desperandus, de pœn. dist. 7.* Quia in vltimo etiam momento vitæ potest esse vtilis ad salutem, vt ex latronis exẽplo liquet, *ca. si presbyter, & c. seq. 26. q. 6. can. qui recedunt. cum 3. seq & c. eod.* Ideo in extremis vitæ diebus vel momentis nemini deneganda est, *can. si quis de corpore, 26. q. 6.* Et ne homines desperent, aliquando mitiganda est, *c. de hu. & c. alligant. 26. q. 7.* Nec seuerior minister Deo ipso, qui potestatem concessit, esse debet. Deus autem omnes ad pœnitentiam exspectat, *can. diaconi sunt, 93. dist.* & semper spatium pœnitendi dedit, antequam vltionem suam exercuerit, vt Adamo, *Genes. 3.* & ante diluuium mundo 120. annorum, *Genes. 6.* Niniuitis 40. dierum, *Ionæ c. 3.* Nabuchodonosori 7. annorum, *Daniel. 4. can. Nabuchodonosor, 33. q. 4. Temporis angustia*, inquit D. Chrysostomus, *misericordia Dei nõ impeditur. Quomodo*, inquit, *& qualiter vlceribus plenus sum, vulneribus refertus, mille criminũ obnoxius, nõ possum in nouissimo die pœnitere? Potes & valde potes charissime, in exitu tuo cogita Deum, in testamento relinque pauperibus, tu illuc vadis, & opera tua manent, D. Chrysost. hom. 2. in Psal. 50.* Hic in hoc mundo pœnitentiæ & confessionis peccatorum ad salutem locus: excedentibus autem hunc confessio peccatorum quidem, *Sapient. 5.* sed nõ ad salutem, vt ait Clemens Alexandrinus *lib. 2. strom.* Non est itaque tempus quod indultum à Deo peccatoribus expiandis, per denegationem frustrandum. In hoc errarunt Nouatiani hæretici, qui dum sibi nimium iusti videbantur, pœnitentiam & absolutionem quibusdam denegabant peccatis, quos refellit D. Ambrosius fusissime *lib. 1. de pœn. c. 1. 2. & 3. & 7. 8.* 13

§. Sed † & hic obseruandum sacerdotes, qui exomologeses audiunt, & qui imponunt pœnitentiam, secretos & fideles confitentibus esse debere, non alia ratione, quàm patres filiis. Et proinde summopere caueant, ne prodant commissa, non propinquis. non extraneis, non pro aliquo scandalo: scituri quod si non fecerint, deponendi sint, & omnibus diebus vitæ suæ peregrinari debeant, *in ca. sacerdos, de pœniten. dist. c.* secundum ius antiquum: vel vt nunc statutum, deponendi à sacerdotali officio, & intra arctum monasterium concludendi, ad agendam perpetuam pœnitentiam, *cap. omnis vtriusque, § fin. de pœnit. & remiss.* Ne etiam censuris ecclesiasticis latis inscientes & non declarantes teneantur reuelare, *cap. si sacerdos, de offi. ordina. c. significasti, de adult.* idq; duplici ratione: primum, quia proditorie secreto sibi commissa detegerent: vt ait Horatius,

Fingere qui non facta potest, commissa tacere
Qui nequit, hic niger est: hunc tu, Romane, caueto.

Et secretum celari debet, *cano. de forma, 22. q. 5.* Secundo, quia sciant confessa non tanquam homines, sed tanquam Deus: tertio, quia secreto accipiens & denuntians, non posset probare presbyter, ideo detegere non debet, *can. placuit. 6. q. 2. c. si peccauerit 2. q. 1.* nec sciens dici potest, *c. presbyter 16. q. 5.* ¶ Satisfactio 14
porro † pœnitentium duplex, vna est propitiatoria, & reconciliatoria, quia & culpa deletur, & pœna aufertur æterna: hæc sola, est Deus, qui seipsum pro nobis dedit, vt nos ab omni iniustitia liberaret, factus reconciliatio pro peccatis nostris & totius mundi, *D. Paul. ad Titum cap. 2.* Vnde nobis de peccato victoria contingit, *D. Ioan. epi. 1. cap. 2. & 1. ad Corint. 15.* Alia est satisfactio canonica, seu disciplinaris, quæ ab administratoribus animarũ, & qui Christi nomine sacramenta eius administrant, imponitur, quæ debet in obedientia à Christianis impleri: quia euellit infirmitates, quæ post peccatum in carne sunt, vt virtute sanguinis, & merito passionis Christi, minuat pœnam temporalem peccatis nostris debitam, vtque satisfaciendo matri ecclesiæ publicis criminibus læsæ, petamus pœnam à Deo remitti. Hanc satisfactionem canonicam, pœnitentiam dicere solemus, quæ Dei licentia imponitur, & auctoritate, delegatione, retentione, vel solutione peccatorum, *D. Matthæi c. 16. & D. Ioan. c. 20.* Fitque satisfactio hæc vt plerunque per contraria, quibus admissum est peccatum: vt *sicut exhibuimus membra nostra seruire iniquitati per iniquitatem, ita exhibeamus seruire iustitiæ in sanctificationem, D. Paul. ad Roman. 6. aliena rapuisti, restituere incipe propria, D. Matth. capite 3. fornicatus es etiam, à legitima coniunctione aliquantum abstine, &c.* nec sufficit vulnerato spicula de corpore euellere, nisi & remedia applicentur vulneribus. Nec constat semper cum peccati remissione remitti pœnam ex peccato debitam, *vt 2. Reg. c. 12. & 24. & Ex. 32. & Num. 14.* Pœnas tamen has D. Paulus testatur remitti satisfactione *1. ad Corint. 11.* dum ait, *Deo iudicamur, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Plura hac de re vide in libro qui Antididagma dicitur ecclesiæ Colonensis, c. 48.* Satisfactio itaque secundum quantitatem delicti imponi debet, *cap. fraternitas 12. quæstio. 2. can. falsus, de pœn. distin. 5.* peccator autem tunc satisfacit, dum pœnam iudicio ecclesiæ impositam exsequitur factis. *c. facilius, de pœnit. distinct. 3.* Dicitur & satisfactio pœnitentiæ, peccatorum causas excidere, & earum suggestionibus aditum præcludere, & illud, Vade, & amplius noli peccare, *cap. quamuis caute, § hac auctoritate, de pœnit. dist. 3.* Estque satisfactio, aut publica, quæ publice fit pro peccato publico, *ca. canonica 11. q. final.* aut priuata. Ad satisfactionem quoque pertinet, damna, quę quis intulit, resarcire & ablata restituere iuxta proprias facultates, *cã. porro, & can. parochianos, de senten. excommunicat.*

¶ Absolutio, † peracta satisfactione, *clem dudum. de sepul.* & re- 15
conciliatio ecclesiæ fit delinquẽtis, *can. qui egerit, & seq. de pœnit. dist. 17.* Et est forma sacramenti pœnitentiæ hæc, Ego te absoluo à peccatis tuis potestate data, *D. Matthæi c. 16. D. Ioan. Euang. c. 20.* in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: ex determinatione concilij Florentini sub Eugenio 4. Papa. Præmittitur tamen oratio, *misereatur tui. &c.* Sed illa nõ est de substantiali forma. Additur & manus impositio, quæ formula antiquissima est, cuius ministerio spiritus sanctus operatur, *Niceph. Calix. lib. 6. c. 1. dum de lapsis restitutis agit.* Hanc porro facit nõ omnis sacerdos de omnibus peccatis, sed in casibus sibi commissis, nec aliis per canones reseruatis: nam quædam excommunicationes ad forum pœnitentiale pertinent, *c. 1. 20. dist. c. bene, de pœn. & remiss.* quædam ad iudiciale, & ad episcopum, vt iniectio manuum in personas ecclesiasticas, *c. quanto, de consuetud. ca. canonica, de senten. excommunic.* & transgressio statutorum synodalium, & similia, *c. mulieres; de senten. excommunicat.* Sic constituemus in vniuersum regulã, pœnitentem absolui posse ab eo, qui habet potestatem absoluendi. Cetera quæ sunt peccata, quæ reseruantur absolutioni summi pontificis, quæ episcopo, quæ sacerdoti simplici, in vnũ colligit Angelus Clauasius in verbo Excommunicatio *5. 6. 7.* vbi fuse videbis, si egeas. Liber eius enim facile occuret, vt non opus sit, quæ dixit, huc transcribere. Deus porro peccatori conuertenti ad se indulgentiam præbet *§. hoc idem, de pœn. dist. 1.* per pœnitentiam maxime, *c. si quis omnem, 1. q. 7.* Et quia bonus est Dominus, & viscera non claudit pœnitenti, *d. cap. si quis omnem.* & per se, & per eos quibus commisit in terris potestatem, plenius indulget aliquando, vt & clementia principis, qui in hoc seculo imperat, pœnam & præcedentem culpam abolet, remittit, & indulget, *tot. tit. de abolition. & de genet. abolitio. & notant alibi latius inter.* ¶ De indulgentiis † itaque pauca agamus, quæ solet 16
extraordinarie concedi, prout indulgentia remissionem pœnæ notat, *vt in c. fin. 2. q. 3.* & gratiæ concessionem, *c. fin. vt lit. pendent: c. dudum de preuil.* omissis aliis indulgẽtiæ significationibus, *quas tradit gloss. in c. indulgentia, de pœnitent. & remiss. in 6.*

De Indulgentiis. Cap. 9.

1 *Indulgentia quid.*
2 *Vnde indulgentia & pro quibus causis.*
3 *De Iubileo Iudaico & Christiano.*
4 *Materia & res, ob quas concedantur indulgentiæ.*
5 *De forma earum.*
6 *Quis concedere possit indulgentias & quibus concedantur.*

COncedit † aliquando qui habet solus potestatem à maiori- 1
bus delictis absoluendi eandem, aliis non habentibus, &

Digitized by Google

pœnitentias moderatur, ecclesiastica quadam liberalitate vtens, vnde indulgentiæ dictæ sunt. S.cuti in persona Domini nostri Iesu Christi Esaias 41.dicit, *Spiritus domini super me, eo quod vnxerit me, ad annuntiandum mansuetis misit me, vt medeer contritos corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, clausis apertionem, D. Luc.* 4. Aperit ecclesia tunc thesaurum illius admirandæ passionis dominicæ certis personis, & ob certas causas, *cap. quod autem, de pœn. & remiss. apud Gregor. c. excommunicamus. §. hæretici. extr. de hæret. cap. ad liberandam terram sanctam de Indaia*, item & ob merita piorum hominum, quæ vocant opera supererogationis theologi. Et Episcopi etiam indulgentias ad annum vsq; in dedicatione ecclesiarum, & in anniuersario eius 40. dies licite dant, non tamen vltra, *c. cum ex eo, de pœnit. & remiß.* Donant autem prælati delinquentibus peccata in persona Christi: sicut & D. Paulus, dum ait 2. *ad Cor. 2. Cui autem aliquid donasti, & ego: Nã & ego quod donaui si quid propter vos donaui, in persona Christi donaui.*

2 ¶ Sufficiẽter † certe pro infinitis peccatis & totius mũdi, & plurũ mundorũ, si plures essent, passus est dominus noster Iesus Christus, & omnes vult saluos fieri: veruntamen, nec Turcæ, nec idolatræ, neque omnes Christiani ex electorum numero erunt, quia efficax illis passio & redemtio nõ est, ratione illorũ. Et proinde administri mysteriorum eius, largius ex illa sufficientia quã doq; redemtionis conferunt, vt vocent ad pœnitentiam & ad vitam lapsos: quia illis potestas data per verba, *Accipite spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & erunt soluta in cœlis: quorum retinueritis in terris, retenta erunt in cœlis, D. Ioan.* 20. Neque dantur aut dari non debent indulgentiæ, nisi is qui dat, habeat auctoritatem, & de hinc caussa sit pia, quæ moueat ad dãdum, quæ honorem comprehendat Dei, vel vtilitatem proximi: qualia sunt, orationes, peregrinationes, constructiones, vel reparationes basilicarum, ecclesiarum pontium, itinerum, & huiusmodi. Tertio, exigitur charitas eius, qui vult indulgentiarum fieri particeps. Postremo, vt exsequatur præscripta indulgentiarum per se, vel per alium, secundum ea, quæ indulgentiarum diplomatibus continentur, pœniteat, & confiteatur, & satisfaciat ex lege. Nam per iniunctam pœnitentiam & per opus faciendum translatio fit maioris pœnæ debitæ, & remissio durioris. Et miror quosdam pertinaciter indulgentiis obsistere: cum tamen nec qusint, nec possint etiam negare potestatem absoluendi & ligandi datam fuisse à Deo hominibus: sciantque pœnitentiam pro eluendis maculis & placando Deo etiam tempore Apostolorum fuisse, vt D. Petrus dixit ad Simonem Magum: *Non est cor tuum rectum coram domino. pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum. si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui, &c. Actorum* 8. Sunt & textus alij similes. Nihil aliud autem sunt indulgentiarum concessiones, quam pœnitentiæ moderationes cum remissione peccatorum, auctoritate plenioti sine retentione, vel cum aliquorum tantum retentione, certo tempore &

3 certis de caussis facta. ¶ Præcessit † vmbra Iubilei à Deo concessi, quinquagesimo quoque tantum anno, quo fiebat remissio & alleuatio debiti, & quisque redibat in pristinam possessionem suam, *Leuit. 25. Num. c. fin.* Ad cuius Iubilei exemplum, Gregorius Magnus centesimo quoque anno Iubileum & remissionem delictorum plenam concedi Romæ voluit visitantibus basilicam DD. Petri & Pauli, adhibitis pœnitendi modis & satisfaciẽdi: quod firmauit Bonifacius 8. *in extrauag. prima autem, de pœni. & remiss. in extrau. communib.* Postea Clemens sextus Iubileum hunc ad 50. annos secundum legem Dei reduxit, *c. 2. de pœn. in extrauagant. communib.* Atque subinde Paulus Papa 2. & Sixtus 4. singulis 25. annis renouari voluerunt, *Extrau. quemadmodum de pœni. & remi.* Sic ex lege diuina applicatur abundantius per sacerdotes Dei, meritum passionis Domini, quod illis dispensandum datum: sic enim inquit D. Paulus, 1. *ad Cor. c. 4 Vide Luc. c. 12. fidelis seruus & prudens, &c. c. quanto, de transl. episco. can. quodcunque* 24. q. 1. *nos existimet homo, vt ministros & dispensatores mysteriorum Dei.* Quis autem negabit impius, meritum passionis Dei effieax esse, si applicetur peccatoribus debite, & ad delenda omnia crimina esse sufficientem vel sanguinis Domini enam guttulam, pro totius mundi peccatis, *c. damnamus, in fin. de sum. trinit. c. cum martha. de celebr. missar.* Ex caussa quoque renouantur, ante illud ipsum tempus Iubilei, indictæ solemnes, & generales indulgentiæ: veluti quando plures cruce signati fuerunt, *c. & si dominus. §. nos qui Deo, de pœni. & remiss. in extrau. commun.* qui se deuouerent Deo, ad expugnandam Agarenorum perfidiam. ¶ Ma-

4 teria, † ex qua indulgentiæ oriuntur, sunt caussæ, propter quas

5 conceduntur: veluti redemtio captiuorum, eleemosynæ, ædificationes, bellorum vis, ira Dei placanda, & similia Forma † datur in diplomatibus indulgentiarum, quæ & in concilio generali certos nacta est terminos, ad vitandas impostoras eorum, qui ex falsis indulgentiis compilabant astute, & prætextu religionis bona populi, *in c. cum ex eo, de pœnit. extra. fin. eo. tit. in communib.* Ad curam senatus hoc pertinet, dispicere, ne nisi diplomatibus visis, iisque excussis, sinant huiusmodi quæstores eleemosynarios cum indulgentiis suis fictitiis vagari, & pecunias corrogare. Personæ eorum, qui concedunt, & quibus vtiles sunt indulgentiæ, idoneæ esse debent. Nam solus summus Pontif. plenas concedit, ob plenitudinem potestatis sibi concessam: alij, non nisi limitatas, *cap. cum ex eo, §. fin. de pœniten. & remiss. c. quodcunque* 24. q. 1. Legati quoque suæ legationis fines excedere nequeunt, *c. fin. de off. leg. & ibi glos.* Episcopi, qui dant, saltem esse debent: reliquis prælatis, etiam abbatibus, citra speciale priuilegium, non licet. *glo. in c. nostro, de pœn. & remiss. c. accedentibus, de excess prælat.* Sed nec prælati etiam indulgentias concedere possunt alijs, quã sibi subditis: nisi de aliorum prælatorum consensu, *ca quod autem, cap. 4. c. nostro, cap. 15. de pœn. & remiss.* Porro persona, quæ consequitur indulgentias, idonea esse debet: primum, vt Christianus ex membris ecclesiæ sit, *cap. nihil sic debet* 11. q. 3. *ca. si quis à catholica* 23. q. 4. secundo sit contritus & confessus, vt pœniteat & confiteatur, *c. 1. §. nos de omnipotentis, de pœnitẽ. & remiß. 10. in extrauag. commun.* 3. credat: 4. sit subditus, vt diximus, eius qui concedit: 5. impleat ea, quæ indulgentiæ mandant impleri, vel per se, vel per alium, si res patitur. Considerantur & maxime quæstores, qui pecunias ex indulgentiis co..ctas exigunt. Nam & illi fidei esse debent probatæ, & vitæ spectatę, non auari, lucrove intenti, vel falsis diplomatibus vtentes, & secundum indulgentiarum decretum & propositum expendentes, *cap. cum ex eo, de pœnitẽn. & remißio. ap. Greg. in c. abusionibus, eod. titul, apud Clemen. vbi per totum, ca. lege de quæstoribus. abusiones que eorum, & pœnis, & iudicibus.* Inde enim grauissimæ tragœdiæ paucos ante annos excitatæ sunt, vnde & solicite curandum de illis est. S.cuti & D. Paulus admonet Corinthios, 1. *ad Cor. cap. 16.* & modum præscribit, *De collectis*, inquit, *quæ fiunt in sanctos sicut ordinaui in ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite per vnum sabbati: vnusquisque autem vestrum apud se reponat, reponens quod ei bene placuerit, vt non cum venerim, tunc collecta fiant. Cum autem præsens fuero, quos probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Hierusalem. Quod si digna fuerint vt ego eam, mecum ibunt.* Sed hæc hactenus de indulgentiis, plura collata videbis per glossam in extrauaganti. antiquorum, in verbo, confitebuntur, de pœnitentiis, in communibus.

De Matrimonio. Cap.10.

1 *Remißiue de eo ibi.*

S*Acramentum* † *coniunctionis matrimonij magnum est in Christo,* 1
& in ecclesia, inquit Diuus Paulus *ad Eph.* 5. Habet materiam, consensum, formam, verba de præsenti Ego te in vxorem, ego te in virum accipio, *c. sua nos, de sponsalib.* Quamuis sine verbis, signis consensum exprimentibus, contrahi posse non dubitetur, *notatur in cap. fraternitati, de sponsal Angel. Clauasius in summa, in verbo, matrimonium, 2. numer. 4. facit cap. cum apud, de sponsalib.* Personæ quæ contrahunt idoneæ esse debent, & cum auctoritate ecclesiæ: ne sit clandestina desponsatio. Considerantur caussę quoque institutionis matrimonij, de quibus omnibus suo loco dicimus, dum de differentia personarum ratione coniunctionis tractatur, vbi de sponsis & sponsalibus, de nuptiis, de diuortio, & aliis, quæ ad matrimonium pertinent, copiose diximus, idque lib. 9.

De Ordine. Cap.11.

1 *Remißiue de eo ibi.*

DE Ordinibus † fusissime etiam diximus suo loco, libro 16. 1
dum tractauimus de personis ecclesiasticis: & proinde eo reijciemus lectorem.

De Sacramentis Lipsanis. Cap.12.

De reliquiis & veneratione sanctorum, lib. 3. Decretal. tit. 45. Lib. 3. Sexti. tit. 22. Lib. 3. Clementi. tit. 20. Lib. 3 Extraua. comm. tit.

1 *De sanctitate & abusu reliquiarum.*
2 *Impostura quædam gentilium sacerdotum, & impiorum Christianorum circa reliquias & imagines.*
3 *Notio de falsis reliquiis muneris Episcopi est: & si pœna capitalis imponenda, tempus alis.*
4 *Notio de controuersia possessionis reliquiarum, laici iudicis Regij.*
5 *Miracula & per res inanimas fieri, Deo auctore, posse: & inibi plura relata.*
6 *De pœnis impostorum reliquiarum.*

TEmplum Dei sanctum, † sunt pij & sancti homines, in qui- 1
bus inhabitat Sanctus Spiritus, 1. *Corinth. 3. sic etiam Tertull. lib. 5. aduers. Marcio.* Et proinde sanctorum, & piorum & hominum corpora aliquo honore digna sunt, cum alijs rationibus, tum maxime ob Dei spiritum, qui habitauit & fuit in eis. Voluitque Leo Imperator eas non in locis voluptatum, & nisi in religiosis

Digitized by Google

ligiosis templis reponi, *in l. decernimus, 26. de episcop. & cleri. & lib. 1. eclog. titul. περὶ ἀξιωμ., capit. 5.* Ideo caute in venerandis reliquiis nec temere agendum. Sed prius oportet perscrutari auctoritate apostolica, per testes idoneos, omnique exceptione maiores, de vita eius, cuius reliquiæ venerandæ sunt, & num sancte conuersatus, num bonus: & ita approbandus prius, *c. venerabili, de testibus.* Neque sola miracula, quæ dicuntur fieri, inibi sufficiunt ad comprobandam, vel admittendam publicam venerationem: nisi & quæ diximus accedant, *ca. 1. & 2. de reliq. & vener. sanctor.* Sed de his pauca latius agamus. Licet certe de reliquiis dicere, quod Plinius de magicis dixit herbis: hanc esse omni in re humanorum animorum conditionem, vt à necessariis orsa primum, cuncta peruenerint ad nimium, *Plin. lib. 26. cap. 4.* Neque tam sanctum & approbatum quicquam, quin humana aliquando non violet audacia. Dignæ magna veneratione sunt reliquiæ, dummodo extra ecclesiasticos cancellos nihil fiat: atque harum vtilitas & effectus, incredulos quosq;, si recte sine animi perturbatione velint iudicare, coget ecclesiæ catholicæ in hoc subscribere. Si enim sudaria & semicinctia D. Pauli à corpore etiã eius separata, in Dei nomine vim morbos *Actorum 19.* sanandi habebant, vt & sola vmbra corporis D. Petri, *Act. 5.* nonne multo magis corpora ipsa, vt scribit Cyrillus Hierosolymitanus *catech. 18. illuminato.* Et Theodoretus *lib. 8. de curat. græcar. affectio. Anima*, inquit, *martyrum triumphatorum, in cælesti nunc patria vitam agunt, Angelorum choris intersita: corpora autem non singula singulis monumentis conduntur, sed ciuitates, oppida, paganique conuentus, hæc inter se sortito partiti sunt, laborantibusque animis, ac ægrotis corporibus salutares eos confiteri non cessant: nihilque serius vrbium custodes, ac locorum præsides venerantur, quorum precibus ac interuentu apud Deum vtentes, per eos demum diuina munera consequuntur. Sectis itaque eorum corporibus, integra tamen vis & gratia perseuerat, tenuesque ac tamilla reliquiæ, toti pare habent, multasque in partes martyre dissecto, virtutem, &c.* Elias in nomine Dei, viuus mortuũ viduæ Sareptanæ suscitauit, 3. *Reg.* 17. Elisæus eadẽ virtute, mortuus mortuũ, 4. *Reg.* 13. Diuisit & Iordané palliũ Eliæ, 4. *Reg.* 2. De reliquiarum honore multa D. Hieronymus *aduers. Vigilan.* Asterius Amaseæ *in Ecphrasi in Euphemiam martyrem.* D. Augustin. plurib. in locis: *li. 6. & 9. cõfess. poriß. c. 7. & lib. 22. de ciuita. c. octauo.* Et copiose D. Ambrosius *sermo. 9.* Prudentius *de passio. Hippol.* Mira de corpore Babylæ martyris à Numeriano Cæsare occisi D. Chrysostomus *in Babyla.* de aliis Rufinus *lib. 1. cap. 35.* Socrates *lib. 1. ca. 18.* Sozomenus *lib. 3. cap. 18.* Theodoretus *lib. 3. cap. 10. & 11.* Metaphrastes *in vita Babylæ.* Admonet Dauid *Psalm. 36.* in hoc seculo etiam iustorum reliquias honorandas: *custodi*, inquit, *innocentiam, vide æquitatem, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico: iniusti autem dispergentur simul & reliquiæ impiorum interibunt.* Nec putanda sunt corpora hominum piorum, qui spem resurgendi habent, vt cadauera ferarum, seu aliorum animalium, quæ corrupta in propriam nunquam reditura sunt naturam. Dormire tantum dicuntur, qui in puluerem redierunt, suscitandi aliquando. *Et pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius*, Psal. 115. Et pretiosæ reliquiæ sanctorum, *Basilius Magn. in Psalm. 115. & in Barnabam Mart. D. Chrysost. de natiuit. septem Machabæorum, hom. 7. & hom. 28. de ascens. Domini. & sermo. 35. de virtu. & vitiis, & libro contra gentiles.* Alphonsus rex Hispaniarum cum Massiliam vi cepisset, inde Aloisi corpus exportauit, & veluti clarissimæ victoriæ solam mercedem Valentiam transportauit, ibique cum summa reuerentia & veneratione collocauit, vt refert Antonius Panormitan. *lib. 2 de dict. & fact. Alpho. ca. 4. & 5.* Sicut & Tholosam, præclarissima religionis pignora, sex Apostolorum corpora, aliorumque plurium martyrum reliquias Carolus Magnus Imperator, velut insignes manubias transtulit, vbi adhuc conseruantur. Quocirca & piaculum magnum est, & maxime reipub. interest, falsas pro veris subiici reliquias. Qui dicit sanctum non sanctum, & non sanctum sanctum, abominabilis est apud Deum, *c. si quis dixerit, & can. si quis hominem, 11. q. 3.* Et, Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum. *Isaiæ c. 5.* Earumque omnis abusus extrudendus, & nundinatio, tum ipsarum reliquiarum, *c. 2. de reliq. & venera. sanctor. l. 3. de sacros. eccl. C.* tum etiam gratiæ inde prouenientis, *can. qui studet. 1. q. 1. c. 2. de relig. & veneræt. sanct.* Tantum enim potest auaritiæ cupiditas, vt prætextu religionis aliquando populo imposuerit, & ex abusu bonorum, bona quoq; odio fuerint: veluti ille serpens æneus à Mose in deserto elevatus, sanabat eos, qui morsu serpentum icti laborabant, *Nume. 21. D. Ioan. Euang. cap. 3.* Postea tamen dum illo abuteretur populus, exitus ab Ezechia, 4. *Regum* 18. quia ipse nihil aliud quam figura erat venturi Domini.

2 ¶ Solebant † idololatrarum gentilium sacerdotes, sæpe suis technis populo imponere, quales illæ, quæ à Christianis in Alexandria detectæ sunt. Cum enim euerterent templum Serapidis, omnia simulacra inuenta sunt caua, siue lignea, siue ærea, ita elaborata, vt caua pars & terga, templorum parietibus adaptarentur, occultis quibusdam meatibus in muro relictis: per quos deinde per alia quædam arcana adyta, in simulacrorum cauum subibant, & inde quæ visa eis fuissent, responsa dabant, *Niceph. Calist. lib. 12. Histor. c. 26.* Detexit & Daniel absconditum introitum, quem fecerant sacerdotes Bel sub mensa templi, super quã proponi faciebant à rege singulis diebus escas & vinum, dicentes Belem ea vorare: cum ipsi tamen per occultum ingressum noctu in templum irrumpentes, raperent, *Daniel. c. 14.* Fuerunt & impostores, qui ab imaginibus seu simulacris ligneis vel æreis, quibusdam artibus, vel lacrymas, vel sudorem, vel aliud quippiã admirandum excuterent: & ita rudi populo imponerent.

¶ Quare † hæc notio erit iudicis spiritualis & episcopalis, ne 3
hoc impune fiat, *c. si clericus, ca. 5. de for. competit. 2. Decr. lib. 2.* potissimum si quædam ecclesiasticæ personæ attentauerint tantum scelus. Nam iudex illorum, proprius episcopus est, *c. si diligenti, cum 2. seq. de for. compe. ap. Grego. cap fin. eod. in 6. l. statuimus, de episco. & cler. C.* Et episcopi est, decernere de reliquiarum veritate, & de miraculis earum, *d. c. 1. & 2. de reliq. & vener. sanctor.* vt de superstitione, & de libris eius exstirpandis, *l. Mathematicos, de episc. audient. lib. 1. C. tit. 7.* Atque nominatim curam reliquiarum, & potestatem transferendi eas, & locationem, ad eos pertinere statutum à Leone Cæsare, *l. decernimus, 26 C. de epis. & cler.* Si tamen circa has impostoras scelus, quod sanguine expiandum, & vltimo supplicio sit, concurrat, aut quod etiam pœnam habeat à lege ciuili constitutam, nihil prohibet, quo minus & curiæ seculari non deferatur iudicium: vt in aliis placuit criminibus, *Panormita. in c. cum sit generale, de for. compet.*

¶ Vt † si etiam de possessorio reliquiarũ agatur inter eccle- 4
sias, vel pagos, tunc & notio sit secularis regij iudicis, vt placuit Senatui Parisiensi, *vide Papum, lib. 1. Rapsod. arestor. tit. 1. are. 1. & 2.* vt cum controuersia oritur, vel inter possidentes & repetentes, vel etiam inter plures, qui se veras reliquias contendunt pariter habere. Quemadmodum apud Dionem Cassium scriptum est *libro 35.* inter duas vrbes Cappadociæ non procul inter se distantes, controuersiam ortam, cum vtraque diceret se habere gladium Iphigeniæ & indecisam perseueralse: cum vtraque gladium ostenderet. Eiusmodi & inter Athenienses & Romanos controuersia de Palladio, quod sacrum dicebant imperij pignus: nam translatum Romam, & à Vestalibus obseruari Romani existimabant, furtim ex Athenis sublatum: Athenienses negabant, & se adhuc post Graiorum discessum habere putabant, *Dionys. Halicar lib. 1. antiquit.* Difficile tamen est iudicium in controuersiis iis. Verendum enim est, ne si liquido non constet, quæ veræ sint reliquiæ, pro falsis veras improbes: vel ne vtrisque veris, impie de aliquibus iudices. Et proinde tunc vbi ambiguæ vtrinque promuntur probationes, consultius fit, si intacta res relinquatur, per iudicium non liquere. Stricta namque ratio, nonnunquam in ambiguis religionis quæstionibus omitti solet: cum summa sit ratio, quæ pro religione facit, *l. sunt personæ, 43. de relig. & sumt. funer. lib. 11. P. tit. 9.* Nec ausus est Angelus Michael disputans cum Satana de corpore Mosis, illi inferre iudicium blasphemiæ, sed ad Deum reiecit, dicens, *imperet tibi Deus, Iude c. 1.* ¶ Neque † statim falsa putãda sunt miracula, quæ 5
ex vtraq; parte fiunt, vel arte vel impostura dæmonum fieri iudicandum: si nobis impossibilia natura videantur, etsi in statuis & aliis inanimatis appareant. Deus enim non tantum per organa hominum viuentia, gloriam suam & potestatem explicat, sed & per alia instrumenta, & certis locis tãtum à se delectis. Sic & ille apud D. Lucam monuit, lapides clamaturos si pueri tacerent, *Lucæ 19.* & iussit in exprobrationem Balaami, asinam loqui, *Nume. 22.* Scribit & Nicephorus ex Procopio, Chosroem Persarum Imperatorem, Edessa ciuitate hostem cum exercitu propulisse virtute imaginis faciei Domini nostri Iesu Christi, quam conseruatam publice inuenit, receptam per Angarum topoarcham antea Edessæ. Consentiunt & antiqui historiæ auctores, *Nicephor. Calix. li. 5. hist. c. 15. & 16. & li. 10. c. 30. Euseb. Pamph. li. 7. hist. eccles. c. 14. Sozom. lib. 6. hist. tripart. c. 41. & 42.* in Cæsarea Philippi vrbe, quæ aliter Paneadis dicta, æream vnam fuisse Domini nostri Iesu Christi imaginẽ fabricatam, ab ea quę curata fuerat à fluxu sanguinis per tactũ fimbriarũ vestimentorũ Christi: iuxta quã herba adnascẽs, infirmitati simili medebatur, postquam statuæ æreæ fimbrias nascendo tetigisset. Accidũt & quædã in statuis & imaginibus sæpe prodigia, quæ vel scelerum sunt detestationes. vel signa: quale illud miraculum, quod in ciuitate Beritho contigit, cum Iudæi imaginem Domini nostri Iesu Christi compertam, velut in eius contumeliam pupugissent, & flagellassent: cuiusq; latus cum pupugissent, tanta copia sanguinis & aquæ promanauit, vt in omnes orbis regiones, quãtitas aliqua missa fuerit: Iudæis tanto miraculo consternatis ad fidem venientibus, vt auctor est Athanasius grauissimus & fidelissimus, *lib. exhortationis ad monachos, tract. de passio. imaginis per septem capita.* Scribit & Nicephorus Calix. *libro 18. c. 14.* Anatolium quendam Antiochiæ diis falsis sacrificantem, à Tyberio Imperatore Constantinopolim deductum, eumque, vt iudicium de eo fieret, in custodiam missum in captiuorum locum, manibus post terga reuinctis: vbi tum esset virginis matris magnæ Mariæ statua quædam, & ad eam quasi supplicaturus se conuertisset, statua eum velut infandum & execrandum impurumve detestans, simul & criminis tanti arguens, tota se ab eo auertit. Est imago etiam quædam circa chori seu exedrarum ambitum, in ecclesia sancti Saturnini Tholosæ lapidea, quæ se inclinauit spõte, antea recta, quo tem-

Digitized by Google

pore ex pluribus lusoribus vnus eo transeuntibus, blasphemias atroces in Deum conceret, dolore amissæ pecuniæ nocte præterita commotus: quamobrem is crimine detecto ea inclinatione, laqueo suspensus præ foribus templi fuit, vt adhuc monumentum scriptura exaratum iuxta imaginem testatur. Sic ego noui, cum adhuc iuuenis essem, viros probos, qui se id vidisse affirmabant. Strabo quoque *lib.6.Geograph.* narrat, in templo Veneris in Ilio cum Cassandra à Græcis violaretur, Palladium sese auertisse, oculos atque ora aperuisse: *Palladium* autem erat imago lignea Palladis. Imo Ethnicis vix quicquam insigniter horrendum contigit, quin statuæ signum aliquod exhiberent, vt sæpe accidisse annotat Iulius Obsequens *lib.de Prodigiis*, veluti cum Ligures prælio victi deletive fuerunt L. Æmylio Paulo, & Gn. Bebio Pamphilo Coss. hastæ Martis motæ fuerunt, & Lanuuij simulacrum Iunonis sospitæ, lacrymauit. Item Caio Mario, & Lucio Valerio Coss. quo tempore fugitiui in Sicilia trucidati sunt, quadrigæ auratæ à pedibus sudarunt. Et Lucio Marcio, & Sexto Iulio Coss. cum à Sita per ludos Romani trucidati, magnaque strages in vrbe secuta, in arce Spoletana Apollinis simulacrum sudauit. Plura his similia transeo, sed mirabilius illud, quod ea ipsa hora qua Mauritius Imperator interfectus est Romæ Phocæ factione, res omnis vt gesta erat Alexandriæ innotuerit, statuis, decidentibus & clara voce dicentibus, quid ea ipsa hora Mauritio contigisset, *Niceph.Calix lib.18.c.41. Paul.Diacon.* Et quod legimus Dagonem idolum Philistinorum, ante arcam Dei corruisse conscissis pedibus & manibus & capite, *1.Regum 5.* Hæc certe admiratione digna sunt, & potestatis Dei summa argumenta, sine qua nec dæmones hiscere audent, vel quicquam innouare queunt, & cuius iussu tantum, iræ Dei etiã inter pagano-
6 nos, signa exhibuerunt. ¶ Et † proinde animaduerti seuerissime cõsulo in istos impostores, qui & miracula simulãt, & lipsana falsa supponunt: sunt enim falsarij, cum in falsis auctorandis lipsanis, põtificis vsurpant ius, *c.1. de reliq. & vener. sanct.* Et itẽ sacrilegi, iisdemque quibus illi pœnis puniendi. Occidit gladio Nabuchodonosor sacerdotes Belis, qui fingebant Belem deuorare apposita, *Dan.14.* Nadab. & Abiu, sacerdotes domini à Deo necati, quòd in eius ministerio ignem alienum suppositum fuissent, *Leuit c.10.* Vsus autem reliquiarum qualis sit, nemo non videt & ita ad suffragia promerenda venerandas, & ad ecclesiarũ sanctificationem pertinere: vt neque altaria, nec ecclesiæ consecrari debeant sine reliquiis martyrum, *ca. de fabrica, & c.placuit vt altaria, de consec.dist.1.* Inibi tamen sacrosanctum Domini nostri Iesu Christi corpus sufficit, *gloss.in d.ca.placuit.*

De Cœmiteriis, & sepulcrorum iure. Cap.13.

1 *Cœmiterij nominis ratio.*
2 *Quare consecrantur apud nos cœmiteria: item & quod dæmones ad cadauera concurrant.*
3 *Cœmiterij finitio, quod religiosum locus est.*
4 *De locis vbi condi solebant antiquitus corpora.*
5 *Qui fit, vt propria aliquorum sint in Ecclesijs & Cœmiteriis sepulcra.*
6 *Libera sepultura electio: alioquin ibi sepeliendus, vbi quis suscepit sacramenta.*
7 *Electus locus sepulturæ à moriente, alijs quam eligenti non potest concedi nisi necessitatis caussa.*
8 *Monachi sepulturam non eligunt: item de alijs qui non eligunt.*
9 *Qua Ecclesia habent ius sepeliendi.*
10 *Quibus denegatur sacra sepultura.*
11 *Prohibitus sepeliri de facto sepultis in consecrato loco, pollutus locus debet iis exhumatis reconciliari.*
12 *Aliquando prohibitum laicos in Ecclesia sepeliri.*

1 QVia † futuræ resurrectionis spes in nobis firma & vera est, animam immortalem esse, corpusque suum aliquando repetituram. Ideo & de sepeliendis corporibus honeste, sancte, & religiose cura omni ætate & fere inter omnes nationes fuit: quanquam veri Dei cultus apud omnes non esset, quod pluribus docuimus lib.2. præludiorum optimi Iurisconsulti cap.43. & 44. Idcirco & loca vbi conduntur corpora, dicta sunt cœmiteria, id est, dormitoria: id enim κοιμητήριον, ἀπὸ τοῦ κοιμᾶσθαι, dormire facio significat. Sic Dosiadas apud Athenæum *libr. 4. dipnos.* τὸ συνοικητήριον apud Cretam dicit duos habere οἴκους, quorum vnum vocatur ἀνδρῶνα, alterum in quem dormitum mittunt hospites, κοιμητήριον. Vocauit & mortem dormitionem dominus, *D.Ioan. Euang.cap. 11.* λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, ἀλλὰ πορεύομαι ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν. Et postea vt explicet, ait, λάζαρος ἀπέθανε, id est, *Lazarus amicus noster dormit. sed Gado, vt eum à somno excitem*: Et postea, *Lazarus mortuus est.* Et alibi, *non est mortua puella, sed dormit. Matth. ca.9. D.Marc.5.* Suntque passim obuia similia in sacra pagina, *Iob.ca.7.11.14. & 21. Psal.65. & 4. 1.Corinth.11. & alibi.* Et apud prophanos quoque auctores sic vsurpatum. Qui enim nobis mortuus est, quia excitari non potest, Deo dormit, qui potest: verum quia exspectãda est meta resurrectionis, & mors perpetuum somnium & ferreum dicitur, sicut apud Homerum *Iliade 30. ver. 241.*

Ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν, κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον,
Statim vt cecidit, dormiuit ferreum somnium.

Et Catullus *ad Lesbiam*:

Nobis cum semel occidit breuis lux,
Nox est perpetua vna dormienda.

¶ Consecrantur † apud Christianos cœmiteria iustis de caussis, quarum & illa non contemnenda quod dæmones concurrere ad sepulchra soleant, vt ait D. Chrysostomus *tom.2. hom. 15. in Matth.* Sicuti & legimus dæmoniacum in sepulcris habitasse, & ex illis vias obsedisse, *D. Marc.c.8.* Rationem reddit idem Chrysostomus *homil.29. in Matthæum, dæmones in sepulcris versari, quia periculosam opinionem hominibus ingerere conantur, quod hominum qui abierint anima, dæmones fiant quod etiam à cogitatione nostra vtinam absit &c.* Franciscus quoque Venetus *tomo 2. problematum sacræ scripturæ, sect.2. probl. 79. & 80.* tradit, mortuorum cadauera maxime frequentari ab spiritibus immundis: & inde cadauera, non ex se, sed ex spiritibus circunstantibus terrorem incutere, & maiorem solitario quam associato: & ideo accendi solere luminaria circa mortuorum corpora, vt arceantur potestates tenebrarum: quæ magis lucem timent, quam talpæ, aut vespertiliones: hinc aspersionem aquæ benedictæ, thurificationem, consecrationem cœmiteriorum. Et ita cœmiteria suo nomine monent Christianos, non nisi modice mortuos esse lugendos, nec exemplo eorum, qui spem non habent resurrectionis: etenim mortui nostri dormiunt tantum, *1. ad Thessalon.4. ca. qui diuina, ca. vbicunque, 13.q.2.* 2

¶ Est † ergo *Cœmiterium* locus ecclesiasticæ sepulturæ destinatus. Ecclesiastica caussa, nempe fides resurrectionis, facit vt cœmiterium dicatur sepultura, nempe quod tantum dormire, & in vitam æternam sepultos excitandos arbitremur: locus nãque alius temere electus, in quem, veluti cadauer animalis bruti, homo infoditur, videtur potius desperantis sepulchrum, & vt loquar cum Propheta, sepultura asini, *Hieremi. c.22.* Religiosus hic locus in iure ciuili dicitur sepulturæ hominis, *l. cum in diuersis, de relig. & sumt. funer. in P.* Proinde cœmiteria sunt per episcopos ac aliis locis profanis & puris, *quod purus locus, l.1. §. de ea, & l.2. §. purus, de relig. & sumt. funer.* diuidenda, & consecranda, iuxta ecclesias, *cap.1.13 quæst.1.* ad sepeliendos Christianos, *ca. aurum, 12. quæst.2.* 3

¶ Diximus † in ca. de sepulcro violato, in criminibus, de locis vbi antiquitus condi solebant defuncti de communi, de gentilitia, & cuiusque familiæ sepultura, & de pœna violati sepulcri, vt bis non existimem repetendum. Dico autem nunc destinatum esse locũ sepulturis cõmunem tantum, non in agris, vt antiquitus *concil. Trib. can.17.* tum ob mala, quæ inde clam fieri poterant, vt quis posset homines iugulatos in suo sepulcro cõdere priuato seorsum: tum etiam, vt honestius & ritu ecclesiastico locoque cõsecrato humarentur, quanquam bonis vilis sepultura non obsit, nec malis speciosa prosit, *in cap.sacris, de sepult. can. vbicunque, 13.q.5.* 4

¶ In communi † tamen loco cœmiterij, proprius locus & alicui familiæ esse potest, *c fraternitatem, c.3. de sepult.* vt terra sepulturæ aliquorum in principio deputata, vel ante consecrationem emta propriis eorum sumtibus, vel ædificato sepulcro, *cap. aurum, 12.q.2. c. precariæ 10.q.2.* alioquin enim, vt simoniaca, reiicitur venditio loci sepulturę, neque pecuniam licet exigere, vt quis in cœmiterio communi sepulturam habeat, abolita omni in contrarium consuetudine, *c. abolenda, c.13. de sepult. cap. quæstio est, & ca. præcipiendum, 13.q.7. c. ad hæc, de rel. domib. In concil. Tribu. c.16. & concilio Vasensi sub Leone I. Papa. & Theodos. Cæsar. cap.3.* 5
Quamuis enim in loco, qui priuato in sepulturam in cœmiterio venditur, nemo adhuc sepultus fuerit, tamen locus consecratus est: multo magis si in ecclesia. Et quæ religiosis sepulturis adhærent, *religiosa sunt, l. quæ religiosis, de rei vend. in P. ca. quisquis, & c. sicut antiquitus, 17.q.4.* ideo vendi nequeunt, neque enim religiosum nunc solum locum facit illatio mortui, quemadmodum iure ciuili, *§. religiosum, de rer. diuis. l.2. §. religiosum. de rel. & sumt. funer. in P. Maria. in l. in tantum §. religiosum, de rer. diuis. in P.* vt antea purus videatur locus & vendibilis, *vt in l. si monumento, & ibi Bal. qua res pig. obl. poss.* sed initiatio seu consecratio. Sicut & apud Ethnicos interdum solebant sepulcra per pontifices & sacerdotes eorum designari, vt ait Strabo *in 5.*

¶ Proinde † ex indulgentia pontificis quisque sine simoniaca, propriam habere poterit sepulturam in ecclesia, vel cœmiterio aliquo. Et potest quilibet ecclesiam, vel cœmiterium in sepulturam ex arbitrio eligere, *c. soror & seq. &c. Ebron, & c. vos, 13. q.2. cap. fraternitatem, de sepult.* salua quarta parte parochiali ecclesiæ debita. *c. de his, c. super eo, de sep. ap. Greg. c fin. eod. tit. in 6. cle. dudum. §. verum, de sepul.* quæ secundum locorum consuetudinem definitur, *c. cum super. & c. certificari. de sepult.* Ibi enim, si alibi non eligatur erit sepultura defuncti, vbi viuens suscepit sacramenta, *c.1.* 6

& c.in

Digitized by Google

& c.in nostra, de sep.c.in qui, eo.tit in 6. At si electa sit alicubi, cum iuramento non mutandi electionem, ibi sepeliendus est, vbi elegit; nec potest sententiam mutare, *Specula. in tit. de instr.editio.§. compendioje, vers.quid si quis iuranit, & tit. de sep.vers.& nota quod si aliquis.* secundum aliquos. Verum hodie hoc iuramentum interdictum videtur, *in c.1.de sep.in 6. nisi ex voto,& nulla causa mutandi,c.si vero,de iureiur.*

7 ¶ Sic † etiam nec curio ecclesiæ, electâ & propriam alicuius sepulturam sua in ecclesia, alteri cõcedere potest eligente inuito, *Bar.in l.2.§.1.de oper.pub.l.2.& l.si plures.de reli.& sum.fun.* qui non quidem dominiũ eius, sed vsum quæsiuit: nisi ex iusta causa, quia non possit alius alibi commode sepeliri, vt notat Archidiaconus *in c.præcipimus. 12.q.1. Ludou. Rom.sing.688.* vel si ius sepulturæ legetur, vt fieri potest, *Bar.in l.3.§.si quis,de sepul.viol.* Electio tamen sepulturæ intelligenda est libera in iis, qui decedunt, non ratione eorum, qui ius sepeliendi habent. Siquidem morituri eligere possunt, eo quo dictum est modo: dummodo idonei sint, *l.vt gradatim,de mune.& hono.*

8 ¶ Siquidem † monachi non eligunt, sed vbi vel religionem professi sunt, vel nouitiatum agunt, vel conuersionem, sepeliendi sunt, *vide Boer.decis.175. Innoc.in c.nimis in 1. & ibi in gl.in verbo eligit,de excess.prælat.c.1.16.q.1.* nisi longe ab his locis deficiant, vt nõ possint eo transferri, *c.fin.de sep.in 6.* Tunc enim, vt peregrini eligere possunt, vel si non eligant in cathedrali ecclesia sunt sepeliendi, vel in parochiali eius loci, *vide Boer.in d.decis.175.* Et si de non peregrinis agatur: non eligunt sepulturam impuberes, *c.licet,in pr.de sep.in 6.* vel furiosi, *c.fi.de success.ab intesta.* Serui autem puberes eligunt pro impuberibus, domini eorum, *Angelus Clauasius, in Summa in ver.sepultura,n.7.* Si electio nulla fiat sepulturæ, ibi sepelietur filius, vbi ante sepultus pater, etiam si eius non sit heres, *c. Ebron.13.q.2. Oldr.cons.25. & 257.l.vel quod,& ibi Ba. de relig.& sumt.fun.in P. vide c.licet.de sep.in 6.* Mulier cum viro vltimo, *c.3 §.fi.de sep in 6.c.vnaquæque 13.q.1.c.quos Deus, 33.q.2.* eligit autem si velit, *c.de vxore,de sep.apud Greg.* Spurius cum matre, non cum patre: vt naturalis tantum cum patre, nisi essent parentes in dignitate, teste Angelo *in Summa in verbo sepultura,nu.11.* Illi etiam, qui mortuos inferẽdi ius habent, ex titulo de mortuo inferendo, & nunc ius sepeliendi habent, vt ait Hostiensis in *Summa,de sep.§.quid ius funerãdi.* & heredes in sepulcro eorũ cui succedunt, *l.4.8.13.de relig.& sumt.fun.C.* Qui inferri possunt in sepulcra familiaria & hereditaria, vide apud Azonem *in summa, de relig & sumt.fun.C.nu.5 & 6.*

9 ¶ Sed † & ecclesiæ, in quibus sepeliri quis desierat, ius sepeliendi habere debent: nam illud commune non est omnibus, sed tantum his, qui habent populum seu parochos, vel quibus ex priuilegio concedunt *Innoc.in c.1.de sep. & in c. nimis iniqua,& c. nimis prauo,de excess prælat.c.priuilegia, de priuil.c.ex parte, de sep.* veluti concessum cordigeris, minoribus, & prædicatoribus, *c. dudum.de sep.in cle.* Si ecclesia interdicta sit vel cœmiterium, sepeliri nemo potest in illis, *c.si ecclesia, de priuil.in 6.c. fi.de sep.* ideo quis in parochiali sepeliendus est, vel si ea sit interdicta, apud monasterium propinquum, *Archid.in c.1.de sep.in 6.* ¶ Sed † &

10 ex parte decedentium nullo modo conceditur sepultura, & denegatur in loco consecrato interdictis, *c.cum in partib.de ver.sig.* paganis, *c.ecclesiam, & c.seq.de consecr.dist.3.* Iudæis hæreticis etiam, post mortem damnatis, *c sane præfertur, 24.q.2.c.si episc.de hæret.cle.1.de sepul.* vsurariis publicatis. *c.quia in omnibus,de vsur.cle. 1.& c.quamquam, de vsur. in 6.* mortem sibi consciscentibus, *c. placuit, 23.q.5.* tutorem testamento relinquentibus presbyterum, *c.neque apud,§8.dist.ex D. Cypria.* excommunicatis, *c.sicut,de hæret. c.fi.de sepul.* maiori vel minori excommunicatione, *c. sane quod super,24.q.2.* blasphemis, impœnitentibus, *c.statuimus, de maled.* monachis proprium habentibus, *c.super quodam,de statu monach.* in torneamento morientibus, *c.1.de torneament.* raptoribus non satisfacientibus, *c.2. de rapt.* quibus interdictus ingressus ecclesiæ. *c.hu quis,de sent.exc.in 6.* paruulis non baptizatis, item vltimo supplicio affectis, certis demtis casibus, *tot.tit.de cadau.punit. in P.* Et in summa ecclesiastica deneganda sepultura iis, qui extra communionem ecclesiæ sunt, vt quibus non communicare debemus viuis, nec communicemus mortuis, *c.ex parte, & c.sacris, de sep.* quales & notorij peccatores & incorrigibiles, mortali peccato infecti, *c.non aestimemus,c.quæsitum,c.quibus.c.pro obeuntib. 13.q. 3.c.placuit,23.q.5.c.quicunque clericus,23.q.7.* ¶ Quod si huiusmodi; † qui sepeliri prohibeutur, facto in ecclesia, vel cœmiterio sepeliantur, polluitur locus, & reconciliari debet Deo, *c.consuluisti,de consecr. eccl.vel alta.* exhumatis sepultis, si ossa commode possint internosci non aliter, *c.sacru,de sep.* Habebant in religione positum Ethnici etiam, ne in ade sacra vel loco publico sepulturæ deputato paterentur impios sepeliri. Quare refertur ex Lysimachidæ Alexandrini Thebai. lib.13. de sepultura Oedipi, populum Thebanum, neque apud se conscleratum eum sepeliri ferre voluisse, memorem multarum calamitatum, quas propter illum sustinuisset. Prohibet & lex regia, *mulierem prægnantem*, si mortua, humari, antequam partus ei excidatur: qui contra fecerit, spem animantis cum grauida peremisse videtur, *Martia. l.2.de mort.infer.in P. l. Imperator, de stat. hom. l.prægnantu. de pœn in P.* Iure † ciuili quoque inuenio prohibitum, ne quis sepeliatur in loco, vbi martyrum sunt reliquiæ, *l.2.C.de sacros.eccl.* vt inde colligi possit, in ecclesia non esse sepeliendum. Atque in concilio Moguntiaco *c.52.* constitutum, vt intra ecclesias mortuus sepeliatur: nisi episcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, vel fideles laici. Concilium Triburiense *c.17.can.præcipiendum, 13.q.2.& c. quibus, eod. vide Greg. lib.4. Dialog.c.53.* laicos ob miracula, quæ inde sæpe contigisse dicit, omnino ab ecclesia arcet.

De religiosis, & sumptibus funerum, & de mortuo inferendo, & luctu. Cap. 14.

Lib. II. P. tit.7.

1 *Edicta duo de iure sepulcrorum iuris ciuil.*
2 *Non licere transferre sepultos absque auctoritate superiorũ.*
3 *Capita edicti, Ne in alieno liceat sepelire, & vt funus liceat ducere, explicata: & de sumtibus funerum, & contra quos, qui impendit.agat.*
4 *Quæ impensa in funus tantum repetuntur, & quatenus, & qui fieri debent sumtus*
5 *Pro quibus, & quando actio funeraria datur.*
6 *Quid contineat edictum: Ne quis prohibeatur mortuum inferre.*
7 *Ius inferendi mortui præscriptibilo, non sepulcrum.*
8 *Leges circa mortuos sepeliendos honestatu.*
9 *Sepultura rationes quædam.*
10 *De legibus luctus mortuorum, & de pluribus luctus signis.*
11 *Prohibitum lugere milites Hierosolymitani sodalitij.*
12 *Quæ persona lugeri debent, & quæ non.*
13 *Tempus, & modus lugendi maritos vxorum.*
14 *Modus lugendi, & luctus varius refertur.*
15 *De pompa exequiarum, & de ordine, quo fiebant.*
16 *De his, quæ sepeliebantur vna cum mortuis.*
17 *Sumtibus sepultura modus impositus.*
18 *Ritus erga corpora mortuorum.*
19 *De Præfics.*

IN iure † quoque Cæsareo duo edicta prætoris inueniuntur, quæ pertinent ad ius sepulcrorum: primum est, De religiosis & sumtibus funerum: alterum, De mortuo inferendo. In primo duæ partes. Prima prætor edixit hunc in modum, *in l.2 §.prætor, de reli.& sum. fun. in P. lib. II. tit.7. Sine homo mortuus, ossave hominis mortui, in locum purum alterius, aut in id sepulcrum, in quo ius non fuerit, illata esse dicentur: qui hoc fecerit, in factum actione tenetur, & pœna pecuniaria subiicietur.* Iure pontificio, qui alienum parochianum ab intestato mortuum sepelierit in alia, quam parochiali ecclesia vrbis, vbi mortuus est, tenetur ossa restituere, & beneficia inde suscepta, & alio modo componere, *c.a.ex parte: & c.a.cum liberum, de sepult.apud Greg.* ¶ Translatio † sepultorum per edictum prohibetur, ne fiat sine auctoritate publica imperiali, seu pontificiali, *gloss.l.8. & l.diui. 39.de relig.& sum.funer.in P.l.1. & pen.C.eo.l.hereditas. de pet.hered.in P.* Et hinc olim narratur orta seditio, quod Macedonius Arrianus inuita magna parte populi, propria auctoritate arcam, in qua continebantur ossa Constantini Magni, de domo, in qua erat, in ecclesiam transtulerat. Quam rem indigne etiam tulit Constantius Imperator, tametsi ipse quoque esset Arrianus: cum quod in ea seditione multi occubuerant: tum quia Macedonius corpus patris eius, absque ipsius consilio, transferre præsumserat, *Socrates lib.5. Historiæ tripart.c.32.*

¶ Deinde † & iubetur, *ne quis in alieno sepeliatur mortuus inuito domino. alioquin in factum actione tenetur, l.2. de relig. & sum.funer.in P.& l.si plures, eod.* Per quam qui agit, consequitur, aut vt tollatur quod illatum est, aut loci pretium restituatur: competitque tam heredi, quam in heredem actio perpetua, *Casus in l.is qui intulit, 7. de religio. & sum.funer. P.l.liberum.9.eo.tit.* Dehinc competit remedium, *vt funus ducere liceat*, hoc est, ne prohibeatur quis mortuum suum in sepulcrum inferre *l. ne corpora, 28. eo.* Ne corpora mortuorum detineantur, neve via prohibeatur, & vt via ad sepulcrum præbeatur, *Vlpian.in l.si quis sepulcrum 12. cum sequ.eo.tit.* neve ob debitum inhibeatur sepultura, *§ hoc autem.vt cum de app.cognos in aut.* Est & alia pars edicti de sumtibus funerum. *Qui funeris caussa sumtus factus erit, eius recuperandi nomine in eum, ad quem ea res pertinet, iudicium dabo.* Quo edicto is qui funerauit, persequitur id quod impendit, *l.si quis sepulcrum, 12. §. prætor ait. de relig.& sum.funer.in P.* ne insepulta corpora iacerent, & ne de alieno, *d.l.si quis, & l.at si quis §.sed etsi res, eo.* quis funeretur. Pertinet itaque hoc iudicium contra heredẽ defuncti patrisfamilias, & eius bona. Et primum contra eum, cui funus faciendum testator delegauerit, *d.l.si quis, §. funus, l. at si quis §.fin.& l.funeris, eo.l.si filiusfam.51.§ fi.eo.* Ex persona tamen defuncti agit cum herede, & hereditate, quæ repræsentant defunctum. *l.in eo. & seq. de ac.rer.do. P.* cum quo pro funere eius impendendo contrahere videtur, *l.1.de relig.& sumt fune.* Et fit creditor hereditarius hac actione funeraria separatus; eius bona ab heredum bonis petere potest, si illi sint pro suis debitis, creditoribus onerati, *l.1.de separatio.in P.* Atq; vt creditores testa-

Digitized by Google

toris, minuunt legata ab eo facta, & prius impensum, quam illi legatum, repetunt, *l. at si quis. 13. § sed etsi res legata, de reli. & sum. funer. in P.* Minuunt enim bona, impensa in funus, *l. scimus. §. in computatione, de iur. deliber. C.* & omni credito præponuntur, si hereditas soluendo non sit, *l. pen. de rel. & sum. funer. in P. l. 1. § pen. ad l. Falc. apud Iustinia.* Quod si de funere procurato matrifamilias agatur, quæ virum habebat, eadem, quæ de patrefamilias, dicenda sunt: vt & hæredes testamentarij, aliique proximi ab intestato succedentes, teneantur ex bonis, quæ vltra dotem marito relinquuntur, *l. Neratius, § fin. de relig. & sumt. fun. in P.* Quod si maritus dotem lucretur pacto, vel partem ex morte vxoris, pro portione dotis tenetur lucratæ, in id quod facere potest, *l. Celsus scribit 22. cum 5 li. seq. de relig. & sumt. fun. in P. l. in eum, eod. titul.* quamuis pro aliis debitis mulieris, ex dote lucrata, maritus cum heredibus vxoris non contribuat, *l. licet, C. de inr. dot.* Si tamen alia causa diuortio facto lucratus sit, & alij nupta decesserit, non tenetur funeraria, *l. si mulier 29. de relig. in P.* Quod si nulla dos esset, tunc omnem impensam pater mortuæ præstabit, aut heredes eius mulieris emancipatæ. Et si neque heredes habeat, neque pater eius soluendo sit, maritus in quantum facere potest, pro hoc debito conuenitur: ne iniuria eius videatur, quondam vxorem eius insepultam relinqui, *Pompo. in l. quod nulla. 28. de reli. & sumt. fun. in P.* At si dos modica sit quam lucretur vir, & funeris impensa vxoris eam excedant, dari poterit actio in superfluum in patrem, *l. Neratius, 20. § si maritus de relig. & sum. fun. in P.* Verum si agatur de expensis repetendis ab eo, qui funerauit filium filiamve familias, pater tenebitur, vt de in rem verso, vt funus filiif. sit æs alienum patris, *l. si filius fam. de in rem verso, in P.* pro dignitate & facultatibus funeraria actione, *Paulus in l. in patrem. 21. de relig. & sumt. funer. in P.* Si tamen filiusfamilias castrense peculium habeat, primum successores eius tenentur, deinde ad patrem peruenitur, *l. si filius fam. 31. de relig. & sum. fun. in P.* Si pro filiafamil. quæ nupta erat, quis impenderit, poterit solum contra maritum experiri, & si dotem is restituturus sit, vel pro parte vel in totum nondum recuperata dote: reportabit autem patri, vel ei cui restituenda, quod eo nomine præstitum erit *l. sed si nondum, cum 2. seq. eo. in P.* Porro qui seruum alienum, ancillamve sepeliuit, habet aduersus dominum funerariam actionem, *l. si filius fam. §. qui seruum alienum. co. tit. Iulius Paul. lib. 1. recept sent. tit 29 in fine.* Ceterum qui impedit, ita demum hos sumtus repetit, si animo repetendi fecerit: non vtique si sola humanitate, & pietate ductus faciat, & sepeliat. Vnde oportebit testari quemque, quo animo funeratine postea patiatur quæstionem, *l. at si quis, §. sed interdum, de reli. & sumtib. funer.* ¶ Neque † etiam omnia, quæ impensa sunt in funus, semper restituuntur, neque tantum, quantum factum est, sumtus nomine imputatur, si immodice factum est: debet enim haberi ratio eius, in quem factum est, & ipsius rei, quæ vltra modum sine causa consumitur, *d. l. at si quis. §. hac actio, & l. si quis sepulcrum. §. sumtus funeris de reli. & sum. funer.* Funeris causa sumtus factus videtur is demum, qui ideo fuerit, vt funus ducatur, sine quo funus duci non potest: impensum in elationem mortui: si quid in locum fuerit erogatum, in quem mortuus inferretur: impensa peregre mortuo, quę facta est, vt corpus perferretur: quodve ad corpus custodiendum, vel commendandum factum sit: in marmor vel vestem collocandam, *d. l. at si quis. §. funeris causa.* ¶ Quare quod extra † funus impensum erit, veluti in curam defuncti, vel in aliud, non veniet hac actione funeraria, *d. l. at si quis §. hac actio.* Neque hæc etiam in funus impendenti datur, si possit quis impensa repetere alia actione, puta familiæ erciscundæ, vel simili, *d. l. at si quis. §. Labro.* ¶ Accedunt † superioribus interdicta, De mortuo inferendo, & vt inferre libere liceat. *Quo quave*, inquit prætor, *illi mortuum inferre inuito te, ei ius est, quo minus illi eo eave mortuum inferre, & ibi sepelire liceat, vim fieri veto, l. 1. de mort. inferen. lib. 11. P. titul 8. Item, quo illi ius est inuito te mortuum inferre, quo minus illi sepulcrum sine dolo malo ædificare liceat, vim fieri veto, dict. l. prima, §. prætor ait.* Prohibere videtur inferre mortuum, qui prohibetur per viam ire vt inferat, vt prohibere videtur ædificare sepulcrum, qui prohibet eam materiam conuehi, quæ ædificationi necessaria est, *d. l. 1. de mor. infer. l. veteris, de itine. actuque priuat. in P.* si modo ei ius sit eundi: aliter vero, si non sit, qui prohibet, non tenetur interdicto, *d. l. 1. § facere. de mort. infer.* Et ita quis ius habet prohibendi ne in sui præiudicium ædificetur sepulcrum, debet prohibere, & opus nouum denuntiare: nam facto opere non datur alia actio, quam quod vi aut clam, *l. 3. eod. titul.* Idem si quis mortuum vnum inferat, vbi ius non est, cui ius est prohibendi, debet prohibere initio: aliter secundum inferre non potest prohibere, si sciens illatum primum tacuerit, *d. l. 3. § fin.* ¶ Et † ita ius inferendi mortui præscribi poterit, remanente tamen sepulcro domini, *l. monumentorum. 6. de relig. & sum. fun.* quamuis longa possessio, ius non tribuat ei, cui iure non competit, *l. pen. de mortuo infer.* Eaque erat lex Solonis, *ἤρωον μὴ ἐνυμεῖν μὴ χρῆσει λαμβάνειν*, forum aut bustum, non vsucapi, quam & explicat Cicero *lib. 2. de legibus.* Erat & lex, *τάφον μὴ ἐξαλείφειν, μηδὲ ἀλλότριον ποιεῖν εἴρων*, sepulcrum ne deleanto, neve in alienum funus inferanto, *Cic. 2. de legibus. & l. 2. de releg. & sumt. funer.* Circa funera leges sepulcrales plures ab antiquis latę fuerunt cum ad honestatem, tùm ad sumtus componendos pertinentes, quarum aliquas, quæ retulimus in titulo de sepulcro violato, omittemus, alias paucas referemus. ¶ Ad honestatem † refero, quæ primum de sepe- 8
liędis mortuis canta sunt: eo quod ibi humanę conditionis memoria conseruetur. *l. quidem de condit. instit.* æternam illis sedem dantes, *Paul. l. si quis eo animo, 40. de relig. & sum. funer.* & veluti quietis locum. Qui sepultura caret, melius illi esset si esset abortiuus, *Ecclesiastes cap. 6.* Consulimus quoque publicæ vtilitati, cuius interest ne copora insepulta remaneant *l. sunt personæ, 43. de reli. & sum. fun.* Athenienses decem Imperatores suos & quidem à pulcerrima victoria redeuntes, capitali iudicio condemnarunt, quod militum corpora, licet maris sæuitia interpellante, sepulturæ non tradidissent. Id enim nullo modo, nec pie negligi ac prætermitti posse putarunt: quod esset in more totius Græciæ solatio parentum viuorumque æmulationi, vt tradit Valer. Maximus *lib. 9. cap. 8.* Tempore persecutionis Maxētij in oriente, fame orta maxima, qua ferme omnis populus moriebatur, Christianorum apparuit longe lateque vera pietas laudata & vulgata, quod cadauera, quæ passim insepulta iacebant, sepeliebant. *Niceph. Calix. lib. 7. c. 28 Euseb. lib. 7. Hist. eccleśiast c. 20. & lib. 9. cap. 8.* Viros labes & Galaad laudauit Dauid, quod sepelissent Saulē & Ionatham, *1. Reg. cap. 31. & 2. Reg. cap. 1.* Et Tobias ob mortuos sepultos misericordiam consecutus, *Tob. c. 1. & 2.* Sub M. Antonino Philosopho, propter multitudinem ex pestę cadauerum, leges latæ asperrimæ de sepulcris. *Quandoquidem cauerunt, vt si quis vellet sepulcrum fabricare. Quod hodie*, inquit Iulius Capitolinus, *in M. Antonino, seruatur.* Omitto ritus bustorum, dum cremari corpora solebant, exceptis paruulis. Nam moris non erat priscis, vt ait Plinius, *lib. 7.* hominem priusquam edito dente, cremari: quod & docet Iuuenalis, *Satyr. 15.*

Natura imperio gemimus cum funus adulta
Virginis occurrit, vel terra clauditur infans,
Et minor igne rogi.

Quod pertinet tamen ad animam, non nocuit bonis priuari sepultura, quemadmodum martyribus & sanctis, *vide D. Augustinum lib 21. de ciuitate Dei, cap. 12. & lib. de cura pro mort. agen. cap. 2. Nam pretiosa semper in conspectu Domini mors sanctorum eius, Psalm. 78.* Et sepultura non animarum, sed corporum est receptaculū: animarum n. in supernis, habitaculum, *4. Esd. 7.* & mansiones illarum, cœli, *D. Ioan. Euangel. cap. 14.* Neque etiam vel capillus de capite in corpore peribit, quin non resurgat, *D. Matthæi cap. 10.* ¶ Prodest † autem sepultura, vt memoria nobis illo- 9
rum, qui excesserunt, sit, & pro iisdem soliciti simus, & amicitiæ vinculum illis absentibus testemur: & ita fiunt pro illorum ope, si egeant, oblationes, orationes, vigiliæ, eleemosynæ, *c. pro obeuntibus, & c. animæ defunctor. 13. quæst. 2.* Nam & iuuari defunctos viuorum orationibus defendit ecclesia catholica, *Dionys. Areopag. lib. de eccles. Hierarch. par. 2. & 3. Gregor. Nazianz. orat. 81. Hieronymus in vita Hilarij, Augustin. lib. de cura pro mort. agen. & lib. 9. confessio. cap 11. & 12. & de verb. apost. sermon. 32. concilio Carthaginen. cap. 79. D. Ambros. de obitu Valentinian. concil. Africano:* nec inaniter viuos baptizari, id est, pœnitentiam agere, pro mortuis dixit Paulus. *1 ad Corinth. 15.* ¶ In † luctu mortuorum quo- 10
que transigendo, honestatis lex necessaria fuit, tantus est enim ademti patris, matris, vxoris, liberorum, aut amicorum dolor, vt præter modum plures se inde affligant, ac mortem sibiipsis adsciscant. Interdum & aliqui vsque adeo ferrei & ingrati, vt nec lugeant, nec luctus signa aliqua ferant, interdum & superbe cōtemnant. Proinde moderatus lugendi modus decretus, & personæ, quæ lugeri, quæve lugere debeant distinctæ. Sic res, quæ in lugendo veniunt, personæ, & modus lugendi obseruabuntur. Res sunt, vt marmora, vestes circa mortuum, vel mortuo concedendæ, *l. at si quis, §. funeris, de reliq. & sum. funer. in P.* curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exsequiarum, orationes funebres, vestes lugubres. Lugubria ea dicuntur omnia, quæ luctum & dolorem vel mouent, vel retinent: signa mœstitiæ & tristitiæ, quæ diuersi generis fuerunt pro more nationum. *Cum Pelopidas cecidit*, inquit Plutarchus in vita Pelopidæ, *in acie, quam Thessali habebant contra Alexandrum Pheræum Persęa tyrannum, milites eius Thessali, neque thoracem posuerunt, neque frenos equo detraxerunt, neque vulnera alligarunt, postquam de morte eius audierunt: sed cum armis, & tum etiam puluere sordidi & calidi, ad cadauer quasi sentiens, hostium spolia certatim deposuerunt, equos totonderunt, ipsi quoque tonsi fuerunt: multi in tabernacula sua reuersi, neque ignem accenderunt, neque cœnati sunt. Silentium autem, & luctus tota castra occupauit, quasi non glorioſissimam, & maximam victoriam peperissent, sed à tyranno victi, & in seruitutem redacti fuissent. Ex ciuitatibus autem vbi nuntius ad eas perlatus est, aderant magistratus, & cum eis Ephebi, id est, puberes, & pueri impuberes, & sacerdotes, ad subeundum humeris cadauer, trophæa, & coronas, & totius corporis armaturas aureas efferentes, habita & orationes funebres, &c.* Neoptolemus filius Achillis, postquā vindicatam necem ex Alexādro necato à Philoctete vidit patris Achillis. initium lugendi fecit & vna cum Phœnice, atque Myrmidonum exercitu crines sepulcro deponit, pernoctauitque in eo

loco,

Digitized by Google

loco, vt ait Dictys Cretensis, *lib.4. de bello Troiano.* Idemque fecit Neoptolemus, postquam cremauit corpus Aiacis, & in vrnam cineres condidit, & tumulum erexit, tertio à funere die, cunctique reges comam apud tumulum eius deposuerunt, *idem Dict. lib.5.* Refert Suetonius *in Caligula, cap.5.* mortuo Germanico patre Cæsaris Caligulæ regulos quosdam barbam posuisse, & vxorum capita rasisse, ad indicium maximi luctus. Alia signa luctus mortuorum, apud Phalaridem *epist. 83. ad filias Stesichori de morte patris.* his verbis describuntur, *ὑ δὲ δακρύειν στησίχορον φρόντιζε, ἀλλὰ τὰ ὑμέτερα· καὶ καθόλου μὲν, ἐὰν ἀβελτέρως ἔχῃς, οὐδὲν ὄφελος ἔσται δακρύων· ἐὰν δὲ σωφρονῇς, οὐδὲ οὕτως ἔσται τοῦτο διὰ δακρύων πραχθῆναι, ἀλλὰ τοῖς ἐπιτηδείοις ἀνδράσι δεῖ ἡμῶν ἐν συμποσίοις, ὧν ἐγὼ πολλοὺς οἶδα· οἱ λοιποὶ θρηνήσουσι, ἀλλ' ὁ βίος ἔχει· μᾶλλον δὲ τοῖς θεοῖς δακρύων ἄξιος ὁ θάνατος,* id est, *nō est decens lacrymari, sed cantare de morte Stesichori, & in vniuersum, non quidem dolo lamentationes & flagellationes, vel afflictiones corporum abiicere: non quin communiter hi affectus omnibus accedant, sed quoniam miserorum sint, quorum non mors, sed vita vel potius mors deplorari debeat.* Iulius Paulus *lib.1. recept. Sent. tit.21. cap.3. qui Gaius*, inquit, *abstinere debet communi ornamentis, & alba veste.* Atra veste enim lugentes olim vtebantur, vt & innuit Statius, *lib.2.*

Ipse etenim tectum nigra solatia pompæ,
Spectatumque vrbi scelus, & puerile feretrum
——Produxit.

Quinquam & mulieres in luctu olim veste alba vsas tradit Plutarchus, *in problem.25.* Mortuo rege tantum apud Persas, ignis, qui sacer dicebatur, extinguebatur, donec funus esset absolutum. Et ita fieri iussit Alexander Magnus in funere Ephestionis, *Diodor. Siculus, lib.17. in 12. anno Alexandri.* ¶ Inter † statuta tamen militum Hierosolymitanorum, *titu.4. qui de Hospitalitate inscribitur, cap.22.* sancitum à magno magistro seu generali illorum præfecto Claudio de la Sangle, vt honestissime quidem fratres, & milites illorum sepeliantur: sed ne posthac vllus, siue fuerit frater, siue secularis, pullatus omnino, siue vestitus veste lugubri funus sequatur, neque etiam ipsius magistri, vbicunque mortem obierit: idque, vt opinor, vt mortem despicere, vel non timere adsuescant.

11 ¶ Personæ † quæ lugeri debent, sunt parentes & liberi vtriusque sexus, nec non & ceteri agnati vel cognati, secundum pietatis rationem & animi sui patiētiam, prout quisque voluerit: qui tamen eos non luxerit, non notatur infamia, *l. parentes, 23. de in qui mor. infam. lib.3. P. tit.2. sic intelligi gl. fi. eius tit.* Vxores viri lugere non compelluntur sponsæ nullus etiam luctus, *l. vxores, 9. de his qui not. infa. in P.* Et more maiorum, non solent lugeri hostes, vel perduellionis damnati, neque suspendiosi, neque qui sibi manus intulerunt, non tædio vitæ, sed mala conscientia, *Vlpia. in l. liberorum, 11. de iis qui not. infam. in P.* 13 ¶ Vxorem † vero per decem menses olim virum luxisse arguit, quod scribit Ouid. *in 1. Fastorum*, de anno decem mensium Romuli agens:

Est tamen & ratio, Cæsar, qua mouerat illum,
Erroremque suum quo tueatur, habet.
Quod satis est vtero matris dum prodeat infans,
Hoc anno statuit temporis esse satis.
Per totidem menses à funere coniugis vxor,
Sustinet in vidua tristia signa domo.

Annus autem postea lugendi mulieribus viduis à tempore mortis mariti impositus est, & non lugentibus, aut intra id tempus nuptias repetentibus, pœna dicta infamiæ, *l.1. de iis qui not. infam. in P.* cui & aliæ additæ, *in l.1. C. de secund. nupt. lib.5. tit.9.* maxime propter metum, ne familiarum fieret confusio, & turbaretur generatio prioris mariti, *l. liberorum, §. etsi talis, de iis qui not. infam. in P.* Et proinde tempus interceptum anni in properante ad secundas nuptias, infamia iure ciuili punitur tantum, remissa infamia, si non ferat insignia luctus, *l. decreto, 15. ex quib. cau. infam. irrog. lib.2. C. tit.12.* Remissa etiam iure canonico pœna nuptias acceleranti intra tempus luctus, *c. pen. de sec. nupt.* In Chubda tamen ciuitate, quæ est iuxta ciuitatem Tangast in finibus Indiæ, vnde Turcæ, præfectum mortuum lege ita iubente, coniuges eius perpetuo lugent, neque vnquam à sepulcro discedunt pulla veste indutæ, & capite nouacula raso, *Niceph. Calix. lib.18. Hist. cap.30.* Seneca porro *lib.7. epist.* annuum tempus fœminis ad lugendum constitutum fuisse à maioribus scribit, non vt tamdiu lugerent, sed ne diutius. Viris lugendi legitimum tempus nullum est, quia nullum est honestum. Sequuntur tamen recte mores locorum, in quibus degunt.

44 ¶ Modus † funerum & luctus etiam varius, eaque de re cauit lex decemuiralis, *Extenuato sumtu tribus reciniis & vinculis purpureis, & decem tibicinibus. tollitque lamentationem*, vt ait Cicero *2. de legib.* & Solon apud Plutarchū, *in vit. Solon. Mulieres*, inquit, *genas ne radunto, neve lessum funeris ergo, habento. Cic.2. de legib.* Laniabant quippe genas & faciem, qui olim lugebant, vt innuit de Anna Didus sorore loquens Virgilius, *4. Aeneid.*

Audiit exanimis, trepidoque exterrita vultu
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat.

Diuellere & comam in luctu mortis, vt facit apud Homerum, *Iliad.10.* Agamemnon & Actianus. Addebatur & funeribus Tibia, vt Ouid. *6. Fastor.*

Cantabat mœstis tibia funeribus. Et Statius in Thebaide.

Cum signum luctus cornu graue iungit admissa
Tibia, cui teneros fuctum producere manes.

Aderat & aliquādo tuba, verum in nobilium funeribus olim tuba, in pauperum & plebeiorum tibia, canebant antiqui, *Turneb. in 2. Cicero, de legib.* Eo pertinet quod scribitur à D. Matth. defuncta filia cuiusdam principis, rogatū ab eo Dominū Iesum Christum illuc peruenisse, & inuenisse imbit tibicines, & turbā tumultuantem, *D. Matth. c.9.* Erat & funus censorū vsitatum sæpe maioribus, quo mortui cæremoniis omnibus & pompa amplissima efferrentur, solitum non nisi magnis viris & de republ. bene meritis tribui. Imperabat præconi suo prætor ex senatus decreto, vt tale funus indiceret: inde *funus indictum*, apud Suetonium, *in Iulio c.84.* Et apud Pompeium festum 9. indictiuum.

¶ Celebritas supremi diei & officium funebre, quod in funere exsequimur, exsequiæ sunt. Adest † & pompa, & exsequiarū maior solemnitas in sepelīdis viris de Republ. bene meritis, vt in Lucilio Longo, funus factum apud Corn. Tacitum, *lib.4.* Augusto Octauiano, apud Dionem Cassium, *lib.48. hist. Rom.* Aderant in funere educendo accensæ faces, *Corn. Tac. dum agit de Augusti funere Virgil. in lib. Aen. duas de Pallantis funere agit.* lecti funebres, *Florus lib.4. epit. Liuij.* præcedebant sacerdotum collegia, *Appian. in Sylla funere.* & præferebātur omnia mortui ornamenta, maiorumque imagines. Procedebat funus more prisco, sequebantur homines, quasi post ipsum defunctum moriturī subsecuturique, à quibus dicebatur, *vale nos te sequemur.* Inde & dictæ exsequiæ, vt apud Donatum legitur in illud Terētianum, *funus interim procedit, nos sequimur.* Etsi aliquādo alius ordo seruatus, præcedente pompa sequente mortuo, vt apud D. Hieronymum legitur de funere Blesillæ, *epist. ad Paulum de dormitione Blesillæ.* Legimus autem & apud D. Lucam in funere filij viduæ turbam ciuitatis multam adesse, cum Dominus eum suscitauit, *D. Lucas, c.* 16
7. ¶ Simpliciores † homines aliquando decedentes iubebāt se sepeliri, secumque ornamenta quędam: quod non faciendū tamen Iurisconsulti tradunt, nec voluntatibus defunctorum circa sumtus illegitimos obediendum, *l. at si quis §. funeris. & sequen. de relig. & sum. funer. l. fin §. fin. de aur. & argen. leg. l seruo alieno, §. fin. de leg.1.* Inuehitur in eos, qui sepulchra magnifica, vt trophęa, ædificāt. Diuus Chrysostomus *homil. in Psal. 8. tomo 1.* Scribit tamen Iosephus, *lib.7. antiq. c.16.* Salomonem, Dauidem patrem cū multis diuitiis sepelisse, & ab eius sepulcro Hircanum pōtificem, vt liberaret ciuitatē ab obsidione Antiochi filij Demetrij, accepisse tria millia talentorum, Herodemque partem accepisse. Refert Athenæus, *lib.4. tit.18.* aliquem aureos nummos multos deglutisse cum in extremis laboraret, & ita mortuum: alium in sago aurum consuisse eoq. se induisse, & iussisse familiaribus suis, vt eum ita indutum sepelirent, neque vterētur cultum quendam adderent. ¶ Syracusij † fuut brem pompam prisco more supra mo- 17
dum sumtuosam excoluerunt, sumtus tamen in funeribus consuetos, postea præscripto modo coercuerunt, adiectis etiam in lege funerum actionibus. *Diodor. Sicu. lib.11.* Cyrus. *Xenophon lib. 8. Cyri ad.* rex Persarum morituus iam, & sepulturam sibi eligēs, iussit filiis suis, vt corpus suum tantum terra conderent, vt intra commune omnium rerum matris gremium, nō autem auro vel argento. ¶ Sepeliebantur † enim antiquitus mortui terra, *Gen 23.* 18
47. 49. 50. Tob.4. non autem vrebantur nec Romæ quidem, vsque ad tempora Syllæ, *Cicero 2. de legib.* qui voluit cremari, metuens, ne talionem reciperet erutorum corporum sepulcrorum, *Plin. lib.7. c.55.* Et scio barbarorum quosdam corpora suorum vulturibus laniandā insepulta proiecisse; alios in flumina, alios suos senes de rupibus præcipitasse, vt hyperboreos, *Plinius lib.4. cap.12.* alios viuas vxores cum cadaueribus maritorum in rogum iniicere solitos, vt Etrulos, *Procopius lib.2. de bello Gothico.* Sed hæc silenda potius puto, vt ritus crudeles Scytharum in sepultura regum, cum quibus & quinquaginta regis ministros iugulabant, *Herodotus in Melpom.* Et Indoium, cum quorum cadaueribus vxores vitam relinquebant, *Valer. Max. lib.2. cap.2.* ¶ Inuentum 19
† Phrygum, Præficæ sunt: quæ erant mulieres conductitiæ, quæ ex aliorum animo, mortes quæ ad se nihil pertinebāt, cum mercede deflebant. Næniamque, quod Phrygium vel Hebræum est vocabulum, seu Latine lessum agebant ad tibiam. Quod innuit Varro, *lib.4. de vita popul. Roman. ibi*, inquit, *à mulicre quæ optima voce esset, Pergama laudari, deinde Naniam cantari solitam ad tibiam, & ad fides eorum, qui ludis Troicis cursitassent.* Hæc mulier olim vocitata fuit Præfica, vsque ad secundum Punicum bellum. Et Papinius *in Epicedio patris.*

Vt Pharios aliæ ficta pietate dolores,
Migdonioſque colunt, & non sua funera plorant.

De Xenodochiis, & aliis piis locis. Cap. 15.

1 *Remissiue de his ibidem.*

DE Xenodochiis, † ptochotrophis & aliis collegiis piis & religiosis, diximus in personis ecclesiasticis suis locis, & de dis- 1

Digitized by Google

ferentia beneficiorum horum, & aliorum, nempe lib. 15. cap. 28.

De feriis, festisque, & profestis diebus. Cap. 16.

Lib. 2. P. tit. 12. Lib. 2. Decret. tit. 9. Lib. 3. C. tit. 12.

1 *Festorum institutionis caussæ.*
2 *Dierum diuisio in festos, profestos, & intercisos.*
3 *Feriæ publicæ, familiares, propriæ: publicæ rursum. stativæ, conceptiuæ, imperativæ, aut nundinæ, & de singulis: Item denomine feriæ.*
4 *Feriarum, aliæ in honorem Dei, quædam ad homines pertinent.*
5 *Stativæ feriæ quæ apud Hebræos, & Ethnicos.*
6 *Festa nobis Christianis, quæ mobilia & immobilia.*
7 *Quæ feriæ conceptiuæ Ethnicis, & nobis.*
8 *Quæ feriis meßium aut vindemiarum tractari à magistratibus possint: idem num. 20. 23. 25.*
9 *De feriis nundinarum.*
10 *Feriæ publicæ vel alterius lætitiæ, de festo seruorum, cantorum, & de aliis, lagenophorsa, saturnalibus, carnisprimio, & Iudæorum saturnalibus de festo phurim seu sortium & alsu eorundem.*
11 *Veneris festum de gustandis vinis.*
12 *De feriis imperatis seu repetitis aut indictis ex variis caussis captarum ciuitatum, victoriarum, renouati imperij, vel ob alias res pro rebus gestis, & in honorem principis, aduentus iucundi principis. Constantini & Helenæ festum: ob luctum & inductum quale ieiunium Iudæorum ob incensam Hierosolymam.*
13 *Romanis festum nullum statutum, vt aliis nationibus.*
14 *Ante proditos fastos pontifex iunior futurus foras nuntiabat: & quomodo luna obseruata.*
15 *Incipiebant apud Hebræos, & Romanos menses à luna noua, & inde fasti computabantur.*
16 *A quibus abstinendum feriarum diuinarum tempore, & de superstitiosis in eo Iudæorum.*
17 *Nundinæ & mercatus diebus festis inhibiti.*
18 *Venari festis diebus à Carolo Magno prohibitum.*
19 *Nefasti & fasti dies cur dicti iustitij.*
20 *Quæ tempore festorum iudicialia non possunt fieri, & quæ possint.*
21 *Festus dies, induciæ olim inter hostes & exercitus.*
22 *Capite damnati ob mysteria diuina violata.*
23 *Quid dominicales feriæ, & quid in his prohibitum agere: & quæ feralia & parentalia.*
26 *Festi dies interdum si plures sint quam operibus vacari possit, restringuntur & expunguntur ab Episcopo, & quomodo.*
27 *Quibus sacris diebus pius Christianus animum intendere debet, & qua debeant ex abusu recepta reiici.*
28 *De non colendis calendis Ianuarij.*
29 *Strenæ calendis Ianuarij dantur.*

1 PLato † tradit 2. *de legib.* Deum, genus hominum laboribus natura pressum, miseratum, haud abs re in laborum remissionem, solemnia illis sacra, festaque in ipsorum Deorum honorem instituisse. Si verum est, quod ait Democritus apud Stobæum *sermone de auaritia*, quod Ζῆσε ἀνεπίπλοις μακρὴ ὁδὸς ἀνωδύνοις, id est, *vita sine festiuitatibus longa est via sine diuersoriis*: summa fuit Dei prouidentia, & etiam secura humanæ experientiæ necessitas, dies quosdam ab opere consueto quiescentes constituere, & humanam hanc laborum infirmitatem à laboribus aliquando recreare, non in via deficeret, vtque terrestribus sudoribus intermissis, animus ad maiora & cœlestia consideranda raperetur: & eum à tempore, quo labori addictus est in peccati vltionem, *Genes. 3.* agnosceret, & veneraretur, & placaret. Docuit id exemplo primum Deus, cum per sex dies vniuersa, quæ cœlo marique continentur, creauit, & requieuit die septimo, *Genes. 2.* qui ideo dicitur sabbarum, id est, quies: vnde & postea, sanctus dies quilibet septimus fuit, quia sabbati requies, *Exod. 15. Leuit. 23.*

2 ¶ Secutæ † & aliæ feriæ, quas vt euoluamus facili negotio, præfabimur quod de discrimine dierum apud Romanos tradit Macrobius. *lib. 1. Saturnal. c. 16.* annum in menses, menses in dies distribui. Dies autem omnes aut festos, aut profestos, aut intercisos vocari ex Numæ distinctione, festos diis dicatos: profestos hominibus, ad rem publicam priuatam gerendam: intercisos, Deorum hominumque communes. Festis insunt sacrificia, epulæ. ludi, ferię: profestis, dies fasti, comitiales, comperendini, stati, præliares. Erant dies agonales, vt ait Varro, *5. de lingua Latina*, per quos rex in regia arietem immolabat: dicti ab agon: eo quod interrogabatur princeps ciuitatis, dum princeps gregis immolabatur à sacrificulo num ageret, id est, num sacrificaret. Ouidius innuit *2. Fastor.*

Quatuor adde dies dictis ex ordine Nonis,
Ianus agonalis luce piandus erit.
Nominis esse potest succinctus caussa minister,
Hostia cælestibus quo feriente cadit:
Qui valido strictos umctura sanguine cultros
Semper agatne, rogat, nec nisi iussus agit.

Loco principis & iubebat sacrificulo, vt ageret magistratus. vt meminit Dionys. Halicarnassæus in 6. Et Ouidius *4. de Ponto, eleg. 9.* ad Græcinum consulem.

At cum Tarpeias esses deductus in arces,
Dum caderet iussu victima sacra tuo.

Quare dū magistratus sacrificia facerent, vel auspicia captabāt, per præconem clamante sacrificulo iubebant, hoc age, vt liquet ex Plutarcho in Numa, & in Marcio Coroliano. In intercisis, quibusdam horis fas est ius dicere, quibusdam non fas. nam quo tēpore hostia cædebatur, fari nefas erat, & cū adoleretur: inter cæsa & porrecta, licebat, *hæc & Varro lib. 5. de ling. Lat.* Et sic de nefastis & fastis agens. Ouid. ait, *lib 1. Fastorum.*

Nec toto præstare die sua iura putarn,

scilicet prætorem,

Qui iam fastus erit, mane nefastus erat.
Nam simul exta Deo data sunt, licet omnia fari,
Verbaque honoratus libera prator habet.

¶ Feriarum rursum, aliæ publicæ, aliæ familiares, seu proprię 3
familiarum. Publicarum genera quatuor, aut enim stativæ sunt, aut conceptiuæ, aut imperativæ, aut nundinę. Feriæ dicūtur, dies quibus cessatur ab opere aliquo, dictæ, quod illis vel ferirentur hostiæ, cultuique diuino dabatur opera, à ferendis epulis. Et per extensionē dicuntur etiam feriæ, dies sex post dominicum, quos nomine planetarum & idolorum dicebant Ethnici, lunæ, martis, mercurij, &c. Quibus ex instituto Syluestri Papæ nominibus omissis, vel ab ecclesia explosis, feriæ, dicti omnes dies, quod omnib. diebus Deo vacandum sit, quod vide late explicatum apud Brunum, *lib. 6. de cerem. c. 6.* Feriæ etiam dictæ sunt, dies in quibus ab aliquo opere vacui, dabant homines vel dare poterāt operā aliis negotiis, quales sunt feriæ nundinarum, messium, & vindemiarū, in quibus, vt dicemus, in primis silent opera rustica, & lites: in aliis vigent, & vacatio quoq. litium est seu iustitium. ¶ Proinde † ex quatuor generibus feriarum, quædā ad honorem Dei, 4
quædam ad homines pertinent, & earum quę ad homines pertinent, quædam pro veneratione principis, quædā pro vtilitate seu necessitate hominum, quædam ad publicam lętitiam vel luctū.

¶ Stativæ † feriæ ad Dei honorem pertinentes sunt illæ, quæ 5
anni certis, statis, & reuolutis contingunt diebus & mensibus, in fastis seu Kalendario annotatæ. Quemadmodū apud Hebręos festum expiationis quotannis decimo die septimi mensis, qui in 9 Octobris nostri incidit, celebratum est: quo vnico die mādauit Deus ieiunium seruari, *Leui. 23.* vocabat יום כפורים iom chaphorim. Erat & illis in mēse Thisri, qui in 21. Octob. incidit, festū חושענה רבה hosceana raba, festum palmarum grande: septimus dies tabernaculorū, quo canunt lætaniam Iudæi, cuius formam propositum. And. Osiāder, *in annot. quas adiecit Harm. euang. lib. 3. c. 36.* Et 15. die septimi mensis Thisri, id est, 15. Octobr. incoabatur festum Tabernaculorum, quod durabat septem cōtinuos dies, vt repeteretur memoria diuinæ protectionis populi in deserto, *Leuit. 23. D. Ioan. Euang. c. 7.* vocant Hebræi festum סוכות socot, Græci σκηνοπηγίας. Erat & illis prima die mensis septimi, זכרון תרועה zecron terogna, *festum tubarum*, quod illi vocant, memoriam clangoris, per quam dicunt commonefieri populum de libe: atione Israelis, ac immolatione, *Leui. 23.* Erat & illis statū festum septimo quoq. die quod sabbatum, requies ab opere hominum & iumentorum & boum, *Exod. cap. 23.* & septimus annus terræ, *Exod. 23. Leuit. 25.* Erat dedicatio noui templi, eo absoluto post reditum ab exsilio Babylonico 23 Martij, *Ioseph lib. 11. c. 4.* Apud Ethnicos & idololatras, etiam gentiles erāt festa stata, vt 15. die Februarij celebrabant Romæ *Lupercalia*, & diem dictum festbruatum. *Ouid. 2. Fast. Quirinalia* seu festum stultorū 18. Februarij, & eodem die *Feralia*, *Ouid. 2. Fast.* Et *Charistia*, festum 19. Februarij, à cognatis in familiis celebratum.

Scilicet à tumulis & qui periere propinquis,
Protinus ad vinos ora referre iuuat. Ouid. eo.

Erat ex quinquatriis vltima dies 23. Martij, quæ tubilustrum.

Summa dies è quinque tuba lustrare canora
Admonet, & forti sacrificare die. Ouid. 3. Fast.

Targelia, festum Apollinis, *Suidas. 7.* Aprilis *Rubigalia*, ad rubiginem à segetibus arcendam 25. Aprilis, *Plin. lib. 18. c. 29.* vt eodem die Athenis festum Διασκυλλίσμος. *Lemuria*, sacra nocturna, mense Maij celebrata nocte ad fugandos è domibus lemures, *Ouid. 5. Fast.* Docet & Eusebius Pamphil. *lib. 17. de præpar. euang c. 7.* gentiles quoq. septimam quāque diem in veneratione habuisse, ex Hesiodo, & Homero. *Plynteria* celebrabantur Athenis & in Pyræo, quo tempore & Palladis claudebatur templū, quod festum tam necessarium aliqui sibi, ac vniuersæ ciuitati esse arbitrabantur, vt nullus Athenienśium etiam summa coactus necessitate, aliquid die illa operari auderet *Xenophon li. 1. rer. Græcarum.* Fiebatque vigesimoquinto die mensis Διασκυλλύσμος vigesimoquinto Aprilis, qua die Alcibiades ab exsilio reuersus est, *Plutarchus in Alcibi.*

¶ Apud † nos, qui Christum dominum & Deum adoramus & 6
colimus, stati dies festi plures sunt, vocātur & festa immobila, & mobilia: immobilia, vt dies dominicus, *sic nuncupatur Apocalyp.*

c. 1. d ¶

c.1. *de hoc Leo pont. max. epist.* 79. & *Niceph. Cal. lib.* 7. c. 46. qui sabbatum Iudæum antiquauit, quo resurrexit dominus à mortuis, septenis recurrens singulis diebus, quo danda opera hymnis, & Dei laudibus, omni labore corpore remisso, *in consilio Matisconen. c.* 1. *in concil. Cabilonen. c.* 18. *Agathensi c.* 47. *Aureliac. c.* 2. *can. ieiunia, de consecrat. dist.* 2. *cap. quod die*, 75. *distinct.* vt nec eo die ieiunandum, *cap. ieiunium, & c. seq. de consecrat dist.* 3. *c. placuit eod.* nec in oratione humilitatis prosternēda esse corpora, quia lætitiæ dominicæ resurrectionis est, placuerit, *c. quoniam de consecra. dist.* 3. *c. siquis presbiter*, 30. *dist in.* Sunt alij dies festiui, certis temporibus consecrati in honorem Dei, & mysteriorum eius, & in venerationem martyrum, aliorumque sanctorum eius, vt & ipsi apud Deum nostri memores sint, vnde à Diuo Augustino vocantur memoriæ martyrum, *D. August. lib.* 22. *de ciui. Dei c.* 10. *Neq:* enim reuocandum in dubium duco, quod fides ecclesiæ Catholicæ credat firmiter, pios & sanctos viros, etsi ex hac vita discesserint, tamen memoriam nostri facere apud Deum, à nobis interpellatos, vt se facturum Diuus Petrus post obitū dixit, 2. *Pet. c.* 1. Et ex veteri & nouo testamento diuinæ legis satis constat, vt nō nisi malitiose calūniari quis veritatem possit, veluti ex Psalmo 31. clarum, *pro hac orabit*, inquit, *ad te omnis sanctus, & c. Et si steterint Moyses, &c. Hieremia* 15. Docet & angelus apud Tobiam, *cap.* 12. *& in cap.* 8. *Apocalyp.* Et angelus est pro populo apud Zachariam orans, *Zachar.* 1. & apud Hieremiam, *c.* 29. angelis porro sancti & beati similes sunt, *Luce* 20. Omitto orationem Oniæ mortui pro populo, 1. *Machab.* 15. & quæ Cyprianus, *epist.* 1. *lib.* 1. *& 3. lib. epist.* 6. & Hieronymus *contra Vigilantium.* scribunt Diuus Ignatius etiam, *epist.* 8. *ad Tharsenses, dies festos*, inquit, *nolite inhonorare.* Et Diuus Gregorius Nazianzenus testatur *lib. de pauper. amau.* nos festos in honorem martyrum veritatis celebrare, vt quorū certamina veneremur, eos imitemur. In summa qualia sunt festa immobilia apud nos, docebit te Gratianus, *in c.* 1. *de consecr. distin.* 3. & Gregorius 9. *in c. conquestus, de feriis.* quibus addentur & alia in iure expressa, *c. crucis de consecr. dist.* 3. *Cle. si dominum. de reliq. & vener. sanct. & c. fin. de feriis, c. fi. de sent. exc. in* 6. *in l. pridie, de fer. in P. l. dies, l. omnes*, C. eo. & si qua alia ab episcopo, clero, & populo recipiantur, ratione quadam speciali, *c. pronuntiandum, de consecr. dist.* 3. *in concil. Magunt. c.* 36.

7 ¶ Mobilia † porrō festa, conceptæ feriæ dici possunt: quę quādo celebrandæ sint, singulis annis ante à pontificibus prædicitur, veluti Pascha, Rogationes, Ascensio Domini, Pentecoste, Corpus Christi. Erant & feriæ conceptiuæ apud Ethnicos, Latinæ, sementinæ, paganalia, compitalia, *Macrob. lib.* 1. *Satur. c.* 16. *ex Varrone*, 5. *de ling. Lat.* Pro veneratione principis, & aliorum heroum, statuæ etiam feriæ sunt: si natalis dies eorū obseruetur feriatus, si dies initiati imperij, *l. omnes dies, c. de feriis, C.* vt decretū à triumuiris Romanis, vt qui senatores, vel senatorum filij, natalem Cæsaris diem lauro coronati non celebrassent, ij mulctam decies HS. penderent, *Dion Cassius, lib.* 47. *hist.* Adrianus die natali suo mille ferias edidit, *Ælius Spart. in Adriano.* Cumque Iulia Octauiani Cæsaris neptis ex sorore, vxor Agrippæ, Caium peperisset, sacrificium perenne natalibus eius, cum quibusdam aliis decretum est: priuatim autem ædiles natalibus Augusti. ludos equestres & venationem ediderunt, *Dion Cassius lib.* 60. *hist.* Megalesia, ludi celebrati in honorem Magnæ matris, vt dicebant deorū Ouid. 4. *Fastorum* 5. Aprilis, vel secundum Liuium, *lib* 9. *decad.* 3. idibus Aprilis. Athenis quotannis celebrata sunt *πυανέψια*, festum institutum in memoriam felicis reditus Thesei, qui interfecto Minotauro in insula Tauro, & liberatis Athenienſibus à difficili tributo, secum ex Creta obsides Athenienſium liberos incolumes reducens, die 8. Octobris, vrbem ingressus est, *Plutar. in Theseo.* Sicuti etiam *μετοίκια* celebrabāt 16. Iunij in honorem Thesei quod is in vnam vrbē, quam appellauit *Ἀστυ*, sparsos ante coegerit, *Plutarch. in Theseo.* Thucydides vocat hoc festum *συνοίκια*, *libro secundo, pagin.* 40. Sicyonij celebrabant festum *σωτήρια*, in honorem Arati 5. Nouembris, eo quod ille hodie Antheſterionis mensis, patriam à seruitute tristi regum Macedonicorum in libertatem vindicauerat, *Plutarch. in Arato.*

8 ¶ Ad † vtilitatem hominum sunt & necessitatem rusticæ feriæ vindemiarum, & messium, quæ conceptiuæ sunt, & indicuntur à præsidibus prouinciarum, iurgiorúmque clauditur campus, vt liberius colligendis fructibus nauetur opera, *l. publicas, cum* 2. *seq. C. de feriis, lib.* 3. *titul.* 12. *l.* 1. *eodem titul. lib.* 2. *P. titul.* 12. *cap. significauerunt, de indic. apud Greg.* paucis exceptis, quæ suadent ius etiā dici ijs temporibus, vt in causſis quæ summarie & de plano expediri mandantur, vt *Clem. sæpe. de verbor. signific. l. miles, §. sexaginta, ad l. Iul. de adult. in P.* si res, de qua agitur, tempore dilato sit periura, *l.* 1. *§. sed excipitur, de feriis in P.* si tutores vel curatores dandi sint, *l.* 2. *eo. tit.* vel amouendi: si alimēta petantur: si missio in possessionem ventris nomine facienda: si ætas probanda, &c. de quibus *in l.* 2. *& 3. de feriis in P.* volentibus quoq. & consentientibus litigantibus vtrisque, etiam his feriis iudicium fieri poterit, *c. fi. §. fi. de fer. apud Gregorium.* Possunt & actus voluntariæ iurisdictionis expediri, *l. actus omnes l.* 8. *C. de feriis.* latrones comprehendi & extorqueri, *l. pen. C. eo.* fiscales & publicæ causſæ agi, *l. publicas, C. de feriis.* Constituuntur autem istæ feriæ messium, & vindemiarum ex more regionis & consuetudinis seruatæ, *Paul. in l. præsides*, 4. *de feriis, in P. l. si in aliquam*, 17. *de off. proconſ. lib.* 1. *P. tit.* 16. Sicuti nec sementinæ feriæ statæ erant institutæ ad procurandam maiorem segetem, tunc factæ quando semina iacta erant. Sicut innuit Ouid. 1. *Fastor.*

Ter quater euolui signantes tempora fastos,
Nec sementina est illa reperta dies.
Cum mihi sensit enim lux hæc indicitur, inquit,
Musa quod à fastis non stata sacra petis,
Atque dies incerta sacris, sic tempore certo,
Seminibus iactis est vbi fœtus ager.

9 ¶ Nundinarum † feriæ videntur contraria ratione superioribus inductæ, vel ad releuanda opera rustica, nam illæ paganorū sunt & rusticorum, quibus cōueniunt negotiis propitis vel mercibus prouisuri, vel leges accepturi, vel iurgia compositurі, vt late explicat Macrobius *lib.* 1. *Saturnal. cap.* 16. Interim autem auocabantur à rure, *l.* 2. *nundinis, in P.* Erant nundinæ feriæ post octauum diem, nam tot rustici laborabant, nono mercatum petebant. *Nundinis*, inquit Plinius, libro decimooctauo, cap. 3. *vrbem remisitabant, & ideo comitia nundinis habere non licebat, ne plebs rustica auocaretur. Quies somnusque in stramentis erat*, & alibi lib. 28. c. 2. *vngues desecari nundinis Romanis tacenti atque à digito indice, multorum pecunia religiosum est.*

10 ¶ Ad † vtilitatem etiam hominum, illæ feriæ videntur inductæ, quæ lætitiæ consecratæ sunt. Sic fuerunt quædā festa statuta Clarotis seruis dictis, Cretēsium, in Cydonia: quibus liberi ciuitatem non ingrediebantur, sed serui rerum omnium erant domini, atque liberos flagellare poterant si libuisset. *Athenæus lib.* 6. *cap.* 6. Erat & Cantorum festum, quod tempore festi Dionysiaci agebatur, in quo singuli accedentes, veluti præmium suis diis cantilenas persoluebant, *Athenæus lib.* 7. *cap.* 1. Lagenophoria festum in Alexandria, quod fiebat decumbentibus conuiuis, & deferentibus singulis lagenam secum, *Athenæus vbi supra.* Erant & Saturnalia, de quibus late Macrobius, *lib.* 1. *Saturnal. c.* 2. & Lucianus *in Saturn. seu Chronosol.* Addidit huic festo Caligula, vt lætitiam publicam augeret in perpetuum, vnum diem, vocauitque Iuuenalem, *Suetonius in Caligula, cap.* 17. C. Cæsar duos, *Macrobius lib.* 1. *Saturnal. cap* 2. *& cap.* 10. Sic quatuor fuerunt Saturnaliorum dies, secundum Dionem quinque, *Dion Cassius lib.* 59. & 60. secundum alios septem, circa 14. Kalend. Ianuarij. Apud nos ante quadragesimam feriæ maxime gulæ & voluptatis in carnispriuio. Inter Hebr. 15. Augusti, *Paul. Eber. in Cal. hist. in* 15. *Aug.* Iudæi celebrant conuiuia, credentes illa die mitigatam capiuitatem Babylonicam, & incoari nouam anni partem. Et apud Iudæos festum פורים purim, sortium, seu vrnarum, 14. die mensis Adar, seu 14. Martij, 2. *Macchabæor. cap. vlt.* *μαρδοχαϊκὴ ἡμέρα*, quo die Iudæi extra Susam habitantes, à cæde ciuium vim parantium desistentes, epulis & hilaritatibus sese dederunt, læti propter insperatam conuersionem extremi periculi in summam tranquillitatem, *Esther cap.* 9. Suntque hæc Iudæorum Bacchanalia. Quibus diebus legunt historiam Hester, vbi quoties fit mentio Hamam, pugnis & malleis pulsant scamna in synagogis. Habēt etiam & aliud festum, quod illis dicitur שמחת תורה schomacht thorah, lætitia legis, in qua exsultant Iudæi: quod hoc die finitur lectio quinque librorum Mosis, & incoatur denuo primus, legiturque prima סדרת sedara: itaque nocte singuli accendunt suos cereos lychnos, 23. Tisri, seu Octobris, *Paulus Eberus in Calendario, in vigesimotertio actu.* Hocque ipso dei, Romæ Annæ perenne festum geniale, quo coniuges cum liberis, vt ait Ouidius 3. *Fastorum.*

Protinus errantes læti vescuntur in agris,
Et celebrant largo sæpe diemque mero.

Et rursum,

—annosque precantur,
Quot sumunt cyathos ad numerumque bibunt.

11 ¶ Erat † & festum Veneris, de gustandis vinis institutum, secundum occasionem quam refert Ouidius 4. *Fastorum*, & Plinius *lib.* 18. *cap.* 19.

12 ¶ Erant † quoque feriæ imperatæ, vel imperatiuæ, quas consules vel prætores pro arbitrio potestatis indicebant: nunc que & indicuntur ab aliis iudicibus vel principibus, & vocantur repentinæ. Princeps tamen solus generales has repētinas indicere potest, non etiam inferiores, *l. à nullo iudice.* 4. *de feriis*, C. Imperabantur vt plerunque ob euentum quendam populo, vt si terræ motus, vel spectrum aliquod apparuisset: quibus & addebantur supplicationes publicæ, & orationes, *vide Liuium* 1. *lib. decad.* 4. *& lib.* 1. *decad.* Et more Romano receptū erat, vt esset vnus præfectus vrbis, qui feriis celebrandis præesset: quod tamen officium intermissum est eo anno, quo ciuile bellum Cæsaris & Pompeij cœpit, & apud prætores potestas fuit, *Dion Cassius lib.* 41. *histor. Romanæ.* Ob lætitiam publicam indictæ sæpe feriæ, & postea sæpe annis sequentibus vsurpatæ: vt in signis dies factus 13. Martij, qui Hebræis Adar, ob insignem victoriam Iudæ Machabęi, prostrato exercitu Antiochi duce Nicanoro, 2. *Machab. cap. fin. Iosephus lib.* 12. *de bello Iudaico. cap. decimoseptimo.* Et si res quædam feliciter succedat, indicuntur aliquando feriæ, *l.* 1. C. *de feriis.* veluti cum Iulius Cæsar vicisset Cn. Pompeium in Hispania, triumphum Romæ egit, & feriæ quinquaginta dierum actę,

Digitized by Google

Dion Cassius lib. quadragesimo tertio histor. Similiter diem, quo capta fuit Alexandria ab Octauiano, festiuum esse statuerunt Romani, & ab eo sequentium annorum numerandi initium sumi, *Dion Cassius libro quinquagesimoprimo historiarum.* Sic quia per decennium tantum, primum fuit decretum imperium Octauiano Augusto post victoriam Triumuiratus, eoque elapsu per aliud decennium renouatum est & continuatum: inde postea Imperatores, etsi ad vitam subirent imperium, tamē singulis decenniis pro imperij renouatione festum agebant. Quod & suo tempore factum testatur Dion Cassius, *lib. 53. histor.* Ferias quoque indici extra ordinem ob res prospere gestas, vel in honorem principis, & in his indicia facta restitui in integrum, tradit Vlpianus, *in l. sed & si per praetorem, l. 6. §. si feria, ex quibus caus. maior. lib. 4. P. tit. 6.* Et Imperator Oriētis Emanuel Comnenus primum diem Maij ob memoriam Constantini & Helenæ, festum esse voluit, *lib. 2. constitutionum iuris orientalis, in const. eius 2. tit. περὶ ἀργιῶν ἡμερῶν, seu de feriis.* Proconsules quoque pro iucundo suo aduentu, dum in aliquam celebrem prouenirent ciuitatē, vel caput suæ prouinciæ, ferias quæ secundum mores & consuetudinem, quæ retro obtinuissent, dabant, *Vlpian. in l. si aliam, 7. de offi. proconsul.* Ob luctum feriæ etiā aliquādo statutæ: veluti Iudæi, השעחנאה *seu 9. Augusti.* ieiunium strictissime seruant, incedentes nudis pedibus, & humi sedentes, & cum alias partes bibliorum recitant continuentes tristem aliquam historiam, tum threnos historiæ ter perlegunt: quia hoc die credant incensam fuisse Hierosolymam à Nabuchodonosore, & Tito. *Paulus Eberus in Kalend. histor. in 9. Augusti.*

13 ¶ Apud † Romanos, nullum erat festum atratum vel lugubre, nec planctus ob raptos Deos, nec lamenta mulierum, qualia sacra Græci faciunt, raptam Proserpinam, casusque Bacchi referentia, & id genus alia, *Dion. Halic. lib. 2. antiq. Rom.*

14 ¶ Priscis † temporibus antequam fasti à Cn. Flauio scriba, inuitis patribus in omnem notitiam proderentur, pontifici minori hæc prouincia delegabatur, vt nouæ lunæ primū obseruaret adspectum, visamque regi sacrificulo renunciaret. Itaque sacrificio à rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex calata, id est, vocata in capitolium plebe iuxta curiam calabram, quæ casæ Romuli proxima est, quot numero dies à calendis ad nonas superessent pronunciabat. Quod post nouam lunam oportet nonarum die populares, qui in agris essent, confluere in vibem, accepturos caussas feriarum à rege sacrorum, sciturosq; quid esset eo mense faciendum: vnde & quibusdam nonæ dictæ putantur, quasi initium obseruationis, vt refert Macrobius, *lib. 1. Saturna. cap. 15.* Nunc etiam inte Catholicos, singulis diebus dominicis, curio vel eius vicarius, ex suggestu parochis calatis & congregatis, explicat, quæ feriæ in hebdomada vacationem ab operibus seruilib. habent: quæve in honorem Dei sacratæ sint.

15 ¶ Incipiebat † mensis ex institutione Romuli à noua luna, & ab eius apparitione fasti & nefasti dies declarati. Sicut & apud Hebræos menses lunares, & primus dies Neomeniæ seu Kalendarum, in quo proprium sacrificium destinatum Deo erat. *Num. c. 21.* & vt Ecclesiasticus ait, *Eccles. c. 43.* à luna signum dici festi, & Ἐκλείπει ἐν τῷ νυμηνίᾳ τὰς θυσίας συσώματος, τῶν, ἀντίρροπον ἄρσεν καὶ θαύμασον ἀπόδειξιν, vt ait Plutarch. *in problem.* Et Græci in noua luna solebant deos venerari, in secunda die heroes & dæmonas.

16 ¶ Feriandi † vel colendi leges iam positæ sunt. Nā & Deus dū festa sanxit, *Exod. c. 20. Deut. 5.* adiecit à quibus abstinendum sit: *memento vt diem sabbati sanctifices, sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septimo autem die sabbatum domini Dei tui est: non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena qui est intra portas tuas. &c. Omnis qui fecerit opus in hac die, morietur: qui polluerit hoc morte moriatur, Exod. 31.* Conqueritur & dominus, *Ezech. cap. fin.* quod in hac die sabbati calcarent Iudæi torcularia, & onerarent asinos, & imponerent vuas, ficus, & alia, & in sabbato venderent, emerentve pisces & alia venalia. Explicant Rabini hoc præceptum, *in libro* מעות לאתעשה *mitzoth, lothagnascheh*, id est, *praeceptorum negationorum, precept. 65.* vt prohibeat fieri hoc die quicquid ad acquisitionem panis aut vestium pertinet, qualis agricultura, seminatio, demessio, trituratio, vētilatio, commolitio, subagitatio, decoctio: detonsio lanæ, dealbatio, carptio, coloratio, &c. sed his addunt alia vana, hoc die non ambulandum super herbam, ne pedibus eam auellas: non conscendendam arborem, nihil in ea suspendendum, ne ramum aliquem frangas: non poma decerpenda, non tergendas vestes vino vel oleo madefactas, non obstruendum manu vas effundens vinum, non ponendum pomum ante ignem, non lauandas manus, non venandum pulicem si saltet tātum, secus si pungeret: pulices occidi non posse, pediculos posse, & alia similia superstitiosissima, quæ Dominus noster Iesus Christus exprobrat illis. Non reprobauit autem sanctificationem sabbati, in cuius locum successit dies dominicus colendus, *ex ecclesiæ constitut: Archid. in can. ieiunia, de consecra. dist. 3.* sed hypocrisin, & leuem illam superstitionem. Sic etiam & in aliis festiuis diebus, Deus statuit esse abstinendū ab operibus seruilibus, & à corporalibus & quæstuariis artibus, & tunc affligendas animas, & offerenda holocausta domino, *Leuit. 23.*

¶ Et † iure humano, mercatus & nundinæ diebus festis Deo dicatis prohibentur: cui si quædam si cōtraria obrepserit consuetudo, ea velut impia rescienda est *c. 1. de feriis, & ibi Host. & Pan.* cum difficile sit inter ementes, & vendētes, nō interuenire peccatum *c. qualitas, de pœn. dist. 5.* Atque in constitutionibus Caroli Magni, Aquisgrani habitis, sic statutum, *Ne diebus dominicis opera seruilia fiant, non ruralia, non vineam colant, non campum arent, non fœnum secent, non sepem ponant, non syluas extirpent, non arbores cadant, non petras, non domos extruant, non hortum colant, ne ad placita conueniant, non venationes exerceant. Fœmina* † *ne texant, ne capillent, non consuant, nec acu picturas faciant, non lanam carpant, ne linum percutiant. Nec publice vestimenta lauent, non verueces tondeant. Liceat autem,* inquit, *tria carraria facere opera, scilicet hortalia carra, victualia, & si necesse sit corpus ad sepulcrum mortui ducere.* Prohibentur autem & opera rustica seruilia, *can. 1. & 2. 15. q. 14.* vt liberius orationibus vacaturi ad ecclesiam perueniant. *Non licet,* inquit concilium Altisidorense, *c. 16. die dominico boues iungere, vel alia opera exercere.* Sic & lites & iurgia, tempore maxime festorum ad honorem Dei introductorum, quiescunt, *l. 2. & 3 & l. omnes dies, & l. fi. C. de feriis.* Et ita intelligendam puto, *l. si feriatis, l. 6. de feriis & dilationibus.* Erāt idcirco dicti dies nefasti, quibus iustitium indicebatur, cum non licebat lege agere, & prætor illa verba tria effari efficaciter non poterat, *do, dico, addico, Varro 5. de ling. Lat.* Ouidius de diebus, *1. Fast.*

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur,
Fastus erit, per quem lege licebit agi.

¶ Atque † nunc in feriis ob honorem Dei introduxerit solēnibus, neque etiam consensu partium iudicium fieri potest: & si fiat, nullum est, quamuis in feriis vindemiarum & messium consensus gestum firmet, *c. fin. de feriis.* Sicut & tempore feriarum repentinarum ob gestam rem feliciter indictarum, appellare liceret, *l. 1. C. de feriis.* Et ad comparendum die feriato, non tamen vt respondeatur die feriato, *l. 1. de feriis, in P.* citatio in ius valet, *vide late de hoc gl. in c. fi. 15. q. 4. & Ang. Clauas. in summa, in verb feria, n. 37.* Die dominica potissimum iudicialis omnis actus quiescere debet, & tuti sunt, veluti per inducias inter se litigantes, & fœderis interuallum, cessatque vox horrida præconis, *l. fin. §. fi. C. de feriis.* Et ita nec carcerari hoc die possint.

¶ Imo † tempus feriarum festorum dierum, pacem seu inducias inter hostes constituit, secundum ius aliquod, *c. 1. de treuga & pac. lib. 1. decret. tit. 34.* Sicut & in solemni festo Apollinis Tymbrei inter Troianos & Græcos, requies bellādi per inducias est interposita, vtroque exercitu sacrificio insistēte, *Dictys Cretens. lib. 4. de Bello Troiano.* Et abstinebant à pugna Machabæi tempore sabbati ab initio, donec male id cessisse, vrgente hoste experti sunt, *1. Mach. c. 3.* Et narrat Dion Cassius *lib. 37. hist.* Iudæos non fuisse ausos bellare contra Pompeium, templum defendentes Hierosolymitanum, & ideo expugnatum ab eo, aliter vero nunquam expugnandum.

¶ Plures † & de violatis templis apud Athenienses capite dānati sunt. Sic Euandrum violasse mysteria populi capitis præiudicio statutum est, deferente eum Therpiense Menippo homine Care, quod Menippum à se actione mercatoria damnatum, cum prius, vt aiebat apprehēdere potuisset nusquam, in mysteriis hominem nactus arripuit, & ab hoc condemnatus, nullius alterius criminis reus, vt ait Demosthenes *contra Mydiam*, qui & Ctesiclē damnatum ea de violatione alterius generis scribit, *ead. oratio.* tantus etiam Ethnicorum fuit in eos, quos putabant religiosos cultus, vt in illis putarent indignum, & impium, mala vel verba facere. Sic Ouid. 1. *Fast.*

Prospera lux oritur, linguis animisque fauete.
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.

Et Tibullus, lib. 2. Eleg. 1.

Dicamus bona verba venit natalis ad aras,
Quisquis ades, lingua vir mulierque faue.

Et iterum Ouid. lib. 15. Metam.

——cognouit numina cœtus
Euinctus vitta crines albente sacerdos:
En Deus est, Deus est, linguis animisque fauete
Quisquis ades dixit, &c.

¶ Ceterum † duo capita efficere possunt, vt vetita permittantur, necessitas inquam, & pietatis. Necessitas facit licitum, quod alioquin fieret illicitum, & sic pugnarunt iuste inuasi Machabæi, *1. Machab. 1. cap. quod non est licitum, de reg. iur. cap. si nulla, 23 q. 8.* Si licet halecia tempore festorum, dum occurrunt, piscari, *can licet, de feriis*, & vrgente & sæuiente tempestate, maturos fructus alioquin consumendos, colligere: licet & experiri actionibus, quæ alioquin perituræ sunt, ad contestationem vsque, *l. 1. §. fin. & l. 3. de feriis.* petere missiones in possessionem ventris nomine, rei seruandæ caussa, legatorum, fideicommissorum, petere alimenta: hæc enim ad necessitatis caussam pertinent *l. 2. eo.* singulari iure & receptum, ob publicam fidem & necessitatem, vt in eum qui quid nundinarum nomine acceperit aduersus communem vtilitatem, omni tempore ius dicatur, *l. 3. de feriis. in P. §. fi.* & in latrones, & quietem publicam turbantes, *l. prouinciarum, C. de feriis, l. 3. C. de episc. audien.* Eo forsan pertinent, si bene examinentur, quæ licere dixit Virgilius *in Georg.* facere per ferias agricolis.

Sunt

Digitized by Google

Sunt etenim quæ festis exercere diebus,
Fas & iura sinunt, rumos deducere nullo
Religio vetuit, segeti prætendere sepem,
Insidias auibus moliri: incendere vepres,
Balantumque gregem fluuio mersare salubri.

¶ Secundum etiam Columellam *lib.2.de re rust.c.fin.* feriis, ritus maiorum etiam permittit rusticis hæc, *far pinsere, fasces incidere, candelas sebare, vineam conductam colere, piscinas, lacus, fossas veteres tergere, & purgare, prata siclire, stercora æquare, fœnum in tabulata componere, fructus oluets conductos cogere, mala, pyra, ficus pandere, caseum facere, arbores serendi caussa collo vel mulo clitellario auferre, sed iuncto aduehere non permittitur, nec apportata ferre, neque terram aperire, neque arborem colluere, sed nec sementem quidem ad manum stare, nisi prius catulo feceris: nec fœnum secare, aut vincire, aut vehere. At nec vindemiam quidem cogi per religiones pontificum feriis licet, nec oues tondere, nisi catulo feceris: defrutum quoque facere, ac defrutare vinum licet: vuas, itemque oliuas condstui legere licet. Pellibus oues vestiri non licet. in horto quicquid olerum caussa faciás, omne licet. Feriis publicis hominem mortuum sepelire non licet. Marcus Portius Cato, mulio, equus, asinus, nullas feriias esse dixit. Idemque boues permittit coniungere lignorum & frumentorum aduehendorum caussa.*

24 ¶ *Nos* † *apud Pontifices legimus, feriis tantum denicalibus mulos iungere non licere. ceterum non licere: Denicales*, inquit Festus, *feriæ celebantur, quando hominu mortui caussa familia purgabatur: erantque feriæ priuatæ, vt feralia, & parentalia publicæ.* Feralia porro officia, quæ inferis defunctisque exhibentur, *vide Ouid.1.Fast.*

25 ¶ Hæc † tamen omnia, quæ ex Columella recitauimus, hodie nõ licent in sacris feriis, nec in intercisis diebus, nisi sacris peractis, & necessitate vrgente, atque dispensatione quadam: neq; vir ille in veteri testamento, qui sabbato ad ligna colligẽda exierat, immunis à morte fuit, *Num.15.* Nec potest homo vllam commutationem dare pro anima sua, *Matth.cap.16.* cui intentus maxime his diebus esse debet: nec potest vniuersum mundum lucrari, & animæ suæ detrimentum pati, *Matthæi 16. D.Luca cap 9.* Anima plus, quàm esca, & corpus, *Matthei cap.6. l. sancimus, C. de epis. & cler.* Veruntamen & mos regionis hic sequendus est, *cap.vrinam, 76.distinct.* cum propter scandalum, tum etiam, quia sacris peracta
26 tis, quædam alicubi licẽt, quæ alibi vetantur. ¶ Imo † & aliquãdo, prout animaduertunt Episcopi cum clero & populo, ex fastis aliqua festa expunguntur, si nimia sit copia, vt operandi sit facultas. Sic Claudius Cæsar 4. consul, multas ferias, multa sacrificia abrogauit: nã maior anni pars his absumebatur, nõ sine magno Reipub. detrimento, vt scribit Dion Cassius *lib.51. histor. Romana.* Pietatis caussa dispensat etiã obseruationem nefastorũ dierum, *cap. conquestus, de feriis, can. in summa, 15.q.4.* qualia sunt ea etiam, quæ ad tutelæ vel curatelæ caussas pertinent, ad orphanos pau-
27 peres, *l.2. de feriis, in P.* ¶ Sunt † & pia opera hoc tẽpore potissimum obseruanda, quod deputatur diebus festiuis ad honorem Dei, *c. nullus, 44. dist. c. ieiunia, de consecr. distin.3.* sacræ liturgiæ audiendæ integræ, *c. omnes fideles, & c. missas, de consecr. distin.1.* & sacræ conciones. *can. sacerdotes, de consecr. dist.1.* Abiiciendæ à Christianis festiuitatib. comessationes, ebrietates, vt explicat D. Ambr. *tom.4. operum. lib. de Elia, c.17. & epist. ad Eustath. de acceptis mun. c. comessationis, 44. dist.* & D. Chrysost. *tom.1. homil.1. in 1. Genes.* Abiiciendæ choreæ, *c. irreligiosa, de consecr. dist.3.* laruæ, theatrales loci, & reliqua, quæ prohibet concilium Basilienſe. *tit. de spectacu. in ecclesia non faciendis, in pragmat. sanct. in c. cum decorum, de vit. & honest. cler.* cauendumve, ne cum paganis & gentilibus festiuos dies eorum colamus *in Laodicensi concil. can.39. vide can. non oportet, 18. distin.* Sustulit Lucas Constantinopolitanus Patriarcha, quæ aliquando fiebant in sanctorum Notariorum (vt puto Euangelistarum) festo in oriente à notariis pueros docentibus, cum scenicis personis forum obeuntibus, *lib.2. iur. Orientalu. in eius sanctionib.*
28 *tit. de feriis notar.* Prohibitum † fuit in concilio Turonensi, ne secũdum errorem antiquum quispiam coleret calendas Ianuarij, *concil. Turon.2. c.16.* Et ex concilio Antisiodorensi sub pontifice sum. Deus dedit, anno Domini 613. non licet calẽdis illis vecola aut ceruolo, vt ipse loquitur, facere, vel strenas diabolicas obseruare, sed in ipso die omnia beneficia tribuere quisque iubetur, vt in ceteris aliis diebus, *cõcil. Antisiodor. c.1. Si quis*, inquit Zacharias Papa, *calendas Ianuarij ritu paganorum colere, vel aliquid plus noui fecerit propter nouum annum, aut mensas cum lampadibus & epulis in domibus præparare aut per vicos aut plateas cantores & choros ducere præsumserit. anathema sit. Can. si quis 26.q 7.* ¶ Solebant
29 † enim veteres Ethnici strenas calendis Ianuariis dare inaugurandi anni caussa, quas & accepit Octauius Cæsar, & recusauit Tyberius. *Dion Cassius lib.57.* qui & prohibuit ne commercium strenarum vltra calendas Ianuarias exerceretur, *Suet. in Tyberio, c.34.* Caligula autem edixit, strenas ineunte anno se recepturũ, stetitque in vestibulo ædium calendis Ianuariis ad captandas stipes, *Suet. in Calig. c.42.*

De vigiliis Ecclesiasticis. Cap.17.

1 *Feria sacra ieiuniis & vigiliis præcedentibus excepta.*
2 *Vigiliæ festorum quare dicantur, & de vigiliis Christianorum.*
3 *Sacra nocturna paganorum.*

QVia † feriæ festiuæ & venerationes sanctorum, eorumque 1
memoriæ, ad beneficia Dei mente repetẽda, & ad gratiam promerendam & impetrandam institutæ etiam sunt, expedire visum est easdem, potissimũ maiores, cum aliquibus piis actionibus excipere, & mentes aliqua præcedente præparatione expurgare. Quod & vigiliis & ieiuniis, ecclesia ab omni ætate catholica perficit: ideo & ferias quoque, ieiuniorum dies dixit, secundam, quartam, & sextam hebdomadæ diem, *cap. presbyter, 82. dist. cap. de illis, 11. quæst. fin. can. qui compulsus, 22 qu. sito 5. cap. ieiunia, de consecrat. distinct.3.* ¶ Vespera † præcedens diei festiui veneratio- 2
nem, vigilia dicitur: quia olim Christiani ob cultum solemnitatis in orationibus pernoctabant, *cap. nosse, 56. dist.* Quemadmodũ etiam hodie in vigilia natiuitatis Dominicæ. Docet & vigilias obseruatas in templis martyrum recurrentibus annuis eorum solemnitatibus, Basilius Magnus *in Psalm.* 114 dum inquit, πάλαι φοβούμενοι τὸν ἱερὸν τοῦτον τῶν μαρτύρων σηκὸν, ἐν μέσῃ νυκτὸς τὸν θεὸν τῶν μαρτύρων διὰ τῶν ὑμνων ἐξιλεούμενοι διεκαρτεροῦμεν μάχεσθαι τοῖς σώμασι, πάλιν ἡμεῖς παρὰ ἄοπτον ἀναβαίνοντες ὑμῖν μὲν ὡς καὶ ὑπνου καὶ ἀκαταπαύστους πάλιν εἰς τοὺς μάρτυρας πέμπω, καὶ πάλιν τῷ θεῷ λατρείαν ἀναπέμποντι ἕτοιμοι ὁ μισθὸς, id est, *iam inde ex media nocte venientes ad sacrum martyrum templum, Deum ipsum martyrum per hymnos laudantes, sustinuistis vsque ad hanc diem, nostrum aduentum exspectantes. Vobis quidem igitur, & somni & quietis, qua in honorem martyrum, & Dei adorationem impendistis, præsto est merces.* Atque idem Basilius magnus alibi, *epist.63. clericis ecclesiæ Neocæsarianæ.* hanc formulam vigilandi, & antelucano tempore surgendi & eundi ad ecclesias, & inibi psallendi, communem fuisse & obseruatam tradit Ægyptiis, Lybiis, Thebeis, Palæstinis, Arabibus, Phœnicibus, Syriis, & iis qui ad Eufratem habitant. Nec tantum feruente fide in festis martyrũ hoc fiebat, sed etiam quotidie in ecclesia primitiua, cuius vestigia adhuc in bene ordinatis monasteriis, & aliis ecclesiis collegiatis manent: & in hoc à prisca puritate & religione deflectimus, quod antea omnes catholici, laici, & clerici antelucanis precibus adessent, hodie vix etiam clerici. Huius & testis est, omni exceptione maior, Plinius Nouocomensis, *lib.10. epist.* qui de Christianis scribens ad Traianum, ait: *Affirmabant autem* (scilicet Christiani) *hanc fuisse summam, vel culpæ suæ, vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem conuenire, carmenque Christo quasi Deo dicere secum inuicem, seque sacramento non in scelus aliquod obstringere: sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent: quibus peractis morem sibi discedendi fuisse, rursumque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen & innocuum, &c.* In Carthaginensi concil. 4. *c.49. Clericus qui absque corpusculi sui inæqualitate vigiliis deest, stipendiis priuatus excommunicetur.* In concilio Antisiodorẽsi *c.11. fuit celebratum sub Papa, qui Deus dedit anno Domini 613. non licet in vigilia paschæ, ante horam secundam noctis, vigiliam expedire: quia in illa nocte non licet bibere, nec in natali domini, nec in reliquis solemnitatibus.* Et rursum, *non licet compensas in domibus propriis, nec vigilias in festiuitates sanctorum facere, nec inter sentes aut arbores sacrimas, vel ad fontes vota exsoluere: sed quicunque votum habuerit, in ecclesia vigilet. & matricula ipsum votum aut pauperibus reddat, &c.* Et Cyrillus Hierosolymitanus, *catheche.9. illuminat. nocte ad sapientiam nihil commodius, hac enim persepe de Deo cogitamus, lectioni, contemplationi diuinarum scripturarum vacamus, psallitur, oratur.*

¶ Erant † & apud Ethnicos sacra quædam nocturna, quæ de- 3
fendit à suspicione turpitudinis Dionysius apud Euripidem *in Bacchis act.2.*

Pentheus, τοὶ δ' ἱερὰ νύκτωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς;
Dionysius, νύκτωρ τὰ πολλὰ σεμνότητ' ἔχει σκότος.
Pentheus, τῶν δ' εἰς γυναῖκας ὄλισθος δεινὸς, ἢν σωθῇ.
Dionysius, κἂν ἡμέρᾳ τὸν αἰσχρὸν ἐξεύροι τις ἄν,
id est,
Pen. *Nocturna an interdiu hæc sacra (id est orgia) peragis?*
Dionys. *Noctu plerumque: habent religionem tenebræ.*
Pen. *Hoc in mulieres dolosum, & vitio obnoxium.*
Dionys. *Quin & in die quis inueniat turpitudinem.*

Cum tempore Neronis esset ortum incendium matronæ Romanorum etiam gentiles, ad placandos Deos suos, & propitiarunt Iunonem, lectisternia & peruigilia obseruauere fœminæ, quibus mariti erãt, vt auctor Cornelius Tacitus, *lib.15. annal.*

De Obseruatione Ieiuniorum. Cap.18.

Lib.3. Decretal. tit.46.

1 *Ieiunium generaliter quid.*
2 *Ieiunij diuisio, in profanum, & sacrum, & qua illa.*
3 *De vsu & abusu ciborum.*
4 *Ieiunium profanum, aliud naturale, aliud morale, & qua illa.*
5 *Ieiunium sacrum, vel corporale, vel spiritale.*
Corporale, pœnitentiale, vel ecclesiasticum, &c.

Digitized by Google

6 *Abstinentia solæ aliud quam ieiunium.*
7 *Sabbato ieiunare aliquando prohibitum, & in dominico.*
8 *Abstinentiæ à carnibus institutæ rationes.*
9.12. *Dies ieiuniis qui assignati, & de quadragesima.*
10 *Quibus diebus non ieiunatur.*
11.13. *De modo ieiunandi, & à quibus abstinendum.*
14 *De tempore edendi in die ieiunij.*
15 *Quæ persona & quando ieiunare teneantur. Item de ieiuniis, quæ de præcepto, aut de concilio sunt.*
16 *Quæ excusant à ieiunio: quod de præcepto est.*

1 POst † vigiliarum & festorum tractationem, & cognita institutione eorum: operæ pretium duxi, & de ieiuniis tractare. Ieiunium generaliter est, abstinentia à cibo, vel dies, in quo abstinetur: vnde & per translationem, ieiuni dicuntur ab his, quæ nō gustarunt: quibus cōtrarij saturi, qui copiam habent, nec illis indigent. Et proinde in vniuersum tot possent constitui species ieiunij, quot abstinentiæ & priuationis. ¶ Ceterum † nos diuidemus primum ieiunium, in profanum & sacrum: profanum, quando alia ratione quis ieiunat, quam vt consulat animæ. Sic ieiunare dicitur, & qui non comedit, & adhuc qui comedere nō potest, vel non habet quod comedat, vel qui diæta morbum corpore expellere nititur. Quæ ieiunia per se meritoria non sunt ad salutem animæ, nec ad iram Dei placandā. Est enim *edere & bibere*, actus naturalis ad reparationem corporis huius quotidie pereuntis, *l. proponebatur, de iudi. in p.* Et escæ per se, vsu adiaphoræ, bonæ in substantia qua creatæ sunt: *Vidit enim Deus omnia quæ fecerat, & erant valde bona. Genes. 2.* Sed nec esca per se nos cōmedat Deo, 1. *Corinth. 8.* Et regnum Dei non est esca & potus: nec quod intrat per os, secundum se, coinquinat hominem, vel non lotis manib. manducare. *Matth. 15.* sed intentio, & quod malum ex corde exit.

2 ¶ Et † abusus rerum & escarum, peccatum habent: dicitur autē quis abuti, quando contra prohibitionem vtitur. Prohibitio tamen malum vsum, non malam rem facit: veluti arbor vitæ scientiæ boni & mali, bona per se & optima, at prohibitio non comedendi, comedenti mortiferum fecit: quia ibi contemtus, & inobedientia, & transgressio præcepti, *Genes. c. 2. & 3.*

3 ¶ Ieiunium † idcirco profanum, & ad naturam & ad virtutem, & ad salutem pertinere potest: itaque erit salubre corpori naturale, & morale salutare est, quod virtutis & corporis causa indicitur: naturale dū quis semper nō gustat nec edit, nec omnia, nec omni tempore, vel nullo, vt dum D. Petrus dicebat Deo, se nunquam immundum edisse, ideo nec serpentes, nec bufones, aliave reptilia sibi visione oblata, manducaturū, *Actuum 10. & 11.* Neruā consuetudinem Tiberij Cæsaris non ferens, abstinentia vitam finiuit, *Dion Cassius lib. 58.* Morale est, cum quis ratione virtutis, temperantiam secutus sobrie viuit, neq; comessationibus se ingurgitat: estq; morale discreta & moderata refectio, *c. non dico & c. sit tibi, de consec. dist. 5. D. Aug. lib. 2. q. euang. c. 18.* ¶ Ieiunium † sacrum est, vel spirituale vel corporale: & corporale, vel pœnitētiale, vel ecclesiasticum. Spirituale est, à peccatis abstinere, quod debet seruari omnibus diebus, & hoc præstārius ieiuni, ūdissoluere colligationes à peccatis, *Esaiæ. 58.* Et ad hoc omnia alia ieiunia nos dirigunt, vt abstineamus ab illicitis, *can. ieiunium, de cōsec. dist. 5.* Sic Gregorius Nicæus, *orat. 1. de paupe. amandis.* (est ieiunij & abstinentiæ genus quod à corpore & materia seiunctum est: cumq; animā duntaxat respiciat, ea re perficitur, vt à vitiis tēperemus.) Atque huius ieiunij gratia etiā illud inductum est, vt à vitiis abstineamus. Et ideo ieiunandum docet & corpore & vitiis, vt effectum ieiuniū habeat legitimū: nam Iudas ieiunauit & corpore, non tamen à vitiis. Et Spiritus mali ieiunant ab escis, attamē iniquissimi: ieiunarunt & Iudæi Christum crucifigentes. Hocque ieiuniū improbat Esaias, *c. 58.* Ieiuniū corporale sacrum, est abstinētia à reb comestibilibus ob diuinam reuerentiā ad carnis macerationē cōpleta. *Ieiunamus*, inquit Cyril. Hierosolym. *catech. illumin. 4. à vino & carnib. abstinentes. non quod hæc tanquam abominationes oderimus, sed quod præmium exīp Elamus. vt sensibilia despicientes, spiritualis deinceps & intellectuali mensa fruamur: & nunc seminantes in lacrymis vt in futuro seculo in exultatione metamus.* Iubebant & Theologi paganorum, antequām ad suos Deos accederent, mysteria cacodæmonum rentarent, animam abstinentia animalium & ieiunijs purgare. *Porphyr. lib. de abstinent. animal.* Pœnitentiale corporale ieiunium est, quod ad humiliationē animæ pertinet, & ad placandam iram Dei ob peccata commissa. Sic filij Israel pugnaturi contra Philistæos, ieiunarunt in die illa, atque dixerūt, *tibi peccauimus Domine. 1. Reg. c. 7.* Ieiunauit Dauid propter infirmitatem filij sui paruuli. 2 *R. g. 12.* Et audita prophetæ comminatione ieiunauit Achab rex Samariæ & dormiuit in sacco. 3. *Reg. 21.* Et Dauid ait: *humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinu meo conuertetur, Psalm. 14.* Sic prædicente Iona subuersionem Niniuæ, *Iona, c. 3.* Niniuitæ crediderunt Domino, & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem. Factumque edictū à rege, vt homines & iumenta, & boues, & pecora non gustarent quicquam, nec pascerentur, nec biberēt, operirentur saccis, & clamarent ad Dominum in fortitudine, &c. Et ita pœnitentiam agentes obtinuerunt sententiæ dilationem seu retractationem, *vide cano. vnusquisque. c. concommutabilis, cap. non semper, 22. q. 4.* De hoc Ioel meminit, dum ait, *conuertimini*, inquit Dominus, *ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu, Ioel c. 2.* Et ita qui exomologeses audiunt & iudicant, sacerdotes confitentibus ieiunia iniungunt pœnitentię causa, *vt in cap. presbyter, 7. 2. dist. cum similib.* Solent dæmones peiores, oratione & ieiunio edomari, *vide Basilium ser. de ieiunio 1. & 2. & late de vitiositate ieiunij differentem.* Ieiunium vulnera curat delinquentis, & curatos sanctificat, *c. sicut tibi, de consec. dist. 5.* satisfacit pro commissis *c. igitur, 76. dist* Et à viuentibus factum, potest prodesse mortuis, *can. anime. 13. q. 2.* Ieiunium ecclesiasticum, est abstinentia carnium & aliorum, quæ indicitur ab ecclesia, certis & statis diebus facienda, cum vnica tantum cibi sumtione moderata, *c. de esu, de consec. dist. 3. c. denique 4. dist.* & sine necessitate non violanda, *c. ieiunia in ecclesia, de consecrat. dist 5.* ¶ Abstinentia † carnium genus est, quæ & sine ieiunio est, vt in diebus veneris & sabbati abstinetur à carnibus, & tamen ieiunium non est, nam bis comedere licet & pluries, dummodo abstineatur à carnibus, excepto die Natali domini, qui si incidat in sextam feriam quam vocant diem veneris, vel septimam, quam sabbatum; habet dispensationem carnes comedendi, *in c. fin. de obserua. ieiunior. can. quæ dies, de consec. dist. 5. cap. obseruanda, 76. dist.* nisi voto à carnibus abstineat quis. ¶ Ieiunare † sabbato, aliquando permissum non fuit: nam & D. Ignatius ait, *quicunque dominicam aut sabbatum ieiunauerit, præter vnum sabbatū Paschæ, ipse est Christi interfector. D. Ignat. ep. 1. ad Phil.* quod & prohibitum in canone apostoli 65. Moschouitæ etiam seu Ruthēni, in ea adhuc sunt opinione, sabbati ieiunare, esse obseruare sabbatum contra legem Dei, *Sigismundus liber baro, in commentar. de rebus Moscouiticis.* Veruntamen hic ecclesiæ rigor maior fuit aliquā do, nam in concilio Elibertino Hispaniæ celebrato, *concil. Elibert. 6. 26.* circa Sylvestri Papæ primi tempora, statutum his verbis, *errorem placuit corrigi, vt omni sabbati die ieiunium super positionem celebremus.* Et rursum Innocentius primus summus pontifex decreuit, *in decreto Innoc. 1 can. 4. & in c. sabbato, de consec. dist. 3.* quod iure omni sabbato ieiunetur: quia feria sexta, & sabbatum, ambo dies tristitiam apostolis, vel his qui Christum secuti sunt, induxerunt, qui die dominico exhilarati non solum ipsum festiuissimū esse voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentādum esse duxerunt. Excepti sunt tamen dies sabbati in quadragesima, secundum tenorem concil. Constantinopol. 6. *c. 55.* In quo sic statuitur, *quoniam intelleximus in Romanorum ciuitate in sanctis quadragesimæ diebus in eius sabbatis ieiunare præter ecclesiæ traditam consuetudinem, sancta Synodo visum est, vt in Romanorum ecclesia Canon inconcusse obtineat, qui dicit: Si quis clericus inuentus fuerit in sancto Dominico vel sabbato ieiunans, præter vnum & solum, deponatur: si autem laicus, segregetur.*

¶ Recepta † illa abstinentiæ à carnibus institutio, tum potissimum vt anima, à carnalibus cibis abstinente corpore, fit expeditior, vt etiam docet 4. libris Porphyrius. De abstinentia animalium, & alij supra notati, tum etiam ad politiam humanam cōponendam, vt alternaris piscium & carnium vicibus & animalia terrestria crescant, & aquatilia inutilia non sint: dehinc vt voracitas cohibeatur, aduersum quam, vt suo tempore regnantem D. Paulus scribit, dicens, *ad Hebræ. c. fin.* καλὸν γὰρ χάριτι βεβαιοῦσθαι τὴν καρδίαν, οὐ βρώμασιν οἷς οὐκ ὠφελήθησαν οἱ περιπατοῦντες, id est, *bonum est gratia stabilire cor non escis, in quibus ambulantes non proficiunt.* ¶ Dies † stati & ieiuniis ab ecclesia stabiliti sunt quadragesima, quatuor, vt dicimus, tempora, vigiliæ festiuitatum: quæ in fastis seu in calendarijs ecclesiasticis notantur secundum iuris præscripta, *in c. 2. de obseru. ieiunior.* & consuetudinem cuiusque ecclesiæ, *cap. quæscant. §. 1. de verb. sign. c. illa, 12. dist.* Quadragesima, est veluti decima Deo consecrata omnium dierum totius anni, quo Deus nobis vita & gratia sua frui, sua ineffabili misericordia permisit, ideo diligenter eius ieiunium seruandum, *in c. statuimus, cum 2. seq. 75. dist. can. solent, de consecrat. dist. 1. c. ieiunium, & c. quadragesima, de consecra. dist. 5.* In quadragesima 40. dies sunt: subtrahe tex dies dominicos, quibus non ieiunatur, remanent 36. dies, quibus ieiunatur, qui pro decima 365. dierum, qui annum perficiunt. Addantur autem his 36. diebus quatuor dies, qui dominicam quadragesimæ præcedunt, vt impleatur sacer quadragenarius numerus, quem suo ieiunio Dominus noster Iesus Christus consecrauit, *c. quadragesima, de consecrat. dist. 5.* D. Ambrosius hos quadraginta mansionibus, quas fugientes Pharaonem fecerant in deserto Israelitæ, comparat: nostraque castra quadragesimam esse perpetere docet, *D. Ambros. tom. 3. sermon 25. & sermon. 34.* & eam indictam à domino, qui eam ieiunauit, & graue peccatum eam non ieiunare. D. Augustinus *tom. 3. sermon, 36.* quadragesimam quoque & numerum quadragenarium non esse ab hominibus constitutum, sed diuinitus consecratum, asserit, nec terrena cogitatione inuentum, sed cœlesti maiestate præceptum non tam præceptum sacerdotum, quam Dei. D. Hieronymus quadragesimam quoque ex institutione apostolorum esse testatur, *D. Hiero. epist. ad Marcel. aduersus Montanum. tom. 2. oper.* Apud Clementem, *lib. 5. conjsit. apostol. cap. 13. & 14 & 18. & 20.* sanctio hæc apostolica est, *vobis ieiunium quadragesimæ, continens memoriam legislationis & conuersationis domini, celebretur hoc ieiunium ante ieiunium paschæ, quod incipiens à secunda sabbati desinat in paraceuen: post quos dies, soluto ieiunio, aggrediminī sanctum pascha hebdomadas, ieiunantes*

Digitized by Google

ieiunantes in ea omnes cum timore & tremore, orantes per eos dies pro iis qui perierunt &c. D. Ignat. ad Philippenses, *epist. 8. quadragesimam nolite pro nihilo habere, imitationem enim continet conuersationis Dei: hebdomadam passionis etiam nolite despicere: quarta vero & sexta feria ieiunate, reliquias pauperibus porrigentes.* In hac esse abstinendũ à carnibus & iis, quæ trahunt ex illis originem, vt à lacticiniis, & ouis placuit, *c. denique. 4. dist.* Alia ieiunia in quatuor anni temporibus inueniuntur decreta, *vide in can. statuimus, 76. dist. & cap. 1. 2. 3. 4. eo.* Erat & apud Hebræos ieiunium quarti, ieiunium quinti, & ieiunium septimi. & ieiunium decimi mensis, *Zacher. cap 8. & in cap. ieiunium, 77. distinct.* Sunt & dies tres rogationum in ascensione Domini, *cap. rogationes, de consecrat. distinct. 3.* Nec in cœna Domini soluendum est ieiunium, *can. non liceat, & sequen. de consecrat. distin. 3.* Ieiunandum in quinquagesima, & aduentu, maxime clericis & presbyteris, *Hostiens. in sum. de observatio. ieiunio. §. quando ieiunandum, versic. quid de aduen, cap. conciliun, de observatio. ieiunior.* 10 ¶ Non † ieiunatur die Dominico, ne sequamur errores paganorum, *c. si quis tanquam, & can. si quis presbyter, c. ieiunium. 76. distinct. c. ieiunium. & can. ne quis, de consecra. dist. 3.* Nec à tempore paschali, vsque ad pentecosten, *cap. ieiunium, §. si autem, 76. distinct.* etsi ieiunantes illo tempore, ob deuotionem arguẽdi non sint, *cap. post. & can. vtinam. 76. distinct.* Item si vigilia alicuius festi in diem dominicam incidat, non est tunc ieiunandum, sed sabbato præcedente.

11 ¶ Modus † ieiunandi ex rebus ipsis. quibus abstinetur, ex tempore & personis elicitur. Generalis quippe regula est, vt diximus, in diebus ieiunij abstinendũ esse à carnibus: & vltra, in quadragesima ab iis quæ à carne originem habent, *c. 1. 2. de observa. ieiun.* Verum & cum istis moderatio cibi permissi etiam est adhibenda, *c. non dico, & seq. de consec. dist. 5.* Ideo & magnis piscibus, & à cibis lasciuiæ, & potibus abstinẽdum est hoc ieiunij tempore, *can. deniq. 4. dist.* In regione Palmariæ, nuper in nouo orbe detecto, inuenti sunt incolæ augusto, septẽbriq; mense quinq; ac triginta dies abstinere, nõ modo à carnibus, quas assequuntur optimas, sed & à piscibus. & alia re. quę sanguinẽ nutriat, hortensib. & leguminibus illos dies peragentes, *Petrus Martyr. lib. noui orbis, & insulis nouæ repertis.* Hilarion heremita in vasta & terribili solitudine degẽs, quindecim tantum caricas post occasum solis co-12 medebat, *Hieron. in vita Hilarionis.* ¶ Apud † Ruthenos seu Moscouitas, diebus lunæ, mercurij & veneris panis iusto cum aqua contenti sunt ieiunantes in quadragesima: reliqua per annum ieiunia non ita stricte seruantur. Ieiunant autem post festum Pẽtecostes, quod est illis dies sanctorum omnium, vsq; ad ferias sancti Petri & Pauli, dicuntque ieiunium Petri & Pauli. Deinde habent ieiunium diuæ virginis, à prima augusti, vsque ad assumtionem beatæ Mariæ. Item ieiunium Philippi, sex hebdomadibus in aduentu domini, & dicitur Philippi. Nullius tamẽ sancti vigiliam venerantur præter decollationis S. Ioannis Baptistæ.

13 ¶ Carnibus † autem abstinent in ieiuniis omnibus. Monachis tamen duriora ieiunia imposita, quos oportet esse cõtentos kumas, id est, potu acetoso, & aqua cum frumento mixta. Sacerdotibus quoque aquam mulsam, & cereuisiam prohibitam tradit Sigismundus liber Baro, *in commentariis rerum Moscouiticarum.*

14 ¶ Tempus † nullum in ieiuniis edendi in die, nec hora certa definita fuit: verum placuit meridianam esse legitimam, *cap. solent, de consecrat. distinct. 1.* Ante peractas vesperarum orationes non edendum etiam placuit, *dict. cap. solent.* sed vesperæ in quadragesimali ieiunio ante meridianam horam vel in ipsa dicuntur. Nec transigendum necessario ieiunium absque cibo duorum vel plurium dierum, *can. non dico, & cap. sequent. de consecrat. distinct. 5.* nec toto die abstinendum, *can sunt tibi, de consecr. distin. 5.* vt Agareni ieiunant, *gloss. in dict. can. sunt tibi.* nisi ex causa, *can. quod à patribus, 75. distinct.* At rum bis comedere, vel sæpius bibere, soluat ieiunium optime respondum est, morem regionum, vbi erimus sequendum, *ca. vtinam, 39. distinct. Ang. in Summa, in verbo, ieiunium, n. 2. facit c. consilium, §. de festiuitat. & obser. ieiun.*

15 ¶ Circa † personas, sciendum est quædam ieiunia ab ecclesia indici, aut de concilio, aut de præcepto: vnde quæ de concilio sunt, necessario non obligant, vt ieiunia aduentus domini, *c. concilium, de obser. ieiunior.* rogationum, *cap. rogationes, de consecra. distinct. 3.* tertiæ, quartæ, & sextæ feriæ, *c. ieiunia, de consecr. distinct. 3.* sabbatorum omnium, *c. sabbato, ead. distinct.* & si qua alia ad pœnitẽtiam imposita sint, quæ redimi possunt: vt pro secũda feria, Psalmos Dauidici Psalterij dicendo, vel largiẽdo pauperibus vnum denarium, *cap. presbyter, 72. distin.* At in ieiuniis, quæ de præcepto ecclesiastico sunt, obligatio transit in omnes mẽtis compotes, doli capaces, qui peccare possunt, *in c. 1. de delict. puero* quiue validi ad ieiunandum sunt, nisi adsit causa excusans.

16 ¶ Excusationis † porro causa legitima existimatur ætas nõdum attingens vicesimum annum, nam hæc ad omnia non tenetur ieiunia, ad quædam tamen, *vide Ang. Clauas. de hoc & seq. in verb. ieiunium, num. 15.* Infirmitas corporis, ad quam & labor necessarius, qui deiicit vires, etiam excusat. & mendicitas, quę tum comedit, cum ei porrigitur: mulieris prægnantis necessitas, quæ alioquin esset ieiunans patricida partus quem vtero gerit: peregrinatio, & in summa, si quædam obeamus opera bona, quę suo labore conficiant corpus, & debilitent vires, certe remissionem faciunt ieiunij: iam enim mortificatio corporis, quæ per ieiuniũ quæritur, aliunde præparatur. Cur dicetur ieiunium, ex superioribus constat, & simul eũ Deo cõsecrari, & esse finẽ eius animarum salutem, & corporis & animæ humiliationẽ, & vt anima in Deum alacrior fiat, & à pondere & nebula peccatorũ expurgetur: & ob alias causas, quas ex iã dictis facile licet colligere.

De Primitiis. Cap. 19.

Lib. 3. Decret. Lib. 3. in 6. tit. 13. Lib. 3. Clement. tit. 9.

1 *Primitia quid, & de more soluendi antiquo.*
2 *Res, ex quibus decimæ debentur.*
3 *Persona quæ recipiant, & quæ dent primitias.*
4 *De taxatione & modo primitiarum.*
5 *Finis & rationes primitiarum.*

RES aliæ, quæ ad ecclesiastica iura pertinent, primitiæ sunt rerũ. Primitia, † est pars ex rebus, quæ primũ nata vel collecta, Deo oblata, antequã vsib. nostris, quæ eiusdẽ speciei sunt, deputentur. Fuit hæc olim & nunc inter bonos religio, beneficum largitoremq; rerũ omniũ Deũ, munere aliquo primo, vt Dominũ honorare & venerari. Nec tantũ apud eos, qui Dei veri habuerunt notitiã, sed & apud Ethnicos iure naturæ, & diuino primitiæ solutæ. Et prisci Romani, teste Plinio, *lib. 18. c. 2.* nõ gustabãt vina, aut nouas fruges, priusquã sacerdotes primitias libassent. Porphyrius quoq; notat, *lib. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, de abstinentia animal.* primitias frugũ ex omni antiquitate Deo fuisse oblatas. Cain obtulit de fructib. terræ munera Deo, & Abel de primogenitis gregis sui, & de adipib. eorũ, *Gen. 4. Loquere filiis Israel,* inquit Dominus ad Moysen, *Exo. 25. vt tollãt mihi primitias, ab omni homine, qui offert vltroneus. accipietis eas.* Et iterum, *Exo. 23. Sanctifica mihi omne primogenitũ quod aperit vulua in filiis hominũ, tã de hominib. quã iumẽtis, mea sunt. n. omnia.* Alibi eniã, *honora Dominum de tua substãtia. & de primitiis omniũ frugum tuarum da pauperibus. Prou. 3.* Atq; in Deuter. *c. 26.* iubetur, vt deferantur sacerdotibus, & Leuitis primitiæ, in conspectu Domini. Sicuti & in lib. Numer. *c. 5. omnes primitiæ quas deferunt filij Israel, ad sacerdotem pertinent, & quicquid in sanctuarium offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit.* Et rursum, *Exod 23. primitias frugum terræ deferes in domum Domini.* ¶ Considerabis † itaq; hic res, personas, & modũ 2
primitiarum. Res, ex quibus offerri debebãt primitiæ, ponuntur Exo. 25. *c.* Ac præcipuæ res sunt, fruges omnes terræ, ex quib. primitiæ, vt dictum est, debẽtur & exigũtur, vt decimæ, *c. reuertimini, 16. q. 1. Malach. 3.* Primogenita oĩa porro animaliũ hodie iure hoc primitiarum non præstantur. *Et qui dabant,* inquit D. Hieron. *primitias animaliũ, dabant vnum ex decem tu, D Hier. in Ezech. glo. 1. in c. 1. §. hu itaq. 13. q. 1.* Et si tot capita non haberent, secundũ proportionẽ eius numeri soluendæ erãt primitiæ, *in gl. c. 1. in verb. primitiis, de decimis ap. Greg.* ¶ Personæ † porro, & quæ dare debent 3
primitias, & quæ recipiunt, considerandæ sunt: quæ dare debẽt sunt oẽs quæ res possidẽt. Sic. n. ait Dominus, *ab omni homine qui offert vltroneus, accipietis eas. Exod 25.* Suntq; de præcepto primitiæ, & eas retinentes excõmunicantur, *c. præterhoc, §. 1. 32. dist. Exo. 22. Leui. 27. Deut. c. 13. 14. 2. Paral. 2. Num. 18.* in duob. casibus, si cõsuetudo sit soluendi, & si ministri eius ecclesiæ, cui debentur, indigent, & eas petũt: alias sunt de cõsilio, *Ang. Clauas. in summa, in verb. primitiæ, n. 1.* Sic. n. perpẽdo text. Exodi, *ab omni homine, qui offert vltroneus. accipietis eas. Exo. 25.* Spontanea namque est ibi oblatio. Et si consuetudo sit, à temporis initio, cuius non exstet memoria non soluendi, peti non possunt. *Henr. Bouhic. in c. 1. de decim. in fi.* Personę quib. debentur sunt sacerdotes, *Num. 5. can. 1. vers. oportet, 16. q. 7.* Et illi scil. cuius ecclesiæ sint, qui offerunt, præpositi dãtibus, qui pro eis, & pro reb. eorũ preces offerũt Domino, *ca: 1. §. hu itaq. 13. q 1. ca. moderamine, ca. doctos 16. q. 1.* sunt illi sacerdotes, parochi. Potissimũ si alius prælatus puta prior decimas & primitias iure aliquo nõ accipiat, sed tãtũ partẽ prouentũ nomine quotæ à vicario perpetuo: nã si portio beneficij tantũ assignatur vicario, ius primitiarũ & decimarũ est prioris, *in q. Tholo. 109. Ant frerius.* Habẽt ecclesiasticæ personæ iure diuino, primitias & decimas loco prædiorũ, quæ eo iure nõ habent. *Deut. 10.* sed humano, *secundũ gl in fi. §. patrimoniorũ, sunt aũt in verb. põtifex, de muner. & honor.* ¶ Quare † primitiæ & decimæ in solis ecclesiarũ bo- 4
nis numerantur præcipuę, *c. causa. c. 13. de ver. sig.* Apud Ethnicos primitię olim ad statuas Mercurij in viis collocabãtur, quas viatores ederent, vt ait Suidas in verbo *ἀπαρχαί.* Modus & taxatio primitiarum in iure canonico non definitur, & proinde vel ad consuetudinem, vel ad arbitrium prælatium recurrendum est, *D. Thomas in secunda secundæ, quæst. 86. art. 4. Innoc. in c. 1. de decim.* Quanquam enim ab Hebræorum traditione D. Hieronymus in Ezechielem dicat, eum definitum ad cohibendam sacerdotum auaritiam: olim qui plurimum dabant, quadragesimam rei partẽ nomine primitiarum dedisse: qui autem minimum, supra quadragesimam vsque ad sexagesimam, *in c. 1. §. final. de decim.* Paruam tamen primitiarum fuisse quantitatẽ iura testantur. Idcirco primum loci consuetudo sequenda: deinceps, secundum caput 1. de

Digitized by Google

decimis. Nec plus quadragesima petere potest sacerdos, nec minus sexagesima laicus offerre. Erit & consuetudo quoque loco, rum vicinorum inspicienda, *c. cum olim, de consuetud. can. catholica, 11. dist. can. illa, & c. 1. 12. dist. c. ex parte, c. super eo, de censib.* vt iudicatū refert Boerius, qui & late quærit & disputat quot actus sufficiant ad hanc consuetudinem, *Boer. decis. 236. nume. 5. & in fine.* In modo etiam primitiarum agrorum, illud obseruatur, vt sacerdos, seu curio statim fructibus maturis nō teneatur primitias accipere, sed nouem diebus debeant esse apud matrem, id est, in spica, quæ est mater grani, *glos. in l. si stipulatio ista, 38. §. inter certam, in verbo, incertamque, de verb. obl.* Sicut in decimis & primitiis agnorum & vitulorum, tempus in solutione exspectādum, si velit sacerdos, vt tamdiu sint apud matrem quamdiu periculū est si separarentur, perituros, *Oldrad. cons. 236. incipit circa propositam quæstionem est attendendum, Boer. decis. 236. num. 2.* Præstandæ itaque erunt secundum eam normam, vel animaduertēdum, si quæ data curionibus pro primitiis redimendis: Licet enim non secus, quam Deo oblata, primogenita à sacerdotibus redimi potestrant, *Exod. 13.* & decimæ, *Leuit. c. 27.* ¶ Primitiarum † autem fit præstatio, vt Deo tanquam domino & auctori & largitori ex oblatione illa honorem debitum protestemur: dehinc vt eius administris necessaria suppeditentur, vtque iis, à quibus sacramenta percipimus, nos quoque temporalia sponte rependamus, vt in decimis latius, & ex superioribus proxime probatis liquet.

De Decimis. Cap. 20.

Lib. 3. Decretal. Lib. 3. in Sex. tit. 13. Lib. 3. Clement. tit 9.

Decima quid.

2 *Decima, aut profana, aut ecclesiastica: Item de decimis profanis tituli iure diuersi.*

3 *Decima ecclesiastica quotuplicis generis. Et de decimis à principibus secularibus à beneficijs exactis. De Saladina & aliis ad liberandam terram sanctam indultis, & quis illis resistere sit.*

Decima ecclesiastica à Clodoueo nobilibus quibusdam concessa in beneficium seu fundum.

5 *Carolus Pulcer denegauit decimas ecclesiarum Ioanni 23. summ. pontif. ob bellum in Ludouicum Barbarum: postea concessit.*

6 *Concessa Carolo VI. Regi Gall à Petro Luna.*

7 *Imposuit aliquando Bonifacius 8. vniuersis Ecclesijs Italiæ.*

8 *Dubitatur num hæ decimæ iure exigantur ab Ecclesijs.*

9 *Bonifacij constitutio de exigendis decimis, & de eodem concilij Viennensis.*

10 *Quæ beneficia immunia sint à solutione decimarum Ecclesiast. principibus concessarum.*

11 *Quæ beneficia contribuant huic decimæ.*

12 *Exactio harum decimarum inter Ethnicos aliquando.*

1 NEmo, † vt opinor, ignorat, numeri nomen decimum dici, videlicet decimam alicuius rei partem: & proinde vim in no-
2 mine non faciam. ¶ Sed † distinguam decimam, quæ penditur superioribus, in profanam, & ecclesiasticam. Decima profana, fuit species quædam tributi aliquando à quibusdam dominis rerum impositi, veluti Pysistratus Tyrannus agrorum decimas ab Athenienſibus exegit. Quod innuit Suidas, *in verb. σφάκελος, &c.* dum scribit de origine prouerbij illius, *σφάκελος, πολίτου ἀτέλεια.* Etiam Sphaceli dant immunitatē. Tradit enim inde emanasse, quod ferant Pysistratum, qui decimam agrorum ab Athenienſibus exigebat, transeuntem aliquando senem rupes & saxosa loca excolentem interrogasse, quos inde fructus caperet, illum autem dolores & fatigationes respondisse: tuncque eius libertatem admiratum, decimæ immunitatem ei concessisse, atque ex eo Athenienses hoc prouerbium vsurpasse. Samuel iura regis populo Israeli regem petendi prædicēs, inter cetera hoc adiecit, *1. Reg. cap. 8. sed & segetes vestras, & vinearum reditus addecimabit, vt det Eunuchis & famulis suis.* Narrat Plutarchus Hetruscos addecimare solitos Romanos, donec Hercules ab eo tributo eos liberauit, *Plutarchus problem. 17.* Cypsellus Corinthius, quum Ioui vouisset, si dominus foret ciuitatis, se omnia quæcunque essent Corinthiis dicaturum, eos quæcunque haberent iussit describere. Deinde à singulis, vbi ad hunc modum descripta habuit, decimam partem accepit. Reliquis autem partibus eos ad lucrum exerceri iussit: tum anno vertente eandem rationem seruauit. Ita decem annorum spatio contigit, vt & ille haberet omnia, quæcunque sacrasset, & alia Corinthij, quæ adepti essent, possiderent, *scribit Arist. 2. Oeconomicorum.* Octauianus, M. Antonius, & Lepidus Triumviri, cum multos Romæ ad lubitum proscripsissent & occidissent, cum tamen satis non haberēt, quo militibus satisfacerent, nouas decimas cuique ex omni patrimonio pendendas instituerunt, & facultatibus nō bene ad decimam redactis reliquum accipiebāt, vt auctor Dion Cassius, *lib. 47. Histor.* Et de vectigali, & causſa decimæ prædialis sic scribit Appianus, *lib. 1. bello ciuil. Agros vero*, inquit, *quisquis bello adeptus esset eorum habitatoribus colendos dederant, vel pretio illis attribuerant, vel mercedis causſa contulerant. Si qua autem tellus ingruentibus bellum inculta remansisset, quo multitudine impleretur, neutiquam per negligentiam sordescere passi, in hunc modum proclamari iusserant, volentibus interim agros colere, annua vectigalia publice esse pendenda seminum partem decimam, arborum autem partem quintam, eorum quos percepissent fructuum. &c.* Lex & Iustiniani, *in legibus Georgicis, tit. 2. περὶ μισθώσεως. l. 2. μισθώσεως μὲν οὖν δικαίωμα τοιόνδε, χωρὶς δὲ μέρος δεκάτου τῶν καρπῶν: ὁ δὲ ἐκλεκτὸς τῶν μισθωτῶν μέρος πέμπτον ἀποφερέτω*, id est, *partiarij coloni pars, nouem fasciculi fuere: qui fundum dedit, portio vna tantum: qui contra hæc portionem fecerit, deuotus esto.* Metallari qui perquirunt metallorum venas, debent præstare decimas fisco, & decimas alias domino prædij quod perscrutantur, *l. 3. de metallariis & metallis & procuratoribus metallorum. lib. 11. C. tit. 6.* Præter scrupulos seu tributa, quæ penduntur propter facultatem concessam auri indagandi, *l. 1. & 5. eod. tit. de metallis.* Iure nouellarum quoq; iniustus litigator, qui conuictus fuerit temere litem alicui mouisse, decimam partem quantitatis pecuniæ in libello iniuste petitæ, pro sumptibus tenebatur persoluere aduersario, *authent. generaliter. de episc. & cler. §. ad excludendas, de litigijs in authent.* saltem si maiores sumtus non essent. *gloss. in d. authent. generaliter.* Attici, tempore belli Peloponesiaci, Chrysopolim Calcedoniæ profecti, vectigal ibi constituerunt, & decimam ex Ponticis exigebant, *Xenophon. lib. 1. rer. Græcarum*, Meminit Aristoteles, 2. *Oeconomicon.* Tributum, quod pendebatur ex frugibus terræ ab aliis oblationem, ab aliis decimā dici: & quæ ex pascuis & pecoribus princeps accipiebat, decimam quoque appellari. Et Strabo scribit, *lib. 15.* inter præfectos, vrbis, qui sexti sunt ordinis apud Indos, vēditarum rerum exigere decimam, eumque qui vectigal furatus fuerit, capite plecti. Erat antiquitus ex lege Papia pendenda decima fisco ex relictis vxori vel marito, si ex eo matrimonio non essent suscepti liberi, quod tamen postea emendatum fuit ab Honorio & Theodosio CC. *l. 2 de infirmandis pœnis cœlibat. lib. 8. C. titul. 58.* Hodie iure parui sigilli Montis pessulani, quando obligatio iure eius, &, vt dicunt, secundum rigorem eius facta, accipit vim nempe vt dicunt, *Quand on baille la rigueur*, decima eius quod petitur, curiæ sigilli penditur, vt si viginti libræ petantur, 2. & si minus debeatur, puta decem, si tamen pro viginti sigillum imploretur, *in regijs ordinat. constit. de la cour du petit seau de Mōpelier artic. 5. & sequent. Rebuff. tractat. de decimis, quæst. 3. numer. 21. & 22.* Nam pro decem tantum libris vel infra, nemo huic iuri subijcitur. Bizantij cum vno & eodem tempore, & annonę caritate, & pecuniæ indigentia premerentur, nauigia quæ ex Ponto venerant, deduxerunt in portum: cum autem post aliquod tempus mercatores molestius eam rem ferrent, vsuras illis decimas pro tributo imposuere. Ementibus autem quippiam id oneris imposuerunt, vt decimam partem seorsum à pretio penderent, *Aristot. lib. 2. Oeconomicorum.*

¶ Ecclesiasticæ † decimæ, in duplici sunt differentia, & quæ ex 3 rebus ecclesiæ, puta beneficiis, seu de fructibus sacerdotiorum debentur personis non ecclesiasticis seu laicis: & quæ à personis laicis & aliis debentur tantum ecclesiasticis. Decimæ de beneficiis auctoritate Pontificis maximi aliquando concessæ sunt regi Gallorum, & aliis ob iuuandum Reipublicę, Christianæ statum, ad captiuos redimendos, & ad liberandum terram sanctam, vel ad hæreticorum expulsionem, aliosque ob pios actus: & istæ decimæ temporales sunt, *cap. final. de decimis, in 6.* Sic quo tempore auditum fuit in Gallia, omnia quæ tum Christianorum erant in Syria à Saladino Turca fuisse profligata, ipsamque sanctam ciuitatem vna cum rege & Christi crucem exportatam, tresque tantum vrbes superesse, Tyrum, Tripolim, & Antiochiam, & castella pauca in fide perstare: Rex Philippus Gallorum Augustus, tot malis condolens, cum Henrico rege Anglorum mentem & animum contulit, & Christianis profectionem & auxilium pollicitus, multique vna se cruce signarunt. Et cum ad tantam expeditionem pecunia deesset, conuocatis Lutetiæ Parisiorum pontificibus, & regni proceribus, rex petiit anno Domini 1188. annuam decimam ecclesiasticorum prouentuum concedi, quę postea Saladini decima dicta est, *Guillelmus lib. 6. in Philippo Augusto. Iacob. Meyerus, lib. 6. Histor. Flandriæ, Refert hanc licentiam decimarum, ad 6. annum concessam Philippo Pulcro à Nicolao IIII. Pontifice maxim. Paulus Æmilius libr. 8. in Philippo Pulcro.* Tunc etiam Clemens III. Pontifex Maximus, Poloniæ totius episcopis & sacerdotibus misso ad id legato, decimā imperauit, *Martin. Chromerus lib. 6. de rebus Polonicis.* Sicut & Clemens postea IIII. Germaniæ & Galliæ ad liberandam terram sanctam: cui tamen se obiecit & intercessit non soluendam Ioannes Semeca iuris Teutonici doctor, præpositus Halberstatensis, qui primus decretum glossauit, ideo à summo Pontifice excommunicatus, & à præpositura deiectus, *in Paralipomenis Abbatis Vrspergensis.* Sicut & tempore Innocentij VIII. impositis istis decimis in fauorem regis anno Domini 1491. 13. Septem. Guilielmus Capel Rector vniuersitatis Parisiensis, necnon sacræ Theologię & Decretorum & Medicinę facultatum Decani, appellarunt ab indictione decimarum beneficiorum facta ab Innocentio, ad ipsum Innocentium bene consultum vel ad concilium proximum generale. Sicuti etiam cum Ludouicus rex Poloniæ,

Digitized by Google

loniæ filius Elizabethæ, post annum Domini 1576. excursionibus Lituanorum in Poloniam commotus expeditionem in eos pararet, datis Domarato ex Vngaria reuertenti mandatis ad Episcopos & vniuersum ecclesiasticum ordinē totius Poloniæ, subsidium ab eis & eorum agricolis ad pium bellum contra barbaros hostes petisset, ei denegatum est: veritis Episcopis, ne muni ficentia illa sua in morem, & mox inde abiret, *Martin. Chrome*

4 *rus lib. 14. de rebus gestis Polon.* ¶ Scribit † Beatus Rhenanus *lib. 2. rer. Germanicarum*, post subactos Germanos à Clodoueo, Pipino, & Carolo Magno, nobiles, res ecclesiarum pro beneficiis, id est, feudis, ex liberalitate regia possedisse, etiam dominicas decimas quæ ad sacella regia pertinebant, diuersas à parochianis: sed aduersus hunc abusum non destitisse clamare Episcopos.

5 ¶ Notant † historiæ certioris auctores, Carolum Pulcrum, regem Galliarum Ioanni XXIII. Pontificis Maxim. decimas de sacerdotibus Francicis, sacri in Ludouicum Barbarum belli nomine, primum denegasse: pactione deinde expugnatum concessisse, vt in partem ipse veniret, *Paul. Æmil. lib. 8. in Carolo Pulcro.*

6 ¶ Petrus † Luna Benedictus XIII. dictus, in locum Clementis VII. in schismate pontifex. vt Carolum VI. regem Galliarum in illum motum placaret, regi ius decimæ de sacerdotibus cogendæ in annum dedit, *Paulus Æmilius lib. 10. in Carolo 6. Gaguinus lib 9.*

7 ¶ Imposuit † & vniuersis Italiæ & aliorum locorum ecclesiis decimas Bonifacius VIII. pro negotiis, & bello regni Siciliæ contra hostes, *Extrauag. 1. de decimis, in extrauagan. communib.* Anceps certe est apud pios controuersia, num istæ decimæ iuste à sacerdotiis & ecclesiis exigantur.

8 ¶ Mouet † alicuius merito stomachum infelix rerum successus, qui contra spem ecclesiasticarum personarum sequitur: dum que vident aliquando eos, qui ex istis decimis stipendia capiunt, hostes ecclesiæ fieri. At soluit ecclesiasticarum personarum magnopia causa, cuius prætextu fit exactio videlicet expulsio hæreticorum, & defensio fidei: nec bonis parcunt rerū earum causa, ob quas nec non tantum bona omnia, omnes cuiuscunq; generis, sed etiam vitam ipsam conferre debemus, vt nos, & pios de manu impiorum redimamus. Animæ quippe hominum, sunt omnibus vasis & caussis & vestimentis, & rebus aliis ecclesiasticis pretiosiores: & proinde illis indulgendum tunc non est, & licite alienari pro his possunt, *l. Iancimus, 17. de sacros. eccles. C. c. autem, 12. q. 2.* Caueant itaque qui exigunt, ne abutantur exactis, neve in vsus alios conuertant: non enim personis ecclesiasticis solum iniuriam irrogant, sed Deo & pauperibus, quorum patrimonium abligurient. Deus autem non fallitur: metuenda est exsecratio insuper sacri Propheræ Dauidis, dum ait Psalmus octuagesimus secundus, *Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb, & Zebee & Salmana: omnes principes eorum, qui dixerunt, hereditate possideamus sanctuarium Dei, Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti, &c.* Sed & priuilegium exigendarum decimarum ecclesiasticarum concessum intelligitur, dummodo enormiter non lædantur ecclesiæ, *c. fin. de voto. apud Gregor.* vt aliquando accidit in Gallia: & nunc potissimum dum ecclesiasticæ personæ fructibus sacerdotiorum ab hæreticis spoliantur, & nihilominus ab exactoribus istis decimarum, ad eas soluendas misere & barbare adiguntur, contra constitutionem Bonifacij, qui statuit solui decimas à sacerdotia possidentibus pro rata pretij, quod à venditione vel locatione fructuum acceperunt, *in ca. primo, §. declaramus autem. de decim. in extrauag. communib.* subductis etiam sumtibus, qui in colligendis & excolendis fructibus impenduntur, in hac singulariter decima, *dict. Clement. 1. §. in soluendo.* Cui tamen sanctioni harpyæ quotidianæ obsistunt. Quo tempore cessa e potius debeat tunc priuilegium, quod onerosum & durum nimis sit, *cap. suggestum. de decimis. cap. quid per nouale, de verborum significat.* Et quando alteri subuenire non potest sine alterius læsione, iustius est alterum non iuuare, quam alium lædere, *cap. denique. 14. quæstio. 5. cano. primum 22. quæstio 2.* Nam hoc natura introduxit, ne quis cum alterius iniuria locupletetur, *l. nam hoc natura. de condict. indebiti. l. iuxta naturæ de regul. iur. in P.* Quocirca & Clemens V. Pontifex maximus, in concilio Viennensi modum exigendi his decimas statuit, vt secundum taxationem communem & consuetam beneficiorum in locis vbi sunt, exigantur in pecunia seu moneta vsitata in eo loco, non in fructibus. *Clement. 1. §. est autem de decim. in Extrauag. communib* neve exactores decimarum, pignoris, vel distractionis gratia capiant libros, calices, & alia ornamenta ecclesiis deputata, *Clem. 2. de decim in Clem.* Notat interpres. *gloss. fin. in d. Clem. 2. de decimis*, & in declarationibus concilij contineri, ne qui non soluunt decimas, per seculares cogantur potestatem: nisi non soluentis tāta esset rebellio vt opus fuerit illius auxilium implorare, ob ecclesiasticæ censuræ contemtum.

10 ¶ Declarauit † Bonifacius octauus, quæ beneficia immunia sunt à decimis istis, propria constitutione. *in cap. 1. de decim. in Extrau. com. lib. 3.* Atque eximit ab illis fructus leprosariarum & hospitalium, quibus parcuntur infirmi & pauperes: Monialium & aliorum regularium fructus vitæ illorum deputatos. Seculares & clericos, quorum annui fructus non excedunt summā septem florenorum: Item xenia prælatis & aliis personis ecclesiasticis facta. Excipit quoque à decima hac eos qui pensiones accipiunt à beneficiis pro iusta mercede, seu pro remuneratione obsequij præstiti vel præstandi, atq; pro illis easdem præstare debere tradit, qui pensiones dant, *d. extrau. 1. §. de piscib stagnorum, de decim. ver. si autem persoluat.* Itē & ea immunia sunt, quæ pro visitatione seu procuratione in victualibus præstantur prælatis, pro quibus & soluit qui dat, non qui accipit. Item cautum, ne soluantur de oblationibus & eleemosynis quæ fiunt in opus fabricæ ecclesiasticæ, *de extrau. 1. §. de eleemosyn.* nec de reditibus confraternarum, *d. Clement. 1. §. similiter.* nec de similibus, *vide glos. in cap. 2. in verb. si beneficiorum. de decim. ap. Cle* Rex quoque nolter sanciuit 23. Aprilis 1548. Senatores magni concilij clericos, eximi ratione beneficiorum à contributione harum decimarum, nisi abbatias vel episcopatus possiderent.

¶ Solui † autem ab aliis debent, etiam de fructibus, ex quibus fiunt quotidianæ distributiones *ex Clem. 1. §. & quia non occurrit.* II *de decimis, in extrau. communib.* ¶ Porro, † inuenio vsum harū decimarum aliquando inter regum gentilium fraudes & technas: II veluti cum Chabrias Athenien sis Taoni Ægyptiorum regi bellum gerenti, & pecuniis indigenti consuluit, vt aliquis diceret sacerdotibus oportere tum ex sacris nonnulla, tum etiam sacerdotum multitudinem sacris initiatorum, submoueri propter impensam: quod audientes sacerdotes, cum vellent omnes penes se quisque sacrum manere, pecunias tam communes quam priuatas adferebant: Verum is, vbi ab omnibus accepit, tum iussit illis imperari decimam duntaxat partem eius, quod antehac soliti essent, tam in seipsum, quam in sacrum impendere: reliquas verò nouem partes, sibi ipsis fœnerarentur, donec quod aduersus regem Persarum gerebatur bellum finem acciperet, *Arist. lib. 2. Oeconom.*

De Annatis. Cap. 21.

1 *Decimæ quædam datæ à ministris ecclesiæ summis sacerdotibus ex decimis Ecclesiasticis.*

ALiæ † sunt decimæ, quæ à ministrorum seu Leuitarū portionibus, seu ex eorum decimis dabantur sacerdotibus, *D. Hieron. super Ezech. in c. 1. de decim.* seu summo sacerdoti. Sic enim scriptum est præceptum Dei, *filiis Leui dedi omnes decimas Israelu, Numer. cap. 18. in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderu.* Et paulo post. *præcipe Leuitis atque denuntia, cum acceperitis à filiis Israel decimas, quas dedi vobis, & primitias eorum, afferte domino, id est, decimam partem decimæ, vt reputetur vobis in oblationem primitiorum, tam de area, quam de torcularibus: & de vniuersis, quorum accipitis primitias afferte Domino, & date ea Aarони sacerdoti.*

De Decimis parochis debitis, & earum institutione. Cap. 22.

1 *Decimæ quid.*
2 *De institutione decimæ huius.*
3 *Præstatione decimæ, bona & opes crescere, & non præstationis, mala.*
4 *Quæ, & quomodo inter Christianos decimas distribuerit sacerdotibus.*
5 *Decimas etiam suorum deorum sacerdotibus soluisse gentiles exemplo docetur.*
6 *Vicleſui damnata sententia de decimis adimendis prælatis ob illorum vitia.*
7 *De decimis soluendis lege Francica.*

DEcimæ † aliæ, quæ à Christianis præbentur, communi iure, sunt omnium bonorum legitima quæsitorum quota pars, Deo diuina constitutione debita, secundum Cardinalem, *Cardinalis, consil. 26.* Quæ finitio sequentibus abunde explicatur. Primum etenim institutio decimarum, quæ præbentur viris cultui diuino Deique ministerio assiduis, noua non est: sed ab omni tempore. ¶ Sub † lege naturæ namque solutæ à piis viris sunt: vt Abraham sacerdoti Dei altissimi Melchisedecho, ex manubiis omnibus hostium deuictorum dedisse fertur, *Genes. 14. ad* 2 *Hebr. 7* Dixitque Iacob ad Deum, *cunctorum quæ dederis mihi, decimas offeram tibi Gen. 28.* In lege Mosis *primitias & decimas tuas*, inquit Deus, *non tardabis offerre. Exod. 22.* Et rursum, *omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificantur. Leuit. 27. Omnium decimarum bouis & ouis & caprę quæ sub pastoris virga transeunt quicquid decimum venerit sanctificabitur Domino: Nō eligitur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur: si quis mutauerit & quod mutatum est & pro quo mutatum est sanctificabitur Domino.* Hanc portionem sibi Deus reseruit ex rebus, non quod illis egeat, quia omnia illius sunt, & nullius indigus est, & ipse hac ratione ait. *Psal. 49. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos: quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus & boues cognoui omnia volatilia cæli, & pulcritudo agri mecum est, &c.* Verum in signum dominij superioris voluit sibi solui, non ad præmium, sed ad honorem, *c decimæ. 16 quæstione 1. c. tua. in 2. de decim.* quo lætatur Deus vt boni auctor & largitor bonorum fideli obsequio declaratus. ¶ Accedit † ideo pie deci-

Digitized by Google

mas largientibus bonorum incrementum, *Malach.3.c.* vt contra, subtrahentibus, veluti ingratis & perfidis dispensatoribus, qui talem eum profiteri nolint, & quæ habent adimit, & quod non datur Christo, capit fiscus *c.maiores.16.q.7.d.c.decima.16.q.1.* Et Rabini Hebræorum dicunt, *in Pirke abot seu in capitulis patrum, c.3.* מעש רותסי נלעשר, magnescrot seiaglagnoscer, id est, decimas esse sepē diuitis, ne vi delict defluant. Et rursum, tradunt septem genera pœnarum venire in mundū, propter septem potissimas præuaricationes: cum scilicet quidam decimas pendunt, quidam non pendunt. Et tum ingruit fames ob prohibitam pluuiam: cum vero alij esuriunt, alij saturi sunt efficiētes vt nō reddantur decimæ, tum certe fames, quæ ex tumultu seu seditione, & quæ ex prohibita pluuia venit, &c. *in Pirke abot.c 5.* Persuasum & Ethnicis ex decimis oblatis Deo, quem tamen verum non colebant, augeri opes. Sicut narrant Herculem priscum in Euandri ara decimas soluisse, & foro boario, illi aræ proximo, etiā ex voto posteritatem fecisse decimam, atq; receptā opinionem, vt qui vellet diues fieri, solueret decimas Herculi. Et hinc M. Lucilli factas opes, *Plutarch.in proble.17. Pomp. Lætus, li. de sacerdotiis dum agi de Pinariis & Potitiis.* Macrobius *lib.3. Saturn. c. 12.* quoque testimonio M. Terentij Varronis in ea satyra, quæ inscribitur πεϱὶ ἀγώνων, maiores ait solitos decimam Herculi vouere, nec deeem dies intermittere, quin pellicerent populum ad ἀπομαξον & cum corona laurea dimitterent cubitum. Et Sylla ex vniuersis fortunis decimam Herculi sacrificauit. *Plutarch.in fine Vitæ Syllæ.* Vocat Plautus in Trinumo hanc decimam, partem Herculaneam. *Mihi detraxi*, inquit, *partem Herculaneam.* Et ipse quoque meminit ex voto & Herculi decimam dari in sticho.

Vt decimam partem ex voto Herculi Polluceam.

Ex quibus mihi etiam constare videatur, decimam partem, non quidem ex lege gentilium à quibuscunq; aliquando & alicubi debitam: sed ex voto, quod inducebat obligationem, ait Vlpianus *in l.2.§. fin. de pollicit. lib.50. P. tit.12.* Sicut & ante legē scriptā à Mose traditam, nulla alia videbatur decimarū exactio coacta, quam ex voto, vt liquet ex cap.14. & 28. Geneseos, sacerdotibus tamen datas, & apud gentiles aliquos, ex more & quadam lege poterit nihilominus sustineri & constare ex Plinio, vt mox dicemus. Has decimas Deus iure proprio dedit Leuitis, & illis qui suo cultui potissimum deseruirent, *Numer.c.18. c.cauſſa Carpenſis, de Verb ſignifi.* Et proinde illis solis non laicis, debitæ, *cap. prohibemus. & c. quamuis de decim.can.1.16.q.1.*

4 ¶ Translato † sacerdotio in fidem Christianam, quando licuit per pacatas persecutiones tyrannorum aucto numero credentiū, Romæ Euaristus Pontifex maximus, primum, *Platina in Euaristo. Meminit & Cyprian.lib.1.epist.9.* constituit curiones, & per loca distribuit, qui præberent sibi commissis sacramenta, & eos ab illis nutriri statuit, vnde parochi dicti sunt à mutua præbitione alimentorum & sacramentorum, ἀπο τῆ παϱέχειν, à præbendo. Deinceps Dionys. 266. idem facere per vniuersum orbem tentauit, distribuitque loco assignatis personis ecclesiasticis pro reditibus, decimis prædiorum, quæ intra limites locorum distinctorum cōtinebantur, *c.1. & c.eccleſias, 12.q.1.c.90. diſt.c.epiſcopi.80. diſt c.paſtoralis, de iis quæ fiunt à prælat. ſine conſen. capi. Polydor. Virg. lib.4. c. 9. de inuentor. rer.*

5 ¶ Gentiles † quoque in more positum habebant, suis sacerdotibus decimas, vt Dei ministris, offerre. Sicq; scribit Plinius, *lib.12. c.14* ex thure quod ex Arabia Sabotham deferretur, decimas cuidam apud illos fictitio Deo, quem vocabant Sabin, non pondere sed mensura sacerdotes capere solitos. Et iterū, *Plin.lib.12.cap 19.* ex Cynamono apud Ægyptios, eis diuidi decimas tradit. Memorat Herodotus, *lib.1.* Cyrum ad portas ciuitatis Lydorum quam diripiebāt milites, ex suis satellitibus custodes posuisse, qui vetarent exportari opes, vt earum decimæ Ioui necessario redderentur. Proinde nec iusta possidentium bona, querela est, qui dum sibi iudicium gehennę præparant, decimas retinent, vel non patiūtur dari curionibus aut aliis ecclesiasticis personis, quod illæ non probe, vt illis videtur, viuāt, quodve prauis vsibus profundant, & auare petant, quodve aliquando diuites sint. Nam Deo non curionibus proprie debentur, etsi mali ij sint, & Dei nomine, *c.quid dicam, 14.q.4.c.forte, 14.q.5.* ad præbentium potius, quam recipientium vtilitatem soluuntur. Quod si curiones abutantur iudicium illis erit, *c.clericos. & ſeq 1.q.2.cap.illis, can fin.12.q.1.* at si non
6 dentur, condemnatio diuina imminet. ¶ Et † merito condemnata sententia erronea & hæretica eum aliis Wiclefui in concilio Constantiniēsi, qua tuebatur decimas puras esse eleemosynas, & propter peccata prælatorum, *lib.4.legū Francicarū c.17.* posse illis
7 adimi. ¶ In † lege Francica statutum, *vt nouas & decimas nō solum plebeij, sed etiam vaßalli, princeps, & comites, soluant eccleſiis: & ſi contumaces sunt, inſuper & bannum regis ſoluant: & ſi ſæpius sterando negent, beneficium amittant.* Et rursum, *d.lib.4.legum Franc.cap.39. vt plebani à presbyteris eccleſiarum ter moneantur de ſoluendis decimis, quod ſi contemſerint, ab ingreſſu eccleſiæ prohibeantur: & ſi hoc non emendauerint, à miniſtris reipublicæ diſtricti ſinguli per caput, ſex ſolidos componant. & inſuper decimam dare cogantur. Et ſi iterum contemtores sint, tunc per publicam auctoritatem domus vel caſæ eorum hiſentur* (puto interdicatur) *quoſque pro ipſa decima, ſicut ſupra dictum eſt, ſatisfaciant. Quod ſi demum rebelles vel contradictores eſſe voluerint, & ſupra ipſam hiuſam propria auctoritate intrare præſumſerint, tunc à miniſtris reipub. in cuſtodiam mittantur, vſque dum componant, &c.*

De quibus Decimæ ecclesiasticæ debitæ à parochis, & de distinctione earum. Cap.23.

1 *Decimarum diuiſio in prædiales, perſonales, & mixtas, & quæ perſonales.*
2 *Prædiales quæ & ex quibus debentur.*
3 *Mixtæ quæ, & ex quibus.*
4 *Generaliter de quibus pendenda decima.*

GEneris † decimarum ecclesiasticarum quæ præstātur personis, ecclesiæ ministeriis, & cultui diuino inseruientibus, tres sunt species generales, nempe personales, prædiales, & mixtę. *Perſonales* sunt, quæ solūtur ex fructibus seu ex rebus, vel lucro insuper ex personæ quæsitis: veluti de aduenientibus ex officio, artificio, negotiatione, scientia, & similibus, quæ præbentur seu soluuntur ei ecclesiæ, in qua quis ecclesiatica percipit sacramenta, licet aliunde lucrum contigerit, *c.ad apoſtolicæ, c.20. §. nouerit. cap. paſtoralis, c.28. de decim. lib.3. Decretal. tit.29. Offeretis*, inquit Dominus, *primitias & decimas manuum veſtrarum; Deuter. cap.12. & de omnibus quæſitis, c.ex tranſmiſſa, de decim.* ¶ Prædiales sunt, quæ ex fructibus debentur, vt vini, frumenti, & aliorum frugum decimæ, *c.ad apoſtolicæ, c.peruenit, de decim.* ¶ Mixtæ † quæ debentur habitatione eorum, quæ ex prædiis partim prouenūt, partim ex industria personarum: quales decimæ debitæ ex animalibus in eo loco vbi viuunt, ex quo alimenta percipiunt, & à personis custodiuntur, vel pascuntur, *dict. capit, ad apoſtolicæ, & cap. paſtoralis, c.commiſſum. de decim.* In summa decimæ Deo pendendæ sunt, vel eius ministris sacerdotibus, *c.reuertimini & capit. quicunque. 16. quæſt.1. cap. quadrageſima. de conſecr. diſtinct. 5. capit. non eſt in poteſtate, de decim.* omnium rerum quas licite quis potest acquirere, *c.ex tranſmiſſa, c.23. de decimis.* De prouentu ex molendino etiā vento molente, *d.c.ex tranſmiſſa, & c.5. eod.* & alterius generis, de piscatione, fœno, lana, *c.peruenit ad nos, eod.* de omni fructu, & de apibus, *c.nuntios. c.6. eod. tit c.ex parte.21. eod.* de venatione, de militia, *decimas, 16.q.1. & c.quicunque, 16.q. 7.* De nouis viuariis autem, num debeantur hodie decimæ, Papus placita senatus contraria notat, *lib.1. Rapſod. areſto. tit.12. areſt.5.* ob constitutionem Philippi Augusti regis Galliarum, quæ prohibet omnem insolitam decimarum in Gallia exactionem. Porro ex turpi & impio quæstu decimas personales ecclesia respuere debet, vt ex arte meretricia, *Deuter.c.23. ibi, Non offeres mercedem, & c.c. oblationes 90. diſt.* & ab vsuris, ne videatur auctor mali Deus, cui decima offerēda est, quem eius quod acquirimus auctorem profitemur: & cui dicimus: *quæ de manu tua ſu cepimus, hæc reddimus tibi: omne enim bonum optimum deſcendens à patre luminum, Iacob.1* Item ne delinquendi occasio detur offerentibus, aut approbare delictum videatur, *cano. minor. 17. q.4. ante c. ſi tantum. 16.q.2.c. oblatione 90. diſt.* Si tamen decimæ sint prędiales, recte à peccatoribus & ab inuasoribus accipiuntur: quia agri benedictionem potius, quam personæ referunt, & veluti censum exhibent. *c.de terris. de decim.* Statuit & Synodus Tridentina, *in vltima ſeſſione, de reformat. generali. c.12.* decimas in posterum sub excommunicationis pœna integre persoluendas. Exprobrat autem auaritiam Pharisæorum Deus, sed non decimationem singulorum, dum ait, *D. Matthæi, c. 23. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentam, anethum, & cyminum, & reliquiſtis quæ graviora ſunt legis, iudicium & miſericordiam, & fidem: oportuit hæc facere, & illa non omittere.*

De personis, à quibus soluendæ decimæ. Cap.24.

1 *Perſonæ omnes ſine exceptione debent decimas ſoluere.*
2 *Quomodo cogantur decimas ſoluere denegantes.*
3 *Colligendi fructus non ſunt, niſi prius moneatur Curio, vt interſit.*
4 *Vel mittat ad decimas colligendas.*
5 *Compenſatio non obijcitur à debente decimas futuras.*
6 *Ex quibus ſoluant decimas abbates & monachi, & Iudæi, leproſi, Eccleſiæ.*
7 *Non ſoluunt decimas ex priuilegio Ciſtercienſes monachi, Templarij. & alij quidam.*
8 *Priuilegium non ſoluendi decimas à quo concedatur.*
9 *Priuilegium non ſoluendæ amittitur ſolutione vna.*
10 *Priuilegiati non ſoluendi decimas, alias contribuant eccleſiis, & quando.*

QVia † ex institutione Dei diximus esse decimas. *c.reuertimini. 1 c.decima, 16.q.1. c.omnes, decimæ, 16.q.6.* & ab omnibus esse soluendas,

Digitized by Google

uendas, non difficile est statuere, vt tanquam debitum exigi possint *c. parochianos c. 5. de decim. c. tua nobis c. grauem. eod. c. decimæ, & c. statuimus*, 16. q. 1. *can. qui oblationes*, 12. q. 2. vel rei vindicatione per ecclesiam, tãquam earum dominam, *c. moderamine, & ibi gl. in verbo vindicant.* 16. q. 1. vel conditione ex canone, vnde oritur actio personalis aduersus debẽtem soluere, vt ait Panorm. *in c. tua. in 2. col. pen. de decim.* A laicis itaque dandæ sine fraude, & ab episcopis, & ministris ecclesiæ discrete distribuendæ, *c. præter hoc*, 23. *dist. c. nullus.* 16. q. 7. Neq; propter sacerdotes malos, vt plerique falso persuadent decimæ negandæ, cum earum institutio præcipua & prima fuerit, non propter personas sacerdotũ tantum, sed ob Dei præcipue honorem, & præbentium vtilitatem vt supra diximus: & ita ecclesiæ potissimum nec ministrorum personis, sed officio eorum debitæ, *can. si episcopum.* 16. q. 6. ¶ Sunt
2 quippe † decimæ vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum, *can. quia* 16. q. 1. tributa egentium animarum *ca. decimæ, eod.* 16. q. 1. & filius Belial, qui hoc prætextu excutere iugum diuinæ subiectionis nititur, atque sacrilegus æternæ damnationis in se sententiam prouocans, *cap.* 1. 16. q. 7. *Et maledictio, Malachiæ*, 3. *Guid. Papæ. decis.* 166. Quare post admonitionem soluendi est excõmunicandus, *c. omnes decima.* 16. q. 7. *c. peruenit.* 5. *de decim.* Et si clericus aut religiosus post duos mẽses nõ soluat, vel solui prohibeat, vel vsurpet, ab omni administratione quã habet, officiis, & beneficiis suspendendus, ex concilio Viennensi, *Clement. 1. de decim. in Clemen.* Mandaturque iis qui verbum Dei prædicãt, hortari populum non dissuadere solutionem decimarum, *c. 1. de decimis in 6.* Quod si quis adeo sit contumax, vt sententiam excõmunicationis contemnat, retineatque nihilominus decimas: potest aduersus eum iudicis secularis potestas implorari, & ita soluere cogitur, *cap. postulasti. cap. 21. de homicid. apud Gregor. libr. 5. titul. 12.*

¶ Tradit † Speculator, *in tit. de decim. circa fin. & ibi interpres*
3 *Scholiastes.* eum, cui debetur decima, posse interdicere domino fundi, ne fructus colligat vel exportet, nisi aut se vel suo procuratore seu nuntio præsente, si se timeat decima defraudandum iri. Et ita iudicatum in senatu Tholosano testatur Aufrerius, *in additio. ad decis. capel. Tholos.* 119. Exstant hac de re duæ regiæ constitutiones edictales Francisci primi: prior, anni millesimi quingentesimi quadragesimi quinti. Prima Martij statuit, ne fructus ex prædiis transferantur vel colligantur à dominis prædiorum, in quibus excreuerunt, priusquam decimæ & primitiæ solutæ fuerint, secundum antiquam consuetudinem. Atque eo tempore certiores fieri debere Episcopos, curiones, vel eorum procuratores aut redemtores, aliosque ius decimarum habentes, videlicet ante translationem fructuum, constituta pœna aduersus contumaces confiscationis fructuum, deductis primitiis & decimis: rato tamen manente pacto, & sine præiudicio legitimæ conuẽtionis vel transactionis inter soluentes & recipientes factæ, si qua sit. Altera constitutio edicta fuit 9. Iunij, 1547. qua prædiorum dominis inhibetur metere ea, quæ decimis obnoxia sunt, priusquam in suggestu ecclesiæ populo mihi conueniente prædicta dies metendi fuerit: vt qui ius decimandi haberet, inde certior fieret, & adesset, aut aliũ suo nomine mitteret, indicta pœna aliter facientibus damni, & eius quod interesset, secundum quã & iudicatum, *Pap. lib. 7. rapsod. arresto. titul. 12. arresto 6.* Sic iure ciuili Roma, quando quarta pars bonorum curialium decedentium sine filiis, curialib. erat danda, diuisio fiebat sub aspectu curialiũ, *l. 2. quando & quib. quart. pars debeat. lib.* 10. Et certe qui partem habet fructuum aut decimas, condominus videtur esse, & partiarius: itaque vocandus, quum omnia præsentibus illis quorum interest fieri debeant, *l. de vnoquoque. de re iudica. in P.* Et in re communi potior est caussa prohibentis. *l. Sabinus, commun. diuid. in P.*

4 ¶ Statuit † concilium Lateranense, laicos decimas retinentes, nec clericis reddentes priuandos ecclesiastica sepultura, *cap prohibemus. cap.* 19. *de decim.* Nec in dubium venit puniri debere hos pœnis iisdem, quibus plectuntur qui tributa interuertunt & denegant, quæ plures sunt, *cap. si tributum.* 11. *quæst.* 1. Sunt quippe & decimæ, tributa egenorum, *cap. decima.* 16. *quæst.* 1. *cap. tua. in* 2. *de decim.* Deo præstita.

5 ¶ Et † proinde quemadmodũ quis tributa non potest eludere obiecta compensatione debiti, *l. 3. C. de compensatio.* sic in futuris soluendis decimis, compensatio non admittitur, *glos. 1. in can. decima.* 16. *quæst.* 1. *Ludou. Roman. singul.* 254. *an sit locus, &* 545. *an sacerdoti.* quamuis in præteritis recipi possit, *cap. veniens, in fin. de transact. doctores, in cap. tua.* 2 *de decimis, argum. l. de alimentis. C. de transact. l. cum ij. eod. titul. in P.* Ergo qui prædia possident, quæ sunt in alterius parochia constituta, decimas soluent prædiales, siue ecclesiasticæ, siue alterius noræ personæ sint, *d. c. tua.* 2. *de decim.* præteritas & futuras. *c. veniens. in fin. de transact.* quemadmodum nec sine censu, & reliquiis fundus comparari potest, *rub. siue censu & reliq. &c.*

6 ¶ Soluuntur † de rebus abbatiæ, *c. suggestum. c. 9. de decim.* item soluunt monachi, de rebus nuper cultis, ex quibus antea decimæ soluebantur, *cap. commissum. cap.* 4. *de decim. cap. fin. §. penult. eod. in 6.* Et Iudæi quoq; de prædiis possessis, vel soluere eas debent, vel prædia dimittere. *c. de terris. c.* 16. *de deci.* Et leprosi, exceptis hortis eorum & animalibus, si communiter viuant, *cap.* 2. *de eccles. ædific.* Soluunt & ecclesiæ decimas de prædiis illis, quæ in dotem assignantur, nisi ea modica sint, *tex. cum gloss. in cap.* 1. *de censib. in cap. nuper. de decim.* Et ita decimarum solutio sequitur rẽ, & eius detentorem, *Ioan. Constantin. in constitutio regias Franc.* 1. *de litib. breuit. decid. in artic.* 180 *facit l penult. & tit. sine censu, & reliq. fund. comp. &c.*

¶ Excipiuntur † autem aliqui, quibus priuilegium indultum 7
est de non soluendis decimis, quales sunt monachi Cisterciensis ordinis, Templarii, & Hospitalarii, qui non soluunt decimas laborum suorum, nec eorum quæ colunt propriis manibus, vel propriis sumptibus: de quæsitis, inquam, ante concilium generale, etiam si noualia sint, *c. ex parte cap.* 10 *de decim.* de postea quæsitis tamen soluunt, *cap. penult. de decimis.* Alii vero religiosi non soluunt de hortis & nutrimentis animalium & de noualibus quę propriis excolunt manibus *dict. cap ex parte.* Quod si non colant manibus suis exmtio ad noualia non pertinet, *c. ad audientiam*, 12 *eod.* Fratres minoritæ & prædicatorii ordinis, de hortorũ fructibus etiam decimas non soluunt, *cap. nimis prauæ c.* 12. *de excess. prælat.* At non extenditur priuilegium, si alijs colenda prædia dent, *cap. licet, de benignitate, c.* 11 *eod.* Sicuti nec immunes à præstatione decimarũ, priuilegio vti possunt, si aliena prędia colenda suscipiant, *c. dilectis*, 8. *de decim.* Exemti enim debent decimas ratione rerum, nisi res quoque exemtæ sint, *cap.* 2. *§. diœcesani, & seq. de decim. in 6.* ¶ Conuenit † autem concedi & priuilegium 8
hoc ab alio, quam à principe temporali seu laico, *c. tua.* 25. *de decimis, apud Greg. cap. dudum, c.* 31. *eod. tit.* qui id concedere nequit, nempe à Papa solo, *de hoc late Rebuf. tractat. decim de q. §. num.* 28. 29. 31. *& sequen.* Potro alia capita eorũ, qui decimas non præstant & excipiuntur, vide apud Rebuffum tractatu de decim. quæstione 5. ¶ Quibus † singulare illud addendum est, eos qui priuilegiũ 9
habent non soluendi decimas, vel qui legitime præscripserint, si eas soluerint, renuntiasse priuilegio censeri, *c. accidẽtibus. & ca. si de terra, de priuileg.* etiam semel soluendo, *arg. cap. cum accessissent, in fin. de const.* nisi cum protestatione soluissent iuxta sententiam Bartoli, *in l. non solum. §. morte, de oper. nou. nuntiat. vide hoc tenentem in decim d. Rebuff. vbi supra, quæst.* 13. *num.* 113. ¶ Obserua † tamen 10
& exemtos à solutione decimarum, præbere gratis aliquas portiones ecclesiis parochialibus, ad onera illarum releuãda auctoritate episcopali. Et hac ratione ita coguntur Carthusienses & Cisterciences, qui decimas reseruant, congruam portionem curioni constituere ad iura episcopalia & alia onera subeunda, *cap.* 2. *§. vbi autem. & §. religiosos, de decim. in 6.*

Quibus soluendæ decimæ.
Cap. 25.

1 *Prædiales decimæ soluendæ curionibus locorum prædiorum, nisi repugnet consuetudo.*
2 *Decimæ mixtæ, & animalium, quibus soluantur.*
3 *Ex tribus ab animalibus soluuntur decimæ, ex fœtu, lacte, & lana, & quibus.*
4 *Ecclesia contra ecclesiam ius decimandi præscribit, non autem fines Ecclesiarum.*
5 *Quæ requiruntur in præscriptione decimarum in Ecclesia.*
6 *Laicis præstari ecclesiasticæ decimæ non debent.*
7 *De decimis concessis laicis ante concilium Lateranense: & qui sunt qui possideant, in quos transferre possint.*
8 *Quando in feudum laicus possit decimas Ecclesiasticas tenere.*
9 *In quot partes diuiderentur olim decimæ curionibus datæ.*
10 *Quare dubatur decimarum portio Episcopos.*

PRædiales † decimæ solui debent curionibus, in quorum pa- 1
rochia sunt prædia, quæ fructus ferunt, *cap. quo iam à nobis, c.* 13. *de decim. c. cum contingat, cap.* 29. *eod. cap. statuimus, c. de decim. c. si quis laicus*, 16. *quæst.* 1. *c.* 1. *cap. ecclesias*, 13. *quæst.* 1. *cap fin. de paroch. c. ex transmissa. de præs.* Sicut tributum ei ciuitati pendi debet, vbi sunt agri, *l forma censuali, §. si vero, de censibus*, nisi consuetudo. contraria esset, quæ sequenda esset, si prascripta, *cap. cum sint homines cap.* 18. *de decim. capitul. ad apostolica, cap. in aliquibus, eodem titul.* Et si in nullius parochia prędia dicãtur, episcopalis erit prouidentiæ assignare cui voluerit, vel sibi retinere, *dict. c. quoniam à nobis.* Quod si in vna ecclesia curio sit præcipuus, quem vocamus priorem, & eius vicarius perpetuus, qui dictus recto: decimæ & noualia curioni præcipuo debentur, congrua tamen portione reseruata vicario perpetuo, *vide Papum, libr.* 1. *rapsod. arresto. titul.* 12. *aresto.* 7. & 11. Personales, baptismalibus ecclesiis debẽtur iure communi, aut vbi quis percipit sacramenta, *ca. de decim.* 16. *quæst.* 1. *cap. quæsts. eod. c.* 1. 13. *q* 1 *c. fin. de paroch. c. ad apostolicæ. c.* 20. *de decim. Disputat hunc casum de baptismali ecclesia, & quando plures sunt, Rebuffus in tractat. de decim. q.* 6. *num.* 8 9. 10 11. 12 13. *& sequent. vide & cap. ad audientiam.* 1. *de eccles. ædificand.* ¶ Decimæ 2
mixtæ † & animalium debentur ecclesiæ, in cuius parochia animalia morantur, & pascũtur. *glos. in cap.* 1. *§. item quis vnquam.* 15. *quæst.* 1. *Matth. de Afflict. in constit. Neapol. rubr. de decim. nu.* 13. Quod si in vna parochia hyeme, in alia æstate morentur: vel

Digitized by Google

pascantur in vna, dormiãt in alia, diuidentur inter illas decimæ, *glos. in d. c. ad apostolicæ*. Notant Baldus, Albericus, & Paulus Castrensis, *in l. huius modi. § legati. de legat. 1.* & post eos Nicolaus Boerius, *in decis. 13. num. 54.* Quod si ob bellum, animalia alicuius parochiæ fugiant ad aliã, & ibi pariant, decima est soluenda vbi pepererunt. Tradit & Rebuffus, *tract. 1. de decim. q. 6 nu. 27. & Boer. in §. 13. de consuet. prædio. in consuet. Biturig.* communiter seruari, potissimum in patria occitana Galliæ, decimã lactis dari illi parochiæ, in cuius territorio mulgentur animalia: decimam caseorum vero, parochiæ, in qua casei fiunt: decimas aurẽ lanæ & fœ-
3 tus illi curioni, in cuius parochia nascuntur. ¶ Ex † tribus namq; rebus animalium penduntur decimæ, quia tria in fructu sunt, fœtus, lac, lana, seu pilus, *l. in pecudum, de vsuris in P. §. in pecudum. de ver. diuis. apud Iustin.* ex lacte quoque & caseus, & butyrum, vt ex lana pannus. Veruntamen si consuetudo alia recepta sit, illa sequenda est: quia ecclesia contra ecclesiam potest decimandi ius præscribere, *ca. ad aures. c. 6. & cap. Veniens, cap. de quarta. c 4. de præscr. cap. cum contingat. c. 29. & cap. cum in tua. 30. de decim* dummodo occasio consuetudinis decimandi non sit ratione confu-
4 sionis vel proximitatis finium parochiarum. ¶ Quia † fines præscribi non possunt, nec consuetudo super his tenet, *glos. & Doct. in c. fin de paroch. c. quicunque. & can. licet. 16. q. 3. c. super. de paroch.* De præscriptione doceri etiam debet: alioquin pro curione, vtpote iure communi suffulto sententia fertur, *c. 1. de præsc. in 6. c. 2. de restit. spol.* Quinimo si alia ecclesia parochialis vel ministerium præscripsit decimas per quadraginta annos in altera parochia, vel ex priuilegio alias possidet, quã suę parochiæ, & quædã alias non decimata decimãda sint, decimæ illæ pertinent nõ ad præscribentem, sed ad parochum, quemadmodum etiam noualia
5 *dictu rc. cum contingat, & cum in tua.* ¶ Alioquin † eget ista opposita præscriptio, non solum tempore annorum 40. *d. c. ad aures, de præscri. & c. quarta. authent. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles.* sed etiam titulo, *c. veniens, de præscr. c. 1. de præscrip in 6.* & bona fide, *cap. si diligenti. & cap. vigilanti. de præscri.* vel tempore cuius initium memoria non habeat, & præsumatur bona fides & titulus. De quo docere debet qui se dicit esse in possessione decimas percipiendi in aliena parochia, aliter præsumitur verisimiliter eas indebite occupasse, cum proueniant ex prædiis in aliena parochia constitutis. Sicque manifestum de iure communi, nisi aliud ostẽdatur ad suam parochiam pertinere, vt expresse decidit Bonifacius VIII. pontifex maximus, *in cap. ad decimas. c. 2. de restit. spol. lib. 1. Sexti. tit. 5.* Ostenditur autem titulus vel per priuilegium concessum, vel per compositionem seu concordiam, seu transactionem factam inter ecclesias de decimis percipiẽdis, quæ permissa & firma est, *c 2. & cap. dilecti, de transact. c. 3. de decim.* si cum causse cognitione fiat, & cum examine superioris, num expediat ecclesiæ illa conuentio. Est enim species alienationis & proinde solemnia quæ exiguntur in alienãdis rebus ecclesiasticis, requiruntur in decimis à parochia transferendis, *Solemnia, in cap. sine exceptione. 12. q. 2. c. placuit. c. abbatibus. eod.* & decretum episcopi vt notat Innocẽtius, *in cap 2. de transac.* id est, auctoritas in inquisitione vtilitatis vel in cõmoditatis ecclesiæ, sine quibus transactio facta successori non præiudicat, *cap. de cetero & cap. veniens, de transactio. cap. ad hæc. de offic. Vica.* super futuris decimis, quamuis esset efficax in præteritis, *glos. & interpr. in cap. vt super. de rebus eccles. non alienan.* potissimum, cum hodie beneficiarius habeatur quamdiu viuit pro vsufructuario, *Ioan. Andreas in glo. cap. præsenti. de offic. ordinar. in sexto.* ¶ Et † cum decimę beneficiis
6 seu sacerdotiis adhęreant, seu ecclesiis, quę conferuntur personis ob diuinum exsequendum officium, quo non præstito, nec beneficij prouentus debentur, *cap. fin. de rescript. in sexto. cap. eos, cap. si quis sacerdotem. 82. distinctio. cap. præter hæc. 32. distinctio. cap. latores. de cler. excommunic. ministr. cap. pastoralis. de appel.* planum est decimas laicis præstari iure communi non debere ecclesiasticas: quia idonei ad beneficia tenenda non sunt, *c. cum adeo. de rescript. c. ex literis. de transact. c. 2. de institut. Clem. quia contingit. §. vt autem de relig. dom.* Et cautum quoque expresse, non posse laicos has decimas sine peccato retinere, *c. peruenit, 1. q. 3.* non possidere, non præscribere, *c. causam qua. de præscrip. can. 1. 16. q. 7. c. fin. 16. quæst. 1.* Quare qui ecclesiasticam concesserit laico decimã, ab statu suo, sicut arbor quę perperam terram occupat, succidendus est: vt iaceat donec emendet prostratus. *c. quamuis. 17. de decim.*

¶ Legimus † tamen ante concilium Lateranense, quondam
7 in feudum perpetuum quasdam decimas concessas laicis *cap. cum apostolica. cap. 7. de his quæ fiunt à prælat. sine consen. & c. lib. 3. Decretal. tit. 10. cap. tua. in 1. §. fin. eod. tit.* in Gallia, à tẽpore Caroli Martelli, qui deiectis & expulsis Agarenis, ex consensu Episcoporũ decimas ecclesiasticas percipiendas quibusdam diuisit nobilib⁹, vt ait Gaguinus *in vita Caroli Martelli.* pollicitus eadem breui & plura alia ecclesiis se restituturum: quod tamen non perfecit, mortuus citius quam speraret: feruntq; visam animam eius deferri per dæmones ad inferos, ab Eucherio Aureolanẽsi episcopo, viro eius temporis sanctissimo: inuentumq; eius mausoleũ, seu conditorium vacuum, sine corpore & pro eo serpentẽ: quod & scribit Paulus Æmilius, *lib. 2 Hist Fran.* Quod in vltionem tantæ vsurpationis videtur accidisse, & ob sacrilegium ecclesiæ illatum, cũ nullus princeps, rex, vel imperator has decimas vsurpare, minusque alias concedere laicis possit, *c. dudum. c 31. de decim.* qui suis limitibus debeat esse contentus, non ea quæ Dei sunt vsurpare, *c. imperium. 10. dist. Quicunque*, inquit Paschalis: *decimas & oblationes per potestatem secularem obtinet, procul dubio contra Deũ & sanctorum patrum statuta sanctiones.* Quinimo & qui accipit, & qui tradit, raptor & sacrilegus iudicatur, *c. causa. c. 13 de verb sign. c. nulli. & cano. quotidie liceat. 12. q. 2. c. ex transmissa. de deci.* Quare concilio Lateranensi, quod tempore Innocentij secundi pontificis max. habitum Romæ, coactis 1000. patribus in Laterano, *Vol-laterra. in Innocent. Otho Frisingensis lib. 7. c. 23.* hic abusus emendatus est, *c. 2. §. fine. de decim. in 6. c. cum & plantare. c. 3. de priuileg. lib. 5. Decretal. tit. 3* & statutum, ne laicis in posterum dari istæ decimæ possent. Et pro iam possessis, cum non possent omnino eis eripi commode, quædam remedia inuenta sunt, quibus redire possent ad ecclesias vnde exie. ãt, sublatæque causæ, quibus alio possent transferri. Et proinde prohibitum, ne laici decimas cum periculi animæ suæ detinentes, in alios laicos possent aliquo modo transferre: & si quis recepisset, vel acceptas ecclesiæ non reddidisset, ecclesiastica sepultura priuaretur, *c. prohibemus. cap. 19 de decim. c. ad hoc. eod.* Prohibitum quoque, ne alienis quam propriis possint relinquere ecclesiis, neve eas impignorare laicis liceret, *c. fi. de decim.* Non etiam infeudare monachis, nisi de episcopi consensu, *c. 2. § fine. de decim. in 6. q. 2. c. dudum. de decim.* Et quamuis probentur decimæ ecclesiasticæ infeudatæ per principes ante concilij Lateranense laicis, nõ tamen sequitur posse licite nũc detineri: nisi dominus eas se iure habere probet, vel ecclesię tantundem elargitus sit de re maiori vel æquali, idque constet, *per c. ea enim. §. sed permutare. 10. q 2. c 1. de rer. permutat.* Fidem autem faciet per se, remuneratas non fuisse ecclesias, quarum decimæ retinentur, si illæ non habeant bona temporalia, vnde retineri iure non possunt. Et argumento ducto à solitis, præsumendum est fuisse à laicis vsurpatas, *c. fin. de rest. spol. in 6.* potissimum cum retulerimus tempore Martelli malo initio cœpisse retineri, vt vix sit præsumendum eas bonum exitum habituras, *c. ap. principatus, cap. cum Paulus. 1 q. 1.* Et si à summo pontifice approbatam detentionem ostendat laicus, tunc ex causa forsan illi permittentur: sed perceptio decimarum concessa, ad noualia adhuc non extenderetur, *c. tua. in 1. c. 25. §. fin. de decim. c. 2. §. fin. eod. in 6.* Non negandum tamen decimarum fructus ad vitã præstari posse laico ex causa, sed non in feudum. *glos. in c. quamuis, in verbo, concesserit, de decim. per c. 2. de loca.* Quia & vendi possunt, *c. fin. ne prælat. vices suas.* Ac
8 iure successionis teneri nequeunt, *c. ad hæc. c. 15. de decim.* nec præscribi à laicis, *c. causam. & ibi interpr. de præscript.* ¶ Tradunt † tamen *Ioan. And. Henric. Boich. in c cum apostolicam. de his quæ fiunt à prælat. sine consen. c. Domin. in c. Statuto de decim. in 6.* laicos posse decimas ecclesiasticas possidere in feudum ecclesiasticum, duobus concurrentibus: primo, si eas possederint, tanquam vasalli ecclesiæ, à tempore cuius initij non exstet memoria. Dehinc, si sit fama, quod eas habuerint ante concilium Lateranense, & ita cõclusum fuit in capella Tholosana, *decis. cap. Tholos. 439. vide fusius Nic. Boerium in comment. ad consuet. Biturs. §. 1. de præscrip. & in §. 11. de consue. prad.* Possunt & ex causa & priuilegio concedi laicis perceptiones decimarum, non ius decimarum *c. quamuis. de dec. c. Adrianus. 63. dist. can. in synodo. 97. dist.* ¶ Diuidebantur † aliquã-
9 do beneficiorum decimæ, oblationes, & reditus ecclesiæ olim in quatuor partes: quarũ vna episcopo, altera sacerdoti, tertia fabricæ, quarta pauperibus dabatur, *c. quatuor. & c. Vulterrana, c. concesso. can. de reditib. 12. q. 2. c. vnic. 10. q. 3. c. conquerente de offic ord.* Aut aliter portiones pro consuetudine locorũ & ecclesiarũ cõstituebantur, *c. antiquo. 12. q. 1. c. constitutum. 16. q. 1. c. 1. de sepul. c. de hu. can. decernimus. 10 q. 1.* Sed & hic præscriptio contra episcopos quadragenaria locũ habet, *c. 4. de præsc.* & ideo cõsuetudinẽ ecclesiarũ inspicimus, *vide gl. in c. cũ contingat. c. 29 in ver. de iure cũ, de deci.* potissimum cum alia iura episcopalia à clericis præbeantur prælatis, & onera ecclesiarum sint præpositorum earundem: licitũque sit vnicuique expresse vel tacite renunciare iuri in fauorem sui introducto, *l. si quis in conscribendo. C. de pact. & de episc. & cleric.* Quare potest & hoc ius donare episcopus ecclesiis si habeat, 10
can. fin. 12. q. 3. ¶ Dabantur † itaque portiones antiquitus episcopis ex decimis, & mortuariis, & oblationibus, *Clem. dudum. de sepult. c. cum super. de sepult.* in remunerationem onerum, quæ subit singularum ecclesiarum suæ diœceseos, ordines cõferendo, chrisma conficiendo, basilicas dedicando, moniales cõsecrando, prædicando, & id genus alia faciẽdo, quæ videbis apud Speculato. ẽ, *in §. 1. de stat. monachor.* & Bertachinum. *tract. de episc. 4. part. num. 40.* Quodque tunc essent episcopi pauperes, nec proprij reditus ad sumtus sufficerent. Qua cessante nunc causa, & illorum prouentibus auctis, portiones illis præstari solitæ, ichicæ sunt propriis vsibus, & reparationi suarum ecclesiarum, *cap. presen quidem canonib & c. vnic. 10. quæst. 3.* Nec omnia tempora eandem habuerunt regulam, cum & priscis temporibus nondum diuisis à Dionysio decimis, decimæ & oblationes Christianorum solum darentur episcopis, vt eas distribuerent viduis, egenis, & egentibus clericis ex constitutione apostolorum *Clemens lib. 2 constit. Apostol. c. 25. & cap. videntes. 12. quæst. 1. facit c. 4. actuum.* & aliquando, vt alibi docemus, eidem episcopi & presbyteri. Ceterũ istę portiones episcopis olim datæ, non decimæ decimarum, sed partici-

pa-

Digitized by Google

patio decimarum & oblationum, veluti ea quæ à monaſteriis, in quibus parochianus eligit, *cap.1.& cap.hus qui.& c.in noſtra.c.certificari.cap.cum ſuper.de ſepul.* ſepulturam, eccleſiis præbentur parochialibus, non ſunt vere dicendæ decimæ, ſed portiones. Nouum enim eſſet genus decimarum, vt clerici pares, à paribus clericis, decimas exigerent ex decimis, *c.2.de decim.*

De ipſa Decimatione, modo, & tempore decimandi. Cap. 26.

1 *De quota decima, & quomodo vera decima minui poteſt tranſactione, & conſuetudine.*
2 *Quomodo granum in palea ſolui debet.*
3 *Quo tempore ſolui debent perſonales & prædiales, & de deductione, quæ fit ante ſolutionem decimarum.*
4 *De quantitate ſoluenda in decimis vtriſque, prædialibus, & perſonalibus, & quod de minutis non ſoleret exigi.*

¶ Vre communi integre decima, vt dictum eſt, de ſingulis rebus debetur. Veruntamen interdum minus præſtatur, nempe vel viceſima, vel alia pars ex conuentione ſeu tranſactione parochianorum, & curionis, vel eius qui exigit: illa enim tranſactio permiſſa, vt & illa, ne de aliquibus rebus præſtetur decima, vt de minutis ſeu aliis, *c.3.& c.veniens.de tranſact.cap.ſuper eod. Panorm. in c.dilecti.eod.in fine.* Diminutio namq; decimæ veræ, laicis conſentiente epiſcopi fieri proculdubio poteſt, ſi accedat & tẽporis interuallum, quod illud firmauerit, *Innocent.& Ducius.in cap.venerabilis.de confirmat.vtil.vel inutil.* at remiſſio aliquorũ decimæ non valet, niſi ſolo confirmante ſummo Põtifice, qui ſolus à decimis ſoluendis eximit, *c.venerabilis,& ibi Pan.de confirm.vtil.vel inutil.* Neque alienum à iure eſt, pro decimis præteritis fieri trãſactionem, quia debentur & æſtimari poſſunt pecunia, *cap.ſuper eod.de tranſact.* at de futuris, nec dubium valere quamdiu trãſigens vixerit *c.3.& cap.veniens.de tranſactio.* non poſtea, niſi auctore ſummo Pontifice, & niſi quædam dentur alia eccleſiæ in remunerationem ratione permutationis, *cap.ad queſtiones de rer.permutat.* potiſſimum ſi ſpirituale ſpirituali, videlicet cũ iure decimarum, permutetur. *c.inſuper.de tranſact.* Conſideranda & conſuetudo ſeruata in loco decimarum, & ſequenda, *c.aliquibus.& ibi Innocen.& c.apoſtolica,de decim.Ioannes Andr.in c.1.de decimis.in 6.c. ecc leſias.13.q.1.Guido Papa, ſingul.456.* ¶ Iure † communi decima granorum, quæ paleã habent, in palea debet ſolui, quia palea eſt in fructu, *Specul.in tit.de decimis.§.vno. Guido Papa.ſingul.703.* eaque fructibus ſtatim collectis, *c. cum homines, de decim.* quia ſcriptum, *decimas & primitias tuas non tardabis offerre.Exodi* 22. ¶ Perſonales † tamen ſunt ſoluendæ in fine anni ſecundum interpretes, *gloſ.in c.reuertimini, in verbo annus.16.q.1.Pan.in c.peruenit. de decim.Eſtor, c.10.in fin.* vt prædiales, frugibus collectis, vel conſuetudo, ſi alia ſit, ſequenda, *vt ait Collecta.in cap. cum homines, de decim.* In perſonalibus tutius duco ſtatim ſolui & ſeparari. Prædiales prius ſoluuntur, quã cenſus prædij domino, nam & ab illo accipiuntur, *cap.cum non ſit.33. de decim.* & prædiales quidem non deductis expẽſis culturæ, vel collectionis, ſeminis, vel ſimilium, *c.cum homines.c.7.c.non eſt in poteſtate.cap.22. cap.tua nobis.26. de decim.* perſonales autem admittunt quandam expenſarum abductionem, *cap.paſtoralis officij.c.28.eo.de decim.* ¶ Quicquid decimum † venerit de his, quæ tranſeunt ſub virga paſtoris, ſi alia non ſit conſuetudo, ſiue bonum, ſiue malum, decimarum nomine erit, *Leuit.27.canon. omnes decimæ.16.q.7.* & decimum natum. In perſonalibus decimis valet etiam conſuetudo, vt modicum pro illis ſoluatur: licet enim non detur integra, tamen ex dato honoratur Deus, *Rebuffus in tractat.de decimis q.13.nu.44.* Quanquam decimæ perſonales hodie nõ ſint in conſuetudine ſecundum Abbatem, *Abbas, in cap.cum ſint homines. in 1.col.2.de decim. Boerius in §.12.de conſuet.prad.in conſuetud.Biturig.* Sic dicunt interpretes, conſuetudinem non ſoluẽdi decimas integras valere, quia dando quicquam pro decima, præceptum Dei impletur de ſoluendo, *Innoc.Pan.& alij in cap.in aliquibus, per illum text.de decim.vbi non ſequitur contrariam ſententiam Hoſtien.* Sic laicus poteſt præſcribere decimas in quota, vt nõ ſoluat integram: ſed vel duodecimam, vel viceſimam, vel aliam partem, *c.commiſſum.cap. delicti.cap.cum ſint & cap.in aliquib.de decim.* Sicque iura, quæ dicunt ſoluendas integras decimas, intelligẽda ſunt, de integritate ſolita, & non deductis impenſis. *d c.commiſſum, de decim.Barbat.in cap.Raynaldus.col.62.de teſtam.* vel ſi aliter ſe non habeat conſuetudo, vel præſcriptio, *Rebuffus, in tract. de decim.quæſt.13.num.58.* niſi curio indigeret, vel ex quota conſueta viuere non poſſet, tunc enim petere poſſet integram decimam, *Angel. de Clauaſio, in verbo, decima.num.2.* Imo tunc & perſonales exigere, *Hoſtienſ. in c.in aliquibus.in fin de decim.* non enim qui ſeminat ſpiritualia, temporalia neceſſaria neganda ſunt, vt ait D.Paulus, *1.ad Corinth.9.* Ita abſolute non poteſt vllo tempore, etiam cuius nõ exſtat initij memoria, nec vllo modo præſcribi ius non ſoluendi à laicis vllas decimas, quotæ poteſt. *c.cauſſam.& ibi Abbas & Felin. de præſcriptio. & Barbat. conſi. 15.incipit, iapicatier, colum.6. can.decima.16.queſt.1.* & ita iudicatum, *Guido Papa, q.284. Hoſtien in ſumma.de decim.* Suſtinentur porro conſuetudines, & probatæ cenſentur tacite à ſummo Pontifice, vt decimæ relinquãtur in agro, dummodo moneatur curio antequam ſeparentur: vt non ſoluatur de quibuſdam minutis decimæ, dummodo ſit præſcriptio, cuius non exſtet initij memoria, *Vide Rebuff.tract.de decimis. q 13. nu.50.& 51.& 53. Vide Nicol.Boer. in §. 12. de conſuet.prædio in conſuetud.Bitur.Cardin.de Zabarellis, conſil.146.* Et in Gallia ex conſtitutione Philippi Auguſti, anni 1304. non poſſunt exigi decimæ de rebus minutis, de quibus antea nunquam probantur exactæ, vt & ſæpe iudicatum, *Boerius in d.§.12.& Papo in rapſodi.areſt.5.& in poſtrema parte ſtyli parlam.Auferij. exſtat conſtitutio Philippi, 4.ſtil. de deci.*

De alia ſpecie Decimarum, quæ ſeparabatur à bonis per laicos. Cap. 27.

DIuus Hieronymus ſuper Ezechielẽ meminit de alia ſpecie decimarum, quas vnuſquiſq. de populo Iſraelis ſeparabat, vt comederet eas, cum iret in templum in Hieruſalem, & in veſtibulo templi ſacerdotes & Leuitas inuitaret, *c.1.de deci. can.eccleſias.§ item cum decima.13.q.1.* Forſan in locum iſtius moris ſucceſſerunt conuiuia, quæ pij homines ſolent anniuerſariorum nomine, ſacerdotibus, & eccleſiaſticis perſonis exhibere, poſtquam vna preces fuderunt.

De Bonis eccleſiæ temporalibus extra decimas & primitias. Cap. 28.

1 *Confutatus error eorum, qui adimunt Eccleſiis alia bona temporalia, quam decimas & primitias.*
2 *Hiſtoria & tempora ſucceſſus, quomodo in eccleſia pertineant bona temporalia: & de conſtitutionibus, quibus bona eccleſiis conſeruata ſunt, & de bellis eorum cauſſa.*
3 *De comite Cabilionenſi capto à damone, quod eccleſiaſtica bona vſurpaſſet, & de pœnis rapientium bona eccleſiæ.*
4 *Reiectio exemplorum rapientium bona eccleſiæ.*
5 *De immunitatibus rerum eccleſiaſticarum, & quæ onera præſtent.*

PLures ſunt, † qui pertinaciter contendunt, perſonas eccleſiaſticas vlla bona temporalia alia poſſidere non debere, quam primitias & decimas. Fucum addunt, quod dum terram promiſſam adeptus eſt populus Hebræus, eaque diuiſa eſt inter tribus, nullius partis poſſeſſio relicta ſit ſacerdotibus, *Num.34.Ioſue c.14.* ſed eius loco illis & Leuitis fuiſſe primitias tantum & decimas, *Num.18.* Et apud Ezechielem, *Ezech. c. 44.* dum officium ſacerdotum eorumque ornatus deſcribitur, inter cetera dictum, *non eris aũt eis hereditas eorum, & poſſeſſionem non dabitis eis in Iſrael: ego enim*, inquit Deus, *poſſeſſio eorum: victimam ipſi & pro peccato & pro delicto comedent, & omne votum Iſrael ipſorum eris, &c.* Item, quod naſcente eccleſia omnia vendebant Chriſtiani, & in commune conferebant, *Actuum* 4. Facit & quod ſcriptum eſt, *ſi vis perfectus eſſe, vende omnia qua habes, & da pauperibus, & ſequere me*, ait Dominus; *D.Marci* 10. *D.Luca* 18. & 12. Verumtamen hæc leuiora ſunt argumẽta, quam poſſint eripere Deo conſecrata & eius cultui. Siquidem vt primum euellamus zizania, admittimus quidem, nihil à Deo præter decimas, & oblationes, & vota. & primitias fuiſſe ſacerdotibus conceſſum, videlicet non datam partẽ poſſeſſionis terræ, vt de ea negotiari & diſponere, vt aliæ tribus, tanquã de propriis poſſent, *can.cleros.21.diſt.* Et nos maxime probamus vitam eccleſiaſticarum perſonarum, quibus nihil proprium eſt, quo curis diuexentur profanis. Quia & nomen clerici oſtendit ſatis portionem eorum eſſe Deum ſolum. At nihil illud prohibet, quin eccleſiæ quędam propria eſſe poſſint, vt oblata à fidelibus. Sicut & in lege Moſaica, qua prohibita erat poſſeſſio hereditaria ſacerdotibus, non erat prohibitum agrũ ſuum, poſſeſſionem ſuam, domum ſuã conſecrare domino, ſed & illa conſecratio ad ius pertinebat ſacerdotum, nec ab homine poterant adimi vel redimi, *Leuit.c.27.canon.nulli liceat,12.q.2.* ¶ Bona † eccleſiaſtica ſunt ad nutriẽdos clericos deſtinata & oblata Deo, vt cultꝰ eius digne & honeſte fiat: cum digni ſint, vt de altari victum ſumant: qui ei inſeruiunt, *c.cum ſecundum apoſtolum, c.2.cap.epiſcopi, c.exſtirpanda,§ fin.de præben,c.cum ſit Romana,de ſimonia* nec alligandum ſit os bouis triturantis, *ad Galat.c.Deuter.25.Matth.10, Marc. 6. Luc.9.* Et ab initio quidem eccleſia naſcens, dum eſſet Hieroſolymis & inter Iudæos, nullam poſſeſſionem ſibi conſeruabat, ſed fideles omnia vendebant, & pretium communicabãt, *Actuum*, 4. nec ſolum eccleſiaſticæ perſonæ id faciebant, ſed omnes diſcipuli, qui credebant in dominum noſtrum Ieſum. Vellemque eccleſiæ cenſores quod reprehẽdunt in eccleſiaſticis, in ſe quoque reprehendere eadem ratione: Id aũt fiebat, non quod eccleſia poſſeſſiones temporales contemneret, vt contrarias legi

Dei,

Digitized by Google

Dei, sed quia satis victui necessaria feruentè fide subministrabantur. Et quod transferendâ ecclesiam præuidebant in gentes. Et proinde translata ecclesia, Christiani didicerunt, persecutionibus agitati sæpe infidelium, cultum Dei vix restitui posse sine temporalium auxilio, & proinde in posterum non omnia oblata vendenda esse, sed in ecclesia conseruari voluerunt, *c. Videntes, & c. futuram, 12. q. 1.* vt sedatis persecutionibus, prædia ecclesiastica oblata & Deo consecrata, auxilio essent cultui diuino. Neq; etiã omnes basilicæ vel templa, vbi exhibetur cultus diuinus, decimas habent, sed tantum parochiales ecclesiæ: quare oportuit & alia bona Deo consecrari, quibus qui ibi Deo continue inseruirent, alerentur, *cap. saluator, de præben. in extrauag. communibus.* permissumq. est ideo publice à Constantino Magno ecclesiæ hereditates relinquere, & fana exstruere, *can. videntes, 12. q. 1. l. 1. C. de sacr. eccl.* Neq. n. propter nouas ecclesias priori ecclesiæ decimæ sunt subducendæ, *cano. si quis laicus, & ca. de deci. §. si ergo, 16. q 1.* Et ita pbe statutũ, ne posthac sacræ ædes ædificarẽtur sine cõueniẽte dote, qua suos Leuitas posset nutrire, *can nemo, de consec. dist. 1. c. 1. de censi.* Statuit tribus constitutionibus Emanuel Comnenus Cæsar orientis, vt ecclesiarum & monasteriorum bona immobilia, intacta sint à manu fisci, siue cũ titulo, siue sine titulo possideãtur, quodq. bulla aurea cõfirmauit, *lib. 1. iuris orientalis cõstitutio.* αἵτε αἰώνιαν ἴσχυαν ἔχειν τὰς κτήσεις τῶν δημοσίων τῶν τῆς ἐκκλησιῶν καὶ τῶν κατὰ πόλιν μοναστηρίων ἀκίνητα, *id est, vt ecclesiarum & monasteriorum quæ sunt ad vrbem immobilia intacta sint à manu fisci.* Idipsum sanciuit Alexis Comnenus secundus alius orientis Cæsar, *in lib. 1 iur. Orient. in eius constitut. titul.* αἵτε τῶν μὴ ἀναγκαίων τῶν τῆς μοναστηρίων εἰσὶν ἀπὸ τοῦ *id est, ne monasteriorum prædia describantur.* Iubet Theodoricus Gothorum rex scribens Ibæ viro spectabili duci, *Cassiod. lib. 4. varia. epist. 17* possessiones Narbonensis ecclesiæ, secundum Alarici præceptum à quibuslibet peruasoribus occupatas, etiam manu militari restitui. Idemq. Adilæ scribens *Cassiod. lib 2. varia. epist. 29. specialiter*, inquit, *ecclesias ab omni iniuria redds cupimus alienas, quibus dum æquabilia præstantur, misericordia diuina acquiritur.* Et anno Domini 1099. bellum in eos susceptum est, qui sacerdotum ecclesiarumque fundos inuaserant: apud Parisios, Bocchardus à monte Morentii: apud Bellouacos, Diocus Montiacus: Rhemis, Elbo Rossiacus: apud Aurelios, Leonetes Magdunensis: aliisq; in locis à filio Francorum regis Ludouico, & Roberto Flandrensi comite victi subactiue sunt, & ecclesiis suæ res cuiq; restitutæ, vt auctor Iacob. Meyerus *in libr. 4. historia Flandriæ in Erano.* Pipinus rex contra Vuaifarium regem Aquitaniæ, cum res quæ in sua potestate erãt, & ad ecclesias sub manu Pipini regis constitutas pertinentes, reddere rectoribus ipsorum venerabiliumlocorum monitus per legatos recusaret, bellum mouit: & contractis vndique copiis Aquitaniam ingressus, bello seres & iustitias ecclesiarum exacturum pronunciauit, & ita coegit imperata facere, *Ammonius, libr. 4. de gest. Francor. cap. 65.* Alexander Magnus, cum Thebas, quæ ante defecerant, vi recepisset, & in seruitutem Thebanos redegisset, agros eorum, nisi qui sacri essent, inter socios auxiliares distribuit, *Arrianus lib. 1. de expedit.* 3 *Alexandr.* ¶ Paulus † Æmilius scribit *lib. 5. historiæ Francorum, in Ludouico iuniore*, in quiete à bello Anglico, duos Guillelmos, Anicienſem Cabilionenſemque comites, ecclesiis suis infestos, regiis armis Galliæ Ludouici iunioris coercitos, & tandem Cabilionenſem comitem, dum frequenti procerum conuiuio epularetur, ab ignoto quodam equo pro foribus sedẽte euocatum exisse: coactumque è vestigio conscendere, è conspectu procul raptum, nec deinceps vspiam comparuisse. Scriptũ in iure Pontificio, *si qui res ecclesiæ petunt à regibus, & horrendæ cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur quæ obtinent, & à communione ecclesiæ, cuius facultates auferre cupiunt excludantur, can. 2. de rebus ecclesiast. non alien. c. causam de verb sign.* ¶ Scio 4 multos † & rebus ecclesiarum inuidisse, & sibi magis quam Dei, piorumque vsibus malle, & ideo & profana quædam exempla in suæ improbitatis auctoritatẽ contorsisse, & pietatem quandam pro fuco obiecisse. Scio olim Romanos flamines, Augures Salios, Fæciales, pontifices conferre pecunias coactos, & quæstoria & tribunitia sententia, vt ciuitatis æs alienũ, priuatis exsolueretur, qui exhausto ante bellum Macedonicũ ærario, nummos in militaria stipendia crediderant. *Liuius, lib. 3 decad. 4.* Et scio Atheniensiũ leges Triarchiarum & collationũ in bellum ciuitatisq; salutem, neminem fuisse immunem, nec posteros quidem Harmodij & Arigistogitonis, *Demosthen. contra Leptinem.* Noui decimas quoque & à beneficiatis exactas, & nunc exigi, pro rebus tẽporalibus releuandis, vt docuimus in decimis. Sed videant qui machinas astruunt illis rationculis vel exemplis, num Deus falli possit, numve dignum Christiana pietate sit, prædia quæ libera facta sunt iure morticinij. & à commercio hominum ex cõsensu principum subducta sunt, quę Dei sunt, minori gaudere priuilegio, quam prædia nobilium, qui tantum regi temporali inseruiunt, pro quorumq. morticinio nec quicquã rex accepit. ¶ Im- 5 munitas † rerum ecclesiasticarũ multiplex est, quæ personas & res ipsas respiciat. De personis alibi. Rerũ immunitas latissima ex decretali Bonifacij VIII. *cap. clericis per totum. de immunita. eccles. in 6. lib. 3. tit. 24.* summi pontificis, qui prohibuit tributa, indictiones, canones, & onera vlla imponi clericis etiam pro rebus ab illis possessis, & clericis, nec soluerent sine permissione apostolica: personas singulares constitutioni contumaces excommunicans, vniuersitates interdicens. Ceterum quia illa constitutio in odium regis Galliæ facta fuerat, reuocata est per Clementem V. in concilio Viennensi, *Clemen. vni. de immunit. eccles. libr. 3. tit. 17.* Et restitutum ius antiquum, quod promulgatum ante fuerat in concilio Lateranensi & generali, quo quidem nõ licet laicis imponere collectas vel subsidia angariarum & similia, nisi in causa necessitatis ob communem vtilitatem, & consulto summo pontifice, *cap non minus, cap. 4. cap. aduersus consules. cap. 7. de immun. eccles. apud Gregor.* Iure ciuili immunes res ecclesiæ à sordidis muneribus, ab extraordinario, & superindicto, vel alio onere excepto ordinario canone & aduentitia necessitate, *l. placet, 5. de sacrosanct. eccles. vbi qua sunt sordida. super indicta & canonica onera per glossam explica.* immunes à lucrativa descriptione, *l. sancimus, 18. de sacrosan. eccles.* Confert ecclesia ad refectionẽ pontium & viarum, *l. ad instructionem. 7. de sacrosan. eccles.* ad angaria ob aduentum principis, *l. neminem. 11. C. eo.* Confert & naues suas rebus transferendis publicis, *l. iubemus. 10. eod.* Et clerici pro prædiis propriis tenentur ad fiscalia onera. *l. 2. de episcop. & cler.* ad tributa, census, & alia onera quæ rebus inhærent, *c. si tributum, & c. magnum, 11. q. 1. can. conuenior, c tributum, 23. q. 8. c. 1. de censib. l. prima, & 2. de indict. lib. 10. C* ad alia onera episcopalia, *de quibus in can. conquerente, de offic. ord.* Sunt alia priuilegia ecclesiasticarum rerum, quę alibi recipiũt tractationem, vt ne vendi possint, *l. iubemus, 14. cum auth sequentibus. de sacrosan. eccles.* vt in emtione dicemus, nõ possint præscribi, nisi quadraginta annis, & res Romanæ vel Constantinopolitanæ ecclesiæ nisi centum annis, *l. fin. & auth. quæ actiones, de sacrosanct. eccles. tit. vt eccles. Roman. centum annor. gaudeat spat.* In summa priuilegia ecclesiæ rata & firma esse debent, & ea violantes, puniuntur, & irriti contrarij actus, *l. priuilegia, 12. & constit. seq. Cassa. de sacrosanct. eccl. l. si ecclesiæ. 15. §. priuilegia, de episc. & cler.*

De Muris & Portis ciuitatis. Cap. 29.

1 *Muri vnde dicti & oppida, & aggeres.*
2 *Ad murorum collationem omnes teneri.*
3 *Ij, in quorum terra muri & turres ciuitatis sunt, vsum eorũ earum ve habent.*
4 *Ædificare non licet priuatis contra muros vel portas ciuitatis.*
5 *Prohibitum municipibus ædificare nouos muros.*

POstquam egimus de rebus ecclesiasticis & sacris, † operæpretium est de quibusdam sanctis, id est, inuiolabil. bus agamus, de portis scilicet & muris ciuitatum: omissa tractatione legatorum, qui sancti sunt habiti, & de quibus tractamus in crimine læsæ humanæ maiestatis. Varro itaque *lib. 4. de ling. Latin.* mu- 1 ros inuentos & dictos, vt tuto alicubi simus docet: oppidum ab ope dictum, quod munitur opis causa vbi sint: & quod opus est ad vitam gerendam, vbi habitent tuto, vel oppida, quod opere muniebant mœnia, quo munitius essent. Quod exaggerabant aggeres dicti, & quod aggerem cõtineret murus, quod muniẽdi causa manu parabatur, quo sepiebant oppidum, ex quo murus. Eius summa pinnę ab his quas infigniti milites habere in galeis solent, & in gladiatorib. Samnites. Turres à toruis, quod hæ prospiciunt ante alios: qua viâ relinquebant in muro, qua in oppidum 2 portarent portas. ¶ Ad † muroꝝ instaurationẽ seu exstructionem, sicut & portus & aquæ ductus, oẽs certatim facta operarũ collatione, nulla excusatione dignitatis locũ habente, instare debent, *l. ad portus, 6. de operib publ. lib. 8. C. tit. 12.* facta tamen peræquatione facultatum, vt quisque secundum vires patrimonij contri- 3 buere cogatur, *l. omnes prouinciarum. 11. eod. tit. de ope. publ.* ¶ Ij tamen priuati, in quorum terris turris vel muri noui ciuitatis constituuntur opere perfecto, vsum ędificatorũ habent, ea tamen lege in perpetuum seruanda, vt annis singulis ij, in quorum vsum terrula demigrauerit, proprio sumtu instaurationem eorũ sibi existiment procurandã, *l. turres. 13. de operib. pub.* C. ¶ Non † tamen in- 4 de quis putare debet sibi licere contra muros vel mœnia publica ædificia habere, nã si ea sint talia, ex quibus formidari possint vel incendia, vel insidiæ, dejci debent & prohiberi, *l. ædificia. 13. eod. de operib. publ.* ¶ Atq; inter ædes sacras seu publica ædificia & 5 priuata, debet esse spatium quindecim pedum, *l. si cui loci. 9. & l. Meniana. 11. de ædif. priuat lib. 8. C. tit. 18.* Nec liberæ sunt etiã murorum vel portarum refectiones municipiis, sed de operibus quæ in muris vel portis, vel in rebus publicis fiũt, aut si muri exstruãtur, consulere principem oportet. *Modest. in l. de operib. 6. de operibus pub 50. P. tit. 10.* quando potissimum sumtu publico ædificari debent, *l. 3. de operib pub. in P.* Et Vlpianus ait, *muros municipales nec reficere licere sine principu vel præsidu auctoritate, nec aliquid eis coniungere vel supponere, l. sacra loca, 9. §. proprie, de rer. diuis. lib. 1. P. tit. 8.* Transcendere muros ciuitatis admotis scalis, aut aliunde, quam per portas ciuitatem ingredi, vel egredi, hostile & capitale habetur, *l. si de rer. diu.* & vindicatum in Remo fratre Romuli, qui solum vallum ciuitatis transcendere ausus fuisset, *d. l. fi. Lucan. in c. Fraterno primi maduerunt sanguine muri. Et Plut. in vita. Romuli. Ouid. in Fast.*

DE PV.

Digitized by Google

DE PVBLICIS REBVS HVMANI IVRIS, ET DE REBVS VNIVERSITATIS.

LIB. III.

De his, quæ tractanda ſunt in hoc libro. Cap. I.

1 *Rerum publicarum diuiſio.*
2 *Rerum vniuerſitatis diuiſio.*

EXpoſitis † rebus ſacris & ſanctis, de rebus humani iuris, & primum de publicis, dehinc quæ vniuerſitatis ſunt, dicendum erit, & poſtea de priuatis, Deo volente. Itaq. de fiſcalibus, & tributis, & vectigalibus, fluminibus, viiſque publicis, portubus, patrimonialibus principis, & pœnalibus fiſci compẽdiis, de baſilicis, & operibus publicis, & aliis publicis. ¶Inter † vniuerſitatis autem enarrabimus quæ municipij tãtum ſunt, & illis ſolum communia, vt ſtadia, theatra, nemora, paſcua, & ſimilia. In priuatis autem, & modos acquirendi dabimus.

De Pecuniis publicis, ſiue de rebus Fiſci, & de Ærario. Cap. 2.

1 *Corporis humani, & reipublicæ ſimilitudo.*
2 *4. In corpore reip. ſunt & nerui, qui nec plenitudine, nec inanitione commeſtionu pati debent. ſi illa ſubſiſtere velit: nerui porro Pecuniæ publicæ, &* Vectigalia.
3 *Pecunia nomen ad omnes res pertinere nummo æſtimabiles.*
4 *Non fuiſſe ab initio* Publica, *ſed* Communia, *& quomodo cœperint.*
5 *Ærarij conſtituendi neceſſitas, &* Vectigalium *origo.*
6 *Fiſcalia, & fiſcus vnde nomen trahunt. Et nu.* 11.
7 *Inter Fiſcum & ærarium quorundam differentia, vide nu.* 9. *&* 12.
8 *Bona principis duplicis generis: patrimonialia, vnde comites rerum priuatarum, & procuratores Cæſaris.*
10 *Alia principis iure principatus & diadematis,* Confiſcatio *ſine licentia principis non fit.*
11 *Latum inteſtinum inediam probibet. Quomodo fiſcus ſemper ſoluendo. eod. Ærarij Fiſci & Marſupij* differentia. *Ærarium vbi apud Romanos, & quot, & copia, & extenſio eorum.*
12 *Quæſtores qui comitabantur prouinciarũ rectores militares,* Threſoriers des guerres.
13 *Quæſtores ærarij, qui præfecti ærarij, hodie.* generaux des finances.
14 *His ſubſunt tribuni ærarij,* receueurs generaux *Exactores particulares dicti,* Commis. *Tabellarij,* Contrerolleurs.
15 *Ordo exigenda & deferenda vectigalis pecuniæ in fiſcum, Tituli,* Les mandes, *nunc.*
16 *De quibus & cum quibus iudicant quæſtores prouinciarum.*
17 *Qui ærario olim Romano præfecti.*

1 AGrippa † Menennius Lanatus, cum diſſidia & ſeditionem plebis & Senatus componere ſtuderet, plebem excandeſcẽtem apologo corporis humani, ad pacẽ adegit, ſimile ei eſſe corpus reipublicæ accommode demonſtrans, futurumque niſi in vtroq. membra inter ſe conuenirent, compagem corporis diſſoluendam iri, *Dionyſ. Halicar. lib. 6. Hiſtor. Liuius.* Etenim qui ſimul habitant, vnum corpus tantum faciunt ciuile, & vniuerſitatis, *l. 1. §. quibus autem permiſſum. quod cuiuſque vniuerſit. nom. lib. 3. P. tit.* 4. Sic eccleſia omnis vnũ corpus & catholica ſeu vniuerſalis cõgregatio, in qua multa membra, 1. *ad Corinth.* 12. *ad Epheſ.* 1. *&* 4. *ad Coloſ.* 1. *c. fundamenta, c.* 17. *de elect. in* 6. Vnde & *corporati* dici poſſunt, qui in cõmunione aliqua conſcripti vel admiſſi ſunt, *vt in l.* 1. *de Alex. primat. lib.* 11. *C. tit.* 28. Et regnum vnum *corpus.*

2 ¶ Ceterum † in omni corpore ciuili, quemadmodum in humano, & caput & membra ſunt & quędam alia quibus illa colligantur: veluti nerui, quibus membra ſingula mouẽtur, & munus proprium exſequũtur. Et quemadmodũ illi à cerebro & capite manantes per totum corpus humanum diffunduntur, vt notant medici *Galen. lib. 7. de decret. Platon. & Hippoc. Et Hipocrates, lib. de oſſium natura, lib. de arte, & alibi.* roburq. & vim dant corpori, *Galen. lib 8. de adminiſtrat. anatomicis.* & contra, conuulſionibus ſuis valde nocẽt. duabus ex cauſſis vel ex plenitudine, vel exinanitate. *Galen. ex Hippocr. lib 2. de locis affect.* Sic etiam in corpore ciuili ex abitrio imperantis, ſeu à bene diſpoſito capite, robur in ſocietatem ſubiectam permeat, & ſtatus eius ſit legitimus, qui nerus diſciplinæ dicitur *c. 1. de ſenten. excom. lib. 5 Decret. tit. 10. c. cum inter, de conſuet. lib. 1. Decret. c.* 4. Neruique alij, quibus iuuatur & quodãmodo viuificatur, ſi bene valent, ſi plenitudine vel inanitate non patiantur conuulſiones, ſunt pecuniæ publicæ, vt & Cicero vocat, nerui reipublicæ, nempe vectigalia, *Cic. pro leg. Manil.* quia ſine his conſiſtere nequit. Quare Ariſtoteles ait, 1. *Polit. c.* 7. *& lib. 7. c.* 8. neceſſario omnes rerũ publicarũ ſpecies egere pecuniis, & ipſamet vniuerſitates & municipia, quibus ad exemplũ reipublicæ permiſſum eſt habere arcam communem, *Caius in l.* 1. *§. quibus permiſſum, quod cuiuſque vniuerſ. nom. in P.* pecuniæ quippe obediunt omnia, *Eccleſiaſt. c.* 10. Et ſicut protegit ſapientia, ſic & pecunia, *Eccleſiaſt. c.* 7. Nec ciuitatem dicebat inexpugnabilem Philippus Macedo quantumuis munitam, quam poſſet ingredi aſellus auro onuſtus, *Iuſtinus*, 8. *& 9. Demoſth contra Aeſchinem.*

¶ Voco † autem hic pecunias communi appellatione, prouentus, reditus, tributa, vectigalia, & reliqua id genus, quæ in compendiũ veniunt reipublicæ: cum pecuniæ nomen omnes complectatur res, quæ in patrimonio ſunt, quæve nummo functionem accipere poſſunt, *Paul. l. pecunia appellatio, 4. & ſeq. l. pecunia verbum l.* 178. *de ver. ſig. in P.* Et in pecunia, omne robur patrimonij antiqui poſuerunt, *l. lex quæ tutores,* 22. *de adminiſt. tuto. l. 5. C. ti.* 7. Ideo & omnia vectigalia & res publicis neceſſitatib. ſubuenientes, pecunias dico publicas & neruos. Sic & ſenatores Neroni, volẽti aliquãdo remittere omnia vectigalia, dixerunt fieri non debere, & diſſolutionem imperij ſecuturam, ſi fructus, quib. reſpublica ſuſtineretur, diminuerentur, *Cornel. Tac. lib.* 13. *annal.* Et Papyrius iuriſc. *l. imperatores,* 13. *de pollic. lib.* 50. *P. tit.* 13. non obſeruandum ait, quod defunctus certa ſumma legata vetuit vectigalia exerceri: eſſe enim tolerabilia, quæ vetus conſuetudo comprobat, eamque, vt damnoſam reipublicæ reiicit voluntatem. ¶ Arbitror † autẽ ab initio quidem prioris ſocietatis rudis, cũ coirent ex ſpecubus vel ſyluis in vnum homines, nulla adhuc ciuili prouidẽtia inſtructi, ſine publicis vixiſſe, nec ſeorſum quędam publicis deſtinaſſe vſibus: forſan quia omnia erant cõmunia illis tum, vt ætate Saturni omnia communia fuiſſe tradunt, *Macro. lib.* 1. *Satur. c.* 8. *Lucia. in Chronolo. Ouidius, Metamorph.* 1. *Iuſtinus ex Trogo lib.* 43. Nam

Nec ſignare quidem aut parturi limite campum
Fas erat, in medium quærebant, &c. Virgilius, 1. Georgico.

Et tunc quoque vtebantur priuatis vt publicis, & ex illis pro negotiorum occaſione nullius habita ratione dominij in communia negotia expenſæ fiebant, donec à cõmunione diſceſſum eſt, & quiſque rerum propriarum magis ſolicite, quam publicorum negotiorum cœpit gerere curam: vnde & ſocietas humana & pax eius cœpit vna diſſui, nemine exiſtente, qui ſponte vt antea publicis prędideret calamitatibus, nec de illis donec illas impẽdentes & deciduas ſentiret, curaret. Quare neceſſitas, quæ aggeres, oppida, muros, & foſſas ad tutandam ſocietatem exſtruere compulit, coegit quoque inter ciuiles leges & ea diſponere, quæ de pecuniis exigendis & conſeruandis ad negotia ſubeunda publica & communia, pertinerent. Sunt enim pleraque in republica, quæ præſentẽ deſiderant pecuniam, nec moras ad exactionem eius patiuntur, vt bellorum impenſæ, magiſtratuum ſtipendia, multaq. alia, quæ ex publicis ærariis ad manum eſſe debent.

¶ Quare † & Plutarchus refert, *in vita Publ.* prudentiſſime aduerſus bellorum neceſſitates, exactis regib. Valeriũ Publicolam in æde Saturni pecunias recondidiſſe publicas, vt tutæ ſimul & paratæ eſſent. Vero ſimile eſt. ſi verum non eſt, ab initio in ciuilib. ſocietatibus, idoneos ad gubernandam vel protegendam rẽpublicam ab aliis minus idoneis vel nolentibus onera perſonalia ſubire, iuuatos pecuniis, & ita alios operã & induſtriam, alios pecunias contribuiſſe: iuſta enim ſocietas, in qua illa contributio pecuniæ cum perſonæ induſtria fit. *§. illa ſane, de ſociet. apud Iuſtin. lib. 3. tit. 26. Vlpian. in l ſi non fuerint. 29. pro ſocio. lib. 17. P. tit. 2. l. ſocietas. 5. eod.* Fueruntque multi, qui ſequentib. temporibus ſponte iuuarunt publicum ærarium, vt quando Romani contra Hannibalem certantes viderunt exhauſtum ærarium, *Liu. lib. 4. decad 3.* Non tamen ſemper, ſed raro accidit, neq; ſpõtaneæ quoq. oblationes vel auxilia ſufficere poſſe viſa ſunt. Quãobrẽ ex lege cœperunt imponi & exigi certa quędã annuatim vel alio tempore publicis & cõmunib. negotiis deſtinata, hinc tributa, cenſus, vectigalia, & id genus ſimilia. Et ante imperij vel principatus cõſtitutionẽ, ærarium hoc ex auctoritate populi augebatur, & diſpenſabatur: at poſtea venit in dominionem principis, dum omnem ſuam in ipſum populus tranſtulit poteſtatem, *§. ſed quod principi, de iure nat. gent. & ciu. l. 1. §. cum aũt. de Vet. iur. enuclea. C.* vnde & interregalia hodie ſunt vectigalia, multarum, bonorumque vacantiũ compendia. *§. 1 quæ ſunt regalia in vſib. feudor.* & alia de quibus cõſtari fiſcum dicemus. Et cum olim ex conſenſu ſolum ciuium &

quo-

Digitized by Google

quorum intererat vectigalia possent impon, hodie non possunt nisi consulto & sanciente principe, *l. final. C. de vulg. l. 1. & 2. vect. no. instit. non posse. C. cap. innouamus, de cens. lib. c. super quibusdam, de verbor. signif. l. vectigalia, l. 10. de public. lib. 39. P. tit. 4.* Porro † compendia hæc publica fiscalia dicuntur à nomine fisci, quo colligebantur, vel conseruabantur, vel transferebantur pecuniæ illæ. Fiscus porro, vas quoddam rusticum, capax, contextum, ipa teum, *Nonius Marcellus Pyrrhus Angleberm enius lib. 2. de magistrat. Colum. lib. 12. de re rustic. cap. 50. Ascon. Padia 2. in Verrem. l. sed addes, 21. §. illud nobis loca. in P.* quo recipiebantur pecuniæ, & deferebantur: si verum est *fiscinam* aferendo, vt ait Varro, *4. de ling. Latin.* dictam, cui finis fiscus. Et ideo accipitur continens pro contento, nempe fiscus pro pecunia, quæ fiscis continetur, vt apud Ciceronem, *2. Verrina.* fisci Siculenses, pro pecunia Siculensium, & eius reipub ærario. Et apud Cornelium Tacitum, *libr. 1. Annal.* fisci rapti imperatoris, id est, arcæ, in quibus deferebatur pecunia principis.

7 ¶ Neque † de nominis significatione magna est controuersia, eo excepto, quod quidam rati sunt, ærarium fuisse pecuniam publicam, fiscum vero principis propriam, ex Plinij iunioris auctoritate, *Plinius in Panegyri. ad Traianum.* dum ait, *At fortasse*, inquit, *non eadem seueritate fiscum, qua ærarium cohibes; imo tanto maiore, quanto tibi plus licere de tuo, quam de publico credis.* Cui sententiæ doctiorum quidam subscripserunt, mihi tamen non satisfaciunt, cum confundi hæc legamus. & ad ærarium deferri dicat Paulus, pro delatione in fiscum, *l. edicto. 13. de iur. fisci libr. 10. P. tit. 14. Iustin. in §. penultim. de vsucap. iuncta l. neque enim 1. de rejut. milit. lib.* 8 *2. C. tit. 51.* ¶ Ignorandum † tamen non est, principis bona duplicis esse generis, & considerationis. Alia nam q. possidet vt priuatus, sine consideratione principatus quæ proprie fiscalia non dicuntur, sed patrimonialia: & proinde qui illis bonis præerat, dicebatur procurator Cæsaris, *Vlp. in l. 1. de offi. procon. Cæsar lib. 1. P. tit. 19.* vel comes rerum priuatarum. *l. 1. de offic. comit. rerum priuatar. lib. 1. C. tit. 31.* Meminerunt & Cæsares de his nobis nomine priuatorum bonorum. *in tit. de feudis rei priu. & saltib. dom. domus, potissimum in l. 2 & 3. lib. 11. C. titul. 65. l. bene à Zenone, de quadrien.* 9 *præscri. C.* ¶ Et † cõstat ex Strabone *libr. fin. Geograph. in fin.* & Zonara, *in Augusto.* fuisse prouincias Romanas olim tempore Augusti, diuisas inter Augustum & populum: & reditus earum, quæ populo relictæ, fuisse delatas ærario. Fisci autem ea fuisse, quæ in iisdé per Imperatores & eorũ procuratores imponebantur iure 10 regio ¶ Alia † princeps bona habet, quæ vel iure diadematis possidet quæ annexa dicuntur coronæ, vel iure potestatis & auctoritatis concessa: veluti quæ ex confiscatione pendent. Cum ea sine suo permissu non fiat, *l. 1. ne sine iussu princ. lice. cert. iudic. confisc. libr. 9. C. titul. 48.* Et hæc solent dici fiscalia, & rationalis procurator fisci, & aduocatus fisci, qui hæc curant vel defendunt, *de aduocat. fisc. C.* Et quia hæc omnia ex arbitrio principis quãdiu imperat dispensantur: ideo & cum nota improprietatis, quasi *glos. in l. diuortio, §. si fundum. in verbo, in alieno soluto matrimon.* omnia publica ista fisci, quasi propria dicuntur principis ab Vlpiano, *in l. 2. § hoc interdictum, ne quid in loco publ. lib. 43. P. tit. 8.*

11 ¶ Nihil † prohibet etiam, vt inuentis addamus, Fisci nomen aliunde declinare per rerum similitudinem & metaphoram, vt fiscus dicatur à Græco, φύσκη vel φύσκα, quod idem est Hesychio, quod κοιλία ἢ τὸ κατὼ ἔντερον, id est, vterus, vel crassum intestinum viscerum, cuius natura est in perfectis animalibus, non in his, quibus vnum rectum tantum intestinum, vt latitudine sua contineat cibũ immissum, & sit causa cur assidue alimenti submissione non egeamus, veluti in vrinis idem efficit vesica, teste Galeno. *lib. 4. de vsu par. corpor. human. c. 18.* Cuius similitudinem retinet ærarium in republica, vt instar veteri pecunias dispensandas postea paulatim simul recipiat. & ita fiscus merito, semper soluendo dicitur, *l. 2. de fundo dotal. lib. 23. P. titu. 5.* Vt tamen fiscus maior est marsupio, sic ærarium maius & capacius fisco. Forsan & ærarium non inique dicemus esse nunc, *la chambre du thresor*, ad quam deferantur omnia ex parte regni pecuniæ publicæ & fiscales. Fiscum autem & arcas fiscales in prouinciis Thesaurarias ad quas minutatim collectiones factę ex pagis, oppidis, & ciuitatibus deferuntur. Sic etiam decreuerat Iustinianus esse in singulis prouinciis arcas fiscales. *l. 4. de numera. & actuar. libr. 12. Cod. titul. 50.* Marsupium autem dicere possumus, quod dicunt exactionem, seu *la lieue particuliere*, quam consules seu decuriones locorum & ciuitatum faciunt. *Ærarium* ab ære, quod tantum olim loco pecuniæ antiqui vtebantur, nondum signato auro vel argento, *Plinius, lib. 34. c. 1.* vnde & tribuni ærarii, attamen alia pecunia, postea retento priori nomine, ditatum est Eratque Romæ ærarium in ædibus Saturni, & in Nemus & Tiburte ad incertos belli euentus thesaurus recõditos habens. Sanctius tamen in ædibus Saturni, vbi vicesimarium aurum, quod ex vicesimis exigebatur, quod & vicesimarium & chimiliarchum dicebatur. Ditatum maxime ex manubiis hostium & triumphis victorum: vt à Portio Catone ex Cypriis opibus direptis, *Florus lib. epit. cap.* ex Cypro namque Asia deuicta, reportauit Cato quingenta millia talentorum, *Plin. lib. 33. cap 33. Lucan. in Valer. Max lib. 2. c. 16.* Scribit & Liuius *in 1. decadis 5.* Appiũ Claud. centonem ex Celtiberis quantem, in hoc ærarium millia põdo argenti tulisse, & quinque millia auri. Hoc sanctum ærarium Florus vocat, *lib. 4. cap. 2.* Et effractum tradit à Iulio Cæsare in principio bellorum ciuilium, antequam imperium vsurpasset: cum tamen sanctum esset tribunis, non nisi vigente necessitate illud aperire. Narrat & Plinius, *lib. 33. c. 3.* eum primo introitu vrbis in ciuili bello suo ex ærario protulisse laterum aureorum 26. millia in numerato, pondo 300. fuisseque in ærario populi Romani sexto Iulio & L. Aurelio coss. septem annis ante tertium bellum Punicũ, pondo D C C X X V I I. Argenti nonaginta duo millia & extra numerum C C C. & L X X X V. M. Item Sex. Iulio & L. Marcio coss. belli societatis initio D C C C X L V I. auri pondo. Deinceps tamen omnia ærariacum pro vno habeãtur, sunt dicta sacratissima vel sancta, *vt in l. 2. de quadrien. præscript. lib. 7. C. tit. 37. l. fin. de paga. & sacrific. eorum, C. lib. 1. tit. 14.* Fuerunt autem pecuniæ publicę, in diuersa ærariacum separata, prout ex generali in quædam negotia destinatæ erant, veluti ærarium communibus pecuniis vectigaliũ excipiendis paratum, & negotiis ordinariis reipublicæ destinatum. Aliud additum militare ab Octauio Cæsare cum vectigalibus nouis, vt facilius quæ disciplinæ & necessitati militari requirerẽtur, parata essent, vt refert Suetonius Tranquillus *in Octauio, cap.* 49. 12

¶ Erant † & ante eum qui comitarentur rem militarem quæstores, missi à populo Romano cum imperatoribus, id est, ducibus, consulibus, & prætoribus ad administrandam rem pecuniariam, & prædam, ac manubias in rationes publicas referendas, vt obseruare sæpe licet apud Liuiũ, ex quæstoribus qui sortiti fuissent prouincias, vt ait Vlpianus *l 1 §. ex quæstoribus de offic. quæstor. lib. 1. P. tit. 13* dicere possumus hodie *Threſoriers des guerres.* ¶ Ærario, 13 † dum populus per consules regebatur, præpositi erant & quæstores, *Gellius lib 13. c. 24.* ab eo quod inquirendæ & conseruandæ pecuniæ publicę caussa præfecti essent, *Pomp. in l. 2. §. deinde cum ærarium, de orig. iur. Varro 4. de ling. Lat.* Tempore Romuli dicunt quidam duos quæstores creatos, sed incertum illud: certum tamẽ Tullij Hostilij tẽpore fuisse à populo & plebe electos, *l. 1. de offi. quæstor. lib. P. tit. 13.* Pomponius Lætus, *libr. de magistrat. Romanorum*, tradit, temporibus etiam regum ab illis hos auctoritate legis curiatæ à Lælio Bruto repetitæ institutos, & illis electis à cõsulibus: dehinc additos accedentibus vectigalibus vsque ad viginti, 14 testatur Cornel. Tacitus, *lib. 11 & 16. annal.* ¶ In † locũ præfectorum ærarij, sunt hodie, *les generaux des finances.* Quibus subsunt tribuni ærarij, quos receptores generales dicunt, & exactores seu coactores particulares, *d. l. 1. §. 2. de offic. quæstor. lib. 1. C. tit. 30.* dicimus *commis.* & alij. Nam Romanorum iure exactionis facta particulari, exactio ad Thesaurarios cuiusque prouinciæ proximos deferebatur, *l. 1. de canon. largit. lib. 10. C. tit. 23.* Tabularij autẽ, quos vocamus *contrerolleurs*, duo erant cum susceptore in singulis prouinciis, *l. duo tabularij, 13 de suscepto. lib. 10. C. tit. 70.* Exactores autem particulares ad susceptorem seu receptorem generalem referebant pecunias à se exactas singulis quatuor mensibus, consignatas cum nomine inferentis, die, consule, mense, caussa, & sum 15 ma, *l. 1. de apoch. publ. lib. 10. C. tit. 22.* ¶ Et † hodie etiam hic ordo seruatur conquirendæ publicæ pecuniæ, vt eam consules vel decuriones locorum exigant secundum titulos illis missos, vocant *les mandes.* Dehinc isti deferant ad susceptores seu receptores: & receptores particulares, ad Thesaurarios generales: illi ad sacrum comitatum, seu in locum ærarij principis, vel alium locũ à rege decretum, vt ex constitutione Francisci primi, quæstores generales mittere debent Lugdunum ad æs alienum regni soluendum, *exstat constit. Henrici 2. de l'eſtabliſſement du Coffre du* 16 *l'ouare anni 1556.* ¶ Iudicant † isti quæstores prouinciarum cum præsidibus prouinciarum, seu iudicis, præsente fisci patrono, *secundum formam l 2. si aduers. fisc. lib. 2. C. tit. 37.* de caussis inter fiscum & priuatos. Et Lutetiæ propria est curia thesauri, quæ de his cognoscit, reseruata prouocatione ad curiam supremam, ex constitutionibus Francisci primi regis eius nomine Ianuarij 17 1543 & Februarij eiusdem anni. ¶ Anno † ab vrbe Roma condita 709. tempore quo delatum est imperium Iulio Cæsari, administratio publicæ pecuniæ à quæstoribus ad ædiles translata, nec postmodum ad quæstores redit, sed tandem viris prætorijs mandata est, & eo anno ædiles publicis thesauris præfuerunt, vt auctor Dion Cassius, *lib. 43. histor.* Instituit autem Octauianus Cæsar, *Dion Cassius. 53. lib.* anno ab vrbe 720. vt administrationi ærarij quotannis bini viri prætorij præficerentur. Concludit Tacitus *lib. 13. annal.* de varia ærarij præfectura quæ fuit, in consulatu Q. Volusij & P. Scipionis consulum sic scribit: *Dein princeps curam tabularum publicarum à quæstoribus ad præfectos transtulit varie habita & sæpe immutata eius rei forma. Nam Augustus permisit Senatui deligere præfectos: dein ambitu suffragiorum suspecto, sorte ducebantur ex numero prætorum qui præssent. Neque id diu mansit, quia sors deerrabat ad patrum idoneos. Tum Claudius quæstores rursum imposuit, ijsque ne metu affectionum extraordinem honores permisit, sed deerat robur ætatis cum primum magistratum capescentibus. Igitur Nero præfectura perfunctos & experientia probatos delegit.* Claudius Cæsar collegio quæstorũ curam ærarij Saturni reddidit, quam medio tempore prætores, aut prætura functi sustinuerant, teste Suetonio in Claudio, *cap. 20.* Et Corn. Tac. *prad. lib. 13. annal.*

Causlæ,

Digitized by Google

Cauſſæ,quæ iuſtam impoſitionem & exactionem vectigalium, tributorum, & penſitationum publicarum faciunt. Cap. 3.

1 *Vectigalium imponendorum,cauſſæ tres legitimæ, releuatio imperij, conſeruatio dignitatis eius,vtilitas ſubditorum. Quare principi debeantur,rationes,finis, & effectus.*

2 *Tributa imponere non licet inconſulto principe.*

3 *Tributa quædam leuia dominum referentia. Trulla aurea, & porci,&c.*

4 *Præſtatio tributi quando dominium ſuperius ſignat, & quando dominus cenſualis directus dominus præſumatur.*

5 *Solam recognitionem non ſufficere ſine ſolutionibus cenſus ad probandum dominium directum,duas poſſe probare.*

6 *Iure omni debita eſſe tributa, & ſolui debere principibus docetur.*

7 *Singula Vectigalia probata, conſtitutionu ſua ſuas exhibent cauſſas, vt pedagia, ſecuritatem & facilitatem itinerum: num qui illa ſoluit pro repreſſaliis capi poſſit eod. Damnum reſarciunt itinerantium qui pedagia & guidagia capiunt.*

8 *De malis & oneroſis ſeu tyrannicis vectigalibus non imponendis.*

9 *Qui ademerunt vel minuerunt tributa populorum,vide nu.* 11.

10 *Facile populus nimium tributis preſſus, vel res relinquit, vel rebellat,vt exemplis docetur. Chilperici impoſitio nimium grauis tributorum coegit populum in alienum regnum migrare.*

11 *Quando fraudantes vectigal Deo nec hominibus obligati tenentur, & de rebellantibus ob vectigalia nota.*

2 CVm † conſtet ex ſingulorum facultatibus, & fortunis, atque laboribus pecunias colligi publicas, videmus multos dubitãtes, num iſtæ exactiones & onera licerent principi, & num tyrannidi potius,quam legitimo imperio eſſent adſcribenda. Quamobrem ne de rebus iſtis publicis diſputãtes in poſterum, videamur ſæpem iniquitati ædificare,paucis cenſuram meam, quando iuſta & debita ſint onera impoſita & tributa,aperiam. Itaque dico licere cogi exigiq; has pecunias à populo,ſi aliqua ex trib. cauſſis inde accedat,nẽpe,ſi ad releuanda onera imperij, vel ad cõſeruandam dignitatem eius, vel ad vtilitatem cõmunem omniũ exigantur & expendantur. Duas primas exprimit Plinius iunior *in Panegyr. ad Traianum.* tertia ſub vtriſque contineri poteſt. Recte princeps qui ſuſtinet onera reipublicæ, dignitatemque,quique omnibus proſpicere debet, hæc tributa & cenſus & reliqua,quæ conflant patrimonium publicum,percipiet,qui pro omnibus vigilat,ab omnibus beneficij præmio accipere debet, *cap. cum ex officij ſui debito,cap.* 16. *de præſcript. lib.* 2. *decretal. titul.* 26. Nemo tenetur militare ſuis ſumtibus,1. *ad Corinth.* 9. *cap. ita nunc illud,§. fin.* 28. *q.* 1. *ad Galat.* 6. Secundum naturam quoque eſt, vt qui ſentit onus,ſentiat & commodum, *l. ſecundum naturam,* 10. *de reg. iur. l. fin. §. ſed cum in ſecundam,C. de furt. lib.* 6. *C. titul.* 2. *l. vnic. §. pro ſecundo,de cad. tol. lib.* 10. *C. tit.* 50. Et quod quis pro conſeruatione rerum alienarum expendit,æquum eſt rependi, *l.* 1. *&* 2. *de negot. geſt. lib.* 3. *P. tit.* 5. Adde quod princeps velut ſponſus reipub. ſuæ eſt,vt optime norunt Veneti, qui potiſſimum in maritimis prævalent: Dum enim eligunt ducem,eumque initiant,ſolemni modo coronatum iubent mare ſibi deſponſare, iniecto annulo in ſymbolum veri & perpetui imperij, *Gaſpar. Contarenus lib.* 1. *de rep. Venet.* Vnde & reipub. bona dotis nomine tanquã ſponſo tradenda ſunt: qui enim onera ſubit matrimonij,penes ſe dotem habere debet, *l. pro oneribus, de iur. dot. lib.* 5. *titul.* 12 *C. l. actione, l.* 76. *§. fin. pro ſocio, lib.* 17. *P. tit.* 2. *Paul. l. ſi vs qui,* 57. *§. ibi eſſe debet, de iure dot. lib.* 23. *P. tit.* 3. Tertio iuris regij eſt,cenſum imponere rebus & perſonis,iureque diuino probari: 1. *Reg.* 8. *Auguſt. lib.* 2. *contr. Fauſt. Manich. cap.* 74. *Reddite.* inquit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, conſultus an liceret dare cenſum Cæſari, *quæ ſunt Cæſaris Cæſari, quæ ſunt Dei Deo. Matth* 22. *Marc.* 12. Poteſtas regum ad vtilitatem communem Dei ordinatione inducta eſt, nec poteſtas niſi à Deo, 1. *Petri* 2. *&* 2. *ad Corinth.* 5. *ad Roman.* 13. *Sap.* 6. *Ideo*, inquit D. Paulus ad Rom. 13. *tributa eu præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.*

2 ¶ Neque † licet alteri vel præſidi prouinciæ collectas ſeu tributa inconſulto principe imponere, alioquin pœna quadrupli tenentur, *l. placet.* 9. *de excuſ. munerum, lib.* 10. C. *tit.* 47. *l. peraquatores, de cenſib. col. b.* C. *& c. igitur, vt iudic. ſine quoq. ſuffrag. cum ſimilibus ibi nota.* Quarto probantur & tributa propter ſubiectionis ius, *c.* 2. *de cenſi. lib* 3. *decret. tit.* 39. *c. accedentibus, c.* 15. *& c. recepimus, c.* 8. *de priuileg. lib.* 5. *decret. titul.* 33. *l. comperit, de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* C. quod potiſſimum in debelli tas gentes victoribus conceditur. *Si quando*, inquit Deus ad Moſen, *Deuter.* 20. *acceſſeris ad ciuitatem expugnandam, offeres ei primum pacem: ſi receperit & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea eſt ſalubitur, & ſeruiet tibi ſub tributo.* Eaque lege victi bello Cananæi, facti fuerunt tributarij Iſraelitico populo, *Ioſue* 17. Et Salomon fecit tributarios eos, qui remanſerant ſuperſtites à gladio Iſraelis, de Amorrheis,Iebuſeis,Hetheis,Phereſæis, 3. *Reg. cap.* 9. 2. *Paralip. cap.* 8. Eratque hoc tributum veluti frænum,quo ſuperbia hoſtium deiiciebatur: vt ſcriptum quoque eſt, quod Dauid abſtulit de populo frænum tributi Philiſtinorum, 2. *Reg.* 8. Deuicta Carthagine, Romani eius ciues & auxiliares tributarios fecerunt quoq;, *Appian. Alex. in Lybico.* & alias pleraſque gentes, quas referre longum eſſet, inter quas pro nota ſubiectionis tributum fuit: *Bella*, inquit Oroſius libro 5. in princ. *maiores noſtri geſſerunt, bellis fatigati pacem petentes tributum obtulerunt. Tributum pacis eſt, nos tributum pendimus, ne bella patiamur: ac per hoc in portum ad quem illi tandem pro euadendis malorum tempeſtatibus confugerunt, nos conſiſtimus.*

3 ¶ Nec † tam quantitas oneris, quantum qualitas ipſius tributi conſideratur,ſed veluti ſignum immunitatis libertatis: quandoquidem quod tributi nomine aliquando dabatur, paruum erat & exiguum,ſed ſymbolum durum & graue,vt legimus quotannis Alphonſo Hiſpaniarum regi, pro tributo trullam auream à Genuenſibus penſitatam, *Ant. Pan. lib.* 4. *de dict. & fact. Alphonſ. cap.* 22. Et Foroiulienſes victi à Venetis coguntur ſingulis annis tributi nomine duodecim porcos, & duodecim panes ſingulis exiſtentibus ducentarum præſtare librarum, *Flaui. Blondus. lib.* 5. *decadis* 2. Sic etiam à nobis Dominus poſtulat decimas, vt eum qui nobis imperat cognoſcamus facilius. Et in ſignum generalis dominij, *c. cum non in homine, c.* 23. *de decim.*

4 ¶ Illud † tamen quod dicimus tributi præſtationem arguere ſubiectionem domini eius cui præſtatur, intelligendum eſt, quando præſtatur principibus & regibus, non de cenſibus aliis directis dominis præbitis: Quia cum ob diuerſas cauſſas cenſus ſolui poſſit,quam ob dominium vel ſubiectionem, *c. recipimus, 8. de priuileg. libro quinto, decret. tit.* 33. cenſualis profeſſio, & tributorum ſolutio non ſolet præiudicare domino, *l. ſi functionis,* 4. *l. cenſualis profeſſio, l. ſeptima, de donatio. libro octauo, C. tit.* 54. *l. ſolemnibus,* 25. *de rei vind. libro tertio, C. tit.* 32. quamuis in contraria ſententia ſit Bal. *in l. ſolent,* 2. *columna ſecunda, de offic. proconſ. & leg.* qui præſtationem hanc ſemper arguere ſubiectionem ratus eſt. Quem tamen refellit Panormitanus *in c. fin. numero ſecundo,* 3. 4. 5. 6. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & in cap. peruenit, de cenſibus.* & Felinus Sandæus *in cap. cum Bertholdus, numero* 26. *&* 27. *de ſentent. & re iud.* Si tamen accedant alia ſolutionibus penſionum, ſignum poterit eſſe dominij, vt ſi ſolutio facta fuerit eo tempore quo alij ſubditi ſoluebant, & ei perſonæ, quæ tantum à ſubditis ſolebat accipere: & ſi territorium ſiue ager ſit inter alia prædia ſubdita, vel ipſe inter ſubditos, vt diſputat Iaſ. *in l. placet, in* 2. *lectura, de ſacroſ. eccle.* C. Et Maſuerius ſcribit, *in tit. de locat. & iur. emphyt. §.* 1. *citat. & gl. pen. c. conſtitutus, de relig. dom.* eum præſumi dominum directum, qui habet cenſum annuum, vel penſionem ſuper certum fundum aut oppidum, potiſſimum ſi inueniatur vna recognitio cum ſolutionibus cenſus. Sola namque præſtatio tunc ſufficit ad probationem dominij, cum longi temporis præſcriptione & inueterata redituum ſuſceptione coniuncta, *l. litibus,* 19. *de agric. & cenſi. lib.* 11. C. *tit.* 47.

5 ¶ Et † Guido Papæ *deciſ.* 272. vnam recognitionem non tranſferre quidem dominium, ſed ſufficere ad probationem dominij, vt confeſſionem extraiudicialem, quæ non inducit obligationem, ſed tantum eius probationem, *l. Publia,* 26. *§. fi. depoſ. in P. lib.* 16. *tit.* 3. Quæ tamen ſententia iure expreſſo reprobari poteſt, *per leg. cum ſcimus, l.* 21. *de agric. & cenſi. lib.* 11. C. *tit.* 41. Proinde ſola agnitio non ſufficiet, niſi & alia quæ dixi concurrant, quod & idem Guido Pap. ſcribit, *deciſione* 315. multo minus ſi poſt recognitionem non ſequatur vſus, puta non fiat ſolutio cenſus ſecundum illam, vt appareat inde non fuiſſe ius quæſitum, *Ioan. Faber in §. aque, verſic. tertio quæritur, de act.* Nam & poteſt eſſe error, vnde nec confeſſio falſa præiudicat, *l. nec ſi volens,* 6. *& l. interrogatum,* 24. *de libera. cau. lib* 7. C. *tit.* 16. Vim & facio in nomine, recognitio, vt ſit geminata agnitio dominij, vnde ſola non ſufficiet, quia aliam præſupponit, quæ non exſtat, *arg. l. ſi quis in aliquo, de fide inſtrumen. C.* Dubium enim non eſt geminas agnitiones fidem facere, *Barto. in d. l. cum ſcimus, num.* 7. *de agric. & cenſi. lib.* 10. C. Alioquin ſine ſolutionibus vnam non ſufficere dicimus, & res natura præſumi liberas, niſi dominus qui præſupponit ius de eo doceat, vt fuſe diſputat Guillelmus Benedictus *in repet. c. Raynutius, in verb. & vxorem nomine, deciſ.* 2. *numero* 20. *& ſeq.*

6 ¶ Quinto † iura pontificia & regibus & ſuperioribus tributa & cenſus iubent ſolui, *c. ſi tributum, & c. magnum,* 11. *q.* 1. *cap. tributum,* 23. *q.* 8. *c. conuenior, eo.* De iure ciuili porro id dubium nõ eſt, cum exſtent tituli de publicanis & vectigalibus: de colonis & tributis, &c. Imo vtrunque ius omnia dominia rerum pẽdere ex imperatoris voluntate ſeu principis volunt, & inde manaſſe: & poſſe non tantum cenſus in his per illos imperari, ſed eriam adimi res, & omnia imperatoris eſſe, *c. quo iure defendi,* 8. *diſt. l. bene à Zenone. de quadri. præſc.* C. *l. Lucius, de euict. in* P. Et conſtitutionibus Apoſtolicis. *D. Clem. lib.* 7. *conſtit. Apoſtol. c.* 17. *& lib.* 4. *c.* 13. *penditote regibus & magiſtratibus tributum, vectigal, atque omnem collationem grato animo.*

¶ Habent † & poſtremo ſingula fere genera vectigaliũ quan-

Digitized by Google

dam rationem adhuc suæ institutionis: vt si de vectigali, quod pedagium dicitur, inquiras, inuenies pensitari merito, quia instituta sunt vectigalia in itineribus periculosis vel difficilibus, vt ex illa pensitatione qui eam capit, tutum iter præbeat, & aspera vel difficilia complanet, *Ludouic. Roman. in l. 1. de public. ad §. hic tit.* Vnde Baldus *in cap. 1. qua sint regalia, in vsibus feudor.* tradit ex Oldrado, quod soluens ista pedagia, non potest capi pro repressaliis seu clarigatione: quod tamen hodie non seruatur, vt ait Ludouicus Romanus, *vbi supra.* Verumtamen dominus qui colligit vectigal huiusmodi à transeuntibus per suum territorium, tenetur resarcire omnia damna quæ passi ibi sunt qui soluunt, *Bald. in c. 1. qui feudum dare poss. & in cap. 1. de pace iurament. firman. arg. l. me quid, 3. de incen. rum. & naufra.* Sicut & breuiculum, quod vocant, Guidagium Armoricæ princeps recte exigit, & introduxit: cum enim Armorici principes ac reges prisci, scopuloso & importuoso littore, crebra naufragia fieri prospicerent, edicto statuerunt, ne iniussu suo, freto excedere liberum esset: soluentibusque periti maris & littorum, veniæ tesseram seu breuicula nauigaturis darent, *Argentæus in consuetud. Armori.* Sic enim futurum est, vt nec illicitæ merces ad barbaras gentes deferantur, & naues quæ à portu vel littore dimittuntur, nullam concussionem vel damna sustineant, si naucleri deponant, in quam prouinciam ituri sunt, *Gratian. Cæsar. in l. unica, de litter. & itiner. custod. lib. 12. C. tit. 45.* Vectigalia quoque mercium & personarum vel maxime prosunt & vtilia sunt principi, vt norit quæ merces in regnum importentur vel quæ exportentur: quædam enim sunt, quæ non licet barbaris communicare, *tit. quæ res export. non. lib. 4. C. tit. 41.* sic de similibus. Hocque ius tributorum gentes omnes probarunt, vt ex nationum moribus obseruatis, quid quantumve solutum sit, poterit colligi, vt de Græcorum tributis plura apud Alexandrum
8 ab Alexandro *lib. 4. genialium dierum, cap. 10.* ¶ Nec † ignoramus tamen pleraque onera fere importabilia humeris subditorum imponi à principibus: verũ & nos de illis non loquimur, sed interim ea quoque iure imponi posse dicemus, non habita ratione ad id quod fit, sed eius quod fieri debet, *vt in l. penult. de iustit. & iur.* Boni quippe pastoris est pecus tondere, non deglubere, vel ad viuum vsque radere, vt scripsit Tyberius Cæsar Æmylio Recto, qui Aegypto præerat, mittenti maiorem summam constituta, *Dion Cassius lib. 57. histor.* Edoardi primi regis Angliæ sanctione interdicta fuit regibus citra consensionem consiliumque vniuersæ Angliæ plebeia tributorum indictio anno domini 1298. *Polyd. Virg. in histor. Angliæ.* Si enim fieri posset, vt sine vectigalibus saltem extraordinariis regnum esset, felices essent subditi & imperantes: vt contra infelices vtrique, vbi onera illa frequentãtur, & modi exhauriendi marsupia augentur, & conquiruntur. Po-
9 pulus † enim tributis oppressus vel rebellat, vel misere interit. Nicephorus Botoniatus, postquam orientis imperator fuit coronatus: quicquid fisco deberetur in vniuersum aboleuit, ac nouas tabulas magnifico edicto instituit, *lib. 1. iur. Orient. in constitutione, 2. Botoniatus de releuat. fisca. debitorum.* Optime Pertinax Imperator vectigalia omnia, quæ ad contrahendas pecunias tyranni excogitauerant, in fluuiorum ripis, vbiumque portis, perque vias & itinera, penitus remisit, *Herodi. in 2.*
10 ¶ Iusta † aliquando exordio possunt esse vectigalia, ex caussa vrgente tunc, vt ob bellorum impensas maximas: at quãdo caussa cessat, iniusta sunt, si exigantur, & populus qui in necessitate cõfert vel sponte, dum sine caussa onera perseuerant, calcitrat, vel res incultas abiicit. Sicuti quando Chilpericus descriptiones nouas & graues in regno fieri iussit, multi relinquentes ciuitates, quas incolebant, vel proprias, alia regna petierunt, satius ducentes peregrinari quã tali subiacere periculo: statutũ enim fuerat, vt possessor de propria terra vnam amphoram vini pro aripento daret, vt auctor Gregorius Turonensis, *lib. quinto, histor. Francor. cap. vigesimo septimo.* Dicebat Philippus VI. rex, *in parte vltima, stylι parlamenti Aufrerij. titul. de taliis & exactionibus, constitutione Philippi. VI. anno 1358. declaramus insuper intentionis nostra non esse, quod gabellæ & impositiones nostra semper durent, &c.* Periander Corinthiorum rex à nemine tributum exegit, sed reditibus fori & portuum contentus fuit, *Heraclides in politiis, in republ. Corinthior.* Erythrius præfectus vrbis sub Zenone, cum neque fiscum sufficere cerneret, neque onus imponere maius tributis quam cõstituum esset, sustineret, aut improbe quippiam facere, quippe vir humanus: fiscus autem esset profusione Zenonis exhaustus ab his, quæ Leo ibi reliquerat, eorum quæ deberentur à Zenone donatione petita, magistratu abiit cum dolore ciuitatis, *Suidas in verbo Erythrius.* Marcus Antonius Philosophus, ne exactionibus vectigalium & tributorum, ærario ob bella exhausto, populum oneraret, auctionem vestium imperatoriarum fecit, vendiditque pocula aurea, Crystallina, myrrhina, & vasa regia, vestem vxoriam sericam & auratam, & gemmas, vt scribit Iulius Capitolinus *in Marco Philosopho.* Tempore etiam commotionis Clodianæ vectigalia populi Romani abrogata sunt à Metello Nepote, vt obtemperaretur populo, vt auctor est Dion Cassius *lib. 55.* Apollonius Tyaneus, *Philostrat. de vita Apollo. libr. 5. cap. 13.* de officio regis Vespasianum admonens, *nec ea*, inquit, *æstimes, quæ ex collatione tributorum à gemitibus hominum proueniunt: atrum enim sordidumque putandum est aurum, quod ex lacrymis oritur. Desitiis autem optime vteris super omnes reges, si cum egentibus eas communicaueris.* Nouit & hoc Troianus amplissimus Cæsar, cum detestari cœpit impias exactiones, Dixit enim fiscum lienem, nam sicuti liene crescente in corporibus nostris, artus reliqui tabescunt: ita turgente principis fisco reliqua ciuitatis membra marcescunt & ægrotant. Vt si quis princeps velit corpus reipublicæ validum esse, oporteat fiscum non habere tumentem, *notat Philippus Beroald. in periphras. ad vitam Augusti Cæsaris. Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 18.* Vnde & Alexander Seuerus vectigalia ciuitatibus, ad proprias fabricas earum deputauit, *Ælius Lamprid. in vita Alexand. Cæsar.* Iuuenalis † recte certe hac de re sen-
11 tit, nõ esse spoliandas prouincias tributis, alioquin imminere bella, dũ ait, *Iuuen. Satyr. 8.*

Curandum in primis, ne magna iniuria fiat.
Fortibus, & miseris, tollas licet omne quod vsquam est
Auri atque argenti: Scutum gladiumque relinques;
Et iaculum, & galeam. Spoliatis arma supersunt.

Et dicebat Symmachus *Epistol. 13. Si tributa adyciantur insolita, forsitan consueta cessabunt.* Neque defuerunt qui odio onerum, & multo magis ob perniciem publicanorum, fraudantem vectigal, dixere nec Deo, nec hominibus teneri obligatum, *colligunt ex Bartbol. Paulo, Cast. in l. Vectigalia, de publica. in P.* Quod tamen intelligendum est, si principis assensu vectigal non probetur, vel longa consuetudine, cuius initij non exstet memoria, vel illegitimum in summa sit. Rebellarunt aliquando Dalmatæ Romanis ob iniuriam exactionum & tributorum, cum quibus tractans de pace Tyberius, qui Cæsaris partes agebat, interrogauit Batum eorum ducem, cur ita rebellarent, & deficerent à Romanis: is autem respondit, vos ipsi in culpa estis, quod ad vestros greges custodiendos, non canes pastoresve, sed lupos mittitis, idipsumque & in secunda rebellione respondit, *Dion Cassius lib. 55. histor. Roman.* Naturalis est hominibus libertas, & facile ad naturam propriam quodlibet reuertitur. Vnde & facilis ob onera, à seruitute ad libertatem proclamatio, & ad seditionem ob id prona turba, quando quidam Ioannes, pastor pecorum, ad Niclaushausscm in Franconia anno domini 1476. telonia & vectigalia non persoluenda magistratui, aquas & nemora esse omnibus libera docuit, quem vsque ad triginta millia hominum secuta sunt: donec eum tandem Herbipolensis episcopus pro hæretico cõbussit, vt scribit Munsterus. Tempore Caroli 6. etiam regis Galliarum, Burgundionum dux cum valido exercitu Sequanam traiecit, nõ pauca oppida recepit, prædicans se rerum omnium, vectigaliumque, præterquam salis immunitatem adferre, ac miseriarum omnium finem, vt narrat Paulus Aemylius *lib. 10. histor. Francor. in Carolo 6.* Anno domini 1381. in Anglia ingens seditio contra procuratores & exactores tributorum & vectigalium nouorum indictorum plebi per capita, vt Cantiani ad arma plebem vocauerint, regem ipsum Ricardum secundum obsederint Londini, & vrbem diripuerint. Sequentique anno ob eadem vectigalia noua, fere per totum occidentem tumultus sæuissimi suborti: vt apud Gãdauos & Flandros caputiorum alborum rebellantium, & Parisiis quoque, *narrat Polyd. Virgil. lib. 20. histor. Angel. in Ricardo 2.* Propter nimia tributa, quæ releuari sibi potebat à rege Roboam filio Salomonis populus, desciuerunt ab eius imperio 10. trib. ex duodecim, & fecerunt sibi regem Hieroboam, Aduramque qui erat super tributa lapidauit omnis Israel. 3. *Reg.* 12. Parthenius, quod apud Theodobertum Francorum regem nouorum tributorum auctor esset, à populo lapidibus quoque obrutus est, *Greg. Turonensis, lib. 3. hist. Franc. c. 36.*

De finitione substantiali rei fiscalis, & distinctione generali rerum fiscalium.

Cap. 4.

1 *Fiscus quid in substantia.*
2 *Quid præter principem sui ærarij & fisci habeant. Insubrum ciuitates regalia habent ab Imp. Friderico & Henrico 6. Item Patricij in Gallia seu pares & alij comites, & abbates.*
3 *Episcopos habere fiscum docetur. & quatenus.*
4 *Ciuitates libera sua fisca habent.*
5 *Fiscus duabus rebus ditatur, vectigalibus seu tributis, & compendiis pœnalibus.*
6 *Vectigalis nomine comprehendi plura.*
7 *Tributum quare dictum.*
8 *Priuatorum in tributis & censorum officium, & conqueri licitum cõtra eorum fraudem*
8 *Alia generalia nomina & synonyma tributi. functiones, munera publica, functiones gabellæ, & quare dicta gabellæ, & quædam horum differentiæ.*

FIscus itaque † erit ærarium principis, seu alterius qui eius
1 auctoritatem habet, in quod pecunia ex publicis exactionibus seu pensionibus & pœnalibus iudiciis inferetur. Sic enim placet nunc verbum fisci generaliter finire. Quon odo fisci ius cesserit in prin-

Digitized by Google

in principis manum, iam paulo ante docuimus: at alij cuiuſcunque ſint ordinis ditioni principis ſubditi, ius fiſci proprie habere non dicuntur, niſi ſingulari cõceſſione regalia iura à rege habeant.

2 Quemadmodum † Inſubrum quędam ciuitates, quibus cum mero & mixto imperio, regalia quoq; Imperatores Fredericus, & Henricus 6. aliquando conceſſerunt, *in l. nos Romanorum imperator, tit. de pace Conſtan. in fin. feud.* Quarum præcipuæ Mediolanum, Papia, Lauda, Nouaria, Verſellæ, & aliæ quas enumerat Strab. *li. 5. Geogr.* Habẽt & hoc ius Gallię patricij, quos pares Frãciæ dicimus, & quidã comites, & abbates, qui participem principem ſuorum bonorum & territorij olim fecerunt, vocant partagium, qualis epiſcopus & comes Caturcenſis, Abbas grandis ſylvæ, & alij ſimiles qui ius confiſcationis habent in temporalibus: quod ius confiſcationis pendet ex mero & mixto imperio: atq; ideo non ſolum ex principis expreſſa conceditur poteſtate, ſed etiam tacita ex præſcripta conſuetudine, *gl. in § nulla exiſtente licentia, in verb. iuriſdictione, de defenſ. ciuitat. in Authen. collat. 3. tit. 2. Ioan. de Platea, ſuper rubric. de iure fiſc. lib.* 10. *C. verſ. 5.* ¶ Perſonæ
3 † quoque eccleſiaſticæ in ſpiritualibus cum ſuperiorem regem non habeant, fiſcum habere dicuntur, *gl. in c. quia diuerſitatem, in verb. prater eius, de conceſſ. prab.* Habet & eccleſia vniuerſalis theſaurarium, *Clem. 2. de hæret. apud Clem.* Negauit hoc Baldus *in rubric. de iure fiſci, C.* in epiſcopo, quem dicit nõ habere fiſcum, ſed eum, ſuoſque aſſeclas improbant Butrigarius, Imola, Panormit. & alij, *prad. auct. in d. c. quia diuerſitatem, de conceſſ. prabend.* Et late Felinus *in c. irrefragabile, §. ceterum, in 4. concluſ. num.* 11. *de offic. iud. ord.* Obſeruandum tamen eſt, in caſu quo clericus ad perpetuos damnatur carceres, & bona confiſcantur, Epiſcopi fiſcum capere tantum mobilia, dominum autem temporalem loci, cui ius eſt confiſcationis, vel regem immobilia, vt annotauit Io. Andr. *in additio. ad Specul. tit. de feud. §. quoniam, verſ.* 40. Et ita iudicatum eſt arreſto magni conſilij regis, anno domini 1486. ¶ Ciuitates
4 † quoque quæ liberæ & ſui iuris ſunt, quæve rẽpub. faciunt, alicui non ſubditæ, procul dubio fiſcum habent & ius confiſcationis: aliæ nequaquam, *Bart. in l. item veniunt, §. ait ſenatus, num. 2. de petit. hered.* etſi habeant ex permiſſione aream communem ad exemplum Reipubl. *l. 1. §. quibus permiſſum, quod cuiuſ. vniuer. nom.* quia nec bona inter illos communia publica proprie dici poſſunt, *l. eum qui vectigal, de verb. ſign.*

5 ¶ Ex † aliis verbis finitionis fiſci conſtat fiſcum vel ærarium augeri & ditari ex duplici pecuniarum genere, videlicet ex penſitationibus ſeu collationibus vel vectigalib. publicis, & ex pœ-
6 nalibus cõpendiis. ¶ Vectigalis † publici nomine continentur quæcunq; inuehuntur in fiſcũ, ſiue penſiones, tributa ſiue itineraria, portoria, & id genus ſimilia ſint, *l. Imperatores, ff. de public. & vectig. in P. l. 1. ſi ager vectig. vel emphyt. pet.* Sicut vectigalia priuata, omnes prouentus dicuntur rerum propriarum, *l. arbores, 66. §. fi. de uſufruct. lib. 7. P. tit. 1.* Quanquam interdum ex proprietate nominum iſta ſeparẽtur. Et vectigal & tributũ ſeorſum aliquod habeant diſcrimen, *vt in l. 1. §. hic tit. de pub. & vectig.*

7 ¶ Marcus Terentius Varro, *lib. 5. de ling. Lat.* omnem cenſum, tributum dicit, & hoc dictum à tribubus, quod ea pecunia, quæ à populo imperata erat tributim à ſingulis pro portione cenſus exigebatur, & ob hoc ea quæ aſſignata erat, attributum dicebatur. Hincque qui pecuniam reddere debebant, tribuni ærarij. Siquidem Romulus in tres partes populum diuiſit, harumque quamlibet in decẽ, illas tribus, has curias dixit: Græci illas φύλας, has φρατρίας, vel λόχους, *Dionyſ. Halic. lib. 2.* Quemadmodum & Plato, 12. *de repub.* tributa diſponi debere ait, habita ratione cenſus cuiuſque ciuis, delatis reditibus fructuum annuorum ad magiſtratus per triboles.

8 ¶ Cuius † rei gratia etiam nunc peræquatores creati, & olim cenſores, qui cenſum cuiuſque examinent, rerum fertilitatem, & ſterilem frugem, *l. 2. & l. peraquatores, & l. ſi peraquatore, de cenſib. lib. 11. C. l. forma cenſuali, eod. in P.* Aduerſus quorum & in tabulariorum fraudem licitum eſt conqueri, ſi diuitum ſarcina in inferiores transferatur, *l. 1. & l. qui grauatos, de cenſi. lib. 11. C.*

9 ¶ Vocãtur † & omnia tributa ſeu vectigalia alio nomine, functiones publicæ, & exſecutiones ſeu præſtationes muncrũ, ſiue realium, ſiue perſonalium, *c. audient, de defenſ. ciuit. in Auth. collat. 3. tit. 2. l. immunitates, l. 9 de agric. & cenſi. lib. 11. C. tit. 47.* collationes, *l. 2. de prator. & honor. pratu. lib. 12. C.* Nempe functiones ob æſtimationem rerum & perſonarum, quæ functio dicitur, *l. 2. §. 1. de reb. cred. l. pretia rerum ad l. Falcid.* vt etiam aliquibus dicuntur gabellæ, id eſt limitatio æſtimationis & definitio, id enim גבלות gabelut apud Hebræos ſignificat, id eſt, limitationẽ, à verbo גבל gabal, limitauit, finem poſuit. Vectigalia, item & functiones, *l. omnium, de vect. & commiſ. lib. 4. C. tit. 61.* Vectigal ſeparatim pro eo, quod pro exactione reũ vel inuectione penditur, cuius nomine communis penſitatio erat octaua pars pretij, *l. vniuerſi. & l. ex præſtatione, l. à legatu, de vectig. & comm. C.* Tributum, penſio, vel annona, quæ præſtatur ratione poſſeſſionis prædiorum proprij iuris exiſtẽtium, *l. 1. de anno & trib. lib. 10. C. l. 2. & ſi. ſine cenſi. & reliq. fund. comm. non poſſ. l. 1. & 2. ſi propt. publ. penſit. vend. fu. celebr.* Rurſum & tributum à reliquis penſitationibus ſine cenſu, qui in auro & argento ſeiungitur, *l. ſi. ſi prop. publ penſit. &c.* Sic apud Græcos τέλος & φόρος differunt, nam φόρος proprie tributum, quod pro regione penditur. τέλος vero pro mercibus, vt Ammonius notat.

De penſitatione canonis publici. Cap. 5.

1 *Penſitationum in fiſcum delatarum quatuor ſpecies, canon, oblatio, indictio, patrimonium principis. Item canon quid, idemque quod domanium, canonem nec reſcripto principis minui poſſe, niſi ea certa eius ſcientia.*

2 *Monticinij impetrandi formula.*

3 *Exactiones ordinariæ ſeu canonicæ, vel reales vel perſonales: & de ſingulis, & quibus impoſita rerum tributa & perſonalia.*

4 *Lege Thoria remiſſa vectigalia fundis Italicis impoſita, exceptis qui iuris eſſent Italici.*

5 *Tributa realia penduntur ab aliis qui fructus percipiunt prædiorum, & fructus pro penſione obligati.*

6 *Iuris canonis erant annona à prouincialibus præſtita, conſiſtentia in frumento, lardo, vino, oleo, & ſimilibus, de quibus imibi.*

7 *Præſtationes canonis leges accipiunt à commutatione vel conſtitutione prima, & diuerſa agrorum impoſita à Romanis præſtatione. Decima arborum & frugum & aliarum, fructuum & pecorum quinta.*

8 *Cenſuales & tributariæ prouincię ab Auguſto quomodo factæ, & quæ ſtipendiariæ dictæ prouincia populi, & tributariæ Cæſaris prius ideo in dominio populi vel principis reſeruatis fructibus colonis.*

Italicorum & ſtipendiariorum & tributariorum prædiorum differentia, ratione proprietatis.

9 *Darius apud Perſas prius Satrapeia tributa in certam exactionem redegit.*

10 *Perſonale vectigal ſeu tributum dictum, & capitale, & quale impoſitum à Romanis Carthaginenſibus, & eorum auxiliaribus.*

11 *Capitale & Hebræis impoſitum.*

12 *Romana plebs à capitatione exemta, & Thracenſes coloni. Iugatio tributum eo. & circa fin. cap. Capitatio tranſmigrationis in colonias alias quæ.*

Heſychij lectio emendata. Drachma valor noſtrorum nummorum. Capitatio virorum & mulierum diuerſa præſtationis pro diuerſitate locorum. Capitatio animalium.

13 *De gradibus cenſus Romanorum, legum Platonis, & Athenienſium remiſſus.*

PEnſitationum, † quæ ad ærariũ principis deferũtur, quatuor 1
ſunt in vniuerſum ſpecies, canon, oblatio, indictio, patrimonium principis: quod & iiſdem, quibus fiſcus potitur priuilegiis, *Vlpian. in l. fiſcus, §. fin. de iur. fiſc. lib. 49. P. tit. 14. Iuſtin. in l. 3. de quadrien. præſcript. lib. 7. C. tit. 37.* Canonis nomine proprie id, quod domanium dicimus, ſignificatur. Canon dicitur, quod perpetuo & eodem modo exigitur à principe ſeu à fiſco, ex rebus, vel perſonis. Ordinaria exactio ſiue conſueta, *l. placet, §. de ſacroſanct. eccleſ. C.* omnibus ſine exceptione, qui res canonis poſſident, communis, *l. fundos, 10. de fundo patrimonial. lib. 11. C. tit. 11. l. nemo, 7. de fund. reſ priu. l. 11. C. tit. 63. l. 1. de immunit. nemi. conced. lib. 10. C. tit. 65.* In quo nec aliud pro alio ſolui poteſt etiam ex reſcripto impetrato à principe, *l. fin. de cano. vrb. Roma, lib. 11. C. tit. 22. l. fina. ne rei domin. vel templor. &c. lib. 7. C. l. 1. de petit. bonor. ſublat. lib. 10. C. titu.* 12. immutabili forma canonis ex lege Zenonis remanente, *l. fin. de ca. largition. tit. lib. 10. C. tit. 23. l. 1. eod. titu. l. 2. de canon. vrb. Roma, lib. 11. C.* Lædunt enim publicam cauſſam, & damnoſa ſunt fiſco hæc reſcripta, & ideo improba, *l. ſi. ſi cont. ius vel vtilit. publ. C. lib. 1. tit. 25. l. 1. de prec. impera. offer. lib. 1. C. tit. 22.* Nec prætextu eorum quiſquam eximitur ab onere vtilitatis publicæ, *l. iubemus, 10. de ſacroſanct. eccle. C.* Quod enim omnibus vtile eſt, priuato commodo præferri debet, *l. actione, 66. §. Labeo. pro ſoc. lib. 17. P. tit. 2. l. vnic. §. penult. de cad. tollen. lib. 6. C. tit. 50.* Neque princeps intelligendus eſt conceſſiſſe quæ damnoſa aliis ſunt, *l. 2. & l. merito. & l. ſi quis à principe, ne quid in lo. pub. lib. 43. P. tit. 1.* qui dum quidam eximuntur à canone, onus grauius ſentiunt. Lęuius autem eſt, quod à pluribus portatur.

¶ In † quibus iudices ſequentur praxim ex iure depromtam, 2
ex §. & hoc vero iubemus, vt nullis iudic. lic. hab. loc. ſeruat. colla. 9. tit. 9. vt ſi quando exhibeantur huiuſmodi reſcripta immunitatis à tributis, qualia illa quæ aliquando concedũtur nobilib. vel eccleſiis, vocamus *Amortiſſemens ou affranchiſſemens.* Nec ea ſtatim admittantur à curiis, nec deſcribantur, donec plenius de hoc negotio princeps certior fiat, *quod continere debeat monitio hæc ad principem per iudices miſſa, traditur in §. deinde competens eſt, de mandat. princip. collat. 3. tit. 14.* & iuſſio eius ſecunda ad eoſdem iudices dirigatur. Tunc enim princeps cenſetur de negotio admonitus, & ex certa ſcientia derogare iuri communi: quo caſu tunc volũtas eius debet impleri, dũmodo exſequatur impetrans, quæ moris ſunt in Gallia, vt in camera computo. ũ deſcribat exemtionem, & componat, vt ſoluẽda ſoluat, vt fieri ſolet, pro huiuſmodi exſtinctione ſeu morticinio, *de his vide late Rebuff. in 1. par. con-*

Digitized by Google

situt. Gallia, titul. des amortissemens: & Ægid. Magistrum, in decis. tract. des amortissemens. Quid autem soluatur pro iure monticuli, vide in vlt. parte stili parlam. Aufrer. in ordinat. regiis, titul. de finantia formi. feudorum & nouorum aquestuum, & tit. de finantia acquisit. feud. & retrofeud. &c.

3 ¶ Ordinariæ † exactiones seu canonicæ, sunt aut reales, aut personales, hoc est, vel ratione rerum mobilium vel immobilium, aut personarum exiguntur. Antiquitus habito ciuium Rom. censu & facultatibus per iussum Hostilij descriptis, secundum patrimonium cuiusque onera imponebantur, *Liuius in Dionys. Halic. in* 4. Vnde & diximus tributum dici à tribubus Romanis, quibus præstatio imperabatur, *Varro* 4. *de ling. Latin.* Ceterum paulatim crescentibus opibus Romanorum, ipsi quoque paulatim tributis se exonerarunt, potissimum quo tempore L. Paulus Æmylius gazas Macedonum possedit, & ex manubiis ducum ærarium ditatũ est: factis reliquis subactis prouinciis, tributariis, vt auctores Plinius *lib.* 33. *c.* 3. & Cicero 2. *Offic.* Nec postea præstitit tributũ Romanus vsque ad consulatum Hirci & Pansæ, teste Plutarcho *in fi. Vitæ, Paul. Aemyl.* Et antea quoque plebs, nempe homines rei domesticæ angustiis inopes, pauperes viduæ, pupilli, secundo ab exactis regibus anno, exonerati fuerant tributo, *Plut. in vit. Publicolæ, Liu. in* 4. Postea autem illis quoque imposita & remissa sæpe prout vrgebat reipubl. necessitas.

4 ¶ Vectigalia † autem omnia lege Thoria, ab Sp. Thorio trib. pleb. lata, sublata sunt ex fundis Italicis, exposa quoque lege Agraria, *Appia. lib.* 1. *bello. ciuil. & Cic. in Bruto.* Sic prædia prouincialia fuerunt tantum onerata tributis pro pace impetrata, vel ob colonias acceptas, vt diximus, inter quas & illæ coloniæ erunt excipiendæ, quæ iure Italico donatæ erant à Cæsaribus, quæ & immunes à tributis, *l. de his, 3. de episc. & cler.* C. cuius generis plures fuerunt, *refert aliquas Vlpia. l.* 1. *Celsus, l. colonia, 6. Paul. l. inris Italici, 7. & l. fi. de cens. in* P. *lib.* 50. *tit.* 14. iuris Italici dictæ ob immunitatem tributorũ qualem habebat Italia, vt refert Alex. ab Alex. *lib.* 4. *genial. d. c.* 10.

¶ Ab † aliis itaque prouincialibus pẽdebantur realia hæc tributa, nempe à possidentibus res & fructus earum, seu ab vsufructuarijs, *l. si pendentes, §.* 1. *de vsufruct.* & maritis in dotem res habẽtibus, *l. neque stipendium, de imp. in reb. dot. fact.* secundum bonorum quantitatem & mensuram, *l.* 1. & 2. & *l. pro locis, 5. de anno. & trib. lib.* 10. C. *tit.* 16. Quo fit etiam, vt eius exemplo, fructus prædij sint tacite pro pensione domino directo obligati, *l. si in lege locationis, 27. §. si colonus, loca. P. l. qui fideiussor, 55. eod. tit. l. in prædiis, 7. in quib. cau. pign. vel hypo. tac. contrah.* etiam pro reliquis 29. annorum, *secundum Masuerium in praxi, tit. de locat. §. item dominus directus.* & secundum alios 4. annorum. *gl. pen. in c. constitutum, de rel. dom.*

6 ¶ Erant † ex canone quoque annonæ quædam annuæ, consistentes in his, quæ victui erant necessaria, veluti in frumento, vino, hordeo, larido. Nam prouinciales pendebant frumenti quinquagesimas, hordei quadragesimas, vini & lacidi vicesimas, exceptis Armeniæ populis, qui propter locorum longã intercapedinem præbebant tantum frumenti & hordei quadragesimas, vini & laridi quintas decimas, *Valens in l. modios, 9. de suscept. lib.* 10. C.

7 *tit.* 70. ¶ Demtis † etiam prouinciis, quæ ad maiora vel minora tributa se obligauerant, quæ iuxta conuenta præstabant, *Theodos. l. fi. de anno. & tribut. lib.* 10. C. *tit.* 16. Sicuti nec domini directi æqualia accipiunt ab emphyteotis, sed prout conuenerit in contractu, *Iust. in. in l.* 2. *de iur. emphyt.* C. *lib.* 4. *tit.* 66. Sic Ioseph in Aegyto famis maximæ tempore, emit omnẽ Aegyptum, & postea sub pensione quintæ partis frugum annuatim eam colendam possessoribus tradidit, vnde & ab illo tempore Aegytij quintam partẽ fructuum pendunt regi, *Genes.* 47. Plato *lib.* 12 *de l.* tributa duplicia disponenda voluit in repub. vnum genus, quod ratione census, per tribus penderetur: aliud, quod annuis ex fructibus daretur. Meminit quoque Appianus, *libro primo, bell. ciuil.* Romanos agros bello adeptos, possessoribus vel aliis colendos dedisse, ea lege vt omnium vectigalia soluerentur, arborum & frugũ decima pars, aliorum fructuum quinta, & ex pecoribus & armentis, quæ illis vicissim venum dabant. ¶ Theophilus † ait, *lib.* 2. *Instit. iur. ciuil. de rerum diuis. §. sed & si quis tradit.* Imperatorem (scilicet Augustum) *Strabo libro posteriori Geograph.* subacto orbe Romano, prouincias diuisisse, & quasdam sibi retinuisse, quasdam populo reliquisse, vtrasque sub censu & à populo & principe colendas: datas fuisse & ideo populi stipendiaria prædia dicta, quod stipes ἔρανον, siue collationem significet, & particulatim argenti aliarumque rerum factam collectionem. At imperatoris prouincias dictas tributarias: *quoniam*, inquit, *tributum est graue illud vectigal, quod princeps prouincialibus suis indicebat, eo nomine, quod magnis exercitibus alendis sumtus faceret: ita*, inquit, *qui ex largitione populi vel principis, stipendiaria habebant vel tributoria prædia, domini illorum non erant, verum dominium aut apud populum erat, aut apud principem. sed vsumfructum habebant, aut plenissimam detentionem, ita vt transferre possent, & ad hæredes transmitterent.* Sic prædia hęc ab Italicis differebant, tunc, quia Italicorum fundorum & domorum domini, dominium eorum habebant. Postea tamen & ad formam horum Italicorum prouincialia redacta sunt, *Theoph. vbi sup. & Iustin. in §. per traditionem, de rer. diuis.* Prędiales itaque pensitationes, decimæ, solariæ, & huiusmodi vectigalia canonem faciebant olim, siue pecunia, siue species eo nomine penderetur, *constat ex tit. de canon. frum. Vrb. Roma, & titul. de frumen. Alex. libr.* II. C.

¶ Apud † Persas primus Darius Histaspis filius, diuiso imperio 9
in viginti prouincias seu satrapeias, taxauit quid pro tributo pẽderent, siue argenti, siue auri, siue alterius speciei. Etenim sub Cyro atque deinde sub Cambyse, nihil dum fuerat circa tributa institutum, sed munera offerebantur. Et ideo ob hanc tributi ordinationem & alia huiusmodi, Persæ aiunt Darium fuisse institoris filium: Cambysem dominum, quia asper erat & morosus: Cyrum vero patrem, quia mitis erat, & omni ratione de illis bene meroti studebat, *hac Herod. in* 8.

¶ Tributa † personalia erant, quæ ratione personarum tantum 10
exigebantur, quale Romani deuictis Carthaginensibus, iis qui opem illis tulerant vectigal rerum & personarum, virorum & mulierum imposuerunt, *Appia. Alex. in Lybico*, vocant capitale, cum per capita imponitur, exigiturque vt plerunque vel ratione habitationis, vel artificij, seu, vt dicunt, industriæ. Et apud Hebræos quoque iussit Deus singulis, qui in nomen populi Dei transirent, dimidium sicli iuxta mensuram vel pondus tẽpli, dare, & susceptam pecuniam esse in vsum tabernaculi, *Exod. c.* 30. ne plaga vlla afficerentur. Vsurpata hæc capitatio & à Romanis, verũ plebs vrbana ab ea eximebatur lege Constantini, *l. 1. de capit. ciuium eorũ sib. exim. lib.* 11. C. *titul.* 48. ¶ Cum † tamen rustici & tributum & ca- 11
pitationem soluerent, *l.* 1. *ne rustica ad Vrbanum obsequium reuoc. lib.* 11. C. *titul.* 54. Excepta colonia Tracensi, cuius coloni non capitationem, sed iugationem terræ tantum soluebant, *l.* 1. *de colon. Thracens. lib.* 11. C. *titul.* 51. Qui transmigrabant in alienas colonias, inquilini dicti, ob transmigrationis receptionem, in ea ciuitate, in quam transibant, capitationem duodecim drachmarum etiam olim pendebant. Sic etiam Hesychius scribit, μίτοικοι ἐπιγινόμενοι ξένοι ἐν τῇ πόλει, καὶ πλήττοντες ἀπὸ δραχμὰς δώδεκα τὸ ἐνιαυτὸ εἰς τὸ δημόσιον, μετοικίας δημοσίου, id est, *inquilini, inhabitantes sunt hospites in ciuitate. & pendentes singuli duodecim drachmas singulis annis populo, dicti & transmigrantes & exsules à populo.* Et rursum idem, μετοίκιον πόλεως ἔτους ἑκάστου ὀφείλουσιν ἐν τῇ φυλῇ δραχμὰς δέκα, vel melius, δώδεκα, τοῦ ἢ πλοῦν τελοῦσιν, id est, *metœcium seu inquilinare vocatum erat vectigal, quod præstabatur ciuitati, nempe drachmæ decem, vectigali autem publico tres oboli.* Et annotantum tamen est in Aldinis exemplaribus esse mendum, vel legendum esse loco verborum illorum δραχμὰς δέκα, scilicet δραχμὰς δώδεκα. Siquidem oboli tres non possunt constituere cum prioribus decem, duodecim drachmas: nam sex oboli reddunt tantum drachmam Atticam, vnusquisque autem obolus valebat septem denarios Turonenses nostræ monetæ. Sic duodecim drachmæ ciuitati præstabantur: tres autem oboli fisco, vt opinor: firmaturque sententia ex Iulio Polluce *lib.* 3. *Onomastic. ca.* 4. μίτοικος, inquit, ὁ τομιδίοιον συντελῶν, τὸ δὲ ὅλον δύο καὶ δίκτω δημοσίου δραχμὰς· ἢ τῷ γραμματεῖ τελοῦσιν, id est, μίτοικος, Vnde & μισθοικιον, *tractum vectigal, quod erat duodecim drachmarum, publico illatarum.* Et describenti acta publica vel ratione descriptionis, tres oboli. Isæus autem & duodecim drachmas tributi nomine à viris præstitas ait: à fœminis autem non tot, sed sex tantum, vt duæ mulieres tot præstarẽt, quot vir vnus. Variauit tamen mos tempore & locorum diuersitate. Nam & olim rusticis Bysantinis, capitatio vnius viri æquabat duarum mulierum caput, postea tamen placuit tres viros vnam capitationem, & quatuor mulieres quoque aliam vnam capitationem facere, *l. cum antea, 10. de agric. & cens. lib.* 11. C. *tit.* 47. Scribit Hesychius Mylesius Illustrius, *libro* περὶ σοφῶν, Xenocratem philosophum Athenienses vendidisse τὸ μισθοικιον ἀποτίνοντα θυσίαι, quod non haberet vnde inquilinarium soluere. Cum Taxis Hũgarorum rex venit cum magno exercitu in Italiam, Berengarius decem modiis nummorum eum iuuauit, quos ex tributo collegit indicto, vt quisque mas, fœmina, magnus & lactans, nummum soluere, *Luithbrandus libr.* 1. *de rebus per Europam gestis, cap.* 27. Fuit quoque capitatio animalium pro singulis animalibus imposita, vel pro iugo loco personarum, *l.* 2. *de immun. nem. conced. lib.* 10. C. *tit.* 25. Et Poloniæ in conuentibus Coli & Corcini iugeralis exactio duodenorum grossorum rusticis imposita ad stipendia militum, *Mart. Chromerus lib.* 24. *de rebus Polon.* anno domini 1457. Erant Romæ Thetes, id est, proletarij siue capite censi, qui pendebant vectigal dictum δηκιον, qui neque ad vllum magistratũ admittebantur, neque militabant, *Suidas in verb. Θῆτες.* Apud Anglos anno domini 1381. exhausto ærario vel libidine exactorũ tempore Ricardi 2. regis in capita singula hominum vtriusque sexus tributum impositum, vt singuli legitimæ ætatis grossos singulos, id est, nummos argenteos soluerent, quod fuit seditionis maximæ occasio, *Polyd. Virg. li.* 20. *histor. Anglic. in Ricardo* 2. ¶ Mul- 12
ta † de census Romanorũ gradibus, legito apud Polydorum Virgilium *lib.* 2. *de inuentor. rer. c.* 3. Et quos constituerit Plato 6. *de legib.* vide etiam: quos Athenienses vide Suidam in verb, ἐκτημορῶται, & in verb ἵππεις.

De oblatione. Cap. 6.

1 *Secunda species fiscalis pensitationis ex oblationibus, Gall.* Les aides, *& qualis in Gallia.*

2 *Oblatio*

Digitized by Google

2 *Oblatio antiquis, auxiliaria tributa sponte oblata præter morem crescentibus imperij negotiis.*
3 *Facta & oblatio ex voto, eaque duplex, vel ob salutem principis, vel ominationis bona caussa per strenas.*
4 *Auxiliares oblationes recte à laicis & spiritualibus præpositis peti possunt ex caussa.*
5 *Oblationis species in Gallia*, Tributz dicts la composition, *quare.*
6 Commutation & æquialant, & souchet, *qualia tributa & oblationes in Gallia.*
7 *Tributi noui species possessionis hereditatis nobilium in Anglia introductio.*

1 SEcunda species † fiscalis pensitationis & tributi, dicitur oblatio, quam hodie diximus auxiliorum seu subsidiorum nomine, *les aydes*. Cuius generis est octaua vini Parisiis heminatim venditi, vicesima eius quod cuppatim culeatimque vænit: & eorũ quæ à solidariis mercatoribus venduntur, quos vocãt grossarios, quæve à minutariis seu propolis qui sua nõ vendunt, sed à negotiatoribus, emtitata, pluris, quã emerint, distrahũt. ¶ Factæ
2 † oblationes sponte antiquitus à subditis ad iuuandas bellorum impensas, præter modum antiquum ex legitima caussa auctas,
3 extra ordinariũ canonem. ¶ Compertum † & est aliquãdo olim largitiones oblationales, ex voto principi factas fuisse à populo, quæ postea in consuetudinem transierunt, & petitæ fuere ordinarie à principibus, *l. vnic. de oblat. vot. lib.* 12. C. *tit.* 49. vt & vota ad præstationem obligant, *c. ex parte, c.* 18 *de censi. lib.* 3. *decret. tit.* 39. *cap. licet, c.* 6. *de voto & voti redem.* 2. *de pollicit. lib.* 50. *P. tit.* 12. *l. omnes,* 4. *de anno. lib.* 10. *C. titul.* 16. Erant earum obligationum votiuarum duæ potissimæ species, quæ principem Romanum respiciebant: vna ob salutem principis, veluti quando omnes ordines Romanorum propter salutem Augusti, in lacum Curtij quotannis ex voto iaciebant stipem, *Sueton. in Octauio, c.* 57. Fiebant & alia vota pro salute principis, quæ suscipiebantur tertio die post Calendas Ianuarias, *Caius in l. si calumnietur, §. post Calendas. de verb. sign.* Erant aliæ oblationes quæ strenæ dicebantur, quæ fiebant in principio Ianuarij in Calendis principi, *vt Sueton. in Caligula, c.* 42. *& in Octauio, c.* 57. ob memoriã ætatis Saturni, in qua homines liberales erant, *Ouid. 1. Fast. Macr. 1. Sat. c.* 7. Quẽadmodũ & fiebãt hoc die inter priuatos: & à principe quoq; priuatis, *l. Laudabile, 4. de offi. diuers. iud. lib.* 2. *C. ti.* 18. Dabantur aũt pro bona ominatione futuri anni à paganis, vnde vetitæ, vt auguria inter Christianos, *c. non observetis, 26. q. fi. c. legant.* 37. *dist.* ¶ Auxiliorũ
4 † nomine itaque recte oblationes istæ petũtur à subditis ex necessitatibus, vel rationalibus caussis superuenientibus, nec solũ à secularibus, sed etiam ab spiritualibus præpositis, *c. cum apostolus, c.* 6. *§. prohibemus, de censi. lib.* 3. *decret. c.* 39. *c. conquerente, in fin. de*
5 *offic. ord.* ¶ Est † & genus oblationis, genus tributorum, quod in Gallia dicitur *La composition*: Nam cum olim mitterẽtur per Galliæ prouincias, qui fructuum vbertatem vel vtilitatẽ dispicerent singulorum, & ex quantitate censum diuiderent, certum aliquid prouinciales obtulerũt principi, pactique cum eo sunt, vt se ab hac annua molestia liberarent inspectionis. Cœpitque tantum oblatio exigi, quæ & compositio dicta, videturque in iure recepta, *l. fin. de ann. lib.* 10. C. Valent enim pacta inter superiorem & subditos de modo exigendorum tributorum, *l. Cæsar, 15. de publ. & vectigal. lib.* 39. *P. titul.* 4. *l. pen. de donat. inter vir. & vxor.* C. *lib.* 5.
6 *tit.* 16. ¶ Transferuntur † autem hoc pacto tributa realia in personalia, *d. l. fin. de annon.* Sicut & personalia in realia transferri possunt, *l. rescripto, §. fi. de muner. & hon. in* P. Cuiusmodi sunt plura tributa in Gallia, quæ commutationes & æquipollentia seu *equialans*, dicuntur, vt tributum Tholosæ ex cauponis exactum,
7 quod dicunt, *Le souchet*. Refert † Polydorus Virgilius, *lib.* 16. *hist. Ang.* tempore Henrici 3. regis Britanniæ seu Angliæ nunc, excogitatum nouum vectigalis genus ad iuuandum tunc regis ærarium, auitis bellis exhaustum, concedentibus vltro nobilibus ob inopiam, vt quoties quispiam eorum qui possessiones haberent, quarum rex esset dominus, ante moreretur, quam liberi quos fecisset heredes vicesimum alterum agerent annum, tum catenus tam ipse heres, quam patrimonium in potestate ac tutela regis foret, & ille huiusmodi patrimonij vectigalia caperet, quoad heres ad eam ætatem perueniret: verum quamuis ista oblatio gratia Henrici 3. tantum esset, à posteris regibus postea vsurpata est. Quin & non modo reges, sed reliqui locorum domini, in hereditates nobilium demortuorum inuaserunt.

De indictionibus. Cap. 7.

1 *Indictio, talea, collecta vel collectio ἴσαον, coactio idem, & quomodo fiebat.*
2 *Stata indictiones, Gall.* Tailles ordinaires, *munera mixta indicta personis & rebus, distributa per as & libram, aliquando per capita & quomodo.*
3 *Superindictum. Gall.* Tailles extraordinaires & emprunts.
4 *Indictio quare dicta, & cur præmonebantur prouinciales ante exactionem: curque contineret quinque lustra, & quid singulis præstandum esset.*
5 *Differentia inter aurum lustrale, & coronarium.*
6 *A quibus susciperetur, & quomodo aurum lustrale, & nomina ipsorum officiorum Gallicis explicata.*
Archarius communis, Gall. Receueur, *Numerarij seu tabularij, Gall.* Contrerolleurs.
7 *Iudices seu ζυγοστάται, seu libripendes qui.*
8 *Tributa in specie ferri debita ad arma conficienda non poterant mutari in aliam præstationem.*
9 *Hodie indictiones vel taleæ imperij, vel à principe, vel ab alijs eius auctoritate tantum.*
10 *Quomodo collecta imponi possint à pagis, oppidis, ciuitatibus, & comitijs patriæ.*
11 *Quando & quomodo domini clientelares possunt subditis taleas imponere.*

TErtia † species functionum publicarum, est indictio: nos dicimus Taleam, antiqui & Cicero, Collectã vel Collectionem, Græcis ἴσαον, vt scribit Iulius Pollux, *lib.* 8. *Onomast. c. fin.* & Hesychius coactionem scilicet pecuniarum ex locis, oppidis, & ciuitatibus collectam, præcedenti facta admonitione, vt se ad solutionem præparent, vnde indictio, *l. fin. de indict. lib.* 10. C. *tit.* 17. Factæ enim indictiones aliorum onerum & exactiones, non sufficientibus canone, oblationibus, & auxiliis ordinariis, negotiis reipub. 1

¶ Et † quia annuatim, negotiis in eodem, statu ex æquo re- 2
manentibus, exiguntur, ideo statæ illæ exactiones indictionesque sunt, vocamus *Les tailles ordinaires*. Nam inter munera ordinaria sunt collectæ, quando statutum est exigi posse singulis annis, *Bald. in l fin. col.* 2. *vers. sed hoc potest dubitari*, C. *sine cens. & reliq. fund. compar. non posse, l.* 4. *de anno. & trib. lib.* 10. C. *tit.* 16. Onus tamen mixtum quod imponitur personis, sed pro rebus, *Bald. in l. prædia, col.* 1. *vers. sed quare. cum collecta*, C. *de fideicom.* ideo distribuitur & exigitur, nulla facta differentia pauperum & diuitum, habita tantum ratione bonorum possessorum, *gloss. in l.* 1. *ad verbum inopes, de apoch. publ. libro vndecimo*, C. vnde cedendo rebus in posterum non potest cogi soluere collectas, quod tamen diuersum est in annonis & tributis, *Bart. o. in l. is, cum quo, numero* 2. *iunct. text. de aqua plu.* sicuti re destructa ius quod in ea erat tollitur, *Formæ censuali, §.* 1. *de censib.* vt vsusfructus re peremta, vel flumine occupata, *l. cum vsumfructum,* 24. *quib. mod. vsusfruct. amit. lib.* 7. *P. titu.* 4. Et proinde diuiduntur istæ collectæ in singulos per æs & libram, vtque cum vulgo loquar, per solidum & libram, id est, secundum quantitatem & qualitatem patrimonij, *cap. graue, de sentent. excommun. l. omnes. de operib. public. Bart. in l.* 4. *§. actor. num.* 2. *de re iudica.* Quod tamen Bartolus, *in d. §. actor*, in collectis ciuitatis vel oppidi, tantum habere locum dicit, si illæ fiant pro debitis ciuitatis aut mutuo soluendo, non si pro remouendo aliquo munere personali, veluti si soluenda pecunia, ne incolæ talis loci eant ad bellum: tunc enim fiet per capita non inspecto patrimonio, *argumento §. illud, pro socio. l. secundum naturam, de regulis iuris.* In dubio autem si de eo non liqueat, fiet pro viribus patrimonij, *l. rescripto, in fi. de muneribus & honor.* Obseruarunt & Cynus, & Petrus de bella pertica distinguendum esse in extraordinariis indictionibus, num indictio fiat pro negotiis principis, vt tunc conferant loci cuiusque habitatores pro modo possessi patrimonij, non tantum in loco habitationis, sed & eius quod alibi est, *l. rescripto, §. sciendum, de muneribus & honor. P.* secũdum scilicet æstimationem totius patrimonij, *l.* 1. *§.* 1. *de impon. lucra. descript.* num vero fiat ratione negotiorum ciuitatis, in qua quis moratur, puta ad comparandum exercitum, & ad stipendia militum ad tutandam & defendendam eam ciuitatem: tunc tantum pro modo patrimonij, quod quis habet in ea ciuitate, & non quod est alibi, fit contributio, *l.* 1. *iun. glo. fi. de mulier. & in quo loc. lib.* 10. *C. §. ad hæc sancimus, de eccles. situ. in authent. collat.* 2. Et ita fuisse iudicatum scribit Guido Papæ, *decis.* 5. Et sic subsidia soluuntur in loco domicilij, non in loco patrimonij, *Bartol. in l.* 1. *de mulie. & in quo loco.* habita tamen ratione patrimonij alibi constituti, *secundum l.* 1. *C. de muner. patrimonio.*

¶ Quod † & de Superindictis, quæ vocantur, *Tailles extraordi-* 3
naires & emprunts, intelligendum est. Æquale enim ius ac in indictionibus, quia superindicti etiam nomen hodie sublatum est à Cæsaribus: vtpote, quod speciem quandam tyrannidis referret, & ideo voluerunt superindicti nomen, indictionem & canonem quoque vocari, *l.* 1. *de indict. lib.* 10. *C. tit.* 17. *l. vnic. de superindict. lib.* 10. C. *titu.* 18. ¶ Porro † census isti qui ex prouinciis acci- 4
piebantur, indictiones dicti, eo quod ante admonerentur prouinciales, quam tributum hoc exigeretur, *l.* 2. *de indictio. lib.* 10. *C.* quomodo collectio indicti esset facienda. fiebat namque post indictionem eius integri, quod petebatur, consideratio, quantum vnicuique prouinciæ, cuique ciuitati, pro vno quoque iugo, aut villis, aut centuriis, aut alio quolibet tam in specie, quam in auro, fiscalium caussa immineret: cum indictione quoque æstimationis specierum, secundum mensuram cuiusque loci, *§.* 1. *de collatoribus & alijs cc. in authen. collat.* 9. *titu.* 14. In indictione vna, cum onus hoc cœpit esse ordinarium, tria lustra ponebantur, nempe 15. anni, vnumquodque lustrum quinque constabat annis: tunc enim finiebatur quinto quoque anno officiũ censoris

Digitized by Google

Romæ,lustratione ciuitatis facta, sacrificio, & expiatione peractis in campo Martio ex sue,tauro, & oue, vt auctor Flauius Blondus,*lib.3.Roma triumphantis.* In fine cuiusque quinquennij, seu lustris singulis, tributum aliquod certum præbebatur à prouinciis:quatuor autem præcedentes anni cuiusque lustri destinati ad iter peragendum & ad transuectiones, propter longa interstitia itineris inter Romam & prouincias. Primo itaque lustro, aurum præbebatur,in symbolum dominationis: in secundo,argentum,ad stipendia militum:in tertio, æs & ferrum, ad armorum reparationem Sicut exemplo Hebræorum qui aurum, argentum,vasa ænea,ferrumque in ærarium domini mittebant, consecrata pro militia.*Iosue,cap.6.Videndaglo. vt præponat. nom. Imperato.in verbo indictionum,cap.inter dilectos,de fid.instrum. in verbo indictionis.* ¶ Aurum † tamen hoc lustrale aurum coronarium non erat.Nam coronarium illud, quod tantum exigebatur ad coronam vel statuam principis conflandam ab iis,qui soliti erant illud pendere,*l.1.de aur.coron.lib.*10 *C.tit* 74.nempe à Iudæis, & primatibus Palestinæ, qui ante ob ius Sinedrij seu Sanhedrin,id est,concilij vel congregationis suæ, solebant illud præstare patriarchis occidentalibus,donec in suum thesaurum trãstulerunt Theodosius & Valentin. *l. Iudæorum*, 16. *de Iudæis,lib.1. C.tit.* 12.Liquet & ex 1.Machabeo.c.10.versi.29. Iudæos pro tributo coronas tribuisse principibus. Sic enim ibi rex Demetrius Iudæ's scribit.Et nunc absoluo vos & omnes Iudæos a tributis, & pretia salis indulgeo, & coronas remitto, & tertias seminis, &c.¶ Porro † aurum & argẽtum lustrale colligebatur apud duos *numerarios & susceptores*,vt scribit Archadius,*in l. duos tabularios, 13.de susceptor.propos. & archar. lib.* 10. *C. titul.* 70. nobis susceptor & archarius,*communis, & receueur*: vtrumque enim susceptor & archarius promiscue accipitur,*l.fina.eodem tit.de suscept.* Numerarij autem seu tabularij,*controrolleurs*, dici possent,qui ad maiorem fidem susceptoribus accedunt, duo per singulas prouincias,qui describerent in tabulis quæ colligerentur,*l.4. de numerar.& actuariis,lib.*12.C.*tit.*50. Hi hæc susceptа & consignata ad ærarij comites mittebant,& isti ad sacrum thesaurum,*l.1. de comit.sacr.largi.lib.*10.*C.tit.*24.*l.fina.de suscep.& archar.l.vnic.de offic. comit.sacrar.largit. lib.* 1.*Cod. titul.* 35. Liberum fuit prouincialibus,pro auro & solidos & aliam materiam, æqua tamen lance seu æstimatione præstare,*l.1.de ponderator.& auri illatione, libr.* 10.*Cod.titul.*71. Et pro argento quoque thesauris inferendo licebat præbere aurum,pro singulis libris argenti, quinos solidos auri inferendo,*l.1.de argen.pret.quod Thesaur.infer.lib.*10.*Cod. titu.* 76. Et pro ære quoque licitum aurum soluere, dummodo pro viginti libris æris,vnus auri solidus à possessoribus redderetur.

¶ Atque † eius rei gratia pro qualitate vel bonitate auri indaganda solidorum,constitutus est iudex, qui de ea cognosceret per singulas prouincias,*Archad.& Hono.in l.1.de collat.æris, libr.* 10.*C.titul.*29.Hi iudices Græcis ζυγοστάται dicti libripendes. ¶ At † præstationem specierum ferri in fabricam vel facturam armorum debitam non potuisse præstari à prouincialibus in pecunia constat,tanta fuit armorum Romanis cura, & bellorum cupido, *Iustin.in l.2.de ponder.& auri illatio.lib.*10.*C.titul.* 71. ¶ Notandum † est hodie indictiones siue collectas fieri, vel ab ipso principe,vel ab aliis videlicet à republica siue ciuitatibus & pagis cũ facultate à principe concessa,vel à dominis clientelaribus. Quæ à principe fit,ordinaria dici posset,alia extraordinaria. De priori,iam supra dictum.¶ At † à communitate extra ordinem imponuntur collectæ vel in comitiis alicuius patriæ,*l.Augustus,*1. *de fabricensib.lib.*11.*C.tit.*9. vel consilio ciuium, de quorum negotiis agatur communibus si pecunia in arca deficiat, *Guid. Pap.* 9.424.vocatis omnibus quorũ interest,quos omnes oportet consentire vel maiorem partem,*Barto.in l.4.§.actor. de re iud. l. quod maior pars,ad municipa.2.§.ex his igitur,de verborum obligat.* Si tamen pro negotiis vniuersitatis,quæ omnes non tangunt, collectæ fiant, non possunt cogi ad eas nisi comprehensi in negotio & syndicatu, vel qui ei adhæserunt & consenserunt: veluti si vniuersitas aliqua litem meueat ex consilio aliquorum,& propter sumtus vel condemnationem,necessarium fit cõferre & collectas facere,illi tantũ contribuunt qui syndicatui & consilio adfuerunt vel cõprobarunt.Et ita sæpe vidi iudicari in senatu Tolosano dum causas agerem. Neque ambitiosa decurionum decreta onerare debent non consentientes, *l. ambitiosa, de decret. ab ordin.facien.vide Guid.Pap.decis.*424. In negotiis autem quæ omnes vniuersitates respiciunt, puta quia pecuniæ mutuo acceptæ nomine vniuersitatis,& in vtilitatem communem expensæ, tunc collectæ imponi possunt à consulibus pro modo patrimonij,iudexque poterit iubere municipibus, vt eius rei gratia conueniant vna,vt imponant,distribuant,& exigant:quod si non imponant,iudex ipse poterit imponere,vt ait Bartolus,*in d.l.4. §. actor.de re iud.facit l.2.& 3.de munerib.patrimon. lib.* 10.*Cod.* Et in eo puto verum,quod scribit Petrus Iacobi,*in tract. libellorum titul.de consulib.arg.l.municipibus,de condit.& demonstrat.l. municipis, ad municip.in* P.consules sufficere & repræsentare vniuersitatem. Antequam autem & comitia & consules possint imponere collectas,vtrisque à principe oportet potestatẽ dari, vel ab officina æquitatis siue eius cancellaria:aliter pecunias cogere sine crimine maiestatis non licet, vt in crimine maiestatis humanæ diximus. ¶ Porro † à dominis clientelaribus collationes seu Taleæ à subditis exiguntur aliquando, sed non temere, nec ad arbitrium,sed in primis non vltra duplicationem census annui sibi debiti,& ita iudicatum,*citat placita Papus, lib.* 13. *rapsod. arest. titul.*3.*arest.*5. Et tantum in quatuor casibus,idque vel ex consuetudine recepta,vel pacto emphyteoseos,*Angel.in §.æque si agat.in fin.de actio.*nempe si nuptui velit dare filias,si nouum equitatum ad propulsandos hostes comparet,si vltramarina loca petat,si capiatur ab hostibus pro sui redemtione,*Papus,vbi supra.* In patronatu clientelari,de suo loco,hæc fere patronis erant debita,*Dion.Halic.lib.2.* 11

Quæ personæ immunes sunt à vectigalibus. Cap.8.

1 *Qualia non præstant tributa, fiscum,rector prouincia, clerici, Ecclesia.*

2 *Priuilegium immunitatis eximentibus à priuilegiatis pro rebus non competit.& 3.*

4 *Ad excubias quando teneantur personæ Ecclesiastica.*

5 *Nobiles non contribuunt pro Taleis,vel aliis exactionibus, & bona ignobilium illis aduenientia eadem immunitate gaudent,quãdiu apud eos sunt,non postea.*

6 *Et nisi negotiatores nobiles sint. nam tunc contribuunt pro mercibus, vt ignobiles. Alia item excepto,vt teneatur ad gabellam, & quartam vini.*

7 *Pro nobilibus habentur plebeij,qui habent feudum nobile, non si census tantum habent.*

8 *Iacobinus à S.Georgio,& Albericus onerãt nobiles contributionibus, rationibus,quas vide.*

9 *Senatores à collectis eximuntur,& domestici regis,& silentiarij, & qui silentiarius dictus.*
Item horum vidua immunes: & secretarij principis ordinarij non supernumerarij.neque alij iudices.

10 *An consules seu scabini Gall.*Escheuins,*ciuitatum & oppidorum anno,quo decurionatum gerunt,sint à collectis immunes.*

11 *Minores viginti quinque annor.quomodo subijciantur Taleis.*

12 *Immunes professores artium & iuris,à quibus sint muneribus, exceptis poetis.*

13 *Clerici in academia studentes immunes à vectigalibus:& post sex menses studentes scholasticos dici tantum.*

14 *Doctores aduocati supremarum curiarum.vel etiam non aduocati, immunes à collectis,idem in licentiatis,sed non seruari.*

15 *Pauperes à quibus tributis immunes.*

16 *Iussit Nicephorus Imp.inopes militare,vicinos eis arma & victum subministrare.*

17 *Allelioyson tributum à diuitibus pro pauperibus solutum indictum & abolitum.*

18 *Immunitas dabatur collectarum ob quinque liberos susceptos, sed vt vult Guido Papa XII.hodie minime.*

19 *Miserabiles personæ à collectis eximuntur,& quæ huius generis.*

20 *Item qui vacationem munerum habent, ab extraordinariis immunes.*

21 *Laxata & remissa,sæpe ob infortunia damno affectis à principibus tributa,exemplaque adferuntur.*

22 *Conductor pro re conducta non soluit tributa vel collectas regulariter,quando contrarium.*

23 *Vsufructuarius tantum pro re soluit collectas,casu excepto,si minimæ essent collectæ:idem in marito pro rebus dotalibus.*

24 *Qui soluere debent portoria,an multo qui equos suos ad portandas merces locauit,an dominus rerum.*

25 *Immunes à pedagiis,Lagerius nauigantes qui annonam Lutetiam deferunt. Seuerus Cæsar & mercatoribus Romam Venientibus vacationem munerum dedit.*

26 *Aurum negotiatorum lustrale exactum ex lucro mercatorum aliquando,remissum postea ab Alexandro Severo.*

27 *Ob egregium factum,remissum tributum.*

PErsonarũ qualitas & † priuilegia,à tributis & collectis potissimum,& à censibus eximunt.Nec præstant itaque tributa fiscus.*l.locatio,*9.*§.fin.de publican in P.*rectores prouinciarum de iis quæ sui causa euehunt,*l.4.eod.tit.*clerici.*l.2. & l. item nulla communitas.de episc.& cler.*C.*l.places.& ibi Bal.de sacros ecclesi. cap. clericis.de immun.eccles.* non enim soluunt onera personalia dominis laicis quibus non subiiciuntur,nec res ecclesiæ. nec pedagia, *c.quanquam,de censib.in 6.Clem.præsenti,eod.ap.Clem.* si non negotientur:nam tunc amittunt priuilegium.*d Cle.præsenti, cap. conuenior.23.q.fin.* Sic immunitas tributorum à Pharaone in Ægypto data sacerdotib⁹,*Genes.*47.Et ab Artaxerxe sacerdotibus.Leuitis cantoribus, ianitoribus, Nathinæis & ministris domus Dei, 1. *Esdræ,c.*7. Veruntamen si clerici velint gaudere priuilegio soluentium vectigal,non possunt,nisi eo soluto, *ar. l. Titio centum, §.1.de condit.& demon Bald.in l.1.de contrah.emt.* ¶ Adhæretque † priuilegium hoc immunitatis clericis: & proinde qui à cle- 1 2

ricis

Digitized by Google

ricis emunt, eo non gaudent, *glo. in l. Clem. præsenti, l. quia tale, sol. mat.* vt nec ex fisco ad alium ementem vel in sui locũ succedentem trans funditur exemtio, *l. locatio. 9. §. fina. de publ. & ibi Bald.* Sic partiarii & villici eorumdem, in parte fructuum, quam accipiunt, non habent immunitatem vectigalium, *Federicus de Senis, consil. 106. inci. q. est Ancharan. in cap. quanquam, de cens. facit in argumentum l. legatis, 36. de le.* Exstat concil. Lateran. quo cauetur ne onerentur ecclesiæ vel ecclesiasticæ personæ tributis vel ancharijs, nisi necessitate cogente, & exhaustis laicorum facultatibus, consultoque summo Pontifice, *c. 4 c. aduersus, de immun. eccles. l. nullus penitus de Cursu. publ. lib. 12. C. l. neminem de sacrosan. eccles. C.* in † necessitatibus namque, mutua sibi debent auxilia princeps & ecclesia, *c. principes, 23. quæst. 5. ca. cum ad verum, 96. distinct.* Et Cæsares rata alioquin voluerunt & firma esse ecclesiarum priuilegia, *l. omni innouatione, 6. l. priuilegia, 12. & constitutione cassa. de sacrosan. eccles. C.* pœnas contra violatores eorundem sancientes, *l. si ecclesia, 13. constitutione, item quacunque communitas, de episc. & cler.* Realia tamen ratione rerum onera præstanda non negamus, simul & mixta, vt canonic. illationem, refectiones pontium, itinerum & similia, *l. ad instructionem, C. de sacrosan. eccle. 11. q. 1. eam tributum, 23. q. 8.* quia & ad ea res principis tenentur, *l. absis, de priuileg. dom. Augus. lib. 11. C.* ¶ Sequuntur † realia, res & quoscunque possessores, *l. Imperatores, de publi.* 4 *in P. can. si quis laicus, 16. quæst. 1. eam rationes, 100. dist.* Nec recusamus ad portas instantibus hostibus, ad murorum defensionem clericos posse aduocari, *c. 2. de cens.* reliquasque personas ecclesiasticas, quæ alioquin immunes sunt, *cap. ecclesiarum seruos, 12. q. 2.* tunc enim & pro se & ecclesiis suis recte vigilare debẽt, & compelluntur, *c. conuenior, 23. q. 8.* Et naturalis cuique defensio, *l. 2. de iustit. & iur.* Et necessitas legem non accipit, sed dat, *can. omni rumore, ca. si nulla necessitas, 23. quæst. 8. c. 2. de obseruat. ieiun. c. quanto, de consuetud. c. quod non est licitum, de reg. iur. l. nemine, de religio. & sumt. funer. P. l. 2. de patr. qui filios disher.* Inuadere autem aliquos illis non permittitur, etiam si Agareni essent: alioquin 5 irregulares fiunt, *c. ex multa, §. fi. de voto.* ¶Pari † modo non contribuunt ad collectas nobiles, *Guid. Pap. decis. 384.* talia namque munera plebeiis imponuntur, pro modo suarum facultatum, *l. 1. de muneribus patrim. C. l. 1. de annon. lib. 10. C.* Ideo & in sessionibus seu comitiis patriæ, vbi status tres personarum conueniunt, dum agitur de imponendis collectis, excipiuntur nobiles nobiliter viuentes, *Guido Pap. decisio. 380. & 384.* quæ exceptio iuri congruit, quo qui militiæ operam dant, immunes à muneribus sunt, *l. 3. §. 2. de muner. & honor. in P. l. à muneribus, de vacat. mune.* non autem veterani, *l. his honoribus, de vacat. muner.* Exstat & constitutio Caroli sexti, *hæc constitutio ponitur in vltima parte stili parla. inter ordinatio. regias, tit. de taleu & exaction.* anni 1408. qua statuitur, ne subsidia aliqua, talia, *focagia*, impositiones, auxilia à nobilibus & eorum successoribus soluantur vel exigantur, ratione bellorum aut quouis modo pro personis bonisque eorum quæsitis vel a quirendis quoquo modo vel titulo, nec pro fructibus & reditibus ex eorum patrimonio prouenientibus. Et quod notabile est, voluit vt si aliquis ex nobilib⁹ acquirat aliqua bona, vel sibi aliter obueniant, mobilia vel immobilia vel hereditates ab ignobilibus, ea bona censeantur eiusdẽ conditionis, priuilegij, & libertatis, cuius sunt alia bona mobilia & immobilia nobilium: quamdiu tamen in eorũ dominio permanserint, alias non. ¶I-6 tem † alia exceptio, vt nobiles tali non gaudeant immunitate, si negotiatores sint, *Prohibitum illis negotiari, l. 3. C. de commerc. & mercibus, lib. 4. tiu. 63. & constitution. regia. l. milites. C. de loca.* quo casu contribuere pro suis meribus, acceteri ignobiles debent. 7 ¶Item † alia excep. vt ideo nobiles non eximantur ab exactione gabellæ & quartæ vini. Quæ & in plebeio intelligi debent, qui habet feudum nobile infeudatum à rege vel nobili, habetq; territorium & omnem iurisdictionem. Quia feudum nobilitat possessorem, *Anton de Isern. in tit. de capitaneo qui curiam vendidit, in princ. in vsib. feud. & in §. 1. quis dicatur dux vel marchio.* & habent personæ immunitatem propter res, *facit l. 1. de vacatio. muner. lib. 50. P. tit. 5.* Non tamen hæc vera sunt in habente feudum particulare, vel feudi partem, puta census vel reditus alicuius feudi, vt 8 fuse explicat Guido Papæ, *decisio. 386.* ¶ Iacobinus † tamen à S. Georgio, *tract. de Homag. num. 39. & 41.* & Alberic. de Rosato, *in rub. de muner. & honor. 11. fol. versic. sed quare vtrum nobiles. per l. & qui origine, §. 1. versic. ceteri, & l. rescripto, de munerib. & honorib.* defendunt nobiles teneri subire onera patrimonialia, seu onera collectarum, quæ imponuntur in illo loco vbi res sunt, legibus subnixi, tum etiam & quo ad personalia in iure teneantur, *§. penult. de defens. ciuit. in auth.* quodue participes commodorum locorum. & oneribus proferte debeant, *l. 2. §. deinde cum post. de orig. iur. l. secundum naturam. de reg. iur.* exceptis tamen feudalibus, pro quibus seruitium principi exhibent, ne duplici onere grauentur, *contra l. Titia. §. quo muita. de leg. 2.* Quæ certe sententia mihi videtur æquior, vt pro allodialibus conferre debent cum plebeiis, vel releuãdum esse populũ ab onere eo quod rebus quæsitis ruralibus, à nobilibus eximitur: vel quod iustum est nobiles qui gaudẽt hoc priuilegio, & illos qui hodie ex sordidis auratis mercatoribus & negotiatoribus pro maiori parte fiunt & in suam ditionem ruralia fere omnia redigũt regi seruitia maiora exhibere debere quam pro feudalibus, alioquin futurum breui est, plebem sub onere defecturam, & omnia bona in immunes transitura: veruntamen legi regiæ æterna auctoritas esto, si non ita videatur. ¶ Senatores † quoque supremarum curiarum 9 à collectis eximuntur, *l. senatorum, & l. nemo & l. iam senatorum, de dignit. lib. 12. C. Gui. Pap. q. 376.* nam qui in senatu describuntur, desinunt esse plebeij & nobiles sunt, *l. iudices C. de dignit. lib. 12 C. & ibi Bart. l. honores, §. hu qui non sunt de decurionib. P.* Atque codicillis regiis 2. Maij 1547. senatores magni consilij, Aduocatus, & Procurator regius, Susceptor, quem vocant, *receueur*, & Hostiarij, immunes declarati sunt ab omnibus subsidiis: item ij qui sunt in Domesticos regis translati. Firmatumque iterum edictalibus codicillis, 10. Martij 1547. publicatis in magno consilio 23. Aprilis 1548. atque eodem anno & die declarauit rex, velle senatores Clericos eius consilij immunes esse à præstatione decimarum, quas ipse percipit, nisi ob abbatias & episcopatus. Eadem immunitas onerum data iure filetiariis, qui Consiliarij principis & Decuriones dicuntur, *l. 3. de silentiar. lib. 12. C.* Et vt Proco-t pius ait, *lib. 2. de bello Persico.* Romani ministrum ad ea quæ sunt quietis, *Silentiarium* dicunt: Vir quoque dictus Spectabilis, *in l. omnimodo, C. de inoffic. test.* & Clarissimus, *in l. iubemus, de silentia lib. 12. C.* Proinde & horum & senatorum viduæ, quemadmodum & viduæ aliorum qui immunitatem habent, non compelluntur contribuere, *Guido Pap. decis. 379. Exstat & constitu. hac de re Franc. 1. anni 1521.* quia retinent dignitatem maritorum, *l. cum te, de nupt. l. fœminæ, de senator. in P. l. mulieres, de dignita. lib. 12. C. l. fin. de incol. lib. 10. C.* dummodo caste in viduitate viuant, & honeste, non aliter, *l. qui adulterium. C. de adulter.* Sed & Senatores qui deposuerunt alia de caussa, quã ex crimine, dignitatem, gaudent immunitate & priuilegio dignitatis, *l. uni. de comiti. qui prouinc. reg. lib. 12. C. l. eam legem, de excus. mun. lib. 10. C. l. 2. vt dignita. ord. seruet.* contra, si ob crimen, quia inter plebeios tunc habentur, *l. iudices, de dignit. lib. 12. C. l. senatores, eod. tit. l. fi. iuncta glo. in verbo, de decurion.* Placuit cum senatoribus etiam Secretarios regis ex constituto numero esse immunes ab iisdem oneribus, supernumerarios non vtique, vt iudicatum à senatu Parisiensi 20. Septemb. 1542. *Papon, lib. 5. rapsod. arest. tit. 11. arest. 13.* At alios iudices quam senatores, hos conuenit ad collationes teneri, *Guido Pap. quæst. 378.* Decuriones tamen ciuitatum vel oppidorum, seu Consules locorum, non tenentur contribuere eo anno, quo munus gerunt, *Bart. o. in l. honorum, de muneris. P.* Et ita seruari tradit Guido Pap. *decis. 398. facit l. 1. §. non vrbem, de offic. profec. vrb.* ¶Repugnat † tamen Petrus Iacobi, *in* 10 *praxi. titu. de consulib. cap. de statu vniuersi. colum. 5.* Tum quod consules seu Escheuini nostræ ætatis, nec sint eius qualitatis, cuius olim decuriones, nec in illorum locum aliqua lege subrogati. Dehinc quod exactores & alij officiales principis tenerentur ad collectas, *l. exactores, de exactor. tribut. lib. 10. C. l. 3. C. de offic. magist. ciuita.* quæ tamen parum vrgere videntur, cum decurionum loco isti consules mihi videantur præfecti temporarij, non perpetui, neque simpliciter exactores dici possint, cum nec stipendia habeant, vt illi, & alia illis reipubl. munera obeunda sint, quam collectionum publicarum. Si tamen inter has diuersas sentẽtias, quis inspiciendam loci consuetudinem velit, non reclamo, cum vim legis habeat, *l. 1. §. fin. de aqua plu. arcen. in P.* ¶Sed progredia- 11 mur: In iure etiã Gallico, non subiici Taleis seu collectis personalibus, vt opinor, Minores vsque ad ætatem perfectam placuit, *Papon, lib. 3. rapso. arest. tit. 11. arest. pen. firmat Paul. Cast. in l. potuit, C. de iur. delib.* donecque possint sibi acquirere. ¶ Professores †quoque publici omnium artium & iurium, immunes sunt iure 12 ab Angariorum præstationibus & hospitiis, *l. 1. de decre. decu. lib. 10. C. tit. 46. & l. hu onerib. de vacat. muner. l. fin. §. fina. de mun. P.* aliisque oneribus patrimonialibus & personalibus, *l. fin. & l. medices, de profess. & med. lib. 10. C.* Atque eorum Administri seu Officiales academiarum ex constitutionibus quoque Gallicis, *in constitut. Franc. 1. de la constitution des priuileges de l'vniuersité.* habentq; de his academiæ singulæ priuilegia, excepti tamẽ iure ab ea immunitate Poetæ, *l. poeta, de profe. & med. lib. 10. C.* Constitutionibus autem editis in comitiis generalibus Aurelianẽsib⁹ anno 1560. *art. 126.* immunes declarantur ab omnibus Taleis vltra 20. solidos professores publici academiarũ, Gymnasiarchæ, Scribæ, Bedelli eorum, & Scholastici actu studentes. Ob Pyrrhonem Eleum Philosophum & maximę pietatis virum, omnibus philosophis immunitas à vectigalibus plebiscito promulgata est, *Hesychius Mylesius Illustrium, libro, ἀβεί συφῶν.* ¶Clerici † quoque in a- 13 cademiis priuilegiatis studentes non tenentur soluere collectas in terris propriis. *Gui. Pap. decis. 383. per l. 2. de episc. & cle. C. facit l. 1. & 2. qui etat. vel profes. se excu. lib. 10. C.* exemplo eorum qui militiæ armatæ dederunt nomina, qui immunes sunt, *l. 3. §. 1. de mune. & honor.* Isti autem milites vel tyrones sunt, quia & arma eorũ libri sunt. *gl. in l. nepos Proculo. de verbo. sign.* Habent & Scholastici immunitates alias plures, de quibus Rebuffus librum edidit, quem videto, quibus gaudẽt, qui in Academiis sunt post sex mẽses: ante enim scholastici non dicuntur, nec gaudent priuilegiis. Vetitumq; academiarum rectoribus, ante sex menses studio impensos, scholasticis dare diplomata attestationis scholaritatis, 14 *Pap. lib. 5. rapsod. arest. tit. 14. art. 4.* ¶Guido † Papæ, *decis. 388. fa-*

Digitized by Google

cit l. medicos, de profes. & med. lib. 10. Cod. quoque notat Doctores, qui cauſſas agunt in ſupremis ſubſelliis, in curia videlicet ſuprema, immunes quoque eſſe ab his collectis, quia & hi ſerio militare videntur, & c. l. aduocati, de aduocat. diuerſ. iud. Nullamque ideo peræquationem pati debere, l. ſancimus, C. eod. titul. vt in militantibus receptum, l. 3 § 1. de munerib. habent enim & dignitatem Doctores, per nota. in Cle. 2. de magiſt. Bart. in l. 1. de ſacroſan. eccleſ. Idemque & in Doctoribus aliis non poſtulantibus, ſeu qui aduocati non ſunt, dicendum tradit idem Guido Papæ, deciſ. 389. & in Licentiatis, Guido Pap. deciſ. 389. Hæc tamen non ſeruantur, & tãtum profeſſores publici, hique ægre immunitatem habent, ſcilicet qui aſſidue legunt, Bar. in l. medicos, de profeſ. & medic. & in l. 15 1. de mun. & in quo loco, lib. 10. C. ¶ Pauperes † item à tributis immunes, nec ſoluunt collectas, l. indictiones, de anno. & tribu. lib. 10. C. in l. fin. & ibi Bart. qui numero libero. ſe excuſ. eod. lib. 10. C. inanis quippe alioquin eſt actio, quam inopia debitoris excludit, l. nam his, de dolo, in P. l. itaque Fullo. de ſur. P. Nec inopes ſuſtinent onera patrimoniorum, l. cura exigendi, §. inopes, de munerib. & honor. obſequia tamen corpori indicta ſubeunt, d. §. inopes. Sic forma cenſuali minuitur vel tollitur cenſus ab his qui bonis minuũtur, 16 vel priuantur, l. forma cenſus, l. de cenſi. in P. ¶ Inter † tyrannidis maleficia Nicephori Imperatoris orientis, illud etiam ex eius cõſtitutionibus Græcis, in conſtitutionibus eius, περὶ ἐφειας τῶν ἀπόρων, de militia inop lib. 1. iuris orientalis, colligitur, quod imperauerit, vt inopes militarent, iiſque, à vicinis arma & ſtipendia in ſingulos, 18. numiſmatum darentur, ac cenſus præterea publicus eo- 17 rum nomine penderetur. ¶ Id vocatur † Allelengyum: quod alij pro aliis tributi nomine ſponſores eſſent. Alius etiam Baſilius Porphyrogeneta Imperator orientis, conſtituit tributum pauperum, qui ſoluendo non eſſent, à locupletibus exigẽdum eſſe, τοῦτο ἐκάλεσεν ἀλληλέγγυον, vocatum allelengyon, eo. lib. 1. tit. περὶ ἀλληλεγγύου, in conſtit. Baſilij Porphyrogeneta. Romanis Argyrius alius Imperator orientis, poſtea allelengyum aboleuit, quod Conſtantinus quoque erat ſublaturus, niſi mors eum anteuertiſſet, in eod. 28 lib. 1. in conſtitutio. Roman. tit. περὶ κεφαλῆς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, &c. de reditu magnæ eccleſiæ. ¶ Liberorum † 5. numerus tribuit à collectis immunitatem, l. fin. qui num. liberor. ſe excuſ. lib. 10. C. & potiſſimum à muneribus perſonalibus, etiam ſi poſt impoſitam collectam filij moriantur, Bart. in l. 2. §. non ſolum, de excuſat. tutor. in P. Ceterum Guido Pap. in hac cauſſa exigit 12. liberos, Guid. Pap. q. 401. per l. neque, de munerib. patrimon. lib. 10. C. l. ſi quis decurio. in 2. de decurio. lib. 10. C. l. ſemper, §. demonſtratur, de iure immunitat. & ibi gloſ. in verb. ſexdecim. Et paulo poſt concludit nec vllum liberorum numerum hodie excuſare à collectis, ſed ſine ratione eorum peræquationem fieri. Nam etiam de liberorum numero ad immunitatem hanc ſufficiente nõ cõſtat inter interpretes, cũ & Azo ſexdecim exigat, in ſum. ti. de iis qui ſe numero liberor. excuſa. lib. 10. C. verſi. item à muneribus. Et pro ratione munerum & numerus quoque liberorum aliter atque diuerſo modo diffi- 19 nitus eſt. ¶ Dehinc † miſerabiles perſonæ à collectis immunes eſſe debent, veluti cæcus, ſi pauper ſit, non contribuet, Guido Pap. deciſ. 400. ſatis enim morbo afflictus, alio onere grauari non debet, c. 1. de cleric. ægro. can. cum perceſſio. 7. q. 3. l. diuus, de offic. præſ. in P. Et ſi omnino pauper non ſit, nec debet exemplo ceterorum onerari, quia is potius ex collectis iuuari deberet, c. licet de cenſi. Surdi quoque à perſonalibus muneribus excuſantur, l. 2. qui morbo ſe excuſant. lib. 10. C. Miſerabiles in ſumma perſonæ dicuntur, quorum miſericordia illis aliquid remittimus, vt decrepitæ, diuturno morbo fatigatæ, & ſimiles, Azo in ſum. tit. quan. imperat. in ter pupil. & viduam, C. viduæ, pupilli, orphani, nota. in c. ex tenore, de foro comper. Inter miſerabiles non ſunt plebeij nec ruſtici, imo iſti fere ſoli potiſſimum in Gallia indictionibus ſubiacent. Et ad hunc modum Sarraceni, & Græci eos tantum qui villani dicebantur, penſionibus obnoxios faciebant, Falcandus in hiſtoria Sicilia. atque ij qui cunctos nutriunt, ab omnibus opprimuntur.

20 ¶ Item † ij qui muneris publici vacationem habent ad extraordinarie imperata non ſolent compelli, l. hi qui muneris, 7. de de vac. mun. lib. 50. P. titul. 5. Plato 8. de legib. ſancit peregrinos, qui in vrbem migrarunt, & aliquam artem exercent, habere ius acquirendi per viginti annos à die conſcriptionis, quo in tempore incolendi nullum vectigal ſoluere cogi debent, niſi frugalitatis exemplum, nec emtionis venditioniſque gratia quicquam ærario debere. Cum autem viginti anni elapſi erunt, accipere rem ſuam & abire debere, niſi ob magnum quoddam beneficium in ciuitatẽ collatum, digni numero ciuiũ eſſent. ¶ Releuauit † pen- 21 ſionem conductoribus Apulis Theodoricus rex, quod frumenta eorum ab inimicorum incurſibus fuiſſent concremata, lib. 1. epiſt. variar. Caſſiod. epiſt. 16. Theodorici Iuliano. Laxauit & idem rex Arelatenſibus per indictionem 4. fiſcalia tributa, quod partes eius ſecuti, glorioſæ obſidionis penuriam ſuſtinuerunt: ita tamen, vt futuro tempore ad ſolitam redirent functionem, quid enim, inquit, à domino agri exigas, quem eum non coluiſſe cognoſcas, Theodoric. rex Gothorum, epiſt. 32. Benello viro ſpectabili, lib. 3. vari. Caſſiod. Rurſum idem Theodoricus ſcribens prouincialibus in Gallia, epiſt. 41. lib 3. varia. Caſſio. vobis, inquit, hoſtili ferocitate vaſtatis, pro qualitate laſionis per inductionem quartam relaxatam agnoſcite tributariam functionem, quia non gratulamur exigere quod triſtis ſolutor noſcitur offerre: ita tamen vt de illis, quæ conſtant intacta, exercituales inuentur expenſæ, quia illis in totum deuotio non debet deſeruire, quos per ſe laborare cognoſcit. Legibus Francorum cautum ita, ad regem vel in bellum proficiſcens vel rediens à vectigali, quod ſtrauſturam vocant, immunis eſto. Item alia lex de rebus, quæ ad victum pertinent, niſi quis negotiationem exerceat, & de Saumis nullus teloneum ſoluat: hac immunitate qui ſacra loca adeunt gaudento. Saumarum nomine clitellaria intelliguntur iumenta, Rhonan. de hu- 22 lib. 2. de reb. Germa. in pri. ¶ Conductor † pro re conducta non tenetur ſoluere collectas. Veruntamen ſi quis locauit fundum ſub penſione percipienda in pecunia, ita quod omnes fructus remaneant penes colonum, dominus non tenetur ad tributa, niſi conſuetudo aliter ſe haberet, glo. in l. editionis, de anno. & trib. lib. 10. C. Quod verum ſecundum Bartolum, in oneribus realibus: in collectis vero, quæ imponuntur perſonæ pro rebus, inſpicienda domini perſona cui imponitur, l. reſcripto, in fi. de munerib. & in d. l. indictionis. In vſuario diſtinguitur an in commodo cuius debetur vſus, dominus participat, & tunc dominus tenetur tãtum ad expenſas: aut participat ſolus vſuarius, & tũc ipſe ſolus tenetur, l. ſi domum, de vſu & habi. ¶ Quod † autem pertinet ad vſum fructuarium, ipſe proculdubio tenetur pro rebus, vnde percipit vſum fructum, ad tributa & collectas, l. quero, 28. de vſu & vſufru. lega. P. l. apud Iulianum, §. heres, de lega. 1. l. vſufructu relicto, 59. & l. ſi pendentes, 34. §. ſi quid, & l. hactenus, de vſufru. niſi tanta eſſet collectarum quantitas, quæ perceptioni fructuum æquialeret: tũc enim tenetur proprietarius, glo. l. concubinam, §. qui hortos, de leg. 3. allega. l. ſi res obligata, de legat. 1. & illam gl. annotat Bart. & Dyn. in l. his verbis, §. idem teſtator, de leg. 3. & ita ſe obtinuiſſe Florentiæ, ait, Ludou. Roma. ſing. 156. Eadem dicenda ſunt de rebus dotalibus, quarum maritus vſufructuarius eſt, qui tributa & ſtipendia pro illis præſtare debet, non vxor, nec ea minuũt dotem, l. neque ſtipendium, 13. de impen. in reb. dotal. fact. in P. lib. 25. tit. 1. ¶ Singularis † deciſio Iaboleni, vt ſi vehiculum conduxiſti, vt onus tuum 24 portaret, & ſecum iter faceres, & cum pontem tranſires redemtor eius pontis portorium ab eo exigebat: quærebatur, an etiam pro ipſa ſola rheda portorium daturus fuerit: puto, inquit, ſi portorium multo non ignorauit, & ſe ea tranſiturum cum vehiculum locaret, mulionem præſtare debere, in l. cum in plures, 62. §. Vehiculum, loca. in P. lib. 19. tit. 2. 25

¶ Fauere † commerciorum Mercatores Ligerim amnem nauigantes immunitatem à principe impetrarunt anno 1440. 1448. 1483. Qui annonam Lutetiam deferunt exemti à vectigalibus, lege Ludouici 11. anno 1474. repetita à Frãciſco primo, anno 1532. Alexander Seuerus mercatoribus negotiatoribus, vt Romam venirent facilius, vacationem munerum dedit Lampri. in Alexan. Negotiatorum corporatorum Romę & immunitas ab equorum collatione, & ab aliis muneribus Symmachus, epiſt. 13. ¶ Aliquando † negotiatoribus indictum tributum χρυσαργύρου auri luſtralis, quod & negotiatorium ex lucro mercatorum ſumebatur, l. negotiãtes, 8. de excuſ. mun. lib. 10. C. tit. 47. l. negotiatores, de luſtralis auri collat. in C. Theodoſiano, quod remiſit etiam Alexander Seuerus, Lampri. in Alexan. ¶ Ob egregiũ † aliquod nauatum facinus a- 27 liquando alicui, vel perſonæ ſingulari vel populo irrogatũ priuilegium immunitatis vectigaliũ & poſteris. Quemadmodum Decelenſibus ob factum egregium, quod olim vagantibus Tindaridis pro inquiſitione Helenæ cum copioſo exercitu, & ignorantibus vbinam gentium eſſet, vaſtantibus oras Athenienſium, in quas inſcij irruperant, eis vbi eſſet renuntiarũt. & Athenienſium terris eduxerunt amice, permanſit in Sparta immunitas vectigalium & dignitas præſidendi Herod. in 9.

De portoriis, ſeu vectigalibus in ſpecie. Cap. 9.

De publica. & vectigalibus. Lib. 39. tit. 4. P.

1 *Vectigal portorij pro inuectis & euectis rebus.*
2 *Portoria Plato & Nero voluerunt aliquando tollere.*
3 *Iulius Cæſar peregrinarum rerum portoria inſtituit: Franciſcus primus in Gallia, vocat hæc portoria,* Traicte foraine.
4 *Nundinæ quædam in Gallia à portoriis liberæ.*
5 *Portorium non ſoluunt ſeu vectigal ad proprium vſum delata, quæ fiſci ſunt, & delata in opus ruſticum.*
6 *Empta à fiſco ſoluunt.*
7 *Vectigalia ſecundum conſuetudinem tantum exiguntur, non plus, nec alio modo, nec de alijs rebus.*
8 *Cautum, ne vectores deuient à recto itinere, quo vectigal exigitur.*
9 *Nihil ſupra debitum vectigal exigendum.*
10 *Vectigalia eſſe portoria, pedagia, & guidagia, & qua.*

SEd ſatis in vniuerſum † de tributis dictũ eſt, pauca nunc opor- 2
tet in ſpecie ſubnectere, quæ exemplorum loco erunt. deque vectigalibus & portorijs, quæ ex rerum euectione & inuectione colliguntur: vnde & ἐξαγωγικὰ & εἰσαγωγικὰ dicuntur à Strabone, lib. 17. Et Iuſtinianus, in edicto de Alexandrinis. & alij Cæſares. ut l. Vnic. de Alexan. primatib. lib. 11. C. de his meminerunt. ¶ Portoria † omnino ex ſua republica exploſit Plato. li. 8. de legib. nempe quemadmodum opinor, vt commercia libera exiſtẽtia, mercatores ad rerum copiam inuehendam allicerent, Nero quo- 3
que om-

Digitized by Google

que omnia voluit remittere, & cū monitus à senatu fuisset, è republica id non esse, cauit tamen ne censibus negotiatorum naues adscriberentur, neve tributa pro illis penderent, *Cornel. Tacit. lib. 13. annal.* Rara tamen fuit hæc principum mansuetudo & factum, vt mutatio principum & onerum quoque adferret innouationem, negotijs quoque vel vrgentibus vel labentibus.

3 ¶ Primus † Iulius Cæsar peregrinarum mercium portoria instituisse traditur à Suetonio Tranquillo, *in Iulio Cæsare c. 32.* quod postea vsu seruatum, & ex Martiani respōso liquet, *l. interdum, 16. §. dsui, de publi. & vectig. lib. 39. tit. 4.* In Gallia rex Franciscus primus eius nominis permisit euectionem tritici & vini, dummodo pro singulis modiis aureus nummus solueretur, *à l'ordonnance du Roy Francoys, de la traicte des bledz.* Et vectigalia imposita pro rebus aliunde in Gallias importatis, vocāt *la traicte foraine, const. Francis. 1. de l'imposition foraine, & Henric. 2. sur le faict de l'imposition, & Carol. 7. de l'imposition foraine. & Carol. 8.* ¶ Exceptis †

4 certis nundinis, in quas inuecta immunitatem habēt, vt in nundinis dictis, *du lendit*, oppidi S. Dionysij, propter Parisios, *constit. de non imponen. nouis vectigalib.* Solent exigi ista vectigalia ex rebus quæ negotiandi caussa inuehuntur & euehuntur, non obstante rescripto contrario impetrato à principe, *l. omni si rex, & de vectigal. & commiss. lib. 4. C. tit. 61* immunitatis: quod subreptitium præsumitur: & quamuis domini rerum, sint milites, si non soluant, excusati quidem sunt à commisso, id est, ne confiscentur res ob vectigal non solutum, tamen deprehensi ad solu-

5 tionem coacti, *l. 3. C. de vectigal.* ¶ Res † tamen in triplici differentia sunt à portoriis liberæ, nempe quæ quis ad vsum propriū defert, 2. pro ipso fisco delatæ, 3. quæ exercendi ruris gratia, *Constanti. in L. Vniuersi, 5. de vectigal. C.* Ad proprios vsus delata intelliguntur, quæ pro se vel pro sua familia defert. Nam qui vsum pro se habet & pro familia habere cēsetur, *l. in lege cēsoria, 204. de verb. sign. & l. omnium, l. 2. de vsu & habitat. lib. 7. P. tit. 8.* Et quia fiscus de rebus sibi necessariis nō soluit, *l. locatio, 9. §. fiscus, de publica in P. lib. 39. tit. 4.* neque illi qui fisci res potissimum tractant, veluti præsides prouinciarū pro suis rebus, nec etiam solnitur de rebus exercitui paratis, *d. l. licitatio, §. earum rerum, & l. si*

6 *publicam, 4. §. 1. eod. tit. P.* ¶ Qui † à fisco tamen emunt, vel de rebus fisci, negotiantur, fisci priuilegio non vtuntur, quia cessat, &

7 portoria præstare tenentur, *d. l. locatio, §. fiscus.* ¶ Soluuntur † autem tantum de his rebus, quæ solent illud præstare, non de omnibus, nec alio modo, nec amplius quam consuerudo recipit, *l. si publicanus, 4. §. fin. & d. l. licitationis, §. earum rerum, de pub. P.* Et proinde in comitiis Aureliæ generalibus, *in constitutio. Aurelia, art. 138.* decretum anno 1560. iussumque vt qui contendunt se ius vectigalis habere, portoriique, palam in albo describant iura, & ex quibus rebus & quatenus exigant, ne supra modum, de aliisque rebus quam ius habeant possint extorquere, pœna priuationis iuris eius etiam quod habent & corporali, aduersantibus indicta. Sunt leges Caroli Magni de his portoriis in hæc verba, *in capitularibus Caroli Magni, cap. de pace, c. 13. De Theoloneis*, inquit, *vt antiqua & iusta Theolonea à negotiatoribus exigantur, tam de pontibus quam de nauigiis seu mercatibus, noua vero, seu iniusta vbi vel funes tenduntur, vel cum nauibus sub pontibus transitur, seu his similia, in quibus nullum adiutorium itinerantibus præstatur, vt non exigantur. Similiter etiam nec de his qui sine negotiandi caussa subsistantiam suam, de vna domo sua in aliam, aut ad palatium, aut in exercitum, ducunt.* Alia lex *in capitulari 1. c. 19. in capitular. Caroli Magni.* rursum: *Theoloneu quæ iam antea furmanita fuerunt nemo tollat, & nisi ibi vbi antiquo tempore præsumat.* Et in legibus Longobardorum *lib. 3. legum Longobardorum, tit. de episcop.* idem sancit, *de Theoloneis quæ iam antea furmanita fuerunt, vt nemo tollat, nisi vbi antiquo tempore consuetudo fuit.* Vox Saxonica rhol, tributum, vt ait Vitus Amerbachius: sed potius ego Græcam puto originem. Et rursum Carolus Magnus, *in l. vt nulli cogantur, d. tit. de episc. lib. 3. legum Longobard. nullus cogatur ad pontem ire ad fluuiū transeundum propter Thelonei causam, quando in alio loco compendiosius transiri potest fluuius. Similiter, vt in campo plano, vbi nec pons, nec tra-*

8 *iectum est, vbi omnino vt Theloneum non exigatur præcipimus.* † Iubet tamen Carolus VIII. rex Galliarum, *in constitut. Caroli VIII. de l'imposition foraine*, vt merces quæ vectigalibus subiiciuntur, recto itinere ducantur eo vbi vectigalia debent, non obliquo.

9 ¶ Marcus † Cæsar curatoribus viarum ac regionum (scilicet vrbis) dedit potestatem vt vel punirent, vel ad præfectum vrbis puniendos remitterent eos, qui vltra vectigalia quicquam exegissent, *Iul. Capitoli. in vita Marci.* Et Theodosius ad Senatum vrbis Romæ hoc etiam programmate edictali vsus: *Noueritis*, inquit, *in cunctorum prouinctalium cognitionem pertinuisse, vt libere prorumpat in publicum, qui se aliena functionis nouerit oppressum. Cassiodo. in 2. Variar. epist. ad Senatum.* † Vocant nunc ve-

10 ctigalia ista portoria, pedagia, & guidagia, quæ pro itinere turando, & pro ductu, & pro impensis in hæc factis exiguntur, auctoritate expressa principis, vel tacita cum antiqua consuetudine aliter illicita, *c. super quibusdam, c. 26. §. præterea, de verb. signif. lib. 5. Decret. tit. 40.*

De quibusdam rebus, ex quibus nomine tributi vel vectigalis, fiscus quædam accipiebat. Cap. 10.

1 *De vectigali salis, & origine. Liuius salinator vnde dictus.*
2 *Salis fodinæ vbi.*
3 *Salis vectigal, dictum Gall.* Gabelle, *quando in Gallia institutum.*
4 *Mirum de sale euanescente Tragaseo post impositum tributum ei à Lysimacho.*
5 *Salinæ aliquando priuatis liberæ, quæ postea tributariæ, vt argenti aurive, & aliarum rerum fodinæ.*
6 *Centesima rerum venalium sub Tyberio in ærarium missa.*
7 *Vectigal pro lisibus, Caligula quadragesima summæ controuersæ.*
8 *Vectigal ex gerulorum quæstibus Caligula, & ex meretricum lucris, & ex matrimonio.*
9 *Vectigal ad custodes, quinquagesima pretij venditorum mancipiorum Octauij.*
Item octaua pars possessorum à libertis: & quadrans omnis reditus acceptus ab ingenuis.
10 *Renouauit omnia vectigalia, addiditque noua Vespasianus, & vectigal ex lotio.*
11 *Vectigalia nouissima, id est fumaria seu infumibula, seu vt nostri dicunt, par feus, ab Isaaco Comneno Imp. Orientis introducta, & à Nicephoro etiam Imp. orientis exacta.*
12 *Vini vectigal & salis Parisiis impositum tempore Caroli V.*
13 *Tritici vectigal impositum, vi excussum.*
14 *Solarium tributum ob locum publicum possessum.*
15 *Vini vectigal olim in Gallia, & Tholosæ à Romanis exactum.*
16 *Vectigal ex metalli fodinis, & metallariis.*
17 *Quatuor genera personarum, quæ in metallis publicis considerantur, procuratores metallorum, adscripti metallis, in metallum relopus metalli damnati, monetarij.*
18 *Vectigal solutum pro vmbra Platani.*

APud Romanos † vectigal præbebat sal, quod ingēs fuit Ro- 1
manis, vt ait Liuius, *lib. 9. decad. 3.* impositum à M. Liuio & C. Claudio cēsoribus, vnde & Liuio nomen salinatoris inditum. Quod vectigal ægre tulit populus. Salino præpositus, *alasarches* dictus, *meminit Cicer. 4. ad Atticum. & Ioseph. vlt. antiquit.* Plinius tamen tradit, *lib. 31. Histor. natur. c. 7.* Ancum Marcium regē, salis modia sex millia in cōgiario dedisse populo, & salinas primum instituisse. Caius meminit de his, *in l. 1. quod cuiusque vniuersit. nomin. in P. vectigalium publicorum*, inquit, *sociis permissum esse corpus habere, vel aurī fodinarum vel salinarum.* ¶ In † Dorinana, quę hodie Rana dicitur, in comitatu Moramurifiēsi in Dana 2
mediterranea, Salinæ exstant, ad fontes Tibisci, locū incolæ Sigeth appellant, vbi ex mōtibus proximis tāta copia fossilis salis eruitur, vt magnum inde vectigal Vngariæ reges recipiāt, atque cameras tres in prouincia habeant, vbi ingentes montes salis cōgregant, Tordæ videlicet, Visasticæ, quam & Salezeburgam dicunt &c. vt est apud Volphgan. Lazium *lib. 12. commentario. reipub. Roma. sect. tit. 2. cap. 1.* ¶ In Gallia † salis vectigal quoque opu- 3
lentissimum, dicunt, *la gabelle*, quod impositum sali ac promercali vino, tradit Paulus Æmilius *li. 9. Histor. Franc. in Carolo Sapiente.* tempore Caroli V. qui sapiēs dicebatur, ob necessitates belli eius tēpestatis, is fuit rex ordine, 51. an. Domini 1364. Ganguinus autem *lib. 8.* puta impositum à Philippo Valesio, seu VI. qui fuit antea rex 40. anno Domini 1328. Refert institutum vectigal Meyerus anno Domini 1342. *Iac. Meye. lib. 1. Histor. Fland.* & in Flandria prohibitum. At nobis adhuc supereſt constitutio Philippi Pulcri, eius nominis IIII. *cuius meminit Francisci I. constitutio. des gabelles, anno 1517. 10. Iulij.* qui extitit 45. ordine rex anno 1286. per quam apparet iam ab eo vectigal inditum sali 4. denariorum in singulas libras, atque declaratū in ea, hoc auxilij tantum nomine impositū sali, non vt perpetuo dominio regio incorporaretur, eaque de re vocata regni publica comitia. Vt pro conciliatione horum dicendum sit à tempore Philippi Pulcri fuisse quidem hoc vectigal nomine oblationis & auxilij impositum, à sequentibus autem principibus in ordinarium tributum translatum, & aliquibus legibus aliis munitum: vel hō in omni loco vbi sal est primum impositum, sed successu temporis. Nam nec diu est ob hoc tributum Marenenses rebellasse in magistratus regios in Aquitania Burdigalæ. ¶ Imposuit † Lysimachus tri- 4
butū Tragaseo sali quem antea licebat volentibus etiam capere: sed eo impositō ferūt salem euanuisse, & naturam liberalem, auaritiæ inuidia se subtraxisse: quod cum audisset Lysimachus, remisit tributū, & statim sal vt antea apparuit, si credamus Athenæo, *lib. 3. dipnos. c. 1.* ¶ Salinæ † aliquando fuerunt liberæ priua- 5
tis, *Vlpia. in l. magis puto, de rebus eor. qui sub tut. in P.* non minus quam sulphurariæ, *l. si quis vxori, 53. §. si sulphurariæ, de furt. in P.* argenti fodinæ, auri & cretæ fodinæ, ex quibus & Imperatores

Digitized by Google

tantum decimas capiebant, *l. cuncti, de metallar. lib.11.C.* Neq; cuncta quæ in mari sunt vel ex aqua marina fiunt, vt sal, iuris imperatorij censentur: alioquin illud adulationi Palphurij simile esset dixisse, is enim omnia dicebat in mari capta & exsistentia, Domitiani Cæsaris esse, vt Iuuenalis *Satyra 4.*

Si quid Palphurio, si credimus Armillato,
Quicquid conspicuum pulcrumque ex aquore toto est:
Res fisci est, vbicunque natat.

Quod falsissimum est, nam quæ in mari, vt quæ in cœlo capiuntur, occupantium fiunt, *l.1. § fina de acquir. rer. domin. § & quidem, de rer. diuis. & l. insularum, de iniur. in P. l.2. & 3. de rer. diuis. l.3. ne quid in loco pub. P.* Ideo & salinæ, quæ ex aqua marina multis laboribus coalescunt, in dominorum & occupantium iure sunt; verum tamen postea principes sibi salinarum ius & re-
6 ditus constituerunt. ¶ Vt † & aurifodinas seu aurarias aliquando Tyberius sibi reseruauit bonis priuati proscriptis, *Cornel. Tac. lib.* 4. Sub Tyberio centesima pars rerum venalium præbebatur, quę in ærarium militare mittebatur post bella ciuilia in subsidium militum, *Cornel. Tac. lib.1. annal.* antea pendebatur ducentesima: sed is subtitutit in eius locum centesimam, *Dion Cassium, lib.* 8. Eo refertur quod Vlpianus ait, *l. debet, 27. de aduł. edi. lib. 21. P. titu. 1. Ludo. Roma. sing.* 582. vectigalis nomine ex emtione aliquid deberi posse, & tunc quod debetur præstandum ab emtore vel venditore, prout placuerit, si nihil dictum ab emtore.

7 ¶ Caligula † introduxit vectigal pro litibus atque iudiciis vbicunque conceptis, quadragesimam summæ de qua litigaretur. Nec erat sine pœna, si quis compositisse vel donasse negotium comminceretur, vt scribit Suetonius, *in Caligu. c.* 40. Vidi & meo tempore hoc vectigal in Gallia, vocabat consignationes: verum quia & nimium crudele visum est, sublatum est.

8 ¶ Ex † gerulorum diuinis quæstibus Caligula quoque partem octauam accepit: & ex capturis prostitutarum, quantum quæque vno concubitu meretur, atque additum vt tenerentur publico, & quæ meretricium & quæ lenocinium fecisset. Necnon & matrimonia obnoxia vectigali esse voluit, *Sueton. in Caligu. cap.* 40. Postea tamen Seuerus Cæsar veruit inferri in sacrum ærarii lenonum & meretricum vectigal, & vt scribit Lampridius, *in Seueri vita.* Sic & inter Christianos aliquando lupanaria permissa, & vectigalia exacta, sed & postea vtrumque Christianæ expunctum est: vt & Alphonsus primum fecit Aragoniæ, *Antonius Panormit. lib.1. de gest. & fact. Alphons. c.* 61 Et Boemi apud se ex lege prohibent, *Syluius, lib.1. de dict. & fact. Aplh c.* 61.

9 ¶ Octauius † Cæsar ad nutriendos custodes & milites, vectigal imposuit, vt deferretur ærario quinquagesima pars pretij mancipiorũ venditorum, *Dion Cassius, lo. 55. Histor. Roma.* Et tempore triumphi ratus eius, Lepidi, & Antonij imperatum libertis quotquot in Italia degerent, ducenta sestertia vel amplius possiderent, octauam partem suarum facultatum deferrent in publicum, quod & turbas, cædes, & incendia edidit multa. Verum tandem domiti liberti, & ab ingenuis quoque quadrans anni reditus exactus, *Dion Cassius, lib.* 50. Id enim ferebat miseria illius ætatis, in bello constituendo contra Cassium & Brutum auctores necis Cæsaris, qui Asiatica occupauerant tributa, exque eadem caussa aliorum vectigalium infinita prope proles, vt Appianus *Alexandrin. lib.* 4. *bellis ciuil.* narrat, & Velleius Paterculus, *lib. posteriore Histor. Romana.*

10 ¶ Renouauit † omnia vectigalia, & noua addidit Vespasianus, tia vt ex lotio exigi iusserit, *Xiphilin. ex Dione in Vespasiano, Sueto. in Vespas. cap.* 23. Nicephorus quoque Imperator orientis, omnes onerum releuationes sustulit, noua & incognita ante imposuit, *vide lib.1. Iuris orientalis in eius constitut.*

11 ¶ Isaacus † Comnenus Imperator orientis statuit, *libro 1. iur. oriental. in constitutio. Isaaci Comneni, tit. περι κανονων*, canonem, quem dicunt canonicum pro vico habente βοιδια τριακοντα, id est, triginta infumibula, aureum vnum, argenteos duos, arietem vnum, hordei modios sex, vini mensuras sex, farinæ modios sex, gallinas 30. pro vico qui 20. habet infumibula, aurei bessem argenteum, agnum dimidiatum, hordei modios quatuor, vini mẽsuras 4. gallinas 20. pro vico 10. infumibulorum, argenteos 5. agnellum vnum, hordei modios duos, gallinas decem. Nicephorus etiam alius Imperator orientis, qui tempore Caroli Magni vixit περι καπνικων, id est, fumaria tributa exegit ab initio vsq. fui imperij, etiam ex omnibus sacris ædibus, necnõ ab ecclesiis, monasteriis imperatoriis, à parœchis, orphanotrophiis, hospitalibus, gerocomiis, *in 1. lib. iur. oriental. in constitutionibus Nicephori*, περι ευρεσεως των θησαυρων *de militia egenorum.* Vini vectigal Lutetiæ impositum est tempore Caroli V. inuento ærario insufficiente pro impendiis belli in Anglos.

12 ¶ Atque † pro victu quotidiano regis & filij eius Dalphini, duodecim denariorum Turonensium per singulas libras salis diuenditi. pluraq; personalia alia, & realia tributa, quæ refert Ganguinus, *lib.9. in Carolo V.*

13 ¶ Imposuit † aliquando Brugensibus vectigal tritici, verum ipsi anno 1411. vi sese liberarunt ab hoc onere. Et domo nouo illi tributo colligendo constructa in Bambergo, malleis confracta & in profluentem abiecta, Ioannes Bissic. Nicolaus de Zontere, Liuinus van Melaue, Ioannes Brito, Liuinus Scuetelare tributi inuentores exsilio puniti, *Iacob. Meyerus, lib.15. annalium Flandria in Ioan. Burgundione.*

¶ Solarium † aliud vectigal est, quod ex solo publico à priuato, 14
possessio, publica locatione vel emphyteosi colligitur, *l.* 2. *§. si quo nomine prohibente, ne quid in loc. publ. lib.* 43. *P. titul.* 8. *l.1. de diuers. prædiis pubi. lib.*11. *Cod. titul.* 69. qui enim ædificat in loco reipubl. tenetur canonem vel vectigal eius rei nomine præstare, nec aliter licet occupare, *l. si legatum,* 10. *de operib. publ. lib.* 50. *P. tit.* 10. *l. si qui ex tit. 5. de diuers. prædiis, lib.*11. Cod. Sic & de agris, & de rebus ciuitatum dicimus, vt alij *fundi vectigales,* alij non vectigales sint, vectigaleque annuam habeãt pensionem, *l.1. si ager vectigal. vel emphyteot. petat. lib.*6. *P. tit.*3. † M. Fonteius prætor Galliæ pro Ro- 15
manis apud Allobroges, inter cetera à Gallis accusatus, quod nouum vini prætorium instituisset: quod tamen diluit Cicero, *pro M. Fonteio,* & antea in Italia fuisse. Et in Gallia Titurium Tholosę in singulas vini amphoras portorij nomine exegisse: Crodiniũ Portium, & Numium ternos victoriatos, Nuchalone serene, vnũ binos & victoriatos mille. Atque in his locis à se Codimie Neucalone ab his portorium esse exactum, si qui Cobiachamo, qui vicus inter Tholosam & Narbonam est, dimitterentur, neque Tholosam ire vellent, &c.

¶ Vectigal † item fisco penditur à metallariis ex metallifodi- 16
nis. Quicunq; volebat metallarij officium profiteri, prius præstabat fisco octo scrupulos in balucha, *l.1 de metallar. lib.*11. *C. titul.*6. id est, in arcnato vel minutato auro puro. Sic enim minutas arenas auri vocant Hispani baluchas, Græci chrysamos, *Plinius lib.* 33. *cap.*4. Scrupulus 24. pars vnciæ est. Præstabant & singulis annis quoque tibi aurileguli 7. scrupulos auri, *l. per annos, eodem titul. de metallar.* Et vltra, si quis in suo solo cuniculos auri quærendi caussa effodisset, decimam auri præstabat fisco: si in alieno, decumam domino soli, & decumam fisco, *Gratianus, l. cuncti,* 3. *de metallar. C.* ¶ In † metallis publicis quatuor genera personarum consi- 17
tantur, qui & aliis regendis præficiuntur, Procuratores metallorum sunt, qui ad tempus præficiebantur, quo nisi expleto, ad aliam dignitatem non consendebant, *l.* 4. *de metallar. lib.*11. C. Aliud genus, eorum qui adscripti metallis erant, qui inibi perpetuo seruire cogebantur, vt ex corpore metallariorum cum vxoribus & sobole, quo exeuntes, cum sobole reuocabantur, *l. fin. eod. de metallar.* Erant tamen liberi hi homines metallarij. Tertium genus erat eorum, qui ad metalium, vel opus metalli damnantur, qui pro definito tempore vincti metallis operam præbent, libertateque amissa seruiunt, *l. aut damnum,* 8. *§. est pœna. & §. seq. l. quidam sunt seruus pœna,* 17. *de pœn. in P. lib.* 48. *titul.*19. interdum tamen inde remittuntur, si inutiles sunt operi propter valetudinem, vel ætatis infirmitatem, dummodo impetretur à principe, *l. in metallo. damnati,* 22. *de pœnu, eod.* Quartum genus faciunt monetarij, qui metalla tractant & signant, quorum peritia certa esse debet & fides, vnde & corpus olim faciebant & collegium. ¶ Pro † vmbra 18
platani solutum e iam vectigal tradit Plinius, cum ea arbor vmbræ gratia tantum ex alieno fuerit petita orbe, *Plinius, lib.* 12. *cap.*1.

De Thesauris inuentis, in fiscum inferendis. Cap.II.

1 *Vectigal captum à subito ditatu.*
2 *Thesauri inuenti in quantum & quando fisci sunt.*
Thesaurus quid.
3 *Quando quis dicatur thesaurum in suo inuenire, & cedere emphyteuta in re emphyteutica carta inuentum docetur.*
4 *Non autem vsufructuaria rei, in qua inuenitur: Non ei, qui hypotheca nomine habet, vel nomine dotis insistendum.*
5 *Mercenarium in alieno operans inueniens thesaurum, nihil ex eo tanquam inuentor percipit.*
6 *Lex Apulia antiqua omnes thesauros inuentos defert fisco: alia diuidit cum inuentore: at in Gallia & alibi qualis hac de re sit lex, explicatur.*

INter † exactiones Tyrannicas, quæ enumerantur, *libr. 1. iur.* 1
oriental. in constitut. Nicephor. titul. περι εγκλειας των χρυσων, *de militia inopum.* Nicephori Cæsaris Orientis, qui successit Irenæ, est vectigal institutum, quod à magistratibus inspici res eorum iussit, qui ex paupere subito ad opes peruenissent: ab iisque veluti qui thesauros inuenissent, pecuniam postulari. ¶ Ad † ius 2
fisci thesauros inuentos pertinere indicat Callistratus, *l.1. de iure fisc.* P. Quod cum distinctione temperandum est: nam qui in suo thesaurum inuenit, suum facit: si in alieno vel fiscali prædio fortuna inuenerit, cum domino soli vel fisco partitur, *& hæc fuit etiam Adriani constitutio, teste Aelio Spartiano, in Adriano, §. the. 3 autos. de rer. diuis.* si inscio vel nolente domino in alieno inquirens inueniat, omnis domino debetur: si autem magicis & malis artibus alicubi quis inuenerit, fisco quærit. *l.1. de thesaur. lib.* 10. *C. titul. §. thesauros, de rer. diuis. §. final. quæ sint regalia, libr.2. feuda. titul.* 56. Absurdum enim esset, vt quis ex eo lucrum caperet, vnde pœnam meretur. Constituerunt autẽ leges pœnas magis, harioli & hiuus-

Digitized by Google

huiusmodi superstitiosis & perniciosis hominibus *l. 3. & 4. de mathr. & malefic. lib. 9. C. tit. 18. cap. 1. 2. 3. de sortileg. lib. 5. Decretal. tit. 21. tota 16. quæst. 2. Deuteron. 18. Leuit. 20. & 27. 1. Reg. 28. cum similib.* Plato porro *lib. 10. de legib.* omnino à thesauris inuentis abtinendum esse docui, nisi quis sit ex familia eorum, qui recondiderunt: atque ideo publice sacrandum voluit modico præmio accepto, veluti sapientes tripodem aureum inuentum in mari, Deo potius censuerunt consecrandum, quam sibi reseruandum. *Diog. Laert. in Solone. Thesauri* nomen non omnem pecuniam reconditam cotinet, sed eam tantum, de cuius dispositione seu infossione, non exstat memoria. *l. 1. de thesaur. lib. 10. C.* Alioquin autem, si quis metu bellorum aut latronum aut custodiæ caussa infoderit, nõ est thesaurus huius generis, vt cedat inuentori, imo furtum qui effoderit, committit, *Paulus l. nunquam nuda. 31. §. thesaurus, de aquir. rer. domin. lib. 44. P. tit. 1.* nam & possidere dicitur is pecuniam, qui eam terra condidit, etiam si ignoret locum vbi condiderit. *l. peregre, 44. de acquir. possess. lib. 41. P. tit. 2.*

3 ¶ At † in suo inuenire dicitur non solum dominus loci, cum pleno dominio possidens, sed etiam emphyteota, qui vtile dominium habet in prædio vectigalitium quia proprie thesaurus, nec fructus quidē fundi est ciuilis aut naturalis, *l. diuortio, §. fundum, solut. matrim. P.* nec vere fundi portio, *l. 3. §. Neratius, de acquir. possess. in P.* sed res penitus ab eo separata, nihil habens cum fundo commune. Et proinde, fortunæ donum in visceribus terræ conditum, *Menander in fabula, qua thesaurus, & l. si is qui. §. quod si seruus, de acquir. rer. domin.* nullius & quod inuentori, vt occupanti potius cedere, quam alij debeat. Tum etiam quia emphyteota habet vtilem actionem pro fundo petendo & in rem, *Paul. in l. 1. si ager vectig. vel emphyteo. petat.* susque cuiusque videtur quod vindicari potest. *Vlpianus, l. quintus Mutius. 29. §. argento legato, & §. cui legatum est, de auro & argent. lega. lib. 34. P. tit. 2.* Et meum est, cuius vindicandi ius habeo. *Celsus, l. soluto, lex 49. §. meum est, de rei vindi. lib. 6. P. tit. 1.* Cum in rem actio competit eis, qui iure gentium, aut ciuili dominium acquirunt. *Paul. in l. rem actio. 29. eod. P.* Proinde emphyteota in suo inuenisse dicitur, si inueniat thesaurum in re emphyteoticaria, & sibi totum acquirat, vel si alius ibi inueniat, medietatem tanquam dominus, præferturque domino directo, cum etiam emphyteoticarios possessores Theodosius vocet fundorum dominos. *l. possessores. 12. in fine de fundis patrim. lib. 11. C. tit. 61.* Et ita Angel. Aretinus contra Placentinum defendit *in §. thesauros, de rer. diuis.*

4 ¶ Hinc † sequitur thesaurum inuentum in fundo, in quo vsusfructus debetur alicui, non vsufructuario, sed domino directo quæri. Quod & Tryphonius Iurisconsult. respondit, *in l. si is qui in aliena potestate, 63. §. quod si seruus, de acquir. rer. domin. lib. 41. P. tit. 1.* Sic & similis vsufructuario, hic qui hypothecæ nomine possidet, vt thesaurum in re hypothecata inuentum non sibi quærat, sed debitori, vt domino relinquat, *d. §. quod si seruus.* quanquã alienare possit pro debito. *§. contra quibus aliena. licet, lib. 2. Instit. tit. 8. cum similib.* Idipsum in marito, si inueniatur thesaurus in fundo dotali inæstimato, dicēdum, vt non illi, sed vxori quæratur, nisi ipsemet maritus inueniat, tunc enim, vt alius in alieno inueniens, iure inuentionis medietatem consequitur, *Papinian. in l. diuortio. 8. §. si fundum. sol. matr. lib. 24. P. tit. 3.* quod & in vsufructuario & creditore intelligo vera, vt inuenientes ipsi in prædio vsufructuario vel oppignerato, mediam consequantur partem, tanquam in solo alieno inuenientes, non tanquam domini.

5 ¶ Ceterum † in mercenario, qui operas suas locauit, si fodiendo vel ædificando inueniat thesaurum, Angelus notat nihil eum inde percipere debere, *Angel. Aret. in d. §. Thesauros. n. 2. de rer. diuis.* argumento procuratoris qui ex mandato domini agens, litē puta vel aliud omnia domino restituere tenetur, etsi iniusti à iudice fuerint assignata. *Caius, in l. 46. §. procurator, de procurator. lib. 1. P. tit. 3.*

6 ¶ Ex † Apuliæ regni statuto, thesaurus reconditus inuētus siue publico siue priuato loco, fisci omnino erat. Alia postea lege Caroli 2. diuidendus inter regem & inuentorem: *Matthæus de Afflict. constit. Neapolita. de offic. secret.* Lege Constantini quisquis thesaurum reperisset, vltro ad fiscum referre debebat. *de Thesaur. in C. Theodos.* Ludouici noni constitutio etiam aureum thesaurum aurifodinas, Regi omni modo attribuit. Et ita vetustissima exstant Senatus Parisiensis decreta, thesaurum aureum quocunque in agro repertum ad principem: argenteum agri proprietatem pertinere anno 1259. & 1261. *Chopinus, lib de domanio 2. lib. tit. 5.* Ea de re sic etiam Eduardus primus Angliæ rex statuit, Thesauros de terra, domini regis esse, nisi in templo vel in cœmiterio inuenirentur, eoque casu aurum regis fore, cum argenti parti dimidia, residua parte ecclesiæ attributa. *in leg. Saxoni. Lambardi.* Theodoricus Ostrogothus Italiæ rex, quoque depositiuas pecunias ex longa vetustate dominis carentes, ad fiscū pertinere statuit. *Cassiod lib. 6. variarum.* At aliquando Parisiensis Senatus diuidendum thesaurum à principe cum repertore pronuntiauit. *Ioan. Gal. q 191. decisa per arest.* Sed & Calend. Sextil. anno 1570. expulso fisco regio thesauri reperti pars vna domino iuridico, altera repertori, tertia alia domino fundi proprietario assignata. *Chopinus vbi supra.*

De Hereditatibus, aut portionibus illarum in fiscum delatis. Cap. 12.

1 *Fiscus olim auctus instituto principe, qui hereditates priuatorum acceptaret.*
2 *Principes qui repudiarunt sibi delatas hereditates.*
3 *Cautum, ne liceat Imperatorem litis caussa instituere.*
4 *Caduca hereditates quando in fiscum delata.*
5 *Vigesima hereditatum aliquando delata in fiscum. Descriptio vniuersi orbis quare & quando ab Octauio imperata, eod.*
6 *Decima legis Papiæ & vigesima testamentariæ sublata.*
7 *Decima omnium heredita. Turcæ principi pendent. Patalnagius æstimator bonorum Turcii.*
8 *Hereditates morientium ab intestato sine proximis, & vxore, vel marito deferuntur fisco nunc, vt bona vacantia.*
9 *Albanagij iure & Galliæ princeps succedit alienigenis in regno morientibus, non factis regnicolis. Exclusis filiis. 11. Bononiæ habet & hoc ius eod. & Sicilia, 14.*
10 *Nothis seu spuriis ab intestato decedentibus succedit princeps, vel dominus loci, qui iurisdictionem habeat loci, vide & 13.*
12 *Delata fisco non petita quadriennio, non delata 20. annis præscribuntur.*
15 *Bona vacantia & regis, interdum & dominorum iuridicorum sunt.*
16 *Hereditates & legata indignis relicta quando fisco deferantur.*

NOn respuit princeps † hereditates, eorũ qui eum instituerunt, & ita illæ quoque fiscum augent. *l. 1. de iur. fis. in P. Vlp. in l. 1. Paul. in l. 2. de offic. procurat. Cæsar. lib. 1. P. tit. 19.* Mos nãque 1
antiquus erat, vel metu vel gratiæ aucupandæ caussa instituendi Imperatores: vnde Caius Caligula ad conficiendam pecuniam edictum Senatuscon. proposuit, vt qui ante heredem sibi destinasset Tyberiũ, Caio legaret morte sua, *Dion Cassius lib. 59.* quamuis Paulo Iurisc. placuerit eius bona, qui se Imperatorē heredē facturum esse iactauerit, à fisco occupari non posse. *l. eius bona. 31. de testam. lib. 28. P. tit. 1. facit, l. nolumus. & l. ex imperfecto, C. de testa.*
¶ Neque † etiam omnes principes in ea fuerunt sententia, quinimo & aliqui illorum, delatas legitime repudiarunt eorũ, quibus erant proximi vel filii, vt Adrianus fecit teste Spartiano *in vita Adriani.* Et Antonius Pius alio nomine dictus Aurelius. *Iul. Capitol. in vita Antonini Pii.* Et Octauianus Cæsar nunquã quicquam ex ignoti testamento capere sustinuit. *Sueto. in Octauio. c. 66.* Nec Flauius Domitianus ab illis accepit, quibus liberi essent. *Sueton. in Domitia. c. 9.* Qui omnes excelluerant maxime in hoc & Tyberio iustiores, qui auariissimus cum esset. omnes sibi delatas hereditates lubens adibat. *Dion Cassius lib. 58.* Vnde & plures illum instituebant vel ad inuidiam aliorum, vel vt vindictam facilius per ipsum heredem exsequerentur in alios. ¶ Cui † tamen 3
malo postea prospectum cautumve, non licere Imperatorem litis caussa heredem instituere, minusq. inuidiosum visum, neque calumniæ facultatē ex principali maiestate capi oportere. *Paul. in l. Imperatorem, 91. de hered. instituen. lib. 28. P. tit. 1.* Ælius quoque Pertinax hac de re Senatusconsultum tulit, & eo se professus est nullius se aditurum hereditatem, quæ aut adulatione alicuius delata esset, aut lite perplexa, aut legitimi & necessarij heredes reseruarentur. Addiditque senatusconsulto, *Sanctum est, patres conscripti, inopem rempub. obtinere, quam ad diuitiarum cumulum per discrimen ac dedecorum vestigia peruenire. Iul. Capit. in Ælio Pertinace.*

¶ Præter † institutionem & voluntatem quoque decedentium hereditates olim ad principem vel eius fiscum deuoluebãtur, quando peruenirebant in caussam caduci: veluti si institueretur qui tunc non erat in rerum natura, vel non exsistenti legaretur, vel institutus vita decederet ante testatorem. Sublatum tamen hoc postmodum tempore pacis, quod erat ob penuriam temporis belli inductum. *l. 1. §. 1. & §. & cum triplici, & §. pro secundo, decad. tol. libr. 6. C. tit. 50.* Istam legem de augendo ærario, quæ postea moderata fuit, tulit senior Augustus, vt scribit Cornelius Tacitus *lib. 3. annal.* 4

¶ Fuit † & aliquando ex hereditatibus & legatis pars adiudicata fisco, & ærario militari vigesima per eũdem Augustũ Octauianũ, qui eam instituit exceptis his, quæ proximo genere iunctis, ac pauperibus morte aliorum relinquerentur, *Dion Cassius libro 55.* quæ cum onerosa visa fuisset Romanis, diceretque se quoduis aliud tributum, quam vigesimam passuros: Octauianus, anno vrbis conditæ 766. anno 1. sui quinti decennij imperij in agros & domos pensionem transtulit, ac statim non ostenso quantum aut quomodo cuilibet pendendũ foret, alios alio diuisit, qui priuatorũ ac ciuitatum facultates describerent, vt cum singuli maiorem iacturam verentur, mallent vigesimam pendere: idque eius consilium ita res ipsa probauit. *Dion Cassius lib. 56. Histor.* Edictumque fuisse propositum de illa descriptione meminit Diuus Lucas *c. 2.* amanuensis sacer: *Exiuit*, inquit, *edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, &c.* Legem vigesimæ 5

Digitized by Google

renouauit M. Antonius philosophus, vt testis Iulius Capitolinus, *in M. Antonio.* Iustinianus & huic aliam addidisse Adrianū vult, vt pote qui valde fuit de ærario studiosus, vt scribit Eu-
6 tropius *lib.* 8. ¶ Ipse † autem Iustinianus quæ de hæreditatum vigesima introducta erant, sustulit *l. edicto D. Adriani. 3. de edict. D. Adria. toll. lib.* 6. C. *tit.* 10. Sicut & sublata decima, quæ ex lege Papia deducebatur ex legatis à vito vxori, vel ab vxore marito relictis si illis non essent legitimi liberi. *l. 2. de in fir. pœn. cælibat. lib.*
7 8. C. *tit.* 8. ¶ Apud † Turcas eorum Imperator, bonorum defuncti *decimam* quamque corradit, etsi defuncto legitimus sit heres. Est que eius rei gratia magistratus æstimationem bonorum faciens,
8 dictus *Petalongum.* ¶ Accipit † tamen nunc & fiscus hereditates morientium ab intestato sine proximis, vxore, vel sine socio libertatis à principe collatæ, tanquam in bonis vacantibus, exclusis ciuitatibus quæ ius fisci non habent. *Dioclet. & Max. in l. 1. & Theodo & Honor. in l. Vacantia. 4. de bon. vacantib. lib.* 10. C. *titul.* 10. Et sic Theodoricus rex Gottorum scribit, *Cassiodo. lib.* 6. *Varia-rum, proximos defunctorum nobis legaliter antepono, quæ in hoc casu principu persona post omnes est: sed huic optamus non acquirere, dummodo sint qui relicta debeant possidere.*
9 ¶ Hoc † & in Gallia obtinet, ex cuius generali consuetudine rex iure albanagij, id est, albinati, extraneis albinatis succedit, si illi non fuerint regnicolæ à principe facti, id est, vt diximus si non fuerint affiliati, vel naturalisati, etiam si fecerint testamentum.

10 ¶ Et † nothis quoque, siue spuriis non legitimatis succedit Princeps, sicuti & quilibet dominus directus habens iurisdictionem spuriis decedentibus in suo territorio, si illis non sint descendentes ex linea recta legitimi & naturales, vt sæpe secūdum hæc quæ diximus tam in alienigenis seu peregrinis, quam spuriis iudicatum est. *Papæ lib.* 5. *rapso. arest. tit.* 2. *arest.* 1. *Guillel. Bened. in ca. Raynutius, in verbo & vxorem nomine, decis.* 5. *num.* 480. Possunt tamen ex consuetudine testari spurij seu bastardi. *Boer. ad consuet. Bituri. tit. de testam. §. fin. Pyrrhus, ad consuet. Aurelian. tit.* 14. *de successorib.*
11 ¶ Et † quanquam sint filij peregrinis, tamen fiscus his exclusis succedit, quia illorum patres, sine adoptione regia, non sunt capaces acquisitionis bonorum in regno, nec etiam beneficiorum vt decisum constitutione regia 6. Idus Marcias 1431. vt nec Bononiæ extranei, vt ait Barbatia *consi.* 23. *col.* 1.

12 ¶ Ceterum † ad bona aduenarum seu peregrinorum vocatur principis fiscus, tanquam ad bona vacantia, quæ principis sunt: nisi si delata sint, & admonitus de his fiscus non petierit, quo casu iure possunt præscribi contra fiscum quadriennio, *l. 1. §* diuus, *de iure fisci lib.* 49. *P. tit.* 19. *in l. 1. de quadrien. præscr. lib.* 7. *Cod. titul.* 37. quæ non delata sunt, viginti annis *d. §. diuus l. 1. de iur. fisc.* In Gallia autem Chassaneus in vtroque casu triginta annos desiderari putat. *Chassan. in consuet. Burg titul.* 2. *§.* 1. *in verba, qui confisc. que le corps, num.* 34. *& in rub. de cens. §.* 2. *versicul. & semblablement*
13 *se faire. num.* 20 ¶ Et † extat constitutio 8. Idus Sept. 1486. qua fiscus nothorum bonis occupandi præfertur dynastis. qui aliquādo sibi hoc ius adsciscunt, vt ait Paul. Castr. cons. 34. Vnde & in lib. 2. Cameræ ratiociniorum fol. 320. scriptum est, bona bastardorum decentium in terra alterum iustitiariorum, non capiantur per
14 officiarios regis, nisi constet per informationem legitimam regem esse in possessione capiendorum in illo loco: quod si dubiū sit, fiat inuentarium, & tradatur in manu secura. ¶ Apud † Siculos, intestato aduena, quem ipsi *garaganzum* vocant, mortuo, bona in fiscū coguntur. *Constitutio. Neapol. de offic. secreti, & ibi Matt.*
15 *de Afflict.* ¶ Competunt † & bona vacantia non solum principibus, sed & aliis dominis iuridicis aliquando, qui ius gladij habēt, secundum mores diuersos. peruenient & alio modo ad fiscū he-
16 reditates & legata. ¶ Et † quamuis melius ad pœnalia cōpendia hic modus referendus esset. tamen de hereditatibus ad fiscum deferendis institutus sermo dabit huic modo locum: nempe cum is cui relinquitur tacite legatum, vel hereditas: non potest capere, incapaxque non se defert, vt partem aliquam consequatur: tunc enim fiscus relicto potitur. *Paul in l. edicto, 13. de iur. fisc. l. 1. eodem P. l.* 1. C. *de delator. lib.* 10. *titul.* 11. Quæ reddunt autem incapacem, vt illi in fraudem relinqui tacite non possit, plura sunt, vt damnato in metallum relinquatur, vel hæretico, vel nato ex nefario coitu. & similia quæ enumerat & probat gloss. *in l. 1. de iure fisci. in* P. Ideo hereditates fideicommissariæ, de quibus contra legem restituendis personis prohibitis à lege promissionem quis adhibuerit, fisco deferuntur. *Papin. l. eum qui. 18. de in quib. vt indig. li-* 34. *P. tit.* 9. Deferuntur & successiones mortuorum, quorum hereditates heredes adierunt ante vindicatam necem eorum, quibus succedunt. *l. si ea q. 3 de in quib. & vt indig lib.* 6. *Cod. tit* 35. *Vlpia. l. necessarios. l. 5. §.* 1. *ad Senatusc. Syllani. lib.* 29. *P. tit.* 5 *leg.* 1. *de iur. fisc. in P. Vlpian. l. Marcellus, 3. §. fin. ad Sen. Trebell. lib.* 36. *P tit.* 1. Quod & in patronis etiam receptum est, vt nisi liberorum necem vindicent, fiscus ab illis hereditates reposcat, cum omnes heredes, vt ait Paulus. *l. portiones. 21. de in quibus vt indig in* P. in defunctos officiosos esse oporteat. Quod tamen intelligendum, dummodo heres pupillus non sit qui ob ætatem ab indignitate illa excusatur, *d. l. si ea quæstio. & l minoribus de in quibus vt indig.* C. quia ibi nulla culpa esse videtur, vbi consilij defectus esse conspicitur. Quo fit, vt is heres etiam non priuetur hereditate, qui cum ignoraret auctores patrati sceleris, mortem non vindicauit. *l. si ideo vltio, 7. eod. tit. C. de in quib. vt indig. l. cum fratrem, 9. eod. C.* Sic quoque nec is priuatur, qui ante suam culpam, in agēdo ab alio præuentus fuit: tunc enim tuto adit si culpa negligentiæ nō imputatur: contra si imputari possit. *l. sororem, l.* 10. *C. eod.*

De viis publicis. Cap. 13.

1 *Via publica iuris regalis est, quidque via publica.*
Viæ diuisio & species, publica, priuata.
2 *Vicinalis, iter, actus, via quid. Via publica latitudo quanta esse debeat, eod.*
3 *Vias publicas non licet occupare vel concludere priuatis, quibus sine metu occupantibus quilibet potest se opponere.*
4 *Viarum publicarum cura aliquando fuit consulum & ædilium curulium, & quid huiusmodi curarent in eis, ἀστυνόμοις Graecorum.*
5 *Curator viarum aliquando solus qualis potestas eius, & quot constituti.*
Curam tandem viarum, & securitatem in Cæsares transtulerunt. Quare & Vectigal exigunt. Maicstre des ports & passages, in Gallia quis.
6 *Via publica communes vsu, non vicina illis prædia, in quibus non est declinandum.*
7 *Itinera viarum per milliaria & lapides metiebantur ab antiquis. Et quomodo columnæ lapideæ viis apponerentur.*
8 *Lex viarum vna, comiter iter decedendum esse.*

REgaliæ censentur † viæ publicæ, §. 1. *quæ sunt Rega. lib.* 2. *feudor. tit.* 56. Viam publicam eam dicimus, cuius etiam solum 1
publicum est, *l.* 2. *§. viam publicā, ne quid in lo. pu. lib.* 43. *P. tit.* 8. non enim sicut in priuata via, ita & publica accipimus, viæ enim priuatæ solum alienum est, ius tamen eundi & agēdi nobis competit seruitutis iure. *d. §. viā, & in l. loci, si serut. vind in P.* Sic viæ publicæ siue basilicæ vel regiæ, prætoriæ, consulares, priuatæ aliæ, quæ & agrariæ, & vicinales quæ in vicis sunt, vel in vicos ducunt. *l. 2. §. viarum, ne quid in loc. pub. 3. de loc. & itiner publ.*

¶ Inter † quas iter, actus, viæ: iter ius eundi per fundū alienum 2
hominis tantum actus & iumenti & plaustri agendi ius *l. inter actum 12. de seruit. rust. prædio. lib.* 8. *tit.* 3. *l. qui sella. 7. eod.* Via, ius eundi, iumenti & vehiculi agendi, quæ continet actum & iter. *l* 2. *de seruit. rustic prad. in P. vb: gloss. in verb. via. differentiam actus & via dat.* Via in ponecto 8. pedum, in anfractu 16. constituī debet. *le. vie latitudo, de seruit. rust. prad. in P.* Actui dimidium, id est, 4. pedes tribui debent. Potest tamē via vel angustior vel latior pacto constitui, dummodo per eam vehiculum ire possit. *Paul. l. via 23. de seruit. rust. prad.* ¶ Ex cōsuetudine quarundam regionum viæ publicæ latiores aliquādo, vt ex Tu. onēsi, via publica debet habere 16. pedes latitudinis, & vicinalis 8. habetque notionem delictorum in illis commissorum ex ea lege Castellanus, *in consuet. Turenon. tit. des droictz du seigneur Chastelain, art.* 1. quæ & ex aliis consuetudinibus obtinent. *Coustumes de amiau ed. tit. art.* 43. 44. 45. *Maine, eod. tit. art.* 50. *Rochelle. tit. de iurisd. art.* 1. Non † licet sine auctoritate diuini rescripti angiportus integros 3
vel partes, suis domibus includere vel porticus vsurpare, sed debent reddi ciuitati, eum multando qui ausus est 50. libris auri. *l. qui sine, 19. de operib. pub. lib.* 8. C. *tit.* 12. Viæ publicæ sine permissu principis, quia illius sunt, quicquā priuati operis non admittunt, *l. si in publico, 18. §. fi. de aqua plu. arcen. lib.* 9. *P. tit.* 3. *l* 2 *§. ait prætor, ne quid in loc. pub P l.* 2. *de loc. & itiner. pub. P.* Reficere tamen & purgare licet impune, non deteriorem facere, alioquin & ei vis impune fit à quolibet de populo, *l.* 1 *de via publica. lib.* 43. *P. tit.* 10. non obstante opposita præscriptione, quia populus non vtendo, non amittit viam publicam, *l.* 2 *eod de via pub.* cum nec loca publica, licet vsibus priuatorū deseruiant, tamen nō quasi propria cuiusque, sunt, & tantum iuris habemus ad obtinendum, quantum quilibet ex populo ad prohibendum habet. *l.* 2. *§ hoc interdictum, ne quid in loc. pub.* Et cuilibet in publicum petere permittendum est id, quod ad vsum hominum pertineat, veluti vias publicas, itinera publica. Et ideo quolibet postulante, de his interdicitur. *l.* 1. *de via & itin pub. lib.* 43 *P. tit.* 7. ¶ Florente † repub. 4
Romana censorum ea functio erat, vt vias sternendas in vrbe, silice, glarea, extra vrbem, substruendas, marginandasque locarent apud Liuium *lib.* 1. *dec. ad.* 5. Olim hæc cauſſa viarum publicarum magistratibus propriis commissa fuit, nempe Ædilibus Curulib. qui postea curatores viarum dicti ob id *l. ad curatores reipub. & l. qui vias publicas, de dam infe. in P. l.* 2. *§. sed & si curatores, ad municipa. P. Lamprid. in Alexandro*, qui cogebant dominos agrorum vel ædificiorum vicinorum viis publicis eas pro modo obiecto loci reparare & emendare: cauebantque ne quis effoderet vias, ne subrueret, neque in his construeret, constitutū dissolueret, purgarive curarent, ne permitterent stercora, non mortuicina, non coria in eis iacere, non in illis rixari. *l.* 3. *de via pub. libro* 43. *P. tit.* 10. Græci munus hoc ἀστυνόμιον suis decreuere, vt itinerum publicorum per vrbem curam agerent, vti complanarentur, & quæ in vrbem tendunt, ne perfoderentur, aut aggeribus congestis ob-

Digitized by Google

fis obruerentur, neve quid in militari via ædificaretur, teste Pla
5 tone. *Plato, 6. de legib.* ¶ Erat † aliquando viarum curator pro-
prius, qualis Octauius fuit constitutus, quique, qui viis reficien-
dis præessent prætorios viros, qui hectoribus binis vterentur, de-
signauit. *Dion Cassius lib. 54.* Atque iis antea vias extra vrbem re-
ficiendas mandauit partim publicis, partim suis, partim patrum
quibusdam sumtibus. *Dion, Cassius lib. 53.* Statuerunt Cæsares,
omnes sine exceptione concessi priuilegij immunitates tributo
rum, ad viarum & pontium reparationem conferre debere, *l.i.*
2.3.5.6. *de itine. munien. lib. 15. C. Theodos. 3.* Alexander Cæsar Romæ
vrbis, regionum, & viarum curatores fecit 14. *vt auctor Lamprid.*
in eius vita. Augustus fecit Agrippam generum viarum curato-
rem. *Sueton. in Augusto.* Postea viarum curam ad se principes
auocarunt, & securitatem, vt transeuntibus, *ea. l. quæ sint regalia.*
à quibus vectigal exigunt, tutum esset iter. Propriumque in Gal-
lia regium magistratum habemus: *Maistres des ports, passages, &*
chemins.

¶ Publicæ † viæ omnibus communes vsu, tamen vicinia præ-
6 dia minime, in qua non est à via declinandum. Sic & liberum i-
ter publicum petiit Israeliticus populus à Schone rege Amor-
rhæorum, *Nume. c. 21. obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam:*
non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis, via
regia gradiemur, donec transeriamus terminos tuos. Viamque hanc re-
giam fuisse publicam explicatur in Deuteronomio, vbi ea repe-
tuntur. *Deuter. c. 2. Transibimus per terram tuam, publica gradiemur*
via, non declinabimus neque ad dextram neque ad sinistram. Alexan
der Seuerus Imperator, si quis de via in alicuius possessionem de
flexisset, pro qualitate loci, aut fustibus subiiciebatur in conspe-
ctu eius, aut virgis, aut condemnationi: aut si hæc omnia transi
ret dignitas hominis grauissimis contumeliis: cum diceret, visne
in agro tuo hoc fieri? alteri ne feceris, quod tibi fieri non vis. *Lam-*
prid. in vita Alex. Seueri.

7 ¶ Per † milliaria & lapides itinera metiebantur antiqui, vnde
& lapis, & millarium pro eodem, *l. 1. §. inuito, de offic. præf. vrb. l.*
propter litem §. vlt. de excusat tutor. l. 2. de etogat. milit. anno. lib. 12. C.
tit. 38. singulis milliariis tribunus Gracchus lapideas columnas
habentes inscripta spatiorum signa posuit, vt auctor Plutarchus
8 *in Graccho.* Inter † leges viarum publicarum illa, erranti viam co
miter ostendendam. *Homo*, inquit Ennius, *qui erranti comiter mon-*
strat viam, quasi lumen de suo lumine accendat facit, &c. Cic. de Se-
nect. Et Diphylus Comicus, *in sententiis Comicorum antiquorum*
cap. 15.

ἀγροῖς ἐν ταῖς ἀγυιαῖς.
ὅτις ἐστίν, οἵ τε μὴ φράσει πρὸς ὁδὸν,
ἢ πυρίμαχον ἢ διαφθορᾶς ὕδωρ,
μᾶλλον δ' ἐπεύξει, ἢ κακοῦσ' τινά,
Id est,
Nescio execrationibus obnoxium esse,
Si quis aut non recte monstrauerit viam,
Aut ignem accenderit, aut aquam corruperit
Volenti comedere, aut prohibuerit ista.

De Mari & Fluminibus publicis. Cap. 14.

1 *De mari relatiue. Flumina regalia, & compendia eorum princi-*
pis. Flumina publica, & priuata: publica qua.
2 *Fluminis & riui differentia: flumen quid, & quid torrens, & pri-*
uatum flumen.
3 *Flumina publica vsu communia, proprietate principis.*
4 *Fluminum duo genera, Regalia & bannalia, & quæ regalia, rega-*
lium vtilitates & vectigalia principes.
5 *Bannaria flumina, quæ videlicet donata vasallis.*
6 *Leges piscationibus & instrumentis piscatorum impositæ.*
7 *Portus publici iuris, ideo cuilibet licet in iis piscari. Regij autem*
iuris vel domini loci ratione iurisdictionis & vectigalium.
Portus quid, & eius differentia ab statione eod.
8 *Littus quid, & ripa, & differentia.*

1 DE † mari iam satis diximus, dum egimus de aqua, ideo nihil
addam. Inter regalia flumina publica etiam sunt, & compē-
dia ad principem pertinent, *§. 1. quæ sint reg. in vsi. feudo. Bart. Iason*
& alij in l. quominus, de fluminib. Fluminum quædam publica sunt,
quædam non. Publicum esse Cassius definit, quod perenne sit, id
est, perpetuo fluat.

2 ¶ Flumen † à riuo magnitudine discernendum, aut existima-
tione circumcolentium. *Torrens* est, quod tantum hyeme fluit.
hæc in l. 1. de flumin. lib. 43. P. test. 11. Sic intelligenda de perennibus
quæ traduntur à Iustiniano, & aliis Iurisconsultis, flumina omnia
& portus publica esse, taliaque esse dicentur, quæ omnium vsi-
bus patent, & sunt in iure principis, vt olim populi, & quæ oriun
tur in publicis locis & per publica fluunt: vt priuata, quæ sunt in
dominio, commodo, vsu alicuius priuati, quæ in priuato oriun-
tur aut fluunt, & quæ talia habentur ex principis concessione, vel
præscriptione, vel alio iusto titulo, *§. flumina, de rer. diuis. l. nemo.*
4. eod. in P. l. adeo. 7. § insula, de acquir. rer. dom. in P. lib. 51. tit. 1. l. flu-
minum. 24. de dam. infecto. ¶ Publica † vsu sunt communia, sed 3
proprietate sunt principis, & olim populi: sicuti riparum vsus pu
blicus & communis, sed earum proprietates eorum censentur,
quorum prædiis hærent. *Iason in l. quominus, num. 1. de rer. diuis.*
Communia quidem scilicet vsu hęc omnia iure naturæ, aër, aqua
profluens, & mare, & per hoc littora maris. *d. §. flumina, de rer. di-*
uisio. l. 3. de fluminib. l. riparum, de rer. diuis. De legibus aquarum plu
ra diximus, dum de quatuor elementis in iure considerandis egi-
mus titulo de aqua, quæ non repetemus. ¶ Fluminum, † vbi 4
& lacus continentur duo genera, alia regalia, alia bannalia seu
proscripta. *Regalia* sunt, in quibus princeps iure patrimoniali
seu domaniali vectigal capit, & ideo in his modū piscandi & tē-
pus constituit. Et quia onus & curam fluminum sibi asciuerunt
Principes, *l. 2. de rer. diuis. in P.* æquum est vectigalia, *piscarias*, alia-
que commoda eorum, ad illos pertinere. *l. quod principis. & l. si in*
publico, de aqua plu. arcen. P. l. quominus, de fluminib. l. seruitutes, §. pu-
blico, de flumin. Carol. Magnus tamē illa vectigalia voluit exigi de
pontibus, nauigiis, & mercatis, non quando funes tenduntur, vel
quando sub pontibus cum nauibus transitur, vel ex similibus, in
quibus nullum auxilium itinerantibus præbetur, *l. secundum natu*
ram, de reg. iur. P. l. fin. §. sed cum secundum, de furt. C. Nam & hæc a-
boleuit Pertinax instituta à tyrannis vectigalia, *in lib. 3. l. Francica,*
c. 12. de Teloneis.

¶ Bannaria † seu proscripta flumina quibusdam beneficis seu 5
vasallis condonata sunt priuatis, vel consuetudine, vel pacto vsur-
pata. Hodie in Gallia piscandi in omnibus bannalibus moderata
licentia, *Herodia. in 2.*

¶ Modusque † piscandi redemtoribus piscationum & aliis 6
præscriptus. Et de modulo retium, verriculorum, & nassium,
& de magnitudine, & de tempore capiendorum piscium, leges datæ à Philippo 4. rege Gall. mense Sextil. anno 1291.
& mense Martij anno 1302. Et à Carolo 5. constitut. *des eaux fo-*
restz.

¶ Sunt † portus quoque publici iuris & regij, *ita intelligen. Io. 7.*
Faber, in § fluminum, de rer. diuis. Ideo ius piscandi omnibus iure
gentium commune, *§. 1. quæ sint regal. l. nemo, de rer. diuis.* quod per
tinet ad iurisdictionem, & regis sunt, vel illius domini, in cuius
territorio sunt, *l. flumina, de rer. diuisio.* & ideo vectigalia quo-
que eius ad eum pertinent, *d. §. 1. quæ sint regal. l. edicto, §. 1. & l. inter*
pub. §. 1. de verbor. signif. Portus appellatus est conclusus locus,
quo importantur merces, atque exportantur: & ea quæ nihilomi-
nus statione concluſa atque munita sunt. *Vlpia. l. portus, §. 9. de ver*
bor. signif. Portus species forsan non concluſi, statio est, ab stan-
do: locus inquam vbicunque naues tuto stare possunt, *l. 1. §. sta-*
tionem, de fluminib. in P. Et ita distinctio fit, vt interdictum detur,
ne quid in mari inve littore fiat, quo portus, iterve nauigio dete
rius fiat.

¶ Littus † maris est, quatenus hyberni fluctus maximus excur- 8
rit, *d. l. 1. §. si in mari, de fluminibus.* communeque est vsu vt mare, *l.*
Titius. 6. & 112. de verbor. signif. §. equidem, de rer. diuis. quod & de
littoribus fluminum dictum est, *§. flumina, de rer. diuis.* Tamen
quod pertinet ad iurisdictionem, & ius tutandi & ad vectigalia,
principis littora sunt, aut eius qui habet in illo loco imperium,
l. littora. ne quid in loc. sacr. Ripam tamen proprie fluminum aiunt,
vt Ouidius,

-- *campoque recepti*
Liberioris aquæ pro ripis littora pulsant. *Ouid. 1. Metam.*

Ripæ quoque solent habere præcipitem asperitatem, vt liquet
in omnium ripis. littora vt plurimum plana sunt, vnde Pomponius Mela *lib. 3.* de Æthiopia agens, vasta omnia vastis præcisa
montibus, ripæ potius sunt quam littora. Crepido seu labrū am-
nis, id quod flumen continet naturalem rigorem sui cursus te-
nēs, *Vlp. l. 1. §. ripa, de flum. P.* Cōfunditur & appellatio cum littore.
Verum fluminum ripæ ad possessores proprietatis proximiores
pertinent. *l. riparum, de rer. diuis. P. §. riparum, eod. ap. Iust. vide de ri-*
pis plura, & de illis muniendis Capollam, lib. 2. de seruitut. rust. c. 36. Iurisdictio ad dominos locorum vel ad principem. Reparationē om-
nes sine exceptione conferre tenentur, *l. ad portus, C. de operib. pub.*
Ex constitutionibus Gallicis latis anno Domini 1517. & 1543. *art. 11.*
const. du fruit de la marine, cautum, vt rerum omnium, quæ à pelago
in littora extrahuntur, tertia pars ad principem regio iure perti-
neat, tertia altera ad maris præfectum, alia ad nauarchos reper-
tores. Et si tamen dominus rerum suarum iacturam persequatur
intra annum, et restituantur refusis sumtibus, *l. iuxta, l. nauigia, C.*
de furt. Æque annumerantur inter regalia in Sicilia, Anglia, & lit-
toribus Italicis naufragiorum compendia. *Lucas de Pen. & Ioan.*
de Platea. in l. 1. de naufrag. lib. C. Mattheus. de Affl. lib. const. 59. Est
& ius guidagij in Armorica regale in mari, *Argentæus, in consuet.*
Armoricu.

De bonis patrimonialibus principis à fisco colligendis, & de pascuis. Cap. 15.

1 *Patrimonij principis tot species, quot priuatorum.*

Digitized by Google

2 *Prouentus ex saltibus & pascuis principi, & pœna pascentium in illis.*
3 *Saltus & pascua quid.*
4 *Non licet pecus in pascua aliena vel nemora immittere prohibente domino.*
5 *Duobus modis prohiberi censetur ingressus pascuorum, voce, signo & quomodo signo. Item bannio, vel cruce, vel fossis, vel valle.*
6 *Animalia in pascuis & nemore principis inuenta pro noxa sunt: non si inueniantur in priuatorum pascuis, quia tunc tantum damnum datur.*
7 *Quando & quomodo dominus ius habet retentionis animalium inuentorum in suo pascentium, & de praxi huius rei.*
8 *Damnum datum modicum ab equo viatoris necessitate vrgente, vel à pecore deperdito sine culpa domini an resarciendum.*
9 *De iure pascendi in alieno fundo, & iure illius seruitutis, quo tamen abutendum non est præter modum.*
10 *Duo iura pascendi, viridis pascui & vacui pascui, quidque vtrumque, & tempus pascendi vacui pascui quod.*
11 *Porci pascui non debent immitti.*
12 *Abutentes pascuo & saltibus iure priuantur concesso*
13 *Pascua publica Romana, vnde vectigalia olim dicta agri scripturarij.*
14 *Thoria lex in depascentes agros publicos.*
15 *Pascuorum antiquum vectigal.*

1 TOt species patrimonij† principis esse possunt, quot & priuati, *videm. tot. titulum de fundis rei priu. & salt. dom. domus lib.* 11. C. *titu.* 65. *& de fundis & saltib. res domuic. eodem titu.* 66. *& de agricol. & mancip. domini. tit.* 67. *&* 68. *&* 70. 71. 73. 74. 75. 76. Quamobrem de hoc pauca dixisse contentus ero, & prosequar quæ de
2 pascuis & saltibus regiis frequentia sunt. ¶ Iure† itaque qui immisit animalia in pascua, vel syluam, vel saltum principis, si ius non habeat pascendi: illa amittit & fisco dantur. Atque saltuum vel pascuorum procurator, id est, qui curam gerit eorum, si conniueat, & pretio venaiè gratiam fecerit, grauissimo subditur supplicio, *l.* 1. *de fund. & salti. rer. dominic. lib.* 11. C. ¶ Saltus† sunt pro-
3 prie, pascua loca inculta crebris syluis & dumetis repleta, vt innuit Virgilius, *lib.* 3. *Geor.*

Saltibus in vacuis, inquit, *pascuntur plena secundum*
Flumina.——

Et Varro, 4. *de ling. Latin.* *quos agros*, inquit, *non colebant, propter syluas, aut id genus, vbi pecus pasci posset, & possidebant, ab vsu suo saltus antiqui nominabant*, Græci *vμας*, Latini *nemora*. Saltus atque pascua, aut sunt priuatorum, aut publica, seu vniuersitatis alicuius.

4 ¶ Generaliter† non licet in pascua alterius siue ea sint fiscalia, siue priuata, pecus pascendi gratia immittere, nec militibus quidem, *l.* 2. *&* 3. *de pas. pub. & priuat. lib.* 11. C. *titul.* 9. quia nec licet fundos alienos inuito domino ingredi sine iure seruitutis, *cap. omnes leges*, 1. *dist. l. per agrum.* 11. *de seru. lib.* 3. C. *tit.* 34. *Call. l. diuus Pius*, 16. *de seru. rust. prad. lib.* 8. P. *tit.* 3. *Caius, lib.* 3. *de acquir. rer. domin. lib.* 41. P. *titul.* 1. *Iustin.* §. *fera, de rer. diuis.* maxime si prohibeat dominos.

5 ¶ Porro† prohiberi videtur ingressus duobus modis, vel expressa voce, vel signo. Quid vocalis expressa prohibitio sit, patam est: signo vero fit prohibitio, si in ingressu vel limitibus, seu terminis fundi seu prati, crux vel aliud simile, quod dicitur bannum, ponatur vel figatur auctoritate iudicis ordinarii vel territorii, vel ciuitatis habentis imperium merum seu aliam iurisdictionem, cuius indictæ pœnæ aduersus scientes & violantes, bannum habent exsecutionem, *l. fina. de decret. ab ord. fact. li.* 50. P. *titu.* 9. *Notat expressè Petrus Iacobi, in rub. de actio. ex pauperie*, §. *item notandum circa finem.* 2. fit inhibitio, si pascua, prata, vel nemora, cingantur fossa, aggere, vel macerie, *l.* 3. §. *item feræ, de acq. posses. lib.* 41. P. *titu.* 2. *l. vsufructuarium venari.* 69. *de vsufr. lib.* 7. P. *tit.* 1.

6 ¶ Hoc† singulare in pascuis principis, vt animalia inibi inuenta aliena, fisco adiudicentur pro noxa: in aliis aliorum ne quaquam receptum, nam tantum dominus animalium, quæ dānum dedere, tenetur illud resarcire, nec domino fundi, læsi ius retentionis animalium datur, sed actio ad damni repetitionem, *Pompo. in l. quamuis alienum*, 10. *ad l. aquil. lib.* 9. P. *tit.* 2. Quinimo si quis durius aut aliter quam suum animal, à fundo suo alienum expellendo & abigendo, lædat, vt si abortum equa abacta fecerit, pro damno tenetur, *Pompon. in l. Quintus Mutius* 39. *& l. si boues*, 5. *ad l. Aquil.* P. Habet enim actionem paratam contra dominum animalis, vt de pastu pecoris, cum in suo alienum pecus depascitur, *Iulia. in l. qui seruandarum*, 14. §. *fin. de præscript. verb. lib.* 19. P. *tit.* 5.

7 Fuerunt† tamen qui defendant posse à domino fundi detineri inuentum alienum animal, donec fuerit damnum datum reparatum, vel de eo cautum. Quod & seruatur ex consuetudine diuersorum pagorum, potissimum iuxta Tholosam & approbatum Neratij videtur auctoritate, *leg. vates*, 8. *de incen. ruin. & naufra.* P. & Vlpiani, *in l. hoc amplius*, 9. §. *Neratius, de damn. inf. lib.* 39. P. *titu.* 2. Suntque expensæ quæ in hac detentione fiunt resarciendæ quoque à domino animalis, *arg. l. Celsus scribit*, 5. § *sed & si ratio, ad exhiben. lib.* 10. P. *titu.* 4. *l. prætor ait*, 7. § *fin. de dam. infect. in* P. *l. si non sortem*, 26. §. *si certum. de cond. indeb. lib.* 12. P. *titu.* 6. Et pro damno dato electio domini animalis est, vel damnum reparare, vel dare animal pro noxa, *l.* 1. *si quadrup. pauper. fec. dica. lib.* 9 P. *eo. tit.* § 1. *eo. tit. ap. Iust. lib.* 4. *tit.* 9. Receptum quoque est, vt testandi damni caussa, quis possit hominem repertum in crimine etiam retinere per viginti horas, *Vlp. l. capite*, 25. *ad l. Iuliam Maiest. lib.* 48. P. *tit.* 5. Et ita probo posse retineri animal nocens, & recludi testationis caussa, & vt damnum restituatur. Nec pugnat l. quamuis, ad l. Aquil. in P. quæ dicit nō licere includere: etenim hoc verum est, si dominus damnum offerat, vel non licebit ei concludere, vt suum pecus faciat, vel domino interuertat. Hoc enim ad pascua principis solum pertinet, non priuatorum. Item non licere puto diutius animal includere sine mentione domini, vt suum recipiat, *d. l. quamuis, ad l. Aquil.*, si sciatur, cuius sit animal. Quod si quis ignoret, vtetur consilio Vlpiani, *l. falsus creditor*, 44. § *qui alienum de furt. lib.* 47. P. *tit.* 2. vt proponat palam libellum: se inuenisse tale animal in suo prædio, quod sit restituturus domino damnum soluenti. Quo inuento, & de damno cauenti, id restituere debet, vt alias fuit iudicatum, *Parisijs anno* 1546. 6. *Februarij. Papus lib.* 18. *rapsod. arest. tit.* 9. *ar.* 1. Cautione quippe recepta, probare debet damnum testibus, vel per relationem seu censuram expertorum, qui damna iudicant. sic tuto ad petitionem condemnationis damni accedit: alioquin enim deficiente in probatione damni capiente, aduersarius recte de occupatione illegitima, vt de furto, aduersus eū conqueri posset. ¶ Inutile† tamen hic non erit annotasse duos casus, in quibus in suo depascentia animalia pro damno non po- 8
test retinere, vel damnum repetere à domino eius: primus in viatore, si necessitate compulsus, equum in itinere, vel in vicinis pratis pauit, *c.* 1. §. *fina. de pac. tenen. lib.* 2 *feud. titu.* 27. puta equo deficiente ob penuriam alimenti, vel ob morbum: & necessitas facit licitum quod alioquin prohibitum, *c. quod non est licitum*, 4. *de reg. iur. apud Gregor.* 1. *Machabeos* 2. Alius casus notatur ab Alberico, *in* 2. *par. statuto. quæst.* 76. vt dominus animalis non teneatur de damno ab eo dato quando animal deperditum fuisset sine domini culpa, & depopulatur aliena. Verum ego non subscribo, sed arbitror damnum teneri resarcire, liberari tamen à pœna, quæ vltra damnum domino imponitur fisco, vel domino rei læsæ ad dicenda: neque enim æquum esset euasisse saturum vel nutritum animal cum alterius iactura, & ita ditari alterius malo dominum, *l. nam hoc natura, de condit. indeb. in* P. *l. locupletari, de reg. iur. l. iure naturæ. eod. in* P. ¶ Excipitur† tamen alius 9
casus à reparatione damni dati in prædiis alienis ab animalibus nostris, si in illis seruiturem pascendi pecoris habeamus, quæ ius tribuit impune, *Vlpian. in l.* 3. *Papin. in l.* 4. *de seruit. rustic. prad. lib.* 8. P. *tit.* 3. & acquiritur interdum in rebus dominorum clientelarium ex cautione traditionis in Emphyteosin nominatim facta, vel alio titulo, seu præscriptione longissimi temporis, quæ vicem legis obtineat, *l.* 1. §. *pen. de aq. plu. arcen. lib.* 9. P. *tit.* 3. *Pompon. l. hoc iure*, 3. *de aqua quotid. & æst. lib.* 43. P. *tit* 19. etiam sine titulo. Cum titulo tamen decem annorum possessione, vel quasi inter præsentes, & 20. inter absentes *l. si quis diuturno*, 1. *& ibi glo. doctor. si ser. vendi. lib.* 8. P. *tit.* 5. *& in l. si seruitutes prædio.* 14. *de seruit. li.* 8. P. *tit.* 1. Et contra dominum etiam directum, si modo ei tributum, seu census eo nomine præstetur, *Vlpia. in l. venditor.* 14. §. *si constat. commu. prad. lib.* 8. P *titul.* 4. Et ita iudicatum, *Guid. Pap. quæst.* 56. *Pap. lib.* 14. *rap. sod. arest. lib.* 1. *arest.* 3. Nam census eius præstatio arguit titulum, vt vsurarum præstatio præcedentem obligationem, *l. cum de in rem, Vers.* 6. *de vsuris lib.* 22. P. *tit.* 1. Quæ vera sunt quatenus modus concessus pascendi seruatur. Nam pascen- 10
di modi duo, viridis, inquam pascui, & vacui. *Viride pascuum* est, quod tempore fructuum conceditur: vt in pratis tempore quo herbæ virent in fœnumque crescunt. Et in syluis tempore glans est. Ita vacuum, quod excisso fœno, & collectis glandibus tantum permissum est. Pascua virentia & virentia intelliguntur in nemoribus & saltibus à die festi S. Michaelis, vsque ad diem sancti Andreæ. Quare hoc tempore inhibentur his qui tantum vacuum habent pascuum. *Chassaneus in rub.* 14. *des fruits & pasturages*, §. 4. *& 5. in consuetud. Burgund.* Ex consuetudine Biturigum pascua virentia inhibentur in pratis à die annuntiationis Deiparæ, qui est 25. Martii vsque ad 29. Septembris, §. 4. *de consuetud. Biturig.* Quod & alibi seruatur. Marcus Cato in hæc verba ita scribit, *Cato, lib. de re rust. cap.* 149 *Qua lege pabulum hybernum vendere oporteat, qua vendas, finis dicito. Pabulum viri accipito. Ex Calendis Septembribus prato sicco decedat, vbi pyrus florere cœperit, prato irriguo: vbi super infraque scamnum præcerpet, tum decedito, vel diem certam vtrique facito. Cetero pabulo Calendis Martiis cedito.*

¶ Et istis† legibus vti licet pascuis iure etiam vicinitatis ex- 11
tra tempora prohibita, & dummodo prædia vicina non sint circundata, quæ ita excipi videntur, & dummodo in prata aliquo tempore porci non immittantur, quia isti rostro radices herbarum exarant & eruunt, *in* §. 1 *de consuetud. prædio. in consuetud. Biturig.* ¶ Neque† enim hoc modo vel alio licet, etiam si concessa 12
sit pascendi facultas, abutentibus seu nemoribus vel pascuis: aliorquin abutentes priuantur iure, vt iudicatum fuit 3. Non. Iulij

1530.

Digitized by Google

13 1530. teste Ioanne Lucio, *lib. 7. placitorum curiæ, titu. 7. plac. 1.* ¶ Erant † etiam Romæ pascua publica, ex quibus etiam vectigalia perueniebant ad ærarium publicum, vocabanturque agri illi scripturarij, in quibus vt pecora pascerentur, certum æs erat: ita dicti, quia publicanus scribendo conficit rationem, vt ait Sextus Pompeius. Et eorum, qui pascua publica conducebant ratio, scriptura dicebatur, vt ait Asconius Pedianus, *in diuinat. Ciceronis.*

14 ¶ Eratque † lex Thoria, quæ animaduertebat in eos, quorum pecora agros publicos depascerent, *Cicero 2. de oratore.* Ouidius florales ludos olim curatos & exhibitos tradit, ex pecunia, quæ ex mulctatione eorum, qui pascua depascerentur, colligebatur. Refertque primum libera fuisse pascua, postea in publicum redacta aliqua, & inde vectigalia exhibita, his verbis, *Ouid. 5. Fast.*

Dic Dea, respondi, ludorum quæ sit origo:
Vix bene desieram, rettulit illa mihi.
Cetera luxuria nondum instrumenta vigebant,
Aut pecus aut latam dines habebat humum.
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est:
Sed iam de vetito quisque parabat opes.
Venerat in morem populi depascere saltus,
Idque diu licuit, pœnaque nulla fuit.
Vindice seruabat nullo sua publica vulgus,
Iamque in priuato pascere inertis erat.
Plebis ad adiles perducta licentia, talis
Publicios, animus defuit ante viros.
Rem populus recipit, mulctam subiere nocentes,
Vindicibus laudi publica cura fuit.
Mulcta data est ex parte mihi magnoque fauore,
Victores ludos instituere nouos.
Parte locant cliui, qui tunc erat ardua rupes,
Vtile nunc iter est, publiciumque vocant.

15 ¶ Scribit † & Plinius, 18. *cap. 3.* etiam nunc id suo tempore in tabulis censoriis: pascua dicuntur omnia, ex quibus populus reddi tus habet, quia diu hoc solum vectigal fuerat. Pascua vniuersitatis cuiusdam, vel pagi, vel ciuitatis, illis tantum communia sunt, qui eiusdem sunt municipij, vel qui ius alio modo sibi quæsierint. Sic enim fuisse communia in diuisionem agrorum, pascendi causa, tradunt Agenonius, *Vrbicus & Flaccus, de condit. comib. agrorum.* Flaccus, & Frontinus. Quæ tamen postea priuati sibi aliquando vsurparunt & inuaserunt per potentiam. Data & compascua à dominis directis, aliquando colonis agrorum, & clientibus censualibus, sub censu certo annuo, certis legibus & conditionibus, quæ placuerunt in traditione.

De Syluis & Nemoribus.

Cap. 16.

1 *Ius regium, & in syluas.*
2 *Cura nemorum & inter summæ politiæ curas, ob securitatem itineris & vtilitatem communem consulibus etiam commissa.*
3 *Iura regis in saltibus Normanicis, tertium, & Dangerium ius Gruariæ.*
4 *Compendia quoque Romanis olim fuisse ex syluis.*

1 IVs regium in syluas quoque porrigi nemo dubitabit, qui legit curam syluorum & nemorum in politiæ genere bene constituto summam fuisse, & ideo præfectos esse eis constitutos peregrinos, vt notat Aristot. *lib. 6. Polit. c. 8. & lib. 7. c. 12.* & vt Virgilius *Bucol. Eclog. 4*

Sic animus syluas, syluæ sint consule dignæ.

Siue ad securitatem referas publicam, siue ad vtilitatem & commodum publicum, quorum cura principis est, *l. 3. de offic. præf. vigil. lib. 1. P. titul. 15.* ¶ Nam † & concedebant Consulibus, sicut prouincia, & curam syluarum & itinerum, *Sueto. Tranquil. in Iul. Cæs. cap. 19. quia*, inquit Philip. Beroaldus, *in prædict. loc. Tranquillus. loca sunt Latrociniis exercendis accommodata, vt ita à consulibus reparentur, fierentque loca viatoribus tutiora.* Nam & syluæ ideo latrociniis suspectæ, publico præsidio obtineri consueuerant, vt innuit Iuuen.

Armato quoties tuto custode tenetur
Et pontina Palus, & Gallinaria sylua.

Fuerunt & syluæ publicæ curæ, ad deligendam & conseruandam materiam vsibus publicis necessariam, sicuti Lampridius memorat, *in Alexan.* Alexandrum Cæsarem in publicos vsus thermarum eas deputasse. Ita Veneti præfectum constituunt syluis, ne materia desit ad naues conficiendas, *P. Crinitus.* Salomon rex ideo petiit à rege Tyriorum Hiramo, ligna cedrina & abiegna, *3. Reg. c. 5.* tanquam ab eo, in cuius manu syluę regni essent. Et Nee mias ædificaturus Hierusalem, petiit ab Artaxerxe epistolam ad Asaf custodem saltus regis, vt daret ligna, *2. Esdræ, c. 2.* Ex lege Ludouici & Clotarij de syluis, & ibi dicitur, de forestibus nouiter instituendis, sic scriptum, *l. 4. legis Francica c. 19. vt quicunque illas habet, dimittat, nisi forsan indicio veraci ostendere possit, quod per iussionem siue permissionem domini Caroli genitoris nostri eas instituisset, præter eas quæ ad nostrum opus pertinent, vnde nos decernere voluimus quicquid nobis placuerit.* ¶ *Ius* † *regium est monarcha nostro Gallico, in saltibus Normanicis, vulgi vocabulo, Tertium & Dangierum, cuius canon consistit vt in aliis, in quibus ius habet in arborum cæsura, glande, pascuis, & aliis similibus commodis, iusque Gruariæ. Ea de caussa, ne fraus fieret canoni instituti præfecti Gruarij, viridarij, custodes saltuarij, aliique quibus syluarum procuratio demandata.* Sunt & hac de re constitutiones regiæ, quæ late de horum cura & iurisdictione & reditu tractant, *des eaux & forests*, à Francisco 1. & Henrico 2. editæ. ¶ Et † olim quoque de syluis compendia publica fuisse constat ex 4 Iuuenale, dum ait, *Satyr. 3.*

Nunc sacri fontis nemus & delubra locantur
Iudæ, quorum cophinus, fœnumque supellex.
Omnis enim populo mercedem pendere iussa est
Arbor, & euctus mendicat syluanus.

De Compendiis fiscalibus pœnalibus.

Cap. 17.

1 *Male quæsita & retenta fisco danda, & confiscata in pœnam, enumeratique casus, quibus bona delinquentium in fiscum deponuntur seu confiscantur, & quando filiis reseruetur legitima.*
2 *Quæ detrahantur à bonis confiscatis.*
3 *Nonissimo iure cessat confiscatio, exceptis paucis criminibus enumeratis. Nec in Aquitania nisi raro confiscatur. In Gallia contra, confiscato corpore confiscantur bona, reseruata vxori & liberis rei quadam portione.*
4 *Bona confiscata in quibus criminibus quæruntur dominis iurisdictionalibus, & quando soli Regi.*
5 *Quando confiscatio bonorum à iudice laico facta non tollit ius patronatus rei.*
6 *Defertur fisco duplum pretij emtionis ementis domum vt demoliatur: Item bona desistentis ab accusatione, pretium rei litigiosa venditæ: & ex aliis causis quæ enumerantur.*

1 DItatur † fiscus quoque ex pœnis, vel pœnalibus compendiis: Nam in primis male quæsita & retenta, fisco adduntur, *l. in heredem, 5. de calum. lib. 3. P. ti. 6.* vnde illa paræmia, quæ non capit Christus, rapit fiscus, *ca. maiores. 16. q. 7. 2.* Res magni pretij, à fisco minoris emta, fisco adiicitur, *l. 1. de iure fisc.* P. si fraus emtoris interueniat consulto, non aliter, *l. 1. de fide instru. & sur. hast. fiscal. lib. 10. C. l. si minoris pretio. 3. de iur. fisc. lib. 10. C. 3.* Bona monopolantium, *l. vni. de monopol. lib. 4. C. tit. 59. 4.* Bona eius qui rusticanum ad obsequia sibi præstanda iure mancipij compulit, aut bouem aut seruum eius in vsus proprios conuertit, *l. 2. ne rustica ad vllum obsequium deuocen. lib. 11. C. tit. 54. 5.* Bona sortilegorum & maleficorum, *l. 3. de malef. & mathema. li. 9. C. tit. 2. rapuerit, cap. ex tuarum, de sortileg. 6.* & Damnatorum crimine, quod habet pœnam capitalem, in insulam deportationem & relegationem cum bonorũ ademtione, *l. 3 §. fin. ad l. Cornel. de sicar. lib. 48. P. titul. 8. vbi & crimina enumerantur eius pœna, & in l. 4. eius tit. 7.* Reorum quoque olim ex crimine falsi vel quasi falsi, *Marti. in l. 1. §. fi. ad l. Cornel. de falsi. li. 48. P. tit. 10. 8.* Tutoris pupillum corrumpentis, *l. 1. si quis eam cuius tut. fuer. corruperit, lib. 9. C. tit. 10. 9.* Hæreticorum bona quoque deferuntur fisco, *Manichæi, l. 4. de hæret. lib. 1. C. titul. 9. Innocen. 5. in cap. Gergentis, de hæret. 10.* Apostatarum antea, *l. 1. de apostatis, lib. 1. C. tit. 10.* quæ postea successoribus reseruata fuerunt, *l. apostatarum, C. eod. 11.* Publicantur bona damnatorum de vi publica, *l. 1. ad l. Iul. de vi publ. P. 12.* Tertia pars quoque damnatorum de vi priuata, *l. 1. ad l. Iul. de vi priuata. 13.* Bona redeunt ad fiscum, si ex præuaricatione aduocati vel procuratoris sui victus sit, *l. 1. de sent. aduer. fisc. retractan. lib. 10. C. tit. 9. 14.* In summa iure Pandectarum & Codicis, bona eorum, qui capite damnati sunt, ad fiscum pertinent, reseruata quadam portione legitimæ liberis, *Calliſ. in l. 1. & Paul. in l. fin. de bon. damn. lib. 48. P. tit. 20. Grati. & Theo. & Valentinia. in l. si deportatus, de bon. proscr. lib. 9. C. titul. 49.* nisi mater deportata esset: nam tunc filiis, Diocletia. & Maxim. legitimam non dant, *l. de bonis, 6. de bon. proscript. eod.* Solebant Romani bona publicare, id est, in vsus publicos redigere, quos maximis criminibus damnabant, vt docet pluribus exemplis Alex. ab Alexandro, *l. 3. genialium dier. c. 32.* & eorum quoque qui metu pœnæ criminis mortem sibi inferebant, *l. 2. & 3. de bon. eor. qui mor. sibi consc. l. parricidij, 8. ad l. Pom. de parric. lib. 48. P. titul. 9.* 2

¶ Notandum † tamen condemnato filiofamil. de crimine, vbi confiscatio locum habet, viuente patre nec legitimam eius confiscari, nec bona castrensia vel militiæ gratia à patre concessa secundum Alexandrum Imperatorem, *in l. si filiusfa. 3. de bon. proscr. C.* quia & præmatura est petitio legitimæ ante mortem patris, *in l. 1. §. si impuberi, de collat. bonor. lib. 37. P. tit. 6.* Nec veniunt etiam in confiscationem, sed detrahuntur à bonis confiscatis quæ ante condemnationem donata sunt, paraphernalia vxoris, & alia donata filiis, *Archad. & Hono. l. si quis posthac, 9. de bon. proscript. 6.*

Digitized by Google

iam si post contractum capitale crimen, fiant istæ bonorum distractiones, dummodo in fraudem fisci scienter non fiant, *l. post contractum. 15. de donat. lib. 39.* P. *tit. 5.* & nisi commissum fuisset crimen perduellionis vel lætæ maiestatis, post quod donationes etiam perfectæ ante condemnationem à reo, factæ à fisco reuocantur, *l. donationes, 32. §. perfecta. eod. de donat. l. pen. & fin. ad leg. Iul. mai. lib. 9. C. situ. 8.* Si mulier quoque deliquisset nupta, in eo casu quo maritus lucratur dotem vel partem eius, dos non datur fisco, sed apud maritum remanet, perinde, acsi duraret matrimonium, *Calistra. in l. quinque legib. 3. Paul. in l. & omnes, 4. Vlpia in l. sed ea lege 5. de bon. damnat.* P. ¶ Nouissimo † iure nouellarum exceptis quibusdam criminibus non confiscantur bona, *authen. bona damnatorum*, C. *de bon. proscr.* Excepta crimina sunt vtriusque maiestatis, & diuinæ, *ca. cum secundum leges, de hæreti. in sexto, l. Manichæos, 4. eodem* C. & humanæ, *l. quisquis, l. penult. & fin. ad l. Iul. maiest.* C. *d. l. donationes, §. perfecta, de don.* P. raptus, *ca. si quis rapuerit, 27. q. 1.* & alia plura, de quibus videndus Boërius, *dec. 264.* In Aquitania ob crimen nulla confiscatio regi ob priuilegium, quod illi cõcessit anno domini 1337. secundum quod iudicatur, *Paupus, lib. 24. rapsod. arestor. tit. 2. aresto. 2. Imbert. Manuali, de pœn pecunia abrogat.* nisi tam atrox fuerit delictum, nempe comprehensum in authentica bona damnatorum de bon. proscript. C. At generali consuetudine Galliæ confiscato, vt dicunt, corpore, confiscantur & bona, reseruata vxori & liberis quadam portione. ¶ Ceditque † huiusmodi confiscandi ius & confiscatio dominis, in quorum iurisdictione bona confiscanda sita sunt: exceptis criminibus priuilegiatis, nempe Hæreseos, falsæ Monetæ, imminutæ Maiestatis, ob quæ crimina bona deferuntur fisco regio, vt scribit Mansuerius, *in sua praxi titu. de pœn. §. item aduertendum, & in consuetu. Burgundiæ, §. 1. tit. des confiscations, & ibi Chassan.* ¶ Facta † tamen confiscatio à iudice laico, non priuat rem iure patronatus: quia hoc est extra forum, iurisdictionem laici, vt notant aliqui, *glo. in cle. pastoralis, ante §. ceterum, in verbo subiecta, de senten. & re iud. in Clementin. Martin. d. Cazarius Laudensis tractat. de fisco num. 3.* quamuis alii distinguant, *glo. in ca. filiu, 16. q. 7.* vt ademtione partis bonorum, ius patronatus nõ perdatur, cõtra si omnia adimantur, quod verius credo: quia ius patronatus transeat cum vniuersitate bonorum, si ei adhæreat nec excipiatur, *c. ex literis, de iur. patron.*

§ 15. In † fiscum defertur duplum pretii, quo quis emit domum, vel villam, vt eam demoliretur, *Paul. l. senatus, 52. de contra. emt. lib. 18. tit. l. 1 de iur. fisc. Pl. 2. de adifi. priua. lib. 8. C. tit. 10.* Male affectus enim in rempub. visus est, qui spe aliqua particularis commercii & pretii, patitur publicum aspectum deturpari. Sic enim siue spe lucri patiatur res suas detur pari, vel alia ratione demoliatur, hac lege non vincitur, *l. cetera, 43. §. item quæri, & §. sed & si quis, de leg. 1. lib. 30. P. tit. 1.* Ad decus tamen vrbis pertinet ædificia non derelinquere, *l. prætor ait, 20. §. interdictum, de oper. nou. nuntiat. lib 39. P. tit. 1.* cum deformetur ruinis, *l. fin. ne quid in loc. pub. lib. 43. P. ti. 8.* Licet tamẽ vnicuiq; in eadem ciuitate ex vna domo in aliã materiã transferre, *l. si quis, de adif. priua. 16.* Ad fiscũ pertinet, quę quis viui cognati ignorãtis bona vel partẽ bonorum, tanquam iam heres, & postea successit, nam ea tanquam ab indigno auferuntur *Martian. in l. 2. de iis quib. vt indign. lib. 34. P. titul. 9. l. quidam. §. fin. & l. sequen. de donatio. in* P. *l. fi.* C. *de pact. 17.* Pœna pecuniaria accedit fisco eius qui ab accusatione recessit, *l. 1. de iur. fis. P. l. 1. §. si quis autem ab accusatione, ad Se. Turpil. lib. 48.* P. *tit 16. 18.* Defertur fisco rei litigiosæ, pendente lite venditæ scienter, pretium & tantundem, exceptis alienationibus caussa dotis, & iure transactionis vel diuisionis, vel legati, vel fideicommissi, *l. fin. de litigio. 8. C. titul. 37. 19.* Ex contractu priuato potest quæri fisco, & pœna quæ soluenda fisco inferitur compromisso, nisi stetur arbitrio, *l 1. de iur. fisc. in* P. *Rebu. in commenta. ad regias constit. tractat. de arbit. & arbitr. arti. 1. gloss. 13. nume. 12. & sequentib. 20.* Accedit fisco pœna quæ debetur ex contractu inito contra prohibitionem, *vt in l. fi de contract. Iudi. lib. 1. C. tit. 54. l. aufertur. 46. §. quod à præside, de iur. fis. P. cum similib. ibi not. in verbo vendicatur, l. 2. de in quib. vt indig. in* P. *l. mercatores de commerc. & mercat. C. 21.* Et fisci sunt multæ pro pœna impositæ, *l. multarum seuera compendia. 5. de mod. mulctand lib. 1. C. tit. 55. l. consiliarios, l. tertia. de assessor. lib. 1. C. tit. 52. 22.* Pœna fraudantis vectigal legitimum, confiscatio est, cum incidit in cõmissum, *l. commissa. 14 de publica. lib. 39. P. tit. 4. cum similib.* nisi per quinquennium rem in commissum venientem fiscus non petierit, postea enim qui fraudauit vectigal, tutus erit, *l. 2. de vectig. & commiss. lib. 4. C. tit. 61. 23.* Domus in quam aliquid ex sepulcro violato delatum est, consentiente domino, fisco adiudicatur, *l. secunda, de sepulc. viola. C.* cum pœna 20. librarum auri, quam soluunt violantes. *l. 3. C. eod. 24.* Qui in baltheis & equestribus frænis ausus fuisset lapides pretiosos inserere, veluti Iacinthos, margaritas, fisco quinquaginta libras auri debebat. Et qui cultum imperatorium ex auro vsupasset, vel fabricando, vel deferendo, centum librarum auri mulcta damnabatur fisco, pœna quoque imminente capitali, *in l. vsc. mul. lic. in frænis & in eque. & c. lib. 11. C. tit. 11. 25.* Iudex qui noluerit audire eum, qui se docere paratus est, immunem à functionibus publicis, debet fisco 30. libras auri, apparitori 50. *l. 2. de offic. ciuil. iudi. lib. 1. C. tit. 46.*

De Compendiis ex pœna eorum, qui ciuitates suas relinquunt.

Cap. 18.

1 *Curialis rure in fiscum delato, in quod relicta ciuitate sua se contulisset priuabatur: Et inibi de amore in patriam, & de bono ciue.*
2 *Ciues reparare domos, quas in ciuitate habent, coguntur, aut ædificare de nouo.*
3 *Decuriones ex ciuibus delecti munera obibant: & ibi decurionibus, & curiomibus & decuriis, & quid curia, & curiales. Et num. 5.*
4 *Corporati vrbis Romæ nec rus, vt nec curiales, se poterant habitandi caussa conferre. Valens Christianos prosecutus odio.*
6 *In duabus ciuitatibus posse quem incolam esse, & vtraque ad munera cogi subeunda.*
7 *Quid faciat ciuem alicuius ciuitatis.*

1 SI † ciuitatis cuiusdam curialis, id est, in numerum magistratuum relatus ciuitatis immemor rus habitandi caussa se conferebat, eo quod ob rusticanum fundum ciuitatem contemfisset, fundo priuabatur, quod fisco quærebatur, *l. 1. de decurion. l. vnica. si curia. relict. ciuit. rus habi. & c. lib. 10. C. tit. 37.* Et existimati impii, qui patriam contemserint, potissimum qui personam in ea gerunt publicam, quales ij curiales curiis & populo præpositi munerum ciuilium dispensatores, quibus satis est, si inseruiant, vt ait Augustus *l. curialis, 21. de curio. lib. 10. C. tit. 31.* Aulus Gabinius trib. plcb. suadens Pompeio recusanti bellum contra Pyratas, *o Pompei*, inquit, *mihi & patriæ concede, cui & natus es & educatus, teque eius commodis inseruire oportet, eius caussa nullos labores, nulla pericula subterfugere, sed etiam, si res ita ferat vt moriendum sit, pro ea quouis mortis genere, Dion. Cassius, lib. 36. Histor. Romæ. firmat hoc Cice. 4. ad Herennium. Omnis peregrinatio*, vt ait Cicero *ad Mar. Celium lib. 2. epist. famil. obscura & sordida est iis, quorum industria in patria potest esse illustris.* Et rursum *Cicero in Vatinium: Ciues est is, qui patriam suam diligit, ac bonos omnes salutt & incolumes desiderat.* Et hic argumenta plura peti possunt à loco communi dilectionis patriæ, & obedientiæ quæ iuris naturalis seu gentium est *l. 2. de iust. & iure.* 2

¶ Cui † & addo ciuem non probe dici, si vnitatem illam ciuitatis à qua ciuis est, curare recuset, etsi inde seorsum secedat. Quamobrem & Cæsares in curiales & ciues præclaram hanc legem stauerunt his verbis, *l. singularum, 8. de adsi. priuat. li. 2. C. tit. 10. Singularum vrbium curiales etiam inuiti, vel reparare intra ciuitates, quas olim habuerunt domos, vel de nouo ædificare cogantur: illic semper munia inseruituri, & aucturi propriarium fr equentiam ciuitatum. Possessores vero, qui non erunt curiales in vrbibus in quibus domos possident, eadem domos dirutas neglectasque reparent: iudiciaria ad conseruandum hoc præceptum auctoritate retinendi.* Non enim omnes habitatores alicuius ciuitatis curiales erant, sed dignissimi ex illis meritis & facultatibus, ad subeunda patriæ munera eligebantur, *l. ad subeunda. 46. de decurio. lib. 10. C.* Et † decurionum & curialium publica fuisse munera constat ex Liuio in I. & Dionysio Halicarnasseo *in 2.* Sed apertius ex Pomponio Læto *libr. de magistr. in princ. Multitudinem*, inquit, *Romulus vel secundum alios Seruius Tullius in partes tres, quas tribus appellauit, & tribuum duces, tribunos: ipsas autem tribus singulas in triginta partes diuisit, quas curias dixit: quoniam earum cura respublica sententiam expediebat, indeque lata à regibus quadam leges curiatæ dictæ, Curiarum præfectos, Curiones dixit: diuisit & singulas curias in decurias, id est, alias decem partes, quarum propositi decuriones.* Possunt etiam dici *curiales*. qui lecti ex curiis in senatorium ordinem reducti erant, vt actitatum est ante primum interregnum, teste Fenestella *libr. de magistratibus, capit. 4.* Et senatus quoque curia dicebatur: quia ille rempublicam curat, quemadmodum & curiæ à curia dictæ secundum M. Terentium Varronem *5. de lingua Latin.* Accipitur & curialis in hoc exemplo, quo is prohibetur ciuitatem suam relinquere, pro decurione & præposito curiis: nam eadem prohibitio quæ fit curiali. *in l. 1. si curial. & c. lib. 10. C.* fit & decurioni à Pomponio Iurisconsulto *l. 1. de decurl. libr. 50. P. titul. 2.* 4

¶ Quod † & ad corporatos vrbis Romæ producendum est, cum & ij ciuitate donati, suffragiis possent ad munera decurionum peruenire, & eisdem functionibus subiiciantur. Quare nec illis licet extranea vel peregrina loca incolere, & si fecerint ad vrbem retrahuntur, *l. 1. de priuile. corp. vrb. Romæ. libr. 11. C. titul. 14.* quod & stricte iussit obseruari Valens Cæsar, vt ab eremo Christianum curialem ad munera reuocauerit, *l. quidem ignauia. 26. de decurion. lib. 10. C. titul. 31.* Quanquam hic non zelo publico fecerit, sed odio Christiani nominis, quo flagrabat: nam & hic persecutus est ecclesiam Dei, *Paul. Diacon. lib. 11.* & plures Christianos Gotthis obiecit occidendos, alios quoque 80. episcopos ad se missos legatos, cum nauibus incendit, vt scribit Sozomenus *libr. 5. capit. 14.* & Greg. Naziãzenus *in Monadia*, & alii. 5

¶ Alçiatus † *lib. 1. iur. parerg. capitul. 26. & in l. pupillus. 29. §.* de curio-

Digitized by Google

curiones, de Verborum significat. existimauit curiales esse, ex decurionibus principalibus ciuitatis cuiusque electos, qui munera omnia sustinere cogebantur, & ab aliis exigere. Vtcunque tamen res se habeat, exploratum est, curiales municipalibus muneribus obstrictos esse, & ideo prohibitum illis iure, ne se alibi transferrent, ne desertores officij impositi essent.

6 ¶ Sed † si quis non adhuc decurio in aliam ciuitatem se conferat, verum est ciuitatem illam secundam, quæ plurium est, non confiscari. Ceterum placuit huiusmodi incolam, vtriusque ciuitatis muneribus posse affici, si quando visum sit municipibus, *l.1. & final. de municipib. & original. libr.10. Cod. titul.38. Paul. in l. incola.29. ad municipal. libr.50. P. titul.1.* Potest namque municeps originarius, qui munere aliquo non fungitur alibi transferre domicilium libere, *l.1. de incol. libr.10. Cod. titul. 39.* & ibi esse etiam incola, qui talis erit, si intra mœnia ciuitatis, vel intra saltem pomœria habitet, *l.3. de incol. eod.* Non enim incolam facit habitatio intra territorij ciuitatis fines sola, neque is ad subeunda munera cogi potest ibi. Ceterum si eodem anno duarum ciuitatum incola, in vtraque ad munus vocetur, vel ad decurionatum, vel ad alium honorem, præfertur ciuitas originaria, *Paulus in l. libertus.17, §. præscriptio, ad municip. libr. 50. P. titul. 1.* Alterius enim ciuitatis incola, potest in loco originis fieri consul, *l. priuilegio.6. de incol. libr.10. Cod. titul.39.* ¶ Ciues † in summa facit, origo, manumissio, allectio, adoptio: incolas domicilium, municipes quoque origo paterna, *l. ciues.7. de incolu. libr.10. Cod. l.1. ad municip. in P.*

De compendio fiscali ex cœlibatu, Cap. 19.

1 *Cœlibes antiquitus certam pendebant ærario pecuniam ex lege, cuius auctores Camillus & Posthumius: eandem & Plato tulit.*
2 *Quomodo intelligenda illa lex cœlibatus.*
3 *Sublata pœna cœlibatus postea.*

1 DEferebatur † antiquitus ex lege in ærarium certa pecunia & mulcta indicta & exacta per censores à cœlibibus: auctores eius feruntur Camillus & Posthumius, *Vlp. Max. lib.2. cap.4.* Nam lex quæ vetabat cœlibatum, transtulit etiam castigationem ad censores, *Cicero 3. de leg.* Plato fere eandem legem ita sanciuit *6. de legib. Si quis viuat in ciuitate sine connubio, & egerit triginta quinque annos: singulis annis, si de maximo censu est, drachmas centum multetur: si de secundo, septuaginta: si de tertio, sexaginta, si de quarto, triginta.* Verum Plato illam pecuniam non ærario, sed Iunoni consecrari iussit. ¶ Quæ † leges probabiles aliqua ratione erant, in illis qui caste viuere non poterant, & melius sit nubere quam vri, *1. ad Corinth.7.* vel habita ratione temporis, in quo ob bella propemodum periturum genus erat hominum, nisi generatione repararetur, quod fit per nuptias legitimè *§.1. de nupt. in auth.* Porro nec matrimonium imperatum virginitatem vouẽtibus perpetuam satis docuimus in Artis mirabil. Syntaxib. etiam apud gentiles, apud quos vestales & aliæ virgines erant summo in honore, *docuimus lib.40. Syntax. art. mir. cap.11.* ¶ Et deinceps,
3 † postquam in mœchos iusta constituta vindicta: & cum lex Dei innotuit euangelica, cœlibatus approbatus & laudatus est castus, *prior ad Corinth. 7.* sublatumque vectigal & pœna cœlibibus, & qui liberos non habebant imposita, etiam iure ciuili, *l.1. de infirm. pœn. cœlib. & orb. lib.8. C. tit.58. Sancimus*, inquit Iustinianus, *§. sanciuus de Lenonibus in auth. col.3. tit.1. omnes fœminas secundum quod possunt, castitatem agere, quæ etiam sola Deo, cum fiducia possibilis est, animas hominum præsentare.* Nuptiæ terram implent, virginitas paradisum, *cap. nuptiæ, 32. quæst.1.* Et ita futurum esse in ecclesia Dei prædixerat Dauid, dicens. *Psal.44. & ibi ita Euthymius, adducentur regi virgines.*

De aliis pœnis deferendis fisco. Cap. 20.

1 *Auri libram fisco pendit occupans ex grege Principis equum, & pœna arboris laureæ succidentium eidem refertur: vel eorum qui ex syluis Principis cædunt vel emunt.*
2 *Licebat exponere liberos lege Romuli quomodo, & de abolitione legis, & de pœna.*
3 *Alia causæ proscriptionis bonorum.*

1 IN fiscum † etiam defertur pœna libræ vnius auri, ab eo qui ex armento vel grege Principis, equum vel equam occupauerit, neque reddiderit ad vocẽ præconis quærentis: si duos vel duas, duarum librarum: sic pro singulis vnam libram auri præbebit. Quod si ex aliis gregibus, sex vncias auri nisi sponte obtulerit, *l.1. de greg. domi. lib.11. Cod. titul.75. l.1. de his qui se defer. lib.10. Cod. tit.13.* Ementes & vendentes ex arboribus lucorum Daphnes in Syria, vel Persides in Ægypto 50. libras auri fisco debebant, *l.1. de cupress. libr.11. Cod. titul. 77.* Item qui cupressos etiam sponte lapsas in syluis Principis transtulit propria auctoritate, vel exciderit etiam si alias nouellas subrogauerit, obnoxius fisco 50. librarum auri pondo, *l.2. eodem titulo.* Cautum de arborib. & syluis Principis in Gallia; constitutionibus propriis regis. ¶ In- 2
uenimus † etiam inter leges Romuli eam, quæ necessitatem colonis imponit educandi quicquid illis nasceretur masculum: è filiabus autem primogenitas: nullam autem prolem necari permisit minorem triennio, nisi si quid mutilum, aut alioquin prodigiosum in ipso partu esset editum: tales enim fœtus exponi à parentibus non vetuit, sed iudicatos prius quinque viris proximis vicinis, si illis quoque exponendos esse visum fuisset. Contra autem legem committentium præter alias multas, etiam dimidium bonorum addixit ærario, *Dionysius Halicarnassæus lib.2.* Hodie tamen vt suo loco latius traditur, & ius necis & exponendi in liberos prohibetur, & iussum vt quisque sobolem suam omnem cuiuscunque sit generis & fortunæ nutriat, *l. 2. de infant. expo. lib.8. Cod. titul.52. l. nec filium 9. de patr. pot. lib.8. Cod. tit. l. 47.* Imo & iure Pandectarum, qui partum non agnoscceret, extraordinario iudicio coercebatur, *Paulus in l.1. §. pœna de liber. agnosc. libr.25. P. titul.3.* Proscribantur & bona eorum, qui spectaculis, diebus festis potissimum dominicis interfuissent, quive die dominico actus iudiciales exercuissent, *l. final. de feriis, libr. 3. Codic. titul.12.*

¶ Sunt † & aliæ causæ proscriptionis, quæ, cum de crimini- 3
bus agetur, apparebunt, ex quibus ditatur ærarium. Atque hæc pauca exempli causa nunc sufficit monuisse, cetera ad proprias relego loca. Compendia quoque alia proprie infinita fisci sunt, quæ priuilegij nomine illi concedunt, quæ cum fuse sint ab aliis tractata, conniueo, cum & tractatum ediderit de fisco & fisci priuilegiis Lucas Parmensis. Tractat & Castrensis *in l. fin. de priuileg. fisci.* C. *Interpretes, in tit. de sententiis aduersus fiscum non retractandis. lib.10. C.*

De Ædificiis & Operibus publicis seu vniuersitatis. Cap. 21.

1 *Ædificia publica magnificentius quam priuata olim exstructa. Valerius Publicola eminentes ædes, ne offenderet populum, in plana submisit. eod.*
2 *Nouum opus publicum non debet incipi, priusquam cœptum perficiatur.*
3 *Ædificans opus publicum de vitio intra quindecim annos tenetur, se suosque obligat.*
4 *Ædificium priuatum publico non iungendum, intra 15. pedes, vel iuxta horrea publica 100. pedum, omni præscriptione cessante.*
5 *Super ergasteria pulica licet ædificare.*
6 *Qui contribuunt ædificiis publicis, & qui non.*
7 *Quibus liceat titulos suos operibus publicis inscribere vel affigere.*
8 *Præterea & loca publica non possunt, quam à publicis personis habitari.*
9 *In palatio non licet priuatis nuptias & conuiuia celebrare.*
10 *In summa enumerata omnino opera publica.*

APud † antiquos cura erat maxima ornare & magnifice con- 1
struere ædificia publica, templa, portus, & similia: particulares autem ædes, quantumuis essent præstantiorum virorum, non magis quam vicinorum, apparere. vt ait Demost. *in Orat. de reipu. ordin. & aduersus Aristocra.* Et Valerius Publicola ne specie arcis offenderet populum eminentes ædes suas in plana submisit, *Plini. l.15. de vir. illustr. Diony. Halic. lib.5. Plutar. in eius vita. Vale. Max lib.4. c.1. & alij.* ¶ Opera † publica omnibus prosunt 2
& ideo maxime cura adhibenda est, vt ea pulcra, & solida, tuta, & magnifica sint. Leges itaque eo diriguntur, atque ne prius nouum incoetur quam vetus perficiatur, saltem sine Principis licentia, *l.4. & l. nemo.12. & l. fin. de operib. pub. li.8. C. tit.12. l.3.15.16. 17. 19. 21. 27. & 29 eod. tit. in 15. lib. C. Theod. tit.1.* Et proinde ex pecunia legata ad opus nouum, prius potest refici vetus, si alia pecunia non sufficiat, & satis sit operum publicorum, *Callistrat. l. pecuniam.7. de operi. publici. li. 50. P. tit.10.* ¶ Et † vt solida sint ope- 3
ra, qui ædificat, de vitio ædificii tenetur intra quindecim annos. *l. omnes 7. C. de ope. pub.* extra casus fortuitos. Curatorque operis non tantum se, sed & suos obligat heredes, & ob cessationem, *l.i. eod. P.* ¶ Vt autem tuta sint, cautum ne quis priuatus iuxta opera 4
publica ædificet, vt circa theatra vel amphitheatra, *l.3. eod. P.* Et ædificia diruuntur ob metum insidiarum vel incendij, *l. ædificia. 13. C. eod.* relicto spatio quindecim pedum inter hæc & priuata opera, *l. si cui 9. & l. si C. de ædif. priuat.* Et si iuxta horrea publica, centum pedum, *l. 4. de oper. publ. in Cod. Theodos.* omni præscriptione etiam reiecta, *l. præscriptio, eodem C. Theodos.* ¶ Permissum 5
tamen † aliquando super ergasteria publica ædificare, *l. competimus. 9. eo. tit. C. Theod.* Quin si opus publicum ædificandum conceditur interdum, & diruere priuata ædificia, dummodo valo-

Digitized by Google

6 rem so. librarum nõ excedant, non alia *l. si quando 8. C. de operib. publ. in C. Iustini. & in l. 3. eo. ap. Theodos.* ¶ Magnifica † porro vt
7 sint, cauetur primum, omnes sine exceptione contribuere debere, *l. ad portus. 6. eod. C. Iust l. omnes.* 11. C. ¶ Excipiuntur alicubi senatores, *l. 5. eod. tit in C. Theodos.* De hinc vt in operib⁹ publicis publico sumtu excitatis, nemo præterquam Princeps titulos suos vel nomen scribat *l. 3. & l. siquis, 9 eod. titul. in C. Iustin.* Impensis tamen tunc accepto ferendis curatoribus, *l. 2. eod. C. Iustin.* dummodo rationes reddant præsidibus prouinciarum, & aliis viris spectabilibus. *l. vnde ratiocin. operum pub.* nisi quis suis sumtibus ædificauerit opus publicum, tunc enim permittitur nomen suum inscribere volente populo *l. 2. & 7. de oper. pub. P.* Nec
8 tamen reparanti suo sumtu, eius nomen qui ædificauit suo quoque sumtu licet delere, sed suum tantum subiicere, *d. l. 7. P.* ¶ Ad magnificentiam † quoque pertinet, ne prætoria, locave publica aliis quã publicis personis, concedantur inhabitanda. *l. 3. de oper. pub. in C. Iust.* Domus Principis basilica & palatiũ plerũq; dicitur, in quo tantũ habitare debent post Principem, qui eius vsibus inseruiũt, & alij excludi, & ei ædificia cõtigua dirui, *l. quicũque. 16 de operib. pub. lib. 8. C. tit. 12. l. vni. de palat. & domib. domin. lib. 11. C. tit. 76.* Iubet Leo Cæsar in ciuitatibus in quibus palatium est, alibi quam in eo ne habitet rector prouinciæ, vt habitandi ratio, saltem curam ædificii suadeat, *l penult. de offi. recto. prouinc. libr. 1. C.*
9 *tit. 44.* ¶ Non † licet item in basilica inaurata alicuius priuati imaginem pingere, non equos introducere, vel nuptias priuatorum celebrare, *l Basilicam, 20. de operib. publ. libr. 8. C. tit. 12.* ¶ In-
10 ter † opera communia vniuersitatis, & quæ sunt publici vsus, enumerantur quæ in ciuitatibus sunt, theatra & stadia, *l. 3. de oper. publ. in P. l. in tantum. 6. §. vniuersitatis, de re. diu. P. §. vniuersitatis, eod. ap. Iustin. §. 1. de inutil. stipulat. Cic. 1. de offic.* forum, *§. 1. de inutilib. stipul. §. fi. de emtio.* curia, basilica, viæ publicæ. balnea pulica, piscinæ, aquæductus, fontes, campi publici, vt Martius, fana, porticus, & similia. pascua, nemora, & similia. Item agri vectigales & non vectigales: vectigales, qui in perpetuum fruendi locantur: non vectigales, qui ita colendi dantur, vt priuatis agros nostros colendos dare solemus, *l. 1. cum suis §§. si ager. vect. vel. emphythe. pet. lib. 6. P. tit. 3.*

De Fontibus, & Aquæductu. Cap. 22.

Lib. 43. P. tit. 21. Lib. 11. C. tit. 42.

1 *Aquarum vsus necessarius & vtilis, & salubris.*
2 *Fontium memoria cum sanctitate*
3 *Fontes & eorum aquæductus, aut publici, aut priuati.*
4 *Ius hauriendi ex fonte publico, & aqua ducenda quomodo proscribatur.*
5 *Leges aquarum, aquæductuum publicorum, & de officio curatorum aquarum.*

1 AQuarum † officium, & ad publicum vsum, vt ad potum, ad
1 salubritatem: vel ad eluenda pauimenta, ad lauationes, & ad securitatem publicam pertinet, vt dum ea cinguntur vrbes.
2 ¶ *Fontium* † *memoria*, inquit Frontinus *lib. 1. de aquæductibus, Roma cum sanctitate adhuc exstat & colitur.* Salubritatem enim ægris corporibus adferre creduntur, sicut C. Amarinus meminit.
3 ¶ Fontes † & aquæductus aut publici sunt, aut priuatorum, & ex priuatis fieri possunt publici: tamen in priuatorum non possunt postmodum redire potestatem longi temporis præscriptione, *l. diligenter, 9. de aquæd. lib. 11. C.* ¶ Quamuis ius † hauriendi vetus longoque dominio constitutum, singulis manere ciuibus statutum sit, si de temporis initio non exstet memoria, *l. 4. eod. C.* Proinde vti fontibus publicis quis prohiberi non potest, neque eo fonte quo vsu antea est: alioquin interdictum propositum erat à prætore, vti de eo *fonte quo de agitur, hoc anno aqua nec vi, nec clam nec precario ab illo vsus es, quo minus ea ita vtaris quim fieri veto* De lacu, puteo, piscina ita quoque interdictum, *l. 1. de fonte. li. 43. P. tit. 21.* Quod & interdictum pertinet ad coercendam aquam ne fluat, & ad purgandum fontem, sine quibus vsus aquæ nullus est *d. l. 1. § fi. de fonte, P.* & siti perirent homines, *l. fi. de riuis, li. 43. P. tit. 20.* sicuti in aqua æstiua statutum, *in l. 1. §. ait prætor, de aqua quotid. & æstiua in P.* Possunt nasci ex his quæ seruitutes vt priuatæ aquæ aliis communicentur, nempe seruitus aquæ ducendæ & hauriendæ, cui adhæret appellendi pecus ad aquam, & sunt prodita interdicta pro his diuersa, *l. 1. §. hoc interdictum, de fonte in P.* Et pariter de modo ducendi varia tractatio, quæ in titulo *de riuis lib. 43. P.* Verum de his omnibus suis locis, nempe dum de aquæ elemento, & dum de seruitutibus agemus rerum.

¶ Leges † aquarum, aqueductuum publicorum apud Iulium Frontinum *li. 2. de aquæduct. l. 1. §. permittitur, de aqua quotidia. & æsti. lib. 43. P. tit. 19. de his diximus in seruitut. aquæductus*, quædam, descriptæ sunt, quas curator aquarum tenebatur conseruare, quarum vna ex SC. *Nequis sine literis Cæsaris.* id est, ne quis aquã publicam non impetratam, *& ne quis amplius quam impetratum fuerit, ducat.* Alia, *qui aquam in vsus priuatos deducere volet, impetrare debebit, & à Principe epistolam ad curatores deferre.* Aliud senatusconsultum quod Q. Ælius Tubero, & Q. Fabius Maximus V. F. id est, voluerant fieri, *ne cui priuato ex riuis publicis liceret aquam ducere, vtique omnes ij quibus aqua ducenda ius datum esset, ex castellis ducerent, animaduerterent que curatores aquarum, quibus locis intra extraque vrbem apte castella priuati facere possent, ex quibus aquam ducerent, quam ex castello communem accepissent à curatoribus aquarum, ne qui eorum quibus aqua daretur publica, ius esset intra quinquaginta pedes eius castelli, ex quo aquam ducerent, laxiorem fistulam subiicere, quam quinariam.* Hoc senatusconsultum autem aquam non nisi ex castello duci permittit. ne aut riui aut fistulæ publicæ lacerarentur. Alia lex, *vt ius impetrata aquæ neque heredem, neque emptorem, neque illum prædiorum dominum sequeretur, exceptis balneis, quibus qua publice lauarent, priuilegium antiquitus concedebatur, vt semel data aqua perpetuo maneret.* Vlpianus tamen *l. 1. §. permittitur, de aqua quotid & æstiu.* in aliis distinguit, num personis datus sit aquæductus, vt tunc personam non egredi atur: an rebus vt tunc sequatur possessorem. Aliud senatusconsultum apud Frontinum *lib. 2.* quo de reficiendis riuis specubusque, per quæ opera pulica corumpuntur, *placuit circa fontes & fornices & muros vtraque ex parte vacuos centenos quinos denos pedes patere, & circa riuos qui sub terra essent & specus intra vrbem, & extra vrbem continentia ædificia, vtraque ex parte quinos pedes vacuos relinqui: ita vt neque monumentum in his locis, neque ædificii post hos tempus ponere, neque conserere arbores liceret. & si quæ tunc essent arbores circa id spatium, exstirparentur: præterquam si quæ villa continentes, & inclusæ ædificiis essent. Si quis aduersus ea commisisset in singulas res in denas millia damnas esset: ex quibus pars dimidia præmium accusatori daretur, cuius opera maxime conuictus esset, qui aduersus hoc senatusconsultum commisisset: pars altera dimidia in erarium redigeretur, deque ea re iudicarent cognoscerentque curatores aquarum.* Constantinus tamẽ à formis aquæductuum publicorum arbores 15. pedes voluit seiungi, *l. 1. de aquæduc. li. 11. C. ti. 42.* Augustus 10. *l omnes. 6. eod.* Alia lex. *Front. lib. 2. de aquæduct.* quam T. Quintius Crispinus consul rogauit populum, populus autem sciuit. *Quicunque post hanc legẽ rogatam, riuos, specus, fornices fistulas, castella, tubulos, lacus aquarum publicarum quæ ad vrbem ducuntur, earumve quam sciens dolo malo fregerit, ruperit, foraue rumpereve curauerit. peiorem ve fecerit, quo minus ea aqua earumve qua in vrbem Romam ire, cadere fluere, peruenire, duci possint, qua vrbi continentia sunt, erunt, in hisque hortis, prædiis, locis, quorum hortorum, prædiorum, locorum dominis possessoribus V. F. aqua data vel attributa est, vel erit, vt sal distribuatur, diuidatur, in castella immittatur: in populo Romano C. Millia dare damnas esto. Et qui clam quid eorum ita fecerit. id omne sarcire, reficere, restituere, ædificare, ponere, & celare, demoliri, damnas esto, sine dolo malo, &c.* De modis ducendi aquam, & de aqua ducenda plura tractata videbis paulo post *libr. seq. 4. c. 15. de aquæductu, & c. 16. de aqua haustu, & c. 17.*

DE RE-

Digitized by Google

DE REBVS SERVIENTIBVS, ET LIBERIS,

LIB. IIII.

De seruitute prædiorum in genere. Cap. 1.

Lib.3.C.tit.34. Lib.8.P.tit.1. Instit.lib.2.tit.3.

1 *Rerum diuisio in Liberas, & Seruientes, & quomodo res seruire intelligantur*
2 *Res quatuor modis Seruire intelliguntur. Vnde quatuor genera seruitutum. seruiunt namque persona personis, persona rebus, res rebus, & res personis.*
3 *Seruitus realis quid.*
4 *Prædium optimum maximumque, non est quod seruit.*
5 *Prædium quid dicatur hic: & duplex, rusticum & vrbanum.*
6 *Futuro ædificio qua seruitus possit imponi.*
7 *Seruitutes indiuidua & antinomia hac de re conciliata.*
8 *Seruitutum realium diuisio.*

1 LIA rerum† diuisio est, vt harum quædam sint liberæ, quædam seruæ, vel seruientes. Qualitates autem hæ rerum natæ sunt ex dominio earum: siquidem vbi dominia distincta fuerunt, res propriæ cœperunt cuiusque dici. atque subiectio illa, qua domini arbitrio res tractatur, alio nomine quam seruitutis, dicitur, nempe per pronomina, *meum, tuum, suum, cap. quo iure defendi vllus, 8. dist.* Nam res sua nemini seruit. *l. si quis ædes, 29. de seruitut. vrban. prædi. l. vti frui, si vsusfru. petat. P. l. in re communi, 26. de seru. vrb. P. l. cum esset, 3. §. fin. de seru. rustic. prædio. in P.* At si integro remanente dominio, quispiam in re alterius aliquod ius percipiendi aliquam vtilitatem habeat, *l. quoties 15. de seruit.* P. res seruire tunc, sed alij, quam suo domino, dicetur. Nec ideo minus dicetur dominus is, cuius res est: quia seruitus illa, vel ius illud in re aliena potius incorporale est, *l. 1. §. fin. de rer. diuis. §. 1. de reb. corpor. ap. Iustinian.* & afficit ius præcipue domini, vt cogatur pati, & ne possit pro arbitrio re sua vti, *l. quoties nec hominum. 15 §. 1. de seru. tit. generali. & l. 1. de aqua pluui arcen. in P.* Similiter hæc nomina, libertas rerum vel res liberæ, dicuntur potius de domino, quem nemo possit prohibere, quin illis libere vtatur, & vt dicitur, quin possit de suis lapillis ex arbitrio ludere. *l. sed & si lege. 28. §. consuluit, depeti. hered. lib. 5. P. tit. 3. l. si quid, 34. §. sicut, eo. tit.* vt contra, seruitus rei, quando illa libertas non est domino in re integra aut arbitraria. Inde tamen dicimus prædia seruitutem pati, *l. ædificia 11. de seru. vrb. præd. in P. l. alius, C. de seru.* & seruientia *l. via. 23. §. pen. de seru. rustic.* aut libera, *l. si ædes. 31. in princ. & §. 1. de seruit. vrb.* Vera prædialis seruitus ex facto videtur orta hominis, item formulæ, quibus constituitur: siquidem si natura subiiciatur inferior ager superiori, proprie non est seruitus, sed ius seu natura prædiorum, *l. 1. §. fin. de aqua plu. arce.* non secus quam non est seruitus, vti re sua, vt diximus. Adhærent autem ista incorporalia seruitutum rebus, vt neque quisquam seruitutem acquirere vel vrbani vel rustici prædij possit, nisi qui prædium habet, nec quisquam debere, nisi qui habet prædium, *Vlpia. l. 1. communia prædiorum. lib. 8. P. tit. 4. §. ideo, de seruit. rustic. l. qui alienam. §. Vlt. de negot. gest.* Sed vt explanemus scopulos, qui in hac seruitutum tractatione offendũt incautos, paucis expedit generalia seruitutum monere, ne æquiuocatio ingerat errorem.

2 ¶ Itaque† seruire dicuntur quadrupliciter res, primum, personæ personis: & ideo seruitus dicitur personarum melius quam personalis, de qua in personis diximus. 2. dicuntur, quamuis improprie, personæ rebus seruire, vt etiam in seruitutibus personarum diximus. 3. res seruiunt rebus: vel 4. loco res personis. Nunc de seruitute duorum postremorum membrorum tractandum est, & de eius substantia generaliter, dehinc in specie breuiter.

3 ¶ Est† itaque seruitus realis, diminutio iuris prædij alieni, ad vtilitatem, & ius seruitutis alterius prædij, vel personæ. ¶ Ex quibus† in primis constat. seruitutem esse iuris alterius prædij diminutionem, & optimum maximumque dici non posse, quod seruitutem debet, quodve liberum non est, *l. cum venderes. 59. de contrah. empt. lib. 18. P. titul. 1. l. qui vti optime. 90. de verbo. sign. l. pen. de euict. in P.* Ita seruitutis impositione, alterius fundi ius diminui, alterius augeri tradit Sextus Pædius. *l. de pupillo. 5. §. Sextus Pædius, de ep. non num. li. 39. P. tit. 1.* habet prædiũ dominans vel persona, cui seruitus à re debetur, vtilitatem quandã in fundo seruiente, *l. quoties, in l. de seruit.* P. quæ minuit ius seu libertatem alterius seruientis prædij, *l. stipulatio ista. §. si quis forte, de verb. oblig.* Prædiumque pretiosius habetur à seruitute liberum, *l. 1. §. fin. de actio. emt. P.* ¶ Prædium† vocatur hic quodcunque immobile, siue sit fundus, seu domus. Idque duplex est, vrbanum & rusticum: vrbanum est, ædificium habitandi caussa factum, siue in vrbe, siue in villa sit, *l. vrbana prædia, de verb. signific.* rusticum est, quod non est ædificium, vt fundus, vinea, pratum, *l. 1 commun. præd. in P.* 5

¶ His† imponuntur seruitutes ob aliorum prædiorum vel aliarum personarum vtilitatem, vel præsentem vel futuram. Et licet vtilis non sit seruitus constitutionis tempore, tamen imponi potest, si talis futura sit. *l. in fundo, de seruit.* P. vt habeat ratio futuri tẽporis in his, *l. si infantu, de vsufruct. l. Labeo, de ser. rust. prad. l. interdum, de verb. oblig.* sicut & futuro ædificio imponit, *l. si seruitus, §. si. de seruit. vrban.* Et hæc sententia, vt paucis dicam, mihi placet, omissis diuersæ sententiæ rationibus. Hærent hæc iura prædiis quę semper sequuntur, *l. via constitut. 23. §. si fundus, de seruit. rust. l. cum fundo. 36. eod. tit. l. neque, quib. mod. vsusfruc. amitta. l. cum fundus, 13. commun. præd. in P.* 6

¶ Et† quia iura per se diuidi nequeunt, *l. 1. §. incorporales. de rer. diuisio. §. 1. de reb. corpor. & incorpor.* ita seruitutes indiuiduæ sũt, *l. stipulationes non diuiduntur. 72. de verbo. oblig. & l. 2. §. & harum, eod. titu. l. via, de seruit. l. 1. §. si vsusfructus. ad le. Fal. in P.* nec pro parte præstari possunt, vel concedi, vel adimi. *l. pro parte, 11. de seruitut. l. si vni qui duas, de seruit. leg. l. si quis duas. §. 1 commun. prædio.* Ideo si generaliter per fundum concedatur à pluribus dominis seruitus in fundo inter illos communi, valent quidem cessiones separatim à singulis factæ, sed sine effectu sunt, nisi omnes concesserint, vt nouissima cessione cetera firmari videantur, *l. per fundum, de ser. rust. prad.* Siquidem non designata certa parte fundi, seruitus per fundum concessa, omnes & singulas partes fundi complectitur: vt tota in toto, & tota sit in qualibet eius parte, vt dicitur de anima, nisi pars quæ seruiat designetur: Imo & in solum ipsum penetrat, nec in tota superficie residet, *in l. certo. de seruit. rust. prad.* Itaque & naturaliter & ciuiliter est indiuidua seruitus: natura, quia quæ tangi non possunt, indiuidua sunt, *l. certo generi. 13. § si locus 1. & l. si mihi concesseris. 21. de seruitut. rusti. prædio. l. si via. 26. eod. tit. & l si cui de seruit. titul. generali.* qualia iura sunt, *§. 1. de reb. cor. & incor. & l. 1. de rer. diui.* minus ciuiliter, quia tantam vtilitatem non affert pars in vtitu partis, quantum totum respectu totius, *l. in executione. § pro parte. de verb. obl.* Dehinc & in omnibus iubent leges, finem & intentionem actuum inspici, *l. Verum l. qui iniuria. de iniur. in P.* Porro in seruitutibus, finis commodum est in vsu earum *l. Videamus. 19. in fin. de vsur. li. 22. P. tit. 1.* qui indiuiduus est. *l. via de seruitu.* quia & hic in facto consistit, quod est quoque indiuiduum, *d. l. in executione. & l si stipulationes non diuiduntur. de verb. obl.* P. Sed ius maxime seruitutis indiuiduũ illud continet omnino. Quo fit, vt antinomiæ, quæ in hac tractatione indiuidui obiiciuntur, facile submoueantur: nam ad ius non pertinet fundi, corpus quod seruitutem admittit. Et aliud est ius in corpore & aliud corpus. Et corpus quidem diuiduum, sed ius quod in eo est, indiuiduum: fructus quamuis diuidi possint, qui ex fundo percipiuntur. *l. 1. § si vsusfructus. ad l. Fal. l. 5. de vsuf.* Ita frui pro parte possumus *l. vsus pars. 20. de vsu & hab. lib. 7. P. tit 9.* & vti etiam partim fructibus in vsum acceptis, & parte domino aliqua derelicta. *l. fundi vsu. 16. & l. diuus. 23. §. 1. de vsu & hab. in P.* Et diuiduus vsusfructus. *l. vsusfructus. de vsufr. P.* sed ius vtendi fruendi erit indiuiduum, *expresse in l. 1. §. quadam. de rer. diuis. &* vsus indiuiduus, *d. l. vsus pars. 20 de vsu & hab. & l. via itineris. 17. de seruit. in P.* Alia etiam inde euanescit antinomia, qua videtur diuidi vsus, adiecto tempore, cum quis illa die vel hora, alius alia vtatur, vel alternis diebus. *l. via. 5. §. 1. de seruit. in P.* quia id admodum pertinet iuris constitutæ seruitutis, non ad ius vtendi, *l. 4. fi. eo. l 2 de aqua quotid. & æst.* vt secernatur vsus temporibus. Pari modo alia quæ ad certam partem fundi, vel rei constitui seruitutem probat, vbi corpus fundi diuiditur, vel superficies, *l. ad certam partem. 6. de seruit. in P.* ad quam certam pro diuiso seruitus tota vel ius integrum refertur. Facta autem relatione ad partem seruitutis vel iuris, seruitus pro parte constitui nequit, *l. si quis duas. §. si quis partem. commu. præd* Sic Paulus ait, iura seruitutum interdum diuisa à fundo, nõ esse diuidua mensura vel temporibus: interdum mensura aut temporibus diuidi vsum pluribus debitum, vt si plures vni, qui ius aquæ ducendæ habebat, succedant. *Paulus in l. arbor. 19. §. fin. commu. diuid. lib. 10. P. titul. 3.* Sic dum ius aquæ ducendæ per eundem aquæ ductum pluribus conceditur, vel eundi per idem iter, ius quidem non diuiditur, sed aqua vel modus communi diuidundo, *Iulia. in l. Lucio Titio 4. de aqu. quoti. & æst. lib. 43. P. tit. 19.* Et plures integræ possunt esse per eundem locum & plurium seruitutes *l. si prius. 17. de aqua,*

Digitized by Google

8 *plin. lib. 39. P. tit. 3. l. 2. & 5. 1. de seru. rust.* ¶ Postrema † verba finitionis seruitutis realis, realiũ seruitutũ membra ostendunt, vt alię à rebus, personis: aliæ à rebus rebus debeantur: illas personarũ dixit Martianus vt vsum & vsum fructum; istas, rerum, vt rusticorum prædiorum & vrbanorum *Mart. in l. 1. de seruit. titu. generali.*

De Seruitutibus debitis à rebus personis: & primum de vsu & habitatione.

Cap. 2.

Lib. 2. Instit. tit. 5. Jib. 7. P. tit. 8.

1 *Quinque species seruitutis debita à rebus personis enumerata.*
2 *Prius tractandum de vsu & habitatione, quam de vsufructu.*
3 *Vsus quid, & qua Vsuarius possit percipere.*
4 *Vsuarius nec locat, vel vendit, nec in alium transfert vsum.*
5 *Casus tres excepti, quibus vsuarius vendit, addictione diuisionis, videlicet, vel si lignorum vsus à longe petendus, idque pro sumtibus: vel si vini & frumenti procul petendus vsus. 8.*
6 *Vsuarius domus potest locare partem eius, parte contentus.*
7 *Num cui relicta fuerint à pluribus seorsum ad vsum sufficientia, accedente alterius postea vsu legato, debeat altero priuari, vel vtraque retinere possit.*
8 *In vsu determinãdo cõsiderandæ res, persona, & modus dictus, & quales personas habitationẽ domus habẽs potest secum admisteres*
9 *Qui habet Vsum capacioris domus, quam sua conditio exigit. vacuam quoque partem sibi reseruat, nec proprietarius occupat.*
10 *Habitationem habens domus, similis fere Vsuario domus, in & quibus differant.*
11 *Habitationem domus habens seorsum habitans, eam potest locare.*
12 *Qui habet vsum fructum domus vel fundi, quomodo vtatur & quibus.*
13 *Vsus syluæ vsum fructum continet.*
14 *Concesso vsu seruorum, quid concessum videatur.*
15 *Plus est in operis seruis debitis, quam in Vsu debito serui.*
16 *Vsu animalium concesso, quid liceat vsuario.*
17 *Vsus pecuniæ vsum fructum habet.*
18 *De Vtendi modo & cautione præbenda.*
19 *Differentia vsus & commodati.*
20 *Vsuarius reficere debet domum, cuius habet vsum, si solus Vel pro parte, qua Vtitur: quomodo Vti potest, & quid cogitur pati ab eo proprietarius. vide & inf. c. 3. num. 20.*
21 *Quibus modis acquiratur & amittatur Vsus.*
22 *Commoditatis prædi concessa alicui, accedit seruitutibus prædialibus personalibus.*

1 INter † seruitutes personales, debitas à rebus personis, quinque constituemus & explicabimus Deo fauente, vsum, habitationem, operas seruorum, commoditates ex rebus aliquibus, & vsumfructum. Quatuor priores sub vsu concludi possunt.
2 ¶ Tractarunt † Iurisconsulti prius de vsufructu, quam de vsu & habitatione *constat ex to. tit. lib. 7.* P. mihi methodus videtur facilior contraria, vt de vsu primum & habitatione, quam de vsufructu agamus, vt intelligamus priori loco simplicia, post composita. Vsusfructus enim latissime patet, & vsum & habitationem continet, ceteraque ex rebus comoditates fructuum, *l. 2. & l. per seruum 14. §. 1. de vsu & habit. l. Vsus fructus 7. de vsufruc. Iul. Paul. libr. 3. recep. senten. tit. 6. l. plenum. de vsu & habitat.* Et Minus in vsu, quam in vsufructu. Et fructus sine vsu esse non potest, vsus autem est sine fructu, *§. minus autem. de vsu & habit. l. si habitatio 10. § si vsus. & l. per seruum 14. §. si Vsusfructus. eo. tit. in* P. Proinde vsus † seu ad maiorẽ significationem, vsus nudus seu χρῆσις, sine fructu, *l. 1. & 2. & l. si habitatio 10. de vsu & ha.* P. est ius alienis rebus vtendi, salua rerum substantia, *gl. in l. 1. de vsu & habit.* Qui vsum habet, tantum ad indigentiam quotidianam propriam, secundum qualitatem & conditionem suam fructibus vel rebus vtitur: vt nõ possit vltra compendium inde vel vtilitatem consequi, vel impedimento esse domino agri, ædis vel fructuum, *§. 1. de vsu & habit. l. denique 11. & l. plenius. cum suis §§. eod. in* P. Et si vsu legato, magis sit vsus legatarius, quam oportet: officio iudicis, qui quemadmodum vtatur iudicat, continetur iubere, ne aliter quam debet vtatur, *l. pen. §. fi de vsu & habit.* P. ¶ Ex † quibus
4 sequitur vsuarium non posse vsum concedere alii, nec locare, vẽdere, vel alio modo in alium transferre, *§. minus. §. item is qui & sequ. de vsu & habit. l. 2. §. domus. & l. 3. cum 5. ll. seq. eod. in* P. quia personalis: vt neque ad heredem vsuarij transeat. *l. vsus aqua 22. eo. ti. in* P. Et personalia cum persona exstinguuntur, nec personam cui irrogantur, egrediuntur, *l. quia tale solut. matri. in* P. *l. privilegia. & l. in omnib. de reg. iur.* P potissimum inspecta qualitate seruitutis huius, quæ ad personæ necessitatem & alimenta pertinet & præbet necessaria, quæ alienari nequeunt. *l. de alimentis.*
5 C. *de transact. l. cum hi. eod. tit. in* P. Paulus † excipit casum, si ex necessitate diuisionis: iudex adiudicando alteri vsum vendat, & ita admitti. *Paul. in l. item quamuis 10. §. pen. lib. 19. P. tit. 3.* Item singulare est quod notant Accurs. & Ang. Aretinus, *gl. in §. minus. in fin. & Ange. ibid. nu. 3. l. diuus. de vsu & habit.* P. quod si lignorum ex sylua alicui vsus relictus est, & vectura facienda lõgius sit, potest qui vsum habet pro necessitate personæ suæ, in cõpensationem sumtuum, qui aliter vsus commoditatem excederent, de lignis vendere non amplius; quia vsuarius tantum habere debet, quantum pro necessitate sui sufficit. Idemq; Angelus repiciendum putat in vsu vini, frumenti & aliorum, si de longinquo percipi debeant. Et hæc fauore vsuarii inducta recipio, ne vsus illi ob expensas graviores, sit inutilis: & quia, vt dixi, ius hoc vtendi alienari prohibitur. ¶ Quare † & in eiusdem vtilitatem non dif- 6
ficilis erit ratio, cur liceat vsuario, cui dom" amplioris capacitatis quam ipsi necessaria sit, vsus relictus est, pẽsionem habitationis ex ea ab inquilino accipere, dum ipse quoque inhabitat, & modica portione contentus sit: hoc enim ei non est inuidendũ, inquit Vlpia. *in l. 4. eod. titul. Ioan. Fab. in tit. de vsu & habita. in Institution.* ¶ Mouet & aliam † quæstionem perpulcram & quotidianam glossa *in §. minus. in verbo, quotidianum. eod. tit.* quam in- 7
solutam Angelus Areti. *in d. §. 1. de vsu & habitat.* relinquit. Num si mihi hodie vsus in fundo constituatur, qui mihi sufficiat: & cras in alio, num secundus minor vel inutilis erit quod iam alius mihi sufficiat, eo quod ad quotidianam necessitatem vsus relinquatur. Et respondet glos. locum esse gratificationi in toto, vel in parte, vel electioni. Citat *§. si generaliter. de legat. qui nihil ad rem, & l. final. de religios. & sumt. funer. in* P. quæ tamen contrariũ probare videtur. Nam si vsufructuarius ab herede sepultura defuncti oneretur, cum heredis esset electio, inibi vel alibi sepelire, & esset locus gratificationi inter plures, qui poterant pati sepulturam, aget vsufructuarius actione vtili in heredem, quod propter eam electionem minutus est vsusfructus. Sed hic vsuarius, cui diuersorum fundorum relictus vsus est non nocet alicui, & si ab ambobus vsum accipiat. Nam vtitur iure suo, *l. Proculus. de damn. infect.* quod pertinet ad debitores. Proinde nec ad illam legem finalem similitudo non videtur relata. Et existimarem à singulis vsum deberi, non habita ratione, quod aliunde vsum habere possit: non secus ac ei qui vsum habet, non potest obiici, quod pecunias habet, vnde possit aliunde, quam ex re vsuaria sibi comparare. Nec improbatur vsus habitationis concessione facta filiofamilias vel seruo, quod illi penes patrẽ vel dominum habitare possint, imo & additur habitatio ad vtilitatem patris & domini, *l. filiofam. 18. de Vsu & habit.* Nec improbatur relictum & exactio legati alimentorum, si is cui legantur alioquin sufficiens sibi sit, & facultatibus abunder, *l. cum hi. § sed & personarum. & § an persona de transact. in* P. Itaque, vt ait Paulus, fundi vsu legato, licebit vsuario & ex fœno, quod in annum dumtaxat sufficiat, capere: licet mediocris prædii eo modo fructus consumantur, quia & domo & seruo ita vteretur, vt nihil alii fructuum nomine supereesset. Sic & de alijs, in quibus vsum habet. Omnia enim ad vsum eius peruenient, & possunt reseruari, & in diuersis domibus, sed diuerso tempore, & aliqua parte anni quis habitare, quia & domicilium in diuersis locis habere potest, *Paulus in l. Labeo 5. Vlpi. in l. assumtio c. §. iurisprudentib. ad municip. & de inco. lib. 50. P. tit. 1.* ¶ In vsu, † simul res & persona 8
& modus vtendi, coniungi debent. Nam res ad necessitatem personæ, vt dixi & necessitas ad modum referri debet. Proinde cõsidera cuius rei relinquatur vsus alicui, & quis, qualisve sit is cui relinquitur. Si domus habitatio relinquitur masculo, potest is in ea habitare, & solus & cum familia sua, cum vxore, cum liberis, cum amicis & hospitibus gratis, & cum pensione admissis, quamuis seorsum inibi eo non residente non possit locare, *l. 2. 3. 4. & 8. de Vsu & habitat. §. item is qui adium. eod titul. apud Iustin.* Si mulieri competat, & potest in ea cum marito habitare, & cum socero, etiam si tempore, quo vidua est, acquirat vsum, & postea nubat, *l. 4. eod. titul.* & cum nuru, cum liberis, cum libertis, & parentibus, *l. 5. & 6. eod.* Verum hospitem recipere non potest, quæ vsum habet, alium quam eum, qui honeste cum ea habitaturus sit, *l. non aliter 7. eod.* potest & alia quæ mulier ad vsum habet communicare marito, *Paul. l. ceterarum 9. eod.* ¶ Notabile & illud, † domo ad vsum legata, etsi amplior sit, quam exigat vsuarius: vacuam tamen partem & ei remanere, non proprietario, *notat Azo in summa istius tituli de vsu & habitat. apud Iustin. versicul. illud videtur notandum.* Huic † vsui domus affinis est ha- 10
bitatio domus debita, quæ perinde pene est ac vsus, vt neque vendi possit, nec donari ab eo qui ius habitationis habet, easdemque personas qui habet habitationem, quas vsuarius domus recipere possit, *l si habitat. 10. eod.* ¶ Verum † in aliquibus 11
hoc ius habitationis differt ab vsu domus, quia in habitatione latior facultas inest: nam qui eam habet & alteri locare potest seorsum, & si ibi ipse non habitet, non secus, quam si vsum fructum haberet domus, *§. sed si cui. de Vsu & habitat. apud Iustin. l. cum antiquitas 13. de vsu & habitat.* C. ¶ Si fructuum, † vel fundi 12
vsus relictus sit, vel debitus, vtitur vsuarius ad vsum quotidianum horto, oleribus, pomis, floribus, aqua, lignis, non ad compendium vel abusum, sed ad vsum stramentis: nec pro se tantum, sed etiam pro hospitibus aliquando largius pro dignitate

sua,

Digitized by Google

sui,neque in villa tantum,sed & ex his in oppida ferre potest.*l. plenum 12.§.1.& 2.de vsu & habita.§.minus.eod.apud Iustin.* ¶ Quibus† concessus est vsus syluæ,& fructus concessus videtur,*l. Diuus Adrianus 23.eod.*P. Verum iis non permittitur ex qualibet syluæ parte depromere,quamuis tota sylua seruire dicatur: Nam ad certam partem restringitur etiam inuitis quibus ius est, ne ad nutum vtentium informis sylua euadat,& ita iudicatum fuisse sæpe refert Papus *libr.14.rapsod.arest.titul.3.arest.1.3.10.11.*Et contrahi in arctam nemoris partem vsum suapte natura solidum, & totum in toto,& totum in qualibet parte,placuit curiæ suprem æ Parisiorum,*Ioan.Lucius,libr.7.placitorum,titul.7.plac.2.*Atque vsuarios ob nemora,coniuratione vique armata,ab vniuersitate vastata ipsorum nemorum vsu ac litis æstimatione, eiusque impendiis multari quoque decretum est,*Ioan.Luc.d.tit.7.lib.7.placi.*

14 ¶ Vsus † aliquando constituitur in seruis alienis, in quo id venit,vt ipse vsuarius tantū eorum opera ac ministerio vti possit,non etiam alius,neve in alium transferat,*§.item si ad quem.de vsu & habit.* Poterit tamen eo cum aliis vti,veluti cum vxore, & vxor coniuge,cum patre,cum domino. Nec tamen operas serui locabit,nec aliis vtendas concedet. Tamen secum in rebus alienis seruo vti poterit,vt si fundum conduxerit,poterit seruum in eo iubere operari,& sic in aliis negotiis,quæ ipse susceperit facienda vsuarius,poterit vsuariis seruis & vsuariis ancillis vti:quia illi operari videntur,non aliis,*l.plenum.12.§.fin.de vsu & hab.* P. Possum & ex re mea seruo vsuario stipulante, acquirere, vel eo per traditionem accipiente:quia in illis eius opera vtor,*l.per seruum.14.eo.& l.seruus.21.& l.si ita legatum.17.§.si eod.tit.*

15 ¶ Notandum† autem hic plus esse in operis serui debitis,quā in vsu serui:quia fructus hominis in operis consistit, & in mercedibus operarum,quæ capi à fructuario possunt *l.3.4.de operib. seruor.libr.7.P.tit.7.*& vsus quoque inest,*l.operu serui.5.de operis seruo in* P.*l.2.de vsu & vsufr.leg.at.lib.33.*P.*tit.2.*¶ Eadem† quæ de vsu ministerij serui dicta sunt,& in animalium vsu relicto intelligi debent,*d.§.item si quis de vsu & habitat.*vt possit his vti,non locare aliis:nisi & vsuarius talis sit,qui operas suas,& equorum suorum soleat locare,vt auriga,*l.plenum.§.equitij.eo tit.de vsu & hab.* Porro decoris vsu relicto, vsuarius ad stercorandum tantum agrum suum vti potest, & modico tantum lacte reliquis non vtique,neque lana neque agnis,*d.l.plenum.§.sed si pecorum.eod tit. §.sed si pecorum.eod.ap Iustin.*quia enim fructu sunt,*l.in pecudum. de vsur.in* P.*§.in pecudum de rer.diuis.* Si boum armenti vsus relinquatur,ad arandum.& ad reliqua,ad quæ boues apti sunt, vsuarius vtitur,*d.l.plenum.§.sed si boum.* ¶ Vsus † pecuniæ concessus æqualis est vsufructui,*Vipian.in l.hoc senatusconsultum.5.§.final.& in l.quemadm.10.de vsufruct.earum rerum quæ vsu consumun.li. 7. P. tit.5* sicut & quando fundi vsus legatur,nam & fructus ad vsuarium pertinent,qui in annum ei sufficiant.*l.fundo.16.de vsu & habi.in* P. Et si ita concessus vsus fundi,vt instructus esset etiam & instrumentorum vsus competit,*Pompon.l.si ita legatus.17.eod.tit.*

18 ¶ Modus † vtendi est,vt vsuarius sicut vsufructuarius, caueat, de vtendo arbitrio boni viri, & de restituendo cum opus erit, *Vlpia.in leg.huic stipulationi.5.§.1.vsufr.quemad.caue.lib.7.*P.*titul.9. Papin.in l.penult.eo.tit.*Quare dictum est in finitione, vsum esse rei alterius salua rerum substantia.In cautione, omnia damna, quæ ab vsuario contingent,se resarciturum, vsuarius promisisse censetur,*l.si vsusfructus.16.denique de vsufruct.& quemad.quo stat. l.1.vsufr.& quemad.caueat.leg.hoc senatusconsultum.5.§.1. de vsufr. earum rerum quæ vsu consumun.* ¶ Differtque† in hoc acommodato & precario,in quibus alicuius rei datur vsus, sed non salua rerum substantia,nec cum cautione damni præstandi, quod non resarcit qui accipit,dummodo culpa non adsit commodatarij *l. si commo.in P.li.13.tit.6.*Quamuis & maxima sit affinitas inter cōmodatum & vtendum datum,*l.1.§.1.commo.in* P.omitto alias differentias. ¶ Debet † per hanc adiectionem,salua rerum substantia,& vsuarius domus,reficere domum vsuariam, si alius quam ipse non percipit commodum:si enim fructuarius vel proprietarius cum vsuario participaret in fructu, vterque ad refectionem contribuit,*l.si domus vsus.19.de vsu & habit.*Nec potest prohibere vsuarius,quin dominus,vel fructuarius fūdi eū colat,*l.fūdi.§.1.eo.tit.P.l. si habitatio §.si.eo.*quo minus cautionē omissā,per cōditionē incerti repetat,& finito vsu ē ipsā per ad exhibēdū & condictione,*l.5.§.1.de vsufr.ear.rerum quæ vsu consumun.*quinve iudex imploretur,vt eius arbitratu vsuarius vtatur,*l.si cuius.15.§.denique consultus.de vsuf.in P.* Sed nec is qui pati debet alium vti, quicquam facere potest, quo minus is cui vsus legatus est, vel concessus vtatur,vt bonus paterfam.vti debet.*l.fundi.16.§.fi.de vsu & hab.*nec deteriorem caussam vsuarij facere,nec vsuariæ rei speciem etiam in meliorem commutare *l.fin.eo.in P.* ¶. Quibus † autem modis acquiratur & amittatur vsus,intelligetur in vsufructu:nam totidem acquiritur & amittitur, quibus vsusfructus, *§.1.de vsu & habit.l.3.§.fin.de vsuf.in P.* ¶ Superioribus † seruitutibus personalibus potest accedere commoditas quædam concessa prædij certis personis:vt si testator legauerit certæ personæ tantum,ius ad aquam appellendi pecoris,vel pascendi,vt ait Papinianus,quæ alioquin esset realis rusticorum,*Papin.in l. pecoris.4.de seruit.rust.prædi.in P.lib.8.P.tit.3.facit l.Mela.14.§.fin. de aquæ.& cib.lega.li.34.P.tit.1.* Sic apud Vlpianum *Aelianus Titius.l. Lucius Titius.37.de seruit.rustic.prad. Pompon.in l.non solum.9.§.talē de liberā.lega. lib.34.P.tit.3.*Lucius Titius tradens & donans testamento aquæ profluentis in fontem,Caio Seio digitum,in domū suam:vsum aquæ personalem concessisse videtur, vt illa seruitus ad heredes non transeat Caij.Aliud exemplum in eo qui promittit coquere panem alicuius in furno suo,quod potest dici seruitus vsus,ex quo ad necessitatem familiæ est introducta,ex sententia Cæpollæ *in 1.lib.de ser.urb.prad.c.8.nu.3.*Sunt & alia his similia,quæ plerique ad seruitutes innominatas, vel iura personalia referunt,*vide Capollam in proxime citato loco.& c.9. num.2.* Alij negant esse seruitutes,sicuti in specie *leg.final.de seruitut.urban. prad. in* P. Quamobrem & nos commoditatem rei diximus

De Vsufructu.
Cap. 3.

Apud Iustin.lib.2.tit.4.
Lib.7.P.tit.1.
Lib.33.tit 2.P.
Lib.3.C.tit.33.

1 *Vsusfructus seruitus prædialis personis debita.*
2 *Vsusfructus quid,& de fructu formali & casuali.*
Frus & vti quid,& quomodo differant,&c.
3 *Fructus & vsusfructus differentia.*
4 *Vsusfructus pars dominij & quomodo,vide num.16.*
5 *Vsufructuario inuito in eius præiudicium nihil facit proprietarius.*
Vsufructuarius non cogitur per manus proprietarij accipere vsumfructum.
Vsusfructus differt à Reditu.
6 *Res quomodo in vsufructu considerandæ.*
7 *Differentia vsufructuarij & bona fides possessoris in fructibus colligendis & pendentibus.*
8 *Beneficiarij sintne sacerdotiorum vsuarij:item de malafructuum sacerdotiorum dispensatione.*
9 *Vsufructuarius uxor relicta à marito institutis liberis, nihil præter alimenta ex bonis percipit,nisi illi prædecedant, vel extranei sint instituti.*
10 *Vsufructuarius non præscribit contra proprietarium, nec deteriorem substantiam vel caussam vsusfructus facit,& de cautione restituenda.*
11 *Testator relinquens vxori vsumfructum,non potest remittere ei cautionem.*
12 *Vsufructuarius pecunia & mobilium quemadmodum caueat.*
13 *Cautio hæc exigi potest & ante traditionem rei,& tempore vsusfructus.*
14 *De cautione præstanda ab vsufructuario.si moueatur ei controuersia, quod vti frui non possit aut debeat.*
15 *Vsufructuarius potest propria auctoritate fructus colligere,non qui habet tantum emtionem fructuum pendentium.*
16 *Vsufructuarius vtitur actione negatoria & confessoria.*
17 *Vsufructuarius non debet abuti re, & qua hic nomine vsusfructus possit percipere ex re quæ debetur.*
18 *Vsufructuarius gregis,ex natu vel aliis,debet supplere demortua,& quando.*
19 *Vsufructuarius quando teneatur Subrogare arbores.*
20 *Refectio eius rei quæ debet seruitutem & vsumfructum,quando pertineat ad eum cui seruit,vel eum qui debet.*
21 *Seruis vti debemus & famulis secundum qualitatem & actionem rei,aliter abutemur.*
22 *Vsufructuarius debet custodiam rei, unde percipit vsumfructum præstare,vendere vel alienare non potest proprietatem nec pignorare.*
23 *Proprietarius inuito vsufructuario vendit vel oppignorat proprietatem,dummodo fiat sine præiudicio perceptionis vsusfructus.*
24 *Vsufructuarius potest Vendere, Locare, & Alienare vsumfructum.*
Qui vsumfructum acquirit,potest conductorem ex re vsusfructus via expellere.
25 *Vsufructuarius ædium quid possit in his facere,& quid non:proprietarius quoque quid possit in re debente vsumfructum,& quid non.*

INter debitas personis † à rebus seruitutes, & vsusfructus numeratur,*l.1de seruit.in P.*quia sine persona, cui acquiratur,esse non potest,P*aul.in l.vsusfruct.26.de stipul.seru.lib.45.*P.*tit 3.* Vsusfructus † est ius alienis rebus vtendi fruendi,salua rerum substantia.*l.1.de vsufruct.in* P.*§. 1. eod. titul. apud Iustin.* Ius,seruitutem signat in alieno *l.1 § fin de rer.diuis.* & verba,alienis rebus, indicant nos loqui de vsufructuum,non de fructu: Nam fructus iure commun. dicuntur domini rerum. Vocant hunc fructum interpretes vsumfructum causalem, quia coniunctus cum sua caussa,id est,cum proprietate.*Florianus,in rub. de vsufruct. Capolla,libr.1.de serui.cap.4.*& passim in glossis hac distinctio formalis &

Digitized by Google

causalis vsusfructus. Ego malo simpliciter, proprieque fructum hoc dicere. Erui enim est re omnino gaudere, eaq; potiri, at dum addis vsumfructum, demonstras te non plane re potiri, sed vti vt fruaris tantum, & vt fructus sit in vsu, quemadmodum plus est frui, quam vti, *vt docet Valla, libr. 5. elegant. 14. cap. 5.* Et vsus pro vtilitate fructuum adiicitur, vocant hunc *Vsumfructum formalem*, quia habeat distinctam formam à proprietate separatam à re, à proprietate scilicet, alii competentem quam dominus pro-
3 prietatis. Sic † Iulianus iurisconsultus, inter fructum & vsumfructum, *l. vacca emtor 43. de euict. lib. 21. tit. 2.* intereſſe dixit: quod cum dicimus fructum rei, non ius, sed corpus demonstramus, sicuti prædiorum frumenta, & vinum, fructum recte dicimus, quæ non recte nomine vsusfructus appellantur, qui consistit in iure: Item vsusfructus non corpus, sed ius in corpore, quo sublato, & ipsum tolli necesse est, *l. 2. de Vsufruct. in P. §. 1. eod. ap Iustinian.* Et componitur vsusfructus ex fruitione & vsu, atque in facto aliquo eius, qui fruitur & vtitur consistit, *l. 1. quando dies vsusfruct. lega. eod. lib. 7. P. tit. 3.*

4 ¶ Sic † in multis casibus vsusfructus pars dominii est, vt ait Paulus *in l. 4. de vsufruct.* Vsufructuarius dominus pro parte scilicet indiuidua, quæ & totum dicitur: *l. vnum ex sociis, de seruit. l. Sabinus. com. diuid. in P.* censetur dominus. Sic enim noue Pau-
5 lum explico omissis aliorum pugnis. ¶ Quo † sit, vt quemadmodum in re communi pro indiuiduo socius socio inuito quicquam agere non potest, *Paul. in l. recte dicimus 25. §. primo, de verborum significatione*, sic nec proprietarius potest inuito vsufructuario, proprietatem vendere in eius præiudicium, nec potest vsufructuarius cogi accipere per manus proprietarii fructus, sed sibimet ipse colligit, in quo differt ius vsusfructus à reditu debito ex agro alicuius, vt erudite tractat Scæuola *in l. fundi Trebelliani 38. de vsu & Vsufruct. legat. lib. 33. titul. 2.* Qui enim vsumfructum habet, libere per se omnes fructus accipit rei vsufructuariæ, *l. de Vsufruct. legato 7. l. item si fundi, de vsufr. cum simil.*

6 ¶ Considero † hic totam rem cum pleno dominio, quod habet proprietatem & vsumfructum, seu fructum, *l. per procuratorem, de acquir. possess.* ita pars est, *l. si Vnus 28. §. itē si pactus de pact. in P.* si consideres autem seorsum vsumfructum, vt ius seruitutis, non pars dominij est, sed dominium per se: quia in illis fructibus, qui proprietatem habent, ius non habent, & ita se explicat idem Paulus, dum dicit, vsumfructum non esse dominij partem, *Paul. in l. recte dicimus 23. de verborum signific.* & addit, *dict. leg. 3. recte, §. 1. ita & intelligendus Iustinian. in §. si cui. de legat.* vnam & eandem rem posse dici nostram pro parte, & totam nostram pro indiuiso: imo & quandiu fructus pendēt in fundo, sunt proprietarij, & ita pars dominij in eius domino, non autem sūt vsufructuarij, donec ab eo percipiantur, & à solo separentur, *l. si fur, 14. de vsufruct. l. si vsufructuarius 13. quibus modis vsusfruct. amit. §. is vero. de rer. diui. Catus, l. in singulos, §. in fin. de annuis leg. lib. 33.*
7 *P. tit. 1.* si modo eius nomine sint percepti, non alias: ¶ In † quo differt à bonæ fidei possessore vsufructuarius: hic enim vsufructuarius exscissos & demessos: vel collectos fructus, siue maturos siue immaturos suos facit, si modo ipse vel alius suo nomine id fecerit, nec interest num vuæ collectæ expressæ sint, vel grana ab spica excussa, *d. ll. proxime citatis, & l. si absente, §. fi. de vsufruct.* At bonæ fidei possessor quomodocunque & à quocunq; & cuiuscunque nomine fuerint à solo separati fructus, suos facit, *glo. singularis in hac distinctione, in dict. leg. si fur. 14. in verb. percipiantur, per l. qui scit 25. §. in alieno, & §. præterea. de vsur. in P. & leg. an-*
8 *tepen. de rei vend. in P.* ¶ Quod † pro beneficiatis obseruandum est, qui se dicunt vsufructuarios sacerdotiorum, eoque nomine sibi fructus & heredibus vsurpant, propter auctoritatem Ioannis Andreæ *in addit. ad c. præsenti, in verbo, reseruari. de offic. ordin. in 6.* seu cuiusdam glossellæ. Quam tamen plerique merito reiicere videntur, cum vsuarios tantum putem, & procuratores & dispensatores rerum ecclesiasticarum & pauperum, *cautum 12. quæst. 2* vt arbitrer committere sacrilegium eos, qui in alios vsus bona ecclesiastica abliguriunt quam in pios vsus expendant, *Altissim. 4. & 5.* Sic enim D. Paulus vnus ex iis ad quorum pedes ferebantur Christianorum pecuniæ distribuendæ, prout cuique necessarium erat, dixit de se & sociis ad Timotheum scribens 1. *ad Tim. 6. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* Vereorque ne de illis dicatur, quod de Iuda, qui loculos ferebat communes, & qui fur erat & latro, & laqueo se suspendit, *D. Ioan. Euangel. c. 13.* Et certe si verum fateamur, nunquam fuit is animus eorū qui largiti sunt, eleemosynarum nomine bona ecclesiæ ea impendi in magnifica illa prælatorum palatia, & castella, in tam præclaras vnguentarias, pro ditandis beneficiatorum proximis: quia si id curæ illis fuisset, potius sibi reseruassent, & suos maluissent his gaudere, quam alienigenas ab omni munere ecclesiastico & oratione memoriaque eorum alienos, suis pennis superbe intueri adornatos. Verum ipsi viderint, & forsan resipiscent aliquando, dum experiuntur tot tragœdias ex voluptatib. forsan nimium crebris eorum qui paupertatem sequi debent in ecclesiam matrem lugubrem excitatas. Peperit certe religio diuitias, sed ipsę pene suffocauerūt matrem. Curant plerique nunc de sibi conseruandis & rapiendis ecclesiæ diuitiis, olim autem solicitudo maior in distribuendis. Olim omnis solicitudo in inquirendo prælato, qui recte dispensaret oblata: hodie impudens auaritia in vsurpandis oblatis: & cum olim vix sibi victum ex illis auderent porrigere, nunc se dominos audent possessores intrepide asserere. Sed Deus velit & hunc errorem cum reliquis emendare. Quod se vsufructuarios dicant non inuideo, sed quod fures aliqui sint, nec recte dispensent fructus, valde dolendum. Nec miror, si quod non accipit Christus, tollat fiscus, *can. maiores 16. q. 7.* ¶ Sed † pergamus, 9
& ostendamus non consequi perpetuo ex conclusione quod quis sit vsusfructuarius, omnes fructus suos eum facere, imo restringi ad alimenta aliquando, vt non debeant ecclesiasticæ personæ ægre ferre, si diximus eos tantum ex beneficiorum fructibus alimenta delibare debere. Si vxor itaque relinquat vsumfructum marito & faciat vsufructuarium, non consequetur inde iure aliud, quam alimenta existantibus liberis. vt defendunt omnes fere interpretes, *Bald. in auth. hoc locum, in vlt. q. si secun. nupt. ante Ia. C. Iason in l. Vlt. vers. in ex. simils. de indict. vid. toll. C. Baldus, & DD. in l. Titia cum testamento. §. Titia. de lega. 2.* Idipsum quando maritus existantibus liberis illisque institutis facit dominam & vsumfructuariam bonorum suorum vxorem, vt ea nihil præter alimenta inde habeat, *glos. Bart. & omnes interpret. in d. auth. hoc locum, & d. §. Titia. Boer. q. 61. & quæst. 194. Ludo. Roman. consi. 118.* si præcedat de relictis liberis superstitibus: aliter enim si institutis extraneis relinqueretur domina & vsufructuaria, omnem vsumfructum perciperet: vel si institutis etiam liberis, illi præcederent, vt notat Cœpolla *lib. 1. de seru. vrb. prad. c. 4. num. 6.* post Bar-
to *in l. sicut in annos, per illum text. quibus mod. Vsufruct. amit.* & Alexand. *consil. 6. in 3. Volum.* Ceterum à matrimonio hoc ad coniunctionem prælati vel præpositi vel beneficiarij cum ecclesia, receptam ratiocinationem, *cap. sicut alterius 7. q. 1.* nemo ambigit, eo excepto, quod sicut maritus accipit dotis fructus pro oneribus matrimonij, *l. pro oneribus solut. matrim. C. l. dotis fructus. de iu. dot. in P.* Non ita prælatus accepit omnino, sed propter officium suum exercendum, quod & in cura pauperum, & in distributione reddituum versatur etiam, cum officio in res diuinas impendendo. ¶ Fructuarius † cauſſam proprietatis deteriorem facere 10
non potest, meliorem potest, *l. aquissimum, 17. § fructuarius. & l. Vsufructuarius 51. de vsufruct.* neque vlla præscriptione ad retinendam proprietatem sibi suisque heredibus munitur, *l. neque fructuarium, lib. 8. de vsufr. C.* Dicitur postremis verbis finitionis, salua rerum substantia vsumfructum esse, vt intelligamus proprietatem saluam esse debere domino: & proinde cauendum ab vsufructuario se boni viri arbitratu vsurum & fruiturum, & cum vsusfructus ad se pertinere desierit, siue mobilis rei sit, siue soli, *§. itaque si pecunie, & §. cetera, de vsufr. l. 1. Vsufruct. quemad. caue. lib. 7. P. tit. 9. & l. 4. C. eod. Iul. Paul. lib. 3 sent. tit. 6. & lib. 1. tit. 11. l. 2. 3. 4. 5. 6. 11. de vsuf. earum rerum qua vsu consum.* se restituturum, id est, non deteriorem cauſam se vsusfructus facturum, ceteraque acturum quę in re sua faceret, *l. 1. §. cauere vsufr. quemad. caue.*
¶ Et † sicut debet fructuarius vti frui, sic debet & proprietarius 11
securus esse de proprietate, *l. si cuius 15. de Vsuf. & quemadm. quis vta.* vt etiam testator qui donat vsumfructum vxori suæ omnū bonorum, non possit cautionem remittere, *l. 1. Cod. de vsufru.*
¶ Est † & in cautione vsusfructus rerum quæ vsu consumuntur, 12
vt vini, olei, frumenti, vt quandocunque restitutio facienda sit, eiusdem qualitatis restituantur cuius sunt cum dantur, aut æstimatis rebus, pecuniæ nomine caueatur, quod & facilius est, *leg. si tibi vini, 7. de vsufruct. earum rerum quæ vsu consum. dict. §. cetera.* Propter hanc cautionem, vtendi fruendi arbitrio boni viri toties experitur proprietarius, vel is cui cautum est, *diuersis enim fit cautio, l. si tibi. 8. vsufruct. quemad. caue. l. si tibi decem. 6. de Vsufruct. earum rer. quæ vsu, &c.* quoties fructuarius re abutitur, *l. 1. §. habet. vsufr. quemad. caue. l. damni infecti stipulatio. 18. §. si cuius. 2. de dam. infect. l. interfructuarium. 20. eod. titul.* & propter cautionem restitutionis faciendæ, rerum quæ vsu consumuntur sit salua substantia per subrogationem. ¶ Vlpianus & ante
† traditionem rei vsufructuariæ, & post cautionem exigi posse 13
respondit, *l. quoniam pecunia, 10. §. 1. de Vsufr. earum rer. quæ vsu consumun.* ¶ Huic affinis † alia est cautio, qua prospicitur v- 14
sufructuario, si quæstio, quod vsufructuarius non sit, illi moueatur, ob quam vsus fructus ei dari differtur, nisi caueat de restituē do eo quod ex fructibus percepturus est, si oportuerit, *Paulus, in l. cuiuscunque 67. §. si fundus. de vsuf. & quemad. quis Vta.* si tamen ipse esset in possessione, cum ei mouetur controuersia, non differretur perceptio. *l. pen de aqu. quoti. & æstiu.* eo quod pro illo præsumatur, *§. commodum, de interd.* ¶ Quia † & vsufructuarius 15
potest fructus percipere propria auctoritate, *l. fundi Trebatiani, & ibi notat. de vsuf. leg.* quod non licet emtori fructuum fructibus pendentibus, *l. qui pendentem Vendemiam, de contrahen. emt. in P.* quia vendens fructus, videtur vendere corpora, *l. Vacca, de euict.* P. qui autem vsumfructum vendit, ius vendere videtur, quia pars dominij. *l. 2. de vsufr. l. recte dicimus, de verb. sign.* ¶ Et pro- 16
pterea † vsufructuario datur realis actio & confessoria & negatoria quæ domino dantur, *l. Veri frui. si vsusfr. pet. in P.* ¶ Cautiones 17
istæ itaque & natura vsusfructus hoc habent, vt vsufructuarius re non abutatur, quæ vsumfructum debet, sed tanquam bonus paterfamil. fruatur & percipiat quicquid ex fundo percipi po-
test

Digitized by Google

test ex fructibus, & lapidicinis, alluuionibus, venationibus, piscationibus & similibus, *l. item si fundi. 10 l. sed & si quid, 19. in pr. & §. generaliter, l. 1. §. pen. & fi. vsufr. quemadm. caue.* ¶ Proinde fundos recte colere debet, & seminarium agri conferendi caussa paratum, semper renouare, quasi instrumentum agri, *d. l. cum de Lanionis. §. pastores. de fun. instru.* vt finito vsufru. domino restituatur, *d. l. quoniam pecunia 10. de vsufr. ear. rer. quæ, &c.* ¶ Sicuti
18 si gregis † vel armenti vsumfructum habet, debet ex natis gregem supplere: & si quid natum non est, ex aliis alimnde perficere si gregis sit aliter vsusfructus, non autem si separatim singulorum capitum, *l. item si fundi 10. §. seminarios, de vsufr.* ¶ Cogitur
19 & per arbitrum † subserere arbores in locum demortuarum, *Vlpia. in l. vetus 75. §. fi. l. vel inutilium 76. cum seq. de vsufr. in P. & l. hactenus 8. §. 1. l. agri 22. eod.* vel exscissarum, nisi sine culpa sua aut vi tempestatis fuerint euersæ *Paul. l. arbores 66. eod.* ¶ Et quia
20 omnes fructus † rei ad vsufructuarium pertinent, reficere quoque ædes per arbitrium cogitur, hactenus tamen, vt sarta tecta habeat, verum si qua parte vetustate corruissent, nec proprietarius nec vsufructuarius coguntur reficere. At si hæres eius qui reliquit vsumfructum, refecerit, debet pati fructuarium vti, qui tantum ad modicam refectionem tenetur, *l. vsufructu legato 7. & l. hactenus 8. de vsufr. P. l. inter fructuarium 20. de dam. infect. libr. 39. tit. 2.* quia in omnibus seruitutibus refectio ad eum pertinet qui sibi seruitutem asserit, non ad eum, cuius res seruit, *l. etsi forte 6. §. Gallus. si ser. vind. lit. 8 P. tit. 5. l. sicut refectio 8. eod.* Quam si non exsequatur, vel si absens sit, hæres & proprietarius, si faciat, ab eo reperit, *l. si absente fructuario 55. de vsufr.* nisi vel ipse hæres vel proprietarius ex pacto vel testamento & iussu testatoris teneantur reficere, *l. si extraneo 53. §. fi. & l. quod si hæres 54 de fundo dot.* vel vsufructuarius paratus sit recedere ab vsufructu, *l. si absente 55. de vsufr. l. cum fructuarius 71. de vsufr. in P.* dummodo ipse damnum non deferit aut sui, quod refectionem exigat: tenetur enim tunc quamuis velit cedere, *l. sed cum fructuarius, 72. de vsufr. in P.* nam debet salua substantia rem restituere, vt diximus. Sicuti etsi quid præter sarta tecta & vltra quam impendi debebat ab eo erogatum sit, potest à proprietario repetere, *l. eum ad quem 7, de vsufructu. C.* Cæterum in expensis istis faciendis distinguendum est, an respiciant rem ipsam, & ad conseruationem proprietatis pertineant: an vero vsusfructus gratia fiant, vt has vsufructuarius sibi imputet, alias priores proprietatis dominus: quemadmodum minuunt dotem & imputantur vxori, non marito vsufructuario, impensæ necessariæ in valetudinem seruorum factæ, & pro vtilitate agri, vt si insulam ruentem fulserit, & similes, *leg. 2. 3. 4. 5. de impens. in rebus dot. facl. libr. 25. titul 1. l. vnic. §. sed nec ob impensas. de rei vxor. actio. libro 5. titul 13.* quæ ad perpetuam vtilitatem proprietatis pertinent, non quæ ad temporalem rei custodiam, quia illæ sumtibus fieri debent mariti vt vsufructuarii *l. 3. l. penult. & fin de impens. in reb. dotal. fact. in P.* Quod & in aliis quibuslibet possessionibus fere locum habet, *l. sed etsi hereditas §. 1. ad exhib. in P. l. in reb. §. possum, commod. P. l. si res, de vin. in P.* Et hæc vera, tamen si rerum in dotem datarum vsusfructus tantum ad maritum pertineat, & res restituendæ sint: aliter namque quando res æstimatæ datæ sunt nec reddendæ, sibi impensas putat maritus, vt in rebus propriis, *l. interest 7. de vsufr.* C. Imputat etiã vsufructuarius impensas omnes, quæ vsumfructum respiciunt, etiam magnas. Nam licet prædia quædam talia sint, vt magis in ea impendamus, quam de illis acquiramus, tamen vsusfructus eorum relinqui potest, *l. statua 48. §. fi de vsufr. in P. l. arboribus 13. §. de illo, eod.* vt si vsufructuarius velit assequi cum onere, habeat vel cedat, vel exspectet fructum rei, si res habitura eum sit, quæ nunc non habet, *l. si infantis 62. de vsufr. P.* Quare & impendia in seruos qui vsumfructum debent, facienda sunt ab vsufructuario, siue sani sint, siue ægroti. *l. sicut impendia 52. eod titu.* eosque & sufficienter tenetur alere & vestire, secundum ordinem & dignitatem man-
21 cipiorum. ¶ Nec debent † iis abuti, sed secundum condicionem eorum vti. Nam si librarium rus mittat, & qualum, & calcem portare cogat, vel histrionem, balneatorem faciat, vel de symphoniaco arrientem, vel de palæstra stercorandis latrinis præponat, abuti videtur proprietate, *l. sed etsi quid 19. §. mancipiorum, & §.*
22 *sufficienter, de vsufruct. P.* ¶ In summa, † cum vsufructuarius omnem curam rei, qua frui debet, susceperit, cotidiam præstare ei debet, & agere quæ in suis ageret, vt vsucapionem interpellare, *l. 1. §. fi. & l. 2. vsufr. quemad. cau. lib. 1. P. titul. 9. l. si fundo, de fund. dot. d. l. sed etsi quid. §. fin.* & ne alienentur res, prospicere: neque habet in potestate proprietatem rerum oppignerandi, *l.*
23 *interest 1. C. de vsufr.* vel vendendi, *l. vsufructu matri. 9. C. eod. l. item si fundi 10. §. instrumenti eod. P.* ¶ Proprietarius † autem potest pignori dare, *l. 2. & 6. C. de vsur.* & seruum vsumfructum debentem noxæ dedere, cum inde vsusfructus non impediatur, item castigare dummodo ministerio vsusfructus non reddat deformem, neve occidat, *l. locum 21. §. pen. & fin. de vsufr. & quemad. quis vta.* Potest tamen vsufructuarius vsumfructum locare, vendere, vel rem fruendam alij aut precario concedere, donareve fructus, quia & tunc is vti videtur, & sibi retinere nomine alterius, *l. arboribus 13. §. vsufructuarius, de vsufruct. P. §. 1. de vsu & hab. l. nam vtitur 45. & 2. seq. & l. quod vostrum 70. de vsufruct. in P.* vt tandiu scilicet fruatur is, in quem fit **translatio, quandiu** potest frui qui transfert: exceptis ædibus, quarum vsufructuarius est, quas non potest locare, quia sic non vteretur illis bonus pa-
24 terfam. *l. sed etsi quid. §. etsi vestimentorum, de vsufr. in P.* ¶ Potest & inuentum conductorem in re cuius vsumfructum acquirit, expellere, *l. auctores 66. §. de vsufr. P.* vti emtori quoq; idipsum licet, *l. Iulianus. §. si fructibus. de action. emt. in P. l. emtorem, C. locat.*
25 *l. si cum venderes, de contrah. emt. in P.* ¶ Qui ædium † vsumfructum habet, potest lumina aperire quidem, sed non claudere, poterit & ornare picturis, marmore, sigillis: non dictas transformare, vel coniungere, vel separare, vel aditus posticasque euertere, vel refugia aperire, vel atriũ mutare, vel viridaria ad alium modum conuertere, nec qualitatem ædium immutare, non altius tollere, non meritoriam ibi facere seu diuersorium, vel fulloniam, *de his Iulia. l. æquissimum 17. §. sed si ædium, cum seqq. §§.* Sed etsi quid inædificauerit, postea neque eum tollere hoc, neq; refringere posse, refixa plane vendicare posse placuit, *l. sed etsi quid, 19. eod.* Nec ei ædificium incoatum consummare licet, etiam si aliter habitare non possit, *d. l. æquissimum, §. item Nerua. l. vsufructu 7. §. hac ratione, eod.* nec nouum tectorium parietibus, qui rudes essent, imponere, etiam si melior fiat caussa, *l. vsufructuarius 68. §. 1. eod.* nec nouum riuum parietibus imponere, *l. vsufructuarius 51. eod.* Neque proprietarius ipse hæc eadem facere potest, sine voluntate vsufructuarij, *d. l. 68.* quia socij videntur in dominio, & ita inuito altero, alteri in re communi nihil licet, *l. parietem 7. de seru. vrb. prad. in P. l. Sabinus. com. diuid. P.* vt neq; proprietarius in area, cuius vsufructus debetur, ædificium ponere possit, *l. vsufructu 7. §. fin. de vsufr. l. repeti. 5. §. fi. & l. 6. & 7. quib. mod. vsusfruct. amit.* ne impediat vsumfructum. Sed nec seruitutem imponere potest proprietarius, etiam consentiente fructuario, nec amittere: acquirere autem plane potest inuito fructuario. Fructuarius tamen nec acquirere seruitutem potest, retinere autem potest: & si forte quæsita fuerit, nõ vtente fructuario, amissa, hoc quoque nomine tenebitur *l. sed etsi quid 19. §. fin. de vsufruct.* Verum potest proprietarius locum facere religiosum consentiente vsufructuario, idque fauore religionis receptum, *Vlp. in l. locum 21. de vsufr. & quan. quis. vt.*

De Rebus, in quibus vsusfructus constituitur. Cap. 4.

1 *Omnium rerum potest esse concessus vsusfructus.*
2 *Etiam seruitutum, & quomodo seruitus seruitutis esse possit.*
3 *Vsusfructus mobilium & immobilium constitui potest.*

QVanquam ex superioribus † apparere possit, in quibus re- 1
bus constituitur vsusfructus, tamen per anacephaleosin breuiter explico: generaliter omnium rerum, quæ in patrimonio esse nostro possunt, constitui posse vsumfructum, nisi in legatis excedat is dodrantis æstimationem, *l. omnium 3. de vsufru. P. l. 3. de vsufr. earum rer. quæ vsu consumun.*

¶ Et quamuis seruitus † seruitutis proprie legari non possit, 2
& ideo seruitutis prædialis vsusfructus legari non possit, quia etiam nec in bonis nec extra bona nostra esse videtur: tamen incerti actione ab herede eius, qui legauit, peti potest, vt legatario quamdiu vixerit, eundi, agendi ducendiue facultatem præstet, 3
l. 1. de vsu & vsufruct. legato. lib. 32. P. tit. 2. ¶ Potest † & constitui pro parte bonorum, & pro parte diuisa & indiuisa, *l. si alii vsus 49. de vsufr. in P. d. l. vsufructu 5. eod.* Ergo constitui poterit in fundis, ædibus, seruis, iumentis, & in cæteris rebus, *constituitur, de vsufr. l. 3. §. constituitur, eod. P.* soli & mobilibus, *l. vsusfructu legato 7. eo.* ex lana, *l. si lana 11. de vsufruct. earum rer. quæ vsu consum.* odoribus, aromatibus, statua, *l. statua 48. de vsufr. P.* numismatibus vel argenteis veteribus, quibus pro gemmis vti solemus *l. numismatum 35. eod. P. l. Proculus eod.* in partu, *l. vetus fuit 75. §. quid tamen, de vsuf.* in his quæ vsu cõsumuntur, ea cautione & lege, *§. constitutus, & seq. de vsufr. l. 1. & 2. de vsufruct. ear. rerum quæ vsu consum.* quam superiori capite explicauimus.

De Acquisitione & Exstinctione vsusfructus. Cap 5.

1 *Vsus, habitatio vsusfructus, acquiruntur vltimis voluntatibus & pactionibus, quomodo per singula.*
2 *Seruitutes aliquando fuerunt imprescriptibiles, nunc contra.*
3 *Vsusfructus exstinguitur multis modis, ex parte rerum, personarum, deficiente conditione & tempore. Primum ex parte rerum*
4 *Vsusfructus ædium, quæ omnino corruerunt vel consumta sunt, non restituitur refecto & ædificato ædificio, ecutra naturam seruitutum prædialium: vide & aliam vsusfructus & seruitutis differentiam, num. 10. seruitutes prædiales bene restituuntur restituto ædificio vel prædio, &c.*

Digitized by Google

5 Cessione vsusfructus facta proprietario, vel contra, vsusfructus exstinguitur.
6 Vsusfructus etiam exstinguitur ademtione, & repudiatione legati.
7 Vsusfructus ex parte personarum, morte & capitis minutione vsufructuarij, non proprietarij exstinguitur.
8 Mortuo filiofamilias vel seruo, qui vsufructuarij relicti erant, vsusfructus remanet penes patrem & dominum, & contra, mortuo patre penes filium.
9 Vsusfructus qua capitis minutione pereat.
10 Vsusfructus non exstinguitur morte vsufructuarij, nec minutione capitis, si is gauisus est alteri vsumfructum restituere.
11 Vsusfructus & aliarum seruitutum prædialium realium differentia, qua non exstinguitur morte vel capitis minutione eius habet seruitutem.
12 Vsusfructus exstinguitur deficiente conditione, & adueniente die.
13 Vsusfructus finitur non vtendo: Exceptis operis seruorum.
14 Vsusfructus relictus ciuitati, quomodo exstinguatur morte, & aliis modis: vide num. 11.
15 Aratrum ciuitati inducere quid, & quibus inductum.
16 Ciuitates quomodo intereant.
17 Vsusfructus relictus ciuitati, exstinguitur centum annorum spatio. Ecclesiæ relictus vsusfructus quoque centum annorum tempore finitur.
19 Exstinctus vsusfructus & plerunque ad proprietatem reuertitur, & quando alio.
20 Iure accrescendi quomodo vsusfructus accedat.
21 Coniunctio iuris accrescendi triplicater fit, re, verbis, & vtrisque intercedentibus.

1 CONstituitur & † acquiritur vsusfuctus, vsus & habitatio ex vltimis voluntatibus vt ex legato, *l. 3. & 9. de vsufr. & quemad. quis vta. to. tit. de vsu & vsufruct. legat.* conuentionibus, pactionibus & stipulationibus, *§. sine testamento, de vsufruct. P. & l. 3. §. sine testamen. eod. titul.* per iudicium familiæ erciscundæ, & communi diuidundo, cum alij vsumfructum, alij proprietatem iudex adiudicauerit, *l. Vsusfructus. § constitutio. de vsufr. P.* vel pure, vel ex die, vel in diem, *l. 3. & fi. de vsufr. l. 1. § item si ex die, quam. dies vsusfruct. leg. ced. lib. 7. P. tit. 3. l. 1. quibus modis vsusfruct. amit.* in annos singulos, *l. 3. quibus mod. vsusfruct. vel vs. amit. lib. 7. P. tit. 4.* vni vel duobus simul alternis annis, *l. 2. §. fin. eod.* sub. condicione, *l. sub condicione 61. de vsufru.* Inutiliter tamen relinquetur vsusfructus alicui, cum is morietur, collatus in id tempus quo à persona discedere incipit. ¶ Ac- uiritur † quoq; præscriptione longi temporis codicis iure, *l. fin. de præscrip. long. temp.* quamuis antiquo, quo impræscriptibiles erant seruitutes, *l. seruitutes, lib. 14. de serv.* aliud fuisset receptum, *l. sub. l. 44. § antepe. de vsur.* P. item iure accrescendi. *l. 1. & 4. § 1. de vsufru. accresc.* P

2 ¶ Exstinguitur † autem vsusfructus, vel ratione rerum, quæ debent cum, vel personarum, quibus debetur, vel deficiente conditione vel tempore: ex parte rerum, si res in qua vsusfructus erat constitutus interierit, vt si ædes incendio consumtæ, *l. Titio. 58. de vsufru.* P. *l. 5. de vsufr. lega. P. cum similib. ibi nota.* vel si terræmotu, vel vitio suo corruerunt in totum, vt nec areæ quidem vsusfructus debeatur, non cæmentorum, *§. eo amplius constat de vsufr. ap. Iustin. Vlpian. l. repeti post. l. 5. §. res mutatione, quibus mod. vsufr. amit. lib. 7. P. tit. 4. l. seruitutes 19. §. si sublatum, de serui vrb. præd. lib. 8. P. tit. 2. l. quoties 41. §. fin. eod. tit. de vsufr. l. si cui. de vsufr. P.* etiam si reficiatur ex iisdem cæmentis, *l. quid tamen 10. §. in nauis. quib. modis vsufr. amit.* In quo hæc seruitus vsusfructus differt à seruitutibus realibus prædialibus, in quibus restituto ædificio restituitur seruitus, *d. l. seruitutes. §. si. sublatum, l. si testamento. & l. eum, de serv. vrban. l. & si socio. & l. etiam si serv. vind. in* P. Veruntamen † si vsusfructus fundi legatus sit, & in eo ædificia sint, & interierint vel corruerint, vsusfructus areæ erit eius, cuius est & fundi, non enim principaliter vsusfructus ædium legatus erat, sed fundi, cui ædificium vt accessorium aduenit, *l. penult. & fin. quibus modis vsusfru. amit.* Si pecus quod in vsufructu est moriatur, caro & corium pecoris non sunt in fructu, *l. fin. eod.* Perit & vsusfructus legati gregis, si tantum numerus gregis decreuerit, vt grex non intelligatur, *l. fundi 8. & l. sed &, eod. tit. & l. quid tamen 10. quibus mod. vsusfruct. amit. l. qui vsumfructum areæ 43. de vsufruct. P.* Mutatione quoque rei interit vsusfructus, vt si testatot qui legauit vsumfructum balnei, ex balneo tabernam vel dietam fecerit: Histrionem, cuius debitus vsusfructus, in alium ministerium transtulerit, *si cui balneis 12. eod. quib. mod. vsusfr.* quia ius hoc est in corpore, *leg. 2. de vsufruct. in* P. *§. 1. eod. tit. ap. Iustin.* veluti accidens in substantia, & corpore sublato, necesse est hoc ius interire. Quo fit, vt redeunte statu corporis, natura sine artificio in pristinum statum redeat, & exstinctus vel melius suppressus vsusfructus: veluti quando ager, in quo vsumfructum habemus, occupatur à flumine, amittimus vsumfructum, & quando eodem impetu recesserit aqua, quo venit, sicut restituitur proprietas, sic & vsusfructus, *l. si ager 23. & l. cum vsufruct. 24. quibus modis vsusfru. amit.* Sic si ager ab hostibus sit occupatus seruusve captus, & redeant vel redimantur iure postliminij, restituetur eorum vsusfructus, *l. si ager ab hostibus 26. eod. l. post liminium, de captiu. & post liminio reuers.* Neque tamen vsucapio proprietatis priuat aliquem vsufructu, *l. locum 21. § proprietarium, de vsufruct. in P. l. iusto 44. §. non mutat, de vsucap. lib. 41. P. tit. 3* quamuis paulo aliter dixeris in operis legatis, nam seruo vsucapto, legatum operarum eius perit, *l. 2. §. fi. de vsu & vsufruct. leg.* ¶ Exstinguitur † deinceps vsusfructus, si do 5
mino proprietatis ab vsufructuario cedatur: nam cedendo extra neo nihil agitur: vel ex contrario, si vsufructuarius proprietatem rei acquisierit, quæ res *consolidatio* appellatur. *§. item finitur, de vsufruct. ap. Iustin.* ¶ Item † redemtione legati, *l. si tibi fundi 17. l. si seruus 27. quib. mod. vsusfruct. amit. l. quoties 41. §. quod si filius, & l. dominus fructuario, 64. de vsufruct. P.* facta à testatore, *l. per seruum 14. §. fin. de vsu & hab. P. lib. 7. tit. 9 l. idem generali 32. §. idem quæsit, de vsu & vsufruct. leg. P.* vel repudiatione legati, *l. si Titio fundus 10 de vsu & vsufruct. lega.*

¶ Ex parte † personarum, quibus debetur vsusfructus, morte 7
exstinguitur vsufructuarij vsusfructus, & capitis diminutione, *§. finitur, de vsufr. l. 3. § fin. quib. mod. vsufr. finit. l. si vsufr. 42. §. fin. de vsufr. l. in singulos 8. de annuis leg. lib. 33. P. titul. 1. l. patrimonij 22. & l. si quis vsumfr. 29. de vsu & vsufru. leg. in* P. *l. ambiguitatem 12. l. 3. l. antiquitas 14. l. corruptionem 16. de vsufr.* C. Et tamen morte proprietarij, viuente vsufructuario non exstinguitur, *l. 3. & l. si domina 10. C. de vsufr. l. si socrus tua 18. de iure dot. lib. 5. C. tit. 12.* ¶ Notandum † tamen hic est vsumfructum filiofam. vel seruo alieno relictū, ita acquiri patri & domino, vt licet filius vel seruus moriantur, vel statum mutent, remaneat vsusfructus penes eos: sicuti & mortuo patre, vel magna aut media capitis diminutione affecto, apud filium remanet. etiam si heres à patre non relinquatur, quia vtriusque contemplatione relictus censetur, *l. final. C. de vsufr.* ita & penes dominum serui ex asse remanet pro parte seruo alienato, cui relictus fuerat vsusfructus *l. inter antequam 15.* 8
de vsufruct. C. ¶ In capitis † minutione rursum obseruandum est, magnam & mediam perimere vsumfructum iam constitutum & competentem, non autem eum, qui post minutionem cōpetit vel cedit vel constituitur. *l. 1. cum duo § 9. quibus modis vsusfr. amit. l. Titio vsufr. de cond. & demonst.* Item nec minima capitis minutione amittitur vsusfructus, veluti emancipatione, *l. corruptionem 16. § sed neque, de vsufruct. C. §. 1. de acquisit. per arrog.* vel contra, cum is qui iuris est, cœpit alterius iuri subiectus esse, *§. 1. de cap. domin. ap. Iust. & ibi de tripl. cap. diminut. vt & in l. fin. & l. 3 in prin. & §. 1. eod. tit. lib. 4. P. tit. 4.* Potest & deberi post capitis minutionem magnam & mediam, si in legato repetatur, *quotes quis capite minutus erit, do lego, l. sicut in annos 3. & l. repeti 5. quib. mod. vsusfruct amit. l. in singulos 8. de ann. lega. P.* quod censetur repetitum quando in annos singulos res legaretur, vt Antonius Cæsar ad libellum rescripsit, *l. licet testatori 23. de vsu & vsufruct. leg. P.* ¶ Item, † quando legatarius grauatus est, restituere 10
alij vsumfructum, nec morte nec minutione capitis legatarij exstinguitur, *i. si quis vsumfructum 29. de vsu & vsufruct. l. 4. quib. mod. vsufru. amitt.* sed magis inspicimus personam fideicommissarij. ¶ In quo † etiam iura prædiorum ab vsufructu differunt, 11
nam illa nec morte, nec capitis diminutione eius cui debentur, intereunt. *l. 3. quemad. seruit. amit. lib. 8. P. tit. 6.* ¶ Finitur † etiā vsus- 12
fructus deficiente conditione, vel die, ad quem cō stitutus est: *l. ambiguitatem 12. C. de vsufruct. l. qui vsusfructus 30. & l. 32. § duas de vsu & vsufruct. lega.* si tempus ad quod legatus est, finitum sit, *l. si vsusfructus 6. de vsufruct. lega.*

¶ Non † vtendo quoque, si per nos ipsos, vel per alias perso- 13
nas non retinearnus nomine nostro, *§ finitur. de vsufru. & Vlpian. in l. Pomponius 29. l. si mulieri 22. l. si vsusfructus 28. quib. mod. vsusfruct. amst l. arboribus 13. §. vsufructuarius, & §§. sequen. l. non vtitur 45. cum 2. sequen. de vsufruct. P. l. 3. si vsufruct. vetat. lib. 7. P. tit. 6.* nempe amittimus decennio inter præsentes, & 20. annis inter absentes, à tempore quo cœpit competere computandis, *l. cum notissimi. §. in his, C. de præscrip. 30. vel 40. ann. Melius in l. penult. de serui. & aqua lib. 3. C. tit. 34. l. corruptionem, C. de vsufruct. l. fin. de præscript. long. temp. l. sequitur, §. fi. de vsufruct P.* Excipiuntur operæ seruorum, quæ legatæ, nec capitis diminutione amittuntur, nec præscribi possunt, *l. 2. de vsu & vsufr. l. in* P. *l. 1. de oper. serv. in* P. Quia opera in actu consistit, nec prius est in rerum natura, quam is dies venerit, quo præstanda est, *l. 1. de oper. liber. libr. 7. P. tit. 7.*

¶ Rationem † etiam temporis habet exstinctio vsusfructus le- 14
gati, vel concessi municipibus vel ciuitati. Nam ne inutilis sit perpetuo proprietas, placuit exstingui posse vsumfructum illis relictum vel ratione rei, vel ratione temporis in ciuitate considerati, perinde ac in homine singulari. Proinde si inducatur aratrum ciuitati, ciuitas esse desinit, & vsusfructus exstinguitur, *l. si vsusfruct. ciuitati, 21. quib. mod. vsusfruct. amitta. aratrum infigere, Cal. Rhodigi. lib. 14. c. 5.* ¶ Aratrum † ciuitati inducere, est ita eam de- 15
moliri, vt vix vestigia ciuitatis relinquātur: sed inibi terra culta aratro locum præbeat non habitationi, sed sationi idoneum. Quemadmodum passa est aratrum ita Carthago à Romanis, *d. l. si vsusfruct.* ab aliis Ilion, Thebæ, Corinthus, Numantia, Athenæ, Saguntum. Et ab Abimelech Sichen, qua destructa etiam, super eam disperſit salem, *Iudic. c. 9.* Ab Augusto Federico Ænobarbo Mediolanum, ab Henrico Bonomi, Brixia, *Barto. in l. aut*

facta

Digitized by Google

facta,§.nonnunquam,de pœn. Panorm.in c. dilectus, de simonia. Sic Micheas *c.3.can.iudices 1.q.1.* de impiis iudicibus per munera iudicantibus locutus, *Super Dominum*, inquit, *requiescebant dicentes:nonne Dominus est in nobis?non venient super nos mala. idcirco propter vos Sion, quasi ager,arabitur, & Hierusalem vt custodia pomerij erit.* Et alibi Deus *Deuter.c.16.& can.si audieris 23.q.5. Si audieris, in vna ex ciuitatibus quas Dominus Deus tuus dabit tibi, inhabitare tibi dicentes: eamus & seruiamus diis alienis.quos nouisti: interficiens necabis omnes qui sunt in ciuitate cade gladij, & incendes ciuitatem igni,& erit sine habitaculo in æternum, non reædificabitur etiam nunc,* &c. Horatius quoque *lib.1.Carm.ode 16.*

Ira Thyestem exitio graui
Strauere,& altis vrbibus vltima
Stetere causa cur perirent
Funditus,imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

26 ¶ Idem † dicendum est, si alio modo ciuitates exstingui, & mori dicantur:puta quia inhabitabiles, & ab habitatoribus relictæ,eo animo ne posthac in illas reuertantur, *glo.in d.l. si vsusfructus 21.de vsufru.* vel quia hostium ferarumve metu pulsi,non redierunt, vel peste aliove morbo populari necati sunt incolæ, nec alij eo confederunt postea:si incendio perierint ædificia,nusquam dehinc refecta:si ab animalibus subruta. Sicuti narrant à cuniculis suffossum in Hispania oppidum : à talpis, in Thessalia: à ranis ciuitatem in Gallia pulsam : à locustis, in Africa : ex Gyaro Cycladum insula incolas à muribus fugatos: in Italia Amiclas à serpentibus delectos: in Æthyopia desertam regionem,
gente ab scorpionibus & solpugis sublata : Otrerietes abactos,
27 ab Scolopendris, *Plinius lib.8.c.29.* ¶ Præterea † vltra interitum realem ciuitatis,tempore centum annorum, qui finis vitæ longissimus,vsusfructus relictus municipibus exspirat, *l. si vsusfructus municipibus 8.de vsu & vsufruct.lega.lib.33.P. titul.2.l.an vsusfructus 62.de vsufruct.* Quod ius obseruari placuit,*glo.fin.in dict.l.an vsusfructus*, in vsufructu relicto ecclesiæ quæ gaudet iisdem priuilegiis,quibus respublica.*l.fi.C.de sacrosanct.eccle.* Neque hanc sententiam offendit,quod Maximus, *l. hereditatem 68. ad legem Falcid.in P.lib. 35. titul.2.* tradit in computatione legis Falcidiæ in vsufructu reipublicæ legato, siue simpliciter, siue ad ludos, computationem fieri tantum triginta annorum: Si quidem non ideo minus in centum annos porrigitur legatum vsusfructus,
28 nec id Maximus vetat. ¶ Amittitur † & à municipibus vsusfructus,non vtendo,aliisque modis,quibus à priuato amitti recensuimus. ¶ Ceterum † exstinctus seu amissus vsusfructus, interdum & vt plerumque reuertitur ad proprietatem, *§.ne tamen, de vsufructu. & l.3.§.ne tamen,eod. P.* aliquando ad alios quam proprietatem habentes: veluti si alicui proprietas deducto vsufructu legata fuerit : si alij vsufructuarius restituere vsumfructū rogatus fuerit:*l. si legatum 4. quibus mod. vsusfruct. amitta. l. si quis vsumfructum 29.de vsu & vsufruct.leg.P.* vel si quæsitus per filium patri,vel per seruum domino, altero horum præmoriente, non redit ad proprietatem, sed ad superstitem pertinet quandiu vi-
20 xerit, *l. fin. C. de vsufruct.* ¶ Per ius † accrescendi quoque ad alios, quam proprietarios ab vno ex vsufructuariis amissus pervenit. Et Celsi sententia est,toties ius accrescendi esse,quoties duobus qui solidum habuerint concursu diuisus est, *l. idem Neratius 4.de vsufruct.accres.lib.7.P.tit.2.* Et quoties vsusfructus legatus est, ita inter fructuarios est ius accrescendi, si coniunctim sit vsusfructus relictus : Ceterum si separatim vnicuique partis rei vsusfructus sit relictus,sine dubio ius accrescendi cessat, *l. 1.*
21 *de vsusfruct.accresc.in P.* ¶ Coniunctio † tripliciter fit re,verbis, & re & verbis simul,*l.triplici,142.de verb.sign.l.re coniuncti, l. 87. de leg.3.* Re,vt Titio vsumfructum fundi Semproniani do lego, & eiusdem fundi vsumfructum Caio do lego, faciunt enim partes concursu,vtrique in solidum vsufructu legato,*l.1.§. fin.de vsufr.lega.* Quamobrem altero ex legatariis mortuo,vel legatum repudiante,quia concursus cessat, alteri in solidum per ius non decrescendi debetur.Verbis coniunctio fit,vt Titio & Sempronio vsumfructum æquis portionibus fundi Semproniani do lego : verbi namque coniunctione coniuncti sunt, sed re & portionibus diuisi intellectu. Re & verbis, vt Titio & Sempronio Corneliani fundi relinquo vsumfructum, quorum coniunctio ceteris coniunctis præfertur,*dict.l.triplici, & l.re coniuncti, & l.1. §.idem est, de vsufruct.accresc.* Coniunctio realis illa, dum seruo communi vsusfructus relinquitur, nam vno dominorum repudiante,vel amittente portionem suam, alteri per ius accrescēdi acquiritur,non autem proprietati accedit, *leg.1.§.denique, de vsufruct. accresc.* In re coniunctis adimit ius accrescendi modus legandi, si à pluribus heredibus duo eiusdem rei vsumfructum consequantur separatim, *l. cum singulis,12.& l. fin. de vsufruct. accresc.* nisi sint & verbis coniuncti,*l. si duobus,§.fin.de legat.1.*

De Diuisione seruitutum realium prædiorum. Cap. 6.

1 *Seruitutes reales.prædiales aut in solo,vt rustice : aut in superficie, vt vrbanæ:prædium vrbanum quod faciat,& quid rusticum. 2 Vrbana seruitus quid. 3 Rustica seruitutes in affirmatiua consistunt.*

1 SEruitutum † prædiorum aliæ consistunt in solo, aliæ in superficie,*Paulus in l.3.de seruit.*P. Seruitutes soli, rusticæ dicuntur:superficiei vero vrbanæ,*l.seruitutes quæ 19. in fine,de seruit. Vrban.pred.* Vrbanum prædium,non solum,sed materia facit, *l.vrbana prædia 198.de verborum significatione, & l.vrbana familia 166. eodem titul.l.si prædium,C.de præd.minor.* ædificiaque talia sunt,quæ vel in vicis,vel villis,vel alio loco extra vrbem sunt sita,*dict.leg. vrbana prædia,1.commun.prædio.in* P. *§. prædiorum, de seruitut.ap.Iustin.* & stabula ædificiis coniuncta : non coniuncta enim rusticis accedunt,*l eod.iure 4.§.stabula,in quib.cau.pign. vel hypoth. tac.contrah li.*20.P.*tit.2.*per se enim vrbana ædificia dicuntur habitandi caussa constructa,ad similitudinem vrbis. Quare duo requiruntur in illis,nempe ædificium, & quod caussa habitandi sit, *dict. leg.vrbana prædia.* Omitto reliquas vrbani appellationes, nam latiori vocabulo quam egeamus comprehenduntur: veluti si dicamus *Vrbanum*,quod ambitu murorum vrbis continetur, *l.2. de verborum signif.* vnde & prætor vrbanus, *l.2.§.cumque consules,de origin.iur.in* P. Item etsi vocamus vrbanum,quod ad vsum vrbis vel vrbanæ habitationis comparatum est, veluti supellectilem vrbanam,*l.quemadmodum,de supellect.lega.* seruum vrbanum,*l. seruus vrbanus,de leg.3.*

¶ Vrbanæ † seruitutes sunt, quæ vrbanis ædificiis adhærent, 2
§.prædiorum,de seru.rust.l.1.commun.prad.in P. id est,quæ debentur ædificiis vrbanis,vel à prædio vrbano vel à rustico. Sicuti & rusticæ, quæ inhærent prædiis rusticis, eisque debentur vel ab vrbanis vel à rusticis prædiis,sine quibus non possunt constitui,*d.l. 1.commun.prad. §. ideo,de seruit.rust.* ¶ Omnes † seruitutes rusticæ sunt in affirmatiua tantum,veluti ius esse eundi,agendi,& sic de similibus.Vrbanæ autem,& in affirmatiua & negatiua consistunt, vt ius esse altius tollendi vel non tollendi, stillicidium auertendi,vel non auertendi,&c.*l.1.& ibi glossi. in verbo & officiendi,de seru.vrb.prædi.*

De Seruitutibus vrbanis,primum de Seruitute oneris ferendi, de Parietibus, & de his quæ admouentur illis, Balneis, Tubulis, Fornacibus, Latrinis, Cloacis. Cap. 7.

1 *Oneris ferendi seruitus vrbana.*
2 *Qui debet seruitutem oneris ferendi, debet columnam vel parietem gerinum reficere,non qui habet.*
3 *Potest tamen dominus inferior relinquendo rem se onere liberare.*
4 *Parietes pro columnis.& quid paries.*
5 *Porticus,paries apertus.*
6 *Parietes gerini & intergerini,& liberi qui.*
7 *Per Areas distributa loca fundandis ciuitatibus designata, vbi ædificia fierent.*
8 *Leges de crassitudine parietum ædificiorum latæ.*
9 *Domus Romæ primum vnius contignationis, postea plurium, ædes ab aditu plano,cella, penaria, cubiculum, cœnaculum, vnde dicta,&c.*
10 *Modus altitudinis domorum quando,& qualis præscriptus.*
11 *Appellatio Parietis & murum.& maceriam continet,& quid vtrumque & siccus parses,maceria,&c.*
12 *Parietum variæ distinctiones à materia qua fiunt : Marmorei, cæmentitij,craticij fornaces &c.& qui.*
13 *Parieti balneæ vel tubulos num liceat admoueri.*
14 *Parieti vicini quando fornacem admouere liceat.*
15 *A furno damnum datum vicino,qua actione petatur, & quomodo detur prospicitur.*
16 *De furno & molendino bannario.*
17 *De Scalarum admotione ad parietem vicini, quando permittatur.*
18 *Parietum fundandorum lex ex Solone, & de interstitio seu spatio pedum iuxta vicini prædium vel murum relinquendo.*
19 *Capellæ contradictio,de interstitio ædificandi iuxta vicinum, & delecta opinio.*
20 *Interstitia inter duos parietes inuenta cuius sint.*
21 *Signa quibus murus proprius vel communis probatur & docetur.*
22 *Ædificare super parietem alterius, vel in alterius solo quando liceat.*
23 *Fistulas & tubulos per parietem immittere quando liceat.*
24 *Latrinæ quando & quomodo vicino parieti adiiciantur.*
25 *Fodere vel cauare sub alieno non licet.*
26 *De puteo, penu terrestri, cloacisque iuxta vicinum ædificandis.*
27 *De Machinis ædificandi caussa in vicini pariete admouendis.*
28 *Sterquilinium non licet habere iuxta vicini parietem, vel iuxta communem,nec in suo quod noceat vicino.*

Digitized by Google

29 *Fœtidum sterquilinium vel cornua, non possunt iuxta vicinos poni, si odor offendat vicinos.*

30 *De pariete in vicini ædes ventrem faciente emendando, & de alio pariete reficiendo, quomodo & à quo & cuius expensis reficiendus. Socius, qui contumax est in soluendo refectionem parietis communis, amittit ius quod sit in solidum reficientis.*

1 SEruitutes vrbanæ † sunt enumeratæ à Iustiniano, Caio, & aliis, *Iustinian. in § prædiorum, de seru. rustic. prad. l. 1. 2. & 3. de seru. vrban. præd.* Prima, vt onera vicini sustineantur, *l. & si forte 6. §. etiam si seruit. vindic. libr.* 8. P*sit. 5.* dicta *seruitus onerum ferendi.* Cuius ædificium iure superius est, ei ius est supra suum ædificium imponere, dūmodo inferiora ędificia à grauiore seruitute nō oneret, quam pati deberent, *leg. cuius 23. de seruitut. vrbano. prædior. in P.*

2 ¶ Et hoc † singulare in hac seruitute, vt is qui debet seruitutem, quique habet ædes, quæ debent columnam vel parietem oneri ferendo, debeat parietem restituere, non is qui onus vult imponere, quia perpetuum talem, qualis erat tunc cum imposita fuit seruitus, debet *l. eum debere columnam 32. de seru. vrban. prad.* Et ita actio pro hac seruitute competit, vt onera ferat & ædificia reficiat ad eum modum, qui in seruitute imposita cōprehensus est, & potest eum singulari iure cogere, *Vlpian. in l. & si forte 6. §. etiam, de serui. si seruit. vind. P. l. sicuti 8. §. distant. eod. titul.* neve faciat deteriorem, quam debeat, aut operis noui nuntiatione, aut hac actione confessoria, prohibere, *d. l. & si forte, §. parietem,* Potest & petere, si non reficiatur, vel si opere non competenti ædificetur, fructus scilicet commodum, quod consequeretur, si onera vicinus sustineret, *d. l. etsi, §. modus, & §. veniant & fructus.* Tuncque per iudicem imperatur vel refectio, vel cautio: alioquin & in litem iuratur, quanti interfit, *l. harum actionum 7. & l. sequen. eod. si seru. vind.*

3 ¶ Verum † & hoc singulare est in gratiam domini ædium quæ seruiunt, vt quia hæc est seruitus rerum, non personæ, possit relinquendo rem liberari, *dict. leg. & si forte, §. Labeo:* & ita à refectione erit liber, vt vsufructuarius, rem omittendo, *l. cum vsufructuarius, & l. sed cum. de vsufruct. in P.* Sed quia plura sunt onera quę parietibus imponuntur, de his pauca dicenda sunt, & quia parietes debent esse oneribus ferendis pares: alioquin nec recte seruitus illis imponitur, vel si imponatur onus nimium graue, proxima ruina est, & commoditas vtilitasve interiit.

4 ¶ Parietes † sunt, veluti singulæ perpetuæ in latitudinem & altitudinem columnæ, *Leo Baptista Albertus, lib. 1. de re ædificatoria, cap. 10.*

5 ¶ Vti † porticus, est pluribus in locis apertis paries, vnde fiunt latiores in imo, sed contractiores in verticem, ad imitationem columnarum tollendi sunt. Nam & onera isti sustineut, sed alij aliis maiora.

6 ¶ Qua † ratione alij intergerini, alij gerini, alij liberi sunt ab onere. Intergerini sunt, in quos onera duarum domorum, vel duarum diuersarum partium domus, incumbunt & sustinentur: dicuntur vulgo communes & medianij: gerini sunt, qui vnius partis onus sustinent, vt qui in angulis insularum sunt, quive liberi à trabibus: liberi dicuntur, qui extra ædificia sunt, areas

7 diuidentes, vel cingentes fundos, macerias, sepes. ¶ Ab initio † fundatis ciuitatibus areæ siue loca distributa fuerunt pro priuatorum domibus ædificandis singulorum, iuxta numerum ciuium recipiendorum. Vnde hodie alicubi, & fere vbique in ciuitatibus norunt consules vel decuriones, quot fuerint areæ, quot nunc quisque possideat, ædificiis dilatis auaritia vel cupiditate, vel necessitate rei familiaris, vt cēsus impositio & exactio

8 pro modo possessionis loci facilior sit. ¶ Romæ † idipsum alias factitatum, & diuisæ areæ, legesque ædificationi parietum impositæ, ne areæ habitationi destinatæ parietibus occuparentur. *Et proinde,* inquit Vitruuius *lib. 2. de architect. capitul. 8. Plinius quoque, lib. 35. can. 14. leges publicæ non patiuntur maiores crassitudines, quam sesquipedales constitui loco cōmuni: Ceteri autē parietes, ne spatia angustiora fierent, eadem crassitudine collocantur. Lateritij vero (nisi deplinthij aut triplinthij fuerint) sesquipedali crassitudine nō possunt plusquam vnam sustinere contignationem.* In ea autem maiestate vrbis & ciuium infinita frequentia, innumerabiles habitationes

9 opus fuit explicare. ¶ Antea † quidem vnius tantummodo contignationis erant domus in plana area, vnde *ædes* ab aditu, quod plano pede adibant. Et in illis erat area quædam operta nec tecta, locus intra parietes patulus, qui esset ad communem omnium vsum, dictus *cauadium,* circa quod erat, vniuscuiusque rei, vtilitatis causa parietibus dissepta: vbi quid conditum esse volebant, à celando *cellam* appellarunt: *penariam,* vbi penus: vbi cubabant, *cubiculum:* vbi cœnabant, *cœnaculum* vocitabant, vt horum omnium auctor Varro *lib. 4. de ling. Latin.*

10 ¶ Et altitudo † ædificandi constituta tempore Cæsarum, *l. 1. de ædific. priuat. C.* Ceterum cum recipere non posset area plana tantam multitudinem ad habitandum in vrbe, ad auxilium altitudinis ædificiorum res ipsa coegit deuenire. Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitiis, altitudines exstructæ, contignationibus crebris coaxatæ, quæ cœnaculorum summas vtilitates perficiunt & despectationes. Sic inquit Vitruuius *lib. 5. cap. 8. mœnianu & contignationibus multiplicatis populus Romanus egregias cœpit habere sine impeditione habitationes.* Superuenit lex ædificatoria Traiani, ne domorum altitudo sexagin ta superaret pedes, ob ruinas faciles, & sumtus, si quādo hæc cōtingerent, exitiosos, *Sext. Aurel. Victor, in epito. Cæsarum, in Traiano.* ¶ In iure † appellatio parietis continet & murum & ma- 11
ceriam, *l. quantum 157. de verb. sign. & ibi glo. de maceria in l. si precario 18. com. prad. Pan.* Murum cum cæmento: maceriam sine cæmēto, & siccum, vt vocant, parietem arbitrantur. ¶ Sunt † tamen 12
aliæ parietum distinctiones, à materia & forma tractæ: nam quidam sunt marmorei, alij ex lapide quadrato constantes, alij cæmentitij ex informibus, sed imbricum modo hęrentibus lapidibus: sunt testacei, ex latere igne præcocto: latericij, ex crudis lateribus sole tāntum siccatis: sunt craticij, ligneis cratibus aut cānis in modum cratis, implexis inter arrectariorum & transuersariorum dispositiones, luto inducto subagitato, vel commixto fœno vel palea, vocamus Tholosæ, *tortis,* alibi vt Parisiis cratitij gypso replentur & ædificantur. Sunt formacei *de quib. Plin. lib. 35. c. 14. Isidor. lib. 15. etymolog. c. 9.* qui in forma intra duas tabulas instruuntur, dum infarcitur forma, terra ante subacta, & ibidem vectibus depressa, vocamus, *paroit de table.* Maceriæ alij, vt diximus ex cæmentis sine arenato connexis. Cratitios improbat in ædificiis ob incendia Vitruuius his verbis, *lib. 5 cap. 8. Cratitij vel imo ne inuenti fuissent. Quantum enim celeritate & loci laxamento prosunt, tanto maiori & communi sunt calamitati: quod ad incendia, vt sæpe fit, sunt parati. Itaque satius videtur esse impensa testaceorum in sumtu, quam compendio cratiarum esse in periculo, &c.* Formaceos æuis durare incorruptos ventis, ignibus, imbribus omniq; cæmento firmiores tradit Plinius *lib 35. c. 14.* in Africa, Asiaque. In iure quidem & hæc obseruari debent. Verum quod pertinet ad vsum seruiturum, hoc vnum mihi videtur tantum perpendendum, vt oneri ferundo paries sit idoneus & sufficiens, siue agatur de partiario intergerino, vel alio. Et proinde onera erūt, quæ parietibus imponuntur, considerauda. ¶ Quare † *balnea* vel 13
tubulos non licet facere contra parietem vicini, si is ex illis lædatur, etiam si sit partiarius: contra, si non lædatur, *l. fistulas. in prin. & §. 1. de seruit. vrban. l. quidam Iberus, § fin. eod. l. fistula, si seru. vind.* At si paries sit alienus, vicinus non potest habere contra eum vllo modo sine iure seruitutis balneum, nisi iuxta murum vicini alium sibi ædificet sufficientem ad id munus. ¶ Idem † de *forna-* 14
ce dicendum est, nisi paries communis fornaci esset deputatus, *leg. arboribus, de vsufruct. l. ædes, com. diui. in P. l. cum duobus, §. item mela, pro soc. P. glo. in l. Sabinus, com. diuis. in P.* In suo tamen potest quis ædificare cōtra parietē vicini, dummodo periculum incendij non imminear: tunc enim prohiberi potest. *d. l. quidem Iberus.* ¶ In † furno, si vicino parieti eo damnum datum est, vt quia 15
combustus agitur actione in factum legis Aquiliæ *l. si seruus seruum, §. si fur. ad l. Aquil. l. fluminum, §. præterea, si furni de dam. infect.* si datum adhuc non sit, sed vereamur ne accidat, vel ex vitio furni & fornacarij, petitur cautio. *d. §. si furnum & ibi interpre.* ¶ Non tractabo † hic de furno seu *clibano bannario,* q. habent aliqui, ad 16
quod teneotur certi ratione iuris quæsiti vel transacti, ire & coquere: vt alteri non licet inibi aliud clibanum habere vel ædificare: sicut de molēdinis seu pistrinis bannarijs dicitur: hæc enim quæstio forsan ad seruitutē quodammodo pertinet, sed nō ad parietis seruitutem: proinde reiiciam videndā tractationē ad Petrū Iacobi, *in praxi in libello de furno.* Cæpollam, *lib. 1. de seru. vrb. prædio. c. 10.* Albericum de Rozato, *in 1. parte statutorum, q. 135.* Guidonem Papæum, *q. 298.* ¶ Aliud † onus quod imponitur muris 17
seu parietibus à vicino, est *scalarum,* quæ adiungi possunt ab altero vicinorum muro cōmuni, si illæ possint fieri sine damno parietis, puta quia lignęæ, quæ per se aliquando stare possunt, duabus infixæ trabibus, nec impediunt refectionem vel commoditatem vicini in pariete communi, *l. fistulam 18. §. pen. & fin. de seruit. vrban. præd. P.* videlicet quod lumina eius non offendunt, vel alio modo non nocēt scalæ rectæ ittionis, minus, vel nihil parieti communi cui adiacent, nocere possunt, cum parum vel nihil in eum immissi habent. Scalæ quoque ligneę cochlides non multum innituntur parietibus: lapideas certe cum vinci desiderent parietibus non licet vicinis parietibus adiicere citra ius seruitutis, vel sine consensu socij partiarij, nisi is paries non lædatur: siquidem si immodice non lædatur, licet vti re communi, & si socius prohibeat, experiri communi diuidundo. *leg. si ædes communes sint 12. & l. Sabinus 28. & ibi glo. com. diuid. P. lib. 10. tit. 3.* At si iuxta vicini parietem non communem quis scalas conūgere vult, & tigna immittere, nullo modo licet, sed intra domū suam, vel murum, & fundamenta scalarū ædificet oportet, vel ius seruitutis in parietes quærat, iuxta tamen, sed non affixas habere poterit, *Gride Cæpollam, lib 1 de seruit. vrb. præd. c. 54.* ¶ In summa, † le- 18
ges parietum hæ sunt generales. Prima est ex lege Solonis, si quis sepem aut maceriam iuxta alterius regionem, id est, fines, *l. pro regione, & ibi glo. & l. inter eas fi. regund. in P.* Coluerit, terminum non excedat: si autem murum, pedem derelinquat: si domum duos pedes: si autem sepulcrum, aut foueam effoderit, quantum profundum, tantundem derelinquat: si autem puteum, passum, *leg. fin. regund. in P. libr. 10. titul. 1.* Arbitror rationem eius sanctionis esse, quæ in muro pedem vnum spatij requirit, & in domo duos, fundamentorum causam. Quia murus iuxta

fines

Digitized by Google

fines alterius ædificaturus fundamentum in suo non in alieno debeat ponere,vt & domum ipsam.Et quia diximus instar columnarum parietes exitrui,apparet fundamenta vel fundamentorum exstructiones latius ædificari,vsque dum ad areæ planitiem coæquentur postea, vnde minus latum & arctius perficitur extra planiciem ædificium,*Leo Baptist. Alber.lib.de reædific. cap.*10. Et quia ædificia solidiora esse debent,quæ domus causa fiunt, vtpote ad sustinenda onera destinata, ideo & profundiora & latiora excauari eorum debent fundamenta. Atque, 2. pedum relinqui debere interstitia in macenis & sepibus placuit, quia nulla excauatio fit, nec fundamenta, sufficit obseruasse terminorum legitimos fines,quod in pariete ligneo & cratitio locum habere mihi videtur.

19 ¶ Ceterum † non exigua quæstio est, num in ædificiis vrbanis iuxta parietem socij ædificatis,ista interstitia pedis vnius vel duorum seruari debeant,& locum habeant. In hoc sibi sæpe cõtradixit Capolla. Nam ex professo de hoc agens pluribus firmare videtur,locum habere *Capolla lib.1.de seru.vrban. prad. cap.* 40.*num.*2.*&* 61.*num.*3.alibi tamen sæpius,reperit, locum non habere,nec spatium illud relinqui debere. *Capolla eodem,libro 1.cap.* 52.*num.*2.*&* c.65.*num.*6. Mea tenetentia in hac re contraria erit,vt si vicinus in suo solo ædificans fundamenta latiora faciat intra solum suum,& postea, extra planitiem iuxta vicini parietem ad perpendiculum velit ædificare,possit:nam & inde vicinus vtilitatem accipiet, quod eius paries fortior inde euasurus sit,vt virtus virita maior seipsa diffusa,ita licet, dummodo non noceatur vicino. Sed illa quæstio,si noceat,alia est.Ratio autem diuersitatis, cur hoc potius in vrbanis liceat iuxta parietem ædificare vicini, non autem iuxta fines fundi rustici, est satis idonea, vt mihi videtur,quod per ædificium additum vicino ædificio, nihil noceatur vicino,at iuxta fundum ædificando, ædificio nocetur,quia fossione fundamentorum, si iuxta fines proxime fierent, semper ex necessitate operis & propter fragilem terram & facile deciduam, læderentur & minuerentur fines vicini: ideo interstitium relinqui maius debet, quanquam quis in suo totam substructionem fundamentorum faciat. Resistit autem in vrbanis paries vicini,ne quippiam vicino adimatur. Subiicitur & lex illa Solonis, titulo Finium regundorum, cuius actio ad rustica prædia tantum pertinet,*l.2.fin.regund.in P.* Accedit quod si illa interstitia relinquerentur in ædificiis vrbium, deformes futuras ciuitates, & in illis spatiis murium & immunditiarum, tantum fore receptacula, vt fere tot essent cloacæ putridæ in ciuitate, quot domus,quæ salubritati maxime aduersantur, cum cœlum pestilens & ruinas minentur earum immundities,*l.1.de cloac.lib.* 43.*P.titul.*22.vti obseruaui in quibusdam oppidis,vbi hæc interstitia visuntur.

20 ¶ Si tamen † hoc spatium inueniatur inter parietes, certe eius erit, & vsus ad illum solum pertinebit, qui reliquit, si quidem constat quis reliquerit vel instrumento, vel probatione alia, vel per ipsum parietem, quod fundamenta eum locum intra terram occupent,vel quod in pariete sint tegulæ vel lapides eatenus se extendentes,vel aliter. Quod si non constet,spatium illud commune inter vicinos censebitur,exemplo insularum inter duas ripas natarum, *l. inter eos,29. & l.pro regione, de acquir. rer.dom.in P.*

21 ¶ Porro † signa muri proprij sunt, vbi probationes ex titulis & testibus,vel alijs manifestis non apparent: si quis fenestras in eo habeat,quæ perforent totum murum: quod alias non licet,*l. quidam Iberus,de seruit.vrban.prad.* nisi & vicinus vicissim similes haberet in eodem muro, quia videtur tunc esse murus pro indiuiso communis: veluti si vterque haberet tigna in parietem immissa extra mediam partem parietis,*gloss in l. si ædes commun. diuid. P. v de de istis signis parietu proprij vel communis*, Capollam, *de seruit.vrban.prad.c.*40.*num.*53. *&* sequen. Dehinc *armaria Foruli* seu *armariola* fiunt in muris, quæ si ad medium vsque ex vtroque latere vicinorum penetrent, docent pro diuiso *murum communem*.si vltra medium pro indiuiso. Si autem ex vno tantum vicini latere & parte parietis, is solus vicinus videtur dominus; nisi contraria alia signa pro vicino aduerso concurrant, puta quod in illum parietem habeat immissa tigna.Sic & aliud signum dominij proprij si *tubi* vel *infumibula caminorum*, vel arca ipsius camini excedat medietatem internam muri:quod & in tubulis latrinarum obserua, quia in communi vel alieno pariete hæc fieri vel alia similia nequeunt, *l.quemadmodum,*§ *si protectũ. ad leg.Aquil.l. qui vitam.*§.*final.ad ianuam.quod vi aut clam.l Sabinus,commun.diuid.cum similib.l parietem,de seruit. vrban prædio.P.* Obseruato perpetuo, ne pana quoque signa vicinus in eodem pariete habeat, quo casu esset communis paries pro indiuiso. Probant parietem quoque esse alicuius, si eius insignia domestica,vocant *armes*, insculpta vel picta inueniantur. *l. qui libertatem.*§.*si &* ibi Bar. *&* l.*si de oper.libert Bar.in tract. de insignibus & armis.* Et sunt etiam adhuc vestigia parietis antiqua considerianda,& si ædificium destructum sit, num ea sint ex genere eorum quæ diximus communem murum docere,vel quæ seruientem: nisi alius vicinus qui negatoria vtitur, doceat illa vestigia esse, quod attentata alia seruitute, fuerit ea prohibita, & opus factũ ideo destructum. Sed & in reliquis adhibendum est iudicium peritorũ architectorum, vel eorum qui experti ista solent iudicia referre iudicibus.

¶ Aliud † onus quod apponi potest parietibus,est supra alie- 22
num parietem vicini ædificare,quod non fit nisi cum iure seruitutis,alioquin ædificatum cedit inferiori ædificio.Idipsum sentio si supra communem solus socius non consentiente socio ædificet. Nam ædificium continuatum seu immobile eius censebitur,cuius imum erat: quod tamen non debebat seruitutem, vt cedat ædificatum domino soli, *l. si supra*, 28.*de acquirend.rerum domin.P.l.fundi,l.granaria,de action.emtio P.* si tamen mobile sit ædificatum in alieno, tolli à dominio poterit, *l. Titius horreum,* 60 *eodem titul.de acquirend.rer.domin.l. si gemina, arbor. furt.cæsar. P.leg.fistulam,*§.*penult. & fin.de seruitut.vrban.prædio. P.* ¶ Aliud 23
quoque, † quando *Fistula* vel *tubula* per parietem immittitur, vnde fluat in vicini aream aqua,vel supra parietem *canales* ad aquam excipiendam:nam hæc non licent citra seruitutis ius, *l. si fistulæ.& l.fictitia,de seru.vrban. prædi.l. fistulas,& l. fundi,*§.*penult. & fin.si seruit.vind.P.* vel nisi in plano iuxta parietem ad aquam stillicidij vel lotionum extra deriuandam:cauere enim debet vicinus,qui canales etiam in suo admouet,ne refluat in canalibus seu aquariis,vel tubulis aqua,ex qua lædatur vicinus. ¶ In latri- 24
nis † quæ de tubulis dicta sunt, repetenda sunt, sed & annotandum, non oportere ædificantem in suo scrobé pro excrementis excipiẽdis,obseruare interstitia Solonis, *legem fin.tit. fin. regund. non obseruari hic tradit Capolla,libro primo,de seru.vrban. cap.*65. *numero* 6.de scrobib.effodiendis, & de fossis in rusticis prædiis iussis,potissimum,quia solent istæ scrobes fieri muro conclusæ, arcuatæ,concamaratæ,vt quando opus est,purgari possit. ¶ Si ta- 25
men † inde paries vicini, vel communis lædatur:ius prohibendi est,vt puta, si excauetur locus subtus aream vicini, cuius solum illi vt supra vsque ad cœlum liberum sit, & quod infra superficiem est, *l.altius, C.de seru. l. fin.de seru.in P.* nec intra fodere vel subtus licet alienum *l.venditor,*§ *si constat,commun.prad. l. diuortio.*§.*si vir in fundo,solut.matrimon.* Sed & qui *puteum* prope habet, vel *penum* subterraneum quales apud nos frequentes ad conseruandum triticum,vocamus,*creux*.si eo ex latrina vicini, vel eius fossa refuder vel distillet fœtidus humor, agere potest aduersus dominum latrinæ.vt reficiat,neve noceat,iusque illi non esse sic latrinas habere,*l.si quando,*§.*fin.de seruit.vrban.l.sicuti,* §.*Aristo.eo. tit.vide late Capoll.lib.1.de seru.cap.*15.

¶ Eadem † in cloaca ædificanda in muro proprio vel com- 26
muni dicenda sunt,*de hoc Capolla,d.lib.1.cap.*45. & de cisterna,de puteo,& lauatoria piscina, *de hu Capoll. libro primo de seru.c.*47.*de lauatoriis,cap.* 66. castello, & de fistula aquam remittentibus, *de qua Capoll.eod.lib.1.c.*67.*&* 68. ¶ De machinis † ædificandi causa 27
in muro impositis, tractatur etiam à Cæpolla,*lib.1. de seru.vrb. cap.*73.ne possint imponi,nisi aliter ædificari, vel in proprio,vel in communi pariete non possit. Idque expensis ædificantis solum fieri,*l. sicuti, si seru.vind.* ¶ Non licet etiam † iuxta parietem 28
alterius vel communem *sterquilinium* ponere citra seruitutem, *l. si quando,*17.§.*secundum.si seru.vind.P.* in suo licet, nisi defluxione noceat alijs, vt si madefecat eo proximus ei alienus paries,vt de latrinis & foricis dictum,*gloss.in d.*§.*secundum.* In suo enim licet iniicere,*dummodo* in alienum quid quis non immittat, *l. sicuti* 8. §.*Arist.vers.idem ait,seru.vind.* ¶ Dummodo † cornua non po- 29
nantur ibi, vel fœtidum non sit sterquilinium quod offendat vicinos: nam tunc in suo, nec in publico olidum illud abiici debet,vbi homines frequentius transeant,*l.ædiles. in fin.de via publ.* 2.§ *idem ait,si odore,ne quid in loc.publ.l.penultima,*§.*penultimo,quod vi aut clam.* ¶ Si paries † vicini inter binas ædes exsistens *ventrem faciat*, ita vt in vicini ædes semipedem vel amplius procumbat,agi potest non esse ei ius ita habere,*l. si quando 17. si seruit.vind.* Item si communis & opere à vicino facto ita proiectũ faciat,*l.si cum meus,*14.*eod.tit.l.sed &* si.26.*de seruitut.vrban.prædio,* non tamen communem parietem vetustate deformem potest socius socio inuito reficere,*l. parietem,de seruit.vrban. prædio.* At iamiam ruiturum,aut non satis idoneum oneri, potest etiam repugnante socio,reficere, & impensas à socio pro parte repetere, *l.in parietes cum duabus ll.;*sequen.*de damn.inf. si communes,de negot. gest.in P.l.si ædes,commun.diuid.* Et si is qui restitit fiat contumax in restituendis impensis intra quatuor menses, qui refecit, fit dominus ei in solidum,*l.si fratres,*§ *idem respondit in 2.pro socio.in P.l.si vt proponis,de ædific.privatu.* quia interest reipublic. ruinis aspectum ciuitatis non deturpari. *l. secunda,*§.*si quis nemine.& l. finali,ne quid in loc.publ.l.prætor ait,*§.*hoc interdictum,in 2.de damn. infect.*

De Seruitutibus vrbanis, Tigni immittendi. Cap. 8.

1 *De seruitute tigni immittendi in parietem vicini.*
Quando liceat protectum in parietem nostrum immissum, vel traiectum propria auctoritate exscindere.

2 *Nuntiatio nouæ operis in seruitutibus impediendis, vt conseruetur possessio debet fieri iactu lapilli.*

3 *Parieti communi tantum immittere vel imponere quod destina-*

Digitized by Google

tum est, non alia, licet : & de actionibus inu non esse tignum immissum habere.

1 SEcunda seruitus,† quæ parieti quoque imponitur, est tigni immittendi, §. *prædiorum, de seruit. l. 1. de seru. vrban. prædio.* vt liceat in parietem vicini tignum immittere, alioquin iure communi non licet. Nam si protectum supra domum tuam habeam nullo iure, potes mecum agere ius mihi non esse ita protectum habere, quia propria auctoritate rescindere non possit tigna: quamuis, si trajectum aquæductus per tuam domum citra ius seruitutis faciam, iure tuo possis intercidere, *l. quemadmodum 39 §. 1. ad leg. Aquil. libr. 9. P. l. si vilem 21. §. si ad ianuam, quod vi aut clam. lib. 43. P. tit. 23.* Et generaliter, si quid in tuo fiat manu artificioque. Quia cuique licet suam tueri possessionem, & auctoritate propria destruere vel prohibere. Si autem in suo quis faciat quod tuũ lædat, non potest destruere, sed experiri ius illi non esse ita agendi. *Examinat Capolla, libr. 4. de seruit. vrban. prad. cap. 3. numer. 8. Barto. in l. prima, §. nuntiatio, de ope. nou. nuntiat. Florianus in l. quemadmodum, §. si proiectum, ad leg. aquil. l. sed si inter. secundum vnam lecturam gloss. de seru. l. si arbo. §. etenim videamus, & §. Labeo, vti possid.* Hoc enim habet commodum *possessio*, vt in alieno factum & ædificatum solo cedat, *l. adeo §. ex diverso. de acquir. posse. P. §. ex diverso de rer. divis.* & ita in arbitrio possidentis esse videatur opus demoliri, vt suum. Denegatur autem auctoritas illa in opere male facto in re communi per socium, etiam contra ius ædificantem: & proinde perueniendum est ad interdictum seu nuntiationem noui operis vel ad negatoriam actionem, *l. si inter me & te, de seruit. vrban. prad.* Quemadmodum, si quid naturali facto, ex tuo in meum immittitur, puta, si tuæ arbores in meum solum radices, quæ noceant vel nocituræ sunt immittant, non licet propria auctoritate exscindere, quin prius te interdicto admoneam non licere tibi radices ita habere, vtque succedas vel mihi succindere & tollere liceat,
2 *l. si plures, arbo. furt. cæsar. in P. l. 1, Cod. de interdict.* ¶ Cauere† tamen debet is qui in re communi agentem socium præter ius videt, vel arbitratur rem suam esse, ne fileat, vel ne verbo tantum denuntiet nouum opus, sed iactu vtatur lapilli: alioquin ædificantem vel immittentem redderet & fateretur possessorem, *l. etsi forte 6. §. sciendum, si seru. vind. P.* ¶ Non† licet autem in pariete communi, vel supra aliquid ædificare vel imponere, quod
3 noceat socio: permissum namque vti pariete communi solum ad opus destinatum, & ad ea quæ nocere pariet communi non possunt. *fin. leg. si ædes iuncta glos. commun. diu. in P. l. cum duobus §. Mela, pro soc. l. in pariete cum seq. de dam. inf. l. cuius ædificium, de seru. vrban prad.* Itaque vt liceat mittere tignum in alienum parietem, vel in communem præter legem communitatis, vel concessione expressa, vel patientia vnde constituatur seruitutis ius, opus est: eaque seruitus secundum concessionem limitatam, vel secundum antiquam consuetudinem intelligenda est, vt alibi, quam vbi concessum est, nec plura quam permissum ante liceat modoque nouo immittere. *l. si cum meus 14. si serui. vind: lib. 5. P. titul. 5.* & ita refectio primam sequi debet formam, *l. seruitutes, quæ in superficie 19. §. si sublatum, de seruit. vrban. prad. P.* nisi generaliter quis concesserit seruitutem tigni immittendi, sine limitatione vel diffinitione alicuius partis, quia verba generaliter prolata debent intelligi generaliter, & de omnibus & perpetuo *l. prima, §. & generaliter, de leg. præst. l. in fraudem, in fin. de testa. mili. can. si Romanorum 19. dist.* & contra concedentem in cuius fuit potestate verba expressius concipere, *l. veteribus, l. de pactis.* Quare datur aduersus cedentem vel concedentem confessoria actio, vt tigna suspiciat *l. sicuti, 8 §. differant. si seruit. vind.* vt contra, si dominus duarum ædium, quæ vna contignatione teguntur, duobus separatim & cuique alteras legauerit, vel cesserit, pure vel sub conditione, illi nullam habent inuicem actionem, ius non esse immissum tignum habere, sed cuiusque erit pro sua parte contignatio, *l. binas ædes 35. & l. idemque 36. de seruit. vrban. prædior.* At si quis victus est, ius illi non esse tigna in parietem meum immissa habere, iudicis officio continetur, vt de futuro victus quoque opere caueat de non immittendis. *Iabol. in l. egi 12. si seruit. vind. in P.* Porro quæ de tigno diximus, intelligenda sunt de omni specie & materia, quæ eius appellatione continetur, prout vulgare in iure est, *ex leg. 1. de tign. iunct. in P. l. tigni, de verborum significatione, l. adeo §. appellatione, de acquir. rerum domin. l. signi, ad exhiben. in P.*

De Seruitute vrbana Stillicidij immittendi, vel non auertendi.

Cap. 9.

1 Seruitutu vrbana species tres. Stillicidium in ædes suas recipiendi, auertendi, vel non auertendi.

2 Stillicidium quid & flumen, & quomodo differant, numero tertio & 4.

3 Stillicidij seruitus in quo differat à seruitute aquæ recipiendæ.

4 Stillicidij modus est tantum duorum pedum in aream vicini producto.

Idem in impluuio quod recipit, & quomodo forma mutari possit.

5 Area, in quam cadit Stillicidium, præsumitur esse proprietatis domini: vide & num. 6.

6 Ianuam extra aperire qua potest quatenus Stillicidij rigor competit.

7 De Seruitute Stillicidij non auertendi.

TErtia vrbana, seruitus,† vt stillicidium vel flumen quis recipiat in ædes suas. *l. prædiorum, de seruit. rustic. prædior. 1. de seruit. vrban.* Estque duplex, stillicidium auertendi in tectum vel aream vicini, vel non auertendi *dict. l. 1. de seruit. vrban.* ¶ Stillicidium, 2
† dicitur tectum vnde aqua guttatim, in impluuium seu aream decidit. Sicuti annuit Vitruuius *libr. 2. archit. cap. 1.* dum de ædificiorum successiua perfectione agens, dicit: *postea quoniam per hibernas tempestates tecta non poterant imbres sustinere, fastigia facientes luto inducto proclinatis tectis stillicidia deducebant.* Varro de his hoc modo *4. de ling. Latin. Fluuius quod fluat, item flumen, à quo lege vrbanorum prædiorum ita scribitur. stillicidia flumina, aquæ vt ita fluant cadantque.* ¶ Inter hæc,† hoc interest: quod stillicidium stil- 3
latim cadat: flumen quod fluat continuo. Ideo & perpetuam caussam flumen & stillicidium dicuntur habere: quod ex naturali caussa, quæ perpetua est, fluant, & aquam cœlo lapsam non artificio aliunde immissam habeant, *l. foramen 27. de seruitut. vrban. prad.*

¶ In quo † differunt à seruitute aquæ recipiendæ, quæ 4
per foramen domus in aream alienam cadit, *d. l. foramen, & l. si quid igetur, eod.* Aliter Paulus distinguit *in l. seruitutes quæ in superficie 19 §. stillicidium, de seruit. vrban. prædior. in P.* & differre putat stillicidium à flumine, quod stillicidium ex alto decidat & leuius, interdum directo in locum seruientem, interdum oblique alibi vento delata aqua. Flumen autem proximius sit areæ: vnde & stillicidium altius inquit tolli potest, quia leuior fit seruitus: inferius demitti non potest, quia fit grauior, & pro stillicidio flumen.

¶ In hac † seruitute modus concessus stillicidij considerandus est, vt stillicidium sit duorum pedum in aream vicini, & nõ 5
vltra producatur, nec tectum fiat productus, *dict. §. stillicidium.* Itẽ & locus impluuij qui recipit, qui quidem immutari, non debet in formam, in qua stillicidium non recipiatur. Proinde qui aream stillicidio debet, non potest in ea ædificare, vbi cœpit cadere stillicidium, *dict. leg. seruitutes 19. §. si seruitus, & l. si eo loco 9. §. 1. si seru. vind.* nisi ædificando suscipiat quoque stillicidium, vel flumẽ, seu canales aquæ fluentis, tunc enim licet, *d. l. seruitutes 19. §. fin. & l. si domus 10. de seruit. vrban.* dummodo locus qui subtus stillicidiũ est sit eius qui seruitutem debet.

¶ Nam † alioquin præter ius seruitutis apparens, præsumitur 6
locus, qui sub stillicidio ædium est proprietatis eius esse, cuius ædes sunt, quantum stillicidium protenditur qua ratione & aperto pariete domus suæ dominus ianuam extra in publico aperire potest quatenus stillicidij rigor & tignorum proiectus competebat, modo ne itineri vicini vel luminibus officiat, *l. fin. §. fin. de seruit. vrban. prad. vide Capolam, libr. primo de seruit. vrban. cap. 28. numero 9.*

¶ Sed eo magis† si solum inferius eius qui habet stillicidium, 7
sit: nam si possideretur ab alio vicino certe eius præsumitur. Et si neuter possideat, forsan quod locus sit publicus, vel viginotus seu paluster, vel sterilis, adhibenda distinctio, & repetenda antiqua forma, an tempore quo quis quæsiuit ædificium solum illud pertineret quoque ad vendentem, vel si diuidentibus fratribus bona, vni domus alteri area partem cesserit. Nam tunc censetur ius seruitutis impositum habita ratione eius quod est, vt, quale ius est dum venditur, legatur, vel diuiditur ita possideatur, *l. quod conclaue, de damn. infect. Barto. in l. 1. de seru. leg.* Si autem diuersorum dominorum fuerit area & domus censetur ius seruitutis non proprietatis eius soli concessum, cum alioquin non liceret immittere vicino stillicidium in aream vicini, cuius erat liberum per se natura solum, vsque ad cœlum *l. altius, C. de seru.* Quæ dicta de stillicidio recipiendo dicta censentur, de non auertendo. *d. l. 1. de seruit. vrban.* veluti si dominus aræ aliquam vtilitatem capiat ex stillicidio vel flumine decidente ex domo vicini: veluti si pauimentum areæ eius lauetur, vel si aqua in cisternam eius excurrat, vel hortum irriget. Et proinde agere potest in dominum domus de seruitute ius ei non esse stillicidium auertendi, vel flumen, & vt tegulas canalesue reficiat suis expensis vt aqua secundum ius seruitutis fluat, *arg. l. eum debere columnam. de seruit. vrban. prad.*

De Seruitutibus vrbanis altius tollendi, & non tollendi & officiendi luminibus, & de prospectu & lumine. Cap. 10.

1 Altius tollendi seruitus negatiua & affirmatiua quid.

2 Mercæ-

Digitized by Google

2 *Mercatores lumen in tabernis exosum habent.*
Altius vt quis teneatur ades tollere, rationes.
3 *Luminibus ne officiatur seruitus, qualis: Lumenis & prospectus seruitutes vt differant, &c.*
4 *Luminum seruitus diuersa à seruitute ne luminibus officiatur.*
5 *Inuito vicino fit, non tantum si is repugnet, verum si non consentiat expresse.*
6 *Ædificium quilibet suum licite tollit, etiam si obscuret vicini lumina, nisi impedeatur seruitute.*
7 *Ventus molitionis quomodo ab alio impediri non potest.*
8 *Seruitus ne solis radius opponatur arbor vel aliud.*
9 *Seruitus ne luminibus officiatur, intelligitur de præsentibus & futuris, nisi expresse aliter caueatur.*
10 *Minus est in seruitute altius non tollendi, quam in seruitute, ne luminibus officiatur.*
11 *In seruitute altius non tollendi, qua inspicienda altitudo.*
12 *Seruitutes altius non tollendi, & luminibus non officiendi imponi possunt & vicinis, & remotis ædibus, & quomodo.*

1 QVarta species † vrbanæ seruitutis est ius altius tollendi, & officiendi luminibus vicini, *l. 1. de seruit. vrb. §. prædiorum, de seruit. rust.* vt vicinus vel qui inferius ædificium habet patiatur, *l. cuius ædificium, de seruit. vrba.* item altius tollendi, vt vicinus teneatur altius suas ædes tollere, iure hoc seruitutis. Forsan quia ius hoc habet, inde percipit vtilitatem, ne ventis vel frigore infestetur propria domus editioribus ædificiis interpositis, *vide*
2 *Capollum, lib. 1. de seru. cap. 25.* ¶ Vel † quia mercator est, aut interpolator, & lumen in sua taberna exosum habet, vt sæpe qui male agit, odit lucem, & dolosis tenebræ sunt appositæ: vel forsan quia prospectus in eam partem, cui obiicitur ædificium alienum est insuauis & iniucundus, veluti si patibuli publici, vel loci palustris. Forsan etiam quia locus cui illa seruitus debetur, est is, in quem solent æstate conuenire homines, & opus non est directo sole, vt ait Leo Baptista Albertus *libro 1. de arte ædific. c. 12.*

3 ¶ Huic † seruituti alia affinis negatoria altius non tollendi, *l. altius, l. 8. l. si. in ædibus, l. 9. de seruit. & aqua, C. lib. 3. tit. 34. §. æque, de actio.* & non officiendi luminibus vel prospectui, *l. 2. de seruit. vrban. prad.* & alia luminum. *Inter seruitutes*, inquit Vlpianus, *in l. inter seruitutes, l. 14. de seruit. vrban. ne luminibus officiatur, & ne prospectus offendatur, diuersum obseruatur: quod in prospectu plus quis habeat, ne quid ei officiatur ad spectatorem prospectum & liberum: luminibus autem non officere est, ne lumina cuiusquam obscuriora fiant, ideo & nouum opus denuntiatur, si ita fiat, vt lumina noceat.* Paulus ait, *in l. lumen, l. 15. de seruitut. vrbanorum*, lumen, id est, vt cœlum videatur, ita ex superiori loco non inferiori est. *Prospectus* autē etiam ex inferioribus locis est & superioribus, & obiectis, vt prospectus in mare, de quo & Iustinianus *in nouellis, constitutione 63. & 165.* cauit ne impediatur. Quare ædificia quæ seruitutem debēt, ne quid altius tollatur, viridaria super eam altitudinem habere possunt: at si de prospectu est, eaque obstatura sunt, non possunt, vt ait Iabolenus *in l. ædificia, l. 11 de seruit. vrba. prædio.*

4 ¶ Seruitus † luminum alia est ab ea, ne luminibus officiatur. Nam luminum seruitus est, vt lumina nostra vicinus excipiat. At cum seruitus imponitur, ne luminibus officiatur, hoc adepti sumus maxime, ne ius sit vicino inuitis nobis altius ædificare, & ita minuere lumina nostrorum ædificiorum, *l. 1. de seruit. vrba.*

5 ¶ Inuiti † autem censendi sumus, non solum si contradiximus, verum etiam si non consenserimus, *l. 4. eod. l. filius. §. inuitus, de procur. in P.* nisi tam longa esset patientia, quæ in præscriptionem transiret, *l. si quis diuturno. si seruit. vindic. l. hac autem iura, 5. de seru. vrban.*

6 ¶ Operæpretium † est eum qui prohibere vult vicinum, ne altius tollat, ne luminibus officiat, ius seruitutis ostendere: nam sine eo potest quisque suum ædificium libere tollere, & ædificare, etiam si obscuret lumina vicini, *l. cum eo, 8. & l. binas ædes, l. 9. de seru. vrban. prad. l. altius*, C. *de seru.* Dummodo ædificandi formam concessam communem non lædat, veluti vt in area quæ nulli seruitutem debet, ædificando intermittatur legitimū spatium à vicina insula, *l. imperatores, l. 13. de seru. vrban.* quod est ex iure codicis, si insula sit publica, quindecim pedum: si priuati, decem, *l. si cui, & l. mensura*, C. *de ædific. priuat.* aliter enim nouum opus nuntiari posset à vicino, *l. 1. §. nuntiatio, de oper. nou. nuntia. in P. Capolla lib. 1. de seru. vrban. ca 56.* Tradit tamen Cæpolla, *lib. 1. de seru. vrban. cap. 6.* quod prope murum alienum super trabibus vel lignis positis vel requiescentibus in solo suo inferiori, quilibet potest ædificare stillicidium & solarium, nec tenetur relinquere aliquod spatium etiam vnius pedis: quia non habet in hoc locum *l. fin. fini. regundo. in P.* Et ita obseruat.

7 ¶ Altius †, non tollendi seruitus quæsita, ad vtilitatem quoque areæ pertinere potest, vt non ratione luminum tantum cēseatur imposita, sed etiam altius ædificare prohibeat, si ventus impediat, quo minus libere in aream influat ad semina purganda, *sic intelligenda l. fin. §. fin. de seru. C si imposita sit seruitus, nō aliter.* alioquin enim sine iure seruitutis, nec areæ consideratio erit vlla & licebit in suo cuique & tollere, etsi vicino noceat, *l. Proculus, de damn. infect. & l. fluminum, §. fin. cum 2. sequen. eod. tit.* Quod & in pistrinis seu molettinis ventilatis, quæ vento aguntur verum esse puto, dummodo vicinus ad æmulationem vicini, & ad iniuriam ex professo non obiiciat impedimentum vento. Et hęc seruitus altius non tollendi sic accommodatur ad aream vel pistrinum ventilatum, ei qui ex sua vtilitate sibi ita prospexit, ne ventus ea parte interciperetur. Verum frequētior caussa est, quæ ne luminibus officiatur vetat altius ædificari.

¶ Potest † tamen locum habere in aliis prohibitio, ne lumi- 8
nibus officiatur, quam in ædibus. *l. inter seruitutes, l. 14. §. quodcunque igitur, de seruit. vrban.* veluti si is qui debet, arborem ponat, quæ officiat lumini, non autem si solem tantum tollat: nisi heliocamino seruitus debeatur, vel solario, in quibus sole opus est, *l. si arborem, 16. de seruit. vrb. prad.*

¶ Placuit † autem generaliter, seruitutem impositam ne lu- 9
minibus officiatur, & de præsentibus luminibus & de futuris intelligi, siue quæ sint tempore conuentionis, siue quæ postea futura sunt: nisi in impositione sit dictum, lumina quę nunc sunt, vt ita sint: nam tunc de futuris luminibus nihil caueri videtur, *l. qui ædificium 21. & l. si seruitus 22. de seruit. vrban prad.*

¶ Minus † itaque est in seruitute altius non tollendi, quam 10
ne luminibus officiatur. Nam qui non potest altius, quam certa sit altitudo tollere, potest viridaria supra altitudinem illam habere, *l. ædificia quæ seruitutem 11. de seruitut. vrban. & l. quod autem, eodem titulo.* Quod in ea ne officiatur luminibus verum non est, vt diximus.

¶ Porro † si controuersia sit, vsque ad quam altitudinem non 11
liceat ædificium habere, arbiter accipi debet, *l qui luminibus 10. §. fin. de seruit. vrban. prad.* vel formam antiquorum ædificiorum sequi, *d. l. qui luminibus eod. & l si manifesto, l 7. C. de seruit. & aqua, l. seruitutes 10. §. si sublatum, de seru. vrb. prad. P.* debet: iudexque consuetudinem longi temporis, vicem seruitutis obtinere scient, *d. l. 1. C. de seruit. & aqua.*

¶ Nec † interest in hac seruitute, ne luminibus officiatur, & al- 12
tius non tollendi, num ædificium quod eam debet proxime nostro dominanti, vicinum sit, an aliud sit medium: Nam & ei qui vlteriores habet ædes deberi poterit, *l. 4. §. fin. si seru. vind. l. in tradendis 8. §. 1. commun. prædior. P. l. si quis duas 6. eod. tit.* licet mediæ aliæ liberæ in medio sint, quia donec illæ sublatæ non erunt, erit vtilitas seruitutis, *l. & ideo, 5. eod. si seruit. vind.* Vbi tamen mediæ fuerint altius sublatæ aliæ seruientes liberæ censentur, quia amplius dominantium ædium non interest tolli, nisi si deponatur iterum medium ædificium, quia tunc renascetur vindicatio, *l. & si forte, 6. si seru. vind.* Alioquin ædibus, quæ prospici non possunt, vt quarum conspectum medius mons auferat, seruitus non imponitur, *l si ades 37. & l. nemo 38. de seru. vrb. prad.*

De Seruitute luminum, & iure immittendi & habendi Feneſtras in pariete vicini. Cap. II.

1 *Luminum seruitus quid, & quando immittere feneſtras in parietem liceat.*
2 *Murus cæcus quando aperiri potest.*
3 *Feneſtra in suo pariete prospicientes in aream vicini, quanta altitudine, & quales debeant esse ex consuetudinibus Parisiorum & alsarum gentium.*
4 *Feneſtræ quæ iure tantum proprij parietis fiunt clathratæ sunt sine iure seruitutis, & ita possunt obscurari à vicino ædificante, & obturari.*
5 *In Gallia seruitutes non præscribuntur tempore vel vsu, seu possessione.*
6 *Feneſtræ concessæ sine iure seruitutis, non debent vltra murum prominere.*
7 *In pariete communi feneſtram quomodo facere liceat.*
8 *Latrinas ædificandi qualis iuxta vicinum formula.*

SEruitus luminum, † est habere vnam vel plures feneſtras in 1
pariete: vnde Paulus respondit, eos, qui ius luminis immittēdi non habuerint, aperto pariete communi, nullo iure feneſtras immisisse, *l. eos qui 9 de seruitut. vrbanorum prædiorum.* In qua seruitute sic distinguendum est, an paries sit totus eius qui feneſtram vult facere, an communis cum vicino. Si proprius sit & seruitus contraria non sit imposita, in eo certe quodcunque voluerit, domino, tanquam rei suæ libero moderatori, facere licet, *l. in re mandata, C. manda. l. nemo externus, C. de Iudæ.* Et ita potest facere feneſtram, per quam excipiat lumen à vicini etiam area, *hoc notat Bald. & Doctores in l. altius, C. de seruitut. & aqua.*

¶ Et † quamuis murus sit antiquus cæcus ab omni tempore, 2
tamen nō ideo prohibetur dominus quin, vt in suo, possit in eo feneſtram facere, eumque aperire, *Capolla, qui de hac feneſtrarum materia tractat, lib. 1 de seruitut. rust. c. c. 62.* Sicuti nihil prohibet, quin in mea area ædificem, quamuis nunquam antea ibi ædificatum fuerit, *glo. in l. qui luminibus. in verbo stetum, in fine de seruit. vrban. tradio.* Si tamen imposita sit seruitus, ne liceat aperire murum proprium, lex seruanda est, *Paul. Castr. in l. quoties. de seru. per l.*

Digitized by Google

Gendtor 13. *commun. prædio.* nec aperire potest: sicuti nec in vicini æmulationem faciens fenestram, vel in vicini contemtum, vtque omnia secreta rimetur & noueri, vel si vt contra honestatem velit oculos in monasterium monialium iniicere, ei concedendum est. *Cynus, Paul. Castr. in l. altius, de seruit. facit l. opus, de operibus publ.* quia malitiis hominum non est indulgendum, *l. in fundo, de rei vind. P.* In quo & qualitas personarum facientium considerandæ, & pariter odium, vel amicitia vicinorum. Alioquin iure communi quilibet præsumitur bonus, *l. merito, pro soc. in P. l. fin. d. præsumtio.* & non facere nocendi animo, sed ratione suæ vtilitatis, vt non interesse valde, num noceat sibi consulens, *l. fluminum, §. fin. de damn. infect.*

3 ¶ Ex consuetudine Parisiorum † dominus parietis quamuis solus, non potest lumina vel fenestras habere in vicini domum, nisi nouem pedes distent à terra, seu à prima contignatione: in aliis autem, iuxta superius tabulatum, ad altitudinem ad minus septem pedum: & in his permissis, adhuc debent adiici ferrei cancelli, clathrati, & vitreatæ quiescentes fenestræ, specularia videlicet affixa & quæ non aperiantur, *à le stille du Chastelet de Paris, touchant la massonerie, art. 3. 11. & 12.* Hibernis obiecta notis, specularia puros admittunt soles, & sine luce diem, vt ait Martialis *libr. 8. meminit & de his l. quæsitum, l. 12. §. Specularia, de fun. instru. P.*

4 ¶ Tholosana † quoque consuetudo non scripta est, vt vicinus in aream vicini vel hortum possit habere fenestram in pariete scilicet suo, distantem tamen ab inferioti cõtignatione per decem pedes sine iure tamen seruitutis, *Ioan. de Casa veteri, in commenta. ad consuetudi. Tholos. tit. de ædific. & bastimentis, in gloss. si.* quia & vicinus potest iuxta in suo ædificare, & ita tollere lumina
5 impune. ¶ Nam † ex consuetudine generali regni Franciæ, non præscribuntur seruitutes tempore, nec possessio earum, quamuis quis vel fenestris, vel stillicidiis vsus fuerit spatio triginta vel quadraginta annorum, vel longiori tempore, *Nicol. Boer. in §. 5. de præscriptio. in consuetud. Biturig. Est & consuetudo Turonensium titul. des veues & esgouz, articul. 1. Andegauensium titul. des præscriptions, artic. 454. 455. coustumes du Maine, titul. des præscriptions artic. 462. 463. 464. Blois artic. 230. art. de seruitus reeles, & 231. & 233. Orleans, tit. de præscript. art. 190. & 201. & 202. Paris. titre de raporz, des iures articl. 80. Chartres, titul. de seruit. & præscript. art. 80. & 81. Clermont tit. des esgoutz, artic. 216. & 218. omitto similes.* Eo modo quoque sancitum est Lutetiæ, seruitutes in domos alterius posse tolli, si aliud ius non sit, quam per patientiam quæsitum, *en le*
6 *stille du chastelet de Paris touchant la maßon. artic. 14.* ¶ Sed & † in prædictis fenestris permissis, cancellatis, & vitreatis, vel tela cerata conclusis, illud obseruatur, ne protendi possint extra murum vel parietem, vel stillicidium, in aream vicini, quæ illi libera remanere debet vsque ad cœlum, *l. fin. de seruit. vrban. prædio. P.* quod & de *Cancellis*, quos vocant *Ialousies* seu *treilles* intellige, quę *Specularia* à quibusdam dicuntur, *vide de his Capollam, lib. 1. de seruit. vrban. prædio, c. 63.* Quod † si murus vel paries sit communis,
7 placuit ne is aperiri possit inuito socio, nec ibi fenestram fieri, *Angelus, in l. quidam Iberus, de seruitu. Vrban. prædio. Idem Angel. in l. inter quos, 4. colum. Versic. ex his infertur, de damn. infect. Cast. in l. quoties, de seruit. & in l. parietem, de seruit. vrbano. qui tamen permittit, si non noceat vicino, sed semper nocet & alterat parietem, Vnde reijcitur eius sententia à Capolla, lib. 1. de seruit. c. 62. numer. 3.* nam fenestra fieri non potest, quin alteretur vel lædatur paries. Cæpolla tamen in hoc dubitat potissimum si vnus ex sociis extulerit parietem communem, item si paries possit pati apertionem sine damno, & ita plerisque in locis fenestras permitti tradit: verumtamen leges municipales esse consulendas & cõsuetudines, *Capolla, vbi supra, num. 4.* Vt Lutetiæ prohibitum est in pariete partiario seu communi, fenestram vel prospectum habere, sine consensu dominorum seu sociorum parietis. Atque ideo statutum muro illo caduco, qui egeat refectione, modos & mensuras fenestrarum inibi exsistentium, ab expertis iuratis ciuitatis inspici debere, vt non reficiantur præter modulum aut mensuram antiquam, *à le stile du chastelet touchant la massonerie, articul. 3. 11. 12.* Posse tamen aperiri murum communem etiam vsque ad proximi domum pro tignorum trabeationis immmissione dummodo postea foramina legitime obturentur, *eod. in stylo, circa princip.*

8 ¶ Sic † consuetudine Turonensi cautum, *in consuetud. Turonens. titul. des veues & esgoutz. articul. 2.* vt qui latrinas, foraminave in suo pariete iuxta vicini parietem facere voluerit, teneatur inter murum proximi & suum, murum alium construere duorum pedum & semis calce & sabulo. Idipsum constitutum consuetudine Andegauensium, *tit. de præscript. Arestо. 452.* & Aureliacensium, *Aureliacens. tit. de præscript. art. 191.*

De Seruitute vrbana Protecti & Proiectus. Cap. 12.

1 *Seruitus proijciendi & proiectus vrbana.*
2 *Protecta seu proiecta quid.*
3 *Inter protectum & commissum differentia.*
4 *Suggrundia quid.*
5 *Meniana quid.*
6 *Podium quid.*
7 *Meniana, & suggrundia, vel proiecta, quando in aream vicini liceat habere.*

SExto ordine tractanda † est seruitus proiiciendi, protegendiue, quam inter seruitutes vrbanas connumerat Caius Iurisconsultus, *in l. 1. de seru. vrbana.* ¶ Protecta † siue proiecta, sunt 2
prominentiæ, & veluti supercilia parietum: suggrundiæ, ad arcenda stillicidia inuentæ, quæ vulgari sermone, *larmiers*, dicimus. Sic nos docet Vitruuius *lib. 2. archit. cap. 8.* de ædificãdis parietib. loquens: *summis parietibus structura testacea subjiciatur. altitudine circiter sesquipedali, habeatque proiecturas coronarum: ita vtari poterunt quæ in his solent fieri vitia. Cum enim tecto tegulæ fuerint fractæ, aut à ventis detectæ, quæ possit ex imbribus aqua perpluere, non patietur lorica testacea lædi laterem, sed proiectura coronarum, reijciet extra perpẽdiculum stillas, & ea ratione seruauerit integras lateritiorum parietũ structuras.* Accedit Palladius *libr. 1. de Agric. cap. 11. quod si lateritios parietes in prætorio facere voluerit*, inquit, *illud seruare debuerit, vt præfectu parietibus in summitate quæ trabibus subiacebit. structura testacea cum coronis prominentibus fiat sesquipedali altitudine, vt si corrupta tegula aut imbrices fuerint, parietes non possint penetrare per pluuiam.*

¶ Labeo, † *l. malum nauis, 242. §. 1. de verborum significat. l.* 3
quemadmodum 39. §. si protectum, ad leg. Aquil. in P. inter proiectum & dimissum hoc interesse ait, quod proiectum esset, quod ita protenderetur, vt nusquam requiesceret, qualia meniana & suggrundia essent: immissum vero quod ita fieret, vt aliquo loco requiesceret, veluti tigna, trabes, quæ immitterentur. Atque eo loci inter proiecta, meniana, & suggrundia ponit differentiã.

¶ Suggrundia, † sunt tecti partes prominentiores, ex. quib. im- 4
brices aquam & stillicidium in impluuium remittunt. Varro vocat subgrundas. Græci γέισα & ὑπογέισα. ¶ Meniana, † ædificia 5
quædam dicta, vt putatur à Menio inuentore, qui primus excogitauit hoc structuræ genus, vt tignis extra columnam proiectis tabulisque superpositis pluribus in vna columna spectatorib. locus fieret. Is enim Menius cum domum, quam habuerat ad forum spectantem, vendidisset, excepta columna, tigna ibi proiecit, vnde ipse & posteri spectarent gladiatores, vt auctores Ascon. Pedianus, Sextus Pompeius, & Porphyrio. Ita Vitruuius in spectaculis meniana superioribus *coaxationibus* (id est tabulatis ab axib.) collocari debere tradit, *Vitruu. lib. 5. de architect. c. 1.*

¶ Dicit † & Podiũ, idem quod menianũ Vitruuius *in c. 7. lib. 5.* 6
vterque namque est locus porrectus instar pulpiti, mutilis è marmore vel ligno suppositis. ¶ Meniana † itaque & suggrundia & 7
proiecta vnam habebunt tractationem. Porro lex est posita, ne meniana iuxta vel contra aream vel domum vicini priuati habere liceat, nisi interfint pedes decem, solis & aeris liberi nobis: si autem obiiciantur ædificiis publicis, pedes quindecim, aliter vero decidantur, *l. Meniana, de ædific. prin.* scilicet si sint sine iure seruitutis. Nam iure seruitutis licet, & vidente & patiente domino, *glo. in d. l. Mensana, in verbo detruncetur.* Paulus quoque de proiecto disputans ait, si quis proiectum supra vicini solum non iure habere dicatur, tolli interdicto posse per eum, cuius est solum. Et si iure habeatur, posse prohiberi per dominum domus, ne inhibeatur proiectum à domino soli, *l. 3. §. item videamus, in 2. §. Labeo, vti possid. libr. 43. P. titul. 16. d. quemadmodum 39. §. 1. ad. l. Aquil. in P.* Et si menianum priuatum sit in publicum solum respiciens, & velum extra posuerit, quod vicini luminibus officiat, vtile interdictum competit, ne quid in publicum immittat, qua ex re luminibus officiatur alterius, *l. 2. §. cum quidam, ne quid in loc. publ. libr. 43. P. tit. 8.* Sic Ludouicus 12. Rex Gall. Lugduni mandauit deinci proiecta domiorum in vias publicas anno domini 1499. *Guiliel. Paradinus. lib. 3. Historiæ Lugdunens. ca. 10.* Subinde anno Domini 1560. idipsum fieri per vniuersas ciuitates Galliæ, in comitiis Auteliacensibus statutum est *in constitutio. Aurel acens. anno 1560. art. 96.* Et lege Romana inhibitum quoque, ne supra vias pontes ad coniungẽdas domos facere liceat, vel aliud quo deterior via fiat, vt specus *l. 2 §. tractatum & tot. tit. ne quid in loc. publ. in P. facit l. fi. de flumini. P.*

De Seruitute vrbana, Proiiciendi Aquam vel Quisquilias. Cap. 13.

1 *Aquam non licet proiicere ex superiori loco, vel Quisquilias sine iure seruitutis: aliter eas prohibendi est.*
2 *Qui habet seruitutem proiiciendi aquam in inferiora, non potest fœtida, vel Vrinam, vel alia in iniuriam inferiorum proiicere.*
3 *Fumum in suo facere licet lauareque, aquam sumere: dum non fiat in iniuriam alterius.*
4 *Fumum quando licet ex inferioribus sine seruitute in superiora immittere.*

5 *Inter-*

Digitized by Google

5 *Interdictum vtile vti possidetis, pro conseruando iure fumi faciendi.*
6 *Ob quas causas quis prohiberi potest, ne fumum etiam in suo faciat.*

1 HIc affinis tractatio † seruitutis proiiciendi, *in leg. 1. §. fin. de seruit. vrba.* videlicet aquam vel quisquilias, in aream vel hortum vicini: non omnis qui habet lumen immissum vel lumina in res vicini, hanc seruitutem proiiciendi vel prospiciēdi habet, sed luminis tātum. Itaque ex superiori loco in inferiorem nō licebit citra ius seruitutis, aquam vel quid aliud immittere: aliter agitur ita ius non esse negatoria. *Vlpia. in l. sicuti, 8. §. Arist. si seru. vind. P. l. fistulas, 13. eod. l. quidam Iberus, 12. de seru. vrb. præd.*

2 ¶ Sed † si ius seruitutis sit, licet, *dict. §. Arist.* dummodo iniuriæ faciendæ caussa non proiiciatur, quia tunc iniuriarum nomine agi potest *leg. penultim. de iniurris. in P.* Et dum non proiiciantur *vrina fœtida, vel stercora*, aliaue similia, quæ in hac seruitute non censentur concessa, sed excepta. *Capol. in 1. de seru. vrban. in cap. 31. num. 3. per text. & glo. in l. fin. §. pen. quod vi aut clam, & per text. & glo. in l. 2. §. idem ait, si in odore, ne quid in loc. pub. fac. l. 1. §. 2. de cloac.* ¶ In suo † tamen fine proiectione quis potest libere sedere, lauare, & fumum facere solito modo, dum non faciat animo iniuriandi, neque ob aquam modicam cadentem in alieno repre hēdi potest, vel prohiberi ne in suo lauet, *dict. leg. sicuti, §. fin.* ¶ De fumo † etiam eadem dicenda sunt ascendente & immisso ex inferioribus partibus in superiora, vt non liceat citra ius seruitutis, *dict. leg. sicuti, in §. Arist. & §. fin. si seru. vind.* alioquin agatur actione, ita ius non esse, vel iniuriarum, si animo iniuriandi fiat, *l penult. de iniur P.* Quod si quis vult immittere iure suo, nec faciat animo iuiuriandi, quod in dubio non præsumitur *leg. fluminum, §. fin. de damn. inf. P.* distinguendum, an faciat ignem solitum quem exigat vsus sui & familiæ, & ita fumum non grauem faciat vt non possit prohiberi, *dict. leg. sicuti, §. fin.* Etenim hoc natura prædij esse videtur, & ignis. Nam ignis vix sine fumo vnquam, carbonū etiam quamuis sit. Ignis autē & fumi natura sursum tendere, vt aquæ deorsum ad suum centrum: & proinde eadem ratio, ac in aqua erit, aduersus cuius damnum prospicitur vicino toties, quoties manufacto opere agro aqua nocitura est: sed cum quis manu fecerit, quo aliter flueret, quam natura soleret: si forte immittendo eam aut maiorem fecerit, aut vehementiorem, aut si comprimendo redundare fecerit: quod si natura aqua noceat, ea actione non continetur, *Vlpian. in leg. 1. §. hac autem actio. de aqua plu. arcend. lib. 39. P. tit. 3.* Et quando lex agris dicta non est, naturam loci seruandam esse placuit, & semper inferiorem locum superiori seruire debere, atque naturaliter hoc incommodum inferiorem à superiore pati, & ibi quasi quandam seruitutem esse. *dict. leg. 1. §. denique, de aqua plu. arc.* Superior autem is dici potest ager, seu potius ædificium superius, vbi fumus fit respectu ignis, qui primum ab eo oritur, & inferius ædificium per quod transit. Nam quemadmodum aqua, quæ in inferiora tendit, dicitur respectu centri immitti: sic & fumus ab inferiore ad centrum pergens, dicitur quoque immitti, *dict. leg. sicuti. §. Aristo.*

5 ¶ Et † si quis velit ita vtentem iure suo, in suo prohibere, datur ei interdictum vti possidetis, *d. l. sicuti, §. sed & interdictum. l. sane 14. de iniur. in P. l. si duo. §. hoc interdictum, vti possid.* Scilicet vtile, veluti pro quasi possessione, quæ in seruitutibus consideratur, *l. penult. de seruitut. in P.* ¶ At si † præter consuetum morem vel in quantitate, vel in qualitate ignem sc litum augeat. vnde fit vel fumus grauior vel copiosior: puta si res fœtidas, veluti centones coriorum, ossa, stipulam madidam, vel fœnum comburat, vel vice mediocris ignis, puta carbonum: quod tantum poterat facere, ligna vrat potissimum viridia & fumantia: vel si antea domus dominus igni communi vtens, locauerit ei, qui casseariam habeat exercet, & fumo caseos vel alia siccet, prohibitio fieri potest, si seruitus non sit imposita fumum immittendi, *dict. leg. sicuti, §. dicit igitur Aristo.* Quare & puto nec pro fumo agi posse cum eo, cui ius est focum habendi, neque pro damno, quod inde euenerit ex incendio, nisi antea prospectum fuerit damni infecti cautione, *l. si seruus seruum 27. §. si furnum, ad leg. Aquil.* contra, si præter morem ignem fecerit, vel negligenter custodierit, *dict. leg. si seruus seruum. §. si fornacarius*, vel consulto. vbi non solet fieri, focum fecerit. Sicque intelligo responsum Vlpiani, quo si quis fumo facto apes alienas fugauerit, vel necauerit, in factum actione tenetur, *Vlpian. in l. si quis fumo 90. L. Aquil.*

De Seruitutibus rusticorum prædiorum, Semitæ, Itineris, Viæ, & Actus. Cap. 14.

1 *Transire per prædium alienum ius non est. fas etsi sit. Iniuriarū actio contra volentem ingredi fundum alienum, inuito domino, competit.*
2 *Quibus caussis licet aliena prædia inconsultis dominis ingredi.*
3 *Via publica imbribus destructa, per vicina prædia ire licet.*
4 *Vicini coguntur viam vendere ei, qui habet inter illos prædium medium.*
5 *Seruitutes prædiales rusticæ quæ: Iter, actus, via quid, & semita.*
6 *Latitudo actus, viæ, & itineris quanta esse debeat.*
7 *Seruitutibus actus, viæ, & itineris concessis, omnia in prædio agere licet, sine quibus quis vti nequit.*
8 *Dominus prædij seruientis in seruitute rustica, non tenetur reficere prædium pro vsu seruitutis: contra, in seruitute vrbana. Refectionis nomine in seruitute quæ non liceant, & de actionibus pro iure hoc confirmandæ, &c.*
9 *Confessoria quomodo & quando domino prædij dominantis competit Interdictum prohibitorium de itinere quando detur.*
10 *Exceptiones quæ dantur vocato in ius ex interdicto de itinere.*
11 *In Interdicto de itinere, sit æstimatio eius quod interest prohibitionem non fieri. Semitque cautio de non prohibendo.*
12 *Inter Actum & viam differentia.*

IVre communi † diuisione probata rerum, per fundum alterius transire ius non est, *l. per agrum 11. de seruit. C.* etsi fas sit, *ca. 1. pri. distin.* Et ideo dominus potest prohibere ingressum fundi cuilibet, *l. 3. §. 1. de acq. rer. dom. §. plane, apud Iustin. de rer. diuis. l. diuus Pius, de seruit. rust. prædio.* Et si eo inuito velit ingredi tanquam prohibitus re tua vti, potest actione iniuriarum experiri, *l. iniuriarum actio, 13. §. si quis, de iniur. in* P. fas tamen est, id est, si non prohibeat dominus potissimum, æquum est: maxime si innoxius est transitus, & iam facta via vel semita fructibus collectis, nam per eum ire desiderat, etsi dominus semitam non interciderit. Alioquin enim intercidendo vetare videtur, signum enim est eum non consentire & vetare: idcirco etiam ignorans, qui non consentit, videtur, *l. qui vas 49. §. vetare, de furt. in P. facit l. inuitum 4. de seruit. vrban. prad.* Neque alteri permissum est legem, quam suis rebus quisque ponit, violare, vt iuri consonam, *§. dissonat, de nupt. l. 2. de his qui sunt sui vel alien. iur. l. fin. §. fin. C. de pact.*

1

¶ Paucis exceptis, † in quibus leges permittunt alienum solum & cum auctoritate iudicis ingredi, vt in thesauri effossione, quod in alieno positum quis iurat se habere *in l. Thesaurus 15. ad exhib. lib. 10. P. tit. 4.* in persecutione serui fugitiui, *leg. 2. de seru. fugit. C.* si dominus qui pendentes sui prædii fructus vendidit, emtori ingressum colligendi caussa prohibeat, *l. qui pendentem, 26. de act. emt. lib. 19. P. tit. 1.* si glandem quæ cecidit in fundum alterius dominus fundi colligere vetat, *l. de glan. legen.* nam hoc licet data cautione damni infecti, *l. Iulianus 9. §. glans. ad exhib. lib. 10. P. tit. 4.* ¶ Et † si via publica destructa est imbribus, vt per eam iri non possit, tunc enim ire licet per fundum alienum, *l. si locus, §. si. quemad. seru. amit.* videlicet vicinum viæ publicæ: cum quod suo quis vtilitatis publicæ caussa priuari potest, *l. Lucius, de euict. in P. l. item si verberetur, de rei vindicat. in P.* tum etiam, quod ipse est quodammodo in culpa, quod publicum iter sibi vicinum non reficiat, vt tenetur, *l. ediles 3. de via publ. libr. 43. P. titul. 14.*

2

3

¶ Sic etiam † si ager alicuius sit vtrinque alienis cinctus, is potest aliquem ex vicinis cogere oblato pretio, iter sibi dare ea parte, qua minus incommodum passurus est, *l. si quis sepulcrum, de relig. & sumtibus funer. P.* Item si per illud iter per annum & triginta dies proximos iuerit, sciente & patiente domino fundi, *l. 1. in prin & § prætor ait, de itin. actuque priua.* Quare qui fundum habet, ad quem ire colendi caussa non potest, nec inde fructus exportare, vicinis circumdatus sine via publica posset cogere vicinum sibi iter præbere, ne illi prædium inutile sit, oblato legitimo pretio pro iure concesso & prouidentiæ iudicium est, his necessitatibus agriculturæ satisfacere, *l. 1. de agrico. & censit lib. 11. C. auth. agricultores, C. quæ res pign. oblig. poss.* si modo aliunde ad fundum venire non possit, alioquin enim eo adire deberet, quamuis longissimum esset iter. Et sic seruari tradit Masuerius, *in praxi. §. item si quis petat viam, de seruit. per l binas ædes & l. olympo. de seruit. vrban. P. & l. testatrix, in prin. si serui. vindic. l. seruum, §. fin. de leg. 1. l. damnas esto, §. 1. de vsufru. lega.* & iudicatum fuisse Papus *lib. 14. rapsod. arest. tit. 1. arest. 3.* Itaque ad vtilitatem prædiorum & commoditatem dominorum constitui oportuit remedia quædam, quibus dominorum iura aliis vicinis communicarentur, quasi necessitas prædiorum & vtilitas sine quibus non constituitur seruitus hæc realis, *l. quoties 15. de seruit. tit. generali, in P. l. sicuti. §. fin. si seruit vindic.* prædiorum. ¶ Ea † prædiorum seruitus in multiplici differentia est pro ratione diuersæ vtilitatis: atque eius generis iter, actus, via, aquæductus, *l. de seruit. rustic. prædio. lib. 8. P. tit. 3. rusticorum, de seruitut. ap. Iustin.* Vbi finitiones traduntur. *Iter*, est ius eundi, ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi vel vehiculum. *Actus*, est ius agendi vel iumentum vel vehiculum continensque iter. *Via*, est ius vehendi, ambulandi, & agendi. Existimo & *semitam* annumerandam, quæ iri nec angustior, quasi semi iter, *l. quantum 157. de verbor. significe.* In sermone communi & apud bonos auctores extra etiam tractationem seruitutum in iure, hæc via & iter pro-

4

5

Digitized by Google

miscue vsurpantur, at in seruitutum causa longe differunt, quia minus iter, quam via. Et ire dicitur non tantum qui pedes it, sed qui iumento insidet, aut lectica, aut sella eques : non autem iumentum ducere per iter potest, scilicet pedes. Et is qui actum habet armentum trahere & vehiculum ducere potest, *l. qui sella*
6 *7. l. inter actum, 12. de seruit. rust.* ¶ Latitudo † actus itineris que ea est, quæ demonstrata est: quod si nihil dictum est, hoc ab arbitrio statuendum est. In via aliud est, nam si ea dicta non est, legitima debetur, *l. certo generi 13. §. 1. & l. latitud. de seruitut. rustic.* Legitima autem est latitudo viæ, in porrectum octo pedum : in anfractu vbi flectitur, sexdecim *l. via latitudo 8. eod.* Angustior tamen vel latior constitui potest, *l. via 23. eod. titul.* De priuata loquor, non de publica, quæ alterius tractationis, & multiplex est, militaris, regia, consularis, communis, publica, *vt in l. 2. §. viarum, ne quid in loc. publ. P. videbus, & ante diximus, dum de publicis rebus egimus, lib. 3. c. 13.*

7 ¶ Prædictis † tribus seruitutibus commune, vt illis concessis, possit is cui quæruntur, in prædio seruiente ea omnia facere, sine quibus vti non possit, nisi fodiendo, substruendo, & alia faciendo. Sicut & in aliis seruitutibus, *leg. si iter 10. de seruitut. titul. generali, l. seruitutes 19. § si domo, de seruit. vrban. prad. l. quintus, 15. de seruit. rustic l. refectiones, §. fin. commun. prædior. l. Seruius, §. seruus, de rivis 1. § si quis mihi si seru. vind. §. 5. Celsus, de itiner. actuque privat. P.* Videntur enim concessione alicuius facta, omnia ea quoq; concessa, sine quibus inutilis ea concessio esset, *l. fin. de offic. eius cui mand. est iuris. l. 2. de iurisdict. omn. iud. l. 1. §. qui hausum, de seruit. rust. l. §. 1. si vsus fructi. peta. l. binas, 1. §. non autem. de seruit. vrban.* Inutilis autem esset seruitus prædialis, si locum seruitutis non liceret reficere vel idoneum reddere ei, cui debetur. Siquidem dominus prædij seruientis ad id non tenetur *l. quoties, 1. §. fin. de seruit. titul.*
8 *generali.* ¶ In † quo distinguitur à seruitute vrbana oneris ferendi hæc prædialis seruitus. *d. l. quoties.* In hac tamen refectione vel ædificatione seruientis loci, cauendum est, ne forma proprietatis immutetur, quia tunc non licet, *l. vsufructuarius 18. §. ædificium, de vsufruct in P.* neque etiam licet, iter vel viam lapide seu silice sternere, *l. loci corpus 4. § si quis. si seruit. vind. P.* Neque reficere quoque licebit, si in seruitutis constitutione lex dicta sit, vt qui eundi agendive ius habeat, reficiendi ius non habeat: vel si velit reficere vsque ad certum tantum modum possit, *l. 3. §. fieri autem, de itin. actuque priua. lib. 43. P. titul. 18.* Cauere etiam debet & vt qui reficit, minori quo ad fieri possit detrimento prædij seruientis faciat: aliter enim merito prohibetur, *l. veteres 4. & l. seq. de itiner. actuque privat.* extra hos casus vel similes minime. Nam competunt domino prædij dominantis actio confessoria, & interdictum de itinere actuque priuato: illa, si in iure seruitutis impediatur: hoc, si facto aliquo ab vsu & quasi possessione prohibeatur, *l. 2. §. fin si seru. vind.*

9 ¶ Confessoria † itaque contra prohibentē reficere, *l. 4. §. si quis mihi. si seruit. vind.* vt supra diximus, si in loco itineris ædificatur, *per totam l. si in eo loco, l. 9. eod. si seruit. vindic.* vel si arborem habeat impēdentem vicinus, quæ viam vel iter inuium vel inhabile faciat, *l. loci 4. §. si quis mihi, si seru. vind.* Interdictum autem præcedens prohibitorium est de itinere actuve priuato, pertinens ad tuendas seruitutes, cuius conceptio substantiam demonstrat. Sic enim prætor ait, *quo itinere actuque priuato, quo de agitur, vel via, hoc anno, nec vi, nec clam, nec precario, ab illo vsus es, quominus ita vtaris, vim fieri veto, explicatur in l. 1. & tot. tit. de itiner. actu. priu. lib. 43. P. titul. 18.* Quo interdicto prætor non inquirit, vtrum is, qui eo vtitur habuerit seruitutem iure impositam, vel non: sed tantum an vsus sit in hoc itinere vel actu, hoc anno, non vi, non clā, non precario: & in hoc tuetur eum, licet eo tempore quo interdictum redditur, vsus non sit, si modo hoc anno vsus est, vel modico tempore, id est, non minus quam triginta diebus, *dict. leg. 1. §. hoc interdicto.* Quod si hoc anno vsus non est, propter inundationem forte vel aliud simile, sed superiore anno, potest repetita die hoc quoque interdicto vti per in integrum restitutionem, ex illa parte, si qua mihi iusta causa videbitur : Et si per vim contigerit non fuisse vsum, in integrum restituetur, *d. l. 1. §. si quis propter inundationem. & §. Iulianus, in 2. eod. tit.* Differt autem ab interdicto de itinere reficiendo quod hoc non competat, nisi ei qui hoc anno sit vsus, *l. 3. hoc interdicto, eod. tit.*

¶ Exceptiones † vocati, quæ agentem excludunt, erunt quod
10 is vsus sit precario, clam, vel vi seruitute, *dict. l. 1. § si tibi fundum, & l. 3. eod. tit.* Item si eo cōmeauit, non tanquam iure suo vtens: nam vt hoc interdictum competat, ius fundi possediſſe oportet, *l fin. de itin actu priua. & l. 1. §. Iulianus, in 1. eod tit. l. fin. si serv. vind. lib. 8. P. tit. 6.* Mens enim inspicienda possidentis, ratione cuius quis non solum per seipsum vti dicitur, sed etiam per colonum, per hospitem, vel alium nomine suo, *leg. 1. §. in cuius colonus, de itin. actuque priu* ex suo mandato, *l. 3. §. si quis, eod* & per vsufructua
11 rium, *dict. l. 3. §. Vti videmur.* ¶ Et in hoc † interdicto æstimatio fit, quanti interfit via prohibeti vel itinere, *l. 3 §. in hoc interdicto, eod.* daturque cautio de non impediendo, quandiu de iure suo, qui prohibet, doceat, *l. fin. de aqua quotid. & æstiv. libr. 43. P. titul. 19.*

12 ¶ Sed quæstio est † inter interpretes, quid interfit inter actum & viam, cum ex superioribus finitionibus appareat eandem utrique vtriq; facultatem, *l. 1. de seruit. rustic. prædio. §. rusticorum, de seruit.* Et ideo cum comminisci oporteret, quandam aliam differentiam, quam nominum diuersitas adferret *l. si idem, C. de codic.* interpretes quidā putarunt viam latius patere quā actum: alij alia adferūt. Ego neminē reprehendo, sed existimo differentiam petendam à M. Terentio Varrone, qui mihi persuasit actum esse, viam in agris rusticisq; concessam: viam & alibi quam in agris, vt actus sit viæ species. Sic enim scribit *Varro 4. de lingua Latin. Via siquidem iter, quod ea vehendo territur: actus iter in agris: iter iterum, quod agendo teritur: etiam ambitus iter, quod circumeundo teritur, &c.* Vt actus itaque ius agendi vel iumentum vel vehiculum, scilicet in agrum à villa. Et eo modo videtur sensisse Vlpian. dum agit de priuatis itineribus, *in l. 2. §. priuatæ viæ, ne quid in loc. pub. lib. 43. P. tit. 8. Priuata via*, inquit, *dupliciter accipi possunt : vel hæ quæ sunt in agris, quibus imposita est seruitus, ita vt ad agrum alterius ducant, vel ea quæ ad agros ducunt: Per quas omnibus commeare liceat, in quas extant de via consulari: & sic post illam excipit via, vel iter, vel actus ad villam ducens.* Sextus Pompeius Festus in libris de verborum significatione : *Actus*, inquit, *modo significat in comœdiis & tragœdiis, certa spatia canticorum, modo iter inter vicinos quatuor pedum: modo in Geometrica minorem partem integri, id est, centum viginti pedum, &c.*

De Aquæ ductu.
Cap. 15.

1 *Aquæductus quid.*
Seruitutes iura dicuntur.
Aqua ducitur ex publico vel priuato loco sed permittente domino, &c.
Aquam ab alio ducens prædio, quando aliq; possit impertire, & c.
Aquæ dominus si alius ius seruitutis non habeat, concludere & continere in suo aquam potest opere manufacto.
2 *Princeps permittit aquam ex riuo vel loco publico ducere, hocque ius est reale & personale.*
Concedebant hoc ius olim prætores & senatus, causa cognita, priuatis, &c.
3 *Consuetudo immemorialis cuique ex publico aquam ducendi tribuit.*
4 *Per viam publicam, vel supra aquam ducere, ad principem concedere pertinet.*
5 *Via publica media ductum aquæ non hausum impedit.*
Impedit etiam medius locus, sacer & religiosus.
4 *Aquam ex publico ducere licet, si sine iniuria fieri alterius possit, vel nauigantium.*
7 *Ex flumine publico non nauigabili, & quod in nauigabile non descendit, licet cuique priuato aquam ducere, sine præiudicio tamen accolarum, & non auertendo aquæ alueum.*
8 *Flumina sunt publica iura, etsi non sint nauigabilia neque quisquam priuata auctoritate pontem facere potest supra. Stagnum quod, & lacus, & fossa.*
9 *Medium prædium inter aquam & prædium ducentis aquam, seruituti consentire debet, aliter impedit.*
10 *Aquæductum qui habet, non potest supra alterius iter aquam scindere.*
11 *Seruitus ducendæ aquæ ex flumine per vicinum fundum, flumen inde recedens non sequitur.*
12 *Ductus aquæ & aquæ haustus seruitutes differunt.*
13 *Aqua ducendæ, de modis, &c.* 14.
15 *De aquæductibus insignioribus Romanorum.*
16 *Modus ducendæ aquæ mutandus non est. Riuus quid, &c.*
17 *Ductus aquæ præsentis & inquirendæ, & fontis, & ex fonte concedatur.*
18 *Aqua ducendæ, vt nec itineris ius diuidi nequit, at potest aqua & vsus diuidi.*
19 *Diurna, nocturna, æstiua, quotidiana, ab vsu diuiso dicta quomodo.*
20 *Modus concessus aquæ ducendæ, & quomodo quis incipit vti si inde fluere fuisset concessum ius ducendi, sequendus. Idem in itinere & actu & via.*
21 *De remedio contra tentem alio quam oportet modo ductā aquæ, & de tuitione recte vtentis.*
22 *Aqua exarescens, ex qua seruitus, si postea redeat, seruitutem retinet.* 1

AQuæductus † est, ius aquæ ducendæ per fundum alienum. *l. 1. de seruitut. rustic. §. rusticorum, eod ap. Iustin.* Res enim sua nemini seruit, *l. vti frui, si vsusfruct peta. l. in re communi de seruit. vrban. l. nemo. 38. eo.* ius commune omnibus est seruitutibus quæ in iure consistunt & iura dicuntur, *l. 1. §. final. de rerum diuision. l. 1. de seruit. vrban. l. 2. quemadmodum seruitus.* Aqua porro ducitur vel ex priuato, vel ex publico, *l. 1. § hac interdicta, de aqua quotidiana & æstiua.* Ceterum aquam quæ in alieno loco oritur sine voluntate eius ad quem vsus eiusdem aquæ pertinet prætoris edictum non permittit ducere, *l. aquam 4. de seruitut. & aqua, lib. 3. Cod.*

Digitized by Google

*Cod.titul.*34.Sicuti & qui aquæductum ab alio obtinuit,ex eodem alteri non potest impertire, inuito eo qui primus concessit,*l. Lucio, de aqua quotidiana & æstiua. l.ex meo* 24. *de seruitut. rustic.prædior.*nisi postquam ingressa aqua est fines prædij sui, *l.* 1. *§.illud,de aqua quotidiana & æstiua,lib.* 43. *P. titul.*19. Nec præses prouinciæ seu iudex, vsum aquarum, quæ ex fontibus iuris nostri oriuntur, contra statutam consuetudinis formam, nos carere nobis inuitis,cogit: vtpote quod durum sit & crudelitati proximum,agris nostris sitientibus, aquam nostram ad aliorum vicinorum agrorum vsum propagari, *l. præses prouinciæ.* 6. *de seruitut. Cod.* Ideo si constitutio seruitutis non doceatur, dominus fundi in quo aqua est, facto in loco proprio opere, continere aquam potest,ne alibi fluat.*l.si tibi.*10.*Cod. de seruitut.* ¶ Permittitur † *l.*1.*§ permittitur, de aqua quotidiana. Iulius Frontinus lib.* 2. *de aquæductu.*etiam aquam vel ex castello, vel ex riuo,vel ex quo alio loco publico ducere: verum id à principe conceditur,*dict.§. permittitur,l.quo minus, de fluminib. P.l.si in publico. §. sine permissu, de aqua pluuia arcend.P.* Aliique nulli competit ius aquæ dandæ. Datur ius hoc interdum prædijs, & est tunc reale, quod exstincta persona non exstinguatur: interdum personis, & ideo ad alium dominum prædiorum non transit, neque ad heredem qualemcunque successorem, *dict. §.permittitur,l. pecoris,& l.quæro,de seruitut.rustic. prædior. l arbor. §.final.commun. diuidun. P.l.priuilegia.de regulis iuris.l quia talem,solut.matrimon.P.* Videtur & hoc ius conducendi datum prætoribus antiquitus, *l.si autem plures,* 10.*§ final de aqua pluuia arcen lib.*39 *P.titul.*3. & tenatui,eo quod populi vel principis auctoritatem referrent:vel isti tantum caussa cognita concedebant, si non noceretur publicæ vtilitati, *l.* 2. *de fluminib.P.* ¶Sicut † & consuetudo aliquando,quæ initij non habet memoriam, aquæductum ex publico sustinet, *l.hoc iure.* §. *ductus aquæ.de aqua quotidiana & æstiua.* videtur enim id princeps ratum habuisse.¶Sic † ad principem pertinet,vt ab eo solo peratur, vt per viam publicam sine incommodo publico aquam ducere liceat. ¶ Nam † is locus intermedius, quamuis aquæ hausturn non impediat: impedit tamen aquæductum,vt & sacri & religiosi loci interuentus, *l. seruitutes prædiorum.* 14. *§. publico loco de seruitut.P.* ¶Conceditur † autem & aquam ex publico & per viam in publico ducere,si sine iniuria alterius id fiat,*l.Imperatores*, 17.*§. fin. de seruit.rustic.* Fieret autem iniuria alterius, si concessus aquæductus esset ex flumine nauigabili, vel si is fluere in flumen nauigabile, vnde nauigatio & commercia lædantur,*d.l.si autem, §.fin.de aqua plu. arcen. l* 2.*de fluminib. lib.*43. *P.tit.* 11.*l.*1.*vt in flumini.publ.nauig.licc.lib.*43.*P.tit.*13. Quare nec princeps potest tunc permittere, nisi huic iuri nominatim deroget, *gl.in d.l.*2.*de flumin.* ¶Si † tamen publicum flumen nauigabile non sit,nec damnum publicum sequatur,licet cuique etiam sine Imperatoris permissu vel senatus,nisi illi veteri,inde aquam ducere, *d.l.*2.*de fluminib.* Quod intelligo sine iniuria etiam accolarum,vt non liceat aquæ alueum diuertere, *l.*1.*§. sunt autem qui putant, nequid in flu.pub. l.b.*43. *P.tit.*12. ¶ Sunt † enim flumina perennia iuris publici,etsi non sint nauigabilia: nec ab aliquo ex priuatis vsurpari omnino debent, nec possunt: non secus quam non possunt impediri, ne fluant: & ideo qui in fluminis publici vtraque ripa habet domum, non potest flumini pontem priuati iuris imponere,*l si de fluminib.P.* nec prohibere ne nauigetur in eo,*d l.*1.*§. hoc interdicto,vt in flum.publ.naui lice.* Si tamen stagnum,fossa,lacus priuati iuris sint, qui dominus est,potest libere his vti,& aliis interdicere. *Stagnum* est,quod temporalem continet aquam stagnantem potissimum tempore hyemis. *Lacus*, qui perpetuam habet aquam. *Fossa*,receptaculum eius manufactum,*l.*1.*§.si priuata & seq §§.& in flum pub.naui.lice.l lacus, de acquir.rer.dom.* Quæ tamen esse etiam publica possunt,vt tunc cuiliber vti ex arbitrio non liceat, *d l.*1.*§.plane, & in flum.pub. nauig. lic.* ¶Fieret item † iniuria dominis prædiorum mediorum, inter prædium eius qui obtinuit, ductum aquæ & ipsam publicam aquam si per eius fundum eo inuito duceretur: proinde & de seruitute depacisci ducendam oportet cum eo, cuius est prædium medium,quod alioquin seruitutem impedit.*Paul. l qui fella* 7.*§. fin. de seruit. rustic prad. & idem Paul.l.si prius,*17 *§.fin.de aqua plu. arcen.l.*3.*§.*1. *de aqua quotidia.& æst.* Iicuti si aliunde ex priuato vlteriori fundo ducere vellet, conuenire debet, & cum illis quorum interest per locum duci,*l.in concedendo,l.*8 *l.in diem,*9.*l.si autem,l.*10.*de aqua plu.arcen P.*

¶Nec † qui habet aquæductum,poterit arcum supra iter alteri debitum struere,per quem aqua relicto itinere transeat, *l. supra iter.*11.*eod.tit.* ¶ Imo si aquam ex flumine publico per fundum meum vicinum flumini ducas, & flumen recesserit, non potest subsequi flumen seruitus: quia ei loco seruitus imposita non sit, quamuis is locus meus fit:subsequi tamen potest, si alluuione ad fundum tuum accesserit, *l.hoc iure,* 3.*§ si aquam, de aqua quot. & æst.*¶ Aquæ ductus, † seruitus ducendæ tantum aquæ est, vt differat ab hausus aquæ seruitute. ¶Porro † modi ducendi aquam quales permissi sunt conside are oportet, nam plures sunt: dicuntur enim per riuos apertos & clausos, per subtractionem, per opera arcuata,per modulos, fistulas *Iul. Frontin.in princip.*1.*lt. de aqueduc.& in* 2. curipos, tubos, digitos. *l. Lucius, de seruit. rustic.* per formas. *l.* 1. *de aquæduct. lib.*11.*C.*& similia, ad hauriendam & continendam aquam organa plura à Vitruuio *libr.*10.*architec.c.*9.10. 11.12. explicata, vt per tympanum, per rotam cum modiolis, *de hac in l.*2.*com. prædio.*& castello, per rotam cum situlis,per cocleam,per ctheſibicam machinam.Et apertius alibi idem Vitruuius *lib.*8. *cap.*7. *Ductus*, inquit, *aquæ, fiunt generibus tribus: riuis per canales structiles: aut fistulis plumbeis: seu tubulis fictilibus.*docetque construendi rationem. ¶Palladius *lib.*9. *de re rustic.c.*11.& hos & alium refert modum. *Cum ducenda,* inquit *est aqua,ducitur aut forma structili, id est, canali fabrica constante, aut plumbeis fistulis, aut canalibus ligneis, aut fictilibus tubis.* ¶ Æreis fistulis † ducere recens inuentum. Fuerunt & aquæductus Romæ 14.ex cocto latere, ea latitudine & altitudine, vt eques insidens equo per eos ire posset, *Procopius libr.*1. Paulo iurisconsulto placuit *in l.si prius,*l.17.*§.*1. *de aqua pluuia arcend. l.*1.*§.final. de riuis. lib.*43.P.*titul.*20. non alias per lapidem aquam duci posse, nisi hoc in seruitute constituenda comprehensum sit: quia *non consuetudinis sit,* inquit, *vt qui aquam habeat, per stratum lapidem ducat: illa autem quæ fere in consuetudine esse solent, vt per fistulas aqua ducatur, etiam si nihil comprehensum in seruitute constituenda, fieri possunt: ita tamen,vt nullum damnum domino fundi ex his detur.* Sic is qui ius aquæ quotidianæ habet,vel fistulam in riuo ponere,vel aliud quodlibet facere potest, dummodo ne fundum domino, aut aquarium riualibus deterius faciat, *l.*3.*§.penul. de aqua quotid. & æst. l. Quintus Mutius,* 15. *de seruit. rustic.P.* Et si aqua ducatur ab alio,etiam supra eam alia aliqua per pontem,qui supra riuum factus sit,iure ducitur, dum inferiori riuo non noceatur, *d.l.*3.*§. fi.de aqua quotid.* ¶Modus † tamen ducendi electus sequendus erit.Nam si quis ex riuo recto vsus,per apertum ducere velit:vel contra, qui ante aperto duxit, nunc recto velit: interdicto ne quid in flumine publico ripave eius fiat,tenetur, si modo hoc eius factum,incommodum aliquod circa accolentes afferat,*l.*1.*§. si quis ex riuo ne quid in flumin.public.* Simili modo si incile,*quid incile, in l.*1.*§.incile, de riuis. lib.*43.*P.titul.*20. ducat,vel alio loco faciat, vel si alueum fluminis mutet: nec ex aperto riuo terreum facere debet, nec signinum seu lapideum, non attollere, non deprimere, non dilatare, vel extendere, non operire apertum,vel contra,*l.*1.*§.fin.& l.*2. *de riuis.P.* Riuus autem, locus est per longitudinem depressus, quo aqua decurrat, *d.l.*1. *§. ais ergo, de riuis.* ¶Conceditur † ductus aquæ non tantum præsentis & fluentis, sed etiam quærendæ & nondum inuentæ. *l. Labeo, de seruitut. rustic.prædior. l.penult. & final.si seruitus vind. in P.l. ei fundo,* 19. *de seruit. tit.generali.* Olim ex capite seu ex fonte aquam ducere non erat permissum, hodie & inde seruitus constitui potest aquæ ducendæ, *l. seruitus aquæ ducendæ,*9.*de seruit. rustic. prædio.l.*1. *§. hac interdicta, de aqua quotid.* ¶Et † quamuis viæ,itineris, actus,& aquæductus pars in obligationem deduci non possit, quia vsu eorum indiuisus sit,*l.via,*17.*de seruit.lib.*8.*P.titu* 1.tamen temporibus & modo vtendi, aqua & deductio eius diuidi potest remanente iure vtendi indiuiduo *l.*4. *in princ.& §.*1.*& fi. & l.*5.*de seruit.tit.generali.l.*2. *§.*1. *& fin.de seruit. rust.l.cum constet.* 6. *de aqua quotid. in P.* Idem & in aquæ hausturn, si aqua sufficiens sit pluribus. Et si pluribus per eundem locum, aquæductu concesso, non conueniant inter se qui ius habent quomodo vtantur,possunt agere inter se communi diuidundo,*l.* 4.*in fine,de aqua quotid.& æst.*vel vti debent alternis diebus,seu temporibus inter se præfinitis,*l.cum constet,*5.*de aqua quotidian.* Vnde † fiunt & aquarum diuisiones temporibus, vt diurnarum vel nocturnarum aquarum, quia horis illis tantum quis aquam ducere possit,*l.*2.*de aqua quotidian. l si commune,* §. 1. *quemadmodum seruitus amitta.*4.*§.modum,& l.via.§.*1. *de seruitut.titul.generali.*Inde de dicta æstiua & quotidiana,*l.de interdicto,*6.*& tot.titul.de aqua quotidiana & æstiua. Æstiua*, quæ est,qua æstate solâ vti expedit, vel tantum conceditur, vel æstate tantum sui natura duci potest. *Quotidiana*, quæ assidue duci solet vel potest, vel æstiuo vel hyberno tempore. Ea quoque quotidiana, cuius seruitus intermissione temporis diuisa est,si perennis est,*l.* 1. *§. duo autem.cum sequentib. §§.de aqua quotidian.* ¶ Eo † modo quo concessa est seruitus aquæ ducendæ,vtendum est,nec miscenda alia aqua *l.* 1. *§. item quæritur, eod.* eoque quo quis cœpit vti, *d. l.*1. *§ illud,eod.* Nam concessio aquæ ducendæ per fundum generalitèr facta, vt & viæ,& itineris, & actus, quamliber partem fundi habet ad vsum liberam: ciuili tamen modo,qui tacite in concessione venire videtur, vt nec per vineas nec per villam ipsam hæc liceant, cum ea æque commode per alteram partem duci possit, & minori seruientis fundi detrimento: verum constitit, vt qua primum quis viam direxisset,ea ire agereve deberet,neque amplius mutandæ potestatem haberet: sicuti & riuum primo qualibet licuit ducere, certus non conuenit locus, postea autem quam ductus est, non licet transferre, *l.si cui simplici §fin,* 9.*de seruit. tit. generali, l. si mihi concesserit,*21. *& l si via.*26.*de seruitut.rustic.prædior.l. certo genere,§ si locus, cod.* nisi in conuentione seruitutis id sit permissum nominatim, vt per quamlibet partem fundi ire,agere,ducereve liceat,nihil enim prohibet, subinde sit velit mutare.*l.nam satis.*6.*§.ceterũ,quemadmodum seruit. amitt. lib* 8. *P tit.* 6. quia expressa conuentio tollit tacitè legis interpretationem,*l.* 1.*§.si conuenerit depos.in P.l. fin.de pact.conuent C.* ¶Itaque si quis alio modo quam permissum est, vel alio tempore interdicto vsus sit,prohibetur: vt contra, si quis modo concesso & vsu continuato vtatur,& prohibeatur vti, vel concessum reficere, interdicto

Digitized by Google

quoque iuuatur de aqua quotidiana & æstiua. *prout videbis in l. 1. cum suus §§. de aqua quotidiana & æstiua*, interdicto de riuis, *titul. de riuis, lib. 43. P. titul. 20.* ¶ Sed † si fons exaruerit, vnde ducere 12
tur aqua, & postea renascatur, seruitus que antea exstincta videbatur, & vna reuiuiscet: tuendumque erit prædium dominans, quia citra domini negligentiam amissa erat vel suppressa, *l. vnus ex socius, 34. §. fin. & l. & Attilicinius, 35. de seruit. rust. prædior. l. si quis ex fundo, 13. & l. si locus, 14. quemadmodum seruitus amittat.* per restitutionem quandam. Sed hactenus de aquæ ducendæ seruitute dictum sit, plura alia superiori libro 3. explicata videre poteris de aquæ ductu *c. 22. & lib. 1. c. 3 & 4.*

De Aquæhaustu Cap. 16.

1 *Aquahaustus seruitus rustica prædialis, cui aquæ imponitur.*
2 *Ius hauriendi prædialis seruitus prædio acquiritur, vt non possit inde alteri concedi: Et quid differat ab vsu hauriendæ aquæ personæ concessio.*
3 *Haustus aquæ vicino proximo tantum vel medio consentiente remoto conceditur, concesso haustu, concessum censetur iter ad hauriendum per fundum, & reliqua, sine quibus haurire non potest actio & refectio & similia, &c.*
4 *Interdictum de fonte: & confessoria quando pro haustu detur.*

1 AQuæhaustus † rusticorum prædiorum seruitus est, *l. 1. §. in prædiis, de seruit. rustic. prad. §. inter, de seruit.* quæ imponitur aquæ, quæ duci non potest qualis putealis, *l. 1. §. quanquam, de aqua quot.* qua conceditur ius hauriendi aquam, non ex flumine publico, quia inde sine seruitute cuilibet licet haurire, *l. 3. §. final. de seruit. rust.* sed ex flumine, fonte, riuo, lacu, puteove priuato, vel in summa ex prædio vicino, quatenus ad fundum nostrum opus
2 sit. ¶ Nam † ad prædij tantum dominantis necessitatem reducuntur prædiales rusticæ seruitutes, *l. ergo, 5. de seruitut. rustic. prædior.* vt & aliis vicinis prædiis, qui acquisiuit, non possit communicare ex alieno, nisi conuentum sit, *l. ex meo, 24. & l. cum essent, 33. §. final. de seruit. rustic.* cum seruitus etiam seruitutis esse non possit, *l. 1. de vsu & vsufruct. legat.* Et hauriendi ius non hominis, sed prædij est, *Pompon. in l. si mihi, 20. §. fin. de seruit. rustic.* Et ita tantum conceditur ei, qui fundum vicinum habeat, *l. ergo, 5. de seruit. rustic.* & in hoc distinguitur hæc seruitus ab vsu aquæ hauriendæ personæ concesso, quæ seruitus potius personalis, vel aliud debitum personale censetur, & quæ exstinguatur cum persona, *l pecoris, 4. & l.* Λέγεται Τίνος, *37. de seruit. rustic. l. Mela 13. §. fi. de aliment. & cibar. lega. lib. 34. P. titul. 1.* cum tamen realis, prædij possessores sequatur, *l. 1. §. permittitur, de aqua quotidian. & æstiu. l. si in publico, § sine permissu. de aqua pluu. arcen.* ¶ Conceditur † haustus tamen vicino alij, quam proximiori, dummodo intermedius iter præbeat ad transeundum, & ad hauriendum, *l. si pr⁹, 17. §. fin. de aqua plu. arc. P.* Qui tamen vicino proximiori aquæ haustum concedit, in suo videtur concessisse, & iter ad hauriendum, *l. 3. §. final. de seruitut. rustic.* vt concessa alia vna omnia censentur, sine quibus concesso vti quis non posset, veluti refectio, purgatio, & id genus similia, *l. si iter, de seruit. titul. generali. l. seruitutes, §. 1. de seru. vrb. P. l. veteres, de itin. actuq; pri. l. refectionis, commun. prad. P.* ¶ Et † proinde competit interdictum de fonte 4
vtendo, si haurire, purgare, reficere quis prohibeatur, vel si iter denegetur, quo vsus antea non vi, non clam, non precario, *vide per totam, l. 1. de fonte, lib. 43. P. titul. 21.* Si de iure autem quæstio, agetur confessoria vel negatoria, *l. 2. §. final. si seruit. vindic.* siue vnus sit, qui habeat haustum aquæ, siue plures, cum nihil prohibeat, quin ex eadem aqua, si sufficiens sit, pluribus non possit cõcedi haustus certis diebus & diuersis tẽporibus limitatus, *l. 2. §. 1. fin. de seruit. rust. l. Lucio, de aqua quot. & æstiu.*

De Seruitute prædij inferioris excipiendi aquam ex superiori profluentem. Cap. 17.

1 *Aqua excipiendæ seruitus imposita fundo inferiori, quæ sit.*
2 *Lex fundorum duplex, priuata, publica: & qualis vtraque vt seruitutem faciat. idem num. 3.*
3 *Aquæ pluuiæ arcendæ actio locum quando habeat.*
4 *Agrorum varia limitatio, & terminatio qualis.*
5 *Agri natura quomodo seruiat.*
6 *Vetustas quid operetur in seruitutibus agrorum.*
7 *Aqua pluuialis, non pluuialis, & mixta quid.*
8 *Aquæ pluuiæ arcendæ interdictum quando competit.*
8 *Interdictum de aqua pluuia non datur pro aqua retenta à superiori prædio. sed pro immissa vel auersa.*
10 *Pro damno dato aqua immissa opere datur interdictum quod vi aut clam, & quomodo pro dato agendum est.*
11 *Opus per quod nocet pluuia, considerandum est. Et de sulcu aquario in agro faciendo.*
12 *Fossas agrorum siccandorum causa, quomodo liceat facere. Aggeres quomodo debeant reijci.*
13 *Qui debet seruitutis rusticæ aquam fossa continendi vel recipiendi, non tenetur fossas purgare, vel reficere.*

AQuam ducere vel haurire † ex alieno prædio, interdum 1
prædiis vtile est: & ideo prædictæ seruitutes introductæ sunt, vt liceat ducere. Aliquando autem defluentem in nostra prædia aquam ex alienis, damnosum est excipere: vtile autem illis qui prædia superiora habent, fundos ita decursu aquæ deficari. Et proinde aliæ seruitutes, vel aquæ arcendæ interdictum, vel non immittendæ inde oriuntur. *In summa tria sunt*, inquit Paulus *in l. 2. de aqua plu. arcen. lib. 39. P. tit. 3. per quæ inferior locus superiori seruit, lex, natura, loci vetustas, quæ semper pro lege habetur minuendarum litium causa.* ¶ Lex † priuata vel publica esse po- 2
test: priuata constitutio seruitutis ex conuentione partium definita, quæ instar legis seruanda inter conuenientes, *l. 1. §. si conueniat, depos. P. l. legem quam dixit, C. de pact. §. fi. de seruit. apud Iust. l. semper in stipulationibus, de reg. iur.* vt si dictæ leges agris, quibus vicina magna sunt flumina, vt liceat mihi in agro tuo aggeres vel fossas habere, *l. 1. §. denique, de aqua plu. P.* ¶ Ideo, † si fundus tuus ita vicino seruiat, & propterea aquam recipiat, cessat aquæ 3
pluuiæ arcendę actio, si tamen non vltra modum nocear, vt si vicino quis cesserit, ius ei esse aquam immittere, *l. 2. §. fin. eod. de aqua.* Idem si vicinus operi quo aqua immittitur quæ nocet, consensit id est, facientem patiatur, *l. Labeo, 19. de aqua plu. l. qui bona fide 13. §. si quis iusta, de dam. infect. lib. 39. P. titul. 2.* sine errore, *l. sed hoc sta 20. de aqua plu.* Publica lege factum videtur quod in agrorum diuisione factum est, *l. quod principis, 23. eod. titul.* & si qua opera aquæ immittendæ causa publica auctoritate facta sint, quæ in aquæ pluuiæ actionem non veniunt. *l. 2. §. Cassius, de aqua plu. arcen. d. l. quod principi.* ¶ Antiquitus † *agri decumani* militibus 4
assignati, & limitibus suis traditi sunt possessoribus dominis, *Iulius Fronti. li. de iure limit. l. in agris de acqu. rer. dom. P. de qualita. agro. P.* Fuit & ager vel diuisus vel assignatus coloniarum limitibus, & per possessionem proximarum rigores percurrens delineatus in longitudinem per strigas, limitatus cum mensura. Erat & *arcifinius* sine mensura, finitus tamen secundum aliquam obseruationem fluminibus, fossis, montibus, viis, ab arcendis hostibus ita dictus. *Iulius Fronti. li. de qualit. agrorum.* In his seruitutes, vel iura primum constituta seruanda sunt, & antiqua monumenta sequenda: non secus, ac in priuatis prædiis diuisis quę dominis placuerint, potiora sunt, *l. 1. & 2. C. fi. regund. lib. 3. titul. 39. l. in finalibus, 11. & l. eos, 12. eod. tit. lib. 10. P. tit. 1.* ¶ Natura † res in- 5
terdum seruire dicitur, quando ex natura agri sine opere manufacto, aqua à superiori in inferiorem decidit & nocet, & ibi esse quoque naturam agri sequendam placuit, compensareque debere damnum inferiorem, quod ex superioris aqua accipit, cum commodo alio, nempe quod sicut omnis pinguedo terræ superioris ad eum decurrit, ita & aquæ omne incommodum ad eum defluat, *l. 1. §. denique, & §. item Varus, & § sed & si vicinus, de aqua plu. arcen.* Id enim secundum naturam est, ferentem commoda, & incommoda pati debere, *l. vni. §. pro secundo, de cad. toll. lib. 6. C. tit. 59. l. secundum naturam, de reg. iur.* Et cessat prohibitio immissionis, si aqua naturaliter decurrat, *l. 1. §. idem aiunt, & §. in summa, de aqua plu.*

¶ Vetustas etiam † operis manufacti arguit seruitutem, si ei- 6
ius initij memoria non exstet, & habetur pro lege, *l. 1. §. denique, & l. 2. in princip. & in §. item Varus, & §. Cassius, de aqua plu.* Alioquin enim tollitur, si fieri non debuit, *l. quod principis, 23. §. fin. de aqua plu. d. §. item Varus.* Probatio autem memoriæ huius operis facti recipitur, non tantum, si testes testantur se opus fieri vidisse, sed etiam si audierint ab aliis, qui memoria tenuerint: nec ad liquidum, dies vel consul exquiritur, *l. 2. § idem Labeo, eod.* Extra † istos casus aliæ sunt considerationes immissionis aquæ, 7
quas, vt dilucidius intelligamus cũ superioribus præire debet cognitio, aquam esse vel pluuialem, seu de cœlo per imbres venientem, vel non pluuialem, interdum mixtam. *Aquam pluuiam* Tubero dicit, quæ de cœlo cadit atque imbre excrescit: siue per se hæc aqua cœlestis noceat, siue cum alia mixta sit, *l. 1. §. aquam pluuiam, eod.* Notio aquæ mixtæ quæ imbre excrescit, est, quando colorem mutat, *l. 1. §. illud in summa, versi. imbre. eod. tit.* Sine pluuia dicuntur fluere flumina, fontes, & id genus: & ea aqua quę immittitur, veluti quando qui fullonicas artes exercet, vel balneum, aquam in vicini fundum immittit, *l. apud Trebatium, 3. eod. de aqua plu. arcen.*

¶ Si † quis præter ius seruitutis opus faciat, quo aqua pluuia 8
deriuari possit in fundum vicini, & ei nocere, vt aggeres, fossas, & similia, distinguere oportet, an in suo, vel in publico opus faciat. Nam si in suo, competit interdictum aquæ pluuiæ arcendæ, si in publico, minime, *l. 3. §. fin. de aqua plu.* Atque tantum datur, si agro eius noceat: ceterum si ædificio vel oppido noceat, cessat hęc actio: agi autem poterit, ius non esse stillicidia vel flumina intra immittere. Est enim actio de fluminibus & stillicidiis generalis, aquæ autem pluuiæ specialis, *l. 1. §. item sciendum, eod.* quæ tamen

Digitized by Google

men competit ratione agri tantum proximi, vt non quæramus vnde illa oriatur. Nã ſi ex publico orta, vel ex loco publico vel ſacro, per fundum vicini deſcendat, iſque opere facto in meum fundum eam auertat, aquæ pluuiæ arcendæ tenetur: ſi autem oriatur ex proximo ædificio vrbano, & noceat agro vel ædificio ruſtico, agendum de ſtillicidiis & fluminibus, *d. l. 1. §. item ſciendum, & ſequ.* Dehinc & ſciendum eſt, hanc actionem pluuiæ arcendæ locum habere in damno nondum facto, opere tamen iam facto ex quo damnum timetur, toties quoties quis manufecerit, quo aliter aqua flueret quam natura ſoleret, aut ſi forte eam immittendo, aut maiorem fecerit, aut citatiorem, aut vehementiorem comprimendo redundare coegerit, *d. l. 1. §. hac autem actio de aqua plu.* Sed & oportet eſſe aquam pluuiam nocẽtem agris, quia in rem eſt, non in perſonam interdictum hoc *l. ſi tertius, 6. §. aquæ pluuiæ, eod.* Nam pro aliis fluentibus vel immiſſis hoc ceſſante, proditæ ſunt actiones aliæ, *l. 3. de aqua plu.*

9 ¶ Subinde † & datur pro aqua nocente tantum contra vicinum opus facientem, quo aqua decurrat, non autem ſi vicinus opere aquam retineat, quam nobis profuturam putamus: & ſi ita aqua pluuia noceat, datur: non, ſi non proſit, *l. 1. §. ſicut autem, eod.* Nam actione aquæ pluuiæ, petitur auerti aqua, & opus per quod nocet deſtrui & priſtinam formam reponi, damnumque reſtitui expenſis eius qui fecit in re ſua: vel ſi dominus non fecit, vt patiatur opus tolli, *l. 1. in princip. & §. Neratius, & l. 45. l. ſi tertius, 6 §. fi. & l. in cum quo, 7. l. ſuper iter, 11. §. apud ferocem, & §. Trebatius, l. emtor, 12. de aqua plu.* datur & actio quod vi aut clam aduerſus colonum opus facientem, *l. ſi colonus, 5. eod.* ¶ Sed † & in iſta 10 aqua auertẽda diſtinguẽdæ actiones, vt pro damno præterito opere dato conueniri quis poſſit interdicto ℣ vi aut clam, in hoc autẽ iudicium, futurum damnũ veniat. Et de eo quod poſt ſententiam iudicis futurum eſt damni infecti caueatur, vel ita opus reſtituẽdum, vt nullum periculum damni ſuperſit. De eo opere quod poſt litem conteſtatam factũ eſt, nouo iudicio agendũ eſt, *l. Atteius, 14. § fin. cum 12. legib. ſequentib. de aqua plu. l. 1. §. 2. & l. ſupra iter, 11. §. officium, eodem titul* Sed & ſi is qui opus fecit, potentiori alienet prædium, agi & cum eo poteſt intra annum vtilem, quod vi aut clam: ſi annus præterierit, de dolo iudicium dandum, *d. l. Atteius, 4. §. Iulianus, & l. poſt venditionem, 16. eod. titul.*

11 ¶ Opus quoque † per quod nocet aqua pluuia conſiderandum quale ſit, veluti ſi agri colẽdi cauſſa quis in ſuo prædio ſuperiori ſulcos fecerit aratio: non competit enim pro his hæc actio, ſi modo recti ſunt, id eſt, qui in vnam tendant partem, ſi aliter ſerere non potuit, niſi ſulcos aquarios faceret: contra ſi ſine iis poſſet, & ſi ſulcos aquarios, quos Græci ὑδραύλακας vocant, vel ſulcos tranſuerſos aquarios, per quos in agrum vicini aqua defleret, fecerit, *l. 1. §. de eo opere, §. ſed etſi quis, & §. item Sabinus, & l. vicinus, 24. de aqua plu.* Placuit quoque quæ frugum, fructuum percipiendorum cauſſa fiunt, extra hanc cauſſam eſſe, *d. l. 1 §. Labeo.*

12 ¶ Item † & licere foſſas facere agrorum ſuorum ſiccandorum cauſſa, fundi colendi, non tamen deriuandę aquæ gratia, *d. l. 1. §. ſed & foſſam.* Ex quibus ſi aquam pluuiã nocere poſſe appareat arbitro, is cogere poteſt eas explere, & niſi iuſſus faceret condemnare, quamuis antequã iudicaret, aqua per foſſas nunquam fluxiſſet, *dict. l. vicinus, 24.* quia & hæc actio ad damna futura pertinet. *l. ſupra iter, §. officium & l. Atteius, §. penult. l. 1. §. 2. de aqua pluu. arcend.* Verum tamen ſi aggeres, qui aquam fluere faciunt in vicini prædiũ, aquæ inũdatione vel vitio ſoli ſubſidentis viam aquæ pluuiali nocenti aperuerint, non tenetur dominus prædii de damno aliqua actione, *l. Atteius, 14. eodem titul.* ſi nihil ipſe manu fecit quo minus agger ſupereſſet. Et ita tantum præſtare patientiam cogitur, vt is qui lęditur vicinus, aggerem vel opus quam auertens, glarea iniecta repletum vi fluminis, vel limo, vel deletum reficiat, *l. 2. §. 1. & §. item Varus, & apud Nam ſam. & l. ſupra iter, 11. §. final. de aqua plu.* Si tamen ſit foſſa antiqua, cuius initij memoria non exſtat, ſi inferior vicinus non purget, vnde ex reſtagnatione noceatur vicino, cum inferiori aquæ pluuiæ actione aget, vel vt purget, vel patiatur in priſtinum ſtatum, eum cui nocet, eam reducere. Poteſt & qui in confinio eſt agere aquæ pluuiæ arcendæ, *l. 2. §. apud Labeonem, & §. præterea, & §. apud Alphenum, de aqua plu.*

13 ¶ Notabile † eſt in hac ſeruitute recipiendi aquam foſſa vel continendi in fundo ſuo, vt is, cuius fundus debet ſeruitutem, non teneatur, niſi dictum ſit nominatim, foſſas purgare, vel aggeres facere, vel munire, ſed ſolum cogatur pati dominum prædij cui debetur ſeruitus, vt reficiat vel noua faciat, *l. 1. §. fina. de aqua pluuia.* exemplo aliarum ſeruitutum, *l. quoties §. ſeruitutum, de ſeruitut. P. l. & ſi forte §. etiam ſi ſeruit. vind.* excepta ſeruitute oneris ferendi, *l. eam debere columnam, de ſeruit. vrban. prad.* Si tamen ex alueo foſſæ pinguedo quædam ex purgatione erui poteſt, certe poteſt dominus prædij ſeruientis, vel agere vt vicinus purget, vel purgare ſinat, *l. 2. §. apud Labeonem, de aqua pluuia. Capoll. lib 2. de ſeruitut. ruſtic. cap. 6. numer. 7.* Si tamen qui debet lædat opus ſeruiens, alio opere tenetur propriis expenſis reſtituere in priſtinum ſtatum, *l. in ſumma, §. item Labeo, de aqua plu. Et Paul. Caſtr. in l. 1. §. & ſi vicinus, eod. tit.*

De Seruitute ruſtica appulſus pecoris ad aquam. Cap. 18.

1 *Seruitus pecoris appulſus ad aquam quid.*
2 *Seruitus appulſus pecoris, quando realis, & quando perſonalis.*
3 *Pecoris appellatione in hac ſeruitute quæ animalia veniant, & quid aliud.*
4 *Modus & numerus pecoris decretus inſpicitur in hac ſeruitute.*

PEcoris † ad aquam appulſus, inter ſeruitutes prædiales ruſti- 1
cas ponitur, *l. 1. §. penult de ſeruitut. ruſtic. §. inter ruſticorum, de ſeruitut.* quæ nihil aliud eſt, quam ius appellendi ſeu ducendi pecudes ad aquas vicini. ¶ Hæc ſeruitus † realis eſt, quando prædi- 2
um, vnde pecus appellitur, paſcuale eſt, & fructum ex pecudibus dominus accipit: aliter & ius aliud perſonale eſſe poteſt cum perſona cui conceditur exſtinguibile, *l. pecoris, de ſeruitut. ruſtic. l. Mela, §. quidam libertis, de alim. legat.* Porro hic conſidero tantum prædium cui conceditur ſeruitus, quod paſtionibus deputatum eſt, qualia ſunt macra loca, prout innuere videtur M. Varro ad Nigrum Turanium ſcribens, *in princ. 2. de re ruſtica: Tibi,* inquit, *Niger Turani, noſter liber, ſcilicet dicatur de re pecuaria, qui vehementer delectaris pecore, propterea quod te emturientem, in campos macros ad mercatum adducunt crebro pedes, quo facilius ſumtibus multa poſcentibus miniſtres, &c.* Quemadmodum & eſt ruris genus, in quo nec pecora, nec aues haberi poſſint, *Col. libr. 2. de re ruſtica. cap. 15.* Ita & aliud eſt, in quo nihil aliud quam armenta vel ouilia ſunt, ob locorum infrugiferam naturam, obque crebros montes & ſyluas, & non aliter ex ſaltu fructus percipi poſſit, niſi per greges, *Paulus in l. de grege omium, 9. de fund. inſtruct. lib. 33. P. titul. 7.* Proſunt & agris ſterilibus pecoris ſtercorationes & caules, *§. ſed & ſi pecorum, de vſu & habitat.* vt ita videantur fundi eſſe, quia & agri fructus in pecore etiam conſiſtere dicitur, *in l. pecoris, 4. de ſeruitut. ruſtic.* Et Vlpianus *in l. inſtrumenta, 8. eod.* inſtrumenta fundi exiſtimauit, quæ fructus quærendi, cogendi, & conſeruandi gratia parata ſunt, inter cetera & boues domitos, & pecora ſtercorandi cauſſa parata: etſi fundus ſaltus, paſtioneſque habeat greges pecorum, paſtores, ſaltuarios. ¶ Pe- 3
coris appellatione continentur oues, boues, capræ, equi, muli, aſini, aliæque quadrupedes, vt ſues, elephanti, cameli: exceptis canibus, vrſis, leonibus, pantheris, *Caius l. 2. ad legem Aquiliam, l. ædiles aiunt, 38. §. iumentorum, de ædilit. edict. libr. 21. P. titul. 1. §. in pecorum, de rerum diuiſion. l. iumentis, & l ſeruis legatis, §. pecoribus, de legat. 3.* Proinde in hac ſeruitute appellendi pecoris, animalia omnia, quæ pecoris nomine veniunt, continebuntur. Sed & canes paſtorales, ſine quibus greges conſeruari non poſſunt, vt & ipſe paſtor, tanquam acceſſoria neceſſaria, *arg. l. quæſitum, 12. §. ſi in agro venationes ſint, de fund. inſtru. P.*

¶ Atque in hac ſeruitute conſideramus quoque modum im- 4
poſitum, vt, ſi numerus certus eſt pecudum adiectus, quæ appelli debeant, plures non liceat appellere: & ſi plures appellantur, liceat non quidem vniuerſum gregem, ſed vltra numerum appoſitas repellere, *l. 1. §. Trebatius, & §. Marcellus, de aqua quotidia. & æſti. lib. 43. P. titul. 19.*

De ſeruitute ruſtica iuris paſcendi. Cap. 19.

1 *Seruitus pecoris paſcendi, ruſtica.*
2 *Sine iure paſcendi non licet in aliena pecus immittere, & ſi fiat, quæ remedia.*
3 *Paſcua quid.*
4 *Impaſcuis conſideranda, & alia remiſſio.*

SEruitus † alia ruſticorum prædiorum pecoris paſcendi, *l. 1. §.* 1
penultim. & l. pecoris, de ſeruitut. ruſtic. § prædiorum, de ſeruitut. ius, *§. 1. de ſeruitut. l. 1. §. final. de rerum diuiſion. l. hæc autem iura, de ſeruitut. ruſtic. prædior.* ſcilicet paſcendi in alieno prædio, *non in ſuo ſeruitus, l. vti frui. ſi vſus fructus petat.* vtilitatis meæ cauſſa: videlicet vel vt paſcua mea conſeruem, vel vt ſtercoratione pecoris pinguius prædium meum reddam. ¶ Citra † ſeruitutis, in aliena 2
non licet pecus paſcendi cauſſa immittere, prohibente lege duodecim tabularum, quæ eſt de paſtu pecoris, *l. qui ſeruandarum, 15 §. final. de præſcrip. verb. lib. 19. P. titul. 5.* prohibet & lex Aquilia, *l. Quintus Mutius, ad legem Aquiliam.* Sunt & aliæ actiones proditæ, pro reſarciendo damno, ſi quis aliena depaſci fecerit: vt ſi alienos fructus in ſuum prædium decidentes immiſſo pecore depaſcat, in factum aget, *dict. §. final. l. qui ſeruandarum,* ſi dolo malo autem idipſum faciet, ad exhibendum, *l. Iulianus 9. §. glans, ad exhibend. lib. 10. Cod. titul. 4.* vel ſi in alieno aliena iniuria matura depaſtus eſt, datur actio vtilis legis Aquiliæ, id eſt, non ex verbis, ſed ex ſententia legis Aquiliæ, *l. final. de l. Aquil. lib. 3. C. titul. 35.* hic propria tractatio paſcuorum. ¶ Paſcua namque di- 3

Digitized by Google

cuntur, vbi animalia pasci solent, sicque saltus, sylua, pascua, *l. Sylua cædua, §. final. de verborum significat. l. si duo ita, §. plane, solut. matrimon. 1. & tot. titul de pasc. publ. vel priua. libr. 11. C.* Sunt & huiusmodi prata vel campi pascua, & dumeta loca videlicet dumis seu vepribus & sentis obsita, vt ait Virgilius,

Trecentum vinces tondent dumeta iuuenci.

4 ¶ In † hac seruitute & cetera quæ in aliis consideranda vt modus concessionis, pacta, ne nimium noceatur, & hic de similibus. Et num sit vniuersitati habitantium debita, *vt in l. testatrix, 20. §. plures. si ser. vind.* vel quibusdam tantum priuatis. Aliaque pleraque quæ notabilia & quotidiana sunt, de quibus tractaui abunde, dum de publicis rebus ago, *supra lib. 3. c. 15. c. de bonis patrimonialibus principis & fascus.* Quæ hic non transcribam.

De Seruitutibus aliis rusticorum. Cap. 20.

1 *De Seruitute, Arenæ fodiendæ, Calcu coquendæ, Cretæ eximendæ. quando hæc sint seruitutes prædiales, & quando personales, &c.*
2 *Creta quid.*
3 *Calx quid. & ex quibus fiat.*
4 *Aliæ seruitutes rusticæ, boues quibus fundus colitur in vicino prædio pascere: fructus in vicinam villam cogere, pedamenta ex vicini agro tollere: terram vel lapides in fundum vicini iacere, altius tollere: per prætorium vicini transire, &c.*

1 ALiæ † sunt etiam seruitutes pro vtilitate prædiorum domi nantium institutæ, arenæ fodiendæ, & calcis coquendæ in prædio alieno, *l. 1. §. penultim. de seruitut. rustic. prædior. §. inter rusticorum, de seruitut.* cretæ eximendæ, quæ constitui possunt iure seruitutis rusticanæ, in quantum exigit solum vtilitas fundi dominantis, puta ad opera fructuum colligendorum caussa facienda, vel ad villulam ea caussa ædificandam, & ad similia, non vltra, ad vendendum vel transferendum: Nam si hoc concedatur alia erit seruitus personalis vsusfructus vel vsus, vel ius aliud: veluti si quis figulinas habens, cretæ eximendæ ius habeat, vel dolia inde facta vendat, quæ recte explicant Vlpian. & Paul. *in l. ergo, 5. & l. veluti, 6. de seruit rustic. prædior.* Possunt enim *lapidicina*, vel *creta fodinæ*, & *Fornaces* calcis prouentui esse domino prædij, qui alio iure in alios quam seruitutis transferre potest. *vt in l. diuortio, §. si vir in fundo, solut. matrimon.* Et possunt conduci Salinæ, arenæ, cretifodinæ vt metallifodinæ, *l. sed & hi, 13. de publ. & vectig. libr. 39. P. tit. 4.* & cotoriæ, *in l. Cæsar. 15. eod.*

¶ Cretam † esse speciem terræ dixit Varro *libr. 1. de re rustic.*
2 *cap. 9.* & terrã ab admixtis dici aut cretosam, aut glareosam &c. id est, cum creta vel glarea mixtam. Esq; creta terra tenax qua vtuntur figuli, quam nonnulli vocant argillam, *Columel. libr. 3. de re rustic. cap. 11.* A Creta insula, quæ illa terra abũdat, dicta: quamuis & multæ eius terræ sint participes regiones. Vnde & diuersorum colorum adferuntur hodie, picturis & aliis rebus sub seruientes: vt *cimolia, sardia, ombrica*, saxum argentaria, de quibus & carum vsu Plinius *lib. 35. c. 17. & c. 6.*

¶ Calx † ex lapidibus in fornace concoctis fit, potissimum
3 ex lapidibus albis non variis nec duris effossis, qui meliores ad id opus, quam ex ripis fluminum collecti, *Plin. lib. 36. cap. 23.* fit & in India hodie ex ostreis & buccinorum crustaceorum testis, *Amat. Lusita in comment. in Dioscorid. lib. 5. enarrat. 9.* vtriusque modi opificium describit Dioscorides *lib. 5. cap. περὶ ἀσβέστου, cap. 133. de calce viua.*

4 ¶ Nerarius † addit *in l. 2. de seruit. rustic.* etiam alias seruitutes rusticas, licere altius tollere, & officere prædio vicini, vel cloacam licere habere, *quia & seruitus, l. ius cloacæ, 7. de seruit. tit. generali, quid cloaca, in l. 1. §. 1. de cloac. locus concauus per quem columnies quadam fluat*, per vicini domum vel prætorium, vel protectum habere. Item *l. 3. de seruit. rustic* posse & ita seruitutes imponi, vt & boues per quos fundus colitur, in vicino agro pascantur: vt fructus in vicini villa cogantur, coactique habeantur: & vt *pedamenta* ad vineam ex vicini prædio sumantur item vicino, cuius lapidicinæ fundo tuo immineant, posse te concedere, ius ei esse terram in fundum iacere, saxaque imposita habere, & in tuum lapides prouoluantur, ibique positi habeantur, indeve exportentur. Ceterum illæ seruitutes particulari non egent enuclea
tione quando iam satis earum substantia & iura possint ex his, quæ de vrbanis & rusticis aliis diximus, intelligi. Sicuti si lapidicinæ in tuo agro sunt, seruitus constituta de illis eximendis habet eandem tractationem: nam sine consuetudine vel seruitute, ius nõ est inuito prædij domino, cedere, *l. venditor, 15. §. si constat, commun prædior P.*

De Constitutione Seruitutum. Cap. 21

1 *In constitutione seruitum res, persona, modus constituendi considerantur, & quomodo ad prædium habere debet, qui debet, & qui habet seruitutem prædiorum: futura seruitus promitti potest, verum statim non debita, &c.*
2 *Rebus publicis priuatus nemo imponit seruitutem.*
3 *Rei propriæ seruitus impons potest, non sacræ, non religiosæ.*
4 *Personæ quæ in seruitute acquirenda vel concedenda exiguntur, debent esse domini prædiorum.*
5 *Modi constituendæ seruitutes tot, quot acquiritur vsusfructus: & quomodo lege publica, & priuata, & pactis constituatur & patientia.*
6 *Quomodo antiquitate constituantur seruitutes, seu de præscriptione seruitutum.*
7 *Ex rerum consequentia constitutæ seruitutes.*
8 *Modus vtendi seruitute à domino tantum & paciscentibus constitui potest.*
9 *Seruitutes quædam prædiales reales, ne, nisi ex æquitate, ex tempore, ad tempusve constitutæ sustineantur: prædiales personales quoque iure ipso.*
10 *Ab vno ex dominis communis rei seruitus quomodo imponi non possit.*

QVia quædam † superioribus seruitutibus communia sunt, 1
& sæpius eadem repetere cogeremur, ea in communem quandam tractationem reiicienda censui. Proinde de constitutione seruitutum, debitq; de actionibus, quæ pro seruitutibus competunt, & postremo de earum extinctione & fine in vniuersum agenduni est. Itaque in constituenda seruitute res, personas, & modum constituendi perpendi debere abitror. Res in quibus constituitur seruitus & quibus constituitur vel quæritur considera. Nam sine prædiis seruitutes prædiales constitui non possunt. Et nemo potest seruitutem acquirere vel vbani, vel rustici prædij, nisi qui prædium habet: nec quisquã debere, nisi qui prædium habet, *Vlp. in l. 1 comm prædio. lib. 8. P. titul. 4. §. ideo de seruit. ap. Iust.* atque ideo prædia sequuntur *l cum fundus 13. com-* 4
mun. prædio. Quamuis qui fundum non habet promittere possit, *l. heredes eius. 26. §. an ea fami. erciscun lib. 10. tit. 2.* sed ideo non debet, vt alius sibi acquirat: aliud enim est tradere vel dare, quod traditionibus & patientia fit: aliud obligari ad dandum, in quo consistit obligationum tantum substantia, *l. obligationum substantia, de actio.* Sic futuro ædificio acquiri vel imponi seruitus potest, *l. si seruitus, 22. §. fin. de seruit. vrban. prædio.* Ita & futuræ nondum inuentæ aquæ ducendæ seruitus constitui potest, *l. Labeo. 10. de seruit. rustic. præd. l. pen. & si ser. vindi. in P.* Verum non sequitur statim deberi, sed solum ædificio facto, vel aqua inuenta. Nec statim, vt seruitus promissa est, fit mea. *l. existimo, 98. de verbo. oblig. P.* quando rebus non existentibus, quibus vel à quibus deberi potest, fit promissio. Quia ea conditionalis sua natura est, si res sit: & qui debet sub conditione, quamuis ei cui debetur ratione spei creditor sit, *l. is cui sub condutione, de actio. P.* tamen qui promisit vere debitor non est, quia potest conditio non impleri. Et ideo sub conditione debitum per errorem solutum, pendente conditione repetitur, vt tunc indebitum, *l sub conditione 16. de condic. indeb. lib. 12. P. tit. 6. l Grace, § fin. de pignor. in P.* Habemus exemplum valde conueniens in stipulatione dotis caussa facta: nam dos ante nuptias male petitur, quasi hoc expressum fuisset, & nuptiis non secutis, ipso iure euanescit stipulatio, *l. 4. §. huius rei. de pact. libr. 2. P. titul. 14.* quia ipsa promissio habeat in se conditionem si nuptiæ fuerint sequutæ, *l. plerunque, §. si ante, & l. stipulationem de iur. dot. P.* Et ideo non potest dici debitum vere ante conditionem, quia nec agi potest, *l. cedere, de verborum signifie.* ¶ Deinde † considero prædia esse debere priuata: nam publicis imponere non potest priuatus seruitutem, 2
veluti vt ex flumine vel castello publico hauriat, quamuis eius longa possessio aliquo modo sustineatur, *l. 2. commun. prædior. titul. 4. libr. 8.* Idipsum, si posita sit seruitus ne piscari liceat in mari cui nulla imponi seruitus potest, *l. venditor fundi, 14. comm. prædior in P.* ¶ Neque † in re propria quis sibi constituit seruitu- 3
tem, cum res sua nemini seruiat, *l. vti frui. 5. si vsusfruct. petat. libr. 7. P. titul. 6. l. in re communi, de seruitut. rustic. prædior. l. cum in fundo, de iur. dot. l. quicquid, 11. comm. prædio.* vt nec acquirere quis potest alienis ædibus, *Vlpian. in l. si quis duas ædes, 6. §. 1. comm. prædior.* nec per sacrum locum religiosum, vel sanctum, potest seruitus deberi *l. seruitutes, 14. §. fi. de seruit. tit generalis, l. si prius. 17. §. sed loco, de aq. plu. arcen. lib. 9. P. tit. 3.* ¶ In personis † considera- 4
mus generaliter idoneas ad res suas tractandas, iuraque sua cedenda: vt quemadmodum reliqua bona libere possunt distrahere & quærere, sic & in his quærendis vel amittendis seruitutibus statuamus per eandem libertatem administrationis bonorum propriorum *l. in re mandata, l. manda. l sed & si lege, §. consulunt, de peti. hered. l. 1. de leg. fus. Can. tollend. cum simil lib* Debet igitur esse dominus plene fundi, qui imponit vel qui acquirit seruitutem: siquidem imponi alienis non potest, *l. si quis duas §. 1. com. prædio. P* vt nec maritus fundo dotali, *l. Iulianus 5. & l. eq. de fundo dotali. 23. P. tit. 5.* possit imponere nec proprietarius fundo vsufructuario, nec vsufructuarius. *l. sed & si quid, 19. §. sed neque seruitutem, de vsufr. & quead. quis vta.* sal ẽ vt nocere possint aliis. Sic vasallus & emphyteota quidẽ seruitutẽ feudo ac fundo emphyteoticario recte imponũt, & quandiu possidẽt hoc iure valet *Pet. Iacobi in sua pract. tit. de actio in rem pro re emphyteoticaria. Floria. & Paul. Cast. in l. 3. de seruit. in P. & l. 3. C. eod. Boer. q. 181. n. 1.* at si redit ad do-

minum

Digitized by Google

minũ feudũ,vel res emphyteoticaria,iure dominij,prælationis vel commissi exstinguitur seruitus: secus si ad eum tanquam ad priuatam veniat,*Petrus de bella Pertic.in l.3.de seruit.*P.*Guid.Pap. q.575.qui ita iudicatum tradit,&* *Boer.d.q.181. numer.6.&* 7. Potest arbiter in iudicio communi diuidundo constitutus, si regionibus fundum non vectigalem diuisum duobus adiudicauerit, quasi in duobus fundi seruitutem imponere, *l.communi diuidundo,7.§.Neratius,commun.diuidund.l.item Labeo,23. Versicul. sed &* re
5 *gionibus, famil.erciscund.P.* ¶ Ceterum † modi constituendi seruitutes tot sunt,quot acquiritur vsusfructus, *l.via,iter, 5.de seruitut.l.tertia,de vsufruct.§ final.eod.ap.Iustin.* de quibus in vsufructu dictum.Constituuntur itaque loci natura,lege & vetustate,consuetudine,*l.1.§ final.&* *l.2.de aqua pluu.*de natura loci paulo ante diximus:& de lege,quæ publica & priuata, *supra cum de seruitute excipiendi aquam egimus, cap.* 17. Continetur itaque priuatæ legis nomine constitutio seruitutis facta in testamento, cum heres per damnationem,quæ est legati species,*§.1.de lega.Paul. lib.3.recept.sentent.titul.6. Vlpian.in titul.24.* iubetur seruitutem alicui dare,vel concedere,vel pati eam,*§ final.de seruitut.l.potest, 17.commun.prad.P.* Est enim testamentum lex priuata,*§.disponat, de nupt.in authentic.* Cuiusmodi & sunt pacta conuenta & stipulationes, *l. legem quam dixisti, de pact. Cod. 1. §. si conueniat,depos.* quibus & constituitur seruitus,*§.final de seruit.l.heredes eius, 26.§. an ea, famil.erciscund. P.l.existimo, 98. de verborum obligat.* Sed & potissimum patientia domini,cuius prędium seruitutem debet, quæ realis constitutio est.*l.3.de vsufruct.l.1.de seruitut. rustic.prę-*
6 *dio.l.3.§. si iter,2.de action. emt.in P.* ¶ In antiquitatis † caussa, & præscriptiones, longusve vsus, & consuetudo considerantur. Seruitutes quæ in superficie consistunt possessione retinentur: nam si forte ex ædibus meis in ædes tuas tignum immissum habuero,hoc vt immissum habeam,per caussam tigni possideo habendi consuetudinem,*l.seruitutes quæ in superficie,19.de seruit.vrbanor.prædior.*Et si quis diuturno iure,& longa quasi possessione ius aquæ ducendæ nactus sit, non est ei necesse docere de iure, quo aqua constituta est:veluti ex legato,vel alio modo:sed vtilem habet actionem, vt ostendat per annos forte tot se non vi, non clam,non precario possedisse, *Vlpian.in l.si quis diuturno,l. eod.si seruit.vind.libr.8.P.titul 5.* Et si agri lex non inueniatur,vetustas vicem legis obtinebit: Et in seruitutibus hoc idem sequimur,vt vbi seruitus non inuenitur imposita,aut quandiu quis vsus sit seruitute,neque vi neque clam neque precario,is habuisse longam consuetudinem,& veluti iure impositam seruitutem videatur,*l.1.6.fi.de aqua plu.arc. lib.*39.P.*tit.*3. Et Scævola respondit, solere eos qui iuri dicendo præsunt tueri aquæductus, quibus auctoritatem vetustas daret, tametsi ius non probaretur, *l. fin.eod.de aqua.*Et Pomponius ductum aquæ,cuius origo memoriam excessisset,iuris constituti loco haberi,*l. 3. §.ductus aquæ,de aqua quot.lib.*43.P. *tit.* 19. Antoninus quoque Cæsar longitudinem temporis vicem seruitutis habere voluit, *l. 1. C.de seruit.& aqua,lib. 3.tit.*33.Et hæc referenda sunt ad prærogatiuam temporis,non impugnatam, id est, quæ auctoritatem habeat citra malæ fidei suspicionem,vtpote vsu continuato præsente & patiente domino,qui constituisse ita censetur à lege.Nec verisimile enim est in seruitutibus vel iuribus, quæ habent vsum continuũ, vbi aliud non docetur, scilicet de precario, vel vi, vel clandestino vsu,dominum passum fuisse sine voluntate vsum vicini: & ita ductus aquæ,& tigni immissio, quæ vsum habent continuũ, per temporis prærogatiuam, recte sibi constitutionem seruitutis arrogant,patiente domino & sciente,exemplo rerum immobilium,*l.2.& l.si manifeste 7. de seruit.& aqua,C.* In aliis autem seruitutibus., quæ non continuum vsum sed interpolatum habẽt, ex quo domini patientia arguiꝝ non potest, certe aliud statuendum censeo, vt & titulus & bona fides & possessio prædij cui adhæret seruitus, exigatur: nec per se seruitutes vtpote incorporales vsucapi posse,*l.seruitutes,14.de seruitut. l.seruus.§. 1. de acquir.rer.dom.*at cum prædiis præscribi iure ciuili,*l.si aliena,§.1. de vsuc. si habent inquiunt Doctores continuatam caussam: si non habent immemorabili tempore.Ioan.Fab.in §.aque,de actio. num.* 10.*&* *ibi Angel.7.col.Doctores in l 2.C.de seruit. Feli.in ca.de quarta,col.* 15.*de præscrip.*longo tempore 10.annorum inter præsentes, & viginti inter absentes cum bona fide & titulo ita clarum puto, vt non opus sit tot interpretum commentariis & ambiguitatibus, ex Iustiniani expressa decisione. Is enim cum de præscriptione longi temporis agit,idem obseruari nominatim statuit,non tantum si res soli sint, sed etiam si sint incorporales, quæ in iure consistũt,veluti vsusfructus,& reliquæ seruitutes, *Iust.in l. fin. in final.verbis,de præscr.long.temp.lib.7.C.tit.*33. dummodo quis iure seruitutis vsus sit,& ab eo tempore quo ita vsus non aliter,*l.fin. de itin.actu.priua.2.C.de seruit.tit.generali.*& aduersario sciente.Recordari tamen oportet eorum, quæ dixi in seruitute vrbana luminum,præscriptionem ex generali consuetudine Gallię,luminum vel fenestratum non fieri sine titulo, per quantumcunque fuerint tempus vsurpatæ. Quia genera lis est præscriptionum regula, vt cum possessione vel quasi possessione, qualis in seruitutibus,*l.si quis diuturno, si seruitus vind.l. quoties*, 20. *de seruit. tit. generali.sta intelligenda.l.2.comm. prædio.*P.*l.2.de precar.* quæ non possidentur, *d. l. seruitutes,*14.*de seruit. l. seruus, §. incorporales, de acqui.rer.domi.* interueniat bona fides, *c.vigilanti,de præscri. expresse in l.fin.quemad.seruit.amitt.lib.*8. P.*tit.6.l.fin.de itin. actu priuat: in* P.& titulus, vt etiam exemplo rerum immobilium seruitutes præscribi voluit Iustinianus,*d.l. fin. C.de præscrip long.tempor.* in quibus titulus exigitur,*l.nullo,C.de rei vind. l. longa, & l.diuturna; de præscrip. longi temp. C.* Atque recepta interpretum sententia ex auctoritate Vlpiani, vtentem seruitute non cogi ostendere titulum, *Vlpia.in l.si quis diuturno vsu si seruit. vindic.* Quod tamen ego verum non existimo præterquam in his, quæ vsum continuum habent,vt in aquæductu quotidiano, de quo meminit Vlpianus.Porro in aliis quibus non inest continuus vsus, arbitror edendum esse titulum, ex quo & bona fides præsumitur, etiam si sit minus sufficiens,*l.pen. de exact. lib.8.C.tit.45.c.1.de præscrip.in* 6. nisi improba possessio præcesserit, *l.improba,* 7. *de acquir.poss.lib.7.C.tit.*32. Pro titulo tamen erit,si dominus prædij seruientis puta pascui, aliquid acceperit pro iure pascendi, & tunc sufficit decem annorum præscriptio, cum illud pro titulo *l.venditor,§ si constat,commu.prad.* Qui si non adsit etiam in pascuis vsucapiendis, quæ continuam caussam non habent sine ope hominum, requiritur centum annorum & immemorialis possessio,& ita iudicatur, *Papus,lib. 14.resp.sod. are.tit.1. arestо 4.&* 5.6.7. ¶ Constituuntur † præterea ex consequentia seruitutes: 7
vt si quis haustum aquæ concedat, consequenter videtur iter ad hauriendum concedere,*l.3.§.final.de seruitut.rustic.* vsufructu legato,& iter ad vtendum legatum censetur,*l.bonæ ædes 9. de seruit.verba.prædio.l.damnas,de vsufru.leg.l.seruum filij, § vit.de leg.1.*Et hæc quæ diximus, constitutionis partem vnam explicant seruitutum:alia autem quædam ad modum constitutionis pertinent: ¶ Qua in parte,primum animaduertendum est, à domino solo 8
modum procul dubio imponi posse, quem pepigerint constituentes, vel qui placuerit testatori, vel qui per vsum retentus est: veluti quo genere vehiculi agatur,quod pondus deferatur, quæ res vehantur,qua hora & tempore quis vtatur,*l.4.§.1.& l. via,3.§.1.de seruitut.tit. generali,l.cum constet,5.de aqua quotid. & astiu.*Vt in certa tantum parte fundi seruitus imponatur, *l.ad certam,6.de seruitu.l.si sic,7.quemad.seruit.amitt.*Diuidi enim per modum res,qua vtimur,potest,quamuis ius indiuiduum sit, *l. via,5. §.vsus eius via itinerus,l.17.de seruitu.titu.generali.* ¶ Veruntamen 9
seruitutes † constitui debent pure prædiales: Quia hæ prædiales ipso iure, nec ex tempore,neque ad tempus, neque sub cõditione, neque ad certam conditionem, verbi gratia, quandiu volam,constitui possunt.Sed si hæc adiiciantur,per pacti vel doli exceptionem occurretur, contra placitum seruitutem vindicanti,*l.4. de seruit.tit.generali.* Quia & alij actus,in quibus stricto iure deficimur,æquitate sustinentur, *l.2. §. item Varus, de aqua plu.arc.lib.*39.P.*tit.*5. In personalibus & hæc licet iure ipso, vt in vsufructu & vsu,*l.4.de vsufr.l.& puto,§.vsusfructus, famil.erciscun. §.1.de vsu & habita.* ¶ Quod † si plures domini & locij vnius rei 10
sint,nec constitutio seruitutis,nec modus ab vno ex illis apponi potest in re communi pro indiuiso,*l.2.de seruit.tit.generali,l.vnus ex sociis 34.de seruit.rustic.* Nec licet vni soli quicquam agere,potissimum quo res deterior communis reddatur inuito socio, *l. parietem,& l.in re communi,de seru.*Urb. habetque socius ius prohibendi facientem,*l.Sabinus,commu.diuid.*P *l.de pupillo,§ si plurium, de nou.ope.nuntia.*P.*l.in concedendo, & l.si autem, de aqua pluu. arcen.*Nec potest seruitus in parte prædij subsistere,id est, pro parte seruitus non dicitur concedi,*l pro parte,de seruit.* nec stipulationes vel pacta earũ rerum diuiduntur,quæ sua natura diuisionem non recipiunt,*l.stipulationes non diuiduntur, de verb.obl.* Indiuidua autem est seruitus, & tota in toto demonstrato seruiente prædio,& tota in qualibet eius demonstrati parte esse dicitur, *l.via,§.fin.de seruit.rust.prædio.* Adde quod re existente communi pro indiuiso,vnus ex sociis etsi dominus dicatur, tamen cõmunitatis ratione & indiuisi rem socij quoque inuenies esse,si contra constituentem pro alio socio rationem illam contorqueas, quod commune est,meum est.*l. serui electione,§ pen.& fi. de leg.1. l.illud,de iur.dot.*P. Et proinde sicuti in re aliena quis constituere seruitutem non potest. *l. si quis duas ædes, 6.§.1.commun.prædio. P.* Sic nec in re communi,quæ loquente socio sua dici potest, non poterit constitui.Si tamen res seruitutis diuidi possit,& vnus ex sociis diuisæ parti imponere potest: at tunc non communi, sed suæ absolute imponere videtur. ita vsusfructus pars cõcedi potest & constitui,qua res illa diuidua,*l.serui,vsufruct. quemadm. cauea. §.de vsufruct.l.1.§.si vsusfructus,ad l. Falc. in P.* Et ita diuiso fundo vel vnius existente, & ad certam partem constitui potest seruitus,*l.ad certam,de seruit.in P.* Proinde quando fundus pluribus communis est,qui vult seruitutem in illo acquirere,à singulis quidem seorsum impetrare potest, sed tunc non est debita, quamdiu vnius consensus adhuc superest:quamobrem & inutilis eo prohibente concessio,& ea consentiente aliæ cõcessiones, quæ interim illi inutiles erant,ratæ fiunt. Et sic non ab vno ex dominis,sed ab omnibus dicitur imposita,*l per fundum,de ser.rust. prædio.l fin.commu.prædio.*P. Sicut & iure, actus pendentes alio actu firmari possunt.*l.donationes quas parentes, de d.nat. inter vir. & vxo.C.l.fi.C.si maior factꝰ.al.rat.hab.* Et dignus quidem est dominus,vt consulatur,dum de sua re agitur,cum sua interfit, *l. de vnoquoque, de re iudica. 2. de his qui sunt sui vel alieni iur. l. item*

Digitized by Google

quæritur,14.§ si nauicularius,loca.libr.19.P.tit. 2. imo nec in melio-
rem ſtatum eo inuito res eius ab alio reduci poteſt. *l. fin. de Vſu*
& habit. in P.cum ſimilib.ibi nota. Et ideo communi fundo pro
indiuiſo, *l.ſi vnus,de ſeruit.ruſtic.prædior.l.proprium, commun. præd.*
2.ab vno ex ſocijs altero inconſulto vel inuito acquiri nō poteſt
ſeruitus,*l.ſtipulatio iſta,§.alteri,verb.obligat.§.alteri,de inutil. ſtipul.*
Quod aliunde etiam habet rationem,quod alteri nemo ſtipulari
poſſit,neque acquirere alienis ædibus ſeruitutem.*l.ſi quis duas,6.*
§.1.commun.præd. Nec ad rem facit, quod res quæ pro indiuiſo
communis eſt,poſſit pignori dari,*l.vni,ſi commu.res pigno. dat. ſit,*
*lib.8.C.tit.21.l.2.comm.diuid.*nam longe diuerſa cauſſa iuris pigno
ris eſt,quod non niſi partem pro diuiſo in exſecutione reſpicit
ſocij debitoris,remanente intacto iure alterius ſocij.Hoc autem
non poteſt fieri in ſeruitute,quæ afficit totum prædium , & per
totum diffuſa cenſetur,& minuit vtilitatem prædij, vt in finitio-
ne docuimus ſeruitutis:quod non facit pignus.*d.l.1.§. ſi commun.*
res pign.dat ſit. Et ſuum ius poteſt ſocius quidem vendere, lega-
re,donare:at ſocij ius lædere non poteſt,nec in melius reducere,
nec reficere,niſi communi nomine,*l.falſo,C.de commu.rer.alienat.*
*l.ſi ſocius.ſi cert.petat.*quo caſu ſi neceſſario faciat, & à ſocio im-
penſas repetit,vel ſi is intra quatuor menſes contumax ſit im-
penſas reſtituendi,in ſolidum ſibi rem communem retinet. *l.ſi*
fratres,§.idem reſpondit ſocius,pro ſoc.in P.l.ſi ædes,comm.diuid.in P.
l.ſi vt proponis,4.de ædific.priu.lib.8.C.tit.10.

De Actionibus pro ſeruitutibus introductis.

Cap.22.

1 *Pro ſeruitutibus actiones in rem negatoria & confeſſoria, & quibus*
competant.
2 *Qui poſſeſſor vel quaſi in ſeruitutibus dicatur,ex contendentibus.*
3 *Poſſeſſionis commodum poſſidenti.*
4 *Quis poſſeſſor in ſeruitutib.dicatur Item num.7.*
5 *Quomodo qui prætendit ſeruitutem,nuntiando ſe facit poſſeſſorem,& poſſeſſionem retinet.*
6 *Seruitutibus in ruſticis , nuntiatio noui operis an locum habeat.*
7 *Poſſeſſio vel quaſi,ex quo actu inducatur.*
8 *Forma libelli pro confeſſoria.*
8 *Quis vti poſſunt his actionibus,negatoria & confeſſoria.*
10 *Et aduerſus quos.*
11 *Effectus harum actionum qui.*
12 *Vtile interdictum , & Vti poſſidetis , pro ſeruitutibus quando detur.*
13 *Alia interdicta quæ pro poſſeſſione ſeruitutum conſeruanda competunt.*

1 PRo ſeruitutibus,† inquit Vlpianus.*l.2.ſi ſeruit.vind.libr.8.P.tit.*
5.§.æque de actio.ap.Iuſt.in rem actiones competunt nobis, ad e-
xemplum earum quæ ad Vſumfructum pertinent, tam confeſſoria quam
negatoria. Confeſſoria , ei qui ſeruitutem ſibi competere contendit.
Negatoria , domino , qui negat : has autem in rem actio confeſſoria,
nulli alij quam domino fundi competit. Seruitutem enim nemo alius
vindicare poteſt,quam is,qui dominium in fundo vicino habet, cui ſer-
2 *uitutem dicit deberi.* ¶ *In† ſeruitutib.illud ſingulare,poſſeſſorem , id eſt,*
quaſi poſſeſſorem eundem eſſe iuris ac petitorem. Et ſi forte non ha-
beam ædificium altius in meo,aduerſarius meus poſſeſſor eſt,nam cum ni-
hil ſit innouatum,ille poſſidet & ædificantem prohibere poteſt ; & ciuili
actione,id eſt,confeſſoria,& interdicto quod vi aut clam. Idem eſt & ſi
lapilli iactu impediuerit. Sed ſi patiente eo ædificauero,ego poſſeſſor ero
effectus.l.etſi forte,6.§.ſciendum tamen , ſi ſeruit. vind. Quæ verba
totam euoluunt difficilem agendi tractationem , & valde conſi-
deranda ſunt propter commodum poſſeſſorij.

3 ¶ Siquidem† qui poſſidet, à multis releuatur, quibus petitor:
& qui non poſſidet , oneratur.Et longe commodius eſt poſſide-
re,quam petere:quia ſi actor non poterit probare , remanet in
ſuo loco poſſeſſio,& pro poſſeſſore iudicatur, obſcura exiſtente
intentione actoris.*§.retinenda,& § commodum,de interd.l.qui accu-*
*ſare,C.de edend.l.res,*C.*de rei vindic. l.Vti fruſi,ſi vſusfruct.peta.* Nec
cogitur poſſeſſor ab eo qui expetit dicere titulum poſſeſſionis
ſuæ.*l.cogi,11.de petit.hered.lib.3.Cod.tit.31.l.poſſeſſiones,Cod.de proba.*
*l.exſtat decretum,de iur.fiſci.*Imo , vt clarius Diocletian. & Maxi-
minian.ſtatuunt,*res alienas poſſidens , licet nullam tenendi cauſſam*
iuſtam habeat,non niſi ſuam intentionem implenti reſtituere cogitur. l. ſi.
4 C.*de rei vindica.lib.3.C.tit.32.* ¶ Quocirca† vtiliſſimum eſt in
ſeruitutibus annotaſſe quis poſſeſſor ſit:ideo obſeruandum ciui-
li actione confeſſoria vel negatoria agentem , non minuere ſibi
ius poſſeſſionis,dummodo caute concipiatur libellus. Sicque
Vlpianus ſcribit,*l.ſicuti,8.§.ſed ſi quæratur.ſi ſeruit.vind.in P.ſi quæ-*
ratur quis poſſeſſoris partes ſuſtineat,ſciendum eſt poſſeſſoris partes ſu-
ſtinere,ſiquidem tigna immiſſa ſunt.eum qui ſeruitutem ſibi deberi ait:ſi
vero immiſſa non ſunt,eum qui negat. Et ſiquidem is obtinuerit , qui
ſeruitutem ſibi defendit , non debet ei ſeruitus cedi,ſiue recte pronuntia-
tum eſt,quia habet : ſiue perperam,quia per ſententiam non debet ſerui-
tus conſtitui,ſed quæ eſt,declarari.

¶ Reſtitui† tamen amiſſa poſt litem conteſtatam poteſt.Qui 5
retinere quaſi poſſeſſionem ſeruitutis vrbanæ vult, ædificāte vel
contra poſſeſſionis ius aliquid aduerſario faciente,recte & con-
ſultius facit nuntiatione noui operis , *l.inter ſeruitutes, 14. §.fin.*
de ſeruit.vrban.prad.l.etſi forte,§.1.*& fin.ſi ſeruit.vendic.* quæ fit per
iactum lapilli:nam aliæ nuntiationes conſtituerent aduerſarium
poſſeſſorem.*l.de pupillo,§.meminiſſe,de ope.no.nuntiat.l.etſi forte,§.1.*
ſi ſeruit.vindic.

¶ In† ruſticis tamen ſeruitutibus, vtendum eſt confeſſoria, 6
vel negatoria.Nam ſi quis in via ſibi debita ædificat, opus nouū
nuntiando,nihil agit:ſed vindicare ſeruitutē nō prohibetur.*l.qui*
*viam,14 de oper.no.nunt.lib.39.P.tit.1.*Et hæc eſt ſententia interpre-
tum,opus nouum nuntiari non poſſe in ruſticis,in vrbanis poſſe,
gl.in l.& ſi forte,§.ſciendum,in verb.lapilli,ſi ſeruit.Gand.gl.in d. l. qui
*viam,in verb.agit.in l.in iudicio,in verb.nuntiare,fa.erciſ.*Idque me-
tu contrarij,leg. viā,de oper.noui nuntiat.in P. Quod ſi agatur
tamen inter dominos rerum de iure , de diuidendis rebus com-
munibus,tunc & pro iuribus prædiorum inter eos tantum , nun-
tiatio locum habet.Sic & Pomponius generaliter loquitur,in iu-
dicio familiæ erciſcundæ vel communi diuidundo,ſi dum res in
arbitrio ſit,de iure prædij controuerſia ſit:placet omnes eos,in-
ter quos arbiter ſumtus ſit,& agere , & opus nouum nuntiare
pro ſua quemque parte poſſe. *l.in iudicio,48.famil. erciſc. libr.*
10.P.*tit.*2.In perſonalibus vt vſufructu,ſuo quidem nomine nun-
tiare non poteſt opus nouum vſufructuarius , verum poteſt pro-
curatorio nomine,vt in rem ſuam procurator.*d.l. 1. §. fin. de oper.*
no.nunt.in P.*cum ſimil.ibi notat.* ¶ Ange.† in quæſtione quan- 7
do quis dicatur in poſſeſſione vel quaſi poſſeſſione iuris ſeruitu-
tis diſtinguit,*Angel.Areti.in tit.de actio.§.æque,num.21.* vt in ſer-
uitutibus negatiuis,vt altius non tollendi , acquiratur poſſeſſio
per vnicam prohibitionem cum patientia aduerſarij: vt ſi quan-
do voluit ædes ſuas depreſſas tollere,& prohibitus eſt ab eo.Nā
ante prohibitionem,etſi per mille annos depreſſæ vel humiles
ſtarent domus,tamen libertas tollendi ademta non cenſetur.*l.*
altius,& ibi inter.& glo.C.de ſeruit.l.qui luminibus, & ibi gloſſ. Bart.
& Floria.de ſeruit.vrb.prædio. In affirmatiuis autem , vt quod li-
ceat agere,ire,&c.conſiderandum dicit modum vtendi : an quis
vtatur iure facultatis tantum conceſſæ:vt permitto tibi ire per
fundum meum,& tunc tamdiu durat facultas,quamdiu non pro
hibetur,*l.diuus,iuncta gloſſ de ſeruit.ruſtic.prædior.*aut vſus non eſt
per modum facultatis,vt ſi quis ducat aquam per fundum tuū,
vel quod quis ſit in concilio generali,vel quod quis ſit in quaſi
poſſeſſione eligendi.Et tunc per primum actum inducitur quaſi
poſſeſſio.*l.1.in prin.& in §.qui autem,de aqua quotid. & eſtiu. Bart.*
*& alij in l.1.*C.*de ſeruit.Bald.l.2.C.eo.tit.*

¶ Libellum† in confeſſoria componit Ioannes Faber,*in d.§.* 8
*æque,in 8.quæſt.num.16.*fundo meo fundus Titij debet ſeruitutem
eundi,agendi:cum vti vellem ſecundum indigentiam rei,idem
Titius me impediuit vti ſeruitute:quare peto pronuntiari ſerui-
tutem fundo meo deberi & competere,quo pronuntiato ab im-
pedimento domine iudex cum quieſcere facias , cogaſque cauc-
re , ne in futurum impediat.Et quia damnum paſſus ſuo eo im-
pedimento,in centum aureis,pro damno eum condemnes. *pro-*
batur libellus,in l.ſicuti,§.ſi quæratur,& l.Ægydius,& l. harum.l. loci,
§.1.*& l.etſi forte,§.fin.ſi ſeruit.vind.*

¶ Vtuntur† iſtis actionibus, vt diximus , ij, quorum prædia 9
ſunt ſeruientia & dominantia,non alij.*l.1.l.2.§. hac autem. & l.4.*
§.competit.ſi ſeruit.vind. niſi ſint hæredes dominorum ſtipulan-
tium,qui & agunt,*l.2.§.ex his igitur,verſi.ex quo quidem , de verbo.*
*oblig.libr.45.*P.*tit.1.*vt emtores prædiorum eorumve heredes. *l.*
*cum fundo , 36.& l.4.de ſeruit.ruſtic.prædio.*P.*l.teſtatrix,20.§.1. ſi ſeru-*
*it. vind.*Vtiles autem actiones harum directarum dantur , nun-
tiatioque noui operis etiam creditoribus , qui fundos poſſident,
& emphyteotis qui vectigales habent agros.*l.ex qui pignori, 16.de*
*ſeruit.tit.generali,l.creditores.9.de oper.no.nuntiat.l.39.*P.*tit.1. Vlpianus l.*
*1.§.fin.de remiſſio.libr.43.*P.*tit.24.* Datur & vtilis in rem ſuperfi-
ciario,& nuntiatio,*l.3.§.ſi ego ſuperfi.iarius,de no.oper.nuntiat.* P. i-
tem & fructuario.*l.1.§.item Iuliano , de remiſſio. l. 2. §.fin.ſi ſeruit.*
*vindic.*P.Quod ſi plures domini fundi vnius ſunt,cui ſeruitus de-
betur , quilibet ex dominis in ſolidum agere poterit,ſed in æſti-
mationem id quod intereſt veniet,ſcilicet quod eius intereſt qui
experietur:& ſi plurium ſit fundus qui ſeruit , aduerſus vnum
quemque eorum in ſolidum agi poteſt , & qui defendit ſo-
lidum reſtituere,cogitur , quia hæc res diuiſionem non recipit.
l.loci corpus,4.§.ſi fundus , ſi ſeruit.Vindic.l.via,ſtineris.17.de ſeruit.
in P.

¶ Agitur† autem his actionibus contra quemcunque impe- 10
dientem vti ſeruitute.*l.ſi quis diuturno,10.§.agi autem.ſi ſeruit.Gand.*
l.1.§. competit.Verſi.nam etſi,de aqua quotid.

¶ Perpulere† autem explicat Paul.*l harum,7. ſi ſeruit. vindic.* 11
Vt de cautione,l.legi,12.eod.tit harum actionum effectus , quorum
prior,vt victori aut res præſtetur aut cautio: ſeruitus ſcilicet vel
libertas:& caueatur ab aduerſario, nec ſe , nec ſucceſſores ſuos
prohibituros aduerſarium vel heredes eius in illis. Dehinc ſe-
cundo,vt ſi rem non præſtet,nec caueat , in tantum condemnet
aduerſarium iudex,quantum actor in litem iurauerit. *d. l. harum,*
& l.2.

Digitized by Google

& l.2 & l.in actionibus,de in litem iurand. Alius effectus,vt quod præter seruitutem aut contra ius seruitutis factum est, reuocetur ad pristinam formam,damni etiam ratione habita, *l. si quid pars aduersa,5.de seruis.C.* sumtibus facientis quoque demolito facto opere,*l altius*, 8.*& l.seq.* C.*eod.* Veniunt & fructus, nempe quanti interfit actoris.*l.loci corpus*,4. *§.in confessoria,& l.harum*, 7. *de seruit.vindi.l.& si forte*,9.*§.veniunt,eod.tit.*

12 ¶ Sunt † & alia remedia pro conseruandis seruitutibus introducta,veluti vti possidetis interdictum, quando quis prohibetur, suo qualiter velit vti,*l.sicuti*,8.*§.sed & interdictum, si seruit. vind.* P.*l.* 1.*§.vltim.de aqua plu.arcend.* vtile videlicet interdictum vti possideris,*gloss.in dict.§.sed & interdictum*, nam directum pro rebus corporalibus tantum datur. *l.1. §.hæc interdictum,uti possid.P.* & seruitutes tantum quasi possidentur.*l penult.de seruit.us* P.

13 ¶ Competunt † autem interdicta & aliæ actiones pro seruitutibus, non si de iure, sed si de facto & possessione conseruanda quæstio sit,*l.2.§ fin si seruit.vindic.*quale interdictum de itinere actuve priuato,*d.l.2.§.fin.& l.loci*,4.*§.si quis*, *versic.sed & de re fectione, si seruit. vindic.* ne quid in loco publico, & de damno infecto,*l. si quando*,17.*§. fin. si seruit.vindic. l. si fistula*, 17. *l. si quid igitur*,28.*de seruit.vrban. prædo.* in factum,*dict.l.si quando.* communi diuidundo,*l.in re communi*, 25.*de seruit. vrban.* nuntiatione noui operis,*l.inter seruitutes*,14.*§ fin. eod.tit.l.& si forte*, 6. *§. fin. si seruit.vindic.* Tutelæ actio & impuberi datur,vt quod pendente minore ætate non iure factum est,tollatur, *l. altius*, 15. *si seruis. vindic.*de dolo,*l.si eo loco*,9.*eod.l.repeti*,*§. fin: quibus modis vsusfruct. amittat.* vsusfructus vindicatio,quæ vsufructuario pro seruitute datur,*l.1. & l.*5.*§.Item,si vsusfruct.petat.lib.*7. *P. tit.*6. ex venditione facta alterius ex duabus ædibus seruitute non imposita, *l. si binarum ædium*,34.*de seruit.vrban.prædio.l.si in venditione*,7. *commun.prædio.*ex vendito vel incerti condictio,*l. si à te emero*, 16. *& l.sequitur*,20.*si seruit.vindic.*& remedium,quod aduersus latitantes inductum est, si qui prohibet seruitute vti copiam sui non faciat.*l.is cuius*,18.*si seruit.vind.* Et pro opere facto, quod vi aut clam interdictum.*l.& si forte*,6.*§.sciendum,eod.l.1.§. 1. de oper. nou nuntiatio.*

De Amissione seruitutis,& eius peremtione.

Cap. 23.

Lib.8. P. tit.6.

1 *Quibus modis perimitur seruitus.*
2 *Re pereunte,& reminiscente,extinguitur & reminiscit seruitus.*
3 *Ex parte personæ,quibus modis intereat seruitus prædialis.*
4 *Seruitus tacito consensu,facto permisso & expresso remittitur.*
5 *Amittitur seruitus non vtendo.*
6 *Non vtendo non amittitur via ad sepulcrum, & via publica,contra.*
7 *Vti seruitute,& per se,& per alium nomine suo potest quis.*
8 *Vsus qualis in seruitutibus retinendis & amittendis exigitur*

1 HOc loco, † vt opinor,repetendum non erit, quibus modis vsus & vsusfructus amittatur, hoc enim in vsufructu iam explicatum est,sed de prædialium seruitutum peremtione agemus. Perimitur itaque seruitus prædialis, aut ratione rei, vel ratione personæ,vel ratione eius quod geritur.

2 ¶ Ratione † rei,si illa intereat cui adhæret vel debetur, *l. seruitutes*,19.*§.si sublatum,de seruit.vrban.l.certo generi*, 23.*de seruit.rustic.* redeunte tamen re in suum statum, restituitur seruitus,vt si fons exaruerit, vnde aquæductus est constitutus, & postea in suas venas redierit. *l.vnus ex socijs*,34. *§. fin. & l. sequent.de seruit. rustic.*Si domus destructa reædificetur,*d.l. seruitutes*,*§ si sublatum, de seruit.vrban.* si locus seruiens alluuione occupatus, iterum à flumine relinquatur,*l.si locus*,14.*quemadm.seruit.amittat lib.* 8.*P. tit.6.* si quis stipulatus seruitutem suo fundo ante cõstitutionem pro parte fundum vendens amittat. parte rursum recuperata, aget pro seruitute constituenda,*l.si quis ex fundo*,3.*quemadm.seruit. amitta.* vt &,si aditione seruitutes confusæ sunt ab herede, rursum si oporteat fundum dare legatariis, seruitutes reuiuiscunt. *l.Papinianus*,18.*de seruit.tit generali,& l. si ei*,10.*com.prædo.*

3 ¶ Ratione † personæ amittitur seruitus,si is qui concessit,non habebat ius perpetuum in re & resoluto iure dantis resoluitur ius accipientis,*l.si is qui via*,11.*§.1.quemadmo.seruit.amitta. l. si fundum à te,de condst.& demonstr.P.*si is qui prædio suo stipulatus est sub conditione seruitutem,pendente conditione prædium alienauit, quia in eum casum recidit promissio, à quo incipere non potuit.*Martia.l.existimo*,98.*& Paul.l. si sub una* 136.*§. fin. de verb. oblig.lib.*45.P.*tit.*1. quia fundus definit eius esse,& alieno fundo nemo recte acquirit seruitutem, vt diximus.*ex l. si quis duas. §.1. commun.prædio.cum similib.* Nec ea prædij à tempore stipulationis censetur esse, priusquam constituatur: alioquin enim prædio quæsita domini mutatione,nulla seruitus perit, *l. neque vsusfructus*,19.*quemadmod.vsusfruct.amittat.lib.*7.*P.tit.*4.quia transeunt prædia cum iuribus suis,& cum onere seruitutis,*l.3.C.de seruitut. l.via*,23.*§ si fundum,& l.cum fundo,de seruis.rustic.l. si aquæductus,& l.alienatio,de contrahen. emt. l.cum fundus,commun.prædo.* nisi aliud prohibeat singulare : veluti si contrarium in constitutione placuit.*glo.in l.pecoris,de seruit.rustic fœcit l.*3.C.*de seruitut.* Quo referenda est affectio personæ cui concessa est.*l.pater,de seruis. legat.* Interdum & natura constitutionis repugnat translationi,vt quia vsus seruitutis legatus est,ne seruitus seruitutis sit. *l.* 1.*de vsu & vsufruct. legat.*Idipsum si is qui stipulatus est seruitutem sub conditione,pro parte fundum alienet,quia corrumpitur ius stipulationis,*l.pro parte*,11.*de seruit.titu.generali,l.ex meo*, 24. *de seruit.rustic.*exceptæ quæsita,*l.si partem fundi*,25.*de seruit. rustic.* aliter autem persona domini non mutat seruitutem realem prædiorum, nec capitis diminutione, nec morte eorum peribit. *Caius*, *l.*3. *quemadm.seruit.amitta.P.*Facto autem amittitur seruitus,si is cui seruitus debetur, permittat aliquid fieri in eo loco vbi debetur, per quod impeditur & tollitur seruitus. *l. si stillicidij*. 8.*quemadm. seruit.amitt,l si precario.*18 *commun.prædio.*

4 ¶ Nam † tacite remissio fit, vt etiam & expresso consensu aboleri & tolli,remittive potest. *l. ad certam*, 6. *& l. seruitutes prædiorum*,14.*§. seruitus.de seruit.titu.generali,l. si domus tua*,20. *& l. si ades meæ*,31.*de seruit.Vrban.l.si mihi eo tempore*,20,*l.vnus ex socijs*,34. *de seruit.rustic.l.vnic.de remissio.lib.* 43. P. *titu.* 4. Confunduntur etiam iura prædiorum,si vnus prædiorum dominantium & seruientium dominus esse cœperit,*l.* 1.*quemadmodum seruit.amitt.l. si cum seruitus*,15.*eod.l.Papinianus*,18.*de seruit. titu. generali,l. si qui ædes*,29.*de seruit.vrban.l.si communi fundo*,27.*l.stra prædia*, 31. *de seruit.vrban.* quia res sua nemini seruit,*l.quicquid venditor*,11. *commun.prædio.vti frui,si vsusfruct.petat.l.in re communi*, 25. *de seruit. vrba.prad.*dum modo in solidum fundorum sit dominus: nam partem acquirendo tantum,remanet in fundo seruitus: *l.vt pomum*, 8.*§.1.de seruit.tit.generali.*

Amittitur † seruitus & non vtendo certo tempore: verum hoc discriminis ponitur inter seruitutes prædiorum,vrbanorum & rusticorum: quod vrbanorum non omnino pereunt non vtendo,donec vicinus libertatem vsucapiat, veluti si habeo seruitutem contra te altius ne tollas,nec vtor,& tu altius sustuleris, amitto seruitutẽ,non autẽ antequam aliquid noui feceris,vt etsi ius immittendi tignum habeam,& ego exemero tignum,tu autem obnauaueris, & per constitutum tempus ita habueris. Aliæ rusticæ simpliciter pereunt tempore,vti Caius respondit, *l. hac autem iura*,5.*de seruit.vrban.l.una est via*, 18.*de seruit. rustic. l. sicuti*,8.*§.plane,si seruit. vind.l.si tibi*,10.*C. de seruit.*vt si via,quam habebam per fundum tuum,me expuleris,per longum tempus nõ vtendo,amittam,*l.*4.*§.si viam,de vsucap.lib.*41.P.*tit.*3.quamuis ob vim tunc,ex æquitate restitui in integrum potuissem.*l. si plures*,*§. deiectum,& l si de fundo,de vi & vi arma.* ¶ Duo † tamen non vtendo nunquam amittuntur,vt iter sepulcro debitum, *Paul.iter*, 4.*quemadm.seruit.amitta.*& via publica.*l.Gaius,de vi publ.*Quamuis pacto amitti possint.*l.seruitutes*, *§.1.de seruitutib.*

¶ Nec † tamen omnis qui seruitutem habet,vt per seipsum vtatur,exigitur:nam potest illam per alium nomine suo vtentem retinere, & per socium fructuarium bonæ fidei possessorem. *l. seruitus.& per socium,quemadm.seruit.amitta. l. si communem*,10. *l. qui fundum*,12.*& l.vsu retinetur*.20.*& 3.sequen.eod. tit.* ¶ Neque † etiam opus est, vt perpetuo vtatur, sed sufficit constituto vel statuto tempore vti.*l.*2.*& l.si sic constituta*,7. *quemadmo. seruit. amitta.*Nec exigimus etiam per omnem locum seruientem vsum extendi, sed vsu alicuius partis totius ius retinetur. *l. si stillicidij*, 8.*& fin.& l. si in partem*,9.*quemadm. seruit.amittat.l.*nam satis,6.*eod.* Amittit autem ratio tempore ius quod habet, si alio modo,quã concessum est, vtatur certo : vt si concessa aqua horis diurnis, vtatur nocturnis,per certum tempus præscriptionis amittit seruitutem diurnarum.*l.si communem*,10.*§.1. quemadm. seruit. amittat.l. si priuo*, 17. *de aqua plu.arcen.* Ceterum spatium legitimum, quo non vtendo quis amittat seruitutem, est decem annorum inter præsentes,& viginti inter absentes. *l.penult.& fin. C.de seruit.l. fi. C.de præscr.long.temp.*Habita tamen ratione distinctionis, de qua paulo ante,Caij: vt in vrbanis incipiat à tempore vsurpatæ libertatis,*l.hac autem iura,de seruit.vrban.prædio.* libertas nunquam, nisi *l si quis*,18.*inf.quemadm.seruit.amitta.l si præses, vbi interpretes, C. de seruit. Angelus in §. prædiorum, usuc.* 3. *de seruitut.* interpellata.

De Vicinis. Cap. 24.

1 *Quare de Vicinis in seruitutum tractatu agitur.*
2 *Vicinus vnde dictus,& quos dicatur vicinus. Idem n.*4.*&* 5.
3 *Vicinus alius proximus,alius remotus,primus,secundus,tertius.*
4 *Quæ vicina,quæve Vicini dicantur,arbitrio iudicis relinquitur.*
5 *Dicta vulgaria & legalia quid.*
6 *Vicinitas vnde cæpit.*
7 *Inter vicinos fraternitatis species & amicitiæ maxima,&c.*
8 *Vicinorum bonorum magna commoditas, ex malo plura incommoda.*

Digitized by Google

Vicini mali valde fugiendi. sed & illis benefaciendum, quare.
Vicinus malus qui & lenones & meretrices, à vicinia expelli debeve.
Vicinus pessimus sunt qui cupidi.
Vicinus excludens sua domo Vicini pullos, furti tenetur.
Leges quæ Vicinorum pacem continent & fidem, non concupisces.
Remedia quæ, quibus vicinorum damna reparari possunt, de quibus sequentibus agitur capitulo.

1 QVia in superioribus, †seruitutum quæstionibus frequens fuit mentio de vicinis, & de eorum controuersiis sopiendis per actiones & interdicta per distinctiones iuris constituti, vel libertatis in res alienas vsurpatæ & imminutæ: non erit alienum, si per genera, quædam paucis retractemus, quibus lucem maiorem priora accipiant, & ne cogamur alibi hæc tractantes, seorsum maiorem dictorum partem transcribere. ¶ Dicemus † de
2 vicinis pauca: vicini à vico, vicus à via, quod dextera parte viæ sunt ædificia, vt ait Varro *lib. 4. de ling. Latin.* Qui itaque proximitate ædificiorum vel viæ alicuius iunguntur, vicini dicti sunt. Ex quo improbatur manifeste Bartoli *in l. 3. §. subuenitur, ad Sc. Syllania.* opinio, dum ait, vicinos eos non dici, qui habent ex aliqua tantum parte domos contiguas, si illæ aditum aliunde habeant. Nam etsi illi non sint vicini exitus, quod iuuare expedite vicinos non possint, qui ianuas vicinas non habent: tamen vicinos esse alio modo, negare non possumus. Accedit Paulus. dum inter vicina & *confinia prædia*, distinguit, *Paul. l. 4. §. fi. fini. regun. P. facit l. Vrbana prædia, de verb. sign.* prædia dicens confinia esse rustica, nullo pariete diuisa: vicina autem vrbana, quia communibus parietibus plerumque discernuntur. Et proinde in vrbe, nisi in hortis, finium regundorum agi non posse.
3 ¶ Imo † & dicimus in iure, vicinum & proximum & remotum, primum, secundum, & tertium, *l. si tertius, 6. de aqua pluu. arcend. lob. 39. P. sit. 3.* vicinum simpliciter, & magis vicinum, *l. 4. §. si*
4 *tam vicinum, de dam. infect.* ¶ Quare & quæ loca vicina dicantur, relinquendum censent interpretes, arbitrio iudicum. *gloss. in cap. felicis. in verbo vicinarum, de pœn. in 6.* Et in pagis, vbi villæ dispunctæ & separatæ sunt ab inuicem, certe & vicini nobis illi dicendi, qui vocem ex villa alia audire possunt. *arg. l. 1. §. eodem autem. ad Sc. Syllan. in P.* Et à pragmaticis obseruatum, eum vicinum dici, qui vicini sui cantantem gallum aut gallinam exaudire potest. Et possemus etiam eum talem dicere, cuius res aut domum videre ex nostris possumus, si alludamus ad vocem gallicam, *voisin*, à verbo, *voir*, videre.
5 ¶ Vel † dici non posse vicina, vltra duas dietas vulgares, *in c. nonnulli, de rescript.* vel legales. *c. præsenti, §. loca vero, de pr. b. in 6.* Vulgares, mensuræ sunt pro more regionis cuiusque: legales, singula vicena millia passuũ faciunt. *l. vicina, 1. si quis cautio, P. l. 3. de verb. sign.* Iulius Pollux vicinos nominari tradit & domesticos, & prope iuxta ciuitatem habitãtes. *Iul. Pollux lib. 8. onom. cap. 2.*
6 *περὶ γειτόνων.* ¶ Cœpit † vicinitas à societate ciuili formari, nam coniunctio & amicitia plurium in locum vnum consedentium, ciuitatem & oppida fecit: in oppidis, autem vici, & inde, vt di-
7 xi, vicinia. ¶ Habentque † vicini, vel habere debent, speciem quãdam fraternitatis inter se, propter ciuilem societatem initam, in qua & species est fraternitatis. *Vlpian. in l. Verum, 64. pro soc. lib. 17. P. sit. 2.* Et præponere videtur historia Tobiæ amicis aliis vicinos, dum ait, *fecit Raguel in nuptiis Tobiæ & filiæ, vicinis suis, & ceteris amicis conuiuium. Tobiæ 8.* Et apud D. Lucam, *Luc. cap. 15. homo qui inuenit euem, & mulier quæ reperit drachmam, vocauerunt vicinos & amicos, & lætati sunt cum eis.* Iusserat & Deus *Exod. cap. 12.* in comedendo agno paschali, vocari vicinos proximiores vsque ad numerum animarum sufficientium ad eum manducandum. Et meliorem vicinum iuxta, quam fratrem procul, dixit sapiens, *Prouerb. 26.* Quod de bonis vicinis intelligendum est. ¶ Nam † illi
8 propter opportunam & quotidianam opem si boni sunt, nobis nostrisque prospiciunt, nos ipsis, & quæ illorum sunt vicissim, vt contra, si mali vicini sunt, nihil perniciosius esse potest, propter nocendi omni momento datam opportunitatem, cumque omnia quæ vicinorum sunt, præsumantur nosse, & scire facta eorũ: *l. 2. §. flumen, de fluminibus, l. dominus horreorum loca. in P. c. postquam, de electio.* Et vt ait Hesiodus, *in l. ergis.*

κακὸς γείτων ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ,
ἔμμορε τοι τιμῆς, ὅσ τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.
οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' οὐ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

Id est,

Noxa tam mala est malus vicinus, quantum bonus commodum.
Sortitus est præmium, quicunque sortitus est vicinum bonum.
Neque sane bos interierit, nisi vicinus malus sit.

Vt non immerito apud Plutarchum *in Themist.* Themistocles, si prædium aliquod vẽditurus esset, hoc quoque præconem addere iussit, quod vicinos etiam bonos haberet: quasi vicini commendatione futurum esset, longe venditibilius. Referunt Thalmudistæ, aliquando Rabinum Iohannam, certamen proposuisse inter discipulos, in præstantiori dicenda sententia, de electione viæ quam sequi deberent homines, *in lib. qui Pirke Aboth, seu capitula patrum.* grauissimaque hac de re prolatas vtrinque vtrum laudatam maxime, & vt tutissimam commendatam Rabini Iosæ dicentis, viam bonam esse, שכן טוב scacen tou, vicinum bonum Vt Iudæus si summas diras & eryннes alicui imprecatur, nihil peius illi optet, quam vt vicinus malus illi contingat. ¶ Consen- 9
tit † Ben Syre, *in sententiis alphabeticis, in sententiam* רסע resen. Elonga te à vicinis malis, neque particeps fias societatis eorum, nam pedes eorum currunt ad malum, & properant, vt effundant sanguinẽ. Idem tamen, Benignus esto erga vicinos tuos, tametsi mali sint, atque imperti eis de alimonia tua: sic fiet, vt in tempore, quo tibi ad iudicium standum erit, pro te testimonium ferant. Illis siquidem benefaciendum, quia boni, vt iuuent nos: illis autem, quia mali, ne noceant. Atque Nichæus Arbelites Rabinus alius monet, *in Pirke Aboth, c. 7.* חחקשכורץ hatcheth mischacen ragn, id est, elonga te à vicino malo. Et Plaut. *in Mercator.*

Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus,
Aliquid mali esse propter vicinum malum.

Caius Iurisconsultus. *in l. quod sæpe, 35. §. fin. de contrahen. emt.* eum qui in vendendo prædio confinem celauerit, quem emtor si audisset, non emisset, tenere venditori tradit. Nam Plinius agrum paraturos, ante omnia intueri oportere ait, *libr. 18. capitul. 5.* aquarum vim, & vicinum. Et rursum colonis humanissimum id agendum, vt diligant vicini. *idem Plin. lib. 18. ca 6.* ¶ Mali † vicini dici 10
possunt, qui malis moribus imbuti sunt, maleque viuunt, vt lenones, meretrices, quæ ideo ab honesta vicinia possunt expelli, ne inficiant mores vicinorum pr bos. *l. non aliter, de vsu & habitat. Lucas de Pen. in l. si qua, de spectac. lib. 11. C. Ioan. de Blanasco, in prax. criminals. de lenon. Nicol. Boer. cor si. 1.* ¶ Mali † quoque & 11
pessimi cupidi, vt vicino suis polleant, nihil non audent, cum putant sua interesse confines fundos habere, *l. si cui fundus, de leg. 2. l. & si aquæ pretio, de leg. 1.* & natu ali vitio comparatum sit, quemque sibi malle, quam alteri, æquitate contenta. *cum duobus. pro soc. in P.* Sic Demosthenes, *orat. de fundo contra Calliclem.* ὡς οὐκ ἔστιν ἀχαλεπώτερον ἐξ ἁπάντων ἑνὸς γείτονος πονηροῦ καὶ πλεονεκτοῦ τυχεῖν, id est, *nihil peius quam vicinum malum & cupidum possidere.* Expertus id Naboth vir bonus, tamen calumniis à Iezabele regina & rege Achabo criminibus impietatis insimulatus, & occisus, vt vineam eius, quam ille ad hereditariam & paternam vendere noluerat, raperent, pomeria sanguinolenta sibi, vt illis videbatur, accommoda, fererent. *3. Reg. 21. c. conuenior, 23. q. 8.* Et plures vicinitatis ius vt prædæ venabula captant, vt hereditia pauperum suis fundis iungant, in quos tamen maledictio Dei per Iesaiam Prophetam, *cap. 5. c. sicut, 48. distinct. cap. hæc autem, 3. distinct. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci: nunquid habitabitis vos soli in medio terræ?* Quo in loco & D. Hieronymus notat, illa verba, *vsque ad terminum loci*, apud septuaginta Græcos interpretes esse, ἵνα τῷ πλησίον ἀφέρωσι τι, id est, *vt auferant proximo aliquid.* Lysimachus & Theodorio, *donec deficiant & non sit locus.* Et in hoc sic egregie Horatius *libr. 2. Carm. ode. 18.* inuehitur,

Tu secanda marmora
Locas sub ipsum funus: & sepulcri
Immemor struis domos,
Marisque Baiis obstrepentis vrges.
Submouere litora.
Parum locuples continente ripa.
Quid? quod vsque proximos
Reuellis agri terminos? & vltra
Limites clientium
Salis auarus? pellitur paternos
In sinus ferens deos,
Et vxor & vir, sordidosque natos.

Sic velit nolit inops vicinus cogitur contra ius, *l. nemo, de pact. P. Bart. in l. 2. de debitor. cruc. lib. 11. C. l. nec emere, de iure del. lib. l. inuitos, de locato, Cod. l. inuitum, & l. dudum, de contrahen. emt. Cod.* propria diuiti vicino vendere, vel, vt verius dicam, donare: alioquin ex malo, vicinus fit pessimus inimicus, cum nullus capitalior sit inimicus domestico & familiari, *cap. si inimicus 91. distinct.* nullus ad nocendum periculosior eo, qui in vicinia quotidie captare momenta ex arbitrio nocendi causa potest. *l. si quis ex familiaribus l. 20. qui accusa. non poss C. l. data sampridem, Cod. de donatio.* Et ideo iure diuino recte statutum, vt si occisus iacens in via reperiatur, & ignoretur homicida, vicinus proximior suspectus sit, de eoque quæstio habeatur. *Deut. c. 21. c. dilecto, c. 6. de sent. excommun. in 6.*
¶ Vt † & præsumitur vicinus concludens in domo sua pullos 12
vicini animo furandi facere, & tenetur furti. *Bart. in l. qui ea mente, de furt.* Quamuis in eo admittatur pœnitentia. *Floria. in l. qui intus, ad l. Aquil. facit §. gallinarum, de rer. diuis.* ¶ Quamobrem vt obuiam iretur fraudibus, deceptionibus, & malitiis vicinorum, va- 13
riæ leges cum generales, tum speciales latæ sunt, quæ & fidẽ bo-

nam

Digitized by Google

nam inter vicinos, & societatem, & pacem confirmarent, & controuersias eorundem componerent. Lex itaque lata in vniuersum à Deo, *Non concupisces domum proximi tui, non ancillam, non bouem, non omnia quæ illius sunt. Exod.*20. Et vt illa habendi rerum proximi cupiditas adhuc prosterneretur, induxit annum Iubilæum, vt post quinquaginta annos, quilibet ad heredia. & bona sua distracta rediret gratis, *Leuit.c.*35. *Numeror c. fin.* Ob pacem etiam vicinorum conseruandam, seruitutes reales prædiorum receptæ sunt, ne præter ius constitutionis, in re vicini vicinus præterque domini voluntatem amoliretur, de quibus supra dictum est, ad vtilitatem, & necessitatem videlicet prædiorum & hominum: alioquin enim constitutiones illarum reiiciuntur. *l. quotiès nec hominum, & l. Vt pomum, de seruit. P.* ¶ In † his autem 24
quæ vicinos lædere possunt, seu alium quorum interest, remedia inducta sunt, quorum effectus & finis, vel vt opus in præiudiciũ vicini factum tollatur: vel ad prohibendum, ne damnum ex re vicini vicino contingat: vel ne opus nouum fiat, quod nociturũ sit vicino: vel vt commune diuidatur, confusum finibus suis regatur, de singulis pauca dicamus.

De restitutione operis nocentis in pristinam formam, & de eo quod vi, aut clam.

Cap. 25.

Lib. 43. P. tit. 23.

1 *Vi, aut clam, aut precario factum restituendum in pristinum statum.*
2 *Vi quando opus factum dicitur.*
3 *Clam opus fieri quando dicatur.*
4 *Interdictum quod vi aut clam, tantum datur pro rebus soli, aut quæ in solo.*
5 *Quibus datur hoc interdictum quod vi aut clam, & contra quos.*
6 *Quamdiu competat interdictum quod vi aut clam.*
7 *Effectus huius interdicti. & quid in condemnatione eius.*
8 *Precario opus factum, quomodo restituendum.*

1 REstitutorium † interdictum pro demoliendo opere, quod nocet vicino, competit, si illud vi, aut clam, aut precario factum est, vel non iure. *l.*1.*§. hoc interdictum quod vi aut clam.* Agimus porro hic, de opere vi vel clam facto restituendo, non de vi ipsa, vel de vi in personam, de qua alio loco tractamus, nempe in criminibus.

2 ¶ Vt † fecisse videtur opus, qui contra, quam prohiberetur, fecit, vel prohibitus iactu lapilli opus cœptum prosecutus fuerit: vel contra denuntiationem: vel cum sciret se prohiberi posse, ne prohiberetur per vim amolitus est. puta ianuam clausit. *l.*1.*§. quid sit vi, & seq. §. factum. & l. vim facit, l.*19. *quod vi aut clam.* Et quicunque propria auctoritate aliquid in re contentiosa facit, vi facere videtur. *l. ex stat, quod met. caus. l.*1. *C. de suffrag. l. quo tutela, §. vi factum, de reg. iur.* Siue quis per semetipsum prohibuerit, siue per alium, vt per procuratorem, seruum mercenarium, *l.* 3. *quod vi aut clam*, inquilinũ, vel alium. *l. interdictum*, 17. *eod.* Si quis tamẽ interdictus paratus sit se iudicio defendere aduersus eos, qui interdicendum putant ne opus fiat, definet vim facere, si modo satis offerat. *l.*3.*§. si quis paratus, quod vi aut clam.*

3 ¶ Clam † hic facere dicitur, qui celauit aduersarium, nec ei denuntiauit, si modo timuit eius controuersiam, aut debuit timere. Et qui celãdi animum habet eum, quem se prohibiturum intellexerit, & quem existimat aut existimare debet se prohibitũ ire. *l.*3.*§. fin. & l.*4. *quod vi aut clam. P. l. quo tutela, §. clam, de regul. iur. l. clam possidere, de acquir. possess.* Item & is clam facit, qui denũtiauit quidem se opus facturum, sed nec diem nec horam denuntiatione complexus est, & vbi aut quod opus facturus esset, vel perfunctorie denuntiauit. *Vlpian. in l. aut qui alter, l.*5. *in prin. & §.* 1. *eod. quod vi aut clam.* Qui autem bona fide iussit opus fieri sine hoc metu, etsi seruus faciens metuerit non tenetur. *l. si opus, l.*20.*§ si iussero eodem.* Frustra autem hic tereremus tempus in percurrendis rebus, quæ vi aut clam fieri possunt: nam tot sunt fere, quot modi nocendi rebus alienis.

4 Eo † tamen obseruato, vt interdictum hoc quod vi aut clam, locum non habeat, nisi pro opere quod fit in solo. *l. si alius fecit, l.*7.*§. notauimus, & l. nam origo. l.*8. *& l. fin. quod vi aut clam.* vel in opere quod in solo est. *l. nam & si ramos* 9. *& seq. eo.* vt si arbores ex solo succindantur, *l. denique*, 13. *eod. tit.* pro quibus & vtile hoc
5 interdictum competit. ¶ Datur † hoc interdictum domino, qui prohibuit, & cuius nomine prohibitio facta est, *l. interdictum*, 17. *& l.*3. *eod. Paul. l. si procurator, l.*17. *de oper. nou. nuntiat. lib.* 39. *P. tit.*1. & iis quorum interest, *l. is qui in puteum*, 11. *§. fin. l. denique*, 13. *§. si ex socio, quod vi aut clam.* etiam si non possideant. *l. competit.*7. *eod.* Contra eos qui fecerunt & quorum iussu factum est. *l.* 5. *§. hac verba, & l seq. l. is qui in puteum.* 11. *§. si tutores. l. semper. & l.*15. *§. si in sepulcro, eod. tit.* Si tamen colonus nouum opus fecerit, vnde interdictum detur sine iussu domini, colonus tenebitur, vt patientiam & impensam præstet, pro restituendo opere: dominus autem tantum patientiam præstare tenebitur, vel impensam demolitionis. *l. denique*, 13. *§ fin. l. nam etsi*, 14 *§. fin. eod. l. quanquam, §. idem Iulianus, & l. si colonus. de aqua plu. arcen. l.*2. *§. restituas, ne quid in loc. publ. l.*3. *§. item, de alien. iud. mut. caus. fac.* Idem conductore faciente sine iussu domini responsum, *l. semper*, 15. *§. is cui, quod vi aut clam.* datur: & semper contra possessorem operis hoc interdictum. *l. semper, in princ.* 15. *eod.*

6 ¶ Item † & in heredes reliquosque successores in id quod ad eos peruenit, intra annum: non enim datur post annum: incipitque annus ex quo id opus factum perfectumve est, aut fieri desiit, licet perfectum non sit; non à tempore quo cœpit fieri. *l. semper aduersus*, 15. *§. hoc interdictum, & l.*1. *quod vi aut clam. l si vitam*, 21. *eod. l. Atteius, de aqua plu. arcend.*

7 ¶ Vnde † sequitur effectus, vt opus factum tollatur & restituatur in pristinam formam, *l.* 1. *§. hoc interdictum, quod vi aut clam.* & tanti lis æstimetur, quanti interest operis factum non esse. *l. semper aduersus, §. in hoc interdicto, eodem titul. facit, l. si quando, C. unde vi.* Et si quis propter opus factum, ius aliquod prædij amiserit, id restitui ex hoc interdicto debet. *l. si opus*, 20. *§. fin. quod vi aut clam.* & fructus & omnis causa. *l. videamus*, 38. *§. si possessionem, vers. interdicto, de vsur. lib.* 22. *P. tit.*1.

8 ¶ Si † precario etiam quis possideat, & opus fecerit in eo in iussu domini, tolli vt illicitum debet & restitui precarium suæ formæ. *l.*2 *§ hoc interdictum, l. & habet*, 15. *de precar. lib.* 43. *P. titu.* 25. *l. quæsitum*, 8. *§. ex hoc interdicto*, alioquin fit condemnatio quanti interest & fructuum. *d. l. quæsitum, §. ex hoc interdicto, l. si precario*, 18. *commun. prædio. P.* Sed de precario alibi Deo fauente latius suo loco, dum agemus de contractibus.

de Damno infecto.

Cap. 26.

Lib. 39. P. tit. 2.

1 *Damnum infectum quid, & vnde dictum: & damnatio vnde.*
2 *Remedium de damno infecto, & cautio pro quo opere detur.*
3 *Remedium de damno infecto extraordinarium est, nec datur alia actione competente, & num possit concurrere.*
4 *Quis vtatur hoc remedio, de damno infecto: & de stipulatione & cautione eius.*
5 *Cautio damni infecti petenda est antequam damnum fiat, & tamen facto datur, si qui dedit velit rudera tollere.*
6 *Inquiritur tantum, num præstita cautione ante damnum datum, quis moram fecerit post vocationem in ius, an actor vel reus.*
7 *Iudex interpellari debet, aliter non tenetur de negligentia, & quid sit postulare à iudice.*
8 *Stipulatio damni infecti quando committatur: & non porrigi hanc cautionem ad fortuitos casus & naturale loci vitium: damnumi iniuria aduersarij factum, &c.*
9 *Qui veniunt in stipulationem damni infecti commissam.*
10 *Contra non cauentem vel non defendentem in damno infecto, fit missio in possessionem. Missio in possessionem ob hanc causam, quomodo fiat in rem minantem damnum. Missione hac facta dominus adium eiiciendus est inde, &c.*
11 *Denuntiatio missionem præcedere debet, vt cautio detur, &c. Denuntiatio quomodo & quibus facienda, &c.*
12 *Missio in possessionem duplex ex primo & secundo decreto. Missio ex primo & secundo decreto quæ, &c.*
13 *Missio in possessionem rei seruandæ causa, alijs negotijs communis; nec vere possessionem dat.*
14 *Missio in possessionem ex Carboniano edicto, dat possessionem.*
15 *Missio in possessionem ex 2. decreto fit post annum, & datur iis domini.*
16 *Dominus rerum ruinosarum dando res, liberatur ab omni damno dando & dato.*

1 DAmnum † infectum est damnum nondum factum, sed quod futurum veretur. *l.* 2. *de damn. infect.* P. Damnum porro & damnatio, secundum Paulum ab ademtione, & quasi diminutione patrimonij: dictum est. *l.*3. *eodem titu. Paulus lib.*5. *recept. sent. tit.*10. *Damnum*, inquit Varro, *lib.*4. *de ling. Latin.* 4. *demtione, cum minus re factum, quam quanti constat.* Quando itaque ex opere facto à vicino, vicinus damnum imminere sibi præuidet, prospicit sibi agendo ius non esse vicino ita opus habere: veluti si paries communis opere facto à te, in ædes meas se inclinauerit, potero tecum agere, ius tibi non esse ita parietem illum habere, *Pompon. in l. si cum meus*, 14. *§. fin. si seruit. vindic.* vel si ventrem faciat, *Alphe. in l. si quando*, 17. *eod. tit. si seruit. vind.*

2 ¶ Accedit † remedium prætorium, quod propter necessitatis celeritatem commissum est magistratibus municipalibus, de damno infecto, *l.*1. *de damn. infect.* quod pertinet ad actionem & possessionem: cetera namque sibi reseruauit. *l.*4. *in princ. & §. si intra. Verb. duas ergo, eod.* Cautione damnum fiat, *hoc edictum*, inquit Vlpianus, *l. prætor ait §. hoc edictum. de damn. infect. l. supra iter*, 11. *§. officium, de aqua plu. arcend. lib.* 39. P. *titul.*3. *prospicit damnum nondum factum, cum cætera actiones ad damna, quæ contigerunt, sarcienda pertineant, vt in lege Aquilia actione & alijs, de da-*

Digitized by Google

mmo vere facto nihil hoc edicto cauetur. Simile in hoc remedio de aqua pluuia arcenda: quod tamen differt: quia illud damnum non factũ, sed futurũ speciale ratione pluuiæ respicit, *l. Atteius, 6. §. in hoc edicto, de aqua plu. arcen.* hoc autem, si ædium vitio, siue operis, quod vel in ædibus vel in loco vrbano aut rustico publico aut priuato fiat, damni aliquid futurum sit, curat prætor, vt timenti damnum ex operis vitio, non loci, cauetur, *Caius in l. eorum, 19. §. fin. de damn. infect. l. fluminum, 24. eod.* publico videlicet, quando in eo loco, ob priuatum cõmodum & priuata auctoritate quid fit: nam sine damno vicinorum, qui agunt, facere debent, *d. l. fluminum, & l. qui vias l. 31. de damn. infect.* secus, si publice reficiantur ies. *l. si finita, 15. §. fine, & §. si publicus, & l. fluminum, de damn. infect.*

3 ¶ Remedium † hoc extraordinarium est, ideo non datur nisi deficiente alia actione, *l. si adibus, 32. §. fin. de damn. infect.* vt si conductor tuto in domo conducta habitare non possit, ob damnum minarum, cum ex conducto experiri possit, hæc non datur. *l. qui bona fide, 13. §. de illo, de dam. infect. l. inquilino, & l. se eod. l. habitatorio, §. fin. loca. in* P. Concurrere at cum diuersis aliis remediis ad diuersa tamen tendentibus, hoc remedium potest, veluti cum operis noui iam facta nuntiatione, & cum interdicto, quod vi aut clam. *l. qui bona fide, 13. §. si quis opus, de damn. infect. P.*

4 ¶ Porro † quis possit hoc auxilio vti, definita non potest dari alia regula, quam id omnino subiici prætoris arbitrio, & omnes audiri qui sibi caueri damni infecti postulant: & ad stipulationem admittitur quilibet, si prius iurauerit de calũnia, & sacramento præstito non inquiritur, an eius qui petit, interfit vel nõ. *d. l. qui bona fide, §. qui damni infecti.* Competit tamen damni infecti stipulatio maxime iis quorum interest damnũ non dari, non tantũ ei, cuius in bonis res est, sed etiam ei cuius periculo res est. *Paul. l. damni infecti, 18. de dam. inf.* Domino fructuario, superficiario, *l. 5. §. fin. & d. l. qui bona fide, & superficiario, de dam infe. l. inter quos. 39. §. dam. infecti, eo.* Et pro auertendo stillicidio, seu pro proiecto, vnde damnum veremur nobis cõtingere, si quid ex foramine vnde aqua mittatur per parietem nocituru sit. *l. eorum, 19. §. fi. de damn. infect. l. si quid igitur 28. de seruit. vrb. prad.* At contra dominum rerum vitiosarum, & si dominium in controuersia sit, contra possessorem cautio facienda dirigitur. *l. inter quos. 39. §. si dominus, de damn. infect.* Et cum medio vicino rerum vitiosarum: quia fieri potest vt ædes ruinosæ in vicinas incidentes mihi noceãt. *l. qui bona fide, 13. §. cum inter. eod. tit.* in hac vel promittendum, cum in suo opus fit, vel cauendum seu satisdandum, si in alieno. Sic prætor enim ait in hoc edicto, *l. prætor ait, 7. de dam. infect. l. damni infecti, 30, §. verum, eod. l. 1. §. item ex causa, de prætor. stipulat. damni infecti suo nomine promitti, alieno satisdari iubebo ei qui iurauerit, non calumniæ causa ad se postulare: cumve cuius nomine aget, postulaturum in eam diem quem causa cognita Statuero. Si controuersia sit, dominus sit necne qui cauebit, sub exceptione. satisdare iubebo facit & l. qui vias, l. 31. §. fin. de dam. infect.* Exceptio, vt eligat actor quomodo velit sibi caueri, an tanquam à domino, an tanquam à non domino: nec enim verumque postulans auditur, *l. si proprietarius. 22. §. fin. de damn. infect.* quia electio in iuribus ad eundem finem concurrentibus fieri debet ab eo cui competunt. *l. fin. Cod. de codicill. l. quod in heredem, §. eligere, de tributor. l. 3. & legat. nomi. caue. P.* Si alieno nomine quis stipuletur, ita concipi debet stipulatio, vt quod damnum domino datum sit comprehendatur: cauere autem debet is qui stipulabitur dominum ratum habiturum. Exceptioque procuratoria stipulationi inserenda est, *l. inter quos, 39. §. alieno, de damn. infect.* sicut in stipulatione legatorum, *l. Pomponius, §. si Stipuletur, de procur. l. 1. §. sed & procuratoribus, vt legat. nomi. caue.* adiicituque in hac stipulatione, & heredũ nomen vel successorum, eorumque ad quos res pertinet. *l. fluminum, 24 §. adijcitur. de damn. infect.* Debet item adiici dies certa stipulationi, infra quam si damnum datum sit, emendetur, veluti si intra mensem vel duos, vel plures, sicuti iudici videbitur, qui diem definiet habita ratione operis, quod ruinam minatur: num fit antiquum, quod breui sit casurum, vel alterius generis. Non enim in infinitũ debet produci stipulatio, vt perpetuo qui cauit tenea-tur. *l. qui bona fide, 13. §. fin. & l. seq. de damn. infect.* Quod si stipulatio facta fuerit sine die, valebit quidem si expressa voluntate contrahentium fiat: vt si cautum, teneri promissorem quandocumque domus ceciderit: at si per errorem sine die cõcepta est, valebit tantum stipulatio intra eam diem, qua solitum est cauezi, & desideratur à p ætore vt liberetur. Verumtamen si finita die opus non ceciderit, iterum ex arbitrio prætoris erit cauendum, *superiora probat Vlpian. in l si finita, 15. de damn. infect.* quia prætoriæ stipulationes reperi possunt. *l. prætoriæ stipulationes, de prætor. stipulatio. l. veluti. §. hac lex de eodem.* ¶ Diligenter † porro quis

5 debet suum munus exsequi in postulanda cautione & stipulatione, ob ruinam propinquam & damnum imminens: alioquin enim, si antequam cautio postulata sit, vicini ædes vel aliud opus damnum dederint, certe nulla actio contra dominum est, si is rudera noluerit ex vicini arca vel ædibus, quia nõ cogitur tollere, & habeat pro derelicto, *l. euenit, 6. de damn. infect.* alioquin enim si vellet tollere, non prius licet, nisi de damno dato & futuro cau-

6 eat. *l. prætor ait, 7. §. fin. eod. tit.* ¶ Verum † hic animaduertendũ est, quæ ratione interpositio cautionis & stipulationis fuit intermissa post impetratum interdictum, seu vocationem in ius factam: an per negligentiam ipsius actoris, & tunc vera sunt, quæ dicta proxime: an vero propter aliquod legitimum impedimẽtum sibi prospicere cito non potuit, veluti, quia absens necessario ob negotia reipublicæ, vel alia legitima causa: nam interdictum ei, in cuius ædes rudera, decciderint, datur per quod vicinus cogetur, vel tollere rudera, aut totas ædes pro derelicto habere, & de præterito damno cauere. *d. l. prætor ait, §. fin. vectla, l. quod forte, 8. & l. hoc amplius, 9. de dam. infect. gloss. in d. l. euenit, eo tit.* Sed Africanus tradit, *l. cum postulasses, 44. eod. Si, cum postulasses, vt mihi damni infecti promitteres. noluisti: & priusquam prætor adiretur, ædes tuæ corruerunt & damnum mihi dederunt, Padium dixisse prætorem mihi non stituere debuisse, quod mea culpa damnum sim passus: quia tardius experiri caperim. At si prætor vt promitteres decreuisset, & te non repromittente, me ire in possessionem iussisset, & priusquam eo venissem, corruerint, perinde omnia seruanda esse atque si postea quam in possessionem venissem, damnum datum esset.* Si autem post decretum eundi in possessionem, qui iussus erat ire, neglexerit, & interim corruerint, diuersum statuitur. *l. si finita, §. si quo metu, l. prætor ait, §. fin. & seq. & l. si finita, §. aliud, & §. elegantur & §. si eam ruerint. de damn. infect.* Quod si, dum prætor aditus de danda stipulatione deliberat, damnum contigerit, missio quidem cessabit: prætor tamen decernere debet, quicquid damni contigerit, vt de eo quoque caueatur, aut si putat quod vtiliter actionem daturus sit, decernat. *d. l. si finita, 15. §. elegantur.* Ceterum si cautionem sibi delegatam magistratus municipalis non curauerit, & interim damnum datum sit, in eum iudicium datur, quod non ad quãtitatem refertur, sed ad id quod interest, & ad vtilitatem venit, non ad pœnam, *l. dies cautioni, 4. in eum, de dam. infect.* ¶ Scilicet, † si postulatum fuerit remedii, nam qui 7 non postulauit, experiri non potest: atque hic postulare proprie dicitur, pro tribunali petere, non alibi. *d. l. dies cautioni, §. hoc autem iudicium, 1. §. magistratibus, de magist. conuenien. l. stipulatio, §. habet, de oper. nou. nuntiat. in P.* ¶ Committitur † autem stipu- 8 latio adueniente damno, vel si pro damno euitando quid faciendum sit, si vitio operis fiat. Non enim porrigitur stipulatio ad ruinam vel damnum, quod vitio naturali soli contingit, vel iniuria aduersarij factum, vel quod casu fortuito, cui prospici non potuit, accidit. *l. flumina, 24. §. victum, de damn. infect.* Paritur quippe vitio naturali. *l. 1. §. hac cautio, & § idem aiunt, si aqua & §. item sciendum, de aqua pluu. arcend.* Et fortuita, vt terræ motus, vis fluminis, & similia in potestate & prouidentia hominis non sunt. *l. in rebus, commod. in P. l. 1. C. eod. l. quæ fortuitis, de pignor. action. C. l. 2. §. si eo tempore, de adminis. rer. ad ciuita. pertinen. in P.* In aliis autem casibus, quibus sibi quis facile prospicere potest, locum habet. *l. qui bona fide, §. cum inter, & l. fluminum. 24. §. seruus quoque, de damn. infect.* Si etiam de damno infecto quis sibi cauerit in pariete communi ob nimium onus à socio impositum, recte agit: at si paries æqualiter vtriusque oneribus pressus decidat, vtereque sibi imputabit. *l. ex damni, 40. §. 1. eod. tit.* ¶ Quando 9 † autem commissa est stipulatio de damno infecto, veniunt in eam, quanti ea res erit, & impensæ quas fecit qui est stipulatus, ne opus sibi noceret in fulciendo, & ob emigrationem metu ruinę, si hospitium alibi sit conducendum. *l. in hanc, 28. & l. seq. de damn. infect.* Sed tamen in æstimando nouo pariete communi, ratio haberi debet eius impensæ, quæ modum probabilem nõ excedit in veteri eius cultu, non qui aggrauet. *l. inter quos, 39 §. fi. l. in parietis, §. fin. & l. seq. & l. in reficiendo, de damn. infect. in* P. Nec ex damni infecti stipulatione oportet infinitam vel immoderatam æstimationem fieri, vt puta ob tectoria vel picturas: quia honestus modus seruandus est, non immoderata cuiusq; luxuria subsequenda. *Vlpian. in l. ex damni infecti, 40. de damn. infect. l. quidam, §. fin. de seruit. vrban.* ¶ Et † hæc quæ dicta sunt, locũ habent, 10 quando damni infecti nomine cautum est: At quando non cauetur intra diem à prætore constituendum in possessionem rei ei-, cuius de damno timetur, ob rem non defensam actor mittendus est, *l. 4. §. si intra diem, de damn. infect. l. prætor ait, 7. §. de eo opere, versi. cum eus, & l. hoc amplius, 9. versi. integra, eod. tit. l. 1. quibus ex caus in possi. eat. lib. 42. P. tit. 4.* etiam contra pupillum indefensum, *l. si finita 15. § si pupillus, de dam infect. l. item ait prætor, §. hoc autem, quib. ex caus maior. P l. hoc autem, queb. ex caus in posse. eat.* & in eũ qui neque cauerit, neque in possessione esse, neq; possidere passus sit, iudicium dat prætor, vt tantum præstet, quantum præstare eum oporteret, si de ea re ex decreto eius prætoris, vel eius cuius de ea re iurisdictio fuit quæ in ea re est, cautum fuisset. *d. l. prætor ait, §. de eod. versi. in eum.* Si ædes sint ruinosæ in parte pro qua nolit cauere dominus, missio fit in totas ædes: si tamen amplæ ædes sunt, & in plures partes diuisæ, in eam tantum quæ ruinosa est fiet missio, *l. si finita, 15 § ex hoc edicto, & se. de dam. infect.* vbi autem quis possidere iussus est, dominus denuncendus erit à possessione *d. l. si finita. § vbi autem & l. 4. §. si forte. eod. l. qui vniuersas, §. item cum prætor. de acquir possess. l. non alienum, de interrogat. act. c. fi. §. fi. & lit. non contest.*

¶ Obseruare † autem expedit ante hanc missionem exigi de- 11 nuntiationem factam ei, qui cauere debet vt caueat, vel ei ipsi, vel ad domum ipsius vel vbi habitat: etsi habitationem non habeat, ad ipsum prædium erit denuntiandum, vel procuratori eius, vel

Digitized by Google

ius,vel inquilinis. *l.4.§.prætor ait, de damn.infect.* Et si res hereditaria ruinosa sit, nec illa adita, & non inhabitentur ædes,tutius erit libellum ad ipsas ædes proponere. *d.l.4.§.totum.* ¶Missio † in possessionem in hoc interdicto duplex est, ex 1.& 2 decreto.Prior ex 1.decreto est,quando ob contumaciam rei qui non cauet iussus, actor mittitur in possessionem eius rei, quæ ruinam minatur,custodiæ caussa, vt eam pignoris iure detineat, donec reus veniat responsurus,*l.4.§.si intra diem,de dam.infe.* missioque fit,etiam si post decretum missionis ædes ruinosæ corruerint ante missionem.*d l si finita,§.si iam rucrunt.* Et possidere quoque intelligitur ante ruinam, si metu ruinæ, ne ea opprimatur, missus in possessionem recesserit ab illis.*d l.si finita,§.si quis metu.* ¶Hoc † remedium missionis huius rei seruandæ caussa, commune in omnibus actionibus in rem, vt tædio affectus, contumax hoc modo veniat.Et si veniat intra annum, non postea, nec prius audiatur,quam de impensis & reliquis cauerit vel soluerit, &c. *c.si.§.si.vt lis.non contest.§. & qui iubet, de bo.auct.iud.possid. in auth.l. cum proponas.9.de bo.auct.iud.possid.* Neque hæc missio in possessionem ex 1. decreto transfert dominium in possidentem. *l.in possessionem,eo.d.l.si finita,§ Iulian.scribit,dam.infe.* Præfertur tamen qui ex hac caussa mittitur creditori, qui pignus in ea re habet,si is non satisdet de damno infecto.*Vlp.in l.quid de creditore,l.11.& Paul.in l.in qui.12.de dam.infe.* Quanquam qui ita missus est in possessionem, non vere possessionem videatur habere, sed potius rei custodiam. *Pomp.in l.cum legati, 11. quibus ex caus.in poss. eat.P. l.3.§.fin.de acq.poss.P.l.si quis autem,§.idem Pomp.eo.l.is cui, in prin. & in poss.lega.in P.l.si duo creditores, vti poss.P.l.1. §.quæsitum,quæ. lega.P.* ¶Hoc † enim speciale habet missio ex Carbon. edict.*l.3. §.missum de Carb.edict.* ¶Ceterum † post annum contumax in cauendo, rei suæ possessione vere priuatur. *d. c.si. §. si.vt lit.non contest.c. contingit de dolo & contum.* Et iubet prætor dominum de possessione decedere, & possidere actorem. *l. 4.§.si forte, & l. 5. de damn. infect.* Daturque ius dominij ex secundo decreto, vt nequaquam postmodum locus sit oblationi cautionis,*l.si finita, §. postea autem,5. & l.7. §.1. de dam.infe.ea.1.de eo qui mitti. in poss. rei serua. cau.* Nec statim vbi prætor misit in possessionem,etiam possidere iubet,sed tum demum cum iusta caussa videbitur.Et ideo interuallum debet aliquod precedere à prima missione,quod aut pro derelicto ædes longo silētio dominus videatur habuisse : aut misso aduersario in possessionē & aliquandiu morato nemo caueat,*d. l. si finita, §. non autem statim. de dam. infect.P.* ¶Ita † pro omni dāno accepto, qui passus est damnum, vel qui pati potest ex ruinoso opere, nihil aliud consequitur non cauente aduersario,quam opus ipsū ruinosum: quo dato dominus liberatur,nō secus ac dominus dās animal pro noxa,ad amplius non tenetur,*l.prætor ait, §.hoc edictum,de dam infect.*

De operis noui nuntiatione.
Cap. 23.

Lib.49.P.tit.1. Lib.5.Decret.tit.32.

1 *Operis noui nuntiatio quid,& quod ante opus factum locum habeat.*
2 *Operis noui nuntiationis rationes.*
3 *Nouū opus quid hic,quid ve reficere ab eo differt. Reficere quid,&c.*
4 *Nuntiatio quid.*
5 *Nuntiatio noui operis pertinet ad ædificationem solum, & ad res quæ soli sunt.*
6 *Operis noui nuntiationis caussa triplex,naturalis,publica,impositicia,& de singulis.*
7 *Finis operis nuntiationis,vt liceat quod in nostro licet,& quo temperamento.*
8 *In suo ædificanti non potest nuntiari opus nouum, nisi certis de caussis.*
9 *Pro opere in loco publico facto, nuntiatio noui operis à quolibet etiam alienigena fit.*
10 *Qui nuntiare possunt opus nouum.*
11 *Nuntiandi formula,in damno infecto.*
12 *Habet locum nuntiatio pro rebus ecclesiasticis.*
13 *Operis noui nuntiationis remedium tantum locum habet vt extraordinarium deficiente remedio prohibitorio.*
14 *Non fit nuntiatio noui operis in rusticis operibus.*
15 *Nuntiatio noui operis fit vel totius,vel partis,quomodo.*
16 *Nuntiatio fit in re præsenti,& omnibus diebus.*

1 ALiud remedium, † iuris publici aut nostri conseruādi caussa, aut damni depellēdi gratia inuentū est,operis noui nuntiatio,*l.1.§.nuntiatio.in 2.de op. nou. nuntia.* Quod antequam opus fiat,locum habet & intercidit,ne fiat, summa cum vtilitate,quia melius est in tempore ante factum occurrere, quam post læsionem,ad restitutionem & auxilium proclamare,*l.fin.in quib .causs. in integr. restitu. non est necessa.l. 1. quando lice. Vniquique sine iud. se vend.C.* quando videlicet ius est prohibendi ne se inuito aliquid 2 fiat,*l.1.de remiss. lib.43 P.tit.24.* ¶Hoc † remedium prætor facile interponit, & pollicetur, ne vicini inter se de opere pertinacius contendentes ad arma prorumpant, quos boni iudicis est sua iurisdictione ab armis compescere,*l.æquissimum, de vsufruct: in P lib.7.tit.1.* Neve vicinus resistendo,sibi arma permitti putaret & vltionem,ob quam tamen compescendam iudiciorum vigor in medio positus est,cauens ne quisque eam sibi permittat, *l.nullus,de iudais,C.* Et proinde statutum, vt siue iure,siue iniuria opus nouum nuntiatum esset,opus intermitteretur,*l,1.de oper nou nuntiat.* propter auctoritatem prætoris, vt postea latius dicetur Deo fauente. Hinc & illud bonum sequitur,nē potentia aduersarij manu & reipsa ius prohibentis opprimat vel lædat. Quemadmodum ne id accidat in aliis iuris articulis prospectum inuenimus,*l illicitas , in princip.& §. ne potentiores. de offic.præsid. Vtile itaque,*inquit Ioannes Petrus Ferrariensis, *in forma libelli de actio: noui oper.hoc interdictum maxime in ciuitatibus,vbi diuites vani ædificia magna & splendida, non habita ratione iuris vicinorum æmulantur, vanissima & inani gloria tumidi, ita fatui & floridi,vt putent hoc perpetuo sibi esse manendum.* Neque ædificia ista solent perfici, nisi per homines elatos & superbos,quos vocat Augustus animosos, *l.2.de prad.& aliis reb.nauticular.lib.11.C.tit.2.*

¶Nouum † opus hic primum considerandum est non factum, 3 videlicet imperfectum: nam pro eo quod factum est, ad interdictum quod vi aut clam recurritur, *l.1.§. hoc autem edictum,de ope. noui nunt.su* P.Nec immorandum est in dictione opus, quæ perfectam rem vt plerunque demonstrare videtur, vt notat Paulus; *in l.rei appellatio.5.§.1.de verbor signif.*Nam & opus recte de perfecto & de imperfecto seu cœpto dici potest, *l.qui insulam,33.§.qui adem loca. lib. 19. P.tit.2.* Nouum porro opus dicitur quod antea non fuit, vt ecclesiastes tradit *cap. 1. Quid est*, inquit, *quod futurum est? Id quod fuit: nihil sub sole nouum.* Nouum itaque non facit, qui detegit quod vetus est, *l. adeo,§. cum quis,de acqui. rer. dominio.P.* Et qui excutit spicas, non facit nouam speciem,sed eam quæ est detegit: aliudque reficere est, aliud facere,*l.3.§ reficere,de itin.act.priua.* Nouumque opus facere videtur,qui vel ædificando nuper,vel detrahendo, pristinam faciem immutat, *l. 1. §.opus nouum,de oper.nou.nunt.*P.*l.stipulatio, 21.§.opus, eod.* secus si reficiat, vel cæmentum vnum vel alterum addat vel subtrahat, & ideo tunc hoc remedium non datur,*l.1.§ si quis adificium, & d.l.stipulatio, §.opus, de oper. nou.nuntiat.l.Vsufructuarius. 51.de Vsufr.* Quia reficere iter secundum Vlpian. *l.3.§.pen. de itin.act.priua.lib.43.P. tit.18.* est, ad pristinam formam,actum & iter reducere, id est,ne quis dilatet,aut producat,aut deprimat,aut exaggerer. Et vt alij aiunt,nec liceat ampliare, aut vtile detrahere, *l.hactenus,8.§.fin. & l.quamuis,de Vsufru.lib.7.P.tit.1.*Et in summa, verbo reficiendi continetur apud Vlpia.corruptum restaurare, tegere,substruere, sarcire,ædificare,aduehere,& adporrare ea,quæ ad eam rem necessaria sunt,*l.1.§.deinde,de rebus,lib.43.P.tit.20.*Item aperire purgandi caussa,& purgare,dummodo sub specie refectionis,neque altiorem,neque longiorem,neque latiorem,neque humiliorem faciat,*l.1.de via public.lib.43.P.tit.10.*

¶Nuntiatio, † quod ad nomen pertinet,nihil aliud est, quam 4 relatio vel delatio rei alicuius,vel monitio, quæ & de crimīnib. & aliis fieri potest,*c.2.& 3.& c.super his,de accus.l.1.§.1.de procur.l. qui foueas vrsorū,28.ad l.Aqu.*P.Quocirca ratione adiuncti restringitur,vt nūc nuntiatio nihil aliud erit,quam monitio,quod opus nouum fiat,& prohibitio ne opus nouum exædificetur, *ex gl.in l. si procurator,17.de ope.nou.nun.* Denuntiare idem est,quod prohibere,*l.1.§.nuntiatio,eod.* prohibitio autem hic ad opus nouum restringenda. Nam non omnis prohibitio opus nouum respicit,nā alia prohibent leges,*l.2.& l.contra legem,de leg.*alia iudicia, *l.cum prætor,de iudic.l.quos prohibet,de postul.P.* quæ huc non pertinent. Opus porro nouum distinguit à damno infecto,& ab interdicto quod vi aut clam,*l.si alius,§.notandum,quod vi aut clam,*P.vt suis locis ante diximus.Et ædificandi nomē distinguit naturam negotij,quo de agimus. ¶Nam † hoc edictum omnia opera nō complectitur, sed ea solum quæ solo coniuncta sunt,quorū ædificatio vel demolitio videtur opus nouum cōtinere, idcirco placuit, si quis messem faciat arboremve succidat, vineā puret,quanquā opus faciat tamen ad hoc edictum nō pertinere:quia ad ea opera,quæ in solo fiunt, pertinet, *l.1.§.hoc autē edictum,de op.no.nun.* ex ædificatione imperfecta, ¶Operis † noui nuntiationis triplex est caussa,nuturalis,publica,impositicia: Naturalis cum in nostras ædes quid immittitur, vel in nostro ædificatur: Publica, quoties leges vel senatusconsulta, constitutionesque principū, per noui operis nuntiationem tuentur.Impositicia, si quis posteaquā seruitutem ædibus suis imposuit,cōtra seruitutem fecit, *l.de pupillo, 5. §.Sextus Pedius, de ope.no.nun.* Hoc auxilio itaque prohibemus, ne quis in nostro ædificet,vel in nostras ædes immittat,*d. l.de pupillo, §. sed etsi in ades,& l. quemadmodum,39. §.1.ad l.Aqui.lib.9.tit.* etsi in nostro ædificatū sit, possimus propria auctoritate tollere & demoliri.*d l.quemad.* Vt mihi licet sine metu calumniæ, signa meis rebus impressa sine auctoritate iudicis tollere & confingere.*l.fi.vt nemi.liceat sine iud auctoritat.sig reb impo.C.lib. 2. ti.17.& l.fi.vt nemo priua.tit.prad. suis &c. lib. 2.C.tit.16.* Vt & in solo meo ædificata,iure meo arrogo,*l redemptores, de res vind. in P. §. & ea diuerso,de rer.diu.l si in contra de edific. priua. l. 2. C. de seruit.* & domolior, cum re mea aburi mihi liceat,*l sed etsi lege, §. consulunt, de peti.hered. in P. l. domum suam de regu. iur.* ¶Et † si quis me prohibere velit,iniuriarum agere possum in eum qui non sinat libere mea re vti,*l.iniuriarum,13.§.pen.de iniur.in P.lib.47. tit.10.* hæc ta-

Digitized by Google

men non licent ciuili temperamẽto, nisi monitione vicino facta prius, *l. quidã liberum, de seruit. rustic. prad.* Ideo & si quid fiat in pariete, communive alio loco, ad nuntiationem rectius confugiendũ est, nec factum propria auctoritate licet tollere vel incidere, *d. l. quemadmodum, ad leg. Aquil. & l. sed etsi de seruit. vrban.* cum quis suo iure vti præsumatur, nisi contrarium appareat, *l. merito pro soc. P.* Et omnia iure licere præsumuntur, nisi probetur non licere, *d l. nec non, §. quod eis, ex quibus eauſ. maior. in* P. atque vnus ex sociis prohibere quidem potest, ne alius ædificet, verum destruere ædificatum non potest, *l. an vnus ex sociis, si seruitu. vindi. in P.*

8 ¶ At † si quis in suo ædificet, iure communi interpellari non potest hoc edicto nuntiationis noui operis, nisi contra leges edictave principum, quę modum ædificiis exstruendis adiiciunt, vel si in sacro vel publico vel religioso ædificetur, *l. 1. §. nuntio sit, de nou. ope. nunc. vt in exemplo, l. 1. C. do edific. priu. nos supra de modo parietum, in seruit. vrban. diximus*, aut præter modum per seruitutem impositum, *l. inter, §. fin. de seruit. vrban. prad. P. l. 1. & l. si quid, & l. præses*, C. *de seruit. nouel. 165.*

9 ¶ Interdicit † prætor ne quid in loco publico fiat, & ideo si quid fiat aduersus illam prohibitionem, denuntiatio fieri noui operis potest à quolibet, *l. 2. ne quid in loc. publ. 1. §. nuntiatio, & l. in prouinciali, l. 3. §. & l. seq. de nou. oper. nun. l. opus, de ope. publ. P.* Et non solum ab incolis, sed etiam ab alienigenis viatoribus, si quid in via publica fiat, quia & eorum interest, vt scribunt Angelus & A-

10 lexander, *in l. 2. ne quid in loc. publ.* ¶ Nuntiabit † & superficiarius nouum opus vicino, quia & seruitutum causſa ei actio datur, *l. 3. §. si ego superusciarius, de operis nou. nuntiat.* constant enim ædes so-

11 lo & superficie, *l. eum qui ades, de vsucap. in P.* ¶ Et † in cautione damni infecti concurret nuntiatio hac formula: ne progrediaris ad ædificationem vel demolitionem operis, nisi prius me indemnem conseruandum iri caueas. *d. l. 1. §. nuntiatio, in fine, de oper. nou. nuntiat. & l. 3. §. pen. quod vi aut clam, P.* quamuis pro damno ipso infecto, quod minatur per se ruinam, non fiat nuntiatio noui operis, *l. si adibus, de damn. infect.* ¶ Habet † & locum nun-

12 ciatio pro rebus ecclesiasticis, & pro ecclesiis ipsis, *cap. 1. & 2. de ope. nou. nuntiat. ap. Gregor. lib. 5. Dec. tit. 32.* In prætudicium enim ecclesiæ vnius, alterius ædificatio non permittitur sine iusta causſa, *c. quicunque, & ca. ecclesia, 16. q. 1. c. ad audientiam, de eccle. ædific.* Et ita res explicatæ sunt, pro quibus nuntiatio fieri potest. ¶ Obser-

13 uandum † tamen in his & similibus, noui operis nuntiationem esse remedium extraordinarium, neque competere pro omni opere nouo, sed pro eo tantum, pro quo aliud remedium prohibitorium non est proditum per prætorem vel legem: veluti si vnus ex sociis loci communis in eo aliquid faciat, non datur nuntiatio, sed communi diuidundo iudicio prohibetur, *l. 3. de oper. noui nuntiat.* potiorque conditio prohibentis, *l. in re communi, de seru. vrban. prad. l. Sabinus, commun. diuid.* Sic de similibus, vt de damno infecto, quod vi aut clam, prohibitione prætoris, quæ tamen æquipollet nuntiationi, vt postea ædificatum destruatur,

14 *d. l. Sabinus, & d. l. in re communi*, efficitur. ¶ Tradit † Hostiensis, *in Summa de oper. noui nuntiat. §. quis possit facere*, nuntiationem non habere locum in rusticis seruitutibus & prædiis, in fauorẽ agriculturæ, quæ nec momento suspendi debet, *l. 3. C. de feriis, l. 2. de nund. in P. ca. 3. de feriis, §. innouamus, de treuga & pace in vsibus*

15 *feud.* ¶ Sed † & illud obseruandum est, nuntiationem operis noui fieri, vel totius, vel partis: si totius fiat, sufficit nuntiare nouum opus simpliciter: si partis, oportet illius demonstrare locum.

16 ¶ Quia † in re præsenti fit nuntiatio, *l. de pupillo, §. qui nuntiat, & §. si in pluribus, de ope. nou. nuntia.* Et omnibus dieb. fieri potest, feriatis quamuis, *l. 1. §. nuntiatio de verſic. item nuntiatio, de operi. noui nuntiat.*

Quibus & contra quos fiat nuntiatio noui operis. Cap. 28.

1 *Quis opus nouum nuntiare possit.*
2 *Personæ, quibus nuntiari nouum opus est.*

PErsonas † nunc in hoc remedio nuntiationis consideremus, actoris, & rei, & quis possit primum nuntiare. Qua in re placuit, cum qui ius non habet in re nuntiare non posse, *l. 1. de remiſ-*

1 *sio.* P. *glo. in l. 3. §. si ego, in verbo, inquilinus, de oper. nou. nun. l. 1. §. iura, eod. Bart. in l. 1. in prin. & §. nunc videamus, & l. de pupillo, §. interpoſitas, de oper. nou. nun. Specul. in tit. de oper. nou. nunt. in §. sed nũc videamus.* Denuntiabit igitur, *Specul. vbi supra, & §. fin.* qui vel dominii vel ius seruitutis habet, qui pignori fundum accepit, qui habet detentionem seruitutis, *l. creditori*, 10. *de ope. nou. nuntia.* quia illis dantur actiones vtiles, *l. ei qui pignori, de seruit.* Vsufructuarius tamen suo nomine nuntiare non potest: procuratorio potest, vt in rem suam procurator vendicando vsumfructum, *l. 1. §. Vsufructuarius, de ope. nou. nun. l. 1. in fi. & l. seq. vſufru. quemad. caueat. in P.* Denuntiat & procurator, *l. cum procurator*, 13. *de oper. nou. nun.* Verum qui alio nomine nuntiat, necesse habet satisdare, rem ratam dominum habiturum, *l. de pupillo. §. qui procuratorio nomine, de oper. nou. nun.* Si de mandato constet, *l. illud, in fin. de minor. in P.* Bonæ fidei possessor nuntiare poterit, quia eum ad res quodammodo pertinere videtur, *l. verbum illud pertinere, de verb. sign.* Potest & nũtiare nouum opus, non solum vicinus proximus, sed inferioribus superioribus facientibus opus nouum: Nam & seruitutes quædam interuenientibus mediis vel publicis vel priuatis, esse possunt, *Paul. in l. non solum proximo. 8. de oper. nou. nuntia. de ratione, l. loci, §. fin. & l. seq si seru. vend. l. seruitutes, §. penul. de seru. P. l. in tradendo, §. interpoſitas commun. prad. l. si proximus, §. via, & §. fin. de aqua pluu. arcend. P.* Pupillus sine tutoris auctoritate non nuntiat, nec seruus, *l. de pupillo, de oper. nou. nunt. P.* Mulier quoque & pupillus, si denuntiatione agatur operis facti in publico, nõ nuntiant, nisi singulariter illorum interest, exemplo popularium actionum, quæ tantũ in eo casu illis concedũtur, *l. multeri, de pop. actio. P.* Et qui de opere publico nuntiat, bonæ famæ integræque esse debet, vt in popularibus actionibus exigimus, *d. l. 4. eod.* Arcentur & à denuntiatione operis illi, cum quibus pactum ab iisdem ædificantibus ea de re factum, vel si rei euidẽtia appareat eos ius non habere, vel manifeste inhabiles ad nuntiandum sunt, *l. non solum, & l. de pupillo, de ope. no. nun.* Si plurium etiam res sit, cui opus no- 2
uum noceat, omnes nuntiare debent, nec vnius nũtiatio sufficit, *l. adibus communibus*, 18. *de pupillo, §. si plurium, de oper. nou. nuntia.* ¶ Cum † de personis quibus nuntiari potest quæritur, statuendũ primum est, nuntiationem in rem fieri, non in personam. Proinde ea fieri potest furioso, infanti, vt nec tutoris auctoritas exigatur, *l. operis nou. nuntiat.* 10 *de ope. nou. nuntiat.* Et ideo cuilibet intelligenti, scilicet in re existenti, veluti fabro nuntiatum, infantem & furiosum tenet, *d. l. cuilibet, eo. tit.* Quod enim rem respicit, obligat furiosum tacite, *l. furioſus, & l. si à furioſo, de act.* Ita & seruo denuntiatio fit recte, quamuis ille denuntiare non possit, *l. de pupillo, verſ. 1. de oper. nou. nun.* Hostiensis, *in Summa, de oper. nou. nuntia. §. cui fiat.* quoque dicebat denuntiationem domino extra rem fieri non posse ad effectum, vt post denuntiationem opus factum demoliri debeat: quia fieri potest, vt fabri id non resciuerint, nisi postea dominus ad opus redierit à quo tẽpore validatur præcedens denuntiatio. Denuntiatur item non solum proximo, sed & remotiori vicino, *l. non solum, 8. de oper. nou. nuntiat.* Et si plurium res sit, in qua opus nouum fiat, si vni nuntietur, recte nuntiatum videtur, & omnibus censetur facta nuntiatio: sed si vnus ædificauerit post nuntiationem, alij qui non ædificauerint, non tenebuntur: contra, si communi rei plurium noceat opus nouum, omnes nuntiare debent, nec vnius nuntiatio sufficit, *l. de pupillo, §. si plurium, l. adibus communibus*, 18. *de oper. nou. nuntia.*

De modo & formis nuntiationis noui operis. Cap. 29.

1 *Nuntiatio in re præsenti fit.*
2 *Nuntiatio quadrupliciter fit: denuntiatio quando verbo fiat. Denuntiatio quæ verbo fit, exuit possessione denuntiantem, &c.*
3 *Facto quomodo iactu lapilli, & oppositione manuum nuntiatio fiat.*
4 *Nuntiatio per prætorem modestior, in Gallia & probabilior.*
5 *Nuntiatio operis per prætorem quo tempore fieri possit: an omnio nuntiatio omnibus diebus fieri possit.*

NVntiatio † in re præsenti, in loco operis demostratio fieri 1
debet, & in parte, si in ea tantum nuntietur, *l. de pupillo, §. §. qui nuntiat, & §. si in pluribus, & §. nuntiationem, de oper. noui nun.* ¶ Nuntiatio † quadrupliciter fit, verbo, per iactum lapilli, *d. l. de* 2
pupillo, §. meminiſſe, l. 1. §. nuntiatio, eod. l. 1. §. quid ſit vi factum, quod vi aut clam. per oppositionem manuum, per prætorem, *d. §. quid ſit vi.* Prohibitio, quæ verbo fit, cum quis dicit se opus prohibere, habet timiditatis aliquid, & videtur qui prohibet de iure suo dubitare: quare dicitur constituere eum possessorem, cui fit denuntiatio, *d. l. de pupillo. §. meminiſſe, & l. 1. §. in operis autem nuntiatione, de oper. nou. nuntiatio. P.* quamuis possideat, *l. ſi alius, §. ait Iulianus, quod vi aut clam.* Nihil autem interest, quibus sententiæ verbis fiat prohibitio, dummodo prohibitio, in illis constet: 3
sicuti de sententiæ sermonis viribus dicitur, in quo mens tãtum quæritur, *l. in ſumma*, 50. *de re iudic. in P. l. 3. §. conditio, de adimen. lega. l. fin. quæ res pigno. obli. poſſ. l. promittendo, C. de iure dot.* ¶ Factus † prohibitio censetur perfici, iactu lapilli, vel opposita manu operi, prohibendi gratia, *l. vim facit*, 19. *§. prohibitus autem qui intelligatur, quod vi aut clam.* Et istæ videntur paulo audaciores, & conseruant possessionem denuntianti. Quia dum lapillum quis iacit in opus, aut dum opponit manum operi, videtur profiteri aperte se iure suo agere in re sua, & velle defendere rem suã, retinereque possessionem, quæ animo alioquin amitti potest. *l. 3. §. in amittenda, de acq. poſſeſſ. in P. l. ſi id quod, §. fin. C. eod. tit.* Neque id omnino temerarium est, cum hoc fieri censeatur, donec adeatur iudex, cuius iurisdictioni se committunt nũtiantes, nisi aliter conueniant expresse. *l. 1. §. & poſt operis noui, & §. ſeq. de oper. nou. nuntia. facta l. 2. quan. lic. ſine iuds. ſe vindi.* Et propter absentiam iudicis

Digitized by Google

dicis licet interdum res proprias vi etiam eripere ei, qui aufugit cum eis, *l. ait prator, 10. §. si debitorem, qua in fraud. credit. lib. 43. P. tit. 3.* Obseruare & hic oportet, in iactu lapilli & manuum oppositione interuenire quoque verba, quæ exprimunt ea ratione ea fieri, vt prohibeatur opus, vel saltem interuenire debere nutum æquipollentem, *arg. c. cum apud, & c. tua, de sponsalib.* Nec simplex iactus lapilli prohibitionem facit: quinimo quidam tradūt, & tripliceem lapillum proiiciendum, *arg. l. contumacia, de re iud. c. indagini, 12, q. 2. ca. ex literis, de consti. c. in audientia, de sent. excom.* Neque tamen exigo, vt nuntians teneatur dicere causſam, cur nunciet & prohibeat, sed puto sufficere simpliciter eum prohibuisse, sicut de teste dictum, *§. sanciamus, de testib. in authen.* In aliis, quamuis contrarium verius videatur, *vt in l. fin. de edict. di. Adrian. toll. C. l. cum hi, §. vult igitur oratio, de transact. c. cum dilecti, §. fin. de accusat. l. edita,* C. *de edend.* ¶ Modestior † & firmior est per
4 prætorem facta denuntiatio, qua in Gallia vt plerunque vtimur. Et fieri quidem potest, vt recte nuntiatio fiat, sed non vt recte lis ideo moueatur, id est, vt moueri possit, vt ait Papinianus, *l. 3. de pign. P. lib. 20. tit. 1.* Et facilis à verbis priuatisque concertationib⁹ in verbera prorumpere, nisi prætoris intercedat auctoritas, dum quis licitum putat contra aggredientem vi, iactu lapilli vel obiectione manus, vi & manus se defendere, *l. vt vim, de iust. & iure, cum similib.* Et ideirco consultius est medio, id est, iudice & iudiciorū vigore vti, ne ad arma veniant contendentes, *l. aquissimum, de vsufru.* P. *l. nullus,* C. *de ludeis.* Iussus simplex ita hic iudicis, vim habet sententiæ quodammodo, dum per illum suspendendum est opus, *l. in re communi, de seruit. vrb. predio. l. quod iussit, do iudi. l. 1. si quis ius dic. non obtemp. glo. in c. ex parte, in Christo, de verbor. si quis.* quamuis alioquin comminationes, programmata, epistolæ, subscriptiones iudicum, parte inaudita sententiæ vel rei iudicatæ vim non habeant, *l. 1. 2. 4. 5. tit. commina. epist program. lib. 7. C. tit. 57.* Vnde Ferrariensis, *Ioan. Pet. de Ferrariis in praxi. tit. de op. nou. nun.* hic singulare notat, vt quando per viam præcepti procedit judex contra aliquem instante & petente aduersario, præceptū huiusmodi euanescat comparente reo, & petente sibi libellū offerri: quod iudicia non sunt à præceptis incoāda, sed à libelli oblatione fundamētum capiant, *l. 1. in fi. de in ius vocan. auth. offeratur, de lit. contest. l. libellorum, de accusat. in P. l. 1. de libel. oblat.*
¶ Dissidet † autem Ferrariensis cū Bartolo in tempore nuntia-
5 tionis faciendæ: nam cū iurisconsult absolute dixerit, omnib. dieb. nuntiationē fieri posse, *l. 1. §. nuntiatio, vers. item nuntiatio: de op. no. nun.* Ferrariensis vult tantum locum habere in nuntiatione facto vel verbo peracta: at in prætoria, dies feriatos excipit in honorem Dei, *iuxta l. dies festos, & l. omnes, C. de feriis.* Bartolus autem contendit, etiam prætoriam fieri posse omni die & feriato, *Bart. in d. l. 1. §. nuntiatio, de oper. nou. nuntiat.* Ego pium existimo festis diebus ab his abstinere contentionibus: verum si necessitas vrgeat, puta quia futura die pluribus redemtoribus vel operariis opus perficiendum sit, Deum non offendi arbitror, vt consulatur paci. Dispensat namque necessitas à feriarum exacta obseruatione, *l. 1. C. de feriis, c. 3. eod. ap. Grego.*

De effectu nuntiationis noui operis. Cap. 30.

1 *Effectus nuntiationis noui operis, intermitti opus, posteaque edificatum demoliendum. Quis teneatur præstare sumtus demolitionis operis aut patientiam demoliendi, &c.*
2 *In nuntiationis testatione debet apponi quantum opus iam factum sit.*
3 *Quando ædificantis nuntiatione opus suspenditur.*
4 *Nuntiatio noui operis non se defendentem facit ex actore reum.*

1 PRæcipuus & insignior effectus nūtiationis noui operis est, vt nuntiatione facta quiescere debeat ædificatio, & opus intermittatur, donec ea de re cognitum sit, alioquin omne post nuntiationem, vt illegitime ædificatum, destruendum sit, *l. vnic. in fine, de oper. nou. nuntiat. C. c. 2. eod. tit. apud Gregor. l. prator ait, §. 1. & §. prator ait, eod. tit. P.* Obtemperandum enim nuntiationi est, siue bene siue male facta fuerit, *l. 1. de oper. nou. nuntiat. P.* vt de excommunicatione dicitur ecclesiastica, *cap. 1. 11. quæst. 3.* & prohibitus qui postea ædificauit, in exceptionibus non auditur ante restitutionem operis in pristinum statum, nec datur ei actio per prætorem volenti agere sibi ius esse ædificatum habere, *l. 1. §. sed etsi in cui opus nouum, de oper. nou. nuntiat. P.* & quia vi, vt diximus, post prohibitionem factum dicitur. Qui vi aut clam fecit, si possidet, debet patientiam & impensam tollendi operis: qui fecit nec possidet, impensam: qui possidet nec fecit patientiam tātum, *l. competit. 17. § fin. quod vi aut clam, l. 2. §. pen. ne quid in loc. publ. l. 3. §. item si locum, de alien. iudic. mut. ca. iud. fact. in P.* Et Marcellus, *l. pen. de oper. nou. nuntiat. si is, cui opus,* inquit, *nouum nuntiatum est, ante remissionem ædificarat, decesserit, heredes eius debent præstare patientiam aduersario destruendi operis.* Quia in restituendo huiusmodi opere, pœna versatur eius qui contra edictum facit, quæ in heredes non transit, nisi lite contestata, *l. 1. ex delict. in quan hered. teneat. C.* Veruntamen quamuis ad pœnam non teneantur, non dubito teneri hæredes ad impensas demolitionis si possideant: quod hoc vitium rei sequitur quemcunque possessorem & omni damno eum onerat, *ca. 2. de nou. oper. nun. ca. quia vero, de iudi. c. sæpe, de restit. spolia. expresse & in l. prætor ait, in fine, de oper. nou. nuntiat. c. significauerunt, de restit.* nisi ædificatum fuisset opus inuito domino loci: quo casu solum præstat patientiam demolitionis, vt si à seruo, sine iussu domini, fuerit ædificatum, *l. si rem. §. primum, & l. denique, §. fin. quod vi aut clam.* ¶ Propter † hunc effectum demolitionis faciendæ ædificati post nuntiationem, qui opus nuntiat nouū, debet referre in testationem, 2
quantum operis iam tunc factum erat, & modulos seu mensuras capere, vt appareat quid postea fuerit factum, *l. non solum, 8. §. qui opus nouum nuntiat, & §. sciendum, de operi. nou. nunc.* ¶ In † quæ- 3
stione tamen suspensionis operis post nuntiationem, arbitror distinguendum, num prætore auctore, vel siue prætore fiat nuntiatio: si sine prætore, & manifeste appareat ius non esse nuntiandi ei qui nuntiat, ab ædificio quiescere quis non tenetur, priusquam ad prætorem vocetur: veluti si constat pupillum nuntiare vel seruum, vel extraneum, vel eum qui ante permisit, vel alio modo manifesta sit iniusta nuntiatio. Ne inde iniuriarum nascatur occasio, vnde iura nasci solent, *l. meminerint, C. Vnde vi.* At si dubitetur de iure, vel si per prætorem quis intermittere opus iubeatur, certe quiescendum ab opere, propter auctoritatem prætoris, ne eius imperium eluforium sit, *l. fin. ne quid in loc. publi. P. l. si prator, de iud. in* P. Et quamuis manifeste iniusta vocatio in ius sit, aut quamuis citatio non liget vocatum, *l. ne quis eum, qui in ius voca. vi exim. l. fin. de iurisdict. omn. iud. in* P. attamen non est male vocati contemnere vocantis imperium, coram quo exceptiones suas proponere potest, *l. si quis ex aliena, de iud. in* P. Ceterum quando intermissio operis periculum adfert, nuntiatio quoq; hunc effectum non sortietur, vt suspendatur opus, sed cōtemnitur: vt si cloacæ purgentur, vel reficiantur, vel riui, *l. de pupillo, §. si quis riuum, de operi. nou. nuntia. l. 2. de riuis, lib. 43. P. tit. 20. l. 1. §. si quis purganti, de cloac.* P. Nam ob id quod denegatur exemtio operis noui, id est, suspensio & demolitio, non abolentur actiones legitimæ, sed integræ manent: sicut & in his, in quibus prætor ab initio noui operis nuntiationem negat, *Paulus in l. sciendum, 19. de oper. nou. nuntiat. P.* ¶ Alius † effectus nuntiationis 4
noui operis apud Africanum, vt nuntiatione facta, si is cui nuntiatur se non defendat, ex possessore constituatur petitor, atque postea cogatur docere & probare, ius sibi esse ita ædificatum habere. Prætor enim cogit fugientem cauere, quod non procedet in opere, nisi prius de iure suo docuerit: quemadmodum etsi is qui nuntiauit, fugiat, fit ex possessore petitor: quia cauere debet se non prohibiturum ædificantem, nisi docet de iure suo prohibendi, & sic vtroque casu transferuntur, per fugam onera probandi. Fuga porro intelligitur hic post tres menses à tempore nuntiationis differendo, *l. vnica, de oper. nou. nuntiat. C. l. fin. de ædif. prina. C.*

Quot modis operis noui nuntiationis prohibitio exstinguatur. Cap. 31.

1 *Remissione nuntiationis tollitur nuntiatio. Remissio triplicitur fit, à denuntiante, à iudice, à lege.*
2 *Cautio de demoliendo. si dictum sit, tollit nuntiationem.*
3 *Denuntians, intra tres menses, non cogitur satisdationem acceptare ab aduersario oblatam, si dicat se paratum intra eos de iure suo docere: postea tamen cogitur.*
4 *Nuntiatio noui operis, olim anno tollebatur, hodie nequaquam.*
5 *Nuntiatio noui operis morte nuntiantis, non eius cui nuntiatum est, tollitur. Item nu. 6.*
6 *Nuntiatio finitur alienatione rei.*
7 *Diffinitio, quando duret nuntiatio post mortem.*
8 *Ratio cur non exstinguatur morte eius cui nuntiatur, & alienatione ab eo facta, quemadmodum ex parte nuntiantis.*
9 *An satisdatione data de demoliendo, heres cui nuntiatum est, teneatur suis impensis opus demoliri, an tantum præstare patientiam.*
10 *Remissa censetur nuntiatio, si actor non iurat de calumnia.*

TOllitur prohibitio, † & exstinguitur nuntiatio noui operis, per remissionem nuntiationis, *l. non solum, §. sciendum, de ope.* 3
nou. nun. Ea remissio tripliciter fit, *gl. in l. 1. de remiss.* nempe à denuntiante, à iudice, à lege: à denūtiate, si is permittat expresse opus prosequi, *de hac re d. l. 1. §. inde quæritur, de oper. nou. nun. l. vim facit tandiu, quod vi aut clam.* Potest autem remittere, siue facto, siue verbo, seu per prætorem nuntiauerit: si partes enim conueniunt, nihil interest iudicis, *d. l. 1. §. inde quæritur, & l. si conuenerit de re iud. P. l. iudicem, com. diuid. P.* A iudice, examinato negotio, iudex pronūtiauerit ius esse ædificandi, *l. prator ait, §. habet autem, de oper. non. nun. P.* quia res iudicata finem imponit negotio, *l. 1. de-*

Digitized by Google

re ind. P. A lege dupliciter fit remissio, primo, quando nuntiatio est ipso iure nulla, vt si facta ab eo, cive, à quo, cuive fieri non poterat, per personas, & illis à quibus & quibus iam antea fieri non posse monuimus. Paria enim sunt non fieri, vel fieri perperam seu inutiliter. *l. quoties, quas satisd. cogan. 1. si quis in ius voc. non ier. l. 4. §. condemnatum. de re iud. cum simil.* etsi procurator non cauerit de rato, *l. de pupillo, §. qui procuratorio, de oper. nou. nun.* P. Secundo, remittit lex prohibitionem, si cautio data fuerit coram iudice de demoliendo, & restituendo opere priuato, si postea appareat iniuste ædificatum, vel si pro publico promissio eadem fiat, *l. Vas, eod. C.*

2 ¶ Et † hæc satisdatio, etiam si absentis nomine postuletur remissio, non ad rati habitationem, sed ad noui operis nũtiationem pertinet, *d. l. de pupillo, §. qui remissionem, c. fin. eo. sit. ap. Greg. l. non solum, § si cum possem, eo.* P. Hic fit oblatio satisdationis, quam stipulatur aduersarius: quod si eam stipulari noluerit, pro data habebitur iure, fitque remissio noui operis nuntiationis, *l prætor ait, § si quis paratus, & §. deinde ait prætor, de ope. nou. nun. l. stipulatio, §. si quis autem, eod. tit.* P. Nisi postea is qui obtulit, interpellatus vt caueat, noluerit cauere, & ita in mora postremus sit, *l. prætor ait, §. si aliquomodo steterit, de ope. nou. nun.* Sic et vltima mora nocet, vt in aliis receptum est, *l. illud, de peric. & com. rei vend. l. hominẽ, mand. P. l. obsignationem,* C. *de fol. l. semel mora, fol. matrim. in P. l. 21. C.*
3 *de iur. emphyt.* ¶ Cæterum † hic quoque annotandum est, denuntiantem ante tres menses non cogi satisdationẽ acceptare, si paratus sit, de iure suo prohibendi docere: post tres menses autem cogitur, vel remissio per legem fit, *l. Qui. de no. ope. nun. C. c. pen. & fin. apud Greg. & ibi glo.* Differunt quippe in restitutoriis interdictis, quale est hoc, restitutio, si in continenti offerantur probationes, *c. literas, de rest. spol. l. si à quo, vt in possess. legato. l. 3. §. ibi. ad exhib. c. dilectus, de ord. cognitio.* Frustraque cautio acciperetur, si nunc constat de iure non ædificandi.

4 ¶ Secundo † olim extinguebatur nũtiatio noui operis post annum, hodie non, sublataque est, *l. prætor ait, in §. fin. de oper. nou. nuntiat. in P. per leg. vnic. eius d. tit.* C. qua refertur olim extinctam post annum noui operis nuntiationem, sed nunc statutum durare etiam post annum: vt aliæ in rem actiones, quæ pœnales non sunt, perpetuæ sunt, & post annum dantur, quales negotiorum gestorum, de peculio, & similes, *l. in honorariis, de actio. cum simil. ibi. nota.* ¶ Tertio † tollitur nuntiatio morte nuntiantis, *l. non*
5 *solum, §. morte, de ope. nou. nun.* quamuis morte eius cui fit nuntiatio non extinguatur. ¶ Item † quarto finitur, si ré alienauerit is qui
6 nuntiauit, ob quam nuntiatio facta erat, *l. fin. eod.* Quia morte & alienatione finitur ius prohibendi, *d. §. de morte*, morte namque quis desinit esse dominus, quia mors omnia soluit, *§. deinceps, de nupt. in auth.* & voluntatem, *l. 4. loca.* P. Et iuris nostri conseruandi causa nuntiatio fit, *l. 1. §. iuris nostri, de ope. nou. nun.* quod alienando, & morte amittimus, & proinde causa cessante cessat effectus, *c. cum cessante, de appel. l. adigere, §. quãuis, de iure patro. in P. l. 2. §. fi. de don. P.* & post venditionem desinit nostra interesse, damno omni & commodo postea contingente pertinente ad emtorem, *l. id quod, 7. & l. necessario, de peric. & comm. rei vend. in P. & l. 1. C. eod. ti. §. cum autem, de emtio.* Nec pugnat quod tradit Vlpian. *in l. prætor ait, l. 20. §. hoc interdictum perpetuo, in l. de operis noui nuntiatio.* hoc interdictum perpetuo dari, & heredi & ceteris successoribus cõpetere, &c. Siquidem nõ negamus quin & successoribus vel vniuersalibus hereditariis, vel singularibus ex contractu non detur, vt possint post-adeptum ius nuntiare noue.

¶ Verumtamen † ibi non est controuersia, sed num nuntiatio
7 facta à mortuo vel alienante, ad eos transeat, de quo nihil Vlpianus, vel si sensit de eo, cum distinctione intelligendus est, prout Accursius bifariam distinguit, *in l. non solum, §. morte, in verbo extinguitur, de ope no. nun. Interdum*, inquit, *nuntiatio fit, ne opus nouum fiat, quando deliberat quis incipere, sed nondum incepit: aliquando quando inceptum est. Et rursum aliquando cæpto opere denuntiatum est, & ante mortem denuntiantis, vel ante alienationem non est satisdatum, vel est satisdatum.* Porro extinguitur nuntiatio morte & alienatione, si opus cœptum adhuc nõ sit, & res integra sit: item si cœptum sit, & tamen satisdatum non sit. Probat argumento manda 1, quod extinguitur moriente mandante re integra: nõ autem si ante mortem procurator cœperit tractare negotium, *l. si quis municipiũ §. eius, de instit. actio. P. l. arbiter, de arbit. P. §. item si adhuc, de manda. l. mandatum, C. manda.* Et certe iudicia cœpta transire in heredes non ambigitur, *l. 1. ex delic. defunct. in quan. here. teneant. l. 1. vt actio. ab here. & cont. hered. C.* Notat & Bartolus *in d. §. morte, num. 6 l. non solum*, quodque mihi placet, vt si aliquid operis post nuntiationem, quantumuis modicum factum fuerit viuente nuntiante, res non sit integra, & adeo transeat in heredes pro futuro opere præcedenti connexo, *l. si tutor, post prin. de tutel. & ratio. distrah.* Item si quis nuntiando dicat, nuntio pro me heredibusque meis, nouum opus, morte non extinguetur, *l. diem proferre, §. 1. de arbitris, l. si vero non remunerandi, §. fi. & l. seq. mand. in P. l. cum precar. P.*

¶ Sed † cur ex parte eius cui nuntiatur, eadem locum nõ ha- 8
bent, quę in persona nũtiantis, videlicet vt non extinguatur nũtiatio morte eius cui nũtiatur, vel si ipse alienet? Ratio est, quod ex parte eius cui nuntiatur nuntiatio realis est, *l. non solum. §. morte, de op. nou. nun. P.* ex parte nuntiantis, personalis, *l. fin. eo.* Qui ideo quandocunq; illi placuerit, remittit, vt diximus. Siquidem in rem præsentem fit nuntiatio, nec extra rem efficax est, *l. de pupillo, §. si plurium res, & 4. nuntiatione, vers. si quis autem in foro, & l. operis, eo. ti.* Proinde quod personale est cum persona extinguitur, *l. quia tale, fol. matrim. l. si tibi, §. si quis pacisc atur, & l. iuris gentium, §. pactorum, de pact. in P. l. qui in futurum, §. 1. eo. tit.* Reale transit in alias personas rem possidentes, *l. actionum, genera, §. in rem, de act.* resque obligatæ distrahunt cum suo onere, *l. alienatio, de contr. emt. l. res, §. 1. de iure fisc. l. si debitor, de distrac. pig. P. l. vni. C. rem alie. gerent. non interd. res. sua. alien. l. si pignus, quæ pœna in pign. habeam.*

¶ Quæstio † tamen inter Bartolum, & alios iuris ciuilis interpre- 9
tes est, si satisdatũ est, ab eo cui nũtiatio facta est, & is postea mortuus sit, resque peruenerit ad tertium possessorem, num, quemadmodum diximus, nuntiationem transire in heredem nuntiantis, transeat quoq. in heredem eius cui nuntiatum est, vt ipse propriis expensis teneatur opus ab alio factum demoliri, quod alioquin, vt diximus, facere non tenetur, sed præstare patientiã. Nam Bart. *in d. §. morte, nu. 8. & Andreas de Pisis, Paul. Cast. ibi*, descendit non teneri, quem aliqui sequuntur, *quia prætoria cautio*, inquit Castren. *vbi supra, de demoliendo debet augere ius ipsius nuntiationis, super qua interponitur. l. 1. §. si quis sub condition e, vt lega. nom. cauea. adde l. si quis cum, §. qui iniuriarum si quis cautio, l. Titius, §. fi. ad Treb.* P. Glossa, *in d. §. morte, in verbo heredes, l. non solum, de no. op. nun. & ibi Alex.* tamen contrarium affirmat, quam sequitur Alexan. ab Imo. Quos quoq. ego probo: quod satisdatio de opere demolicando, & iudicatum solui, pares sint, *l. de pupillo, §. pen. & l. stipulatio, §. habeo, de nou. op. nun.* Stipulatione autem iudicatũ solui interposita, desinit res esse integra, *l. si defunctus, & ibi gl. de procur.* Ergo & per hanc satisdationẽm. Accedit quod ex satisdatione, veluti ex conditionali stipulatione, fiat obligatio quæ transfertur ad heredes, *§. ex conditionali, de verb. obl. l. is qui sub conditione. de act.* P. Nec ratio Bartoli & sequacium hic obstici potest, cum ea intelligatur, ne augeat negotij naturam satisdatio, quando negotium per se satis validum est: at vbi per se inualidum, diuersum verius est, *l. ex placito, de rerum permut. C.* ¶ Postremo † remissa cen- 10
setur noui operis nuntiatio, si is qui nuntiauit, noluerit iurare de calumnia, etenim tenetur nuntians iurare, se non calumniæ causa nuntiare, *d. l. de pupillo, §. qui opus nouum.* Quod ordinarij alioquin iuris est in omnibus instituendis litibus, ad compescendas litigantium calumnias & malitiam, *l. 1. de iureiur. prop. calum.* vt actor etiam qui iuramentum hoc recusauerit, amittat litem, *l. 1. C. eod.*

Libri quarti primæ partis Syntagmatis iuris vniuersi Finis.

DE

Digitized by Google

DE REBVS COMMVNIBVS, CONFVSIS ET PROPRIIS DISTINGVENDIS.

LIBER V.

De diuisione rerum priuatarum in communes, confusas, & proprias. Cap. 1.

1 *Continuatio libri, & de diuisione rerum, in communes, confusas, & proprias.*
2 *Commune duplex pro diuiso & pro indiuiso, & quid vtraque.*
3 *Propria res quæ dicatur.*
4 *Confusa res qua.*
5 *Communes res pluribus de causis nobis cum aliis.*

1 REs omnes rursum, † quæ liberæ aut seruæ sunt, aliam diuisionem expostulant, vt earum qualitatem significantius explicemus, potissimũ res quæ sunt priuatorum hominum, proinde hoc libello tractandæ sunt. In primis itaq; priuatorum res seu singulorum, vel communes sunt, vel confusæ finibus, vel separatæ
2 seu propriæ. ¶ Commune † est, quod duorum vel plurium est, idq; vel pro indiuiso, vel pro diuiso. *vt l. magis puto, 5. § fi. de reb. eorum qui sub. tut. & c. lib. 2, P. tit. 6. P. l. recte, 21. de verb. sign.* Pro indiuiso, quod ad omnes vt vniuersos, non ad singulos, pertinet: qualia sunt, quæ vniuersitatis dicũtur, vt theatra, stadia, & his similia, quæ communia sunt ciuitatum, quæ singulorum non sunt, *l. in tantum, 6. §. Vniuersitatis, de re. diui. lib. 1. P. tit. 8. l. 2 quod cuiusque Vniuers. lib. 3. P. tit. 4. l. sed si hoc, §. qui manumittitur, de in ius vocan.* Pro diuiso commune, quando in vna re communi quilibet partem suam nouit, *d. l. recte.* Et hoc commune magis accedit ad proprium, quam prius commune. Neq; tamẽ commune aliquod eo modo, quo commune vocatur, proprium dici potest, *l. Quintus Mutius, 11. de auro & argen. lega. lib. 34. P. tit. 2.* hæc enim inter se pugnantia: sicut & Martianus suum, communi opponit, *in l. tantum, §. religiosum, eod.* Nec meum proprie commune dicitur, nisi meum commune, hoc est, id quod ego in communi habeo, *l. serui electione, 5. §. 1. de condit. instit.* Et non quod socius in eodem communi habet, *l. falso, de commun. rer. alien. C.* Sic recte paucis Caius de liberta communi mihi videtur resoluisse. *Si quis libertam*, inquit, *l. illud, 46. de ritu nuptia. lib. 23. P. tit. 2. communem duxerit, libertatem eius esse negari non potest, licet alterius sit liberta.* Et si ius respicias, quod quis in re habet commune, proprie suũ dicitur, facta ad illud relatione. Atq; ideo illud legare, vendere cedereve potest, siue res sit communis pro indiuiso, siue pro diuiso, *l. 3. & 4. de commun. rerum alienat.* si corpus rei communis pro indiuiso inspicias, sine socij voluntate in re cõmuni nihil licet agere, nisi ad quod res communis destinata est, *l. 2. de seruit. tit. generali, l. Sabinus, com. diuid. P. l. parietem, de ser. urb. ca. in re communi, ca. 57. & c. quod omnes tangit, de reg. iur. in 6. Vbi de his late tractatur.* Nam ad eum vsum, ad quem res parata est, vti re potest, inuito etiam socio socius, *l. si ades, commun. diuid. l. si fratres, §. item Mela, pro soc.* Potestque reficere rem, non quidem iure seruitutis inuito socio, *d. l. parietem, de seruit.* sed iure societatis, si necessarium
3 sit, *d. l. si fratres §. idem respondit.* ¶ Propria † res est, quæ communis non est, *l. proprium, 5. com. prædi. lib. 8. P. tit.* quæ alterius, seu aliena non est, *§. proprios, de hared. instit. ad Iustin.* quæ solius est, siue vni soli cõuenit. *§. 1. de pat. pot. l. omnes populi, de iust & iur.* idem & suum, *ca. 1. de foro compe. in Clem.* tuum, meũ separatim. ¶ Con-
4 fusæ † res sunt, quæ pertinent ad dominiũ, quæ finibus sunt indistinctis, *l. quadam, de actio.* vnde & finium regundorum iudi-
5 cium. ¶ Communes † res pluribus ex caussis nobis esse possunt cum aliis, vel ratione hereditatis, vel ratione contractus, vel ex conuentione societatis. De societatis communitione hic nihil dicemus, cum eius tractatio proprium receperit locum inter cõtractus. De aliis tantum pauca, ex quibus, veluti ex quasi cõtractu, actio proficiscitur, *§. item si inter aliquos, de obligat. quæ ex qua. contr. nasc. apud Iustin.* De diuisione seu solutione communis agemus quoque, in qua & de natura communionis agere necessarium erit, prout se tractatio obiiciet. Nec enim quisquam inuitus in societate communione ve retinendus est, *l. fin. com. diuid. in P. l. actione, §. item qui pro soci. in P. l. tandiu. C. eod.* etiamsi pacto conuentum fuerit, ne diuisio fiat, *l. in hoc iudicium, 14. §. pen. eod. tit. P.* ob fugiendas discordias. *l. in re communi, 25. de seru. urb. prædio.* quas rerum communio excitare solet *l. cum pater, 79. §. dulcissimis, de leg. 2. l. qui neque, in fin. de reb. cor. qui sub tut. P.* Nec omnes coniungit ad societatem cõsensus, sed & aliquando res, & si duobus vna res legetur, *l. heredes eius, 26. §. non tantum, famil. ercisc. §. item si inter, de obli. qua ex qua. contra. nasc.*

De communium rerum diuisione, seu de communi diuidundo. Cap. 2.

Lib. 10. P. tit. 3.

1 *Communi diuidundo iudicium quid.*
2 *Communi diuidundo iudicium in aliud nomen transit, ratione rei diuidendæ in familiæ erciscunda & finium regundorum.*
3 *De affinitate trium iudiciorum, communi diuidundo, familiæ erciscunda, & finium regundorum: quod omnes sint de rebus communibus, duplicia iudicia bona fidei adiudicationem admittentia, non excluditur à diuisione petenda per triginta annos, in vtriusque actor iurat de calumnia.*
4 *Differentia iudicij communi diuidundo, & familiæ erciscundæ.*

COmmuni diuidundo iudicium est, in quo tantum de diuisione rerum ipsarum agitur. Et si quid in his damni datum, factumve est, siue quid eo nomine aut abest alicui sociorum, aut ad eum peruenit ex re cõmuni, *Paul. l. 3. com. diu.* Oportet itaque res communes esse, aliter cessat, *l. 1. com. diu. in P.* ¶ Proinde † vbicunq; 2 res cõmunis diuidenda est, ibi habet locum communi diuidũdo iudiciũ, sed illud pro diuersitate rerum transit aliquãdo in aliud nomen: vt si agatur de hereditate diuidenda, ibi dicatur alterius nominis ob quandam particularem aduenientem notã, familiæ erciscundæ. Et si de confusione finiũ distinguenda, quæ cõmunem rem facit, propter confusionem, dicetur finium regundorũ: vbiq; tamen generalis communi diuidundo iudicij substantia & modus latet. ¶ Et † proinde fere istis tribus iudiciis æqualis est 3 substantia. Nam si consideres res, inuenies in vtrisq. de rebus agi corporalibus, & de præstationibus faciẽdis, si consideres personas, inuenies tria ista duplicia esse iudicia, & quemlibet esse actorem, & reum posse, quod par caussa omnium videatur, & magis eum videri actorem, qui ad iudicium prouocasset, *l. 3. § fi. eo. P. § quadam. de actio. l. 2. § in familia, & l. inter coheredes, 45. §. qui familiæ, famil. ercisc. P. l. iudicium, 10. fin. regundo. P. l. actionis, 36. §. mixte, de act. in P. l. in tribus, 13. de iud. in P.* vel si plures prouocassent, quem sors tulisset iacta, *d. l. in tribus, & l. seq. sed si ambo, de iud. P.* vt infra in familiæ erciscundæ dicetur iudicio. Sunt & familiæ erciscundæ & communi diuidundo iudicia bonæ fidei, *l. actionum autem, de act.* nam communi diuidundo huiusmodi dicitur, *l. 4. §. hoc iudicium, com. diu. in P.* & familiæ erciscundæ, *l. non est ambiguum 9. C. fam. ercis.* Et posset etiam comprehendi sub communi diuidũdo finium regundorum, nisi alienum quis dicat cum quadam glossa, *Accur. in §. actionum autem, in verbo, com. diu. ap. Iust. de act.* videri in ea adiudicationem, quæ fit in illa de alieno per iudicem, *l. 2. fi. reg. in P.* quod tamen non probo, cum adiudicationem & condemnationem fieri per hanc actionem sciam, *d. l. fin. reg.* & ideo nihil domino deperire, qui pecuniam condemnatione pro adiudicatione accipiat. Et satis constat istas adiudicationes fieri in communi diuidundo, & familiæ erciscundæ, æqua lance ac in finium regundorum. Ita enim vnico contextu tribus his iudiciis adiudicatio permittitur potestati iudicis, *§. quadam, vers. in tribus, de act. ap. Iust. §. fi. de off. iud.* & tamen id non prohibet, quin communi diuidundo, & familiæ erciscundæ iudicia sint bonæ fidei. Commune etiam diuisoriis iudiciis, ne 30. annor. spatio quis à diuisionis petitione excludatur, *l. 3. in quib. caus. cess. long. temp. præscrip. lib. 7. C. tit. 34. Vide l. 2. § ad hæc, vers. nemo itaque, de annal. excep. li. 7. C. tit. 40.* Item in singulis debent contendentes ab initio de calumnia iurare, non calumniandi caussa litem intendere, & non calumniæ caussa ad inficiationes ire, *Paul. in l. inter coheredes, 45. §. qui familiæ, fam. ercisc. li. 10. P. tit. 2. l. 2. §. 1. de iureiuran. prop. cal. dan.*

¶ Distinguitur † autem cõmuni diuidũdo à familiæ erciscun- 4
dæ iudicio, quod per hoc fit corporalium diuisio, quarum dominiũ habemus, non etiã hereditatis, *l. per hoc, 4. commu. diuid.* Respicit itaq; res singulares tantum vt communes, nõ vt alterius qualitatis, id est, hereditatis. Et ideo si res hæreditatis sint, & tamẽ petãtur diuidi, non vt hereditatis petuntur, sed vt cõmunes simpliciter, *vt in l. si filia nupta. 20. §. famil. ercis.* & recte quoque pro his hoc iudicio agitur, omnesque veniunt res in hoc iudicium, nisi si quid ex communi consensu exceptum est, *l. in iudiciũ, 13. com. diu. l. si ædes. 12. eo.* Et ita mihi interest quoq; an ex societate an sine societate res cõmunis sit, vtrumve quidam rem vnam emerint, vel ex legato illis contigerit: Nam in vtriusque casibus habet locum

Digitized by Google

communi diuidundo iudicium, *l. 2. com. diuid. in P.* Inspicimus enim hic tantum diuisionem & communionem: communionem autem & præsentem, & quæ fuit: at esse desit, ad effectum videlicet recipiendi partem æstimationis cum his, quæ bonæ fidei actiones sequuntur, *l. in summa, 11. l. sed post quam, 9. eod.* Considera itaque res hic diuiduas & indiuiduas, & personas contendentium, & modum diuidendi.

De diuiduo & indiuiduo.

Cap. 3.

1 *Indiuiduum & diuiduum quid.*
2 *Natura sua res corporales diuiduæ.*
Punctum natura indiuiduum.
3 *Atomus aliud ve corpus sine natura indiuiduum.*
4 *Natura diuidua & re quæ.*
5 *Res corporales indiuiduæ ratione compositi & formæ substantialis quia.*
9 *Res corporalis indiuiduæ, ratione formæ artificialis.*
7 *Indiuiduum rei quid est.*
8 *Indiuiduæ vel diuiduæ ex caussa siue ciuiliter, vel ex lege quæ præter naturam sunt dispositione, obligatione & solutione.*
9 *Diuiduntur indiuisibilia intellectu, doctrina, & caussa.*
10 *Diuidua & indiuidua obligatione quæ.*
11 *Diuiduum solutione quid.*
12 *Indiuiduum solutione quid.*
13 *Indiuiduum diuiduum in pecunia æstimata.*
14 *Vectigalis ager ratione solutionis census indiuisus.*
15 *Iura seruitutum quomodo indiuidua.*
16 *Res corporales commode diuiduæ diuiduntur paucis exceptis.*
17 *In iudicium communi diuidundo veniunt præstationes, quod agi debuit, vel actum est communi nomine impendia, res deteriorata, arborum succisio, coniuncta & alia.*
18 *Personæ quæ possint hoc iudicio agere.*
19 *Minor, maritus in re dotali, ecclesia, ad diuisionem prouocare non possunt: ab alio tamen ad eam vocari possunt.*
20 *Pendente communi diuidundo, res alienari nequit.*
21 *Modus diuidendi quis.*
22 *Euictionis cautio vicissim à partè accipientibus præstatur.*
23 *Diuisio vicem actionis obtinet.*
24 *Actio communi diuidundo duplex, directa & utilis.*

1 De diuiduis † & indiuiduis videbis quædam singularia in familiæ erciscundæ iudicio. Nunc de his in vniuersum latius, quod & infinitis propemodum iuris ciuilis locis adferet lucem. Itaque diuiduum dicitur, quod in partes discretas potest separari: indiuiduum, quod nequit pati sectionem. Verum diuidua vel indiuidua dicunt vel reipsa, vel natura sua, vel ex caussa præter naturam.

2 ¶ Natura † sua omnes res corporales diuiduæ sunt, vt fundus, homo, vestis, lapis, & similia, *l. 1. § quædam, de rer. diu. l. si quis duas, § si quis partem, com. prad. l quod in rerũ, § si quis post, de lega.* hinc nõ excipio, vt aliqui punctum, quando quidem corporalis res non est, cùm nec latitudinem, nec longitudinem habeat, nec profundum, nec comprehendat aliqua mixtione. Neque corporalia mirum est diuidi, cum partibus elementaribus constent, & omnia composita partes habere necesse est & ideo in eas solui possunt, *l. nihil tam naturale de reg. iur. c. 1. eo. apud Greg.* Sic animalia diuidi & dissecari possint in similares & dissimilares partes: vt similares nerui, in partes & neruos: caro, in carnis partes, &c. dissimilares, vt manus in digitos, vel in partes carneas, &c.

3 ¶ Et † quod in corporibus indiuiduum natura dici posset, esset atomus, vel elementa ipsa quatuor prima, si vlla pura apud nos inuenirentur, & illa proprie. Nam atomus si corpus est, & quandam habet elementarem compositionem: nã elementatum tantum corpus videtur, alia pura elementa nullo modo. Si ponamus quoque incorruptibilia ea, quæ in æthere continentur, & illa indiuidua necesse est sectione dicamus.

4 ¶ Natura sua diuidua sunt, & re, quæ partis præstationem accipiunt, quę in numero consistunt, & numero diuiduntur, vt promitto decem aureos, decem tritici modios, decem homines, illa pro parte recte natura diuidi possunt, *l. 2. § & harum. de verb. oblig.* Natura quoque & re diuiduum dici potest, quod in partes similes natura diuiditur. vt dum fundus in fundos, locus in loca, *Vlp. in l. locus, 60. de verb. sign. l. quod in rerum § si quis. & l. plane. § si. de leg. 1. l. si quis. § plane. com. prad l. 1. & l. ad officiũ. C. com. diu. § si familia, de offic. iud.* domus in domos diuiditur, *l. binas ædes 35. de seru. vrb prad l si quis duas. § si quis partem. com. prad.* lignũ in ligna, & sic de similib. in quibus retinetur nomẽ substantiale, quod naturam propriam significat.

5 ¶ Et † hoc modo natura considerata pro formali & substantiali quadam compositione, quæ certum quoddã indiuiduũ determinat, res corporales quædam indiuiduæ dicuntur, non re quidẽ ipsa, quia, vt dixi, omnes diuidi possunt, sed ratione totius cõpositi: quod si diuidatur, tale amplius non dicitur, vel non saltem tale perfectum: veluti homo qui constat anima & corpore, vnus diuidi nõ potest in plures homines. Sic de aliis animalibus viuis, quæ commode sine nominis interitu diuidi nequeunt in partes, *in § si familiæ, de offi. iud. ap. Iust. c. adferte mihi gladium, de præsumt.* imo impossibile, quia res quæ vno spiritu continentur diuisæ, tales non sunt, quales erant, *l. rerum mixtura, de vsucap.*

6 ¶ Et † quia in plerisque ars naturã imitatur, & quæ artificio hominis habent vnã certam formã, ex qua talia dicũtur, illa quoq; non patiuntur sectionẽ artificio inspecto in partes, quia post diuisionem talia quæ sunt non erunt. vt in scripto, arca, naui, & similibus apparet, quia forma dat esse rei, *l. Iulianus, § si quis rem, ad exhiben.* ¶ Indiuiduum † re ipsa est, quod incorporale est: item id, 7
quod si diuidatur, desinit esse tale quod dicebatur, *l. 1. de rerum diuis. § 1. de rebus corp. & incorp.* talia quæ neq; tangi videriue possunt, vt iura, dominium, operæ, *l. heredes, § an & ea fam. erciscun.* seruitutes, *l. seruitutes, 14. de seruit. l. 2. § & harum. l. stipulationes non diuiduntur, de verb. oblig. l. fideicommissa, § pen. de leg. 3.* ¶ Ex † caussa præter naturam diuidua vel indiuidua dicentur, quæ aliis ciuiliter, aliis ex lege indiuidua vel diuidua dicũtur, vel dispositione, vel obligatione, vel solutione, vel omnibus his modis simul. Diuiduum hoc modo dispositione est, quod in intellectu est diuiduum, & secundum eum modum lex eius partis commercium admittit, vt indiuiduum de cuius parte lex respuit commercium. 8

¶ Diuidũtur † per se indiuisibilia intellectu, facilioris cognitionis & docẽdi gratia, vt hereditas indiuidua est per se res, quia ius est, quamuis hereditatis res diuiduę *l. 1. de re diui.* At illa ciuiditur iure ciuili in duodecim vncias, *l. seruum meum, § hereditas, de hered. instit. P § hereditas, eo tit. ap. Iustin.* ita diuerso respectu diuidua & indiuidua. Interdum etiam lex de toto permittit disponere, & ita ratione actus illius, res indiuidua de parte prohibitione facta hoc modo de seruitute generaliter in totum dispositio permittitur, vt ex toto constituatur: at pro parte eam constitui, & pro parte non constitui, fieri non potest, *l. via itineris, de seruit. in P.* Et ita stipulationes earum rerum quæ diuisionem non recipiunt, indiuiduæ sunt, *l. 2. § & harum, & d. l. stipulationes non diuiduntur, de verb. oblig.* sicuti & à pluribus illæ sigillatim ex integro fieri non possunt, nec promissiones singulares valẽt, donec nouissima cessione firmentur. *l. per fundum, de seruit. rust. prad. l. vnus ex sociis, de seru. tit. generali.* ¶ Sic † pro parte nec deberi nec solui, nec peti potest opera, *l. libertus, 15. de oper. liber. lib. 38. tit. 1. & l. 3. eod. tit.* Diuidua obligatione dicuntur, quoties lex diuidit obligationem inter plures, pro hereditaria puta portione, quod regulare est, *l. 1. C. si cer. pet. 2. & fi. de herer. act l. ea quæ, C. famil erciscun.* Indiuiduum autem obligatione, quando eadem obligatio sequitur plures heredes in solidũ, siue ea sit debitoris, siue creditoris, vt in seruituribus operis, & iure patronatus: sicuti dum seruus plurium communiter acquirit, *l. seruus communis, 27. de stipulat. seruo. lib. 45. P. titu. 3.* Idipsum in obligatione facti, quæ obligatione est indiuidua, vt & præstatione, *d l. stipulationes non diuiduntur, §. idem puto.* quamuis ab initio factum pro parte promitti possit. ¶ Diuiduum † solutione est, quoties facta partis solutione lex tribuit 11
vim liberationis pro parte soluta, quod regulare est, *§. 1. quibus mod. toll. oblig. l. si stipulatus sum, §. 1. de sol.* ¶ Indiuiduum † solutione, quando quis soluens partem, tamen pro parte non liberatur, 12
vt in prędictis seruitute, opera, & facto. Plura paucis explicat Vlpianus, *in l. in executione, 85. cum suis §§. de verbor. oblig.* de his dum ait: *in executione obligationis, sciendum est quatuor caussas esse, nam interdum est aliquid, quod à singulis heredibus diuisim consequi possumus: aliud quod totum peti necesse est, nec diuisim præstari potest: aliud, quod pro parte petitur, sed solui nisi totum non potest: aliud, quod solidum petendum est, licet in solutione admittat partis executionem, &c.* etenim de singulis exempla prosequitur, & explicat, quæ videto. ¶ Præter † caussam naturalem etiam potest fieri 13
diuisio, vt si res quæ sit indiuidua præstatione, æstimetur pecunia: vt mulus cẽtum aureis, & pecunia diuidua erit: Quamobrem in rebus quæ natura indiuiduæ sunt, vt in vsu, iudex iudicabit eas vni, eaſdem, & pro parte sociorũ adiudicata, socios cauere iubebit, *Paul. in l. item quamuis, 10. com. diuid.*

¶ Vectigalis † age regionibus quidem per se diuiduus est, verũ iudex abstinere debet ab huiusmodi diuisione: alioquin præstatio vectigalis confunderetur. Quamuis enim præstatio vectigalis diuidi possit re, tamẽ quia vni facta est emphiteusis præstatio sine prætudicio diuidi non potest: cum solutio & eactio partium, non minima incommoda habeat, quare per attributionem recte fiat à iudice, vt vnus totum solus debeat, *l. 3. fam. erciscun. P.* Et si diuidatur, dominus directus non cogitur particulares illas portiones à singulis capere, sed cõtra vnum in solidũ potest experiri, vt nec pacta sociorum vel coheredum nocere possint non minus, quam creditori. *l. pacto successorum, 26. de pact. lib. 2. C. ti 3.* 14
¶ Iura † seruitutum cũ fundis diuidi possunt, separatim nõ pos- 15
sunt: nisi aut mensura, aut temporibus. *l. arbor. 19. §. aquarum. commun. diuid.* ¶ Corporales † autem proculdubio in diuisionem veniunt, si commode diuidi possunt, *l. 1. & l. ad officium, eod.* vt pu- 16
teus,

Digitized by Google

teus,*l.4.§.1.eod.*si commune solum sit,*l.communi diuidundo,7.§.si duo,& §.seq.eo.*pignori res à duobus accepta,vsusfructus possessio,in quam plures missi sunt à prætore,*d.l.communi diuidundo,§. inter prædones.*Excipiuntur à diuisione hac vi possessa, vel precatio,vel clam,vel à prædonibus capta,quæ in diuidua inter prædones,*l.in hoc iudicium,13.commun. diuid.*Si quid exceptum nominatim ne in diuisionem veniret,*d. l.in hoc iudicium,§. si inter eod.* si placuit in iubēda societate, ne res intra certum tempus diuideretur,*d.l.in hoc iudicium,§. si conueniat,l. sed etsi hoc, §. fin. de conditio.& demon.l.si fratres,*53.§.*idem respondit, pro soc.lib.*17.*P.tit.*2.*l.* 1.*eod.* Etenim certi temporis communionis pacta valent: at vt perpetuo communis res sit, nō valent,*l.4.§.fin.cū.diuid.*¶Sed
17 † cū his rebus diuidūdis veniunt præstationes,*l.4.§. sicut autem, & l.in hoc iudicium,*14.*eod.*venit & in hoc iudicium,quod cōmuni nomine actum est,vel agi debuit ab eo,qui scit se sociū habere, resarciunturque impēdia, etiam si is qui fecit partem suam alienauerit,*l.etsi non omnes,*8.*§.venit,eo.tit.P.l.sed & eo nomine, de noxa.act.P.*vt contra,venit in iudiciū hoc, si rem communem quis deteriorem fecerit,veluti seruum vulnerando, vel animum eius corrumpendo,vel arbores succidendo,*l.communis seruus,*24.*com. diuid.*Per hoc iudicium etiam vnusquisque sociorū habet,quod ex re eius seruus communis acquisierit,*l.si conuenerit,*22.*eod.tit. P.* cogitque quis socium stare cōuentioni, quæ de vsu rerum communi placita est,*l.4.§.plane,eod.*Sed non veniunt impensæ factę, vel fructus percepti ante rerum cōmunionem,*l.1.§.socius,de vsur. lib.*22.*P.tit.*1.Et si socius ideo condemnandus erit, quod pecuniā communem inuaserit, vel in suos vsus conuerterit omnimodo, etiam alia mora non interueniente præstabuntur vsuræ,*l.socium, 61.pro soc.*non quasi vsuræ,sed ratione eius quod interest,*l.etsi nō omnes,*8.*commun.diuid.P.l.si quis,*29.*§.fin.eod.l. arbitrum, famil.er-*
18 *cisc.P.* ¶ In † personis quæ hoc iudicium exercent, exigitur, vt communem rem habeant, sic vnus ex iis alios inuitos etiam ad diuisionem prouocare potest,*l.pen.com.diuid P.l.heredes,§.quantum.fam.ercisc.P.*Nec interest,an is,qui agit,possideat,an reus,an vterque,aut nemo illorum,*l.& ideo eleganter,de condict.furt.in P.*
19 *l.inter, de prædi. & alijs reb.minor.* ¶ Non † potest tamen prouocare ad diuisionē sociū minor, sed ipse prouocatus diuisionem subire cogitur,*l.1.& 2.de fund.dotal.in P.l.2.C.eo.li.5.tit.23.* Idipsū & in marito in fundo dotali locū habet,& in ecclesia,vt nō prouocēt ad diuisionē,quia alienari ea bona nō possunt, tamē prouocari possint,*gl.in l.cōmunione,*5.*C.comm.diuid.l.iubemus,C.de sacrosanct.eccles.* Cōpetit aūt & aduersus socios, & aduersus eos quibus socij pars cōtigit per emtionē,vel alio modo,*l.3.com. diuid. C.l. si quis putās,*6.hereditario puta iure,*l.4.§.sicut, & l.item quamuis,*10.
20 *com.diui.P.* ¶Pendente † hoc cōmuni diuidūdo iudicio,alienādi res cōmunes sociis interdicta est potestas,*d.l.1.§.fin.C.eod.* ¶Mo-
21 dus † porro diuidēdi,vt socij eundē in locū vocentur,*l.1.§.fin.de quib.reb.ad eund.iudi.eat.lib.*11. P.*tit.*2. iurent ab exordio litis de calūnia,*l.inter coheredes,*45.*§.qui familia,famil.ercis.P.* in vniuersū postea res diuidendæ,censendæ & æstimandæ sunt,nō singularū rerum partes,*l.Mevius,*53.*§. fi.eo. l.1.com.diuid.C.* atque iusto pretio,*l.item quamuis,*10.*§ fin.com.diuid.*P.In prædiis diuidendis quæ commode diuidi possunt,vtendum sectione partium corporali, diuidendum regionibus,*l.1.3.& 4.eo. P.* in aliis vtendum licitatione,addictioneve, alteri rem, & alteri pecuniam pro re ab eo qui rem consequitur addicendo,*§.eadem interuenient, de offi.iud. l.arbor,*19.*§.iudex communi.diuid.d.l.*3.*§.1.eod.tit.*In summa iudicē in prædiis diuidēdis,quod omnibus vtilissimū est, vel quod maluerint litigatores,exsequi conuenit,*l.iudicem.*21.*commu.diuid.* P. Potest arbiter vni fundum, alteri fundi vsumfructū adiudicare, *l.si quis,*6.*§.offic.eod.tit.l.& puto,§.Iulianus famil.ercisc.P.* Plura & de modo diuidendi vide in tractatione sequenti familiæ erciscundæ,& quando sorte aut alio modo cuique pars detur.¶Ce-
22 terū † in hac diuisione curat arbiter vel iudex, vt qui partes capiāt,caueāt de euictione, ceteris vicissim,*l.item quamuis,*10.*§. fi. com.diuid.in* P.si enim res vni evicta sit, ceteri tenētur ei pro par-
23 te,*l.si fratres,*7.*com.vtriusque iud.lib.*3.*C.tit.*38. ¶ Nam † diuisio vicem emtionis obtinet,*l.1.C,eod.*& proinde euictio locum in ea,
24 sicut in emtione,*tot.tit.de euict.in* P.& C.habet. ¶ Actio † hæc communi diuidundo duplex,directa & vtilis;*l.1.commu.diuid.P.* directa datur ex verbis legis,quando,nunc cum agitur tantū,est res communis,*d.l.1.eod.* vtile iudicium datur & pro re quæ fuit communis,etsi nunc non sit,*l.si quis putans,l.sed postquam,& l. in summa,eod.* Item iudicium directum datur pro rebus corporalibus tantum diuidendis,*l.4.comm.diuid.& ibi glo.*vtile & pro rebus incorporalibus.*l.arbor,§ fi.eo.* Datur & directum,cum vere res est communis: at & vtile,quando aliquid quis pro communi putauerit,& in id impenderit.*d.l si quis putans,*6. Item datur vere domine directum: vtile & eis qui iustam causſam possidendi & publiciana agere possunt,vel qui vectigales habent fundos,*l.4. & l.communi diuidun.7.§.qui in rem, eod.* Datur & vtile duobus, qui rem pignori acceperunt,*l.communi §.si duo.*

De diuisione per familiæ erciscundæ iudicium. Cap. 4.

Lib.3.C.tit.36. Lib.10.P.tit.2.

1 *De origine huius iudicij,& familiæ appellatione.*
2 *Actio familiæ erciscundæ mixta est.in rem & in personam.*
3 *In hac actione quis actor vel reus est coheredum.*
Familiæ erciscundæ actio non præscribitur longo tempore, &c.
Familiæ erciscundæ actio repeti nequit,&c.
Familiæ erciscundæ iudicio pendente, alienari res nequeunt.&c.
4 *Considerandæ in hoc iudicio res, persona, modus diuidendi, præmunque res hereditas ipsa.*
5 *Quæ familiæ erciscundæ iudicio diuidi non debent, quia iniustæ, &c.*
6 *Aliæ res considerandæ in hoc familiæ erciscundæ iudicio, quas conuenit implere,facere,vel reputare.*
7 *Persona idonea huic actioni qua.*
8 *Diuisionis modi vel lex consensu partium, vel defuncti, vel iudicis seu arbitri auctoritate, & qua obseruanda in postremo duobus.*
9 *Diuisio à parentibus inter liberos facta, sequenda in diuisis, & in non diuisis post diuisionem quæsitu.*
10 *Iudicis partes in diuidenda hereditate,& nu.*12.
11 *In licitatione res indiuisæ,& alius extraneus quam coheres admittitur.*
13 *Instrumenta communia in diuisione penes quem remanere debent.*
14 *Quando caueatur de euictione in diuisione per addictionem.*
15 *De diuisione facienda per sortem.*
16 *Iudex partes facit in controuersia, nec permittit executionem, sed assignat.*
17 *De consuetudine quod maior seu prouocans ad diuisionem diuidat, & minor eligat.*
18 *Melior formula diuidendi ex arbitrio vel iudicis petitione.*
19 *Nostra de forma diuidendi,& colligenda sententia.*

EX lege 12.tab. proficiscitur actio † familiæ erciscundæ concessa coheredibus à communione discedere volentibus, ad distributionem rerum inter eos,*l.1.fam.ercis.lib.*10.*P.tit.*2. Phrasis autem loquendi hæc tota est antiquarum legum decemviralium, in quibus familia pro bonis defuncti ponitur: vt in illa, *agnatus proximus familiam habeto, l. pronuntiatio.*195.*§. familiæ.de verbor.signif.Vlp.in titulis,tit.*26.*l. fin. C.de verbor.signif.*Et Cicero, *1.de Orato.qui quibus verbis erciscere oporteat nescit, erciscundæ familiæ causſam agere non potest.* 1

¶ Et † alibi,*Cic.pro Cæcin.*arbitrium vocat familiæ erciscundę, id est,possessionis seu hereditatis diuidundæ. Istius actionis natura mixta est,tam in rem, quam in personam cōcessa coheredibus pro diuidenda hereditate,*in §. quædam actiones, de actionib.* Continet enim præstationes, quæ sunt personales, & res diuidendas,*Vlpian.in l.item Labeo,*23.*§.pen.famil.ercisc.in P.* Quemadmodum communi diuidundo iudicium,*L.4.§.sicut,comm.diuid. P.*bonæ fidei quoque,*l.non est ambiguum,*9.*famil.erciscund.C.§. actionum,de actio.apud Iust.* in quo vterque coheredum & actor & reus est,*l.2.in §.familiæ erciscundæ.l.inter coheredes.*45.*§. qui familiæ.famil.erciscundæ,l.iudicium,*10.*fini.regundor.lib.*10.*P.tit.*1.*l.*2. *§.fin.commun.diuid.in P. l.actionis,*36.*§.mixta, de action. lib.*44.*P. tit.*7. 2

¶ Magis † tamē est,vt ille videatur actor, qui prius in iudiciū prouocauerit,*Caius, in l.in tribus istis,*13.*de iudi.lib.*5.*P. tit.*1. sed cum ambo ad iudicium prouocant,sorte res discerni solet,*Vlp. in l.sed cum ambo,*14.*eod.* Esse enim debet inter litigantes, qui onera petitoris sustineat, & qui commodo possessoris fungatur, *Vlpian.in l.inter litigantes.*62.*eod.tit.de iud.P.*Facultas experiundi hoc iudicio triginta annis durat, *l. 3. in quib.cauſſ.cess. long.tempo. præscri.lib.*7.*C.tit.*34 *l.Vnica.§.adhæc,&ersſ.nemo itaque,de annal.excep.lib.*6.C.*tit.*40. Tamen familiæ erciscundæ iudicio amplius quam semel agere nō licet,nisi causſa cognita, *l.si filia nupta,*20. *§. fin.famil.herciscund.* Eoque semel instituto & cœpto, alienationes voluntariæ rerum hereditariarum interdictæ sunt, non quæ vetustiorem causſam,& originem iuris habent necessariam, *Papin.in l.alienationes,*13.*famil.erciscun.P.l.2.C.de litig. l. diuus, l.item veniunt,§.petitam, de petit.hared. P.* sicuti & vsucapio pendente iudicio perfecta,rem ex hereditate subducit,*l.sed si vsucapio, l.*14. *fam.ercisc. l. si fundum,de fiun.dot.l.1.com.diui.P.* 3

¶ Considerare † in hoc iudicio expedit res,personas,& negotium ipsum diuisionis,seu modum diuidendi: in ipsa re hereditas est.*Per familiæ erciscundæ actionem,* inquit Vlpianus,*in l.2. famil.ercisc.diuiditur hereditas, siue ex testamento, siue ab intestato, siue ex lege 12.tabul. siue ex alia lege deferatur,vel ex senatusconsulto, vel ex constitutione. Et generaliter eorum duntaxat diuidi hereditas potest,quorum potest esse hereditas.* Et de pluribus hereditatibus,quæ inter eosdem ex diuersis causſis communes sunt, vnum familiæ erciscundæ iudicium sumi potest,*Vlpia.l.sed & eius,*25.*§.de pluribus,& sequen.eod.* Et si ex asse institutus rogatus sit mihi partem aliquam restituere,vtili iudicio inter nos agetur, *l. si ex asse,* 41. *eodem.* 4

¶ Veniunt † & in illud res,quæ in hereditate defuncti cōpertæ sunt,vt res pignori datæ defuncto, *Paul.l.si pignori,*30.*eod.* & reliquæ,*l.4.eod.P.* præter nomina,*d.l.4.& l.2.5.fin.& l.3.eod.*quę ipso iure diuisa sunt,*l ea quæ,C eod.* Præter libros etiam improbatæ lectionis,magices forte,vel similium rerum,præterq; mala medicamenta,quæ iudex diuidere non debet, sed corrumpere 5

Digitized by Google

l. cetera, 4. §. 1. etsi quid ex peculatu quæsitum, vel vi, vel latrocinio, *d. l.* 4. §. 2. quia hæc vt turpia lucra, ab heredibus extorquēda sunt, *l. si quis cum falso*, 4. & *l. cum falsi* 12. & *l. si quis patri*, 26. *ad l. Cornel. de falsi. lib.* 48 *P. tit.* 10. *l in heredem, de calum. in* P. *l. quod autem, quod met. causs. cum simil.* Veniunt quoque columbæ & apes hereditariæ, quia in patrimonio computantur, *l. Pomponius*, 8. §. *idem Pomponius, famil. ercisc.* quodque commune cum alio defunctus habuit, *l. Manius* 53. *eod. tit.* P. & quod superuenit hereditati lite pendente, *l. & post litem*, 21. *cum suis* §§. *eodem tit.* Omnia in summa quæ patrimonij hæreditatis fiunt, vt partus, vectigalia, vsucapiones, & id genus alia. *l. Veniunt*. 9. *cum 2. seq. eod.* præceptiones quoque & prælegata à testatore hoc iudicio à ceteris coheredib. percipit, & præcipua habet coheres, *l.* 4. & *l. si ita legatum.* 43 *fam. ercisc. l. si qua*, 7. *C. eod.* Venit & quod defunctus heredi debuit, *l. si filia*, 20. §. 1. & *l. fundus*, 51. *eod. in P.* expensæque nomine studiorū, sine reputatione in filium factæ, *l. quæ pater filio*, 54. *eod.* item aliæ dotes & donationes, quibus *in l. fin. commun. vtriusq. iudic. C.* Si coheredes vnus vendidit partem suam alicuius rei hereditariæ cōmunis, illa res non venit in diuisionem, *l. ex hereditate*, 55. nec etiam liberti diuiduntur, *l. quædam*, 42. §. *fin. eod.* Nec religiosa loca, vt sepulcrum, quod singulis heredibus in solidum competit, *l. fundus, mihi*, 31. §. *fin. eod.* quia ius monumenti eos sequitur, *l. his consequenter*, 18. §. *sed & cum, eodem.* Ea quoq; quę in nominibus sunt, non recipiunt diuisionem, cum ipso iure in portiones hereditarias lege 12. tabul. diuisa sint, *l. ea quæ*, 6. *famil. ercisc. l. heredes*, 26. §. *similes, eod. in* P. Item quæ pro emtore, vel pro donato heres possidet, in hoc iudicium non veniunt, *l. heredes*, 26. §. *quod pro emtore, eod.*

6 ¶ Considerandæ † & res, quas facere, vel implere, vel reputare sibi coheres cogitur ab alio personali actione, vt omnia cōmoda & incommoda cōmunicentur, & diuidantur. Vt si quis ex coheredibus aliquid ex hæreditate perceperit, stipulatusve est, nō ad eius solius lucrum pertineat, *Cuius in l. item ex diuerso*, 19. *famil. ercisc. l. si in re commun. in fine, de noxal. actio.* vel si quid supplauerit, vel corruperit, §. *si familiæ erciscundæ, de offic. iud. lib.* 4. *Instit. tit.* 17. *l.* 3. *C. famil. ercisc.* si seruitutes prædiis hereditariis debitas passus est non vtendo amitti, *l. heredes eius*, 26. §. *item culpæ, eod. P.* si quid dolo malo in hereditate, seruusve eius fecerit, *l. & puto*, 16. §. *sed & si eo. tit.* Verum damnum ab herede commissum, simplicem æstimationem accepit, *l. damno commisso*, 17. *eod. P.* fructibus tamen & vsuris à tempore moræ computandis, vt in bonæfidei actionibus fit, *l. his consequenter*, 18. *eod.* Sed & deduci & reputari æquum est quæ insumta sunt à morte testatoris ab vno vel pluribus ex coheredibus in res hereditarias, non quæ ex voluptate, *l. ex duobus*, 27. *de neg. gest. l. his consequenter*, 18. §. *sumtum*, 3 *l. heredes*, 26. §. *si vnus, & l. inter coheredes*, 45. §. *fin. l. ex parte*, 40. *fam. ercisc. P. l. filia cuius*, 18. §. *fin. C. eod. tit.* vel viuo testatore, seu eo de cuius hereditate agitur, expēsa pro eo, eiusque negotiis sunt, quæ alia actione repetuntur, *l. certum est*, 13. §. *fin. Cod. eod. l. si filia*, 20. §. *si filiusfamil. l. heredio*, 26. §. *si filius eod. P.* Conferri etiam in diuisione à filiis facienda hereditatis communis paternę peculia profectitia, *d. l. certum, in princ.* castrensia, vel quasi, *l. si filiusfam.* 4. *Cod. eod. l. ea demum, l filiæ licet, C. de collat.* nec aduentitia, hodie
7 minime, *l. fi. C. de collat.* ¶ In † personis exigimus, vt sint coheredes: ideo si iis qui possidet, agentem familiæ erciscundæ neget sibi coheredem esse, recte excipit, si in ea re, qua de agitur præiudicium hereditati non fit, *l.* 1. *famil. ercisc. P.* Si plures coheredes sint, vnus ex iis reclamantibus etiam ceteris arbitrum familiæ erciscundæ petere potest & ad iudicem prouocare præsentibus ceteris, *Vlpia. in l. arbitrium*, 44. *eod.* Verum, si quis putans aliquem sibi esse coheredem cum non esset, iudicio familiæ erciscundæ expertus sit, non ideo videtur eum fateri esse heredem, nisi vsque ad sententiam perseuerauerit, & adiudicationibus acquieuerit, *Paul. in l. cum putarem*, 1. 37. & *Scæuo in l. qui familiæ l.* 28. *eodem.* Quamobrem hæc actio non nascitur, nisi post aditam hereditatem *l. qui erat*, 50. §. *fin. eod.* quo tempore incipit quis esse coheres, & res habere, *l. cum heredes, de acquir. poss. Ioan. Fab. in* §. *quæ-*
8 *dam de actio.* ¶ Quod † ad modum diuidendi pertinet. Diuisio familiæ fit, vel ex consensu coheredum, & tunc quod inter illos placuit seruandum, si non intercedat ætatis auxilium, *l. fin. famil. ercisc. P. l si maior*, 4. *commun. diuid. Cod.* si ea traditione vel stipulatione sequente firmetur, *l. diuisionis placitum*, 46. *de pact. libr.* 2. *P. tit.* 14. *l. si inter vos, l.* 8. *commun. vtr. iudic. lib.* 3. *Cod. tit.* 38. aut auctoritate testatoris, vel mortui patris, aut iudicis, seu arbitri: in quibus postremis obserno in modo & formula diuidendi: primum, si inter plures familiæ erciscundæ iudicio agatur, & inter eosdem cōmuni diuidundo, aut finium regundorum, eundem iudicem esse accipiendum. Præterea quo facilius coire coheredes vel socij possint in eundem locum, omnium præsentiam fieri debere *l. 1. in quib. caus. ad eum. iud. eat. lib.* 11. *P. tit* 2.

9 ¶ Deinceps † cōsiderandum est, an diuisio facta fuerit à patre defuncto bonorum inter liberos: nam cum facultas illa patri data sit, siue cum scriptura, siue sine ea, *l. si filia*, 20. § *si pater*, 20. *l. si pater* 34. *famil. erciscun.* eam iudex sequi debet, *l. quoties*, 10. & *l. filij patris* 1. *si cogitatione* 21. *inter omnes*, *l.* 26. *parentibus, Cod. de inoffic. testam. libr.* 3. *C. tit.* 8. siue ex testamento, siue ab intestato succedatur, dummodo tamen extranea persona in hac diuisione non mi-

sceatur rata debet esse huiusmodi voluntas, extranei parte pro nulla habita, *d. l. inter omnes*, & *l. hac consultissima*, 21. §. *ex imperfecto*, C. *de testamen. lib.* 6. *tit.* 23. siquidem subscripserint filij diuisionem viuente patre, vel ipse pater, §. & *quod sæpe, de trien. & semi. in authent. collat.* 3. *constit.* 5. *auth. si modo*, C. *famil. erciscun. vide aut. hoc in, ter liberos*, C. *de testamen.* Quod si omnia parentes non diuiserint, vel post omnium diuisionem alia superuenerint eis bona, quæ pater inter filios non diuisit post datas actiones vice diuisionis ad singulos pro hereditaria portione pertinent, *l. qua pater inter*, 33. *fam. ercisc.* P. Sic non pro virili vel æqualiter diuisio fiet reliquorum, sed secundum proportionem diuisionis paternæ, & secundum portiones hereditarias. Nec fides habetur scripturæ parentis dicentis se omnia diuisisse, si contrarium appareat, *l. scriptura*, 10. *cum vtri. iudic.*

¶ Quod † si nulla diuisio paterna sit, iudex vel arbiter datus 10
in primis considerabit in diuisione facienda quotas institutionis, num omnes æquæ instituti, an ex diuersis portionibus: quia secundum eas fieri debet, §. *si plures, de hered. inst. lib.* 2. *inst. tit.* 14. *l. quoties*, 9. §. *heredes, eo. lib.* 28. *P. tit.* 5. deinde ad res se conuertet hereditatis & ad ea quæ imputanda deducendave sunt: & tūc subductis illis quę in iudicium non veniunt, & postea imputatis quę imputari debent, ex mutuis inter coheredes factis petitionibus personalibus, ad res diuidendas & compensationes, *l. Manius*, 53. §. *arbiter, famil. erciscun.* animum intendet: in quibus ponderat ares indiuiduæ per se sint, anve incommode diuidi possint, an diuiduæ. Et ita de omnibus rebus ante iudicium sibi fidem facere iubebit, *iuxta l.* 2. *quand. & quib. quar. pars debea. libr.* 10. C. *ad tot. tit. ad exhiben. l. cum & si, de publica.* In indiuiduis, si iura sunt, vt seruitutes prædiales, illæ prædia sequuntur, si tēpore diuidi & mēsura vsus possit, fiet, *l. arbor*, 19, §. *iudex, com. diu. in* P. sin minus, vel consentire debent in adiudicatione facienda vni, vel perpetuo inter illos erunt iura indiuidua, vt iurisdictio, ius patronatus, homagia, & similia *l. Cornelia, de iure patro.* P. *l. plane, fam. ercisc. Ioan Faber, in* §. *quadam num.* 7. *de actio.* sed vt vtatur vnus, debent conuenire inter se: vel si corpus indiuiduum sit, adiudicabit ei eum iudex, penes quem licitatio remanserit, *d. l. arbor* §. *iudex, com mun. diuid* P. *l.* 1. & *l. ad officium*, 3. C. *eod.* Sic alteri pretium, vel alteri res dabitur, vel si iurium aliam rem alteri in solidum det indiuise, vtetur compensatione.

¶ In † licitatione tamen facienda, & tertius alius quam so- 11
cius potest interuenire, ex causa tamen non semper, *vt l. ad officium, commu. diu. & ibi Bald.* videlicet, si consors & sortius velit offerre iustum pretium, *Bald. in d. l. ad officium, Iaf. in* §. *quadam, num.* 60. *de actio.*

¶ Singulas † res iure communi singulis heredibus adiudica- 12
bit iudex, & in his quæ commode diuidi non possint, vniuersam rem vni, vel duobus adiudicare potest, eum eosque ceteris in certa pecunia condemnare, § *quadam actiones, de actio. apud Iusti. §. si familiæ, de offic. iudic. l. item Labeo*, 23. §. 1. & *sequent. famil. ercisc. P.* Vsusfructus ex certo tempore & ad certum tempus, & alternis annis adiudicari, & diuidi à iudice potest, *l. & puto*, 16. *in princ. & §. vsusfructus, eod. P.* In creditis seu nominibus alia aliis integra & singulis adiudicabit, ad faciliorem diuisionem, quia alioquin solutio & exactio partium, non minima incommoda habet, *Caius, in l.* 3. *famil. ercisc.* Prædia ampla & regionibus diuidenda, vel singula singulis assignanda, *l.* 1. & *l. ad officium, commun. diuid.* non tamen debent diuidi instrumenta à fundis, vel familiæ à seipsis, *l. de instrumentis, §. commun. vtri. iudic. C.* Nec minuatim, sed per partes, & vt dicunt, *engros*, hereditas diuidenda, *glo. in l.* 2. *in verbo participibus. quan. & quib. quart. pars debeat. libr.* 10. C. *Boer. quæst.* 44. *num.* 1. *Facit l.* 2. *ad leg. Falcid.* ¶ Instrumenta † porro rerum com- 13
munia penes antiquiorem remanebunt. *l fin. de fid. instrum.* si sint ex æqualib. portionibus heredes, vel apud eum qui maioris partis est, testamentum remanebit, vel deponetur in ædem sacram, *l.* 4. §. *si fami. ercisc. un.* vel de his aditus iudex æstimabit, *l. possessionum, 11. commun. vtriusq. iudic. C.* In summa, in familiæ erciscundæ iudicio nihil debet iudex indiuisum relinquere, *l. heredes eius*, 26. §. *pen. fam. ercisc un.* cum totam causam debeat definire arbiter *l. discere, de arbitr. in P.* In hoc tandem iudicio condemnationes & absolutiones in omnium persona qui egerunt faciendæ sunt: aliter sententia pro parte nō potest valere, si vnus omittatur, *Paul. in l. in hoc iudicio*, 28. *fam. ercisc.* Quod si omnes quidem agentes contineantur sententia verum quædam inueniantur relicta diuidenda, cum non possit repeti arbitrium familiæ erciscundæ, nisi causa cognita, communi diuidundo de his agi potest, *Caius, l. item ex diuerso*, 20. §. *fin. famil. ercisc un.* P. *Iul. Paul. libr.* 1. *recepe. sent. tit.* 18. *Ioannis Fabri in* §. *quædam, de actio. num.* 12. tamen sententia videtur potior, quæ vult agēdum potius familiæ erciscundæ iudicio. Quia postquam licet causa cognita actionem illam repetere, error omissi iustam causam dare poterit, *l. tres fratres, de pact. in* P. *l. cum putarem. fam. ercisc un.* P. Videbiturque hæc actio quædam executio prioris iudicij potius, quam nouum iudicium, vt in petitione hereditatis dicitur, *l. quo tempore, de petition. hereditat.* P. *l quæsitum, de pecul.* P.

¶ Curare † quoque debet iudex, vt de eu ctione caueatur per 1
eos, quibus adiudicat, nempe ab aliis, *l. heredes*, 26. §. *pen. fam. erciscun.* P. si eius auctoritate fiat diuisio, non autem si sequatur

diuisio-

Digitized by Google

diuisionem paternam: nam pro rebus diuisis à patre non est locus euictioni erga alios fratres, *l. cum pater, §. euictis, de legat. 2. gl. in l. qua pater, 3. in verbo, in unum, fami. ercisc. glo. fin. in l. si cogitationem, in verbo, voluntatem, C. eod. tit.* Seruatur idipsum in diuisione extraiudiciali, quod in iudiciali, vt euictio locum habeat: nisi cautum contrarium inter diuidentes, vel nisi scirent res alienas esse, qui eas acceperint, *l. si fratres, 7. C. commun. vtriusque iud.*

15 ¶ Alius † modus diuidendi communis iudiciali, & ei diuisioni quæ fieri potest ex consensu partium, vt si res commode diuidi nequit, sorti committatur, omnibus potissimum eandem petentibus, vt eius sit, quem sors prætulerit, *l. fina. C. commun. de*
16 *legat.* ¶ Alioquin † iure ciuili videtur receptum esse, iudicem facere & distinguere partes, & singulis adiudicare debere, *iuxta l. ad officium, com. diui. C. §. præterea, de offic. iudic. l. in hoc iudicio, famil. ercisc. iud.* nec posse libertatem vel onus diuidendi vel eligendi concedere contendentibus.

17 ¶ Ceterum † qui de moribus seu consuetudinibus pertractarunt, dicunt. *Ioan Fab. ita vidisse obseruari ait, in §. quadam, de actio. nu. 9.* prouocantem ad diuisionem, diuidere debere, & prouocatum eligere: & si sint plures prouocati, minorem eligere debere, tanquam inferioris iudicij: quod firmatur iure pontificio, *c. 1. de parroch.* Arcadius in hospitij diuisi electione inter dominum & hospitem, statuit vt alter ex his quilibet quive maluerit, diuisionem arbitraria æquitate faciat, & alter eligendi habeat optionem, *l. 2. de metatis, lib. 12. C. tit. 41.*

18 ¶ Sed † iuris ciuilis melior videtur prouisio, *Iason in §. quadam, num. 58. de actio. & ibi Ioan. Fab.* vt arbitrio & maturitati iudicis seu arbitri fiant portiones, quia multi, tanquam corrumpendi totius patrimonij occasione captata, vniuscuiusq; rei sibi particulam vindicando, adeo totas dilacerant facultates, vt dū participibus relictarum opum nocere cupiunt, sua quoq; iura præcipitent. Qua ratione Theodosius, *l. 2. quan. & quib. quar. pars debeat. lib 10. C. tit. 34.* Augustus, cum quarta pars hereditatis præstanda esset, statuit, vt heres in partes quatuor hereditatem diuidi procuraret, vt rebus totis in sortium casum reductis electio
19 ex sortis felicitate contingat. ¶ Mihi † certe ex superioribus mixta sententia magis placet, vt inter coheredes vel fratres maior vel senior, vel qui conscientia & cognitione rerum præualet, diuisionem faciat, & breuia, seu volumina scripta tot, quot partes: dehinc ea communicet coheredibus, vel sociis, & si illa inscripta non placeant, emendentur, & ab omnibus subscribantur, & si pertinax sit qui diuisit, ad iudicem eatur, vel per arbitrū communibus sumtibus reficiatur. Postmodum autem pro electione sortibus diuisionem illam cōmitti placet, subscriptis ab omnibus contendentibus diuisionum voluminibus, quæ rotula vocant, hac conditione, vt æquali superficie & leuitate protecta volumina & confusa, quilibet suam partem ducat quam volumen sublatum continebit. Et ita minorem ex fratribus & coheredibus incipere sortitam electionem non erit à ratione alienum: sicuti Abraham diuisionē obtulit Lotho iuniori, Loth autē elegit ex locis oblatis quem inhabitare vellet, *Genes. cap. 13.* Guido Papæus, *q. 289.* probat, suadetque tenendum modum, quod antiquior fratrum diuisionem faciat, & iunior eligat per textum in c. 1. de parrochis, vbi idipsum sequitur Hostiensis, & Ioannes Andreas, & Baldus, *in l. sum quoque, de hered. instit.* Sed hic modus ex mea sententia, ni fallor, meretur temperamentum, vt obuiam eatur malitiis hominum, *d. l. in fundo, de rei vend. P.* veruntamen liberam cuiquam relinquo sententiam. Hoc iudicium familiæ erciscundæ directum & vtile est.

De finium regundorum iudicio. Cap. 5.

Lib. 10. P. tit. 1. C. lib. 3. tit. 39.

1 *Finium regundorum iudicium, pro rusticis, non pro vrbanis prædiis inuentum.*
2 *Finium regundorum actio in personam.*
3 *Res considerandæ in hoc iudicio quæ, &c. Confinia quæ dicantur.*
4 *Confinium prædiorum intermedium spatium ex lege Solonis quantum.*
5 *Quæ veniant pro seruitute in hanc actionem.*
6 *Qui agant finium regundorum.*
7 *Hæc actio finium regundorum durat tantum 30. annis.*
8 *Pro modo agrorum arbiter datur & mensor.*
9 *Alluuionis ius non habet locum in agru limitatis assignatis limitibus.*
10 *Modi cognoscendi vel dirimendi fines, &c. Et num. 12.*
11 Veue figure, ou monstree *quid.*
13 *Incidit in hoc finium regundorum iudicium quæstio criminalis, & quomodo.*
Et quid si mensor falsum modum dixerit. num. 14.
14 *Interdum ex crimine de termino moto, ad hoc finium regundorum peruenitur iudicium.*
15 *Leges de non excedendis vel non vsurpandis finibus quadam.*

1 TRactatio † hæc de finibus regundis est, de dirimendis finibus prædiorum confinium rusticorum, non vrbanorum, *l. 2. fini. reg. 4. §. hoc iudicium, eod.* illis confusis vel irruptione fluminū *l. si irruptione, l. 8. eo.* vel alatione, vel delectione, *d. l. 4. §. si dicatur finium regundor.* Habetque mixtam causam hoc iudicium, *l. iudicium, commun. diuid. l. 10: fini. regund. in P. §. si fundum, de offi. iudi. §. quidam, de act.* vt diximus in superioribus duobus capitibus, & præcipue in communi diuidundo, familiæ erciscūdæ, & finium regundorum tradidi.

¶ Actio † eius in personam licet pro vindicatione rei sit. Cō 2
sidero hic res, prædia, vt dixi, rustica cōfinia, nō vrbana ædificia, quæ magis vicina dicuntur. ¶ Sed † & in vrbe vbi horti sunt cō- 3
fines. & iudicium hoc habet locum, *li 4. §. hoc iudicium. fin. regund.* Confinia dicuntur ea, inter quę nihil interuenit, *d. §. hoc iudicium; & l. 5. eo. P. facit l. vrbana, de verb. sign.* potissimum publicum: si riuus tamē priuatus interuenit, hoc iudicio agi potest, *l. sed si fundi 6. fin. regund. P.* Commune tamen in hoc iudicium non venit, quia sine finibus est, *d. l. 4. §. qui communem, & §. si communem, eod. tit.* ¶ Finium † etiam obseruatur spatium certum ex lege Solo- 4
nis, in ædificio iuxta alienos fines faciendo: si murum quis ædificet, relinquat pedē: si domū, duos pedes: si sepulcrū aut foueā; quantum profundum eius: si puteum, passum: si oliuam aut ficum serat, nouem pedes: si alia ligna, quinque, *l. fin. finium regun. in Pil. quinque pedum, l. 5. C. eod.* ¶ Veniunt † in hanc actionem 5
præstationes reales, post litem contestatam fructus: sed ante litē contestatam bona fide percepti & consumti lucro cedunt: si autem mala fide, condicuntur. Nam & culpa, & dolus à lite contestata præstantur, *l. 4. §. post litem, eod. P.* Nec iniquè fit condemnatio eius quod interest, si quis aliquam vtilitatem perceperit, ex eo, quod vicini esse appareat, *d. l. 4. §. in iudicio.* ¶ Agunt † hoc 6
iudicio confinium fundorum domini directi, & qui etiā vectigales possident, qui vsumfructum habēt, & qui iure pignoris tenent, *l. 4. §. finium regundorum, fin. reg. P. l. cedere, §. fin. arbor. furtim cæsar. in P.* ¶ Dummodo † agatur intra 30. annos, nam vltra hos 7
hoc iudicium vitam non prorogat. *l. fin fini. regun. C.* numeratione facta à die turbationis finium. ¶ De † modo agrorum, arbitri 8
dantur. *l. de modo, 7. eod. P.* à iudice & contendentibus, & mensor adhibetur, qui & communibus expensis mercedem capit, *l. 4. §. sed & si mensor, eod. P.* ad finiendos terminos, vel mensurandos agros, vt vnicuiq; quantum debetur reddatur, *l. 3. §. idem Pōponius; si mens. fal. mod. dixe. lib. 11. P. tit. 6.* ¶ Maxime † propter agros pu- 9
blice limitatos, in quibus nec alluuionis ius est, si militibus assignati sunt, *l. in agris, 16. de acq. rer. dom. li. 41. P. tit. 1. l. 1. de agris limitato. li. 11. C.* alioquin enim in priuatis limitatis alluuio quidem locum habet, *l. 1. de alluuio. C. §. præterea, de rer. di. l. adeo, §. præterea, de acq. rer. dom. ca. extransmissa, & ibi gloss. in verbo mutatum, de præscript.* sed non vsurpatio in fines proximi prædij. Et proinde mēsura aliquādo, quod vsurpatū est dignoscitur. ¶ Modus † cog- 10
noscēdi, vel dirimēdi fines est, vt primum iudex aditus cōsideret, quātum ex prædio cōfini actor teneat: secundo, quot iugera in fundo habere debeat: tertio, finitor seu mensor mittatur, vt renūtiet iudici, quantum minus habeat actor, quā se habere debere dicat, *l. 3. C. fin. regund.* Interdum ipse iudex locū confusum suis oculis subiicit, *l. si irruptione, 8. §. fin. fini. regund. P.* dicūt hanc subiectionem, *vese figure ou monstree.* ¶ In † finalibus quæstioni- 11
bus, vt potissimum vetera monumenta sequenda sunt, nisi fines antiqui mutati doceantur successorum varietate, aut arbitrio possessorum, *l. in finalib. 11. P. eod. l. 2. C. eadem.* Et si in venditione demonstrati sunt fines aliqui, illi præcipue sequendi sunt, inter ementes & vendentes, *l. 1. C. fin. regund. l. eos, 12. eodem titu. l. quod in rerum, §. 1. de leg. 1.*

¶ Quod † si nulli appareant fines, vel confusi ita sint, vt com- 12
mode dirimi nō possint, iudex potest adiudicatione dirimere: & si forte amouendæ veteris obscuritatis gratia, per aliam regionem dirimere iudex fines velit, potest hoc facere per eandem adiudicationem & condemnationem, *l. 2. fi. regu. P. §. fi. de offi. eod.* Quo casu opus est, vt ex alterius prædio alij adiudicetur, & eo nomine is cui adiudicatur inuicem pro eo quod ei adiudicatur, certa pecunia condēmnetur, *l. 3. fi. reg. in P.* Et si ex plurib. fundis cōfinibus, plures enim quā duo cōfines esse possunt, *l. 4. §. nōn solum, eod.* alter fundus duorū, alter pluriū sit: potest iudex adiudicare vni parti locum de quo quæritur, licet plures dominus habeat, quia magis fundo quā personis adiudicari fines vel partes intelligūtur, *d. l. 4. §. si alteri. fin. reg. P.* ¶ Incidit † in hoc iudicium 13
ciuile sæpe criminale, quādo quis post litē motā finiū regundorū, nō exspectata sententia fines alterius inuadit, & tūc quod acceperit aut tantundē restituere cogitur, *l. 4. C. eo.* ¶ Interdū † post iu- 14
dicium criminis extraordinarij de termino moto, est agendum finiū regundorū: & tūc qui de crimine cognoscit, de hoc etiam iudicio decernit, & ciuiliter & criminaliter actione mota, *d. l. 4. §. si dicantur, fin. regun. P.* Incidit & quæstio si mensor falsum modum dixerit. Sed quia & de crimine de termino moto, diximus *proprio tit. in crimin. priuatis extraordinariis, de termino moto.* & de mēdacio finitoris, diximus *in extraordin. crimin. titu. de mendacio.* de his vltra non agam. ¶ Porro † agricolis leges de non excedē- 15
dis vel vsurpandis finibus impositæ sunt à Iustiniano, qualis illa, *in legib Georgicis. l. fin. tit. 1. ca. 1. & 2.* χρὴ τὸν γεωργὸν ἐργαζόμενον τὸν ἴδιον ἀγρὸν εἶναι δίκαιον καὶ μὴ πλεονεκτεῖν αὐλακας τῆς πλησίον, &c. id est, *agricolam suos excolentem agros iustū esse oportet, nec sulcorū fines trā-*

Digitized by Google

liendo, vicinos fundos vsurpare. Si quis autem fines agri sui longius iusto protulerit, agrique vicini partem aliquam arando interuerterit, si quidem in nouali id fecerit, noualis culturam deperdit: si vero seminando longius vagatus fuerit, & sementem, & culturam, fructuumque perceptionem irreptor agrorum amittit. Et rursum, *Iustin. d. tit. I. Cap. Ἐὰν δύο χωρία μαχωνται περὶ ὅρου, ἢ περὶ-*

χῆς, πρέπουσαν οἱ διαγράψαι, καὶ τὸ διακρινόμενον δεῖ ἐν ἀκριβεῖ ἀποδεῖξαι τοὺς τὰ διαφέροντα τὸ δικαίωμα, εἴτε ἡ ὅρος ἀρχαῖος ἔστιν ἢ ἀρχαία διακρίσεις ἀπεφασισμένος ἐστίν. id est, *Si ambigitur inter duo loca, vel de termino, vel agri possessione, auditores cognitionem suam interponunto, eique qui pluribus annis possederit, eius reddito: si vero antiqui fines fuerint, antiqua possessio inconcussa esto.*

DE FEVDALIBVS REBVS, ET DE FEVDIS.

LIBER VI.

Rerum alia diuisio, in Allodiales, & Censuales.

Cap. I.

1 *Continuatio libri.*
2 *Allodiales res feudales & censuales, quæ emphyteoticaria & superficiaria.*
3 *Allodialis res integrum habet primæ diuisionis dominium. Francum allodium quid.*
4 *Allodium vnde dictum, & quare.*
5 *Allodij lex Caroli Magni.*
6 Laudes & Leuades *quid in Gotia.*
7 *Allodium in substantia quid.*
8 *Allodij & feudi differentia.*
9 *Allodium liberum, quod à nullo alio, quam à Deo pendet, secundum aliquos.*
10 *Allodium & libellum, diuersa esse docetur.*
11 *Libellarij contractus, & allodij & feudi differentia.*
12 *Cambij & allodij differentia.*

1 SVperioribus proximis libris † de seruitutibus rerum egimus, docuimusq; quasdam aliis seruire iure vicinitatis, alias liberas. Et deinceps alias iure communitatis vsum, & dominium præbere, alias singularum personarum esse & proprias. Nunc de alia diuisione rerum ratione qualitatis, alterius dominij, census & pensionis & hominij seu homagij dicendum est.

2 ¶ Itaque † quædam res retinent pristinam libertatem, quam domini in prima rerum diuisione habuerunt, vt sint solius domini, nec alium agnoscant, allodiales dictæ: aliæ autem per homagia aut census præstationem, alium quoque quam possidentem ostendunt dominum. Illæ feuda, istæ censuales & emphyteoticariæ & superficiariæ dici possunt. De allodialibus primum, postea de feudis: nam de vectigalibus & censualibus satis dictum in iure fisci, & de emphyteoticis in locatione, Deo fauente, dicetur.

3 ¶ Qui † prædium optimo iure possidet, id est, qui plenam habet absolutamque proprietatem, is integrum dominium directum censetur habere, quale ab initio ex distributione domi nis contigit, *l. ex hoc iure, de iustit. & iur. in P.* Vocant hoc ius, *Francum allodium*, nempe quod liberum est, extra mancipium seruitutemque dominicam positum.

4 ¶ Budæus † *in l. Herennius, de euict. in annota. prior. in* PP. allaudium trahi à laudemiis tradit, emtor enim rerum censualium no minare auctorem suum tenetur intra paucos dies, & ab eorum mancipio accipere. *l. 3. de iure emphyt. C.* quod vulgo inscisinari dicunt, vel recognoscere: alioquin multa committitur. Hinque allaudij appellationem profectam, quod qui prædia eo iure habebant allaudij, laudare auctorē suum nemini tenerentur, vt qui nullum soli dominum agnoscant, nec patronum, id est, qui in nullius fide sint. Cuiacius *in Feud. lib. 2. c. 17.* ait allodium & alodem dici, vt amentem, quasi sine mente istum, alodem qua sine lode, quod eius possessor nemini sit leodes.

¶ Amerbachius † *in commen. capitular. legum Caroli Magni, cap.* 7. allodium dicit vocem Germanicam, vel à Germanica deriuatam: nempe ab *all.* id est, omne totum, quia quod allodium est, pleno iure retineatur. Beatus Rhenanus, *lib. 2. rer. Germanica. dum loquitur de statu Galliarum*, aliunde trahit originem: & euoluit substantiam allodij, his verbis, *Cum Germaniæ subactæ fuerunt à Francorum rege Clodoueo, Pipino, & Carolo Magno, nobiles beneficia regia ornabantur. & allodia: hæc proprij iuris erant: forta ssis Germanico vocabulo sic dicta, quod familiæ coagmentatæ sint & coniunctæ, hoc est inseparabiliter a familia, ein unlod: Vnde plerumque negligebantur beneficia regia. qua res edita lege prohibetur.* Legem non refert Rhenanus, sed ea extat in capitularibus Caroli Magni, in capitulari quod à Niumaczd, *d. cap.* 7. in hæc verba: *audiuimus quod aliqui reddant beneficium nostrum ad alios homines in proprietatem, & in ipso placito, id est, conuentione, comparant dato pretio ipsas res iterum sibi in allode, quod omnino cauendum est: quod qui hoc faciant, non bene custodiant fidem, quam nobis promiserunt habent.* Sic in legibus Anglorum, & Vuerinorum, id est, Thuringorum, titulo 7. extat inscriptio de allodibus (sic enim legetur pro de allodiis) vbi tractatur tantummodo de successione decedentium ab intestato proximioribus deferenda, & allodium pro patrimonio proprio defuncti accipitur. Item & in legibus Boioariorum, quas tulit Theodericus Francorum rex filius Ludouici, vt ait in 2. Beatus Rhenanus extat in eadem significatione in ca. 2. tutulus 2. his verbis, *vt nullus Boioarius allodem vel vitam sine capitali crimine perdat.*

¶ Forsan † & si liceat comminisci vel ad Gallicam declina- 6
tionem transferre etymon, non erit aliena deriuatio à verbo Gallico *leuer, & leueé*, mutata diphthongo eu, in o, & apud nos in Gotia, *leuade.* Idem quod præstatio & exactio: vnde & *leds* dici & *leudes*, id est, exactiones tributorum. Et *laudemium*, præstatio, pro leuatione: vnde & adiūcta particula priuatiua *alods*, pro eo quod exigi non potest, vel quod non patitur exactionem.

¶ Sed † ne contendamus nimium de nomine, constat de sub- 7
stantia in summa, allodium, vel res allodiales esse, res quæ possidentur iure proprio, non feudi, non beneficij iure, non ex causa emphyteoticaria vel clientelari.

¶ Hoc † si datur in feudum vasallo, aliam recipit appellatio- 8
nem in beneficiario, & quod allodium est domino, id vasallo, vasallive vasallo feudum est: quia proprietas domini est, & directum dominium, *Cuiac. vbi supra ex concil. Ticinens.* Vnde inuenimus in cōsuetudinibus feudorum, allodium dici infeudatū, *§. 1. de allodiis, lib. 2. de Feud. tit. 54.* atque ita allodium & feudum duo diuersa sunt, *gl. in l. ingenuum, 13. de inge. manum. lib. 7. P. tit. 14. gl. in l. etsi quis, §. sed interdum, in verbo opertebit, de reli. & sum. fune. in* P.

¶ Iacob, † Aluarotus, *in §. inter filiam, si de feud. def. contem. fit ins. dom. & agnat. Vas. lib. 2. feud. tit. 26. vbi tex. meminit de allod.* allo- 9
dium dixit liberum & proprium, quod à nullo recognoscitur nisi à solo Deo, secundum Iacobum de Bello Visu, Nicolaum de Neapolitano, & Baldum, *in c. 1. de Allod. in vsib. feud.* Et allodium etiam aliter dicetur res hereditaria, quam vendere vel donare possum tanquam meam. Nec ideo minus allodialis res, quod alterius iurisdictionis sit: nihil enim communicat iurisdictio ad libertatem rei, *§. 1. de allod. in vsib feudor. Bal. in l. à procuratore, Cod. manda.*

¶ Nec † sequenda est interpretatio aliquorum, vt Alberici, 10
in dictionario iuris, & aliorum libellum & allodium idem esse dicentium in vsibus feudorum, *in §. inter filiam si de feu. defunct. &c.* cum tamen libellum interpretentur emphyteusin, qui verba illa tractant allodium siue libellum, *Aluar. in d. §. inter filiam.* Minus etiam eorum, qui cambium idem quod allodium dicunt, dum legunt in §. cum autem, *de vsib. feud. lib. 1. tit. 4.* si de inuestit. feu. controuer. fuer. *vel cambium proprietatis illius feudi nomine habuerit, &c.* Siquidem libellarius contractus magis emphyteusi accedit, quam allodio, cui contrarius videtur.

¶ Et † ideo recte consuetudo feudi distinguit, *in §. profecto, tit.* 11
quid iuris si post aliena feu. vasa. id temperaue. lib. 2. feu. tit. 44. tē remanere apud aliquē, vel iure proprio, vide allodium: vel iure beneficij, vide feudū: vel iure libelli, ecce tertiū genus: libellarius acquisitio véditioni propemodū similis, & locationi. Nā venditur res certo pretio, sed non in perpetuum. & nisi de viginti in viginti nouem annos, & sic in perpetuum: nec pure, sed ea lege, vt singulis annis certa pensio eius rei nomine tribuatur, qua ratione locationis accedit, cū certo tēpore renouetur, nēpe post viginti nouē annos ad euitandā præscriptionē, & tollendam puram véditionem. Docetur id in feudis *in §. donare, qualit. olim poter. feud. alien. lib. 2. feu. tit. 9.* vbi potest vasallus feudum locare, nisi locatio esset fraudulenta alienatio, sicut est per libellū, vt dicatur venditio. Quis enim dubitat, quod libellario nomine sub vilissima duorum denariorum pensione, perpetuo concedatur vtendum, alienatum in fraudem non esse? Et naturam istius libelli & diffe-

Digitized by Google

differentiam cum iure emphyteotico docte, vt solet reliqua, nostras Cuiacius docet ex variis auctoribus in commentariis ad feuda, *lib. 1. tit. 1.* quem consulito.

12 ¶ De † cambio autem quid sentiam explicabo, relicto vnicuique sentiendi diuersa arbitrio: nō placet vt simpliciter cambium dicatur allodium: nisi dicamus, *vt in §. cum autem, si de inuestit. feu. &c.* Cambium proprietatis feudi nomine factum, id est, permutationem proprietatis cum feudo. Cambium enim apud Tectosages, & fere Gallice *change*, apud nos *cambi* permutationem significat. Ita intelligo c. 2. tituli quo tempore miles inuestituram petere debeat, lib. 1. feudorum, tit. 22. Est & antiquum verbum cambio, pro commuto, quod & hodie apud Italos & Insubres vsurpatur: neque hic aliud priscum cambire, id est, iter facere, & pugnare accommodum videtur, potissimū allodio, quod onus non habet, sed proprio iure tenetur. Et ideo cambiū dici non potest, vt nec allodium posset dici feudū, cum & onus militandi, ad militiam eundi, vel sumtus ea de re præstandi habeat, *§. si. de allod. in vsib. feud. li. 2. tit. 54.* Proprietatem autem cū feudo cābire existimo, quādo vasallus proprietaté accipit & dominus vasallus fit. Et de allodiis hæc dicta sufficiant, quando allodia, tanquam patrimonialia & libera possunt tractari à dominis, & leges generales sequantur, non feudales consuetudines. Præsumunturque res omnes allodiales seu liberæ, nisi probetur vere vel præsumtiue contrarium, *Ioan. Andr. in ca. nimus, de sureiur. & in c. fi. in verbo respondere, de iudic. ca. 2. & ibi interpret. si de feud. def. fuer. content. inter dom & agna. facit l. altius, de seru. C.* Et feudalis res dicitur quandam seruitutem debere, *gl. in l. si cuius, 15. §. si vsus fructus, in verb. oportet, de vsufru.* P. *Bald. in cap. 1. circa vlt. colum. de contro. inuestit.*

De feudi finitione & diuisione. Cap. 2.

1 *Feudi etymon à fide.*
2 *Faria quid.*
3 *Feudi finitio.*
4 *Beneficij nomen quam late pateat, & quid in hac finitione feudi.*
5 *Rei feudalis proprietas ad dominum, vsusfructus ad vasallum in perpetuum pertinet.*
6 *Explicantur septem requisita in constituendo feudo proprie.*
7 *Diuisio feudi in proprie feudum, & improprie.*
8 *Feuds proprie species.*
9 *Improprie feuds species.*
10 *Regale seu regium feudum quid, & simplex.*
11 *Feudum regale*, de haut haubert.
12 *Regna in feudum regibus data à superioribus.*
13 *Nouum feudum quid, & vetus.*
14 *Paternum feudum quid.*
Paterni & antiqui differentia.
15 *Feudum rectum, & feudum simpliciter quid, & feudum quid conditionatum.*
16 *Feudum hereditarium quid.*
17 *Minus esse in feudo dato alicui & liberis, quam sit in hereditario.*
18 *Feudum aliud rursus paternum, & maternum, & qualia.*
19 *Feudum reale hereditarium est.*
20 *Feudum quomodo antiquitus temporale & amouibile, factum est per diuersas constitutiones, & successu temporis perpetuum & transmissibile vasallis.*
21 *Feudum masculinum hereditarium proximiori non institutis, ad dominum reuertitur, etiam si filiæ supersint heredes vasalli.*
22 *Feudum ligium qua requirat.*
23 *Ligium nomen vnde declinatum.*
24 *Ligium feudum, proprie feudum non esse, sed improprie.*
25 *Ligij homines & homologi qui, &c.*
26 *Ligij homines clientes. Clientes, Thetæ, Penestæ qui, &c.*
27 *Solidurij apud Gallos qui.*
28 *Ligius quis sit in summa hic.*
29 *Ligius homo & cum feudo, & sine feudo esse potest.*
30 *Ligius homo à fide primo abire nequit etiam feudum refutando, etsi in aliis vasallis diuersum sequamur.*
31 *Ligius homo 2. à solo domino non à curia iudicatur: Item quod is personam in hoc domino obliget & bona.*
32 *Ligius homo nemo duorum esse potest.*
33 *Omnes qui in imperio sunt, censentur ligij Imperatorij. In ligio feudo succedunt fœmina, &c. In vasallstico iuramento censetur excipi ligius dominus, &c.*

1 FEudum † à fidelitate dictum est, seu à fide, *§. fi. per quos fiat inuestit. & per quos recipia. lib 2. feud. tit. 3.* vnde & beneficiarius dictus fidelis, *tit. de contem. int. do & fidelem. de inuest. feud. lib. 1. tit. 10. §. item si fidelis, quib. mo. feu. amit. tit. 5. cum simil.* Sed nomen vulgare Italicum & Insubrum proximius accedit, quam Latinum: nam vocant fidem *la fede*, vnde & f. u tum quidam dicunt à fœdere. In declinatione enim Latina dicendum esset fidum. ¶ Sed
2 † si etiam nomen ad idioma Langobardorū, qui Germanice locuti sunt, referamus, & feudū à Germanico *feyd*, vel *vechd*, aut vt alij scribunt *haet* odium, id est, bellū & inimicitia: vnde & faida in legibus Langobardorum & Francorum communiter, pro inimicitia & bello, & inde militiæ vel inimicitiæ depellendæ caussa inductū nomen, & feudatarios quasi faidatarios, qui ex fide eius, qui faidam habent, sunt. ¶ Substantialis † autem feudi finitio hæc erit, vt sit beneficiū, quod ex beneuolentia ita datur alicui, vt proprietas quidem rei immobilis beneficiariæ penes dātem remaneat: vsusfructus vero illius rei ita ad accipientē transeat, vt ad eū heredesq; suos masculos, siue fœminas, si de his nominatim dictū sit, in perpetuum pertineat: ea lege, vt ille & sui heredes fideliter domino seruiant, siue illud seruitium, qualiter esse debeat, sit expressum, siue indeterminate sit promissum, *hæc finitio ex verbu, §. in quib. cau feu. amitt. lib. 2. feudo. ti. 23. sequūtur hāc finitionem ibi Iac. Alua. & rursum idem, & Bal. in pralud. feu. Francis. Curtius, tract. feudo. parte 1. c. 6. Hostien. in Summa de feud.* ¶ Beneficij † nomen genus est, quod continet alia beneficia, id est, aliat 4
beneuolas cōcessiones, quā ex feudo: vt interest hominis, hominē affici beneficio, *l seruus ea lege, de seruis expor. P.* & continent etiam priuilegia, *l. fin. de constit. prin. in P. cum simil.* Proinde quod sequitur ex beneuolētia, arguit singularē caussam beneficij concessi, nempe amicitiam ipsam. Et hinc qui beneficiū seu feudū accipiunt, beneficiarij sæpe in feudis dicuntur. Et quia nec sub prætextu pecuniæ, sed honore & amore domini hoc acquirendum est, *c. 1. de feudis, da. in vicem leg. commiss. lib. 1. feud. tit. 27.* Et quia beneficia libere concedūtur, *c. 4. de admen. leg in P. l. si pignore. §. 1. de furt. in P.* sequitur & feudum libere sponte tradi *d. c. 1. de feud. da. & c. Specu. tit. de loca. ver. nunc aliqua, ver. 4. in fin. & ibi Bal. in addit.* ¶ Rei † immobilis appellatio, in finitione posita cōti- 5
net etiā eas res, quæ inter immobilia annumerantur *§ fi. feud. cognit. lib. 2. feu. tit. 1.* Ex reliquis aūt verbis finitionis apparet directū dominiū penes beneficū, & vtile penes beneficiarium esse, *glo. & interpret. in §. preterea, de capitulis Corradi, ca. 1. §. 1. de inuest. de re alien. fac. & ibi tex. in §. fin.* quia ille proprietatem retinet, hic autem in perpetuum vsumfructū accipit, de quibus, & de fidelitate, & de seruitiis postea agemus. Interim hoc notandū, rei per beneficium recte inuestitæ, vasallum, tanquam dominum, habere potestatem in agendo, & defendendo. *§. rei autem, eod. lib. 2. feu. tit. 8.* ¶ Ex † superiori definitione subinde colligūtur septem res 6
requiri, vt proprie feudum dicatur: 1. vt sponte datū sit, non coacte: 2. vt directum dominium maneat penes concedentem: 3. vt vtile transferatur in accipientem: 4. vt consistat in immobilibus rebus, vel in his, quæ immobiliū loco sunt: 5. vt perpetuo transeat ad masculos liberos descendentes: 6. vt fidelitas & seruitium præstentur: 7. vt gratis, *v. priuilegia, de pac. const. post lib. feudorum*, concedatur.

¶ Hac † ratione feudi sectio prior fiet in feudum proprie, & 7
improprie: proprie feudū, quando illa septem adsūt: improprie, quando non est ei propria natura feudi, *proprie tit. de feudo non habente propriam naturam feud.* ¶ Ad † feudum, quod proprie feu- 8
dū, refertur feudum dignitatis seu regium, feudum simplex: feudum nouum, & antiquum seu paternum, feudum rectum & hereditarium, feudum ligium. ¶ Ad † feudum improprie pertinet 9
feudum francum seu liberum, feudum non rectum, feudū personale habitationis, feudum soldatæ, de camera, de cauena gardiæ & gastaldiæ. ¶ Regale † feudū dicitur seu dignitatis, quod 10
recta via datur à rege seu principe, non à minoribus vasallis, qualia ducatus, comitatus, marchionatus vel alterius dignitatis, *c. 1. de feu. March. lib. 1. feu. tit. 14.* vt contra, feudū simplex seu non regale, quando priuata res. vt pagus, vel aliæ similes priuatæ concedūtur, *§. si quis de manso, si de inuestit. controu. fuer. lib. 1. feud. tit. 4.* ¶ Feudum † regale dicitur in Gallia *de hault haubert*, ac si dicas, 11
de alta loricatione. Lorica enim *haubert* est, id est, feudū militiæ potioris, altioris, seu dignioris. ¶ Sunt † & regna, quæ ex fide a- 12
liorū pendent, quæ vere feuda regalia: vt & Inas Vuest Saxonum in Anglia rex, regnū suū Romanæ sedi vectigale constituit, anno Domini 740. *Polyd. Virg. in Angl. hist. lib. 4.* singulis argenteis nummis, quos denarios vocant, in singulas domos impositis. Fecit idem eius exemplo Offas Mercioū rex, qui non multo post id tempus regnauit. Hocq; Angliæ sacrum vectigal postea auxit Ethelvolphus seu Athulphus. Et Ioannes Ricardi. I. successor postea se, posteroſque suos reges sedis apostolicæ beneficiarios esse sponsionē fecit anno 1212. *Polyd. Virg. lib. 15. hist. Angl.* Scotiū quoq; regnū eiusdem iuris, *c. inter alia, de immu. eccle.* Carolus Andegauensis à Clemente IIII. Siciliæ rex declaratus, præstitit pro iudice feudi superioris, censum annuū, *vide Bal. in extrau. de pace Cōstant. §. priuilegia, in verbo inuestituram cle. pastoralis, §. rursus, de senten. & re iud.* Poloniæ quoq; regnū à Mieciſlao Benedicto VII. Pontifici, in fidem & feudum datum anno 980. Quod & eidē sedi apostolicæ fecit tributariū Casimirus imperante Corrado, vt singuli colonorū obolū penderent luceruæ arsuræ perpetuo in æde S. Petri Romæ, *Chromer. lib. 3. de reb. Poloni.* Fuerūt & hoc modo alia regna sub iure pontificis summi olim, *vt in c. ad apostolicæ. de iud. in 6. c. alius, 15. q. 6. c. grandi, de supplen. neglig. prala. ca. venerabilem, de elect. in 6.* Dux Austriæ Fridericus rex à Cæsare creatus ea lege, ne detraheret dignitas diademati imperij. *Munsterus in sua Geogra* Reges faciebat, sed sibi fideles S. P. Q. R. *Dionys. Halic. in 3.* Factum & aliis temporib. idipsum apud alios cum ducatus vel marchisatus in regni nomen transierunt. ¶ Nouum

Digitized by Google

13 † feudũ dicitur, quod is cui conceditur, sit primus de eo inuestitus, *§.1. qui testes sint necessa. ad proba. nouam inuest. lib. 2. ti. 9.* opponitur hic vetus, *§.1. per quos fiat inuestit. feu. lib. 2. Feu. tit. 3.* ¶ Paterr-
14 num † dicitur, quod ex primo inuestito venit vsque ad quartum gradum descendentium, quem si excedat antiquum, quamuis & promiscue ista nomina vsurpentur, vt pote paterno & antiquo naturã habentibus eandem, pro feudo quæsito ab aliquo ascendente patre communi agnationis, *c.1. & § hoc quoq;, & ibi Bal. de success. feu. lib. 1. tit. 8. c. 1. §. 1. & ibi interpret. de gradib. success. in vsib. feudor. §. hoc quoq; iscendum, de in qui feu. dar. poss. lib. 1. feud. tit. 1.* Cui nouum opponitur, nec nouum tamen dicitur paternum refutatione ad eo facta, & in vita sua cõcesso à domino filiis, sed pater-
15 num, *§ 1. de vasal. decrep. ætat. lib. 2. feu. tit. 14.* ¶ Feudum † rectum in iure feudorum inuenitur, *tit. de consu. rect. feu. lib. 2. tit. 33.* sic dictum quasi purũ, quod in eius constitutione seruitia determinata, non sunt, *in c. 1. de capita. qui curiam vendidit, lib. 2. feu. tit. 51.* aliter simpliciter feudum: nam quando sunt determinata, dicitur feudum conditionatum, vel rectum dictum, quasi recte & secundum legitimam formulam acquisitum: vt puta, quia vasallus seu beneficiarius adeptus est possessionem eius ex licentia præcedẽte domini, præsentibus & assidentibus paribus curiæ: aliter enim, si præsens non fuisset curia, *c. 1. & ibi gl. 2. de consue. rect. feu. iuncto. c. 1. quib. mod. feu. const. potest.* Aut tertio rectum, id est, optimum, firmum, & perpetuum, quod irreuocabile est, *c. 1. §. item si vasallus. cũ ibi nota. si controuer. fuer. de inuest. feud. iuncto c. 1. de feu. gard.* ¶ Huic
16 † postremæ acceptioni feudũ hereditarium accedit, quod ita datur, vt ad heredes possit transferri: datur enim beneficiario & eius heredibus, *de hoc feudo Andr. Barba. cons. 56. inter cons. Ale. tom. 4. cons.*
17 ¶ Minus † autem in feudo inesse videtur dato beneficiario pro se & suis liberis, non enim esset tunc hereditarium, sed ex liberalitate concedentis, & eius prouidentia filij tantum, non alij vocantur, *Andreas de Isernia in §. 1. & §. hoc quoq;, de success. feud. in c. 1. qui successor. teneam. Ale. 3. col cons. 10.*

¶ In † quo adhuc posset considerari alia distinctio feudi he-
18 reditarij, vt aliud sit paternum, & aliud maternum. Paterni natura est, vt competat tantum masculis descendentibus liberis, *c. 1. §. profecte, de lege Corradi, lib. 2. feu. tit. 34.* Materni vero, vt primũ masculis deinceps & fœminis possit accedere, *c. 1. §. de feud. fœmi. lib. 2. feu. tit. 30.* quamuis quis pro se & liberis masculis & fœminis inuestituram accipiat. *§. 1. de eo qui sibi & her. suis mascul. & fœmi. & c. lib. feud. tit. 17.* Potest & dici paternum, vt diximus, ex superioribus seu à maioribus quæsitum, *cap. 1. §. parentum vero, de natur. success. feud.* & antiquum: & maternum: quod fœmina ex superioribus parentibus quæsiuit. ¶ Ad † hereditarium feudum pertinet &
19 illud, quod dicitur reale, in quo quis non tantum sibi, sed heredibus suis prospexisse videtur, *c. 8. de duob. fratri. à capitan. inuesti.*

¶ Antiquissimo † tamen iure feudum ita erat in potestate do-
20 minorum, vt quando vellẽt, possent auferre beneficiario: postea eo ventum est, vt per annum firmum esset, postea, vsque ad vitã fidem præstantis: subinde vsq; ad filios, & eũ cui ex illis vellet dominus feudum confirmare. Et iure feudorum communi postea stabilitum, vt ad omnes filios æqualiter pertineat. Subinde ex lege Corradi prorogatum ad nepotes, fratres, patrueleſque. *hæc in §. & quia vidimus, de iis qui feu. dar. poss. lib. 1. feud. tit. 1.* In regiis quoque, seu accipientibus regalia feuda, olim erat etiam illud obseruatum, vt non prorogarentur vltra vitam accipientium, sed datione noua mortuis iis alij inuestirentur, vt de marchionatu, ducatu, comitatu, & aliis similibus: quod postea etiam vsu ad liberos vsque prorogatum. *c. 1. de feudo March. §. in feud. comitatus, de alien. feud. in vsib. feud.*

21 ¶ Si † feudum sit masculum seu paternum, hereditarium, & filij non sint, filiæ exsistentes heredes, in allodialibus quidẽ succedent: at in feudo, neque ipsæ, quæ à feudis communi consuetudine excluduntur, *§ hoc autem annotandum est, de iis qui feud. dar. poss. lib. 1. tit. 1.* neque agnati proximiores admittentur, si heredes non sunt, *vnde Curt. iunior. tractat. de feud. part. 1. ca. 9. n. 21. Alexan. cons. 19. incip. super eo. de quo quærit, in 5. vol.* sed exstinctum feudum est, & ad dominum reuertitur.

¶ *Feudum ligium*, inquit Curtius iunior, *Iacob. Curt. in 1. part.*
22 *tract. de feu. cap. 9. n. 22. tria requirit: primo, vt vasallus iuret fidelitatẽ, nullius alterius fidelitate reseruata. Secundo, vt expresse dicatur in instrumento inuestituræ, quod feudum sit ligium. Tertio quod vasallus principaliter personam suam, & consequenter bona etiam non feudalia*
23 *subijciat potestati domini.* ¶ Qui † huiusmodi feudum habet, dicitur homo ligius. *vt in clemen. pastoralis, §. rursus, de senten. & re. iud.* Albertus Krantius *lib. 4. Chron.* ligium Italorum verbum esse ait, & significare totalem subiectionem. Videtur enim vere illud nomen esse Italicum à ligando: vnde & coniurationes seu factiones apud illos vocantur *ligues*, arctiori videlicet fide constrictione facta.

¶ Et † mihi proprie hoc feudum non videtur, sed seditio po-
24 tius in clientelam & familiam, & potestatem alterius. Ideo huius iuramentũ à fidelitate feudali recte separatur, & sine feudo quoque esse docetur in consuetudinibus feudorum, vbi post formam fidelitatis beneficiarij, *in §. fin. qual. in vs. debe. vasal. fidel. dom. libr. 2. feud. tit. 5.* subiiciuntur hæc verba: *si vero domesticus, id est, familiarus eius sit cui iurat, aut si ideo iurat fidelitatem, non quod habeat feudum, sed quia sub iurisdictione sit eius cui iurat: nominatim vitam, membrum, mentem, & eius rectum honorem custodire iurabit.*

¶ Aliqui † inspicantur huiusmodi homines, *homologos* dictos 25
fuisse, de quibus cautum est à Theodosio & Arcadio, *in l fin. de patro. vicorum lib. 11. tit. 24. C. Theodo.* ne relinquant antiquos dominos. Ego tamen discedo ab hac sententia, cum Arcadius & Honorius loquantur de colonis, qui quidem adscriptitij non sunt, sed homologi, id est, qui per scripturam confessi sunt se colonos esse, vnde dicũtur, non vere adscriptitij, sed cõfessionarij: id enim vox homologos designat, vt expresse declarat Augustus Cæsar, *in l. cum scimus. 21. de agr. & cens. lib. 11. C. tit. 47.* Ita & Aristoteles scribit Suidas, *in verbo ὁμολογία*, quod in Analyticis ex hypothesi, id est, sub conditione seu fictione generalius dixerat, id in Topicis specialius ἐξ ὁμολογίας, id est, ex confesso appellauit. ¶ Quo † 26
fit, vt adducat ligios homines duci posse vere clientes, qui se in fidem omnimodam concedebant patronorum, & illi eorum etiã defensionem subibant. *Commendant*, inquit Dionys. Halicarnassæus, *in 2. Romulus patritijs plebeios, optione cuique è vulgo data vt quem vellet sibi patronum legeret.* Mos tane Græcis & antiquis, quo diu Thessali vsi sunt, & Athenienses prisci, sed tum receptus in melius. Hos Athenienses thetas vocabant ob ministeria, Thessali, penestas. Romulus honestiori vocabulo voluit vocari clientes.

¶ Solidurlos † esse, qui speciem clientelæ apud Gallos ha- 27
berent, iam ante demonstrauimus, cum de iure patronatus egimus clientelari, vbi multa de clientelis explicauimus. *post potestatem dominicam in iure patronatus clientelaris, lib. 14. cap. 10.* ¶ In † 28
summa hominem ligiũ dico eum qui cum suus, vel sub alterius esset principis potestate. se alicui alteri principi ligauit, vinxit: fidemque dedit, vt eius fidelitati alium non præponat. ¶ Et † pro- 29
inde & hic homo ligius, & cum feudo, & sine feudo esse potest: cum feudo, si ea cõditione feudum accepit: sine feudo, si amicitia sola ductus, se & sua cum illo speciali sacramento in clientelam alicuius principis venerit. & iurauerit cõtra omnes opẽ & auxilium, & in omnib. se præstituturũ, fideque ea de re obstrinxerit: idipsumq; clienti princeps pollicitus fuerit. ¶ Itaq; † hic singula- 30
re tũ in feudo ligio, & vt opinor. in sacramento ligij hominis, vt non admittatur pœnitentia, & homo ligius nõ possit ab obediẽtia vel subiectione eius, cui fidẽ dedit, abire, nec feudũ refutando absolui ab eadẽ, vt not. Bald. *in c. ceterum, de iud. Mant. Lauden. in c. 1. 7. col. qui feud. dar. poss.* Quãquã in aliis feudis vasallus possit feudũ refutare, & ita fidẽ datam rescindere. *c. 1. de vasallo qui cont. cõs. Lotharij, &c.* Quare ligius homo, qui alteri domino contra fidem datam opem fert in dominum, cum hoc sacramento se obstrinxit, etiamsi is iunior tempore sit, rebellis fit. Ideo Henricus Andegauorum ducis filius, qui Normaniam à rege Ludouic. Galliarum acceperat, & pro eadem terra in hominem ligium acceptus erat, ab officio declinans, ab eodem rege, exercitu inuasus culpã deprecari adactus est. *Ammon. lib. 5. de gest. Franc. c. 54.* Secundo singulare in ligio feudo, vt solus princeps de eo, non pares curiæ, iudicet. *Bal. in d. c. ceterum.*

¶ Item † quod in ipso feudo veniunt omnia bona vasalli in 31
potestatem domini, etiam non feudalia, dummodo in feudũ ab alio non habeat, *Spec. in §. quoniam. vers. 17 de feud.* quia in hoc vasallus principaliter obligat personam, quam sequuntur bona. *l. si pater, de adopt. in P. auth. ingress. de sacros. eccles.* ¶ Quo † fit, vt vnus 32
non possit esse duorum ligius homo *glo. in clem. pastoral. §. rursus, de sent. & re iud.* quia nemo potest duobus dominis seruire æquali iure. si contrarij sint, *Matth. c.* potest tamen esse ligius vnius, & vasallus alterius, & vasallus plurium. *in d. §. rursus.* quia sen. per censetur in vasallitico excepta fidelitas Imperatoris, *l. imperatalem. §. fin. de prohib. feud. alien. per Feder. lib. 2. tit. 55.* cuius ligij censentur omnes qui in eius ditione sunt.

¶ Quare † etiam in feudo ligio succedunt fœminæ, *Alex. in* 33
cons. 30. incip. Quoniam omne datum optimam, in 1. tom. Spec. vbi sup. vers. 21. quia militar subditi cuiusuis censetur ligius in bonis suis, quibus succedunt & fœminæ *l. maximum vitium, de libe. prater. vel exhere l. legem 12. tab. de legit. her. Curt. in 1. part. tract. feud. c. 8. num. 26.* Et ita differt etiam à vasallo, qui non tenetur iuuare dominum secundum, cum antiquiorem: at in hoc tenetur contra omnes dominos, eum cui ligius est, iuuare. *c. 1. in princ. & §. contra omnes, tit. hic finitur lex, &c. lib. 2. feud. tit. 26. §. pen. de prohib. feud. alien. per Feder.*

De Feudis, quæ non proprie feuda dicuntur.

Cap. 3.

1 *Feudum francum quid.*
2 Francz fiefz *in Gallia, quid.*

Mate-

Digitized by Google

Monticinium in feudis ecclesiæ quid &c.

3 *In Franco feudo ecclesia succedere potest, non in aliis, & quomodo.*

4 *Francum feudum habens, libere de eo testari potest.*

5 *Non vallum feudum quid.*

6 *Feuda impropria, habitationis, soldata, &c. pro mercede olim remunerationis.*

7 *Soldata feudum quid.*

8 *Feudum de camera & cauea quid. num. 10.*

9 *Feudum gardiæ, & gastaldiæ quid.*

10 *Annona feudi de camera & cauea petitur quotidie, si adsint qui petant, si modo dominus habeat, non aliter.*

11 *Feuda gardiæ & gastaldiæ qua.*

12 Chatellenies & gardes *in Gallia quid.*

13 *Castrum, & castellum castellans quid.*

14 *Limitanei duces & milites castellani.*

15 *In Gallia castellanorum auctoritas, & feudum, & iura.*

16 *Gardianorum seu capitaneorum ius excubiarum, dictum* droit de guet, *quale &c.*

Et quando iura excubiarum à subditis peti possunt.

17 *Excubiarum onus odiosum, nec exigendum tempore pacis, n. 19.*

18 *Excubiarum ius tempore belli, ne vltra quinque denarios exigeretur eautum, in oppidis vicinis hostibus: in aliis, tres.*

19 *Excubiarum onus non soluebant, qui Tallia nomine non pendebant quinque solidos.*

20 *Excubiarum iura iuncta feudo gardiæ, & gastaldiæ, non possunt distrahi vel alienari in alium sine feudo ipso.*

1 ¶ Feudum † francum & liberum est, quod non habet propriam naturam, *c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feu. lib. 2. tit. 48.* sed in forma concessionis francum dicitur, *Bald. in cap. inter dilectos, extra, de fide instrum.* quodque qui accipit, ad alia non teneatur seruitia, quam contineantur in forma Fidelitatis. *Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de præscri. in rubri. Mart. Laudem. in c. 1. qui feud. dar. poss. Aluar. in 2. diuis. feudo. in prælud.* Neque ad illa quæ continentur in forma communi fidelitatis, demtis maleficiis, ad quæ
2 non facienda censetur iurare. *Bald. in prælud. feudo.* ¶ In † Gallia dicimus quoque, *francz fiez qu'ont amortissement*, id est, feuda quę liberata sunt regio beneficio à seruitiis, seu præstationibus feudo impositis, per eius diplomata in curia computorum promulgata seu registrata, veluti quando feuda perueniunt ad personas, quæ manus mortuæ dicuntur, nempe ecclesias, vel Xenodochia, quæ nisi impetrent monticinium, quod vocant admortissamentum, coguntur intra annum & diem à se possessionem feudorum abdicare. *de his late disputat Rebuff. & colligit regias hac de re constitutiones tom. 1. ordin. regalium rubric. des amortissements, francz fiefz & nouueaux acquestz.*

3 ¶ Quo † fit, vt ecclesia in feudo franco succedere possit. *Bald. in auth. misi rogati, ad Sc. Trebel. C. in vltim. col. & in prælud. feudo.* quamuis aliorum feudorum incapax sit. *§. 1. de alien. feu lib. 1. feud. tit. 3.* Et si feudum emanet ab alio quam à rege directo, & pendeat à vasallo, ecclesia vel is qui feudum francu habere vult & liberum, à principe debet & domino vasallo quoque, indemnitatem se præstaturum offerre, si noue *monticinium* impetrauit: vel morienem, vt dicunt, & viuętem hominem dare. Et rursum quamuis de indemnitate cauerit illis, vltra & debet fidelitatis homagiũ vel hominium per prælatũ aut per procuratorem exhibere. *disputat Ægid. Mazist. in decis. stitu. des amortissem. c. 5 & 8.*

4 ¶ Dixerunt † & in franco feudo posse vasallum libere de eo testari. *Bald. in d. auth. in vltim. colum.* In quo à consuetudine feudi, quod proprie feudum est, recedit, *c. 1. §. donare, qual. olim feu. pot. aliem.* vt & in eo, quod inconsulto domino possit à vasallo alienari, saluo tamen iure domini, secundum Baldum *in l. 1. 2. columna. si à non compet. ind. fuer. appel.* qui in hoc sibi contrarius, *Bal. in prælud. feud. 8. diuisio.* Sequitur tamen Curtius priorem opinionẽ, *Curtius Iunior tract. feud. 1. par. cap. 8. nu. 3.* ego quoque.

5 ¶ Non † rectum feudum, ex superioribus quæ in recto diximus, intelligi potest oppositione recti, & vocant hoc quod non habet legitimam adeptionem possessionis. *vt in c. 1. quibus mod. feud. consti. pot. lib. 8. Feu. tit. 25. & c. 1. de feu. gar.*

6 ¶ Porro † feuda alia quæ annumerantur inter impropria feuda, veluti habitationis, soldatæ, de camera, de cauea gardiæ, gastaldiæ, sunt pro mercedibus accipienda, quarum nomine dabantur res ad tempus, & reuocabiles. Habitatio quid sit patet. *§. sed si ei, de vsu & hab. apud Iustin. & tot. tit. in P late nos supr. lib. 4. cap. 2.*

7 ¶ De † soldata expressus est textus in §. fin. quis dicat. dux, march. &c. & nos alibi de soldata & solduriis, *in fine dominicæ potestatis, vsu. de iur. patron. clientela. lib. 14. cap. 10. nume. 17.* & hoc feudum Baldus dicit personalissimum, quod non transit ad heredes. *Bald. in prælud. feud.*

8 ¶ Feudum † de camera est, cum ex camera, id est, ex arca domini, quis certum stipendium capit, vt de cauea, quãdo ex cellario, quod vocamus *cane* vel caueam.

9 ¶ Feudum † gardiæ, *tit. de feud. gard. & castal. lib. 1. feudo. titu. 2.* quando pro custodia, & gastaldiæ, pro dispensatione fructuum inquiunt, id est, pro œconomatu aliquid datur. Cogitabam apud me aliquando feudum de cumera scribendum loco de camera, & esse posse annonam frumenti ex horreo domini, & de cauea annonam vini ex cellario eiusdem, quæ datur diaria plerunque stipulatoribus & officiariis regum, & summorum Pontificum, & magnatum, seu regulorum. Facit quod scriptum est apud Danielem, *Daniel. c. 1.* regem Arphaxat iussisse prępositio eunuchorum, vt introduceret de filiis Israel & de semine regio & tyrannorũ pueros, in quibus nulla esset macula, &c. Et constituisse eis annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino vnde bibebat ipse, vt enutriti trib. annis, postea starent in conspectu regis. Accedit quia cumera est vas quoddam magnum, vbi triticum quod quotidiano vsu dispensatur, ponitur: sicut innuit Horatius, dum ita ait, *lib. 1. epistо. epist. 7. ad Mæcenat.*

Forte per angustam tenuis vulpecula rimam
Repserat in cumeram frumenti: pastaque rursus
Ire foras pleno tendebat corpore frustra:
Cui mustela procul, si vis, ait, effugere istinc,
Macra cauum repetes artum, quem macra subisti.

Et alibi, *Horat sermo. lib. 1. Satyr. 1.*

Dum ex paruo nobis tantundem haurire relinquas,
Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris?

¶ Idcirco † de penu quotidiana debet peti hoc feudum, & de- 10
bet petens cum domino adesse, nec aliter potest petere, quam si in penu, seu in cumera vel cauea sit, vnde solui possit: alioquin illis euacuatis non debetur promissum: dominumque feudi dare debere intelligendum est omni ære deducto, & subducto ne egeat. *hæc omnia in §. 1. de notis feudo. lib. 3. feud. tit. 58.* Refert Herodotus *in 2.* apud Ægyptios circa regem, militum suorum, quos Galasyries & Hermotybios dicunt, mille annuo satellitum fũgi munere, quibus præter prædia, quæ cum ceteris habent immunia, dantur, viritim panis tosti pondo quinæ minæ: carnis bubulæ, binæ: vini, sextarij quaterni: quæ certe speciẽ soldatæ præ se erunt. Narrat Arrianus, *lib. 6. de Alexand., expedit. circa finem.* apud Persas & Pasargadas fuisse Cyri Cambysæ filij sepulcrũ. & in ipso ad sepulcrum ascensu, exiguam quandam ædiculã magis exstructam, qui sepulcrum custodirent, nam inde à Cambyse filio Cyri, custodiæ munere à patre in filios transmisso, atque in singulos dies ouem datam, vinique & farinæ certum modum. 11
¶ De feudo † gardiæ & gastaldię, sentio etiam paulo aliter, quam hactenus interpretes: dicunt enim castaldionem esse actorem domini. *ex glos. in l. fin. in verbo seruo, quod cum eo qui in alie. potest. lib. 4. C. tit. 27. glos. in §. item, de feu. gardia.* Aluarotus explicat esse eum, cui res domini committitur gubernanda. *Aluarot. in §. item* 12
illud, de feud gard. ¶ Opinor † autem ego feudum gardiæ & gastaldiæ, esse concessionem ob custodiam seu defensionem oppidi, seu castri: vnde & hodie apud nos sunt gardiani & castellani, quos *Chastellains* in Gallia dicimus: & feuda seu loca, vnde annonas percipiunt & quæ tutantur, *Chastellenies & gardes* nominantur. ¶ Castrum † nemo ambigit locum esse mu 13
ris munitum, indeque castellum diminutiuum, paruum castrum, oppidum, parum vicum muris circundatum, Græcis φρούριον, κώμη, nempe ἡ περιτειχὴς ἢ ἀπέρατος χώρα ἢ ἀφώρισται τοῖς ἀγροῖς, vt ait etymol. id est, quies animalium & hominum ab agrorum opere. Et vbi interpres sacrorum euangeliorum vertit, *ite in castellum, quod contra vos est, D. Matth. 21.* legitur Græce πορεύεσθε εἰς τὴν κώμην, τὴν ἀπέναντι ὑμῶν. Sic vbi autem vertit, *circumibat ciuitates & omnia castella, D. Marc. ca. 9.* Et alibi, *D. Matth. 14. Luce 5. 8. 9. 10. 17. 19. 24.* Vnde & castellani erant & oppidani, vt apud Liuium *lib. 4. de bello Macedon. decem millia popularium cum castellanis agrestibus, in armis habuit.* Erit & qui præest castello, vt ibi quoque inhabitans castellanus φρούραρχος. Et castellania, quam vocant feudorum iura castaldiam, & gardiam. Et sunt adhuc in Gallia istius feudi vestigia in his feudis, quę vocari diximus, *chastellenies, & capitaneries.* Nec nos remoratur, quod in feudo gardiæ, & castaldiæ reuocatio annuatim fieri poterat. *§. 1. de feud gar. lib. 1. feud. tit. 3.* Nam & hoc fuisse etiam antiquitus in Gallia obseruatum, non potest negari. Sicut & hodie castrorum, & oppidorum committuntur defensiones ducibus, qui inde & amouentur. Et apud Italos id mirum non est, quibus erant quædam administrationes reipublicæ annuæ tantum, vt consulatus Romæ. *l. Publius, 36. de cond. & demonstr. lib. 35. P. tit. 1. l. pridie. 5. de feriis, lib. 2. P. tit. 12. §. iubemus nullam de colla. in auth. l. neminem, de suscept. lib. 10. C.* ¶ Possumus † & colligere fundum hoc con- 14
secutos milites fuisse: item & castellanos esse qui in limitibus castra habebant imperii ad propellendos hostes vicinos, quibus tantum dabãtur feudi limitanei, nec aliis qui milites ibi non essent. *l. 2. de fund. limitotro. lib. 11. C. l. vnt. de offic. præf. Afric.* Indica Lampridius *in Alexandro*, dum ait, Alexandrum Cæsarem, quæ de militibus capta essent, limitaneis ducibus & militibus donasse, vt eorum essent, si heredes illorum militarent: nec vnquam ad priuatos pertinerent: dicens attentius illos militaturos si etiam sua rura defenderent: Paulus Diaconus *de gestis Longobard.* scribit, iussu Grimoaldi Langobardorum regis, in Italia certas possessiones datas esse Alzeconi duci Bulgarorũ, ita tamen, vt non dux, sed castaldus nuncuparetur, non proprij feudi iure concedens. ¶ In † Gallia castellaniæ & gardiæ, in proprium 15
feudum vt plerunque hodie transeunt. Et castellanorum magna est auctoritas, vt ex consuetudinibus generalib' Galliæ colliga-

Digitized by Google

re possumus. Habent namque imperium quod vocant altam iurisdictionem, sigillum, vestigalia, notionem delictorum, in via publica commissorũ, mensurarum, & id genus similium. *in consuet. Turonens. rubr. des droicts du Seigneur Chastell. per totum, & in constit. Andium, eo. tit. ar. 43. 44. 45. 46. 60. 64. Cœnomanensium, eo. tit. art. 50. & seq. Rochel. tit. de iurisdictio. tit. 1.*

16 ¶ Exitat † edictum regis Galliæ, 17. mensis Augusti, anni 1579. publicatum in Amorico Senatu 23. Septemb. eiusdem anni: per quod iuxta placitum secretioris seu priuati regij cõsilij, 10. Martij, anni 1578. cautum ne feudum seu territorium in castellaniæ titulum erigatur, quin prius habeat ab omni antiquitate, altam, mediam & infimam in subditos suos iurisdictionem, & ius nundinarum, mercatus, proposituræ, *preuoste*, vocat, pedagij, præeminentiæ, puto tutelæ, in omnes sui territorij ecclesias. Qui gardiam, seu *la capitanerie*, habent iure gardiæ accipiunt alicubi ius excubiarum, quod vocant, *droict de guet*. Existimo enim olim incolas pagorum seu castellos, vt olim milites limitaneos excubias egisse pro rebus propriis cum præfecto castri, vel ad iuuandum ipsum præfectum, certas annonas, vel pecunias contribuisse, & bellis pacatis, vel vltro limitib. regni propagatis, dominos illos castellanos iura eadem postulasse, vel de his cum castellanis composuisse. vt inter castellaniæ prouentus censeri hoc ius excubiarum possit, & feudum gardiæ. gardiam enim vulgus custodiam dicit. Atque hoc ius quocunque tẽpore exigitur, vt pars fundi, *arg. l. fructus, de rei vind.* P. & ex conuentionis lege. *Luc. de Pen. in l. cum scimus, col. 2. de agric. & censi. lib. 11. C. facit l. quemadmodum l. eod. tit.* Et earum excubiarum nomine accipiunt aliquando gardiam, pro annona gallinas, triticum, auenam, aliaue similia, vel pro numero eorum, qui ignem fouent, vel ratione rerum, videlicet quod habeant interdum annonam impositam rebus, & tunc realis hæc præstatio eadem perpetuo, quę nec augetur ex numero incolarum castellanorum. Quando autem impositum ius, & exactum ratione personæ fouentis ignem, tunc si ex vna domo plures fiant, totidem etiam crescunt præstationes. *& ita est obseruanda distinctio realis & personalis oneris, quod ad multiplicationem pertinet secundum Iacob. de Sancto Georgio, tractat. de homagio, arg. l. cum ratio, § si plures, de bonis damnat. cap. 1. de capita. qui cur. vend. in vsib. feud. vide Papum in rapsod. are. lib. 13. tit. 5.* Videlicet quando ius est dominis excubiarum ex traditione rerum, vel cõsuetudine, vel pacto: alioquin enim dominus quilibet, si aliquo horum modorum hoc ius non habet, tenetur proprium propugnaculum seu castrum proprium, & sibi subditos suis expensis defendere, cum censum ab illis accipiat: nec potest cogere eos ad excubias personales, vel ad contributionem custodiæ, vt late disputatur à Nicolao Boerio, *decis. 212.* Chassaneo, *in consuet. Burgun. tit. de feud. num. 25.* Guido Papæ *decis. 531. num. 5. vide Baldum consi. 248. volum. 3.* & aliis per illos citatis.

17 ¶ Nam † alioquin odiosa iura hæc sunc excubiarum tempore pacis, maxime cum cesset caussa, & ideo debeat tolli effectus. *cap. cum cessante. de appellat. in 6. l. 2. § pen. de donat. P.*

18 ¶ Et † aliquando Lud. 11. mense Aprili 1479. Et Lud. 12. anno 1504. statuerunt, ne dominus posset in defectum excubiarum personalium tempore belli etiam exigere plus quam quinque denarios Turonenses in castellis & oppidis viciuis hostibus: in aliis longe distantibus, tres denarios.

19 ¶ Neque ad excubias etiam teneri eos, qui non soluunt nisi quinque solidos vel minus taliæ: nec viduas quæ non habent filios 18. annis, maiores secum habentes, non orphanos minores 18. annis. Alio quoque tempore pacis nec exigi hoc ius, nec compelli posse ad excubias. Vt etiam Senatus consulto Parisiensis Senatus dictum 21. April. 1528. *Citat Rebuff. in tom. 1. ordinat. regul. rub. des guez.* t Papus citat prædictas constitutiones regias in rhapsodia arestorum. *lib. 13. tit. 5. are. 1. vbi vide aresta alia de debitis excubiarum.* sed male pro quinque denariis, quinque adiecit solidos, quod moneo. vt pragmatici caueant. Sic etiam Gulielmus Benedict. quem ipse in testimonium adducit, de quinque denariis, non de quinque solidis loquitur. *Guliel Bened. in repet. c. Raym. in verb. & vxorem nomine, num. 267. in 5. decis.*

¶ Sunt † autem annonæ, quæ receptæ sunt ratione excubia-
20 rum ex pacto vel conuentione in feudo, veluti reales coniunctæ castellaniæ vel gardiæ & ideo tunc nó possunt separari à castro, nec vendi, nec remitti alteri siue eo, vt placito Burdegalensis curiæ dictum refert Rebuffus *vbi supra*, 11 Martij 1534. contra vicecomitem Chastillonij.

De Feudo nobili & non nobili. Cap. 4.

1 *Feudi alia diuisio, in nobile & ignobile.*
2 *Feudum nobile quid. & non nobile seu burgense.*
Plebeius quando feudo nobilitatur, &c.
3 *Omnes ab vno parente orti.*
4 *Nobiliores equites dici à censu Roma ceperunt.*
5 *Nobilitas in maioribus virtus, transfusis titulis in degeneres vitium.*
6 *Vilis conditionis homines, qui in summum nobilitatis gradum peruenerunt.*
Arsaces, Agathocles, Gyges, Telephanes. Mandro, Viriatus, & alij.
7 *Plebeij cur nobilitari possint, & feuda nobilia accipere.*
8 *In Gallia pagana, qui dicuntur* Roturiers, *tenendi feuda capaces.*
9 *Chassanei error, ignobiles non posse sine dispensatione tenere nobilia feuda, notatus.*

A Lia † diuisio feudi est siue proprij siue improprij in nobile & 1
non nobile: id est, aliud est à nobilib. possessũ, aliud ab ignobilibus: alioquin omnia feuda ad militiæ subuentionẽ expeditionem inuenta sunt. *§ fin. de allodio, §. 1. de prohib. alien. per Lothar. lib. 2. feud. tit. 52.* ¶ Baldus † *in prælud. feudor.* vocat feudum no- 2
bile, quod possessorem suum nobilitat: non nobile, burgense. Consuetudines feudorum nouum feudum datum plebeijs dicunt non nobilitare, antiquum contra. *§. ceteri, quos docet. Dun. march. lib. 2. feud. tit. 10.* Et iure rusticus, vel, vt cum Iurisconsulto loquar, paganus, emens prædium nobile, non fit nobilis, *Luc. de Pen. in l. cum neque, in fine, per illum textum. C. de incol. lib. 10. tit. 39. l. 2. de præd. & alijs reb. municip. lib. 10. C. tit. 2.* accedunt enim res hominibus, & non homines rebus. *l. iustissime, de adul. edict. in P.* Exceptis feudis maioribus, quæ sunt dignitatis, & regia, qualis ducatus, comitatus, marchisatus, baronia, quæ nobilitant paganum. *Luc. de Pen. in l. mulieres. colum. 2. in versic. 4. ex comitatura, de dignitat. lib. 12. C. Andre. de Isernia in §. 1. de capita. qui curiam vendid.* Sunt enim dignitates aliquæ, quæ nobilitant homines, qui eas adipiscũtur si digni habiti fuerint qui eas iure in mãcipio habere possint. ¶ Quis † enim nescit nos ab vno & eodem patre 3
primo natos? Et, vt ait Pindarus Nemeo. *ode 6. Strophe. 1.*

Ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος, ἐκ
Μιᾶς δ' πνέοντες
Μάτηρ ἀμφοτέροις.
Διείρηκε δ' πᾶσα κεχωρισμένα
Δύναμις. οὐ τὸ μὲν ἐστί, id est:

Vnum hominum & deorum genus, ex
Vna autem spiramus
Matre vtrique.
Distinguit omnia separata
Virtus, hoc enim genus hominum, nihil.

Patrem enim habemus primum Adamum, & matrem Euam. *Genes. 1.* Et post submersionem vniuersi orbis, vnum Noachum, & vxorem eius, & liberos eius & vxores eorum, *Genes. 7. 8. 9.* octo tantũ animæ vnius domus: Noachus & vxor eius Tytea, filij horum Sanus, Iapetus, & Chemus, & vxores eorum: secundum Berosum, *lib. 1. de tempo. ante diluuium, Ioseph. 1. de antiquita. Iudaic. & contra Apionem*, Pandora, Noëla, & Noegla: atque *idem Berosus lib. 3.* eum Noachum omnium deorum maiorum & minorum fuisse patrem, & humanæ gentis auctorem, & chaos, semen mundi: Tyteam vero dictam Arẽtiam, id est, terram (vocant enim Hebræi terram ארץ aretz, in quã Chaos semen posuit, & ex qua tanquam ex terra cuncti prodierunt, dictumque ideo Noachum Chaos, vletam, semen mundi, patrem Principum, &c. Hinc & diuites omnes & plebeij, & patricij, quos discreuit voluntas aliquando vnius Romuli imperantis Romæ, *Dionys. Halic. in 2. de antiq. Rom.* Athenis autem sententia Thesei, *Plutarch. in Theseo.* & alibi, aliorum opinio. Et postea, census. Cum & equites à censu nobiliores cæperunt dici. *Plin. lib. 33. c. 1. & 2.*

¶ Accessit † & illis successionis seu generationis ex istis vana 4
obseruatio in degenerantibus à patribus filiis alienis gaudentibus, non propriis titulis.

Namque genus & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra puto. *Ouid. lib. 13. Metamor.*

¶ Et † nobilitas quidẽ maiorum in illis virtus fuit, at in dege- 5
neribus, vitij index & condemnatio posteriorum. Neque enim iufunditur virtus posteris generatione, vt corpus: acquisititia quippe est, non natiua.

Fortes, Horat. libr. 4. Carmin. ode. 4. creantur fortibus: & bonis
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquila columbam:
Doctrina sed vim promouet insitam.
Rectique cultus pectora roborant,
Vtcunque defecere mores,
Dedecorant bene nata culpæ.

Fuerunt eadem opinione hominum, qui primum titulum nobilitatis adepti sunt, & aliquando noui homines, & ex plebeis sæpe viri nobilissimi prodierunt, qui & alios nobiles genere subegerunt & plebeios reddiderunt. Et qui ex turpibus & obscuris parentibus nati sunt, sæpius patres fuerunt splendidiores, quam filij procerum: hoc enim habet vicissitudo humanæ felicitatis, vt ex alto decidat. & ex imis in alta conscendat. Nec milites, ex quibus nati sese profitentur nobiles, meliores exstiterunt vel fortiores, quam fuerint rustici, agricolæ, bubulci. & pastores: nã sæpe tales patres fuerint. ¶ Veluti † Arsaces obscuræ conditionis 6
homo, collecta Scytharum exsulum manu Parthos subegit, Syriæ regem Seleucum & Hircanos in seruitutem redegit. Agathocles

Digitized by Google

thocles ex figulina patris officina ad regnum Siciliæ peruenit. Gyges, ex pastore rex: Telephanes, ex auriga Lydorum rex: Mandro, ex naviculario Imperator: Vriatus ex pastore, venator, ex venatore latro, ex latrone Lusitaniæ rex: Tullus Hostilius ex pastore Romanorum rex: & alius rex Tullus Hostilius ex verna & ancillula natus: Valentinianus habuit patrem funes torquentem: Iustinus ante Iustinianum Imperator, suarius, & armentorum pastor: Galerius pastor armentorum, & hic Imperator Rom. Tamburlanus Scytharum Imperator ex porcario & gladiatore: Primislaus, Boemorum rex ex bubulco. Agarenorum Mahometus ex agasone. Francis. Pfortia dux Mediolani natus ex lixa & calone exercitus. ¶ Quales † tibi numero dispice, quales dignitates adepti fint considera. Non enim alios, qui prisco more ex pecoribus ad regnum & militiam vocabantur, refero, non Alexandrum Ilionis regem, non Saulem, non Dauidem, non similes fere infinitos. Sufficient isti ad persuadendum, nobilitari posse propria virtute homines, eosque & dignitates maiores feudaque nobilia consequi posse. Si enim dignitates sint signa & præmia virtutum, cur in illis potius degenerem leonis catulum, damamque præferemus strenuissimo & probo militi?

Si modo non census, nec clarum nomen auorum,
Sed probitas magnos, ingeniumque facit: *Ouid. de Ponto.*

Nam vt ait Iuuenalis, *Satyr.* 8.

Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Æacidæ similis, Vulcaniaque arma capessas,
Quam te Thersitæ similem producat Achilles.

Ex genere nobilis, tantum præsumptione est nobilis. *l. quod si nolit, §. qui mancipia, de edil. edict. P.* Neque hic plura de nobilitate vera subiiciam, sed elegabo postulantes ad alios. *de hac copiose Tiraquel. lib. de nobilitate, glo. in l. societas, §. pro soc. in P. Bart. in l. reddatur, de profess. & medi. lib.* 10. *C. & l.* 1. *de incol. eod. lib.* 1. *Idem Bart. in l.* 2. *de inf. amb. lib.* 11. *C. & in l. Alexandrum, de decurio. eod. lib. C. Panormit. in cap. de multa, de præben. & in cap.* 1. *de donat.*

2 ¶ Quare † in Gallia & homines plebeij, qui Gallis dicuntur, *roturiers*, & villani seu pagani, possunt sine regia dispensatione feuda nobilia tenere & possidere, quamuis pro illis hominium seu homagium debeant, & ita decisum in curia suprema Parisiorum. Testatur & probat Ægidius Magister, *in decis. titul. des amortissemens, cap.* 5. qui & ex natura rerum decerptas adfert rationes, quod feuda sint præter ius commune, & ideo regantur consuetudinibus: & res propria natura censeantur allodiales, & ab omnibus possint iuste acquiri, &c. Improbatque pragmaticorum vsque ad sua tempora vsurpatam falso sententiam, ignobilem sine Principis dispensatione non posse habere feudum in Gallia. ¶ In † quem errorem & lapsus Chassaneus, *Bart. Chassan.* 9 *in §.* 5. *circa finem, vers. item nemo potest. tit. des successions de bastardz*, dum Burgundiæ ignobiles à feudis arceri ex consuetudine notat, arbitraturque idipsum in tota Gallia seruari, quod Magister falsum docet.

De feudo ecclesiastico, & seculari, & aliis speciebus. Cap. 5.

1 *Feudi alia diuisio, in ecclesiasticum & seculare: & de triplici specie ecclesiastici.*
2 *Aliæ diuisiones feudorum indicatæ.*
3 *Aliæ diuisio feudi in Gallia, in prima & secunda, fiefz & arrierefiefz, & qualia.*
4 *Regula in Gallia omnia feuda moueri, & procedere à regis manu, & ad regem sæpe redire.*
5 *Morticinij ius impetrari à rege debet, ab ecclesia feudum tenere, volente, & quare.*
6 *Pro iure morticinii tertia pars feudi regi debetur, vel alia conuenta: quinta autem pars domino patrono proximo pro indemnitate.*
5 *Persona manus mortuæ quæ sint.*

1 ALia † feudorũ diuisio, vt quoddam ecclesiasticum, aliud seculare sit. *§.* 1. *de in qui feud dar. poss. Aluaro. in prælud feud. in §. diuis.* Ecclesiasticũ dicitur tripliciter, vel quod datur aut suscipitur ab ecclesia proprio ecclesiæ nomine: quoddam, quod datur à clerico, non tanquam ab ecclesia, *c.* 1. *de cler. qui inuestit. facit. c.* 1. *quib. mod. feu. constit. pot.* quoddam, quod recognoscitur ab ecclesia & clerico. *§. fi. de capit. Corrad.*

¶ Seculare † est, quod ecclesiasticum non est. Sed hæc hactenus de diuisione sufficiant, prætermissis aliorum diuisionib. quæ varię & multiplices sunt, quas si quis velit excutere, consulat Iacob. de bello visu, qui in præludijs feudorũ adfert 8. Bald. qui 12. in prælud. feu. & ibid. Aluar. qui affert 22. Ioan. Raynald, in c. imperialem. de prohib. alien. per Feder. qui ponit 8. Cardinalem & Ino. in c. fi. de feud. qui ponunt 12. ¶ Obiter † tamen notandum 3 adhuc, feuda in Gallia, prima & secunda dici, vocant *fiefz & arrierefiefz*. Prima sunt feuda, quæ à Rege immediate concessa alicui sunt. Secunda illa, quæ data sunt à beneficiariis regiis aliis, & ab aliis, rerum aliis minimis valuisortibus. Secundi enim nomen & ad ternos quartosq; extenditur. *gl. in rub. de sec. nup. C.* ¶ Generalis † porro hic obseruãda est regula, omnia feuda istius regni Gallia 4 rũ, moueri & procedere à rege, ratione integri & pleni feudi: aut secũdi feudi: & inde quædam cõmoda ad régem venire, secũdũ locorum diffinitas consuetudines. Interdũ & feuda ipsa ad regẽ redire, & fructuum perceptionẽ, destitutis illis homine, vel alio modo. Et quemadmodum à mari aqua omnis oritur, & in mare redit: *Eccles. c.* 1. sic feuda à Principe & ad Principem tandem redeunt. *Bal. in §. adhoc, de allodio, vers.* 3. *ex præmiss. Ægid. Magister, in decis. tract. des amortissemenz. c.* 1. ¶ Quo † fit, ne homines, 5 dicti *manus mortuæ*, feuda tenere possint in Gallia, nisi gratia Principis solius, à quo ius morticinij impetrare debẽt, id est, dispensationem, vt possint habere. Hoc namq. regiæ est potestatis tantum concedere, non cuiusquam alterius, quamuis is sit patritius seu par Franciæ, vel regulus, vel patronus mediatus feudi. Et ita decisum esse tradit Ægid. Magister *vbi supra*, quia & solum Principem Constãtinum Magnũ ecclesiæ permisisse legitur, *c. videntes, & c. futuram*, 12. *q.* 1. *l.* 1. *C. de sacros. eccles.* habere & possidere temporalia, cum ante præter decimas, oblationes, primitias, & vota non caperet ex lege Mosis. *Deut. c.* 10. *cum sim.* Et quia compendia feudorum ratione militię ad Principis seruitium referãtur, vnde ius illius sine eius auctoritate minui nõ potest, *l. de vnoquoq. de re iudi. in P.* ¶ Isque † ideo ius morticinij solus dat, & so- 6 lus in remunerationẽ capit tertiam partem valoris feudi, vel aliam prout cum rege cõuenit, in locum eius iuris quod ei decedit. *hæc disputat per plures rationes Rebuf. in* 1. *par. ordin. reg. rubr. des amortiss. Ægid. Mag. eo. tit. c.* 1. 2. 3. Quod si nõ obtineatur morticinium, iubet rex solus possessores manus mortuæ, rem à mancipio eximere: dominus tamen patronus proximior, à quo immediate feudum mouetur, iubere non potest: sed sufficit illis, si homo viuens moriens, & confiscãs detur à personis manuum mortuarum, & si iura ei debita soluantur, *Ægid. in d. tract. c.* 6. vel indemnitas præstetur, pro qua accipit ex quæsitis quintam partẽ rei in perpetuũ, vel fructuum omnium per quinquennium ex constitutione Turonum. *in consuetu. Turonum, tit. de indemnit. art.* 2. Andium vero, trium annorum. *in consuet. Andium. titu. des seigneurs temporels, art.* 37. 38. Placuit tamen Regi 1277. quod quamuis Archiepiscopus Rhemensis, & episcopi pares Franciæ non possint *amortisare* (sic loquitur constitutio) domanium suum, nec feuda quæ ab ipsis tenentur immediate, possint tamen sua *Retrofeuda* amortisare. Alij autem episcopi qui non sunt pares Franciæ non possint nec domanium suũ, nec sua retrofeuda. *Refert illam constit. Ægid. in d. tract. c.* 2. Cui & subscripsit placitum curiæ supremæ Parisiorũ 1270. ¶ Inter † personas, manus mortuę 7 sunt, ecclesiæ, capitula, collegia, fratriæ, communitates: ita autem nominantur, quod nunquam mori dicuntur: quia semper idem sit capitulum, eadem ecclesia, collegium, & ciuitas per subrogationem. *argum. l. proponebatur, de iudic. in P.* Et proinde bona quæ semel huiusmodi contigerunt, nũquam manus mutant, nec dominũ: quod tamen non accidit in particulari possessore alio, à cuius manu res exit multis modis, vt venditione, donatione, testamento, morte, *constit. Carol. VI. & Franc. I. anno* 1520. &c. Obseruant tamen consuetudines locorum, quia hominibus manus mortuæ iubetur constitutionibus regiis intra annum & diem à se bona hæc abdicare, vt domini feudales possint coram iudice petere alienationem hanc, si nolint indemnitatem, & si ius morticinij non impetrarint: fieri tamen hãc intra annum & diem de rebus solum quæsitis intra quadraginta ãnos: at in ante quæsitis & per 40. annos possessis, non esse illis hoc ius. *consuet. Andrium, art.* 37. & 38. *Maine titu. des bas iusticiers, art.* 41. & 42. *Turene. titu. de indemnité, art.* 1. & 2. *Orleans tit. des fiefz, art.* 99. & 100. *Sens de moienne Iustice art.* 5: & *des fiefz.* 174. *cum simil.*

De rebus in feudorum caussa considerandis. Cap. 6.

1 *Res feudales considerandæ generaliter, & secundum feudi naturam.*
2 *Stipendiaria prædia quæ, & tributaria.*
3 *Prædia militibus & veteranis assignata.*
4 *Impendia in militiam vnde per varia tempora sumta, & apud nationes varias.*
5. 6. *Fundi clientelares militibus, quando & quare dati, in Gallia, & Roma, & alibi: Ratioque principalis vt esset exercitus ordinarius & paratus.*
7 *In Gallia quomodo vasalli armati, debeant certis temporibus operam bello.*
8 Ban & arriereban *vnde, & quid in Gallia.*
9 *Res quæ in feudum dantur, debent esse dantis.*
10 *Feudum habens minoribus valuasinis dare in feudum potest partiarius.*
11 *Communis res in feudum pro parte diuisa datur.*
12 *Dominus quando potest feudum, quod successorem non habet, viuente vasallo alii dare.*
13 *Dominus ius feudi quod habet inuito vasallo, potest dare maiori vel equali non inferiori.*
14 *Res ecclesiastica quando in feudum dari possit, & res minorũ.*

Digitized by Google

15 *Res quæ in feudum datur, debet esse immobilis, aut quæ pro immobili habetur.*

16 *Rex quas possit res regni sui infeudare.*

17 *Res domanij regni Galliæ in alienabiles nu. 19.*

18 *Vasconia & aliæ ciuitates datæ à rege Galliæ Anglis in fœdere, reseruato iure summo.*

20 *Prohibita & domanij alienatio regibus Hispaniarum, & regibus Cypri.*

21 *Domanij esse quæ dicantur.*
Vsurpata diadematis per Ioannem regem Gall. 1361. mense Nouemb. ducatus Normaniæ, Campaniæ, comitatus Tholosanus: & 12. Cal. 1401. Aquitania à Carol. I. Pictiones à Carolo, VII. 1436.

22 *Regni diuisio Galliarum inter filios Clodouei, & rursum inter filios Clotarij bella fœdissima peperit.*

23 *Filijs regijs post primogenitum data quædam iure appanagij, & quid appanagium.*

24 *Limitata summa* Pariagij *liberorum regis Galliæ à Carolo V. ad duodecim millia aureorum annui prouentus, cum honorario comitatus titulo, & octingentis militibus semel numerandis: filiarum autem vltra dotem, limitatum pariagium ad sexaginta millia libellorum. Et pro his fiduciario iure data res regni in pariagium.*

25 *Res domanij, interdum viris eximijs à rege in feudum rectè datæ.*

26 *Ex duabus causis domanium infeudatur, pariagij, & necessitatis belli.*

27 *Feuda indiuisibilia, regnum, ducatus, marchionatus, & similia.*

1 RES † quæ in feudum dantur considerandæ sunt, & natura earum: primum generalitèr, deinc secundum cuiusque feudi
2 naturam. ¶ Putant † aliqui. *Guil. Benedict. in c. Raynut. ad verba, & vxorem nomine, decis. 3. nu. 3.* stipendiaria prædia dicta fuisse apud Iustinianum, *in §. per traditionem, de rer. diuis.* quod militibus essent assignata pro stipendijs: cum tamen longe aliter Theophilus *in §. est & aliud genus de rer. diuis. lib. 2. Instit. tit. 1.* interpretetur his verbis: *Quidam apud veteres Romanum Imperator* (hic fuit Augustus Cæsar.) *Strabo, in fin. Geogra. cum toto orbe subacto, virtus eius in magna admiratione esset, prouincias omnes diuisit, & quasdam sibi retinuit, alias populo reliquit. Quæ populus acceperat, ea stipendiariæ dicta sunt, quod stipes nomen, sine collationem significet, & particulatim argenti, aliarumque rerum factam collationem. Et inde factum est, vt prouinciæ stipendiariæ dicerentur, & deinde consequenter, domus & prædia stipendiaria. Imperatoris vero prouinciæ dicta sunt tributariæ. Quoniam* tributum *est grave illud vectigal, quod princeps prouincialibus suis indicebat, eo nomine, quia magnum alendis exercitibus sumtus faceret. Qui autem ex largitione populi vel principis, stipendiaria vel tributaria habebant, prædia domini illorum non erant: verum dominium, aut apud populum erat, aut apud principem, sed vsumfructum eorum habebant, & plenissimam detentionem, ita vt & transferre possent, & ad heredes transmittere.* Vlpianus quoque *in l. ager, 27. §. 1. de verbor. signific. Stipendium à stipe appellatum est, quod per stipes, id est, modica æra colligatur. Idem hoc etiam appellari tributum Pomponius ait, & sane appellatur à contributione tributum, vel ex eo quod militibus tribuatur.* Quibus verbis significatur, non prædia militibus data,
3 sed ex prædijs stipem collectam in militum vsum datam, & tributa potissimum. ¶ Verumtamen † non ibo inficias, agros militibus fuisse assignatos aliquando ab imperatoribus, etiam inuitis possessoribus. *Vlp. in l. sitè si verberatū. lib. 5. §. item si forte, de rei*
4 *vind. lib. 6. P.* 1. & in præmia veteranis iussu principum. *Paul. in l. Lucius, 11. de euict. lib. 22. P. tit. 1.* ¶ Sed † id non semper obtinuit, sed variauit mos impensarum in milites. Et primū, vt ait Diony. Halicar. Rom. vsq; ad tempora Tulli regis, suis sumtibus militabant: postea decretum à Senatu ab Vrbe condita anno 348. quo tempore Anxur oppidum, nunc Terracinæ dictum, à Romanis captum est, vt stipendium militi de publico daretur, cum ante id tempus de suo quisq; functus eo munere esset, vt ait Liuius *lib. 4. decad. 1.* Et Græcos habuisse stipendiarios milites. & binas drachmas in dies accepisse pedestres, & classiarios restatur Thucyd. *in 3.* Erant & in Gallia arcuarij vocati, *archers*, stipendiarij ex edicto Caroli VII. regis accipientes quaternas libras Turon. in singu-
5 los menses. Satisq; nunc sciunt, & valde ægre ferunt aliqui, pro æ rario militari, vt olim apud Romanos, indictiones, & taleas imponi, & taleones, & super exactiones, vocāt, *la solde.* ¶ Vltra † hæc in remunerationem strenuorū actuum à militib. peractorū, vtq; illis promtior animus & cōmodior res ad bellū iterum subeundum, in Gallia quoq; feudi clientelares in fidē & operā militarem dati sunt. Quamobrē etiā nunc certis tēporis spatijs tenētur suis sumtibus bello iussu principis adesse loricati, vel caligati, vel alio modo armati, prout in fide iurarunt. Vocamus, *cōuocationes* in Gallia. *ban & arriebans*, de quib. exstant regiæ constitutiones. Sic captis Veijs, agros Veientanos S. P. Q. R. diuisit. *Liui. in 2. & Plin.*
6 *de viris illust.* Et post bello Cāpano feliciter peracto, militi bina Latio iugera, terna in Phaleruo assignauit. *Liui. lib. 8.* ¶ At † fuerunt ista prædia militaria ratione feudorū, vel fidei, non semper perpetua, nō ad nutū domini, vel omni tēpore, & continuo præstanda, sed ex lege feudi, & certo tēpore, *Corn. Tacit. lib. 20. annal.* Nā & Tacitus refert Batauos Rom. viros tantū armaq; suo tempore ministrasse. Sic Boleslaus rex Polonorum distribuit equitibus Polonis Satrapias, quas ipsi vocāt Palatinatus & districtus, in quibus Palatinus qui præest, certū numerum armatorū militum, in expeditionem indictā educere tenetur, idq; constitutū circa annū dom. 1020. *Mart. Chromerus in reb. Polon.* Hippodamus quoque qui primus de optimo statu reipub. & ciuitatis tractauit, diuisit regionem in tres partes, sacrā, publicā, priuatam: vt ex sacra, cultus Deo fieret, ex publica belli ppulsatores alerētur, priuata autem, agricolarū esset. *Areſt. lib. 2. Polit. c. 6.* ¶ IN † Gallia quoq; feuda nobilib. data militiæ causſa dubitandū nō est, vt esset militaris exercitus, equestris & pedestris ordinarius seu paratus. Et id onera ipsa feudorum indicant, quæ sunt militaria, & cum bannū & retrobannum cogitur, paratam habere debent opem secundum modum præscriptum annorum in feudi traditione. *in constit. Franc. 1. des fiefz & arriere fiefz, 8. Ian. 1539.* Et si traditio non exprimat, secundum prouentum, vt qui feudum vel retrofeudum habet prouentus annui 600. librar. aut quingentarum, exhibeat equitem loricatum grauis armaturę: si 300. aut quadringentarum, equitem leuis armaturæ vel peditem cum seruo scopetario: si 200. aut 300. librar. peditem hastatum, armatum, & galeatum: si minus habeat, contribuat cum minori pro rata parte, *in constit. Franc. 1. facta apud Blesios, 19. Mar. 1540.* ¶ *Ban* † dicimus quasi 8
nūn, totum, extremum delectum & generalem militum. ¶ In 9
† rebus dandis de nouo in feudum, regula illa seruanda, vt res cuius alienatio prohibetur, nec per beneficium dari possit. *§. sed etiam res, per quas fiat inuestit. lib. 2. tit. 3.* Eius itaque esse debet qui beneficium dat, ne si beneficium rei alienæ faciat, fur dicatur. *l. si ignore, §. 1. de furt. P.*

¶ Qui † etiam feudum habet, partem in feudum minoribus 10
valuasinis dare potest, *§. 1. quæ dica. dux. March.* dummodo milites sint, & idonei seruitio, & ei æquales. *cap. similiter, de lege Corradi. lib. 2. Feu. tit. 34.* ¶ Communis † tamen res cum alio potest in feu- 11
dum dari, videlicet pro ea parte, quæ communis sit, quæ communi diuidendo potest separari. *§. item sciendum est, de nota. feu. in 2. lib. feud. l. 1. & 2. com. diuid. P.*

¶ Potest † & dominus feudi, idem feudum, quod successorem 12
non habet, id est, si illud non transeat ad heredes viuēte vasallo, alteri dare, & eum inuestire: ita tamen vt is non accipiat feudum priusquam vasallus, qui eum possidebat, mortuus sit: vel donec feudum, vt dicunt, fuerit apertum, id est, donec decesserit casus, quo dominus concedere possit. *§. 1. qui successo. tenean. lib. 1. feu. sit. 9. §. moribus, si de feu. def. contenſit int. domin. & agnat. vas. lib. 2. feu. situ. 26.* Sic enim viuentis vasalli à domino sub conditione quando apertum fuerit, recte non pure conceditur. *§. 1. de cleric. qui inuest. fecit, lib. 2. feud. tit. 35.* At si feudum admittit successores, illa concessio feudi non valet, vtpote de iure & re alterius facta, *cap. si quis, de feudo dato in vicem leg. commiſſ. lib. 1. feud. titu. 27. c si quis fecerit, quo tempore miles inuestit. pat. deb. lib. 11. feud. titu. 22.* Quia nemo debet priuari possessione sui beneficij sine culpa: nec cum culpa, nisi per curiam. *c. sancimus, eod. tit. quo temp. milit. inuest. pet. deb.* In aliis spem certam futuræ actionis intercedente donatoris voluntate, posse transferri nō immerito placuerit, *l. spem 3. C. de donat. lib. ... tsta. 54. l. pactum, de pact. in fin. P.* nempe quia in diem, vel sub conditione futurum est id accidere, & ita vendi & donari potest. *l. nomina. & l. multum, de hered. vend. in P. l. nec emt. de contrahend. emt. in P.* ¶ Sic † dominus ius feudi quod habet in 13
uito vasallo alienare potest, si modo aut maiori aut æquali domino vendat, ex consuetudine Mediolani, quæ obtinet contra legem Corradi: inferiori non potest sine consensu vasalli. *§. ex eadem lege, de lege Corradi, lib. 2. feud. titu. 14.* Et sic intelligunt prohibitionem alienandi feudum inuito vasallo, domino à Frederico factam. *§. præterea, de prohib. alien. feud. per Feder. libr. 2. feud. titu 55.*

¶ Res † ecclesiasticæ communi iure in feudum nouum dari 14
non possunt, *§. 1. episcop. vel abbat. vel dominum pleb. feud. dare non poſſ. lib. 1. feud. tit. 6.* quia inalienabiles sunt, *titul. de non alien. reb. eccleſi. iſt. in auth. & l. subemus, & authenticis ſequentibus, de ſacroſan. eccleſ. C. tota. 12. quæſt. 2.* vt suo loco Deo fauente docebimus. *in contract. emt. dum de reb. agimus.* Et Vrbanus summus Pontifex hoc statuit de feudo in Synodo. *can. 2. & fin. de conſtit.* Cuius constitutio ad feuda antiquiora & constituta non referebatur, prout constitutiones fere omnes, si contrarium non caueatur, ad futura non ad præterita pertinent negotia. Et proinde licet prælatis infeudare, prout fuit consuetudo, & ita concedere antiqua feuda, non noua constituere, *§. 1. de his qui feu. dar. poſſ. li. 1. feud. tit. 1.* Et feudum antiquum reuersum ad ecclesiam, potest iterum in feudum dari, non obseruatis solemnitatibus, quæ in alienatione rerum ecclesiasticarum exiguntur. *Iac. de Curte in tract. feud. in 2. part c. 1. & 2 & in 3. & 4. de tempore & actibus requiſitis ad conſuet. infeudandi inducendam.* Quia hæc repetita infeudatio noua non est: sed potius exsecutio primæ. *Paul. de Eleazaro in clem. 1. de reſcr.* & à primordio tituli posterior formatur euentus, vt res semel ecclesiæ emphyteotica semper talis dicatur, *l. 1. de impo. lucra. deſcript. lib. 10. C.* resque semel alienabilis, postea quoque talis est. *l. pater, §. quindecim, de leg. 3.* Accedit quod minorum

Digitized by Google

norum & eccleſiæ æqua ſunt priuilegia fere in diſtractione rerum. *glo. in l. 1. de ſenten. aduerſ. fiſc. retract. lib. 10. C. cap. 1. & 2. de reſtitut. in integr.* Cum itaque minor antiquum feudum ſine ſolemnitate alienationis ſuorum bonorum poſſit iterum concedere, nouum conſtituere non poſſit, *§. 1. per quos fiat inueſtit.* idipſum erit in eccleſia admittendum. Verumtamen hoc intelligendum eſt, quando res ad eccleſiam rediens non fuit melior, quam cum primum in feudum data eſt: alioquin enim ſi multo melior redeat quam data ſit, arbitror cum Panormitan. *in cap. Vt ſuper. de rebus eccleſ. non alien. facit c. 2. de feud. appel. Gregor. in ver. ſi videris expedire.* ſolemnia diſtractionibus eccleſiaſticis requiſita adhibenda eſſe, vt ſciamus num expediat eccleſiæ ita fieri. Potiſſimũ ſi eccleſia tempore, quo ad eam res redit, exciderit facultatibus: Satius enim eſt eccleſiam rem illam tunc retinere, quã aliis concedere, etſi infeudata antea ſit. *notat. Iac. de Bello Viſu in c. 1. in prin. qui feud. dar. poſſ. facit doctr. c. 2. in verbo ſi videris expedire, de feud.* Sed & ſi ea lege relicta eccleſiæ res ſit, ne infeudetur, *Iacob. Alvarot. in cap. 1. qui feud. dar. poſſ. per text. in §. ſanctiſſimas, de aliena. & emphyt. in auth.* legi obtemperandum erit.

51 ¶ Res † deinceps in feudum datæ debent eſſe immobiles, ſoli, vel ſolo cohærentes. *§. ſi de feud. cognit. lib. 1. titu. 1. l. 1. §. 3. vnde vi.* aut ex earum genere quæ inter immobilia connumerantur, *d. §. fin.* veluti cum de cumera vel de cauea conſtituuntur feuda. Sunt enim annonæ ciuiles inter immobilia computata. *dict. §. fin. & §. Vult enim illa, de non alien. rebus eccleſ. col. 2. tit. in auth. l. priuilegia,* 61 *de ſacroſanct. eccleſ. C. l. fin. §. praterea, de iure dot.* ¶ Tradunt † interpretes regem non poſſe infeudare bona regni ſui, quorum infeudatione fiat magna diminutio regalis iuriſdictionis, *Alvarot. in cap. 1. de iis qui feud. dar. poſſ. per cap. intellecto, de iureiur. & putat Felin. in ca. ad audientiam, de præſcrip.* contra, ſi tam damnoſa non eſſet eneruatio iuriſdictionis. *cap. abbate ſane, de re iudicata. in 6.*

71 ¶ Sed † neque res domanij, quæ addictæ ſũt diademati regio ſeu coronæ, alienari poſſe placuit, & alienatas reuocari. *Edictum de domanio anno 1566. aliud ante Philip. 6. 1329. Et Ioan. 2. 1360. Caroli V. 1374. Caroli VI. 1401. Bald. in l. cum multa, de bon. quæ liber. in cap. ſi generali, ſi de feud. fuer. contro. in vſib. feudo. Hoſt. in c. dilecta, de maior. & obed. fuerunt & recentiorum regum in Gallia conſtitutiones, anno 1521. 1531. 1549. & in conuent. Aureliac. 1560.*

81 ¶ Quare † cum in Britannico fœdere ſeu Anglico, vt loquimur nunc 8. idus Maias anno 1360. cautum eſſet, vt Vaſconia, Pictones, aliquæ vrbes Anglo cederent, ſummo optimoque iure rex Galliarum parere nunquam voluit, nec potuiſſet. Et quotieſcunque ante tradita eſt domanij, & patrimonij portio Anglis icto cum rege fœdere, rex Galliarum ſummum ius Imperij, dominatumque in his retinuit, vt in fœderibus annorum 1195. 1200. 1269. 1297. 1303. 1325. 1330. *ex Chopino lib. 2. de doman. regio.*

91 *c. 1.* ¶ Atque † hoc receptum eſt, ne diuiſum regnum videatur, rebus, quæ regij iuris ſunt, diuiſis. Viderentur enim tot reges eſſe, quot partes. Hoc autem in republica non expedit fieri, cum regulorum multitudo & occaſio ſit bellorum inter eos, & cauſſa certiſſima interitus vtriuſque, dum ita diuiſi, prædæ vicinis Regibus patent: virtuſque vnita, maior ſeipſa diſperſa. Quemadmodum patuit facile olim acceſſus in Gallias Iulio Cæſari, pluribus tunc per partes æque imperantibus.

02 ¶ Prohibuerunt † & conuentus iuridici in Hiſpania quoque regi alienationẽ patrimonij regiæ coronæ iniuncti, ſeu domanij, ſecundum priſcam prohibitionem Alphonſi noni regis. *in leg. Hiſpani. par. 3. tit. 5. & in comitiis Toletanis, 12. calend. Octob. 1560. habitis.* Hoc ipſum prohibitum regibus Hungariæ. *cap. intellecto, de iureiuran. apud Gregor.* Domanij dicuntur, quæ incorporata ſeu vnita ſunt etiam dominio vltra primam & antiquam inſtitutionem expreſſe, vel quæ per quæſtores domanij per decennium tractata ſunt. *exſtat conſtitut. menſis Februarij 1566. Exſtat & de incorporatione expreſſa. l. 1. de incorp. lib. 9. C. Theodoſ. l. ſi quando, de bon. vacant. lib. 10. C. Iuſtinia.*

21 ¶ Vniuit † ſeu addidit coronæ Ioannes rex Galliarum, anno 1361. menſe Nouembri, ducatum Normaniæ, Campaniæ, & comitatum Tholoſanum. Sancita Aquitaniæ vnio in tabulis pariagij Aquitani per Carolum ſextum ea lege Delphino data, vt eo regnum adepto, vel ſine liberis moriente, perpetuo diademati connecteretur, duodecimo calend. Ianuar. anno 1401. Pictones à Carolo ſeptimo 1436. menſe Sextili. *in 4. parte annal. Aquitan. cap. 8.*

38 ¶ Olim † aliquando experta Gallia eſt, diuiſionem eſſe ſibi funeſtam poſt mortem Clodouei, regno in quattuor partes ſciſſo inter filios eius Childebertum, Theodoricum, Clodomirum, & Clotarium. Et reuerſa ad Clotarium vniuerſa ditione, diuiſione rurſum facta inter filios eius Cheribertum, Chilpericum, Guntranum, & Sigibertum, vnde bella exitioſa nata ſunt. *vide Paul. Æmyl. Gaguinum, & alios annal. Gallia.*

32 ¶ Quare † receptum tandem eſt in Gallia, vt conſuleretur rebus regni, filiis regis morientis dari primogenito quidem regnum ex integro & exaſſe, ceteris autem darentur quædã, quæ iuribus ſuis æquipollerent, rebus dominij & diadematis integris manentibus. Itaque æſtimatione facta in poſterum, data eſt illis vel certa pecunia, vel vice pecuniæ, & pro reditibus percipiendis certæ res fiduciario nomine poſſidendæ: quæ ideo dicuntur data iure *apariagij*, id eſt, vt ego interpretor, quod tantundem valerent, quantum pars ipſa regni, ſi illud diuidi & tradi poſſet: dicunt enim Galli *pair*, ac Latini par, & vocant *apparer*, æquare, paria facere. Sunt qui dicant hoc ius *appanage*, & à panibus panagium, *vt Chopi. libr. 2. de doman. Gbique potiſſimum, cap. 3.* quod pro victu darentur portiones iſtæ liberis regum. Sed mea declinatio magis placet, aliorum tamen non impedio iudicium.

¶ Limitata † pariagij æſtimatio à Carolo quinto conſtitutione, 24 *conſt. eius lata menſe Octobr. 1374.* vetitumq; maſculo dari pluſquã ducẽta & quadraginta millia ſeſtertium, ſeu duodecim millia libellarum in annuum prouentum, cum honorario comitatus titulo, & octingentis millibus ſeſtertium, id eſt, quadraginta millibus libellarum ſemel numerandis. Filiæ item ne vltra dotalẽ ſũmam, duodecies mille ſeſtertiũ ſeu ſexaginta millia libellarum darentur. Pro illa pecunia itaque regni res, ducatus, comitatuſq; in pariagium dantur & ſub fiduciaria conceſſione, ea lege vt ſi maſculi illis quibus dãtur non ſint, redeãt res ad diadematis ius plenum. Suntque iſti beneficiarij principis in rebus domanij hac lege conceſſis, vt etiam integra iura regia & dignitas remaneant. Sicut & horũ exemplo illuſtriores familiæ ducatus, comitatus, & baroniæ & aliæ huiuſmodi, imo & aliorũ nobiliũ, indiuiduũ ex lege maiorum & pactionibus ſeruant bonorũ ius & dignitatem: vt plurib. liberis vni ſuperſtitibus, ſenior idoneus titulũ & nomen dignitatis, & iura nanciſcatur: ceteri autem pariagio contenti ſint. Et ita amplitudo familiarũ in ſuo ſplendore cõſeruetur. Et nomine pariagij res ex familia dãtur aliis liberis, quę & redeunt ad ſtirpem, mortuis qui pariagium habuerunt. ¶ Licuit 25 † etiam regibus noſtris etiam ex domanio in feudum vitis eximiis, & qui ſerio ſe pro regni ſalute deuouiſſẽt, largiri, vt proſequitur Rhenatus Chopinus *lib. 2. de domanio, cap. 15.* ad quem te reiicio. ¶ Itaque † extra has duas cauſſas pariagij, & neceſſitatis 26 belli nunquam licuit regi iure communi res diadematis alienare, ſeu in feudum dare, vtpote dignitate exſiſtente indiuiſibili. ¶ Sicuti † & marchionatus, ducatus, & ſimilia feuda dignitatem 27 habentia, indiuiſibilia dicuntur, *§. omnes ſi de feudo fuer. controuer. & in §. praterea ducatus, de prohib. feud. aliena. per Federic.* alia autem diuidi poſſunt, & ideo pro parte aliis infeudari, *Alvarot. in pralud. feud. diuiſ. 9.* Sed & in beneficiaria conceſſione relinquitur adhuc dominium regi, quod & in domanio regio perſeuerat, *Iſernias in §. praterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Feder.*

De perſonis, à quibus conſtituuntur, & quibus dantur feuda, & de Imperatoribus, Regibus, Ducibus.

Cap. 7.

1 *Domino cuique in feudum dare licet, niſi ſpecialiter prohibeatur.*
2 *Eccleſiaſticæ perſonæ feudum dant antiquum, non nouum de rebus eccleſiæ: maiores valuaſſores & minoribus dant feudum.*
3 *Feudum dat fœmina nouum, antiquum: minor antiquum & prodigus: clericus propria.*
4 *Per procuratorem datur & acceptatur feudum.*
5 *Futuræ tractationis methodus. Quis dicatur ſummus Pontifex, Archiepiſcopus, Epiſcopus, &c. aliaque perſonæ eccleſiaſticæ, remiſſiue, eo.*
6 *Imperator, rex, à quibus & quomodo fiant.*
7 *Quid Dux, Marchio, Capitaneus, &c. in ſumma.*
8 *Dux quid, Dux capitaneus regni, &c. item nu. 12.*
9 *Dux minus quam ductor exercitus, plus ὑγεμὼν quam στρατηγός.*
10 *Ducatus, tempore Aurelii & aliorum Cæſarum fuiſſe.*
11 *Ducatus ſpectabilis dignitas, maior tribunatu, tribunatus maior primicerio.*
12 *Ducibus iuriſdictio data in milites. Ducis à rege creati, & ducis exercitus differentia, &c. Dux Venetorum, Princeps.*
13 *Duces ciuitatum, magiſtratus præcipui dicti à Gothis. Duces & comites initio ciuitatibus præfecti, à rege amouibiles, deinde facti perpetui.*
14 *Magiſter domus Francia ſeu comes ſtabuli ante amouibilis, poſtea perpetuus factus.*
15 *Duces in Italia rerum ſummam tenebant. Olim regna Aquitania, Neuſtria, Auſtraſia, Burgundia, in ducatus conuerſa. Faciunt numeri 17. 20. 25. & 26. ducatuum erectiones quædam, num. 17. & 20.*
16 *Ducatus maior dignitas quam comitatus, nu. 22.*
18 *Moſcouitici reges, dicti duces magni* Vuchiki knezi.
19 *Publius, victo Hannibale ſe ducem, non regem dici voluit. Dauid quoque ſe dixit datum ducem populi.*
20 *Alemaniæ regnum in ducatus conuerſum.*
21 *Duces dicti à Romanis, prouinciarum rectores.*
23 *Centenarii magiſtratus in Alemania vnde dicti, qui erant comitibus ſubiecti.*

Digitized by Google

24 *Ratzenburgij consiliarij comitum & centenariorum.*

25 *Prouincie Romanorum ad quas regendas missi sunt duces, Ducatus dictæ. & quæ prouincie ducatus fuerunt.*

27 *Quæ prouincia vicarius Imperatoris, & quare regebantur potius illa per vicarios.*

28 *Administrationes ducatuum, prouinciarum. & vicariatus, non erant perpetuæ, dignitas tamen perpetua.*

29 *Deponentes administrationem ducatus, dignitati comitiua prima æquabantur.*

30 *Ducatus inter Francos olim constabat quinque comitatibus. Comitatus autem 100. pagis.*

31 *Dux apud Boiocarios à populo fiebat, cum potestate necandi hominem.*

32 *Dux ab Etruscis duodecim regulis cum omni potestate, tempore belli creabatur.*

33 *Duces in Gallia, quæ summi imperij sunt, sine gratia non vsurpant.*

1 GEneraliter † in quæstione quis potest in feudũ dare & accipere, analysis dari potest: rerum suarũ dominos oẽs posse, quibus specialis non prohibetur iure. Cũ libera sit cuiq; rei suæ administratio, *l. in re mandata. C. mand. l. nemo externus, C. de Iudæis,*
2 *l. sed & si lege, §. consuluit. de pet. hær. in P.* ¶ Dant † itaque ecclesiasticæ personæ, & laicæ, & vtriusque sexus. Ecclesiasticæ, summus pontifex, *Clem. pastoralis, de re iud.* archiepiscopus, episcopus, abbas, abbatissa, præpositus antiquum, non nouũ, *§. 1. de iis qui feud. dare poss lib. 1. Feud. tit. 1. de antiquo non de nouo feudo, §. 1. Episcopum, vel abbatem, &c. quod & supra diximus.* Laicæ, Imperator, rex vt dictũ, marchio, dux, comes, baro, qui capitanei regni, & alij qui ab illis accipiunt, valuassores regni, qui & ipsi dant aliis minoribus valuassoribus, *d. §. 1. de iis qui feud. dare poss.* quomodo autem dare possint in feudum qui ab alio habent, etiam superiori capite dictum est.

3 ¶ Dat † & fœmina nouum & antiquum, *§. fœminam, per quos fiat inuest. lib. 2. tit. 3.* Minor antiquum non nouum, *§. 1. eod.* sicut & in eo cui bonorum suorum administratio prohibita, *d. §. 1.* potest & ad feudum dare clericus propria, *§. 1. de cler. qui vnuest. faci. libr.*
4 *2. Feud. tit. 35.* ¶ Per † procuratorem quoque & dari & acceptari potest feudum, *in §. personam, per quos fiat inuest.*

5 ¶ Istis † annexæ sunt aliæ quæstiones secundum quid fiat concessio, & cuius sit feudum, & quare, & propter quid. Quæ omnia simul tractabimus, demta quæstione secundum quid, quam post personas explico latius, modum dans acquisitionis vel constitutionis feudi. Quid sit summus pontifex, archiepiscopus, episcopus, abbas, abbatissa. præpositus, iam explicauimus alibi in perso-
6 nis ecclesiasticis. ¶ Quamuis † antiquis temporibus variis modis imperium Romanorum & orbis datum fuerit, vi, quale contigit Iulio Cæsari, *Eutrop. lib. 7. Sueton. in Iul. Cæsar.* electione senatus, quale contigit Tiberio, *Sueton. in vita Tiberij.* vel militum, quale contigit Septimio Seuero, *Fenest. cap. 4. de maiest. Romanor.* hereditate, quale contigit Octauio. *Eutrop. lib. 7.* & 8. & aliis. In feudum etiam datum est imperium aliquando à summo Pontifice Imperatoribus cum iuramento fidelitatis, vt ecclesiæ Catholicæ & Apostolicæ opem & auxilium & defensionem præberent, qui hanc dignitatem consequerentur. Sic & in consecratione, & coronæ vltimæ donatione Cæsares Romam profecti à summo pontifice reges Romanorum & Imperatores declarantur, susceptis insignibus ensis, diadematis, sceptri, & pomi aurei, vt in principibus seu personis publicis paulo latius explicamus, & infra in insignibus seu symbolis inuestituræ. Et quãuis Gregorius quintus potestatem eligendi Imperatorem, in Germanos transtulerit: tamen sibi confirmationem reseruauit, *Polyd. Virgil. lib. 4. de inuentor. rer. cap 10. Baro in extrauag. ad reprimendam, Hen. 7. post li. feudo.* Iustinus senior electus etiam antea, legatos Romam ad Hormisdam summum Pontificem misit, vt fidem suam sedi Apostolicæ subiiceret, *Platina in vita Hormisdæ.* De regibus in personis publicis late tractamus, hic autem sufficit indicasse ex superioribus, & ex his quæ sequuntur, regna duplici modo in feudum venire: vel quod ex regnis, ducatus comitatusve fiant, vel quod ex ducatib. & prouinciis vi ab aliis imperiis ereptis, vel alio modo possessis ab eo qui potestatem habet, regna facta fuerunt, retento hominio & fidelitate, qualia regna hodie sub summo Pontifice & sub Imperatore sunt, & sub Turca, pretioso Ioanne Æthiopum Imperatore, quem dicunt presbyterum Ioannem. Illud solum dignum est, quod moneam, Principem, qui Regis titulũ ambit, habere in ditione sua oportere saltem quatuor ducatus contiguos, aut pro singulis ducatibus, quatuor comitatus, qui ab alio quam ab Imperatore non pendeant. In quatuor ducatibus desiderantur ad minus decem ciuitates, quarũ vna sit archiepiscopatus prouinciam constituens, *c. cleros, 21. dist. ct.* Nec ad rem facit quosdam hodie esse regulos dictos. vt Nauarræ, Ballearium olim insularum, & similes: quibus tamen sexdecim non sunt comitatus, nec tot ciuitates, quot diximus exegi. Nam fuerunt quidem olim hæc regna suis membris constantia, sed nunc occupata ditione, priuilegio tituli gaudent tantum, *Auth. de la Sale, in*
7 *lib. inscripto la Salade in cap. seu lib 9.* ¶ Aliæ † personæ post Imperatores & reges sic ordinantur apud cõsuetudinarios in rubrica, vt primum dux, postea marchio, dehinc comes, subinde capitaneus, & valuassor nominentur, *rubr. quis dicat. dux march. lib. 2. feud. tit. 10.* Hos consuetudinis contextus explicat dictos à ducatu, marca, comitatu, quibus inuestiuntur: sed hæc explanatio nihilo certior est ipsa rubrica, cum & olim ista nomina sine feudo dignitatis tantum fuerint.

¶ Dux † est qui exercitum ducit, *l. 2. C. de offic. præfect. Afric. l. 1.* 8
de offic magist. milit. l. duces, C. de offic. iudic. milit. l. desertorem, §. in bello, de re milit. in P. & dux à ducendo proculdubio dictus, & à rege creatus cum ducatu, dignitate videtur regali insignitus, & capitaneus ideo dictus regni, *d. §. 1. de iis qui feudum dare poss.* ἡγεμὼν στρατιᾶς, qui præest exercitui, & ducatus, ἡγεμονία & στρατηγία, præfectura, imperium militare. Ductores vocat Cicero absolute duces & Imperatores exercituum primos, *quoties non modo*, inquit Cicer. 1 Tusculan. *ductores nostri, sed vniuersi etiam exercitus ad non dubiam mortem concurrere?* ¶ Imo † & plus ductor videtur es- 9
se, quã exercitus dux, vt apud Thucyd. plus ἡγεμὼν quam στρατηγὸς vt dum ait *Thuc. in 8.* ἡγεμονίας ἡγεμονίας πάντων τῶν στρατηγῶν. Et ita etiam Plutarch. *si τὸν ἡγεμονίαν ἔχοντες χιλιάρχοι.* Estque sæpe apud Græcos illa ἡγεμονία seu ducatus pro principatu & imperio reipub. alicuius, vel pro omnimoda potestate in aliquam rem apud Isocratem, Thucydidem, Æschinem, & alios. ¶ Fuisse † & tempore an- 10
tiquorum Cæsarum titulos ducales & ducatus, maximæ dignitatis insignia, vel ex eo apparet ex Flauio Vopisco *in Aureliano*, dum ait Aurelianum habuisse multos ducatus, multos tribunatus: Et ex Suetonio Tranquil. *in Nerone, cap. 35.* dum refert Neronem Claudium Cæsarem, priuignum Rufinum Crispinum Poppæa natum impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari, dum piscaretur, serui ipsius mandasse. Numerat Iustiniaus plures ducatus, scribens Basiliano magistro militum per orientem, *Iustin. in l. 2. de offic. præfect. prato. Afric. lib. 1. C. tit. 30.*

¶ Iustinianus † spectabilem dignitatem ducatum dicit & ma- 11
iorem tribunatu, & tribunatum maiorem primicerio domesticorum & protectorum scholæ. *Primicerius quidem*, inquit, *l. 2. de domest. & protect. lib. 12. C. titul. 17. domesticorum & protectorum vtriusq; scholæ post adeptum tribunatum inter eos spectabili dignitate perfruatur, qui ducatum gerere meruerint.*

¶ Et † Anastasius quoque spectabiles duces nominat, eisque 12
iurisdictionem in milites concedit, vt per se cognoscant, vel aliis committant, *l. fin. §. erit autem, de re milit. lib. 12. C. tit. 36. similiter, spectabiles ipsi iudices, in §. fin. de appell. collat. 4. tit. 2.* Duces κατ' ἐξοχὴν dicuntur à principe facti, seu regni capitanei, quod regalem in eo gerunt dignitatem, *Aluarot. in §. 2. quis dic. dux, march. tex. in §. 1. de feud. March. lib. 1. Feud. tit. 14.* non autem alij ductores exercituũ ab aliis, vt à ciuitatibus creati. Nisi ciuitas libera esset, quæ rempublicam constituat, veluti Venetiis qui præest, dux dicitur, *cap. exposita, c. 11. de arbitr. lib. 1. Decretal. tit. 35.* qui pro principe habetur legitimo. Germani, reges ex nobilitate: duces ex virtute sumebant, *Cornel. Tacit. de morib. German.* ¶ Paulus † Æmyl. 13
lib. 1. histor. Francor. in Chireberto scribit, Longinum Exarchum ad Romanum imperium regendum missum ab Iustino imperante Orienti, reuocato Narsete, qui pro eo ante principatum tenebat more Gotthorum sedem sibi legisse Rauennæ, & cuique vbi magistratus suos dedisse, qui duces vocitabantur. Et quem Romæ præficiebat, vocatum præsidem. Et rursum idem Paul. *li. 1. in Chilperico.* sic scribit, *duces initio, comitesque à regibus præficiebantur gentibus ciuitatibusque, ac cum videretur, dimittebantur: deinde muneranit consuetudo, vt nisi sceleris conscii abire imperio non cogerentur: idq; postremo, vt quisq; eo munere donabatur, iureiurando regum cauebatur.*

¶ Quod † exemplum ad magistrum militiæ, ac eum peruenit, 14
quem maiorem, magistrumve domus Franci vocitabant, comitem etiam stabuli dicunt. ¶ Et † iterum *idem lib. 1. in Chilperico.* in- 15
dicat duces loco dignitatis Regiæ fuisse in Italia *solicitauit*, (inquit, scilicet Chilpericus rex Gallicus) *hostium procerei, vt nomen regium, quorum ante pœnituerant, tollerent, ducesq; rursus crearent, ad quos, summa rerum deferretur.*

¶ Maior † dignitas ducatus, quam comitatus. & ideo ex comi- 16
tatu fit erectio in ducatum, pro magno munere: sicuti non alio maiori remuneratus Rainaldus comes Gueldriæ, qui Ludouico Cæsari adhæserat contra Austriæ duces, quam quod ex comite primus dux Gueldriæ factus an. 1334. *Munsterus lib. 3.* Sic Adolphus 1. comes antea Cliuensis anno 1416. factus dux, & inter principes imperij connumerarus à Sigismundo Imperatore in concilio Constantiensi. *Munst. eo. lib. 3.* ¶ Carolus † Caluus rex Galliarum victis nepotibus Pipino & Carolo, qui regnum Aquitaniæ vsurpare voluerant, regnum Aquitaniæ in ducatum cõuertit circa annum 852. constituitque Renulphum Burgundum primum ducem, limitato certis locis ducatu. Sic ex regno Burgũdiæ, Neustriæ, Austrasiæ facti sunt ducatus, *in 3. par. Annal. Aquit. in princ.* Tempora alia creationis ducatuum quorundam in Gallia signat Chopinus, *lib. 1. de domanio, tit. 6.* ¶ Reges † Moscouitici dicun- 18
tur tantum suo idiomate, vuclikikneziid est, magni duces. *Sigismundus liber Baro lib. 1. rer. Moscouit.* ¶ Et † postquam Publius de- 19
uicit Hasdrubalẽ in Iberia, cumque Iberi se fidei Romanorum cõmendantes, illum regem salutarent, motus eo facto, vt animaduer-

Digitized by Google

aduersionem adhiberet, collectis Iberis, regium quidem se velle habert & dici ab omnibus cum veritate, dixit: regem vero nec esse, nec dici à quoquam. Quibus dictis mandauit, vt dux appellaretur, *Polyb. lib. 10. hist.* Rex Dauid dixit se tantum ducē esse cōstitutum à domino super populum in libro 2. Samuelis, 2. *Reg. c.* 6. vbi non se Melech regem, sed tantum נגיד עַל nagid al am, principem ducem populi, vocat. Est autem נגיד nagid idem quod שר scar, princeps, à verbo נגד neged coram, eo quod vt subditi vertant semper facies suas ad principes suos, *Ezech. 27.*

20 ¶ Non † censeo omittenda quæ Beatus Rhenanus *lib. 2. rerum Germ. de ducibus scribit*, dum post victoriam à Clodoueo contra Alemanos obtentam apud Tolbiacum, ait *Alemaniæ regnum in ducatum versum*: & subiicit, *in hoc Romanos imitati sunt Francos. Nam*

21 † *illi prouinciarum rectores, duces appellabant, id quod ex libro magistratuum Romanorum satis liquet. Vnde formula ducatus Rhetiarum apud Cassiodorum, in variis. Deligebant autem ducem ex nobili familia. Et Boteris Agilolphingorum antiqua gens diu duces dedit. Hoc autem priuilegium habebat ea familia* (nota feudum) *à priscis Francorum regibus, vt si quis sidus regno, prudensque ex ea progenitus compertus fuisset, non alunde quisquam adscisceretur in ducem.*

22 ¶ Et † paulo post, *nec tantam potestatem habebat dux, quantam hodie videmus habere. Et postea, ergo primam dignationem sub Francis in Alemania habebat dux, proximam comites.*

23 ¶ *Regiones † ipsæ per centenas distinctæ erant, vnde centenarij nomen. Is magistratus centenæ præsidebat, comiti subiectus.* Et paulo post, *nec duces deerat Vicarius, nec comiti.*

24 ¶ *Qui † in consilium adhibebantur, Ratzemburgij sunt appellati Germanica dictione.* Et si reipub. Romanæ repetamus memoriam ex libro, qui vtriusque imperij notitia dicitur, inueniemus prouincias Romanorum quasdam gubernatas per vicarios, alias per comites, alias per duces, alias per præfectos, alias per præsides. Et leges quoque iuris ciuilis de iis fidem faciunt: in quibus agitur de officio præsidum, consulum, proconsulum, comitum, & similium.

25 ¶ Ita illæ in quas regendas mittebantur duces, ducatus dici possunt, quales fuerunt prouinciæ Tripolitana, Pannonia, Valeria, Ripensis, Pannonia prima cum Norico, vtraque Rhetia, Sequana, Armorica, quæ cum Noruicana habebat vnum ducem,

26 Belgica † secunda, Britannica, Moguntia. Et puto istas prouincias potius in ducatus, quam in comitatus translatas à Romanis, quod in his fuissent reges seu reguli, quamuis & alia ratio possit accedere.

27 ¶ Quemadmodum † vicarij, scilicet Imperatoris referentes sacræ cognitionis potestatem, *l. 1. de off. Vicarij, lib. 1. C. tit. 42.* mittebantur in prouincias, quæ recte nomen regium & regnum ferre poterant, vocamus: *lieutenans du Roy ou d'Empereur.* Nam sub vicariis plures erant prouinciæ, quarum singulæ possent regem mereri: vt sub vicario Hispaniæ, erat Betica, Lusitania, Galecia, cōsulares prouinciæ, & præsides Taraconensis, Carthaginensis, Tingitaniæ, insularum Baliarium. Sub dispositione vicarij septem prouinciarum, erant prouinciæ Viennensis, Lugdunensis, Germania vtraque Belgica 1. & 2. Alpium maritimarum, Alpium pennarum, maxima Sequanorum, Aquitanica 1. & 2. nouem populorum, Narbonensis 1. & 2. Lugdunensis 2. & Senouica. Erant ex illis plures consulares, ibi plures & præsides, quæ omnia videbis in libro Notitiæ vtriusque imperij, & de aliis vicariatibus, quos prætermitto.

28 ¶ Illo † autem tempore istæ administrationes perpetuæ nō erant, sed dignitas, deposita administratione, durabat.

29 ¶ Ita † tamen vt inter vicarios & duces qui administrassent, vel comitiuam primi ordinis meruissent, nihil interesset, æquantur enim, *l. 1. de comitib. & archiat. sacri pala. lib. 12. C. tit. 13.* Quem admodum & Augustus, eos qui sub comitiuę primi ordinis dignitate, peculsariter ad aliquam prouinciarum vel prouincias mi lite credito auctoritate imperatoris destinantur, adæquat ducibus, qui præter Ægyptum & Ponticam, in aliis prouinciis administrauerint, *l. 2. de comitibus rei militar. lib. 12. C. tit. 12.*

30 ¶ VVolphan. † Lazius tradit inter Francos olim ducatum constitisse, & perfectum fuisse, quinque comitatibus: & comitatum habuisse olim centum pagos in sua ditione: idque ex lege Salica. Legi & alibi comitem seu marchionem qui habeat sub se quatuor comitatus, vel quatuor baronias pro vnoquoque comitatu, licite ducem fieri ab imperatore, vel à suo rege superiore posse in præstantiori ciuitate ducatus, impositione caussæ seu pilei facta per superiorem, & præcipuum prælatum ditionis suæ, *Antoine de la Sale in lib. inscripto de la Salade, en l'onziesme chapitre en liure, comment les marquis &c.*

31 ¶ Apud † Boioarios dux per regem aut populum fiebat, tantæ potestatis, vt posset iubere hominem impune occidi, *in legib. Boioariorum, cap. 2. tit. 1. & 9.* Et liberi populi, mea sententia, habebant ante reges, duces tantum, qui eos regerent, & iudicarent, vnde & omnimodo illis erat in eos qui se subiecerant potestas, & illis populus ius hoc dabat. Quare cū ex finitimis Etruscis duodecim populi regem creassent, vel in creatum consensissent Romulum, singuli populi singulos lictores dedersit, vt ait Liuius in 1.

32 ¶ Et † Dionysius Halicarnass. clarius, *Etruscus*, inquit, *mos erat, vt vnumquemque regem Lucumonem antecederet lictor vnus ferens fascem virgarum, & securim: cum vero consensu duodecim populorum bellum indiceretur, tradebantur duodecim fasces & secures duci qui principatum in omnes accepisset*, Dionys. Hal. in 4. Et, vt ait Iustinus in 1. ex Trogo. *ab initio populus nullu legib. tenebatur, quæ iustorum principum arbitria pro legibus erant, quos ad fastigium huius dignitatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat.*

¶ Verum † dux, nec comes, si sint fiduciarij alterius, hoc est, si 33
recognoscant superiorem, puta regem, cui debent fidem, non possūt iura superioritatis vsurpare, res videlicet quæ sunt iurisdictionis regiæ, de quibus in iurisdictione dicemus, Deo fauente. Et proinde etiam non possunt legitimare, *Chassan. in consuetud. Burgun. tit. des bastardz. §. 3. in verb. ab intesta. versic. quid autem, de ducib. Paul. de Cast in consil. 196. in nouis.* Cum inferior non possit præiudicium facere legi sui superioris, *c. cum inferior, de maior. & obed. § naturales, si de feu. fuer. contro.* Est autem legitimatio de reseruatis summo principi, *cap per venerabilem, qui fil. sint leg.* Excipio semper speciale priuilegium, si in feudo de eo gratia fiat.

De Comitibus.

Cap. 8.

1 *Comites titulo tenus facitij, codicillares, vt Palatini.*
Comites professores publici, qui legerunt per viginti annos.
Comites principis cum dignitate, comites cum administratione.
Comites qui in titulum comitatus feudum tenent.

2 *Comitis nomen & dignitatis institum à principis comitatu quomodo.*
Comitatus Cæsaris quando dici cœptus tempore Adriani, & qualis ille comitatus.
Senatus comitabatur Adrianum Cæsarem, & equites mu. 4.
Comites amici & domestici Cæsaris dicti, huic comites largitionum rerum priuatarum, &c.

3 *Comites amici & domestici Cæsaris germanice Graulones.*

4 *Inde voces compositæ, Landgrauij, Marchgrauij, Psaltzgrauij, Burggrauij.*

5 *Comes consistorianus quis, & eius dignitas.*

6 *Comites sacri stabuli qui.* Conestabulus *comes sacri stabuli, & magister equitum, totius belli caput, &c. Similis Soldano Calipha.*
Tribuno celerum regum Romæ, magister equitum, dictatorum.

7 *Tempore declinantis imperij* præfectura prætoriana *erat distributa in magistrum equitum & peditum.*

8 *Conestabulus olim Meser domus, & Comes Palatinus dictus.*

9 *Meserus primus Gallia Garnerius, & huius successores.*

10 *Comitatus stabuli, & iura palatij non fuerunt perpetuo apud eundem.*

11 *Præfectus palatio*, grand maistre de France *hodie.*

12 *Meser Germanus est præfectus Palatij.*

13 *Meseri in locum subrogatus comes Parisiorum.*

14 *Comitis Parisiorum nomen, rursum mutatum in nomen* Marchionis Franciæ, *quod tamen in comitis recidit nomen, vtrumque postea vsurpatum & comitis Parisiorum, & Marchionis Franciæ, sed vtriusq; postea relicto magni magistri Franciæ nomine.*

15 *Symbolum & insigne magistri Franciæ baculus Spiris aureis circumdatus. & quid denotet.*

16 *Comites Palatini, Conestabuli, & comitum Palatinorum Germaniæ differentia.*
Palatinus comes Germaniæ à regione dictus, &c.
Comites alij Palatini sine administratione, & eorum priuilegia, &c.

17 *Comes rei priuatæ, seu præfectus cameriariorum principis quis, & cura.*

18 *Comes rei priuatæ cognoscebat de sepulcris, & ne contra arborum consanguinitatis matrimonia fierent.*

19 *Comes domesticorum dictus* Marescalius *aulæ.*

20 *Domestici aulæ sunt pedites, Procopio socij, Romanis domestici equites, & equites dicuntur & protectores, qui eis imperat, primicerius.*

21 *Comes solemniorum Gallis, magister cæremoniarum.*

22 *Comes sacrarum largitionum quis, & eius officium.*
Comes commerciorum.
Procuratores gynæciorum & baphiarum.
De præpositis diuersis & Brambaricariorum, siue argentariorum & aliorum.

23 *Comes sacri patrimonij quis.*

24 *Comes rationalis & patrimonij quis.*

25 *Comites consistoriani, consiliarij iaula qui.*

26 *Comitiua primi ordinis.*

COmitum † alij titulo tenus, quales sunt honorati titulo hoc, & solum regius codicillis creati, vel à lege: Palatini interdum simpliciter dicti. Sunt & doctores comites, qui professi sunt iura

Digitized by Google

– & legerunt publice per viginti annos, *l.1. cum ibi not. de profe. qui in Urbe Constan. lib.12. C. Bar. in l. Alexandriæ, de decur. lib.10. C.* Alij comites vero principis, & cum dignitate, & alij ex illis cum administratione. Et nunc alij qui comitatum in titulum & feudum habent.

2 ¶ Proinde † sciendum Comitis nomen dignitatis esse, quæ scilicet referat quandam cum principe, cuius sunt comites vel assectæ, quotidianam fere consuetudinem. Fidem facit quod de Adriano fertur, *Spartian. in Adrian.* qui senatum quodammodo in aulam suam transtulit, receptis senatorum optimatibus in amicorum cohortem, quæ superiorum Imperatorum tempore constare solebat ex equestri ordine, non senatorio, & ita domesticum quendam senatum penes se habere cœpit, qui †quoniam
3 is continuatis pene delectaretur peregrinationibus, comitatus Cæsaris dici cœptus est, & ipsi amici comites: eorumque consiliis atque opera in bello & pace vsus: inde comites largitionũ rerum priuatarum, & ceteri dicti.

4 ¶ Tales † apud reges Germaniæ, inquit Sig. Gelen. *in epist. liminari libri notitia vtriusque imperij ad Andream Vesalionem*, amici & proceres regis, dicti grauiones, Latine comites: vnde compositæ voces Germanicæ Landgrauij, Marchgrauij, Pfaltzgrauij, Burggrauij. Indicat Lampridius *in Alex.* principis assectas comites dictos, & comitatum eos, qui perpetuo secum erant. *Tribus*, inquit, *Alexander, & eos qui militaribus nituntur prærogatiuis purgauit, palatiumque suum comitatumque omnem abiectu ex aulico ministerio obscœnis & infamibus.*

5 ¶ Hinc † comites consistoriani, qui tranquillitati consistorij principis prospiciebant spectabilibus proconsulibus in dignitate æquali, *l.1. de comitib. consist. lib.12. C. tit. 9.* & eiusdem priuilegij facti, ac principes scholæ agentium in rebus, *l.2. eod. tit. C.*

6 ¶ Erant † & comites sacri stabuli, & qui curam palatij habebant, & scholarum, armorum, & curam domus regiæ cum administratione, & sine administratione prouinciarum, *l.1. de comitib. & trib. schol. lib.12. C. tit.11.* Comitem illum sacri stabuli vocari hodie Conestabulum in dubium non venit, hic enim prædictus à Valente ita nominatur præpositus, *d.l.1. de comitibus*, & comes qui liberaret ab inquietudine principem. Et talis in Gallia magister equitum, in quem totius belli curam princeps reiiciebat: non minus quam Caliphæ Sultanos ea de re instituerunt: dictator olim Romæ magistrum equitum: vt reges, tribunum celerum, *Lautus in 2. & Dionys. Halicarnass. in 2. & 5. Eutrop. & Euseb. & in l.2. §. populo. deinde, de orig. iur. lib.1. P. l.1. de offic. præfect. prat. eodem lib. tit.11.*

7 ¶ Tempore † tamen declinationis imperij, vt habetur in libro Notitiæ vtriusque imperij, fuit auctoritas militiæ diuisa, & præfectura prætoriana distributa, potissimum magistris peditum & equitum, *nos de magistris equitum & peditum iure militari proprio capite agimus.* Magister militum peditum præsentalis habebat sub se comites militum Africæ, Italiæ, Tingitaniæ, tractus Argentoratensis, Britanniarum, littoris Saxonici, duces limitum decem, legiones Palatinas duodecim, auxilia Palatina sexaginta quinque, legiones comitatenses triginta duo. Magister & comes peditum præsentalis habebat sub sua dispositione vexillationes palatinas & comitatenses. Erat & illustris comes equitum Galliarum, Illyrici, & aliarum prouinciarum. Fuit hic magister militiæ apud Iudæos dictus שר צבא scartzaba, princeps exercitus, *Reg.2. c.2.*

8 ¶ Meier † domus Francis antiquis dictus, id est, præfectus domus regiæ, comes palatij, factus primus talis à Lothario Hilpe-
9 rici & Fredegũdæ Viricidę filio Garnerius, † post cuius mortẽ sub rogatus Ansegius filius sancti Arnulphi Metensis episcopi, cui & in dignitate successit Pipinus filius Ansegisi, & huic Pipino filius Grimualdus post mortem in dignitate successit anno sexcentesimo quadragesimoseptimo. Hinc quoque Ebernuinus, quem corrupte dicunt Ebroinum, hinc & postea Liendesius: & post hunc Pipinus Ansegij Iunioris filius, qui genuit Carolum Martellum, qui tandem Gallicum sibi adscinit imperium. Et hæc quidem scribit Tritemnius, *ista successiones Meierorum & præfectorum domus regiæ numerat Tritemnius lib.1. epitome hist. Franc.*

¶ Alij † autem fuerunt, qui asserunt comitatum stabuli, & cu-
10 ram palatij, perpetuo apud eundem non fuisse in Gallia, & ita duas distinctas fuisse dignitates, quibus ego accedo, & ita etiam Valens Cæsar distinxit, *in d.l.1. de comit. & trib. schola.*

11 ¶ Et † fuit quidam diligens auctor nostra ætate Ferronus, qui libros edidit de nominibus & insignibus magistrorum equitum seu Conestabulorum Galliæ, & de præfectis palatio regio, quos vocamus *Granz maistres de France, Ferron. au catalogue des tres illustres Ducz Conestables de France, & au catalog. des grans maistres de France.*

12 ¶ Atque † Nauclerus, quos Germani vocant *Maier*, dicit præfectos palarij: Christianus Masseus principes Palatinos, aulæ regiæ præfectos aut Archiæconomos. Dicti autem hi fuerunt *Meiers*, aut Gallice corrupte, *Maires du palais*, vsque ad Carolum Martellum, qui occupauit imperium.

13 ¶ Et † tunc meieri loco institutus comes Parisiorum, vel comes Palatinus, cuius nomen perseuerauit vsque ad tempora Roberti, ducis Aquitaniæ fratris Eudi, qui mutauit nomen comitis, in marchionem Franciæ. ¶ Hoc † tamen reliquit Eudo 14
filius, qui iterum recepit comitis nomen, eoque reliqui vsi sunt vsque ad Hugonem Caputium, qui se insigniuit nomine comitis Parisiorum, & marchionis Franciæ. Quibus etiam titulis vsi postea sunt, qui eum secuti vsque ad Geofridum comitem Andiorum, dictum Grisegonnellam, qui iterum nomen magni magistri Franciæ excitauit, quo etiam vsus fuerat Nordebertus anno Domini sexcentesimo nonagesimotertio, *vide de hu Nauclerum in Chron. 30. lib. generatio. 25. Vincentium in Speculo histor. cap. 126. lib. 30. Masseum in 4. lib. Chro. Æguinhardum in vita Caroli Magni. Cuspin. in eiusdem vita.*

¶ Quo † etiam nunc vtuntur in Gallia comites illi, qui pro 15
symbolo maximæ illius dignitatis baculum ferunt spiris aureis circundatum, vt significent principem & rempublicam Francicam suæ solicitudini commisisse negotia domestica palatij regij, sicut comes stabuli, regij ensis custodiam suscipiebat, in symbolum susceptæ præcipuæ circa arma potestatis, ratione cuius hominium ligium regi exhibebat, vt legitur in codicillis officij comitis stabuli Arturi Britannici, comitis Richemontis, qui dux postea Britanniæ fuit. Inueni tamen in conferendis illis duabus dignitatibus, vt plerunque vni easdem fuisse collatas, & ab eodem vsurpatas vsque fere ad Pipinum Breuem. Veruntamen & constat etiam curam stabuli, & equorum principis, dum comites stabuli grauioribus negotiis essent occupati, alteri fuisse datam, quem in Gallia dicimus *le grand escuyer.* Translata magni magistri auctoritate in comitem stabuli tempore Caroli septimi: sub quo fertur primus comes stabuli, seu magnus scutarius, Potonus Xantralius creatus. Paulus Iouius libro decimosexto in fine testatur hanc maximam & primam post regem fuisse comitis stabuli dignitatem, cui quatuor minores magistri equitum dicti nobis *mareschaux* subessent: & tempore Ludouici vndecimi sublatam: & tempore Francisci primi renouatam & datam Carolo Borbonio.

¶ Non puret † aliquis tamen, hic comitem palatinum dici 16
ea significatione, qua imperio Germanorum Palatinus dicitur, nam hic magister domus vere à palatio *Palatinus* dicitur: at non ita apud Germanos Comes Palatinus, sed à regione capellatiana, quæ à palas nomen habet, cui præest dictus Comes palatinus, *B. Rhena. lib.1. rer. German. & lib.3. Amian. Marcell lib.18.* dicta nomine patrio Pfaltzia. Meminit lex ciuilis de comite palatino in priore significatione sacri palatij, ad quem omnium rerum & rationum patrimonij principis relata est cura, *in l.1. de offic. com. sac. pal. lib.1. C. tit.37.* Sunt & alij palatini comites abusiue dicti, qui priuilegia habent sine administratione legitimandi spurios & naturales, creandi tabelliones, faciendi doctores, & similium, *Bal. in §.1 quis dic. dux, March. Chass. in proœm. in consue. Burg. ad verba comte de Flandres.*

¶ Erat & † comes olim principibus Romanis rei priuatæ, qui 17
secundum Valentinianum & Valentem commoda fiscalia recipiebat, *d.l.1. de off. com. rer. priuatarũ C.* aliter dictus præfectus camerariorũ principis, † qui gubernabat principis priuatam sub- 18
stantiã per diuersas prouincias sibi subditas, vt ait Cassiodorus, *lib. 6. Variar.* qui & hos magnã partẽ muneris aduocatorũ fisci possediisse scribit, & præsediisse sepulcris, & matrimonijs, ne illicite contra arboré consanguinitatis contraherentur, & iis fuisse procuratores rei priuatæ subiectos. ¶ Refert † idem, *Cassio. eo. li.* 19
6. in formula illustra. comitem domestico. um & dictum *mareschalium aulæ.* ¶ Porro † domestici aulæ sunt pedites, vocant, vt in- 20
quit Procopius *lib.3. belli Vandalici.* socios domesticos Romanis & pedites & equites dicti domestici, & protectores, & qui eis imperat, primicerius, *l.2. & fi de domest. & protect. lib.12. C. tit.17.*

¶ Hinc † & dictus comes solemniorum, qui non multum ab- 21
est ab eo quem dicimus in Gallia, magistrum ceremoniarum, vt apud Amianum Marcellinum, *lib.* 15. Mercurius solemniorum vocatus est comes, qui omnia obseruabat tacite.

¶ Erat † comes & illustris sacrarum largitionum, qui dabat 22
indulgentias, & militibus stipendia & donatiua populo calendis Ianuariis nomine principis, *Vvolph. Lazius lib 2. comment. reip. Roman. c.11. Cassiod. lib.6. Variarum c.7.* Et hic, vtpote Augustalis habebat sub se iudicem sacrarũ largitionum, & ceterarum prouinciarum, largitionum comites: vt comites sacrarum largitionum per Illyricum, per orientem Africæ. Et comites commerciorum per Orientem, AEgyptum, Mesiam, Scythiam, Pontum, Illyricũ, & procuratores Cynegiorum, Baphiarum, monetarũ, linificiorum. Rationales prouinciarum, præpositos thesaurorum, præpositos Bastagarum, præpositos Barbaricariorum, siue argentariorum, *in lib. Notitiæ vtr. imperij* ad hunc omnes largitiones mittebantur, *in l.1. de offic. com. sacr. largit. lib.1. C. tit.35.* hunc etiam & eius primicerium cognouisse de litoribus, de mercatorum negotiis, de Salinis, de vestibus aureis & argenteis Cassiodorus testatur *lib.6. Var. c.7.*

¶ Comitatus † sacri patrimonij alia dignitas eius, qui Augusti 23
patrimonium curabat, possessiones menſanque procurabat: vnde & procurator à Lãpridio *in Commodo* dictus. Meminit de hoc Cassiodor. ad Iulianum comitem patrimonij, scribens Theodorico, *Cassio. lib 1. Variar. & lib 4. & 7.* extat in iure rubrica, *de off. com. sac. patri. li.1. C. ti.39.* Erat & comites rationales, qui pecu-

nias

Digitized by Google

nias principis dispensabant, *Iul. Capitol. meminit in Clodio Albino, & Ælius Lampri. in Alex.*

24 ¶ Comiti † patrimonij facultas principis patrimonij concessa, pro subleuandis, non pro opprimendis priuatorum fortunis commissa: *huius cura*, inquit Cassiod. *lib. 6. Var. cap. 9. in formula comit. patrimonij. epulas regias & regiorum hominum & legatorum cernere.*

25 ¶ Aderãt † & in sacro principum comitatu comites Consistoriani, ex quibus conflabatur iudicium aulicum: ducebant enim & Cęsares secum inter comites & iurisconsultos, vt Adriano adfuerunt Iulius Celsus, Saluius Iulianus, & alij, quos refert Spartianus *in Adriano*. hos Gratianus Cæsar spectabilibus proconsulibus æquari decreuit, & principum agentium in rebus priuilegiis, *l. 1. & 2 de comitib. consist. lib. 12. C. tit. 10.*

26 ¶ Erat † & comitiua primi ordinis, quæ præferebatur spectabilitati, *Cassiod. lib. 6. Var. c. 12.*

De comitibus, qui prouincias administrabant, & qui nunc feuda habent, & de Marchionibus.

Cap. 9.

Comites rei militaris qui. Rhastinus domesticorum comes, &c.

1 *Comites rectores prouinciarum τοπαρχοὶ Græcis, Francis Landgrauij.*

2

3 *Comites prouinciarum, rectores & iudices fuisse.*

4 *Comitatibus Francia prouincię distincta erant.*

5 *Comes iudex ciuitatum in Francia dictus erat, & habebat sub se scabinos.*

6 *Comites custodia maritimæ deputati & Marcæ.*

7 *Marchiones comites custodes Marcæ, Germanice Marcgrauij. Marchio ratione dignitatis loci præponitur interdum comiti, vt comes comiti, &c. Marchio, limitaneus comes est. &c.*

8 *Marca trasectum, limes. Marchiones Vassi, & Marca quid. num. 10.*

9 *Comites limitanei etiam apud Romanos sub se habebant subditos præfectos, vt de comitibus limitum Africæ, Tingitanæ, litteris Saxonici & aliis docetur.*

11 *Ex Francis Germani omnes fere orti.*

Limites duo Romani imperij orientis & occidentis præcipui, &c.

Totidem Francis, eratque Oostenriche marca, id est orientalis regni limes, & VVestenriche marca, id est occidentalis regni, &c. Ita & diuisum Turcicum imperium. vide in cap. 11. numero 10.

12 *Hinc Austrasia & Vestria dicta, quorum comites March. grauij.*

13 *Marchionatus plures erecti exemplo dignitatis maioris, sed sine ratione limitum, apud Italos & postea apud Germanos.*

14 *Dux vel marchio, an comes, quis horum præferatur.*

15 *Ducatus, Comitatus, Marchionatus, ex temporalibus facti sunt familiares, & feudales: tandem cum dignitate, & iudicandi munere.*

16 *Comitatus priuilegium, ne creditor comitis possit petere se mitti in eius possessionem rei seruandæ caussa.*

1 SVperiores † comites fere semper personam principis sequebantur, & officia exercebant in aula. Ceterum & alij comites, & aliquando illi de quibus egimus, ad administrãdas vel regendas prouincias mittebantur, & ad custodiendos limites regni, qui comites rei militaris dici possunt, *l. 1. & 2. de comit. res mil. lib. 12. Cod. tit. 12.* qualis fuit Rhastinus domesticorum comes, qui in expeditione in Gallos missus, vt ait Gregorius Turonensis *lib. 2. histor. cap. 10.*

2 ¶ Alij † comites rectores prouinciarum, τοπαρχοὶ Græcis, apud Francos Landgrauij. Sic Verus Imperator confecto bello, regna regibus, prouincias vero comitibus suis dedit recgẽdas, *Iul. Capit. in Vero.*

3 ¶ Exstat † & in iure titulus, De comitibus qui prouincias regunt, *lib. 11. C. tit. 14.* vnde & rexisse & iudicasse illos sibi cõmissas prouincias liquet, & in legibus consuetudinariis adhuc iudices comites Fridericus dixit, *in §. 1. vers. quod si heredes, de pact. tenne. lib. 2. feud. tit 27.*

4 ¶ Iuxta † Francorum consuetudinem omnes proninciæ comitatibus distinctæ erant, *Beatus Rhen. lib. rer. Germ. dum de Selestadio agit.* & postea etiam cum tempore quidam nati vel creati, *quorundam comitatuum erectionem & tempus in Gallia, refert Chopin. lib. 1. de domanio, tit. 6.*

5 ¶ Beatus † Rhenanus inter comites Marchiones nominat, dum ait, *lib. 2. rer. Germanic.* de statu Galliarum & Germaniæ sub Francis agens, *vnicuique fere ciuitati*, inquit, *comes præsidebat, in Velut quendam aduocatum episcopi agere cogebatur, nominatur aliquando iudex fiscalis, centenarius à centenis dictus, quorum vnius in suo vicario scabinos sub se habebat.*

6 ¶ Erant † præterea comites ad custodiam maritimam; ¶ Item 7 † ad marcam tuendam deputati, quos hodie marchiones vocamus, Germanicæ Marchgrauios. Vt inde intelligere possimus, ratione loci non dignitatis marchionem præponi aliquando comiti, vt comes etiam alij comiti præfertur. Ex compositione enim, vocis marchionis qui Marchgrauius dictus, intelligeremus nihil aliud eum esse, quam comitem limitaneum, vel ad exemplum eius nominatum. ¶ Et † marcham esse limitem vel trajectum limitaneum, docere potest lex Francica de istis cõitibus, quos vassos vocat loquens, *lib. 4. l. Francica. tit. de vassis dominicis tit 4. De vassis nostris qui ad marcam nostram constituti sunt custodiendam, aut in longinquis sua habent beneficia, &c.* Explicatque ita postea, *eo lib. 4. leg. Franc. c. de comitib. ad custodiam maritimam deputatis: Volumus vt comites, qui ad custodiam maritimam deputati sunt, quicunque ex eis in suo ministerio residet de iustitia facienda se non excusset propter illam custodiam: sed si secum suos scabinos haberet, ibi placitum teneat, & iustitiam faciat.*

8 ¶ Erant † & Romanis comites limitanei, qui propositos etiam sub se habebant limitum per limites, talis in libro Notitiæ vtriusq; imperij comes Africæ limitaneus, qui plures sub se habebat præpositos, vt præpositos limitis Thamallensis, Montensis Basensis, &c. Huius generis comes spectab. limitum Tingitaniæ, qui habebat sub se præfectum alæ Herculeæ Tamuco, & alios tribunos. Item & comes littoris Saxonici per Britanniam: quamuis in Britannia esset & alius comes prouinciæ Britannicæ, sed alius à limitaneo. Vt & in Italia in tractu Argentoratensi, & alibi *Marca.*

10 † Inquit VVolph. Lazius Germanus lib. 1. commen. de repub. Rom. c. 2. *limes est qui limitibus imperij præerãt olim marchiones dicti, proprie marchgrauij: Romanis duces limitanei.*

11 ¶ *Ita* † *Franci ex quibus maiori ex parte Germani descenderunt, imperium extra Franciam cum propagassent, duos limites (vt Romani Orientis & Occidentis) constituerunt. Vnum Oostenriche marcham, ac si dicas regni Orientalis limitem. Alterum vero qui Francos proxime à Saxonibus, Alemannisque & Burgundis sequestrabat, VVestenriche marcham, hoc est, Occidentalis regni limitem nuncupabant.*

12 ¶ *Hinc* † *Austria & VVestria, siue Austrasia & Neustria nomina orta sunt, quibus qui tunc comites præerant Marchgrauij dicti. Nec tunc plures erant quam quot essent limites Francorum.*

13 ¶ *At* † *posterioribus seculis manere isto iam in principatus honorem abeunte per Italiam, Mantuanus Montisferrati, Veronensis, & Taurisianus marchionatus distincti sunt. Quo abusu tunc in Italia incipiente, plures esse & marcha apud Germanos cœperunt, vt Badensis. Rotolensis, Vogburgensis, Misnensis, & alij innumeri nulla habita limitum ratione.*

14 ¶ Et † ex his facilis erit compositio antinomiarum, quæ interpretes in varias distrahunt sententias, quis præferatur, dux, marchio, an comes, quam Boerius in vtramque discuti partem, *in tract. de auctori. Magn. consilij nu. 107. & seq.* Si consideremus omnes dignitate fere pares, sed abunde esse trahendas prærogatiuarum differentias, vt certius nihil in huius quæstionis iudicio, quã regionum, quibus imperant marchiones & comites, distinctio, ex vsu & ex antiqua consuetudine seruata, vt etiam animaduertit Lucas de Penna, *in rub. de comitib. consist. lib. 12. C.* Vsus enim & res ipsas & nomina immutat. Quo fit, vt etiam ad abusum referam, quod scribit Krantzius *lib. 3.* Marcham ex vulgari Saxonũ dictã, quasi districtum vnius villicationis aut ditionis, seu prouinciam quam sui iuris per arma sint consecuti, vnde præsidi & ei qui ius in illa diceret nomẽ inditũ marchionis. Non enim hæc marchiæ definitio ad nomen pertinet, vel ad antiquam formã limitaneorum ducũ, sed potius dignitatis specie & similitudine quadam, nomen sibi vsurpauit. At nunc iã receptũ video, marchiones maiores dici comitibus apud aliquos, & ex comitibus & baronibus maiori dignitate donari marchionatus eos comites & barones, qui quinque aut sex baronias in sua ditione habent, in quarum minima sint saltem decẽ nobiles sibi subditi. Quare qui tot possidet geniculatus petit ab Imperatore, rege, aut principe, aut duce, nõ à minore donari hac dignitate marchisat⁹ sub titulo & nomine alicuius ciuitatis insignioris sibi subditæ, inaugurari ab eodem priuilegiisque marchionis exornari, hominium nouum eius nomine offerens & præstãs. Inuestituræ cuius est insigne & symbolũ gemma pyropus, quæ Gallis Rubinus, species est carbũculi, quo princeps inuestiendo medium digitum marchionis ornat cum annulo, *hac tradit Antonius de la Sale, in libro quem inscripsit la Salade, capite vel libro duodecimo commentar. vn Conte ou puissant Baron se peut faire Marquis.* sacris peractis sacratissimæ liturgiæ. Edictum regium Gallicum anni 1519 decimoseptimo Augusti, præfert marchiones procul dubio comitibus: statuit tamen, vt antequam marchisatus dicatur, fit compositus ex tribus baroniis, & tribus castellaniis vnitis sub vno titulo, ratione cuius regi præbeatur hominium & fidelitas. Si quis autẽ vt ecomes aut baro voluerit fieri comes, necessarium ducunt eũ habẽ debere in sua ditione quatuor baronias, quarũ quælibet habeat

Digitized by Google

saltem decem nobiles sibi subditos, qui eum comitari possint: tuncque potest is comes tantum creari per superiorem principem, qui saltem fuerit marchio, qui nihilominus potest alium, qui comitem faciat, delegare, post preces sacratissimæ liturgiæ peractas ab aliquo antistite. Princeps porro vel delegatus eius hominium & fidelitatis sacramentum ab eo accipiet sedens, iubebitque palam comitum priuilegia perlegi, eumque pro symbolo dignitatis exornat & inuestit annulo, cui insit gemma adamas. *prad. auctor eod. cap. vel lib. 13.* Ex edicto regio Gallico decimoseptimo Augusti anni millesimi quingentesimi septuagesimi noni cautum, ne in titulum comitis quis transeat, nisi habeat duas baronias, & tres castellanias, aut saltem vnam baroniam & sex castellanias vnitas, & nomine feudi possessas, & inuestitus à rege sub vno titulo. Vicecomes ex barone vel ex alio nobili diuite fit, is qui habet in patrimonio suo saltem triginta clientelares nobiles seu vasallos, id est, baronias tres, dicunt Galli, *Estre necessaire, que celuy qui veut estre baron ou vicomte, ait trois ou quatre beunieres de son patrimoine, ou acquises, dont la moindre doit estre de dix hommes nobles ses hommes, de son Roy ou prince, par qu'il doit estre vicomte.* Cum autem vicecomes fit geniculatus, debet offerre principi hominium nouũ simul pro omnibus suis baroniis in vnum nomen vicecomitis redactis, sub titulo præstantioris loci, quem possidet: & tunc princeps, illeve qui vicecomitem facit, cum symbolo virgulæ aureæ eum mittit in possessionem vicecomitatus, *idem auctor la Sale, eod. vol. lib. vel cap. 14.*

¶ Porro † apparet ex superioribus & moribus diuersarum gentium, comitatus, ducatus, & marchionatus fuisse administrationes aliquando temporarias, non perpetuas: tandem tamen ex fide familiarum perspecta, in feuda seu in fidem datas, & in illarum administratione curanda, prouentus & reditus & iura administrandi possessoribus cessisse, excepto superiori & imperiali dominio, quod sibi principes reseruarunt. Remansit vna & iudicandi auctoritas, quam temporarij comites habebant coniunctam, quãquam adcustodiam tantum fuissent designati. Nam & ij iudicabant cum accessoribus, seu, vt dicunt leges Franciæ, cum scabinis, *l. 4. leg. Francorum. c. 4. de comitib. adcustod. maristi nam deputa.*

¶ Chassanæus † *in procem. comment. consuet. Burg. ad verba comte de Flandres.* priuilegium notat feudi comitatus, quod licet creditor in actione personali possit petere se mitti in possessionem feudi, quod vasallus tenet, vt ipse possit fructus percipere: etsi ius in illum non transeat, *Bar. in l. si finita, §. si de vectigali. de dam. inf. Ang. in l. eorum, eo. tit.* tamen in hoc comitatus feudo, non fiat missio in possessionem hac ratione, quamuis creditor possit percipere fructus, *Bal. in Auth. ei qui iurat, in 4. Charta, de bon. auct. ind. possid.*

De Baronibus. Cap. 10.

1 *Baronia feudum in Gallia cum Castellania par, eiusque iurisdictionis.*
2 *Baro debet habere sub sua ditione ad minus duas Castellanias.*
3 *Baro habet omnimodam iurisdictionem, & ideo habet insignia*, iustices à quatre pilliers sans fest.
4 *Baro in Germania & Scotia idem quod vassus regius: & duces hoc nomine quoque continere Blondus ait.*
5 *Baro Langbardis dicitur magnus Castellanus, & in Gallia cum omni iurisdictione Valuassor magnus, capitaneus regni.*
6 *Baro inferior comite dicitur.*
7 *Baronem alij supremam dignitatem in beneficiaria causa putant, & Baronis notationes in nomine.*
8 *Baronis alia nominis declinationes.*
9 *Benneretus quis, & quomodo fiat.*

1 IN Gallia adhuc dignitas vna baronis, & feudum baroniæ inuenitur, cum castellanis, de quibus in feudi diuisione dictum, paria iura habens, *in consue. Turonia, titul. des droicts de baronie.* cognitionemque omnium rerum tam ciuilium, quam criminalium, demtis regiis casibus, *aux coustumes d'Amiens, titul. des droicts & Amandes des Seigneurs, art. 112.* de quibus in iurisdictione iudicum Deo fauente agetur.

2 ¶ Quia † ante quam quis baronis titulum sibi vsurpare possit iure castellanias plures saltem tres, *consuetud. Andium, tit. des droicts de baron. articul. 47. du Maine, tit. des Seigneurs & barons, art. 54. 55.* vel duas possidere debet. *ex consues. Turonia, art. 47.* Exstat edictum regium Galliæ, 17. Augusti, anno 1579. publicatum in Senatu Antonico 9. Kalen. Octob. eiusdem anni, quo cautum vt iuxta arestum priuati, regij consilij 10. Martij 1578. de prius baronia dicatur, quam constituta sit vel habeat sub sua ditione tres castellanias ad minus, quæ vnitæ sint & simul incorporatæ, & possessæ sub vno titulo & homagio præstito regi.

¶ Ideo † potest habere insignia omnimodæ iurisdictionis, & vt consuetudines loquuntur, *preuue estaia & aliæ, iustices patibulaires à quatre pilliers, sans toutes fois qu'il y aye fest par accessus.* 3

¶ Barones † apud Germanos & Scotos dici idem, quod vassos regios, testatur Hector Boetius, *lib. 2. histor. Scotica.* Et eo nomine duces contineri Blondus voluit, *lib. 5. decad. 2.* Eoque nomine, aliqui putãt regni capitaneos dictos & magnates omnes duces, comites, marchiones. Et Otho Frisi genitus, *lib. Friderici 2. cap. 12.* Guillelmum Marchionem de Monteferrato, inter Italiæ Barones refert. Et antiquis quoque in Gallia, barones, comites, dici placuit aliquando, vt pluribus docet Rhenatus Clepinus, *lib. 2. leg. Indum, cap. 47.* 4

¶ Baldus † autem hunc à Langbardis magnum castellanum vocari notat, *Bald. in cap. Vno delegatorum. de offic. delegat. & in cap. 1. qui feudum dare possunt.* & in Gallia quoque Boerius *ad consuetud. Bitu. de iurisd. omnium iud. §. 3. gl. 3.* eumque esse qui infimę, media, & summæ coercitionis ius in arce quadam concessione principis obtinuerit, *Bald. in cap. innotuit, de elect.* Suspicantur alij, *Barbat. in repetition. extranag. volentes.* baronem eum dici, qui valuassor magnus, & capitaneus regis in feudis dicitur, *in cap. 8. 1. quo dicatur dux, marchio.* quem de plebe aliqua, vel de parte princeps inuestiuit. 5

¶ Aliis † autem placuit quemlibet infra comitem habentem aliquam dignitatem dici baronem: voluerunt enim dignioremesse comitatum baronia, *Iacobus Curtius Iun. in 2. part. tract. feud. in 1. quæst. de personis laicis.* Neque vulgo probatur sententia eorum, qui has dignitates confundunt, eo quod sæpe vtræque nominentur in iure simul vt diuersæ, *in extranag. volentes, in cap. fundamenta, de elect. in 6. cap. grandi, de suppl. negli. prælat. in 6.* 6

¶ Quidam † & supremam post regiam potestatem baronis, quod ad clientelaria iura pertinet, putant: eosque barones à verbo Græco βαρὺς dictos autumant, *Alciat. lib. 5. sup. cap. 16.* quod grauitate dignitateque ceteros dominos beneficiarios anteire debeant: eiusque rei testimonium ex Cicerone citant ad Atticum, *lib. 5. ad Attic. Apud patronum & reliquos barones te in maxima gratia posui, &c.* Vbi tamen alij Varrones legunt. 7

¶ Alij, † *Ioan. Brechæus ad consuetud. municip. Gal. cap. des droicts de baron. articu. 1.* barones à forma ædificij clientelaris deducunt, quod domus vndique occlusæ & substructæ turribus, barreis, à Palæstinis dicantur teste Cæl. Rhodigino, *lib. 18. cap. 30.* Sed si ex aliis linguis nostram interpretari liceat, mihi verior declinatio videtur ex Hebraico sermone, vt baro dicatur veluti creatura noua, & creatio quę non fit nec dux, nec marchio, nec comes, sed nouũ quid. Sic enim Hebræi dicunt, bara ברא creauit, & בריאת figmentum, creaturam nouam, vel à barah ברת elegit, vt dicatur baro electus. 8

¶ Et apud Rabinos *in Schemoth. ra. cap. 30.* etiam ברית barion dicitur satelles, qui dicitur vulgo spathacinus *spadacin.*

¶ In † Gallia sunt duæ species affines nobilium & feudorum, quas dicunt *de beneretz & barons.* Benneretus iure suæ dignitatis antequam talis dici mereatur nobilis esse debet genere in quarto gradu, possidens in ditione decem scutarios bachalarios armorum, id est, decem vasallos, habens sufficiens patrimonium, quo possit secum ducere quatuor aut quinque nobiles comites continuos cum equitibus duodecim aut sexdecim. Fit autem Beneretus, cum princeps huiusmodi personæ concedit vexilli ius, & ex vexillo peditum in acie, vel extra, die solemni sacris peractis, adimit acumina, vocant *la queue du pennon*, fitque labarum, id est, equitum vexillum, vocant *Cornette*, eumque equitem facit, si iam non est. Quod si ditior hic fiat benneretus, & habet vnam benneretam, aut sex equites bacchalarios, qui possideant singuli in centum sexcentas libras ex eius ditione seu feudo, tunc possunt ex licentia principis, baronis nomen sibi adsciscere. Iohannes Butelerius in summa rurali, tit. *du droict au baron.* cautum ait, Ne barone minor ausit capere falcones seu accipitres, astorgios, *autours*, lanarios, *laniers*, gyrofalcos, *gerfauts.* absque permissu baronis: neve ardeolæ *heron*, moliatur insidias quisquam, nisi auium, quibus capiuntur aucupio excepto barone. In consuetudinibus quoque Andium, titulo de Baronibus. *L'espaue du falcon, & du cheual d'estrier qu'est cheual de guerre, courssier, ou de lance, appartient au droict de baron.* vocat espaue errãtem sine dominofalconem, vel equum militarem. 9

De Castellanis, & Valuassoribus, & vassis. Cap. 11.

1 *Valuassores regni, qui hodie capitanei, & minores valuassores qui.*
2 *Val-*

Digitized by Google

2 *Valuassores vnde dicti.*
3 *Valuasini qui,& Valuassorum tres gradus.*
4 *Vassorum minorum feudum adimi poterat,iure communi feudorum, non consuetudine Mediolanensi.*
5 *Seniores in iure feudorum qui,& inde* Vox Seigneur.
6 *Vassi idem quod vassalli.*
7 Bassalar *quo dicatur lingua Agarenorum.*
8 *Visiri* Bassi.
9 Begler,Beghi,Bassi *qui.*
10 *Imperij Turcici duæ generales partes, Natolia orientalis, Romania occidentalis,& singulæ in prouincias quæ sunt sexaginta sex.*
11 *Militibus à Turcis in prouinciis agri assignati, qui dicuntur Thimarchi equites.*
12 *Decimæ dantur Thimarchis militibus ab incolis,vt viuant & alant equos.*
13 *Qui milites habent agros feudatarios apud Turcas, & qui stipendia.*
14 *Agri etiam quibusdam militibus ab Ottomanis principibus diuisi, vt equites exhibeant aut pedites.*
13.14 *Militares Ianizarij, Assapi, Alcauzi, Mosellini apud Turcas qui.*
15 *Feudum iure hereditario apud Turcas nemo possidet Satraparum.*
16 *Bacchalarij qui sint.*

1 DE † Castellanis cum in diuisione feudorum ante dixerimus, *supr. cap.3.num.12.* non loquar amplius,sed tantum de valuassoribus. Qui à ducibus,marchionibus,vel comitibus feudum capiunt,regis vel regni valuassores proprie dicuntur,hodie capitanei,qui & ipsi feuda dare possunt:qui autem acceptum ab ipsis feudum dare possunt,minores valuassores dicuntur,§.1. *qui feud. dar. poss. libr. 1. Feud. titul.1.§.1.quis dica.dux, march. lib. 2. Feud. tit.10.*

2 ¶ Valuassores putant dictos, quod ad valuas starent dominorum : sicuti & apud reges Hebræorum fiebat, 2. *Reg. cap.11.*

3 ¶ Minores † valuassores valuasinos quoque dixerunt,*d.§.1.quis dica. dux, march.* Et iterum qui à minoribus valuassoribus feudum accipiebant,dicebantur minimi valuassores. Sic itaque tres gradus valuassorum,& maiorum,minorum,& minimorum, §. 1. *an maritus succed.vxor.in benefi.lib.1.Feud.tit.15.§.1.quibus mod.feud. amit.eod.lib.tit.17.*

4 ¶ Eratque † liberum communi iure minoribus,auferre à minimis feudum pretio restituto,si illud illis vendidissent, §. 1. *de feud.da minor.valuassor.lib.1.tit.16.§.similiter.de lege.*non tamen licuit Mediolanensi cõsuetudine,qua eiusdem iuris sunt minimi, ac maiores,§.1.*quis dica.dux,march.*

5 ¶ Horum † omnium respectu seniores,§. 1. *quibus mod. feu. amis.*dicũtur duces,comites,marchiones,qui à rege feudũ accipiẽtes, aliis dederint,quasi primi feudatarij ante maiores valuassores.Ex voce hac,seniores,deducta vox,*Seigneur.*Valuassores etiã milites dicuntur seniorum.Ita enim sæpe Conradus I.in lege addita,Francicis & Langobardicis, *in fin.l.Francica.*titulo de beneficiis,& terris tributariis vsurpar. Sic vsurpauit Pipinus, *libr. 5. leg.Franco.in ll.additis Pipini, tit.9.*in lege quam de re intertiata hoc modo tulit: *vt nullus comparet caballum, bouem, iumentum, vel aliam rem, nisi illum hominem cognoscat, qui eum vendiderit, aut de quo pago est, vel vbi manet, & quis est eius senior.*

6 ¶ Dicebant † Franci vasallos & vassos, vt exstat titul.de vassis dominicis, *lib.4.l. Francica. cap.4.& 68. 75.*& Ammonius *lib. 5.degest.Franco.cap.1.* ait Carolum Magnum ordinasse per totam Aquitaniam comites, abbatesque, necnon alios quam plurimos, quos vulgo vassos, inquit, vocant, ex gente Francorum. Et alibi tradit,*Idem Ammo. lib.4.cap.64.*Tassilonem ducem Baioariorum venisse cum primoribus gentis suæ,& more Francico in manus regis,in vassaticum manibus suis semetipsum commendasse:fidelitatemque tam ipsi regi Pipino, quam ipsis filiis Carolo,& Carolo magno iureiurando supra corpus sancti Dionysij promisisse, &c. similiter & omnes primores ac maiores natu Baioarios.Quidam dicunt appellatos vasallos,à vasvadis,eo quod in forma fidelitatis obligationem iurauerit domino,alij dicunt à nomine Francico vassi, quod fortem significat. Nempe quod domini feuda dilectis fortibus militibus concederent.

7 ¶ *Bassalar* † lingua Turcica homines præcipui dicuntur, vt si liceat ita loqui, capita,qui propter consilium semper principem comitantur, *Barthol. Georgeuith. libr.2. de afflict. Christian. sub Turca, cap. 2. de militia.*sic *Satrapæ* & maiores dignitatis homines,Turcis etiam appellantur *Basse*,quorum & alii aliis maiores.Sic bassæ à bassis aliis pro dignitate honorantur, *Paul. Iouis. de reb.Turcic.in Solima.Selini filio.*

8 ¶ Suntque † quatuor præcipui dicti *visiri bassi*, i.principes imperatoris consiliarij, *de his & seq. vide Christoph. Richerium de reb. Turca. lib. 2. Iouium vbi supr. & di. Barthol. Georgeuith. Ioan. Cuspinia.in Cæsarib. post Selim. Ottomannum, titul.de militia Turcorum.*qui quater in hebdomada sedent pro tribunali in loco qui dicitur *Duyam*, vt audiant legatos nationum, & supplicationes hominum,quas imperatori referunt.

9 ¶ Et † post hunc *quatuor viratum* est *duum viratus* duorum,qui *Beglerbeghi* principes præsidiorum prouinciarum imperij Turcici,quod in duas generaliter partes seu fines est diuisum, orientalem,quam Natoliam,& occidentalem, quam Romaniam dicunt.

10 ¶ In † Natolia 36.præsides vexillares, qui Turcarum lingua dicuntur Sangiarchæ. In Romania 25.Et ita Agarenorum regna in vnam & sexaginta prouincias diuisa.

11 ¶ Et † in qualibet constituti milites quibus agri assignati sunt,vnde viuant,qui Thimarchi appellantur. Omnium possessionum militarium ad imperatorem pertinet collatio. Quilibet tamen duorum Beglerbegh,in suis prouinciis conferre potest, cui vult possessionem ascendentem ad summam asprium quinque millium, hoc est, ducatorum centum. Timarchis militibus equitibus singulis ager ab imperatore assignatur, ex quo quisque eorum cum quatuor loricatis viuere possit.

12 ¶ Et † sic ager vnus quinque equites nutrit, ex decimis scilicet per subditos prouinciarum, de domibus & omnibus terræ nascentibus datis, similes ita naturæ feudorum. Sic in Romania feruntur quatuor millia & quingenti huiusmodi agri, militum itaque 22. millia & quingenti,in Natolia quinque millia & quingenti milites,qui parati sunt ad bellum, & obediunt suis præsidibus.

13 ¶ Nec † tamen omnibus militibus ita agri vel beneficia data: Nam *Ianizarij* pedites solidarij sunt & stipendiarij, qui sequuntur imperatorem:& *Assapi* milites gregarij equites & pedites solum stipendio conductitij. Quibus & accedunt *Alcauzi* milites dicti fortunæ sine stipendiis,solis prædis viuentes,quinta parte reseruata ex lege Alcorani imperatori.

14 ¶ Refert † Paulus Iouius,*libro de rebus Turcicis in ordin.Turcica militia.*quosdam esse ex Turcica natione, quibus olim à principibus Ottomanis agris variis victoriis acquisiti, pro singulorum meritis sic distributi sunt,vt vnusquisque pro singulo terræ iugero,quod accepisset,equitem vnum, aut duos pedites, quoties maiora instant bella,exhibere principi teneatur,qui vocantur *Mossellini.*

15 ¶ Sed † Bartholomæus Georgeuith *lib.2.de Turca.tit.ca.2.*notat,apud Turcas nullum ex Satrapis possidere prouinciam aut ciuitatem aliquam iure hereditario,vt post obitum,liberis,vel suis possessoribus possit relinquere, sine consensu sui regis priuareque principem quando voluerit eo beneficio possidentem, quod tamen si ei non ademerit,eius esse vsque ad mortem. Post obitum autem, si eius successores velint pactum traditionis seruare, nempe præbere tot milites quod præstare possessores adiguntur, admitti:si secus,aliis dari. In Gallia olim capitaneis quidam,qui ferebant vexilla peditum, minores erant bennerensis,qui vexilla ferebant equitum,& bennereti, minores baronibus.

16 ¶ Bacchalarij † sub benneretis erant,qui simplices vasalli nũc dicti sunt, de quibus diximus paulo ante in fine capitis superioris.Nec dubito Bacchalarios hos dictos fuisse à nomine Turcico *bassalar* de quo diximus. *supr. numer.7.*Neminem enim latet, exercitum Christianorum in Agarenos diu pugnasse,cum Hierosolymam expugnarunt,& regnum illud Saladini debellarunt: vnde & pleraque nomina apud nos commearunt. Possunt & Bacchalarij armorum antiquis dicti, Latinis nominari tyrones. Sed & ij aliud feudum non habebant, quam annonam quando in scholis armorum degebant,*de quibus in tit.de tyronibus.44.*

De Sexu considerando in Feudis.

Cap. 12.

1 *Fœminæ quare regulariter feudorum incapaces sunt.*
2 *Fœmina non ferunt testimonium in feudo.*
3 *Fœminarum masculi in feudo non succedunt.*
4.5. *Fœminæ quibus in casibus iure tenere possunt feudum.*
5 *Feuda quædam,quæ tenentur pro annuo reditu.*
6 *In Gallia,excepta successione regni,fœminæ sicut in aliis regionibus succedunt in feudo.*
7 *Caria ex regno Satrapatus facta.*

SExus distinctio † habetur in feudis. Nam communi huius iuris regula,mulieres incapaces feudorum sunt,nec in eo succedunt,§.*& quia vidimus,qui feud.dar.poss.§.1. de nat. success.feud. lib.2.tit.50.§.1.de feud.fœmin.*quia feuda militibus regulariter da-

Digitized by Google

ri solent, qui armis possunt iuuare principem, quod alienum est à mollitie mulierum, *cap. sicut non, 32. quæst. 2. in l. quisquis, §. 1. ad l. Iul. ma. Cod.* Tum secundo, quod publica honestas cœtui virorum eas immiscere non patiatur, *l. maritus, 21. de procura. Codic. l. sancimus, de recept. arbi. Cod. l. 2. §. 1. de iis qui vens. ætat. impetra.* earum fragile consilium, & facile mutabile genus, *cap. forus, de verbor. sign. l. si pater, de sponsal. Codic.* adestque periculum ne consilium domini detegant, vt Baldus notat, & alij, *Guil. Bened. in cap. Raynutius. in versicul. duas habens filias, numer. 21. & seq. de testam. & hæc contraria natura feudi docet §. 1. de no. form. fidelita. Chass. in §. 5. vers. 16. videndum est rubr. des fiefz, in consuetud. Burg.*

2 ¶ Imo † nec mulieres idoneæ sunt ad ferendum testimoniū in causis feudalibus, *§. 1. in fin. quot testes sint necess. ad proband. non. inuest.*

3 ¶ Proinde † non solum illæ repelluntur à feudis communi iure, sed etiam filij illorum masculi, quia mater non est apta ad operandam transmissionem, *Guil. Bened. in c. Raynutius, vers. duas habens filias, num. 32. de testam.*

4 ¶ Iure † tamen speciali receptum est fœminas in aliquibus casibus capaces feudi esse, *casus speciales sequentes vide apud Iacob. de Curte tract. de feud. 3. part. Boerium in §. 6. do consuetud. feud. gloss. 2. in consuet. Bituri. glos. in cap. 1. §. Conradus de iis qui feud. dar. poss.* vt si pacto caueatur admitti fœminas, *§. & quia vidimus, eod. vide Socin. cons. 19. & text. in §. 1. de natur. successio. feud. libr. 2. titu. 50.* Succedunt enim tunc, sed deficientibus filiis, quia prius de feudo masculus fuerit inuestitus, *episcop. vel abb. &c. §. pen. & in cap. filia, de success. feud. §. qui sibi, de eo qui sibi vel hered. suis masculis, &c.* Item succedunt, si feudum maternum sit, vel fœmineum, *§. 1. de natu. succes. feud.* & dummodo masculi non supersint, qui filiabus præferuntur etiam in his, *§. 1. de feud. fœmi. Ludouic. Roman. consil. 367.* quamuis remotioris gradus sint, *Guil. Bened. in c. Raynutius, ad verba in eodem testam. 1. num. 191.* Admittuntur etiam fœminæ, si illæ expresse à dominis inuestitæ sint in feudo nouo vel reuerso, vel si redemerint feudum, *§. 1. quemad. feud. ad filiam pertin. Rapha. Fulgos. consil. 4. incip. ad id de quo quæritur.* vel si feudum francum sit & liberum, Bald. *in d. §. & quia vidimus. Idem in l. quoties, de fundo & legit.* tamen tenet contrar. & probat Ludouic. Rom. *singular. 177.* si emtum feudum sit, & quod non sit datum pro aliquibus seruitiis, *Odofred. in suis sum. tit. qui poss. succed. in feu. Bal. in d. §. & quia vidimus.*

5 ¶ Sunt † enim feuda quæ tenentur pro annuo reditu, quæ non habent seruitium personale, quæve per mutum etiam & surdum, alioquin inhabiles personas, teneri possunt, & ita quoque per mulieres, *Bald. in l. liberti libertaque, de operib. liber. C. Bald. in fin. tit. de pace constan. in verbo libellaria.* Idem si feudum sit exiguum, *Roman. consil. 367.* vel si consuetudo sit, vt succedat filia, vel neptis, vt masculi, vel ex lege familiæ, vel ex fide feudi, vel ratione loci patriæ, vt fit in Sicilia, non existente masculo, *Andr. de Isern. in d. §. & quia vidimus, qui feud. dar. poss.*

6 ¶ Et † in Gallia etiam titulos patriciatus seu parium Franciæ ad fœminas peruenire, veluti hoc iure connexo prædio beneficiario docet & pluribus exemplis probat Rhenatus Chopinus, *lib. 3. de domanio. c. 7. num. 7. & 8.* Et in Scotia, Anglia, Flandria, Armorica, Hispania, aliisque regnis & superioribus feudis principalibus, constat filias & fœminas deficientibus masculis succedere, excepto Gallico imperio, ex lege propaginis, de qua diximus in præludiis optimi iurisconsulti, & magistratus, propter legem Salicam *in ll. Salic. tit. 36. §. fin.* quæ neque in fusum vel in colum patitur hastam Francorum & Gallorum victricem commutari, *Guil. Bened. in cap. Raynutius in verbo duas habens filias, nu. 118. 119. 120. & sequent.* In aliis autem feudis succedunt, vna cum filiis fœminæ, in Gallia etiam, vt ait Ioannes Faber, *Benedict. in proxim. citato loco, numer. 67. Ioan. Faber, in authent. ingressi. de sacros. eccles.* Quia iure eius, ad instar patrimonij feuda redacta sunt, *In proxime citat. locis, in cap. significauit, de rescript. in princ. Idem Ioan. Fab. in tit. de legi. patro tu. in fi. Zabarel. Card. consil. 64. Guid. Papa. qu. 59. & 133. Alex. consil. 30. in 1. par. consil. incipi. quoniam omne datum.* Et possunt mulieres obsequia belli per alios præstare, quæ per se non possunt. Ea ratione succedunt & iure communi in feudis ligiis fœminæ, vt filij, *Alexand. d. consil. 30. in 2. col. par. 1. Consil.* In Sueuia Germanica, fœminas in feudis succedere potissimum ecclesiasticis & ignobilibus, raro autem in nobilibus testatur Zasius, *in rub. Feu. titul. de feud. succes.* Elizabetham regis Bohemiæ filiam, anno 1310. de paterno regno inuestiuit, *Ioan. Tritem. cap. 30.* summus pontifex Alexander Magnus subacta Caria, eam ex regno Satrapatum fecit, quem tribuit Adæ Hecatommi filiæ, quia obniam ei accedenti cum exercitu in Cariam venerat, Alinda ciuitatem quæ sibi erat reliqua, regno Cariæ spoliata tradiderat, & Alexandrum ipsum in filium adoptauerat, vt auctor est Arrianus, qui & addit vsitatum fuisse in Asia, iam inde à Semiramide, vt & virorum regum vxores regnent, *Arrian. libr. 1. de Alexand. expedit.* Ferunt etiam mulieres apud aliquas gentes imperasse, & aspernatas mollities muliebres, turmas pugnantium virili ingenio & manu rexisse: vt Pentesileam Amazonum reginam, & alteram Hippolytem, *de quibus Propert. in 2.* Thomyrin Scytharum reginam, quæ Cyrum & exercitum eius vicit & prostrauit, *Herodot. in 1.* Artemisiam reginam Cariæ, quæ Rhodios vicit, *Herodot.* Camillam Volscorum reginam, *de ea Virgil. 7. Æneid.* quibus & plures coniungere facile est.

De Bastardis, aliisque personis in feudo notandis.

Cap. 13.

1 *Naturales tantum filij in successione feudi inhabiles, etiam in feudo materno legitimati quoque.*
2 *Vt ingratus exheredatus filius, in feudo paterno vel auito vt succedat.*
3 *Item filij Laici, qui ecclesiastica persona sunt, in feudo non succedunt.*
4 *Filij quoque non succedunt nati ex secundo matrimonio ad Morganaticam contracto: non clericus, religiosus, adoptiuus.*
5 *In dignitate marchionatus, comitatus, &c. non succedebat olim heres, hodie contra*
6 *Decedente vasallo in feudo nouo sine masculis liberis, dominus ei succedit.*
7 *Mutus, cæcus, surdus fœmina in quo feudo succedunt.*
8 *Ascendentes descendentibus quando & quomodo in feudo succedant.*
9 *Ignobilis, ecclesiæ fratria, quomodo in Gallia feuda possidere possint.*
10 *Personæ non prohibitæ, capaces feudi succedunt & agnati in feudo paterno.*
11 *Filius institutus in re certa à patre, aqualiter succedit in feudo cum aliis, & quando præteritus, & ni potes.*
12 *Agnatus repudiata hereditate defuncti feudum potest retinere: filius hoc non potest inuitis agnatis proximioribus.*
13 *Collaterales in feudo nouo succedunt vsque ad septimum gradum, proximiores in antiquo vsque ad infinitum.*
14 *Fratres vterini & consanguinei quomodo in feudo succedant.*

NAturales † tantum filij ad succedendum in feudo sunt inhabiles, *Iacob. de Ardizo in rubri. an naturales succedant in feud. Aluarot. in c. 1. an marit. succed. vxo. Chassa. in consuet. Burg. §. 5. circa finem. vers. item nemo potest. titul. de successions des bastardz.* etiamsi sit feudum maternum, *in l. si qua illustr. ad Orfic. C.* quod detrahit iuris communis dispositioni. Quamuis postea fiant legitimi, nec soli, nec cum aliis, *§. naturales. si de feud. defunct. contem. sit int. dom. & vasall. libr. 2. Feud. titul. 26.* etiam si tempore, quo patri datur feudum, legitimati inueniantur, ne præiudicium fiat dominis feudi, *sic decidit Lauden. in d. §. naturales, & Cardi. Mediolan.* nisi dominus concedens feudum expresse pro filiis natis & nascituris sciuisset naturalem valuasori esse solum, *Aluarot. in d. §. naturales, ob scientiam domini, l. si quis ita. de testam. tut.* P. & nisi legitimarentur per subsequens matrimonium, *Andr. de Isern. & alij in d. §. naturales, argum. cap. tanta qua filij sint legiti. Felin. in cap. in præsentia 10. Cod. de prob.* Hodie in Gallia, cum ratione successionis feuda instar sint patrimonij, & legitimati quomodocunque vt & filiæ succedant, *Guid. Pap. decis. 59.* 1

¶ Inhabiles † quoque successioni feudi paterni filij ex delicto exheredati & ingrati, adita ex testamento per heredem hereditate, non autem si alia causa ob fauorem exheredentur, *examinat Ioan. Andr. in summa de success. feud. sub. rub. an filius succed. in feu. Iacob. Curt. in altero membro tertiæ partis, tract. de feu. num. 6. & 7.* Quin & Iacob. de Ardizo scribit, *in summa. de success. feud. rubr. an agnat. vel filius defuncti feud. retinere possit. lib. 2. Feud. titul. 5.* ingratum filium non posse feudum aui iure successionis habere, eo quod per manus patris, & ex eius persona videtur habere. Quod & probat Aluarotus, *in §. & quia vidimus, col. 10. qui feud. dar. poss.* 2

¶ Sunt † quoque inhabiles filij laici facti ecclesiasticæ personæ, nec in feudo paterno succedere possunt, nec per se nec per substitutum, si in maioribus ordinibus sacris fuerint constituti, puta si subdiaconi sint, vel diaconi, vel presbyteri: alioquin adeptus minores tantum, cum & vxorem ducere non prohibeatur, nec erit feudi incapax, *Calde cons. 2. tit. de feud. Bar. & Aluaro. in §. & quia vidimus, de iis qui feudum dare poss.* Sicuti nec persona ecclesiastica à feudo temporali est aliena, quando illud est cum reali seruitio, *Felyn. in cap. in præsentia, de prob.* vel francum, in quo & succedit monasterium pro monacho, *idem in d. ca. in præsentia, limit. 1. Bald. in authen. nisi rogati, ad Treb. Cod. Sicut* & alij quidam casus excepti, quos & principalem quoque quæstionem, num clericus aut religiosus succedant in feudo paterno 3

Digitized by Google

terno fusissime tractat Chassaneus, *in consuet. Burg. titu. des fiefz. §. 3. ad verb. excepte les religieux.* & argumentis in vtramque partem adductis & resolutis. Iacobus Curtius in altero membro tractatus feudorũ tertiæ partis, in 19. quæstione, disputauit, & eã Martinus Laudensis varie, Cardinalis Mediolanensis & alii, quos refert Curtius, pro quo textus videtur esse expressus, *c. 1. de feu. fœm. dũ dicit cleri. nullo modo in beneficio pater. succ. §. 1. de vasal. uil. qui arma belli deposuit, lib. 2. tit. 21.* & ego ei subscribo. Nam & qui clericus efficitur, aut votum religionis assumit, hoc ipso feudum amittit, *§. si quis per triginta, versic. qui clericus, si de feu. def. contest. sit int. do. & vasal. lib. 2. tit. 26.* idipsumque statutum, si fiat quis canonicus, *glos. 1. & 2. l. 1. que sit longa consuet. C. & ibi. Bal.* Adoptiuus quoq; in feudum non succedit, *§. adoptiuus, eod. tit. 26.*

4 ¶ Neque † filij qui nascuntur ex muliere minus nobili ducta, existantibus prioris matrimonij liberis, & contracto secundo ea lege, ne nati postea succederent, ex lege Salica vel Morganica, *§. 1. de fil. natis ex matri. ad morga. contract. lib. 2. Feud. tit. 29. §. filij, & §. mulier habens feudum, si de feu. def. controuer. sit int.*

¶ Nec † in marchionatu, ducatu, comitatu, vel alia regali dignitate, olim succedebat heres, hodie contra. *§. 1. tumfia glos. de feudo marchia ducat.* Putant quoque aliqui, *Boer. in §. 12. gl. 1. de consuetud. iur & stat. person. in consue. Bitur.* ex consuetudine regni Galliæ, minores masculos 20. ann. & fœminas 24. non posse in eo feuda regalia tenere sine dispensatione principis: ego non puto illam generalem, forsan tamen in Normania singularem, vel alibi.

6 ¶ Et † si duo fratres simul inuestiti fuerint de beneficio nouo, & non de paterno, si vnus eorum sine descendentib. masculini sexus mortuus fuerit, dominus succedit, non frater, nisi pactum hac de re cõuentum sit, *§. si duo fratres, de feudo march. §. 1. de succes. frat. lib. 2. Feud. titul. 11.*

7 ¶ Mutus † quoque qui nullo modo loquitur, feudum non potest retinere, quippiam tamen ei alimentorum gratia ex eo relinquitur, *§. fin. episc. vel abbat. vel abbatiss. &c.* idem in surdo, cœco, quia seruire non valeant non secus quam fœminæ: paternum feudum tamen illi possunt retinere, & per substitutum inseruire, *§. 1. an mutus vel alias imperfect. feu. retine. libro 2. Feudo. tit. 36.*

8 ¶ Firma † quoq; regula est, ascendentes in feudis descendentibus non succedere, *§. 1. de nat. succ. feu. rationes ibi adferuntur à gl. & à Curt. in 5. par. trac. de feu.* nisi contrarium sit pactum, vel feudum contemplatione patris filio sit datum, vel si vetus sit feudum & paternum, *prob. Curt. vbi supra Aluaro. & alij in c. 1. de natu. feudorum.* Defendit & Curtius, *vbi supra* fructus feudi profectitij vel aduentitij filiifam. esse patris, ea tamen lege vt seruitium fiat.

9 ¶ Docuimus † & in diuisione feudi, dum de nobili agebamus, & ignobiles in Gallia capaces esse feudorum, excepta Burgundia: & ecclesias quoq; fratrias, capitula, & vniuersitates, si morticinij ius impetrauerint, vt tradidimus in fine c. diuisionum feudi.

10 ¶ Aliæ † porro personæ in summa quæ non prohibentur, capaces successionis feudi sunt, & possunt id capere, vt seruus volente domino possit de feudo inuestiri. *§. per personam, per quos fiat inuestit.* Et succedent masculi descendentes vsq; ad infinitũ, & consobrini, *§. 1. de natu. succes. feu. li. 2. tit. 50. & c. 1. §. & quia vidimus, qui feud. dare poss. §. si capitanei, de feu. march. c. 1. an matrit. succ. vxor.* in feudo paterno, non in nouo. *§. si duo, de feud. March. §. 1. de succ. fratr. §. si quis miles. tit. constitutio. feudal. domini Lotharij lib. 1. ti. 19.* etiam si emancipati filij sint à patre, de cuius feudo agitur, *Bald. in l. in successione, de suis & legit. C. Marti. Laud. & de Ardizo in Sum. de succes. feud. Curt. altero mẽbro 3. par. feu. trac. num. 2. & 3.*

11 ¶ Imo † filius institutus à patre in re certa, æqualiter succedit in feudo cum aliis, *c. 1. de succe. feud. Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. de op. lib. in 2. Aluaro. & alij, in d. §. & quia vidimus.* Nec præteritus impeditur in successione, etsi nolit dicere testamentum patris nullum, *Curt. vbi supra nu. 9.* Atque cum descendentibus filiis vna succedunt nepotes ex filio, *cap. 1. de nat. succes. feud. C. l. de successio. feud.*

12 Etsi † contigerit vasallum sine aliqua prole decedere, agnatus ad quem vniuersa hereditas intestati pertinet, poterit repudiata here ditate feudum retinere, nec obnoxius erit debitis defuncti, nisi ratione fructuum existentium: quanquam filius succedens patri non possit hac diuisione vti, sed debet vel vtrumque repudiare, vel retinere, Aut si voluerit consentire, debet petere noue inuestituram feudi à domino, & ita hereditatem repudiare, *§. 1. an agna. vel. fil. def possit reti. feu. repud. hered. lib. 2. tit. 45. §. filius, de capitaneo qui curiam vendidit, lib. 2 tit. 51.*

13 ¶ Collaterales † in feudis nouis, si possideat primo inuestitus præmortuus, vsque ad septimum gradum succedunt, *sic intelligendus est, §. & quia vidimus, qui feud. da. poss. &c. satis bene, deprohib. feu. alien.* In antiquis vero, quæ peruenerunt multoties in descendentes, successio est collateralium in infinitum, *sic intelligend. §. 1. si vas. feud. prime. cui defera. §. 1. de natu. suc. feu.* qua distinctone feudi iura ex diametro alioquin pugnantia, cõciliantur ex sententia Iacobi de bello visu, Nicolai Neapolitani, Baldi, Aluaroti, & Curtij, *prad. autores in §. si capitanei, de feu. Marchia, Cur. in 3. part. tra. feud.*

¶ Singulare † autem præter ius commune hic, fratrem vterinum tantum, non succedere in feudo paterno, *Angel. consil. 106. incipiente sanctissima & illustrissima regina. Martinus Laud. in §. & quia vidimus. qui feud. dare poss. & ibi Aluaro. 4. col. Chassan. in §. 5. vers. 3. nam licet, rub. des fiefz in consuetud. Burgund.* quia in feudis iure cognationis nulla est successio, *§. 1. de gradi. succes. in feud.* Nec frater vtrinque coniunctus excludit in successione collateralis alium fratrem consanguineum tantum, & sic coniunctum ex parte patris: sed pariter admittuntur, *Bald. in l. fial. C. de legit. hered. Laud. in d. §. & quia vidimus, Bald. & Alu. in §. 1. de gra. succ. in feud. Bal. consil. 422. inci. casus talis est. Chass. §. 5. vers. 5. quia licet, rub. des fiefz in consu. Bur.* 14

De Modo constituendi feudum & de inuestitura.

Cap. 14.

1 *Feudorum iura moribus regũtur, sequenda & natura feudo imposita.*
2 *Feudi acquirendi præcipui modi, per inuestituram & successionem.*
3 *Quæ pro possessione & inuestitura habentur.*
4 *Inuestituram sequitur fidelitas fidelitatem adeptio possessionis, inuestituraque facta & fide à vasallo data, tenetur dominus præstare possessionem dare, nec potest pœnitere.*
5 *Inuestitura duplex, verbalis & solemnis, & quid.*
6 *Inuestitura symbolica verbalis, non facit plene possessorem vasallum in feudo nouo, secus in successione antiqui.*
7 *In inuestitura symbolica tria, res, persona, modus. Symbolum hasta, & quid, & quare hasta inuestiendi detur, & seq. numero.*
8 *Hasta gestatio, deputata antiquis regibus pro diademate.*
9 *Hasta regum sceptrum, breuis baculus non hasta longa, & de sceptro plura.*
10 *Hasta Guntrami data, regnum transtulit in nepotem, hastæ prælata regibus Romanorum in symbolum regni, &c. Quirites ab hasta dicti.*
11 *Hasta porrecta beneficiario signum est beneficij concessi.*
12 *Iuramentum firmum per sceptrum.*
13 *Inuestitura in Gallia fit baculo, in Marchia stipite paled, alibi bibendo, alibi per pallium. & nu. 15.*
14 *Baculus pastoralis pedum symbolum dignitatis. Photio in Constantinopolitana Synodo, baculo, vt indignus dignitate, priuatus, &c.*
16 *Annulus aliud symbolum inuestituræ.*
17 *Annulus D. Mauricij Sabaudiarum ducum insigne.*
18 *Ius aurei annuli insigne ducatus Venetorum.*
19 *Annulo dato Perdicæ, Alexander Magnus eundem delegit sibi successorem, &c.*
20 *Aliud symbolum feudi traditionis, datio gladij & vexilli.*
21 *Coronæ seu diadematis traditio, symbolum transtati regni.*
22 *Clypeo imponebant & leuabant Franci reges suos.*
23 *De aliis insignibus ducum, marchionum, comitum, vice comitum.*

Sciendum est † feudorum iura ex consuetudine magis pendere, quam ex positiuo iure ciuili aut pontificio, *§. 1. de feu. coguit. lib. 2 Feud. tit. 1.* Et proinde cura erit hic potior, percũctari mores regionis & familiarum, & feudi, ex quibus regulam accipiãt. 1 2

¶ Porro † ex consuetudinibus feudorum, duo sunt insigniores modi, quibus quis feudum acquirere potest, per inuestituram videlicet, & per successionẽ, *§. fin. eod.* ad † quos alij modi adipiscẽdi possunt referri, nempe ea quæ possessionem habent, & quę pro inuestitura habentur, veluti quod steterit beneficiarius in possessione feudi vidente & sciente domino, nec prohibente, *c. 1. de cõs. recti feu. lib. 2. tit. 33. c. 2. in fin. si de inuestitu. feu. int. dom. & vas. li. eriat.* vel si adeptus possessionem feudi præsente curia, præcedente licentia dominis: vel si triginta annorum sit præscriptio, *§. si quis per triginta, si de feud. fuer. controu. int. dom. & agnat. vas. Franc. Curt. cons. 25. incip. tria in facto.* 3

¶ Inuestituram † sequitur fidelitas, *§. 1. quid præced. deb. an in uest. vel fidel. lib. 2. titul. 4.* fidelitatem vacuæ possessionis adeptio, vel in possessionem missio, *in §. si vero, qui succe. feu. dar. teneãn. lib. 1. Feu. tit. 3. §. fin. de no. for. fidel. lib. 2. tit. 7.* Atque plus est possessionem dare, quã inuestire, *c. visis, 16. q. 2.* Ex fide tamen data & inue- 4

Digitized by Google

stitura facta obligatus est dominus ad vacuam possessionem præstandum præcise, vt nõ liberetur, præstando id, quod interest vasalli, nec pœnitere possit inuestisse, *§. fin. de no. for. fidel §. si facta si de feu. def. content. int. dom. & agna. vas. lib. 2. tit. 26.* donatio enim per fidem acceptata videtur, & ita irreuocabilis *§. 2. de donatio. l. si quis argumentum, § sin autem, C. eod. l. nuda ratio, eod. P. c. si tibi absenti, de prab. in sex.* Diximus autem feudũ donationem esse in finitione, dum beneficium vocauimus, quod liberalitas est, quæ in donatione obtinet, *c. 1. de donatio ap. Greg.* & nullo iure cogente fit, *l. donari. de reg. iur. l. donari, de donatio. in P.* Et proinde cum cõtractus dicatur nominatus donatio, *inter. in l. iurisgentium. § quinimo, de pact. in P.* non licet pœnitere, *l. sicut, de actio. C. l. in commodato, §. sicut, commod. in P.* potissimum cum fidem dando, cliens iam ex parte sua contractũ impleuisse videatur, & cogere ita possit dominum, vt ipse quoque impleat, *l. Iulianus. §. offerre. de actio. emt. in P.* Accedunt ad pacta in inuestitura apposita, quæ legem feudo dant, & quæ seruari conuenit, *§. 1. de duob fratrib. à capita, inuest. lib. 2. Feud. tit. 18.*

5 ¶ Inuestitura, † quædam est verbalis, quædam solemnis: illa possessionem, vt diximus, desiderat, hæc nequaquam, *gloss. in §. si facta. in verbo dominum, si de feud. def. fuer. contro. int. domin. &c.* Francis. Curtius iunior proprie inuestituram esse ait, dum re ipsa & actu quis missus est in possessionem. Quemadmodum homo vestitur proprie, dum vestes re ipsa induit: improprie seu abusiue inuestituram, quæ fit verbis intercedente actu aliquo corporeo: vt si dominus dicat, inuestio te per traditionem annuli vel ensis, quod & textus vnicus expresse probat, *in §. 1. quid sit inuestit. lib. 2. Feud. tit. 2.* In feudi ergo constitutione per inuestituram symbolicam adhuc non est plena acquisitio: nam & quamuis quis iussu domini verbali illa inuestitura donatus feudo, possit quamdiu vixerit recte se defendere, tamen non trãsmittet ius ad heredes, *§. 1. quibus mod. feu. const. pot. lib. 1. tit. 24.* nisi heredum mentio facta sit in illa inuestitura, *§. sciendum, de consuet. rect. feu. l. si pactum, de probat.* P. nec per illam inuestituram censetur rei translata possessio, *c. per tuas, & ibi nota. de donati. & cap. ex literis. de consuet. apud Gregor. §. 1 de no. for. fidel.* Facultas quamuis adipiscendæ possessionis detur, *Innoc. in d. c. ex literis, Interpret. in §. 1. quid sit inuest.* & plus sit in hac inuestitura, quam in sola promissione, quæ feudum non constituit præcise.

6 ¶ Hoc † tamen ita verum esse dicimus, quando de feudo nouo agimus, in quo possessionis apprehensio exigitur, cum ante nullam habere videatur nec ciuilem nec naturalẽ beneficiarius: at in feudo antiquo quæsito per sucessionem, arbitror inuestituram symbolicam sufficere, cum iam successor continuare possessionẽ videatur defuncti, & in ea esse, vt inuestitura tunc potius & vere confirmatio dicatur, *§. 1 quo tempo. mil. &c. §. 1. per quos fiat inuest.*

7 ¶ In † inuestitura symbolica primũ res intercedunt, postea personæ, dehinc modus. Symbolum traditionis feudi & constitutionis vel inuestitionis est in feudorum consuetudine hasta, *§. 1. quid sit inuest. Hasta*, instrumentum militare insigne, δόρυ Græcis, vel λόγχα qua milites strenui vtuntur: vt hastatus primus, ille qui ducentos milites in acie secunda ducebat, *Veget. & Varro, lib. 4. de ling. Latina, hasta, quod astans soleat ferre.* & hastati qui primi in acie pugnabant. Et apud Sextum Pompeium Festum de verborum significatione, *hastæ*, inquit, *subsiciebantur ea quæ publice venundabant: quia signum præcipuum est hasta. Nam & Carthaginenses cum bellum vellent, Romam hastam miserunt: Et Romani fortes viros sæpe hasta donarunt.* Symbolum ergo in hoc feudo hasta, de pilo vix est quod symbolum constitutum credam, quamuis si velimus

8 in eo hærere, possimus. ¶ Antiquitus † reges hastas pro diademate habebant, quas Græci σκῆπτρα dixere. Nam & ab origine rerum pro diis immortalibus veteres hastas coluerũt ob cuius religionis memoriam adhuc deorũ simulacris hastæ adduntur, vt testis Iustinus, *ex Trogo. lib. 43. Historiarum.* apud quem obseruo sceptrum hasta significari, nempe baculum non sudem vel hastam longam, sed breuiorem baculum quo innitimur, quemve in manu solemus deferre, qualem refert Homerus, *Odiss. ξ.* Vlyssem detulisse, & eo abegisse canes,

ἔζετο κερδοσύνῃ, σκῆπτρον δ' οἱ ἔκπιον χαμάδις,

¶ Itaque † sceptrũ erat virga quædam breuis, sed regum insigne proprie, quod diis pagani suis tribuerunt, quorum voluerunt reges maiestatem imitari. Fingunt ita Poetę Iouem congregantem suos miserllos deos, sceptrum habuisse potestatis symbolum, vt apud Ouidium,

Celsior ipse loco, sceptroque innixus eburno,
--ora indignantia soluit.

Agamemnon quoque ad naues processurus, & regis illud insigne secum detulit, *Homerus, Iliad. C.*

εἵλετο σκῆπτρον πατρώϊον ἄφθιτον αἰεί.

Et à Deo hoc insigne, illudq; symbolum esse potestatis concessæ, docet idem Homerus *Iliad. C.*

— ὡς κελεύσῃς ἔγω.
εἴ βασιλεύς σ' ἔδοκε κρίνω πᾶσι ἀγκυλομήτῃ,
σκῆπτρον τ' ἠδὲ θέμιστας ἵνα σφίσιν βασιλεύῃ.

10 ¶ Sic † & translatum regnum per hoc insigne, vt exstat exemplũ antiquum, quando Gontranus rex, quam manu tenebat hastam nepoti tradidit, donaci regni symbolum, *Ammonius.* Insigne & regium, capiti regis creati constituebatur, vt testatur Cornelius Tacitus, *lib. 2. annal.* dum de Artaxia rege creato agit. Diadema illud fuisse, vel testatur Valerius Maximus, quum nobilẽ pannum ait, miseriis & solicitudinibus refertum. Verum & alia insignia addebantur. Sicque populus Romanus cum regli nominis honorẽ, pro magnis ergase meritis cuipiam daret, regẽ ac socium appellabat, Scipionem ebumeum, togamque pictam, palmatam tunicam cum sella curruli mittebat, vt & meminit Cornelius Tacitus, *lib. 4. annal.* Alia insignia refert Gregorius in regestis. Dum ait *Demetrius Croatiæ Dalmatiæque rex creatus, vexillo sceptroque & corona inuestitus.* Hastæ & secures prælatæ regibus Romanis in imperii signum, *Dion. Halyc. in 5.* vnde Quirites à quiri hasta, quæ præferebatur loco coronæ. ¶ Ergo † hastam seu sceptrum 11
exhibuisse clienti & beneficiario, idem est, quod signum electionis fortis viri & strenui, militiæ caussa: & præmii fortitudinis, & fidei datæ gratia potestatem illi dedisse rerum beneficij, & adhibuisse veluti summum iusiurandum & fidelem promissionem.

¶ Sic † & antiqui in fœderibus componendis, vel in promis- 12
sionibus iurabant per sceptrum, vel adigebantur per illud iurare: quod sceptrum illis aliquid auctoritatis & maiestatis referret, vt apud Homerum, *Iliad. α. vers. 121.*

Ἀλλ' ἄγε μοι τὸ σκῆπτρον φάσγανον ἀμφιγύηεν.

Inuenimus & apud Persas & Medos, virgam, quam tenebat rex in manu, sceptrum videlicet aureum, gratiam vitæ concedere, & firmum ratumq; esse beneficium concessum ei, cui rex virgam osculandam porrexisset, *Hester cap. 4. & 8.* scribit Berosus, *in 3. Deflora. Histor. Chaldæ.* Armenos & Italos Noam, qui apud vtrosq; regnasset, & legibus mores vtrorumque composuisset, signasse in scriptis suis cursu solis, & motu lunæ, & sceptro dominij, quo malos & noxios expellebat à cœtu hominum, & castimonia corporis & sanctimonia animi, duabus clauibus, religionis & felicitatis.

¶ Baculus † et iam inter ecclesiasticas personas signum est pa- 13
storalis dignitatis, pedum dicimus.

¶ Quare † legimus in concilio 8. Constantinopolitano, 14
actio. 7. Marinum vicarium in eo summi pontificis, ingresso Photio ad synodum baculo innixo tussisse ei auferri baculum: *quia*, inquit, *baculus est signum dignitatis pastoralis, quod hic habere nullatenus debet, quia lupus est, non pastor.*

¶ Accursius † notat baculum seu stipitem paleæ datum à 15
contrahentibus pro inuestitura, & suo tempore in Marchia: at in Lombardia bibere, & alibi per pallium inuestituram fieri, *Accurs. in §. 1. de verb. obli.* Antiqui quoque stipularionem ab stipulo, seu firmo, & vtrumque ab stipite dixerunt, *in d. §. 1. de verb. oblig.*

¶ Est † aliud insigne inuestituræ annulus, *Ester, c. 3. & 8.* 16
c. ex Ore, de his quæ fiunt à maio. par. c. Cum enim potestatẽ administrandi reges dabant alicui, annulum suum signatorium porrigebant, vt quicquid libuisset, nomine præscriberent; erantque ceteris mãdatis ea firmitas, quæ annulo regio signata erant.

¶ Sabaudiæ † ducum symbolum annulus D. Mauricij The- 17
barum legionis ducis & martyris, quẽ Petrus primus Allobrox impetrauit à Cœnobiarcha Mauricano.

¶ Veneto † duci hoc ius aurei annuli indultum ab Alexandro 18
III. summo pontifice ann. 1170. quem proficiunt in mare duces electi, vt mare desponsantes, & in possessionis adeptæ imperii maritimi symbolum.

¶ Scribit † Æmilius Probus, qui aliis Cornelius Nepos, *Pro-* 19
bus, in vita Eumenis, Alexandro Babylone mortuo, cum regna singulis familiaribus eius dispartirentur, summam rerum tradità fuisse tuendam Perdicæ, cui Alexander morienti annulum suum dederat, ex quo omnes coniecerunt, eum et regnum commendasse, quoad liberi eius in suam tutelam peruenirent. De symbolo vsu que annulorum plura videto apud Plinium, *lib. 38. Histo. natura. c. 1 &c. 2.*

¶ Symbolum aliud † traditionis feudi, gladij, aut vexilli da- 20
tio. Otho Fringingensis regna per gladium, prouincias per vexillum tradi scribit. Carolus Magnus inuestiuit Ludouicum filium de regno ante mortem suam, inquit Ammonius, *lib. 5. Histor. Franc. c. 36.* per spatham, quæ vocatur sancti Petri, fustem & corouam ex auro & gemmis. Et is rursum Ludouicum ait moriturum per Odonem & Belginagensem episcopum, & Albuinum comitem, coronam & spatham, id est, ensem ac reliquum regium apparatum, filio suo Ludouico misisse, mandando illis qui cum eo erant, vt in regem eum sacrarent ac coronare facerent, *iisdem verbis Ammonius. libr. 5. Histor. c. 39.* In formula consecrandi regem & imperatorem scriptum est, Imperatorẽ dum Romanorũ rex & Imperator à summo Pontifice renuntiatur, post sacram vnctionem manuum, pectoris, armorum, & compagum brachiorum, inter sacrosancta lyturgiæ mysteria, epistola dicta & ante lectionẽ sancti Euangelij accipere à summo pontifice ensem eductum ab altari, in defensionem sanctæ Dei ecclesiæ, & ad vindictam malefactorũ, & laudem bonorum: rursumque in vaginam repositum, eidem accingi ab eodem sũmo pontifice, & postea diadema regni ei imponi in signũ glorię, cum sceptro in manu dextera & pomo aureo in sinistra, cum orationibus & benedictionibus. Additur & ibi obscu-

Digitized by Google

ibi osculum, quod debet inauguratus summo pōtifici, *hæc scribit Antonius de la Sale, in postrema part. libri inscripti, la Salade, tit. ordo ad coronandum & inungendum regem.* Et Gotfridus Viterbiensis Chronicorum parte 19. horū regaliorum insigniorū significata fuse explicat, & docet quid significent crux, quæ datur Imperatori, gladius regalis, sceptrū regale, lancea imperialis, quæ fuit sancti Mauricij, globus aureus, qui & pomum & palla vocatur, cruxve ei superposita, duplex diadema, gēmæ, aurum & crista in
21 coronis. ¶ Erant † & alia insignia trāsferendi regni, vt traditio diadematis, apud Valerium Maximū in cessione regni Cappadociæ in fauorē filij facta ab Ariobazane. *Valer. Maxi. lib. 5. c. 7.*
22 ¶ Et † cum antiquitus Frāci regem crearent, eleuabant eum in clypeo, *Ammon. lib. 3. c. 61. Adon Vienn. in commen. decā. 4.*
23 ¶ Inuestiuntur † duces de ducatu per impositionem caussę seu pilei aurei ducalis vnionibus ornati, marchiones de marchionatu, annullo in quo est pyropus seu robinus, gēma species carbūculi, quā imponit digito medio marchionis princeps: comes de comitatu, annullo cum adamātis gemma: vicecomites vicecomitatu: virgula aurea data: Baro, & benneretus, vexillo deaurato, seu labaro, *d. Anto. de la Salade in d. lib. c. 11. 12. 13. 14.*

De Personis, quæ in feudi inuestitura considerantur, & de Fidei seu Hominij præstatione. Cap. 15.

1 *Persona in inuestitura quales, remissiue.*
2 *Pares curiæ, qui.*
3 *Fidelitatis præstatio erronea non minuit nec tribuit ius. Quadam feuda fidelitatis iuramentum exigunt, quadam minime.*
4 *Fidelitas quid.*
5 *Fidelitatis iuramenti forma.*
6 *Hominium, Gallis* hommage, *est iuramentum fidelitatis.*
7 *Hominij vel fidelitatis forma in Gallia duplex, pro feudo simplici, & pro ligio, & de Straque.*
8 *Per se & per procuratorem hominium & iuramentum præstari & recipi potest, nisi ineunda sit persona ratio in feudo.*
9 *Hominium per procuratorem præstant plures vasalli vnius heredes, & vni ex pluribus heredibus dominij vniuersitas, ecclesia, minor, pupillus, & similes.*
10 *Hominium & iuramentum fidelitatis quando teneantur præstare beneficiarij, & intra quod tempus, quo non facto manus iniectio domino in feudum permissa.*
11 *Hominium quando & à quibus non debeatur pro mutatione vasalli.*
12 *Si pars feudi alienetur, an nouo hominium ab emtore præstari debeat. Rupto feudi & diuisio quid, & quid* fied depie, & fied depiece. &c.
13 *Feudum quis sinum sine alterius præiudicio potest onerare censu, hominio, redditu.*
41 *In Hominio & iuramento fidelitatis, debent exprimi res & valor earum, & census.* Denombrement apres l'hommage, *intra quod tempus debeat dari, &c.*
15 *Feudalium rerum professio, sine* le denombrement, *integra esse debet, & quare fiat, & de commisso eius rei caussa.*
16 *Professionem hanc rerum cogit dominus vasallum facere per iniectionem manuum in feudum: & num fructus faciat suos in defectum denumerationis.*
17 *Fidelitatis prestationi nihil aliud debetur quam iuramētum, nisi pacto vel consuetudine aliud præbendum sit.*
18 *Mutationi domini vel vasalli alicubi debetur, quintus & requintus, denarius & alia quadam,* Rachapt de fiedz.
19 *Quintus & requintus denarius quomodo soluendus.*

1 PErsonæ † quæ in inuestitura requirūtur ex parte dātis & accipiētis, ex superioribus, quæ in personis monuimus intelligi possūt, quales, quæve idoneæ sint: verum vltra cōsideramus alias, vt curiam domini, & saltem duos testes, vt solēni testatione de ea appareat. ¶ Vocamus † *pares curiæ*, hoc est, qui sint eiusdē domini similis naturæ feudi vasalli, *§. quid sit inuest. lib. 2. Feu. tit. 2. §. item sciendum, de notis. feud. lib. 2. tit. 58.* vel alterius domini eiusdem generis, si dominus nō habeat similes vasallos veluti si agatur de comitatu, pares curię regis erūt comites alij: si de ducatu, duces: si de baronia, barones: & pares à paritate feudorum dicti sint, vt docet ex Innocentio Panormitanus, *in c. ceterum, nu. 14. de iudic.* Si ergo quæstio sit de inuestitura: illi adhibēdi ad probationem sunt: vel illis testimonium detrectantibus, alii, & instrumentum inuestituræ, si sit, *d. §. 1. quid sit inuestitura, vide in §. 1. qui test. sint necess. ad prob. nouam inuestit. li. 2. Feu. tit. 32.* Ceterum inuestitura facta à domino, ex parte vasalli, feuda quædā fidelitatis exigunt iuramentum: quædam non exigunt.

¶ Quamobrem † & quæ exigant primū hic annotari desidero, vt pro aliis non sit præstandum: quod si præstetur, notandum erit in præstatione fidelitatis iustum errorem & excusabilē, non tribuere ei ius cui facta est, si nō sit dominus, nec obesse aliis: q̄ est singulare Imperatoris Lotarij decretum, *c. satis bene, de prohib. feud. alienatio. per Lotar.* ¶ Fidelitas † est iusiurandum quod à vasallo præstatur domino, *§. fin. quid præced. debe. inuestit. lib. 2. Feudo. titul. 4.* in certis videlicet feudis: non in his pro quibus fidelitas nō est præstanda, *§. est & ali. qua fust caussa pri. constit. vel feu. amit. lib. 2. Feu. tit 24.* ¶ Forma † iuramenti eius hæc ex cōsuetudi 5
nario iure, *Ego iuro ad hac sancta Euāgelia Dei, quod à modo in antea ero fidelis huic, sicut debet esse vasallus domino: nec id quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit dominus, pandam alicui ad eius detrimentum, me sciente. §. 1. qual. iura. deb. vasal. domi. lib. 2. Feud. tit. 5.* Sub hac forma allæ formæ continentur, quæ postea adinuentæ sūt latiores, in quib. quis expresse promittit domino incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile quæ explicata inuenies
p priis titulis, *tit. de fer. fidel. li. 2. Feud. tit. c. & tit. de no. form. fidel. tit. 7. c. de forma, 22. q. 5. in can. tibi domino, 63. dist. de for. iuramē. vide & Feli. in c. dilecti, in princ. de ma. & obe. In quibus fidelitas consistat. tradit Ioan. de terra rubr. tract. contra rebelles regum. art. 3.* Et in vna forma est modus iurādi domino inferiori regi, *ero fidelis tibi Caio domino meo contra omnem hominem, excepto imperatore vel rege. d. tit. de noua form. fidel. t. alia forma in glos. §. §. fin. per quos fiat inuest.* ¶ Hominium † etiam dicitur hoc iuramentum, Gallis *hōmage*, 6
nempe professio eius, quod is homo debeat præstare. Frāciam morem exprimit Ammonius, *lib. 4. de gest. Francor. c. 64. Tassillo*, inquit, *dux Boioariorum more Francico, in manus regis in vasaticio, manibus suis semetipsum commendauit, fidelitatemque tam ipsi regi, quam filiis eius Carolo & Carolo Magno iureiurando super corpus sancti Dionysij promisit.* ¶ Forma † ex consuetudine Galliæ duplex, 7
vna pro feudo simplici, altera pro ligio: in simplici feudo, cliēs seu vasallus auctoramentum accipit, seu hominiū facit domino capite aperto, iunctis manibus, eumq; osculatur. Qui autem hominium ligium debet, manibus iunctis sacrosanctis Euengeliis impositis, capite aperto, exarmatus & discinctus, dominū osculatur, iuramento fidelitatis in vtroque interposito, *in consuet. Turonum tit. de pied de fiefz, & paviage, art. 15. Const ume d' Aanion, tit. de la natura des fiefz, art. 137. & 139. Maine, tit. des recept. de foy & hōmage simple, art. 148. & 149. Blois, tit. des fiefz. artic. 54. Paris, titu. de matiere feodale, art. 48.* Sic enim humili supplicatione patrono se applicat, fidem pollicetur, & recipit à domino, offerens domino simul, & semel & man⁹ auxiliares, & os fidele, & ea quæ ex feudo commoda ei præberi debent ex lege cliēterali. Et vt me explicē, vasallus vel alius eius nomine admissus, nudato capite, sedente domino, si ei videatur, debet cingulum vel zonam, si habeat deponere, seponere ensem vel baculū, & geniculatus, hæc verba proferre: *Domine vel domina, ingredior vel ineo fidem & hominium vestrum, & me vestrum profiteor vasallum ratione eius loci vel terræ, &c. quam accepi à te occasione vel ob caussam, &c. polliceor & iuro nunc & in posterum tibi seruire aduersus omnes, & implere capitula antiqua & noua fidelitatis.* Quæ si dominus voluerit, legentur: dominus autem postea respondet, *recipio hominium tuū, saluo iure meo & alterius*, hocque dicendo eum in mala deosculatur, *Forma hac descripta, aux coustemes de Marche. titul. des fiefz & droicts art. 129. & 190.* Notat tamen Speculator, *tit. de feud. §. quoniam vero, versicul. forma. in* Gallia ad osculū à rege non admitti ignobilem vasallum, licet habeat feudū nobile: alia etiā in aliis locis obseruari in præstatione, & prælatos recipiētes vel dātes fidem, stolatos esse debere, præsentibus sacrosanctis Euāgeliis, sequendamque consuetudinem, *And. de Iser. & Card. Alex. in §. 1. de noua for. fidelit.* Et hoc iuramentum etiam præstant clerici laicis, si feudum habeant ab illis tēporale, cuius capaces sint, *c. nimis, c. 30. de iureiur. vide Alua. in 1. in fi. qual. vas. iura. debe.* cum in illis laicis minores sint. *in c. solita, de mas. & ob. c. si. episco. 38. dist.*

¶ Nihil † autem interest per quos fiat inuestitura & iuramen- 8
tū, vel per quos suscipiatur: an per ipsos dominos & vasallos, an vero per procuratores eorum. *§. sed etiam, versic. sed vtrum, per quos fiat inuestit. lib. 2. Feud. tit. 3. § stem sciendum de notis feud. lib. 2. ti. 58.* quia necessitudinis huius contrahendæ ratio in rem magis clientelarem, quam in personam clientis, & scripta & cōcepta esse videtur. Si tamen ad dignitatē & auctoritatem beneficia spectant, aut si ineunda sit personæ ratio, vix est vt procurator, vel nūtius pro fidelitate præstanda admittatur, nempe quia quæ eiusmodi sunt coram & sine mandato explicari debēt. *l. nullus. C. de decurs. lib. 10. C.* Atq; hanc quæstionem copiose disputatam habes in vtramq; partem apud Molinæum in consuetudinibus Parisiorum, & apud alios, *tit. des matieres feudales §. 49. Boer. in cōsuetud. Biturig. tit. de consuet. seu. §. 10.* Quo fit etiam, vt Parisiorum consuetudo non admittat hominis & fidelitatis præstationē, sine alia legitima excusatione, per procuratorē. cui aliæ pleræq; similes sunt, *Aurelianensib. tit de feu. artic. 57. Aruern. eo. art. 26. Borbo. eo. tit. art. 378. Marchie. eo. tit. art. 194.* 9

¶ Admitti † tamē potest procurator ex volūtate domini: vel si iuramentum fidelitatis ab vniuersitate seu pago sit prēstādū, *Specul. in tit. de feud. in fin.* si sint plures filij defūcti vasalli in feudo succedentes, *Card. Alex. in c. omnes. si de feud. def. fue. contr. int. do. & agna. vas. in feud.* etsi dominus decesserit relictis pluribus heredibus, non enim omnibus hominū faciendum, sed sufficit vni prēstare & antiquiori, *Bal. Card. Alexan. in d. c. omnes, vbi gl. dubia in vtramque sententiam facit & Fel. in c. 1. col. 2. vers. inferunt etiam aliqui, de maio, & obed. ap. Gregor.* non enim cogitur vasal-

Digitized by Google

lus pro vno domino plures accipere, *cap. imperialē, §. ducatus, de prohib. feud. alien. per Fed.* Potest & tutor & curator nomine pupilli vel minoris præstare, *consuet. Andium. tit. de la matiere des fiefz arti.* 105. *Blois eod. titul. art.* 58. maritus vxorem pro clientelari. *Ioā. Faber in §. fuerat. eo. 2. de actio.* Similis causa est ecclesiæ quæ sicut vniuersitas nunquam moritur, & nō potest personaliter fidem pro feudo iurare, sed iurat per hominem, quē exhibet domino morientem, vt dicunt, & confitentem: & ita per procuratorem, vel indemnem dominum reddere cogitur, *Ægid. Mag. in decis. tract. at. de morticinio, seu des amortissemens, c. 6.*

10 ¶ Hominium † & iuramentum fidelitatis tenentur præstare Beneficiarij in omni adeptione feudi, in mutatione domini, *§. 1. quo tempore miles inuestitur petere debe.* & mutatione vasalli intra quadraginta dies vel intra aliud tēpus cōsuetudine locali definitum: alioquin domino vsq; ex manum feudo iniiciēdi, & reditus eius percipiēdi, deducto iure partiarij, seu coloni, qui colu it res, *in consuetu. Andium, titul. de la natu. des fiefz, arti.* 101. 102. 103. *Bitu. tit. tit. de consuetud. feudi. Maine tit. de la natu. des fiefz ar.* 114. 115. 116. 117. 118. 119. *Orleans tit. des fiefz art.* 69. 79. 8. 12. *Paris. tit. de maise. feud. artic.* 38. 50. *Chartres, tit. quand le fiefz chet en profit. de rachapt. art.* 31. 32. 33. *Marche, titul. des fiefz, art.* 18. In Burgundiæ ducatu, annus & dies indulgetur vasallo ad fidem præstandā: *in consuetu. Burgun tit des fiefz, artic.* 1. 2. Apud Briefios in mutatione quidem vasalli per successionem, concedentur quadraginta dies ad auctoramentum petendum: sed si acquisitione feudum quis consequatur, tantum dantur illi viginti dies, *in consuet. Blesensium, tit. des fiefz, art.* 53. Sunt & aliæ locorum obseruandæ consuetudines, quæ breuius tempus vel longius statuunt: vt Turonensiū, *consuetud. titul. comment l'hommage se doit offrir, artic.* 3. & Angolismēsium *titul de la distinction & qualites iuris dictions, art.* 13. statuunt acquirentem feudum ab alio quam à domino, teneri intra octo dies conuenire dominum, à cuius fide res pendet, & ostendere ei cōtractus suę acquisitionis, offerreque fidem & hominiū, & postea intra quadraginta dies præstare. Ecclesia quoque quæ feudum habet temporalis domini, cum ipsa non moriatur nec viuat, dat hominem patrono viuentem, morientem, & cōfitentem aut indēnitatem, id est, substituit in locum sui, hominem in quem possit mors & confiscatio cadere: & ita quoties is homo moritur, vel si alio modo priuatur feudo, debet ecclesia quoque exhibere par alium hominium & indemnitatem, & alia debita, pari modo in mutatione patroni, alioquin patronus manus in feudum, vt homine destitutū, iure iniicit, & ita iudicatū, *Ægid. Magister, in decisio. tractat. des amortiss. c.* 8. Videturque indignus beneficio, qui obedientiā detrectat & reuerentiam, quam hominium ostendit *Chass. in gl. 2. §. 4. des fiefz in consuetu Burgun.* Homagium quippe coniungit necessitudinem inter dominum & vasallum, & vasallus sit per illud quodammodo eius, *Clem. pastoralis de re iud. c. cōditione, de exce. prela. c. ex diligenti, de simonia.*

11 ¶ Obseruare † tamen oportet, non perpetuo mutationes oēs vasallorū hominio nouo aut renouationi fidei esse obnoxias, vt in primis rex pro retrofeudo, vocat *arriere fiefz* si illi obuenerit vel acquisitione vel alio modo, non tenetur fidem vel hominiū præstare, *Spec. in tit. de feu. §. quoniam de homag. q.* 24. *Ægid. Mag. tract. de feud. c.* 1. patrono feudi mediato, quia rex superiorē non agnoscit in regno suo in temporalibus, *c. per venerabilem qui filij sint legit. apud Greg.* Et retrofeudum censetur reuersum ad priorem naturam, nēpe ad principem, à quo omnia feuda mouentur & oriūtur, *Bal. in §. 1. de allodijs facit, c. queris, de consecrat. dist. 4. l. si vnus §. pactus versic. sed si pactū. de pact. in P.* nec suo vasallo ideo præstare fidē tenetur. Dehinc si vsusfructus alicuius rei feudalis accedat alicui donatione vel alio titulo, non tenetur nec alius pro eo fidem & hominium præstare *in consuet. Biturig. tit. de consuetu feu. §. 9 & 22. vide & ibi Boer.* vel alia quæ solent cū hominio exhiberi patrono. Item si diuidatur iure successionis feudū inter plures heredes familiæ erciscūdæ iudicio, nō debetur à singulis hominiū, sed sufficit vnū ob mortē defuncti, quia diuisio beneficiarij iuramenti non censetur facta, quam diu cōmunio est: tunc enim dicunt non esse locum rupturæ feudi, quia in vno qui vocatur senior filius, Gallis *parageur*, remanet ius, qui partes aliis facit, qui dicuntur *parageans*, qui habent in paragio euictionem: at si re ipsa coheredes partiuntur separatim bona, quia primogenitus amplius non præbet ius euictionis in paragio, omnes fidem & hominium domino feudi debent, *in consuetudinib. Blesensium. tit. de garant. en pariage articul.* 71. *& 72. 74. Maine, tit. de pied de fiefz. art.* 234. 235. *Anjou. eod. tit. artic.* 219. *Touraine, eod. tit artic.* 9. 10. 11. *in quib. vide cetera, de paragij quæsti.*

12 *vide Chass. in consuet. Burg. tit. des fiefz §. 6 & 7.* ¶ At † si pars feudi alienetur, in quēstione an is qui emit, teneatur fidem & homagiū præbere priori domino feudi noue, an vero sufficiat hominium vendētis vasalli? distinguitur per consuetudines in tractatione feudi rupti vel diuisi, quo vocant *pied de fief*, aut *de fief piece*. Nā si vasallus vēdit vel cedit duas tertias, ex tribus, partes feudi sui, qui ex illo feudo capiūt, veniunt in fidem & hominiū superioris domini, per feudi rupti ius, & consequēter iura dominica illis debentur, non vasallo vendenti: contra, si vasallus retēto iure homagij, minus, quam tertia sit pars, alienat, *in consuet. Andiū. tit. de pied de fief & pariage. art.* 201. *& 202. 203. Maine, eod. tit. artic.* 116. *& seq. &* 218. *Anuerg. tit. des fiefz. art.* 33. 35. 36. 37. *Turonum, tit. de pied de fief, art.* 2. 15 enim remanet oneratus præstationibus debitis à feudo, non emtor. 13

¶ Potest † enim quis onerare suum feudum censu, hominio, reditu, quandiu vixerit & in perpetuum consentiente potissimum domino, vsque ad tertiam partem feudi, secundum Turonensem consuetudinem *tit. de pied de fief, art.* 5. *vide Andiens. consuet. eo. tit. art.* 208. 209. 210. *Maine, eo. tit. art.* 203. *Orleans, tit. de fiefz art.* 4. Et quia patrimonialia in Gallia feuda, multo magis id licet, Placuit etiam non teneri aliquem præstare fidem & hominiū, si dominus qui petit fidem non faciat de iure suo, vt ait Bald. *in c. sub la mu. §. ibi & dominum vasalli & c. per quos fiat inuestit.* & ita iudicatū etiam in curia suprema Parisiorum. *Pap. lib.* 13. *Arest. ti.* 1. *arest.* 7. 14

¶ Accedit † quod in hac præstatione fidei & homagij, debent etiā numerari & exprimi res, valor, æstimatio, & census annui eorum quæ in feudum retinentur: & à quo domino, & cum quo onere, secundum formam quam proposuit Franciscus primus anno 1539. 15. Octob. *consti. Franc. des fiefz & arriere fiefz.* Et fere omnes consuetudines Galliæ feudorum tradunt, *Boer tract. in §. 12. & 16. de consuet. seu. in consuet. Bitur.* vasallum cogi intra quadraginta dies post hominium per illum præstitum tradere declarationem seu repertoria rerum feudalium, vocant Galli *la nommee & denombrement*: vasallus tamen inuestitus potest cogere dominum, vt demonstrare feudum finesque illius, & quā partem possidere debeat. *gl in §. aliud. de prohib. feu. alien. per Feder. & ibi Bal. & Alex.* Hæc professio seu dinumeratio debet fieri expensis vasalli & mutatione domini: nō autem quoties placuerit domino, in quo differt ab emphyteota, qui ad id per dominū vrgeri potest interpellatus vt ait Guido Papæus, *decis. 417. ex ratione, §. enterib. autē, de non alie. rebus eccle. sia. in auth. & gl. ad authen. si quas rutinas. de sacros. eccl.* Dignū obseruatione hic est, satis esse si dinumeratio rerum nunc exsistentiū præstetur, vt non antiquior vt publica manus prædis iniecta toliatur. Et quāuis cliens seu vasallus teneatur bona fide beneficiaria instrumenta quæque edere: tamen nō habet necesse primariam feudi concessionem, nouo comiti, duci, aut domino ostendere, vt ab eo in clientelam coopterur. Vt scribit Ioan. Andreas, ad Speculatorem de feudis. *§. 1. versic. pone.* 15

¶ Tradit † Chassaneus, *in gl. 5. §. 3. des fiefz, in consu. Burg.* hanc professionem, quam dicunt, *denombrement*, accipi pro recognitione, quam vasallus tenetur facere domino pro re, cuius facit mērationem, ad cōseruationem dominij directi, quod probat professio: & ideo si in ea quippiam celetur, amittit ius suum vasallus ipso iure, quia contra sacramentum deierat, & est infidus, *§. vasallus si feudum si de feud. fuer. controuer. §. fi. de lege Corradi.* & ingratus. Nū autem ex omni parte verum sit, celantem & inficiantem res feudi, feudū amittere, & nū protestatio profitendi, si quædam postea cognouerit esse feudi, excuset ab amissione feudi, vide Molinæum plurimum in hoc, in consuet. Parisien. tit. *de matiere feudale* 16 §. 30. ¶ Cogit † autem dominus vasallum professionē hāc facere per manus iniectionem in feudum, non tamen fructus suos facit ex defectu dinumerationis, sed vel sequestrat per iudicē, vel postea iubet restitui professione facta ex iure consuetudinum, *§. 16. de consuetu. feudi. in consuet Bituri. & ibi Boerius Masuer. in praxi tit. de feudis, §. item quamdiu.* localium, quamuis iure feudorum amittat feudum, *Bal. in §. Vasallus, in §. si de feud. fuer. contro. inter dom. & vas. Panor. cons. 741. Vol. est & §. 1. quo tempore miles petat. inuestit.* 17

¶ Cum fidelitate quoq; alia iura domino præstantur ex pacto, vel ex cōsuetudine locali pro alienatione feudi vel pro renouatione domini aut vasalli. Nam iure communi feudorum, pro inuestitura facienda nihil debetur domino, nisi pactū ea de re factum sit in feudi concessione, vel talis consuetudo sit, *Ioan. And. in addition. ad Specul. in rubr. de præscr. verſ. vidisti dictum. facit leg. vt iurisiurandi, de oper. libert. in P. Gusdo Pap. decis.* 416. ¶ Sunt † autem ea de re variæ consuetudines: nā alicubi, vt Parisiis, debetur *Quintus* denarius & requintus: & alibi, alia iure retractus, vocant *rachapt, de redemtione in §. 1. quemad. feud. ad filiam pertin. lib. 1. Feu. tit.* 24. vel annuus rei reditus, *vide Boerium in §. 3. de consuetud. feu. in consue. Bituri.* Solet autem de his cum dominis componi. Ita valere has consuetudines exploratum est, *Alex. cons. 1. & 14. vol. 5.* contra quas & præscriptionem currere 40. anno. placuit Alexandro: & contra alios dominos directos 30. annorum, *Alex. d. cons. 5.* Fructus illi annui, vel alia similia præstita pretij loco redemtę clientelę censentur, item & releuamenta quæ dicunt, *reliefz*, quę certis casibus in consuetudinibus propriis excipiuntur, vel præstantur, vocant, *quints & requints*, iura debita domino ob venditionem feudi. quod ab eo tenetur ius quinti. Quinta pars summę rei venditæ, vt si res vendatur quingentis libris: ius quinti, sunt centum libræ: requintus vero erit iterū. ex centū, viginti libræ, vnde pro iis iuribus ad dominum peruenire debēt 120. libræ, & *alio exemplo sic.* ¶ Quintus † & requintus denarius sic intelligitur, 19 in praxi, vt ex mille libris, ducentæ sunt 5. pars, & ex ducētis, quadraginta: & est hæc quinta quintæ pars: & sic requintus, id est, alius quintus pretij denarius. *Ius releuiorum*, vocant *reliefs*, ex consuetudine alicubi Galliæ est, reditus vnius anni feudi, quod mutat vasallū, aliter quam per venditionē, quod accipitur per dominum

Digitized by Google

minum à quo feudum mouetur seu pẽdet,iure Longobardorũ, in mutatione domini vel vasalli pagano vasallo dabatur ad petẽdã renouationẽ inuestituræ, annus & dies,*c.imperialem,§.præterea,de prohi.feu.alie.per Fed.lib* 2.*Feud.tit.*55. Militi vero, annus & mensis,*§ 1.quo tempo.mil.inuest.pet.deb. lib.*1.*Feud.tit.*22.verum nihil eo iure præstabant in renouatione illa aliud quã sacramentum fidelitatis,quo non præstito intra annum & diem,priuabãtur feudo,*§.1.d. capitul.Corrad.* Consuetudines aliæ tamen locorum,exemplo emphyteuticos,*l.3.C. de iure emphyt.* introduxerũt danda quædam nomine auctoramenti patrono, & redemtiones illas dixerunt releuia, quæ pro diuersitate locorum habent diuersam æstimationẽ. Ita in Neustria & Normania variãt hęc iura. Et in Normania quod pertinet ad feuda quæ tenentur à rege,Comitatus habet releuium quingentarum librarum: Baronia,centum: feudum *de hault haubert*, mille quingentarum libra.feudum *de demi haubert*, septuaginta quinque solidorũ Turonenfium:alibi aliter tamen ex localibus consuetudinibus feudorum, iudicandum. Vbi releuia & redemtiones feudorum seu vt dicunt *rachapiz*. fiunt cum reditu vnius anni,dubitatum fuit aliquando, num quia reditus integri totius feudi vnius anni debentur, possit etiam successor in feudo expelli per dominum à domo vel castro feudi? Et placuit senatui Parisiensi nõ posse expelli,verum teneri domino ad æstimationem habitationis castri vel domus:in aliis autem per se vti frui dominum & percipere fructus etiam ex colũbariis, anno illo,vt scribit Ægidius Magister,*tractat.de feud. & homin.cap.*4. Non debentur porro hæc releuia vel redemtiones feudorum,ex donatione facta ascendentibus per descendentes,vel contra,feudi.cuiscunque generis sit donatio,sed tãtum pro mutatione vasalli præstatur hominium, vt ait Carolus Molinæus, *ad cõsuet. Parisi.artic.*2.*&* 17.*des droicts des Seigneurs.* nisi qui donat accipiat à donatore quantitatem aliquã pecuniæ, vel donator ei debitã remittat, pro ea enim quãtitate releuamẽta & quintus vel requintus denarij ex venditione debitus, exigitur,& idẽ Molinęus tradit, *eod.titul.§.*22. *quæst.* 21. *num.*59. Debentur & pro permutatione feudorum ex consuetudinibus,Guid.Pap.q.92.

Præstatione iuramenti, fidelitatis, & hominii vtilitates. Cap. 16.

1 *Hominio & fidelitati cliens honorat dominum, & cum eo necessitudinem contrahit.*
2 *Dominus res suas agnoscit & commoda recipit per hominium & fidelitatem.*
3 *Dominus venditum feudum iure prælationis quando retinet, & intra quot dies.*
4 *Domino retinere volente feudum venditum, venditor non potest resilire à contractu.*
5 *Excipiuntur duo casus. si sub conditione venditum. si dominus retinere voluerit, & si non pro se dominus,sed pro alio velit retrahere.*
6 *Dominus ecclesiasticus, prælationis iure non vtitur in feudo ecclesiæ.*
7 *Prælationis ius in aliis quibusdam etiam casibus cessare docetur.*
8 *Vtilitas fidelitatis 4.vt si non præstetur,inuiciat dominus manus in feudum & fructus:& de forma inuictionis, & oppositione vasalli.Litera seu codicilli regij de dubiis quid.*
9 *Hominij præstationis defectus in Gallia non habet commissum, iure contra,& num ipso iure cadat feudum in cõmissum, an post.*
10 *Inuictio manuum in feudum ob defectum hominij quando soluitur.* Reblaudir le Seigneur *quid.*
11 *Fidelitas vel hominium in quo loco præstari debeat domino.*

1 EXsuperioribus † manifestæ sunt vtilitates istius fidelitatis & hominij, nẽpe quod vasallus ita dominũ honorat iusta reuerentia,& necessitudinem quamdam cum illo contrahit,& re-
2 nouat. ¶Secundo † inde dominus quæ sua sunt,agnoscit,& iura
3 imposita cõstitutioni feudi percipit,& cõmoda.3. ¶Alia † istis maxima accedit,vt dominꝰ hoc modo certior fiatꝰ de feudi distractione, possit si velit sibi iure prælationis retinere, soluendo emtori realiter pretiũ cũ legitimus sumtib *tta iudicatũ Papus lib.*13.*Arestо.tit.*1.*arest* 5.*& ita etiam tenet Aluar.Bal.Card.Alex. in §.porro.quali.olim feu.alien. possi.Ioan.de Platea.Luc.de Pen.in l.*1. *per illum text.de metallis & metalla.li.*11.C.*l.*3.*versi.si quidem dominus,& ibi Alberi.de Ros Salyc.& Iaſ.de su.emph.c.potuit,de locat.apud Greg.* Et est cõsuetudo hæc generalis in vniuerso regno Galliarum,*Boer.in §.*1 *de la retenue des choſes vendues en fief.in consuet. Biturí.* danturq; domino ad liberandum duo mẽses,seu sexaginta dies de iure,*d l.*3.C.*de iur.emph.* ex cõsuetudine 40 dies post oblationem iuramẽti fidelitatis, & postquã ille fides facta est de contractu. Neq; præscriptio currit aduersus dominũ huius iuris prælationis,etiam per 40. annos, nisi à tẽpore oblationis prędictæ,*Ioan.Fab.Bart.Bal.in l.cum notiſſimi,*C.*de præſcr.*30.*vel.*40.*an.*
4 ¶ Minusq; † impedire potest ius hoc prælationis,si emtione perfecta velint resilire contrahẽtes ab emtione & resoluere cõtractum consensu,vt placuit Curiæ Parisiens. supremæ anno 1533. 9.Februarij, *Pap.lib.*13.*Arest.tit.*1.*arresto.*6. ¶ Si † tamen sub cõ- 5
ditione cõtractus alienationis initus sit,si dominus velit probare,& non aliter,respondent interpretes iuris,*Guid.Pap.decis* 47. *nu.*2.*Bor.ad §.*1.*tit.de la retenue des choſes vendues en fief.in consuet. Burdi.* dominum excludi,vel si admitti desideret,nullũ esse contractum. Sicuti nec potest retinere rem dominus iure prælationis,siquis de eius consensu vendat,*Boer.in d.§.*1.*de la reten.* quia nec in eo casu debetur laudimium secundum Iason.*in l.*3.*col.*10. *vers.ſed antequam attingant,de iur.emphyt.* Excluditur quoq; si velit nõ pro se,sed pro alio retinere,& ita iudicari tradit Guid.Papæus.*d.l.*3.*ſed ne hac occaſione.de iur.ẽphyt.Guid.Pap.deciſ.*411.*tit. vt de cetero non fiat commuta.in auth.circa medium,*L.colla. 5 *facit l.ſi mulier,§.ex aſſe,de iur.dot.P.* ¶ Vel † si ipse dominus seu patronus sit ecclesiasticus,id est,feudum pẽdeat ab ecclesia, quia nec hic prælatione vtitur,quamuis ius canonicum aduersum videatur, *in c potuit.& ibi Panorm.Inõ.And.Barba.de loca.Bal.cõſ.*250.*vol.* 3. ¶ Nec † pariter alij seculares patroni ius hoc habẽt. si res legetur,donetur, vendatur cum pacto legis cõmissoriæ,vel adictionis in diem,vel retractus, Si permutetur,vel alias ex contractu innominatio detur,*de his omnibus tractant Petrus Iac. in praxi. in for.libelli de action.in rẽ,in fi.in Guido Pap deciſ.*47.*Iaſ.in l.*3.*col.*117. *de iur. emph. Nic. Boer.in d.§.*1.*de la retenue.& c.* Itẽ si res vendatur vni ex genere venditoris,*Ioan.Fab.in princ.de emt.apud Iuſtin.* quia is præfertur domino,*§.*5.*de conſuet.retract.& ibi Boer.in consuet.Burg.text.in §.porro & ibi Bal.& Card.Alex.qual.feu.alie.poſſ.*

¶Quarta † vtilitas fidelitatis faciendę domino est: vt si domi- 8
no intra 40. dies vel intra aliud tempus cõsuetudine definitum nõ præstetur fidelitas & hominiũ, possit sub manu sua ponere feudum, & fructus interim percipere, & suos facere,donec præstentur,cum iuribus aliis & debitis,*in §.*13.19.24.*de conſu.t.feud.in consue.Beturig.& ibi Boer.Ioan. Faber in §.præiudiciales col* 9. *versic.quid dices,de vaſallo.de act. Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua, versic.*85.*& alij ques citat Boer in d.§.*13.*facit tex.in §.*1.*ſi de feud. deſuncti fuer.cõtra.in §.*1.*de fiſc. in cõsu.Burg.vbi Chaſſ.alias refert similes cõsu.Maſu.tit.de feudis,§.item quamdiu,in praxi.* Fit hoc potissimũ ex mortuo vasallo & nemine fidelitatem offerente vasallĩ tamen mors probãda per dominum,alioquin ad expensas,dãna & interesse tenetur,nisi id docuerit. Fiuntque prehẽsiones feudorum ex consuetudine non auctoritate propria,sed publica,ex mandato ordinariæ iurisdictionis,vt tractat Molinęus ad cõsue. Parisiẽses tit.de feudis,arti.1. ad ve.b.*metre en ſa main.facit l.credit.C.de pigno.meminit de hac prehenſione Ioan.Faber, ad §. præiudiciales,de actio.* Si tamẽ vasallus se obiciat iniectioni,in possessione manebit,& coram iudice lis terminabitur,& de exceptionib. cognoscetur,neque interim is venit sua possessione spoliandus: quia extradinaria est illa forma iudicij, quæ ab exsecutione incipit,& odiosa,*l* 1.C.*de exſecutio.rei iudi.* Proinde qui manꝰ iniicit auctoritate vel codicillorum regiorum de feudis dictorũ, in oppositione debet exsecutionem intermittere,& tantum in ius vocare,*Bart. in l.de pupillo, §. meminiſſe,de op.no. nunt.in* P. & ita placuit etiã senatui Parisiensi 10.Maij 1326.*Papus lib* 13.*Areſt.tit.* 2.*are.*16. Caduntque hac iniectione fructus in commissum, non autem feudũ. Et proinde etiam si sine interpositione, dominus manus feudo iniecerit ob defectũ hominij vel fidelitatis exhibitæ,& possederit per multos annos,etiã si per quadraginta: tamen nõ potest præscribere contra vasallum,sed perceptos fructus suos quidem faciet: offerente autem & præstante hominiũ & fidelitatem vasallo,feudũ ei restituet *in §.*15.*de conſuet. feud.in consuetu.Biturig.& ibi Boer.& idem in §.*2.*glos de reſcript.in eod.lib. vbi similes conſuet.referuntur.* ¶ Res † enim ob defectum hominij 9
non cadit in commissum in Gallia.*Boer.vbi s. vbi alia congerit in d.§.*2.quamuis iure feudorũ miles post mortem domini teneatur petere inuestituram beneficij sui,à filio vel successore domini sui,vel patris sui,vel alterius qui succedere debet intra annũ & mẽsem,aliter damnetur,nisi iusta caussa interuenerit, quare nõ petierit,veluti mortis,vel capitales inimicitiæ,vel infãtia,vel iusta absentia.*c.*1.*quo tempor.miles inueſtit pete.debe.lib.*1.*Feud.tit.*22. Si alius sit quam miles,intra annum & diem,*§ præterea de prohib. alien.per Feder.* De hac autem quæstione,an ipso iure cadat feudum in commissũ. an vero sententia sit exspectanda,tractat late Molinæus. *Molin.in conſuet.Pariſ.de matiere feodale.art* 30.*ſed.* & in his inspici locales consuetudines primũ arbitror. dehinc feudorum.*c.Obertus & ibi interp.de feu cognitio.l.venditor.§.ſi conſtat, commu.prædio.* ¶ Soluetur † itaque manus iniectio, si domino of- 10
ferat vasallus hominium & iura,eaq; de re caueat, se præstiturũ quæ præstanda esse apparuerint, hoc vocant consuetudines, *reblaudir le Seigneur,cuius formula ponitur in tit.de baſſe voſtre, artic.* 24 *in conſuet.Turonum.* Cui si dominus detrectet restitutionem, pro tollenda manus iniectione vasallus debet domini vicarium, seu senescalchum adire, oblationes proferre: potest & interdicto recuperandæ possessionis,vocant,*applegement & complainte*, ex periri aduersus eum,atque interea ad vendum fructus,iure quæsito,in possessionem cliens deduci debet.*§.*1.*ſi de feud.defunct.contentio fue.int.dom.& agnat § ſi inter de alie feu.pater.* Et si anceps sit possessio secundum possidentis iusiurãdum. Is debet explicari,*tit.ſi int.dom.& vaſal.los ori.d.c.*1.*ſi de feu.fuer.contr.§.*1.*de*

Digitized by Google

controu. inuestit. vel quod tutius est, prouocabit cliẽtulus ab iniectione ad dominũ superiorem. Ista remedia etiam & solutiones iniectionis manus oblatione facta seu reblandimenta conceduntur ex consuetudinibus, quas videto, *in consuetud. Turon. tit. de basse voerie, art. 25. Pictonum. tit. de la distinction des iurisdict. art. 74. 75. Aureliacen. tit. de feud. artic. 91. &c.*

11 ¶ Hicque † notandum, vt prædicta faciliora sint, clientem nõ teneri præstare vel offerre hominium vel fidelitatem extra cancellos & fines territorij domini sui. Quare sufficit, si is adeat eius domicilium, vel si proximus ei sit, intra decem leucas, illum cõueniat. Quod si is dominus inibi nõ reperiatur, nec eius officiarij, quib. insinuetur, vel si inuentus noluerit fidẽ recipere, sufficit ad vitandam manus iniectionẽ feudi vel domesticis vel agricolis, vel proximis vicinis domini testato insinuare diligẽtiam adhibitam in præstanda fide obsequiove patrono, *cons. Aureli. artic. 69. & 70. in consil. Turon. de basse voerie, art. 25. Andium de la nature des fiefz artic. 109. Maine de la nature des fiefz artic. 120. Borbonij tit. des fiefz artic. 322. facit in argum. l. sancimus, quæ est vltim. & l. si præsens quidã sit, C. de episcop. audien.* vel si velit, potest adire feudi vicarium vel senescharchum, à quo auctoramentum petat. Tunc non current moræ dies 40. quinimo si nõ compareat patronus, nec in domicilio suo sit, potest vasallus osculãdo ianuam domus eius vel pessulum ferreum, præstare fidelitatem, vt tradit Alexãder Cardinalis, *in c. 1. colum. 8. Vers. quarto, titu. quo temp. miles smuest. pet. in vsib. feud. Boer. in §. 11. de consue. feu. in consue. Biturg.* potest tamẽn & alibi, si velit dominus, præstari.

De Acquisitione feudi per successionem particularem inter viuos. Cap. 17.

1 *Succeditur alicui inter viuos, vel post mortem.*
2 *Feudum quod vendi potest.*
3 *Feudum ex consuetudine scripta vendi nequit, ac aliis infeudari potest sine consensu domini.*
4 Feudũ alienari potest in agnates, vel ex licẽtia pacti, vel in ecclesiã.
5 *Feudales & censuales res generali Galliæ consuetudine libere vendi possunt irrequisito domino, & saluo eius iure. Feuda redacta in Gallia in formam patrimonij, &c.*
6 *Feudi mediam partem sine voluntate domini, iure feudorum quomodo alienaret vasallus.*
7 *Feudum iure communi feudorum non potest permutari sine voluntate domini.*
8 *Feudum quomodo & quãdo & pro quibus in pignus iudiciale capi possit.*
9 *Feudo onera imposita per vasallum, resoluuntur redeũtur ad dominũ feudo, nisi ex donatione vel vẽditione vasalli possideat dominus.*

1 SVcceditur † alicui vel eo viuente, vel post mortem: eo viuente, per contractus ex eius vel alterius volũtate: post mortem, successione testamẽtaria vel ab intestato. Itaque & in feudo, ius alicuius in alium transfertur cõtractu, is autem qui succedit, ac-
2 quirere dicitur. ¶ Scio † in hac quæstione varias esse sententias, num vendi, & pecunia & pretio feudũ acquiri possit, quas prætermitto, *has refert Curt. iun. in §. 9. 2 par. trac. feu. & in 4. par. quæst. mo. feu. amit. q. 26. nu. 117.* & cum Francisco Curtio iuniore *d. q. 5. 2. par. & in q. 61. par. fin. n. 17. tractat. feud.* breuiter resoluo, posse feudum, quod proprie feudum non est, intercedente pecunia cõcedi, & emi & à domino & à vasallo posse, *§ fi. de iis qui feu. dar. poss. §. 1. de na. feud. §. 1. de beneficio fratris, §. 1. de inuestit. in mar. facl. §. 1 quemad. feu. ad fil. pert. in vsib. feud. cap ad nostram, de rebus eccles. non ali. ap. Greg.* Quod propie autem feudum est secundum ea, quæ in finitione dicta sunt, in constitutione non pecuniã, sed
3 amorem exigit, *§. 1. de feud. dat. in vicem, leg. commisso.* ¶ Ex consuetudine generali etiam feudorum satis apertũ, vasallũ nõ posse sine cõsensu domini feudum alienare, quãuis infeudare possit minimis valuassoribus seu valuassinis: & si vẽdat vel alienet, irritam esse alienationem, & ad dominum feudum reuerti, *§. cal lidis, §. habito, & §. nos autem, de prohib. feu. alie. per Feder. §. 1. qualiter olim feud. alien. pot.* quamuis postea redimat & recuperet feudum vasallus, nam nihilo minus priuatur eo, *§. 1. quid iur. sit si post*
4 *alie. vasal. recup.* ¶ Nisi † alienatio fieret in agnatos. *c. 1. versic. pen. de alie. feu. pater. Paul. Castren. cons. 424. incip. cum statutum. in 1. Vol. Bald. in consil. 382. vol.* cum nõ videatur proprie alienarum, quod est in agnatorum familia, *l. Volũtas. C. de fideicom. l. 1. de impos. lucr. descript. lib. 10.* vel nisi pacto sibi vasallus prospexerit licere sibi alienare, *text. in §. 1. de feu. nõ hab. propriam nat. lib. 11. Feud. ti. 48. Iaf. in l. fin. col. 2. versic. ex quo habetis, de iur. emph. C. Ioan. de Platea, Luc. de Pen. gl. Bart. in l. Prædia, de locatio. prædio. ciuita. C. lib. 11. facit. §. feudum ea lege si de feu. def. contro. sit. lib. 2. Feu. tit. 26.* aut si in ecclesiam fieret alienatio. *Fel. in c. quia in ecclesiarum, col. 4. versic. 4. limita. de const. Alex. consil. 6. vol. 5. Boer. in §. 2. de consuetud. Biturg.* alioquin necessitas vrgens clienti permittit alienat. onẽ, nec famis illius vt se alat causa, *Bal. in §. 1. qualiter olim feu. alie. poter. disputat hoc Curt. iun. in 4. par. tract. feud. c. ex quib. caus. alie. feud licee. 16. q. nu. 10.* quia aliena res feudi est.

¶ Ex † generali tamẽ consuetudine Galliarũ, res feudales &
5 censuales vendi libere possunt irrequisito domino, saluo tamen iure eius. *Io. Fab. in auth. ingressi, col. vlt. C. de sac. eccl.* Quia feuda sunt redacta ad qualitatem proprij patrimonij in Gallia quoad ius succedendi, vendendi, transferendi, & cedendi, *d. Faber in §. 1. de emti. & vend. ap. Iullian. & in fin. tit. de leg. patro. tut. Guid Pap. decis. 59. & 297. Iacob. de bello visu. in rub. in quibus caus. feud. amitt.* Nec consuetudines feudorum, quæ continent prohibitionem alienationis ciuãdæ sunt in Gallia secundum Petrum Iacobi, *titul. de success. feu. col. 1. Vers. modo in Sũma.* Quamobrẽ & recepta est cẽtẽria hanc licentiã disponendi ex arbitrio vasalli de feudo, locũ habere in feudo ab ecclesia habito, dũmodo salui ius sit ecclesiæ, puta dummodo laudemia & alia cõmoda ei nõ adimantur, *Bal. in §. preterea ducatus, de prohib. feu. aliẽ. per Feder. Ioan. Fab. in §. istẽ Sermana, col. 12. versi. quid de ipso feudo, de actio. Iason, in prel. feudo. col. 2. vers. an autẽ illa constitutiones.* Sẽper tamen, vt non semel monuimus, excipimus consuetudines locales, si quæ prohibeant alienationem: Item & pacta in lege traditionis feudi apposita. Nam hæc in primis sequi oportet in locis & inter personas, in quib. ita disponitur & statuitur, *Hostien. in Sũma de feud. §. apud quem, versic. fin.* ¶ Iure † tamẽ adhuc communi feudorũ vasallus 6
mediam partẽ feudi poterat alienare sine domini volũtate, non amplius: idque per contractum libellarium, *§ 1. de alien. feu. lib. 1. Feud. tit. 13. §. fin. apud quem vel quos controu. feu. definia. lib. 1. Feud. tit. 18. c fin. de feud. sine culp. non amitten.* quod reuocatũ est ex constitutionibus nouis, *§. 1. qual. olim feu. alie. pot. lib. 2. Feud. tit. 19. § illud autẽ quæ fuit prz. can. benef. amit. lib. 2. tit. 24. & tit. de prohib. alie. feu. per Lothar. & proh. als feu per Fed.* Aliæ & his cõsuetudines locales in 7
Gallia derogãt, vt dixi. ¶ Sed † nec iure illo feudorũ, permutationes feudi vasallo inuito domino permissę, quia domin⁹ direct⁹ in eo contẽnitur, *sic Aluar. in c. imperialẽ de proh. ali. per Fed. & ibi Iac. de Ardizo, & Spec. tit. de feu. §. quoniã, ver. 32.* Quãuis res ecclesię, quæ inalienabiles sunt, possint recte cum aliis permutari, *l. sed & permutare, cum auth. seq. C. de sacros. eccl.* nempe, quia alij directũ non habent dominium. ¶ Quod † autem ad pignus iudiciale pertinet, 8
nec feuda eius nomine capi placuit, nisi deficientibus aliis vasalli bonis, & ratione tantum fructuũ à creditore percipiendorum, feudo integro domino reseruato, *Aluar. in d. §. 1. de prohib. feu. alie. per Fede. argum. l. alienationes, & l. cum putarem. famil. ercis. c. P. & l. cum postularem. de dam. infect. in fin.*

¶ Neque † aliquod onus, vel seruitus in præiudicium domini- 9
ci iuris imponi possunt: & quamuis imposita teneant pendente possessione vasalli, tamen eius iure resoluto, redeunte feudo ad dominum iure domini resoluuntur & euanescunt, *§. quid ergo, de muest. de re alie. facl. c. 1. § rursus, de contr. muest. l. lex vectigali, de pignor. P.* quãuis si ad dominum alio titulo priuato, vt donatione vasalli, redeat, sustineantur, *l. cũ à matre. C. de rei vind. l. ex qua persona, de reg iur. P. Petrus Iacob. de actio. qua dant. pro re qua cadit in commis.* Item vsum fructum quoque vasallus recte alienat, quia fructus illi, feudum non sunt, *l. in ædibus, §. 1. de donat. P.* in sui præiudicium tamen, non domini, *Asuar. in d. c. imperialẽ, Ioan. Raynald. & gl. in §. preterea. de capitul. Corrad.* negãt. sed distinguo vt *in seruitute, & Curt. in 4. part. tractat. de feu. tit. ex quib. caus. feud. amit. nu 15. q. nu. 106.* Fructuum commoditates, & vasallum aliena.e ad tempus *facit in argumentum l. 1. C. si pignus pignori dat. sit. probat Bald. in c. 1. §. aut si libellario, quib. mod. feu. amit.* vnde & propter talem alienationẽ feudum nõ dicitur apertũ domino, vt ait Aluarot. *in c. 1. § fin. qua fuit prim. caus. benef. amit. conclus. 31. Zasius tit. de feud. part. 10. de feudi amissio.* Andreas Pannoniæ rex fidei violatæ postulatus est apud Honorium 3. pont. summ. quod neglecto iureiurando dominica prædia alienasset, *capit. intellecto, de iureiur.*

De Acquisitione feudi per successionem defuncti. Cap. 18.

1 *De Feudo, an vasallus testari possit etiam pro anima, & quando in quinq; casibus pro anima restetur iure communis feudorum.*
2 *Feudo legato ecclesiæ vel alijs manibus mortuis, heres tenetur ius morticinij suis expensis à rege impetrare.*
3 *In quibus caussis possit vasallus de iure communi feudorum de feudo testari.*
4 *Quæstio num feudum quod est ad filios peruenturum, possit vni filiorum per patrem prælegari.*
5 *Feudum quando veniat in restitutionem fideicommissi quo gratiatur filius.*
6 Feudum quando impetretur in legitimam.
7 *In feudo quomodo succedatur ab intestato per plures.*
8 Droit d'aisnee ou d'aisnesse. *quid sit, & quantum primogenitura iure apud vnum primogenitum ex filiis succedentibus ab intestato remaneat.*
9 Cheze *præcipuum primogeniti quid.*

QVomodo † feudum successione ab intestato quæratur, par- 1
tim in personarum qualitate dictum est: reliqua ex sequentibus, & ex testamentaria successione constabunt. Regulam itaque constituunt iura feudalia generalem, vasallum non posse de feudo testari, etiam per omnia, *hoc consuetudine fere Galliæ totius & feudorum receptum. In Gallia. par coustume du Maine, tit. des succes. artic. 237. Orleans, titul. de dona. testament. artic. 14. & titu. des successions,*

Digitized by Google

ceſſions art.265. Pariſ.titul. de ſucceſſ.art.120. Blois eod.titul.artic.237. Charlos eod. tit.art.95. Borbonnois eod.titu. art.324. Auuergne eod. tit.art.53. Poitou,titul.de teſtamentz. art.208. Anglomois,eod.titul.art. 114. Tourene,tit.de ſucceſsions entre nobles,art.1. iure autem conſuetudinum feudorum id ipſum receptum eſt, vt in c.1 de ſucceſſ.feu. c. 1.§. donare,qual.olim feu.alie.pot. Soc.conſil.191.incip.adſit,3. col. in 1.part.examinat per plures ratio.in Viramque ſententiam Franc. Curtius Iunior in 4.part.tract.feu.ex quib. cau.feu.amit.q. 31.nu.125 & ſeq. Et idcirco eo iure palam eſt, non poſſe acquiri ex teſtamẽto vaſalli feudum. Excipiunt quinque caſus, quibus diſponit pro anima, *Curtius vbi ſupra,& Hoſtien.in Sum.de immunita.eccleſ.§.in quantum,7. col.verſic.ſed nec illa immunitas.* Primo, ſi feudum ſit perpetuum, & per aliũ ſeruitium præſtari poſſit, *prad.proxime cita. interp.& Felin.in c.quæ in eccleſiarum.pr.char.de conſtit.2.* ſi feudum liberum ſit & francum, *Bald.in c.inter dilectos,4.col de fid.inſtrum.3.* ſi feudum cum vaſallo ad eccleſiam veniat, vt ea vtatur pendẽte eius vita, *Innocent & alij interp.in c.in præſentia,de probat. ap.Gregor.4.* ſi habens feudum ab eccleſia in aliam eccleſiam trãsferre velit, *Felin. in d. c quæ in eccleſiarum.5.* vt ſi legatum feudi factum non valeat, tamen in hoc operetur, vt in hoc eccleſia recipiat æſtimationem, *Curtius, vbi ſupra,& Specul.tit.de loca.§.nũc aliqua,verſ.27.*

2 *facit l filiusfa.117 §.ſed ſi quid alicui,de leg.1.* ¶ Addere † licet, quod in legatis feudis eccleſiæ vel aliis perſonis manuũ mortuarum, puta xenodochiis, capitulis, collegiis, & ſimilibus, heres defuncti tenetur ſuis impenſis ius morticinij à rege impetrare, vt arreſto Pariſienſi deciſum eſt anno 1558. 22. Martij pro adminiſtratoribus prochotrophij ſanctiſſimæ Trinitatis Lutetiæ, cõtra dominam Mariam de Briconeto in feudo de *l'hiemolle.* Idque iuſtis rationibus, quas refert Ægidius Magiſter, *in deciſio. tracta. des a-*

3 *mortiſſ.cap.7.* apud quẽ videto. ¶ Placuit † etiã interpretibus iure feudorũ admitti teſtamenta de feudo vaſallorũ, certis de cauſſis: 1. ſi dominus viuẽte vel mortuo vaſallo ratum haberet teſtamentum, valebit namque in præiudicium domini ratum habẽtis, *arg. l. fin.C. ad Macedo. Bal.in d.c.1.§. donare. qualiter olim feud. alie.pote.* at ſi paternum vel antiquum feudum, conſenſus hic nõ præiudicat proximis, niſi & illorum accedat conſenſus, *§.1. de feu.pater.Marti.Lauden.in d.§.donare.* Et idipſum 2. verũ putatur, ſi præſentibus & non reclamantibus, *vide Bald.& alios, in l qua dotis,ſol.mat.* iiſdem perſonis fiat teſtamentum. Probatur & 3. teſtamentum, in quo relinquitur feudum filio, vel agnato, ad quẽ aliter etiam eſſet peruenturum, *Ioan. Rayn.in §.habito, de prohib. feu.alien.per Federic.21.col.facit tex.§.1.de alie. feu.pater.* Item 4. ſi feudum conceſſum vaſallo pro ſe & pro quibuſcunque heredibus ſuis, *Bald.in l.1.& 2.de prohib.alien. feud.per Feder Bald.in l.1. de rer.dimi.c.1 de feu.non hab.prop.nat. Alex.in l.quadam, §.nihil, de eden. late Curt.vbi ſupra.* & ita legatarius eius pro herede habetur, *l.in tempus,§.1.de vſucap.* Licet ex conſuetudine Biturigum, *in conſuet.Bitur.tit.de teſtam.§.1.* & Burgundiæ, *in conſuet.Burg.tit. des ſucceſsions,§.4.* in Gallia de feudo teſtari.

4 ¶ Ceterum † quando receptum eſt, vaſallum non poſſe teſtari de feudo, ardua valde & quotidiana inſurgit quæſtio, & à pluribus varie agitata, quorũ ſententias adfert & explicat Franciſcus Curtius, *vt ſupra*, num pater poſſit in teſtamento vni filiorum, qui ad feudum veniunt, totum feudum prælegare. Quidam *And.de Iſer. Aluar.in §.1.de ſucceſsio. feud. & alij inibi*, recte negare videntur, quod pater hoc modo contra prohibitionem diſponeret, & prouidentia legalis vtroſque vocet æqualiter, quę infringi ab homine nequit, *l ſi arrogator.de adop. P.* Potiſſimum cum ius patris morte finiatur, *l.vxor patrui, C.de leg.1. l. ſtipulatio iſta, §.ſi quis ita, de ver.obl.* Atque cum ex ſtipulatione paterna ius quæſitum ſit filio, *l.quod dicitur.eod.* alia diſpoſitione patris auferri non eſt receptum, *l.ſi poſt mortem,§. fin. de bon.poſſ.contr.tab.l. inſulam, §.fin.ſol.matr.in P.* niſi conſentiant quorum intereſt, vel ratum habeant. Sunt illis aliæ rationes omiſſæ. Quemadmodum qui contrariam ſequuntur viã, *vt Paul.Caſt.conſil.165.incip.in cauſſa.* pluribus eam firmant, voluntq; poſſe vaſallũ diſponere teſtamẽto, vt primogenitus ſuccedat tantũ in feudo. Citant *l.2. C.de ſecund.nupt.* Itẽ 2. quod ius patronatus, quod ad omnes liberos ab inteſtato pertinet, *l, vt inrriſurandi.§ ſi liberi.de oper libe.* poſſit vni ex liberis aſſignari, *l.1.de aſſig.libert.in P.* Tũ etiã 3 quod rogatus aliquid familiæ relinquere, poteſt vnũ ex familia eligere, *l.Gnũ ex familia,in princ.de legat.2 l.filiusfam.§.pen.de lega.1.l.cum plures, de leg.3.* poteſt addi argumentũ emphyteuſis receptæ pro ſe & heredibus filiis, quæ vni ſoli relinqui poteſt. *Speculat.tit.de locato.§. nũc vero aliqua,verſ.78.* At in tã varia quæſtione vallata tãtis propugnaculis vtrinque, Curtius ſequitur diſtinctionem Franciſci Aretini, *Franc.Curt.in l.apud Iulianum, §.ſi quid alicui, de legat.1.* atque duobus axiomatibus reſoluit. Primum, quando filij ſuccedunt in iſtis iuribus feudi ex mero iure concedentis, quia pater nihil dedit de ſuo pro eis obtinendis, tũc filij dicantur venire ex mortis cauſſa capione ſecundum Bart. *in l.ſi nubi & Titio, de Ver. oblig.& in l.mortis cauſſa capitur, de donat.cau.mort.in P. adde Bal.in l.1.in fin.per quas perſo.nob.acquir.* Vnde ſequitur quod dum nihil habeant à patre, ius quod habent ex perſona alterius, pater non poſſit illis auferre. Quare ſi pro feudo pater pecuniam nõ dedit, pater alteri ex filiis non poterit prælegare. Alterum eſt, ſi pater accipiẽs feudũ vel emphyteoſin pro ſe & filiis, aliquid exponit de proprio, tunc filij videntur habere feudum vel emphyteuſin ex tacita donatione paterna: & tunc diſtinguendũ, an filij eſſent ſui iuris tempore mortis, vel non: vt ſi non ſint, videatur renouata donatio per tale prælegatũ: ſi autem ſint ſui iuris, ſaltẽ tempore mortis, hic caſus pendeat ab his quæ ponũt Bartol. & Modern. *in l qui Roma,§.Flauius, de verb.oblig.* Vide cetera apud Curtium, qui ſingulariter addit, quod quando feudum ſuſceptũ eſt pro ſe, filiis, & heredibus, id eſt, quando feudum eſt hereditarium, procul dubio tenendum eſt patrem poſſe vni filio prælegare, cũ in tali feudo nemo alius poſſit ſuccedere, quam is qui heres eius ſit qui acquiſiuit, & ideo factum eius non poteſt impugnari, *l cum à matre, C. de rei vindic. & hoc eſt quod voluit Bart. in l.vt inriſiurandi, §.ſi liberi, de oper. liber.* Et in hoc feudo hereditario, factum patris præiudicat filio, *Alex.conſ.124.circa medium.*

¶ Hinc † fit, vt ſi pater alterum grauauerit, vel omnes onere § fideicõmiſſi, teſtamento feudum hereditarium veniat in reſtitutionem fideicõmiſſi: non hereditarium autem ſuſceptum pro ſe & filiis tantum, non vtique, niſi fideicõmiſſarius ſit de deſcendentibus capacibus ad ſucceſſionem feudi, *tractant hanc q. Bart: Alex & alij, in l.ſi patroni, ad Treb.in P. Alexand.in conſil.29.5. vol.*

¶ Placuit † etiam feudum impũtari in legitimam regulariter, dũ 6 modo ipſum feudum proueniat ab ipſo teſtatore: ſecus, ſi proueniat ab illo aſcendente, *Alex in d.l. ſi patroni. Curt. in 4. part. tract.feud.ex quibus cauſ.feu.amit.num.134.*

¶ Quando † ab inteſtato feudum ſua natura eſt indiuiduũ, vt 7 regnum, comitatus, marchionatus, baronia, & ſimilia inter plures fratres dat ius ſuccedendi: diſtinguendum eſt ſecundum cõſuetudines locales, quarum illa æquiſſima videtur, *in conſuet.Tour.comme baronie doit eſtre deſpartie, art.1.& 2. Andium tit. des partages, arti.278.* ¶ Per † quam ſi bona alia, quam feudalia ſint bonis § defuncti, apud primogenitum iure primogenituræ, quod vocãt *droit d'aiſneſſe*, aut *d'aiſnee*, feudum integre remanet cum ſuis in-ribus, nec diuiditur, dũmodo aliis æquam portionem illius feudi ex aliis hereditariis bonis ſuppleat. Quod ſi nihil ſit, ex quo ſuppleri pars poſſit, tũc diuidẽtur res feudi per manus primogeniti, qui ſibi iura primogenituræ retinet, ſatisfacto tamẽ pro illis ex aliis bonis fratribus. ¶ Iura † autem illa ſunt, caſtrum præci- 9 puum feudi, cum concepto eius & iure excubiarum, vocãt *droict de guet*, vnum hominiũ ſeu fides vaſalli alicuius, ius patrimonij facultas dandi eleemoſynarias, leproſarias, & quod dicũt, *le Cheze*, nempe quatuor aripenta terræ circum caſtrum extra foſſas eius, & vallum: dummodo intra ſepta eius menſuræ non ſit ciuitas, piſtrinum, aut clibanum, ſeu furnus, bannaria: hæc enim diuidenda ſunt familiæ erciſcundæ iudicio, vt reliqua: pro his tamen aripentis terræ, iuxta prędicta loca proximiora totidẽ accipiet. In aliis autem feudis eadem fere iura primogenito competunt, ſed non tam ampla: nam competit quidem & domus præcipua, nomen & inſignia feudi, & ſeptum & hominiũ ſelectum vnum, verum pro iure illo *le Cheze*, ſi ſeptum non ſit, vnum tantum aripentum terræ competit, & vt dicunt, volatus Gallinacij; vel *le vol d'vn chapon. Couſtume de Tureine tit. de ſucceſſiõ des nobles; art.3. Maine, eod.tit.art.238.& 239.& 252. Pariſ.tit. de matie.feod. art. 8. Charolois, tit. des fiefz. Art.4. Bombon.tit.de ſucceſſ. artic.301. 302.& 304. Auuernia eod.tit.art.51.* Sed in hoc etiam variant, & proindẽ conſuetudines ipſæ ſunt conſulendæ.

De Cauſſis, cur beneficia feudalia conceſſa ſunt; & Exſtinctione, vel Reuocatione beneficij. Cap. 19.

1 *Res omnis iiſdem ſoluitur, quibus inducta eſt cauſſis.*
2 *Finis conceſſionis feudi amicitia, & quædam ex fide neceſſitudo.*
3 *Ideo ingratitudo beneficij amittendi cauſſa.*
4 *Ingratitudo & domino erga vaſallum eſt.*
5 *Feudo priuatur Vaſallus ſi Vocatus non veniat, & fidem non præſtet.*
6 *Vaſallus vt priuetur feudo ob non Seruitium exhibitum, interpellari debet.*
7 *Vaſallus in bello dominum non iuuans, vel ſi deſerit pugnantem; feudo priuatur.*
8 *Vaſallus in omni bello iuſto & iniuſto, an iuuare debeat dominum.*
9 *Vaſallus quo bello, & quatenus teneatur ſequi dominum: & ibi quæſtiones plures de non iuuato domino in bello remiſſiue.*
10 *Feudo priuatur qui non defendit dominum conſilio vel auxilio.*
11 *Bannum & Heribannum quid Vocetur in Gallia.*
12 *Feuda franca à banno libera.*
13 *Feudo priuatur vaſallus, qui beneficij patronum fuerit aggreſſus, vel dominium eius, vel ſi inſidias ei molitus.*
14 *Feudum amittit vaſallus, deferendo dominum, & Conſilium detegendo.*
15 *Item ſi teſtimonium ſponte in dominum dixit.*
16 *Si aduocatus contra patronum ſit.*
17 *Vaſallus male iudicans contra dominum, quando feudo priuetur.*
18 *Adulterans Vxorem domini ſui, vel rem habens cum certis perſonis aliis eius domus priuatur feudo. Item ſi pater cum vxore domini ſui Ludens, &c.*

Digitized by Google

19 *Etiam si uxor domini sit vidua vel sponsa eidem in eius Pedissequa, etiam si prædicta persona essent publicæ meretrices: Quid de Concubina domini, remissiue.*

20 *Si so Supponat uxor domini vasallo in lecto eius, feudum non amittit.*

21 *Ingratitudinis caussa, quibus amitti potest feudum ex aliis capitulis, quando et quando alteri possint.*

22 *Inficiatione domini ex certa scientia feudum amittitur, non si ignoranti.*

23 *Vendens feudum sine voluntate domini, quando feudo priuetur.*

24 *Dominus iniustos vasallos in alio iure feudorum non potest alienare.*

25 *Extinguuntur aliqua feuda annonaria, Inopia domini.*

26 *Vasallus tenetur Alere dominum inopem.*

27 *Beneficium seu feudum Insolenter tractans, feudo priuatur, si monitus non resipiscat.*

28 *Promissio beneficij seu feudi antequam domino competas, quando extinguatur.*

29 *Feudo debito priuatur, qui permisit alium de eo inuestiri.*

30 *Feudum etiam amittitur Repudiatione, vel Refutatione.*

31 *Feudum quoque extinguitur si res data sit aliena, & vasallo tenetur dominus de euictione.*

32 *Item si vasallus non potest Officia vasallitica præstare.*

33 *Et per Renuntiationem in manus domini.*

OMnis † res per quascunq; causſas nascitur: per easdem scilicet contrarias, dissoluitur, *c. 1. de regul. iur. ap. Greg. & l. nihil tã naturale, eo. in P.* ¶ Summa † totius intentionis est beneficiariæ concessionis beneuolentia, vt necessitudo coniungatur dantis & accipientis: cuius vinculum fides beneuola, & repensio beneficij, ad quam naturaliter tenemur, *l. sed et si lege, §. consulunt, de petit. hered. P. l. Attilius Regulus, de donat. in P. l. si pignore, de fur. in P.* Amicitiæ huius fides, in re & consilio consistit: proinde cũ fundamenta hæc fidei & bases corruerint, sat scio neminem inficias iturum, beneficiariam causſam corruere oportere destitutã sua substantia. Sic enim in finitione diximus feudi, amore, non pecuniæ causſa feudum constitui, *c. 1. de feud. dato in Vicem legis commissio.* Nam amicitia quæ beneuolentia est, & voluntas erga aliquem rerum bonarum, illius ipsius causſa quem diligit, cum pari eius voluntate, *Cicero de inuentio.* Et amor, ex quo amicitia est nominata, princeps est ad beneuolentiam coniungendam, *Cicero de amicit.* ¶ Hæc † prouocat patronorum munificentiam in beneficiarios, quam si cliens aut contempserit, aut ingratus ei fuerit, vt indignum beneficio spoliandum optimis rationibus consuetudines feudorum existimarunt. Atque ne posthac litium esset seges incerta, præscripserunt causſas, quæ muneris beneficiarij sunt, à quibus declinans, & delirans dolo malo cliens, à beneficio caderet, & † sine culpa non priuaretur, *c. 1. de feud. sine cul. non amit. libr. 1. feud. tit. 21. §. 1. de natur feu. eo. lib. 1. tit. 7. c. 3. quo tempo. mil. inuest. per. debe. c. 2. de constit. ap. Grego.* ἀναγκαῖαι causſas exprimendo, quæ torquẽtur etiam in dominos, qui fidelibus suis vices reddere tenentur: alioquin & isti quoque infidi, *c. de forma, 22. q. 5.* Sic enim gratiæ tres vel charites inter se implexæ sunt, vt gratia perpetuo volumine & circuitu gratiam pariat. ¶ Primũ † itaque feudo vasallus priuatur, si vocatus legitime & cũ potest, non seruiat. *§. 1. de feud sine cul. non amitt. § sed nõ est alia, quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. § et si vasallus, & § licet vasallus si de feu. def. contro. sit, & c. lib. 2. tit. 16. § fin. de allod. tit. 54.* vel si non fidẽ præstet dominо, *§ si per quos fiat inuest. li. 2. ti. 3. Feu. § est & alia, quæ fuit prim. cau. benef. amit. lib. 2. tit. 24.* secundũ capita traditionis. ¶ Quæ † de dilatione & mora præstãdi iuramentũ fidelitatis, diximus in iuramento fidelitatis, hic repetenda sunt: At in seruitio faciendo mora ante priuationé per interpellationé exigitur, aliter non priuatur feudo, si paratus esset, *in superiorib. iuris. & in §. ad hoc, tit. hic finit. lex & c. lib. 2. ti. 28.* sicuti nec præscribit contra dominũ vllo tẽpore, si dominus nõ egens, eo nõ vsus fuerit: contra si egens non vtatur, vt disputat Felinus, *in c. ad audientiam, nu. 19. de præscrip. & in c. cum acceſſiſſent, 18. col. de conſtit.* ¶ Item † qui dominum in bello non adiuuat, & si eum in bello deserat, non mortuum, nec ad mortem vulneratum, feudo priuatur, *§. 1. quibus mo. feu. amit. lib. 1. Feud. tit. 5. & quib. mo. feu. amit. eod. lib. 1. titul. 17.* Et vt alibi *c. fin. de feu sine culp. non amitten. lib. 1. tit. 21.* dicitur, si in pugna eum dimiserit, & cum eo non laborauerit. Et rursum, *§. item qui dominum, quæ fuit prim. cauſ. benef. amit. libr. 2. Feudor. titul. 24.* qui dominum suum, cum quo ad prælium iuerit, in acie periclitantem dimiserit, beneficio indignum se iudicauit. ¶ Hic † quidam dixerunt & in bello iusto & iniusto vasallum iuuare debere dominum, exceptis casibus, si contra superiorem vel antiquum dominum opem postularet, vel extra communionem ecclesiæ esset dominus: quia tunc ipso iure soluuntur clientes à sacramento fidelitatis dominorũ, donec redeant in gratiã ecclesiæ & principis vel antiquioris patroni, si feudũ non sit ligium. Quod & æquum est & sanctissimum, sicuti & probarẽ in omni alia causſa vasallum teneri defendere dominum, sed non iniuste manifeste pugnantem, aliũve inuadere cogendum, *de his, in §. 1. hoc finit. lex, & c. lib. 2. Feu. tit. 28.* Sic forma fidelitatis habet promissionem iuuandi dominum contra omnem hominem, filium, fratrem, patrem, excepto rege vel imperatore, *§. 1. de. non. for. fidel. lib. 2. Feud. tit. 7.* excepto quoque domino antiquiore, *§ contra omnes sic: hic finitur lex.* Sic pulcrè exstat constitutio Federici in hæc verba, *præcipimus, vt si vasallus de feudo suo alium vasallũ habuerit, & vasallus vasalli dominũ domini sui offenderit, nisi proseruitio alterius domini sui hoc fecerit, quem sine fraude ante habuerit, feudo suo priuetur, & ad dominum suum, a quo ipse tenebat, reuertatur, in §. illud quoque. de prohib. alien. feud. per Federic. lib. 2. tit. 56. nisi &c.* Sanctior autem illa opinio mihi videtur, quæ tradit, *Iacobus de bello viſu. & Andr. de Iſern. in §. 1. quibus mo. feu. amit.* vasallos non teneri iuuare dominos siue defendendo vel inuadendo in bello iniusto, quia non dicatur opem ferre, qui ad nocendum adiuuat, *can si rex, 24. q. 7. gl. in c. de forma, 22 q. 5.* ¶ Bellum † porro iniustum dicitur quinque modis, *gl. in §. ex his, 23. q. 1. notat. in l. ex hoc iure. de iuſtit. & iure.* Nec tenebitur tamen vasallus sequi dominum pro bello particulari eius vel alterius particularis extra prouinciam, nisi pro defensione regni, ad depellendos hostes eundũ sit, dũ vitandus est ingressus hostis, *Ioan. de Iſern. in c. 1. §. ſed nec iuſtior, quæ fuit prim. cauſ. bene. amit. Alua. in §. 1. quib. mo. feu. amit.* In hoc capite plures disputat quæstiones Curtius, quas video, *Curt. in 4. par. trac. ex quib. cauſ. feu. amit. uſq; ad 21. nu.* vtrum contra se iuuare teneatur dominum, num primo iuuans, postea deserens, priuetur feudo, an inhabilis bello teneatur iuuare, num si dimisit dominum putans mortifere vulneratũ, si honesta de causſa relinquat, si dimissio domino non noceat, si duo fratres vasalli in prælio sint, & vnus relinquat dominũ, alius remaneat, nũ priuentur relinquens. § Proxima † est reprehensio præcedenti, non defendisse dominum: quod dominum à morte si posset, non liberauerit. Et ideo tunc quoque feudo priuatur, *§. fin. de alien. feud. pater. in 2. tit. 39. Obi gloſ. explicat, ſi ſine ſua vita periculo.* pura, quia non detexit insidias domino factas, prehensionem decretam, vel magnam iacturam patrimonij imminentem, & in similibus opem suam non obiecit, *§. præterea, quæ fuit prim. cauſ. ben ami.* Debet in omnibus fidelitatis capitulis vasallus auxilium & consilium domino, neque sufficit ei abstinere à malo, nisi & quod bonum est faciat, *§. 1. de for. fidel. lib. 2. Feud. titul. 6. can. de forma, 22. quæſt. 5.* Ex superioribus itaque constat, moram & culpã in salute & defensione domini nocere: moram autem culpam interpellatione fieri, *§. 1. de feu ſine culp. non amit. §. ſed non eſt alia, quæ fuit prima cauſ. benef. amit. cum ſimilib.* si vocatus eius rei gratia à domino, vel si, cum scire posset vocari, non adfuit, *l. quod ſi, ſi cert. pet. in P. l. mora. de uſur. P. l. ſi ex legatis cauſ. de verbor. oblig. P.* Proinde in Gallia dum obsequia & seruitia à clientibus per regẽ desiderantur, conuocantur per bannum & heribannum. ¶ Bannum † Franci dicebant vocationem. *Heribannum* autem inde constat componi, vel à voce Germanica *Heer*, id est, exercitus, vt cum delectus indictus exercitus edicitur, vocari dicantur omnes vasalli ad exercitum, vt veniant, vel vicarium mittant, vel certũ æs ad ærarium deferant: vel si mauis coniungere Græcam dictionem, dices ban, à *Bãn* omne, quod omnis exercitus vocetur, vnde & dicimus pistrinum bannarium, & clibanum bannarium, id est, omnibus certi loci hominibus communiter, inseruiens, vnde & vox erit Gallica *Rirreban.* ¶ Ab † hocque obsequio quædam feuda liberantur: qualia feuda aliquorum ciuium, qui ex diplomate regio ciuitatis certæ obsequio mancipantur talia etiam & feuda franca & libera. ¶ Tertio † loco multo magis erit puniendus ademtione feudi, qui non solum beneficium non defenderit, sed eũ aggressus fuerit, vel castrum domini, sciens maxime ibi eũ esse vel dominam, *§ similiter, quib. mo. feud. amit. li. 1. tit. 5. §. 1. quib. mo. feu. amit. tit. 17.* quamuis etsi nesciat, eo ipso quod castrum domini violat, priuandus sit feudo, *gloſ. in d. §. ſimiliter, & in §. porro, quæ fuit prim. cauſ. benef. amit.* Hicque proditionis crimen est, perfidiaq; maxima, quæ etiam alia pœna vindicanda est: ceterum nunc tãtum de feudi amissione agimus. In istis violantur sacramenti fidelitatis præstitæ duo capita, tutum & incolume, damnũ corpori, & damnũ castro inferendo, *§. 1. de for. fidelit. lib. 2. Feud. titud. 6.* Cum domus vnicuique tutissimum debeat esse refugium, *l. plerique, 18. de in ius vo. lib. 2. P. tit. 4. & l. qui in domum alienam, de iniu. in P. l. ſi eum, in fi. de fideicom. libert in P.* Idipsum intellige, si impias manus in dominum intulerit, vel vitæ insidiatus fuerit veneno, vel gladio, vel aliter, *§. porro quæ fuit prim. cauſ. benef. amit.* Si tamen voluit dominum offendere, nec tamen insidiatus fuerit, feudo nõ priuatur. *§ ſi voluer. de capita. qui cur. vend. lib. 2. Feud. tit. 51.* Ac si fratrem suum occiderit, vel nepotem fratris filium, feudo priuatur, *§. ſimiliter quib. mo. f. u. amit. lib. 1. Feud. tit. 3. §. denique, quæ fuit prim. cauſ.* non item si fratrem domini sui, *§. 1. an ille qui interf. fratrem domi. ſui, & c. lib. 2. Feu. tit 37.* grauius enim scelus est prodere proprium sanguinem, & parricidium homicidio alterius hominis, vt docemus alibi in crimine de sicariis. Sed & singulare est, etiam eum qui repudiauit feudum, & ad obsequia non tenetur, tamen ob memoriam pristinæ amicitiæ offerdere non debere dominum antiquum. *§. fin. de Vaſal. qui con. conſtit. Lothar. re. Feud. alie. lib. 1. Feud. tit. 38.* ¶ Quarto † loco & lædit tutum, & feudum amittit vasallus, dominum deferendo vel consilium eius sciẽter, id est, dolo malo detegendo, quod detectum nocet, *d. §. 1. de for. fidelit. in 6. lib. 2. §. 1. quib. mo. feu. amit. lib. 1. tit. 17. §. item ſi delator. quæ fuit prim. cauſ. benef. amit.* Sic enim exosos huiusmodi delatores leges habent familiares & domesticos: vt statim à limine iudicij illorum voces funestas silere, gladio vltore iubeant, *leg. ſi quis ex familia-*

Digitized by Google

familiaribus qui accu. non poſſ. C. Et eos qui proditores dominorũ ſunt reiiciunt cum indignatione, *l. fin. de delato. lib. 10. C.* niſi delatio ſit criminis proditionis maieſtatis, *gl. in d. §. item ſi delator, per §. cauſ. vt cum de appel. cog. in Auth.* vel ſuam proſequantur iniuriam: de ſuorum iniuria non idem, quia polliciti ſunt vaſalli cõtra omnes fidem, *in §. contra omnes, in c. finitur lex, &c.* vel niſi minores eſſent eiuſq; ætatis vaſalli, quæ ventam mereatur, *Aluarot. Iacob. de Ardizo, in d. §. item ſi delator.* ¶ Simili † ademtione caſtigatur qui ſubiecit accuſatorem vaſallus, vel teſtimoniũ duxit aduerſus dominum ſponte, ac qui detulit: non ſi coactus à iudice, *gl. in d. §. item ſi delator. facit l. poſt legatum, §. ius vero, & ibi. Accurſ. de in quibus &c indig. P.* ¶ Eademque † diſtinctio, quæ à teſte facta eſt, in aduocato vaſallo tuenda eſt, vt ſi ſponte contra dominum patrocinium exhibuerit, feudo priuetur, *glo. in d. §. item ſi delator. & ibi Aluarot. & Iacob. de bello viſu, l. fin. P. de inoffic. teſtam.* quia conſilium pollicitus eſt domino in iuramento fidelitatis, & turũ & vtile. *tit. de form. fidelit. & tit. de non. form. fidelit. melius in §. preterea. qua fuit prima cauſſa benef. amitt.* In quo differt à liberto, qui nõ pollicetur in manumiſſione patrono: & ideo aduocatione impune contra illum fungitur, *l. qui cum mater, §. ſi patronus, de bon. lib. 11. in P.* Cõtra, ſi coactus neceſſitate officij contra dominũ poſtulauerit: excuſatur enim, *l. prouidendo, C. de poſtul.* Et ego hanc ſententiam ſequor, quamuis Frãciſcus Curtius iunior ſubſiſtat, *4. part. tract. de feud. cap. ex quib. cauſ. feud. amit. nu. 72.* & deliberandum amplius cenſeat, num ob patrocinium ſpontaneum contra dominum feudo priuetur vaſallus. ¶ Affinis † cauſſa priuationis eſt, ſi vaſallus in cauſſa domini iudicauerit contra dominum, & ex iiſdem actis ſuperior eius ſententiam reſcindat, *gloſſ. in d. §. item ſi delator, per l. poſt legatam, §. quidam. de his quibus indig.* quæ intelligenda ſunt, ſi arguatur præcedens animus in patronum male affectus, vel culpa, quod non conſuluit petitiones: & ſi inde magnum diſpendium domino acciderit, vel ſi criminalis eſſet cauſſa, *Aluarot. in d. §. item ſi delator.*

¶ Accedit † alia cauſſa ingratitudinis grauiſſima, qua priuatur feudo vaſallus delinquẽs cõtra honeſtũ, quod pollicetur in fide, *tit. de for. fidelit.* ſi concubuerit cum vxore domini vel tentauerit concumbere. aut cum ea turpiter luſerit, aut ſi cũ filia aut nepte vel ex filio. aut cum nupta filio, aut cum ſorore domini, ſi iſtæ perſonæ in domo domini maneant. *§. item ſi fidelis. quib. mod. feud. amit. lib 1. tit. 1. & alio, quib. mo. feu. amit. tit. 17 c. ſi. de feud. ſine cul. non amit. lib. 1. tit. 21. §. rurſus. qua fuit prima cau. ben. amit. li. 2. Feu. tit. 24.*

¶ Probat † & defendit perpulcre Franc. Curt. *in 4. part. tractat. de feud. in c. ex quib. cauſ. feu. amit. à nu. 21. per ſeq.* hoc ipſum locum habere in vxore etiam vidua & ſpõſa domini, idẽ in pediſſequa. Et quod valde notabile, etiã ſi præfictæ enumeratæ perſonæ eſſẽt publicæ meretrices. Nam & adhuc vaſallus in reuerentiã & honeſtatẽ domino iuratã, abſtinere debet. Quid autẽ in concubina, tu ipſe apud ipſum videto, ne ſuppilemus ſcrinia illius. ¶ Reum tamen † non putant vel ademtione dignum vaſallum, ſi concubuerit errore ductus cum vxore domini, puta quod illa ſe in lecto vaſalli, pro eius vxore ſe ſubiecerit, *Aluarot. in §. 1. coll. vlt. quib. mo. feu. amit.* ¶ Superioribus † cauſſis ingratitudines ſimiles poſſent cõtingere, quæ nõ fuerũt expreſſæ, quæ tamẽ ad calculũ ademtionis à probo & circumſpecto iudice deduci poſſunt, accurata rerum & perſonarum cõſideratione adhibita ex clauſulis feudorum generalibus, quæ ſuperioribus adiiciuntur, vt priuentur, ſi ſimiles cauſſas vel maiores vaſalli commiſerint, *§. ſed quia naturalem, qua fuit prima cau. benef. amit. lib. 2. tit. 24. §. 1. an quib. cau. feu. amit. lib. 21. Feu. tit. 23. §. fin. quib. mo. feud. amit lib. 1. tit. 17.* Et in ſumma concludunt interpretes, in omnibus cauſſis ingratitudinis, ex quib. iuſta eſt exheredatio, *de quib. in §. cauſſa, vt cum de appel. cog. in auth.* reuocatio donationis, *de quib. in l. fin. C. de reuoc. donatio.* & matrimonij diſſolutio, *de quib. in l. conſenſu, cum §§. de repu.* C. eſſe & feudi amiſſionem. Quod colligunt ex §. prædictis modis, quæ fuit prima cauſ. benefi. amit. & examinat Fran. Curt. quẽ cõſulito, *in 4. part. tractat. de feud. c. ex quib. cauſ. feu. amit. in 38. cau. nu. 77.* ¶ Ad † cauſſas quoque ingratitudinis, quæ feudũ adimunt, pertinet: ſi vaſallus feudũ vel feudi conditionem ex certa ſcientia inficiatur, & propter inficiationem ſit conuentus, nam ſpoliatur ea ignoranti vero ſubuenitur, quia ſi dubitet, dubitanter reſpondere debet, *in §. vaſallus ſi feudum. & in §. vaſallus feudum. ſi de feud. def. fuer. contro. lib. 2. tit. 26. §. fin. de legib. Conrad. lib. 2. Feu. tit. 34.* Ceterum primum cognoſcendum eſt, iurene vel iniuria cliens ſe beneficiarium negauerit, pendẽteque lite ſoluetur clientulo manus in feudum iniectio. Nam placuit ob perfidiam ipſo iure beneficiarium prædium in commiſſum non cadere, niſi cauſſa perfidiæ primum diſcuſſa: & niſi prius ſententia iudicis clientem ſuum patronus expugnauerit. *hoc late explicat Molin. in conſuet. Pariſi. tit. de materia feodal. §. 30. facit gl. in c. imperialem §. callidus. in verbo reuertatur. de prohib. feud. alie. per Feder. & ibi Alua.* ſiue quis beneficiarium ſe negauerit, ſiue per annũ & diem à fide obſequioq; cliens abſtinuerit, vel alio modo feudũ in caduci cauſſam ceciderit, ex qua ob noxam prædium dandũ ſit lege commiſſoria domino. ¶ Iure † quoque feudorũ tacite videtur dominũ offendere, & ideo priuatur feudo, qui ſine eius voluntate vendidit, quod iam explicatum eſt in acquiſitione feudi per ſucceſſionem particularem ex emtione: quin & quando vaſallus feudum alienauit, feudũ eſſe deſinit apud emtorem quoque. *§. feudum ea lege. Ver. quod ſi vaſallus. ſi de feud. def. controuerſi. fuer. &c. lib. 2. tit. 26.* Punitur & tabellio amiſſione officij, & infamia. qui contractum conſcripſit, *§ 1. §. ſi quis vero, de prohib. feu. alien. per Lothar. lib. 2. tit. 32.* & manus abſciſſione, *§. callidus. lib. 2 tit. 55.* ¶ Sicut † dominus, nolentes & inuitos vaſallos iure cõmuni feudorũ, & exceptis cõſuetudinibus priuatis, nõ poteſt in alũ alienare, *§. ex eadem, de capitul. Corcad. & c. imperialem. §. preterea ducatus, de prohi. alien. per Feder gloſ. in l. inuſtus. de fideicom. liber. in P. Hoſtien. Ioan. Andr. & toposſe Felin. in cap. dilecti. de maior. & obedien. apud Gregor.* niſi neceſſitate adigatur ad venditionem. *Bal. in d. cap. dilecti. argum. l. patronatus. & l. medicos. de oper. libert. facit d §. preterea. & §. ex eadem. eod.* Quemadmodum enim intereſt domini, non mutare vaſallos: ita ſubditorum nõ mutare dominos, *Innocent. in cap. audiuit, de præſcrip. apud Gregor.* etiamſi mali ſint qui præſunt, nec peiores eis contingant prioribus, & ne iam ſaturis ex compilationibus bonorum ſubditorum ſubmotis, alij famelici ſuccedant, qui reliqua tollant. Quod indicat apologo Æſopus. *quem refert Ariſtot. lib. 2. Rhetor. ad Theod. cap.* 20. hernacei, qui *μυοφαγος* eſſe volebat vulpi, in quam lapſam in foueã, miſeram, & caninis muſcis repletam, cum incidiſſet hermaceus eius miſertus rogauit, nũ vellet vt ab ea muſcas cuelleret: cumque ipſa negaſſet & miraretur, reſponſum accepit, *iam*, inquit, *ha ſaturæ parum ſanguinis trahunt, quod ſi has tu excuties, fameſcentes venient aliæ, quæ quod mihi ſanguinis reſtat, totum ebibent.*

¶ Aliæ † cauſſæ exſtinctionis feudi extra ingratitudinem ſunt quædam, veluti in feudo de cumera & cauea inopia domini, ob quam annonæ annuæ feudi extinguuntur, ſi dominus ſine periculo egeſtatis non poſſit præſtare *§. 1. de notis feu. li. 2. tit. 58.* prior enim caritas à ſeipſo incipit, *l. præſes prouinciæ C de ſeruitu.* Quod in aliis feudis perpetuis nõ admitto, vtpote dominio vtili in perpetuum in vaſallum tranſlato, in quo non eſt locus pœnitẽtiæ. *§. in primis. in quib. modis feud. amit. §. & quia vidimus. & §. fin. qui feud. dar. poſſ. lib. 1. tit. 1. ti. u. de nat. feud cod. lib. tit. 7. §. 1. de feud. ſine culp. non am t. li. 1. tit. 21 § ſanctimus. quo temp mil. inueſtit. pet. deb. §. ſi facta. ſi de feu. def. contr. fuer. lib. 2. tit. 26.* ¶ Veruntamen † non dubito iure amicitiæ initæ ſacramento hoc vaſallitico, teneri vaſallum ſubuenire etiam de propriis domino in extrema inopia, ſaltem in alimentis: alioquin, ingratum haberi & indignum beneficio. Non enim æquum eſt videre egentem, quem prius habuit in amicum, *§. 1. de not. feu. lib. 2. tit. 58.* ſicut patrono egente tenetur alimenta præbere libertus, *l. 2. de libert & eor. libe. lib. 6. C. tit. 7.* & donatarius, donanti: alioquin & ille libertate, & hic beneficio priuandus. *gloſ. in l. fin. de reuoc. donat. l. ſi quis à liberis. §. alimenta. de liber. agnoſc. P.* Poteſt enim in hoc vitæ domini conſulere, & opem ferre. Ideo non minus, ad alimenta tenetur, quam ad defenſionem & auxilium in bello ex lege fidelitatis, aliter alimenta denegans occidiſſe videtur, *l. necare, de liber. agnoſ. in P. can paſce 88. diſt.* Poterant & olim, vt d xi alibi, feuda gardiæ & gaſtaldiæ, *§. fi. de pign. dat. feu. lib. 1. Feu. tit. 11. §. 1. de feu. gar. lib. 1. tit. 2.* & ſoldatę. *§. 1. & ſi quis dicat. dux march. li. 2. tit. 10.* auferri ex nutu domini, vel poſt tempus, ad quod conceſſa eſſent, quia non erant perpetua. Poterant & minores valuaſſores ex arbitrio aliquando adimere feuda minimis valuaſſoribus, reſtituto tamen pretio, ſi quod accepiſſent, *§. 1 de feud. dat. mino. Valuaſſ. lib 1. tit. 16.* ¶ Sed † & qui aduocatiã ſuã, vel aliquod aliud beneficiũ inſolẽter tractauerit, nec admonitus reſipuerit ab inſolẽtia, beneficio exſuitur, *§. quicunque aduocatiam. de pac tenen. lib. 2. Feu. tit. 27.* ¶ Si † clericus non apertũ feudũ eccleſiæ promittẽs moriatur, antequã ad eũ à poſſidente redeat: vel ſi reuerſũ iam promiſerit, ſed ante inueſtituram factam deceſſerit, cuaneſcit feudi promiſſio: aliud in laico domino, *§. 1. & 2. qui ſucce. feud. dar. teneam. lib. 1 tit. 3. §. 1. qui ſucceſſ. teneam. lib. 1. tit 9. vbi diſtinctio. §. fin. quib. mod. feud. conſtitu. pot. lib. 2. tit. 25. §. moribus. ſi de feu. def. conten ſit tut. dom. &c. §. 1. de cleric. qui inueſt. fec. lib. 2. tit. 58.* ¶ Amittit † quoque feudum qui ipſo iure vocatus ad eius ſucceſſionem, conſenſerit eos inueſtiri, ad quos ſecundum rectum morem non pertinet, nec ad eum repetendum regreſſum habet. *§. preterea, quibus mod. feud. amit. lib. 1. tit. 5. cap. ſi quis, de feud. dat. in vic. l. commi. lib. 1. tit. 27.* Idem ſi poſtquam ſciuit alij datum tacuit per annum, nec conqueſtus eſt, *§. Titium filio. ſi de feud. def. conten. ſit.* ¶ Nam † & expreſſe vaſallus poteſt feudum dimittere, vocant refutare. *§. rurſus. quibus mod. feud. amit. §. 1. de alienat pat. feu. lib. 2. titu. 39. § fin. de vaſ. qui contra conſtitu. Lotha. & c. lib. 2 tit. 38.* & repudiare, *§. 1. an agna. vel fil. def. poſſit retine. feu. repu. here. lib. 2. tit. 45.* niſi in lege beneficiaria cõtrarium iurauerit, *probat late Iacobinus de Sancto Georgio, tractat. de voydis & homag. nu. 42. Bald. in c. qua in eccleſiarum. circa 6. colum. in verbo iuxta præmiſſa quæritur. de conſtitutionibus.* vel ſit ligium, vt alibi monui.

¶ Exſtinguitur † quoq; feudum, ſi res data in feudũ aliena fuerit, & euincatur à domino, cuius nomine patronus vaſallo ignoranter aliena in rem accipienti tenetur, *§. de inueſtitura, de inueſt. in re alie. facl. lib. 2. Feu. tit. 8. §. 1 ſi de feu. vaſ. ab ali interp. fuer. li. 2. tit. 25.* ¶ Itẽ † ſi vaſallus non põt officia vaſallitica ſubire, feudũ amittit, vt ſi clericus, vt alibi diximus, fiat, vel habitũ religionis ſuſcepit. & depoſuit armatã militiam. *§ 1. de vaſſal. mil. qui arma depoſ. lib. 2 Feu. tit. 21. §. qui clericus. ſi de f. u. def controu. ſit, & c. §. ſi de feud. fœm. eo. 2. lib. tit 30.* Si quid commiſerit vt poſtea in curia reſidere

Digitized by Google

non possit ad obsequia exhibenda, §. 1. *an ille qui interf. frat. domin. suus fen. amit. lib. 2. Feu. tit. 37.* Sic de aliis, non enim datur beneficiū, nisi propter officium, quod qui non potest exhibere, amittere debet & beneficium, §. *fin. de Vass. milit. qui arma depos. §. fin. an mutus vel alias imperfect. & c. lib. 2. tit. 36. c. fin. de rescript. in 6. can. eos, can. si quis sacerdotum, 81. dist. c. pastoralis, de appellat. apud Grego. cum similib.* Quamuis in Gallia obsequia præstari possint per vicarium, & ita non priuentur vassalli, nisi si quid aliud, vel crimen, vel culpa,
35 vel locorum consuetudo suadeat. ¶ Amittit † & feudū quis per renuntiationem factam in fauorem alicuius in manibus domini, §. 1. *de Vass. decrep. ass. lib. 2 Feu. tit. 14.*

Anacephalæosis eorum, quæ ingratitudinem excusant vassallorum, & culpabilem & ingratum reddunt dominum.

Cap. 20.

1 *Eadem quæ debet vassallus domino, debet & mutuo dominus Vassallo. Incolume, tutum, honestum facile &c.*
2 *Regula, Felonia eadem qua vassallus priuatur feudo, & redit ad dominum, eadem priuatur dominus proprietate, quæ peruenit ad vassallum.*
3 *Quæstio. num tyrannum principem occidere liceat, & inibi varia sententiæ grauissimorum auctorum.*
4 *Tyrannicidæ quando in præsio, & de necatis & expulsis regno tyranno.*
5 *Tyrannos occidere vel eiicere, nec singulis, nec semper esse concedendum.*
6 *Obediendum etiam discolis principibus.*
7 *Plebs odit principis suos bonos.*
8 *Sponte quidam potestatem regiam abdicantes.*
9 *Tyrannus quis dicatur.*
10 *Tyrannorum facta qua, & regis veri.*
11 *Principi turpia iubenti nō tenentur obedire subditi: uxores subditorum non potest ad commixta vocare sine maritis princeps, &c.*
12 *Princeps ob crimina potestate priuandus, non à quolibet, sed cum consilio, & summo Pontifice consulto.*
13 *Childericus, & inutilis regno, amotus à summo Pontifice Zacharia: Constantinus & Leo ab imperio per Stephanum Papam.*
14 *Plebs & vulgus semper in Principes male suspicatur, ideo vulgus non audiendum.*
15 *Reges Spartiatarum Ephoris subditi.*
16 *Minores valuassores conqueri possunt apud superiores dominos de patrocinorum suorum gubernatione.*
17 *Resolutio quæstionis, num liceat priuatis manus in superiores iniicere.*
18 *Remedia quibus sine sanguine Vassallus potest se liberare à patrono improbo.*
19 *Potest ob acceptam iniuriam, sæuitiam, & ingratitudinem vassallus se liberare ab hominio patroni & fide. Exempla in comite Flandrensi, & heroe Raysia, prouincia Castella.*

1 IAm † superius docuimus, mutuam causam esse fidelitatis patroni & clientis beneficiarij: Sicut enim fidem vasallus seruare debet domino, ita & is vasallo. Et incolume, tutumque, honestū, vtile, facile, possibile, quæ formæ fidelitatis sunt, & debētur à vasallis: debentur quoq; à dominis, §. 1. *de for. fidel. lib. 2. Feud. tit. 6.*
2 *can. de forma, 22. q. 5.* ¶ Proinde † generalis constituta est regula, ex omnibus causis & omni felonia, qua vasallus feudo priuatur, & dominum quoque proprietate priuari, §. 1. *qual. dom. prop. feud. prima. lib. 2. Feud. tit. 47.* quæ ad vasallum pertinet, siue peccauerit in vasallum, siue in alium, §. *domino cōmittēte. si de feud. def. contem. sit, & c. lib. 2. tit. 26.* Arbitror ita consultum esse vasallis, ne manus iniicere etiam in dominos seueros præter modum, factosve tyrannos vindicandæ iniuriæ illatæ causſę audeant.
3 ¶ In † qua quæstione est proprius locus disquisitioni, num tyrannum principem vel dominū occidere vel expellere liceat. In cuius resolutione pernicioſe erratur, & iura diuina & humana leui negotio violari possunt. Baldus disputat, num intolerabiliter opprimentē suos dominum vasalli expellere loco possint: & post multa resoluit, non licere, *Bald. in l. ex hoc iure, de iustit. & iur.* vetū alibi dicit *Bal. in 1. rub. P. vers. quicquid sit.* non teneri illi obedire. Aluarotus à superiori priuari hunc iure suo posse ab Imperatore vel Papa. D. Thomas *in 2. senten. artic. pen.* ait etiam occidi posse & cum merito à subditis: at in concilio Constantinensi, *sessio. 15.* cōdemnata est sententia vt hæretica, quæ dicit, quod quilibet tyrannus potest & debet licite occidi per quemcunque vasallum suum & subditū, etiam per clanculares insidias, & subtiles blanditias vel adulationes, non obstante quocūque iuramento seu confœderatione factis cum eo, non exspectata sententia vel mandato iudicis cuiuscunque. ¶ Proferā † itaque in vtraque sententiā auctores, meā postea subiiciam. Primū satis superque apud antiquos, imo & omnibus seculis tyrannos & subditorum oppressores inuisos & exosos fat scio, & illis magis, quib. libertas gratior exstitit. Et proinde isti summam tyrannicidæ gloriam esse putant. *Beatus*, inquit Cicero, *1. Philipp. nemo, qui ea lege viuit, vt non modo impune, sed etiam cum summa interfectoris gloria occidi possit.* Et rursum Cic. *Philp. 2. hac*, inquit, *non cogitas, nec intelligis satis esse viris fortibus didicisse, quam sit pulcrum, beneficio gratum, fama gloriosum, tyrannum occidere.* Refert Valerius Maximus *lib. 2.* Harmodio & Aristogitoni, qui Athenas liberare tyrannide conati sunt, positas effigies æreas à Xerxe vrbe potito asportatas, longo interuallo Seleucum in pristinam sedem curante reportandas: easque Rhodios vrbi suæ appulsas, in hospitium publicum inuitasse, atque in sacris puluinaribus collocasse. Erat apud Græcos lex, vt tyrannicida præmio, eoque maximo donaretur, pro quo consequendo oratione elegantem edidit Lucianus *Orat. pro tyrannicida.* Nec; etiam satis pretij esse præstitum adhuc putabant ei, à quo necato tyranno foci, fortunæ, liberi, cōiuges, salus ac libertas omnium, postremo ipsæ diuinæ aræ, atque templa redimerentur, *Thomas Morus in orat. Luciani a superiore respondente.* Romulus clientelarum primus Romæ auctor statuit, vt patronus, qui clienti fraudem faceret, sacer esset, *Dion. Halic. lib. 2.* Extriti a Romana republica decemuiri Romæ sibi tyrannidem vsurpantes, *Halic. in 11.* Et Athenis triginta prætores effecti tyranni. primum exsilio multati, deinde trucidati: *Iustinus libro. 5. hist. ex Trogo Pompeio.* Scribit Quintilianus, *lib. 10.* Alceum aureo plectro donatum, quia sit tyrannum insectatus. Itque alibi, *idem Quintil. lib. 7.* legem meminit apud Græcos fuisse, vt tyrannicidæ imago in gymnasio poneretur. Plato tyrannos, vt patricidas ex re publica eliciendos pluribus disputat, *Plato lib. 8. de republ. in fin.* Et plura congerit in tyrānos Xenophon, *in Hierone seu tyranno.* Celebris est memoria Timoleontis Corinthij, quod occiderit Timophanem fratrem natu maiorem, cum ciuitatem tyrannico more gubernaret, multosque ex primoribus ciues inde natos necaret, simul ac adhortatus eum fuisset, sed in vanum, vt mutata animi cupiditate à re cœpta desisteret, ac admissorum in ciues sacinorum emendationem quæreret: quodque persuadere non potuerat, teste Gemisthio Pletho, *lib. 1. de gestis Græcor. post pugnam Mantineam.* Hic etiam Dionysium Siciliæ tyrannum iuniorem, Corinthum priuatum remisit, *eodem Gemisth.* Legimus expulsos regno tyrannos iniuste imperantes, Tarquinium Superbum à Romano, *apud Liuium, Plinium iuniorem, de vir. illustr. Dionys. Halicarnass. & alios* Dionysium, à Siciliæ regno, *Iustin. lib. 21.* Childericum Clodouei patrem, à Francico, *Gregor. Turonen. libro 2. de gest. Francor. cap. 12.* Eorium regem Gotthorum, ab Aluernis, *idem Gregor. Turonen. lib. 2. capitul. 20.* Iussit Deus Iehu filio Iosaphat, vt percuteret Ioram regem, domum Achab tyranni, & vlciscerētur sanguinem seruorum Dei, *4. Reg. 9. 10.* Occisa est interfectrix filiorum regis Athalia à populo iussu Ioiadæ, *4. Reg. cap. 11.* Excusserunt iugum regis Roboam ob eius oppressionem tribus Israelis, *3. Reg. 12.* Et transfert regna Deus ob scelera principum, sicuti & ob peccata populi, *Ecclesiast. cap. decimo. Ægæ cap. secundo.* Sic à principio quidem omnes ciuitates Græciæ sub regibus viuebant, quandiu non barbarica licentia vtebantur, & iuxta patrios mores ac leges iustas regnum exercebant: dumque regnatum est certis conditionibus, vt apud Lacedæmonios. Sed postquam aliquot eorum abuti cæperunt potestate, & in rebus administrandis non tam leges sequi, quam suam voluerunt libidinem, regni tædio magna pars Græciæ mutauit statum publicum, in leges & magistratus translata potestate, qua conseruarentur respublicæ, vt auctor Dionysius Halicarnassæus *lib. 5. antiquit. Roman.*

¶ Ceterum † in diuersam sententiam, & exempla, & rationes quoq; suadent non esse hoc singulis permittendum, nec semper nisi publica sint huiusmodi bene cōsultata decreta: & periculosa & infandissima alioquin ea haberi, & quæ breui omni speciei rerumpublicarum interitū minentur. Dauid noluit mittere manum in Christum domini, in regem Saulem, cum potuit, *1. Reg. 24. & 26.* qui tamē eum iniuste affligebat & prosequebatur, quin imo eum, qui vulneratum etiam volentē necauit, morte puniuit, *1. Reg. 31.* Datan, Core, & Abiron, in principem suum rebelles, viui terra absorpti sunt, exemplari iudicio, *Numer. 16.* ¶ *Non † est potestas nisi à Deo, & qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit: ad Roman. ca. 13.* Et ideo Paulus maledicens iudici, qui contra legem eum percuti permiserat, monitus esse principem, fassus est se peccasse, *quia*, inquit, *scriptum est, principi populi tui non maledices, Actorum 23.* Diuus quoque Petrus iubet nos obedire dominis non tantum bonis, sed etiam discolis, *1. Pet. epist. 1. c. 2.* Et ideo recte olim apud Gallos, de republica non licebat, nisi cum consilio loqui, *Iul. Cæs. lib. 6. belli Gallici.* ¶ Populus † & potissimum qui ex illo impij sunt, impatientes dominationis, quæ eos instruat, sunt & præceps excellenter plebs, quæ motu proprio omnia aggreditur, vt notat in republica Thebeorum Polybius, *lib. 6.* Et oderit dū metuat, *Cic. 1. Offic.* ¶ Vnde † plures grauissimi viri potestatem regiam sponte exstiterunt, alij deponere desiderarunt, si licuisset, vt Timoleus Corinthius Siculorum amore in regem electus, maluit se diligi quam metui: vt cum primū potuit imperium deposuit, priuatusque, Syracusiis, quod reliquum vitæ fuit, vixit, *Æm. Prob.*

Digitized by Google

Prob.in Timoleont. Depoſuit & poteſtatem Sylla, *Appian.lib.de bel.ciuil.* Deponere ſæpe imperium voluit Auguſtus, *Dion Caſſ. lib.52.Zonar.tom.2.in Octauium.* & Æl Pertin. *Iul. Capit.in Ælio Pertinace.Et merito,* inquit Thom.Morus, *lib.1.Vtopiæ.abſtinent ſapientes à regenda republica habentes ſatis, vt quia alienæ ſtultitiæ mederi non poſſunt, ipſi ſaltem ſint in tuto, veluti qui effuſum in plateas populum, cum ab imbribus ad tecta reuocare non poſſunt, conſulte agunt qui ſemet intra tecta continent.* Sunt itaque rationes, quæ in hac quæſtione concurrunt, hiſque aliæ poſſ:: addi plures ſimiles,
9 à quibus abſtineo. ¶ Et, † vt me paucis expediam, quid ſit tyrannus, primum explico. *Tyrannus,* inquit Seneca, *lib.1.de clementia.diſtat à rege factu non nomine, quod olim regum erat. Quid,* inquit Plato, *quoties vir vnus recte ciuitatem inſtituit, quod nomen illi conueniet? nonne tyranni & regis? Plat.in amatoribus, de tyrannide fecit tractatum. Barthol.tractat.& in l decernimus, de ſacroſanct.eccleſ.C.* Et ſæpe pro bono principe apud poetas & oratores Græcos antiques, & pro malo quoque accipitur: ſed apud recentiores de malis plerunque dicitur. Et non tantum de regibus, ſed etiam de aliis, qui male & crudeliter ſubditis imperant. ¶ Tyrannos
10 † itaque principes vocauit Guillelmus Bened. *in repetit.cap.Raynut.ad verba,& vxoru nomine,num.304.* qui ſubditos, vel hoſtium agricolas inuadunt, & fruges perdunt ex Diodoro Siculo *in 3.dū de Iudæorum geſt. agit.* Et tot fere poſſunt eſſe capita tyrannidis, quot ſunt ſpecies oppreſſionis & deprædationis ſubditorū. Nec ſolum rex vel Imperator tyrannus dici iniuſte imperans poteſt, ſed etiam alij qui tyrannice dominantur: ſi tamen plures ſimul dominantur iniuſte, proprie & factionem committere dicuntur, *vide D.Auguſt.lib.2.de ciuit.cap.21.* Feſtus *lib.18.* tyrānum dictum fuiſſe tradit, à Thurrenorum inſigni crudelitate. Facta tyrannorum namque in crudelitate conſiſtunt, ſæuire in ciues, delectari ſonitu catenarum, ſanguinem fundere, adſpectu ſuo terrere ac fugare: vt contra, boni regis & felicitas illius, multis ſalutem dare, & à morte ad vitam reuocare, ciues ſeruare, *Senec.lib.1.de Clementia.in fin.* & vt Claudianus ait, *in 4.Honor.conſulat.*

-Sors iſta tyrannis
Conuenit, inuſa deant claris, forteſque trucident.
Munite gladio vitam, ſeptiue veneno
Anciſpites habeant arces, trepidique timeantur.

Sunt & illi quibus familiare illud abſolute, *ſic volo,* Iuuen.Satyr. *6.ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas.* Mandare monebat Cyrum, Xenophon *lib.1.Cyri pæd.* Regis dominatum eſſe non libidinem, ſed legem: & contra, in tyrannide. Idipſum firmat Plato *in lib.ciuili vel de regno. quando,* inquit, *vnus ſecundum leges dominatur, regem vocamus, non diſtinguentes nomine illum, qui ſcientia ſolus imperat, ab eo, qui opinione ſecūdum leges ſolus etiā dominatur. Et quotes neque ex lege, nec ex more quiſpiam dominatur ſimus latq; ſcire ſe & prater leges hoc ita rectius fieri oportere: ineſt autem libido & ignorantia quædam, quæ ad imitationem huius modi inducit, vir talus tyrannus eſt appellandus.* Philo Iudæus ſubſcribit, & cum eſſe tyrannum, qui quæ vult, ſine ratione exſequitur. *Philo Iud. lib. de confuſ. linguar.* Et, *Philo Iud.lib.2.allegoriarum.* differre à rege, quod hic ius & æquum: ille iniquitatem introducat in rempublicam, tyrannicaq; mandet, infeſta corpori & animæ, maguaſque moleſtias inferentia, vitioſas actiones & voluptates, quæ naſcuntur ex affecti-
11 bus. ¶ In † fidelitate & iure principis intelligiuur exceptum ius etiam honeſtatis, vt eam per poteſtatem violare non liceat. Et ideo, inquit Baldus, ſi princeps inuitat ſeu vocat vxores ſubditorum ad tripudium, non tenentur venire, *Bald. in l. quod ex liberta.de oper.libert.* niſi & mariti vocarentur, vt vxores ſuas comitarentur, vt notat Martinus de Cæſariis, *tract. de princip.nu.16.* Nec principi, qui contra ius naturale iubet, parendum eſt, *can. non licet,* 10. *diſtinct.* Aliter tamen, ſi contra ius tantum poſitiuum, *Bald.in c.cum adeo, de reſcript.* Minus autem, ſi contra ius diuinū imperet, obediendum, cum potius ſit obediendum Deo, quam hominibus, *Act.5.*

12 ¶ Ex † quibus certe vera differentia bonorum & malorum propoſita aperta eſt. Et cum priuati homines digni ſint morte, vel exſilio, ratione criminum: multo magis etiam & principes conſtat ob eadem crimina, mortis eſſe reos. Nec inficiari poteſt, quin ab illis ſaltem adimenda iure non ſit reipub. adminiſtratio, veluti furenti gladius. Et in eo conſentio, at in modo dominos tollendi, non adſtipulor illis, qui permittunt idipſum quibuſlibet. Etenim ſemper ſancta perſona ſemper liberto & ſubdito, & filio, videri debet patroni & patris. *l.liberto, 5. de obſeq. à liber. & l. par.& patr.præſt.lib.37.P.tit.15.* Hæc ſeria ſerio, non à priuatis, ſed ab omnibus ordinibus regni, ſi de rege agatur deponendo, tractanda eſt quæſtio, & ſummus Pontifex conſulendus, *can.duo,*
13 *& cap.imperator, 96.diſtinct.* vt ſuperior. ¶ Quemadmodū † quando Zacharias ſummus Pōtifex amouit, vt inutilem regno Childericum anno Domini 751. & ſubſtituit Pipinum, *can.alius, 15.q. 6.Paul.Æmyl.lib 2.de geſt.Franc.* Et Stephanus papa 2. priuauit imperio Conſtantinum & eius filium Leonem, cum non ſubueniſſent eccleſiæ contra Aſtulphum regem Langobardorum, & tranſtulit in Carolum Magnum, *cap.venerabilem, de electio.a-*
14 *pud Gregor.* ¶ Hominum † vulgus in deterius ſemper contra principes & rerumpublicarum gubernatores ſuſpicax, & contra, vt ait Horat. *lib.3.Carm.Ode 3.*

Virtus repulſa neſcia ſordida
Intaminatis fulget honoribus,
Nec ſumit aut ponit ſecures
Arbitrio popularis aurę.

Atque vanæ voces populi audiendæ non ſunt, *l.decurionum,* C. *de pœn.cap.Oſius, de elect.cap.ſi ergo, 8.quæſt.1.* nec ſequendæ, *cap.miramur, 61.diſtinct.* Miſerumique nihil magis, quam ſi ſubditi velint ex ſuo arbitrio regem dominari, & ſibi regem, non ſe regi ſubiicere: inferior enim ſuperiorem corrigere nequit, *capit. cum inferior, de maior.& obedien.* Et mores populi corruptiſſimi, in illis potiſſimum miſerrimis ſeculis, quibus quiſque ſibi licere putat, quod opinatur: vere certe miſera eſt vita principum, non dicam malorum, ſed meliorum. Dum enim manum ad depellenda crimina adiicere volunt, impiorum ſeueriſſime excandeſcit ira: oderunt enim, dum metuant, & quem multi metuunt, multos odiſſe neceſſe eſt. Vnde ſatis infelix per ſe vita ſemper impēdentium periculorum plena, vt oſtendit Dionyſius aulæ Siculæ inclementiſſimus incubator, familiari quondam ſuo, ſolam beatā exiſtimantem vitam tyranni, dum gladium vagina raptum & à capulo de filo tenui pendentem mucrone demiſſo, iuſſit familiaris capiti imminere, *Cicer.5.Tuſculan.& Macrob in ſomn. Scipion.lib.1.cap.10.* Eſt & multorum beſtia capitum populus, leuis, incertus, & ad ſeditionem & rebellionem facilis, dum tantum ſingularia, & ea quæ ante pedes ſunt, proſpicit: duræ ceruicis, vt opus non ſit nec expediat principis ſui cenſuram, nō dicā mortem ei committere. ¶ Si † principes ex nutu ſubditorum, & ad- 15
huc ſingularium quorumcunque penderent poteſtate, certe nō reges, ſed infeliciſſima eſſent mancipia, nec monarchia, ſed democratia eſſet, peior regno Spartiatarū, in quo Ephoro licebat legibus regem in vincula cōiicere, quemadmodum in Pauſania contigit, *Æmyl.Prob.in Pauſan. Thucyd.in 1.* Dicebant enim ſaltē illi cauſſam, nec inauditi necabantur, vel eiiciebantur, quamuis illis oppoſiti eſſent Ephori pro fræno, *Plato de l.3. Ariſtot.2.Polit. cap.7.* vt apud Romanos tribuni plebis conſulibus, *Cicer.3.de legib.* ¶ Habent † & minores valuaſſores, ſuperiores alios do- 16
minos, ad quos refugiant, quorum ope liberentur à fide data: & liberati contemnant imperia patronorum ingratorum. Nec eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratus expediri poteſt, *l. non eſt ſingulis, de reg.iur.* Cur enim princeps & magiſtratus ſuperior patietur ad arma peruenire, quos poteſt ſua iuriſdictione compeſcere, *l.æquiſſimum, de vſufruct.in P.* Et idcirco in medio iura poſita ſunt, ne quiſquam ſibi permittat vltionem, *l.nullus, C. de Iud.*

¶ Et † ita exempla tyrannicidarum hic ſequenda non ſunt, 17
quæ vel in libera republica contigerunt, quæ regem non habebat, nec ei ſe ſubiiciebat, nec Dei iuſſui, & altiori mandato: aut temere facta ex bono ſucceſſu metienda ſunt.

¶ Sunt † itaque alia remedia, quibus intacta perſona domini 18
quis ſe poſſit liberare à tyrannide & hominio patroni improbi: nempe refutatione vel diſtractione rei, ob quam præſtat fidem: vt diximus, *§.1. de vaſall.qui contra conſt.Lotb.*

¶ Dehinc † & illo quod ab initio huius capitis propoſuimus, 19
vt iure quis poſſit apud ſuperiorem petere ab hominio, & ſi illud perſonale fuerit, ſolutionem, quod facile impetratur, *Albertus de Roſa.l.bene à Zenone, de quadrien.præſcrip.in 6.col.* Sicuti & ob nimiam ſæuitiam in ſeruos domini cogūtur vendere aliis, *l.2.de iis qui ſunt ſui vel alie.iur.in P.§ penul.eod.tit.apud Iuſtin.* Priuilegium enim meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate. Comes Flandrienſis à rege Franciæ priuatus comitatu, quod ſubditis petentibus ius non redderet, *Bald.in Authent. ſtatuimus, C.de epiſc.& cler.* Herois Rayſiæ curiæ Pariſienſis decreto tamdiu fuit immunis & ſoluta iuriſdictione ac fide beneficiaria ducis Armorici, dum viueret ob malæ tractationis cauſſam, *Ioan. Gallus in quæſt.deciſ.per Cur.areſto 340.* In Hiſpania, prouincia Caſtellæ, quæ regibus Legionis parebat, à ſubiectione merito putatur ſe ſubtraxiſſe, quod Ordonius eo nomine ſecundus rex Hiſpania. contra fidem publicam datam comitibus quatuor Caſtellæ, vocatos ad ſe, interemiſſet, & quoſdam ex ſua nobilitate creauit, qui de publicis priuatiſque controuerſiis inter eos cognoſcerent, eoſque iudices appellari placuit, *Fræciſc.Taraſa lib. de regib Hiſpan. in Ordonio 2. & in Alfonſo 4.* Ita per iudices regi tunc cæpit, vt olim populus Iſraeliticus, *toto lib. Iudic. & 1. Reg.* Erat autem ante Caſtellæ comitatus ex feudo regis Legionis, *Fran.Taraſa in rege.Raymirio 2.*

Poſt feudi priuationem, ad quem reuertatur. Cap. 21.

1 *Feudum amiſſum ob ingratitudinem in dominum, ad eum redit.*
2 *Feudum mortuo vaſallo ſine herede legitimo, vel eo deſtituto vaſallo, ad dominum redit.*
3 *Feudum paternum repudiatum vel alienatum, ad proximiores agnatos redit.*
4 *Feudum ademtum ob crimen aliud quam in dominum vaſallo, ad proximiores non ad dominum venit: num autem redeat ad dominum confiſcatione facta, inibi.*

IN † quæſtione hac reuerſionis feudi, diſtinctio adhibenda eſt 1
ex ſuperioribus: an priuetur quis feudo ratione offenſę domi-

Digitized by Google

ni, an alia de causa. Nam cõcurrunt sæpe in petitione feudi dominus, & cognatus vltimi possessoris, §. 1. *de vas. milit. qui arma depo. lib. 2. Feu. tit. 21.* si propter commissam ingratitudinem in dominum ad illum redit beneficium, §. *denique, qua fuit prim. caus. benef. amis. lib. 2. Feu. tit. 24. facit l. fin. de litigio. P.* vt si concubuerit cum vxore, *c. similes, de feudo sine culpa non amit. lib. 1. tit. 21. §. 1. de vasal. qui con. constit. reg. Lothar. & c. lib. 2. tit. 38.* si beneficium alienet inconsulto domino, quia dominum contemnere videtur, §. *fin. qua fuit pro. cau. benef. amis. §. præterea, de capit. Corrad, lib. 2. tit. 40. §. 1. de vas. qui con. constit. Lot. reg. lib. 2. tit. 38.* si feloniam commiserit in dominum, §. 1. *an ille qui interf. fratrem dom. sui feud. am. lib. 2. tit. 37.* si ab eo non petierit inuestituram, §. *præterea, de prohib. feu. alien. per Federic. lib. 2. tit. 55.* Et si plures domini gradatim feudi sint, & superiorem minimus valuassor offenderit, non ad dominum domini offẽsi, sed ad eum, à quo accepit, feudum reuertitur, nisi dominus à domino requisitus neglexerit petere à valuassino satisfactionem, §. *illud quoque, de prohib. feud. alien. per Federic. lib. 2. tit. 55* Ob prælati etiã culpam, ecclesia priuatur, quandiu is vixerit, feudo, quod dominus vel rex possidet, postea autẽ eo mortuo ecclesiæ restitui debet, §. *fin. de capit. Corrad, lib. 2. tit. 40.*

2 ¶ Quod † si alia de caussa priuetur quis, diuersi etiam sunt constituendi delationis modi: nam si morte defuncti feudũ possessore vacuum sit, id est, si sine herede legitimo decesserit vasallus, ad dominum redibit, §. *item si fuerint, quib. mod. feu. amit. §. fin. apud quem vel quos controuers. feud. desin. tit. 18.* vel si feudum destituatur vasallo, qui obsequia non possit præstare, §. *fin. tit. episco. vel abba. & c. lib. 1. tit. 6.*

3 ¶ At † si feudum paternum alienatum est ab altero fratrum, proximior, ad quem successio pertinet, repetit, non dominus, §. *hoc quoque, de succes. feud. libr. primo tit. 8. fin.* si alterius generis, dominus. §. *etsi clientulus, de alien. feu.* Et feudum paternum à filiis repudiatum ad agnatos quoque pertinet, §. *fin. an agna. vel filius def. repud. hered. possit reti. feud. lib. 2. tit. 45.*

4 ¶ Quod † si ex graui quodam crimine in alium, quam dominum commisso admatur feudum vasallo, puta quia homicida, non ad dominum, sed ad agnatos pertinet, si beneficium fuerit paternum, §. *denique, qua fuit prim. caus. benef. amit. §. 1. an ille qui interf. & c.* non autem ad delinquentis filios, nisi agnatis non stantibus à domino nouo priuilegio impetrent, §. 1. *Vasal. feud. prin.* Sed & hic variæ sunt considerationes in computandis gradibus admittendorum agnatorum, de quibus consules & de hac confiscatione Iacobinum de sancto Georgio *in tract. de feu. in §. dictiq; vasalli, num. 58. 59 60.* Scribit Speculator prædia quæ in patroni inferioris clientela & alterius quam regis sunt, ipsi non fisco dari præterquam in crimine maiestatis læsæ, *Spec. in tit. de feud. Vers. fi.* 40. Faber etiam & in hoc crimine ad dominum clientis iuridicũ ius feudi reuerti putat, *Fab. in Authent. bona damnatorum de bon. proscri. C.* Ceterum plura sunt hic consideranda in confiscatione facienda feudi, quæ tractat Alexander *ad l. si finita. § si de Vechigalibus, de dam. inf. P. num. 26. & seq.* resoluit autem facile Iul. Clarus *lib. 4. senten. iuris, §. feudum, q. 84.*

De controuersiis & iudicis feudorum.

Cap. 22.

1 *Species caussarum de quibus iudicia feudalia fiunt.*
2 *Circa res controuersia feudalis.*
3 *Feudi, & emphyteosis differentia.*
4 *Feudorum natura & indaganda.*
5 *Qua veniant in petitionem feudi.*
6 *Personæ de feudo contendentes sunt vel maiores vel minores, vel æquales valuassores inter se, cum alio, & c. Et de foro harum, personarum, & quæstionibus.*
7 *Quatuor remedia vasalli: si dominus ei neget iustitiam.*
8 *Quomodo controuersia inter dominum & vasallos, & coram quibus iudicibus terminanda.*
9 *Ex quibus caussis vasallus ratione feudi agit contra dominum.*
10 *Feudo repetito à domino, heredes mortui repetunt ab eo meliorationes.*
11 *Feudo redeunte ad dominum post mortem vasalli, quomodo fructus feudi inter dominum & heredes diuidendi.*
12 *Dominus ex quibus caussis agat ratione feudi contra vasallum.*

1 COntrouersiæ † quæ in tractatione feudorum considerantur, ex superioribus & ad superiora cõfirmanda erunt vel rerum ipsarum feudalium, vel propter res ipsas, vel quæ ab illis pẽdeãt, vel personarum pro feudo, vel pro his, quæ feudi sunt, vel aliarum rerum.

2 ¶ Rerum † feudalium, potest moueri quæstio, num sint allodiales, *de quibus in principio & ibi differentia cum cum feudis*, vel feudales, vel libellares, vel emphyteuticariæ, cuiusque natura inspicienda, in quibus differant, quibus conueniant, & in quibus pugnent.

3 ¶ Feudum † differt ab emphyteosi in multis, de quibus te admonebit Speculator *tit. de locat. §. nunc aliqua, vers. 4.* Bart. *in l. vt iurisiurandi. § si liberis. de op. libert. in* P. Bald. *in Authent. si quis rusticus penult. colum. de sacrosanct. eccles. Cod. & in l. quis se patris*, col. 10. *vnde lib. C.*

4 ¶ Distinguit † hæc & à libellario erudite Cuiacius in 1. feudorum: mouentur & iterum quæstiones in rebus feudalibus, cuius generis feuda sint, an sint regia, vel ligia, vel franca, &c. & in hac parte diuisionem feudorum euoluc, de qua antea.

5 ¶ Propter † res feudales in considerationẽ veniunt fructus, id quod interest, incrementa seu augmenta rerum feudalium, iura quæ ab illis pendent, inuestitura, fidelitas, & quæ ibi promittuntur, & quæ contra pacta fiunt.

6 ¶ De † rebus feudalibus contendunt vel maiores, vel minores, vel æquales valuassores: vel inter se vel cum aliis non valuassoribus, domini cũ vasallis, & contra: vel heredes vasallorũ cũ dominis. Proinde & hinc varij modi agendi, variæ probationes, & tribunalia, & iudicia diuersa. Igitur si inter summos valuassores, quos diximus capitaneos, vt puta duces, comites, marchiones, qui feuda regalia habent, agatur, quæstio proponenda est agenda, & terminanda coram Rege vel Imperatore. §. 1. *apud quem vel quos cõtrou. feud. termin. deb. c. 1. de leg. Corrad. lib. 2. tit. 34.* Si inter minores vasallos vnius domini de feudo vel eius parte, vel de finibus feudi controuersia sit, dominus feudi iudex erit, *c. imperialem, in §. pen. de prohib. feud. ali. per Feder.* sed si vnus tantum sit vasallus illius domini, & de illo feudo non sit controuersia, sed de alio, dominus non erit iudex, sed curiæ eius pares, *d. c. 1. apud quem & c.* Quod si dubium sit, quis litigantium sit vasallus, quod ambo prætendant inuestituram sibi factam noui feudi, vel ab eodem domino, vel à diuersis: tunc adeundus est iudex ordinarius, vel arbiter constituendus, *c. 1. §. si autem inter, de lege Conrad.* Et si coram eodem domino vterque contestetur, & alius dicat feudum nouum, alius antiquum, ordinario quoque iudice vel arbitro vtendum, *§. 1. de inuest. in marit. facta.* non domino: qui quia nouum cõstituit feudum, in propria caussa iudicare videretur: nisi velis admittere pares eius curiæ, *§. an apud iudi. vel domin. controuers. fen. termin. deb.* Cognitio tamen domini est, si vterque litigantiũ feudum antiquum fateatur, & ab eodem inuestitore, *§. 1. de inuest. in marit. facta.* non si à diuersis: quia tunc ordinarius adeundus vel arbiter, *§. si duos, §. si tres, de pact. temen. c. 1. an ap ind. Vel dom. & c. c. 2. de capit. Corrad.* Si inter vasallum & alium extraneum de feudo controuersia sit, ordinarius quoque iudex adeundus. *c. 1. de contro. int. vas. & alium.* Item si cum eodem extraneo de alia re quam feudali, in qua non est iudex competens dominus, *c. ceterum, de iud. & ibi interp. ap. Greg.* nisi ibi esset dominica iurisdictio, *Innoc. & Pan. in d. c. ceterum.*

7 ¶ In † quibus caussis dominus iustitiam vasallo debet, nec eam vult exhibere, quatuor remedia vasallis parata sunt post legitimam interpellationem, vt adito superiore cogat eum sibi iustitiam impartiri, *gl. & Aluar. in c. imperialem, § præterea, de prohi. feu. alie. per Feder. facit l. 3. §. 1. de recep. arb. c. 1. de milit. vass. qui contu. est.* vel adeat iudicem ordinarium rei, & ibi eum conueniat, *d. c. imperialem, §. pen. c. licet: c. verum, & c. ex transmissa. de for. comp.* vel ad superiorem. & ob denegationem iustitiæ prouocet, *§. si tamen contingerit, vt differ. iudic. & c. in Authent. c. 1. de mil. vassal. qui contu. est. c. irrefragabili, de effic. ordin. iud.* vel petat dominum proprietate priuari, *c. 1 qual. dom. propr. priuet.* quia & denegans iustitiam domino vasallus feudo priuatur, *§. item qui domin. quæ fuer. pri. cau. ben. amit.*

8 ¶ Quod † si controuersia sit inter dominum & vasallum, ad res quoque controuersas primum animum aduerte: si enim non feudales sunt, iure ordinario ab ordinariis negotium terminabitur, ne sit iudex in caussa propria dominus. *can. si clericus, 11. q. 1.* si de feudalibus agatur, videlicet de inuestitura vel violentia, vel commisso, etiamsi pares minores sint litigatoribus. *§. penult. de prohib. feu. alien. per Feder. & ibi Bald. & Innoc. in c. ceterum, de indic. apud Greg. c. 1. de controuer. int vass. & episc. disputas de hac iurisd. Iacob. de Sancto Georg. in §. & d. vass. in tract. de feud.* tunc si pares habet dominus, ij iudices sunto, *Bal. in proœm. decretal. in 1. rub. Felin. in d. c. ceterum, 9. col. § 1. de contron. feuds ap pares terminan. lib. 2. feu. tit. 16.* si negent iuris decisionem, ordinarium adeat, *cap. ex transmissa, de for. comp. Illicitas, de off. præsid.* quemadmodum si pares non habet, vel illi producendi sint in testes inuestituræ, vel alterius rei à domino vel vasallo, *vt in cap. 1. de pignor. d. 1. feud. lib. 1. Feud. tit. 11. & c. 1. qui testes sunt necess. ad prob. nouam inuest §. 1. de conten. feu. lib. 1. tit. 23 & 26.* ne fungantur duplici officio iudicis & testis. *contra c. dilecto, de testib. ap. Greg.* Et si agatur alia actione quam condictione feudali, puta remedio *l. si quis in tantam. Cod. vnde vi.* tunc erit adeundus iudex ordinarius. *Bal. in cap. 1. de inuest. in marit. fact.*

9 ¶ Agit † autem vasallus contra dominum qui promisit, se daturum inuestituram, vt det, *§. fin. qui succes. da. feud. conten. lib. primo Feud.*

Digitized by Google

*Feud.n.*3. vt facta inueſtitura & præſtita fidelitate, dominus cogatur vacuã poſſeſſionem tradere, & ob moram omnem ei vtilitatem præſtare, §. *fin. de no. form. fidelit. lib.* 2. *tit.* 7. vt non liberetur dominus ab illa obligatione, etiam volens id quod intereſt cum pœnitentia dati ſoluere vaſſallo, ſed præciſe tradere cogatur, § *ſi pacta, ſi de feu. def. comen. fuer. lib.* 2. *tit.* 26. Petit, etſi feudum repetatur emtitiũ, vt reſtituatur pretium, *c.* 1. *de feu. das. minimis valuaſſor.* Agit etiam, vt fidem ſeruet, prout ſupra diximus: alioquin vt proprietate priuetur, ex cauſſis quib' ipſe priuaretur ingratus feudo.

10 ¶ Sed † & heredes eius à domino recipiente vel recuperante feudum, repetunt augmenta ſeu meliorationes in feudo factas, vel æſtimationem earum, § *ſi vaſſallus, tit. hic fin. lex, & c. lib.* 2. *titu.* 28. §. *à contrario, de inueſt. de re. alien. facł. lib.* 2. *tit.* 8.

11 ¶ Et † ſi decedente vaſſallo ſine maſculo, contingat feudum ad dominum reuerti: ſi moriatur ante Martium menſem, fructus ex integro domini ſunt, ſi poſt Calendas Martij vſque ad Auguſtum heredis vaſſalli. Si poſt Auguſtum, omnes domini, §. *hu cõſequenter, tit. hic finitur lex, & c.* §. *cum autem, ſi de inueſt. feud. controuerſ. fuer. lib.* 1. *titul* 4. Agunt & agnati defuncti vel quia priuati feudo contra dominum repetentem feudum, vt vocati ad feudum paternum antiquum ex pacto, ex conſuetudine, & aliis modis, quibus ſibi ius eſſe prætendunt, *tit. ſi de feud. def. fuer controu. & c.*

¶ Dominus † contra vaſſallum agit, vel quod neget eum vaſſallum feudumve ei dediſſe, §. 1. & §. *ſinaliter, ſi d. inueſtit. feu. controuer. fuer. & tit. de contem. int. dom. & fidei. lib.* 10 *& tit. ſeq. lib.* 1. vel quod ingratum arguat, quod in commiſſũ feudũ cecidiſſe contendit, vel quod portionem aliquam feudi repetat, *in* §. 1. *de conten. inter me & domin. de portio. feu. frat. lib.* 1. *tit.* 12. Sed & qui emit feudum à vaſſallo, quod euictum à domino eſt, quãti ſua intereſt repetit à venditore, §. *ſi vaſſallus feudum ſi de feud. def. conten. fuer. lib.* 2. *titul.* 26. Et hæc ſufficit de feudis dixiſſe, in quibus maioris vt ſæpe monui, põderis erunt perpetuo ſingulares conſuetudines locorum, quam quæ in Inſubrum conſuetudinibus, & in legibus cauta ſunt. Ad alia nunc transferatur oratio.

12

Syntagmatis iuris vniuerſi prioris partis Finis.

SYNTA-

L 4

Digitized by Google

Digitized by Google

SYNTAGMATIS IVRIS VNIVERSI PARS SECVNDA.

DE PERSONIS ET PRIMVM De statu personarum naturali,

LIBER VIII.

De homine & personis in genere. CAP. I.

1 *Continuatio libri.*
2 *Quare prius de rebus, quam de personis diximus, contra Iustiniani ordinem.*
3 *Homo omnium rerum creatarum particeps.*
4 *Persona nomen quid contineat & quid significet: & quid πρόσωπον apud Graecos.*
5 *Personalia qua dicantur.*
6 *Homo duplex, externus & internus.*
7 *Personatus quid.*
8 *Persona pro proprietate diuina.*
9 *Hominis appellatio ad vtrumque sexum masculi & fœmina, pertinet.*
10 *In vtero existentes nondum nati, homines an dicantur.*
11 *Qui in vtero est, pro nato habetur.*

1 EXPLICATA † rerum corporalium & incorporalium præcipua substantia, & distinctione, recte subnectitur personarum tractatio. Nã mixta quædam est species homo, qui componatur ex parte incorporali, nempe ex anima intellectuali, & rationali, & ex corpore physico & palpabili: aliter sine anima nõ homo, vt ait D. Augustinus, *in q. in Exodum, & in quæst. vet. & noui Test. in c. quod vero, & can. Moyses*, 32. q. 2. *c. si quis obiecerit*, 1. q. 1. Cyrillus Hierosol. *Catechesi* 4. Arnobius *2. con. gentes*. Plato *in Cratylo*. & alij. ¶ Et mea
2 † sententia ordo hic probari debet magis, quã Iustinianeus, qui à personis voluit initium iuris tractationis facere: eo quod eorũ caussa ius omne constitutum diceret, *de iure natur. apud Iustin.* secutus hac in re Hermogenẽ Iurisconsultum. *l. 2. de stat. hom. lib. 1. P. tit. 5.* vel ratus cum Paulo, *l. iustissime. 44. de adil. ed. & l. lib. 21. P. tit. 1.* dignitate, vt verum est, hominem ceteris excellere rebus: & ideo à personis, vt à dignioribus esse incipiendũ: facilior tamen via discendi à primis & simplicibus ad composita ascẽdere. ¶ Sicuti &
3 † in Genesi rerum, *Gen. 1.* primum res corporales & incorporales opere sex dierum creatæ atque distinctæ fuerunt, postea vero homo creatus, veluti rerum fere omnium, quę præcedebant aliquo modo particeps. Nam, vt ait Horatius *lib 1. carm Ode 16.*

Fertur, inquit, *Prometheus*, i. prouidentia, *addere principi*, i. homini.

Limo coactus particulam undiq;
Desectam, & insani leonis
Vim stomacho apposuisse nostro.

Sicuti & Iurisconsulti tradunt, *Caius l. in pecudum, 28. de vsur. lib. 22. P. tit. 1. §. in pecudum, de rer. diuis. lib. 2. Instit. tit. 1.* hominum caussa omnia constituta.

4 § Porro † personæ nomen, pro homine in indiuiduo, apud Latini etiam sermonis probos auctores receptum est non aliter, quam in tit. P. de iure personarum: veluti apud Celsum medicũ *lib. 1. Medicina. Nemo*, inquit, *in splendida persona periclitari voluerit coniectura sua, ne si non seruasset occidisse videretur.* Eo modo dicimus personam vicem hereditatis sustinere, *l. hereditas, 34. de acquir. rer. domin. lib 41. P tit. 1.* & partis & filij pro eadem haberi persona, *l. fin. de impub. lib. 6. C.* pactum personale, quod adhæret homini indiuiduo, *l. inter gentium, §. pactorum, de pactis, lib. 2. P. tit. 14*, & sic de similibus. Dicunt Graeci πρόσωπον, personam aliquando, vt apud Phocylidem ἀδίκως μὴ κρῖνε πρόσωπον, *non iudicabis iniuste hominem.* Et apud D. Paulum *ad Roman. cap. 2.* προσωπολη-

ψία, personarum acceptio, ὅ ἐστιν, inquit, τὸ προσωπολημπτεῖν τινα ἐπὶ τῷ κακῷ, id est, *non est personarum acceptio apud Deum.* Proprie tamen Graecis πρόσωπον id in homine, τὸ πρὸς τοῖς ὄμμασι μέρος, quod est circa oculos quod apparet ex homine. Et vt ait Iulius Pollux, *libr. 2. Onomast. cap. dum tractat* παρώνυμα κεφαλῆς. τὸ ὑπὸ τῷ μετώπῳ, id est, quod fronti subest. Ita & Gellius, *sicuti quidam*, inquit *faciem esse hominis putant eos tantum, oculos, & genas, quod Graeci πρόσωπον dicunt, vnde vultuum similitudines confictæ siue larvæ personæ, & τὰ πρόσωπα dicunt. Aul. Gell. lib. 13. c. 8.*

§ Vt † existimem personalia illa dici, quę attributa homini dicere possumus, circunstantias, qualitates tum animi, tum corporis, sed potissimum externa corporis, vt apud D. Lucam 20. *versic. 21.* οἴδαμεν ὅτι ὀρθῶς λέγεις καὶ διδάσκεις καὶ οὐ λαμβάνεις πρόσωπον, id est, *scimus quia recte dicis & doces, & non accipis personam.* ¶ Eritq; duplex † homo, & is qui foris est noster homo, vt ait D. Paulus 2. Co-
6 rinth. 4. *d. D. Basilius in sermon. in princip. prouerbiorum.* apparens in facie & persona cum sua qualitate: & ille qui interior, anima inquam & spiritus intellectualis, qui pro forma hominis est, vt suo loco docuimus in tractatũ hominis. Vnde & dignitas & honor, & omne quod hominibus impositum externam notam, & veluti visibilẽ præfert, persona dicitur. Vt sæpe apud bonos auctores ita vsurpatur gerere personam, imponere personam, &c. ¶ Et † ideo in re beneficiaria ecclesiastica personatus est, præro-
7 gatiua quædam apparẽs in ecclesia sine iurisdictione in sede, vel exsedra, vel, vt dicunt, in stallo, in choro præ aliis honorifico, *cap. audita, c. 4. de restit. spoliat. lib. 2. Decretal. tit. 23. Panor. in c. de multa, de præben. gl. in extravag. exsecrabilis, in verbo personatus, de præben. in extravag. communibus.* Sic Vlpian. dixit, statuas illas figuræ hominum, ex quarũ rostris aqua salire solet, *Vlp. in l. fundi nihil*, 18. *§. fin. de act. emt. lib 19. P. tit. 1.* personas. ¶ Scio † tamen & perso-
8 nam & πρόσωπον, pro proprietate quadam diuina & pro anima accipi aliquãdo apud sacræ paginæ professores, veluti Gregori Nazianzenus *Oratio. εἰς τὰ ὑπόνοια ἰδιώματα & ὑπὸς ἄνους & πρόσωπα*, idem valere ostendit, id est, *idem proprietates hypostases, & personas.* At de his loqui non præsentis est instituti, sed de personis, id est, hominibus, prout communiter in iure accipiuntur.

¶ Genus † itaque diuidendum est, persona & homo, is nam-
9 que initio singulariter vnus creatus est à Deo, masculus: subinde ab eius latere Eua producta; *Gen. 1.* vt nõ difficile sit intelligere hominis appellationem ad vtrumq; sexum porrigi, *Caius l. hominis appellatione, 152. de verborum significat.* omnemque statum personarum siue sint liberæ, vel seruæ, vel alterius modi, *Vlpianus in l. 2. §. homines coactos, vi bonorum raptorum, lib. 47. P. tit. 8. Vlp. l. 3. §. 1. de lib. hom. exhib. lib. 43. P tit. 29.* ¶ Quod † de natis iã in-
10 telligendum est: siquidem partus nondum editi in vtero existentes materno, non proprie homines, sed qui futuri sperantur, homines dicuntur à Papiano, *in l. in Falcidia placuit. 9. ad leg. Falci. lib. 35. P. tit. 2.* & Iustiniano, *l. cum inter veteres de fideic. libert. lib. 7. C. tit. 4.* Quanquam apud medicos, in quæstione, an partus in vtero animal sit & homo, obtinuerit esse hominem, quod pertinet ad hominis veram substãtiam, vt docet Hippocrates libro de pueri natura, & Galenus proprio libello. Iurisconsulti tamen non proprie hominem per se partum arbitrantur, sed partẽ viscerum matris, quibus alitur, donec in lucem edatur, vt Vlpianus respondit, *l. 1. §. ex hoc rescripto, de vent. inspic. lib. 25. P. tit. 4.* ¶ Habentur tamen † pro natis, qui postea nascuntur, si de illorum commodo
11 agatur, ex sententia Pauli Iurisconsulti, *l qui in vtero 7 de stat. homin. lib. 1. P. tit. 5.* Atque homicidij pœna sancitur in eum eamve qui quæve partum animatum alvtero abegit, vel arborem procurauerit: & si non animatum abactum, exilium, *Exodi cap. 21 can. Moyses, 32. q. 2. l si quis aliquid §. qui abortionis, & l. Cicero, de pœn in P. l. si inuiserem, ad l. Corn. de sica. P. l. diuus, de extraordi. crimin. P. cum similib.*

Digitized by Google

De diuisione personarum ex sexu. Cap. 2.

1 *Hominum alij masculi, alij fœmina, alii vtriusque sexus.*
2 *Hominis nomen pro viro, vt pro nobiliori significatu.*
3 *Homo muliere dignior in sexu.*
4 *Fœminæ appellatio ad masculos non porrigitur.*
5 *Hermaphroditi qui.*
6 *Androgynum Platonis fabula.*
7 *Androgynorum alia poetarum fabula.*
8 *Hermaphrodits seu androgyni quomodo natura gignantur.*
9 *Partus monstrosi num sint inter homines.*
10 *Androgynes inter prodigia aliquando.*
11 *Monstrosi partus lege nefasti.*
12 *Eunuchi & castrati inter androgynes, & quid eunuchus, tertiumque genus animalium, vide num. 13. 14. 15.*
13 *Hyennam & Trochum non habere vtrumque sexum defendit Aristoteles.*
14 *Eunuchorum vsus ademtus.*
15 *Eunuchus patricitatum, philosophandi ius, & publica consortia ademptа. nu. 16.*
16 *Eunuchi, qui se castrauerunt & permiserunt sponte castrari, maxime exosi, nec clerici esse possunt.*
17 *Eunuchi ne fierent, seu ne castrarentur, prohibitum.*
18 *Eunuchi primum facti à Semiramide.*
Spado quid. &c.
19 *Theobaldus Marchio, castrauit Graecos victos, vnde male audiuit à mulieribus.*
Testiculi virorum, vxorum sunt, &c. eo.
20 *Eunuchi in deliciis aliquibus, & quare, causſaque cur in pretio.*
Eunuchi apud Lydios facti.
21 *Eunuchi quare ita Graecis dicti.*
22 *Eunuchorum in se morbi & mala.*
23 *Eunuchi praestantes Hermeas tyrannus, Spadones regni praefides, sacerdotes tales Diana Ephesina Megalobyzi, item Galli Cybeles.*
24 *Combabes architectus cur se castrauerit.*
25 *Castrandi modi sine excisione testiculorum.*
26 *Castratio pro poena inducta alicubi.*
27 *Eunuchorum triplex species.*
Spadones qui dicantur.
28 *Tiblibia spadones qui.*
29 *Castrati qui. Carsamatia, Graecorum castrati.*
30 *Eunuchi spirituales.*
31 *Origenes an se castrauerit.*
32 *Putiphar eunuchus, & alii Eunuchi dicti ratione castitatis, non natura.*

1 PRior † itaq; hominis & personarū diuisio ratione sexus fiet, vt alij sint masculi, alij fœminæ, alij ex vtroq. cōpositi. ¶ Ho-
2 mo † & genus erit & species proprie pro masculo, vt accipiatur pro nobiliori significatu, *argum. l. cum in diuersis locu. 44. de religi. & sumt. funer. lib. 11. P. tit. 7.* & quia mulier ab homine, & os ex ossibus eius, & caro de carne eius, *Genes. 2. Esdra 3. cap. ad Ephes. 8. cano. lex diuina, 27. quæst. 2.* & caput mulieris, vir, non contrà, *can. hoc imago 33. q. 5.* ¶ Nequè † quisquam ambigit digniorem
3 esse virū qualibet muliere, quia maior dignitas est in sexu virili, vt ait Vlpianus, *l. 1 de senator. libr. 1. P. titul. 9.* & Papinianus, *in l. in multis, 9. de stat. homin. in P.* in multis iuris articulis admonet deteriorem esse conditionem fœminarum, quam masculorum: cogit autem illos articulos in synopsin Accursius *in dict. l. in multis.* ad responsum Papiniani, & alibi, *in l. fin. de arbit. lib. 2. C. tit. 56. & l.*
4 *2. de regul. iur. in P.* ¶ Quo † fit, vt quæ dicuntur in appellatione masculina, vt plerunque conueniant etiam mulieribus, *Modest. in l. seruis legatis, 81. de legat. 3. libr. 32. P. l. detestatio, § seruis appellatio, de verb. sig. in P. Paul. l illa verba, l. hoc tit. 1.* non etiam quæ fœminino nomine cōceduntur, ad homines masculos extendantur, cum exemplo turpissimum sit visum vt appellatio fœminina ad masculos porrigeretur, *l. si ita scriptum 46. de legat. 2.* Sic & Clemens Alexandrin *lib. 1. pædag. c. 4.* scribit, quod viris & mulieribus commune nomen est homo: ea ratione mihi videntur Attici ἀνθρώπων communiter, nō solum masculum, sed etiam fœminam vocasse, vt est apud Menandrum, sic ἄρνες, quod agnos signat, ad masculinum fœmininum epicœnum genus pertinet. Quis autem vir quisve mulier dicatur, notiꝰ est, quā explicatione egeat. Por-
5 ro † hermaphroditi sunt, qui vtrumque sexum habent, *Galen. in Isagogi. libr. de definitio. medicis, & tomo 1. libr. 2. de semine, c. 3.* eius tamen sexus existimati, in quo præualeant, *l. quæritur, 10. de stat. homin.* ¶ Tales †
6 populos fuisse in Aphrica, quos Androgynos testatur Plinius, *lib. 7. Histor. natur. c. 2. & 3.* Sic Plato *in Symposio, vel conuiuio*, comminiscitur tales omnes ab initio fuisse homines, & cum fœminis viros dorso fuisse coniunctos, postea diuisos: hinc-que mutuum sexuum inter se amorem, in repetenda priori coniunctione. Verba eius. ἀφίγμαι γὰρ ἐν τότε μὲν ὂν, ἦν ἄνδρος καὶ γυναικὸς ἓν γένος, ἀνθρώπου καὶ γυναικὸς, id est, *androgynon autem tunc quidem erat, vna & species & nomen ex vtroque compositum masculo & fœmina, nunc autem non vtique, sed exprobationi nomen inseruit.* Legerat forsan Plato hominis creationem, & mulieris formationem ex costa Adami quam cū male intellexisset, vel se legisse simularet, lapsus est in eam fictam coniunctionem. ¶ Non † secus quam & illi nu- 7
gantur, qui cum fabula Ouidij *lib. Metamorph. fab. 10.* narrant, Androgynem factum ex Salmacide vna Nympharum Naiadum, & filio Mercurij. ¶ Aristoteles † *lib. 4. de generation. animal cap. 4.* 8
enim hoc tribuit naturæ exsuperantiæ, vt fiat præter naturam, dum ait, *quibus autem gemina habere genitalia accidit, alterum maris, alterum fœminæ, in semper alterum ratum, alterum irritum redditur, cum per alimentum subinde deliteſcat, quoniam præter naturam est.* Tradit & ex seminis excretione causſam Ethorum semimarium Hippocrates *lib. de vict ratione.*

¶ Ceterum † quanquam Androgynes, cum formam habeant 9
humanam, apud Iurisc̄onsult. inter homines annumerari possint, & solum existiment monstra, & expungant ab ordine hominum forma humana destitutos partus, *Paul. l. non sunt liberi, 14. de stat. homin. lib. P. 1. tit. 5. Iustin. in l. quod certatum, 3. de posth. hered. instit. lib. 6. C. tit. 29.*

¶ Nihilominus † olim aliquando inter prodigia fuerunt An- 10
drogynes. Et idcirco Lælio Licinio Crasso, & C. Cassio Conss. Cassini puerum factum ex virgine sub parentibus iussu Aruspicum deportatum in insulam desertam legimus. Item Spu. Post humio Albino, Q. Martio Philip. Conss. cum ex Vmbria nuntiatum esset semimarem inuentum duodecim fere annos natum, id prodigium abominantes Roma. pontifices, iusserunt hunc arceri agro Romano, atque primo quoque die interfici. Et Lælio Metello, & Q. Fab. Max. Conss. Eunæ Androgynes natus præcepto Aruspic. in mare deiectus est. Idem factitatum alias P. Africano, C. Fuluio Conss. cum in agro Perentino: Cn. Domitio C. Fannio Conss. cum in foro Vesano: Læl. Cæsilio & L. Aurelio Conss. cum in agro Romano annorum octo: & cum Saturnæ decem annos natus Q. Metello & Tullio Didio Conss. natus inuentus esset. Præterea & decretum L. Cornelio Lentulo, Publ. Licinio Craſso Conss. vt tota vrbe supplicationes fierēt, vt referunt ea omnia Liuius, *lib. 9. decad. 4.* Plinius *lib. 9. 7. cap. 3. & 4.* Aul. Gellius *lib. 9. capit. 4.* & Iulius Obsequens, *lib. de prodigiis.*

¶ Meminit † & Eusebius Pamphilus *lib. 4. de vita Constantin.* 11
Constantinum Imperatorem lege lata, hoc tertium genus vitæ tolli & auferri constituisse. Sicut & extat lex Romuli apud Dionysium Halicarnass. *lib. 1. antiq. Roman.* qua omnis partus monstrosus necabatur, & abiiciebatur consilio proximorum.

¶ Inter † Androgynes annumerari par est & illos, quib. ex- 12
scisſa sunt virilia, qui & θηλυδρίαι à Iulio Materno, & γάλλοι ἀμφιγένεις dicuntur, & ἀμφίανδρες. *semimares* & *semiviri*, ij proprie castrati & eunuchi dicuntur, & spadones. Sic enim Clearchum Athenæus *lib. 1. dipnosoph.* meminit dixisse eunuchum, vt sit ἀνὴρ τὸ τῆς ἀνδρὸς, vir & non vir. Cui accedit & Aristoteles *1. de genera. anima. c. 2.* Menander *in sententiis comicorum & Menandri, c. 43.* tamen dixit, εὐνοῦχος ἄλλο βέλτιον οὐδὲν τοῦ βίου. Eunuchus alia quædam fera est in vita.

¶ Dixit † forsan aliam feram, quia nec inter animalia ali- 13
quod sit inuentum, quod vtriusque sexus genitale efficax habeat membrum, vt defendit Aristoteles *lib. 3. de genera. animal. cap. 6.* irridens eos qui dicunt hiennam alternis annis marem & fœminam esse, sicuti sentit Orus Apollo in Hieroglyphicis *litera 137.* & subsannat Herodotum Heracleotam scribentem duplex genitale habere & maris & fœminæ, & seipsum inire Trochum.

¶ Et † Alexander Seuerus Cæsar nec mares nec fœminas eu- 14
nuchos existimauit, sed tertiūm quoddam genus hominum, & ideo vsum eorum viris ademit omnino, & vix matronis præclaris concesſit, vt refert Lampridius *in Alexan. Seuero.* Scribit & Valer. Max. *libr. 6. cap. 7.* Æmilium Lepidum Mamercum Consulē, Genutium quendam, qui sibi membra genitalia amputauerat, à Neuiano Sardinij liberto heredem institutum, hereditatis succeſſionisve indignum declaraſſe: ideo quia videretur obscœna Genutij persona, qui neque virorum neque mulierum numero haberi posset, atque perinfame esset huius monstri, tertijve generis hominum, inquinata voce, sub specie petiti iuris tribunalia pollui.

¶ Tradit † Lucianus *in Eunucho*, philosophari non debere eu- 15
nuchum, & huiusmodi homines secludi debere non tantum à philosophia, sed & ab omnibus sacris & ab omnibus cœtibus publicis eiici, esseque quoddam animal varium & anceps, non aliter quam corniees, quæ neque inter coruos nec columbas an numerari queant. Et lex quoque vetuit eunuchos in consilium ecclesiasticum assumi, vt ait Diuus Athanasius. *in epist. ad solitariam vitam agentes.*

¶ Eo ¶ tamen magis exosi, qui seipsos castrauerunt 16
permiseruntve se castrari ab aliis nulla necessitate suadente, quod veluti ex profeſſo in naturam & propriam sæuierint: vt non immerito statuerint sancti patres in concilio Niceno *can. 1.*

Digitized by Google

αὐτὸν ὑγιαίνοντα ἐαυτὸν ἐξετάσῃ, τοῦτον γὰρ τῆς κλήρου ἐξετάζεσθαι προσῆκεν, &c. *Si quis se habens sospitem inciderit, non numeretur inter clericos.* Rursum in canonibus Apostolorum, *Si quis amputauerit sibi virilia, non fiat clericus, quia sui homicida, & Dei conditioni inimicus. Si postquam clericus factus id egerit, deponitor, in ea, apost. can. 21. & 22. & in can. si quis absciderit. 55. distinct. ap Grat.* Repetitum in concilio Arelatensi II. *c. hi qui se. 55. distinct. apud Gratia.* Et teste Suida, *dum agit de Antiocho præposito, & in verbo, πατρίκιος,* Theodosius Imperator statuit edicto promulgato, ne eunuchus inter patricios censeretur. Vetuit & Deus, ne ingrederetur templum suum *Deutero. c.* 23. Etsi D. Hieronymus testetur *in comment. ad cap. 53. Iesaiæ, & tom. 1. in catalogo ecclesiasticorum scriptorum, vita 6. dum agit de Crescente,* reginæ Candacis Eunuchum edoctum à D. Philippo, & baptizatum, *Actorum* 8. c. fuisse apostolum Æthiopiæ. 17 ¶ Et † ne eunuchi fierent, placuit postea melioris æui principibus, vetuitque Domitianus, *Xiphilin. ex Dio. in Nerone. & Ammia. Marcell. libr. 18. Histo. & Sueto. in Domitian. c. 7.* Imperator, ne quis castraretur intra fines imperij Romani. Idipsum sanciuit Nerua Cocceius, *Xiphilin. in Nerua Cocceio.* Constantinus autem Imperator in eos qui castrarent aliquos, pœnam capitis statuit, *l. 1. de eunuchis. lib. 4. C. tit.* 42. agiturque in huiusmodi castrantes præter necessitatem, iudicio legis Corneliæ de sicariis, *l. 3. §. qui hominem. & l. 4. §. idem dicus. ad l. Cornel. de sicar. lib. 48. P. tit.* 8. Vetuit & Leo quidem in ditione Romani imperij eunuchum fieri, & ibi factos vendi, alibi tamen exfectos & barbaros vbique permisit distrahi, *l. 2. de eunuchis. C.* cum factum emendari non possit, quod tamen detestabiles reddit eos, qui hoc tentarint. Sicut † & Ammianus Marcellinus *lib. 14. Histo.* scribit de Semiramide. *Quæ,* inquit, *videns spadonum luridam multitudinem, non detestatur memoriam Semiramidis reginæ illius veteris, quæ ieneros mares castrauit omnium prima, velut vim insectans naturæ, eandemque ab instituto cursu retorquens, qua inter ipsa oriundi crepundia, per primogenitos seminis fontes, tacita quodammodo lege, vias propagandæ posteritatis ostendit.* 18 Vbi tamen dignum notatu est, dici spadones castratos, cum tamen *spadonem* non castratum & castratum dicat Vlpianus *in l. si serua. 39. §. 1. de iure do. libr. 23. P. titul. 3.* forsan & eum spadonem dixit, qui abscisso altero testiculo alterum habet, *in l. Pomponius. 6. §. final. de adslit. edict.* Huc accedit quod Varro in lege Mæuia apud Nonium scriptum ait, *Si qui patrem maiorem parentem exstinguit, in eo est culpa, hoc facit pro sua parte is qui se eunuchat, aut alibi liberos producit.* Exstat & Phocydis prohibitio *versic. 175.* μήδ' ἄν παιδογόνον κοτὲ τίμιος ἄρσενα κοῦρον, *Nec marem castres natum generare valentem.* ¶ Theobaldus † Camerinorum & Spoleti- 39 norum Marchio in auxilium Beneuentani Principis vocatus contra Græcos, cum eos vicisset captos, in ignominiam castrauit, vt ita à muliere per ludibrium incesseretur, viro eius capto, cui contra fœminas bellum instituisset dicens contra illas illud deuolui, quando mariti testiculis qui vxorum erant solum, priuarentur, vt refert Luithprandus Ticinensis. *lib. 4. de rebus per Europam gestis. cap.* 4. Carolus Magnus in capitularibus legibus, *quæ addere legibus Longobar. placuit. cap. 5. fol.* 82. sic statuit de Mancatione qualibet, *Si quis alterum præsumtione sua vel sponte castrauerit, & ei ambos testiculos amputauerit, integrum Widrigildum suum iuxta conditionem personæ componat: si virgam absciderit, similiter: si vnum testiculorum, medietatem soluat.* Et in legibus Salicis *titul. de debilitatib. §.* 17. 18. 19. 20. *Si quis ingenuum castrauerit, aut virilia transcapolauerit, unde mancus sit,* 4000. *denarios, qui faciunt solidos centum, culpabilis iudicetur: si vero ex integro tulerit virilia.* 8000. *denarios, qui faciunt solidos ducentos: Si Saleucus Saleucam castrauerit, totidem prabeat: si quis antrustionem castrauerit,* 24000. *denarios, qui faciunt solidos* 600. *excepta medicatura, quæ* 20 *nonem solidis componatur.* Notandum † tamen in eunuchos non semper neque vbique seueram fuisse legem: sunt enim nationum mores diuersi, & quodlibet seculum habet & fouet quædam, quæ præteritis displicuerunt, & à sequentibus admittuntur. Et quidam voluptatis caussa habuerunt eunuchos, vt Nero Sporum, imo & eunuchas, vt Lydij. Xantus enim refert *libr. 2. rerum Lydarum.* primum Lydorum regem Andran ytem, mulieres eunuchas effeciss, iisque locorum virorũ eunuchorum vsum fuisse, teste Athenæo *libr. 12. Dipnosoph. cap.* 12. Sed & vt scribit Herodotus Halicar. *libr. 8.* apud barbaros pretiosiores eunuchos fuisse constat illis, qui non fuissent castrati, in omni genere, fidei gratia. Quamobrem & ob fidem eorum habuerunt principes ex illis σωμα φύλακας, custodes scilicet coporis, vt Cyrus teste Xenophonte *libr. 7. pedia Cyri,* Rex Ægypti, *Genes. cap. 39. & 40.* Assyriorum, *Hester, cap.* 1. & 2. Erat Iuliano Cęsari Eutherius spado eximiæ fidei præfectus cubiculariis, *Ammia. Marcell. libr. 16. Histor.* Eunuchi quippe feri & acidi semper, carentes necessitudinibus ceteris, vt ait Ammia. Marcellinus *libr.* 18. acerrimi custodes existimati potissimum matronarum, cum quibus concumbere non possent, quibusque expeditius quam ancillæ possent obtemperare, vt † inde aliquibus τὸ τῶν 21 λοιπῶν σύνολον ἔχειν καὶ ὅπλισιδος, quoniam videlicet ad cubilium & gynæceorum custodiam & curam comparari solerent, aliis δὲ τὰ νῦν ἔχειν, bona mente, eo quod venere, quæ mentem adimere solet, careant. Quanquam melius ab Eustathio dicantur, quasi οὐκ ὑγιάς, à priuatione vel viduitate testiculorum. Et alicubi Vlpianus *l. si seruus seruum. 38. §. etsi puerum. ad l. Aquil. libr. 9. P. titul.* 2. per castrationem, pucrum pretiosiorem fieri dixit, etsi iniuria in eo fiat. Quod Accursius *in dicto §. etsi puerum.* intelligit, habito respectu locorum & opinionis, vt in Apulia pretiosior sit, non autem in Italia.

¶ Neque † etiam reipsa & in se sunt pretiosiores, sed ratione 22 vtus, alterius: Nam spado, cui tam necessaria pars corporis abest, morbosus est, vt admiratur in eius redhibitione ædilium curulium edictum ex sententia Pauli iurisconsulti, *l. sin autem. 7. de ædilit. edict. lib. 21. P. titul.* 1. ¶ Et † ex Aristotele *Problema. sect.* 10. *q.* 23 38. 39. 40 *& libr. 1. de genera. animal. cap.* 2. & Galeno *in 6. lib. apho. Hippocrat. aphor.* 28. constat ex viro in fœminæ naturam castratione mutari, vocem fieri tenuem, corpus imbecillum, crura putrida. Verumtamen fuerunt ex grege horum eunuchorum, sicuti & aliorum præstantes viri, qualis Hermeas ille Acarne oriundus tyrannus, quem supra modum est admiratus Aristoteles, adeo vt ei perinde ac Deo sacrificaue rit, si credamus Luciano *in Eunucho.* Regnauerunt & in Perside spadones olim, vt auctor Plinius *libr. 13 cap.* 4. Atque sacerdotes Dianæ Ephesinæ erant eunuchi, qui μεγαλοβῆζοι dicebantur, ac semper aliqui accersebantur digni tali præfectura, & in honore maximo habebantur, cum quibus & virgines aliquot sacras esse oportebat, vt narrat Strabo *lib. 14. Geogr.*

¶ Refert † & Lucianus *in dialog. de Syria dea,* tales fuisse sacer- 24 dotes dictos Gallos, quorum originem refert ad combabem perpulcrum architectum, qui missus ab Assyriorum rege cum Stratonice regis vxore in Babyloniam ad ædificium peragendum, ne in Zelotypiam regis incideret vel suspicionę adulterij seipsum castrauit: eumque postea multi nobiles imitati sunt. ¶ Estque † interdum vtile habere huiusmodi vitiosos & mor- 25 bosos domi, propter dominas forte, vt ait Accursius *in d. l. sin autem, in verbo, morbosum. de adslit. edict. in P.* Sed satius mentem castrare, quam membra, quæ voluntate delinquunt, vt Dominus dicebat quosdam se castrasse propter verbum Dei, *Matthæi* 19. Et apud Athenienses *ἱεροφάντης* sacerdotes, vt castius sacra peragerent, tradunt sorbitione cicutę solitos seipsos castrare, *D. Hieronym. Crinit. li. 9. de honest. discip. c.* 10. Verus tamen modus castrandi in voluntate circumcidenda est. ¶ Nam † alij raro ad bonam 29 frugem peruenere eunuchi, etsi aliquando fuerint boni: nam ministeriis fere vilibus & turpibus erant deputati. Sic Lampridius *in Alexan. Severo* meminit, Alexandrum Seuerum eunuchos, quos Heliogabalus & in consiliis turpibus habebat & promouebat, donasse amicis addito elogio, vel si non rediissent ad bonos mores, eosdem liceret occidi sine auctoritate iudicij. Et apud Francos lege Salica, *Serui qui quidpiam valens quadraginta denarios furati essent, castrari iubebantur in pœnam, vel* 240. *denarios, qui faciebant sex solidos, reddere, in lib. leg. Salica. titu. 13. de furt. seruo. §. 2.* Et rursum alia lege *eod. li. tit. 29. de adulter. ancillæ. §. 6, Seruus qui cum aliena ancilla mœchatus fuerit, ea mortua castretur, vel* 240. *denarios, id est. solidos sex prabeat.* ¶ Porro † quæ de eunu- 27 chis dicta sunt, intelligenda sunt de triplici eorum specie: in triplici namque sunt differentia, vt monuit Theophilus in iuris ciuilis Institutionibus, *§. sed & eunuchi de adopt. lib. 1. Institut. tit. 11. §. sed & illud. eod. tit. ap. Iustinian.* Quidam enim sunt spadones, alij Thlibiæ, alij castrati. *Spadones* proprie qui steriles nascuntur & frigidi & impotentes natura, vel propter aliquod vitium ad coitum, vt ait Aristoteles *lib. 2. de genera. animal. c. 5.* & Deus ipse annotauit, *Matth.* 19. & summi pontifices, *Alexan. in c. 1. & 3. & tot. ti de frig & malef. li. 4. Decretal. tit.* 15. Vnde Columella *lib. 1, de re rust. vbi agit de arbor.* per translationem, arboris surculos fructum non ferentes spadones nominat. Dicere tamen possemus spadones melius ab etymo proprie eos, quibus *crema steres* vel *colei* euulsi sunt, à verbo σπάω, euello, cui consentit Vlpian. *l. 4. §. idem D. Adrianus. ad l. Cornel. de sicar. li. 48. P. tit.* 8. Obtinuit tamen apud Theophilum, vt ij tantum, quos natura vel vitium reddit coitui inutiles, spadones proprie dicantur etsi spadonum generalis sit appellatio, continens tam eos qui natura spadones sunt, quam Thlibias & Thlasias, & si quod aliud genus spadonum sit ex Vlpiani responso, *l. spadonum. 128. de verbor. sign. lib. 50,* 28 *P.* ¶ Thlibiæ † sunt eunuchi, quibus à nutrice vel fortitan à matre extriti sunt testiculi, *d. §. sed & illud. de adopt.* eunuchi inquam facti χειροδότου, id est, per compressionem, quando relaxatis membris infantium aqua calida digitis testiculi comprimebantur, vsque dum abolerentur & euanescerent, vt notat Paulus Ægyneta *lib. 6. vbi agit de illis.* ¶ Castrati † sunt quibus exsecta sunt 30 membra virilia *d. §. sed & illud, de adopt.* Sic enim distinguit Vlpianus *in l. si serua. 40. §. si spadonum. de iur. dot. lib. 23. P. tit. 3.* spadonem natura, ab spadone castrato, dum de matrimonio agitur & dote, vt cum illo possit esse matrimonium & dos: quia vitium & frigiditas naturæ possit emendari: cum hoc nequaquam, qui omnino est impotens hoc modo quoque distinguit *in leg. sed & quæsitum 6. de libe. & posthu. lib. 28. P. tit.* 3. dum de institutione posthumi ab spadone facta agit, vt ille instituere possit, hic nullo modo. Accedere potest aliud genus castratorum eunuchorum, quibus amputabatur penis & colei, quos Luithprandus *lib. 6. de reb. per Europam gest. cap.* 3. vocare Carsamatia Græcos ait. ¶ Illis

Digitized by Google

30 alij † eunuchi addi possunt, spirituales dicti, qui se castrauerũt, propter verbum Dei, *Matth. c. 19.* id est, qui abstinent perpetuo à concubitu fœminarum, vt liberius Deo seruiant. De quibus & loquitur Esaias *c. 56 Hæc dicit*, inquit Dominus, *eunuchis*, id est, continentibus, *qui custodierint Sabbatha mea, & tenuerunt fœdus meum, dabo eis locum in domo mea, &c.* verba quippe illa euangelica intelligẽda sunt de eunuchis spiritualiter, non simpliciter ad literam, *D. Hieron. & gl. ordinaria in c. Esaiæ.*

31 ¶ In quo deceptus † fuit Origenes, qui ad literam intelligẽs illa verba, *Sunt eunuchi qui castrauerunt se propter verbũ Dei*, seipsum castrauit, vt narrat Nicephorus Calistus *lib 5. Histo. eccles. c. 8.* quod tamen non refert D. Hieronymus *in Catalog. ecclesiasticor. script. vita 64.* in eius vita.

32 ¶ Monebo † etiam obiter, interdum per similitudinem castratis eunuchos dictos fuisse eos, qui quidem vxores habebant, vel habere poterant, sed qui caste viuebãt, vt digni essent quib. regia custodia & matronæ cõmitterentur, & talẽ fuisse existimat glossa ordinaria Geneseos *ad c. 37.* Putipharem eunuchum Pharaonis, cui venditus à fratribus Ioseph fuit, qui vxorem habebat, quæ calumniata est Iosephum, *Gen. c. 39.* Quanquam existimarem rectius dicendum, eunuchos quosdam esse, qui coire possint cum mulieribus, etsi non possint generare, eo quod seminaria vasa amiserint. Et eo pertinere puto epigramma Martialis *66. libr. 6. ad Pannicum*,

Cur tantum eunuchos habeat tua Gellia quæris
Pannice? Vult futui Gellia, non parere.

Id poterit etiam illustrare, quod refert Philostratus lib. 1. de vita Apollonij Thianei, Apollonium consultum à rege Babylonis de pœna imponenda eunucho, qui deprehensus fuisset vna cum regijs pellicibus cubans, respondisse, grauiorem pœnam pro grauissimo hoc crimine non posse imponi, quam vt perpetuo carcere constrictus viueret. quamobrem & eunuchos vxores duxisse compertum habemus, & morem hunc perseueraſſe in Imperio quoque Romano, donec edictum hoc matrimonium prohibens latum fuit à Leone Cæsare, quod exstat in nouella 98. nouellarum Leonis. Et hęc hactenus dicta sint de prima & naturali diuisione & distinctione hominis & personarum.

De alia Generali & Naturali hominum distinctione.

Cap. 3.

1 *Noua hominum Paracelsi distinctio, in Adamicos & non Adamicos.*
2 *Hominum non Adamicorum quatuor genera. De Nymphis seu Sylphis, Pygmæis, syluestribus.*
3 *Homines marini vel syluestres non proprie homines.*
4 *Tritones & Nereides in mari apparentes.*
5 *Sirenes quæ animalia.*
6 *Satyrus syluester, num homo, &c.*
7 *Sphynx, num monstrum humanum, an animal.*
8 *Hypocentaurus quod animal.*
9 *Monstra hominum in India & alibi bellum, ex abominabili cum fera commixtione.*
10 Pygmæi homines ne sint, & quales.
11 *Hominum figura vbi obuia & euanescentes.*
12 *Lilithini & dæmones abortiui, ex semine hominis Iudaica stultitia.*
13 *De fatidicis mulieribus, quas vocant fees.*

1 ALiam † hominum distinctionem & differentiam præter antiquorum omnium sententiam nuper docuit Theophrastus Paracelsus in Philosophia magna, tractatu primo libri de homunculis: distribui namque homines in Adamicos, & non Adamicos, quos spirituales dicit, Adamicos anima & corpore constare autumat. & animam post corporis resolutionem in illis viuentem & immortalem relinqui, & tales nos esse. Non Adamicos dicit, qui per propagationem non sunt ab Adamo, nec vere homines, licet homines existimemus, sed distinctæ naturæ ab hominibus, & animalibus reliquis, habentes hominis similitudinem, quorum tamen natura corrumpatur & putrefiat, verum animam post se non relinquentes superstitem.

¶ Horum † non Adamicorum quatuor genera constituit, secundum loca in quibus habitant & apparent, ex aquis, aere, mõtibus & igne. Et in tractatu 2. eius libri, in aquis commorantes, *Nymphas* vel *Vndenas* vocat: in terra, *Pygmæos*: in igne, *Salamãdras* vel *Vulcanios*, in aere, *syluestres*, & si in montibus, *gnomos*. Et alia quædam potius sibi persuasa quã vt puté vera, in eodẽ cõpendio magnæ Philosophiæ tradit. In fragmẽto libri de sanguine post mortẽ, dũ ait Nymphas, quæ ex genere Pygmæorũ sunt, vetusto nomine *Sylphes* dictas, agi à dæmonibus in arbores, & cũ incisione illarum sanguinem emittere, & similia quædam noua vere, & magna ex parte fictitia. Apparent enim huiusmodi figuræ vel per impostoras dæmonum, qui se transfigurant corpore formato ex aere in has *laruas*, vel etiã ex voluntate Dei *manes* apparẽt, vt tuemur in libris de immortalitate animæ. ¶ Vel † si inueniãtur 3
marini vel syluestres homines, illi nõ proprie homines dicendi sunt, vt etiã dixit Paracelsus, sed vel mõstra, vel animalia bruta, & ex omni parte mortalia, quæ quidẽ aliquando apparuerũt & comprehensa sunt. Refert namque Nicephorus Calisti *libr. 18. Histor. eccles. c. 36* anno 9. imperij Mauritij, Mena præfecto Ægypti exsistente & illam gubernante, eundem Menam vidisse in Nili fluminis alueo, repente prodeuntem virum vel animal, vultu gigantẽo, aspectu graui, capillo subplano, & canis respersо, pectore ingenti, dorso & brachijs heroicum quiddam præ se ferens, puberemus ex vndis subsiliens, & quod is homo adiuratus vt si homo esset diutius se ostenderet, diutius apparuerit: atque tertio die aliud etiam animal muliebri forma ex vndis emersisse. Nam vultus leuitas, comæ prolixitas, nec non reliqua corporis constitutio, & capilli partim complicati, partim soluti, formæque splendor fœminam esse denuntiabat, idque pectore tenus apparentibus mãmillis. ¶ Apparuisse † etiam hos Tritones & Nereides in mari sæpe refert Plinius *lib. 9. histo. natu. c. 5.* 4
Ludouicus Viues etiam narrat suis temporibus apparuisse apud Battauos hominem marinum, quia etiam supra duos annos ab hominibus detentus esset, cœpisseve fari, verum bis pestilentia afflictum, in mare remissum gaudentem & exsilientẽ. ¶ Ferunt 5
& esse † quædam monstra marina Sirenes dictas, superiori tui parte virginis formam referentes, inferiore in piscis vel serpentis caudam desinentes,

Monstra maru, vt ait Ouidius,
Sirenes erant, quæ voce canora
Quaslibet admissas detinuere rates.

De quibus commentaria late in Ouidij *lib. 5.* Metamorphosim, & Seruius in Virgilium *lib. 5. Aenei.* & Homerus in Odyssea 11.
¶ Et † alias in syluis apparuisse Satyrum D. Antonio heremitæ 6
testis est grauis auctor Hieronymus *in vita Pauli heremitæ*, homunculum, inquam, aduncis naribus, fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat, eumque cum Antonio locutum fuisse & dixisse interrogatum, *Mortalis ego sum, & vnus ex accolis heremi, quos vario errore delusa gentilitas Faunos Satyrosque & Incubos vocans colit: precamur, vt communem Deum pro nobis deprecetur, &c.* ¶ Si † sit tamen libera sententia, non dubito hos vel inter monstra hominum *l. non sunt liberi. de stat. hom. in P. l. ostensum. de verb. sig. l. quod certatum, de posthumis here. li. 6. C. tit. 29.* vel inter animalia annumerare: sicuti & Sphingem, quam Nicephorus Calisti *lib. 9. hist. ecclesia. c. 19.* scribit habuisse mammas & corpus muliebre, & facie rotunda in eandem formam inclinante, voce humana, sed non articulata. Meminit & Plinius qui inter species simiarum constituit, *Plin. li. 8. c. 21.* Etsi Diodorus monstrum dicat, *Diod. lib. 5. Biblioth. c. 6.* ¶ Sunt † & 8
inter monstra hominum hypocentauri, quorum vnum apparuisse in heremo eidem D. Antonio scribit etiam Hieronymus *in vita Pauli heremitæ* media anteriore parte hominem, posteriore equum. Et Plinius *lib. 7. c. 3.* se vidisse sub Claudij Cæsaris principatu in melle conditum ex Ægypto delatum testatur. ¶ Quamuis † Cicero 2. *de natu. deor.* inter anniles fabulas centauros & chimæras habeat. Sunt & alia his similia monstra humana in India apud Strabonem, *lib. 15 geograph.* quę, vt Plinius auctor *lib. 7. c. 2. vbi tractat de monstrosis figuris hominum*, est, potissimum in India nascuntur. Quod viri Indorum sceleratissimi quidam cum feris coeant, & inde mixtos semiferos esse partus, quod valde abominabile est & detestationis vindictæque septem ciuitatum Sodomiticarum dignum, seuere à Deo propria lege prohibitum, *Genes. 19.* adhibita capitali supplicij vltimi pœna, *Exod c. 22.* Eadem sentit & Philo Iudęus, *lib. de specialibus legi.* in alijs alibi natis mõstris. ¶ Bonifacius † Simoneta *lib. 4. epist. c. 10.* pariter spe- 10
ciem hominũ, sed rationis vsu carentium constituit Pygmæos, qui vltra Ægyptum circa originem Nili habitant, in tertio anno generant, in octauo senescunt, non verecundiam, non iustitiam, non honestatem colentes: genus tamen hominum pusillum quamuis dicat Aristoteles *libr. 8. histor. animal. c. 12.* quod pugnat cum gruibus, nec fabulosum, sicuti & firmat Plinius *lib. 10. c. 23. & lib. 7. cap. 2.* & Philostratus *libr. de Iconibus in Hercule dormiente.*
¶ Refert † & Plinius *lib. 7. c. 2* in Africæ solitudinibus hominum 11
species obuias subinde fieri, & momento euanescere. ¶ Ferunt & † Rabinorum deliramenta, *Munster. in lib. qui Messiath. dicitur Christianorum prope principium*, ex semine Adami & aliorum hominum pollutione collecta à dæmonibus, dæmones quosdam abortiuos nasci. quos vocant Faunos seu Lilithim, abortiuis partubus similes: qui & nascentibus pueris insidiantur, & mortuo eo ex cuius spermate fuerint compacti, ad cadauer eius concurrere, & illud polluere, nisi arceantur. Et hæc sunt de illis fabulæ Iudaicæ. ¶ Omitto † hic recensere somnia vanissima quo- 13
rundam vulgarium scriptorum, *vt narrat de spelunca Sibyllæ quæ in Ancona est Antonius de la Sale & talia somnia libri d'Amadis de Gaule, & de la belle Meluſine, & alij eiusdem farinæ*, qui rati sunt, quasdam mulieres compertas fatidicas, quas dicunt *Fees*. Viros quoque qui quæve perpetuis delitiis fruantur abunde in hoc seculo

Digitized by Google

culo alicubi in vltimum vsque diem generalis iudicij, quo damnatione æterna ad inferos detrudentur perpetuis suppliciis cruciandi cruciandæve. Hæc enim sunt cum nugis & gerris anilibus auerrúcanda, vt falsissima, vel si quid habuerint ostenti, vt dæmonica spectra & impiissima & sortilega ignibus tradendat ne vel vestigia inter probos aut improbos vnquam remaneant.

DE DISTINCTIONE PERSONARVM EX GENERATIONE ET DE SPONSALIBVS, LIBER VIII.

De Coniunctione maris & fœminæ permissa, & vetita, & de personis inde natis in genere. Cap. I.

1 *Continuatio libri.*
2 *Summaria ex propagatione personarum distinctio, in naturales tantum, naturales & legitimos, spurios, adulterinos, incestuosos, nefarios.*
3 *Rebus omnibus Deus semina conseruationis suæ speciei indidit.*
4 *Perpetua res corporales per subrogationem.*
5 *Generationis & corruptionis caussa.*
6 *Maris & fœminæ coniunctio à natura.*
7 *Coniunctio maris & fœminæ in omnibus quomodo differat à brutorum coniunctione.*
8 *Finis coniunctionis legitimæ hominum, generatio & subrogatio.*
9 *Leges dictæ coniunctioni huic hominum, ne contaminarentur.*
10 *Naturales filij absolute dicti, & qui naturales & legitimi.*
11 *Legitimi & naturales quare dicti, & quid legitimum.*
12 *Diuisio personarum & filiorum, in naturales tantum, legitimos tantum, legitimos & naturales, & legitimatos.*
13 *Naturales tantum qui, & quot species.*
14 *Spuriorum nomen ad omnes illegitimos pertinet.*
15 *Legitimi & naturales illi quoque, qui ex matrimonio dissoluto vel clandestino postea approbato.*
16 *Hominum omnium principium post Adami creationem ex generatione & copula maris & fœminæ, demto Adamo, Eua, & Domino nostro Iesu Christo.* (probata.
17 *Fabula Ægyptiorum de Generatione hominum ex luto & aliorũ, im-*
18 *Pallas ex cerebro Iouis nata.*
19 *Bacchus ex femore Iouis genitus.*
20 *Seruius Tullius quod conceptus sit ex genitali ex cinere nato, & ex Ocrisia ancilla, fabula.*
21 *Cantharum ex pilulis fumi seipsum gignit.*
22 *Aquæ fontis Cylli potus mulieres impragnat.*
23 *Honestas maxime in coniunctionibus considerandæ.*
24 *Matrimonium affectasse malis artibus in Marino punitum.*
25 *Matrimonij honestas naturalis est.*
26 *Matrimonij potestas inhibita mulieribus furtiuæ libidinis coniunctis Vtopia.*
27 *Vxoris nomen, dignitatis non voluptatis nomen.*
28 *Matrimonia impudicis & raptoribus interdicta.*
29 *Matrimonij ritus & solemnia, & quæ triplici modo antequam contrahatur, cum contrahunt, & postquam contraxerunt.*
30 *Matrimonia præcedunt sponsalia, arrha, osculum, donationes ante nuptias, anacalypteria.*
31 *Matrimonij tempore considerata, ritus nubendi solemnia substantialia, affinitates, prohibitiones nubendi, dotes, incrementa, lucra, pacta, onera matrimonij, hypotheca. solutio.*
32 *Matrimonio soluto considerantur viduitas, nuptiæ repetitæ, dotis restitutio, persona.*

EX sexu hominum quædam alia affinis sequitur distinctio, vt quidam coniuncti sint; alij cœlibes, alij vidui. Coniuncti quidam naturali coniunctione solum, alij lege etiam approbata coniunctione. Cœlibes dicuntur, qui nec coniuncti sunt, nec fuerunt, *de cœlibibus pauca infr. lib. 9. c. 6. & 14. Vidui*, qui nũc coniuncti non sunt, sed aliquando fuerunt, *de Viduis pauca lib. 9. infr. c. 22. & seq.* Legitimæ coniunctionis sunt sponsus, *de Sponsal. inf. c. 2.* sponsa, vir, vxor, *de nuptiis inf. lib. 9.* illegitimæ, concubina, concubinus, meretrix, scortator, adultera, adulter, incestuosi, nefarij, &c. *de alijs lib. 10. c. 12.* ¶ Ex † maris & fœminæ distinctione, 1
quando personarum harum sit coniunctio, alia sequitur prolis distinctio, prout ea vel legitima vel illegitima præcessit. ¶ Proinde alij nati dicuntur naturales tantum, alij naturales & legiti- 2
mi, & alij horum respectu spurij, adulterini, incestuosi, nefarij. Legitimi tantum autem potius ad ciuilem caussam filiationis & cognationis, quam ad coniunctionem personarum pertinent. ¶ Quæ † sigillatim explicanda sunt cum affinium cõiunctionis 3
consideratione, vnde propagatio. Itaq; initio sciendũ est, Deum optimum maximum naturæ vniuersæ sapientissimum opificem & creatorem rebus singulis ita prouide prospexisse, vt perpetuo supererent: quocirca concessit cuiq; rei vim generationis fere singulis, vt haberent sua semina ad suæ speciei conseruationem in semetipsis, *Gen. 1.* ¶ Sic † perpetuæ res factæ per propaga- 4
tionem & similium subrogationem, quæ ex naturali caussa fit, vt ait Paulus *l. foramen, 27. de seru. vrb. prad. lib. 8. P. tit. 2.* & Alphenus Iurisconsul. *l. proponebatur 76. de iudic. li. 5. P. tit. 1.* alioquin enim in hoc seculo corporale, æternum & perpetuum nihil est, vt notat idem Paulus *l. eum debere, 32. de seru. vrb. prad. lib. 8. tit. 2.*

¶ Quippe quod † ea omnia quæ radiis & orbitæ lunæ subii- 5
ciuntur, corruptioni obnoxia & mutationi perpetuo cum motu supposita sunt, vt nouit etiam Iustinianus Cæsar, *§. vt autem lex ad natura, de non alien. reb. eccles. collat. 2.* Et corrumpi omnia solẽt, cum mouentur, *Arist. problema. sect. 22. quæst. 4.* mouentur autem tum maxime ex circuitu lunæ, coituque eius cum sole, vnde generationes, perfectiones, & dum moderatio caloris non est, corruptiones: & rerum minorum circuitus, maiorum sequitur, vnde vita, ortus & interitus, vt tradit Aristot. *lib. 4. de gene. animal. c. 10.* Et fluxa ac varia rerum humanarum natura & simul remedio indiget: teste Iustiniano *Constit. 9. in nouell. §. 1.*

¶ Et † sicut in plantis semen, sic & in animalibus conseruan- 6
dique sui generis indita est cupiditas appetitus & semen natura: atque iuris naturalis existimata est in omnibus maris & fœminæ coniunctio & procreatio, vt ait Vlp. *1. de iust. & iur. lib. 1. P. tit. 1.* & Cic. *1. Offic.* & alij *Iustin. §. 1. de iur. nat gen. & ciuil. 1. Institut. iur. ciuil. titul. 2. can. ius naturale, 1. distinct.*

¶ Legitima † ad reuocandam speciem coniunctio per se sem- 7
per, dummodo legibus fiat illis, quibus subiecta est à Deo cum sua natura. Nam cõcubitus in hominibus alterius sunt speciei, quam coniunctiones & coitus brutorum, quamuis in vtriusq; natura igniculos moueat & titillationes. Et quemadmodum alia vita brutorum animalium, alia hominum, & pro monstro est & prodigio brutum rationis argumenta præbere: sic prodigiosum est magis homines in brutorum vitam prolabi, & tam fœditer degenerare à rationali viuendi proprio modo, vt brutis & iumentis esse velint similes. Singula animalia quoque lege propriæ naturæ ad multiplicandam sobolem & speciem temporis habent sui coitus descripta, ætates certas ad venerem singulis animalium natura fixit & statuit, vt ait Aristoteles *lib. 5. de histor. animal. c. 8. & 14.* vt vitio naturæ illorum detur & portento anticipasse vel peruertisse: hominibus aliæ coeundi leges indictæ, aliæ procreandi meliores & præstantiores etiam caussæ. Bruta corpus & animam mortalem producunt: homines, corpus, cui inditur simul & semel perfectionis suæ tempore anima immortalis, in quibus templum Dei & Spiritus sancti est, *1. ad Corinth. 6. & 2. ad Cor. 6. D. Ioan. cap 2 ibi, licite templum hoc, &c.* & Spiritus ad imaginem Dei, *Gen. c. 1 l. si quis in metallum, 17 de pœnis lib. 9. C. titul. 47.* Quo fit, vt in illius generatione non sit vel debeat esse par ac belluarum irrationalis coitus, sed honestior & cultior & alterius generis: sicuti nec homo pari modo creatus in Genesi mundi, ac bruta: dictum enim singulariter de eo, *faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, &c. Gene. 1. & 2.* Idcirco creata mulier, vel educta ex latere Adæ, dictum est, *dominamini animalibus, non autem estote similes illis:* & rursum, *erunt duo in carne vna, Genes. 2.*

¶ Finis † istius coniunctionis legitimæ est, vt vicibus suis sibi 8
immortalitatem procuraret, *Iustinia. in l. lege 12. tabul. 14. de legiti. hered. lib. 6. C. titul. 57. §. 1. de nupt. in auth. coll. 4. tit. 1.* mas & fœmina generatione. Et hoc non ex electione, sed veluti in ceteris animalibus & plantis naturale *§. rursus de restit. & ea quæ parit in 11. mens. const. 39.* tuncque, vt ait Plato *in conuiuio*, ad perpetuitatem nobis parandam incredibile, & naturale studium, quod legitima tantum consequimur coniunctione, qua gignimus nobis similes, *Aristotel. 1. Polit. c. 1.* quam rationem admiratur Cicero *2. de legibus*, & Dionysius Halicarnass. *in Orat. nupt.* nuptiæ terram implent, ita virginitas paradisum, *can. nuptiæ, 32. q. 1.* Itaque inter bona matrimonij proles est cum fide & sacramento, *can. omne, 27. q. 1.* vt à nuptiis reiiciantur, qui generationi sunt inhabiles, quales frigidi, & eunuchi, & maleficio insolubili constricti, ex legibus pontificis & iuris ciuilis, quibus permittitur solutio coniunctionis, *c. 1. 2. & 3. de frigid. & malefic. lib. 4. Decretal. titul. 15. Iustin. l. in caussa, 20 de repud. lib. 5. C. titul. 17.* Præmium.

Digitized by Google

que nuptiarum fœminis est proles, quod si non assequantur, pudor illis est, *c. pudor, 32. q. 2.* vtpote terræ steriles infructuosæ existentes: & pudor etiam & vitium alia ratione, libidine, duci vo-
9 luptatis satiandæ caussa, non spe prolis. ¶ Quocirca † ne homines degenerarent in voluptatem illam, quæ extra fines humanæ necessitatis erat, leges dictæ sunt plures huic cõiunctioni à Deo, qui coniunctionem statuit: postmodum repetitæ à nomothetis: additæ & aliæ secundum gentium mores depravatos, cum circa modum contrahendi, & conueniendi tum etiam pro ea continenda, ex quibus quæ legitima & illegitima proles sit, iudicatur.
10 ¶ Legitima † proles naturalis quoque dicitur, sic enim Latine loquentes, vt Suetonius *in Tiberio, ca. 52.* naturale, absolute filios
11 iustos & legitimos dixere. Qui dicuntur quoque † legitimi & naturales, quod natura filij sint, & eius copulæ, quam leges confirmant, & receptum est: eo modo legitima conuentio, *l. legitima conuentio, 6. de pact. lib. 2. P. tit. 14.* legitimus tutor, legitima tutela, legitima successio, & sic de similibus, quæ separata constituunt alias præter hanc liberorum & personarum species.
12 ¶ Hinc † alij naturales tantum, alij legitimi tantum, alij ex il-
13 legitimis legitime facti, qui legitimati vulgo. ¶ Naturales † tantum illi, qui non consentiente lege & præter honestatem matrimonij, natura tantum suffulti, nati sunt. Quorum species tot esse adhuc possunt, quot sunt illiciti concubitus. Proinde quia illicitus concubitus cum ancilla, concubina, meretrice sanguine coniuncta, nupta Deo dicata tot diuersitates erunt filiorum, vt concubinæ & ancillæ, naturales propriæ in iure: scorti vulgo concepti: proximorum, incestuosi, coniugum & aliorum, adulterini: vestales, nefarij: vt nefarij complexus, qui cum patre & filio ab
14 eadem fiunt, *l. 1. de concub. in P.* ¶ Omnes † autem vno verbo illegitimi, spurij, manseresve dici possunt, de quibus ordine. Et inprimis de legitima coniunctione: de hinc de illegitimis, & pro
15 le earum. ¶ Legitimi & naturales etiam dicũtur & illi, qui ex matrimonio dissoluto ante solutionem nati sunt, si modo illud bona fide palam fuisset contractum, non aliter, *c. 2. qui filij sint legitimi*, & qui ex clandestino matrimonio quoque, si modo postea probatum fuerit ab ecclesia, orti fuerint, *c. quod nobis qui filij sint legiti.* De quibus omnibus suo loco etiam Deo fauente agemus.
16 ¶ Commune † porro omnibus iis exordium est, sexuum commixtio & Venus, vt non in merito idem generationis hominum & perfectorum dixerint animalium antiqui, *Plinius libr. 1. cap. 8. Lucretius in 1.* principium. Neque quisquam qui ratione vtatur, nunc, vt reor, arbitratur aliunde quam ex coniunctione humana homines nasci posse, vt voluerit hanc contemnere: siquidem Adam, quia primus à Deo ex terra creatus, factus, non natus est, potestate diuina, vt & Eua eius ex latere exædificata. At naturalis lex illis primis data, vt generarent concubitu, *Genes. 1. & 2. & 3.* quam secuta omnis posteritas, neque nati omnes aliquã
17 do homines ex luto, vt vermes, sicut mentiuntur Ægyptij teste Diodoro Siculo *in 8. Biblioth.* ¶ Demta † conceptione sola secundi hominis perfecti, Domini nostri Iesu Christi, qui in vna hypostasi verus Deus, verbum caro factum, *Ioan. euang. cap. 1.* conceptus ex virgine beatissima Maria, adumbratione Spiritus Sancti, *Luca 1. & D. Matth. c. 1.* sine hominis semine & commixtione,
18 ¶ Nouimus † autem & audimus, vt fabulas & fictos vel symbolicos sermones, quod Lucianus tradit *in Vulca. & Iouu dialogo.* Palladem ex cerebro Iouis natam armatam Vulcano securi ca-
19 put in duas partes diuidente. ¶ Et † similiter quod idem Lucianus *in dial. Mercurij & Neptuni*, comminiscitur Bacchum ex femore Iouis genitum, & quod referunt eum Iouem cum Semelem Thebanam mulierem ex filiabus Cadmi impregnasset, & Iuno ei insidiaretur, pro illa peperisse, & mortua Semele, inci-
20 sa eius aluo, fœtum imperfectum septimestrem intra femur dissectum nutrisse. ¶ Mendacia † enim hæc, vt illud insigne quod refert Plin. *lib. 37. c. 27.* Tarquinio Prisco regnante, repente in foco eius apparuisse genitale è cinere masculini sexus, eamq; quæ insederat Tanaquilis reginæ ancillã Ocrisiam captiuam, consurrexisse grauidam. Et ita Seruium Tullium natum, qui regno successit: inde eum esse existimatum Laris familiaris filium. Quæ accedunt ad ea, quæ de Merlino fabulantur incubi dæmonis filio, quæ alibi refellimus. Cum & Plinius Nouo comensis *secundus, lib. de vir. illustrib. in Tullio.* scripserint Seruium Tullium fuisse
21 P. Corniculani & Ocretiæ captiuæ filium. ¶ Non † enim putandum est instar canthari, qui rotando pillulas simi, & suffodiens seipsum gignit, *vt ait Suidas, in κανθάρῳ, & Orus Apollo, in Hieroglyph.* nasci homines. ¶ Vel † mulieres ex solo potu aquæ fonta-
22 nę concipere, vt putat contingere Suidas *in κυμῷ* ex potu aquæ
23 fontis κυμᾶ. ¶ Ritus & † mores iustæ & legitimæ coniunctionis varij sunt, secundum cuiusque regionis leges: nos de insignioribus substantialibus obseruationibus præcipuarum rerum publicarum tantum agemus. Cum tamen cunctis probe institutis in animo fuerit, honeste connubia inire, & honeste continere, quæ lex alias, vt præcipua docet & continet, *ita semper*, inquit Modestinus, *in coniunctionibus non solum quod liceat considerandum est, sed & quod honestum est, Modestinus, l. semper. 157. de reg. iur. lib. 50. P. tit. 17. & l. semper. 42. de rit. nup. lib. 23. P. tit. 2.* Idipsum constituit Xenophon *in Oeconomico.* Sic Claudianus *in 4. Honorij consulat.*

---Sed comprime motus,
Nec tibi quod liceat, sed quid feciſſe decebit.
Occurrat, mentemque domet respectus habendi.

¶ Et Marinus † olim Romæ caussarum defensor, Valentiniani, Valentis, ac Gratiani temporibus accusatus, quod Hispanillæ malis artibus affectasset matrimonium, vltimo supplicio damnatus est auctore Ammiano Marcellino *lib. 28. Histor.* ¶ Atque eam honestatem coniugij naturalem esse, docetur ex natura cõtrarij aduersi scilicet, quod natura probrum dicitur, *l. probrum, de verb. sign. lib. 50. P.* vt & Iustinianus *§. sit igitur, quibus modis nat. effi. legit. coll. 6.* Cæsar nominat idipsum naturæ excessum, & impetum. ¶ Proinde † honesta illa lex imposita est Vtopiensibus insulanis, qua nuptiæ interdicerentur perpetuo mulieribus, quæ ante connubium conuictæ fuissent furtiuæ libidinis, cum graui animaduersione, teste Thoma Moro, *lib. 2. Vtopia.* ¶ Sic Ælius † Verus in Cæsarem ab Adriano post mortem adoptatus, vxori conquerenti de extraneis voluptatibus, dixisse fertur ab Spartiano *in Ælio Vero*, patere me per alias exercere cupiditates meas: vxor enim dignitatis est, non voluptatis. ¶ Statutum & olim † à Constantino Palæologo imperatore Orientis, & à Romano *lib. 1. iur. Orientat. constit. seu novel. 2. Palaeologi titu. περὶ γαμικῶν.* ne matrimonia vllam malam caussam haberent, vel ex raptu vel ex præcedente clandestino concubitu, & fierent ab iis, qui ab huiusmodi inquinamentis & à fornicatoria impuritate mundi essent. ¶ Quamobrem † & multa adiecta substantialibus sunt, quæ ornatum & honestatem illam matrimonij conseruarent, solemnia & ceremoniæ, pudicitatis & castitatis emblemata: & tum ecclesiastica & diuina tum etiam humana quædam, quæ præcederent coniunctiones, quædam ad eas pertinentia, quædam quæ sequerentur, vt ex serie dicendorum colligere quis poterit.

¶ Inter † ea quæ præceduntur, sunt sponsalia, arrha, osculum, vel donationes ante nuptias, *ἀντιγαμβρία.* ¶ In ipso matrimonio, vel sub tempus matrimonij ritus nubendi, solemnia substantialia, affinitates, prohibitiones cõiunctionis, dotes, incrementa, lucra, pacta, onera matrimonij, hypotheca, solutio. ¶ Post † matrimonium dissolutum considerantur, viduitas, &c. secundæ nuptiæ, aut quando & quibus veritæ, & quatenus, de pœnis conuolantium ad vlteriores nuptias, restitutio dotis, modus repetendi: liberi seu personæ generantes & generatæ.

De Sponsalibus. Cap. 2.

Lib. 23. P. tit. 1. Lib. 5. C. tit. 1. Lib. 4. Decret. tit. 1.

1 *Personarum in generatione considerandarum breuis epilogus.*
2 *Sponsalia quid, &c.*
3 *Sponsus, sponsa, ab spondendo, & quare.*
4 *Spondere proprie, est pacta libationibus sancire.*
Sponsionis libatio, erat vini propinatio.
Sponsalia vini propinatione quare fiant.
5 *Sponsalia solo consensu perfici possunt, & pacta in illis facta recipiuntur.*
6 *Spondere & despondere quis in sponsalibus dicebatur.*
7 *Sponsalia aliquando alia quam nuptia, interdum sponsalia & nuptiæ sine medio: sic sponsalia vera per verba de futuro, sponsalia nuptia per verba de præsenti, illa dissolubilia, hæc minime.*
8 *Sponsi de futuro quando non possunt cogi nuptias inire.*
9 *Sponsa quantum temporis cogitur exspectare sponsum.*
10 *Sponsa de præsenti & vxor tenetur omni tempore exspectare virum absentem, donec certum nuntium de morte eius habuerit.*

1 INitium personarum † legitimæ coniunctionis sumendum est ab sponsis, à quibus ad coniuges, & ex coniugibus ad liberos, & natos ordine peruenitur. Nonius Marcellus lib. de nonnullis differentiis dictionum, *Inter speratam*, inquit, *& dictam & pactam hoc interest: quod virgo priusquam, petatur sperata dicatur*, Plautus Amph.

Amphytrio vxorem salutat latus sperata suam.
Dehinc promissa, vel pacta, vel sponsa dici potest.

Virgilius *lib. 2. Aeneid.*

Cui pater & coniux quondam tua dicta relinquor.

Et idem alio loco.

------Et gremiis abducere pactas.

Titin. Diuortio: cui exacta aetate sponsa fit desponsa.

¶ Sponsalia † sunt mentio & repromissio futurarum nuptiarum, *Florenti. l. 1. de sponsalib. lib. 23. P. tit. 1. cap. nostrates, 30. quæst. 1.* 2
ab † spondendo. Nam moris fuit veteribus stipulari sibi, spondereque vxores futuras, *Vlp. l. 2. de sponsal. in P.* vnde sponsi, spon- 3
sęq; appellatio nata est, *Florent. l. 1. de sponsa. in P.* Seruius Sulpitius in libro quem scripsit de dotibus, teste Aulo Gellio *libr. 4. cap. 4. Noct. Attic. Qui vxorem*, inquit, *ducturus erat, in Latio stipulabatur eam in matrimonium ductum iri: qui daturus erat, idem spondebat. Is contractus stipulationum sponsionumque dicebatur sponsalia. Tunc quæ promissa erat, sponsa appellabatur: qui spoponderat ducturum, sponsus. Sed si post eas stipulationes vxor non dabatur, aut non*

duc-

Digitized by Google

dicebatur, qui ſtipulabatur eos ſponſos agebat: iudices cognoſcebant. Iudex quamobrem data, acceptaue non eſſet uxor, quærebat. Si nihil iuſta cauſſa uidebatur, litem pecunia æſtimabat: quantique interfuerat eam uxorem accipi, aut dari eum, qui ſpoponderat, aut qui ſtipulatus erat, condemnabat. Hoc ius Sponſaliorum obſeruatum dicit Seruius ad id tempus quo ciuitas uniuerſo Latio lege Iulia data eſt. Hæc eadem Neratius ſcripſit in libro, quem de nuptiis compoſuit. Sponſalia habent voluntatem pactionis liberæ, ab ſpontanea uoluntate. Sicuti & Varro explicat 5. *de ling. Latin.* formulamque adiicit ſtipulationis, *Spondes' tuam natam uxorem mi? Spondeo.*

4 ¶ Spondere † proprie de firmioribus pactis dicitur, quæ adhibitis libationibus & ſacris fiebant. Nam σπονδαὶ peculiariter ſeu libationes dicuntur, quæ adhibentur in iudiciis & fœderibus ſanciendis, quæ nimirum libatione intercedente ſancta ſunt, vt Homerus Iliad. 2. ait,

σπονδάς τ' ἀρνῶν τε δεξιὰς ἀῖς ἐπέπιθμεν.

Id eſt:

Sacramenta uini libatione ſancita & dextera data.

Meminit de his Iulius Pollux *lib. 6. Onomaſt.* Sic apud Thucydidem *lib. 5.* σπένδεσθαι τοῖς σπονδαῖς, *participare in fœdere & inducias: & lib. 1.* λύειν τὰς σπονδὰς *ſoluere fœdera.* Et apud Xenophontem in Cyripædia, *lib. 4.* σπονδὰς ποιεῖσθαι, *ſancte promittere.* Libationes autem has, ad vini propinationem refert in ſanciendo Iulius Pollux *lib. 6. c. 6.* Ἴσως δ' ἀπὸ τοῦ οἶνον σπένδειν σπονδὰς καλεῖσθαι, &c. Et Euripides *in Iphigenia, in Aulide, in princ. verſ. 59.* Vnde & hodie dum ſponſalia fiunt, plerunque propinatio poculi accedit, dum eodem poculo ſpondentes nuptias delibant, dicunt Gallice, *boire au nom de mariage*, Græci dicerent, συμπόσιον γαμικὸν, vt apud Demoſth. ὁρᾶτε τὴν πάροινον. Et certe in vino quoddam latere poteſt etiam nuptiarum ſymbolum, ſi verum eſt, quod Plato *in Cratylo tradit*, οἶνον Graecis ideo appellatum, quod mentem noſtram celeriter cogitationibus impleat: vel quod, vt ait Athenæus *lib. 2. c. 1.* celeriter iuuet, vnde quidam cibos oniota vocant, quod nos iuuent.

5 ¶ Quamuis † & ſolus conſenſus ſine ſolemnitate alia in contrahendis ſponſalibus ſufficiat, vt ait Vlpianus *l. 4. de Sponſalib. in P.* Et intelligitur ſtipulatio interueniſſe, ſicut in fauore matrimoniorum, ſtipulatio de dote reſtituenda omiſſa, vt expreſſa à lege ſuppletur, *l. vnic. in §. 1. de rei uxor. action. lib. 5. Cod. titul. 13.* Et pactum quodlibet ad hanc ſponſionem pertinere in dubium nõ venit, dummodo fiat cum illis, quorum intereſt. Nam & antiquis ſpondere pro dicere, inde & reſpondere compoſitum, vt ait Varro *in 4.* & apud Celſum ſuæ ſpontis, id eſt, voluntatis homo dicitur. Et quomodocunque placita ſint legitime pacta ſi cauſſam habent, ſeruanda veniunt, *l. legem, C. de pact. l. 1. eod. titul. lib. 2. Pſit. 14. l. 1. de conſt. pecu. in P.* vt non mirum ſi vt in ceteris rebus, ita & in matrimonio & filia nuptui tradenda vel accipiẽda, pacta valeant & recipiantur iure Romano, cum fidei exſolutio iuris naturalis ſit. Et proinde non tantum Latio iure, ſed etiam Græcorum more receptæ erant futurarum nuptiarum repromiſſiones, cuius docet exemplum Xenophon *lib. 4. rer. Græca.* dum ſcribit, Ageſilaum cum Otyde rege Paphlagonum iunctis dexteris, de futuris nuptiis filiæ Otydis pactos, *ille*, inquit, *vt*
6 *filiam daret, alter vt duceret ſponderunt.* ¶ Et proprie † ſpondere dicebatur pater filiæ ducendæ, deſpondere autem, pater adoleſcentis, vt innuit Terentius in Andria,

Vltro ad me venit, unicam gnatam ſuam cum dote ſummæ filio Vt daret:

Placuit, deſpondi, &c.

Verum obſeruandum eſt lege ciuili, inter ſponſalia & nuptias dari medium, at interdum iure pontificio, quod diuinum imitatur aliquando, ſponſalia nuptias eſſe: aliquando ſeparari à nuptiis: ſeparantur quippe, quando per verba de futuro quis pollicetur ſe ducturum aliquam in vxorem: nam ſi per verba præſentis temporis, accipio te in vxorem, vel accipio te in virum, tunc ſponſalia illa nuptiæ ſunt, *c. penult. de ſponſali. apud Gregor.* Exſtat in eo volumine, quod ius orientale inſcribitur, conſtitutio Alexij Comneni Imperatoris Orientis, emiſſa menſe Iulio indictionis ſeptimæ, anni ab orbe condito 6592. qua refertur antiquam legem & terminos ſponſalium nuptiarumque ſeparaſſe, harumque interuallum magis, quam Myſorum & Phrygum, vt eſt in prouerbio, fuiſſe. Sed ſynodo ſub Xiphilino habita, quæ multum inter ſe diſtabant in vnum contracta fuiſſe, cui ſubſcripſiſſet bulla aurea imperator Nicephorus Botaniates. Atque idcirco ſicut in nuptiis, ſic & in ſponſalibus ſacram peragendam benedictionem, & præambulas nuptiarum preces, & huiuſmodi ſponſalia, ſi ætas fuerit contrahentium legitima, ſimilem nuptiis habere vim & indiſſolubilia eſſe, vt nuptias: & ita differre à lege ſponſalium antiquorum, quæ tantum in conſenſu. & in arrha & inſtrumentis conficiendis laborabat: quod ſi inquit ſponſalia quædam ſecundum multorum conſuetudinem congruenter iam contracta fuerint, & inſtrumenta iam contracta ſint, nondum autem ſtatutum tempus, quo Chriſtianis debita benedictio fieri conſueuit, aduenerit, neque ſolemnes ſuper deſponſatis preces per ſacerdotes pronuntiatæ fuerint, hæc ſponſalia quantum ad exactam eccleſiæ diſſertationem neque eſſe, neque dici iuſta poſſunt, neque vero aduerſus hæc ſynodalis ſubnotatio efficaciam habet: ſed tanquam hominũ placita ſimpliciter per ſtipulationes confirmata auctoritatem ferunt, vetuſque legiſlatio in illis firmitatem obtinet. ¶ Sic † quædam ſponſalia nuptias non contrahunt, quædam contrahunt: quædam diſſolui 7
ſi de futuro fiat poſſunt: quæ de præſenti non poſſunt, *Innocent. 3. in c. 2. & fin. de Sponſal. lib. 4. Decretal.* Etenim pactiones tolluntur eodem conſenſu quo conſtituræ ſunt, *l. nihil tam naturale, de reg. iur. in P. Neratius. l. ab emtore, §. 8. de pact. lib. 2. P. titul. 14. Gord. Caſ. l. 1. & Diocl. & Maxim. CC. l. 2. quan. licet. ab emt. diſced. lib 4. C. tit. 45. cum ſimilib.* ſi nullum ſacramentum, nullave benedictio interuenit, vel niſi præſenti conſenſu, temporis pacta in nuptias tranſierint: aliique ſic deſponſata, renuntiare conditioni, & nubere alij non prohiberur, ex conſtitutione Diocletiani & Maximiliani CC. *l. 1. de Sponſal. C.*

¶ Nec † poteſt cogi qui quæve futurum matrimonium pro- 8
miſit, nuptias celebrare: niſi iuramentum, quod firmet promiſſionem interuenerit, *c. ex literis, c. 10. de Sponſal. ap. Greg.* quæ ſponſalia pure & ſine conditione facta corroborat: alioquin enim ſi conditiones eſſent appoſitæ, vt de aliis obligationibus cõditionalibus implendis iudicandum eſt, *c. de illis, c. ſuper eum, c. per tuas, de conditio. appoſ. lib. 4 Decr. tit. 5.* Poſſent tamen ex conſenſu ab ſponſalibus reſilire contrahentes iuramento firmatis, nam iuramentum adiectum intelligitur, ſi in eadem voluntate perſeuerauerint, non aliter, *gl. in c. 2. de Sponſal ap. Gregor. cam. ne quis arbitretur, 22. q. 2. c. quemadmodum. c. 25. de iureiur. lib. 2. Decr. Greg. tit. 24.*

¶ Sed & Conſtantius † ſtatuit, vt ſi is qui puellam ſibi pactus 9
eſt intra prouinciam degens biennio, ſcilicet monitus, ſupederit ducere eam illa poſſit impune alij nubere, *l. 2. de Sponſal. lib. 5. C. tit. 1. & l. 4. lib. 3. C. Theod. tit. 5.* etſi in peregrinatione ſit, poſt triennium, *Valeſian. & Galien l. 2. de repud. lib. 5. C. tit. 17.* Et ante quoque poteſt impune repudium mittere, ſi arrha data non ſit, *l. 1. C. de Sponſal. notat gl. in l. 2. de repu. C. in verbo remittere.* & niſi etiam iuſta cauſſa excuſet moram triennij vel longiorem, vt notat Caius *l ſape, 17. de Sponſal. in P.* Statuit tamen Octauius teſte Dione Caſſio *lib. 56. Hiſtor. Roma.* ne qua pactio nuptialis ratas eſſet, vbi vltra biennium eſſent nuptiæ differendæ, id eſt, vt ea omnino decem annos nata eſſet, quam deſpondere aliquis, & cuius fructum bonorum percipere vellet. Et iura pontificia, in ſimplici promiſſione futurarum nuptiarum, ſi mora fiat longiori peregrinatione, vel ſpatium decurrat trium vel quatuor annorum, permittunt ei, per quem non ſteterit, quo minus nuptiæ factæ ſint, aliam ducere, vel alij nubere, *Alexand. 3. in c. de illis, c. 5. & Innocent. 3. in c ſicut ex literis, cap. 22. de Sponſalib.* Exſtat & lex Rhotarij regis Langobardorum, *l. 1. de ſponſal. lib. 2. legum Langobard.* ſeu Inſubrum, qua permittitur parentibus ſponſæ alij eam libere coniungere: ſi poſt biennium, ab ſponſalibus monitus, vt tollat ſponſus ſponſam intra certum tempus, diſtulerit, tollere. ¶ In nuptiis † tamen contractis vel ſponſalibus de præſenti, 10
placuit iuris pontificij auctoribus nunquam vxorem quę abſentem habet virum poſſe alij nubere, etſi is per multum tempus abfuerit, & ignoretur vbi ſit, niſi certum prius nuntium de eius morte acceperit, *Clem. 3. in e. in præſentia, c. 19. de Sponſa. lib. 4. Decret. tit. 1. e. demum, de ſecund. nupt. eod.* quibus iura ciuilia ſubſcripſerunt, *auth. hodie, de repud C. §. quod autem, vt liceat matri & auia, in authen. colla. 8.*

Cur ſponſalia præcedere nuptias bonum viſum ſit. Cap. 3.

1.2 *Sponſalia præcedunt matrimonium, primum vt habeatur parentum coniungendorum conſenſus.*

2 *Oppia lex mulieribus liberam ſui adimebat poteſtatem.*

3 *Sponſa Moſcouia non videtur, priuſquam a parentibus Sponſalia firmata ſint.*

4 *Sponſalia præcedunt nuptias, vt interim probent vicißim mores coniungendi, num ſimul conuenire poßint, & mos in his antiquorum.*

5 *Sponſalia 3. præcedunt nuptias, & interim ſe parent coniuges ad omera.*

6 *Sponſi vel ducentes vxorem à bello per annum immunes.*

7 *Sponſalia differunt 4. nuptias, vt uxoris deſiderium indatur, & cursor ſit.*

8 *Sponſalia differunt nuptias 5. & interim dotis pecunia colligatur, in nuptias ſoluenda.*

9 *Sponſalia differunt poßremo, vt denuntiatione facta in Eccleſia nuptiarum impedimenta ſi qua ſint, opponantur.*

VIſum † eſt cum neceſſarium, tum vtile multiplici ratione, 1
vt ſponſalia nuptias præcederent. Quarum prior eſſe videtur poteſtas aliena, cum nubendæ ſui iuris non ſunt, vtque haberetur conſenſus parentum, in quorum ſunt poteſtate, *Paul. l. in ſponſalibus, 7. & Vlpian. l. in poteſtate, 10. de Sponſal. lib. 23. P. titul. 1. Paul. l. 2. de ritu nuptiar. lib. 23. P. titul. 2. l. ſi vt propon, C. de nupt.* potiſſimum tempore eo, quo matrimonium ethnicis & politicis regebatur, non diuinis legibus. Nam & hic, parentum potiſſimum in nuptiis contrahendis exigitur, vt dicemus Deo iuuante paulo poſt in nuptiis. ¶ Et † refert Liuius *lib. 44.* quod M. Por- 2

Digitized by Google

eius Cato pro lege Oppia dicebat, maiores voluisse, nullam nec minimam quidem rem, sine auctoritate fœminas agere, sed in parentum fratrumve aut liberorum potestate eas esse. Vitumque est commodius prouidentiæ patrum electionem hanc committere, qui consilium sæpius capiunt pro liberis, *Papin. l. nec in ea lege 22. ad l. Iul. de adult. lib. 48. P. titul. 5.* & quorum affectioni nulla alia comparari potest, *Iustin. l. fin. de cura. furio. libr. 5. C. titul. 70.* quam ipsis filiabus, cum sæpe laborent earum consilia aduersus propria commoda, *Honor & Theod. l. 4. de spons. C.* ¶ A-
3 pud Moscouitas † nec hodie sponsa visitur, sed iubetur sponsus discere ex aliarum inspectione, qualis ea sit, quin prius inter parentes maximis pœnis fuerint sponsalia firmata, *Sigismundus liber*
4 *Baro, lib. de reb. Moscouit. a. pag. 47.* ¶ Alia † ratio, vt cum iudicio quis vxorem ducat, & expectatur has inter moras perfectionis nuptiarum, ingenium & mores coniugis, quibus in perpetuum & quandiu vixerit vsurus est. Sicque non oculis vel digitis, vt tradit Plutarchus *in præcept. connubial.* vxorem eligat, non pulcritudinem, non dotem tantum consideret, sed num possit iugum indissolubile cum ea eove coniuge ducere. Et vbi maius periculũ, ibi consultius agendum est, *c. vbi periculum. de elect. in 6.* Sic lõgius tempus, nempe semestre ad præsentandum patrono ecclesiastico, cui non licet variare, quam laico, cui tantum largitũ est quadrimestre, quia variat, conceditur, *cap. 1. de iur. patron. in 6.* Et spatium deliberandi datur à iure heredibus ad considerandam & cernendam hereditatem, pro qua adeundo futurum est illos ære alieno teneri, *Iustin. l. fin. de iur. deliber. libr. 6. Cod. titul. 30.* Mos quoque veteribus erat teste D. Chrysostomo *Homil. 43. in Genesin tom. 1. & tom. 2. Homil. 4. in Matthæum.* antequam concumberẽt, sponsalia facere, simul quoque cohabitare desponsatis, & cum parentibus conuersari, *id quod nunc*, inquit, *sæpe fieri solet*, vnde Loth vocat, *Genes. cap. 19.* generos suos desponsatos filiabus suis, quanquam diceret quod viros non cognouissent. ¶ Tertio, præ-
5 cedunt sponsalia, † vt qui vxorem est ducturus iam, reipsa præmonitus componat mœstos interim penates, & apparet ea quæ subeundis oneribus certe grauissimis sunt necessaria: plura enim maritus vxori præstare debet, quæ vel marsupio, vel animi patientia soluenda sunt, vel iugi tristitia ferenda. ¶ Quamob-
6 rem ob tantum negotium, datur iure diuino sponsis & nuper coniugatis immunitas à bello, vt per annum à desponsatione & nuptiis, in bellum non eant, vt ait Iosephus *lib. 4. antiq. Iudaic. ca. 6.* Moses *Deuter. c. 20.* Machabæorum Historia *1. c. 3.* ¶ Quarto †
7 differuntur nuptiæ, vt per dilationem carior vxor in posterum sit, & magis diligat eam assecutam vir, quam ante suspirauerat, *eam. Institutum, 27. q 2.* ex D. Augustino *lib. 4. confessio.*
8 ¶ Quinto, † vt possint qui nupturam dotant pecunias congerere, quas coniugi dent: nec enim debet statim maritus venire cum sacco paratus, vt de creditoribus repetentibus debita dicitur, *Paul. l. quod dicitur, 105. de solutio. lib. 46. P. tit. 3.* Et debitoribus etiam non petentibus danda est ciuilis quædã dilatio, teste Callistrato *l. debitoribus 31. de re iudic. lib. 42. P. tit. 1.* Danda autem statim esset, si nuptiæ simul & eodem actu fierent cum sponsalibus, vtpote quod onera inciperent penes maritum esse, pro quibus, *Dioclet & Maxim. l. pro oneribus 20. de iur. dot. libr. 5. Cod. titul. 12. cum*
9 *simil. ibi nota.* ¶ Sexto differuntur, † vt interim ante nuptias proponi possit à curionibus in ecclesia publice matrimonium futurum, cum imposita temporis intercapidine, vt si quod impedimentum sit in gradu vel affinitate, vel alterius coniugis, coniugium opponatur & probetur, *cap. cum inhibitio, de clandestin. desponsat.* vt latius dicemus Deo fauente paulo post in substantialibus & ritibus nuptiarũ. In summa sic monet Ouidius *3. Fastorum.*

Nubere si qua Voles, quamuis properabitis ambo,
Differ, habent parua commoda magna mora.

De Personis quæ pro aliis sponsalia contrahunt.

Cap. 4.

1 *Sponsalia per se & per alios contrahunt sponsi.*
2 *Catheorum lege sponsi se mutuo eligunt: vxores vna cum viris comburuntur.*
3 *Sponsalia promittuntur filiorum plerunq; à patribus, & dissoluuntur, nisi sint emancipati.*
4 *Sponsalia pro impuberibus vel filiisfam. à parentibus facta non valent nisi adulti consentiant ipsi.*
5 *Filij censentur consentire patri, nisi expresse repugnent.*
6 *Sponsalia fiunt inter absentes per nuntium, procuratorem, epistolam. Rebecca Isaaco per nuntium desponsata, &c.*
7 *Sponsalia non faciunt affinitatem.*

1 SPonsalia & per coniuges futuros, & per alios nomine illo-
2 rum contrahi possunt. ¶ In India † lex propria fuit Catheorum, vt sponsus & sponsa se mutuo eligant auctore Strabone *lib. 15. Geograph.* item vt vxores cum viris defunctis comburerentur, ob hanc causam, quod cum aliquando adolescentulos adamarent, à vitis secedebant, vel viros interimebant. Consensu etiam eorum iure ciuili qui coniungendi sunt, fiunt interdum sine patre, si sui iuris, interdum adhibito consensu parentum, vt plerumque. ¶ Patres † namque desponsent filios & filias quas ha- 3
bent in potestate, vt in superiori capite in prima ratione notauimus. Nam hoc officium parentum est ad quod cogi possunt per magistratum, in matrimonium liberos collocare & dotare secundum Martiani Iurisconsulti responsum, *l. qui liberos 19. de rit. nupt. lib. 23. P. titul. 2.* Idcirco destinatio & pactio parentum de nuptiis filiarum, si illi moriantur, vim post mortem illorum adhuc consequuntur, neque à transactione tutorum etiam minorum filiarum consensu irritantur, ex constitutione Honorij & Theodosij CC. *l. si pater pactũ 4. de spons. C. & l. 1. §. fi. si nupt. ex rescrip. petan. libr. 5. Cod. titul 8.* potestque pater sponsalia à filiafamilias facta dissoluere & nuntium remittere, non autem pro emancipata, auctore Vlpiano *l. in potest ate 10. de sponsal. in P. l. Iulianus 4. de repud. lib. 24. P. tit. 2.*

¶ Quæ † de impubere filio filiave dicta censentur. Nam pro 4
puberibus pater pacisceus nihil agit, *c. 1. 2. 3. 4. de despons. impub. lib. 4. Decret. titul. 2.* nisi consentientibus illis quoque & adultis moribus factis pactionem approbantibus, *Paulus, l. in sponsalibus 7. & l. filiofam. 13. Iulianus l. sponsalia 11. de sponsal. in P. Paul. l. 2. de rit. nupt. libr. 23. P. tit. 2.* Nec cogitur filiusfam. vxorem ducere, vt ait Hermogenes *l. non cogitur 21. de rit. nupt. in P.* Matrimonia quippe libera, non coacta esse debent. *Alexand Imper. l. 2. de instit. stipul. libr. 8. Cod. tit. 39. Dioclet. & Maxim l. nec absentio 14. de nupt. libr. 5. Cod. titul. 4. Leo & Anthemius, l. fin. 9. fin. de spons. Cod. Paul. l. Titia. l. 134. de verb. oblig. libr. 45. P. titul. 1. c. gemina mulier requisiuit, de sponsal. apud Gregor.* Censentur tamen liberi voluntati parentum consentire, nisi expresse repugnent. *Vlpian. l. sed ea quæ patris 12. de rit. nup. lib. 23. P. tit. 2.*

¶ Itaque † illis volentibus pacta rata erunt: ¶ Sicuti † & per 5
procuratorem possunt sponsalia contrahi, & per nuntium. & per epistolam inter absentes. *Vlpian. l. 14. & fin. de sponsal in P.* si absentes sciant vel ratum postea habuerint, vt ait Pomponius. *Libro 5. de spons. in P.* Desponsauit vt Rebecam Isaaco per seruum missum ab Abrahamo, *Genes. 24.* pater. ¶ Per † sponsalia non con- 6
trahitur affinitas, siue per verba de præsenti, siue per verba de futuro fiant. *cam. sponsum, despons. apud Greg.* vt & notauimus latius in c. de affinitate.

De Ætate & Qualitate sponsæ & sponsi.

Cap 5.

1 *Sponsalia inter puberes & impuberes quomodo & quando contrahi possunt.*
2 *Sponsalia contrahi possunt à quolibet maiore septem annis, sed sine sacris ritibus vsque ad decimumtertium annum mulieres, & quatuordecimum viri.*
3 *Ius orientale collectum per Enimundum Bonefidium.*
4 *Sponsalia quæ impediant ex regula generali.*

QVia † in negotiis contrahendis pupillus legitimo adueniẽte 1
auctore obligari potest, *Catus l obligari 9. de auct. tut. libr. 26. P. tit. 8. §. 1. eod. ad Iustin §. furiosus, de inutil. stipul. l. quamuis 32. §. infans, de acquir. poss. libr. 41. P. titul. 2. l. in negotiis de regul iur. libr. 50. P. titul. 17. facit recte, l. fin. infanti 18. § fin. de iur. delibr. libr. 6. C. titul. 30.* & contrahere: at ante septem annos non potest auctori etiam dici consentire. Ideo Iulius Paulus *libr. 2. recep. sen. capit. 20.* sponsalia tam inter puberes, quam impuberes contrahi posse tradit. Et Modestinus *l. in sponsa. libr. 14. de sponsal. in P.* respondit, in sponsalibus contrahendis non esse certam ætatem definitam, vt in matrimoniis.

¶ Itaque † à primordio ætatis fieri posse, si modo id fie 2
ri ab vtraque persona intelligatur, id est, si non sint minores, quã septem annis: sequuntur & leges pontificiæ id ipsum, *c. literas. & c. à nobis, de desponsat. impub. can. 1. & 2. 30. q 2.* Confirmat hoc & nouella Leonis Cæsaris, quam refert Constantin. Harmenopolus *lib. 4. promtu. iur. tit. 1.* verum prohibuit ibi sacris ritibus sponsalia firmari, prius quam sponsa 13. annum, sponsus 14. fuissent emensi: quod & statuitur constitutione Alexij Cæsaris orientis, quæ inibi iungitur ab Harmenopulo.

¶ Et in iure † orientali collecto per Enimundum Bone- 3
fidium, in constitutionibus imperatoris orientis. Loquuntur autem illi de sponsalibus quæ nuptiæ dicuntur, post quas commiscebantur cum sponsis minoribus sponsi, quod potius erat incentiuum libidinis & corruptio naturæ, ante legitimam ætatẽ: cum tamen vere essent sponsalia futuri matrimonij, non nuptiæ, etsi celebratæ illæ fuissent, vel in domum ducta sponsa, vt notat Vlpianus ex Iuliani & Labeonis responsis: *in l. quæsitum est 9. de sponsalib. in P.* Eritque qualitas hæc legitima in sponsalibus requisita

Digitized by Google

quiſita, conſequenter ſi agatur de futura promiſſione, ætas, quæ intelligatur maior ſeptennio, dummodo aliud non probata.

4 ¶ Multa † enim ſunt, quæ officere ſponſalibus, præter impedimentum ætatis poſſunt, quæ hac breui concludi poſſunt regula: vt id quod nuptias fieri inhibet, ſi in ſponſalibus reperiatur, quod perſeuerare poſſit vſque ad nuptias, impediat quoque ſponſalia, *Vlpian. l. Oratio 16. de ſponſal. in P.* Quo fit, vt impedimenta nuptiarum tempore ceſſantia, non impediant ſponſalia. *Paul. l. 1. ſi quis officium 38. de vir. nupt. lib. 23. P. titul. 2. Gratianus & Valentin. l. Vnic. ſi rector prouinci. vel ad eum pertin. &c. lib. 5. C. titul. 2.*

De his quæ ſponſalibus accidunt. Cap. 6.

1 *Sponſalia de futuro non faciunt matrimonium, ſed obligant ad contrahendum.*
2 *Sponſalia aut ſimplicia, aut firmata.*
3 Fermailles *Toloſatibus quare ſponſalia dicantur.*
4 *Iuramento ſponſalia firmata.*
Acontij in ſponſalibus Cydippes obtinendis dolus.

1 EX † ſponſalibus propriè de futuro conceptis, non fit matrimonium, ſed obligatio ad contrahendum matrimonium. Obligationum enim ſubſtantia non in eo conſiſtit, vt aliquod corpus noſtrum faciat, ſed vt alium nobis obſtringat ad dãdum aliquid, vel faciendum, vel præſtandum, *Paul. l. 3. de actio. lib. 44. P. tit. 7.* Proinde ſicut in aliis obligationibus cautiones & pignora interueniunt, eo modo & in horum pactionibus.

2 ¶ Sunt itaque † duæ ſponſaliorum ſpecies, nempe ſimplex vna, alia firmata. Simplex, quando nude & ſimpliciter promittunt ſibi mutuo ſponſus & ſponſa nuptias futuras, *c. penult. de ſponſ. ap. Greg.* nulla pactione, nullaue ſcriptura, vel alia ſolemni confirmatione interueniente, non arrha, non pignore accedente. Firmata ſponſalia dicuntur, quando pacta accedunt de dotis conſtitutione & redditione, *Imper. Alex. l. lege quam dixiſti 10. de pact. lib. 2. C. tit. 2.*

3 ¶ Vel iuramentum † de implenda promiſſione nuptiarum, *ca. ſi quis deſponſauerit 27. q. 2. c. de illo. & c. veniens ad nos, de ſponſa.* firmantur quippe pactiones, alioquin nudæ & inefficaces ad agendum, iuramento, *l. iuriſiurando, de oper. libert. lib. 38. tit. 1. P. auth. ſacramenta puberum, ſi aduerſ. venditio. C. ca. cum contingat. de iureiurand. apud Gregor & c. licet, eod. titul. in 6. cum ſimilibus.* Inde & apud noſtros Toloſates, & Tectoſages, hæc ſponſalia publice facta cum arrharum datione, & aliis cautionibus, dicuntur à firmi-
4 tate *fermailles*, quæ, vt plerunque per verba † de præſenti fiunt, & nuptiarum habent idcirco robur ante benedictionem eccleſiaſticam: Exſtat de iuramenti firmitate in ſponſalibus Exemplum apud Ouidiũ *epiſt. 18. Acontij ad Cydippẽ.* de Acontio, qui cũ ob generis imparitatem non auderet in vxorem petere Cydippem, cuius amore tenebatur captus, nouam commentus eſt fraudem, vt ab ea iuramentum nuptiarum extorqueret, ſcripſitque in pomo hos verſus vel ſimiles,

Iuro tibi ſanctè per myſtica ſacra Dianæ,
Me tibi venturam comitem, ſponſamque futuram.

Quod cum in Cydippes ſinum ſacra Dianæ miniſtranti ieciſſet, illaque verba legiſſet, illi viſa eſt ſibi fidem coniugij indiſſolubilem dediſſe, atque ſic ei ſcribit ideo:

Coniugium, pactamque fidem, non crimina poſco,
Debitus, vt coniunx, non vt adulter, amo.
Verba licet repetas quæ dentes ab arbore ſactus
Pertulit ad caſtas me iaciente manus:
Inueniesque illic id te iuraſſe, quod opto,
Ni tibi cum verbis, excidit illa fides.

De Arrha, & Sponſalitia largitate & donatione propter nuptias. Cap. 7.

1 *Arrha ſponſaliorum in ſymbolum futuri matrimonij, & ad probationem fidei datur.*
2 *Arrhæ & pignoris differentia.*
3 *Arrha in ſponſalibus vt plerunque annulus & in aliis. Annuli vſus in ſponſalibus & in aliis num. 3. Annulus ſponſæ mittebatur ſine gemma.*
4 *Annulis quare fingant ſe includi poſſe dæmones.*
5 *Annulorum Exceſtj Phocenſium ducis incantatorum, & Gygis & Medæ narratio.*
6 *Annulos ferens mulier, deſponſata cenſetur. & nu. 9.*
7 *Annulus quo deſponſat dux Mediolani, mare & imperium.*
8 *Annulus quare detur Epiſcopo.*
10 *Annulus ſponſalitius quare in digito medicinali ſponſæ ponatur.*
11 *Arrharum nomine aliud quam annulum.*
12 *Arrhæ quomodo duplicandæ & quando, diſſentientibus à nuptiis ſponſis.*
13 *Arrharum ſponſalitiarum, & ſponſalitiæ largitatis differentia.*
14 *Sponſalitia largitas duplex.*
15 *Sponſalitiæ largitatis munera* ἀναγνωστήρια, ἐπιβήρια, ἐπαυλία, *& πρόμπτρα.*
16 ¶ *De donatione, quæ ante vel propter nuptias eſt.*
17 *Donationis propter nuptias, & ſponſalitiæ largitatis differentia, nu. 23.*
18 *Donatio ante nuptias quare dicatur ita.*
19 *Donatio ante nuptias tempore coniugij hodie fieri poteſt, non contra.*
20 *Dos conſtante matrimonio augeri & minui poteſt.*
21 *Dos caſſam habet pietatis, vt errore ſoluta non repetatur.*
22 *Donatio propter nuptias ab æqualitate dotis ſuſtinetur.*
23 *Donatio propter nuptias in caſu reſtitutionis dotis, in dotis ſolutionem venit.*
Donatio propter nuptias an hypothecam habeat potiorem: qualem dos.
24 Ἀντίφερνα *dicuntur donationes propter nuptias.*
25 Βραβεῖον *acceſſionem dotis dixerunt Græci.*
26 *Donatio propter nuptias non ſemper æqualis dotis fuit & quando.*
27 *Æqualitas donationis propter nuptias, quare hodie non deſideratur cum dote.*
28 *Societas legitima, in qua alter pecuniam, alter induſtriam tantum contribuit.*
29 *In æqualitate dotis conſtituenda, obſeruandi mores & pacta placita, quæ dotis derogant.*
30 *Orio pro dotis æqualitate feras venatus inſula dedit: Dauid præputia Philiſtinorum.*
31 ¶ *Augmentum ſeu* αὔξημα *pro dote datum vxoribus, vt pro eo à Græcis data dimidia pars dotis, apud Hellines trium.*
De augmento ſeu incremento dotis, inſbi.

ACcedit † arrha ſponſalibus, non tam pœnæ nomine, quàm 1
in ſymbolum futuri matrimonij, & ad fidei datæ probationem, & quod ſponſalia facta ſint, ſicut in emtione aduenit, *Cai. l. quod ſæpe 35. de contrah. emt. lib. 18. P. tit. 1. §. 1. eod. titul. apud Iuſtin.* ¶ Vt † ait Suidas, ἀρραβὼν, ὁ τοῖς ὠνουμένοις παρὰ τοῦ ὠνουμένου διδόμενον ἐπὶ τῇ κυρώσει τῆς ὁμολογίας ἀρραβών, arrhabo, pecunia quæ in emtionibus primo dependitur, ad fidem faciendam, his quæ emta ſunt perſoluendis, in quo differt à pignore, nam pignus ſeu Græcè ἐνέχυρον, pro mutua pecunia data, & debito facto opponitur, vt tandiu ſit apud creditorem, quamdiu pecunia apud debitorem: vt arrhabo futuræ emtionis quaſi teſtimonium, vt D. Hieronymus annotauit, *D. Hieronym. in epiſtol. ad Epheſ. cap. 1.* ¶ Arrhæ nomine † in ſponſalibus datur fere ſemper annulus, ſic enim & 3
olim factitatum narrat Plinius *lib. 33. cap. 1. qui ob obligationem*, inquit, *aureos acceperant annulos in publico tantum vtebantur eis: intra domos vero ferreis. Quæ argumento etiam nunc ſponſæ annulus ferreus mittitur, ſique ſine gemma.* Et rurſum, communem ſponſionis omnibus arrham fuiſſe annulos oſtendit, ex eo quod annulo omnia ſignarentur, vt intacta eſſent, & vindicarentur à rapina. Et paulo poſt, *celebratior quippe vſus*, inquit, *cum fœnore cõparare debet: argumento eſt conſuetudo vulgi ad ſponſiones etiamnum annulo exſiliente, tracta ab eo tempore, quo nondum erat arrha velociter vt plane affirmare poſſimus, nummos ante apud nos, mox cœpiſſe annulos.* Sic ſignatorius annulus ab ornamento alius eſt, *Paul. l. ſignatorium, 74. de verb. ſignific. lib. 50. P. tit. 16.* Et Iuuenalis Satyr. 6. de illo ſenſiſſe videtur, dum monet Vrſidium, ne facile patiatur ſe matrimonio alligari, dicens:

Viderunt primos argentea ſecula mœchos,
Conuentum tamen, & pactum & ſponſalia noſtra
Tempeſtate para, iamque à tonſore magiſtro
Pecteris & digito pignus fortaſſe dediſti.

Apud Hebræos annulum fuiſſe promiſſionis quoque arrhabonem exemplum Thameris docet, quæ pro concubitu paſſo ab Iuda, & promiſſo hædo in præmium, petiit ſibi dari pro arrhabone & fide miſſionis præſtandæ annulum & armillam *Geneſ. c. 38.* Et Pharao Ægypti rex in ſignum poteſtatis cõceſſo Ioſepho, & quod eum conſtituiſſet moderatorem populi fidei datæ arrhabonem dedit annulum ſuum, *Geneſ. 41.* Reconciliationis factæ arrhas & ſymbolum cum filio prodigo pater annulũ aureũ eſſe oſtendit, dicens, *date illi aureum annulum &c.* apud D. Lucã *15. c.* ¶ Hinc † aſtuti humanæ naturæ hoſtes impij dæmones fin- 4
gunt ſe ampullis includi, & volũt per deceptos annulis ſe deferi: non quod includantur illis, ſed quod miſeras animas ſymbolo accepto annuli, vt arrhabone ſuas reddãt, & decipiãt, leuiter illis mendacij patribus credentes & fidentes. ¶ Sic † Exceſtus 5
Phocenſiũ tyrannus duos geſtabat incantatos annulos, ex quorũ ſonitu profitebatur ſe ſcire tempus gerendarum rerum: mortuus tamen is eſt dolo interfectus, vt refert ex Ariſtotele de republica Phocenſium Clemens Alexandrinus, *lib. 1. Stromat.* Fidendum enim nunquam tam ſceleratis ſpiritibus eſt, etſi Gygis donent annulum, quo ille inuiſibilis omnia conſpiciens reddebatur, cũ gemmam annuli introrſum ad manum verteret, vt aſt Cicero *3. Officiorum.* & Plato *2. de repub. vel de iuſto.* Siquidem nec ille à 6
quo accepit potuit inſidias mortis euadere: narrant enim prædicti auctores, hiatu terræ facto per terræ motum, Gygem paſtorem mirabundum in hiatum deſcendiſſe, conſpexiſſeq; multa alia quæ fabulantur miranda, & equum æneum concauum, & per feneſtram cadauer in aluo equi maius quidem humana

Digitized by Google

forma, quod nihil habebat præter hunc in digito annulum. Midæ tribuunt etiam annullum, quo circumacto, habentem nemo cerneret, quod etiam fabulosum Plinius putat *libr. 33. capitul. primo.*

6 ¶ Annulus igitur, † quum fidei arrhabonem habeat, & in sponsalibus fidem facit promissionis nuptiarum, & ea desponsata præsumitur vel nupta, quæ annulos in digitis defert, vt air Alexander 3. sum. Pontif. *c. illud. cap. 11. de præsumt. libr. 2. Decret. titul. 23. can. nostrate, 30. q. 5.* Et mulier quæ virum vt desponsatum prosequebatur in constitutione Clementis 3. sum. Pontif. *ca. tenor. literarum, cap. 10. de sentent. & re iudic. lib. 2. Decret. tit. 27.* ad probationem exhibet testes quod aduersarius eius eam desponsationis annulo publice subarrhasset.

7 ¶ Sic dux † Mediolanensis, dum eligitur & nanciscitur ducatus possessionem, annullum in mare proiicit, veluti illud despõsans, cuius Imperio Veneti pollent teste Contareno *libr. 2. de republic. Veneto.*

8 ¶ Et † episcopus annullum defert, vtpote sponsus ecclesiæ, vt notat Cardinalis *in rub. de postul. prælato.*

9 ¶ Sic apud † Terentium *in Hecyra. act. 5. scena. 3.* annulus quẽ detraxerat compressæ Philomelę vxori desponsatæ Pamphilus, inuentus in manu Bacchidis datus idem à Pamphilo, probauit matrimonium cum Philomela.

10 ¶ Insignitur † autem sponsa annulo in quarto digito à pollice, quem vocant medecinalem quia in eo quædam vena est sanguinis ad cor vsque perueniens, vt scribit Isidorus *lib. 2. de offic. cap. 15. ca. fœmina 30. q. 5.* Disarius tamen apud Macrobium *libr. 7. cap. 13.* melius mihi rationem explicasse videtur, dum ex Ægyptiorum sententia & libris anatomicorum tradit, ex communi consensu annulum in digito, qui minimo vicinus est, quem etiam medicinalem vocant, manu præsipue sinistra gestatum, quod neruus quidam de corde natus prorsum pergit vsque ad digitum manus sinistræ minimo proximum, & illic desinit implicatus ceteris eiusdem digiti neruis: & ideo visum veteribus, vt ille digitus annulo, tanquam corona circundaretur. Eadem refert Aulus Gellius *lib. 10. cap. 10.* ex Appione in libris Aegyptiacis.

11 ¶ Dantur † & arrharum nomine alia etiam, vt nummorum certus numerus, vèl quiduis aliud.

12 ¶ De quibus † statutum est, vt si quæ sponsalia maior contraxit, nolit nuptias exsequi, teneatur arrhas duplicare: si minor contraxit restituat, & si qui dedit non contrahat, amittat: nisi sine culpa alterutrius dissoluantur sponsalia, puta morte alterius, vel lege nuptias prohibente, vel solutionem permittente, *l. 3. & fi. de sponsal. & arrhis.*

13 ¶ Differunt autem arrhæ sponsalitiæ, ab sponsalitia largitate, de qua in §. primo, vt sponsalitia largitas proprius sit contractus, in nouellis Iustinianeis *constitu. 119.* quod arrha non sit donatio, vt sponsalitia largitas, sed velut pignus.

14 ¶ Sponsalitia † largitas rursum proprie & improprie sumitur. Proprie sumpta duplex: aliquando namque accipitur pro donatione inita inter sponsos vel ab altero illorum alteri, de qua loquitur Constantinus Cæsar, *l. si à sponso 15. de donatio. ant. nupt. li. 5. C. tit. 3.*

15 ¶ Dicuntur & † spõsalitiæ largitatis nomine secundo, munera quæ sponsæ donantur, & mittuntur triduo antequam ea prodeat in publicum ab eius amicis, *l. 1. si nupt. ex rescript. petan. C.* Iulius Pollux *lib. 3. cap. 3.* vocat munera ab sponso data, sponsalia ἐπίλυσα, ἀναγνωστήρια, quæ & diem, qua sponsa detegitur & prodit, significant, & munera quæ & σφραγιστήρια dicuntur Cælio Rhodigino, *libr. 11. cap. 60.* & Alciato *libr. 1. παρ. cap. 2.* quoque dicuntur ἐπαύλια. Et Constantinus Harmenopolus, *libr. 4. promtua. iur. cap. 7.* διώρυγες quoque dici existimat munera quæ amici contribuunt sponsæ, cum primum illa se retectam visendam præbet. Suidas tamen ἐπαύλια ea fuisse dixit munera, quæ postridie nuptiarum ab sponsæ patre, tam sponsæ quam sponso mittebantur cum pompa: pater enim præcedebat alba veste, facem incensam tenens, hunc sequebatur mulier canistrum gerens, ceteris sequentibus ordine, quæ aurum, patellas, smegnata, lecticas, pectines, lectos, alabastros, sandalia, thecas, pyxides vnguentarias, interdum etiam sponso vna dotem adferebant.

16 ¶ Improprie † autem sponsalitia largitas dicitur ea, quæ est donatio propter vel ante nuptias, de qua Iustinianus in §. primo. vt sponsalitia largitas proprius sit contractus in nouellis.

17 ¶ Atque † differt à vera sponsalitia largitate: quod donatio ante vel propter nuptias fiat propter æqualitatem dotis acceptæ à marito vxori, *dic. §. 1. & sponsal. larg. in nouell. constit. 119.* Sponsalitia autem largitas, non propter dotem, sed affectionem sponsi vel sponsæ, *l. si à sponso, de donat. ant. nupt. C.*

18 ¶ Habuit † porro nomen donatio ante nuptias, ex eo quod olim donatio hæc non fiebat, nisi ante nuptias, à principibus inducta, ante omnino incognita *§. est & aliud, de donat. libr. 2. Institut. tit. 7.* Iurisconsultorum temporibus, in qua & conditio inerat, vt tum rata esset quando matrimonium sequutum fuisset, nec tempore constantis coniugij fieri poterat, quod donationes inter coniuges non valeant, *l. 1. 2. 3. de donatio. inter virum & vxorem in P. l. à marito, C. eod.* neque ab sponsis factæ in tempus coniugij suspendi possint, *l. cum hic status 33. §. si sponsus, de donat. inter virum & vxorem, in P. l. quod sponsa, 4. de donation. ant. nupt. lib. 3. C. titul. 3.*

¶ Verum † Iustino placuit postea, & tempore matrimonij 19
fieri posse hanc largitionem.

¶ Quia † & dos constante matrimonio augeri & minui pos- 20
set consensu coniugum, *dict. §. est & aliud, de donat. apud Iustin. l. si constante, 19. de donatio. ant. nupt. Cod. Iustin. l. fin. Cod. eod.* si sine damno liberorum prioris matrimonij fiat, vel creditorum, *authent. sed iam necesse, de donatio. ante nupt. C.* Atque huiusmodi donationes fuerunt à legibus improbatarum donationum, quæ fiunt inter viuentes coniuges exemtæ, vtpote remunerationes potius vitæ quam vere donationes, cum remuneratoriæ donationes legibus communibus liberalitatis eximantur, *l. Attilius, de donat. in P.*

21 ¶ Et † dos causſam habere pietatis dicitur ratione cuius promissum vel solutum etiam errore à non debitore non repetitur, vt notat Iulian. Iurisconsul. *l. cum is qui 32. §. si mulier, de condict. indeb. lib. 12. P. tit. 6.*

¶ Voluerunt † & Cæsares æqualitatem inter coniuges con- 22
seruare, vt pro modo dotis vir quoque donationem propter nuptias contribueret, ita matrimonio necessaria, *authent. sed iam necesse, de donat. ant. nupt. C. autho. dos data, eod. titul.* potissimum si de lucranda dote maritus superstes, mortua vxore pacisceatur. *authent. æqualitas, & authen. sed quæ nihil, & l. lege Leonis 10. de pact. conuen. lib. 5. Cod. titul. 14. §. 1. de aqual. dot. constit. 92. & §. fin. de non elog. secun. nuben. constit. 2. in Nouell.* Cautionem enim conseruationi dotis 23
sic adinuenerunt per illam sponsalitiam æqualitatem, seu donationem propter nuptias, & propter dotem.

¶ Voluerunt † namque soluto matrimonio extra pactionem 23
lucri, eam capi ab vxore pro dotis solutione, & in dotem redigi ab ea, inquam, quæ dotem dedit, *l. generaliter 5. vers. hoc obseruari. de secund. nupt. libr. 5. Cod. tit. 9.* Non enim est donatio, quæ præcedente marito possit præter dotem repeti: quo nomine quoque differt ab alia specie donationis quæ pure fit sponso vel spõsæ, quæ lucro eius cedit si ante nuptias fiat, *l. 1. l. si consentiẽte 14. & l. à sponso 16. de don. ante nupt. C.* Idcirco hæc donatio propter nuptias alia ab ea est, & veluti dotis cautio & hypotheca, & si de lucro agatur, pacto æqualis priuilegij ac dos si agitur de repetitione, & ea si fiat ab initio matrimonij, vt sicut in dote, mulier creditoribus mariti, præferatur in ea expressam hypothecam habẽtibus, *l. assiduus, Cod. qui potio. in pign. habe l. in rebus 30. de iur. dot. C. libr. 5. titul. 12.* contra iuris communis regulam, qua potiores tempore iure priores sunt, *l. 2. Cod. qui pot. in. cum similibus*, quantum pertinet ad dotem, & quæ additamenta sunt eius dotis *Gordian. l. cum à socero 8. de iur. dot. libr. 5. Cod. titul. 12. l. inter § cum inter, de pact. dotal. in P.* vtpote si de vestibus atque monilibus agatur marito delatis: non tamen extra dotem incrementa vel lucra ex donatione propter nuptias, seu vt vocant adiacamenta vel augmenta debita eius sint priuilegij, *dict. l. assiduus, in fin. Cod. qui potio.* Non enim cum de lucro captando agitur, mulieribus, sed in damno euitando fauetur in præiudicium aliorũ, *l. error. de iur. & fact. igno.* nisi, vt monuimus hypothecæ & cautionis nomine pro dote, eam donationem propter nuptias, velit aliis creditoribus euincere, in quo præfertur: non autem in domino, dote repetita, & ita intelligenda est Iustiniani sanctio, *l. vbi adhuc 29. de iur. dot. C.*

¶ Quamobrem † hæ donationes propter nuptias ἀντίγραφα, id 24
est, pro vel nomine dotis data dicuntur ab eodem Iustiniano *l. fin. de don. ant. nupt. Cod.* vel similia dotibus, vel opposita dotibus, vel pro dotibus.

¶ Græci † ἐπίσκηνον accessionem ad dotem dixerunt teste Har- 25
menop. *lib. 4. prom. iur. περὶ ἐπισκήνου*, vnde æqualitas aliquando eius cum dote exacte constituta, quamuis in ea sæpe & consuetudine & iure variatum sit.

¶ Nam † in ciuili iure Romano, Leo & Anthemius CC. *l. ex* 26
morte 9. de pact. conuen. lib. 5. Cod. tit. 14 permiserunt aliquando inæqualitatem inter donationem propter nuptias & dotem, in quantitate & in lucro, sed non in quota. Iustinianus deinceps *l. lege Leonis 10. Cod. eod. de pact. conuen.* pactum lucri futuri dispar inter donationem propter nuptias, & dotem tantum ad æqualitatem minoris maius redegit. Subinde æqualitas in omnibus definita, *authen. æqualitas, C. eo. de pact. dotal. const. de æqualit. dot. in auth.* lucraque facta æqualia, si tamẽ dos data fuisset, non aliter, *auth sed quæ nihil, de pact. dotal. §. 1. de non eligen. secun. nuben. in authen.*

¶ Moribus † & consuetudine regionum, hæc æqualitas in 27
dote & donatione propter nuptias sæpius non exigitur, neque etiam desideratur hæc donatio, salteni æqualis doti. Cum animaduersum sit, disparem esse causſam mariti & vxoris & dotem pro oneribus dari marito, *l. pro oneribus, de iure dot. cum similibus*, quæ vxor non subit. Satisque æqualitas videtur sine donatione cum dote, conseruata tamen geometrica, vel etiã Arithmetica in societate hac, in qua mulier pecunias, ... ope-

iam

Digitized by Google

18 ram,laborem,& ſolicitudinem confert. ¶Sicut † eſt iuſta inter alias perſonas ſocietas,pecuniarum & induſtriæ contributio: & plerunque tanta eſt induſtria ſocij, vt plus ſocietati conferat, quã pecunia:vt ſi ſolus nauiget, ſolus peregrinetur, pericula ſolus ſubeat,vt ait Vlpianus, *l. fin. non ſuerint 29. & l.ſocietas 5.pro ſoc.lib.17.P. tit.2.* Quamobrem recte Accurſius notat *in Auth. equalitas,in verbo pari.de pact. commen.C.* ius æqualitatis conſuetudine tolli hodie, & valere dotis conſtitutionem nulla donatio-
19 ne propter nuptias interueniente. ¶Mores † tamen obſeruandi ſunt diuerſi, & placita hac de re conuenta, quibus eiurare fauorem conſuetudinum poſſumus, vtpote iuribus in fauorem introductis *l.pen.C.de pact.l.ſi quis in conſcribendo,de epiſc. & cler.C.*
30 ¶Itaque certa de hac re nulla eſſe poteſt lex. Meminit Partheníus *in Eroticis.* Orionem Hiriei filium propter Herum filiam Oenopionis & nymphæ Elicæ,inſulam cicurem reddidiſſe, quæ tunc feris erat referta nimirum cum magnam prædam ipſarum à ſe captarum pro dote offerret. Sic pro ſponſalibus Micolis filiæ Saulis numerauit Dauid centum præputia Philiſtinorum à ſe occiſorum,*2.Reg.cap.*18.In quibus elucent exempla donationis propter nuptias,vel melius donationes ad conſequẽdas nuptias validæ & irreuocabiles:ſicuti & eſt donatio quædam ante nuptias & fauore matrimonij nuncupata irreuocabilis,& præter dotem præſtanda,ſimplex & ab æqualitatis cenſura aliena, *l.ſi ante matrimonium,de donation.ant.nupt.C.*de qua & Deo fauente in ſucceſſionibus agemus decedentium.

31 ¶ Græcorum † autem mos erat dari vxoribus pro ὑποζύγῳ, ſeu acceſſione dotis,dimidiam partẽ dotis,quod & Toloſæ locum obtinet.Immutatum hoc tamen apud Hellines, vt pro eo ſemiſſe,acciperent tantum dotis trientem, id eſt, quartam partem totius dotis,vt refert Conſtant.Harmenopolus *lib.4. promt. tit.7.*& poſt eum Phobenus Chartophilax Burgariæ Archiepiſcopus. Et rurſum Harmenop.*lib.4.cap.*10.quod conuentum eſt pacto & de reſtituenda dote & de hypobolo,id ſeruandum eſt: quod ſi nihil placuit, poſtulatur tunc ab eo qui dotem reddit,vt hypoboli nomine trientem vniuerſę ſummæ, in quã dos redacta ſit,præſtet,verbi gratia,ſi vnius libræ dos ſit, pro hypobolo triens ſummo perſoluetur, vtpote viginti quatuor nummi: conſtat enim libra 72.ſolidis.*l.quoties de ſuſceptor.libr.10.C.* Indicat & Theocritus morem fuiſſe,ita depaciſcendi pro matrimonio his verbis, dum puella ſponſum alloquitur, *Theoc. eidyllio* 28.

Δορὰ. Καὶ τί μοι ἴδιον ἄγεις γάμῳ ἄξιον, ἢν ὀπτήνωμαι,
Κἀφνὶς. Πάντα τὰ ἀγάλλεαι τοῦτ' ὅλοα καὶ τέρεα ἴξεαι.

Id eſt:

Puella. *Sed quam mihi dotem adfers nuptiis dignam,ſi annumerer?*
Daphnis. *Vniuerſum gregem,omnia nemora & paſcua habebis.*

ὑπόβολον eſt alicubi in vſufructu tantum,durante vita vxoris,& ad mulieris victum pro dote aſſignatur, vnde vocatur dotalitiũ, vt apud Sigisbertum *in Chronica circa annum* 1178. & alibi Vitalitium,id eſt,pro vita,vt apud Albertum Krantium *libr.7.Dania,c.* 35. Neapolitani vocant dotarium, *lib.3. de conſtit.Neapol.tit.*13.15. 16.noſtrates Toloſani augmentum.

De Proxenetriis,& Oſculo ſponſaliorum. Cap. 8.

1 *Proxenetria quid,* & προμνήστρια & proxenetriam & προμνήστριαν *item.*
2 *Oſculum inter ſolemnia nuptiarum.*
3 *Oſculo dato ſponſam lucrari mediam partem donationis propter nuptias,non aliter.*
4 *Oſcula ſymbolum habent non vulgaris dilectionis, honeſta, vel inhoneſte oſculantur ſe mutuo.*
5 *Oſculum in ſponſalibus matrimonium non contrahit, nec affinitatem.*
6 *Oſcula religionem habentia,* & *de oſculo manuum & genuum.*
7 *Oſculo* Venientes excepti & *abeuntes dimiſſi amicitiæ cauſſa. Idem nam.*9.10.11.12.14.18.
8 *Perſonarum ſalutandi mos.*
10 *Oſculo & inclinationibus crebris ſalutant hoſpites Moſcouita.*
11 *Item Hebræi.*
13 *Caius Caligula adorandum pedem aut manum porrexit ſenatoribus.*
15 *Oſcula tandem Romanis quotidiana in ſuſpicionem turpitudinis venerunt.*
16 *Oſcula quotidiana prohibuit Tyberius.*
17 *Oſculatio puerorum arreptis auribus* χύτρα *quare fiebat.*
19 *Oſculari licet eccleſiaſtica perſona manus principum in ſignum amoris.*
20 *Oſculum dare non poſſumus,quibus cum communicare non licet.*
21 *Sponſatio oſculo firmata valde nuptiis accedit.*
22 *Oſculari mulieres non licuit omnibus Romæ, nec illa viros in ore, ſed in fronte aliquando oſculatæ ſunt.*
23 *Oſculari mulieres tunc cognatas licuit,cum vſus vini interdictus illis fuit.*
24 *Oſculum non deferebant cognati Romani mulieri fœmoſa.*
25 *Oſculo dato ab vxore alteri viro, ea vt adultera dote apud Italos & Hiſpanos privatur,non in Gallia.*
26 *Oſcula vnania ſunt.*
27 *Oſculari fœminas Concilio Antiſſidorenſi, vel habere commatres monachu prohibitum.*
28 *Oſculorum certamen & præmium eius qui dulcius oſcularetur,apud Megarenſes.*

IN rubrica de † ſponſalibus C. adiicitur, & de proxenetici vulgo,ſed emendatius de proxenetriis,de quibus tamen leges ex mente Accuſij *in rubric. de ſponſal.C.*ibi non loquuntur. Alciatus tamen *lib.1. diſpunctio. cap.* 22. contrarium defendit, & arbitratur proxenetria eſſe cadẽ, ac προμνήστρια: & proxenetriam eſſe προμνησίειαν,mulierem eſſe procuratricem & conſiliatricem futurarum nuptiarum pronubam, *de hac meminit Plato.6.de legibus,* in cuius manibus arrhæ cuſtodiendæ deponebantur, non ſecus quam ſponſiones: & ita proxenetria ipſas arrhas à cuſtodia proxenetriæ dici & explicari titulo de ſponſalibus, dum inibi de arrhis tractatur, cui ſubſcribo. Etenim mercedis proxeneticæ tractatio in aliud iuris caput reuocatur,*l. 2.de proxenetis in P.* ¶ Præter † arrhas Alexius Comnenus *in conſtitut. libr. qui inſcribitur Ius orientale, lib.* 1. Orientis imperator,addit etiam inter ſomnia nuptiarum & oſculum. ¶ Quod † eſt etiam arrhabo nuptiarum, ſi ea mente præbeatur, vſque adeo efficax, vt oſculo dato, donatio facta ab ſponſo præmoriente pro media parte valeat,pro alia autem infirmetur,vniuerſam autem infirmari, ſi oſculum ante mortem alterius non fuerit ſecutum,ex conſtitutione Conſtantini *l. ſi à ſponſo 16. de donatio.ante nupt.l.5.de ſponſa in C. Theodoſ.* ¶ Oſculum † ſiquidem quoddam initium conſummationis nuptiarum eſſe videtur, & fruitio ſponſæ quodammodo.Atque oſcula ſignum & ſymbolum habent cuiuſdam dilectionis maioris, quam vulgaris. Idcirco & oſcula libidinis prænuntia eſſe poſſunt, & honoris. Actus enim ad vtrumque relatus fuit oſculi, *Clemens Alexan. lib. 3. pedago. cap.* 11. interdum tamen nominis quadam adhibita diſtinctione. Nam vt plerunque oſcula officiorum ſunt: baſia pudicorum affectuum: ſuauia, libidinum, *in Eunucho Aelius donatus, euarrans illud Terentij, Thais mea,meum ſuauium.* Libidinis inquam, vt apud Quid.

Oſcula ſi dederis, fiam manifeſtus amator.

Sic Teocritus *Eidyl.* 3.& 28.

Νύμφα περισπεύξαὶ μετὸν αἰπόλον ἀς τὸ φιλάξῃ.
Ἐς σὲ γὰρ ἐκ πασᾶν φιλάμμεσιν ἀδὺς ἵμερος.

Id eſt:

Nympha amplectere me caprarium,vt te oſculer,
Eſt & in vanus oſculo ſuauis iucunditas.

Refert Ælianus *libr. 1. de vari. hiſto. c.* 15. ex Ariſtotele, *libr. 1. de iuſto.animal. ca.* 2. maſculum è columbis, non prius in fœminam aſcendere,quam oſculũ illi dederit,nec recipere fœminas marium commercium,ſi vacuum ſit oſculo. ¶Verum † illud animaduertendum eſt in ſponſalibus matrimonium non contrahere,nec inde affinitatem naſci,*c.lex diuina 27.q.2.*

¶ At † honoris habita & religionis quondam fuerũt, & nunc ſunt apud pleroſque, vt ex verbis Ciceronis conſtat *in C.Verum,* dum de ſtatua Herculis agit. *Herculis,* inquit, *templum eſt apud Agrigentinos non longe à foro.Sane ſanctum apud illos,& religioſum, ibi eſt ex ære ſimulacrum ipſius Herculis, quo non facile quicquam dixerim me vidiſſe pulcrius: tametſi non tam multum in iſtis rebus intelligo, quam multa vidi vſque eo iudices, vt victus eius ac mentum paulo ſit attritius, quod precibus ac gratulationibus, non ſolum id Venerari, ſed oſculari ſolent.* Græci deoſculata manu perfectam eſſe precationem arbitrabantur, vt ait Lucianus *libr.de ſaltatio.* Iubet D.Paulus, 1. *Corinth.* 16. 2. *Corinth.* 13. ſalutationem fieri in oſculo ſancto. Plinius *lib.* 28. *c.*2. *In adorando,* inquit, *dextram ad oſculum referimus totumque corpus circum agimus, quod in lauum feciſſe Galli religioſius credunt,* vnde & Seruius Honoratus *in* 1. *Æneid. Virgil.:ibi.oſcula libauit,*& *c.* dixit, oſculum eſſe religionis.Oſcula manuum,ab imperatoribus ob amoris ſignum idque perpaucis dabantur, teſte Plutarcho *in vita Catonis Vticenſ.* Et rurſum Plinius *libr.*11. *cap.* 45. *Hominis genibus quædam religio eſt, obſeruatione gentium: hac ſupplices attingunt, ad hac manus tendunt: hac vt aras adorant: forſan quia ineſt his vitalitas. Namque in ipſa genu vtriuſque commiſſura dextera lauaque, à priore parte gemina quædam inanitas ineſt. qua perfoſſa, ceu iugulo ſpiritus fugit.in eſt* & *aliis partibus quædam religio, ſicut dexteræ oſculis auerſa appetitur.in ſide porrigitur. Antiquis Græciæ mentum attingere mos erat.*

¶Excipiebantur † ab imperatore amici oſculo,vt exemplo conſtat Galbæ apud Suetonium *in Othone, cap.* 6 qui Othonem eo ſymbolo accepit,eo die quo illi mortem parauit. ¶Perſæ † ſalutationis loco occurrentes ſe mutuo oſculantur, inquit Herodotus *in* 1. ſi pares ſint;alter humilior paulo, genas oſculatur duntaxat:ſi multo inferior,proſtratus adorat honoratiorem. Meminit quoque Xenophon. *libr.* 1. *Cyriped.* Perſas lege,in diceſſu & regreſſu parentes & affines oſculatos tanquam pares.¶ Apud alios † Græcos & hunc morem inualuiſſe probe coniicimus ex Orpheo,dum in Argonauticis refert modum, quo excepit Chi-

Digitized by Google

ron Heroes hospites,

Ἀλλ' ὅτε δὴ ἀγορὴν δὲ γέροντ' ἐγάλοντο βασιλῆας
Κεκρυφίους ἀνόρους, κίον δ' ἀρ' ἀνὰ δώματα ἴκανον,

id est:

Atque vbi præclaros reges ad limina vidit.
Excipit adsurgens, & lætus ad oscula quemque.

10 ¶ Adhuc † apud Moscouitas seu Rhutenos testatur Sigismundus liber Baro, *in commentar. rer. Moscouit. dum de ingressu in alterius domum agit*, qui legatione ad principem horum functus est excipi hospites, & venientes in domum porrectis & datis manibus osculo mutuo, & capitum inclinatione crebra.

11 ¶ Apud Hebræos † pariter hic salutandi per oscula mutua inualuit mos, exstant exempla Genes. 29. 45. Exod. 18. 7. Reg. 14. Thobiæ 7. & 9. &c. Sic hoc signo osculi proditor ille Iudas symbolo amicæ salutationis, dominum Iudæis tradidit *Matth. cap. 25. Mar. 14. Luc. 25.* Sicut & præcessit ratypus in Amasæ sub specie osculi interfecto. 2. *Reg.* 20. Et exprobrat Deus hospiti suo contra Mariam peccatricem murmuranti, *Luc. 7. osculum mihi non dedisti*, &c.

12 ¶ Romanis † quoque principibus mos fuit, vt abeuntes, redeúntesve peregre senatum oscularentur, quod omissum exprobrat in Nerone Tranquillus, quod is neque veniens neque proficiscens quemquam osculo impertierit, ac ne salutauerit quidem.

13 ¶ Obseruat † Dio Cassius *libr. 59. Histor.* in Caio Caligula, quod paucos oscularetur, plerisque etiam senatorum manum tantum aut pedem adorandum porrigebat, ac quibus amicitiæ ab eo oblatum fuisset, ij in senatu ei gratias agebant, cum quotidie cum saltatoribus oscula dare viderent.

14 ¶ Non † ita superbe Aulus Vitellius, qui vt est apud Tranquillum, *Sueton. in Vitellio cap. 7*, obuios quoslibet milites caligatos osculabatur.

15 ¶ Hoc † modo & plebs populusque Romanus se salutabat dato osculo quod aliquando venit in suspicionem, vt opinor, turpitudinis, vt Martialis *libr. 11.* infectatus sit hanc osculorum basiatorumque molestiam in illo epigrammate,

Effugere non est. Basse, basiatores, &c.

16 ¶ Vt Tyberius † etiam Cæsar, quotidiano edicto prohibuerit oscula, si credamus Sueton. Tranquillo *in Tyberio cap. 34.* Poterant enim his abuti, dum pueros ita deliniri & corrumpi fuisset periculum, Christianis piaculum, Romanis aliquando à D. Paulo *ad Rom. 1.* exprobratum.

17 ¶ Vt † existimem formulam ex osculandi pueros non carere mysterio, quos apprehensos auribus osculabantur, vocabantque hanc exosculationem Græci χάρειν, vt scribit Iulius Pollux, *libr. 10. cap. 24.* nempe vt pueri desuescerent dolore aurium, oscula frequentare: forsan & alia est ratio, sed hanc quoque comminisci conuenit, pudori & honestati conuenientem.

18 ¶ Retenta † tamen Romanis osculandi solemnitas inter viros honoris caussa, vt ex lege Iustiniani apparet, *l. 1. de domest. & protect. lib. 12. Cod. testul. 7. Domestici*, inquit, *ac protectores principis osculandi cum salutauerint vicarios tuis culminis habeant potestatem, pœna enim sacrilegij similis erit si hui honorificentia non deferatur, qui contingere nostram purpuram digni habiti sunt.*

19 ¶ Quia † itaque amicitiæ & honoris signum osculum est, & episcopi qui in temporalibus principes superiores habent, & manus osculari regum & principum quibus res habent, possunt, vt notat Archidiaco. *in can. duo 96. distin.* Et signum amoris osculari manum ex Theocrito collige *Eidyllio 11.* dum ait Cyclops ad Galateam,

Ὦ μοι ὄφελ' ἐκ μητρὸς ἐμᾶς βραχίοσι φῦναι,
Ὡς καλὸν ἐπὶ σοὶ κεῖτο κάρα, τύ τ' ἐμᾶς ἐρατεινὰ
Ἀΐ μὰν τὸ σόμα λῆες,

id est:

Hei mihi, quod mater mea non peperit habentem
Branchias, vt ad te per vndas subire possem,
Ac manum tuam osculari si quidem os non velles, &c.

20 ¶ Et quibus † communicare societate prohibemur, illis nec osculum impertire possumus. *can. fin. 11. q. fi.* ¶ Quo sit, † vt per
21 osculum sponsalia firmata maiori vinculo vinciantur, & ad nuptias accedunt. Arnoldus Ferronus huc *in consuet. Burdeg. in tit. 4. de dote, §. 2.* adfert certa sibi fragmenta Senecæ ostensa à Paulo Sadoleto nondum excusa, quibus morem fuisse Hispanorum, ad quos scripsit Constantinus *l. 5. de sponsal. in C. Theodos. l. si ab sponso. de donat. ante nup. in C. Iustin.* legem de osculo.

22 ¶ Canstat † etiam osculo, vt maiori pacto vxorem paciscí. Sed forsan hic non erit infrugiferum annotasse, Romę quidem inter homines oscula promiscua fuisse: at cũ mulieribus idipsum promiscue omnibus non licuisse. Nam Plutarchus *in vita Romuli* scribit, mulieres olim tantum frontes virorum, & necessariorum hominum osculatas fuisse, & viros mulierum. ¶ Plinius *lib. 14. cap. 13.* † & Aulus Gellius *libr. 10. cap. 23.* referunt ex auctoritate Marci Catonis, tum primũ mulieres cognatis osculatas, cum vsus vini eis interdictus fuisset, ne bibentes laterent, sed domesticorum congressu redarguerentur, subscribit & Flau. Blondus, *lib. 9. triumphan. Roma.* Polybius *in 6.* Athenæus, Plutarchus. ¶ Sed † & Nonius Marcellus ex 4. de repub. Ciceronis libro tradit, apud Romanos, si qua erat mulier famosa, ei cognationem osculum non detulisse. ¶ Itali † Hispani maxime oscula suspecta 24
habent mulierum vsque adeo, vt ex eo arguant vxorem adulteram, quæ alteri viro porrexerit, eiusque causa, dote, vt adulte- 25
ram priuandam censent, & tradit Ioannes à Ripa *in rubric. de iudic. col. 3.* Quia & iure pontificio receptum est priuari dote, & maritum eam lucrari, si vxor adulterij conuincatur, *c. plerumque, de donat. inter vir. & vxor. ap. Gregor.* Repugnant tamen Riparia Iason, & Decius, minime oscula suspecta habentes. ¶ Inter † quos ego censerem temperamentum illud adhibendum, vt mores regionum inspiciamus, à quibus quid in vsu sit obseruari 26
oporteat, Nam & simplicia oscula, vbi non sunt ita superstitiosi homines, carent suspicione, nam, vt ait puella apud Theocritum, *Eidillio 28.*

Μὴ κεὐχῶ Σατυρίσκε, κενὸν φίλαμα μίγεσθαι.
Τὸ στόμα μὰν πλώιον, κ' ὀστρυτόν ὑι φίλαμα.

Id est,

Ne gloriare Satyrisce, inane osculum esse dicunt.
Lana os meum, & osculum despuo.

¶ Antissidorensi † concilio cautum est, ne monachi sibi compatres commatresve faciant, nec osculentur fœminas, *can. monachi, de consecr. distinct. 4.* Et certe oscula, pro modo osculandi vo- 27
luptatem habere docet alibi Theocritus *Eidillio 12.*

Νισαῖοι Μεγαρῆες, ἀριστεύοντες ἱππεῦσι,
Ὄλβιοι οἰκεῖτε τὸν Ἀτθίδα, ὡς ἔτι καλὸν
Ἔμμεν πρόσθεν δὴ Διοκλέα τὸν φιλέραστα,
Ὃς ποτὶ οἱ πεδ' τύμβον ἀολλίες ἦρι φανέντος
Κοῦροι ἐφαμίνονθ' φιλάμενος ἅπαν φίλεσθαι·
Οἱ δίκα σφωϊτέρα γλυκερώτερος χείλεσι χείλη,
Βριθόμενοι στέφεσιν ἐπὶ σφέας μετρίᾳ ἀπλοΐδῃ·
Ὄλβιος ὃς τάχα πᾶσιν φιλήματα κεῖνα διαπρᾷ.

Id est:

28

Nisæi Megarenses, remis præstantes,
Felices habitetis, quoniam præ aliis hospitibus.
Atticum Dioclea, puerorum amatorem honore affecistis;
Semper primo vere ad eius tumulum congregati
Pueri certant osculi victoriam reportare.
Quique labris dulcius applicauerit,
Is coronis honoratus ad suam matrem reuertitur.
Beatus ille quisque inter pueros de osculis iudicat.

De Solutione sponsaliorum. Cap. 9.

1 *Sponsalia impune facile dissolui nequeunt.*
2 *Sponsalia soluuntur morte.*
3 *Mutuo dissensu.*
4 *Alterius concubitu.*
5 *Superueniente lepra, vel insigni morbo.*
6 *Non impletis conditionibus.*
7 *Nouæ religionis susceptione.*
8 *Sponsa facta aliunde pregnante, & si ea adulterata fuerit.*
9 *Inopia sponsalia non dissoluit.*
10 *Sponsalibus dissolutis quomodo repetantur data.*
11 *Sponsalia dissolubilia sunt tantum quæ futuram, non quæ præsentem habent promissionem.*
12 *Vxores desponsandi & ducendi apud Iudæos formula.*

DIssolutio sponsalium † facilis non est, etsi videatur. Ideo & 1
cautum, vt parentes qui irrita fecerint sponsalia filiorum, à communione triennio separentur, *can. si qui parentes 31. q. 3. arg. can. si cui. de pœnit. distinct. 1.* & similiter filij, si sint in culpa, si tamen filij, secundum promissionem factam contraxerint, excusantur, vtique scilicet, quo ad pœnam ecclesiæ, sed non quoad reatum, ex quo in contrarium iussi sunt.

† Sponsalia tamen, futurarum nuptiarum inquam pactiones, 2
aliquando dissolui contingit pluribus de caussis. Quarum frequentiores tantum annotabo, reliquas namque videre licet apud Angelum de Clauasio *in summa.* Prima ad mortem pertinet, quæ vt omnium periodus, finis & solutio est, *§. deinde, de nupt. in Nouel.* sic & sponsalia soluit, *l. fin. C. de sponsal.* ¶ Alia † ex
mutuo dissensu, seu consensu in dissoluendo consistit, *cap. 2. de sponsal. apud Gregor.* etsi glossa *in dict. c. 2.* quædam aliud sentiat,

quam

Digitized by Google

quam tamen reiiciunt Ioannes Andreas & Panormitanus *in ca. 2. de sponsal.* ¶ Tertio † si qui primam desponsauit pollicitatione futurarum nuptiarum, cum altera se commiscuerit, *c. sicut ex literis, de spon. ca. si in virum. & c. 1. de spon. duor.* ¶ Quarto, † si post sponsalia huiusmodi, alter sponsatorum decideret vel in lepram, *c. literas de coniug. leprof.* vel in corporis insignem quandam deformitatem, *c. quemadmodum, de iureiur.* puta membro aliquo inciso, ¶ Quinto, † si non satis fiat conditionibus & pactionibus sponsaliorum, *c. de illis. de condit. appos.* ¶ Sexto, † si alter ex sponsis, post sponsalia alterius & diuersæ, quam tũc esset, fiat cultor religionis, *l. Deo nobis, de episc. & cler.* veluti si fiat hæreticus, vt notat Harmenopolus *lib. 4. tit. 1. facit l. si legib. de episcop. audien.* ¶ Septimo, † si ex alieno semine fuerit deprehensa sponsa vterum gestare, *l. si constante, solut. matrim. P. Harmenop. lib. 4. tit. 1.* Sic inter leges Longobardorum, Rhotarius eorum rex statuit, *l. 2. & 3. de sponsal. libr. 2. legum Langobard.* vt si fuerit sponsa adulterata, & non poterit purgari hoc crimine illato, à duodecim proximis, dissoluantur sponsalia, & illa puniatur pœna adulterij. Item, si leprosa, vel demoniaca, aut ambobus oculis capta fuerit, tunc quoque sponsus recipiat res. quas dedit, & non cogatur illam tollere. ¶ Porro † inopia sufficiens impune visa non est sponsalia soluere: sicuti ab Ephoris pecunia multati sunt, *Plutarch. in Lysandro* parentes eius, cui desponsata fuerat filia Lysandri: quod sponsalibus renuntiassent, cognita post mortem Lysandri eius inopia. ¶ Solutis † spõsalibus, si is qui aliquid dedit eo nomine, vt in vxorem haberet, præbuerit causſam solutioni, non reuocat data: contra, si non dederit, nã reuocat, *l. cum vterum 15. de don. ant. nupt.* Quin & ea quæ parentibus filiæ munera data sunt, ea intentione vt donans haberet in vxorem, si id non consequatur reuocantur, *l. 2. C. de donat. ante nupt.*

¶ Notandum † tamen nos de sponsalibus agere, quæ præsentem non habent promissionem, quibus scilicet nec benedictio adest, nec quis accipit in suam vxorem, sed se accepturũ pollicetur: alioquin præsens promissio illa esset ad matrimonij instar indissolubilis, *cap. fin. de sponsa. duo.* Sic enim & statuit Alexius Comnenus Imperator, *in iure orientali & constitut. Imperatoris Alexij Comneni, tit. de sponsa. cap. 8.* ad suggestionem Curopalatæ & magni Drungarij Viglæ D. Ioannis Thracensis, anno à creatione 6600. mense Martio: indictione 15. qua declaratum, sponsalia, quæ sacra benedictione munita sunt, dissolui non posse. 11

¶ Et † Rabini quoque de iure suo testantur in נישואין mitzot galle, in præceptis affirmatiuis, *præcept. 48.* his verbis in Latium conuersis, initianda vxor ducenda, pecunia, vel scripto, vel concubitu, idque faciendum coram testibus. Subarrhatio fieri potest dimidio siclo. Scriptum, quod consensum explicet, tale esse potest, filia tua vxor mea est. Quod concubitus matrimonium faciat, lex ipsa docet. Quando igitur, vno horũ trium eam sanctificauit, vxor illius censetur, & est prohibita toti mundo, hæc illi. 12

DE MATRIMONIIS ET NUPTIIS.

LIBER IX.

De nomine nuptiarum, & synonymis matrimonij.

Cap. I.

1 *Synonyma Verbi matrimonium.*
2 *Matrimonii etymon, quare potius à matre quam à patre.*
3 *Connubium & contubernium quid, & quare iusta nuptia inter seruos non erant olim, hodie sunt.*
4 *Nuptiarum etymon, maritus, marita quid.*
5 *Velatæ virgines nubentes. & quare nubentes velarentur.*
6 *Velum nuptiarum flammeum erat. & quid esset.*
7 *Velum duplex, virginum Vestalium.*

1 SYNONYMA sunt matrimonium, † coniugium, connubium, nuptiæ, consortium, & pro eadem re promiscue vsurpata ab Vlpiano, *l. in eo iure 45. de rit. nupt.* & aliis iurisconsultis. ¶ Matrimonii, † quasi matris munus, à matre potius quam 2 à patre dictum, ob onus quod subiit mater in vtero gerendo: dolores in edendo, labores in nutriendo *c. ex literis, de conuers. coniugat.*

3 ¶ Connubium, † ducendæ vxoris iure facultas, nullum cum seruis, vt ait Vlpianus *in tit. 5.* Contubernium tamen cum illis. Ita contubernij nomen non proprie ad liberarum personarum nuptias iure gentilium pertinet, sed ad seruas, dum cum ancillis & seruis coniunctio fit, vt ait Constantinus Cæsar, *l. 3. de incest. nupt. lib. 5. C. tit. 5. §. si vero ab initio. de nupt. in nouel.* aliquando tamen & de liberis contubernium dicitur, *Iul. Paul. lib. 2. recep. sentent. tit. 20.* ideo nec seruo ob violatum contubernium accusantur adulterii illo iure, *Diocl. & Maxim. l. seruis, 23. ad l. Iul. de adult. lib. 9. C. tit. 9.* Est namque contubernium generale nomen, nullius specialis vinculi, quam societatis, referens modum συναίνου, συνοίκησις, coniunctus, vt apud Vegetium 1. *de re milit.* Contubernium est tabernaculum seu tentorium decem militum, qui & contuerbales, vt & apud Iulium Cæsarem 3. *comm.* Et Columella 1. *de re rustic.* suadet dominis dare seruo villico contubernalem mulierem, quæ eum contineat, hoc est, vxorem, quæ tamen cum illis vere non dicitur, eo quod istæ nuptiæ ex legum & iuris ciuilis pendent decretis, *§. 1. de nupt. apud Iustin.* quorum seruus incapax est, quive pro nullo in iis, quæ ciuilis iuris sunt, habetur, *l. quod attinet 33. de regul. iur. P.* Verum hodie inter Christianos, & seruorum nuptiæ sunt, & legitima coniugia, eaque benedicuntur: quia & serui Christiani aliorum sacramentorum participes sunt, vt Comnenus Alexius statuit in *iure orientali constituti.* Κόμνενος τὶς ἐκεῖ μαρτυρίων ἢ εὐχολογίας τῶν δούλων Nec seruus vel liber apud Deum, *ad Coloss. 3.* & iura Pontificia coniugia horum probant, *de coniug. seruorum, libr. 4. Decret. Greg. tit. 9. ca. omnibus. & can. dictum est nobis 29. q. 2. & in concil. Matiscens. c. 10. ex constitu. Babylon. 30.*

¶ Nuptiæ † nubendo seu velando dictæ sunt *c. nec illud 10. q. 5.* Nubo enim velo signat, & tego. Quamobrem proprie nubere dicuntur mulieres, ducere autem vxorem viri, etsi prior appellatio vtrique coniugum detur: vt etiam maritum & maritam aliquando dicimus. 4 ¶ Moris erat, † vt ait D. Ambros. *lib. de patriarch.* antiquis, vt virgines testandæ pudoris causſa, qui viri coniunctionem præcedere debet, caput obnuberent & velarent. Sic & Rebecca desponsata Isaaco absenti, cum eum primum vidit, & cognouit eum esse, cui vxor duceretur, caput suum obnubere cœpit, *Genes. 24.* Isodorus autem ideo velari nubentes tradit in symbolum, vt nouerint viris se esse subditas. Siquidem eligunt tunc pro capite maritum, cui se submittunt. *Isid. lib. 2. de offic. c. 19 ca. 15. can fœmine. 30. q. 5.* ita caput vxoris vir, caput autem viri Christus, 1. *Corinth. 11. can. cum caput. can. est ordo 33. q. 5.* Fiebat autem velatio ante nuptias, in sponsalibus, quod vel ex Pelagij Papæ sanctione liquet, dum ait: cum alio velatam non nuptam, nubentem iterum: primo mortuo non inducere bigamiam, *ca. Valentino 34. distinct. c. debitum, de big am.* priori hæc secunda accedit, quam firmat Varro, 4. *de ling. Latin. Neptunus,* inquit, *quod mare terras obnubit, & nubes cælum à nuptu, hoc est, apertione vt antiqui, à quo nuptia nuptusque dictus.* Pertinet huc illud Lucani in 2. dum agit de nuptiis Martiæ secundo cum Catone nubentis,

Lætea demissos velarunt flammea vultus.

¶ Flammeum † namque dum nubebant, accipiebant, quod perpetuo vxor Flaminis ferebat, inauguratione felici, vt nuptiæ, quemadmonum Flaminis essent indissolubiles. Sic & Plinius *lib. 21. c. 8.* etiam notat, *Lutea,* inquit, *scilicet coloris honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totũ fœminis concessum.* Meminit Val. Maxim. *lib. 6. c. 3.* C. Sulpitium Gallũ, vxorem dimisisse, quod eam capite aperto foris versatam cognouerat, vt inde pudicas matronas capite fuisse velatas colligere possimus, vtpote præfiniente lege vxoribus oculos tantum maritales, quibus & formam suam approbarent, & placere desiderarent: & vlterior conspectus illarum superuacua irritatione accersitus, in suspicione & crimine hæreat necesse visum est. Festus *ricam* scribit dici vestimẽtum quadratum fimbriatum purpureum, quo flaminicæ pro palliolo vtebantur. Nonius Marcellus libello de generibus vestimentorum flammeum in masculino dixit genere. dum de eo & Recinio in hæc verba meminit: *Flammeus, vestis, vel tegmen, quo capita matronæ tegunt. Plautus aulula, flammarij, violarij, carinarij. Ricinium, quod nunc Mafortium dicitur, palliolum fœminẽ. Varro περὶ μίτρας: Nihilo magis dicere muliebre, quam de muliebri ricinio palliolum simplex. Item de vita populi Romani, libr. 1. Et quo mulieres in aduersis rebus ac luctibus cum omnem vestitum delicatiorem ac luxuriosum postea institutum ponunt, ricinia sumunt.* Velantur & virgines Vestales tanquam Deo desponsatæ. ¶ Estque velum † apud summos Pontif. mulierum obsequio diuino mancipatarũ, conuersionis *ex concil. Arelatens. in c. sacrum. c. 4. de regularibus, lib. 3. Decret. tit. 31. can. viduam. can. omnes 27. q. 1. can.* 7

Digitized by Google

sanctimoniales & c. virgines 20. q. 1. & velum sacrum.

Nuptiarum finitio, & de vetita polygamia, & vago concubitu.

Cap. 2.

1 *Nuptiæ quid.*
2 *Marium coniunctio aliena à nuptiis, qua viri & fœminæ sunt, & de abominanda marium mixtione.*
3 *Persæ, Romani, impia virili commixtione notati.*
4 *Nero Cæsar Sporum libertum, & Pythagoram exfectum in vxorem duxit.*
5 *Auitus Cæsar Hieroclem aurigam pro marito accepit.*
6 *De abominatione & vindicta huius mixtionis virilis.*
7 *Gallus gallum iniens viuus comburebatur.*
8 *Mulebria passi à cœtu hominum, vt infames erant, & à postulando.*
9 *Stuprum virile turpius adulterio, & stupri acceptiones.*
10 *Matrimonium maris & fœminæ coniunctio. non marium & fœminæ, vel maris & fœminarum quare dicatur: & quod digamia & polygamia in vno matrimonio non sit.*
11 *Digamus sceleris vindicata in Lamecho, quam parricidium Caini.*
12 *Duas habere vxores, vel sponsam cum vxore vel duos viros, prohibitum iure ciuile, & quomodo punitum, nu. 15.*
13 *Matrimonium quare dicatur coniunctio maris & fœminæ in hominibus, qua communis sit brutis alioquin.*
14 *Animalia bruta quæ non nisi cum compare fœmina sola misceantur.*
15 *Gotthis prohibuit digamiam rex Athalericus, Moscouitis Ioannes Metropolita.*
16 *Gunthrandus excommunicatus duas vxores habens.*
17 *Garamantes vago concubitu vsi.*
18 *Augilæ vxores prima nocte nuptiarum, omnium concubitibus expositæ.*
19 *Concubitus promiscuus Troglodytis, Britannis, Tyrrhenis, Ichthiophagis.*
20 *Polygamia obtinuit apud Athenienses, Parthos, Thraces, Ægyptios, Persas.*
21 *Vxores plures ducere voluit aliquando lege facta permittere Iulius Cæsar, liberorum quærendorum caussa.*
22 *Ethnici plures vxores habuerunt.*
Crates & Plato communes nuptias esse debere voluerunt.
Agareni tot ducunt, quot nutrire possunt, ibid.
Lithuania vxores plures habent concubinos.
Nicolaitæ vxores communes & Gnosticis & Epihanistis.
23 *In Arabia vna solum erat vxor consanguinea.*
Britannis quinque denis duodenisue.
24 *Scotis vxores pro opibus ex lege ducere nobilibus licebat: plebeis, communes.*
25 *Defloratio virginis nupta prima nocte debebatur regi, Scotorum lege. Sublata illa lex à Malcolmo, & aureus nummus subrogatus pudicitiæ redemta.*
26 *Anabaptistis vxores communes.*
27 *Phœnices, filias ante legitimas nuptias prostituebant, quod sublatum à Constantino Magno.*
28 *Nupta lege Amorrhæorum præsidebat per septem dies in porta in fornicatione.*
29 *Valentiniani Cæsaris lex licere duas vxores accipere.*
30 *Cabades regno à Persis priuatus, quod legem sanxisset, quod vxores essent communes.*
31 *Viles coniuges vna plures sunt apud Numidas & Mauros.*

1 NVptiæ † seu matrimonium est, maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem continens. *l. 1. de rit. nup. lib. 23. P. §. de pat. pot. ap. Iustin. can. 1. 27. c. 2.* diuini & humani iuris communicatio dicitur in primis, maris & fœminæ coniunctio, quod Vlp. *l. 1. §. fin. de iustit. & iur. lib. 1. P. tit. 1.* & Iustin. *§. 1. de iur. nat.* probant & Cicero 1. *offic.* Propertius lib. 2.

Exemplo iuncta tibi sint in amore columba,
Masculus & totum fœmina coniugium.

2 ¶ Ex quibus †, primũ colligitur, alienã à legitima cõiunctione esse commixtionem marium inter se, impiam & aduersam iuri naturæ & diuino & humano. Infanda quippe habita est illa luxuria & libido, quæ immutat naturalẽ coeundi vsum, dum fœminæ im mutant naturalẽ vsum, & masculi in masculos detestabilem spurcitiem & turpitudinem operantur. ¶ Quale † scelus apud Persas viguit olim auctore Agathio *lib. 2. belli Gotthorũ.* apud Roman. teste D. Paulo *c. 1.* de quo Lactantius Firmianus *lib. 6. c. 23.*

3 ¶ Refertq; Xiphilinus ex Dione *in Nerone.* eo turpitudinis & impietatis prolapsum Neronẽ ad prodigium vsq; abominandũ insigniter principem, vt Sporum libertum suum prius exfectum pro vxore duxerit, pactis initis matrimonialibus. Idque rursum

4 cum alio Pythagora quodã fecisse. ¶ Meminit † & idem auctor, *Xiphilinus, in Auito,* Auitum alium scelestissimum Cæsarem, qui dictus pseudo Antoninus, & Sardanapalus, Hieroclem quendam aurigã in maritum accepisse, ipso se pro vxore gerente. ¶ Ideo leges † violatę hoc modo naturæ morte vlciscũtur exfecrãdum 6
scelus, diuinæ *Leu. 18. Exo. 20. Gen. 19. ad Rom. 1. Lact. an. lib. 6. c. 23.* & humanæ, *l. cum vir, ad l. Iul. de adult. tit. vt nõ luxurien. cent. nat. in Nouell.* non solum in agentes, sed & in consentientes agentib. *ad Rom. c. 1. l. qui domum suam, ad l. Iul. de adult. in P.* Est enim hoc scelus ex professo, quod humanæ naturæ vim inferat, & interitum humano generi procuret, præter alia, quæ vna concurrunt vitia, in sterili solo semine effuso, quod in Ona filio Iudæ seuere vindicauit Deus *Genes. 38.* ¶ Visumq; † etiã hoc ipsum in brutis 7
prodigiosum: Nã & erat lex Plutarcho teste, *libel. num bruta ratio. vtan.* si gallus gallũ ineat, quamuis gallina absit, viuus comburatur, variis cuiusdam aruspisve iussu facinus perpetratum magnũ & atrox esse denuntiantis. ¶ Vnde † merito muliebria passum 8
prætor à postulando remouet, *l. 1. §. remouet. de postul. in P.* Et ratus Iurisconsultus metũ, ne patiatur quis hoc scelus, grauiorem esse timore mortis, *l. ofti quidem, quod met. cau. in P.* Fuitque hæc nota turpissima, qua Iulius Cæsar, alioquin vir magnę virtutis, ex familiaritate Nicomedis contraxit, vt vulgi fieret ideo fabula, vt narrat Suetonius *in Iulio Cæsare.* Atque pontificia lege à cœtu hominum tales arcentur, *c. vt clericorum mores. de vit. & hon. cleric. c. clerici. de excel. præla. ap. Gregor.* ¶ Turpiusque † adulterio 9
visum est stuprum, *c. adulterii, & can. flagitia. 32. q. 7. d. ca. vt clericorum,* virile, vocant enim hanc in masculos turpitudinem leges stuprum, non matrimonium, *l. stuprum, §. fin. de adult. in P.* Quamuis & stuprum ad alias illicitas referatur coniunctiones, *can. lex illa 36. qu. 1. late Angel. tractat. de maleficiis. verb. che hoy adultera.* Et quia, vt ait Ouid. 3. *de arte aman.*

Non bene cum socio regna, Venusque manent.

Atque post illum apud Senecam Tragœdum, *Senec. Tragœd. 8. qua Agamemnon.* Ægisthus,

Nec regna socium ferre, nec thalamos sciunt.

¶ Adiecimus † in finitione, & verba illa maris & fœminæ sin- 10
gulari numero concepta. Neque enim dicimus maris & fœminarum, vel marium & fœminæ, vel marium & fœminarum: Siquidem vna vni coniungi debet, si matrimoniũ vel nuptiæ sint. Et vnusquisque ob vitandam fornicationem vxorem suam, & ea virum vnum habere debet, *D. Paul. 1. Cor. 7.* vt digamiam, polygamiam, & vagos concubitus à nuptiarum conuentione excludamus. Siquidem prima introductio legem accepit in Genesi mundi, *Genes. 2. ca. lex diuina 27. q. Matth. 19. Relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna,* dictum ibi duo, non plures in carne vna. ¶ Quam legem in- 11
teruertisse summopere Deo displicuit, seueriusq; vltus est, quam parricidium: siquidem de Lamecho, qui primus bigamiam inuexit, dictum est, eius sceleris vindictam per septuaginta septem generationes fore exigendam: at de Caini erga Abelem fratrem parricidio, septies tantum fuit postulata vltio, *Gen. 4. can. an non, 24. q. 3.* Iure ciuili † duas vxores vel alteram sponsam, & alteram 12
vxorem, vel duos viros, aut alterum sponsum, alterum maritum habere prohibitum, *§. affinitatis, in fin. & §. socrum. Versic. item de nupt. ap. Iustin.* & qui duas habent vel ducũt vxores, infames fiunt, *l. 1. §. fin. & l. quid ergo, §. 1. de iis qui notan. infam. P. l. 2. de incest. nup. lib. 5. C. tit. 5. l. ea quæ, de don. an. C. Innoc. 3. c. nuper. de bigam. li. 1. Decret. tit. 22. c. licet. de sponsa. duor.* Verum & vltra stupri pœna plectẽdos dicemus, *Valerian. & Galen. l. cum qui duas 18. ad l. Iul. de adult. lib. 9. C. tit. 9.* vel adulterij: nam adulterium vere est secundarum nuptiarum attentatio, cum primæ teneant, nec aliæ sequi possint viuente coniuge, *Matth. 19. Marc. 6.* & cum vir adhærere debeat primæ, *in constit. caus. crim. editu in comitiis Augusta Latinitate donatis per Iustinum Gotherum, art. 121.* Sicque in vniuersali sexto cõcilio vetitum sponsam, videlicet vxorem, dum adhuc sponsus in viuis est, cum aliis in matrimonij consuetudinem coire, adulterium, rem manifeste statuens Carolus Magnus etiam Imperator, eum eamve qui quæve se flagitio aliarum nuptiarum viuente altero coniuge coniunxerit adulterij capitali pœna subiicit, vtpote grauioris & turpioris criminis, quam adulterij reos, *c. 1. §. fi. de sponsa. duor. lib. 4. Decr. tit. 4.* ¶ Hac † nota monogamiæ, coniunctio, quæ naturalis est maris & fœminæ, communis brutis & 13
hominibus, propriam recipit, cum de hominibus agimus, matrimonij appellationem. *Nam nos,* inquit Vlpianus, *l. 1. §. fin. de iust. & iur. §. fin. de iur. nat. eam matrimonium appellamus.* Ideo cõcubitus cõmunes brutis relinquuntur indifferentes. ¶ Et si † quæ dam adulteria non admittant, neque aliis quam cum compari & socia 14
fœmina vna conueniant, vt elephantes, *Plin. libr. 8. c. 5.* aspides *Plin. lib 8. c. 23.* delphini, *Plin. lib. 9. c. 8.* turtures, æthnei pisces, *Claud. Aelian. lib. 1. de histor. animal. c. 13.* ¶ Prohibuit & Athalaricus † Gotthorum & Romanorum rex edicto, *extat* 15
edictum lib. 9. variæ epist. Cassiod. 18. c. ne vno tempore duabus vxoribus quisquam coniungeretur, alioquin rerum suarum amissione plectendum Cato *lib. de re rustic. c. 143.* etiam villicum instruens, vxore ea contentus esto, quam dominus dederit, ea te metuat, &c. Apud Moscouitas seu Ruthenos exstat canon Ioannis Metropolitæ, quem vt propheram honorant, si maritus relicta priore vxore alteram duxerit, vel vxori alteri nupserit, ad cõmunio-

Digitized by Google

munionem, nisi ad matrimonium redierit, non admittatur, *Sigismundus liber Baro, in commenta. rerum Moscouitar. in canonibus Ioannis.*

¶ Sanctus Germanus † excommunicauit Guntbrandum regem
16 Aurelianorum filium Clotarij regis Francorum, quod duas vxores, sororesque duxisset Marcouefam. & inductam Merofledē, quę, cum eā rex nolleт dimittere passa iudiciū Dei interiit.
17 vt scribit Greg. *li. 4. hist. Frāc.* Turonen. Episcopus. ¶ Feris † brutis illi vere homines turpiores videtur & insipientiores, quibus nulla certa vxor, sed Venus vaga, ex grege barbarorum, qui nulla politia instructi, mancipia omniū vitiorū facti sunt, quales referunt fuisse Garamantes, populum Africæ minoris in Cirenaica
18 regione, vt ait Pompo. Mela, & Plinius, *lib. 1. c. 8. Plin. 5. c. 8.* ¶ Quibus vicini † eodem teste Mela *d. 1. lib. c. 8.* Augilæ aliquantum, sed non omnino consentiunt, proprium fœminis nubentibus concedentes nocte qua nubūt, omnium stupro patere, qui cum munere aduenerint. Et tum cum plurimis concubuisse maximum decus, in reliquum autem tempus pudicitia exsistente insigni.
19 ¶ Promiscuos concubitus & habebant Æthiopes, *Solinus ca. 35.* Troglodytæ. *Strabo lib. 16.* Britanni *Cæsar, lib. 5. comment.* olim, Æthiophagi, *Herod. in 4. & Diod. in 4.* & fere reliqui Barbari. Et lege Tyrrhenorum, *Athenæus lib. 12. dipno. c. 5.* mulieres com-
20 munes fuerunt. ¶ Et alij, † qui polygamiam probant, vt Athenienses aliquando *Gellius lib. 15. c. 20.* Parthi, Thraces, Ægyptij, *Euseb. lib. 6. præpa. Euange. Diodo. in 2. de Tracib. quoque Herodes, de Polstus in illo*, Persæ, quorum morem improbat & reprehendit Cicero 5. *Verrina*, Helius Cinna tribunus plebis plerisque confessus est habuisse se scriptam paratamque legem qua Iulius Cæsar ferre iussisset cum ipse abesset, vti vxores liberorum quærendorum causa, quas & quot ducere vellent, liceret, teste Sue-
21 tonio *Tranquil. in Iulio c. 52.* ¶ Et † id commune fuisse, plures vxores inquam habere, Ethnicis, innuit Innocentius 3. *in 4. gaudemus, c. 8. §. quia vero, de donat. lib. 4. Decret. tit. 19. 22.* ¶ Erat † &
22 Cratis philosophi nomine tenus, nuptias communes esse debere dogma, vt ait Tatianus *Assyrius oratio. contra gentes.* Sanciuit idem ridicule Plato *in Tymæo*, Agareni, tot vxores ducunt, quot nutrire possunt. Apud Lituanos Moraviæ gentem, quæ hodie Iuris est Boemici, patriq; more nobiles mulieres vnum pluresve pro viri facultate, concubinos nutrire consueuerant, qui negligente marito onera matrimonij subirent, teste Ænea Syluio, *lib. 4. de dict. & fact. Alphonsi, c. 8.* Habebant & Nicolaitæ hęretici vxores communes, quamuis singuli singulas ducerent, *Tertul. lib. 1. cont. Marcion.* Item & Gnostici *Epiphan. tom. 2. libr. 1. cont. hæres. 25.* & Epiphanis secta *eod. lib. hæres. 3.* ¶ Et pariter † in Arabia
23 felici consuetudo erat, vt vna omnibus consanguineis vxor esset, teste Strabone, *lib. 16.* In Britannia quæ nūc Anglia, olim ex consuetudine deni duodeniue quinque habebāt, auctore Iulio Cæsare, *lib. 5. comment.* vxores communes.
24 ¶ Scribit † Polydorus Virgilius, *lib. 10. Histo. Anglicæ, pag. 170.*
25 *Et lib. 1. de inuent. rer. c. 4.* fuisse iam inde à principio apud Scotos institutum seu legem, vt liceret cuiq. pro opibus ducere vxores & nobilib. plebeiorū vxores habere cōmunes. ¶ Ac domino loci virginē nuptā vitiare, antequam vir cū ea cubuisset, illa duo superiora religionē Christianā statim sustuliſſe, vbi eam Scoti sunt cōplexi istud posterius longo post tempore Macolmum regem sanctissimæ Margaritæ vxoris hortatu sublatū vt institutū post
26 homines natos turpissimum, eumq; sanxisse anno salutis humanæ 1090. vt virgo nupta nummum aureum, pudicitiæ redimendæ causa, domino loci penderet, Idque etiam nunc seruari. ¶ Inuexerant cum ceteris suis erroribus pari modo Anabaptistæ polygamiam, permittentes quoque promiscuam libidinem, vt scribit Lambertus Hortensius Monfortius, *lib. tumultuum Anabapt.*
27 ¶ Apud † Phœnices ante Constantinum Magnum, qui Libanum montem ad Heliopolim incolebant, virgines suas ante legitimas nuptias ex lege prostituere receptum erat, quod desiit Constantini temporibus teste Nicephoro Calist. *lib. 7. histor. eccles. c. 46.*
28 ¶ Erat † & lex Amorrhæorum præsidere nuptam in fornicatione per septem dies iuxta portam, *in lib. qui testamentum*
29 *patriarch. inscribitur, cap. 2.* ¶ Scribunt † Nicephorus Calist. *lib. 11. histor. c. 33.* & Socrates, *lib. 8. Histor. tripa. cap. 11.* Ecclesiasticus, & post illos Ioannes Cuspinianus *in Cæsar. in vita Valentinia. & Valentis.* Valentinianum primum, cum destinasset superinducere vxori Seueræ, aliam vxorem Iustinam Iustini filiam legem publice promulgasse, vt cuicunque libitum esset duas legitimas vxores habere, liceret: tamen illa lex seruata
30 non fuit.
¶ Non † secus quàm nec ea, qua Cabades rex Persarum, filius Perosæ, tempore Anastasij Cæsaris statuerat, vt communis vxores essent, quinimo & ob illā Persæ illi imperium abrogarūt, & in vincula coniecerunt, & Basilium alterū Perosæ filium elegerunt in regem, *Niceph. Calist. lib. 16. histor. c. 36.*
31 ¶ Crispus † Salustius, coniugij necessitudinem apud Numidas & Mauros leuem dicit esse, quia singuli pro opibus, quisque quam plurimas vxores, denas alij, alij plures habent, sed reges eo amplius. Et ita animus multitudine distrahitur, nullam pro socia obtinente, pariter omnes viles sunt, *Salustius in bello Iugurth.*

De Coniunctione & Consensu, quæ in nuptiis requiruntur. Cap. 3.

1 *In nuptiis coniunctio corporum & animorum est.*
2 *Amoris coniugalis exempla. Tanasius rex Gotthorum.*
3 *Matrimonium duas habet præcipuas partes substantiales, consensum, qui præponderat concubitui.*
4 *Matrimonium cum continentia etiam verum, in beatissima virgine Maria & Ioseph.*
5 *Ammon cum vxore continenter, & sine mixtione vixit.*
6 *Proles & consunctio, consummatio & probatio matrimonij initi.*
7 *Consensus nuptiis ineundis tantum sponsi & sponsæ necessarius, vt matrimonium perficiatur.*
8 *Quære indissolubile & perfectum matrimonium inter Christianos sine consensu parentum, & non inter Ethnicos.*
9 *Nuptiæ quare exigant consensum parentum in quorum sunt potestate coniungendi.*
Officium paternum dotare filias, & quærere filiis conditionem.
10 *Consensus parentum in nuptiis filiorum filiarum vefamiliæ, iure ciuili Romanorum necessario exigitur.*
11 *Pœna edicti regis & raptus in eos, qui pelliciunt & persuadent matrimonium filiabus sine voluntate patris.*
Lege duodecim tabularum, non traducenda suasione ingenua virgo.
12 *Consensus parentum etiam in nuptiis repetendis exigitur.*
13 *Proximiorum non exigitur in nuptiis necessario consensus.*
14 *Matru consensus quando in nuptiis filiarum exigitur, in minore orbata parte.*
15 *Filiafamil. post 25. annum, impune sine consensu patris nubit, & Burdigalæ post 20.*
16 *Furiosi & absentis patris non obest omissus consensus.*
17 *Filii emancipati sine consensu patris impune ducunt vxores.*
18 *Vxorem meretricem ducere inter opera caritatis est.*
19 *Nuptiis videtur emancipari filius à patre, ex lege Numa Pompilii.*
20 *Apud alias gentes in filiorum filiarumve nuptiis parentum consensum natura dictante statutum.*
21 *Apud Græcos consensum patris in nuptiis filiarum exigi.*
22 *Iure orientali separatæ nuptiæ minoris 25 annis filiæ sine consensu patris.*
23 *Filia, quæ sine patris, vel fratrum vel proximorum consensu nubit, iure Langobardorum priuatur successione.*
24 *Edictum Henrici II. de nubentibus sine consensu parentum, & de pœnis.*
25 *Balduinus Ferreus abducens vxorem Iudithan filiam Caroli Calui regis, communione fidelium concilio Episcoporum priuatus est.*
26 *Raptoris instar est, qui coniungit sibi volentem quamuis sine consensu parentum, & pœna raptoris afficiendus.*
27 *Amare persuadens tenetur interdicto de seruo corrupto.*
28 *Matrimonia consensu patris non fiunt inuita filia.*
29 *Superbarum filiarum matrimonia à parentibus procurata detrectantium pulcerrima castigatio.*
30 *Samnitum nuptiarum deligendarum institutum publicum.*

DIcitur deinceps in finitione, † nuptias habere coniunctionem, quæ est vnio corporis, & animorum seu voluntatum, erunt quippe duo in carne vna, *Genes. 2. can. lex diuina. 27. q. 2. D. Matt. cap. 19.* Et rursum ad mulierem dictum: Et eris subdita, & appetitus subditus viro, *Genes. c. 3.* Et iterum, Mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir: similiter, vir potestatem sui corporis non habet, sed vxor, 1. *ad Corinth. 7. ca. non debet. de consang. & affinit.* ¶ Neque † amore isto & concordia hac maritali præstantior vel firmior esse potest, vel debet, vt olim ea Tanasius rex Gotthorum cum exercitu suo ab Asiæ amœnissimis subactis ditionibus reuocatus fuerit ad sua, *Ioan. Gothus, libr. 1. de reb. gestis Gothor. c. 2.* Exstant amoris coniugalis celeberrima exempla apud Valerium Maximum, *libr. 4. c. 6.* ¶ Itaque † in matrimonio contrahendo consensus præcipuas obtinet partes & sustantiales, secundas concubitus: dictumque ideo, nuptias facere consensum, non concubitum, *l. nuptias, de reg. iur. lib. 50. P. tit. 17. §. nuptias itaque, de nupt. in auth. coll. 4. §. illud quib. mod. nat. effi. legi. l. fi. C. de repud. lib. 5. tit. 17.* & nuptias solo consensu perfici, *c. cum locum, & c. fi. de sponsal. apud Greg. c. sufficiat. & can. matri. 27. qu. 2.* & inter inuitos aut dissentientes non contrahi, *Celsus, l. si patre rogante 22. de rit. nupt. lib. 23. P. tit. 2. Martian. l. inuitam 20. eod. tit. Diocl. & Maxim. l. neque ab initio 14. & leg. nec filium 12. de nupt. lib. 5. C. tit. 4.* liberaq; esse debere matrimonia *d. l. neque ab initio. l. fin. de sponsal. lib. 5. C. tit. 1. Alex. Imp. l. 2. de inutil. stipul. lib. 8. C. tit. 19. Paul. l. Titia. 134. de verb. obl. g. lib. 45. P. tit. 2. c. gemina. & c. requisiuit. de spons.* Sic enim maiores

Digitized by Google

nostri rati sunt, verum & honestum amorem coniugum animis solis costare, teste Vlpiano, *l. 3. de donat. int. virum & vxor. libr.* 24. P. *tit.* 1. nec coitum, sed affectionem maritalem matrimonium facere, *Vlpian. l. cum hic status, §. si diuortium, de donat. inter vir. & vxor. l. iubemus. de repud. C.* Quo fit, vt consensus & præsentis temporis in electione coniugij, illud firmum & indissolubile faciat, etsi alter illorum post illud alteri se coniunxerit corpore, *cap. fi. de spons. & ex conc. Ancyritano, cap.* 11. *Syricius* Papa, *in exemplo, c.* 4. *& ad Hymerium episcopum Taraconensem, epist.* 1. *cap.* 4. *de coniugal. cap. desponsatus* 27. q. 2. Et vere transacta matrimonia dicuntur etiam illa, quibus nulla corporalis copula accessit, *Isidorus lib.* 9. *cap.* 7. *August. de bon. coniu. cap.* 11. *libr. de nupt. & concupiscen. can. coniuges. & can. consux.* 27. q. 2. *can. enim,* 32. *qu.* 1. *August. contra Iulian.* 4 *lib.* 1. ¶ Veluti illud, quod inter beatissimam Dei genitricem Mariam, quæ virum nunquam cognouit, *Luc.* 1. & beatum Ioseph um eius sponsum interuenit. De cuius desponsatione loquens diuus Augustinus *libr.* 2. *de consen. Euang. c.* 1. *Hoc exemplo,* inquit, *magnifice fidelibus insinuatur coniugibus, seruata etiam pari consensu continentia posse permanere, & carisque coniugium non permixto corporum nexu, sed custodito mentis affecto.*

5 ¶ Refert † eius matrimonij continentiam in Ammone, & vxore eius Nicephorus Calistus, *lib.* 8. *Histor. eccles. c.* 41. ¶ Proles
6 namque † bonum quidem est matrimonij, & coniunctio corporum licite accedit post initum matrimonium: ceterum ea non sunt matrimonium, sed appendices & consummatio matrimonij, *can. in nomine* 27. *qua. c.* 2. *debitum, de bigamis.* Arguit tamen coniunctio corporum, matrimonij vinculum præcessisse, consuetudoque, quam quis cum libera muliere, quæ quæstum non facit corporis, habet probationem facit certissimam matrimonij, *l. in libero, de ritu. nupt. in* P. *Gordian. l. si vicinis* 9. *de nuptiis. Cod.*

7 ¶ Ceterum † hic obseruandum est, consensum, qui in nuptiis necessario exigitur ad eas perficiendas sponsi & sponsæ tãtum esse, *can. sufficiat* 27. q. 2. *glo. in c. fin.* 22. q. 2. *glo. in can.* 1. *de despons. imp. & ibi Pan. glo. in l. Paulus, de statu homin.* quod pertinet ad sacramenti & matrimonij veritatem: vsque adeo, vt parentibus dissentientibus factum matrimonium verum sit, & indissolubile, expresse adhuc concilio Tridentino decisum, *Sess.* 8. *artic.* 1. *de reformat. matrim.* faciunt capita tituli, De matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ, libr. 4. Decretalium, tit. 16. & si qui contraxerint pœnis iuris ciuilis cuiusque regionis subiiciantur, & quamuis prohibeantur huiusmodi matrimonia temere inita, & citra ritus, quos & sancta Dei & Catholica ecclesia, & iura ciuilia & mores boni, & honestas statuunt. Honestum quippe, quamuis non necessarium iure diuino & pontificio, parentes consulere *glo. in d. can. sufficiat. in verb. solus & ita intellige.*

8 ¶ Nec mireris, † quod inter Christianos hoc receptum sit, etiam contra consensum patris matrimonium, hoc verum esse, si ritus illi voluntatis expressi sint, maxime sacris aduenientib. precibus: diuersu m autem apud Ethnicos esse. Nam iure diuino, quod Deus coniunxit homo non potest separare, *Matth. c.* 5. *&* 19. 1. *Corinth.* 7. *Luc. c.* 6. Neque in his quæ ad sacramenta pertinent, patria consideratur potestas, *c. fin. de iudic. in* 6. Et relinquet homo patrem suum & matrem, & adhęrebit vxori suæ, *Genes.* 2. *Matth.* 19. *ad Ephes.* 5. At iure gentili & ciuili, & solui poterat matrimonium, vnde & factum aduersus leges irritum pari licentia reddebatur, vt infra docebimus. Et Iulius Paulus, *libr.* 2. *de recept. sentent. tit.* 20. sic respondit: *Eorum qui in potestate patris sunt, sine voluntate eius matrimonia iure non contrahuntur. sed contracta nõ soluuntur: contemplatione enim publicæ vtilitatis priuatorum commodis*
9 *præfertur*, hæc Paulus. ¶ Inficias tamen non eo, † omni iure honestum visum fuisse & pene necessarium, præcedere parentum sententiam & consensum nuptias eorum, quia minores in horum sunt tutela & sacris, & eo magis quod infirmum sit huiusmodi consilium, insidiis multis, & captionibus expositũ, *Vlp. l.* 1. *de min.* 25. *an. lib.* 4. *P. tit.* 4. officiumque patris sit collocare in matrimonium filias & dotare, & quærere conditionem filiisfamilias, *Martial. qui liberos* 19. *de vit. nupt. lib.* 23. P. *tit.* 2. *l. fin. §. vtramque de dot. promi. lib.* 5. *C. tit.* 11. indissolubile maiori consilio est ligandum, cautiusque vbi maius periculum, agendum, *can. vbi periculum, de elect.* maxime in filiabus quarum sexus & infirmitas paternæ prouidentiæ vel iuris subsidium desiderat, *Vlpian. l.* 1. *&* 2. *ad SC. Velleian. lib.* 16. P. *tit.* 1. *§.* 1. *quib. alien. lic. vel non. libr.* 2. *Instit. tit.* 8. vtpote quæ plerunque maritorum titillatione contra propria commoda consentiunt, *Honor. & Theodo. CC. l. si pater pa-*
ctum 4. *de sponsal. lib.* 5. C. *tit.* 1. neque pudoris virginalis est, eligi-
10 re maritum, *can. honorantur* 30. q. 2. ¶ Itaque † iure ciuili Romanorum, pro substantia nuptiarum inductum est patris quoque consensum cuius in potestate est, filius filiave, adhibendum, & præmittendum esse: alioquin nuptiæ illegitimæ censeantur, & filij illegitimi, *l. Paulus, de stat. hom. lib.* 1. P. *l.* 2. *l. generali mandato. & l. seq. de vit. nupt. lib.* 23. P. *l.* 2. *& l. si vt proponis, Cod. de nupt. §.* 1. *de nupt. libr.* 1. *Instit. Iustin. in l. Gn. §. nec sit facultas. de rap. virg. lib.* 9. C. *tit.* 13. Docet & Catullus in carmine nuptiali, filiam exspectare & sequi debere hanc voluntatem, dum ait:

At tu ne pugna cum tali coniuge virgo:
Non æquum est pugnare pater cui tradidit ipse,
Ipse pater cum matre, quibus parere necesse est:
Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est:
Tertia pars matri data, pars data tertia patri,
Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.

¶ Scribit † Arnoldus Ferronus in *consuet. Burdegal. ad tit.* 4. *de* 11
dote, & §. 3. præter edicti hac de re generalis sanctionẽ, Senatus Burdegalensis consulto vsq; adeo matrimonia absque volũtate parentum contracta prohibita coercitaue, vt capitalis pœna in ea contrahentes locum habeat, & presbyteros, eorũ ministros, etiam profanos iudices damnare posse, & eos quoq;, qui filium alterius ad nuptias impulissent siue patris consensu. Tractat & de pœnis in hos qui hæc tentarint Alexander *cons.* 93. 1. *vol.* Sed & rapuisse sine traductione, *l. Marcellus, de verb. sign. l. vn. de rapt. virgin.* & pœnas raptus hic habere locum nemo ambigit pro seductis ita virginibus & filiis familias. Lex ita n. tab. prohibebat, ingenuam virginẽ suasione traduci. Et Solonis lege Plutarchus meminit, qui verbis pellexissent adolescẽtulas: grauius punitos. Inuehitur in Critonem Chremes Terentianus, qui adolescentulos imperitos rerum, in fraudem illiciat solicitando, & pollicitando eorũ animos lactet ac meretricios amores nuptiis conglutinet. Sic Plautus in Pers. *act.* 3. *scen.* 1.

Virgo atque mulier nulla erit, quin sit mala,
Quæ præter sapiet quam placet parentibus.

Tantum enim confidit lex ciuilis de parentum erga liberos solicitudine, vt nullum affectum paterno præponi voluerit, *leg. fin. de curat. furio. C.* & ratam omnino haberi voluntatem eius circa delectum personarum, quibus liberos morientes etiã post mortem committant defendendos, vt sufficiat solum paternum testimonium, ex sanctione Iustinianea, *l.* 1. *de creationibus* 20. *de episcop. aud. lib.* 1. *C. tit.* 7. *l. humanitatis intuitu, de impub. C.* ¶ Quæ
12 omnia † in nuptiis renouandis seu repetendis locum habent, si vidua minor adhuc filiafamilias, & iuuenis fuerit, vt ait Iulianus, *l. nuptiæ* 18. *de rit. nupt. lib.* 25. *P. tit.* 2. *l. si vt proponis post querelam* 7. C. *de nupt.* Quod & Cæsares Valentinian. Valens & Gratianus *l. Viduæ* 16. *de nupt. lib.* 5. C. *tit.* 4. *l. in cõmunctione filiarum,* 20. *C. eod.* prorogant ad emancipatam viduam, iuuenem tamen & minorem 25. annis ea lege, vt si in electione mariti, illius voluntas repugnet paternæ & proximorum, tunc arbiter iudex adeatur, dicturus pro negotij qualitate sententiam. ¶ Necessario † namq; 13
aliter proximorum, sicut nec curatoris vel affinium vlla auctoritas exigitur & exspectanda est sola voluntas eius, de cuius coniunctione tractatur, *Gordianus, l. in copulandis* 8. *de nup. C. Paul. l. sciendum* 20. *de rit. nup. in P.* ¶ Si tamen † minor orbata patre sub 14
tutela agat, & inter matrem & tutores & proximos de eligendo marito controuertatur, tunc quoque adeundus erit iudex, *Ver. & Anton. l.* 1. C. *de nupt.* viuente autem patre eius voluntati est deferendum, si tamen tui officij paterni non sit immemor. Alioquin † si nubilem negligat filiam, & vigesimum quintum illa 15
exspectans annum transegerit, arbitrium filiæ in eligendo sibi marito non reiicitur, nec punitur: atque pater qui bonis suis nubentem intra eam ætatẽ poterat abdicare, & exheredare libere, post eam non potest. *§ caussa, vt cum de appell. cognosc in authent.* Burdegalæ autem nec post vigesimum, *in consuet. Burdegal. tit.* 4. *de dote, §.* 2. ¶ Quo † fit etiam, vt negligatur consensus, etiam 16
patris furiosi impune à filiafamilias. *Vlp. l si nepos* 9. *de rit. nupt. in P. Iustin. l. si furiosi* 25. *de nupt. C. §. vnde quæsitum, eod. tit. apud Iustin.* eo quod per illum consuli illi commode non possit, eademque ratione absentium parentum vel captorum ab hostibus post triennium à filiisfam. vel filiabusfam. consensus non est necessario requirendus, si modo tales sint nuptiæ, quas certum sit patrem non repudiaturum, vt notant Paulus & Iulianus iurisconsul. *l. si ita* 10. *& l. si filius eius* 11. *de rit. nupt. P.* ¶ Ita † & filius e- 17
mancipatus fine consensu patris vxorem ducere potest secundum Modestinum, *l. filius emancipatus* 25. *de rit. nupt. in P.* nec ob id iuste à patre exheredatur: nisi inquit Vlpianus *leg.* 3. *§. si emancipatus, in* 2. *de bon. poss. con. tab. lib.* 37. *P. tit.* 4. tam ignominiosam vxorẽ duxerit filius, quæ dedecori sit tam ipsi, quam patri talem mulierem habere, quo casu pater iure suo vti poterit. Quanquã hodie nec hanc esse contendere iustam exheredationis caussam, eo quod inter caussas à Iustiniano non comprehendatur, *in §. caussas, vt cum de appell. cogn. in authen.* ¶ Et † rece- 18
ptum sit hodie inter omnes caritatis esse etiam, meretricem per nuptias à fornicationis consuetudine reuocare: quod enim agitur ita in remissionem dicitur pertinere peccatorum, *Clem. 3. in c. inter opera. c.* 20. *de sponsal. lib.* 4. *Decret. Grego. titul.* 1. *Nec est culpandus,* inquit D. Hieronymus *in Oseam* 1. *& can non est culpandus* 32. q. 1. *Osee propheta, si meretricem quam duxit ad pudicitiam conuertit, sed potius laudandus quod ex mala bonam fecit.* Et scenicæ mulieres, si pœniteat sceleris rectæ gratia præcedentis vitæ facta à principe, vt aliæ nubunt, *Iustinia in leg. imperialis* 23. *de nupt. C.* Quamobrem nos prohibitionem iuris ciuilis de non nubendo sine consensu patris, intra cancellos & fines patriæ potestatis coercebimus, qua pendente cura & solicitudo liberorum maxime officio paterno relinquitur, eaque soluta à patre quodammodo abdicatur, moneturque filius missus è manu, vt in posterum non fisus paterno labori sibi prospiciat & cõsulat.

Digitized by Google

19 suæ enim potestatis tunc sit. ¶ Docet † & lex Numæ Pompilij, nuptiis emancipationem quandam filiorum fieri, dum statuit. *Dionys. Halic. lib. 2. antiquit. Rom. si pater filio concesserit uxorem ducere futurarum sacrorum ac bonorum iuxta leges participem, patri post*
20 *hanc nullum ius vendendi filium esto.* ¶ Hanc † etiam potestatem obseruant alia iura, quæ de consensu paterno nuptiis filiarum filiorumve tractant, & easdem fere admittunt distinctiones. Aliæ namque gentes etsi potestatem in filios non dicantur habere parem Romanis in liberos *§. 1. de pat. pot.* nihilominus natura admonet ipsa, adhiberi in horum coniugiis debere patris voluntatem. Ita ratio dicitur ciuilis quoque & naturalis hoc suadere, *§. 1. de nupt.* quia iuris naturę quoque est matrimonium, *l. 1. §. final. de iust. & iur.* diuinaque eius institutio. Diuini quoque & naturalis iuris honor, qui parentibus exhiberi debet, *Exod. c. 20. cum similib. l. 2. de iust. & iur.* ¶ Sic †
21 & apud Græcos obseruatum esse docet Homer. 2. *Odyss.* dum Ant. Telemachum ita alloquitur:

Μητέρα σὴν κέλεσθε, ἥτις δέ οἱ μάλα θυμῷ
Τῷ ὅτῳ πείθηται καὶ ἐς δόμον ἄλλοθ' ἀνέλθῃ,

Id est:

Matrem tuam dimitte, iube autem eam nubere
Illi cuicunque pater iusserit, & ipsi placuerit.

Apuleus *lib. 6. asini aurei*, cum tradit rationes, quib. non videatur illi nuptiæ legitimę inter cupidinem & Psychen, eam quoque adfert, quod clã parentib. nulloq; adhibito teste factæ fuissent.
22 ¶ Inter † sanctiones pontificias iuris Orientalis *l. iur. Oriental. circa fin.* exstat una patriarchalis Cõstantinopolitani Patriarchę, de Hypothesi proposita nuptiarũ initarum cũ Mitza filio Bombylæ conquerẽtis, ab Anthimio filio cuiusdã Leonis nullo præcedente vel secuto consensu Bombylæ patris: statuiturque eas nuptias nullas esse, vtpote factas sine consensu paterno cum filia minore 25. annorum, separandaque veluti non differentes
32 ab scortatione. ¶ Langobardorum † seu Insubrum iure, *l. final. de sponsal. lib. 2. Langobard.* filia quæ sine patris consensu vel fratrũ, vel proximiorum, cum alij, quam ei cui desponsata vel promissa esset nupsisset, priuatur successione paterna quæ proximiorib. ea expuncta defertur. ¶ Gallico † nostro iure lata est
24 Henrici 2. cõstitutio anni 1556. quæ prohibet matrimonia, vt clãdestina, filiarum filiorumve familias, inscijs & inconsultis inuitisque parentibus fieri: alioquin ea attendentib. licere parentib. eos easve exheredes facere, donationes illis factas reuocare. Hosque declarat ipso iure incapaces omnium lucriorum prouenientium ex conuentionibus matrimonialib. patrum & matrum, vel dolatorũ ex consuetudine locorum: castigationem pœnalem tum contrahentium, tum proxenetarum arbitrio iudicis cõmittens: exceptis tantum filijs maioribus triginta annorum, & filiabus 25. quas nubentes inuitis parentibus eximit à lege, dummodo consulerint prius ipsos parentes, quamuis non obtinuerint
25 exquisitum consensum. ¶ Antea † Balduinus Ferreus præfectus Flandriæ cum ex sylua nocte inconsulto patre Iuditham filiam Caroli Calui regis Gallorum abduxisset, & pro vxore habuisset, conuocato per regem pontificum concilio damnatus, & ex priorum loco motus anno domini 862. Is autem eius rei gratia Romam petiit absolutionis & expiationis consequendæ gratia, vtque de raptu se purgaret: tandemque regi conciliatus
26 nuptias celebrauit teste Meyero *lib. 2. Histor. Flandriæ.* ¶ Et † raptoris instar est, qui virgines etiam volentes sibi sine parentum consensu coniungit, pœnaque raptoris vltimi supplicij plectitur à Iustiniano C. *l. unic. §. etsi quidem. de rap. virgin. libr. 9. Cod. tit. 13. §. 1. de rapt. mulierib. collat. 9. tit 13.* si quidem quamuis volenti non fiat iniuria filiæ, *l. cum donationis, C. de transact. l. si venditor, de rescind. vẽd. C. l. 1. de actio. emt. C.* nihilominꝰ patri fit ex attentata filiæ pudicitia, suoque nomine agit, etsi filia agere non possit, *Vlpian. in l. 1. §. Vsque adeo, de iniur. libr. 47. P. tit. 1. Caius l. si quis seruum meum*
27 *16. l. Neratius, l. pater cuius 41. eod. tit.* ¶ Tenetur que † interdicto de seruo corrupto, vt deteriorem filium filiãve faciens, qui persuasit vt amator amatrixve esset, vt ait Vlpian. *l. 1. de serv. corrupt. lib. 11. P. tit. 3.* & Paulus *l. vt tantum 24. eod. tit.* dicebat interesse parentum, animos liberorum non corrumpi. Quanquam mitius agatur cum iis raptoribus, qui inuitis parentibus, consentientibus tamẽ filiabus, eas rapuerunt, quo casu raptus excusatur, quod pertinet ad efficaciam matrimonij, *c. pen. de rapto. lib. 5. Decretal. titul. 18. cum. 1. & ea. lex illa 37. q. 2.* quod sua natura consensu vtriusque coniugis celebratum firmum est. Præponunt tamen iura ciuilia
28 voluntatem patris, filiæ. ¶ Quam † tamen cogi à patre noluit, vt
29 libera sint matrimonia, prout monui. ¶ Nisi † forsan vtantur illa honesta coactione, de qua meminit Iulius Pollux *lib. 1. Onomast. cap. 11.* per quam ingenium patris deiicere potest superbiam filiorum, si monilia & caussam superbiendi filiabus adimant, veluti, inquit, qui asinos admittunt, faciunt: si enim equæ asinorum congressum aspernantur, eosque lacessunt, equarum tubas radũt, & ad fontes deducunt: hæ vero tanquam in speculo cernentes deformitatem corporis & iubæ splendorem amissum, deterioris
30 postea animalis congressum admittunt. ¶ Sed † & Samnitibus alia lex honesta quidem erat, & quæ ad honestatem excitaret teste Strabone, *lib. 5. Geograph.* vt nec parẽtibus filias suas quibus collibuisset dare nuptui fas esset: verum quotannis decem præstantes decerni virgines ac optimos rondem adolescentes: ex iis primam primo: secundam, secundo: & ita deinceps hoc pacto, quod si is qui primam accepit honestam, iustam institutionem mutauisset in deterius, habitus contemtui pro ignominia erat, & ei locata adimebatur.

De Individua matrimonij & diuini & humani iuris societate. Cap. 4.

1 *Societas in matrimonio, diuina & humana domus.*
2 *Theogena Agathoclis vxoris honestum responsum de societate maritale.*
3 *Individuam esse societatem matrimonij, nec vxorem esse temporalem; nec filium.*
4 *Vxorem suam Cato Vticensis concessit Hortensio liberorum caussa.*
5 *Vxores precaria, & temporaria mercede conducta Sarracenis, Romanis, Spartiatis, Ægyptijs.*
6 *Societas coniugalis facit communionem rerum vtriusque familiæ, habitationis, domicilij, vnde dicitur ducta vxor.*
7 *Matrimonia facta contracta indissolubilia lege Romuli, & succedebat eo modo contracta viro.*
8 *Excommunicati seorsum ab vxore manentes, nolentes redire: viri consulares solent seorsum ab vxoribus habitare.*
9 *Vxorem inuito marito pater non potest retinere.*
10 *Vxores radijs maritorum splendent, & infelicitatis eorundem sunt participes.*
11 *Vidua artificium iurati, artem per seruum expertum non magistrum, potest exercere.*
12 *Vidua vinum retinens mortuum maritum.*
13 *Anima defuncti, vidua sua agre fert secundas nuptias.*
14 *Vxores vna cum virorum mortuorum corporibus ex lege concremata apud Vuendos & Catheos.*
15 *Coniugibus vna debet esse communis religio.*

A Diicitur finitioni † nuptiarum quoque individua vitæ cõ- 1
suetudo, & iuris diuini & humani communicatio: quæ nobis exhibent perfectam & indissolubilem societatem matrimonij, vt non immerito summus Pontifex, *cap. 2. de sponsalibus* argumentetur à societate ad matrimonium: vocat & Gordianus Cæsar *l. adnexus 4. de crimin. expil. hered. lib. 9. C. tit. 32.* vxorem sociam rei humanæ, & diuinæ domus: sic Horatius *1. car. Ode. 1.* sociam vocat epitheto congruo vxorem:

Manet sub Ioue frigido venator
Socia coniugis memor.

ex lectione Lambini. Neque enim prohibita viro permissa so- 2
cietas inter aliquos, quandiu vixerint, *Paul. l. 1. pro socio, lib. 17. P. tit. 2.* ¶ Et † Theogena vxor Agathoclis regis Siciliæ, cum in
Ægyptum remitteretur morituro Agathocle, ægre ab eo diuulso dicebat, nubendo se non prosperæ tantum, sed omnis fortunę iniisse societatem, vt auctor Iustinus ex Trogo, *lib. 23 historiæ.*

¶ Individuam † autem hanc esse, omni consensu nationum, 3
quæ ratione vsæ fuerint, fere semper receptum est, vt & ex sententia Solonis *in Gnomis.* de vxore coniicere possumus.

Ζεὺς γὰρ μέγιστον, τοῦτ' ἐπῴκησεν κακὸν,
Καὶ θεσμὸν ἁμῖν θνητὸν ἐξηύρετο τόδε
Ἓξ οὗ τις ἂν λάβῃ ἴδιος ἰδίᾳ δάμαρ,
Τυραννὶς οἴκου· ἁμφιδαιρετὸν μένει.

Id est:

Iupiter maximum hoc ipsum fecit malum,
Scilicet quod cognoscamus æqualem
Omnium mulierum sortem,
Et vinculum constituit indissolubile.

Et quo solutos Pluto aliquos accepit pro vxore pugnantes: Sed latius de solutione paulo post, modo annotasse sufficiet, vxorem esse non posse temporalem, sed perpetuã quandiu vixerit: Nam nec moribus nostris conuenit filium habere temporalem, vt ait Paulus Iurisconsultus, *l. quæsitum, de adopt. libr. 1. P.* ¶ Et si † mo- 4
re aliquo antiquo aliquando receptũ fuisse legamus aliud quidpiam diuersum: si tamen verum sit probatum fuisse, quod Strabo *lib. 11.* tradit, Catonem Vticensem vxorem suam Martiam concessisse Hortensio liberorum caussa. Plutarchus *in vita Catonis Vticens.* etiam contracta sponsalia dixit Philippi patris voluntate. ¶ Similes † certe illis qui precario vxores habebant, vel ad 5
tempus conducebant mercede, qualem morem tribuit Sarracenis Ammianus Marcellinus, *libr. 14. Histor.* Scribit & Cel. Rhodiginus, *lib. 13. ca. 17.* sed alibi non legi, Romanos cum liberorum satis ex sua vxore suscepisse viderentur, vxorem alteri, qui liberis egeret, cedere solitos. Vt Plutarchus *in Vita Lycur.* apud Spartiatas probis viris vxores infœcundas habentibus, alienas prolis caussa adiri licitum fuisse. Scribit quoque ex lege Lycurgi licuisse aliquando seniori viro vxor inuenti probum & honestum adolescentẽ admiscere, & vbi eam generoso semine compleuisset, suum ipsorum quod natum esset efficere. Quod improbat merito D. Augustinus ad Claudium libr. 5. contra Iulianum,

Digitized by Google

in cano, sic non sunt faciendæ adulteriæ, 32. *quæst.* 4. Meminit Suidas *in ver.* Ἀμάσις. Vulcanum Ægypti regem, modestiæ tuisse legem Ægyptiis, quorum vxores apud maritos perseuerare ignorarent.

6 ¶ Societas † hæc vitæ inducit communionem inter coniuges rerum & earum dominij, vt ait Paulus *l. 1. rerum amota. libr.* 25. *P. tit.* 2. Commiscetur familia, & quæ vxoris sunt, fiunt, ac si viri essent, propria: & contra, quæ mariti, ac si vxoris, censentur ab Vlpiano, *l.* 1. §. *si vir aut vxor ad SC. Syllanian. lib.* 29. *P. tit.* 5. Et proinde altero coniugum alteri subripiente quidpiam, furari nō dicitur, nec eius nomine, sed rerum amotarum actione repetitur subtractum. *d. l.* 1. *&* 2. *& tot. tit. rer. amotar. in P. l. aduersus, de crimin. expl. hered. C. l. quamus, C. de furt.* Dicitur incola eiusdem ciuitatis vxor, cuius est maritus, apud Papinianum, † *fin.* §. *item rescripserunt, in* 2. *ad municip. lib.* 50. *P. tit.* 1. vt contra legata vxori habitatio ratione societatis sit communis viro eius, *l. ceterum, de vsu & habita. P.* ibique habere dicitur vxor domicilium, vbi maritus habet vel habuit, si decesserit, *l. ea quæ* 32. *ad municip. P. l. exigere, de iudic. in P. lib.* §. *l. mulieres, de dignit. lib.* 11. *C. l. fi. de incol. lib.* 20. *C.* Ideo Clemens Alexandrinus *lib.* 3. *Pædagog. cap.* 11. *Honestum*, inquit, *est, viri vxoribus fidem habentes eis domus custodiam permittant, vt quæ eis ad hoc opitulatrices datæ sunt.* Sequitur vel sequi debet semper virum suum vxor, in vita & in morte, *canon. vnaquæque* 13. *quæst.* 2. nisi vagari incipiat vir, *l. quod nisi* 20. *de operibus libert. lib.* 38. *P. tit.* 1. vel exsularet, vt ait Æschines *epist. ad Senat.* iis vna caro, *Genes.* 2. *cano. sunt qui* 27. *quæst.* 2. *cano. deinde* 26. *distinct. Matth.* 19. vna domus, vnumque sepulcrum, *ca. ebron.* 13. *quæ.* 2. Proinde Pomponius *l. muliere* 5. *de rit. nupt. in P.* pro perfectione nuptiarum ex ritu Romanorum desiderate videtur, vt vxor in domum viri ducatur: *deductione namque*, inquit, *opus esse in mariti non in vxoris domum, quasi in domicilium matrimonij.* Indeque tracta est appellatio, *ducere vxorem*, pro accipere vxorem, etsi sola deductio in domum, nisi sponsalia præcesserint, vel alia argumenta, nuptias non probent per se, vt notat Vlpian. *l. quæsitum* 9. *de sponsal. lib.* 23. *P. tit.* 1. Promissione autem accedente de habenda ea vxoris loco maximum vim addit, §. *quoniam, authen. Nouell.* 74. *Iusti.* ¶ Ex lege † Romuli apud Dionysium Halicarnasseum, *libro secundo, antiq. Roman.* per sacra fratris vxor ducta coniugio, nodo rediſsolubili iungebatur, eratque mulier viro obsequens & pudica, & domus domina æque ac maritus, & in eius mariti bona succedebat heres, sicut parentis filia: ex asse quidem, si is intestatus & sine liberis decederet, si cum liberis vna cum illis.

8 ¶ Statuit † aliquando Synodus quædam Cōstantinopoli sub Manuele eius patriarcha habita, vt notatur in responsis Dithyrrhachij, *lib.* 2. *Iur. Orienta.* 1. *q.* metropolytæ, eos qui seorsum ab vxoribus remanent, & noluerint conuenire, excommunicatione notandos: quod intelligendum cum Vlpiano, *l. cum hic status* 13. *si diuortium, de donat. int. vir. & vxor. lib.* 24. *P. tit.* 3. si seorsum habitantes non habeant inuicem honorem matrimonij: alioquin si habeant, habitationum diuisio non dirimit matrimonij affectionem & vnionem, *solent enim*, inquit idem Vlpianus, *viri consulares ita seorsum habitare.*

9 ¶ Hac ratione † pater detinens vxorem, cogitur conquerenti apud prætorem marito, in domum maritalem deducere, *l. si inuita, C. de nupt. l.* 2. *de libe. exhib. in P. l. fin. C. eod. tit.* nec potest illam societatem paterna prærogatiua turbare aut dissoluere, *l. filiæ diuortium, & l. dissentientis* 5. *de repud. lib.* 5. *C. tit.* 17. *l. filia, C. de inoffi. testam. l.* 1. §. *fin. de libe. exhib. in P. l. reprehendenda* 5. *de institut. & substitut. sub condit. facil. lib.* 6. *C. tit.* 25. Scriptum quippe, vt non semel dixi, *relinquet patrem homo, & adhærebit vxori, Genes.* 2. *cum similib.* Singularis certe vel melius præstantissima societatum ista, quæ auctori natiuitatis præponitur, vt non solum societas, sed commixtio & confusio duorum animorum, & corporum in vno composito, vnum quid faciens videatur: & animus viri in corpore vxoris, & vicissim mulieris in marito viuere & sedem sibi delegisse, vt non abs re D. Paulus scripserit, nuptam præcipuum habere studium, quomodo placeat viro, & virum habentem vxorem, quomodo vicissim eam redamet, 1. *Corinth.* 7. *ad Ephes.* 5. *ad Coloss.* 3.

10 ¶ Quamobrem † & illæ illustrantur radiis maritorum, & eorum dignitate refulgent, §. *hac itaque de consul. in Authent. l. Fœmina* 8. *de senato. lib.* 1. *P. tit.* 9. cum mariti dignitate concrescunt, *Iustin. l. fi. de nupt. C.* & eorum sentiunt fulgorem: æquum enim est & naturale, *l. secundum naturam, de reg. iur. P.* communicari honores, quibus communia sunt etiam infortunia, ob quæ non licet abire à iugo hoc matrimonij. *Quid enim tam humanum est*, inquit Vlpianus, *l. si cum dotem* 23. §. *si maritus, solut. matrim. lib.* 24. *P. tit.* 3 *l. patre furioso* 8. *de in quis sunt sui vel alien. iur. lib.* 1. *P. titul.* 6, *quam fortuitus casibus mulierum maritum, vel vxorem viri participem esse.*

11 ¶ Placuit idcirco, † nec iniustis rationibus, supremis orchestris, mortuo marito artifice, eius artificij, quod nisi iuratis & peritis à republica permittitur cuilibet, viduam defuncti posse artificium mariti, ac si is viueret, per seruos expertos tamen in ea arte, exercere palam, quamuis magisterij gradu insigniti nō sint, & iure communi non nisi ab insignitis tractetur. Ex ita Philibertus Buignonius *in legibus abrogat.* refert iudicatum fuisse à Senatu Lutetiano 13. Calend. Decembr. anno 1427. & in comitiis Molinensibus 8. Octobr. 1540. Ego quoque sæpe vidi Tolosæ eo modo Senatui placuisse, dum subsellijs eram assiduus.

¶ Videtur † quippe adhuc exstincto corpore coniugis, esse vi- 12
dua nobilior cōiunctionis maritalis portio remanere: viua nempe affectio & animus qui immortalis est, cui iurata fuit viuere & superstite corpore societas. ¶ Sicut † & Iustinianus notat, §. *quæ* 13
vero. de nupt. in auth. animam defuncti coniugis ægre ferre superstitis secundas nuptias. ¶ Fueruntque † nationes aliquæ, apud 14
quas vxores mortuis maritis vna cum rogo maritali, vt perseueraret æqualis societas, vrebantur: veluti mos erat apud Vuendos, qui erant genus Sclauinorum, in agris Saxonum & Thuringorum habitantes, vt tradit Vunefridus Anglus, qui postea Bonifacius appellatus est, episcopus Moguntiaci factus, in epistola ad Edoardum Anglorum principem, teste Beato Rhenano *in fin. l. libr. rer. Germani.* Idem apud Cathatos prope Adrastarum terras in India lege scitum & seruatum, ob fœminæ cuiusdam beneficium in maritum paratum, teste Diodoro Siculo, *lib.* 17. *anno* 9. *Alexand.* † Strabo *libr.* 15. hos vocat Catheos subscribens 15
reliquis. Et quia in hac societate coniugali, est diuini & humani iuris communicatio: quemadmodum bona, sic & affectio æqualia esse debent, & religio, qua vita nostra maxime constat, vt ait Plinius *lib.* 14. *cap.* 19. eadem vtrique esse debent coniugum. Neque cum sectæ alicuius hominibus vel mulieribus disparis religionis inire nuptias lex permittit: veluti inter Iudæum & Christianum, vel Christianam, vel Christianum & Iudæam, alioquin capitali supplicio imminente, *Valentin. Theod. & Arcad. CCC. l. ne quis* 5. *de Iudæis libr.* 1. C. *tit.* 12. Et Leo & Anthemius CC. tradunt, *l. fin. de sponsal.* 5. C. *tit.* 1. sponsalia dissolui posse propter impudicam conuersationem, aut religionis vel sectæ diuersitatem. Explicant tamen illud intelligendum, si ante contracta sponsalia ignorassent diuersitatem: nam si sciuerint ante, impune ea non dissoluunt, *si legibus* 16. *de episcop. audien. lib.* 1. C. *tit.* 7. sed sibi imputare debent. Iubet Plutarchus *in præcept. conubialibus*, vt vxor in religione similis sit marito, neve aliam peregrinam admittat. *Nam*, inquit, *nulli Deo sacra occulta & absconsita grata sunt.* Sed de hoc in solutionis caussis matrimonij, latius paulo post.

De ritibus nuptiarum. Cap. 5.

1 *Solennia & ritus nuptiarum quare adiicientur, hique varij.*
2 *Consensus in nuptiis alio modo quam verbis exprimitur.*
3 *Verba qualia in nuptiis consentiendi exigantur.*
4 *Cæsa nomen in nuptiis pangendis cur.*
5 *Verba matrimonij contrahendi serio, non iocandi caussa, obligant.*
6 *Verba etiam ioco dicta semper interpretantur pro matrimonio fuisse.*
7 *Ritus nuptiarum quidam necessarij, quidam minime.*
8 *Preces matrimonijs adiectæ in omni Ecclesia Orientali & Occidentali: & palam & publice contrahi iubet Ecclesia, quare.*
9 *Clandestina matrimonia non erant tribus obseruatis.*
10 *Banni quid in nuptiis.*
11 *Mosconia matrimonia publice tantum fiunt in Ecclesia.*
12 *Clandestina matrimonia, quod pertinet ad Ecclesiam, rata non sunt, quamuis firma per se & apud Deum, & quare, vide num.* 25.
13 *Clandestina matrimonia, ab Ecclesia approbari debent.*
14 *Asserens matrimonium probare debet.*
16 *Instrumenta matrimonialia, quomodo probant matrimonium. Instrumenta pompa, dos, & apparatus non faciunt matrimonium, sed ne clam fiat exiguntur.*
17 *Matrimonia inita Romæ à sacerdote Cereris.*
18 *Nuptiarum solennia Hebræis per hebdomadam.*
19 *Ritus quidam nuptiis Romanorum adhibitus ex Plinio, de cælo, fisso flamine, spuma, nucibus, confarreatione, adipe, fudo & lupina lana.*
20 *Taxillarum puella nuptura publice se exponunt tuba & venientis posteriora primum, postea anteriora denudant, & si placita, illico nubit.*
21 *Ritus & forma qua apprehensis dextris iunguntur coniuges, ex formula Iudæorum precationibus diuinis additis, instrumento, epulis, & concubitu.*
22 *Romanis interdum ritus nuptiarum similes superioribus manus apprehensa, epithalamiorum & eminationis bona.*
23 *Vxor legitima & materfamilias Romæ fiebat ea conueniente in manum mariti, quomodo. Vxor materfamilias qua dicebatur: & de triplici formula ducendi vxorem apud Romanos.*
24 *Vxor per coemtionem quomodo fiebat, & conueniebat in viri potestatem.*
25 *Manus & mancipium potestatem significat.*
26 *Coemtio quid.*
27 *Fœmina olim nunquam erat sui iuris, sed in alicuius semper potestate, aut patris, fratrum, propinquorum, aut mariti, nec sine horum obligabatur auctoritate, & num.* 30.

28 *Vestales*

Digitized by Google

28 *Vestales tantum erant sui iuris.*
29 *Mulier nupta etiam apud Græcos in potestate mariti.*
30 *Coemtione simulata, alia fiebant Romanæ alienationes. Coemtio nuptiarum tribus assibus fiebat.*
31 *In manu mariti fiebant & nuptiæ per confarreationē, & quomodo.*
32 *Nuptiæ per farreationem sacra & pontificum Ethnicorum & aliorum.*
33 *Nuptiæ sacræ farraciæ quare.*
34 *Matres familias hodie quæ dicantur etiam.*
35 *Nuptiæ usu contractæ, & uxor usu quid.*
36 *Uxor contestata erat concubina.*
37 *Uxor vulgaris concubina. Concubina honesta uxor.*
38 *Concubinam cum uxore habere non licebat.*
39 *Concubina honestatem matresfamilias amittebat.*
40 *Ritus alij Romanorum in nuptiis.*
41 *Aqua & ignis in nuptiis cur adhibebantur.*
42 *Cymbrorum coniugia firmabantur unguium resectione.*
43 *Theutones coniuges capillos mutuo deondebant.*
44 *Armenij articulos denotabant.*
45 *Elamita pungebant ad sanguinem usque digitum.*
46 *Ritus aliarum gentium in nuptiis firmandis, Numidorum, Dacum, Hungarorum, Scicionstarum, Tarentinorum, Scytharum, Cardiensium.*
47 *Cardienses ignem accendebant nubiles ipsum, quo extincto flebat divortium, igni aquam iniicere, prouerbium quid.*

IN nuptiis † aliqua substantialia, & alia non substantialia pen-
1 dere oportet: iam autem formam substantialem monuimus in consensu contrahentium consistere, *glo. pen. in c. tua nos, de sponsal.* Siquidem reliqui ritus & solemnia, vel ad subsidium coniugum, vel ad probationes gestorum. Idcirco & forma contrahendi varia, ritusque varij, veluti, expressio consensu, verbis & ritibus. Quanquam † & sine verbis alio modo exposito con-
2 sensu fiant, quemadmodum dum mutus mutave nuptias contrahunt, *Paul. l. mutus, 76. de iur. dot. lib. 23. P. titul. 3. l. ex facto, 43. de vulgo libr. 28. P. titul. 6. cap. cum apud. ca. 23. de sponsalib. libr. 4. Decret. titul. 1.* Verba † qualiacunque sint dummodo consensus ille de
3 præsenti tempore exprimatur, etiam nihil interest, ea enim interdum sunt, *je pro uxore habiturum, & pro marito habituram*, vt ait Alexander 3. sum pont. *cap. ex parte, cap. 9. de sponsalib libr 4. Decretal.* vel *accipio te in meum, & accipio te in meam cap. penult. de sponsalib. cap. licet, de sponsal. duor.* Apud Romanos † vsurpata, *ego tibi*
4 *Caius, tu mihi Caia*: à tempore Oaiæ honestæ matronæ, & opti-
5 me lanificæ. secundum † T. Probum *lib. de pronominibus, circa operis Valerij Maximi finem*, & Plutarchum *libr. problemat.* Sunt
6 † & iis similia, prout moribus regionum recepta sunt, quæ nodum initiunt copulæ, si modo serio, non iocandi animo pronuntientur, *cap. tua nos, 26. de sponsal. Caius, l. simulata, 3. de ritu nuptiarum. eod. in P.* sicuti nec iocandi caussa promissa obligant, *l. obligationum substantia, de actionib. in P.* nec qui se iactauit heredem instituturum, ideo instituisse videtur. vel instituere tenetur, *l. final. de testament. in P.* Plus enim valet quod agitur, quam quod simulate concipitur, *rubric. plus val. quod agit. Cod.* nec vltra intentionem actus agentium operantur, *l. si ego, & l. non omnis. de reb. cred. P. l. multum interest, Cod. si quis alter, vel sibi, l. verum est & l. si quid fur,*
7 *de fur. P.* Verumtamen hic cauendum est, † ne hallucinetur quispiam, non semper verba etiam ioco dicta, pro ioco accipi, sed pro matrimonio interpretari fere semper, *glos. l. in cap. tua nos, in verbo mulierem, de sponsalib. l. simulata, de ritu nuptiar. in P.* Itaque cauendum est, ne verbis capiatur quis temere effutitis: verba quippe non ad simulandum, sed ad exprimendam mentem dicta censentur: & nemo existimandus est aliquid dixisse, quod prius mente non agitauerit, vt ait Celsus, *l. Celsus, l. Labeo 7. §. idem Tubero, de supel. lega. lib. 33. P. titul. 10. l. non aliter, de legat. 3.* ex Tuberonis sententia. Ad † ritus autem quædam pertinent fere
8 necessario, alia non valde requiruntur, etsi prætermissa sunt, non exprobrantur. Itaque † sancta Catholicaque ecclesia in nuptiis
9 firmandis & celebrandis, sacras adhibet preces & orationes cum in orientali *lib. 1. iur. Orientalium. titul. de sponsal.* tum in occidentali orbis parte: vtque eas, ea, qua decet honestate concipiat, publice exigit fieri matrimonia, non clā, vt sine dolo & omni legitima approbatione fiant. *Concil. Arelat. c. 6 can. nostrates, c. nullus fidelis,*
10 *30. q. 5. in decretis. Hermisda sum. pont. f. c. 6.* Clam † namq; facta, fraudis habent aliquod argumentum *l. si. de rit. nupt.* Porro clandestina non erunt matrimonia, tribus obseruatis: primū, si testes, dum fiunt, adhibeantur, *d. can. nullus & c. nostrates, 30. q. 5.* secundo, si parentum habeatur consensus, de quo diximus, adsintque qui paranymphi dicuntur, *c sponsus, ex concilio 4. Carthagi. & aliter, 30. q. 5.* tertio, si matrimonia celebranda prius in ecclesijs per curiones publice proponantur, competentia termino præfinito, intra quē qui voluerit, & potuerit legitimum impedimentum opponat, & ipsi quoque presbyteri inuestigent, vtrum aliquod impedimentum obsistat, puta, si contracturi sint in gradu prohibito, vel alio modo impediantur. vt in concilio generali fuit decretum. *Innoc. 3. ex concilio generali in ca. cum inhibitio. cap. 3. de cland. de sponsal. lib. 4. Decretal. tit. 3.* Vocant vulgo hanc propositionem publicam, Bannos, declinata voce à Græca φάτις, omne, ὃν φάσιν inno-

11 tescat, vel † quod per hanc dictionem Ban, prima, secunda, tertia denuntiatio, quæ fit in suggestu ecclesiastico futurarum nupriarum, id est, integra & perfecta prædictio & vniuersa significetur: mutatur enim facile & in β. Exstat † & canon cuiusdam
12 Ioannis Metrapolitæ Moscouiæ qui apud Ruthenos habitus est prophetæ loco, *matrimonium non nisi publice in ecclesia contrahatur*, vt refert Sigismundus Liber Baro *in comment. rer. Moscouitar. in canonib. Ioannis.* Requirit † illa summopere ecclesiastica disci-
13 plina, nec ecclesiæ ata dicuntur clandestina matrimonia, quamuis contracta clam, sine impedimento ramen rata sint & firma per se, & apud Deum, *cap. 2 de clandest. desponsat. & ibi gloss. tametsi bes. can. 22. distinct. & c. Christiana, 32. q. 5.* Cuius diuersitatis ratio ea est, quod ecclesia non potest iudicare de his, quæ latent: & ideo si de clam contractis nuptiis coram iudice ecclesiastico agatur, cum dubium illi sit, non interueniente ecclesiastica solemnitate, an fuerit factum matrimonium, † non potest compelle-
14 re seruare illud. Ideoque etiam eius comprobatione in celebratis aliter opus est, vt explicat Alexand. 3 sum. pontif. *cap 2 de clan. desponsat.* Et quamdiu illi de coniunctione legitima fides non fit, ita coniunctos, ex præsumptione certa fornicationis, ab inuicem discedere iubebit, & vt vtrum de coniunctione iudicat, *c. 1. 35. q. 5.* Atque ab eo † qui asserit contractum matrimonium,
15 probatio exigitur, *c. 1. de cland. desponsat.* At Deus † qui occulta no-
16 uit, *Psal. 43. ad Hebr. 4.* quive testibus non indiget, etsi quis contractum neget matrimonium occulte, & quamuis, quia non probatur, non cogatur adhærere coniugi: vere tamen nouit factum & indissolubile: proinde legibus Dei qui occultum inficiatur, tenetur ac vincitur, vt nec alium possit inire coniugium illo occulto perseuerante: & si ineat aliud, reus sit adulterij. Instruunt itaque pleraque, & sanctiora & honorabilia reddunt negotia, quæ de substantia non sunt. Eoque † pertinent nuptialia in-
17 strumenta, *l. nec ab initio, 14. de nupt. Cod. §. nuptias, de nupt. in authentic.* quæ tamen per se non probant matrimonium, *l. donationes in concubinas, 32. de donation. lib. 39. P. titul. 5.* seu pacta matrimonialia, pompa, seu nuptiarum apparatus, *l. si donationum, Cod. de nuptiis.* & dotis constitutio, *l. final. de donation. ante nupt. Cod. §. de iure dotium, in P.* sine quibus tamen substantia matrimonij consistit, *proxime citatis iuribus.* Docet id Concilium Arelatense *ca-*
18 *non 6. & canon nullum, 30. quæst. 5. Nullum fiat matrimonium* inquit, *sine dote, nullus uxorem ducere vel nulla nubere præsumat, nisi secundum facultates dos constituatur*: audi postea rationem, *non quod sine dote matrimonium esse non possit, sed ne sine publicis nuptiis quisquam nubere, vel uxorem ducere præsumat.* Erat † & ritus apud
19 Romanos Ethnicos, vt matrimonia iungerentur à face dote. Ceteris per orationem sacram, teste Plutarcho, *in præcept. connubialib.* Et apud † maiores Iudæorum lætitiæ istius publice testandæ caussa, etiam sub lege naturæ, per integram hebdomadam nuptiarum fiebant solemnia, *Genes. 29. Iudic. cap. 14.* Possem hic
20 ritus † varios ex Plinio, in nuptiis, adhibitos antiquitus, referre qui, etsi desuetudine obliterati sint, nihilominus tamen ostendunt, non clam, non leui iudicio, &, vt ita loquar, non sommarie, & de plano factas fuisse. Indicabo solū de illis aliquot locos. Is itaque in primis ait, *Plini. lib. 8. cap. 48. Lanam cum colo, & fuso Tanaquillis qua eadem & Caia Cæcilia vocata est, in templo Sangi dei rasse prodente se, auctor est Marcus Varro: factamque ab ea togam regiam undulatam in domo Fortunæ, qua Seruius Tullus fuerat vsus inde factum, vt nubentes virgines comitaretur colus comta, & fusus cum stamine.* Et alibi Plin. *lib. 16. cap. 18. Spina nuptiarum facibus ad-*
21 *hibitissima, quoniam inde fecerunt pastores qui rapuerunt Sabinas*, vt auctor est *Massurius.* Et iterum Plin. *lib. 15. cap. 22. Honor nucibus in glandibus naturæ peculiaris, gemino protectu operimento. puluinati primum calicis, mox lignei putaminis: qua caussa eas nuptiis fecit religiosas, tot modis fortunato: quod est verisimilius quam quis à cadendo, tripudium sonumque faciant.* Et rursum Plin. *libr. 18. cap. 3. In*
22 *sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat, nouæque nuptæ farreum præferebant.* Et alibi Plini. *lib. 28. cap. 9. Proxime in communibus adipis laus, sed maxime suilli apud antiquos etiam religiosi: certe nouæ nuptæ intrantes, etiam num solemne habent, postes eo attingere.* Et paulo post: *Massurius inquit, lupino adipi antiquos palmam dedisse, ideo nouas nuptas postes illos ungere solitas, ne quid mali medicamenti inferretur.* Denique & alio loco Plini. *libr. 29. cap. 2. Lanis auctoritatem veteres Romani etiam religiosam habuere, postes à nubentibus attingi iubentes.* De Taxillarum † qui populus in India,
23 nubendi consuetudine, noua quædam & inusitata refert Aristobulus, & post eum Strabo *lib. 15. Geogra.* vt qui præ inopia filias suas elocare non possunt, eas in ipso ætatis flore in forum producant cum tuba & classicis, quibus bella significari solent. Tum multitudine conuocata, puella accedenti primum posteriora humero tenus detegit, postea vero anteriora: quæ cum placita fuerit & approbata, quibuscunque vt videtur nubit. Formula iungendi † matrimonij, quam hodie videtur imitari, exstat in
24 Tobiæ historia *c. 7.* frequentata etiam, vt opinor, eius seculi hominibus, vt apprehensa manus dextera futuræ sponsæ daretur dextera fururi viri: Sic enim Raguel coniunxit filiam Tobiæ iuniori, precationem addens sacram, *Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, vobiscum sit, & ipse coniungat vos, implet atque benedi-*

Digitized by Google

dionem suam in vobis. Fiebátque charta postea scriptura coniugij, epulum, & Dei benedictio, & concubitus. Hodie etiam inter Iudæos, in libro precum illorum, Mahzor sanctæ synagogæ Romanæ, habetur benedictio sponsaliorum, in qua, qui benedictioni præpositus est, sumit calicem, & recitat orationem: *Qui creas fructus vitis. &c.* Et aliam sponsal. bus accommodam: postea bibit vinum & subinde propinat sponso & sponsæ, implen-
32 tur & postea septem dies conuiuij. Refert † quid simile fere Iulius Capitolinus *in Gallienis duobus* factitatum, sed non verba sacra, sed venerea recitata in nuptiis Gallieni: *Nuptiarum epithalamium*, inquit, *cum dixissent centum poetæ de fratribus Gallienis coniunctis, ipse Gallienus Cæsar, cum manus sponsorum teneret, ita dixit:*

Ite, ait, o pueri pariter sudate medullis
Omnibus inter vos: non murmura vestra columbæ,
Brachia non hedera, non vincant oscula concha.

33 Huc † pertinet vxoris legitimæ species, apud Romanos, quæ ita per manum mariti tantum fiebat materfamilias, & transibat in familiam mariti, prolatis, certo ritu adhibito, verbis conceptis. Tres enim apud Romanos vxoris ducendæ formulæ, per coemtionem, per confarreationem, & per vsum. Per coemtionem fiebat materfamilias, & veniebat in manum mariti vxor, vt ex Cicerone *in topic.* docemur, dum ait, *Si ita Fabiæ pecunia legata est à viro, si ei viro materfamilias esset. Si ea in manum non conuenerit, nihil debetur: genus enim est vxor, eius duæ formæ: vna matrumfamilias, hæ sunt, quæ in manum conuenerunt, altera earum, quæ tantum-*
34 *modo vxores habentur.* Coemtione † *fiebant istæ nuptiæ:* vt ait Boetius *in 1. topicor* ex Vlpiani institutionibus, *dum ipse coemendo inuicem interrogabant: vir ita, An sibi mulier materfamilias esse vellet? Illa respondebat, velle. Mulier, An sibi vir paterfamilias esse vellet? Ille velle respondebat. Itaque mulier viri conuenichat in manum, & erat materfamilias viro loco filiæ: & ita mulier illa postea erat in manu mancipioque, id est, potestate mariti.* Sic Seruius Sulpitius apud Gellium *lib. 4. noct. c. 3.* pellicem appellatam ait libro de dotibus, probrosamque habitam, quæ iuncta consuetaque esset cum eo, in cuius manu mancipioque, alia matrimonij causa foret, etenim transibat in potestatem mariti, vel particeps cum matre fie-
35 bat potestatis conuentione. Manus † namque arbitrium & potestatem significat, *vt apud Pompo. l. 2. de orig. iur. in prin. lib. 1. Pandect. 2.* sicuti inde & manumissio, *Vlpia. l. 4. de iust. & iur. cod. lib. 5. 1. de liberti. lib. 1. Institu. iur. ciu. tit. 5.* & emancipatio, *Iustinia. in l. fin. de emancip. libero. li. 8. tit. 49. §. præterea, quib. mod. ius pat. pot. sol. lib. 1. Instit.* dicuntur liberationes à potestate dominica vel pater-
36 na. Coemtio † autem illa, erat simulata quædam distractio potestatis, qua tenebatur mulier antequam nuberet, & ex qua in potestatem aliam, mariti scilicet, traducebatur. Siquidem iuris antiquis nunquam fœmina erat, sed semper in tutela alicuius
37 erat, vt † M. Portius Cato pro lege Oppia apud Liuium dixit *lib. 44.* maiores voluisse nullam nec mim mam quidé rem sine auctoritate fœminas agere, sed in parentum fratrumve. aut liberorum esse potestate, vt Cicero *pro Cæcina* scribit, non potuisse fi-
38 ne tutore obligari, nisi Vestales essent: nam † tunc eximebantur
39 à potestate ex lege Numæ, *Plutarch. in Numa*, proinde † vt ait Euripides:

γυνὴ δ' ἐξωδοῦσα τοὺς πατρῴους δόμους,
οὐ πω τετύρευκεν, ἀλλὰ πολλὰ τίκτει,
id est,
Mulier egressa domum paternam,
Non est amplius parentum, sed mariti.

40 Quod † apud Romanos coemtione fiebat: Nam coemtione simulata, in alienatione rerum qualicunque, moris erat etiam antiquis vti: veluti in emancipatione liberorum ante Iustinianum & Anastasium, *l. fin. & penult. de emancip. libero. C. §. præterea, quibus mod. ius pat. pot. sol. ab Iust.* In emancipatione familiæ, per æs & libram testamento facto, *§. 1. de testa. ordin. lib. 2 Instit vt.* 10. Liberabantur & à sacris res, & profanæ fiebant per coemtionem sacrorum, vt notat Cicero *pro Murena.* Carolus Sigonius *de antiqu. Roman. c. 9.* ex Varrone refert rationem coemtionis, vt veteri lege Romanorum nubentes mulieres tres asses ad virum deferrent, atque vnum, quem in manu tenebant, tanquam emendi caussa marito dare solitas: alium, quem in pede habebant, in focolariom familiarium ponere: tertium in sacciperio cum condidissent compito vicinali resignare. Igitur & vxor, quę matrisfamilias nomen habebat, præter matrimonium, pactum in manu mariti faciebat de familia: ideo matremfamilias eam solam appellatam ait Gellius *lib. 18. cap. 6.* quæ in mariti manu mancipioque, aut in eius, in cuius maritus manu mancipioque esset, quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti & in sui heredis veniisset. Quæ annotanda pro iure vxorum, & præsciri iussit Cicero *1. de orato.* defendenti earum lites, dum ait, *Neque illud est mirandum, qui quibus verbis coemtio fiat nesciat, eundem eum mulieris, quæ coemtionem fecerit, caussam*
41 *posse defendere.* Neque † etiam solum nuptias, quæ per coemtionem fiebant, in manu mariti fieri inuenio, sed & illas, quæ per farreationem fiebant: modo vera sint, quæ tribuuntur Vlpiano in vndetriginta libris, qui ex corpore eius collecti dicuntur: is enim sibi scribit *in titulo 9. de iis qui in manu sunt: Farre conuenitur in manum certis verbis, & testibus decem præsentibus, & solemni sacrificio facto, in quo panis farreus quoque adhibetur.* Ceterum † nu-
42 ptias, quæ fiebant per farreationem, quidam dixerunt, proprias esse, tantumque frequentatas apud Gentilium pontifices ducentes vxores, ideoque sacras nuptias dictas. Verum melius opinor illas omnibus quibuscunque vti volentibus communes fuisse. Deinde ramen omissam earum solemnitatem fartis adiiciendi, subrogatam in eius locum coemtionem existimo, & ita exoleuisse, retentis tamen in coemtione ceteris confarreationi additis solemnibus, vique & efficacia. Quod ex collatione rituum coemtionis, & effectu & solemnibus nuptiarum confarrationis facile est colligere. Sic enim de illis loquitur Dionysius Halicarnass. *lib. 2. Histor. Roma. Romulus constitutione redegit vxores, ad decentem modestiam: ea fuit talis. Mulierem nuptam quæ iuxta sacratas leges conuenisset cum viro, ei participem esse possessionem & sacrorum omnium. Nominabant autem prisci Romani sacras nuptias, vocabulo † suo, farreales: quia coniuges vescerentur eo-*
43 *dem farre, quod nos Græci Zean dicimus: & quemadmodum nostri homines antiquissimam hordeaceam frugem rati, hordeo quod molam saltam vocant, hostias instruant: ita Romani quodam sacrificium igne adolendum respergunt farre, quippe qui hoc genus antiquissimum existimant & honoratissimum. Manet enim is mos hodieque, nec quicquam est additum ad frugalitatem pristinam. Hac fame inter virum & vxorem communis primi & sacri quondam habiti cibi, atque fortuna quamuis optima, à communi farre nomen inuenit, vinculum efficiens indissolubile: nec vllæ res tale coniugium dirimere poterat. Ita lex hæc mulieres nuptas non habentes quo se verterent alio cogebat vitam maritis se attemperare moribus, viros item sic habere mulieres, vt rem necessariam, nulloque duellendum tempore: vxor enim pudica & marito semper obsequens, atque ac ille domus erat domina, & in eius defuncti bona succedebat hæres, sicut parentis filia, ex asse quidem, si is liberis careus ac intestatus decederet: quod si prolem haberet, ex æquo cum liberis: si autem aliquid peccaret, pœnam luebat ex maritis lasi arbitrio, &c.* Hæc Dionysius ad verba, quæ ostendunt matrisfamilias dignitatem & auctoritatem fuisse, & in nuptiis quæ per farreationem fiebant. Neque tempore Romuli alias iustas nuptias puto fuisse: quod mihi cõfirmare videtur Plinius *lib. 18 cap. 3. Quid & in sacris*, inquit, *nihil religiosius confarreationis vinculo erat, neuaque nupta farreum præferebant.* Idemque Plin. *lib. 18. c. 8.* ex adoreo seu farre fuisse antiquis cibum scribit. Quibus si iungas quod superius actuli ex Vlpiani *lib. 1 titulor. tit. 9. de iis quæ in manu sunt*, selectis, & farre cõuenisse solitum in manum mariti mulieres, intelliges nos posse vere asserere coemtionem successisse in locum farris. Iure † tamen Pandectarum
44 receptum est, & recentiori, matresfamilias etiam dici, quæ sint honestis moribus mulieres, siue illæ sint viduæ, siue innuptæ vel nuptæ, teste Paulo, *l. pronuntiatum, 46. §. matremfam. de verb. sig. lib. 50. P. tit. 16.* Item & eas, quæ non sunt in potestate patris secundum Vlpianum, *l. nam ciuium Romanorum, 4. de iis qui sunt sui vel alie. iur. lib. 1. P. tit. 6.* Ceterum † quæ essent nuptiæ vsu tan-
45 tum contractæ constat ex eo quod tradant *Gellius lib. 3 c. 2. Siginius, lib. de antiquo iure Romanorum, c. 9.* vsu mulierem dictam matrimonium contrahere, quando ea tutoribus auctoribus, cum marito matrimonij caussa conueniebat, & per annum impletum apud eum remanebat, qua conuentione non interrupta vsu dicebatur capta: quod si per trinoctium abiisset, interrupta vsucapio erat, & dicta vsurpata mulier. Verum contestatio præcedebat in hoc genere vxoris inter virum & vxorem, quod sobolis procreandæ caussa coirent: alioquin enim si honesta esset, & ingenua ea, cum qua coniungeretur quis sine ea testatione, quod non ea mente vt vxorem haberet, vxor præsumebatur, & pro ea erat: testatione autem præcedente, non vxor, sed concubina olim permissa dicebatur, auctore Martiano Iurisconsul. *de concubi. lib 25. P. tit. 7. l. in libera, 24. eo. tit. nupt.* Et † certe melius
46 est, vt non annumeremus has concubinatus testationes, inter matrimonij coniunctiones, quia illæ à matrimonio per solubile vinculum differunt, vt notat Vlpianus *in l. 1. de concub. in P.* Nisi dicamus † matrimonium illegitimum cum Callistrato, *l pen. §.*
47 *fin ad municipal. lib. 50. P. tit. 1.* & vxorem vulgarem concubinam, quando ea quæ se in concubinatum dedit mulier, matrimonij nomen non amisit: sic enim opinor Vlpianum intelligendum, qui ex hac coniunctione adulterium quoque esse existimat, *Vlpia. l. si vxor, 13. ad l Iuli. de adulte. li. 48. P. tit 5.* Siquidem † & illa loco
48 vxoris erat honesta concubina iure illo Pandectarum. Et proin de tempore quo quis vxorem habet, inquit Iulius Paulus *libr. 2. recept. sent. titul. 21. de concubinis*, concubinam habere non potest: & concubina ab vxore solo delicto separatur. Quod & statuit edicto Constantinus *l. 1. de concubin. libr. 5. Cod. tituł. 26. Populo emisso, nemini licentia concedatur*, inquit, *constante matrimonio concubinam penes se habere.* Quod & si mauult Iustinianus *l. 1. §. final. commu. de manumiss. lib. 7. titul. 15.* Sicut † nec licuit hoc iu-
49 re Romanorum ad similitudinem vxoris habere, nisi vnam concubinam, *§. consideranimus in fine de trien. & semisse, in authentic. collat. 3.* quæ tamen extra personam patroni matrisfamilias honestatem non habebat, *Martia. l. stuprum, 41. de ritu nuptiar. lib. 23. titul.*

Digitized by Google

21.*titul.*2. Sed de concubinis suo loco latius. Et hæc pauca de ritibus Romanorum in nuptiis sufficiant, quando hodie & tempore iuris Cæsarei abierit ab vsu conuentio in manum, confarreatio, *Cornel. Tacit. lib.* 4. & iure Christiano concubinatus, & v-
40 xoris temporariæ vsus. Omittam † autem consulto recēsere reliquos ritus, qui vt plerunque ab iisdem Romanis solemnibus & præstantiorum nuptiis adhibebantur, qui colligi possunt ex libro 2. Lucani, dum agit de Martiæ & Catonis nuptiis: quia parum, aut nihil, ad necessitatem matrimonij, & ad iuris quod tractamus quæstiones pertinere videbantur, veluti auspicia, aquæ & ignis tactus, qui fiebat à noua nupta, de quo Plutarchus *in pro*
41 *blemat.* Meminit † & Scæuola Iurisconsultus nuptias celebratas igne & aqua adhibita, *Scæuol. in l. Seia, 65. §. 1. de donation. inter virum & vxorem*, veluti cum symbolo generationis. Nam Philosophorum quorundam opinio est, ex horum mixtione illam fieri generationis actionem, terræ patiendi vim, tradentes: vel forsan quia monere volebant antiqui ærumnarum cumulum in nuptiis esse. Nam vt Græcus quidam ait, θάλασσα, ἡ πῦρ, ἡ γυνὴ, κακὰ τρία, *mare, ignis, mulier, mala tria.* Non persequar ea, quæ de raptu fiebant, qui Sabinarum referebat coniugia prima, nō Thalassi viri nominationem, dum nupta primum domum ingrediebatur, per hastam pilorum discriminationem, cinguli virginalis solutionem, aliaque quæ classici bonarum literarum auctores
42 fuse persequuntur, *Plut. in Romulo.* Feruntur † & plures diuersarum nationum ritus, *de quibus vide Bocatium, libr. de nupt. & libr. inscriptum, le parangon de Vertu, c.* 4. Cymbri, vt aiunt, vbi depactum erat matrimonium, vngues resecabant, & sponsus sponsæ, & contra, sponsa sponso, segmenta dono mittebat: quæ si mutuo acceptarentur, matrimonium ratum erat, atque tunc simul ve-
43 luti coniuges conueniebant. Inter † Teutonicos, vxor marito, maritus vicissim vxori capillos radebat, in quo faciendo cōsen-
44 sus, nuptias perficiebat. Apud † Armenios, sponsus scindebat extremum auriculæ dextræ sponsæ, sponsa autem sponso extremum sinistræ: & hoc solo ritu perficiebatur matrimonium.
45 Apud † Elamitas sponsi & sponsæ mutuo sibi vsque ad sanguinem pungebant digitum cordis, præsentibus inuitatis, & ita firmabatur
46 matrimonium. Apud † Numidas, vterque coniugum spuebat in terram, & luto inde facto in symbolum matrimonij, frontes mutuo inungebant. Dati mutuo se amplectebantur, & iis qui astabant nouum nomen imponebant: quos si hilare acciperent, ratum erat matrimonium. Apud Hungaros, spōsi mutuo sibi imagunculas argenteas præmittebant, quibus receptis iucunde, nuptiæ celebrabantur. Mos apud Sicionitas vt futurus vir calceum pedis dexteri sponsæ mitteret, sponsa autem spōso sinistri. Apud Tarentinos, proximis vtrinque in conuiuium vocatis, perficiebant matrimonium, manducantibus sponso & sponsa eadem manu. Scythæ mutuo sibi tangebant primum pedes, post genua, dehinc cubitos, frontes, oculos, aures, & tandem se exosculabantur, eoque ritu in perpetuum firmabatur
47 matrimonium. Apud † Cardienses, sacerdotes ad domum mariti ibant, vbi conueniebat mulier, ibique accendebant ignem, qui nunquam exstingui, saltem dum viuerent, debebat: nam si exstingueretur, fiebat diuortium, & erat instar repudij, nisi simul quadraginta annis vixissent: indeque abiit in prouerbium, pro repudio aquam igni inicere.

Rationes, cur nuptiæ duorum tantum, & quare tot ritibus & ceremoniis initientur & probentur. Cap 6.

1 *Deus matrimonium duorum in paradiso iunxit, nouerunt & Ethnici à Deo inductum.*
2 *Ratio secunda, matrimonia inducta ad cohibendam vagam, & ferinam Venerem.*
3 *Lex Papia Poppæa de vetitis virorum sexagenariorum & mulierum quinquagenariarum nuptiis sublata, pariendi mulieribus annus quinquagesimus, terminus hominum sexagesimus generandi.*
4 *Papia Poppæa legibus plura capita, & à quibus emendata.*
5 *Lex Papia Poppæa à quibus lata.*
6 *Lex Papia, & lex Poppæa diuersæ.*
Poppæa de frequentandis matrimoniis.
Papia de iure ciuitatis.
7 *Papia lex de dicendo testimonio.*
8 *Papia Pompeia lex.*
9 *Papia de sexagenariis & quinquagenariis non coniungendis à Tiberio abrogata & à Seuero, quia vltra eam ætatem generare homines possunt.*
10 *Masinissa post 86. annos filium generauit: Cato Censorius post 80. Cornelia post 62. & de Sara & Elizabetha.*
11 *Generationis inhibita naturales causæ.*
12 *Senibus nuptiæ quare permissæ.*
13 *Papia lex decimarum ab iis qui liberos non haberent sublata. Idem num.* 14.
14 *Vxores ducuntur quoque in auxilium vitæ.*
15 *Vxoris bona vtilitates.*
16 *Vxoris peruersitas à coniugio deterret, & quæ illa.*
17 *Cum vxore maritus duo boni dies tantum.*
18 *Vxor malum necessarium.*
19 *Vxor caca, maritus surdus, quietum faciunt matrimonium.*
20 *Nuptiæ inducta etiam ad prolis certitudinem, & quare ea exigitur filij probatio est incerta, nisi à nuptiis.*
21 *Filios proprios magis quam alienos & seipsos patres diligunt.*
22 *Filij remedium necessaria successioni.*
23 *Filios non procreare pœna illegitimi matrimonij, vel susceptos non amare.*
24 *Per filios nomen posteritati consecramus.*
25 *Filij debent esse similes parentibus.*
26 *Filij causa laborum parentum, & quod acquirant.*
27 *Filiorum suppositio prohibita: eaque duplex modo fit.*
28 *Subiiciendi partus techna ex Aristophane.*
29 *Virginitas præferenda nuptiis.*
30 *Nuptias reprobantes fuerunt hæretici Marcion, Euchratita, Origeniani.*
31 *Nuptias bonas negantis opinio vbi damnata.*
32 *Nuptiarum bona.*
33 *Nuptiis multa imposita, & habentibus liberos.*
34 *Matrimonij serotini & inhonesti actio.*
35 *Nuptiis Palmaria denegata mensa & honor.*
36 *Cœlibes Roma mulctati.*
37 *Papia lex contra cœlibes sublata.*
38 *Filios habentibus priuilegia & immunitates concessa quid apud Romanos, & alias nationes.*
39 *Spartiata excubiis liberabant tres tantum filios Reipublicæ.*
40 *Priuilegia & fauores matrimonij remissius.*

SEd discutiamus † paucis rationibus, cur antiqui nuptiarum ritus & mysteria duorum tantum coniugum, regulis ita seriis concluserunt: quibus annectere poterit vnusquisque, quæ Lactantius Firmia. *lib.* 1. *diuinar. institt. c.* 21. Xenophon *in œconomic.* & Aristoteles 2. *politic.* communioni illi vxorum Socraticæ obiecerunt. Prior itaque erit ab auctoritate Dei, & voluntate eius, quæ certior & venerabilior & sapientior omnibus omnium hominum quantumuis philosophantium sententiis esse debet: is enim coniugium duorum instituit cum contestatione prophetica, hoc est, *os ex ossibus meis, &c. Genes.* 2. *canon.* 1. 32. *quæst.* 1. *can. denique,* 26. *dist. can sicut,* §. 1. 32. *quæst.* 2. In loco qui peccatum non potuit ferre, in paradiso videlicet, vnde peccantes primi parentes pulsi sunt, magnumque in hoc sacramentum sacramento signatum vnionis Dei cum vnica sponsa ecclesia, *ad Ephes. cap.* 5. *c. debitum, de bigam.* Et Diuus Paulus *ad Hebræos cap.* 13. *Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus: fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus.* Et Dionysius Halicarnassæus *in præcept. de oration. nupt. construend.* qui verum Deum ignorabat, matrimonij inuentionem diis tribuit. Lege quoque Athenæus *lib.* 5. *Gymnos. cap.* 1. sanctum fuisse dicit, vt symposia nuptiarum tempore celebrarentur Deorum nuptialium gratia, & quasi testimonij cuiusdam. Quo fit, vt neque cœlibes, ob Dei numen interesse nuptiis legitimis recusent, sicuti & Dominus noster, Dominus Iesus Christus interfuit in Cana Galilææ, *Ioan. cap.* 1. Sic Coluthus Thebeus Lycopolitanus *in ἁρπαγὴ τῆς ἑλένης, id rapto Helena, versicul.* 30. in nuptiis Thetidis & Pelei, fingit quoque studiosam & tetricam alioquin Minervam adfuisse, καὶ βεμβρικὸν τερφάλεαν ὑπὸ κροτάφοις μυθίσατο ἐς γάμον ἀμέρσασα, γάμων ἀδιδακτος Ἄθηνη. Id est, *& horrendam galeam ex capite deponens, ad nuptias secuta est, licet nuptiarum expers Minerua.*

Vnde † secunda alia ratio nascitur, matrimonia quoque permissa & probata ad euitandam vagam illam more ferarum & canum commixtionem, & ad remedium eorum qui continere nequeunt, quos melius est nubere quam vri, 1. *Corinth.* 7. *cano. nuptiarum,* 26. *quæst.* 1. vt ideo vnaquæque virum suum habeat, quisque vxorem propriam, 1. *Corinth* 7. Sic non solum ad sobolem procreandam, sed & ad cohibendos motus illos venereos, *cano. sicut non omnes. §.* 1. 32. *quæst.* 2. Et ita Diuus Chrysostomus *propter concupiscentias iuuentis ætatis,* inquit, *Dominus noster sciens naturæ infirmitatem, nuptias dedit, & sanciuit, vt ab illicito concubitu abstineretur, D. Chrysost. homili.* 59. *in Genes. tom.* 1.

Quamobrem † sublata merito fuit lex Iulia & Papia, quæ prolem tantum considerans, sexagenarios vxores ducere prohibebat, veluti steriles, & prolificationi minus idoneos, ex sanctione Iustiniani, *l. sancimus,* 27. *de nupt. lib.* 5. *Cod. titul.* 4. Et ea quæ quinquagenarias quoque à nuptiis remouebat, *Iustinian. l. si maior,* 12. *de legitim. hered. lib.* 6. *Cod. titul.* 57. eadem ratione, quam & Dionysius Halicarnasseus sequitur, existimans quinquagesimum annum esse patiendi terminum, nec vlterius ferre vterum fœminam, *Dionys. Halicarnas. lib.* 4. *antiquit. Roman.* Meminit eius legis Lactantius *lib.* 1. *de falsi religion. cap.* 16. dum de falsa religione agit: *Non illepide,* ait, *Seneca in libris moralibus philosophiæ: quid ergo est,* inquit, *quare apud Poetas salacissimus Iupiter desierit liberos tollere? vtrum sexagenarius factus est, & illi lex Papia fibulam imposuit? an impetrauit sua trium liberorum, &c.* Papian. Poppæam † legem multa continentem capita primus emendauit

Digitized by Google

Augustus sub finem dierum & imperij, vt testatur Cornelius
5 Tacitus *libr. 3. annal.* Non † tamen satis constat à quo & quando lata fuerit: siquidem Isidorus *in 4.* scribit, sub Octauiano Cæsare suffectos Consules Papium & Pompeium legem tulisse, quæ à nomine eorum dicta sit Papia & Pompeia, continentem patrum præmia pro suscipiendis liberis. Alij à Q. Æmilio Papo, qui cum C. Fabritio Lucino Consul fuit: Alia à C. Pap. Tribun. pleb. de quo meminit Appianus *libr. 1. bell. ciuil. Ludouic. Charundas in catalogo legum antiquarum, in l. Iulia, & alijs legibus ciuitatis Romanæ.* Et Ioannes Cuspinianus in commentarijs in Aureli, Cassiodori Consules, *in anno ab vrbe 761. sub Q. Sulpitio & Cn. Pompeio.* arguit hunc erroris, quod nunquam isti fuerint simul consules inuenti, vultque eam olim antea tulisse Papium Poppæũ. Dio Cassius tamen scribit *libr. 56.* hanc legem Papiam Poppæam, de maritandis ordinibus latam à M. Papio Mutilo, & Q. Poppæo, qui in parte eius anni ab vrbe condita septingentesimi sexagesimi primi Consules erant, secundum Bartholomæum Marlianum patritium Mediolanensem in annalibus Consulum
6 & Dictatorum, *Marlia. in consulibus anni ab vrbe 761.* Qui ‡ & distinctionem ponendam inter legem Papiam, & legem Poppæam contendit, nec simul Papiam Poppæam dicendum esse, & duas eas fuisse: alteramque contra adulteros Papium, & alteram Poppæam de frequentandis matrimoniis tulisse. Tamen Philippus Beroaldus simul iungit pro eadem Papiam Pompeiam apud Suetonium, *in cap. 23. & 19. Claud. Cæsaris apud Suetonium.* Fuit & altera lex Papia, quæ peregrinos à iure ciuitatis repellebat, vt Cicero meminit *in officijs, & pro Archia poeta, & 4 ad Atticum. & pro L Cornel. Bal* & alij *Valer. Maxim. libr. 3. cap. 4. in Perpen.* Disponebat & circa Vestalium consecrationem Papia, vt viginti legerentur prius à Pontifice Maximo, vt scribit Gellius *libr. 1. cap. 12.* Licet & alia capita legis Papiæ obseruare in iure, partim expuncta, vt & quædam Alexander ab Alexand. annotauit, *libr. 4. genial. dier. cap. 22.* qui etiam semper legit legem Papiam & Pompeiam.

7 Erat † & aliud caput legis Iuliæ Papiæ iudiciorum publicorum, ne alicui inuito denuntiaretur, vt testimonium dicat aduersus socerum, generum, vitricum, & similes personas, quas Paulus Iurisconsultus refert *in l. 4. de testib. libr. 22. P. titul. 5.* Quædam & Alciatus de lege Papia pulcre pertractat *libr. 3. disjunct. capitul.*
8 3. Et † fuerunt tot alia legis Papiæ Poppæę capita, vt non possim non induci legendum esse Papiæ Pompeię potius à Cn. Pompeio, qui in turbulento statu triumuiratus, leges reformauit. Sic enim Cornelius Tacitus in annalibus, *vbi post Syllam Dictatorem, multas abolewisse & induxisse leges & postea alias Lepidum scripsit, & redditam licentiam tribunis, quo vellent populum agitandi: & cum plures essent leges in corruptissima republica, tunc, inquit,* Cn. *Pompeius tertium consul corrigendis moribus delectus, & grauior remediis, quam delicta erant, suarumque legum auctor ac subuersor,*
9 *que armis tuebatur, armis amisit.* Sic † ab hoc qui plura capita addit Papia Pompeia dici lex potest. Verum quod ad institutam tractationem pertinet, inter alia capita eius, illud erat: quod sexagenariis, & supra hanc ætatem, turpe ducere vxorem visum, & ad procreandos liberos inconueniens. Cuius capitis primum cõstituit vacationem, pro cuiusque ciuis conditione, Claudius Tiberius Cæsar, *Sueton. in Claudio, cap. 19.* & postea, edicto abrogauit, *Sueton. in Claudio, cap. 23.* Seuerus etiam Imperator leges Papias exclusit, quas etiam Tertullianus *in Apologet.* vanissimas appellat. Siquidem & Aristoteles *7. de animal. hist. c. 6.* asserit etiam post sexagesimum annum, & septuagenarium generare posse: *Mares,* inquit, *plurimi ad sexagesimum generant, quem si excesserint, ad septuagesimum vsque procedunt.* Et alibi *Arist. 8. 7. polit. cap. 16. Finem vt plurimum gignendi viris annum ait septuagesimum, mulieribus quinquagesimum.* Prodidit † & Plinius *lib. 7. cap. 14.*
10 literis Masinissam regem post octoginta sex annos generasse filium nomine Methymathinum: & Catonem Censorium, octogesimo exacto è filia Saloni clientis sui: ex Cornelia Scipionum gentis, Volusium Saturninum post sexagesimum secundum annum: & octogesimum quintum apud ignobiles, vulgarem reperiri generationem. De Masinissa testatur quoque Solinus *Polym. hist.* Sunt & exempla in sacra pagina Abrahę & Satæ, *Genes. 18.*
11 & Elizabeth matris D. Ioannis Baptistæ. *Luce 1.* Et † quamuis Aristoteles *1. de genera. anima. cap. 18.* & Galenus *lib 2. de tuend. sanit.* tradant, semine carere ęgros, propter imbecillitatem: senes, quia non potest eorum natura satis concoquere, pueros, propter incrementum in quod consumunt. Nihilominus tamen qui sint senes isti ita debiles, manet in controuersia: siquidem alij aliis citius vel tardius senescunt, alijque aliis natura robustiore vel infirmiore sunt. Vt † non immerito quoq; plenius abrogata fuerit
12 illa lex à Iustiniano Christiano, vt supra docuimus, & nuptiæ quoque istis senibus permissæ fuerunt: cum & illi stimulis cupidinis posseni incendi, & inde peccandi daretur occasio, si concubitu licito vti illis non liceret. Et quanquam ille concubitus generationi inefficax sit senum, tamen ad peccandum, & ad delictum extra matrimonium esset dispositus-, vt ideo nec prolem
13 aliquando consideremus in nuptijs. Sicuti † & in hac parte lex Papia alio capite abrogata ab Honorio & Theodosio, quæ decimas exigebat à relictis vxoris vel marito, ex quorum coniugio nulli geniti essent liberi. *l. 2. de infirmand. pœn. cœlib. & orbita. libr. 8. C. titul. 58.* Succurrit † huic emendationi, tertia ratio nuptiarum, vt matrimonium inductum sit, non tam ad sedandam libidinem, vel ad prolem producendam, quam in auxilium maritorum & coniugum. Et ideo in genes. *Gen. 2.* mulieris scriptum est, cum de homine creanda esset, faciamus ei adiutorium simile. Si quidem in illa societate coniugali partito onere solicitudines, & curæ, & molestiæ, leuius feruntur. Et vt dicebat Hierocles *in lib. nupta.* ὅσον οὖν φορτικόν ἐστι τῶν ὄντων, ὅτε μὴ ῥᾴδιον ἦν συμφέρεσθαι γαμετῇ γυναικὶ, ἢ κοινὴ φέρει αὐτὰ βιοτικὰς; nihil tam onerosum est, quod vir & vxor non facilime ferant concordes, & communi opera quicquid est ferre volentes. Octauianus † apud Dionem Cassium 19
lib. 56. hist. Rom. optimam rem esse vxorem pudicam, ait, domus custodem, administratricem & nutricem liberorum, quæ & sanum exhilarare, & ægrum curare, lætis vtenti socia esse, aduersas consolari possit: iuuentutis nimiam animi naturam coercere, effœtam senectæ auctoritatem temperare. Hinc prolis iucunditatem, animi & corporis paterni imaginem, vt alter tute ex te nascaris, hinc successorem, reipublicæ magnam vtilitatem, & artes omni opera tractatas. Aristoteles *Ethicor. ad Nicomach. libr. 8. cap. 12.* quoque hoc firmat his verbis: *Homo natura magis coniugale animal est, quam ciuile: quanto prius & necessarium magis est domus quam ciuitas, & procreatio communior animalibus. Atque ceterorum quidem animalium: hic societatis est terminus: homines autem coniugium subeunt, non solum procreationis sed eorum etiam gratia, quæ ad ipsam conferunt vitam. Officia namque continuo sunt diuisa, atque alia viri, alia sunt vxoris: Opem itaque mutuo ferunt, res proprias in commune ponentes. Quapropter hac in amicitia vtilitas inest, atque voluptas. Erit autem & ob virtutem etiam amicitia si boni sint: est enim virtus atque hoc ipso gaudebunt. Filij autem, parentum vincula sunt & nexus: filij namque bonum est vtriusque commune: ipsum autem commune continet.* Et Columella *lib. 1. de re rustica, cap. 8 Sed qualecunque vitium contubernalis mulier assignanda est, quæ eum contineat, & in quibusdam tamen rebus cum adiuuet.* Ideo iure ciuili, vxor reuertur & operas suas præstare marito, & eius vtilitati, *l. sicut. de operis liberto. in* P. Scio † tamen plerosque ob mores 16
potissimum istius ætatis mulierum corruptissimos, quæ vix raro aut nunquam ad sympathiam coniugalem conuenire queunt, quæue suo arbitrio viuere, imperare dominari, & agere volunt, calamitatũ & infortunij & miseriarum initium, matrimonio iũgi & perpetuis molestijs collaudare, acerbissimum putent. Quibus † & respondeti potest, prius deligendam esse vxorem, quam 17
ducendam, cognoscendam, quam amandam: & sæpius malitiæ & contemtus vxoris caussam, esse stultitiam & fatuitatem maritorum, qui non nouerint cum vxoria opera auctoritatem viri retinere. Etsi quis à natura mulierum, vt mala proprietate quadam vrgeat & instet, duos tantum dies matrimonio gratos & suaues esse: vnũ, cum vxor ducitur: alium, cum mortua effertur, vt dicebat Hipponax: & vt Chæremas sepelire vxorem, quam ducere melius: Respondebo † cum Susarione, *apud Stob. in nuptiis.* 18

κακὸν γυναῖκες ἀλλ' ἔμοιγε, ὦ δημόται,
οὐκ ἔστιν οἰκεῖν ἄνευ κακοῦ·
ἢ γὰρ τὸ γῆμας, ἢ τὸ μὴ γῆμας κακόν,

id est,

Malum sunt mulieres, verumtamen ô populares
Hoc sine malo domum inhabitare non licet,
Nam & vxorem ducere & non ducere malum est.

Sed vt ait D. Ambrosius *lib. de institutio. virgi. c. 7.* non est vitium, mulieris esse, quod nascitur, sed vitium viri quærere, quo sæpe tenterur. Neq; res reiiciendæ sunt, quod interdum incautis officere solent: nihil enim adeo est vtile, quod aliquid secum non adferat incommodi. Sic enim mala bonis coniuncta sunt, & dolores voluptatibus, ne quis obliuiscatur se mortalem, si omnia ex voto succederent. Erit † & vnicum remedium prudentiæ in 19
coniugij tolerantia addendum, vt maritus fiat surdus, mulier autem cæca: Sic enim Alphonsus Hispaniarum rex, matrimonium exigi tranquille & sine querela posse dixit, *Anton. Pan. li. 3. de dict. Alphon. c. 7.* Quarta † nuptiarum introducendarum & conser- 20
uandarum ratio est, prolis certitudo, quam habere permagni interest: primum ob curam & solicitudinem maiorem liberorum, quos quis diligentius conseruat, nutrit & instruit, dum suos nouit, vel tales esse sibi persuadet ob nuptias. Filium enim definimus, quem nuptiæ demonstrant, *Vlpian. l filium. 6 de ijs qui sunt sui vel alie. iur. lib. 1. P. tit. 6. Paul. l quia semper, 5. de in ius voc. lib. 2. P. tit. 4.* alioquin enim difficilis, imo fere impossibilis filiationis probatio dicitur, *Paul. l Lucius 82. de cond. & demonst. lib 35. P. tit. 1.* Vt & illi, qui ex concubitu promiscuo merentes, patrem habere non censeantur: non quidem quod patre careant, sed quod certum demonstrare vel honeste non possint, *Modestin. l vulgo concepti, 23. de stat. homi. lib. 1. P. tit. 5. § si aduersus, de nup. ap Iustin.* matre quidem semper certa, *Paul. l. quia semper 5. de in ius voc. in P.* sed patre circa nuptias incerto. Et † naturale hoc est omnibus ani- 21
mantibus,

Digitized by Google

mantibus, suos fœtus potius diligere & nutrire, quam alienos, veluti ex substantia propria productos. Sicuti enim nemo carnem suam vnquam odit, *ad Eph.5.* & seipsum non diligit: ita quæ suæ substantiæ sunt, non amare non potest. Terrentur ideo magis veri parentes in filiorum periculo, quam proprio, *Paul.l.1§ti quidem,8.de ea quod met.caus.li.4.P.tit.2.§. pen.de noxal.actio.* affectu summo gnatos amplectentes, *l.consilio,de curat.furio.C.* Sic Euripides in Iphigenia in Aulide, *Actu* 4.

Λυπεῖ τὸ τίκτειν, ἡδὺ θέλειν οὐδὲν μέλα.
πᾶς γὰρ τὸ κοινὸν ὧδ' ἔφυκε μισεῖν τέκνον,

Id est,

Res efficax peperisse, fertque vim amoris maximam.
Omnibus namque commune est, vt prosus maxime laborent liberis.

22 Lucianus *in amatorib.* dicebat, † successionis necessariæ inuenta
23 fuisse remedia, filios. Iuuenalis *Satyr.*1. pœnam † illegitimi coniugij dixit, non habere liberos, vel inde suscepros non amare:

Interea, inquit, *tormentum ingens nubentibus hæret,*
Quod nequeunt parere, & partum retinere maritos.

Siquidem & subnixum liberis, dicitur matrimonium, & veluti confirmatum, & firmius dixit Vlpianus *l.1.§ fi.de libe.exhib.lib.*43. *P.tit.*29. Et sæpe diuortium filios natos prohibere, etiam ex adulterio conceptos, docet Iuuenalis *Sat.*9.

Sed matiti putati
Inflabile, ac dirimi cœptum, & iam pene solutum,
Consugium in multis domibus seruauit adulter.

24 Sed † eo magis incenduntur parentes ad liberorum educationem, quia, vt ait Callistratus *l.liberorum,* 20. *de verb.signi.lib.*50. *P. tit.* 16. *Filios filiasve idcirco concipimus atque edimus, vt ex prole eorum earumve diuturnitatis nobis memoriam in animo relinquamus,* quod assequi non posset quis, si incerta proles esset, vel alterius seminis commixtione contaminata. Similes namque, vt plerunque solent esse filij parentibus, *quod disputat. Arist.lib.*1. *de gener.*
25 *animal.c* 16. & 18 *Et de histor.animali.li.*7.*c.*6. Sic Catullius † *in epithala. Iuliæ & Mallij.*

Liberes date: non decet
Tam vetus sine liberis
Nomen esse, sed indidem. Semper ingenerari.

Et vt ait Horatius *li.*4. *carmi. Odc.*4.

Fortes creantur fortibus & bonis:
Est in iuuencis est in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Et vt Pindarus Pythio *Ode* 8.

φυᾷ τὸ γενναῖον
θὴν ἀρέτει ἐν πατέρων: παρὰ δ' ἀλήτας,

id est,

Natura generosum
Adiacet ex patribus: liberis fiducia:

Vtinde etiam emanarit dictum, interesse maxime reipublicæ partus non subiici, *l. super statu, de quæstio. C. l.1.§.quamus, de ven. inspic.in P.* vt ordinum dignitas & splendor familiarum degeneri familia non conspurcetur. Et Valerius Maximus *libr. 9. cap.*15. imprudentiæ dicit genus nullo modo ferendum, periculique cum priuati, tum etiam publice late parentis infimo loco natos mendacio se clarissimis familiis inferere, quod exemplis pro-
26 bat. Alioquin † si vxores communes, & proles esset incerta, & hereditates, quæ ex voto parantur, *leg. scripto, vnd. liber. cum similibus,* à parentibus liberis, vt dicemus Deo fauente in successionibus, contra votum illorum, ad extraneos peruenirent. Et sæpe laborare & quærere contemnerent homines, quæ communibus, non propriis, vel alienis essent relicturi, liberosque communes contemnerent: naturale quippe vitium est, negligi quod communiter possidetur, *l.2.quam. & quib.quar pars debe.lib.* 10 *C.tit.*34. Sicuti & si certus non esset parens, senescentibus parentibus rata esset in eos curandos gratia. Sicque Phalaris ad vxorem Erythriam scribit, εἰς τίνας δ' ἂν ἀναγκαιοτέρους εὐξαίμην θεοὺς ἀπέχειν γλυκείας ἢ παῖδας ὀπαδούς; *Quis,* inquit, *familiarium gratia*
27 *desideraret diuescere, non habens curam vxoris vel filiorum?* Et † idcirco prospiciant leges, ne supponantur partus à mulieribus maritis, ne hereditates proximis vel veris liberis subripiant eorum prætextu, *Vlpia.l.1.§ si mater, & l.3.§. si mater, de Carbon. edic.lib.* 37. *P.tit.*10. Et hæc suppositio fit dupliciter: siue dum se fingit mulier à marito concepisse, & tamen ab alio concepit, cuius datur accusatio etiam ea prægnante, sed suspenso iudicio, donec edatur interdum partus ne quod præiudicium fieret nato, vt ait Paulus *l.si ventris nomine. 8. de Se.in possi.mitte.li.*27. *P.tit.*8. interdum minime si natus, *l.miles.§.qua propter, de adult. in P.l.1.§ fi.de Carbon.edic.in P.lib.*37. *tit.*10. Aliquando suppositio fit, dum se periisse mulier fingit viro, & non peperit, sed aliunde partum editum sibi subiicit. Quamobrem proditum est edictum, de ventre inspiciendo, vt constat ex l.1. eius tituli. Extat iudicium sapiens Salomonis, *3. Reg.3.c. adfertemihi gladium. cap.2. de præsumtio. lib 2. Decreta. tit.*3. in ea specie & hypothesi, inter meretrices, quarum vna occiso puero suo & imprudenter suffocato, alterius sibi vindicabat, suum dicens, & vt talem petens. Meminit
de † supponendi arte mulierum Aristophanes, in celebrantibus 28
Cerealia:

Alteram (inquit vna mulierum) *quæ dicebat dolores partus habere mulier*
Per decem dies, donec emit infantem.
Maritus autem obibat vrbem, medicamenta celerem partum facientia emens.
Intulit autem anus in olla infantem,
Vt ne clamaret cera obturatum:
Deinde vt annuit capite anus quæ ferebat, vxor statim clamat,
Abi, abi, iam enim, ô vir, mihi videor
Paritura esse: tanum ventrem enim infans calcibus percussit.
Et hic quidem lætatus cucurrit: hæc vero extraxit
Ex ore infantis cerulam, ille vero clamauit, &c.

Scribit Luitprandus *lib.3. de reb.in Europa gestis, cap.*13. Hugonem regem Italiæ metuentem, ne Lambertus Marchio Thusciæ filius Bertæ matris suæ, sibi regnum eriperet, dixisse, & suppositiuisse qui dicerent, Bertam Addelberto viro suo nullum filium peperisse, sed ab aliis mulieribus clam acceptos, simulato partu Lambertum & Guidonem sibi suppositos fuisse, quatenus post mortem Addelberti sibi non deesset filij, quorum adiutorio omnem potentiam possideret. Post continentiæ & virginitatis
29 præstantiam, nuptiæ valde honorandæ. *Præferimus † autem sanctitatem sine nuptiarum damnatione,* inquit Tertullianus *l.* 1. *aduers. Marcion. non vt malo bonum, sed vt bono melius,* Ex † quibus,
03 eos constat toto cœlo totaq; via, vt dicitur, errasse, qui improbarunt nuptias, vt iniquas. Quemadmodum hæreticus Marcion, matrimonium vt malum & impudicitiæ negotium accusauit, vt impedientem sanctitatem, quam ipse falso iactabat. Cum tamen sanctitas cuiusquam, nisi post matrimonium fuerit: nec potest stare genus humanum, nisi nascantur homines, vt late disputat Tertullianus aduersus Marcionem *in* 1. Damnati & hæretici Eucratiæ, dicentes palam, nuptias esse diaboli. teste Epiphanio *tomo 1.lib.2.con.hæres.hære.*47. Item & Origenij, qui & turpes dicti, omnis libidinis mancipia, reluctientes nuptias. *Epipha.tom.1.lib.* 2. *hæ.re.*63. Et Hierax, qui vt scortationes improbauit, in probatus, *idem Epipha.lib.2.tom.2. hære.*67. In † concilio itaq; Gangrensi, *ea, si quis vituperat, & can. quicunq; virginitatem.* 31. *disti. in Syn. Gangren. c.* 1. & 9. ita cautum: *si quis vituperat nuptias, & dormientem cum vxore suo fidelem ac religiosam detestatur, aut culpabilem æstimat, velut quæ regnum Dei introire non possit, anathema sit.* Et in canonibus Apostolorum, *cano.* 51. inhibita nuptiarum etiam βδελυρία, id est, exsecratio seu odiū. Nota impietatis postremi seculi etiam in eo signatur à Sibylla *oraculor. lib.*8. quod deficiet coniugio honor, dicens:

κ' οὐδὲ γάμος ἀμαχρυσῷ ὅπως πρὸ τιμιος ἔσται

id est:

Nec tunc coniugiū honos, auro præsente manebit,

Quod & apertius D. Paulus tradit *1. ad Timoth.*4. Qui enim huic sacramento & bono maledicunt, homicidæ quodammodo generis humani videntur, hostesq. reip. cuius interest ciuitates repleri hominibus liberis, *l.2. de indic.viduit.toll.lib.*6. C. *l.sed si hoc,* 61. *§.fin. cum 2.seq de cond. & demon.lib.*35. *P.tit.*1. non periuriis & impudicis moribus: & mulieres habere eximio priuilegio subnixas dotes, vt possint nubere, *l.1.solu.matrim.P.* Laudauit † pu-3 2
blice Augustus Dio, *lib.*56. nuptias, quod multitudinem augerent, quod conueniat naturæ mortalitatem perpetua stirpis successione, quasi facem aliis subinde porrigentibus, compensare: vt qua sola re dicebat, à diuina felicitate absumus, eam perennitatem mutuo inuicem nobis tradamus. Proinde † idem grauio-
33 rem mulctam innuptis vtriusque sexus statuit: contraq;, nuptiarum & multitudinis liberorum præmia constituit, *idem libr.*54. Hoc ipsum antea leges fecerant, & postea pariter aliquantum perseuerauit. Plato in legibus suis *lib.*6. statuit, vt nemo sine cōsortio matrimonij viueret in ciuitate, quinque & triginta agēs annos: alioquin singulis annis, si de maiori esset censu, drachmis centum mulctaretur: si de secundo, septuaginta: si de tertio, sexaginta: si de quarto, triginta: neque honorum fore participes, Iulius † Pollux scribit *lib.*8. *Onomast.* apud Lacedæmonios fuisse
34 actionem & iudicium serotini nimium matrimonij & inhonesti. Palmaria † regione orbis nuperrime detecti, cuius regulus
35 dictus Pontachanus, nemini non coniugato fas est iungi in mēsa, vel eadem lance vesci, aut poculo bibere, paremque coniugato se præbere, vt ait Petrus Martyr, *in orbe nouo de insul. nuper inuentis.* Olim † qui cœlibem vitam apud Romanos etiam degerent, censoria nota mulctabantur: veluti ingrati, exprobrante
36 censore, quod natura vt legem nascēdi, sic & gignendi dedisset, vt refert Valer. Maximus *lib.*2. *c.*4. & Cicero 3 *de legibus.* Lege Papia † ius liberum non erat succedendi, qui cœlibem ducebant vitam, donec Constantinus sua constitutione caput illud ex-37
punxit, quæ extat *l.1. de infirm. pœn. cœliba. li.*8. C. *tit.*58. & meminit de ea Eusebius *li.*4. *de vita. Constanti.* Lex Papia præmium partibus posuit. *c. quædam leges.*2. *dist.* Meminit † & Iuuenalis *Satyr.*9. cum mulier maritum cogitantem diuortium, sic obiurgat:

Iam pateres, dedamus quod fama opponere possis,
Iura parentis habes propter me scriberis heres,
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.

Digitized by Google

Commoda præterea iunguntur multa caduco,
Si numerum si tres impleuere.

Suscipientibus liberos, plures vacationes & immunitates datæ, *l. fin. de his qui numer. liber. se excus. lib.* 10. *Cod. titul.* 51. *l. 2. de vacat. muner. l. 1. qui numero. lib. se excus.* C. *§. 1. de excusat. tutor. ap. Iustinia.* Et pro singulis liberis à minore susceptis, tot anni ætati supplemento dati sunt, *l. 2. de minor. 25. an. P.* Diocletianus, inter scriptos in albo decurionum, patrem non habenti filios præferri voluit, *l. in albo, 29. de decurion. lib.* 10. *Cod. tit.* 31. Sed & Papianus respondit *l. Spury. 6. de decurio lib.* 50. *P.* vt qui plures liberos habet, in suo collegio primus sententiam dicat, ceteroſque honoris ordine præcellere. Meminit & Cornelius Tacitus *lib. 2. annal.* de lege candidatorum magistratus prosequentium, quæ statuebat, vt numerus liberorum in illis præpolleret. Sunt & alia iura, & priuilegia vnius, duorum, trium, quatuor, quinque, & plurium liberorum, quę hic non addam: eo quod proprio libello nuperrime explicata sint à M. Vertranio Mauro, cui titulus, de iure liberorum. Iulius Cæsar etiam aliquando legem tenuiorem, in senatum detulit, de agris diuidundis patribus, quibus ius trium liberorum esset, mercedem popularis beneuolentiæ iam inde meditatus: cuius tamen sententiæ multi restiterunt in Senatu, vt scripsit Appianus Alex. *lib. 2. bello ciu.* Et Augustus Cæsar proprium locum honoris caussa in theatro maritis distinxit, *Suet. Tranquill. in Augusto cap.* 44. Iulius Scipio, cum in seditionibus & bellis conspiceret multitudinem interisse, præmia etiam proposuit iis, qui multos liberos procreassent, *Dion. Cassius, lib.* 43. *Hist. Roman.* Columella *lib. 1. de rust. c. 8.* dabat fœminis rusticis, quibus tres erant liberi, vacationem: quibus plures, libertatem. Apud Persas rex mittebat munera singulis annis, vt ternuo ei, qui plures sustulisset liberos, teste Herod. *in 1.* Erant & Romæ homines, qui generationi filiorum vacabant, qui proletarij dicebantur: qui nisi magna vrgente necessitate ad prælium ibant, vt scribit Orosius *li. 4 c. 1.* lex † est Spartanis, vt qui tres filios suppeditaret reip. is excubiis liber esset: qui vero quinque, ab omnibus publicis officiis immunitatem haberet, Ælianus *lib. 6. c. 1.* & Aristoteles *lib. 2. polit. c. 7.* Apud Massilienses nemo inter πάχυς id est, sexcentos viros, qui moderabantur remp. creari poterat, ni si haberet liberos, & ex ciuiũ sãguine tertiã per generationẽ ortus fuisset, vt auctor Strabo *lib. 4. Geogr.* Priuilegia † fauoresq; matrimonij colliguntur à Bartholomeo Chassan. ad consuetudines Burgũdiæ ad tit. *des droictz appartenans à gens mariez* in pr. Rubr.

39

40

De iustis, & prohibitis nuptiis propter ætatem coniugum.

Cap. 7.

1 *Iusta nuptia quæ.*
2 *Iusta nuptia exigunt ætatem legitimam coniugum.*
3 *Ætas nuptiarum Platoni, & Aristoteli legitima.*
4 *Immaturæ ætatis coitus mala.*
5 *Medicorum & Romanorum generandi tempus definitum.*
6 *Citius pubescunt fœminæ viris, quare.*
7 *Puberes ex potentia coeundi in nuptiis considerantur.*
8 *Malitia in nuptiis supplet ætatem. Puella vitiata in septimo anno.*
Macrobiorum fœminæ pariunt septimo anno: Calingæ quinquennis.
9 *Puer nouennis nutricem impregnauit. Phares genuit Ezron nouem annos natus.*
Salomon in vndecimo Roboamum.
Achaz decimo Ezechiam.
10 *Ex inspectione corporum pubertas postea ex annis determinata.*
11 *Plena pubertas octodecim in viris.*
12 *Vxor legitima annos duodecim.*
13 *Nuptiæ factæ ante ætatem legitimam non valent, Nec iure sponsaliorum. num. 15.*
14 *Nubenda sponso nuda exhibita, & sponsus nudam sponsæ Vtopia.*

1 ENcomia. † rationesque nuptiarum, & quæ proxime de nuptiis liberis dicta sunt, de iustis & non prohibitis, intelligi debent. Iustas autem nuptias contrahunt, qui secundum præcepta legum coeunt. *§. 1. de nupt. lib. 1. Institut.* Et inde filij legitimi & naturales, *l. filium, de his qui sunt sui vel alien. iur. libr. 1. P. c. penult. qui filij sint legit. lib. 4. Decretal. §. 1. de patris potest.* vt cõtra, iniustæ nuptiæ, quæ contra eadem præcepta fiunt, nec nomine matrimonij dignæ, nec qui inde nati sunt, appellatione filij legitimi digni sunt. *l. qui contra, de incest. nupt. libr. 5. C. § si quis aduersus. de nup. ap. Iustinian.* Ceterum præcepta legum in hac tractatione & prohibitoria sunt, & disponunt etiam ritum, quem in contrahendo seruari desiderant: vbi quoque & prohibitio inest, ne aduersus
2 præscripta quisquam moliatur. ¶ Desiderant † igitur legitimam ætatem in nuptiis contrahendis, omnia iura: verumtamen in ea determinanda, vel pro more regionum conseruato, vel alia quadam singulari ratione, variant. Quorum aliqua summatim capita subnotabimus. ¶ Plato, 4. *& 6. de legib.* à tricesimo vsque ad
3 tricesimum quintum annum ætatem matrimonio mari idoneam dixit. Aristoteles 7. *Politic. c. 16.* mulieres decimo octauo anno: mares circa ætatem 36. annorum coniungi oportere.

¶ Alioquin † immaturas nuptias gignere corpora pusilla, fa-
4 cere mulieres Veneri nimium indulgentes, vt citius ei assuetas: & omnibus iuuenibus animalibus partus esse imperfectos, quia semen nutritioni corporis adhuc inseruiat. Apud Germanos, qui diutissime impuberes remansissent, maximam inter suos ferebant laudem. Hoc ali staturam, ali vires, neruosque confirmari putabant. Intra vero annum vigesimum fœminæ notitiam habuisse, in turpissimis habebant rebus, vt ait Iulius Cæsar, *lib. 6. de bell Gallic.* Hesiodus item sic scribit, *in ergis.*

ὡρχεῖσ ϑ γυναῖκα πὸν ποτὶ ὦκον ἄγεϑ.
μάτ' τελικόσ τῶν ἡτίων μάλα πολλὸ δεῖν,
μάτ' ἐφιδὲς μάλα πολλὰ γάμου ἦ τι ὥρεος ἔτος,
ἀλλ' γυνὴ τέτρ' ἥκων πέμπτῳ ϑ γάμοιτο,

Id est,

Æstate matura vxorem ducito domum,
Neque minor multo nata triginta annis,
Neque multo maior, ista enim tempestiua sunt nuptia,
Virgo vero pubescẽs anno decimoquarto, nubat decimoquinto.

Generandi in nuptiis caussa præcipue est, quare ætas apud Phy-
5 sicos & Medicos constituitur eius, ad minus 13. annorum & vnius diei, in masculis. D. Augustinus adolescentiam, *lib. 6 de ciuit. Dei c. fin. & in Psalm.* 104. nec deeennem generare posse contendit. *D. Augusti. lib. 15. de ciuit. c. 12. & 15.* Romani duodenem virginem magis aptam matrimonio, quam maiorem rati sunt: vtpote magis ad iugum maritale consuescendum idoneam, vt scribit Plutarchus, *in vitis, in comparat. Numa. & Lycur.* ¶ Citius † autem
6 pubescunt fœminæ viris, cuius rationes notat Aristoteles, *libr. 4. de generat. animal. c. 6.* Intra parentem fœmina tempore longiore conficitur, quam mas: vbi in lucem venerint, celerius fœminæ quam mares. Nam & pubes, & vigor, & senectus fœminis prius venit, quam maribus: sunt enim fœminæ sua natura debiliores, frigidioresque, & sexum fœmineum quasi læsionem naturalem, & detrimentum esse putandum est. Intus igitur tardæ, præ sua frigiditate discernuntur: hæc etenim discretio, concoctio est. Color autem concoquit, & quod calidius, id concoctu facilius. Sed foris propter suam debilitatem, cito ad ætatis florem senectamque perueniũt. Etenim omnia minora, vt in artis operibus, sic in naturæ, citius ad finem deueniunt. Proinde † qui iura cor-
7 stituerunt, & rem accuratius considerarunt, definierunt masculos puberes, fœminas viri potentes esse debere, *c. 2. de sponsal. impub. lib. 4. Decret. tit. 2. §. 1. de nupt.* scilicet vt possent esse ad prolem idonei. Et proinde iuris Pontificij antistites statuunt pubertatem, in potentia coeundi, non in annorum numero: vt pubes dicatur qui generare potest. *c. 3. §. fin. de despons. impub.* Atque in cõtrouersiis matrimonij, num cognita aliqua sit, non habetur ratio ætatis, sed ad signa ipsa virginitatis indaganda committi solent mulieres eius artis peritæ, *Grego. 8. c. proposuisti, c. 4. & Homer. 3. c. causam matrimonij, c. 14. de probatio. lib. 2. Decretal. tit. 19. cap. nec aliqua, 27. q. 1.* quæ per aspectum corporis iudicant. Et commixtio solet anticipare tempus pubertatis. *c. à nobis. c. 8. & c. attestationes,* 10. *de despons. impub.* ¶ Et † in istis malitia supplet ætatem. *c. de*
8 *illis qui in minori, c. 9. de despons. impub. l. 3. si minor se maior. dixer. C.* Succurrit quod ex mulieribus celebrantibus Cerealia apud Aristophanem vna sic ait, *Arist. in Cerealib.*

Ego enim ipsa primum, vt ne alia dicam,
Conscia fui mihi ipsi multorum malorum. Illud vero certe
Indignissimum est. cum sponsa quidem fui tres dies,
Et maritus apud me erat dormiens, erat mihi amicus,
Qui quidem me vetauit septem annorum exsistentem, &c.

Refert Plinius, *lib. 7. cap. 2.* Macrobiorum, quibus Mandrorum nomen dedit Clitarchus, fœminas septimo ætatis anno parere, senectam quadrage imo accedere. In Calingis eiusdem Indiæ fœminas quinquennes concipere, octauum vitæ annum non excedere. Notat † Gregorius in Dialogis, puerum nouẽnem suam
9 nutricem impregnasse. *gloss. in summ. 20. quæst. 1.* Scribitur apud Hebræos, quod Phares filius Iudæ genuit Ezron, cum tantum nouem annos haberet. *in libro Seder olam Zutha.* Item Salomon in vndecimo anno genuit Roboam. Nam Roboam successit patri Salomoni, agens annum 40. 3. *Reg.* 14. Salomon autem, dum vitam & regnum deseruit, erat annorum 52 anno autem duodecimo regnum susceperit. 3. *Reg. c. 2.* & 40. tantum tenuit. 3. *Reg.* 11. Achaz etiam procreauit decennis Ezechiam, nam anno vigesimo ætatis regnum consecutus, administrauit sexdecim: Sic obiit anno vitæ suæ trigesimo sexto. 4. *Reg.* 16. Iam autẽ Ezechias patri successerat in regno, natus annos 25 *d. cap.* 16. 4. *Reg.* Et D. Hieronymus, *epist. ad Vitalem,* præmissa tamen obtestatione. cõmemorat mulierculam, alioqui prouectam, factam fuisse à puero decenni grauidam.

¶ Fuit

Digitized by Google

10 ¶ Fuit † & aliquando apud Romanos & mos receptus, ex aspectu corporis iuditari pubertatem viri, *l. minor 25. annor. de minoribus, P.* non autem mulieris: verum sicuti in muliere, ita & in viro postea turpe visum: & decreta est certa annorum ætas, qua vt plerunque, vterque sexus solet pubescere: in fœminis duodecim annorum, in viris quatuordecim. §. 1. *quibus mod. tut. finit. apud Iustin. l. fin. quando tut. vel cur. esse desi. lib. 5. C. tit. 60.* ¶ Quan-
11 quam † & plena pubertas ad generandum idonea, dicta etiam fuerit octodecim annorum. *§. minorem. de adoptio. l. arrogatio. §.*
12 *1. eod. tit. lib. 1. P.* ¶ Quod † & postea receptum est in iure Pontificio, nisi de potestate generandi controuersia iudicialis moueretur, citra quam & duodenes mulieres puberes, & 14. annorum viros, eamque ætatem nuptiis desiderari rati sunt, *cap. 2. & 3. & c. attestationes, de desp. impub. cap. 1. de delic. pueror.* Sicuti & iura ciuilia *§. 1. de nuptiis.*

13 ¶ Ideo † responsum, *Pompo. l. 4. de rit. nupt. lib. 23. P. tit. 2.* minorem annis duodecim nuptam, tunc legitimam vxorem fore, cum apud virum duodecim annos impleuisset. Quamobrem si ante illam ætatem nuptiæ factæ sunt, illæ non iure matrimonij. sed iure sponsaliorum valebũt: siquidem præcesserint sponsalia: quod si non præcesserint neque valent nuptiæ iure sponsaliorũ, quia non ea mens fuit agentium, neque iure nuptiarum, quia lex improbat, nisi postea ratæ sint. Hocque expresse respõdit Vlpia. *l. quæsitum 9. de sponsal. lib. 23. P. tit. 1.* ex sententia Iuliani. Neque enim quod voluerunt, facere potuerunt, scilicet matrimonium in minori ætate, in qua deest legitimus consensus: neq; quod potuerunt facere, scilicet sponsalia, voluerunt. Quamobrem ex regulis iuris communis, nihil actũ videtur valide, duo enim sunt quæ actum perficiunt cõcurrentia, voluntas, & potestas, quorum altero deficiente, & actus caret actione & effectu. *l. 1. de iure codicil. in P. l. multum interest, si quis alt. vel sibi, C. ca. cum super, c. 23. de offic. deleg. lib. 1. Decret. tit. 29.* Quare & notabile, vt si intra illam ætatem per verba de præsenti facta fuerint sponsalia, quæ insolubilia diximus, liceat pœnitere peruenientе minore ad illam ætatem: si tamen perseuerauerint, post ætatem minorem, non licet. *cap. de illis quæ infra, cap. 7. & cap. à nobis, c. 8. iunct. gloss. de despõs. imp. cap. 1. de sponsal. cap. 1 per totum de desponsa. impub. in 6.*

14 ¶ Refert † Thomas Morus, *lib. 2. Vtopiæ*, apud Vtopienses insulanos fœminas non ante duodecimum annum nubere, mares nõ nisi expletis quatuordecim. Mulieremque ducendam, siue virginem, siue viduam, sponso futuro nudam exhiberi: item futurum maritum vxori nudum.

15 ¶ Dio † Cassius *libr. 54. Histor. Roman.* Octauium Augustum summopere cauisse tradit, ne pactiones matrimoniales fierent de ea, quæ decennis non esset, neve producerentur post sponsalia vltra biennium: tum maxime, quod eos, qui ante fecissent, detectum est animo percipiendi fructus bonorum vxoris, cum matrimonij rem ipsam non exhiberent, fecisse.

De Consanguinitate & Affinitate in genere. Cap. 8.

1 *Proximitas sanguinis nuptias vetitas facit & impias.*
2 *Cognatio quid.*
3 *Cognationu diuisio Aristoteli in naturalem & ciuilem.*
4 *Cognatio naturalis alia approbata à lege, alia non.*
5 *Vulgo quæsiti & serus natura habent cognationem, non iure ciuili.*
6 *Cognatio vel propinquitas ciuilis qua, quotuplex, spiritualis & temporalis, & qua, & de mixta.*
7 *Affinitas propinquitas mixta quid.*
8 *Ordo naturalis cognationis & graduum.*
9 *Gradus quid.*

1 PRoximitas sanguinis,† nuptias quæ per se bonæ sunt, improbas & impias inter certas personas cõstituit, cum quibus lex & natura abhorrent coniunctionem. Qua in re in primis oportet monere iuuenem: ad hæc intelligẽda, necessariam illi cognitionem esse graduum cognationis, de qua postea proprio capite dicemus, quamq. luculenter docent Iurisconsulti sub tit. 11. lib. 38. P. *Potissimum in l. 1. 2. 3. 9. 10.* De gradibus affinitatis, vel affinibus, vt dicunt scribi in Pandectis Florentinis. In quem coniectanea quædam vtilia edidit Georgius Viuiennus Antuerpianus. Et sub eodem titulo Iustinianus, *tit. de grad. cognat. apud Iustinia.* & Demetrius Chomathenus, *tit. de grad. consanguinit. lib. 7. mar. Orient.* In summa tamen monebo cognationis diuisionem, & diuisionem, & ordinem.

2 ¶ Cognati † communiter dici putantur, quod quasi vna communiterve nati, vel ab eodem orti, progenitive sint, vt ait Modestinus, *l. 4. §. 1. de gradib. affinit. P.* & vt ait Vlpianus ex Labeone, *l. 1. §. 1. vnde cogna. lib. 38. P. tit. 9.* quasi ex vno nati, & quasi commune nascendi habentes initium. Vocant Græci συγγενεῖς, vt ait Paulus, *l. Iurisconsult. 10. de grad. cognat. affin. P.* & appellat etiam lex duodecim tabularum agnatos. Verum inter agnatos & cognatos interest, quod agnati tantum sunt, qui per patrem cognati ex eadem familia sunt: at cognati solum, non agnati dicentur illi, qui per fœminas coniunguntur. Quo fit, vt ius agnationis aliud à iure cognationis, vt in specie sumta cognatione, vt explicat Paul. Iurisconsult. *d. l. Iurisconsultus.* & Modestinus, *l. inter agnatos. 5. vnd. legit. lib. 38. P. tit. 8.*

3 ¶ Diuidimus † autem cum Iulio Polluce *lib. 3. Onomast. cap. 1.* Aristoteles vero, *lib. 2. Politicor.* cognationem, quam Græci vocant συγγένειαν diuidi in eam, quæ est κατὰ ἄνωθεν, & eam, quæ est κατ' ἐπιπόρρωσιν καὶ πλάγιον, tradit, id est, in eam, quæ per necessitudinem sanguinis, & eam, quæ per affinitatem coniungitur. Theophilus, *lib. Institut. tit. 6.* vocat, ἀγχιστείαν. Balsamon autem, *Nomo can. tit. 13. cap. 2. συμπαθείαν.* Aliter diuidimus propinquitatẽ seu cognationem in naturalem & ciuilem seu legalem, naturalis in sanguinis ex vno stipite vel à quadã cõiunctione quorundam, participatione legali illam imitatur.

4 ¶ Ceterum † *Modestin. l. 4. §. cognationis substantia, de gradib. affinit. P. §. 1. de succes. cognat. lib. 3. Institut. tit. 5.* subdiuiditur vtraque: nam naturalis cognatio, & propinquitas interdum simpliciter est naturalis, à lege omnino improbata cõiunctione: alia quæ habet legis etiam consensum. Prima per concubitus vagos & ex filiis inde ortis nascitur: estque naturalis reuera, quæ etsi iure ciuili non recipiatur, tamẽ eius iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt. *l. iura sanguinis, de regul. iur. l. ius agnationis, P. de pact.* Quæ naturalis est cum legis consensu ex nuptiis nascitur iustis: olim ex concubinatu probato ex eodem quoque oriebatur.

5 ¶ Vulgo † quæsitos sic iure ciuili (naturali tamen contra nullos habere agnatos manifestum est: cum agnatio à patre, cognatio à matre est. *Iustinian. §. vulgo quæsitos, de succes. cognat. libr. 3. Iustit. & l. spurius, 4. vnd. cogn. P.* Hi autem nullum patrem habere intelliguntur, & tantum cognati sunt sibi & matri, non consanguinei: non quod tales patri non sint, sed quia cui sint incertum & inhonestum esset dici. *Modestin. l. Vulgo concepti, 23. de stat. homin. P. lib. 1. titul. 4.* Sic in seruis, qui pro nullis iure ciuili habentur, *l. quod attinet, de regul. iur.* & inter quos diximus non esse matrimonium, *supra, in nuptiar. synony.* eo iure cognatio vix admittitur, vt non succedant eo iure. *l. 1. §. 1. vnd. cogn. in P. Paul. l. Iurisconsultus, l. 10. § nomen cognationis, de grad. affinit.*

6 ¶ Cognatio † vel propinquitas ciuilis est, quæ ad similitudinem graduum naturalis inducta est. Ea autem vel temporalis seu secularis, vel spiritualis est: secularis ex adoptione nascitur, *Vlpia. l. 1. §. cognationem, vnd. cogn. libr. 38. P. titul. 9. Modestin. l. 4. §. agnationis, & §. in adoptionem, de gradib. affinit. in P.* Spiritualis dicitur ea, quæ nascitur ex susceptione infantis in sacro lauacro regenerationis seu baptismo, & confirmatione, de qua tractant summi Pontifices sub titulo de cognatione spirituali lib. 4. Decret. titul. 10. potissimum, cap. fin. & 30. quæst. 3. & 4. in Decreto Gratiani. ex, &c.

7 ¶ Ex † his omnibus mixta propinquitas sit affinitas, quæ gradibus non continetur propterea quod trium generum habet complexum, vt ait Demetrius Chomathenus Archiepiscopus Bulgariæ, *in lib. 2. iur. Orient. ad. titul. vel διάφωνοι συγγένειαι.* Affines sunt viri & vxoris cognati inter se, dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias, id est, ratione illarum copulantur: & altera cognatio sic ad alterius cognationis finem accedit, & limitem. Sitque initium inibi & caussa coniungendæ affinitatis ex nuptiis, vt ait Modestinus *l. 4. §. affines, de grad. affinit. P.* Ideoque vir & vxor affines non sunt. *gloss. in l. affinitatis, commun. de succes. lib. 6. Cod. titul. 58.* nec dicuntur: eo quod illi iuncti sunt, & quod iunctum & confusum est, fines aut terminos non habet. Sed qui proxime illos sequuntur, affines, secundumque gradum proximitatis vel cognationis eodem gradu affines consanguinei erunt. Accedit & affinitati, alia affinitas interdum: quę est cum affinibus coniunctio aliorum, qualis in vxore quæ fuit priuigni, apud Papinianum. *in l. vxorem, 15. de rit. nupt. lib. 23. P. tit. 2.*

8 ¶ Ex † ordine autem naturalis cognationis & gradibus ceteræ cognationes normam generaliter suscipiunt. Ordo eius in lineam rectam & obliquas siue laterales descendentes distribuitur. Linea illa recta, in duas æquales, puncto in medio diuiditur: in superiorem & inferiorem partem. *Paul. in l. stemmata. 9. de gradib. affinit.* Ex hoc puncto laterales quoque incipiunt, & eius puncti ratione, gradus fiunt & numerantur. ¶ Gradus † porro ad si-
9 militudinem scalarum, locorumve procliuium, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximũ, id est, in eum, qui quasi ex eo nascitur, transeamus, vt ait Paulus, *l. fin. §. gradus autem, eod.* Quando ex puncto mediæ lineæ supra ascendimus, gradus ascendentium numeramus ordine, primum, secundum, tertium, &c. Quando, descendimus, descendentium primum, secundum, tertium, &c. Quando à puncto ad latus declinamus, dicimus collateralium primum, secundum, tertium, &c. In primo gradu si constituas filium de quo quæratur, erunt pater, mater: in secundo, auus, aua, tam patris quam matris: in tertio proauus, proaua. patris & matris, &c. Si de patre & descendentibus agatur, erit in primo, descendentium linea, filius filia: in secundo, nepos neptis: in tertio, pronepos & proneptis, &c. Ex filiis & filiab. nati deinceps, vt in-

Digitized by Google

que faciunt laterales cognationes, prout te docent exempla & enumerationes Cuj & Pauli, *Cuius in l. 1. & Paul. l. fin. de grad. cogn.* & Iustiniani, *Instit. §. 1. de grad. cogna. & seqq. §§.* & Dem. trij Chomatheni. Quomodo autem numerādi sint gradus iure ciuili & canonico, vide glo. ad l. Iurisc. l. 10 §. parentes, ad verba, item liberi, de gradib. affinit. Affinitatis gradus illis ipsis, quibus cognatio naturalis, perpenduntur, sed diuersa habent nomina: per se tamen nullos habet gradus affinitas. Nomina autem harum distinctionum, socer socrus, gener nurus, nouerca vitricus, priuignus priuigna, *Modest. l. non facile, 4. de grad. affinit.* &c.

De Personarum distinctione, quæ ex coniunctione maris & fœminæ nascitur: & de consanguinitate vel cognatione. Cap. 9.

Lib. 4 Decret. tit. 14. Lib. 38. P. tit. 11. Lib. 3. Iustitut. tit. 6.

1. *Ex nuptiarum coniunctione consanguinei & affines.*
2. *Consanguinei qui.*
3. *Συγγένεια & affinitas & consanguinitas est.*
4. *Cognatio quid.*
5. *Cognatio duplex, ciuilis & naturalis, & mixta.*
6. *Cognatio naturalis etiam per fœminas orta vulgo conceptis.*
7. *Cognatio diuisa, in cognationem, & agnationem.*
8. *Cognatio amittitur seruitute, quomodo.*
9. *Cognatio ciuilis quæ, seu legitima quæ ex adoptione.*
10. *Ciuilis cognatio quoque spiritualis ex baptismo & confirmatione.*
11. *Cognatio mixta naturalis & ciuilis ex nuptiis legitimis, diuisa in cognationem, & agnationem.*
12. *Agnatorum & cognatorum differentia.*
13. *Cognationis nomen generale, pertinet ad parentes, liberos, & propinquos ex latere.*
14. *Ascendentes & descendentes qui.*
15. *Parentes & maiores qui.*
16. *Liberi & posteriores qui.*
17. *Laterales personæ quæ.*
18. *Cognatio lateralis diuisa in agnatos & cognatos, & quæ persona singulorum.*
19. *Agnationis & cognationis sublata differentia.*
20. *Typus diuisionis stemmatum ascendentium, descendentium, & collateralium.*
21. *Schemata & stemmata cognationum quid.*
22. *Gradus cognationum quare dicti.*
23. *Superior & inferior cognatio à primo gradu incipit, collateralis à secundo, nec habet primum.*
24. *Linea transuersalis ratione graduum duplex, æqualis & inæqualis.*
25. *Gradus numerandi diuersi modi iuris ciuilis & canonici, quare & qui.*
    Gradus in iure Pontificio generationes dicuntur.
26. *Cognatio vltra sextum gradum non numeratur iure ciuili, & ratio. Plura de his quæ septimo numero finem accipiunt in homine.*
27. *Gradus decimus in successionibus deferendis locum habet.*
28. *Methodus numerandi gradus in iure Pontificio per generationes & regulæ.*
29. *Nuptiæ prohibitæ inter descendentes & ascendentes vsque ad infinitum, in quo conueniunt ciuilia & Pontificia iura.*
30. *In collateralium gradibus numerandis, differunt in nuptiis Pontificia iura & ciuilia, quare.*

1 Possent sufficere ad † nuptiarum cognitionem, quæ iam proximo capite, de cōsanguinitate & affinitate diximus: sed vt diligentioribus satisfaciamus, eadem paulo latius tractabimus. Ex coniunctionibus maris & fœminæ, fiunt personarū aliæ nomenclaturæ, quæ in duo capita reducuntur, nempe consanguineorū, & affinium, *rub. de consang. & affinit. lib. 4. Decret. tit 14.* ¶ Con-
2 sanguinei † sunt ex eodē sanguine orti, *l. 1. § post fratres, de suis & legit. hared. lib. 38. P. tit. 71.* inde consanguinitas, quam Iurisc. vocant interdum necessitudinem, *l. si. de leg. P.* aliquando ius sanguinis, *l. iura sanguinis, de reg. iur.* Græci *συγγένειαν.* † Et consanguineos *συγγενεῖς*, vt ait Paul. *in l. Iurisconsultus, 10. de grad. affini. P.* dicunt,
3 quos nos cognatos appellamus. Verum Paulus labi videtur, cum Græci *συγγένειαν* non tantum ad consanguinitatem, sed etiam ad affinitatem pertinere dicant, vt ex Iulio Polluce constat, *lib. 3. Onomast. c. 1.* quā vocant *κηδείαν* & *ἀγχιστείαν*: recentiores *ἀγχιστείαν*, & Theophilus *συμφυλετείαν*, vt & Balsamon. *Nomoca. tit. 13. cap. 2.*

¶ Cognationis † itaque nomen quod & consanguinitatis generale est, naturæ propagationem per se significans. *Cognati*, in-
4 quit Modestin. *in l. non facile. 4. § cognati, de grad. affin. dicti, quod quasi vna communi stirpe nati, vel ab eodem orti progenitore sunt.* Et ab vno initium habentes, *l. 1. vnd. cog. lib. 43. P. tit. 9.* naturalemque causam cognatio habet. *§. sunt autem, iuncto §. de legit. agnat. tut. lib. 1. Instit. tit. 15. §. qua parte, de success. cognat. lib. 3. Instit. tit. 5.*

¶ Sed † quia hæc cognatio habuit in quibusdam casibus re- 5
strictionem & normam, idcirco bifariam diuidenda est cognatio, in naturalem & ciuilem: vnde & tertia ex his mixta oritur, ciuilis & naturalis simul. *d. l. non facile, §. cognationis.*

¶ Cognatio † naturalis per se sine ciuili cognatione intelligi- 6
tur, quæ per fœminas descendit quæ vulgo liberos pariunt. *d. §. cognationis. & §. 1. de legit. agn. tut.* Huius generis sunt qui descendunt ex concubina naturales tantum, vel spurialij, etsi demonstrare patrem possint, non tamen honestè quos lex ciuilis non agnoscit, vocatque non consanguineos sed proximos. *l. si spurius, vnd. cognat.* Natura tamen consanguinitatem eorum demonstrat ex generatione. Etiam in legitimis coniunctionibus, quod pertinet ad coniunctos & proximos, cognationis origo etiam per fœminas solas contingit, *l. iurisconsultus, §. cognationis origo. de grad. affinit. P.* videlicet vt explicat Theophil. *§. & quinam sint agnati, de legi. agna. tut. lib. 1. Institu. tit. 15.* quando agatur de cognatione quę ex latere venit. ¶ Nam † ea diuisa est in agnatos & cognatos. Et cognati sunt, qui per fœminam non continguntur, vt soror eadem matre genita, & liberi eius. Natura etiam inspecta dicitur cognatio inter seruos, quamuis ius ciuile eam parum consideret, *tit. de serui. cognat. lib 3. Instit. ti. 7. d. l. Iurisconsultus, § nouum, Ver. inter agnatos, de grad. affinit. l. 1. § pertinet, vnde cog. P.* quia pro nul- 8
lis eos habeat. *l. quod attinet, de regu. iur.* ¶ Ideo † iure ciuili cognatio amitti dicitur seruitute, *§. quod autem, de capit. diminu.* non quidem, vt cognatus natura esse desinat, quia hoc fieri non potest ciuili ratione, *l. iura sanguinis, de reg. iur. l. suis autem agnatorum, de pact. P. l. eos, de cap. dimin. P. §. sed naturalia, de iur. natu.* sed, vt iura cognationis amittat, puta succedēdi ius, & id genus alia. Remanent ergo & in seruis naturales cognationes, vt ea ratione inter gradus prohibitos, natura illis vetet coniunctiones, *§. illud, de nupt. ap. Iustin.* seu contubernia. *l. cum ancillis, C. de incest. nupt.* 9
¶ Ciuilis † cognatio per se, quæ etiam legitima dicitur, est, quæ sine naturali fit per adoptionem. *d. l. non facile. §. cognationis. & c. 1. de cogna. lega. Cognationem,* inquit Vlpian. *l. 1. §. cognationem, vnd. cognat. facit etiam adoptio: quibus etenim fit agnatus, is qui adoptatus est, eisdem & cognatus fiet. Nam vbicunque de cognatis agitur, ibi sic accipiemus, vt adoptione etiam cognati facile contineantur.* Si quidem non tantum naturales, sed etiam adoptiui iura consanguinitatis habent cum his qui sunt in fami. vel in vtero, vel post mortem patris nati. *l. 1. §. fin. de suis & legitim. hered.* Quærunt enim per adoptionem fraternitatem. *c. per adoptionem, 30. quæst. 3.* 10

¶ Ciuiles † tantum quoque cognationes existimandæ, quæ spirituales sunt proximitates ex baptismo, & sacra chrismatis confirmatione natæ, *in c. 1. 2. & 3. seq. de consang. spirit. lib. 4. Decreta. tit. 11. in c. 1. 2. eod. in 6.* has enim digniores cognationes, quam naturales existimamus: quia per ista duo sacramenta renascitur & regeneratur homo ad vitam æternam. *can. 1. 2. 3. 30. quæst.* Quo fit etiam, vt in aliis sacramentis, in quibus hæc regeneratio non fit, non contrahatur paternitas vel consanguinitas spiritualis. *c. fin. §. fin. de cogna. spirit. in 6. c. omnes, 30. 9. 1.* 11

¶ Cognatio, † quæ vtroque iure consistit, id est, naturali & ciuili, est, cum ea, iustis contractis nuptiis, copulatur. *Modest. in d. l. non facile, §. cognationis.* Et hæc cognatio cum per fœminas coniungitur, cognatio naturali nomine: cum autem per virilem sexum, dicitur agnatio. *d. §. cognationis.* & *§. sunt autem, de legit. agnat. tut.* ¶ *Cognati,* † inquit Paulus, *& quos agnatos lex 12. tab. appellat: sed hi sunt, qui per patrem cognati ex eadem famil. sunt. Qui autem per fœminas coniunguntur, cognati tantum nominantur.* Inter agnatos igitur, & cognatos hoc interest, quod inter genus & speciem: nam qui est agnatus, & cognatus est: non vtique autem qui cognatus est, & agnatus est. Alterum enim ciuile, alterum autem naturale nomen est. Hoc modo Modestinus tradit, neque affinitatem neque cognationem esse posse, vbi nuptiæ interdictæ sunt. *l. 4. § sciendum est, de grad. affini. P.* Cæterum vt hæc facilius intelligamus, illam legitimam & naturalem cognationem diuidamus, ex qua consanguineorum omnium & ciuilium habebitur proximitatis dignotio. 12

¶ Cognatio † itaque nomen generale sit, quod diuidimus in parentes, liberos & propinquos, ex latere. *Theophil. in §. & quinam sunt agnati, de legitim. agnat. tut. in suis Institut.* Parentum superior cognatio, siue ascendentium dicitur, liberorum inferior, vel descendentium: ea quæ à latere ex transuerso vel collateralium, fratrum, & eorum qui ex his generantur. *§. 1. de grad. cogna. l. 1. de grad. affin. P.*

¶ Ascendentium † nomen latius diffunditur quam parentum: 14
vt & liberorum angustius, quam descendentium. ¶ Nam † pa- 15
rentes apud Romanos, vsque ad tritauum proprio nomine appellantur: vlteriores, qui non habent speciale nomen, *maiores* appellantur. *l. Iurisconsultus, §. 5. parentes, de grad. affini. l. cuiusque § fin. de in ius voc. in P.* ¶ Item † liberi vsque ad trinepotem, vltra hos *posteriores* vocantur. *d. §. parentes.* etsi & aliquando quoque liberi, *l. liberorum, 220. de verbo. signific.* sicut & aliquando filij no- 16
mine, omnes liberos intelligimus. *l. filij, 84. eod.* Parentes sunt, qui nos genuerunt, pater, mater, auus, auia: proauus, proauia: & qui supra hos sunt. Liberi sunt, qui ex nobis nascūtur: filius, filia: nepos, neptis: pronepos, proneptis: & qui infra hos sunt. ¶ Ex † late-

Digitized by Google

rere autem veniunt, qui neque nos genuere, neque à nobis gignuntur: sed eandem stirpem, & radicem nobiscum cõmunem habent: veluti frater, soror, patruus, vel auunculus, amita, vel matertera, & qui ex illis nascuntur. ¶ Porro † cognatio hæc, quæ ex latere venit, in duas species diuisa est, in agnatos, & cognatos. Et agnati quidem sunt, vt diximus, qui per virilem sexum coniunguntur, veluti frater eodem patre genitus, & liberi eius: ité matertera, & liberi eius: deinde & amita. Cognati vero sunt, qui per fœminã nos cõtingunt, vt soror eadem matre tantũ genita, ac liberi eius, *d. l. Iurisconsultus, §. cognationis, §. 2. de legit. agnat. tut. §. 2. de legit. agna. succeſſ.* item matertera, & liberi eius: tũ & amitæ liberi. ¶ Quæ † tamen differentia hodie sublata est, & cognati omnes dicũtur æquales iuris, sublata obseruatione agnationis. *§. 2. de hered. ab intest. veniens. in auth. coll. 9.*

¶ In † figuratione, seu demonstratione istarum cognationum, Iurisconsulti vtuntur duabus lineis ad punctum sese intersecantib. in crucis modum, † vbi se intersecant: pono ego stirpem, vel vnam hominem seu punctum & centrum, ex quo ascẽdentes, descendentes, & collaterales numeres, & eorũ schemata: Sic enim me docuit Paulus, dum ait *l. stemmata cognationum, 9. de grad. affini. Stemmata cognationum directo limite in duas lineas separantur, quarum altera superior, altera inferior est: ex superiore vero & secundo gradu transuersa linea pendent.*

¶ Stemmata † cognationum idem sunt ac schemata, ornamenta videlicet & imagines personarum, qui numerantur à stirpe, seu ab aliquo, velut à puncto & centro, vt apud Iuuenalem, *Satyr. 8.*

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo
Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus
Maiorum & stantes in curribus Æmilianos?
Et Curios iam dimidios, magnumque minorem
Coruini, & Galbam auriculo naſoque carentem?
Quis fructum generis tabula iactare capaci
Famoſos equitum cum dictatore magiſtros,
Si coram Lepidis male viuitur? effigies quo
Tot bellatorum, ſi luditur alea pernox?

Et Persius *Satyr. 3.*

——an liceat pulmonem rumpere ventis,
Stemmate quod Tuſco ramum millefime ducis.

Et in illis cognationem esse numeradam docet etiam Ouidius, *in epistol. 11.*

Quid iuuat admotam per auorum nomina cælo,
Inter cognatos posse referre Ioue?

Sic stemmata sunt coronæ, vel cellulæ orbiculatæ in tabula, vt imagines olim erant in foruliis vel armariis, per lineas ordiné & seriẽ generis alicuius & familiæ referentes: vnde pro illa descriptione ordinata successiua stẽma etiam apud Græcos vsurpatur, vt apud Plutarchum, *in vita Numæ, in prine.* ἀφ' ἑνὸς ἀρχῆθεν εἰς πολλοὺς ἀναγραφὴ τῶν γενεῶν διαδοχὴν δηλοῦσα, id est, *quamquam generis series ab initio ad eum vsque exacte deduci videatur.* Sic Plinius, *lib. 35. cap. 2. expressi*, inquit, *cera vultus, singulis disponebantur armariis, vt essent imagines, quæ comitarentur gentilitia funera, semperque defuncto aliquo, totus aderat familiæ eius, qui vnquam fuerat populus. Stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas.* ¶ Ceterum, † quia in ista diuisione linearum sunt superiores & inferiores, & à latere singulares, priores antiquiores, & iuniores personæ: recte dicemus, retenta metonymia ascensus & descensus, & gradus quoque, quibus ascendamus, vel descẽdamus, & ad latera moueamur ordine, confingi. *Gradus*, inquit Paulus, *l. Iurisultus, 10. §. gradus, de grad. affinit. P.* dicti sunt ad similitudinem scalarum, locorumque procliuium, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum. id est, in eum, qui quasi ex eo nascitur, transeamus.

¶ Et † superior quidem & inferior cognatio, iure ciuili à primo gradu incipit: at ea quæ ex transuerso numeratur, à secundo incipit. *§. quare, de grad. cogna. l. 2. de grad. affin. P.* Quia ex transuerso, siue à latere nullus est primus gradus. ¶ Ratione † graduum, linea collateralis diuiditur in duas, in æqualem & inæqualem. *Æqualis*, quando gradus æqualiter distant à communi stipite seu centrica persona, quam antiqui vocant Petruciam. *Inæqualis*, quando inæqualiter distant, videlicet longius alter gradus abest à communi & centrica persona, quam alius. ¶ In † numerandi calculo, alius modus iuris ciuilis, alius iuris canonici: quia horum diuersi fines, ad quos stemmata ordinant. *ca. ad sedem Apostolicam, 35. quæst. 5.* Vnde & quos vocant gradus iuris ciuilis auctores, canones vocant generationes. In iure ciuili tot sunt gradus inter consanguineos, quot sunt personæ ad propagationem necessariæ, vna demta: vna porro demitur, quia ad primum gradum est opus duabus personis, & deinde qualibet persona addita personę facit vnum gradum. Exemplum in linea ascendentium, centrica persona & pater sunt in primo gradu, centrica & auus sunt in secundo: quia tres sunt personæ, centrica, pater, auus. Ex quibbus si centricam adimas, erunt tantum duæ: duo ergo gradus. Exemplum in linea descendentiũ, centrica persona & filius eius, sunt in primo gradu: cẽtrica & nepos, in secundo: centrica & pronepos, in tertio: quia sunt quatuor personæ: deme vnam personam, residuæ erunt tres personæ, & ita tres gradus. Tertium exemplum in linea collaterali, primum, quando æqualis est: videlicet quando æquali gradu personæ, de quibus quæritur, distant à communi centrica. Illa centrica cum fratre est in secundo gradu, quia sunt tres personæ, centrica, pater, & frater, centrica cum filio patrui, in quarto: quia sunt quinque personæ cõputatis intermediis, nempe centrica, pater, auus, patruus, à quo descendit eius filius: tolle vnam, & supererũt quatuor quoque gradus. Exemplum quartum in linea inæquali, centrica persona & filius fratris, sunt in tertio gradu, quia sunt quatuor personę inibi: centrica, pater, frater, & filius fratris, quarum vna demta, restant tres. Igitur in tertio gradu idipsum experieris in iis, qui sunt in linea materna, veluti centrica persona cum sua sorore in secundo gradu est, cum filia sororis in tertio, centrica cum auunculo, in tertio: quia sunt quatuor personæ, centrica, mater, auia, & auunculus. Nec refert cuius sexus sunt personæ, cũ quib, fit collatio, vel quæ intermediæ sunt. Minus etiam inspicimus an mediæ sint in rerum natura, an vero mortuæ sint: an sint naturales & legitimæ simul, vel naturales tantũ. *Scæuola, in l. & nihil interest, §4. de vit. mup. lib. 24. P. ver. 2.* vel sit status seruilis vel ingenuus in illis. *Paul. in l. adoptiuus, 14. §. seruitus, eod. titul.* Etenim naturalem causam hic obseruamus sanguinis, & fluuium generandi sequimur, ratione videlicet singularium personarum, à quibus ad proximos gradus fit transitus. Sic quoque numerant Iurisconsulti, *in l. 2. 2. & 3. de grad. affinit. Iustinia. in §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. de gradib. cognat. c. primo gradu, 35. q. 5. l. Iurisconsultus, 10. §. nunc singulos, de grad. affinit. in P.* In linea perpendiculari à centrica persona, vt primo gradu sint supra, pater, mater: infra, filius, filia. Secundo supra, auus, auia: infra, nepos, neptis, ex transuerso, frater, soror. Tertio gradu sint supra proauus, proauia: infra pronepos, proneptis: ex transuerso, fratris sororisque filius, & filia: conuenienter & patruus, amita, auunculus, matertera. Quarto gradu sint supra, abauus, abauia: infra, abnepos, abneptis: ex transuerso, fratris, sororisq; nepos, neptis: & cõuenienter patruus magnus, amita magna, id est, aui frater & soror: item fratres patrueles, sororesq; patrueles, id est, qui quæve ex duob. fratrib. propagantur: item consobrini, consobrinæ, id est, qui quæve ex duabus sororib. nascuntur, quasi consororini: ité amitini, amitinæ, id est, qui quæve ex fratre & sorore propagantur. Sed vulgus fere omnes istos cõmuni appellatiõe cõsobrinos vocat. Quinto gradu sunt supra, atauus, atauia: infra, atnepos, adneptis: ex trãsuerso, fratris & sororis pronepos, proneptis: & conuenienter prõpatruus & proamita, id est, proaui frater & soror: ité fratris patruelis, sororis patruelis filius, filia: & similiter consobrini, consobrinæ, amitimi, amitimæ filius, filia: proprius sobrino, proprius sobrina. Isti sunt patrui magni, amitæ magnæ, auũculi magni, auũculæ magnę filius, filia, hoc est, *l. 2. eod. P.* patris, matrisve eius, de cuius cognatione quæritur, cõsobrinus, cõsobrina, siue pater patruelis, vel amitimus, soror patruelis, vel amitima. Sexto gradu, *l. 3. eod. de grad. affin.* sunt supra, tritauus, tritauia: infra, trinepos, trineptis: ex transuerso fratris & sororis abnepos, abneptis: & conuenienter abpatruus, abamita, id est, abaui frater, & soror: abauũculus, abmatertera, id est, abauiæ frater, & soror: ité patrui magni, amitæ magnæ, auũculi magni, matertera magnæ nepos, neptis: ité fratris patruelis, sororis patruelis cõsobrini, cõsobrinæ, amitimi, amitimæ, nepos, neptis, ité propaui, proamitæ, proauunculi, promatertera filius, filia. Qui vero ex fratrib. patruelib. aut cõsobrinis, aut amitimis vndiq; propagantur, ij proprie sobrini dicuntur. In septimo autem gradu, quam multæ esse possint personæ, ex his quæ diximus, satis apparet: duplicatis parentum, liberorumque personis. Quæ volui enumerare iisdem verbis, quibus vtuntur Iurisconsulti, quod in illis & nomina personarum, & gradus recte explicentur, vt luculentius tradi non possint.

¶ Verum † obseruandum est, tantum Iurisconsultos vsque ad sextum gradum personas enumerasse vtriusque lineæ, & directę, & transuersæ: nã vltra difficile fere est omnes eos numerare, qui ex genere sunt. Et natura vltra sextũ gradũ consistere cognationem vix patitur, *l. non facile, 4. de gradib. agnat.* propter nimium diffusam propagationem, quę sanguinis substantiam communẽ primam dissoluisse videtur: non secus, ac *fons* per longas peregrinationes in mare descendens, elongatus à capite, eo minus retinet substantiæ primę originis, quo lõgius ab ea discedit, terrarum, quas alluit, immutatus naturis. Et ita consanguinitas paulatim, dum sæpe propaginem ordinibus dirimit, vsque ad vltimũ gradum se subtrahit, & propinquitas esse desinit. *c. 1. 15. q. 4. c. primo gradu, §. successionis. 35. q. 5.* Addit Isidorus rationem, *lib. 11. Etymologia. c. 6. d. sap. l. 35. q. 5.* septimo gradu finiri consanguinitatis computationem, sicuti sex ætatibus mundi, generatio & hominis status finitur, ita propinquitas generis, tot gradibus terminatur. Possem hic alia quæ de generatione traduntur hominis adferre, quod *septimo die* semen in vtero matris conglobatur, fitque ad capiendam formam idoneum: & ante *septimum mensem* editus partus viuere nequit: post partum an victurus sit infans, *septima hora* decernit. A septimo die nomina infantibus olim imposita, tanquam saluti vitæ tunc fidendum sit, pluribus ante diem septimum pereuntibus. Post septimum mensem, fiunt dentitiones: post annos septem, primi dentes cadunt, infans loqui-

Digitized by Google

tur plene. Annis bis septenis pubescunt. Venæ, seu arteriæ mouentur numero septenario. Morborum pericula discriminat *septenarius criticus decretorius*. Possem & alia de septima generatione, & septenario numero tradere: sed hæc nos ab vtilioribus remorarentur, ideo pertranseo.

27 ¶ Et † noto, vltra septimum gradum aliquoties extendi consanguinitatis considerationem, in successionibus iure proximitatis deuoluendis, videlicet ad decimum vsque. *§. hoc loco, de success. cognat. lib. 3. Instit. titul. 5. can. ad sedem, §. hi vero cuigilem, 35. q. 5.* & hæc in iure ciuili seruanda sunt.

28 ¶ At † in iure Pontificio paulo aliter gradus numeramus, videlicet per generationes. *can. quadam, can. contradicimus. 35. quæst. 3. can. parentela, 36. q. 5.* Quomodo autem numerentur istæ generationes & gradus, constituamus methodum oportet ex tribus axiomatibus. Primum, in linea recta seu perpendiculari ascendentium videlicet & descendentium, tot sunt gradus, quot sunt personæ, vna demta, centrica videlicet, vt in iure ciuili dictum est, cum quo hæc concordat. Et proinde centrica cum patre, erit in primo gradu: cum auo, in secundo: & sic in aliis, ordine graduum conseruato. Alterum axioma ad collaterales in linea æquali pertinet, vt quoto gradu aliqui distant à communi seu centrica persona, tantum distent à se. *c. quod dilecti, c. fin. de consanguin. & affin.* Tertium in linea inæquali collaterali, quoto gradu remotior distat à communi stipite, eo distinguuntur collatæ personæ, de quibus agitur inter se. *d. c. fin.*

29 ¶ Conueniunt † ius ciuile & Pontificium, in numerandis personis rectæ lineæ, quia vtrunque habet prohibitionem nuptiarum inter has personas vsque in infinitum. *l. nuptiæ, 2. de rit. nupt. in P. §. inter eas enim, de nupt. ap. Iustin.* ¶ Non † ita in collateralibus: nam iura ciuilia à Pontificiis dissident, & ideo sequimur ius canonicum in his. *c. non debet, de consangui. & affinit.* Et aliter numeramus iure canonico in nuptiis gradus, reiecta successione ad gradus ciuiles *can. ad sedem, 35. q. 5.* Et quia nuptiæ fine duabus personis esse non possunt. Sic duo gradus legales vnum canonicum faciunt. Fratres itaque, qui secundum leges seculares dicuntur in secundo gradu, iuxta canones numerantur in primo: filij fratrum, qui illic numerantur in quarto, hic computantur in secundo: nepotes vero, qui in sexto ibi, istic numerantur in tertio: Sic deinceps qui legibus inscribûtur in octauo & decimo, in canonibus definiuntur quarto, & quinto: atque de reliquis sentiendum est, vt qui secundum canones dicûtur in sexto vel septimo, secundum leges accipiuntur in duodecimo, vel decimoquarto. *hæc in d. c. ad sedem, §. sed vt veridica.* Et Zacharias Papa explicat, *can. parentela, 35. quæst. 5. Parentela gradus*, inquit, *taliter computamus, siquidem ego & frater meus vna generatio sumus, primumque gradum efficimus, nullo gradu distamus. Rursus filius meus fratrisque mei filius secunda generatio sunt, ac gradum secundum faciunt, nec à se aliquo gradu separantur: atque ad hunc modum cetera successiones sunt habenda.*

De Affinitate.
Cap. 10.

1 *Affines qui.*
2 *Affinitatis gradus multi proprij, sed naturalis cognationis gradu imitantur.*
3 *Affinitas nulla inter coniuges, sed principium affinitatis.*
4 *Affinium personarum & graduum nomina, socer gener, vnde nomen priuignus, vitricus, nouerca.*
5 *Affinitas iure ciuili tantum contrahitur ex coniunctione legitima, iure Pontificio ex naturali etiam illegitima.*
6 *Ex sponsalibus non nascitur affinitas, sed proximitas publicæ honestatis.*
7 *Affinitas duplex, primi & secundi generis.*
8 *Affinitatis & publicæ honestatis gradus in nuptiis iure Pontificio considerati.*
9 *Gradus in cognatione spirituali, qui impediunt matrimonium, & quomodo numerandi.*
10 *Compaternitas duplex, directa & obliqua.*
11 *Vtilitas tractationis consanguinitatis & affinitatis, in quibus locum habeat.*

1 AFfines sunt viri † & vxoris cognati, dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulãtur, & altera ad alterius cognationis finẽ accedit: Namque coniungendæ affinitatis causa fit ex nuptiis. *l. non facile, §. 4. affines, de*
2 *grad. affin. P.* ¶ Gradus † affinitas per se non habet, *d. §. affines, versic. gradus.* respectu autem cognationis naturalis in coniunctione matrimonij contracta affinitate, affinitas gradus cognationis imitatur, vnde & gradus affinium recte dici possunt. *l. Iurisconsultus. 10. de grad. affin. P.* ¶ Inter † coniuges nulla quidem
3 affinitas est, *l. non ideo, C. de hered. instituen.* sed à matrimonio eorum initium affinitatis.

4 ¶ Nomina † affinium enumerantur & explicantur à Modestino. *in l. 4. §. affines, de grad. affinita.* Socer, id est, viri pater, vxorisque, ita dictus, quia generum sibi sociauit: mater vero eorum *socrus* appellatur. Apud Græcos proprie viri pater ἑκυρὸς, mater vero ἑκυρὰ: vxoris autem πενθερὸς, pater, mater autem πενθερὰ vocatur, inquit Modestinus. Scholiastes autem Homeri *in Iliad. ω & χ.* duo superiora nomina antiquiora putat. *Gener* vero à genere, quod ad augendum genus adhibetur maritus filiæ. *Nurus* filij vxor. Socer itaque vxoris meæ est pater, ego illi sum gener: *socer magnus*, dicitur vxoris meæ auus, ego sum illius *progener* & retro pater meus vxori meæ socer est, hæc illi nurus: & auus meus socer magnus est, illa *pronurus* illi: item socrus mihi vxoris meæ mater est, ego illius sum gener: & *prosocrus* mihi, vxoris meæ auia est, & ego illius sum progener: & retro mater mea, vxoris meæ socrus est, illa huic nurus: & auia mea, socrus magna est, vxor mea illi pronurus. *Priuignus*, est vxoris meæ filius, ex alio patre, quam ex me natus, ego illi *vitricus*: & in contrarium vxor mea liberis, quos ex alia vxore habeo, *nouerca* dicitur: liberi mei illi priuigni sunt. Priuignus πρόγονος, id est. *prænatus*, quod antequã mater secundo nuberet, est *progenitus*. Vitricus παῖδος. Nouerca μητρυιά. Viri frater, *leuir*, Græcis δαὴρ. Viri soror, *glos.* à Græco nomine γάμος. Duorum fratrum vxores, *sidrapæ*, quidam dicunt *semitrices*.

¶ Iure † ciuili tantum contrahitur affinitas ex coniunctione 5 legitimarum nuptiarum, non alio modo, neque ex nuptiis interdictis *d. 4. §. sciendum est, de grad. affi.* Iure canonico affinitas contrahitur non ex nuptiis solum, sed ex quacunque coniunctione naturali seu copula viri & mulieris, inter cognitam & cõsanguineos cognoscentis, inter cognoscentem & cõsanguineos cognitæ. *c. discretionem, & c penult. de eo qui cogno. consangui. vxor. sua.*

¶ In † sponsalibus autẽ legitime contractis, non eadem nascitur affinitas, quæ à coniũctione oritur, sed species proximitatis, quæ dicitur nasci ex publica honestate, *ex sponsam, de sponsal. ap. Greg.* quæ contrahitur non inter sponsos, quia sunt principium proximitatis huius, sed inter sponsum & consanguineos sponsæ, & inter sponsam & consanguineos sponsi. Non solum si contrahantur sponsalia per verba de præsenti, sed etiam si per verba de futuro, vel inter impuberes, *d. c. sponsam, de sponsa.* non enim ex sponsalibus, etiam si sint cõtracta per verba de præsenti, nascitur fine coniunctione affinitas. *Panorm. in d. c sponsam.* In quo corrigitur ius ciuile à Põtificio, quod sequimur. *cle. dispendiosam, de iudic.* Sed contrahitur tantum publica honestas. Contrahitur etiam ex spõsalibus publica honestas, licet spõsalia, alioquin pura & certa, nulla sint propter aliquod impedimentum. *ca. 1. de sponsal. in 6.* Declarata namque fuit voluntas contrahentium ex actu alioquin inualido, quem efficere conati sunt. *arg. l. fin. de reb. eorum.* Et in his publica honestas ab affininitate distinguitur, quãuis aliquando, & hæc nomina confundantur, *d. c. discretionem, & c. pen. de eo qui cogno. consang. vxor. sua.* cum in affinitate sit publica honestas, quamuis in omni publica honestate nõ sit affinitas.

¶ Affinitas † duplex, primi & secundi generis: primi generis, 7 ex coniunctione viri & mulieris nascitur: secundi generis, quando consanguineis affinibus alii alia affinitate iunguntur, alia secunda copulatione, exempla postea docebunt.

¶ Iure † canonico in affinitate & publica honestate, gradus 8 cõsiderari certũ est, etsi iure ciuili aliud seruari dixerimus. Itaq; per carnis copulam viri & mulieris inter virũ & consanguineas mulieris: itẽ inter mulieré & consanguineas viri, cõtrahitur affinitas primi generis, in eo gradu, quo est consanguinitas, nõ aũt inter consanguineos viri, & cõsanguineos mulieris contrahitur. *c. quod super. his, de cõsangui. & affini. §. mariti, de nupti.* Ideo frater viri recte matrimonium contrahit cum sorore vxoris fratris, aut cum alia eius consanguinea: nam hic tantum affinitatis ius considerat primum genus ex prima maris & fœminæ coniũctione, non secundum genus. Vt si affinis alteri iungatur affini, vt si frater tuæ vxoris, qui est tibi affinis in primo gradu & in primo genere, iungatur cũ sua vxore, quæ erit tibi quoque affinis, sed in secundo genere quod non habet prohibitionem *c. non debet, de consanguin. & affinit.* nam & mortua tua vxore & fratre eius, potes vxorem fratris vxoris ducere. Considera iursum, nos dicere affinitatis gradus primi generis computandos esse, habita ratione eorum qui quęve coniunguntur: ideo cum his computamus gradus, non inter affines simpliciter. Veluti voca coniunctum copula Titium, & coniunctã Semproniam soror Semproniæ est in eodem gradu cum Titio, & Titius est in secũdo gradu affinitatis cum filia sororis Semproniæ, & cum nepte eius intertio: & sic cõsequenter numera gradus affinitatis Titij, cũ gradibus consanguinitatis Semproniæ: & contra gradus affinitatis Semproniæ numera cum gradibus consanguinitatis Titij. *Probantur hæc in can. porro, 35. q. 5.* Ad istos autem pertinent potius gradus, quam ad alios affines: quia vxor & maritus, & alij qui copulantur, sunt duo in carne vna, *d. can. porro, ca. 2. Geneseos, ca. debitum, de bigam.* quod & de adhærentibus meretricibus dixit D. Paulus 1. *ad Corinth.* 6. Pro gradibus publicæ honestatis eadem, quę in affinitate, obseruanda: vt per sponsalia per verba de futuro, aut de præsenti, contracta inter sponsum & consanguineas sponsæ, item inter sponsam & consanguineas spõsi contrahatur publica honestas primi generis in eo gradu, quo est consanguinitas. *Panor. in c. iuuenis, de sponsal.*

¶ In

9 ¶ In † cognitione spirituali duo sunt tantum gradus considerandi, ad ministrorum regenerantium, & regeneratorum Deo: vocant iura *compaternitatem, commaternitatem, & confraternitatem. in c. vltim. de cognat. spirit.* Appellatio quælibet satis indicat duas personas adesse singulis nominibus. In compaternitate duo patres, naturalis, & lustralis cum patre lustrali ratione baptismi: aut habita ratione sexus duo pater & mater lustrici, ideo compatres, id est, simul patres. In cõmaternitate duæ matres baptizati. In confraternitate baptizatæ, & filij patrũ aut matrũ lustraliũ, seu spiritualium: idem de sororibus dicendum, si fœminini sexus baptizatus sit, quæ *consoror* erit cum filia naturali patris lustralis. Soror enim & fratris appellatione cõtinetur. *l. tres fratres, de trãsact. in P.* Istæ omnes consanguinitatis species referuntur ad baptizatum, id est, eius causa sunt compatres, commatres, & cõfratres. Sed & habent relationem quoque ad alias personas baptizati, vt ad patrem, matrem, & fratrem naturalem. *c. 1. de cognat. spirit. lib. 6.* Et proprie pater lustralis, cum matre naturali compater est: mater lustralis, cũ matre naturali baptizati cõmater est. At inter patrẽ lustricũ & matrẽ lustricã non est proprie cõpaternitas, licet ambo sint patres, & ideo inter eos potest esse matrimonium. ¶
10 Compaternitas † duplex est, directa & obliqua: veluti diximus affinitatem primi, & secundi generis. Compaternitas est directa, eius qui filium alterius suscipit in baptismo cum patre naturali baptizati. *can. ista, 30. quæst. 3.* Obliqua vel ex prima orta, cum sola vxor suscipit à bapusmo, cuius vir & cõpater dicitur. *can. si quis ex vno, 30. q. 4.* Ita pater naturalis baptizati, est, compater nõ solum cum patre lustrali, sed etiam cum eius vxore. Ita & mater naturalis non solum commater est cum matrima, sed etiam cum eius viro, *capit. Martinus, de cognat. spirit.* sunt enim illi duo pro vna carne. *c. 2. Genes.* De horum consanguinitate sic statuit nouissime Concilium Tridentinum, *Sessio. 8. ca. 2. reformatio. Vnus tantũ, siue vir, siue mulier, vel ad summũ vnus & vna baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos baptizatum ipsum, & illius patrem ac matrem tantum, spiritualis cognatio contrahatur, &c.* ha quoque cognatio, quæ & confirmatione contrahitur, confirmantem & confirmatum illiusque patrem & matrem, ac tenentem non egrediatur.

¶ Et † hæc quæ de consanguinitate & affinitate dicta sunt, &
11 personis earum, summopere notanda sunt: cum apud Iurisconsultos crebro de his recordari oporteat, & vtilis eius sit cognitio, vt in contractuum, & successionum, & iudiciorum quæstionibus, in quæstione redhibitionis gentilitiæ, dum proximior admittitur & præfertur in redhibitione, *vt in ca. cõstitutus, de restituti. in integrum.* Si agatur de deferenda successione intestatorũ, quoad proximiores deuoluitur, *l. Iurisconsultus, 10. de grad. affinis. §. si vero, de hered. ab intest. veni. colla. 9. in authent.* vel si quæstio de tutela legitima, quæ proximiorem sequitur agnatum vel cognatum, *§. 1. de legit. im. agnat. succe. d. l. Iurisconsultus.* vel de deferenda bonorum successione, vel diuidenda ea per capita, aut in stirpes, *l. 1. §. gradatim vnde c. gn. cum similib.* vel de vocando proxmiore in bonis reseruatis familiæ, vbi quæritur propinquior, *l. peto, §. fin. de lega. 2.* vel si agatur de expellendo à testimonio propinquo, *l. lege Iulia, de testi. in P.* in feudis & aliis: Si agatur de nuptiis legitimis, inter quos possint esse, prohibitæve sint. *c. nõ debet, de consangu. & affin. tota. 30. q. 2. 3. 4. 5.* Quo de capite paulo vberius nunc dicendum est.

De Prohibitione nuptiarum ratione consanguinitatis & proximitatis. Cap. II.

1 *Matrimonium prohibitum inter ascendentes & descendentes vsque ad infinitum.*
Inter collaterales vsque ad certum gradum.
2 *Nuptiæ incestæ inter consanguineos, & incestus, vnde & cestus quid,*
3 *Nefariæ & incestæ nuptiæ inter ascendentes & descendentes.*
4 *Pœnæ aduersus contrahentes incestas nuptias.*
5 *Persæ miscebantur illorum lege, etiam cum matribus, & contrahebant nuptias.*
6 *Semiramis legem tulit, licere & cum matribus & aliis consanguineis nuptias contrahere.*
7 *Oedipodis calamitas ob matrem vxorem ductam, etiam ignorantia.*
8 *Climenus filiam Harpalycen vxorem duxit, & mala indè secuta.*
9 *Periandri & matri eius concubitus vindicta diuina.*
10 *Incestuosi alij Principes, & monstra humanæ naturæ.*
11 *Fratris & sororis nuptiæ apud quos fuerunt permissæ.*
12 *Moses iussit proximis nubere mulieres, lex eadem Atheniensibus.*
13 *Lex de non ducenda vxore, sorore, vel filia sororis, & pronepte.*
14 *Duorum fratrum filij & filiæ num coniungi matrimonio possint.*
Gradus prohibitionis nuptiarum.
15 *Gradus nubendi consanguineorum vsque ad septimum.*
16 *Salica lex de proximorum coniunctione.*
17 *Impedimenta legalis coniunctionis.*
18 *Impedimenta inter consanguineos spirituales eiusue filios, gradus, ratione baptismi, & confirmationis.*
19 *Cognatio penitentiæ seu confessionis non egreditur personas confitentium*
20 *Nuptiæ quo gradu affinitatis prohibentur.*
21 *In gradibus nuptiarum prohibitarum computãdis affinibus variatum quomodo est.*
Frater fratri suscitabat prolem, iure Mosaico, quod correctum est.
Domus excalceati quid.
22 *Affinitas primi generis prohibet nuptias, non secundi.*
23 *In gradibus prohibitis dispensat summus pontifex solus, & potestatem nubendi dat, in certis tamen, non in omnibus.*

HIs præcognitis, dicimus nuptias ratione consanguinitatis, & 1
cognationis prohiberi inter ascendentes quidem & descendentes gradus lineæ rectæ, vt inter patrem & filiam, auum & neptem, matrem & filium, auiam & nepotẽ, & vsque in infinitum, *Caius, l. nuptiæ, 53. & l. fin. de rit. nupt. lib. 23. P. §. ergo non omnes, de nup. Diocle. & Max. l. nemini, 17. de nup. lib. 5. C. tit. 4. §. fi. quib. mo. in authen. col. 7.* inter collaterales autem, vsque ad certos graduum limites, *tot. tit. de incest. nupt. lib. 5. C. tit. 5. l. fin. si nupt. ex rescr. peta. lib. 5. C. ti. 8. Paul. l. incestæ. 52. de rit. nup.* ¶ Dicunturq; † hæ coniunctiones vnico nomine incestæ, *prædictis iuribus*, quasi nõ castæ secundum Nonium: vel non Venere iusta initiatæ. *Cestum* enim seu cingulum veneris, dicebant annorum legitimorum initium, vt ait Angel. Politianus, *Miscella. c. 11.* vel quod *Zonæ*, quas virgines solebant deferre, quæ soluebantur à maritis, iuste solutæ non essent, indicat Ouidius, *in epist.*

Cui mea virginitas, ambus libata sinistris.
Castaque fallaci Zona reuincta manu.

Possunt que dici omnes nuptiæ, quæ legitimæ non sunt, incestę: vt notat glossa ad rubricam de incest. nupt. C. Sed & expresse id respondit Paulus Iurisconsultus, *l. sororis proneptem, 39. de rit. nup. in P.* ¶ Nefarias † quoq; dicere possumus & incestas inter ascendentes & descendentes initas, vt nefaria coniunctio dicitur ab Vlpiano, *l. 1. de concubi. lib. 25. P. tit. 7. §. ergo omnes, versic. etsi tales, de nupt. apud Iustin.* eius, qui in concubinatu patris fuit, deinde in filij esse cœperit, vel nepotis, vel contra: Eius generis, incestuosæque dici possunt, quæ cum priuigna, nuru, nouercaque fiunt, *Papin. l. si adulterium cum incestu, 38. ad l. Iul. de adult. lib. 48. P. tit. 5.* pari modo prohibitæ: prohibent iura diuina concubitum cum matre & nouerca.

¶ Pœna, † iure ciuili, aduersus has incestas & nefarias, constitutæ graues, *authen. incestas nuptias, & authen. ex complexu, de incestis nupt. C. §. 1. de incest. & nefa. nup. auth. colla. 4. consti. fin. §. fin. quib. mod. nat. effi. sui, collat. 7. const. 1.* Bonorum in ærarium seu fiscum relatio, dotis quoque, ex filium, verberatio. Soluuntur & hæ coniunctiones iure pontificio, verum non nisi cum auctoritate ecclesiæ, Episcopi scilicet, inquisitione proximitatis facta: alioquin non licet abire ab eo contracto matrimonio, *ca. 3. de adult. lib. 4. Decretal. tit. 19. can. seculares. 33. quæst. 2. c. multorum, 35. quæst. 6.* Sed & iure eodem nuptiæ incestæ diriminuntur, & scienter contrahentes, ne nubant aliis prohibentur, ex concilio Maguntinensi, & aliis sanctionibus, ca. si quis, ca. qui dormierit, ca. concubuisse, & seq. 32. q. 7. Prohibitæ & iure ciuili etiam in personis seruilibus, vt pote naturali causa inspecta, vt ait Paul. Iurisconsul. *l. adoptiuis, 14. §. seruiles, de ritu nupt. in P.* qui in vulgo quæsitis idem statuit, & fornicatione coniunctis, *c. nec eam, 35. quæst. 2.* Item & in personis per adoptionem comũctis iisdem gradibus Caius respõdit, *in l. quin etiam, 55. ae rit. nupt. P. §. 2. de nupt. apud Iustinia.* ¶ Inueanimus † 3
tamen ius aliquando fuisse apud Persas misceri cum matribus, teste Arnobio. *lib. 8. aduers. gent.* & Philone Iudæo, *de secular. legib. c. contra mœchos*, qui ita centuram promit, *Honoratiores Persæ cum matribus contrahunt matrimonia, & natos inde arbitrãtur nobilissimos, regnque, vt ferunt, dignantur solio: quo nihil magis impium excogitari potest, conspurcari defuncti patris thalamum, cui maxima debebatur religio, matri nullam exhiberi reuerentiam, filium eundem, & maritum fieri, matrem vicissim vxoris nomen assumere,* &c. ¶ Tulit † legem ali- 6
quando Semiramis regina, vt flagitium regeret cum filio suo Ninno commissum: vt nulla discretione habita sanguinis, liceret cũ matribus & consanguineis coniungi nuptiis, vt scribit Orosius, *lib. 1. cap. 4.* Ob factum tamen suum illa postea misere occubuit. ¶ Accidit † tam sceleste facinus inter priscos Thebis Oedipodi 7
Laii filio, non sponte tamen, sed per ignorãtiam. Nihilominus tamen tãtam calamitatem secum contulerũt hæ nuptiæ, vt nihil reliquum factum sit ad summũ miseriarum cumulum: secuta cõtinua bella, tum externa, tum ciuilia, veluti hereditaria, vt scribit idem Philo, *d. lib. de sec. leg. c. cont. mœch.* Explicat autem Homerus, his verbis, *Odyss. λ vers. 265. & seq.*

μητέρα τ' οἰδιπόδαο ἰδον καλὴν Ἐπικάστην,
ἣ μέγα ἔργον ἔρεξεν ἀιδρείῃσι νόοιο,
γημαμένη ᾧ υἱεῖ· ὁ δ' αὖτ' ἀπατήσας πατέρ' ἥρως
γήματ'. ἄφαρ δ' ἀὐτίκα δὴν θεοὶ ἀνδράσι φῆσαν,
ἀλλ' ὁ μὲν ἐν θήβῃ, ἀκληεσσι θεσπεσίῃσι,
κεδμείων ἴφθιμος, Θεῶν ὀλοὰς διὰ βουλάς,

Μήτηρ τε Οἰδιπόδαο πολυστονος ὑπατηγὸν
εἶδεν ἀμυμονίην ἠμὲν, ἀρ' ὑφαινὸν μεμάκυῖαν
ἠδ' ἄχεϊ χραίσμη, τῷ δ' ἄλγεα κάλλιπε θυμῷ,
πολλὰ μὰλ' ἔσσα τὰ μητρὸς ἐρεννέα κεκλίσιν, id est,

Matremque Oedipodis vidi pulcram Epicastam.
Quæ ingens facinus commisit, insipientia mentis.
Nupta suo filio, ille, suo patre peremto,
Vxorem duxit. Statim autem vulgata Dii fecerunt hominibus.
Sed ille quidem in Theba amabili, dolores patiens,
Thebanis imperabat, Deorum dira per consilia.
Illa abiit in Plutonis domum validas portas habentis,
Annexa laqueo sublimi ab alta trabe
Suo dolore correpta: huic dolores reliquit post se
Valde multos, quotquot matris furiæ efficiunt.

¶ Climeneus † Telei filius, Harpalycem filiam cum qua antea occulte concubuerat, occiso Alastore, cui desponsata erat, palã vxorem habuit. Sed facinore commota Harpalyces, iuniorẽ fratrem necauit, ac quodam festo sacrificiorum comedendũ dedit populo Argiuo. Climeneus vero facinorum conscientia seipsum inte remit, vt narrat Parthenius, *in Erotic. c. 13.* 2

¶ Refert † & idem, *idem Parth. eod. cap. 17.* matrem Periandri eum eo clam concumbentem, se quoque interemisse, & Periandrum in furorem & sæuitiam crudelissimã delapsum. Bassianus Antoninus, dictus Caracalla, vxorem incestu Iuliam nouercam suam duxit, teste Spartiano, *Æmil. Spar. in Caracal.* Sed qualis sceleris viris fuerit, nemo ignorat: qualisue Commodus Antoninus, qui Lucillam sororem constuprauit, & occidit, cõsobrina patris complexibus suis coniuncta, vt ait Lampridius, *in eius vita*, vitæ enim eius indignitas & ad scelera procliuem fuisse nouum non ducit, si Herodianum legas, *in Commod.* 9

¶ Omitto † reliquos incestuosos principes, vt monstra, Neronem & Ottonem, de quibus Xiphilinus ex Dione, *in Nero. & Otho.* Quibus, quia Dei neque naturæ numen venerabantur, id licere, quod non prohibebant subditi, sed impie, sibi persuadebant. Reseruati tamen grauiori pœnæ in illud seculum iudicio Dei. Fuit illis imperandi arbitrium ad malum occasio, sicuti & Cambysi, qui cũ amore sororum captus esset, vt est apud Herodotum, *in Thalia. in lib. 3.* nec liceret sororem lege Persarum ducere, interrogans iudices regios, apud quos legum custodia & interpretatio erat, num lex id permitteret, responsum accepit, nullam legem se inuenire, qua fratri licitum sit nubere sorori: quandam tamen inuenire, qua liceat regi Persarum facere quod lubeat. 10

¶ Quod † autem ad collaterales gradus & nuptias eorum pertinet, variæ certe in illis fuerunt gentium leges. Nam apud Athenienses Solon vetauit in vterinis tantum germanis: contra Lecedæmoniorum legislator vterinis non interdicit connubia, sed solis eodem patre genitis. Ægyptius vtraque ridens, vtrisque laxauit libidinẽ, *Philo Iud. lib. de special. leg. con. mæch. Arnob. lib. 8. cont. gen.* Æmilius Probus quoque ait, *in Cimone*, patrum Athenienſium more fuisse, ducere sorores. Et alibi, *in proœm. vitar.* idem repetit, hoc tamen non congruere suis moribus, id est, Romanis, fatetur. Sunt tamen aliqui, vt Androcides, *oratio. contra Alcibiad.* Athenæus, *lib. 13.* & Suidas, *in verbo Cimon, & ὄγμιον.* qui quod Probus firmat exemplo Cimonis, improbent: dicantque Cimonem per Ostracismũ vel testulas à ciuitate ad tẽpus exterminarum, quod contra leges commisisset in eo, quod sororem suam Elpinicem duxisset. Prohibet & hãc vxorem ducere Phocylipes, hoc versu, 11

Μηδὲ κασιγνήτης ἐθέλειν ἐπὶ δέμνια βαίνειν
Ne stratum vetitum geniale sororis inito.

¶ Fuit † lex lata à Mose, *Numer. cap. 36. & Tob. cap. 7.* post distributionem factam terræ adeptæ promissionis tribubus Israeliticis; vt fœminæ, ad quas bona peruenissent familiarum, exstinctis masculis, nuberent tantum hominum suæ tribus, ne confunderentur bonorum diuisiones, transeuntibus filiabus in alienas familias. Fuisse & inter alias gentes hanc legẽ, vt proximis nuberent fœminæ, constat ex Iulio Polluce, *lib. 3. Onoma. cap. 3.* dum meminit de lege Athenienſium Solonis: atque filiam illis vnicam dictam ἐπικλήρου, quam duceret generis necessitate propinquus, eamque, si indotata esset, dotandam à propinquo, si illam non duxisset. De illa lege Terentius, *in Phormio.* videtur etiam locutus dicens, 12

Lex est orbæ, qui sint genere proximi,
Eis nubat, & illos ducere eadem hac lex iubet.

et alibi idem, *Terentius Adelphis.*

Hæc virgo orba est patre.
Hic meus amicus, illi genere est proximus.
Huic leges cogunt nubere hanc.

Fortunatianus *lib. 1. Rhetori.* quoque ait, *lex est, orba proximo nubat, vel si eam noluerit in matrimonium ducere, det decem millia.*

¶ Postea † autem & leges istæ in desuetudinem abierunt, limitesque proximitati constituti, qui non liceret consanguinibus cõiungi: placuitque nõ licere nuptias cum sorore primũ contra here. etiam si illa vulgo quæsita sit, *Paul. l. adoptiuus, 14. §. seruiles. Et Scæuol. l. nihil interest, 54. de ritu nupt. in P.* Legem & tulit Cocceius Nerua, ne fratris filiam vxorẽ ducere fas esset, *Dio, in Cocceio Nerua ap. Xiphili.* De neptibus scribit Plutarchus, *problem. 6.* in hæc verba, *superioribus*, inquit, *tẽporibus, quæ se aliqua necessitudine contigissent, vxores non ducebant, quemadmodum nec nunc quidem sorores: sed non ita pridie factum est, vt neptes vxores ducere permitterent: & plebiscitum factum, vt in ducendis vxoribus ad nepoes vsque ascendere liceret, superior tamen necessitudo prohiberet.* Verum Paulus, *l. sororis proneptem, 39. de rit. nup. in P.* Iurisconsult. *sororis proneptem*, inquit, *non possum ducere vxorem, quoniam parentis loco ei sum.* Et Diocletian. & Maximi. CC. *l. nemini liceat*, inquiunt, *contrahere matrimonium ex latere cum amita, matertera, sorore, sororis filia, & ex ea nepte, preterea fratris tui filia, & ex ea nepte.* Et Imperator Alexius Comnenus, *lib. 1. iur. Oriental. in cõstitutio. Alexij Comne. αἰδεῖ γάμου θέλας*, ad suggestionem Proedri & Ethæriarchæ Bardæ Zeri cõstituit quoque ne amita & fratris filia cum patruo & fratris filio tametsi sexti gradus ex cognatione affinitatem obtineant, cum impedimentum iungantur. Quæ constitutio etiam ex Nicolai patriarchæ Constantinopolitani subnotatione recepta est. Meminit Suetonius, *in Claudio, c. 26.* Claudiũ Cæsarem, illecebris Agrippinæ Germanici fratris sui filiæ, per ius osculi, & blanditiarum occasiones pellectum in amorem, subornasse proximo senatu, qui censuerunt cogendũ ad ducẽdã eam vxorẽ, quasi reipubl. maxime interesset, dandamque ceteris veniam talium coniugiorum, quæ ad id tempus incesta habebantur: ac vix vno interposito die confecisse nuptias, non repertis qui sequerentur exẽplũ, excepto libertino quodam, & altero primipilari, quod & tradit Cornelius Tacitus *in 6.* 13

¶ Duorum † fratrum filij, vel filiæ, id est, consobrini, secundum Theophilum, *§. duorum fratrum, de nup. in Instit. lib. 1. Theophil. hic contrarium sentit. P. Brederodius.* matrimonio coniungi secundũ & Iustinianum, *§. honorum fratrum, eod. ap. Iustini. l celebrandis, C. de nup.* possunt, & ad tertium vsque gradum. Quamuis non olim nisi ad quartum vsque. Dispensasse & olim Cæsares vt legitimo esset vxor consobrini, Cassiodorus docet, *lib. 7. varia. c. 46.* Porro Caius, *lib. 1. Instit. titu. 4. fratres*, inquit, *amitimos vel consanguineos in matrimonio iungi, nulla ratione permittitur.* Et puniuntur in Cod. Theodosiano, *l. 2. de incest. nupt. lib. 11. C. Theodos.* huiusmodi, vt incestæ nuptiæ: Harmenopulus, *lib. 6. cap. 4.* Prohibet & Alexius Patriarcha Constantinopolitanus, *lib. 2. iur. Oriental. in eius constit.* nuptias septimi gradus: idipsum Patriarch. Constantinopolit. Michael, *eod. lib. in eius constitut.* & Chartophilax magnæ ecclesiæ Niceras, anno mundi 6565. Et Lucas Patr. Const. *eod. lib. constitutione subimperio Manuelis.* Habes autem apud Alexium sic ordinatos septem prohibitionis gradus: 14

Fratres,
Georgius & Nicolaus:
Consobrini.
Theodete Helene:
Sobrini,
Demetrius Basilius.
Theodote in 7.

Sed & Grogorius ad Augustinum Angliæ episcopum scribit, per ea matrimonia ex lege Anglorum intra hos gradus aliquando permissa, nõ potuisse sobolẽ succrescere, *in can. quedã lex. 3. 5. qu. 3.* ideo inhibenda. Et Bonifacius Martyr ideo plures nationes deletas à Deo, *c. si gens Anglorum, 36. distin.* & in Anglos Agarenos irrupisse.

¶ Eadem † iure nostro pontificio recepta sunt, & ad septimũ vsque gradum recepta prohibitio nuptiarum in collateralibus, *cap. de affinitate, c. progeniem, c. nullum, c. in copulatione, can. consanguinitate, 35. quæst. secund. vid. c. fina. de consang. & affinit.* Septimus autem in prohibitione non est, sed sextus tantum, *can. 1. 3. 5. q. 4. cap. 1. 2. 3. 5. quæst. 5.* distinctioque graduum hæc ibi, *filius & filia, id est, frater & soror sit truncus, nepos neptis inde, primus gradus: pronepos proneptis, secũdus: abnepos abneptis tertius: adnepos adneptis, quartus: trinepos trineptis, quintus: trinepotis filius & trinepotis filia, sextus.* Sed hæc latius intelliges ex epistola, *ca. ad sedem apostolicam, 35. q. 5. c. non debet, de consang. & affinit. apud Gregor. clem. Leod.* Alexandri II. Papæ ad Neapolitanos clericos, & episcopos omnes Italiæ, quę distinctionem & varium numerandi iuris ciuilis in successionibus deferendis ordinem, & iuris pontificij in nuptiis copulandis adfert. 15

¶ Exstat † lex Salica antiqua Francorum, *in lib. leg. Salic. tit. 14. §. 12.* in hæc verba, *Si quis sororem, aut fratris filiam, aut certe alterius gradus consobrinam, aut fratris vxorem, aut auunculi, sceleratis nuptiis sibi iunxerit, huic pœna subiaceat, vt à tali consortio separetur, atque etiam si filios habuerint, non habeantur legitimi heredes, sed infamia sint notati.* 16

¶ Impeditur & † matrimonium, cognatione legali per adoptionem coniuncta: adoptio quippe naturam imitatur, *§. minorẽ, de adopt. apud Iusti. §. & hæc adeo, eod.* Et itaque prohibet matrimonium inter adoptantem & filiam adoptatam, *c. vni. de cogna. legal. lib. 4. Decreta. tit. 11. c. sta diligere, 50. q. 3. l. adoptiuus, & l. quin etiã, de rit. nup. l. per adoptionem. eod.* inter adoptatam & filium legitimum, & naturales adoptantis. 17

¶ Impedit † etiam cognatio spiritualis, quæ ex baptismate oritur, inter presbyterum baptizantem & baptizatum, & matrem patremve eius: inter confitentem & confessum, *can. omnes, & seq.* 18

Digitized by Google

30.q.1 *c.fin.de cognatio.spiri.* inter baptizatum & baptizantem, non sunt iustę nuptiæ, *Iustin.l.si quis alumnam, 26.de nupt.C.c.1.de cogna. spiri.in.6.* Nec inter patrem baptizati & vxorem leuantis vel patrimi, *c.4.de cogn.spirit.apud Gregor.* inter patrem matrēve, lustralem, matrimonium quoque impediebatur, quamuis factum non dissoluatur, sicut ante in consanguinitate dictum est, *c.2.eod.c.1.& 2.30.q.1. c.dictum, eod.* Non permittitur etiā inter regeneratū seu regeneratam, & filios regenerantis postea natos, *c.ex literis, & c. tua nos.de cog.spir.c.pictorium, 30.quæst.3.* Obseruant & hanc prohibitionem alioquin barbaræ nationes Rhutenorum seu Moscouitarum, vt ait Sigismundus Liber Baro, *in commentar. de reb.eor.* Inter confirmatum & patrem eius, & tenentem ad confirmationem cognatio & prohibitio, *c.si quis filiarum 30.q.1.* ex concilio Tridentino 8.sessio.c.2.reformationis. Demetrius Chomatenus, *lib.3.iur.orient.tit.de grad.cogna.* Archiepiscopus Bulgariæ, vnum fieri hominem dixit, patrem naturalem, & eum qui filium suum ex baptismate suscepit, indeque compares dici, & eorum liberos fratres: indeque natos naturalem sortiti cognationis appellationem, quia Sancti Spiritus vniendi potestas, omnes conciliauit in veram propinquitatem. Adfert & ca.56.(extæ Synodi, quo cauetur, vt quia necessitudo seu affinitas spiritualis maior est corporum coniunctione, ne quis cum matribus matrimonium ineat, quarum filios ex sacro baptismate suscepit: alioqui pœnam diremtionis matrimonij statueos & fornicatorum. ¶ Cognatio † vero & filiatio spiritualis ex confessione seu pœnitentia, confitentem & ab soluentem non egreditur, *vide glos.in ca.omnes, 30. quæst.1.* quia per pœnitentiam ea non fit remissio peccatorum,
19 vel regeneratio, quæ per baptismum fit. ¶ Affinitas † etiam in certis gradibus habet nuptiarum prohibitionē, quia, vt ait Plutarchus, *in problem.* antiqui nuptiis necessitudines augeri voluerunt: & ideo illis minus iunctos potius, quā pene familiares coniungi oportuit. Adde quod & quandam honestatem inter veneratione quadam iunctos cōseruari oportuit intactam. Et ita prohibentur nuptiæ affinitatis gratia, *§.affinitatis, & §.socrum, de nupt.l.nemini, 17. de nup.C.l.adoptiuus, 14.§. nunc viaeamus, de rit, nupt.* cum priuigna, nuru, socru, nouerca. Affinitas vsque ad quartum gradum à matrimonio ex quo nascitur computandum, prohibitionem habet, *c.1.& c. non debet, & c.fin.de consang. & affinit.* Statuit Emanuel Comnenus, *in Iure Orientat.lib.1.in nouel.5.Emanue. θεί γαμε μετὰ δύο δευτέραν ἐξαδέλφην, de nupt. cum duabus sobri.* Cæsar, ne vnus & idem duas sibi matrimonias posset ducere successiue, quia inquietabat contractum ad sextum gradum affinitatis deduci, cum maritus censeatur vnus gradus cum vxore. Exstat & constitutio Sisinij Patriarchæ Constantinop. *lib.1.iur. Orientat.* ne duo fratres accipiant duas consobrinas. Idipsumque aliis Patriarcha Nicolaus, *eod.in ea.s sancti.* firmauit. Imo Græcis omnibus non videtur idoneum, vt si pater matrem, cum sint duo vnum, vxorem accipiat, filius familiam non sine reatu, valeat sibi coniugio sociare, vt scribit Luitprandus, *lib.4. de reb. per Europ.gest.c. 6.* Hæc etiam obseruant Moscouitæ, vt ait Sigismun-
20 dus Liber Baro commentariis de rebus eorum. ¶ In † affinitatis prohibitione variatum etiam fuit, nam iure diuino olim proximior frater tenebatur accipere viduam fratris sui præmortui, & ei suscitare semen: vel si proximior renuebat, conuocatis senioribus vidua protestata cum ignominia soluebat calceos, & spuebat in recusantem matrimonium, eiusque domus perpetuo dicebatur domus excalceati, *Deuteron.c.25. Ruth.4.* Quod tamen lege Euangelica, & iure pontificio sublatum est, *c.fin. de diuort. c.olim, 8.q.1.* Et iura ciuilia quoque subscripserunt, *l.fratris, 5. & l.pen. & fin.de incest.nupt.C.§. affinitatis, de nupt.apud Iustinia.* ¶ Affinitas
22 † primi generis tantum prohibet nuptias inter virum & consanguineas vxoris, & inter vxorem & consanguineos viri vsq; ad gradus prædictos: at non inter consanguineos affines, *c.quod super his, de consang. & affinit.§. mariti, de nupt.* Idipsum diximus in sponsalibus, in prohibitione ratione publicæ honestatis, *Panor.in c.iuuenis, de sponsal. Angelus.in §.si vxor, de nup.d. c. super his.* De quib. haurire oportet cognitionem ex illis, quæ diximus in
23 c.de affinitate post nuptias. ¶ Ceterum † ex dispensatione summi pontificis, nuptiæ possunt cōtrahi licite inter gradus seu generationes prohibitas, *ca. quod dilectio, & cap.quia circa, de consang. & affinit.de qua dispensa. vide plura in glos.c. vt constitueretur, 50. dist.* Nemo autem præter summum Pontificem dispensat in gradu prohibito, *glo.in d.tit.quod dilectio, & ibi Panor. num.5.* Siquidem in cōcilio generali prohibitio facta est nubendi intra quartum gradum, *c.debet, de consang. & affin.* Alius autem, quam summus Pontifex, nemo potest contra concilium dispensare, *glo. in c. cum dilectus, de elect. Felin. in cap.at si clerici, §.de adulteris, de iudi.* Is quoque nec in omni gradu dispēsare nec in quibus potest, sine magna potest causa. Item nec Sum. Pont. in primo vel secundo gradu dispensabit, *late glo.in c.pitacium, 30. quæst. 3.* vt quis sororem vel neptem in vxorem habere possit: quia Deus prohibuit turpitudinem sororis & filiæ eius reuelare. *Filiam filiæ eius non sumas, quia vna caro sunt, Leuit.c.18.* Et si illa verba intelligantur in descendentibus, certe nec in collateralibus in secundo gradu dispensare potest, *c.literas, de restit. spol.* Posse tamen eum in hoc, ex magna causa, putat communis interpres Decretorum, *glo. in d.cano.pitacium, in verbo, sororis, per cap.quæritur, 12.q. 2.* At inter collaterales in linea inæquali, vt in linea ascendentium, submouet Panormitanus omnem dispensandi facultatem. *Panor.in c.literas nu.17.de restit.spo.li.& in c.proposuit.de conces. præb.* cui & ego subscribo. In linea quandoque collateralium ex maxima causa admittunt omnes, vt pro pace inter principes, *arg. cap. nisi essent. de præben.* dispensetur. In his autem qui coniūguntur tertio, aut quarto gradu consanguinitatis, vel affinitatis, Sum. Pont. leui ex causa dispensat, si veritas gradus & linea illi narrentur. *d.c.quod dilectio, de consang & affinit.* Facilius autem dispensat, prohibitis propter publicam honestatem, cuiuscunque sint gradus, vel propter cognationem spiritualem, *Interp.in dicto cap.literas, & cap. proposuit, de conces. præb.* Porro dispensatio efficiet, vt contrahens contra prohibitionem non sit excommunicatus, *clem. vni. de consang. & affinit.* vt vitet pœnas, incestas nuptias contrahentium, *de quib.in titul. de incest. nupt.in authen. in c.cum secundum leges, de hære.in 6. Anchar. consil. 409.* Dehinc tertio vt nati ex eo matrimonio, veluti sublato impedimento, fiāt & legitimi, etiam quod attinet ad successiones iure ciuili deferendas, *Panor.in c.referente, c.4.& c.per venerabilem, nu.21. qui fil.sint legit.*

De impedimentis contrahendi matrimonij, de Furore, & Errore, Frigiditate, Metu. Cap. 12.

1 *Furor iniri matrimonium prohibet, initum tamen superueniens non separat, nisi apud Græcos.*
2 *Error in matrimonio quando ipsum dissoluat.*
3 *Præsentia personæ omnem erroris adimit suspicionem, excepto statu seruitutis.*
4 *Error in virginitate soluebat olim matrimonium: hodie non.*
5 *Impotentia coeundi quando dissoluit matrimonium.*
Impotentia coeundi duplex, natura, arte.
6 *Natura, quia aut frigidus, aut minoris ætatis.*
Frigiditas naturalis ante matrimonium, & cum matrimonio perseuerans, dissoluit illud.
7 *Maleficium non coeundi dissoluit, si ante matrimonium fuerit, & perseueret per tres annos, & ignoretur tempore initi matrimonij.*
8 *Sterilitas non est causa sufficiens dirimendi matrimonij.*
9 *Maleficium dissolui potest.*
Amasis Regis Ægyptiorum maleficium coitionis quomodo dissolutum.
10 *Solonis leges de frigidis, & contra frigidos.*
11 *Creditur potius arcentibus aliquem esse potentem coeundi, quam dicentibus esse impotentem.*
12 *Mutæ fieri non possunt matrimonia, & facta dirimuntur.*
13 *Pronunciarum administratores, & qui erant ex illorum comitatu, cum subditis contrahere matrimonium nequibant.*
14 *In Gallia permittitur magistratibus matrimonium cum subditis, quare.*
15 *Tutoris, curatoris, aut filiorum eorum cum pupilla, aut minori, matrimonium quando valet.*

DEinceps † impedit matrimonium iniri furor, quamdiu is per- 1
seuerat, propter consensus, qui illud, vt diximus, facit defectum, & si furor superueniens iure Romanorum non dissoluat contractum, *Vlp.l.patre furioso, de iis qui sunt sui vel alien. iur. lib.1. P.tit. 6.l.furor, de spon.in P.* quod & pontificio receptum est, *Innoc.3.in c.dilectus, c.24.de spons. lib.4.Decret. tit.1. c.neque furiosus, 32.q.7.* Iure tamen orientali Græcorum paulo aliter receptū est, placuitque vt notat Constātinus Harmenopulus, *lib.4. tit.12.* superuenientem furorem posse matrimonium dissoluere. Exstat & constitutio Nicephori Botoniatæ, *lib.1.iur. Orientat.in eius constitutio. θεί διαλύσεως γαμε.* Imperatoris Orientis ea de re & Leonis Philosophi ducata centesima, & cētesima prima, quibus cauetur, vt si per triennium vxor in furore perseueret, maritus dissolui possit petere matrimonium: sin autem vir per quinquennium furit, vxor quoque abire possit matrimonio. Sequimur ecclesiæ catholicæ legem, qua matrimonium rite contractum, nisi ratione thori vt dicemus, non dissoluitur. ¶ Error † aliquando, qui 2
inter contrahendum matrimonium incidit, inhibet ne illud efficax sit, aut indissolubilis coniunctio. Non enim consentiunt, qui errant, *Vlp.l.si per errorem, 15. de iurisd.omn. iudic. lib.5. P.tit.1.l.si procurator.in 2.de acquir.rer.dom.* At error hic personæ, *cap.1. 29. q.1.* absentis, si vna pro alia intellecta subiiciatur, non autem in persona præsenti: veluti dum Lia supposita pro Rachaele Iacobo, in quam tamen postea consensit, *Genes.29.* Nec si erretur in qualitate, vel fortunis, seu patrimonio coniugum. ¶ Præsentia † itaque personæ omnem erroris sufficientis, *l.si id quod actum, de verb. olig in P.c.cum in corpus, de acq. rer. domi. P.* adimet suspicionem, excepto errore conditionis status: nam qui liberam se duxisse putabat, si seruam esse detegat, abire potest ab eius coniunctione, & alteram ducere, *c.2.& fi.de coniug. seruo.li. 4. Decret. tit.9.tota 29.q.2.* dummodo postquam seruam cognouerit, cum ea non concubuerit. Nam concumbendo ei adhærere cogeretur. ¶ Olim † error in virginitate quoque iure diuino soluebat ma- 4

Digitized by Google

trimonium, vt si quis quam pro virgine duxerat; talem non inueniſſet, *Deut. c. 22.* illa autem dimiſſa, lapidabatur. Sed & hęc lex in deſuetudinem abiit, & tenet matrimonium. Sicuti iure ciuili firma eſt emtio mulieris, quam quis emerat pro virgine: in ſexu enim non eſt erratum, vt ait Vlpianus, *l. alioqui, 11. de contrah. emt. lib. 18. P. tit. 1.* niſi qui vendidit mulierem, inquit, ſciuiſſet, & ita decepiſſet emtorem. Sic enim ait, *Vlp. in l. ex emto, 11. §. ſi quis virginem, de actio. emt. lib. 19. P. tit. 1. Si quis virginem emere putaſſet, cum mulier veniſſet, & ſciens errare eum venditor paſſus ſit, redhibitionem quidem ex hac cauſa non eſſe: veruntamen ex emto competere actionem ad reſoluendam emtionem, vt pretio reſtituto mulier reddatur.* Verum quia poſt nuptias initas & conſummatas res non eſt integra, & quia patet vel alius vix de virginitate vadē ſe prēſtare poteſt: certe ob penuriam probationum, periculo ipſius mariti, non virgo, virgo fingitur. Vt mxime cauendum ſit in his mercibus, quarum vitia non cognoſcuntur, niſi poſtquam comparatæ ſunt, cautius negotiari. Videtur tamen Romanis fuiſſe & hanc cauſſam repudij, ſi quis eam, quam putaret caſtam, malę famę, & meretricem fuiſſe inueniret, vt inouit Perſa filia Saturionis, qui eam vendebat, vt inde illi dotem pararet, poſt ſcortationem nuptui daturus vt liberam, dicens apud Plautum, *in Perſa, act. 3. ſcena. 1.* patri,

Verum videto me vbi voles nuptum dare,
Ne hæc fama faciat repudioſas nuptias.

Et poteſt mulier, ac virgo, marito obſequia thori, & prolis reddere. Quo fit, vt hic error non ſoluat matrimonium: quamuis poſſit thorum ſeparare, vt poſtea in adulterio dicemus.

5 ¶ Ar†contra, ſi vxor putans viri potentem & matrimonio idoneum accipere, inueniat eum non poſſe partem matrimonij implere & exſequi, quæ in coniunctione corporum eſt, tunc enim, diſtinctione obſeruata, impeditur & dirimitur contractum matrimonium. Etenim non idoneus coniunctioni vel natura vel artificio eſſe quis poteſt, *c. 1 & 2. de frigi. & malef.*

6 ¶ Natura, †vel propter defectum ætatis, quia impubes, de quo ſatis antea dictum eſt. Vel quod adeo frigidus quis inueniatur, vt nequaquam eo morbo liberari, nulloq; remedio incalescere poſſit.

7 ¶ Qui † morbus, ſi antequam coniuges conuenirent, & contrahant, ignoretur poſtea perſeuerante eo, ſoluendę vel dirimendæ coniunctionis cauſſam legitimam præſtat, *d. c. 1. & 2. & c. conſultationi, de frig. c. 1. & 2. 33. q. 1.* Et potius dicetur impedimentum obiectum: ne matrimonium perfici potuerit, quam diſſolutio: quia quod non eſt coniunctum plene, dici abſolute diſſolui non poteſt, *Vlp. l. Iulianus. 4. de diuort. lib. 24. P. tit. 2.* Idem in vxore dicendum, vt ſi illa arcta ita fuerit, & talis morbo reddita, vt vxoris munia non poſſit præſtare, poſſit diſſolui matrimonium, *c. 3. & c. fraternitatis, c. 6. de frig. & malef. c. quod autem interrogaſti, & cano requiſiſti, 33. q. 1.* Quod & ſi maleficio contigerit inſolubili, pari modo intelligendum, *can. ſi per ſortiarias, 33. q. 1.* vtpote artificio, velut exſectus pene vel veretro, eādem habebit cauſſam. Verum hic obſeruanda ſunt primum, vt ante matrimonium hoc vitium vel morbus fuerit, non autem poſt cognitam vxorem, *c. hi qui matrimonium, 32. q. 7. glo. 1. in c. ex literis, de frig. & mal. facit à ſimili. eſt & 2. de coniug. leproſ.* ſecundo, vt cum matrimonium fieret, ignoraretur, *c. 4. de frig. & male.* tertio, vt, ſi de frigiditate non conſtet, & dubium ſit, exſpectetur in matrimonio lapſus trium annorum, poſtea permittatur, *c. laudabilem, c. 5. & c. ſi eo. §. diſtrahuntur, de nup. in authen. col. 4. l. in cauſſis, & authen. ſed hodie. de repud. lib. 5. C. tit. 17.* ſi conſtet, ſtatim iudicio eccleſiæ ſolui poſſit. ¶ Inter † fructus
8 enim & fines matrimonij & ille eſt, generale liberos, *§. 1. de nupt. in auth. l. 1. ſol. matrim. P.* Veruntamen notandum eſt, ſolam ſterilitatis cauſſam & prętextum non ſufficere ad impediendum, vel dirimendum matrimonium, *can. pen. & fi. 32. q. 7.* ¶ Porro † dicimus in maleficio ante ſolutionem exſpectādum eſſe certum tempus, quia maleficiū ſolui poteſt, vel orationibus diuinis, vel aliis mpdis. Quemadmodum accidit Amaſi regi AEgyptiorum, & Ladicæ vxori: refert enim Herodotus, *lib. 2. pag. 353.* Amaſim cum ea non potuiſſe concūbere, dum in thoro cubaret, cum tamen aliis mulieribus vteretur: donec Amaſis, cum id diu fieret, ad eam dixit, tu vero vxor veneficio me leſiſti, ideoque nullo machinamento potes effugere, quominus inter omnes mulieres tetterrima morte pereas. Ea autem vouit Veneri, ſi ea nocte coiret ſecum Amaſis,
10 ſtatuam Cyrenas ſe illi miſſurum: tunc enim coiit. ¶ Exſtat † quędam lex Solonis de capite hoc ſtatuens, *Si quis*, inquit, *lege obtinuerit, vt ei pupilla heres elocata ſit, factusque ſit dominus, ad rem autem venereum minus idoneus: proximior viri admittitor.* Subiicit rationem Plutarchus, ne alienum quod naſceretur, eſſet, *in Solone.* Sed & is aliam legem eiuſdem refert hanc, *Plutar. eo. ἐὰν τις δυνάμενος συνοικεῖν, χρημάτων ἕνεκα γαμοίη ἀπάιδα, ἢ τῷ νόμῳ πειθομένῳ φίλον ἐπιλανθάνηται, ἢ ὑβρικὸς δόλιος ἦναι*, id eſt, *Si quis ad generandum idoneus non ſit, ſed bonorum gratia vxorem duxerit contra naturam ex iditatis & iniuriæ in eum actio dator.* Animaduertant † tamen iudices, vbi duo teſtes deponunt aliquem frigidum eſſe,
11 alij duo contrarium, fidē potius habendam negantibus, vt veriſimiliora deponentibus & aptiora naturæ, *Anton. Corſetus, in ſingularibus, in verbo teſtis, incipiente duo teſtes deponunt, arg. c. prætera. de teſtib. l. ob carmen, §. fin. eo. P. Innocen. in c. 1. de frig. & malefic.*

12 ¶ Impedit, †ne matrimonium ſortiatur effectum etiam metus, & contractum dirimit, *c. cum locum, de ſponſal.* cum libera debeant eſſe matrimonia, *Gemma requiſiuit, eo. l. 2. de inut. ſtipul. C. l. neque ab initio, C. de nupt.* ¶ Quamobrem † qui in dignitate & maiori adminiſtratione adminiſtrabant prouincias ſibi commiſſas, quippe 13
quod poterant nolētes cogere, ius matrimonij cōtrahendi, pendente poteſtate non habebant, nec erat matrimonium, ſi fieret coniunctio, *Papin. l. præfectus, 63. Paul. l. ſi quis officium, 38. Marce. l. qui in prouincia. 57. de rit. nupt. in P. l. 1. ſi rect. prouinc. vel ad eum pert. & c. lib. 5. C. tit. 2. l. 1. ſi qua prad. pot. & c. eod. lib. tit. 7. l. 3. §. videamus, de donat. int. vir. & vxor. in. P.* nec cum filiis eorum, nec cum perſonis, qui erant comites eorundē, niſi poſt depoſitam adminiſtrationem, mulier, quæ gerenti conſenſerat, in matrimonium, perſeueraſſet, *Gord. l. etſi contra, 7. de nupt. C. l. eos qui, & l. ſi quis officium, de rit. nup.* ¶ Vel † in patria ſua quis gereret officium, *d. l.* 14
eos, 65. In Gallia tamen iſtæ prohibitiones magiſtratibus remittuntur, quia dignitates ſunt perpetuæ nunc, non autem temporales vt olim, vt notat Guill. Benedictus, *in repet. c. Raynutius in verbo, duas habens filias, num, num. 44. de teſtam.* & Ganguinus, *lib. 10. in Ludou. 11.* Exſtat & ea de re conſtitutio Ludouici XI. regis Galliarum, apud Aufrerium: *tit. de exceſſib. offic. c. 9. §. prætereа.* ¶ Pro- 15
pter † eandem metus ſuſpictionem, & honeſtatem quoque, prohibebatur matrimoniū, illudque contractum, & nullum dictum, quo tutor vel curator intra viceſimū quintum annum, non deſponſatam à patre neq; teſtamento deſtinatam, ducebat vxorem, vel filio ſuo iungebat, *Paul. l. nō eſt matrimonium, 66. & l. tutor, 36. Thripho. l. non ſolum, 67. & Papin. l. præſectus, 63. de rit. nupt. tot. tit. de interdi. matri. int. pupil. & tuto. & c. lib. 5. C. tit. 6.* Addunt Diocletianus & Maximinianus aliam rationē, quod huiuſmodi cōiunctione, fraudē adminiſtrationis tutor vel curator tegere laborauerit: vnde manet infamia contra eum, veluti confeſſum, *Diocl. & Maximi. l. penul. de prohibit. matrimo. int. pupil. & tuto. C.* Poteſt tamen curator adulto ſuo impune filiam ſuam coniungere, *l. curatorem, 5. de prohib. matrim. int. pupil. & tut. C.* Sic & filium pupillæ is, qui vere tutor non eſt, ſed pro tutore negotia geſſit, *l. fin de interdi. matrim.*

De aliis impedimentis matrimonij propter diuerſitatem qualitatum perſonarum. Cap. 13.

1 *Prohibitiones perſonarum legis Iuliæ de maritandis ordinibus.*
2 *Liberi ſeruiſne coniungantur, lex Hebræa & Francica.*
3 *Adultera ab adulſero ducti non poteſt in vxorem, & quomodo ſe tellāgatur.*
4 *Periclis lex, non eſſe Athenienſes, niſi ex ſolis Athenienſibus natos.*
Lex 12. tab. de patriciis & plebeiis non iungendis.
5 *Iudæorum lex, ne cum alterius artis homine, vel alterius generis, liceret matrimonia inire. Artes plures exercere non licebat Iudæis niſi philoſophis.*
6 *Caſſyrum lex, ne cum bārbara inire matrimonium vel cum Perſis, & Romanis, niſi cum Romanis, non cum peregrina.*
7 *Lex 12. tab. ne patritii cum plebeiis iungerentur, ſublata.*
8 *Moſcouitarum lege, filia alterius religionis homini non nubit: hic D. Paulus, & ſacra concilia leges firmant.*

ERat quoque † prohibitio matrimonij ex lege Iulia, *Paul. l. Iu-* 1
lia 44. de rit. nup. & Pappia, de maritandis ordinibus inter Senatorem, filium nepotem, pronepotemve eius, & libertinam, & eam, cuius pater vel mater ludicram artem feciſſent, & inter ſenatoris filiam, neptem, pronepotemue ex filio, & libertinum, eumve, cuius pater vel mater ludicram artem exercuiſſet. Niſi & ipſa Senatoris filia corpore quæſtū feciſſet. *Sueto. in Auguſt. Florus, lib. 59.* vel ārtem ludicram: non enim honor ei ſeruatur tunc. Legem Iuliam hanc tulit Octauius Cæſar, vel antiquā emendauit, *Paul. l. ſenatoris filia, 4. de rit. nup.* ¶ Apud † Hebræos lex, liberi 2
ancillas non ducant vxores: nec ſi per amorem aliqui compellātur, teſte Ioſepho, *lib. 4. antiq. Iudaic. cap. 6.* Et antiqua, *lib. legis Salicæ. tit. 14. de ingenuis hominib. qui mulieres ingenuas rapiunt, §. 11.* Francorum lex Salica hæc, *ſi quis ingenuas ancillam alienam ſibi in coniugium ſociauerit. Malbergonemo, cum ea in ſeruitium inclinetur.* Cui pœnę ſimilis fere ea, quæ ingenuis mulieribus ſeſe proſtituentibus ſeruis, indicta erat. Senatuſconſulto Claudiano, à Iuſtiniano ſublato, *l. vni. de mulier. quæ ſe propri. ſer. coniunxer. C. & §. fin. de ſucceſſ. ſubla. quæ fieb. per bon. vend. in Inſtit. iur. ciuil.* ¶ Pro-
hibent † etiam iura eam duci in matrimonium, quam prius pol- 3
luiſſet per adulterium, *c. 1. 2. 3. 4. 13. q. 1. c. cum haberet, & c. ex literarum tuarum, de eo qui duxerit in matri quam prius polluiſſ. per adul. Papin. l. Claudius Seleucus, de his quibus vt indig. 34. P. ſi. 9.* Quod ita demum eſſe intellige, ſi pœnitentiam non egerint, & ſi quicquam in necem eius, cui illatum eſt adulterium, moliti fuerint: his quippe ceſſantibus & licite contrahunt, & indiſſolubile remanet matrimonium, *can. ſi quis viuente marito, cum trib. ſeq. 31. q. 1. ſuper hoc, & c. ſignificaſti, de eo qui duxe. in matri. quam prius polluiſſ. per adul.* ¶ Pericles † cum in Repub. floreret legitimoſque 4
liberos haberet, legē tulit: ſolos Athenienſes haberi, qui ex duobus Athenienſib. nati eſſent, *Plutar. in vit. Periclis.* Lex 12. tab. vna

Digitized by Google

sorientia alia 12. tabulis consulto ex Græcia translatis, vetabat inter patricios & plebeios connubium: non aliam ob causam, vt ait Dionys. Halicarnassæus, vt ego interpretor, quam ne consociatis familiis inter ordines fieret concordia, *Dion. Halic. in fi. lib. 10 Histor. Rom.* ¶ Apud † Indos non licebat eam alio genere connubia contrahere, sicut nec studium nec artem alterius imitari; nec eundem plura exercere: nisi philosophus esset. Hinc enim ab virtutem tonced ebatur, vt scribit Strabo, *lib. 15.* & Arrianus, 6 *lib. de reb. Indic.* ¶ Interdixerunt † Valentinianus & Valens prouincialibus, cum barbara vxore coniugium, *l. 1. de nupt. & mil. lib. 3. C. Theodos. tit. 14.* Nec Romanis matrimonij vsus cum Persis, donec permisit Theophilus filius Michaelis Imper. Constantin. *lib. 1. lib. Orientalem. confir. 3. Theophil. alia Perpetua vide plura.* Docet & abunde Nicolaus Grouchius, *lib. 1. de comitiis Romanor. c. 3.* ius olim non fuisse connubiorum, nisi inter ciues Romanos, & non cum peregrinis: habebatur namq; apud illos ratio in illis, natiuitatis, conditionis, gentis, & sanguinis. Nationis, ne Romanus nisi Romanam acciperet. Quamobrem & Campani hoc iure ademto, confecto bello, M. Messala & C. Salinatore Consulibus, perierunt, vt ciues Romanus sibi ducere liceret, *Liuius in 2.* ¶ Condi- 7 tionis † respectus erat, vt ne libertinam ingenuus, nec libertinus ingenuam duceret, ex lege Papia Poppæa *Iulia. l. lege Papia, 23. de rit. nup.* Genus ratio, ex lege 12. tab. olim, ne patritiis cum plebeiis Romæ connubium esset, quæ postea abrogata fuit, vt videre est apud Dionys. Halicar. lib. 11. & Liuium. Sanguinis obseruatio ad gradus pertinebat, de quibus superius & de his omnibus videndus Carolus Sigonius, *lib. de antiq. iur. ciuil. Roman. cap. 9.* Respon- 8 sumque à Iulio Paulo, *lib. 2. recept. sent. de nupt. tit. 20. cap. 6. facit l. libertum, 37. & l. libertum, 64 de rit. nupt. in P.* libertum qui nuptias patronæ vel filiæ patronæ affectasset, pro dignitate personæ metalli pœna, vel operis publici, coerceti. ¶ Moscouitæ † seu Ruthæni, ex canone cuiusdam Ioannis Metropolitæ eorum, teste Sigismundo libero Barone, *commentar. rer. Moscouit. in relig. eorum*, nec viro religionis externæ principem filiam suam dare solent. Scribit D. Paulus *ad Corinth. 6. c. adhæc, de Iuda. Nolite ducere iugum cum infidelibus.* Et Constantinopolitana sexta Synodo cautum, *c. 72.* non licere virum orthodoxum muliere hæreticam, nec orthodoxam eam viro hæretico copulari: alioquin irritas nuptias existimari; & nefarium coniugium dissolui. Neque cogitur hodie, *cap. de illa, c. 6. de donat.* coniunx ad virum redire, si ille lapsus sit in hæresin, & illa voluerit ingredi monasterium, *ca. vlt. de conuers. coniugat. lib. 3. Decret. tit. 32.* Atque si vnus coniugum infidelium ad fidem Christianam conuersus fuerit, & alius in errore perseuerauerit, recte solui posse matrimonium placuit, & fidelem ad alterius nuptias posse venire, *c. quanto, 7. de diuort. lib. 4. Decret. tit. 19.* Nec esse nubendum periculi, vel infideli, docet abunde Q. Septimus Tertullian. *lib. 2. ad vxorem.* à religionis disparitate atque id quod obiiciebatur ex 1. Corin. 7. *Si quis frater infidelem habet vxorem, & illa matrimonio consentit, ne dimittat eã: sanctificatur enim infidelis per fidelem, &c.* Intelligit dictum, non de ducenda, sed de ducta iam, cum Christianus iam sit. Non enim in textu dicitur, si quis ducet: sed *si quis habet vxorem.* Docet & ab auctoritate D. Pauli, *si quis vult nubere nubat in domino.* In domino, inquam, non cum gentile, vel cum infideli. Dicebat Tobias filio, *6. Accipe de semine parentum tuorum, non alienam.* Idem & monuit Abraham seruum inquisiturum vxorem filio suo, *Genes. 34.* 1. *Esdræ, c. 9.* Irato dominus ob nouum peccatum, quod dilexissent Israelitæ in vxores duxissent, quod eos ad idololatriam traherent: vt de Salomone ex libris Regum, 2. *Reg. cap. 11.* notum est, quod D. Cyprianus fuse explicat, *lib. 3. ad Quirinum, c. 62.*

De prohibitione matrimonij ecclesiasticarum personarum. Cap. 14.

1 *Nuptiæ prohibitæ subdiaconis, diaconis, presbyteris, & cæteris sacris ministris, religiosis, monachis, & monialibus: & rationes ex SS. Patribus.*

2 *Coniugati, electi in episcopos, abstinebant in posterum coniugibus.*

3 *Clerici supra lectorem, etiam iure ciuili vxorem non ducunt.*

4 *Virgines vestales olim non nupsisse testimonium Ammiani.*

5 *Essæi innupti, religioni dediti Iudæorum.*

6 *Sacerdotium apud Iurisconsultos Romanor. dissoluit matrimonium.*

7 *Vestales Romanæ vetule tantum nubebant, si vellent.*

8 *Sacerdotes calibes in Palmaria.*

9 *Reymirus ex monacho rex Aragoniæ; & vxorem ducens ex dispensatione.*

10 *Improbatæ rationes eorum, qui expugnant castitatem cleri.*

11 *Petrus rex Aragoniæ permisit polygamiam sacerdotibus.*

12 *Aliæ insolentiæ quæ matrimonium prohibent inire.*

Furiæ certe nuptias vetant.

1 PRohibitæ † etiam nuptiæ in ecclesia catholica, à quæ discessit orientalis Græca; *c. quæsitum est de pœnitent. & remiss. ap. Grego.* ita qui in diaconos, hypodiaconos, & presbyteros, & episcopale apicem promouentur, *cap. diuersis fallaciis & c. 1. de cleric. coniug. excommunicatos, c. 5. de conuers. coniugat. lib. 3. Decretal. tit. 32. c. 1. & cano. Synodi eorum, 32. dist. cap. 2. & 2. qui cleric. vel vouent. & lib. 4. Decret. tit. 6. Clemens, de viuens. & affinit.* Interdixitque Synodus Nicena, c. 3. ne subintroductam etiam mulierem, vel aliã, quam matrem, vel sororem, secum haberent, *c. interdixit, can. hospitium, 32. dist.* Item ins. c. 3. & 4. *qui cler. vel vouen. &c. c. sicut, de regular. c. vni. de vit. & hon. cleric. in 6. tota 29. causa.* qui solẽne votum religionis professi sunt, quæque Deo consecratæ & professæ religionem sunt, interdictum matrimonium. Referam hæc de re paucas sententias sanctorum patrum, vt scitu sit, quibus illi scribunt, verbis. D. Ambrosius; *ad virginem lapsam, c. 5. tom. 1. operum. Melius*, inquit, *est nubere, quam vri, 1. Corinth. 7.* hoc dictum est, *Si non pollicitam virginem, ad nondum velatam pertinet. Cæterum quid sese spopondit Christo, & sanctum velamen accipit, iam nupsit; iam immortali iuncta est viro, & iam si voluerit nubere communis lege coniugij, adulterium perpetrat, ancilla mortis persoluitur, &c.* Et rursus alibi, *D. Ambros. tom. 4. sup. cap. 3. prioris ad Timoth. Veteribus idcirco concessum est Leuitis, aut sacerdotibus vxores ad vsum habere, quia multum temporis otio vacabant à sacerdotio aut ministerio: in altitudine enim sacerdotum & Leuitarum, & omnis qui semel certo tempore seruiebat diuinis cæremoniis, secundum institutum Dauid. Hic enim viginti & quatuor classes constituit sacerdotum, vt vicibus deseruirent: vnde Abia dicitur classem habuisse, cuius vice Zacharias fungebatur sacerdotio, sicut continetur in Paralipom. Sic & illo tempore, quo non contingebat assistere altari, domorum suarum agerent curam. Vbi autem tempus imminebat ministerij purificati aliquantis diebus, accedebant ad templum offerre Deo. Nunc autem quotidie onus illud imminet sacerdotibus ministrandi.* Basilius Magnus *in asceteriis, sermon. post ethicã. Ad hunc itaque modum*, inquit, *ante professionem grauis & religiosæ vitæ, liberum est volenti, iuxta concessum & legitimam viuendi rationem, coniugio se tradere: cum vero qui se iam professioni obstrinxit, Deo se consecrare conuenit, tanquam anathema quoddam sacrum, ne sacrilegij iudicio addat obnoxium, si corpus per promissionem Deo consecratum, denuo communis vitæ seruitute polluat.* Ih canonibus Apostolorum, *in c. 25. vel Græcis quibus dam ait. 26* τοὺς ἁπαξ ἑαυτοὺς ἐκτάσει ἀγάμους ἢ εὐνούχους, ἐπιτηρεῖσθαι χρὴ μόνους, id est, *ex iis qui calibes in clerum peruenerunt iubemus vt lectores tantum, & cantores, si velint, nuptias ineant.* Citat & hunc canonem Epiphanius *lib. 2. tom. 1. in Catharos.* ¶ Quod † si quis olim ad sacerdotium, vel episcopatum eligeretur, nec quidẽ soluebatur coniugium: verum nunquam postea conuenichant coniuges, sed oportebat & vxorem electi ex cõsensu eligere monasterium, alioquin episcopus deponebatur, si vxorẽ vellet quoq; Sic & in sexta Synodo, ca. 48. statutũ est his verbis, ὥστε τοὺς ἀξιουμένους ἐπισκοπῆς ἢ πρεσβυτερίου χωρὶς τῶν ἰδίων γυναικῶν χειροτονεῖσθαι· μετὰ τὴν εἰς αὐτοὺς τῆς χειροτονίας ἐπιφοίτησιν πρέπον τοὺς τῆς ἐπισκοπῆς καταλαγχάνοντας ἐκδουλεύειν τῷ θείῳ θρόνῳ· εἰ δὲ καὶ ἄξια φανῶν, καὶ τὸ τῆς διακονίας ἀναδέχεσθαι ἀξίωμα, id est, *vxor eius qui ad episcopalem dignitatẽ promotus est, communi viri sui consensu prius separata, postquam in episcopum ordinatus est & consecratus, monasterium ingredi atur procul ab episcopi habitatione exstructum. & episcopi prouidentia fruatur, si autem digna fuerit, etiam ad diaconatus dignitatem promoueatur.* Secundum quem canonem, Isaacus Angelus, *lib. 1. iur. orient. const. 3. Isaaci Angel.* Orientis & Græcorum Cæsar, idem statuit, creatis pontificibus ante ordinationem vxores in muliebria monasteria procul sita ab habitatione pontificum, sine dilatione, induci, cõderiq; eas & canonice apud monachos degere, in monasterio comam; deposuerint. Aut si ipsæ tonsurã recusent, qui eis ante electionẽ coniuncti erant, pontificali solio & dignitate priuari, & in eorũ locum alios suffici. Demum, vt cui in posterũ eos, qui, ante creationẽ, legitimam vxorem habuissent, non aliter ordinari; quã si cõmuni coniugum scripto consensu, & placito à se inuicẽ seperẽtur, & mulier monasticã vitam amplexa esset. Quæ constitutio ab Imperatore decreta, assidentib. ei episcopis Cæsaræ, Ephesi, Cizici, & aliis. Euseb. Pamph. *lib. 1. de demonst. Euang. oportet*, inquit, *vt ait sermo diuinus, episcopum vnius vxoris esse virum: verumtamen eos, qui sacrati sunt atque in Dei ministerio, cultuq; occupati, continere deinceps seipsos à commercio vxoris decet. Quia autẽ nõ ad tantũ assumti sunt sacerdotij munus, sin idẽ sermo aquinas indulget, ac propemodum palam omnib. prædicat, quod honorabile connubium, & thorus immaculatus, &c.* Scribit & Niceph. Cali. *tit. 12. c. 34.* in Thessalia ex consuetudine licuisse clerico cuiuis, priusquam in eum ordinem cooptaretur, legitimẽ vxorem ducere: at si postea vxorem cognouisset, eo ordine motum.

¶ Et † iure ciuili Cæsarum, vt qui inter reuerendissimos constitutus clericos, vltra lectorem & cantorem, nuptias contraxerit, cadat sacerdotio, *§. sed & si quis, de nupt. in authen. col. 4. §. neque autem, quomodo oportet episcopum in auth. eod. collat.* ¶ Ammianus † Marcellinus, virgines quoque Deo dicatas innuptas remãsisse tradit, libro 18. in fine, loquens de direptione castellorum Romam & Busam, quæ circa Romam erant, per Persiæ regem. Tempore Constantij inuentas tamen, inquit, alias virgines Christiano ritu cultui diuino sacratas, custodiri intactas, & religioni solito more seruire, nullo vetante præcipit.

¶ Apud † Essæos, qui contemplationi, & cultui assiduo Dei dediti erant, nulla vxor erat, vt ait Philo Iudæus, *lib. quod omnis probus sit liber.* & Eusebius, *Pamphil. lib. 8. de præparat. Euang. ca. 4.*

¶ Sed † & singulariter Hermogenes & Caius Iurisconsultus re

Digitized by Google

sponderunt, *l. vitricus, 61. §. fin. & Caius l. vel propter, 62. de donation. int. vir. & vxor. lib. 24. P. tit. 1. Diuortij caussa donationes inter virum & vxorem receptæ sunt: sæpe enim euenit, vt propter sacerdotium, vel sterilitatem, vel propter senectutem, aut valetudinem, aut militiam satis commode retineri matrimonium non possit.* Putantes cum sacerdotio matrimonium retineri non posse commode.

7 ¶ Nec † nubebant Vestales apud Ethnicos, nisi tum, cum religioni erant inutiles, nempe veculæ sicut Prudentius docet, *lib. 2. contra Symmachum.*

Tandem virgineam fastidit vesta senectam,
Dum thalamis habilis tumuit vigor, irrita nullus
Fecundauit amor materno viscera partu.
Nubit anus veterana sacro perfuncta labore,
Desertisq; focis, quibus est famulata iuuentus,
Transfert emeritas ad fulcra ingalia rugas.

8 ¶ Apud † Barbaros, in regione Palmaria in nouo orbe detecta, sacerdotes viuunt cælibes & incorrupti, *P. Martyr, lib. noui orbis*
9 *de insulis nuper repertis.* ¶ Legimus † tamen ex dispensatione summi pontificis Raymirium, filium Sancij, mortuo fratre Alfonso rege Aragoniæ, in regem electum, quamuis diu in Gallia in monasterio sancti Pōrij de Tomeriis religionis sancti Benedicti seruiisset, & vxorem duxisse filiam comitis Pelcei, *Francis. Tarapha, lib. de regi. Hispaniæ in Alphon. 8.*

10 ¶ Neque † in hac re mores vel corruptelas aliquarum nationum, vt Moscouitarum & Græcorum, qui à Catholica fide errarunt, vt docet in religione illorum Sigismūdus Baro, *lib. commentar. de reb. Moscouitar.* considerare volui: non secus ac barbarorum, & idololatrarum. Illi enim non pertinent ad iuris nostri veram & ea tam tractationem. Neque etiam hic locus postulat, vt castitatem impugnantibus quibuslibet leuibus rationibus, lucem ignorantiæ obiiciamus, cum iam D. Thomas egregie in hac re depugnauerit, & euulserit illorum sententias, *D. Thomas, lib.*
11 *3. contra gentiles, c. 136.* ¶ Omitto † tam turpem quoque legem Visæ refellere Ægyptæ filij regis Hispaniæ & Gothorum, quæ inter nefarias leges alias aliquādo, Indixit sacerdotib⁹, vt, quot quisque vellei, aut posset alere, vxores haberet. *d. Tarapha, de regibus Hispan. in Visa ex Ritio.* ¶ Sunt † alia, quæ matrimonium impe-
12 diant contrahi publice, vt feriæ, & certa alia tempora, *Panor. cap. capellanus, de feriis, can. non oportet, 33. q. quarto.* si quis vxorem aliam vel sponsam de præsenti habeat, vel si qua alij virum vel sponsum de præsenti, *vt diximus prohibitas duas vxores ex cap. fin. de sponsal.* Et alia quædam, quæ adfert Angelus Clauasius, *in Summa in Verbo, matrimonium 3.*

De solutione matrimonij. Cap. 15.

De diuort. & repud. lib. 24. P. tit. 2. Lib. 5. C. tit. 17. Lib. 4. Decret. tit. 19.

1 *Impedimentum & solutio matrimonij in quo differunt.*
2 *Matrimonij separatio quamuis dura, tamen aliquando eam fieri expedit.*
3 *Matrimonium quadruplici iure soluitur, natura, iure ciuili, diuino, & pontificio, quomodo.*
4 *Matrimonium soluitur natura, morte.*
5 *Matrimonium soluitur iure ciuili, morte & captiuitate, seruitute, diuortio.*
6 *Solutio matrimonij bona gratia.*
7 *Seruitute dirimitur matrimonium, quomodo.*
8 *Pœna hodie seruum ex libero non facit.*
9 *Diuortium soluit matrimonium, & vnde dicatur.*
10 *Repudium in sponsa.*
11 *Diuortium quomodo testato fiebat coram septem testibus.*
12 *Diuertendi inter absentes formula.*
13 *Formula dissoluendi sponsalia.*
14 *Claues adimebantur, & reddebantur in diuortio. Claues quare vxoribus nuper dictis dabantur.*
15 *Tempore Numæ & ante, Romæ coniugia indiuidua. Diuortium quis primus Romæ fecerit.*
16 *Diuortium iure ciuili quatuor modis inter viuentes coniuges fiebat.*
17 *Diuortium ex consensu quomodo fieret, & ex placito & sublatum.*
18 *Coniugati quando possint ingredi religionem.*
19 *Diuortium ob caussam rationabilem, bona gratia.*
20 *Diuortium sine caussa rationabili, in quo punitum.*
21 *Diuertendi caussæ legitimæ Iuris ciuilis & diuini.*
22 *Vxores Moscouitarum se contemni putant à viris, nisi verbentur.*
23 *Diuortij faciendi Platonis lex & formula.*
24 *Diuortij caussa Persis, vxorem non facere iussa mariti.*
25 *Diuortij etiam caussa mores vxoris marito displicuisse.*
26 *Diuortium & separatio thori ratione adulterij.*

1 POst † cognitionem eorum, quæ matrimonium impediūt, faciliorem erit solutionis eiusdem tractatio: nempe quæ affines maxime, & veluti coniūctas habeat caussas, nisi quod impedimentum prohibet, ne fiat matrimonium: at solutio matrimonium sciuisse inuit, aliter non diceretur solutum, *Vlp. in l. Iulianus, 4. & l. fin. de diuort. lib. 24. P. tit. 2.* ¶ Et † iura quidem separatio patris & filij, virique & vxoris dicitur ab Vlpiano, *in l. quæsitum, 12. §. sed an instrumenti, de fun. instr. & instrum. leg. lib. 33. P. tit. 7.* Verum aliquando eam recipi expedire, interdum vero necessarium visum est. 2

¶ Fit † autem quadrupliciter eius solutio, aut iure naturæ: aut 3
ciuili, diuino, aut pontificio. ¶ Natura, † morte alterutrius con- 4
iugis soluitur iugum hoc, non secus ac reliqua, *1. ad Corinth. 7. c. pen. & fin. de sep. nup. lib. 4. Decretal. tit. 21. §. denique, de nup. in auth.* mortalia. Et ita Dominus noster Iesus Christus reiecit ignorantiam Sadducæorum interrogantium, cuius futura erat vxor in resurrectione, quæ septem fratribus nupta fuerat: quod mortuo marito soluta sit à lege viri vxor, & in alio seculo nuptiæ futuræ non sint, *Matth. 22. Marc. 12. Luca 20.* ¶ Iure † ciuili Romanorum quoque & morte sit solutio: & vltra captiuitate, seruitute alter- 5
utrius, & diuortio, vt ait Paulus, *l. 1. de diuort. P.*

¶ Captiuitate † dirimitur exemplo mortis naturalis, & bona gratia, sine imminutione iurium coniugum: quando capto viro 6
vel vxore ab hostibus, exspectato quinquennio incertum est, an captus mortuus fuerit, vel viuat ex responso Vlpiani, *l. vxores, l. 6. eod.* Firmat id Iustinianus, *in §. sed etiam captiuitatis, de nupt. coll. 4. tit. 1. in auth.* si modo inquisitio diligens facta fuerit, num adhuc viuat apud hostes vir captus, vel capta vxor. Quod si captus quidem non fuerit coniunx, sed peregre profectus, non censetur diremtum matrimonium, quantumcunque incertum sit de vita, & quantumuis diutina absens fuerit: nec potest qui incertus incertaue de morte alterius est, alteri coniungi, aequum certum de morte habeat testimonium, vt placuit nouissimis sanctionibus, *§. quod autem, vo. lic. ma. & auia, authen. hodie, de repud. C. cap. in præsentia, de sponsal. ca. dominus, de sec. nupt. cap. cum per bellica, 33. quæst. 1.*

¶ Seruitus † quoque sufficere visa est, superueniens alteri coniugum, dirimendi matrimonij iusta caussa Iustiniano, *d. §. sed et- 7
iam, de nup. in auth. & §. si vero decretum, ca. 2. & fin. de coning. seruor.* Obseruata tamen distinctione, de qua egimus in impedimento erroris conditionis personæ, in 13. superiori capite. Seruitutem mortalitati quippe compararunt Iurisconsulti, *Vlpian. l. cum hic status, 33. §. si vero donator, de donat. int. vir. & vxor. in P. §. si vero decretum, de nupt in auth. coll. 4. l. seruitutem, de reg. iur. P.* Quamobrem olim pœnali quoque iudicio, in seruitutem pœnæ adiudicato altero ex liberis coniugibus, soluebatur matrimonium, vt liquet ex constitutione Constantini, *l. res vxoris, 24. de donat. inter vir. & vxor. lib. 5. C. tit. 16.* veluti si in metallum fieret condemnatio, vel ad bestias, quibus libertas adimebatur, *§. pœna seruum, quibus modus pa. per. sal. l. aut facta, §. inter eos, & §. quisquis, & l. qui vltimo supplicio, & l. quidam, de pun. in P.* ¶ Quod † tamen iure no- 8
uellarum correctum est, cum hodie nemo bene natus, ex pœna seruus efficiatur, *§. quod autem, de nupt. in authen. sed hodie, de don. int. vir. & vxor. C.*

¶ Diuortio † deinceps dirimetur iure ciuili matrimonium. Di- 9
uortium dictum est secundum Caium, *lib. 2. de diuort. lib. 24. tit. 2.* à diuersitate mentium, quia in diuersas partes eunt, qui distrahūt matrimonium. Dicit & repudium in matrimonio, quodq; ad resectionem spōsæ pertinet, cui non diuortium, sed repudium cōuenit, *d. l. 2. de diuort. l. inter diuortium 191. de verborum significa. in P. l. inter stuprum, 101. eod.* ¶ Neque † repudiare vxorem, vel ab 10
ea diuertere quicquā aliud est, quam cogitato & deliberate perpetuam dissensionem facere, non calore iracundiæ, vel alia leui de caussa, in qua perseuerantia non fit, *Paul. l. 3. & Papi. l. si pœnituit, 7. de diuor. l. quicquid calore, de reg. iur.* ¶ Ideo † testato fiebat, coram 11
septem testibus eodem iure, *Paul. l. nullum diuortium. 9. de diuort.* Romanis, puberibus, & ciuibus. ¶ Diuertendi † inter absentes 12
formula generalis & communis erat, dato libello repudij, in quo continerentur caussæ, ob quas dirimebatur matrimonium, hæcque verba, *res tuas tibi habeto: tuas res tibi agito, sa. l. 2. §. 1. eo.* Sicuti & meminit Martialis,

Mense nouo Iani veterem Proculeia maritum
Deserit, atque iubes res sibi habere suas.

Et Apuleius, *lib. 5. asini aurei*, lacessiuum Cupidinem à Psyche, sic ait: *Confestim thoro meo diuerte, res tuas tibi habeto: ego vero sororem tuam (& nomen quo tu censeris aiebat) iam mihi confestim arrha atque iis nuptiis coniugabo.*

Et † in sponsalibus discutiendis, *conditione tua non vtar*: quæ 13
& inter præsentes, sicuti inter absentes pronunciari poterant, *l. 2. de diuor. P.* Verba illa legum 12. tabul. sunt, quibus interdum clauium ademtio iungebatur, vt vtrumque ex Cicerone 2. *Orat. contra Anton.* docetur, qui dum de repudiata Mima ab Antonio agit, *illam*, inquit, *suas res sibi habere iussit, ex 12. tab. claues ademit, exegit: scilicet domo.* ¶ Scribit † namque Sextus Pompeius institutum 14
fuisse Romanorum antiquorum, vt vxoribus primum domum ingredientibus, claues darentur: idque, inquit, ad significandam partus faciliratem. Melius tamen & aptius meo iudicio, vt symbolū acciperent, se vt matresfamilias in possessionem, & in rerum mariti communionem seu societatem admitti: Nam receptum est clauibus rerum traditis, res illis conclusas transferri ex sententia

Papi,

Digitized by Google

15 Papiniani *l.claribus,74.de contra.emt.in P.* ¶ Scribit † Plutarchus, *in compar.Lycurgi & Numæ, & in vita*, quamuis Numæ visa fuerit intolerabilis communio matrimonii,nihilominus inauditam tunc & antea fuisse solutionem:& antiquos memoriæ mandasse, primum,qui diuortium fecisset,fuisse Spurium Coruinum, qui septima,supra centesimam & trigesimam, Olympiade. diuortium cum vxore fecit,coactus à censoribus iurare,liberorsi causa se coniugem dimittere:ob quod factum, in perpetuum exosũ à populo fuisse.Primam quoque Pinarii vxorem Taleam nomine, Tarquinio Superbo regnante, aduersus Gitaniam eius socrum diuortium fecisse.Et alibi, *Plut.in comp.Rom.& Thesei in vita*,non Coruinum quidem, sed Seruilium Spurium diuortium primum fecisse ob sterilitatem vxoris Romæ ait: atque ex industria eius rei primũ auctorem annotatum,nõ secus ac apud Græcos primus parricida,vel matricida.Sed de eodem eadem referens Gellius,*lib.4.c.3.* legisse videtur cum Dionysio Halicarnasseo,*in 2.*Spurium,cui Ruga cognomentum erat: quod & Valerius Maximus probat,*lib.2.c.1.dum agit de primo repudio.*

16 ¶ Distrahebantur † autem matrimonia quadrupliciter iure ciuili,in vita coniugum:aut ex consensu vtriusque, qui pactis & placitis diuertentium legem accipiebat:aut per occasionem rationabilem, quæ bona etiam gratia vocatur: aut citra omnem caussam:aut cum caussa rationabili, quæ explicat Iustinianus,*§. distrahuntur itaque, de nup.in auth.*

17 ¶ Ex † consensu & placito,sine caussa Theodosius & Valentinianus,*l.si constante,9.de repud.lib.5.C.tit.17.*abiri matrimonio permittebant,& repudium mittere. Quod sublatum est nouella Iustinianea 117. *quia vero & ex consensu,constit.117.in auth. aut tit. vt lic.mat.& aut.aut.quod hodie.C.de repud.§. ex quo verò quidam*
18 *in nouel.134.* ¶ Potest † tamen & hodie ex consensu relinqui cohabitatio & commixtio, repudiari consensus:si alter coniugum vel vterq.meliorẽ effectet vitã.*Iustinian.l.Deo nobis,42.de episcop. & cler.lib.primo,Cod.titul.6.§. secundum occasionem,de nupt.in auth. §.irrepreiensibilis, nouel.22. & §. prædictis quidem, nouell. 117.§. quod si constante, nouel. 123. ca. 1. & ca. 2.de conuers. coning.* remanente vinculo,nempe quod is qui, vel ea quæ in seculo relinquitur, alio arctiorem monasticam vel ecclesiasticam vitam profitente, non possit alterius thori nuptias,viuente priore coniuge,ambire, vel amplecti. Quo fit,vt alter illorũ ingredi hãc vitam nequeat, nisi alter quoque voueat castitatem, *cap.cum sis, c.4. ca.significauit, ca.14. eod.de conu.coniu.c.prudentia.de offic.deleg.vide Ang. Clau.sum in summa,in verbo matrimonium 4.nu. 9.vide Abb. & Calderi.in ca.*
19 *1.de conu.coniug.* ¶ Per † occasionem rationabilem abibant, & bona gratia,vt supra diximus,captiuitate, quando impotens ad coeundum quis erat,*§.per occasionem,de nupt. constit.22.& §.si vero captiuitatis,eod.* vt superius diximus.

20 ¶ Sine † caussa rationabili etiam fieri poterat olim,& à non bene consentiente iugo mittebatur repudium,verum nõ impune, sed ea lege,vt qui absque caussa mitteret, non posset intra quinquennium à diuortio alij coniungi,*§.si vero altera,& §.mitiores,de nupt.in auth.* amitteretque donationem propter nuptias si vir esset,vel dotem si vxor:mutata tamẽ nouellarum iure pœna quinquennij.*§.quia vero,vt lice.matr.& aui.in auth.coll.8.*

21 ¶ Caussa † autem iusta solutionis matrimonij iure ciuili erat, quæ esset ex numero expressarum à constitutione Theodosij & Valentiniani, *l.consensu, 8. cum suis §§. de rep. ud. C. §. mitiores, de nupt. in authen.* Si vxor sit adultera, venefica,homicida,plagiaria,sepulcrorum dissolutrix,sacrilega,latronum fautrix: si extraneorum hominum,ignorante vel nolente marito, conuiuia appetat:si eodem inuito, sine iusta & rationabili caussa foris pernoctet:si spectaculis & theatralibus ludis, illo prohibente, assideat:si marito veneno aut gladio insidietur. Et iisdem de caussis repudiata, quinquennió etiam alio iubetur abstinere cõnubio, & dotem amittere. Contra, & eadem constitutione quoque vxor repudium mittebat iuste marito: si is adulter,homicida, veneficus,si in principem quippiam moliretur, de falso condẽnatus,sepulcrorum dissolutor,sacrilegus, latronum susceptor, abactor,plagiarius:si in contemtum vxoris,ipsaq; inspiciente,cum impudicis mulieribus,quod etiam maxime castas exasperat,cœtum ineat: si vxori insidietur, gladio, venenoue: si verberibus, quæ ab ingenuis aliena sunt,eam affecerit: atque per idem quinquennij tempus tenerur abstinere alio coniugio,donatione propter nuptias amissa.Persequitur & caussas diuortij receptas olim Alexander ab Alexandro, *lib. 4.c. 8.* Deuteronomij liber, *c. 24.*

22 ¶ Verum † Moscouitis verberum caussa, etsi repudium admittant non esset iusta caussa: quippe quod mulieres se cõremni à viris,nec diligi putant, nisi verberentur, vt scribit Sigismundus
23 Liber Baro,*in commenta.rer. Rutheno. seu Moscouit.* ¶ Et † apud Platonem,*11.de legib.* lex de diuortio hæc est,vt si vir & vxor,propter nimiam acerbitatem non conueniant,Decem viri de legum custodibus qui medij sint,& decem mulieres de curatricibus cõnubiorum, prouideant. Quorum sententia,si ita conciliati sint, valida,& stabilis habeatur:sin autem eorum animi vehementius iracundia fluctuẽt,facto diuortio illos, illasque pro viribus quęrant,qui quæue vtrisque conueniant.

24 ¶ Apud † Persas,ex lege vxor contumaciter mariti dicto non audiens,repudiari poterat: sicut & Assuerus ipse rex repudiauit eam ob caussam vxorem Vasti,in cuius locum subrogata Hester, *c.1.* vt eius historia,& Iosephus, *lib.11,antiq.c.6.* narrant.

¶ Propter † mores etiam improbatos coniugum, solutum 25
fuisse aliquando cõiugium constat ex rubrica, de repudiis & iudicio de moribus sublato,*lib.5.C.tit.17.* Cuius iudicij exempla refert Valerius Maximus, *lib. 6. cap.3.* velut̃ C. Sulpitium Gallum repudiasse vxorem, quod eam capite aperto foris versatam cognouerat. Q.Antullium Veterem suam, quod eam publico cum quadam libertina vulgari,secreto loquentem viderat.P. quoque Sempronium Sophum coniugem repudij nota affecisse,nihil aliud quam se ignorãre ausam ludos spectare:qui casus & postea, *l. consensu,repud.* inseritus.

¶ Pertinet † ad repudium,lex Iulia de adulteriis: neque enim 26
licet cõpertam in adulterio retinere, nisi castigatam, *l.2.& l.castitati,9.ad l.Iul.de adult.lib.9. C. tit.9.l.2.§.lenocinij,eod.in P.si vxorem,32.q.1.ca.3.de adult. Pap.l.mulier, 11.§.fin.ad l. Iuliade adult. lib.48.P.tit.5.* Et separatur thorus, *c. præcepit, c.præceptum, & c. si vxorem quis. 32. q.5.c. omnes caussationes, 32.q. 7.* potestque adulteram ita abiicere quilibet, etiamsi ei iurauit nunquam se eã repudiaturum: quia ea caussa excepta videtur,*c. quemadmodum. ca. 25.de iureiur.lib.2.Decret.c.24.* Sic Suetonius, *in Tiberio.c. 35.* meminit Tiberium Cæsarem in caussa cuiusdam equitis Romani, gratiam ei fecisse iuramenti, vt repudiaret vxorem in stupro compertam.

Num iure diuino dissolui possit matrimonium. Cap.16.

1 *Lege Mosaica permissum diuortium Iudæis improbatum.*
2 *Diuortium iure diuino & pontificio nunquam approbatum, sed prohibitum.*
3 *Diuortio facto propter adulterium, separato thoro alteri etiam innocuus non potest nubere:& ibi rationes ab auctoritate, quia reuicta nubens mœchabatur,quia reconciliari potest.*
4 *Diuortio facto ob fornicationem,separatos non posse alij nubere, probatio à sacris patribus.*
5 *Alia ratio à baptismo ad matrimonium,pro indissolubili copula per adulterium.*
6 *Diuortium apud Moscouitas excommunicatione prohibitum.*
7 *Morte tantum naturali,soluta à lege viri vxor dicitur.*
8 *Auctores qui putauerunt separatos caussa fornicationis, posse alij nubere,& eorum reprobationes.*
9 *Diuortium in thoro non fit,etiam inter coniuges adulteros.*
10 *Diuortium ob hæresin & infidelitatem.*
11 *Separatum matrimonium tanquam nullum, non habet prohibitionem semper,quin alij nubere possint separati.*
12 *Matrimonium separatur tantum iudicio ecclesiæ, non propria voluntate coniugum.*
13 *Matrimonium non dissoluitur hodie ob sterilitatis caussam.*
14 *Ancilla suppositæ ab vxoribus, prolis caussa, Abrahæ & Iacobo quare.*
15 *Lotharius rex Austrasiæ excommunicatus à summo pontifice, quod repudiasset vxorem,vt sterilem,& aliam duxisset.*
16 *Diuortij iuris ciuilis caussæ sublatæ.*
17 *Abortum faciens olim repudiari poterat,hodie non.*
Thuriis diuortia libera,& repetitio matrimonij,dummodo non se inmioribus iungerent.

SEd, † nũ iure diuino dissolui possit matrimonium,agamus:& 1
certe Mosis decreto permittebatur diuortium Hebræis,*c. 24. Deut.Ioseph.li.4.antiq.c.6.* Ibi tamen annotamus permissionẽ,non legẽ,nõ approbationem: sicuti multa Deus permittit euenire ob malitiam hominum, *can.hac ratione, 31.q.1.* quæ proba nõ sunt per se,sed secundũ quid,vt permittit affligi iustos,regnare hypocritam,hæreses,vt qui probati sunt,manifesti fiãt.Sic permisit Deus repudium,ad maius malum vitandum:& satius visum est diuortiũ permittere impiis,& duræ cernicis hominibus,quam cogi eos inuitos vxores,quas occidissent,retinere: Ab initio enim,id est, inuitos vxores,quas occidissent,retinere:Ab initio enim,id est,in institutione matrimonij non fuit sic: sed quod Deus coniunxit, homo nõ separabat,vt ipsa veritas docuit,*D.Matth.19. Luca 10. can.quos Deus.33.quæst. 2. can.nunquid, 33.q.1. c. de infidelibus, de consang.& affinit. inter corporalia, de translat. episc.* Et D. Paulus, *1.Corint.7. præcipio*,inquit,*non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere,quod si discesserit,manere innuptam, aut viro suo reconciliari: & vir vxorem non dimittat.*

¶ Constituo † autem hic axioma,iure diuino & pontificio, in- 2
dissolubile contractum matrimonium:per illam regulam, quod Deus coniunxit, homo non separet.Vtque non liceat cõiuge repudiato,coniugium repetere viuente eo:Nam si quis obiiciat: antiquum ius diuinum,dixerit id ad permissionem pertinere tantum,& contra vinculum.

¶ Si † quis autem recurrat ad separationem fornicationis caussa, euangelica lege permissam,audio quidẽ, sed de separatione concubitus & thori,non vt alteri,innocens ab adulterio, nubere possit,vt quidam rati sunt. Ea dẽ caussa perpendamus verba dominica, dum ait, *Matthæi 5. Audistis, quia dictum est antiquis,*

Digitized by Google

quicunque dimiserit vxorem suam, & ei libellum repudij : ego autem dico vobis, quicunque dimiserit vxorem suam, excepta caussa fornicationis, facit eam mœchari, & quicunque dimissam duxerit, adulterat. Quare si cum dimissa fit adulterium, ergo manent nuptiæ priores. Sic etiam placuit concilio Tridentino postremo, u. Nouembris anno 1563. sessio. 24. cano. 7. his verbis, *Si quis dixerit ecclesiam errare cum docuit & docet iuxta Euangelicam & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum, matrimonij vinculum non posse dissolui, & vtrumque vel etiam innocentem, qui caussam adulterio non dedit, non posse altero coniugum viuente, aliud matrimonium contrahere : mœcharique eum, qui dimissa adultera, aliam duxerit, & eam, quæ dimisso adultero alteri nupserit, anathema sit.* Repete hic D. Pauli, 1. ad Corinth. 7. *Iis, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed dominus, vxorem à viro non discedere : quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari.* Perpendo, si discesserit, manere debere innuptam, discedere autem non posse, nisi caussa fornicationis, dixit Deus superius, & caussa adulterii. Ergo in illa caussa reiecta debet remanere innupta, & pariter vir, cui reconciliari potest. Dehinc coniungamus caussas repudii, & temporis eius, quo permissum erat à Mose, inter quas nemo ambigit fuisse adulterium, Domini nostri censurâ apud D. Marcum, 10. & inueniemus, quamuis subsit caussa, remanere insolubile matrimonium. Sic enim scribit, *Accedentes ad eum Pharisæi interrogabant si liceret viro vxorem dimittere, tentantes eum : at ille respondit eis, Quid vobis præcipit Moyses? qui dixerunt, Moyses permisit libellum repudij scribere, & dimittere. Quibus respondens Iesus ait, Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud. Ab initio autem creaturæ masculum & fœminam fecit eos Deus : propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit ad vxorem suam, & erunt duo in carne vna : itaque non sunt duo, sed vna caro. Quod Deus coniunxit, homo non separet. Et in domo iterum discipuli eius de eadem interrogauerunt eum, & ait illis, Quicunque dimiserit vxorem suam (vide quid dicat, dimiserit, quod permisit in adulterio) & aliam duxerit, adulterium committit super eam : & si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur.* Ex quibus apparet dimissionem vxoris caussa fornicationis, non esse separationem matrimonij; nam si separatio esset, non esset adulterium illius repetitum matrimonium. Item elucet separationem thori esse tantũ, quia reconciliatio fieri potest, vt alii nõ possit nubere quantũuis innocens. ¶ Sic † etiam tradiderunt sancti, & grauissimi patres D. Hieronymus, *in Epitap. Fabiolæ, & in c. 5. & 19. Matth. Orig. 7. hom. in Matth.* Tertull. 4. *cont. Marcio.* DD. Ambros. *lib. 8. ad Rom. c. 7. & in Lucam, lib. 1. c. 4.* Augustin. *lib. de nupt. & concupisc. c. 10. & de bon. coniug. c. 7. & lib. 2. ad Collu, & lib. 1. de adult. cõiug. ad Pollentium, c. 1. & lib. de sermo. Dom. in monte lit. P. D.* Chrysostom. *Homil. 17. in Matth.* Innocen. 8. *Innocentius 1. in Decre. epist. 3. ad Exuperi. episc. Tholos. c. 6. tom. 1. conci.* Africanus in concilio Mileuitano, c. 17. Statuunt idem canones Apostolici, *ca. 48. apost. tom. 1. conci.* & segregari à communione eum, qui dimissa vxore, duxerit aliam.

¶ Nec † ita efficax est adulterii macula, vt per illam aboleatur sacramentum hoc magnum : non secus, quam Baptisma, quo coniungitur Deo anima, non ideo soluitur, vel amittitur, quod baptizatus in fide mœchetur : sicut perpulchre docuit in eadem quæstione D. Augustinus, *lib. de bono coniugali.* Refert Sigismundus Liber Baro in commentariis rerum Moscouitarum, Ruthenos, seu Moscouitas, libellum quidem repudii, & diuortii mittere : id tamen maxime celare, quod contra religionem & statuta sciant : atque Niphontem Episcopum Nouogardiensem apud illos Cyrilli cuiusdam interrogationibus respondisse, diuortium mittentem, perpetuo ab Eucharistia, nisi iacturam animam effaturum, submouendum. Sicque tantum morte naturali mulier dicitur soluta à lege viri, à D. Paulo, *ad Rom. 7. can. sin. 32. q. 7.*

¶ Sunt † alia plura, quæ in hanc possem adferre sententiam, quæ tamen prætermitto : neque etiam tot adduxissem, nisi fuissem mihi pugnandum cum errore, qui postquam à quibusdam male hac de re sentientibus fuisset inuectus, accepit improuidos assecias, & Melanchthonem, qui in libro cui titulus, *Examen ordinandorum*, & in additionibus ad suos locos communes, & in cap. 5. Matthæi asserit, citatque testem sui erroris, Iustinum in apologia de vxore Christiana, quæ miserat libellum repudii viro : quãquam ibi nunquam Iustinus dixerit, illam alii nupsisse. Trahere etiam nititur, sed ita apposite, vt Iustinum, in suam hæresin Hieronymum in epitaphio Fabiolæ, vbi iam ostendimus eum contrarium sensisse. Sic enim ibi scribit ob Oceanum scribens de epitaphio Fabiolæ, tomo 1. operum : *Igitur Fabiola (quæ dimisso primo adultero marito, secundum sortita erat matrimonium) quia persuaserat sibi, & putabat, à se sure virum dimissum, nec Euangelij* (notet Melanchthon) *vigorem nouerat, in quo nubendi vniuersa caussatio viuentibus viris, fœminis amputatur, dum multa Diaboli iacit vulnera, vnum incauta vulnus accepit. Sed quid ego in abolitis & antiquis moror; quærens excusare culpam, cuius pœnitentiam ipsa confessa est? &c.* quæ sequuntur apud Hieronymum. Quo etiam Vuesembecius, *in tit. de diuortiis, lib. 24. P. tit. 2. num. 8. 9. 10. 11.* & citat pro illa etronea sententia summatim cum Hieronymo Tertullianum, Iustinum, Ambrosium, Origenem, Augustinum, quos docuimus tamen sententiam hanc improbasse, putatque satisfeciisse D. Pauli 1. ad Corinth. 7. *mulierē solui à lege viri morte*, & alia etiam caussa iusta repudij. Cumque se videret incidisse in illam sententiam, *quod Deus coniunxit, homo non separet* : ait, *magistratus officio separat : cum ob adulterium, à Deo non ab homine separatum.* Sed ego nõ video quomodo magistratus vel suo vel nomine Dei possit solucre ob adulterium, quod ipse Deus ob idem adulterium inseparabile dixit, vt docui. Quocirca subscribo catholicę ecclesiæ, non posse matrimonium separari ob eam caussam, nisi in thoro & coniunctione. Quod si inemendabilis adultera sit, adsunt leges quæ possunt per magistratus, gladio, qui vicissitur adulteria obstinata & contumacia, vt in pœnis & criminibus diecemus, matrimonia vere morte dissoluere : & tunc innocenti dabitur liber aditus ad alias nuptias. Sic in locis, in quibus delicta odio sunt, & puniuntur, vtimur. Et ita iubet lex Dei, *Leuit. 20. D. Ioan. cap. 8. cum simil.* adulteria tolli, non tolerari, vel dari ansam scortationis liberæ. Quod si ad indulgentiam confugiamus ecclesiasticam, reconciliationem potius cum D. Paulo suademus, ne separati delinquãt maiorem in modũ, aut per nouas nuptias : & vitę ita procuramus emendationem, quam si desperamus, & si ecclesiam nõ audierit separatus, detur temporalibus iurisdictionibus, sitq; tanquam ethnicus. Nec etiam admitto dimissionem hãc esse repudium solutionis, ac illud, per quod olim soluebatur matrimonium. Siquidem nũquam legimus, & *Deut. cap. 24.* inter caussas repudij, caussam adulterij : nam vbi adulterium commissum erat, non repudium erat pœna, sed mors, *Deuter. c. 22. Ioan. c. 8.* Idcirco leue argumentum hoc, inhærere verbis, *excepta caussa fornicationis*, quę ad dimissionem, non ad repudium referri potest. Vocamus autem illam dimissionem, separationem : quam iura in adulterio pontificia tradunt faciendam, *c. intelleximus, & cap. fin. de adulter.*

¶ Obseruant † & iuris pontificij leges, vt adulterio separari etiam nequeant, si vterque coniugum sit adulter, *c. fin de dulter. ap. Greg. l viro & vxore sol. matrim. in P.* item vt conuenire ij cogantur. Sic enim Nicetas Metropolitanus Heracleæ interrogatus à Constantino episcopo, lib. 3. iur. orientalis respondit : *ideo non separari matrimonium eius, qui longe ab vxore profectus, concubinam habuerit, nec liberam esse vxorem, vt possit alium ducere, sed à concubina discedere debere.* Facit cap. ex literis, de diuortiis. Et certe, *can. Apostolus, & can. omnes accusationes, 32. q. 7. & tota, ead. q.* si accusatione adulterij ita facile solueretur matrimonium, futurum esset nouarum nuptiarum cupiditate impellente, calumniis, falsisque delationibus opprimenda esse matrimonia. 9

¶ Quomodo † autem fiat diremtio thori etiam ob hæresin, vel infidelitatem coniugum, cum iis ubus ape ite contineatur, *c. 2. de diuor. & c. gaudemus, & c. quanto, eo. & tota 28. q. 1.* non vltra morabor : referam tantum exemplum, quod in iure orientali refertur, *lib. 2. iur. Orient. in constitutionibus Theodosii Patriar.* quod tempore Theodosij Patriarchæ Constantinopolitani Basilius buccinator quidam separatus est à sua infideli vxore, postquam baptizatus fuerat, decreto patriarchali, vt pote quæ à viri suasione induci non posset, vt baptizaretur. 10

¶ Perstringam † autem alios casus, quibus licet coniugibus seiunctis ab inuicem, aliis nubere, alia regula. Vt quando matrimonium hoc ita dirimitur facto : intelligamus non tam dirimi, quam contractum antea nullum declarari. Quo loco cauto, qui præsunt foro matrimonij, vtuntur his verbis, non fore matrimonium, vel nullum dicere solent propter impedimentum iuris vel facti, quod prohibebat coniunctionem, etsi coniunctio corporalis secuta sit : non enim sola corporum coniunctio, vt diximus, matrimonium facit. *c. non omnis mulier, 32 q. 2.* 11

¶ Separatur † & matrimonium aliquando, non propria voluntate, sed episcopi notione inter consanguineos in gradibus prohibitis initum, *c. 3. de diuor.* verum si copula fuerit secuta, non datur licentia ad alia coniugia transeundi, *ca. multorum, & cap. ab isto die, in 1. 3. 5. q. 6.* 12

¶ Hodie † propter sterilitatem non licet repudiare vxorem, exceptis, vt diximus, caussis frigiditatis & maleficij præcedentibus matrimonium, insciis coniugibus, quę impediebant ne fieret matrimonium : si quidem sola proles non est caussa efficiés, vel finalis matrimonij, *ca. solet queri, 32. q. 2. can. non enim 32. q. 1. c. tantum, 32. q. 4.* ¶ Neque † nos moueant exempla Abrahæ & Saræ sterilis, ob cuius sterilitatem permisit Sara cohabitare ancillæ Agar, *Genes. 16.* & quod Rebecca & Lia prolis caussa, etiam ancillas supposuerunt Iacobo, *Genes. 29.* Nam ea ad mysterium quoddam, & prolis augendæ caussa pertinent. Ex quo tempore pusillus grex erat Dei, *D. Ambros. lib. de Patriarch. & can. dixit Sara, 32. q. 4.* permissa, non prabata fuerunt : nam & bigamia Lamech in eadem lege naturæ improbata, & fornicationes inhibitæ. Quæ reuelato lumine æternæ veritatis, lege euangelica nobis singulari Dei beneficio innotuerunt. ¶ Lotharius † Austrasiæ seu Lotharingiæ rex, tempore Caroli Calui regis Gallorum, circa annum Domini 841. duobus episcopis regni sui auctoribus, Gunthario Agrippinensium, & Tetgando Treuirorum, cum vxore sua Tetberga diuortium fecit. quod eam diceret ætate proiectam, ac seram ad prolem suscipiẽdam, adulterij etiam eam arcessens, idque corruptis iudicibus, ac testibus : Valdradamque florentissima ætate, specieq; egregia duxit. Verum cum admonitus à summo Pontifice pertaret in amentia, communione piorum ei interdictum est : Episcopi. 13 14 15

Digitized by Google

pi,quod cõnubium diremissent,è gradu dignitatis deiecti sunt, vt ait Paulus Æmilius *in Carolo Caluo.* et de hac eadem quæstione
16 ne in can.Lotharius,31.q.2. ¶ Cessant † & hodie imperatorum causſæ dissoluendi matrimonii,quę ob crimina alterius coniugis inducebantur,*c.2.de dinor.can.in coniugio.22.q.1.can.si vxorem quis,*
17 *can.præcepit,cap.præceptum,32.q.5.* ¶ Neque † obseruatur constitutio Iustiniani,*§.has itaque causſas,de nupt.in auth.coll.4.*& Leonis Cæsaris,quæ faciebat potestatem dirimendi matrimonii, cũ ea muliere,quæ sponte abortum fecit,de qua meminit Harmenopulus,*lib.4.tit.12.*quam pontificia iura tollunt,*ca.aliquando, cũ duob.seq.32.q.2.*Legimus,*Diod.Sicul.lib.12. Bibliothec.* apud Thurios legem modificatam,qua ius vxori permittebatur à viro, vbi visum esset discedere,viroque alteri cuicunque collibuisset,consuescere:a directumque,vt relicto priore viro cuicunq; collibuisset,non liceret se iungere iuniori,pariter nec si vir vxorem eiecisset,non liceret sibi iuniorem iungere.

De his quæ accedunt matrimonio, Dote, Antipherneis, Paraphernis. Cap.17.

1 *Maritus decipitur,si cogatur indotatam vxorem habere.*
2 *In nuptiis dos intervenit,non necessario,sed aliaratione.*
3 *Dotis nomen vnde.*
4 *Dotes rerum quid.*
5 *Φερνὴ quid.*
Παῖῤῥα *quid.*
6 *Antipherna quid.*
Προῖξ *&* ἴδια *quid.*
7 *Paraperna quid.*
Peculium Gallis par apherna.
8 *Vxor quæ habet censentur esse ex bonis mariti, nisi de contrario constet,& quare.*
Maritus paraphernalium vxoris iure censetur procurator, nisi ea prohibeat.

1 MArirus,inquit Paulus Iurisconsultus,suum negotium gerit, cum de dote sibi cauet & decipiendus non est: quod sit, si cogatur indotatam vxorem habere, *Paul.in l.si donaturus,9.§ si quis indebitum,de condict.causſ.dat.lib.12.P.tit.4.* ¶ Proinde † in
2 nuptiis pangendis,vt plerunq; dos aliqua intervenit, etsi necessario non desideretur,nisi quia probat dilucidius matrimonium, *c.Lotharius,31.q.2.cap.per vestras,de don.int.vir.& vxor.* Quamobrem de ea dicenda essent pauca, sed forsan plura,cum hodie in coniugiis potius de dote,quam de moribus agatur, verissimumque quod Saturio parasitus apud Plautum ait filiæ,*in Persa actu 3. scena 1.*

Tace stulta,num tu nunc hominum mores vides
Quotusquisq; hic cum mala fama facile nubitur:
Dum dos sit,nullum vitium vitio vertitur.

Et vix sine dote nubitur,vt innuit Ouid.*2.de remed.amor.*

Cur nemo est Hecalem,nulla est quæ ceperit Irum?
Nempe quod alter egens,altera pauper erat.

Sic auro conciliatur amor.Sed vt ait Propertius,*in 3.*

Aurum lex sequitur,mox sine lege pudor.

Et Iuuenalis,*Satyr.6.*

Optima sed quare Censennia teste marito?
Bis quingenta dedit,tanti vocat ille pudicam.

Et vt aiebat Lycon Troadensis apud Diogenem Laertium,*lib. 5.in Lyco.*graue est onus patri puella præ dotis inopia excurrens
3 in flore ætatis. ¶ Dos † nomen à Græcis mutuatum,& pleraq; alia,est:atq; à verbo δίδωμι,vel à δίδω,quod est dono,largior:vnde fit poetice δώς,indeclinabile Lascaro,idem quod δόμα seu δόσις,datio,vt apud Hesiodum,*in Ergis.*

Δῶς ἀγαθὴ διὰ πρῆξις· ἀναίδεια δὲ κακίστη.
Donatio bona,rapina verò mala,& mortem donans lethifera.

Et Manuel Moscopulus, ἀεὶ σχεδὸν δῶρον ὁ δοὺς, δῶς τὸν λαβόντα. Adstipulatur M.Terentius Varro,*4.de ling.Lat.* Dos, inquit,*si nuptiarum causſa data,hoc Græce δῶρον:ita enim hoc Siculi vsi sunt, ab eodem & donum.*Sic & antiqui iuris conditores,dotes connumerãt, *l.si.de donat.ant.nupt.C.*inter donationes. ¶ Dicunt † & accessio-
4 nes rerum proprias dotes,Græcis ἐπῶνυμα.Sic Ouidius,*in epist.Sapphus ad Phaonem.*

Sed non inuenio dominum sylvæque meum;que:
Vile solum locus est,dos erat ille loci.

Et Varro,*lib. 4.de re rust.*vineam cum sua dote,dicit, id est,cum suis pedamentis & viminibus.Papin.quoque,*l.2.§.1. de instit. vel instru.leg.lib.33.P.tit.7.dotes prædiorum,*inquit,*quæ Græcorum vocabulo ἐπῶνυμα appellantur, cum non instructa legantur,legatario non præ-*
5 *stantur.* ¶ Dixerunt † & dotem sacrorum bibliorum septuaginta interpretes Græci,φερνὴ: sic enim in Exodo apud illos loquitur, de violata,φερνὴν φερνιῶ αὐτὴν αὐτῷ εἰς γυναῖκα, *dote dotabit eam (&* habebit*)sibi in vxorem,* vbi Hebræi habent מהר *mohar*, pro dote,quam quoque à datione vocant etiam, מתן *mattan.*Iul.Pollux.*lib.3.Onomast.c.3.*etiam id docet,dum ait λέγουσι δ' ἂν φερνὴν τὴν παρὰ τῶν γονέων δοθεῖσαν τῇ γαμουμένῃ δόσιν: αἰσχύνεται γὰρ ὁ βίος τοῦτο φερνὴν καλεῖν διὰ γυναικὸς δόσιν: *id est,dixeris vtique φερνὴν dotem & phernin,id quod à mulie-re datur: Æschines enim orator,& proica vocat phernin.* Et Manuel Moscopulus phernin à φέρω dici voluit. ¶ Hinc; † antipherna, quasi contrà dotalia,vel dotalibus apposita dixeris,donatio scilicet propter nuptias,ad æqualitatem doti præbendã facta à marito vxori,*l.si.de dona.prop.nupt.C.*de qua supra in sponsalium ac-
cessionibus.Proprieque dicitur quod ab vxore marito defertur 8
προῖξ,contra marito vxori,ἴδια.¶ Hinc † quoque parapherna,vocantur bona mulieris,aliunde quam ex dote sibi aduẽtitia, quæ in dote non fuerunt data,Galli vocant peculium vel bona peculiaria,vt tradit Vlpia.*l.si ego 10.§.dotis autem,de iur.dot.lib. 23.P.* 7
*tit.1.*Potest enim vxor extra dotẽ res alias habere,vt monet Scævola,*l.pen.ad l.Falc.lib.35.tit.2.*Vocat Harmenopulus,*lib.4. tit.9.* ἐξὸ προῖξ ἡ παράφερνα. ¶ Oportet † autem perspicue constare,vt hæ mulieris censeantur,alioqui mariti prætiumuntur esse, & ex eius bonis quæsitæ,quæ præter dotem ab ea possidentur, vt euitetur turpis lucri suspicio, *l. Quintus Mutius,de don.int.vir.& vxor.lib.14.P.tit.1.l.etiam,6.eod.lib.5.C.tit.l.16.*Recepta,etiã sententia, qua vxor non tenetur operari marito, & ideo quæ ex bonis mariti quærit,illi cedunt,*l.sicut,de oper.libert.P.*nisi aduentitia aliunde doceat,quæ tunc marito nõ quærantur, sed vtilitati mulieris,*d.l.pen.ad l.Falc.P.*nisi aliud inter coniuges conueniat,*d.l.si ego,§.dotis autem,de iur dot.P.*Quanquam in paraphernis mulieris,vir quoque censeatur iure esse administrator & procurator, præterquam si nominatim & expresse vxor inhibeat, vel nolit, *Theodos.& Valenti.l.hac lege,8.de pact.conuen.lib.5.C.tit.14. l. maritus,21.de procur.lib.2.C.tit.13.*

De dotis finitione. Cap.18.

1 *Dos quid.*
2 *In dotem res communes dari possunt,quæ prohibitionem non habent*
Dotales res æstimatæ & inæstimatæ quæ & quomodo restituẽdæ.
3 *Dos constituitur traditione,& promissione.*
4 *Dos à quibus constitui possit.Dotes aut profectitiæ aut aduentitiæ.*
5 *Dotare filiam paternum officium,quare qui eam dotat, non de filia, sed de propriis censetur dotare.*
6 *Dotare filiam,quando matris officium.*
7 *Dotare sororem quam,& quando frater teneatur.*
8 *Ecclesiastica personæ tenentur subuenire proximis,pro modo eleemosynæ.*
9 *Differentiæ quædam inter constitutionem dotis factam à patre, & ab extraneo.*
10 *Dotes vxoribus dabant mariti Cantabri.*
11 *Dotis dominium quomodo transeat in maritum.*
12 *Dos pro oneribus matrimonij sustinendis datur.*
Fructus dotis in dotem conuerti nequeunt.
Dos optima vxor bene morata Num.15.
Vxores diuites & pulchræ,vitandæ.
13 *Dotes nullæ sunt nuptiarum apud Sopitas.*
14 *Græci vxores emebant.*
16 *Dotes legibus Solonis à matrimonio sublatæ.*
17 *Dotes Spartiatis etiam nullæ.*
18 *Dotes apud Massilienses maiores tantum centum aureorum.*
19 *Dotes filiarum quæstorum regiorum,ne excedant decimam bonorum eorum partem.*
20 *Dotes nullæ dantur apud Indos.*

DOs † est,res omnis tradita,vel promissa à patre,vel alio,ma- 1
rito,pro subeundis oneribus matrimonii. ¶ Dico † rem o- 2
minem hic dari in dotem posse,scilicet idoneam,*l.vt gradatim,de muneri.in P.*quæ à commercio non sit aliena,quæue prohibitionem traditionis vel promissionis non habeat. Quamobrem omnia bona sua mulier in dotem dare non prohibetur, *l. mulier bona,de iure dot.lib.21.P.tit.3.l.nulla lege,4.eod.tit.lib.5.C.titul.* 12. Dantur & mobilia,& immobilia,*vt constat ex lectione tit.de iure dot.& de dot.promiss.*& res,quæ in Pondere,Numero,Mensurave consistunt:quæ sunt periculo ipsius mariti,*Caius,l.res in dotem,43. de iure dot.*qui eiusdem qualitatis,quãtitatisq;restituit,*l.cum quid, si cer.pet.P.*cum oportet:& nomina debitorum,scilicet nobis debita,quorum nomine & actiones vtiles transeunt in maritum,*l. 2.de actio.lib.4.C.tit.*10.Dotaleque prædium accipere debemus, tam vrbanum,quam rusticum,& id cuius dominium ad maritum peruenit,*Vlp.l.si dotale prædium,*13.*& Paul. in l.si nuptura,* 14.*de fund.dota.lib.23.P.tit.5.*Dantur & Æstimatæ, & Inæstimatæ res: inæstimatæ tales restituuntur soluto matrimonio,quales tũc inueniuntur,cum restituere expedit,nec iactura seu detrimentum, vt nec lucrum accedens,ad maritum,seu eius heredes, sed ad vxorem.eiusque successores pertinet,*Vlp.d.l.plerunque,1.de iur.dot. lib.23.P.tit.3.l.vni.§.cumque ex stipulatu,de rei vxo. act. lib. 5. Cod. tit.13.*argumẽto creditor:s.qui in pignore,quod penes se habet, hoc iure vtitur,*l.pignus,8.de pigno.act.lib.4.C.tit. 24.l. quæ fortuite,5.eod.tit.§.fin.quib.mod.re cont.obliga.§.cum autem,de emt. l. quod te,si cert.peta.in P.l.si ex legati causſa, de verb. obliga. in P. cum simil.* Æstimatarum autem rerum pretium conuentum,si attritæ sunt restituendum est,& augmenta pertinent,compendia,& fructus & partus interim etiam ad maritum,*d.l. plerunque.de iur.dot.Dioclet.& Maxim.l.cum dotem. 10. eod. titul.* si placuerit rem æsti-

Digitized by Google

matam soluto matrimonio restitui: nam si non placuerit, & iure æstimatæ res fuerint, retinebit eas maritus vel heres, si pecuniam o ferant, vtique erit electio, *Imp. Alex. l. quoties, 5. de iur. dot. C. l. si res, §. 1. & l. plerunque, eod. tit. in P.* nisi ea mente fuerit facta æstimatio, vt rei detrimenta supplerentur pretio in restitutione rei, quod inde colligitur, si dictum fuerit res æstimatas restituendas, quando restitutio facienda erit. Prohibet enim restitutionis in indiuiduo adiectio, æstimationem facere emtionem, *l. si inter virum, 21. C. eo. d. l. plerunque, §. pen. & l. cum post, §, cumque, eod. l. si æstimatis sol. matr. in P. cum similib.* quum tamen aliter æstimatio emtionem factam rei doceat, *Pompon. in l. cum fundus, 3. loca. lib. 19. P. ti. 2. Pap. l. quoties, 17. de iur. dot. in P.* Sed inæstimatis pereuntibus dolo malo, vel culpa mariti, maritum teneri damnum resarcire placuit, *Iabol. l. pen. 67. solut. matr. in P.* ¶ Meminit † finitio nostra, traditionis, & promissionis: vt intelligamus constitui posse dotem traditione, *l. in. solut. matr. lib. 5. C. tit. 18. Alex. l. legem quam dixisti, 10. de pact. C. l. 1. C. de pact. conuen.* & promissione, *l. si voluntarie, 4. de dot. promiss. lib. 5. C. tit. 11.* Proinde nomina in solutum data, vel acceptilatione remissa, pro traditione dotis habentur, *l. licet, 44. §. 1. & l. promittendo, de iur. dot. in P.* neque numerationem semper exigimus, sed cautionem, id est, promissionem, *l. sancimus, de verb. sign. C.* sufficere etiam arbitrabamur ad dotis exactionem, *l. 3. & l. ad exactionem. 6. de dot. promiss. lib. 5. C.* si certæ summæ promissio sit, non aliter, *l. 1. eodem.* Vel si in arbitrium boni viri relata certitudo vel promissio sit incertæ dotis, à patre vel ab eo qui tenetur dotare. Velut arbitrio boni viri æstimanda, secundum qualitatem personæ de cuius nuptiis agitur, & secundum facultates constituendis. *l. nam dementis, de episcop. audi. C. l. quæro. de iur. dot. in P. l. cum post. §. gener à socero, eo. tit.*

4 ¶ Dicimus † etiam in finitione, à patre, vel ab alio dari, constitutiue dotem posse: nihil enim interest, quod pertinet ad dotis causam, à quo promittatur, vel detur, aliarum autem circumstantiarum intuitu plurimum, vt prope infinitis iuribus, quæ occurrunt in titulis de iure dotium, & solut. matrimon. &c. appareat. Aliaque natura est dotis, quæ à patre datur, quæ profectitia dicitur: alia, quæ aliunde aduentitia est, *l. profectitia, cum suis §§. 5. de iur. dot. P. l. filiæ dotem, de collat. C.* Et inde etiam duæ species dotium constituuntur merito, aduentitiarum & profectitiarum. Et in summa, omnes quidem, cuiuscunque sexus sint, promittendo dotem, obligantur, *l. promittendo, 42. de iur. dot. P. l. fin. ad S. C. Vellei. C. si l. dotare filiam, eod.* quia in ea dotis promissione, species versatur pietatis, *Iulia. l. cum is cui, 32. §. si mulier, de condict. indeb. lib. 12. P. tit. 6.*

5 ¶ Veruntamen † diuersa consideratione: nam paternum est officium dotare filias, & quærere filiis conditionem, *l. qui liberos, de rit. nupt. in P.* Ideoque constituens dotem filiæ, quæ bona habeat, aliunde propria, de suo, non de filiæ patrimonio, constituisse intelligitur, *l. fin. de dot. promi. C. l. profectitia. de iur. dot.* Quod diuersum est in extraneo administratore bonorum mulieris, pro qua dotem constituendo, non ex suis, sed mulieris facultatibus, constituisse censetur, *glo. in d. l. fin. de dot. promiss. arg. l. Nezennius Apollinaris, de negot. gest. in P. & l. cum post mortem, 44. 9. 1. de admi.*

6 *tut. lib. 26. P. tit. 7.* ¶ Officium † enim extranei non est dotatio, neque etiam Matris, nisi vel ex causa graui, vel lege aliqua cogeretur, *l. neque mater, de iur. dot. C.* causa autem posset esse magna & grauis, si mater sit diues, pauper & inops patri. Tunc enim & alere, & dotare teneretur, *l. pen. de lib. agnosc.* potissimum cum Orficiano & Tertulliano SC. receptum sit, *tit. de S. C. Orfic. & Tertull. in P. C. & Instit. iur. ciu.* vt filius & mater mutuo in legitima succedant, & dos succedat in locum legitimæ, *l. quoniam nouella, de inoffi. test C. Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero, de cond. & demonst. Paul. Cast. cons. 206. alias 211. Bald. in l. quoniam in prioribus, de inoff. test. C. Salic in l. sancimus, C. de nupt. Nic. Boerius, decis. 104. nu. 12. & q. 62. num. 6.* Et lege olim mater hæretica filiam catholicæ dotare cogebatur, quod tamen deinceps emendatum est, eo quod bona fisco deferrentur, *l. cognouimus, 10. §. sed ne, de hæret. lib. 1. C.*

7 *tit. 8.* ¶ Sic † & frater, tantum inopia vrgente tenetur dotare, *auth. gazaros, eod.* sororem vtroque parente coniunctam, quia & frater tenetur, & cogitur alere eam sororem inopem, vt consentiunt interpretes, *l. cum plures, 13. §. cum tutor, iun. glo. in verbo, alio patre, de admin. tut. lib. 26. P. tit. 7. notat glo. fin. in l. non omni eod. C. in*

8 *verbo donandi.* ¶ Potissimum † si clericus sit & persona ecclesiastica frater, qui subuenire debet proximus, non quidem splendide, neque diuitibus, sed pauperibus & pro modo eleemosynæ. *glo. 1. in l. 1. & ibi Bart. & Cyn. de alen. lib. C. glo. in l. si quis à liberis. §. verum, in verbo iuste, de liber. agnos. & ibi Bar. Iason. in §. sed & si quis, de actio.* Bona quippe pauperum sunt, *Panor. in c. peruenit, de arbitr. facit c. 1. de cohab. cler. & muli. can. aurum, 12. quæst. 2. cum sim.* neque improbata est charitas quæ à seipso & suis orditur, *l. præses prouinciæ, de seruit. C. can. non satis, 86. distin.* Receptumque est clerico dari beneficium, vt ipse & sui sufficiens possit habere subsidium, *can. studeat, 50. distin.* Neque quisquam vnquam carnem suam odit, sed fouet & nutrit illam, *can. non estimemus, 11. quæst. 2.* Non indigentibus autem proximis illicitum ecclesiæ bona elargiri, *can. de Syracusane. 28. dist.* Et sic nec frater à sorore, nec alius extraneus, eo iure quo pater dotem dant. Sunt autem hic extranei omnes, præter patrem, qui habet liberos in potestate, dicti, *l. vnic. §. extraneum, de rei vxo. act. C.*

¶ Et † in his insignis est differentia inter constitutionem dotis facta à patre, & aliis: sicut & alia, vt hodie extraneus dotem pro aliqua promittens simpliciter, si non prospexerit sibi restituendam iri post mortem, vel in casum alium restitutionis faciendæ, videatur donasse, competitque soli mulieri, heredibusque eius, non constituendi repetitio, *l. vni. §. repet. tit. eo.* Neque sufficit quoque in vnum casum solutionis matrimonij, restitutionem pepigisse mortis vel diuortij: si velit extra pactum repetere: sed oportet pacisci in vtrumque, si quis pro vtroque agere speret, *l. si cum dotem, 23. solut. matr. lib. 24. P. tit. 3. iunctis distinctionibus, glo.* At dos à patre profecta natura, nisi aliud placuerit, filiæfamil. data in casu vtroque restitutionis, ad patrem redire debet, *l. dos à patre, C. sol. matr. & l. si ab hostibus, eod. in P. l. iure succursum, 7. de iur. dot. lib. 23. P.*

¶ Dictum † marito dari ab vxore, vel eius nomine dotem, se- 10
cundum mores communes: fuerunt namque nationes, quibus diuersum ius, vt potius mariti darent dotes vxoribus, vt apud Cantabros, *Polyd. Virg. lib. 1. de inuent. rer. c. 7.* ¶ Adiecimus dehinc, 11
dari marito dotem, quia & dominium penes ipsum pendere matrimonio redet, *l. doce ancillam, 9. de rei vindi. lib. 3. C. titu. 32.* daturque ea mente, vt apud illum sit perpetuo, *l. 1. de iure dot. in P.* hoc est, durante matrimonio. Sic Vlpianus, *l. dotale prædium, §. dotale, de fund. dot. R. dotale prædium intelligimus, cum dominium marito quæsitum est propter vxorem, l. si nuptura, 14. eod.* Dominium autem hoc in maritum transire videtur iuris subtilitate, quamuis natura dos in dominio vxoris remaneat, vt ideo alienari, vt alienà à marito, non possit, vel obligari, vt expresse scribit Iustinianus, *l. in rebus 30. C. de iur. dot.* Ni malimus dicere, vxoris dotis dominiũ dici, habita ratione futuri, quod ad eam sit reuersura: vt filius, viuente patre quoque dominus bonorum patris, quia successurus certo sit, *l. in suis, de lib. & posth. P. & l. in suis, de sun & legit. in P.* alioquin enim, iure insolidũ duo eiusdem rei domini esse nequeunt, *l. si vt certo, §. si duobus, commod. P.* Sic magis ex persona vxoris dominus maritus, Vlpianusque ideo accessiones dotis, vel vxori, vel viro competere ait, *Vlpia. l. Pomponius, 13. §. in dotem, de acq. posse. lib. 41. P. tit. 2.* nec id mirum, quia duo sunt in carne vna, & vere communia habent omnia, ita & dominium dotis.

¶ Postremo † in finitione dicimus, pro oneribus matrimonij 12
dari dotem marito, scilicet, vt ex fructibus dotis sustineantur, *l. pro oneribus, 20. de iur. dot. C. l. dotis fructus, 8. eod. in P. c. salubriter, de vsur. cap. per vestras, de don. int. vir. & vxor. Paul. l. si maritus, 47. famil. ercisc. lib. 10. P. tit. 2.* vt nec illi in alios vsus conuerti possint, neque in dotem, *Vlpian. l. 4. de pact. dot. P.* nisi ante nuptias percepti, *l. videamus, 239. §. fin. de vsur. P.* neque mulier pacto retinere sibi eosdem possit, *l. quæris, 28. de pact. lib. 23. P. tit. 4. §. dotes autem, de nupt. in authen.* nisi ipsa se alat, *Vlpia. l. si filia, 20. §. 1. famil. ercisc. lib. 10. P. titu. 2. & Paul. in l. si is, qui Stychum, l. 57. de iur. dot. in P. Vlpian. l. si quis pro vxore, 22. §. fin. de donat. inter vir. & vxor. lib. 24. P. titu. Paul. l. si pater dotem, 22. de pact. dotal. P.* Non imus tamen inficias, etsi dos non sit sine matrimonio, *l. 3. de iur. dot. in P. l. dotis promissio, 69. eod. l. incestæ, de rit. nupt. P. l. 3. de priuil. credi. in P. cum simil.* tamen sine dote matrimonium esse posse, *l. fin. C. de repud. l. fin. C. de donat. ante nupt.* Siquidem & vt ait Horatius, *lib. 3. Car. ode. 24.*

Dos est magna parentum
Virtus, & metuens alterius viri
Certo fudere castitas.

Et Plautus, *in Aulular.*

Dummodo morata recte veniat, dotata est satis.

Et Bias apud Ausonium,

Quam dos matronis pulcerrima, vita pudica.

Imo consultius quidam virum agere existimant, si indotatam vxorem accipiat, & à diuite abstineat. Nam, vt ait Franciscus Petrarcha, *lib. 1. de remed. vtriusq. fort. dial. 64.* dos & forma superbiæ coniugalis sunt stimuli: & vnde dos ingreditur magna, inde libertas egreditur mariti, quæ si cara illi fuisset, vllo pretio vendita non fuisset. Mutuarum id est ex Plauto, *in Asinaria,* dum ait,

Argentum accepi, dote imperium vendidi.

¶ Sopitæ † populus Indicus, in matrimoniis contrahendis, ne- 13
que dotis, neque magni apparatus, sed formæ tantum & proceritatis corporum rationem habent, teste Diodoro Siculo, *lib. 12. Biblioth. anno 9. rer. gestar.* ¶ Græci † antiqui vxores emebant in- 14
uicem, vt ait Aristoteles, *lib. 2. polit. cap. 6.* ¶ Plautus † *in Amphi-* 15
truone, act. 2. scena 2. dotem veram etiam exprimit per Alcmenam, his verbis,

Non ego illam mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur:
Sed pudicitiam, & pudorem, & sedatam cupidinem,
Deum metum, parentum amorem, & cognatum concordiam,
Tibi (scilicet viro) morigeræ, atque vt munifica sim bonis, prosim probis.

¶ Solon † in legibus ex matrimoniis dotes sustulit, tres tantum 16
vestes, & quædam paruo emta vasa, præterea nihil nuptam secum importare iubet: voluit enim viri vxorisque consortium, nõ pretio, ac mercede, sed liberorum caritate, gratia, beneuolentiaque coniungi, teste Plutarcho *in vita Solon.*

¶ Et † Aelianus tradit, legem fuisse Spartanis, vt matrimonia, 17
nul-

Digitized by Google

nulla intercedente dote, contraherentur, Ælian. lib.6. var. hist. cap.6. †Et aliquibus nationibus dotes ad modestam & exiguam restrictæ sunt quantitatem, ne effluerent, vt nunc: sic apud Massilienses, amplissima centum aureorum tantum erat, ad vestem quinque, ad mundum quoque aureum quinque, amplius vero nullo pacto conferre licebat, vt ait Strabo, lib. 4. Geograph. ¶ Franciscus † quoque eius nominis Galliarum primus rex, de stilu Quæstorum constitutione edita, cauit, ne qui quærendæ pecuniæ publicæ regiæ inseruiunt, dotes filiabus constituerent, quæ decimam partem bonorum paternorum excederent. ¶ De † Iodorum nuptiis sic scribit Arrianus, in lib. Indicôn, de re Indorum, γαμοῦσι ἢ ἔτι παιδίσκοντες, ἔτι καμβαίνοντες: ἀλλ' ὅταν ἤδη ἀκμὴν γάμου τύχωσι καὶ παρθένοι ἀγάγωνται ἐς τὸ ὑμέναιος καθαιρόμενοι, ἐπαίξαντες τῷ νυμφίῳ πάλαιν, ἢ πὺξ ἢ ἄλλο τι ἀθλήσαντες ἀγωνίσασθον, id est, Nubunt, nihil vel dantes, vel accipientes: sed quotquot iam maturæ viro fuerint, adducuntur à parentibus in publicum, vt is qui luctæ vicerit, aut pugillatu, vel alia quapiam virtute reliquis antecelluerit, eam sibi quam velit, deligat.

De oneribus matrimonij. Cap. 19.

1 *Onera matrimonij ab Hebræis septemdecim posita.*
2 *Onus primum matrimonij, alere vxorem etiam indotatam, nume. 4.*
3 *Vxorem maritus non tenetur alere, & potest expellere, si dos ei promissa non soluatur.*
5 *Vxor dives maritum inopem tenetur alere.*
6 *Onus matrimonij secundum, vxori vestitum præbere & quomodo.*
7 *Vestes ingenuarum, meretricum, & ancillarum olim distincta.*
8 *Vestes meretricum Athenis ex lege floridæ, apud Thurios variæ.*
9 *Vestitum ob nimis mundum suspecta facta pudicitia. Minutia Vestalis viua infossa.*
10 *Vxores & naues semper negotij aliquid habent ad ornandum.*
11 *De vestitu contentio duarum fœminarum, interitus caussa maritorum & gentis Gothicæ.*
12 *Arialus Assyriorum rex 7. adauxit muliebres delicias.*
13 *Corinthiu lex, vt inquiratur in splendide viuentes, num facultates illu suppetant.*
14 *Vestitus quotidie inspectiones obibant Lacedæmone Ephori, vt si excederent, corrigerent.*
15 *Vestem vnam tantum singulis annis concessit æqualem iuuenibus Lycurgus.*
16 *Ve em vnam nunquam bis induit Nero.*
17 *Vestitum voluit Alexander Seuerus distinguere omnibus officiis & dignitatibus.*
18 *Senatores mane, & in consilio togati esse debent, & officiales. Serui byrris & cucullis tantum vti debebant.*
19 *Bracchæ & Tzangæ sub pœna exsilij & confiscationis bonorum ab Arcadio in vrbe prohibitæ.*
20 *Pelliti inuncti & crines maiores inhibiti ab Honorio & Theodosio, seruis.*
21 *Vestitus seruorum & liberorum à senatu aliquando distinctus, sed postea ob periculum rebellionis confusus.*
22 *Vtopiæ vnus vestitus, nisi qui distinguat cœlibatum à coniugio.*
23 *Prætextatæ vestes quæ, & quid ætas prætextata.*
Latus clauus cuius esset.
Trabea cuius.
Paludamentum cuius.
Toga prætexta.
Penula communis.
Exomida fœminarum.
Chetridotæ vestes castitatis.
24 *Fœminæ apud Spartiatas apertis femoribus ambulabant.*
25 *Vestis serica viris lege Quinti Halerij prohibita. Et turpis etiam visa mulieribus.*
26 *Sericum fuit cum auro æqualis olim æstimationis Romæ.*
27 *Sericum à Barbaris in luxum mulieris inuectum.*
28 *Vestes purpureæ palmatæ, & picta prohibita ab Octauio.*
29 *Vestes auro intexere prohibuerunt Aurelianus & Gordianus.*
30 *Vestibus & pannis peregrinis vti prohibuit Ioannes Ducas imperator orientis.*
31 *Vestitui modus edicto in Gallia impositus, & Germania.*
32 *Vestibus intextis auro & argento pensio posita: permissa auratæ vestes nuptiis prohibitæ quotidiano vsui.*
33 *Vestes prohibita paragandæ, auratæ, & conchyliatæ, & margaritæ, certis personis exceptis.*

1 ONera matrimonij, quæ oportet maritum subire, multa & insupportabilia fere, misera, l.1. de impo. lucrat. descrip. lib. 10. C. l.2. quan. & quib. quar. pars debe. eod. lib. enumerari possent, ex quibus quædam insigniora delibasse sufficiet. Explicabimusque, quæ tradunt Hebræi hac de re in libro præceptorum עשוה gnassot, id est, affirmatiuorum, vbi præcepto 48. scribunt, virum ad decem vxori teneri: ad tria videlicet ex lege, nempe ad cibum, indumentum, & concubitum: & ad septem ex scribarum decretis, nempe vt infirmam curare, captiuam liberare, mortuam sepelire teneatur: etsi is præmoriatur, post mortem suam eam quoque cibare de bonis suis, & sedem in domo sua præbere, quandiu vidua erit, filias susceptas ex bonis suis, donec inueniãt viros, nutrire, easque tandẽ dotare. Quæ omnia breuiter iuris nostri auctoritate suffulciam, & in quibus à iure dissentiant, obiter demõstrabo. ¶ Primum † itaque onus est, nutrire seu alere vxorem, 2 ca. omnino, 31. distinct. siue dotem habeat, siue non habeat. Nam si habeat, hoc exploratum est, ea ratione fructus dotis marito lucro esse, vt diximus, l. dotis fructus, 8 de iur. dot. P. l. pro oneribus, C. eod. cum simil. bus sup. cita. & idcirco dotem reddi etiam constante matrimonio possit vxori non perditurę, vt se se suosque alat respondit Paulus, l. mutus, 78. §. fin. de iur. dot. Vlpianus, l. si quis pro vxore, 22. vers. pen. & fin. de donat. inst. vir. & vxor. lib. 14. P. tit. 1. & sanciuit Iustianus, l. vbi adhuc, 29. de iur. dot. C. ¶ Nisi † dotã pa- 3 tre promissa non solueretur, statuto & placito tempore: nam eo casu Bartolus, in l. iubemus, de sacrosan. eccles. C. & Salycetus, in l. si constante, de don. ante nupt. & Guido Papa, quæst. 275. num. 2. Cynus, in l. quod in vxorem, de nego. gest. & Aufrerius, ad 87. decis. cap. Tholosanæ, dicunt, non teneri ad alimenta præstanda vxori, sed posse eam expellere, quod & ex Iustiniani constitutione firmari potest, l fina. ad SC. Velleia. C. l. si donaturus, §. 1. de cond. can. dat. in P. De qua re vide plura apud Chassaneum, in comment. ad consue. Burg. in §. 23. ti. des droicts appartenans aux gens mariez vers. item alia ratione, cum conclusionib quas adiicit.

¶ Quod † si tamen nulla constituta dote vxorem duxit, imputet sibi quare duxerit, l. fin. de aiuert. C. Innoc. per literas, de donat. inter vir. & vxor. & teneatur, qui onus initio non potuit ignorare, subire: quinimo & maritus tixosus cogitur alere vxorem extra domum, si nolit cum eo habitare, Aufrer. vbi supra, Raynal. de for. in l. Caio. §. fina. de aliment. leg. P. Bald. l. 1. C. de legat. facit l. si conuenerit, de soc. P. vide. Boer. dec. 195. num. 7. Ideo indotatã, si nulla sit promissa dos, teneatur alere, §. quoniã, quibus mod. natu. effic. legit. §. si quis eam, de nupt. in auth. ¶ Sicut † & vxor si dives sit, & maritus 5 inops, maritum teneatur alere, l. mutus. de iur. dot. quamuis illud sit valde lugubre malique ominis interdum.

¶ Secundum † onus, vt teneatur vestitum præstare vxori, ca. 6 omnino, 31. distinct. Imol. in rubr. sol. matrim. facit l. vestris, 29. §. muliebria, de auro & argento legat. P. vbi Vlpianus muliebria numerat vestimenta, quæ explicat Baiffius, de re vestiaria. Sic enim & alimentorũ nomine, vestes quoque cõtinentur, l. ver. victus. & l. quos nos hostes, §. verbum viuere, de verb. & rer. sign. Iabol. l. legati, 6. & l. fin. de alim. lega. P. Quia sine vestibus commode viuere nemo potest, aut sine tegumento: proinde non pretiosæ necessario dantur, Bart. in l. pen. §. 1. sol. matr. & ibi glo. in verbo, in vestiariũ, sed quæ sunt vitæ necessariæ transigendę, & secundum cuiusq; facultates, & dignitatem, l. pen. de ali. & cib. lega. P. Inter leges probas, mulieribus dictas, hac summopere laudat Aristoteles, 2. Oeconom. cap. 1. vt vestitu, sumtu, ac apparatu, minori vtantur, quam etiam leges permittant ciuitatis. Monet & Cyrillus Hierosolymitan⁹ episc. catech. 4. vestitu simplici vti, non ad ornamentum, sed ad necessitatem.

¶ Et † dummodo more ingenuarum vestiantur sufficit: quod 7 facile erat olim distinguere, quando ancillarum vestes propriæ, sicut & meretricum, & ingenuarum seu matrumfam. erant: vt ex Vlpia. l. item apud Labeonem, 15. §. si quis virgines de iniuri. lib. 47. P. tit. 10. liquet. ¶ Refert † & Suidas, in verbo ἑταιρὶς, Athenis legem 8 fuisse, vt meretrices vestes ferrent floridas, id est, vt arbitror, ornatas, varias, aut nitidas. Alia & apud Locrẽses Thurios à Charmida præscripta, Suidas Zalenco, vt mulieres, in forum prodeuntes, ingenuæ quidem: cum suis cognatis & vna pedissequa candidis: reliquæ, variis vestibus vterentur.

¶ Quo † factum est, vt vestitus ratione, mores censerentur et- 9 iam mulierum, vt anno præcedente consulatum Papyrij Crassi, & Cęsonis Duillij, Minutia Vestalis primũ suspecta facta est, propter mundiorem iusto cultũ: inuiolata deinceps apud pontifices ab indice seruo, cum decreto eorum iussa fuisset sacris abstinere, familiamque in potestate habere, facto iudicio, viua sub terram ad portam Callinam dextra via strata defossa scelerato campo, vt ait Liuius, lib. 8. deca. 8. qui & idem de Posthumia alia Vestali refert, Liuius lib. 4. vt & Orosius, lib. 3. cap. 9. & D. Hieronymus, lib. 1. contra Iouinian. & vt ait Plautus, in Menach.

Pulcra mulier nuda erit quam purpurata pulcrior:
Postea nec quicquam est bene, si morata est male.

¶ Quod † si quis maritus ita mulierosus sit, vt velit vestibus ab 10 vxore continuo petitis assentiri, certe nunquam expensæ finem accipient, nec priusquam loculi exhausti fuerint? Nam, Plautus,

Negotij sibi qui volet parare, nauem & mulierem, hæc duo sibi.
Comparato. nam nullæ res duæ plus negotij habent.
Eas forte à occeperis exornare, neq. vnquam hæ duæ res satis ornantur.
Neque eius vlla ornandi satietas est.

Maxime enim vestium & ornatus voluptate cum pernicie maritorum hic sexus detinetur. ¶ Refert † & Ioannes Magnus Gothus, lib. 11. 11 histor. Gothor. cap. 26. ex superba contentione vxoris ducis eximij Vraiæ, & reginæ coniugi. Ildouadi regis Gothorum, ortam de vestitu, ornatuque tantam inimicitiarum occasionem, vt non nisi accedente vtriusque mariti incitatorum ab vxoribus

Digitized by Google

quiescere potuerit, & fere Reipublicæ Gothorũ mouerit interitum, Tantaq. istius sexus superbia est, vt, quia non se nouit, nec mariti gradum, vel parentũ, metiatur semper monilia ornatiora, luxuriosumque & peregrinum ambiat vestitum, & maritum ad stultitiam sæpius impellat implendam. De quibus & Dauid, *Psalm. 143. Filiæ eorum compositæ, & circumornatæ, vt similitudo templi. Idcoque non parcunt sapinis vestitisque artibus, vt satisfaciant molliciei.*

12 ¶ Arguit † Berosus *lib. 5.* Arialium regem 7. Assyriorum, quod primus adauxerit pompas, gemmas & muliebres delicias. Splendide viuere & delicate, & mollibus vestiri, indiget pecuniis maioribus: & idcirco his in rebus prudentes legislatores antiquorum solliciti fuerunt, & curam non modicam adhibuerunt tum legibus sumtuariis, de quibus alibi diximus, & modum cõuiuiis adiicientes, & vestitui etiam prospicientes. ¶ Legem † etiam quandam esse apud Corinthios scribit hoc pacto Diphilus in Mercatore, teste Athenæo, *lib. 1. cap. 2.*

13

Est optime hic statutum apud Corinthios,
Obsonii, si quem videmus splendide
Semper frui, rogare: victus suppetit
Huic vnde, siue quid facit? si sufficit
Huic victui reditus, frui relinquimus.
Si contigit supra hunc omnes impendere:
Iubetur id non amplius fecisse: quo
Ni pareat, pœnam solent imponere.
Si nihil habens prorsus videtur splendide
Vixisse, carnifici datur. Per Herculem
Nulli licet vixisse sic furtis sine
Intelligit. Sed est necesse noctibus
Spoliare, furarique: vel cum quopiam
Habere partem, falsa testari, in foro
Falso vel accusare. Pessimum genus
Purgamus hoc, & per Iouem rectissime.

Eundem legem primum ab Amasi Ægypti rege latam scribit Herodotus, *in Euterpe, seu lib. 2.* indeque & mutuatum Solonem.

14 ¶ At † in vestibus curam etiam gesserunt Ephori Lacedæmoniorum, vt quotidie inspectiones obirent vestimentorum: vt si quid in illis forte à decenti iusloquo ornatu alienum inueniretur, corrigerent. *Ælian. lib. 4. de var. histor. cap. 7.* ¶ Cauit † Lycurgus ne iuuenes amplius, quam vna veste vno anno vterentur, ne alius alio cultior egrederetur. *Iustin. ex Trogo, lib. 3.* ¶ In † qua taxatur superfluitas & stultitia Neronis Claudij, qui nullam vestem bis induit. *Suet. in Neron. c. 30.* ¶ Habebat † in animo Alexan. Seuerus Cæsar, omnib. officiis genus vestiũ proprium dare, & omnib. dignitatibus, vt à vestitu dignoscerentur. *Lamp. in Alex.* Gratianus, † Valentinian. & Theodos. statuerunt, ne Senatores mane chlamydes ferrẽt, sed penulati & togati, dum sederent potissimũ in consilio, essent, officiales quoq; penulati cũ interiore toga cincta: serui non nisi byrris, aut cucullis vterentur. *l. 1. de habitu quo vti oport. int. vrb. li. 14. C. Theod. tit. 10.* ¶ Arcad. † & Honorius inhibuerunt intra vrbẽ, vsum izangarũ, atq; bracharũ, exilio & confiscatione bonorũ alioquin imminente, *l. 2. & 3. eo tit.* ¶ Honor. † & Theodos. inhibuerunt seruis, maiores crines, & pelliũ indumenta intra vrbẽ. *l. 4. eo.* ¶ Indicta † est aliquando à Senatu sententia, vt seruos à liberis cultus distingueret, *deinde apparuit, quãtũ periculũ immineret,* inquit Seneca. *lib. de Clemen. si seruis nostri nos numerare capissent.*

15

16

17

18

19

20

21

22 ¶ Per insulã Vtopiæ vna forma vestitus est, nisi qua sexus habitu discernitur, & cœlibatus à cõiugio. *Tho. Mor. lib. 12. Vtop.* ¶ Plaruit † & Romanis, vestitu dignitates quodãmodo secernere, ideoq; & prætextas vestes habuerunt quintuplicis differẽtię, regales, augurales, cõsulares, senatorias, equestres, quas explicat VVolphãg. Lazius, *li. 2. cõment. reip. Rom. c. 3. & seq. & lib. 8.* & maiorum 14. annorum, vn de prætextata ætas. *l. 3. §. fi. de libe. exhib. lib. 43. Pist. 29.* Latus clauus dabatur Senatorib. *Lampr. in Alexan.* Trabea præfectis potissimũ prætorio *Ammia. Marcell. lib. 26.* Paludamentum proprie cõsulũ, *Liu. lib. 3. Dec. 5.* & eorum qui loco consulũ sortiebantur prouincias. Toga magistratib. prætexta: penula communis omniũ: exomidæ subtrictæ fœminis solis Romanis olim relictę, vt molles tunicæ. Che iridoæ, quæ erãt prolixæ, vltra brachia & manus longè lateq; diffusæ, ad vlnas eruraq; aduersus oculos protegẽda, vt ait Gell. *lib. 7. c. 12.* ¶ Castitati magis proprię, quã quas permisit Lycurgus, qui voluit in sua republica virgines, & fœminas esse omnino apertas: vnde & irrisæ à Poetis dictæ παρομηρίδες, à patentib. femoribus, vt & Ibicus Andromanes dixit, quod viros furere faciant. Si quidem tunicę virginalis consutę pinnæ nõ erãt ab inferiori parte, sed aperiebantur, simulq; nudabãt totũ femur incessu, vt scribit Plutarch. *in vitis in compa. Numæ & Lycur.* Contemta certe ibi, vel nõ egregie obseruata pudicitia, nec pares in hoc virtute Lacedæmonii Romanis, apud quos tamen Lazarus Bayffius *lib. de re vestiaria, ca. 13.* contendit genus vestimenti hoc quoque fuisse, & tunicarum Romanar. mulierũ nõ fuisse consutas alas, verum pallium tunicæ, quod eam operiret, impositum: idque ex Ouidio firmasse videtur, dum is ait. *1. de art. aman.*

Pallia si nimium terræ demissa iacebunt,
Collige. & immunda scandulus effer humo.
Protinus, officij pretium patiente puella,
Contingent oculis crura videnda tuis.

Verum nõ inde id mihi persuadetur, nam nec inibi de dissolutis mentio, sed quod efferẽdo & excutiẽdo pallio, cõtingat etiã nudari crura, si patiatur puella, sensisse puto Ouidium. ¶ Quamobrem † & cautũ decreto, Octauio Frõtone prætura functo, à Quinto Halerio cõsulari, ne vestis serica viros fœdaret. *Corn. Tacit. lib. 2.* Multoq; magis turpis mulierib. visa Senecæ, *li. 7. de benefi.* dum ait, *Video, inquit, sericas vestes, si vestes vocanda sunt, in quibus nihil est quo defendi, aut membra, aut corpus, aut denique pudor possit, quibus sumtis mulier parum liquido nudam se non esse iurabit, &c.* Negauit vxori suæ huius vsum Aurelia. Cæsar, propter pretij magnitudinẽ: sic enim scribit Flauius Vopisc. *in Aureliano. Aurelianũ nostrum holoserica neque ipsum habuisse in vestimento suo, neq; alteri vendam dedisse, & cum ab eo vxor sua peteret, vt vnico pallio holoserico vteretur, illum respondisse, absit, vt auro fila pensentur.* Æqualis † ætas 26 tunc sericũ & aurum erant æstimationis: vt nõ immerito etiam sicut ex naufragio auro saluato decimæ pẽdebantur ei qui saluarat: sic & statutum in legib. Rhodiis, *Naualib. Rhodio, excussis per Oporinum Basileæ, tit. 40.* περὶ νόμου διαφερόντων τῶν Ῥοδίων, &c. *de naue rupta, vectorib. &c.* de serico ficco conseruato, his verbis; τὰ δὲ σκευαζόμενα, ἐν ἄλλοις σώμασιν, ἢ ἐν ἐρίοις ἐσθῆτος, ἐὰν μὲν ἐν τῷ ὑγρῷ: εἰ δὲ ξηρὰ σώζοιτο τὰ ἐκ τοιούτων πρὸς τὸν ναυτικὸν χρόνον, ἢ ὅπως εἰς σωτηρίαν ἐρχόμενα, id est, holoserica si sicca saluata sint, decimas soluunto, tanquã auro paria: ceterorum aspergine cõmadefacta, exsiccantor, & ita ad collationem veniunto. ¶ Et † Dio Cassius *lib. 43.* 27 sericum barbaricæ luxuriæ texturã dixit, ab illq; ad luxum mulierũ inuectã, qua tamẽ hodie nihil frequẽtius inter illas, vt quę nec purpuræ parcunt, quæ regibus & senatorib. fuit tantũ peculiaris, *Xiphil. in M. Vlp. Traia.* ¶ Prohibitũ † ab Octauio, *Dio. lib.* 28 49. purpura palmaris pictisq; vti vestib. quas habuit peculiares principatui. ¶ Gordia. † senior. *Iul. Capit. de reb. gest. à Gordiano.* au- 29 rũ etiam vestib. intexere prohibuit, & aliquãdo fecit Aurelianus, *Vopis. in Aurel.* Omittã tot formas inanes vestiũ recẽtes quib. quotidie iam paratæ vilescunt, & impendiorum ansam vberrimã adiiciunt, dum Proteum imitãtur: vt si maritus vellet harũ vestium onus subire, nõ dotis certe fructus, nec quoq; suũ vel proximorũ amplum matrimoniũ sufficere posset. Vt non possim satis laudare legislatores, qui etiã huic negotio opẽ tulerũt, & loculis. ¶ Quanis fuit † Ioannes Ducas Imperator Orientis, qui decreto sanciit, *lib. Liur. orient. in constit. Ioan. Ducæ, tit.* περὶ ἐσθῆτος *de vestitu.* 30 ne quis subditorũ vteretur vestibus Assyriis. Babylonicis, Italicis, variis artificiis confectis, sericis: nisi is, quisquis esset, cũ omni familia in ordinem cogi, ac notari ignominia vellet. Vtq; his contenti essent, quas Romanæ, scilicet Constantinopolitanæ, prouinciæ, ac manus præberent. ¶ In † Gallia quoq; modus impositus 31 vestib. & muliebrib. luxib. edicto, *Edict de Roy Charles sur le fait & vsage des soyes, & reglement donné à ses subiects à leurs habillemens.* Carol. IX. anno 1565. 21. Ianuar. Similiter Germaniæ, in comitiis habitis Augustæ Vindelicorum, sub Carolo V. Maximilliano, *in Polit. Caroli V. art. 9. 10. 11.* anno dom. 1548. vt constat ex politica constitutione, inibi edita, patria lingua, in Latium translata per Iustinũ Gobleriũ. ¶ Fuitq; † olim à Cæsaribus ad terrendã vestiũ 32 exquisitarum temeritatẽ, imposita pensitatio intextis vestib. auro & argento. *Constant. 3. si propt. publ. pensit. vend. fuer. celebr. lib. 4. C. tit. 46.* At permittũ leges vestib. nuptialib. maiorẽ splendorem, & auream intexturã, quam vetant quotidianis, *l. 1. nul. lic. in frig. & equest. sell. &c. lib. 11. C.* prohibet tamen auratas, ac sericas paragandas. *l. 1. & 2. de vestib. holoser. & aura. eo. lib. C.* ¶ Iulius † Cæsar 33 quoq; cõchyliatæ vestis & margaritatũ vsum, nisi certis personis & ætatibus, perq; certos dies, ademit. *Sueton. Tranq. in Iul. Cæsare, c. 42.* Quæ quidem omnia admonent maritum, ne vestitum vxori porrigat vltra vires, dignitatem, & iuris permissionẽ: alioquin certe onus Ætna grauius erit subiturus. Et hæc hactenus de secũdo onore matrimonij.

De reliquis oneribus matrimonij. Cap. 20.

1 *Tertium onus matrimonij, Concubitus est.*
2 *Vxor habens virum imbecillem, censetur vidua.*
3 *Vxor vrit: & lex de concubitu non frequentando.*
4 *Vxorem infirmam curare ex onere debet maritus.*
5 *Vxorem infirmam super fructus dotis non tenetur curare maritus, si ea habeat patrem, vel bona per se.*
6 *Vxorem captam an teneatur maritus redimere*
7 *Vxorem an teneatur maritus suis sumtibus sepelire.*
8 *Vxorem sepelire, gratius, quam ducere.*
9 10. *Vxori viduæ an alimenta per heredes, & quam diu debeantur.*
10 *Vxoris viduæ pregnanti curator & alimẽta decernuntur ventris nomine.*
11 *Vidua quid est.*
12 *Vxori an debeatur habitatio post mortem à marito.*
13 *Libi debent alia parentibus & instituti.*
14 *quando alantur à matribus.*
15 *Liberi quoque tenentur alere parentes.*
16 *Liberos non expedit pauna, & liberorum non alentium parentes.*

17 *Patris*

Digitized by Google

17 *Patris officium dotare filias.*
Spurios filios an teneatur pater dotare. Et remissiue.
18 *Vxor summum & præcipuum onus maritus, & pene insupportabile, verum tolerandum.*
19 *Vxor etiam mortua cum viro litigat.*
20 *Vxor peruersa, liberorum cauſſa plerumque ſuſtinetur.*

1 TErtium onus † dicitur eſſe concubitus, nempe reddere debitum coniunctionis, vt dicunt vxori. ad quod tenetur, *c. gaudemus, de diuort. c.2. de coniug. leproſ. glo. in l.2. §. ſi non propter, ſi quis cautio. P.t.2. de tranſlatio. prælat.* vt mutuo etiam viro vxor obſtrin-
2 gitur. Verum iſta ſemper parata, ille non vtique. ¶ Sic † vterque non habet poteſtatem ſui corporis, ſed in coniugis eſt arbitrio *1. Corinth. 7. c. non debet, de conſang. & affin.* Alioquin mulier, quæ maritum habet inutilem, vidua cenſetur. *gloſſ. l. fin. in ver. orbatus, ad leg. Fla. de plagia.* Igitur hoc onus conſtituo, vel ex ſententia Heſiodi, *in ergis.* dum tradit quod mulier,

Αὖον ἄτερ δαλοῖο, καὶ ὑὸν ἐμὸν μεγέι θάλπει.
Vrit ſine torre, & ad crudam adducit ſenectam.

3 ¶ Solon † huic oneri temperamentum adhibuit, auctore Plutarcho, *in vita Solon. & in l. connubial.* ſtatuit enim, *τὸν νόμοθέτην τῆς γυναικὸς συνουσίαν μᾶλλον τιμῶντα, μήτε κωλύειν χρῆσθαι ἐξεῖναι, καὶ τοῖς ἐπὶ τὸν ὄνον ἐπιτρέχουσι μέτριον ἀποτίθεσθαι τὸ ἐπιτίμιον*, id eſt, *volunt ſponſam cum ſponſo concubituram primo delibare malum cotoneum: & eum cum illa tantum ter in menſe congredi.* Moderate enim venereis vtendum eſſe voluit, quia, vt ait Plato *in Timæo*, id commodum eſt. Eſt & continendi tempus definitum à iure, poſt quod redeundum dicunt, *can. fœminæ,*
4 *30. q. 5.* ¶ Quartum † infirmam curare: & idcirco quæ ſupra dotis fructus in eius ægritudinem impenderit, ſibi expendit, & affectioni, & pietati, nec repetit. *Alex. Imper. l. quod in vxorem, 13. de negot. geſt. C.* Neque quicquam prætermittere, potiſſimum ſecundum dotis qualitatem debet, quod vxoriæ ſaluti conducere poſſit, *l. ſi cum dotem, §. ſi autem, ſolut. matrim. in P.* alioquin dos ei auelleretur.

5 ¶ Quod † intelligendum ait Chaſſanæus, *in conſue. Burg. tit. des droicts appar. à gens mariez §. 23. verſ. octaua concluſio.* & Socin. *conſ. 226.* niſi mulier haberet, patrem qui videtur teneri alere filiã in eo, quod eſt extra fructus. Quomodo vxor alenda in ſanitate, & in ægritudine ſit, conſtante matrimonio, late tractant gloſſ. Dynus, Bartol. & Angelus, *l. ſi cum dotem, §. ſin autem, ſol. matrim.* Iacob. Aretin. Cynus, Bald. Angel. Salicet. *in d. l. quod in vxorem,*
6 *de negot. geſt.* Angel. Aretin. *in §. fuerat. num. 13. de act.* ¶ Quintum, † vt captiuam ab hoſtibus liberare, & redimere cogatur. Hoc autem Rabinis receptum proculdubio: at apud nos remitti debitũ poſſe, & cenſeri puto. Et proinde ſtatutum, vt ſi quis redemtam duxerit, ne poſſit, quæ eius rei cauſſa impenderit, repetere, *l. 2. & l. ſi vir, qui te ab hoſtibus, 11. de capt. lib. 8. C. titu. 51.* Ceterum ſi vxor pendente matrimonio capta ſit, maritum poſſe impenſam repetere arbitror, ſi non donet: quia & mater, ſi antequam filium redimat, proteſtetur, ſe velle repetere, repetit etſi nihil egens, non repetat. *Dioclet. & Max. in l. ſi liber captus, 17. eod. tit.* Sicuti minuit dotem, datum vxori vt proximos ſuos redimat, vel filios alterius thori. *Paul. l. quamuis, 21. & Vlpian. l. ſed etſi ides, 22. ſolut. matrim in P.*

7 ¶ Sextum, † vt mortuam teneatur ſepulturæ mandare, ſi ea propria bona, nec dotem habuerit, ex quibus alioquin funeris impenſa deducitur, *d. l. quod in vxorem, de negot. geſt. C. & Vlpia. l. in eum, 16. & Papin. l. ſed ſi nondum, 17. & l. ſic pro rata, 27. de relig. & ſumt. funer. lib. 10. P. titu. 7. l. Celſus. 26. & ſeq. eod.* quæ cum ſequitur, ad quem dos reuertitur. De ſuo enim expedit mortuos funerari, vt ait Vlpia. *in l. at ſi quis, 14. §. idem Labeo, de religio. & ſumt. funer.* Itaque hoc onus marito iniungitur tantum, dum mulier dotem non habet, nec heredes, & quando pater eius ſoluendo non ſit, *Pompon. l. quod nulla, 28. eod.* aliter non tenetur. Quia ſolutum matrimonium, & ita onera deſinit ſubire vir, vt ait Baldus, *d. l. quod in vxorem, de negot. geſt.* & Ludouicus Roman. *conſil. 517.*

8 ¶ Sunt † aliqui tamen, quibus leuius onus hoc eſſet cereris, & gratior expenſa quibus vt Chæremou ait, *γυναῖκα θάπτειν κρεῖττον ἢ γαμεῖν*, Vxorem ſepelire gratius & melius, quam ducere. Vbi iã cœpit quibuſdam ſeneſcere, ſi credamus Iuuenali, qui ita ſcribit, *Satyr. 6.*

Si verum excutias, facies non vxor amatur.
Tres rugæ ſubeant, & ſecuti arida laxet.
Fiant obſcuri dentes, oculique minores,
Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi,
Iam grauis es nobis.

9 ¶ Septimum † onus, vt poſt mortem ex bonis ſuis, viduis, vxoribus, caſte tamen viuentibus, tenentur mariti alimenta, & viduitatis ſubſidia præſtare intra annum luctus: ex cõſuetudine ſaltem Tholoſana, quæ ad id mariti cogit heredes, & vltra annum, quamdiu, ſi dos data fuerit marito, eam heredes retinebunt dotem, & increſcentum ſeu adiacamentum ex conſuetudine debitum. *tit. de neceſſar. viduar. in conſuetud. Tholoſ.* Iure tamen ciuili communi, heredes tenentur tantum præſtare alimenta viduæ, quamdiu dos eſt apud eos, ſi vxo nõ habeat alia bona, vnde ſe alat, non aliter: vt tractant interpretes communi calculo poſt Accurſium, *in l. vni. §. exactio, ad verb. reſtituendi, & ibi Bartol. & alii ſcrib. de rei vxor. act. lib. 5. C. tit. 13. & in l. ſi cum dotem, §. ſi autem, ſolu. matrim. in P. gloſ. in l. diuortio, eod. gloſſ. in l. pen. vt in poſſe lega. in P. Angelus tamen videatur, de modo alendi & quomodo, & vt non ſecorſum, ſed cum heredib. ad §. fuerat, nume. 9. de actio.* qui multis hoc ſi mat rationibus, quas non tranſcribam. Et certe videtur illa reſolutio æquior, niſi filij heredes ſint, qui viduam vt matrem alere teneantur. *Vlpia. l. ſi quis à liberis, 5. de libe agnoſ. lib. 25. P. tit. 3.* Alioquin ſoluta mulier eſt à lege viri, morte ipſius, vt diximus, dum de ſolutione ageremus. Quocirca æquum non eſt ab extraneis heredibus ali, cum priuilegium coniugale perſonale ſit, nec tranſeat ad heredes, *Vlp. l. maritum, 33. & Paul. l. quia tale, 14. ſolut. matrim. lib. 24. P. tit. 3.* eumque ea poſſit copulari, ſi velit alteri potiſſimum ſublatis hodie pœnis: quod pertinet ad infamiam nubentium intra annum luctus, *c. penul. de ſec. nupt.*

¶ Niſi † ſe vterum gerere ex præmortuo viro vidua diceret, 10
ſiquidem tunc, ventris potius nomine, alimenta conſtituuntur, & in hanc rem curator decernitur, qui cibum, potum, veſtitum, & tectum præſtet mulieri, pro facultatibus defuncti, & dignitate eius, atque mulieris, vt reſpondent Vlpianus *l. 1. §. mulier autem.* & Caius, *l. curator veteris, 5. de vent. in poſſeſſ. mitt. lib. 37. P. titu.* 8. Alia itaque cauſſa viduarum non prægnantium, quæ parum, aut nihil, ad matrimonium pertinere videntur. Quanquam enim viduæ virum, & eius dignitatem repræſentent, *l. fin. §. vidua, ad municip. 1. de incol. lib. 10. C.* & eius priuilegia: tamen verum eſt, non eſſe matrimonium, ideo onus alimentorum ceſſare.

¶ Docet † & nomen, cum vidua ſit ea, quæ ſine viro eſt: etſi 11
nunquam virum habuerit. *l. malum, §. viduam, de verb. ſign.* Sic Macrobius, *lib. 1. Saturn. ca. 15.* viduam dictam notat, quaſi valde diuiſam, aut à viro diuiſam: quia *duare*, lingua Etruſca, diuidere eſt. Vnde & idus vocatur, dies quæ menſem diuidit. Et Iulius Pollux, *lib. 3. c. 3.* mulier à viro ſola relicta, vidua eſt: ſicut & à muliere relictus, viduus. Vnde *χήρα* dicuntur, qui generi deſerto in hereditate ſuccedunt.

¶ Octauum † onus à Rabinis præſcriptum, de præbenda do- 12
mo, eu habitatione, eandem habet diſtinctionem iure ciuili, ac ſuperius ſeptimum: & expreſſe videtur diſſentire illud, quod Iacob dixit Thamar *Geneſ. c. 38.* nurui ſuæ, poſt mortem mariti eſto vidua in domo patris tui.

¶ Nonum † eſt alendi liberos ex matrimonio ſuſceptos, quod 13
patris potiſſimum eſt, *l. fin. §. i ſum autem filium, de bon. quæ libe. libr. 6. C. l. vni. §. fileat, de rei vxor. act. C. l. 1 3. 4. de aliena. lib. C. lib §. titu. 25. l. ſi quis à liberis, de libe. agno.* eõrius nõmine & erudire, & impendia in inſtitutionem face. e tenetur. Nam ea alimentorum nomine veniunt. *l. alimenti, legatis, de alim. & cibo. lega.* ¶ Atque † eam inſtitutionem deberi quoq; à parentibus filius, tam a- 14
libi docuimus. *in prælud. opt. Iuriſconſ. lib. 2. cap. 40.* Por. o ſi mater ſit locuples, & maritus pauper hoc onus ad illam nutriendi pertinet, *auth. ſi pater, diuort. fac. apud quem libe. educ. deb. lib. 5. C. tit. 24.* ſicuti & minorem triennio lactandi. *l. penult. C. de patr. pot.* Alioquin citra neceſſitatem, pater liberorum hoc alendi habet onus, non mater. *l. pen. de libe. agnoſc. in P.* Accedit & iſtis ſolicitudo liberorum quælibet alia vltra, & vitæ & aliorum neceſſariorum.

Duxi vxorem, inquit Demea, *apud Terent. in Adelphis circa finem.*
quam bi miſeriam vidi, nati filij.
Alia cura: porro autem dum ſtudeo illis, vt quamplurimum
Facerem, contrini in quarendo vitam atque ætatem meam.
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab iis fero,
Odium: meam autem mortem exſpectant.

Romulus auctore Dionyſio Halicarnaſſ. *in 2. antiq.* primum, neceſſitatem colonis impoſuit educandi quicquid eſſet maſculum, & è filiabus primogenitas. ¶ Verum † poſtea iura ad omnem 15
patrum partum, vt diximus, hoc prærogarunt ius. Sicut & contra, liberi omnes egentes patres alere tenentur, *l. ſi vis à liberis, de libe. agnoſ. in P. cum ſimil.* Id enim natura ſuadet, qua beneficia rependere tenemur, *l. ſea etſi. §. conſuluit, de petit. hered. P.* & animalium, ferarúmque quarundam exempla, quæ rependunt parentibus ſenibus, & defectis viribus officium & vicem. ¶ Erat † 16
& lex Athenienſium, quæ à dicendo vel verbo à populum faciendo prohibet eum, qui patrem aut matrem verberauerit, vel non aluerit, aut intra habitationem ſuam non receperit: nam ab eo qui aduerſus eos, quos æ què venerari ac Deos oportet, eſt improbus, non poteſt niſi malum ciuitas exſpectare, vt ait Æſchinus *aduerſus Timarchum.* Apud eoſdem tamen alia lex, quam Alexis Poeta laudauit, non cogi filios eos parentes alere, à quibus aliquam artem edocti non fuiſſent, vt ait Vitruuius *in proœm. lib. 6. de architect.* Refert eandem ad Solonem Plutarchus, *in vita Solon.* Meminit & Galenus, *oratio. exhort. ad art.* Erat & alia huic ſimilis illis, non teneri filium alimenta patri vel habitationem tradere, ſi eum mercede proſtituiſſet. *Æſch. prædicto loco.* Et iura etiam ciuilia, *authen. ſi lenones. de epiſcop. aud. C.* tollunt hac ratione patriam poteſtatem. Mortuum tamen ſepelire iubebat, ac ei iuſta facere: quia lex & numen ipſum hominem conſequitur, etſi is non ſentiat.

¶ Decimum † onus eſſe, patris, & matrimonij dotare filias: 71
conſentiunt Iuriſconſulti, *l. qui liberos de ritu nuptiar. in P. l. fin. de dot. promiſſ. C. cum ſimilib.* cum Rabinis. Porro longa eſt contro-

Digitized by Google

uersia, num quos liberos tenemur nutrire vel alere inspecta gratia iuris canonici, vt adulterinos & spurios, eisdem teneamur dotes constituere, quam non explico, quia extra matrimonij onus est, sed remittam lectorem ad Nicolaum Boerium qui eam explicat. *decis. 127. num. 11. 12. 13.*

18 ¶ Porro † vt oneribus summum & extremum, aliorumque causam subiicamus, & mulierem ipsam etiam valde onerosam dicunt viris, & hoc onus malumque meliori quo possis condimento ferendum, vel tollendum. *Aul. Gell. lib. 1. Noct. capit. 17.* Vxorque ferenda, vt ait Plutarchus, *in Præcept. connubial.* etsi vix sustineri possit. *§. 1. vt sine prohib. matrim. debitri. & credit. & c. in authen. colla. 7. glo. in l. ex his, de legi.* Sic Antiphanes quoque dixit, φορτιον των γυναικα, *onus graue mulierem.* Plus namque aloes, quam mellis habet, vt ait Iuuenalis. *Satyr. 6.* Et iterum *idem dicta Satyr.*

Semper habet lites, alternaque iurgia lectus,
In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo:
Tunc grauis illa viro, tunc orba tygride peior,
Cum simulat gemitus occulti conscia facti,
Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat.

19 ¶ Scribit † Alciatus, *lib. 2. parerg. c. 12.* Romæ in saxo insculptũ, Epiphanium, verum litigiosi matrimonij testimonium, quod nec post obitum quieseret, hunc in modum.

Heu vitiator, miraculum, hic vir & vxor non litigant.
Qui simus non dicoiat ipse dicam, hic Bebius ebrius.
Ebriam me nuncupat: heu vxor etiam mortua litigas.

20 ¶ Ceterum † & liberorum habendorum gratia, plerique mores aduersos coniugum sustinent: veluti docuit Socrates, dum interrogatus ab Alcibiade, cur tam iurgiosam mulierem domo non abigeret: interrogationem dissimulans dixit, cur tu clamosas gallinas domo non abigis? & cum Alcibiades respondisset, quia mihi pariunt ouа: & mihi, inquit Socrates, vxor Xantippe parit filios. *Diog. Laert. in vit. Socra.*

Axiomata quædam nuptiarum communia.

Cap. 21.

1 *In matrimoniis honestas inspicienda.*
2 *In matrimonijs sus Pontificium sequendum.*
3 *In matrimonijs dubijs pro matrimonio iudicandum.*
4 *Matrimonio dubio pro eo defertur iuramentum cum vno teste, & aliis adminiculis & quæ sunt adminicula, quæ probant matrimonium, & præsumtiones.*
5 *Mulieri iuranti vel asserenti se ab aliquo fuisse cognitam, vel aliquem sibi matrimonium promisisse, non creditur.*
6 *Matrimonij causa, & num quis sit ex legitimo matrimonio procreatus, notio, pertinet ad forum ecclesiasticum, non ad laicum.*
7 *Coniuges vel sponsi possunt adire iudicem laicum, vt cogat aduersarium nubere, vel redire.*
8 *Contra matrimonium sententia lata non transit in rem iudicatam.*

1 IN coniunctionibus legitimis semper & quod licet, quodue honestum inspiciendum. *l. semper, de regul. iur. l. semper, ae ritu.*
2 *nupt. P.* ¶ In matrimonijs iudicandis, & in his quæ ad ea pertinent, præponimus sanctiones Pontificias ciuilibus. *c. si ne sec. nupt. ap. Greg. §. vlt. quomo. oper. episc. in auth. coll. 1 §. fin. vt cleri. ap. prop.*
3 *episc. col. 6.* ¶ In † ambiguis, pro matrimonijs iudicamus, & pro
4 coniunctionibus potius, quam pro solutionibus. ¶ Idcirco † si quis petat vxorem adiudicari sibi, vtpote cum qua dicat matrimonium contractum, si probet per vnum testẽ, defertur ei iuramentum necessarium in supplementum probationis pro matrimonio, *dec. 71. Capel. Thol. Hoptien. & collectarius, in c. mulieri, de iureiur.* etsi quidem repugnent, *c. lator, de sent. & re iud. gl. in l. 3. §. 1. in verb. agatur, de iureiur. in P.* non autem contra matrimonium. *gl. & Pan. in c. mulieri, de iureiur. gl. in l. 3. §. 1. eod. in P.* Idem statuitur in vxore petente maritum, si modo indicia & præsumtiones, aliũde concurrant, veluti annulorum delatio, *c. illud, de præsumt.* frequens familiaritas, *l. in liberæ, de rit. nupt. P.* & similia his, adhibita consideratione qualitatis æqualitatis personarum, num fraus vel aucupatione fuerit matrimonij. Et proinde per has peristases melius est cõmitti delationẽ tunc iuramenti arbitrio iudicũ, vt monet Siculus, *in d. c. mulieri, per ea fin. de iureiur. iuncta l. 3. §. quæcunq; eo. tit.* Atque vnus testis cum fama probabit matrimonium contractum & factum, dummodo alteri matrimonio non fiat præiudicium, quod fuerit manifestum, cui per clandestinum ita probatum non obest. *dec. 172. Capel. Thol. Innoc. in ca. præterea, de test. b. & in cap. illud 1. de præsumt. facit glo. in c. 1. de appellat. c. veniens, in 1. de test. b.* etiamsi ambo confitcantur clandestinum, cum teste vno & fama. *Ioan. And. in c. 2. de cland. desponsi.* Adminicula quoque, præsumtionesque matrimonij, instrumenta dotalia, & acta dotalitia sunt, *l. neque ab initio. 14. de nupt. C. §. nuptiæ, eod. in auth.* tamen cum tabulis perpendenda censet Papinianus, *l. donationes in concubinam 32. de donatio. libe. 39. P. tit. 5. facit. l. si vicinis, C. de nupt.* si præcesserit, vel adfuerit maritalis affectio, vel honor, personis comparatis, vitæ ue coniunctione considerata: neque tabulas facere matrimonium. Addunt etiam adminicula & semiplenas probationes, epistolæ à maritis vel coniugibus missæ, si de fide earum cõstiterit: vt nonnullam fidem instrumentorum esse decretum respondit Scæuola, *in l. pede probat. lib. 22. P. tit. 3.* Et Papinian. *l. Publia. 26. §. fin. ae posf. lib. 16. tit. 3. facit l. cum quis §. coasciliis. ae leg. 3. l. emtor. §. fin. de pact. in P.* verba enuntiatiua in epistola prolata obligationem quidem nullam producere, sed probationem impleri posse ait. Et quamuis plena probatio ex epistolis non oriatur. *l. non epistolis, l. non nuais. C. de probat. l. pen. in fin. qui potio. & l. generaliter, de non num. pecun. C. l. nec professio, C. de testibus,* tamen confessionis species contra confitentem multam cum adminiculis aliis probabit.

¶ Placuit † tamen supremis curiis non esse dandam fidem dicenti, se stupratam vel raptam fuisse ab aliquo. Scribit Nicolaus Boerius, *decis. 299.* & respõdit Barbatia, *consil. 7.* & Stephanus Bertrandi Carpentoratensis, *consil. 143. colum. 3.* nec creditur iuramento vel asseuerationi mulieris sine alia probatione asserentis, virum in eam consensisse per verba de præsenti, *c. mulieri, ca. 34. de iureiur. lib. 2. Decret. tit. 14.* sicut nec ei creditur, qui dixit ab aliquo sibi mortis etiam vim illatam, nisi aliis id ipsum fulciatur probationibus. *Vlp. l. 3. §. 1. ad Sc. Syllania.* 5

¶ Causa † matrimonij validi vel inualidi, debet agi & decidi coram iudice ecclesiastico, non coram laico: item num quis ex legitimo matrimonio natus sit, *c. 1. & c. causam quæ, & c. lator, c. 5. qui sit. sint leg. ap. Greg.* quia mere est spiritualis. *c. tuam, de ord. cogni.* Idcirco neque principaliter, neque incidenter tractari potest coram seculari iudice. 6

¶ Potest tamen, *Abb. in c. ex literis in 2. in 4. notabili, de sponsal. Felin. in c. præterea, num. 28. eo.* alter coniugum, vel sponsatorum, iudicem secularem adire, vt compellat sponsum, vel sponsam, ad contrahendum matrimonium, si non controuertatur, vel dubium non sit de validitate sponsaliorum, sed tantum petitur, vt impleatur promissio quanquam iurata fuerit. 7

¶ Singulare & illud, tententiam latam contra matrimonium, non transire in rem iudicatam contra, si pro matrimonio. *c. lator, ae sent. & re iud.* 8

De Dotis repetitione, soluto matrimonio.

Cap. 22.

Lib. 24. P. tit. 3. Lib. 5. C. tit. 18. Lib. 4. Decret. tit. 20.

1 *Soluto matrimonio dos repetitur.*
2 *Obseruanda plura in dotis restitutione: & in primis quid placuerit ae ea.*
3 *Pacta actis soluendæ minutatim per plures annos à senatu iuste improbata.*
4 *Dotis restituendæ annua bima trimadie, &c. Et quale hodie tempus maritus in restitutione dotis conuenitur in quibus facere potest tantum.*
5 *Dotium non solarum quæ debentur vsuræ.*
6 *Secunda obseruantia si nihil pactum de dotis restitutione, consuetudines municipales loci.*
7 *Tertia obseruantia, dotis profectitiæ & aduentitiæ distinctio.*
Dos profectitia à patre profecta, ad patrem quibus rationibus redeat.
8 *Dos mortua filiafam. cum liberis, an ad patrem redeat, vel filiorum sit.*
9 *Dos matrisfam. remanet penes liberos.*
10 *Dos ex pacto restituenda extraneo, in casu & pacto solutionis, & ae restituenda, non obstantibus liberis.*
11 *Dos aduentitia, filia vel vxore mortua, cui restituenda sit.*
12 *Dotalis res pendente matrimonio, etiam assentientibus vxorib. alienari nequit vllo modo, nec vsucapi.*
13 *Dotales res æstimatæ in dotem datæ, num possint alienari.*
14 *Dotales res mobiles, quæ & quando alienantur.*
15 *Dotalium rerum immobilium quando valeat alienatio: nempe si necessaria, si cum fraude vxoris præsentis, si maritus lucretur postea, si inuito consentiat vxor.*
16 *Actio restitutionis dotis ex stipulatu, transfusa in eam rei vxoriæ actionem.*
17 *Dotali valide re alienata: nihil minus datur repetitionis actio in heredes mariti, nisi in quãtum in vtilitatem vxoris conuersum.*
18 *Dotalis res non est, emta ex pecunia dotis, interea, non repetitur.*
19 *Dos repetitur à muliere in foro mariti mortui, non ab extraneo.*

QVia † onerum matrimonij causa dare dotes constitit, *ex l. pro onerib. de iur. dotal. cum simil. sup. cita.* cessante causa, & matrimonio dissoluto, non erit absurdum easdem repeti. *c. 1. 2. & 3. & fin. de dona. inter vir. & vxor. ap. Greg. tit. solut. matr. quemad. dos pet. in P. Vlpian. in l. si ergo Seia, 10. & stipulationem, 22. de iur. dot. lib. 23. P. tit. 3. l. fin. C. sol. matr. lib. 5. tit. 18. l. dotis, 9. eod. tit.* Sic M. Antonius 1

Digitized by Google

tonius Cæsar cum moneretur, vt Faustinam repudiaret ob adulterium, vel occideret, respondit, *Iul. Capitol. in vita M. Antonij Philos.* vxorem dimittimus, reddamus & dotem, de imperito loquens, quod eius ratione erat assecutus. Solon, *Alex. ab Alex. li. 4. genia. dier. c. 8.* quoque statuit, vt qui vxorem suam à se exturbasset, dotem ei restitueret: alioquin interusurium sesquidragmale, ob moram reddere cogeretur. Apud Græcos etiam illum morem obseruatum, dotem repudiatis coniugibus redditam, docet interpres Homeri, *in Odyss.* his verbis, ὅσσα οἱ πὸ ἐνὶ ἕξ εἶναι γυναῖκα ἀπήμυσε, χέρηα δόσιν τῆς αὐτῆς συγχωρήσας, ἢ τὴν πατρί, &c. Alioquin vero & iure mulier haberetur pro indotata, si dos non possit omnino peti, vel pacto, vel alio modo prohibita, vt ait Paulus, *l. si pater dotem, 12. de pact. dot. lib. 33. P. tit. 4. l. vt autem, 16. eo.* Et idcirco illud inutile pactum, in quo idipsum fit.

2 ¶ Ceterum in restitutione obseruanda plura sunt, quia illa non semper in tuto est, nec integre repetitur: cum ob inopiam mariti, *l. maritum, 13. & seq. & l. etiam, 19. sol. mat. P. l. in condemnatione, de reg. iur. l. non tantum, & l. sed hoc ita, de re iudica. P. Ratio ponitur, in §. 1. de not. feud. lib. 2. feud. tit. 58.* qua in dotione fideiussores accedere prohibentur, *l. 1. & 2. ne fid iussor. dot. dent. C.* tum etiam ob pacta & mores, qui huic præiudicium faciunt. Itaq; inprimis obseruandum, quid placuerit de restitutione in dotis traditione, inter eos qui dotem repetere possunt, *l. 1. de pact. dota.* id enim proculdubio seruandum erit, *Pompon. l. cum dos, 7. Iulia. l. de die reddendæ, 14. eo. in P. Paul. l. si vnus, 28. §. quod & in specie. de pact. in P. l. legem quam dixisti, C. eod. & l. 1. de pact. conuen. C. l. vni. §. illud, de rei vxor. act. C.* si terminos præfixos restitutioni à lege non transgrediantur, in fauorem scilicet dotis restituendæ citius, non in prorogatione diei, *Caius, l. item, 15. & Paul. l. vt autem, 16. & Procul. l. Attilicinus, 17. de pact. dot. Vlp. l. iurisgentium, 7. §. vt puta, de pact. in P.* nisi iusta sit causa conuentionis huiusmodi, vt notat Iulian. Iurisconsul. *l. licet, 18. de pact. dotal. P.* Veluti, si longiori dilatione dos soluta fuerit, & placuerit eadem dilatione restitui patri, cui filia

3 successerit. *Vlp. in l. aliud est, 19. de pact. dot.* ¶ Cum † tamen subsellijs inter aduocatos assiduus essem, in curia suprema Tholosæ, anni Dom. 1564. 21. Februa. placuit senatui in causa cuiusdam *De las Tours* pacta conuenta matrimonij, quibus pater pollicebatur dotem se soluturũ mille librarũ singulis annis per septenas libras, improbata sunt: & statutum semel soluendam, non obstante patriæ recepta consuetudine, quæ eo loci obtinebat: non enim sunt minima incommoda particularis solutionis, *l. 3. fam. ercisc. P.* & actus legitimus diem nec conditionem recepit, *l. quoniam in prioribus, de inoff. testa. C. l actus legitim. de reg. iur.* posseque interim mori vxor, & lucro hoc priuari maritus, nondum die solutionis perfecte adueniente: subitque integra onera statim maritus, etsi sæpius integram vxorem.

4 ¶ Dies † longior erat restituendæ dotis post solutionem matrimonij, annua bima trima die, hoc est, intra tres annos, *d. l. aliud, de pact. dot.* quod emendatum hodie Codicis iure, *l. vni. §. cum autem, & §. exactio, de rei vxor. act. li. 5. C. tit. 13.* & cautum, vt exactio dotis celebretur, non annua bima trima die, sed omnino intra annum, in rebus mobilibus, vel se mouentibus, vel immobilibus (scilicet aliis quã soli, vt nominibus seu debitis) cereris videlicet rebus quę solo continentur, illico restituendis, diuisione facta fructuum pro tempore, quo ante durauit matrimonium, *l. de diuisione, sol. matr. lib. 24. P. tit. 3.* remanente tamen priuilegio mariti, eo viuente dissoluto matrimonio, vt conueniatur pro iis, quæ in põdere, numero, mensuraue consistunt: & pro mobilibus, in quantum facere possit, non in solidum. *d. §. cum autem, l. vni. de rei vxo. actio. l. alia. §. eleganter. sol. matri. P. l. sunt qui, de re iudica. P. §. item si de dote de actim. apud Iustin.* ¶ Et † hoc tempus sicut concessum

5 est creditoribus dotis ad dotem restituendã liberum, sic non prolongatur impune: nam eo exacto ob moram vsuras debent, non quidem sesquidragmales tantum, vt pendi iussit Solon. sed quadrantales ex sanctione Iustiniani, *l. cum quidam dotes §. fi. de iur. do. C. de fructib. l. videamus, 2. §. si actionem, de vsur. cum simil.* quæ sunt tertia pars centesimæ. Placuit etiam Senatui Parisiensi 7. Februarij 1538. *Paul. lib. 15. rhapso. arest. tit. 4. arest. 1.* in causa cuiusdam Catharinæ de Bery, vsuras pro cessatione solutionis dotis quinquces statuere. Est enim ea iusta æstimatio prouentus patrimonij quę que constituit, & æquat veram rei totius æstimationem in viginti annis. *§. si vero alicuius, de non alie. reb. eccles. in auth.* Existimauit tamen Angelus, *in §. interdum. & §. fin. de fideiuss. in auth.* Iaco. Cyn. & Gofredus, *in l. vnic. §. exactio.* heredem diuitem tenere statim quoque mobilia dotalia soluere, nec dari annum: quamuis reclament Bart. *l. diuortio §. si sol. matr.* Salyc. *in d. § exactio.* Videndus at Lud. Ro. *in sing. 461.* Alex. *in l. debitorib. de re iudic. in P.* & Paulus Castr. *in l. non solum. solu. matrim.* qui intelligunt statim mobilia hunc restituere, nisi ex horum retentione annua, iurium mobilium quæ tam commoda percepturus fuisset. vide & Nicolaum Boerium. *consil. 50. num. 19.*

6 Secundo, † si pactum nullum sit restitutionis, considerare oportet leges municipales, si quid ea de re statuant: illæ enim ius facient, si obseruatæ ante fuerint. *Iulia. l. de quibus, 31. cum 5. ff. seqq de legib. P.*

7 ¶ Tertio, † obseruanda est dotis distinctio, vt si profectitia mortua filiafam. in matrimonio, patri, aut auo, in cuius erat, potestate, restituenda sit, *l. 20. à patre. sol. matr. C.* ne duplici damno pater, amissione nouam filiæ, & iactura dotis afficiatur, *l. iure succurrum, ff. iure dotium.* neue inecta amissionis formidine, patres à liberalitate erga liberos exercenda reuocentur, *l. 2. de bon. quæ lib. C.* Item quod dos alimentorum causa à patre data videtur, vt ex fructibus se alat, *l. dotis fructus, de iur. dot. P.* & vsufructuario mortuo, vsufructus ad proprietatis dominum redit. *l. 2. C. de donatio. quæ sub mod. l. 2. §. morte, quib. mod. vsufru. amitt. in P. §. finitur, de vsufruct. ap. Iustinia.* Quodque, si dotem cum Barto. & aliis in locum legitimæ succedere credamus, *Bart. in l. Titio centum, de cond. & demonstr. in P. l. quoniam Nuncia, C. de inoffi. testam.* præmatura sit legitimæ datio ante mortem patris, *l. 1. §. si impuberi, de collat. bon. lib. 37. P. tit. 6.* Neque etiam iure Pandectarum habebat filiafam. heredes, qui possunt ei in dote succedere.

¶ Contingit † autem hic dubitari, num filiafam. decedente in 8 matrimonio cum liberis, ad patrem redeat dos, an vero relinquatur penes liberos. In qua quæstione duo antesignani pugnantes, Bulgarus & Martinus, *vide glo. in l. dos à patre. solut. matrim. C.* aliis disputandi dedere causas: ille namq; Bulgarus, pertinere ad patrem non obstantibus quoque putat liberis, quem sequuti Ioannes, & Azo in Summa tit. sol. matrim. Martino & Placentino, & aliis diuersum sentientibus. Agitatur & fusissime per interpretes, *in l. dos à patre. solut. matri C. & in l. post dotem, eod. tit. in P.* Et mihi repetitione omnium copiosa Benedicti de Plumbino, qui tertiam & mediam adiecit sententiam.

¶ Ego † autem lubens accedo sententiæ Martini, & filios im- 9 pedire repetitionem patri concessam arbitror per d. l. post dotem alioquin si rediret ad patrem, perperam statutum fuisset, *l. illam C. de collat.* nepotes matris doté tenen conferre patruis in successione aut: cur enim conferre dicerentur, si non haberent? *l. si vniuersa, C. de lega.* Atque inuenio in iure cautum, *l. fi. in princ. commun. vtri. iudic.* dotem, quæ ad patrem rediit mortua filia, præcipuam relinqui nepotibus in diuisione hæreditatis, vel familiæ, vt eis quæritam defuncta matre, non patri audeam dicere: cur enim, aliter præcipuam dixeris illis? Et Scævola, *l. fin. vt legat. seu fideico. nomi. caueat. l. 36. P. tit. 3.* idipsum indicasse videtur, dum refert filiam posse grauare patrem de dote sua restituenda liberis, scilicet nepotibus. Neque quisquam ambigit filium partem viscerum matris esse, *l. 1. §. ex rescripto, de ven. inspic. in P.* tenetur autem pater diuortio vel morte mariti soluto filiæ matrimonio, eidem filiæ reseruare dotem acceptam, & restituere iterum nubenti, *authen. sed quamuis, C. de rei vx. act.* cogetur quoque & eandem filiis eius, id est, suis nepotib. restituere vel reseruare. Non etiam quis inficiabitur, vt opinor, dotis causam præcipuam esse, liberos, *l. 1. solu. matrim.* quamobrem soluto matrimonio morte filiæ (cum liberi sequantur patrem, non matrisfamiliam) *§. fin. de patr. pot. §. 1. de legit. agnat. tut. ap. Iustinian. l. cum legitima, de stat. homi.* nihil æquius mihi videtur, quam apud maritum & liberos, dotem remanere eodem remanente onere & causa. Apud eum namq; esse debet dos, penes quem onera sunt, *l. si maritus, 47. & l. si filia. 20. in princ. & §. 1 fam. ercis. P. l. si vas qui Stychum, de iur. dot. P.* alioquin hoc iuri naturæ pugnaret, *l. secundum naturam, de regu. iur. l. fin. §. sed cum in secundum, de furt. lib. 6. C.* vt alter onus, alter luerum haberet. Nec video quomodo auo reseruetur tantum vsusfructus dotis filię, quæ neporum sit, si dixerimus non filiis, sed auo quæri, scilicet patri filię relinquentis liberos: quod tamen receptum iure est. *l. 2. & l. quæcunque de bon. quæ libe. C.* Perpendo item Paulum Iurisconsulsum, dum ait, *in l. quamuis mulier, solut. matrim. in P.* mulierem filiamfam. etiam posse repetere à marito secundo dotem, vt egentibus filiis ex alio viro susceptis, subueniat: quia, inquit, iusta & honesta causa est. Eam autem talem non censerem si patri filiorum fauor post poneretur: quod si licet viuenti, cur non liceat morienti non video: vel committi in legem Fusiã Caniniam, quæ sublata vt inuida à iure est. *§. 1. de leg. Fus. Can. toll. ap. Iustinia.* Estque singulariter constitutum, vt quod viuenti licet in rebus dotalibus, idipsum liceat moriente. *l. 3. de iur. dotium, C.* Succurrit quod filiæ dos proprium patrimonium dicitur. *l. 3. §. verum, de minor. P.* & tanquam æs alienum patris, *l. fi. s. de collat. dot. in P.* nec amplius censetur in patris bonis esse, postquam constituta est, *l. 1. in 1. responsa, ad l. Falcid. in P.* Proinde cum hodie mulier habeat heredes iure Nouellarum, *§. 1. de hered. ab intest. veni. in auth. intestato, de suis & legit. C.* etsi olim addubitatum fuerit: verius esse iudico filios in dote matri, ac in reliquis bonis, vel mutua successione Orficiani & Tertulliani id asserente. *tit. ad SC. Tertul. & de SC. Orficiano, §. si igitur. de hered. ab intest. veni. coll. 9.* Potior quippe descendentium, quam ascendentium in hereditate causa, *l. 1. §. largius, de succes. edict. l. nam etsi parentibus, ff. inoff. testa. P.* nulla obseruata differentia potestatis. *§. si vero neque fratres, de hered. ab intest. venien. coll. 9.*

¶ Veruntamen † placuit Senatui Gratianopolitano, in dote 10 repetenda aduenient casu solutionis adicto ab extraneo dotem dante, non impediri repetitionem à susceptis ex eo matrimonio liberis, anno 1460. *Ioan. Pap. lib. 15. rapso. arest. tit. 4. arest 10.* Sic enim & ius ciuile admit heredi, exceptionem extraneo pacisceti de dote soluto matrimonio, *Paul. l. ob res 20. §. si conuenerit, de pact. dot. ff. lib. 23. P. tit. 3.* quo casu restringitur §. accedit, l. vni. de rei vxor. act. C. Et hęc de profectitia dicta sint: & de dote filiæ in pote-

Digitized by Google

11 itate constitutæ. ¶ Si † autem de dote aduentitia agatur, tunc si nihil de eius redditione cautum sit, nec municipale ius aduersetur, mulieri vel eius heredibus reddi debet. *l. vni. §. accedit, de rei vxo. act. C.*

12 ¶ Ex † omnibus autem superioribus collige, dotē soluto matrimonio reddendam à marito, vel ab eius heredibus esse: proinde pendente matrimonio maritum non posse rem dotalem obligare vel alienare. *Caius, l. lex Iulia, 4. Vlp. in l. Iulianus, 5. & 6. de fund. dota. lib. 23. P. tit. 5. §. 1. quib. alien. lic. ap. Iustinian. l. vni. §. & cū lex Iulia. de re. vxor. act. lib. 5. C. tit. 14.* etiam consentientibus coniugibus. *Alex. Imp. l. si sine voluntate, 5. auth. siue à me, & authen. si qua mulier, ad SC. Velleian. lib. 4. C. tit. 29. §. si quis igitur, vt immobil. ante nupt. dona. &c in auth. coll. 5. constit. 8. §. & illud, vt nul iudi. lice. habe. loc. seruo. coll. 9. l. si prædium, 24. de iur. dot. C.* Quod legi Iuliæ de fundo dotali fuit additum, ea prorogata ad res non Italicas. *d. l. vni. §. & cum lex Iulia. de rei vxo. act.* Et inhibitus actus omnis, per quem dominium transferatur: hoc enim alienationis nomen hic significat, *l. 1. de fund. dotal. C.* & alibi *l. fin. §. fi. de reb. alien. non alie. C.* quod & vsucapionem complectitur. *Tripho. Iurisc. l. si fundum, 16. de fun. dot. in P. l. alienationis, de verb. sign. Iustinia. in l. in rebus, 30. de iure dotium. C.* Res quippe subiectæ restitutioni, nō possunt alienari, *auth. res quæ, commo. de legat. §. 1. de rest. C. & ea quæ par. in 11. men. coll. 4 in auth.* & prohibitæ per legem alienari, contractū malæfidei reddunt, & inutilem, *l. quemadmodum, 7. de agric. & cens. lib. 11. Cod. tit. 47. l. non dubium, 5. Cod. de legib. l. Iurisgentium, §. prætor ait, & l. contra iuris ciuilis, de pact. in P.* vsucapionemque inhibent incipi. *l. vbi lex, de vsucap. P.* Neque ignorare id debuit emens, vel vsucapiens, vel si ignorauit, iuris ignorantia non excusat. *l. regula de iur. & facti. igno. in P. cum sim.* Hoc autem fragilitati naturæ mulierum concessit Iustinianus, ne ob eam in repentinam deducantur inopiam. *l. vni. §. & cum lex Iulia de rei vxor. act. C.* Sic emendata in fauorem vxorum Iulia, in qua, vt memini Iulius Paulus li. 2. Selectarum, sent. tit. 22. de dotibus, *Lege Iulia de adulteriis, inquit, cauetur, ne dotale prædium, maritus inuita vxore alienet.* vbi notanda verba, *inuita vxore*, vt intelligamus non prohibitum ea lege, quin postea, si consentiret, maritus alienare possit. Vt & Iabolenus firmat. *in l. fi. vers. iacirco, de pact. dot. P.* Addere possumus fragile esse mulierum consilium, *l. assidui, 12. qui pot. in pign. hab. li. 8. C. tit. 18. l. 2. ad Velleian. in P.* quod contra commoda propria laborat. *l. si pater pactum. 4. de sponsal. lib. 5. C tit. 1.*

13 ¶ Verum † hæc obtinere existimandum, dum de immobilibus inæstimatis datis in dotem agitur, vel de æstimatis: in quibus electio in repetitione an pretium vel res in ea sit, ad vxorem pertinet, alias contra. *l. C. de fund. dota. l. quod si fundus, 11. eod. in P.* Quia, vt supra diximus, tunc res æstimata emtionis iure in plenū transit marito dominium in mobilibus etiam dotalibus. Quidam hanc facultatem adimunt distractionis marito. *glo. in l. vnic. §. & cum lex Iulia, in verbo alienare, de rei vxor. act.* nisi agatur de libertate præstanda seruis dotalibus, fauore libertatis: vt quidem liceat illos, dotales quamuis, marito manumittere, *l. 1. de ser. pign. dat. manumis. C.* Alia alienare non liceat. Alii permittunt, dummodo pretium mulieri saluum sit: quum lex Iulia, & eius prorogatio, de rebus soli agat nominatim, vt consequenter in aliis permissū censeatur. *arg. l. cum prætor, de iudic. in P.*

14 ¶ Ego † permissioni subscribo, cum id potius sit in vtilitatem vxoris, si maritus soluendo sit, vendi mobilia, quæ seruando seruari non possunt: argumento bonorum minorum, quorum immobilia distrahi non debent sine decreto. *tit. de præd. minor. sine decre. non alien. C. & de rebus eorum qui sub tut. P.* at mobilia possunt, ea ratione. *l. si. quan. decre. opus non est, lib. 5. C. tit. 72. l. lex. q. a tutores, §. fin. de administra. tutor. C.* Atque vt facilius intelligamus, hęc sic distinguo, an mobilia in dotem data, sint eius naturæ, quæ in suo genere functionem accipiunt, in pondere, numero, & mensura, consistentia: & tunc periculo mariti dari videntur, vt ea distrahat, & tantundem soluto matrimonio reddat, *Caius, l. res in dotem, 43. de iur. dot. in P. l. æstimatæ, 52. solut. matrim. P.* nec puto ideo remorari eorū solutioné, quod soluendo maritus non sit. cū nec fideiussio eius dotis nomine peti possit. *l. 1. & 2. ne fideiuss. dot. petan. C.* Aut res mobiles alterius generis sunt, & tunc si æstimata simpliciter sunt. vendi possunt à marito, qui pretium tantum tenetur reddere: si æstimatæ vt reddantur, non vtique venerunt sine reuocationis licentia vxori permissa, nisi ea consentiat vel confirmet. *l. æstimatis, 51. sol. matr. P.* Aut inæstimatæ mobiles sunt, quo casu non licet vendere, nisi quæ peritura sunt, *l. 1. C. de ser. pig. dat. l. 3. C. de iur. dot. l. si lapidicinis, eod. tit. in P.* etsi sit soluendo: quia & culpam præstat & dolum maritus in his, *l. etiam, 19. sol. matr. in P. l. in rebus, de iur dot. in P.*

15 ¶ Sed † & immobilium dotalium alienatione responsum est. eam valere ex consensu mulieris, si alienatio sit necessaria, *l. 1. de fun. dota.* Firmatur quoque, si mortua vxore maritus qui vendidit, dotem lucretur, vt ait Martianus. *l. fundum dotalem, 17. eod. in P. l. cum vir, 42. de vsucap. in P. lib. 41. titul. 3.* Item si dolose mulier versata fuerit, nempe quod obligante marito rem dotalem præsens patientiam præbuit vt quasi suas res maritus obligaret, decipere volens pecuniam dantem, vt ideo Velleiano non restituatur. *l. si sine voluntate, §. ad SC. Velleia. lib. 4. C. tit. 22. l. 2. eod. in P.* Excipiunt & iuris Pontificii auctores consentiam iniratum vxoris, vt si is in alienatione liber interuenerit, non vi, nō metu præcedente, fi met alienationem, *c. cum contingat, de iureiur. apud Greg. c. licet, eod. in 6.* quamuis Accursius contrarium scripserit, *in l. vni. §. & cū lex Iulia, in verbo alienare, de rei vxor. actio. C.* ratus contra prohibitionem legis contractus non firmari iuramento. *l. non dubium, in fin. C. de legib. l. si quis in quilinos, §. fin. de leg. 1.* Cui rationi plures aliæ annectuntur à glos. *in c. cum contingat, de iureiur. apud Greg.* Quæ tamen veræ sunt, quando contractus habet perpetuam & absolutam prohibitionem, quæ tamen in hoc contractu non inuenitur: nam & mulier potest Velleiano renuntiare. Et si iterato post biennium quod antea gesserat firmauerit, non potest amplius pœnitere, sed ratum est negotium. *l. inbemus, cum auth. seq. ad Velleian. C.*

16 ¶ Petitur † autem restitutio dotis, per actionem ex stipulatu, in quam transtusa est rei vxoriæ actio. *l. vni. in princ. & §. nemo putet, de rei vxor. act. C.* ¶ Et † quanquam prædium dotale alienatum consensu subsistente mulieris reuocari non possit, tamen repetit proculdubio pretium eius ab heredibus mariti nisi quatenus in vtilitatem vxoris conuersum heredes docuerint, vt notant Speculator, *tit. de obliga. & solut. § 1. vers. sed pone vir & vxor, & ibi Ioan. Andr.* Geminia. *in c. 2. de pact. in 6.* Bart. *cons. 124.* & Chassan. *ad consuet. Burgun. ad tit. des droicts des gens mariez, §. 17. vers. sed quæro, pone quod vxor.* ¶ Quod † si ex pretio alia res immobilis emta sit, illa etsi videatur subrogata, tamen dotalis non est: sed tanquam pro rebus mobilibus annus exspectandus est, exemplo rerum mobilium dotalium, *l. cum in fundo, §. si fundus cōmunis. de iur. dot. in P.* & Ludouicus Romanus ita se consuluisse tradit. *consi. 227. incip. Inhabes, . vni. de rei vxo. actio. C.*

17 18

19 ¶ Forum † autem proprium huic repetitioni placuit esse ejus iudicis, in cuius territorio maritus debitor domicilium habebat, agente vxore, *l. exigere, & ibi Bartol. Angelus, Castrens. de iudic. in P. & omnes fere interpret. in l. cunctos populos, de summa trinit.* exigente autem extraneo, qui sibi restitui pollicitus sit, non vtiq; verum, vt notant Felinus, *in c. 1. vers. 4. limita. de sponsal.* Baldus, *in rub. de priuilej. dotis.* Boërius *decis. 50. num. 20. 21.*

19

Quando non est locus restitutioni dotis, vel in toto, vel pro parte.

Cap. 23.

1 *Dotis repetitionem impedit pactum de lucranda dote, nisi maritus vxorem occidat, vel occisam non vindicauerit.*

2 *Dos non restituitur, si eam lucretur maritus ex statuto municipali.*

3 *Dotis partem non lucratur maritus, de qua vxor stipulata est, sibi licere testari, etiam si non testetur.*

4 *Dos promissa, nec soluta, eque lucro mariti, ac soluta est.*

5 *Dotis augmentum præmortuo viro Tholosa media pars est.*

6 *Augmentum integrum debetur dotis: si dos fuerit soluta, non aliter.*

7 *Dote non soluta, num debetur augmentum, etiam si fides de dote habita sit, in quo docetur contrarius sibi Guido Papæus.*

8 *Dotis lucrum & augmenti sit mortua tantum vxore, vel viro post concubitum, & existente filia nubili ætate.*

9 *Dotalium rerum, & tantundem à marito collationis facta in Gallia communicatio.*

10 *Dotem amittebat ea, cuius culpa diuortium fiebat.*

11 *Datum marito non repetitur soluto matrimonio.*

12 *Dos adulteræ vxoris comitta pertinet ad maritum, & donatio propter nuptias ad vxorem ex adulterio mariti, nisi liberi sint.*

13 *Dotem num amittat propter osculum, vxor, vt adultera.*

14 *Dotem non amittit nupta, ex adulterio matrimonij anteriores alterius non accusata.*

15 *Dotem ob adulterium vxoris petere non potest vir, qui etiam adulter est.*

16 *Dos olim retenta ob malos mores vxoris.*

17 *Dotales res inæstimatæ datæ marito, cum repertorio ab vxore consumtæ, non restituuntur ab heredibus mariti.*

18 *Dos reddita pendente matrimonio soluto iterum repeti nequit.*

19 *Dos ex quibus causis pendente matrimonio, ab vxore repeti possit legitime.*

20 *Dotem num teneatur maritus, vel heredes eius restituere, quam non accepit, vel non petiit à patre vxoris, vel alio qui desiit esse soluendo.*

21 *Instrumenta dotem datam dicentia non faciunt fidem, nisi doceatur.*

22 *Dotem qua impensæ minuant, vt integra non restituatur. Tributa rerum dotalium marito cum fructibus perceptis computantur, nec minuunt dotem.*

23 *Dotes mutui retentione quomodo intelligendum est.*

CAsus † aliquos operæpretium est annotasse, quibus cessat restitutio dotis. Primus, si pactum factum sit de lucranda dote, diuor-

Digitized by Google

diuortio vel morte vxoris, tunc casu contingente, retentio fit, §. scimus, de resti. & ea quæ par. 11. in 11. men. in auth. l. licet dos, de iur. do. P. l. si pater dotem, de pact. dotal. P. nisi is vxorem occiderit, l. ob hostib. §. fin, fol. matr. P. vel occisæ segniter necem vltus fuerit, l. ei qui mortem, de iis quibus vt indig. P. nec prætextu lucri, eius vitæ insidietur: quo tempore ab eo dos in fiscum, non in proximos vxoris, vt ab indigno, transferretur. l. cum mortem, de iur. fisc. P. facit l. 1. C. de iis quib. vt indig. l. Papinianus, §. meminisse, de inoffic. testam.

2 P. l. Claudius, in fin. de iis quib. vt. indig. P. ¶ Secundus, † si consuetudo approbata statuat viro superuenienti vxori, dotem lucro fore, sicuti Tholosę receptum est moribus & statuto municipali, nisi aliter prospectum pacto fuerit. in consuetu. Tholos. tit. de acqu. ver. do. §. 2. & tit. de dote, §. 2. Et idem obseruari dixit Cadurci Guilielmus Benedictus, in repet. c. Raynutius, in verbo, mortuo itaque testat. num. 34. par. 2.

3 ¶Hic † tamen non omittendum censeo, mulierem posse testari de ea quantitate dotis, de qua stipulata est à marito, vel in pactis matrimonialibus, vt sibi liceret: imo si non testatur, eã quantitatem vel partem stipulatam, lucrante marito morte vxoris dotem, transfert ad sibi ab intestato succedentes. l. si mulier. 25. de iur. doti. lib. 5. C. tit. 12. Meminit & similis cuiusdam statuti Salycet.

4 in d. l. si constante, fol. 9. matr. Guid. Pap. decis. 665. n. 3. ¶Placet † & lucrum mediæ partis dotis, vel totius, præmoriente vxore, maritum quærere, etsi dos soluta, pendente matrimonio, non fuerit, sed tantum promissa: quia ex sola promissione mulier dotem habere videatur. gloss. in l. vnic. §. accedit, in verbo fecerit, de rei vxor. act. C. expresse Pap. in l. cum post mortem 44. §. 1. de administr. tut. li. 26. tit. 7. P. ut cautionem dare, & cautionem accipere, pro eodem habentur, l. fin. ad l. Falcid. lib. 5. C. tit. 49. l. si patron. de donat. in P. l. 3. §. edicto, de calum. ¶ Sic † etiam præmoriente marito ex con-

5 suetudine Tholosana, mulier, quæ per annum luxerit virum, lucratur pro additamento dotis, quod vocamus adiancamentum, tantum, quantum est media pars dotis suæ: vt si in dotem mille libras dederit, restituantur illi mille quingentæ. Et ita obseruatur ex consuetudine non scripta, vt omnes Tholosæ norint. & notat Ioannes de Casa veteri. in comment. consuetud. Tholos. in §. fin. de necessar. vxor. & viduar. In quo falsus est Guilielmus Benedicti, dum ait, in cap. Raynutius, ad verba & vxorem nomine, num. 62. mulierem superstitem marito, viduam agentem vitam per annum, lucrari tantum tertiam partem dotis supra eius summam: nam media non tertia est, tertia tamen Cadurci.

6 ¶ Vera † nihilominus sunt reliqua quæ subiicit, ita demum lucrum hoc debere vxori superstiti, si dos soluta ex integro sit: alioquin pro modo solutæ, mediam partem lucri, non ratione totius promissæ, esse perpendendam.

7 ¶Vel † nihil lucrari, si nihil attulerit, etsi fides de solutione habita fuerit: quo casu Senatus Tholosani placitum inter Raymundum Pagese & Annam de None viduam fratris Raymundi, prolatum 26. Aprilis 1505. singulare est ab eodem annotatum. Idem Bene. vbi sup. vide Nicol. Boer. decis. 22. nu. 19. & 23. & 17. 21. 22. 24. 25. & 26. cui adstipulatur ius ciuile, authen. sed nihil. C. de pact. comment. §. illud, §. pen. de non elig. sec. nuben. colla. 1. Auth. dos data, in fin. C. de donat. ante nupt. Ang. ad §. fuerat, col. 17. ibi, & aduertas, de act. Et in hac quæstione valde incertus, nec satis constans Guido Papęus mihi videtur, siquidem sibi ipsi aduersarius est. in quęstione namque 30. asserit se in ea opinione fuisse, vt nõ debeatur augmentum, si dos non fuerit soluta. Supra inquit, q. 374. retigi qualiter augmentum dotis, siue donatio propter nuptias, facta vxori con-

8 templatione matrimonij, non debetur, nisi dote soluta, sed p ne, &c. Et paulo post tamen ait, ex forma instrumentorum, qua, inquit, fides fit de dote, vxor lucratur dotem, siue maritus terminos (sunt eius verba) dederit ad soluendum dotem, siue non. Eadem postrema firmat & in quæst. 565. quibusdam rationibus. Adstipularer ego lubentissime, vt debeatur augmentum etiam non soluta dote, si delationem dederit soluendi dotem maritus, intra quam mortuus fuerit, prout quæ adducit Papæus intelligi possunt. ¶Et † habita consideratione, vt mulier fuerit traducta in domum mariti, vt de lucro etiam dotis consuetudines intelligunt, §. 1. & 2. de dotib. in consuet. Tholos. exceptaque causa vt diximus adulterij. Sed & requiritur in traductione, vt ætatis sit nubilis, antequam lucretur morte eius dotem vir, vel cum ea concubuerit in domo vel alibi, vel per eum non steterit, sed per illam, puta ingressam monasterium. Sic enim tradunt interpretes Baldus, Ludouicus Bolognensis, Bal. in l. penult. §. fin. quod cum sal. tut. auctor. act. & ibi Ludou. Bologn. in primo annotatio. Bal. cons. 276. 2. vol. Abbas Siculus, cons. 79. vol. 1. & alij, quos videbis apud Nicolaum Boerium relatos, decis. 22. num. 37. & seq. Boerius quæst. 22. num. 40. & 41. tamen refert iudicatum die 13. Augusti. 1534. à Burdeg. Senatu, & Parisiensi, quod si vxor quę pacto non tenebatur, nisi post quinquennium, dotem dare, decesserit ante, maritum vi statuti non lucrari dotem, vt notant Angelus, consil. 156. incip. quod si aliquod. & Iason. l. si donatum, §. fin. & tamen vxorem, decedente marito intra terminum, lucrari adiancamentum. ¶Sunt † mores itaque nationum & locorum perpendendi. Meminit antiquæ consuetud nis Galloru Iu-

9 lius Cæsar lib. 6. bell. Gall. hac de re, in demq; quæ sequuntur, verbis, viri quantas pecunias acceperunt ab vxoribus dotis nomine, tantas ex suis bonis æstimatione facta cum dotibus communicant. Huius omnis pecuniæ coniunctim ratio habetur, fructusque seruantur vter eorum vita superarit, ad eum pars virtusque cum fructibus superiorum temporum pertinet.

¶Quartus † si culpa vxoris diuortium factum fuisset, lucrabatur maritus dotem, quemadmodum & illa donationem propter nuptias, si culpa mariti, l. consensu §. hæc nisi, & §. sin autem aliter, & §. sin autem causam, de repud. C. leg. Lucius, fol. matri. in P. videlicet quando aliter vxori reddenda dos esset, non autem si alius præter illam quæ dedit, cauerit sibi adueniente diuortio vel morte. Huic namque nullo modo nocet culpa vxoris diuertentis, l. si dotem marito, de iur. don. in P. neque etiam filiæfam. repudium patri in dote profectitia præiudicaret, l. Laubium. C. de repud. l. si filia, de dinort. in P. l. filia emancipata, fol. matr. in P.

Quintus, † si donationis puræ titulo, ante matrimonium, vel pendente, aliquid datum à patre vel matre marito, soluto matrimonio non repetitur, l. si mater vestra, 12. de don. ante nupt. lib. 5. C.

¶ Sextus, † si mulier in adulterio deprehensa & conuicta sit, dote priuatur, vt innuit Horatius Saty. 2. lib. 1. sermonum, in fi. dum de adultera loquitur:

ve pallida lecto
Desiliat mulier: miseram se conscia clamet,
Cruribus hæc metuat: dotis, deprehensa.

Nempe si mulier adulterium committat, & eius criminis expers sit maritus: dotem enim tunc lucratur, c. plerunque, de don. int. vir. & vxo. in P. l. consensu, 8. §. virum, de repud. C. & ibi gl. videnda. si liberi ex eo matrimonio non fuerint. Nam si sint, illorum dotis erit proprietas, vsufructu tantum ad virum pertinente, vt notat Ioan. And ad d. c. plerunque.

¶Sicuti † & lucratur donationem propter nuptias vxor, si maritum reum adulterij peragat, l. fin. C. de repud. Portigit & Bal. in c. tuæ de procurat. amissionem dotis, veluti ob adulterium, si vxor lasciuiose & turpiter passa sit se osculari, aut manus amatorias ad mammas admouere. Subscribit Io. de Ripa in Rub. de ind. col. 3. & alij, quos ipse refert: putarunt namque ea certissima esse præludia ad adulterium, potissimũ apud Italos & Hispanos, vt ait Ouid. 1. de art. aman.

Ojcula si dederis, fiam manifestus amator,
Et dicam, mea sunt, iniiciamque manus.

Firmant & has suspiciones glossæ iuris ciuilis, gl. in l. quod ait, 23. in verb. in ipsis, ad l. Iul. de adul. in P. facit c. 1. quib. mod. feu. am. in vsib. feu. & pontificij, gl. in c. ne aliqua, 27. q. 1. facit c. tua, de procurat. veruntamen ego non existimo hoc verum in Gallia, & sic sequor Dyn. in l. 2. fol. matr. in P. ita sentientem, & Alcia. lib. 4. par. eg. c. 10. Adulteriumque hic factum, non faciendum cõsidero, cum bas inter moras faciendi pœnitentia cogitationis possit reuocari à crimine. vt de falsa moneta dicitur, in l. qui falsam, ad l. Corn. de fa. s. in P. ¶ Atque † hæc quoque in adulterio commisso tẽpore eius matrimonij, de quo agitur, intelligere par est: nam qui alias meretricem, vel adulteram, impudicamue duxerit, ob id repudiare non poterit, nec dotem vsurpare. Sicuti iudicatum à C. Mario prætore, pro Fannia vxore Ticinij Mintuonensis apud Val. Max. lib. 8. tit. 2. in Mario. contra Ticinium. ¶Sed † & obseruandum hic quoq. vt ab adulterio alienus sit maritus, qui lucrũ quęrat, id est, vt neq; ipse adulterium cum alia commiserit: nam tunc non lucraretur, c. intelleximus, de adult. sed delicta mutua compensatione tollerentur, l. viro & vxore, fol. matr. P. Neque etiam mores vxoris corrupisse arguatur, vel lenocinium admisisse: pari enim modo à lucro submoueretur, & ab accusatione, & indignus lucro, pœna afficiendus esset vterque, l. cum mulier, eo. l. 1. & l. mariti lenocinium, ad l. Iul. de adult. in P. l. crimen lenocinij, C. eo.

¶ Olim † ob malos mores vxoris soluto matrimonio retinebatur dos, quam vxor iudicio de moribus perdebat: sicut Cn. Domitius iudex pronunciauit, mulierem videri plus vini bibisse, quã valetudinis causa posceret, viro inscio, & dote mulctauit. teste Plin. lib. 14. c. 13. Hoc tamen postea iure expunctum, vetita ob id solutione & retentione dotis. l. vn. §. taceat, de rei vxo. act. Gl. fi. C. de repud. & rub. C. de repud. & ind. de mor. subl.

¶Alius † casus etiam notabilis & quotidianus, vt si mulier bona habens mobilia, ea det marito cum inuentario vel repertorio, si ea consumantur pendente matrimonio, heredes mariti nõ tenentur ad æstimationem, vt notat Bald. in l. de hu, per illum tex. C. de donat. inter virum & vxor, & Chassan. in consuet. Burgun. tit. des droicts appartenans à gens mariez §. 3. ad verba, & acquestz. vers. item quæro mulier, &c. & in §. 24. eiusdem tit. in vlt. eius annot. nisi æstimatę datæ essent res: qui tunc consumtio non minuit dotem, Bal. in l. æstimata, fol. matr. in P.

¶ Cessat † etiam soluto matrimonio dotis integra, repetitio, si iam anticipata solutione maritus restituerit. Bona fides enim repugnat, vt idem bis exigatur, vt ait regula iuris, l. bona fides, 58. de reg. iur. P. l. emtor. C. de euict. cum similib. bonæ fidei autem actio est hæc repetitio, l. vn. sed etsi non ignoramus, de rei vxor. act. C. l. sed etsi ideo, fol. matr. in P.

Sunt † quippe plures causæ, quæ permittunt contra regulam generalem, l. vn. si dos const. matr. reddit. fuer. lib. 5. C. tit. 19. singulari quadam humanitate & equitate dotem ante solutum matrimonium repetere: vt si alterius thori liberos legitimos fame pereũtes, vel ab hostibus captos, quibus subueniendum sit, habeat: aut

Digitized by Google

§ alendi sint eius parẽtes, vel fratres, vel aliæ necessariæ personæ, *l. quam. is, & l. sed & etsi ideo, fol. matr. in P. l. murus, §. fin. & l. fi. de iur. dot. in P.* vel si maritus ad inopiam vergat, & declinent eius facultates, *l. vbi adhuc, de iur. dot. C. l. si constante, fol. matr. in P. Auth. quod locum, de colla.* Vt & iudicatum in Senatu Parisiensi 13. Febr. 1497. *Papin. lib. 15. Rhapsod. arest. tit. 4. aresp. 3.* Item si vir deporretur manente matrimonio, *l. 1. C. de repud. l. si maritus, fol. matr. in P.*

20 ¶ Sed † num decedente vxore vel marito, cum dos repeti potest à marito, possit impediri, dicente marito, vel heredibus eius, se non eam accepisse à patre promissam. Et certe quidam dicũt hanc negligentiã nocere marito, & eius hæredibus, non vxori quę eã petit, ac si accepta fuisset, *Massuer. in tit. de prescri. v. item & res dotalis, per tex. in l. si fundum, de fundo dot.* quia promissione facta in maritum tradsfertur periculum. Contrariũ tamen verius, nec teneri maritum, *l. si extraneus, §. sed si pater, de iur. dot.* nisi ipse remiserit dotem sine consensu vxoris, aut confessus fuerit se recepisse, quã non recepit, quia videtur donare, *l. si quis pro vxore, §. si vxor, de don. inter vir. & vxo. P. l. quamuis, §. Marcellus, ad Velleian.* vel nisi mortuo patre promitteate, neglexerit petere ab herede

21 eius, tũc enim imputabitur, *vide Boer. decis. 329.* ¶ Sed † & dos instrumentorum tantum tenore conscripta, & quæ non probatur corporaliter tradita, non repetitur à muliere, vt data, si mariti bona fisco addicta sint, *l. si quis posthac, de bon. proscr. C.* nec etiam si alij creditores sint mariti, qui præferuntur, *l. prædia, de acq. poss. in P. l. si cui, C. de non num. pec.* Nec creditur instrumentis, quæ quotidie ea formula fiunt, dotem datam fuisse: nisi doceatur de reali datio ne secundũ sing. vam gl. *in d. l. si quis posthac, l. 6. in verb. dotaliũ.*

22 ¶ Minuunt † etiam alia dotem, vt integra non restituatur, impensæ factæ in res dotales vtiles, & necessariæ, *§. si minus, verb. ob retentionem, de act. l. 1. & l. quod dicitur, in 1. & 2. sic incip. & l. vtiles, de impens. in reb. dot. fact. in P.* non voluntariæ, *l. si voluntarius, eod. ti. l. vni. §. sed nec impensas, de rei vx. act.* vel modicę necessariæ, *l. omnimodo, de impens. in reb. dotal. fact.* sicut nec tributa pro rebus dotalibus soluta, vtpote cum fructibus conferenda, *l. neque stipendium, de impens. in reb. dotal. fact.* An autem minuant dotem in castrum expensæ pro defensione eius, & pro lite ad recuperationem rerum dotalium, Iason late explicat, *in §. si minus, vers. ob retentionem, nu. 3. 4. 5. de action* Minuit & funeris impensa dotem, vt supra docui-

23 mus, *l. in eum, cum 7. seq. de relig. & sumt. fun.* ¶ Ceterum † hoc obseruatione dignum hic existimo cum Paulo Iurisconsl. *l. si is qui, 57. §. quod dicitur, de iur. dot. in P.* vt quod dicitur, impensas necessarias dotẽ ipso iure minuere, nõ eo pertineat, vt si forte fundus in dotẽ datus sit, desinat aliqua ex parte dotalis esse: sed nisi impensæ reddantur, aut pars fundi, aut totus retineatur: sed si tãtum in fundum dotalem impensum sit, per partes, quanti fundus est, desinere eum dotalem esse Scæuola dicebat, nisi mulier sponte marito intra annum impensas obtulerit. Quod notabile dico; pro repetitione dotis, cui incrementum seu adiancamentum pro modo, & quantitate eius accedit, vt impensæ non minuant constitutionem primam dotis, sed retentionem lucri vel dotis pro rata parte inducant, salua constitutione.

De priuilegiis dotis in hypotheca & aliis. Cap. 24.

1 *Priuilegia dotis quartuordecim.*
2 *Dotis soluendæ obligata bona vxoris, & contra repetitionis eius caussa bona obligata mariti.*
3 *Dotis repetendæ caussa vxores habent hypothecam in bonis mariti, etiam potiorem anterioribus creditoribus, & rationes dantur.*
4 *Vxor in repetitione dotis, an præferatur creditoribus expressam anteriorem hypothecam habentibus.*
5 *Num pro confessata dote, præferatur in hypotheca anterioribus creditoribus vxor, & fisco.*
6 *Dotis hypotheca initium temporis habet à die contractus matrimonij, etsi tunc soluta non fuerit.*
7 *Casus quibus priuilegio non vtitur prioritatis hypothecæ vxor.*
8 *Hypothecæ priuilegium non datur extraneo repetenti dotem.*
9 *Hypotheca quæ muliari pro dote repetenda prioritatis competit, non datur ei pro additamento repetendo.*
10 *Dotis priuilegium aliud, vt alienari nequeat.*
11 *Dotis priuilegia alia. Et suppleri in ea stipulationem de restitutione: sitque actio pro ea bonæfide: summariam habeat notionem: incerta certa arbitrio reddi possit, &c.*

1 PRiuilegia † dotis 14. enumerantur & probantur à Ioanne P. de Ferrariis, *in for. libel. quo vxor agit pro dote, in sua praxi.* & per interpret. *in l. 1. fol. matr. in Pandectis.* Ea paucis complectar, dẽ to priuilegio hypothecæ, de quo cum frequens & vtilis, varia & difficilis sit quæstio, paulo latius agam, quam de ceteris: atque ab eo, initium ideo faciemus.

¶ Sicuti † bona vxoris pro dotis præstatione tacitè obligata

2 censentur, *l. 1. §. & vt plenius, C. de rei vxor. act.* sic & viri, pro restitutione, *d. l. 1. & eod. §. quod priuilegium*, & in eorum successores transit, *§. fuerat de actio.* Vt prospiciatur conseruationi & repetitioni dotium, hypotheca facit: plus cautionis namque in rem, quã in personam, *l. plus cautionis, de reg. iur. P.* ¶ Placuitque † Iustinia- 3
no *l. assiduis, 12. qui potior. in pign. hab. lib. 8. C. tit. 18.* mulieres, quæ dotes tradiderunt maritis, siue res illorum exilent, siue dissipatæ sint, habere ius repetitionis, & hypothecam potiorem in bonis mariti, supra omnes creditores mariti in hypotheca etiam priores & anteriores: rationesque adferuntur, quia de suo, non de bonis vxoris satisfaciendum creditoribus. Cui simile, quod vxor pro marito nõ teneatur, *tit. ne vxor pro maris. C.* & inter alios acta aliis non præiudicent, *Rub. cum ll. res int. alios acta. & C. Iauriscensium, §. ante omnia de pact. cum simil.* Debinc dotis natura est inalienabilis, *vt sup. diximus, & l. lege Iulia, de fund. dot. P. §. 1. quib. ali. lic. vel non, cum simil.* vt rem suam semper, non mariti retinere videatur mulier, & pro victu & alimentis suis. Accedit & liberorum fauor, vtq; habeant mulieres, vnde nubere possint: fragilitas mulierum insuper, parendi pericula, *hæc omnia, d. l. si assiduis, qui pot. & c. C. l. 1. fol. matr. in P. l. 2. de iudic. vid. tollen. C. l. 3. de priuil. cred. P.* Et antea quidem concessa fuit prælatio mulieribus pro rebus dotalibus, existantibus creditoribus in hypotheca præcedentibus tẽpore, *Iusti. l. vbi adhuc, 29. & l. in rebus, 30. de iur. dot. C.* verum postmodum & Iustinianus idem etiam ad non existantem dotalem rem, & pro ea concessit hoc priuilegium, vt creditoribus pro dotis repetitione præferãtur habentibus tempore anteriorem hypothecam, *d. l. assiduis, qui pot. C. §. fuerat, de act.*

¶ Verum † non sine cõtrouersia est, num & præferatur habentibus priuilegium expressæ anterioris hypothecæ: In qua re vo- 4
luit Accursius *in d. l. assiduis, in verbo licet*, nõ præferri expressæ anteriori, sed anteriori tacitæ, vel generali, quod sequuntur Ioannes Faber, Bartolus, Baldus, Iacobus Butrigarius, Angelus, Salycetus *præd. auctores, in d. assiduis, & iterum Faber & Aret. in §. fuerat, de actio.* & ita decitum quoque fuit in Capella Tholosana, *decis. 218. Capel. Tholos.* Præterit ergo nihil ei tantum habentibus tacitam anteriorem, dummodo dos data fuerit. ¶ Nam † si con- 5
fessata esset tantum, nec numerata, non gauderet hac prælatione, *Aufr. in d. nec. facit l. si quis, de bon. damn. C. & interpr. in l. 1. fol. matr. gl. in l. assiduis, in verbo data, qui potior. C.* Quanquam Bartolus *in d. l. assiduis, circa & l. 1. de dot. dan. non num.* tractet contrarium verius, vt pro confessata habeat locum priuilegium, si renunciatum sit exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel biennium elapsum sit, quo ea exceptio opponitur, *l. fi. C. eod. de dot. cauff.* Quidã, vt Ioãnes ab Imola *in l. 1. fol. matr. P.* Angelus & Aretinus *§. fuerat, de actio.* Baldus *in l. cum al. quis, de e. rae. liberan.* dicunt Accursij sententiam procedere indistincte, quando mulier concurrit cum aliis creditoribus probantibus veram debiti numerationem, vt præferantur tunc mulieri, quæ tantum habet solam confessionem, vel renuntiationem exceptionis non numeratæ pecuniæ, vel lapsum temporis biennij, & idcirco fictam numerationem. Tunc enim caussa onerosa, & creditores, qui certant de damno euitando, præferuntur mulieri, quæ lucrum aucupatur, *facit §. dedimus autem, de æqua. dot. collat. 7. dum agitur de augmento dotis repetendo filiæ.* Præsumiturque ista confessio, si facta constante matrimonio, de receptione dotis, etsi de numeratione non doceatur, in fraudem, & donatio inter virum & vxorem, *l. fin. §. licentia, de iure deliberand. Cod. l. omnes, 17. §. final. quæ in fraudem cred. lib. 42. P. titul. 9.* Quo casu tantum Angelus Aretinus *ad §. fuerat, numer. 18. & 19. de actio.* veram esse putat glossam *l. assiduis, qui potior. Cod.* vt tunc non præferantur vxores expressam hypothecam anteriorem habentibus: contra autem si confessio facta fuerit ante matrimonium, quo casu pro expressa numeratione confessionem haberi tradit. Idipsum verum, si creditores morosi fuerunt in opponenda exceptione, & lapsum fuerit tempus opponendi, *sic distinguit Alexand. in l. 1. fol. matrimon. P. & ita iudicatum, vt refert & disputat Boer. decis. 130. facit l. in contractibus, §. in omn. iuncta auth. seq. de non numer. pec. C.* Aufrerius autem *in decis. Capell. Tholos. 217.* cum Salyceto *in d. l. assiduis, qui potior.* resoluit distinguendo, vt si creditor & vxor habeant vterque expressam hypothecam in bonis mariti, potior sit iure qui prior tempore: si autem vterque tacitam, mulier præferatur etiam posterior tempore, pro dote data: excepto fisco, qui si tacitam habeat concurrens cum tacita mulieris, præfertur inter eos qui tempore potior. Quod si alter horum habeat expressam, alter taciam, expressa præfertur tacitæ etiam anteriori, *Interpret. gloss. & text. l. 2. de priuileg. fisc. Cod.*

¶ Hoc † vnum notabile tamen, hypothecam mulieris initium 6
sumere, non à solutione dotis tantum, sed à tempore initi & cõsummati matrimonii, quamuis tunc tradita non fuerit. Quod pluribus firmat rationibus & auctoritatibus Nicolaus Boerius *decision. 133.* vt etiam expressa postea hypotheca non abroget præcedentem tacitam generalem, sed vtraque maneat, *idem Boer. decis. 332.* A traditione etiam ante facta, quam matrimonium sequatur, incipit: quare & in sponsa locum habet priuilegium, dotem repetente, *l. 2. §. fin. de priuileg. credit. in P.* ¶ Neque † omit- 7
tendi sunt casus, quibus mulier potior non est in hypotheca, expressi in iure: veluti in eo, qui prior mutuauit pecunias marito, emendæ militiæ caussa, *§. his consequens, & §. seq. de æqual. dot. in Authen. coll. 7. const. 8. Authen. quo iure qui pot. in pign. C.* in primipilari caussa, *l. satis, C. in qui. cau. pig. vel hyp. tac. cont. l. 3. de primipil. lib. 12.*

C. nisi

Digitized by Google

C. nisi dotales res extent, quas repetet, *l.2. de priuil. fisc. C.* si cõcurrat vxor eum alia repetitione dotis eiusdem priuilegij, in quib. iure communi & prærogatiua vtendum est, *l. assiduis, §. & ideo, cum §§. seq. & Authen. si quid, qui potior. C.* Si tamen liquido constet res secundas vxoris esse, & exstare illas, recte aduersus omnes sibi vindicabit *iuxta Auth. si quid ex rebus, C. eo.*

8 ¶ In † hoc prælationis etiam dotis in hypotheca priuilegio, duo singularia annotanda: vnum, quod hoc quod datur mulieri, competat & suo heredi, non autem extraneis, si eis restituenda sit, vt ait Iacobus Ferrariensis, *in pract. tit. de for. libello, quo vxor agit ad*
9 *dotem, in 8. priuileg. dotis, per l. 1. C. de priuil. dot.* ¶ Alterum, † quod priuilegium pro dote iure hoc prælationis competens, non datur pro donatione propter nuptias, seu adiancamento, vel dotis incremento repetendo, sed ordo iuris & temporibus in eo sequẽdus est, *§. his consequens, de equal. dot. in auth. l. assiduis, §. hæc autem, qui pot. in pig. hab. C. §. illud, de equal. dot. in authent. coll. 7.* Sed hæc hactenus de prioritate hypothecæ, dotisque primo priuilegio, scilicet quod ratione fauoris eius, *arg. l. in ambiguis, de reg. iur.* in ambiguo præcedere dotis obligatio censeatur debitum alterius
10 generis, quod datum & est successoribus. ¶ Aliud † priuilegium
11 dotis erit, quod in alienabilis sit, de quo supra diximus. ¶† Tertiũ, † vt suppleatur omissio stipulationis, *l. 1. de rei vxor. act. C. §. fuerat, de act.* de dote restituenda, quod etiam transit in quemcunque alium successorem. Quartum, vt & sit actio bonæ fidei, contra naturam stipulationis, *§. in bonæfidei, & §. fuerat, de act. contra l. quicquid astringendæ, de verb. oblig.* Quintum, quod summarie sit in ea procedendum, *d. Ferrar. vbi sup. l. 3. de re iudic.* circumcisis dilationibus, *l. 1. de feriis.* Sextum quod dos incerta, arbitrio tertij possit certa reddi, *l. cum post, § gener, de iur. dot. in P. contra l. ita stipulatus, de verb. oblig.* Septimum, quod mulier dotem promittens, non restituitur Velleiano, *l. fin. C. ad Velleian. contr. reg. iur. com.* Octauum, res inalienabiles subiectas restitutioni, caussa dotis posse alienari, *Authen. res quæ, comm. de lega. C.* Nonum, quia pater cogitur filias dotare, vt dictum in oneribus matrimonij officio iudicis, *l. qui liberos, de rit. nupt. in P.* Decimum, quod repetenti mulieri non possit obiici compensatio, vel rerum amotarum vel aliorum debitorum, *l. vni. §. taceat, de rei vxo. actio.* quod priuilegiũ non transit in heredes eius. Vndecimum, quod in dote aduentitia, filiafam. sine patre in iudicio esse possit, *gl. & interp. l. 2. §. quod si in patris. sol. matr.* Duodecimum, quod dos non præsumitur communicata in societate generali, sed excepta, *l. actione, §. fin. cum l. seq. pro soc. in P.* potest tamen si placuit, *colligitur ex l. Lucius §. impuberes, de legat. 2. l. si socius pro filia, pro soc. in P.* Adde decimum tertium, vt laudemia non debeantur, si res emphyteoticaria sine æstimatione in dotem detur, *Ias. in l. 3. 9. c. & Saiyc. de iur. emphyt. C. Aufrer. in decis. cap. Thol. s. 278.* quia dominium tunc iure naturali remanet penes vxorem, *l. in reb. C. de iur. dot.* Quamuis iure ciuili efficiatur dominus maritus pendente matrimonio, & cum conditione, *l. doce ancillam, de rei vind. C.* tamen, nisi æstimata: quia tunc facit æstimatio emtionem, *l. quoties, C. de iur. dot. l. plerique. §. fi. eod. tit. in P.*

De donationibus inter virum & vxorem. Cap. 25.

Lib. 23. P. tit. 1. Lib. 5. C. tit. 16. Lib. 4. Decret. tit. 20.

1 *Continuatio tituli ad superiora.*
2 *In donationibus inter coniuges tria tempora inspicienda, ante, & post nuptias, & nuptiarum.*
3 *Donationes inter virum & vxorem, nec directe, nec indirecte valent.*
4 *Donationes caussa mortis inter coniuges, quæ valent.*
5 *Donationes inter coniuges reuocantur tantum illæ, quibus donans fit pauperior, & accipiẽs ditior, non aliæ: & ideo fructus consumti non restituuntur, nec minuta donata.*
6 *7. Amor mulierum exhaurit bona amantium.*
7 *Donationes in focarias militibus prohibitæ.*
8 *Donationes affectionis gratia in meretricis valent.*
9 *Amoris furore nihil vehementius, dignus ideo venia.*
10 *Donatio inter coniuges non prohibetur, vt inter maleuolos, sed vt inter coniunctos.*
11 *Contractus inter coniuges aliꝰ quam donationis, permissi.*
12 *Donationes secundæ inter coniuges prohibitæ, ne venalia fiant matrimonia.*
13 *Amor verus solis animis, sine pretio constat.*
14 *Mulierum ingenium flexibile & volubile.*
15 *Donationes inter coniuges item prohibitæ, ne cura & solicitudo amitterentur.*
16 *Donationes ante matrimonium factæ, collatæ in tempus matrimonij improbæ inter coniuges.*
17 *Donatio inter coniuges quando valeat, veluti si plebeius maritus vxori det nobili, siue senex puellæ, & rationes horum.*
18 *Donationes, quæ donanti conferunt aliquam vtilitatem, veluti remuneratoriæ, valent inter coniuges, vt in dignitatem, in restitutionem domus exustæ, monilia, alimenta.*
19 *Vestes pretiosæ, & aliæ à marito vxori donatæ, an marito vel vxore mortuis restitui debeant.*
20 *Donata monilia, armillæ, bullæ vxori, quomodo vxoris sint, & quando restituantur.*
21 *Statutum quo lucratur vxor donata, monilia, & vestes, intelligitur de non pretiosis.*

1 DOnationes, † quæ inter virum & vxorẽ fiunt, accedunt considerationi nuptiarum, sine quibus seorsum per se explicari nequeunt. Quocirca de illis pauca, quæ ex personarum, cõiugũ scilicet qualitate, nobis personas coniunctas magis ac magis explicent.

2 ¶ Inprimis † autem tria tempora in istis personis perpendenda moneo, ante nuptias, matrimonii constantis, & soluti: tempus ante nuptias, si donationem admittat, quæ firmat vt & postea facta, *Vlp. l. si sponsus, §. de donat. int. vir. & vxor. in P. cum multa, §. sancimus, de donat. ante nupt. C.* ad donationes propter nuptias, vel inter sponsos factas pertinet: vel si constante matrimonio factę, ad dotis æqualitatem, vt remuneratoriæ, validæ erunt, *l. si constante, eo. C.* de quibus iam in spõsalibus diximus. Tempus soluti iam matrimonij, aliam quoque considerationem quam viri & vxoris habere videtur, soluta tũc vxore à lege viri, vt ait D. Paul. *1. Cor. 7.* Neque itaque tractatio de donationibus inter virum & vxorem, ad hæc duo tempora, sed ad medium, quo cõstat coniugium, pertinebit. ¶ Proinde † de eo sic constituamus axioma, donationes inter virum & vxorem non posse subsistere, *l. 1. 2. 3. de donat. int. virum & vxor. lib. 24. tit. 1. l. quod sponsæ, de donat. ante nup. lib. 5. C.* siue illæ directo, siue per interpositas personas fiant, *l. creditor, 20. de don. inter vir. & vxor. lib. 5. C. tit. 16. l. 3. §. non tantum. eo. in P. Vlpian. l. apud Celsum, 4. §. Iulianus. de dol. mal. except. lib. 44. P. tit. 4.*

4 ¶ Quod de † donatione inter viros intelligimus: nam caussa mortis inter illos non sunt inhibitæ, si re ipsa scilicet traditione fiat, non sola promissione, *l. Papinianus, 24. de donat. inter vir. & vxor. P.* etsi in voluntate perseuerauerint vsque ad mortem, qua ratæ fiunt, & confirmãtur, *l. 1. & 3. l. ex verbis, 14. & l. pen. eod. C. Vlp. l. si eum seruum, 10. §. fi. cum 2. ll. seq. eo. P.* moriente eo, qui donauit ante donatarium, vt etiam reuocatæ censentur premoriente donatario ei, qui donauerat caussa mortis, *l. à marito, 18. eo. C. l. 1. de don. cau. mor. §. 1. de dona. P.* vel vna ambobus morientibus, *l. si inter virum, de reb. dub. in P.*

5 ¶ Item † secundo, illæ donationes inter coniuges inter viuos prohibitæ tantum censentur, per quas donatarius inuenitur factus locupletior: alioquin minuta illa, quæ donantur, & alia donata consumta, cum reuocari oportet donationes, non restituuntur: nisi in quantum locupletior is factus fuerit, *Diocletianus & Maximianus in l. de his quæ. 17. de don. int. virum & vxor. C. Marcellus. l. si mulier, 6. Caius, l. quia quod, 7. Vlpia. l. quod autem, 8. cum suis §§. eod. in P. l. sicut, eod. C. l. ex animi, cum 2. seq. eod. P.* Quocirca nec fructus rerum ita donatarum percepti & consumti restituuntur, si is qui dedit, non factus sit pauperior, nec is qui accepit, ditior, *Alex. Imp. in l. si fructus, 8. C. de donat. int.* alias contrarium statuendum esset, *l. 4. & l. si sponsus, §. concessa, & §. si maritus. eod. in P.*

6 ¶ Hoc † autem receptum est, vt ait Vlpianus, *1. eod. P.* donationes inter coniuges, inter viuos non valere, ne mutuo amore inuicem spoliarentur, donationibus non temperantes, sed profusa liberalitate erga se abutẽtes: nã vt est in antiqua parœmia, Θεοῦ δόντος πήγνυται δίκτυα βατράχοις, id est, *porri folio ligantur marsupia amantium.* ¶ Atque † ideo Antonmus *in l. 2. de dona. int. C.* do- 7
nationes in Focarias factas per milites, improbat: ne fictis adulationibus spolientur bonis. Quippe, vt ait Ouid. *de arte aman.*

——*inuenit artem*
Fœmina, qua cupidi captat amantis opes.

Et Plautus *in Trucul.*

Velut meretrix meum herum miserum, sua blanditia intulit
In pauperiem, primaui bonis, luce, honore, atque amicis.

Sic accommodate Luxuria apud eundem *Plaut. in proœm. Trinum.* filiam se dixit habere inopiam. ¶ Etsi † affectionis gratia in 8
alias, etiam meretrices valeant, *i. affectionis, & l. donationes, de donation. in P.* Et in pari turpitudine melior sit possidentis caussa, vt idem Antoninus rescripsit, *l. 2. de condit. ob tut. causs. lib. 4 C. titu. 7.* & aliis nomothetis placuit, *l. transactione finita, C. de transactio. l. si seruum, § de illo, de verborum obligat. l. in pari caussa, de reg. iur. cum simi.* Valde itaque suspecta habita sunt delinimẽta vxoria, vtpote quæ sæpe cogant parentes iudicium ferre contra proprium sanguinem: neque eisdem assentiendam putauit Caius, *l. 4. de inoffic. testa. P.* ¶ Nihil † furore amoris vehementius, quem retinere tan- 9
tum est philosophiæ perfecte monentis, infrænem & inhærẽtem concupiscentiam frænantis, vt ait Iustin. *§. illud quoque, quib. mod. nat. effic. legit. coll. 6.*

Sic dum vrit amor, quis modus adsit amori?
Virg. Eclog. 2.

Et ficut mulierem viri, sic & virum vxoris, prouocare liberalitatẽ facile blanditiis creditur, *l. fin. si quis aliq. test. prob. in P. l. fin. C. eo. tit.* Quomodo enim arbitrabimur facultates denegaturos coniuges mutuo, qui cupidinis illecebris perueti propria concedunt mutuo corpora? Et extra matrimonij sanctam castitatem, infelix cu-

Digitized by Google

piditatis certe captio, quæ & propriã personam, pecuniis multo cariorem, prostituere sæpe persuadet, quæ res & auxilio & misericordia idciro digna habetur, *l.1. de SC. Claud. C. §. fin. de succes. sublat. quæ fieb. per bon. vend.* Proinde iuste prohibet istas liberalitates lex, & ante obsepsit lubricas in paupertatẽ vias: satiusque visum sic iuueniles coercere calores, ne cupiditati dediti tristẽ exitum sentiant, *l. si. §. filius autem, de bon. quæ lib. lib. 6. C. §. optimum, de*
10 *non elig. secun. nub. in Auth.* ¶ Neq; † enim inhubetur, vt inter maleuolos, vel infestos donatio, sed vt inter cõiunctissimos: ne affectu nimio fiat alter pauperior, *l. si id quod, §. si quis, & §. quod lega-*
11 *turus, de donat. int. vir. & vxor. P.* ¶ Reliqui † namque contractus, præter dotationem sine fraude prohibitionis initi, permittuntur coniugibus, ex quibus pauperiores non redduntur, *l. si sponsus, §.*
12 *circa, & l. si vir vxori. de don. inter vir. & vx.* ¶ Accedit † quod, vt ait Sextus Cecilius, *l. 2. eod. P.* futurum esset discuti matrimonia, si qui donare posset, detrectare coniugi: atque tandẽ venalia fore matrimonia, nempe quia his donationibus, veluti pretio retinerentur: coactæq; essent metu dissidij donationes aduersum propriam naturam: quæ liberalitatis & extra coactionem sunt, *l. donari, de reg. iur. l. 1. & l. donari, de donat. in P.* Neque enim in necessitatibus liberalitas constituitur, *l. 4 de adim. leg. P.* Minusque libera matrimonia, quam eorum exigit natura, essent, *l. 2. de inutil. stipul. C. l. si ita stipulatio facta fuerit, & l. Titia, de verbor. obl. in P. 4. cum apud, & c. cum locum, de sponsal.*

13 ¶ Atque † antiqui amorem honestum solis animis, sine fœce hac liberalitatis constare æstimarunt, *Vlp. in l. 3. de don. inter vir. & vxor. P.* amor etenim quidpiam spiritale, qui simoniam vel gratiam promercalem non habet, vt notat Panorm. *in cap. quanto, de*
14 *ind.* ¶ Adiiciam † puellarum leue & facile ingenium fraudibus vel metu vel voluptate maritorum expositum, *§. quæsitum, de æqual. dot. in Auth. Aristot. 9. de animal. in prin. l. cum multæ, de dona. ante nupt. C.* & volubile,

Vt corpus tenerum, sic mens infirma puellus,
Fortius ingenium suspicor esse viris. Ouid. epist, Herus ad Leand.

Sic Tibullus 4. *lib.* de Nœra loquens,

Sed flecti poterit, mens est mutabilis illi.

Et Virgilius 4. Æneid. *&c. forus, de verb. sign. l. si. de inoff. testa. C. e. de viduis, in 2. 27. q. 2.*

——Varium & mutabile semper,
Fœmina.

15 ¶ Ad extremum, si hæ donationes simplices permitterentur, arbitrati sunt nomothetæ futurum, vt liberorum contemneretur cura, *l. 2. de don. int. vir. & vx. in P.* aduersum præscriptum legis, quo mandatur, vt quisque suam sobolem nutriat, *l. 2. de infan.*
16 *expos. C. tit. de alen. lib. & de lib. agnos.* ¶ Hinc † sequitur, donationes pari calculo esse improbatas, quæ ante matrimonium quidem fiunt, sed quæ conferuntur, vt valeant eo secuto, *l. quod sponsæ, de don. ante nupt. C. cum simil.*

17 ¶ Demunt † tamen aliquos casus interpretes, vsu & moribus ratione aliqua receptos: veluti si maritus sit plebeius dines, qui vxorem cui donat, accipiat nobilẽ: si senex & capularis, vxor adolescentula, *Nic. Boer. in consuet. Bitur. tit. de consuet. matri. & dotis, §. 1. Fran. de Cur. cons. 6. few. inci. quod notabile. Bart. Bal. & Ias. in l. si ita stipulatus, § si tibi nupsero, & in diuortio, de ver. obl. in P.* Quia hæc non videtur simplex, sed remuneratoria donatio, ob alia, quam ob matrimonij affectionẽ: & remunerationes aliã habent vim, quam simplices donationes, valentque inter personas, à quibus simplices reiiciuntur, *l. si pater, §. fin. & l. Attilius Regulus. de don. in P.* Et in nobilem vxorem plebeius conferens donationem, non tam eam vxorem munerare censetur, quantum sibi affinitatem proximorum eius comparare: cum principium affinitatis vxor sit, *l. 4. de grad. affinit.* In iuuene alia vtilitas quam matrimonij seni accedit, nempe quod quodammodo iuuenescat calore illius: sicut legimus cõquisitam Dauidi Abisal, 3. *Reg. c.* 1. puellam pulcram Sunamitidem, vt cum eo dormiret, & calefaceret eum. Alioquin n. satis commode propter senectutẽ retineri matrimonium non potest sine largitione, quæ ideo expresse permittitur, ne diuortium fiat, vt expresse notat Caius *l. vel propter iuncta l. præ*
18 *cad. de donat. inter vir. & vxor. in P.* ¶ Valebunt † itaq; & donationes, quæ & donanti aliquam adferunt vtilitatem, quibus pauperior fieri non videtur: veluti si ad dignitatem: *l. quod adipiscendæ, eo. P.* comparandam viro donet vxor, exprimaturque & dignitas, & quantum donetur. Ex ea enim vxor consequitur vtilitatem dignitatis, cum radiis mariti refulgeat *§. fi. de consul. in Authen. l. mulieres, de dignit. lib. 11. C.* Compati etiam aduenientibus casibus, & infortuniis cõiugis non est alienum à iure, *l. si cum dotem 23. §. si maritus, sol. matr. P.* & ideo in refectionem ædium exustarum vxoris aliquid elargiri permittitur, *l. quod si vir, de donatio. inter vir. & vxor. in P.* Multa etiam vxori donata tenent, vt vestimenta, *l. si*
19 *mulier ex pecunia, §. si. eo. l. mutuus, §. fin de iur. dot. in P.* molimia, fructus alimentorum causa, & huiusmodi pleraque, quę non iure donationis solum, sed ob officium maritale, quod ad ea tenetur, vt ad onera, sustinentur. ¶ Annotandum † tamen obiter moneo, interdũ vestes pretiosas & plures comparari à marito quę, si præmoriatur vir, vel ea præmoriatur viro, mariti heredibus, vel ipsi superstiti restitui debent, quotidianis tantum vxori relictis, *Bart. in l. penult. §. si quis vxori. sol. matr. Ang. cons. 101. Paul. Castren. cons.*
184. *Bald. l. cum te, de donat. ante nupt. num. 3. & 4. Boer. late, in comment. ad cons. Bitur. in tit. de consuet. matrim. & dot. Decis. cap. Thol.* 336. videlicet quando simpliciter concessæ sunt pretiosæ vestes vxori, & pro vsu. Alioquin autem si eo animo vt perpetuo vxoris essent, sint datę & traditæ, nec mortis temporis reuocatæ, mulier, & eius heredes eas retinent: sicuti & quando seruo vestimentum datur, ea distinctione vtimur, *l. id vestimentum, 26. de pecul. in P.* Siquidem nisi exprimatur clare donatio vxoris caussa, comparata ad vsum tantum, non donationis caussa censentur: & proinde ea mortua, sub mariti sunt dispositione, *l. si quid earum, 45. in prin. & §. 1. de leg. 3. l. qui concubinam, 29. de legat. 1.* Vt non inutile legatum earum sit factum vxori, *l. hoc legatum, 41. de legat. 3.* quod nullum alioquin esset, si res quæ eius esset, iam eidẽ legaretur, *l. proprias res. C. de lega.* Semel enim meum, amplius fieri nequit meum, *§. sic itaq; discretis, de action. l. nemo rem suam, de verborum obligat.* cum dominium, non nisi ex vna caussa ad nos pertinere possit, etsi in possessione diuersum statuatur, *l. 3. §. ex pluribus, de acquir. possess. P. c. inter dilectos, de fide instrum.* Vt præsumatur tantum, concessio huiusmodi facta vxori, vsus, non donatio, iuris vrgentissima præsumptione: qua neminẽ suum iactare voluisse colligitur, *leg. cum de indebito §. 1. de probat. in P.* idem cum sit donare ac perdere, *l. si filius familias. de donat. in P.* ¶ Hæc † eadem & de torquibus, 20
armillis, bullis, aliisque monilibus, quæ vxori ornamenti caussa conceduntur, dicenda censeo, obseruata eadem distinctione: nisi municipalis lex, vel conuentio in matrimonij præludiis, vel in
21 tractatione aduersetur. ¶ Dummodo † & illud singulare Barto. in *l. quamuis, de aur. & argen. legat.* notetur: statutum municipale vel mores, quibus lucro huiusmodi esse dicuntur vxoribus, non esse intelligẽda de pretiosis, sed de vulgaribus monilibus & vestibus: quod quamuis subobscure notat Bartolus, tamen Nicolaus Boerius secundum eam sententiam iudicatum fuisse scribit, *Nicol. Boer. ad consuet. Bitur. tit. de consuet. matrim. & dot. §. 4.* Quæ æquitatẽ eam habere mihi videtur, quia municipalia statuta, quoad fieri potest, iuri cõmuni sint cõciliãda, & quia quæ iuris singularis non trahantur facile ad consequentiam, *Paul. l. quod vero contra, 13. de legib. libr. 1. P. titulo tertio.* vtque stricti iuris non prorogentur ad similia, *l. quicquid adstringendæ, de verborum oblig.*

De secundis nuptiis. Cap. 26.

Lib. 5. C. tit. 9.
Lib. Decret. 4. tit. vlt.

1 *Nuptiæ secundæ non sunt improbæ.*
Tertullianus male secundas reprobat nuptias.
2 *Nuptiæ secundæ cur non benedicantur.*
3 *Nuptiæ secundæ & plures, repetitæ dicuntur.*
4 *Nuptiarum primarum, & repetitarum differentiæ.*
Nuptiæ secundæ quamuis permissæ, vere tamen fornicationes.
5 *Nuptiæ secundæ intemperatæ habitæ Ethnicis.*
6 *Nubebant viduæ publicis festis, non virgines quare.*
7 *Nuptiæ repetitæ Moscouitis permissæ, sed vix habitæ legitimæ: tertias sine caussa non permittunt: quartas à Christiano alienas putant.*
8 *Nuptiæ repetitæ quando, & quomodo, & num semper permissæ in Orientali ecclesia: repetentium pœna.*
9 *Nuptiæ primæ benedicuntur, non secundæ.*
10 *Vxor sacerdotis Iudæorum & Ethnicorum esse nequibat viduæ nuptias sacerdos non repetebat.*
11 *Bigamus, & qui viduam duxit, non potest promoueri ad sacros ordines.*
12 *Relictum, si non nupserit, viduæ prohibet nuptias, in virgine valet, spreta etiam conditione.*
13 *Mater ad secundas trãsiens nuptias, non reuocat donationes filiis factas propter ingratitudinem, paucis exceptis caussis.*
14 *Pecuniæ piæ debitæ maritandis pauperibus, non debentur pro maritandis viduis, sed pro primò nubentibus.*
15 *Contributio talea, quæ debetur pro maritandis filiabus, debetur tantum profiliabus in primo, non in secundo matrimonio.*
16 *Bigamus non vtitur priuilegio clerici.*
17 *Secundæ nuptiæ punitæ, non primæ, si intra annum luctus fiant.*
18 *Annus luctus olim 10. nunc 12. mensium.*
19 *Nuptiæ repetitæ intra annum luctus, suspicionem habent sinistram.*
20 *Nubens ante annum luctus sacrificabat vaccam prægnantem.*
21 *Vir non tenetur lugere vxorem.*
22 *Partus num edi possit 10. 11. & 13. mense.*
23 *Repetendarum nuptiarum spatium & luctus, eiusdem rationes.*
24 *Pœnæ nubentium intra annum luctus iure ciuili impositæ, non pontificio quare sublatæ.*
25 *Mulier etiam prægnans coitum desiderat.*
26 *Num pœnæ nubentis secundo sublatæ censeantur, ei, quæ intra annum nubit.*

Digitized by Google

27 *Miscella lex de viduitate remissa.*
28 *Pœna secundo nubentium fauore liberorum, quo ad lucra approbata.*
29 *Nouerca superinducta liberis, malum.*
30 *Nouercam superinducens liberis, consilio patriæ lege Charondæ arcebatur.*
31 *Nouerca vnde dicta.*
32 *Nouercæ Agrippina Claudij Cæsaris vxoris in vitricos crudelitas, vt suos faueret.*
33 *Nouercalia delinimenta infamant parentes contra liberos proprios.*
34 *Nouercale odium, pro maiori.*
35 *Famina secundo nubentes contemnunt bona & vitam liberorum prioris matrimonij, amore secundi mariti.*
36 *Septitiæ Trachalorum matris nuptiæ secundæ, & eius testamentū, ob contemptos priores liberos, improbata.*
37 *Nuptiarum quoque repetitarum iniuria ad maritum præmortuum pertinet.*
Morgin cap. Pleaderfium, Mundium.
38 *Nubens secundo, habens ex primo filios, amittit proprietatem lucrorum, quæ habuit à priore marito, quocunque titulo.*
39 *Nubens secundo, nec lucra prioris coniugii attribuere potest inter liberos prioris matrimonij suo arbitrio, vel electione: quod & in viro repetente matrimonium locum habet.*
40 *Ingrati filij amittunt lucra prioris matrimonij.*
41 *Viduæ, quæ nuptias non repetunt, non procul à virginitate ponuntur.*
42 *Viduis vel viduæ, si non repetant nuptias partiuntur, pro virili cū filiis illius matrimonij, dotis seu donationis propter nuptias, seu augmenti lucra in proprietate, & de lucris aliis libere disponunt.*
43 *Pater materue transeuntes ad secundas nuptias, filiis decedentibus prioris matrimonij, quorum dominium filiis seu aliis fratribus succedunt in vsufructu vel proprietate.*
44 *Mater non petito tutore filio pupillo, consolans ad secundas nuptias, aut non reddita ratione tutelæ, ei non succedit.*
45 *Lucra prioris matrimonij instituto generaliter herede extraneo à parente, censentur reseruata liberis prioris matrimonij.*
46 *Lucra quæ pater aut mater consequuntur ex morte filiorum prioris matrimonij, decedentium ab intestato, tenentur reseruare morientes aliis filiis eiusdem matrimonij, non autem si illis ex testamento successerunt.*
47 *Bona quæ coniunx transiens ad secundas nuptias habet per successionem intestati, à filio mortuo prioris matrimonii quæsita per illum aliunde, quam ex præmortuo coniuge, sunt in illius liberis dispositione, secus si veniant à præmortuo coniuge.*
48 *Infamis aliquando facta, quæ transire ad secundas nuptias, si haberet liberos.*
49 *Nuptiæ repetitæ non priuant dote sua mulierem, nec virum donatione propter nuptias, quam vxori mortuæ dederat: sed sibi, non liberis prioris matrimonii conseruat.*
50 *Donationes quoque reciprocæ coniugum non reseruantur prioris matrimonii filiis, nec remuneratoriæ.*
51 *Pœna in bonis propriis transeuntium ad secundas nuptias, ne possint ex his relinquere vxori, vel marito, vel vitrico, plus quam vni ex liberis prioris matrimonii reliquerint.*
52 *Mater paterue repetentes nuptias, libere possunt in bonis propriis aliquem, vel aliquos liberos primi, secundi, vel tertii matrimonii instituere, relicta aliis singulis legitima, & lucris suarum nuptiarum.*
53 *Coniunx qui decessit, & donauit vel legauit superstiti, potest cauere valide, ne donata subiiciantur legibus reseruationis liberis prioris matrimonii, etiamsi superstes nubat, & potest permittere nuptias.*
54 *Filij prioris matrimonij consentientes secundis parentum nuptiis, non vtuntur postea priuilegio reseruationis superioris.*
55 *An remitti possit pœna imposita nubentibus intra annum luctus.*
56 *Remitti non possunt pœnæ l. hac edictali, de sec. nup. C.*
57 *Dos lucrata à marito ex statuto, vel incrementum seu augmentum lucratum ab vxore, illis transeuntibus ad vlteriores matrimonium reseruatur filiis solis illius matrimonij, vnde lucratur, post mortem parentum.*

1 NVptias † secundas detestandas non esse vt improbas & prohibitas, ecclesia docet catholica, *can. aperiant, can. Deus malorum, c. quod si dormierit, 31. q. 1.* reiicitque in eo Tertulliani sententiam, qui eas vt stuprum detestatur, *Tertul. lib. exhortationis ad castita. & lib. de monogamia.* ¶ Permittit † enim eas Deus, *c. hac ratione, 33. quæst. 1. c. virginibus, eod. c. pen. & fi. de secun. nupt. l. carni. 7. &* melius esse nubere quam vri tradit, etsi melius sit viduum castum permanere, quam nubere & non vri. Nec quia non benedicuntur secundæ, vel vlteriores post primas, *ca. 1. & c. vir autem, de sec. nupt.* ideo impiæ sunt: nam semel benedictæ cum sint, videtur
3 benedictio durare. ¶ Nuptiarum † secundarum appellatio repetit tantum, non immutat substantiam matrimonii: secundæ dictę rationę proxime deficiētis matrimonij, etsi plures repetitæ sint. *gl. in rub. de sec. nupt. C.* Et ideo omnia quæ antea explicata sunt de sponsalibus, & primis nuptiis, dote & aliis, secundis conueniunt: exceptis quibusdam ritibus & priuilegiis, quæ speciali calculo signabuntur.

¶ Interest namque primum inter primas vnicasque, & repetitas nuptias: quod primæ seu melius vnicę nuptiæ cōmendētur, & laudentur: repetitæ etsi permissę secundum veram rationem, vere fornicationes sunt, vt ait D. Chrysostomus, *can. hac ratione, cum 2. seq. 31. quæst. 1.* & ad remedium incontinentiæ concessæ. Quod pluribus rationibus docet D. Hieronymus *cont. Iouin. lib. 1.* Et tutius visum est nubere in Domino vni soli; quàm inhonestè multos admittere, *c. 1. de iis qui fil. occid. c. veniens, qui cler. vel vouent. can. quomodo virginibus, 31. quæst. 1.* ¶ Valerius † Maximus lib. 2. c. 1. *num de nup. agit.* scribit, eas quæ vno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ honoratas apud Romanos: quod existimarent eum præcipuè matronæ, syncera fide incorruptum esse animum, qui post depositæ virginitatis cubile, in publicū egredi nesciret: multorum matrimoniorum experientiam, quasi legitimę cuiusdam intemperantiæ signum esse credentes. ¶ Et † Plutarchus *problem. 99. Quid est*, inquit, *quod publicis festis, veteri more, virgines non nubunt, viduæ nubunt? an quod virginibus decorum, viduis vero multis præsentibus fiducia nubere? felices namque ac fastæ primæ nuptiæ, secundæ vero tristes, ac detestandæ. Puaet enim viuis aduhuc eis, quibus antea nupserant, alios accipere, mortuos autem lugent. Quo fit, vt magis quiete, quam strepitu & deducentium multitudine delectentur. Dies vero festi adeo multitudinem distrahunt, vt his rebus per otium interesse non possit.*

¶ Moscouitæ † seu Ruthēni concedunt quidem secundū matrimonium, sed vix legitimum putant: tertiam vxorem ducere sine graui caussa non permittūt: quartam nec cōcedunt, nec Christianum ducunt. Atque in canonibus cuiusdam Ioannis Metropolitæ Moscouiæ scriptum habent, vt sacerdos si sciēs tertio matrimonium expetentem coniunxerit, officio priuetur, vt narrat Sigismund. Liber Baro, *in comment. rer. Moscou.* ¶ Quod † mutuatum est ab orientali ecclesiastica disciplina, cuius fidem amplectuntur. Nam in canonibus Nicephori confessoris sic statuitur, *lib. 2. iur. oriental. Bigamus non coronatur: sed in eo punietur, vt annis duobus sacra non participet mysteria: Trigamus annis quinque emendetur, & sic admittatur.* Nicetas etiā Metropolitanus ad Constantinum Episcopum scribit, *lib. 3. iur. oriental.* Bigamum annum à sacrorū mysterio abstinere debere, neque eum, qui preces super eos concepit, cum illis cibum sumere debere. Meminit Cōstantinus Harmenopulus *lib. 4.* Synodicæ decisionis habitæ sub Constantino Porphyrogeneta, & socero eus Romano, ab iisdem principibus subscriptæ, qua permittebatur quadragenariis, si nullos ex secundis nuptiis suscepissent liberos, ad tertias peruenire ad prolem habendam: iis autem qui trigesimum annum haberēt pariter, etsi ex secundis sustuliſſent liberos, ob infirmitatem ætatis. Verum tam iis quam illis, cum ecclesiasticis pœnis (de quibus *in cap. de iis, cum seq. 31. q. 1.*) quartas omnino nuptias improbabat, & nullas dixit. Inseritur & nouella Porphyrogenetæ in iure orientali, lib. 2. ti. περὶ γάμων, quæ in suggestu singulis annis Constantinopoli legitur, qua prohibitum se quarto iungere matrimonio: alioquin imminente pœna ademtionis sacræ communionis, & expulsionis à sacris, & ecclesia. Pari modo de tertio statutum, esse illud humanæ infirmitatis, sed non honestatis, Christianæ, libidinis perturbatione vincente. Proindeque inibi statuitur, vt qui tertio nupserit, ad quinquennium non sit sacræ communionis particeps, neve hoc tempus, illi contrahatur, & postea non ei permittatur, nisi in sola Dominica Domini resurrectione, ieiuniis antea expletis: atque ita tantum permittit matrimonium post quadragesimum annum, vt retulit Harmenopulus, si liberos quis ex prioribus non habuisset. Ita in concilio Neocæsariensi, c. 1. *de iis qui frequenter, 31. quæst. 1.* pœnitentia sæpe nubentibus iniungitur, prohibeturve ne presbyteri interueniant. ¶ Hinc † secundo, iura statuunt, secundas vel repetitas nuptias ineuntes, non benedici à sacerdote, cum primæ benedicantur, *c. 1. & cap. vir autem, vel mulier, de secund. nupt. lib. 4. Decret. tit. 21. cap fin. 23. dist.* Et Diuus Ambrosius *tom. 4. super cap. 3. prior. epist. ad Tim homini vnam vxorem decreuit Deus, cum qua benedicatur: nemo enim cum secunda benedicatur.* Quod & apud Romanos religiosum fuisse monet Plutarchus *in problem.* dum ait: *Eodem tempore vxor cum viro consecratur, quemadmodum multa sunt in sacris, quæ absente viro, agi nequeunt.* ¶ *Priore † autem amissa, alteram sta in superducere, tum difficile est, tum vero iniquum & impium: quare & mortua vxore, flamen Dialis sacerdotio abdicabat.* In quo similiam & mimos egerunt veræ religionis veri Dei, in qua statutum erat de sacerdote, *Leuit. c. 21. Virginem ducet vxorem, viduam autem, & repudiatam, & sordidam atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo, ne commisceat stirpem generis sui*, vulgo *gentis suæ: quia ego Dominus, qui sanctifico eum.* ¶ Quo † factum etiam, postquam receptum est in ecclesia occidētali & Catholica sine vxore esse debere, quemadmodum docuimus in impedimentis, eum, qui ad tractanda Dei mysteria promouetur, vt bigamus, qui duas habuit vxores, vel qui viduam duxerit, non possit ordinari, iure ciuili & pontificio, *c. cautius, c. deinde, c. vna tantum, & c. final. 26. distinct. cap. 1. 2. 3. & fin. de biga. lib. 1. Decretal. tit. 18. §. 1. versic. & neq. vxori.*

Digitized by Google

quomodo oport. episc. & cet. cler. ad ordin. perdu. in Auth. collat. 1. tit. 6. § sed & si quis inter, & de nupt. coll. 4. Sic oportet Episcopum vnius vxoris esse virum, vt ait Diuus Paulus, *1. ad Timoth. 3. c.* 1. 26. distinct. id est, quod non promoueatur bigamus: non autem quod necessarium habere illum vxorem, sed negatiue intelligendum
12 illud. ¶ Proinde † tertio, fauorabiliores in capiendis legatis sunt primæ, quam secundæ nuptiæ: si quidem legatum in dicta conditione, *si non nupserit*, relictum virgini, quæ nondum virum experta est, eadem remissa quãquam nupserit, debetur: in vidua diuersum, *Papin. l. cum tali*, 71. *§. Meuiæ, de condit. & demonst. lib.* 35. *P. tit.* 11. *iuncta gl. & l.* 1. 2. *& Auth. cui relictum, de ind. viduit toll. lib.* 6.
13 *C. tit.* 40. ¶ Nec † mater, quæ ad secundas transiuit nuptias, propter ingratitudinem reuocare potest donationes, prioris matrimonij liberis factas, exemplo eius quę inhoneste vidua viuit: cũ tamen ea, quæ vidua ab vnico matrimonio, possit, *l. his solis*, 7. *C. de reuoc. don li* 8. *tit.* 56. Exceptis tribus capitalibus ingratitudinibus, de quibus nouella Iustiniani cautum est, *§. mater tamen, de nupt. in Auth. coll.* 4. *tit.* 1. *Auth. quod mater de reuoc. donat. C.* si filius matris vitæ insidietur, vel manus impias ei intulerit, vel iacturam eidẽ
14 vniuersi patrimonij fuerit molitus. ¶ Accedit, † quod bona quæ relinquuntur pro pauperibus mulieribus dotandis & maritãdis, non possunt distribui in dotem viduarum quæ nubere volunt, quantũcunq; pauperes sint, vt ait Bald. & Guil. Bened. *in c. Raynutius ad verba qui cum alia, num.* 79. 3. *par.* quia appellatio matrimonij ad nuptias primas refertur, *l. bonæ fidei. §. hoc sermone de ver.*
15 *sig.* ¶ Neq; † subdit clientes, qui pro maritãdis filiabus virginibus domini seu patroni tenentur pecuniam conferre, pro vidua filia iterãte matrimonium tenentur, vt notat Guid. Papæ. *q.* 57. *in fin.*
16 ¶ Si † quis etiam verbarauerit clericum vnius vxoris virum, incidit ipso iure in sententiam excommunicationis canonis fauore cleri editi, non autem si bigamum, *c. si quis suadente diabolo*, 17. *q.* 4. *c. vni. de cler. coniug. lib.* 3. *sexti Decret. tit.* 3.
17 ¶ Quarto † differre videtur nuptiæ repetitæ à prioribus, quod secundæ puniantur, vt exosæ iure ciuili: duobus maxime casibus, quando intra annum luctus fiunt, vt nimiũ accelleratæ, vel quando liberi ex præcedente sunt matrimonio: vt nõ nuptiæ, sed præcipitatio & liberorum iniuria damnari videatur. Itaq: sex pœnas iure Codicis Iustin. *l.* 1. *&* 2. *de sec. nupt. lib.* 5. *C. tit.* 9. anticipans annum luctus incurrit, ex constitutione Gratiani, & Valentiniani, & Theodosij CCC. 1. vt sit infamis: 2. vltra tertiam partẽ bonorum suorum in dotem dare non possit secundo viro: 3. neque ei vltra eãdem tertiam partem relinquere possit: 4. vt sit omnium suprematum voluntatum, legatorum, & mortis caussa relictorum expers: 5. vt relicta à suprema voluntate prioris mariti amittat: 6. vt hereditates legitimas seu ab intestato ciuili vel honorario iure delatas, nõ possit vltra tertium gradum vindicare. Hæc placuerant partim *l.* 1. *de iis qui no. infa. li.* 3. *P. tit.* 2. quoq; Iurisprudẽtiæ auctoribus, quibus sanctum visum est vxorem per annum virum, cuius memoria damnata non sit, elugere debere, *Paul. l. solet*, 10. *& Vlp.*
18 *l. liberorum*, 11. *§.* 1. *eo.* ¶ Annum † olim decem mensium constituentes, postea expletum 12. *l.* 2. *C. de sec. nup.* Sic Ouid. *lib.* 1. *Fast.*

Tempora digereret cum conditor vrbis in anno,
Constituit menses quinque bis esse suo.
Scilicet arma magis quam sydera Romule, noras.
Curaque finitimos vincere maior erat.
Est tamen & ratio Cæsar, quæ mouerit illum,
Errorémque suum, qua tueatur habet:
Quod satis est vtero matris dum prodeat infans,
Hoc anno statuit temporis esse satis.
Per totidem menses à sponsa nouerat vxor
Sustinet in vidua tristia signa domo.

Et rursum idem Ouid. *in* 3. *Fastor.*

Annus erat, decimum cum Luna receperat orbem,
Hic numerus magno tunc in honore fuit.
Seu quia tot digiti per quos numerare solemus,
Seu quia bis quino famina mense parit.

Et paulo post,

Assuetos igitur numeros seruauit in anno:
Hoc luget spatio fœmina mœsta virum.

19 ¶ Suspicantur † iura aliquid sinistri contra vxorem, quæ hoc tempus non exspectauerit, veluti quæ iam viuente marito cogitauerit de violanda pudicitia, elegeritq; virum secundum, quem priore contemto haberet. *Iustinian. §. alterum, de rest. & ea quæ par. in* 11. *men. nouell.* 39. Vnde etsi prolis natæ consideratio nulla sit, intempestiuas tamen cohibent iura nuptias infamia. *§. nam si nulla, & §. si vero rationabiliter, & §. & similiter per culpam, & §. si igitur ex prioribus, in Nouell.* 22 *§. prima si quidem nuptiæ, de nupt. collation.* 4. *in Authent.* Persuasum habeo hoc anni spatium luctus habuisse prohibitionem & pœnam infamiæ, potissimum ratione prolis, quæ posset esse concepta ex commixtione prioris matrimonij. Siquidem ex lege Gordiani, *l. decreto*, 15. *ex quibus causs. infam. irrog. lib.* 2. *C. tit.* 12. tristior attratusue habitus remissam habuit infamiam in luctu, verum accelleratio nuptiarum eandem retinuit inustaque labes perpetuo edicto pudori non solum nubenti intra id tempus, sed ei qui eam sciens prudensque du-
20 xisset. ¶ Suadet † sacrificium indictum secundo nubentibus intra ea tempora à Numa Pompilio. *Plutarch. in Numa.* vt quæcunque ante decem menses à viri morte nupsisset, vaccam prægnantem immolaret. ¶ In † remissa luctus necessitate, æqualis facta est vxor viri priuilegio, qui infamis non est, & si vxorem nõ elugeat, *l. vxores*, 9, *de iis qui not. infa. lib.* 3. *P. tit.* 2. at remansit prolis miscendæ periculum, quod cum natura ipsa immineat, nulla iuris fictione potuit honeste vel legitime obliterari. 21

¶ Aulus † Gellius *lib.* 3. *cap.* 16. fuse disputat ex Plauti Cistellaria, Menandro, Cæcillio, M. Varrone, Aristot. *lib.* 7. *de hist. ani. c.* 4. Hom. & vsu obseruato, constitutioneq; Adriani Cesaris, partum posse edi in decimo & vndecimo mense à coitu. Sed & mirum quod ex Plinio refert, *lib.* 7. *cap.* 5. creditum fuisse & decimotertio mense posse: citaturque Masurius auctor, qui scripserit L. Papyrium prætorem, secundo herede lege agente, bonorum possessionem cõtra eum dedisse, cum mater partum tredecim mensibus tulisse se diceret, quoniam nullum certum tempus pariẽdi statutum ei videretur. Macrobius etiam, *lib.* 1 *Saturn. cap.* 8. dum soluit quæstionem cur in compedibus vineiretur. Saturnus Romæ in templo, refert Appollodorum dixisse, Saturnum alligari per annum laneo vinculo, & solui ad diem sibi festum, id est, mẽse Decembri. Significare autem semen decimo mense in vtero animatum, in vitam grandescere, quod donec erumpat in lucem, mollibus naturæ vinculis detinetur. Iustinianus tamẽ, *Nouel.* 39. *§. fin. de restit. dot. & ea quæ par. in* 11. *mens.* hunc partum post vndecimum mensem à morte mariti editum, non existimat legitimũ, sed aliunde quam à marito susceptum: & eam quæ ita peperit, subiicit pœnis nubentis intra annum luctus. Narrat & Suidas, *in Demarato.* cum Demarati natiuitas fuisset denuntiata Aristoni patri, Aristonem subducta ratione, quod à nuptiis nondum elapsi essent decem menses, negasse hũc suum esse filium, atque vt notum abdicasse. Verum hic inter viuos cõiuges potuit cõiunctionis anticipatæ haberi certior obseruatio. 22

¶ Quare † cum intra hæc tempora anni à morte mariti, partus conceptus nasci possit, per id tempus abstinendum prætor censuit à nuptiis, & ad tempus, quo solet iugeri, se retulit propter turbationem sanguinis, vt notat Vlpianus, *l. liberorum*, 11. *§.* 1. *de iis qui not. infam.* Probatque sententiam Pomponij eam, cui legendi solemnitatis remissa est, quæ se intra legitimum tempus partum ediderit, posse se statim nuptiis collocare, nõ aliter. Sic enim familiæ diuersorum maritorum, & bona iniuste, reique publicæ damno, *l. super statu, de quæstio. C.* 1. *§. quamuis, de ver. inspic. in P.* commiscerentur, & secundo marito conceptus ab alio succederet, & natus sub altero marito vt eius filius habitus, patris hereditate priuaretur: quod certe valde iniquum est. Atque hæ pœnæ respiciunt maxime fauorẽ liberorum nondum natorum, non nuptiarum contentum vel improbationem. 23

¶ Remissæ † tamen hodie iure pontificio, permissę que nuptię intra illud lugendi tempus, *c. ex ten. & fin. de sec. nupt. & ibi interpres* 1. *ad Corinth.* 7. *gl. fi. n. in l.* 1. *de sec. nupt.* ad euitandam delinquendi occasionem: satius enim visum est permittere accelleratas nuptias, quibus homo, nempe liberi nondum nati & familia commixta offenduntur quam peccari in Deum. 24

¶ Desiderat † namque coitum mulier, etiam quæ concepit. Sic enim Aristoteles admonet, *libr.* 4. *de generat anim. l. cap.* 5. solam animalium mulierem, & equam grauidam, coitum pati. *Homo enim*, inquit, *sua natura per fœcundum animal est: aliquid etiam in vtero tum spatij, tum excrementi superest, quanquam non tantum, vt vel alterum possit alere: mulier itaque ob eã caussam coitum recipit.* 25

¶ Quanquam † non me latet Odofredum, *in l.* 1. *C. de secund. nupt.* & alios *glos. in l. decreto, in verbo contrahere, ex quib. causs. in fam. irrog. C.* existimasse, pœnas has nec iure canonico esse correctas in nubentibus intra annum luctus, & ita obseruari in Italia: neque ideo minus verum esse & legitimum matrimonium, quia non matrimonium per iura, sed acceleratio puniatur: Sed & illis accederet, quod ex caussa etiam matrimonium contractum suspendi possit in concubitu, veluti donec à menstruis purgata sit vxor, & recens editus partus ablactetur, *cap. ai eius vero concubitum. 5. distinct.* Cui sententiæ lubens subscriberem, nisi me remoraretur delinquendi occasio, cui via aperiretur, si mulieres continere non valentes, metu amitterent hæc lucra, & metu pœnarum, ad tacitam secretam pollutionem & scortationem declinarent, *Pan. in cap. fin. num.* 3. *de sec. nupt.* Qua ratione arbitror melius reipubl. consultum iri, si remittantur. ¶ Vterque † hac in re contra Iustiniani rescripto eiusdem & sanctione, *Iustin. l.* 2. *de indic. vid. toll. 6. C. tit.* 40. per quam licet, sublata lege Iulia Miscella, mulieribus viduis, etiam maritorum suorum interminatione spreta, quæ viduitatem eis indicit, & non dato sacramento ad secundas migrare nuptias: & nihilominus ea percipere, quæ maritus dereliquit, pœna cessante, siue habeat liberos, siue non habeat. *Augeri enim*, inquit, *magis nostram rempublicam, & multis hominibus legitime progenitis frequentari, quam impiis periuriis affici volumus.* 26

¶ Ceterum † aliæ sunt pœnæ secundo nubentibus impositæ, nec in odium quidem nuptiarum, sed ad vtilitatem liberorum iam ex prioribus nuptiis susceptorum, & vt prospiciant leges, ne iniuria eis secundis nuptiis inferatur: quæ certe nullo modo sublatæ sunt, pertractatæ *in l. fœmina, & sequentibus legibus, de secund. nupt. C.* Idcirco hæ pœnæ communes sunt, tum mulieribus, tum viris secundo nubentibus, *l. generaliter, §. de secun nup.* 27 28

l. vtero-

Digitized by Google

C. vterque enim irrogare damnum liberis secundo matrimonio videtur.

29 ¶ Nam † quod ad virum pertinet qui nouercam superinducit filiis, quantum noceat vulgo cognitum est, & ex probis auctoribus constat: vt Menander absolute dixit, *in sententijs comico. Græcor. cap. 24.*

Δεινότερον ἄλλο μητρυιᾶς κακόν,
Nullum malum malo nouerca.

30 ¶ Sibarius † tulit legem Carundas, vt qui liberis nouercam super induxisset, à consilio senatus & patriæ submoueretur: nunquam ab eo existimans patriam recta ac salubria consilia sperare posse, qui liberis olim propriis male consuluisset, *Diodor. Sic. lib. 12. Biblioth.* ¶ Dixerunt † antiquiorum quidam nouercam, quasi nouam arcam dici. *glyton § socerum, de nupt.* Melius tamen meo iudicio, quasi νέα ἀρχή, noua vel recens princeps. ea enim in domũ traducta mariti, prioris matrimonij liberis nititur abrogare imperium, vt sibi & suis arrogetur: tarim instituens bellum & odium irreconciliabile in eos, quos suis impedimento esse arbitratur.

31 ¶ Vt † Agrippina à Claudio Cæsare superinducta liberis strenue protinus dedit operam, vt suus filius Domitius Nero à Cæsare adoptaretur, & id consequuta ei imperium pareus, statim è conspectu patris subduxit Germanicum è prima vxore natum, atque vetita, ne contra, quam moliretur, accideret, immedicabile venenum marito. Locustæ veneficæ ope, in boleto porrexit. *Dion. Cassius, lib. 60.* Dehinc & Germanicum, & eius sorores interfecit abscondito mariti testamento *Xiphilin. in Nerone.*

32 ¶ Et † sæpe nouercalibus delinimentis infatuati mariti, coguntur iudicium ferre contra proprium sanguinem, & filios exheredare, *l. 4. de inoff. testam. in P.* Euripides *in Alceste.* illum ipsum insigniter exprimit,

Ἐχθρὸν γὰρ οὐκ ἔστιν μητρυιᾶς τέκνοις
Τοῖς πρόσθεν, ἐχίδνης οὐδὲν ἀγριώτερον,
id est,
Inimica enim est subiens nouerca liberos
Priores, vipera nihilo mitior.

33 ¶ Abiit † in prouerbium, pro truci inimicitia, nouercale odium: & apud Cornelium Tacitum, *in 1.* nouercales manus. Et pro insigni malo, nouerca: vt,

Dies quandoque parens, quandoque nouerca.

Nec potuit Canidiæ veneficæ odium supremum exprimere significantius Horatius, *lib. Epod. ad.* quam alio versiculo,

Quid, vt nouerca, me intueris?

34 ¶ Nec † solum liberis alienis nouerca nocet, verũ & sæpe quæ nuptias repetit, propriis officit: & fœminæ immoderatæ & intemperantes plerunque nouis maritis, non solum res filiorum, sed etiam vitam addicunt: vt ait Constantinus Cæsar, *l. lex quæ tutores, 22. § lex enim, de administ. tut. lib. 5. C. tit. 37.* ¶ Id- o † cum Septitia mater Trachalorum, filiis irata, & in cõtumeliam eorum, cum iam parere non posset, Publio seni admodum nupsisset, posthæc quoque vtrumque testamento prætermisit: aditus Augustus, & nuptias mulieris & suprema iudicia improbauit, *Val. Maxi. lib. 7. c. 7.* Nec patitur etiam Iustinianus, *l. Iust. nouel. fin. vers. per. ac secun. nupt.* C. genitores qui sese secundis nuptiis deuouerint, irrationale odium ad priores liberos forsitan habẽtes, sine iusta ratione ingratitudinis, insimulare: neque innocuam potestatẽ iuris afficere. ¶ Nuptiarum † quoque secundarum etiam iniuria vsque ad maritum mortuum, cuius animam per eas contristari ratus est, *§ quæ vero, de nupt. in auth.* vtpote, quia animis constat amor verus coniugalis, *l. 3. de donat. inter vir. & vxor. P.* & animi sunt immortales. Et proinde, indimidum amorem perpetuum esse existimamus: vt & Langobardi, qui redimendam vxorem, ab heredibus prioris mariti, per secundum maritum pretio statuerant. Sic enim lex apud illos sancita per Rotharium regem, in hæc verba, *l. si quis filiam suam, de sponsal. lib. 2. legum Longobar. Si quis filiam suam, aut quamlibet parentem in Christo alij dederit, & contigerit casus, vt illi maritus moriatur: potestatem habeat illa, si voluerit, ad alium maritum ambulandi liberum tantum. Secundus autem maritus, qui eam tollere disponit, de suis propriis bonis medium pretij, quantum fuerit dictum, quando maritus primus eam desponsauit pro ipsa meta dare debet ei, qui heres proximi mariti prioris esse inuenitur: etsi noluerit accipere, habeat ipsa mulier, Morgengap. & quod de parentib. eius adduxerit, id est, Phalerfium. Parentes verò eius potestatem habeant eam dandi ad alium maritum, vbi & ipsa & illi voluerint. Et Mundium eius prioris mariti non habeant parentes, pro eo quod denegarunt voluntatem suam: ideo redeat Mundium eius ad parentes proximos, qui prius eam ad maritum dederint: etsi parentes eius non fuerint legitimi, tunc Mundium eius mulieris, ad curtem regis pertineat. Et si talis fuerit mulier, quæ maritum non vult, aut non possit habere: sit in eius potestate, ad quem Mundium eius pertinet. Et si ille eam male habuerit vel tractauerit, & probatum fuerit, tunc liceat ei ad parentes suos reuerti: & si parentes non habeat, ad quos ipsa reuertatur, ad curtem regis habeat refugium, & Mundium eius rex sit.*

38 hæc apud Longobardos lex. ¶ Iure † ciuili mulier, quæ susceptis ex priore matrimonio liberis superstitibus, trãsit ad secundũ, etiã post annum luctus, amittit proprietatẽ rerũ quas ex facultatibus priorum maritorum perceperit siue iure sponsalium, aut solemnitate nuptiarum, aut donatione causa mortis, vel legati, vel fideicõmissi titulo: easq; vel ad omnes liberos prioris matrimonij, vel ad vnũ illorũ, conseruata aliis legitima, tenetur relinquere, solo vsufructu penes illam remanente, quã diu vixerit, sublata alienationis potestate, vt sanxerunt Gratia. Valẽtin. & Theodos. *l. fœminæ, 3. in princ. & § 1. & auth. in donatione, de secund. nup. C.* ¶ Deinde † & illi inhibita harum rerum inter liberos distributio, vel electio alicuius ex liberis: atq; omnibus quia omnibus æque irrogata iniuria: repetione matrimonij, per legem fuerunt distributo, *§ si vero exspectet, vers. venient autem, de nupt. in auth. lucrum, de sec. nup. C.* Quæ & in marito repetẽte nuptias locũ habet, vt amittat lucra omnia, quę ex priore matrimonio, & vxore, cuius exstãt liberi, siue nomine dotis, vel alio titulo consequutus est, & ea teneatur relinquere iisdẽ liberis, nec eligere quẽquam ex illis possit, *l. generaliter, § iunct. auth. lucrum, de sec. nupt. C. § hoc autem, de non elig. sec. nub. in aut. coll. 1. tit. 2.* sed illi à lege vocati, etsi heredes non fuerint patris, ea consequantur, *d. l. generaliter, § 1. de sec. nupt. auth. heres, de eod. tit.* Nisi ingrati sint parentibus, *d. auth. heres, de sec. nup. C. § si vero exspectet, & § quoniam infirmas, & § soluto, de nupt. in auth. coll. 4.* ¶ In † fauorem quippe liberorum hæc donata 40
vel relicta creduntur. Et quanquam speciem indictæ viduitatis, hoc videatur habere improbatam: tamen cum magis cura liberorum, quam viduitas iniungi videatur, æquissime recipitur, vt ait Terentius Iurisc. *l. sed si hoc, 61 § fi. de condit. & demonstr. P.* Remittitur namque hæc pœna sublatis liberis prioris matrimonij, *l. fœminæ, § illud, de sec. nup. C.* ¶ Atq; † optimum, laudabile, & di- 41
gnum visum est Iustiniano, *§ cum igitur, vers. optimum, de non elig. sec. nub. in auth.* vt mulieres ita honeste se habeant, quatenus quæ semel ad virum venerunt, seruẽt inuiolatum morientiũ thorum: *Et huiusmodi*, inquit, *mulierem & miramur, & laudamus pariter, & non procul à virginitate ponimus: non tamen vt ideo secundæ inhibeant. r nuptiæ illis, quæ continere non possunt.* ¶ Quod † si nõ conuo- 42
let ad secũdas nuptias maritus superstes, vel vxor in lucro dotis, & donationis propter nuptias, vna cum liberis partem succedendo faciet in proprietate quoque, *auth. si tamen abstineat, de sec. nub. C. § quæ vero mulieres, vt fiat fil. &c. in auth. collat. 9. constit. 7. § soluto igitur, de nup. coll. 4.* Et potest libere eadem, quæ ex lucro prioris matrimonij capit abstinens à secũdo, libere alienare, vel liberis, vel extraneis distribuere. Neque possunt liberi reuocare, vel petere alienata, nisi intestatus intestatue decesserint: quo casu quæ non alienata reperiuntur, petunt filij, & ex illis nepotes, *l. si quis, 8. § illud etiam de sec. nup. C.* ¶ Et † ex lege Theodosina, *l. ma-* 43
ter quæ defuncto, 9. ad SC. Tertul. lib. 6. C. ti. 55. ita demum filio, pleno iure succedebat, si post mortem filij non repetebat nuptias: ac lege Iustiniani, succedit, etsi secundo nubat, in vsufructu, vt diximus si alij filij sint prioris matrimonij, & in proprietate, si non sint: siue filij prioris matrimonij mortui sint ante secũdas nuptias, siue post secũdas matris nuptias, *d. l. fœminæ, § illud, de sec. nupt. C. § hinc nos, de nupt. colla. 4. in auth.* ¶ Dummodo † transiens ad secun- 44
das nuptias, si legitimam suscepisset tutelam filiorum, prouideat dari tutores filiis: alioquin eorum successione priuaretur, *l. omnem matri, 6. ad SC. Tertul. C.* ¶ Fauore † liberorum receptum nouella- 45
rum iure est, vt instituto herede extraneo generaliter, non censeantur ea lucra illi relicta nec trãslata, nisi expresse in alios trãspositio fiat. sed præsumatur testator reseruasse liberis *§ deinceps, & § soluto, de nup. coll. 4. constit. 1. auth. nunc autem, de sec. nupt. lib. 5. C. tit. 9.* quamuis iure Codicis aliter fuisset receptum, *l. si quis prior. & § si certum esse sancimus, de sec. nup. C.* ¶ Sed † & receptum est 46
ex communi & certiori interpretum calculo, *authent. defuncto, ad Tertul. C. § consequens, de heredit. ab int. ven. coll. 4.* etiam ea quæ pater vel mater consequitur ex bonis filij primi matrimonij decedentis, cum hodie *glo. in l. fœminæ, § illud, in verb. possessione delata, & ibi Bart. tenendus, qui contra. solvit. de secun. nupt. C. l. matre. quæ defuncto, 5. ad Tertul.* illis succedant in proprietate, vna cum aliis filiis, teneri reseruare aliis filiis eiusdẽ matrimonij, nec posse alienare, scilicet si ab intestato successerint: diuersum enim, si ex testamento illorum, vel codicillis, vt quilibet extraneus, *auth. ex testamento, C. de secun. nup. § hinc nos, de nup. in auth. § cum igitur, de non elig. sec. nub. in auth.* habuerint: quia videtur remisisse iniuriam filius. *§ si. de iniur. an. Iustinia.* ¶ Verum † obseruandum est, 47
quando mulier, vel vir, qui nuptijs secundis se coniunxerunt, succedunt ab intestato filius prioris matrimonij, ex bonis quidẽ, quæ fuerunt ex priore coniuge mortuo, per mortem filij ad se peruenientibus, nihil posse retinere, si alij fratres sint. Ceterum bona quæ aliunde filio præmortuo peruenerant, & in quibus cum fratribus defuncti succedunt, illis quæruntur: nec reseruant inuiti prioribus liberis fratribus defuncti, authen. ex testamento. de secũd. nupt. C. ibi, quę ex paterna substantia, &c. iunctis §§. ex quorum corpore sumta est auth. Sed & pater qui habet vsumfructum in bonis aduentitijs filij, *§ igitur, per quas perso. cuique acqui. l. cum oportet de bonis quæ l. b. C. l. 1. de bona mater. C.* & maternis, eo non priuatur, si transit ad secundas nuptias, *Iustin. in l. fin. de bonis mater. C.* ¶ Sed † & Gratianus, Valentinianus, & Theodosius *l. si qua* 48
mulier, at SC. Tertul. lib 6. C. tit. 55. voluerunt, habentem liberos mulierem ad secundas nuptias transeuntem, infamem quoq; esse: sicut de ea diximus, quæ intra annũ luctus nubebat, nisi à principe gratia infamiæ fieret. & illa medietatem omnium bonorum, quæ essent tempore nuptiarũ, iisdem filius titulo donationis sim-

Digitized by Google

plicis & irrevocabilis largita fuisset: cuius tamen vsumfructum
49 dum viueret retinere poterat. ¶ Obseruandum † tamen hic est, de lucris agi ex priore matrimonio procedentibus, vt liberorum ex eo natorum commodis reseruentur: nō autem de iis quę redeūt soluto matrimonio ad coniuges, quæ illorum ante coniugiū erant, vel nomine illorum data. Siquidé donatio propter nuptias, quam vir superstes retinet, quam tenebatur mulieri dare, si prior decessisset, sibi nō liberis cedit. Sicut & dos, quæ, mortuo marito, ad vxorē rediit, nō quæritur prioris matrimonij liberis, siue ab ea siue ab alio eius nomine data fuerit, vt notat Imperator Zeno, *l. si liberis, 18. de dona. ant. nupt. lib. 5. C. tit. 3.* Sunt enim hęc propria patrimonia viri & vxoris, dosq; in patrimonij nomen trāsit,
50 *l. 3. §. fin. de minor. P.* ¶ Quod † & de donationibus reciprocis inter cōiuges excipiendum est, vt pote quæ compēsationis non lucri nomine potius cēseantur, *Vlp. l. quod autem, 8. §. si vir, de don. int. vir. & vxor. lib. 24. P. tit. 1. l. si pater puellæ. C. de inoffic. test. l. de fideicōmisso. C. de transact.* & permutationis, *l. sed etsi lege, §. consuluit. de petit. hæredit. in P.* itidem & in remuneratoriis donationibus, vt pro lucris non habeantur, *l. quod in vxorem. de nego. gest. C. l. si quis pro vxore, 22. de don. int. vir. & vxor. in P. l. Attilius Regulus, de dona. in*
51 *P.* ¶ In † propriis autem bonis, qui, quæue habet ex priore matrimonio liberos, & in coniugiū aliud transit, alias pœnas patitur: nempe quod non possit secūdę vxori, vel marito repetito, vel ex illis vitrico nomine donationis propter nuptias, si vir vxori dare, vel si mulier dotis causſa, vel vitrico, testamento, vel alio modo donare, plus quā vni ex liberis, cui minus dederit, prioris matrimonij. Quod si aliter factum sit, datum reuocatur: & ex constitutione Leonis & Anthemij, *l. hac edictali. 6. C. de sec. nupt.* quod excedit ad liberos prioris matrimonij, æqualiter diuidendum redit: & secundum constitutionem Iustiniani, *l. quoniam, 9. eod.* etiam cum secundi matrimonij liberis partiendum. Quæ tamen emendata fuit nouella, *§. 1. §. nec illud. & §. optime, de nupt. in auth. coll. 4. tit. auth. ad eos. C. de sec. nupt.* & secundum priorem Leonis & Anthemij statutū, vt ad solos prioris matrimonij liberos, quib. solis secundis nuptiis irrogata videbatur iniuria, contemtaue cura, pertineret. Fit autem æstimatio portionis relictæ vel coniugi secundo, vel vitrico, & eius, quod filio prioris matrimonij relinquitur, habita ratione ad bona quę sunt binubo tēpore suæ mortis,
52 *§. quia vero hactenus de nupt. in auh. coll. 4.* ¶ Possunt † tamen pater aut mater, qui liberos ex priore & secundo vel vlteriore habent matrimonio, reseruatis singulis lucris ex singulis matrimoniis receptis in propriis bonis, aliquē vel aliquos, siue prioris, siue secundi matrimonij præferre, dummodo reliquis legitimam relinquant: quia si intestati decesserint, & bona propria inter omnes cuiusuis thori fuerint, deductis lucris, diuiduntur, *Iusti. in §.*
53 *illud quoq; qui finalis est de nup. coll. 4. in auth. tit. 1.* ¶ Neq; † omittendum est, coniuges qui prædecesserint factis donationibus, vel legatis vel lucris, superstitibus relinquentes, posse prouidere, ne liberalitates illæ in priores pœnas incidāt, si trāseat superstes ad aliud matrimonium: quippe quod receptum sit, expresse donantem hoc posse prohibere, permittēdo expresse, vel tacite, vxori vel viro, cui relinquitur ad alias peruenire nuptias, vt eo modo etiam si nubant, propria habeant. *Bald. in l. 1. de sec. nupt. C. & in l. filium quem habentem fam. ercisc. glos. in §. duo igitur, cir. princip. titu. in ver. siue vir. de nupt. in auh.* ¶ Sicut † & filij quoque, quibus per 54
secundas nuptias quæruntur hæc lucra, consentiendo secundo matrimonio, amittunt hoc priuilegium, *Angel. in l. non est, P. ad Tertul. Angel. in §. 1. de non elig. secun. nub. in auth. Angel. in l. mater, C. ad Tertul.* vt vtrumque notat, & disputat Franciscus Cremensis, *sing. 74.* & Ludouicus Romanus, *sing. 250. & cons. 219. quod incipit, in Christi nomine ex themate consultationis promissæ.* volenti enim non fit iniuria, vel dolus, *l. cum donationib. de transact. C. l. 1. §. vsque adeo, de iniu. in P. l. scienti, de reg. iu.* Diximus autem has pœnas priores deferendorum lucrorum, vel potissimum introductas: quod prior maritus censeretur reliquisse hæc vxori, vt cura esset illi diligentior liberorum. Atque res subiecta restitutioni, consentientibus iis, in quorum gratiam inducta est, firma remanet, *l. quoties, C. de fideicommiss.* ¶ Contendit † tamen Ludouicus 55
Romanus, *singul. 250.* virum non posse remittere pœnas mulieri transeunti ad secundas nuptias intra annum luctus: quia nubat ita contra bonos mores, vt constat ex *l. 1. de secund. nupt. C.* dum ad morum correctionē illam legem pertinere traditur: & quæ contra mores bonos sunt, testamento caueri nequeant, *l. turpia & l. si quis inquilinus, §. fin. de legat. 1.* Cuius tamen opinio vera est apud illos, inter quos pœnæ nubentis intra annum luctus retinentur: non autem inter nos Gallos, quibus, vt supra dictum est, placuit cū iure pontificio remitti. ¶ Et † si honestius ducamus, si fieri 56
per continentiam possit, annum luctus innuptam transigere. ¶ In pœnis † porro *l. hac edictali, de sec. nupt.* nulla recepta est remissio. 57
Sed hic singulare annectendū est de antiphernis, seu adiancamēto, seu incremento dotis, quæ mulier superuiuens marito lucratur, & de dote, quam mutuo in totum vel pro parte lucratur superuiuens vxori, ex statuto vel cōsuetudine locorum, vt Tolosæ: quod eadem lucra debent seruari solis liberis eius matrimonij, repetitis nuptiis, nec communicari liberis secundi, *facit l. femina, in princ. & auth. vxore, de secund nup. C. §. Gregoriana, vers. perspeximus. de non elig. sec. nub. in auth.* vt notant Baldus, *ad auth. vxore, de secund. nupt. & authent. ex testamento. & in l. generaliter, §. illud, eo.* Burrigarius, *ita consuluit*, Franciscus Cremensis, *sing. quæst. 172.* qui Baldi sententiam, *in l. fin. in fin. de bon. mater.* quæ videbatur contraria, conciliat, vt locum habeat in vsufructu, non in proprietate, quam restituere cogitur.

DE PER-

Digitized by Google

DE PERSONIS EXTRA LEGITIMAM CONIVNCTIONEM NATIS, ET NOMINATIS.

LIBER X.

De Concubinis. Cap. I.

1 *Concubinatus habet vmbram & similitudinem matrimonij.*
2 *Pellex est concubina cum vxore, & sine ea.*
3 *Pellex Gellio, concubina cum vxore.*
4 *Concubina Ethnicis antiquis vxoribus prohibita, permissa celibibus, iure Pandectarum.*
5 *Concubina digna non erat nomine vel honestate matrisfamil. sed velis.*
6 *Consuetudo habita cum muliere libera, præsumtionem facit nuptiarum.*
7 *Concubina quæ apud Hebræos.*
8 פילגש *pilegesch, seu concubina Rabbinis, vxor sine solemnitate ducta, cuius filij, patri non succedebant, nisi in muneribus.*
9 *Concubina ab vxore, vitibus non affectione differebat.*
10 *Concubinas singulas singulis administratoribus pronunciarunt, si vxores non haberent, permissis Alexander Imper.*
11 *Concubinarum intemperatus numerus ante Euangelium vsurpatus cum vxoribus.*
Commodus habuit 300. In Palmaria quisque quæ vult. Salomonis fuerunt 700. & 300. Valdomiero regi Moscouitarum, 800.
12 *Concubinos vnum, vel plures Latinadica mulieres pro facultatibus mariti habebant.*
13 *Concubinum vnum vxori proximum voti permisit lex Solonis impotente viro.*
14 *Concubinatus Athenis Demetrio prohibitus.*
15 *Concubinatus iure ciuili Christiano prohibitus.*
16 *Concubinatus prohibitus iure Pontificio, & omnis coitus extra nuptias: multo magis & clericis.*

1 Legitima † explicata nuptiarum tractatione, incidimus in concubinatum, vbi similitudo quædam & vmbra matrimonij apparet: de quo quædam diximus, dum de ritibus Romanorum circa nuptias. & de triplici specie vxorum egimus *superior. lib. cap. 5.* explicantes concubinam vxorem esse, quæ vsu habebatur. Siquidem solus concubitus prolis caussa, nulla nuptiarum interueniente solemnitate, interueniebat. ¶ Referam † hac de re Pauli Iurisc. verba, *l. Masurius. 144. de verbor. sign. lib. 50. P.* quæ ita se habent: *Masurius scribit libro Memorabilium pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cum vxor non esset, cum aliquo tamen vinebat, eumque magis vero nomine amicam, paulo honestiore concubinam appellari. Cæius Flaccus in libro de iure Papiriano scribit, pellicem nunc vulgo vocari, quæ cum eo, cui vxor sit, corpus miscet: quosdam eam, quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam Græci παλλακὴν vocant.* Laurentius Valla, *lib. 6. elegant. c. 48.* vtriq; sententiæ subscribit, & verum esse pellicem, seu melius pellacem esse eius, qui vxorem 3 habet, & eius qui nõ habet, quod firmat exẽplis. ¶ Gellius † *Noct. 4. cap. 3.* eradit pellicem concubinam appellatam, probosamque habitam, quę vincta consuetaq; esset cum eo, in cuius manu mancipioque alia matrimonij caussa foret: quod antiquissima lege ostenditur, quam Numæ regis fuisse accepimus. *Pellex eadem Iunonis non tangito, si tangit, Iunoni crinibus dimissis agnum feminam cædito.* ¶ Quibus † verbis improbatus concubinatus cum eo, qui 4 vxorem haberet, etiam iure prisco ostenditur, veluti adulterinus: Sicut & iure Codicis reperta est, post multa secula, huius prohibitio, *l. 1. de concubin. C.* Cum tamen concubinatus cum cælibe permissus fuisset, & extra pœnam iure Pandectarum, *l. in concubinatu, de concubi. P.* ob vitanda adulteria aliorum, & plurium scor- 5 tationes, malo hoc tolerato, vt maius pelleretur. ¶ Non † tamen per omnia probato, quando & imminuta honestas eius mulieris esset, quæ se in concubinatum dedisset: ea enim, nisi liberta esset patroni concubina, matrisfamilias honestatem non habebat, *l. stuprum intelligitur de rit. nupt. 1.* Permissus quidem in liberis & vilibus personis procul dubio concubinatus, dũmodo sine stupro esset, hoc est, dummodo cõcubina non fuisset in concubinatu alias patris vel filij, vel cõsanguineæ personæ, *l. 2. & 2. de concub. P.* De ingenua honestiore aliquãdo dubitatum, *l. 3. 04.* Attamen & Aurelianus Imperator eam posse quoque haberi decreuit, vt auctor Flauius Vopiscus, *in Aurel.* & idem Iustinianus, *leg. si quæ illustris, l. 5. §. final. ad Orficia.* ¶ Placuit † tamen Modestino, *in l. in libera. 24. de rit. nup. lib. 23. Paul. 2. facit l. si vicenis. 4 nupt. C. cum distinctione l. in concubinatu. §. 1. de concubin. in P.* in lib- tæ mulieris 6 consuetudine non concubinatum, sed nuptias intelligendas, si non corpore quæstum fecerit. ¶ Et † apud Hebræos quoq; interdum concubinæ dicæ sunt, ancillæ concumbentes: interdum & illæ vxores, quę præter legitimos ritus, & consuetas solemnitates coniungebantur. Quod & vsurpatum nationibus reliquis, aliquot exemplis ostendemus. ¶ Rabbini † itaque dicunt in sacris 8 eloquiis, פילגש pilegesch, seu concubinam eã esse, vxorẽ concubitus gratia absque קידושין ו כתובה chetuba ue kidussim, id est, scripto vel annuli subarrhatione ductam, cuius filij non succedebant patri in hereditatẽ, sed datis muneribus ablegabantur. Ita Agar Ancilla dicitur vxor Abrahæ, *Gen. 16.* Cethura quoque vxor eiusdem mortua legitima Sara, *Gen. c. 25.* Vocãtur aũt postea concubinæ, dũ dicitur, *Gen. eod.* quod Abraham omnia quæ possidebat, dedit Isaaco filio ex vxore legitima, scil. Sara, filiis autem concubinarum largitus est munera. Sic iunctæ fuerunt coniugio ancillæ, *Gen. 30.* Iacobo Bala, & Zelpha, cum tamen vxores legitimæ essent illi Lya & Rachel. Itaq; cõcubinę erant subditę in domo matrisfa. vt obseruauit D. Aug. *lib. 1. q. sup. Gen. q. 90.* Et ita cõcubina omnis inter vxores erat, sed nõ omnis vxor cõcubina erat: Neq; eadẽ iura vtriusque, nec erat filius ancillę quã in vxoré legitimam habere non licebat Iudæis, vt auctor Iosephus, *li. 4. Antiq.* heres cum filio liberę, *Gen. 21. ad Gal. 4.* Et apud Vlpianũ, *si vxor non fuerit, ad l. Iulia. de adult. in P.* omissis Accursij & sequacium illius nugis, non iusta vxor mihi dicta videtur concubinatus namque cum dixisset, non posse quempiam accusare concubinã suam de adulterio, iure mariti, sed iure extranei, subiicit statim: Plane siue vxor fuerit iusta, siue non iusta, accusationem vir instituere potest. Atque hunc esse germanum Vlpiani sensum constat ex versiculo Homerico, *Illiad. 9.* per illum adducto,

ἀ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μετὰ θυμὸν ἀνῆρες,
id est,
Non soli diligunt vxores inter mortales Atridæ.

In quo versiculo perpendendum est, loqui Achillem de Brisęide, quam se tanquam vxorem diligere ait: & respondetque legatis ab Agamemnone, ceteriisque Græcis missis, cum tamen eadem non in vxorem, sed in concubinam haberet. Fuitque ob eam ab Agamemnone ereptam, implacabile odium inter hos, vt Agamemnoni postmodum subesse recusauerit, nec is pugnare vellet contra Troianos, donec Patrocli nece enunciata, ad vindicãdum eundem stimulatus est. ¶ Proinde † concubina affectione & dilectione parum, aut nihil, a iusta vxore differebat, sed vinculo illo solemni & indissolubili vincta, vt vxor legitima non erat: fiebatque exsola animi destinatione, *l. 4. de concubin. in* 9 si indubitato affectu in vna eademque domo cohabitarent, *§. consideremus. ibi tali. b. enim solis. de trien. & semi. in auth.* ¶ Scribit † Iulius Capitolinus, *in Alexand.* Alexandrum Cæsarem magistratibus: quibus committebat prouincias exemplo veterum si vxores non haberent, singulas concubinas concessisse: quod sine his esse non possent. 10

¶ Antequam † illucesceret Euangelica veritas, apud omnes fere nationes concubinatus erat frequentissimus, prolis habendæ vel libidinis explendę caussa, atque vsque ad populum Deo peculiarem abusu regum & procerum serpsit: & cum vxoribus quoq; 11

Digitized by Google

concubinas habuerunt, neque solum singulas, verum vsq; adeo numerosas, vt pro monstro sit hanc vsurpatam ineffrenem licentiam audire. Persæ cariores concubinas, quib. abundabant, in thesauris habebant, teste Trebellio Pollione, *in Valeriano patre*. Cõmodus Antoninus Imperator, Æl. *Lampr. in Commodo Antonin.* qui noctu popinas sectabatur, sibi conciuit trecentas concubinas, quas ex matronarum meretricumque delectu, formæ ad speculum, delegerat. In insula Palmaria noui orbis, licet vnicuique potenti, postquam vnam duxerit vxorem, habere pellices quotque voluerit: sed nupta adulterio comprehensa, venditur à marito, primario tamen principi, à quo licet mulieris propinquis eam redimere, *Pet. Martyr. lib. noui orb. de insul. nuper inuentis*. Fuerunt Salomoni quasi reginæ septingentæ, vt concubinæ trecentæ, 3. *Regum* cap. 11. Apud Paracenos, seu Agarenos, vxores esse mercede conductas refert Ammianus Marcellinus, *lib.* 14. Scribit Sigismundus Liber Baro, *In comment. rerum Moscouit.* Valdomierum regem vel ducem magnum Moscoviæ seu Ruthenorum, habuisse vxores plures, & trecentas concubinas in Altocastro, & 12 alias trecentas in Belgrad, & ducentas in Berestouo.

¶ Sed † & mulieres aliquando alicubi concubinos habuerũt, vt alibi viri concubinas: sicuti refert Æneas Syluius, *in comment. de dict. & fact. Alphon. c.* 8. apud Lituanios regionis Mauritaniæ ruris Boemici olim, nunc Polonici, vel Sarmatici, mulieres nobiles nuptas, more patrio, vnum pluresue concubinos pro viri facultate nutrire consueuisse, qui marito negligente, onera matri- 13 monij subeant. ¶ Meminit † Plutarchus *in Solone*, cuiusdam legis ridiculæ Solonis, qui permittebat vxori, si eius vir minus ad rem veneream esset idoneus, mariti propinquos admittere. id tamen probatum fuisse illi, vt non cum omnibus coiret, sed ex mariti necessariis vnum sibi deligeret, ne alienum esset quod nasceretur. 14 ¶ Castiorem † vitam Athenienses exercuisse exemplo vno adduci quis posset: Nã Athenis Areopagitæ, cũ Demetrius Demetrij Phalerei, luxuriosus, vitam ageret, & Aristagoram Corinthiam amicam domi possideret, vt melius & honestius viueret, 15 imperarunt, vt ait Athenæus, *lib.* 4. *c.* 20. ¶ Inter † Christianos tãdem hoc genus concubinatus illicitũ habitum est, & prohibitũ, cum iure nouissimo ciuili, quia castitatem amplexæ sunt eius leges, *§ illud. quib. mod. nat. effic. suis. & §. sanctimus. de lenonib. in auth.* & consuetudinem cum honesta muliere, velut nuptias habent, *l. l. in libera, de ritu nupt. in P.* vel vt stuprum & fornicationem illicitã 16 plectunt, *l. si ea quæ tibi, ad l. Iul. de adult. C.* ¶ Tum † proculdubio iure pontificio, omnis concubinatus & coitus extra nuptias improbatus est, & punitus, *c. nemo si blandiatur, 32. q. 4. can. de consanguinitate. 5. 33 cap. 1. 30. q. 5. glos. in cillud. de præsumt. apud Greg. & in c. ex parte. de rest. spol.* nisi consensus in vxorem accipiẽdi probetur, vel in confesto sit. Et proinde nemo dubitabit, multo magis concubinas prohibitas esse clericis, quibus & vxores habere legitimas, *l. eum qui, cum auth. seq. de epsc. & cler. C. tot. tit. de cohab. cler. & mul. apud Greg.* interdictum est, vt diximus in impedimentis matrimonij. Admonebo tamen hic, interdum inueniri in decretis, patrum, *can. omnib. cum seq. 34. distinct.* cõcubinatum permissum. Verumtamen ibi concubinatus accipitur, vt supra diximus, pro vxore, quæ consensit in maritum, & ita matrimonium contraxit: sed quia ecclesiasticis precibus & sanctis ceremoniis non fuit initiatum, & ita clandestine factum, quod pertinet ad ecclesiam, quia apud eam non constat fuisse contractum, pro non contracto habetur: cum vere tamen contractum sit, *c. cum inhibitio. de clandest. desponsat.* Et sic concubinatus approbatus matrimoniũ est. Non immorabor autem in recensenda prohibitione diuina, quæ cuique Christiano in aperto est, in mandato illo, *Non mœchaberis*, de quo in c. sequenti.

De Meretricibus. Cap. 2.

1 *Meretrix vnde dicta.*
2 *Πόρνος & πόρνη.*
3 *Meretrix quæ dicatur.*
4 *Meretrix præsumitur, mulier diuersas edes frequentans.*
5 *Meretricis alia nota, mulierem solam aligno sre.*
6 *Meretricis alia nota, scholasticum in eius domum noctu & interdiu sæpe ingredi, & solam alloqui.*
7 *Scholastici frequentantes mulieres, faciunt eas præsumi meretrices. Vidua, cui habitatio relicta, non potest scholasticum hospitem sine nota recipere.*
8 *Meretrix præsumitur in caupone ministrans.*
9 *Meretrix vere præsumitur, quæ in lupanari residet.*
10 *Lupanaria olim permissa, & in prædiis honestorum virorum.*
11 *C. Caligula lupanaria in palatio posuit, & vectigal accepit.*
12 *Meretrices publicæ permisit Solon.*
13 *Messalinæ lupanar & luxuria.*
14 *Lupanaria quare olim tuerentur antiqui.*
15 *Scortationes omni iure prohibitæ fuerunt.*
16 *Meretricem appellans leuius, quam si virginem appellasset, punitur.*
17 *Meretrices Constantinus tormentis subiicit, & donatis priuat, & posse reuocari a donante, vel proximis eius. Donata meretricibus reuocabilia, & num.* 20.
18 *Emens a vendente, vt det scorto, scienter, turpe non est, nec vsucapit.*
19 *pro Luxurioso pecuniam vt scorto largiatur accipiens, fideiussor accedens, non obligat sibi luxuriosum.*
21 *Meretrix filia exheredari à patre potest.*
22 *Meretricum negotiatio corporis, contra naturam.*
23 *Meretrices apud Persas infamissimæ. Donationes in concubinam valebant. Meretricem collo nudam deferre, pro pœna capitali Persis.*
24 *Lenones capitali pœna puniti.*
25 *Leno primatur potestate earum, quas prostituit.*
26 *Meretricum Iuliam filiam Octauius relegauit in Insulam.*
27 *Meretricum & tantum vectigal exigi a Seuero & a Bonnis prohibitum.*
28 *Meretricibus ipse ademptum acceptum, legata & hereditates à Domitiano.*
29 *Meretricem filiam sepeliri in suo sepulcro noluit Octauianus.*
30 *Meretrices vndis submergi iussit Periander.*
31 *Meretrices in Palmaria morte puniuntur: in Cio nulla: à Scipione castris expulsæ: ab Atheniensibus infamia damnatæ.*
32 *Scrutator Athenis non administrat Rempubl.*
33 *Lupanaria Byzantij à Iustiniano sublata. Meretricum pœnitentium seu resipiscentium monasterium institutum à Iustiniano Byzantij.*
34 *Stuprum filiæ seuere à patre vindicatum.*
35 *Scortationis iuris diuini prohibitiones.*
36 *Meretrix pro simplici fornicatione, mœcha pro adultera.*
37 *Meretrices & lenones ab honestis locis & viuentibus expelli possunt, & debent.*
38 *Meretricibus vestes distinctæ. Iudæa a Christianis vestes distinctæ.*
39 *Meretrices Romæ extra mœnia in fornicibus. Summenianæ vocores sunt meretrices. Fornicari vnde dictum.*
40 *Fornicationis, concubinatus, stupri, raptus, incestus differentia.*
41 *Scortationis pœna natura tandem auctoribus illata.*
42 *Mollies, habiti infames.*

A Coniunctione † & commixtione illicita scortationis, appellationes etiam manarunt personarum aliæ, de quibus pauca subnecte expedit. Meretrix dicta est, *Valla, lib.* 4. *elegant. c.* 110. à merendo, quod est, stipendia facere, id est, mercede militare, nã & ipsę suam militiam exercent, ac stipendia faciunt: vnde & scorta masculà meritoria, pueri meritorij, qui pretio prostituuntur. 2

¶ Sic † Græcis πόρνος, qui corpus suum prostituit, & veluti vendit, quæstum corpore faciens: hinc & πόρνη fœmina, corpus suum pretio prostituens, prostibulum, scortum, vtrumq; a πέρνημι, vendo. Constatque ex Xenophonte, *Apomnem.* dum ait, τὴν δὲ ὥραν ἐὰν ἐπὶ πλείονι τιμῇ τῷ βουλομένῳ, πέρνημι αὐτὸ, προκαλεῖται, id est, *Si quis pecuniæ florem ætatis cupienti vendiderit, hanc pornon vocant.* ¶ Est itaque † meretrix, illa quæ publice venalem habet pulchritudinẽ, 3 *cap. meretrices, 32. q. 4.* & ita multorum libidini patet, *cap. viduam. 34. distinct.* nec tamen inficiamur ad hanc multitudinem implendã, quod glossa *in d. cap. viduam.* quædam explicat, multorum quadraginta tria millia virorum, vel quinquaginta: sufficit enim ad cõuincendam meretricem, quod cum tribus se commiscuerit. Sic enim Vlpianus, *l. palam. 43. de rit. nupt. lib. 23. P. tit.* 2. admonet his verbis, *Palam quæstum facere dicimus, non tantum eam, quæ in lupanario se prostituit, verum etiam si qua, vt assolet, in taberna cauponia, vel qua alia pudore suo non parcit. Palam autem sic accipimus, passim, hoc est, sine delectu, non si qua stupratoribus vel adulteris se, commissit, sed quæ vicem prostituiæ sustinet. Item qua cum vno, aut alitro pecunia accepta, se commiscuit, non videtur palam corpore quæstum facere. Octauenus tamen rectissime ait, etiam eam, quæ sine quæstu palam se prostituerit, debuisse in communerari.* Plautus etiam ait, *in Mostella.*

Matronæ, non meretricum est, vnum inseruire amantem.

¶ Sed & † quia non semper prostitutionis habentur probationes apertæ, ex aliis quibusdam argui potest esse aliquam scortũ, 4 & meretricem: veluti si mulier erro sit, & diuersas plurium ędes frequentet, vt ait Angelus, *in l. si qua illustris. ad SC. Orfic. lib. 6. C. tit.* 56. Proprium quippe pudicarum mulierum, intra proprios lares se continere, non vagari, nec conspectibus virorum apparere, *l. maritus. de procur. C. cap. 2. de iudic. in 6.* ¶ Dehinc † & pro coniectura scortationis est, si mulier aliquo sola eat: sic enim matronæ antiquitus comitem ducebant seruum vel liberum, qui eas ducerent & reducerent, easque publice & priuatim sequerẽtur: & meretricum arbitrabantur, comite carere, & pro graui iniuria, comitem abducere vel auferre, *l. 1. §. omnem autem iniuriam, & l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. de iniur. in P.* Lex fuit Charundæ apud Thurios, vt mulieres in forum prodirent cum suis cognatis, & vna pediffequa, teste Suida, *in Zaleuco.* ¶ Tertio † pro 6 probatione certissima est Baldo, *in l. neque natales, num. 1. C. de procurat.* quod aliqua sit meretrix, etsi actus non probetur, si videatur sæpius scholaris noctu & interdiu ingredi domum eius, & eã

alloqui

Digitized by Google

alloqui solam: *quia, inquit, Scholaris qui loquitur cum puella, non*
7 *præsumitur dicere pater noster.* ¶ Additque † alibi, *Bald. in l. non aliter. de vsu & habit. in P.* mulierē viduam, cui habitatio relicta est, posse à domo repelli, vt inhoneste viuentem, si in eam hospitem induxerit scholarē. Scortationis quoque infamia sequitur ex assidua frequentia, vt ait Vlpianus, *l. item apud Labeonem, 15. §. aliud est appellare, de iniur. lib. 47. P. tit. 10.* Sicut in liberæ mulieris consuetudine alibi, *l. in libera. de rit. nupt.* dicitur coniugij præsumtio: potissimum si iuuenes sint, qui frequentant mulierem, iuxta versiculum, quem notat quædam glossa, *glos. in l. si vero non remunerandi. 12. §. si adolescens. mand. lib. 17. P. titul. 1. A iuuene & cupido credatur reddita virgo?* ac si dicat, non esse verisimile. ¶ Quarto
8 ea † quoque meretrix & prostituta, vel prostituenda præsumitur, quæ in caupona ministrandi caussa ponitur, *l. fin. si manci. ita venie. ne prostit. C. Vlpia. in l. palam. 43. si quæ cauponam exercens, de rit. nupt. P.* ¶ Quinto, †vere ea pro meretrice erit, quæ in lupanari re-
9 10 sidet, & se prostituit, *d. l. palam, de rit. nupt.* ¶ Fuit † enim is locus aliquando etiam inter Christianos ex patientia, ad vitandas matronarum solicitationes, & stupra, & adulteria, permissus. *Hostiens. & Panor. in c. inter opera de sponsa.* sicut & olim inter Ethnicos, vt narrat Vlpianus, *l. ancillarum. §. fin. de petit. hered. P.* in multorum honestorum virorum prædiis lupanaria exerceri solita, & inde & re-
11 ditus illos percipere. ¶ Sicuti † Caius Caligula lupanaria cōstituit in palatio, indeq; ex prostitutis primariis fœminis pecuniam col-
12 legit, teste Dione Cassio, *lib. 59.* ¶ Institutas † quoque publice meretrices à Solone Philemon auctor est, vt ea Venere contenti iuuenes, à pudicis solicitandis abstinerent. Messalina vxor Claudij Cæsaris, *Dio. lib. 60.* valde luxuriosa, publice in Palatio adulteria & stupra in conspectum suorum maritorum committere coegit.
13 ¶ Sed † & illa, vt ait Iuuenalis, *Satyr. 6.*

Dormire virum cum senserat vxor,
Ausa Palatinō tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix augusta cucullos,
Linquebat comite ancilla non amplius vna,
Et nigrum flauæ crinem abscondente galero,
Intrauit calidum veteri centone lupanar,
Et cellam vacuam atque suam.

Et paulo post,

Mox, lenone suas iam dimittente puellas,
Tristis abit: sed quod potuit, tamen vltima cellam
Clausit, adhuc ardens rigida tentigine vulua,
Ac resupina iacens multorum absorbuit ictus,
Et lassata viris, nondum satiata, recessit.

14 ¶ Voluerunt † principes quas castigare non poterant, extra ciuitates pelli, & lupanaria esse: & eo, vt ad sentinam malorum, vt fœtore sociarum saltem resipiscerēt, inuitas adduci auctoritate eorum qui iurisdictioni loci præessent, quive eas redeuntes in oppida castigarent pœna, vt D. Ludouicus Rex Galliæ statuerat, *in prince. suarum constit.* Et fuerunt, quando illa lupanaria perferebantur, statuta ciuitatum, vt mulier meretrix posset inuita ad lupanar duci: eo enim publico pudore, quæ pro matronis haberi volebant meretrices, metu ne eo ducerentur, aliquando continebantur. Etsi propter maritorum caussam, ne in eos forsan in'cios criminis pœna extenderetur, in meretricibus nuptiis adulterantibus locum non habere placuerit, *Barb. cons. 27. colum. 2. vol. 1. Ripa, in l. si cui, nu. 2. de ver. oblig. Cap. q. 44. in decisio. Neapolit.* In hanc sententiam quoq; Corn. Tacit. *lib. 2. annal.* scribit de Drusi & Germanici agens temporibus. *Eodem anno, inquit, grauibus senatus decretis, libido fœminarum coercita, cautumque, ne quæstum corpore faceret, cui auus, aut pater, aut maritus, eques Romanus fuisset. Nam Vistilia prætoria familia genita, licentiam stupri apud ædiles vulgauerat, more inter veteres recepto, qui satis pœnarum aduersus impudicas in ipsa professione flagitij credebant.* Moris enim fuit, apud Ædiles nomen profiteri: non prostibulis, sed meretricibus, quæ honestioris loci & quæstus, copiam sui noctu tantummodo facerent. Ceteris fœminis si deesset accusator publicus. Ædiles ipsi probrosam fœminam agebant, vt notat Liuius, *lib. 25.* L. Vilium Tapulum, & M. Fundanium Ædiles plebis, aliquot matronas probri apud popu-
15 lum accusasse, & in exsilium egisse. ¶ Verumtamen † iure omni scortationes & prostitutiones puniendæ veniunt: ius namque ciuile Pandectarum, neque ei ignoscendum censet, quæ obtentu paupertatis etiam, turpissimam vitam elegit, *d. l. palam. de rit. nupt.* Et Vlpianus, *in l. verum est, 40. de furt. lib. 47. P. tit. 2. qui suppressit,* inquit, *scortum libidinis caussa, vel fores meretricis eadem rati ne effregit, lege Fauia, vel de vi non tenetur, hic enim turpius facit, quam qui furripit: sed quia secum facti ignominiam compensat, certe fur*
16 *non est.* ¶ Ex † quibus verbis constat, turpius hoc crimen censeri furto & vi, & infamiam habere: vt non immerito puniendū censeant leges, leuius tamen si quis meretrices appellauerit vel solicitauerit, quam si virgines & pudicas matronas, *d. item apud Labeonem. §. si quis virgines, reiecta ibi glos. in verb. minus, quæ nullo modo puniri ait, de iniur. lib. 47. P. tit. 10.* ¶ Iure † Codicis Iustinianei
17 Imp. Constantinus, *l. 1. de natu. liber. lib. 5. C. tit. 27.* has meretrices, quarū venenis inficiuntur animi perditorū, tormentis subiici iubet, ablatis omnib. quæ illis donata sunt aut liberis ex huiusmodi natis. Facta reuocationis potestate legitimæ soboli donātis, scortātis, aut fratri, sorori, vel aliis ei' proximis. Qua lege certe leges anteriores merito emendatæ videntur, quib. recipiebātur affectionis caussa donationes erga meretrices, *Vlp. l. affectionis. 5. de donat. lib. 39. P. tit. 5.* nisi, quod verius puto, intelligamus donationes recepisse antiquos inhonestas in meretrices solūmodo, quādo turpis cupido scortandi ex parte dātis esset, non etiā si ex parte accipiētis, hoc est, valere quādo scortatio secuta nō est, ex parte accipientis: sic interpretor Vlpianum, dum in hæc verba ait, *in l. idem & si ob stuprum, 4 §. quod si meretrici de cond. ob turp. causs. libr. 12. P. ti. §. sed quod meretrici datur, repeti non potest, vt Labeo & Marcellus scribunt: sed noua ratione, non ea, quod vtrusque turpitudo versatur, sed solius dantis. Illam enim turpiter facere, quod si meretrix, sed non turpiter accipere, cum sit meretrix.* De facta scortatione nec verbum, sed de datione vt fieret. Neque etiam Antonium & Diocletianum & Maxim. *l. 2. & l. mercalem. 5. eod.* officere arbitror dicentes, datum ob lenocinium repeti nō posse: Siquidem etsi possemus illorum legem ad corrupta tempora dehinc emendata referre, succurrit adhuc explicatio, vt non possit datum repeti ab ipso turpiter dante: quod allegans propriam turpitudinem non audiatur, *l. transactione finita, de transc. C.* Ceterum non ideo præclusam aliis proximioribus donantis, repetendi viam arbitramur. Et in pari quidē caussa turpitudinis meliorem esse caussam possidentis, quam repetentis, *l. si seruus. §. de illo. de verb. obl. P. l. si ob turpem. de condict. ob turpem caus. P. l. in pari caussa, de regul. iur. cum simil.* fatemur: at quādo proximi, vel filij, vel cognati, vel pater turpiter dantis, repetit, non est par caussa petentis, & possidentis meretricis, vel lenonis. Nec verisimile est Iurisconsultos, qui meretriciam artem reprobant, & puniunt, eas lucro dignas arbitratos fuisse, quas pœnis subiiciendas responderunt: aut voluisse turpissimam vitam priuilegio hoc donare, supra ius cōmune, quod prohibet per illicitas artes donationes extortas ratas non haberi.

¶ Cum † & Iulianus respondeat, *in l. si quis cum sciret. 8. pro emt. lib. 41. P. tit. 6.* mala fide eum quoque emisse videri, & idcirco non vsucapere, qui à domino émit luxurioso, & protinus scorto pecuniam daturo. 18
¶ Et † Vlpianus, *l. si vero remunerandi, 12. §. adolescens, mand. lib. 17. P. ti. 1.* improbat obligationem eius, qui ex mandato adolescentis, sciens pro meretrice fideiusserit: quia qui fideiusserit ita, videtur quasi perditurō pecuniam credidisse. Idem si directo mandasset pecuniam meretrici credere, non obligabitur mandati: quia contra bonam fidem mandatum sit. Neque oportet laudando factam donationem, augeri malitiam: quia & is persuadendo, vt amator sui esset, vel luxurioſus, mentem eius corrupit donantis, & ita deteriorem facit, vt vtrumque tradit Vlpianus & Paulus, *Vlp. l. 1. §. si. & Paul. l. 2. de ser. corrup. lib. 11. P. tit. 3.* in seruo ad eum modum corrupto: multoq; magis, si quis putat liberū corrumpere, *Vlp. l. doli. 5. eod.* vt filium: cum patris interſit animos liberorum non corrumpi, *Paul. l. vt tantum veniat. 14. eod.* ¶ Nec 20
nouum † hoc videri debet, reuocari liberalitates per proximos ex lege Constantini, *d. l. 1. C. de natu. liber.* cum propter eandem infamiam, proximi fratres etiam rescindant, & de inofficioso arguere possint testamentum fratris, si in eo infamem & turpem personam instituerit, vt idem Constantinus pie sanciuit, *in l. fratres, 27. de inoff. testa. lib 3. C. tit. 28. Iustin. §. 1. eod. tit.* alioquin sine turpitudinis occasione reticiendi, *Diocl. & Max. l. fratris. 21. de inof. test. C.*

¶ Tanta † autem est meretricum flagitiosa turpitudo & fœditas, vt ob eam filia exheredari à patre possit, *iidem l. si filiam. 19. eod. §. si vero, vt cum de appell. cog. in auth. coll. 8. const. 12.* ¶ Scelus † harum 22
magnum, proprij corpus vendendo minutatim, vt propolę merces distrahunt, quęstum facientes ex membris contra ipsam naturam: cum, quod nemo dominus membrorum suorum, *Vlpi. l. liber homo. 13. ad l. Aquil. lib. 9. P. tit. 2.* tum etiam, quod liber homo non recipit æstimationem, *l. 1. §. sed cum homo, de iis qui deiecer. P.* Indignæ ideo aliquo iuris beneficio, vtpote quæ ad pretiū participandum se venundari passæ sunt, *Pompo. in l. 3. quibus ad liber. procl. non lic. lib. 40. P. tit. 13.* ¶ Et † proinde etiam summæ infamiæ 23
habitæ apud Persas, qui tamen vt diximus concubinas probant, & in quas vt iure ciuili receptas, olim donationes collatæ valebāt, *Pap. in l. donationes, in concubinam. 32. de donatio. P. excepto milite. l. 2. C. de do. int. vir. & vxor.* vt referat etiam Plutarchus *in Artaxer.* Artaxerxem iussisse, Arbacem desertorem & apud se transfugam delatum, notari, pro pœna capitali qua erat puniendus duntaxat, humeris meretriculā (quæ summa apud Persas igneminia fuit) in via publice tota die ferre ac traducere. Iustinianus in ea lege, *in l. si qua illustris. 5. ad SC. Orfic. lib. 6. C. tit. 56.* quā se consecrasse pudicitiæ profitetur. *In mulieribus,* inquit, *ingenuis & illustribus, quibus castitatis obseruatio præcipuū debitum est, nominari spurios satis iniuriosum satisque acerbum, & nostris temporibus indignum esse iudicamus.* ¶ Illicitus † itaq; hic iure ciuili Romanorum mere- 24
tricius concubitus, & lenocinium, & lenæ capitali supplicio supponuntur, *§. 1. & tot. tit. de lenonib. in authen.* vel ea ratione, quod lenocinium non minus crimen dicatur, quam quæstum proprio corpore facere, *l. palam. §. non est de rit. nupt. P.* ¶ Et † Valentinia- 25
nus, in lenones, qui inuitis peccandi ingerunt necessitatem, exsilium & metalli publici pœnam statuit, *Valent. l. fi. de spect. lib. 11. C. tit. 40.* soluta potestate, si quam lenones vel paternam vel dominicā in prostituras haberēt. *d. l. fin & l. si lenones. 13. de episcop. aud. lib. 1. C. titul. 7. cum simil. ibi not. a.* ¶ Quamobrem † nec Octauius 26
Cæsar, *Dio Cassius, lib. 55. histor. Roman.* hoc vitium pari potuit in

Digitized by Google

filia Iulia, quam ob luxuriam in insulam Pandatariã, quæ sita ad Campaniam est, relegauit: Iulio, Antonio, aliisque, qui cum ea rem habuissent, morte mulctatis. ¶ Et † Seuerus Imperator vetuit inferri in sacrum ærarium lenonum vectigal, & meretricum, & exsoletorum, vt ait Lampridius, *in Alexan. Seuero.* Et apud Boemos, inquit Æneas Syluius, vectigal meretricum exigi nequit, apud quos lupanaria publica prohibentur, *Æneas Syl. lib. 1. de dict. & fact. Alphon. c 16.* ¶ Domitianus † Cæsar lege perpetua mulieribus incontinenter viuentibus ademit facultatem acceptandi legata & hereditates, *Sueton. Tranq. in Domitian.* ¶ Octauianus Cæsar † filiam suam, quæ male & luxuriose vixerat, quamque ob id in insulã ante relegauerat, humari in suo sepulcro vetuit testamento, etsi eam donatione dignatus fuisset, *Dio Cassius, libr. 56. Inst. Rom.* ¶ Exosæ † quoque in aliarum nationum bene ordinatis politiis, quando bonos nactæ sunt principes. Sicuti apud Corinthios Periander rex omnes, quæ pudorem prostituissent, in vndas submersit, teste Heraclide, *lib. de politiis, in politia Corint.* ¶ In † regione Palmaria in orbe nouo nauigationis Hispaniæ comperta, quid sit coire, nemo intelligit, donec nubat: nefasq; & morte piandum est, aliter accidere, vt ait Petrus Martyr, *in lib. noui orbis, de insul. nuper repert.* Scipio scorta, vt haruspices & vates, castris pepulit, teste Suida, *in verb. ἑταίρας.* In Ciorum ciuitatibus neq; amicas, nec tibicines intueri licet, vt scribit Philarchus lib. 23. apud Athenæum, *lib. 13. cap. 32.* ¶ Athenienses easdem & scortatores infamia, & dignitate ademta damnarunt: quorum lex, τὸν ἑταιρικὸν μὴ πολιτεύεσθαι, id est, *scortatorem ad reipublicæ administrationem non admittendum*, vt refert Demosthenes, *orat. contr. Androtio.* & Libanius, *in argum. oratio. Demosthen. contr. Anaro.* ¶ Sustulit † lenonum & meretricum Byzantij sodalitia Iustinianus, & cõuersarum in meliorem frugem monasterium ædificauit, & reditibus abunde dotauit, teste Procopio, *lib. 1. de edif. Iustin.* ¶ Athenis † vir quidam ex ciuibus, cum filiam suam corruptam cõperisset, eiusque ætatem ad nuptias vsque non probe custodisset, ipsam vna cum equo quodam in deserta domo conclusit, quo porro furorum erat, vt præ fame absumeretur; vt ait Æschines, *orat. cont. Timarchum.*

¶ Iure † diuino & pontificio & certior quoq; prohibitio, & scortationis vindicta: *Non erit*, inquit Deus, *Deuter. c. 23. meretrix de filiabus Israel, neque scortator.* Et rursum, *non mœchaberis. Exod. c. 20.* Mœchiæ autem nomine, continentur omnes illicitæ species, extra matrimonium coitus, *can. fornicarij. 88. dist. can. meretrices. 32. q. 4.* Et ita mœchos omnes scortantes vocat Horatius, *lib. 1. Carm. od. 25.* dum sic scribit de Lydia meretrice,

Inuicem mœchos anus arrogantes
Plebis in solo leuis angiportu, &c.

¶ Et † si meretrices, & simplex fornicatio aliquãdo, & vt plerunque coitu illicito, citra incestum, adulterium q; intelligatur: & mœchus proprie citra extensionem mentis intelligatur adulter, sicuti verba Plutarchi innuũt. *lib. de tuenda sanitate, 1. de animi tranquil.* ὥσπερ μοιχοὶ τὰς ἑτέρων γυναῖκας θαυμάζοντες, καὶ τῶν ἰδίων κατα-φρονοῦντες. Et D. Matthæus, *Matth. 5. & 19. c.* ὁ ἀπολελυμένην γαμῶν μοιχᾶται. Et apud D. Marcum, *Marc. 10.* ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ μοιχᾶται. Et D. Lucas, *Luc. 16.* πᾶς ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμῶν ἑτέραν μοιχᾶται. Et Plato, *4. de republ.* τὰς γυναῖκας μοιχεύσαντα. Sunt & eius rei plura passim obuia testimonia, quę prætermitto.

¶ Quia † igitur meretrices tam turpes & infames personæ sunt, posunt, imo debent à vicinia honesta, & pariter lenones & lenæ expelli, vt cadauera fœdita, quæ contagione & visu sana inficiunt corpora: vt tradũt Ludouicus Bolognensis, *in secund. interpr. non aliter. de vsu & habit. in P.* Lucas de Penna, *in l. si qua. de spectacul. lib. 11. C.* Nicolaus Boerius, *in cons. 11. quod sequitur consuetu. Bitur.* Ioannes Blanasco, *in praxi criminal. cans. tit. de lenonibus.* Nec vsquam licere debet in loco honesto, inhonestas annotare, id est, videre & inuenire personas, vt ait Theodosius Cæsar, *l. si qua in publicis. 4. de spect. & sceni. lib. 11. C. tit. 40.* Et turpia omnia ab obtuentibus & conspectu hominum summoueri oportet, *Arcad. & Honor. in l. cum supra. de re milit. lib. 12. C.* Quinimo nouellarum iure, qui fæcem huiusmodi mulierum & lenonum domo sua non extruserit, ædibus quæ proscribuntur, & in fiscum deferuntur, priuatur, *§ præmissimus. de lenonib. in auth.* sicuti & is qui passus est in sua domo falsam percuti monetam, *l. 1. de fals. monet. C.* Itaque & quando lupanaria permissa erant, ea procul ab vicis vrbiũ honestis construebantur, vetitumq; meretricibus, vt leprosis, aliis mulieribus non commisceri, ne exemplo vel colloquio corrumperent & polluerent, metis egrediendi constitutis, quas citra pœnam fustigationis non licebat illis transilire.

¶ Ad † hæc & certa nota illis vel signum impudicitiæ definitum, vt quales essent, dignoscerentur, & opprobrio vel resipiscerent, vel inter matronas non irreperent, ligula Tolosæ ab armis dependens symbolum erat. Voluerunt quippe & leges discretum vestitum esse impudicarum mulierum, & matronarum, vt supra diximus, in oneribus matrimonij, in secundo onere: & vetitum matronarum vestes sibi vsurpare. *l. mimæ. de episcop. aud. C. & ibi interpr.* Vt de Iudæis quoq; inter Christianos degentibus statuũ est iisdem rationibus, *c. in nonnullis, de Iudæis. apud Greg.* ¶ Et † Romæ prostabant meretrices extra mœnia vrbis in fornicibus, vnde submœnianæ dictę sunt vxores nõ illepide à Martiali, *lib. 8.*

Conuiua Zoili quisquis potest esse,
Submœninianas cunct inter vxores.

¶ Inde & fornicatrices, fornicari, & fornicatio, à fornicibus vilibusq; locis, in quibus degebant istæ καμαρίτιδες, & lupanaria καμαρικὰ seu πορνεῖα. ¶ Putauit † & Gelasius Pap *in c. lex illa. §. cõ ergo. 16. q. 1.* fornicationem esse omnem speciem illiciti concubitus, etsi vt plerunq; restringatur ad conjunctionem meretriciã: concubinatum, solutarum à matrimonio, item & viduarum: non virginum, in quibus proprie stuprum. Quod tamen latius Iurisconsultis patet, *l. inter liberas, §. 1. ad l. Iuliã. de adult. P. l. inter stuprũ. de verbor signif. c. nemo, 32. q. 4. can. Idololatria. 28. q. 1.* at raptum, aut cum vi: & incestum, cum consanguineis & affinibus. ¶ Natura † quoque istos venereos actus tandem in auctoribus punit, sicque Persius notat, *Satyr. 5.*

Hic campo indulget, hunc alea deſquit, ille
In venerem putris. Sed cum lapidosa chiragra
Fregerit articulos veteris ramalia fagi,
Tum crassos transisse dies, lucemque palustrem,
Et sibi tam seri vitam ingemuere relictam.

¶ Habiti † & infames ipsi molles, vt Argyrius Demagogus Athenis, *Suidas in Argyrio.* Audierunt male etiam olim Massilienses ob mollitiem, quod muliebrem in morem vestirentur colligatis capillis, & delibuti vngũentis: vnde in effœminatos dictum, ἐκ μασσαλίας ἥκεις, *ex Massalia venis, Suid. in verb. ea.* Vt pessime etiã infamati ob fœditatem irrumationis Lesbij, vnde & prouerbium pro eo, λεσβιάσαι, *os inquinare, iam in verb. λεσβιάσαι.*

De filiis ex illegitimis coniunctionibus natis.

Cap. 3.

1 *Natiuitates & mortes personarum quidem magistratus Indorum perscrutabantur.*
2 *Natiuitates puerorum profitebantur Romani cum die & consule in ædæ Saturni.*
3 *Natiuitatis & mortis quoque edicto iussit Franciscus I. Galliar. Rex perscribi tempus.*
4 *Filiorum nomen vnde natum.*
5 *Filiorum diuisio.*
6 *Filij proprie dicuntur ex coniugio legitimo nati.*
7 *Filios, Psylli norunt ex proprietate sua.*
8 *Filium mater suum cognoscit esse, pater putat.*
9 *Filius adulterinus, dignosci potest. si ex matris quæ alit illum, & alium concipit, corrumpitur.*
10 *Filij & liberi idem, sed longius liberorum & parentum nomen porrigitur.*
11 *Liberorum nomen, & de vno tantum filio dicitur.*
12 *Filiorum nomen ad omnes descendentes pertinet.*
Fratris nomen ad omnes cuiuscunque gradus pertinet proximos.
13 *Filiorum naturalium & legitimorum una species sui & non sui: & qui illi.*
14 *Filiorum, alij postumi, alij non: & qui huiusmodi: alij monstrosi, alij non, alij abortini.*
15 *Filiorum illegitimorum distinctiones, & quid naturalis tantum.*
16 *Filij naturales non erant ex more patris apud Phryges.*
17 *Nothus filius quis Græcis.*
18 *Spurius filius quare ita dictus.*
19 *Nothi, spurii, & Manzeris differentia.*
20 *Manzer vel spurius arcebatur ab ecclesia, vsque ad decimam generationem.*
21 *Spurium esse, opprobrium est.*
22 *Adulterinus filius quis, num. 24.*
23 *Ex concubitibus illicitis impios nasci, & iram Dei concitari.*
25 *Matri non creditur nuptæ, dicenti filium ex altero, quam marito se genera sse.*
26 *Filii habiti suspecti, tanquam non ex marito geniti, maximam notam spurij rum habent.*
27 *Leotychides regno Lacedæmoniorum, vt suspectus spurius reiectus.*
28 *Assertio patris, naturalem filium faciebat legitimum, quomodo.*
29 *Filii illegitimi quando censentur, nati etiam ex matrimonio, sed ex publica honestate prohibito, sine Ecclesiæ permissione.*
30 *Illegitimi filii quoque, incestuosi, nefarij.*
31 *Illegitimi non censentur filij nati, 7. 8. 10. 11. 12. 13. mense.*

APud Indos, † vt scribit Strabo, *lib. 15.* erãt vrbis præfecti tertij ordinis, natiuitates & mortes perscrutantes, & quando & quomodo factæ essent: idque tributorum gratia, tum ne bonæ, malæue natiuitates & mortes latarent. ¶ Romæ † quoque profitebantur & nomina, diem & consulem natiuitatis pueri edebãt, *l. cum de ætate, 13. & l. penult. de proba. lib. 22. P. tit. 3. l. 1. si minor se maior. dix. l. 2. C. tit. 3* Capitolinus autem ait, *Iul. Capitol. in M. Philoso.* M. Philosophum primum iussisse apud præfectos ærarii in ædæ Saturni vnumquemque ciuium natos profiteri, intra tertium diẽ nomine impositio: & per prouincias vsum publicorum tabellariorum

Digitized by Google

riorum instituisse,apud quos idem de originibus fieret,quod Romę apud prefectos erarij,vt si quis forte natus in prouincia,caussam liberalem diceret, iode ferret. Et alibi ait,*Capitol.in Gordia.* Gordianum, filium nomine Antonini illustrasse: cum apud prefectum erarij more Romano, professus filium, publicis actis nomen eius insereret.Non assentior tamen Capitolino,cum hoc institutum tribuat primum M.Antonino Philosopho, qui imperiū ademtus anno domini 163. vt tradunt Eusebius, & Orosius in 7. cap. 15. Ante quem tamen, idipsum receptum Romæ testatur Iuuenalis, qui secundum Suidam vixit sub Domitiano,qui adeptus imperiū teste Orosio & Aurelio,anno domini 84. vel secundum alios sub Traiano,qui Imperator declaratus anno domini 102.Is autem Iuuenalis sic scribit. *Iuuenal.Satyr. 9.*in prosopopœia mulieris adulteræ ad maritum,

Nullum ergo meritum est ingrate,ac perfide nullum,
Quod tibi filiolus, vel filia nascitur ex me?
Tollis enim, & libris actorum spargere gaudes
Argumenta viri.

Plato,*dial.6.de legib.*sanxit pro magistratibus legitime creandis,vt candidatorum vnusquisque in ara Dei nomen suum, & patris, & tribus, & gentis in tabula scriptum deponeret, scilicet tempore quo comitia haberentur.¶ Statuit † Franciscus primus Rex Gal- 3
liarum, *in regiis Francisc. constitutio anno Domini* 1593. *artic.* 50. & 51.52.53.vt quilibet natus & baptizatus nomē suū & patris & matris profiteretur,mortuorum quoque fieret professio apud curionem,seu parochum,à quo tingeretur,vel vbi sepeliretur,vt certa & mors natiuitas fieret.Cuius tamen constitutio,quod ad professionem natiuitatis pertinet baptizandorum paulatim abiit in desuetudinem ex consulta connuentia magistratuum : quando aliquot mulieres ex turpi concubitu partum edentes, inuentæ fuerint potius maluisse partus necare,vel subtrahere baptisma,quam in eo patris & matris nomen fateri.

¶ Filij † dicti videntur à Græca dictione , στὸ φίλειν, ab amore, 4
dicit enim Cicero , *ad Atticum.* τοργὴν φιλοῦσι τῷ πάντα, genuinam & naturalem erga filios esse beneuolentiam:vel secūdum Alciatū & alios,à nomine φίλος,aut vt alijs placet,à filo,id est, similitudine, quod procreati vt plerunque similitudinem parentum referant, & in eam significationem Gellius,*lsbr.*14.*cap*.4. filium vsurpauit, dum ait, Iustitiam ex sententia Chrysippi pingi forma & filio virginali, aspectu vehementi,&c. Filo id est,similitudine.¶Filij,† aut legitimi,aut naturales simul sunt, aut natura- 5
les illegitimi,aut naturales legitimati,seu legitimi facti,aut legi- 6
timi non naturales.¶ Iulius Pollux, *lib.*3.*Onomasti.cap.*2.duas species ponit, nempe gnesios , ex coniugio suscepros licito : & nothos , aliunde nothos.Proprie & absolute filiorum pronuntiatio ad eos tantum pertinet,qui ex legitima nati sunt coniunctione & matrimonio. *l.filium* 6. *iuncta gl.de in qui sunt sui vel alie.iur.li.*1. *P. li.*6. *Paul.l.quia semper,de in ius voc.lib.*2.*P.ti.*4.*auth.nunc soli,de natu.lib.C.*legitimi & naturales simul,dicti:lege & natura matrimonium approbantibus,& ex veriſſima præsumtione ex alieno concubitu non fuisse natos,quā cōiugum.Alioquin enim difficilis filiationis probatio,*l.Lucius*,82.*de cond.& demon.* Sic Augustus,*Val. Max.lib.*2. *c.*7. Caium Tettium infantem à Tectio patre exheredatum,in bona paterna rescisso testamento ire decreuit:neque de statu filij post morē patris queri passus est, quem Petronia matre quam Tectius pater quoad vixit in matrimonio habuerat,natum,veluti in proprio iure, & ab iis mutuo educatum esse apparebat.¶Nec† licet hic patribus prolem negare, ni expresse adulterinam probent:quod difficile est,nisi esset vis quædam propria singulis insita, quæ in prolem transferretur , & qua non inuenta non suum quis dicere posset.Qualem Psyllis in Africa genti,quorum corpori Plinius,*lib.*7.*c.*2.ingenitum fuisse tradit virus exitiale serpentibus,vt cuius odore sopirent eas:mos vero illis,liberos genitos protinus obiiciendi sæuissimis earum,eoque genere pudicitiam coniugum experiendi, non profugientibus adulterino 8
sanguine natos, serpentibus.¶ Menander † *in sent comicor.Poetar. Græcor.c.*24.itaque fidem patri concedit,vt putet suū filium vxore natum, vxori autem scientiam:& ideo illas magis filios diligere.

ἔστιν γ μητὴρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρός:
ἡ μὲν γὰρ αὐτὸς οἶδεν ὑὸν, ὁ δ᾽ οὐ τοῦτο,

id est,

Mater amat magis liberos, quam pater:
Suum enim ipsa filium cognouit, ille putat.

¶ Cognosci † tamen posset,num adulterinus, si verum sit quod 9
Plinius, *lib.*7.*c.*16.tradit cum Nigidio,Lac fœminæ non corrumpi alenti partum, si ex eodem viro rursus conceperit.

¶ Dicuntur † & filij liberorum nomine , & vtrumque nomen 10
ad nepotes etiam porrigitur : sed longius progreditur liberorum significatio, *Calli.in l.liberorum*, 220. *de verb.signif. Paul. l. filij appellatione*,84. *l.possessionum, commun. viri. iud. C.§.fin.quida. tu. poss. Vlp.l.cognoscere*, 56.*§.fin.de verbor. sign.* & parentum , & prope in infinitum, *l.quique. §.parentes, de in ius vocan.P.l.sed etsi , §. liberos autem, eo.l. cum quidam, de lib. & posth.* ¶Quin †& nomine plurali 11
liberorum continentur vnus tantum filius,filiaue,vt ait Gellius *lib.*2.*cap.*18. Seruius , *in* 10. *Æneid.* Donatus, *in Heauto.Terent. act.* 1.*sce.*2. & Caius Iurisconsultus,*Caius,l. non est sin liberis*, 1148. 12
l.eq.de verb.sign. ¶ Vocantur † & filiorum nomine alicubi,omnes qui ex aliqua prosapia descenderunt,vt in sacra pagina,filij Adę, filij Abrahæ, *Gen.*17. *Luc.*16. *Ioan.euang.c.*8. *Act.c* 13.qui ex eorum descenderunt generatione.Sicuti & fratres *Iud.* 19 *Rom.*9.*ad Heb.* 2.*Gen.*25.*Gen.*14.29.*D. Hier.lib.ad Helui.* inter le ōes, qui eiusdē cognationis erant,in quocunq;gradu essent proximitatis.¶Filio- 13
rum † naturalium legitimorum duæ sunt species, sui, & non sui seu extranei sui sunt,qui in potestate patris vel aui sūt,cuiuscūq; sexus sint, *§. sui autem, de hered. quæ ab int.difer. §.fi.de hered. qual. & diff.toto .tit.de suis & legi her.& tit.quib.mo.nat effic.sui*, non sui sunt,vt emancipati, qui à potestate exiuerūt, *toto titul.de emancip. lib. C.§. præterea,quib.mod.ius pat.pot.sol.* Opponuntur & suis,illi, qui alio modo,quam per emancipationem,defierunt in patris esse potestate:multis enim modis soluitur patria potestas , *tit.quib. mod.ius.&c.eo.*vt dicemus Deo iuuante post patriam potestatem. Dicuntur autem vnica appellatione omnes extranei,qui in pote- 14
state non sunt, *l.vni.§.extraneum, de rei vxo.act.*C.¶ Sunt† & libe- 14
rorum distinctiones,vt alij sint nati viuēte patre,alij posthumi, id est, postquam sepultus pater,nati: quamuis & similitudine quadā rationis, sed non proprie,& posthumi dicantur,qui viuente patre post eius conditum testamentum nati sunt, vt notat Accursius,*in rubric.de posthum.hered.instit. C. & l.*3.*§.*1. *de iniust. nupt. P.* vel arrogati, vel qui mortuo patre subiiciuntur auo,vel auo moriente, patri, *l.filius à patre, §.*1.*de lib.& posthum.in P.* Est & alia filiorum distinctio, vt quidā, nati viui & sine deformi portēto,& isti proprie filij:alij cum monstrosa figura, qui potius monstra quam liberi, *l.non sunt liberi, de stat.homin.in P.l.quod certarum*, 3. *de posthum. hered.instit.lib.*6. *C.tit.*29. *Vlp.l.quæret aliquis* , 135. *de verb. signific.* alij mortui nati, qui abortiui dicti sunt, nec nati censentur,& habentur ac si non fuissent, *l.*2.*C.de posthum. hered. instit.Paul. l. qui* 15
mortui , 129. *de verbor. signif. l.anniculus amittitur*, 132. *§. fin, eodem.*
¶Illegitimorum † naturalium tantum filiorum , vel liberorum species plures sunt:in primis quidam sunt naturales tantum,qui aliquando permisso concubitu olim concubina nati erāt,de quibus in tit.de natur.liber.in Cod.Iustinia.nati ex ea,quam quis nō vago concubitu,sed vxoria affectione , præter ritus tamen matrimonij , sibi coniunxit, quæue poterat esse vxor, non ex vili scorto,*l.l.nuncia auth.seq.de natur.lib. C.* quamuis iure pontificio meretricis non improbetur pœnitentis, sed laudetur coniugium *c.inter opera caritatis,de sponsal.*

¶ Obseruaui † tamen apud Phryges , filios ex concubina non 16
dici ex familia vel genere patris:nam cum D ctys Cretensis scribat,*lib.*3.*de bello Troiano.*Priamum regem Troiæ quinquaginta filiorum patrem fuisse.Dares Phrygius,*in exordio belli Troiani.*tamē ait,tantum ei filios fuisse ex Hecuba, Hectoreum , Alexandrum, Deiphobum,Helenam.Troilum,Andromacham,& Cassandram:& alios autem ex concubinis, quos,inquit , nemo ex genere regio dixit esse,nisi eos qui essent ex legitimis vxoribus.¶ Græci † om- 17
nes illegitimos filios nothos dicunt in genere , & proprie tamen ex pellice natos,sicuti notat breuiorum scholiorum Homeri auctor in versum illum,*Iliad.Homer.*

Αλλ᾽ ἠτοι Περικλῆος νόθον βάλε Δημοκόωντα.

vbi νόθον dicit esse τὸν ἐ γνήσιον. ἀλλ᾽ ἐκ παλλακίδος ὄντα.

Et rursum alibi *Iliad.*β.in versum illum,

Μήδων κόσμητον Οἰλῆος νόθον υἱὸν,

repetit νόθον esse τὸν μὴ ἐκ νομίμης γυναικὸς γεγενημένον, ἀλλ᾽ ἐκ παλλακίδος.

Quantilianus *lib.*3.*cap.*6.non nos habere Latinū nomen,quo nothum referamus, tradit: ideoque Græco vti. quod ex Catone accepit,cui & subscribo: nisi contracta significatione, prout apud Iurisconsultos,is dicatur naturalis,quem definiunt esse ex ea,quę legitima vxor esse poterat,quique certo complexu natus.

¶In † quo differt ab spurio,qui,quia sine certo patre est, vulgo 18
conceptus,*l.vulgo concepti,de stat.homin.P.§.si aduersus, de nup. apud Iustinian.*& spurius dicitur,id est,sine patre:vox enim spurij, teste Plutarcho,*in problem.*nata,omissis ceteris,quas refert, interpretationibus,à Romanis,qui soliti erant nomina primis tantum literis exprimere,aut vna:vt dum Titum vno T.Cneum,sic Cn.sextum,Sex.vnde & vulgo conceptos scribebant per S. P.id est, sine patre,quos Græci dicunt ἀπάτωρας.

¶ Quamobrem † summus Pontifex,*Innocen.*3. *in c.nisi cum pri-* 19
*dem,c.*10.*§.pro graui, de renunt. lib.* 1.*Decret,tit.*9. *vbi esue & à confusione & insciția, gloss.cum suis versibus.* distinctionem quandam merito adhibet inter nothum, spurium, & mauzerem. Quanquam vtraque dictio, si generaliter proferatur,possit omnes illegitimos complecti, potissimum & apud Hebræos, manzer: vocant enim ממזרים *mamzerim*, seu *manzeres* , omnes aliunde quam ex legitimo matrimonio natos, quasi מן זרים *minzarim* id est,de alienis scilicet natos,de quibus sic cautum in Deuter.23. לא יבא ממזר בקהל יהוה: גם דור עשירי לא יבא לו בקל יהוה *lo iabo manzer bikal Iehoua ,gam dor gnesiri lo iabo lo bikal Iehoua*, id est,† *non ingredietur manzer in ecclesiam domini*, 20
etiam decima generatione non ingredietur ecclesiam domini , scilicet non fungetur ministerio ecclesiastico : quod etiam statutum postea iure pontificio, *c.cum in cunctis,c.*7.*& c.innouit,c.*20.*de electio.lib.*1.*decret.tit.*6.*c.filii.c.pen.de fil.presbyt.* Et certe quod pertinet ad pudicitiæ violationem, parum interest inter concubinam, & meretricem : vtrique enim peccatum est concubitus & turpi-

Digitized by Google

tudo, neque quod illa clam, hæc palam, *l. palam, de vit. nupt. l. 1. de concubi. in P.* prostituatur, delictum mutat, vt etiam Euripides scripsit, *in Phœniss. act. 3. vers. 129.*

ὃς δ' ὁ μὴ κρεῖσσον, ἢ τὸ δίκαιον λέγων,
ἐσθ' ὅτι μὴ νόμιμοι παῖδες, μητρὸς λέχεσιν
μίασμα πατρὸς.

id est,

Non enim quod per se non est honestum, poterit dici honestum.
Neque liberi illegitimi honesti matribus, sed & patri
Scelus & piaculum.

Heraclidesque Ponticus apud Plutarchum *in Solone*, commeminit legis Solonis, qua τοῖς ἐξ ἑτέρας γυναικὸς, id est, *Spuriis non erat necesse nutrire patres: qui enim, inquit, in compressione mulieris decorum non seruat, non prolis, sed libidinis caussa eo se impelli aperte ostendit.*

21 ¶ Aristophanes † Grammaticus in argumento Oedipi Tyranni Sophoclis, spurium dicit opprobrium fuisse Græcis dum de Oedipo sic scribit,

Corinthum vagus cum liquisset Oedipus,
Hospesque passim ab omnibus conuitio.
Incesseretur, quasi foret spurius,
Illegitimusque in certo satus patre,
Pythica scitatum venit oracula, &c.

Maius tamen opprobrium in procreato fracto fœdere nuptiarum, qui Græcis, μοίχιος, vel μοιχίδιος, & μοιχαλίς. 22 ¶ Adulterinus filius is nempe est, qui illegitime procreatus ex ea, quæ nupta alteri est: vel ex eo, qui vxorem habet, & ex innupta, vel ex ambobus cum aliis coniunctis, *c. nemo sibi blandiatur, 32. q 4. cui. lex. §. adulterium. 36. q. 1.*

23 ¶ Bonifacius † martyr ob istos concubitus illicitos valde iã Dei concitari scribit regi Anglorum, *can. si gens Anglorum, 56. dist. in Decreto Grat.* seu Britanniæ, atque ideo prolem omnigenæ impietatis facile inde nasci, cuius verba referam. *Si gens Anglorum, vt ab ipsis paganis, inquit, nobis etiam improperatur, spretis legalibus connubiis, adulterando & luxuriando ad instar Sodomiticæ gentis, fœdam vitam auxerit, de tali commixtione meretricum existimandum est, degeneres populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos: & ad extremum vniuersam plebem ad deteriora & ignobiliora vrgentem & nouissime nec bello seculari sortem, nec in fide stabilem, nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem esse venturam. Sicut aliis gentibus Hispaniæ, & Prouinciæ, & Burgundionum populis contigit, quæ sic à Deo recedentes fornicatæ sunt, donec iudex talium criminum vltrices pœnas, per ignorantes leges Dei, etiam per Sarracenos, venire & sæuire permisit: nec ille.* Cui accedit Sapiens, *Sap. 3. & can. dicat. 32. q. 4.* dum ait. *Adulterorum filij in consummatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur: & si longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus illorum, etsi celerius defuncti fuerint, nõ habebunt spem, neq; in die cognitionis allocutionẽ. Nationes enim iniquæ, diræ sunt consummationis.* Dicitur & alibi, *Vrban. in capenult. vers. quod autem 56. distinct. Ad adulterorum filios paterna flagitia transire, & pro patr. bus puniendos.*

24 ¶ Tales † adulterini proculdubio existimantur, qui nascũtur ex vxore absente marito per duos vel plures annos cõtinuos: vel si constet maritum cum vxore non concubuisse, infirmitate interueniente, vel alia caussa, vel si ea valetudine paterfam. fuit, vt generare non posset, vt ex Iuliani & Scæuolæ sententia Vlpianus docet, *Vlp. l. filium, 6. de iis qui sunt sui vel alien. iur.* Quod si concubuerint simul aliquo tempore ante partum coniuges, ex quo verisimiliter generatio marito adscribi possit, etsi alterius interuenerit alieni viri coniunctio, pro filiis vt illo censeantur marito nati, & vt legitimi sint præsumitur, *d. l. filium, & l. quia semper, de in ius vocan. in P. expresse Pap. l. defuncto, 11. §. defuncto, ad l. Iuliam de adult. P.*

25 ¶ Neque † in horum præiudicium creditur matri profitenti se ex alio quam marito eos concepisse, vt ait Scæuola *l. penult. de probat. lib. 22. P. tit. 3.* Aliunde etiam abiit in prouerbium, vt ait Sertus Pompeius Festus, nec mulieri, nec gremio credendum, nõ dicam, quod illa leuis & incerti sit animi. Sed quia cum Iurisconsulto, *in l. cum prætor, de iudiciis. P.* quod ita moribus optimis & receptum sit. Et iam, vt Suidas ait, fide publica receptus sit ille versiculus, γυναικὶ μὴ πίστευε μηδ' ἀνδρί, id est, *ne crede mulieri etiam moriturę statim.* Nec iuramentum matris delatum vel relatum, partui proficit, nec nocet, si iuretur ex aliquo prægnantem non esse, *Vlpian. l. 3. §. penult. de iureiur. lib. 12. P. tit. 2.* Quinimo peregre rediens, si inuenerit vxorem prægnantem, quæ ab alio conceperit, & non protestatus, vel contestatus fuerit, antequam conueniret, eam non esse ex se prægnantem, certe partus nascitur illi suus, & cogitur partum agnoscere, vt filium, ex Senatusconsulto Pegasiano, *Vlp. l. 1. §. Iulianus. & seq. §§. de lib. agnosc. lib. 25. P. tit. 1.* vel si is interim prægnante vxore moriatur, si statim non fuerint contestati qui excluso posthumo succesturi erant, nõ audiuntur ex Carboniano edicto, *idem in l. 3. §. quia Plautianum, eo. tit.*

26 *l. 1. §. fin. de Carb. edict. lib. 37. tit. 10. l. 3. §. si mater, eod.* ¶ Fieri † tamen non potest, quin magna suspicio partus adulterini non sit, si mater sibi conscia moriens professa fuerit, nulla caussa excandescens in odium mariti vel filiorum, sed pœnitentia sceleris, & iniuriæ irrogatæ marito ducta. Quanquam non soleat filio præiudicium ideo in successione patris putatiui fieri: eademque suspicio maritorum, qui od se non sint liberi geniti, si illi prudẽtes & prouidi sint, inter bonos & graues non exiguæ fidei est.

¶ Et † proinde cum Agis rex Lacedæmoniorum Agesilai fra- 27
ter, filium Leotychidem reliquisset, quem ille viuus non agnouerat, tesi eundem suum moriens fuisse dixisset, in regno habuit successorem Agesilaum fratrem, vt proximiorem, prælatum Leotychidi, vt spurio, vt narrant historiographi, *Plutarch. in Agide, Xenophon. lib. 3. rer. Gracar. Æmil. Probus, in vita Agesilai.*

Suspicabatur autem natum Leotychidem Agis ab Alcibiade procreatum: Ideo Plutarchus *in vita Agidis*, eadem quæ Probus referens, addit, *Leotychides*, inquit, *puer antea suspectus quidem erat Agidi, cum autem se ad pedes ægrotantis patris abiecisset, & multas lacrymas profudisset, persuasit ei, vt se multis præsentibus filium pronuntiaret.* Athenæus, *lib. 17. cap. 13.* quoque scribit, regis Agidis vxorẽ Timæam corruptam fuisse ab Alcibiade: verum Pausanias *in Laconic.* scribit Agidi, mali genij impulsu hoc ei in mentem venisse, vt audientibus Ephoris, diceret se non putare Leotychidem filium suum esse.

¶ Faceret † pro filio postrema assertio paterna, etiam si an- 28
tea negasset filium, si pro legitimo habitus fuisset à vicinis, vel maiori parte eorum, etsi pater illum talem quoque nominasset: vtrumque enim requiritur, *cap. per tuas, cap. 10. & ib. glos. & Felin. de probatio. lib. 2. decre. tit. 19. & ibi Panor. late hoc examinat Guil. Bened. in ver. quæ filium ex eo suscipiẽs, nu. 1. & seq. in 3. par. repet. ca. Raynut.* Facit & assertio consentiens vtriusque parentis, quia negatur legitima proles contra filios, nisi aliunde doceri posset esse legitima: nam probatio præponitur illorum testimonio, *c. transmissæ, c. 3. & ibi Pan. & alij, qui fil. sint legit.*

¶ Illegitimi † quoque censentur, qui nati sunt ex matrimo- 29
nio contracto prohibente publicæ honestatis iustitia, & citra ecclesiæ permissionem, vt nec tanquam legitimi succedãt, si pater sciuerit impedimentum, *Cælesti. in c. referente, c. 10. eod.* alioquin si ignorantibus vtrisque parentibus impedimentum, vel alterio illorum, accusatum non fuerit matrimonium, post eorum mortem proles non potest illegitima dici, *c. peruenit sane, c. 11. eod. c. perlatum, 8. & c. ex tenore, c. 13. eod. tit.* Quamuis hodie clandestina desponsatio hoc impedimentum incidens alterutrius, hoc non operetur, nec ignorantia tunc excuset patris, quin proles sit illegitima, nisi reconciliatio accedat ecclesiæ, & gratia, *c. cum inhibitio, de clandest. desponsa. gl. fin. in c. referente, qui fil. sint legit.* quia fraus præsumitur, eo quod clam factum sit, *l. fin. de vit. nupt.* Quod si matrimonũ fuerit ignorãter in facie & ritibus ecclesiæ initũ, & separatur postmodum, filij geniti eo pendente, legitimi habebuntur & fruentur priuilegiis legitimorum, *c. 2. & c. perlatum, qui filij sint legi.* Illi etiam illegitimi, qui & incestuosi ex sanguine coniunctis in gradu prohibito nati sunt: vt nefarij, qui ex descendentibus & ascendentibus fœdissime iunctis oriuntur: de quorum prohibita, *auth. ex complexu, de natu. liber. § fin. quib. mod. nat. effic. sui.* coniunctione in impedimentis diximus. Quæritur autem, num nati 7. mense. 10. 11. 12. 13. à morte maritorum legitimi sint & naturales: an vero in illis sit nothorum suspicio. Et de primo sic Paulus Iurisconsultus respondit, *Septimo mense nasci perfectum partum iam receptum est, propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis, & ideo credendum est, eum qui ex iustis nuptiis septimo mense natus est, iustum filium esse. Paul. l. septimo mense, 12. de stat. homin. libr. prim. Gell. libr. 3. cap. 16. Medici,* inquit Gellius, *& philosophi illustres de tempore humani partus quæsiuerunt, πόσος ὁ τῶν παίδων κύησις χρόνος*: id est, *quantum ej hominis gestationis tempus. Et multa opinio est, eaque pro vero recepta, postquam mulieris vterus conceperit semen, gigni hominem septimo rarenter, nunquam octauo sæpe nono, sæpenumero decimo mense: eumque esse gignendi hominem summum finem.* Dixit rarenter septimo gigni, quia septimo mense non nisi pridie, posteroue plenilunij die, aut interlunio concepti, nascuntur, secundum Plinium, *lib. 7. cap. 5.* Qui & tradit, *Plin. lib. 11. cap. 37.* septimo mense genitis, sæpenumero foramina auium & narium defuisse. Et Galenus, *lib. de septim. partu.* tradit in minori interuallo, quam sit anni dimidium, septimestres partus vitales edi posse, negasse Hippocratem voluit. Explicat & Hippocratem Vlpianus, dum respondit secundum Hippocratis sententiam, *Vlpia. l. 3. §. fin. de suis & legitim. hered. P.* posse nasci 182. die partum, id est, media parte anni eaque nec integra, si consideremus annum vulgarem constantem 365. diebus & quadrante, vt bissextilis 366. perficitur, cum tamen bis 182. reddant 364. dies. Sic Galenus iterum ait *d. lib. de sept. part. Nullas plane celerius notat parere 182. die cum dimidio, & quibusdam horis: vel post exactum quartum supra ducentesimum. Atque ego,* inquit, *vnã mulierẽ reperi, quæ centesimo & octuagesimo quarto die completo pepererit.* Porro post decem menses mortis patris natum, non admitti ad legitimam hereditatem, Vlpianus respondit, *l. 3. §. fi. d. tit. de suis, & facit formula l. Gallus, de liber. & posthum.* illegitimum eum arbitratus. At postea placbit, & in 10. 11. 12. & 13. mense legitimum nasci partum, vt supra docuimus. *lib. 9. capitul. 26. nu. 22. 23.*

De filiis

Digitized by Google

De Filiis legitimatis, seu de legitimatione nothorum.

Cap. 4.

Nouell. quib. mod. nat. eff. leg. & sui &c. in Authen. col. 6. titul. 1.
Quib. mod. nat. effic. sui, in Auth. coll. 7. tit. 1.
Qui fil. sint legitim. lib. 4. Decret. tit. 17.

1 *Nothi interdum digni, qui eximantur à nota illegitimorum.*
2 *Illegitimi esse desinunt, dum fiunt legitimi.*
3 *Legitimantur filij quatuor modis.*
Oblatione curiæ.
Si pater legitimos diceret.
Per rescriptum principis.
Per subsequens matrimonium.
4 *Adulterini & nefarij seu incestuosi filij, num legitimentur per subsequens matrimonium.*
5 *Legitimatio per rescriptum principis.*
6 *Filius spiritus sacerdotis legitimari per rescriptum principis nequit.*

1 CEterum † interdum ita proficiunt bonis moribus eruditione liberi nothi, vel aliis rebus, vt digni sint qui eximatur ab infami natiuitatis nota: sic enim apud Euripidem, *in Androm. actu. 3. versi. 90.* arguit exemplo Peleus,

ἀ δ' ἐς τὸ κρεῖσσον πολλάκις ἦ τὸ τεὸν.
ξυνὸς βλάστοις γὰρ ἔνεστι κἀσθλοῖς
κἀσθλὸν τὸ πολλοὶ γνησίων ἀμείνονες,

id est,

Licet nothus sit, certe sæpenumero
Arida satio, fertile & pingue vincit solum,
Multique spurij præstant legitimis.

¶ Transeunt † autem naturales illegitimi filij in legitimos 2
suos, quando legitimi fiunt, dicunturque tunc legitimati.

3 ¶ Quod fiebat quadruplici medio *glos. in c. transmissæ, qui filij sint legit.* primum, per *oblationem curiæ* alicuius loci, si ipsi operas ipsi impendissent, vel illegitima curialibus nuberet. *§. quia vero, quib. mod. nat. effic. sui, §. fin. ae nupt. apud Iustinia. l. 3. de nat. lib. Cod.* Secundo, si illegitimum naturalem pater vocasset legitimum. *§. si vero is qui, quib. mo. nat. effi. sui, §. ad hoc vt lic. mat. & auth. in auth.* Si quando hodie tamen pater vocaret filium battardum, filium legitimum & naturalem, dubium esse posset, num haberetur pro legitimato: & num ille succedere exemplo legitimorum. Et actus distinctione opus esse crediderim, vt, si pater dixerit matrem fuisse sibi desponsatam, cum affirmatione filios ab ea susceptos, suos esse: tunc haberi illos pro legitimis per *consequentiã matrimonij*, si aliam vxorem non habuerit tunc cum genuit, aut si probatum, illam antequam etiam aliam duceret eum affidasse, vt dicunt, seu ei fidem dedisse, *c. per tuas, 12. qui fil. sint legit.* Nam promissio de futuro matrimonio sequente copula, facit matrimonium præsumtum, contra quod non habeat locum probatio, *c. is qui fidem, de sponsali. cap. per tuas, 6. de condi. appos.* Quod si sola sit assertio patris, qua eum dicat suum, quemadmodum nihil illa prodest ad firmandum quod non est matrimonium, ita nec ad legitimandum filium iuuabit. Quare, vt assertio patris nunc legitimum filium spurium faciat, cum his exigitur consensus vicinię, vt cum filium pro legitimo reputauerit, *c. per tuas, & ibi glos. & Felin. atque Pan. de probatio.* Solaque nominatio vel scriptura, non facit filios qui non sunt, *Dioclet. & Maxi. in l. non epistolis, 13. l. non nudis, 14. de proba. lib. 4. C. tit. 19.* & facit Imperator Gordianus pro hac sententia, *Gordianus, in l. si pater, 4. de hered. inst. lib. 6. C. tit. 23.* Luculentius Valerianus & Galienus CC. *in l. neque professio, 5 ae test. lib. 6. C. tit. 23. Neque professio*, inquiunt, *neque assueratio nuncupantium filios qui non sunt, veritati præiudicat, &c.* faciet tamen præsumtionem assertio vel negatio patris, vel matris, pro filio. Vel contra, donec contrarium probetur, *l. etiam matris, de prob. P.* Sed non præiudicat veritati, *l. fin. eod. tit.* Et videtur huius sententiæ assertor Alex. III. summus pontif. *in c. transmissa, 3. qui fi. sint legit.* Videndus & pro hac quæstione, Guillel. Bened. *cap. Raynutius, ad verb. Quæ filium ex eo suscipiens, num. 1. de testa.* addenda & consideratio matrimonij, prout monui supra, *cap. 3. num. 25. & seq.* Tertio per subsequens matrimonium, *l. diui Constantini, & l. cu quis, & l. nuper, de nat. lib. C. §. fin. de incestis nupt. coll. 2. in auth. c. 1. & c. tanta qui fil. sint legit.* cum concubina, ex qua liberi suscepti, initum: nisi aliud affinitatis vel alterius causæ impedimentũ subsit. ¶ Quo
4 fit, † vt incestuosi & adulterini non possint per matrimonium matris eorum cum patre contractum legitimari, quia lex huiusmodi coniugia abominatur, *l. Claudius, de his quib. vt indig. in P. c. cum haberet, de eo qui duxit in matr. quam prius polluer. per adult. apud Gregor.* Quod tamen interpres glosator Ber. *glos. in c. tanta, ad ver. aliam, qui fil. sint legit.* intelligendum censet, si ea, cũ qua adulterium committitur, sciuerit vxorem habere, non autem si ignorauerit. Cui certe adstipulatur Innocentius tertius summus Pontifex, *Innoc. 3. in cap. ex tenore, cap. 14. eod.* De nefariis autem & incestuosis spuriis, ne possint vllo modo legitimari sequente matrimonio procul à dubio est, eo quod, vt in impedimentis diximus, nullum, possit in gradu prohibito recipi matrimonium iustum, si accusetur. Quod si liberi nati sint ex matrimonio contracto in gradu prohibito, distinctio alia, quæ proxime in illegitimis distinguendis annotata est, adhibenda: neque ea ad spurios legitimãdos per subsequens matrimonium pertinet, sed est alterius inspectionis.

¶ Quarto, † legitimantur per *rescriptum principis, §. si quis vero* 5
non habens filias, & §. sit igitur, quibus mod. nat. effic. legit. §. illud, qui. mo. na. effic. sui, coll. 7. in auth. c. per venerabilem, qui fil. sint legit. Princeps enim qui in manu habet legum auctoritatem, cui leges interpretari & abrogare licet, *l. 1. & fin. de leg. b. C.* & potest gratiam præceptorum legum facere. Placuit tamẽ 6. Calend. Aprilis 1562. Senatui Parisiensi, nullatenus regiis codicillis sacerdotis filium, iure legitimorum donari posse.

¶ Idem † plane decretum regia sententia in eodẽ Senatu pro- 6
lata 15. Calend. Octobr. 1573. triduo post felicem Poloni Regis in vrbem ingressum, teste Rhenato Choppino, *libro primo, de domania regis, tit. 11.*

De Filiis legitimis tantum.

Cap. 5.

1 *Legitimi tantum filij, qui*
2 *Legitimorum filiorum diuisio iure ciuili, in adoptatos, & arrogatos.*
3 *Patres & filij secundum legem alij, & alij secundum carnem.*
4 *Filiatio iure diuino secundum similitudinem generationis pluribus modis dicitur, creatione, operatione, confirmatione, principio, imitatione, doctrina seu eruditione, catechismo, benevolentia, honore, potestate, nutritione.*
5 *Filij dicti Dei, regeneratione Baptismatis, & qui à nobis in regeneratione suscipiuntur filij nostri lustrici, & ex confirmatione, & pœnitentia spirituales filij.*

FIlij legitimi † tantũ illi dicuntur: qui à lege aliqua *l. legitima,* 1
de pact. in P. in numerum filiorum naturalium probatorum iure rediguntur, & pro filiis habentur, etsi non sint: quando similitudo quædam cum naturalibus, vel æquale priuilegium omnino vel ex parte datur. Quamobrem non natura, sed similitudine & participatione illi filij fũt. Et quia multiplex potest esse similitudo, sic & multiplex ea ratione filiorum appellatio iure diuino in sacris literis, & iure pontificio.

¶ Iure † autem ciuili, adoptione & arrogatione tantum rece- 2
pta, quæ & aliis iuribus cognita est.

¶ Sic † patres alij sunt secundum legem, alij secundum carnem, 3
vt notat D. Hieronymus, *in c. 1. Matth.*

¶ Et † breuiter sacra pagina à similitudine ortus, quem gene- 4
ratione à patre trahimus, creationem nostram tribuit filiationi, vt sit is pater noster, qui nos creauit *Matth. 23. Malach. 1. & 2. Sap.* 10. *Esa. 62.* solet enim & scriptura sancta, id filiũ cuiusque rei vocare, quod ab eo factum seruatumque est, vt Deus, pater cœli & terræ dicitur, *Matth. 11.* Sic filij Dei etiam Angeli mali, oratione dicti, *Iobi.* Et pater dicitur principium alicuius rei, *vt pater habitantium in tentoriis*, Geneseos 4. *Et Tubal pater canentium cithara: eod. cap. 4. Gen 5.* Et à similitudine, quod filij vt plerunque imitantur substantiam & naturam parentum, filius quoque dicitur alicuius, quod naturam illius imitatur: ita filij hominum, pro hominibus, *Psal. 8. Fortes filij Deorum, Iob. 28 filij Belial scelesti. Iudic. 19. & 20. 3. Reg. c. 21. 1. Reg. 2. 2. Paralip. 13.* A similitudine quoque participationis substantiæ paternæ, qui eruditur doctrina aliqua ab aliquibus seu præceptoribus, vel gradu aliquo donantur, filij eorum dicuntur. Sic sæpe Salomon quos erudit, in prouerbiis & alibi, *Prouerb. c 6. Ecclesiast. cap. 1. & 4 21. 32. &c.* filios vocat, sæpeque illa voce, *fili mi*, vtitur, Sic filij prophetarum, eorum discipuli dicti sunt, 4. *Reg. 4.* Et 1. *Samuel. c. 10.* dicitur præceptor pater ibi, *Quis & pater eorum? Et filii sapientiæ illorum, Eccles. 3.* Sic D. Paulus *ad Gal. 4. filioli, quos iterum parturio, donec in vobis formetur Christus.* Atque hac filioli nominatione sæpe vtitur D. Ioannes, *1. Epist. c. 2. 3. 4. 5.* Sic iura pontificia monent, per institutionem ad fidem seu catechismum contrahi filiationem, & cognationem spiritualem, *c. contracto. c. 5. de cognat. spirit. lib. 4. Decreta tit. 11. c. 2. eod. in 6. lib. 4. c. 3. can. in cat. chrismo, de consecrat. distinct. 4. cano. si quis vnus, 70. quæst. 4.*

¶ At † paterna benevolentia, quæ summa est, & dilecti summo- 5
pere quoque filij dicuntur. Sic Israelitæ peculiaris Dei populus, filij Dei dicti, *Deuter. c. 14. Esaiæ 1. Hierem. 31.* Ab honore, & seniores obseruandi, vt patres, *1. Timoth. 5.* & à senioribus iuniores erudiendi, vt filij. Sic in Genesi, *c. 6.* filij Dei dicũtur illi qui inuocabãt Dominum, & honorem & obsequium cultus diuini offerebant. Sic amplectentibus fidem Domini nostri Iesu Christi dedit Deus potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus, nec ex volun-

Digitized by Google

tate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt, *D. Ioan. euangel. c. 1.* Adoptioque hæc filiorum Dei, *ad Roman. c. 8. & 9. & ad Galat. 4. ad Ephes. 1. 1. D. Ioannes epist. c. 3.* Et ratione potestatis quæ in liberos est, filius interdū dicitur, id quod in alterius iure & potestate est indubie, vt, *Filii mortis estis vos, 1. Reg. c. 26.* id est, addicti morti, vel ea digni. Ratione nutritionis, alumni filij, & quod nutrit pater vel mater: vt filij maris dicti ab Osea *cap. 11.* pisces. Ratione generationis, quia Deus & Dominus noster Iesus Christus per proprium sanguinem lauit nos à peccatis nostris, & eius applicatione per sacramentum lauacri Baptismate renouamur, *D. Ioan. Euangel. c. 3. D. Pau. ad Tit. 3. D. Petri 1.* in nouum hominem, *ad Ephes. 1. & 4. ad Colos. 3.* exuentes veterem: dicimur etiam filij Dei, fidem eius amplexi, & omnes fideles fratres in eodem patre Domino nostro Iesu Christo, renati ex aqua & spiritu sancto. Quo fit, vt illi quos ex sacro baptismate suscipimus, quibus lustrici lumus parentes, filij dicātur, & vulgo optime filioli, vel lustrici filij, cum enim ministerium illis hac in parte præbemus salutis & regenerationis, paterni nominis etiam efficimur participes, & nascitur cognatio spiritualis, *c. 1. de cogn. spirit. lib. 4. sex. Decreta. c. 3. & toto tit. lib. 4. Decret. tit. 11.* Similiter & per sacramentum cōfirmationis, *c. 1. §. ex confirmatione, eod. in 6. c. 1. 30. q. 1.* si quidem à primo pabulo sacrati salis vsque ad confirmationem contrahitur, vt dicunt summi Pontifices, compaternitas, *Suidas in verbo ἔκθεσις.* Suidas adoptionem Christianam dicit, *ad limina, §. fin. & can. omnes. 30. q. 1.* quādo ex sacris fontibus suscipitur. Pari modo filius filiaue spiritualis dicitur is ea ve, quē quamue quis exomologesi vel sacramento pœnitentiæ sibi coniunxit.

De Adoptione & arrogatione. Cap. 6.

Lib. 1. Institutio. tit. 11.
Lib. 1. P. tit. 7. Lib. 8. C. tit. 48.

1 *Adoptio quid.*
2 *Filij fiunt adoptione, fratres, aut alij proximi.*
3 *Filij adoptati, prælati naturalibus.*
4 *Filiorum legitimorum seu adoptiuorum rationes, cur recepti. Filios cur relinquere nostra interest.*
5 *Adoptio duplex, Adoptio & Arrogatio, & quid commune habeant.*
6 *Adoptare mulieres sine gratia nequeunt.*
7 *Adoptare nequeunt, nisi qui generare possunt, & qui prohibeantur.*
Adoptini non sunt temporarij, sed perpetui.
8 *Sexagenariis num adoptio liceat, & quare vetita.*
9 *Arrogatio quomodo fit, Arrogatio facta auctoritate principis, & rogatione populi, vnde arrogatio dicta.*
10 *Arrogandi per populum forma.*
11 *Arrogandi causas collegium pontificum dispiciebat.*
12 *Adoptio fiebat apud magistr. tum, penes quem esse legis actio.*
13 *Adoptio olim fiebat emancipationibus & manumissionibus præcedentibus, hodie minime.*
14 *Arrogatio impuberis, curatoris eius assensum desiderat.*
15 *Adoptio quadruplici modo fiebat per principem, per legem curiatam, per prætorem seu magistratum, per testamentum.*
16 *Adoptare adoptatiue qui possint.*
17 *Adoptatorum Cæsarum exempla.*
18 *Adoptare non potest, qui liberos proprios & naturales habet. Vtopiæ aliter quære.*
19 *Adoptare minorem suum tutor vel curator non potest.*
20 *Adoptabantur & filiæ apud Hebræos.*
21 *Arrogari nec arrogare potest fœmina, adoptari tamen: non autem adoptare potest iure Romano: aliter apud alios.*
22 *Adoptari vnus tantum potest, & qui adoptari possunt.*
23 *Adoptati præsentia exigitur, & quando voluntas.*
24 *Arrogatio & adoptio transferunt in potestatem adoptantis adoptatum & suos.*
25 *Exuuiæ quem dixere Græci.*
26 *Adoptatis alia indebantur nomina retentis vel parumper illis immutatis.*
27 *Perdicum sagacitas in dignoscendis matribus.*
28 *Adoptandi inter Longobardos ritus.*
29 *Adoptio in Francia olim, & apud Hebræos & Græcos vsurpata.*
30 *Adoptati nunc in Gallia non succedunt, vt filij.*
Adoptati, & alumni quomodo differan.

1 ACtus † legitimus adoptio dicitur, *l. actus legitimi, de regu. iur.* per quam in alienam familiam, vt ait Modestinus, *l. 1. de adopt. libr. 1. P. titul. 7.* & Gellius, *libr. 5. cap. 19.* in que liberorum locum extranei sumuntur, idque, vt Theophilus testatur, *Theophil. libro primo. institut. de adopt.* in solatium eorum qui liberos non
2 habent. ¶ Finguntur † enim liberi tantum adoptione, non autem fratres, vel alterius proximitatis cognatio, testibus Diocletiano & Maximiano, *l. nec apud. de hered. instit. lib. 6. C. titul. 24.* Sic D. Ambrosius, *ad Sisinium, Aut natura filios suscipimus, aut electione: in natura, casus est, in electione iudicium. Magisque sine consensu patris in adoptandis offendimus, quam in genitalibus filiis: quia genitales filios esse, ad naturam refertur: in adoptione dedecoris esse non nisi errori adscribimus.* ¶ Et † forsan ea ratione quod præstantes tan- 3
tum in filios adoptabantur, adoptiuos præferendos esse naturalibus Hadrianº Cæsar persuasum habuit, *Dio vel Xiphil. in Adria.* atque Plinius iunior, *in Paneg. Traian.* Sic Theodoricus rex Gothorum adoptans in filium regem Herulorum, inter cetera *lib. 4. epistol. Cassiod. varia. epist. 2.* scribit *per arma posse fieri filium, grande inter gentes constat esse præconium: quia non est dignus adoptari, nisi qui fortissimus meretur agnosci: ignaui autem esse nesciunt quos iudicia pepererunt: ii enim gratiam non de natura, sed de solis meritis habent, quando animi vinculo obligantur extranei.* Horum legitimorum tantum liberorum intuitu, & quando de naturalibus & legitimis ex matrimonio iusto conceptis agitur, qui ex matrimonio sunt, dicuntur naturales: illi legitimi adoptiui: *§. 1. de legi. agn. succes. l. fin. de his qui sunt sui vel alien. iur. §. minus, de hered. quæ ab int. defer. l. adoptiuum 5. de in ius voc. in P. l. si pater, 20. & l. non potest, 31. de adopt. in P. cum similib.*

¶ Adoptionis † ratio multiplex, & eadem, quibus habere in- 4
teresse liberos naturales iustos, in quorum locum ij cooptantur: nempe vt habeamus successores certos, qui ideo nos obseruent & curam nostri habeant, ceterorumque insidias auertant, vtque nomē familiæ posteris superesset. Sic & Isocrates in fine æginetici sermonis, *Orat. 17. dignum est*, inquit, *legi succurrere, qua nobis filios adoptare licet, ac de nostris consultare rebus, reputantes apud nos, quod desertis nominibus, puerorum loco sit lex huiusmodi: propter hanc enim agnati, ac nullo sanguinis gradu respicientes, magis inter se mutuo curantur.*

¶ Adoptio † duplex, adoptio simpliciter, & arrogatio: adoptan- 5
tur filij famil. arrogantur qui sui iuris sunt, *Modestin. l. 1. de adopt. in P. §. 1. eod. ap. Iustinia.* Hoc vtrique commune: vt in potestatem eorum, à quibus adoptantur vel arrogantur, & in familiam transeant, *§. 1. de adopt.* fiantque sui: nisi hodie detur in adoptionem extraneo ex constitutione Iustiniani, *§. sed hodie. de adopt. l. cum in adoptiuis. 10. eod. C.* & in socū liberorum, quos suscipere possent, veniant.

¶ Primum † autem, nempe potestatis causa, prohiber, ne mu- 6
lieres adoptare possent iure communi, *§. fœmina. de adopti. apud Iustinian. l. 5. C. eod. l. nam & si fœmina. 21. eod. in P. l. si suspecta 29. §. nec absens. de inofficio. testam.* nisi ex gratia principis: quia in potestate liberos non haberent, *§. ceteri, ae hered. qual. & diff. apud Iustin. d. §. fœmina. & l. 4. §. ad testamenta, de bon. poss. cont. tab.* nec suos, *Caius l. nulla, 13. de suis & leg. hered. P.*

¶ Alterum † vero vetat, ne & viri quoque, quibus impossibile 7
per rerum naturam ducitur suscipere liberos, adoptare possint, neue ad tempus fiat adoptio, ne filius sit temporalis, *Paul. l. si tibi filius, 34. de adoptio. P.* Naturam enim adoptio imitatur, *§. minores. eod. l. si paterfamelias, 15. §. fin. & l. adoptiuorum. 16. eod. P.* Quamobrem minor maiorem, vel æqualem sibi ætate non adoptat, *§. minorem, de adopt. l. arrogato patre, 40. §. non tantum, eod.* pro monstro enim, & impossibile est id natura. Pari modo qui vitio incurabili, seu morbo detinentur, vt sanari non contingat, quo inhibeatur vxorem ducere & generare, nec adoptare quoque possunt, veluti castrati: qui autem generare quidem morbo non possunt, verum contingit aliquando eo morbo liberari, & saltem potentia habiles ad generationem esse possunt, vt & steriles & spadones, iisdē & permittitur adoptio, *l. 2. §. illud. eod. P. l. arrogatio, §. fin. eod. §. sed & illud. eod. l. si serua. §. si spadoni, de iur. dot. in P.* Et qui vxores non habent, habere tamen possint, si velint, *Paul. l. & qui vxores, 30. de adopt. in P.*

¶ Sic † de sexagenariis placuit, quorum ætas ad liberos procrean- 8
dos lege Papia, vt antea diximus, *in rationib. nuptia.* inutilis habebatur, *l. penultim. Cod. de nupt.* Et Aristoteles, *libr. 7. Politico. capit. 16.* post quinquagesimum quintum aut circiter annum derelinquere debere dixit in aperto procreandi studium, ac de cetero vel sanitatis vel alterius huiusmodi causa concubitū facere videri. Sexagenariis itaque adoptandi liberos erat facultas: qui autem intra ætatem eam essent, non vtique adoptare licebat, sed illis iubebatur potius liberorum procreationi vacare, nisi forsan mores vel valetudo prohiberet, vt ait Vlpia. *l. si paterfamilias, 15. §. in arrogationibus, de adoptio. in P. l. nec ei, 17. §. 3. eod.* Sic Cicero pro domo sua, *Quod est, pontifices, ius adoptionis? nempe, vt is adoptet, qui neque procreare iam liberos possit, & quum potuerit, sit expertus.* ¶ Ar- 9
rogatio, id est, adoptio eorum qui sui iuris sunt, auctoritate tantum principali interueniēte, iure ciuili fit, scilicet rescripto principis, *l. 2. & l. arrogationes, 6. eo. C. Caius l. 2. eod. P. §. adoptio, & §. cum autem impuberes, eod. tit. apud Iustin.* cum causæ inquisitione, num honesta ea vel turpis adoptandi occasio, *d. §. cum autem, l. nec ei. 17. §. eorum, de adopt. in P. l. 2. eod. C. eod. Gell. lib. 5. cap. 29.* et si de impubere arrogando agatur, adhibita sufficienti cautione, *Marc. l. non enim 18. & l. hac autem cautio, 20. l. his verbis, 19. de adopt. d. §. cum autem,* de bonis restituendis, si impubes moreretur, iis quibus obuentura essent, si arrogatus non fuisset, vel eidem ipsi si eum emāciparet, item de non exheredando, *d. §. cum autem*

Digitized by Google

10 *autem impuberes, & d. l. 2. C. eodem.* ¶ Et † factam arrogationē per populum Gellius testatur, *lib. 5. cap. 19.* & ideo arrogationē, quod per populi rogationem fieret, dictam, per hæc verba, *Velitis, iubeatis, vti L. Valerius, L. Titio tam iure legeque filius siet, quam si ex eo patre, matreque familias eius natus esset: vtique ei vitæ necisque in eū potestas siet: vti pariendo filio est: hoc ita, vt dixi, ita vos Quirites rogo.*

11 ¶ Fiebat † autem lege Curiata in comitiis arbitris pontificibus: collegium namque pontificum causas arrogādi discipiebat, & approbabat, vel reprobabat, vt ex Cornelio Tacito *lib. 17.* apparet, dum de Galba adoptare volente Pisonem agit, & ex Cicerone *pro domo sua*, constat. Monebatur autem populus per trinū dinum, de quibus futura essent comitia, vt innuit Cicero, *contra Rullum.* videndus Gruchius, *lib. 3. de comitiis Rom. mo. cap. 2.* Scribit tamen Cornelius Tacitus, *lib. 15. ann.* quem alij dicunt primum historiæ Galbam, arrogasse Pisonem Licianum, in castris apud frequentem militum concionem, imperator à breuitate more diui Augustini & exemplo militari, quo vir virum legeret, ac si diceret talem se filium diligere, qui in periculis secū fortis obsisteret. Mos enim erat militum, cum pericula & discrimen vitæ pugnaturi subirent, singulos sibi notos milites legere, quos antea ex præclaris facinoribus satis perspectos putarent, vt est apud
12 Liuium lib. 9. ¶ Adoptio † autem fiebat apud magistratum, penes quem esset legis actio, *l. 2. 3. 4. de adopt. P. l. 1. C. eod. & proxim. citat. iur ib.*

13 ¶ Adoptionem † præibant more antiquo emancipationes tres, & duæ manumissiones, quæ postmodum sublatæ sunt, & statutum sufficere pro adoptionis solemnitate adire competentem iudicem, & ex voluntate patris naturalis dantis in adoptionem, & accipientis, & adoptati fieri, *Iustinian. in l. fin. C. eod. l. in adoptionib. 5. eod. P.* non autem agnatorum adoptati assensus exigitur,
14 *Celsus Lcum adoptio, 7. de adopt.* ¶ Si † tamen impubes vel minor in arrogationem se det, certe curatoris auctoritatem exigi, etsi antea contrario iure seruaretur, placuit, *l. fin. de auctor. præst. Cod. Modest. l. quod nec curatoris, 8. de adopt. in P. §. 2. quib. mod. tut. finit.*

15 ¶ Cæterum † & auguror, alio quoque modo apud Romanos factam fuisse adoptionem, quam per legem curiatam, per prætorem & magistratum: nempe per testamentum, si tamen verum sit, quod scribit Suetonius in Tyberio, *cap. 6.* fuisse testamen-
16 to adoptatum à M. Gellio Senatore. ¶ Adoptari † possunt & adoptare, quibus specialiter non prohibetur, lege vel natura, *l. etiam cæcus, 10. l. adoptio, 16. de adopti.* filij nepotes, extranei, *Paul. l. cum nepos, 6. & l. si is qui filium, 11. Vlpianus l. qui liberatus, 12. eod. P. §. & tam filium. eod. apud Iustinia.* & in locum filiorum, & in locum nepotum, *Paul. l. adoptare, 37. & Pompon. l. adoptiones, 43. Procul. l. si is qui, de adopt. Vlpian. l. si arrogator, 22. in fin. eod. tit.* etiam si filios qui adoptat non habeat, *d. l. adoptare, 17. eod. §. licet, eod.*

17 ¶ Coccius † Nerua Cæsar M. Vlpium Traianum adoptauit extraneum à se, moxque in curia Cæsarem designauit, vt ait Xiphilinus ex Dione in Coccio Nerua. Sic Adrianus adoptatus à Traiano, *Xiphilin. in Traiano, & Ælius Spart. in eodem.* post mortem Neruæ. Et Adrianus successorem sibi delegit Antoninum: sed cum illi nulla virilis stirps fieret, Commod. filiū adoptauit, adiuncto etiam M. Annio Vero, qui ante Catilius dicebatur, *Xiphil. in Adrian. & Spart. in Vero.* Demumque mortuo Vero Cæsare, rursum adoptauit Adrianus Arium Antonium, qui postea Pius dictus est, eadem lege, vt idem sibi duos adoptare Annium Verum, & M. Antonium, teste Spartiano & Capitolino, *Spart. in Adriano, & Iul. Capit. in Antoni. Pio.* Iulius Cæsar adoptauit Octauium ex Actia nepotem, cum liberos non haberet, eumque heredem imperij & fortunarum instituit, vt scribit Dio Casi. 44. *& 45. histor.*

18 ¶ Qui † liberos habet naturales & legitimos, non potest adoptare, *Vlpian. l. nec ei, 17. §. præterea, de adopt. in P. l. 3. C. eod.* ne quis contemtis suis alienos, vt curruca auis, educet: cum liberorum solatium hoc iure tantum ciuili resarciatur. Et si apud Vtopienses alia caussa adoptandi sit: nam apud illos, qui aliam artē, quam paternam addiscere vellet, dabatur in adoptionem illius familiæ, qui artem illam appetitam exerceret, vt Thomas Morus, *lib. 2. Vtopiæ.*

19 ¶ Vetatur † tutori & curatori adoptare suum minorem 25. annis, ne rationes intercipiat. *Vlpia. d. l. nec ei.*

20 ¶ Adoptabant † sibi & Hebræi filias, vt Mardocheus Hester filiam fratris sui, *Ester. c. 1.*

21 ¶ Sed † iure prohibetur, ne arrogetur fœmina, nisi per gratiā principis, neue arroget, *l. mulierem, C. de adopt. l. nam & fœminæ, 21. eod. in P. §. fœminæ, eod. apud Iustin.* adoptari tamen potest, *Vlpian. in tit. ex corp. Iur. tit. 8.* adoptare autem non iure Romano. Etsi apud Ægyptios longe aliter receptum fuisse cōstet, exemplo filiæ Pharaonis, quæ adoptauit Mosen in filium, *Exod. c. 1.* hanc filiam nonnulli tradunt dictam fuisse Thermutim. Refert tamen Arianus, *lib. 1. de expe. Alex.* Adamam Cariæ reginam adoptasse Alexandrum Magnum, neque eum filij nomen aspernatum. Vt & Neapolitani regni regina post obitum fratris Ladislai, Iacobo Borbonio Marchiæ comiti nupta, dissidio cū marito orto, nec liberos habens Tarraconensium regem Alphonsum primum adoptauit: hocque abdicato, postea Ludouicum Andegauensem tertium Secundi filium, *Paulus. Æmil. lib. 10. histor. Francor. in Carolo 6.* Græci autem in hoc Romanis similes. sic enim ait Isæus Græcus, Μητρὸς ἐπίκλη ρον οὐκ ἐστὶν οὐδένα ἀλλ' ὁμοίως ὑπάρχειν τῶν αἰτίων τῷ πατρί, καὶ οὐ γὰρ ἐστὶ μητρὸς ἐπίκλη ρον τὸν ἐκ γυναικὸς, id est, à matre nullus per adoptionem alienus esse potest, neque matrem habere potest, nisi propriam siue in gentilitate manet, siue inde migret.
22 ¶ Sed † nec quis plures arrogare potest, nisi ex iusta caussa, vt si dies valde: non libertum alienum, non maiorem minor, vt notat Vlpianus, *l. si pater famil. 15. §. fin. de adopt.* Suum libertum potest, *l. sciendum, de rit. nupt. l. fin. de statu homin.* & in seruitute à se genitum, ita tamen vt libertus non ingenuus fiat, *l. final. de adopt. in P.* nisi naturalibus restituatur, quod fieri solebat per principem, *Marc. l. 2. de natal. restit. lib. 40. P. tit. 11.*

Non † potest vel arrogari absens, vel dissentiens, *Vlpia n. l. neque absens, 24. l. post mortem, §. fin. de adopt. Celsus, l. in adoptionibus. 5. eod.* quamuis in adoptione voluntas non adhuc dum perpetuo exigatur, si adoptandus infans sit, *Modest. l. etiam infantem, 43. de adopt.* Sicut Octauianus Cæsar, metuens insidias, adoptauit Lucium statim natum, & Caium fratres, filios Agrippæ & sororis suæ, vt auctor Dio Cass. *libr. 54.* ¶ Natura † arrogationis illa, vt
24 quando quis adoptatur, non tantum is in potestatem transeat ad optantis, *l. 12. de adopt. P. §. 1. eod. apud. Iustin. Vlpian. in titulis, tit. 8. cap. 1.* sed & qui filij ei sunt, quoscunque in sua habet potestate, tanquam nepotes, *§. illud proprium, eo. l. si pater fa. in fin. eo. in P. & l. arrogato, 40. eo.* Siquidem qui non est suæ potestatis, alios in potestate sua habere non dicitur, *l. si euenit, at l. Iul. de adulter. in P.* Sic natus ex adoptiuo, adoptiui locum obtinet, *Iulian. l. ex adoptiuo, 17. de adopt. in P.* Sic apud Cornelium Tacitum, *lib. 17.* Galba apprehensa manu Pisonis in hunc modum locutus fertur, *Si te priuatus lege curiata apud pontifices, vt moris est, adoptarem, & mihi egregium erat, tum Pompei & M. Crassi sobolem in proximates meos adscriberem.*

¶ Græci † eum, qui omnino in alterius familiam transibat dixere, teste Suida, ἐκποίητον id est, à familia sua abalienatum, datum
25 *sic quodammodo.* ¶ Nam † & institutum antiquum erat, vt adoptatus
26 ab adoptante acciperet appellationem, nomen tamen eorum quæ prius gesserat aliquod aliter paulo formatum gestaret, vt Octauius antea adoptatus à Iulio Cæsare, dictus est Caius Iulius Cæsar Octauianus, teste Dione Cassio, *libr. 46. histor. Roman.* Neque enim per adoptionem dignitatem quis amittit prisinam, sed augetur, *l. per adoptionem, de adoptio. P.* non patria, non ius originis amittuntur, *leg. in adoptionem, in prin. Codic. eodem.* Atque iure codicis, in adoptionem extraneo datus, retinet iura patris naturalis, *l. cum in adoptiuis, C. de adopt. §. sed hodie, eod. apud Iust.* & alia comiūgit: neq; n. ciuilis ratio vel fictio, quod iuris sanguinis est, immutare potest, *l. iura sanguinis, de reg. iur. in P. l. ius agnationis, de pact. in P. l. eas, de cap. dim. §. fi. de iue. nat. cum sim.* ¶ Quod
27 & † in brutis relucet, siquidem id verum est, quod Theodoricus Gotthorum rex Symmacho scribens ait, *Cassiod. lib. 2. variar. epist.* Perdicibus hunc esse morem, ouа perdita per alterius matris damna resarcire, vt adoptione alienæ sobolis, incommoda suæ reparent orbitatis: verum nati mox vbi fiduciam habere cœperint ambulandi, in campos exeuntes cum matre, vt fuerint materna voce commoniti, ouorum suorum genitricem potius petunt, quamuis ab alia furtiuis fœtibus educentur. ¶ Inter †
28 Langobardos seu Insubres olim quoque adoptandi obtinuit mos, sed paulo diuerso ritu, quam Romanis esset, nempe detonsione capilli facta adoptati per eū, qui adoptaret: vt planum sit ex verbis Pauli Diaconi *lib. 6. de gest. Langobard. cap. 15.* quæ huiusmodi sunt. *Circa hæc tempora Carolus Pipini filius Francorum rex filiam suam ad Luithprandum regem Langobardorum misit, vt eius iuxta morem capillum susciperet, qui ei cæsariem incidens effectus pater est, multisque regiis muneribus donatum genitori remisit.*

¶ Neque † enim aliquando Franci ignorarunt vsum adoptio-
29 nis, sicuti liquet ex eo, quod Tritemmius *lib. breuia. annal. Franc. in rege 52.* referat, quod Clodouei anno septimo Sigibertus rex Galliarum in Austrasia filius Dagoberti anno Domini 652. adoptauit Hildericum filium Grimualdi Maioris domus, in filium, & regni successorem. Hebræi quoque antiqui, & posteri adoptione vsi sunt, vt legimus apud Iosephū *1. antiq. cap. 15.* Abrahamum adoptasse sibi in filium, natum ex fratre suo Aaramo & germanum vxoris suæ Saræ. Apud Assyrios etiam adoptandi antiquissimum fuisse morem tradit Berosus, *lib. 5. desiderationis eadem ferme apud Diodor. Sic. l. lib. 4. Biblioth.* loquens de tertio rege Babyloniæ Nino. Eadem tempestate Dionysius Hammonis filius, armis sumtis Regam & Camesenum regno paterno pellens, & secum Osirim retinens, in filiumque adoptans, cum à patre suo Hammonem Iouem cognominauit, vti à magistro Olympo Olympicum, eique totius Ægypti regnum tradidit. Eodem anno virgo Pallas apud Tritonidem lacum infantula exposita, ab eodē Dionysio Ioue Lybico etiam cognominato adoptata in filiam fuit, quæ omnem militiam prima Lybicos docuit. Inter Græcos & receptam monet Plutarch. *in vit. Thes.* dum ait à Pandide Ægeum, ab Ægeo Theseum, vnde ei nomen adoptatum. Et lex exstat Platonis, *lib. 9. de legibus.* vt qui plures liberos haberet, vno retento non habentibus alios in adoptionem daret. ¶ In † Gallia tamen,
30

Digitized by Google

inquit Masuerius *in tit. de probation. §. item si defunctus.* filij adoptiui non succedunt adoptantibus, quod & firmat Guillelmus Benedictus *in repet. cap. Raynutius. in verb. & uxor. nom. decis. 5. num.* 197. Tiraquel. quoq; *tract. de retract. gl. 8. §. 1.* qui & illis non competere ius retractus gentilitij tradit. Quāuis vt extranei, si instituantur, possint succedere, non enim prohibitum est, *l. extraneum, de hered. institu. C. §. fin. eod. tit. apud Iustinianum.* extraneum heredem facere. Ceterum hodie non vtimur iure hoc adoptionis, neque quod quis nutriat alienos liberos, erudiat, foueatque vt suos, ideo pater eorum vel illi filij dicuntur. Fuit enim & semper etiam tum, cum adoptio frequens, inter adoptatum & alumnum discrimen: si quidem adoptatum vel instituere vel exheredare, vt filium, necesse erat, & legitimā ex lege relinquere saltem; *l. si arrogator, de adoptio. in P.* at in alumno, quantumuis quis promiserit, vt filium habere, idipsum non est necessarium, *l. si quis cum filium, de verborum obligat. in P.* Neque inhibitæ sunt nuptiæ, cum alumna, *l. si quis alumnam suam, 26. de nuptiis, lib. 5. C. tit. 4. §. eadem, queb. manum. non lic.* cum tamen cum adoptiua filia prohiberentur. *§. & hac adeo, de nupt. apud. Iustinianum.*

DE PERSONIS SVI VEL ALIENI IVRIS,

LIBER XI.

De libertate & seruitute in ḡnere. Cap. 1.

1 *Continuatio libri, & quod*
Vnum genus hominum omnium, natura.
2 *Hominum diuisio in liberos, seruos, ingenuos, libertinos, & qui.*
3 *Libertas quid.*
4 *Seruitus duplex, corporis & animi.*
5 *Vis cogit, & ei resistere licet.*
Vis quid.
6 *Captos occidere licet, sed humanius actum, vitam conseruando eisdem.*
Seruitus quomodo iuris & iuris gentium sit, eod.
7 *Seruitus quomodo contra naturam, sed non contra ius naturale.*
8 *Ius naturale quomodo dicendum immutabile.*
9 *Ius ciuile, & naturale esse, & quomodo.*
10 *Seruitus iuris gentium, & iuris ciuilis quomodo.*
11 *Serui fiunt, & nascuntur.*
12 *Seruus impius, qui se ob pretium venundari passus est.*
13 *Seruituti mors præponenda, & exempla eorum, qui mori elegerunt potius quam seruire.*
14 *Libertas inæstimabilis res, nihilque infelicius seruitute.*
15 *Ius dominandi in seruos quibus rationibus probet Aristoteles.*
16 *Serui & liberi quidam naturæ, quidam ciuili iure: & vtile seruire aliquibus.*
17 *Libertatis frænum non est iure prohibitum.*
Libertas vera, obedire bene præcipientibus, & legibus, eodem.
18 *Dominatio & seruitus, in liberis personis potestas dicitur.*
Breuis narratio tractandorum.

2 SVPERIORIBVS † libris personas, veluti nascentes, & ex prima origine, satis distingui admonuimus: nunc postulat ordo, vt easdem veluti natas, per accidentia, quæ extrinsecus accidunt, perpendamus: ex quibus status illarum naturalis iure gentiū, vel ciuili, vel imminuitur vel impeditur. Itaq; omniū hominū vna & eadē nascendi & moriēdi conditio naturalis, *Sapient. 9.* ratione quoq. status naturalis, vnum & idē erit genus, quod aliud nomen ab initio propriū non habebat. ¶ Quando † autē cœpit ille status subiici, cœperunt 2 distingui etiam ex accidente illo, aliis nominibus homines generaliter: nempe, vt qui statu suo pro nutu vti nō possent, dicerentur serui. qui vero nō fuerunt de sua dignitate deiecti, liberi. Sic apparuit libertas vt naturalis, quia prior & antiquior, eo quod ipsi repugnare cœpit: & quia quidā dehinc ex seruitute restituti sūt in libertatē, quidā autem nunquam seruierunt, facta sunt tria genera hominum, & totidē generales appellationes: aliique ingēnui dicti, qui nunquā seruierūt, nec eorum parentes: alij serui, qui seruiunt: alij liberti, id est, liberati, relati ad patronos: vel ad ingenuos libertini, quibus oppressa per seruitutum libertas, restituta est, *Vlpianus in l. manumissiones, l. de iustit. & iur. lib. 1. P. tit. 1. §. ius autem gentium. de iur. nat. apud Iustinianum, lib. 1. §. de libe. 11. §. 1. de iur. person. Martian. in l. & seruorum, 5. de stat. homin. libr. 1. P. tit. 5.* Verum libertis nota & macula quædam inter ingenuos remanet, vtpote ob receptum beneficium, illis à quo acceperint, nempe patronis & eorum successoribus valde deuinctis, vt Horatius de se dixerit ideo *lib. 3. serm. Satyr. 6.*

Quem rodunt omnes libertino patre natum.

Cognoscimus autem ex finitione libertatis, & ex eius substantia, seruitutis & libertotum conditionem, & qualis sit.

¶ Concipitur † porro illa à Florentino Iurisconsulto, *l. libertas, de statu homin. libro primo, P. titu. 5.* & in iuris ciuilis institutionibus, *§. libertas, de iur. person.* his verbis: *Libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi quod vi aut iure prohibetur.* Iuuenalis liberum existimare videtur etiam eum tantum, qui suo arbitrio viuit, *Iuuen. Sat. 5.* 3

Tu tibi, inquit, *liber homo & regis comma videris.*

Sic Cicero *1. Offic. & in Partit.* libertatis proprium ait, viuere vt velis. Item Aristo. *6. Politic. c. 2.* videtur libertas esse, τὸ ζῆν ὡς βούλεται. Plutarchus καὶ Ἀριστοτέλης quoque, veræ vitæ liberum iudicium & liberam actionem esse dixit. Et Persius,

An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam
Cui licet, vt voluit?

Et Cicero *pro Plancio*, Tabella dat eam libertatē populo, vt quod velint, faciant.

¶ Verba † reliqua finitionis, nisi quod vi aut iure prohibeatur, ostendunt, à quo libertas illa minuitur, vel opprimatur, duplicēque seruituté corporis & animi: vis quippe in corpore in externis, prohibitio autem iuris animum potissimū cogit. Vis est maioris rei impetus, qui repelli, vel saltem ex arbitrio, vel cōmode nō potest, *l. 2. de eo quod met. cau. in P.* Et Vlp. *l. 1. eo. tit.* vis necessitas est, contraria alicuius volūtati. Quāobrē capti in bello vi, amittunt vsum seruitutis, coguntur enim, & vt ait Virgilius 1. Æn. 2. 4

Vna salus victis, nullam sperare salutem.

¶ Qui † enim nobis vim inferunt, possunt iure naturę vi repelli, *Florent. l. 3. de iustit. & iur. P. §. cum arietes, si quadrup. paup. fec. dic. §. qui cum aliter, ad l. Aquil. in P. l. 1. §. vim vi, de vi & vi arm. lib. 4. P. tit. 3.* qui mortem moliuntur nobis, vt morte afficiantur digni sunt. *Caius. l. 4. ad l. Aquil. in P. l. 1. & 2. quan. lic. unicui. sine iudic. se vindic. in P. cum simil.* Et vt ait Ouid. *3. de arte.* 5

Iudice me, fraus est concessa repellere fraudem:
Armaq; in armatos sumere iura sinunt.

¶ Quo † factum est, vt captiuos occidere hostes liceret: tamen humanitate Cęsarum & eorum qui cæperāt, vita donati, *§, serui autem. de iur. perso. l. libertas, §. fi. de stat. hom.* Nam vi dicebat Pyrrhus *apud Cicer. 1. Offic.* 6

Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Et nos parcere æquum est.

Ita iuris gentium dicta fuit seruitus, *can. ius gentium, 1. distin. l. manumissiones, 4. de iustit. & iur. P. l. 1. si id quod, 64. de cond. ind. lib. 12. P. tit. 6. §. seruitus autem est, de iur. person. libertas, l. 4. §. seruitus, de stat. hom. §. ius autem gentium, de iur. nat.* gentium, inquam, quia humanitate illa fere omnes gentes vti soleant: at iuris quod iustum cer

te &

Digitized by Google

æ & æquum est, vt ei qui potuit vitam adimere, vitæ fructus & operas debeas.

7 ¶ Sic † enim, contra naturam quidem libertatis est seruitus, *d. l. libertas, §. seruitus, de stat. homin. & l. 3. seruitus, de iur. pers. cum simil.* quia natura liberi nascimur, *l. ex hac autem gentium, de iur. nat. l. manumissiones de iust. & iur.* sed non est contra ius naturale; nam qui abutitur sibi concessa potestate, indignus est ea, & priuari debet, *c. priuilegium, 11. q. 3. cap. post eam, §. his ita, 24. q. fin. c. vbi ista, & c. gesta, 84. distinct. & nouo 3. in cap. tuarum, cap. 11. de priuileg. lib. 5. Decretal. tit. 33. l. auxilium, de minor.* Neque naturalia omnia quæ sunt, incorruptibilia vel immutabilia sunt. Quinimo, sicut naturale est nasci: sic contrariis adhærentibus causis, naturale est per easdem causas corrumpi, *l. nihil tam naturale, de reg. iur. P. l. 1. eod. tit. apud Gregor.* ¶ Atque † in iure naturali & illud 8 obserua. ius naturale esse immutabile, *§. sed naturalia, de iur. nat. gen. & ciu.* quandiu ius remanet, hoc est, quandiu iustum illud naturale habet rationes & æquitatem, quibus iustum dicitur: veruntamen & mutabile erit, quando subductis columnis rationis & æquitatis, iustum dissoluitur. Quod accidit, quando rationes, quæ æquum statuebant, aliis subortis causis nouis, incipiunt minui, & superantur alia maiori æquitate: vt si quod antea proderat, † alio adminiculo incipiat esse nociuum & peruersum, *Alex. 3. in cap. dilecti filij, cap. 8. & c. suggestum, cap 9. de decim. lib. 3. Decret. titul. 8. cap. quid per nouale, de verborum signific.* vel si mali exempli fiat, veluti dum Ezechias comminuit serpentem æneum, *4. Reg. cap. 10.* qui antea summæ venerationis fuerat, *Numer. 21.* quia in idolatriam inciderat populus.

9 ¶ Sic † ciuilis ratio, iura naturalia non corrumpit: at naturalis alia opposita, si maior, & tollit, & corrumpit, *l. eas, de ædil. edict.* Quemadmodum etiam & ciuilis ratio, quæ naturalem habet causam, fere semper comitem. Ratio enim vix dici potest, quæ naturalis non sit, quæ tamen non semper, quod naturæ communi congruit omnium, considerat, sed aliquando tantum societatis alicuius ciuilis causam, vtq; commodius alicuius vita instituatur, habita ratione morum præsentis loci, & eius quod ibi sæpius, quam alibi communiter inter homines contingit. Indeque ius ciuile, quod proprium cuiusque ciuitatis, hoc est, quod maxime conformatum est ritibus, & moribus receptis in ciuitate, partim cum iure naturæ consentit, *Vlp. l. duo ciuile, 6. de iust. & iur. P.* veluti cum fermento æquitatis, & iustitiæ & iuris, vnde ortum fuit: nec tamen per omnia ei inseruit, id est, nō omnino secundū vniuersalem æquitatē naturalē statuit. Necessitas quippe societatum, interdum iubet ab ea æquitat. deflectere, vt propter frequentiam criminū, augeri pœnas, aut propter mores seuiores & barbaros durius statui: interdum cōtraria causa minui, & aliter hic expedit, aliter alibi leges temperare. Quæ omnia tamen, etsi diuersa in locis diuersis & contraria, iusta nihilominꝰ sunt & æquata: sed diuersa ratione, & secundum quid, non secundum generalem considerationē iuris naturæ in abstracto, sed secundū ius naturale in concreto, hoc est, pro conuenientia subiecti, cui nomotheta iustū præscribit. Vt non dubitē ius naturale & in iure ciuili esse, verum in illo concreto appellationē ciuilis dominari. Et tamen si sanctiones ciuiles non sint consonæ rationi, ius non faciunt, quantumuis ita nominentur, sed corruptelā: si autem consentiant cum ratione, cum ea naturalis fit, ius quoque ciuile, & naturale hoc modo erit, & in concreto dici poterit, & ratione contractionis ad illam vel illam ciuitatem, ius naturale, & ciuile quoque.

10 ¶ Ea † ratione seruitus & iuris gentium est, & iuris ciuilis, nec contrariari hanc iuri naturali, sicuti aliqui absolute perperā rati sunt, arbitror. ratio enim naturalis recipit, sui esse defensorē, vimque repellere, *l. 3. de iust. & iur. cum simil. sup. citatis*, & aduersum nocentes, bellum, vt ad bona cogantur, iuste & rite mouere, *l. ex hoc iure, eod. §. ius autem gentium, de iur. nat. Vipianus. Hostes, 24. de capti. lib. 49. P. titul. 15.* Recepit quoque humanitatem, recipit & beneficiorum retributionem, *l. seq. epi, §. consuluit, de peculio rea. in P. l. Attilium, de don. P.* recipiet igitur ex illis natam seruitutem. Et quia is non genuisset liberos, qui captus fuit, si fuisset occisus, debere non tantum seipsum, sed & suos conseruatori, nō erit valde difficile colligere.

11 ¶ Vnde † serui & nasci, & fieri dicuntur, *§. serui autem, de iur. perso. §. 2. de ingenu. l. partum, C. de rei vind.* fiunt captiuitate, & aliis modis, de quibus cum de seruis agemus: nascuntur, qui ex illis nati sunt.

12 ¶ Quibus † alia species iuris ciuilis Romani accessit seruorū, eorum qui tantum beneficium naturæ contemnentes libertatis ad pretium participandum se venundari passi sunt, maiores viginti annis, *d. §. serui autem, l. 1. sub. tit. liber. proc. non lic. P. l. si ministerium, & l. non ideo, de libe. cau. C.* pluris facientes pretium vile, quam seipsos. Et vere se tenuit furi natura, cum seruilem spontaneum habeant, & immutatum à ratione animum. Nam etsi iniquum est, liberum asseruisse eum, qui seruus est, longe iniquius tamen seruum sanxisse, qui liber est, ait Aristot. *proble. sect. 29. q. 13.* Brutis isti insipientiores, quæ seruitutem quoque abhorreant, bestiæ quippe, vt ait Cic. *5. de finibus*, quas delectationis causa concludimus, cum copiosius alantur, quam si essent liberæ, nō 13 facile tamen patiuntur sese contineri. ¶ Dixerunt quæ † qui bene philosophati sunt, seruituti mortem præferendam, vt Cic. *Philip. 10. & 1. Offic.* Eaque ratione Dardaniæ mulieres, seruitutem credebant miseriam turpissimam, filios pueros, quos in vlnis baiulantes, in gurgitem fluminis, ne in hostium potestatem venientes seruirent, proiecerunt, acclamantes, Vos certe non seruietis. Sic Xanthij se & suos potius combusserunt, quam Bruto captiui se dederent, teste Philone Iudæo, *l. quod omnes prob. lib. sit.* Et mulieres Celticæ ex Cennis deuictis ab Antonino, captiuæ elegerunt potius mori, quam seruire. *Xiphil. ex Dione, in Antonino Caracalla.* ¶ Inæstimabilis † res libertas habita merito, *§. sed cum* 14 *libertas, qui & à quib. manu. lib. non fiant, l. libertas, de reg. iur. P.* nō gratius quicquam liberitate præstari potest, *l. Paulus, de fiduicom. libert. in P.* Sicuti, vt ait Cicero *Philip. 2. 10. & 12.* & Seneca *epist. 52.* nihil infelicius seruitute, vt etiā ea morti comparetur, *l. seruitute, de reg. iur. l. cum hic status, §. 1. de don. int. vir. & uxor.* & serui pro nullis habeantur, *l. quod attinet, de reg. iur.* ¶ Pluribus † Aristoteles: 15 *lib. 1. Politic. cap. 3 & 4.* firmat ius dominandi in seruos & docet graue non videri oportere, si quis eius, qui vim afferre potest, & potentia præcellit, seruus fiat, & subditus is qui vim patitur: quod semper id quod superat, est in excellentia alicuius boni. ex quo fit, vt vis non absque aliqua virtute esse videatur. ¶ Atque † ser- 16 uos quosdam esse secundum naturam, alios liberos: & quibusdam expedire, & conducere, & prodesse seruire, qui se regere nesciant: imo naturam seruilia quædam corpora ideo robustiora fecisse ad necessarios vsus, alia vero ad ea inutilia. Et natura quidem omnia corpora virtute præditā, & animo nobilia facere, & ex bonis & rationalibus hominē similes generare vult, sed plerumque nō potest: necessariumque ideo in naturæ conseruatione humanæ, vt alij obediant: alij præsint, alij imperent & dominentur, alij seruiant. Sic enim mutuo membra se fouent, & qui ingenio pollent & sagacitate, imperio, & sanctione, & gubernatione, hebetes & improuidos ab errore, lapsu, damnoue præseruant: qui vero iuuantur, mutuo officia & obsequia rependunt. Quocirca qui vitiis sordescunt, & illis nolunt abire: nec monitā prudentum, & rationis, quæ in arce animę imperat perficiunt: etsi corpore alius non seruiant, tamen vere serui & mancipia vitiorum sunt, ab illis superati. A quo enim quis superatus est, illius est seruus, vt ait D. Petrus, 2. *P. 2.* Edidit libium eius argumenti eruditum Philo Iudæus, Quod omnis probus liber sit: ea ratione, & omnis improbus & delictis scatens seruus, non habita ratione exteriꝰ dominicæ potestatis, vel libertatis. Idipsum quoq; recte probat multis Persius *Satyra 5.* Et veram libertatem à sapientia; quam nec prætoris erat stultis dare vindicta, nec veram libertatem, quam seruis pilea donant. Idipsum & ex Stoicorum rationibus exornat Cicero *in pen paradox. & 4. ad Herennium.* qui facit peccatum, seruus est peccati, *D. Ioannis, cap. 7.* Et Aristoteles *lib. 2. Rhet. ad Theod. cap. 21.* sententiam illam adfert, Nullum hominum esse liberum: nam aut fortunę, aut pecunię seruit. ¶ Quā- 17 obrem † ex finitione, liberas frænum necessarium accipit, vt nō liceat quod iure prohibetur. Nec Persius *Satyr. 5.*

Vindicta postquam meus à prætore recessi,
Cur mihi non liceat, insistit quodcunque voluntas,
Excepto, si quid Masuri rubrica vetuit?

Et quæ leges fieri prohibent, ea in nostra potestate non censentur, *l. filius, de condition. instituta*, habetque lex vim cogentem imperio, *l. legis virtus, de legib.* sed ad bona: vnde vis proprie non dicitur, nec improba, imo libertatis veræ conseruatrix, & libertatis per vitia læsæ, medicina vitiorum, & pharmacum. Immoderata quippe libertas, iam ex eo quod immoderata est, ad morbū peruenit: omnium enim omne & excessus vitium est, in medio natura rei: Vt in corpore sua crasi temperato, dissolutio illius, & defectus, & excessus morbus est. Atque ingenium animusque dum sui abutitur libertate, videtur iam obsessus, & seruus præter naturam: siquidem seruitus est obedientia fracti animi, & abiecti arbitrio suo carentis. Ideo vt nō culpatur Chirurgus, vel medicus, dum salutis ægroti solicitus, impatientem doloris & curæ ægrotum, & pati & sumere pharmaca medicata, nouaculamq; & ferrum cogit: sic nec magistratus vim inferre dicetur, vel libertatem opprimere, qui leges exsequens, ferrum, & pœnas, metum, & coactionem infert improbis, & vt meliores reddantur, & à seruitute voluntaria resipiscant, restituanturque sanæ libertatis: nec iuris executio iniuriam habet, *l. quem. 11. motum, § magistratus, ad leg. Aquiliam, lib. 9. P. iniuriarum, §. 1. de iniuriis, in Pi Vera*, inquit Plutarchus *lib. de discret. adulator. & amici, & amica libertas peccatu imminet, salutem ac medicam asserens molestiam non secus ac mel, quod vlcus mordet ac repurgat, alioquin iucundum & vtile.* Sicut igitur omnis humana creatura, prona est malum ab adolescentia sua, *Genes. 8.* & vanitati subiecta est, *ad Roman. 8. Ecclesiast cap. 1.* ita vere natura serui homines sunt, etsi liberos se putent. Et quo magis eo in statu proficiūt, tanto amplius à libertate vera deficiūt. Et stulta est illa libertas, seu vere perniciosa seruitus eorum, qui legum bene docentium præscripta excutiūt & dissoluunt: nam talis est libertas ferina & indomita, vt *Iob. capit. 11.* annotat, dum ait. *Vir magnus in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri se liberum natum putat.* Contra virtus est libertas perfecta à D. Iacobo *1. cap.* dicta, eo quod quis sine coactione legis recta perficit, & qui metu legis recta faciunt, sub seruitute legis qui-

Digitized by Google

dem sunt. Item qui principibus, præceptoribus, Deoque recta monentibus parent, sub illorum potestate seruiunt, sed illa serui
12 tus non ex natione vitij est, & libertatem operatur. ¶ Quamobrem † ista dominatio, & seruitus in personis, quæ liberæ sunt, potius dicetur potestas. Itaque primum de liberis istis personis, potestateq; earum & de nomiñ diuersitate, potestatis ratione: postea Deo fauente & de seruorum nomenclatura, & de personis, quę ex illis considerationem aliam ab ingenuis recipiunt.

De potestate in liberas personas. Cap. 2.

1 *Potestate alterius eget, qui se tueri & defendere nequit.*
2 *Personarum quædam sui, quædam alieni iuris.*
3 *Potestas, & potentia quid.*
4 *Potestatis nomen quid contineat.*
5 *Potestas alia publica, & alia priuata.*
6 *Publica & priuata potestatis species.*
7 *Potestatis omnis priuatæ per gradum necessitas, & historia consequentia repetita.*

1 NAturæ prima lex est, † teste Plutarcho, vt qui ipse se tueri non possit, eius ad eum redeat imperium natura, qui possit. Quamobrem & iuri naturæ consentaneum est, qui se regere non
2 possint, ab aliis se regi patiantur. ¶ Hinc † ex personis quædam sui iuris esse, quædam alieni dicũtur, id est, quædam suæ potestatis & arbitrij sunt, aliæ in alterius potestate, §. 1. *de iis qui sunt sui*
3 *vel alien. iur. l. 1. eod. in P.* ¶ Potestas † à potentia, ea autem secundum Speusippum *lib. de definition. Plato.* est id, quod per seipsum est efficax: habitus, inquam, quo potentes efficimur, excellentia in dicendis seu agendis. ¶ Et † ita potestatis verbum late patet,
4 eoque plura significãtur, sed contrahitur ex hypothesi cui accedit: in persona magistratuum, designat imperiũ: in persona liberorum, patriam potestatem: in persona seruorum, dominium: in aliis copiam & facultatẽ, vt distinguit Paulus Iurisconsult. *l. po-*
5 *testatis verbo, 215. de Verborum significat.* ¶ Nos † autem hæc clarius alia diuisione concipiemus, vt distribuamus potestatẽ legitimam in personas, de alia enim nec institutus est hic sermo, in publicam & priuatam. Sic enim legitimum & ius bipartitum est, §. *huius studij, de iustit. & iur. & Vlpianus l. 1. §. huius studij, eod. in P.* Publicum, ad statum communem pertinet principaliter, & consequenter ad vtilitatem singulorum. Priuatum, ad singulorum principaliter vtilitatem, & consequenter ad totius reipubl. componendam symmetriam, & conseruandum vniuersale corpus. ¶ Ita † publica potestas, quæ publicam in omnes habet auctoritatem: priuata, quæ non in omnes, sed ad aliquos pertinet singulares. Publicum consistit in sacris, sacerdotibus principibus,
7 magistratibus populo: priuatum in reliquis. ¶ De † priuata prius agamus potestate, quæ præludia ad publicã docet, & ex qua cõposita consurgat, veluti ex membris, publica: vtraque enim est administratoria & gubernatrix, sed priuata paucorum, publica plurium. Constituemus autem potestatis priuatæ in personas species octo, primam circa domesticos, secũdam in vxorem, tertiam patriam, quartam tutoriam, quintam curatoriam minorum, sextam curatorum furiosorum, septimam curatorum prodigorum, octauam dominicam. De quibus omnibus ordine. Deo iuuãte, pertractabimus hoc libro: antea tamen harum omnium historiam memoriæ causa, hac methodo & deductione disce, filo quodam necessitatis & consequentię paucis contexram. In principio Deus optimus maximusque cum hominem Adamũ ex limo formasset, & perfectissimum opus perfeciisset in sufflando animam, dominum eum totius mundi constituit, & omnia potestati & pedibus eius subiecit, *Psalm. 8.* adiutoriumque ei simile coniunxit mulierem, *Genes. 2.* sociam diuinæ & humanæ domus. Quocirca ex hac æqualitate nascitur potestas communis marito & vxori in domesticos, secundum cuiusque sexus munera. 2. Sed quia mulier prima abusa est hac libera cõmuni potestate, & perniciem molita sibi viroq;, facta est in posterũ subdita viro à Deo, *Genes. 3.* Ideo nata est maritalis potestas. 3. Et quia retenta est coniunctio vtriusque, & liberi nati sunt, Cain & Abel, edoctusq; vel ipso scelere parricidij Abelis, *Gen. 4.* Adam pater, vt continerentur & erudirentur iuueniles animi, vtque natis patres prospicerent, recte cautum est sub potestate parentum esse debere filios, parentum inquam masculorum non fœminarum matrum: quia & illę, vt dictum, sui iuris non erant, sed maritis: & quæ suæ potestatis non est, alios, non potuit habere in potestate, *l. sic euenit, ad l. Iul. de adult. in P.* Eaque ratione quia magis audent iuuenes, potestate etiam maiori in vitam & necem contumaciamq; liberorum, parẽtes à lege aliquando, vt videbimus, donati sunt, & onerati quoque, vt eorum curam sedulo agerentur, instruerent, & alerent. 4. Ceterum quia fieri non potest per rerũ naturam, vt quod prius gignitur est, prius non intereat, vel vt perpetuo filius parẽtes superesset, & aliquando præmature filiis adhuc infantibus defuncti illi parentum maxime indigẽte ope, è vita tollantur, permiserunt leges parẽtibus etiam morientibus hac potestate quosdã in locũ sui subrogare, qui filios tutantur, vnde & tutores dicti pupillorũ, §. 1. *de tutel.* Quod si hoc prætermiserint, magistratus ex legis præscripto officium imitantes paternum, supplent & dant, fœminis vsque ad 12. annum, masculis ad 14. §. Sed quia minores 25. annis, etsi post 12. & 14. annum suæ potestatis sint, tamen in negotiis contrahẽdis decipi possunt, paterna legis procuratio adhuc istos potestati curatoris submisit, in eorum vtilitatem & patrimonij conseruationem. 6. Neque solum istis minoribus 25. ann. ob fragile consilium subuenit curator, sed & majoribus annis, qui tamen eadem infirmitate animi vel maiore laborant, prospexit: eorumque & bonorum illorum ius, potestati curatoris alterius generis quam sit superior subiecit. 7. Atq; ad horum exẽplum pari benignitate prodigis, qui consulte bona profundunt, curatorem adiunxit auxiliarem, istis omnibus concedens, certam & statutam potestatem, non plenam. 8. In seruos tamen & mancipia, dominicam superioribus duriorem per omnia concedens. Quæ omnia ordine fusius tractabo, atque iura & vtilitates cuiusque potestatis, & quomodo, & quando quælibet finiatur, Deo iuuante, demonstrabimus.

De communi mariti & vxoris in domesticos potestate. Cap. 3.

1 *Societas viri & vxoris in domo quæ, & quod simulis aristocratia.*
2 *Vir & vxor quibus in domo præsint.*
3 *Vxor dicta domina à viro.*
4 *Viri vxoribus subiscere se non debent, alio quin stolidi.*
5 *Viri & vxoris familiæ commiscentur.*
6 *Vir vxori res subtrahens, vel contra, non conuenitur actione furti vel famosa, & quare.*
7 *Potestatis mariti & vxoris in familiam solutio.*

IAm † satis de hac potestate dictum arbitror in nuptiarum fini- 1
tione, dum ostendimus vxorem matremfamilias fieri sociam, & æque ac maritum domus dominam, *Dion. Halic. lib. 2. histor. l. de vit. nuptia. §. 1. de nupt.* quia vxor adiutorium viro simile data, & duo in carne vna, *cap. gaudemus, §. quia vero, de diuort.* quæ pluribus explicauimus.

¶ Aristoteles † quoque scribit, *lib. 8. polit. 10.* viri & vxoris so- 2
cietatem similem esse aristocratiæ, id est, optimatum potestati: pro dignitate nãque vir præsidet in his quę virum oportet: vxor autem in his quæ mulieribus & vxori accommodantur. Et alibi, *idem 2. œconomic.* probam mulierem omnibus quæ sunt intus, vult dominari: quoniam viro indecẽs videtur, ea scire, quæ intra ædes fiunt. In ceteris autem vult parere mulierem viro. Eadem probat apud Xenophontem Ischomachus *in œconomic.* ¶ Sic † re- 3
cte apud Seruidium Scæuolam *in l. vxorem & filium, 39. de legat. 3. lib 32. P. titul. 3.* testator quidam vxorem dominam vocat, cum qua fundum emtum nummis propriis, caussa pietatis & affectionis communicauerat, rogatque eam his verbis, *Peto à te domina, vxor mea, ne ex fundo Titiano partem tibi vindices, &c.* Domina autem ibi dicta intelligenda est, scilicet respectu familiæ, & quasi condominacum viro, & coniunctissima persona, vt vtilitas cum ea diuidatur, & quicquid marito præcipitur, ei quoque in his quę ad matrimonium pertinent, præceptum censeatur, *capit. præcipit dominus, 32. quæst. 5.* Sic alius testator, dominam sanctissimam vocat vxorem in iure in alia hypothesi Scæuolæ *in l. Titia heredem, 19. §. qui Marco homini docto, de ann. legat. lib. 33. P. titu. 1.* Sic Angelus *consil.* 144. dominas vocari vxores dixit à maritis ob eminentiam seu prærogatiuam, quam in domo eis dant: neq; tamen ea lege teneri maritos Bartolus notat, vt cogantur eas dominas vocare, *Bart. in l. donationes, C. de donat. & in l. si post. §. fi. quæst. penult. de bonor. possess. contra tabu* Vocant & Iustinianus Cæsar, vxorem suam reuerendissimam, *§. hæc autem omnia, vt iudic. sine quo. suff. collat. §. in Authent.* Theodoram. *§. 1. iusturand. quod præsta. ab his, &c. in Auth.* Epictetus teste Arrio *in Enchir. d. Epictet. cap. 55. Mulieres,* inquit, *statim à quatuor decim anno domina vocantur: his enim viri ob concubitum blãdiuntur, virorum ergo culpa, sibi deinceps nimium placent. Monendæ igitur forent, vt apud nos in honore sint, nihil ob aliud nisi modestæ sint. Neque † si eas dominas vocent, intelligendum est, domi-* 4
nas ideo dici, quod vir eis obediat, hoc enim fatui & insulsi est animi vxori subiici. Vt & Aristoteles 2. *Politic.* damnat eos, qui ex imperio vxoris viuunt, eaque ratione damnat Lacedæmoniorum rempubl. Velut & Platonis re publ. ridetur à Theodoreto *lib. 9. curat. Græcar. affectio.* & Eusebio *lib. 13. de præparat. euangel. cap. 12.* in qua suis legibus concedit Plato mulieribus publica negotia tractare. Quemadmodum & aliquando Germani permiserunt, *Cornel. Tac. de morib. German.*

¶ Commixtio † itaque familiæ à iure introducta, hanc adfert 5
communionem: quanquam enim viri serui proprie non dicantur vxoris, neque vxores proprie viri, quia tamen commixta familia & vna domus, ita iudicandum, vt in propriis Senatus censuit, *Vlpianus in l. 1. §. si vir aut vxor. de Senatusconsult. Syllanian. lib. 29. P. tit. 5.*

¶ Proinde † non datur actio famosa vel furti contra vxorem, 6
qua-

Digitized by Google

quæ res mariti subtraxerit pendente & constante matrimonio, nec contra virum, si vxoris res furatus fuerit: sed post solutũ matrimonium, amotarum rerum propter hanc eandem societatem, *Pan. in l.1. & 3. & Caius 2. de act. rer. amot. lib. 25. P. titul. 2. Gord. in l. aduersus, 4. de crim. expil. hered. lib. 9. C. tit 32.* pendente autem matrimonio nec illa, sed in factum & condictio competit, *Dioclet. & Maxim. l. 2. rer. amot. lib. 5. C. tit. 21. Martian. in l. rerum quidem, 25. de act. rer. amot. in P. Papin. l. fin. eod.* si res existent.

7 ¶ Quanquam † enim delinquant furtum committentes, tamẽ ob bonum coniugij, malum bene conditum, nec camarinam moueri oportet: ne, vt recte animaduertit Iustinianus *in l. fin. §. fin. de furt. lib. 6. C. tit. 2.* ex huiusmodi occasione inter maritum & vxorem, qui non bene secum viuunt, aliqua machinatio oriatur, & forsitan marito volente, vxor eius extrahatur. Soluitur autẽ hæc potestas diremto matrimonio, de cuius solutione, quia plura superiori libro egimus, nihil vltra addemus.

De potestate mariti in vxorem.

Cap. 4.

1 *Mulieribus imperandi ius natura ademit.*
2 *Vxorum dominatio in viros, vel contra, duello inter coniuges constituitur.*
3 *Lunam vocans nomine fœminino subjiciebatur vxori: contra, si masculino apud Carrenos.*
4 *Vxores subditæ maritis iure diuino & gentium.*
5 *Dignior inferior homo quibuscunque mulieribus.*
6 *Vxores in Gallia in potestate maritorum & nunc, & olim, vt habe rent necis potestatem.*
7 *Vir vocatus dominus ab vxore.*
Apud Persas vxores omnino debent obedire viris.
8 *Tholosæ, Biturigibus, & alibi vxores in potestate mariti, non patris.*
9 *Vxores esse in potestate maritorum etiam iure Romano, non patris.*
Probatur & defenditur. Et sublatæ antinomiæ.
10 *Vxor obsequia & operas potius marito, quam proximis, & quæsita debet.*
11 *Vxor quæsita ex paraphernalibus sibi quærit, non marito.*
12 *Vxor & vir possunt inire recte societatem bonorum, & lucra diuidunt.*
13 *Vxor corrigi, & compedibus retineri à marito potest.*
14 *Vinum mulieres bibisse capitale Romanis.*
15 *Vxoris castigatio debet esse moderata & paterna.*
16 *Actio κακώσεως male tractationis.*
17 *Vxores à viris, non contra, defendi debent.*
18 *Vxor quando teneatur sequi maritum: secutæ in prouincias, in militiam.*
19 *Vxor exsulem num sequi teneatur virum: & exempla mulierum, quæ viros exsules secutæ sunt.*
20 *Vxor sequi debet virum in carcerem.*
21 *Vxor, quæ est sub potestate mariti sine eius auctoritate esse non potest in iudicio.*
22 *Vxor absente marito sine eius auctoritate agit, etsi in sui fauorem sententia sequitur. Et sine marito in criminalibus est in iudicio.*
23 *Vxor sine auctoritate mariti non contrahit efficaciter, vt pendente matrimonio possit conueniri: post solutionem tamen potest conueniri ex eo.*
24 *Vxor non contrahit sine mariti auctoritate, videlicet in sui præiudicium, vel non absente marito: aliter contra.*
25 *Vxori contrahenti præsentia mariti pro auctoritate est.*
26 *Contractus sine auctoritate mariti factus ab vxore per lapsum decem annorum firmatur & præsumitur solemniter actus.*
27 *Vxor negotiatrix recte sine consensu mariti contrahit.*
Contractus filiifamil. & vxoris sine patris & mariti auctoritate quando inhibentur, & quando valeant, 23. 24. 25. 26. 27.
27 *Potestas maritalis soluitur morte mariti.*

8 MEnander † dicebat, γυναικὶ δ' ἄρχειν ὐδὲν ὐ φύσις, id est, *mulieri non concessit natura imperandi facultatẽ.* Addit, ἐν γυναικὶ ἅπαντα κόσμος μένει, ἐν δὲ γυναικὶ πίστις οὐκ ἔνεστιν, id est, *ex mulieribus perit magnus mundus, etenim in mulieribus fidem cernere non licet.* ¶ Apud † Saccas, Ælia. *lib. 12. de var. hist. cap. 38.* imperium
2 coniugum duello constituitur, si quidem vt ait Ælianus, si quis eorum puellam vxorem ducere cupit, pugnam cum eo suscipit, etsi illa superior sit captiuum abducit, atq; imperium in eũ tenet: sin inferior, regitur ab ipso. ¶ Apud † Carrenos præcipuum habe
3 batur, vt qui lunam fœmineo nomine ac sexu putauerit nuncupandam, is addictus mulieribus semper inseruiat: at qui matrem esse crediderit, dominetur vxori, neque vllas patiatur insidias, teste Ælio Spart. *in Ant. Caracal.* ¶ Iure † diuino & fere gentiũ re-
4 ceptum est, mulieres esse in potestate maritorum. Scriptũ quippe primũ in mũdi Geneſi, *Gen. 3.* dictũ mulieri post peccatũ à Deo, ואל אישך תשוקתך הוא ימשל בך, lege, *veel ischec theschu katec veou imsal bac, i. apud vel penes virum tuum desiderium seu concupiscentia vel appetitus tuus, & ipse prædabit vel dominabitur tibi vel in te.* Quod & sanctiones apostolicæ renouarunt, *1. Corinth. 11. 1. Petr. 3.* caputque mulieris virum statuunt, & ideo illi subditam esse, vt membra capiti, *c. cum apud, & ca. mulierem, can. hæc imago, 33. q. 5. can. fœmin. 30. q. 5.* nec vir imago mulieris, vel à mu liere, sed mulier à viro facta est. Et ita ordo naturalis, vt vxor viro, filij parentibus seruiant: quia nulla iustitia est, vt maior seruiat minori, *can. est ordo, 33. q. 5.* ¶ Dignior † homo qualiscunq; ob 5
sexum nobiliorem, quibuscunque & cuiuscunque sint dignitatis mulieribus, *l. 1. de de senato, in P.* Et sicut Geometræ censent, lineas & superficies non per se, sed vna cum corpore moueri: sic vxorẽ nullum peculiarem affectum habere, sed studia, risum, curasque communes cum viro subire debere dixit Plutarchus *in præc. connubia.* Prohibuit Deus vxoribus sine consensu viri aut vouere aut ieiunare, *Numer. c. 30. & c. manifestum, 33. q. 5.* ¶ Ioannes † Faber 6
in l. 1. de bon. matr. C. & in §. 1. ad Tertul. & in l. non sine, de bon. quæ lib. quoque in Gellia vxores in maritorum esse nunc potestate testatur, & Masuerius *tit. de possess. §. item maritus. in praxi iudic.* Sed ante illos Iul. Cæsar *lib. 6. comment. belli Gall.* qui sic scribit, *Viri in vxores sicut in liberos habent vitæ necisque potestatem. Et cum paterfa. illustriore loco natus decesserit, eius propinqui conueniunt, & de morte, si res in suspicionem venit, de vxoribus inseruilem modum quæstionem habent: & si compertum est, igni atque omnibus tormentis excruciatos interficiunt.* Et Odofredus *in l. pro oneribus de iur. dot. C.* Chassaneus *ad tit. des droicts appartenans à gens mariez. §. 1. ad verba, en puissance de son mari, vers. & quia, in consuet. Burg.* & alij, *Panorm. in c. literas, de restit. spoliat. citat ca. hæc imago, 33 quæst. 5.* dixerunt, idcirco vxorem teneri ad omnia obsequia marito præstanda, vt res eius custodire, lauare caput & pedes edulia præparare, & ad his similia. ¶ Vocabat † Sara proba & bene morata mulier, virum suum, 7
dominum, *Genes. 16.* vt & alia matrona apud Paulum Iurisconsultum *l. ea quæ, 58. de don. int. vir. & vxor. tit. 23. lib. 1.* Iubet sacra scriptura, derelinquendum patrem & matrem, vt adhæreatur coniugi, *Genes. 2 ad Ephes. 5. Matth. 19.* Sed & apud Persas Vasthi, *Hester c. 1. & 2.* regina rejecta est à rege Assuero quod ea iussa ab eo venire contemsisset, & in eius locum subrogata Hester. ¶ Tholosæ † certe 8
inter leges municipales, *in consuet. Tholos. tit. de acq. rer.* & illa est, vt vxor sit in manu & potestate mariti. Itidem ex consuetudine Biturigũ, *tit. de sta. & iur. perso. §. 4.* vxor etsi patrem habeat, in mariti non patris est iure & potestate. Idem receptum iure Langobardorum tradit Andreas *in addit. ad Bar. l. si vxorem, C. de condit. insert.* Cuius lex Rhotarij, *1. tit. qualit. mul. liberæ, alten. permis. sit, lib. 2. leg. Langobard. Nulli liberæ mulieri sub regni nostri ditione lege Langobardorum viuenti liceat, in suæ potestatis arbitrio, id est, sine mundio, viuere. nisi semper sub potestate viri aut curtis regiæ,* Deficiente scilicet marito, aut eius heredibus aut proximis, vt alia lege placuit, *l si quis filiam suam, de sponsal. & tit. qual. Mundoald. amittat mundium. eod. lib. leg. Langob.* ¶ De † iure Romano, num in 9
potestate mariti sint vxores, an patris, video a quibusdam interpretibus dubitatum. Quorum scrupulos prius eximam, atque e procul dubio & omni iure Romano, in maritorum potestate fuisse ostendam. Quod ante constituisse & docuisse conducit, vt vtilitas istius potestatis, postmodum explicanda, Romanorum iuri quoque conueniat. Bartolus *in l. si vxorem, de conditionibus insert.* existimauit, in potestate patris filiam nuptam esse, non mariti: esse tamen in potestate mariti, in illis quæ viro suo sunt necessaria. *Idem in illam l. notat Andreas, in additio. ad Bart. vbi plures alios eius sententiæ adfert. Idem Barto. eadem tradit in l. 1 §. fin. per illum textum, dt iniuriis, Imola in l. rei iudicatæ, §. fin. solut. matrimo. Citat & alios assecl as Boerius in comment. ad consuetu. Biturig. ad titul. de consue. iuris & status person. §. 4. gloss. 1. quibus & suffragari videtur, l. filiæ licet, l. 12. de collatio. lib. 6. C. tit. 20. gl. in §. 1. in verb. parentis, & ibi Angel. ad Senatusc. Tertul.* Ego tamen arbitror verius esse in potestatem mariti iure Roman. vxorem transisse, si materfa. facta fuisset, & in manum viri conuenisset, quod probauimus satis superque quando de ritibus ageremus matrimonij substantialibus. Videtur enim pater cessisse ius suum marito, eam ei tradendo nuptui, sicut ex verbis Catulli apparet, *in carm. nupt.*

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est,
Tertia sola tua est: noli pugnare duobus,
Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.

Et iure Romano succedebat materfam. vt filia marito, ex asse ab intestato: si liberi essent, vna cum illis, *Dion. Halic. in l. 2. vnde vir. & vxor. C.* Et expresse Gellius, *lib. 18. c. 6.* transire per coemtionem & ritum legitimæ vxoris in manum mancipium quæ mariti tradit vel in eius potestatẽ, sub cuius potestate fuisset maritus. Iura reuerentiam etiam eas maritis debere, quæ non possit vllis pactis vel oblique lædi tradunt, *l. alia causa. 15. §. eleganter, sol. matrim. in P.* Quod & firmat Aristoteles *2. œconom. c. 1.* & Plutarchus *in præc. connub.* Et Venuleius Iurisc. *l. 2. de lib. ex hib. lib. 43. P. tit. 29. imo,* inquit, *magis de vxore dicendum, & pater etiam qui filiam in potestate habebat à marito recte conuenitur.* Cui consentiunt Cæsares, *Dioclet. & Maxim. in l si inuita. 11. Cod. de nupt. lib. 5. tit. 4.* In quo potestas mariti decernitur supra patriam, cuius ratione exhiberi sibi filium, quis tantum potiu as, *Anton. l. 2. C. de lib. exhib. lib. 8. tit. 8.* ad instar cuius remedium hoc marito pro vxore com-

Digitized by Google

petit, *l. si ad instar Cod. eod.* Ne bene concordantia matrimonia iure patriæ potestatis turbentur, vt ait Vlpian. *l. 1. §. fi. eo. in P. l. dissentientis, C. de repud. l. fin. de furt. cum similib. ibi notat.* Neque ad rem facit *l. si vxorem, de condit. infer. C.* Nam ibi non probatur vxorem remanere in potestate patris, vel nō esse in potestate mariti. Neque etiam *§. fin. l. 1. de iniur. in P.* vbi quidem verum est dici, filiæfam. iniuriam pertinere ad patrem & maritum, sed tantū abest, vt ibi marito potestas denegetur, quin potius confirmatur: Dum & marito pro vxore, sicuti & patri pro filia datur actio iniuriarū, & cuique fiat reparatio iniuriæ, *Paul. l. eum qui nocentem, 18. de iniur. lib. 47. P. tit. 10.* Iura enim sanguinis patris per nuptias non diriminuntur, quia indissolubilia sunt, *l. cum in adoptivis, C. de adopt. l. iura sanguinis, de reg. iur. l. ius agnationis, de pact.* verum & iure paterno remanente, non eundum inficias & ius in personam vxoris marito esse. Et latius id probatum videbimus, dum effectus istius potestatis enumero. Atque si concedamus sub potestate patris nuptam esse posse, tamen liquido constat maritalem potestatem potiorem: quando iura naturalia, paterna potissimum, sarta tecta remanent.

10 ¶ Sunt † autem effectus valde notabiles ex iure ciuili pendētes & probati Romanorum, quos sine causa, id est, potestate esse posse nemo vt opinor iuste dixerit. ¶ Primus, quod ratione eius xor tenetur marito obsequia & operas potius, quam aliis coniunctissimis personis præstare, *l. sicut, de oper. lib. in P.* & quærit quod ex sua opera lucratur marito, *Panor. in c. ex literis, de restit. spol. l. sed si vir ex lama sua, de donat. inter vir. & vxor.* quia ex rebus & occasione mariti præsumitur acquisisse, *Pompon. in l. si quæ, l. Quintus Mutius de donat. inter vir. & vxor. lib. 24. P. tit. 1. l. etiam. C. eod.* Sustinet onera & curam eius maritus, vt secundum naturam sic ad eundem & peruenire commoda, *l. secundum naturam, de reg. iur. l. fin. §. cum in eam partem, de furt. C.* Et nota certe plenæ potestatis illa, qua filius nō sibi, sed patri omnino quærebat, vt inferius, Deo iuuante, in patria potestate: mulier autem hic non patri, sed
11 marito quærit iure. ¶ Nisi † mulier habeat parafernalia, ex quibus lucrata & negotiata sit, vel videatur: ea enim ad lucrum mariti non pertinent, *l. etsi de pecunia tua, de donat. inter vir. & vxor. C.* vt diximus antea. ¶ Vel † nisi societatem bonorum omnium
12 inierint coniuges, tunc enim quæsita communia vtriusque sunt, & diuiduntur inter eos iuxta consuetudinem Parisiensem, quæ etiam potest vtroque iure comprobari pontificio, *c. 2. de donat. inter virum & vxorem,* & Cæsareo, *Scæu. l. alimenta, §. fin. de aliment. & cib. leg. P.* Mulierque tunc tanquam negotiatrix & obligatur, & obligat, *Paul. l. ex diuerso, soluto matrim. in P.* sibi etiam maritum, *l. non tantum de re iudicata.* quamuis pro ea oblatione conueniatur tantum, in quantum facere potest, id est, deducto ære alieno, & ne egeat, *l. sunt qui in id quod facere possunt, eod. in P.*

¶ Secundus † istius potestatis effectus, quod vxor à viro potius,
13 quam à patre corrigi & iudicari debeat, *c. sicut alterius, 4. quæstio. 1.* positique detineri compedibus ab eodem, *cap. placuit, 33. quæstione 2.* Ex lege Romuli, vxor, si aliquid peccasset, pœnam luebat ex mariti læsi arbitrio: atque de huiusmodi criminibus cognati cum ipso cognoscebant, in quibus violata esset pudicitia, etsi deprehensa fuisset vinum bibisse, vt ait Dionysius Halicarnassæus, *lib.*
14 *2.* ¶ Vinum † quippe bibisse illis tunc Romanis erat capitale ne matronæ in aliquod dedecus prolaberētur: quia proximus à Libero patre intemperantiæ gradus, ad inconcessam Venerem esse consueuit, *Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1.* Quo casu si patria potior
15 potestas, ea ad patrem pertineret emendatio, vt videbimus suo loco, Deo iuuante. ¶ Ceterum † hæc castigatio vxoris moderata esse debet, *can. duo ista, 14. q. 1. cast. 3.* vt paterna, causaque præcedere: nam temere vel seuerius quam par sit vxorem verberare, non conuenit coniugi, & verbera ab ingenuis mulieribus aliena sunt: vt olim Iustinianæa constitutione, *l. consensu, iuncta Authent. sed nouo iure. C. de repudiis.* ob id tertia parte donationis propter nuptias multaretur maritus. ¶ Et † Suidas *dum de κακώσεως agit,*
16 tradit olim proditam fuisse actionem *κακώσεως,* malæ tractationis, quæ daretur pupillis dotatis contra maritos, & filiis contra parentes, & defensoribus pupillorum contra tutores.

17 ¶ Tertius † effectus, vt ratione istius potestatis vxores à viris, non viri ab vxoribus defendi debeant, *l. 2. de iniur. P. §. patitur. eodem tit. apud Iustin.*

18 ¶ Quartus † vt mulier tanquam subdita teneatur sequi maritum ab eo iussa, *c. si quis necessitate, 34. q. 2. c. 1. de coniug. leprof.* Et in summa, *c. vnaquæque. 13. q. 2. vide decis. Cap. Tholos. 86. & ibi Auffrer.* vnaquæque vxor, tam in vita, quam in morte virum suum sequitur, id est, & in sepultura, si locum nominatim non elegerit. Atque Valerius Messallinus aduersatus Seueri Cæcinnæ sententiæ est quæ non probabat vxores comitari debere magistratus in designatas sibi euntes prouincias, nullum honestius leuamentum laboris & angustiarum ratus societate ipsa vxoris: & quod hic sexus sit natura inualidus, & vix præsente custodia conseruari possit periculosiusque committi suæ custodiæ, si tādiu separentur per absentiam in modū diffidij fœdera, vt narrat Cornelius Tacitus *lib. 3. Annal. facit l. obseruare. de offi. proconsu. in P.* Et Cæsares probāt in militiā vxores sequi viros, easq; militarib⁹ donāt priuilegiis, *l. 1. & 2. de vxor. milit. lib. 2. C. ti. 52.* Tantus. n. est huius vinculi coniugalis nexus, vt nullo modo, aut vix ferre possit sepa-

rationem, *l. plerunque, de edil. edict.* Notat & Bar. *in l. Mœuia, §. de annu. lega. in P. gl. in cap. 1. de coniug. leprof.* vxorem sequi virum debere etiam peregrinantem & errantem, si eius conditionis tūc esset, dum ei nupsit, vel si modicę & honestæ contingant, non assueto proficisci peregrinationes: quod certe ex responso Scæuolæ Iurisconsul. *in d. l. Mœuia, §. 1.* recte in simili specie colligitur. Ceterum si vagari per orbem postmodum & præter solitum antea morem velit, non esse iniungendam necessitatem vxori cum sequi vbicunque, sicuti de liberto respondit Paulus *in l. quod nisi, 20. de oper. libert. lib. 38. P. tit. 1.*

¶ Porro † num exilio damnatum sequi teneatur, lex certe nul- 19
la mentem subit quæ iubeat: plura tamen exempla optimarum matronarum suadent, atque ratio, quod coniugum sicut honores & bona dextræ fortunæ communia sunt, *l. final. Cod. de nuptiis.* ita & sortis infelicitatem æquum esse ad mulierem quoque peruenire: voluntarie tamen, & vt afflicti coniugis miseria eo solatio vtcunque releuetur. *Quid enim,* inquit Vlpianus, *l. si cum dotem, 23. §. si maritus, solut. matrim. libr. 24. P. titul. 3. tam humanum est, quam fortuitis casibus mulieres maritum, vel vxorem viri participem esse?* Sulpitia cum à matre Iulia diligentissime custodiretur, ne Lentulum Crustulionem virum suum à Triumuiris proscriptum, in Siciliam prosequeretur, nihilominus familiari veste sumta, cum duabus ancillis, totidemque seruis, ad eum clandestina fuga peruenit: nec recusauit seipsā proscribere, vt ei fides sua in coniuge proscripto constaret, *Valer. Maxim. lib. 6. cap 7.* Erythrea vxor Phalaridis tyranni in exilium missi, repudiatis Pythonis nuptiis magis virum sequi maluit, quod resciens Pytho, veneno ei mortem propinauit, *Phalar. epist 45. ad Etheonicum scribens.* Hipsicratea Mithridatis, *Valer. Maxim. lib. 4. cap. 6.* regis vxor, victum à Cn. Pompeio maritum per efferatas gentes fugientem, animo pariter & corpore infatigabili secuta est, vt eo solatio, cū domo & penatibus vagari se crederet, vxore simul exsulante. Scio tamen Atheniensium ciuiles leges aliquando prohibuisse, ne exsulantes viros vxores sequerentur, quas tamen pleræq; bonis moribus instructæ contemserūt: sicut vtrumq; innuit Æschines. ad senatum populumq; Atheniensem scribēs, his verbis, *Mater me exsulante vna mecum nauigauit, vna quæque cum vxore quæ mecum profecta fuit, quamuis pater eam prohibuisset, ac leges forte cogerent manere, dum mores potius quam ciuitatis leges edocta esset.* ¶ Notatur † & vxorem sequi debere maritum in carcerem, *gl. in c. vnaquæque, 13. q. 2.* ¶ Quintus † effectus, vt in quibus locis recepta est 21
lex, vt sit sub potestate mariti vxor, ea nō possit esse in iudicio sine auctoritate mariti, vt ex consuetudine Biturigum constat, & in eam notat late Boerius *ad cons. Bitur. in §. 4. de consuet. iur. & stat. person. in verb. Mari.* exemplo filiifamil. qui in iudicio sine auctoritate eius, sub cuius potestate est, esse non potest, *c. fin. de iudic. in 6. l. fi. §. necessitate. de bon. quæ lib. C. l. 1. §. fin. de auctor. tutor.* Et ea ratione cogitur pater ei auctoritatem præbere inuitus. Et Imbertus *in manuali iuris scripti,* tradit idipsum, sed degentes in prouincia, quæ iure scripto regitur in Gallia, non esse istius necessitatis, & sine auctoritate mariti, posse eas dē iudicio legitime per se interesse, decisio arresto senatus Parisiensis anno 1527. 20. Martij, quem inseruit in rhapsodia sua Papus, vbi tamē alia arresta, quæ auctoritatem mariti exigunt sine illa distinctione adfert, *Ioan. Pap. lib. 7. rhapso. arresto. lib. 1. art. 15. & seq.* ¶ Quod † tamen intelli- 22
gendum, si maritus sit absens: nam tunc non esset expectandus ob euidentem vtilitatem, sicut de filiofam. dictum, *l. si longius, §. 1. de iudic. in P.* Quod expresse in hac hypothesi Baldus notat, *Bald. consil 444 in 3. vol.* Item quando sine auctoritate mariti iudicij contra vxorem latum: diuersum autem si in illius fauorem, nam tunc valet exemplo minorum, *l. non eo minus, 14. de procur. lib. 2. C. ti. 13* Excipiūtur etiam causæ criminales, pro quibus sine auctoritate mariti in iudicio esse & damnari potest, vt notant Interp. *in Auth. sed hodie, de off. diuer. iud. & in Auth sed nouo iure, de cust. reo.*

¶ Sextus † effectus, vt huiusmodi nisi cum auctoritate mariti 23
contrahere non possit: vt notat Petrus Ancharanus, *cons. 384.* & alij, *Bolog. in cons. 20. lib. 4. consil. Signor. de Homod. consil. 166. Bald. lib. 3. cons. 444. Panor cons. 40. Volum. 2. Boer. ad cons. Bitur. ad §. 4. tit. de cons. iur. & stat. perso. Ioan. Fab. in l. filius, C. de pact.* Vt conueniatur tempore matrimonij ex eo tradit Tiraquellus sub finem libri de legibus connubialibus, vbi tamen illud singulare obseruandum: mulierem ita sine auctoritate mariti contrahentem soluto matrimonio posse ex eodem contractu conueniri. Intelligē- 24
da autem hæc cum temperamento sunt, primum in cōtractibus, in quibus incōmodum versatur vxoris, nō his quæ vtilia ei sunt. Sic enim sine auctoritate contrahit mariti, & adit hereditatem, vt tradunt interpretes, *Bartho. & Alex. in addit. ad l. apud Iulianum, §. si pupillus. ex quibus cau. in poss. ea. Imo. Paul. Bal. Ang. in l. more. §. 1. de acq. hered. Ang. in l. 2. per gl. ibi de acceptil.* si tamen opulenta & lucrosa per se videatur sine dubio hereditas, non aliter, vt sanior interpretum opinio tradit *Bar. in d. l. more. de acqui. hered. Iaf. in l. Barba. col. 1. de offic. præto. Alex. in l. apud Iulianum, §. si pupillus, de acq. hered.* exemplo minoris, *contra iuris ciuilis regulas, de pact. in P. §. 1. de auct. tut.* Verum & illud notabile, absente marito mulierem recte contrahere vigente necessitate, *l. si longius, §. 1. de iud. l. cum filiusfam. de reb. cred. in P.* Quanquam Baldus *in l. transactionem. C. de transact.* tutius existimet facturam, si mariti loco auctoritas publica iudicis adhibeatur. ¶ Præterea † autem mariti so-

lam

Digitized by Google

lam, auctoritatis vicem in actu habere placuit Angelo, *consil. 183. col.1.* Forsan, quia in quibus mulier de propriis contrahit, reuerentia & honor maritalis inspiciatur, & auctoritatem præsentare dicatur, qui se probare dicit id quod agitur, etiam si non interrogetur, intelligat tamen quæ agantur, *Vlp. in l.1.§. fin. & l.2. & Pomp. in l.3. de aut. tut. lib.26. P. tit.8.* Et qui tacet, non vtique fatetur, sed tamen verum est eum non negare, *Paul. l. qui tacet, 142. de reg. iur. Et quid expectas*, inquit Cic. in Catil. *loquentium auctoritatem, quorum voluntatem tacitorum perspicis?*

26 ¶ Quinimo † & Boetius *in §. 4. tit. de stat. & iur. perso. in consuet. Bitur. vbi interpretes adducit pugnantes*, scribit, communem esse opinionem, eamque sequendam interpretum, qua contractus ab vxore sine mariti auctoritate factus, per lapsum decem annorum firmari possit, vt præsumatur solemnitas interuenisse requisita à lege vel à consuetudine. Cui accedo sententiæ, sed non ea solum ratione, quia omnia præsumantur solemniter acta ex lapsu temporis, vt ait Vlpianus *in l. sciendum, 30. de verb. obligat lib. 45. P. tit. 1.* nam ea præsumtio non excluderet probationem contrariam, *gloss. in dict. l. sciendum, per l. iurisgentium, §. quod fere, de pact. in P.* Vix enim est, vt recipiam quod ab initio non valuisset, temporis solo cursu conualescere, *l. quod ab initio, de reg. iur.* quando persuasum habeam solum tempus non esse modum inducendæ obligationis, *l. obligationum fere, de actionib. in P.* Sed existimo recipi, quia contractus gestus sine mariti auctoritate, non sit quidem inutilis prorsus: sed tantum ea ex parte, vt non possit agi ex eo contra mulierem pendente matrimonio, postea tamen possit, vt supra docui. Quare lapsus temporis facit non ratũ cõtractũ & validũ, sed efficacem ad agendum, cum per maritum, consensum in eo cum tacuit, videatur. Neque nouum in iure est, pactum valere, etsi agi ex eo non possit tunc, cum fit, sed in futurum: vt filiafa. pacisci potest, *Paul. l. & heredi. 22. §. filiafa. de pact. li. 2. P. tit. 4.* ne de dote agat, cum sui iuris esse cœperit: & filiusfa. de eo quod ei sub conditione legatum est. Et confirmatur sæpe contractus, qui potuit infirmari submoto impedimento & non proposito: veluti apud Martialem Iurisconsult. fundum dotalem maritus vendens & tradens, decedente muliere in matrimonio, & dote cedente lucro mariti, recte vendidisse videtur, nec fundus euelli potest, *Martia. l. fundum dotalem. 17. de fund. dotal. li. 23. l. & tit. 5. P. cum vir. de vsucap.* Quanquam si in eum casum non incidisset dotale prædium, non potuisset legitime defendi emtio, vtpote prohibente alienationem & obligationem lege, *l. 4. de fund. dota. in P. l.1. §. & cum lex Iulia. de rei vxor. act. C. §.1. quibus alien. lic.*

27 *vel non.* ¶ Excipitur † etiam in hac quæstione prohibitionis contractuum, casus in quo libere & cum effectu cum nupta contrahit, sine auctoritate mariti, si ea sit mercatrix publica. Contractu quippe de ea negotiatione, quam exercet, sine marito ratio sunt, *§. 4. de stat. person. in consuet. Bitur. & ibi Boer.* Sic enim & eo casu cum filiof. etiam licet contrahere sine consensu patris, *Bal. in l. Macedoniani. in vlt. quæst. ad Maced. C. Francisc. Aret. consi. 71.*

28 *col.3.* ¶ Soluitur † hæc potestas maritalis, morte mariti, per quam vxor fit libera à lege viri, *c. pen. & fi. de sec. nupt. 1. ad Corinth. 7.*

De patria potestate.
Cap. 5.
Lib. 1. Instit. tit. 9.
Lib. 8. C. tit. 47.

1 *Filij sui dicuntur qui in potestate parentum sunt.*
2 *Filij ex iustis nuptiis procreati in potestate parentum sunt, matrium non fœminarum.*
3 *In filios potestatem Romani propriam sibi faciunt, verum iurisgentium esse docetur.*
4 *Filij iure Gallico in potestate parentum cum vitæ & necis auctoritate.*
5 *Eadem in liberos potestas necis Persis Moscouitis, & alijs.*
6 *In filios Græcis omnibus parentibus non erat ius necis.*
7 *In filios quam dederit parentibus Romulus potestatem.*
8 *Filium occidentis apud Ægyptios patris pœna levis.*
9 *Potestatis necis & aliorum in liberos causæ & rationes. Prior à summa amicitia patris in filios.*
10 *Filius pars patris.*
11 *Filiorum causa parentes valde sæuiunt.*
12 *Filio sæpe parcitur ob patris dolorem. Filij prauitatem vincit paterna benevolentia. eo.*
13 *Filios in omnibus obedire parentib. iubet lex diuina, vt alia iura.*
14 *Filios ladunt parentum imprecationes.*
15 *Filij nequeunt rependere parentibus beneficia ab eis accepta.*

1 Liberi, † qui in potestate parentum iure ciuili, sui dicuntur, titulo de suis & legitimis liberis, *§. sui autem. de heredi. quæ ab intes. defer. ap. Iustin.* si pater alterius non sit potestatis: nam tunc filij suo sui nascerentur nepotes non patri, *§. pe. de pat. pote. l. sic emancet. 21. ad leg. Iul. de adult in P. l.1.4. de iis qui sunt sui vel ali. iur. in P.* Mortuo tamen auo in patris potestate fiunt, *Vlp. in l. nepotes in*

2 *§. 10.* Igitur † in potestate parentum sunt liberi, quos ex iustis nuptiis procrearunt, *§. 1. de patr. pot. ap. Iustin, can. fin. de connexf. coniug. Vlp. in epit. tit. 5. l. 3. de iis qui sunt sui &c.* & ex iis nati, *l. 5. eod. l. si maritus. 7. de pat. pot. C.* Quod iuri duodecim tabularum adscribit Alexander ab Alexandro *lib. 6 gen. dier. c. 10.* Ego antiquius censeo, & referẽdum hoc ius ad leges Romuli, quibus vitæ necisque potestas in filios dabatur, vt didicimus ex Dionysio Halicarnasseo *lib. 2. antiq. Roman.* In potestate autem marium parentum, non matrum esse existimandum est: quia matres non habent liberos in potestate, *§. fœmine, de adop. l. mulierem. C. eod. §. ceteri. de hered. qual. & differ. ap. Iust. in. l. nulla. de suis & legit. 4. §. nam testamentum. de bono. poss. cont. tab. l. nam & fœmine, de adopt. in P.* quod ipsæ, vt diximus, tutela egent aliena, & non sunt suæ potestatis; ideo nec alios regere possunt, *ca. indecorum. ca. 3. de eta. & qualit.* nec alios in sua potestate habere, *d. l. sic euenit. ad l. Iul. de adult. l. fi. de legit. tute. li. 5. C. tit. 30. §. minores. de excusa. tuto. l. filium habeo, ad senat. Maced. P.* Ita filij sequuntur familiam patris, non matris, *l. cum legitima, de sta. homi. §. penul. de pat. pot. §. 1. de leg. agnat. tut.* quanquam & filius matri ac patri reuerentiam debeat, *l. congruentius. & l. fil. a tua. 3. de patr. pot. C.* & alimenta *l. si quis à liberis, de liber. agnosc.* & successionem. *l. nam et si parentibus, de inoff. test. P. & ib. ad Senat. Tertul. l. 1. & tot. tit. li. 6. C. tit. 5. & ap. Iustinia.* Secundum enim ius rigidissimum patris filius est, non matris: secundum autem humanum, vtriusque vt scribit Phalaris ad vxorem Erythriam, *epist. 54.* Quare † & iura illis potestatis quædam 3
sunt communia, vt videbimus. Romani hanc potestatem sibi vt peculiarem vindicant, neque nationes alias tanta potestate in liberos vti tradunt, *§. 1. de pat. pot. l. 3. de his qui sunt sui vel alie. iur. Vlp. l. 1. §. 1. vers. si quis ita. de rei vxo. act. P.* Quod tamen pace illorum dictum sit, falsum est: nam & iurisgentium esse eandem ex moribus aliquarum nationum sigillatim enumeratarum, colligere licet: atque ex rationibus, quibus suffulta est patria potestas. In † Gallia certe & filij sunt in potestate parentum, vt quem- 4
admodum olim apud Romanos vitæ & necis potestas patri concedebatur, sic & apud Gallos teste Iulio Cæsare *li. 6. commen. belli Galli.* & Prospero Aquitanico *epist.* Illudque docent consuetudines scriptæ variæ locorum regni, quæ & modos emancipationis præscribunt, vnde & potestatem præcessisse opus est. Cum vt dicemus, emancipatio sit liberatio à patria potestate. Atque Bartholomæus Chassaneus *ad §. 3. tit. des enfans de plusieurs lict. n gl. 1. vers. licet, gl. §. 1. & c. in consi. Burg.* notat fuisse iudicatum suo tempore in senatu Parisiensi, filios Gallorum esse in potestate. Vt non sit audiendus Accursius, & sequaces *in §. ius autem. in verb. Romanorum. de pat. pot. & ibi interp.* qui Francigenas dicunt non habere filios in potestate, hoc enim verum non est, si Francigenas intelligas Gallicos populos, etsi referas ad tempus Iulij Cæsaris: quamuis non eam inficias hodie illam potestatem ex desuetudine & moribus fuisse vel abolitam omnino, vel valde imminutam, vt ex effectibus patriæ potestatis constitit, quos sequi oportet, cum moribus constare dicatur hæc potestas, *l. patre furioso, de his qui sunt sui vel ali. iur. in P.* Patris potestas † apud Persas habebat quoque imperium tyrannicum 5
quale heri in seruos, vt ait Aristotel, *lib. 8. Ethicor. ad Nicom. c. 20.* Eandem potestatem necis & vitæ apud Moscouitas in filios, scribit Sigismundus Liber Baro, *comment. rer. Moscouit.* Sub (lege naturæ & gentium illud ipsum receptum mihi persuadeo, ex eo quod & Abraham voluit filium proprium sacrificio Deo immolare, *Genes. 21.* quod certe nec cogitasset, si lex aliqua prohibuisset. Græcis omnibus † non eandem fuisse testatur Dionysius Halicarnasseus *in 2. antiq. Rom. Qui formas*, inquit, *vinendi Græcis condiderunt ciuitatibus, certum quoddam tempus admodum breue præscripserunt, quo liberi essent subditi patribus. Quidam ad annum pubertatis tertium, quidam tantisper dum illi cœlibes manserint: nonnulli donec publice inter vivos adscripti fuerint, quemadmodum è Solonis, Pittaci, Charundæque legibus acceperant, quorum magna celebratur sapientia. Pœnas etiam in contumaces filios statuerunt non graues permittentes patribus eos exheredare, domoue pellere, præterea nihil quæ non sufficiunt ad compescendam iuuentutis vesaniam, moresque prafractos, neque contemtores honestatis leui brachio possunt ad modestiam redigi. Quapropter apud Græcos sæpe indecora multa in parentes committunt liberi. Romanorum † autem legislator (id est 7
Romulus) omnem vt ita dicam potestatem dedit patri in filium, idque toto vitæ tempore, siue in carcerem eum mittere, siue flagris cædere, siue vinctum ablegare ad rustica opera, siue necare liceat, etiamsi filius tractet Rempublicam, etiamsi magistratus gerat maximos, etiamsi liberalitatis laudem publice sit emeritus.* ¶ Quod † firmat postea ex- 8
emplis idem Dionysius. Apud Ægyptios *Diod. Sic. lib. 2. Biblio.* pœna mortis patri non statuebatur, qui filium occidisset, sed lege tantum cautum erat, vt tribus diebus noctibusque, circa defuncti corpus adsisteret, adhibita quoque & adstante publica custodia. Non enim iustum putarunt, ob interfectum filium eum vita priuari, qui auctor eius vitæ fuisset, sed dolore & facti pœnitentia affligendum. Sed † hanc potestatem magis planam 9
facient causæ potestatis: quarum prior à naturali parentum in liberos affectu pendet, ob quem nulli alij tutius vel plenius potestas & tutela liberorum committi potuit, nec probe vel cum ratione libera adimi vel imminui *l. fi. de cura. furio.* Valde enim imo omnino studet, natura impellente, illorum saluti, honori,

Digitized by Google

bonisque, *l. script. vnd. lib. P. l. cum ratio. de bon. damnat. in P.* Dictiq; inde videtur filij ἀπὸ τῆς φιλίας, ab amicitia. Aristoteles *lib. 8. Ethic. ad Nicoma c. 10. & 11.* existimat societatem patris ad filiũ regni præ se ferre effigiem. *Nati enim*, inquit, *patris sunt curæ. Et hinc Homerum Iouem patrem vocasse, ipsum namque regnum, imperium est suapte natura paternum. Et regis amicitiam in eos qui regũtur, in excellentes a beneficij consistere: confert enim beneficia in eos qui ab ipso regũtur. Siquidem cum sit bonus, curam ipsorum habet, quod bene sese habeãt, vt ouium pastor: sic natura pater filiorum, & auus nepotum, & rex eorũ quibus præsidet imperium obtinet. Et* † *quandiu*, inquit *Arist. libr. 5. Ethic. c. 6. Filius parvus est & non separatus pars ipsius est patris, se vero nemo vult ledere.* Quamobrem valde torquentur † & sæuiunt parentes ob contumeliam illatam filiis, magisque interdum, quam si ipsis inferretur, *l. isti quidem, quod met. can. in P.* Et vt ait Apollonius Rhodius *lib. 4. Argonaut.*

Valde acerbi suos propter liberos parentes.

Hoc q; cum brutis etiam commune. Et vt Papinianus *lib. 10. Theb.*

Sic aspera Tygris
Fœtibus abreptis Scythico deserta sub antro
Accubat, & tepidi lambit vestigia lecti.

12 ¶ Hinc † quia grauissimus visus est dolor parentum ex pœna filiorum, quiaue æquum non sit ob filium delinquẽtem, pœnam delicto impositam transire in alium, quam sceleris auctorem, sicut iubent plura, *l. sancimus. & l. si pœna. de pœn. in P. l. crimen. eod. Cod.* placuit sæpe, vel remittendam filio pœnam, vel demendam ob patrem, à quo nec tyrannus quoque crudelissimus Phalaris abhorruit. Is enim & ita faciendum liquido testatur, dum filio Ariphradis pepercit, ad patrem in hæc verba scribens, *Phalar. epist. 24. ad Ariphradem: Τὸν σὸν υἱὸν ὑπὲρ τοσούτου ἀξίου ὄντος ἐμοὶ μὴ βουλόμενος ἐκείνῳ χαρίζεσθαι. μαρτυρεῖ γὰρ ὑπὲρ πολλῶν ἀξίων θανάτου ἔχειν, διότι ἰδιώτην ἐκόλασε δι' υἱὸν πονηρόν, λυπεῖν γὰρ πατρὸς ἀδίκως υἱὸν ἀδικοῦντος. ἵνα γὰρ ἔχων υἱὸν ᾖς πονηρὸν, εἰ μὴ παύσεις φαῦλος ὤν, id est, vindictam (scilicet in filium tuum) continui, volens tibi non filio gratificari: testimonium enim datur à multis, te optimam modestiam & humanitatem habere: ideo non bonum putaui, propter filij iniquitatem deficere senectutem patris nihil peccantis. Vnum enim habens filium hunc, etsi omnino sit is malus, propter alterius heredis defectum affectus paterno diligis: nam filij prauitatem vincit paterna benevolentia.* Et alibi *epist. 27.* idem Nicenето scribens, se illi pepercisse ait, quod pater eius bonus esset, nec alium haberet filium. Claudius Cæsar quoque, *Sueton. in Claudio c. 16.* cum censuram gereret, recognitione equitum iuuenem plenum probri, sed quem pater probatissimum sibi affirmabat, sine ignominia dimisit, dicens eum habere censorem suum. Ferunt, *Ælian. lib. 1. de var. histo.* de Rhacone patria Mardo, quod cum is filium infandum captum, manibus post terga reuinctis obtulisset. Iudicibus puniendum: iudices rei nouitate consternatos, ad Persarum regem vna cum filio adduxisse, regem autem ob id liberasse, & Rhaconam in collegium regiorum iudicum cooptasse. Atque idipsum legibus Romanis conseruatum video, dum responsum est, *l. milites agrum. §. desertorũ. de re milit. in P.* mitius agi cum desertore, quem pater obtulit puniendum: ne pater videatur ad supplicium filium obtulisse. Quia & placuit *l. 3. de patr. pot. C.* in contumacia perseverantem filium, iudicibus à patre traditum, dicturos ex arbitrio patris sententiam.

13 ¶ Alia † ratione potestas hæc patria munita, præcepti inquam diuini quod iubet honorare, venerari audireue in omnib. parentes, *Exod. 20. Matt. 12. Mar. 3.* Et D. Paulus *ad Ephe. 6. ad Coloss. 3. can. si dominus. 11. q. 3. Filij obedite parentibus.* Et, *Maledictus qui non honorat patrem & matrem suam, Deuter. 3.* Iure etiam ciuili persona parentis filio semper honesta & sancta videri debet, *l. liberto & filio. de obseq. à lib. & libe. par. & patr. præstan. in P.* Sanctum autem est id quod inuiolabile est, *l. sanctum. de rer. diuis. in P.* Sic Pamphilus apud Terentium in Hecyra *sce. 4. act. 3. vers. pen.*

Nam me parenti potius, quam amori obsequi
Oportet.

Et apud Æschylum *in prima tragœd. Prometh. ligati*, cum Vulcanus ægre induci posset ad ligandum Prometheum iussus à Ioue patre, tandem id facit dicens.

ἐξαναίζῃ γὰρ πατρὸς λόγος βαρύς,
Negligenter agere sermones patris graue est.

Et Epictetus Arrius *in Enchirid cap. 2.* ille summus philosophus, *Pater*, inquit, *appellatur. curandum est, cedendum ei in omnibus ferendus cum aut obiurgat aut verberat. Sed malus pater est: at natura non bono patri, sed patri conciliauit.* Et † graue scelus esse parentes
14 contemnere, exasperare, esse Deo curam huius vindictæ, sicuti & elargiendi præmia in beneficos docet Plato *li. de legib.* his verbis: *Oedipus contemtus à filiis ea illis imprecatus est, quæ exaudita effectaque à Deo apud omnes feruntur. Amyntora quoque Phœnici filio iratum, illi mala dixisse ferunt. & Hippolyto Thesea. plurimosque alios alium: quibus apertissimum factum est à Deo preces parentum aduersus filios exaudiri. Nihil enim imprecatione parentis, non iniuria perniciosius filio. Nemo enim cum pater aut mater contemnitur, tunc solum à Deo putet orationes exaudiri, sed cum etiam honorantur, ac ideo cum letiores bona liberis à Deo petunt, exaudire similiter eum existimare debemus. Atque nobis æqua inde distribui: nam aliter in bonis distribuendis æqui non essent. Quod longe abesse à Deo necesse est.* Hæc Plato. Habemus quoque vim benedictionis paternæ in sacra pagina in Iacob ab Isaaco, *Genes. 27.* & erga Iosephum & filios eius à Iacobo, *Genes. 49.* Et maledictionis pariter exemplum in Chamo seu eius filio Chanahamo, *Genes. 9.* Estque summaria, & verissima huius tractationis resolutio, benedictionem patris firmare domos filiorum, & maledictionem matris eradicare fundamenta *Ecclesiast. cap. 3.* ¶ Tertia † ratio pendet à beneficio-15 rum retributione, cum enim ad eam natura teneamur, *l. sed etsi lege. §. consuluit. de peti. hered. in P.* non ægre ferre debet filius, si hanc potestatem pater in eum habeat, qui tot beneficia natiuitatis, alimentorum & vitæ subsidia recepit, quæ nunquam æquæ mensura rependere possit. Sic Cyrillus patriarcha Hierosolymitanus *cathec. 7. Honorantes patrem super cœlestem, etiam corporis nostri parentes honoremus. Nam Christianorum est placida primapietas, honorare parentes & labores educationis rependere, atque omni studio quæcunque ad eorum quietem pertinent curare.*

Quibus modis contrahitur, & oritur patria potestas. Cap. 6.

1 *Patria potestas ex iustis nuptiis oritur, adoptione, legitimatione.*
2 *Intra tutelæ emancipatus reuocatur in potestatem patris.*
3 *Filij contumaces patribus lege diuina lapidati.*
4 *Filij ingrati.*
4 *Granny filij Clotarij contumacis in patrem vtlio.*
6 *Ingratitudinis actio pœna: & reuocandi libertatem formula.*

1 Hæc † patria potestas primum oritur ex iustis nuptiis, ex quibus nati sunt in parentum potestate, vt proximo capite diximus si sui iuris patres sunt: quod si illi in potestate quoque sint patris inde nati nepotes, vt patres, in aui erunt potestate, *l. 3. 4. 5. ae iis qui sunt sui vel alien. iur. lib. 1. P. l. septimo mens. 12. de testa. homi. lib. 1. P. tit. 5.* Diuersum autem si ex illegitimis, id est, contra legis præscripta initis nuptiis nascantur: nam eius potestatis non sunt, *§. 1. §. si aduersus. & §. fin. de nup. ap. Iustinia.* Secundo filij sub ea potestate sunt, qui adoptantur vel arrogantur, *l. 1. de adopt. in P.* de quibus supra diximus. *Supr. libr. 10. cap. 6.* Tertio per legitimationem in potestatem reducuntur naturales tantum, vt constat ex titulo Quibus modis naturales efficiantur sui, per quatuor modos legitimationis, de quibus etiam diximus, *eod. lib. c. 4.* per oblationem curiæ, per nominationem patris, per rescriptum principis & per subsequens matrimonium. ¶ Quarto † emancipati liberi in potestatem patris reuocantur per ingratitudinem, si contumaces in patres, vel atroci iniuria, vel acerbitate conuitij affecerint, *l. 1. de ingra. libe. C.* Id præter leges Romanas firmat D. Chrysost. *hom. 1. in Psal. 115.* dicens reduci per ingratitudinem filios in potestatem parentum, sicut & liberos in seruitutem: quia non emancipantur ideo, vt beneficia patris contumeliis ab eo dispungant. *Nec sane*, inquit Constantinus Cæsar, *l. 1. de offic. præto. li. 1. C. tit. 43. Debita filiorum vótis patrum vota cessabant, vt patent copia liberos suos eruant potestate, magis propriis obsequiis mancipatos: cum intelligant iis obsequij plus debere à quibus meminerint se à sacris vinculis exutos.* ¶ Lex † diuina filios contuma- 3
ces lapidari iubet, *Deuter. 21.* Sibylla Erithræa *libr. 2. Oraculi*, damnationem futuram & iudicium ingratorum filiorum sic consignat, damnandos igne vt alios, de quibus ante meminerat,

——ὅσοι ζ γονῆς οὐ γηρᾷ
κρίνιτον, οὔτε τιμῶντας ὅλως κ' ὀφείλοντας γονεῦσιν
αἴτη ἀθέσχοντες, ἀλλ' ἄρα σ' ἔσοι ὑπέδησαν
ἀλλ' ἐ αἰσχύνεσθε λόγον ἀγαθὸν εἰς ἀγαθοῖσι.

Et damnabuntur scilicet, omnes qui in senectute patres relinquũt & qui non reddunt vicẽ, nec retribuunt præmia nutrientibus se. Rursum quicunque sunt iis rebelles, vel aspera dixerint in parentes. ¶ Xenophon † *li. 2. de gest. & dict. Socr.* quid apud Græcos 4
hac de re fuerit sancitum, paucis demõstrat; cum enim docuisset nullis nos magis beneficiis deuinctos, nec maioribus quã parẽtibus, nec esse maiora aliorum posse, vtpote quod per illos & simus & viuamus, dehinc vt tot bona videamus, illorumque reddamur participes, pro quibus mater nullo à nobis accepto ante beneficio pariendi labores & vteri tulit & pericula, postea obnixe & solicite nutriuit. Addit, ciuitas quoque aliam non nimium cũrat ingratitudinem, nec in iudicium compellit, sed dispicit si quis beneficiis acceptis non reddat gratiam: si quis vero parẽtes non obseruet, in iudicium compellit ac reprobat magistratibusque omnibus indignum existimat, tanquam ab illo non possint neque sacrificia pie sacrificari, neque aliud quidpiam, nec iuste agi. Nec tantum hunc, sed etiam si quis parentum defunctorum sepulcrum non ornet, hoc etiam ciuitas inuestigat in electionibus magistratuum. ¶ Ingratitudinem † & rebellionem vel cõtu- 5
maciam filij Grannj Clotharius primus Clodouei filius, igne & ferro prosequutus est, & eum superatum exercitu scamno cum vxore & eorum liberis per lictorem alligato, exuri iussit, vt ait Gaguinus *lib. 1. c. fi. & lib. 2. c. 1.* Paulus Æmilius *li. 1. hist. Franco.* in *Clotha. 1.* & Annonius *li. 1. de gest. Franco. f. 30.* ratus plus ausuros in eum ceteros, si repugnantem filium non flecterent. Leges generaliter

Digitized by Google

ratæ ingratitudinis actionem concedunt in eos, qui benemeritis non retulerint gratiam, vt ait Lucianus *in abdicato*. Et vt ait Euripides *in Supplic. actu* 1.

——τοῖς τεκοῦσι γὰρ
δίκαιον, ἤτις καὶ ἀπόδοσιν τίκτει χάρις.
κἀκεῖνον οὐκ ἔγωγε δὴ φιλῶ ξένον
τοκεῦσιν οὐκ ἀντ' εὐ τὸ δρᾶν, ἀνὴρ ὅτῳ
——Parentibus enim
Infelix, quisquis non mutuam officij reponit gratiam.
Pulcerrimo quippe munere dato vicissim
A liberis suis isdem remunerabitur quæ parentibus dederit.

Multo magis & indigni sunt beneficio accepto ij, qui non solum non rependunt beneficia, sed contumeliosi sunt, & iniurij in benefactores. Et ob id iura merito reuocant liberalitatem paternam libertatis, vt diximus, & donationes factas bonorum, volentibus & conquerentibus tamen donantibus: permittunt & liberos exheredare. Voluit & Guillelmus Benedicti *in annota. 2. ad ver. in eodem testamento relinquens, num. 4. Raynut. par. 1. de testa.* per ingratitudinem rescripto non tamen matrimonio legitimatum, illegitimum reddi, quod pertinet ad commodum paternum. Reuocabatur in seruitutem quoque libertus per ingratitudinem, *l. 2. de liber. & eor. liber.* Illudque institutum Athenarum memorabile fertur, quo conuictus ingratitudinis libertus iure libertatis exuebatur, hac formula, *supersedeo*, inquit, *te habere cinemtanti muneris impium æstimatorem. Nec adauci possum, vt credam vrbi vtilem, quem domi scelestum cerno. Abi igitur, & esto seruus, quoniam liber esse nescitis, Val. Max. lib. 2. ca. 1. dum de Areopago agit.* Massilienses quoque, *idem eod.* & vsque ad ternam manumissionem ter deceptum dominum rescissionem earundem dabant, quartam quamuis denegarent. Propter ingratitudinem qui postulat aduersus ecclesiam, priuilegio eius priuatur, *c. fin. de postul.*

De Iure matris in filios. Cap. 7.

1 *Iura naturalia patri debita, & matri debentur.*
2 *Matri ac patri honor à filiis debetur.*
3 *A matribus apud Lycios & Locros genus repetitum, non à patribus.*
4 *Mater num magis contribuat generationi filiorum, quam pater: & ibi de maiori amore matrum.*
5 *Matribus alimenta filij debent, & alia vt patri: Ciconiæ, Meropes alunt parentes sedes, eod.*

1 HÆc † quæ dicta sunt, & quæ mox dicentur in effectibus patriæ potestatis, etsi omnino in matre locum non habeant tamen ea quæ iuris generationis sunt, etiam matri competunt in filium & filio tenetur exhibere: patri autem maior honos delatus, quia & onera præcipue filiorum ad illum pertinent, non ad matrem, *l. pen. de lib. agnosc. li. 25. P. tit. 4.* ideo secundum naturam est sentire eum maiora commoda, *reg. iur. secundum naturam. c. qui sentit, eo. l. fi. §. sed cum in secundam. de furt. C.* ¶ In † præcepto honoris, non tantum pater, sed & mater ponitur, *honora patrem tuum & matrem tuam, si vis esse longæuus super terram, Exod. c. 20.* Et sicut qui thesaurisat, ita & qui honorificauit matrem suam, *Ecclesiast. c. 3.* Benedictioque patris firmat domos filiorum, & maledictio matris eradicat fundamenta, *Ecclesiast. 3.* Malæ famæ qui derelinquit patrem, & maledictus à Deo qui exasperat matrem. Et de vtrisque, *qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Exod. 21. cano. non satis. §. ceterum 86. distin.* ¶ Apud † Lycios & Locros olim quisque à matribus, non à patribus genus suum repetebat, vt testatur Herodotus *in 1.* Cicero *pro Sex. Roscio* maternum sanguinem antepositi paterno: *Sic*, inquit, *feres habet, Iudices, magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem, maternus paternusve sanguis.* Nec parua fuit † controuersia inter philosophos & medicos, num sanguis maternus ad generationem conferret, apud Aristotelem *1. de nat. anim.* Censorinum *de die nata.* Nemesium, *de nat. hom. c. 14.* Plutarchum *de plac. philos.* Auicennam *lib. 3. de nat. hom. c. 24.* Cœlium Rhodiginum *li. 3. lectio. antiq. c. 42.* Atque Galenus firmat fœtum plus à matre quam à patre suscipere, sicut fructus amplius ab vbertate soli, quam à coloni industria & labore habet. Vnde vis maxima amoris matrum in liberos, & contra: quinimo semper mater certa est, pater vero aliquando incertus esse potest, *l. quia semper. 5. de in ius voc. P. l. Lucius, de condit. & demonst. in P.* ¶ Debebunt † itaque alimenta filij matrib. vt patribus, & contra, *l. si quis à liberis. de liber. agnoso. 1. 2. de alien. lib. l. 1, filia. & l. nec filium, de pat. pot. vide quæ diximus in 9. onere matrimonij sup. li. 9. c. 19.* hoc enim & bruta faciunt, & naturæ lex vtrisque communicata genitoribus. Nam & mures, glires, genitores suos fessos senecta aluut insigni pietate, *Plin. lib. 8. c. 53.* Ciconiæ, *idem lib. 10. c. 23.* & Meropes, *idem lib. 10. c. 33.* Phalaris Paurolæ fil. *epist. 19.* in pari causa potius consulendum matri quam patri scribit, propter maiora ab ea accepta beneficia, quia nos tulerit, pepererit, educauerit, & alios insuper labores pro nobis subierit. Succedunt sibi mutuo filius & mater, *tit. de funer. Orsi. & Tertull. ad Senat. Tertul. & Orsi in P. C. & Inst. iur. ciuilis.* Et potest vindicare interdum mater filium, *vt in l. pen. de fideic. libert. li. 40. P. tit. 6.* sicut & pater *l. 1. l. 1. §. 1. de rei vind. P.* Filius, sicut patrem prohibetur in ius vocare edicto prætoris, ita & matrem *l. 4. §. parentes. de in ius vocan. li. 2. P. tit. 4.*

Iura vel effectus Patriæ potestatis. Cap. 8.

1 *Inæstimabilis patria potestas.*
2 *Pater non potest cogi liberare à sua potestate filium, nisi in 4. casibus*
3 *In filios necis vitaque potestas iure data patribus.*
4 *Minorem triennio prolem, non licebat necare parentibus.*
5 *Pœna acerbitas continet magis impr bos.*
Dissecannorum debitorum permissio quare statuta, eod.
6 *Filius & pater pro eadem persona.*
7 *Necis ius in filios sublatum desuetudine.*
8 *Adulteram quando patri filiam, & marito vxorem, & vbi occidere liceat.*
9 *Filios castigat iure proprio pater, & castigandos ex arbitrio dat iudicibus.*
10 *Filius contra parentum sæuitiam prospectum quare.*
11 *Filios tempore famis licuit vendere patri.*
12 *Filios ter vendere, ter manumittere, quando & quomodo licuit.*
Potestas maior patris in filios, quam heri in seruos.
13 *Filiorum trina venditio permissa apud Moscouitas.*
14 *Emancipatio berna, & manumissio duplex in adoptionibus, quid erat.*
15 *Filias & sorores vendere prohibuit Solon, nisi inuenta illa fuissent coeuntes virgines.*
16 *Emancipati non reducebantur iterum in potestatem sine causa, tempore Modestini, vt antea lege Romulea.*
17 *Filiusfam. olim patri omnia quærebat aduentitia, hodie quod pertinet ad vsumfructum.*
18 *Castrensia & quasi nullo iure quæsita patri à filiofam. nec in vsufructu.*
19 *Filiusfamil. testari non potest de aduentitiis etiam volente patre, quare.*
20 *Filiusfamilias ad pias causas cum consensu patris de aduentitiis testatur.*
21 *Filiusfamil. in Gallia nihil etiam in aduentitiis acquirit patri præter commoditatem & administrationem.*
22 *Filiusfamil. quærit profecticia omnia patri etiam in Gallia, vt in re antiquo.*
23 *Casus alii, in quebus pater non habet vsumfructum in bonis filiisfamilias.*
24 *Filiisfamil. laici non possunt esse in iudicio sine auctoritate patris, exceptis causis spiritualibus.*
25 *Filiusfa. in quibus sine patre in iudicio esse potest.*
26 *Filiofam. accedere patrem quare aduersario vtile sit.*
27 *Filiusfam. quando sine patre agit & experitur.*
28 *Filiusfamil. in criminalibus publicis sine patre agere & conueniri potest.*
29 *Filiumfam. 25. anno. iudicium iure Delphina. valet sine auctoritate patris in Gallia.*
30 *Filiusfam. in Gallia habetur pro emancipato, ideo agit sine patre & contrahit, &c.*
31 *Filiusfamil. non potest sine consensu patris vxorem ducere.*
32 *Pater præfertur omnibus tutoribus & curatoribus filii.*
33 *Lis nulla inter patrem & filiumfamil. esse potest, & quando.*
34 *Filius emancipatus patrem in iudicio vocans, vel alius matrem, debet impetrare veniam à iudice.*
35 *Lis inter patrem & filium in Gallia hodie.*
36 *Pater filiumfa. inuitum apud alium existentem repetere potest.*
37 *Filiisfam. pater tantum substituit pupillariter.*

1 INæstimabilis † existimata est patria potestas, vt nullo pretio inuitus pater adigi possit filium emancipare, *l. filius familias 117. §. secundum vulgarem, de legat. 1. in P. l. nec auus, de emancip. liber. C.* ¶ Nec filius † siue adoptiuus, siue naturalis & legitimus, ad id possit patrem compellere, *Marcel. in l. non potest. 31. de adopt. lib. 1. P. tit. 7.* exceptis quatuor casibus insignibus, si pater filiæ peccandi inferat necessitatem, *auth. si lenones, de episc. aud. C.* si supra modum erga filium dure se habeat, *l. fi. si à pat. quis fuer. manumi. in P.* si præmium vt emancipet acceperit, *l. si cui, de condit. & demonst. in P.* etsi impubes adoptatus se liberari maior factus postulet, *l. nonnunquam. 32. de adopt.*

¶ Videndum igitur, † quæ iura ex hac patria potestate competunt patri, quamve inde vtilitatem filius consequatur. Notant interpretes post gloss. *in §. ius autem, de pat. pot.* & ibi Angelus Aretinus plures effectus eius: & alibi: quorum aliquos excutiam, reliquos ibi videndos emittam. Primum itaque ius patri inde oritur, vt habeat in filios omnimodam potestatem, antea necis & vitæ, *l. fin. de pat. pot. C. Dionys. Halic. in 2. & 8.* crediderunt namque legislatores, parentes eo fœuitiæ non esse peruenturos absque causa, vt necarent filios: & id tamen magis conducere ad commendam reuerentiam & officium liberorum in parentes,

Digitized by Google

& ad terrendam impietatem, in quam facile ex leuitate iuuenes ad contemtum parentum, à quibus tot beneficia prope infinita
4 acceperunt, prolabi possent. ¶ Neque † enim temere aut sine caussa occidendi potestatem patribus datam ex legibus ipsis Romuleis colligo, inter quas est illa, qua prohibuit vllam prolem necari minorem triennio, *idem Halic. lib. 2.* Non enim in ea caussa iusta necis, vel contumelia filii esse poterat: in maioribus poterat, ideo permissio facta. Acerbitas namque vindictæ maleficij, bene atque caute viuendi disciplina plerunque est.

5 ¶ Sicuti † quia intererat per quam maxime societatis humanæ fidem seruari, sanciendæ fidei gratia lege decemuirali, pœna capitalis horrifica ostentu nouisque terroribus metuenda, in fœdifragos debitores lata est, vt ius esset creditoribus corpora illorum in partes dissecandi. Dissectum autem antiquitus neminem legimus, quoniam sæuitia ista pœnæ contemni consecuta est: vt disputauit Sex. Cæcilius cum Phauorino apud Aulum Gellium *lib. 20. cap. 1.* Eaque ratione plura seuerius vindicantur, cum exemplo & terrore opus est, *Claudia. Turis. in l. aut facta. 16. § fin. de pœn lib. 48. P. tit. 19. l. 1. ad leg. Iul. repet. C. l. quicunque. Cod. de hæreti.* Vt ideo putem tam latam dedisse legem potestatem parentibus in filios necis, ne filii obsequia detrectarent. Fiebat autem lex in amore naturali parentum, quo impulsu non necare, sed omni studio quod suum est conseruare nituntur.

6 ¶ Quandiu † enim filius paruus est, nec est separandus à patre, pars ipsius est patris, vt ait Aristoteles *5. Ethic. c. 6. & lib. 1. Magn. Mora. c. 34.* habeturque pro eadem persona, *l. fin. C. de impu.* apud Iurisconsultos & pro eadem voce, *§. ei vero, de inutil. stipulat.* Se autem vnquam nemo ledere vult, sed omnibus viribus naturali iure defendit, illaramque iniuriam propellere nititur, *l. vt vim de iust. & iur. Cic. 1. offic.* Et paterna potestas non in atrocitate, sed in pietate consistit, *l. Diuus Adrianus, ad le. Pompe. de parric. in P.* Atque plerunque pietas paterni nominis etiam in his in quibus iuste mors filiæ infertur, consilium pro liberis capit, vt ait Papinianus *l. nec in ea lege. 22. ad leg. Iuli. de adult. libr. 48. P. tit. 5.*

7 ¶ Sublatum † autem est hoc ius necis & vitæ postmodum, vt nimium rigidum, dissuetudine, non autem lege, vt quidam arbitrantur. Siquidem Constantinus *l. fin. de patr. pot. lib. 8. C. tit. 48.* olim permissam in liberos necis vitæque potestatem ait, non scribit postea prohibitam: etsi in seruos lege potestas necis sit expresse ademta, *§. 1. de his qui sunt sui vel alin. iur. l. 2. eod. tit. in P.* Id enim fuit necessarium in seruis prohibere, quod domini eos amore, quo filios non prosequuntur. In filiis non fuit necesse expresse prohibere, satis prohibente natura: qua quis partus suos & diligit
8 & conseruat. ¶ Quinimo † tantum abest, vt expresse prohibita illis sit iure potestas necis, vt potius expresse permissam inuenia in responsis Iureconsultorum, quibus ratione patriæ potestatis tantum patri licet, si velit occidere filiam in adulterio deprehensam, *Pompo. in l. patri datur. 20. Vlpian. in l. sic eueniet. 21. Papinian. l. nec in ea. 22. Vlpia. l. quod ait. 23. ad l. Iul. de adult. lib. 48. P. tit. 5.* in sua domo, vel generi. Quod marito omnino impune non licet, quia mariti calor & impetus facile sæuientis fuit refrænandus, inquit Papinianus *d. l. nec in ea lege. 22. §. fin. de adult.* exceptis quibusdam personis quas adulterantes cum vxore repertas marito licuit occidere, veluti lenonem, mimum, publico iudicio infamatum, & alias quas enumerat Martianus Iurisconsultus *in l. marito. 24. eo. ad l. Iul. de adult. in P.* Iuxta cuius sententiam intelligendæ reliquę leges, quæ marito quoq; dant necis ius in adulteros, *vt l. Gracchus eo. C. l. si quis in graui. §. si maritus, ad Senatusc. Syllan.* nempe si ex earum personarum numero sint, vel si alias impune omnino non ferant, quamuis mitius puniatur, *glossa in d. l. nec in ea lege, in ver. omnem, ad l. Iulia. de adult. in P.* Ergo multo liberius ius est in nece filiæ patri eo casu, quam marito iure ciuili. Nam iure nunc recepto Gallico & diuino, nec patri idipsũ permissum est: quia dictum, *Non occides, Exod. c. 20.* vt suo loco, si
9 Deus voluerit explicabimus. ¶ Remanetq; † ex legibus in eodem casu intacta antiqua patris potestas, in aliis autem ex ea datur libera sine nec castigatio. Et pater potest filium castigandum iudici offerre, dicturo ex eius præscripto sententiam, *l. 3. de pat. pot. C. Deuter. cap. 21.* Vnde & propinquis emendatio concessa propinquorum moderata, paterna dicitur, *l. 1. de emenda. propinq.* maior autem ex iudicis auctoritate pendet.

10 ¶ Sicuti † & Lucianus *in ora abdicatus.* scribit, liberam non esse parentum in filios vindictam citra iudicium, *Vt enim lex*, inquit, *concessit patribus certis de caussis irasci filiis: ita prospexit & liberis, ne immerentibus accidat. Itaque iudices vocat, arbitratores constituit, qui neque per iracundiam, neque per calumniam, quod iustum sit iudicent. Nouerat enim accidere multis, vt ob caussas iniquas ad iram cõmouerentur: hic quidem alicui falsæ alicuniæ credens, ille famulo fidem habens, aut vxori cuipiam inimicæ.* Quem casum vltimum & Iurisconsulti obseruarunt, *l. 4. de inoffi. testa. in P.* Et certe recte statutum hac in parte est apud Græcos, de necis potestate tollenda; recordari enim debent parentes filios liberos dici, neque vt seruos esse tractandos vel instituendos, & vt dicebat Mitio in Andria apud Terentium.

Pudore & liberalitate contineri liberos satius est quam metu.

Et meritis potius liberi sunt ad obsequia paterna prouocandi, vt monet Papinianus & Iustinianus *l. si quando. 35. §. illud eo. C. lib. 3. tit. 28.* Docet & Plutarchus *lib. de libe. educan.* verbera aliena esse ab honestorum ingenuorumque filiorum educatione, qui & exprobratione & laudibus moueri & impelli debeant.

¶ Secundus † effectus, vt liceret patri etiam iure Codicis, tempore necessitatis famis, filium vendere: ea tamen conditione, vt ideo perpetuæ non esset seruituti obnoxius *Constant. in l. 2. de patri. qui fil. distrax. li. 4. C. tit. 4. 3.* Alioquin enim etiam quos licebat occidere, non licebat libertate priuare, *l. 5. C. de patr. pot. l. 1. de patrib. qui fil. dis. Iulian. l. minor 25. ann. 39. §. pater, de excusi. li. 28. P. ti. 2. l. 1. de liber. cau. li. 7. C. tit. 16.* non pignori obiicere, *l. qui filios,* 12
quæ res pign. obl. pos. C. l. fi. eo. in P. ¶ Francis. † Baldus. *in 18. l. 12. tab.* Pandulphus Prateius *lib. vet. iurispr. in leg. 12. tab. c. 3.* referunt per legem duodecim tabularum, fuisse permissum, ter parentibus vendere liberos: quid autem & quomodo illud fieret, neuter explicat. Ego tamen & antiquiorem hanc legibus duodecim tab. puto, nempe à Romulo sanctam, vt auctorem habeo Dionysium Halicarnassæum, *in 2. Antiquit. Roma.* qui & terniam manumissionem sic explicat. *Nec contentus hanc potestatem, scilicet* vitæ & necis, *dedisse legislator Romanus,* id est, Romulus *permisit etiã vendere filium, nihil deterritus crudelitatis specie, quod res grauior videri posset, quam pro affectu domestico. Quodque maxime quis miretur in hac dissoluta disciplina Græcorum educatus, quasi durum & Tyrannicum, hoc quoque patri concessit, licere illi terna filij venditione pecuniam quærere, maiorem largitus potestatem patri in filium, quam hero in mancipium. Seruus enim semel venditus, deinde libertatem adeptus, in posterum sui iuris est: filius vero à patre venditus si liber fieret, rursum sub potestatem patris redigebatur, post tertiam demum venditionem eximebatur e patris potestate,* hæc ibi. Et paulo post, hanc legem inter ceteras duodecim tabularum, decemuiros trecentesimo post anno, vt obseruatam antea, non ausos expungere tradit. ¶ Scribit & 13
Sigismundus † Liber Baro, *in commen. rer. Moscou.* apud Moscouitas quoq; seu Ruthenos id seruatum, in hæc verba, *Si pater filiũ, vt mos est, vendit, & is quocunq; modo liber factus tandem aut manumissus fuerit pater hunc rursus atq; iterum iure patriæ potestatis vendere potest: post quartam autem venditionem, nihil iuris amplius in filium habet.* ¶ Quod † valde est notabile, & dat lumen legi Iustiniani 14
finali, titulo de adoptio. *expli. l. fi. C. de adopt. li. 8. ti. 48. & l. fi. C. de emancip. libero. lib. 8. C. tit. 49.* in qua ita scriptum est, *Veteres circuitus in adoptionibus quæ per tres emancipationes, & duas manumissiones in filiis, aut per vnam emancipationem in ceteris liberis fieri solebant, corrigentes. &c.* Vbi innuit antiquos, qui tutum ius adoptionis volebant habere, ita permisisse trinam venditionem, vt ob id patri naturali ius omne reuocandi filium in potestatem adimeretur: cum post trinam venditionem non posset in potestatem reuocare, ante posset. Quæ solemnitas sublata fuit, postquam & placuit, vt diximus, patrem ingenuum filium vendere non posse. Et alia etiam constitutione, *l. eod. C.* idem Iustinianus sustulit vnam obseruationem antiquam emancipationis, per venditiones liberorum figuratas, & circumductiones inextricabiles, & iniuriosa rhapismata, quorum illi nullus videbatur rationalis exitus. Et Vlpianus eius meminit in fragmentis *in tit. 10. in corpore Filius,* inquit, *ter emancipatus, ter manumissus sui iuris sit: id enim lex duodecim tabularum iubet his verbis, si pater filium ter venundauit, filius à patre liber esto.* ¶ Solon † lege sustulit ius vendendi filias 15
& sorores, ni qui cum viro coeuntem virginem deprehendisset, auctore Plutarcho *in Solone.* ¶ Videtur † & Modestinus Iu- 16
risconsul. *Vlp. l. inuiti, l. fin. de iis qui sunt sui vel ali. iur. lib. 1. P. tit. 6.* indicare, suo tempore abisse quoque in desuetudinem, vt filius emãcipatus semel, posset iterum reduci in potestatem eo inuito, sine caussa tamen ingratitudinis à patre, dum respondet inuitos filios naturales vel emancipatos non reduci in patriam potestatem. ¶ Tertius † effectus huius patriæ potestatis, seu vtilitas 17
patris est, vt quæsita à filio in potestate constituto, patri quærantur, sed cum distinctione iurisprudentiæ veteris & Codicis: nam illo pleno iure, vt nec momento modicum quippiam penes filiũ remaneret, quærebatur, *l. placet, de acqu. hered. in P. l. 2. de p. t. pote. libr. 8. C. tit. 47.* Isto autem, quod pertinet tantum ad vsumfructum quæratur patri à filio, *l. cum oportet, & l. fin. de bon. qua lib. lib. 6. C. l. 2. de bon. mat. eod. lib. C. §. 1. per quas perso. nobis acquir.* in aduentitiis, remanente intacta filio proprietate, *l. iis nulla de iudic. in P. §. 1. de tit. per quas perso.* ¶ In † castrensibus namque, vel quasi castrensibus, vtroque iure receptum est, nec patri vsumfructum, neque proprietatem quæri: quia in illis pro patrefam filius habeatur, præcipuaque sibi facit, *d. l. cum oportet, & l. fori tui de aduoca. diuerso. iudicio. C. l. fi. de inoff. testam. l. fin. de colla. lib. 6. C. cum similib. l. 1. §. nec castrense, de colla. bonor. in P. l. fi. §. exceptis, & §. eadem obseruando, de bon. quæ liber.* & de illis sine consensu parentis potest disponere viuens, & testamento, *l. cum lege, de sacrof. eccl. C. auth. presbyterts. de episc. & cler. C. l. fins tui, de aduoca. diuers. ind. C. l. fi. qui test. fac. pos. li. 6. C. ti. 22. §. 1. quib. non est permi. fac. testa.* De quo & plura tradimus de re militari in priuilegiis rerum militis. ¶ At † de aduentitiis non potest nec libere alienare viuens, quia 19
melius est ita coercere iuueniles calores, ne cupidini dediti tristem sentiant exitum, qui eos post dispersum patrimonium exspectat, *l. fin. §. filiu, de bon. quæ libe. libr. 6. C. §. igitur liberi vestri per quas pers. nob. acqu.* nec moriturus testari ei licet etiam volente patre, *l. 3. §. fin. qui testa. fac. poss. li. 6. C. l. qui in potestate, de testa. in P.*

§. 1.

Digitized by Google

§.3.quib.non est per.fac.test. Quod pendere non debent voluntates vltimæ ex alterius, quam disponentis arbitrio, *l.illa institutio, & l. testatoriæ, de hered.instit.* Et iuris publici testamentorum formula cum sit, *l.3.de test.* non potest remitti à priuato patre, *l.ius publicum, de pact.in P.* Quamobrem si filius velit sub mortem ex suis adventitiis relinquere, id facit per donationem causa mortis, adhibito patris consensu, *l.tam is, §.filiusfamilias, de donat. cau.*
20 *mor.P.l.si filiusfamilias §.ne.de donat.in P.* ¶ Posse † tamen eundem ad pias causas testari cum consensu patris, iura videtur definire, *c.licet, de sepultur.in 6. Bartol.l.qui in potestate de test.m. vide Gasil.Bened.in cap.Raynutius, ad ver.matrem in super, num.29. & seq.*
21 *de test.* & interpretes. ¶ Admonebo † tamen in Gallia ex generali recepta consuetudine, omnia filiosfamilias sibi non patri, & omnino acquirere: siue ea sint aduentitia, vel castrensia, vel quasi, & in proprietate & in vsufructu, vt notat Nicolaus Boerius *ad §.3.de iure & stat.pers.gloss.1.in consuet.Bitur.* Chassaneus *in consuet.Burg.§.5.tit.des enfans de plusieurs lictz, ad ver.& faict les fruictz* & Alexander *in l.placet, de acquir.hered.* Etsi habeat pater commoditatem, vt Boerii verbis vtar vsusfructus bonorum filij. & dum intra 25.ann.filius degit, administrationem eorundem, si voluerit, *l.1.& ibi Faber, Bar.Bal.Cyn.Salyc.de bon.mater. C.* eo autem recusante, curatore bonis dando ex iuris præscriptione, *l.fi. §.sin autem patre recusante de bon.quæ lib.C.* ¶ Non † autem filio,
22 quia sub tutela patris est. Nisi filius ex pecunia patris acquisiuisset, vel ex rebus eius: tunc enim illud censetur profectitium, & omne omnino acquiritur patri, in cuius est potestate. Sic enim & in profectitiis antiquum ius acquirendi intactum est patri, *§. igitur, versicul.sancitum, per quas perso.nob.acquir.* si ex eius mandato filius negotiatus fuerit: alioquin si sine mandato, industria filij consideratur, ac arbitris negotium committitur, quantum præcipuum ex eo lucro supra alios fratres debeat reportare, vt ex variorum interpretum sententiis colligit Chassaneus *in consuet. Burg.ad d.tit.des enfans de plusieurs lictz §.2.ad verba, ne participent point, versic.nobis hic relinquere.* ¶ Iure † ciuili pater non habet vsumfructum in bonis filiifamil. si sit pater furiosus, secundum
23 Bart.Bald.Castrens.& alios, *in l.cum heres, de acq.her.P.* Nec mentis compos, in donatis filio per principem, *l.cum multa, & ibi Doct.de bon.quæ lib.C.* Nec si pater Iudæus, in bonis filiorum, qui Christiani facti sunt, *c.indecorum, 28 q.1.* quia non sunt in eius potestate. Sed num in feudo filiifamilias habeat vsumfructum pater, videndi Baldus *in l.cum oportet, col.4.de bon.quæ lib.* & Chassaneus *in §.5.rubr.des enfans de plus.lictz, in vers.& faict les fruictz. vers.quicquid sit tenendum, in consu.Burg.* disputantes. Similiter vsumfructum non habet pater, in bonis relictis filio cum prohibitione testatoris, ne pater habeat, *auth.excipitur, de bon.quæ lib.C.§.1. vt liceat mat.& auiæ in auth.* Si pater etiam habeat consortium proprietatis cum filio, *auth.item hereditas, l.sit.de bon.quæ lib.C.§. si vero, cum de hered.ab int.veniens.colla.9.* Vel si lex deferat bona liberis, præsumentibus parentibus soluere sine causa eorum matrimonia, *auth.idem est, de bon. quæ lib.C.quia vero, vt nullus. Iudi.colla.9.* Sunt & alii casus, in quibus nec hodie pater habet vsumfructum in aduentitiis filij, quos videto *in glos.in §.igitur liberi, in verb. vsumfructum, per quæ perso. nob. acquirit. & in authent. idem est, de bon.quæ liber.Cod.* & apud Angelum Aretinum *in dictum §.igitur.* Quartus effectus, vt filius in potestate constitutus, suo nomine non possit esse in iudicio sine licentia & auctoritate patris, *d.l.non solum, §.necessitate.de bon.quæ lib.C.c.fin. de iudic.in*
6.¶ Quod † intelligitur in personis filiorum laicis, non in sacer-
24 dotibus, qui non egent eo consensu, *glos.in c.indecorum, de etat. & qualit.* neque in rebus spiritualibus laici, *d.cap.fin.de iudic.in 6.*

¶ Porro † quia hæc materia habet inuolutam tractationem,
25 recurrendum censeo ad distinctionem Guidonis Papæi, *q.54.* qui breuiter sic distinguit. Pro negotio, de quo agatur in iudicio, si agatur de peculio castrensi, vel quasi filij, vt tunc agere & conueniri filiusfamilias possit sine auctoritate patris, *l. Imperator, ad Senatusconsult.Trebellian.in P.l.2.ad Senatusconsult. Macedonia.l.8. P.l.2.de Castrens.pecul.* Si agatur autem de aduentitiis, aut pater habet in illis vsumfructum, & tunc solus pater agit & conuenitur, *l.fin.§.vbi autem, de bon.quæ liber.Cod.* aut non quæritur vsusfructus patri, & tunc pater agenti & fugienti filio adesse in iudicio compellitur, *l.final.§.1.versicul.necessitate, eodem.* Quod si quæratur de profectitiis, quia ea patris cēsentur, patris omnino requiritur auctoritas, *l.cum oportet.eod.§.1.per quas person. nob. acquir.* Bartolus *in dict.l.final.§.necessitate, de bon.&c.* apertius mihi hanc quæstionem concludere videtur, cum distinctione: num in iudicio agatur de rebus seu de actionibus, quæ patri pleno iure per filium quæruntur, vt tunc filius non possit agere sine consensu patris, quia non habet actionem, *l.si pupilli.§. videamus, de negot. gest.in P.* possit tamen agere tanquam persona coniuncta patris, *l.sed & hæ, de procurator.in P.* Aut vero actiones remanent apud filium, verumtamen exercitium earum competit patri: quo casu vel præsens pater est, & tunc consensus eius exigendus est: vel absens, periculumque circa dilationem agendi versatur, vel ratione interitus actionis, vel ratione incommodi personæ, & tunc agit filius non exspectato consensu patris, officio iudicis, & extraordinario iudicio iuuatus, *vt in l.si longius, de iudic. in P. & in l.cum filiusfamil.de rebus cred.* Aut actiones remanent apud filium pleno iure, & tunc filiofamilias requiritur patris consensus, *l. miles. §.1.de castrens.pecul.in P.* Existimat autem & Bartolus, consensum patris in agendo controuerti, si filius velit agere ex iure antiquo, at in defendendo filiumfamilias scilicet maiorem posse indistincte sine consensu conueniri patris, & defendere. Et ita legen intelligi, *in l.3.§.sed vtrum, de minoribus viginti quinque annis lib.4. P.tit.l.4.& l.tam ex contrariis.l.57.de iudic.lib.5.P. titul.1.* Quia ex omnibus cautis filiusfamilias tanquam paterfamilias obligatur, *Cæsar l.filiusfamilias 38.de acti.lib.44.P.tit.7.* demto mutuo, *l. 1.ad Macedo.in P.* & voto, propter legis prohibitionem expressā, 26
l.2.de pollicit.lib.50.P.tit.12. ¶ Accedere † autem patrem in caussa mouenda à filio in iudicio placuit secūdum Paulum Castrensem *in §.necessitate, l.fi.de bon.quæ lib.num.1.& 2.* non tantum ad auctoritatem præstandam filio in potestate existenti, sed etiam vt iudex norit, num ipse velit per se agere: puta, num illi actio competat, ne iudicio transacto cum filio, eoq; condemnato vel absoluto pater dicat nullum, vtpote cum non domino factū. ¶ Distin- 27.
guit † autē idem Castrensis *bi sup.n.3.* fere simili modo, quo Bart. & alij. Aut agamus de iure antiquo aut nouo: si de antiquo quidem, ex contractu vel quasi filiusfa. vel ex delicto vel quasi in filij personam cōmisso, quærebatur aliqua actio patri, quoad exercitium: id q; regulare erat, & tunc solus pater habebat suo nomine actiones, quia dominus earum filius eius nomine tantum. Quod si filius sibi quoq; actiones quæ ebat, & quoq; exercebat, patre tamen absente vel vili existente, in quinque, *Paul.l.filiusfa. 8.& Vlp.in l.in factum.12.de actio.in P.* actionibus iniuriarum, vi aut clam, depositi, commodati, in factum. Interdum ex contractu patris actio acquirebatur filiofa. veluti ex dote, & tamē exercitium erat patris, *l.2.§.si in patris, solut.matrimon.* contra si sibi filius actiones omnino quærebat, tunc quoad exercitium quoquo & præsente & absente patre illis vtebatur; vt in castrensibus aut quasi, vt dictum quia in illis pro patrefam. habebatur, *l. 2. ad Macedo.in P.l.3.§.at autem solus, eod.* At iure nouo, in rebus profectitij peculij actio ad patrem pertinet, nec suo nomine, sed paterno tamen potest mouere iudicium filiusfamil. Quod si de aduentitiis quæstio, distingue, vt si pater in his habeat vsumfructum, exercitium actionum ad eum pertineat, non filio, nisi absente patre, vel eo vili, sicut dicebamus in quinque aliis ex iure antiquo: sin autem non habeat pater in his vsumfructum, subdistingue, aut non habet, quia prohibetur, vt in casibus annotatis ab interpretibus, *glos.& interpr.in auth.idem est.C.de bon.quæ liber.* & in illis potest suo nomine filiusfam. maior 25. annor. agere sine consensu patris, *l.fin.§.necessitate, eod.* si minor, dato curatore bonis. *l.fin.§.sin autem, in secundo, eo.* Aut pater non habet vsumfructum, quia non vult, scilicet quia reiicit & repudiat, & eo casu, si constat de repudiatione, idem dicendum ac in præcedenti casu: sin minus, tunc cogitur pater venire in iudicium vel requirente filio, si is agat, vel requirente aduersario si filius conueniatur. Et ita intelligatur *§.necessitate, l.fin.ae bon.quæ liber.C.* ¶ De † criminalibus autem iudiciis, si publicum sit, agere vel conueniri potest filiusfamilias sine consensu patris, *l.inter libros.§.pen.& l.filium ad l.Iul. de adult.P.l.post legatum, de in quib. vt indig.* Et si conueniatur in priuato delicto, *Pompo.in l.noxali.33.Iuli.in l.quoties, 34. & Vlp.in l.etsi condemnatus.35.de noxal.act.lib.9.P.tit.4.* se defendit in consulto patre: verum pro priuato, veluti pro iniuria & contumelia, nō agit patre præsente: nisi absente patre, vel præsente & non vindicante, existente simul patre vili, filio autem in dignitate posito, vt ait Vlp. *in l.sed si vnius.17.§.filiofa. de iniur.& famo. libell. libr.* 29
47.P.tit.10. ¶ Annotat † autem Guido Papæus *in q.54.& 413.* in curia suprema Delphinali non haberi rationem auctoritatis non adhibitæ patris in negotiis filiifamiliarum minoris 25.ann. neque ob illam omissionem nullum dici vel reddi iudicium, & ita fuisse iudicatum: at in negotiis minorum, in quibus res non pertinet ad patrem, veluti in personali, actione, & similibus non tantum requiri auctoritatem patris, sed & curatorem filio adiungendum iuxta Bart. sententiam *in l.fin.§.1.de verb.oblig.* ¶ Notat † & Nico- 30
laus Boer. *ad §.2.de consue.iur.sta.pers.in consue. Bitur. & in add.ad Dyn.in reg.cui licet.de reg.iur.* quod ex consuetudine generali regni Franciæ, filiusf. maior 25.annor. potest esse in iudicio sine auctoritate patris & testari, codicillari, & contrahere cum reputetur emancipatus secundum Bildum *in c.1.§.1.de duobus fratrib.& consi.84.col.3.tit.1.& in l.si longius.§.1.de iud.P.* Alexandrum *in l.fin. qui testam.fac.poss.* & Iasonē *in l.cunctos populos, col.9.vers.vnde si statutum, de sum.trin.* quia in his, quæ iuris publici sunt, non consideratur patria potestas, haberique pro patre f. filiusfamilias, *l.filiusfamilias.9.de iis qui sunt sui vel alien.iur.lib.1.P.tit.6.l. nam quod, ad SC.Treb.l.P.cum prætor, in fin.de iud.l.in priuatis, ex.* & in illa ætate quis præsumitur sapiens, *l.1.qui æta.se excus.lib.10.C.l.2.de min.25. an.in P.* videturque factus æqualis patri filius; & ita extra eius potestatem, vt ait Aristoteles *lib.1.Magn. Mora.cap.34.*

¶ Quintus † effectus, vt filiusf. non possit sine patris consen- 31
su vxorem ducere, *l.2.de rit.nupt.in P.§.1.de nupt.l. Paulus, de stat. ho.cum simul.* vt late explicabimus in nuptiarum tractatione.

¶ Sextus, † vt patria potestas præponatur omnibus tutoribus 32
& curatoribus, nisi pater prodigus, vel vitiorum mancipium sit, *l.fi.§.minores, de sent.pass.& restit. ib.9.C.tit.51.l.consilio, de cur.fur.C.*

¶ Septimus, † vt nulla lis inter filiumfam. & patrem esse pos- 33

Digitized by Google

sit, nisi de castrensibus agatur bonis vel quasi, in quibus pro emancipato habetur, *l. his nulla, de iud. li. 5. Patri. l. l. actiones aduersus patrem, de actio. in P.*

34 Emancipati † namq; possunt petita venia à prætore aduersus patrem experiri, sicuti & aduersus matrem cum eadem licentia, *l. si de in ius voc. li. 2. C. tit. 2, l. 4. in fi. & l. 5. eod. tit. in P.* Quare enim litigabit pater aduersus filium sibi subditum, cum possit aduersus eum statuere, vt ait Vlpia. *in l. serui & filij, l. de furt. lib.* 47. *P. tit. 2.* ¶ Demuntur † tamen quidam casus, in quibus glossa

35 *in l. si tenones de epis. audien. C.* notat, iudicium inter eas personas admitti iure. Verumtamen & in Gallia hodie, & nulla petita venia filium posse in ius vocare patrem, ex omni causa receptum esse video: quia, vt opinor, satis venia petita est, dum iudex permittit in ius vocare, quam sine iudicis præcepto nemo vocandus, *l. si de exhib. reis. li. 9. C. ti. 3.* & iuris executio non habet iniuriam, *l. iniuriarum. 13. §. 1. & §. quæ iure. de iniur. li. 47. P. tit. 10. cum sim. ibi.* à glossa, *Vlp. l. 3. §. 1. de eo quod met. caus. li. 4. P. tit. 2.* In ius autem vocare nihil aliud est, quam iuris experiundi causa vocare, apud Paulum *l. 1. de in ius voc. li. 2. P. tit. 3.*

36 Octauus, † quod pater filium suæ potestatis possit etiam rem detinentem ab aliquo retentum, repetere, vindicare, & ad se compellere venire, *l. 1. §. 1. de rei vind. in P.* & vti aduersus detentores præiudiciis, interdictis, & cognitione prætoria, ad exhibendum, & deducendum, *l. 1. §. post ed. ictum, de vent. inspic. li. 25. P. tit 4. l. 1. & 3. de lib. exhib. lib. 43. P. tit. 29. l. 1. eod. tit. lib. 8. C. tit. 8.*

¶ Nonus † esse potest, vt liceat tantum patribus in potestate constitutis filiis, non aliis, substituere pupillariter, *l. 2. de vulg. in P. §. 1. de pupil. ap. Iustin.* & tutores testamento dare, *l. 1. de testa. tute. in P. §. permissum est, de tutel. ap. Iustin.*

De vtilitatibus, quas filius ex patria potestate capit.
Cap. 9.

1 *Filiifamilias non possunt inuiti emancipari à patre*
2 *Filiusfam. non obligatur ex mutuo.*
3 *Filium pater non potest abdicare, id est, dicere non filium.*
4 *Abdicatio quid, & quomodo fiebat apud Græcos.*
5 *Filius fa. quasi dominus bonorum patris eo viuente.*

1 SIcuti † parentes non coguntur inuiti filios à potestate soluere *§. fin. quib. mo. ius pa. pot. sol. l. nec anus, C. de emancipt. libero. l. non potest, de ad op. cum fim.* sic inuiti non emancipantur filij, *§. generaliter, quib. mod. na. et fi. sui sol. 7. ti. 1. l. nec anus, in fi. & l. iubemus, in fine, de emancip. lib. C.* ob iura & vtilitates quas inde percipiunt.

2 ¶ Quarum † illa, vt ea pendente ex mutuo contractu iure communi non obligentur ex senatusconsulto Macedoniano, *l. 1. & tot. tit. ad Maced. in P. & in C. Iustini.* cuius fuit suasor Vespasianus, vt ait Suetonius *in Vespas. c. 11.* demtis vndecim casibus, in quibus obseruarunt interpretes, *glos. in §. illud proprie, in ver. senatus, quod cum eo qui in alie. potest. negot. gess. &c. li. 4. Iustit. tit. 7.* ex

3 iuris decisionibus eius decretum cessare. ¶ Altera, † quod non liceat patri filium negare senatusconsultis de partu agnoscendo repugnantibus, *Dio. & Max. l. nec filium. 9. cum similibus. ibi nato de pa. pot. C.*

4 ¶ Sic † sublata inter Romanos abdicatio, quæ Græcis ἀποκήρυξις, *l. abdicatio. 6. de pat. po. C. Lex est,* inquit Quintilianus *lib. 7. Institu. Orato. c. 1. vt minus audientem dicto filium liceat abdicare.* Atque Plato *lib. 11. de legib.* id explicat, dum permittit patri filium abnegare & abdicare: verum statuit abdicationem faciendam non à patre solo, sed & à genere vniuerso depellendum filium, id est, adhibito consilio & suffragiis proximorum apud quos accuser filium, ostendatque dignum qui depellatur, data licentia defensionis filio. Et si plura suffragia quam dimidiæ partis sint, tum masculorum tum fœminarum, nisi ætas impedimento sit, tunc liceat abdicare: quo casu esset necessarium filium abdicatum alio abire. Sicut contra permisit filio patrem accusare, morbo, senio, aut morum acerbitate in dementiam incidentem, & res dissipantē. Cuius accusationē, admittentibus legum custodibus patrē tanquā filium f. domi se continere iubebat. Hesychius ἀποκήρυκτον dici vult eum qui propter delicta, paterna domo ejectus fuit ob pœnā. Abdicatum & negatum filiū publice quasi per preconem, pœna facit differre ab abdicato per emancipationem & adoptionem, quæ transfert in familiam alterius. Sic Suidas ἐκποίητος differre à superiori tradit, quod ἀποκήρυκτος ejiciatur ἀποκλήσει: at vero ἐκποίητος ὁ υἱὸς ἢ φύσει παῖς εἰς ἕτερον οἶκον δίδοται θεσ-

5 σίοις. ¶ Tertia † vtilitas, quod videatur filij usf. quasi dominus bonorū patris viuente patre, & ideo in eum post mortē eiusdē fine additione per immissionem videatur continuari dominium: vnde & filiifamilias sicuti & paterfamil. dicti sola nota adiecta, per quam distinguitur genitor ab eo qui genitus sit, vt ait Paulus

1 *in l. in suis 11. de libe. & posthum. lib. 28. P. tit. 2. l. §. filium pro hered. in P. l. in suis de suis & legit. hered.* Obseruandum tamen hic, notam adici improprietatis quasi, eo quod vere dominus non sit, sed tantum ipse. Quinimo lege 12. tabul. Alexander ab Alexandro *lib. 6. Genia. dier. c. 10.* notat cautum, *Neque filiis quicquam in bonis, viuentibus patribus esto.* Cum enim propria sibi habere non possent, neque ea quæ parentum erant possidere vere dicuntur. Sunt & alia iura & vtilitates, quæ ex paterno vinculo oriuntur: verumtamen illæ sunt communes emancipatis & suis, vt alium locum tractationis sibi exposcant, nempe successionis alimentorum, obsequiorum, & id genus similium. De alimentis autem quædam dicta in 9. oncie matrimonij, de aliis propriis etiam locis Deo fauente agetur.

De Solutione patriæ potestatis.
Cap. 10.

1 *Filios exponens, indignus patria potestate, & 3.*
2 *De filiis non exponendis leges.*
3 *Expositi filij an sint serui eorum, qui eos educarunt.*
4 *Filij nutriendi dari non debent pastoribus, id est, lacronibus: possunt tamen dari rusticanis. Filios lactandos non lactare matres, expositio est, ibi.*
5 *Patricius dignitas, & flaminis dialis, & vestalis liberabant à patria potestate, & 6. 7. 8.*
6 *Patricius dignitas quæ.*
7 *Flamen dialis quis.*
8 *Veste prius legia.*
9 *Emancipatione tollitur patria potestas, & quomodo fiat.*
10 *Patria potestas soluebatur permittente patre filio vxorem vitæ perfecto ducere.*
11 *Emancipatus censetur filius tacite, si pater illum seorsum res suas agere permittat diu.*
12 *Emancipatus in quibus censetur in Gallia maior vigintiquinque annis, & 11.*
13 *Patria potestas morte ciuili & naturali tollitur.*

1 PLuribus † modis patria potestas soluitur, & amittitur, inter quos primus si quis passus fuerit propriam sobolem exponi, quam nec postea suam dicere poterit: vtpote indignus prole, qui crudeli, non paterno animo morti obiecit, pœnis etiam extraordinariis coercendus ex constitutione Gratiani & Valentis, *l. 2. de infant. expo. lib. 8. C. tit. 52.* Neque enim, vt diximus ex sententia Diocletiani & Maximi. *in l. nec filium 9. de pat. pot. libr. 8. C. tit. 47.* liberum est alicui filium negare, senatusconsulto denuntiata pœna de partu agnoscendo, *Pœna, in l. 1. §. Iulianus, & §. pœna, de lib. agnosc.*

3 ¶ Legem † de exponendis liberis aliquam Romulus quondam tulit, *Primum enim,* inquit Dionysius Halicarnasseus, *in 2. necessitatem solonis imposuit educandi quicquid esset masculum, & è filiabus primogenitas: nullam autem prolem necari permisit minorem trienniosi si quid mutilum aut alioqui prodigiosum in ipso partu editum fuisset. Tales enim fœtus exponi à parentibus non vetuit, sed iudicatos prius quinque veris vicinis proximis, si illis quoque exponendos visum fuerit: contra hanc legem committentium, præter alias multas, etiam dimidium bonorum addixit ærario.* Abiit tamen in desuetudinem exponendi illa facultas sicuti & necandi potestas, *l. fin. de pat. pot. C.* vicina namque sunt occidere, & subsidia vitæ denegare, *l. necare, de lib. agnosc. in P.* Erat apud Thebanos teste Ælian, *lib. 2. de va. hist. c. 7.* lex rectissima, humanissime posita. *Ne cui Thebano liceat infantem exponere vel in solitudinem abiicere, capitis pœna apposita. Iubens quoque parentes ob extrema necessitate positos filios potius ad magistratus cum ascitis deferre, qui eos curarent ali publico sumtu ab eis.* ¶ Qui † postea eos easue seruorum seruarumque

3 *l. co habaret, alimentis cum seruitute compensata.* Similis huius postremæ parti lex Cōstantini & alia Theodosij & Honorij, *Constā. in l. 1. Homo. & Theod. l. 2. de exposit. lib. 5. C. eod. Theod. tit. 7.* quibus voluntarie expositi, suscipientis fiunt serui: & ita desinunt esse in potestate parentum, vt non posset huiusmodi à seruitute eximi, *Constant. in l. 1. de his qui sanguin. emt. vel nutriend. accipere, eod. lib. C. Theod. c. 8.* Idque, vt arbitror, vt esset seruus contumelia consanguineis, & pœna liberis quod impie ob æs modicum permisissent filium & proximum mancipari seruituti, cautioresque essent hoc probro in posterum idipsum non permittere ignominia enim liberi generis est habere seruum in eo, *leg. 1. de liber. caus. in P.* Quanquam benigniorem viam Iustin. secutus, & ne infans, qui non peccauit, aliorum impietate macula seruitutis plecteretur contra iuris præcepta, *l. crimen paternum, de pœn. in P. l. sancimus, C. eod.* sustulerit expositis ab aliis nutriti seruitutis iugum, & statuerit licere, *l. 3. de infan. expo. C.* parentibus repensis alimentis alumno patri à libera seruitute redimere. Meminit Quintilianus *lib. 7. cap. 1.* legis huius de expositis: Pater, inquit, *qui expositum agnouerit filium, solutis alimentis recipiat.* Et rursum, *qui expositum recepit, imperat ei lex nuptias locupletis propinqui.* Quare & Diocletianus & Maximianus, aliquando statuerunt, *l. patrem 16. de nupt. libr. 5. C. tit. 4.* dum agunt de consensu paterno nuptiis filiæ in potestate constitutæ adhibendo, saluum & integrum potestatis ius esse patri in filia exposita, si modo restituat pretium alimentorum in eam expositam factorum. Verumtamen recentiores Cæsares Valentinus, Valens, Gratianus, melius & sanctius decreuerunt, *in l. 2. de infant. expo. C.* omnino eos, qui exposuerunt, priuari patria potestate, & si expositus liber sit vt in-

Digitized by Google

vt indigno obsequio, qui contemserunt & vitam & mores filiorum. Patres enim natura fecit, non vt Venerem & voluptatem explerent, sed vt administri naturæ & reipublicæ essent, alendo, & probis moribus instituendo.

4 ¶ Vt optimæ etiam † Honorius & Theodosius inhibuerint, *in l.1.tit.ne pastor.filij dent.nutri.lib.9.C.Theod.tit.31.* olim, ne quis pastoribus filios nutriendos daret, alioquin illis pœna, vt sociis latronum imminente: quamuis rusticanis, vt fieri inquiunt soler, dari non vetamus. Phauorinus *Aul.Gel.lib.* 12.*c.*1. hoc non longe ab abdicatione & expositione abscedere arbitratur. *Quid est enim*, inquit, *hoc contra naturam imperfectum ac dimidiatum matris genus, peperisse ac statim ab se abiecisse? aluisse in vtero sanguine suo nescio quid, quod non videret: non alere autem nunc suo lacte. quod vitaret iam viuentem iam hominem, iam matris officia implorantem.* Et postea, *Praeter hac autem, quis illud etiam neglegere aspernarique possit, quod quæ partus suos deserunt ablegantque a se, & aliis nutriendos dedunt, vinculum illud coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum filiis natura consociat, interscindunt, aut certe quidem diluunt, deserunt que, &c.* quæ sequuntur apud Gellium, *vbi supr.*

5 ¶ Secundo † soluitur patria potestas, ob dignitatem aliquam filij maiorem, vt filius familias ad patriciatus peruenerit dignitatem, *l.fi.de consul.lib.*12.*C. & in constit.constitutio quæ de dignita. & c.in auth.coll.*6.*§.filius familias, quib.mod.ius pat.pot.sol.l.fi.de decurio. lib.*10.*C.* aliæ autem dignitates inferiores nō soluunt. nec ea quoque vel alia quælibet ex legibus Romuli, *Dionys.Halicar. in* 2.

6 ¶ Theodoricus rex Gotthorum, cum Cassiodorum patriciatus dignitate donauit, in epistola qua illud insinuat Senatui Romano, *Cassiod.lib.*1.*varia.epist.c.*1. ait, eam esse supremi gradus. Cassiodorus autem in forma patriciatus, *idem lib.*6. *Var. c.*2. scribit hanc dignitatem perpetuam, æqualem fere sacerdotio, quia patriciorum prima familia numini dedicata. Et liberari eum, qui huius cingulo cinctus fuisset patria potestate, nisi contra à principe caueatur: vt qui amplissimum genij libertatis acceperit, vilissimam conditionem cum subditis non habeat. Eumque præcedere præfectorios viros dignitate. Ex quibus locis patriciatus longe alius est, maiorque magistratus illo, qui patritius, id est, nō plebeius dabatur. De quibus frequens in comitiorum & antiquitatis inquisitione mentio, & explicat Nicolaus Gruchius, *lib.*2.*de comit. Rom.c.*2. Patritij namque antiquis nobiles, qui propagati ex stirpe eorum, quos in patres seu senatores delegit sibi Romulus *Dio.Halic.in* 2. Maior tamen hæc dignitas patriciatus, quæ faciebat patrem totius Reipub. vt notat Suidas & Budæus, *in annot. prio.ad P.in l.fin.de senat.* ¶ Vlpianus quoque, *in l.frag. seu titu.tit.* 10.*in fin.* in potestate parētum esse desinere tradit eos, qui in flamines Diales inaugurantur, & quæ in virgines Vestæ capiuntur.

7 ¶ Flamen Dialis vnus Ioui erat consecratus, quem Numa insigni veste, curulique sella adornauit. Solus, vt Varro ait, albo galero vsus, eo quod flaminum esset maximus, dignitas, imaque & priuilegia propemodum regia illi concessa, quæ refert Aul. Gellius *lib.*10.*c.*15. Plutarchus, *lib. Problem. Proble.*42. & 48. Varro, *in* 5.*de ling. Latin.* Dionysius Halicarnassæus *in* 2. Liuius in 1.

8 ¶ De Vestali † quoque lex antiqua, vt virgo Vestalis simulatque capta atque in atrium Vestæ deducta, & pontificibus, tradita esset: eo statim tempore sine emancipatione, ac sine capitis minutione, è patris potestate exiret, & ius testamenti faciendi adipisceretur, vt auctores Dionysius Halicarnassæus, *in* 2. Gellius *lib.* 1.12. & alij.

9 ¶ Tertio soluitur † emancipatione potestas, dum pater coram magistratu legitimo profitetur, sublatis antiquorum circuitibus, de quibus supra diximus, se eum è potestate manuve sua mittere, *l.pen. & fin.de eman.liber.C.*§. *præterea, quib.mod. ius patr. pot.sol.* Trina autem emancipatio ad hoc, vt plene iuris sui esset filius olim requirebatur lege duodecim tabul. in filiis primi gradus. Ceteri autem liberi, præter filium, tam masculi, quam fœminæ, vna mancipatione & manumissione sui iuris fiebant, vt ait Vlp. *in tit.ex corpore iuris, tit.*10.

¶ Quarto, † lex est Numæ *Dio.Halic.in* 2. *Si pater permiserit filio vxorem ducere, saturam bonorum & sacrorum iuxta leges participem, patri potestas nullum ius esto vendendi filium.* Vnde ex eo imminuta, & si non sublata censeatur potestas. Et nunc in Gallia ex consuetudine quorundam locorum, filius ducens vxorem habetur pro emancipato, & vt sui iuris in omnibus acquisitionibus, vt apud Bituriges, *in consuet.Bitur.tit.de iur.& stat.pers.*§.2. Et hanc consuetudinem & statutum si fiat hac de re valere ait Bartolus, *l.si maritus,*§. *legis Iuliæ, ad l.Iul.de adult.* Receptumque consuetudine Senensi, *Consuetum, de sens.tit.de Bail.art.*142. Blesensi, *Consuetum, de Blois, tit.de l'estat des perso.art.*1. Burgundiæ, *Bourgoge tit.des enfans de pluseurs lictz.*§.3. 3

¶ Quinto, † tacite præsumitur emancipatus filius, si pater dum diu passus sit res eius, vt patrem fam. gerere ex rescripto Antonini, *l.*1.*de eman.liber.lib.*8.*tit.*47. Paulus autem Iurisc. *in l.si cum filiæ missa.*16.§. *Aristo.qui & à quib.manum.lib. non fiant, lib.* 40.*P.tit.*9. *Dio* verbum decennium interpretatur, ad præscribendam libertatem sufficiens tempus, quādo manumissio à nō habente potestatem facta fuit. Sine autem manumissione Diocletia. & Maximianus bonæfidei possessionem pro libertate viginti annos præscribūt, *Diocl.& Max.in l.*2.*de long.temp.præscr. quæ pro libertate, non contra libertatem opponitur, lib.*7.*C.tit.*22. Et ita hodie seruari tradunt Andr. Barbatia, *in l.sciendum, col.*26. *in fin. vers. & adduco.de verb.oblig.* Baldus *in l.post mortem, de adopt.* filiumfam. qui per viginti annos seorsum à patre habitauerit negotiando, vt emancipatus, pro emancipato haberi. Meminit & Const. Harmonopolus *lib.*1.*prop.iur.tit.*18. nouellæ constitutionis Cæsaris Leonis, qua filius habetur pro tacite emancipato, qui non contradicente patre, sibi certum & stabile viuendi genus delegit, si res suas prudenter & studiose gerenti minime aduersatus est, per se viuere eam permittēs, quamuis necdum ad eam peruenerit ætatem, qua matrimonium contrahere possit. Quia ex diuturnitate temporis omnia præsumūtur solemniter acta, omniaque necessaria solemnitati supplentur, vt in aliis, *l.qui in alienis.*§. *sed si non, ae atq.her.in P.l.cum de in rem verso, de vsur.l.hoc iure,*§. *ductus aqua, de acq.quotid.& æsti.l.*1.§. *denique, de aq.plu. arc. l. scienaum, de verb. oblig.* Et ideo non officit rescriptum Diocletiani & Maximiani, *l. non nudo* 3.*de emancip.libero, lib.*8.*C.tit.*49. quo decidit, non nudo cōsensu patria potestate liberos, sed solemni actu liberari: nam hoc silentio paterno, neque nudus consensus, sed solemnis præsumitur. Sed & hic tempore boni euenti ex consuetudinibus singulorum locorum liberari potestate obseruabis, veluti si per annum Burdegalæ seorsum filius habitauerit à patre, §.2.*de stat.pers.in consue. Burdeg.& ibi Ferronus.* In Burgundia quoque seorsum à patre habitans, pro emancipato habetur *in consue.Burg.tit.des enfans, de pluseurs lictz.*§.3.

¶ Sexto † tradunt Interpretes, *Bal.in c.*1.§.1. *de duob. fratri. Alexana.in l.si qui testam.fac.poss.& alij sup.citati,* ex generali consuetudine Galliarum maiorem 25. annis posse esse in iudicio, vt supra diximus in effectibus huius potestatis, sine auctoritate patris, posse testari, codicillari, & contrahere, eo quod habeatur pro emancipato, talisque reputetur. 14

¶ Postremo † soluitur patria potestas morte naturali filij, aut patris, dummodo postea nepos incidat in aui potestatem, §.1. *quib.mod.ius pat.pot.sol.l.nepotes. de in qui sunt sui vel alien.iur.in P.* quæ & in morte ciuili contingente locum habent, §. *cum autem, quib.mod.ius pat.pot.sol.l.*5. *qua pœna, de in qui sunt sui vel alien. iur.* Suspenditur autem potestas capto patre ab hostibus, *in l.bello,*§. *si quis capiatur, de capti.P.*§. *si ab hostibus, dict.tit.quib.mod.ius. Vlpian. in tit.*10. nam & eo postliminij iure reuerso, eandem recipit: Sicuti & deportatus restitutus, *l.fin.*§. *minores, de senten.pass. restit.lib.*9. *C. si patri*, inquit Vlpianus *in fragmen. seu titul.tit.*10. *vel filio aqua & igni interdictum est, patria potestas tollitur, quia peregrinus fit is, cui aqua & igni interdictum est. Neque autem, peregrinus ciuem Romanū, neque ciuis Romanus peregrinum in potestate habere potest.*

Digitized by Google

DE TVTORIBVS ET TVTELA, LIBER XII.

De Tutoria potestate, & Tutelis in genere. Cap. I.

Lib. 1 Instit. tit. 13. Lib. 5. C. tit. 28. Lib. 26. P. tit. 1.

1 *Continuatio libri.*
2 *Personarum alia diuisio, in eas quæ in suam tutelam venerunt, Et quæ non venerunt, & quæ tutelam aliorum habent.*
3 *In tutela sua qui sunt.*
4 *Pupillus, & impubes quis dicatur.*
5 *Orphanus quis.*
6 *Tutores qui, & quare, & tutela.*
7 *Tutelæ personarum cur introductæ rationes, primaque à naturali hominum omnium coniunctione.*
8 *Tutela seu curatio diuina & humana. Humana alia inuitis, alia volentibus imperat.*
9 *Tutela & cura minorum & subditorum in vtilitatem eorum inducta.*
10 *Tutorum & curatorum fides maxime cur desiderata.*
11 *Pupilli alendi, vbi sine suspicione ali possunt.*
12 *Pupilli pupillaue à tutoribus debent instrui, & moribus bonis erudiri.*
1 *Tutela prospicit & rebus minorum.*
14 *Q. Fabij Maximi filio ob prodigalitatem bonis interdictum.*
15 *Tutor Senatori prodigo, vt pupillo, datus à Tiberio.*
16 *Tutores etiam filiabus puberibus dati.*

S Vblata † è medio, vel è viuis patria potestate, diximus filios sui iuris effici: hoc tamẽ aliã recipit interpretationem. Vt interdum non plene sui iuris efficiantur, aliquando plene. ¶ Atque † ideo alia distinctio personarum consideranda est, ratione ætatis filiorum potestate liberatorum: vt personæ aliæ dicantur in suam tutelam peruenisse, aliæ sub tutela alterius esse, aliæ curam & tutelam aliorum habere. ¶ In suam † tutelam peruenisse dicuntur, habita ratione & status ẽius, de quo sermo habetur & mentis eius qui loquitur, minores & impuberes quidem puberes facti. At pubes tutelam suam adeptus dicetur, qui ad legitimam 25. anno. ætatem peruenit: in furioso, prodigo, & eo cui ob causſam prætor curatorem dedit, quando cura & tutela liberatur. Interdũ & in filiosa. is in tutelam suam peruenisse dicitur, qui etiam in suam potestatem venit, id est, quando à patris liberatus est potestate, & pubes fit, vt omnia prosequitur & explicat Vlpianus *in l. cum filio fam. 48. de legat. 3. lib. 31. P. tit. 1.* Proprie tamen & simpliciter in suam tutelam peruenit, qui eius ætatis est, quæ amplius tutore non indiget, si masculus sit 14. ann. & fœmina viripotens 12. *Paul. l. si filiæfamilias 49. eod.* Ea enim ætate finitur, & vt docebimus Deo fauente postea tutela.

¶ Porro † qui intra eam ætatem est, pupillus est, seu impubes dictus, siue sit in potestate patris, *l. fin. §. si pupillus, de verb. oblig. in P. l. si infanti, §. pen. de iur. deliber. lib. 6. C.* siue extra potestatem: siquidem vox communis est à puppo, id est, puero & minore declinata. Verumtamen cum alio nomine dicatur, qui in potestate patris sit communiter, qui caret & est priuatus intra illam ætatem cura & officio patris, pupillus dicitur. Et ita cum Pomponio IC. *l. pupillus est. 239. de verb. sign. lib. 50. P. tit. 16.* pupillus est, qui cum impubes est, desiit in patris potestate esse, aut morte, aut mancipatione. ¶ Orphanum † vocant Græci, quod tamen nomen D. Hionymus ei adscribit qui patre & matre quoque caret.

¶ At † qui in locum parentum, intra eam ætatem substituuntur, vt curam habeant personarum pupillorum, & bonorum eorum, tutores dicuntur, quasi tuitores, *§. tutores, de tutel. ap. Iustin. Pla. lib. 11. de legib. l. tutoris præcipuum officium, de admin. tutor. lib. 26. P. tit. 7. l. fin. eod. tit.* C. & munus ipsum, quod gerunt & officium, tutela. Quanquam & ad aliam ætatem, sed tamen minus proprie trãsferatur appellatio tutoris & tutelæ: nam ratione generalis significationis nominis tuitionis, quicunque etiam alios, quam impuberes defendunt & tuentur, dici possunt tutores, vt & aliquando eo nomine curatores significantur, cuiuscunq; generis & tutelæ pari modo appellatio generalis esse potest, ad omnem defensionem, quam idoneus paterfam. faceret, *l. generaliter 11. de adminis. tut. lib. 26. P. tit. 7.* Sic tutelam corporis dixit Florentinus Iurisc. *in l. 3. de iust. & iur.* Et Cicero *pro Murena, & Cæsin.* mulieres ait fuisse olim in perpetua tutela, propter infirmitatem consilij. Nam, vt ait Liuius, *lib. 34.* maiores nostri voluerent, eam nihil neq; priuati negotij sine tutore agere. Nunc porro non de illa generali defensione, sed impuberum, instituta est nobis tractatio.

¶ Cur autem † placuerit tutelam hanc personarum introducere, audiamus rationes. Prior itaq; ex naturali hominũ mutua coniunctione pendet: cum enim natura cognationẽ quandam inter omnes homines constituerit, *l. 3. de iust. & iur. P.* interest etiam hominis alium ope egentem affici beneficio, *l. seruus ea lege. de seruis export. in P. & 2. officior. Cicer. explicat.* & à sapientioribus imprudentes regi. Sicuti enim à superioribus pendent inferiora, prouidentia & tutela diuina. Sic inter inferiora qui sibi prospicere nequeũt, ab aliis regantur, aliisue subiiciatur ad eorum, & quæ illorum sunt conseruationem, expedit. ¶ Sic † Plato *lib. de regno, vel in ciuili.* curatorem diuinum, & humanum constituit curatorem: & rursum, curationem humanam in eam quæ inuitis, eam quæ volentib. prospicit & imperat, diuidit. Imperat inuitis etiam publice Rex & tyrãnus, sed Rex vt plerunq; volentibus, iste autem semper renuentibus vi. ¶ In priuata † curatione dominus & tutor prospicit, sed ille fere ex arbitrio, hic ex legis præscripto, & vt pater filiis, & Rex bonus subditis. Si recusent autem pupilli & inuiti subiiciuntur: & proinde D. Paulus dixit, *ad Gal. c. 4. Quanto tempore heres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit tamen dominus omnium bonorum sed sub tutoribus quod & curatoribus est vsque ad tempus præfinitum à patre.* Habenturq; tutores quod pertinet ad prouidentiam pupillarem loco dominorum, ex responso Pauli IC. *l. tutor qui tutelam 28. de admin. tut. lib. 26. P. tit. 7.* Et naturali iuri conueniens est, vt ij qui perfectæ ætatis non sunt, alterius tutela regantur, *§. fi. de Attil. tut.* Sic Cicero *1. offic. vt tutela, sic procuratio reip. ad vtilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa gerenda est.* Quod & de curatoribus dictum fuisse intelligo, qui & dati videntur, vt opem ferant iis, qui per ætatis infirmitatem rebus suis pertractãdis vel sibi non sufficiunt, *d. l. quod si forte 14. §. pen. de sol. P. l. non quasi ipso iure 4. §. fi. rem pupill. sal. for. in P.* aut propter consilij seu mentis inopiam. *§. furiosi, de curat. lib. 1. Institu. tit. 23. l. consilio, de curat. fur. C.* ¶ Solent † & idcirco parentes, quibus data est libera potestas deligendi filiis suis tutores, qui post mortem eorum paternum hoc officium præbeant, eligere amicissimos & fidelissimos, vt scribit Paulus, *l. amicissimos 39. de excus. tut. lib. 27. P. tit. 1.* Lexque & mores pariter ab hoc officio maximam fidem reposcunt. Quamuis enim quæsitum fuerit cum maxima controuersia & disceptatione seniorum & sapientum, de gradu & ordine officiorum in homines: conuenibant tamen facile, constabatque ex moribus populi Romani, primum iuxta parentes locum tenere debere pupillos fidei, tutelæque nostræ creditos: secundum eos, proximum locum clientes habere, qui sese itidem in fidem patrociniumque nostrum dederunt: tum in tertio hospites: postea, cognatos, affines, vt est apud Aulum Gellium *lib. 5. c. 13.* Et Plato *lib. 11. de leg. Qui fœminam*, inquit, *maremue tutatur, & qui de legum custodibus*, id est, *de magistratibus, tutorem obseruare iussus est non minus orphanos, quam si genuisset eos, diligat, neque res illorum secus, quam suas gubernet, imo etiam affectu animi melius.* ¶ Quo fit, † vt omnis suspicio sinistra debeat in hac administratione & potestate tolli, decretumque sit sibi alendum tãtum pupillum & apud eum, de cuius fide non dubitetur, ex affectionis vel propinquitatis propensa ratione, *l. 1. & 2. vbi pup. educ. deb. in P. l. 1. & 2. de alimen. pupill. præstan.* ¶ Altera † ratio tutelarũ pupilli mores respicit: quod interfit reipub. bonos habere ciues & probos, & idcirco in iuuenili ætate eruditione proba informari,

vt tales

vt tales in viros euadant, qui reipub. auxilio & honori sint. Illud autem congruentius assequi non possumus, quã præficiendo impuberibus rectorem domesticum, nempe patre orbatis, alitũ qui eorum curam obeat: datur enim potissimum personæ, §. *datus*, *de excus. tut. cum simil.* & postmodum ex consequentia rebus eiusdem. Quamobrem tutoris munus præcipuum procurare pupillum institui bonis moribus & disciplinis, vel artificio, *l. cum plures*, §. *cum tutor*, *de admi. tut. l. fin. C. de aliment. pup. præst.* imo & pupillam olim liberalibus disciplinis eruditam tradere moris erat, *l. qui filium*, *vbi pup. educ. deb. in P.* easque pupillis impurat expensas, veluti legitime factas tutor, *l. 2. de alend. lib. l. 2. de alimen. pup. præst.* ¶ *Omnis ætas*, inquit Concilium Toletan. *in can. omnis ætas*, 12. *q. 1. ab adolescentia in malum prona est, ideo si aliqui in clerico pupilli existunt, sacerdotali tutela foueantur, vt & vita eorum à criminibus intacta sit, & res eorum ab iniuria impiorum.*

13 ¶ Tertia ratio † prospicit rebus per tutoriam administrationẽ. *Melius enim*, inquit Iustin. *in l. fi. §. ipsum autem filium, vers. melius, de bon. quæ liber. C. est, iuuenilia potestate alterius, iuuenes le coarctare calorem ne cupidini dediti tristem sentiant exitum, quo eos per dispersum sequitur patrimonium.* Meliusque est prospicere & occurrere periculo abalienationis illicitæ patrimonij, quam post dispersum restitutioni in integrum operam & auxilium impartiri, *l. fi. in quib. restit. non est necess. l. 1. quan. lic. sine iud. se vind.* Et interest reipub. ne quis re sua male vtatur, §. *fin. de in qui sunt sui vel alie. iur. l. 2. eod. in P. l. seruum*, §. *publicæ. de Proc. in P.* nam bonum publicum respicit conseruatio rerum, vt in vsucapione obseruatum est, *l. 1. de vsu-*
14 *cap. in P.* ¶ Qua † ratione legimus, Quintum Pompeium prætorem vrbanum, Q. Fabij Maximi filio degeneri bonis interdixisse paternis. Neque in tanta ciuitate qui illud decretum reprehenderet inuentum fuisse. *Dolenter enim*, inquit Val. Max. *lib. 3. c. 5. homines ferebant, pecuniam, quæ Fabiæ gentis splendori seruire debebat, flagitiis deiicisse quem nimia patris indulgentia heredem reliquerat, publica seueritas exheredauit* Scribit † & Dio Cassius *lib. 57. circa fin.* Tiberium Cæsarem Senatori cuidam luxurioso viuenti
15 tutorem, quasi esset pupillus, dedisse. Vlp. in tit. 11. *Tutores*, inquit, *constituuntur tam masculis, quam fœminis: sed masculis quidem impuberibus duntaxat, propter ætatis infirmitatem: fœminis autem tam impuberibus, quam puberibus, propter forensium rerum ignorantiam.*

De Finitione Tutelæ,

Cap. 2.

1 *Tutela quid.*
2 *Tutoria vis ad quid cogat.*
Tutor inuitus fit, & inuito datur, eod.
Curator non vtique.
3 *Tutela, quare potius potestas in capite libero, quam in caput liberum dicatur.*
4 *Tutor vel curator seruus esse nequit, nec seruis datur.*
5 *Tutoris auctoritas quid, & quare concessa.*
6 *Tutor rerum & personarum curam habet pupillorum, curator potissimum rerum.*
7 *Auctoritas tutoris in quib. negotiis pupillorum non exigitur, & exigatur.*
8 *Auctoritas tutoris esse debet præsentis & intelligentis tutoris, ratumque habentis.*
9 *Auctoritas & consensus tutoris duo sunt, quæ separari possunt.*

1 TVtela, † est vis & potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatem se defendere nequit, iure ciuili data vel permissa, *l. 1. de tutel. in P.* §. *est autem tutela, eod. ap. Iustin.* Quæ finitio Seruij IC. est absoluta, totam substantiam definiti continens, totiusque ma-
2 teriæ & formæ tractationis tutoriæ seriem. ¶ Vim † in primis habet cogentem tutela, quia & inuitus fit tutor, §. *sed ex his, de Attili. tut. apud eundem. Vlp. l. 1. de adminis. tut. lib. 26. P. tit. 7.* & inuitus accipit tutorem, *Vlp. l. nec non 6. de tut. & cur. da. ab iu. &c. eod. lib. tit. 5.* & ideo ille, si se non excusauerit à tempore quo scierit se datum, etsi non gesserit, obnoxius est tutelæ, *dict. l. tutor*, 19. *& l. & si cessis 8. de adminis. tutor. lib. 5. C. titul. 38. quidam decedens 6.* §. *fin. eod. tit. in P.* hic autẽ nec sibi eligere tutorem potest, *l. 2. de tut. in P.* In quo differt à pubere, qui curatorẽ potest sibi deligere, *l. 3.* §. *si pupillus, eod.* Etsi cogatur aliquem accipere, §. *item inuitis, de cur. ap. Iustin.* Proinde gesta à tutorib. perinde rata sunt, ac si à dominis ipsis maioribus factis pupillis gererentur, siue cũ præiudicio, siue cum commodo illorum fiant, *l. cum plures*, §. *1. de admin. tut. in P.* Vsq; adeo, vt facto & negligentia tutoris, pupillus immeritus alioquin priuetur delata sibi & debita successione: tenetur tamen idem tutor dãnum omne pupillo resarcire, *l. Polla.* §§. *de in quibus vt indig. C. l. si tutoris vel curatoris culpa, de administ. tuto. lib. 5. C.* Eoque pertinet actio tutelæ, de qua, si Deus permiserit, postea.

3 ¶ Dicitur † in finitione potestatem in capite libero tutelam esse, vt à seruili, de qua suo loco, differte intelligamus. Et, vis & potestas in capite libero hic, loco generis sunt: Nam non solum pupilli liberi sunt sub potestate, sed etiam filij alij, vt diximus, & vxor in potestate mariti. Reliqua, ad tuendum eum, &c. loco differentiarum sunt. Dixit autem in hac finitione Seruius, in capite libero, non vt alij volunt, in caput liberum, sicut Theophilus exprimit *in §. atque in primis, de tut. l. b. 1. Institt. tit. 13.* In eo enim minus dixisse, quam Seruij finitio apud Vlpi. & apud Iustin. referat Vlp. *l. 1. de tutel. in P.* §. *1. eo. ap. Iustin.* videtur: sicuti & in eo quod non meminit in ea finitione de data, sed de permissa tantum tutela. Verba Theophili hæc sunt, *Tutela est, vt Seruius definit, ius quoddam ac potestas in liberum caput data, & ad tuendum eum inuenta, qui per ætatis imbecillitatem se defendere nequit, iure ciuili permissa.*

4 ¶ Dico igitur † latius patere verba in libero capite, quam in liberum caput: quia & qui tutorem seu curatorem accipit, liber vel statu liber, non seruus esse debet, *l. si qui, & l. si impuberi, de tutor. & curat. dat. ab his, &c. in P.* & qui tutor curatorue etiam datur, *l. in seruili conditione, qui da. tut. vel cur. poss. C.* Nam iis, qui serui sunt, satis prospectum est dominica potestate, tutelaque eorum penes dominos est, *l. 1. de in qui sunt sui vel alien. iur. l. item ap. Labeon.* §. *prætor ait, de iniur. in P.* eamque oportet manere dominis imminutam, *l. 2. d. tit. de iis qui*, §. *pen. eod. ap. Iustin.* Si autem seruum liberis suis tutorem reliquat, intelligitur quoque ei libertatem reliquisse, §. *1. qui testam. tutor. dar. poss. ap. Iustin.* nam concesso consequente, & antecedens, quo ad id peruenire potest tantum, concessum existimamus, §. *idem iuris, quibus ex caus. manu. non lic. l. fin. de offic. eius cui manda. est iurisd. in P.* Nisi quis eum seruum tutorem dederit, quem liberum existimaret: tunc enim
5 nec liber, nec tutor erit, *l. quis tutorem, de test. tutel. in P.* ¶ Adiicitur † finitioni, *a tuendum eum, &c.* Hinc tutores à tuendo dictos monui: tuitio autem est auctoritas ea ratione & contemplatione concessa, vt toties adhibeatur, quoties opus est: hæcque in potestate consistit, etsi in actum non perueniat tuitionis, id est, etsi non interponatur. Potest namque aliquando ad eum modum cõpositum esse patrimonium pupilli, vt interpositione auctoritatis non indigeat, *l. qui tutor negotia pupilli, eod.* Auctoritatem autem præbere nihil aliud est, quam probare quod geritur, *Paul. l. 3. eodem.*

6 ¶ Quem † defendit principaliter & tuetur tutor, pupillus est, §. *datus, de excusa. tuto.* §. *certe, qui test. tut. dar. poss.* accessorie quoque & eius res, vt nec deductis reb. eius vel certis testamento dari possit, *Vlp. in l. certarum 12. cum 3. sec. de testament. tut. l. b. 24. P. tit. 2. iuncta l. propter litẽ 24.* §. *fin. de excusat. tut. lib. 27. P. tit. 1.* Qua nota etiã differt tutela à curatela, quod illa & vniuerso patrimonio etiã detur: ista autem, & certarũ patrimonij possit esse, §. *item inuiti, de cura. &* §. *certe, qui test. tut. dar. poss. l. & si ad species curator datus sit, rem pup. sal. fo. in P.* Et in summa, tutor omnibus quæ nocere vel damno esse possunt pupillis, si gesta vel contemta, negligenterue pertractata fuerint, adesse debet.

7 ¶ Colligimus † autem contraria conclusione, in his quæ minor sine incommodo gerit, & quæ fiunt eum suo compendio, non valde necessario aut omnino ad actum firmandum non exigi tutoris auctoritatem § 1. *de auct. tut.* §. *pupillus. de inutil. stipul. l. contra iuris regulas, de pactis P. l. Iulianus*, §. *si quis à pupillo, de actio. emt. P. l. 1. & 2. de auctorit. præst. lib. 5. C. tit. 54. Caius. l. obligari, l. 9. de aucto. tut. in P.* vtpote cessante ratione tutelæ, *l. adigere*, §. *quamuis, de iure patron. cap. cum cessante, de appellatio. apud Gregor.* quæ ad defendendum & tuendum inducta est. Neue quod in fauorem illorum constituitur, indultumue est, in eorundem conuertatur iniuriam, *l. quod fauore, C. de legibus.* In Adiaphoris tamen & dubiis actibus, num vtilitas vel incommodum gerentibus pupillis possit accidere, satius erit iuxta legum præscripta, non pupillis solis fidere, qui specie apparentis commodi possent ex consequentia damnis inuolui, sed in his intercedere & præire tutoris auctoritatem. Veluti si de adeunda hereditate agatur, §. *neque tamen. de auct. tuto. l. obligari, 9.* §. *pupillus, eod. P. l. potuit, Cod. de iur. delibe. l. pupillus si fieri p test. de acq. hered.* quæ videtur opipara & locuples, cum tamen possit habere cæcum & latens æs alienum, vel litium & expensarũ inexplicabiles labyrinthos. Interest autem minorum sumtibus & litibus non vexari, vt Vlpianus tradit, *l. minorib. 25. ann. l. 6. de min. 25. ann. lib. 4. P. titul. 4.* Quod & de aliis actionibus iudicialibus instituendis rescriptum est à Iustiniano, *l. clarum 4. de auctor. præst. lib. 5. C. tit. 50. facit l. 1. & 2. qui leg. pers. stan. in iud. hab lib. 3. C. tit. 6. l. vniuersis, 11. qui tuto. dar. pos. lib. 5. C. titul. 44. Cum cautius*, inquit, *& melius sit, cum suasione perfectissima & responsa facere minores, litemque inferre ne ex sua imperitia vel iuuenili calore, aliquid vel dicant vel taceant, quod si fuisset prolatum vel non expressum, prodesse eis poterat, & à deteriore casulo eos eripere.* Quocirca negotia quoque, quæ cum animi iudicio fieri debent, non minus erit requirere tutoris quoque auctoritatẽ, *l. in negotiis contrahendis, & l. pupillus velle, de reg. iur.* Exceptis quatuor casibus notatis ab Accursio *in §. nec tamen, in verbo, nec vllum, de aucto. tut.* in quibus sine tutore & curatore, minor iudicii subit, si agatur de toro violato, *l. si maritus.* §. *lex ad l. Iul. de adult. in P.* si de momentanea possessione, *l. momentaneæ, qui leg. pers. stan. in iud. hab. C. l. 1. si per vim vel alio mod. C.* si de interdicto de liberis homine exhibendo, *l. quod lex*, §. *sed et si mu. er. de lib. homi. exhib. in*

Digitized by Google

P. si venia ætatis impetretur, *l. 1. & 2. de iis, qui ven. ætat. impetra.* Quæ tamen magis ad adultos, quam pupillos mihi pertinere vi-
8 detur, excepta momentanea possessione. ¶ Ceterum † auctoritas præsentis & intelligentis est tutoris, qui gratum ratumque habet quod agitur per pupillum in præsenti negotio, *l. 1. §. fin. & l. 3. l. non multum interest 14. & l. obligari. §. fin. de auctor. tutor. in P. §. tutor autem stat. in, eo. ap. Iustin.* vel statim fere postea, *l. si quis mihi. §. iustum, de acqui. hered.* nam post aliquam negotij gesti temporis intercapedinem adhibitus consensus, non facit auctoritatem, *d. §.*
9 *tutor autem, de auctor. tutor. cum similibus.* ¶ Consensus † autem sine auctoritate est in his, in quibus minor nihil agit, sed ipse tutor: vtrumque tamen & auctoritas & consensus, partem faciunt administrationis.

De officio, cura, & administratione tutorum.

Cap. 3.

1 *In omni tutela & cura considerantur res, personæ, & gesta: quomodo.*
2 *Tutoris auctoritas, quando in acquirendis rebus exigitur pupillo.*
3 *Tutores & curatores an pro pecuniis pupillorum ad vsuras non præbitis, vsuras aut quid præstent vel pretium exactis pecuniis debitorum illorum.*
4 *Tutores & curatores esse appetunt, qui præda gaudent, non boni.*
5 *Tutoris & curatoris officium in conseruandis rebus minorum, vel pupillorum quale.*
Tutor repertorium ante administrationem facere debet, & nisi faciat in quo tenetur eod.
6 *Tutor repertorio facto debet gestionis facere ephemeridem, vbi rationes conscribat, recepta & expensa, quas edat finita administratione.*
7 *Tutori remittere non potest pater rationum redditionem.*
8 *Gesta per tutorem non confecto inuentario, pro pupillis, & contra tolerantur.*
9 *Tutor reficere potius, & conseruare res & ædificia pupillorum debet, quam noua incoare.*
10 *Tutoribus non conceditur administratio, nisi satisdent rem pupilli saluam fore, exceptis testamentarijs.*
11 *Tutoria satisdatio quibus remittatur.*
Satisdatio tutoria quid, eod.
12 *Tutores hodie etiam sine satisdatione in Gallia administrant.*
13 *Tutor ne publica vectigalia conducat, defendat pupillorum res, & pro eis agat.*
14 *Tutor rebus pupillorum debet diligentiam illam, quam suis bonis paterfam. adhibet.*
15 *Pupillorum & minorum res quomodo, & qua forma, & quando vendi possunt.*
16 *In alienatione rerum minorum requiritur caussa.*
17 *Item 2. auctoritas veri tutoris.*
Tutor sibi auctoritatem, cum pupillo gerens negotium, non præstat directo eod.
18 *Item 3. alienatio rerum minorum exigit auctoritatem iudicis, & quæ sit illa.*
Sine decreto iudicis vendita pupillus repetit cum fructibus, etiam non restituto pretio: nisi in quantum locupletior, eod.
19 *Decreti iudicis vim habet, in alienandis reb. minorum rescripti principis: præscriptio post 25. ann. quinquennij, aut 10. vel 20.*
Item & ratihabitio.
20 *Dos constituta à minore sine tutore nulla est.*
21 *Res minorum venditæ repetuntur, vel via nullitatis, vel deceptionis, seu læsionis.*
22 *Tutores & curatores in vendendis fructibus & mobilibus minorum, tempus opportunum debent obseruare.*

1 QVia † igitur defensio seu tuitio versatur in rebus & persona pupilli, & in ipsa persona tutorum: in summa colligimus in omni tutela considerari res, personas & gestionem curæ. Agitur autem hic vel de rebus pupillorum acquirendis, vel de conseruandis, vel de amittendis. In personis actiue, idoneos ad hanc curam subeundam quiue possint excusari, quiue reici: passiue pupillos ipsos. In gestione, modum administrandi, qui connectitur tractationi rerum & personarum.

2 ¶ In acquirendis † rebus, pupillo non semper necessaria est auctoritas officiumque tutoris, & nisi in his, in quibus veremur, ne quidpiam subsit damni & detrimenti, vt proximo superiori capite monuimus, exemplo repudiandæ vel adeundæ delatæ hereditatis *l. si ad pupillum 11. de auctor. tut. in P. l. cum in vna, §. tutor, de ap. ell. in P. cum simil.* & aliis, in quibus si quid minus commode vel damno pupilli fiat, rependitur per administratorem illum tutorem: vt furioso, vel puberi à curatore, *dist. leg. si ad pupillum.*

3 ¶ Hac ratione † tutores à legibus, vt sint, ἔπαρχα χρήματα, commonentur, & pecunias pupillorum ne steriles retineant concluſas, sed vel sub fœnore mutuo idoneis dent, vt de augeri possint minorum facultates: vel in emtionem prædiorum conuertant, *l. 3. de vsur. pupil. lib. 5. C. tit. 36. Paul. l. si tutor constitutus 16. de administ. tut. libr. 26. P. tit. 7.* alioquin vsuras ipsimet persoluturi, vel si idonei non sunt, extra ordinem coercendi, vt ait Paul. *l. ob furnos 50. eod.* Et id ipsum locum habet, si ipsi pecunias in suos conuerterint vsus, *l. 1. de vsur. pupil. C.* vel neglexerint à consociis exigere, *l. 2. C. eod.* Annotandum tamen hodie ex nouella Iustiniani, *§. quoniam, tit. vt ij qui se oblig. perhib. hab. res min. & c. in auth. coll. 6. constit. 2. auth. quæ est in prin. tit. C. de admin. tut.* necessitatem collocandi pecunias pupillares & administrationis minorum ad vsuram, abiisse in desuetudinem. Et melius esse αὐτὰ διδόναι χρήσεται, Cautúmque nouissime, pecuniam illam non esse fœnerandam, alioquin si fecerit tutor vel curator, mutui subiacere periculo, nisi eius minoris, cuius suscepta cura mobilis sit substantia: tunc enim solum curator seu tutor mutuare cogitur, quod ad dispensationem sufficiat adolescentis, eiusque rebus: Iniungitur alioquin, vt eam caute recondat. *Quia*, vt Constantinus ait *in l. lex quæ tutores 22. §. huic accedit, de administ. tut. lib. 5. C. tit. 37. ipsum pecuniæ fœnerandi vsus, vix diuturnus, vix continuus & stabilis est: quo subsecuto, intercidente sæpe pecunia, ad nihilum minorum patrimonia redigunter.* Cui accedere alia ratio potest periculi animæ, dum prætextu pietatis & officij in orphanos exercendi vetitis sese implicat vsuris, quam commemorat Iustinianus, *§. quoniam tit. vt ij qui obli. perhib. se hab. res min. colla. 6. tit. 2. in Nouel.* his verbis. *Quoniam* † *videmus curatores, quicunque Dei memoriam habent, ad curam difficulter accedere. (Nam plurimis volentibus ea quæ minorum sunt, impie in se vertere, amabilis est res & appetibilis.) Videmus autem difficilem esse curatorum causſam, propter fœneratorum necessitatem: sancimus nullam necessitatem ex legibus esse curatoribus minorum pecunias fœnerare.* ¶ In conseruandis † rebus tutoris officium cautionem maximam habet, officiumque eius versatur in eo primum, vt antequam administrationem seu tutelã suscipiat, repertorium seu inuentarium, apophasim seu indicem bonorum faciat, auctoritate & in præsentia personarum publicarum, *Iulian. l. tutor qui repertorium 8. de administ. tut. P. l. tutores vel curatores, C. eod.* alioquin vt suspectus habetur & infamis, *l. fin. arbit. tutel. C.* tanquam dolose versatus, in quantum pupilli interest factum non fuisse, ex iureiurando minoris condemnatur, *d. l. tutor, qui repertorium.* Et idcirco qui non vult indicem conscribere, potest etiam vinculis, si vilis persona sit, cogi *Vlp. l. tutor 3. §. tutores, de suspect. tut. lib 26. P. tit. 10.* ¶ Iuſa † autem modum & formulam inuentarij perficiendi docent, *l. fi. §. fi. arb. tut. C. l. scimus §. fin autem dubius, de iur. delibe. lib. 6. C. §. sancimus igitur, de hered. & falc. in auth. coll. 1* vt opus non sit plura de eo monere. Indicio bonorum testato facto, de hinc administrationis gerendæ Ephemeridas, in quibus rationes & quæ recipit, quæ impendit, quæ gerit conscribat, *Vlp. l. 1. §. officio tut. de tutel. & rat. distrah. lib. 27. P. tit. 3.* Hasque rationes tutela finita edere & reddere cogitur, *§. fin. de Attil. tut. Modest. l. si sine hered. 33. §. Modestinus, in 2. administ. tut.* Reddere enim debet tutor, qui deponit tutelam, rationem de omnibus quæ fecit, cum facere non deberet: item de his quæ non fecit præstando dolum & culpam, & quantam in suis rebus diligentiam, secundum Vlpiani responsum, *l. 1, de tutel. & ratio distrah.* ¶ Vt non possit † testator ei quem instituit tutorem, hanc rationum conficiendarum & reddendarum necessitatem remittere, scilicet cauere, vt tutor esset alogista: cum id ad ius publicum pertinere Iulianus responderit *in l. ita autem 5. quidam dedecens §. 9. de administ. tui. in P.* ¶ Et proinde † non posse priuatorum sententia comminui, *l. nemo potest, de leg. 1. l. ius publicum. de pact. in P. l. qui cum tutoribus, de transact. P. cum similib.* Tolerantur tamen gesta per tutores quæ sine inuentarij confectione sunt in iudicis & extra, pro pupillis, & contra pupillos, vt notat Guido Papæus *q. 330. vbi plura de requisitu ante administrationem tutoris* ¶ Ad hanc † conseruationem bonorum pertinet, antiqua ædificia minorum sarta tecta habere & ne labantur fulcire, aut reficere. *d. l. lex quæ tutores, §. ergo. de admin. tut. C.* sicque potius ædificata expedit conseruare, quam noua incoare ædificia, *l. fi. de oper. publ. C.* ¶ Sed † & maiorem in modum cautum est conseruationi rerum pupillorum, vt non prius administratio illis concedatur, quam satisdent tutores rem pupilli saluam fore, *l. 1. 3. & fi. de tut. vel curat. qui non satisd. libr. 5. C. tit. 42. §. 1. de satisd. tut. l. 1. 2. 3. 4. rem pup. sal. fore, in l. gl. in l. legitimos, de legit. tut. C.* demtis testamentariis, quorum fides explorata a patre aliam probationem non exigit, *l. testamento datos, de testam. tutel.* ¶ Nisi † ex pluribus datis testamento, vnus solus satisdationem offerat, vt solus administret, *d. l. testam.* Remittitur & satisdatio patrono in tutela liberti, *l. legitimos, de tutor. dat. abiis, &c.* Satisdare autem nihil aliud est, quam datis fideiussoribus securum aliquem facere, *l. 4. §. fi. de fideiuss. & nomina. tuto. l. 1. 2. 3. eod.* Constringuntur namque pro satisdatione fideiussores affirmatores, *l. 1. qui satisd. cog.* & nominatores. *§. pen. de satisd. tuto.* tutorum: interdum quoque & magistratus, qui non idoneos admittunt tutores, distinctione tamen & temperamento adhibitis, *l. 1. de magistr. conuenien.* Possunt enim magistratus cogere ipsos tutores satisdare, captis pignoribus, *§. fin. de satisd. tuto.* vt nõ immerito illis imputetur, si segniter id iuserint. ¶ Ve-

12 runtamen † Guido Papæus *decis. 330.* tradit, posse gerere tutorem administrationem satisdatione non præstita, ex consuetu-
13 dine curiarum patriæ Delphinalis, quę seruatur & toleratur. ¶ Ad hoc † caput etiam pertinet, ne liceat tutori vel curatori pendente administratione tutelæ, vectigalia publica conducere. *l. vnic. ne tut. vel cur. vectig. publ. conduc. lib. 5. C. tit. 41.* ne detrectet iudicium nomine pupilli, sed quoties opus erit, & defendat & instituat, *l. 1. & 2. qui legit. pers. stant. in iudic. hab. cum simil.* Scire quoque debent sine auctoritate agentes, contra pupillos iudicari non posse, & si pro illis possit, non interueniente tutore, *l. non eo*
14 *minus, C. de proc.* vel restituendum esse minorem, *l. penul. & fin. si aduer. rem iudica.* ¶ Et in summa ☞ tutor & curator tenentur in rebus minorum eam diligentiam & curam adhibere, quam bonus paterfam. bona fide suis rebus adhibere solet, *l. generaliter, & l. à tutoribus, de admin. tut. in P.* Demoslh. *orat. 3. contra Aphobum. Idipsum obiicit in prima*, inter capita accusationis suspecti Aphobi tutoris sui, illud adiicit, ὅτι ἡ τὴν οἰκίαν ἐμίσθωσεν, παρὰ νόμον ἐκελεύοντος, καὶ ἐπιτρέψαντος ἐν τῇ διαθήκῃ γράψαντος, id est, *quod nec domum locauit, vt iubent leges, & testamento patris cautum erat.*

15 ¶ Quod autem † pertinet ad distrahendas res & tutoris sagax consilium & auctoritas exigitur etiam, sine qua pupillus non potest vendere. *l. pupillus obligari, §. pupillus vendendo, de aucto. tuto.* sed neque ipse tutor passim potest, nisi obseruata formula distrahendi à lege præscripta *Alexan. Imper. in l. tutela pupillorum 7. de admin. tuto. lib. 5. C. tit. 37.* Forma porro constat, ex inspectione naturæ rei pupillorum, & ex solemnitatibus adhibendis. Natu
16 ra rerum alia mobilium quæ seruando seruari nequeunt, alia inutilium, alia vtilium, alia immobilium. ¶ Olim † quippe ex oratione habita vel recitata in senatu, *Vlpianus in l. 1. de reb. eorum, qui sub tutel. vel cura. sunt sine decret. non alien. vel suppon. lib. 27. P. tit. 9.* prohibiti sunt tutores & curatores prædia rustica vel suburbana distrahere, nisi id fieri parentes testamento cauissent, *leg. prima quan. decret opus non est, C.* etiam si irritum sit factum testamentum, cum ex eo de mente testantis appareat, *leg. fin. de rebus cor. qui sub tutel. in P.* etsi tantum æs alienum esset, vt ex reb. ceteris non posset exsolui. Quo casu prætor vrbanus erat adeundus, vt existimaret quæ possent alienare, obligariue deberent, Cuius orationis prohibitio tracta est ad alia bona à Iustiniano, & ad prædia vrbana, seu ædificia & ad mobilia, exceptis illis quæ seruando seruari nequeunt, *l. lex quæ tutores, de administr. tuto. C. l. final. si maior fact. alien. rat. habuer.* exceptis quoque necessariis venditionibus solemniter & rite factis. Solemnes autem dicuntur illæ, si concurrat primum caussa, quæ fieri venditionem cogat, veluti æs alienum pupilli, quod aliunde per inquisitionem iudicis constet, non posse extenuari: cum pupillus non habeat in numerato pecuniam, non in fructibus conditis, non in reditum vel obuentionum spe, vel in nominibus vnde solui possit, *Vlpian. l. magis puto, §. §. non passim, de reb. eor. in P. l. ob æs alienum. 12. C. de præd. & aliis rebus minor. lib. 5. C. tit. 71.* Huc pertinet necessitas diuisionis, si maior, qui rem cum minore communem habet ad diuidendum, pupillum vel eius tutorem prouocet. *l. 1. §. si communis res, de reb. eor. in P. Vlp. l. si pupillorum, eod. tit. l. pen. de præd. & aliis reb. minor. C.* aut si creditor qui pignori agrum à parente pupillo accepit, ius exsequatur, *l. 2. si aduer. vend. pig. C. l. 1. §. si communis, & l. si pupillorum 7. §. si pupillus, de reb. eor. qui sub tutel. in P.* sitque de similibus necessariis, *l. 1. de præd. & aliis reb. minor. & c. lib. 5. C. tit. 71.*

17 ¶ Deinceps, † cum caussa alienandi secundo exigitur persona & auctoritas tutoris veri, *l. vlt. §. si autem, si prop. publ. pensit. C.* non falsi vel eius, qui pro tutore habetur, *l. qui neque 8. de reb. eor. in P. l. 2. de eo qui pro tuto. se gessit. Cod. l. 3. de tuto. vel curat. qui non satisf. lib. 5. C. tit. 42.* Eam autem auctoritatem in negotio quod cum pupillo gerit tutor, non potest sibi præstare directo per consequentias tamen potest: vt adeundo hereditatem, cuius debitor erat obligatus pupillo, *l. 1. de auctorit. & conf. tuto. lib. 26. tit. 8. l. quod dicimus 7. & l. pupilla, eod. l. cum quædam. de admini. tut. C.*
18 ¶ Item † requiritur iudicis auctoritas, quæ caussas alienationis, & æs alienum & debitum excutiat: decretum inquam eius. *l. ob æs alienum 12. & l. fi. & tot. tit. de præd. & aliis rebus min. C. l. si prædia. 11. de reb. eor. qui sub tutel. in P. l. si fundum 13. §. 1. eod. l. lex quæ tutores. C. de admini. tut.* quo prætermisso minor postea poterit vindicare alienata, nec tenetur pretium à tutore acceptum refundere emtori, nisi in quantum ditior factus, & quantum in suam vtilitatem conuersum fuisse constiterit, *l. prædiorum 10. de præd. & al. reb. min. C.* Atque non tantum rem tanquam suam vindicat, sed etiam & fructus: si emtor sciuerit minoris fuisse, & ita decretum omiserit. *l. 2. & fin. si quis ign. rem mino. esse sine decr. compa. lib. 5. C. tit. 73. l. vlt. de reputation. lib. 2. C. tit. 48.* omni præscriptione aduersum pupillum cessante, *l. 1. d. tit. si quis igno.* Neque sufficit hic, caussas necessitatis venditionis proponere iudici, nisi illæ ipsæ probentur apud acta, *l. minorum 6. de præd. & aliis rebus minor. in P.* Partes autem iudicis in hoc negotio quales sint, ordine Vlpianus describit *l. magis puto 5. non semper, cum suis versic. de reb. eorum qui sub tut.*

19 ¶ Vim tamen habebit † decreti & auctoritatis iudicialis, rescriptum principis permittens alienationem, *l. 2. quan. decre. opus non est C.* Sed & præscriptio post 25. annos, incipit aduersus ius venditionis retractandæ ex defectu decreti: si post 15. annos ætatis non conqueratur, de ea venditione, intra 5. annos continuos: aut de donatione intra decennium inter præsentes, & 20. inter absentes, *l. fin. si maior fact. alien. fact. sine decre. rat. habuer. libr. 5. C. tit. 54.* vel si expresse ratam habuerit. *l. 1. & 2. si maior fact. rat. habuer. lib. 2. C. tit. 46.* ¶ Et hæc † quæ de venditione diximus, 20
ad omnem pertinere puta alienationem, qua pupilli res desinit esse, *l. non solum 4. si ad resoluendam, l. 7. & 8. de præd. & al. reb. mi-*
no. C. Sicuti in ceteris iuris capitulis, *l. fin. de reb. alien. non alien. lib. 4. C. tit. 51. l. 2. de fund. dot. C.* Et nominatim Cicero, *pro Flacco*, de dote constituenda sine tutore, *Quæcunque sine tutore auctore est dicta dos*, inquit, *nulla est.*

¶ Obseruamus autem † in retractandis distractionibus rerum 21
immobilium minorum, sine solemnibus factis, methodum duplicem qua iudicium de illis interpellatur. Nam aut nullam venditionem dicimus, & repetimus via nullitatis: & tunc, ad negotium non pertinet disquisitio quo pretio, vilione an legitimo distractæ sint. Aut verò per restitutionem agitur in integrum, & tunc pretij deceptio, & vtilitas sola irritas facit minoris vēditiones, etsi interuenerit auctoritas iudicis & tutoris, *l. & si is quem, ad tit. de præd. & aliis reb. C.* ¶ Sed † & in fructibus, reliquisque 22
distrahendis mobilibus, quæ debent in pupillorum vtilitatem vendi, tutor & curator quoque debent tempus oportunum & vtilius, & pretium quo pluris væneant, obseruare: alioquin de negligentia, & damno responsuri, *l. tutor qui repertorium, §. si tutor cessauerit, de admini. tut. in P. l. fi §. fi. eod. tit. C.* Porro in alia administratione, & actionibus & iudiciis *l. in vniuersis 11. C. qui tut. dar. poss. lib. 5. tit. 44.* considerari curam quoque tutoris & officium ex superioribus apparuit: cum de verbis finitionis tutelæ, *ad tuendum eum, &c.* loquebamur.

Quæ personæ tutelam gerere possunt. Cap. 4.

1 *Tutrix esse non potest mulier.*
2 *Tutela quomodo, & quale munus publicum est.*
3 *Mater quando & quomodo possit esse tutrix filiorum.*
4 *Tutores quibus morbis repellantur à tutela.*
5 *Debitores & creditores minorum, num tutores vel curatores eorum esse possint.*
6 *Tutores vel curatores legatione fungentes non dantur. Nec qui se ingerunt. serui, milites, ecclesiastica personæ.*
7 *Tutoribus dandis, quæ in illorum persona magistratus obseruare debet.*
8 *Tutor num Iudæus non Iudæo dari possit.*
9 *Iudæorum impij mores, & odium in Christianos, & leges in eos editæ, prohibentes Christianorum commercia & conuictum.*
10 *Tutores num possint esse pupillorum Christiani & orthodoxæ fidei, hæretici.*
11 *Tutores esse non possunt viles, quibus cum testamenti factio non est, maritus vxoris, non socer, nurus, male moratus.*
12 *Tutores vicini quando dari possint.*

NOn † omnes passim & indiscriminatim personæ in hoc tu- 1
telæ munus vocantur, sed quædam excipiuntur, quæ vel tutelam gerere nō possunt: quia prohibentur, vel quia nolūt, quod se excusent, & immunitatem habeant. Proinde principio arcetur à tutela gerenda mulier, *l. tutela plerunque, & l. fi. de tutel. in P. l. 2. de reg. iur. l. scire, oportet 21. de tut. aut. ab iis, &c, lib. 26. P. tit. 5.* propter sexus infirmitatem: quippe quod alienam subire defensionem munus est virile, *l. alienam defensionem. C. de procu.* & publicum & ciuile munus mulieri subire non conuenit iure, *d. l. 2. de reg. iur. l. cum prætor, de iudic. P.* ¶ Est autem † eius generis tu- 2
tela, nempe publicum, *§. 1. de excus. tutor.* ratione auctoritatis, quæ tutoribus conceditur: cum ciuium & rerum conseruatio in vniuersum considerata, publicam respiciat vtilitatem, *l. 2. de iis, cui sunt sui vel alie. iur. in P. §. pen. eod. ap. Iustī. l. argentarius, §. 1. de eden. in P.* Priuatum autem administratione, *l. athletæ, l. 8. §. tutela, de excus. tut. in P.* munus: cum priuatum sit, quod ad singulorum commoda pertineat, *l. 1. §. huius studii, de iust. & iur. §. huius studij, cod. ap. Iustin.* ¶ Extra tamen † iuris communis regulas, 3
matri & auiæ concedi placuit tutelam filiorum vel nepotum, *l. 2. & auth. matri. quand. mul. tut. offic. fung. poss. C. l. omnem, ad Tertul. C.* atque in istis naturalis affectio, qua præsumuntur habere curam liberorum, singulari modo iuris alias excludit pugnantes præsumtiones, quæ illis prohibere possent. Si tamen testamento paterno relinquantur administratrices, dominæque nutrices sunt, nec alius tutor dari potest, quia per illa verba, *dominam & administratricem relinquo*, censetur tutrix, quia & tutor censetur dominus bonorum pupillorum, *l. qui fundum. §. si tutor pro emto, l. interdum, §. qui tutelam, de furt.* Sed de hoc, & an minor 25. an. tutrix dari possit, & an teneatur renuntiare secundis nuptiis & Velleiano, num etiam amittat secūdis nuptiis tutelam, & ad quid teneatur relicta tutrix, & administratrix sine redditione ratio-

Digitized by Google

num, vide late Boerium *decis.* 124. Papum, *Arresto. lib.* 15. *tit.* 5. *Arresto.* 2. Quod si relicta non fit tutrix mater in testamento mariti, vel patris, & alij auctoritentur tutelam, si velit tutelam recte & facile à principe & æquitatis officina, id est cancellaria, consequetur. ¶ Secundo † utores esse nequeunt, *l.* 1. *qui morb. se excusa. Cod. l. post susceptum, de excus. tut. in P. l.* 3. *qui dare tut. vel cura. possunt, lib.* 5. *C. tit.* 34 furiosus, mutus, cæcus, surdus, & si qui vno oculo tantum orbatus est, *l. frater tuus* 15. *Cod. de excus. tut. lib.* 5. *tit.* 62. ¶ Tertio, perpetua valetudine afflictus arcetur à tutela: vel aliqua temporali, quæ tamen tunc cum dandus est, eum tutorem vrget *§. item propter aduersam valetudinem, de excus. tut. l. non solum, §. fin. & l. idem Vlp. eod. in P.* ¶ Quarto, † creditores minorum olim, sicut nec debitores, tutores eis dari poterant, *l. creditorem* 8. *qui dar. tut. poss. C. l. neque* 7. *de excus. tut. lib.* 5. *C. tit.* 62. *§. item propter, eod. ap. Iustin.* hodie nequaquam, *§.* 1. *vt ij qui oblig. perhib. se hab. res minor. in auth. minoris, qui dar. tut. poss. C.* Quinimo si subierint vel acceptauerint tutelam priusquam iudici vere exposuerint debitum quale sit, vel ius quod habent in bonis pupillorum, amittunt debitum si datiui tutores sint, non etiam testamentarij, vel placuisse senatui Gratianopolitano 6. Februarij 1461. notat Philibertus Bugnonius, *lib. leg. abrog.* ¶ Quinto † loco ad vtilitatem minorum pertinet, ne illi qui in legatione sunt, dentur tutores vel curatores à magistratibus: quia per id tempus quo in legatione funguntur, periculum ad eos non pertinet, *l. scire oportet* 21. *§. eos qui in legatione, de tuto. & cur. dat. ab iis qui non dan. &c. lib.* 26. *P. tit.* 5. *l. in omnem, eod.* ¶ Sexto, qui se ingerunt, petuntque tutelas, & easdem pretio aucupantur, creandi non sunt tutores, *dict. l. scire oportet §. fin. l.* 3. *§. tuto. qui ad alimenta, de suis. tutor.* sed pœnæ potius subiiciendi, vt suspecti se vltro offerentes, *l. quæ omnia, §.* 1. *de proc. in P. l. si quemquam, de episc. & cler. Cod. l. prætor. §. neque, de offic. præsc. in P.* nisi alioquin idonei certo apparerent, *Paul. l. vxori* 18. *ad legem Cor. de falsi. lib.* 48. *P. tit.* 10. ¶ Septimo militiæ armatæ muneribus occupatus, nec tutor, vel curator etiam volens, dari potest, *l.* 4. *qui dar. tut. poss. C. §. idem & in milite, de excus. tut. ap. Iustin. l. ab administratione, l.* 7. *de legat. lib.* 6. *D. tit.* 37.

¶ Octauo, non seruus, *l. in seruili* 7. *qui dar. tut. poss. C.* ¶ Nono, non debent, nec possunt etiam ecclesiasticæ personæ tutelas subire. Atque concilio episcoporum statutum scribit D. Cyprianus *lib.* 1 *epist.* 9. ne quis clericis, vel ministris tutorem vel curatorem testamento suo scribat, quod ij non nisi altari, & diuino ministerio debeant vacare, & orationibus: & nemo militans Deo, secularibus negotiis se immiscere debeat, 2. *ad Tim. c.* 1. 2. 3. 4. 88. *dist. tit. ne cler. vel mona. &c.* Atque pro eo defuncto in altari orandum non esse, qui tutorem clericum dederit: imo sacerdotem ab altari dimouendum, nec pro eius dormitione offerendum. Quæ transtulit inter pontificia decreta Gratianus, *ca. fin.* 88. *dist.* Vnde ecclesiasticis immunitas à tutelis data est, ecclesiastici muneris fauore, vt non cogantur tutelas suscipere, vel curas, *leg. generaliter, de episc. & cler. c. generaliter* 16. *q.* 1. Possunt tamen hodie si velint legitimas suscipere, demtis episcopo & anachoretis, *§. amabiles, de sanct. episc. coll.* 9 *auth. presbyteros, de episc. & cleric. Cod.* Tenentur tamen ad miserabilium hominum tutelam omnes & ad defensionem eorum etiam cuiuscunque sint ecclesiasticæ gradus personæ *c. peruenit* 86. *dist. can. decreuit* 88. *dist. c. licet.* 87. *dist. cap. generaliter,* 16. *q.* 1. ¶ Et † decimo loco in summa cum reliquis, oportet magistratum & mores creandorum inuestigare: neque facultates enim, aut dignitas ita sufficiens est ad fidem, vt bona electio, vel voluntas, vel benigni mores, *l. scire oportet* 21. *§. pen. de tuto. dat. ab iis, &c. in P. l. in confirmando, de testam. tut.* ¶ Vndecimo, non caret † controuersia, num Iudæus Christiani tutor esse possit, *Agitat hanc quæst. Ias. in l.* 1. *de iust. & iur. Bar. & alij, in l. spatonem, §. tam autem, de excus. tutor.* Placet autem mihi non posse, quia cultus diuinus, & mores inde corrumperentur pupilli: quamuis Modestinus dissentire prima fronte videatur, dum Iudæos non Iudæorum esse permittit. Verum si consideremus eorum in corrumpendis moribus Christianorum infidum morem, ipse eodem responso aperte repellit, *Modest. in l. spadonem* 17. *de excus. tut. in P.*

¶ Contemnunt † enim alios, qui suæ religionis non sunt. Et vt ait Iuuenalis, *Satyr.* 14.

Quidam sortiti metuentem sabbata patrem,
Nil præter nubes, & cæli numen adorant,
Nec distare putant humana carne suillam,
Qua pater abstinuit: mox & præputia ponunt.
Romanas autem soliti contemnere leges,
Iudaicum ediscunt, & seruant, ac metuunt ius,
Tradidit arcano quodcunque volumine Moses,
Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti,
Quæsitum ad fontem solos deducere verpos,
Sed pater in causa cui septima quæque fuit lux
Ignaua, & partem vitæ non attigit vllam.
Sponte tamen iuuenes imitantur cetera: solam
Inuiti quoque auaritiam exercere iubentur.

Nec est quod referam quanto odio in Christianos flagrent, quoties ad necem vsque insidiari fuerint: prostant enim palamque sunt exempla, vbicunque illis permissa fuit habitatio. Et Constantinus, *l.* 2. *de Iudæ. lib.* 1. *Cod. titul.* 12. illorum in Christianos odium lethale constitutione duxit coercendum, *Si quis*, inquit, *Iudæorum post hanc legem, aliquem qui eorum feralem fugerit sectam, & ad Dei cultum respexerit, saxis aut alio furoris genere, quod nunc fieri cognouimus, ausus fuerit attentare, mox flammis dandus est, & cum omnibus suis participibus concremandus.* Et Theodosius *l. fin. eod.* & Valentinianus & Gregorius IX. *cap. ex speciali, cap.* 18. *de Iudæ. ap. Greg.* ademerunt Iudæis omnes administrationes & honores, & potestatem inter Christianos, ne insultent fidei nostræ. Quamobrem cum docuerimus maxime personæ dari tutores & moribus, vita autem nostra religione, vt ait Plinius constet, certe pro religione statuendum erit, *l. sunt personæ, ae relig. & sumt. funer. in P.* & si quædam contrarium suadere videantur aliquibus. Pretiosior enim cunctis rebus anima est, *l. sancimus, de sacrosan. eccles. C.* cuius vitæ magis cõsulendum: & ideo sicuti suspicio insidiarum in vitam minoris, prohibet, ne pupillus inter suspectas huiusmodi personas educetur, *l.* 1. *& fin. vbi pupil. educ. debe. in fin. l. fi. C. eod.* multo magis vbi suspicio est periculi animæ. Prohibuit & Constantinus, *l.* 1. *ne Christia. manci. hæret. vel Iudæ. habe. lib.* 1. *C. tit.* 13. Iudæis hæreticisque habere seruos Christianos. Idipsum & pontificia iura cauent *cap.* 2. *de Iudæis, lib. Decret. tit.* 6. Vt non immerito in sua potestate prohibeantur habere liberos. Quin & concilio Lateranensi statutum, *c. Iudæi sub c.* 5. *eod.* non licere Iudæis vel Agarenis, prætextu alendorum puerorum suorum, nec pro seruitio, vel alia qualibet caussa, mancipia Christiana in domibus suis habere, non liberas nutrices, non mercenarios Christianos, *c. adhæc, c.* 8. *eod. c. & si Iudæos, c.* 13. *eod.* Quoniã, vt ibi scribitur, Iudæorum mores & nostri, in nullo cõcordant: & facile ob continuam conuersationem & assiduam familiaritatem ad suam superstitionem & perfidiam, simplicium animos pertraherent. Et ob id etiam, in concilio generali placuit, *in c. nonnullis* 15. *de Iud.* vt habitu ex vestitu essent distincti Iudæi inter Christianos commorantes, ne latentes Christianæ insidientur fidei.

¶ Duodecimo † hæc eadem, quæ diximus de Iudæis, in hæreticis obseruanda sunt, vt iisdem, quibus Iudæi rationibus repellantur à tutela orthodoxorum, & Christianorum: serpit enim doctrina eorum, vt cancer, sicut voluit D. Paulus, *ad Tim.* 2. prohibenturque eorum non tantum consortia, sed etiam salutatio, vt nec eis dicẽdum esse, aue, D. Ioannes admoneat, 2. *D. Ioan. epist. cap.* 1. ¶ Decimotertio † non gerit tutelam turpis persona, cui nec tutela cum satisdatione committi debet, *l. testamento datos,* 17. *de testam. tut. lib.* 26. *P. tit.* 2. ¶ Decimoquarto † testamento tutores ij dari possunt, cum quibus testamenti factio sit, *l. testam. tutores* 21. *eod.* videlicet passiua, hoc est, qui capere ex testamento possunt: alioquin si de actiua agatur, qui testamentum facere non possunt, & ipsi tutores dari possunt, vt filiifamilias, *§.* 1. *qui dar. tut. poss. apud Iustin. Vlpia. l. si quos* 18. *§. fin. de excus. tut. in P.* Veruntamen & de hac re Vlpianus sic ait *in tit. iuris, tit.* 12. *Testamento dari possunt ij, cum quibus testamenti faciendi ius est, præter Latinum Iunianum: nam Latinus habet quidem testamenti factionem; sed tamen tutor dari non potest, id enim lex Iunia prohibet. Et lex Iunia tutorem fieri iubet: Latino impuberi eum, qui ante manumissionem ex iure Quiritium fuit.*

¶ Decimoquinto mariti etiam tutores vel curatores vxoris, dici non possunt datitij, *l.* 2. *qui dari tut. poss. lib.* 5. *C. tit.* 34. *§. pen. de excus. tut. ap. Iustin.* quia iure ipso Romano mulieres sunt in tutela & cura maritorum, vt diximus in potestate in vxores. ¶ Decimosexto, nutui suæ nemo curator dari potest, *l. licet orationis,* 17. *de excus. tut. C.* Decimoseptimo, quando ex inquisitione magistratuum vel præsidum dantur tutores, solet inquiri secundum Theophilum *in §.* 1. *eod. & in §. sed ex his, de Attil. tut. in Instit.* sitne qui est dandus locuples, frugi, probus vita, an vitæ pignora, hoc est, liberos habeat: item an eam, quæ se progenuit, patriam amet, secundum Constantinum Harmenopulum, *lib. 5. promtu. in. tit.* 11.

¶ Decimooctauo † aliquando in controuersiam venit, num deficientibus testamentariis & legitimis, dari possent tutores vicini pupillorum, nulla affinitate vel cognatione illis coniuncti, sed tandem placuit posse, ni se alia iusta ratione excusent, senatusconsul. Paris. 21. Maij 1534. *Pap. lib.* 15. *arest. tit.* 5. *arest.* 1. quia etiam protinus extraneus, & ignotus tutor dari potest.

De Suspectis tutoribus.

Cap. 5.

Lib. 26. P. tit. 10.
Lib. 5. C. tit. 43.
Lib. 1. Instit. 26.

1 *Tutores ex quibus caussis, vt suspecti, remoueri possunt: Ex iisdem non dentur impediri possunt.*
2 *Tutor suspectus quis dicatur.*
3 *Tutor suspectus ex quibus caussis fieri potest.*
4 *Tutor pauper bonæfidei vt suspectus remoueri non potest.*
5 *Tutor vt suspectus quomodo remoueatur à iudice.*
6 *Tutores vt suspectos qui accusare possunt.*
7 *Tutori vt suspecto accusato interdicitur administratio.*
8 *Tutor de suspecto pendente administratione non finita tutela accusatur.*

9 *Tutor*

Digitized by Google

9 *Tutor coram quo iudice de suspecto accusatur.*
10 *Tutoris ob dolum remoti infamia pœna.*
Pœnia multa quid.eod.

1 NOn idoneus † dicitur quoque tutor, qui suspectus in fide vel opera videtur, atque ex iis caussis quibus suspectus remoueri potest datus, ex iisdem prohiberi posse ne detur arbitror.
2 ¶ Suspectus † intelligitur, qui ex mala fide tutelam administrat. *§. suspectus autem, & §. nouissime, de suspect. tut. Vlpia. l. si creditores 15. versi. sed suspectus, de priuil. cred. lib. 42. P. tit. 6.* quive his moribus præditus est, vt in suspicionem veniat, *§. fin. de susp. tut. l. suspectum, eod. in P.* Suspicio perfidiæ vel incommodi pupilli, ex persona tutoris certum non habet malitiæ tutoris iudicium aliquando, sed num talis sit, qualis malus præsumitur, argumentum & opinionem: vnde in dubio, ne quod veremur contingat, vel ne quod detectum est malum serpat, leges præsidium & cautionem dant, & delictis obuiam eunt. Atque ex decemuirali lege suspecti crimen descendit, *Vlpian. l. 1. §. sciendum, de susp. tut. in P.* quod proponi potest contra quoslibet tutores, *dict. l. 1. §. ostendi-*
3 *mus. eod.* ¶ Suspectus † itaque multis ex caussis quis fit, veluti primum si tutor rationes cum collega non communicet, *l. actus 20. de admini. tut.* Si forte grassatus in tutela aut sordide egerit, aut pernicioſe pupillo, si rerum eius aliquid interceperit, expilauerit ve ante vel post tutelam, *Vlpian. l. 3. §. nunc videamus, de suspect. tut. in P.* si tutor inimicus fuerit pupillo parentibusue eius, nec reconciliatus illis sit, *d. l. 3. §. si tutor inimicus, §. inimicitiæ, de excus. tut.* si res vetitas sine decreto vendidit cum fraude, *dict. l. 3. §. Verus & Antoninus, l. 4. & l. etsi quidem de præd. & al. reb. minor. C.* si ad alimenta præstanda pupillo copiam sui non faciat. *dict. l. 3. §. tutor qui alimenta. de susp. tut. l. fi. vbi pupill. educ. deb. in P. §. si quis tutor. de susp. tut.* qui non facit inuentarium, nec pecuniam ad prædiorum comparationem conferre vel deponere peruicaciter perstat quoad emtionis occasio inueniatur *d. l. 3. §. tutores, & l. fin. §. si. arbit. tute. C.* si segniter, si fraudulenter se gerat, *leg. in postulandis 5. de susp. tut. C. l. 4. eod.* si contumaciter administrationem recuset *l. 3. C. eod.* si copiam sui vocatus in ius pertinaciter, non faciat, *Vlp. l. impuberibus 7. §. fi. eod. in P.* si cum ignauia negligentia, vel dolo gerat: si cum simplicitate, rusticitate, ineptia, *l. hæ enim 4. §. fin. eod. in P. leg. 3. §. fin. eod.* Generaliter aliis quoque iustis de caussis rē queri quis poterit, si prætorem mouerint, cur existimet aliquem non debere in tutela versari, *Vlpia. l. 3. §. si tu-*
4 *tor. de susp. tut. in P.* ¶ Placuit † tamen tutorem, quamuis pauperem fidelem tamen ac diligentem, non esse remouendum à tutela ideo, vt suspectum, *l. suspectum 8. eod. in P. §. fi. eo. ap. Iustinian.* optimumque factum visum est potius curatorem adiungi, quam eundem cum nota fidei & existimationis remoueri, vt ait Modestin. *l. si tutor 9. eod l. pietatis, 6. C. eod. tit. §. fin. eod. ap. Iustinian.*
5 ¶ Ex his † itaque caussis à tutela remouetur tutor, vel officio iudicis, si apertis argumentis liqueat illi eum esse suspectum, vel si accusatio ea de re instituta coram eo fuerit, *l. 3. §. præterea, de susp.*
6 *tut. in P.* ¶ Accusat † autem & probant suspectos omnes patentes proximi, cognati pupilli, & quibus pietatis affectio officium hoc promouet, *l. pietatis 6. §. fin. eod. C. l. 1. §. consequens, eod. tit. P. §. consequens est eo. ap. Iustin.* item contutor. *l. 3. de suspect. tut. P.* etsi ille sit iam remotus vt suspectus: liberti pupillorum, *d. l. 3. §.*
7 *1.* ¶ Et † hac pendente accusatione interdici administrationi tutori postulato de falso placuit alio interea pro administratione subordinando *l. eum quem 7. eod. C. §. si quis autem eod. ap. Iustin.*
8 *Vlpia. l. quod si forte 14. §. 1. de solut lib. 46. P. tit. 3.* ¶ Siquidem † dignum obseruatione est, agi in tutores vt suspectos pendente tempore tutelæ, nam finita tutela ob eadem quibus quis suspectus ea pendente postulari potest agitur non de suspecto sed de actione tutelæ, *l. 1. C. de susp. tut. l. pen. eod. in P. l. nisi. & l. si tutor. in fin. & l. seq. de tutel. & rati. distrah. in P. §. sed si suspecti, de susp. tut.* ¶ Porro
9 suspecti † accusatio pro tribunali tantum examinari potest, inquit Marcellus, *l. 1. §. suspecti, ad Sena. Turp. lib. 48. P. tit. 16.* & nullus alius de huiusmodi quæstione pronuntiare potest, quam prætor Romæ, in prouinciis autem præsides & legati proconsulis, *§. 1. de susp. tut. ap. Iustin. l. 1. §. damus. eod. in P.* & is cui à prætore iurisdictio mandata est. Interdum atrocia in pupillos committentes remoti, ad perfectum vibis pro eius arbitrio puniendi gra-
10 uiter remittuntur, *l. 1. §. fin. & l. 2. eod. in P.* ¶ Qui † autem vt suspecti remoti sunt, si ob dolum famosi sunt: si ob culpam non æque, *§. suspectus, & §. ostendimus. eod. ap. Iustin. l. 3. §. fi. eod. tit. in P. l. fi. C. eod.* Et fraudatores tutelarum turpi iudicio coercendos dixit Cic. *pro Aul. Cec. n.* ex leg. 12. tab. Et æstimationis summæ pœna, id est, infamia, *idem pro Roscio.* Vt actione tutelæ damnatos Vlpia. infamia notari ait, *l. 1. de his qui not. infam.* Idem & apud Græcos ex Demosthene colligitur, *Orat. 1. cont. Aphobum circa fin.* Ideo cui hac actione agebat, nisi reum perageret, sexta parte litis æstimatæ mulctabatur, quæ in reum absolutum veniret. Mulcta autem ideo dicta, quod in quamlibet drachmam calumniæ reus obolo mulctaretur, cum seni essent oboli in drachma. *Budæ. de asse.*

De Excusationibus legitimis tutorum. Cap. 6.

Lib. 27. P. tit. 1. Lib. 5. C. tit. 62.
Lib. 1. Instit. tit. 25.

1 *Tutelam gerere habet periculum animæ.*
2 *Excusatio tutelæ quid.*
3 *Excusationum caussæ in genere.*
4 *A tutela quando paupertas excusat.*
5 *A tutela se excusat, qui alterius est prouinciæ quam bona pupilli.*
6 *Tutelæ tres aut duæ curæ, quando ab alia tutela nona excusant.*
7 *A tutelis excusant negotia alia necessario gerenda.*
8 *Liberi qui, & quot à tutela dant excusationem.*
9 *Excusationes à tutela vel cura ex parte personarum quot, vt si quis fuerit tutor, si inimicus, si valetudinarius, si litem habeat, si minor.*
10 *Septuagenarius quare à tutela & cura excusatur.*
11 *Item Alienigena, & de aliis caussis excusationis.*
12 *Excusationes à tutore vel curatore ante administrationem sunt & intra 50. dies propinendæ, postea perperam proponuntur.*
13 *Excusatione non vtitur, qui promisit defuncto patri subire tutelam, vel qui subscripsit datioui, vel legatum ob id acceptauerit.*
14 *Vtilitas legitimæ accusationis.*

QVemadmodum † proxime pertractatæ personæ idoneæ non sunt administrationi tutelæ, quia reiiciantur inuiti: sic nec qui se excusant ab hoc munere, & nolunt illud subire, ac commodi non sunt, cum cogi nequeant. Sunt enim aliqui, qui Dei memoriam habentes, inquit Iustinianus, *§. quoniam, vt hi qui perhib. oblig. se hab. res minor, in auth. coll. 6. tit. 2.* ad tutelam & curam suscipiendam difficulter accedant: non solum vt labores recusent, sed ne pupillorum gratia in animæ periculum incidant. Quidam tamen illegitime, quidam legitime tutelæ onus deprecantur: proinde de legitima excusatione agendum est.
3 ¶ Excusatio † hæc est, muneris rite delatæ tutelæ ex iustis caussis legitime propositis exceptio. Munus genus est quia alia plura genera quam tutelæ, *tot. tit. de muner. & honor.* reliqua differentias constituunt. Exigimus in hac excusatione rite delatam fuisse tutelam, hoc est, vt idoneus is sit tutor, si velles cui deferatur, etenim illi qui idonei iure communi non sunt, excusatione non egent, pro reiiciendo munere vel onere. Veluti si ij qui dari non possunt, dati sunt: vel qui dari possunt quidem, ab iis tamen qui dare non possunt dentur: aut quibus non oportet, aut non eo quo oportet modo. *Modestinus leg. scire oportet 15. §. qui non iuste de excus. tuto. in P.* Priuatio enim præsupponit præcedentem habitum, *l. aecem, de verborum obligatio. leg. Iulianus, de diuort. in P.* Dari autem non possunt illi, de quibus proxime ante diximus. ¶ Excusantur † autem primum ratione rerum, de-
2 hinc ex qualitate personarum, & subinde ex aliis negotiis, quæ cum pupillo vel aliis sunt, vel futura sunt. ¶ Ratione † rerum se
4 excusant ob inopiam pauperes, si se impares oneri iniuncto possint probare, *Vlpian. l. paupertas 9. de excus. tut. in P. §. sed & propter paupertatem eod. tit.* Videlicet, si eius generis sint, qui repositas non habeant facultates, in victumque necessaria, nisi manibus operentur & conquirant: talesue sint pupilli facultates, quæ non permittant tutorem ab administratione abscedere *leg. post susceptam 43. §. fin. eod. tit.* Quamobrem qui in collegio pistorum operatur. in pistrino per semetipsum, excusatur non aliter, *l. si. eod.* & ita mediocritas quoque, & rusticitas excusationem aliquando dant, *Vlp. in l. athletæ 8. §. fi. eod.* Et ideo cessante paupertate, & facultatibus additis, non competit excusatio, *l. non tantum, §. eos qui, de excus. tut. in P.* ¶ Recusant † recte etiam onus tutores dati
5 testamento, si res administrandæ sint in alia quam sua prouincia. *Modestin. in l. non solum 12. §. & qui in testamento. eod.* ¶ Et † illi
6 quoque qui pertractandis aliorum rebus occupati necessario sunt, excusatione donantur: vt qui tres iam vere tutelas vel curas habet & administrat, quia aliis & istis non posset commode superesse. *§. item tria onera, de excus. tut. leg. 3. 4. §. 6. eod. in P.* Nisi eas affectauerit, quia affectatæ non adscribuntur numero, *l. Spadonem 17. §. fin. eod. P. l. voluntariæ eod. C. l. vni. qui nu. tutel. se excu. lib. 5. C. tit. 69.* nec honoratiæ.
7 ¶ Ideo etiam † quibus tributorum exactio commissa à principe, *l. exactores tributorum 10. C. de excu. tut.* vel aliarum rerum administratio, ea durante excusantur, *l. Geometræ & mensores frumentarios, eo. in P. §. item D. Marcus, eo. ap. Iustin. Hermogenianus, in l. administrantes 44. eod. in P. l. iurisperitos 33. eod. & §. & qui de excus. tut. ap. Iustin.* quales qui præsidatum gerebant Asiæ, Bithyniæ, Cappadociæ, & aliarum prouinciarum, *l. athletæ 8. §. 1. eod.* patrimonialis colonus, *l. si. qui dar. tut. poss. lib. 5. C. tit. 34.* excepto conductore. *l. colon 8. de excus. tut. C. l. spadonem 17. §. qui vectigalia, eod. in P.* Item excusantur ob dignitatem administratoriam silentiarij principis, *l. si. C. eod. d. l. si. de silent. lib. 12. C.* magistratus ciuitatum *l. athletæ 6. §. remittuntur, de excus. tuto. in P.* excepto Ædili, *l. non tantum 20. §. is qui ædilitate, eod. in P.* & qui occupati sunt aliis rebus publicis, quales grammatici, sophistæ, oratores, philosophi, qui publice iuuenib. profunt, & medici, *l. si duas 6. §. Grammatici & seqq. §§. & l. sed & reprobari. l. 7. in princ. §. eod.* doctores legum, non quidem qui in aliquo præsulatu docent, sed si Romæ, *d. l. sed & reprobari. §. fin.* vel in alia regia academia profiteantur publice, *§. hæc autem in prooem. Pan. iuris.* ¶ Administra-
8

Digitized by Google

tio quoque liberorum propriorũ viuorum legitimorũ, quæ plena curis est, & solicitudinibus, vt æquum non sit patrem ab illa naturali distrahi, vt extraneis, suis relictis, opem impendat, *arg. l. præses prouinciæ, de seruit. C. l. fin. de cura. fur. C.* si modo tot sint, qui totum eum desiderent. Vnde numerus definitus est liberorum ad excusationem sufficiens, in quorum recipiuntur seriem nepotes, nepresue ex filiis masculis, *l. 2. §. remittit. & seq. de excus. tut. §. 1. & seq. eod. ap. Iustin.* Et qui in bello cecidere pro republ. *d. §. 1. et l. bello amissi. 21. eod in P.* Romæ sufficientibus tribus, in Italia quatuor, in aliis prouinciis quinque, *l. vnic. de in, qui num. liber. se excus. lib. 5. Cod. tit. 66.* Item qui patroni senatoris negotia gerit, à tutela decreto patrum excusatur, *l. libertus 17. §. liberti. ad*
9 *municip. lib. 50. P. tit. 1.* ¶ Ex capite† quoque personarum reiici possunt tutelæ vel curæ: veluti ne is qui tutor fuit, curam eiusdé cogatur subire, *§. qui tutelam de excus. tut. l. curator. Cod. eod.* Si humilis sit persona, & analphabetus simul: nam vtrumque requiritur, nec alterum sufficeret, *l. athletæ, §. p. u. & fin. eod. P. §. similiter eos, eo. ap. Iustin.* Inimicitiarum etiam præcedentium capitalium sine reconciliatione cum patre pupilli allegatio excusationem habet, *d. l. athletæ, §. dat remissionem. §. item si propter, eod. ap. Iustin.* Vt si obiiciatur valetudo aduersa administrationi postulatæ, *§. item propter aduersam, eod. l. item Vlp. & l. non solum, § fin. & in seq. eod.* Si his futura sit cum pupillo, vel exsistat de vniuersitate bonorum, puta qua se heredem arbitratur, vel alio modo dominum: Etenim de re singulari vel parte bonorum, lis non esset legitima excusatio, *l. si pupillum, & l. propter litem, eod. in P. §. item propter litem, eod. ap. Iustin. l. si vt allegas, C. eod.* Et proinde communio rerum, vel de ea cõtrouersia, cum per curatorem pupillo ad cõmunia turanda datum expediri possit, non est iusta excusatio, *l. quod res, C. eod.* Ætas quoque, quæ ad negotia tractanda pupillorum idonea non est, excusat a tutelæ munere, veluti minor 25. annorum, qui enim se tueri non possunt, aliorum tutelam subire non debent, & ita iure repelluntur à tutela, *§. minores, de excusat. tutor. ap. Iustin. l. fin. de legat. hered. C. l. si non solum 12. §. si libertus,*
10 *eod. in P. facit pro ratione, c. iudicorum, de ætat. & qualit.* ¶ Maiort† etiam 70. annorum à tutela & cura se potest excusare, *§. item maior, de excus. tuto. ap. Iustin. l. 2. eod. in P. l. vni. qui ætat. se excus. l. 5. C. tit. 68. l. 3. de iur. imminut. in P.* Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni: si autem in potentatibus, 80. anni, amplius eo-
11 rum labor & dolor, *Psal. 89.* Solon humanæ vitæ terminum etiam 70. annos esse ait, *Diog. Laert. in 1. in Solone.* ¶ Qui† neque ciuis, neque incola eius loci est, in quo tutor datur, recte detrectat administrationem, *l. idem Vlp. l. 14. §. fin. de excus. tut. in P. Callist. in d. l. non tantum 17. §. Illensib. eod. tit. Vlp. in l. illud vsitatissimũ 22. l. propter litem 24. §. licet datus. l. fin. eod. tit. l. 2. & 11. C. eod.* Item quis non cogitur suscipere tutelam vel patrocinium contra fratres vel filios, *l. humanitatis 23. C. de excus. tut.* Et nauicularij excusantur à tutela extraneorum, non eorum, qui sunt de corpore eodem, seu de collegio, *l. pen. C. d. eod. tit.* Et qui ingredi ciuitatem nequeunt, vt ignominia missi, ab vrbicis excusantur tutelis, *l. sed*
12 *& milites 10. §. scribit autem, eod. in P.* ¶ Quæ† interueniunt quoque in excusatione proponenda, & prosequenda: Considera: primum, vt ea ante administrationem vel confirmationem tutoriã edatur, nam si postea proponatur, sero fit, nec proficit, *l. scire oportet, §. qui non iuste, cum similib. ibi per gloss. not. de excus. tuto. in P. l. si nemo, §. fin. de testa. tut. in P.* Sed & tempus iure definitum est, intra quod qui sciuit se tutorem datum, excusationem debet obiicere: nempe 50. dierum, si in ciuitate, vel intra 100. à ciuitate lapidem sit, *d. l. scire oportet, §. multa.* Qui autem supra centum miliaria à ciuitate abest, viginti miliaria habebit vltra numerata in vnamquamque diem, à qua cognouerit: oportet enim manifestari eã à præsidibus, vel in faciem, vel in domum: & extra hos, alios triginta dies habebit ad excusationem, *d. l. scire, §. qui autem, & §. seq. & §. consequens.* Peragi autem debet negotium à die nominationis intra quatuor menses, *l. quinquaginta dierum, eod. titul.*
13 *in P. l. quinquaginta, eod. C.* ¶ Subinde† animaduertendum, num is qui tutelam recusat, patri pupillorum viuenti promiserit tutelam se subiturum: tunc enim reiecta excusatione cogitur subire eam, *l. sp. adonem, §. qui patri, de excus. tut. in P. §. item si propter. eod. ap. Iustin.* Id ipsumque statuendum, si dationi testamentariæ se subscripserit, *Papin. in l. ex sententia 29. de testam. tut. lib. 26. P. tit. 2. l. vxori, §. qui se filio, ad l. Cor. de falsi.* vel legatum relictum accipiendę tutelæ caussa agnouerit, *l. post legatum, §. amittere, de iis quib. vt ind. g. in P.* quod non potest iure consequi, nisi post acceptam tutelam, *l. qui tutelam 20. de testam. tut. l. Nezennius, de excus. tut. cum*
14 *distin. ibi adiectis.* ¶ Porro† vtilitas legitimæ & iustæ excusationis erit, vt excusatus à periculo tutelæ se eximat, *l. si tut. C. eod. tit.*

De diuisione tutelæ, formulisque tutorum in vniuersum. Cap. 7.

1 *Continuatio & epitome dicendorum.*
2 *Tutela in datiuam, & permissiuam diuisa.*
Permissa testamentaria, datiua legitima, & à magistratib. data.
3 *Mixta à testatore & magistratu confirmata.*
Vnde & tutores aliquando honorarij & notitiæ caussa dati.

EXhibita imagine† generali tutelarum & substantia, cũ partibus eius rerum & personarum, diuisionem explico, in qua quemadmodum, & à quibus & typum, secundum quem tutores dari & cõfirmari possũt, exhibebimus, & quibus dari possint: vnde & quæ affinia curæ, & dissidentia sunt, & conuenientia annotare licebit. ¶ Igitur† tutela vel permissa, vel datiua dicitur, vt ex finitionis verbis tutelæ, *l. 1. de tut. in P. §. 1. eod. ap. Iustin.* ibi, *iure ciuili data, vel permissa* liquet. Permissa testamentaria alio modo dicitur: quia iure ciuili permissum est parentibus, tutores filiis suis dare, *§. permissum, eod. l. 1. de testa. tut. in P.* Datiua iuris ciuilis duplex, vel quæ defertur à lege immediate, nullo alterius personæ adhibito ministerio, & legis solius auctoritate, ideo legitima, *l. legitima, de pact. in P.* alia datiua, delata per leges ministerio magistratuum. ¶ Mixta inde† quæ à tutore, vel à iudice dari potest, dicitur. Ex his honoraria alia, à qua tutores quoque testamentarij, legitimi datitij, vel datiui, & honorarij dicuntur: quibus & addi possunt, qui propter rerum notitiam dantur.

De Testamentaria tutela, & eius confirmatione: & de tutoribus testamentariis & confirmatis. Cap. 8.

De test. tut. lib. 26. P. tit. 2. Lib. 5. C. tit. 28. Instit. tit. 13. & 14.
De confirmando tut. lib. 26. P. tit. 3. Lib. 5. C. tit. 29.

1 *Potestas dandi testamento tutores à patria potestate, & 3.*
2 *Tutor dari non potest certæ rei, nec testamẽto, vel codicillis inualidis.*
3 *Curator testamento dari non potest, tutor potest.*
Tutor testamento non datur ab alio, quam à patre: verum datus, à iudice confirmatur.
4 *Qui testamento tutores dari possint.*
5 *Tutores quomodo dari possint testamento.*
6 *Tutores testamentarij quando confirmantur.*
7 *Curator à patre testamento datus, confirmatur.*
8 *Officium iudicis quale in confirmando tutore.*
9 *Tutores & curatores à patre dati, in confirmatione non satisdant, aliàs satisdant.*
Idem 11. & quid si à matre dentur.
10 *Tutor filio matre viuente, ea inuita dari non debet.*

QVia Romani patriam † potestatem, vt propriam, sibi arro- 1
gant. *§. 1. de patria potest. eodem* iure ciuili & potestatem tutores dandi filiis post mortem concessam habent, ex capite legis 12. tab. vt, *Vti quisque legassit super familia tutelaue suæ, ita ius esto, l. 1. & l. tut. incertus, de testam. tutel. l. verbis 120. de verb. sig.* Neque dato testamentaria valet, nisi secundum ius dentur tutores, *l. 3. de testa. tute. in P.* ¶ Itaq; † iura in hac sequi oportet, quæ pro re, 2
considerandum docent, ne certæ rei, vel caussæ tutor detur, *§. ad certum, qui testa. tut. dar. poss. lib. 1. Instit. tit. 14. l. certarum 12. cum li. seq. de testam. tut.* quia personæ potius datur tutor. Item testamentum vel codicillos in quibus fit datio, vt consistant & valeant, *d. l. 3. eo. in P. l. 3. de confir. tut. lib. 26. in P. tit. 3. l. 2. C. eod. lib. 5. titul. 29.*

¶ Et† in hoc differt etiam à curatore tutor, quia curator testa- 3
mento dari non potest, *l. pen. C. de testam. tut.* Demum personę quæ dant, esse debent quæ debeant liberos, quibus dant, in potestate, *l. 1. eod. in P. l. 1. de confir. tut. in P.* Quo fit, matres non posse testamento filiis tutores dare, non patronos, nec extraneos, sed tamen dari ab istis, ex caussa confirmantur à iudice, *l. 1. 2. & 4. eod. in P. l. 1. C. eod. l. qui tutelam 28. §. fin. de test. tuto.* vt etsi detur exheredato *d. l. eod. in P.* ¶ Quemlibet† autem posse tutorem da- 4
ri, lex 12. tab. voluit, *l. tutor incertus 20. §. fin. eod. in P.* dummodo is alioquin sit idoneus *l. vt gradatim, de mun. & honor.* & habeat factionem testamenti passiuam, *l. testamento tutores 21. de testa. tute.* sitque certus, *Africa. in l. tutor. ita recte 23. de test. tuto. & l. si quis tutorem 22. eod.* & non numeretur inter illos qui nequeunt tutores esse, de quibus supra diximus. ¶ Potest † & tutor testamento da- 5
ri à certo tempore & vsque ad certum tempus, sub conditione & vsque ad conditionem, *Vlpia. l. tutor datus 8. §. 1. de testa. tuto. in P. l. tutoribus 33. eod. §. ad certum tempus, qui testam. tut. dar. poss.* & post mortem heredis *l. tutores 7. de testa. tut. in P.* Obseruamus tamen regulam, neminem posse cuiquam tutorem dare, nisi ei quem in suis heredibus habuerit, vel habiturus esset, si vixisset, *l. quo tutela, §. 1. de reg. iur.* Quod si talibus dederit non inspicimus an nati sint, vel posthumi filij vel nepotes masculi vel fœminæ, *l. si quis filiab. §. & seq. de testa. tut. in P.* ¶ Quando autem testamento 6
dati tutores, non possunt auctoritate eius subsistere, ad confirmationem refugimus, si æquum videatur & vtile pupillis illos tutores retinere, veluti, si dati in testamento rupto, *l. si pater 31. de test. tut. in P.* si ij, qui non poterant dare dederint, testamento permanente, *l. 1. & seq. de confir. tuto.* si dubitetur de virib. testamenti *l. iure nostro 26. §. fin. & l. seq. de test. tute.* si naturalib. liberis detur, *l. fin. C. de confirm tuto.* ¶ Confirmatur † & à patre curator testamẽto datus, *l. 1. §. fin. eod. in P.* ¶ Officium † iudicis in confirmandis 7 8
datis tutoribus testamento, in inquisitione consistit, qua discu-

tit num

Digitized by Google

tit num idoneus sit is;qui datus est tutor,moribus, facultatibus, persona num sit constructus ære alieno, vel cum fisco damnosũ contractum gesserit aliter ipse teneretur magistratus, *l. tutores à patrono 5.l.in confirmando tutore,& l.seq.de confir.tut.* Sequetur que prætor vtilitatem pupillorum,non scripturam testamenti,vel codicillorum.*Trypho.l.vtilitatem 10.de confir.tut.in P.* ¶ Verum † si
9 pater inutiliter dedit tutorem,fit confirmatio sine inquisitione, *l.1.§.& si quidem,& l.si filio 6.eod.* Quod & in curatore responsum est,testamento inutiliter dato,sed confirmato, cui & satisdatio remissa *l.fin.eod.tit.in P.* quamuis exheredato det, *l.4. de testa. tute.P.* dummodo legitimus& naturalis is sit,suusque filius:aliud enim in naturali filio,cui nihil relictum est, *l. naturali 7. de confir. tut.in P.* Et dummodo etiam causa, propter quam tutor à patre datus videbatur,non sit mutata:vt ne inimicus, neue pauperior sit factus,*l.pater,4.§.1.de testam.tut.in P.* Non ita in tutore à matre filio dato legitimo,quem & instituere debet antequam det, & rursum in confirmatone eius,inquisitio est necessaria,*d.l. 4.de test.tut.l.2.de confir.tut.in P.l.maior,C.ae testam.tute.l.fin. §. fin. qui*
10 *pet.tut.lib.26.P.tit.6.* ¶ Confirmari tamen æquum est:cum nec ea viuente contra eius voluntatem tutor dari debeat,*l.1.si tutor.contra matris voluntatem datus sit,C.* ¶ Hoc † commune testamentariis
11 paternis & confirmatis tutoribus,vt satisdatio ab illis non exigitur,quod est valde notabile idque ea ratione,quia iam electi ab illis qui satis fidem illorum exploratam habuisse præsumuntur, *l.3.ae confir.tut.in P.§.1.de satisd.tut.§.fin.de tutel. l. creationib. de episc.eod* ab aliis tamen dati,cauent in confirmatione,*l.tutores à patruo 5.de confir.tuto.* rem pupilli saluam fore.

De legitima tutela,& de illo quæ agnatorum est. Cap.9.

Lib.26.P.tit.4. Lib.5.C.tit.30. Lib.1.Instit.tit.15.

1 *Quando ad legitimam tutelam peruenimus.*
2 *Tutela legitimo subsidiaria in locum testamentariæ,quæ prior est.*
3 *Legitimi tutores qui dicantur.*
4 *Legitimæ tutelæ quatuor species,agnatorum,parentum,fiduciaria, patronorum.*
5 *Legitima agnatorum tutela proximis,demptis fœminis defertur.*
6 *Agnati & cognati qui dicantur.*
7 *Legitima tutela transit mortuis parentib.tutoribus in filios sola.*
8 *Legitimo agnato proximiore mi orve vel absente,si possit idoneus esse, vel reuire ante ætatem legitimam pupilli,non datur legitimus tutor remotior,sed datiuus interim.*
9 *Legitima tutela cur potius defertur agnatis proximis,quã aliis à lege.*
10 *Agnati adhibebantur ex lege in consilium iudicij vxoris à marito vindicante.*
11 *Agnati qui successuri erant pupillo,tutores lege Solonis ei dari non poterant:& quare.*
12 *Tutores legitimi satisfaciant rem pupilli saluam fore.*

1 QVando defunctus † intestatus mortuus est pater,vel alius testatus,qui tutores testamento nec dedit,nec dare potuerat:& pupilli sunt,qui defensione,vel tutela egeant,*l.intestato 6. ae legit. tut.in P.* ad legitimam & leg.10.tab.decretam, refugimus, *l.1.& 3.& l.legitimos 5.eod.in P.§.1.& 2.de legit.tute.* & ad extensionẽ seu
2 prorogationem mentis eius,verbis deficientibus,*§.1.ae leg. patr. tut.lib.1.Instit.tit.17.* ¶ Hæc que † subsidiaria. Nam quandiu potest esse locus testamentariæ ad legitimam non itur,*l.si quis sub conditione 11.de testament.tut.P.* si tamen conditione suspensa sit testamentaria,vel mortuus tutor testamentarius, vel remotus sit, ad
3 legitimam redeundum est,*d.l.si quis,§.quod autem lex eo.l. intestato 6.§.fin.de legit.tuto.in P.* ¶ Legitimi tutores † generaliter sunt, qui ex lege aliqua descendunt,*Vlp.in tit.11.l.legitima de pact.in P. Verum per eminentiam,*inquit Vlpia.*tit.11.legitimi dicuntur, qui ex l.12.tab.introducuntur,seu propalam quales sunt agnati: seu per conse*
4 *quentiam,quales sunt patroni.* ¶ Legitimæ tutelæ † species hodie quatuor sunt,quia totidem modis defert tutelam,& facit tutores lex:inde legitima agnatorum tutela,parentum,fiduciaria, & pa-
5 tronorum.¶ Agnatorum † est,quæ ex verbis & sententia legis 12. tab.defertur proximis agnatis,ad quos deferri potest pupilli hereditas immediate,si modo fœminæ non sint, quæ proximiores ad successionem esse possunt,& apud aliam hereditas,& apud aliam tutela esse potest,*l.quæ tutela de reg.iur.l.sicut hereditas, C.de legi.tutel.l.1.de leg.tut.in P.* Et si æquales in gradu sunt, æ ue & ad tutelam vocantur,*Paul.l.si reliquero 8.& Caius l.si plures 9.eo.P.* nisi alia causa,puta minor ætas,vel alia excusatio prohibeat, *ff. C.de legit.tute.d.l.si reliquero.* Quod in successione & tutela patro-
6 ni & patronæ in bonis liberti discernitur, *l.1. §.1. de legit.tut. in P.* ¶ Agnati sunt, † qui per virilis sexus personas cognatione cõiuncti sunt,quasi à patre cognati. Cognati per fœminini sexus personas coniuncti,*Caius l.sunt autem agnati 7.de legit.tut.§.1.& 2. de legi.agnator.tut.§.1.de legit.agn.succes.l.iurisc. §. inter agnatos. de gradi.& affi.in P.* Quod explico cum Theophilo *in §.& quinam sunt agnati de legit.agn.tut.& lib.1.Instit.titul.15.* dilucide, & pau-

cis. Cognatio nomen est generale, diuisa in parentes, liberos & propinquos ex latere: parentes sunt, qui nos genuerunt, pater,mater,auus,auia & alij superiores:liberi, qui ex nobis nascũtur,filius,filia,nepos,neptis,& qui ex illis:ex latere veniunt, qui neque nos genuerunt,neq;à nobis gignuntur sed eandem stirpẽ & radicem communem nobiscum habent,veluti frater,soror,patruus,auunculus,amita,materera, consobrinus,consobrina, & quẽ ex iis nascuntur. Porro cognatio hæc quæ ex latere venit, in duas species est diuisa,in agnatos & in cognatos:& agnati quidem sunt,qui per virilem sexum nobis coniunguntur veluti frater eodem patre genitus,& liberi eius, item soror eodem patre genita, tum patruus & liberi eius,deinde & amita.*Cognati* vero sunt,qui per fœminini nos contingũt,vt soror eadẽ matre tantum genita,ac liberi eius:item materera,& liberi eius,& amitæ liberi.Agnati autem & legitimi dicuntur à lege quasi dicas *vocitati*: Cognati etiam dicuntur,quasi dicas naturales. Quoniam quos ius ciuile nouit,nouit & natura.Cognati vero tantum habent cognationem naturalem,quos enim natura nouit, hos nõ protinus nouit & ius ciuile.Quæ diuisio olim iure 12. tabul. erat obseruata,& in successionibus,& consequenter in tutelis, quæ requiruntur successiones,*l.quo tutela regitur,ae reg.iur.§.cum & agnatus, ae legi. patro.tute.* Et quia distinctiones nouo iure agnatorum & cognatorum sublatæ sunt,& propinquiores, siue illi agnati,siue cognati tantum sint,ad successionem vocantur, *l. maximum vitium,C.ae liber.prætor.* *lege 12.tab.de legit.hered.C.* pari modo Et sublata legis 12.tab.distinctione nulla separatione sexus adhibita, vel cognationis & agnationis, cognati quoque propinquiores vocabuntur,*l.1.& ead.sicut hereditas,C.de legit. tut.§ ex his ae here.ab intest.venien. coll.9.* Et si plures concurrant eiusdem gradus,ex illis apud iudicem communiter conuenientibus eligendus est vnus vel plures vt magis idoneo vel idoneis tutela committatur, *d.auth.sicut hered.tut.§.1.& l.legitimos,§.in legitimis.ae legit. tut. in P.l.3.ae admin.tuto.in P.* propter commodiorem administrationem. ¶ Transit † autem hæc tutela legitima non aliæ,non quidẽ hereditario iure ad alium,sed iure proximitatis ad liberos virilis sexus,si perfectę sint ætatis *l.tutela plerunque 10.de tutel. l.b.26.P.* 8
tit.1. ¶ Singulare † & illud quod notat Ioan.Faber *in §.fin.de fiducia.tute.* vt si proximior in gradu propter minorem ætatem à tutela repellitur,sequens in gradu legitimus nõ potest esse, si minor possit esse legitimæ ætatis,antequam ille pupillus, de quo agitur,pubes fit,sed interim donec proximior adipiscatur ætatem iustam,pupillo datiuum tutorem constituendum, *l.idem fiet, ae testam.tut.in P.* qui desinet tutor esse adulto facto proximiore, *l.non solum,§.si libertus,ae excusat.tut.l.si tutor.§.1.de tut.& ratio.distrah.* At diuersum,si proximior,qui vocatur ad tutelam, non possit capax esse tutelae ante pupillum. nam tunc ex proximiori gradu legitimus,non datiuus erit tutor,*l.pen.de legit tut.* Idipsum si absens sit proximior,vel apud hostes, nam interim datiuus à prætore fit:non autem legitimus remotior vocatur,*l.1.§.apud hostes.eod.P.* nisi in iure cedant vel se excusent, *l.3.§. quæri potest. eod.Vlp.in tit.tit.11.* ¶ Potio † hoc modo ad proximiores primum 9
defertur tutela à lege,quod bona tutius administrari, nec melius conseruari posse lex crediderit,quã ab eo, qui eadem ad se suosque peruentura aliquando speret,*l.1.ae legit.tut.in P.* Et dehinc, quia æquum est,vt is,qui lucrum sperat,onera quoque suscipiat, *l.secundum naturam,ae reg.iur.l.1.§.pro secundo,ae cad. tol.en. libr. 6. C.tit.50.ca.scriptatem 12.q.2.l.2.§.ad cum in secundam,C.ae furt* Vt Iustinianus notauit in tutela liberorum deferenda patronis,*li quia plerunque,ae legit.patron.tutel.* Accedit & his omnibus arctior inter proximiores amicitia & affectio,quæ id suadet. ¶ Addatur 10
† consideratio reuerentiæ in maiores,qui ius quoddam in minores propinquos natura ipsa obtinet,*l. 1. ae emenda propinq.* vnde & naturalis lex videtur proximiores ad tutionem & emendationem minorum prouocare. Quemadmodum etiam Romulea prisca lege,maritus,qui ius animaduertendi in vxorem habebat, cognatos eius rei gratia in consilium adhibebat. Sic enim ait Dionysius Halicarnassæus,*lib.1.antiq.Roman. Vxori si aliquid peccasset,pœnas dabat ex mariti læsi arbitrio:de huiusmodi criminib. cognati cum ipso cognoscebant.* Eademque lex per omnia similis Gallorum refertur apud Iulium Cæsarem,*lib.6.commentar.bell.Gall.*

¶ Legi † 12.tabul.tamen lex Solonis aduersatur, qua ita iubetur, *τῶν ὀρφανῶν κληρονόμους ἐπιτρόπους μὴ ἔναι.* id est.*futuros heres pupillis ne sit tutor.Diog.Laert.in 1.in Solone.* Nam præsumebat ipse proximum agnatum,cui de succedendo spes insedisset,insidiaturum vitæ eius.Et sic securitati pupillorum prospexisse Solonem optimo iure tradit Alexander ab Alexan.*lib.6.c.10.genial.dier.* 11

¶ Verum † & huic malo occurrunt leges, dum legitimos tutores cogunt satisdare rem saluam pupilli fore, imo & patronum, patroniue liberos adhibita ratione patrimonij, & personarum causa cognita,*l.legitimos 5.de legit.tut.P.* 12

De legitima parentum tutela. Cap.10.

Lib.1.Instit.tit.18.Lib.3.in prin.de leg.tut.P.Vlpian.in fragmen. titul.11.

Digitized by Google

1 *Legitima parentum & agnatorum tutela iuris fere eiusdem hodie, non olim.*
2 *Fiduciam quomodo emancipatione pater contraheret.*
3 *Emancipandi imaginariæ fictiones sublatæ.*
4 *Filiorum tutela patri est naturalis, & tolli non potest, & inibi rationes.*
5 *Tutela legitima filiorum etiam matri debita.*
6 *Mater luxuriose viuens priuatur tutela filiorum.*
7 *Mater lege Claudia tutrix etiam fiebat, & præfertur omnibus tutoribus legitimis & datiuis, non testamentariis, aut patri.*
8 *Auus & auia, & auia cum patre simul admittuntur in tutela nepotis.*

1 EX *emplo patronorum.* vt ait Iustin. *in §.1. de legi. paren. tut. lib.1. Instit. tit.*18. post Vlpia. *l.3. de legit. tut. in P. recepta est alia quæ & ipsa legitima vocatur. Nam si quis filium aut filiam, nepotem aut neptem ex filio, & deinceps impuberes emancipauerit, legitimus eorum tutor erit.* Parentum legitima tutela eadem fere rationes admittit, quæ agnatorum & cognatorum, hodie videlicet: quando sublata est. quod pertinet ad effectus patriæ potestatis & emancipationis, omnis differentia, §.1.2.3. *de hered. ab inte. venien. coll.9. tit. 1. cum sim. ibi nota.* vt suo loco in successionibus ab intestato dicemus

2 Deo fauente. ¶ At non † ita olim, lege 12.tab. delata tantũ agnatis non cognatis successione, §. 1. *de Senatusc. Tertul.* §. 1. *de legit. agn. succes.* patre emancipato filio agnato non exsistente, donec inuentæ sunt fictiones à Iurisconsultis venditionum, quæ adhibebantur imaginarie in emancipationibus, cum pater contracta fiducia cum emtore filium vẽdidisset, emisserque atque ita tertia emtione, veluti seruum suum factum manumitteret. Quo casu pro patrono habebatur, *l.1. in prin. & §. patrem, si à par. quis fuerit manumis. in P. Vlp. in tit. tit.*11. *Caius, lib.*1. *Instit. tit.*6. *liberos*, §.1. *de capit. dim. P.* & legitimam eius successionem, *l. si ad patrem* 10. *de suis & legit. hered. in P. l.*2. §. *obiicitur ad Senatusc. Tertull.* & tutelam qualem patronus in seruo manumisso habet, §. 1. *de legit. parent. tut. lib.*1. *Instit. tit.*18. sibi reseruasse censebatur ex interpretatione legis 12.tab. per leges facta: alioquin naturalis pater, non nisi ex iure prætorio, ad successionem filij emancipati admittebatur, *d. l. si ad patrem, & d. l.*1. §. *patrem, si à par. quis fuer. manumiss.* Quod ius ciuile priscum dicitur, *l. 2. ad Senatusc. Tertul. & d. l.*2. §. *obiicitur, eod. in P.* quo vicem legitimi tantum tutoris sustinebat in filio impubere emancipato pater, *Vlp. in l.*3. §. *fin. de legit. tut. in P.* ¶ Sed † hæc omnia antiquata sunt, & fictiones illæ,

3 imaginariæque venditiones ab emancipationibus explosę sunt, *l. fi. de emanc. liber. C.* §. *præterea cum* 2. *vers. seq. quib. mo. ius pat. pot. sol. lib.*1. *Instit. tit.*12. §. *sed quia stipulationes, de fidei com. hered.* rectaque via licitum est parentibus filios emancipare sine ambagibus coram magistratibus. Et eadem iura nihilominus præstantur parentibus in bonis filij, eademque tutela ex manumissione impuberis nascitur illis, quæ solent dari patronis in bonis libertorum, *d.* §. *præterea, vers. & tunc, &* §. *præterea, quibus mod. ius pat. pot. sol. vbi exceptiones similitudinis adfert gl.* Et proinde hodie parentum legitima dicitur tutela in filios emancipatos impuberes, *titul. de leg. par. tut. &* §. *primo, de fidei. tut.* extensione facta legis 12.tab. id est, exemplo patronorum. ¶ Sed † & tutela hæc

4 naturalis patri est filiorum, quæ nec emancipatione ciuili potest dirimi. Nec ita efficax est ciuilis ratio, vt vincat iura sanguinis, *leg. iura sanguinis, de reg. iur. in P. l. cum in adoptiuis, C. de adopt. l. eas, ae cap. dim.* aut ius cognationis naturale vllo pacto minuere possit, *l. ius autem agnationis de pact. in P.* &,

Naturam expellas furca licet, vsque recurret.

Qui enim fieri potest, vt pater desinat esse pater, etiam illo volente? quæ enim facto ipso sunt, pro infectis haberi non possunt, *l. in bello*, §. *facta, de captiuis, in P.* Et natura patris est, diligere filios & supra omnem affectionem aliorum, eos beneuolentia & defensione prosequi, etiam plus quam propriam personam, *l. isti quidem, quod met. cau. P. l. fi. de curat. furio. C.* neque præsumendum est, tam sæuum esse patrem, vt hanc naturam piam, actu solemni, & veluti professione impietatis, exuisse videri velit. Finis potissimus emancipationis est, fauor filij, vt sibi posthac non patri quærat, vt dum in potestate erat, *l. placet, de acq. hered. P.* §. *igitur, per quas perso. nob. acq.* §. 1. *per quas perso. nob. oblig. acq. l. cum oportet. de bon. quæ liber. cum simil.* Et ideo beneficium illi pater dicitur conferre, *l.1. de ingrat. lib. C. l.1. de offic. prætor, lib.*1. *P. tit.*43. Absurdum autem esset, vt quod fauore alicuius introductum est, in eius odium & perniciem contorqueatur, *l. quod fauore, de legib. C.* Sic dicimus priuilegium militare in condendo testamento concessum minori militi, non tollere legem fauore eius latam ob imbecillitatem consilij, *l. si Rufinus 4. de test. milit. lib.6. C. tit.*21. Ex consuetudine diuersarum patriarum, decedente patre vel matre nobili relictis liberis, superstes coniunx dicitur habere custodiam nobilem filiorum minorum masculorum, vsque ad 14. ann. fœminarum vsque ad 12. quæ custodia quam dicunt, *garde noble*, quasi tutela est, ideo nos tutores custodes & obseruatores, ad quos & tutelæ onus pertinet, dixit Vlp. *in l.3. §. nec ius quam putet, de admin. tut. P. facit & lex Constantini fin. §. minores. de senten. pass. & restit.* Est & hæc tutela consuetudinaria instar legitimæ, vt ait Bald. *consi.*145. *incip. præmissis verbis, lib.*2. Et in hac præfertur pater matri, & auus paternus auiæ tam paternæ quam maternæ, *Bar. in l. si quis sub conditione, nu.*9. *de testam. tut. Ang. Aret. in §. vnico, in* 8. *de legitim. agnat. succes.* Sunt consuetudines, quæ tradant iuxta iuris communis dispositionem, huiusmodi tutores seu custodes gardiæ nobilis non facere fructus suos bonorum minorum quos habent in custodia, pendente minoritate, vt apud Calumontenses, *tit.*1. *art.*6. Blesenses, *tit. de gardes & ballistres, art.* 4. Alibi, vt apud Barroducæos, titulo de statu & iure personarum, in eorum consuetudinibus: pater, mater, auus, auiaue, qui custodiam nobilem suscipiunt minorum, faciunt sua mobilia, & fructus suos hereditatis minorum, pendente tempore gardiæ, quæ durat vsque ad 14. annum masculorum, & 12. fœminarum cum onere tamen, vt teneantur minores alere & ornare iuxta conditionem domus, & soluere debita tam realia quam personalia & immobilia ei iure patrisfamilias tueri & colere, & in statu decenti conseruare. Et dummodo qui habent hanc gardiam, non transeant ad secunda vota: quo casu faciunt quidem perceptos fructus suos, sed de mobilibus reddunt minoribus rationem. Habet hoc ipsum ius gardiæ nobilis, Rex Galliæ in Normania, si quando minoribus filiis relictis decedat aliquis nobilis, fructusque lucratur, & cedit eos cui vult vsque ad tempus pubertatis: cum onere vt iuxta conditionem & qualitatem familiæ minoribus de omnibus prospiciatur, & rebus eorum. Subinde, si patroni seruorum manumissione, curam eorum si impuberes fiat abiecisse non videntur, & subire illorum tutelam debent, §. 1. *de legit. patro. tute.* multo magis & parentes liberorum minorum emancipatorum, saltem æquali ratione, quod patroni & parentes, & liberti & liberi emancipati fere eodem iure reguntur, *tit. in P. & C. de obseq. à lib. & libert. parent. & patron. præstand.* Alioquin illis interdicenda esset emancipatio, vt immanitatis exercendæ instrumentum: præsertim, quia, vt ait Diocletian. & Maxim. abdicatio, quæ Græco more ad alienandos liberos vsurpabatur, & ἀποκήρυξις dicebatur, Romanis legibus non comprobatur, *l. abdicatio 6. de patr. pot. lib.*8. *C. tit.* 47. *Dion. Halicar. in* 2. *antiq.* ¶ Et † quemadmodum ἀπάτορες dici non possunt filij, sic

5 neque ab ea paterna solicitudine possunt eximi. In matre certe sublata prisci iuris prohibitione, quæ illam à tutela arcebat, *l.* 1. *quando mul. tut. offic. fun. pos. lib.* 5. *C. tit.* 35. *l. iure nostro. de test. tut. in P. l. fin. de tute. in P.* adhuc firmatur paterna emancipant s tutela: nam mulieres filios non habent in potestate: §. *fœminæ, de adop. l. nulla. de suis & legit. hered.* Et tamen istæ si velint, tutrices filiorum esse possunt, *l. fi. quan. mul. tut. offic. &c.* & auia quoque. Atque vnum illis sufficit, videlicet vt à secundis nuptiis abstineant, quibus interuenientibus finitur tutela. Et remissum sacramentum illis, quod ante præstabant, renunciantes nuptiis & Velleiano *auth. sacramentum, & authen. matri & auiæ. C. quand. mul. tut. of. &c.* §. *ex his, de hered. ab int. ven. coll.* 9. *qui corrigitur in sacramento per* §. *propterea, tit. vt sine prohib. matr. debit. & cred. &c. coll.*7. *constit.*4. *in auth.* Et dummodo etiam mater honeste vixerit. ¶ Nam † in luxuriose viuentem staturæ sunt eædem pœnæ, 6
quæ in transeuntes ad secundas nuptias, *Bar. Bal. Ang. & Salyc. in l. in his solis. C. de remoc. don. Ang. Aret. in tit. de legit. patro. tutel. in fi. facit l. fin. C. quan. mul. off. &c. ibi pudicitiam suam intactam conseruet, &c.* & ideo priuatur tutela. ¶ Lex etiam † Claudia fœminarum legitimas tutelas sustinet, vt ait Vlpianus *in ti. iur. tit.*11. Et 7
hodie præfertur mater & auia si velint, & petant tutelam filiorum, legitimis aliis tutoribus omnibus & datiuis: non autem testamentariis, *in auth. matri & auiæ d. tit. quan. mul. &c.* neque patri si superstes sit pupillo, *l.2. ibi, matres quæ amissis viris, eod.* ¶ Admittuntur † tamen simul auus & auia, & auia cum patre in tutela ne- 8
potis, vt notat Accurs. *in d. auth. matri. in ver. matri. & in ver. testamentariis, in fin.*

De Patronorum legitima tutela.

Cap.11.

Instit. lib.1. tit.17. L.3. de legit. tut. P.

1 *Patronum tutela libertorum ex lege 12.tab. per extensionem.*
2 *Liberti Orcini quos habeant tutores.*

EX lege duodecim tabul. † libertorum & libertarum tutela 1
ad patronos liberosque eorum pertinet. videlicet nõ ex verbis legis, sed ex mente, per interpretationem verborum, *in §. 1. de legiti. patron. tutel. l.3. de legit. tut. in P.* quæ ad agnatos deferebane ab intestato successionem agnatorum, & consequenter curam eorum: vt idem intelligatur in patronis, ad quos ab intestato successio libertorum potest peruenire, §. 1. *de successio. liberto.* ¶ Proinde † qui ex senatusconsulto Rubriano peruenit ad liber- 2
tatem, non habebit tutorem eum qui rogatus est: sed Orcinus libertus effectus pertinebit ad familiam testatoris. In qua specie, incipit tutela ad liberos patroni primos pertinere, quæ ad patronos non pertinuit: quod quidem in omnib. libertis Orcinis locum habet, testamento manumissis, vt isdem verbis scribit Vlp.

in l.3.

Digitized by Google

in l.3.de legit.tut.in P. Quid sit Orcinus libertus iam diximus in tit. de libertis.

De Fiduciaria tutela.
Cap. 12.

Lib.1.Instit.tit.19.

1 *Continuatio cap.*
Fiduciarij tutores,qui,eod. & 3.
2 *Fiduciariæ tutelæ & patronorum differentia.*
3 *& 4. Fiduciaria tutela quare dicatur.*
5 *Frater lege 12. tabul. non erat legitimus tutor fratri emancipato, quare hodie contra.*

1 ACcedit tractatio† de fiduciaria tutela, velut appendix ad superiorem parentum proxime explicatam, dum in locũ patris tutoris,qui emancipauit nepotes,vel filios minores, & mortuus est ante ętatem legitimam eorum, filij eius alij,si virilis sexus supersint,fiduciarij tutores filiorum suorum,nepotum videlicet à patre emancipatorũ,vel fratris vel sororis,vel ceterorum efficiuntur, si modo perfectæ sint ætatis & illi, §.1. *& fi. de fiduc. tute. explicat optime Theoph. eod. tit. lib.1.Instit.tit.19.* ¶ Quod
2 non † potest dici de tutela libertorum minorum, mortuo patrono,quæ pertinet ad filios patroni, vt ad legitimos, non vt ad fiduciarios. Et ratio diuersitatis est, ex eo quod libertus,si seruus mansisset, eodem iure vtique remansisset apud liberos domini post mortem eius,id est, eiusdem status post mortem, ac in vita domini fuisset. At contrarium in filio,qui si in vita patris non fuisset emancipitus, tempore vitæ in eius potestate quidem fuisset,at post mortem nequaquam,nec in fratrum potestatem recideret,neque ideo in tutelam,§, *atqui,cum 2. seq. de fiduc.tut.* Neque ius,quod ex emancipatione filij habet parens,ad alios filios, vel successores transfert, *l.1. §. liberos, si à pat. quis fuer.manu.lib. 37.P.tit.12.*in manumissione autem serui diuersum est, qua transfertur ius in liberos,*l.fi'ij 9. de iur. patro. eod. libr. tit. 14.l.si operarum 29. de operi. liber. lib.38. P. tit. 1.l. vnic. §. sin autem. de latin.*
3 *libert. toll.* ¶ Vlpianus, *Qui liberum caput*, inquit, *in tit. 11. mancipatum sibi,vel à parente, vel à coemptore manumissit, per similitudinem patroni tutor efficitur, qui fiduciarius tutor appellatur.* ¶ Fiduciarij † porro hic tutores dicuntur, habita ratione fiduciæ seu fidei contractæ in emancipatione,seu pacto,quo diximus contractam fuisse fiduciam in parentum tutela. Alij referunt ad fidem, quam pater & lex habent fratri propter propinquitatem sanguinis,eum fratris minoris tutelam non repudiaturum. Vtraq: sententia probabilis est:cum fiducia, & fiduciarius à fide habita dicantur, *Iabolen.in l. Seius Saturnius 46.aa Senat.Treb.*

5 ¶ Frater † quidem iure antiquo erat tutor fratri legitimus, si ante mortem pater non emancipasset, quia agnatus proximus fratri minori, *l.tutor. ad Senatusc. Velleia. l. fin. C. de legit. tut.* at dum emancipabatur,non poterat talis esse,quia emancipatione capite minutus perdebat ius agnationis, *l. tutelas, de cap. dimin.* nec ad emancipati intestati successionem sui vocabantur iure ciuili,vel lege duodecim tabularum,sed per prætorem per bonorum possessionem vnde cognati, *§. fi. de legit. agnat. succeſſ.cum similib.* Non autem erat capitis minutio,cum morte patris quis sui iuris fiebat. *l.si filius §. fi. ad Senatusc. Maced.* & ideo tunc nõ desinebat esse agnatus. Ceterum hodie cum cognationis & agnationis, vt ante dixi in legitima tutela,differentiæ expunctæ sint, & fratres quoque emancipati suis succedant, & contra emancipatis sui ex lege postea introducta. *l. meminimus, C. de legit.hered.* fratres dicimus quoque minorum fratrum emancipatorum viuente patre post mortem eius legitimos tutores,hoc est, auctoritate legum vocatos, retenta quoque ratione legis 12. tabul. vt quia ad ipsos successio deferenda est, & tutela quoque perueniat,*l.quo tutel. de reg.iur.*

De Datiua tutela,& de Attilianis,aliisque tutoribus.
Cap. 13.

1 *Tutor datiuus quando constituitur.*
2 *Datiui non dantur tutores quando testamentarij, vel legitimi sunt: & si dentur, illis non excusatis, periculum tutelæ nõ ad datos,sed ad testamentarios vel legitimos pertinet.*
3 *Tutela datiua non datur habenti aliunde tutorem.*
4 *Tutor non datur tutorem habenti, nec curatorem habenti curator.*
5 *Datiua tutela decernitur, vel petitione præcedente, vel officio iudicis,quomodo.*
6 *Mater tenetur filiis etiam naturalibus tutores petere, alioquin eis non succedit.*
7 *Tutores fratris patronorum libertus cogitur petere*
8 *Tutores qui possint,sed non cogantur,pupillis petere.*
9 *Tutores clarissimarum personarum à quibus eligi & dari possint.*
10 *Tutores interdum petit dari & curatores creditor eorum.*
11 *Tutores non habentibus, & nemine petente dantur interdum à magistratibus.*
12 *Tutores à quibus magistratibus dari possint.*
13 *Lex Attilia à quo lata, & inde tutores.*
14 *Lex Iulia & Titia de tutoribus in prouinciis dandis,qualis.*
15 *Iure ciuili nouo à quibus dantur tutores.*
16 *Tutoris datio neque imperij, neque iurisdictionis est, nec delegari potest.*
17 *Magistratus qui possunt dare tutores enumerati.*
18 *Episcopi an tutores hodie dari possint,& quanao.*
19 *Cuius territorij magistratus esse debeat, qui tutores dat, an pupilli,an tutoris,an vtriusque,vel alterius.*
20 *Forma donationis tutoris,ne erretur,inquiratur de moribus & facultatibus eius,nuntietur absenti dato.*
21 *Qui tutores dari,& quibus diebus possint:*

1 QVando † nullus pupillis est tutor testamentarius vel legetimus, §.1. *de Attil. tuto.* vel nemo ex testamento hęres exsistit, §. *sed etsi,eod.l.si nemo,9.& l.si hereditas,10.de testa.tut.in P.* vel is idoneus non est, *l sæpe ad alium,1.de curat.furio. li.27. P.tit.10.* qui vel si sit impeditus administrare,vel quia pendet conditio, *l. si quis sub conditione,11. de testa.tut.d. §. sed etsi, de Attil. tuto.* sub qua datus est testamento,vel quia minor est legitimus, §. *fi. de fiduc.tute l. 1.de legit. tut.in P.* vel quia captus ab hostibus datus, *d.§.sed etsi,& l.1.§.si apud hostes, de legitim. tutor.* vel mortuus vel in perpetuum relegatus, *l.3. C.qui peta. tuto.l.licet, in quib. casibus tut.hab.&c l.5. C.tit.36.* tunc dari alium oportet. Quandiu tamen testamentarij vel legitimi sunt,non possunt alij dari, nisi prius illi se excusauerint,vel reiecti fuerint, §. *sed etsi testamento, de Attil.tut. l.si quis sub conditione, 11. de testa.tut.* ¶ Singulareque est,† quod monet Ioannes Faber, vsque adeo necessario perquirendas esse testamentarias & legitimas tutelas,& eas præcedere datiuam:vt si testamentarij vel legitimi excusati non sint,datiua à iudice nihil operetur,nec valeat, & periculum administrationis ad testamentarios vel legitimos non excusatos pertineat, nihominus à tempore quo pupillus eguit tutore. *Fab. in §. 1. de Attil. tuto.* Quod certe expresse cautum inuenio à Diocletiano & Maxim. CC. *in l. si sororis,9. qui dar.tuto.vel curat.pos.lib.5.Cititul.34.* quorum verba hæc. *Si sororis tuæ filiis tutore legitimo patruo constituto,nec vllo excusato priuilegio tutor datus es: cum habenti tutorem, alium dari iura prohibeant, necessitatem administrationis ad eum pertinere,nec te datione teneri non ambigitur.* ¶ Ratioque alia quod ipsi velint nolint, citra iustam excusationem tutores sint, & sic in mora ex qua sciunt se datos constituuntur. Proinde hac lege non tenebitur secundum mentem Fabri, mater vel auia, si non petant tutelam,quia illis non defertur tutela, nisi velint & petant, *in auth. vt licc. matri & auiæ, 2.quando mul. tuto. offi. fun. pot. C.* ¶ Subdiaria † itaq: est hæc datiua tutela, toties exsequenda,quoties nullus tutor est, *vt antea diximus*: nam quoties is qui iam tutor est, non potest superesse tutelæ: aut munere suo fungi,non tutores,sed curatores dandi sunt. ¶ Quia † tutorem habenti,tutor dari non potest, *§.interdum,de curat.& d.l.si sororis, l. cum iure,qui pet.tut. C. l.licet. 4.in quib.casib.tut.hab.&c.lib.5. C.tit. 36.* sicut nec curator curatorem habenti, *l.cum semel,§. ae tute. lib. 26.P.ti.1.* Nisi caussa cognita necessitas cogat:vt diffusum patrimonium si sit,& amplum, *l. propter late diffusam, 3. in quib. cau. tutor. vel curato. hab.tutor.dar.pot. libr.5.C.tit.36.* Daretur etiam alius tutor tutorem habenti ad tempus,si prior appellasset, *l.2. de tutor.& curat dat. ab iis,&c.lib. 26.P.tit.5.*vel donec alius redeat, vel idoneus fiat.

¶ Bifariam † porro datiua tutela decernitur, vel petitione præcedente,vel ex officio magistratus. In petitione personæ quędam tutorem pupillo vel minori dari tutores vel curatores tenentur iure petere: aliæ quædam non tenentur, sed possunt petere, videlicet à magistratibus. ¶ Tenentur † primum matres, 6
quę si non petierint,indignas successione filij fe faciunt, *l.1. 2.3. 4.qui pet.tutor.eod.li. 11.6.l.3.& l.matris pietas.6.& l. cũ à matribus, 8.& seq.eod.lib.5. C.tit. 31. l. matres,& l. omnem,ad Senat.Tertul. C.* Quod & in liberis earum naturalibus tantum locum habet,quibus non petitis eis non succedunt, *l.fin. C.qui pet.tuto.* Verumtamen si filij iam habeant tutores alios, si non petant, non committunt in legem, *l. cum iure, 9. C.qui pet.tutor.* nec etiam si non petant illis curatores: cum puberes annis 25. sibi petere possint, *l matris pietas, 6.§.1. eod.* Et quamuis exigendum non sit à pupillo,vt tutorem petat,vel eum conueniet, *l.2 de tutel. in P.* tamen recte sibi curatorem petit, *l.3.§.fi. qui petet tutor.in P.* Imo si non petat & egeat,cogitur petere, *l 3. § fi. de tutel. P. l.1. C. qui pet. tuto.* Item † liberti filius patronorum petere debent tutores. 7
alioquin negligentia vel malitia omittentes, vt deiectores obsequij puniantur. *2.§. liberti,eod.in P. l.2.C.eod.tit.* ¶ Possunt † sed 8
non coguntur petere tutores pupillis consobrini,cognati, affines, amici parentum.& educatores ipsorum puerorum. *l. 2. qui pet. tuto.in P.l.nepotibus,10.C.eod.*amita, *l.amita. 5. C.eod.* alij vix pos-

Digitized by Google

sunt, nec coguntur, vt nec etiam qui à tutela excusati sunt petere non tenentur, *l. 3. qui pet. tuto. in P.* ¶ In † clarissimarum perso-
9 narum pupillis nominantur & eliguntur à senatoribus tutores: & si senatores eo in loco non sunt, à curialibus ciuitatis eius lo-
10 ci, *l. 1. de tutor. & cura. illustr. person. lib. 5. C. tit. 33.* ¶ In † defectum quoque petentium, creditor petere potest, dari pupillo debitori tutores, vt habeat cum quo experiatur, *l. si filius debitoris tui, C. qui pet. tuto.* si modo prius proximos rogauerit, vt peterent, & cõ-
11 temserint, *l. 3. §. 1. eod. tit. in P.* ¶ Possunt † & nullo petente etiam à magistratu dari, *l. 1. de iurisd. omn. iudi. P. l. quod dicis, qui dar. tuto. poss.* Qui tamen seipsum dare non potest, *l. 4. de tutor. & curat. dat. ab his, & c. in P.* etsi collegam dare possit, *l. vbi absunt, 19. eod.*

12 ¶ Qui † sint autem magistratus, qui dent, & qua formula dare debeant, leges variæ præscripsere, ex quibus quædam in desuetudinem abierunt, quædam adhuc retinentur, aliæ quoque subrogatę sunt. Quatuor olim leges hac de re latæ: Attilia, Iulia, Titia, Iunia: ex quarum auctoritate, non ex propria magistratu ũ
13 iurisdictione dabantur tutores. ¶ Attilia † ex ferturlata, vel ab A. Attilio Galatino, vel à C. Attil. Regulo temporibus belli Punici primi, cum bello aduerso pluribus Romanis cæsis, complures Romæ orfani relicti fuissent. *Si cui nullus omnino tutor fuerit*, inquit Iustinianus, *§. 1. de Attil. tuto. lib. 1. Instit. tit. 20. ei dabatur quidem in vrbe à prætore vrbano, & maiore parte tribunorum plebis tutor ex lege Attilia.* In epitomate Vlpiani seu in eius fragmentis dicitur, *quod lex Attilia iubet mulieribus pupillisue Romæ, non habentibus tutores, dari à prætore, videlicet vrbano & maiore parte Tribunorũ plebis, quos tutores Attilianos vocamus, Vlpian. in tit. titul. 11.*

14 ¶ Lex † Iulia & Titia in prouinciis potestatem dandi tutores præsidibus prouinciarum concedebat, *§. 1. de Attil. tuto.* Arbitror ego illas leges, habuisse illud singulare propter auctoritatem eorum, qui concedebantur tutores, nempe prætoris vrbani, tribuni, & præsidum prouinciarum, vt sine cautione exigenda, rem pupillorum saluam fore, & sine mandato de cogendis tutoribus, possent tutores ex arbitrio constituere & cogere, *§. sed ex his, versic. nam supra scriptus, de Attil. tuto.* Vlpianus legem Iuliam ad filias restringere videtur, dum ait, *Ex lege Iulia de maritandis ordinibus, tutorem datum à prætore vrbis ei mulieri virginiue, quam ex hac ipsa lege nubere oportebat, ad dotem dandum, dicendam, promittendamue, si legitimum pupilla non haberet. Et postea senatum censuisse, vt etiam in prouinciis quoque similiter à præsidibus earum, ex eadem causa tutores darentur, Vlpian. in titul. tit. 11. Iunia lex, idem d. tit. tutorem fieri iubet Latino, vel Latinis impubertibus eum, qui etiam ante manumissionem, ex iure Quiritium fuit.* ¶ Verum quia illæ † leges ex vsu abierunt,
15 *§. sed ex his de Attil. tuto.* & earum habemus in iure tractationem, dicemus in summa omissa latiori de illis quæstione, repetendum quod his verbis tradit Iustinianus *§. sed hoc iure, eod. Hoc iure vtimur, vt Romæ quidem præfectus vrbi, vel prætor secundum suam iurisdictionem: in prouinciis autem præsides ex inquisitione tutores creet, vel magistratus ipsis præsidum, si non sint magnæ pupilli facultates.*

16 ¶ Tutoris † datio, neque imperij est, neque iurisdictionis: sed ei soli competit, cui nominatim hoc dedit, vel lex, vel senatus consultum, vel princeps, *Vlp. in l. muto, 6. §. tutoris datio, ff. de iurei. P. l. fin.*
17 *eod.* ¶ Proinde † non omnes magistratus, qui imperium vel iurisdictionem habent, ideo dare tutorem posse dicuntur. Quare quibus hæc facultas indulta, aliis mandare vel delegare non possunt, *l. nec mandante, 8. de tutor. & curat. dat. ab his in P.* Iubere tamẽ qui dare possunt, alios magistratus, quibus etiam concessum est, vt possint dare, vt dent si maiores sunt, non dubitamus, *d. §. sed hoc iure, l. pen. de offi. proconsi. in P. l. Lucius Titius, 47. §. cum in testamento, de admin. tut. P. l. quod dicis, 6. qui dar. tuto. off. C.* Ius dandi tutores habebant consules, *d. §. sed ex his.* Antoninus autem Philosophus Cæsar, primus prætorem tutelarum fecit, cum ante à consulibus peterentur, vt diligentius de tutoribus tractaretur, teste Iulio Capitolino, *in vita Anton. Philos.* Vlpianus ante Iustinianum testatur, ius dandi tutores concessum fuisse omnibus magistratibus municipalibus, eoque iure vsos: dũmodo daretur is, qui municipij eorum esset, *Vlpian. l. ius dandi, 3. & l. vbi, 19. §. fin. de tutor. & curator. dat. ab his, & c. P. l. 1. de magistrat. conuenient. Cicer. in Verrem.* Item concessum consulibus, proconsulibus, & oratione Marci eorum legatis, moderatoribus prouinciarum, eis dare qui eiusdem prouinciæ essent, vel ibi haberent domicilium, *l. 1. de tutor. dat. ab his.* Et Paulus iam responderat, *vbi absunt ex loco vbi tutor petendus, magistratus, qui tutores dare possunt, decurionibus iuberi dare, dummodo legitime conueniant, l. vbi absunt. 19. de tutor. & curator. dat. ab his, P.* Iustinianus postremo loco sancit, *vt nec exspectata iussione præsidum, si facultates pupilli vel adulti vsque ad quingentos solidos valeant defensores ciuitatis vna cum religiosissimo antistite ciuitatis, vel alias publicas personas, id est, magistratus, veluti iuridicum Alexandrię ciuitatis, tutores vel curatores creare, cum legitima cautela, id est, periculo eorum qui recipiunt, §. nos autem, de Attil. tuto. Nouel. 15.* Antistites etiam hic Iustinianus sacros, capaces notionis tutelæ & tutorum facit, videlicet ea ratione, qua alibi, *in l. tam dementis, 21. de episc. aud. libr. 1. Cod. tit. 7.* vult & antistitis sententia, dotes & nuptias filiorum furiosorum & amentium definiri & statui: quia orphanorum & miserabilium personarum cura & inspectio, solicitudini episcopali iniuncta est, *l. 1. eod. C.* vt caussa Dei. *Quia dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet, Psal. 145.* At citra hanc miseriæ & necessitatis caussam, hodie forsan antistes se non immiscebit dationi, nisi in defectum secularis iudicis: quo casu deuolueretur potestas ad ecclesiasticum, *c. ex tenore, & c licet, de for. compet.* Exceptis locis vbi habet iurisdictionem temporalem, vbi proculdubio potest, *c. si duobus, de appell.* Vult & Iustinianus in curatoris furiosi iuramento, antistitem adesse in prouinciis & locis vbi est, *l. final. §. sed cũ antiquitas, & §. in prouinciis, de curat. furio. lib. 5. C. tit. 70.* Si pupillus tamen sit clericus secundum Bartolum *in l. 1. de tuto. dat. ab his, & c.* tutor ei dari debet per iudicem ecclesiasticum, non per laicum: quia datur potissimum tutor personæ, non bonis. ¶ Ve- 18
rum † laicum dare non potest, quia iurisdictionis episcopi non est, *auth. statuimus, de episco. & cler.* sed clericos alios vel religiosos, eosque iure canonico, *ca. peruenit, 86. distinct.* non ciuili, *auth. presbyteros, de episc. & cler.* Potest & laicos nominare iudici seculari, quos subire tutelam secularis cogat: vt notant Ioan. Faber, & Angelus, *Ioan. Fab. in §. 1. nume. 4. & ibi Ang. Aretinus, in nu. 10. de Attil. tutor.* ¶ Cuius † autem loci magistratus huiusmodi 19
esse debent, qui creare possint tutores, an domicilij pupilli, an facultatum, an vtriusque, an alieni etiam ab istis, non vnicam habes analyseos speciem, sed distinctione suffultam. Consentiũt quidem omnes: nonnisi suæ iurisdictionis pupillis tutores per magistratus dari posse, quia lege ita expresse cautum, *l. neque à præside, 5. qui dare tut. vel cura. poss. lib. 5. C. tit. 34. l. 1. §. fin. de tut. dat. ab his, in P.* At quomodo iurisdictionis iudicis dicatur pupillus, non in omnibus consentiunt interpretes. Ergo dicendum, si pupillus bona & domicilium habeat in vno municipio, vel alio loco, proculdubio iudex eius loci tutorem dat: si in altero loco moretur, & alibi domicilium habet, iudex vtriusque loci potest dare, *l. 1. vbi pet. tuto. C. l. pupillo, & l. 1. §. 1. de tuto. & curato. dat. ab his, in P. Si tamen*, inquit Ioan. Faber *in §. 1. de Attil. tuto. nume. 3. Aliter alterum præuenerit, præuentione cessat potestas alterius iudicis: quod si de præuentione non constat, vel concursu se impediunt, nisi conueniant, l. duo sunt Titij, de testam. tute.* Vel. quod Faber sequitur, qui libet in iurisdictione sui iudicis administrabit, *l. 2. C. de testa. tute.* Si tamen in vna prouincia bona, & originis domicilium in alia tantum, aut ibi etiam bona habeat: tunc qui est datus in loco domicilij, vbique poterit administrare. Sine datus fuerit à testatore, quod caret dubio, siue à iudice, *l. 2. de excus. tuto. C. §. datus, eod. ap. Iustin.* nisi datus se excuset de bonis extra prouinciam tractandis, quo casu recte eius loci iudex prospiciet de tutore, *l. non solum, §. qui testamento, & l. propter, §. licet, & l. iurisperitos, §. cum oriundus de excus. tuto. l. magnum, §. illud, de reb. eo. qui sub tut. in P.* Quod si pupillus in aliqua prouincia moretur, & in alia habeat domicilium originis & bona, iudex qui cognoscit in loco vbi moratur, debet hanc quæstionem reiicere tractandam ad locum domicilij, *l. vnic. per tuto. C. arg. l. cum vnus, §. si qui, de bon. auctoi. iud. possid. in P. & eorum quæ notantur à glos. in l. heres absens, §. 1. de iudic. in P.* Bartolus tamen dixit pupillum, etsi iudicio careat, posse sibi constituere & eligere domicilium aliquo in loco, vt possit ita habere tutorem, *Bartol. in l. 1. de tuto. & cur. dat. ab his.* Sic Azo tradit, pupillum extra domicilium existentem, cum litem mouere alibi vbi est desiderat, posse ratione eius litis, & ad illam legitimè tractandam, petere ibi sibi tutorem dari, *Azo. in l. 1. qui pet. tut. Cod. in Summa.* Similiter si pupillus alicubi conueniatur, iudex coram quo vocatus est, etsi is iudex secundum ea quæ diximus extra domicilium non sit idoneus, eius rei tamen ratione potest tutorem dare, *l. fi. §. 1. & ibi interp. de administrat. tutor. libr. 5. C. titul. 37. Bartol. in dict. l. 1. de tut. & curat.* Quia ratione litis, videtur res fori sui esse: quibus enim iurisdictio permittitur negotij, his & omnia permissa censentur, sine quibus expediri non posset, *l. 2. de iurisd. omni. iudic. in P. l. final. de offic. eius cui mand. est iurisdict. in P.* Neve continentia caussæ diuidatur, *l. nulli, C. de iudic.* aut lis protrahatur, *dict. l. final. §. 1. de administrat. tutor. C.* Et ita plene intelligimus iuridicos prouinciarum, posse tutorem in eo casu dare subditis alterius iurisdictioni, si ad eos lis deuoluta sit, & ita ratione consequentiæ. Nam aliter non possunt, inquit Faber, Seneschalli subditis Baronum dare, nisi in defectum & negligentiam illorum, *Fab. in §. 1. nu. 6. de Attil. tuto.* In comitiis Augustæ Vindelicorum anno 1548. *in politia Germaniæ habita in his comitiis, articul. 31.* sub Carolo 5. Cæsare statutum est, ne singuli tutores vel curatores, siue testamentarij siue legitimi, datiue vel ordinati iudicialiter, se tutelæ administrationi ingerant, nisi à magistratu ipsis antea decreta & commissa fuerit. Et vt postea teneantur de bonis omnibus mobilibus & immobilibus, creditis, debitis, literis, & regestis inuentarium conficere: & iurare quod pupillorum ac minorum suorum rebus ac bonis personisque eorum, fidam & honestam custodiam adhibebunt.

¶ In petitione † tutoris, ad quam secuta datio, si erratum in 20
facto sit, non valet datio. *l. tutor, 10 de tutor. & curat. dat. ab his, in P.* Ante dationem inquisitio facienda est, *§. sed hoc iure vtimur, de Attil. tuto. l. 2. & §. 1. in confirmando, & si q. de confirm. tutor.* vt diximus: dehinc, si absens detur tutor vel curator, dare operam debet, vt nuntiatio ei fiat intra triginta dies, *l. fin. de tuto. & cur. dat. & c. in P.* Nam ab ea denuntiatione incipiunt currere tempora

50. die-

Digitized by Google

50. dierum excusationibus concessorum, *l. scire, §. quinquaginta, & §. oportet, de excusat. tutor.* Postea satisdatio exigenda ante administrationem, vt diximus in officio tutoris.

21 ¶ Qui † autem dari possint tutores à magistratibus, satis apparere arbitror ex his, quæ diximus proprio capite antea. Porro omni die tutor dari potest, *l. nec mandante, 8. §. dari tutor, de tutor. & curato. dat. & c. in P.*

De tutoribus honorariis, & notitiæ caussa datis.

Cap. 14.

1 *Tutorum alia diuisio.*
2 *Honorarij tutores qui, & quando tutelæ onere tenentur, & eorum officium.*
3 *Notitiæ caussa tutor datus quis, periculum & officium.*

1 INter † tutores quidem sunt, quibus administratio tutelæ conceditur, alij qui honorarij dicuntur, alij qui notitiæ caussa dati dicuntur, *Vlpian. in l. quod si forte, 14. §. 1. de solution. lib. 48. P. titul. 3.* De his qui administrant, vel administrare debent, potior est & præcipua in hoc tutelarum tractatu quæstio. Et de his dictum iam est. Honorarij tutores sunt, † qui non gerunt tutelam, sed
2 adduntur gerentibus, vt sua auctoritate eos in defensione pupillorum iuuent, & negligentes accusent: dati vel à testatore, vel à iudice, qui tamen immunes à periculo tutelæ non sunt, *l. si quis tutor, §. quod ergo, de vit. nupt. in P.* Ita tamen si excussis facultatibus tutorum qui male administrarunt: ipsi non soluendo inuenti sunt, etsi male administrantes non fecerint suspectos, ob negligentiam videlicet: cum illorum munus sit obseruare actus tutorum gerentium, & sæpe ab illis rationem exigere, & solicite curare qualiter conuersentur: & si pecunia sit, curare vt deponatur ad prædiorum comparationem, *l. 3. de administr. tutor. libr. 26. P. tit. 7.* Horum quoque auctoritate recte à pupillo negotia geruntur, *l. pupillum, de acq. hered. l. quod si forte, §. fin. de solutio.* Non tamen is dicetur honoris caussa datus, qui ita datus est, vt rationes ab aliis gerentibus acciperet, *Papin. in l. iure nostro, 26. §. honoris, de testa. tute.* aliud enim est rationem ab aliquo exposcere, nam hoc tantummodo honoris est videlicet, audire quid, & quomodo gesserint tutores, & consilium illis dare in faciendo: aliud rationes accipere, hoc est, gesti monumenta & actus, & subductionem calculi, & ratiocinia penes se habere, vnde hic gestio quædam est, & administratio. Non autem quando rationem tantum exigunt generaliter diligentiæ. Notitiæ † caussa datus
3 dicitur tutor, is qui ad instruendos contutores, scilicet de rebus & negotiis testatoris vel pupilli, datur: cui & solui potest, quia & hic vt & honorarius si velint, administrare possunt, nisi interdictum sit nominatim, *d. l. quod si forte, §. sunt quidam, & §. qui notitiæ caussa, de solutio.* Et hic etiam notitiæ caussa datus, perinde in omnibus administrationis & accessionis iure conueniri potest, atq; ceteri tutores, qui eodem testamento dati sunt, *l. quæro 32. §. 1. de testa. tute. in P. l. 1. de peric. tuto. lib. 5. C. tit. 38.*

Quibus modis tutela finiatur.

Cap. 15.

Lib. 1. Instit. tit. 22.
Lib. 5. C. tit. 60.

1 *Pupillorum vel tutoris voluntate tutela non finitur, sed aliis modis.*
2 *Tutela finitur pubertate pupilli & pubertas quomodo probetur.*
3 *Tutela secundo finitur capitis minutione tutoris, &c.*
3. 4 *Capitis minutio quid, & quotuplex, quidue maxima, media & minima.*
5 *Capitis minutio pupilli etiam minima soluit tutelam.*
6 *Tutela tertio soluitur morte naturali pupilli, vel tutoris.*
7 *Tutela quarto soluitur tempore tutori constituto.*
8 *Tutores dari possunt ad certum tempus, ex certo tempore, & sub conditione.*
9 *Tutela finitur quinto remotione tutoris suspecti.*

TVtela † non finitur ex voluntate pupillorum *l. 2. C. quan. tuto. vel curat. esse desi.* sed aliis modis lege & moribus intro ductis: vel habita ratione personæ tutorum, vel minorum, vel administrationis. Neque etiam sola voluntas tutoris se tutela abdicantis sufficit, nisi quo oportet modo fiat, *l. legatus Cæsaris, de offic. præsid. in P.* Finitur † itaq; tutela, pubertate adueniente pupillorum *§. 1. quib. mo. tut. finit. lib. 1. Instit. titul. 22. l. fi. C. quan. tut. vel cur. &c. lib. 5. tit. 60.* Quæ olim probatur ex natiuitatis scriptura & aliis legitimis probationibus *l. 2. de excu. tutor.* & per inspectionem nudati corporis, quæ tamen formula hodie hic improbata est, vt turpis: & definita ætas 12. annorum fœminis, 14. masculis, pro pubertate constituenda *d. l. fi. d. tut. quan. tuto. §. 1. qui. mod. tut. fini. l. 4. de vit. nup. l. qua ætate, de testamen. Macrob. li. 1. in som. Scipio. 6.*

1
2
3
4

¶ Secundo † finitur tutela Capitis diminutione tutoris, per quam libertas aut ciuitas amittitur, *§. sed & capitis minutione, qui. mod. tut finit, ap. Iustin.* Ita hic caput aut status personæ est, *§. seruus autem, de cap. dimin. ap. Iustinia.* qui habet in se libertatem, ciuitatem, familiam: Et capitis minutio status huius prioris in alium commutatio, *§. 1. l. 1. eod. l. 1. eod. in P.* vel status huius ademtio.

¶ Itaque † minutio capitis triplex, *l. fi. eod.* Maxima, si ciuitas aut libertas adimatur, *§. maxima. eod.* vt si quis seruus pœnæ fiat atrocitate sententiæ, vt damnatus ad bestias, *l. aut damn. m. §. 2. de pœnis in P.* & potissimum quando sententia vita admitur, *l. qui vltimo supplicio, 29 de pœn. in P.* Nam hodie alioquin nemo bene natus, ex sententia exilij vel deportationis seruus pœnæ fit, *authi. sed hodie, de donati. int. vir. & vxo.* Nisi ingrati liberti reuocentur in seruitutem, *l. 2. de liber. & eor. lib. C.* vel liberi ad pretium participandum venundari se passi sint, *diximus in seruis, ex titul. quib. ad lib. procl. non lic.* nam hi capitis maximam minutionem patiuntur, *d. §. 1. de cap. diminutio.* Minor capitis minutio vel media est, quãdo ciuitas quidem amittitur, libertas vero retinetur: vt si aqua & igni interdictum alicui, vel si quis deportetur *d. §. 1.* Minima est cũ libertas & ciuitas retinetur quidem, sed status mutatur, vt si alterius iuris, seu potestatis quis fiat, veluti arrogatione & adoptione *l. 3. 10. §. minima. eod. ap Iustini.* aut emancipatione; Et ita vt ait Ausonius *in Gryphia.*

Triplex libertas, capitisque minutio triplex.

5 Vocat autem capitis minutionem Cicero *in Verrem*, ademtionem de capite. Et ciuem indemnatum integrie esse capitis dixit, *Cic. in Pisonem.* Agnationis ius cum obtinebat in tutelis, capitis minutione tollebatur: & ideo & tutela ex lege duodecim tabularum corruebat etiam ob minimam, *§. sed agnationis, de legit. agnat. tute.* Hodie quando ex nouis legibus legitima tutela deferatur iure cognationis, ideo semper tutela non perimitur ex omni minima capitis minutione tutoris, *l. tutelas, 7. de cap. diminuti. l. 4. C. de legit. tut.* quia cognationis ius non soluitur minima minutione, soluitur autẽ maxima & media, quod pertinet ad iura successionis & tutelarum, *§ fin. de cap. diminut. §. sed & capitis, quib. mod. tut. finit. l. 1. C. de hered. instit. l. 1. in fine, ad Tertu. P.* Pupilli † pupillæue omnis capitis minutio, etiam minima, tollit omnes tutelas, *d. § sed & capitis, & §. item finitur, quib. mod. tut. finit. l. si arrogati, de tutel. in P. l. fin. C. de auth. præstan. l. legitimam tutelam, de legit. tutor. P.* Si tutor quoque in adoptionem se dederit, perit legitima tutela eius, non aliæ, *d. §. sed & capitis, l. tutelas, de capitis diminutio; P.* Ad seruitutem pertinet capi ab hostibus, ideo & eo casu finitur tutela. *§. item finitur, quib. mod. tut. finit.*

6

¶ Finitur † tertio tutela, naturali morte tutorum vel pupillorum, *§. simili modo, quib. mod. tut. finit.* Verum morte tutoris legitimi tutela legitima in eius liberos, si idonei sint, transferri videtur: non autem aliæ tutelæ, testamentaria vel datiua, *l. tutela vt plerumque, de tutel. P.*

7

¶ Quarto, † ad tempus, vel sub conditione constituto tutore, tutela elapso tempore vel cedente die perimitur, *§. sea & si, versi. præterea & §. pen. quib. mod. tute. finitur.* Receptum enim est tutores dari posse ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel sub conditione, *§. ad certum, qui testa. tut. dar. poss.*

8

¶ Finitur † & quinto tutela, quando tutores remouentur vt suspecti *§. final. quib. mod. tut. finit.* Sed hæc hactenus de tutoribus seorsum. De curatoribus nunc agamus. Porro de actionibus quæ pro tutela & cura dantur, postea sequente libro, Deo fauente, in fine tractabimus.

9

Digitized by Google

DE CVRATORIBVS ET CVRA EORVM,

LIBER XIII.

De Differentia & Conuenientia tutelæ, & curæ, & quot ſpecies curæ.

Cap. 1.

1 *Tutor gerens finita tutela tenetur, vt negotiorum geſtor.*
2 *Cura quid, & quomodo differat à tutela : quod hæc præcipue bonorum tutela perſonarum.*
3 *Curæ & tutelæ conformitas.*
4 *Curæ & tutelæ differentiæ.*
5 *Curatorum ſpecies pupillorum minorum, furioſorum, &c.*
6 *Communia omnibus curatoribus, ſatisdatio, inuentarij confectio, poſſunt vt ſuſpecti remoueri, perſonalia gerunt munera.*

1 POſtquam † in ſuam tutelam peruenit minor, deſinit officio ſuo fungi tutor, neque amplius talis dicitur : etſi in adminiſtratione ſua perſeueret, tunc non tutelæ actione, ſed negotiorum geſtorum Iulius Paulus teneri eum pupillo reſpondit, *lib. 1. recept. ſent. tit. 4. c. 1.* Exemplo eius qui pro tutore vel curatore minore ſe geſſit, *idem vbi ſup. c. 8.* ¶ Sequitur † autem tutelam cura, quia cura eſt tutela bonorum potiſſimum, & per conſequentiam perſonarum: vt tutela præcipue perſonarum, & per conſequentiam bonorum *l. ſciendum, 20. de rit. nupt. in P. l. in copulandis. 8. C. de nupt. l. conſilio, de curat. fur.* C. In multiſque conueniunt & fere omnia quæ de tutoribus pupillorum dicta ſunt, in curatoribus minorum locum habent, *l. 1. d. adminiſt. tut. l. ſi tutori, C. eo.* ¶ Et † tituli, qui de tutoribus pollicentur tractationem adiungunt & curatores: vt in epigraphe, *de adminiſtratione tutorum vel curatorum : de tutoribus & curatoribus datis ab his, &c. de excuſ. tut. vel curat. cum ſimil.* Dantur & ab iiſdem magiſtratibus curatores, à quibus tutores, *§. 1. de curat.* excepta cauſſa teſtamenti, *l. pen. §. ſi. de teſtam. tute.* quamuis & in teſtamento datus confirmetur per inquiſitionem, *l. de creationibus, de epiſc. aud.* C. Quinimo & ſæpe ſimul ſint, & cum habenti tutorē tutor ſuperaddi non poſſit, curator tutelæ iūgitur, *§. interdum, de curat. l. 1. 2. §. in quib. cauſ. tuto. hab. cura. dar. poſ. li. 5. C. ti. 36.*

¶ Differunt † tamen in paucis, & proinde ſeorſum curæ ſingularia nobis tractanda ſunt. Nam, vt dixi proxime, tutor teſtaméto datur, curator non vtiq; ſine confirmatione. Secūdo, tutor inuitis datur: curator minime, præterquā in litē, *§. item inuiti, de curato. l. 3. §. pen. de tutel. in P.* Tutor tertio rebus omnibus & vniuerſis tantum pupilli datur. *§. datus, de excuſ. tuto.* curator & vniuerſis & ſingulis dari poteſt, *§. 1. de curator.* Quarto, tutor principaliter perſonis datur : curatoribus, *l. ſciendum, de rit. nupt. l. cum plures 12. 33. de adminiſtrat. tutor. in P. l. in copulandis*, C. *de nupt.* Quinto, maior poteſtas, tutoris, quam curatoris *d. l. in copulandis.* Sexto, tutores in negotiis contrahendis interponunt auctoritatem: curatores tantum conſenſum *l. cum in vna. 1. 17. §. 1. de appella. & relat. in P. rub. de auct. tuto. & conſan. curat. in P.* Non eget enim approbatione perſonæ minor, qui legitimam habere dicitur, dū in ſuam venit tutelam. Sed eget conſenſu ratione conſeruationis rerū curatoris neceſſario ad inſtar auctoritatis, ſi alienet: non autē ſi quærat, quia ſine curatore recte contrahit, & ſe obligat, *l. puberes. 101. de verbor. obli. &* ducit vxorē, & nubit, *d. l. ſciēdum, de rit. nupt.* Perſona enim libera eſt à poteſtate, aliena, bona nequaquam. Etſi deceptis contrahentibus iura per reſtitutionem ſubueniant in integrum, *tit. de maior. 25. an. P. tit. de reſtit. mino.* C. Sexto finitur tutela, vt diximus, 12. annorum in fœminis, in maſculis 14. ſpatio, *l. ſi quan. tutor. eſſe deſi.* C. *§. 1. quib. mod. tut. finit.* at cura eorum 25. tantum anno, *§. 1. de curator.* Generaliter curator accedere poteſt, & dari omnibus, qui rebus ſuis ſuppereſſe non poſſunt, *l. his, qui in ea cauſſa, de tuto. & curat. dat. &c. in P.* 5

¶ Et † proinde quia plura ſunt, quæ impediunt aliquem ſuis ſupereſſe rebus, vel recte eas tractare, curatorum, ratione, ſubiectorum plures erunt poſitiones : ſed ratione conſtitutionis curatorum duæ ſpecies adferuntur ab Vlpiano *in titul. tit. 12.* vt alij ſint legitimi, alij honorarij ſeu datiui. Legitimi, qui ex lege 12. tab. dantur : honorarij, qui à prætore conſtituuntur. Omnes, ſi perpendamus morem, datiui. Itaq; omnes curatores nota quadam perſonarum ſic diſtinguo. Curatores eſſe pupillorum, minorum 25. an. mutorum, furioſorum, prodigorum, ventris, bonorum, & actorum, & reipub. Dicemus de ſigulis. ¶ At † interim annota in ſumma generaliter omnibus commune eſſe, vt ſatiſdent, niſi ex cauſſa remittatur ſatiſdatio, iurentq; coram magiſtratu, rem pupilli ſaluā fore ex fideq; geſturos, & ad vtilitatem ſibi commiſſorum. Inuentarium faciant, *l. fin. §. ſed cum antiquitas, & auth. quid naturaliter generale, & §. ex inuentario, de curat. fur.* C *§. penult. vt ij qui oblig. perhi. ſe hab. res mino. in auth.* Item hos omnes vt ſuſpectos remoueri poſſe, ſi cauſſa ſubſit, *l. 3. §. non tantum, & §. ſi curator ventri, de ſuſp. tut. lib. 26. P. tit. 10.* Dehinc, quod omnes iſtæ curæ, vt tutelæ, ſunt perſonalia munera, quia corporibus cum labore & ſolicitudine animi ac vigilantia principaliter præſtantur. *l. 1. §. illud tenendum, & §. æque, de muner. & honor. lib. 50. P. tit. 4.* 6

De Curatoribus pupillorum.

Cap. 2.

In quib. cauſ. tuto. vel cura. habent, tut. vel curat. dar. pot. li. 5. C. ti. 36.

1 *Caſus, quibus pupillo habenti tutorem, curator ratione bonorum, vel litium adiungitur.*
2 *Curator pupillo datur, excuſato eius tutore ad tempus.*

PVpillis † curatores accedunt, nō ratione perſonæ, ſed ratione bonorum negotiorum, vel litium, *l. 3. pen. & fi. de tut. in P.* vt ſi pupillo expediat agere contra tutorem vel alium curatorem, *§. interdum, & §. pen. de curato. §. fi. de auct. tuto. l. 1. 2. 5. de in lit. dan. tutor. li. 5. C. tit. 44.* alio contutore non exiſtente, *l, duobus, 25. de teſtam. tut. in P.* Si legitimus tutor non ſit idoneus *§. interdum,* ob egeſtatem, aut dignitatem, aut diffuſum pupilli patrimonium, *l. fin. in quib. cau. tut. hab. tut. da. poſ.* C. *l. quoties, 9. de admin. tut. l. prolatis, 6. de ſuſpec. tutor. l. ſolet, 13. de tute. l. teſtamento, 11. de excuſ. tuto.* Idem in dato à magiſtratu, vel teſtamento, *l. ſi tutor, 9. de ſuſp. tuto. §. item ſi teſtamento, de curat.* Item loco tutoris, qui ad tempus tantum excuſatur, interim datur tantum curator, veluti ob legationem, vel aliam iuſtam cauſſam, *l. 1. & 2. in quib. cau. tuto. hab. &c.* C. *§. item loco tutorum, de cura. §. item qui reip cauſſa, de excuſ. tut. l. tutor. 28. eo. in P. l. in omnem, 15. d. tut. & curat. ab his, &c. in P.* ſi enim in perpetuum excuſatur, eſſet tutor dandus, *d. l. in omnem, l. quæſtionum, 12. de tutel. P. l. 2. in quib. cauſ. tut. hab. &c.* C. Datur itaque ægro tutore exſiſtente, *l. non ſolum, l. 12. § fi. de excuſ. tut.* vel furente per interualla, *l. Modeſtinus, l. idem Vlpia. 14. de excuſ. tut. P.* vel adhuc minore exſiſtente 25. anno. *d. l. non ſolum, §. ſi libertus.* Item in caſu *l. ex ſententia, 29. de teſtam. tutel. in P.* in eo qui ſibi tutelam in teſtamento ſcripſit. 1

De Curatoribus minorum 25. annorum.

Cap. 3.

Lib. 1. Inſtit. tit. 23.

1 *Cura-*

Digitized by Google

1 *Curatores inuitis non dantur minoribus, nisi in litem, & ratio, & 4.*
2 *Curatores dantur vsque ad 25. an. quare. & 3.*
3 *Contra minores 25. annorum non currunt præscriptiones.*
4 *Curatores olim non dati minoribus, nisi luxuriosis, & prodigis & cum infamia ex lege Lectoria: hodie omnibus minoribus. Lex Lectoria, eod.*
5 *Curator minorum satisdat, inuentarium conficit, iurat rem minoris saluam fore.*
6 *Minor sine curatore gerens læsus restituitur.*
Restituere in integrum quid.

1 CVratores † dantur tantum minoribus 25. ann. si ipsi desiderent, & illis volentibus, nec inuitis, *§. item inuiti, de curat. l. si impuberi, §. penul. de tuto. & curat. dat. & c. l. fin. de his qui veni. æta. impetra.* si tamen in lite moniti noluerint eligere inuitis datur, *l. 1. qui pet. tut. C. dict. §. item inuiti*, cum aliter non possint esse in iu-
2 dicio, *l. 2. qui legit. perso. stan. in iud. hab. C.* ¶ *Masculi*, † inquit Iustinianus, *§. 1. de curat. l. 1. & l. 3. §. minores, de minorib. in P. puberes & fœminæ viri potentes vsque ad 25. annum completum curatores accipiunt. Quia licet puberes sint, tamen eius ætatis sunt, vt sua negotia tueri non possint.* Dicitur & hæc ætas minorum imperfecta, ratione consilij & experientiæ rerum, *l. fin. in quib. cau. in integr. restitu. non est*
3 *necess.* ¶ Et † proinde præscriptiones contra minores tempore eius ætatis, quæ olim rescindebantur restitutione, neque hodie currunt, vel fiunt, *d. l. fin.* Nec prius robustam ætatem vel animi vim dicitur minor adeptus, quam ad vigesimum quintum peruenerit, *l. si maritus §. lex Iulia, ad leg. Iuli. de adult. in P.* ¶ Olim
4 curatorem † dare minoribus non expressa caussa, infamiam quandam habere videbatur, quod esset suspicio prodigalitatis in minore: vnde nec inuitis dari voluerunt, & nisi postulantibus illis, etsi interdicta illis fuisset bonorum suorum libera administratio. Donec M. Antonius Philosophus Cæsar, de curatoribus cum antea non nisi ex l. Lectoria (*de l. Lectoria qua fiebat iudicium rei priuatæ, adolescente aut furiosi circumscripto, agit Cic. 3. de Diuina. & 3. Offic.*) vel propter lasciuiam, vel propter dementiam darentur, ita statuit, vt omnes adulti curatores acciperent non redditis caussis, vt auctor Iulius Capitolinus *in vita M. Anton. philos.*
5 ¶ Curatorum † omnium & tutorum generale est, satisdare, demtis quibusdam, de quibus suo loco: & sacramentum præbere omnia ex fide & vtilitate minorum & pupillorum gerendi, inuentariumque conficere, *l. final. §. sed cum antequitas, & authent. quod nunc. & §. ex inuentario, de curat. furio. C. §. pen. vt ij qui oblig.*
6 *perh. se hab. res mino. & c. in auth. coll. 6. const. 7.* ¶ Si † quando contingat minores 25. ann. negotia gerere sine curatore, & illos restituendos esse æquum visum est, *l. 1. de minor. 25. ann.* Restituere, est in pristinum statum reponere, *l. restituere. de verborum significat. 1. de sent. pass. & restit. C. l. 1. §. restituas, ne quid in loc. publ. in P. l. videamus, in 2. §. in Fabiana, de vsuris in P.* Videamus itaque de restitutione hac pauca.

De Restitutione in integrum minorum.

Cap. 4.

De rest. in integ. lib. 4. P. tit. 1. De minorib. eod. lib. tit. 4 De in integ. rest. mi. lib. 2. C. tit. 22. Lib. 1. Decret al. tit. 41. Lib. 1. Sex. tit. 21. Clement. lib. 1. tit. 11.

1 *Restitutione in integrum infans non eget, quare.*
2 *Minore ex quibus caussis restituuntur in integrum.*
3 *Restituuntur minores læsi ob ignorantiam legum ciuilium, non naturalium, & ob imprudentiam ætatis.*
4 *In restitutione in integrum consideratur primum, vt immodica sit læsio.*
5 *Minores in delictis quando restituantur.*
6 *Minores errantes, non fallentes restituuntur.*
7 *Minores non restituuntur ex læsione casu adueniente.*
8 *Restitutio non datur, si alio remedio ordinario læsis subueniri possit*
9 *Restitutio in integrum non datur contra patrem, vel patronos.*
10 *Restitutioni in integrum minor iuramento recte renuntiat contrahendo.*
11 *Restitutio non competit de gesto, post impetrationem venia ætatis.*
12 *Restitutio in integrum repeti non potest.*
13 *Restitutus minor quæ ipse accipit, restituit.*
14 *Restitutionem non petit, qui maior factus negotium in minori ætate factum ratum habuit.*
15 *Restitutionis nomen quam late pateat, & à quo magistratus fiat remissiue.*
16 *Restituuntur in integrum non tantum minores læsi, sed & alij certis de caussis.*
17 *Restitutiones impetrantur à cancellaria, & examinantur apud iudices regios.*

INter † priuilegia personalia, ætatis quoque est consideratio; 1
per quam infans consilij innocentia excusatur, *l. quod infans, de rer. vend. in P. l. infans, ad leg. Corn. de sicar.* & hic restitutione in integrum non eget, cum ipso iure tutus sit. ¶ At qui † maiores septennio sunt, infantiam excedentes, *l. si infanti, C. de iur. & liber.* quousque ætatem 25. annorum impleant, vtuntur restitutione in integrum: si quid male gesserint: aut si omiserint emolumentum, quod acquirere potuissent: aut perdiderint quod habuerunt: vel si obligauerint se imprudenter oneri, quod illis recusare licuit: ceteris recte gestis, ratis & probatis *l. non omnia. & l. quod si minor, §. non semper. de minori. 25. an. in P.*

¶ Subuenitur † autem eis læsis ex duplici capite, vel propter 3
legum ignorantiam ciuilium, & propter imprudentiam ætatis. Non autem si quid aduersus leges naturæ commiserit; vel deliquerint, tunc enim negatur illis ætatis beneficium, *l. etiam, de minor. in P. l. pen. de in integrum restit.* ¶ Obseruanda † itaque e- 4
runt in restitutione minorum hæc, & alia, quæ in epitomen redigo. Primum, vt læsus sit minor grauiter: nam ob modicu damnum, ad restitutionem non recurritur, *l. scio, 4. de restit. in integr. in P.* ¶ Nō † restituitur minor in delictis, nisi quatenus leuanda est pœna, ne iuxta maiorum pœnam puniatur, *l. auxilium, de minor. c. 1. & 2. de delict. pueror.* aut nisi delictum sit quod ex culpa procedat, *l. 1. si aduers. delict. C. 3.* ¶ Minores † errantes non fallen- 6
tes restituuntur, *l. 2. si minor se maio. dix. C.* ¶ Minores † restituun- 7
tur, si ex inconsulta sua facilitate lædantur: non si casu, qui & prouidentibus contingere potuit, *l. verum, §. sciendum, de minor. 25. an.* Nam is minor qui iure communi vtitur, non videtur circumscriptus, *l. fi. de in integ. resti. mai. 25. an. C. 5.* ¶ Circum scri- 8
ptis † minoribus dolo alterius non datur restitutio, *l. fi. C. de restit. in integ.* quia expeditam habent actionem de dolo: & proinde hoc remedium extraordinarium & subsidiarium cessat, *l. in caussa, 2. d minor. b. 25. an.* Vnde aliud 6. axioma colligendum; Non dari restitutionem in integrum, quando subueniri aliquo alio remedio ordinario minoribus potest, *d. l. in caussa & l. sancimus, in quib. cau. in integ. restit. non est. necess. tit. si aduers. vsucap. 7.*

¶ Minor non † petit restitutionem in integrum contra pa- 9 10
trem, aut patronos, *l. 2. qui & aduers. quos. C. 8.* ¶ Non † auditur
minor restitutionem petens, si contrahendo restitutionem eiurauit solemni iuramento. *auth. sacramenta. si aduer. vendit. C. 9.*
¶ Nec † si impetrauerit ante gestum veniam ætatis, *leg. 2. de his* 11
qui ven. æt. impetr. C. ¶ Vel iot. si eadem de re ante restitutio- 12
nem postularit: quia restitutio in integrum repeti non potest, *l. 1. C. si sæpi. in integr. fuerit postula. C.* 11. ¶ Quando † minor 13
in integrum restitui desiderat, debet & ipse quæ ex negotio accepit omnia restituere, *tit. de reputatio. C.* 12. ¶ Non † potest 14
postulare restitutionem in integrum negotij in minori ætate gesti, is qui ad maiorem ætatem veniens ratum illud habuerit, *l. 1. si mai. fact. aliena. rat. hab.* Sunt & plures congestæ caussæ ab Oldendorpio in tractatu de iure singulari, cur aliquando minores 25. annis non restituantur.

¶ Porro † quam late pateat restitutionis significatio, & an o- 15
mnes magistratus possint restituere, idem Oldendorpius in sexta classe, cum quo videndus Zasius, & Azo in summa, *titul. ex quib. caus. maio. in integ. restituantur.* ¶ Etenim † non minorum 16
tantum 25. ann. restitutio est, quorum tutelam prætor accipit ob ætatem, cuius consilium fragile, & multorum insidiis expositum *l. 1. de minorib. 25. an. in P.* nam hoc rarum est ante hanc ætatem sapere:

Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox
Ante pilos venit, dicenda tacendaque calles, Persius Saty. 4.

Sed etiam prætor lapsos & circumscriptos restituebat alios, & eis opem ferebat, *l. 1. de restit. in integ. in P.* siue metu, *l. 1. de eo quod met. cau.* siue calliditate, *l. 1. de dol. malo, in P.* siue absentia iusta & necessaria reipub. *l. absentia, de reg. iur. l. 1. ex quibus cau. maio. in P. l. Pannonius Auitus, de acq. hered. in P. l. quia absente, C. de procur. l. cum quidam, de acquir. hered. in P. tit. ex quibus cau. maio. C. & l. si quid, de restitut. milit.* siue dolo malo, *l. item si, ex quib. cau. maio. l. ignorare, C. de restitut. mil.* videlicet, *qui non sua vtilitatis caussa absint, l. reipublicæ caussa, ex quib. cau. maio. P. l. qui libera legatione, de legat. in P. l. non vero, ex quib. causs. maio. in P.* siue per status mutationem, *l. 2. de restit. in integr. P. l. pertinet, de capi. minut. in P.* aut iustum errorem incidisse in captionem. Quando autem & istis denegetur restitutio in integrum, consule Oldendorpium *in opusculo de iure & aquita.* ¶ In † Gallia minores & alij læsi, restitutionis 17
petunt codicillos ab officina æquitatis seu cancellaria principis, quibus mandatur iudicibus regijs tantum non aliis, *Boer. q. 247. num. 16.* vt si iusta & vera caussa videatur, restitutio fiat, & rescindantur contractus, vel nulli declarentur, *Imbert. libr. 1. Institut. forens.* Adimiturque notio harum restitutionum iudicibus minoribus & clientelaribus dominorum locorum, item & ecclesiasticis, nisi agatur de læsione permutationis beneficiorum, *Pap. libr. 1. Rhapso. arrest. titul. 4. ar. 9.* in qua adhuc si de possessione contendatur recte seneschalus cognoscet.

De Curatore mente captorum & furiosorum, Cap. 5.

Digitized by Google

Lib.27.P.tit.10. Lib.5.C.tit.70.§.furiosi,de curator.ap.Iustin.

1 *Insanorum species varia.*
2 *Phreneticorum distinctiones.*
3 *Insaniæ genus triste,paraphrenesis ex atra bili.*
4 *Mania & amentia quid,& vnde.*
Maniæ & amentiæ differentia,eod.
5 *Lethargia quid.*
6 *Maniæ furoris differentia cum insania.*
7 *Stultitia quid.*
8 *Atræ bilis insaniæ species quomodo generentur.*
Phrenesis & lethargi causſæ,& locus generationis,eod.
6 *Fatuitatis & stultitiæ generatio & causſa.*
10 *Meltides & Amphistides insignes stulti.*
11 *Corœbus stultus fluctus metiebatur.*
12 *Fatuorum & stultorum diuisio & gradus.*
13 *Insani Bacchantes Fanatici.*
14 *Furor alius continuus,alius cum interuallis.*
15 *Furoris interualla vel inumbrationes vnde fiant.*
16 *Dementis seu mente capti & furiosi differentia.*
Amentes sunt pueri,& ebryi,eod.
17 *Furiosi amentes cuiuscunque gradus sint,pupillis in gerendis negotiis comparati,pro absentibus habiti præsentes,cæci ad negotia.*
18 *Aiacis, Athamentis, & Agaues stultissimus furor, melancholicus,cæcus.*
19 *Fatui & stulti iudicio carent,vt imperiti.*
20 *Fatuus Abydi, quem pœnitebat factum factum.*
21 *Thrasila mente captus mirifice stultitia sua delectatus potius, quam sanitate.*
22 *Furiosus in agnatorum tutela iure 12.tab.*
23 *Curator furiosi tueri debet eius corpus,patrimonium, & salutem.*
24 *Furioso fere in omnibus exemplo pupilli prospectum est, in substitutione,bonis,persona,&c.*
25 *Furioso non datur curator, nisi causſa cognita, num vere furiosus.*
26 *Furorem & insaniam simularunt Vlysses, Dauid, Solon, Brutus.*
27 *Furioso pater,& filius patri esse curator potest,& de aliis personis, quæ esse curatores furiosi,vel eis petere possunt.*
48 *Curator furioso filio testamento dari potest à patre,qui non satisdat, iurat tamen,& inuentarium facit.*
20 *Curatores à quibus magistratibus dantur furiosis.*
30 *Curator furiosæ vxori non datur maritus.*
31 *Furiosum curans extraneus,monitis proximis, & negligentibus eius successor fit.*
32 *Mutis curatores dantur.*
33 *Curatio furiosi finitur, cessante furore.*
34 *Furoris diuini breuis annotatio,& diuisio ethnicorum.*
35 *Curator furiosi conuenitur negotiorum gestorum actione,non tutelæ.*

[1 INsani † & amentes suis rebus vix superesse, saltem non semper possunt: ij autem in multiplici differentia sunt, *de quibus vide Celsum,lib.3.c.18.* ¶Phrenetici † quippe quidam sunt, qui
2 in dementia esse incipiunt, & ægri, quodammodo adhuc sapiunt:tamen & vanis imaginibus infestantur. Quidam perfecte phrenetici, quibus mens illis imaginibus addita est. Horumque aliqui hilares,alij tristes sunt,alij facilius continentur, & verbis tantum desipiunt, alij consurgunt, & violenter quædam manu faciunt,hosque furor vrget,Causſatur phrenesis, ex apostemate calido in quibusdam exsistente pelliculis cerebri.

3 ¶ Aliud † genus insaniæ,quod in tristitia consistit, quam videtur *atra bilis* contrahere: alioqui dicunt, paraphrenesin,cuius causſa est in apostemate exsistente in stomacho, vel in matrice mulieris,quibus purgatis desinere potest.

4 ¶ Tertium † genus insaniæ eorum qui mente constant,sed imaginibus falluntur, & eorum qui mente desipiunt quoq; cum imaginibus falsis, *Mania* vel *Amentia*, læsio interioris partis cerebri est, quæ priuat imaginationem. Ceterum amentia interiorem partem cerebri lædit: mania autem mediam cellulam offendit,priuatq; rationem,sicut amentia imaginationē. ¶ His † addi potest lethargia, quæ est apostema in posteriore parte capitis
5 generatum,quod inducit omnium obliuionem, *Vitalis de Furno, lib.de conserv.bona valet.c.69.sed & latius Hippoc.lib.de furo.quē tamē negat Galenus Hippocratis esse.Multa de his Arist.lib.probl.sect.30.*

¶ Latini † furorem maniam dicere videntur, diuturniorem
6 mentis alienationem,eumque sic furorem ab insania distinguit Cicero 3.*Tuscul. Insaniam*, inquit, *censuerunt inconstantiam sanitate vacantem, qua tamen vteri posset officium, & vitæ communem cultum,atque vsitatum: furorem autem rati sunt mentis ad omnia cecitatem. Quod cum maius esse videatur quam insania,tamen eiusmodi est,vt furor in sapientem cadere possit, non insania.* Insaniam pro phrenesi accipit. ¶Minor † est illis nec ita noxia stultitia:
7 quæ & μωρία δύνοια, imprudentia. *Atra bilis,* † inquit Galenus *de*
8 *loc. affect.li.3.c.3.plura de symptom.cau.2.li.vbi in ipso cerebri corpore abundat,eam insaniæ speciem, quam Græci vocant melancholiam, inducit. Quemadmodum alter atræ bilis succus, qui præustata flaua bile nascitur,ferina gignit deliramenta, modo cum febre, modo absque illa, in cerebri corpore abundans. Atque ob hanc causſam phrenetis nonnunquam est mitior, vbi à pallida bile ortum traxit: nonnunquam vehementior, vbi flaua bilis eam peperit.* Quod & recte distinguit Hippocrates *in fragm. libelli de insania, maniaue.* Et rursum Galenus ait *libr. 4. de causſ. pulsuum,& lib. 6. Aphor.aphor.56.*alibi phrenetin gigni à biliosо humore, & in tenui menynge & septo transuerso. Lethargum autem à pituitoso humore & in cerebro. ¶ Stultitiam † porro & obliuionem, affectus cerebri ex frigore ortos,tradit,quibus functio eius petit, *Galen.libro, 2. de sympto.causſ.* Et de fatuo sic loquitur alibi, *Idem lib.3.de loc. affect.cap. 2. Rationem animæ vim in cerebro, virilem irascibilemque in corde: appetitoriam denique in iecinore sitam esse, nemini non persuasum existimo. Id quod vel ex vulgarium sermone discere licet. Fatuum siquidem aiunt carere cerebro, timido & pusillamini corde esse. Titio autem fingunt cor erosum ab aquila. At vero quemadmodum, si ratio lædatur, sæpenumero contingit lædi memoriam: sic si memoria vitietur, ratio ipsa quodammodo labefactatur, vt pote actionis vtriusque noxa procedente ab eadem dispositione, quæ vbi vehementius intenditur, simul cum memoria ratio quoque omnino deperditur. Ac talis quidem affectio stultitia vocatur.* Et paulo post, *intellectus amßio, stultitia est.Idem,d.lib.3. cap.3.* Vnde magna habita iniuria raka,id est, fatuum vocare, vt reus sit gehennæ seu damnationis æternæ, qui hoc nomine proximum interpellat, *Matth. 5.can.si. 55. distin. Furiosi*, inquit Iustinianus, *testamentum non faciunt, quia mente carent.§.item furiosi,quib.non est permi. fac. testa.lib. 2. Institu.tit. 12. l. furiosum,9.qui testam fac.poss. C.l.2. de inoffic. testam.in P.* nec velle creduntur,*l.furiosi.40. de reg. iur.* Zeno omnes stultos insanire dicebat,neque enim prudentes esse,verum & peræqualem insaniæ omnia stultitiam gerere, neq; cum iis litigandum, *Diog. Laert.in 7.in Zenone.* siquidem, vt ait Salomon,expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus, quam fatuo confidenti sibi in stultitia, *Prouerb. 17.6.Eccles.22.*

¶ Fatui † inter ridiculos habentur,furiosi inter nocentes: ve- 10
luti in prouerbio Suidas *in illis verbis* explicat γλοιότερος Μελτίδης, stolidius Meltide. Scribit enim è comicis Meltidem, vt fatuum exagitatum,sicut & Amphitidem, quem tradunt magno labore,vsque ad quinque numerare didicisse,& vltra progredi non potuisse: & sponsam suam attingere non fuisse ausum, veritum ne à puella apud matrem accusaretur: ignorasseque Amphitidem,num ex vtroque parente natus fuisset. ¶ Refert † & de Co- 11
ræbo, *idem in Corœbo.* eum ita stultum,vt fluctus metiretur:

¶ Horum † fatuorum, & stultorum tres gradus ego consti- 12
tuo: primum in illis, qui simpliciter fatui sunt. & temere prout in mentem venit,de omnibus iudicant sine discretione, & arrogantia, *Prouerb.c.12. & 13. c. ecclesiasti.21. eccleſiastes 10. cap.pen.de eo quod me.cau. Quod fatuus sine sale insulsus, non prudens, viae Archid.in cap.legimus 93. dist. & in cap. Constantinopolitanæ, 22. distin. vbi à stulto, veluti ab arrogante fatuo videtur separare.* Secundum, in illis,qui cum fatui sunt,tamen se sapientes arbitrantur & horum infinitus est numerus, vt ait Salomon *Ecclesiast. 1. Et via stulti recta est in oculis eius, Prouerb 12.& 26.*Et vereor ne,si oporteret curatores illis dare,pauci forent qui curatoris munere fungi possint. Tertium constituo in illis,qui cum stulti sint, insigniter lateque ebiberint ex flumine Cesco vtbis Siciliæ, quod sic dicitur,*Suid in ver.Cesco*,tamen alios stultos putant, seque solos sapientes, *contra c.ne innitaris,de constitut.* minimam nec scintillam mentis habentes,nec se nec alios cognoscentes. Et cum nihil norint,omnia tamen superbe iudicant.Et dum vitant ita stulti vitia,ie contraria currunt.

¶ Insanabiles † certe cum non sentiant morbum, nec erube- 13
scant vt priores. Sed ne diutius philosophemur,à diuerticulo ad Iurisconsultorum redeamus rationes. Vlpianus, *Si vitium corporis vsque ad animum penetrat*,inquit,*l. ob quæ vitia, 4. de ædil. edict. lib.21.P.tit. 1.forte si propter febrē quidā loquantur aliena,vel per vicos more insanorum deridenda loquantur, redhiberi huiusmodi venditos vt morbosos & vitiosos posse.* Idemque Vlpi.*in l.1.eo.vbi pulcre plu.de hu lymphaticis,quæ ibi vide*,fanaticos, qui circa fana bacchatur,inter furiosos annumerat:& eos qui responsa reddūt,quasi dementes etiam si per luxuriam faciant,&tamē nō tales haberi si desierint.

¶ Marcellus † Iurisconsultus *in Ldinus, 14.de off. præs. lib. 1. P.* 14
tit.19.idem in l. si cum dotem,§. si maritus,sol.matrim. P. furorem diuidit in eum qui habet continuam mentis alienationem, & in eum,qui habet dilucida interualla, quibus quis sensu sanior est. Vlpianus in furioso tantummodo voluntatis reliquias, non voluntatem dixit manere,*Vlp.l.patre furioso, 8. de iis qui sunt sui vel alie.iur.lib.1.P. tit.7.* Dubitarunt autem antiqui,num in induciis seu dilucidis interuallis haberet voluntatem furiosus,donec Iustinianus habere sua constitutione declarauit, *l. furiosum, 9. qui test.fac.poss.lib.6.C.tit. 22.* Quamuis hic caute negotiandum censeam,cum non omnis remissio furoris intensi tollat furorem,vt rectè mihi videtur exprimere Celsus Iurisconsdum ait *in l.quod meo,18.§.si furioso, de acquir. possess. libr. 41. P. tit. 2.Si furioso, quem sanæ mentis existimabas, eo forte quod in conspectu inumbratæ quietis fuerit constitutus, rem tradideris,licet ille non fuerit adeptus possessionem, tu possidere desinis: quamuis verum sit à rabie cum quieſcere, tamen à morbo non est liberatus, quamdiu fomenta & causſæ morbi in eo perseuerant.* ¶ Quies † autem inumbratur per pituitam, quæ placatos reddit secundum Hippocratem *lib.de furo.* Atque furio-

sorum

Digitized by Google

sorum sic quidam atra bili per totum corpus diffusa agitantur, quibusdam autem certis spatiis recurrit. Vnde illi perpetua rabie & inquietis motibus diuexantur: isti interualla furoris habent, inducias & intermissionem.

26 ¶ Iustinianus † inter mente captum seu dementem, & furiosum longam esse differentiam tradit: verumtamen & quæ de mente capto inducta sunt, id est, de stulto seu fatuo, eadem & in furioso statuenda, *l. si furiosi parentes, 25. de nupt. C. lib. 5. tit. 4. l. tam dementis, 21. de episc. and. li. 1. C. tit. 7.* Insani, amentes vel dementes sunt & mente carent, quia in illis mens vagatur: quemadmodum & in pueris & ebriis; qui & amentes sunt, vt ait Aristoteles,

27 *problem. sectio. 30. q. 13.* ¶ Vt † nullum etiam negotium contrahere possint, nec per se soli, nec cum alio, *l. in contrahendis, 5. de reg. iur. in P.* & sæpe custodia egent, *l. Diuus, de offic. præsid.* & pupillis comparati, quo ad ignorantiam & cognitionem negotiorum & requisitam auctoritatem tutoris vel curatoris, *l. pupillus. l. si fari potest, de acq. hered.* Imo & isti furiosi pro absentibus præsentes habentur, *l. si vnus, § filiofa, de iniu. in P.* Quia, vt ait Cicero *3. Tu-*

28 *sculan.* furor, est mentis ad omnia cœcitas. Itaque † phrenetici melancholici in multis hallucinantur, & mente imbecilles; vt Aiax iratus in Græcos furens gregem porcorum necauit, putans eos esse Græcos, & Agamemnonem & Vlyssem, *Sophoc. in Aia. in mastigopho. Homerus.* Athamas & Agaue putabant animalia bruta esse liberos proprios, furore perciti: vt Orestes sororem

29 esse matrem. ¶ In † fatuis & stultis pariter obseruandum est, iudicium illis deficere, & fere omnia ex arbitrio sibi iusta persuadere, vt solent imperiti, de quibus Terentius *Adelph act. 1. sc. 1.*

Homine imperito nunquam quicquam iniustius,
Qui nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.

Et fuerunt, vt sunt plures stolidi & fatui, qui malint in mentis

20 errore & stultitia degere, quam resipiscere. ¶ Qualis † ille, de quo memmit Aristoteles *lib. de mirabil.* in Abydo Asiæ, qui ad Amphitheatrum iens exsultabat, & manus percutiebat lætabundus. ac si ludus illi placuisset, cum tamen ibi nemo luderet: quive postea resipiscens iurabat se nunquam iucundiorem fuisse,

21 quam cum mente captus fuisset. ¶ Huic † similis fuit quidam Thasila mente captus, qui vere putabat, vt auctor Athenæus, omnes naues appellentes portum Pyreum suas esse, easque numerabat, & iubebat nauis abire, & gaudebat illis redeuntibus: & is etiam, dum sanus factus est, iurauit medico melius tunc fuisse sibi & iucundius, cum mente captus erat. Meminit Horatius *lib. 1. epistol. epi. 2.* cuiusdam hominis apud Argos exsistentis eiusdem morbi, his verbis,

——Fuit haud ignobilis Argis,
Qui se credebat miros audire tragœdos
In vacuo lætus sessor, plausorque theatro:
Cetera qui vitæ seruaret munia recto
More, bonus sane vicinus, amabilis hospes,
Comis in vxorem, posset qui ignoscere seruis,
Et signo læso non insanire lagenæ:
Posset qui rupem, & puteum vitare patentem.
Hic vbi cognatorum opibus curisque refectus,
Expulit hellebori morbum bilemque meraco,
Et redit ad sese: pol me occidistis amici,
Non seruastis, ait: cui sic extorta voluptas,
Et demtus per vim mentis gratissimus error.

22 ¶ Proinde † lege 12. tab. iubetur furiosos, eorumque pecuniam esse in agnatorum tutela seu curatione, donec sanitatem receperint, *Vlpian. in tit. 12. & in l. 1. de curat. fur. in P. § furiosi, de curat. Cice. 3. Tusc.* Completa videlicet legitima ætate pupillari. *l. 1. C. de*

23 *curat. furio.* ¶ Huius † consilio & opera curatoris, tuendum non solum patrimonium, sed & corpus & salus furiosi. *Caius, in l. consilio, 7. de curat. furio. & aliis pers. da. in P.* exemplo tutoris, qui non tantum rebus pupilli, sed etiam moribus præponitur. *Paul. l. cum plures, 13. § cum tutor. de adminis. tuto.* Interest enim reipub. ne quis re sua male vtatur. Quod & furiosis curatorem quoque cum miseria dandum esse suasit. *Valer. Max. lib. 8. ca. 6.* Et ita in mente captis nominatim Iustinian. sanciit. *§. sed & mente captis, de curator.* Et Caius in fatuis. *l. 2. de postul. lib. 3. P. titul. 1.* ¶ Nam

24 † & istis exemplo pupillorum substitutiones fiunt pupillares, id eo dictæ exemplares. *l. humanitatis intuitu, 9. de impu. & aliis subst. lib. 6. C. tit. 26. l. cum furioso, 7. de curato. furio. l. ex facto, de vulg. in P.* Et oratione Seueri Cæsaris, constitutiones, quæ vetabant distrahi sine decreto res minorum, ad res quoque furiosorum productæ sunt. *l. 2. de curat. furio. C. l. fina. eod. tit. in P.* Quod si furioso habenti intermissionem morbi, curator datus sit, perpetua erit cura eius, etsi intercepta & interpolata sit administratio. *l. cum aliis, 6. C. eod.* Octauius Cæsar rectorem solitus erat apponere, ætate paruis, aut mente lapsis, donec adolescerent vel resipi-

25 scerent. *Sueton. in Augusto, c. 48.* ¶ Et † quia causa illius curæ est furor, obseruare prætorem, inquit Vlpianus, *in l. obseruare, 6. de curat. furio. vel prod. dand.* oportebit, ne cui temere citra causæ

26 cognitionem, plenissimum curatorem det. ¶ Quoniam † plerique vel furorem, vel dementiam fingunt, quo magis curatore accepto onera detrectent. Cuius rei sunt propemodum infinita apud bonos auctores exempla relata: veluti de Vlysse fertur, qui cum omnium haberetur sapientissimus, tamen insaniam simulauit, ne ad bellum proficisceretur, cuius tamen astum Palamedes detexit, obiiciendo aranti Telemachum filium, quem ne læderet pater Vlysses aratrum suspendit. *Cic. 3. Offic.* Sed longe callidius simulādo prę se tulit insaniam Meton Astrologus, qui cum Græcorum copiæ in Siciliam nauigationem instituerent, & ipse catalogo fuisset instructus, cum perspicue pericula futura cognouisset, simulata insania dimissus est, vt ait Ælian. *lib. 13. variar. histor.* Simulauit stultitiam Dauid corā Agide rege, ne ab illo male reciperetur, & supplicium vt de hoste sumeret. *1. Reg. cap. 21.* Solon, ne vel tacendo reipubl. parum cōsuleret, vel consulendo sibi noceret de repetenda Salamine, subitam dementiam sibi simulauit, cuius prætextu, non dicturus modo prohibita, sed & facturus erat. *Diog. Laert. in 1. in Solon. & Plutarch. in eod.* Satis enim omnes exploratum habent, quod furor commotionis tempore, iustum putat omne quod facit. *can. illa, 11. q. 3.* Iunius etiam dictus Brutus, quod commode stultitiam simulauerit; alioquin enim prudentissimus & eleganter institutus, quod videret Tullio occiso, patrem quoque & fratrem suum à Tarquinio Superbo occisum, sibique vereretur. Quod ei successit: etenim Tarquinius vere, non ficte stultum existimans, acceptis eius omnibus facultatibus, conuersari eum cum liberis suis patiebatur, non vt cognatum, sed vt ridiculis factis, verbisque oblectamento esset adolescentibus, quemadmodum solent veri fatui. *Dionys. Halicar. in 4.* Constare itaque debet primum de furore, postea eligendi curatores, qui lege 12. tabul. iis fatuis & furiosis agnati & gentiles primum dati sunt ex probationibus, de quibus agit Iason in l. furiosum, vers. verum quis furor, qui testam. fac. poss. C. Deinceps alij quam gētiles & ab aliis legibus & per alios magistratus, quam lex 12. statueret.

¶ Itaque datur curator & pater filio furioso si emancipatus, alioquin enim sufficiens curator dicitur ex patria potestate. *l. fin. C. de curat. furio.* Item & prætor non dubitauit filium patri furioso curatorem dare, si tamen probus sit. *l. 2. eod. in P. l. 1. §. fin. eod. l. iis qui, de tut. & curat. dat. ab iis, &c. P.* Et furiosæ matris curatio ad filiam quoque pertinet. Pietas enim parentibus, etsi inæquabilis est eorum potestas, æqualis debetur. *l. furiosæ matris, 4. de curat. furio. in P.* Ad matrem tamen furiosi fil. vel filiæ non pertinet iure defensio, vel bonorum administratio. *l. cū repudiante, 4. C. eo.* Petere & patri curatorē dare filius potest, si esse nolit. *l. 3. eo. C.* Sūt & fratres fratrum & sororū furiosorū curatores, qui ad furiosorū successionem vocantur. *l. ne lucrum, 5. eo.* ¶ Dati † & potest 28
testamento patris filio furioso curator, exemplo testamētarij tutoris, qui non tenetur satisdare, paterno sufficiente: sed iurare omnia se ex fide gesturum, & ad vtilitatem furiosi, & ideo omnia inuentario concludere debere certum est, *l. fin. § sed cum antiquitas, & seq. eod. C. l. pen. eod. P.* ¶ Dantur † & à præsidibus prouin- 29
ciarum, *d. §. sed cum antiquitas.* & proconsulibus. *l. 3. de curat. furioso. in P.* Et si pupillus est clara persona, à Senatu, *Caius l. curator, 5. eod. l. fin. § sed siquidem nobilis, C. eod.* & à prætore cum disquisitione personæ. *d. §. sed siquidem.* cum satisdatione, & iuramento, & inuentarij confectione rerum furiosi, *l. consilio, § eod. in P. l. fin. § sed cum antiquitas, & §. 3. & inuentario, C. eod* deficientibus agnatis: vel ex arbitrio magistratus aliis hoc modo etiam cura furiosi & prodigi decernitur. *Marc. l. ab agnato, 12. & Paul. l. sæpe ad alium, 13. de cura. furio. in P.* ¶ Virum † tamen vxori mente 30
captæ curatorem dare non oportet. *l. virum, 14. eod. in P.* ¶ Facta 31
† est facultas cuique extraneo etiam curandi furiosorum personas, idque inde lucrantur, vt si liberos furiosorum vel alios successuros cum attestatione missa moneant, vt eos curent, illisque negligentibus in domum suam receperint, & necessaria procurauerint, sint eius successores legitimi. *l. authen. liberi furiosi, C. de episcop. audiend. §. si quis de prædictis parentibus, vt cum de appell. cogn. in authen.* ¶ Dantur † & mutis curatores. *l. 1. §. æque, de mu-* 32
ner. & honor. lib. 50. titu. 4. ¶ Finitur † cura furiosorum, vbi o- 33
mnino resipuerint furiosi. *l. fin. de curat. furio. P. l. cum aliis, C. eodem.*

¶ Sciens † prudensque prætermisi in hac furoris quæstione, 34
ea quæ de diuino furore quidam tradunt, & de quadruplici eius specie, poëtico mysteriali, vaticinio, amatorio affectu. *de quibus Plato, in Io. & ibi Marsil. Fici. & Plat. in Phædro* Nam illos furores ethnicos non possum alio nomine dicere, quam insanos, & qui si perseuerent, ad gentiles relegari debeant. Nam qui ponunt furorem duplicem, alterum ab humanis morbis, alterum ex alienatione mentis diuina, quasi quis extra vitæ constitutionem consuetam rapitur, *idem in Phædro, vel de Pulcro*, recte diuidunt, si furorem diuinum pro diuina contemplatione accipiant, & impetu mentis, quæ se extra humana extollit. Sed gentiles illam diuinam exstasin, in putidos suos dæmones & effectus conuertentes, Apollinis, Dionysij. Musarum, & Veneris, parum sani mihi videntur, & egere curatoribus, vt pigeat de illorum næniis hic inter seria disputare.

¶ Cum † curatore furiosi, non tutelæ, sed negotiorum gesto- 35
rum actio est, quæ competit etiam dum negotia gerit. *l. 4. § fin. de tut. & rat. distrah. in P.*

Digitized by Google

Lib. 27. P. tit. 10.

1 *Prodigi sermonibus sapientes, sed reipsa furiosi.*
2 *Prodigus quis dicatur.*
Liberalis quis, eod.
3.4 *Prodigo interdici bonis primum & curator dari debet, & à quibus, & qui dantur.*
4 *Prodigus ante interdictionem bonorum valide contrahit & alienat postea minime, nec vltima voluntate quidem.*
Interdictionis bonorum formula.
5 *Interdici bonis meretrici, & luxurioſe viuenti poteſt. & 6.*
6 *Tutor datus Senatori luxurioſe viuenti à Tyberio.*
7 *Prodigo filio habenti filios pater teſtamento recte curatorem dat.*
8 *Interdici bonis non poteſt negligenter res ſuas curanti, vt prodigo.*
9 *Sophocles ſtudiis vacans negligebat res ſuas, nec tamen ideo vituperatus.*
10 *Prodigus quando poteſt reuocare contractus ante interdictionem factos.*
11 *Cura prodigi finitur ſanis moribus.*

1 APFINIS † tractationi furioſorum, eſt cura prodigorum: Nam prodigi parum mentis ſuæ compotes ſunt, & ſpecie quidem & verbis ſapientes, agentes reipſa furioſi. Ita enim Pius, vt ait Vlpianus, *in l. his qui in ea cauſſa, 12. §. 1. de tutor. & cura. dat. ab his, &c. lib. 26. P. titul. 5.* matris querelam de filiis prodigis admiſit, vt curatorem accipiant, in hæc verba. *Non eſt nouũ quoſdam etſi mentis ſuæ videbantur ex ſermonibus compotes eſſe, tamen ſic tractare patrimonia ad ſe pertinentia, vt niſi ſubueniatur eis, deducantur in egeſtatem. Eligendus itaque erit, qui eos conſilio regat. Nam æquum eſt proſpicere nos etiam iis, qui, quod ad bona ipſa pertinet, furioſum faciunt exitum. Et perinde itaque illis, ac furioſis interdictum eſt, ne obligari ſine curatore poſſint. l. is cui bonis, de verbor. obligat. in P.*

2 ¶ Prodigus † eſt, qui neque finem, neque tempus expenſarũ habet, & bona ſua dilacerando & diſſipando profundit. *l. 1. de curato. furio. P.* Cicero 2. *Officio.* ait duo eſſe genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & viceratione bus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque apparatu, pecunias effundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut omnino nullam ſint relicturi. Liberales, qui ſuis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum ſuſcipiunt amicorum, aut in filiarum collocatione adiuuant, aut opitulantur, vel in re quærenda vel augenda. Ariſtoteles *libr. 1. Magno. Moral. c. 24.* duo extrema vitioſa liberalitatis ponit, vnum in tenacitate ſeu auaritia, quæ non impendit, vbi & quãdo oportet: alterum in prodigalitate, quæ vbi non decet, & plura quam deceat, & vbi non deceat, expendit.

3 ¶ Quando † dicendus quis prodigus, recurrendum eſt ad id, quod vulgo ſolet fieri, *vt in l. ſcindum. 19. §. illud, de edi. in P.* & ad modum, quo vicini eius communiter ſolent pecunias ſuas diſpẽſare, & ſimiles eius loci vel dignitatis. Et ſi quis excedere iudici viſus ſit, ei interdicere bonis, vt prodigo poteſt. Intereſt autem reipubl. iis interdici cito, & curatores dari, ne re ſua male vtantur. *Valer. Maxim. lib. 3. cap. 5. l. 2. de iis qui ſunt ſui vel alieni iur. in P.*

4 ¶ Proinde † huiuſmodi prodigis primum moribus, poſtea lege 12. tabul. & à prætore & aliis dehinc magiſtratibus, dati ſunt curatores, licet maioribus vigintiquinque annis, primo agnati, & alij ſubinde. *l. 1. de curat. furio. § furioſi quoque, de curator.* Sed in primis bonis interdicitur per magiſtratum prodigo, ne poſſit de rebus ſuis contrahendo diſponere, *l. is cui bonis de verbor. oblig. P. l. Iulianus, 10. de curat. furio. in P.* nec etiam vltima voluntate, *§. præterea, quib. non eſt perm. fac. teſta.* poſt interdictionem: ante namque poteſt. Et prodigus etiam talis manifeſte ante interdictionem, poteſt efficaciter bona ſua alienare. *gl. in d. l. is cui, & in l. 1. de curat. furio. & in l. furioſum, de regul. iur.* Et hæc eſt communis opinio ſecundum Iaſonem, *in dict. l. is cui, col. 3. pro qua facit à contrario ſenſu. l. Iulianus, de curat. furio. in P. in l. ſi curatorem habens, in verb. cui à prætore interdictum ſit, de in integr. reſtitut. minor. text. in cap. veritatis, de do. & contum.* Docet id & formula, qua interdictio fiebat, quam refert his verbis Iulius Paulus, *lib. 3. recept. ſen. titul. 5. Moribus,* inquit, *per prætorẽ interdicitur bonis hoc modo. Quando bona tibi paterna habita, quæ nequitia tua diſperdis, liberoſque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi, ea re commercio interdico.*

5 ¶ Huius † ordinis eſt perſona, quæ luxurioſe viuit, cui vt meretrici, bonis interdici poteſt. *l. & mulieri, 15. de curat. furio. in P.* Et luxurioſe viuenti, id eſt, nimium ſplendide & more nepotum perditorum: quia honeſtus modus ſequendus eſt, non immoderata cuiuſque luxuria. *l. ex damni infecti ſtipulatione, de damn. infect. P.* Adoleſcens qui in luxuriam vel meretrices profundit pecunias, ſimilis ei eſt, qui perdit. *l. ſi vero non remunerandi, 12.*
6 *§. ſi adoleſcens, mand. lib. 16. P. titul. 1.* ¶ Et † Tyberius Cæſar Senatori cuidam luxurioſe viuenti, tutorem, quaſi pupillus eſſet, dedit. *Dio Caſſius, lib. 57.* Solum olim Lege Lectoria curatores dabantur, vel propter laſciuiam, vel propter dementiam, ante M. Antonini Philoſophi edictum, quo ad alios minores datio prorogata eſt. *Iul. Capitol. in vita Antonini.* Ex luxuria conflatur egeſtas rei familiaris: hinc nefaria conſilia, vt ait de Catilina Florus, *lib. 4. Epitom. capit. 1.* & Salluſtius *de bell. Catilin. in princ.* Plautus, *in princ. Trinum.* facit luxuriam inopiæ matrem: Sic Claudianus 1. *in Ruffinum.*

Et luxus populatur opum, cui ſemper adhærens,
Infelix humili greſſu comitatur egeſtas.

Et proinde iſti ex lege 12. tabul. erant quoque ſub poteſtate agnatorum, & patruũm: quod ex Horatio *lib. 3. Carm. ode. 12.* quoque conſtat, dum ait:

Miſerarum eſt, neque amori dari ludum,
Neque dulci mala vino lauare, aut exanimari,
Metuentis patruæ verbera linguæ.

Atque idem Perſius exprimit. *Satyr. 1.*

——& nucibus facimus quæcunque relictis.
Cum ſapimus patruos, tunc ignoſcite: nolo.

¶ Dat † & pater efficaciter curatorem prodigo filio in teſta- 7
mento, & eius voluntatem ſequi debet magiſtratus, vtique ſi filius prodigus habeat filios: aliter enim niſi ex cauſſa alia interdicit. *l. ſi furioſo, 16. de curat. furio. in P.* ¶ Negligenter † rem ſuam cu- 8
rare, quamuis cenſoriæ notæ olim eſſet, obnoxiam tamen non habet bonorum interdictionem: nec qui negligens eſt, prodigus dici poteſt.

¶ Sicut † in Sophocle Tragœdiarum ſcriptore iudicatum, quũ 9
liberatus fuit à filiorum controuerſia, qui ei dari tutores ſeu curatores poſtulabant, quod ſtudiis vacans, rem familiarem ſegniter curaret, vt ait Cicero, *1. de ſenectu.*

¶ Curator † prodigi, ſi ante interdictionem is prodigus no- 10
torius fuiſſet, & contraxerit, poteſt poſt interdictionem aduerſus illos contractus reſtitui in integrum, ſi iuſtam cauſſam alleget, vt quia minor. *gl. in l. patri pro filio, de minor. in P. l. 1. & l. nec non. ex quibus cauſ. maio.* ¶ Finitur † cura prodigorum ipſo iure, ſi ſanos mo- 11
res receperint. *l. 1. §. pen. de curat. furio. in P.*

De Curatore ventris.

Cap. 7.

1 *Ventri curator, non tutor à magiſtratu datur.*
2 *Curator ventris & cum inquiſitione, & ſine ea datur.*
3 *Curatorum ventris & bonorum, cum curatoribus minorum, furioſorum, & prodigorum differentia.*

CVrator † ventri datur mulieris, id eſt, eius nomine, qui in vte- 1
ro matris eſt, qui alitur alimentis præbitis matri. Et ventri quidem ita tutor à magiſtratu dari non poteſt, curator tamẽ poteſt. *l. ventri, 20. de tuto. & curat. dat. ab, &c. in P. lib. 26. titul. 5* quia perſona eius, qui in vtero eſt, ſatis ſub tutela matris eſt, quia & pars viſcerum eius & portio cenſetur. *l. 1. §. ex hoc reſcripto, de ven. inſpic. lib. 25. P. titul. 4. l. curator, de vent. in poſſeſ. mitt. in P.* At curator bonis neceſſarius eſt, vt conſeruentur naſcituro, qui, quod pertinet ad ſuum commodum, pro nato habetur. *l. qui in vtero, de ſtat. hom. in P. l. 1. de vent. in poſſeſ. mitt. lib. 37. P. tit. 8.* Interdumque curator alius ventris eſt, ad alimẽta videlicet præbenda matri, quæ fert partum, & ita nutrit: & alius qui bona adminiſtrat. *l. 1. §. quoties, & ſeq. de ven. in poſſeſſ. mitt. in P.* ¶ Datur † curator 2
ventri, vel ſine inquiſitione, & tunc is non ſatisdat: aut cum inquiſitione, & ſatisdat. *l. bonorum ventris, 8. de cura. furio.* ¶ Hermogenianus, † *in l. inter bonorum, 49. de adminiſt. tut. lib. 46. P. titul 7.* in- 3
ter bonorum ventriſque curatorem, & inter curatorem furioſi, itemque prodigi, pupilliue, magnam eſſe dicit differentiam: quippe cum iſtis, ſcilicet curatori furioſi, pupilli & prodigi, plena eſt rerum adminiſtratio: duobus autem ſuperioribus, bonorũ & ventris, ſola cuſtodia, & rerum quæ deteriores futuræ ſunt, venditio committatur.

De Curatore bonorum.

Cap. 8.

Lib. 42. P. tit. 8.

1 *Curator datur bonis viuentium & mortuorum, quando, & quare.*
2 *Curator bonis controuerſis auctore iudice & conſenſu contendentium datur.*
3 *Curatores bonis captorum ab hoſtibus dati.*

QVando † agitur de bonis conſeruandis, vel diſtrahendis, vel 1
viuentium, vel mortuorum, ſæpe curator datur, *Nerat. l. cuius bonis, C. de curat. furio. P.* viuentium, veluti ſi debitor ſolum vertat, & foro ceſſerit, creditores eligunt vnum, per quem bona diſtrahantur,

Digitized by Google

distrahantur, vt portio illis, quæ ex redacto sit, soluatur, *l. fin. de tut. bon. dan. lib. 42. P. tit. 8.* vel vt bona locentur & administrentur. *Caius, l. in venditione, 8. §. final. de bon. aucto. iud. possid. eod. lib. titul. 5.*

2 ¶ Videlicet † approbante curatorem iudice, qui adiri debet à creditoribus, vt constituat ex eorum consensu, vel dissentientibus illis ex arbitrio seu officio curatorem bonorum debitoris vnum vel plures. *l. 2. de curat. bon. dan. l. Fulcinius, 7. §. Labeo quibus ex caus. in poss. eat. eod. libr. tit. 4.* Idipsum in bonis mortui, si heres nolit, vel non possit adire hereditatem, creditores petunt bonis dari curatorem. *l. 1. de curat. bon. dan.* Dabitur & quamuis non sint, vel si non vrgeant creditores, ad cõseruãda bona, & ad peritura distrahenda, *l. si diu, 8. quibus ex caus. in possess. eat.* veluti si domini capti ab hostibus, reuerti sperantur, *l. 1. §. pen. & fi. de muner. & honor. lib. 50. P. tit. 4. l. in possessionem, quibus ex caus. in posse. eat.* si ex Carboniano edicto bonorum possessio petita sit, & cautio non detur. *d. l. sed si is, §. fin. de muner. l. 1. §. quoties, de Carbon. edict. P. l. cum cognatos, 3. de capti. & postlim. reuer. lib. 8. C. tit. 51.* Et sic
3 in similibus. ¶ Dantur † curatores quoque captis & viuentibus apud hostes, spe postliminij, ne interim bona eorum fraudibus dissipentur.

De Actoribus & adiutoribus tutorum, vel curatorum. Cap. 9.

1 *Tutoribus & curatoribus dantur adiutores per iudicem, pro nutu eorum tutorum vel curatorum.*
2 *Tutores & curatores cur in locum sui procuratorem pro rebus pupilli non possunt dare, sed actorem: nisi lite contestata.*
3 *Actor datus à tutore & curatore quid præstat in iudicio.*
4 *Actorum tutorum quando finiatur officium.*

1 SVperioribus † personis curatorum & tutorum aliæ quandoque accedunt auxiliares, additæ à iudice petentibus tutoribus vel curatoribus, si illi sufficere non queant administrationi: nempe actores seu adiutores, ratione iudiciorum, *l. quæ omnia, de procur. in P.* & in locum procuratorum ad lites. Qui periculo tutorum & curatorum dantur, id est, vt ipsi teneantur pro illis, si male & perperam administrauerint negotia commissa. *vtrumque*
2 *probatur in l. solet, 13. de tutel. in P.* ¶ Explicat † autem id Iurisconsultus Paulus, & cur actor potius, quam procurator hic dicatur in tutela litium curam habens. *Decreto*, inquit, *l. Decreto. 25. de administr. & peri. tutor. lib. 26. P. titul. 7. tutorum periculo, tutoris actor constitui solet, quotiescunque aut diffusa negotia sint, aut dignitas, aut ætas, aut valetudo tutoris id postulat: Nempe si infans pupillus fari non possit, vt procuratorem facere non possit.* Et Diocletianus, & Maxim. nec patri quidem tutori filij permittit procuratorem creare, sed actorem tantum. *l. 1. de acto. à tuto. seu curat. dan. lib. 5. C. titul. 61.* Iure enim tutor quam diu abest, alium quam tutorem constituere non potest, *l. curatorem habenti, 10. qui da. tutor. & curat. poss. lib. 5. C. titu. 34.* Tutores enim aut curatores, domini rerum minorum non sunt, sed illarum agunt curam, & ideo procuratorem non possunt constituere pro illis in iudicio, *l. 1. de procurat. in P.* sed actorem, *l. neque. C. de procura. l. si actor, de appel. C.* ex causa, *§. fin. de curato.* nisi lite contestata ordinare velit procuratorem tutor, quia tunc factus est dominus litis. *d. l. neque.* Quanquam in negotiis gerendis procurator recte alium procuratorem constituat. *l. si procuratorem, §. si quis, mand. in P.*
3 ¶ Hic † actor tamen, tanquam procurator satisdat de calumnia, vt legitimam personam standi in iudicio habeus. *l. 2. §. 1. §. sin autem, & §. 2. de iuram. calum. C. & ibi gl. & gl. 2. ind. l. de act. à*
4 *tuto. vel curat. dan. C.* ¶ Finitur † horum actorum officium, finito officio eius cui additi sunt, nempe tutoris vel curatoris, *l. 1. quan. tuto. vel curato. esse des. C.* vel finito negotio, cui præfecti fuerunt.

De Actionibus tutelæ & Curæ, directis & vtilibus, ciuilibus & prætoriis. Cap. 10.

Lib. 27. P. tit. 3. Arbit. tute. lib. 5. C. tit. 51.

1 *Tutelæ actio, non nisi finita tutela proponitur, contra curatorem autem & actio proponitur pendente administratione.*
2 *Tutor vt ex quasi contractu obligatur, vnde actiones tutelæ.*
3 *Tutor conuenitur pro male gestis, non gestis gerendis, pro dolo & culpa: teneturque res eius & proprias curare.*
4 *Actio in tutorem duplex, tutelæ, & de rationibus distrahendis: quæ & vtilis in curatorem.*
5 *Tutelæ actio directa, & contraria, & vtilis.*
Res pro quibus tutelæ actio vel curæ directa datur, eodem & numero 6. 7. 10.
6 *Negotiorum gestorum actio quando in tutorem vel curatorem datur.*
9 *Tutor à tempore quo scinit se datum, & si non administrauerit, tenetur de periculo tutelæ.*
10 *Tutor vel curator num teneantur pro vsuris pecuniarum otiosarum minorum.*
11 *Tutorum vnus pro omnibus in solidum conueniri potest pro tutela.*
Quando inter contutores habet locum exceptio diuisionis, & quando in solidum quilibet teneatur.
12 *Tutoribus & curatoribus competere beneficium ordinis, cessionis, diuisionis, & vtiles actionis: & beneficium ordinis quod, & quando illis datur.*
13 *Beneficium diuisionis tutelæ & curæ quale, & quando detur tutoribus & curatoribus.*
14 *Beneficium cessionis actionis datum contutori.*
15 *Vtilis actio quæ detur contutori in contutores.*
19 *Actio pro tutela, in eum qui se pro tutore, vel procuratore falsò gessit: & de contraria protutela.*
17 *Tutelæ actio durat 30. ann.*
18 *Tutelæ & curæ nomine in quantum, & quomodo agant heredes minorum, & teneamur heredes tutorum & curatorum, an de dolo, lata, leuique culpa.*
19 *Infamia ex condemnatione tutelæ vel curæ non transit in heredes tutorum vel curatorum, quomodo.*
20 *Iuratur in litem contra tutorem, non contra eius heredem.*
21 *Perfidia tutorum & curatorum infamia, & aliis pœnis punita.*
Item 19.
22 *Platonis lex de tutelis, & accusationibus tutorum.*
23 *Tutores honorarii & notitiæ caussa dati, quando, & in quantum teneantur.*
24 *Actio directa de rationibus distrahendis quid, & contra quos detur.*
25. 26 *Actio tutelæ, & de rationibus non concurrunt.*
26 *Furti actione interdum contra tutores & curatores agitur.*
27 *Actio de rationibus distrahendis datur contra quosdam tutores non contra heredes eorum.*
28. 29. *Actio alia in curatorem & tutorem ex stipulatu, rem pupilli saluam fore, & quando ex ea agatur, & contra quos.*
29 *Actio ex stipulatu, rem pupilli saluam fore, vtilis datur in protutore gerentem.*
30 *Beneficium diuisionis agenti minori contra tutores obiici nequit ab illis, inter illos quatenus locum habeat.*
31 *Actio subsidiaria quando ob tutelam vel curam competat contra magistratus, qui tutores & curatores dederunt.*
in Nominatores tutorum & curatorum actio quando competat eod.
32 *Magistratus collegæ, qui conueniri possunt nomine tutelæ vel curæ diuisionis an habeant beneficium.*
33 *Magistratus, qui non tenentur in subsidium tutorum vel curatorum, quos dederunt.*
34 *Scriba, cui de facultatibus minorum commissa est inuentarii confectio, quando in subsidium tutorum & curatorum teneatur.*
35 *Ordo qui nominauit magistratum, qui minoribus tenetur, non tenetur pro magistratu in ea caussa tutelæ vel curæ.*
36 *Vtilis actio ex facto tutoris vel curatoris data minoribus, & in minores.*
37 *Actiones prætoriæ pro tutore, & in factum pro tutela & cura, in quos dantur minoribus.*
38 *Restitutio minorum & aliorum, in factum actione aduersum gesta à falso tutore vel curatore.*
39 *Actio pro tutela, & pro tutore prætoria, in quo differant.*

ACtiones † tutelæ & curæ fere eadem tractatione concludi 1
possunt, paucis exceptis, veluti quod actio tutelæ nonnisi deposita administratione proponi iure communi possit, *l. nisi finita, 4. & l. si tutor. 2. §. fin. & l. sed non datur, 20. de tute. & ratio. distrah. in P.* cum curatore autem manente administratione, vt cum procuratore agi possit. *l. cum curatore, 27. de administr. tut. in P.*
¶ Tutores † qui tutelæ iudicio tenentur, non proprie ex contra- 2
ctu obligati esse intelliguntur, sed ex quasi contractu: cuius nomine mutuæ sunt actiones, & quæ pupillo in tutorem dantur directæ, & quæ tutori dantur in pupillum contrariæ. *§. igitur, de obligq. quæ ex del. nasc.*
¶ De † omnibus quæ tutor fecit, cum facere non deberet: i- 3
tem de omnibus, quæ non fecit, rationem reddet hoc iudicio, præstando dolum & culpam, & quantam in suis rebus diligentiam, *Vlpian. in l. 1. de tut. & ratio. distrah. lib. 27. P. titu. 3. l. à tutoribus, eod. l. quicquid, arbit. tut. C. § fin. vt qui oblig. perhib. se hab. res mino. in auth.* Lex Platonis etiam ea, *11. de legib. Tutor non minus or. hanos § quam si genuisset eos, diliget: neque res illorum peius, quam suas gubernet. Imo* etiam effectu animi magis. Cicero tutelam & procurationem reipub. ita gerendam ait, ad vtilitatem eorum qui commissi sunt, non eorum quibus commissa est, *Cic. 1. Offic.*
¶ Actio † in tutorem ei qui in potestate eius fuit, duplex da- 4
tur: tutelæ vna, & de rationibus distrahendis conturbatis alia. *l. 1. §. in tutela, de tute. & ratio. distraben. in P.* Quarum exemplo alia in curatorem datur vtilis, extensione facta actionis quę datur pu-

Digitized by Google

pillo, ad minoris personam in curatorē, quod indicat conceptio tituli seu rubricæ, *de tutelis & rationibus distrahendis*, & vtili curationis causa, actione. ¶ Tutelæ † actio directa, & contraria, & vtilis. Res pro quibus datur directa, sunt omissa geri, & male gesta: vt officio tutoris incumbit rationes actus sui conficere: & pupillo reddere. Ceterum si non facit, aut factas non exhibet, hoc nomine iudicio tutelę tenebitur. *l. 1. §. Officio. eo.* Item quicquid tutoris dolo, vel lata culpa, aut leui, seu curatoris minores amiserint, vel cum possent, non acquisierint, hoc in tutelæ, seu negotiorum gestorum vtile iudicium venire non est incerti iuris. *l. quicquid. 7. arbit. tut. C.*

6 ¶ Negotiorum † autem gestorum tunc actio datur, quando post depositam tutelam, vel finitam, administrauit tutor, vt ait Iulius Paulus, *lib. 1. recept. sentem. titu. 4. cap. 2. facit l. curatoris, de negot. gest. C.* vel si pro tutore, vel curatore, cum non esset, se gesserit. *Idem Paulus eod. lib. & in c.* 8. Sed illa non est tutelæ propria actio,

7 de qua nunc agimus. ¶ Rursum † directa tutelæ datur in tutorem, vel curatorem, qui pecunias pupilli, vel minoris in suos vsus conuerterunt, vt eas cum vsuris legitimis restituant. *l. 3. & l. cum interdicta. C. arbit. tut. l. tut. qui repertorium, 8. §. si post depositionem, cum sequ. §§. de admin. & peric. tuto.* ¶ Item † si tutor cessauerit in officio, vel rescius sibi decretam tutelam, non administrauerit, tenetur. Ex quo enim innotuit tutori, se esse tutorem,

8 scire debet periculum tutelæ ad se pertinere. Innotescere autē qualitercunque sufficit, nec vtique eum testato conueniri oportet: Nam si citra testationem aliunde cognouerit, nulla dubitatio est, quin periculum ad eum debeat respicere. *l. quidam decedens, 6. §. fin. de administ. tutor. l. tutor, 21. & l. etsi sciisses. C. eod. Extant hac de re constitut. regiæ & placita curiæ supremæ, de quibus vide Papū, libr. 15. Rhapso. arresto. tit. 5. arest. 4. & 5.* Qui tamen semper præsumitur perpetuo ignorare, nisi contrarium probetur, *l. hoc autem, 7. de administr. tut. in P.* videlicet, si intra tempora excusationibus deputata eas non proposuerit, *l. 1. eod. tituł. in P.* legitimas nempe; quandoquidem ill egitimæ non liberant à periculo cessationis. *l. quanquam, de excusat. tuto. C. l. qui testamento, eo. in P. l. 2. si tut. appell. C.* Quemadmodum contra, si tutoris dario nulla sit aut nō teneat, periculum nullum est tutoris, si non administrauerit, quanquam sciuerit se datum. *l. militiæ, & l. neque, qui dar. tut. poss. C.*

9 ¶ Competit † & tutelæ in tutores actio, si male contraxerint, id est, si prædia non idonea comparauerint per sordes, aut gratiā, aut per latam negligentiam, *l. tutor, qui repertorium, §. competit, de admin. tut. in P.* vt soluant fructus ex rebus perceptos, vel qui bona fide percipi potuissent, *l. si sine herede. §. Modestinus, eod.* de dolo, si repertorium non fecerint, *l. tutores, 28. eod. d. l. tutor qui repertorium.* etsi alio modo gesserint dolose, de culpa, de negligentia, vt supra monuimus. *facit l. 1. de peric. tut. C.* Iuraturque in litem aduersus dolosum, *d. l. tutor, qui repertorium,* etsi soluendo non sit extra ordinē coercetur. *l. ob fœnus, 50. eod. de admin. & peric. tut.* Ceterū de casu fortuito non tenetur, *l. 4. de peric. tuto. lib. 5. Cod. titul. 58. l. negotium, Cod. de nego. gest.* vt si incursu latronum res perierit, *l. si res pupillaris, 51. de admin & peric. tut.* P. nisi seruaret non seruanda, quæ perierint casu ob culpam præcedentem. *l. 3. de peric. tuto. C.*

10 ¶ Ad † fœnus quoque pecuniarum pupilli tenebatur tutor antea, illudque ipse præstabat, si otiosas reliquisset: hodie tamen, si reditus vel fructus patrimonij minorum & pupillorum sufficiāt, pupillorum vsibus, non tenentur fœnerari: si non sufficiant, non tenentur mutuare, nisi quatenus sufficiat ad dispensationem adolescentis *in l. tutores, 28. & auth. nouissime. de admin. tut. C. l. 1. de vsur. pupill.* Cum quia vsuræ vetitæ à Deo sunt, *D. Luc. 6. Psalm. 14.* tum quod sæpe accidit, vt pecuniæ funebres iusto Dei iudicio, & patrimonia fœneratorum, in nihilum recidant. *l. lex quæ tutores, de admin. tut. C.* Quo fit, vt si mutuauerit tutor pecuniam pupilli,

' mutui subiaceat periculo. *d. authen. nouissime, & §. quoniam. titul. vt ij qui perhib. oblig. se hab. & c. in authen. colum. 6.* Cum autem is ad vsuras condemnabitur, arbitrium erit iudicis quales præstet, *l. 4. §. quantas, de fideiuss. tut. in P.* vt si sit in dolo, maximas. *l. tutor, 8. §. pecuniæ, & l. non existimo, de admin. tuto. in P.* Datur autem actio pupillis & heredibus eorum, aduersus omnes contutores, & singulos quos eligere voluerint in solidum. *l. si sine herede, 33. §. heredib. eod.*

11 ¶ Habet † tamen locum inter contutores contumaciter non gerentes exceptio diuisionis. *l. si plures, 19. eo.* Verū tamen hic opus est distinctione. Nam diuisa tutela vel cura, siue à præside, siue à testatoris voluntate, periculum tutelæ seu curæ non pertinet ad contutores contutorum male gerentium, sed pro parte sua quilibet conuenitur: nisi per dolum ob culpam suspectos nō remouerint, vel tarde suspectos arguerint, cum illi non soluendo effecti sunt: vel si suspicionis causam agentes, pupilli iura prodiderunt. *l. 2. de diuid. tute. C.* In solidum porro tenentur pro contutore, nulla diuisione à testatore, vel iudice facta.

12 ¶ Attamen † illis competit vel beneficium ordinis, vel cessionis, vel diuisionis, vel vtilis actionis. Beneficium ordinis est, vt ordine alter post alterum conueniri possit, si tamen inter illos omnes gerentes aliqua facta sit administrationis diuisio: nam nulla diuisione facta inter ipsos, sine ordine quilibet eorū electione libera in solidum conueniri potest. *d. l. 2. de diui. tut.* Quod obtinet diuisione etiā facta inter contutores eiusdem generis, puta si sint omnes testamentarij, vel legitimi, vel datiui. Ceterum si sint diuersi generis, vt alij eorum qui administrauerint, sint datiui, alij testamentarij: prius conueniuntur pro propria administratione datiui, secundo qui pro iis se obligarunt, dehinc magistratus qui eos dederint, antequam perueniatur ad contutorem. *l. Lucius, 47. §. cum in testamento, de admin. tut. Et licet,* inquiunt Diocletian. & Maximinian. *tutorum conuentione mutuum periculum minime finiatur, tamen eum qui administrauit, si soluendo sit, primo loco, eiusque successores conueniendos esse non ambigitur. l. final. C. de diuid. tutel. l. 2. si tut. non gesse. l. cum interdicta. 6. arbit. tute. in P.* Postea contutores, dummodo tempore depositæ tutelæ soluendo alij qui gesserunt non sint: alioquin eo tempore soluendo existentibus, contutores pro his non tenentur. *l. 1. de diuid. tute. Cod.* Quod si ex diuersi generis contutoribus datis, quidam gesserint, alij non administrauerint, sed aliis mādauerint gerere: inter eos nō est locus beneficio ordinis, quia omnes gessisse videtur. *l. tres tutores, 56. §. non solum. de admin. tut. l. ita autem. §. gessisse, eo. l. 2. de fideiuss. tut. in P.* Si aut quidam tutelam vel curam non gesserint, nec mandauerint, gerere, sequendū est rescriptū Alex. cuius verba: *Qui se non immiscuerunt tutelæ vel curæ, ex persona eorum qui gesserunt, & idonei sunt, non onerantur: si qua vero sint, quæ cum geri debuerint, omissa sunt, latæ culpæ ratio omnes æqualiter tenet. l. 2. si tut. vel curat. non gesse. lib. 5. C. tit. 59.* Et certum est, non solum eos qui gesserunt, sed etiam qui gerere debuerunt, tutelæ nomine teneri etiā de his, quæ à contutoribus seruari non potuerunt: si modo, cum suspectos facere debuerunt, id officium omiserunt. *l. 2. si tut. vel curat. non gess. l. si quis tutor, §. quin etiam, de rit. nupt. in P. l. si tibi pater. de testa. tute.* Exstat & singularis cum distinctione Papiniani hac de re in hæc verba, sententia: *In eum qui tutelam gerere noluit, post ceteros, qui gesserunt, actionem vtilem tutelæ dari placuit: quod tamen ex tutela non peruenit ad eos qui se negotiis miscuerunt, sed communis negligentia periit, citra subsitutionis ordinem æqualiter ad omnium periculum specta. l. tutores qui post, 41. §. in eum, de admin. tutor.*

13 ¶ Verum † beneficium datur diuisionis, quando plures simul gesserunt tutelam, & omnes simul soluendo sunt: æquissimum enim erit tunc diuidi actionem inter eos proportionib. virilibus exemplo fideiussorū. Si non omnes soluendo sunt, inter eos qui sunt soluendo diuiditur actio: sed prout quisq; soluendo est, poterunt cōueniri. *l. 3. §. nunc tractemus, de tut. & rat. distr.* Sic tutores & curatores omnes alicuius, siue simul omnes administrauerint, siue non administrauerint, aut inter se diuiserint administrationem cuiuscunque generis sint aut datiui, aut legitimi, aut testamentarij, licet quilibet eorum teneatur in solidum, tamen beneficium diuisionis habent, nō ordinis, etiā si dolose administrauerint, *l. si plures, in 2. de admin. tut. P. Boer. decis. 59. n. 2. & 3. l. 1. & 2. si tut. vel cur. non gess. C.* videlicet si ex cōmuni dolo & culpa conueniātur, contra, si ex dolo speciali. *d. l. 1. & 2. eo. Bar. in l. 1. de transf. C. & ibi gl. & interp. alij. l. 1. §. plane. de tut. & rat. distra. in P.* Plures ita que curatores vel tutores in ius vocati, simpliciter condēnati pro virilib. censentur partib. cōdēnati, licet obligatio & petitio fiat in solidū. *vt in l. 1. si plur. vna sent. fuer. condem. & ibi no. Bal. & Alb. in l. ea quæ, fam. ercis.* Quinimo arbitrantur interpretes plurib. condēnatis ratione tutelę in solidū, posse eosdē opponere adhuc beneficiū diuisionis. *Bart. Paul. Cast. Ang. in l. Paulus, de sol. in P.* Et ita iudicatū not. Boer. *in d. decis. 59. n. 9.* Illi autē ex sententia plurib, quos refert, interpretū, veri[s] videtur proponēdā esse exceptionē diuisionis ab exordio litis, ante litis cōtestationē: quod sit exceptio dilatoria. *idē in prox. cita. decis. n. 10. per Bald. Cyn. q. 6. in l. exceptionem. de excep. &c.* Diuisa tamē semper videtur condānatio eorum, qui in diuersis prouinciis administrant eiusdem tutelam & bona: nam tutor vnius prouinciæ non tenetur de facto alterius. *l. 6. de peric. tuto. lib. 5. C. tit. 39.* ¶ De † beneficio cessionis, vnde & actio vtilis in contutores, Vlpianus sic respondit: *Si forte quis ex facto alterius tutoris condemnatus præstitit, vel ex communi gestu, nec ei mandata sunt actiones, videlicet si à pupillo vel minore non fuerit cessa actio.* ¶ *Constitutum* † *est à D. Pio, & ab Imperatore nostro, & ab eius patre, vtilem actionem tutori aduersus contutorem dandam. l. 1. §. nunc tractemus. versic. & si forte. de tut. & rat. distra. in P. l. ex facto. de neg. gest. in P. l. cum interdicta. 6. arbit. tute. C.* ¶ Datur † etiam pro- 16
tutelæ actio in eum, qui se pro tutore gessit, vel pro curatore, cum tamen vere non esset tutor vel curator, atque ea exerceri potest ante tempus pubertatis. *l. 1. de eo qui pro tut. nego. gessit. lib. 5. C. tit. 45. & l. 1. eod. lib. 27. P. tit. 5.* Tenetur autem ad id quod tutor obstringitur, & pari modo ei contrarium iudicium protutelæ datur. *l. pen. & fina. eod. in P.* ¶ Tutelæ † actio tam heredibus pupilli, *l. tutelæ actio. 12. arbitr. tute. C.* quam etiam contra heredes tutoris competit, *d. l. tutelæ, & l. tutor qui repertorium. 8. de adminstra. tuto. in P. l. si tuto. 61. eod.* vsque ad 30. annos. *l. tutores tutelæ, 8. arbit. tute. C.* 17

¶ Verumtamen † non eodem modo heredes tutorum vel 18
curatorum, quo ipsi tutores vel curatores tenentur, *l. 1. de hered. tuto. Cod. lib. 5. titul 54.* neque priuilegia minorum in successores transeunt. *l. ex pluribus. 43. de adminst. tut. in P.* Itaque heredes tutorum vel curatorum tenentur eo nomine rationem reddere de eo quod tutor vel curator administrare debuit, nec administrauit: conuentis primum illis, vt diximus, qui administrauerint, *l. 2. & fin. de hered. tut. C. l. tutelæ. C. arbitr. tute.* Item de eo quod de-

functus

functus à se, vel ab aliis non exigit, *l.3.d.tit. de hered.tut.* vtili videlicet actione. *d.l.3. & l. non quasi, §. 1. rem pup. sal. fo. in P.* Quia tamen finitur tutela morte tutoris, *§. simili modo, quib. mod. tut. finit. lib.1. Instit. tit.22.* heres eius ex sua persona, non tenetur de periculo contutoris, si idoneus defunctus erat tempore mortis. *l. tutores, 40. §. tutoribus, de administr. tuto. in P.* Sed neque tutores tutorum vel curatorum, ob negligentiam, quæ non latę culpę comparari possit, condemnari oportet, si non contra tutorem lis incoata est, neque ex damno pupilli lucrum captatum, aut gratiæ præstitum sit, *l.1. de hered. tutor. C. l. 1. ex delict. def. in quan. her. tenea. C.* Ex dolo tutoris vel curatoris heres tenetur, alioquin & de lata culpa, non de leui ex persona defuncti, *l. curatoris, 17. de negg. gest. C. l. alio. C. de in lit. iur. l. ex depositi. 13. & l. ex contractib. de actio. in P. l. in heredes. de magist. conue. C. l. non similiter. 4. eod. P. l. fin. & 4. de fideiuss. tut. in P.* quamuis ex sua persona de leui teneatur. *l.3. §. penult. de negot. gest. P. l. cum ostendimus. 4. §. 1. de fideiuss. & ma. tuto. lib.27. P. tit.7.*

19 ¶ Quod † pertinet tamen ad infamiæ iudicium, differunt defunctus & heres: si quidem tutor aut curator de dolo proprio suo nomine, iudicio vel actione directa conuentus, damnatus infamis est: heres autem, qui de dolo defuncti nomine damnatur, minime. Quia de perfidia alterius agitur, *l. 1. & l. furti. 6. §. pactus, & §. pen. & fin. de iis qui not. infam. P.* & heres tantum in æs alie-
20 num, non in tutelam succedat. *d.l. furti. §. pen.* ¶ Quare contra tutorem dolose versatum in litem iuratur, *l. tutor qui repertorium. 8. de admin. tut.* non autem contra heredem, nisi & ipse in tutela, mortuo tutore, vel curatoris heres in cura, defuncto curatore dolose versetur: quia tunc ex proprio dolo quilibet tenetur, quamuis à negligentia leuis culpę immunis sit. *d.l. 4 §. 1. de fideiuss. & hered. tuto. in P.* Quædam. n. sunt quæ heres tutoris quãuis tutor non sit, tenetur cœpta à defuncto implere & explicare, si is heres legitimæ & idoneæ ætatis sit, in quibus ipse dolum cõmittere potest. *l. 1. de fideiuss. tut. P. l. si tutor. post. de tutel. & ra. distra. in P.* ¶ Et † Ci-
21 cero *pro Q. Rosc. Si qua sint*, inquit, *priuata iudicia summæ existimationis, & pene dicam capitis, tria hæc sunt, fiduciæ, tutelæ, & societatis. Atque enim perfidiosum & nefarium est fidem frangere, quæ continet vitam, & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit, & socium fallere, qui se in negotio coniunxit.* ¶ Platonis † de tutoribus
22 lex etiam hæc: *Si tutor negligere aut malitiose agere propinquis, aut ceterorum ciuium alicui videbitur, in iudicium adducius quadruplum damni restituat, cuius altera puero, accusatori altera deferatur. Postquam vero ad pubertatem orphanus venit, si male secum egisse tutorem duxerit, ad quinquennium vsque ab exacta tutela, in tutorem sibi agere liceat. Et si tutor quispiam condemnabitur, quid pati darive debeat, à iudicibus decernatur. Plato, lib. 11. de legib.* Quæ per omnia in heredibus tutorum locum habere non possunt, maxime in heredibus eius, qui non iure tutor vel curator datus, administrationi se non immiscuit, qui nec dolum, nec culpam præ-
23 stare debent. *l. heres eius, 8. de fideiuss. & nominat. tuto. in P.* ¶ Datur † & actio tutelæ in tutores, quos vulgo dicimus honorarios, qui nihil administrant, videlicet excussis prius facultatibus eorum, qui gesserint. Imputatur namque illis, cur cum alios gerentes male gerere viderent, non fecerint suspectos. *l. 3. §. si parens, de admi. tut. P. l. sed si nulli. Nouell. 118.* Tutor autem notit æ caussa datus, perinde ac reliqui tutores, in omnibus administrationis & accessionis iure conueniri potest, *l. quaro. 32. §. 1. de testam. tute. lib.*
24 *26. P. tit.2. l.1. de peric. tuto. lib.5. C. tit.38.* ¶ Alia † actio quæ contra tutores competit directa, est de rationibus tutelæ distrahendis, hoc est, vt ego interpretor, de controuersia illarum rerum, quæ per tutorem subtrahuntur à rationibus redditis, & intercipiuntur: vel interciperentur, nisi peterentur à pupillis vel mino-
25 ribus tanquam ablatæ. *Actione*, † inquit Paulus, *de rationibus distrahendis nemo tenetur, nisi qui in tutela gerenda rem ex bonis pupilli abstulerit: quod si furandi animo fecit, etiam furti non tenetur, & vtraque actione obligatur, neque altera alteram tollit. l. 2. de tut. & ratio. distrah. in P. l.1. §. in tutela. eod.* Et condictio quoque furtiua competit, per quam rem pupillus consequitur. ¶ Actio † hæc est in
26 duplum, in qua tamen simplum tantum pœna. *d.l.2. §. pen. & fina. & l.1. §. considerandum, eod. tit.* Vlpianus autem sic explicat: *In tutela ex vna obligatione duas actiones esse constat, & ideo sue tutelæ fuerit actum, de rationibus distrahendis agi non potest: sue contra, tutelæ actio, quoad speciem istam, peremta est. Hunc tutorem tamen, qui intercepit pecuniam pupillarem, & furti teneri, Papinianus ait. d. §. in tutela, l.1 de tut. & ratio. distrah. P.* Videlicet si animo furandi intercipiat. Nam, vt Tryphoninus ait, sine animo furandi interceptio rerum pupilli in duplum punitur per legem 12. tabul. non tam propter furtum, quantum propter perfidiam: quod perfide tutor se gessit, *l. tres tutores, 56. de admin. tuto. P.*

¶ De † rationibus distrahendis actione non solum ij tutores,
27 tenentur, qui legitimi fuerunt, sed omnes qui iure tutores sunt, & gerunt tutelam. *l.1. §. de rationibus, de tute. & ratio. distrah.* Estque perpetua, quæ minoribus & successoribus eorum datur: verumtamen in heredem, ceterosque successores non dabitur, quia pœnalis est. *d.l.1. §. pen. eo.* ¶ Alia † actio in tutorem est, ex stipulatu rem pupilli saluam fore, cũ pupillo rem saluã fore satisdatũ est. Agi autem ea tunc potest, cum & tutelæ agi potest, *l. 1. & 4. rem pupil. sal. fore, lib.46. P. tit.6.* Daturque finita tutela, & ex quibus caussis actione tutelæ agi potest, ex iisdẽ agitur ex hac stipulatione, & contra ex quib. non potest agi ex illa, nec quoq; ex hac. *l. cum pupillus, 9. & l. non quasi. 4. §. hanc stipulationem. & §. generaliter. rem pupil. sal. fore.* Tenetur ob hanc cautionem, non solum verus tutor qui administrauit, sed etiam qui pro tutore gerit, & fideiussores eorum.

¶ Is † tamen qui non gessit, quia nec actione tutelæ terretur, 29
hac actione non conuenitur, sed vtili actione: quia suo periculo cessauit. *d.l. non quasi, §. 1.* Et hæc eadem quæ de tutoribus ex hac satisdatione diximus, vera in curatoribus cuiuscunque speciei erunt, siue puberibus, siue impuberibus, siue furiosis, siue prodigis, vel quibusdam aliis, vt fieri assolet, dati fuerint, *d.l. non quasi, §. pen. & fin.* ¶ Nomine † quoque tutorum & curatorum, qui satis- 30
dederint rem minoris vel pupilli saluam fore, fideiussores conueniri possunt, & quilibet eorum insolidum: ita tamen, vt huic qui conuenitur cedantur aduersus confideiussores actiones. Neque conuenti à pupillo diuisionis beneficium obiicere possunt. conuenti autem ab aliis possunt. *l. fi. rem pup. sal. for. P.*

¶ Subinde † alia actio subsidiaria directa minoribus ratione 31
tutelæ, vel vtilis ratione curæ malæ administratæ datur, in magistratus qui eos dederint, *In magistratus municipales*, inquiunt Imperatores Diocletian. & Maximinian. *tutorum nominatores, si administrationis finito tempore soluendo non fuerint, nec ex cautione fideiussionis solidum exigi possit: pupillis quondam in subsidium, indemnitatis nomine actionem vtilem competere, ex Senatusconsulto, quod auctore Traiano parente nostro factum est, constitutum. l. in magistratus, 5. de magistrat. conueni. lib.5. C. tit.75.* Conuenitur itaque magistratus, vt nominator tutoris vel curatoris min⁹ idonei, postquam bona nominati, & fideiussorum eius, nec non collegarum, ad quos periculum administrationis spectat, excussa fuerint, nec per ea indemnitati minoris satisfactum est. *l. aduersus, 4, eod. & l.1. eod. C.* Teneturque pupillo ad ea, ad quæ tutores conueniri possunt, *l. fi. eod. P. lib.27. tit.* 8. si idoneam cautionem à tutoribus vel curatoribus non exegerunt, rem eorum saluam forei nam omittendo eam cautionem, seipsos fideiussores pro ipsis dedisse videntur, qua ratione & eius heres tenetur. Si vero cautionem exegerit, tunc temporis cum cautum est, idoneam, etsi postea desierit esse idonea, tutus est, & heres eius ab hac actione. *leg. quod ad heredem, 6. & l.1 §. si magistratus, eod. P.* Similiter & hac actione non conuenitur, si duos tutores dans non exacta cautione, quorum vnus sufficiens, alius minus idoneus sit, & qui idoneus est, in solidum fuerit pupillo condemnatus, & satisfecerit. Non enim potest tutor condemnatus pro contutore non idoneo conuenire magistratum, eo prætextu, quod à contutore non exegerit cautionem, nisi inscio illo tutore contutor non idoneus datus sit sine cautione: tunc enim ex æquitate illi in magistratum datur actio. *l. proponebatur, 2. iuncta l.3. de magistr. conue. in P. d.l. in magistratus, eo. C. l. Lucius. §. pen. de adminis. tut. in P.* In condẽnatione porro magistratuum tutelæ vel curæ nomine duo distinguenda sunt, *§. subsidiaria, de satisda. tuto. lib. 1. Instit. titu. 24.* num tutores vel curatores dando, nullam ab illis omnino cautionem exegerint, an vero aliquam exegerint, sed non idoneã. Rursum, si omnino non exegerint, an tempore finitæ tutelæ vel curæ fuerint idonei & soluendo, an non sint: nam, quo casu tunc idonei inueniuntur, etsi postea destituantur facultatib. extra periculum sunt, & heredes eorum: sin minus, contra, *l. Æmilius Dexter, 54. de adminis. tut. in P.* Ita si minus idoneam, vel nullam adierint ipsi, & similiter tenentur heredes magistratuum. Nam magistratus in omne periculum succedit, & heres ipsius dolo proximo culpæ succedaneus est, *Vlpi. in l. non similiter, 4. de magistr. conue. in P. l.1. de tut. vel cura. illustr. perso. lib.5. C. tit. 33.* id est, de dolo & lata culpa defuncti tenetur, non de leui. *l. quod ad heredem, 6. d. tit. de magist. conue. in P. l.2. C. eod.*

¶ Ceterum † ipsi magistratus, si plures sint qui eiusdem actio- 33
nis rei sint, qui dederint sine inquisitione vel satisdatione tutores vel curatores, si vterque soluendo sit, possunt petere beneficium diuisionis. *l.3. eod. C.* ¶ Quæ † intelligenda sunt de magistratibus, 35
qui tutores vel curatores dant, & solent, vel debent exigere cautionem: non autem de illis, qui dant quidem, sed qui non solent exigere, vt præfectus vrbis, prætor, præses Prouinciæ, & similes. *§. fi. de suspe. tut. ap. Iustin. l.1. §. neque prætor. de magist. conue. in P.* Verumtamen ij magistratus, quibus prætor, præfectus, & similes mandant exigere cautionem à tutoribus & curatoribus, cui ipsi dant, si non exegerint, tenentur: non etiam quibus mandatum, vt de facultatibus eorum inquirerent & renuntiarent: nam isti non æque ac magistratus, qui dant tutores & curatores, simulque qui exigere debent cautiones, puniuntur, *l.1. §. si præses prouinciæ, eod. in P.* ¶ Agitur † etiam contra scribam, cui mandauerat prætor, 34
vt inquireret de substãtia minoris, vt pro facultatum modulo tutor vel curator eligeretur: si dolo aut negligẽtia sua veram substantiæ taxationem passus est occultari, *l.1. eod. C.* ¶ At † contra 37
ordinem qui magistruum, qui ex tutoris vel curatoris datione tenetur, elegerit, vel nominauerit, non datur actio post eum magistratum subsidiaria: nam illi tantum promittunt rempubl. non pupillorum rem saluam fore, nisi expresse qui nominarunt & illud promiserint. *l 1. in princip. eod. in P.*

¶ Alia † etiam datur vtilis actio ex facto tutoris vel curatoris 36

Digitized by Google

minori, ex iis quæ contraxerunt illi nomine eius, vt contra, ex contractu eorum in minorem agitur. *l.1.2.3.4.5.quan. ex fac. tut. min. commen. poss. lib.5.C.tit.39. l.tutor,6.eod.tit.lib.26.P. titul.9.* Nisi illi vel in suam personam nouarint, vel dolo malo contraxerint: cum dolus tutorum vel curatorum minori non noceat. *l.1.3.4. eod.in P.*

37 ¶ Duæ† actiones sunt prætoriæ, quæ dantur in tutorem pupilli: vna quæ pro tutore est, quæ in eum dirigitur, qui cum tutor non esset, tamen se pro tutore gessit. *in tit.de eo qui pro tuto. negot. gess. in P.& C.* Alia quæ in factum est, contra falsum tutorem, si cum tutor esset, in aliquam captionem adolescentem induxisset. *l.fin.quod fal.tut.aucto.gest.esse dici.lib.27.P.tit.6.& l.falsus tutor,11.eod.*

38 ¶ Restituitur† & minor aduersus negotium gestum ab illo, nec non ceteri actione in factum, si modo ignorarint eum esse falsum tutorem. *in l.1.§.fin.eod.* Sunt & quædam personæ, quibus

39 & scientia restitutioni non officit. *l.2.3.4.5.eod.* ¶ Propter† dolum malum autem hæc actio prætoria diuersa à protutela inducta est. Quod in actione pro tutela crediderit se quis tutorem esse: ac in hac prætoria sciens se non tutorem, dolo malo se talem finxerit, & gesserit, & proinde quanti ea res erit quam gessit, in tantam pecuniam condemnatur. *l.nouissime.7.eod.* Datur & in eum, cuius dolo factum est, vt falsus tutor auctoritatem suam nomine pupilli interponeret. *d.l.nouissime, in princ. & §.fin.* Dantur & in factum istæ actiones heredibus & successoribus, non autem in heredes, neque in falsum tutorem post annum: quoniam & factum puniunt, & in dolum concipiuntur, & aduersus eas personas, quæ alieno iuri subiectæ sunt, noxales fiunt. *l.huius actionis, 9.§. has actiones, eod.*

De Contrariis actionibus tutelæ & curæ. Cap. II.

Lib.27.P.tit.4
Lib.5.C.tit.58.

1 *Finito officio tutelæ datur contraria actio in minorem tutori.*
Et quid illa contraria actio.
2 *Contraria pro tutore, & cura contraria, pendente administratione datur.*
3 *Res & caussa, ob quas datur actio contrariæ tutelæ.*
4 *Tutor & curator quos sumtus repetant in minores factos.*
5 *Contraria actio tutelæ vel curæ quibus, & contra quos datur.*

1 PRæter iuris communis ordinem, ob† euidentem æquitatem & summam pupillorum, & minorum vtilitatem receptum est auctoritate prætoris, vt qui non possunt in ea ætate aliis efficaciter & ciuiliter sine tutoris & curatoris auctoritate obligari. *l.contra iuris.de pact.P.l.obligari, de auct.tuto.in P.§.1.eod.ap. Iustin.l.Iulianus, §.si quis à pupillo, de actio.emt. cum similib.* nihilominus obligentur tutoribus & curatoribus, qui negotia illorum & personas tractant & gubernant, vt illi promtiores essent in exsequendo officio, securi de repetitione eorum quæ vtiliter impendissent. *l.1.de contr. & vti.act.tuto.lib.27.P.tit.4.* Ergo finito officio tutelæ, non quamdiu durat, dabitur contraria in minorem actio tutori. *l.1.§.finito, eod.in P.* Videtur enim exceptio esse actionis directæ tutelæ, saltem tutelam, vt directa considerat, & ad eius actionem aliquo modo refertur, & ideo cõtraria dicitur. *d.l.1.§.fin.* Tutelæ autem actio, vt diximus, non, nisi finita tutela, pupillo seu minori non conceditur. *l.nisi.4.de tutel. & ratio. distra. cum similib.* Verumtamen & placuit hanc actionem contrariam dari, etsi directa non agatur: non enim semper pupillus agere vult, vel quia nihil ei deberur, vel plus in eum impensum est, quam ei abest, *l.1.§.fina.de cont.& vti.act.tuto.in P.* vel de rationi-

2 bus distrahendis agit. *l.2.eod.tit.* ¶ Contraria† tamen eius qui pro tutore gessit, vel qui curam administrauit, etiam pendẽte gestione, & antequam finita dicatur, competere potest: quia & statim vbi obnoxij sunt protutor & curator, directa conueniri possunt. *d.l.3 §.sed si pro tutore, de cont.act.tutel.d.l.nisi, §.fin. de tutel. & ratio. distrah.* excepto adultorum curatore. *l.2.& l.rationes, 14.de adminst.tut.C.ratio ponitur.in gloss.d.§.fin.l.nisi, in verb. dum negotia.*

3 ¶ Res† ergo ob quas datur actio contraria tutelæ sunt, si aliquid impenderit tutor in rem pupilli, vt repetat, vel compenset, *§.tutores, de obliga.quæ ex qua.contr.nas.l.1.§.præterea, & l.3.§.iudicio. l.4.de in lit.dan.tuto.lib.5.C.tit.44.* si pro eo fuerit obligatus vt liberetur. *d.§.tutores, & l.3.§.contrarium, & l.fin.de contr. act. tute.in P.* aut rem suam creditoribus eius obligauerit. *d.§.tutores.* si pro pupillo soluat. ¶ Sumtus† porro quos repetit, bona fide fieri debent *l.3.§.iudicio, de contra.act.tute.in P. l.à tutoribus, 34.§.fin.de adminst.tut.* Et quos expediat pupillo ita fieri, quamuis plus in pupillum impenderit, quam sit in eius facultatibus: alioquin enim si non expediat, dicendum est pupillum absolui debere. Nõ enim in hoc administrantur tutelæ, vt mergantur pupilli. *l.pen.de cont.act.tute.* Quamobrem iudex qui de contrario iudicio cognoscit, vtilitatem pupilli spectabit, & an tutor ex officio sumtus fecerit. *l.3.eod.in P.* Potest & agere, vt pupillus illi mandet actiones aduersus contutores, *l.1.& 2.de contr.iud.tute.lib.5.C.tit.58.* vt salarium sibi soluat si debitum, vel si contutori debitum soluerit. *d.l.à tutoribus, 34.§ fin.de adminst.tuto.* ¶ Hæc† actio contraria nõ solum tutori, verum etiam ei qui pro tutore negotia gessit, competere debet, & vtilis curatori pupilli, furiosi, prodigi, videlicet contrarium iudicium negotiorum gestorum, item & curatori ventris. *l.1.§.hac actio.de cont. & vti.act.in P.* Et heredibus eorum, & in heredes pupillorum per 30. anno. spatium, *l.pen.eod.in P. & l.3.§.fin.eod.tit.C.* datur, & fideiussoribus tutorum. *l. si cum fideiussorib.5.de fideiuss.tuto.in P.*

De aliis Curatoribus publicis in summa. Cap. 12.

1 *Curatores operum publicorum reficiendorum qui.*
2 *Curatores rerum Cæsaris qui.*
3 *Curatores ciuitatis Romæ, rectores ciuium, viarum, riparum, &c. rum.*
4 *Curator angariarum.*
5 *Curator Calendarij reipub.*
6 *Curator operum publicorum.*
7 *Curatore murorum reficiendorum munus Athenienſibus excellentius.*
8 *Curatores emendarum ſpecierum vini, olei, & ſimilium.*
Σιτῶναι, ἀλαμαπόῶροι, &c. eod.
9 *Curatores portuarum.*
10 *Curatores reipub. qui, & in quantum teneantur.*
11 *Curatores reipub. quando pro collegis teneantur.*

PRæterea tutelarum & curarum† prædictarum curatores, alios 1
sese offerre non dubium est: quales ij, quibus demandabatur in republica cura habendi sarta tecta opera publica, & refectionis procuratio, *l.si in aliquam celebrem ciuitatem, de offi. proconſ. P.l.2. §.1.de operib.publ.in P.* ¶ Erant† qui curam habebant rerum Cæ- 2
saris, procuratores & curatores dicebantur. *l.fin.de offic. procu. Cæſ. in P.* ¶ Curatores† ciuitatis triplices, alius generalis vel rector: 3
alius ciuium Romanorum, qui ibi habitabant: alij vicorum, riparum, ac viarum. *de omnibus Vulph. Lazius, lib.3.commen.reip. Rom.c. 15. Caſiod.lib.7. Variar.de primis.* ¶ Curator† ad cogendas angarias 4
dari dicitur. *l.1.quemad. ciuil.mune.indicun lib.10.C.* ¶ Meminit† & 5
Papinianus curatoris Calendarij reipublicæ, *Pap. l. fin. §. item reſcripſerunt à curatore, de adminiſt.rer.ad ciuit.pert.* videlicet qui curã gereret libri, quo nomina & debita continebantur: vel qui secũdum Calendarium & inibi descripta nomina, vel exigeret, vel solueret debita, *secundum Africa. in l.qui filium, 62.de leg.3.* ¶ De 6
†curatoribus operum publicorum struendorum passim se offerent exempla in titulo de operibus publicis, *in l.1. & 2. de oper. pub.lib.50.P.tit.10. & alibi.* ¶ E† Æ chines, *contra Cteſiphontem,* nul- 7
lum maius munus curatore murorum reficiendorum, apud Athenienses, nec amplius fuisse dixit. ¶ Qui† habebant etiam cu- 8
ram emendi frumenti vel olei, curatores quoque harum specierum dicti & creati, quos Græci *σιτῶνας ἢ ἀλαμαπόῶρους, l.fin. de munic. & hon.in P.* Referr† & Aristoteles, 6. *polit.* *ἀναγκαίας ἀρχὰς ἐστὶν ὑπάρχειν πόλεμικὰς χρείας,* necessarias functiones ad res bellicas expediendas cum vsus venit. *δεῖ γὰρ ἐν αὐτῇ τὴν πολέμου,* inquit, 9
φυλάττειν τὴν τειχῶν φυλακὴν ἐμπείρους ἐπιμελητὰς εἶναι, καὶ ἐξετάσεις καὶ συντάξεις τῶν πολιτῶν, id est, *opus & belli & pace, portarum & mœnium curatores esse, & recenſionis ciuium deſcriptioniſque in claſſes.*

¶ Curatores† reipub. sæpe in iure occurrunt, qui publica, seu 10
ciuitatis negotia & res tractant. Ab iis & fides, & diligentia exigitur: nam si negligenter in distrahendis bonis se gesserint, in simplum tenentur: si fraudem autem admiserint, in duplum: nec tamen ad eorum heredes pœna descendit, *Papin.l.Imperatores, 10.§. Imperatores.de adminiſt.rerum ad ciui.per.lib.50.P.tit.8.* Tenentur ad vsuras pecuniarum, quæ apud eos remanserunt. Tenentur de periculo operum, & heredes eorum, tenentur agros reipub. retrahere à possessoribus licet bonæ fidei, cum possint ad auctores recurrere. ¶ Nec† pro se tantum quilibet tenetur, sed etiam no- 11
mine collegarum, si interuenire & prohibere eos oportuerit: itẽ si deteriora nomina facta sint tempore curationis, *hæc omnia, in l. fin.eod.* Nam & collegarum communi periculo pecunia, etsi inter illos diuisa, datur, *l.3.eod.tit.de adminiſtratorum.* Prior tamen exemplo tutorum, conueniendus est qui gessit, *l.4.eod.* Non tamen pro gestione superiorum & antecessorum, curatores successores tenentur, sed singuli pro gestis.
à se, *d.l.4.§.1.*

DE SER-

Digitized by Google

DE SERVIS, ET LIBERIS, IVREQVE DOMINORVM,

LIBER XIIII.

De liberis & seruis in vniuersum. Cap. I.

1 *Personarum diuisio in liberos & seruos.*
2 *Æqualis omnium hominum, vnaque natura conditio.*
3 *Iure gentium seruitute inducta, distingui cœperunt appellationes hominum.*
4 *Libertas quid.*
5 *Facultas agendi aliud, quam actus.*
6 *Libertas per seruitutem non tollitur, sed impeditur eius actus.*
7 *Seruitus ex diametro aduersa libertati.*
8 *Libertas & seruitus corporis, & animæ, & vtrinsq; est. Aut natura, aut hominum constitutione, & qui serui, aut liberi natura.*
9 *Lege vel constitutione qui liberi, vel serui.*
10 *Cato Vticensis ne seruiret, se occidit.*
10.11.19. *Gratius libertate nihil, nec miserabilius seruitute item.*
12 *Domus olim dicti omnes patresfamilias, & serui familiares, quare.*
Dominica potestas vis atq; tyrannica, eod.
13 *Domini appellationem recusauit Octauius, & Tyberius.*
14 *Domitianus odiosus, quod voluerit se dominum & Deum appellari.*
15 *Domini nomen proprium soli Deo, quare.*
16 *Domini Imperatores dicti, & res dominicæ quæ.*
17 *Dominis olim libera in seruos vitæ & necis potestas.*
18 *Seruos Vidius Pollio edendos murenis obiecit.*
19 *Seruos non habuerunt Indi, Essæi, Phocenses, Locri.*
20 *Serui Christiani Iudæis, vel hereticis, & paganis esse non possunt.*
21 *Biturigibus non erant serui.*
22 *Tholosam serui ingressi, liberi statim fiunt.*
23 *Serui nulli temporibus Saturni.*
24 *Seruitus est vltimus gradus vtilitatis humanæ.*
25 *Seruum seruorum Gregorius IX. Sum. Pont. se appellauit, & Iustinianus seruum.*
Seruus dimidius homo, eod.

1 VMMA † personarũ diuisio dicta est, vt alij sint liberi, alij serui. Liberi à libertate, serui à seruitute dicti, §. 1. *de iur. perso. ap. Iustin. l. 3. de stat. hom. lib. 1. P.* Ab initio quidem generis humani vna fuit qualitas & status, *l. quod attinet, de reg. iur.* à quo postea discessum, facta & minutio capitis, §. 1 *de capitis diminut.* ¶ Æqualis † hominum
2 prima conditio, & vno nomine homines naturali iure vocabantur, *l. manumissione, de iust. & iur. in P. l. homin. 125. de verb. sig.* Et vt Seneca ait *lib. 6. Declam.* neminem natura fecit liberũ aut seruũ, sed fortuna hæc nomina imposuit. Et diuus Paulus, nec liberum, nec seruum apud Deum esse scribit. *ad Galat. 3.*

3 ¶ Iure † gentium autem seruitute inducta, tres appellationes distinxerunt homines, vt alij liberi, alij serui, alij libertini dicantur, *d. l. manumissiones, & §. 1. de libert. apud Iustinian.* ¶ Libertas †
4 est naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi quod vi aut iure prohibetur, §. 1. *de iure person. l. 4. de stat. hom. P.* Naturalis facultas dicitur innata potestas agendi, vel viuendi, vt velis, *Iuuen. Saty. 3. Cic. pan. Parad. in Offic. & 4 ad Heren. Aristo. lib. 6. Polit. cap. 2.* facultas quæ ortum cuiusque comitatur, δύναμις, ἐξουσία, & vt facultas dicitur apud Galenum *lib. 1. de simplic. medicamen. facult. cap. 1. & lib. de plenitudine*, causa quædam effectrix, vel per
5 quã facimus, vel vt possimus facere datum est. ¶ Aliud † enim est facultas agẽdi, aliud actꝰ qui ex illa facultate sequitur: vt & aliud ab iis instrumentum, per quod facultas operatur. Habet namque omnis facultas instrumentum accommodatum, per quod deterius, & melius idem efficiat, *Aristot. lib. 4. de generat. animal. c. 1.* Neque facultas importat necessitatem, vt quod in facultate faciendi est, necessario fiat: sed vt fieri possit, habet, *c. cum aliquibus de rescrip. in 6. l. 1. dies autem iustos, ac appell. recip. lib. 49. P. titu. 4. can. si forte, 2. q. 6.* Neque quod in facultate fieri potest, eodem modo fit, cum & robur & imbecillitas in facultate consideretur, *Gale. 1. lib. de caus. puls.* ¶ Et † proinde quamuis libertas, sit natu- 6
ralis facultas agendi quę velis, tamen extrinsecus vel intrinsecus actus potest impediri. Extrinsecus vi, ob quam libertas ne faciat impeditur, ea tamen facultate nihilominus existẽre in homine: non enim ideo tollitur aut desinit esse, quod non possit operari, Vt non ideo minus hostis homo est, quod ab hoste vincatur, & subiiciatur vi: vis quippe maioris est rei impetus, cui resisti non potest, *l. 2. de eo quod met. caus. P.* & aduersus quam parum valet custodia, *Nerat. in l. si ea res, de actio. emt. libro decimonono, P. titul. prime.* Atque Aristoteles, *lib. 1. Rhetor. capit. decimo*, intrinsecus per vim ea fieri dicit, quæ per cupiditatem fiunt. Atq; vtroque modo prohibetur facultas libertatis, ne agat libere: veluti & cũ ius se obiicit actui prauo, ne à facultate eximatur, vincitq; nẽ fiat. Vtpote fortior, quæ habet vim cogẽtem, *l. legis virtus, de legib. Theophil. §. summa itaque. de iur. pers. in sui. Institut.* & metum inferentem formidine pœnæ, *l. 1. de iust. & iur. P. cano. facta sunt autem leges, 4. distinct.* vt ea facere nos non posse iure existimemus, quæ facta lædunt pietatẽ, vel sunt contra bonos mores, vel leges, *l. filius, de condit. Instit. in P.* ¶ Seruitus † porro aduersaria, & ex dia- 7
metro opposita libertati est, vt nihil aliud seruitutem dicat Aristoteles, quam priuationem libertatis, *Arist. lib. 1. Polit. c. 3.* ¶ Li- 8
bertas † & seruitus in homine, & corporis seperatim, & animæ, *Philo Iud. lib. quod omnis probus sit liber.* vel vtriusque: vtraque & natura, & constitutione hominum. Liberi sunt natura, etiam qui seruiunt corpore, & boni, qui sibi in cupiditatibus imperant, & cum virtute secundũ Dei præcepta viuunt, etsi sub potestate dominica sint corpore. Sic serui quidam natura, quanquam nullius potestati, domini subiiciantur. *Ac statim*, vt ait Aristoteles, *ex generatione quadam distincta sunt, alia quidem ad imperandum, alia vero ad parendum. Quorumcunque est opus in corporis vsu, & hoc est in eo potissimum, hi sunt natura serui, quibus melius est vt imperetur. Est enim natura seruus, qui potest alterius esse: quapropter & alterius est. Et qui tantum particeps est rationis, vt sentiat quidem, ab non habeat, &c. Aristot. 1. Polit. c. 3.* Qui pecuniæ aut fortunę seruit, liber non est, *idem lib. 2. Rheto. ad Theod. c. 11.* Cicero, *Libertas*, inquit, *est potestas viuendi, vt velis. Quis igitur viuit, vt vult, nisi qui recta sequitur, qui gaudet officio, cui viuendi via considerata atque prouisa est? qui legibus, non propter metum paret, sed eas, sequitur atque colit, quia id salutare esse maxime iudicat, &c. Cic. penul. paradox.* Qui metu pœnæ legum se cohibet adhuc, & is seruus meretur dici: & sic Euripides ait, *in Hecuba, act. 4.*

φεῦ ὡς ἔστ' ἄνθρωπος, ὅστις ἐς' ἐλεύθερος,
ὃ χρημάτων γὰρ δοῦλος ἔστι, ἢ τύχης.
ἢ πλῆθος αὐτὸν πόλεως, ἢ νόμων γραφαὶ
ἐρχουσι, κἄδειαν μὴ κτᾶσθαι γνώμης ἔχειν.

id. est,

Heu, non est quisquam liber mortalium:
Aut enim pecuniæ seruus est, aut fortunæ,
Aut multitudo ciuium, aut legum sanctio
Vetant, suo ne quis viuat arbitrio.

Seruus est Philoni Iudæo, quicunque peccat: & omnis probus, liber, *lib. quod liber sit quicunque virtuti studet.* Et qui facit peccatum, seruus est peccati, *D. Ioa. Euan. c. 8.* à quo quisq. superatus est, eius est seruus, *2. D. Pet. c. 2.* Et Salomon, *Proverb. 11. Qui stulti est, seruiet sapienti.* ¶ Lege † vel constitutione liber est, qui seruitutem 9
non patitur. Seruitutem autem patitur, qui ex lege dominio sub-

Digitized by Google

iicitur, & priuatur felici statu illo libertatis. Status libertatis, inæstimabilis res, *l. libertas, de regu. iur. §. sed cum libertas, quibus ex caus. manu. non lic. l. 1. §. sed cum homo, de iis qui deiec. in P.* nec gra-
10 tius quicquam libertate, *l. Paulus, de fideicom. lib.* ¶ Et † Caro Vticēsis, ne libertate priuatus cogeretur se submittere misericordię Cæsaris, seipsum interfecit, *Dio. Cassius, li. 43. hist. Rom.* Atque, vt ait Strabo, qui voluptatem & dolorem, vitam ac mortem contemnit, subditus esse non patitur, *Strabo, lib. 15. Geogra.* Et Philo Iudæus, *d. lib. quod lib. sit qui vir. stud.* Contemtor mortis, paupertatis & obscuritatis, seruus esse non potest. Misera contra seruitus, nihilque ea infelicius, *Cic. Phili. 2. Sene. epist. 52.* ideo morti comparata, *l. interdicit, de condi. & demonst. l. seruitutem, de regu. iur. l.*
11 *cum hic status, §. si donator, de don. int. vir. & uxor.* ¶ Vt † & serui pro nullis, & ac si nō essent iure ciuili habiti, *l. quod attinet, de reg. iur.* Vocat Vlpianus seruitutem, casum aduersamque fortunam hominis liberi, quam exspectare vt contingat, nec ciuile, nec naturale sit, *Vlp. in l. interstipulantem. 83. §. sacramentum, de verb. oblig. in P.* neque fas secundum Paulum Iurisconsultum, *l. si in emtione, 34. §. liberum, de contrab. emt. in P.* Tyrannica visa est pluribus dominica in seruos potestas, & nimiū exosa & cōtumelios a: in po-
12 testate namque dominorum proprie dicuntur esse serui, *l. 1. de iis qui sunt sui vel alie. iur. in P. §. in potestate, eo. ap. Iustin.* ¶ Quare † & antiquitus domini, dicti sunt patresfamilias, & serui omnes familiares, vt contumelia seruorum tolleretur, teste Macrob. *lib. 1. Sa-*
13 *turn. c. 11.* ¶ Et † Octauianus Imperator, domini appellationem, vt opprobrium & maledictum semper exhorruit, edictoque cauit, ne posthac dominus appellaretur, *Sueton. in Octauio, c. 53.* Tyberius quoq; Cæsar dominus à quodam appellatus, denūtiauit, ne se amplius contumeliæ causa appellaret, *idem in Tyberio, c. 28.*

14 ¶ Nec † parum odium concepit populus in Domitianum, quod nimium elate voluit se dominum & Deum vocari, *idem in Domitia. c. 23.*

15 ¶ Qui † enim hoc sibi domini arrogant nomen, sibi vsurpare videntur omnimodam & plenissimam in subditos pro arbitrio potestatem: quæ sola est Dei, qui omnia quæ vult potest, nihilq; nisi iustum velle potest. Vnde illi soli hoc nomen Domini conuenit, vt & Dauid scribit, *Psalm. 82. Cognoscant gentes quia nomen tibi est Dominus, tu solus altissimus in omni terra.* Et alibi, *Psal. 99. Sitote quoniam Dominus ipse est Deus.*

16 ¶ Hocq; † est nomen illius reuelatum Mosi, *Adonai, Exod. c. 6.* Imperatores tamen alij, qui se dominos orbis dicebant, *l. bene à Zenone, de quad. præsc. C. c. conuenior. 23. q. 8.* domini & nomen vsurparunt, *vt in proœm. Insti. in subscript. dicitur dominus Iustinianus,* & res eorum dominicæ absolute dictæ sunt, *vt tit. de gre. domini. tit. 75. & tit. de palat. & domib. domin. tit. 76. lib. 11. C.*

17 ¶ Qui † dominus est alicuius rei, libere am eius rei, vt suæ, habet potestatem, imo vt abuti ea possit, *l. in re mandata, C. mand. l. nemo exterus, de Iude. tit. 9. lib. 1. C.* Quamobrem & olim donec prospectum fuit, vt dicemus, in seruos, quorum dominium habebant, libera erat vitæ & necis potestas, *gl. l. 2. de iis qui sunt sui vel alien. iuris.* Satis miserum & abominandum spectaculum, pares natura & conditione similes homines, vt bruta animalia & pe-
18 cudes, mactare, & peius habere. ¶ Sicuti † ferunt Vidium Pollionem, seruos murenis inuadendos & edendos obiectasse, *Tertul. lib. de Pollio.*

19 ¶ Vt † pleræq; nationes fuerint, quæ casibus hominum misertæ, à seruis habendis abstinuerint, nec apud se passæ sint esse: vt Strabo, *lib. 15. Geogra.* scribit apud Indos nullum fuisse seruorum vsum, *Arria. in lib. rer. Indicar.* Inter Essæos Iudęorum nemo seruiebat illis, omnes liberi ministrabant sibi inuicem, *Philo Iude.*
20 *lib. quod li. sit qui virt. stud.* ¶ Prohibuerunt † ne serui seruæue haberentur Locenses & Locri, teste Athenæo, *Athen. li. 6. dipnosop. c. 7.* Iure Romanorum ne sint apud Iudæos, vel hæreticos, vel paganos serui Christiani prohibetur, *l. 1. ne Christia. manci. Iude. hæreti. vel pag. hab.* ¶ Sed & consuetudine Biturigum, a-
21 pud illos vetitum habere seruos, *§. 1. de consuet iur. & stat. perso. in*
22 *consuet. Bitur.* ¶ Tholosæ † serui qui ingrediuntur ciuitatem, libe-
23 ri sunt, nec repeti vel euelli illinc à dominis possunt, *Nicol. Boer. ad d. §. 1.* ¶ Temporibus † quoque regni Saturni, priscis nullus seruus seruiuit, *Athen. lib. 6. c. 7.* vnde & in Saturnali. postea seruorū cum liberis æqua conditio, *Lucianus, in Chronos. siue in Saturnal.*

24 ¶ Et † vltimus gradus vilitatis & abiectionis humanæ est in seruitute. Et ideo Deus omnīū, natura Dominus noster Iesus Christus, dicitur formā serui accepisse, *ad Philip. c. 2.* hoc est, humilio-
25 ris viri ¶ Vnde † Pontifex Max. Gregorius IX. quem alij deinde secuti sunt, seruum seruorum Dei se nominauit, *in proœ. Decret.* Sicuti etiam & Iustinianus seruum se nominat, *in l. 1. de offi. præfect. præto. Afri.* Dicebat præstantissimus Poetarum apud Athenæum, *Athe. li. 6. dipno c. 7.*

Dimidium rapuit virtutis Iupiter almum
Mortali. cui seruilem mox destinat esse

De seruitutis finitione. Cap. 2.

1 *Seruitus quid.*
2 *Seruitus probata sub lege diuina.*
3 *Serui fiscalini & ecclesiastici in Francia qui olim.*
4 *Seruitus quomodo contra naturam, & non contra ius naturale.*
5 *Naturalia vitia quomodo dicantur.*
6 *Hominis natura imperare.*
7 *Hominum vnum genus, & natura prima, & ortus, & interitus.*

IAm tradidimus libertatis finitionem sup. lib. 11. c. 1. Restat nūc examinanda seruitutis finitio, quæ libertatis naturam plenius explicabit, & ideo de illa vberius paulo: vt cognito altero contrariorum, aliud quoque lumen accipiat, *l. 1. de iis qui sunt sui vel ali. iur.* Illam porro subiicimus oculis, quam accepimus à Florētino I. C. *Florentin. in l. libertas, 4. §. sortitus, de sta. hom. in P. lib. 1. tit. 5.* & Iustiniano, *in §. 1. de iur. pers. lib. 1. Instit. tit. 3.* † *Seruitus est constitu-* 1
tio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur. Verbum hic, *constitutio*, passiue pro eo, quod constitutū est, vsurpatur: nam secundum Accurs. *in l. 2. de duo. reis.* verbalia in io, vt petitio & constitutio tam actiue, quā passiue accipi possunt. Estq; cōstitutio hęc, lex iuris gentium, in quam fere omnes gentes cōuenere, vt serui essent, *ca. ius gentium, 1. dist. l. ex hoc iure, de iust. & iur. l. si id quod, 64. de cond. indeb. in P. §. ius autem gentium, de iur. nat. gen. & ciu. ap. Iustinia.* quamuis & postea iure ciuili quoq; serui alterius generis esse cœperint, *§. serui autem nascuntur, de iur. pers. ap. eund.* vt deinceps Deo fauente dicemus. Erantq; iure diuino permissi serui, & de illis leges constituę, *Exo. c. 12. & 21.* Et in euāgelica legimus, *ad Ephes. 6. & 1. D. Pet. c. 2.* lege, † *Serui obedite domi-* 2
nis carnalibus, non ad oculum seruientes, &c. Et rursum, *ad Coloss. 4. Domini, quod æquum seruis præstate*, quamuis consideratis hominibus, ratione Dei qui interiora dispicit, seruus à libero non distinguatur, *ad Coloss. 4.* Permissosq; Christianis aliquando seruos, iure pontificio constat, *tit. de ser. non ordi. scilicet inuitis dominis, & de coniugio seruorum*, imo erant & serui in ipsis ecclesiis, seu basi- 3
licis, *c. 3. & c. episcopi. de reb. eccle. non alien.* ¶ In † Francia olim erat copia seruorum tam fiscalinorum seu regiorum, quam ecclesiasticorum, vt scribit Rhenanus, *lib. 2. rer. Germanica.* Narratq; victoria adepta apud Tolbiacū de Alemannis per Frācos sub rege Clodoueo diuinitus, maiorem partem Alemānorū, ne posthac rebellarēt, in pœnam seruitute affecisse: hosque seruos fiscales, vel absolute fiscalinos dictos, quod res & corpora eorū fisco cessissent, vnde & seruis regiis nomen: fuisseque insuper seruos ecclesiasticos, quos rex, aut dux, aut comes monasterio alicui donasset. Fuisse & seruos in Gallia tempore Caroli Magni cōstat ex legibus capitularibus eius, potissimum in capitulari de lege Ripuarensi, c. 1. 2. 3. Vtuntur & Moscouitę seruis emtitiis & captiuis, vt ait Sigismundus Liber Baro, *lib. commenta. rer. Moscou.* ¶ Cōtra 4
† naturam seruitus dicitur, *de hoc quoque superius, lib. 11. c. 1. nu. 7. tradidimus quædam, & infra cap. 2.* non contra ius naturale, sed contra id quod cuique homini a natura, id est, in prima natiuitate concessum & inditum fuit, contra facultatem vt velis. Natura dicitur D. Augustino, *lib. 2. de moribus Manich.* quod in vno quoque genere intelligitur esse: adhęrent ab ortu rebus quędam bona, quędamue mala: quę naturalia & connata videntur. Naturale primum fuit homini primo Adamo, immortalitas si voluisset, iustitia, reliquæque virtutes. At postquam decidit ab illa perfectione, naturale hominibus ab illo progenitis fuit, mori, & peccatum transfusum quod originale dicitur, & contra naturam primam à Deo creatam: naturale autem secundum naturam corruptam. ¶ Et † naturalia alia vitia nobis, quæ ita nobis sunt familiaria, vt 5
in habitum transierint, & quodammodo nobiscum nata videantur. Ita intelligendus Horatius, dum ait, *1. Serm. Saty. 3.*

Denique teipsum
Concute, num qua tibi vitiorum inseuerit olim
Natura aut etiam consuetudo mala: Namque
Neglectis vrenda filix innascitur agris.

Sic dicimus naturale vitium esse, negligere quod communiter possidetur, *l. 2. quan. & quib. quar. par. debeat.* ¶ Et † naturale loci 6
vitium, quod ei adhæret, *l. fluminum, 24. §. vitium, de dam. infect. lib. 39. tit. 2. P.* naturam quoque agrorum, *l. 1. §. fin. de aqu. plu. arcen. in P.* Sed & seruire, contra naturam hominis est, quia status eius est, vt imperet, dictum namque hominibus generaliter, *Crescite, multiplicamini, replete terram, subiicite eam, & dominamini pi-*
scibus maris, & volatilibus cœli, & omnibus animantibus quæ mouentur super terram, Genes. 1. & 9. Psal. 8. Aristot. lib. 1. Polit c. 3. l. in pecudum, de vsur. in P. §. in pecudum, de rer. diuis. apud Iustinia. Pares natura ortuue sunt homines, & vnus hominum omnium regum, & pauperum, & seruorum. & dominorum. ortus & interitus. *Sap. 7.* Et vt ait Pindarus, *ode 6. Nemeor. strophi. 1.*

ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος, ἐκ
μιᾶς δ' πνέομεν
μητρὸς ἀμφότεροι.
διαφορὰ δ' πᾶσα κεχωρισμένα
δυνάμις ἐκ τοῦ μηδέν' εἶναι, id est,

Vnum hominum, vnum Deorum genus, & ex vna spiramus matre vtrique, sed discriminat, omnia separata, potentia: quia hoc quidem, scilicet genus hominum, *nihil est.* Et cum inter homines omnes natura quandam cognationem constituerit, nefas est hominem

homini

Digitized by Google

homini insidiari, *Flor. Iarisc. in 3. de iust. & iur. in P.* & potestate tyrannica opprimere, omnes liberi, vt dictum est, natura nascuntur, *l. manumissiones, eod.* sed aliunde facultas libertatis impeditur.

De caussis & rationibus legitimæ seruitutis, & seruorum distinctione.

Cap. 3.

1 *Natura & ius naturale dictum.*
2 *Serui aut fiunt, aut nascuntur.*
Fiunt pœna, necessitate captiuitate.
3 *Seruos quomodo pœna fecit.*
4 *Seruos primus ob pœnam Chami filij Noachi.*
Cham irrisit, aut incantauit virilia patris, eod.
5 *Serua olim mulier fiebat coiens cum seruo ex Claudiano Senatusconsulto.*
Claudianum Senatusconsul. de quo, & emendatio, eod.
6 *Serui ex quibus criminibus fierent rei, veluti ingrati, latrones, raptores, victi, vltimo supplicio damnati.*
7 *Serui pœnæ qui.*
8 *Serui sine spe libertatis, qui se vendi patiebantur, quando.*
9 *Bœotij serui sponte seruituti se subiecerunt.*
10 *Libertatem Germani in ludo extremam ludunt.*
11 *Seruitus ex necessitate aliqua orta, & 12.*
Filium vendere patrem tempore famis potuisse, eodem.
12 *Debitores inopes addicti pro seruis creditoribus aliquando, prohibitum abhinc.*
13 *Carcer species seruitutis est.*
14 *In seruos ob famem & miseriam Ægyptij & Galli se vendebant dominis.*
15 *Ambacti Gallorum dicti serui sunt.*
16 *Serui fiunt captiuitate, quære, & huiusmodi Mycenæ, Salaces, Lycij Thebani, & alij.*
17 *Capti inter Christianos in bello Christiani, serui non fiunt, quamuis retineantur pro redemtione. Postliminij ius eum inter illos, eodem.*
18 *Capti tantum ab hostibus, non à prædonibus, vel in seditionibus fiebant serui.*
19 *Penestæ, Thessalacetæ Meneste serui qui.*
20 *Serui vnde nascuntur.*
21 *Seruorum ex aliis qualitatibus distinctio.*
22 *Serui, famuli liberi homines, bonafide seruientes qui.*
23 *Famuli ne relinquant dominos illis inuitis, lex.*
24 *Serui operis, & serui glebæ qui, & aliæ species.*

1 EX finitione seruitutis, †quibusdam seruitus visa est omnino improba & illegitima, vt contra naturam, & ius naturale, quod natura quoque dicitur interdum, *l. nam hoc natura, de cõdict. indebit. in P. l. iure naturæ, de reg. iur.* ¶ Ceterum †aliter rẽ se habere docendum est, & ex quibus caussis libertatem quis amittit, planum primum faciemus: vnde & distinctiones seruorum colligere possumus. Serui aut fiunt, aut nascuntur: fiunt autem, *§. serui, de iure pers.* ex pœna, necessitate, captiuitate.

3 ¶ Primum †itaque quod seruos ex liberis, fecit pœna est delicti: vt qui abutitur libertate, dignus sit, vt eius facultas restringatur & cohibeatur, ne possit postea libere peccare, & vt à delicto iam commisso castigetur. Priuilegium meretur amittere, qui sibi concessa abutitur potestate, *can. priuilegium, 11. q. 3. cap. tuarum, de priuileg. l. Iudæos, de Iudæ. cum similib.* ¶ Eo †referenda est prima

4 seruitutis introductio dum inflicta est filio Chami, quod is virilia patris nudata irrisisset, *Genes. cap. 9. c. sexta die, 35. distinct.* & vt ait Berosus, *lib. 3. Deflorat. incantationibus magicis virilia patris comprehendens sterilem eum reddidit perinde ac castratum.* ¶ Sic †olim

5 senatusconsulto Claudiano hodie sublato, mulier quæ se seruo alieno supposuerat, monita prius à domino ne id faceret, ademta libertate cum mœcho conserua fiebat, *l. 1. de Senatusco. Claud. tol. lib. 7. C.* vt illa quæ se proprio contaminasset seruo, eo flammis tradito, vltimo, damnabatur supplicio, *l. vnic. de mulie. quæ se proprijs ser. iunxerunt.*

6 ¶ In †pœnam quoque ingratitudinis, liberti ingrati reuocabantur in seruitutem, *leg. 2. Cod. de libert. & eor. liber. §. maxima, de cap. diminut.* Et ex familia latronum comprehensi, fiebant serui comprehendentium, *l. prim. quib. ad liber. procl. non lic. libr. 7. Cod. titul. 18.* Raptores quoque mulierum, qui bona non habebant, vnde dotem raptis constituerent, pro dote seruituti mancipabantur, *can. de raptoribus, 36. q. 1.* Argiui vrbe Mycena potiti, omnes ciues seruitute damnarunt, suis decima illorum consecrata, *Diod. Sicul. lib. 11.* Ipso iure ciuili vltimo supplicio dãnati, statim & ciuitatem & libertatem perdũt: & quãdiu suspenditur iudicũ, tandiu serui remanent, *Marcel. in l. quod ad statum, 12. & Paul. in*

7 *l. qui vltimo supplicio, 29. de pœn. in P.* ¶ Generaliter, †quibus ob eximiam sententia atroci libertas adimebatur, & serui pœnæ fiebant, eius generis erant, *§. maxima, de capi. dimin.* pœnaque serui dicebantur in metallum damnati, vel bellis obiicendi, *§. pœna autem serui quib. mod. ius pat. pot. sol. l. quidam, de pœnis, l. in metallum, de iur. fisc. in P. l. res Uxoris. 24. de donati. int. vir. & vxor. C.* Nemo tamen nouo iure bene natus à principio, ex supplicio fit seruus, *authent. sed hodie, de donati. inter virum & vxorem, Cod §. quod autem. & §. si vero de nupt. in authent.* ¶ Iure †ciuili etiam serui fiebant sine 8
spe libertatis, in pœna ob contemtũ eiusdem libertatis, qui maiores viginti annis, *l. si ministerium, de liber. cau. C. l. si ex caussa. §. Papinianus, de minor. 25. an. in P. alias restituuntur, l. 1. & 2. si aduer. vend. C. §. serui, de iur. person.* scientes se ingenuos, *l. 1. quib. ad liber. procl. non lic. P.* ad pretium participandum. *l. non ideo, C. de libe. cau.* Ie venũdari ignorãtibus, *l. liberis, §. si quis sciens, eod. in P.* patiebantur, *§. serui, de iure pers. l. cum pacti, 40. de li. cau. P. l. & seruorum, §. §. 1. de stat. hom. in P. l. 1. 2 & 3. quibus ad lib. proclam. non lic. P. l. 2. si liber. ingen. esse dic. in P.* Indigni certe libertate & restitutione vel misericordia, qui sese scientes prudentesque in tantam seruitutis necessitatem conteceriut; *arg. l. 2. §. si quis tamen cum posset. si quis caut. in P. l. si fideiussor, §. 1. qui satisfa. cog. in P. l. penult. quod vi aut clam, l. pen. quib. ad liber. procl. non lic.*

¶ Ex †horum numero esse possunt illi, de quibus meminit Athenæus, *lib. 6. cap. 7.* his verbis, *Ii,* inquit, *ex Bœotis, qui Arnæam coluerunt, qui non recesserunt, in Bœotiam, propter amœnam regionis, seipsos Thessalis in seruitutem dederunt, ex stipulatione ex qua neque se extra regionem recipient, neque occident, ipsique regionem illis colentes tributa persoluunt.* 9

¶ Sponte †apud Germanos seruitus etiam subitur in ludo. *Aleam etenim,* inquit Cornelius Tacitus, *sobrij inter se exercent, tanta lucrandi perdẽdique temeritate, vt cum omnia defecerunt, extremo ac nouissimo iactu, de libertate ac de corpore contendant: victusque voluntariam seruitutem adit, quamuis iunior, quamuis robustior, alligari se ac venire patitur. Ea est in re praua peruicacia, fidem ipsi vocant, &c. Corn. Tac. de morib. Germa.* 10

¶ Necessitas †dehinc libertatẽ tollit, & permittit seruitutẽ 11
filiis inferre, & eos distrahere tempore famis vrgentis. *l. 1. & 2. de patrib. qui fili. distrax.* ea tamen conditione, vt restituto pretio emtori à patre vẽdente, vel aliis, possent, ingenuitati restitui. ¶ Et 12
†olim quoque debitor inops adiudicabatur creditoribus ex lege duodecim tabularum, *Gellius, lib. 20. cap. 1.* Sic & inter Israelitas aliquando obtinuisse, coniicio ex illa vidua, quæ ita Helisæum affatur, *4. Regum c. 4. & Ioseph. lib. 9. Antiquit. Iudaic. c. 3. Seruus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti quia seruus tuus fuit, timens Deum: & ecce creditor venit, vt tollat ambos filios meos ad seruiendum sibi.* Hodie tamen iure Codicis Iustinianei, quod olim obtinebat, prohibetur, ne personæ liberæ ob æs alienum seruæ fiant, *l. ob æs, C. de actio. lib. 4. tit. 10. & authent. item, eod. tit. §. quia vero, vt mil. iudi. lib. hab. loc. seruat. in authent. coll. 9.* vel oppignorentur, *l. qui filios, qui ret pigno. oblig. poss. Cod. cap. 2. de pigno.* nisi forsan quis emerit captum à Barbaris: nam nisi pretium ei restituatur, potest per quinquennium seruitio redemti vti. *l. fin. de capti. lib. 8. C. tit. 50.* ¶ Ea 13
†ratione grauiter leges ferunt, pro debito ciuili quamquam carceribus mancipari, *l. nemo, de exactor. tribu. lib. 10. C.* quia speciem seruitutis carcer habet, & non posse à loco dum velis recedere, *l. 2. de lib. homin. exhiben. in P.* ¶ Ob †necessitatem vrgentis famis 14
Ægyptij dicebant ad Ioseph. *Eme nos in seruitutem regiam, & præbe semina, Genes. 47.* Et de Gallorum antiquis moribus sic Iulius Cæsar scribit. *Plebs pene seruorum habetur loco, quæ per se nihil audet, & nulli adhibetur consilio. Plerique cum aut ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut iniuria potentiorum premuntur, sese in seruitutem dicant nobilibus: in hos eadem omnia sunt iura, quæ dominis in seruos. Iul. Cæsar. libr. 6. bell. Gall.* ¶ Arbitror †istos seruos, Am- 15
bactos dictos apud eundem, *Idem d. lib.* nam vt ait Festus apud Ennium, Ambactus lingua Gallica seruum significat. ¶ Captiui- 16
tate †serui fiũt in bello capti, & seruati à victoribus, qui iure necare captos poterant, *§. serui autem, in 1. & 2. de iure pe. so. l. libertas, §. fin. de stat. homi. in P. l. & seruorum §. iure gentium, eod. titul. l. pupillus, §. seruorum appellatio, de verb. signific.* iusque hoc gentium permisit, *l. postliminij ius, de cap. l. hostes sunt, eod. titul.* Et à quo quis superatus est, eius & seruus dicitur à D. Petro, *2. Petr. 2. c.* Arglui vrbe Mycena potiti, omnes seruitute damnarunt, decimãque idolis suis dicarunt, *Diod. Sic. lib. 11.* Salaci rebellantes contra Octauianum Cæsarem, victi & domati fuerunt à M. Terentio Varrone: eorum filij diuenditi ea cõditione, ne quis eorum ante vicesimum annum liber fieret, *Dio. Cass. lib. 53. Hister. Rom.* Claudius Cæsar Lycios ad eædem vsque Romanorum quorundam tumultuando progressos, in seruitutem redegit. & Pamphyliæ adiecit, *Idem l. b. 60.* Alexander Magnus, oppidum quoddam, in quod Mallorum quidam profugerant ex acie, cum vi cepisset, omnes, qui eo confugerant, in seruitutẽ redegit, *Arrian. lib. 6. de exped. Alex. Magn.* Et antea capta vi Thebanorum ciuitate, quæ ab eo defecerat, quotquot Thebanorum cædibus superfuissent, exceptis sacerdotibus vtriusque sexus, atque iis qui Philippo aut Alexãdro priuatim, aut Macedonibus hospitalis iure deuincti essent, in seruitutem redegit, *idem l. b. 1. expedit. Alex.* Rationes huius receptæ seruitutis relatæ sunt tam in lib. 11. c. 1. illius cõpẽdij iuris, & lib. de iur. arte cap. De iure gentium ab humanitate & clementia victorum, & à beneficij ob vitam seruatam ign. tione

Digitized by Google

27 quas ibi videto. ¶ Hodie † capti inter Christianos, captiui Christiani serui non sunt, redemtio tamen à captis debetur: & ita nõ seruatur ius postliminij in personis, sed in rebus, secundum Boeriũ, *in §. 1. de iure person. in consue. Bitur.* quem sequor: quanquam retentionem, qua vtuntur victores, non longe abesse à seruitutis specie non diffitear, *l. 2. de liber. homi. exhi. P.* Verum ius libertatis integrum manet. Nec possum subscribere Bartolo, Baldo, Angelo, Franc. Aretino, dum aiunt, *prædicti interp. in l. qui à latronibus, §. fin. de testamen. & rursum Bart. in l. hostes, de captiu. & ibi viden. Alexan. nu. 11.* captos in bello ab Imperatore, & rege Galliæ, fieri
28 seruos. ¶ Et † iure ciuili non omnes in bello capti serui fiebant, sed capti tantum ab hostibus, quibus bellum publice decretum erat: hi enim hostes, ceteri latrunculi & prædones, quibus hoc ius non est, nec cum captis ab illis est postliminij, *l. hostes, 24. de capti. & postlim. reuer. l. hostes, & l. quos nos hostes, de verbor. sign.* Sic nec in factionibus, & ciuitatum seditionibus, vel ciuilibus bellis, iura captiuitatem & postlimij locum habent, nec capti amittebant ingenuitatem, *Vlpia. in si quis ingenuam, 21. §. fin. de capti. & postlim. reuer. Paul. l. postliminium, 19. §. à piratis, eod. titu. l. cum cognatum, 4. de ingen. & manum. lib. 7. C. tit. 14.* ¶ Seruos † captiuitatis, non generis, dicebãt Thessali Peresias, & Thessalæcetas: qui autem in seruitutem se dedissent, Mnestas, *Athen. l. b. 6. Dipnosop.*
20 *cap. 7.* ¶ Nascuntur † porro serui ex ancillis, sequunturq; statum matris iure gentium, *l. & seruorum, §. iure gentium, de sta. homi. §. serui in 2. de iure perso. l. fin. de liber. cau.* ¶ In gratiam tamen libertatis statuerunt iura, consideranda in matre tria tempora, conceptionis, partus, natiuitatis, & quod inter hæc lapsum: vt si in aliquo horũ fuerit mater libera, quamuis antea vel postea, vel medio fuerit serua, vel postea fiat, semper partus sit liber, nec calamitas matris debet nocere filio, qui in vtero est, *l. sed & si quis, & §. è contrario, de ingenu. l. & seruorum, §. ingenui sunt, de sta. homi.* Vt, & si ex patre seruo & matre ingenua quis nascitur, partus nascitur ingenuus, & sequitur matrẽ, non secus ac si vulgo conceptus ex libera sit, *§. 1. de inge. ap. Iustinian. l. lex naturæ, 24. de sta. homi. in P. l. eius ad municip. in P. l. vulgo conceptus. 23. & seq. l. cum legitima, 19. de sta. homi.* Nec habetur ratio coniunctionis serui & liberæ, cum matrimonium iustum non consistat cum seruo: quãuis inter liberum & ancillam recipiatur, *l. 3. C. de incest. nupt. l. serui, 23. iun. gl. C. ad l. Iul. de adult.* ¶ Et † in his omnibus, insigniores
21 notæ differentiarum inter seruos apparent, omissis qualitatibus aliis leuioribus, vel ex officio eius iuncto tractis, vt quod nouitij & veterani seu veteratores, *l. fin. de ædil. edict. l. præcipiunt, 37. eo.* vicarij, ordinarij, *l. sed & si quid, §. 1. de vsufruc. in P.* mediastini, *l. 2. §. 1. & l. 1. §. cauponem, nau. caup. stab. in P.*
22 ¶ Superioribus † seruis affines sunt famuli & liberi homines, qui tamen nobis bona fide seruiunt, & præstant operas, vel cum mercede vel sine ea, *vt in l. qui operas, loca. in P.* & nobis acquirunt, *Pompon. in l. liber homo, 17. & l. si seruus meus, 21. & Vlpia. in l. qui bona fide, 23. & Modestin. in l. homo liber, 54. de acqu. rer. domi. l. b. 41. P. tit. 1.* Et legari & locari potest opera liberi hominis, *l. hominis, l. vsufru. lega.* quamuis iureiurando obligari nequeat, *l. vt*
23 *iurisiurandi. de oper. libert. in P.* ¶ Horum † apud Moscouitas lex, vt iis non sit licitum quolibet tempore à seruitio recedere: & si aliquis citra domini volũtatẽ abierit, nemo eum assumit, *Sigism. Liber Baro. in commen. rer. Moscouit.* Simile etiam edicto aliquando nostra ætate, *constitutio. Regia.* cautum est, ne liceret famulos vel ancillas alicuius recipere inconsultis dominis, à quibus abibãt, ad vitam furta & latrocinia domestica, & dominorum contẽtum. Item quia nemo dominum suum deserit, sciens nusquam latendi locum sibi esse derelictum, *l. seruus, 12. de agrico. & censit.*
24 *lib. 11. C. tit. 47.* ¶ Adscribunt † aliqui seruorũ aliam speciem, qui rebus inseruiant, qui operi vel rei alicui faciundo, velint nolint, addicuntur, agnito legato, vt dum imponitur onus libertis, vt sepulcro patroni inseruiant, *l. Titio centum, §. Tertio 2. de condi. & demonstra. in P. l. Mœuia, de manum. testa.* dum glebæ terræ addicuntur, vt captiui perpetui, *tot. tit. de agrico, & censi. d. 11. lib. 10.* dum serui pœnæ efficiuntur, ad remos vel metallum damnati, *§ pœna, quibus mod. ius pat. pot. sol. l. quidam, de pœn. in P.* vltimo supplicio damnati, *l. qui vltimo, de pœn. in P.* damnati ad perpetuos carceres, *c. quamuis, eod. in 6. c. nominis, in §. fin. de verbor. signif.* Instar enim seruitutis est non posse libere recedere,
l. 2. de liber. hom. exhib.

De iuribus & vtilitatibus dominicæ potestatis.

Cap. 4.

1 *Dominica potestas ius necis habebat, & vita in seruos.*
2 *In seruos sæuire sine causa prohibitum.*
Vmbricia matrona relegata ob leuissimas causas ancillam atrocissime tractans, eod.
3 *Seruorum insolentiæ non fauendum.*
4 *Serui castigandi, sed ne contumelia.*
5 *Cbij seruis emtitiis primũ vsi, & vindicta diuina in illos, quod seruos pessundarent.*
6 *Seruorum iniuriæ audiendæ quoque legibus humanis, & diuinis.*
7 *Seruus quicquid quærit, acquirit domino.*
8 *Seruus communis vsufructuario, & proprietario quæ quærat.*
9 *Seruus quid vsuario suo acquirat.*
10 *Seruus communis pluribus pro indiuiso, quantum cuique quærat.*
11 *Seruus inuitus potest fieri necessarius heres.*

QVid autem accedat † vtilitatis hominibus ex illa dominica 1
potestate, ne tractatio diuidatur à personarum distinctione, paucis explico, antequam progrediar ad aliam distinctionem, quæ ex seruis manumissis nascitur. Prior itaque inde colligitur vtilitas, vt qui eã haberet, posset in seruos ex arbitrio sæuire, iusque necis in illos esset, vt paulo ante meminimus. ¶ Fuit † tamen 2
potestas hæc iure postea restricta & temperata, cum reipub. interesset, ne quis re sua male vtatur: & dominorum quoque, ne auxiliũ seruis contra illorũ sæuitiam denegetur, *l. 1. & 2. de iis qui sunt sui, vel alien. iur. in P. §. in potestate, §. sed & maior asperitas. eo. ap. Iustinia.* Et ex constitutione Pij Cæsaris statutum, vt qui sine caussa seruum suum occidisset, eadem pœna puniretur, ac qui alienum necasset. Cum caussa, vt in facinore deprehẽsum, in quo occidere sontem permittatur, licet, *Marcel. l. 96. de verb. ob. l. b. 45. P. ti. 1.* vel sine dolo malo eundem castigando, nõ adhibitis tormentis, vel modis, qui inferunt directo mortem: tunc enim reus homicidij esset, *l. 1. de emen. seruo. li. 9. C. tit. 14.* Adrianus Cæsar seruos à dominis occidi vetuit, eosque iussit damnari per iudices, si digni essent. *Spartian. in Adriano.* Atque Vmbriciam quandam matronam in quinquẽnium relegauit, quod ex leuissimis caussis ancillam atrocissime tractasset, *l. 2. §. fin. de iis qui sunt sui vel alie. iur. in P.* Ita recte humanam perpendens communem seruorum & liberorum naturam. ¶ Nec † tamen insolentiæ seruorum fauens, 3
is namque eam perosam habebat, vt & fidem facit eius factum: cum enim quodam tempore suum seruum inter duos senatores è conspectu ambulare vidisset, misit qui ei colaphum daret, & diceret, noli inter eos ambulare, quorum adhuc potes esse seruus. *Spartian. in Adriano.* ¶ Et Plato, † *lib. 6. de l. gi.* castigandos quidem 4
dicit esse seruos, ne nimium desipiosi reddantur: sed sine contumelia, ne in iracundiam efferantur. ¶ Scribit † Athenæus, *l. b. 6.* 5
dipnosop. c. 7. in Chios, qui primi inter Græcos seruis emtitiis vsi sunt, numen iratum, quod seruorum barbarorum honorem pessundarent: atq; in eius rei vltionem à Mithridate captos, suorum seruorum seruituti mancipatos. ¶ Sancitumque, † vt seruorum 6
quoq; iniuriæ audirentur, apud Moscouitas, si dominus seruum suum, aut accommodatum, non bene tractat, fit quodammodo infamis apud alios, nec posthac alios famulos adsequi potest, *Sigism. Lib. Bar. in commen. rer. Moscouit.* Iure diuino, qui percusserit seruum vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. sin autem vno die vel duobus superuixerit, nõ subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est, *Exod. cap. 21.* ¶ Secun- 7
dum ius dominicæ potestatis, vt quæ acquirit seruus, domino quærat. *§. in potestate, de iis qui sunt sui vel alie. iur. l. 1. §. 1. eod. tit. in P. §. 1. per quas perso. nob. acq. l. placet, de acqui. hered.* ¶ Cum † autem 8
idem seruus, duorum & diuersorum dominorum seruus est, puta proprietate vnius, vsufructu alterius, *§. constituitur, de vsufru.* vel vsu: per seruum vsufructuario eius quæruntur ea tantum, quæ ex operis eius, & re vsufructuarij, veniũt: quod autem extra has duas caussas accedit seruo, veluti legatũ, hereditas, & id genus, domino proprietatis quæruntur, *§. 1. §. de his, per quas perso. nob. acquir.* Sunt autem operæ in fructu, qui pertinet ad possidentem, *l. 3. & 4. de oper. seruo.* Idipsum in libero homine seu famulo, & seruo alieno, qui bona fide seruit, intelligẽdum est, *§. idem, per quas pers. nob. acq. l. liber homo, de acq. rer. domin. in P. §. item per liber. hom.* 9
per quas pers. nob. acq. ¶ In † seruo autem, cuius tantum relictus est vsus, controuersum est, quid per eum vsuario quæratur. Puto tamẽ & operas ei deberi, quod operis legatis vsus relictus cẽseatur, *l. operis, de oper. seruor. P.* Ita tamen, vt eis ipse vtatur: non tamen locet, nec extra res suas vtatur, *l. per seruum, de vsu & habita. l. plenum. §. fin. eod. tit.* Sicut inter vsumfructum & fructum hoc interest, quod in vsufructu & fructus percipiãtur *l. vsusfructus rei, de vsufru. P.* vsus autẽ sine fructu sit, *l. per seruum vsuarium, §. 1. & l. 1. & 2. de vsu & habita.* Et ad vsum quotidianum vsus rerum datur, non autem vt fructus compendio sint, locariue possint, *§. 1. de vsu & habit. apud Iustinia.* Sicuti nec is, qui vsumfructum habet, de proprietate disponere potest: quia ius vtendi fruendi est, 10
salua rerum substantia, *§. 1. de vsufr. l. 1. P. eod.* ¶ Quod † si seruus plurium dominorum sit pro indiuiso, & eodem iure, quæ quærit, generaliter omnibus æque acquirit: nisi vni ex illis specialiter, veluti stipulatione acquirat, nam non iis, de quibus non meminit, sed nominato in stipulatione acquiritur, *§. fin. per quas perso. nob. acqui.* vel ei, cuius solius iussus præcedat, *§. fin. de stip. seruo. l. si communis seruus, cum 4. ll. seq. eod* P.
11 ¶ Tertia † vtilitas potestatis est domino, vt seruum, si velit etiam inuitum habeat heredem necessarium, *§. seruus enim. de hered. instituen. §. necessarios. de bere. qual. & diff. §. 1. qui & ex quibus cau. manumit. non poss.*

Qui-

Digitized by Google

Quibus modis Serui liberentur à dominica potestate.

Cap. 5.

1 *Serui liberantur à potestate dominica volentibus, vel inuitis dominis: volentibus manumissione iudiciaria, testamentaria, legitima, voluntate alia.*
2 *Manumissio quid.*
3 *Legitimus actus manumissio, & à quibus fiat, & 4.*
4 *Manumissio in fraudem creditoris quando fiat.*
5 *Vindicta quomodo fiebat manumissio, & coram quibus iudicibus.*
6 *Vindictæ manumissio vnde habuit originem.*
7 *Manumissiones quare consules faciebant Calendis Ianuarij.*
8 *Alapa infligebatur in manumissione manumissis. Circumductiones & versiones in manumissionibus interueniebant, eod.*
9 *Rapismata & solemnia manumissionis aliquando obseruata in emancipatione liberorum.*
10 *Manumittebantur & serus in æde sacra.*
11 *Manumissio testamentaria.*
12 *Lex Furia Caninia de manumissionibus seruorum, quæ, & quando sublata.*
13 *Libertates testamento & codicillis libere ex voluntate relinqui seruis possunt.*
14 *Orcinus libertus, seu Charonianus quis dicatur.*
15 *Statuliberi qui.*
16 *Manumittere quis possit, & quo testamento.*
17 *Manumitti quo. est seruus absens quomodo per epistolam.*
18 *Serui pileati incedentes cum cadauere defuncti, liberi, & pro manumissis. Pileum insigne libertatis capite raso. eod.*
19 *Manumittendi alij modi, redditio instrumenti seruitutis, affirmatio filij, ancillam tangendo libero.*
20 *Liber as à seruo præscribitur, & si seruus fiat clericus, vel monachus tacente domino.*
21 *Serui manumittuntur vniuersitatis vel collegij eo modo, quo priuatorum.*

1 LIberatio à potestate † dominica contingit seruis vel voluntate dominorum, vel illis inuitis: volentibus fit, vel manumissio ne iudiciali, vel testamentaria, vel alia legitima voluntate, *vide Cic. in Top. c.*

2 ¶ Manumissio, † est actus legitimus, quo quis exit dominicam potestatem: nam quandiu quis in seruitute est, manui & potestati suppositus est, manumissus liberatur à potestate, quasi è manu missus dictus, *Isidor. lib. 19. Etym. c. 4.* Vbi enim iure gentiũ seruitus inuasit genus humanum, secutum est beneficium manumissionis, *hæc in l. manumissiones, 4. de iust. & iur. lib. 1. P. tit. 1. §. 1. de liberti. apud Iust. in.* ¶ Legitimus † porro actus dicitur, quia ea fieri debet secundum legum præscripta, *argum. l. legitima, de pactis, in P.* Nec tenet si fiat lege prohibente, veluti si à minore viginti annorum, *l. 1. de manum. iniu. in P.* exceptis iustis caussis manumissionis probatis apud consilium, quæ à Iustiniano numerantur, *in §. eadem lege Ælia. Sentia. qui & ex quib. caus. manum. non poss. Item in l. si minor, cum seq. vsque ad l. apud, de manum. in P.* Impedit enim in aliis legis auctoritas, ne aduersus eam quis voti compos esse possit. Quare & qui testari non potest, nec potest manumittere Nouellarum iure, *l. si minor annis, & auth. sed hodie, C. qui manumit. non poss. §. cum autem quis, qui & ex quibus caus. manu. non poss.* nec alius, in fraudem creditorum, *§. 1. eod. ap. Iustin. l. in fraudem, de testamen. manum. C.* saltem data directa libertate: nec per obliquum, vt per fideicommissum, *l. fin. qui manum. non poss. C.*

4 ¶ In † fraudem porro fit, non quando quis nõ soluendo est, sed si eo animo faciat, vt creditores eludat, *§. in fraudem, quibus ex caus. manum. & c. l. in fraudem, qui & à quib. manum. lib. non fiant, l. 1. C. qui manu. non poss.* Sic & à domino data libertas seruo alieno, inuito domino, eius non valet, veluti si ab eo qui tantum pignori habet, *l. 3. de manumissis. in P. l. ab eo, C. de ser. pign. dat. 4. 5. & 6. qui & à quib. manu. li. non fiant, in P.* vel precario, *l. si non proprietatem, C. de his qui à non dom. man.*

5 ¶ Inter † legitimos modos manumittendi, est vindicta, *§. multis modis, de liberti.* quando coram magistratu lictor virgula quadam tangebat caput serui rasum, & dominus manu eius apprehensa, vertebat seruum, & è manu mittebat, dicendo eum liberum: cuius etiam verba supplet lictor, *Hermogenia. in l. manumissio. l. 13. de manum. vind. lib. 40. P. tit. 2.* Fiebatque hæc manumissio coram quocunque iudice habente eius actus auctoritatem, vt & apud consilium, apud prætorem, præsidem, magistratumue ciuitatis, *l. fin. ac vind. & apud consi. manumiss.*

¶ Vindictæ † manumissio originem habet à Iunio Bruto primo Romanorum consule, & primo libertatis Romanæ assertore, qui ob detectam proditionem Vindicem Vindeliorum seruum manumisit, *Plutar. lib. de iis qui tard. puni. à Deo, Corn. Tacit. in* 13. † Ideoque in initio cuiusque consulatus moris fuit Calendis Ianuarij manumissiones expedire, vt & tractat Cassiodorus, *libr. 6. variar. in formula consulat.* Et leges quoque de officio consulis, tractant de his manumissionibus expediendis, *in. de offic. consul. lib. 1. P. tit. 10.* Meminit & huius moris Ammianus Marcellinus, *lib. 22.* & Claudianus, *in 4. Hono. consul.* his verbis, de Honorarij consulatu, 7

Aspice mox lætum sonuit clamore tribunal,
Te fastos ineunte quater, solemnia ludit
Omnia libertas, deductum vindice morem
Lex celebrat, famulusque iugo laxatus herili
Ducitur, & grato remeat securior ictu.
Tristis conditio pulsata fronte recedit.
In ciuem rubuere genæ, tergoque remouit
Verbera, promissi felix iniuria voti, &c.

¶ Innuit † & Persius antiquos manumittentes seruos, alapa percussos circumagere solitos: & ita liberos confirmasse dum ait, *Persius Satyr. 5.* 8

Quibus vna Quiritem
Vertigo facit.

¶ De circumductionibus obseruatis scribunt Appianus, *Alexan. lib. 4. bell. ciuil.* & Arrianus, *in Epicte. lib. 2. cap. 1.* Fuerant & ista solemnia translata ad emancipationem liberorum, quæ vocantur in iure Codicis iniuriosa rapismata, & sublata sunt, *l. vlt. de emancip. lib. 12. C. & nouel. 81.* 9

¶ Legitima † quoque ea erat, quæ in æde sacra seu ecclesia fiebat coram iudice, *l. 2. com. de manumiss. C.* præsentibus antistitibus & populo, & interueniente scriptura memoriæ caussa: quæ & minoribus 25. annis sub hac forma permissa erat, *l. 1. de his qui in eccle. manumit. lib. 1. C. titul. 16.* Ex lege Constantini libertate donati sacerdotibus testibus in ecclesia, ciues Romani fiebant, vt scribit Nicephorus Calixtus, *lib. 7. hist. eccles. cap. 46.* & Sozome. *lib. 1. histo. tripar. c. 9.* Iustinianus postea hoc ius omnibus communicauit manumissionibus, *Iustin. in nouella vt liberti de cetero aureo annulo non indigna. vnde sumta authent. sed hodie, de iure annulor. l. b. 6. C. tit. 8.* 10

¶ De † testamentaria manumissione, erat titulus, De manumissis testamento, in P. lib. 40. titul. 4. & in C. Iustinianeo, de testam. manumissi. lib. 7. titul 2. ¶ Antiquitus † lege Fusia vel Furia Caninia non licebat quidem omnes seruos, nec tot testamento manumittere morientibus, ne ciuitas repleretur sordidis hominibus, quod licebat viuentibus. Fuit q; lex à Pub. Furio Camillo, & C. Caninio consulibus lata, vt in testamento à duobus seruis vsque ad decem, liceret dimidiam eorum partem dumtaxat manumittere: à decem vsque ad triginta tertiã: à triginta vsque ad centum, quartam: à centum, vsque ad quingentos, quintam. Et de inceps non esset licentia vltra centum seruos manumittendi *de hac lege Vospisc. in Tacito, Iulius Paulus, lib. 4. recept. senten. cap. 14. Vlpian. in titu. c. 1. Theophil. in §. 2. de lege Fus. Caius, lib. 1. Instit. tit. 2. Cicer. 3 in Verrem.* Fuit autem illa lex sublata, & æqua potestas morientibus, ac viuentibus in seruis manumittendis concessa, *§. 1. de leg. Fus. Can. toll. lib. 1. Instit. titu. 7. l. 1. eod. tit. 7. C. tit. 3.* ¶ Et † proinde in testamento & codicillis testamento confirmatis, dantur libertates directe, *l. libertates, 43. de manumi. testam. in P.* & pure, *l. cum seruus, 14. l. libertas, 17. §. 1. eod.* & sub conditione, *l. si fructuarium, 6. l. Neratius, 7. l. si quis libertatem, & seq. eod. tit.* & per fideicommissum, *tot. tit de fideiuss. liber.* Directe sic, *Seruus meus liber esto*, quo casu manumissus, non heredum sed mortui libertus est. ¶ Qui † & Orcinus dicitur, *§. fin. de sing. reb. per fideicom. relict. lib. 2. Instit. tit. 24. l. 3. de leg. 1. tut. l. dominus, 22. de pec. lega. l. 4. de bon. libert.* & Theophilo, *in §. fin. de sing. rebus per fideic. relict. χαρωνιὰς*, quasi dicas libertum Orci, seu mortis, seu Plutonis, cui fabulæ inferorum regna tribuerant. Porro sub conditione relicta libertas valet, si tempore implendæ conditionis non sit futurus alterius potestatis, *l. Stychus, 39. de manum. testa.* sui natura: non enim ab herede vendi vel distrahi potest, vt adueniente condicione libertas impediatur, *l. statuliberis, 13. C. de testa. manum.* ¶ Sunt † enim pendente tempore statu liberi, qui destinatam in tempus, vel in conditionem, habent libertatem, vel cõditione expressa, vel vi ipsa, *l. 1. de statulib. in P.* Et ideo non nisi cum suo statu, vt cum sua caussa distrahi possunt, *l. 2. eod.* ¶ Et † si ad tempus relicta sit libertas, sublata temporis limitatione fiet perpetua, *l. libertas, 31. l. ideoque, 34. de manumissis testam.* Sublata etiam nec recepta conditione. *Cum morietur liber esto, l. libertas, 17. & l. fin. eod. tit. l. cum heres, 4. §. 1. de statu li. in P.* Testamento manumissus ita demum liber est, si testamentum valeat, & ex eo adita sit hereditas, *l. testimento manumissus, 23. & l. testamento liber, 25. de manumi. testam. in P. l. 2. de testam. manumi. C.* vel omissa caussa testamenti in fraudem quis ab intestato possideat, *l. 1. si omissa caussa testa. C.* Fauetur quidem hic, vt & in ambiguis, libertati, *l. 1. & 2. l. Diuus Pius, 26. de manu. testa. in P. l. penul. C. de fideic. liber.* dum modo qui potuit manumittere, testetur. Nam nec minor 20. ann. quamuis sit miles, testamento manumittit, *l. 3. de manu. testa.* Ex quibus tamen caussis probatis apud consilium potuerit quis manumittere, ex iisdem poterit & testamento, necessarium heredem faciendo, *l. qui potuerunt, 27. eod.* si alioude seruus non sit indignus, libertate, puta quod damnatus in perpetuum, vel alite,

Digitized by Google

prohibitus ad libertatem peruenire, *l.1.& 2. qui non poss. ad libert. peruen.* Si tamen adhuc natus non sit, cui relicta est, & valet legatum, *l.cum inter veteres, C. de fideic. liber. l. qui vtero, de sta. homi.* & si eo nato, vel alias idoneo, heres comperendinet libertatis relictæ donationē, iudicis authoritate legatarius seruitute liberabi-
17 tur, *l. ancillam, C. de fideicom. libert.* ¶ Ad † exemplum vltimæ voluntatis, & codicillorum potest dominus seruum libertate donare etiam absentem per epistolā, quinque testibus adhibitis & subscriptis, *l. vni. §. sancimus, de lat. libert. toll. lib. 7. C. tit. 5.* at præsente seruo, sufficit si adhibitis quinque testibus, voluntatem suam explanet, quod ei libertatem donet, *d.l. vni. §. sed & si quis, §. mul-*
18 *tis modis, de liberti.* ¶ Ex † voluntate quoque domini, serui nanciscuntur libertatem, qui domini funus pileati antecedunt, vel in ipso lectulo stantes cadauer vestilare videntur: si hoc ex voluntate fiat testatoris vel heredis, *d.l. vni. §. sed & qui domini funus, de lati. libe. toll.* Nam qui patitur pileatos seruos incedere, videtur testari populo, cui eos exhibet, seruos liberos esse: vocabanturnamque resecto pilo raso capite, ad pileum insigne libertatis, vt apud Liuium, *in 4.*

19 Sed † & dedititia libertas seruo acquiritur, si dominus præsentibus quinque testibus tradat instrumentum seruitutis seruo, vel corrumpat, *l. vni. §. ille etiam, de lati. libert. toll. C.* sic enim instrumentum debitori redditum à creditore, liberat, *l. pecuniæ, & l. seq. de solutio. l. si chirographum, de probat. l. Labeo, de pactis, in P.* Affirmans quoque apud acta, seruum suum esse filium, facit eū liberum: licet sibi non faciat filium, *l. vni. §. similique modo, de lati. lib. toll. C. §. fin. de adopt.* Iungens ancillam suam liberō, ea libera efficitur, *d.l. vni. §. sed & si quis, & authen. adhoc, de lat. lib. toll. §. si vero ab initio, & §. adscriptitio, de nupt. in authen. coll. 4.* Item seruus qui moratus est in liberraie per 20. annos bona fide, liber erit, *l. fin. de long. tempor. præscript. quæ pro liber. & aduer. lib. oppo. C.* imo si post quinquennium in possessione libertatis moriatur status eius controuersia moueri non potest, *l. si ne de sta. liber. post quin-*
quen. quæra. in P. & eod. tit. C.

20 ¶ Sed † & si seruus sciente, & non contradicente domino suo, in clero fuerit ordinarius, liber & ingenuus erit, *ca. si seruus sciente. 5. ait. Panor. in c. 2. de ser non ordin.* Idem si religionem ingressus, & triennio tacuerit dominus, *d. c. si seruus, & in can. si. 17. quæstio. 2.* meminit & Sthephanus de Dulopoli ciuitate ita dicta, quoniam si seruus etiam peregrinus, lapidē eo detulisset, manu-
21 mitteretur & liber esset. ¶ Et † hæc quæ dicta sunt de seruis, & manumissionib' factis à priuatis, intelligi debent de seruis à collegio aliquo licito, vel à municipio, vel ab vniuersitate, vel ciuitate manumissis, in iis quæ conuenire possunt corporibus istis, *l.1.& 2. de manumiss. quæ seru. ad vniuer. perti. imponun. in P. l.1. seru. recip. manum. C.*

De solutione seruitutis dominis inuitis, vel præter eorum voluntatem.

Cap. 6.

1 *Communi iure serui inuitis dominis liberi non fiunt.*
2 *Ad libertatem sine manumissione proclamat, qui se ingenuum dicit & quomodo.*
3 *Assertor desideratus interdum ab eo qui reuocabatur in seruitutem.*
4 *Collusio prohibita inter dominum & seruum pro ingenuitate asserenda.*
5 *Seruus sub conditione vt manumittatur venditus, ea veniente inuito domino fit liber.*
6 *Item seruus liber inuito domino in casibus, in quibus pro libertate pretium capit, & qui sunt casus.*
7 *Postliminium liberat à seruitute. Transfugæ non vtuntur iure postliminij. eod.*
8 *Seruum prostituens amittit ius potestatis, legsque gentium de ea re.*
9 *Vnus ex dominis seruum inuitis aliis reddito pretio manumittit.*
10 *Seruus Christianus à Iudæo emtus fit liber.*
11 *Seruus dente excusso, vel eluscatus à domino, liber lege Dei.*
12 *Seruos seuerius tractans, quam par sit, vendere cogebatur.*
13 *Seruos ob male habitos Lacedæmonum ciuitas terræmotu diruta*
14 *Seruus Hebræus post septennium erat liber.*
15 *Auris perforata subula serui, erat signum perpetuæ seruitutis voluntariæ*
16 *Seruus ægrotus ejectus domo à domino, liber fit.*

QVāuis regulari iure, † coacta vel ficta domini de seruo manumissio libertatem nō det. *l. si priuatus coactus qui & à quib. manumi. liber. non fiant*, tamen speciali ratione, inuitis dominis plerunque quis assequitur libertatem. Vt † si proclamet ad libertatem dicens se esse ingenuum: quo pertinent iura de liberali causa, quæ tuentur & distinguunt causam libertatis à seruitute, & permittūt certis personis, quorum interest, defendere, ne quis in seruitute moretur, vel in eam contra ius trahatur *l.1. 2. 3. 4. 5. 6. de liber. caus. in P.* ¶ Et † ipse quoq; qui pro seruo habebatur, dū 3
se ingenuum asserebat, proclamat ad libertatem corā iudice certis ex caussis, non postulata manumissione, *exstat tit. quib. ex cau. ad lib. procl. non lic.* Vt contra, dominus eum qui pro ingenuo vel libero, se gerebat, interdum reuocabat, ad se, nec is ante poterat se defendere, nisi assertorem & defensorem libertatis haberet: qui tamē postea in hac caussa ventilanda desideratus nō est, sed sine assertore litem agitari placuit, *l.1. de assertio. toll. C.* ¶ Adhibita † tamen in omnibus cautione, vt collusio inter dominum & ser- 4
uum, vel eum qui se ingenuum profitebatur, non fieret, præmio ei constituto, qui collusionē detexisset, si intra quinquēniū detulisset, *l.11 C. de collus. deteg.* nomineq; præmij & seruus, qui se ingenuū falso dixisset, *l.1. eo. in P.* ¶ Dehinc † secundo, seruus ea lege 5
venditus domino, vt post certū tempus liber sit, eo aduenīēte, liber inuito domino fiet, *l.1. & 2. qui sine man. ad liber. perue. P. l.1. & 2. si manc. ita fue. alie. vt manumi.* ¶ Atq; † tertio in omnib. casibus, 6
in quib. seruus pro præmio libertatē consequitur: veluti si vindicet mortē domini, *l.1. quib. ex cau. ser. pro libe. præm. acci. C.* si adulterantem monetam deferat, *l.2. eod. tit.* si raptorem virginis detegat, *l.3. eod.* si desertorem militiæ prodat, *l.4. eod. l.1. de desertor. & occult. eor. lib. 12. C.* ¶ Quarto † liberat ius postliminij à seruitute 7
capientium captos, vt etsi euadant manus hostium, *l. 2. & fina. de capti. P. l. cum non redemtum & l. cum & postliminij, C. eod. l. adeo quidem de acq. rer. domin.* restituit enim postliminij ius pristinum statum, *l. postliminij, & l. postlimnium est ius, de capt. & postlimi. reuer. in P.* exceptis transfugis, qui hoc iure non vtuntur, *l. postliminij. in §. transfugæ, & statulib. r, de captiuis. Quis porro transfuga & emansor, in l.3. de re. milit. in P. dicitur.* ¶ Quinto, † qui seruū prosti- 8
tuisset publice, iure ciuili non cogitur manumittere, *si lenones, C. de episcop. aud.* iure Pandectarum tantum cogebatur vendere, *l.2. de iis qui sunt sui vel alie. iur.* Multo magis si in venditione ancillæ cautum sit, ne prostituatur ab emtore, si quidem prostituta, venditore consentiente, libera fit. *l.1. si manc. ita vene. ne prostit. C.* Adrianus lenoni vel lanistæ seruum vel ancillam vendi caussa non præstitā vetuit, *Spartia. in Adria.* Et lex Hispaniæ. *Serna, quæ à domino liberos susceperit, libera esto, Anton. Pano. lib. 2. de dict. & fact. Alph. capit. 39.* Pius Cæsar, ad impudicitiam cogentem seruum dominum, cogendum eum vendere rescripsit, *l.2. de iis qui sunt sui vel alie. iur.* ¶ Sexto, † si plures sunt domini vni' ser- 9
ui, & vnus ex illis velit manumittere, deponendo vel dando pretium aliis cōdominis, potest solus aliis inuitis manumittere, *l.1. §. his itaque, de com. ser. manumi. C.* ¶ Septimo, † si Iudæus emerit 10
seruum Christianum, fit statim liber *c.2. de Iudæ. c. mancipia, §4. distin. l. vni. ne Christ. mane. Iudæ. hab.* ¶ Octauo † lege diuina, *Exo-* 11
di. c. 21. Si percusserit quis oculum serui sui, vel ancillæ suæ, & luscos eos fecerit, dimittet eos liberos, pro oculo quem eruit: dentem quoque si excusserit seruo vel ancillæ suæ, similiter dimittet eos liberos. ¶ Iure 12
† ciuili Pij Cæsaris rescripto, durius habiti serui quam æquū est à dominis, vel infami iniuria affecti, vendi à dominis iubebantur, ita vt in potestatem dominorum non redeant, *l.2. de iis qui sunt sui vel alie. iur.* ¶ Refert † Ælianus, *lib. 6. ae vari. histo. c. 76.* cum Lace- 13
dæmonij contra seruos Tenarenses, qui erant ex genere Eilotarū per vim ac perfidiam insurrexissent, indignatum Neptunum terram Spartam concussisse, vt ex vniuersa vrbe quatuor solum ædificia relinquerentur. ¶ Item † alia nono, *Si emeris seruum He-* 14
braum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis. Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat. Si habens vxorem, & vxor egredietur simul. Sin autem dominus dederit illi vxorem, & pepererit filios & filias, mulier & liberi erunt domini sui: ipse vero exibit cum vestitu suo. ¶ *Quod* † *si dixerit seruus, diligo dominum meum, & vxorem ac liberos, non egrediar liber: offerat illum dominus diu, & ap-* 15
plicabitur ad ostium & postes, perforabitque aurem eius subula, & erit ei seruus in seculum, Exo. 21. Deut. 15. ¶ Seruus † ægrotus domo à 16
domino pulsus, nemini pro cura commendatus, iure Codicis cōsequitur libertatem, nullo etiam iure patronatus domino reseruato, *l. vn. §. sed scimus, de Lati. lib. toll. C. §. si vero ab initio, & §. ne multo potius, de nupt. colla. 4. l. fin. §. his videlicet, de bon. lib. C. l. fin. pro derel. in P. cum simil.*

De Ingenuis & Libertinis. Cap. 7.

Lib. I. Instit. tit. 4. & 5,

1 *Libertas naturalis, & factitia, ingenuitas & libertinitas.*
2 *Ingenuus quis.*
3 *Ingenuus ex libertino natus.*
4 *Ingenuus & est sententia talis declaratus.*
5 *Libertus quis & libertinus, & 6.*
6 *Patronus quis.*
7 *Patronatus ius, quot modis quæritur.*
8 *Libertinorum tres species, Ciuium Romanorum, seu Iuniarum, & & dedititiorum.*
9 *Ius nudum Quiritum sublatum dominorum.*
10 *Liberti in Germania parum absunt à seruis, nec seria illis committuntur.*
11 *Orcini liberti qui, & proprij item qui.*

Mutata

Digitized by Google

1 MVtata causa naturalis status, inter homines libertatis, fecit & simul liberorum duas species: per natiuam, & factitiam ex facto hominis libertatem. Prior ingenuitas dicitur, altera libertinitas: & inde ingenui, & libertini, §. fin. de iur. perso. Marcia. in l. & liberorum, §. de sta. hom. ¶ Ingenuus est, qui ex matre libera natus est, statimq; vt natus est, liber est: siue ex duobus ingenuis matrimonio editus, siue ex altero ingenuo, altero libertino: ex matre libera, patre seruo: sufficitq; aliquo tempore matrem fuisse liberam, vel conceptionis, vel natiuitatis, vel medio tempore, etsi aliis sit ancilla facta, §. c. de ingen. l. & seruorum, §. ingenui. Iul. Paul. 3 lib. recep. sent. de lib. agnosc. tit. 25. ¶ Et qui nascuntur ex his libertis, non liberti sed ingenui sunt, l. quod ex liberta muliere, de oper. libert. 4 in P. d. §. 1. de ingen. ¶ Ingenuum etiam, l. ingenuum, 25. de sta. hom. P. l. res iudicatas, de reg. iur. eum accipere debemus, de quo sententia lata est, scilicet esse ingenuū, quamuis fuerit libertinus: quia 5 res iudicata, pro veritate habetur. ¶ Libertini sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt, Caius, in l. libertini, 6. de sta. hom. §. 1. de libert. l. 4. de iust. & iur. in P. Libertinus statum ostēdit, libertus personam singularem, vt notauit Laurentius Valla, lib. 4. elegant. cap. 6 1. l. fin. si liberti ingen. esse dic. in P. Ideo relatio est inter libertum & patronum. ¶ Patronus namque is, qui ex iusta seruitute manumisit, & ita fecit sibi ex seruo libertum, vel collusionem detexit, vel iurauit libertum suum, vel cui libertus adiudicatus est, 8. adoptiuum patrem, §. patronum de in ius voc. P. Et contra libertus manumissus dicitur, l. 3. de suis & legit. here. in P. l. in eo iure, de rit. nup. Et beneficij dati libertatis, patronatus est remuneratio, ad quam natura tenemur, l. sed & si lege, §. consuluit, de petit. here. in P.

7 ¶ Atque tot modis ius patronatus quæritur, quot à iusta seruitute liberari quis potest, & libertatem nancisci.

8 ¶ Libertinorum olim tres erant species, quia tres erant gradus libertatis concessę, de quib. vide Vlpian. in fragm. tit. 1. Quibus dabatur plena libertas, fiebant ciues Romani: quibus minor, Latini libertini fiebant, & data dicebatur Latina libertas ex legē Iunia Norbana, quæ sublata postea, l. vni. §. illud, de Lati. lib. toll. C. Aliis autem dabatur minima, quæ dediticia dicebatur, quæ tantū competebat tēpore mortis manumissi ex lege Ælia Sentia, sublata quoque postmodum, l. 1. de dediti. lib. toll. C. Et ita tempore Iustiniani tantum vna libertas dari cœpit minore & minima sublatis, factique omnes libertatem assecuti ciues Romani, id est, plene liberi, §. libertinorum, de l bert. apud Iustinian. l. 2. C. commu. de manumiss. 9 ¶ Sicuti & sublata illa differentia seruorum, per quam nudo iure Quiritum, quidam non plenum dominium, sed semiplenum habere dicebantur, l. vni. de sud. iure Quir. toll. lib. 7. C. tit. 10 25. ¶ Liberti apud Germanos parum distabant à seruis, nec illis, nisi raro, alicuius momenti quicquam nec in domo, nunquam in ciuitate, committebatur, vt ait Cornelius Tacitus, de morib. 11 Germa. ¶ Libertorum etiam in iure erant duæ aliæ distinctæ species, Orcinorum, & propriorum, l. cum testamento, 8. de iur. & fac. igno. lib. 1. C. tit. 21. Orcini erant, quibus in testamento relinquebatur directo libertas à testatore, & fiebant liberti testatoris mortui & filiorum eius non heredis manumittentis, §. fin. de sing. reb. per fideic. relict. §. 2. Instit. tit. 24. Item si rogatus erat heres manumittere, nam Senatusconsultum sub Rubrio Gallo, & Cælio Pisone Coss. factum, statuit libertatem fiduciariam perinde præstandam esse, ac si directo esset relicta: & ideo quibus relicta erat ita, erant quoque Orcini, l. 3. §. plane, de legit. tutor. in P. l. cum vero, 36. §. subsentum, de fideic. libert. lib. 40. P. tit. 5. Orcini porro, quia mortui testatoris censebantur dicti, vt ab eo manumissi, ab Orco dicti, id est, morte vel loco mortuorum, vt apud Plautum, in Asinar.

Bene vale, apud Orcum te videbo.

Sic Varro, lib. 1. de re rust. cap. 4. loquens de deligendo agro salubriori, & insalubrem etiam feracem non habere fructus certos dicit. *Etenim*, inquit, *vbi ratio cum Orco, habetur, ibi fructus non modo est incertus, sed colonium vita.* Proprij liberti sunt, qui à dominis viuis suo iure manumittuntur. Sunt & Orcini ex fideicommisso manumissi, in vno liberti manumittentis, videlicet vt in muneribus ciuilibus manumittentis originem sequantur, non eius qui manumitti iussit, l. libertus, 17. §. ex caussa, ad municip. lib. 50. P. tit. 1.

Operæ quid, eod.

Operæ obsequiales, & fabriles ex conuentione. eod.

7 *Operæ obsequiales, & fabriles in quibus differunt.*

8 *Operæ fabriles quando, & quatenus imponi possunt, aut non, in manumissione.*

9 *Operas libertæ amittit patronus, quam patitur nubere.*

10 *Operas præstare patrono tenetur fabriles, qui eius libertū occultauit.*

11 *Patronum libertus, & contra patronus libertum egenum cogitur alere.*

12 *Patronus quando succedat liberto.*

Actio Caluisiana quæ. eod.

De patronis, & iure patronatus libertorum. Cap. 8.

Lib. 37. P. tit. 14. Lib. 6. C. tit. 4.

1 *Patronatus ius inæstimabile.*

2 *Patronus vnde dicatur, & obsequia liberti.*

3 *Patrono debet libertus obsequia, & honorem.*

4 *Lis nulla mouetur sine licentia prætoris in patronum.*

Actionem famosam non proponit libertus in patronum. eod.

5 *Ingratus libertus in seruitutem reuocari potest, & quis ingratus.*

Libertus tutelam filiorum patroni subire tenetur, aliter ingratus, eod.

6 *Libertus patrono præstare operas cogitur.*

Qva ratione † maximum beneficium est libertatem consequi, eadem multum libertus ei, qui eum à miseria seruitutis liberauit, obstrictus est. Et proinde quoque libertum habere, inæstimabile est ius, l. naturales. §. fin. de præscrip. verb. quod & indiuisibile, l. fin. de iur. patron. in P. ¶ Et † qui manumisit, liberto debet officium tutoris & defensoris, & quodammodo patris, vnde & patronus dicitur: vt ex iuribus patronatus istius apparebit, quæ singularia sunt. ¶ Primum, † vt libertus teneatur obsequia honorem, & reuerentiam præstare patrono, l. 1. de obsq. à libert. patron. præstand. 1. de ingrat. liber. l. fin. de bon. libert. & iur. patron. C. Extat lex Platonis, 11. de legib. ius esse patrono, propria auctoritate capere libertum, si ab eo sufficienter non coleretur. Cultum autem dicit, vt singulis mensibus teneatur venire ad domum patroni, seque offerre, vt ostendat paratum facere eius iussu quicquid honestum, possibileque ei sit: deinde, quicquid de matrimonio suo, domino videbitur, faciat. ¶ Hinc † fit, vt lis à liberto moueri aduersus patronum, saltem quin venia à prætore petatur, nō possit: nec eundem actione famosa in ius vocare, l. 4. §. prætor ait, de in ius vocan. in P. l. vehiam, C. eod. tit. ¶ Secundo, † ex hoc patronatu, patronus ius castigandi libertos sibi retinet, & contumaces, & ingratos reuocandi in seruitutem, l. 1. de ingra. liber. C. l. 2. & 3. de liber. & eor. liber. C. Ingratus porro & is, qui obsequia debita non præstat, & qui filiorum patroni tutelam detrectat, l. ingratus, de iur. patron. in P. ¶ Tertio, † & libertus operas præstare tenetur. Operæ sunt, officium diurnum, l. 1. & 3. de oper. liber. lib. 38. P. tit. 1. officij præstatio ad nutum patroni, Caius, l. cum patronus, 22. eodem. Sunt autem duplicis speciei, vel officiales vel obsequiales, & fabriles: ad illas natura, veluti in remunerationem acceptæ libertatis tenetur, l. si non sortem, §. libertus, de condict. indebit. Ad fabriles tantum ex lege, vel conuentione in manumissione facta, dummodo eæ præter legitimum modum, nimiumque non onerent libertatem: quod ad notionem iudicis pertinebit prospicere, l. 1. de operi. liber. in P. l. 1. C. eod. & fere tot. tit. ¶ Operas † obsequiales in alios non transfert patronus, stipulatus autem fabriles contra, Vlpian. l. fabriles, 6. & l. opera, 9. de oper. liber. in P. in quo differūt singulari iure, sicut in eo, quod officiales libertus teneatur suo victu & vestitu subministrare patrono, nisi valde inops sit: non autem fabriles ex stipulatione debitas, & ita puto conuenire leges, quæ alioquin inter se pugnantes videntur, l. imponi, l. pen. de oper. libert. in P. & l. suo victu, 18. & seq. eod. Atque obsequales ita temperandæ erunt, vt petantur per patronum à liberto tantum, quas liberti ætas, institutumque vitæ, dignitas, necessitas, valetudo patitur, l. eius artificij, cum l. seq. eod. in P. ¶ Cęterum † non semper imponi possunt operæ fabriles in manumissione, nec impositæ debentur: veluti si qui manumittit, aliunde quam ex voluntate propria & spontanea faciat: veluti quia grauatus, vel quia præmium accipit, vel alio modo cogitur, l. si quis hac lege, de operi. liber. in P. l. 2. & 5. C. eod. vel si seruus emtus est propriis nūmis ab eo, à quo manumissus est, l. si tuis nummis, 7. C. eod. tit. ¶ Sed † & debitæ operæ amittuntur libertæ, si eam patiatur patronus nubere, quia debentur tunc marito, l. si ut, de oper. libert. saluo tamen iure patronatus, l. quod ex liberta, C. eod. Singulareque † & illud, vt si quis libertum occultauerit alterius, pro eo operas fabriles teneatur præstare. ¶ Quarto, † in iure patronatus vtilitas, vt libertus teneatur alere egenum patronum, l. 1. l. fi. C. eo. vt vicissim patronus libertum inopem, alioquin ius patronatus amissurus, l. D. Claudius, §. fi. de iure patr. P. l. si quis à liberis, §. soleat iudices, l. alimenta, & l. fi. de liber. agnosc. in P. l. si patronus non aluerit, de bon. libert. in P.

¶ Quinto, † ex hoc patronatu pendet ius patroni succedendi liberto locupleti, id est, qui plus quā centū aureos habet in facultatibus. adhibita etiā actione Caluisiana, qua reuocātur alienata in fraudem istius successionis, l. si libertus minorem, de iure patron. in P. l. sicut testator, & l. sine libertus, eod. tit facit tit. de succes. libert.

Qvibus modis ius patronatus amittitur. Cap. 9.

1 *Patronatus ius finitur denegatis alimentis liberto, & reuocato in seruitutem liberto restituta ingenuitate.*

2 *Aureorum annulorum ius quale.*

3 *Annulus quale olim insigne.*

4 *Patronatus nullum ius manumisso seruo in præmium.*

5 *Patronatus etiam ius amissum, si cogat patronus libertum iurare se nubat, aut si pretium pro operis accipiat.*

Vxorem non ducere, iurare cogi non potest libertus. eod.

Digitized by Google

1 DEfinit autem † nomen & ius patronatus primo, denegatis alimentis liberto, *l. Diuus Claudius §. fin. de iure patron. cum simil.* secundo, reuocatione in seruitutem propter ingratitudinem, *l. 1. de ingra. libert. C. l. 2. & 3. de liber. & eor. liber.* tertio, si libertus restituatur natalibus, id est, ingenuitati per principem : nam & in ea restitutione consensus patroni, cuius interest, accedere debet,
2 *l. 2. & fin. de natal. restitu. in P.* ¶ Est † quoque medius quidam status inter ingenuitatem & libertinitatem, eorum qui assequuntur ius aureorum annulorum à principe, quo pro ingenuis quidē, qui hoc impetrauerant, habebantur, sed saluo, integroque remanente iure patronatus, permissumque illis aureos annulos ferre, *l. 1. pen. & fin. de iur. aureo. annulo P.* ita differentes à restitutione natalium, qua ingenui fiebant, *l. sed si hac lege, §. patronum, de in ius voc. in P.* Symbolum in libertis ingenuitati restitutis, annulus recte constitutus. Siquidem verum est quod annulus ab anno dicatur: quia vt annus in se per circulum redeat, sic & libertas restituta in suum pristinum statum, *in l. manumissiones, de inst. & iur. P.* quare & quidam annum duplici, n, censent scribi, non cum simplici n, vt qui deducunt ab ano, quasi anulus sit paruus anus, vt alii
Χρὸ τῶ ἐτιαυτῶ, vt Festus: alij Χρὸ τῶ κενεῶ, vt Seruius Grammaticus. Subinde tamen ius hoc desiit postulari, & omnes liberti ingenui dicti sunt, saluo iure patronatus patrono, *auth. sed hodie, sit. de iur. aureo. annulo. C. & §. 1. vt liber. de ceter. aur. annulo. non egeant, in auth.*
3 ¶ Sic † annulus promiscue vsurpatus est, nec distinctionem adiecit: sicuti & vsus annulorum ex singulari nora, populari postea factus. ¶ Si † quidem olim priscis temporibus annulus primum ferreus, dehinc aureus ordinem populi equestrem ostendebat, eratque eius insigne, distinguens equites à Senatoribus &
4 plebe: repudiatus tamē postea, cum primum dignitas ædilis curulis data Cn. Flauio, qui primus fastos publicauit, *Plin. lib. 33. c. 1.* Quarto ius patronatus amittitur, quando non vindicante filio patris mortem, seruus detegens homicidas, pro præmio manu-
5 mittitur, *l. pen. de iur. patro. in P.* ¶ Quinto, † lege Ælia Sentia priuatur patronus iure, si iureiurando adigat libertum generandi compotem, ne nubat, *l. adigere. & l. qui contra de iur. patron. in P.* Et sexto, si pro operibus promissis præstandis patronus petat pretiū, renuntiare videtur iuri suo, *l. 4. de oper. libert. C.* cum pretium non debeat accipere futurarum operarum, nisi in casu inopię nomine alimentorum, *l. 1. C. eod.*

De iure patronatus clientelari, & eius personis, Colonis, Adscriptitiis, & Censitis, Cap. 10.

1 *Clientes & liberti patres, facti.*
2 *Clientes qui, & patroni eorum.*
3 *Clientelæ publicæ, & priuatæ.*
4 *Clientum & patronorum leges & iura ex Romulo.*
5 *Penesta & Menestæ, subditi iurisdictioni dominorum inter clientes.*
6 *Coloni inter clientes.*
Adscriptitij & censiti qui, 6. & 8. & 10.
7 *Mariandini serui qui.*
9 *Origenarij alieni qui.*
10 *Colonorum adscriptitiorum durior, quam censitorum conditio in quibus.*
Adscriptitij serui non sunt, sed.
11 *Adscriptitij sub clientela dominorum sunt, vt in aliam nequeant transire.*
12 *Clientelam colonorum, & iurisdictionalium dominorum non fuisse clientelam Romanorum & Romuleam docetur.*
13 *Cliens proprie homo ligius.*
Ligius homo quis, eod.
14 *Soldurij Gallorum qui.*
Ambacti Gallorum qui, eod.
15 *Sepeliebant cum defuncto Galli, quæ ipse magis dilexerat, & in rogum inferebantur & animalia, & clientes, & alia.*
16 *Soldurij differunt à soldatis & solidariis.*
17 *Soldata quid in feudis.*
18 *Militaris annona quomodo militibus distributa Romanis.*

1 QVia Vlpianus, † *in l. si vero plures, de iis qui deiecerunt, in P.* æqualis conditionis facit clientes & liberos, quod ad ius habitandi cū patronis pertinet, & cōmode libertis clientes subiunguntur, *in l. 2. §. si. inncta l. 3. de vsu & habi. in P.* de istis quoque pauca.
2 ¶ Clientes † vocat Proculus Iurisconsultus, *l. non dubito, de capti. in P.* homines liberos qui cōmuniter cū fœdere, personā eius, cuius erant clientes, obseruabant. Erant & clientes, qui se in potentioris cuiusdā tutelam applicassent eū suis, vt eius patrocinio & defensione protegerentur, in capite & fortunis: ipsis suos ipsos patronos à defensione ita dictos, obsequio & obseruantia colenti-
3 bus. ¶ Eranteque † & publicæ, & priuatæ clientelæ: publicæ, veluti si pagus quidam, aut ciuitas, regnum alicuius magnatis, regis, vel Imperatoris patrocinio se concederet: priuatæ, dum priuatis primati se concedunt.
4 ¶ Leges † porro harum clientelarum constituit Romulus, vt auctor Dionys. Halicar. *lib. 2. histor. Roman.* quibus munus patronorum dicitur, clientibus de iure respondere, absentium atque præsentium curam æque agere: hites pro clientibus suscipere, vt patres pro filiis: accusatoris impetum repellere. Clientum autē munus, vicissim patronos filias elocantes matrimonio pecunia iuuare, si pecunia egerēt ab hostibus captos redimere, mulctas, æstimationes litium priuatarum deperditarum, exsoluere pro eis sumtu proprio. Commune vtriusque nefas, alteris alteros accusare, aut aduersum ferre testimonium, aut censeri inter inimicos. Conuictum autem de his criminibus, cuique patere ius occidendi.
5 ¶ Possent † inter clientes referri serui, quos vocat Athenæus Penestas & Menestas, *lib. 6. cap. 7.* Possunt & dici clientes hodie qui subiiciuntur iurisdictioni dominorum locorum seu oppidorum, & illi patroni qui præsunt: quia superiores leges Romuli optime illis conueniunt. Hisque plura poteris addere, quæ tradit Budæus, *in annot. poster. ad Pand. ad l. non dubito, de captiu.* & Cælius Rhodiginus, *lib. 13. cap. 43.* Videndus quoque Gellius, *lib. 5. cap. 13.* disputans quo ordine ponatur tutela clientum, & num præferenpa hospitibus & aliis amicis. ¶ Sed † quia & colo- 6
nos clientes aliquomodo dici posse persuasum est, inter eos & adscriptitios fuisse opinor, qui se culturæ prædiorum dominorum cum suis, vel glebæ dabant. ¶ Quales † fuere Mariandini 7
serui, qui sese Heracleotis voluntarie subiecerunt, ea stipulatione & lege, vt sibi vitæ necessaria ministrarent, *Athen. d. lib. 6. cap. 7.*
¶ Adscriptitij † & censiti addicti erant prædiis, vt nec in a- 8
lia prædia dominus mutare posset, indeue fugientes ad ea reducerentur. ¶ Idem † ius in originariis, id est, natis ex adscri- 9
ptitiis, eiusdem ac patres conditionis, *l. omnes, & l. quemadmodum, & l. originarios, & l. definimus, de agri. & cens. lib. 11. C.* veluti terræ membra, *l. cum satis, eod.* & glebæ ita astricti, vt nec momento quidem temporis ab ea debeant abesse vel amoueri, *l. colonos nunquā eod.* nec vendi separatim sine prædiis à dominis prædiorum possint, *l. quemadmodum, eod.*
¶ Hi † adscriptitij coloni, deterioris sunt conditionis, quam 10
coloni qui dicuntur censiti. Nam censiti tributa præstant tantū dominis prædiorum, & faciunt eorum fructus suos, vt hodie qui à dominis emphyteotico iure prædia sub annua pensione & laudemiis accipiunt, *l. iuxta. l. 1. & 2. & fin. de iur. emphyt. C. l. si ager vecti. vel emphyt. pet. a in P.* Adscriptitij autem nō item, sed sunt veluti instrumentum & pars fundi, viuentes sub specie quadam seruitutis: quanquam ideo serui non sint, sed ingenui. ¶ Verum- 11
tamen † omnes in clientela censentur esse eorum, quibus tributa pendunt, potissimum si iurisdictionem habent, & eorum quorum prædia colunt, quibus adscripti sunt. *l. 2. in quib. caus. colo. domi. accus. poss. lib. 11. C. l. 1. de Colon. Thracenab. eo. lib.* Quamobrem & cautum ne huiusmodi possint transire in alienam clientelam, neue extraneus horū suscipiat patrocinium, *l. 1. vt nemo ad suum patroc. suscip. rustica. aut vic. eor. eod. lib. 11. l. 1. 2. & 3. de patrocin. vicor. libr. 11. C. Theod. titul. 24.* Ceterum illud annotatum volo, non omnes clientes vel patronos vnius speciei esse, sed respectu diuersarum rerum diuersa continere patrocinia, & iure.
¶ Ceterum † ita clientela colonorum & dominorum iuris- 12
dictionalium, non proprie erat clientela Romanorum, quæ nihil concedebat rerum, vel feudi ad ineundum hoc ius patronatus: sed in ea tantummodo in fidem se recipiebant potentiorum inferiores, fœdere facto, & defensore, quem eligebant.
¶ Vnde † & cliens mihi proprie esse videtur, qui homo ligius, 13
de Ligio, nos plur. etiam in feudorum tractat. lib. 6. c. 2. num. 28. & seq. in tractatu Feudorum dicitur: ab eligendo patrono, vel quod ligabat se patroni amicitiæ & dedebat, vt in Feudis docemus.
¶ Galli † horum species habebant Soldurios & Ambactos, 14
de Soldur. etiam dixim. lib. 6. cap. 2. num. 17. Solduriorum, quos & deuotos Cæsar vocat, ea erat conditio, vt omnibus in vita commodis vna cum iis fruerentur, quorum se amicitiæ addixissent, etsi quid eis per vim accidisset, aut eundem casum subirent, aut mortem sibi consciscerent: neque adhuc hominum memoria repertus est quisquā, qui eo interfecto, cuius se amicitiæ deuouisset, mori recusaret. *Iul. Cæs. lib. 3. commen. bell. Gal.* Inde autem dictos puto ego à firmitate fidei, nam voces illæ sunt vulgares, nostrates, & maternæ, quibus componitur verbum, *Soldurim, sol dure*, aut *sol endure*, quod est solus durat, vel solus patitur, scilicet cum delecto amico solus tolerat, vt apud Virgilium, *1. Æneid.*

Durate, & vosmet rebus seruate secundis.

Loquitur autem Iulius Cæsar, dum de Solduriis agit, de Aquitania, cuius idioma quoque est, vt Tecto sagum in ea appellatione, ex qua declinaui etymon nominis commune. Clientes etiam appellat Cæsar, *lib. 7. comment. bel. Gall.* quos antea Soldurios dixerat, dum ait, *Clientibus Gallorum nefas esse, etiam in extrema fortuna deserere patronos.* Idipsum etiam tribuit Valerius Maximus, *libr. 2. cap. 1.* Celtiberis, vtpote à Gallia translatum. Et Tacitus, *de moribus Germanorum*, Germanis. Confirmat hos Soldurios clientes esse, quod Cæsar etiam scribit alibi, dum de funere patronorum ait, *Iul. Cæs. lib. 6. Comment. bell.* ¶ *Funera † Gallorum sunt pro cultu* 15
magnifica & sumtuosa, omniaque quæ viuis cordi fuisse arbitrantur, in

ignem

Digitized by Google

ipsum inferunt, etiam animalia. Ac paulo ſupra hanc memoriam, ſerui & clientes, quos ab illis eſſe dilectos conſtabat, iuſtis funetibus confectis vna cremabantur. ¶ Vt † inde colligamus Soldu 16
riorum deuotionem, qua etiam vitam arbitrio patronorum fideique ſubiicerent. Neque mihi placet, vt Soldurios Gallorum eoſdem dicam cum ſoldariis vel ſolidariis. Nam Soldurij nulla mercede conducti ſeruiebant, & adſtabant in periculis cum patronis, vt dixit: at ſolidarij milites erant ſtipendarij. Sic Radenicus, *lib. 3. c. 20.* innuit in his verbis, *vt largitione pecuniæ milites, qui* 17
ſolidarij vocantur, colligeret. ¶ Sic † in ſupplemento Chronici Sigiberti, *Sumſit Henricus rex pecunias de feudo vnuſcuiuſque loricæ: capitales barones ſecum duxit, ſolidarios vero milites innumeros.* Soldata in vſibus feudorum, *de ſoldata diximus in Feud. lib. 6. cap. 3. num. 7.* eſt præſtatio quædam annua gratuita, quæ à neutra parte tranſit in heredem: morte enim dantis, vel accipientis interueniente finitur. ¶ Soldata † vero dicitur, quia plerunque in ſolidorum donatione conſiſtit, quandoque in vino & annona, *in §. fin. quis dica. dux. Marc. lib. 2. Feud. tit. 10.* Solebat enim ſtipendium militibus olim per annonam diſtribui per ſingulos dies, in ſingulos annos expeditionis tempore: veluti *bucellatus panis*, quem bis coctum vocamus, duobus diebus, ac panis alius tertio: vno die vinum, alio acetum: vno die lardum, caro veruecina biduo. *l. 1. & l. iubemus, 10. de eroga. milit. anno. lib. 12. C. tit. 38. de anno. in l. fin. & eod. tit.* ex commeatu publico. Cui annonæ interdum etiam pecuniæ erogatio accedebat, *l. iubemus, 16. cum ſuis §§. eod. de erog.* veſtitus, *l. 1. 2. 3. 4. de mili. veſte, li. 12. C. tit. 40.* & alia id genus militibus neceſſaria. Quando annona loco pecuniæ in ſolutum militibus dabatur, dicebatur ſtellatura, *Volphangus Lazius, l. b. 12. comment. Reip. Roma. c. fin.* quia per teſſeras ſtellatas, ſpecies alias pro annona accipiebant.

DE PERSONIS ECCLESIASTICIS MAIORIS ET MINORIS DIGNITATIS ET OFFICII; LIBER XV.

De præſtantia poteſtatis eccleſiaſticæ in laicam. Cap. I.

1 *Continuatio libri 14.*
2 *Poteſtas publica diuiſa, & perſonæ eius: in eccleſiaſticas & laicas.*
3 *Chriſtianorum duo genera, clericorum & laicorum.*
Horum alij imperantes, alij ſubditi.
4 *Poteſtatem eccleſiaſticam maiorem ſecular. docetur.*
5 *Anima præſtantior, & ſpiritualia corpore & corporibus.*
6 *Perſonæ eccleſiaſticæ digniores ob myſteria Dei, ma pertractant.*
7 *Honores eccleſiaſticis abrogati à Tyrannis, reſtituti à Leone & Antonino.*
8 *Sacerdotium prælatum imperio etiam apud Gentiles.*
9 *Imperatores ſummum pontificatum geſſerunt.*
10 *Reges Ægyptiorum ex ſacerdotibus.*
11 *Pontificum ſummorum in reges poteſtas.*
Imperium & regna Galliæ tranſlata per ſummos pontifices, eodem.
12 *Pontifici debent reges, & Cæſares obedire: in autem Deo.*
Reſtiterunt epiſcopi Cæſaribus, Ambroſius Theodoſio, Innocentius Archadio, Liberius Conſtantino, eod.
13 *Summus pontifex rex ſeculi à Tertulliano dictus.*
14 *Summi pontifices, & ſacerdotes nunquam vtuntur gladio materiali.*

1 TOTVM hominem † ſimul & vna cõprehenſione corporis & animæ iam ſuperioribus libris conſideratimus, & naturales differentias qua potuimus faciliori methodo docuimus ex generatione legitima & illegitima: atque de diſtinctione, quæ ex poteſtate priuata, ex naturali quadam cauſſa proficiſcitur, breuiter quæ & ſcitu neceſſaria & vtilia videbantur, expoſuimus. Nunc peruenit ſeries tractationis ad eam partem, quæ de poteſtate publicarum perſonarum
2 pollicetur notionem. ¶ Ita † qua publicam poteſtatẽ in duo ſumma genera diuidi par eſt: Nempe in eccleſiaſticam & ſecularem. Homo conſiderandus eſt in ſuis præcipuis partibus, quibus conflatur, anima & corpore. Sic aliis cura potior eſt, vel excellentior rerum ſpiritualium, earumque, quæ ad ſalutem animæ pertinẽt, *1. ad Cor. 4. ibi ſic nos exiſtimet homo, &c.* aliis maior corporis, & rerum, quæ ad politiam & quietem reipubl. & quæ eius ſunt ad-
3 miniſtrationis. ¶ Quare † & duo genera Chriſtianorum vniuerſalia, *can. duo ſunt* 12. *q. 3.* vnum clericorum eſt, ſpiritualibus deditũ, & ſacris inſeruiens: aliud laicorum, qui curant ſecularia. Et in his duobus generibus, alii ſunt imperantes, ſeu præpoſiti: alij ſubditi. Duæ poteſtates præcipue, duoque genera ſubditorum ſuffi-
ciunt, nec plura legitime eſſe poſſunt, *D. Luc. 12. c. vnam ſanctam, de maio & obed. lib. 1. Extrauag. com. tit. 8.* quia non ſunt aliæ partes principales in homine, præter animam & corpus, quibus poteſtates impoſitæ ſunt. Niſi mixtam inde conſtituas & omnimodam, quæ habet imperium in corpus & animam, quæque ſoli Deo omnipotenti conuenit, qui poſtquam occiderit corpus, poteſt animam in æternam gehennam mortemque ſecũdam mittere: aut niſi temporum quorundam obſeruas neceſſitatem & Dei mandatum, quib. vtraque, poteſtas indiuiſa penes vnum principẽ certis de cauſſis & cum certis legibus fuit, vt ex narratione ſequentium Deo fauente apparebit. ¶ Poteſtas † eccleſiaſtica ſeu ſpiri- 4
talis maior ſeculari, *d. c. vnam ſanctã.* In cœlo duo luminaria magna, ſed vnũ maius Sol, aliud minus Luna, *Gen. 1.* In homine quoque duo luminaria magna, maius ratio, minus ſenſus. Maior & honeſtior viſus qui melioribus & honeſtioribus præeſt, *§. nos autem, de defenſo. ciu. in auth. coll. 2.* ¶ Anima † plus quam corpus, & corpus 5
plus quã veſtimentum, id eſt, plus quam externa bona, *D. Matth. 6. Luc. 12. D. Auguſt. de catechizandis rudib. ca. ſedula, 39. aiſt. l. ſaeerimis. de ſacroſ. eccl.* Corpus conditum animæ cauſſa, *Ariſt. lib. 1. de partib. animal. c. fi.* & bona externa propter hominem, *l. in pecudum, de vſur. P. §. in pecudum, de vſufr. ap. Iuſtin.* Et propter quod vnumquodq; tale, & illud magis. Nobilior anima, & ſpiritualia omnibus corporalibus. *c. 2. de tra ſta. epiſc. ap. Greg.* & fortiora ſpiritualia illis. *c. inter corporalia, eod. tit.* Vt & princeps cura luſtiniano primũ animas, deinde linguas ſubditorum fieri eruditas, *§. illud vero, in proœmio Pand.* Proinde qui curam gerit animarum & rerum earũ, præſtantiori exornabitur poteſtatis dignitate. Et vt anima præeſt corpori, imperat & iubet, vt regina in proprio regno: Sic qui imperat animæ & potior erit imperante corpori. Si vinco enim te vincentem & vincam te, *l. ac acceſſionib. de diuer. & temp. præſc.* Nec dubitauit D. Paulus corpus excommunicati dare in interitũ carnis, vt nobilior pars, anima videlicet, ſalua eſſet, *l. 1. ad Cor. 5.* Grauior & pœna habita excommunicatio, quod homin m interiorẽ, animam videlicet, feriat, *can. 1. & c. ſi quis epiſcopus damnatur, ca. audi. 11. q. 3. c. corripiatur. 24. q. 3.* ¶ Dignius † & ſecundo eccleſiaſticarum perſonarum officium, ob myſteria quæ pertractant, vnde nõ 6
tantũ honori earũ tribuitur, quantũ maieſtati Dei, cui inſeruiũt, *Paulus, in l. non diſtinguemus, 37. §. ſacerdotio. de recept. arb. lib. 4. P. tit. 8.* cuius ratione & tot priuilegia, & immunitates etiam ethnici ſuis ſacrificulis cõceſſerunt. *Dion. Hal. li. 2. Antiq. Rom. l. quiſquis ementis, de epiſc. & cler. li. 1. C. tit. 5.* ¶ Et † Leo & Antoninus CC. irri- 7
tis tyrãnor. decretis, Antiſtitib. quos patres pietatis vocãt, honores reſtituerũt, & priorẽ locum reſidendi ante alios in conſilio epiſcoporum & extra, *l. decernimus, 15. de epiſcop. & cler. C.* Principes ſeculi ſubditi legibus pontificalibus, potiſſimum in cauſſis fidei, *can. duo ſunt gladij, 96. diſt. D. Ambroſ. in can. conuenior. 23. quæſt 8. extrauag. vnam ſanctam, de maior. & obed.* imo & ſacerdotibus per epiſcopos factis, qui ſoluendi & ligandi habent poteſtatem, *c. omnis vtriuſque ſexus. de pœniten. & remiſſion. ap. Gregor.* Sic & iuſſit D. Petrus, *1. Pet. c. 2. c. omnis, c. 4. de maior. & obed. lib. 1. Decret. tit*

Digitized by Google

8 33. ¶ Sic † omnes etiam qui fidem veram sectantur: non enim loquor de hæreticis: admittunt, *c. cum ad verum, 96. dist. c. per venerabilem, in fin. qui filij sint legit. c. solitæ, de maior. & obed. apud Grego.* Et antiquitus sacerdotium prælatum imperio, & reges Israelis electi & inuncti à sacerdotibus & prophetis, *1. Reg. 10. & 15. & 16. & in 2. Reg. ca. 2. & 5. & in 3. Regum c. 1. & 19. & Paralipo. 2. c. 23.* vt nunc etiam, *c. 1. §. vnde in veteri testamento, & de sacra Unctio. libr. 1. Decretal. tit. 15.* non contra. Et eadem caussa impellente, erga sacra tractantes fuit apud ethnicos præcipua reuerentia: ita Druidæ Gallorum sacerdotes monarchiam suis legibus Gallorum temperabant secularem, *Iul. Cæsar, lib. 6. commen. de bell. Gall.* Et sacerdotes Germanorum à cultu veri Dei abhorrentium, in conuentibus ius habebant imperandi, & silentium indicendi, *Cornel. Tacit. de mori. Germ.* Apud Romanos Scipio & Figulus, ad Tiberij Gracchi pontificis summi idolorum iussum, fasces & imperium deposuerunt, & potestate regia consulari se abdicarunt, *Valer. Max. lib. 1. c. 1.*

9 ¶ Ea † ratione, vt de religione dispensare possent Cæsares, summum pontificatum gesserunt aliquando, & inaugurabantur omnibus sacerdotijs, vt omnes religones & sacerdotia in sua manu haberent. *Dio Cassius, lib. 53. Histor.* Sicut apud Assyrios vt refert Berosus, Belochus X. eorum rex à Belo nomen sumsit, quia cum imperio voluit summum pontificatum Iouis Beli exercere,
10 *Berosus, lib. 5. Deflor.* ¶ Et † Ægyptiorum rex non aliunde quam à sacerdotum collegio deligebatur, *Plato, lib. ciuili, vel de regno.*
11 ¶ In † Æthiopia quoque sacerdotes qui in Meroe erant suorum deorum cultui dediti, tanta pollebant auctoritate, vt quando illis visum esset, regibus nuntiarent, vt mortem oppeterent: vsque ad Ergamenem regem Græcis doctrinis philosophiæque deditũ, qui Ptolomæi 11. tempore hanc sustulit consuetudinem, *Diodor.*
12 *Sicul. lib. 4. Biblioth. cap. 1.* ¶ Zacharias † summus pontifex ecclesiæ Dei regnum Gallicum à Ludouico in Pipinum transtulit, *can. alius, 16. quæst. 5.* Et Stephanus 11. summus pontifex imperiũ à Græcis in Germanos, & Carolum Magnum Pipini filium, *c. venerabilem, de electione, lib. 1. Decret. tit. 6.* Confirmauit & Germanis maiori priuilegio eligendi potestatem Gregorius V. summus pontifex Saxo. circa annum 995. *Blond. lib. 3. Deca. 2. Platin. in Gregor. 5. Krantzius lib 4. cap. 25. Et iubet,* Diuus Ignatius, *Presbyteri*, inquit, *atque omnis clerus, simul cum omni populo, cum militibus & principibus, sed & Cæsares obediant episcopo, episcopus Christo, D. Ignatius, epist. 9.* Diuum Ambrosium in Theodosium 1. Cæsarem potestatem hanc exercuisse nemo ambigit, qui Imperatori sacris interdixit, & è cancellis ecclesiæ remouit, donec pœnituisset de crimine, quod in Thessalia ob seditionem motam, occisumque tribunum vnum, septem millia militum occidisset, *Ambros. 5. libr. Epistola. epist. 28. Rufin. lib. 2. can 18. Eutro. lib. 12.* Idipsum & probauit Innoc. 1. in Archadium Cæsarem, *c. nos si in competenter, §. 1. 2. q. 7.* Restitit & liberius sum. pont. conuenticulis à Cæsare indictis contra Athanasium, *Amian. Marcel. lib. 15. & Athanasius.* ¶ Ter-
13 tullianus † Pontificem Max. vocat regem seculi, *Tertull. lib. 1. ad vxo.* Duo gladij Petro fuerunt, iurisdictionis vtriusque symbolũ referentes, quos sufficere dixit Deus Dominus noster Iesus Christus: tamẽ exercitium ei materialis & corporalis prohibuit, & in
14 vaginam retineri ab eo iussit, *D. Matth. c. 26.* ¶ Nec † voluit ecclesiam suam mortem temporalem inferre, *c. in Archiepiscopatu, de raptor. c. sententiam sanguinis, ne cler. vel mo. & c. c. occidit. & can. legitur. 2. q. fin. c. nos si incompetenter, §. iis ita, 2. q. 7.* passim. Quamuis in lege antiqua sacerdotes eo vterentur, qui adumbrabat ecclesiam nostram, quemadmodum vsus eo Samuel in Agag rege, *1. Reg. 14. & 15.* Elias in prophetas Baal, *3. Reg. 18.* & in quinquagenarios Ochosiæ, *4. Reg. 1.* Eliseus in pueros irrisores, *4. Reg. 2.* Ioiadas in Athaliam, *4. Reg. 11. 2. Paral. 22.* Eliachim in Holofernem, *Iudith. 4.* & ipse D. Petrus in Ananiam & Saphiram, *Actuum 5.*

De Episcopis in vniuersum. Cap. 2.

Lib. 1. C.

1 *Personarum ecclesiasticarum nomenclatura varia vnde.*
2 *Episcopi nomen solicitudinis olim sine beneficio temporali, & quid significet. Item 6.*
3 *Episcopi ethnicis qui.*
Cretarij & Forriers Gallis vnde, eod.
4 *Episcopi rerum venalium obseruatores.*
5 *Episcopi regis oculi, & magistratus gentilium.*
Armostæ qui magistratus dicti, eod.
6 *Episcopi apud nos Christianos qui dicuntur.*
7 *Episcopi in locum præsulum prouinciarum, & in locum gentilium sacerdotum.*
8 *Episcoporum gradus inter Christianos & ethnicos, & quomodo successerunt.*
9 *Panepiscopus Deus.*
10 *Patriarchæ qui, & patres qui dicti.*
11 *Patriarchæ quinque tantum episcopi in orbe, & horum ordo dignitatis.*
12 *Patriarcha Romanus summus Pontifex.*
Papa dictus summus Pontifex, eod.
13 *Papæ episcopi omnes dicti.*
Papæ quid significat, eod.
De Papæ nomine Krantzij lapsus.

PErsonarum † ecclesiasticarum nomenclatura varia, vel à cura commissa, vel ab officio, vel ex his duobus, vel ab ordine, vel à gradu ecclesiastico trahitur. ¶ Episcopi † nomen, solicitudinis & curæ est, cui & postea beneficium additum fuit. *Attendite*, inquit Diuus Paulus, *vobis & vniuerso gregi, in quo Spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit proprio sanguine, Actuum, cap. 20.* ἐπισκοπεῖσθαι, vel ἐπισκέπτομαι Græcis, speculor est. considero. Cicero huius dictionis exprimit his verbis vim: *Vult Pompeius me esse, quem tota hæc Campania & maritima ora habeant episcopum, ad quem delectus & negotij summa referatur, Cice. lib. 7. epistol. ad Atticum.* 1 2

¶ Erant † inter ethnicos episcopi, qui inter milites metatoribus, qui nunc Cretarij aut *Forriers*, à foribus dicuntur, præerant. Quod circumeundo dispicerent pro dignitate cuiusque, hospitij commoditatem. In qua significatione vtitur Cassiodorus, *lib. 4. variar.* dum ait, *Et primum quidem interrogare militem, quis eum ad metatum duxisset episcoporum.* 3

¶ Erant † & episcopi qui venalibus præerant rebus, & inspiciebant, vt recta æstimatione singula venirent, quæ in vsum essent quotidianum, minusque id erat personale, *Archadius l. fin. §. Irenarcha, d. mune. & hono. lib. 59. Patr. tit. 4.* quod & antistitibus sacris episcopis iniunctum quidam putant *l. 1. de episc. audien. C. cap. 1. de emtio. ap. Greg. lib. 3. titul. 17.* Arrianus † tradit apud Indos ἐπισκόπου munus fuisse, videre quid in quaque regione fieret, vt cognita ad reges vel magistratus referrent, *Arrian. lib. 8. histor. & in reb. Indicis.* Tales erant apud Persas magistratus dicti οἱ βασιλέως ὀφθαλμοὶ, & in Attica qui mittebantur ad iudicium exercendum in ciuitatibus ditionis Athenien sium. Sic enim scribit Aristophanis scholiastes, *in auibus, tradit & Suidas, vide & Augustinum, lib. 19. de ciuita. cap. 19.* dum interpretatur illum versiculum, ἐπισκοποῦσι δ' οὐδὲν τῷ κυάμῳ λαχών & c 1. *Communi omnium suffragio electus e, ipsi opus vento huc, οἱ ἐπὶ τὰς ἀθλίους πόλεις ἐπισκοπήσοντες τὰ παρ' ἑκάστοις πεπραγμένα καὶ φύλακες ἐκάλουν. ἃς οἱ Λάκωνες ἁρμοστὰς ἔλεγον, id est, Abiss ab Atheniensibus constituerat quæ singulis opus erat in ciuitatibus subditis, episcopi & custodes dicebantur, quales Lacedæmonij Armostas dixerunt.* 4 5

¶ Inter † nos Christianos, qui curam actuum in sacris dispiciendorum, & solicitudinem disciplinæ ecclesiasticæ conseruandæ & emendandæ susceperunt, episcopi quoque dicti sunt, *l. cleros, 21. dist.* eiusque officiali seu sacerdotij quo inaugurantur iuxta concilium Alteum, *ca. 1. q. 1.* 6

¶ Huius † generis sunt sacri præsules in ecclesia præcipui in locum apostolorum subrogati, *cap. vlt. 68. distinct. c. in nom. 21. distinct. c. viaentes, 12. q. 1. ca. dominus, 93. aist.* Annotauit & Vuolph. Lazius, in Italia & aliis prouinciis prætorialibus videlicet subiectis prætori Italiæ, successisse in locum administrantium, & in sedem illorum episcopos sacros, *Vvolphgangus Lazius, lib. 2. Reip. Rom. cap. 2* atque præsulis vocem, quæ tribuitur episcopis olim fuisse præsidum propriam, docetque ex Cassiodoro, *lib. 3. variar. epistolar. Theodorici ad Adeodatum.* 7

¶ Episcoporum † sacrorum quinque gradus sunt: præcipuus iis præest vnus, qui panepiscopus dicitur: alij patriarchæ, alij archiepiscopi, alij simpliciter episcopi, alij choriepiscopi, *de quibusdam in ca. cleros, §. ordo episcoporum, 21. dist.* Quemadmodum & priscæ superstitionis seu idololatriæ, varij fuerunt præfectorum gradus, & sacerdotum: quorum alij, pontifices summi, alij pontifices, archiflamines alij, alij flamines. Quibus subrogati sunt sacri antistites, ad expungendam & abolendam Idololatriam memoriam, fere iisdem sacerdotij nominibus, sed longe alio exsistente sacerdotio. Sic Romæ reiecto summo pontificatu idololatriæ vniuersalis & totius orbis, subrogatum est caput totius sanctitatis terrestris, & summus pontifex veræ & catholicæ religionis, *can. Beati Petrus & Paulus, 2. q. 7.* Et in locis in quibus pontifices archiflamines, & flamines gentilium, plantati archiepiscopi, & episcopi, & sacerdotes fidei nostræ, *c. vrbes, can. in illis, 80. dist.* Nec tantum Romæ id factitatum est, sed etiam in Britannia, vt testatur Gildas, *de victoria Ambrosij Antelij regis Britonum*, & Gothfridus *Monomutensis Brito seu Anglus, in historia Britonum, & Tritemius, lib. 1. compendij annalium Francorum, ca. 1. de primi dib. 5. Decret. tit. 13.* Et in aliis præstantioribus prouinciis, & in earum insignioribus ciuitatibus, quibus tantum istæ maiores dignitates conceduntur. ¶ Panepiscopus, † id est, omnium summus, & præcipuus episcopus Deus est apud Dionysium Areopagitam, in diuinis nominibus: & apud vatem Erythream, in Sibyllinis oraculis. Is enim sua prouidentia & virtute, omnium curam habet, omnia intuetur, omnibus prouidet. Dominus noster Iesus Christus summus verusq; sacerdos, qui seipsum obtulit sacrificium pro omniũ salute, in ara crucis patri Deo, cuique cura de nobis omnibus. *D. Paul. ad Ro. c. 2. 3. 4. 5. 8. 9.* ¶ Patriarcha † Græcis πατριάρχης di- 8 9 10
citur primus vel princeps seu honorabilior inter patres, seu inter-

pa-

Digitized by Google

præstantes,vt legimus in sacris literis fuisse 12.patriarchas. *Actuũ, c.7. & 1.Paralip. c.8. & Thob.6.* Patris nomen, non tantum ad genitores pertinet, sed etiam eo nomine honorabiliores digni sunt.Sic enim Græcis πατὴρ patet dicitur,quasi πάσῃδε πολεῖ,id est, seruans ex se genitos.Quamobrem senatores à Romulo facti pro consilio reipub.dicti sunt honoris caussa,patres ab eo, & eorum filij & posteri Patritij, *Liuius, in 1. Dionys.Halic.in 2.Sallustius,in bello Iugurthino, l.1. de emenda.C.Iustinia.* Et item venerandi & seniores patres:& hoc nomine Fabium Maximum honorauit Minutius, his verbis apud Plutarchum, *in vita Fab. Max.* πατέρα δὲ τὸν χρηστὸν ἀφ' ὑπερογκίων πρωτίστων ἐκάλουν ἐπιεικείας. ἐπεὶ καὶ τὸν γε Τιβέριον μᾶλλον ἢ φόβῳ τῷ χάριτι αἰσθόμενοι μὴ δὲ ὑπαιθρίου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν οἴκῳ μετρίου πατέρα. Quamobrem episcopi,& qui præstant ceteris auctoritate in ecclesia, patres dicti,*cano.sexta synodus.18. dist.can.fi.68. dist.* Et in sacra pagina illi quoque patres,qui doctrina,& verbi sacri prædicatione nobis verbi Dei ingenerant cognitionem.Hac ratione & D.Paulus Corinthios alloquitur,1. *ad Corinth. 4. Si decem millia pædagogorum habeatis in Christo,sed non multos patres:Nam in Christo Iesu per euangelium ego vos genui.* Et rursum ad Galatas 4. *Filii mei quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus.*Patrem ergo nominari,dignitas est : maior autem,
11 patriarcham, seu patrum principem dici. ¶ Porro † Patriarchæ quinque tantum in orbe & in ecclesia catholica, & totidem patriarchatus.Quorum adhuc vnus summus & vniuersalis,*vide Isidorum, anno 517.* vt omnis ad vnitatem & pacem reducantur : & is primus & summus patriarcha, est Romanorum pontifex, qui sedet in prima, & apostolica,& digniori sede.Post hunc, ordine quatuor alij dignitate se consequuntur : Constantinopolitanus, Bizantij sedens, Alexandrinus,Antiochenus,Hierosolymitanus, secundum definitionem sextę & octauę Synodi,*c.pen.& fi.22.dist.* & concilij generalis, *c. antiqua, de priuileg.lib.5. Decreta.tit. 33.* & decretis Nicolai, Anacleti, & aliorum summorum pontificum,*in ea.omnes,& c.sacrosancta,eo.22.dist.* Nihilominus & ij patriarchæ episcopi dicti, & summus ipse pontifex, *can. prima sedes,99. distin*
12 ¶ Appellatur † etiam Papa episcopus Romanus à D.Ignatio,his verbis ad virginem Dei genitricem scribens:*Verus est sermo,quem audiui Romæ de te apud beatum Papam Anacletum, cui successit beatitudine dignus Clemens, Petri & Pauli auditor.* Hocque nomine Papæ etiam nunc dicitur summus Christianorum pontifex in
13 terris. ¶ Quemadmodum † etiam apud Græcos ceteri patriarchæ, necnon & reliqui simplices episcopi, Papæ nominabantur : non alia ratione,quam qua patres appellati.Cuius rei fidem faciũt epistolæ,quæ inter apologetica Athanasij leguntur, quarũ hæ inscriptiones, *Ischyrias beato Papæ Athanasio.* Et rursum, *Victor & Constantinus Maximus scribunt beato Papæ Athanasio.* Et apud Gregorium Turonensem, episcopi nomine, petenti clerico vas vel vrceum ecclesiæ inter prædam ab ecclesia sublatum, Clodoueus Francorum rex quamuis infidelis respondit, quæ Papa poposcebat se adimpleturum, *Gregor. Turonens. lib.2. historiæ Francorum cap.27.* πάππας Græcis maior pater dicitur : seu auus. Iulius Pollux enim sic explicat,lib.3.onomasti.ἀλλοῦ δὲ ὁ πάππος ὁ μητρὸς καὶ πατρὸς πάππος καλεῖται. Neque vox tam noua est, vt fastidium movere possit doctis:nam & vulgus Græcorum sic carum parentem vocabant,vt apud Homerum,*Odyss.z. sen.* 5. Nauficaam puellam legimus sic compellantem patrem:

. πάππα φίλ' ἦ νύ κε δὴ μοι ἐφοπλίσσειας ἀμάξαν
ὑψηλὴν, εὖκυκλον, &c.

id est,

Pater care, velisne mihi apparare currum excelsum rotundum, &c.

Scythæ hanc appellationem quoque vt mitiorem & benigniorem norunt. Et vt Herodotus,*lib.4. Qui regii Scytha vocantur etiam Neptuno sacrificant appellantes Vestam linguæ suæ Tabithi,Iouem Papæum rectissime.*Itaque summus pontifex Papa per Antonomasiam, solusque pater dicetur:Quando & verum sit quod D. Hieronymus *Epist.ad Nepotianum de vita clericorum,* scribit, quemque subditum esse debere suo pontifici, quasi animæ parenti vel patri. Et hoc loco videtur mihi lapsus Albertus Krantzius, *lib. 5. c.38.*dum ait summum pontificem non fuisse dictum patrem,nec sanctissimum dominum olim.

De summo pontifice sedis apostolicæ. Cap.3.

1 *Papa seu pontifex summus , vnus summus, sine pare , & rationes & 4*
2 *Sacerdos summus inter ethnicos vnus.*
3 *Item apud Hebræos.*
4 *Roma sedem primam & apostolicam esse, & potestatum culmen docetur.*
5 *Papa plena potestas,& beneficium maius summus pontificatus. Et quæ possit solus summus pontifex.*
6 *Concilia vniuersalia quare non debeant, nec possint congregari alia auctoritate, quam summi pontificis non Imperatoris, vel regis.*
7 *Schisma in pontificali auctoritate abominabile.*
8 *Pontifices summo pontifici subdati,vt membra.*
9 *Pontificibus subditi & laici Imperatores, & magistratus inter gentiles quoque.*
Rex sacrificulus cur introductus; eod.
10 *Imperatores inaugurati sacerdotijs quare.*
Pontifices summi fuerunt Imperatores aliqui ethnicorum,eod.
11 *Pontifex Romanus summus ex omni ætate Ecclesiæ catholicæ.*
12 *Pontificis summi qualitates & insignia,& vestitus,& ornatus.*
13 *Religio peperit diuitias, quæ eam suffocant.*
14 *Prælatorum, & ecclesiasticarum personarum luxus improbandus.*
15 *Summus pontifex vnus tantum esse vno tempore potest.*
Schismata aliquot notata,eod.
16 *Pontifex summus quis eligi possit.*
17 *Pontifex sum. à quibus eligatur. & 18. à viuente,clero post approbante, dehinc principe.*
Linus & Cletus adiutores in temporalibus D.Petri.
19 *Imperatoris consensus quando adhibitus, & sublatus in electione summi pontif.*
20. *Pontifex summus à cardinalibus eligendus : & de forma electionis.*
21 *Pontificis sum. electioni quæ obiici possunt.*
22 *Pontifex summus non potest eligi fœmina, quare.*
23 *Pontifex sum. electus,quare sella gestatoria sedere iubeatur primum.*
24 *Pontifex sum.electus intronizatur, coronatur , confirmatur : & quid gerat ante hæc,& differentia rescriptorum ante & post emissorum.*
25 *Bullæ integræ, & non integræ in rescriptis sum.pontificis ratio.*
26 *Pontificatus summa dignitatis finis.*
27 *Pontificis summi potestati quæ reseruata.*

IN dignitate summi † pontificis vnitas consideratur, vt ille sit 1
primus omnium ecclesiarum princeps,*l.4.de Summa Trinita. & fide cath. C.can. in nomine, 23. distin.ca. omnes, 21. distin. 22.* nemo autem aliorum pontificum sit illi par.Dominus noster Iesus Christus, vnum solum vniuersarum ouium suarum pastorem reliquit D.Petrum:& vni soli, præsentibus omnibus apostolis,pascendi oues & agnos reliquit solicitudinem à morte suscitatus, ad patris dextram ascensurus,*D.Iohannis,ca.21.D.Matth.c.16.can.sacrosancti. 22.distin. c.quanto,de translat.episcop.* Ecclesia vna catholica & vniuersalis, *ca.ecclesia,de consecr.dist:n.1. ca.Nouatianus,7. q. 1.* vna columba,*cantic.cap.6.* sponsa vna, & mater electa, quæ vnius debet esse viri, *c. cum non ignores , de præbend.* vna fides , *ad Ephesios c.4.D.Ioan.euang. cap. 17. Actuum 4.ad Galat. 3.* vnum baptisma, *ad Ephes.4.* vnum rerum generale principium, Vnus Deus, *ad Ephes.4. Malach.2.* vnus eius vicarius. *ca saluator, de præben. in extra. communi. c.1.de summa Trin. apud Gregor.ca.loquitur, & can. penult.24.q.1.ca.in apibus, & ca.Nouatianus.7.q.1.* Cœli omnes vnius prioris motu rapiuntur singulis subinde proprium motũ habentibus : vnicus inter astra Sol præcipuus. ¶ In † hoc corpore 2
physico nostro,membra vni spiritui, vni capiti inseruiunt. Erat & summus sacerdos apud ethnicos, auctore Liuio. *Sæpe,potissimum in 30.vbi agit de summo Pontificatu, & lib.10.* Inter Druidas Gallorũ sacrificulos vnus præerat, qui summam inter eos haberet potestatem.*Iulius Cæsar,lib.6.comment.bell.Gall.* Et apud ethnicos Frisios,erat vnus summus Pontifex,cuius sæpe meminit prisca Francorum historia Hunibaldi, & Tritemius in prim.c.breuiarij annalium Francorum.

¶ Et apud Hebræos sacerdos magnus dictus כהן גדול co- 3
hen gadol. *Leuit.c.8.num.35.Iudith.c.15.* De summo vnoque pontificatu, D.Chrysostomus etiam sic scribit, *in illud cap. 21. diui Iohannis, sequere me: Si dixerit alius, qualitet Iacobus thronum assumsit Hierosolymorum? illud vtique dicam, quoniam Christus Petrum inthronizauit orbis terrarum magistrum.* Quæ etiam refert Theophilus, *in cap. 21. diui Ioannis.* D. Augustinus, *in dictum cap.21. diui Ioannis.* & Ambrosius, *in cap.5. Luce, super illa verba, sedens Iesus docebat de nauicula.*omittam & scienter prudensque quæ 4
de apice huius dignitatis scribunt. ¶ D.Bernardus, † *lib.de consideratione ad Eugenium Papam.* & D.Thomas, *in 4.Summæ contra gentiles,& 2. Sententiarum, distinctio.vltima.* Indico tantum Athanasium consignatum literis reliquisse. *Athanas.epistola ad solitarios.* Romæ sedem esse Apostolicam & potestatum culmen : idque aliquando hostes ecclesiæ Arriani confessi sunt, eam sedem matrem appellantes, vnde per orbem reliqui missi essent prædicatores, vt narrat Sozomenus, *lib.4.historiæ Tripartitæ,cap.16.* Tertullianus quoque,*lib.de præscriptio. contra hæretic.* eam sedem primam dixit,& successisse beato Petro, eamq.præcipuam & ad quã solummodo in dubiis fidei esset recurrendum. Victor episcopus Vticensis,*lib.2.persecutionis Aphricæ.*ecclesiarum dixit caput : Cyprianus, *lib.1. epistolar.Epist.3.* Petri cathedram, ecclesiam principalem,vnde vnitas sacerdotalis orta sit.Exstat & in constitutionibus iuris Orientalis à Michaele Palæologo editis,*in 1.lib.iuris Orientalis, in penult. constitutione,quæ Michaelis Palæologi est.*conuentio per legatos Orientalis ecclesiæ missos, ad Romanum summum Pontificem de sarcienda ecclesiæ Orientalis cum Occidentali concordia,qua inter alia capitula continetur. *Primum,* vt in sacrorum voluminibus, hymnodiisque, Papæ cum quatuor aliis Patriarchis mentio fieret.Secundo,vt liceret cuiuis Romam

Digitized by Google

veterem, quę curia maior & perfectior esset, appellare. Tertio, vt illi principatus in omnibus deferretur. Et rursum institutum fuisse primum gradum, & successionem ecclesiasticæ præeminentiæ à beato Petro tradit Tertullianus. *lib. 4. epistol. epist. 2.* Idipsum leges apud Abdiam Babylonicum, *1. histor. Apostolic.* Nicephorum Calixtum, *lib. 2. cap. 35.* Eugenium, *lib. 2. cap. 13.* Egesippum, *lib. 3. c. 3.* Epiphanium, *tom. 2. l. 1. contra hæreses, hæresi 27.*

5 ¶ Quamobrem, †Pontificatus ipse beneficium dicitur, *c. 1. de maledi. ca. cleros, 21. d. distinct.* idque maius, excellentiusque, *can. sacrosancta, 22. distinct.* in quo sit potestatis plenitudo dispensandi, potissimum in beneficiorum collationibus. *can. proposuit, de concess. præbend. c. illa, de elect. apud Greg. Clement pastoralis, § final. de sententia & re iudica.* Qui in eo præficitur, omnia iudicat, & à nullo ipse iudicatur, nec quidem ab ipsis regibus & Imperatoribus, *c. nemo, cap. aliorum. c. facta subditorum, & can. cuncta per mundum, 9. quæst. 3.* vt neque synodicis constitutionibus potestas eius videatur coarctari, imo semper excepta, *can. significasti reges, de electio. apud Gregorium.* vt potius sedi Apostolicæ credatur, quam totius mundi aduersanti opinioni. *c. hæc est fides, 14. q. 1. ex D. Hieronymo ad Damasium.* Sine huius sum. Pontif. voluntate, nec cogi debent, vel possunt legitime œcumenica *can. nec licuit, can. synodum, c. nullus, can. concilia, 17. distinct.* concilia: nec eorum decreta, nisi eodem iubente, vbique terrarum seruari possunt. Sicuti prouincialia, nisi volente proprio episcopo vel archiepiscopo, in prouincia seruari vel sanciri nequeunt. *c. 1. & c. quandoquidem, 18. dist. cap. habeatur, & c. quinque synod. eadem, dist. num autem Papa sit supra concilium, vide Duarenum de benef. lib. 3. c. 2. §. 1. de colla. in pragm sanc.*

6 ¶ Et †si bene ad amussim concilij vniuersalis substantia perpendatur, constabit etiam pertinacibus, illud non posse imperari aut congregari, *c. diligenti, de foro compet. central. si quis in conscribendo, Cod. de episco. & cleric.* ab alio, quam à summo Pontifice, nō à rege aut ab Imperatore: Etenim concilia ecclesiastica non possunt nisi per personas ecclesiasticas iniri vel decerni. Episcopi porro vel sacri patres nollent conuenire, neque possent, iubente Imperatore vel rege: cuius, quod reges vel Imperatores in clericos imperium non habent, ecclesiasticosue antistites: tum etiam, quod hodie nullus sit Imperator, nec vnquam fuit ab instituta ecclesia, cui per vniuersum orbem omnes æque obtemperauerint. Imperant namque sine Cæsare, & spreto eius iussu in suos subditos, veluti monarchæ, reges Galliarum, Hispaniæ, Portugaliæ, Angliæ: & in Oriente alij Imperatores & reges, qui Romanorum Cæsarum contemtis legibus, suis viuunt. Quamobrem eius subditi antistites, quod Romanus vel alius princeps iuberet facile contemnerent, nec vnquam in vnum locū cogi possent. Et rursum, si conuenissent, nec decreta eorum postea vbiq; eorum auctoritate seruarentur, vel reciperētur, etsi ius esset principibus statuendi de his, quæ religionis sunt. Quare necessarium fuit vnum esse & solum præsulem, ad quē summa totius religionis, & potestas vniuersa in sacra referretur, cui omnes Christiani obtemperent, cuius iussu antistites sacri diuersorum regnorum veniant, conueniant, decernant, & decreta apud se seruari faciāt, vt ab illo approbata, qui imperandi ratione earum rerum quæ salutem animæ & fidem respiciunt, habeat potestatem. Sic enim & apud patres antiquos legis Mosaicæ statutum erat à Deo, *Deutero. c 17. c. per venerabilem, qui filij sint legit. c. absit, 11. q. 3.* vt qui superbisset nolens obedire sacerdotis summi Imperio, qui eo tempore ministraret domino Deo, ex iudicis decreto moreretur, & auferretur malum de Israel. Cuius legis tranſlatio facta in Christianam ecclesiam, quia translatum in eandem est sacerdotium, *c. translato, de constitutio. ad Galat. c. 4.* perfectiusque in ea est, quo perfectior veritas est, quæ in Christiano sacerdotio tractatur, vmbra, quæ erat in lege antiqua. ¶ Schisma †in potestate Pontificali, & nunc quemadmodum in antiqua lege, abominabile & horrendum est: cui vltimum imminet supplicium, *c. denique, 7. qu. 1.* exemplo Chore, Dathani & Abironis. *Num. c. 19.* Symbolum huius erat in præcepto, ne summus Pontifex vestem suam scinderet. *Leuit. cap. 10.* Et vestis illa inconsutilis domini nostri Iesu Christi desuper contexta per totum, quæ etiam mansit integra inter milites & carnifices, vt scriptura Dei impleretur. *Diui Ioan. euangel. c. 19. & D. Matth. 18. & D. Marc. cap. 15.*

8 ¶ Multo †magis & inter Christianos, potissimum inter alios minores Pontifices, qui creati, & auctoritate donati ab eo summo Pōtifice, non à regibus vel Cæsaribus sunt: quanquam aliquādo per illos, ad prælaturas & dignitates nominentur. Quæ nominatio & summo Pontifici, vt soli qui auctoritatem habet ordinandi, fit: Nō secus, quam apud ethnicos quoque Pōtificibus ius erat in flamines sacerdotesque statuendi & destituendi, si quid contemtu vel negligentia religionis admisissent, & animaduertendi in vestales segnes in conseruando igne perpetuo, vel in delinquentes *Valer. Maxi. lib. 1. c. 1. Iulius obsequens, lib. de prodig. Liuius dec. 1. lib. 2. 4. 8. Dionys. Halycar. lib. 8. & 9. Plinius lib. 2. epist. Oros. 2 3. c. 4.* Neque certe æquum est, aut erit monstro simile, à capite membra discedere, *c. cum non liceat, de præscri. ap. Greg.* sunt autē inferiores præsules summi membra, in partem solicitudinis eius, non in plenitudinem potestatis vocati. *c. mandata, eod. tit. de præsc. c. ad honorem,* 9 *de auctor. & vsu palli.* ¶ Nec †minus principes seculi, aliique ex populo Christiani cuiuscunque sint imperij, huic capiti inseruire debent: & ideo & quæ fidei sunt illis recte imperari à summo Pontifice possunt. Sicut & inter gentiles, ille illorum superstitionis primus & summus antistes, consules ipsos qui imperium tractabant, in prouincias sortitas ire verabat, *Cornel. Tacit. in 3.* Et ideo gentium reges, ne pontificibus sacrorum subiicerentur in omnibus, & ipsi curam gerebant sacrorum & ceremoniarum, auctore Aristotele, *3. Polit. cap. 10.* Et Seruius in illum versum Virgilij,

Rex Anius, rex idem hominum Phœbique sacerdos. Seruius in vers. 84. lib. 3. Æneid. Virg.

Vt & necessariū fuerit sublatis de medio Romanorū regibus, regem sacrificulum creare, qui in sacris regis solitas ageret partes. *Pomp. Læt. de sacer.* ¶ Ea †quoq; ratione monuimus gentiles Cæsares 10 inauguratos omnib. sacerdotiis, vt quæ religionis essent, tractarent nullo vetante. *Dio. Cass. lib. 50.* Vnde sibi hunc titulū Pontificis summi inter præcipuos vsurpant, vt constat ex inscriptionibus titulorū, Augusti, Vespasiani, Traiani, Septimii, Seueri, & aliorū. Meminit & Lamprid. Alexandrum Seuerum Christianos passum, & tantum detulisse pontificibus, & quindecimuiris, atq; auguribus, vt quasdam causas sacrorum à se finitas, iterari, & aliter 11 distinguere pateretur. *Ælius Lampridius, in Alexan. Seuero.* ¶ Et † quibus aperte docetur eos falli, qui commiscuntur à tempore tātū Eucharisti. *Eucharistiū 5. sedisse testatur Irenæus, li. 3. aduers. hæres. c. 5.* sum. Pontif. ium Pontificem Romanū, seu sedem Apostolicā esse caput ecclesiæ Catholicæ: nam antea Christiani idē per orbem sentiebant, quamuis non aperte, ob tyrannorum persequutiones, Traiani, Hadriani, & Neruæ, & anteriorum Neronis, & Domitiani. Et si non difficeamur Eucharistum titulos vibis Romæ presbyteris diuisisse, & septem diaconos instituisse, qui veritatis gratia concionatorem obseruarent. Atque vna sanciuisse sacerdotes non esse affligendos a subditis, sed valde colendos, *Isidor. tom. 1. consilior. Polydo. Virg. lib. 4. de inuentor. rer. cap. 9.* sub anno domini 105. Falluntur quoque qui putant primum Papam, & summum Pontificem ordinatum Bonifacium 3. per Phocam, qui 61. Imperator factus est anno domini 605. secundum Gregorium, *11. epistol. c. 1.* Nam Phocas quidem defendit electionem Bonifacij *3. vide Platinam in eius vita, & Sabellicum.* Verum & ante Bonifacium tertium, & ante Phocam erant episcopi seu Pontifices summi, vniuersales, & Papæ dicti, vt ante docui. ¶ Ma- 12 gna †certe dignitas huius pontificatus summi, & idcirco virtus egregium, & præstantissimum desiderat, *can. officij, 24. q. 1.* & sanctissimum, qualem vestimenta, & insignia in veteri lege demonstrabant. Nam ei primum erant fœminalia, circa verenda, castitatis symbolum, 2. tunica linea, honestatis, puritatis, & innocentiæ 3. balteus circa lumbos, indicium, quod superflua restringenda sint: 4. erat illi mithra in capite: 5. lamina aurea sub fronte pendens, in qua scriptum erat nomen tetragrammaton יהוה adoran: 6. super humerale aureum: 7. Rationale iudicij: *Ratio in eam si Papa, 40. distin.* 8. tunica hiacynthina cum tintinnabulis aureis, & malis punicis in fimbris: Aderat & coccus, & byssus, & purpura bis tincta, & alia quæ Moses describit in Exodo cap. 28. quæ explicant ibi sacri interpretes. Ethnicis pontificibus & auguribus, turrita erat gemmata, & regia corona, vt constat ex Lampridio, *in Alexand.* & Herodiano, *lib. 5.* dum agit de Bassiani ornatu sacerdotali. Secundum Panormitanum, *in c. antiqua, num. 4. de prini. leg.* Pontificis summi nunc insignia sunt: vestis purpurata, equus albus, frænum & calcaria aurea, quibus & vtitur eius legatus, nempe quando legatione fungitur vltra mare, *Hostiens. in d. c. antiqua.* adduntur & alia Pontificis insignia, soli concessa, quæ & mystice quid inesse ei debeat, dignitatemue eius testantur. Dominus noster Iesus Christus ecclesiæ constituit suæ vicarium primum, in sanctitate præstantem, in paupertate eximium, in humilitate maximum, in virtute supremum D. Petrum: non fastu, sed 13 simplicitate, pedibus nudis ambulantem. ¶ Illa †recens nunc ecclesia, & tyrannorum vi oppressa, paupertate, & vitæ puritate, spiritus Sancti virtute feliciter propagauit longe lateque fidei & Christiani nominis surculos, & vicit tandem impiorum crudelem proprio sanguine minas, & disseminato vbique verbo Dei, sedatisque persecutionum fluctibus: religio sancta & immaculata peperit diuitias: tamdiu tamen fides clara emicuit, quamdiu diuitiæ non suffocauerunt matrem, & luxus immodicus nō obsedit prælatos. Verendum autem nunc est, nisi ad primum ecclesia redeat viuendi morem, & ad rerum humanarum contemtum, tot adhuc fluctibus apud nos agitandam iri, quot iam in Asia & cum prodiret in orbe iactata est, donec expurgata igne persecutionis, in suam restituatur puritatem. ¶ Ego †pusillus homo, nihil au- 14 sim iudicare de vestitu aurato & sericato vel holoserico & vario cleri, minus de summi Pontificis, cardinalium, & episcoporum apparatu: dicā tamen quod sentio, omnem luxum, & pompam, & magnificum ornatum esse ab omnibus Christianis respuendum, & maxime ab ecclesiasticis: exceptis iis, quæ ad insignia pertinēt dignitatis, & ad necessitatem officij, vel humanæ naturæ. Quemadmodum sub Gregorio 4. anno 830. Synodus interdixit ecclesiarum ministris, & vniuerso clero pretiosiores vestes, aurum & argentum, omnesq; corporis luxus. *Platina in Gregor. 4. Ioan. Trit. Chron. Gal. Pirrhus, in tit. de vestibus Olobar. lib. 11. C.*

¶ Plures, †quam vnus Pontifices esse non possunt summi, v- 15

no &

Digitized by Google

no & eodem tempore: & proinde si contingat plures eligi, schisma est. Vt olim factitatum, sed nō sine iactura pacis Christianę. Legimus quale ingens inter Italos & Gallos ob duos creatos Pōtifices, Vrbanum sextum Neapolitanum creatum ab Italis circa annum domini 1376. *Blond.* 10. *Dec.* 2. & Clementem 7. creatum Papam à Gallis, *Gagui. lib.* 9. quod durauit ann. 39. ad Martini 5. electionem, qui depositis Ioanne 23. Gregorio 12. & Benedicto 13. Constantiæ in Pontificem electus est, per synodum Constantiensem anni 1413. *tom.* 2. *Concilior. in Constantiens. concil. sessio.* 41. *de hoc schismate vide historiam Theodorici de Niem.* Fuit primum & exitiale schisma Nouati, contra Cornelium sum. Pont. item Liberij & Felicis, Vrsicini, contra Damasū: Eulalij, cōtra Bonifacium primum: Laurentij, contra Symmachum: Dioscori, contra Sozimum 2. ¶ Debet † eligi ex consilio Stephani Papæ,
16 *c.* 1. 2. 3. *dist.* 79. & ex decreto Nicolai Papæ in summum Pontificem, ex cardinalium gremio, si inueniatur idoneus, aut si non sit, aliunde. *can. in nomine domini*, 23. *distinct.* Sicuti in omnibus aliis electionibus prælatorum statutum, vt de gremio & collegio clericorum eligentium, primum si idonei sint, eligantur: sin minus, ab alia ecclesia. *can. nullus, c. obitum*, 61. *dist. ca. Metropolitano*, 63. *dist. ca. quamsi*, 18. *q.* 2. *ca. licet* 8. *q.* 1. *de alia ecclesia valet electio etiam, c. cum vobis, c. inter, can. sanctis, de elect. ap. Greg.* ¶ A quibus † autem eligatur
17 summus Pontifex, quæstio temporum habet distinctionem. Et sacrosancta Romana & Apostolica ecclesia, nō ab Apostolis primum, sed ab ipso domino & saluatore nostro primatum obtinuit, *cap. sacrosancta.* 32. *distinct. can. ita dominus*, 19. *dist. in.* nam beato Petro Apostolo dixit: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, &c. D. Matth. cap.* 16. Subinde D. Petrus sibi in sede delegit successorem Clementem, *c. si Petrus, &c. vnde ipse Clemens*, 8. *quæst.* 1. *Clemens epistola ad Iacobum fratrem domini, Euseb.* 3. *cap.* 11. *Tom.* 1. *Concilior. in Clementi.* quanquam is immediate D. Petro in sede non successerit, & ipso volente ante illum eandem tenuerint Linus, Cletus seu Anacletus, *Irenæus lib.* 3 *c.* 3.

18 ¶ Eo † quod viuente adhuc D. Petro, Linus & Cletus adiutores adsciti sunt in administrationem bonorum externorū, qualem diaconos habebant, & nunc camerarij Papæ, *can. si Petrus, iuncta glos. pen.* 8. *q.* 1. Fuitque Clemens secundum electionem secundus, sed in administratione quartus summus Pōtifex. Deinceps quia exemplo permitio um visum est, vt quis deligeret sibi episcopum successorem, *in concil. Antiocheno, in can. episcopo. non liceat pro se, & concilio Martini Papæ, c. episcopo non liceat ante.* 8. *q.* 1. *c.* 1. *de concess. præb.* & quæ Dei sunt, ab hominibus dari, *dict. can. episcopo non liceat ante*, 8. *q.* 1. *c. remoto.* 7. *q.* 1. *in c. anonimb.* 10. *q.* 1. *ca. conuenior*, 23. *q.* 8. alia formula eligendi summum Pontificem comprobata est, & à solis ecclesiasticis delectus.

19 ¶ Ecclesia † postea pacem adepta, interfuit populus, & secuta Imperatorum comprobatio, seu auctoratio, *Polydo. Virgil. lib.* 4. *de inuentor. rer. ca.* 10. *can. episcopos, & can. principali*, 63. *distinct.* omissa Imperatoris comprobatio in electione Pelagij, *Platina in vita Pelagij*, & Gregorij primi, *Platina in Greg.* 1. Benedictus 2. summus Pont. statuit in posterum deligi summos Pontifices per clerum & populum Romanum, sine consensu Imperatoris, *Polydor. Virgil. lib.* 4. *de inuent. rerum, c.* 10. *Platina in Benedicto* 2. & *Volater.* prohibitum deinc laicis, ne se immiscerent Pontificum electioni, ab Adriano S. P. & in 8. Synodo, *c. nullus, c. Adrianus*, 63. *distinct.* neue consensus Imperatoris adhiberetur, & ne electio ab Imperatoribus facta rata esset, cautum est, *can. Valentinianus, & can. sequentib.* 63. *distinct.* quamuis placuerit aliquando & plebem electioni adesse. *c. plebs*, 63 *distinct.* Sub Agathone summo Pontifice Siculo, Imperatori dabatur certa pecunia pro ordinatione Pontificis, & ideo eius requirebatur auctoritas, *ca. Agatho.* 63. *dist.* sub an. dom. 680. Quia & Stephani Papæ extat decretū, vt præsentib. legatis Imperatoris ordinaretur sum. Pontif. videlicet, vt coërcerentur scandala, quæ solent in electione interuenire. *c. quia sancta Romana*, 63. *distinct.* Adrianus primus, qui adeptus est sedem Apostolicam anno domini 772. cum eius rogatu Carolus Magnus ad defendendas res ecclesiæ venisset, habita Synodo cum 153. patribus, electionem sum. Pontif. Archiepiscoporum, & episcoporū, cum omnib. inuestituris Carolo cōcessit cū dignitate Patritiatus. *c. Adrianus*, 63. *dist. Sabell. Ennea.* 8. *lib.* 8. & *Sigiber.* Ludouicus primus, Caroli Magni filius, cessit hoc ius electionis in perpetuum Paschali primo, *can. ego Ludouicus*, 63. *distinct.* summo Pontifici qui sedit anno 817. & ipse à populo Romano sine consensu Imperatoris electus. *Platina in Paschal. & Volaterra.* Quare nec in electione Adriani 2. adhibiti fuerunt legati Cæsaris Ludouici 2. quamuis tunc in vrbe essent, anno dom. 869. & si quædam vsurpata consuetudo ante obtinuisset, *can. in Synodo*, 63. *distinct.* Henricus quintus Imperator, contendere de principatu & de inuestituris episcoporum, cum Paschali 2. ausus, excommunicatus, tandemque culpam deprecari coactus est, vt eius temporis auctor consignauit literis Gothfridus Viterbiensis lib. 17. historiæ quæ Pantheon inscribitur, in Henrico quinto. Adrianus tertius, qui sedit in pontificatu anno domini 886. primus ad populum retulit, ne in creando Pontifice consensus Imperatoris, *Platina in Adria.* 3. & *Sabell. exspectaretur.* Verumtamen Leo octauus summus Pontifex, qui sedit circa ann. dom. 968. Ottoni secundo Imperatori potestatem eligendi Pontificem renouauit & confirmauit, certis ob id literis datis, quo tutius se Imperij hostibus opponere posset. *Platina in Leone* 8. *Albert. Krantius, lib.* 4. *ca.* 10. & 11. & *can. in synodo*, 63. *dist.* Iurauit autem antea Otho Ioannita. ante cessuri fidelitatem, & nihil suo consilio cōsensuue, aut exhortatione perditurum, nullumque placitum de rebus, quæ ad illum terramve sancti Petri sine consilio suo facturum. *can. tibi domino*, 63. *distinct.*

¶ Ex † his tandem variis concessionibus, & remissionibus, & 20
decretis, nihil præter seditiones crebras & schismata ecclesia accepit donec Nicolaus secundus, Sabaudus, qui sedit circa annum 1065. ex Concilij decreto, quod Mantuæ habitū est, statuit Pontificem summum à solis Cardinalibus eligendum esse, cum præcedente tractatu. *can. in nomine domini*, 23. *distinct. Lanfranc. de sacramento. Volaterra. Polyd. Virg. lib.* 4. *c.* 10. Alexander tertius Senensis rursum circa annum 1165. statuit addendo, vt dissentientibus inter se in electione Cardinalibus, valeat illius electio, quem ex tribus partibus cardinalium duæ eligerint, *Alexand.* 4. *in c. licet, de vitanda, c.* 6. *de elect. apud Gregor.* excepta causa necessitatis, in qua non expectantur duæ partes Cardinalium, imō & aliquando huic solemnitati renuntiare possunt eligentes. *gloss. in d. c. licet, in verbo à duabus partibus, & ibi Goffred. & Ioan. Andr.* Et si duæ partes consentire non possunt, dicunt quidam brachio seculari cogendos esse conuenire, & ideo tādiu in cōclaui detineri: vt Perusij factum ferunt in electione Honorij tertij. item electione Cœlestini & Innocentij 4. etsi ius repugnet in gl. ad verbi nullatenus, d. c. licet. & hic etiā Alex. 3. Imperatori Friderico Barbarossæ, seu Anobarbo constanter restitit, & cum 15. antipapas primo Victorem: 2. Paschalem: 3. Callistum: 4. Innocentium ea legisset, qui ordine se Alexandro opposuerunt, & magnos in ecclesia tumultus concitarunt, *Platina in Alexand.* 3. *Alber. Krantz lib.* 6. *cap.* 16. *Randeuni. fr. lib.* 4. *cap.* 72. de omnibus vnus probatus fuit, conciliis & synodis, neglecto etiam loco ab Imperatore præscripto, habitis. *Randeuni. lib.* 4. *c.* 71. & *Saxo gramma. lib.* 14. *Paul. AEmil. li.* 5. subinde sub Gregorio decimo sum. Pontif. anno domini 1273. coacta est synodus Lugudunensis 2. generalis in præsentia Michaëlis Palæologi Imperatoris, *Paul. AEmil. lib.* in quo inter alia capita & illud sanctum quod ad electionem sum. Pōt. pertinet. *Platina in Gregor.* 10. *quod ponitur late in c. vbi periculum, c.* 3. *de electio. lib.* 6. *Decretal.* Primum, vt *si summus Pontifex in ciuitate moriatur, Cardinales qui inibi præsentes sunt, tenentur exspectare absentes per decem dies tantummodo: quibus elapsis, siue absentes venerint, siue non, omnes qui aderant conueniant in Palatio vbi habitabat præmortuus Pontifex, &c.* prout iuse explicatur in constitutione Gregorij decimi, *in dict. ca. vbi periculum, cum suis §§.* quam interpretatur & confirmauit Clemens quintus propria constitutione, *Clem. ne Romani, cum suis §§. de electio. ap. Clemen.* in qua secundum præcedentem Gregorij decimi, aliæ solemnitates, quæ in Papæ electione & confirmatione requiruntur, describuntur. Pluribus etiam hoc summi Pontificis electionis argumentum tractauit ex professo Ioannes de Brunello Doctor Aurelia cēs. in repetitione c. licet de vitanda, de electio. ¶ Tantæ 21
† autem efficaciæ solemnis hæc sum. Pontif. electio est, vt ea perfecta, nihil regulariter obiici electo possit, *d. c. licet, de vitanda.* nisi aut quod ex forma facta nō sit, aut quod electus hæreticus sit. *ex si Papa*, 40. *dist.* & incorrigibilis, non aliter. *glo. in d. canone, si Papa, in verbo à fide deuius, per can. aperte, can. ait, can. hæc est fides*, 24. *q.* 1. *c. dixit Apostolus*, 2. *q.* 1. Obiectum est Ioanni 12. summo Pontif. in Concilio Romæ celebrato, in præsentia Otthonis, inter alia, quod missam celebrarit, nec communicarit: quod in equorum stabulo diaconos ordinarit: quod in ludo aleæ dæmonum auxilia implorauerit: & alia. *Luithprandus, libr.* 6. *cap.* 6. 7. 8. 9. 10. Decretum Mantuæ in Concilio latum sub Nicolao Sabaudo, contra summos Pontifices largitione creatos. *Polydor. Virgilius, lib.* 4. *de inuentor rer. c.* 10. Et defendit Bellemote, vt refert Cardinalis eius, qui per pecuniam aut gratiam humanam, aut dationem officiorum, vel aliarum rerum est electus, electionē esse nullam. *Card. in ca. in nomine*, 23. *dist.*

¶ Sed † & sexus fœmineus impedit electionem sortiti effectum, si in summum Pontificem eligatur fœmina: cum, quia claues regni cœlorum fœminis non sunt commissæ vnquam à Deo, *ca. noua, c.* 10. *de pœniten. & remissio. lib.* 5. *Decretal. tit.* 36. tum etiam, quod ob sexus fragilitatem scandalum inferri posset ecclesiæ, vt ferunt contigisse in ea, quæ Angliæ nata in Moguntia facta summus Pōtifex sexum emētita, dicta est Ioannes 7. ¶ Post † 23
cuius mortem, dicunt cautum, iuxta aliquos, ne posthac summus Pontifex in pontificalem proueheretur cathedram, neue confirmaretur, quin prius in sella forata exsiliés. eius virilia attrectaretur. *Platina & Sabel.* Quamuis arbitrer summum Pontificem in sella humili & sede cōstitui, vt moneatur, quo altior est sedes episcopalis & dignitas, eo magis eum de se humiliter sentire debere, atq; similem se esse ceteris hominibus recordetur. eidemque infirmæ naturæ subiici defectibus, & se Deum non esse.
¶ Sic † enim non superbiendum esse admonetur, cum postea in 24
sede Apostolica inthronizatur, vt dicunt & confirmatur: ante tamen inthronizationem, & pontificalia gerere potest, si bella vel aliæ causæ impediant coronationem, & inthronizationem & confirmationem. *can. in nomine domini, versi. plane*, 23. *distinct.*

Digitized by Google

c.licet de vitanda, de elect. Obseruat tamen vsus, vt summi Pontifices electi, ante coronationem Phrygiæ mythræ, & confirmationem, in datis, vel rescriptis vtantur subscriptione, Datum anno vel die 3. susceptι à nobis Apostolatus officij. & tunc non sigillat bulla integra, sed ea quę ex vno latere habet DD. Petri & Pauli imagines in plumbo: ex altera vero plana est. ¶ At † post coronationem, scribunt, Datum anno Pontificatus nostri, &c. & integra vruntur bulla, cum imaginibus prædictis ex vna parte, & cum nomine Pontificis ex alia *tradit gloss. in c. finali, in verb. Pontificatus, de regul. iur. in 6.* ¶ Finis † huius præcipuæ dignitatis, est conseruatio vnitatis fidei, de quo antea: & ideo quia maius periculum in eligendo vnico & generali pastore, cautius est agẽdum, & ne schismata fiant præcauendum omnino, legitime dignus eligatur, *d. c. vbi periculum, de elect. in 6. dict. c. licet, eod. titu. apud Gregor.* qui possit onus hoc magnum pastoris vniuersalis exsequi, & prudentia, quæ eius libero relinquuntur iudicio, syneere iudicare, illi soli reseruata, & sedi Apostolicæ. ¶ Qualia † sunt depositio episcoporum, *ca. dudum, 3. q. 6.* restitutio iniuste depositorum, *can. Ideo in 1. 2. q. 6.* exemtio eorundem à Metropolitani subiectione, *can. frater, 16. q. 1.* datio pallij *can. quoniam, 26. q. 1.* restitutio clericorum, *can. conuenientibus, 1. quæs. 7.* famæ restitutio, *cano. conuenientibus, 2. q. 3.* congregatio conciliorum vniuersalium, *d. c. dudum. & c. Ideo, & tota 17. distinct.* interpretatio canonum & suorum rescriptorum. *c. 1. de confirm. vtil. vel inuti.* Sunt & 30. casus, in quibus excommunicationis absolutio, summi Pontificis solius potestatem desiderat, quos fuse pertractat Angelus Clauasius *in Summa, in verbo, excommunica. 5.* Sunt & alij in quibus solus sum. Pontif. potest gratiam facere & rigorem iuris tẽperare, seu dispensare, quos idem Clauasius collegit, *in verbo, dispẽsatio, & in verbo irregularitas.* idque cum causæ cognitione, *can. requiritus, §. pro tempore, 1. quæst. 7.* Pertinet & ad eum notio de fidei ratione, *can. pro remedio, ead. 1. q. 7.* & aliæ grauiores quæstiones, *q. 1. de iuramento cal. lib 2. Decretal. tit. 7. c. vt debitus honor. c. 59. §. fin. de appellat. lib. 2. Decretal. tit. 28.* & reseruata iure speciali, quæ versibus comprehenduntur istis,

Restituit Papa solus, deponit & ipse,
Articulos soluit, synodumq; facit generalem.
Transfert & mutat, appellat nullus ab illo,
Diuidit ac vnit, eximit atque probat.

Quos refert & explicat glo. in c. quod translationem, de officio lega. lib. 1. Decret. Gregorij titu. 30.

De Cardinalibus. Cap. 4.

1 *Cardinales vnde dicti.*
2 *De Cardinalibus quare potius quam de Patriarchis.*
Cardinales pars corporis, senatores fratres, coadiutores sum. Pontif. filij primi gradus.
Senatus ecclesiæ vniuersalis cardinalium, eod.
3 *Carnalium insignia dum legatione funguntur.*
4 *Cardinalium dignitas quando orta, & quando prælata episcopis.*
5 *Cardinalium titulorum differentia, diaconorum, presbyterorum, & episcoporum ordo & dignitas.*
6 *Decanus inter Cardinales quis.*
7 *Cardinalium tituli habent episcopalem iurisdictionem.*
8 *Cardinalium tituli aliqui enumerati.*
9 *Cardinalium numerus quantus esse debeat.*
10 *Pontanus sum. Pontifex quo anno sedit.*
11 *Innocentius 4. sum. Pontif. quo anno sedit.*
12 *Cardinales quo tempore ita nominari cœperunt.*
13 *Cardinalium deligendorum formula, & qui & à quibus deligantur.*
14 *Cardinalatus nunc maior Patriarchatu.*
15 *Cardinalium, & summi Pontif. consistorium, & quæ ibi tractantur notiones.*
Consistorium Papæ quid, & de quibus indicet.
Consistorialia beneficia quæ.
Protectores & patroni consistoriales qui dicantur, & munus eorum.
16 *Cardinales sede sum. Pontif. vacante, interim rempubl. Christi regunt.*
17 *Legati ex Cardinalibus plerumque, & quot eorum species.*

1 CArdinales dictos † esse annotatum est *glo. in c. exsecrabilis, de prebend. in extrauag. com. in verb. cardinalibus.* quod inseruiant sedi Apostolicæ, quæ axis, & veluti cardo aliarũ ecclesiarum est. *c. sacrosancta 1. 22. distinct.* Aptius tamen dicemus adiectiue Cardinales videlicet personas, ad quas, quod sint ex sum. Pont Senatu, ad quem summa negotiorum omnium Christianorum defertur. Et sicut cardinem vocamus negotij, summam rei quæstionem, *Syluius in primum lib. Æneid. Virg. in illa verba, haud tanto cessabit cardine rer.* ita Cardinales, sacerdotes præcipuos & principales. *c. 2. de offic. archipresbyter. lib. 1. Decret. tit. 24. & ibi gloss.*

2 ¶ Cardinales † itaque priorem ante Patriarchas habent ordine tractationẽ: quia & illi pars corporis Papæ dicti sunt, *ca. quisquis, 6. q. 1. cle. felicis, de pœnit.* vt senatores principis, pars corporis quoque eius. *l. quisquis, ad legem Iul maiest.* Item fratres, *c. per venerabilem, versic. rationibus igitur, qui filij sint legit. c. fundamenta, §. decet. de elect. in Sex. can. Constantinus, 91. distinct.* & coadiutores eius, cum quibus ipse totum orbem iudicat. *Panormit. in c. ecclesia vestra, 2. cap. de elect. & in can. ex gestis, in glos. de clericis, non residen.* Habet que ita ecclesia primo suum Senatum episcoporum: & Cardinalium, *c. ecclesia, 16. q. 1* ex quo veluti ex corpore, summo Pontif. mortuo, alius deligendus est. *can. oportet, & can. seq. 79. distinct.* Proinde & illi maximæ erunt dignitatis, vtpote quos labor assiduus, & lateris principalis comitatus illustrat. *in l. 1. de præpos. labor. lib. 12. C.* Et sicut Papa vnus ecclesiæ sponsus dicitur, sic Cardinales filij primi gradus dicũtur, ex sententia Ioannis Andreæ, & Imolæ. *in c. sacris, de pœn. in Sex.* ¶ Et † vruntur insignibus Apostolicæ dignitatis, dum legatione funguntur, ex Cõcilij generalis statuto *c. antiqua, de priuileg.* 3

¶ Obseruandum † tamen est, 4 Cardinalium dignitatem non eandem antiquitus cum hodierna fuisse. Nam in collegio quidem Apostolorum, D. Petro in consilium erant Apostoli, quamdiu vna fuerunt: postea & illi in consilium per illum, & successores admissi. Fuerunt & aliquãdo summorum Pontificum consiliarij & Cardinales inferiores ordine & dignitate episcopis, vsque ad tempora Clementis 5. & Ioãnis 22. Atque post summum Pontificem, ante diaconos, cardinales, episcopi subscribebant, & gradu deprimi videbantur episcopi, qui fiebant Cardinales, vsque ad Bonifacij 8. tempora, vt scribit Ioãnes Andreas. *in c. cum aliquibus, de rescript. in Sex. & in c. cum Apostolus, de censib.* & Ludouicus Gomes *in prooemio commentar. ad regu. Cancellæ.* Oportebat enim episcopos, qui ad cardinalatum vocabantur eiurare episcopatum, propter sacerdotiorum veritam cumulationem, quæ nec illis concessa erat, donec permissum fuit episcopatum cum cardinalatus retinere titulo, id est, cum beneficio dignitati cardinalatus annexo, ex quo titulum seu nomen Cardinalis quis adipiscitur.

¶ Tituli † autem Cardinalium, in triplici differentia sunt: nã alij dicuntur Cardinales diaconi, alij Cardinales presbyteri, alij Cardinales episcopi, habita ratione titulorum, seu beneficiorũ, quibus cardinales tantum insigniuntur. Sic enim tituli diaconales, presbyterales, & episcopales (neque enim loquor hic de aliis episcopatibus, qui contingere possunt cardinalibus presbyteris alunde quam ratione dignitatis cardinalatus, ex quibus vt præpositi alij quilibet, possunt dici episcopi cardinales. *can. relatio. 21. q. 1. c. sacrosancta, 22. distinct. c. pastoralis, 7. quæst. 1.*) Inter Cardinales postremum & nouissimum tenent ordinem Cardinales diaconi: medium presbyteri: supremum episcopi. 5 6

¶ Inter † diaconos antiquior receptione decanus diaconorum dicitur: vt inter presbyteros, qui prior in eum ordinem cooptatus est, decanus presbyterorum: at qui senior cooptatione est inter episcopos Cardinales, decanus collegij dicitur. *vnde Hostiensis, in can. 2. de offic. archipresbyter. & in Summa eius tit. gl. in §. 1. de numero & qualitat. Cardina. in pragma. sanctio.* ¶ Singuli † Cardinales in suis titulis fere decretis iurisdictionem habent pene episcopalem: quia & tituli illi comparantur ecclesiis seu parochiis episcoporum. *ca. hæ quæ pro ecclesia, de maioritat. & obedient. c. ex gestis, de cleric. non residentib.* Et per hos titulos cardinalatus dignitatis fit sectio & distinctio. 7 8

¶ Sic † Cardinales episcopi dicti, Hostiensis, Velitrensis, Portuensis & S. Ruffinæ, Sabinensis. Tusculanensis, Prænestinensis, Albanensis. Tituli presbyterorum cardinalium Sanctæ Crucis in Hierusalem, sanctorum Marcellini & Petri, quatuor coronatorum, Ioannis & Pauli, S. Anastasiæ, & c. Tituli & ecclesiæ diaconorum, vt S. Luciæ in Septifoliis, S. Mariæ in Aquiro, S. Theodori, S. Mariæ in Comesdin, &c. De quorum titulorum institutione, numero & insignibus, nihil amplius adiungam, quod de his late pertractauerit Onuphrius Pannuinus Veronensis, libro de Episcopatibus, & Damasius Bibliothecarius libro Cameræ Apostolicæ: exstat & vulgaris liber inde sumtus, qui Prouinciale omnium cathedralium vniuersi orbis ecclesiarum inscribitur, vbi tituli referuntur. *vide & Speculatorem, in titul. de legato, §. sequitur, Iacobin. Aluaro. & Præpositum, in cap. 1. in seua. episco. vel Abba. Chassan. in Catalogo glor. mund. 4. part. considerat. 10.* ¶ Monebo † tamen, titulos cardinalium fuisse aliquando plures, aliquando pauciores, eo quod & numerus cardinalium definitus non est: Nam summi Pontificis arbitrio, à quo fiunt, vel augetur, vel minuitur. Ideoque nec immorabor in quæstione, num Septuaginta tantum esse debeant discipuli: quia tot fuerint domini, *c. septuaginta, 16. distinct. can. in nouo 21. dist. D. Matthæi c. 9.* tot linguæ & nationes, ex quibus plures confugiunt ad sedem Apostolicam, quẽadmodum voluerunt Alber. *de Rosat. in rubr. de sta. hom.* Cardin. Zabarella *in Clem. 2. in §. irritum, in 6 q. de electio.* & Martin. Laudensis *in tractat. de Cardinalib.* an vero plures vel pauciores. Scio tamen constitutum in concilio Basilien. *in §. statuit, de numero cardinali, in pragma. sanctio.* esse debere moderatum cardinalium numerum. Cuius interpres *gloss. in d. §. statuit, in verbo moderatus.* refert, tempore sum. Pontif. Pontiani, Cardinales fuisse num. 24. 9

¶ Quod † tamen falsum augurer, ex eo quod Eusebius annotat, *lib. 6. cap 22.* Pontianum sum. Pontificatus sedem adeptum anno domini 235. quo tempore nomen Cardinalium non erat 10

in vsu,

Digitized by Google

in vsu, quod cœpit vsurpari, si credamus Volaterrano, *in Anthropologia*, sub Benedicto 9. sum. Pontif. circa annum dom. 1031.

11 ¶ Vt † & postea Innoc. 4. circa annum domini 1250. galerum roseum Cardinalibus, & vt equo veherentur per vrbem concessit. *Volaterran. vbi supra, & Polydor. Virg. lib. 4. de Inuentori. rer. cap. 9.*

12 ¶ Arbitror † tamen Volaterranum non obseruasse ante Benedict. 9. Cardinales fuisse dictos temporibus Constantini 8. & 9. CC. Orientis, & sub Ludouico 4. Imper. Occidentis, & Henrico 1. Saxone, Otthone Magno, & Ioanne 11. sum. Pontific. circa annum 930. Etenim Luithprandus Ticinensis, *lib. 6. de rebus per Europ. gestis.* qui eo tempore vixit, meminit de Synodo contra Ioan. 11. celebrata. Et nominat Cardinales diaconos, Cardinales presbyteros, & Cardinales Pontifices, qui erãt sub Otthone Magno. Hos etiam fuisse tempore Syluestri, ex Synodo generali sub eo habita, constat, cuius meminit ius Pontificium. *cap. præsul, 2. quæst. 5.*

13 ¶ Forma † qua eligendus sit Cardinalis, in synodo Basilien-
si præscripta, *§. fin. de numero & qualit. Cardinal. in pragm. sanct.* vt fiat scrutinio & consensu cardinalium de viro probo, moribus bonis insignito, iustis natalib. orto, id est, legitimo, Licentiato aut Doctore, ætatis 30. annorum, qui non sit nepos ex fratre vel sorore sum. Pontif. vel Cardinalium. Nescio tamen num hodie ar-
14 bitrio Pontificis sum. fiant Cardinales. ¶ Cetcrum † num cardinalatus dignitas maior Patriarchatu sit, in quæstionem versum est. Atque ordinarius concilij Basilienssis interpres, cardinalatum præponit patriarchatui. *gl. in §. quod si quis, de coll. in pragm. sanct.* Ego tamen iuris Pontificij censuræ, vt mihi videtur, expressæ, & indubitatæ, adhæreo: qua post sedem Apostolicam patriarchales sedes in gradu proximo dignitatis enumerantur, *c. pen. & fin. omnes, & can. sacrosancta, 22. dist. c. antiqua, de priuileg.* nulla mentione facta cardinalium. Cuius sententiæ arbitror esse Panormitanum, *in d. c. antiqua*, qui in suas partes vocat Hostiensem asserentem cardinalem, Hostiensem habere ex priuilegio ecclesiæ Hostiensis, eo quod Papam coronet, & vngat Imperatorem, vt præcedat omnes Patriarchas: & immediate post sum. Pont. sedeat. Hoc tamen non inuenio in Concilio generali exceptum, *in d. c. antiqua*, quo sedes secunda data est patriarchis: neque inibi etiam scriptum, huic decisioni Hostiensem Cardinalem se obiecisse, vel interposuisse, vt potius mihi concessisse videatur. *Nicena, 31. dist. l. si remunerandi, §. 2. manda.*

15 ¶ Quia † autem hic sacer cardinalium cœtus, Concilij caussa & Senatus loco summo Pontifici inseruit, Cardinales olim apud summum Pontificem bis in hebdomada conuenichant: nostra vero ætate cum negotia apud illum decrescant, semel tantum. Vocatur eorum conuentus consistorium. Imbi proponuntur & deciduntur controuersiæ electorum ad episcopales, archiepiscopales, Metropolitanas, Patriarchalesque ecclesias: Atque discutitur, Vbi ecclesia vacet, & ad quem electio pertineat, num ad capitulum, ciuitatem, prouinciam, regem, vel alios. Eliguntur etiã per illud consistorium præpositi ad ecclesias, monasteriaq;, quæ ex solita consuetudine sedi Apostolicæ reseruantur: quare & illa beneficia consistorialia dicuntur. In hoc consistorio & Senatu, vnaquæque prouincia, singulaque regularum sodalitia, habent suos patres, seu patronos tutelares, quos protectores vocant, quorum munus est electiones, & alias prouinciæ sibi addictæ caussas in sacro Senatu proponere, oppositoribus respondere. In hoc deinceps, quæ ad cultum diuinum, ad fidem Christianã, religionẽ, & ad pacem Christiani gregis, & ad conseruationem temporalis
16 patrimonij ecclesiæ Romanæ pertinent, tractantur.

¶ Cum † summi Pontificatus sedes vacat, in interregno sacrosanctum cardinalium collegium rempubl. Christianam regit, rerumque difficultati consulit, donec alius ab eis Pontifex creatus fuerit. *vide de his Ockauianum Vestrium, lib. 1. Introductionis in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores, cap. 1. & ibi Nicolaum Antonium Granatum.*

17 ¶ Ex † cardinalibus vt plerumque legati, qui ideo dicuntur *legati à latere*, scilicet sum. Pontificis. Sunt enim tres species legatorũ sum. Pontificis, qui fiduciariam & vicariam pro eo operam præbent: id enim legati nomen significat, *Iul. Cæsar, 2. de bel. Gallic. l. vicarius, de legatio. P.* alii namque legati nati dicti sunt, id est, eo ipso legati dicti, quod nacti sint aliquam dignitatem, cui adiuncta est legatio, qualis in Anglia est Archiepiscopus Cantuarensis. *a. 1. de offic. legat.* Alii dicti legati missi: alii legati de latere, cardinales videlicet missi, ad prouincias regendas, *de tribus istis speciebus, in c. 1. de offic. lega. in Sexto. & in c. volentes, & seq. eo. tit. ap. Greg.* qui nec iudicium exercere possunt alibi, quã in Archiepiscopatibus, vel aliis locis insignioribus, tum ob honorem sedis Apostolicæ, cuius gerunt vices, tum vt copia peritorum sit illis pro cõcilio. *c. statutum, de rescript. in 6.* Legatorum horum potestas in prouincia commissa, recipit ex diplomate legationis legẽ, quæ maior interdum, interdum minor est. Et in Gallia, nunquam in præiudicium iuris Gallici admittitur, *Placuit ita curiæ supremæ Parisiorum coactis in vnum senatorum de curiis 5. Septemb 1519.* neque potestas permittitur nisi à die, quo diplomata legationis publicata, & actis curiæ supremæ Parisiorum descripta fuerint. *sic placuit curiæ supremæ Parisiorum. 10. Martij 1547.* Priuilegia legatorum sedis Apostolicæ tradit Ioan. de Selua, tractatu de benef. 2. p. q. 3.

De Patriarchis Christianis, & primum de Constantinopolitano. Cap. 5.

1 *Patriarchæ omnes sunt Archiepiscopi, non contra.*
2 *Patriarchæ propositi Archiepiscopis, & episcopis, & quare.*
3 *Patriarchæ 42. post summum pontificem.*
4 *Patriarcha Constantinopolitanus primus post sum. Pont. dignitate.*
Patriarchalium ecclesiarum antiquitas quæ prior, & ordo dignitatis eod.
5 *Dabertus Pisanus Pontif. primus Hierolymitanus dictus Patriarcha.*
Hierosolyma quando à Christianis recepta. eod.
6 *Paulí Diaconi lapsus de primatu Constantinopolitanæ ecclesiæ.*
7 *Constantinopolis ciuitas à quo fundata, & à quibus reparata, & varia eius nomina.*
Pausanias Spartanus, eod. Byses Megarensium classis Princeps, eod.
8 *Constantinop. regia Orientalis Imperij vrbs.*
9 *Constantinopolis quando à Turcis occupata.*
Mahomethes Amurathi filius, Turcarum Imperator, eod.
10 *Imperium Orientale quando finiuit.*
11 *Constantinopolis nunc dicta Cæsaromdum, eod.*
12 *Prætorium Illyricum cum duabus ciuitatibus Metropolitanis Constantinopoli, & Thessalonica.*
13 *Constantinoplitanus Patriarchatus, Romania, & eius episcopatus.*
1
Turcarum in Hispania per Carolum Martellum insignis clades quomodo, eod.

OMnes Patriarchæ † Archiepiscopi dici possunt, *l. iubemus nulli, 14. de sacrosanct. eccles. C. §. 1. de ecclesiast. tit. in authen.* sed tamẽ nõ omnes Archiepiscopi patriarchę, at quid Patriarcha sit, paulo ante explicauimus. *supra hoc lib. c. 2.* Dicetur & Patriarcha princeps episcoporum, quod nomen & competit Archiepiscopis. *can. cleros, 21. distinct.* ¶ Patriarchæ † potiores episcopi, & præcipui constituti fuerunt aliquibus regnis, seu imperiis, aliis episcopis in illis regionibus & Archiepiscopis præpositi, *vt* ad eos summa negotiorum religionis grauiorum deferatur: & simul ab omni oppressione Imperatorum, & regum Christianæ ditionis eorum defenderentur, vt scribunt Anacletus, *can. prouinciæ, 99. dist.* & Licinius, *can. vrbes 80. distin.* ¶ Quatuor † post sum. Pontific. Romanorum episcopum, primates constituti sunt, vt diximus, *supra c. 2.* quos Lyranus designari in Apocalypsi scribit, in figura sedentis in Throno, & quatuor animalium exsistentium in circuitu, quæ erant plena oculis antè, & retro. *Nicolaus de Lyra. in c. 4. Apocalyp. S. Ioan.* 2
3

¶ Anno † domini 383. Constantinopoli habitum est Concilium secundum vniuersale, 180. coactis patribus, in quo, inter cetera, regula lata est, vt Constantinopolitanus episcopus haberet honoris priuilegia post Pontificem Romanum, eo quod sit noua Roma Byzantium. Et Patriarchæ fuerant constituti, *libr. 9. historiæ Tripartitæ, c. 3. Theodoreti. lib. 5. c. 9. Isidorus, tom. 1. conciliorum. c. antiqua, de priuileg. extrauag. sancta Romana, de priuil. in §. 1. de ecclesiast. tit. in auth. l. 1. de priuileg. vrbi Constantinop. lib. 11. C. tit. 20. l. omnium, de sacrosan. eccles. C.* Cum tamen antea prior fuisset Alexandrina ecclesia honore, *ca. venerantes. 22. dist.* & Antiochena prior tempore, sedesque olim prima Diui Petri, dehinc Romam translata ab eodem, *c. Rogamus, 24. q. 1. c. beati Petrus & Paulus, 2. q. 7.* primumque discipuli Domini vocati sunt Antiochiæ Christiani. *Actuum, 11. c.* Sed sedes firmata, orbis vniuersi caput Romæ. ¶ Patriarchatus † porro Hierosolymitanus postremus ordine fuit, constitutus ex sententia Guillielmi Tyrij. *lib. 9. hist. Sacræ. cap. 18.* Qui scribit Dabertum præsulem Pisanum, primum Patriarcham Hierosolymitanum factum fuisse sub id tempus, quo Boëmundus Dux Apuliæ, princeps Antiochiæ factus est, & Hierosolyma anno domini 1099. Idibus Iulij, 39. die obsidionis capta, & Agarenis qui eam 490. annos vsurpauerant, erepta est: & inibi Gothfridus Lotharingiæ Dux, creatus rex fuit. *Blond. lib. 4. Deca. 2. Guillel. Tyrius, lib. 8. c. 18. & lib 9. c. 2. & 5.* ¶ Hic † monebo lapsum esse Paulum Diaconum, dum ait, *libr. 7. c. cap. 14.* Phocam Imperatorem Bonifacio petente, primum statuisse sedẽ Apostolicam præcipuam Romanam & antea, vt ipse ait, fuisse primam Constantinopolitanam. Nam quãtum hoc alienum à vero, constat ex proxime gestis sub Theodos. 1. qui imperauit circa annum dom. 390. ante Phocam fere 200. ann. quia Phocas diadema adeptus anno dom. 605. vt scribit Gregor. Magn. *lib. 11. ep. st. c. 1. & 43.* Faciunt & ea fidẽ, quæ de primatu sedis Apostolicæ Romanæ antea indicauimus. *sup. hoc lib. c. 3.* ¶ Remanet † ergo Constantinopolitanũ Patriarcham post Romam Apostolicam secundã & digniorem esse sedẽ in ciuitate Constãtinopoli, quæ ante dicta fuit Byzantium in Thracia. *Strab. lib. 1. c. 7. Geograph. Pomp. Mela, lib. 2. Corn. Tacit. lib. 12.* à Pausania Spartano primum condita, si 4
5
6
7

Digitized by Google

quamur Iustinum, & Trogo, *lib.* 4. vel secundum Eustachium: à Byze Megarensium classis præfecto. Et quia reparata à Constantino Magno subinde dicta Constantinopolis. *c. Constantinus. in 2. Sepretera, 96. dist.* Dicta & Plinio, Ligos, *Vadian. in commentar. in lib. 2. Pompon. Melæ.* Et sæpe alibi noua Roma, *§. renouamus, vt ordinariæ præf. Præt. &c. in auth. col. 3. l. intra vrbem. de operi. publi. 8. C. titul. 12.* quem titulum ei etiam Constantinus Magnus indidit. *Socrat. in histor. Tripartita, lib. 2. c. 18.* Fuit & sub Seuero & Antonio eius filio dicta Antonia, *Ioachimus Vadianus, in 2. Melæ.* sub paralelo illa, vt Borysthenes cũ Massilia ab Strabone sita. *in 2. Geogra. h.* ¶ In † ea ciuitate fuit sedes & caput Imperij Orientalis. vt Romę sedes Imperij Occidentis: ex quo cœpit aquila insigne Romani Imperij biceps fieri atq; inibi Iustinianus Cæsar se regiã habere scribit. *l. 1. §. Romam, de veter. iure enuclea. C.* Quare inibi patriarchalis sedes toti Thraciæ præest, eiusdem priuilegij ac Romana sedes, excepta honoris prærogatiua. *can. Constantinopolitanæ, 22. dist. d. c. antiqua, de priuil. & extrauag. sancta Romana, de elect. in extraua. commun. l. omni innouatione. l. 6. de sacrosanct. eccles.*

9 ¶ Hodie † tamen pulsi Cæsares & Christiani ab illa sede & ciuitate, ex quo Agareni illam occuparunt, sub rege Turcarum septimo.

10 ¶ Mahomete Amurathi filio, qui Constantinum 13. Orientis vltimum Christianum Imperatorem interfecit, cum omnibus suis, & Orientale Imperium sustulit, anno 1453. *Æneas Syluius, & Sabellicus.* Constantinopolitanum & Trapezuntinum Imperium, 12. regna, 200. vrbes Christianis ademit. Peloponesum & Pontum expugnauit. *Egnatius, lib. 3. Cæsarum. Sabel.* Vocantque nunc Turcæ eam ciuitatem Cæsarundum. ¶ Florente † republ. Romana prætorium erat Illyricanum: cuius ditio per Thracias, Pontum, Dacias, Mysias, totamque Græciam exporrigebatur, duplici sede Metropolitana conspicuum, Constantinopoli videlicet & Thessalonica. Cuius secuti rationem Christiani, Patriarchalem fecerũt sedem Constantinopolin primatem apud Thessolanicam subrogantes, vt notat Wolffgangus Lazius, *lib. 2. Commentar. reip. Rom. cap. 3.* ¶ In † prouinciali libro omnium ecclesiarum orbis. Patriarchatus Constãtinopolitanus Romania dicitur: eique subiiciuntur 26. Archiepiscopatus, ex descriptione facta ecclesiarum, Pipini regis Galliarum tempore, filij eius Caroli Martelli, qui in Hispania ad Turonem 375000. Agarenorum prælio trucidauit, *Paulu. Æmil. 2. & Sabell.* à proceribus regni Galliarum regis renuntiati in locum Childerici, circiter annum dom. 747. *Gaguin. lib. 3. Blond. lib. 10. Paul. Æmil. & alij Franciæ Historiogra.* Alius numerus Metropolitanarum ecclesiarum, nempe 80. & Archiepiscopalium 39. recensetur in iure Orientali, lib. 2. in fine sub titulo, Τ ἀγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ, ἀπὸ τῆς ἐν Ἰλλυρικῷ καθεδρας τάξεως τῶν μητροπολιτῶν ἢ ἀρχιεπισκόπων, καθὼς ἐν χαρτοφυλακίῳ εἰσὶ τακτικῶν. *Id. Sanctissimi Patriarchæ domini, de sessionis ordine Metropolitanorum & archiepiscoporum, vt in Chartophylacio describuntur.*

De Patriarcha Alexandrino.

Cap. 6.

1 *Patriarcha Alexandrinus vnde dictus.*
2 *Alexandria ciuitas quæ, & qualis.*
3 *Patriarchatus Alexandrinus quibus præest.*
Pentapolis Lybiæ ciuitas, eod.
4 *Præfectus Ægypti Alexandria Imperium accipiebat.*

1 ALexandrinus † Patriarcha à ciuitate Alexandria, in qua sedem habet, dicitur. ¶ Alexandria † ciuitas est in Ægypto,
2 Africæ contermina, vt scribit Pompo. Mela, *lib. 1. c. 9.* Hanc verticem ciuitatum Ægyptiarum Amianus Marcellinus dixit, *libr. 22.* ab architecto nobilissimo Dinocrete, vel vt alij legunt, apud Arrium & Strabonem, à Chinocrate, iussu Alexandri, ædificatam, Europę totius nobilissimum emporium, quo Indicæ merces, Arabico sinu & Nili variis fossis excipiuntur, & in omnes mediterranei orbis oras distribuuntur. De qua ciuitate etiam abunde scribunt Plinius, *lib. 5. cap.* 10. Strabo, *lib.* 17. Cornelius Tacitus, *lib.* 20. Diodorus Siculus, *lib.* 17. Egesippus, *lib.* 10. Iosephus, *lib. contra Apionem.* Hircius, *lib. 4. bellor. ciuil.* Vitruuius, *in proœmio lib.* 2. Solinus. *cap.* 35.

3 ¶ Itaque † ob loci insignem laudem, & populi frequentiam, quæ eo confluit, sedes ibi posita est principalis, quæ præesset ex more approbato, *can. mos antiquus, 63. dist.* per Nicænam Synodum Ægypto vel Libyæ, & Pentapoli, quę ideo Pentapolis dicta est in regione Libyca, à quinque ciuitatibus, Beronicæ Arsinoe, Ptolamaide. Apollonia, Cyrene, vt auctor est Plinius *lib. 5.* ¶ In † hac ciuitate etiam Alexandria, præfectus Ægypti, qui à Romano Cæsare regendam suscipiebat cum imperio prouinciã ad similitudinem proconsulis, per legem sub Augusto latam Imperium non alibi assumebat. *Vlpian. in l. vnic. de offic. præfect. Augustal. lib. 1. P. titul. 17.*

De Patriarcha Antiocheno.

Cap. 7.

1 *Patriarcha Antiochenus à ciuitate dictus.*
2 *Antiochia ciuitas, Syriæ quæ nunc Suria caput.*
Syria nunc Suria, eod.
3 *Prætorij orientis Antiochia sedes, eiusque ditioni subditæ ciuitates.*
4 *Patriarchatus Antiochenus quibus præest.*
5 *Patriarcha Antiochenus cur dictus Catholicus.*
Catholicus præfectus prætorio Antiocheno, eod.

ANtiochenus † Patriarcha à ciuitate quoque Antiochia dicitur, vbi sedem habet. § Antiochia † Syriæ regionis, quæ 1
nunc Suria, caput est, ab Seleuco Nicanore condita, & de patrio 2
eius nomine Antiochia appellata. *Strabo lib. 15.* Regio illa potens, & dum ei imperauit Semiramis potentissima. *Pompon. Mela, lib. 1. cap 11. in Syria.* De hac præclara plura Procopius. *lib. 1. & bello Persic.* ¶ Tempore † quo Romanum integrum viguit Imperium Orientis prætoris vel Magisterij Antiochia etiam sedes 3
fuit, cuius erat iurisdictio supra omnes Orientis, Asiæ, vtriusque Syriç, Armeniç, Phœniciç, Palestinę & Arabię prouincias. *Volfgangus Lazius, lib. 2. commentario. reipub. Rom. cap. 2.* Dio Cassius *in Adriano*, metropolim Syriæ dixit, vbi erat Adrianus cum Imperator declaratus fuit. Scribit Spartianus Adrianum Antiochenses odio habuisse, vt Syriam à Phœnice separare voluerit, ne tot ciuitatum metropolis Antiochia diceretur, *Ælius Spart. in Adriano*, verum nihil obtinuit, & ita in sua dignitate perseuerauit, dignaque visa est sede Patriarchali.

§ Subiiciuntur autem ei in libro Prouinciali ecclesiarum 153. 4
ecclesiæ cathedrales, Archiepiscopatus autem 12. ¶ Dictus † hic 5
Patriarcha sacrosanctæ ecclesiæ Antiochenæ Catholicus, apud Procopium, sicuti & qui prætorio eius antea præficiebatur, Catholicus nominabatur. Guillelmus Tyrius scribit suo tempore sub Antiocheno Patriarcha fuisse 13. Archiepiscopatus, quos nominat, & cuiusque episcopatus. *lib. 14. belli sacri, c. 12.*

De Patriarcha Hierosolymitano.

Cap 8.

1 *Patriarchatus Hierosolymitanus à ciuitate dictus.*
2 *Hierosolyma ciuitas quæ, & quare ita dicta.*
3 *Hierosolymitanus Patriarchatus quando constitutus.*

HIerosolyma, † ex qua Patriarcha titulum accipit, est Iudeæ 1
ciuitas totius orientis clarissima. *Plinius li. 5. cap. 14.* ¶ Quæ † 2
& Hierusalem vocatur, quasi ἱερὸν, id est, templum Salomonis, *Eusebius lib. 9. de præparation. Euangel. cap. 4.* inibi enim templum sanctum, fama & gloria præstans, Rex Salomon ædificari curauit, *c. 2. Paralip. c. 3. & 7. Iosephus lib. 6. de bello Iudaic. cap. 5. & contra Apionem.* Illustrior reddita, morte & sepultura saluatoris Domini nostri Iesu Christi: & insigni clade, quæ ei in vindictam tanti sceleris illata fuit sub Vespasiano, *vide Hegesippum.* postquãm & iterum fuit Adriani iussu habitata, & deinceps ab eodem multis cædibus ob contumaciam Iudæorum oppressa, *Xiphilinus ex Dione, in Adriano.* ¶ Et † quamuis ex Sion exierit lex, & verbum domi- 3
ni de Hierusalem, *Iesaiæ 2.* tamen Prouincialis liber omnium ecclesiarum annotauit, monumenta veterum, quæ non modicam habent auctoritatem apud Palæstinos maxime, & Græcos, Hierosolymitanam ecclesiam vsque ad tempora Iustiniani Augusti episcopum habuisse nulla vel modica dignitatis prærogatiua. Imperante autem illo principe congregatam fuisse synodum generalem Constantinopoli, sub Vigilio Pap. & Elicio Constantinopolitano Patriarcha, & Apollinario Patriarcha Alexandrino, & Eustachio Patriarcha Antiochensi: & in illa, inter alia placuisse honore Patriarchali donandam sedem Hierosolymitanam. Et quia ciuitas inter fines & limites erat Patriarchatuum Antiochiæ & Alexandriæ, nec illi essent sufficienter episcopi suffraganei, ex communi omnium consensu, ab vtroque Patriarchatu vicino placuit etiam decerpere, & vt in formam patriarchatuum aliorũ ille ordinaret ecclesias sibi subiectas. Quæ omnia sumta sunt fere ad verbum ex Guillelmo Tyrio Patriarcha Hierosolymitano; qui & describit nominatim archiepiscopatus & eorum suffraganeos, *lib. 14. Sacri belli. cap. 11.*

De Patriarchatu in genere.

Cap. 9.

1 *Patriarcharum Senatus qualis.*
Eusebii Episcopi Patriarcharum cui, eod.
2 *Patriarchæ electio ad quos pertineat.*

3 *Patriar-*

Digitized by Google

3 *Patriarcharum electionem confirmat summus Pontifex, vel eius legatus.*
Confirmatio electionis Patriarchæ primatum exemptorum summi R. Pontif. est.
4 *Episcopatus vsurpati ab Agarenis. Sebaste, olim Samaria.*
5 *Episcopatus in nouis insulis.*
6 *Patriarcharum insigne pallium, crux, & priuilegia.*
Crux quando & vbi non potest præferri Patriarchæ, est.

1 QVemadmodum † summi Pontifices Romæ Senatorum loco Cardinales habent, sic & Patriarchæ habent in consilio quosdã episcopos, qui non subiiciuntur cuipiam Metropolitano, sibi familiares & suffraganeos, semper adstantes, quos Græci vocant Eutcellos, *in Prouinciali omnium ecclesiar. dum agitur de Hierosolymit. Patriarch.* dicunt enim Græci, ἐυτέλεος, stantes sine motu, quietos, sicut apud Hesiodum *lib. 2. Ergon.* αὐτὰρ ἐπὴν ἐυτέλεος ἐν ἀμφιρύτῃσι κάθηται, &c. vt & apud Homerum *Iliad. 1.* & alios. Hos familiares suffraganeos à Græcis vocari testatur Guilelmus Tyrius, *lib. 14. belli sacri, c. 12.* cancellos, sed vereor ne corrupta vox sit. ¶ Electio, † destituta pastore sede patriarcharum competit canonicis ecclesiarum patriarchalium: nisi ciuitates patriarchales occupentur ab Agarenis, & canonici pauci ibi inueniantur, quo casu electio deuoluitur ad Sum. Pont. *c. sancta Romana, de elect. in extrauag. commu.* ¶ Confirmat † & alioquin electos patriarchas & primates sum. Pont. *c. scriptum, c. 40. de electio. apud Greg.* vel legatus de latere vt episcopos, qui ab archiepiscoporum eximuntur potestate, *c. si abbatie, c. 36. de elect. in 6.* ¶ Hic † notandum est, in episcopatibus & archiepiscopatibus vltramarinis patriarchales sedes valde decreuisse ob tyrannidem Turcicam sub qua degit, illis à Christianis derelictis: sicuti in Ægypto vsurpata Senlona, quæ erat archiepiscopatus sub Imperatoribus Græcorum Orientis: item Gazarus & Varo episcopatus, vbi erant tẽplariorum sedes: Hierusalem, Sebaste quæ olim Samaria. Et versus Arabiam, Ebron, Patracensis, Cuma ensis quæ nunc Tracum, sedes archiepiscopales, aliæque alibi permultæ. ¶ In † quarum locum, Deus fidem Christianam in insulas exteras, seu nouo orbis incolas producens, episcopales sibi delegit sedes. Nam & ibi plures tunc episcopatus à tempore Alexandri 6. sum. pontif. qui primus quinque erexit, *Petrus Mar. lib. 9. Decad. 2. nouo Orbis.* ¶ Patriarchæ à summo pontifice pallium accipiunt, plenitudinis officij pontificalis insigne, quod & ipsi postea suis suffraganeis largiuntur, *c. antiqua, 23. de priuileg.* Atque cum hoc priuilegium habent, vt crucis vexillum vbique sibi præferri iubere possint: præterquam in vrbe Roma, aut vbicunque summus Pontifex exstiterit, aut eius legatus, qui statur insignibus apostolicę primę dignitatis. Ad hos quoque, qui ditionis patriarchalis sunt, potest libere appellari. Quod Iohannes Andreas, Panormitanus, & alij, *in c. antiqua, de priui.* intelligunt etiam omisso medio: aliter enim hoc priuilegio non esset adscribendum, cum ad Metropolitanum quemlibet prouocari possit iure ordinario à suffraganeis, *ca. si inter episcopos, 6. q. 44.* & Metropolitani sint suffraganei patriarcharum, *c. pastoralis. de offic. ordina.* Item priuilegium vt non nisi consulto patriarcha, possit archiepiscopus episcopum ordinare, *cap. quoniam, 65. distinct.*

De Primatibus.

Cap. 10.

1 *Primas dicitur omnis patriarcha, sed non contra.*
2 *Primatia ius præscribitur & priuilegium.*
3 *Primatia regnorum.*

1 PRimates quidem, † appellari quodammodo patriarchæ possunt, *c. 1. 2. 3. 99. distin. can. conquestus. 9. q. 3.* attamen non omnes primates vere patriarchæ sunt, *can. nullus primas 9. quæs. 3.* Primas namq; alio in loco, quam vbi patriarchæ instituti sunt, esse potest, nihilominus officij, quod est patriarchis, sed nec tantæ auctoritatis, neque cardinalibus præferuntur, *Felinus in rub. de maior. & obed.* ¶ At † maiores archiepiscopis, à quibus ad illos prouocatur, 2 *in can. 2. 99. dist.* Archiepiscopus primas est, & potest ius primatiæ in prouincia alterius episcopi sibi acquirere, *Panorm. in ca. exposuit, per illud cap. num. 4. de dilation.* ¶ Primates † sub sum. Pontifice sunt Aquilienſis, in Italia: Cantuarensis in Anglia: Bituricensis, 3 *gl. in can. cleros, in verbo archiepiscopis, 21. dist.* Grandiensis, *Angelus de Clauasio, in summa, in verbo patriarcha.* & Lugdunensis præcipuus horum, in Gallia: in Hispania, Toletensis, *quem primatum instituit Vrbanus 2. summ. Pontif. vt auctor Francisc. Tarapha. lib. de reg. Hispanor. in Alphonso 6.* in Sardinia, Pisanas, *vide Rophredum Beneuentanum, tit. de iurib. qua competant pralat. Nicol. Boerium, in lib. de auctor. Magni consilij, nu. 14.*

De Archiepiscopis.

Cap. 11.

1 *Archiepiscopi constituti vbi ante erant archiflamines, & rectores prouinciarum.*
2 *Archiepiscopus, & Metropolitanus idem.*
3 *Metropolitanus vnde dictus. Prouincia constituenda quot ciuitates exiguntur, eod.*
4 *Metropolis ciuitas quæ dicatur.*
5 *Archiepiscopus à quibus eligitur.*
6 *Archiepiscopus consecrandus, vngendus & ordinandus.*
Archiepiscopus quid non possit ante conseruat. ibi, eodem.
7 *Archiepiscopi Mosconitici à quibus, & ex quibus eligantur, & consecrentur.*
8 *Archiepiscoporum auctoritas & officium, & 9.*
9 *Episcopi sine permissione archiepiscopi in aulam principis non eant.*

ARchiepiscopi † illis vrbibus feruntur à beato Petro præpositi, quibus antiquæ superstitionis & idolatriæ præessent archiflamines, *can. illis, 80. distinct.* Atque ex sententia Wolphgangi Lazij, in Galliis & Germania, in illis sedibus, vbi erant rectores prouinciarum, proconsules, legatiue proconsulares, Metropolitani constituti fuere episcopi, *Wolfgangus Lazius, lib. 2. commentariorum reipub. Roma. cap. 2.* Archiepiscopus episcopis maior, *can. 1. 2. 3. 9. quæst. 3. can. cleros, 21. distinct. §. fin. de monach. in Authent collat. 1. titul. 5.* inferior primate, *ca. 1. 99. distinct.* Sidonius tamen Apollinaris scribit, Metropolitanos in Gallia sedi Romanæ immediate subiectos, alibi autem patriarchalibus. *Sed omnes Apollin. dum Claudiani episcopi epitaphium describit.* ¶ Archiepiscopus 2 † in vtroque ciuili & pontificio iure, sæpe Metropolitanus dicitur, *per totam fere, 9. quæst. 3. & in §. final. de monach. & in § nos autem, de non alienandis rebus ecclesiast. in Authen.* neque hæc nomina differre docet Rebuffus, *ad §. 1. de institut. in Concord.* vt & Metropoliticum ius est, quod archiepiscopis competit, *ca. Vt litigantes, c. 5. de offic. ordin. lib. 1. 6. Decreta. tit. 16. cap. 1. de offic. leg. lib. 1. Decret. tit. 30. ca. 1. de arbit. lib. 1. Decret. tit. 43. §. 1. de ecclesiast. titu. collat. 9. tit. 6. in Authent.* ¶ Isidorus † ratus est Metropolitanos dictos fuisse à numero ciuitatum: quia & Pelagius Papa scripserit, singulis prouinciis præesse debere vnum Metropolitanum, atque in vnaquaque prouincia esse debere vndecim vel saltem decem ciuitates, & totidẽ episcopos *ca. cleros, 21. distinct.* Et forsan quidem Pelagius talem prouinciarum & diœcesium distinctionem accommodam existimauit: at eiusmodi nõ fuit semper, sed nutu principum, eorumque curriculo, prouinciarum forma mutata est, vt docet Beatus Rhenanus *in libro, qui inscribitur, notitia vtriusque imperij, tum Orientis, tum Occidentis, dum agitur de descriptione prouinciarum Illyr.* Sextusque Rufus consularis *in epitome historia Romana.* ¶ Placuit † autem Budæo, Metropolim ciuitatem dici, ex qua coloniæ, nempe alia oppida processerunt, id est, ex qua coloni & incolę insalium locum translati sunt, *Budæus ad l. obseruare, de offic. proconsul. in annot. prior. ad Pand.* Et ita se habere μητρόπολις ad ἄποικον, seu coloniam, vt matrem ad filiã: quod & Suidas tradit, ἀπὸ τοῦ μητρὸς καὶ πόλεως, quasi dicamus ciuitatem matrem. Et vt scribit Simplicius *lib. 8. de Geometria.* ἀχὶ μητροπόλεως οὖσα τῆς ἄποικον. Et iuxta hanc mentem, episcopus Metropolitanus, is esset, qui in ea vrbe sedẽ haberet, ex qua colonię deductæ sunt: quæ tamẽ interpretatio non quadrat archiepiscopatui vere, neque archiepiscopatus sunt colonię, quas ex ea vrbe translatas esse constat: quia coloniæ etiam in longinqua regna & nationes transferebantur, vt fuerunt ex Romanis coloniæ per tractum Norici, Ripensis, Pannoniæ primæ, Laureacum, Carnutum: & in mediterraneis ad Sapum atque Drauum fluenta. Distribuit etiam Carolus Magnus Francos & Suenos per Pannonias & Teutonum colonias. Fuerunt Getarum seu Gothorum, Vandalorum, Cattorum, & aliarũ nationum in varias partes propagatæ coloniæ, quæ archiepiscopo vni subiici nequeunt. Quamobrem per translationem metropoles ciuitates & archiepiscopatus dicemus, quę tanquam matres curam aguni sibi subditarum ecclesiarum, in eadem prouincia constitutarũ, vt Theodosij sanctione colligitur, per quam ciuitatem Berytum in prouincia Phœniciæ Metropolis nomine donauit, *l. l. de Metropol. Beryto, lib. 11. C. titul. 21.* ¶ Archiepiscopus † eligitur ab episcopis conuenientibus in Metropolitana ecclesia ex clericorum omniumque ciuium consensu, *can. Metropolitano, 63. distinct. can. qui in aliquo crimine, 51. distinct.* Aniceti qui sedit anno domini 159. est decretum, vt Archiepiscopus ab omnibus suffraganeis ordinetur, *can. Archiepiscopus ab omnibus, 66. distinct.* Electus à primate, vel patriarcha confirmatur, vel si is sit ab eorũ ditione exemptus à summo Pontifice, *cap. bone, & c. nihil. de election.* siue electio fiat inter communi, siue ex nominatione regis in Gallia fiat, *tit. de reg. ad pralatur. nom. in concor.* ¶ Consecratur † subinde, & vngitur, *c. 1. de sacra. vnctio.* & ordinatur: pallium accipit, ante cuius receptionem non potest iura ordinis episcopalis exercere, non virgines consecrare, nec fyrodum celebrare, *gloss. in cap. quoniam quidam. & ca. pallium, 100. dist. ca. quod sicut, & ca. significasti, de election. vide Bertachinum, tract. de episcop. cap. fin. tit. 3.* hæc enim licent tantum post consecrationem & pallij adeptionem, non ante etiam si confirmatio facta fuerit. Iubet tamen & suffraganeos suos ab aliis consecrari, *c. cum ex officij, c. 16. de præscriptio. lib. 2. de*

Digitized by Google

tal. tit. 39. Etenim Metropolitanus ab omnibus suffraganeis consecrari, vel ordinari debet, *Clemens lib. 3. constitutio. Apostolica. cap.* 20. episcopus autē à tribus episcopis saltem, Metropolitano iubente, *c. si episcopus, 6. 6. & c sequenti, de tempor. ordin.* ¶ Metropolitę Ruthenī seu Moscouitici, auctoritatem suā à Patriarcha Constantinopolitano habent, qui aliquando eligebantur conuocatis omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, & prioribus monasteriorū, inquisitione facta viri sanctioris vitæ per monasteria & eremos. Nunc verō aiunt principem ad se certos conuocare solere, atque ex eorum numero vnum suo iudicio deligere, *Sigismundus liber Baro in comment. rer. Moscouiticarum, dum de regione agit.* ¶ Archiepiscoporum † auctoritas maxime in episcopos sibi suppositos est, quibus in synodo Antiochena iubetur, vt ad Metropolitanum respiciant, nihilque noui audeant facere in suis parochiis sine conscientia & consilio eius: nec Metropolitani, sine eorū consilio: quod lege etiam Frācica antiqua statutum est per Carolum Magnum, *lib. 1. legis Francię, ca. 8. de suffraganeis episcopis.* Habet archiepiscopus sibi subditam propriam diœcesim iurisdictione ordinaria, vt episcopus quilibet: & vltra, alium in suffraganeos exercet potestatem, vt pote qui habet totius prouinciæ solicitudinem, *c. 1. 2. & 9. quæstio. 2.* ratione cuius procurationis à suffraganeis ad illum deferuntur, *c. 1. de offic. lega. lib. 1. Decretal. tit. 30. d. c. cum ex officij.* Cognoscit de controuersia, quam clericus habet cum aliquo ex suffraganeis, *can. si clericus, 11. quæst. 1.* & supplendo episcoporum negligentiam, agit quod episcopi est officium, *can. cum scimus, 9. quæst. 3. c. per tuas, 40. §. fin. de senten. excom. lib. 5. Decretal. tit. 39.* Quare prouinciam percurrit vt visiter, inquirat, emendet subditorum vitam & acta: illi huic vicissim subsidia, quæ procutationes dicuntur, confetunt, *c. cum ex officij, de præscriptio. c. sopitæ. 14. ca. cum nuper, de censibus. apud Gregorium.* Atque dum ita diœcesin inspicit, potest pontificalibus vti insignibus, & iubere crucem ante deferri, *ca. 1. vt lite penden. lib. 2. Decretal. tit. 16. c. antiquā, de priuileg.* benedicere populo, etiam in locis exemtis à sua iurisdictione, dummodo sint in sua diœcesi, *Clement. archiepiscopo. de priuileg. apud Clemen.* ¶ Nec † possunt iure episcopi presbyteri illi subditi sine eius & aliorū coepiscoporū consilio, in aulam imperatoriam proficisci, ex constitutione synodi Antiochenæ, *can. si quis episcopus, 23. quæst. 8. §. nos autem, quomodo oper. episcop. in Authen.* vel nisi permiserit summi pontificis expressa dispensatio. Nam Gelasius, Papam in consultis Metropolitanis gratiam commeatus in aulam principis, episcopis facere posse voluit, *cd. quo c. su, ca. 23. quæst. 8.* Iussum archiepiscopis in Matisconensi concilio, ne sine pallio missas celebrent, *in Matisconen. concil. sub Pelag. c. 4.*

De Episcopis. Cap. 12.

1 *Episcorum & presbyterorum aliquando commune officium, & quare diuisum.*
2 *Episcopi tempore legis Mosaicæ.*
3 *Diœceses episcopales quales, & vnde.*
4 *Diœceses quando episcopatus factæ.*
5 *Episcopus quis eligi potest, & qualitates boni episcopi.*
6 *Episcopos eligendi quale fuerit nouum requiratur.*
7 *Episcopi à quibus eligantur.*
8 *Episcopus quando plene interueniente electus.*
9 *Episcopum non eligit hæreticus.*
10 *Episcoporum electio quando ad principes pertinuit; & quando eis adempta est.*
Henricus 5. Cæsar investituras extorsit episcoporum, excommunicatus remisit, eod.
Baculus & annulus investitura episcoporum, eod.
Honorius Papa, antea Lambertus dictus, eod.
11 *Henricus primus rex Angliæ episcopos instituere præsumsit, sed episcopi cœrcere coactus.*
12 *Nicephorus Phocas orientis Imperator episcoporum instituendorum ius vsurpauit lege, quæ fuit postea sublata.*
13 *Alexij Comneni, de episcopo eligendo, sanctio.*
14 *Nominatio ad prælaturas regis Gallorum.*
15 *Episcoporum eligendorum in Gallia forma.*
16 *Andium & Alencouius reguli nominant ad prælaturas.*
17 *Episcopum princeps laicus ordinans excommunicatus, & episcopus ipse.*
18 *Princeps non potest interesse electioni episcoporum, vt eligens.*
19 *Episcopum eligunt iure eius ecclesiæ canonici, & qua forma.*
20 *Absens an suffragium electionis committere alij, & cui possit.*
21 *Episcopi ordinatio qua firma ab aliis episcopis fiat.*
22 *Episcopi electio intra 3. menses fieri debet, & postea intra tres alios confirmari: alioquin fit deuolutio iuris ad superiorem.*
23 *Episcopus non consecratus, gerere non potest quæ sunt ordinis: quæ iurisdictionis pontificalis autem sunt, potest.*
24 *Episcopus non adepta possessione, bullis expeditis, num recte beneficia conferat.*
Idem 25. 26. 27. & sed.
25 *Regalia principis, non euanescunt ante consecrationem episcopi.*
26 *Episcopus nisi consecratus, stricta iuris ratione episcopus non dicitur.*
27 *Episcopatus qui sint iuris regalię.*
28 *Confirmatio tradit dominium prælaturæ.*
29 *Possessionis beneficij adeptio quando præcipue desideratur.*
30 *Episcopi boni honore digni.*
31 *Nicephorus Imperator orientis Manichæus, & eius mors.*
32 *Episcopalium sedium distinguendarum ratio.*
33 *Episcopalis officij, & potestatis quæ sint.*
34 *Decimæ beneficiorum quare non debentur nunc episcopis.*
35 *Annonæ cura episcopo demandata.*
36 *Episcopo datus à rege Clotario fiscus regius.*
37 *Episcopalis iurisdictio apud Moscouitas, & apud nos.*
38 *Episcopalis curæ symbolum, baculus, & annulus.*
De baculo pastorali, eod.
39 *Baculi loco præfertur episcopo apud Vtopienses cereus, & quare.*
40 *Annulus, mythra, quid significent in episcopo.*
Mythra, eod.
41 *Episcopalia vestimenta, baculus, annulus, mythra, sandalia, cbirotheca quid significent.*
42 *Episcopis prohibita in alios episcopatus transitio, & diuagatio, & ambitus.*
43 *Episcoporum translatio non prohibita, si recte fiat.*
44 *Episcopi portatiui seu titularij qui, & ius.*
45 *Episcopus non delegat quæ ordinis sunt, nisi episcopo.*
46 *Chorepiscopi qui dicantur, & eorum munus.*
47 *Chorepiscopi quæ non poterant exsequi.*
48 *Chorepiscopi sublati.*
49 *Episcoporum sacrum iuramentum.*

EPiscopi † nomen quid significet, iam satis antea, *supra cap. 2.* dictum est, & curæ solicitudinis esse. Fuit autem aliquando presbyterorum, & episcoporum commune officium, donec ortæ sunt contentiones & schismata in ecclesia Dei, & quisque suos vel suæ potestatis esse putabat quos baptizasset: qua de caussa per totum orbem decretum est, vnum & certum presbyterum ceteris præesse, *D. Hieronym. super epist. ad Titium, can. olim, 95. distinct. can. legimus, 93. distinct. Euseb. Pamphil. lib. 6. historiæ, c. 33. & in histor. Tripart. lib. 4. c. 24.* Testatur at Neemias episcoporum etiam in lege antiqua fuisse, & episcopum fuisse tunc Leuitarū in Hierusalem Azi filium Bani, filium Hasabiæ, &c, *Esdræ cap. 11. vers. 22.* ¶ Vt † episcopi etiam auctoritatem vtroque testamento constet iuris esse diuini, distinctionem tamen episcopatuum iuris positiui. Quemadmodum & diœcesum antiqua est, & ante admissum Christianum dogma apud Ethnicos diuisio, quę aut nihil, aut parum immutata est in episcopatū territorio, aut noua ad priorum similitudinem facta est. ¶ Sic † Beatus Rhenanus scribit Romanorum magistratuum diœceses, apud Christianos episcopos gubernandas suscepisse, & Romanos diœceses vocasse, quas administrationes, procurationes, dicere possumus, *Beatus Rhenanus Lib. 3. rerum Germanicarum de diœcesibus Imperij Roma. in libro qui inscriptus notitia vtriusque orbis, & apud Sextum Rufum consularem, in Compen. histor.* Mutuati hoc nomen Romani à Græcis, quibus διοίκησις est administratio, vt apud AEschinem διοίκησις τῶν πόλεων, administratio ciuitatis, vt Herodianus dixit, *libr. 6. de princip. suorum temp.* τὰς τῶν ἐσχάτων ἀνάγκας καὶ τὰς διοικήσεις, τάς τε τῶν πολιτικῶν, καὶ τὰς τῶν στρατιωτικῶν. Cicero minores prouincias diœceses nominat, *vt ne omnium*, Cicer. 3. epist. famil. inquit, *diœcesum, quæ cis Taurum sunt, omniumque earum ciuitatum magistratus, legationesque conuenirent.* Et ad Atticum, *mirifica exspectatio nostrarum diœcesum.* Ab hac ergo procuratione populi diœcesanus episcopus dictus quoque, qui præpositus est ecclesiæ Dei, vt ei bene præsit: & episcopus in ecclesia, & ecclesia in episcopo, *can. scire debes, septima quæstione prima.* & caput diœceseos episcopus, *ca. cum non liceat, cap. 12. de præscriptionib.* ¶ Episcopatus † factæ sunt diœceses non statim simul ab initio, sed successu temporis, prout Christianorum creuit numerus, & disseminata fides, factæ primum aliquæ ecclesiæ sub curionibus, alię sub abbatibus, & ex his facti episcopatus. Sic Rex Dagobertus nouas sedes episcopatuum instituit Argentoratensem, Constantiensem, *Beatus Rhen. lib. 2. rer. German.* Sic Miesca, siue Miezlaus Polonorum primus Christianus rex, Diœceses & Basilicas illarum distribuit, & ex his quasdam episcopales, quasdam archiepiscopales distinxit, dotauit, & decimas dari statuit anno 9. dom. 965. *Martin. Crome. lib. 2. de rebus Pol.* Verum id approbante summo Pontifice, veluti cū circa annum dom. 1376. in Russia episcopales sedes Premislien sis, Vuladimirensis per principem institutæ sunt, consulto & statuente Gregorio xi. Sum. Pontif. *idem Cromer. lib. 13. de rebus Pol.* sic Carolus Magnus Bremensem episcopatum fundauit, anno dom. 788. *Alb. Kran. lib. 2. c. 14. & 15.* & alios, vt & fecerunt alij reges & Cæsares, *de fundatione & institutione quorundam episcopatuum & archiepiscopatuum, tractat Henricus Pantaleon. parte 1. prosopographiæ in Bonifacio 1. Archiepisc. Magun. anno 736.* fecit & sine illis summus Pontifex, ex episcopatibus archiepiscopatus, & ex aliis ecclesiis episcopatus: vt quando à Ioan. 22. facta est ex episcopali, archiepiscopalis sedes, & ecclesię Montis Albani, S. Papu-

li, de

Digitized by Google

li,de Riuius,de Lumbertiis episcopales,*in c.saluator,de præb. libr.3. extrauag.communium.* Aliquando & Londini auctore Lanfranco habitum est,ut in vtrum,& sacerdotum concilium, in quo decretum est,vt aliquot sedes episcopales, quæ in oppidulis ac pagis antea fuerant, in vrbibus & locis celeberrimis constituerentur,*Polyd.Virg.lib.9.hist.Angliæ.*multorum que annorum reuolutione variata fuit prouinciarum diuisio facta ab Anacleto, *Anacletus id testatur epist.2.*qui tertius à D.Petro fuit pont. sum. Isaacius Angelus orientis Imperator quoque statuit, vt episcopales ecclesiæ in Metropolitanas per eum electæ gauderent honore Metropolitano,saluo tamen iure quod in eas erat ante Metropolitis,& iure eligendi Metropolitam , ex sanctionibus canonicis conuenientibus episcopis,*in constit.Isaacij lib.1.iur. Orientalis, tit.* περὶ μητροπολιτῶν,*&c.*Ex quibus eligantur & fiant episcopi,alia nō potest rectior diri regula,ea,quam præscribit D.Paulus, qualitates eius percutrens,*1.ad Timoth.3.c.qui episcopatum,8.q.1.& ad Titum c.1.Dicus Clemens,lib.2.constit.Apostol.c.6. Qui episcopatum desiderat,bonum opus desiderat,oportet enim ipsum irreprehensibilem esse, ad Tit.c.1.§.1.quomodo oporteat episc. in Authent. vnius vxoris virum, can.1.can.acutius,can.vna tantum,c.fin.26.distinct.*sobrium,*can.ecclesia principes,35.distinct.*ornatum,*can.Parsimoniam,41.dist.* prudentē, *c.1.& c.qui ecclesiasticis,§.ecce quod sacr.vruth,36. distinct.* pudicum, *43 distinct.in princ.*hospitalem,*c.1.versic.ordinandus,* 42.*distinct.*non vinolentum.*ca.1.& can.vinolentum,35.distinct.can.1. 44. dist.* non percussorem, sed modestum,*c.1. & can.episcopum,35.dist.* non litigiosum,non cupidum,*c.1.& c.bonorū,47.dist.*sed iuæ domui bene præpositum.*can.sicut,§.necesse,47.distin.* Si quis enim domui suæ bene præesse nescit,quomodo ecclesiæ Dei diligentiam adhibebit?Quia curæ aliorum præfectus,ostendere debet quomodo oporteat alios in domo Dei conuersari,*c.cum in cunctis,c. 7. de electio.lib.1.Decret.tit.6.* ¶ Proinde†fiunt in episcopis perquisitiones,seu vt dicitur examinationes,antequam ordinentur, vt sint, *can.qui episcopus,33.distinct.*natura prudentes,docibiles , moribus temperati,vita casti,sobrii, vigiles , negotiis suis cauentes , humiles,affabiles,misericordes,literati,in lege domini instructi,fideles catholici.Et hæ inquisitiones saltem in scrutinio electionis faciendæ sunt summarie & de plano , si noti sint eligendi. Scrutinium quippe,neque in cognitorum consecratione omittendum est,*can.1.2.3.4.5.distinct.c.1.75.dist.ca.quæ ipsis,38. distinct.* Circa autem ignotos plene hæc examinatio facienda est,non in aliis,*c.de Petro,75.distin can.valde,94.dist.gl.in can.qui episcopus , in verbo,examinetur,23.dist.* Neque debet eligi bigamus , *ca.1.& 2. 26.distinct.*ignarus,*c.penult.& fin.28 distinct.c.nisi cum pridem,§. pro defectu,de renuntiat.*nec negotiorum secularium imperitus,*can.vnico,39.distinct.*Valentinianus Cæsar occidentis scribens ad omnes orientales episcopos de determinatione concilii Illyrici de consubstantialitate trinitatis in fine admonet de creandis episcopis,vt eligantur ex sanæ mentis & doctrinæ , qui magistratum episcopalem gesserint,præfectis,si quidem extent: sin minus,ex ipsis presbyteris similiter presbyteri & diaconi,ex ipso sacro clericorum ordine,qui non ex curia,vel ex militari magistratu sint lecti,*Nicephorus Calix.libro vndecimo,ecclesiast.historiar.cap.30.*

7 ¶ Quibus†porro personis eligatur episcopus , & qua forma, inferius,Deo fauente,latius explicamus,cū agimus de legitimis modis conferendi beneficia. Varia enim obseruanda & distinguenda sunt in his tempora,& principum iura, postulationes,& nominationes.Fuitque hoc ius primum penes Apostolos, *Actorum 20.Euodius 1.ab Apostolis ordinatus Antiochenis. Ignatius epistol.12.*deinde penes sacerdotes & presbyteros ciuitatum,adhibito suffragio plebis:nam populus fligitabat episcopum , & sæpe ad seditionem vsque in illo contento fiebat,*D.Cyprianus libro 3. Epistolarum epist.5.Sic idem Cyprianus lib.1.Epistolarum,epistol.4.*

8 ¶ Plebs†obsequens præceptis dominicis,& Deum metuens,à peccatore præposito separare se debet,nec se ad sacrilegii sacerdotis sacrificia miscere,cum ipsa maxime habeat potestatem vel eligendi dignos,vel indignos recusandi.Quod& ipsum videmus de diuina auctoritate descendere , vt sacerdos plebe præsente, sub omnium oculis deligatur,& dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur. Sicut in Numeris Moysi præcepit dominus dicens,*Numerorum cap.20. Prehende Aaron fratrem tuum,& Eleazarum filium eius,& impones eos in montem coram omni synagoga ,&c.*Suffragatur Athanasius,dum ait , *Sed vt demus querelam aliquam aduersum me susceptam esse , meamque interea nomen receptum esse , non tamen oportuit in mei locum Arrianum, aut qui Arriana saperet , subrogari , sed secundum ecclesiasticos canones,prout Apostolus præcepit,congregatis populis vna cum spiritu sancto,qui episcopum constituunt , publice & præsentia clericorum episcopum postulantium inquisitionem fieri,atque ita omnia canonice peragi.D.Athanasius epist.1. de persecutione sua ad Orthodoxos.* D.Ambrosius nondum baptisatus præsidialis homo , missus ad seditionem compescendam Mediolanum à Valentiniano Cæsare,consentiente in eum populo & clero,ipse in episcopum electus est,& postea baptisatus & consecratus, *Theodoritus libr.7. historiæ Tripart.ca.8. Nicephorus Calixtus libro vndecimo,historia ecclesiastic.c.32.*Ex auctoritate etiam concilij Carthaginensis 4. examinatus & inuentus plene instructus , cum omni consensu laicorum & clericorum, & conuentu totius prouinciæ episcoporum,maximeque Metropolitani vel auctoritate vel præsentia,ordinandus episcopus,*can.qui episcopus,23. distinct. Isaacus in 54.epistol.Leonis:*Quod & synodus tertia Carthaginensis statuerat,*c.illud,c.23.distin.*Adhibebatur autem populus confirmationi,vt ante eam posset obiicere quilibet,si quid in habere criminis,& vt testimonium haberet electus etiam ab iis qui foris sunt, *c.licet,8.quæst.1.c.iubemus,de consecrat.distinct.1.vide glossam in d.can. illud,in verb.plebe,23.dist*

¶ Non†tamen eligit episcopum hæreticus,*ca.fi.9.q.1.* 9

¶ Circa †annum domini 780.in synodo habita Romæ,electio summi pontificis,archiepiscoporum,& episcoporum,cum omnibus inuestituris Carolo Magno concessa,*Sigibert. & in can. Adrianus,63.dist.Sabellia.Ennea.8.lib.8.* Sed postea hoc ius redit ad summum pontificem & cardinales,vt supra *can.3.*docui.Rursum tamen anno ab incarnatione domini 1111. Henricus quintus Cæsar coronatus,à Paschali 2.carcere detento antea,& à quibusdam episcopis collectis minis & terroribus extorsit priuilegium & inuestituras episcoporum,id est,baculum & annulum, & ita is Imperator cum suis episcopis in synodo vel conuenticulo conclu serat,inuestituras episcoporum pro more antiquo Imperatori esse retinendas,*Albertus Krantzius lib.5.cap.30.& 33.* Ceterum cum Imperator Roma abiisset,synodum Paschalis Romæ celebrauit,in quo priuilegia,& inuestituras,& pacem, ei per minas & metum concessa reuocauit,*idem Krantzius lib.5. ca. 34. 37. 38.*Atque Calixtus secundus summus Pontifex, qui post Paschalem 2.& Gelasium 2. Romæ pontificalem sedem acceperat,Imperatorem Henricum quintum excommunicationis vinculo innodauit:qua ratione impulsus cum videret à se regnum paulatim deficere,& exemplum patris sui mente reuolueret,atque metu anathematis,quo vrgebatur,collecta generali curia apud Wormatiam inuestituram episcoporum,videlicet baculum & annulum in manus legati apostolici nomine Liberti, qui postea fuit Papa Honorius publice resignauit , per quem etiam ab anathemate est absolutus: Papa quoque tale priuilegium Imperatori scripsit,vt episcopi omnes tam Cisalpini quam citra , non prius episcopi ordinentur,quam per manus Imperatoris de regalibus sint inuestiti, *hæc ad verbum apud Gothofridum Viterbiensem in pantheon seu Chronicorum parte 17.in Henrico 5.* ¶ Polydorus Vergilius † tradit huius Imperatoris tempore Henricum primum Britanniæ seu Angliæ regem elatum victoriis, tantum sibi sumere cœpisse,vt sua dumtaxat auctoritate episcopos faceret, & factis episcopatuum possessionem daret. Et circiter,inquit, hæc tempora principes vbique gentium cœperunt illud sibi ius declarādorum episcoporum vindicare,quod & hodie mordicus tenent. Hos tamen Anselmus religionis antistites , tanquam abortiuos religionis filios consecrare recusabat,sed parum profecit,donec Paschalis 2.sum.Pont.consultus,regem ab sententia abire coegit, *Polyd.Virgilius lib.11.historiæ Angliæ in Henrico 1.* ¶ Fuit †& Imperator Orientis Nicephorus 2.Phocas qui successit Constantino 9.circa annum domini 965.qui legem tulit, subscribentibus quibusdam incautis,menteque parū prouidis episcopis,ne Imperatoris iniussu crearetur vllus episcopus, *extat constitutio eius in libro 1.iuris Orientalis , inter eius constitutiones.4. titul.* περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐκκλησίας χειροτονεῖν ἄνευ τοῦ βασιλέως,iisque mortuo aliquo episcopo, aliquem suorum submisit,qui definitos faceret sumtus , ipse autem quod reliquum erat de reditibus accepit.Sed & hanc legem sustulit,vt malorum omnium fontem , quum detraheret Deo & possessionibus ecclesiasticis,vt qui factam ab eo , qui imperium inuaserat,Basilius iunior porphyrogeneta Cæsar orientis, mense Aprili,indictione 1.anno à creatione mūdi 6495.sic enim Græci computant annos & restituit leges priuilegiorum ecclesiæ, *in d.lib.1.Iuris Orientalis in post prædictam Nicephori constitutionem titu.* περὶ κτίσεως τῶν ἐκκλησιῶν. ¶ Legimus†tamen postea factum decretum ab Imperatore Alexio Comneno primo in præsentia conuocare tunc synodi consentientis vtique determinantis, mense Maio 10.indictione anno ab orbe 6565.orta contentione de Metropoli Basilæi , & Metropoli Madytana viduis pastore, num à Patriarcha Constantinopolitano , an à Metropolitis Heracleano & Anchirano,quorum erant episcopatus,antequam per Imperatorem erectæ fuissent in archiepiscopatus. Statutumque Imperatori licere pontificalem thronum ecclesiis largiri: & episcopatus vel archiepiscopatus in Metropoles erigere , eaque quæ ad electionem pertinent,& reliquam dispositionem,prout ipse voluerit describere. Verumtamen Patriarchæ permittitur, ne altera à quouis allatam de cuiuscunq; ecclesiæ primatu chartam confirmet: nec eius præsules inter archiepiscopos vel Metropolitanos recipiat,quam dignos cognouerit,& si indignos videri referat Imperatori,*in iure Orientali,lib.1. in constitutionibus Alexij Comneni,1.titulo 3.* περὶ τῶν ἀνιγνῶν τῆς βλασφημίας εἰς μητροπόλεις. ¶ Quod † ius fere,& eadem cum summi Pontificis auctoritate regibus nostris Gallicis in synodo concessum est in nominatione ad prælaturas dignorum facienda,*tit. de regia ad prælaturas nominatio.in concordatis.* ¶ Quam†tamen nominationem in conuentu seu comitiis generalibus Aureliæ habitis anno domini 1560.*in constitution.Aureliæ habitis,artic.1.* in formam electionis ecclesiis cathedralibus adhibitis nobilibus & clero & populo transferri voluerunt,vt tribus nominatis,seu electis princeps v-

10 11 12 13 14 15

Digitized by Google

num ex his delictum summo pontifici nominaret confirman-
16 dum: sed illa constitutio non fuit vsu seruata. ¶ Andium† & Aléconius Reguli, nominatione ad prælaturas vtuntur in suis ditionibus, regis permissu, sed ita, vt huius nomine ac postulatione di-
17 ploma Pontificis summi postuletur. ¶ In† quo ordinatio est summo pontifici reseruata, quemadmodum iore pontificio à principe vel rege, episcopus ordinari non potest, & si inuestituram dent excommunicantur, *can. si quis deinceps, & sequen. 16. quæst. 7.* Et alii episcopi qui per laicum inuestituram recipiunt, & inuestiti
18 deponuntur, *d. can. si quis, & can. omnis, 63. distinct.* ¶ Nec† interesse potest princeps iure communi electioni cum canonicis eligentibus episcopū, vt eligat cū ipsis, præcipiat, vel disponat, *c. Messana, de electio. can. laici, can. nullus 63. distinct.* ¶ Canonicis † quippe
19 libera est in ecclesia eath edrali electio sui episcopi, iisque solis, *ca. in Genesi, c. ecclesiu, 2. c. Cumana, cap. cum in veteri, c. congregato, ca. bone, 2. de elect. apud Gregorium.* quamuis antea ad summum pontificem pertinuerit, *can. 1. 22. distinct. gloss. in cap. quanquam, de elect.* Potest tamen capitulum in electione facienda eum admittere, qui de iure interesse non potest, dummodo omnes canonici cōsentiant, & vel vnus non repugnet, *c. scriptum de elect.* Eligunt canonici ecclesia viduata pastore, sede vacāte, *ca. vt circa, ca. quā sint, c. cupientes, de elect. & ibi gl. sepulto* mortuo episcopo, nōprius, *c. bone, 2. de elect. & ibi gl. c. Nouatianus, ca. nō fuit, 7. q. 1.* infra ires mēses à die vocationis, *c. ne pro defectu, c. cum in cunctis, de elect. c. postquam, 50. distinct.* congregatis illis in ecclesia, vel alibi in ciuitate, loco idoneo, *cap. cum terra, & c. quod sicut, de elect. c. in Genesi, c. quanquam, eadem titul.* absentibus canonicis, veluti in actu alio capituli vocatis, cum tempore & dilatione ad veniendum sufficiente secundum loci intercapedinem, *c. 1. de dilatio. Doctor. in Authen. hoc ius porrectum, de sacrosanct. eccles.* cautione adhibita, ne nimium prorogetur electio, cum periculum est in mora, *ca. cum inter, & ca. ne pro defectu, de electio.* dummodo sint in prouincia, vel extra, commode vocari & venire facile possint, non aliter. *gloss. in cap. cum in ecclesiu de præbend. in 6. gloss. in cap. quod sicut, & sanctum, de elect.* In ciuitate citantur vel vocantur canonici, per cāpanæ pulsationem, *c. in caussis, de electio.* extra ciuitatem, per literas, vel per nuntium, *gloss. & Doctores in c. causam, & in c. Cumana, de electio.* Duplexque citatio, prima, vt adsint certo loco ad electionem faciendam, al-
20 tera, vt ad electionem veniant. ¶ Et† quamuis absentes commode venire non possint, tamen vocari debent, *can. quod sicut, §. si autem, & c. cum inter vniuersas, & gloss. & Doctor. in c. quia propter, de elect.* Quia absens iusto impedimento, vel non legitimo consentientibus aliis canonicis, potest vocis suffragium alii committere per literas, *c. scriptum, cum gloss. & c. quia propter, de elect. apud Gregorium c. si quis vno, eod. tit. in 6.* Si committat vni de capitulo, *d. c. quia propter & ibi gloss. & Doct.* non enim alteri potest inuitis præsentibus canonicis, *c. constitutus, de appellat.* nec etiam per literas ipse vocem, vt dicunt, seu suffragium ferit absens, *c. si quis iusto, & ibi Doctores, de electio. in 6.* ¶ Auctoritate† apostolica quo-
21 que ordinationes episcoporum, ab vniuersis qui in eadem fuerint prouincia episcopis, sunt celebrandæ, qui simul conuenientes scrutinium cum precibus perficiant, manus cū sanctis euangeliis admoueant dominica die, hora tertia orantes, sacraque vnctione prophetarum exemplo vngentes, *c. 1. 75. distinct.* Nam cum ordinatur episcopus, duo episcopi imponunt manus, quibus tenent euangeliorum codicem super caput & verticem eius, vno super ipsum fundente benedictionem, reliquique episcopi qui adsunt, manus eius tangunt, *c. episcopus, 23. distinct.* Sunt aliæ electionis & confirmationis episcopi cæremoniæ & solemnitates, de quibus late tractat Bertachinus *tract. de episcop. 1. parte, lib.*
22 *3. 1. & 2. parte libri.* ¶ Electio† episcopi, vel archiepiscopi intra tres menses à vacatione ecclesiæ fieri debet, *c. post quam, 50. distinct.* alioquin olim ad summum pontificem deuoluebatur, *c. dilectus, de concess. præbend.* eligendi facultas, hodie ad proximum superiorem, archiepiscopum, vel primatem, *c. ne pro defectu, c. 41. de elect. apud Gregorium, c. nulla de concess. præbend.* Intra tres alios etiam menses confirmari debet, *can. quoniam quidam, 100. distinct. c. quoniam quidam, 75. distinct.* ab archiepiscopo, *can. extra conscientiam, & can. fin. 64. distinct. c. cum dilectus. 32. de electio. apud Gregorium.* vel à summo pontifice. Confirmationem præcedit electio, hanc sequitur consecratio, vt notant interpretes, *Bertachinus tract. de e-*
23 *piscopo, in 3. parte 3. libri. gloss. in c. proinde, de elect. in 6.* ¶ Episcopus † post electionem & confirmationem quidem est, si tamen cōsecratus non sit, quædam, quamuis episcopalia sint, gerere non potest quæ ordinis sunt: & ita ante consecrationem quæ iurisdictionis sunt, recte exsequi potest, nempe excommunicare, corrigere, iuramenta recipere à vasallis, inuestire, beneficia conferre, & similia, *ca. nosti, de elect. apud Gregorium, ca. 1. & c. inter corporalia, de translat. episc. & c. transmissam, de elect.* Quæ ordinis minime, eo quod eorum potestatem tantum accipiat in consecratione: qualia sunt, clericos ordinare, & deponere, chrisma conficere, benedicere virgines, ecclesias vel altaria consecrare, & similia, *c. quod sicut §. præterea, de elect. can quamuis, 68. distinct.* ¶ Vidi † tamen de facto quæsitum, num episcopus qui nominatus à rege,
24 confirmatus est per summum pontificem, vel qui à summo pontifice habet prouisionem, bullis confectis, non tamen adhuc adepta possessione, possit beneficia conferre. Qua in re distinguendum censeo, an quæstio sit de episcopatu, in quo rex ius regaliorum habet, an de alio. ¶ Nam† regalia principis, non euanescunt, quæ competunt ratione vacationis ecclesiæ episcopalis, nisi consecratione facta episcopi, atque post electionem, nominationem, & confirmationem sum. pont. integra manent, & ita rex fructus interim percipit, beneficia iure regaliorum confert, nec cogitur ante cōsecrationem episcopo dare inuestituram, *Arnal. Ruseum, tract. Regal. 59. priuilegio.* ¶ Quod† stricta iuris ratione e-
16 piscopus non dicatur, nisi consecratus sit, *c. licet, de translat. episc. c. tua, de his quæ fiunt à Prælatis sine consen. cap. Pan. in c. eam te, de rescript.* ¶ Episcopatus† iuris regaliorum enumeratos habes apud
27 Ægid. Magistr. *tract. regal. c. 4.* Ceterum in episcopatu, qui regalis iuris non est, episcopus ad nominationem principis legitime cō firmatus, vel sine nominatione ab eo, qui confirmandi ius habet, poterit conferre beneficia suæ diœceseos ante consecrationem, vt dixi, & ante possessionem adeptā, literis & codicillis seu bullis insinuatis, vel prouisione obtenta, *Bertach. in tract. de epis. lib. 3. in par. 2. principalis, num. 8. per c. nosti, de elect.* ¶ Confirmatio† quamque
28 tradit dominium prælaturæ, *Innocentius in cap. ex parte, de arbitr. Bald. in Margarita, in verb. de electio.* prouisioque, seu collatio beneficii transfertius, si illa acceptetur, *cap. si tibi absenti, de preben. in 6.* ¶ Et† possessionis adeptio tunc demum exquiritur: quia corpo-
29 ralis est, si alterius interfit: si agatur de publicanda renuntiatione intra tempus conueniens, si de infimis resignantibus, aut de similibus, in quibus fraus committi potest, si palam non eatur in possessionem, secundum præscripta regularum cancellariæ, quæ de his latæ sunt. In sacerdotiis autem & prælaturis, quæ vel morte, vel alia certa ratione & vere vacant, & conferuntur, illa possessionis exacta non obseruatur quæstio & solemnitas, *Rebuffus in praxi beneficiorum, dum de resignatione agit.* quamuis non me lateat, hac in re varias fuisse easque pugnantes interpretum sententias, quas videto apud Ioannem de Selua *in tracta. beneficiorum, 2. par. quæst. 15* Is tamen tandem concludit cum distinctione, vt si quis alius in possessione prior sit prælaturæ, licet iniuste, is cui collatio facta est & confirmatio, non possit administrare vel conferre, non adepta possessione legitime, alioquin enim spoliaret possidentem, & diceretur intrusus, ius propria auctoritate sibi vsurpans, iureque suo, si quod haberet, priuandus, *ca. cum qui, de præbend. in 6. l. exstat, quod met. caus. l. si quis in tanta, C. vnde vi, l. 1. C. de suffrag. can. placuit, 16. quæstio. 6.* contra, si quis prælaturam consequatur, quam alius, nec iuste vel iniuste possideat, licere ei administrare & beneficia eius ante consecrationem conferre, *per c. transmissa, & c. qualiter nosti, de elect. apud Greg. c. auaritiæ, eod. titul. in 6.* Dummodo, vt plerique tradunt, consuetudo in ea prælatura sit antea obseruata, ne administratio concedatur ante adeptam possessionem *per d. c. transmissam.* Nisi, vt Host. tradit & prædictus Io. de Selua, *vbi supra* dixerimus, hanc consuetudinem reprobandam, tanquam quæ possit esse damnosa, *iuxta cap. cum venerabilis, & c. auaritiæ, de electio. in 6.* Ego autem in ea sententia sum, episcopum vel alium antistitem, non posse se immiscere actibus iurisdictionis nec collationis, quousque diplomata seu bullas suæ collationis & confirmationis susceperit, aut concessæ fuerint, atque in illis vim maiorem, quam in adeptione possessionis facio: quod ita exigat extrauagans, iniunctæ, De electio. in Extrauag. communibus. Et ita Panormitanus, se curasse obseruari scribit, *in d. c. qualiter, de elect.*

¶ Cuius† autem dignitatis sint episcopi, certe munus illorū
30 & auctoritas satis fidem facit, finisque, & rationes cur præfecti sunt populo Dei. Quamobrem & eos principes piique homines ab omni labe hæreseon & superbia alieni, coluerunt, & honores regios fere, & aliquando maiores eis detulerunt: vt contra, perditi homines & impieratis mancipia, eos vt caput, dominū, cui illi inseruiunt ludibrio habuerunt de re Christiana nō bene sentientes. ¶ Ex† quorum grege Nicephorus orientis Imperator,
31 qui iussit ducibus belli, episcopis & clericis mancipiorum loco vti, proque sua auctoritate in ædes episcopales & monasteria diuertere, eorumque rebus pro arbitrio abuti, *lib. 1. iuris Orientalis, in constit. 3. Nicephori, titulo* περὶ οἰκων ἱερῶν. erat autem hic Manichæus, qui tandem & misere obtruncatus cœpit pœnarum æternarum certum argumentum exhibere, post mortem etiam decaluato capite ludibrio habitus à Chrumno rege Bulgarorum, *Ioannes Monachus seu Zonara, in eius vita, & Ioannes Cuspin. in Cæsaribus, sub Carolo Magno.* ¶ Scopus† & finis distinctionum episcopalium sedium, & præfecturarum harum sacrarum est, qualis
32 totius sacri ordinis ecclesiastici, vt omnia cum ordine, & ad laudem Dei, & in ædificationem ecclesiæ sine confusione fierent, ne acephali clerici, veluti sine fræno, remoto locorum intercapedine summo Pontifice opprobrio Christiano nomini essent, & quisque in sibi deputata contineretur cura, solicitudo ecclesiarum diligentius haberetur, & pleraque alia fierent, quæ huic pōtificio muneri committuntur. ¶ Et† quæ ad illos pertinent, vt
33 consecratio virginum sacrarum, *cap. 1. de tempor. ordin. can. si iubet, 26. quæstio. 6.* dedicatio, consecratio, & inauguratio, *cap. per episcopum, ca. 9. de consecrat. ecclesiæ, vel altaria. libr. 3. Decretal. titul. 40. can. nemo, de consecrat. distinct. 1.* ecclesiarum. Ad episcopum etiam pertinet consecratio, seu benedicto corporalis, seu lintei linei *iuxta* statutum Eusebij S.P. *in capit. consulto, de consecratio. distinct. 1.*

De

De vasis etiam & vestimentis ecclesiæ, idipsum sentiunt plures post Thom. 3. par. quæst. 72. artic. 1. in cap. vestimenta, & c. vasa, distin. 1. Alii dicunt, quod presbyteri ea possunt benedicere etiam presente episcopo, in can. ecce, 95. distinct. can. quamuis, 98. distinct. dummodo in benedictione chrismate opus non sit. Et ita Abbates etiam intra sua claustra posse benedicere: quidam tamen alij id ad priuilegium illis concessum referunt, ex cap. Abbates, de priuileg. in 6. cap. accedentibus, de excessibus prælat. Et ita etiam debere abstinere à consecratione calicis Abbates & alios, eamque relinquere debere Episcopo, propter vnctionem, quæ ibi necessaria est, dixit Geminianus in d. cap. abbates. quamuis contrarium videtur sentire in abbate, qui vtitur pontificalibus ornamentis, Cardinal. in Clement. attendentes, de sta. regul. facit capit. vnic. de sacrosanct. vnction. Mihi autem tuta videtur sententia, dicere, benedicere vestes sacras missæ, & similia, non pertinere ad simplicem sacerdotem nisi ex delegatione vel priuilegio S. Pontificis. Concessit ita Sixtus quartus S. Pontifex sacerdotibus ordinis Minorum, vt possint benedicere quæcunque ornamenta ecclesiæ vel altaris, vel sacerdotales, & alia corporali excepto, vt ait Rosel. in verbo consecratio, §. primo. Eadem concessit priuilegia Six. 4. fratribus ordinis sancti Dominici presbyteri. Tamé in priuilegio Minorum Leonis 10. S. P. incip. Inter ceteros, quædam addita, quæ non omnibus concessa videntur sed certis, dum dicitur. Quodq; generales illius, necnon prouinciales, ac eorum vicarii eiusdem ordinis Minorum, corporalia & alia ornamẽta ecclesiastica suorum locorum ac domorum, præter calices & patenas benedicere valerent, concedimus, itẽ quod prędicti possint, quando episcopi nolunt vel negligunt ecclesias, cœmeteria, capitula sua vtique solemni benedictione benedicere, & eas pollutas, vel ea polluta quomodocunque, aqua prius per aliquem Catholicum episcopum, vt moris est, benedicta, reconciliare. Ordinatio clericorum, titul. tempori. ordinatio. & titul de ordinatis ab episcop. qui renuntia. episcop. tota 71. distinct. aut facultas permittendi per literas commendatitias, quas dimissorias vocant, vt ab aliis ordinẽtur, cap. primatus, cap. ab extraneo, 71. distinct. tota 72. distinct. can. fraternitatis, cap. 5. de clericis non residen. lib. 3. Decretal. titulo quarto. conficere chrisma, cap. illud, 95. distinct. can. si iubet sanctitas, 26. quæst. 6. linire seu confirmare baptizatos, can. 1. & ca. manus, de consecratio. distinct. 5. Solemniter anathematisare, cap. debent, 11. quæst. 1. ecclesias duas vnire, capit. sicut vnire, de excess. prælator. Clement. vnic. §. final. de rebus eccles. non alienan. vnam in duas dividere, nouas erigere, cap. ad audientiam. in 1. in fin. de eccle. ædific. Ex causa, propter morum correctionem bis in anno concilia seu synodos cogere, can. propter ecclesiasticos, 18. distinct. & in legibus Francicis Caroli Magni, lib. 1. cap. decimotertio. iudex is etiam clericorum est suæ diœceseos tantum ordinarius, alii extraordinarij, ca. scriptum, can. scitote, can. denique, can. placuit, can. de illis, 6. quæst. 3. can. per singulas, c. saluo, can. si autem, can. archiepiscopus, can. conquestus, 9. quæst. 3. cap. 1. de offic. ordinar. Et Honorius tertius, summus Pontifex, hæc & res quæ horum causa episcopo debentur, vna constitutione refert, cap. conquerente, de offic. & potest. indic. ordinar. & ibi late interpretes. quæ & aliis iuribus suffulta est: quæ sunt canonica obedientia, cap. si autem vobis, & can. absit, 11. quæst. 3. Diuus Ignatius epist. 5. & 6. Deuteron. cap. 17. subiectio & reuerentia, Ecclesiast. cap. 7. & 1. ad Timoth. 5. can. ecce ego, 95. distinct. can. fin. 99. distinct. institutio & destitutio, can. cum ex iniuncto, de hæret. cap. cum & plantare, de pri. & correctio clericorum, c. irrefragabili, & cap. licet, de offic. ordinar. reformatio, cap. visis, 18. quæst. 2. censura ecclesiastica, cap. corripiantur, 26. quæst. 3. cap. querelam, de verborum significat. Iurisdictio causarum fori ecclesiastici, cap. si diligenti, de foro competen. sere per totam, 6. quæst 3. pœnitentiæ, cap. si episcopus, de senten. ex communic. in 6. vbi gloss. numerat. casus episcopales. sacramentorum collatio, cap. cum inter vos, & ea. quanto, de consuetud. synodus, tota 15. quæst. 7. synodaticum vel cathedraticum, cap. cum canonicis, & cap. olim, de censib. cap. placuit, 10. quæst. 3. quarta decimationum, can. vobis, can. concesso, & can. placuit, 12. quæst. 2. ca. cum super, de sepult. ¶ Illud † tamen dignum observatione, vt tertia pars quæ ex decretis antiquorum conciliorum dabatur episcopis à parrochianis ecclesiis, ca. quatuor, & ca. de reditibus, 12. quæstio. 2. & ca. decreuimus, 10. quæst. 1. hodie non detur, nisi ecclesiam sartam tectamue conseruent, sed relinquitur curionibus cum hoc onere, can. placuit, can. priscis, can. vnio, 10. quæst. 3. Datur & episcopis quarta vel aliqua pars oblationum, mortuariorum, vel ex consuetudine, can. decernimus, can. de hoc, can. antiquos, 10. q. 1. c. 1. capit. 2. cap. certificari, de sepult. visitatio annua, vel procuratio, moderatum auxilium, cap. cum Apostolus, §. inhibemus, de censib. c. 1. §. fin. vt ecclesiast. benef. sine quaque diminutione conferantur, can. cauendum, 10. quæst. 3. Omnium in summa ecclesiarum, monasteriorumque regimen, solicitudo, & cura pertinet ad episcopum loci, can. omnes Basilicæ, 16. quæstio. 7. can. obitum, 61. distinct. ca. Decretum, & can. regenda, 10. quæstio. 1. Episcopus solus sacerdotibus, & ministris honorem dare potest, quamuis solus auferre non possit. can. episcop. 67. distinct. cap. felix, 15. q. 7. c. 1. de hæretic. in 6. Sed & in constitutionibus Caroli Magni capitularibus transactis cum episcopis regni, cautum, vt episcopi emendandi incestuosos habeant licentiam, & corrigendi intra suam prouinciam viduas, auctoritatem, in capitul. Caroli Magni, cap. 5. Idem in Aquisgrani sanctionibus, iussit vt eorum, qui ordinari cupiunt, fides & vita ab episcopo diligenter discutiatur, & sic ordinentur: quod & nouella Iustinianea comprehensum est, Nouella. 123. ¶ Demãdata † etiam antistitibus sacris cura annonæ, 35
vt iusto pretio vendatur egentibus, l. 1. de episc. audien. Hanc quoq; eandem Athalaricus rex Gothorum illis rursum iniunxit, apud Cassiodorum, lib. 9. Variar. epist. 5. ¶ Chilpericus † rex Galliarum ante Suessonum, filius Clotharii regis Francorum, liberatus ab obsidione & periculo, quo cingebatur apud Tornacum à fratre Sigiberto, donauit episcopo Crasmaro, fiscum regium, vt aiunt in Tornaco, cum quadam temporali iurisdictione in Flandros, anno domini 578. Meyerus lib. 1. Annal. Fland. in eo. annot. Et hodie in Gallia in plerisque locis ex liberalitate principũ, & iure clientelarum per ecclesias possessarum, etiam in laicos & iurisdictionem temporalem habent episcopi, & abbates: quæ notiora sunt, quam vt probatione indigeant, nosque alibi de fisco episcopali agimus. ¶ Apud † Ruthenos seu Moscouitas, vt refert Sigismundus 37
Liber Baro, in Commentariis rerum Moscouitarum, episcopi notio est, de diuortiis factis inter Kez, quos dicunt, id est, ducés, & inter quos dicunt Boiarones, id est, nobiles, & super omnes seculares, qui concubinas fouent: item si quando vxor marito non obsequatur, si quisquam in adulterio vel fornicatione deprehensus fuerit, si vxorem consanguineam duxerit, si coniunx coniugi quippiam mali machinetur, de diuinationibus, incantationibus, venenis, de contentionibus propter hæresin vel fornicationem susceptis. De Sodomitis, sacrilegiis, mortuorum spoliatoribus, qui ab imaginibus & statuis sanctorum amouerint, de iis qui canem, auem, aut aliud animal immundum in ædem sacram duxerint, aut comederint: hisq; pœnas imponunt, aut si filius parentes sororesque acrius increpauerit, item mensuras rerum singularũ ordinare statuereq; debent ex cõcilio Toletano 3. can. 16. episcopi cum iudicibus secularibus idola destruere debent, & can. 17. de iis qui necarunt filios agnoscere. Apud nos etiam plura sunt, de quibus iurisdictio ad episcopum pertinet: verum de ea alibi dictum est, diximus in lib. artis Iuris, c. 1.

¶ In † symbolum dignitatis & potestatis huius, baculus pa- 38
storalis datur, c. disciplina, 45. dist. Vt Mosi & Aaroni virga, Exod. 4. accipit autem à superiore summo Pontifice, qui tamen non fert baculum, cum ratione, cuius meminerunt, vt de baculo dato à D. Petro D. Martiali historiæ, tum etiam quia is à nullo homine, sed à Deo accipit potestatem, textus cum gloss. in cap. 1. §. fi. de sacra vnct. lib. 1. Decret. tit. 15. C. Hic baculus vncus ex more Romanę ecclesiæ, rationeq; traduntur, vt ea potestate in Dei ecclesiam morosi & gentiles trahantur, & delinquentes inuiti cogantur ad mentem redire. gl. pen. in d. §. fi. c. vnic. de sacra vnctio. Item quia pedum incuruum non lædat oues, sed in viam redire sine læsione
cogat: est tamen pastoralis baculus cruciatus apud Ruthenos, Sigismun. Liber Baro, in reb. Moscouit. arum. 39
¶ Apud † Vtopienses insulanos loco baculi præfertur cereus, Thomas Moras lib. 2. Vtopiæ. vt arbitror symbolum bonæ vitæ, quæ aliis in episcopo prælucere debeat. Datur & annulus episcopo tanquam sponso ecclesiæ, ca. sicut vir, 7. q. 1. ¶ Mithra † quoque vel cydaris bicornis, vt scientiam vtriusque testamenti capitis sui esse ornamentũ cognoscat. 40
& aliquo modo metuendus populo videatur. Quemadmodum legimus Mosis faciem cornutam visam, cum de mõte descenderet, Exod. 34. Apud Moscouitas archiepiscopi, episcopi, & abbates, mithras nigras, & rotundas ferunt: solus autem episcopus Noruogardensis albam bicornem more nostro, Sigism. Liber Baro comment. de reb. Moscouit. Flamines quoq; apud idololatras Romanas habebant pilea, Aul. Gellius, lib. 5. c. 8 & æstate filio caput cingebant, quia eo nudato incedere nefas habebatur, Plinius lib. 3. c. 11. quemadmodũ & sacerdotes augures lituo vtebãtur, Liuius in 1. id est, baculo incuruo, de quo Cicero, quid lituus iste vester, quod clarissimum est insigne auguratus, vnde vobis est traditus? Cicer. 1. de diuin. ¶ Concedunturq; † & episcopo sandalia, quæ vigilantissimam 41
gregis curam significant: item vestis linea summa, quę puritatẽ: chirotheceæque, quæ manus ab omni humana contagione conseruandas esse admonẽt. Est & superhumerale, cum mysterio, & reliqua ornamenta, quæ & in lege antiqua sacerdotibus erant mystica, Exod. 28. ¶ Quia † & igitur episcopis cura gregis Dominici 42
per partes fuit distributa, cum fiducia tantæ probitatis placuit & maioribus, vt quilibet episcopus suo muneri summa fide inuigilaret, & ne ordinem turbaret decretum, in alias prouincias trãseundo. Vt enim coniugium corporale non potest ab homine, vt à Deo coniunctum separari, c. 19. D. Matth. sic nec coniugium semel cum ecclesia sua ab episcopo initum nisi ex causa & à summo Pontifice solum. c. 2. & 3. de transl. at. episcop. lib. 1. Decret. titul. 7. c. cauendum, c. quamuis, 3. q. 6. c. mutationes, 7. q. 1. vt nec patriarchæ id liceat, c. 1. eod. tit. de transl. at. epi. Decretum autem est in synodo Nicęna de non transferendis episcopis, vt occasio etiã ambitus in ecclesia præcideretur, quod multa ex prensatione comperiorum euenissent mala, Niceph. Calix. lib. 12. cap. 16. Et sub Theodosio, episcopi omnes vna cũ Nectario constituti Constantinopoli, senatusconsulto cauerunt, vt Nicenæ synodus decretum certum esset, & iuxta antiquos canones episcopi in ecclesiis suis manẽtes non temere in aliarũ diœcesium fines transirent, quod antea facile fiebat propter persecutiones, Niceph. Calix. li. 12. c. 13. Socr.

Digitized by Google

lib. 9. histor. Triparti. c. 13. Ceterum canon de episcoporũ in alias parœchias mutatione, μετάβασιν, ἀ μετ' ἔδρων, id est, transitionem, non mutationem episcopoiũ prohibet. Transitio eorum est, qui per arrogantiam, forte miscendarum rerũ gratia in thronos insiliunt, quæ 43 inhibetur, non legitima translatio. ¶ Nam † & primus Apostolorum Petrus ecclesiam Romanam gubernauit trãslatus, & alij plures translati licite, quos refert Niceph. Calix. *lib. 14. histor. eccles. c. 39.* & Socrates *in histor. tripartit. lib. 12. cap. 8.* Episcoporum reperiuntur species, eorum, qui titularij, & chorepiscopi 44 appellantur. ¶ Ambulatorij † etiam apud nos, & vt vocantur portatiui reperiuntur episcopi, titularios vocat Synodus Tridẽtina: ij enim vere episcopi assecuti sunt dignitatem & potestatem & titulum. Verum non potiuntur fructibus sui beneficij, vel suæ ecclesiæ, episcopali sede ab Agarenis occupata. Ambulatorij & mobiles dicti episcopi, quod veluti à propriis exules, possint vbicũque peruenerint consentiente loci episcopo, & eo delegante, munus episcopale obire. Potest namq; quidem episcopus in sua sede, quæ iurisdictionis sunt, cuilibet delegare, etiam, nõ episcopo, at quæ ordinis sunt non potest, nisi episcopo. *c. penult. de consecrat. eccles. apud Gregorium.* ¶ Quare † hic episcopus titularius, 45 poterit, vt delegatus ea, quę ordinis sunt vice episcopi in episcopatu alieno peragere, veluti clericos ordinare, virgines, aut chrisma consecrare, & reliqua, quæ ministerium exigunt consecrationis perficere. Episcopatus isti titularij retinent prioris status vmbram, & eos quibus conferuntur impellunt quodammodo, si zelo Christianæ fidei teneantur, eò, vbi sunt proficisci, vt experiantur, si quid ex grege possint vel restituere in pristinam salutem, vel si qui adhuc mihi sint, si liceat eò proficisci, in fide conseruent ac nutriant. Et meo iudicio non alia ratione cõferri debent isti episcopatus, nec aliis quam operariis pro vinea Domini mori paratis. Alioquin enim mihi videtur valde ambitiosus, & iniuriam ecclesiæ Dei irrogare, qui prohibitam μετάβασιν, & trãsitionem in alienos episcopatus prætextu speciosi tituli, aucupatur, nullo modo de grege, quem desiderauit, solicitus.

46 ¶ Chorepiscopi, † Græcis χωρεπίσκοποι, erant vicarii ab episcopis in aliquem locum diœceseos missi, vt notat Budæus ex Basilio, *Budæus in comment. linguæ Græcæ.* De illis Damasus Papa tra-47 ctat *in epistol. 4. in volumine conciliorum.* ¶ Erat † illis officium cum episcopis commune fere in omnibus, demto quod erigere altaria non possent, nec ecclesias consecrare, nec per impositionem manuum fidelibus baptizatis, vel conuersis hæreticis, paracletum spiritum tradere, non chrisma conficere, non baptizatorum frontes chrismate signare, non publice quemquam pœnitentem in missa reconciliare, auctore Leone summo Pontifice, *ca. quamuis, 68. distinct.* De Chorepiscopis, concilium sub Carolo Magno Aquisgrani habitum, Ancyrense statuit, ne quicquam facerent absque licentia episcopi, in cuius essent diœcesi, *in legibus Francicis, cap. 19.* quod & in concilio Laodicensi statutum est, *concilio Laodicensi, cap. 57.* Meminit & concilium œcumenicum Chalcedonense, nè Chorepiscopi, vel alij episcopi ecclesiasticiue muneris participes, pretio vel nundinatione fiant. Quod Gennadius patriarcha Constantinopolitanus rursum synodali constitutione firmauit, *libro secundo Iuris Orientalis, in Gennadij constitutione.* Is floruit circa annum dominini 470. vt ait Tritemius *de scriptur. ecclesiast.* Ante eum tamen inuenio Damasum Hispanum summum Pontificem, qui cathedram conscendit anno domini 48 368. ¶ Chorepiscopos † iam improbasse, crescentibus tam titulis clericorum, *can. Chorepiscopi, 68. distinct.* decreuitque tamen, ne quid Archidiaconi, quos vocabant Chorepiscopos, aliquid moliantur contra episcopos, *Sigibert. & Isidorus, in concil.*

49 ¶ Exstat apud Gregorium Nazianzenum iuramentum & votum episcopale, quod omni speciei episcoporũ maiorum & minorum commune est, & Christianorum, incipiens.

Ὦμοσα τὸν λόγον αὐτὸν, ὃ μοι θεὸς δῴη μόνος
Ἐξ ἀρχῆς ἀρχὰ, πατρὸς ἀϊδίου ἀΐδιος,&c.

Cuius summa est, vt iuret se fidem rectam seruaturum, non desideraturum sedem magnam, non quæsiturũ opem aliunde, quam à Deo, humanam. Quod fecisse semiarianos notat Epiphanius, dum ait, ὄχεντες μεθ' ἑαυτῶν σαρκὸς δῆξιν Κωνσταντίου τὸν βασιλέα, καὶ ἁπαρτιόμενοι τῷ βασιλικῷ δῆξει. Habentes secum & carnis dexteram Constantium imperatorem, & per assimulationem præferentes, principis dexteram. Iurat insuper se secundis rebus in superbiam non iturum, nec malis cessurum, iura inter iudicandum seruaturum incorrupte, se victurũ sine inuidia, sine ira, sine detractatione, sine inertia, sine odio, sine vltione propria inimici: quod pauperes vacuos non sinet abire, quod verbum Dei prædicabit.

De Abbatibus. Cap. 13.

Tota 18. caus. in 2. parte Decreti Gratiani.

1 *Abba vox quid. & vnde.*
2 *Abbatis appellatio quando primum cœpit.*
Hilario Anachoreta primus monachus, eod.
D. Antonius, eod.
3 *Abbatis nomen superbe vsurpatum, & reprehensum.*
4 *Abba nomen dignitatis, & præpositura.*
5 *Archimandrita quis.*
6 *Hetæriarcha quis dicatur.*
7 *Abbatum distinctiones ratione exemtionis regulæ commendæ, & varij ordinis.*
8 *In Abbates qui possunt eligi.*
9 *Abbatissæ ex quibus eligendæ.*
10 *Abbatissarum quæ debeat esse ætas.*
11 *Ad Abbatias rex Galliarum nominat.*
12 *Abbatis & abbatissæ electionis confirmatio ad quos pertineat.*
13 *Abbates beneficiati debent intra annum post electionem,*
14 *Abbatis, & episcopi differentia.*
15 *Abbates benedicti suos monachos benedicunt, dummodo sint presbyteri.*
16 *Abbatialis dignitatis ratio, & finis, & potestas, seu iurisdictio.*
17 *Abbas aut monachus non interest nuptiis, non suscipiat de Baptismo.*
18 *Abbatissa sola non alloquatur virum, non velet virgines.*
19 *Abbatissæ quæ liceant, & prohibeantur.*

SVspicantur quidam, Abba vocem, primã esse ex qua prodierit Pappa mutato b. in p. & sublata prima vocali a. Hebræi vocant patrem אב ab. cui nomini Chaldæi & Syri suo more addunt in fine א a. vnde factum אבא abba, *D. Marc. 14. ad Roman. 8. ad Galat. 4.* 1

¶ Titulus † hic & forma appellationis ex Anachoretis primũ cœpit frequentari in Christiana religione. Scribunt namque Sozomenes, *lib. 5. cap. 10.* D. Hieronymus, *in vita Hilarion.* & alij, *Polydorus Verg. lib. 7. c. 1.* Hilarionem Anachoretam in saltibus Thebaidis Syriæ primum floruisse monachum, a quo plures viuendi formulam accipientes, e eius cultum in cœtum transtulerũt. Vixit & D. Antonius in Thebaica regione Ægypti, & imbi condidit monasterium. Hunc imitati postea fuerunt, qui suos duces & præpositos nomine patrio abbates dixerunt. Fuit hoc nomen primum tributum monachis, & solitariis venerationis causa ab iis, qui se tanquam filios edoceri & haberi nouerant. ¶ Postea † 3 tamen in ambitionem apud quosdam degeneravit, vt quondam etiam fastidita superbia eorum, qui volebant vocari. In quos inuehitur superbiam detestatus D. Hieronymus, *in epistola 4. ad Galat. c. 4.* dum ait, *Cum autem abba, pater, Hebræo sermone Syrioque dicatur, & Dominus noster in euangelio præcipiat nullum patrem vocandum nisi Deum, D. Matthæi, cap. 23. nescio qua licentia in monasteriis vel vocemus hoc nomine alios, vel vocari nos acquiescamus.* Loquitur enim de iis, qui nulla cura aliorum donati, nullis præpositi se ita nominari desiderant. Transiit namque hoc nomen in dignitatem & præposituram monachorum, quod idcirco ab aliis quam à præpositis cernis vsurpari vere sine stultitia vel gloria ne quit: solicitudinis potius, quam honoris appellatio, *gl. in c. tuam. ad verb. non ascendat, de ætat. & qualit.* ¶ Dictus † itaque olim abbas 5 prisco nomine Græcis ἀρχιμανδρίτης archimandrita, *l. nos reducentes, omnes a. Summa trinitat.* quo tẽpore tyranni persequebantur Christianos, qui metu eorum in syluas & eremum secedebant, & in speluncis quæ μανδραὶ dicuntur, se continebant, *ad Hebræos, c. 11.* Quare retento hodie nomine, ratione solitariæ vitæ, quã eligũt illi, quibus præsunt abbates, archimandritæ dicuntur. ¶ Item † & 6 ἑταιρειάρχαι hetæriarchæ: Siquidem apud Suidam ἑταιρειάρχης dicitur, ὁ ἐξ ἑταιρείας ἄρχων, princeps sodalitij.

¶ In prouincijs Romano ecclesiarum, traditur monachorũ 7 ordines S. Basilij caput vocari archimãdritam, Abbatem alij eximi à potestate episcopi diœceseos, alii ei subditi, alii regulares, & tales omnes esse debent ex regula monasterij, alii commẽdatitij, qui seculares clerici, in commendam abbatias habentes. Atque abbatum tot varia nomina, quot sunt ordinum quibus præficiuntur nomenclaturæ.

¶ Eliguntur † iure abbates, vel ordinantur illi tantum, qui in 8 regula eius ascetern competenter instructi fuerint, *ca. officij tui, c. 38. de electio. ap. Gregor. quæ scientia requiratur in abbate tradit gloss. §. deinde. de elect. in prag. sanctione.* quo fit, ne laici huius dignitatis sint capaces, nec seculares clerici aut presbyteri, *c. cum ad nostram. & can. cum in magist. & can. cum causam, de elect.* Cum alioquin beneficia regularia dentur regularibus, secularia tantum secularibus, *c. cum de beneficio, de præben. in sex.* nisi per commendam ex gratia summi põtificis aliter statuatur, vt suo loco dicemus, Deo fauente. Vnius monasterii abbas vnus tantum eligitur, *can. clericus, 21. quæst. 1.* vt statutum est in concilio prouinciali, etiam Epaunesi tempore Gelasij Papæ, & Sigismundi Regis. Et in concilio Cabillonensi, ne duo vnius monasterii essent abbates, *concil. Cabillonens. can. 25.* ¶. Possunt & eligi in abbatissas monasteriorum ve- 9 stalium seu virginum sacratũ, fœminæ, & vna ex vestalibus eius ordinis, cuius est abbatia, per alias vestales iure, *can. indemnitatib. de electio. in Sex.* eaque habebit iurisdictionem in sibi subditos, *c. dilecta, de priuileg. apud Gregor.* qualem abbas in sua abbatia, *c. 2. de Judic.* Eligitur illa præposita non minor annorum quadraginta, *can. nemo. 78. dist. §. presbyteros. & sequenti de sanctissimus epis. collat. 9. authen. diaconissa, de epis. & cler. C.* & quæ post professionem annos octo laudabiliter vixerit, nec tamen vna duobus monasteriis præ-

Digitized by Google

præficitur: & si ea quæ eligitur aliam habeat abbatiam, tenetur intra sex menses, alteram emancipare & eiurare ex concilio Tridentino, *sessione 6. in canonibus regularibus, can. 7.*

10 ¶ In † ætate porro olim variatum est: nam aliquando sexagenaria, *can. Innocentius, 20. q. 1.* aliquando triginta annorum, *c. inde mitatibus, de electio. in Sex.* aliquando 25. esse debuit, *cap. cum in*
11 *cunctis, §. inferiora, de elect. apud Gregor.* ¶ Iure † Gallico vt episcopatus, sic abbatiæ ad nominationem regiam pertinent, enerua ta electionis antiqua formula, *sit. de regia ad prælaturas nominatio, in concord. stis.*

12 ¶ Confirmatio † electionis abbatum & abbatissarum, si monasteria exempta sint à potestate episcopi diœcesani, à summo pontifice, *can. cum monasterium, ca. 13. de elect. apud Gregor. c. si abbate. eo. titul. in Sex. cap. cum venerabili, de consuetu.* alioquin monasteria, vt reliquiæ ecclesiæ diœcesis o iure communi subiunt episcopo, & correctioni & dispositioni eiusdem, *cano. abbates, 18. q. 2.* Et ipse abbas, si criminis reus inueniatur, ab episcopo deponitur, etiam inuito conuentu, *can. abbas, & can. si quis abbas, 18. q. 2.* Neq; is incõsulto episcopo ecclesiæ suæ res alienat, *can. abbatibus, 12. quæst. 2.* Et generaliter monasteria omnia subiiciuntur, sicut & eorum ecclesiæ, episcopo in lege iurisdictionali, *c. conquerente, & c. dilectus de offic. ordinar. can. cognouimus, & cap. hoc tantum, can. monasteria. 18 quæst. 2. can. interdicimus. 16. q. 1.* quanquam non subiiciantur legi diœcesanæ in his, quæ iure monasterij ex facultatibus & bonis piorum offeruntur. *can. cum pro vtilitate, 16. q. 1. can. si ex laicis quispiam, 10. quæst. 1.* Liquet autem ex iuris pontificij decisionibus, in quibus eximuntur abbates monasteriorum ecclesiæ, à pontificis diœcesani potestate, *can. seruitium, 18. q. 2.* Traduut etiam, ecclesias illorum seculares, legi diœcesanæ episcopi subiici, *can. ac hu. & ca. antiquos canones, 10. q. 1. can. statuimus, 12. q. 2.*

13 ¶ Abbates † confirmantur, & benedicuntur post electionẽ intra ann. *Clem. 2. §. statuimus, de sta. mon.* loco consecrationis episcopalis, *can. 1. de supplen. neglig. prælat. not. in Clem. 2. de sta. reg.* Quamuis episcopus, & abbas in hoc differant etiam cum aliis multis, quod electus & confirmatus in abbatem, ante benedictionem ac
14 ceptam dicitur abbas, *d. c. 1. de supplen. neglig. prælat. c. memini mus, de accus.* & ideo beneficia electi & confirmati in abbatem, post adeptam pacificam possessionem vacant ante benedictionem adeptam, *c. de multa, de prebendis.* At episcopus ante consecrationem, non vocatur episcopus, sed electus, *c. tua, & c. nosti, de his quæ fiunt à præl. sine conf. cap. c. nisi specialis de auct. & vsu pal.* & potest retinere beneficia priora vsq; ad consecrationem, vel donec tẽpus cõsecrationi concessum lapsum fuerit, *c. cum in cunctis, de preben. gl. in*
15 *c. si gratiose, de rescript. in Sex.* ¶ Iure † consuetudine cessante & priuilegio, abbates benedici debent ab episcopis proxime superioribus, priusquã illis liceat suos monachos benedicere, *§. censuit, de electio. & reseruatio. in prag. sanctio.* nisi episcopus ter requisitus, seu interpellatus, recusasset benedicere, *cap. 1. de supple. negl. prælat.* Benedicunt autem & illi suos monachos, si ipsi sacerdotes sint, nõ aliter, & iuxta sextam synodum, *c. cum contingat, cap. 11. de ætat. & qualita. lib. 1. Decretal. tit. 14. can. quoniam videmus, 69. distinctio.* suis monachis primæ tonsuræ & lectoratus ordines conferunt. Benedicere tamen publice populo non possunt, hoc enim illorum excedit potestatem: De qua, & de cura abbatis videto apud Innocentium 3. *in c. cum ad monasterium, cap. 5. de stat. monach. lib. 3. Decret. tit. 35.* Gregorium 9. *cap. fin. de regul. & transeun. ad religio. lib. 3. Decretal. tit. 31.* & Alexandrum 4. *c. Abbates. cap. 4. de priuil. in Sex. lib. 5. tit. 7.*

16 ¶ Finis † & rationes institutionis huius prælaturæ eiusdem generis, ratione monasteriorum & monachorum eiũ, cuius sunt quæ episcopalis dignitatis erga diœcesim. Habet enim Abbas & iurisdictionem in suos monachos, si adulterium commiserint, si peculiare habuerint, aut furtum fecerint, vt emendet & puniat, vel episcopo suo, vel Archidiacono puniendos deferat, ad hoc enim institutus est, vt sui regularis gregis curam gerat, vel ipse in monasterium pœnitentiæ peragendæ causa truditur ex sentẽtia concilij Antisidorensis, *can. 23.* Videtur enim qui officium suũ conniuet, & vitia dissimulat, particeps scelerum esse, & nolle in aliis quæ ipse gerit castigari: cum tamen abbas exemplar & vitæ probæ monachis esse debeat omnino à vulgaribꝰ & secularibus, non tantum vitiis, sed etiam congressũ alienus. ¶ Quamobrem
17 & † eodem concilio Antisidorensi vetitum est, ne abbas aut monachus intersit nuptiis, *can. 24.* ne de baptismo filios suscipiat, *eo. ca. Antisid. can. 25.* id est, ne sit pater spiritualis lustricus. ¶ Abba-
18 tissæ † quoque cum monialibus regulariter ideo viuere debent, vt placuit Moguntiacæ synodo, *in Moguntiaco concilio. can. 13.* & ab omni malo & mali suspicione abesse: & ideo allocuturæ aliquẽ, comitem vetulam monialem habere debent, *cano. definimus, & can. in decima, 18. q. 2.* & solicitudinem vt honeste, & religiose sibi commissæ viuant, ei namque velatæ & Deo consecratæ commis-
19 sæ sunt. ¶ Illa † tamen virginem vel viduam velare non potest: quod si fecerit excommunicatur, in decretis Eutychiani Papæ, *can. statuimus, 20. q. 2. can. prædicandum, 20 quæst. 1.* Quæ possit facere abbatissa, & quæ non permittantur, & in quibus minor eius sit potestas, quam abbatis, vide tractatum, per glossam, & interpretes, & in textu c. dilecta filia, c. 12. De maioritate & obed. apud Gregor.

De Monachis. Cap. 14.

De stat. Monach. Lib. 3. Decretal. tit. 35. Lib. 3. Sex. tit. 16. Lib. 3. Clem. tit. 10. In Decreto Gratiani, per totam causam, 16. 17. 18. 19.
De regul. & transe. ad relig. Lib. 3. Decretal. tit. 31. Lib. 3. Sex. tit. 4. Lib. 3. Clem. tit. 9. Lib. 3. Extra. commu.
De religios. domib. Lib. 3. Decret. tit. 36. Lib. 3. Sex. tit. 18. Lib. 3. Clem. tit. 11. Lib. 3. Extra. commu.

1 *Continuatio capitis ad superiora.*
2 *Monachi nomen quid significet.*
3 *Monachi finitio.*
4 *Solitudo per se sine Dei contemplatione ad rabiem ducit, & periculosa.*
Dæmones in solitudine insidiantes. eod.
5 *Populus & turba à prudentibus vitari debent.*
6 *Solitudinis non otiosæ præconium, & vtilitates.*
7 *In solitudinem sapientes etiam Ethnici se contulerunt, vt Pythagoras, Plato, Pyrrho, Eleus, Sylla.*
8 *Sacerdotes ethnicorum solitarij.*
9 *Monachorum tria genera in Ægypto.*
10 *Eremitæ qui, & quales.*
11 29. *Testari non possunt monachi regulares, eremitæ possunt.*
12 *Eremitæ qui diu latuerunt inuisi, Accepsemas, Pior, Dydimus, Paulus, & 14.*
13 *Simeonis de columna eremitica mirum.*
14 *D. Antonij austera eremitica vita.*
15 *Cœnobitarum monachorum institutiones.*
Benedictus Nurcinus. eod.
16 *Monachi, & fratris in quibusdam differentia.*
17 *Monachi qui fieri possint.*
18 *Monachus quando possit ab vna in aliam transire regulam.*
19 *Monachi à quibus recipiantur.*
20 *Monachi probationis tempus, & professionis solemnitas.*
21 *Monachi professio expressa & tacita.*
22 *Monachi ætas quæ esse debet.*
23 *Monachus fieri non potest demens.*
24 *Monachos facit paterna deuotio, sed ne infantes indeuotos verendum.*
25 *Monasticæ professionis vota generalia.*
26 *Proprietatem rerum eiurant ecclesiastica persona.*
27 *Paupertatis votum omnium clericorum.*
28 *Monachi peculium non debent habere.*
29 *Monachi & clerici maioris ordinis castitatem vouent.*
30 *Castitatem vouent ecclesiastica persona.*
31 *Nuptiæ monachorum, aut monacharum professarum nulla & detestanda.*
32 *Castrati qui, & quando remouentur à ministerio Ecclesiastico.*
33 & 35. *Fœmina ne ad clausura monasteriorum monachorum accedant.*
34 *Monachi non debent habere commatres.*
35 *Monachi ab instrumentis musicis abstineant.*
Ne communis mulieres in monasterio adhibeant. eod.
32 *Obedientia leges monasteriis seruandæ.*

NON potest intercipi ordo, vt post abbates de monachis non dicatur: siquidem personæ istæ relatiuæ sunt: præpositus quippe monachorum, abbas: quamuis & monachis etiam alterius nominis alii præpositi dicantur, vt priores, ministri, vicarij, &c. 1

¶ Monachus † nomine μοναχὸς est, id est, solitarius, vt μοναχὴ solitaria, μόνος solus, μονὰς vnitas: vnde μοναχὸς ὁ κατὰ ἀναχωρήσεως deductione facta ex μόνος & ἔχω, & vt aliis placet, ex μόνος & ἄχος, à tristitia & solitudine, quasi sit solus tristis, *vt in c. placuit, 16. q. 1.* Etenim sine solitudine, & qui intra claustra non se continent, monachi non dicuntur, nec viuere vt tales, non secus, quã pisces sine aqua, possunt, *dict. c. placuit.* Vitare enim debent, vt vitæ nomini conueniat, hominum frequentiam, *cæsi cupis, 16. q. 1.* 2

¶ Quamobrem, † monachus diffinietur, vir solitariam vitam regula quadam sancta diffinitam secutus, vt Dei obsequio, & rerum diuinarum meditationi liberius inseruiat. Hæc finitio genus continet vitæ solitariæ, sed reliqua differentiam constituunt inter vitam solitariam aliis de caussis electam & monachismum Christianum, qui cum solitudine habet diuinum ministerium, & iucundam in Deo vitam. 3

¶ Alioquin † enim si ea desit, verendum est, ne in rabiem & desperationem solitudo desiliat. Homo sociale namque animal, *Aristoteles. 3. politic. cap. 4.* & mala facile persuadet iniucunda & tristis solitudo, nulli negotio virtutis intenta. Ideo enim, inquit Seneca, lugentem timentemque custodire solemus, ne solitudine male vtatur, *Senec. lib. 1. epist. epist. 10.* Nec vir magnanimus solus potest omnia exsequi, sicut non solent planetæ nisi geminentur aliquid moliri, *Jason de Mayno, in epithalamio Blanchæ Mariæ Augustæ.* Vt & Deus dixit, bonum nõ esse hominem esse solũ, *Gen. 2.* 4

Digitized by Google

& Ecclesiastes, *Vae homini soli, qui cum ceciderit, non habet subleuantem, Ecclesiast. cap. 4.* Et sentiunt Hebræi maxime omnium Dæmones noxios, quos ipsi מזיקין mizekek nominant, tum maxime insidiari, cum homo solus est. Sicque Rabbi Hannia filius Hachinai dicit: *Qui euigilat in nocte, quique iter facit solus, & auertit cor suum ad vanitatem, seipsum reum facit mortis.* Sicque se habent verba Hebraica, *in lib. qui inscribitur pirke abot, seu capitula patrum. c. 3.* חנעוד בלילה : זחסלב ברדב יחידי והפ פנת : לבי לבטלה : חרי זה מתחיב בנפשו, quæ sic leguntur, hanegor belailelach, vehamehalcb bedercc iehidi, vehamiphanech libo lebatalá horei zc mith haieb benapheſco. Qua ratione etiam ex eremo solitarij rectius in monasteria & cœtus congregati sunt, legibus viuendi præscriptis, à prudentioribus, retenta sancta societate, & ablegata curarum & hominum seculo inseruientium familiaritate & frequentia.

5 ¶ Nam† & turbæ & populi consortium prudentioribus quibuscunque vitandum est, dum nec inde quippiam cõmodi haurire, nec vtilitatem eis conferre possunt: vnum exemplum luxuriæ aut auaritiæ mali multum facit, cõuictor delicatus paulatim eneruat & emollit: vicinus diues cupiditatem irritat: malignus comes, quamuis candido & simplici, rubiginem suam affricuit. Quid tu accedere his moribus credis, in quos publice factus est impetus? necesse est, inquit Seneca, *epistol. 7. lib. 1. epistolarum*, aut imiteris eos, aut oderis. Et, vt Menander ait, *οὐκ ἔστ' ἀνὴρ τῷ μισεῖν τὰς φαύλους ἡσυχία, quam bona solitudo ei, qui malos odit.* Hincque prodiit illud Pythagoreum λάθε βιώσας. Quod etsi non semper aut in omnibus non approbarit Plutarchus, *libello de eo singulari*, aliter
6 tamen placuit Poetæ qui ait, *Bene vixit qui latuit.* ¶ Platonicorum philosophorum conuersatio in lucis erat, vt Pythagoreorũ solitudo insignis, *Cæcilius Rhodig. lib. 25. cap. 30.* Firmat id Porphyrius, *Sapientes*, inquit, *diligenter olim omnia deuitabant, quæ animam corpori affigere possent.* Sic Pythagorei & similes sapientes, partim se in solitudinẽ receperunt partim in lucis tẽpliſq; viuebant, vnde procul turba omnis submoueretur. Plato elegit academiã inhabitandã, agrũ non modo solitariũ & ab vrbe semotũ, sed etiam vt ferunt insalubrẽ. Alij vero oculis minime pepercerunt, quo cõtẽplationem intimã, nullis interpellatã & perpetuã conseruaret, *Porphyr. lib. 1. de abstin. animal.* Solitudo ex sententia D. Augustini menti necessaria est, *D. Augusti. tractat. expositi. in euan.* Et ad Philosophiam secundũ D. Chrysostomum *in. D. Ioannem homil. 41.* necessaria. Quia, vt notat Marsilius Ficinus, solitudo philosophãtibus non tam remissio mentis, quam intentio esse solet, *Marsil. Ficinus, lib. 5. epistolarum, epist. 9.* Solentque dicere quod Scipio maior vsurpauit, *Cicero, 3. Officio. Nunquam minus se esse otiosos quam cum otiosi, nec minus solos, quam cum soli sunt.*

7 ¶ Et † prædicant, vt auctor est Hesychius Milesius Illustrius, *libro* περὶ ἀνδρῶν, Pyrrhonem Eleum Anaxarchi comitem, solere solitudines & secessus captare, raro domesticis videndũ se præbendo, idque fecisse ab eo tempore, quo Indum audiuerat Anaxarcho exprobrantem obiicientemque, quod alium neminem virtutem & bonum doceret, ipse aulas regum colens atque frequentans. Sylla, quem ferunt ad omnia felicissimum, & tantum prosperitatis quantum concupierat adeptum, voluit ex tyranno sponte fieri priuatus: & ob id ad solitudinem & agrestitatem declinauit, profectus Cumas ad agros proprios, quo in loco maritima solitudine oblectatus, *Appianus Alexandrin. lib. 1. bellorum ciuil.*
8 ¶ Et † Plato tradit sacerdotes antiquorum separatos ab omni turba, vitam egisse, *Plato in Timæo.* Sacerdotes quoque Sicambrorum, qui postea dicti Franci, certis anni temporibus non in vrbibus, sed in solitudine commorabantur, quibus & cibus parcus ingenii exercitatio ad discendum cursus astrorum, carminaque & veterum historias continua, *Trithemius libr. 1. Breuiarij annalium historiæ Francorum in 3. rege.* Refert Philo Iudæus in Ægypto circum Alexandriam in colle terreno acclui, sito ad stagnũ Mariam, suo tempore visas sacras ædiculas, quas Samnea vocabant, seu monasteria, vbi solitarij sanctæ vitæ mysteriis darent operam. Et postea permulta de horum vita recenset, quæ speciẽ cœnobitarum deliniant, apud ipsum videnda, *Philo Iudæus, libro de vita contemplatiua.*

9 ¶ Monachorum † tria genera fuisse in Ægypto scribit D. Hieronymus, vnum Cœnobitarum, quod illi *anses* lingua vulgari & gentili dicunt, communiter viuentium, aliud Anachoritarũ, ab hominibus longe in desertum secedentiũ, id enim quoq; ἀναχώρησις significat. Tertiũ eorũ, quos ipsi suo idiomate *remeboth* dicũt, teterrimum & neglectum, quorum bini, terni, nec multo plures habitant, arbitrio suo suaq; ditione viuentes, *D. Hieron. in regula monachor. Franciscus Syluius, in Comment. ad Gryphum Ausonij.*

10 ¶ Antiquiores † sunt institutione eremitæ, qui soli viuunt, horumque liberior vita & vere solitaria & singularis, *c. qui vere, 16. q. 1.* nec legibus cœnobitarũ tenentur, & propriũ possidere possunt, *d. c. qui vere, & c. perlatum, §. econtra, 19. q. 3.* Si qui tamẽ ex cœnobitis regularibus professis regulam aliquam in eremum secedant, arctioris ordinis & vitæ erunt: retinent enim primam professionem cui vltra addunt professionem eremiticam, dum tamẽ eã amplectantur ex consensu suorum prælatorum, qui eam con-
11 cedere possunt, *cap. cum ex eod. de excess. prælat. in Sext.* ¶ Sic † eremitæ simplices testari possũt, isti cœnobitæ, & qui ex cœnobitis fiunt eremitæ, non possunt, *cap. perlatum, 19. q. 3.*

¶ Proprium † eremitæ est latere, ab omnive conspectu procul 12
abesse, vt ferunt Accepsemam in solitudine Cyri vrbis, in conclaui per annos 60. abditum latuisse, *Theodoretus lib. 4. c. 38.* vt & Pior in eremo Scythica Ægypti, post annos quinquaginta vix aspici se à sorore idque parũper passus est, *Socomenus lib. 6. c. 29.* ¶ Et † Di- 13
dymus cùm nonaginta annos vixisset, nulli hominum ad mortẽ vsque se coniunxit, *Socrates, lib. 4. Ecclesiast. histor. c. 23.* Simeon dictus de Columna, in columnis minoribus septem annis, in maiori quadraginta cubitorũ vitam egit triginta annis, atque cùm septum circumcirca fieri mandasset, ferream catenam viginti cubitorum comparauit, cuius initium quidem cuidam petræ maximæ appendit, alterum aũt dextro pedi adaptauit, vt nec si vellet, abiret extra hos limites, *Theodoretus, in sacra historia.* ¶ D. Anto- 14
nius † sumebat panem, salem, & paululum aquæ, panem per tectũ immissum bis in anno, neque ab eo quidem qui immittebat vel alio vnquam visus, aut vllum cum eo aut alio aliquo colloquiũ miscens: eratque omnis ad ipsum aditus lapidibus obstructus, eamque viuendi rationem, per totos viginti annos tenuit, vt est auctor D. Athanasius, *in vita D. Antonij.* Vt & ex D. Hieronymo didicimus, Paulum alium, eremum 16. ætatis suæ anno petentem imperante Decio, in ea totam vitam traduxisse, à nemine interim, nisi à D. Antonio, idque sub mortem ipsius vnquam conspectum, *D. Hieronymus, in vita Pauli eremitæ.* Constantinopolitana 6. synodo cautum est, canone 42. quoque, vt eremitæ qui in vrbibus vagantur inter viros & mulieres, vel habitum monachorum ceterorum sumant, vel vrbe secedant. ¶ Cœnobitarum † collegia 15
ex dispersis solitariis instituit Benedictus Nurcinus in Vmbria Italiæ regione natus, quando ipse ex Eremo in Cassiũ venit mõtem, iuxta Sublarum, Latinorum oppidum. Antea illi alibi erant, vt diximus, congregati per cœtus solitarij, quibus leges descripsit & descriptas ab aliis auxit Basilius Magnus Cæsareæ Cappadocũ præsul, qui floruit circa annũ Domini 383. Alias constituit D. Augustinus. Sicque tribus formulis viuendi præscriptis cœnobitis à DD. Basilio, Augustino & Benedicto, propagatæ sunt sacræ plures familiæ & sodalitia, *cap. pernitiosam, 18. q. 2.* quæ superfluum est enumerare, quod & nota fiat, & ea iam cumulatè tractauerit, Polydorus Vergilius. *lib. 7. de Inuentor. rer. 2. cap. 3.* apud quem etiã legito de canonicis regularibus, Carthusianis, Hieronymianis, Carmelitis præmonstratensibus, crucigeris, & aliorum mendicantium, alteriusque ordinis familiis, *vide & Polydor. Virg. lib. 7. cap. 4.* De quibus etiam fusius Bartholomæus Chassaneus, *in catalog. gloriæ mundi, 4. par. consideratione 52. & sequentib. plur.*

¶ Sunt † quidam tamen qui monachi nomine vocari diffugiunt, 16
quamuis ex institutione monachorum sint, & regulam professi sint, frænum sibi laxantes, & fratres se dicunt, inter fratres, & monachos constituẽtes discrimen, & diuersa esse monasteria fratrũ & collegiorum & monachorum putant, *notant neoterici interp. in c. caussam quæ, de iudic. apud Gregor. gloss. in regul. 3. cancellariæ Innocentii 8.*

¶ Monachi † fieri possunt seculares & clerici, etiam in- 17
uito episcopo, eo tamen prius consulto, si ecclesias illius teneant, *c. 1. & 2. 19. q. 1. c. 1 & 2. 19. q. 2.* Aliquando tamen in Gallia nõ licuit inter Francos libero homini se dedicare monasterio, nisi consulto principe. Nam aliqui in monasterium transibant, non studio pietatis, sed vt pericula bellorum & ciuilium munerum functiones euitarent: aliqui, quod opibus pollerent à callidis monachis circumueniebantur, illos veluti pisces in naſſam pellicientibus: proinde legitimis quoq; testibus opus erat, si quis aliquid ecclesiæ donare voluisset, *Beatus Rhenanus, lib. 2. rer. Germanicarum.* ¶ Hodie etiã iure pontificio ab vno in aliũ non licet diuersum, *c. nullus* 18
abbas, 19. q. 2. c. sanctorum, 70. dist. c. clericos, 71. dist. transire ordinem, nisi in arctiorem regulam, & licentia petatur ab eius ordinis quẽ relinquit prælato, *can. licet, de regular. & transeunt. ad relig. c. monachum, 20. q. 4.* Qui coniugati sunt non possũt monasterio se dedicare, nisi vterque coniugum monasterium ingrediatur, vel castitatem perpetuam iuret se seruaturum, altero ingrediente, *ca. quidam, & ca. cum sis. c. vxoratus, c. placet, c. veniens, & sequenti, de conuers. coniug. 33. quæst. 5. & cap. sunt qui. cum 2. seq. 27. quæst. 2.* aut ingrediantur ante matrimonium consummatum, *cap. 2. & can. ex publico. de conuers. coniug. cap. commissum, de sponsal. l. Deo nobis, de episcop. & cleri. C.* ¶ Fiunt † & admittuntur monachi à præpo- 19
sitis monasteriorũ, & monachorũ vt plerumq; assensu & consilio, probatione prius facta, num & ipse qui monachus fieri desiderat, iugum possit ferre monasterij & regulæ. ¶ Et † num etiã monaste- 20
rio is idoneus videatur, subsecuta professione, quæ fit solemniter testatione facta, & publice se velle votum & regulam eius ordinis & religionis sequi, scriptura interueniente, & à professente subscripta, *cano. vltimo, 20. quæst. 1. can. omnes, 19. quæst. 3.* cum habitus mutatione, *ca. in multis, 16. quæst. 1.* quæ sola non facit monachum sine professione, *c. 3. de regul. ap. Gregor. cap. porrectum nobis, eod. titul.* vt nec illa professio facta ante annum probationis ad minus obligat, siue de fœmina siue de masculo agatur, *c. ad apostolicam, 16. de regularib. apud Gregor. c. consulti, 20. eod. tit. cap. Gonsaldus, 17. q. 2. ca. monasteriis, 19. q 3. ca. puella, 20. q. 2.* Et interdum, in clerico incognito biennium, interdum triennium exigitur probationis faciendæ caussa, *dict. ca. monasteriis, & c. si quis incognitus 17. q. 2. in synodo 6. Constantinopolit. c. 41.* ¶ Ignorandum † tamen non 21
est pro-

Digitized by Google

est professionem & expressam, & tacitam esse, de quibus videndus Angelus Clauasius, *in summa, in verb. professio, & in verbo nouitius, num. 12. & cap. 4. de regularibus per susceptionem habitus professorum in c. super, eod. titul. cap. ex parte, & cap. statuimus, eod.* In vtraque 22 ætas legitima interuenire debet in masculis secundum ius pontificium, 14. annorum, in fœminis 12. *c. 1. de regular. in Sex. cum similib. c. 1. & c. ad nostram, eod. tit. apud Gregor.* hodie porro in masculis Gallica iura 25. annos, in fœminis 20. desiderant, *in constitutionibus Gallicis habitis Aureliæ, in comitiis, artic. 19.* Tridentina synodus iuri consentit antiquo, *in Tridentina synodo, sessione 9. in canonibus regularium, cano. 15. 16. 17.* Vtroque iure tamen in insulis desertis, vbi austerior ducitur vita, prohibitum in monasterio suscipere pueros ante octodecim annos. *ca. quia autem in insulis, 20. quæst. 1. ca. quia in insulis, cap. 6. de regular. & transeunt. &c.* ¶ Neque † etiam licet dementes admittere in religiosos, nec admissi 23 pro monachis habentur, nisi sanæ mentis facti comprobarint religionis possessionem, *can. sicut tenor. cap. 15. de regular. ca. Gonsaldo. 17. q. 2.* Licuit & parentibus, filio in infantia constitutos monasterio dedicare.

24 ¶ Placuit † & paternam deuotionem monachum facere, vt nõ possit postea pubes factus ad seculum redire vel nubere, *can. addidistis, can. monachum, cap. quicunque 20. q. 1.* exemplo Samuelis, *1. Reg. 1.* Desiderarem tamen ego, vt in istis oblatis, quemadmodum in Samuele, esset & illorum spontanea perseuerantia: verendum enim est, ne aliquando, paterna deuotio irreligiosos constituat. Potest & filius familias etiam inuitis parentibus monasteriũ ingredi, & nec ideo à patre exheredabitur iuste, sed cõsequetur legitimam ex eius bonis, *l. vt non liceat l. 55. de episcop. & cleric.* C.

25 ¶ Monachi † omnes in professionis formula quædam cum aliis monachis vota generalia emittunt, & quædam religionis, cui se mancipant specialia. Generalia illa tria, proprietatis abalinatio, castitas, & obedientia superiorum: particularia alia ex regulis ordinis iurantur. Generalia sunt etiam communia personis a liis ecclesiasticis, non monachis, si imitentur apostolos dicentes Deo, *Ecce nos reliquimus omnia, D. Matthæi, 19. D. Marci, cap. 10.*

26 ¶ Consistit † enim vitæ perfectio in contemtu rerum seculi, & in dispensatione propriorum in pauperes, iuxta illud Dominicum præceptum, *si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, da pauperibus, & sequere me. d. c. D. Matthæi, 19. & D. Marc. 10. & D. Luc. c. 18.* Quod & secuti sunt omnes cuiusq; gradus etiam non ecclesiasticæ personæ, Christiani, *Actum, 5.* contenti alimentis, & quibus tegerentur ex dogmate D. Pauli, *1. Timot. 6.* Contemnentes diuitias, quæ pungunt & suffocant verbum Dei, *D. Matthæi, c. 14. & D. Marci, 4. & D. Luce. 8.* ¶ Quod † & Ethnicorum pleriq; 27 sapientiores fecerunt. Et clerici quidem omnes ex lege suæ professionis paupertatem & votum paupertatis amplectũtur, vtpote quibus omnia vilescere debent, vt stercora, *D. Paul. ad Philippen. 3.* expresse autem regulares omnes & monachi renuntiant rerum proprietati, *c. 2. & c. cum ad monasterium, de stat. monach.* Et quamuis in communi quædam possideant, tamen propria singuli non habent, neque etiam quidam illorum in communi, vt qui ex legibus viuunt sancti Franciſci, *Clem. exiui de Paradiso, de verb. signif. cap. Clem.* ¶ Concilio † Lateranensi cautum est, ne monachis peculium concedatur habendi facultas, *ca. 2. de stat monach.* Et alibi Alexander 3. Cisterciensis ordinis monachis inhibuit, ne, contra institutionem patriam ordinisque regulam habeãt villas, ec- 28 clesias, altaria, officia iudicum secularium, *c. 3. eo. tit. de stat. monac.* Cautum itaque, vt monachus qui conuictus fuerit proprietatem habere rerum: cum moritur, nec voluerit, quod ante regulã clam habuerit, eiũrare, sepultura Christiana priuetur, & sepeliatur in sterquilinio, *ca. super quodam. & c. cum ad monasterium, de sta. monach.* Symbolum eius est quia tondentur monachi, vt omnia externa se iurasse protestentur, vt dicemus in tonsura & in sacris ordinibus. ¶ Quare † nec testamentum facere queunt, vt pote ni- 29 hil habentes post ingressum monasterij, cui vnacũ propria persona omnia, quæ habent, consecrant, *c. quia ingredientib. & c. prælatum, 19. q. 3. auth. ingressi, de sacros. eccles. C.* nisi liberos habeant quibus post ingressum religionis legitimam distribuere licet, reliquis bonis monasterio quæsitis, *c. si qua mulier, 19. q. 3. auth. si qua, ele episc. & cler. C.* ¶ Castitatem † vouent non solum monachi, sed 30 aliorum maiorum ordinum clerici, subdiaconi, diaconi, & presbyteri, virgines vestales, episcopi, quibus omnibus interdicuntur concubinæ & nuptiæ, *c. pen. & aliis cc. 27. dist. l. cum qui, & auth. multo magis, & auth. episcopo, de episc. & cleric. §. sed & si quis, de nupt. in auth. coll. 4. facit tota 28. dist. in Decreto Gratiani, & ca. interdixit, & ca. hospitalem, 32. diuin. ca. quorundam. 34. dist.* ¶ Et † D. Chry- 31 sostomus arbitratur, monachorũ qui castitatem professi sunt nuptias peiores esse adulterio, & separari & eos monasterio recludendos, *D. Chrysost. homilia 21. ad Theodorum monachum.* Vt & de monialibus professis cautum est, *ca. & quia, & can. vt sex, 27. q. 1.* vt nuptiæ illarum potius incestus sint, *c. sin. 27. dist.* & qui cum illis rem habent seu commiscent incestum, ipso iure sunt excommu- 32 nicati, *cap. impudicas, & c. si qua virgo. 27. q. 1.* ¶ Sunt † enim istæ personæ ex numero eorum, qui se castrauerunt propter verbum Dei, vt ait sacra scriptura, *D. Matthæi, cap. 19.* id est, sponte à venereis abdicarunt, constituentes in corde suo, suam virginitatem conseruare castam. Non enim locus ille de castratione membrarum genitalium corporali intelligi debet. Etenim qui eam abscissionem in se moliti sunt sponte, ab altaris ministerio sacrisq; repelluntur ordinibus, nisi ægritudo coegerit excindendi, vel iis inuitis ab hostibus, vel in cunis contigerit castratio, *cap. ex parte, & c. significauit, de corpore vitiatu non ordina. cap. si quis per ægritudinem, 55. dist.* ¶ Iure † etiam cautum est, vt omnis suspicio mali 33 arceatur, ne mulieres quacunq. ex caussa ad monasteriorum claustra accedant, *cap. peruenit, 18. q. 2.* ¶ Neue † monachi commatres 34 sibi faciant, *dict. cap. peruenit.* Apud Ruthenos seu Moscouitas, ex 35 laudabili instituto, monachi viuentes sub archimandrita abbate, vel prioribus, quos vocant Igumenos, si cithara, aut alio musices instrumento vtantur, grauissime puniuntur. Lexque Ioannis Metropolitæ Moscouiæ, *Sigismundus Liber Baro in Chronographia Moscouiæ. in monasterio conuivia aduocando mulieres ne habeantur.* Atque in Russiæ ducatu Moscorum, monasterium est in Solomulki insula Septentrionem versus, inter Duuillam & Corelam prouincias, in quod mulierem aut virginem ingredi magnũ piaculum est: sicut & Carthusiis impium. ¶ Obedientiæ † leges in 36 monasteriis præcipuæ habentur, *ca. cum ad monasterium, §. abbas, de stat. monach. c. qui culpatur, 23. q. 1.* quod si monachi nolint obedire, excommunicari possunt à priori vel abbate, *cap. cum in ecclesiis, c. 10. de maio. & obed.* Leges propriæ in regulis seu constitutionibus ordinis conscriptæ à monachis seruari etiam debent, *c. recolentes, de stat. monac.* & leges monasticæ communes, quarum aliquas proferemus quæ in corpore iuris pontificij, & apud patres reperiuntur.

De Legibus quibusdam monasticis. Cap. 15.

1 *Monachi lineis indusiis non vtantur.*
Monachorum vestitus qualis.
2 *Silentium monachis vbi indictum.*
3 *Monachi claustrum ne exeant, ne vagentur.*
4 *Monasteria olim extra vrbes edificata.*
5 *Monachis militare iussit Valens.*
6 *Monachi solitaria quæ vita.*
Monachis prohibitum alios quam fratres sepelire, nec aliis pœnitentiam dare, non prædicare, docere, &c. eod.
7 *Monachi curiones fieri possunt.*
8 *Carne abstinere iussum omnibus semper, & quare.*
Item 9. & seq. & 12.
9 *Carnes animalium à dæmone creatas vitandas dixit Manichæus & Priscillianus.*
Carnes vllo modo gustare recusans excommunicatur.
10 *De carnibus non edendis error Pythagoreorum ob animas in animalia transfusas.*
11 *Carnium non edendarum rationes.*
12 *à Carnibus qui ethnici abstineant.*
13 *Otiosi ne sint monachi.*
14 *Monasticæ leges apud quos auctores tractantur.*
16 *De monasteriorum reformatione, & consiliis seu capitulis eorum, Visitatores, eod.*
17 *Monasteriorum reformatio ex quibus personis fieri debet.*
18 *Monasteria episcopo subiecta, nisi exemta.*
19 *Monachi quando corrigi ab abbate vel episcopo possunt.*
20 *Monachus in diuersis monasteriis locum seu monachatum habere nequit.*
21 *Monachi & monachæ habitum propriæ regionis semper deferant.*

INter † leges, quæ monasteriis & regularibus fere omnibus cõmunes sunt, illa est formula viuendi, ne lineis indusiis vtantur, *cap. cum ad monasterium, de stat. monach.* vestitu decenti vtantur, qui qualis sit docebit D. Augustinus, *epist. 199.* D. Ambrosius, *de institutione virginis, & epistol. 36. & 1. de virginitate,* Gregorius Nazianzenus, *in exercitatione ad virgines.* Hieronymus, *in Hilario.* Chrysostomus, *homilia 69. in 21. Matthæi.* D. Athanasius, *de virginitate.* 1

¶ Alia † in oratorio, refectorio, dormitorio, continuum silen- 2
tium obseruent, in claustro quoque horis certis, *dict. cap. cum ad monasterium.* ¶ Monachi † in claustro se contineant, ne vagẽtur, 3
& si absint annuatim, requirantur, & vt fugitiui in monasterium retrudantur, *c. me religiosi, 24. de regularib.* Cœnobitarum ängelorum vitæ similem esse cõuersationem dixit Theodoretus, si à negotiis secularibus abstineãt, quod omissis curis seculi Deo administrant, *Theodoretus. lib. 3. de curatio. Græcarum affectio.* ¶ Idcir- 4
co † solebant ex prima institutione cœnobitę seorsum ab aliis hominibus habitare, & seorsum monasteria ædificari iussum, *c. luminoso, 18. q. 2.* Et Thophilus Imperator orientis Michaelis filius, edixerat, ne monachis vrbem intrare liceret, iusseratq; eos omni modo arceri, *lib. 1. Iuris Orientalis in constit. 2. Theophili. tit. περὶ ἀποκοπῆς τῶν μοναχῶν, id est, de expulsione monachor.* Idipsum & in Chalcedonensi concilio statutũ, *can. quidam monachi, 16. q. 1.* Ne-

Digitized by Google

vc se negotiis secularibus immiscerent, *rub. ne cler. vel monach. se-*
5 *cular. negot. se immisc.* ¶ Cui † constitutioni vim aliquando intulit Valens orientis Cęsar, hæreticus Arrianus, legem statuens, vt monachi militarent: & si nollent per tribunos impune occiderẽtur, *Eutropius scholiastes Nicęph. Calixti, in lib. 9. c. 16.* ¶ Monuit † autem synodus Nicena, vt conuersatio & vita monachorum, secundum etymon nominis, ab omnibus discrepet. Monachus degat singularis, non impartiat pœnitentiam, vel sepulturam nisi confratribus, *c. placuit, in 1. & 2. 16. q. 1. c. si cupis. eod.* Se & mundum lugeat nec docentis putet se habere officium, *c. monachus non docentis, 16.*
6 *q. 1.* non det publicãs sine episcopi consensu pœnitentias, nõ possit infirmos visitare, vel vngere, missas publicas cantare, chrisma oleumque consecrationis altarium facere, potissimum si sit ordinis sancti Benedicti: nam eius ordinis monachus, non potest vicos aut ciuitates peragrare, nec prædicare, nisi intra claustrum, vt quando quis in fratrem recipitur & fit monachus, *c. interdicimus, can. peruenit, can. insta. 16. q. 1.* Nec claustralis monachus populum seu plebem regere: & ideo in ecclesiis monasteriorum, quæ plebem habent & parœchos, præfici oportet seculares clericos, *c. 1. de capellis monachor. cap. monachi, de statu monach.* Nec monachus in prioratu solus potest cum populo remanere sine expressa concilij Lateranensis derogatione, sed remittitur ad claustrum, *c. si. §. recipimus, ae sta. monachor. c. peruenit. 18. q. 2.* Ad curiones ecclesiarum proprie pertinet officium prædicandi, & exhibitio sacramẽtorum, non ad monachos, nisi ad hoc munus dispensentur legitime, *c. adiicimus, 10. q. 1.* vel illud exsequantur concessa licentia per curiones proprios, *gloss. in dict. can. adiicimus, & ca. sic eius, 16. q. 1.*
7 ¶ Quia † & aliquãdo ex monachis, si idonei sint, curiones, fieri posse placuerit, *ca. in parœchia, 16. q. 1.* Ecclesiæ quippe necessitas hoc suadet & exposcit & iubet, idoneos ad eius curam promoueri potius, quam in eremo recludi. Sic & illi antiqui prophetæ principes eremitarũ Elias, Elisæus, D. Ioannes, D. Antonius, & Aphraates, prodierunt ex speluncis & nemoribus vastisque desertis, vt dum opus fuit, verbum & legem Dei disseminarent, & hæreticos retunderent, *Athanasius, in vita D. Antonij, Theodoretus, lib. 8. Ecclesiastice Tripartit. histor. c. 4.* Et eremum aliquando deserendum docuit suo facto & exemplo D. Hieronymus, & literis quoq; consignauit, *D. Hieron. ad Rusticum scribens.* Præclara sunt quę Aphraates monachus respõdit Valenti Cæsari Arriano, exprobrãti, quod claustra desereret, quæ videto apud Theodoricum, *libr. 8. historiæ Tripartitæ c. 4.*

¶ Quarta † lex monastica, ne in refectorio seu cœnaculo com-
8 muni vllus monachorum carne vescatur, *dict. ca. cum ad monasterium, §. in refectorio, de stat. monach.* nec in nosocomeio seu valetudinario, vocant infirmariam, nisi suadente & deposcente morbo, *ca. carnem, de consecrat. distinct. 5.* ¶ Non † quod carnes, veluti
9 creatura immunda, detestabiles sint, & quod ab illis tanquam à Dæmone creatis, abstinendum sit, hæc enim est Manichęorum & Priscilianistarum damnata hæresis, *D. Augustinus. de hæresi. ad Quodvultdeum.* Sed quia abstinentia ab vsu & esciscarnium vtilis idoneaque visa fuerit monasticæ vitæ. Quare in concilio Bracchar-ensi statutum, vt quicunque in clero cibo carnium non vtuntur, ad tollendam superstitionem Priscillanę hæreseos, vel olera cocta saltem cum carnibus prægustare cogantur. Quod si negiexerint: pro suspicione istius hæresis, excommunicentur, & ab officio remoueantur, *concilio Braccha. 1. c. 32.* ¶ Error † enim sententiæ de
10 animalibus ille, alienus esse debet ab omni Christiano: vt alius Pythagoreorum, qui abstinebant ab esu carnium & animalium, quod arbitrarentur animas hominum in corpora animaliũ transire, *vide Lucian. in Gallo, & Porphyrium, lib. 4. de abstinentia animal. Ouid. lib. 15. Metamorph.*

¶ Porphyrius † autem rationem abstinentiæ animalium ab istis diuersam tradit instituto conuenientem. *Abstinere*, inquit, *Porphyrius, lib. 11. de abstinent. animal. ab animalibus præcipimus, non tamen omnibus, sed omni duntaxat diuina contemplaturo, qui sane animaduertit huius habitaculi veneficia quod inhabitamus: Deus est simplicissimus, & qui eum est contemplaturus, & ei à contemplatione viri desiderat, non tantum verbo, sed bonis operibus sibi puritatem conciliari debeat, sensusque emundare. Item victus tenuitas ad conseruandam sanitatem pertinet, nec philosophaturus Milonis athleta eget robore, nec proinde eius copioso bruto alimento.*

11 ¶ Atque † idem auctor refert, *Porphyr. 4. de abstinent. animal.* Dicæarchum scripsisse, antiquos Græcos tanquam proxime Deo genitos, optimos fuisse natura, ac vitam optimam peregisse, eos autem ab animalibus abstinuisse. Annotat quoque ex Ægyptiorũ sapientibus, plerosq; abstinuisse ab animalibus, teste Chæremone, item Essæos sapientes Iudæorum & Indorum Bragmanas, Samneos, Gymnosophistas. Scribit idipsum de philosophis Indiæ, qui habitabant circa montes Hyperboreos, Strabo, *lib. 15. Geogra.* Pomponius Mela quoque notat, *lib. 1. de sit. orbis.* Atlantes in Cyrenaica regione, non vesci animalibus. Sicuti nec ante diluuium vsus erat hominibus carnium animalium, qui concessus est defi-
12 cato orbe, *Geneseos c. 9.* ¶ Itaque † mirum videri non debet, si hæc carnium abstinentia imposita fuerit solitariis, qui pœnitendi vitam sibi delegerunt, quique & maiorem & sanctiorem profitentur philosophiam, quã ethnici. Multo magis etiam abstinere debebunt ab ebrietate, & crapula: luxuriosa enim res est vinum, &
13 contumeliosa ebrietas. Et omnis qui cum huiusmodi hominibus miscebitur, non erit sapiens, *Prouerbiorum, c. 20. can. luxuriosa, 35. distinct.* Sicque bonum esse non bibere vinum, & non comedere carnes scribit D. Paulus, *ad Rom. c. 14. c. ab exordio. 35. dist.* Et à lautis conuiuiis pellendi sunt clerici, vt docet ex Michea D. Hieronymus, *can. ecclesiæ presbyteri. & seq. 35. dist. Micheæ, c. 3.* Sanctimonia à mortalibus abstinens æternam continet vitam, & corpus pinguefactum animam cogit esurire à felici vita cadentem, augetque mortale, *Porphyrius, 4. de abstinentia animal.* Et exhalatio, quæ ex carnibus comestis ascendit, cum sit craffior & turbidior, offundit animæ tenebras. Et auctor Clemens Alexandrinus, *lib. 2. Pedagogia.* Matthæum apostolum seminibus, baccis, & oleribus, absque carnibus vsum. Diuum autem Ioannem, vlterius continentiam extendẽdo, locustas & mel agreste comedisse, *Matthæ. 3. Marc. Esai. 40.*

Mandatur † quinto solitariis, ne sint otiosi, & semper lectioni, vel orationi vel alicui honesto corporali exercitio intendant
14 animum, *c. nunquam, de consecrat. distin. 5.* ¶ Sunt † & aliæ leges de
15 monasticæ vitæ formatione, quas videto apud D. Basilium, *toto sermone ascetico*, D. Dionysi. *de ecclesiastica Hierarchia, ca. 6.* Nicephorum Callistum, *lib. 9. cap. 14. & 16.* Sozomenum, *lib. 1. Historiæ Tripartitæ, c. 11. In c. de statu monachor. apud Clementem, cap. cum ad monasterium. c. in singulis, eo. tit. apud Gregor.*

¶ Pro † legibus istis conseruandis, & ad reformandos mores
16 corruptos, placuit licere capitula generalia inter abbates & priores eiusdem ordinis congregare singulis triennijs: cuius quoque commissa episcopis reformãdi monasteria sibi subiecta, *ca. in singulis. ca. 7. de stat. monac.* Vbi enim gubernaculum disciplinę contemnitur, restat vt religio naufragetur, *c. attendentes, de stat. monac. apud Clementem. can. Salomon, & can. seq. 45. distinct.* Proinde in capitulo seu synodo hoc illorum generali, creantur visitatores, *c. ea quæ, de stat. monach.*

¶ Ceterum † reformatio monasteriorum, & subrogatio in lo-
17 cum eorum, qui eo titulo indigni sunt, fieri debet ex personis regularibus. Quod si regulares defuerint, in eorum locum poterũt clerici seculares ordinarij, *c. inter quatuor, §. fin. de relig. dom. can. quæ semel, 19. q. 3.* seruato ordine, vt primum in reformando monasterio informi eius ordinis ex aliis domibus sufficiantur bene ordinati, *cap. relatum, ne cleric. vel monach.* & iis deficientibus, ad seculares clericos perueniatur. Quemadmodum & cõtra de seculari ecclesia fieri potest monasterium, *c. audientiam, de eccles. ædificand.* Voluit & Alexander 3. summus pontifex quando monachi seculariter viuunt in monasterio, & alios suo malo corrumpunt exemplo, primum ab episcopo suo compelli seruare regulam, religionis appellatione remota. Etsi non possit ex proprio ordine numerum electorum supplere, posse alterius ordinis sedes implere, vt impij, eorum laboribus à bonis editis, tandem rubore perfusi, ad regulæ proprię obseruantiam reuertantur resipiscentes, *d. cap. relatum.*

¶ Episcopo † monasteria omnia iure communi subiecta sunt,
18 *c. de Xenodochiis, & cap. pen. de religio. dom. c. monasteria 18. q. 2. can. si quis episcopus, 6. q. 2.* nisi speciali priuilegio eximi inde doceant, *d. c. pen. de relig. domi. & can. abbatibus, 18. q. 2. cap. cum non liceat, de præscript.* ¶ Et † proinde monachi delinquentes subiiciuntur cor-
19 rectioni abbatis, si de de nũriatione vel inquisitione agatur: si autem de criminibus monachi per viam accusationis contentiosæ agatur, munus erit episcopale, aut eius vicarij in iurisdictione seu officialis, adhibito temperamẽto & distinctione, de qua disputat Guido Papæus, *decisione 559* ¶ Ad † reformationis curam perti-
20 nebit etiam prospicere, ne monachi in diuersis monasteriis locũ seu monachatum habere præsumant, *c. fin. §. fi. de relig. dom.* vt neque abbas dispensare in eo possit, etiam cum cõsensu aliorum religiosorum seu fratrum, *c. constitutus, de elect.* quia monachatus illi inter beneficia quodammodo annumerantur, beneficia autem plura non licet habere simul iure communi, *c. de multa, de præbendis, cum simil.* ¶ Similiter † & prospiciendum, vt monachi & mo-
21 nachæ seu moniales, habitum proprię professę religionis semper & vbique deferant, *c. sanctimoniales. 13. dist. can. Vidua, 20. q. 1.*

Propter quid, & quare monesteria, & vita monastica Cap. 16.

1 *Monasteria nata ab eremitica vita, metu tyrannorum, & contemtu seculi.*
2 *Monachorum vestitus, est vestitus pœnitentium.*
3 *Monasteria instituta studendi & prædicandi gratia.*
4 *Monachorum vita studiis literarum sacrarum, & orationibus constat.*

EX superioribus recte colligi potest, vitam monasticam prima
1 institutione eremitica introductam, temporibus quibus maxime vrgebat tyrannorum odium Christianos, vt Deo obsequia & cultus liberius exhiberetur: adfuit & vna pœnitendi causa contemtis istius miseri seculi iuris.

¶ Atque † vestitus monachalis eius symbolum exhibet. Nam
2 ea quæ

Digitized by Google

ea quæ pœnitentibus dantur, à bonis illis primis patribus, qui vitâ aliis strauerunt & demonstrarunt, vsurpata fuit: nempe cilicium quod imponitur à sacerdote mutata veste, & tonsis vel rasis capillis, *can. pœnitentes, & can. sequenti, 50. distinct.* & saccus, & cinis, *Ionæ c. 4.* Arbitror enim cucullam & vestitum veri monachi olim fuisse saccum capiti inductum, & ex latere brachiorum educendorũ causſa perforatum, reliquo pro amictu circa corpus rudi cingulo cincto, vel pannum alium vilem: non autem eius generis, quo hodie quidam vtuntur delicato, cum cuculla & veste serica dispunctione in morem mollium laicorum exornata, quod certe bonis stomachum merito mouet, & malis calumniandi fidem catholicam, & institutum viuendi monachorum priorum præbet. Sic enim mutata forma est prisca, vt hodie in aliquib. monasteriis nihil minus, quam monastica vita inueniatur: & cum olim pœnitendi causſa essent refugia, hodie otiose viuendi videantur receptacula. Sed hæc desiderant pij emendari, & nitori pristino restitui, & summoueri scandala & causſas maledicendi.

3 ¶ Fuerunt † quoque monasteria & sodalitia instituta, prædicationis verbi Dei causſa, qualia instituit D. Dominicus: alia instituendæ iuuentutis & prædicandi quoque gratia, vt ordinis congregationis nominis Iesu: Suntque diuersi particulares aliorum cœnobiorum fines, qui tamen eum communem finem habent, vt prætermissis rebus seculi & earum solicitudine, propriæ animę & aliorum Christianorum salutem operentur, & gloriam Dei promoueant, & eius mandata seruent, & seruare alios opere, exemplo, & verbo doceant, qui & est, vel esse debet omniũ Christianorum, sed potissimum ecclesiasticarum personarum finis.

4 ¶ Refert † beatus Rhenanus, *lib. 1. rer. German. dum de Francis agit*, præter monachos rudibus adhuc seculis neminem nouisse literas. D. Chrysostomus de sui temporis monachis tradit, matutinis precibus hymnisq. peractis, eos ad sanctarum scripturarum studia se contulisse, *D. Chrysost. in 1. epistola ad Timoth. c. 5. homil.* 14. Et Basilius Magnus ad Gregorium scribens, duobus tantum vitam hanc solitariam conti.eri & perfici docere videtur, orationibus & studiis literarum: ὃ καὶ inquit, πάλιν τὰς ἀναγνώσεις διαδεχόμεναι, πρὸς ἐγερτὴν τῆς ψυχῆς ἐκ λήθης ὑπνου τὴν πρὸς θεὸν πόθου κατανύξιν ἀφαυαίνουσιν, id est, *orationes iterum lectionibus succedentes, recentiorem animam & vegetiorem, ad Deum desiderio motam recipiunt.* Et in concilio Viennensi sub Clemente 5. sum. pontif. sanctum, vt in singulis monasteriis, quibus eius rei gratia sunt sufficientia bona, sit idoneus ludi literarij magister & Doctor, qui monachos eruditat & bonis artibus imbuat, *clem. 1. §. penul. de stat. monachor. c. 2. de magistris. ap. Gregor.*

De Monialibus, seu Vestalibus sacris quædam.

Cap. 17.

1 *Monachorum & monacharum regula ordinis communis.*
2 *Consecrantur Deo virgines, & viduæ: sed diuersa earum professio.*
3 *Monachandæ ætas.*
4 *Monachandæ voluntas adsit spontanea legitimæ ætatis, quamuis parentes reclament.*
5 *Moniales subsunt correctioni episcopali, & ordinationi.*
6 *In monialibus emendanda per visitatores aut episcopos.*
7 *Vestales virgines, & vnde illæ ortæ.*
8 *Monialium diuersi ordines, & habitus earum, vota.*
9 *Moniales canonicæ seculares non sunt.*
10 *Monachæ adulterij causſa tonsæ.*
11 *Velantur moniales virgines in professione, non viduæ.*
12 *Moniales à quibus consecrentur. & quibus diebus.*
13 *Moniales cum monachis ne habitent, nec conuiuentur singulariter, non cantent cum monachis in choro, eod.*
14 *Monasterium virginum, ne vir aut monachus ingrediatur.*
15 *Senatus in templo vestalium non habitus Romæ quare.*
16 *Moniales separatas ædiculas non habeant, simul degant.*
17 *Moniales sacra ne tangant, aut incensum offerant.*

1 EA quæ † de monachorum institutione normaque viuendi eorum diximus, transferri possunt ad virgines Deo dicatas, quæ ordinis regulam monasticam virorum amplexæ sunt: veruntamen de illis singulari quadam, breui tamen annotatione,
2 præscribemus. ¶ Consecrantur † Deo virgines & viduæ, sed illæ professæ vnum virginitatis: istæ tantum castitatis & viduitatis, *cap. penult. & fin. 20. quæst. 1. cap. acutius, 26. distinct. can. viduæ quæ, 27. quæst. 1.*

3 ¶ Diximus † de nomine, & ætate professionis legitima in monachis: addimus autem, vt si ante annos pubertatis fiat, tunc demum rata sit, quando ætas adulta esse cœperit anno probationis elapso, si modo sponte ingrediantur minores monasterium, non autem si vis, *can. sunt qui, &c. illud autem, 20. q. 1. can. præsens, 20. q. 3.* aut deceptio interuenerit. *can. fin. 20. q. 3.*

4 ¶ Iure † pontificio voluntas spontanea virginis sufficit ætatis 12. annorum, in professione monastica etiam inuitis parentibus, qui tamen ante eam ætatem possunt intercedere, *ca. 1. & ca. puella, 20. q. 1.* constitutio autem Gallica in comitiis Aureliæ lata 25. annos exigit, atque eam ætatem anticipantibus permittit, non obstante professione de rebus propriis libere testari & disponere in fauorem cuiuscunque, *articul. 19. in constitutio. Aurelianen. consonat concil. Aphricanum, 3. cap. 4. c. placuit, & 20. quæst. 1.* Libera debet hæc esse voluntas, qua se hostiam viuentem Deo consecrent, quemadmodum & apud ethnicos hostiæ seu victimæ ducebantur, non autem trahebantur ad aras: & si qua duceretur & vehementius reluctaretur amouebatur ab aris: vt scribit Macrobius, *lib. 3. Saturnal. c. 5.* Festus in verbis piacularia auspicia aiti: reluctantem hostiam mali ominis fuisse: vt Liuius, *l. 21. in Flaminio consule.* Sueto in Galba, *c. 18.*

5 ¶ Moniales † subsunt ordinationi & correctioni episcopi diœceseos, *ca. cognouimus, 18. quæst. 2. Clem. 1. de relig. dom. b.* quod & Aureliæ in comitis firmatum est, omni exceptione remota, *art. 11. constitutio. Aurelianen. anni 1560.* ¶ Sine † præiudicio tamen visitationis, de qua statutum in concilio Viennẽsi, *Clem. 2. §. 1. de stat. monach. vbi videre per gloſſam quomodo visitatio facienda per monialem sit, & quæ monasteria sint exempta.* & quid per visitantes debeat emendari, nempe vt auferantur ab illis panni serici, sandalia, comti & cornuti crines, *seu antiæ*, scacata & virgata caputia, choreæ, festarum secularium consortia, vagationes extra claustra, voluptatum illecebræ, non obstantibus exceptionibus & priuilegiis quibuscunque.

7 ¶ Erant † anti quitus apud paganos seu idololatras & Vestales virgines, quæ perpetuam, saltem vsque in trigesimum annum post professionem emissam, consecrabant virginitatem: de quibus abunde nos alibi diximus, *lib. 40. artis mirabilis, c. 11. 12. 13. vide vulgaria de isdem apud Liuium, Gregorium Gyraldum, Ouidium in Fastis, 6. Cicero. 1. de Natura Deorum. Pomponium Lætum & Feneſtellam.* Eo autem nomine Vestales dictas Berosus scribit, à Tithea vxore Noachi, quæ dicta Hebraice Aretia, Latine Terra, quod mater omnium viuentium esset, & Esta, post mortem cognominata, id est, ignis. Quia ipsa regina sacrorum fuerat, & puellas docuerat sempiternum ignem sacrorum inextinctum seruare, *Berosus, lib. 3. Defloratio. historiæ Chal.* Erant tamen Deo addictæ, vt opinor, tempore Noachi illæ virgines, quæ fouebant ignem perpetuum, qualem voluit perpetuo quoque ardere & inextinctum in suo tabernaculo custodiri verus Deus tempore legis Mosaicę, *Leuit. 6.* nec alienum inferri, *Leuit. 10.* Sed simia ille Dei, qui voluit Deus haberi, Dæmon, hoc institutum, sicuti & pleraque alia imitatus, in suam superstitionem & impietatem conuertit, & voluit etiam in sua idololatria virginum habere cœtum, Vestalium nomine, quas eius sceleratæ religionis pontifices maximi arbitratu suo deligebant, semotis suffragiis populi, *Gellius, lib. 1. cap. 12.* certis adhibitis cæremoniis & legibus.

8 ¶ Christianæ † moniales regulares sunt, diuersæ regulæ & habitus, prout viuendi institutum delegerunt, eademque profitentur generaliter seruaturas, quæ monachi, videlicet castitatem seu virginitatem, paupertatem & obedientiam, & alia, quæ ordinis, in cuius numerum transeunt, sunt. ¶ Exceptis † quibusdam, quæ apud Teutones seu Germanos nominantur canonicæ seculares,
9 quę nullam faciunt professionem, nec renuntiant propriis, imo contrahunt matrimonium *gloſſ. & tex. in cap. dilecta, in verb. canonicas. de maior. & obed.* Istæ sanctimoniales videntur improbatæ, *c. indemnitatibus. §. fin. de elect. in 6.* quæ nullam regulam expresse profitentur, & hospitalitatis nomine se tuentur, item & per Innocentium, *2. in can. pernitiosam, 18. q. 2.* Sunt eius generis in Austrasia & Lotharingia monasteria, in gratiam filiarum nobilium virorum, non aliarum, tanquam hospitalia ędificata, & reditibus pluribus dotata. M. Mantuan. *lib. 2. Enchirid. rerum singul. cap. 49.* putat dictas esse biguinas tertij ordinis, quæ neque paupertatem, neque continentiam, neque obedientiam profitean-
10 tur, & vocari has pinzocheras. Existimo tamẽ alium ordinem illum esse, quam de quo loquor, nempe mulierum nuptarum quæ de tertio ordine dicuntur, & quæ habent coniugem, de quibus Ludouicus Romanus, *consi. 367. incip. circa primum.* Quarum ordo in concilio Auinionensi reprobatus fuit, vt ait Cynus, *in authent. sed quamuis, de rei vxor. act. C.* mulieres porro Teutonicæ seu canonicæ regulares, quamdiu moniales sunt, non habent maritos, sed possunt exeundo libere nubere, exceptis paucis, vt dicunt, nempe abbatissa, priore, sacrista: quæ perpetuam virginitatem solæ vouent. ¶ Est † & aliud genus monialium deferentium quidem habitum, & quæ tondentur, in monasteriũ ob adulterium detrusæ, verumtamen proprie non sunt monachę, *text. cum gloſſ. in authent. sed hodie, in verb. recipere, ad l. Iul. de adult.*

11 ¶ Velum † accipiunt in professione virgines, & non viduæ, & quas velare prohibentur episcopi, *can. deuotis, §. fin. 20. quæst. 1.*

12 ¶ Consecrantur † ab episcopo moniales, vel eius consensu, & auctoritate à presbytero, *can. si iubet, §. fin. & can. presbytero, 26. q. 6. can. 1. de tempor. ordina.* Stati autem & definiti dies fuerunt certi, quibus licet virgines consecrare tantum, nisi necessitatis alia causſa vrgeat: dies videlicet Epiphaniæ, hebdomada Paschalis, dies natalitij Apostolorum, dominici, *ca. deuotis virginibus, 20. q. 1.*

13 ¶ Viuunt † vel viuere debent moniales & Alcetriæ secundum proprii ordinis professi leges, de quibus paulo ante dictũ.

Digitized by Google

Sed nec licet illis,quę virginitatem suam Deo consecratũt sponte, nubere, *can.puellæ 20.q.1.* Ex constitutione D. Basilij monachis cum monialibus habitare nõ licet,neq; monachus pernoctare seu cubare in monialium monasterio,neque singulariter cum monacha conuiuari, *can. diffinimus, & can. in nullo loco,& can. peruenit, 18.quæst.2.* Incauta enim & inconsulta familiaritas mulierum & clericorum suspecta, periculosa, & offendiculo est,*dict. can.peruenit.* Quare nec monialis cum clericis vel alijs monachis in vno choro psallere debet,*can.perniciosum,18.q.2.*

14 ¶ Atque † recte cauit Nicena synodus secunda,*in can. 20. Synod.2. Nicen.* ne duplex esset monasterium, id est, ne vno ambitu monasterium virorum & mulierum concluderetur,propter scandalum. Cautum quoque ne monasteria mulierum ab hominibus
15 frequententur. ¶ Sic † & legimus templum Vestæ & virginum apud ethnicos non fuisse consecratum, ne illue Senatus accederet : non enim poterat alibi quam in augurato loco curia aut senatus haberi, *Seruius, in 7. Æneid. Virgilij,ibi Hærendum syluis ac relligione parentum.*

16 ¶ Imo † vt omnis suspicio absit ab istis virginibus statutum quoque, vt cuiuscunque ordinis sint,siue Basiliani,siue Augustiniani,aut Benedictini, in cœnobijs,ecclesia,refectorio seu cœnaculo & dormitario simul conueniant,vna degant, nec separatas
17 ædiculas sibi construant vel habeant, *can.perniciosam,18.q.1.* ¶ Inhibetur & monialibus tangere sacra vasa, sacratas pallas, incensum circa altaria deferre,*ca.sacratos,21.distinct.*

De Prioribus & Præpositis.

Cap.18.

1 *Priores,& prioratus qui.*
2 *Priorum alij claustrales, conuentuales, & seculares, & qui horum prioratus.*
3 *Prioratus regulares tantum dantur regularibus professis.*
4 *Prioratus regularis perpetuus,& quibus ex causis adimatur.*
5 *Priores seculares qui.*
6 *Præpositus quis,& vnde dictus.*
7 *Præpositura beneficium cum dignitate, & sine.*

1 PRiores † dicuntur, qui aliquibus ecclesiis præsunt supra alias personas earundem: vnde & prioratus, ecclesiæ, quæ illis in titulum dantur,nominantur. ¶Horum† alij sunt claustrales,a-
2 lij conuentuales,*Clement. 2. de rescript.* alij seculares.Claustrales sunt, qui præsunt cœnobitis post abbatem vel alium antistitem, quorum funguntur vicaria potestate & opera intra monasterij & claustra, *c. cum ad monasterium, de stat monachor.* Conuentuales illi,qui principes cœnobio cõstituti sunt,quibus nullus abbas vel alius dignior inibi est, *Clement.1.§.ceterum.de stat.monachor.* ¶ Et
3 prioratus † horum obtineri non possunt ab alijs,quã qui expresse ipsius ordinis cuius sunt professionem legitimam emiserint,&
4 electi sint iure à suis capitulis & instituti.¶Perpetui † tamẽ, vt iis præfecti non possint amoueri ab illis,præterquam,si bona monasterij dilapident,& perdant, vel incontinenter seu impudice viuant,aut si in aliud monasterium transferantur, *cap.2. de stat. monach.apud Gregor.* Prioratus conuentualis dignitas est, claustralis minime,*glos.in Clement.2. de rescript. in verbo conuentualem, & Panorm.in cap.nisi,de præben.*

¶ Priores † seculares dicuntur,qui habent prioratus seu be-
5 neficium prioratus, quod solitum est regi per clericos seculares.Interdum quoque prioratus est,regularis,sed per seculares cura eius exerceri debet,*Clem.1.§. ceterum.de stat.monach.* quia à mente iuris alienum est, vt animorum cura concedatur regularibus, *cap.1. de capel.monach.apud Gregor.* Itaque qui à regularibus præficitur regendæ plebis caussa, vel rector,vel Vicarius perpetuus dicetur, prioratu remanente apud alium,vel penes monasterium , vel capitulum aliquod, *cap.exstirpandæ, cap.30. §. qui vero, de præben.ap. Gregor.*Sicque qui ei portionem præbet,prior nominabitur.

¶ In † ecclesiis in quibus regularibus in canonicos transieru nt,
6 loco prioris conuentualis in secularisatione,vt dicunt,successit aliquando præpositus, vocant *prevost* , si is prioritate dignitatis præfulgeat : quemadmodum Tholosæ in ecclesia S. Stephani, post quem secundum ibi locum tenet cancellarius,*Aufrer. quæst. Thol.13.* Quanquam Guido Papæus existimet,eum successisse in locum quæstoris,*Guid.Pap.decis.436.* Præpositus is generaliter erit,qui præfectus aliquibus est, *ca. quamuis,de verb.& rer. sig. apud Gregor.* sed & is vsu talis , qui primam habet inter aliquos dignitatem.

7 ¶ Quamobrem † & præpositura per se singulare nomen beneficij ecclesiastici facit,quod assiduitatem,seu,vt loquũtur iura, residentiam exigit,*cap. ex parte,in 2.de cleric.non residen.* & ætatem & scientiam legitimam & ordines, *c.dudum, in 2.cap.22.de electio.* In aliquibus tamen ecclesiis ex earum consuetudine,vbi officium nullum gerunt præpositi, præposituræ dignitates non sunt, *Rota decis.451. in nouis.* vt in Carnotensi & Turonensi ecclesia, *Innocen. 3.ad c.de multa, in fin.de præben.* Tradit & Rota alicubi inter canonicos in quibus non est archidiaconus,**in locum eius præpositum** constitutum, *Rota,decis.442.in nouis.*

De Cancellario seu Magistro scholarum.

Cap. 19.

1 *& 3.Cancellarij dignitas.*
2 *Magister scholarum Cancellarius factus.*

THolosæ † post præpositum,secũdus in dignitate est Cancel- 1
larius Academiæ,& canonicus in choro,& alibi, *Aufrer.in q. Tholos.13.* Cadurci non ita, sed post archidiaconos **duos & cantorem** officium gerit.

¶ Hic † in diplomatibus summorum pontificum, qui priuile- 2
gia Academiæ nostræ Cadurcorum largiti sunt,dicitur magister scholarum. Nam antequam Academia esset , erat inter Canonicos vnus Magister,aut canonica portio vni magistro dabatur, qui docendi prouinciam susciperet,& sua cura alios præceptores & magistros,docendi caussa deligeret,iuxta concilij generalis & Lateranensis decreta,*c.quamuis,de magistris lib.5. Decretal.*

¶ Subinde † in institutione Academiæ ex magistro scholarum 3
factus est cancellarius,eiusque dignitas, vt aliarum dignitatũ ordo,metienda est ex consuetudine ecclesiarum,in quibus sunt instituti.*glos.in c.exsecrabilis, de præben. in extrauag. communi.in ver. personatus,Innocent.& Hostien.in c.de multa.de præben.*

De Archidiacono.

Cap. 20.

Lib.1.Decretal.tit. 23.

1 *Diaconi nomen quid significat,& qui diaconi.*
2 *Diaconi sacri,& seculares.*
3 *Archidiaconus quis.*
4 *Archidiaconi constituendi qualitas.*
5 *Archidiaconi cum officio,& sine eo.*
6 *Archidiaconi officium.*

DIaconi † nomen, ad alias quam ecclesiasticas personas re- 1
ferri potest,propter generalem significationem verbi, quod ad diuersa ministeria transfertur.διακονέω, vnde διάκονος , ministro & famulor significat. Vt D.Paulus vocat magistratus,Θεοῦ διακόνους, *D. Paulus ad Roman.cap.13.* & Iulius Pollux , *libro octauo Onomastic.*τοὺς πρεσβευτὰς.legatos , ὁ δὲ πρεσβυτὴς , inquit , οὐκ ἂν εἴη ἀγαθὸς ἐν διακονίᾳ. Sunt & apud eundem διακονίαι δημόσιαι, munera publica, & administrationes publicæ : vt & apud Æschinem,*contra Ctesiphontem,*& Demosthenem,*de Corona.* ¶Ea † ratione diaconi 2
sacri, & seculares:& inter sacros quidam diacones administrantes presbyteris simplicibus.¶ Alij † qui inferiunt episcopo,dicti 3
Archidiacones, seu principes , vel primi seu proximi qui inferiũt episcopo:ad quem eorum ministerium referri, & vt diacones simplices presbyteris subiiciuntur,*can.legimus, 93. distinct.* Sic & presbyteri , & archipresbyteri,his archidiaconis subiiciuntur. 4
¶ In † archidiaconatum promouentur nati 25.ann. digni qui saltem diaconi sint, *can.nullus in propositum, 60. distinct.* & licentiati in aliquo iurium,vel theologia, *in concil.Trident.in.8.sessione,de reformatione generali,can.* 12.cum habeant dignitatem. Primi diaconorum ij dicti, *c.1.de scruti.in ord.faciend.* quibus iure communi adhæret dignitas,eaque maior monasteriis ipsis,& præpositis eorum, *Panorm.in cap.per tuas, §.excellentiores,de simonia.Gomes,in regula cancellariæ.de annal.possess.q. 11.in fin.* ¶ Etsi † alicubi cum di- 5
gnitate sine officio sint , quemadmodum Innocentius notat in Parmensi ecclesia archidiaconum nullum exercere officium , & nihilominus dignitatem habere, *Innocen.in c.de multa, de præben.* Obseruandum tamen pro dignitate,officio,& gradu honoris cẽsendi archidiaconi sequendam esse legem capituli proprij,& cõsuetudinem, qua vsi fuerint in sua ecclesia ante archidiaconi : & eis potius deferendum,quam præscriptis & concessis à iure pontificio, *Hostiensis in summa.de offic. archidiac. dum quærit quod sit eorum officium, facit c.fin. eod. tit.* ¶ Archidiaconus † oculus episco- 6
pi est, & iure ipso eius vicarius in visitationibus,correctionibus & dispensationibus rerum ecclesiasticarum,censor morum clericorum & emendator : subdiaconibus & leuitis imperat, parœchiarum d œceseos subit solicitudinem, quas circuit, & inspicit,subditos habet suæ iurisdictioni archipresbyteros, *can ad hæc,de offic. archidiacon.* Hic examinat & præsentat episcopo ordinandos, *cap.1.de scrutinio in ordine faciendo, cap. Vt nostrum, de offic. archidiac.* Mittit in possessionem prælatos,abbates,vel abbatissas,*d c. vt nostrum.*aliaque pleraque quæ sui muneris sunt exsequitur , *de quibus in c. perlectis,§.archidiaconus, 25. distinct.* Quæ quia plura sunt, interdum efficiunt,vt plures quam vnus archidiaconi instituti in vna ecclesia cathedrali sint, duo, tres,quatuor,vel plures.

Statuit

Digitized by Google

Statuit Tridentina synodus, *sessio.9. in decretis, de reforma.generali, can.13.* vt archidiaconi vbicunque fieri poterit, sint magistri seu doctores aut licentiati in Theologia, aut iure canonico.

De Archipresbytero,& Decanis. Cap.21.

1 *Presbyter, & archipresbyter quis.*
2 *Presbyteri senioris nomen est, & honoris.*
3 *Senum apud antiquos & Romanos honor, & 7.*
4 *Presbeus, & senes qui dicti.*
5 *In senibus sapientia præsumitur.*
6 *Senes in domo, vel vrbe, vel orbe signum bonum : mori, contra.*
7 *Senum in consilium inquirendum & sequendum.*
8 *Presbyteri seniores, & multo magis senibus honorandi.*
9 *Antiquius dictum quod melius.*
10 *Presbyterorum siue sacerdotum munus, & officium, & qualitas.*
11 *Archipresbyter quis, & auctoritas.*
12 *Decanus presbyterorum quis.*
13 *Decanus quare dicatur, & de denario numero.*
Decani canonici. eod.
Decanus dux. eod. Decumana porta, eod.
Decanus capituli. eod.
Decanus cardinalium. eod.
Decanus Rotæ. eod.
14 *Archipresbyter ciuitatensis quis, & eius officium.*
15 *Archipresbyter ruralis quis, & eius officium, & iurisdictio.*
16 *Archipresbyter archidiacono inferior.*

1 ARchipresbyter † princeps presbyterorum dicitur : presbyter autem senior est, non tam ratione ætatis capularis, quam honoris quo afficitur, qui hac sacra appellatione decoratur, sacerdos alia appellatione nominatus: quod sacra mysteria det & pertractet, *can. cleros, 21. dist.* ¶ Mentis † hic potius, quam senectutis 2 spectata canities, quæ presbyteros intitulet, *can. penult. 84. distinct.* Vnde & episcopi olim dicti quoque presbyteri, *can. legimus, 93. distinct. can. olim. 95. dist.* Græcis πρέσβεις erant, quibus honor & reuerentia exhibebatur, quæ senibus deferebatur, eaque erat magna potissimum Romæ, & in bene institutis rebus publicis.

¶ Nam priscis, auctore † Callistrato, pene eundem honorem se- 3 nibus ac magistratibus tribuebant, *Callist. l. semper. 5. de iure immunit. lib. 50. P. tit. 6.* neque apud antiquissimos Romanorum, generi aut pecuniæ præstantior honor tribui quam ætati solitus, & maiores natu à minoribus colebantur, ad Dei prope & parentum vicem. Isq; mos Romanis à Lacedæmoniis traditus, quibus id in more erat ex sanctione Lycurgi, *Aul. Gellius lib. 2. cap. 15.* Et vt scribit Ouidius, *lib. 3. Fastor.*

Magna fuit quondam capitis reuerentia cani,
Inque suo pretio ruga senilis erat.
Martis opus iuuenes, animosaque bella gerebant,
Et pro Dijs aderant in statione suis.

Et rursum, *Ouid. lib. 2. de art.*

Adde quod est senibus rerum prudentia maior,
Solus & artifices qui facit, vsus adest.

Atque Xenophon. *libr. 8. Cyri Ped.* moriturum iamiam & disponétem de regno suo in filij senioris fauorem, Cyrum dixisse scribit, fuisse eam legem Persarum, Senioribus non solum fratribus, sed etiam ciuibus, & incedendo, & dicendo, cedendum. ¶ Proinde † Hesychius πρέσβεις, inquit, sunt, non solum, γέροντες, sed etiam 4 βασιλῆς, ἄρχοντες, καὶ ἡγεμόνες, id est, *non solum senes presbes vocantur, sed etiam reges, principes, magis honorati.* Ita & in translatione nominis ostendit Aristoteles, *lib. 9. de Historia animal. cap. 11.* ἔστι ὁ τροχίλος καλούμενος πρέσβυς ὑπὸ βασιλέως. Quod explicat Plinius, *lib. 8. 25. parua*, inquit, *auis, quæ Trochilos vocatur, rex auium in Italia.*

5 ¶ Venerabilis ex sententia Salomonis senectus, non diuturnitate vel numero annorum computata : cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis, vita immaculata, *Sapient. 4.* Præsumitur autem iam canescentibus hominibus per ætatem, rerum saltem experientia & vsu sapiétiores illos euasisse, dictumq; de illis à Deo, *Honorabis vultum senis, & à facie canitiei consurges, Leuit. c. 19.* Et 9 ita Rabini annotant, *in sententijs moralibus Ben Sire. capitul. 15.* סבא טבא בבי חאטבא בבי חא סבא טבא *Sbba bebetha, simana taba bebetha*, id est, *senex in domo, signum bonum est in domo.* Nec tantum in domo, sed in ciuitate & in orbe : vt contra, senum interitus, est certissima coniectura vindictæ Dei, & venturi mali, & peccati commissi atrocissimi. Sic maledictio maior interminata est Heli, ob peccatum emendatum filiorum, quod erat Deo abominabile, *Ecce*, inquit Deus per Prophetam ad illum, *dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium patris tui, vt non sit senex in domo tua.* Et postea, *verumtamen non auferam penitus virum ex te, sed vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua, & pars magna domus tuæ morietur, cum ad virilem ætatem peruenerit. 1. Reg. cap. 2.* Propter malitiam tollitur iustus, *Iesaiæ, cap. 57.* Omnis prouincia, vt aiunt Rabini, in qua non est senex, digna est vt deuastetur, *in prædicta sententia, 15. Ben Sire.* Sicuti & quamdiu Loth inter Sodomitas fuit, non potuit ciuitas ab angelis subuerti, *Genes. c. 19.* Et propter vnum senem Mathusalah, Deus vindictam diluuij per septem dies suspendit, donec is *Genes. c. 7.* moreretur. ¶ Senibus 7 itaque † deferendi honores & rerum administrationes, & si plures sint, quam sint magistratus vel administrationes, illis saltem vt dignis deferendum est, consilia illorum scrutanda & perpendenda potius, quam iuuenum, qui perdiderunt regem Roboam filium Salomonis, *2. Paralip. cap. 10.* Monet & ecclesiasticus, *Ne te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis : quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum, Ecclesiastic. cap. 8.* Et alibi, *Ecclesiastic. c. 25. Corona senum, multa peritia, & gloria eorum, timor Dei.* ¶ Ergo † delatus hic honor se- 8 nibus, quis πρέσβεις, dicuntur, multo magis senioribus qui presbyteri, πρεσβύτεροι. Vt etiam antiquitus obseruatum innuit Xenophon, *lib. 4. Helen.* ἤρξατο λόγου ὁ φαρνάβαζος· καὶ ὦ πρεσβύτερε, id est, *cœpit loqui Pharnabazus, erat enim senior.* ¶ Quodque melius † est, & antiquius dictum est sæpe apud M. Tullium: vt ad 9 Atticum, *ne dubitaris, quin quod honestius, id mihi futurum sit antiquius.* Et alibi, *ad Herennium, at salus antiquior, id est potior, militum, quam impedimentorum.* Et iterum, *Orat. 1. in Anton. nihil vita antiquius, existimare omnia posteriora libertate ducere.* Eademque phrasis obtinet apud Græcos, veluti apud Iulium Pollucem, *libr. 2. Ono.* ἐδεῖν δὲ πρεσβύτερον, pro ἥδιον πυθέσθαι, & apud Platonem, *in Sympos.* μοι μὲν γὰρ ἔδειν δὲ πρεσβύτερον τὸ μὲν ἓν βλαπτοντι μὴ μάθειν. Hac ratione qui honore præcipuo in ecclesiis vsi sunt, quiue curæ aliorum præpositi sunt, vel qui curam mysteriorum venerabilium in ecclesia Dei susceperunt, presbyteri dicuntur, 10 digni habiti hoc ministerio. ¶ Ita † Diuus Paulus ad Titum *cap. 1.* scribens, *Reliqui*, inquit, *huius gratia te Creta, vt ea quæ desint corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut ego disposui tibi : si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios fideles habens, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos.* Et ad Timotheum, *1. Epist. cap. 5. qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina.* Dignissimum & venerabile horum peculiare munus, quod non nisi sacerdotibus conceditur, sacratissimum & adorandum sacrificium corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi in altari conficere & offerre, orationes dicere, benedicere, *cano. perlectis, §. ad presbyterum, 25. dist.* & alia pleraque exsequi, de quibus paulo post agetur Deo iuuante, cum de ordinibus & sacerdote loquemur.

¶ A † presbyteri nomine archipresbyter dicitur qui sacerdotib. 11 seu presbyteris certis quibusdam de caussis præponitur, & præest illis quæ sacerdotalis officij sunt: præcipue si episcopus defuerit, *cap. 1. & 2. de off. c. archipresbyt.*

¶ Proinde † & archipresbyter appellatur decanus scilicet pres- 13 byterorum vel ecclesiæ, *ca. ad hæc. de offic. archidiac. cano. innouamus. 60 distinct.* Quia decanus ecclesiæ, in locum archipresbyteri subrogatus est, *Rota decisio. 451. in nouis & rursum, decis. 443.* 14

¶ Decanus † alioquin, qui præest decemuiris, dici existimatur à Vegetio, *lib. 2. de re milit. cap. 2.* sed translatione facta à perfectione & præstantia denarij numeri, decanus dicitur præcipuus inter aliquos eiusdem ordinis vel status, *gloss. in rubr. decanis, lib. 12. C. & ibi Alciat.* Ita ecclesiæ Constantinopolitanæ canonici, tanquam digniores, decani dicti sunt ab Honorio & Theodosio CC. *l. non plures, 4. de sacrosanct. eccles. lib. 1. C. tit. 5.* In eo sensu Ælianus scribit, quod optimus quisque decuriæ præponi, & ceterorum ductor esse debet, qui & decurio, & decanus, & dux, & primus, & præses nominatur, *Ælianus libello De acie instruenda.* Sic & porta maior, quę in castris erat, decumana dicta, vt præcipua, diuersa ab ea, quę erat in postica castrorum parte, *Iulius Cæsar, lib. 3. Comment.* Et

Vastius insurgens decima ruit impetus vnda. Ouid. 11. Metamorph.

Decanus in capitulo, honorabilior videtur pars capituli, *cap. post electionem, 7. de concessione præben. c. cum inter vniuersas, 18. & ibi Panor. & gloss. de electio.* inter cardinales etiam præcipuus eorũ decanus, vt in cardinalibus monuimus. Interque rotæ auditores, honorabilior decanus est in capella Papæ, propter ministerium, quod vocatur mithræ, vt notat Ludouicus Gomesius. *in proœmio ad regulas cancellariæ, dum agit de prothonotarijs.*

¶ Archipresbyterorum † duæ sunt species, vna vrbicanorum, 15 seu ciuitatensium : altera ruralium. Ciuitatensis seu vrbicus est, qui in vrbe cõstitutus. Eius munus est, absente præsule, & eius loco officiũ diuinum incipere, benedictiones in ecclesia dare presbyterales, missam, quando voluerit, cantare, & reliqua peragere, quæ tradit propria constitutione Leo Papa, *c. pen. de off. archipresb.*

¶ Ruralis † archipresbyter in rure degit, & qui habet curam pres- 15 byterorum, qui per minores titulos habitant, quorum vitam, mores, & simul plebis obseruat : vt deinceps episcopo denuntiet, *c. fi. de off. archipresbyt.* Partitur quippe cum huiusmodi episcopus solicitudine gregis, habentque iurisdictionem, qualem illis consuerudo permisit, *gloss. in cap. ex literis, de consangui. & affi. in verba, coram decano.* Statuit & Carolus Magnus, ad archipresbyterum notionem pertinere de incantatoribus & maleficis, *in constitutioni. capitularibus Caroli Magni, capitulari de pace, cap. 25.* ¶ Hic 16 tamen † subiicitur archidiacono diœceseos, quia ei inferior, *cap. 1. & c. ad hæc, de off. archipresbyt. can. prolatu, §. archipresbyter, 25. distinct.* quamquam ratione simplicis ordinis diaconatus, & presbyteratus, maior presbyter diacono, *notat Hostiensis, in summa, de*

Digitized by Google

offic. archidiac. Sic enim, & in aliis, quis alio maior vel minor, diuersis respectibus vel rationibus esse potest, *can. puto, 2. quæst. 7.* Et in ordine, primum locum habent presbyteri honorabiliorem, secundum diaconi, tertium subdiaconi tenent, ex decreto Greg. noni, *c. statuimus, de maior. & obedient. apud Greg.* Quare etsi in ecclesia absente episcopo archidiaconus & archipresbyter adsint & concurrant, archipresbyter loco episcopi missarum solemnia peraget, *c. 1. de offic. archipresbyt.*

De Primicerio ecclesiastico, Cantore, & Præcentore, & eorum beneficiis. Cap. 22.

De offic. primicerij, lib. 1. Decret. tit. 25.

1 *Primicerius quis, & num cantor.*
Cantor primicerius, & eius munus, eod.
2 *Præcentor quis.*
Concentor quis, eod.
3 *Primiceriatus cum dignitate beneficium.*
Primiceriatus notariorum summi pontificis, eo.
Primicerius datarius, eod.
4 *Primicerius cantor quare, & subditus archidiacono.*
5 *Primicerius in omnibus quis generaliter.*
Primicerius mensorum, diaconorum, fabricæ, protectorum quis, eodem.
6 *In ceris olim scriptitatum.*
Scriptura diuersa materiæ, eod.
Cera prima, secunda, ima, & vltima scribi quid, eo.
7 *Scribebantur dignores primo loco.*
8 *Choragus cantor, & quid priscis choragus.*
9 *Chorodoctus quis.*
10 *Chorodidascalos, magister chori.*
11 *Chori summa apud vnum esse debet.*
12 *Chorus ecclesiasticus quid dicatur.*
Chorus ecclesiasticus quando diuisus in duas partes, psalmorum Dauidicorum canendorum causa, & antiphonarum, eod.
13 *Præcentor quis, & officium eius.*
Chorostates præcentor, eod.
14 *Succentor & succentoratus.*
15 *Choraulæ qui.*

1 PRimicerius † est primus inter clericos & diaconos, quibus præest in docendo, subditus archidiacono, *ca. 1. de officio primicerij, lib. 1. Decret. tit. 25.* Butrigarius ratus est primiceriū accipi pro cantore, *Butrig. in dictam rubric. de off. primicer.* Nam & officium cantandi & legendi lectiones, laudes, responsoria ad eū pertinet: ordo & modus canendi, pro tempore & solemnitate, determinatio delationis cereorum seu luminum, castigationes leues clericorum, *can. Perlectis, §. ad primicerium. 25. distinct.* Cantor alibi dicitur, quod voces in choro moduletur, *can. cleros, §. cantor. 21. dist.* ¶ Species † cantoris præcentor, qui voce præit, qui ante omnes incipit: item concentor, qui simul concinit. de quibus 3 Deo fauente postea. ¶ Colligitur † autem & rescripto Innocentij 3. ad Tullenses canonicos, *c. cum accessissent, c. 8. de constitut.* primiceriarum esse beneficium cum dignitate. Aliud tamen, ab officio primiceriatus quod habet primᵘˢ inter notarios summ. pont. *Gomes in prooem. Regular. Cancell.* antea dictus notariorum decanus, & protoscrinarius: & ille primicerius qui diem, seu vt loquūtur, datas adiiciebat diplomatibus pontificalibus, quas nunc bibliothecarius apponit,

4 ¶ Primicerius † itaque cantor ex consensu dicitur, veluti primus in choro, & primus ratione cantus: alioquin non is primus simpliciter dicendus, cum is subordinetur archidiacono. Exigit enim pronuntiatio nominis primicerij, adiectionem ex relatione alicuius, vel postulat subintelligi. ¶ Quod † primicerius in omni- 5 bus is dici possit, qui primus & in aliqua dignitate est antesignanus, vel primus in aliquo. Sic dicimus primicerium mensorum, inter mensores primum, *l. 2. de mensor. lib. 12. C. tit. 28. &* primicerios ex corpore decanorū, *l. 1. de decanis. lib. 12. C. tit. 27.* Primicerium fabricæ, *l. 1. ti. de Fabricensib. lib. 11. C. tit. 3.* primicerium protectorum, domesticorum, equitum, *l. 2. de domesti. & protector. lib.* 6 *12. C.* Sic de similibus. Nam πρωτόκηρος, vel πρωτοκήρυξ, est πρῶτος τάξεως, primus in ordine quolibet ceræ seu scripturæ. ¶ Mos † enim erat antiquis in tabulis ceratis & pugillaribᵘˢ scribere, præcipue antechartæ & membranæ inuentionem: tentatis pluribus scribendi materiis, de quibus scribit Plinius, de Papyro arbore loquens. *Hanc*, inquit, *Plinius, lib. 13. ca. 11. Alexandri Magni victoria repertam auctor est M. Varro, condita in Ægypto Alexandria. Et antea non fuisse chartarum vsum, sed in palmarum foliis primo fuisse scriptatum: deinde quarundam arborum libris: postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & primata linteis confici cœpta, aut ceris: pugillarium enim vsum fuisse etiam ante Troiana tempora inuenimus apud Homerum.* Et postea etiam remansit cerarum vsus, vt ex Plinio Iuniore constat, dum ait, *lib. 2. epistolarum. Erat in proximo, non venabulum aut lancea, sed stylus aut pugillaris: meditabar aliqua annotabamque, vt si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem.* Et Iuuenalis,

Nonne libet medio ceras implere capaces
Quadrinio.

¶ Quare † quæ in cereatis tabellis, & per translationem, in aliis 7 scripta erant, in ceris scribi dicebantur, & quod in primo loco, in prima cera, & postea, secunda & tertia, &c, & in ima. Et ita apud Suetonium legimus, *in Iulio Cæsar.* Iulium Cæsarem Q. Pedium ex quadrante heredem instituisse, reliquos in ima cera. Et Asconius Pædianus extremam ceram, vltimam tabulam, vel vltimam partem tabulæ interpretatur *Ascon. Peda. in 3. Verrinam Ciceronis.* Quocirca primicerius primo scriptus in choro cantor, dignior. Sic enim digniores in albo magistratuum primo scribebantur. *l. 1. de Albo scrib. lib. 50. Ff. tit. 3.* ¶ Nihil † ergo prohibet quin hunc 8 cantorem Choragum quoque vocemus, appellarunt enim choragos prisci, vt refert Athenæus ex Demetrio Bizantio, *Non hos*, inquit, *qui volunt nunc choros mercede conducunt, sed eos qui chori sunt doctores, qui sicut ait Demetrius Bizantius lib. 4. Poematis, iubent, recte musicæ incumbere, neque leges vetustas musicæ præterire, Athenæus, lib. 14. Dipnos. c. 13.*

¶ Affinis † huic is qui χορόδιδασκος apud Suidam dicitur, qui can- 9 tantes & saltrantes admittebat in chorum, qui sciret qui admittēdi, & in quo loco chori essent disponendi. ¶ Vocabatur † & χορο- 10 διδάσκαλος, chori magister, qui docebat eos quos in chorum ille admittebat, quomodo cantare deberent: non enim passim licebat etiam bona voce prædito eo inconsulto in chorum Ethnicorum etiam venire, teste his verbis Aristotele, *lib. 3. Polit. c. 9.* οὐδὲ χορόδιδάσκαλος τὸν μείζονα καλλίον ἢ παῖδα χορῦ φθογγόμενον ἐάσει συγχορεύειν, id est, *neque semper magister chori eum qui pulcriorem ac meliorem toto choro vocem emittit, sinit in choro esse.* ¶ Sicque † & ne- 11 cessarium dixit idem Aristoteles chori summā apud vnū esse, *Aristo. lib. de Poetica.* Quare apud Athenienses, in festis suorum idolorum constituebantur chori à tribubus quæ decem erant, & ex vnaquaq; tribu eligebatur choragus, vt auctor Demosthe. & Libanius, *in oratione in Midiam, & in eam Libanius in argumento.* In choris quoque eorum cantum fuisse, etsi eorum alius quam in sacris vsus testatus Macrobius, *in initio Saturnalio. Vides*, inquit, *quam multorum vocibus chorus constet, vna tamen ex omnibus redditur vox, vna est illic acuta, aliqua grauis, alia media accedunt viris fœmina, interponitur fistula.*

¶ Suidas † chorum ecclesiasticum ait esse cœtum canentium 12 in templis: & choros ecclesiarū diuisos fuisse in binas partes sub Constantino Constantini Magni filio, & Flauiano episcopo Antiochię. Et ex Antiochia vbi cœpit in omnes mundi partes transiisse morē ita psallendi bifariā psalmos Dauidicos. Hæc tamen Suidæ opinio nō valde de initio psallendi in aliis probabilis. Siquidem legi apud Socratem, *lib. 10. histor. Tripartitæ. cap. 9* & Nicephorū Calixti, *lib. 13. cap. 8. histor.* modum antiphonarum, id est, modum concinendorum carminum per mutuam responsionem & per vices, iam ab Apostolorum temporibus cœpisse. Nam tempore Diui Ignatij, qui tertius in ecclesia Antiochena à D. Petro apostolo hierarcha fuit, & qui cum apostolis plurimo tempore vixit, ea psallendi formula institua ab eo est. Publice tamen in duas partes Antiochiæ choro diuiso Dauidicam melodiam psallere docuere Flauianus & Diodorus: postea episcopi, vt auctor Theodoricus, *lib. 5. histor. Tripartit. c. 32.*

¶ Additur † interdum cantoribus, & magistris chori præcen- 13 tor, qui modulationem incipit, *can. cleros 20. dist.* forsan conueniens cum eo qui Græcis vocatur χορεστάτης, ὁ τὴν χορῳδίαν. Quod colligitur ex epistola quadam Iuliani, *ad Iamblychum*, dum ait, τὰ δὲ παρ' οἰκείου τοῦ δικαίου κρίσιν περὶ τῶν χορίων ἀκριβοῦται, εἴτε καὶ ἐμοὶ ὑπὸ τῷ σῷ πλήθρῳ τὸν εἰκότα αἰτήσομαι: ὥσπερ οἱ τῶν χορεστάτων περὶ τὸ ἀδιάλειπτον τοῦ ῥυθμοῦ συμμαρτυροῦντες. Quibus docet choroſtatas respondere ad auspicatum rhitmi. ¶ Choroſtates † dici 14 potest in quibusdam ecclesiis nominatus succentor, cuius & beneficiū dicitur succētoratus, habens dignitatē alicubi, vt in Pictauiensi ecclesia, *c. inter dilectos, c. 11. de excess. prælat.* alibi autem tantūmodo habens officium, alibi personarum. Mores enim & consuetudo ecclesiarum in istis, & in cantorum præcentorum, & aliorum beneficiorum qualitatibus sequi oportet, *c. cum olim, c. 6. de consuetu. ap. Greg.* Beneficia porro hic cantorum, præcentorum, & succentorum & officia, alia sunt à communi canonicorum officio modulandi & canendi. ¶ Et † pariter distincta à Choraulis, 15 quorum munus per clerum aui canonicos, alios ve præbendatos fit per vices: isti enim choraulæ ex diuerso more legionum, vel sedent, & cantant, & cæremonias perficiūt, vel circa exedras chori discurrunt, & deficientes in cantu canentes admonent, & voci seu conuenienti modulationi restituunt: ferunt alicubi scipiones argenteos vel auratos, alibi sacrum pallium quoque sumunt, & eos qui responsoria incepturi sunt monent de responsorij initio & voce seu tono. Dicti choraulæ metonymia facta à chaulia antiquorum: etenim in choris eorum erant qui inflabant tibias, quæ choris canentium miscebantur, inde & dicti choraulæ. Sunt in ecclesiis choraulæ qui primi responsoria & antiphonas 16 choapt.

De

Digitized by Google

De Præbendatis,& canonicis vtriusque sexus.

Cap. 23.

1 *Præbendati vnde dicti, & quid præbenda in plurali numero, & s.*
2 *Salgamum quid.*
2,3 *Præbendæ publicæ.*
Ventidius Bassus,eod.
4 *Præbia,& præda vnde declinatur.*
6 *Præbenda in singulari beneficium.*
7 *Præbenda duplex,laicalis,& spiritualis,& quæ laicis debetur.*
8 *Præbendæ laicu date in ecclesiis iuris regij à rege.*
9 *Præbendæ spirituales duplices,simplices & canoniales.*
Præbenda simplex quale beneficium,eod.
10 *Præbendati hebdomadarij qui.*
11 *Præbendati assisii.*
Assisis in ecclesia qui, eod.
12 *Præbenda canonialis quid.*
Canonia quid,eod.
13 *Canonici qui non sunt subdiaconi, non habent vocem in capitulo.*
14 *Canonia in herbis & ad effectum, qui & quos non percipiant fructus.*
15 *Mandatarius in beneficio habet ius ad rem,sed non in re.*
16 *Canonici clerici primi gradus honorabiliores aliis beneficiariis.*
17 *Canonici quare ita dicti.*
Canonici,harmonici,Pythagorici qui,eod.
18 *Canonicorum alij regulares,alij seculares.*
Canonici regulares qui,eod.
19 *Arnulphus canonicos regulares auspicatus.*
Monachi canonici facti,eod.
20 *Canonicæ seculares mulieres.*
21 *Beguinæ.*
22 *Præbenda præbendatorum & canonicorum, ex tribus, præbenda, diariis,& de mensa.*
23 *Lagrossæ,inter præbendatos quid.*
24 *Distributiones quotidianæ, mannalia dicuntur præsentibus debita.*
25 *Canonici absentes studiorum caussa quid ex præbendis percipiant, & 26.*
26 *Mensæ fructus quomodo, & quando inter canonicos distribuantur.*
27 *Canonici nuper recepti habent æqualem partem in fructibus mensæ cum antiquis.*

1 PRæbendati † ab eo,quod victus caussa præbetur in ecclesiis dicuntur.Præbenda enim absolute in plurali numero apud priscos dicebantur,quæ parœchi quotidie legatis publice missis exhibere tenebantur,ligna,sal,vt innuit Horatius,*Sermon.Satyr. 5.& ibi Aeron.*

Proxima campano ponti quæ villula tectum
Præbuit,& parochi,quæ debent ligna,salemque.

2 ¶Vocant † iura codicis salgamum,quod præbetur ab hospitibus militibus,quo tamen nomine non veniunt culcitræ,lignum, aut oleum,*l.1.de salga.hospitib.non præst.lib.12.C.tit.24.* ¶Meminit
3 &†Gellius de præbendis publice,,dũ agit de Ventidij Bassi fortuna,& eum dum adoleuisset victum sibi ægre quæsiuisse,sordideque inueniffe,comparatis mulis & vehiculis, magistratib.qui sortiti prouincias fuissent præbenda publice conduxisse,*Gellius*
4 *lib.15.cap.4.* ¶Ab † eadem declinatione Varro,*lib.6. de ling. Lati.* vocat præbia ἀλεξητήρια, vel amuleta, à præbendo. Vt si lorum detur quod sit remedio pueris.Et alibi,*Varro,lib.4.de ling.Latin.* verbum præda & prædes,à præstando ducit,quod ea pignore data publice mancupes fidem præstent.Erant & largitiones ab imperatoribus factæ prouincialibus,quæ & præbenda dicebantur, vt apud Cassiodorum,*præbendarum*, inquit, *tenor adscriptus, quem nostra diuersis largitur humanitas prouincialibus, &c. Cassiod. lib.5.*
6 *Varia.* ¶In † iure pontificio & beneficiorum tractatu præbenda in singulari numero,eadẽ tamẽ significatione,vsurpatur. ¶Hęc
7 que duplicis generis præbẽda dicitur,vna datur laicis:altera quę tantum conceditur clericis titulo beneficij.Laicis præbentur ab ecclesiis quędam annonæ stipendiorum gratia,ratione obsequij vel officij,vel solicitudinis impensæ in ecclesiam, *glo.in cap.cum Martinus,in verb.receperunt, de constitutio.& ibi Panor. nu.22.* cuiusmodi sunt quæ præbentur aduocatis,syndicis,& aliis. Imponuntur & ecclesiis onera annonarum præbendarum nobilibus pauperibus,vel ob seruitium temporale,vt scribit Composstellanus,& post eum Panormitanus,*in d.c.cum Martinus.* locum habere in ecclesia S.Martini Carnotensis.Atque idipsum Symmachus Papa,ratione temporalis concessionis,*cap.possessiones,16.q.1.* permisit.Et D.Hieronymus omnibus monasteriis præcepisse videtur,*D.Hieron.ad Damas. & in can.fin.16. q.1.* ¶In † Gallia in
8 monasteriis quæ regij iuris sunt & fũdationis vel dotationis regis præbendæ huiusmodi sunt,in quibus princeps milites membris mutilos pauperes,etiam inuitis monachis alendos quãdiu vixerint statuit,*c.maioribus,& c.cum caussa,36.de præben.* Et sæpe ita iudicatum Tholosæ vidi à curia suprema, repugnantib.monachis largitioni regiæ & codicillis eius.Nec mirum si princeps ita possit statuere, cum præbendæ in fructibus consistant propria natura,quorũ & laici capaces sunt.¶Alterius † generis præ- 9
bendæ quæ debentur clericis, spirituales dicuntur, & beneficij ecclesiastici nomine cẽsentur,quod habeãt spirituale munus annexum,diuisis portionibus tamen,non antea,*ca.ex parte Hastensis,ca.10.de concess.præb.lib.3.Decret.tit.8.* Hæ rursum vel simplices vel canoniales dicẽntur.Simplex præbenda,est ius spirituale reciendi certos prouentus,in ecclesia collegiali competens ob diuinum officium cui præbendatus inseruit, *interpretes in cap. cum Martinus,& ibi Felin.nu.3.& Panor.nu.22.& 23.de constit.* In spiritali consistit titulus,in temporalibus præbendarum substãtia. Simplices præbendæ possidẽtur per clericos secundi ordinis in ecclesia collegiali.†Quorum †aliqui ratione officij diuini maio 10
ris,quod exsequi debent exemplo, & loco canonicorũ, qui per vices integras hebdomadas solemnia missarũ & officium diuini peragere tenentur, *arg.ca. dilecto, c.25. de præben.ap.Greg.* Hebdomadarij dici possunt aliquãdo, & qui vno gradu simplices præbendarios antecedũt. ¶Sunt † & alterius generis simplicis præ- 11
bendati,dicti assisij,*c.pen.de cleri.non resident.& ibi gl.1.ap.Greg.lib. 3.tit.4.* vel manionarij alicubi dicti,*habituez*,in Gallia. ¶Canonialis † præbenda ea dicitur,quę est annexa canonicatui,quæve 12
ea omnia continet quę simplici concludũtur,& vltra habet vocem, seu ius suffragij ferendi in capitulo exsedrã seu stallum in choro seu in peristyliis,& alicubi,vt Cadurci,pacis osculũ,*c.dilecto,& c.pro illorum,de præben.* Hæc enim habent canonici, si modo sint subdiaconi. ¶Nam †qui non sunt ad subdiaconalẽ ordi- 13
nem promoti,sententiam non dicunt, id est, non habent vocẽ in capitulo,*Clem.3.de ætate & qualit.in Clem.c.ex ratione,eo.tit.ap. Greg.* ¶Quemadmodum† neq; illi qui creati dicuntur canonici 14
in herbis,vel honorarij, vel ad effectũ obtinendi primam vacaturam præbendã,qui nec quotidianas distributiones seu diarias annonas habent, nec actibus capitularibus intersunt, *Imola in Clem.fi.de præb. col.2. Rebuff.in §.fi.de reserua.in Concordan.* nempe quod proprie nõ sũt canonici,habita ratione præsentis tẽporis, quales mãdatarij vel qui habẽt literas exspectatiuas,*in Rotæ decis.445.tit.de præb.in nouis,Staphileus in prima forma gratiarum exspectatiuarum.* ¶Quia† qui habet canonicatũ sub exspectatione 15
præbendæ,habet quidem ius ad rem,sed non in re, *c.fi.de concess. præb.in Sex.ca.quædam,de præb.in Sex.*& qui vere habet canonicatũ,habet vel habere debet in præsenti vel de proximo præbendam, *c.relatum,& c.dilectus, de præb.c.cum super, de concess. præben. c.cum Martinus,de constit.* ¶Innocẽtius † ratus est,canoniam lon- 16
ge honorabiliorem alio simplici beneficio,& idcirco canonicos dici clericos primi gradus,alios etiã beneficiatos secũdi gradus, *Innoc.in c.sedes,de rescr.* ¶Canonicis † qui annonam statã habent, 17
& priuilegia certis maioribus clericis destinata dicũtur,*οἱ ἐν κανόνι*, id est,qui in album talium clericorum in ecclesia relati sunt:siue qui canonem,id est,demẽsum ex ecclesiastico ærario capiũt, vel primi in ecclesia,quemadmodum à Pythagoricis dicebantur *κανονικοὶ* harmonici, qui primas in iudicãdo partes longeq.ratas maxime rationi adscribebant,*Cæl.Rhodig.lib.5.c.11.* ¶Canonico 18
rum † & canonicatuum præbendæ iterum,vel monachales seu regulares sunt,vel seculares.Regulares sunt in monasteriis,vnde vetitum ne quis in duobus monasteriis locũ occupet, *c.fi.de regular.ap.Greg.& c.ne nimia,§.fi.de religio. dom.gl.in Clem.2.de iud.* Et ij etiam habent suffragij ius in suo capitulo,*c.constitutis,47.de elect.ap.Greg.* ¶Scribit † autem Volaterranus, Arnulphum abbã- 19
tem canonicorum regularũ ordinem auspicatum circa annum domini 1066.Munsterus tamen notat,Spirenses, Wormaciẽses & Magũtinenses canonicos, monasticæ vitæ professione abiecta seculares fieri & seorsum habitare cœpisse circa annum domini 956.Sed isti inter seculares annumerandi,vt plerique alij in Gallia & alibi,qui eius generis sunt,non regulares.

¶Sunt†& mulieres etiam,quæ vulgo dicũtur canonicæ seculares,viuentes exemplo secularium canonicorum, quæ non renuntiant propriis,nec professionem vllam faciunt, quas concilium Vienense non probat,verũ & eas visitari, *Clemen.2.de stat. monac.c.indemnitatibus,43.§.pen.de elect.in Sex.* ¶Nominatq;† eas 21
beguinas:atque illis iubet aliquam viuendi normam & regulã monachalem deligere,*cap.1.de releg domi.& vt epi.sint subiec.ad Clemen.*

¶Cetervm † annona quæ præbetur præbendaris & canonicis; 22
tribus modis distinguitur,& ex tribus varie conflatur. Nam vel præbenda separata & stata annua est,vel cõsistit in diariis seu distributionibus quotidianis:vel percipitur ex mensę communi,si sit,*videndum c.vnicum,cum gl.pen.de cler.non resid.in Sex.* ¶Præben- 23
dæ †nomen tefertur ad id quod vocant,*lagrosse.in d.c.vnico glos.* ¶Quotidianæ † distributiones, manualia dicuntur quoque be- 24
neficia,*c.olim,c.16.de verb.sign.*seu victualia: quæ tantum præsentibus officio diuino diurno distribuuntur. ¶Qualia ea, quæ ex 25
anniuersariis dispẽsantur tantum iis, qui orationibus intersunt, *d.c. vnic.de cleri. non residen. in Sex.c.de cetero, eo.tit.ap. Greg.c.licet,*

Digitized by Google

de præben. ap. Greg. non autem absentibus, etsi studiorum causſa
26 absint, quibus præbenda tamen integra remanet. ¶ Fructus † mēsæ dicuntur ea, quæ vltra præbendæ fructus, vel diaria & manualia ex aliis reditibus capituli colliguntur simul, & in communi reseruantur, distributi non certo tēpore, sed aliquando cū intercanonicos participes placuerit. Quorum quoque qui absens studiorum causſa est, fit particeps, non autē alij sine causſa, vel ea illegitima absentes, *Felin. in c. Iacobus, n. 1. de Simon. Panor. in ca. licet,*
27 *in fine. de præben.* ¶ De † his fructibus annotat vnum valde singulare Calderinus, *tit. de præben. consil* 21. vt si hoc anno contingat diuidi fructus mensæ, quæ præteritis annis collecti & coacti fuerint, canonicos qui vel hodie, vel nupertime fuerint creati seu instituri vel ordinati, æqualem partem cum cæteris antiquis facere. Quod etiam scribit Felinus, *in c. Iacobus, n. 1. de Simon.*

De Curionibus, Rectoribus, Parochis, Plebanis & Vicariis.

Cap. 24.

1 *Curiones & curati vnde dicti: à cura & curia.*
2 *Curionum seu curatorum officium & munus.*
3 *Curionis qualitas & ætas.*
4 *Ecclesia reparari à quo debeat, & num à curione.*
5 *Decimarum pars episcopo debita hodie quare remaneat apud curionem.*
6 *Parochi & parochiani qui, & quare ita dicti.*
7 *Paræchia & paræchi quid.*
8 *Paræchia etiam diœcesis, episcopalis dicitur.*
9 *Parochiani quare in paræchia propria debent baptizari.*
10 *Rector ecclesiæ quis dicatur, & quare, & quid rectoria.*
11 *Rector is nomen generale ad plura pertinens, & eius officium.*
12 *Plebanus quis, & quare dictus.*
13 *Plebania aliquando maior rectoria.*
14 *Plebs in plebania & alibi quomodo intelligatur.*
15 *Vicarius perpetuus quis, & quare dictus.*
Vicaria perpetua beneficium & quale. eo. & 18.
16 *Prior beneficiatus quis.*
17 *Vicarii perpetui, & temporalis differentia.*
18 *Prioratus cum vicaria perpetua quid.*
19 *Rectori vel vicario perpetuo congrua debita portio beneficii, & peti potest.*
20 *Congrua portio vicarii perpetui quomodo constituenda, à quibus supplenda, formula petendi, coram quo iudice petatur, & quæ quālitas congruæ portionis.*
21 *In congrua pensione vicarii perpetui quæ sint considerauda.*

1 A Beneficio, † quod curam animorum habet, denominantur curati, melius curiones parochi, rectores, parochi, vicarij perpetui. Sacerdotia n. sunt, quibus ineſt cura animarū, alia immunia ab illa solicitudine, *c. cum singula, de præben. in Sext. cap. de multa, eo. ti. ap. Greg.* vt in beneficiis paulo post, Deo fauēte, latius docebitur. Curiones rectè dicti à curiis etiam, id est, à regionibus vrbis, quibus in sacris præponuntur, vt est apud Varronem, 4. *de ling. Lat.* quemadmodum Romę quæ per curias diuisa erat, tempore idololatriæ ex singulis curiis præficiebātur sacris & deligebantur ad sacerdotiū, ex lege Romuli. *Dion. Halic. in* 2. Et curiæ & curiones à curia regionū seu locorum & hominū eorum dicebantur.
2 ¶ Proinde † curiones in sibi concessis locis curam suscipiunt distribuēdorum sacramentorum personis sibi subditis, prædicandi verbum Dei, audiendi exomologeses *Clem. dudum. §. verum. de sepultu. c. 1. eo. tit. ap. Greg.* diuinorum officiorum. *c. 2. de parochi.* absoluendi cōfessa delicta, *ca. omnis vtriusque sexus de pœniten. & remiſ. can. placuit, de pœniten. dist. 6.* ¶ Quo † fit, exigi in eo qui curionis munere fungi vult, & potiri beneficio, cui cura animorum adhæret, probatos mores, ætatem 25. annorū, saltem vt legitimam, ordinē sacerdotalem actu, vel vt eū cōsequatur intra proximū annum à die adeptæ pacificæ possessionis ecclesiæ, *c. licet, can. 14. c. statutum, 22. & ca. commissa. de elect. in Sexto, leb. 1 ti. 6.* vt per se hanc fori pœnitentiarij, ligandi & absoluendi potestatem, & reliqua quæ sui muneris sunt, & alia quæ non possunt,
4 nisi à sacerdotibus fieri, præstare possit. ¶ Ad † eius curam quoq; pertinet, ex reditibus sacerdotij templum sartum tectumq. conseruare. Cum enim antiquitus Curio partiretur reditus beneficiorum cum episcopo, qui & fabricæ curam subibat, & cū pauperibus, tertia vel quarta parte contentus, tunc immunis quidē erat ab hoc onere, *ca. de red itibus, & ca. quatuor, 12. q. 2. ca. nō decernimus, 10. q. 1.* ¶ Sed † hodie episcopalis pars eius rei gratia, & pauperum quoque quæ in pauperes distribuenda est, apud eum remanet. *can. placuit, can. priscis, can. vnio. 10. quæst. 3.* Vt non immerito quædam glossella dicat, nō teneri laicos ad contributionem fabricarum ecclesiasticarum coacte, *gl. in d. canon. quatuor, 12. q. 2.* Multoq. minus debent conqueri, si pro pauperum alimentis de reditibus conferre cogantur, qui sponte suam debitam opē illis non præstent. ¶ Dicuntur † & isti curiones parochi, vt proprio 6
constat titulo, *de parochis, & parochia. lib. 3. Decret. titul. 29.* παροχὴ Græcis præbitio est, παροχος, qui magistratibus, *d. c. licet canon, & c. statuimus de elect. in Sex.* & legatis annonas salis & ligni præbebat, vt ante memimus in præbēda. Hinc Parochia, parochi, ecclesiæ parochiales. Et curio, vt diximus, sacramēta & alia præbet subditis: illi contra curioni dant decimas, *c. quoniā à nobis, & toto ti. de decimis.* & alia ad cultū diuinū necessaria in ecclesia quā exstruxerunt, *ca. 1. de sepult. ca. nemo, de consecr. dist. 1.* & proprie illis decimæ debitæ, *c. cum sicut, de consecr. eccl. c. reuertimini, & can. decima, 10. q. 1. Malach. 3.* Et forsan dici parochias ab agrorū assignatione, qui eas præstarent non erit alienū. Sic apud Pomponium Lætum, *comitibus*, inquit, *& ducibus qui pro imperij augmento consenuerant, dabantur agri, villæque, vt necessaria suppeterent, quo ad viuerent, quos parochias vocabant. Pomp. Læt. in Constantino.* ¶ Quāquam 7
non me fugiat Budæum, *in Commen. linguæ Græcæ*, paræchias non parochias legendum esse annotare: quod παροικία sit vicinia & accolarū cōuētus, habitatio, curia, vnde curiones, ἀπὸ τῆς παροικίας, ab eo, quod iuxta habitent. Vitamq; namq; lectionem probo, & ita conuenire arbitror, vt vna aliam non expungat, & hoc nomine antiquos Christianos vsos fuisse fidem facit D. Augustin. *lib. 14. de ciuit. Dei. fuit*, inquit. *presbyter quidā nomine restitutus, in paræchia Calamensis ecclesiæ, &c.* Tunc enim distincti erant fines paræchiarum, sicut & diximus tempore Dionysij summi pontificis per orbem iussu eius factum. Quare & paræchia pro loco beneficij accipitur, *ca. quoniam à nobis, de decimis ap. Greg. cum simil.* ¶ Etsi 8
† de episcopatu agatur, pro diœcesi quoque, *can. bona rei, 12. q. 2. c. ad apostolicæ. ca. 20. de decimis, lib. 3. Decret. tit. 30. c. significauit, c. 6. de offi. ordinar. lib. 1. Decret. tit. 31.* singulis enim episcopis & curionibus distributæ fuerunt ecclesiæ, & loci definiti, vt de his curā habeant & reddant rationem, *c. ecclesias, 13 q. 1.* Et definitionē limitum inter substantialia parochiæ annumerat Ludouicus Romanus, *cons. 356. incip. circa primum, col. 1.* Videbis autem in quibus consistant iura paræchiarum apud Alexandrū, *consil. 74. in 4 vol. incip. viso.* ¶ Proinde vt cognoscant curiones, de quibus ineunda 9
est eis cū Deo ratio, recte institutū est, vt nati in propria ecclesia à suo pastore vel eius vicario baptizentur: & fontes baptismatis, seu baptisterium in ecclesia paræchiali, non alibi sit, vbi natus & fidem, *can. plures baptismales, 16. q. 1.* & nomen profiteatur. Quemadmodum & fiebat aliquando, natorum professio nominis & gentis apud Romanos, *Plut. in Parallelis.*

¶ Rector † appellatur & curio, sacerdos qui plebem & popu- 10
lum sibi commissum regit, *c. 1. de capel. mona. c. 3. de vit. & honest. cleric. c. fi. 9. dist.* Rector itaque ecclesiæ dictus, *c. 3. de cleri. ægro. lib. 3. Decret. tit. 6.* & beneficium rectoria, *ca. si de præben. lib. 3. Decret. tit. 5.* idem quod cura pastoris optimi, *canon sic rector. 43 dist.* ¶ Sic- 11
que † hic rector, alius est à rectore quolibet, qui & secularis esse potest, & ecclesiæ, & alterius rei, & alterius, quam ecclesiasticæ potestatis, *vt in cap. fi. de Iudic. lib. 2. Decret. tit. 1. c. aduersus, de immunita. eccles. & tit. de offic. rectoris prouinc. in P.* Omnis enim, qui imperat, moderatur, & regit, rector dici potest. vt rector prouinciæ, Academiæ, ciuitatis, & sic de similib. Quorum officium paucis explicat Ecclesiasticus. *Rectorem*, inquit, *te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis, curam illorum habe, & sic considera: & omni cura tua explicata recumbe, vt lateris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias, & dignationem consequaris corrogationis, Eccles. aſſici, c. 32.*

¶ Plebanus † ipse idem curio ab Honorio 3. summ. pontif. di- 12
citur, qui habet plebis curam, *c. fin. ne cleric. vel monach. secular. negot. se immiſceant, lib. 3. Decret. tit. 50 c. 1. eo. tit. in Sex.* & beneficium quoque plebania, *d. cap. ne cleri. vel monach. in Sext.* Itali populū, *la tione*, & plebeium, *il piouano*, nominant. ¶ Est † tamen aliquan- 13
do plebania aliud genus beneficij & maius, quā rectoria, habet sub se capellas, vt notant interpretes, qui & eam dignitatē esse putant, *Ioannes Andreas in additionibus glo. ad c. 1. ne cleri in Sext. in verbo Capellas. Archidia. in c. plures, 16. q. 1. num. 4.* ¶ Plebs † h c 14
pro omnis generis populo accipitur, non autem tantū pro fece populi, quæ Græcis ὄχλος & πλῆθος, turba semotis patritiis, & senatoribus, vt distincta erat à Romulo, *§. plebiscitum, de iure natur. Gelli. lib. 10. c. 20. Dionys. Halic. lib. 2.* Quare subditi erunt parocho sacerdoti, non tantū viles & plebeij, sed & nobiles, & senatores, & principes paræchiæ. Ita plebem facere dicuntur in iure decē mancipia, aut decē homines, *can. vnico. 10. q. 3. glos. in c. 1. de elect. ap. Greg.* plures quam decem aut quindecim, turbam, *l. prætor ait, l. 4. §. prætor ait. vi bon. rapt. P.*

¶ Vicarius † perpetuus, & curio quoq. est: isq. animarum curā 15
habet. Manauit aūt origo curæ eius generis, à tempore quo, qui beneficium possidebant habens animorum curam, quod assiduitatem seu residentiam exigit, cœperunt excusari, ne assiduitatē in loco beneficij redderent, ob maiorē dignitatem aduenientē, vel quod fructus capitulo alicui vel collegio assignati fuerint, vel aliam ob causſam, & proinde cōstitui cœpit vicarius, isq. perpetuus cum aliqua fructuum beneficij portione, qui regeret actu populum, in ecclesia præpositus ex constitutione eius, qui alios fructus perciperet, approbante & instituente episcopo, *ca fin. de offic. vicar. lib. 1. Decretal. tit. 28. c. exstirpanda. §. qui vero, de præben.*

c. si

Digitized by Google

16 *c. si vero, c. 6. eod. tit. in 6.* ¶ Et † sic vicaria perpetua, beneficium dicitur, *c. 3. de offic. vicar. c. adhæc, eo. Clemen. 1. eodem. tit. apud Clemen. Michael. de filiis presbyt. lib. 5. Decret. tit. 17.* atque eo modo ex vno beneficio duæ factæ appellationes: sed vnus prior rector, vnde prior absolute dicitur, alter vero ab eo præpositus, qui actu re-
17 git, vicarius est perpetuus cum institutione episcopi. ¶ In † qua institutione differt à vicariis aliis tẽporalibus curionum. Primũ quia & hic rector est actu, vt prior est rector habitu, *Clement. 1. de off. vicar. 2.* quòd morte etiam prioris non reuocatur eius potestas, *c. ad hæc. de off. vicar.* Alij autem vicarij temporales, siue episcopo à curionibus præficiuntur, instituuntur, & destituuntur nutu eorum, reguntue illis præsentibus, vt coadiutores vices eorum exsequentes, ex communi omnium qui vices aliorum gerunt natura, *can. 1. 94. distinct. 1. l. 1. de off. vicar. lib. 1. C. tit. 38. c. penult. de off. vic. apud. Gregor. c. fi. eo. tit. in 6.* Nam quibus in rebus interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur, *Cicero pro Roscio Amer.* Quod si absens curio sit, vicarius temporalis eius nomine non potest regere, nisi accipiat & impetret literas, vt dicunt, de regẽdo, ab episcopo: quod in vicario perpetuo diuersum est: Quia episcopo semel auctoritatem quandiu vixerit acceperit, præsentante priore, & ita consentien-
18 te. ¶ Quocirca † annotandum est, vicariam perpetuam vnum esse videri beneficium cum prioratu, cui annectitur, *c. si pro eo, de præbend. in 6.* siue sit prioratus regularis, siue secularis: totidem enim
19 eius species esse possunt. ¶ Proinde † ex eo beneficio æquum est, vicarium perpetuum idoneam & sufficientem congruamue portionem capere, *d. c. exstirpanda, §. quia vero, de præben.* si quidem episcopus non debet consentire vnioni ecclesiarum, priusquam congruens portio earum presbyteris reseruetur, *c. expositi, §. fi. de præben.* nec præsentatum à prioribus, nisi is habeat, vnde commode viuere possit, *c. 1. de præben. in 6. c. de monachis, eod. titul. apud Greg. Clem. 1. de iur. patron.* & iura episcopalia soluere, *d. c. de monachis, iura pronuntur episcopalia in c. conquerente, de off. ordin.* Potest tamen & episcopus præsentatum admittere primo si velit, & postea præsentantem cogere idoneam & sufficientẽ & congruã ex fructibus beneficij pensionem illi præstare, *iuxta ordinem litera clemen. primæ, de iur. patro.* Idipsum sequendum, quando beneficia mẽsæ capiculi episcopi, abbatis vel monasterij fuerint vnita, vel si dantur temporalia beneficia religiosis: tunc namq; & reseruanda cõgrua portio vicariis perpetuis ecclesiarum, *c. in Lateranensi, & c. de monachis, de præb. Clem. vni. de offic. vicar.* ¶ Congrua
20 portio † eu pensio vicarij consideratur aliquando, habita ratione oneris impositi eidem vicario, interdum ex constitutione modicæ pensionis, interdum ex pactione: quando priores, vel qui præsentant vicarios, cum illis paciscuntur, vt illi pensionẽ prioribus soluant, & reliquos fructus suos faciant. Contingit autem vt id, quod relinquitur deducta pensione soluenda, victui non sufficiat: quo casu agitur per vicarium ita præsum, ad leuandum onus pẽsionis, *ca. 2. de suppl. ne. negligen. prælat. vide Rebuff. in tracta. congruæ pensio. nu. 38 & 39.* Quandoq; etiam vicarius partem aliquam fructuum accipit, sed nõ sufficientem, & tunc eam augeri postulat ab iis, qui fructus percipiũt, siue sit episcopus, siue monasterium, vel alius prior, vel patron⁹ laicus, aut ecclesiasticus qui præsentauerit, *cap. sicut, de supplen. neglig. prælator. ca. auaritiæ, cap. de monachis. c. in Lateranensi, de præben. apud Greg. c. 1. eod. tit. in Sext. Clem. 1. de iur. patro.* Et si plures sint, qui possideant decimas vel fructus beneficij, à singulis pro modo possessionis petet, *argum. l. 3. §. fi. de alimen. & cibaria. legat. P. l. si libertus, in 1. §. libertus, de bon. libert. P.* secundum formulam quæ in curiis frequens est. Nempe absolute proposita petitione decimarum antiquarum, & noualium: & vt interim possit sacramenta parochianis ministrare, per modum prouisionis, adiudicari congruam portionem, quando prior vel patronus suę possessionis & sui iuris ostendit titulum, *Rebuffus, in 6. quæst. congruæ pensio.* atque reformari pensionem vsq; ad quartam partem fructuum, *Rebuff. in tractat. de pacif. possessor. ampliat.* 18. quæ clericis curionibus debetur, *can. de reditibus, can. quatuor,* 12. q. 2. Agitur autem pro congrua hac pensione coram ordinario loci episcopo, vel archiepiscopo & sede vacãte coram capitulo, nempe quod & hoc sit iurisdictionis episcopalis, quæ transit in capitulum sede vacante, *ca. 1. ne sede vac.* vel coram conseruatoribus Academiarum, *Rebuff. de congrua pensio. num. 58.* Agitur & interdum coram iudice seculari, si de possessione decimarum antiquarum & noualium, coram eo pendeat quæstio, veluti de incidente controuersia, quę ad iudicem potioris caussę, ne diuidatur eius notio, pertinet, *eo. Rebuff. num. 59 argumento l. quoties, de Iudic. C. & ca. suam, de ordine cognitio.* idque per modum prouisionis, vt pẽdente lite interim alatur sacerdos, qui actu curę insidet,
21 ¶ Ceterum † in constituenda portione congrua vicarij, iudex habebit rationem victus vicarij & alimentorum sufficientium, *cap. pen. 12. q. 1. c. de his, de eccles. edific.* secundum qualitatem personæ & quantitatem prouentuum beneficij, *l. cum vnus, §. fi. de alimen. legat. P. l. sed etsi, §. 1. de vsufr. in P. l. cum post. §. gener, & l. quæro, de iur. dotis. P.* nam qui in dignitate est, maiora percipere debet, & meretur, *c. de multa, de præben.* Item, vt diximus, habebitur ratio onerum subeundorum ecclesiæ & episcopalium, aliorumq; clericorum, quos secum habere debet, *c. vt quisque, de vita & honesta. clericor. c. proposuit, de filiis presbyterorum.* & reparationis ecclesiæ, *c. pastoralis, de his quæ fiunt à prælat. sine consen. cap.*

De Coadiutoribus.

Cap. 25.

1 *Coadiutor quis.*
2 *Coadiutor viuenti datur præsuli, non autem in præsulis locum alius subrogatur.*
3 *Coadiutores Mosi, & aliis dati.*

NOn † solum vicarij temporales, de quibus proximo capite superiori dictũ est, coadiutores dicuntur, sed & alij, qui munus præsulis cuiusq; in ecclesia supplent: qui tamen titularij nõ sunt, sed cõiunguntur titulariis si ipsi ægritudine perpetua laborent corporis, vel nimia senectute premantur, vel alia rationabili caussa, siue crimine tamen, non possint munus suum exsequi. 1

¶ Quamdiu † enim viuunt veri titularij, nunquam alius in eorum ecclesiis subrogatur, *cap. 1. de concess. præbend.* & proinde coadiutorem dari receptum est, *tota 7. quæst. 1. & can. 1. 2. 3. 4. de cleric. ægrotan. lib. 3. Decretal. titul. 6.* Sicut & religiose fuit apud ethnicos obseruatum, vt nec viuentis, quantumuis criminum rei, summum pontificatum alteri concederent. Qua ratione Octauius Augustus, recusauit summum pontificatum à populo sibi oblatum, viuente Lepido pontifice, *Dion Cass. lib. 49. hist.* Sicut enim inter prælatum & suam ecclesiã dicitur coniugium, sic nec illud dissolui, vel ecclesia alteri viuente pastore, etsi destituto viribus, dare sine adulterij crimine potest, *cap. sicut vir. 7. quæst. 1. c. quanto, de translat. episc.* Non secus, quam legitimum matrimonium inter cõiuges, extra mortis caussam iure communi indissolubile est, *c. fin. de condit. apostol. D. Matthæi cap. 19. ca. quos Deus, 33. q. 2. ca. quicunque, & c. quanto, de diuorti. cap. fin. de adult.* ¶ Accepit Moses in 3
adiutorem legationis impositæ Aaronem fratrem, *Genes. cap. 4. & 7.* & in munere iudicandi, ex consilio Ietro adiunxit sibi tribunos & centuriones, *Exod. cap. 18. & Numerorum cap. 11.* Habuerunt apostoli coadiutores, vt D. Petrus Linum, & Clotum, *cano. si Petrus, 8. q. 1.* Prisca, & Aquila, & Timotheus adiutores D. Pauli, *ad Rom. cap. 16.* D. Augustinus à Valerio notæ sanctitatis episcopo Hipponensi, episcopalis officij adiunctus adiutor. Et Valerius Cæsaraugustanus episcopus D. Vincẽtium coadiutorem in enuntiando Dei verbo habuit, propter linguæ impedimẽtum, quo Valerius officio eo fungi non poterat.

De Intitulatis

Cap. 26.

1 *Intotulatus vnde dictus, & quid titulus ordinati.*
2 *Titulus à quibus constituatur, & 9.*
3 *Sine titulo nemo ordinandus.*
4 *Clerici qui dicantur vere.*
5 *Clerici seminarium maiorum ordinum, & sacerdotes ex approbatis.*
Rectores prouinciarum ex approbatis eligendi, eod.
6 *Mendicitas in clero turpis visa, non paupertas voluntaria.*
7 *Sacerdotes Romanorum censum sufficientem habebant, antequam legerentur.*
8 *Clerici non possunt fieri aliis obærati.*
9 *Titulus non potest capi à creditoribus intitulati.*

INtitulatus † inter personas ecclesiasticas annumeratur, à ti- 1
tulo dictus. Titulus porro dicitur à tuendo, quod factum sui auctoris tueatur. Factum autem, quod hic tutandum & defendendum, est ordinatio clericorum in gradus maiores, quæ concilio Lateranensi non permittitur, nisi de eo qui habet bona, vnde Deo extra seruilia opera, possit commode & honeste inseruire, *c. episcopis, c. 4. de præben. apud Gregorium.* ¶ Titulum, † & 2
viuendi veluti reditum, coram episcopo sibi constituunt ordinãdi ex suis propriis facultatibus: interdum alij nomine ordinãdorum res proprias obligationi ei subiiciunt, ea lege vt quãdiu ordinati vixerint, possint alimẽtis inde necessaria capere, vel donec beneficium ecclesiasticum adeptus fuerit ordinatus. Interdum quoq; intitulatus in ecclesia dicetur, is qui ab aliqua ecclesia admissus, & dignus habitus est, qui stipendiis eius nutriatur, vel annona seu præbenda vel capella fruatur. Et † hic verè titulatus, 3
qui aliquando tantum capax maioris ordinis promotione vt probatus habebatur, non alij, ex concilio Vrbani Papæ, *can. sanctorum canonũ, 70. dist.* Et ita in concilio Chalcedonensi cautum quoque, vt nemo ordinetur, nisi manifeste, in ecclesia suæ ciuitatis siue possessionis, aut in martyrio, aut in monasterio, qui ordinatur, meretur publicæ ordinationis vocabulum & aliter ordinatus, vel absolute ordinatus, non habeat manuum impositionem, *ca. 1. 70. distinct.*

¶ Et † vere quidem dici tunc possunt clerici secundum nomi- 4

Digitized by Google

nis significationem, qui sortis Domini & ecclesiasticorum bonorum facti sunt participes, *can. cleros, 21. dist.*

5 ¶ Sicque † ex titulatis istis & clericis solummodo, subdiaconi, & ex illis diaconi: vt & ex diaconis, presbyteri deligendi sunt: vt antiquitus etiam, *Niceph. Cal. lib. 11. c. 30.* Non enim Christiani suos deligebant sacerdotes, nisi ex iam approbatis: vt etiam obseruauit Alexander Cæsar, quando de legendis rectoribus prouinciarum actum est, *Lamprid. in Alex.*

6 ¶ Turpis † in clero visa est mendicitas, *Deuter. 15. vbi non sit omnino mendicus inter vos*, etiam si semper dilecta fuit voluntaria paupertas, & diuitiarum contemtus. Quare episcopus in hoc clero prospicere debet, ne ordinatus mendicitatem cogatur
7 amplecti, *can. Diaconi sunt, 93. dist.* ¶ Neque † etiam Romulus in sacerdotium suarum curiarum deligi voluit, quam qui haberent
8 censum sufficientem, *Dion. Halyc. in 2. hist.* ¶ Reiecti † & ab ordinatione clericali, qui obærati erant, per Bonifacium I. sum. Pont. *Sabellicus & Sygib.* quod tamē ad seruos refert Bonifacius Simoneta, videlicet, ne illi dominis obnoxii ordinarētur, *Bonifacius Simoneta, lib. 4. epist. c. 9.* Et ita quoque cautum in concilio Toletano dominis repugnantibus, *c. 1. & 2. de seruis ord. lib. 1. Decretal. tit. 18. Auth. si seruus, de episc. & cler. C.* At permisit Leo Imperator obæratos quoque præter causam primipilarem, in numerum clericorum recipi, *l. quisquis, 27. & l. officiales, 4. de episc. & cler. C.* adhibita tamen distinctione concilii Carthaginensis, *de qua in ca. 1. de oblig. ad ratiocin. ord. vel non, & ibi gl. apud Greg.*

9 ¶ Efficit † autem intitulatio ne bona titulo suppositia creditoribus exposita sint, à non obligato pro obligato in titulum dentur. Pro titulo etiam sunt beneficia, *vt in can. episcopi, 80. distin.*

De Pensionario.

Cap. 27.

1 *Pensionarius ecclesiasticus quis.*
Pensio ecclesiastica quomodo constituatur in ecclesia, eod.
2 *Pensio ex beneficio in titulum dari non potest.*
Pensionis constitutio afficit personam, non rem, eod.
Pensio beneficij nomine non venit, eod.

1 INter † personas ecclesiasticas inuenies quoque pensionariū, qui annonas, seu pensionem aut portionem capit ab aliqua mensa, vt dicunt, capitulari, vel ab aliquo beneficio, seu ecclesia: interdum mercedis nomine, *l. quæsitum, 14. de pignor. lib. 20. P. titu. 1.* aut in remunerationem præstiti commodi, *c. quicumque, 12. q. 2. can. possessiones, 16. q. 1. Oldra. cons. 226. incipiente, quidam episcopus. Gigas tract. de pensio. quæst. 3. & 54. & 67.* vel alia de causa iusta. Quę eatenus iusta videtur, si modo clericis, à quibus capitur pensio, relinquatur quātum exigitur pro obsequio, & munere cultus diuini eis impositio, & adhibeatur superioris in constitutione pensionis auctoritas, *c. auarit. c. 10. de prebend. lib. 3. Decret. titul. 5.* Alie quin enim illicita, & prohibita est, exemplo nouorum censuum & onerum, quæ imponi nequeunt, *can. prohibemus, de 3. censib. lib Decretal. tit. 39. Clemen. 1. §. eadem, de supplen. negl.*

¶ Neque † etiam licebit iure pensionem in titulum benefi-
2 cii dare, vt fit aliquando, *Cardin. in Clemen. 1. de supplen. negli. prælat. Abbas Panor. in c. conquerente, de cler. non resid. in c. ad audientiam, in 2. de referip.* ne sectionem beneficiorum prohibitam admittamus, *cap. maioribus, c. vacante, c. cum causa. de præben. apud Gregorium, c. vt nostrum, vt ecclesiast. benefi. sine di. confer. c. fin. 1. q. 1.* Et proinde receptum est, pensiones super beneficio constitutas, per possidentes beneficia, non adhærere beneficio, nec eos qui in eo succedunt obligare, sed constituentis personam, & non rem, *c. nisi essent viri prouidi, de præbend. in 6.* Atque in mandatis summorum pontificū, vel aliis rescriptis de prouidendo, vel ad beneficia, non continētur, appellatione beneficii, pensiones, *ca. quamuis, de præb. in 6.*

De nomenclatura piorum hominum, qui piis locis regendis præficiuntur.

Cap. 28.

1 *Pauperum cura hominibus omnibus quare impressa fuit.*
2 *Cinclus auicula marina nido alienum animum ob macritiam excipitur.*
3 *Orphanotrophus & orphanotrophon quid, & cura orphanorum quæ.*
4 *Brephotrophus, & brephotrophum quid, & cura infantium.*
5 *Infantes qui dicti.*
Infantes expositi, eod.
6 *Exponens infantes, parricida, & vt homicida puniendus.*
7 *Ptochotrophos, & ptochotrophio.*
8 *Pauperum cura, potissimum puellarum, demandanda est probo homini, ne lupanaria fiant ex ptochotrophiis.*
9 *Pauperum cura vtroque diuino testamento commodata.*
Pauperes Dei sunt, eod.
10 *Pauperum cura ethnicis.*
Hecates mensa pauperum, eodem.
11 *Pauperes qui in ptochotrophiis administriendi.*
12 *Pauperum, & mendicorum differentia.*
13 *Mendicantes validi ab eleemosynis remouendi, & castigandi.*
Mendicos suos quodlibet oppidum nutrire debet, eod.
14 *Mendicantium cura iure ad episcopos pertinet.*
15 *Nosocomion & Nosocomos quid, & quot Nosocomiorum species.*
Valetudinarium quid, eod.
16 *Leprosaria.*
17 *Leprosaria in titulum beneficij non conferuntur.*
18 *Leprosi de quibus decimas non debent.*
19 *Leprosi ab aliis hominibus separandi.*
20 *Leprosi proprio natiuitatis loco alendi, & eo relegandi.*
21 *Leprosariarum cura iudicibus armandatas quare.*
22 *Leprosi coniuratum cum Iudæis in Christianos.*
23 *Expositorum hospitalia.*
24 *Æsculapij templum expositorum.*
Expositi liberi sint rex, eod.
25 *Hospitalia pestis, insanorum, morborum insanabilium.*
26 *Hospitale senum nutrienorum.*
Senum nosocomium, eod.
27 *Senectutis vsuria.*
28 *Senes apud Sardes & Ceos necati.*
29 *Gerocomion & Gerusia Saracenorum.*
30 *Gerusia spartanorum quid.*
31 *Eleemosynarij, & eleemosynaria.*
32 *Beneficia omnia eleemosynaria speciem præ se ferunt.*
33 *Xenodochium & hospitale proprie.*
Hospitale peregrinorum, eod.
Hospitale zambrachi, eod.
34 *Hospitale publicum quis inuenit.*
35 *Hospitalia publica, & priuata.*
Hospitij ius antiquorum & tessera, eod.
36 *Tessera hospitij Christianorum.*
Pauperes Christianorum & Dei tessera, eod.
37 *Pauperum conuiuia ἀγάπαι, eod.*
38 *Inhospitalitatis pœna ex lege Leucanorum.*
39 *Hospitalia in titulum beneficij concessa quando.*
40 *Pius locus auctoritate episcopi tantum fit.*
41 *Hospitalium cura a episcopum iure, non ad magistratus pertinet, & quando, & pro quibus ad magistratus.*
42 *Hospitalium causa & pauperum primo iudicio in senatus agitatur.*
43 *Hospitalis non beneficij cura & administratio à quibus conceditur.*

FVerunt † à piis hominibus cum ethnicis, tum Christianis, loca quædam exstructa, reditus & census constituti, ad pauperum releuandam miseriam, veluti omnibus hominibus sibi ipsis existentibus consanguineis, ab vna stirpe natis, *l. 3. de iust. & iure, Genes. 1. & 2.* & veluti mem bris natura ipsa conpatientibus. Sicuti & ferunt natura etiam feras quodam modo sibi ipsis opem ferre, & si ita loqui fas est, commiserari ferarum aliarum. ¶ † Vt 2
narrat Suidas, *in verb. κίγκλος. κίγκλος, ὁ κίγκλον* auiculam marinam, quæ caudam agitat, ita infirmam & macram, vt sibi nidum construere non possit, ex aliarum auium veluti misericordia, in nidis alienis parere vnde & pauper dictus est Cinclus, qui non habet vbi reclinet caput. Proinde cum humanæ naturæ plurima sit miseriarum genera plures & appellationes loca pia sortita sunt, plures modi distribuendarum eleemosinarum, de quibus Lucas de Penna abunde: *Lucas de Penna, in rubrica, de mendic. valid. lib. 11. C.* diuersa & nomina eorum, qui curam harum suscipiunt. ¶ † E- 3
rat itaq; in primis orphanotrophos. *ὀρφανοτρόφος, l. Orphanotrophos, 30. de epis. & cler. lib. 1 C. tit. 6.* is, cui pecunia demandata alendi orphanos, parentibusque orbatos ex certis, reditibus pauperes, eadem cura, qua tutores pupillos, sumtibus illorum nutriunt inde, *ὀρφανοτροφεῖον*, locus vbi orphani aluntur, quorum, ex propriis legibus notio habetur. *l. illud, de sacr. eccle. lib. 1. C. tit. 5. l. sancimus 18. eo. tit. §. 1. & §. hoc vero, de alie. & emphy. in aut. colla. 9. titul. 3. §. fin. de eccles. tit. ea. colla. 9. tit. 6.* ¶ † 2. est *βρεφοτρόφος* brephotrophos, qui curā habet procurationis, vt infantes nuper nati pauperes, vel expositi certis decretis reditibus & pecuniis ei negotio deputatis educentur. *d. l. sancimus res, 18 Et l. illud, 16. & d. §. hæc illud.* Et locus vbi nutrientur ideo dicitur *βρεφοτροφεῖον*, brephotrophion: à nomine *βρέφος* infans, qui est Eustathio τὸ ἀπὸ γαστρὸς παιδίον τὸ τρεφόμενον ὑπὸ τιθῆς. ¶ † Nominamus & infantes minores septennio, *l. si infanti. cap. de iur. delib.* eum in locum deferuntur inuenti paruuli veluti pro derelicto habiti & abiecti à matribus & publice expositi, 5
nec à parentibus agniti, *can. fin. 87. distinct. cap. vnic. de infanti. exposi. lib. 5. Decretal. tit. 11.* tum quia forsan non habent vnde illos nutriant, vel quod impia & illegitima coniunctione procreatos erubescant asserere filios. Quo fit, vt de expositione infantium varie sumatur supplicium habita ratione causæ expositionis.

¶ † Qua-

Digitized by Google

6 ¶† Quacunque tamen de causa expositio fiat, matres, quæ illam iubent, patricidæ, & qui administri eius sunt, digni homicidæ pœna sunt. l. 2. de infanti. exposi. Cod. lib. 8. tit. 52. l. nec filium, de patria potest. Cod. l. 1. §. penul. de libe. agnoscen. in P. Etenim necare videtur qui alimenta denegat, potissimum quæ debet mater aut pater, qui quæve abiicit & exponit: vt qui occidit & præfocat. l. necare de liber. agn. P. Ita etiam in synodali congressione Constantinopolitana post varias disceptationes placuit, matres proprios filios in diuinorum templorum aditibus exponentes, vt homicidas puniri, quamuis filij ab aliquibus aliis educentur: lib. 2. iurn Orien. circa fin. tit. ... sed de his alibi.

7 ¶† 3. Est prochotrophos, qui mendicos alit: & locus vbi aluntur publicus, πτωχοτροφεῖον, πτωχεῖα χεὶρ, & πτωχεῖον. §. hoc illud, de alien. & emphyte. dict. ll. sancimus, & l. illud, & in can. 8. concilij Chalcedonensis.

8 ¶† Paupertas miserabiles homines facit, eosque debiles, can. pauper, 11. qua. 3. l. nec quicquam, §. aduocatus, de offi. proconsulis P. & proinde horum cura digna Christiano, eoq; pio, bonoque & probo homine, potissimum si puellarum vel iuuenum præficiatur, solicitudini: periculosum enim est, ne si quilibet & male natus huic muneri præficiatur, ex domo Dei lupanar fiat, vt sæpe alicubi audiui egenos egenasve conqueremes. Tãto scelestius tamen crimen cum hoc sit, quanto Dei prætextu pietatis & misericordiæ videtur adumbratum. Qua in re desiderio ciuitatum rectores & præfectos, concedere operam, & num tale admittatur, clam inquirere, vt vindicta postea publica sumta, deterreantur à lenocinio & impostoris huiusmodi iceleri. ¶† Pauperum &

9 mendicorum procuratio Dei causa est, vtroque & veteri & euãgelico testamento commendata: Ecclesiast. 7. & 29. & Psalmo 111. Tobiæ 4. D. Matthæ. 19. can. qui clementiam, 86. dist. c. gloria episc. 12. q. 2. vsque adeo, vt dominus noster Iesus Christus eleemosinas pauperibus elargitus, sibi factas asserat: membraue sua eos dicat.

10 D. Matthæ. ca. 25. ¶† Cui ferme simile est, quod Menander comicus ait: in sententijs comicorum, & Menandri, ca. 74. καὶ πένητας δ' οἱ πλούσιοι τροφεῖς θεοὺς, semper censebitur pauperes esse Dei. Sic Dauid de Deo, tibi relictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Psal. 9. Et Homerus. Ilia. 3. οὐδὲ γὰρ οὔτε θεὸν ἀνώγει πτωχὸν τε ξεῖνόν τε. Explicat erudite Gregorius Nazianzenus propria oratione de pauperibus amandis, rationes, cur pauperibus benefaciendum, & cur

11 Deus hanc gratissimam habet operam. ¶† A qua etiam idololatræ non abhorruerunt, & apud quos, vt narrat Aristophanis interpres. Interpretes in Plutum Aristophanis, ὅτι· ἐπὶ δορτὴ καὶ ἑορτὴν ἐν μέσῃ πόλει τῇ ἀγορᾷ τοῖς πλουσίοις, κατέκειντο ἐξ αὐτῆς τὰς τράπεζας, ὅπου τοῖς ἐσθίουσι δὴ οἱ πλουσίοι ζῶσιν, id est, mos erat antiquis Græcis, panes & alia quædam diuites ponere per singules Hecata, & hinc accipere pauperes: ex sacris enim viuebant & pauperes. Sic etiam Appianus Alexandrinus, annonam pauperibus esse dispensandum asserere videtur. Appia. Alexand. li. 1. bellorum ciuil.

12 ¶† Obseruandum tamen est, ne prætextu eleemosinæ, ociosorum hominum foueatur inertia. Et distinctio adhibeatur pauperum, ne in publica prochotrophia admittantur. qui ex proprio labore si vellent victum parare possent, vel aliunde habent, vnde

13 viuant. ¶† Et tantummodo alantur debiles, mutili, illique pauperes omnino inualidi, & ad laborem minime idonei, l. 1. de mendicant. valid. li. 11. C. tit. 25. l. si quis ad declinandam, 37. §. vbi autem. de episc. & cler. C. in concilio Colonien. anni 1535. parte 11. ca. 3. 4. §. Sunt isti qui alendi sunt verius mendici, qui nihil habent, nec habere possunt, quam pauperes, qui aliquid quamuis valde tenue habent patrimonium. Sic apud Martialem, Non est pauperies, Nestor, habere nihil. Ita & Græci distinguunt inter πτωχὸν, & πένητα. vt ex verbis Aristophanis colligitur. Aristophanes, in Pluto. & Iustini. in l. si quis ad decimandam. §. sin autem, de episc. & cler. πτωχὸς, inquit, μὲν γὰρ βίον ἐν οὐ λύπῃ, ζῶν ἐκ μικροῦ ἔχοντα. ὁ δὲ πένης ζῶν οὐδὲ ἅπαξ ἐστὶ τοῦ ἔχειν ἀποίχοντα ἀφειδῆσαι ἀεὶ προσδοκᾷ, μὴ μέν τοι μικρὸν ἀπολέσῃ. ¶† In constitutionibus comitiorum habitorum

14 Augustæ Vindelicorum anno 1548. in Politia Caroli V. Imper. c. 25. Similes leges ex senatusconsultu supremarum curiarum Videto ap. Rebuffum Tomo 3. constitutionum regiarum, & ibi inuenies constitutionem curiæ Parisiensis des pouures mendiants, &c. publicata 22. aprił. 1532. aliam eiusdem anni mensis Iunij: aliam 5. Febru. 1535. aliam 12. Nouem. 1543. & constitutio. Henrici II. 9. Iunij 1547. statutum ab Imperat. Carolo V. vt magistratus prospicerent quilibet in sua iurisdictione, ne liceret cuiquam mendicare, neve permitteretur ei, cui nulla deformitas vel defectus corporis adfuerit, quive non indiguerit: vtque mendicorum liberi ad laborem apti, parentibus adimantur & opificijs adiicantur, aut ministeriis aut seruitijs aliis, vt quælibet ciuitas oppidumque, suos egros, egenos & mendicos nutriat & foueat: nec ceteris allophylis seu alienigenis passim permittatur mendicare. Item vt mendicantes validi, seuere, & in exemplum, & ad timorem aliorum puniantur. Quod si mẽdici à proprio non possint nutriri oppido, ita eisdem alibi liceat mendicare, si à suo magistratu eius penuriæ testimonium referant. Subinde, vt magistratus hospitalium suorum locorum curã gerant, inspiciant, visitent semel saltem ea in anno, & prouideãt, ne fructus & reditus eorum, in alia, quam ad quæ destinantur negotia, dispensentur & conseruentur. Meminit legis Francorum Rhenanus. Beatus Rhenanus, li. 2. rer. Germani. Mendici per regiones vagari ne permittuntur. Suos pauperes qualibet ciuitas alito: illis, nisi manibus operetur nullus quicquam dato. Eandem præcinit & legem Plato, lib. 12. de legib. de iis etiam nos tractauimus in communibus extraordinarijs, dum agimus de otio. nullus in ciuitate nostra, inquit, sit mendicus: quicunque id tentauerit, victumque inexplebilibus quæremus precibus, explere caperit, à verum venalium curatoribus à foro expellatur: ab ædili magistratu ab vrbe eiiciatur, deinde, ex tota regione ab agri magistratu exterminetur, vt ab huiusmodi animali omnino vniuersa regio munda sit. Aliam prope similem cõperi Caroli Magni, titulo de mendicis, qui per patrias discurrunt: Carolus Magnus in cõstitutionibus capitularibus, capitulari, quæ ad Niumacz. a. c. 9. Commen. per Amerbachium. volumus, inquit, vt vnusquisque fidelium nostrorum, suum pauperem de beneficio aut de propria familia nutriat, & non permittat alicubi ire mendicando: & vbi tales inuenti fuerint, nisi manibus laborent, nullus eis quicquam tribuere præsumat. Illi itaque cibos pauperib. destinatos capere debẽt, qui amplius operari nequeunt manibus, can. quomodo, 31. dist. c. 1. 82. dist. non qui possunt, & nolunt: vt, qui non vult operari, non manducet. 2. ad Thess. c. 3. Apud Athenienses ἀδύνατοι, id est, inualidi corpore, & mutilati, si à senatu quingentorũ tales approbati essent, quotidie, vt quidam aiũt, binos, vt alij singulos obolos ex ærario capiebant, & Philocoro autore nouennas drachmas in mensem, vt legimus apud Suidam. in verb. ἀδύνατοι. Exstant leges præscriptæ in Gallia circa alẽdos pauperes & peregrinos tũ generales in cõstitutionibus regijs, & placitis curiarũ supremarũ: quæ supra paulo ante indicauimus. tum speciales, quales in politia Lugdonensi; vide Paradinum, libr. 3. historiæ Lugdonensis, capit. 18. singulares & alibi ex fundatione locorum piorum erui possunt. fecit & pias de his leges senatus Hypreusis in Flandria. ¶† Ius pontificium, 15
opus hoc alendi & vestiendi pauperes, qui sibi sua industria suoque labore subuenire nequeunt, episcopis demandauit vt illis subueniant, non autem mendicantibus validis, c. non omnis, 5. q. 5. gl. in t. 1. in verb. possunt, iuncto tex. 82. dist.

¶ Quarto est, † νοσοκόμος nosocomos, qui ægrotos curat, vel qui 16
ægrotis curandis & morbosis præfectus est, minister ægrotãtium: inde νοσοκομεῖον, locus in quo ægroti curantur, d. can. 1. 82. distinct. & in can. quomodo, 31. dist. valetudinarium Columellæ, Col. 1. de re rust. Quod in familia in loco salubri construi iubet, sicuti Vitruuius, 4. architect. c. 4 Galenus de tuend. bona valetud. & in 1. lib. epidimion Hippocrat. & lib. 9. & 10. Methodi Aphorismorum Hippocr. 3. & 1. prædictio. Hippocrates lib. 1. de aere & aquis, & de natura humana. eius locum iubent eligi salubrem, excelsum, non nebulosum; non pruinosum, non respicientem cœli regiones æstuosas aut frigidas, sed temperatas, non palustrem, non maritimum. Nosocomiorum tot genera esse possunt, quot morborum si loca distincta sint secundum morbos. Verum assolent nosocomia communia esse omnium morborum, exceptis illis, qui contagione possent inficere, vel qui propter multitudinem exigant separatam curam.

¶ Quamobrem † inter nosocomia separata sunt leprosariæ ea 18
ratione constitutæ per singulas vrbes & oppida fere, & reditibus ornatæ, vt seorsum à consortio hominum leprosi habitantes, qui arcentur à communi aliorum cœtu, habeant quo nutriri possint, Clemen. quia contingit, de relig. dom. ¶ Quo † fit, vt leprosariæ quæ 17
in gratiam pauperum nutriendorum reditibus dotatæ sunt, in titulum beneficij conferri possint, non per se tanquam vere beneficia, c. per literas. c. 2. de prabend. apud Clementem. ¶ Possunt † tamen leprosi communi vita degentes congregati, habere ecclesiam cum cœmiterio, & proprium presbyterum, sine præiudicio ecclesiæ parochialis in cuius territorio sunt, quibus decimas & ipsi debent ex omnibus, quæ percipiunt, præterquam ex satis in hortis suis, & de animalibus, c. 2. de eccles. ædific. lib. 3. Decretal. tit; 19
48. ¶ Separari huiusmodi homines, quamuis inopes non sint, & ius diuinum Leuit. 13. vbi vide quomodo iudicium fiat lepræ & leprosi. & canonicum, ca. 1. de coniug. leprosi. & consuetudo, & necessitas iubet: caurumque vt leprosus sit aperto capite, ore veste contecto, vt eo se contaminatum signo prædicet & ostendat, Leuit. c. 13. Neue in congressu aliorũ improuide admittatur: item ne ecclesiam ingrediatur, c. 3. de cler. agrotant. Quemadmodum Ozias lepra percussus à Deo, quod in incenso offerendo sacerdotum officium vsurpasset, domi secretus ab omnibus se continuit, 2. Paralip. cap. 26. Qui enim istius morbi vim norunt, eum per respirationem, aerem, & tactu & conuictu inficere sibi proximos rati sunt, Auicenna 3. parte quarti tract. 3. c. 1. Philonium, lib. 7. ca. 21. Galenus, vel alius eius nomine in Isagogicis, l. b. de diffinitionibus medicis, lepram definit cutis mutationem in habitum, qui præter naturam sit, cum asperitate & pruritibus, doloribusque, nonnunquam & squamis decidentibus, quæ plures corporis partes depascuntur. ¶ Leprosi † in leprosariis locorum, in quibus nati sunt; 20
debent concludi, & nutriri, & alienigenæ ad leprosarias suæ patriæ relegandi, vt alias placito senatus Parisiensis decretum est, Arrest sur le faict des mendians. ¶ Iubet † constitutio regia Franci- 21
sci primi, Sur la reformation des maladeries, ex iure depromta, Clement. quia contingit. de religios. domib. inspici & & lustrari leprosarias per iudices ordinarios locorum, in quibus sitæ sunt, inquisitionis causa. qui & quales earum sint reditus, qui eos administrẽt, & vt illis dispẽsandis ciues vel incolas probos & spectatæ fidei, & qui soluendo sint, præponant, caueantque, ne quid leprosi indignum

Digitized by Google

22 & alicenum à pietate patiantur: ¶ Neve † ipsi contra salutem publicam seuiciant, quemadmodum tempore Philippi Longi regis Galliarum, detectum est in prouincia Narbonensi, & alibi in Gallia, eos fuisse horrato, quod ab illis venenum acceperat, aquis fontium & puteorum iniecisse, coniurasseque in necem Christianorum: attamen seuere vindicatum, *Gaguinus lib. 7. in Philippo Longo.* Quod & in Germania accidisse anno 1321. testatur Munsterus.

23 ¶ Præter † leprosarias sunt in ciuitatibus nosocomia aliorum morborum, in quibus recipiuntur ægroti inopes: sæpe etiam plures & filios & seruos proximos, oblita pietatis & misericordiæ, exponunt, ob famem morti ni subueniatur, *c. 1. de infant. & langu. exposit. lib. 5. Decretal. tit. 11.* Qui ideo ad xenonem, vt scribit Iustinianus, mittuntur, *l. vlt. §. sed scimus, de latina liber. tol. C.* publica misericordia & eleemosynis iuuandi.

24 ¶ Claudius † tamen Cæsar, cum quidam ægra & affecta mancipia in insula Æsculapij tædio medendi exponerent, omnes qui exponerentur liberos esse sancit, nec redire in ditionem dominis conualuissent: quod si quis necare mallet quem, quam exponere, cædis crimine teneri auctore Suetonio *in Claudio cap. 25.* Ex quo & colligere per illa verba possumus, etiam inter Romanos adhuc paganos in insula Tyberina templum fuisse Æsculapij, in quod delati exposiri morbidi curarentur. Vt & apud Aristophanem mentio habetur de ægrotis exsistentibus in æde Æsculapij, vt salutem consequerentur, *Aristo. in Pluto.*

25 ¶ Sunt † alicubi nosocomia epidimeticorum & pestis propriis, de reditibus sumtus in eius morbi curationem subministrantia. Item alia insanorum & stultorum, vt in Hispania. Byzantij ante templum martyris S. Panraleonis erat locus, qui ἀργυρέων dicebatur, mendicorum habitaculum, quos morbus immedicabilis corrupisset, quem renouauit Iustinianus, auctore Procopio *lib. 1. de ædific. Iustinia.* Sultorum certe & insanorum, si à proximis detineri non possint, publica debet esse custodia, & interdum carcer, *l. congruit, & l. diuus, de off. præf. P.* Vnde refert Sextus Pompeius in libris de verborum significatione, ex fantra Daliuum insanum & stultum dictum Oscorum lingua, quem Græci δίληρον dicunt, propter cuius fatuitatem quis misereri debeat.

26 ¶ Fuerunt † alicubi loca alendis pauperibus senibus tantum destinata: locus itaque is dictus γερονοκομεῖον, *d. l. sancimus 2. & l. illud, de sacrosanct. eccles.* Et hunc etiam inter nosocomia annumero, quandoquidem senex debilis & infimus dicitur ætate, suis negotiis prorsus corpore & sæpe deliuante animo inutilis,

27 *can. desolatis, 87. distinct. l. ciuitatibus, ac lege is 1.* ¶ Et † senectus ipsa per se morbus est, vt ait Terent. *in Phorm.*

Et ipsa senectus, secundum Auson. in Eclog.
Exspectata dies, votisque optata maligni,
Obicit innumeris corpus miserabile morbis.

Mulátque senem circumueniunt incommoda, *Horatius de arte Poetica*, quorum aliqua notat Archidiaconus *in canon. tanta, 86. distinct. ca. magnæ, cap. 7. de voto, lib. 3. Decretal. tit. 34.* vnde laboribus idonea non est. *§. si verò aliqui, de quæstore, in Authent. collat. 6.* Ideo nec senectuti imputata inertia, *l. 2. de term. mot. in P. l. 2. qui ætate se excusant, lib. 10. C. l. semper, de muneric. & honorib. in P.* nec alia plurima, in quibus excusantur senes, & defertur senectu-

28 ti. ¶ Æschines *orat. contra Timarchum*, † miseros dixit, quibus adesset paupertas & senectus, quod maxima mala inter homines exsistãt, ideo & misericordia digni, ne incidamus in impietatem & inhumanitatem Saidoum & Ceorum, qui lege sanxerant fustibus cædendos & occidendos senes à filiis: absurdum arbitrati, si delirus senex vlterius vitam ageret. Ælianus *lib. 4. variæ histor. c.*

29 *1. & tit. 3. cap. 36.* ¶ Refert † Vitruuius, *lib. 2. cap. 8.* Crœsi domum lateritiam à Sardianis ciuibus ad requiescendum ætatis otio, seniorum collegio gerusiam dedicatam, Gerocomeion hunc locum vocatum inuenio etiam in constitutionibus iuris Orientalis. In constitutione Nicephori, *lib. 1. iuris Orientalis, tit.* περὶ στρατιωτῶν χτήσεων, *id est, de militia rerum*, ibi, πέμπτη συμπεφ., τοῦ γὰρ ἐν γηροκομείοις πτωχοῖς, τῶν ὑπερεξοχὴν ξενῶν γηροκομείων, ἐκκλησιῶν μοναστηρίων, βασιλικῶν τε καὶ πατριαρχικῶν id est, *quinta calamitas. Quod ab omnibus sacris ædibus, parœciis, orphanotrophiis, xenonibus, gerocomiis, ecclesiis, monasteriis regiis, maria tributa exigit.*

30 ¶ Hæc † tamen gerusia γερουσία, alia est γερουσία Lacedæmonum, apud quos eo summo ordine, virtutis præmio adlegebantur in gerusiæ senatum in administranda republica perpetuo senes peritia & probitate præstantiores, *Cicer. in Catone. Demosthen.* περὶ παραπρεσβ. *& de Spartanorum repub. Aristot. 2. polit.*

31 ¶ Accedunt † istis eleemosynarij, quorum prouentus eleemosynarię dicuntur, eo quod relicti & deputati sint eleemosynis faciendis, *Clemen. 2. de prebend. in Clem. & Clemen. quia contingit, de*

32 *religios. domib.* ¶ Sacerdotia † quidem omnia quodammodo speciem eleemosynariæ habent, verum non tam pauperum, quantum clericorum cultui diuino inseruientium gratia constituta sunt, *can. nemo. de consecrat. distinct. 1.* vna ex quatuor reditnum portionibus pauperibus destinata, *can. quatuor, can. de reditibus, can. quatuor, 12. quæst. 2. cum similibus.* At nihilominus gloria episcopi & sacerdotum est pauperibus subuenire de omnibus, *can. gloria. can. sancimus, 12. quæst. 2.* Et vt ait Constantinus, *in l. 2. de episc. & cler. C.* si quid vel parsimonia, vel prouisione, vel mercatura, honestati tamen conscia coniecerint, id in vsum pauperum atque egentium ministrari oportet: aut id quod ex illorum ergasteriis aut tabernis conquiri potuerit & colligi, collectum id religionis existimet lucrum.

¶ Proximus † pietatis locus est superioribus & officij in pau- 35
peres ξενοδόχειον, xenodochium, hospitale cuiusmodi debent esse omnes Christianorum domus, & potissimum ecclesiasticarum personarum. *can. 1. 42. dist.* omnes namque peregrinos & pauperes suscipere ex Dei mandato tenemur. ξενοδόχειον enim, auctore Suida, est, τὸν τοὺς ξένους ὑποδεχόμενον, quod suscipit hospites. Sũt loca etiã eius rei causã publice, fundata hospitalia reditibus in peregrinos & in iter agentes pauperes distribuendis, tale opiparum, & reditibus abundans hospitale In Alueroia, in montibus Albraci: per ciuitates quoque propria peregrinorum hospitalia dicta vt plerunque D. Iacobi, quod proficiscentibus ad votum Compostellanum D. Iacobi inseruiant. ¶ † Tradunt Leo, & Anthemius 34
Cæsares, Zoticum quendam primum huiusmodi nutriendi publice peregrinos modum constituisse, & locum exædificasse, ad cuius hospitij pij, vel hospitalis similitudinem cetera hospitalia redacta tunc fuerunt. *in l. omnia, 33. de epis. & cler. C.* Hospitalium quædam sunt priuata, quædam publica. ¶ † Eratque etiam ius 35
hospitij inter gentiles, publicum & priuatum gratis exhibitum, amicitiæ ineundæ & conseruandæ caussa. Nam & hospitium publicum gratuito à ciuitate vel republica præbebatur interdum extraneis, & aliarum ciuitarum vel oppidorum incolis, vt de republica benemeritis, eratque pro sanctioris amicitiæ pignore ius hospitij & tessera hospitalis, vt notat Budæus, *in ann. ta. posteriori. ad l. postlimi, de captiuis, P.* ex Liuio, *in 5. & 7. de bello Macedo.* & Cicerone, *actio. vltima in Verrem.* Meminit & de eo iure Pomponius Iurisconsultus. *in d. l. postlim. de captiuis, in P.* Scribit & Herodotus Milesiorum & Sybaritarum ciuitates maxime hospitio fuisse coniunctas. *Herodotus, in 6.* legimus insigne hospitij fuisse dexteras, sicque scribit Corn. Tacit. *lib. 17. annal. quem ad primum constituant historiæ. Miserat ciuitas Lingonum vetere instituto, dona legionibus* (scilicet Gallih) *dexteras hospitij insigne*, cum enim fidem exigimus dexteram iungimus, fides autem ab hospite prius requiritur quam cum eo viuamus. Et ideo ante dexteræ iungebantur, & tessera hospitalitatis dexterarum coniunctio: innuit & illud Virgilius, 3. *Æneid.*

Iungimus hospitio dextras, ac tecta subimus.

Cicero etiam pro domo sua ait: *Quintus Martius signum concordiæ fecerat, idque in publico collocarat, dextera hospitij insigne.* Quare & inter militaria signa cohortum, fuit & manus hastiæ impositæ. Fuerunt & inter priuatos & familias, iura hospitij mutua, atque in signum amicitiæ antiquæ eius rei conseruabant tesseras, signa videlicet, quibus etiam post multum temporis se internoscebant, & beneficius. *vide Gellii lib. 5. cap. 13.* postea filios afficiebant. ¶ † Inter Christianos tessera hospitij, & qua nos veros pro- 36
fitemur Dei seruos, & ipse nostrum se exhibet amicum. sunt ipsi pauperes, cum quibus Deum ipsum, & Dominum Iesum Christum hospitem suscipimus, & qua ab eo agnita tessera speramus, eum ipsum nos in suam æternam mansionem recepturum. *Matthæi, c. 25. can. 1. & 2. 42. dist.* Et hoc modo hospitalitatem commendarunt post Dominum Apostoli, vt monet Diuus Petrus, *hospitales simus inuicem, sine murmuratione. 1. D. Pet 4.* Item Diuus Paulus & verbis, & exemplis impellit: *D. Paul. ad Hebræos, c. 13. can. offerebat, 32. q. 7. Hospitalitatis*, inquit, *nolite obliuisci: per hanc enim placuerunt Deo, angelis hospitio susceptis.* Et D. Ioan. quendam, *epist. 3. c. 1. c. si quis desertus, 42. dist.* nomine Diotrepem detestatur, quod non susciperet fratres peregrinos, & eos qui susciperent prohiberet.

¶ † Fiebant & olim frequentia conuiuia pauperibus, quæ ἀγάπαι 37
dicebantur, *d. cap. si quis despicit ex concilio Gangrensi.* quod Deus iussisset vocari ad conuiuia pauperes *D. Luc. 24.* Erant & agapæ, conuiuia quæ inter Christianos fiebant olim mutuæ caritatis fouendæ caussa, & sæpe cum dominica cœna coniuncta. *vide Tertull. aduersus gentes.* Quę postea ne fierent in dominicis locis seu vestibulis ecclesiarũ atq; in illis accubitus sternere vel edere prohibitum est cõcilio Constantinopolitano, *c. can. 75. vide & D. Chrys. in Panegyrica orat. super c. 5. Esa.* ¶ † Lex erat Leucatiorum 38
Christianissimo proxima, *si sub occasum solis veniret peregrinus, voluerit que sub tectum alicuius domi ingredi, & is hominem non susceperit, multetur. & pœnas luat in hospitalitatis. Ælian. libr. 4. de varia historia, cap. 1.* ¶ † Hospitalium rursum publicorum, quædam in 39
titulum beneficij conceduntur hospitalariis, quædam tantum administrationis ratione. *Felin. in cap. de quarta, num. 13. de præscrip. probat. & cle. quia contingit, de relig. dom. Gomes, ad regulam Cancell. de triennal. poss q. 1.* Beneficium dicitur ex institutionis vel fundationis, vt plerunque constitutione, ecclesia ædificata inibi, quando est videlicet in ea pinnaculum seu campanile cum campana publice pulsata ad conuocandos homines diuini officij caussa, *Panor. in ca. patentibus, de priuil.* aut si in hospitali sit altare fixum & consecratum. *Felin in d. c. de quarta, vt in ca. tuarum, de priuil* Videtur namque pars aliqua hospitalis reditnum assignata proposito officij diuini ratione, & in gratiam onerum & laborum subeundorum. Quod fit, vt tũc beneficij appellatione veniat & comprehendatur hospitale. *glos. in cap. 2. de decimis. ap. Clemen-*

Digitized by Google

mentem. Alioquin his non concurrentibus, hospitale potius pius locus, quam beneficium dicetur. *gl. fin. ca. dispendiosam, in verbo beneficium, de iudiciis Clementinis.*

40 ¶ Si † modo constructus sit auctoritate episcopi loci, *can. ad hæc de relig. dom. lib. 3. Decret. tit. 36. cap. quidam. 18. q. 2.* sine cuius licentia nemo pium locum excitare, vel oratorium ædificare potest, *videnda hac de re gloss. antiqua, in titul. de tabula. pendente in choro, in pragm. sanc. prob. at. & cap. nemo. de consecra. list. 1.* in quo publice perficiatur diuinum officium & sacra liturgia: priuatum enim cuique habere licet. *can. vnicuique, de consecra. dist. 1.* Est & aliquando hospitale annexum ecclesiæ: vel contra, ecclesia hospitali: & tunc proculdubio beneficii gaudet priuilegio. *Felin. in ca. de quarta, numer. 4. de præscrip.* & once. Porro quæ hospitalium publicorum priuilegia sint, & quando illa similia sunt ecclesiasticis, explicat Felin. *in dic. ca. de quarta, numer. 3. & seq.* Exigit tamen Ioan. de Selua, *tract. de benefi. part. 3. q. 57.* antequam beneficium dici possit hospitale, quamuis sit religiosorum, vt sit spiritualisatum, & conferatur ad præsentationem laici.

41 ¶ † Cura hospitalium, vt secundum constitutam illis legem regantur, iure ad episcopi solicitudinem, non magistratuum laicorum pertinet. *Per. de Anc. consi. 343. inci. oportet primo inquirere, circa finem cap. de Xenodochiis, de relig. dom.* Si tamen episcopi vel eorum vicarii negligentius in ea cura se gerant, quam par sit, receptum est & de his magistratus ordinarios cognoscere, *clemen. quia contingit, de relig. dom.* atque constitutione regia Francisci primi, mandata est iurisdictio iudicibus regiis ordinariis locorum vel proximioribus hospitalium, vt inquirant & statuant de administratione eorum. *l'ordonnan. du Roy François, sur la reformation des hospitaulx.*

42 ¶ † Quin & hodie curiæ supremæ senatus Galliæ primo iudicio vt ordinarii de causis hospitalium & pauperum cognoscunt. &, vt pragmatici dicunt, *en premiere instance*, ob personarum priuilegium: exemplo principis, cuius auctoritatem superiorem senatus refert vt pars corporis eius, *l. quisquis, §. ad legem Iulia. Maiestat. C. l. humanum esse, de legib. C.* qui & ex libello, summarie & de plano de pauperibus & alijs miserabilibus personis cognoscit. *l. 1. quando Imper. inter pupil. & viduas, lib. 3. C. tit. 14.*

43 ¶ † Si administratio hospitalis non sit beneficium, ex laicorum vt plerumque decreto, ex lege, fundatione & auctoritate magistratuum cum consilio episcopi, illa conceditur: si autem sit beneficium patronatum, ad præsentationem patronorum, fit per episcopum præfecti institutio. Exstat & constitutio Caroli Magni de regalibus in hæc verba: *De monasterijs & Xenodochijs, quæ per diuersos comites esse videntur, vt regalia sint, & quicunque ea habere voluerint, ea per beneficium regis habeant, in capitularibus Caroli Mag. capitulari. præcepit rex de quibusdam capitulis, ca. 6.* In concilio Tridentino, De hospitalibus lex hæc posita: *Omnes ecclesiastici ordinis hospitalitatis officium pro beneficiorum prouentu, & fundationis præcepto administrent. Administratio autem hospitalium, vni & eidem personæ vltra triennium deinceps non committatur, nisi aliter in fundatione cautum reperiatur. In consilio Trident. in 8. sessio. & in Decreti, reformatio. generalis can. 8.*

De Capellanis, Capellis, & Oratoriis.

Cap. 29.

1 *Capella, capellania, & capellanus vnde dicuntur.*
2 *Capellæ, & capellaniæ differentia.*
3 *Ecclesia adiutrix quando parochiæ addatur.*
4 *Sacellum vnde dictum.*
5 *Capellæ secularisatæ & prophanæ.*
6 *Capellania duplex, & cum plebe, & sine plebe.*
7 *Æ les sacræ tantum auctoritate Dei consecrantur, & eriguntur quare.*
Sacrum locum priuatus quare non faciat sua auctoritate, eod.
Dedicare quid, & à quibus ædes sacræ & votorum fiebant.
9 *Pontificatum gerebant Imperatores Romani paganorum quare.*
10 *Pontifices soli nunc templa dedicant.*
11 *Capellania secularis quæ.*
12 *Capellani dicti sacerdotes.*
13 *Capellanorum Papæ qualitas, & varij ordines.*
14 *Auditores sacri palatij qui summ. pontif.*
15 *Auditores Rotæ qui, & quot.*
16 *Capellani titulo tenus.*

1 CApellanus † à capellania, & capella cui præficitur, nominatur, *c. 1. de capellis monach. lib. 3. Decret. titul. 37.* item ab officio sicue beneficio, & capellania. Capella aliquibus, *Archidiac. in can. concedimus, de consecrat. dist. 1. Rebuff. in tract. de pacif. possess. num. 89.* dicta quasi capiens λαὸν, seu populos: vel capiens laudem: vel secundum Præpositum, *Præpositus, in can. presbyter, 23. distin.* à cappa diui Martini: aut à caprinis pellibus, quibus olim altaria tegebantur, secundum Archidiaconum. *Archidia. in can. plures, 16. q. 1. gloss. in dict. can. concedimus.* Arbitrarer & à simplici tecto, quo oratorium campestre operitur, lateribus vndequaque patentibus, & patulis. Tectum enim Gallis simpliciter dicitur *chapelle*, à capite: vnde & formata alia nomina, *chapeau, chape, &c.* Aut capella locus, qui minoris spatij sit, quam ecclesia: quod tot homines non capiat, vt ecclesia. Ita altare capella est, *ca. quæsitum. & ca. pen. 1. q. 3. Ioan. Andre. in ca. 1. de success. ab intest.* & præbenda cũ onere quotidie celebrandi sacram liturgiam, *ca. significatum, cap. 11. de præb.* oratorium, *c. auctoritate, de priuil. in Sex.* quod in eo loco orationes, non aliæ res profanæ peragi debeant. *can. pen. & fi. 42. dist.*

¶ † Capella à capellania, secundum Rebuffum, *Rebuff. in §. vtile ac morum honestas, titu. de forma mandat. apostolic. in concord.* differt: quod capella dici possit quælibet ecclesia parochialis per se consistens, vt explicat etiam Clemens quintus ex concilio Viennensi, *clementi. de excessi. prælator.* si modo collegiata non fuerit, ex sententia Panormitani. *Panormita. in c. nobis, per illum text. de iure patrona.* At Capellania dici soleat illa, quæ non est per se, sed est intra aliam ecclesiam fundata & constructa. Sic putat Rebuffus capellam proprios habere fines & secretos ab alia ecclesia: capellaniam autem esse ecclesiam intra fines alterius ædificatam, veluti auxiliarem, appendicem, sacellum, ædiculam, oratorium.

¶ Quemadmodum † aliquando latius quam par sit patentibus finibus ecclesiæ parochialis, minori intra fines exstruitur ecclesia, forsan vel quod hyeme intercipitur parochis iter, ne possint ad matricem ecclesiam venire, vel niuibus, vel aquarum copia. Quare à sacerdote matricis ecclesiæ, in adiutrice illa addita præficitur diuini officij causa quidam presbyter cum clerico; *ca. ad audientiam, de eccles. ædifican.* qui sacerdoti parocho sit subditus. *glo. 3 in c. cum te, de ætat. & qualit.* ¶ † Capella, sacellum dici quoque Latine loquentibus potest: quod sacellum sit parvus locus cum ara consecratus, composito nomine, auctore Trebatio; & sacro & cella, quasi sacra cella, quasi quam Gellius à sacro sacellum diminutum dicat. *Gellius. lib. 6. cap. 12.*

¶ † Capellæ quædam dicuntur spiritualisatæ, seu ecclesiasticæ: quædam profanæ, seu seculares. Spiritualisatam seu ecclesiasticã eã dicimus, quæ auctoritate episcopi est ordinata & fundata; quo casu habet formam beneficii ecclesiastici, *ca. quæsitũ, c. 3.* & proinde nõ possit donari vel concedi à patronis seu fũdatoribus, inconsulto episcopo, videlicet sine institutione episcopi diœcesani. *c. cum laicus, & c. nobis, de iure patronat. ca. ex frequentibus, de Institution.*

¶ † Capellania hæc duplex, & cum plebe subdita, *in c. 1. de capel. monacho.* & sine populo, cum onere tamen officii diuini sibi adiuncti exsistens, atque in postrema hac specie, si non habeat in fundatione dictam legem assiduitatis, quam vocant residentiam, potest præfectus per alium munus impositum implere. *Nicol. Boer. consil. 31. num. 4. & 6.* Iure ethnicorum erant huiusmodi quoque gentilitia sacerdotia, quæ patronata nobis, per familias aliquas prouentibus & reditibus donata, & exornata. *Meminit Cicero. pro domo, & de aruf. respons.*

¶ † Ab episcopo inter Christianos tantum, sacræ ædes & ædiculæ dedicantur & consecrantur, non auctoritate propria cuiusque, *cano. nemo, de consecrat. dist. 1.* ne prætextu religionis superstitio vel error irrepat in mentes hominum, vno quoque fanum & locum & modum colendi sibi arrogante. Quemamodum de Micha legimus, *Iudic. c. 17.* deue sacra inhoneste & illegitime & cum abusu à singulis tractentur, aut sine reuerentia. Quod ne fiat dedicatio cauet publica.

¶ † Nihil enim aliud est dedicare, quam vtendi initium legitimum facere, secundum D. Chrysostomum, *in epist. ad Hebræos.* adhibitis publicis orationibus & supplicationibus. Exẽplumque eius rei in lege diuina prostat in sanctificatione arcæ & tabernaculi Dei, *Exod. cap. 40.* &, templi. *3. Reg. 8. & 1. Esdræ, 6. & 1. Micha. 4.* Iusserat enim Deus, ne sacrificaretur in omni loco; sed in loco quem dominus elegisset in vna tribuũ. *Deut. 12.* Lex erat etiam idololatrarum & 12. tab. *nemo Deos separatim habeat nouos aut alienigenas, quod id confusionem pareret. Cicero 2. de legi.* Liuius ideo narrat, *l. b. 39.* sæpe ætate auorum negotium magistratibus datum, vt sacra externa fieri vetarent. Et Iosephus scribit, *contrà Apion.* Persas olim religionis peregrinæ irrogasse capitis pœnas. Apud Romanos etiam in politia religionis seu idolatriæ, ante constitutum imperium, non nisi per duumuiros vel ædiles sacros licebat dedicare. Ita apud Liuium legimus, *lib. 6. dec. 1.* ædẽ Martis Gallico bello votam dedicatam fuisse à Ti. Quinto duumuiro sacris faciũdis. Et rursum, *Liuius, l. b. 3. dec. 3.* duumuiros creatos; M. & C. Attilios, qui ædem Concordiæ, quam Lælius Manlius prætor vouerat, dedicarent. Iterum, Fabrum duumuirum esse iussum à senatu, vt dedicaret ædem Veneris Ericinæ, quam Q. Fab. Dictator. voluisset. Munus & id fuit summorum illorum põtificum, item consulum, & subinde imperatorum. Sed pontifices verba præibant. Et consensu, ait Liuius, *d. lib. 3. dec. 3.* populi. Cornelium Barbatum Pontif. Max. in dedicatione templi Concordiæ, verba præire, cum more maiorum negaret, nisi imperatorẽ aut consulem posse templum dedicare. *lib. 9. dec. 1.* Meminit Flauius Vopiscus, Aurelianum ita mandasse, *ego ad senatum scribam, qui mittat pontificem, qui dedicet templum. Flauius Vopisc. in hi-*

Digitized by Google

storia & epistola Aurelia.

9 ¶ † Fiebat ergo dedicatio templi per imperatorem aut eius iussu, *l. sacra loca, 9. de rer. diuis. P. l. fin. vt in possessio. legator, li. 36. P. fit.* 4. maxime si de loco publico in sacrum conuertendo agebatur, vel de priuato dedicando. Atque ideo Romani Imperatores, suorum idolorum gerebant summum pontificatum, & inaugurabantur omnibus sacerdotiis, nec alia ratione, quam vt haberent omnes religiones & sacrificia in sua potestate, & manu. *Dio. Cassius, lib. 53. Hist.* Quod & in regno Ægyptiorũ aliquãdo obtinuit.

10 *Pla. li. ciuili vel de reg. no, Aristot. 3. Politic. cap.* 10. ¶ † Postquam autem Cæsares Christianam coluere religionem, ex Iustiniani etiam sanctione cautum, nisi auctoritate pontificis diœcesεos loci sacri fieri dedicationem. *§. sacra res, de rer. diuisio. ap. Iustin.* Quod firmauit Vrbanus tertius & alii pontifices summi. *cap. ad hæc, & cap. 1. de relig. domib. ca. 2. de consecra. eccle. can. nullus, ca. altaria, in 2 de consecra. dist. 1. melius in ca. auctoritate, 4. de prin. in Sexto. §. 1. vt nullus fabricet orat. domus præter vol. episco. in auth. colum. 5. tit. 16. constit. nouel. 67.* Vt eius prouidentia cultui diuino in futurũ & clericis cõsulatur. *d. c. nemo, de consecrat. di. 1.* Hicque curabit eo modo fieri quod admonet Epitectus, *Arrius in enchiridio Epitecti.* libare & sacrificare secundum patrios mores vnumquemque, pure, absq; lasciuia, absque negligentia, non parce, non supra facultatem. Et proinde iubet ius episcopis, vt altaria sub memoria martyrũ publice falso ædificata deiiciant. *can. placuit, de consec. dist. 1.* Quod hodie nec priuatus, nec publica populi auctoritas absq; episcopo, possit locum sacrum facere, sicuti olim. *Martian. in l. in tantum. 6. §. fin. & Vlpian. in l. sacra loca, 9. de rer. diuis. l. 3. §. si quis in sepulcro, de sepul. violato, P.*

11 ¶ † Capellania itaque secularis erit, quæ per laicos, in suis fundis & domibus fundatur, & destinatur alicui sacerdoti: vt inibi alicui cultui diuino inseruiat, eiusque nomine stipendia aliqua percipiat, idque sine auctoritate diœcesani episcopi. Quare fundatio hæc, profana tantum est: aut legatum pium tantum, vt ait Ioannes Faber. *in §. nullius, de rer. diuis.* Quare inconsulto episcopo, nutu patroni vel heredis concedi poterit presbytero, cui libebit: vt notat Guido Papæus. *quæst. 187.* Neque episcopus, qui visitando & circumeundo diœcesim ab ecclesiis quippiam exigit visitationis iure, poterit ex huiusmodi priuato oratorio quicquam capere aut petere, *cap. fin. de censi. ap. Grego.* quia nec huiusmodi capellæ seculari liceat habere insignia ecclesiæ, campanam, aut pignaculum, seu campanile ex prohibitione Celestini. *cap. parentibus, cap. 16. de priui leg. lib. 5. Decret. tit. 33.* Sed hic de his capellis plura dicere supersedebo: video de illis Matthæum Pacum, tractat. de mandatis apostolicis, quinta parte, numero 32. & sequentibus. Quæ refert ad capellanos dictos ratione beneficij vel sacelli: vnde nascitur ius patronatus ecclesiasticũ, de quo

12 alibi diximus. ¶ † Alij porro capellani sine sacerdotio & capella aliqua, vel absque reditu ex capella, sunt. In Gallia alicubi, capellani dicuntur, & sacerdotes omnes, sine sacerdotio, vt apud nos Tecto sages.

13 ¶ † Sunt & capellani Papæ diuersi generis, & priuilegii: *Ioannes Gallus, in quæst. decisis, per Arestaparlamenti q. 31. vbi & de eorum beneficiis, quæ in curia Romana vacare dicuntur*, alii namque sunt commensales, alii honoris huius titulo tantum donati, alii cum stipendiis, alii sine illis. Commensales in curia Romana tenentur residere, alii nequaquam. *ca. vnic. de ver. sig. in Sex.* Capellani vere Papæ erant iurisperiti, qui in officiis diuinis summ. pontif. seruiebant in sua capella, in qua & summ. pontif. sæpe audiebat causas & controuersias, per principes & reges seculi & orbis Christiani, etiam extra negotia fidei delatas ad illum, quæue cõsistoriales non erant. A quo munere paulatim sum. pont. sese auocantes, cœperunt primum harum controuersiarum audientiam suis capellanis concedere, ex quorum relatione postea iudicabant.

14 ¶ Et † ideo qui prius capellani Papæ dicebantur, nunc auditores sacri palatii dicti. Quibus etiam deinceps summ. pont. causarum quoque decisionem suo rescripto concessere. Atque ex more vsurpatum subinde, vt fere in omnibus decisio speciali rescripto istis demandetur, *Octauianus Vestrius, lib. 2. introductionis*

15 *in actiones aulæ Rom. c. 17.* ¶ Hodie † ordinem hunc constituunt duodecim ex restrictione Sixti 4. ante quem plures. Dicti & illi nunc auditores Rotæ, cuius Rotæ & auditorii decreta pro senatusconsultis habentur: vt ex decisionibus eorum excusis apparet. Plura autem de auditorio Rotæ videto apud Ludouicum Gome-

16 si. *in proœmio regularum cancellariæ.* ¶ Capellani, † qui honoris causa huiusmodi ornantur titulo, vere non sunt capellani Papæ secundum Boerium, *q. 17. num. 9.* Sic enim princeps aliquibus honorem solum communicat, non autem vtilitatem, *§. renouamus, tit. vt ordinariæ præfecti. & c. in authen. coll. 5. tit. 9. & ibi glos. in verbo videantur.*

De Præstimonio, Obitu & Obituariis. Cap. 30.

1 *Præstimonium interdum beneficium, aliquando minime.*

2 *Obitus & obituarii quid.*

ACcedit † capellis præstimonium, seu præstimonia, quæ aliquando beneficij habet formam, si in titulum conferatur: interdum minime, vt si destinetur officio temporali, vt scribit Rebuffus *tract. de pacif. possessor. num. 90.* Oldradus *consil. 140. alias 113. incipien. in ecclesia, & consi. 81. incipient. quod processus.* Dominicus *consil. 89.* & Ioan Franciscus de Pauinis *in Apostillis vltimis, ad extrauagantes Ioan. 22.* Meminit de præstimoniis *& c. f. de conces. præb. in Sexto.* Tunc autem proculdubio beneficia non sunt, cum dantur, stipendiorum & mercedis caussa. Et proinde in impetratione beneficiorum, in cuius diplomate exprimi debent etiam beneficia possessa per impetrantem modici valoris, *c. cum adeo, 17. & ca. ad aures. 8. & cap. ad audientiam. 31. c. postulasti. 27. de rescript. ap. Grego.* non tenetur impetrans de præstimonia in stipendia concessa, mentionem facere, quod beneficium non sit, vt notant Dominicus, *in ca. si motu proprio. in versi. benefi. & ibi Dominicus colum. 2. versi. sed quid habente, de præben. in Sex.* & Ioannes Andreas.

¶ Affines † quoque capellis & beneficiis, sunt obitus: vnde 2
obituarii dicti sunt. Quando per legatum, vel fundatione à viuente facta, bona quædam destinantur orationibus faciendis pro aliquo qui iam obiit, vel moriturus est. De quo consulendus Philippus Decius, *consil. 148.* Refert Wolfgangus Lazius apud idololatras florente Romanorum republ. sacrificulis certos annuos reditus relictos, vel ad lucernas, vel ad candelabra ad memoriam obeuntium repetendam, *Wolffgang. Lazius, lib. 3. Comment. resp. Roma. c. 11.* Probant illorum Iurisconsulti legatum ea conditione relictum, vt lucerna perpetuo circa sepulchrum accendatur, *L. Mania. 44. de manum. testam. P.* Et conqueritur Symmachus apud Valentinianum, Theodosium & Archadium CCC. pro suorum Deorum cultu: contra Christianos, agros virginibus vestalibus & ministris suorum sacrorum, deficientium voluntate relictos, à fisco tunc retineri, *Symma. ad Valenti. Theodo. & Archad.*

De Operario seu AEdituo sacro. Cap. 31.

1 *Operarij seu* Ouuriers *ecclesiarum qui.*
2 *Quæstores sacræ pecuniæ.*
Æditui templorum qui, & eorum munus, eod.
3 *Ædiles curam refectionis templorum habuerunt. 3. 4. 5. Templorum refectio ad quem pertineat, eod. 3.*
4 *Refectio loci seruitutis, onus est eius, cui debetur seruitus.*
5 *Operaria beneficium non est, & num. 6.*

VVlgus † operarios vocat eos, quibus cura operum & fabricæ ecclesiasticæ commissa est: *ouuriers & marguilliers.* Quod 1
Plato † 6. *de leg. lib.* vocat quæstores & asseruatores sacræ pecuniæ, eosque arbitratur necessarios in singulis templis, qui lucrorum agrorumque ipsis dedicatorum, & fructuum conductionumque & locationum domini essent. Aristoteles autem eos videtur nominare ædituos, & sacrarum pecuniarum custodes. *Alia species, inquit Aristo. 6. Politicor. c. fin. curationis est circa rem diuinam, seu sacerdotis, & aditui circa templa, vt conseruentur quæ sunt, & erogantur ruinosa ædificia, & cetera omnia quæ pertinent ad diuinum cultum: euenit autem alicubi vt in paruis ciuitatibus curam hanc esse vnam: alibi vero plures separatas à sacerdotio, & esse sacrificulos eastos & custodes sacrarum pecuniarum.* ¶ Varro † apud Roma- 3
nos hanc fuisse curam ædilium testatur, *Varro 4. de lingua Latina.* Et inde ædiles dictos, quod ædes sacras & priuatas procurarent. Fuit & cura præfidum prouinciarum prima, vbi in prouincias suas peruenissent ædes sacras, & opera publica circuire, inspeciendi gratia an sarta tectaque essent, & refectione aliqua indigerent, *Vlpian. in l. si in aliquam. de offi. proconsi. P.* Erat permissum olim in lege antiqua sacerdotibus, ex gazophylacio templi pecuniam capere, quæ offerebatur pro peccatis: ea tamen lege, vt templum reficerent. Quamobrem legimus regem Israelis Iahan, cum sacerdotes non instaurarent sarta tecta templi, vocasse Ioiadam pontificem & sacerdotes, & dixisse: *Quare non instauratis sarta tecta templi? nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum, sed ad instaurationem templi reddite eam.* Et postea sequitur, prohibitos sacerdotes vltra accipere pecunias à populo, & instaurare sarta tecta domus. Et pecuniam postea in gazophylacio delatam cum excreuisset, & inde educta præsente scriba regis & pontifice numeratam, & datam iuxta numerum atque mensuram in manu eorum, qui præerant commentariis, in domo domini, *4. Reg. c. 12.* Aliquando inter Christianos, pontificibus sacerdotiorum vna ex quatuor pars pro fabrica data, *can. quatuor. can. de reditibus. 12. quæst. 2. cum simil.* postea præfectis sacerdotiis relicta, *can. priscis. c. vnico, can. placuit. 10. quæst. 3.* vt antea docuimus, dum de curionibus seu rectoribus & parochis hoc libro egimus Æquumque visum est, sacerdotes & curiones, qui pro fructuariis in beneficiis habentur *gl. in c. præsenti. de offi. ordinar. in*

Sext.

Digitized by Google

Sext.in verbo reseruari,ad modicam refectionem ædium, ex quibus consequuntur fructus,teneri:vt reliquos ædium vsufructuarios,*l.vsufructu legato.& l.hactenus.de vsufruct.P.l.inter fructuarium, de dam.infect.P.* ¶ Sic † etiam regulariter is, qui ex re seruitutem percipit,& eam sibi deberi asserit,ad refectionem rei seruiẽtis tenetur,non is qui eam debet,*l.etsi forte.§.Gallus. & l. sicut refectio.si seruit.vind.P.* ¶ Quæ † de modica refectione intelliguntur,non de maiori.Nam si illa ad curionem pertineret, plerunque fructuum excederet perceptionem & is cogeretur fructibus alio quam ad cultum diuinum impensis officium eiurare & cedere.Quocirca vt curionis onus aliqua ex parte releuetur, recte in ecclesiis seu templis quæstores sacri ea de caussa constituti, qui ex fide pecuniam quærerent ex parochorum liberalitate,& eandem fidem in opera ecclesiæ necessaria impenderent. Et alicubi huic necessitati fructus assignati sunt, regendi, & distribuendi per viros delectos,strenuos & prouidos. Proinde res † instaurandis templis relictæ,& officium quæstorum,&,vt dictũ est,operaria,inter beneficia non sunt ecclesiastica,*Rebuf.in tract. Nominationum,q.15.nume.*18. Tum etiam quia hoc munus annuũ est,vel alterius spatij ad tempus & non perpetuũ, & laicis etiam committitur,*Decius in c.decernimus,num.*11.*de Iu.* Nec in vtilitatem quæstoris,sed ecclesiæ solius cui tenetur gestorum reddere rationem,*Rebuffus in proxi.cita.loco,& gl.in cle.2.de iudi.* Quæ aliena sunt à natura beneficii ecclesiastici, quod perpetuum est, *c.fin.de clerico ægro.c.vnic.de capella.mona.in Sex.can.scripsit, ca.aliter. can.quamuis triste.7.q.*1.id est,possideri potest ab instituto quandiu vixerit:id enim perpetuum significat ad vitam relatum,*l.*1. *pro socio. P.*quodve fructus habet in fauorem potissimum clerici inseruientis distributos,*c.*1.*& fin.de pecul.cleric.c. nemo de consecrat.distinct.*1.*glos.in dict.c.præsenti.de offi.ordin.in Sex.* Inter officia tamen cum reditu aliquo monasteriorum, vel ecclesiarum, quæ regularem vitam abiecerunt:sunt operaria & infirmaria, vt dicunt.

De Collegiatis.

Cap.32.

1 *Collegium & collegiati quid.*
2 *Collegiorum alia licita, alia illicita:& licitorum variæ species, profana,ecclesiastica,mixta.*
3 *Collegia profana artificum.*
4 *Collegium,corpus,societas,affinia,sed diuersa.*
5 *Saccarij qui Romæ.*
6 *Collegia studiorum.*
7 *Collegia sacra & scholastica.*
8 *Collegiorum studiorum loca non sunt beneficia,nec ea perpetua, nisi presbyterorum.*
Collegiis fundatores leges ponunt,eod.
9 *Collegia mixta Academiæ priuilegiata.*
10 *Collegia debent institui vel approbari à principe: alioquin illicita ob metum conspirationum & monopoliorum.*
11 *Collegiatus non faciens officium collegiati,priuilegiis non gaudet collegij.*
12 *Fratriæ permissæ in religione non faciunt beneficium.*
13 *Falcidia non detrahitur à legatis factis confratriis.*
14 *In Collegiatos tantum recipi debent,qui eius artis sunt, quam exigit collegium.*
15 *Collegiatus admissus super definitum numerum non vtitur priuilegiis collegij.*
16 *Collegiatus in duobus collegiis quis esse non potest.*
17 *Collegium non mutatur mutatis personis.*
Collegium in vno retinetur,non nisi in tribus constituitur, eodem.
18 *Collegiatis fundatores leges dant,possunt & collegiati sibi constituere.quomodo.*
19 *Collegij debita & credita non singulos priuatim respiciunt,sed vt vniuersos.*
20 *Collegio dissoluto,num possint res collegij diuidi inter collegiatos.*

1 COllegium † dictum est,quasi delectus & collectio,teste Varrone, quædam hominum eiusdem artis professionis, opificij,officij,& potestatis:vnde & collegæ dicti,*l.collegarum, 173. de verbor.significa.P.*& collegiati. ¶ Hinc † diuersæ species manarunt collegiorum,aliaque licita & alia illicita seu improbata certis de caussis,vel ratione personarum, aut officij aut loci,vel similium,*l.*1.*de colleg.illicit.lib.*47.*P.tit.*22.vel quia non sunt probata à principibus,*d.l.*1.*de colleg.illic.& l.*1.*quod cuiusque vniuersit. no. lib.*3.*P.tit.*4.Rursum collegiorum licitorum, quædam sunt profana omnino artificum,quædam studiorum,magistratuum: mixta alia quodammodo:quædam omnino ecclesiastica.

3 ¶ Collegia profana artificũ † plura in quibus delectus artificũ fit & sociantur:cuiusmodi plura instituit Romæ Numa,*Plutarch. in Numa.Plinius lib.*35.*c.*12.vt pistorum,nauiculariorum, *l.*1.*quod cuiusq. vniuer.no.in P.*argumentorum,*Noucl.*136.figulorum,*Plinius, d.lib.*35.*c.*12.

4 ¶ Obseruandum † tamen,tria esse maxime sibi affinia,sed non eiusdem naturæ in omnibus,videlicet societatem, corpus, & collegium.Inter quę collegium corpus dici potest & societas, sed non omnis societas, vel omne corpus, collegium faciunt. Quia proprie collegium est quando plures simul eo habitant animo & degunt,vt vna communione & æquali viuant. Societas porro tantum & artis & mercium,& aliorum seorsum habitantium esse potest:item & corpus,*glo.in a.l.*1.*quod cuiusq. vniuersit.*Sic corporati, non collegiati dicuntur conciues, & in albo incolarum conscripti,*in l.vnic.de primi.corporator.lib.*11.*C.tit.*14.

5 ¶ Et alij † ex corpore suariorũ,*l.*2.*de suariis,lib.*11.*C.tit.*16.sacchariorum,videlicet eorum qui soli ex porta Romano inuecta,iusta & taxata mercede euehebant,*l.vnic.de saccariis vrbis Romæ.li.* 14.*C.Theodo.tit.*22.Item classicorum,*l.vnic.de classic.lib.*11.*C.tit.*12. & similium.Collegia studiorum & sodalitia plura sunt, tum humanarum artium liberalium,tum Iurisprudentiæ,Philosophiæ & Theologiæ,&c.Magistratuũ sunt & collegia, vt & decurionum, *l.*2.*de decurion.lib.*11.*C.tit.*13.Inter sacra collegia & sodalitia olim collegium augurũ,& aruspicum,pontificum:nunc cœnobia, capitula ecclesiæ dictæ collegiales.

6 ¶ In † quibus canonici,præbendati vel clerici, habent communia,sigillum,*ca.significauit,de appella.*arcam,*l.*1.*quod cuiusque vniuersit.nom.P.*& tractatum,*c.tertio loco,de prob.Felin.in c.attendẽtes.col.*1.*de præscript.*vel capitulum. ¶ Et isti † collegiati, quia titularii nomine & beneficiarij fiunt,perpetui dicuntur

7 ¶ In † quo differunt à collegiis collegiorum studiorũ caussa constitutorum qui temporales sunt,donec studiorum certam attigerint metam, statutis & lege fundationis comprehensam: quam ei qui collegium dotauit,superioris auctoritate licuit ex arbitrio decernere,si modo vis non fiat iuri publico.Quod & Solonem permisisse refert Caius *in l.fin.de colleg.illic.P.*lege, quam explanat Alciatus *lib.*2.*prætermiss.in tit.de colleg.illic.& in lib.*2. *dispunct.c.*18.Sunt tamen in collegiis studiorum,vt plerunque & loca presbyteralia perpetua,presbyteris,vt inibi cultum exsequantur diuinum,destinata. Hæc porro collegiorum loca literarum discendarum caussa instituta,inter beneficii ecclesiastica non annumerantur,neque de illis mẽtionem in beneficiorum impetratione fieri opus est,nec debentur graduatis aut nominatis in vim gradus, quamuis eorum mensibus vacauerint, *Rebuffus in tract. nomina.q.*15.*nu.*20.

8 ¶ Ad † collegia mixta ecclesiastica & non ecclesiastica,academiæ quodammodo pertinere videntur priuilegiis summi pontificis & regum institutæ & temperatæ,*c.quia nonnullis, & c.*1.*de magist.l.*1.*de stud.liberali.vrb.Romæ lib.*11.*C.tit.*18.

9 ¶ Collegiorũ † omnium institutio a it collectio,vel à principibus secularibus,aut sacris, penes quos summa reipublicæ sit, *iuxta ca.per venerabilem,qui filij sint legit.*fieri debet,vel ab aliis facta,eorum debent auctoramentum seu comprobationem habere. Sic Martianus,mandatis principalibus ait *in l.*1.*de colleg. illic. P.*præceptum præsidibus prouinciarum,ne patiantur esse collegia sodalitia,neue milites in castris collegia habeant. Et Caius *l.*1.*quod cuiusque vniuersi.nom.P.Neque societas*, inquit, *neque collegium,neque huiusmodi corpus passim omnibus habere conceditur. Nam & legibus & senatusconsultis,& principalibus constitutionibus,ea res coercetur,paucis exceptis.* Ita Vlpianus, ad notionem pertinere iudicum,principis,vel senatus tradit,num collectio ratione professionis,artis,vel caussæ sit licita,*l.*3.*de colleg.illic.P.*propter imminens periculum coniurationum & proditionum, quæ solent ex congregationibus hominum,seu conuenticulis conflari.Et vt vitentur monopolia artificum & ergolaborum,*l.vni. de monopol. C.*Ita Octauius Augustus,collegia præter antiqua & legitima dissoluit,cum plures factiones titulo collegii noui, ad nullius non facinoris societatem coirent,vt scribit Suetonius Tranquil.*in Octau.cap.*32.& Liuius *lib.*39.Franciscus quoque eius nominis primus rex Galliarum edicto statuit,secutus antiquas regum constitutiones,& supremarum curiarum senatusconsulta,ne essent fratriæ artificum seu confratriæ.& factæ opprimerentur,*constitutio. Francisci Ioanni.* 1539.*artic.*185.186.*&* 187.*vide de his Rebuff. in.*2.*commentarior.in constitutiones regias:*ad monopolia vitanda religionis tamen caussa coire non prohibentur homines, dum tamen hoc non fiat contra senatusconsultum,quo illicita collegia coercentur, *l.*1.*de colleg.illic.P.cano.si quis dispicit.*42.*dist.*

10 ¶ Ita † sub prætextu religionis,aut sub specie soluendi vetiti,cœtus illicitos nec à veteranis tentari oportet, *Vlpi.in l.*2.*de extraordin.criminib.lib.*47.*tit.*11.vt neque prætextu collegij in ouere quis munus collegiati non exsequatur,quis immunis ab aliis oneribus esse non debet,*l.qui sub prætextu 9.de sacrosan. eccle. C.lib.*1.

11 ¶ Fratriæ † permissæ & probatæ in religione,beneficium nõ faciunt: ideo presbyteri alicuius confratriæ vel alij confratres loca non possunt permutare,*gl.in tit.de annatis. in verbo beneficiorum.de anna.*neque episcopus à cõfratribus potest,tanquam à beneficiis,iura episcopalia exigere,*Feder.cons.*25.

12 ¶ Pia † tanquam loca sunt:& proinde si fratriis relinquantur legata,exemplo legatorum piorum non detrahitur Falcidia.

Digitized by Google

Pano. in ca. offici. de testam. per auth. si quis ad declinandam. de episc. & cler. C. c. requisisti. de testam.

14 ¶ In † collegiis recipiendi sunt tantum, qui eius artificij, artis vel professionis sunt, cuius gratia institutum collegium, *l. qui sub prætextu. C. de sacrosan. eccle.* & ad illum vsque numerum qui definitus est. Sic Plinius Iunior ad Traianum scribit: *Tu domine dispice an instituendum sit collegium fabrorum duntaxat, hominum centum quinquaginta: ego attendam, ne quis nisi faber recipiatur, Plinius Iun. in epist.* Quare qui munus & officium collegiati non implet, amouendus est, eiusque in locum alius sufficiendus siue ecclesiæ aut alterius loci sit collegiatus. *d. l. qui sub pretextu. 9. C. de*

15 *sacros. eccl. l. 1. de collegia. li. 11. tit. 17.* ¶ Et † qui supra & præter numerum fundationis vel priuilegij collegij admissus est, non vtitur priuilegiis & iuribus collegij, *d. l. 1. §. qui autem supra, de priuil.*

16 *li. 11. C.* ¶ Placuit † etiam in duobus collegiis vnum non posse esse collegiatum, *l. 1. de colleg. illic. in P. facit c. cum non ignores, c. 15. de præben. in Sext. c. si de relig. domi. c. 4. & 5. §. in posterum, qui milit. non poss. lib. 12. C. l. libertus. §. præscriptio. ad municip.*

17 ¶ Mutatione † personarum collegiatorum, collegium non mutatur, sed idem remanet, *l. sicut municipium. §. in decurionib. quod cuiusque vniuersit. nomine. P. l. proponebatur. de iudi. P.* Atque vniuersitatis ius, per vnum solum vniuersitatis retineri potest, *d. §. in decurionibus.* quanquam constitui non possit, nisi ad minus tres sint. Quia Neratius Priscus tres collegium facere dixit, quod magis sequendum est, *in l. Neratius. 85. de verborum. significa. Cic. pro domo sua. vide glo. in ca. 1. de eccles. apud Gregor.* Sicuti nec vnus solus familiæ appellatione continetur: nec duo familiam facere dicuntur, *l. detestatio. 40. de verb. sign.*

18 ¶ Cuius † sit qualitatis collegium & secundum quas leges vi uere debeant adscripti, ex propriis statutis colligi potest: cum fundatoribus licuerit in rerum traditione leges, quas voluerunt præfigere, *l. in traditionib. de pact.* in quas iurarunt qui admissi sunt. Licet & sodalibus, qui eiusdem collegij sunt, quos Græci ἑταιρους vocant, pactionem inter se quam voluerint sancire, dum ne quid ex publica lege corrumpant. Sic & statuta noua facere possunt, *Caius, in l. 2. de collegi. illic. P.* Si tamen acceptas à fundatoribus seu institutoribus collegij leges, nouis lædant, non probabuntur placita in præiudicium successorum, *ca. cum omnes. & c. ex parte. de constitu. ap. Greg.* Nisi ex causa legitima mutent antiquas leges, & conuentio eorum per superioris auctoritatem firmetur & rata habeatur, *d. c. ex parte. & c. cum Martinus. de consti. l quod semel. 5. de decret. ab ordi. fa. P.*

¶ Communis † vtilitas, & causa & finis efficit, vt omnes eiusdem iuris collegij participes, non vt singuli, sed vt vnum corpus

19 conficerentur, in præterito, præsenti & futuro tempore: ita si quid vniuersitati vel collegio debetur, non singulis debitum est: & si quid, debet, singuli non dicuntur debere, *l. sicut municipium, §. si quid quod cuiusque vniuer. nom. l. in tantum §. 1. de rer. diuis.* Daturque actio aduersus vniuersitatem, & eidem contra alios, sed vniuersitatis nomine, *d. l. sicut. & l. si tibi. 9. quod cuiusque vniuer. nom.* Et si nemo defendat, quod commune est, capitur & venit, *l. 2. §. fin. & l. ciuitates. 8. eod titu.* Si tamen collegium dissoluatur, quod commune est inter collegiatos, lege permittente, potest diuidi. *l. 3. de colleg. illic. in P.* videlicet si ex collegiatorum collatione bona collegio contigerint

20 ¶ Alioquin † arbitror ad institutores vel eorum heredes redire, vt liberas ab onere res & conditione, & modo quo datæ erant resolutis. Nec puto licere collegiatis fructus earum seorsum capere à collegio, etsi non sufficere videantur ad omnes alendos, *ratio in l. Septitia. 10. in fi. de polli. P. lib. 50. tit. 13. l. si legatum. 5. §. fines. de operi. publ. P. l. 2. de iure immunit. P.* sed vel contribuere in collegio, vel loco decedere debere.

De Collegiis, & conuentibus sacrorum militum: & primum de Templariis. Cap. 33.

1 *Militum seu equitum sacrorum origo.*
2 *Hospitale Hierosolymis Christianorum Latinorum.*
3 *Hospitale D. Magdalenæ Hierosolymis.*
Hospitale D. Ioannis Hierosolymis, eod.
4 *Crucigerorum militum origo.*
5 *Templum Hierosolymis post Titi ruinam à Christianis, permissu Arabum, ædificatum.*
6 *Templarij milites vnde, ordo, habitus, professio, crux.*
Templariorum primi auctores: Hugo de Paganis, & Ganfredus de Sancto Aldemaro, eod.
Garmundus patriarcha Hierosol. episcop. ante Ambianenses, eod.
7 *Templariorum opes, & superbia, & in eos odium ante ruinam.*
8 *Templarij hospitalarii fratres, & religiosi.*
9 *Templarii approbati quando in Italia.*
10.11 *Templarii quando sublati, & quare.*
Simulacrum templariorum, & Idolum, eod.
Puer tostus, eod.
Cinis mortuorum in potum porrectus à templariis, eod.
11 *D. Ludouicus rex Gall. proditus à templariis.*
12 *Fridericus II. proditus à templariis.*
13 *Templarios qui dicant oasa Gallorum regis sublatos.*

REligionis causa † plures milites coierunt aliquando, quorum collegia, partim sublata, partim exstantia sunt. Ex paruis autem initiis sacrorum militum institutio, ad summas opes conscendit. Nam circa annum domini millesimum nonagesimum nonum, cum Gothfrido duce à Christianis Hierosolyma fuisset recepta, Hierosolymis † erant Christiani, Latini nomine, 2 qui ab Agarenis, qui ibi imperabant, impetrauerant, vt sibi liceret domicilia iuxta sepulcrum domini nostri Iesu Christi redemptoris habere, vbi cœnobium Dei genitricis construxere, quod Latinorum appellabatur, cuius Abbas munere & officio fungebatur excipiendi Christianos hospites Latinos. Additum postea † cœnobium D. Magdalenæ, quod item fœminas recipe- 3 ret. Atque crescente peregrinorum numero, vt cœnobiis recipi non possent, proxime ædificata hospitalis domus, quam diui Ioannis Baptistæ titulo, Deo consecrarunt. Ei quoque & vnus præfectus, *Polyd. Virg. lib. 7. de Inuentor. rerum. c. 5.*

¶ Et † ex his prodierunt cruciferorum familiæ, vel ab eorum 4 exemplo alij cruce se signarunt, vt eandem operam militarem in fidei causa præstarent. ¶ Fuit † & Hierosolymis templum 5 Dominicum, vt scribit Guillelmus Tyrius, Arabum permissu post Cosdroe ruinas ædificatum à Christianis, quod suo tempore exstitisse testatur, *Guillel. Tyrius lib. 1. belli sacri, c. 2.* Cosdroas Persarum rex autem, circa annum Domini 610. Hierosolymam & magnam partem Asiæ cepit & vastauit tempore Heraclij imperatoris. *Sabellic. Emend. 8. lib. 6. Guillelm. Tyrius. li. 1. c. 1.* Subinde prodiit Arabum maxima manus duce & imperatore impietatis Mahumeticæ Homare filio Chorabi, qui iterum Palæstinam, Damascum, Syriam, Ægyptum populatus est, & Hierosolymam iam vastatam suis legibus cum tributo reliquit, data potestate habendi Christianam religionem & pontificem, & ædificandi templum, quod exstructum est, vbi antea aliud erat à Tito Romano diuutum, vt scribit Tyrius. Templo huic reditus assignati, præfecti & æditui, & adsciti milites qui peregrinos, qui eo venerant sacra loca ex voto visitare, ducerent & conseruarent, 6 *Paul. Æmil. li. 5.* ¶ Ceterum † tum temporis non fuit ordo templariorum institutus, sed postquam Christiani repetierunt Hierosolymam, sub Balduino rege anno domini 1118. quo quidem nobiles viri ex equestri ordine, Christi seruitio se manciparunt, & more canonicarum regularium, in castitate & obedientia & sine proprio, velle perpetuo se viuere professi sunt: inter quos præcipui fuerunt Hugo de Paganis, & Ganfredus de sancto Aldemaro. Iis cum nulla esset habitatio, palatij partem, quæ iuxta prædictum templum erat, rex concessit, & annonas & beneficia temporalia & perpetua victus gratia: canonici quoque templarij plateam quandam seu aream iuxta templum & palatium ad exstruendas officinas concesserunt. Prima autem eorum professio, & opus quod à patriarcha Hierosolymitano nomine Garmundo natione Franco, qui ante episcopus fuerat Ambianensis, ortus in oppido Pinqueniaco, in remissionem peccatorum fuit iniunctum, vt vias & itinera maxime ad salutem peregrinorum contra latronum insidias conseruarent: nouem annis, post eorum institutionem in habitu fuerunt seculari, vestibus vsi elemosynis elargitis. Nono anno in concilio in Francia apud Cretas habito instituta illis est regula & habitus assignatus albus, ex mandato Honorij Papæ & Stephani Hierosolymitani patriarchæ, cœpit augeri eorum numerus. Et tempore Eugenij Papæ cœperunt cruces panni rubei in palliis seu amiculis seu clamidibus albis assuere tam equites, quã eorum fratres inferiores, qui dicuntur seruientes, *Guillel. Tyrius, Belli sacri. lib. 12. c. 7. & 6. Paul. Æmi. lib. 5.* *Scripsit historiam Tyrius, sub Balduino 5. sub annum domini 1180.* 7 ¶ Hos † Tyrius refert dictos fratres militiæ templi, & eorũ ordinẽ per vniuersum orbem vsque adeo creuisse & ad tantas opes beneficiis & liberalitatibus principum peruenisse, vt regias tandẽ opes excederent. Eaq; de causa ab humilitate quã professi fuissent decidisse, & suo tempore se à patriarchæ Hierosolymitani obedientia, à quo primum ordinis institutionem acceperant, subtraxisse, decimas & primitias ecclesiarũ Dei sibi vsurpasse & earũ prædia, & proinde fuisse valde postea exosos, *Guillel. Tyrius d. c. 7. li. 12.* ¶ Alexander III. summus † pontifex nominat in quadam sanctione tẽplarios, hospitalarios fratres, & religiosos, eosque tradit habuisse quasdã ecclesias pleno iure sibi subiectas: & alias, in quarũ institutione postulare debebant episcopi auctoritatem, *in ca. cum & plantare, cum suis §§. de priuil. lib. 5. Decre. tit. 33.* ¶ Innocentius tertius † summus pontifex, qui electus 1198. anno domini cruciferorum templariorum ordinem approbauit in Italia, *in c. cum deputati. c. 16. de Iudic. Volater.* 9 ¶ Templarij † cum eorum ordine 10 sub Clemente quinto pontifice summo sublati fuerunt, & quotquot cõprehendi potuerunt necati: eo quod cum Sarracenis iuncti in Christianum nomen conspirassent, vt refert Platina *in Clementis V. vita.* Gaguinus enumerat causas his verbis *in vita Philippi Pulcr. lib. 7. Circa annum domini millesimum trecentesimum septimum prodiit error templariorum, qui cum apud Hierosolymam fidei defensionem professi, cum primum religionis consideratione opulentis-*

Digitized by Google

bissimos se effecissent, præclarissimis per orbem Christianum, ædibus comparatis, Christo reiecto falsis religionibus se dediderunt: erat enim illis simulacrum cui pellem humanam superinduxerant, appositis ad oculos statuæ fulgentissimis carbunculis, qui vice oculorum micarent. Et statuæ dum quispiam ad illos ingrederetur ordinem vitamque templariorum professurus, abnegato ante omnia Christo, & cruce eius calcata, sacrificium faciebat. Morientis autem corpus, in puluerem conuersum ceteris in potum dabant, quo poculo suos constantiores fieri arbitrabantur. Præterea si exemplarij coitu infans ex puella virgine nascebatur, hunc igni torrebant, exque eliquata inde pinguedine suum simulacrum decoris causſa
11 *ungebant.* Hæc † quoque refert de istis P. Crinitus *lib. 24. de honesta. disc. c. 13. Sed addit Gaguinus pro confesso etiam habitum, eorum dolo D. Ludouicum, dum in Syria peregrinaretur, in vincula à Soldano Ægyptio coniectum fuisse. His atque huiusmodi criminibus, & quod essent fidissimi amatores templariorum ordo in concilio Viennensi, anno dominicæ pietatis millesimo trecentesimo duodecimo per Clementem summum pontificem finē accepit, comprehensis vbilibet terrarum atq. crematis*
12 *qui eius impietatis fuerunt. Hæc Gaguinus.* ¶ Scribit † etiam Abbas Vrspergensis *li. Chron. in Friderico 2.* anno 1228. Fridericum secundum imperatorem mense Augusti ad terram sanctam peruenisse, & in ciuitatem Anconam, ibique multa pertulisse grauia, perfidia & proditione templariorum, solosque hospitalares S. Mariæ Teutonicorum illi fideliter adstitisse. ¶ Quidam
13 † tamen erga Gallos male affecti, comminiscuntur per calumniam, & ex nutu regis Gallorum, sublatos milites templarios; narratque Albericus de Rosato, se audiuisse à quodam causſæ & testium in eos examinatore, contra iustitiam illos punitos, hacque de re monitum Clementem quintum respondisse: etsi via iustitiæ ordo ille destrui non possit, fiat tamen via expedientiæ, ne scandalizetur carus filius noster rex Galliæ. Et in Chronico Hermanni legitur à Papa Clemente V. in fauorem regis Gailiæ crimina hæreseos fuisse falso insimulatos. Iacobus Meyerus notat anno 1307. abolitum templariorum ordinem, qui per omneм fere Europam comprehensi, horrendis suppliciis necabantur. *Ortumque, inquit, initium à Pulcro rege ac Gallica nobilitate, qui precibus pontificem maximum ad hoc adegerunt spe ducti, vt Itali tradunt scriptores se ditatum iri eorum possessionibus, quas per omnem Galliam plurimas habebant. Multa, inquit Antoninus, etiam temeritatis obiiciebantur. sed vtrum vere, non satis constat. Hæc Meyerus lib. 11. historiæ Flandricæ.*

De Militibus cruciferis hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani.

Cap. 34.

1 *Militum hospitalis D. Ioannis origo, & professio, seu vota.*
2 *Militum hospitaliorum paupertas nihil habet proprij.*
Præceptoriæ, seu commendæ hospitaliorum non sunt beneficia, eod.
Commanderies *eid.*
3 *Milites Hierosolymit. hospitalarij non ducunt vxores, nec fiunt presbyteri.*
4 *Priorum hospital. D. Ioannis quis debet esse presbyter.*
5 *Ordo militum D. Ioannis Hierosolym. habet & presbyteros, & moniales.*
6 *Priores commendatarij ordinis militum Hierosolym.*
7 *Militaris ordinis institutor, habitus & crucis color.*
8 *Crux ordinis Hospitaliorum D. Ioannis ne sit quadrimembris.*
9 *Ordinis cruciferorum quale munus diuini officij & orandi.*
10 *Ordinis militum Hierosolymit. priuilegia, & iurisdictio.*
11 *Hospitalarii D. Ioannis dicti Rhodienses, Miletenses milites.*
12 *Rhodis insula à quo hospitalariis data, & quando inde pulsi.*
13 *Cruciferos Hierosolymitanos Chromerus vt rapaces arguit.*

1 MOnuimus † superiori capite, crescente numero peregrinorum iuxta templum Hierosolymitanum xenodochium ædificatum titulo Diui Ioannis, quo excipierentur peregrini, quos cœnobia capere non possent. Huius ergo ministerio, quoque viri pij nobiles se deuouerunt, qui & peregrinos tutarentur & à latronum seu Agarenorum in cursu defenderent. Horum professio est, votum solemne paupertatis & abdicationis propriorum, castitatis & obedientiæ, *in statutis hospitalis Hie-*
2 *rosolymitani, cap. 1.* ¶ Proinde † propter primum votum nihil proprij habent, vel habere non debent, sed accipiunt annonam quamdiu viuunt, vel præceptorias, quas vocant, *commanderies*, administrant quādiu eas possident & opinione mutant vel ex magistri licentia permutant, redditurique morientes quæ apud illos reperientur societati, vnde beneficia proprie eorum præceptoriæ non sunt, ex sententia Rebuffi *in tract. nomina. q. 15. nume. 16.* etsi dissentiat Carol. Molinæus. *in clem. 1. de supplend. negligen. prælat.* Pari modo illorum priores, castellani impostæ, vel baiulini, vt commendatarij sunt tantum administratores bonorum ordinis sine proprio, *in statutis eorum. tit. 1. c. 1. & tit. 2. c. 1. & tit. 5. c. 4.* Et proinde commendantur illa bona, non ab episcopo vt beneficia, sed archimagistro ordinis.

¶ Ob † votum castitatis affines sunt & ecclesiasticis personis, 3
nec vxorem ducere possunt, *in statutis hospitalis Hierosolym. c. 9.* Atque Alexander III. sum. pontif. cum vetaret eis coniugium, illos vocauit fratres sancti Ioannis & præfectum eorum priorem, *c. vxoratus. c. 8. de conuersio. coniuga.* Et Innocentius III. fratres hospitalis sancti Ioannis, *c. tuarum. c. 11. de priuil. & ibi gl. & c. dudum. de decim.* Veruntamen ecclesiasticæ personæ non sunt, cum arma libere & ex professione pertractent pro fidei tuitione aduersus Agarenos, exemplo Machabæorum, quæ tamen clericis non conceduntur, vt contra nec iiti hospitalarij milites, presbyteri fieri possunt. ¶ Inuenies † tamen apud Honorium III. sum. 4
pontif. narratum, dum ad illos scriberet, se audiuisse priorem eorum presbyterum esse debere, *c. canonica. c. 50. de sentent. excomm.*

¶ Quod † vt intelligas, annotare expedit, in eo ordine esse 5
milites & ecclesiasticas personas, quæ inseruiunt eorum ecclesiis: esse & peioratus, & monasteria monialium quoque cruce signatarum, vbi nobiles professionem amittere possunt, *in statutis eorum, tit. 2.* Ita in eo ordine est prior magnus ordinis totius, qui præest omnibus, seu magister magnus est & prior ecclesiæ, qui præest omnibus capellanis & habet curam spiritualium, ex capellanis omnibus magis idoneus eo muneri dilectus in cōuentu, vbi magister magnus residet, perpetuo assiduus *in statutis eius ordinis, tit. 13. de electionib. c. 5.* ¶ Quia † autem ex pluribus 6
prouinciis & regnis milites ei ordini se deuouent, suntq. illis inibi bona pleraque ex beneficiis principum & aliorum piorum hominum collecta nec non ex solis Templariorum in illos translata: in singulis fere sunt prouinciis priores præcipui, quibus subiiciuntur alij commendatarij & hospitalarij, vt illi quoque magno ordinis magistro. ¶ Traduntur † statuta eius ordinis 7
seu religionis, primum præpositum huic ordini dictum Geraldum, qui cū sociis crucem candidam in nigro panno affixit, assumpsitque eum viuendi ritum, qui nunc est, vel quo degere debent: quibus & alij adiuncti plurimi per magistros religionis temporis successione, prout expedire visum est. ¶ Inter † quos 8
& illud cautum à Claudio de la Sangle magno magistro, vt donati, sic loquitur, vel confratres, crucem quadrimembrem non deferant, sed trimembrem, demta stipite superiori *in eorum statutis, tit. 2. c. 31.* ¶ Huius † ordinis fratres milites & seruientes, in 9
canonicis horis centies quinquagies dominicam orationem repetere tenentur. Fratres vero sacerdotes diaconi, subdiaconi & clerici eius ordinis beneficium canonicū, & ordinem sancti sepulcri Hierosolymitani exsequi debent, *in eorum statutis, tit. 3. c. 2.* ¶ Horum † militum priuilegia multa sunt, qualia perscribit 10
circa annalia vacantis hospitalis Ioannes 22. sum. pontif. *in c. exhibita, de priuileg. in extrauagan. commun.* vt eximantur quoque à iurisdictione episcopali in criminalibus, vt sæpe curiæ supremę placuit, *Papus, l. b. 1. aresto. tit. 10. aresto 1. & 2.* Et Innocentius III. hos habere iurisdictionem, in signatos cruce vere non ficte tradit, *c. tuarum c. 11. de priuil. vbi gl. in verbo priuilegij, de eorum iurisdictione disputat.*

¶ Hospitalarij † isti milites, *Ioannitæ* dicti sunt, & hospitalarij 11
Hierosolymitani, ab hospitali, vt dixi, Diui Ioānis, equites Rhodienses, eo quod illam possiderent insulam, & infidelium debilitarent vires, inibi eis obsistentes, sedemque potiorem habentes & propugnaculum præcipuum. ¶ Dicunt † autem quidam Clementem V. sum. pont. illis Rhodiensem insulam assignasse, 12
postquam illi Turcæ eripuissent anno domini 1308. alij Gothfridum Hierosolymorum regem. Cœperunt tamen Maltenses seu Miletenses dici, ab insula in quam se receperunt, postquam Soleimanus duodecimus Otromanæ familiæ tyrannus, cum Agarenorum ingenti vi, post semestrem obsidionem die natiuitatis domini, & anno 1522. illis Rhoden ademit, capto prius Tauruno vulgo Belgradu oppido, apud Pannonios & situ & opere validissimo, vt scribit F. Thomas Guichardus Rhodius, in oratione, quam de ea expugnatione apud Clementem septimum summum pontif. habuit. ¶ Martinus † Chromerus in historia 13
Polonorum *passim & potissimum lib. 11.* cruciferos absolute vocat: & de illis sæpe meminit, tanquam de infidis & crudelib. in Polonos & alios. Eosque arguit, quod decimas ex suis arationibus in Pomeria & alibi vsurparent, contra iura sacerdotum.

De aliis Cruciferis militibus, & piis equitum societatibus.

Cap. 35.

1.2.3 *Teutonicorum militum ordo quis, & vnde.*
2 *Milites Teutonici Deiparæ virginis Mariæ cur dicti.*
3 *Henricus à Walpot primus magister ordinis Teutonicorum.*
Saladinus quando Christianis ademit Hierosolymam, eod.
4 *Militum Teutonici ordinis magistri.*
5 *Theutonicorum ordo in Prussia quando sublatus, & quare.*
6 *Milites cruce signati Limoniæ.*
7 *Militum nobilium de Calatrana Hispaniæ ordo à quo institutus, & finis, & 10.*

Digitized by Google

8 *Militum ordo sancti Iacobi in Hispania quando institutus. D. Iacobus pugnans contra Sarracenos apparuit, eodem & 9.*

9 *Militum ordo sancti Iacobi de Spatha in Hispania quando cœpit. Miramolenus Arabum rex ingenti clade à paucis victus. eod. Tholosa eod.*

10 *Militum ordo de la Banda Hispaniæ.*

11 *Militum sacrorum nonus ordo à Ioan. X X I I. in Portugalia.*

12 *Militum Galliæ equestres ordines, stellæ, sancti Michaelis, sancti Spiritus quando instituti.*

13 *Ordo equestris velleris aurei Burgundiæ, Annuntiationis Beatæ Mariæ Allobrogum quando.*

14 *Milites cruce signati fratres.*

1 Aleus † sacræ militiæ ordo Theutonicorum, cuius initia ab homine quodam Theutonico manarunt, qui post Hierosolymam receptam à Christianis vna cum pluribus suæ gentis remansit in eadem cum vxore, & domum suam hospitale esse voluit suis, qui visendi sepulcri sancti caussa eo peregrinarentur: atque ibidem diuæ virginis Mariæ sacellum adiunxit.

2 ¶Vnde Deiparæ † virginis milites vocati sunt. Et crescente numero eorum qui se huic pio ministerio deuouissent, coopratus magister qui præesset, amictique sunt albo pallio cum alba cruce, & in ordinem tantum milites admissi, *Paul. Æmil. in 5. historia Franc.*

3 ¶ Munsterus tradit † Heinrichum à Vualpot primum fuisse magistrum Theutonicorum dominorum, anno 1190. Hierosolymis, quod non patitur historiæ veritas, cum eo tempore à Saladino occuparetur Hierosolyma, ademta Christianis & capta cũ suo rege ab eo anno 1186. cum fuisset à Christianis per 88. annos possessa, *Æmil. lib. 5 Sebastia. Brant. Blondus 6. Dec. 2.* Minus quoque placet, quod Volaterranus tradit anno 1192. pro liberanda Hierosolyma primum conscriptos Theutonicos, & quod ait 21. li. Theutonicorum ordinem institutum in terra sancta à quodam Germano, quod reiiciunt aliqui in annum 1333. quo tẽpore Prusiam Turca Græcis ademit. Proinde vt concilientur historiæ tempora, sequor hic Henrichum Pantaleonem *in Prosographia seu parte 2. de illustrib. Germaniæ in Heinricho à Vualpot*, qui huius Heinrichi à Vualpot vitã describit, & postea refert magistrorum Theutonici ordinis seriem, & annos quibus eo magisterio functi sunt. Atque cum illo dico, antequam à Saladino caperetur Hierosolyma, eum Heinrichum à Vualpot, inter Christianos in ea ciuitate hospitali tali peregrinorum domum suam dedicasse, & ad eum nobiles Germanos voto facto se omni tempore contra impios pugnaturos conuolasse, postquam intellexissent vires Christianorum exiguas & deiectas fere, Capta autem Hierosolyma suum collegium & hospitale sanctæ Mariæ Anconam, quæ & Ptolemais dicitur, transtulit: atque eam vrbem fortiter contra Sarracenos defendit, ann. domini 1190. Et effecit, vt multi principes & nobiles è Germania sua bona huic ordini conferrent, & ad eos profecti eum ordinem amplecterentur.

4 ¶ Sic † cum in Germania plures arces & ædes haberent Theutonici ordinis milites, & magistros quoq. plures, vt hospitalarij

5 constituerunt. ¶Desierunt † autem esse milites Theutonici in Prusia, quo tempore Albertus Marchio Brandeburgensis ex magistro constitutus est Dux Prusiæ, atque à rege Poloniæ Sigismundo in feudum accepit Prusiam, anno domini 1527. *Henrich. Pantaleon, in proxime citato loco, & 3. parte de viris illustribus, in Alberto 1. duce Prussiæ. & Sleidanus.*

6 ¶In † Liuonia sunt sodales seu fratres militiam Christi professi, qui rubrum ensem cum cruce pallio insutum deferunt, *Matt. Chromerus lib. 7. de reb. Polonicis.*

7 ¶ Sanctius † eius nominis tertius, rex Hispaniarum Legionis & Castellæ, cognomento Desideratus filius Alphonsi VIII. filij Raymundi Berenguarij comitis Tholosani, instituit militũ sacrorum ordinem de Calatrana in prouincia Tholetana, in loco & prouincia Calatrauæ, vbi cœnobium templariorum fuerat, *Franciſc. Tarapha, li. de regib. Hispan. in Sanctio. 3.*

8 ¶ Dieghus † Valera ordinem militiæ diui Iacobi institutum ait in Hispania, anno domini 826. quo Ranimirus primus eius nominis Hispaniæ rex, vicit manu exigua ingentes Sarracenorum copias ope Dei, & auxilio Beati Iacobi, qui visus est in eo prælio equo candido, vexillo niueo, & in eo cruce Rubea conspicuus & pugnãs, *Franciſc. Tarapha, de Regibus Hispaniæ, in Raymiro, Ioan. Vaſæus in annalib. Hispaniæ anno* 826. Huic ordini & magister & commentarij constituti. Et ad hoc tempus refert institutionem quoque Ioannes Vassæus, *vbi supra*, quanquam F. Alphonsus Venetus huius principium referat ad annum domini 1160. Et Raphael Volaterranus, *Deca. 1. lib. cap. 9.* Nebrissensis, Franciscus Tarapha scribit *de regibus Hispaniæ, in Alphon. 9. & in Genealogia regum Hispaniæ*, Alphonsum † nonum Hispaniæ regẽ

9 ordinem militum sancti Iacobi de Stapha instituisse, quorum insigne est gladius sanguinolentus, eo quod die quo prælio rex Alphonsus Maurorum regem Miramolinum superauit in quodam loco, quem Tholosæ Nauas appellant, in quo ducenta millia Arabum ferunt cecidisse, & ex quo triumphum Petrus rex Argonum retulit, crux in cœlo apparuit, & D. Iacobus Apostolus equo candido vectus auxiliator Christianorum, gladium gestans sanguine Maurorum cruentatum. ¶Subinde † Alphonsus alius Hispaniæ rex eius nominis vndecimus, cum feliciter aduersus Almoacenum & Hyuzephinum Bellamarini & Granatæ reges dimicasset, oppido Alcala, quod regale vocant, Calatrauæ magistrum leuibus de caussis delatum interfici iussit, & ordinem militum de la Banda apud ciuitatem Burgensem instituit anno 1308. *Franciſc. Tarapha, vbi sup. in Alphon. 11.* 10

¶Eodem † tempore Ioannes secundus summus pontifex ordinem nouum militiæ Christi instituit, qui militare sub Christo diceretur in Lusitania, & Sarracenis resisterent, Bœticam & Aphricam incolentibus. Cuius militiæ præfectus in Martuo Syluensis diœcesis oppido sedem habet principalem, & cuius militibus omnia bona Templariorum annuente rege Portugaliæ concessa sunt. Cuius ordinis censor & moderator est abbas Archohasiam monasterij Cisterciensis ordinis, Vlyssiponensis diœceseos, qui conscribendi & exauctorandi milites potestatem habet, *idem Tarapha in Alphonso 11.* 11

¶Fuerunt † in Gallia instituti equestres ordines, vnus stellæ 12 institutus apud sanctum Ouenium anno 1351. per Ioannem regem Galliarum, vt scribit in annalibus Froissardus: subinde institutus ordo sancti Michaelis cum torque aureo, qui ordo institutus est à Ludouico X I. rege Gallorum anno domini 1469. Et anno 1579. calendis Ianuarij ordo sancti Spiritus, ab Henricho tertio rege nostro & Poloniæ.

¶ In † Burgundia, Philippus Burgundiæ rex anno 1429. ordi- 13 nem equitum aurei velleris instituit: vt in annalibus scribit Mõstreletus. Amatus S. nomine comes viridis dictus, Allobrogum dux, ordinem equitum instituit, cuius insigne imago annuntiationis, seu saluationis virginis Mariæ Domini nostri Iesu Christi genitricis, vt in historia legitur Sabaudiæ.

¶Fuit † & in Anglia ordo alius. Veruntamen isti ordines po- 14 stremi non fuerunt sacrorum militum, nec ea ratione instituti, vt se Deo & religioni solum tutandæ deuouerẽt, vt prædicti sacri milites: quibus & accedere possent, qui cruce aliquando se signarunt, in auxilium Christianorum in Syriam & Hierosolymam profecti cum Gotefrido & aliis ducibus præclarissimis. Qui & milites sacri primum, postea fratres se appellabant, vt auctor Paulus Æmylius *li. 4. histor.* Sed horum nullum habemus regula certa definitum ordinem, vel votum aliud, quam militãdi pro fide Christiana. Vnde illos non inferimus inter sacros militares equitum ordines.

De habentib. Manualia beneficia.

Cap. 36.

1 *Beneficia manualia non proprie beneficia, quia amouibilia & regularia.*

2 *Abbas S. Sulpitij Biturigum triennalis.*

3 *Abbatiæ & prioratus monasteriales triennales. Beneficium manuale quomodo acquiratur à superiore potest possessor: & remedium si auferatur sine caussa, vel.*

4 *Beneficia manualia quomodo fiant perpetua.*

QVædam personæ regulares, vel quæ regularibus accedunt, 1 titulo quodam sæpe nominantur, quæ sacerdotiorum, & ecclesiasticarum personarum appellationem referunt. Imitantur † etenim nomen & naturam quodammodo beneficiatorũ, qui manualia, vt appellant beneficia habent, quæ tamen proprie beneficia non sunt. *gloss. in verbo. consuetudinem. in c. vnic. de capel. monacho. in 6.* quia præfecti his beneficiis possunt amoueri ad nutum abbatis vel prioris. Sunt enim huiusmodi beneficia manuaria regularia, non secularia: qualia in ordine humiliatorum, & præmonstrantium ex consuetudine esse tradit Ioannes Andreas *in addi. ad d. glo.*

¶ Et Rebuffus scribit *in tract. de pacifi. possess. num. 273.* abbatem 2 sancti Sulpitij apud Bituricenses triennalem esse, & singulis trienniis eligi.

¶ Atque † in comitiis Aureliacensibus placuit, vt posthac 3 abbatisſę & priores essent adueniente vacatione triennales, ex electione Vestalium, *Aux ordonnanz. des trois estatz d'Orleans, art. 3.* Sancit & Innocentius tertius *in c. cum ad monasterium, c. 6. §. tales, de stat. mona. lib. 3. Decret. tit. 35.* ne alicui monachorum committatur obedientia perpetuo possidenda, tanquam sibi in suam vitam locetur: sed cum oportuerit amoueri, sine contradictione qualibet reuocetur. Explicat Clemens quintus ex concilio Viennensi *in c. vnic. de supplen. negli. prælat. lib. 1. Clement. tit. 5.* dum ait, priores & administratores beneficiorum, quę sunt de mensa abbatis vel monasterij, posse libere ad clausstrum cum oportuerit reuocari. Quod intelligendum est de beneficiis, quorum administrationes conferuntur abbatibus, non quando per electionem ad ea vocantur. Priores enim manualia habere beneficia, & ad nutum priuari posse dicuntur iure: alij nequaquam, *ca. 2. de stat. mo-*

Digitized by Google

fiat.monac.ap. Greg. late de Saluo, in tract.benefic. part. 3.q. 68. qui titularij sunt, nec aliorum more ad regimen tantum ecclesiarum vel prioratuum dicuntur, *in ca.1. §. in eos autem, de privil. in 6. lib. 5. tit. 7.* Ooseruandum itaque est in hac quæstione, posse beneficium vel prioratum regulare esse administrationis caussa tantum concedendum: vel naturam habere perpetui beneficij. Et in primo casu amoueri posse ab abbate præfectum, videlicet si iusta amotionis adsit caussa: aliter enim posset monachus à beneficio manuali sine caussa amotus, implorare superioris abbatis auxilium, vt post Innocentium *in ca. insinuante, qui cler. vel vouent.* & Decium *in c. ad nostram, circa fin. de constit. vti.* & Ioannem de Selua *in d. tracta. benef. & d.q.* notauit obseruari in Gallia Rebuffus *in d. tract. pacific. posse. nu. 175. & 281.*

4 ¶ Sed † & fit hoc irreuocabile beneficium proculdubio, quando post concessionem abbatis confirmatur possessor ex certa scientia, & expressa qualitate per summum pontificem, vt annotant Imola & Panormitan. *in c. nisi essent, de præbend. & in ca. cum inter, de electio.* & Rebuffus *in d. tract. nu. 279.* Quod si perpetui beneficij naturam habeat prioratus, beneficium illud præsentis non tractationis, nec amoueri præfectus per abbatem poterit: concessio enim facta censetur cum sua qualitate, *Clem. Vnic. de suppleu. negli. prælator. in Clem. c. vni. de capel. monac. in 6.*

De Vicariis temporalibus, officiali, & aliis, Cap. 37.

1 *Vicarius temporalis quis.*
2 *Officialis vicarius est episcopi, & vt sit ecclesiastica persona.*
3 *Vicarius episcopi in spiritualibus.*
4 *Officiales ordinarij, & foranei episcopi qui.*
5 *Officiales ordinarij episcopi perpetui sunt, nec destituuntur ab episcopo.*

1 VIcarij † temporales quidem beneficium regunt, sed ideo beneficiarij non sunt: nam non sibi, sed alteri possident. De hoc, & de vicario perpetuo paulo ante dictum est, dum ageremus de plebanis seu parochis. De vicario autem episcopi generali, & paulo post dicemus cap. 41. Et rursum pauca de officiali.

2 ¶ Dicitur † & officialis vicarius, episcopi, habens iurisdictionem. Hic ex clericis, non ex laicis constitui debet, *ca. in nouo, 16. q. 7.* & locum episcopi tenet vel representat: vnde & in eius sede eo absente, in actibus, in quibus episcopi interest, præsidet, *can. si. 93. distin.* Et quia vices gerit episcopi officialis in iurisdictione ecclesiastica distribuenda, dicitur vicarius, *c. 1. de offi. vica. in 6.*

3 ¶ Sicuti † & is, qui absente episcopo in beneficiorum collatione munus illud pro episcopo exsequitur, dicitur vicarius in spiritualibus, vel vicarius generalis, *cap. final. eod.* Qui si non distinguatur ab officiali, & officialis recte dicetur is vicarius: quia & officialis dicitur, nomine episcopi conferre beneficia, *cap. ex frequentibus, de institutio. ap. Greg.*

4 ¶ Porro † officiales in duplici sunt differentia: nam alij faciunt eandem sedem cum episcopo, & sunt iudices ordinarij: alij delegati ad certas caussas, & in certa regione diœceseos, qui dicuntur foranei, à quibus appellatur, vt à delegatis ad delegantem episcopum: cum ab ordinariis nequaquam ad episcopum, sed ad archiepiscopum fiat prouocatio, *clem. 2. iuncta gloss. de rescript. in clem. cap. 1. de offic. ordinar. in 6.* Foranei vt plerumque etiam temporales, alii perpetui, id est, quamdiu viuunt, *l. 1. in P. pro soc.*

5 ¶ Quamuis † enim ad nutum fiant ab episcopo, tamen facti nec ab eo, nec à succedente in episcopatu amoueri ab officio possunt, nisi mors vel delictum interueniat: etsi ad beneplacitum fiant, vt notat Oldradus *consil. 4.* Iason, *§. sed iste, 6. col. de actio.* Alexander, *consil. 216. incip. magister, col. fin. li. 7.* Ludouicus Gomes *ad reg. cancel. de non toll. iure quæs. q. 4.* Decet enim beneficium perpetuo manere, *l. iurisperitos, de excusa. tutor.*

De Commendatariis. Cap. 38.

1 *Commendatarij vere non sunt beneficiarij.*
2 *Commendatarij iure regalie qui.*
3 *Regaliæ ius regi ex duplici caussa competit.*
4 *Ecclesia tantum ex facultate principis bona possidet.*
5 *Manus mortuæ quæ collegia dicantur, & quare.*
6 *Bona immobilia quare manus mortuæ non possideant sine gratia.*
7 *Regaliæ iure quando, & quandiu fructus ecclesiarum capiat rex.*
8 *Regalia ius durat, donec præstetur fides regi à prælato. Collatio beneficiorum iure regaliæ, eod.*
9 *Episcopi probandi à principe.*
10 *Vacantium ecclesiarum annui fructus à quo regi Gallorum concessi.*
S. Ludouicus à Bonifacio in numerum sanctorum relatus, eod.
11 *Philippus rex à Bonifacio excommunicatus, absolutus à Benedicto. Philippo regnum ademtum, & restitutum, eod.*
12 *Collationes iure regaliæ, à quo tempore competant regibus Galliæ.*
13 *Electio & nominatio ad prælaturas solius regis Gallorum.*
14 *Spiritualis & temporalis potestas quando simul laicis concessa fuit.*
15 *Beneficiorum vacantiæ annales concessæ reuocatæ.*
16 *Vacantiæ commendatariorum annuæ militum hospitalariorum.*
17 *Philippus Imperator bona ecclesiæ baronibus concessit. Bona ecclesiæ tyrannice distrahuntur, eod.*

QVi † in commendam habet temporale beneficium ab epi- 1
scopo, cum vltra sex menses non possit commendari, *c. nemo plus inceps, c. 15. de elect. in 6.* non dicitur beneficiarius: quia nec perpetuo, nec sibi, nec alij possidet, *Rota, in decis. 244. in antiquis.* Nihil enim aliud est commendare, quam deponere, *l. commendare, de ver. sig. l. Lucius, depos. in P. c. 1. ex. tit. ap. Greg. can. ne quis arbitretur, 22. q. 2.* Is autem qui deponit, remanet potius dominus, quam is cui res committitur, *l. rei commodatæ 8. commod. P.* Et Vlpianus *in l. ex facto. 35. § verum autem Italicarum, de hered. institu. lib. 28. P. tit. 5.* non alias res alicuius loci vel personæ censuit, quam si quis perpetuo ibi habuerit, atque ita deposuerit, vt perpetuo haberet. ¶ Non † sunt etiam inter beneficiatos annumerandi, 2
qui iure regaliæ sub custodia habent beneficia ecclesiastica, vel qui collationem eorum à laicis nacti sunt, vt monuit Molinæus *in reg. de infir. renuntiant ib. nu. 126.*

¶ Sunt † autem regaliæ beneficiorum in duplici differentia: 3
nam ius regale, vel ratione bonorum immobilium temporaliu regi competit, vel ratione iuris spiritualis. Ratione bonorum, quia episcopatus & prælaturæ, siue cathedrales ecclesiæ fere omnes in Gallia habent bona temporalia à principe in feudum.

¶ Non † enim licet collegialibus ecclesiis in Gallia, bona 4
habere immobilia, quin facultas à principe concedatur, *Ægidi. Magister in tract. des amortissemens, nos in Feudis plura* quæ dicitur dispensatio, communi autem idiomate *amortissamentum*, vel *ius morticinij*. ¶ Siquidem † manus mortuæ dicuntur, ecclesiæ, colle- 5
legia, capitula vniuersitates: quia in eodem statu permanent, veluti mortui sunt, expertes omnis vicissitudinis, istius saltem seculi. Siue enim lignum ceciderit ad austrum, siue ad aquilonem, ibi ardebit. Cum tamen viuentes multis & pene infinitis mutationibus & alterationibus sint obnoxij, vtpote sub perpetuo motu degentes, *§. vt autem lex, de non ali. reb. eccles.* variisque actu voluntatibus, *l. quia poterat, ad senatusconsul. Trebelli. in P.* Et quia collegia, capitula, ecclesiæ semper per subrogationem personarum, statum eundem habent. Sicuti sedes iudicialis, quanquam moriatur iudex, habet idem iudicium: etsi alius in defuncti locum substituatur, *l. proponebatur, de iudi.* Bona itaque, quæ ab illis tenentur & possidentur, veluti mortua dicuntur: quia mutare statum non possunt: præsertim cum alienari iure communi nequeant, *l. iubemus nulli, 14. § scientes, in fine, & §. sane, in fine, de sacros. eccles. C. tit. de reb. eccles. non alie. in auth.* ¶ Quamobrem † neque 6
possideri bona temporalia posse ab iisdem iure communi placet, potissimum ab ecclesiasticis, collegiis & ecclesiis, aliisque similibus personis. Cum enim immunes *c. aduersus, c. 7. de immu. eccles. lib. 3. Decret. titul. 49. l. placet 5. de sacrosanct. eccles. C. cum similibus*, illæ sint ab omnibus fere exactionibus, & indictionibus; à secularibus principibus necessario rebus pro negotiis vrgentibus reipublicæ imponendis, fieret vt cum immunitate illa perpetua respublica detrimentum maximum pateretur, eneruatis reditibus per illam detentionem: vt neque laudemia à dominis directis eorum bonorum, neque renouationes feudorum in bonis mobilibus, quæ quintum & rei requintum dicuntur, amplius penderentur, rebus in eodem statu manentibus, qui tamen mutatur, quando ad alios singulares possessores perueniunt. Hi enim, vel moriuntur, vel distrahunt: vnde & iura clientelaris prædij & feudorum, res ipsæ & iura sæpius ad dominos recurrunt. Vt nullo modo fieri posse videatur ex parte naturæ rerum, & personarum ecclesiasticarum habita consideratione, res ab illis possideri, qui emori non possunt: præcipue, si de ecclesiasticis agatur. Cum iure legis Moseos, *Deuteronom. ca. 12.* non potuerit Leui stirps habere partem aut possessionem cum fratribus suis: quod ipse dominus possessio eius esset. Quod & initio & nascente ecclesia Christiani secuti sunt, donec ex permissione Constantini Magni licuit, *can. cauram, & ca. videmus, 12. quæst. 1.* vti & nunc dispensat rex in feudis. Quorum origo prima ab eo est, vt teneant impetrato iure morticinij. Ius autem morticinij est, valor, æstimatiove tertiæ partis totius rei, in qua ius feudi exstingui postulatur, vt cautum est constitutione Caroli, ann. 1402. mense Octobri. Quamuis hodie in parte luenda, alia sit pro nutu principum taxatio, *Ægidius Magister, tract. des amortissemens, cap. 3.* inquisitione tamen facta præcedenti census, & qualitatis, & quantitatis rei, & facta concessionis in camera computorum descriptione. Quibus obseruatis habent ex iure illo morticinij, collegia vel ecclesiæ in posterum ius possidendi in perpetuum, nec teneantur è suo mancipio ablegare, si nolint, *in constitutio. regia. declaration sur les amortissemens.* ¶ Ceterum † quando vacat pastore ecclesia episcopalis, vel archiepi- 7

Digitized by Google

scopalis, quæ patitur hoc ius regaliæ: interim rex fructus capit veluti iure feodi concessi, & ratione custodiæ *c. generali, de elect. in 6.* quandiu vacauerit. ¶ Et notat † Aufrerius post stylum parlamenti, *tit. de quibus cas. curia parlamen. cognos. consuet.* beneficium in regalia, vacante sede episcopi vel archiepiscopi, qui habent ius collationis, etiamsi episcopus vel archiepiscopus sit electus vel confirmatus, aut missus in possessionem ecclesiæ & collationis beneficiorum, donec ipsius prælati persona fuerit recepta in fidem & hominium regis. Medioque tempore, & ante fidem præstitam, & vacare præfaturæ beneficia in regalia, & iure regalia conferri à rege. 8

¶ Exigit † ius regni, vt episcopi à nostro principe approbentur, quod conforme iuri pontificio, *c. Reatina, 63. distin.* Sic enim in epistola quidam ad Lotharium primum imperatorem scripsit Leo IIII. sum. prout. Atque in synodo definitum est generali *c. Hadrianus 63. dist.* ob beneficia concessa in sedem apostolicam per Carolum Magnum, vt ab eo rege episcopi & archiepiscopi per singulas prouincias inuesti[tu]ram acciperent, neve nisi à rege laudarus & inuestitus episcopus à quoquam cõsecretur. Quæ proculdubio ratione bonorum temporalium intelligenda sunt: nam inuestitura alioquin ecclesiastica nihil operatur, si à laico concedatur, vt episcopus, vel alia ecclesiastica persona potestate sua conferẽdi beneficia, vel exercendi diuina officia fungatur, *can. 1. c. quoniam inuestituras. 16. q. 7.* Statutumque est iure communi, neminem ob fundationem benefici, quicquam aliud præter honorem communem omnibus Christianis in ecclesia retinere 9 sibi posse, *c. piæ mentis, ea l. quæst.* ¶ Neque † etiam in concessione Hadriani, & Leonis 4. regibus Gallicis factum est, ius accipiendi annuos fructus vacantium ecclesiarum, in quo maxime quidam labuntur: sed postea concessa est illis hæc singularis potestas à Bonifacio 8. pont. sum. qui quidem Philippo Pulcro & eius successori concessit, postquam eius patrem S. Ludouicum in numerum & album sanctorum retulit, priuilegiũ vacantium ecclesiarum & prouentuũ earum anni vnius exigendi: præterquam earum, quas cathedrales & monasticas dicimus, vt ait Gaguinus *lib. 7. in Philip. Pulcro.* Atque Polydorus Virgilius scriptum reliquit, *lib. 17. in Anglia* circiter annum 1294. in Anglia sub Bonifacio 8. concilium Londini celebratum contra Iudæos, in quo & statutum sit: nemini hominum, amplius licere prædia dare collegiis & sodalitiis monachorum: nec sacerdotibus aut monachis emere possessiones aliquas nisi permissu regis.

11 ¶ Nimis † tamen est, idem Bonifacius 8. paulo post adimere hoc ius Philippo, & regnum ipsum quod detulit cuidam Alberto Imperatori in conuentu generali, vt scribit Gaguinus, *in vita Philippi Pulcri.* Krantius *lib. 8. c. 36.* & Platina *in vita Bonifa. 8.* Excommunicato Philippo, prætextu quod sacrum bellum in Agarenos instituerat. Cuius tamen consilium in hoc dissoluit Benedictus 11. pontifex, successor in sedem Bonifacio: & absoluit à censura regẽ, iussitque Galliam regi suo parere, vt ait Blondus, *9. Decad. 2.* & Platina *in Bened. 11.* Quanquam Philippus ipse, constitutionibus suis editis, anno 1334. & 1346. repetat ab antiquo sibi ius esse regaliæ, & ante concessionem Bonifacii 8. competens regiæ dignitati ob honorem singularem coronæ 12 Galliarũ. ¶ Quo † possint reges Galliæ iure regaliq; ex prisca possessione cõcedere præbendas & beneficia vacantia iure & facto, vel ipso iure tantum. Sicuti & olim vsos esse hoc iure regaliæ reges Angliæ faciunt quædam fidem, *Ægidius Magist. in decis. in tract. regalio, cap. 1.* Referunt alii itaque concessionem huius priuilegii ad concilium Aureliacense habitum sub Clodoueo, in quo concessa regi electio & nominatio prælatorum in remuneratione victoriæ à Clodouco in Visigotos, fuso Alarico eorum rege. Alii ad Caroli Magni, & Caroli Calui beneficia in sedem Apostolicam, & ob fusos Arrianos referunt, vnde priuilegia multa illis irrogata, vt notant Arnulphus Ruseus, & Philippus Probus, *ambo in tract. regalium.*

13 ¶ Ius † etiam consentiendi in electionem episcoporum, & regibus aliis Hispaniæ, & Galliæ, item imperatoribus concessum, vt constat ex concilio Toletano, *can. cum longe 63. distinct.* nunquam tamen electionem ipsam & nominationem prælatorum alii, quam imperatori Gallico, & eius successoribus datam inuenio. *cap. in synodo, ead. distinct.* Quamobrem si Imperator alius, quã ex hac progenie velit hoc iure vti, ea ratione quod Carolus fuerit Imperator, cui concessum est priuilegium, id iure Gallico vsurpabit, non proprio, ratione imperii: quia huic tãquam Imperator renuntiauit Otho Magnus, siue primus, Ioanni 2. sum. pontifici, *can. tibi domino, ead. distinct.* Et Ludouicus primus. *can. ego Ludouicus 63. distinct.* renuntiauit electioni summi pontificis Paschali primo, vt nec hodie Galliarum rex eligat summum pontificem remisso illo iure, ceteris iuribus & in alios episcopos concessis non eiuratis, quæ inter regalia hęc recte annumerantur.

14 ¶ Errat † autem valde Ioannes Petrus de Ferrariis, *in pract. in for. libel. quo agitur, de substitutione, in exemplari ad ver. ex suo corpore & legitimo matrimonio natus*, dum ait: *Scire debes, tu indocte laice, quod imperium habuit aliquando, scilicet temporalem, & spiritualem à domino potestatem: quia tunci imperatores conferebant omnia beneficia ecclesiastica per vniuersum orbem.* Nam hoc falsum est neque Innocẽtius, quem ipse citat, vnquam in eo loco quem signat, *citat Innoc. in c. 2. de maio. & obed.* neque canon, Adrianus 63. distinct. quem adducit, hoc ait: quamuis non diffitear ante aduentum Messiæ, ante stabilitum regnum, Mosem vtramque potestatem habuisse, & Samuelem: verum, dum discretum ab imperio sacerdotium fuit, duo fuerunt gladij & imperium suis limitibus debuit esse contentum, *can. imperium 10. dist. ca. per. venerabilem, qui fil. sint legit.* nisi quatenus ex priuilegio permissum est vltra. Neq; Ozias rex Israelis impune tulit, quod ausus fuerit munus sacerdotale vsurpare. 2. *Paralip. c. 26.* Et ita antiquata ethnicorum obseruatio, qua imperator inaugurabatur omnibus sacris, vt in potestate sua haberet omnes religiones, scilicet idololatriam, vt ait Dion Cassius, *lib. 53. historiæ*, nam hoc Christianis imperatoribus nunquam permissum fuit absolute. ¶ Fuerunt † & aliis principibus, & ecclesiasticis vacantiæ annales be- 15 neficiorum concessæ ex priuilegio, quod tamen postea reuocatum est, aut valde imminutum & merito, à Ioanne 22. *in extrauag. suscepti. ne sede vacan. in extrauag. commu.* ¶ Habent † & hoc 16 ius in commendis ordinis vacantibus morte commẽdatarii, milites S. Ioannis Hierosolymitani: nam mortuo commendatario, vacantis commendæ fructus annui ærario communi acquiruntur, *vt habetur in eorum statutis fere per totum tit. 4.*

¶ Neque † negauerim iure tyrannico aliquos præter priui- 17 legium, sibi ius in ecclesiarum prædia vsurpasse: verum illud potius iniuriæ & sacrilegio adscribendum, sicuti nec inultum abiit. Veluti apud Vispergensem abbatem legitur, *in Chronico, pagina 31. & 32.* Philippum Imperatorem, qui successit fratri Henrico Sexto, cum deficerent pecuniæ, quibus stipendia militibus præberet, primum cœpisse distrahere prædia, quæ Federicus pater in Germania emerat, & cuilibet baroni prædia rustica na, & Ecclesias sibi contiguas obligasse, à quibus ecclesiæ demum fuerunt valde diuexatæ, & tandem excommunicatum ab Innocentio 3. gladio tyranni interemptum.

De officiariis ecclesiasticis, & primum de Thesaurariis, seu Sacristis.

Cap. 39.

1 *Officium ecclesiasticum quomodo à beneficio distinguitur.*
2 *Officium custodire portas, pascua, pecora, porcos, &c.*
3 *Sacrista quis, sacrarium quid.*
4 *Thesaurarius, thesauraria quid.*
Κειμηλιάρχης, & κειμηλιάρχιον quid, eod.
Ciminile & cimilia quid, eod.
5 *Gaza & gazophylacium quid.*
6 *Thesaurus fuit in templo Dei.*
7 *Custos ecclesiæ quis, & eius munus.*
8 *Ignem fouendum perpetuo in ecclesia Dei inextinguibilem.*
9 *Ignis in extinguibilis fotus à vestalibus, & quis auctor.*
Ignis perpetuus sacer apud quos seruatus, con. & 10 11.
Noachi vxor Tytheas & Aretia ignem seruari docuit perpetuum eodem.
Græci ab Aramæis plura mutuati nomina, eod.
10 *Viduæ ignem perpetuum seruarunt Athenis.*

QVamuis † omne beneficium non nisi ratione officij detur, 1 tamen non omne officium ecclesiasticum beneficium habet, nec perpetuam solicitudinem. Et proinde alia quoque, ratione officij simpliciter ecclesiastici, distinctio personarum erit. Porro officiũ inuenitur, vel ratione rerũ profanarũ, quę ecclesię sunt, vel ratione rerum sacrarum, vel ratione iurisdictionis, vel sacramentorũ: quando de his tractandis agitur. ¶ Ratione † re- 2 rum profanarum, vel pene profanarum, dici possunt quidã officium habere: nam & custos portarum, pascuorum, pratorũ, pecorum, & porcorum dicitur habere officium, vt notat glossa *in l. ne quis, §. officiorum, de dignitat. lib. 12. C.* quam singularem & vnicam existimat Andreas Barbatia *in rub. de offic. & pot. ind. deleg.* Sunt & liberti ex familia ecclesiæ, officium pro necessitate ecclesiæ patronæ præbentes, *can. liberti, cum 4. seq. 12. quæst. 8.*

¶ Sacris † rebus custodiendis præpositus sacrista dicitur, qui 3 nutu & mandato archidiaconi, *Gregor. 3. in c. eam te, c. 3. de offic. archid. lib. 1. Decret. tit. 23.* curam habet sacrorum vasorum, vestimentorum ecclesiasticorum, sacri thesauri, & eorum quæ ad fouendum lumen exiguntur, scilicet olei & cerę, vt placuit concilio Toletano, *in c. de offic. sacri. lib. 2. Decret. tit. 26.* Sacrista à rerum sacrarum nomine dictus: sicuti sacrarium, locus vbi sacrę res reponuntur, etsi priuatus is sit, vt ait Vlpianus, *in l. sacra loca 9. de rer. diuis. in P.* ¶ Alibi † thesauraria, & præfectus thesaura- 4 rius dicitur, *can. perlectis 25. dist.* Dicitur κειμηλιάρχης, qui sacræ & pretiosæ supellectili, vel thesauro præest, & κειμηλιάρχιον, locus, vel thesauraria à Iustiniano *in l. fin. §. fin. de bon. auct. iud. poss. lib. 7. C. tit. 72.* Vocat Honorius 3. *c. cum inter, c. 29. de verb. signi. ap. Gregor.* ciminile thesauri illius locum. Erant autem κειμήλια Græcis, mobilia bona recondita vel pretiosa: vt apud Homerum

Digitized by Google

rum dicuntur κειμήλια, ęs, aurum, ferrum reconditum, vel vaſa ex his facta, dum ait *Homer. Iliad. 6.*

Πολλὰ δ' ἐν ἐφορμίῳ πατρὸς κειμήλια κεῖτο,
Χαλκὸς τε χρυσός τε τετυγμένος ἠδὲ σίδηρος.

Meminit & ſæpe eius alibi, atque alij auctores Græci, & Gregorius *3. in c. 1. de offic. archid.*

5 ¶ Dicerent † Perſæ gazan, voce per alios vſurpata populus, *Heſter. c 3. c. Ezechiel, c. 25. c. actum, c. 28. d.* & locum ex Perſico & Græco nomine gazophylacium, vt ſcribit Heſychius & Suidas.
6 Et frequens eius mentio in ſacra pagina. ¶ Ex qua † & conſtat theſaurum fuiſſe perpetuo in templo Dei, variis & pretioſis muneribus, oblationibus veſtibus, vaſis & pecuniis conflatum & conſeruatum: vt non poſſim iſtos hæreticulos ſatis demirari, qui obgannientes donariis diuinis, quæ à probis hominib. Deo conſecrata, & eius miniſterio ſunt, improbare eccleſiæ opes audent, non alia ratione, quam Iudas domini ſceleſtiſſimus proditor, effutientes inſulſe, *vt quæ perditio hæc, Matth 26. a. D. Mat. 14. a. potuit enim vnguentum hoc multo venundari, & dari pauperibus.* Non quod de pauperibus illis cura ſit, ſed quod ſibi malunt, quam Deo. & ſacrilegij ſui, quod quotidianis prædationib. exercent, prætexere, ſeu ſtolide, nituntur excuſationes. Meminit de gazophylacio domini Neemias *c. 10. d. & c. 13. a.* & domini noſtri Ieſu Chriſti ſæpe ſacri amanuenſes, *D. Marci, c. 12. d. D. Luc. c. 21. a. D. Ioan. c. 8. c.* Exſtat & decretum, *Ioſue, c. 6. c.* qui populum Iſraeliticum probe rexit in expugnatione Hierico latum: *Quicquid auri & argenti erit, & vaſorum æreorum, ac ferri, domino conſecretur, repoſitum in theſauris eius.* Meminerunt & frequenter de theſauro domus domini, libri Regum, *3. Reg. cap. 14. & 4. Reg. c. 14. & 15. & 24.* Meminit & de Leuiticis cuſtodibus vel præfectis ſacri theſauri & diuini liber Paralipomenon *1. cap. 9. d.* Legimus fuiſſe & inter theſauros Dei clypeos dono oblatos à Salomone *Reg. 14. 2. Paral. c. 12.* Quos inuenit Seſac rex Ægypti & euexit. Addit Ioſephus *lib. 8. Antiq. ca. 10.* lanceas aureas, & ſagittas aureas, quas ſumtas rege Sophone Dauid Deo dedicauerat. Erant & vaſa aurea, *4. Reg. c. 24.* & alia ſupellectilia, quæ refert hiſtoria Machabæorum, *lib. 1. cap. 1.* Deponebantur & ſacræ veſtes in gazophylacio ſanctuarij, officio diuino peracto, vt conſtat ex prophetia Eſdræ *ca. 44. verſ. 19.* Et hanc ipſam habendi theſauri cõſuetudinem in templis ſuis ethnici imitati ſunt: multa enim diis ſuis vel melius Idolis ſuſpẽderunt, ex manubiis hoſtium, ex victoriis, tum ex voto, tum ex largitione. A quibus omnibus, qui Dei numen aliquando olfecerant, nihil etiam inimico & hoſtili impetu cladis inferentes, delibabant. Et ſcribit Ioſephus Pompeium Magnum, poſt captum templum Hieroſolymorum, ſancte à duobus millibus talentorum in gazophylacio templi inuentorum abſtinuiſſe, *Ioſeph. lib. 14. c. 8.* Quod & alij in ſua religione fecerunt, ſacrilegorum diuinas & humanas pœnas veriti, & exemplo aliorum facti cautiores. At cum pœnas hodie contemnant impiiſſimi *ſacrilegi*, certe ſummopere hoc munus ſacriſtæ requiritur, cum archidiaconi cura: imo & maiori neceſſitudine addendus eſt cuſtos vtrique.

7 ¶ Cuſtos eccleſiæ, † qui & miniſter ſacriſtæ eſt, *c. 1. de offic. cuſtod. & ibi glo. rubric.* & archidiacono obedit in pulſandis horis canonicis, in cuſtodienda perpetuo ſupellectili eccleſiæ, & in
8 igne ſancto conſeruando ne extinguatur. ¶ Non † ſecus quam & apud Iudæos ſacerdotes & Leuitę ignem perpetuum conſeruabant, ne exſtingueretur ex iuſſu Dei, *Leuit. c. 6.* in ſymbolum Spiritus ſancti, vel diuinitatis indeficientis, vel ob caritatẽ quam perpetuo fouere debent præpoſiti ſacri antiſtites, qui nec diuinitatem alterius Dei, nec alienum à Deo quippiam fouere debent. Vnde & inuectio ignis alieni in Dei ſanctuarium, morte expiata fuit miniſtrorum in Leuitico. *Leuit. c. 10.* Habuitque hoc munus fouendi ignẽ ſacerdos Heli, quod tradidit Samueli poſtea, puero priuigili, dum ſenectute caligare eius cœperunt oculi, vt exſtinguentem vel defecturam lucernam non videret, *1. Reg.*
9 *c. 2.* ¶ Habebant † hoc munus apud ethnicos Romanos Veſtæ virgines ignem perpetuo fouentes, quod innuit Virgilius, *dum ea perſona Hectoris,*

Sic ait, & manibus vittas veſtamque potentem,
Æternumque adytis effert penetralibus ignem.

Quod ad Numæ inſtitutum referunt Liuius *in 1.* Ouid. *6. Faſtor.* Dionyſius Halicar. *lib. 2.* Plutarchus *in vit. Numæ.* & alij. Quamuis Beroſus *lib. 3. de florat.* ſcribat, Vxorem Noachi Tytheam, Aretiam etiam dictam, quia mater omnium eſſet, vocatam Eſtam, id eſt, ignem. poſt mortẽ: eo quod ipſa regina ſacrorum fuerat, & puellas docuerat ſempiternum ignem ſacrorum in exſtinctum ſeruare. Non enim tantum apud Græcos Veſta, vel Eſta ignem ſignificat, ſed apud Aramæos, quos, quia Græciam incoluerunt antea, & barbara Græcis nomina reliquiſſe teſtatur Strabo *in Geograph. Græc.*

10 ¶ Athenis † etiam ignis perpetuus in Prytaneo aſſeruabatur, non quidem à virginibus, ſed à viduis, vt ait Plutarchus. ¶ Et
11 Strabo *lib. 9.* † Poliadis Mineruæ dixit templum in ſaxo vetuſtum, in quo eſſet lychnus inexſtinguibilis & virginum domus, id eſt, παρθενών. Seruabant & ignem Ægyptij, vt ait Diodorus Siculus. Item & perpetuus Delphis. & apud Perſas teſte Procopio *lib. 2. bell. Perſ.* Seruabant & in Pyræo Magi. Et in Cappadocia idipſum Magni Pyrethi factitarunt, *Strabo lib. 10.*

De Oeconomo, & Vicedomino, Syndico, & aliis. Cap. 40.

1 *Oeconomi qui dicantur.*
2 *Oeconomus eccleſiæ ex quibus eligendus.*
3 *Vicedominus quis, & quomodo differat ab œconomo.*
4 *Syndicus quis.*
5 *Aduocatus & procurator officium gerunt.*
6 *Cellariæ officium claustrale.*

SVnt † etiam œconomi vicedomini, ſyndici, procuratores, 1
cellarij, officiarij eccleſiaſtici. Oeconomi ſunt, quibus res eccleſiæ gubernandæ mandantur, *leg. iubemus nulli 14. de ſacroſan. eccleſ.* Domui tantum eccleſiaſticæ videtur hoc officium munus præſtare: vnde & dicitur diſpenſator pauperum, œconomus eccleſiæ, *leg. omnes qui, 31. §. hoc nihilominus, de epiſcop. & cleric. C.* ¶ Qui † eligitur ex numero clericorum adminiſtrandæ eccle- 2
ſiæ, non ex laicis, *can. iudicatum 89. diſtin. can. quoniam, can. noua 16. quæſt. 7. c. edoceri, de præſcript.* vel alibi. Potiſſimum quando de diſpenſatione rerum factarum agitur: nam ſi de temporalibus tantum cura ſubeunda ſit, clericum eſſe non exigit neceſſario œconomum Speculator, *in 3. par. 1. par. Specul. tit. de œconom. arg. can. in ſingulis 77. diſtinct.* Eſt enim nomen οἰκονόμου generale, ad omnem diſpenſationem pertinens: ſicuti à diuo Paulo *ad Roman. cap. fin.* ὁ ἔξαρχος οἰκονόμος τῆς πόλεως dicitur, quod verſum eſt in antiqua lectione, *Eraſtus arcarius ciuitatis*, pro quæſtore ærarij, vel procuratore, vel diſpenſatore. Et διὰ οἰκονόμου ad Titium *cap. 1. Diſpenſator Dei.*

¶ Huic † affini, & vere ſimilis vicedominus officio, *can. volu-* 3
mus, & 2. ſeq. 89. diſt. niſi quod in epiſcopatu ſit vicedominus, *ca. diaconum, ead. 89. diſtinct.* œconomus aliis in eccleſiis. ¶ Exhibent † officium in litibus perſequendis eccleſiaſticis ſyndici: ſi 4
collegij ſacri res controuerſæ ſint, *c. 1. de ſyndic.* Sicuti & in cauſſis vniuerſitatis & eius nomine conſtituuntur, qui ſingulorum de collegio, vt vniuerſorum proſequantur & defendant ius, *l. 1. in princ. & §. quibus quod cuiuſque vniuerſ. nom. in P.* Ii aguht & defendunt in iudicio, de quibus late Speculator, *in 3. par. 1. par. Specu. tit. de actio. ſyndi. & œcono.*

¶ Exhibent † & officium in litibus etiam patroni cauſſarum, 5
& procuratores ad lites, & ad negotia: quorum exſtant titul. de poſtulando & de procurator. in vtroque iure. Et de quibus Deo fauente proprio loco in iudiciis agetur, dũ tractabitur de perſonis, quæ pro actore & reo interueniunt. ¶ Inter † officia conuen- 6
tualia cõnumeratur cum ſacriſta, etiã eleemoſynaria, & cellaria, *gl. in cle. 1. §. adhæc in ver. officiis de ſtat. monach.* Cellarium nominant aliquæ eccleſiæ eum, cui vini & tritici diſpenſatio eccleſiæ committitur, de quo fit in iure mentio, *in cap. dilecto, de præben. apud Gregor.* quia cellarum locus eſt, in quo conduntur & vnde depromuntur ad victum neceſſaria, vt in D. Lucam. 12. interpretatur D. Hieronymus, *Conſiderate coruos, quibus non eſt cellarium vel horreum.* Et Plautus de cellario meminit, *in captiuis.*

Sumo, poſce, prome quidquis te facio cellarium.

Inter leges Caroli Magni capitulares, habitas Aquiſgrani anno 789. Kal. Aprilis, c. 6. ſic ſcribitur de cellari s monaſterii, vt non auari mittantur, ſed quales regula præcipit.

De Officiis quarundam perſonarum ratione iuriſdictionis, & earum appellationibus. Cap. 41.

1 *De officialibus Romanæ curiæ remiſſiue.*
2 *Officium pro iuriſdictione in quibus titulis iuris vſurpatur.*
3 *Officiales epiſcopi quotuplices in iuriſdictione, & de aliorum officialibus.*
4 *Vicarius epiſcopi quis, & maioris poteſtatis officialis, & de eius poteſtate.*
5 *Inquiſitorum hæreſium officium.*

DE officialibus † Romanæ curiæ proprium tractatum edidit 1
Gomeſius. De illis quoque & Chaſſaneus tract. Catalogi gloriæ mundi 4. par. conſid. 29. ¶ Ratione † iuriſdictionis offi- 2
cia etiam præbent nomina perſonis, vt fidem faciunt tituli. *libr. 1. Decr. tit. 21. 24. 25. 28. 29. 30. 31. 32. cum ſimil. in 6. & cle. de offi. arch. de offi. archipreſbyter. de offi. delegat. de offi. iud.* Et in lib. 1. Cod. Iuſtinianei, à titulo 29. vſque ad titul. 48. & libr. 1. PP. à tit. 10. vſque ad librum ſecundum. In quibus officium accipitur pro iuriſdictionis legitimæ exercitio, vt notat And. Barba, *in rub. de offi. & poteſt. iudi. delegi.*

¶ Officialis † vel *pontifex*, in iuriſdictione officium pontifi- 3
cis exercet, *c. 2. de offic. vicar. libr. 1. 6. tit. 13.* cuius duæ ſunt ſpe-

Digitized by Google

cies: alio dicto principali, alio foraneo, *clemen. 2. de rescript. libr. 1. clem. titul. 2. c. Romana de offic. ordin. libr. 6.* Ille generalis officialis est, & ordinarius iudex faciens vnum & idem tribunal cum episcopo: hic autem foraneus in certa regione diœceseos cõstitutus & ad certas causas, & potius iudex delegatus, *Innoc. & Hostiens. in ca. Romana, de off. ordin. Ioan. Andr. in glos. cle. 2. in verb. foraneo, de rescript. Iason. in rubr. de off. eius, cui mandat. est iurisdict.* non secus quam decanus ruralis, *ca. adhuc, in fin. de off. archid. apud Gregor.* Sunt & alij officiales, *glos. in clem. & in ver. episcopi. de rescript.* ecclesiastici, vt is quem dat archidiaconus, vel alius inferior episcopo, & is quem constituit capitulum sede vacante penes quem iurisdictio episcopalis tunc residet, *ca. vni. de maio. & obed. in 6.*

4 ¶ Accedit † proxime officiali, vicarius episcopi, qui maioris est potestatis officiali. Nam quicquid potest officialis, potest vicarius: sed non contra nec eadem potest officialis, quæ vicarius episcopi. Quia officialis habet potestatem circa actus spirituales extraiudiciales, quæ tamen ad vicarium in spiritualibus pertinet, vt possit punire & corrigere. Si tamen vicarius vnus tantum sit episcopi siue officiali, is omnem sibi concessam censetur habere potestatem, vt notat Federicus de Senis, *consi. 302. incip. reuerende pater.* sed hoc si expresse commissa sint, quæ officiales etiam sunt, non autem si generaliter potestas iurisdictionis concedatur, ex constitutione Bonifacij 8. *cap. 2. & 3. de offic. vicar. in 6.* Facit etiam & determinatio loci facta in vicariatu, vt extra illum locum censeatur ademta potestas, vt scribit Innocentius 3.

5 ¶ Sunt † & inquisitores hæreticæ prauitatis, vicarij, & officiarij summi pontificis, qui iudices à sede apostolica creati sunt, ad pestem eluendam hæresium, *ca. sua nobis. de offic. vicar. apud Gregorium.* Quamobrem nec de aliis caussis cognoscunt officio concesso, quam de his quę hæresin redolent: non de diuinationibus, non de vsuris, secundum rescriptum Alexandri 4. summi pontificis, *can. accusatus, cap. 8. §. sane, & §. de quæstionibus, de hæretic. lib. 5. Decretal. tit. 2.* Perpetuum hoc officium inquisitionis, nec morte summi pontificis concedentis exstinguendum, quod regulis & cancellis conclusum fuit propriis à Clemente 4. *ca. ne aliqui, cap. 10. & c. vt officium, cap. 11. §. 1. & 2. eod. tit.* & Bonifacio 8. *c. vt commissi, c. 12. eod.*

De Officiariis quibusdam sedis apostolicæ, Vicecancellario, Camerario, Secretariis, Protonotariis, & aliis.

Cap. 42.

1 *Vicecancellarij Romæ dignitas, & auctoritas, munus, & cur non dicatur cancellarius.*
2 *Bibliothecarius num idem fuerit ac vicecancellarius.*
3 *Abbreuiatores maioris & minoris parci, qui in aula Romana, & munus.*
Scriptores aulæ Romanæ qui, eod.
4 *Rescribendarij in aula Romana qui, eod.*
Solicitatores apostolici qui.
Scriptores Archiuij, cubicularij, scutiferi aulæ Romanæ, eod.
Plumbatores, eod.
5 *Expeditores contradictarum in aula Romana, qui.*
6 *Camerarij Romæ dignitas & potestas.*
7 *Auditor cameræ apostolicæ.*
8 *Camera apostolica & eius officiarij.*
9 *Secretariorum apostolicorum collegium à quo introductum.*
10 *Breuia apostolica quæ, & quare ita dicta.*
11 *Summ iste apostolici qui & eorum munus.*
12 *Prothonotarij qui, & origo, & munus, & priuilegia.*
Notarij regionarij. eod.
13 *Auditores Rotæ qui, & quot numero, & munus.*
14 *Auditores Rotæ primi & secundi gradus.*
15 *Rotæ auditorium quare dicatur.*
16 *Pœnitentiarius Papæ, & pœnitentiarius Papæ quis, & munus.*
17 *Auditorium rerum gratiæ, & rerum iustitiæ.*
Signaturæ gratiæ & iustitiæ, vnde habent nomen, eod.
18 *Referendarij gratiæ & iustitiæ qui dicti.*
19 *Clericus sacri senatus quis, & munus.*

1 EST † Romæ vicecancellarius cardinalis, qui primum locum dignitate, auctoritate, & vtilitate hodie Romæ post summũ pontificem tenet: cancellariæ apostolicæ, & iustitiæ præpositus, *Cardinal. in cle. 2. de elect. 4. quæst. antiq. glossat. in proœm. ad regul. cancell.* Is ratione proprij officij, literarum expeditioni de rebus ecclesiasticis vniuersi orbis, & earum expeditoribus præest. Nominatus vicecancellarius: non cancellarius quod cancellarius dicatur Dei Papa ipse solus, *vide Gomesium in proœm. ad regul cancel.* cuius ac Dei vnum & idem dicitur esse consistoriũ, *Hostiens. in ca. quanto, de translat. episc. Guil. Bened. in repet. ca. Raymutius, in 2 verb. & vxorem nomine, num. 205. de testam.* ¶ Olim bibliothecarium † dictum fuisse tradunt vicecancellarium, *can. Hadrianus, in 1. iuncta glos. 63. distinct. glos. antiqua in proœm. reg. cancell. & d. Gomes. in d. proœ.* Negat tamen Gomesius, qui alium fuisse bibliothecarium & *seruiarium* à vicecancellario contendit: vt & adhuc alius in palatio apostolico. Quod autem quidam scribunt vicecancellarium, potius nominatum quam cancellarium, quod aliquando vicecancellarius de dignitate cum summo pontifice contenderit, & de æqualitate honoris, *vt Guil. Bened. in d. ca. & ad d. verba decis. 2. num. 203. Zabarel. in clemen. ne Romani, de elect.* totum commentitium est, *Gomes. in d. proœm. dum agit de diminuti ne dignitatis episcoporum.* ¶ Sub † vicecancellario in cancellaria plures personæ 1. Abbreuiatores maioris parci, quorum munus est, ex supplicis libello signato, diplomata seu literas signare, quarum dictaturam, minutam vocant. 2. scriptores, qui dictaturam in forma literarum conscribunt, 3. rescribendarij, qui taxant scriptorum mercedem, 4. abbreuiatores minoris parci, qui sollicitatoribus expeditionum remittere solent aliquid eius quod taxatum est: & receptis pecuniis taxationis, remittunt diploma ad abbreuiatores maioris parci. 3

¶ Sunt † sollicitatores apostolici, qui *Iannizerij* dicuntur, scriptores archiuij, cubicularij, scutiferi, ripari, qui ex taxatione diplomatum partem aliquam accipiunt. Plumbatores, notarij seu *registratores*, de quibus & eorũ officio Octauianus Vestrius, libr. 1. Introductionis in Romanæ aulæ actionem, & iudiciorum mores. c. 3. ¶ Er † idem cap. 4. meminit de officio expeditorum contradictarum, qui expediunt in cancellaria proprio officio diplomata, quæ concernunt iustitiam, *vide etiam de hoc officio auditoris contradictar. glo. Gofredum & Hosti. in cle. auditor, de rescr.* 4 5

¶ Post † vicecancellarium, qui secundus à summo pontif. camerario Romæ locus fuit, qui regimen vrbis habet & curam, patrimonio fiscoque summ. pont. præest, *c. ad audientiam, de præscript. clem. ne Romani, de elect. & ibi glo. plura, & Card. Zabarel. & Bonifac. Vitellinus, Gomes. in d. proœm. regu. cancell.* distributique ecclesiæ reditus pauperibus: vnde nec morte pontificis eius officium exspirat. Putant & camerarium hodie locum sibi vindicare procuratoris Cæsaris, *Capit. decis. 97. Ioan. 1. Bolog. in rubr. de offic. eius cui manda. est iurisd. num 17.* Alij quia is cameræ Apostolicæ caput est, fiscoque præst, præfecto prætorio æquiparant, *argum. §. eos autem, de collato. & l. vlt. de exact. tribu. lib. 10. C.* 6

¶ Multa † de auditore cameræ & iurisdictione eius Octauianus Vestrius, quem consulito, *lib. 2. Introduction. ca. 1. 2. 4. Ægidius, decisio. 96. 305. 508.* Est & qui præsidet cameræ apostolicæ, is qui rationibus vniuersi ærarij præst: & rationes aliorum, qui prouentus ecclesiæ in vrbe, vel alibi administrarunt, recipit, & videt, & adiutorio cameræ recenset, Octauianus Vest. d. libr. 2. introd. c. 6. 7

¶ Sunt † & officiarij in camera apostolica, quæ est alia à cancellaria, & quæ alia tractat, quæ non conceduntur cancellariæ: siquidem ibi fiunt expeditiones per expressum iussum sum. pontif. & signo crucis per eum appositio, *vide Octauia. Vestr. d. 1. lib. Introd. c. 6.* Camera apostolica dicta, quod esset audientia pontificis domestica, in qua sum. pont. tractabat ipsemet negotia. 8

¶ Introduxit † & Innocentius 6. collegium 32. secretariorum, *Idem eod. lib. c. 7.* apostolicorum, qui ante eum erant secretarij Papæ domestici, & per hos in secretaria, vt dicunt, fiunt extra cancellariam & cameram expeditiones de rebus fidem ac rempub. concernentibus tantum, aut reges, principes, respúblicas, ciuitates, cardinales absentes, episcopos. 9

¶ De rebus † gratiæ, iustitiæ, & ex his mixtis olim quidem plumbeis imaginibus sigillatæ, nunc autẽ annulo piscatoris, vel sub sigillo breuiori, vnde & breuia dicuntur apostolica. 10

¶ In isto † collegio secretariorum, sunt & summistæ, quorum munus est, quædam quæ alibi conceduntur, & quæ debent à secretariis, non à notariis cameræ vel cancellariæ registrari, discernere, & discreta secretariis remittere. Ea sunt literæ facultatum, indultorum, confirmationum, dispensationum, absolutionum, conseruatoriæ, indulgentiæ, exemtionis, donationis, infeudationis, legationis, regiminis, gratiarum ad vacatura beneficia, non tamen ad vacantia. ¶ Sunt † in curia Romana quoque prothonotarij, quorum origo & successus hic est, *ex Gomesio in proœm. regu. cancell. q. 1.* Principio Clemens 1. sum. pontif. septem creauit notarios, ad describendas diligenter martyrum res gestas: *Damasus & Platina, in Clemente*, quibus septem vrbis Romæ regiones, paræchiæ dictæ, distributæ: & regionarij ideo notarij dicti. Statuit autem Antherus 1. martyrum gesta conscripta sertiis ecclesiæ seruari, ideo & illi forsan scriniarij dicti, *glos. in c. ad audientiam, de præscript.* Cessantibus deinde martyriis pace concessa ecclesiæ sub Constantino Magno nihil forsan quod scriberent habentes notarij illi, idem ex mandato Iulij 1. sum. pontif. quæ ad ecclesiam pertinebant scribere cœperunt, *Damas. in vita Iulij.* apostolicas quoque literas. Deinceps crescentibus opibus, & honore, ad differentiam aliorum vrbicorum notariorum, dicti protonotarij, id est, primi notarij, *Ioan. de Platea, in l. 2. de primicer lib. 12. C.* Sicut & inter eosdem notarios olim antiquior, seu *decanus protoscrinarius vel primicerius* appellabatur: cui & inter ceteros facultas, & prærogatiua dandi erat concessa. Polydo- 11 12

Digitized by Google

lydorus Virgilius *lib.4. de Inuentor.rer.ca.* 11. scribit; tempestate nostra excusso scribendi onere, in ordinem hoc munus abiisse haud indecorum, etsi venalis sit: & hodie esse protonotarios apostolicos, num.7. qui in id collegium cooptentur. Præterea extraordinarios sine numero à sum.pontif.gratuito creatos, qui eius dignitatis priuilegiis perinde gaudent, atque alij, commodum aliud tamen non consequuntur. Omnes equitando pileo vti nigro tradit, vt intern oscantur à cardinalibus, cum vtrique omnes linteam togam induant.

¶Auditores † Rotæ antiquitus sine numero deputari, ad au-
13 dienduin & referendum tantum, *Specul.tit.de leg.§.iam nunc dicendum, vers.item non obstat.* sed apostolicæ. sed crescentibus sedis negotiis data & illis definendi potestas, *Specula.tit.de auditore.*

¶ Adiutorum ¶ deinc definitus numerus ad 12.13.& 14.Du-
14 plicis generis primi & secundi gradus: primi gradus, in prima lite vel instantia: secundi, appellationum iudices. Qui examinantur hodie à vice cancellario, habentque pro insignibus cappam, vt dicunt, rochetum & birretum. De quibus vide Gomesium *in proœm.reg.cancell.q.1.* Principio summus pontifex causas, quæ ad illum ex vniuerso orbe deuoluebantur iudicandæ, si non essent consistoriales, quæ sacri Palatij dicuntur per seipsum audiebat seorsum à senatu, in capella sua adhibebatque iuris peritissimos secum in audientia earum, vnde & pont.ficis capellani, qui auditores nunc: deinceps paulatim ab hoc onere se subtrahentes sum.pontif. audientiam delegabant, & nunc committunt, postea & decisionem.

¶ Rotæ † auditores dicti, quod ij in orbem sedentes contro-
15 uersias accurate rotant & examinant, vt pro oraculis habeantur illorum iudicia, *Vide Ocha. Vestrium, lib.2. Introd. in Roma. aulæ actio. c.17. & Gome. in proœm. r.g. cancell. qu.2.* etsi in præsentia Papæ ij auditores, vel alij in eius præsentia non habeant ius statuendi, nec plenam ordinariam potestatem, *glos. antiqua, in reg. cancel. 27. per glo. in clem auditor. de rescript.*

¶Pœnitentiarius † summus est ipse quidem Papa, qui vt D.
16 Petrus absoluendi & ligandi pœnitentes, *Matth.16.* potestatem accepit: verum solet is munus id hodie vni cardinalium delegare, quem summum pœnitentiarium vocamus, vel maiorem pœnitentiarium, qui post vicecancellarium & cameratium honore dignior est. Et hic quoque habet alios vicarios, quos pœnitentiarios vocant in ecclesiis D. Petri in Vaticano, D. Ioan. in Laterano, Diuæ Mariæ maioris. Hoc pœnitentiariæ officium pro commodiore expeditione confluentium, habet 24. patronos supplicum, quos eiusdem *sacræ pœnitentiariæ procurator s* vocant, qui causas dictant, & orant apud summum pœnitentiarium, & postulata concedi & diplomata expediri curant. De quibus, & quæ soleant ab illis concedi, vide Octauianum Vestrium, libr.1. Introduct.c.2.& Gomesium, in prolog.regula. cancellariæ, q.2. & proprio tractatu, de potestate & stylo officij sacræ pœnitentiariæ, Cardinal. & alios in clem. ne Romani, de electio. vbi de hoc munere, & eius origine.

¶Hoc † officium etiam non extinguitur morte sum. pontif. 17
Summus item pontifex pro cõmodiori supplicum expeditione, duo constituit auditoria: in quorum vno, ea quæ gratiam, in altero, quæ iustitiam concernunt, postulantur. Inde signaturæ gratiæ, hinc signaturæ iustitiæ prodeunt. Habent *signatorem* quodlibet auditorium, ei negotio præpositum, dum summus pontifex non potest per se signare, aliis occupates. ¶ In † vtroq; 18
sunt, omnes quotquot sunt iurisperiti cardinales, vel alij prælati iurisperiti, qui referendarij dicti sunt gratiæ, vel iustitiæ: quorũ & cuiusque munus est supplicum postulata videre. Et si sint de his quæ solent postulantibus concedi, in capite supplicationis nomen suum apponere, quo solent sum. pontif. vel cardinali signatori, rem esse concedendam significare. Si autem dubia postulata sint, cum aliis conferre. Vide hac de re dict. Octauia. d. lib.1.cap.3.& Gomes. in tracta. de vtraque signatura, post reg. cãcellariæ, de non iudicando iuxta formam supplicationis. ¶ Est 19
† & clericus sacri senatus, qui in camera apostolica, iura, & prouentus cardinalib. designat. & alia si quæ tractantur ipsos carnales tangentia tuetur & defendit. *Octauia. d. lib.2. Introductio. c.* 11. Sunt aliæ personæ, quæ iurisdictioni ecclesiasticæ subseruiunt, quarum munus, quia commune est cum aliis personis fori secularis, ad personas, quas circa iudicia considerabimus Deo fauente, reiiciemus: vt aduocatorum, procuratorum, & similium.

DE PERSONIS SACRIS ORDINIBVS INITIATIS, ET DE EARVM SACERDOTIIS LIBER XVI.

De Ordinatis in genere, & de clericis.

Cap. 1.

1 *Christiani laici clerici, & in tertio genere religiosi, ecclesiasticæ personæ conuersi, canonici, &c.*
2 *Laici qui, & vnde dicti.*
3 *Ecclesiasticarum personarum diuersa appellatio ab ordine, gradu, & ministerio.*
4 *Ordines sacri, gradus sunt ad sacerdotium, & episcopatum.*
Honores per gradus deferendi, eod.
5 *Clerici omnium ordinum personæ dici possunt.*
Clericus, & cleros quid.
6 *Clericorum primus gradus, proprie clericorum dicitur, simpliciter à prima tonsura.*
7 *Tonsura prima quid.*
8 *Tonsura prima seu corona, ianua omnium ordinum, & beneficiorum.*
Tonsuram probare per literas oportet, alioquin quis est incapax beneficiorum, eod.
9 *Tonsura prima inter ordines num numeretur: Theologorum negantium, & iuris Pontificij interpretum asserentium pugna.*
De pontificatu, num sit ordo eorundem pugna, eod.
Ordines sacri, num 7. vel 9. eod.
10 *Milites addicti, & tyrones.*
11 *Corona prima quare exigua & parua.*
12 *Sacerdotium regale munus est.*
13 *Tonsio capillorum symbolum eiurationis rerum secularium.*
14 *Tondebant se qui se sanctificabant.*
15 *Radere caput quando, & quare sacerdotibus olim prohibitum.*
16 *Rasio capitis & corporis sacerdotibus ethnicorum communis.*
17 *Vestalibus capillus tonsebatur.*
Capillum vouebant virgines, eod.
18 *Rasio sacerdotum Christianorum prædicta per Esaiam.*
19 *Detonsionis caussa.*
20 *Detonsio capilli luctus tempore. Item & submissio quare.*
Vxores vbi perpetuo maritos lugent, eod.
21 *Tonsio capillorum pro pœna.*
22 *Tondere apud Gallos populare erat, non principum, aut nobilium.*
23 *Tonderi, signum olim seruitutis.*
24 *Tondebantur qua ætate Græci iuuenes.*
25 *Comæ flaminibus cur sacratæ.*
Comas, virgines maritum ducentes deabus sacrabant, eod.
26 *Adoptio per incisionem capilli.*
27 *Tonsio capillorum ad munditiem.*
28 *Tonsura monachorum quia significat.*
29 *Tonsio monachalis liberabat à mortis periculo.*
30 *Baptizatis infantibus comas detonant Mosouitæ.*
31 *Tonsura prima quomodo ordo esse dicatur.*
32 *Clerici ne comam, vel barbam nutriant.*
33 *Clerici primæ tonsuræ sine gradu, aliorum ordinum maiorum respectu.*
Clericatus priuilegium quibus amittatur, & 34.
34 *Clericatus priuilegia quædam.*
Clericus coram ecclesiastico iudice conueniendus, & quando coram seculari, eod.

Digitized by Google

35 *Clericum offendens excommunicatus.*
36 *Cessum facere percusso clerico quid.*
37 *Episcopatus quomodo ordo, & non ordo dicatur.*
38 *Clericorum omnium bene viuendi quædam leges.*

VOt † sunt genera Christianorum, quorum alij laici, alij clerici sunt *ca. duo sunt, 12. quæst. 1.* quibus tertium genus addendum, ecclesiasticarum personarum, eorum qui nec laici, nec clerici dicuntur, sed vel religiosi, vel conuersi, vel canonici, vel moniales, aut iis similes, qui nominibus ecclesiasticis & à clericis separantur, *ca. non dubium, ca. de monialibus, de senten. excommun. lib. 5. Decretal. titul. 39.* Reiiciunt & interpreres ad hunc tertium ordinem, reges & imperatores inunctos seu cõsecratos: etenim vngi plerumque solent, *ca. vni. §. vnde in veteri, de sacra vnctio. apud Gregorium.* Latius sic patet ecclesiasticorum, quam clericorum appellatio. ¶ Laici † dicti videntur à λαὸς, plebs, turba populi, λαὸς, à λάας, vel λάος, lapis: ferunt enim vel fingunt, ex iactu lapidum Pyrrhæ vxoris Deucalionis, durum hoc vulgus procreatum, *Vide Ouid. lib. 1. Metamorph. Fab. 8.* quia populus inordinatum quippiam est, & bellua multorum capitum.

¶ Sortiuntur † autem varias appellationes ecclesiasticæ personæ, ratione ordinis vel gradus, quem obtinent in ecclesia, vel ob eius ministerium.

¶ Fuerunt † quippe gradus in ecclesiastica disciplina prudenter distincti, per quos quis se exerceret, antequam ad fastigium & dignitatem sacerdotij peruenire, *ca. si officia, cum tribus sequentibus 59. distin.* vel ad episcopatus apicem: ne inuerso ordine prius fieret quis dux, quam miles: prius miles emeritus, quam tyro, aut antequam stipendia meruerit: ne citius magister quam discipulus, *ca cum in magistrum, cap. 49. de electio. lib. Decret. titul. 6. ca. miserum, 61. distinct. can. si clericatus, 16. quæst. 1.* Et vtroque iure receptum est, honores non promiscue, vel sine delectu personarum, sed gradatim deferendos, *ca. legimus, in fin. 93. distinct. l. vt gradatim, de muneribus & honorib. in P.* Scripsitque Beatus Gregorius Syagrio, *ca. honor. fi. 48. distin.* episcopo, ordinate ad ordines ascendendum: quod casum appetat, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus, per abrupta quærit ascensum, nec nuperrime ædificati parietes tignorum pondus patiuntur, priusquam à nouitatis suæ humore siccentur.

¶ Generalis † porro ordinum conclusio, appellatione clericorum intelligitur: nam hoc ordine, omnium ordinum ecclesiasticorum personæ, late sumta significatione, veniunt, *vt in ca. de monialibus, de senten. excommun. ca. non dubium, eod. tit. ca. cum tibi, de benignitate.* prout differunt à populo, qui laici nomine dicitur. Vt tot sint clericorum species, quot sunt ordines, *de verb. signific. in canonibus apostol. cap. 22. 23. 30. in Laodicensi synod. c. 24.* κλῆρος autem dicitur *sors*, vel par sortita, vel contingens alicui: vnde & *hereditas* κλῆρος, apud Isæum oratorem. *can. cleros 21. dist. l. in orationibus Isæi in scriptis,* ὑπὲρ τῶν κλήρων & ὑπὲρ τῶν πάππου κλήρου, & Demosthenes *oratione* περὶ τοῦ τῆς κλήρου, aliis κλεονομία. Ceterum receptum inter Christianos, vt κλῆρος, vel clerus peculiari nomine dicatur *collegium*, vel allectio eorum, qui ministerio sacrorum dant operam: sicuti & lex duodecim tribubus Israelis, vna Leui vocatur, cui Deus pars & hereditas, *Numer. ca. 18. vers. 20. & Deuteron. 18. vers. 2.* Vnde & κληρικὸς adiectiuum, qui ex clero est, vel ad clerũ pertinens apud pontifices, *ca. cleros 21. distinct. can. cum secundum, de præbend. apud Gregorium,* & Tertullia. *libr. de monogam.* Et proinde qui hodie alleguntur in clericorum ordinem, palam sacrum professionis huius versiculum, *ex Psalm. 15.* pronuntiant: *Dominus pars hereditatis meæ, tu es qui restitues hereditatem meam mihi.* ¶ Clericorum † primus gradus, simpliciter appellatur clericorum: † cui confertur prima tonsura, estque initiati vertices nomen, dum Dei ministeriis se primum inscribit, & tyrocinium militiæ cœlestis profitetur, detonso leuiter ab episcopo ab abbate, si monachus eius est, capillo, *c. cum contingat, c. 11. de ætat. & qualit. c. 1. 79. distin.* ¶ Dicuntque † interpretes primam hanc tonsuram, vel coronam, esse ianuam omnium ordinum, *Interpre. in clem. 2. de vit. & hon. cler. d. c. cum contingat.* vt qui ea caret, incapax sit beneficiorum ecclesiasticorum: quia per ea fit clericus, & idcirco eam oportet probare, nec sufficit habitum aliquem fuisse pro clerico, nisi de literis tonsuræ doceat, vt ait Dominicus. *consil. 91. incip. præmitte primo.* Clericorum seminariũ etiam nos dicimus, vnde omnes alij prodeunt, velut ex equo Troiano. Atque ideo confertur tantum maiori infantia, & literato tantum, non coniugato, & à proprio episcopo, vel ex eius licentia, *ca. nullus episcopus, de tempore ordinat. in 6.* ¶ Qua † forsan ratione videntur Theologi, inter ordines ecclesiasticos, hunc recte non annumerasse, *vt tractant scholastici Theologi, lib. 4. sent. dist. 24.* quod omnium appellationem suscipiat: numerantes septem ordines tantum, nempe ostiariorum, lectorum, exorcistarum, acolytarum, subdiaconorum, diaconorum, presbyterorum, omittentes primam illam tonsuram & pontificatum, quæ duo ab Hostensi *in sum. tit. de tempor. ordinat.* numerantur inter gradus & ordines, quem sequuntur fere omnes iuris põtificij interpretes, in *sent. patrum lib. 4. distin. 24. lit. L.* Dicunt aũt sacræ paginæ interpret. pontificalem ordinẽ proprie nõ esse gradũ, sed dignitatem & ordinum apicem, in quo speculationis vni ex presbyteris fit curæ demandatio: & primam tonsuram vel coronam esse signaculum, quo signantur in partem sortis ministerij diuini; designationem quis dixerit recte potius ordinandorum, quam allectionem. Quod mihi magis probatur exemplo armatæ militiæ Romanæ, in qua non statim sacramentum militare præstabatur, nec militare omnibus licebat, sed prius delectus habebatur iuuentutis euocatione facta, & postea addicebantur militiæ, & scribebantur dehinc inter ordines. vt apud Liuium *lib. 2. Deca. 3. & in lib. 6. Deca. 1.* obseruare licet.

¶ Vt † addicti milites postea inclinante imperio dicti sunt tyrones, vnde Ammianus Marcellinus *lib. 19.* dixit tyrocinia cogere: ex quibus inaugurabantur milites, & stipendia accipiebant per ordines militares distributi, nec ordo militaris erat *tyrocinium*, vel addictio, vel electio, nec milites ante illam inscriptionem, vt ait Vlpianus, *leg. ex eo. 43. de milit. testam. lib. 29. P. titul. 1.* Neque etiam ante tyrocinium ad militiam accedere licebat, *l. 1. de tyran. li. 12. C.* Quamobrẽ & reor in hac militia cœlesti verticis imitationem non esse ordinem, sed veluti tyrocinium & præludium ad ordines ecclesiasticos: ex quo tamen, veluti ex tyronibus milites, ad ordines promouendi accipiantur, vt ex seminario ecclesiastico. Sic enim & fieri debere monuit Valentinianus Cæsar Occidentis, scribens episcopis Orientalibus: vt refert Nicephorus Cal. *libr. 11. histor. eccles. c. 30.* de determinatione concilij Illyrici, vt eligerentur episcopi quidem ex præfectis, sanæ mentis & doctrinæ, qui magistratum episcopalem gessissent, siquidem existarent, sin minus ex ipsis presbyteris: presbyteri autem ex ipso sacro clericorum ordine, vt omni ex parte irreprehensibiles essent, qui non ex curia, vel ex militari magistratu fuissent lecti.

¶ Accedit, † quod capillorum detonsio in hac prima tonsura leuis est, nec rationem continet eandem, quam alij sacri ordinis ministri ferunt, & vertex tantũ depilatur capitis, vt non omnino coronati regali illa ecclesiastica & militari corona videantur, sed ad coronam per symbolum exiguæ coronæ vocati, si velint ad eam per gradus contendere. ¶ Regale † enim officiũ, & munus est *sacerdotium.* sicque D. Petrus scribit, 2. *Vos estis genus electum, regale sacerdotium.* Et seruire Deo regnare est, eo quod per ea sacra exercitia serio exhibita, certius qui exhibet ad immarcessibilem gloriam, coronam, & regnum Christi vocatur, *ea. duo sunt 11. q. 1. ex D. Hieronym. in q. de duob. generib. hom. ad quendam leuitam.* ¶ Quamuis & symbolum tonsionis, contemtus rerum harum secularium & temporalium sit, & electionis obsequij & famulitij diuini, & deuotionis factæ sui ipsius omnino Deo ex electa firmaque voluntate: quæ quia non est tanta in illis qui simpliciter clerici sunt, ac in ceteris, qui diuina tractant mysteria, ideo nec tanta coronæ, vel tonsuræ, vel rasionis, verticalis siue capitis dilatatio. Attonsa tamen vtrisque in vertice coma. ¶ Nam † mos hic omnibus fere temporibus & in omni religione obtinuit, vt capillos succiderent qui Deo se dicarent ex voto: siue in perpetuum, siue ad tempus sanctificarent, aut si communibus se separarent, fecit hoc Priscilla, Aquila, *Actuum 18. 1. Corinth. 11.* D. Paulus ipse, & alij discipulorum. Sicuti & scribit Herodotus *libro primo,* Argiuos à Lecedæmoniis victos condidisse legem, se deuouentes, ne prius comam alerent, neve illorum mulieres aurum ferrent, quam Thyreas recuperassent. Et olim Nazarent postquam sanctificati erant, & votum impleuerant, peracto sacrificio radebant ante ostium tabernaculi fœderis cæsariem consecrationis suæ, iniiciebanturque capilli in ignẽ, qui erat suppositus sacrificio pacificorum, *Num. cap. 6.* ¶ Prohibuit † tamen Deus sacerdotibus in Leuitico, *cap. 21.* ne raderent caput, vel Barbam: ne viderentur imitari paganorũ & idololatrorum sacerdotum ritum, qui, vt ait Baruk *cap. 6.* sedebant habentes tunicas scissas, capita & barbam rasam, & ea ratione Nazarenus non radebatur tempore consecrationis suæ: quia eo tempore erat deputatus cultui diuino, *Numer. cap. 6.* Prohibetur & omnibus Israelitis in Leuitico *cap. 19.* rursus, non attondere comam in rotundum, sicut ethnici faciebant. In Leuitico tamen est cap. 19. vers. 23. in Hebr. ולא תקפו פאת ראשכם, id est, *non succindes angulos capitis,* scilicet pilorum: non enim ibi rasio capitis superior intactis illis angulis inferioris comæ, sed inferioris partis prohibita erat: vel ex integro prohibita rasio. Nostri autem sacerdotes non inferiores partes, nec omnino caput radunt: vnde rasio eorum non est vetita: in qua inferiores partes pilorum sunt, & *peot*, id est, limbi & anguli. Dixerunt & Rabini Iudæorum summ. pontif. legis antiquæ (quod tamen per Ezechielem iubet Deus omnibus sacerdotibus, *Ezechiel. capit. 44. c.*) non debere nutrire comam, sed singulis octenis diebus tondere oportere. Idque notat Paulus Israelita in præcepta Iudæorum, *præcept. negativa 301.* Et quamuis in Leuitico videatur depilatio prohibita, non tamen vetita tonsio, vel rasio, remanentibus radicibus pilorum. Sic enim verba Hebræa sonant Leuitici capit. 21. vers. 6. de sacerdotibus. יקרוחה קרחה בראשם ופאת זקנם לא יגלוח לא, id est, *non depilabũt calvitiem, & angulum barbæ non detondebunt.*

¶ Voluit † autem quantum fieri potuit Deus populum suum, qui duræ erat ceruicis, & pronus ad idololatriam, etiam à cæremoniis

Digitized by Google

moniis ſimilibus auocare, quæ idolorum poſſet referre cultum. Radebant autem caput idololatriæ ſacerdotes, qui Iſidis ſacris fuerant deuoti: cuius ſacerdotium & aucupatus Cõmodus Cæſar, caput raſit, vt ſcribit Spartianus *in Peſcennio nigro.* Meminit & Herodotus, *lib.2.* in Euterpe, ſacerdotes quoquo die totum corpus radere, ne quid eis inter ſuorũ deorũ cultum aut pedi-
17 culi, aut alterius ſordis creetur. ¶ Plinius † quoq; tradit, *lib.16. hiſtor.natur. cap.* 44. Veſtalibus capillum ademtum & ad Lotos quandam arborem in Lucinæ area delatũ. Sic Apollonius Rhodius, *lib.4. Argonaut.verſ. Græco.* 25. dum de Medeæ fuga agit ex Colcho, refert quod ea oſculata ſuum thorum, & bifores vtrimque poſtes, & parietes contrectauit, ac manibus prolixum euellens crinem thalamo monumenta matri reliquit virginitatis, flebilique lamentabatur voce. ¶ Verum † & prædictum fuit per Prophetiam Ieſaiæ futurum in diebus Meſſiæ, vt raſio fieret. Sic enim *Iſaias c.7.* ait, loquens de diebus natiuitatis Emanuelis & Meſſiæ, *In illa die radet Dominus nouacula conducta, vel acuta iis, qui ſunt trans fluuium Aſſyriorum caput, & pilos pedum, & barbam totam.* Deculit autem barbam & capillos dominus noſter Ieſus Chriſtus, quia nihil radendum fuit, vel amputandum penitus ſancto: nobis autem, qui vocati ex gentilitate ſumus, cum penitus infecti fuiſſemus, omnia ſuperflua amputanda fuerunt, Deo ſeruituri, vt ait Franciſcus Venetus, *lib. Problem. ſacræ ſcripturæ, tom.6. ſect.9. proble.397.*

19 ¶ Paganorum † itaque & iſta, ſed in eccleſia Dei recepta alia ratione, retenta cauſſa tonſionis, quę olim potuit eſſe, vel ob indicandam mœſtitiam & luctum, vel ob ſubiectionem profitendam, vel ob munditiem, ob renuntiationem temporalium & ſuperfluorum, & in contemtum lauitiæ. Ob mœſtitiam autem, capillum qui tempore lætitiæ promiſſus & longus erat, decidi docet nos Iobi hiſtoria, *cap.1.* quę narrat Iobũ audita filiorũ clade, totondiſſe capillum. Et ab Hieremia dictum eſt *cap.7. Tonde capillum tuum & proiice, ſume in directum planctum.* Dixit & Micheas *cap.1. Decaluare & detondere ſuper filios deliciarum tuarum, dilata caluitium tuum ſicut aquila quoniam captiui ducti ſunt ex te.*
20 ¶ Scribunt Plutarchus *in vit. Alex.* & Arrianus, *de geſt. Alex. idem quoque Ælian. lib.7. de var. hiſtor. cap.8.* Alexandrum Magnum, mortuo Epheſtione amico, propugnacula vrbium diripuiſſe, equos & multos tonderi iuſſiſſe, in ſignum mœſtitiæ & luctus. Scribit Suetonius, *in Calig.c.5.* mortuo Germanico, patre Cæſaris, regulos quoſdam barbam poſuiſſe, & vxorum capita raſiſſe ad indicium maximi luctus. Et D. Hieronymus *in cap.7. Hierem.* & Gregorius Magnus *libr.2. Moral. & in Iob. cap* 17. morem veterum fuiſſe notant, vt quiſque ſpeciem ſui corporis capillos nutriendo ſeruaret: eoſque tempore afflictionis abſcinderet. Et rurſum, vt is qui tranquillitatis tempore eos reſcinderet, in afflictione nutriret. Ea de cauſſa etiam, rei criminum ſubmittebant capillum apud Romanos, vt ſcribit Plinius Iunior, *lib.7. epiſt. Sura ſuo.* Et Neoptolemus filius Achillis, poſtquam vindicatam necem ex Alexandro necato à Philoctete vidit patris Achillis initium lugendi ſumſit, & vna cum Phœnice & Myrmidonum exercitu, crines ſepulcro depoſuit, pernoctauitque in eo loco teſte Dicti Cretenſe, *libro 4. de bello Troiano.* Idemque refert, *lib.5. de bello Troian.* quod poſtquam Neoptolemus cremauit corpus Aiacis, & in vrnam cineres condidit, & tumulum erexit, poſtque funus per tres dies publice ſuſceptum, omnes reges comam apud tumulum eius depoſuiſſe. In Chubda ciuitate, quæ vicina eſt ciuitati Tangaſt in finibus Indiæ præfectum mortuum coniuges eius, lege ita iubente, perpetuo lugent, neque vnquam à ſepulcro diſcedunt, pullata veſte indutæ, & capite nouacula raſo, teſte Nicephoro Caliſto, *libr.18. Hiſtor. eccleſ. cap.30.* In Deuteronomio c.21. lex Dei de captiua poſita: *Si videris mulierem inter captiuos pulcram, & eam voluerit ducere in vxorem introduces eam in domum tuam, quæ radet cæſariem, & circuncidet vngues, & deponet veſtem in qua capta eſt, ſedensque in domo tua flebit patrem & matrem ſuam vno menſe.* Et Herodotus in 2. apud alios ritum eſſe ait, ſtatim in funere proximi capita deglabrare: Ægyptios autem in funeribus finere capitis crines augeſcere, barbam tamen tondere.

21 ¶ Obtinuit † & iure ciuili, vt ſeparato matrimonio, quod pertinet ad thorum, ob cauſſam fornicationis, adultera, quæ non eſt reconciliata marito poſt biennium tondeatur, & in monaſterium pœnitentiæ agendæ cauſſa transferatur, *auth. ſed hodie, ad l. Iul. de adult. lib.9. C. tit.9. §. ſi quando vero, vt nulli Iudæi. hic habe. loc. ſeruat. in auth. coll.9. tit.9.* Iubet & Carolus Magnus *in c. de cauſſis adnumerandis, tit. de pace c.10. fol.69.* dum agit de conſpirationibus, vt conſpiratores quidem qui exſecuti aliquid fuerint, occidantur: ſed ſi adhuc nihil tentauerint, vt mutuo ſe flagellent, & capillos ſibi viciſſim detondeant. Et hoc videtur tranſlatum à lege Numæ, quæ ita cautum, *Pellex*, id eſt, concubina, *edem Iunonis non tangito, ſi tangat Iunoni crinib. dimiſſis, agnum fœminam cædito, Gell. libr.4. Noct. Attic. c.3.* Refert Gregorius Turonenſis *libr.2. Hiſtor. Franco. c.41.* Clodoueum regem Francorum, indignatum contra Chararicum, quod is in auxilium vocatus in pugna contra Siagrium eminus ſtans neutram adiuuaſſet partem, exſpectans rei exitum, vt victori ſe tantum iungeret, eundem Chararicum cum filio dolo comprehenſos vinctos totondiſſe, & Chararicum presbyterum, filium vero diaconum ordinari iuſſiſſe. Imperator Ludouicus, in legibus Longobardorum, *libr.1. leg. Longobard. titul. de damn. in via dato, l. fin.* etiam ſic ſtatuit, *Volumus vt ſi quælibet perſona finibus regni noſtri in ignem in ſylua comminare auſa fuerit, diligenter inquiratur: & ſi ſeruus conprobatus fuerit hoc feciſſe, dominus eius ad flagellandum, & caput tondendum tradat, aut pro eo quicquid damni fecerit, emendet, &c.* Statuit Conſtantinus Porphyrogeneta Imperator Orientis, *in iure Orientali, libr.1. titul. inſcripto, diataxis Porphyrogenetæ, ſeu nouæ ſecundæ, de iure iuuenum ποντόκουρων*, vt homicidæ voluntarij, quibus miſerationis cauſſa vita indulgetur, monaſterij regula perpetuo coerecantur: laſciuia autem vel alio caſu occidentes, non cogi. Quæ etiam ſtatuit nouella Emanuelis Comneni Cæſaris, *in prædicto iure Orientali, in eius conſtitutione 8. de iuuenibus ποντόκουρων.* Erat in ſumma frequens antiquis Francis pœna tonderi, *Beat. Rhen. lib. 2. rer. German.*

¶ Solebant & antiqui Gallorum tondere aliquos, vt populares & plebeium eſſe ſignificarent. Vt mos potiſſimum antiquis nobilibus Francorum, comam nutrire. Quamobrem Childebertus videns, quod Chrotogildis mater regina, quæ Pariſiis morabatur, filios Clodomeri fratris ſui diligeret, metuens ne illis regnum relinqueret, conſilium init cum fratre Clothario, num ſatius eſſet, vt illi inſciſſa cæſarie, vt reliqua plebis haberentur: an vero occiderentur, vt ait Gregorius Turonenſis, *libr.3 hiſtor. Franc. c.17.* 22

¶ Fuerunt † detonſi quibuſdam capilli in ſymbolum ſeruitutis apud Longobardos, vt ſcribit Æmilius *in Carol. Magno, in Clodoneo, & Clotar.* Pilum barbamque ponere ſanctioris cuiuſdam deditionis & ſignum regiæque maieſtatis inſigne eſt. Exſtant leges Salicæ, *in lib. leg. Salicarum 28. tit. de homicidiis parvulorum, §.2. & 3.* quibus ſic ſtatuit, *Qui puerum crinitum ſine conſilio, aut voluntate parentum totonderit, malberg, ſchuſara chrogno, 2500. denarius qui faciunt ſolidos 62. & dimidium, culpabilis iudicetur.* Et alia, *Si vero puellam ſine patris aut matris auctoritate totonderit, theotiſca 1800. denarius, qui faciunt ſolidos 45. culpabilis iudicetur.* Statuit Clodio rex Francorum, anno quo poſt mortem patris regnum adeptus eſt, vt Franci omnes comam & barbam nutrirent, vt internoſcerentur à Gallis, quos ſubactos tonderi iubebat, in ſignum ſeruitutis, vt auctor Trithemius, *libr.1. Brevia. hiſtor. Franc. in rege* 44. 23
Seruis enim olim comam nutrire erat prohibitum, vt annuit Ariſtophanes *in Anib.* δοῦλος ὢν, inquit, κόμην ἔχεις, id eſt, *ſeruus cum ſis, comam nutris.* Et Sidonius Apollinaris, *lib.2. epiſt.1.* dum conqueritur de Soronati tyrannide in Auernia Hecdicio in epiſtolis. *Si nulla ſint*, inquit, (*quantum rumor eſt*) *Anthemij principis opes ſtatuit te auctore nobilitas Francorum ſeu patriam dimittere, ſeu capillos*, id eſt, libertatem. Atq. etiã in contumeliã raſam fuiſſe barbã, vel mediã partem legimus à Dauidis legatis, per Amonitas & Anonẽ regem illorũ, *2. Reg. c.10.* Sic Aribertus 26. rex Longobardorum Rhotaritum ducem Beigonum, & Fœodonẽ regem cum cepiſſet, eorum caput & barbam radens, Taurinis in exſilium retruſit, vt ait Paulus Diaconus, *libr.6. de geſt. Lango. cap.6.*
¶ Meminit † at Scholiaſtes Homeri Iliad. quod ὅτε μὲν παῖς ἀρχόμενος τὸν πόνον τὸν κόμην ἀποτίνυσι τῷ ποταμῷ. Et Euſtathius, ὅτε δὲ τριῶν κόμην τοῦτ' ἔστι μάχης ἢ ἀκμῆς ὅτε κείρεσθαι τῷ ἰχνείῳ ποταμῷ, id eſt, *mos fuit antiquis comam nutrire vſque ad integram ætatem, poſtea tondere fluminibus ipſam.* 24

¶ Qua de re † plura Tarrhæus *in 4. Odã Pythior. Pindar. antiph.* 4. qui & ſcribit hoc fieri in teſtimonium, quod fatererentur ex aquis omnia orta & ſua illis reddi. Scribit & Iulius Pollux, *lib.3. ca.3.* virgines cum matrimonium iniſſent, comæ primitias Deabus ſuis tuliſſe. 25

¶ Ea ratione † mos forſan obſeruatus apud Longobardos, in adoptione filiorum incidendi capillum per patrem qui adoptaret. Quemadmodum Paulus Diaconus, *lib. 6. Hiſtor. Longobard. cap.15.* meminit Carolum Francorum regem miſiſſe filium ſuũ ad Luithprandum Longobardorum regem, vt iuxta morem capillum eius ſuſciperet, qui eius cæſariẽ incidens pater eius effectus eſt: multiſque regiis muneribus donatum genitori remiſit. Scribit & Xiphilinus *in Nerone* ex Dione capillos raſos primum è barba Neronem, Ioui Capitolino in ſphæram æream, coniectos conſecraſſe. 26

¶ Alia fuit † cauſſa raſionis, mundities, quam maxime colebant, qui purificati dici volebant. Radebant ea ratione, vt monuimus, ſacerdotes Ægyptij, *Herod. in 2.* totum corpus. Quare myſtice hanc tonſionem Sanctus Paulinus epiſt.4. à Victore iuſſu Seueri fratris tonſus, interpretatur peccatorum ablutionem, quaſi nouacula radente fieret peremtio peccatorum: remedij & decoris nouaculam, Chriſtum interpretatus, qui cor noſtrum circuncidit, vitia radit, animæ caput læuigat, &c. quæ adiicit. 27

¶ Ex eodem † fonte natus mos detondendi capillos iis, qui profitentur monaſticam vitam: quo ſignificant ſe omnia huius ſeculi, vt ſuperflua à mente abieciſſe, & eiuraſſe, vt implerent quod dicebant apoſtoli Domino. *Ecce nos reliquimus omnia.* Et alia præcepta Euangelica quæ iubent nos omnino à ſeculi rebus animum ſubtrahere, omniaque Deo poſtponere. Quod vtinam monachi, & reliqui Chriſtiani tam accurate facto implerent, quantum ſymbolo contenti viuunt. Mulieres tondentur quo- 28

Digitized by Google

que, quæ diuortium ex consensu faciunt thori dummodo antea in monasterio p. ius perseuerarint in ea volũtate per tres menses, ex decisione & nouella Emanuelis Comneni, Cæsaris Oriẽtis, *hæc constit. in iure Oriental. 1. libro & in constitutio. 11.* τοῦ Κομνηνοῦ γραμμάτων τὸ μοναστηρίου. Exstat & alia constitutio vel confirmatio Isaaci Angeli Imperatoris Orientis, *in præsentia Orient. libr. 2. constit. 5. Isaaci Angeli subnotat facta, die 20. Septembr. indict. 4.* vt vxor eius, qui ad episcopalem dignitatem promotus est, tondeatur inter monachas in monasterio longe à marito: alioquin ea renuente tonderi pontificali solio & dignitate maritus priuetur. De tonsura monastica videndus D. Ambrosius epistola 36. Diuus Hieronymus ad Sabinam, Diuus Dionysius Areopagita, De ecclesiastica hierarchia, capit. 6. Augustin. de opere monacho. cap. 31. Fuit & caussa aliquibus monachis capita radendi, symbolum quod eiurarent & contemnerent lautitiam & ornatum, quorum gratia nutriebantur capilli ante & ita arbitratur Diuus Augustinus, *libr. de oper. monacho. & in retract.* Et proinde ij videbantur pene mortui mundo.

29 ¶ Idcirco † pro præstanti remedio legimus in postremis libris historiæ Francorum Gregorij Turonensis, eis morem fuisse qui metu principum sibi mortem instare putabant, capillos tondere, & in monasteria, vel inter clericos transire: tumque principes quiescebant ab ira. Sic Iulianus apostata etiam metu Cæsaris, *Cyrillus Alexand. in prol. libr. contra Julianum, epistol. ad Theodosium*, cui infestus erat, comam totondit, Sic Constantinus Leonis filius, Romanum qui imperium sibi vsurpauerat ducta in vxorem matre, eum cum Stephano & Constantino alio ex eo filiis, tõios in proximam insulam, vbi multitudo erat philosophantium monachorum, misit, vt ait Luitprandus Ticinensis, *libr. 5. de rebus per Europam gest. ca. 9. & 10.* Et cum Theodosius excanduisset ira contra Antiochum præpositum, læsæ maiestatis reum, & præpositus honore priuatus fuisset, is in sacerdotum collegium cooptatus est, vt ait Suidas, *in ver.* παρείσιος. Post mortem Clotarij 3. regis Galliarum orta de regno cõtentione inter Childericum Austrasiæ regem, & Theodoricum fratrem eius natu minorem, ex factione Ebroini magistri equitum victus Theodericus regiis insignibus depositis, ad cœnobium D. Dionysij ponere comam cogitur: Ebroinus in Burgundiam ad Luxoniense cœnobium tondendus ablegatur. Vterque tamen mortuo Childerico in dignitatem restitutus pristinam, *Paulus Æmylius in 1.* Fuit alius Childericus 3. eius nominis rex, quem Papa Zacharias subrogato Pipino filio Caroli Martelli, in monasterium detrudi iussit à throno deiectum, *Idem in 2. Annon. libr. 4. de gest. Franco. ca. 61.*

30 ¶ Apud † Moscouitas seu Rhutenos etiam solent sacerdotes baptizantes, infanti capillos abscindere, eosque ceræ etiam intricare & in templo loco certo reponere, vt ait Sigismundus Li-
31 ber Baro, *lib. comment. rer. Moscouita. in baptis. cer.* ¶ Itaque † his omnibus perpensis propriè & improprie dicemus primam tonsuram ordinem, diuersis respectibus: proprie, inquam, ordinem,
32 prout distinguit eo signo à prophanis clericos. ¶ Nam † alia vita debet esse clericorum nempe sanctior, *ca. 2. de vit. & honest. cler. ca. clerici, ca. quicunque 23. quæst. vlt.* magis composita, sine coma sine barba ex concilio Carthaginensi, *ca. clericus 5. & ca. clericis & c. 4. de vit. & honest. cler. libr. 3. Decret. tit. 1. cap. si quis, 23. distinct.*

33 ¶ Sunt autem † simpliciter clerici tamen, respectu ecclesiasticorum ministeriorum, sacrorumque ordinum sine gradu. Quod miror non considerasse iuris pontificij interpretes, cum illud expresse dicatur in concilio Triburiensi, *ca. clericus, si tonsura, cap. 6. de vit. & honest. cler.* Indeque fieri possunt clerici coniugati: quia possunt ducere vxorem minoribus initiati ordinibus, vsque ad subdiaconatum, eo excluso. *ca. si quis eorum 32. distinct. c. clericus, dict. tit. de vita, c. 1. 2. 5. de cler. coning. libr. 1. Decret. tit. 3.* nisi aliud votum prohibeat *ca. procliuis, & can. eos, 20. quæst. 4.* Gaudentque priuilegio clericali, si velint tonsuram deferre, *ca. sed quid vero 31. distin.* & togam talarem, ex concilio Martini Papæ, *cap. penul. 23. distinct. c. 1 §. fin. de cler. coning. in 6. viae, cap. clerici officia, de vit. & honesta. cler.* At tonsuram non cogentur deferre coniugati, si non deferant tamen, huic intelliguntur priuilegio clericali tacite renuntiare, item si militent, *ca. Ioannes, c. 7. & c. fin. de cler. coniugat. apud Gregorium Guid. Pap. decis. 138. Alexand. consi. 8. colum. penult. & fin. in 1. volum.* Amittet etiam priuilegium qui bigamus fiet, hoc est, vel si viduam ducat, vel duas vxores habuerit, *c. quisquis 84. dist.* tales enim non possunt gradus ecclesiasticos conscendere. *c. 1. de biga. non ordin. lib. 1. Decretal. tit. 21.*

34 ¶ Porro † priuilegia clericorum eximia sunt. Primum, vt in caussis criminalibus & ciuilibus non nisi coram iudice ecclesiastico conueniri possint, *ca. 1. & seq. 11. q. 1. ca. at si clerici, de iudic. ap. Greg. c. 2. & c. si diligenter, de fo. comp. c. si iudex laicus, de sentent. excom. in 6. §. 1. vt cleric. ap. prop. episc. in nouell. melius in constitutione Frederic. statuimus, quæ corrigit auth. clericus, & l. omnes, titu. de episcop. & cler.* fas enim non est vt diuini muneris ministri protestatem templorum subdantur arbitrio, vt ait Theodosius Cæsar, *l. de episcop. & cleric. libr. 16. C. Theod. tit. 1.* Ratione cuius priuilegij plures prætextu initiati verticis, admissorum impunitatem olim, dum viguit ecclesiastica dignitas, consecuti sunt, eo quod ecclesia mortis temporalis nõ soleat proferre sententiam; & vt dicitur, non nouerit sanguinem, vel vltimum supplicium, prohibente concilio Toletano, *c. clericis, ca. 5. & ca. sententiam, cap. 9. ne cler. vel mona. & ca. lib. 3. Decret. tit. 50. c. in archiepiscopatu, de raptor. ca. illud facit 24. quæst. 3.* Excipit tamen Clemens Tertius, *de vit. & hon. cleric. libr. 3. Clem. tit. 1.* in concilio Viennensi ab hoc priuilegio, clericos laniones vel caupones, nec abstinentes ab hoc officio post trinam monitionem diœcesani. Sicut & alij casus sunt, quibus præscriptione vel exceptione clericatus quis non vtitur, quo minus à iudicibus secularibus & regiis iudicetur, de quibus suo loco, Deo fauente, dum de iudiciis agemus, tractabimus, interim autem de iisdem poterit studiosus, si egeat, consulere Bartholomæum Chassaneum, qui eosdem in vnum coniecit, *ad consuetud. Bur. titul. aes iustices, §. 5. ad verbum, perdra laue, vers. prima regula cum seq.* ¶ Aliud † singula- 35
re priuilegium clericorum sin pleraque, vt si quis sanguinolentas iniecerit illis manus, ipso iure sit anathemate excõmunicatus: vnde non possit ab alio, quam à summo pontifice (excepta mortis necessitate, in qua proprio episcopo facultas illa conceditur) absolui, *c. si quis suadente diabolo 17. q. 4.* ¶ Adduntur † & 36
ipsis ab intercessoribus alia priuilegia, quæ tamen potius alterius gradus, quam primæ tonsuræ clericis conueniunt. Vt illud, quod olim obseruabatur vt si quis in clericum manus violentas intulisset, cessum, id est, cessatio vel interdictio diuinorum officiorum ab episcopo vel eius officiali eiloco, in quo reus erat, donec vltio & satisfactio clerico fieret. De quo meminit arestum curiæ Tholosanæ latum anno 1316. die 11. Septembris in caussa rectoris ecclesiastici de bello Martesio apud Ioannem Gallum, *in quæst. in aresta. parlam. in 5. part. stylipar lam. qu. st. 393. & vltim. in dispositis per Carolum Molin.* Et hac cessione vel cessatione ne fiat leuiter cauet Innocent. 3. *in c. irreg. bis, ca. 13 §. cæterum, de offic. ordin. lib. 1. Decret. tit. 31.* Adiicitur & ad excecrationem criminis illati in clericum ex consuetudine quarundam ciuitatum, vt cum hac cessatione vel suspensione diuini officij crux beatæ Mariæ & aliorum sanctorum imagines in terram deiicerentur & per vrticas & spinas traherentur: qui abusus postmodum prohibitus & punitus est per Gregorium 9. in concilio generali Lugdun. *in c. si communicet, cap. 2. de offic. ord. in 6. lib. 1. tit. 16.*

¶ Dicendum † itaque superest nobis de septem ecclesiasticis 37
ordinibus, omisso clericatu simplici, & pariter episcopatu, de quo superiori libro dictum est: nam neque inter ordines ecclesiasticos, qui sacerdotio concluduntur, illum continere volunt Theologi. Etsi Episcopalem dignitatem ordinem dixerint sum. pontif. *can. fin. de presbyt. non baptizantib. minist. c. 1. ordinationis, 75. distin.* quia supremam hierarchiam faciant in ecclesia militanti, alio tamen respectu: proprie enim ordinari non dicuntur, sed consecrari, vt abbates benedicti, & clerici ordinati, vt notat Felinus, qui hanc quæstionem discutit. *Felin. in ca sicut ro certo, per illum text. num. 1. ac Symon. & per c. vnicum, in fine. de sacra vnctio.* Vtitur tamen & D. Cyprianus ordinationis nomine dum scribit Cornelio, *lib. 2 epistic. ist. 30. Literis nuper ab vtraque parte susceptis, tuas literas legimus & episcopatus tui ordinationem singulorum auribus intimauimus.* ¶ Clericis † omnibus leges impositæ 38
communes recte viuendi sunt, à quibus ex necessitate peregrinationis dispensantur aliquo modo, & pleraque illis permittuntur tunc, quæ alioquin prohibentur: possunt enim tunc tabernas ingredi seu cauponas *ca. clerici, 44 dist.* habitum mutare, *c. episcopi 21. q. 2.* ab excommunicatis cibos capere, *ca. quoniam 11. q. 1.* comam relaxare, *c. si quis ex clero, de vit. & hon. cleric.* sacramenta etiam tempore interdicto capere *c. quod in re, de pœnit. & remiss.* Vetatur illis interesse conuiuiis nuptiarum, ioculatorib. cantilenis, choreis *c. presbyteri 34. dist. c. non oportet, in 2. de pœnit. dist. 5.* Iubet etiam Isidorus in vita clericorum, vt se à mundi voluptatibus abstineãt, conuiuia publica fugiant, priuata sobria & pudica habeant ab vsuris, ambitione honorũ, odio, obtrectatione, inuidia caueant & alia id genus fugiant, quæ referuntur in c. his igitur 23. dist. Valentinianus etiam quasdam sanciit regulas in legibus Nouellarum titul. 12. de episcopali iudicio, quarum illæ *Nullus originarius*, inquit, *inquilinus seruus, vel colonus ad clericale munus accedat, nec monachus vel monasterii aggregetur, non corporatus, non curialis, non aurarius. Clerici nihil prorsus negotiationis exerceant, si velint negotiari, sciant se iudicib. subditos clericorum priuilegio nõ muniri, Vide Pap. tit. 1. Rafh. aresti. tit. 5 aresti. 9. & 10.* Et Maioranus A. lib. legum Nouellarum, titul. 1. de Episcopali iudicio, aliam addit. vt nullus inuitus clericus fiat vel consecretur, alioquin pœnam imponit archidiacono hoc facienti, & suæ liberti reddit ordinatum. Sint temperantes in vestium victusque vsu, *ca. parsimoniam, & cap. fin. 42. distinct. de vesti. splen. prohib. in ca. omnis, & sequen. 21. q. 4.* Et quæ in Episcopo exigit diuus Paulus 1 *ad Timot. 3.* quo ad fieri poterit, imitentur: conuiuia & comessationes fugiant, *tota 44. dist. apud Gratia.*

De Ordinibus Hierarchiæ ecclesiasticæ in genere. Cap. 2.

1 *Clericorum appellatio, & diuisio.*

2 Ordinis

Digitized by Google

2 *Ordinis definitio.*
3 *In ordinibus quæ considerandæ.*
4 *Ordines ecclesiastici quot.*
5 *Ordinum diuisio in minores & non sacros, & maiores seu sacros.*

1 COlligimus † ex superioribus in summa clericorum appellationem generalem esse, pertinentem ad eos qui capillo tãum initiati sunt, quive & coniugati clerici, *Rubrica, de cler. coniuga. lib. 3. Decre. titul. 3.* & non coniugati dici possunt: & ad eos, qui aliis ordinibus sacris adscripti sunt, *c. literas, ca. 14. de fil. presbyt. c. cum tibi 8. de verb. signific.* Et perinde clericorum alij regulares, qui & viri religiosi dicti, *in c. licet 12. de offic. & pot. iud. ord. & alibi, de horum speciebus & reg. diximus, lib. super ea. 14. 15. 16. 17. Tractatur & in rubr. de regular. & in auth. ingressi. de sac. eccle. C.* alij non regulares, qui & seculares dicuntur, *ca. inter quatuor, c. de re-*
2 *lig. dom.* ¶Ordinis † sacramentum, *c. sin. de presbyt. non baptizato, & in concil. Tridentin. sess. 7.* à Theologis definitur, *in 4. Senten distin.* 24. vt sit signum seu signaculum quoddam, per quod spiritalis
3 potestas traditur ordinato. ¶In hac † ordinatione, gradus primum ordinis inspiciendus: dehinc ipsa ordinatio, in qua personæ ordinatorum & ordinantium: postremo, & modus ordinandi perpenduntur.

4 ¶Sunt autem † ex communi omnium consensu septem species vel gradus ordinis ecclesiastici: nam & qui plures numerant, & istos adiiciunt. Nempe ostiariorum, lectorum, exorcistarum, acolytorum, subdiaconorum, diaconorum, & presbyte-
5 rorum. ¶Qui omnes quidem ordines, † vere sacri sunt, ad maiorem tamen aliquorum sanctitatem, quatuor primi, & minores, & non sacri dicti, & facilius concessi diebus dominicis ab episcopo propositio. Alij vero tres posteriores, sacri & maiores dicuntur: qui non nisi sabbato de Passione, & Pentecostes, & quatuor aliis solemnibus temporibus conferuntur, *c. 1. & 3. de temp. ordin.* Hos omnes ordines nominat, & alios D. Ignatius epistola ad Antiochenses, ibi, *Saluto sanctum presbyterum vestrum, saluto sanctas diaconos, saluto subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas, atque confessores.* Vt non dubium sit ex tempore apostolorum, in quo vixit D. Ignatius, omnes hos ordines fuisse. Et de his etiam Epiphanius contra hæres. lib. 3. tom. 2. circa finem.

De Ostiariatu, & Ostiariis.

Cap. 3.

1 *Ostiarij habent ordinem ecclesiasticum nunc & apud Hebræos.*
2 *Ostiarij officium quod.*
3 *Symbolum ordinis ostiarii claues.*
Ecclesiam ingredi prohibebantur excommunicati, infideles, profani, pœnitentes, publice hæretici, eod.
Mulieres ad altare non accedant, eod.
4 *Ostiarii fuerunt in templis ethnicorum, & quale eorum munus.*
5 *A sacris profani etiam apud ethnicos arcebantur.*
6 *A sacris arcebantur quibusdam mulieres innuptæ serui, latrones, lenticiginosi, resipiscentes, & alii.*

1 FVerunt † in ministerio ecclesiastico, ostiarij, vel ianitores, Hebræis, שערי, qui in vestibulis & portis tabernaculi postissimum ad id electi choritæ, descripti deinceps in ciuitatibus propriis per Dauid & Samuelem, vt seruirent per vices, 1. *Paralipo. c. 9. & 26. & 2. Paralip. c. 34.* Et hos ex sacro ordine esse oportere docet sententia Dauidis, dum scribitur in libris Prætermissorum, 1. *Paralip. cap. 23. d. Iuxta præcepta quoque Dauid nouissima, supputabitur numerus filiorum Leui à viginti annis & supra, & erunt sub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini in vestibulis, in exedris, & in loco purificationis, & in sanctuario, sicuti & in arca, ca. 1. Paralip. cap. 15.*

2 ¶Ostiarij † officium est, *c. perlectis 25. distin. ca. 1. in fin. 21. distin.* claues interiores & exteriores custodire, ianuas claudere & aperire, fideles admittere, infideles & excommunicatos ingredi prohibere, Symbolum eius ordinis concessi, claues ecclesiæ traditæ
3 ab episcopo, *c. ostiarius. 23. distin.* ¶Sic † Musæus apud Iustinum Martyrem, Θύρας δ' ἀνθιστάναι ἐκέλευε, id est, *ianuas autem opponite, vel obiicite, profanis.* Sunt & publicam agentes pœnitentiam ex disciplina ecclesiastica per totam quadragesimam ab ecclesia pellendi per ministros hos, *c. in capit. 50. distinct.* Prohibet & concilium Laodicenum, cano. 44. non oportere mulieres ingredi ad altare. Et in canon. 6. non concedendum hæreticis ingressum domus Dei, in hæresi permanentibus. Et cano. 43. non oportere ostiarios, vel breui tempore ab ostiis abesse, & orationi vacare.
4 ¶Et † apud ethnicos illud ipsum ministerium obseruatum ianitorum, cum profanis non liceret sacris quibusdam interesse.
5 ¶Ideo † & apud Græcos ad sacrificium sacerdos accessurus, antea quærebat, τίς ἐνθάδε; quis hic? Respondebant autem qui sacris intererant, πολλοὶ καὶ ἀγαθοί, id est, *multi & boni, Gregor. Gyral. 17. & Syntag. histori. Deo.* Et dum vaticinari volebant vates illi idolorum, & sentiebant ἐνθουσιᾶν Μαντεῖα, id est, *aduenire afflatum diuinationum*, clamabat minister quod scribit Callimachus *hymno 2. qui est in Apollinem.* Cirenæus, ἐκὸς, ἐκὸς ἔστε ἀνδρες, *exeat, exeat qui est impius.* Quod Virgilius vsurpauit 6. *Æneid.*

Procul ô procul este profani,
Conclamant vates.

¶Atque † Plutarchus scribit, *de superst.* ὅτι δοῦλον φυλάττειν ἱερὸν καὶ ἐν ἱερᾷ ἀδεσπότῳ πολλὰ τῶν ἱερῶν, id est, *sit ara detestabilis per seruum, nec sunt communicanda ea quæ sacrorum sunt latronibus.* Et à quibusdam sacris mulieres innuptas, aut seruitio pressos, vel ære coemptos abesse oportebat: ideo in sacrorum apparatu lictor clamare solebat, *hostis victus, mulier virgo exesto.* Et in Chæronea, sacerdos lorum tenens pro foribus ædium sacrarum Matutæ, id est, Leucotheæ clamitabat, *seruum non ingredi, non atholum, non atholam.* Apud Magos ab aris submouebantur lentigiosi, qui elati reuixerant, quibus viuentibus exsequiæ factæ fuissent, velut profani. Apud Germanos, qui scutum amisissent in acie, sacris interesse non licebat. Apud Ægyptios subulcis omnibus templa interdicta. Hebræis fœtis ante quadragesimum diem impetigine deformibus. Apud Scythas, qui hostem nullum interfecissent in acie, libare non licebat.

De Lectoriatu, & Lectore.

Cap. 4.

1 *Lector dictus Papa.*
2 *Lectoriatus secundus gradus ordinum. Lector, cantor, psaltes idem eodem.*
3 *Lectiones ex sacra scriptura Hebræi.*
4 *Lector in orationibus magnæ auctoritatis ethnicorum.*
Iube domine benedicere, quid signat in ecclesia, eod.
5 *Lectoriatus in ecclesia primitiua.*
6 *Lectoriatus ordo dari potest viris, & mulieribus.*
7 *Lectoris officium.*
8 *Psalmista in quo differat à lectore, & conueniat.*
9 *Lector à quo ordinatur, & qua formula.*
Psalmistatus à quo conferatur, eod.
10 *Lectio Euangely lectoribus simplicibus permissa non est.*

ISaacus † Comnenus Orientis imperator, Papam vocari tunc etiam lectorem insinuat in constitutionibus suis, dum sanxit, *in constitut. imperial. iur. orientalis, constitut. Isaaci,* ὁρίζει ἡ κανονικὴ μὴ ὅτι τῇ χειροτονίᾳ λαμβάνει πλέον τὸ χειροτονοῦν τι τῶν ὑπηκόων, ἀλλ' ἀμέλει καὶ ἐπὶ χρυσᾷ νομίσματα, &c. ὁρίζει ὅτι μηδὲν τῶν λοιπῶν πάντων ἐπὶ ἀναγνώστου τάξει γε ὄντος χειροτονῆ αὐτὸς διάκονον, ἢ ἱερέα, ἢ πλεῖον αὐτὸν ἐφ' ἑαυτὸν ἐπιστρέψει, *nihil in ordinatione episcopus qui ordinat amplius accipiat, quam septem aureos nummos: vnum videlicet quando facit simplicem Papam, siue lectorem: tres quando ordinat diaconum: alteros tres quando sacerdotem, seu presbyterum perficit.*

¶Secundus † gradus hic ordo lectorum est, qui cantores vel מחללים dicebantur ante aduentũ Christi in templo Dei, vel psaltes, canentes domino in organis & hymnis, & psalmis. 1. *Paralip. cap. 23.*

¶Erat † & receptus mos in synagogis Hebræorum, singulis sabbathis per annum quædam legere ex lege Mosaica, & aliam lectionem ex prophetis: sicuti in ecclesia Dei ex Euangelio, & antiquo Testamento, vel ex aliis sacris libris singulis diebus fit, potissimum in sacræ liturgiæ consecratione. Lectionem quidem ex lege vocantes פרשה *parsa*: ex prophetis autem חפטרה *haphtarach*, alteram alteri copulantes, vt scribit Sebastianus Munsterus in appendice Bibliorum sacrorum Hebraicorum, vbi illas distinguit lectiones. Meminit & eius moris Diuus Paulus apud D. Lucam, *Actuum, c. 13.* in oratione habita ad proconsulem Paphi, Sergium, loquens de domino nostro Iesu Christo, & verbo Dei. *Qui habitabant*, inquit, *Hierusalem, & principes eius hunc ignorantes, & voces prophetarum quæ per omne sabbathum leguntur, iudicantes impleuerunt.* Et alibi Diuus Petrus, *Actuum, ca. 15. d. Moyses à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent in synagogis, vbi per omne sabbathum legitur*, Concessumque inuenimus hoc munus Domino nostro Iesu Christo à synagoga. Sic enim scribit Diuus Lucas, c. 4. *Et venit Nazareth vbi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbathi in synagogam, & surrexit legere: & traditus est illi liber Esaiæ prophetæ, &c. & cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et postea cœpit prædicare de eo quod legerat.* Vt coniicere liceat, lectorem præire concionem ad populum sacram, eamque esse eius quod lectum fuisset explicationem ad populum. Erant † & lectores in religionibus ethnicorum: quia quæ magnæ dicebantur auctoritatis precationes, nobis id significant, quibus faciendis scripto præibat aliquis, & alius adhibebatur custos, ne erraretur in verbis: alius etiam præponebatur, qui linguis faueri, à circumstantibus iubebat, vt auctor est Plinius, *lib. 28.* Sicut apud nos obseruatur,

Digitized by Google

cum aliquis lectiones in æde sacra dicturus alta voce profert, *inde domine benedicere*. Sic apud Liuium, *lib. 8. Dec. 1. Agedum potiùs ex publico populi, præi verba, quibus me pro legionibus denouem, ad est, prælege verba concepta voti quæ ego pariter totidem numeris referam.* ¶ Diuus † Cyprian. *lib. 3. Epist. epist. 23.* scribit ad Clerum, se lectorem Saturnum fecisse, & die Paschæ semel atque iterum lectionem dedisse, examinatione præhabita an illi hoc congruere. Meminit Diuus Ignatius ad Antiochenses epistola, huius ordidis: *Saluto, inquit, presbyterum vestrum, saluto sanctos diaconos, subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, & exorcistas, atque confessores.* Vt omnes eos fuisse ordines tempore apostolorum, quibus conuixit D. Ignatius, non dubitemus. Et fuisse ex primis ordinibus lectionem, aperte testatur D. Cyprianus. *Idem libr. 2. Epist. epist. 5.* dum de Aurelio, quibus confessus erat Dominum nostrum Iesum Christum, loquitur. *Merebatur, inquit ille, talis clericæ ordinationis vlteriores gradus, sed interim placuit, ab officio lectionis incipiat: quia & nihil magis congruit voci, quæ dominum gloriosa prædicatione confessa est, quam celebrandis diuinis lectionibus perfungare, post verba sublimia, quæ Christi martyrum prolocuta sunt: Euangelium Christi legere, vnde martyres fiunt, ad pulpitum post castrum venire.* Notat etiam Optatus Mileuitanus, *lib. 1. histor.* pro inaudito, Maiorinum lectorem, tempore quo Cecilianus erat diaconus per factiones Lucillæ fuisse ordinatum episcopum: 6 scilicet omissis aliis gradibus. ¶ Meminit † & Epiphanius *libr. 3. contra hæres. tom. 2. circa fin.* in antiquo ecclesiastico instituto fuisse hunc lectorum ordinem, quem tradit posse subire à virginibus & vitam solitariam agentibus, à continentibus, à viduis, & ab 7 iis qui sunt in venerando coniugio. ¶ Ad lectoris † officium pertinet, lectiones pronuntiare, & ea quæ prophetæ prædixerũt 8 palam populo dicere, *c. perlectis 25. dist.* ¶ Cum † hoc ego contineri psalmistam puto, qui alibi à lectore distinguitur, *d. cap. perlectis, & cap. cleros 21. dist.* scilicet vt minor. & qui dicat extra pulpitum benedictionis laudes, responsoria, & quicquid pertinet ad canendi peritiam *d. c. perlectis.* idque ad iussum vel solius 9 presbyteri *c. psalmista, 23. dist.* ¶ Cum † tamen lector non ordinetur nisi ab episcopo, spectante plebe, cum hac verborum formula, *Accipe codicem in quo lecturus es, & esto relator verbi Dei c. lector. ead. dist.* Videtur tamen psalmistatus potestatem accipere cũ ordine primæ tonsuræ *gl. in c. cleros in verbo psalmista 21. dist.* vt nõ imminerito vtrumque abbas suis possit conferre monachis, *ca. cum* 10 *contingat. de at. & qual.* ¶ Nicephorus † tamen Calisto, *lib. 12. hist. c. 34.* docet secundum locorum consuetudinem diuersam lectionem, maioribus ordinibus sacrorum bibliorum, Euangeliorum videlicet, demandatam olim, *Vt, inquit, in Alexandria sacrum librum legit archidiaconus in aliis diaconi, in multis vero aliis sacerdotes, in nonnullis etiam quoque diebus celebrioribus episcopi: id quod hodie etiam Constantinopoli, inquit fit, & maxime Paschalium feriarum die prima, & primo anni ipsius ingressu.*

De Exorcista.

Cap. 5.

1 *Exorcista quis, & munus.*
2 *Exorcismi conferebantur verbis conceptis.*
3 *Exorcistæ officium apud Iudæos, & 7. 8.*
4 *Dæmones se adiurari posse fassi sunt.*
5 5 *Exorcisandi potestas primum communis omnibus Christianis.*
6 *Exorcistarum definitus numerus erat.*
7 *Exorcistæ quibus adhibebantur.*
8 *Catechumenorum cura ad exorcistas pertinebat.*
9 *Orationes efficaces diuinæ super creaturis.*
10 *Tempestates exorcismis sedari.*
11 *Exorcistæ ethnicorum, & 12. 13. 16.*
12 *Grandinum depulsores Ethnicorum.*
13 *Dæmon in specie senis, Epheso pulsus ab Apollonio Tyaneo.*
14 *Dæmonis mirum in exsufflandis flammis, & pulsum aqua lustrali.*
15 *Incantatio prohibens ignem ardere.*
Aquæ lustralis & consecratæ vis mira, 14. & 15.
16 *Dæmon seu lamia, in forma mulieris iuuenem decepit.*
Lamia Dæmon ab Apollonio quales esset coacta fateri.
17 *Exorcismus baptismo, & oleo sancto adhibetus.*

1 EXorcista † dicitur, qui potestatem accipit adiurandi dæmonia, vel energumenos, id est, à dæmone possessos. Quamobrem cum hoc ordo confertur, *ca. exorcista. 23. dist. c. perlectis. §. ad exorcistam, 25. dist. & in concil. Anter c. 10.* ab episcopo dicitur tradendo libellum, vbi conscripti sunt exorcismi. *Accipe & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenũ,* 2 *siue baptizatum, siue catechumenum.* ¶ Nam † concertis verbis conferebantur exorcismi, vt ait Minutius Fœlix in 8. inter quæ præcipua, vt non fierent orationes, per conclusionem, *per dominum nostrum Iesum Christum, &c.* quæ aliis ecclesiasticis subiicitur precibus: *sed per eum qui venturus est iudicare seculum per ignem.* Vt inde in memoriam dæmonum supplicium proprium reducatur, vt ait Micrologus. ¶ Erat † hoc officium exorcistarum apud Iudæos 3 vt licet colligere ex historia apostolorum, *Actum 19.* dum ibi legimus: *Tentauerunt quidam de circumeuntibus Iudæis exorcistis, inuocare super eos qui habebant spiritus malos nomen domini Iesu, dicentes adiuro vos per Iesum quem Paulus prædicat, &c.* Fidem & facit Iosephus *lib. 4. Antiq. c. 4.* Salomonem modos adinuenisse coniurationum, quibus obstricti dæmones, ne denuo redeant, effugantur. *Et hæc cura, inquit, apud nos hactenus multum præualere dignoscitur, & vidi Eleazarum de gente nostra præsente Vespasiano fecisse.* Quod ionuit etiam Dominus noster Iesus Christus apud Diuum Matthæum c. 12. dum ait: *Si ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt?*

¶ Adiurari † enim per nomen Dei se posse dæmones confessi 4 sunt, hoc est, veluti iureiurando ab eis inuitis præstito, cedere loco cogi & domari. Interrogatus enim Apollo sic respondit, vt refert Lactantius *lib. 1. de falsa relig. c. 7.*

Δαίμονες οἱ ναίετε περὶ χθόνα καὶ περὶ πόντον.
Κλῦθι, δαμαζόμενα σεῦ μέγα θεσπέσιον.

Id est:

Dæmones qui ventitant circa terram, & circa pontum,
Indefessi audiantur sub flagello Dei.

Et remedia ecclesiastica dæmones expellere & cogere, satis sacra pagina docet ob potestatem adiurationi nominis Dei concessam personis ecclesiasticis. Nam apud D. Marcum 3 *Dabit illis potestatem curandi infirmos, & dæmonia eiiciendi.*

¶ Et † inter signa credentium in fidem domini nostri Iesu 5 Christi, est potestas dæmonia eiiciendi, *Matt. c. 9. & 6. & Luc. c. 10.* Atque quia in nascenti ecclesia ob fidei feruorẽ erat omnibus hæc communis fere facultas, sicuti post baptismum linguis loqui variis: tunc non fuit distinctus hic ordo, vt constat ex constitutionibus apud D. Clementem *lib. 8. constitu. ap. ſt. 2.* At paulo post in ecclesia institutus & formula præscripta exorcizandi. Vt & tempore D. Cypriani obtinuisse morem & ordinem ex eius scriptis apparet liquido. Is enim *Cyprianus. lib. 2. Epist. epist. 7.* & cauisam & effectum ordinis, & nominis ratione adfert, dum notat baptismi figuram præcessisse in mari rubro vbi submersus cum exercitu est Pharao, qui antea fidem datam Israeli sæpe fefellerat: Vt periter in baptismo opprimatur & exue cogatur satanas, qui pro suo exitu promisso sæpe promissionem fallit. *Quod hodie etiam, inquit, geritur, vt per exorcistas voce humana & potestate diuina flagelletur, & vratur, & torqueatur diabolus, &c.* Constat & hoc ipsum ex epistola Cornelij Romani pontificis apud Eusebium *libr. 3. histor. cap. 53.* & concilio 4. Carthaginensi, cap. 4. & 7.

¶ Eratque † definitus etiam in ecclesiis singulis certus exorci- 6 starum numerus, vt constat ex epistolis Anacleti, & Cornelij Pontificis apud Eusebium *lib. 7. histor. cap. 33.* ¶ Adhibebantur autem 7 † exorcistæ primum, ἐπηρεμοῦντες, χειμαζομένους, & iactatos vel possessis à spiritu pessimo, vt aiunt interpretes in concilio Ancyrano, *c. 18.* vt & supra in principio huius exorcistatus tractationis diximus. Item secundo infidelibus, vel non Christianis dum ad Christianismum, vel dum ad sacrum lauacrum accedunt: quia & ante Dei possessionem, illi erant sathanæ mancipia ob peccatũ primi parentis. Proinde ante baptismum iubet D. Dionysius Areopagita, *lib. de eccles. hier. c. 2.* ter exsufflari sathanam, & eius opera eiurare. Et D. Augustinus *sermo 10 de ver. Apostol.* Et Cyrillus Hierosolymit. Patriarcha, *in Procatechesi illuminato, plura in Catech. 16.* exorcismos ait salubres, fugare dæmonem, & reuerentiam adhibendam, cum fit exorcismus. Et nunc hodie ante valuas ecclesiæ adiurantur, & exorcizantur baptizandi, non autem in ecclesia ipsa, ob venerationem loci, neque in priuatis domibus ob metum scelestorum spirituum, vt statutum in concilio Laodiceno, *c. 9.* Curaque † eadem erat etiam eorundem 8 exorcistarum κατηχουμένων, scilicet, eorum qui erudiebantur in rudimentis fidei ante baptismum, quorum capitibus imponebant manus exorcistæ singulis diebus quadragesimæ, non secus quã energumenis, vt ex concilio quarto Carthaginensi constat.

¶ Sunt † namque istæ orationes efficaces inuocato Dei nomi- 9 ne super creaturis. *Scimus enim, inquit D. Paulus, 1. ad Tim. 4. omnem creaturam sanctificari per verbum Dei & orationem.* Atque ideo inimicus dæmon, qui abuti creaturis Dei desiderat, possessionẽ vacuam cedere, vt hac cogitur. Sæpe dæmone obsessus, qui ferreis vinculis à multis detineri non potest, ab vno non solis verborum precationibus continetur, per eam, quæ in illo est Spiritus sancti virtutem. Simplexque exorcizantis adflatus, afficitur ignitus his qui videri non possunt, vt ait Cyrillus Hierosolymitanus, *catech. 16 Illuminato.* Magna vis per se verborum, quibus & mouentur & turbantur & pacantur: effectus, sed cum his maior fidei diuinæ potestas, & nominis Dei auctoritas. *In nomine, inquit, meo dæmones eiicient, serpentes tollent, linguis loquentur nouis, &c. v. Marc. 16. Luc. 11. Actum 4. & 19.*

¶ Adhibentur † & exorcismi ecclesiastici in sedandis tempe- 10 statibus, pro depellendis serpentibus, locustis, & id genus noxis,

non

Digitized by Google

nonquod credamus hoc intelligere, sed quod ex sacra pagina nobis constet, sæpe excitari hæc à dæmonibus in perniciem generis humani. Sicuti in historia Iobi cap. 1. & in operibus magorum satis constat. Quod & testantur Constantinus & Iulianus Cæsares, *leg. multi 6. de maleficis & mathem. libr. 9. C. titul. 18. Multi*, inquiunt, *magicis artibus elementa turbare, vitam insontium labefactare non dubitant.* Atque idem Constantinus *in l. eorum 4. §. 1. eodem. Nullis criminationibus*, inquit, *implicanda sunt remedia humanis quæsita corporibus, aut agrestibus locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis grandinisque lapidatione quaterentur.*

M ¶Erant † apud ethnicos qui dæmonia etiam pellerent, & morbos incantationibus curare se posse profiterentur: verum hoc vel ex consortio impio dæmonum, & consensu, vel simulate cõtingebat, vel cultu idololatriæ dæmoni tanquam Deo exhibito
M nefandissimo. ¶Veluti & Seneca refert, *libr. 4. Quæstio. natur. capit. 6.* Cleouæ fuisse publice præpositos, χαλαζοφύλακας, hoc est, *speculatores futuræ grandinis*, quibus signum dantibus adesse iam grandinem, quisque pro se agnum album immolabat, alius pullum: protinus autem illæ grandines alio declinabant cum aliquid gustassent sanguinis: Quod si quis nec agnum nec pullum habebat, digitum suum bene acuto graphio pungebat, & hoc sanguine litabat. Nec minus se ab huius flagello grando se auertebat, quam ab illo pro quo maioribus hostiis exorata erat. Meminit & Plutarchus de hoc, *libr. Sympo. 7. problem 2.* Omnino certe falsum, vel dæmoniacum hoc: nisi forsan credamus, sanguinis horrore abigi grandines turbinesque. Veluti Plinius notat, *libr. 28. cap. 7.* muliere quæ patitur menstrua nudata, eadem contin-
13 gere, & auerti cœli violentiam. ¶ Narratur & † de Apollonio Tyaneo, *Philost. libr. 4. de vita Apollonij*, cum dæmonem quendam ab Epheso ciuitate pepulisse, postquam populo ostendisset eundem sub specie & forma senis inter ciues obambulare, & pestis, quæ in ciuitate grassabatur, caussam esse, quem lapidibus obrui imperauit.

14 ¶Narratur † in Tripartita historia, *lib. 9. cap. 24.* de Appamææ templo Iouis, quod cum demoliendum esset præfecto orientis iussu episcopi Marcelli, apparuit teterrimus dæmon, qui flammas ardentes immissas prohiberet, & aqua lustrali in ignem immissa dæmonem fugasse, & aqua in olei speciem conuersa, templum celeriter conflagrasse.

15 ¶Scribit † Epiphanius, *Cypri. Episcopus, tom. 2. libr. 1. contra hæreses*, quoque Iosephum quendam à Iudaismo ad fidem conuersum, cum mandato Constantini in Tyberiti templum Deo ædificare vellet, & calce egens, caminosque calcis instruens, adiurationibus vel incantationibus Iudæorum prohibitus fuisset igne calcem coquere, aqua, quam signo crucis coram populo consecrauerat, inspersa in caminos, inuocato nomine Iesu, incantationes magicas dissoluisse.

16 ¶Narrat etiam † Philostratus, *lib. 4. de vita Apollinii*, vnam ex lamiis, quas vocant Græci μορμολυκίαις, phasma quoddam Menippo cuidam Lycio in formam mulieris pulcræ coniunctam, atque nuptias cum eo depactam: verum die nuptiarum, Apollonium Tyaneum coegisse eam sese lamiam esse fateri, & voluisse Menippum voluptatibus explere, vt eius postea corpus deuoraret. Consueuisse enim pulcris & iuuenibus hominum corporibus vesci, vbi ad summam sanguinis abundantiam peruenissent: & postea euanuisse, & eius apparatum, & coquos, & seruos.

17 ¶ Fuerunt † & exorcismi adhibiti in baptismo, & oleo chrismatis, quo exsufflatur dæmon, vt ait Cyrillus Hierosolymitanus, *cathec. 1. Mystagog.*

De Acolytis.
Cap. 6.

1 *Acolyti qui, & munus.*
Lumen in ecclesia Dei quare accendatur, eod.
2 *Acolytatus maior ordine lectoris.*
3 *Acolyti nomen quid significet.*
4 *Acolyti constituendi ætas.*
5 *Tonsurandi prima tonsura ætas.*

1 SVnt † Acolyti, qui faculas & lumen deferunt in ecclesia, dum sacra mysteria peragenda sunt, vel quando Euangelium legendum, *ca. clericos, §. fin. 21. distinct. ca. perlectis 25. distinct. ca. Acolytis 23. distinct.* non quidem ad effugandas tenebras, vel ad Solem lucentem illustrandum, sed vt hoc symbolo luminis corporalis significent lumen illud æternum, cum, inquam, qui venit, vt testimonium perhiberet de lumine, *D. Ioan. in Euang. cap. 1.* quique lux ipse est, & qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, cuius veritatem ecclesia catholica didicit. Estque huic aliud officium iniunctum, nempe vt diacono ministranti in sacra liturgia sacerdoti, suggerat viceolos, ex quibus vinum & aqua in sacerdotis calicem infunditur, ad consecrationem sanguinis Domini, *can. Acolytus 23. distinct.*

2 ¶ Maiorque hic gradus † lectoris ordine: quia lectori non licet sacra in sacrario contingere, acolyto licet, *ca. non liceat cuilibet. cum 2. seq. 23. distinct.*

¶Vnde † & nomen ἀκώλυτος, id est, non impeditus: is enim 3
cum in numerum eorum, qui sacramenta maiora pertractant, non sit receptus, tamen non est impeditus, quin possit cum illis sacris faciundis interesse. Sic enim Græci dicunt ἀκώλυτον ἐξοδον, vt Lucianus *in Timo.* & Herodianus in 2. ἐπὶ τὴν ὁ ἔσοδος αὐτῷ καὶ ἀκώλυτος, ingressus liber, vt nec accessu prohibeatur. Meminit de acolyto Nicephoro D. Cyprianus, *libr. 2. Epist. epist. 8.*

¶Ætatem † sufficientem adhunc consequendum ordinem e- 4
xistimauit Sozinus summus pontifex, 21. annum, † quatuor de- 5
cimum inquam à prima tonsura suscepta post infantiam, *ca. in multis, & cap. sequen. 77. distinct.* quæ est septem annorum, *l. si infanti. C. de iure deliber.*

De Diacono & Subdiacono.
Cap. 7.

1 *Ordinum omnium finis sacerdotium.*
2 *Diaconorum institutionis caussa, & munus.*
3 *Diaconi episcopi.*
4 *Diaconus quis maior & minor sacerdote.*
5 *Diaconi in ecclesia Dei, in locum Leuitarum.*
6 *Diaconi retrahi possunt ad ecclesias, in quibus ordinati sunt, nec ordinari debent, nisi certis ecclesiis.*
7 *Diaconi officium quod.*
8 *Subdiaconus quis, & officium.*
Nathanei, eod.
9 *Diaconatus num ordo ecclesiasticus.*
10 *Diaconissa & eius ætas.*
11 *Diaconorum & presbyterorum ætas quæ.*
12 *Diaconissæ officium.*
13 *Diaconissæ castitatem promittunt.*
14 *Subdiaconatus est gradus præcedens diaconatum.*
15 *Manuum impositio sit diaconis & subdiaconis.*
16 *Subdiaconatus officium.*

HIc † repetere oportet, quæ de archidiacono dicuntur, quan- 1
tum pertinet ad nominis diaconi significationem: quod non aliud quam ministerium exprimere diximus. Porro hic Diaconus & subdiaconus ratione presbyteri dicuntur, cui ministrãt vel subseruiunt non secus ac omnes ordines ecclesiæ pertinent ad finem officij sacerdoralis, in quo nobilioris sacramenti fit tractatio, & in quo sacramentorum omnium fons, insti tutor, & largitor gratiarum omnium adest, Deus ipse & redemtor humani generis Dominus noster Iesus Christus.

¶ Et † quanquam olim in nascente ecclesia diaconi fuerint introducti ab apostolis, vt ministerio mensarum quotidiano inseruirent: tamen obseruandum est, & in auxilium presbyterorũ, nempe & apostolorum electos fuisse, vt ij liberius incumberent verbo Dei: illi autem quæ ad temporalium solicitudinem pertinebant, tractarent, *Actuum 6.* Idcirco nihil aliud diaconi officiũ est, quam opera adhibita sacerdoti in rebus subministrandis in consecrationem: quare ei vel sacrificanti, vel baptizanti adstant. Prohibitum tamen illis concilio Arelatensi, *can. 15.* ne ipsi offerãt sacrificium, eucharistiam tamen confectam distribuunt, ex concilio Carthaginensi, *can. 28.*

¶ Diaconi † episcoporum, nunc archidiaconi, vel præcipui 3
inter diaconos, sunt veluti episcoporum oculi, perspicientes actus totius ecclesiæ, quos referant episcopo, *can. diaconi ecclesiæ, ca. diaconi septem, & ca. diaconi qui, & ca. diaconos 93. distinct.*

¶Nobiliores † tamen hi diaconi, ratione personæ episcopi, cui 4
deseruiunt eaq; de caussa tunc præstantiores presbyteris non fungentibus eo officio: at reliqui minores censentur sacerdotib, & eis subiiciuntur, & locum digniorem cõcedere debent, *c. à subdiacono, ca. peruenit, & ca. non oportet. ca. diaconi ita se, & c. nonnulli 93. distinct.* De vita autem & moribus requisitis in eis, sicut & in hypodiaconis, docet abunde D. Paul. 1. *Timoth. 3. ca. erubescant, 32. distinct. c. si quisquam, de cohab. cler.*

¶Successit † autem diaconatus in ecclesia Dei in locum Leui- 5
tarum, *ca. cleros, circa fin. 93. distinct.* qui ministrabant sacerdoti legis antiquæ ex Dei iussu, *Numer. cap. 8. & 9.*

¶Idque † pro necessitate ecclesiarum, in quibus ordinabantur, 6
ad quas iure possent ab episcopis, vt ad ecclesias proprias retrahi, etiam per sententiam excommunicationis: veluti prostat exemplum apud Gregorium Turonensem, *lib. 10. histor. Turon. cap. 14.* de Theodolpho diacono Parisiensi à Ragnimundo episcopo Parisiorum excommunicato, quod ab episcopo Andegauensi nollet redire in propriam ecclesiam. Quod etiam fuit decisum in concilio Arelatensi 1. tempore Constantini Cæsaris, & Syluest. 1. Papæ, can. 2. *de his qui in quibuscunque locis ordinati fuerint, in illis perseuerent*, & in can. 22. *presbyteri & diaconi dimittentes propria loca in quibus ordinati sunt, reuocentur: si recusent, deponuntur.* Et in vigesimaterția sessione concilij Tridentini, in decreto de reformatione cap. 16. statutum, vt nullus in posterum clericus ordinetur, qui illi ecclesiæ aut pio loco, pro cuius necessitate aut

Digitized by Google

vtilitate assumitur, non ascribatur vbi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus. Quod si locum inconsulto episcopo deseruerit, ei sacrorum exercitio intercidatur. Idem statutum concilio Niceno, *capit. 15. & 16. ca. sanctorum 70. distinct. ca. tuæ, de cleric. peregrin.* & in concilio Antiocheno, cap. 7. & Chalcedonensi cap. 13.

7 ¶Ad diaconi † officium pertinet, assistere sacerdotibus, ministrare omnib. quæ aguntur in sacramentis Christi in baptismo, in chrismate, patena, calice: oblationes quoque inferre & disponere in altari, componere mensam Domini, ac vestire, crucem ferre, prædicare Euangelium & epistolam ad Paulum, *can. perlectis 25. distinct.* Et si diaconus sit episcopi, circuire gregem, & vitia obseruare, & episcopo referre, *can. diaconi 93. distinct.* Diaconi etiam simplicis officium, corporalia & pallas lauare, *ca. nemo per ignorantiam, de consecr. dist. 1.*

8 ¶Qui † ministerium adhibet diacono, is ὑποδιάκονος, vel subdiaconus dicitur. *c. cleros, 21. distinct.* qui successit in locum Nathaneorum, qui erant in synagoga Iudæorum, *1. Esaræ cap. 8.* Huius officium est, *can. perlectis 25. distinct. ca. subdiaconus 23. distinct.* Leuitis vel diaconis calicem & patenam ad altare Christi deferre, eisque ministrare vrceolum quoque aquam, & mantile tenere, aquam lauandis manibus episcopo, presbyteris, & Leuitis præbere.

9 ¶Existimauit † Vrbanus Papa, *in ca. fin. 65. distinct.* inter sacros ordines non fuisse connumeratum in ecclesia primitiui subdiaconatum: ideo non posse inde promoueri aliquem iure communi in episcopum, quod Innocentius Tertius sequitur, *in ca. à multis, ca. 9 de ætat. & qualitat. libr. 1. Decret. titul. 14. ca. ante triennium 31. distinct.* Hodie tamen est sacer ordo, *ca. miramur, cap. 7. de ser. non ordin. libr. 1. Decret. tit. 18. clem. vt hi, de ætat. & qual. in clem.* cum & fuerit ordo tempore apostolorum, sed non inter eos, quos nunc dicimus sacros, si quidem de illo meminerunt canones apostolici, *can. episcopus 35. distinct.* Meminit de hypodiacono & acolyto Cyprianus *libro secundo Epistol. epistol 10. & libr. 3. epistol. 22. & 21.* Meminit & D. Ignatius, *epistol. ad Antiochenses.*

10 ¶ Inuenimus † etiam in iure ciuili diaconissæ mentionem, eamque saltem esse quinquaginta, vel sexaginta annorum exigit, *l. nullum, de episcop. & cleric.*

11 ¶ In † Nouellis autem Iustinianeis postulantur quadraginta, *§. diaconissam de sanct. episcop. coll. 9. authent. diaconissam, C. de episcop. & cler.* quod & in Chalcedonensi concilio statutum cum diligenti examinatione, *in Chalcedon. concil. cap. 14. & ca. diaconissam 25. q. 1.* Quamuis in diaconatu nunc, *ca. de his, 28. distinct.* ætas sit legitima viginti annorum, in subdiaconatu octodecim, presbyteratus vigintiquinque.

12 ¶ De † diaconissarum officio sic scribit Epiphanius, *libr. 3. contra hæres. tom. 2. Sed & diaconissæ constituuntur in ministerium mulierum solum, propter reuerentiam, si opus fuerit, balnei gratia, aut visitationis, aut inspectiones corporum, & ipsæ sint etiam, quæ in viris nuptiis continenter se habuerunt, aut ab viris nuptiis viduitatem seruauerint, aut*
13 *semper virgines sint.* Nam † nec licet illis postea matrimonium experiri: alioquin anathemate plectuntur, *in ca. 14. concil. Chalcedon. in ca. diaconissam, 25. quæstio. 1.* Prius enim quam ordinentur promittere debent castitatem, *ca. de Siracusanæ, & §. ecce, cum duob. cc. seq. 28. dist.*

14 ¶Gradus † ad diaconatum subdiaconatus est, nec turbato ordine diaconatus ante subdiaconatum confertur: *in ca. solicitudo 52. distinct.* vnde nec ex subdiacono per saltum fit archidiaconus, etsi possit episcopus elici inde, *ca. innocamus, & ca. nullus in episcopum 60. distinct.*

15 ¶Fit † vtique & diacono & subdiacono manus impositio per episcopum cum ordinatur, alioquin sine illa ordinatis hoc supplementum adiicere oportet, *cap. 1. de sacr. non inter. ca. diaconus 23. distinct.* Verum diaconus recipit manus consecratorias ab episcopo impositionem, non autem talem subdiaconus, sed benedictionis, *ca. subdiaconus 23. distinct.* sic enim accipitur in subdiacono manus impositio pro benedictione, *in d. cap. 1. de sacr. nõite. can. quoniam 69. distinct. can. manus 1. q. 1.*

16 ¶Ad † subdiaconi officium pertinet, calicem & paternam ante altare Christi deferre, & Leuitis tradere, eisque ministrare, vrceolum quoque, & aquam, & manile: & manutergium tenere, episcopo, presbyteris, & Leuitis pro lauandis ante altare manibus, aquam præbere, *ca. perlectis, §. ad subdiaconum, 25. dist.*

De Presbytero, Sacerdotio, & presbyteratu.

Cap. 8.

1 *Anima inditus Dei natura dictante cultus.*
2 *Religio iuri gentium, & naturæ: etsi modus colendi alterius iuris.*
3 *Deo omni tempore ab omnibus sacrificatum.*
4 *Sacrificare quid.*
5 *Sacrificia publica & priuata, & eorum species.*
Sacra tractanda honeste, eod.
7 *Sacerdos ethnicis notabat offerendam hostiam prius.*
8 *Sacerdotes vnde nominati.*
Presbyteri quare dicti sacerdotes, eod.
9 *Sacerdotis vel presbyteri officium.*
10 *Sacerdotum summa ecclesiastica dignitas.*
11 *Sacerdos generali appellatione quilibet dici potest.*
12 *Presbyteræ mulieres quæ dicantur.*
13 *Sacerdotis nomen continet episcopos omnes, & summum pontificem.*
14 *Presbyter & episcopus pro eodem olim & dignitas.*
15 *Episcopus in ecclesia maior, in domo presbyteris æqualis.*
16 *Sacerdotis aut presbyteri munus.*
17 *Sacerdotes publicæ personæ.*
18 *Sacerdotes erant iudices.*
19 *Sacerdotes in bellis.*
20 *Sacerdotium gradatim tantum post alios ordines confertur.*
21 *Sacerdotes in lege naturæ ex genere, non electione.*
22 *Primogeniti erant iure sacrificuli in lege naturæ.*
23 *Sacerdotes publici primi, Enos, Noa, Melchisedech, primogeniti, pro quibus tribus Leui seruiunt Deo, Moses.*
24 *Sacerdotij Mosaici reditus vnde.*
25 *Decimæ sacerdotibus gentilium, & Dei distributæ & datæ.*
Sacerdotes Ægyptij ex publico alebantur immunes à tributis, eod.
26 *Sacerdotes per vices officio in lege Mosis fungebantur.*
27 *Sacerdotum legis antiquæ initiandorum forma, vmbra nostrorum.*
28 *Ordinum sacrorum origo & successio.*
29 *Sacerdotum ethnicorum varia farragó & nomenclatura.*
30 *Sacrificulorum Græcorum gentilia varia nomenclatura.*
31 *Sacrificulorum gentilium in locum quomodo subrogati ordines ecclesiastici, per prouincias & loca orbis.*
32 *Sacerdotes curiones Ethnicorum Romæ.*
33 *Sacerdotia inter Christianos primum distributa ab Euaristo Romæ, delinc per vniuersum orbem a Dionysio sum. pontif.*
Parœchiæ vnde dictæ, eod. Curiones vnde dicti, eod.
34 *Tituli sacerdotum quid sint, & origo.*
35 *Ecclesiæ vltra decimas & primitias addita à tempore Constantini Magni, & ratio.*
36 *Literæ dimissoriæ, & in forma pauperum in beneficiaria re quid.*
37 *Sacerdotium dicitur, & dignitas ordinis, & prouentus ecclesiæ.*
Sacerdotium beneficium, sanctuarium, ecclesiæ pro eodem, eod.
38 *Sacerdotum Christianorum & gentilium gradus honoris.*
39 *Pontificis maximi Romanorum potestas.*

MVlti dicunt, † inquit Dauid, *Psal. 4: Quis ostendit nobis bona?* Respondet autem illorum insipientiæ, *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Insinuans animæ nostræ propriam inesse naturam rationalem, à cuius lumine ea quæ facienda, quæue sequenda sunt, doceamur, potissimum præcipua, inter quæ singulari notione nobis inest diuini numinis cultus. Omnibus namque innatum & quasi insculptum est, esse Deum, *Cic. 2. de natu. Deor.* ¶Nec de † hominibus vlla gens est, neque tam immanis 2
sueta, neque tam ferrea, quę non, etiam si ignoret qualem habere deceat, tamen habenduni sciat, teste vel Cicerone, *idem, 1. de legib.* Iuris naturæ quippe, erga Deũ religio, *l. veluti. de iust. & iu.* ¶Et † cultus Dei à natura inductus, etsi modus colendi sit à le- 3
ge, vt auctor Aristoteles 5. *Ethico.* Proinde primum in mente eo stabilito. Deum esse, eumque omnipotentem malorum auersorem, bonorum largitorem, sacrificia ab hominum genere, quãuis diuerso modo, tamen aliquo exhibita fuisse omni seculo, dubitandum non est.

¶ Sacrificare † quippe nihil aliud est, vt ait Socrates, *Platone in* 4
Eutyphrone, quam munera Deo offerre, vel viuere, aut petere ab eo: breuiter, officium quod rei diuinæ faciendæ causa impendebatur. ¶Porro † publica & priuata sacrificia fuerunt, *Sex. Pom-* 5
peius. Publica, quæ pro populo vniuerso publice fiebant, indeq; publica. Priuata gentilitia & familiarum, quæ pro singulis familiis & personis agebantur. Omnia propria vel peregrina quæ aliunde transferebantur. Rursum, diurna, nocturna: vel solemnia, stata, anniuersaria, calendaria, & similia, in lucis, nemoribus, montibus, templis exhibita.

¶ Quamobrem † simul diuinis rebus ita auctoratis, operæ- 6
pretium fuit, vt essent qui eas curarent, qui templa reficerent, eaque sarta tectaque custodirent, & sacrificia ex regula facerẽ, vt ait Aristoteles 6. *Polit. c. si.* & 3. *Polit. c. 10.* Fueruntque sacrificia, quæ sacerdotem necessario exigerent, secundum Platonem 6. *de Legib.* potissimum in vero Dei cultu, in quo maxime cauẽdum, ne eo abutamur nimia religione seu superstitione, vel contemtu. Vtrumque enim periculosum. Et ideo ratione priori, *Cæue*, inquit Dominus *Deut. 12. ne holocaustum offeras in omni loco, ve gentes: sed in loco, quem Dominus elegerit in vna tribuum vestrarum.* Propter autem negligentiam in sacrificiis admissam, vindictam

Dei

Digitized by Google

Dei proximam esse, ex empla Nadabi, & Abiu, *Leuit. c. 10.* & He-
7 li idem faciunt cum aliis, *1. Reg. c. 2. 3. & 4.* ¶ Atque † Herodotus *lib. 2.* piaculum fuisse apud Ægyptios tradit, immolasse hostiam non notatam à sacerdote, qui priusquam immolaret, explorabat diligentissime, an munda esset deinde alligato canabo cornib. applicitaq; terra sigillari annulo impressa, mundam esse notabat. Cui tamen videtur aduersari Macrobius *lib. 1. Sat. c. 5.* dum asserit nunquam fuisse licitum Ægyptiis pecudibus, aut sanguine, sed solis precibus & thure Deum placare. A sacris sacerdotes dici Varro affirmat *4. de ling. Latin.* ¶ Sacerdotes quasi
3 sacra † dantes, *c. cleros. 8. sacerd. 23. dist.* composito nomine à sacer, & δίδωμι. Dicti presbyteri quoque propter dignitatem, *d. ca. cleros. 8. presbyteri*, quia olim & nunc in optimis rebus publicis, senioribus dignitates & honores maiores delati, *l. vt gradatim. de mun. & hon. in P. l. semper. de iur. immun. in P.* Et sicut apud Latinos recepta est phrasis, nihil esse antiquius pro honoratius: sic & apud Græcos Vt apud Iulium Pollucem *in 2.* πρεσβύτερος, pro ἄξιος μακαρίτης. Forsan & sacra antiquiora. Ideo & eorum sacrificuli presbyteri non absurde dici possunt. Sic Herodotus, τὰ θεῖα πρεσβύτερα ἱρεύειν ἢ τὰ νῦν ἀρέσθαι, antiquiora & potiora dicebant quæ sunt Dei, quam hominum. D. Hieronymus
9 *in epist. de septem gradibus ecclesiæ: Sextus*, ¶ inquit, *seniorum ordo est, qui sacerdotibus datur, qui presbyteri dicuntur qui præsunt ecclesiæ Dei, & Christi sacramenta conficiunt: Ii autem in benedictione cum episcopis consortes ministeriorum sunt, nec vlla in conficiendo corpore Christi ac sanguine, inter eos & episcopos credenda distantia est*, &c. Idem alibi *lib. 2. in Esaiam c. 3.* ait, in scripturis sanctis presbyteros merito & sapientia eligi, non ætate, & senis nomen per verbum presbyteri à septuaginta interpretibus explicari in veteri Testamento, & ita præceptum fuisse Mosi, *Exod. 18.* vt eligeret presbyteros, quos sciret esse presbyteros, hoc est, qui eo
10 honore digni sunt. ¶ Nam † teste Diuo Ignatio, *epistol. 10. ad Smirnenses*, sacerdotiũ, summa est omnium honorum, qui in hominibus consistunt. Quod si quis inhonorauerit Deum, inhonorat & Dominum nostrum Iesum Christum primogenitum omnis creaturæ, & solum natura principem & sacerdotem Dei.

11 ¶ Apparet † autem ex his nomen sacerdotis & presbyterorum generali quadam nota latius posse diffundi, quam pro ordine sacro initiatis, & quicunque quodlibet offert sacrificium, hoc modo potest dici sacerdos vt & D. Petrus dixit, nos Christianos factos esse Christo regale sacerdotium, *1. Pet. c. 2.* &c. Atque alia ratione quoque D. Augustinus *lib. 2. de ciuit. Dei, cap. 10.* explicat verba Apocalypseos c. 20. ita: *Quod D. Ioannes in Apocalypsi dicit, in isto secunda mors non habet potestatem, admonuit, atque ait, sedebunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum eo mille annis: Non vtique de solis episcopis & presbyteris dictum est, qui proprie iam in ecclesia vocantur sacerdotes: sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum chrisma, sic omnes sacerdotes: quoniam membra sunt vnius sacerdotis, de quibus apostolus Petrus: Plebs* (inquit) *sancta, regale sacerdotium.* Et † in Laodicensi concilio, *c. fin. 32. dist.* presbyteras mulieres dici apud Græcos explicatur, quas Latini dicunt *viduas & matricurias.*

3 ¶ Continentur † itaq; & sacerdotis nomine, pontifices, episcopi, archiepiscopi & summus pontifex: quia & verbum כוהן cohen sacerdos continebat & magnum sacerdotem, & inferiores. Vocabant summum pontificem כוהן גדול Et in ecclesia nunc quoque Christiana maiores sacerdotes, quales sum. pont. & episcopi, pro apostolis minores in septuaginta duob. discipulis sunt designati, *c. 1. 21. dist.* Summus sacerdos in æternum Dominus Deus noster Iesus Christus, *Psal. 109.* qui & primũ dedit potestatem sacerdotii D. Petro cũ primatu, *cano. in nouo, 21. dist.*
14 *Matth. 16.* ¶ Docet † etiam D. Hieronymus idem esse presbyterum & episcopum, sed illum habere nomen dignitatis, hunc officij. Vide eum hæc luculenter explicantem, *D. Hieronym. in epist. ad Titum c. 1. ad verba illa, & constituas per ciuitates presbyteros. 20. 9. & in epistola Euagrio scripta, to. 2. c. legimus 93. dist. c. olim, & c. seq. 95. dist.* Vocantur ἐπίσκοποι, quasi *superintendentes.* Atq; tantũ gradu supra sacerdotes, & alios presbyteros vno, cõstituit episcopũ: quia ex presbyteris per illos vnus electus est, qui ceteris præponeretur in schismatis remediũ ne vnusquisq; ad se trahés, Christi ecclesiã tũperet. Simile, si exercitus imperatorẽ sacerdotaux diaconi eligant de se quẽ industriũ nouerint, quẽ archi-
15 diaconũ nominẽt, *idẽ in epist. Euagrio scripta.* ¶ Sic † omnes presbyteri episcopi non erãt, cũ tamẽ episcopi omnes presbyteri essent, quia ex iis erant electi, & tales esse debeant, *c. ex litteris, de excess. prael.* Alioquin gradum, quẽ nõ habent, non possunt conferre, *ca. gratia, 1. q. 1. c. ventum. eod. can. Darbertum. 1. q. 7. c. quomodo de consecrat. dist. 4.* Vnde episcopus in ecclesia vel consensu presbyterorum sublimior sedere debet: intra domum vero collegam presbyterorum se esse cognoscat, statutũ & sedens stare presbyterum non patiatur, *in concil. Carthag. c. 4. & can. episc. in quolibet, cum c. seq. 65. dist in conc. Martini Papæ.*
16 ¶ Præcipuũ † munus presbyteri, & ordinationis eius statuitur, conficere Domini sacramenta, vt Epiphanius Ioanni episcopo Hierosolymorum scribit, *Epistol. Epipha. est inter epist. D. Hieron. quia ab eod. conuersa, to. 2. oper. & in c. cece ego. 95. dist.* Quod & iura pontificia testantur, *c. perlectis. 25. dist. c. dictum est. 1. q. 1. ca. sacerdotes. 6. q. 1. c. quia episcopus. 5. q. 3.* precari & benedicere dona Dei. Sic & ad Hebræos *cap. 5.* Diuus Paulus, כל כהני ארם כלכוחן חבלקת, &c. id est, vt versio vulgaris habet: *Omnis pontifex, ex quo ex hominibus assumitur, pro hominibus constituitur in his, quæ apud Deum agantur, vt offerat dona & victimas pro peccatis.* In Hebraica veritate, non omnis pontifex, sed omnis choen sacerdos. Quanquam & hæc versio habeat, πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, &c. id est *omnis princeps sacerdotum ex hominibus assumptus*, &c. Probabilior tamen Hebraica versio. Et ita etiam de omnibus sacerdotibus, intelligenda esse tradita à Diuo Paulo docemur, *in ca. ipsi sacerdotes. 1. q. 1.* quorum & ministerio, & peccata delentur à Deo. *d. c. ipsi.* Proinde & audit exomologeses, & bonus peritusque esse debet, *ca. 1. de pœnit. dist. 2.* in distinctione
17 lepræ & lepræ. ¶ Pro † hominibus autem sacerdotes offerunt sacrificia, quia publicæ personæ sunt, *l. 1. §. huius studii, de iusti. & iur. in P.* Et priuati sacra hæc tractare non possunt, aut non initiati, vel promoti ad hanc dignitatem, *Leuit. c. 17.* Sunt & alia sacerdotum officia, quæ longum esset per singula referre, & facile ex antiquis elici possunt historiarum monumentis, tum gentium, tum eorum, qui veri Dei habuerunt cultum.

18 ¶ Erant † inter cetera apud Ægytios iudices sacerdotes, auctore Ælian. *lib. 14. de var. histor. c. 34.* ¶ Aliud † officium apud
19 Vtopienses *Thomas Morus, lib. 2. Vtopiæ*, vt deterrentibus prælio copiis, seorsum illi, non admodum procul, confidant genibus, sacris vestibus induti, tensis ad cœlum palmis, primum omnium pacem, proxime suis victoriam, sed neutri cruentam, parti comprecantes: vt & vincentibus præcurrant in aciem, &
20 sæuientes in profligatos inhibeant. ¶ Requiruntur † autem presbytero ordinando, primum ea quæ in diacono & inferioribus ordinibus, per quos ascendere graduatim debet presbyter, *ca. 1. de cler. per salt. promotum. lib. 5. Decret. tit. 29.* ¶ Proinde † adesse debent probi mores, ætas, erudi-
21 tio, & reliqua, de quibus paulo post. In veteri lege naturæ & Mosaica sacerdotes fuerunt ex genere, non electione cõstituti. ¶ Sic † notant Rabini *glo. & Rabini, in cã. 25. & 27. Genes.* ante sa-
22 cerdotium Aaronis, primogenitos Hebræorum iure primogenituræ habuisse vestem sacerdotalem & dignitatem sacerdotii, ius offerendi Deo, & duplicem partem bonorum paternorum: aliquando tamen omnes sine delectu officii sacrificia obtulerunt, vt Chain & Abel, *Genes. 4.* ¶ Enos † tamen ex forma cœ-
23 pit inuocare nomen Domini, & fuit publicus, vt opinor, Dei sacerdos, *Genes. 4.* Sed & Noa hoc munus gessit, nã & is ædificauit altare Domino, & obtulit holocausta, *Genes. 8.* Post quẽ quoque & legitur de Melchisedecho, quod esset tempore Abrahami sacerdos altissimi, *Genes. 4. ad Hebræ.* In exitu etiam ex Ægypto filiorum Israel, Deus iussit sibi sanctificari omnes primogenitos, *Exod. 12.* Subinde cum non omnes primogeniti tribuum Israel essent idonei, imo inepti ad cultum & ministerium diuinum, voluit pro illis sanctificari tribum vnam Leui, *Numer. c. 3. & 8.* quia reliquę hac demta sacrificarunt idolo vituli aurei: si credimus Rabino Salomoni *in comment. ad 32. c. Exod.* A quo tamen alii dissentiunt: etsi fatendum sit, tribum hanc adhæsisse Mosi in vindicanda idololatria vituli: dictum enim illis tunc, *Consecrastis, Exod. 32. hodie manus vestras domino, vnusquisque in filio & fratre suo.* ¶ Neque † eundum inficias lege tradita in monte à Mo-
24 se sacerdotii, regulas præscriptas, cultumque diuinum ex lege factum: & annonam illis ex sacrificiis & oblationibus in peregrinationem deserti constitutam, *Exod. cap. 28. & 29.* Adepti deinceps terra pollicita, eaque diuisa, iura illorum firmata fuerunt, additæ eis decimę & primitiæ bonorum, in partem illorum: non enim Leuitis distributa est pars in possessionem, *Numer. 18. & 34. Iosue, 14. c. quamuis, ca. 1. & ca. prohibemus, de decim. c. causa Carpensis, de verbo sign. can. 116. q. 7. Ezech. ca. 44. D. Cypria. Epistol. lib. 1. epist. 9.* Sicut & apud Ethnicos, sacerdotes decimas capere soliti erant, *Plin. lib. 12. c. 14.* ex thure, quod ex Arabia Sabotam deferretur. Et in Thomna *idem lib. 12. c. 19.* diuidebantur portiones, ex cinamomo decimę inter Ægyptios sacerdotes.
25 ¶ Vltra † tamẽ ex publico nutriebantur sacerdotes Ægyptii, eratque terra illorum immunis ab omni pensitatione tributaria, & onere, *Genes. 47.* Scribit & Aristoteles *lib. 7. Polit.* sacerdotib. Græcorum fuisse commessationes necessarias institutas circa ędes sacras. Vestigia etiam manent Romanorum apud Pomponium Lætum *de sacerd. t.* decimas idolis religionis gratia fuisse exhibitas, & sacerdotibus eorum, dum de poticiis & Pinariis scribit, dicens: *Herculem priscum in Euandri ara decimas soluisse, & in foro Boario, illi aræ proximo, etiam ex voto posteros exhibuisse decimas: certumque habitum, vt qui vellent diuites fieri, soluerent decimas Herculi, indeque M. Luculli factas opes.* ¶ Et sicut † ministeriũ ex-
26 hibebant diuinis Leuitici generis, sic & sacerdotio fungebãtur qui ex genere Aaronis erant: tria enim placuit, initiatique sunt & consecrati dominoin sacerdotes in æternum, *Exod. 29. Leuit. 8.* Diuisit & Dauid postea multitudinem harũ tribuũ in certos ordines, vt per vices fungerentur & sacerdotio & ministerio, *1. Paralip. c. 23. & 25. Luc. 1.* ¶ Erat † autem certa forma, *hanc for-* 27
mam vide descriptam Exo. 29. & Leuit. 8. initiandi sacerdotes in

Digitized by Google

lege antiqua, quę ceremoniis mysteria futuri sacerdotii Christiani referebant. ¶ Translata † porro lex, cum translatum quoq; est sacerdotium in aduentu domini nostri Iesu Christi, *c. translato, de constitut. can. in nouo, 21. dist.* qui fuit verus & summus sacerdos, seipsum pro nobis hostiã offerens Deo patri, *ad Hebr. c. 2 & 3.* Electi ab illo apostoli. *Matth. 10. ad Eph. 4.* dehinc septuaginta duo discipuli. Apostolis successerunt episcopi, *can. vlt. 68. dist. can. in nouo, can. videntes, 12. q. 1. can. dominus, 93. dist.* & diaconi, *cadiaconus, can. diaconi septem, & ca. diaconi qui, ead. dist.* fuerũt & sacerdotes & presbyteri. Et crescente Christianorũ numero, clericorum ordines dispositi, *can. cleros, 21. dist.* ¶ Oeconomia autem omnis † clericorum vni Deo dispositа est & cõsecrata, nõ sicut apud ethnicos diuersis: apud quos sicut copia erat Deorum conficta, sic & varia farrago sacrificulorum singulorum idolorum, vt *Flamines, Dialis, Martiales, Quirinales, Viminales, Vulcanales, Carmentales, Falacer, Palatualis, Furinalis, Pomonanus,* & iis similes. Plures & sacerdotes, vt *Potitii, Pinarii, Arualis, Salii, Feciales, Patres patrati, Galli magnæ matris Idææ, Dumuiri sacrorum, Titii sodales, Lupertii, Popi,* & id genus alii, *de quib. omnib. & eorum electione vide Nicola. Gruchium lib. 2. de comitii. Rom. c. 2.* quibus Roma abundabat, in sua superstitione & impietate ante habitam Dei veri notitiam. ¶ Quemadmodum † & apud alias gentilium nationes, eiusdem instituti sacrorum receptorũ varii fuerunt administri, potissimum apud Græcos, qui cum sapiẽtiores aliis videri vellent, sibi aceruum in falsa religione sacrificulorum cumularunt; indeq; prodierunt, ἐπῶπαι, *Subministrantes:* ξυνέδροι, *Ministri:* ἀκόλουθοι, *Aeditui*, purgantes domum sacram: ἱερόπολοι, *Administrantes sacrificiis necessaria:* νεωκόροι, *Purgationibus deseruientes:* χαλκοφύλακες, *grandinum & tempestatum obseruatores:* ἱερόκηρυκες, *iisdem Myst. riis initiati:* ἀρχιερεῖς, *Sacrificuli:* προφῆται, *Prophetæ:* ὑποπροφῆται, *Subprophetæ:* ἀοιδοί, *Vates, qui & χρησμῳδοί, auspices,* μάντεις, & iis similes. In quorum locũ † patres nascentis ecclesiæ successerunt veræ religionis & Dei veri administros, & eorũ ordines, eradicatis zizaniis, atque diuisis prouinciis patriarchæ positi, vbi erant *Archiflamines*, episcopi, vbi flamines: sacerdotes Dei idolorum sacerdotibus oppositi, *can. vrbes, can. episcopi, can. in illis, 80. dist.* Et Romæ, vbi erat caput totius idololatriæ, & orbis caput & sedes posita præcipua sanctitatis, *can. beati Petrus & Paul. 2. q. 7.* ¶ Erant † antea apud Romanos, *curiones sacerdotes*, à curiis ex lege Romuli eligendi idolis ministrantes, qui curiarum suffragio creabantur. *Dionys. Halicar. lib. 2.* Et iis præpositus curio magnus, qui suffragio populi comitiis creabatur, auctore Liuio, *li. 7. Dec. 3.* ¶ Christiano † autem populo aucto Romæ, & Euaristus primus, *Platina in Euaristo*, sacerdotes distribuit per singulas vrbis Romæ curias, qui præberent sacramenta, & sacra alia populo: illi a quibus præberentur, viciſſim necessaria suppeditarẽt victui eisdẽ. Inde patres illæ vrbis distributę, dictę paroeciæ, & curiones, & subditi parœchi, à verbo Græco, παροικεῖν, id est, præbere. Meminit D. Cyprian. *epist. 6. lib. 1.* primitias & decimas illis deberi. Per vniuersum deinceps orbẽ circa annũ domini 266. Dionysius sum. pontif. idipsum fieri curauit, distributis locis singulis curionibus assignatis: pro reditibus decimis, quæ intra limites distinctos continerentur. *can. 1. & ca. ecclesias, 13. q. 1. can. 1. 90. dist. ca. episcopi, 80. dist. c. pastoralis, de iis quæ fiunt à prælat. sine consens. cap. Polyt. Virg. lib. 4. c. 9.* Et proinde isti curiones proprii sacerdotes dicuntur, quibus animarũ cõmissarum cura demãdatur singulariter, *ca. omnis vtriusque, de pœnit. & remiss.* ¶ Hinc † & titulos exigi in creandis sacerdotibus statutum, id est, ecclesias proprias, quibus sufficerentur, & vnde titulum nomenq; presbyteri sumerent, *can. 1. & 2. 70. dist.* Quãuis postea pro illis patrimoniũ vitæ sufficiẽs tantũ requisitũ sit, *c. 2. & 3. tuis quæstionibus, de præben. ap. Greg.* ¶ Ecclesiis † quoq; adiuncta sunt, quę ad nutriendos cultus diuini ministros, potissimũ sacerdotes proprios, essent necessaria: & vltra decimas & primitias alia bona temporalia, hereditates & patrimonia, potissimum à tempore Constãtini, qui ita fieri permisit, *l. 1. de sacros. eccl. C.* Antea enim non erat licitum nęc cum ecclesia inter Iudæos esset vsurpatũ: nam futurum transferendam ecclesiam in gentes præuidentes apostoli, omnia vendebant & pretium in commune ad pedes ferebant apostolorum. At translatione facta, & experientia edocti, ob tyrannorum persecutionem, cultum diuinum dissipari, & cessante persecutione ægre resarciri, cum deficerẽt bona, placuit & temporalia ecclesiis addi retinenda, *can. futuram, & ca. videntes 12. q. 1.* Et ita ecclesiarum reditus, ministris etiã inferioribus sufficerẽt, *ca. saluator de præb. in extrau. comm.* Et cautum, ne basilicæ siue templa sine congrua dotatione redituum construerentur. *can. nemo, de consecr dist. 1. c. 1. de consib. ap. Grego. c. ad audientiam, in 1. de eccles. ædif.* vt qui altari seruirent, de altari possent viuere *c. 2. c. episcopus, c. exstirpande §. 1. & c. cum secundum apostolum, de præb. c. cum sit Romana, de simon.* Non enim alligandum est os boui trituranti, *Deuter. 25. ad Galat. 6. D. Matth. 10. D. Marc. 6. D. Luc. 9.* ¶ Idcirco † codicilli seu literæ quædam, seu rescripta summi pontificis dicuntur iustitiæ ad futura beneficia, quibus iubetur episcopo conferre beneficium clerico pauperi, quẽ sine titulo ordinauit: dictæ iustitiæ, quia iustum est eum alere, quem pauperem ordinauit, *c. si pro clericis, & ca. si pauper, de præb. in 6. c. non liceat, can. episcopis, de præb. De literis iustitiæ, & rationibus earum, vide Lapum, alleg. 79. & Ioannem Staphilæum, in sua forma expectat. Ioan. Andr. & Dominic. si pauper, de præb. in 6. Rebuff. tit. de rescripto in forma communi, & in forma pauperum, de praxi benefic.* Aliter dictæ in forma pauperum, quia in ea forma tantum pro pauperibus clericis conceduntur, *c. postulasti, c. si pauper, c. si pro clerico, de præb. in 6.*

¶ Hinc † prouentus, qui sacerdotibus debentur, sicut & dignitas ipsa sacerdotium dicitur, cum apud ethnicos, tum etiam apud nos. Sic Liuius *lib. 9. Gens Potitia, cuius ad aram Herculis familiare sacerdotium erat, &c.* Meminit Modestinus *in l. 1. ad l. Iul. de ambit.* cautum lege Iulia de ambitu, ne sacerdotium à populo peteretur. Hermogenes *l. vitricus, 6. de donat. inter vir. & vx. in P.* quoq; propter sacerdotium adeptum, posse dissolui matrimonium bona gratia tradit, vsurpant ita Cæsares & iuris pontificii auctores pro eo quod alio nomine beneficiũ dicimus. Etsi sciã sacerdotium & pro presbyteratu, quamuis non adsint fructus ei ecclesiastici, accipi, *l. quicunque iuncta auth. seq. si quis episcopus, de episc. & cler.* Et communi vulgariq; nomine dici beneficium, *c. nemo, de electio. in 6. c. translato, de constit.* quod & sacerdotiũ sanctuarium *c. beneficium, de regul. iur. in 6. clem. 2. de iudic. can. cum in cunctis §. 1. de elect.* ecclesiaque *c. consuluit, de iur. patron.* dicitur. 37

¶ Sacerdotium vnum † præcipuum omnibusque commune officium est, verum accedunt illis aliunde tituli & qualitates, quæ augent dignitatem singulorum. Alii namq; simpliciter sacerdotes, alii curiones, alii episcopi, alii archiepiscopi, patriarchæ, pont. sum. &c. *c. sin. ne prælatus vices suas.* Quemadmodũ & ordo dignitatum sacerdotum apud gentiles erat, qui ex suorũ idolorum dignitate, quos vocabant Deos, vt plerunque gradus habebat. Sicq; Sext. Pomp. Festus tradit *in lib. de ver. sign. in ver. ordo sacerdotum.* inter sacerdotes illorum maximum fuisse regẽ, deinde Dialem, post hunc Martialem, quarto loco Quirinalẽ, quinto pontificem Maximum. *Et quo in consiuisis supra omnes rex accubabat, Dialis supra Martialem, Martialis supra Maximum, inde in supra pontificem. Rex, quia potentissimus: dialis, quia vniuersi mundi sacerdos, qui appellatur Dis: Martialis, quia Mars conditoris vrbis parens: Quirinalis, socio imperii Romani Curibus ascito Quirino. Pontifex † Maximus, quod inde ex atque arbiter habetur rerum diuinarũ & humanarum.* Hæc Festus. 38 39

De personis, quæ ordines conferunt. Cap. 9.

1 *Ordines conferunt sacros episcopi.*
2 *Ordines minores conferunt alii, quam episcopi & qui.*
3 *Ordines conferens debet esse proprius prælatus ordinati. Dimissoria litera quid & à quibus concedantur pro ordinibus eo.*
4 *Ordinati ab hæretico schismatico, & huiusmodi prælatis, num habeant ordines.*
5 *Ordinandus non est Græcus clericus à Latino episcopo.*
6 *Monachus ordinandus non est sine permissione abbatis.*

ORdines † conferunt episcopi, & iidem episcopum ordinãt seu consecrant, *tota 75. dist.* ¶ Possunt † & minores ordines conferre alii, quam episcopi, *c. 1. de ordina. ab episcop. qui renuntiat. episcop.* vt abbates, *c. cum contingat, de ætat. & qualit. can. abbatibus, 69. dist.* si agatur de monachis illis subditis, *ca. abbates, de priuil.* dummodo per manuum impositionem prælati in ecclesia facti fuerint, sine schismate, *can. Lugdunensis, 9. q. 2.* ¶ Proprius esse debet prælatus, † qui confert, *c. veniens, de præscrip. cap. cum contingat de ætat. & qualit. in Trident. concilio. sess. 7. de reformatio. can. 7. & can. Lugdunensis, 9. q. 2.* vel oportet mandatum eius interuenire, id est, literas commendatitias, seu, vt vocant dimissorias, *de quib. vide 70. 71. & 72. distinct.* Quas tamen non concedunt inferiores prælatis, vel eius officiarii, vel alii citra priuilegium, *c. 3. de temper. ordinat. in 6.* nisi episcopus speciali mandato hanc potestatem dederit suo vicario, vel is episcopus longe absit. Quo casu vicarius in spiritualibus quoque concedit, *c. 2. & 3. de offic. vicar.* vt sede vacante capitulum, *d. c. 3. §. 1. & 2. de temp. ordinat.* vel capto ab hostibus prælato: nam tunc & capitulum eadẽ iura exercet, quę mortuo eo, *c. penult. de supplen. negli. prælat.* ¶ Ordinati † ab hæreticis excommunicatis, schismaticis, simoniacis, depositis, suspensis, interdictis, vera conferunt sacramenta, & verum corpus Christi conficiunt, dummodo in forma ecclesiæ catholicæ perficiant, *Hostiens. in sum. de temp. ordin. per can. secundum 19. dist. can. declarauit, & c. dominus, 1. q. 1. c. quod quidam. eod. ca. offenditur, & ca. quomodo, de consecr. distinct. 4.* quoad characterem, non quoad executionem: contra, si formam omittant, *c. 1. de schismati.* Neq; extra formam ecclesię verus locus est sacrificio, *can. extra catholicam, 1. quæst. 1.* Episcopus dum ordinat, consilium clericorum suorum adhibere debet, iuxta Carth. 4. synodum, quæ refertur à Gratiano *in c. episcopus sine consilio, 24. dist.* 1 2 3 4

¶ Græci † clerici à Latinis episcopis ordinari non debent, si in ritu ordinandi sunt contrarii, *c. cum secundum regulas, c. 9. de temp. ordinat. vide & c. quod translationem, c. 11. eod.* ¶ Nec † ab episcopo ordinandi religiosi, si prælati eorum contradicunt, *c. ad* 5 6

Digitized by Google

tores, de tempor. ordin.

De Personis, quæ ordinari possunt. Cap. 10.

1 *Ordinandorum qualitates animi, corporis, & bonorum inspiciendæ.*
2 *Ordinandi vita secreta sit à vulgo, & qualis debeat esse.*
3 *Castitatem vouent subdiaconi, diaconi, presbyteri, Non lectores & inferiorum ordinis.*
4 *Ecclesia orientalis non suscipit in ordinibus votum castitatis perpetuum, & de Orientali ordinatorum coniugio.*
Connubiis nuptiarum arcentur subdiaconi, diaconi, presbyteri, eod.
5 *Sacerdotes expedit esse pauciores bonos quam plures indignos.*
6 *Ordinandus probandus esse debet ante examinationem.*
7 *Ordinandorum examinatio quia contineat.*
8 *Bigamos ad quos ordines promoueri non potest.*
Bigamus censetur meretricem ducens, vel cognoscens suam vxorem alterum, eod.
9 *Illiterati omnino non ordinandi, sed possunt & ij ordinari, qui mediocri scientia sunt imbuti.*
Tonsura prima illiteratis non confertur, eod.
Ordinandis quæ & quam conditio exigatur, pro diuersitate ordinis, eod.
10 *Sacerdoti quæ debet esse saltem scientia.*
11 *Episcopo quæ debet inesse scientia.*
12 *Ordinatus illiteratus recipit ordinis characterem.*
Illiteratus suspendatur ab ordine, donec didicerit, eod.
13 *Electio illiteratis iure irrita.*
Episcopus posset episcopatu, quod Donatum non legisset, nec nouisset Grammaticam, etc.
14 *Serui quando ordinari poterant.*
15 *Ordinandorum qualitates corporales, ne sint vitiati, &c.*
Corporis vitia quæ impediant ordinationem, eod.
16 *Furiosi ordinari non possunt.*
17 *Natalibus suis ortus debent esse, ordinandi.*
Canonici regulares possunt esse illegitimi, eod.
Monachi possunt esse illegitimi, eod.
18 *Filij illegitimi cur ab ordinibus arceantur.*
19 *Illegitimo dispensare in quibus beneficijs possit episcopus.*
20 *Pœnitens non ordinatur, curialis luxuriose viuens.*
21 *Ordinati probati esse debent, & bonæ famæ.*
Prouinciarum rectores probandi antequam eligantur, in vita & moribus, eod.
22 *Ordinandorum ætas in singulis ordinibus, idem 23. ætas in singulis ordinibus minoribus & maioribus requisita, etc.*
23 *Ordinans & ordinatus ante legitimam ætatem quomodo plectantur.*
24 *Mulieres ad nullum sacrorum ordinum promoueri vel ordinari possunt.*
Apud Ethnicos contra sacerdotes erant, num. 25.
25 *Sacerdotes & ministri sacrorum qui, & quomodo delecti, apud Ethnicos.*

1 ORdinandorum † qualitates plures sunt obseruandæ. Primum, illæ quæ animũ respiciunt. 2. quæ corporis sunt: deinde, quæ bonorum. ¶ Quæ sunt † communes omnibus ordinibus: nempe, *Isidorus, de vita clerico. & in cathis igitur, 23. dist.* vt vita eorum à vulgari absit, & à mundi discreta voluptatibus, ab spectaculis, pompis, conuiuijs publicis, & priuatis parum castis, ab vsuris, à fraudandi studio, amore pecuniæ, secularibus negotijs, ambitione honorum, dolo, odio, detractione, æmulatione, inuerecundo & præcipiti incessu & sermone: non frequentent fœminas, caste viuant, obediant senioribus, non se extollant, psalmis, hymnis, canticis incumbant. Sint sine crimine grauiore. 1. *ad Timothe. 3. c. vnum ex vitium. 25. distinct. c. fi. de furt.* siue infa- 2
mia, *ca. præcipimus, 34. dist.* ¶ Castitatem † promittunt & vouẽt perpetuam subdiaconi, diaconi, presbyteri, & superioris gradus clerici, *can. lex continentiæ, 31. distinct. & to. 32. distinct. in can. fem. 27. dist. to. 28. dist. l. eum qui. 19. & auth. multo magis, de episc. & cler. C.* non lectores & inferiores, *a. auth multo magis, d. cano. lex continentiæ, ca. si quis, & ca. lectores, 32. dist.* Qui enim perpetuo debent altari assistere, perpetuo ab vxoribus abstinere debent, *can. sacerdotibus, & cano. episcopos, & seq. 31. dist.* sicuti & ad tempus qui expeditius vacare debent orationi, ex præcepto D. Pauli. 1. *ad Cor. 7.* & hoc in Occidentali ecclesia.

4 ¶ Nam † Orientalis in ordinationibus votum castitatis non suscipit perpetuum, *cano. aliter. 31. dist.* Proinde in ecclesia Occidentali veritum, ne subdiaconi, diaconi, presbyteri, & alij quibus ducere vxores prohibetur, interfint nuptiarum conuiuijs, c. *presbyteri, 34 dist.* ex concilio Agatens. Demosthenes Christiane hæc de re quoque sentit *in ora. cont. Timocratem:* ἐγω μὲ γὰρ ἡγοῦμαι, καὶ νῦν οὕτω δοκεῖ, καὶ χρῆσθαι καὶ κατὰ ἀδύνατον, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐπιτάττω τοῦτο ποιεῖν, ὃ νῦν ἐγὼ ποιῶ, καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐποίουν, οὐκ ἐπιτρέπων τοῖς ἐμοῖς ἐπιτηδεύμασιν, ἀλλὰ βέλτιον ἡγούμενος τοῖς ἐμοῖς ἐπιτηδεύμασιν, ὅτι νῦν βέλτιον, ἤ δὴ ἐγὼ ἡγοῦμαι, ὃς ἂν εἰς ἱερὸν ἴῃ, καὶ ἐπὶ τὰ θεῖα σπεύδῃ, καθαρὸν εἶναι καὶ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς, εἰδότα ὅτι καθαρεύοντι μὲν ἐστὶ τὸ θεῖον ἐπιστατοῦν, ἐπὶ δὲ τοῖς μιαροῖς ἀλάστορες παρεδρεύουσιν, ἐπὶ δὲ τοῖς ἀκαθάρτοις ἀκάθαρτα πνεύματα, ὃς ἂν ἐπὶ τὰ θεῖα σπεύδῃ, καθαρὸν εἶναι καὶ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς, εἰδότα ὅτι καθαρεύοντι μὲν ἐστὶ τὸ θεῖον ἐπιστατοῦν, ἐπὶ δὲ τοῖς μιαροῖς ἀλάστορες παρεδρεύουσιν, ἐπὶ δὲ τοῖς ἀκαθάρτοις ἀκάθαρτα πνεύματα, id est, ego enim arbitror, qui sacræ ædes ingreditur, qui mallonia & cani pitos attingat, qui curæ diuinarum rerum præsit, eum non modo ad certum aliquod eorum tempus castum esse debere: sed per omne spatium ætatis ab istiusmodi studijs fuisse purum oportere, in quibus ætas tempestate consumpsit. ¶ Referit eadem verba in fine orationis contra Androtionem, *In summa,* inquit Clemens, *can. tales ad ministerium, 23. dist. tales ad ministerium eligantur clerici, qui digne possint dominica sacramenta tractare: melius est enim Domini sacerdotium paucos habere ministros, qui possint digne opus Domini exercere, quam multos inutiles, qui possint graue onus ordinatori adferre. Debentque esse sine crimine manifesto, c. ex tenore, & c. fin. de tempor. ordin.*

¶ Et † in concilio Carthaginensi 3. *c. nullus, 24. dist.* prohibitum, vt nullus examinetur clericus, nisi probatus vel examine episcoporum, vel populari testimonio populorum. 6

¶ Proinde † feria quarta ante sabbathum ordinationis, *ca. quando episcopus, & can. si. 24 dist. ca. ad nostram, de offic. archid.* id est, ante ordinationẽ tribus diebꝫ debẽt archidiacono sisteie episcopo, seu præsentare ordinandos, vt episcopus eos probet, vel examen eorum committat viris sacerdotibus bonis, & prudentibus, in diuinis lectionibus & ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, qui inquirant ordinandorum genus, patriam, ætatem, institutionem, locum vbi educati fuerint, fuerint instructi in lege Dei, si catholici, & de similibus. 7

¶ Bigamus † in casu necessitatis quidem potest promoueri vsque ad subdiaconatum, *ca. lector, 44. dist.* non autem ad alios maiores ordines, *cano. vnius. 26. dist. tit. de biga. non ordi. & can. præcipimus, 34. dist.* Diuisit enim in secundo coniugio, & in bigamia carnem suam, *can. admonemus. 26. dist.* & incontinentiæ signum exhibuit, *ca. propositi, 82. dist.* Neque ad viduitatem, quam ipse spreuit, suadendam idoneus, *can. vna, 26 distinct.* Quare qui meretricem vel concubinam duxerit & viduus voluerit, ordinari, non admittitur, exemplo bigami, *can. maritum, 33. dist. c. curandum; a. cano. præcipimus, 34. dist. cano. qualis, 30. q. 5.* Nec qui se commiscuit cum propria vxore, quam sciebat & constat commisisse adulterium, ex Neocæsariensi concilio, & Martini Papæ, *ca. si quis vxorem, & can. si laici, 34. dist.* 8

¶ Illiterati penitus, † non debent ad ordines promoueri, *can. 36. dist. c. veratum, 1. q. 1. c. præcipimus, 34. dist. §. clericos, de sanct. episcop. in auth.* mediocris tamen scientia sufficit, *ca. cum nobis, ext. de elect.* Imo nec tonsura prima omnino illiterato confertur, *c. fin. de tempor. ordin. in 6.* Nec si hoc dispensare potest episcopus, vt fiat clericus, *Innocen. in c. sicut lis, eo. ap. Grego. vide Cardinalem, de Turre Cremata, in c. si in laicis, 48. distin.* nam ecclesia viris literatis ad sui regimen indiget, *c. cum ex eo, de elect. in 6.* & ex clericis ad alios ordines ascensus patet. Ius autem diuinũ repellit ab officio sacerdotem, qui imperitus est, *Osee, c. 4.* vt & facile facultas cedendi episcopatui concedatur ei, qui propter ignorantiam se merito indignum arbitratur, *ca. nisi cum pridem, §. pro defectu, de renuntiat.* Pro diuersitate tamen graduum ordinis & diuersi gradus scientia necessaria: vt quo maiores, eo maior debeat esse scientia. Et in summa, vt scientia sufficiat, scire quę ministerij & officij sui sunt. Sic cum cura maior in sacerdote, quã in inferioribus, & maior episcopi, & difficilior summi pontificis: ideo & in his delectus scientiæ habendus est. ¶. Et saltem † sacerdoti necessaria sunt, *can. quæ ipsis, 38. distin. & tot.* 10
dist. ad discendum, sacramentorum liber, l'ctionarius, antiphonarius, baptisterium, computus, canones pœnitentiam, psalterium, homiliæ per circulum anni, dominicis diebus, & singulis festis aptæ. ¶ Episcopus † autem debet notitiam habere noui & 11
veteris testamẽti, *can. penult. & fin. 36. dist. & cano. omnes psallentes, & seq. 38. dist.* iuris pontificij: nec sine illis possunt commode onus sibi impositum exequi: neque alienus negotiorum secularium omnino, & imperitus esse debet, *can. 1. 3. distin.* Prophanas autem scientias & scripturas legere prohibetur, aut vix permittitur, & nisi cum sobrietate, *tota 37. dist.* & quatenus ad facilioꝝ scripturarum diuinarum explicationem conducunt, *ca. relatum, 37 dist.* ¶ Notant † tamen interpretes illiteratum omnino ordi- 12
natum, accipere ordinis characterem, *Innocent. & Ioan. An. r. in ca. cum in cunctis, de elect. & Card. de Turre Crem. in cano. illiteratos, 36. dist.* Suspendendus tamen hic erit ab exercitio, donec se idoneum & sufficientem huic gradui reddiderit, *Io Bernard. D. de his practic. criminal. c. 18.* ¶ Quanquam † & electio illius qui illite- 13
ratus est, ipso iure irrita, *can. cum in cunctis, c. 7. & c. congregato, ca. 53. de electio. apud Gregor.* Et Honorius 3. sum. pontifex amouit ab episcopatu promotum, qui fallus fuisset nunquam Grammaticam didicisse. nec Donatum legisse, *ca fin. de ætat. & qualita. ord. apud Greg.* Nec huic suspensio concessa, vt discereꝝ: cum ignominiosum sit eum, qui alios vt doceat constituitur, doceri, *§. damus de sancti. episc. in auth. collat. 9. ca. conuenient: bus, 1. q. 7. c. vt ssim. in 1. que. 1.*

¶ Non † ordinabantur seruilis conditionis homines, quin 14
prius essent à propriis dominis libertate donati, ex cõcilio Triburiensi & Toletano, *can. nulli, & cano. de seruorum, 54. dist. c. 1. & 2 de serui. non ordin.* De facto tamen ordinatus seruus, vere ordinẽ suscipit, *Præpositus in summa 54. dist. Cardin. inibi.* Fugitiuus tamen, & per fraudem ad gradus conscendens seruus, deponitur,

Digitized by Google

& domino restituitur, distinctione adhibita, *c. 2. de seruis non ordin.* Ceterum in his quæ corporis sunt ordinãdorum, considera primum quæ se offerunt corpora, postea morbos, dehinc ætatem. ¶ Repelluntur † itaque ab ordinibus, corpore vitiati, & imminuti enormiter, *can. illiteratos, 36. d.* sicuti & olim à ministerio Dei ex præcepto antiquæ legis, *Leuit. 21.* qui maculã habebat, cæcus, & claudus, grandi, vel paruo, vel torto naso, fracto pede, mancus, lippus, gibbosus, albuginem habens in oculo, habens iugem scabiem, impetiginem, quæ etiam mystice de vitiis animi intelliguntur, prout explicatur in Pastorali Gregorii. *in c. hinc etenim, 50. dist.* Atque ita potius accipienda, quam ad literam tradunt interpretes sacri. Neque omnem maculam repellere, vel claudicationem, vel similia, quæ non impediunt exercitium ministerii, & quæ sine culpa contigerunt ordinando, *Hostiens. in sum. de corpo. vitia. facit c. 2. & ca. fin. eiusd. tit. & ca. lator præsentium, 55. dist. in. c. qui per partem, eod.*

16 ¶ Remouentur † & proculdubio ab ordinibus furiosi, & epi-
17 leptici, *ca. communiter, 33. dist.* ¶ Ordinandus † insuper iustis natalibus natus esse debet, *cano. canomanensem, & can. seq. 56. distin. c. cum in cunctis, de electi. Deutero. 23. non ingredietur mansser. & c.* nisi tales fuerint ingressi monasteria, vel sint canonici regulares, *tota 56. dist. c. 1. de fil. presbyte. & tot. tit. & ca. cum in cunctis de electio. cano. de incestis, 35. q. 3.* Nisi malimus illos sequi, qui tradunt & religionem ingressos illegitimos quoque arcendos ab ordinibus: verum facilius cum illis ab episcopo dispensari, *vide glo. explicantem hanc quæsti. in dist. 56. in verb. presbyterorum.* Sic Philo Iudæus *in decalo. In sacerdote & hominum*, inquit, *genus examinatur, vt sit inculpabile, & competens partibus, suis corpus vsquequaque integrum.*
18 ¶ Sex † autem rationes adfert Præpositus, cur arceantur illegitimi, *Præposit. in can. 2. 36. dist.* & aliquas Hostiẽsis *in sum. de filiis presbytero. §. quæ est caussa.* quibus addendus canon si gens Anglorum, 56. distin. Porro dispensatio huic malo medetur, *tota 56. distinct. cap. nisi cum pridem. §. personæ, de renuntiat. ea. per venerabilem, qui fil. sint legit.* ¶ Verum † episcopus in mi-
19 noribus dispensat, & in beneficiis, quæ ab iis possunt teneri: in aliis, nequaquam, *c. 1. de filiis presbyt.* At in promotione debet nominatim exprimi illa dispensatio naturalium: nã promotione ipsa, ad ordines, vel beneficia, quæ iustos exigunt natales, non censetur tacite dispensatum, etiamsi is qui confert ordines, dispensare possit alias expresse. *glo. late, in c. vni. in verb. dispensare, de ætat. & qualit. in 6.* Dispensabit itaque episcopus in minoribus, & pro canonia etiam cathedralis ecclesiæ, dummodo non sit dignitas, *Ioan. Andr. in addit. glo. c. 1. in verb. bonæ fidei. de filiis presbyter. in 6.* Poterit & sum. pontifex dispẽsare in omnibus ordinibus & beneficiis, vt non egeamus episcopi tunc ope, *c. 2. eod.*

20 ¶ Non † ordinatur pœnitens, *can. ex pœnitentibus, & c. illud. ca. canones, 50. dist. cap. placuit, eod.* aut curialis, vtpote rationibus & debitis implicitus, *cano. 1. & 2. 53. distinct. c. vni. de obligat. ad ratio. ordin.* nisi post depositã onera quæ continent rationum redditionẽ, *d. c. vni.* Neque is qui in luxu aliquandiu vixerit, etsi postea resipuerit. Sin enim scriptum in canonibus Nicephori *Confes. li. 2. inc. Orienta. Si quis ad annos viginti, & deinceps dissolute & in luxu vixerit, deinde studiosus apparuerit virtutis, non ordinetur: sacrum enim impollutum est.* ¶ Et in summa † probatos & ornatos
21 esse oportet ordinandos à bono testimonio. Sic enim & fieri in ecclesiæ nascentis tempore solitum: sicut Lampridius docet *in vit. Alex. Seueri*, dum tradit Seuerum Cæsarem, antequam rectores procuratoresque ad prouincias regendas mitteret, nomina eorum proposuisse horrando populum, vt si quis quid haberet criminis probaret manifestis rebus, si non probaret subiret pœnam capitis: dicereque eum graue esse, cum id Iudæi & Christiani facerent in prædicandis sacerdotibus, qui ordinandi sunt, non fieri in prouinciarum rectoribus, quibus & fortunæ committerentur & capita. In sacerdotibus potissimum vitam quoque incontaminatam esse debere, docet Deus, dum iussit eos deferre in pectore, תאורים ואת תחמים. haurim veeth hathumim, id est, *illustrationes & puritates Exod. 28.*

¶ Consideramus † etiam in ordinandis ætatis maturitatem,
22 *c. cum in cunctis, ca. 7. de electio.* In prima tonsura & minoribus aliis ordinibus sufficit, & ab infantiæ annis qui septem sunt, *l. si infantis, C. de iur. delibe.* quis potest clericatus officio donari, *cano. de his quos, 28. dist. ca. in singulis, 77. dist.* in acolytatu olim & subdiaconatu 14. *d. can. in singulis*, aliquando 20. anni requisiti, *c. quicunque, 77. dist.* Postea in subdiaconatu, 18. annum: in prebyteratu, 25. *can. de his, 28. distinct. can. vltim. de tempo. ordinat. in 6. clem. fin. de æta. & qualit. apud Clemen.* sufficere visum est. ¶ Ordinãs, puerum † 13. annorum in diaconum à collatione ordinum suspen-
23 ditur, & ordinatus vsque ad legitimam ætatem ab executione eorundem *c. vel non est compos, ca. 14. de tempor. ordin. c. ex ratione, de ætat. & qualit.* In episcopali ordine, 30. exspectandus annus, *d. ca. cum in cunctis, de elect.* Constitutio regia ex consultatione comitiorum habitorum Aureliæ, in presbyteris creandis statuit triginta annos, cum probitate morum, articulo duodecimo.

Sextus † quoque perpendendus: nam mulieres à sacro ordi-
24 nis cuiusq; charactere arcentur: nõ enim ordinantur iure Christiano, nec sacra tangere, *ca. sacratas, 23. dist.* nec prædicare, nec confessiones, seu exomologeses peccatorum audire, vel absoluere, aut benedicere possunt, *cano. noua. de pœni. & remiss. cano. mulierem, 33. q. 5.*

¶ Ethnicis † seu paganis in statuendis sacrificulis & suis sa- 25
cerdotibus, multa quoque fuerunt obseruata: delata tamen sacrorum cura & mulieribus. Exstantq; adhuc antiquarum rerũpublicarum de illis leges. Et primum Platonis hæc lex, *Plato 6. de legibus: Sacerdotes tam viri quàm mulieres æditui constituendi sunt, partim delectione, partim sorte. Quæ ad sacerdotum electionem pertinent, Deo committenda sunt, vt quemadmodum illi placitum, ita diuina fortuna cui tributum id sit, sortes ferat: in eorum autem qui sufragium consecuti sunt examinatione, ille est comprobandus, qui integer sit atque legitimus. Deinde, à domo quàm maxime munda, ex pers quoque cadis, omniumque huiusmodi quæ aduersus leges committuntur: cuius pater materue similiter vixerint. Sacerdotium non diuturnius quam annuum: nec pauciores annos, quam sexaginta natus sit, qui secundum sacras leges, res diuinas est tractaturus.* Eademque de mulieribus sacris, quæ de viris statuta intelligantur, Morem Romuli lege inductum eligendi ad sacra gentium pertractanda, descripsit Dionys. Halicarnassæus *in 2. antiq. Roma.* his verbis: *Cum alij*, inquit, *temere plerumque ac inconsiderate sacerdotes eligant, quidam licitatoribus proponentes hunc honorem, quidam committentes sortibus, ipse Romulus, neque venalia voluit esse sacerdotia, neque sorti subdita sed lege sanxit, vt ex singulis curiis legerentur bini, annuum egressi quinquagesimum, qui virtute ac genere præcelleren tceteros, censumque sufficientem haberent, & integros essent corpore. Iis non ad certum tempus sed in omnem vitam eum honorem concessit, immunibus propter ætatem à militia, & propter priuilegium exemtis ab vrbanis negotiis. Quoniam autem quædam sacra fieri per mulieres oportebat, quædam etiam per pueros patrimos matrimosque, vt iis quoque quantum posset, consuleret: voluit vxores cum suis maritis fungi sacerdotio, etsi qua sacra viros obire vetaret mos patrius, ea velinqui fœminis, in eiusque ministerii partem debitam venire etiam, &c.* Aristoteles neque agricolas, neque artifices neque quemquam vilium exercitiorum sacerdotem esse deputandum tradit, propter honorem Deo exhibendum, *Aristot. lib. 7. Polit. c. 9.*

De Modo & Forma ordinationis faciendæ.

Cap. II.

1 *Ordinari nemo debet sine titulo.*
De titulo clericorum ibi plura. eod.
Titulus presbyterandi cuius reditus esse debeat, eod.
Titulus presbyteralis in aliena ditione, nec obligari potest, eod.
3 *Scrutinium in ordinandis quid & quale.*
3 *Ordines quis dicatur furtiue suscipere, & 4.*
4 *Ordines quo tempore conferri possint.*
5 *Ordines conferri debent ordine, non per saltum, & inordinate.*

MOdus † ordinandi est, vt non absolute fiat ordinatio, sed 1
cum titulo, id est, cũ ecclesia vel ecclesiastico beneficio, ex concilio Chalcedonensi, *refertur in can. 1. 70. dist.* in quo cautum, vt ordinatio cuiusque fieret, aut in ecclesia suæ ciuitatis, aut in martyrio, vbi scilicet sunt reliquiæ martyrũ, aut in monasterio, alioquin irritam esse, quod pertinet ad exsecutionem. non quod ad ordinem. Idem & in concilio Vrbani Papæ Placẽtiæ habito statutum, *in can. 2. 70. dist.* Et proinde recte prospectum, ne clericus vnius ciuitatis & ecclesiæ alicuius, in ecclesiæ aliena ordinari possit sine consensu proprii episcopi, ex cuius ordinatione habuit titulum, *tota 71. dist.* Hodie tamẽ in ordinatione non exigimus, vt ordinandi habeant ecclesiam aliquam pro titulo, sed loco ecclesiæ sufficit aut exigitur idoneum patrimoniũ, vnde viuere possint? quod est tituli nomine, sine quo episcopus non debet ordinare, *c. 2. & c. tuis quæstionibus, c. 23. de præb.* Vel si sine eo ordinet, tenetur ei alimenta exhibere, donec beneficium sufficiens ei conferat, *c. cum secundum, de præb. & c. 4. eod.* Similiter si repentina clade patrimonium eius exhaustum est: cum enim propria nõ sufficiunt clericis ecclesiasticis, ecclesiastica habere debent *can. illi autem, 12. q. 1. cano. clericos 1. q. 2. glo. in d. c. tuis quæstionibus.* ne clerici in opprobrium ordinis clericalis mendicare cogantur, *can. diaconi, 93. dist.* Aurum enim habet ecclesia, non vt seruet, sed vt distribuat pauperibus, *can. aurum, 12. q. 2.* Et fures sunt & latrones, qui conseruant vel propria faciunt, quæ supersunt ex beneficiis, & patiuntur tot egenos esse. Quod procuratores seu negotiorum gestores Dei & pauperum tantum sint bona; illis & ecclesiis illorũ destinata sunt, non vt se solũ nutriant, sed & vt alant pauperes. Sicut & tempore institutionis ecclesiæ, omnia vendebant Christiani & pretium venditorum ad pedes deferebant apostolorum, vt illi singulis distribuerent egenis pro modo indigentiæ, *Actor. 5.* Proinde qui domestici fidei sunt pauperes, multo magis bonorum ecclesiasticorum participes esse debent, *ad Galat. 6. 1. ad Tim. 5.* Cõstitutionibus regiis quoq; Comitiorũ Aureliacensiũ. *art. 12.* statutum ex iuris ratione, ne plati presbyteros sine reditu aliquo vel beneficio creẽt, quib. se alere possint: eaq; caussa cautũ vt de

eo re-

Digitized by Google

eo reditu prius testatio fieret coram iudice ordinario per quatuor ciues qui sine fraude & bona fide asseruerint patrimoniũ presbyterandi esse reditus quinquaginta ad minus librarum, pro quibus qui ita testantur,teneantur annuatim , si non adsint ordinato.Et insuper statutum,vt hic reditus temporalis inalienabilis esset,& extra omnem aleam obligationum & hypothecarũ,post tempus ordinationis presbyteri, & pendente eius vita.Sancitum quoque in iure,vt si alterius episcopi iussu ordinãdi generali episcopus sine titulo ordinet, ipse qui ordinauit, teneatur alere : si speciali iussu certos ordinet, is qui iussit. Quod si ordinentur à non suo episcopo,ex dimissione seu cum literis dimissoriis alterius diœceseos clerici, non qui ordinat: sed qui permisit,vt ibi ordinarentur,alere debet, donec titulũ vel beneficium nacti fuerint,*ca.si episcopus.ca.37. de præben.in 6.*

2 ¶ Dehinc† in maioribus scrutinium præcedit ordinationẽ, per quod archidiaconus qui assistit episcopo,eidem dicit, *Postulat sancta mater ecclesia hunc diaconum vel subdiaconum ad onus diaconatus vel presbyteratus assumi:* & interrogatus , num dignus sit respondet,*In quantum humana fragilitas nosse sinit , se eum dignũ arbitrari,c. vni.de scrutin.in ord.facien.* Quomodo autem & quare
3 fiat,ante indicauimus. ¶ Accedit † sententia superioris,quæ accedere debet:alioquin si sine ea , vt si examinationem non fuerit passus,dicitur quis furtiue ordines suscipere,& castigatur,*text.& glo.in* c.1.*in ver.furtiue,de eo qui furt.ordin.suscep.*

4 ¶ Præterea † temporibus legitimis ordinatio fieri debet ab episcopis,nempe maiorũ ordinum,tantum in ieiunio quatuor temporum,& sabbatho ante dominicam de passione : minorũ tamen fieri potest dominicis & aliis festiuis diebus,*c.2 . & 3.de temp.ord.*in quibus maiores ordines non conferuntur ab episcopis,quamuis possint & tunc à sum.pont.conferri,*c 1.eod.* Verũ ordinatus à Papa, sine licentia sum.pont. ad superiores ordines non promouetur,*c.cum in distribuendis,eod.* Ceterum extra prædicta tempora ordinatus ordinis recipit characterem , sed non nisi pœnitentia imposita & ea impleta permittitur administratio,*ca.consultationi,eod.ca.cum quidam,c.fin.eod.* quia tempus non est de substantia ordinis,*glo.in d.ca.consultationi,* sed ex iuris positiui constitutione.Et proinde transgressio punibilis. Vt & animaduersione dignum est,si duo sacri ordines vno die conferantur,id enim & prohibitum quoque est,*c. literas ,ca.13.eod.* & qui contulit episcopus etiam mandato Metropolitani, à potestate conferendi suspenditur,*ca.dilectus, ca.15.eod.* Et furtiue etiam quis ob id dicitur ordinatus,*c.3.& fin.de eo qui furti.ordin. suscep.lib.5.Decret.tit.30.*

¶ Obseruandum † quoque est,vt ordines serie & gradatim, 5
non inuerso ordine conferantur,*can.solicitudo,52.dist.* Qui enim id molitur,pœnitentiæ subiiciendus est,postquam ordo prætermissus suppleri potest,*c.1.de cler.per salt.promot.lib. 5.Decret.tit. 29.* Inordinate tamen ordinatus puniendus,& interim suspendendus,*ca.Salonitana, 63.distinct.*

DE PERSONARVM EX CAVSSA BENEFICIORVM DISTINCTIONE ET DE BENEFICIIS.

LIBER XVII.

Tractandorum in hoc libro summa. Cap.1.

1 *Methodus futuræ tractationis de beneficiis.*

Ed † hæc hactenus dicta sufficiant speciali nota, de personarum ecclesiasticarum distinctione , & earũ quæ aliquid ecclesiasticum pertractant. Nunc operæpretium est , vt quia in beneficia generaliter incidimus,de illis in vniuersum quędã persequamur,vt facilius personarũ beneficiatorum dignitates & iura appareant. Dicemusque quid beneficium,eius species & nomenclaturas,erectiones,extinctiones,collationes,& prouisiones,& quæ in his,qualesue personæ considerandæ.Et de vacatione, & iudiciis eorum.In quibus quantum assequi potuimus,Deo iuuante,ea quæ vsui quotidiano necessaria videbantur,& quibus egemus circumcisis fimbriis,quas poteramus explicare,trãstulimus.

De Beneficij finitione. Cap.2.

1 *Beneficij appellatio lata.*
2 *Beneficii ecclesiastici definitio.*
3 *Beneficium habet distinctam portionem.*
4 *Beneficium improprie dicitur sine fructibus & reditu.*
Canonicus ad effectum & inherba quis, nec proprie canonicus, nisi ad effectum,eod.
Canonicatus diu non potest esse sine præbenda,eod.
5 *Qui habet beneficium in exspectatione,non permutat illud.*
Mandatarii non sunt beneficiati quandiu exspectantur,eod.
6 *Beneficium ecclesiasticum constat officio diuino,& reditibus.*
7 *Beneficia ecclesiastica nec emi,nec vendi possunt,quare.*
8 *Beneficia cum quibus oneribus dari possint.*
9 *Beneficia ecclesiastica gratis conferenda.*
10 *Beneficiatorum quale est officium diuinum iniunctum.*
11 *Horas canonicas,seu officium diuinum non dicens beneficiarius,an teneatur ad restitutionem fructuum ex beneficio perceptorum.*
12 *De residentia,seu assiduitate beneficiatorum in loco beneficii.*
Beneficium omne,etiam minimum,exigit residentiam.
13 *Residentia in loco beneficii quando excusata,&* 14.
14 *Episcopo assidens excusatur à residentia, & percipit fructus suæ canoniæ,exceptis diariis.*
15 *Beneficia perpetuo,non ad tempus possidenda dantur.*
Beneficium eiurare nemo cogitur,eod.
16 *In commendam quæ beneficia ad tempus dantur.*
17 *Beneficium ecclesiasticum non datur iure hæreditario proximis.*
18 *Beneficiarius de fructibus beneficii testatur in Gallia*
19 *Beneficia ecclesiasticis conceduntur , laici interdum eorum capaces.*
20 *Beneficia teneri non possunt sine canonica institutione.*
21 *Beneficia ecclesiastici veri nota.*

QVemadmodum † sacerdotii appellatio arcta nimiũ videtur,ad significandos eos,qui ecclesiastica bona in titulum possident,vtpote quod omnes non sint sacerdotes: ita & beneficii nomẽ latius est,& ad alia,quam ea quæ conceduntur & ecclesiasticis personis conuenire possunt, pertinet. Beneficium namque largitionis est species,& beneuola concessio gaudium tribuens capienti,capiensq; tribuendo , *§.1.in quib.cau.feu amitt.Seneca,lib.1.de benefi.* Qua finitione & beneficium principis contineri potest,quod latius interpretari debemus,*l.fi.de constitut.princ.in P.ca.cum dilecti,in fine,de donati.c.olim, de verb.signific.* item & auxilium legis,quod & beneficium dicitur,quale restitutio in integrum,*l.tutores.8.de restit.in integ.* epistola Adriani,& feuda seu clientelæ *sæpe in libris Feudorum,vt tit.de duo.fratrib.de nouo benefi.inuest.* commodatum,*l.in commodata.§.sicut commod.* relictum & donum omne,*c.cum liberum, de sepultur.* Et proinde illa quoque finitio improprie transfertur ad ecclesiastica bona, quæ nomine beneficii dicuntur:quia latior suo finito,cõtra regulas finitionum,*l.1.§.dolum,de dol.P.* Tum etiam quod feudali illa beneficii finitio nõ possit quadrare ecclesiastico beneficio

Digitized by Google

bona tamen cum venia eorum, quibus diuersum placuit. Quorum ex albo est Paulus Romanus antiquus interp. *in trac. de pensio. eccles.* qui ait, beneficium dici, quod bona faciat: alii autem ad hoc omnino transferunt, vt Panormitanus *in c. ad audientiam, de præscri. & cap. vnic. de commod.* Polyanthea, *tract. de benef.* Ioannes de Selua, *tract. de benefi. par. 1. q. 1.* Proinde diuidimus beneficium, in ecclesiasticum, de quo locuturi sumus, & non ecclesiasticum, de quo alibi. ¶ Beneficii itaque ecclesiastici alia erit finitio, vt sit distincta, & spirituali muneri coniuncta iurium ecclesiasticorum portio, certis ædibus sacris in hoc assignata, vt perpetuo per clericos ad vitam vtenda clerico legitime assignetur.

¶ Distincta † portio est in primis: nam antequam distinctio fiat, non est beneficium, *ca. ex parte Astensis, de conces. præben.* Diximus autem & paulo ante quomodo distincta sunt beneficia, & decimæ per summos pontifices, per loca, & regiones per Euaristum & Dionysium. Portio porro hæc, fructus continet.

¶ Ideo beneficium sine fructibus improprie est, *c. si quis obiecerit, 1. q. 3. Panormitan. cap. de multa, de præben. vide Gomes. ad regul. cancell. de anna. possessor. cap. relatum, de præbend.* Quare canonicus creatus sub spe, seu, vt dicunt, cum exspectatione præbendæ, qui dicitur canonicus in herbis, receptus. Item mandatarii Apostolici, in ecclesia vbi completus est numerus canonicatuum, vel præbendarum non vacantium, non censentur beneficiati, nec capiunt diaria, seu quotidianas distributiones, nec annonam, quam grossam vocant, vel de mensa, vt conclusum in Rota est. *in decis. Rotæ, 445. tit. de præb. in nouis.* Subscribit & Ioan. Staphileus auditor quoque Rotæ, *in 1. for. gratiar. exspectatiuar.* & Panormitanus *in ca. cum Martinus, de constit.* Quamuis enim præbenda possit esse sine canonicatu, *c. super specula, de magistr. & d. c. cum Martinus*, tamen canonicatus sine præbenda esse non potest, *cano. si quis obiecerit, 1. q. 3. & can. relatum, de præb.* nascitur namque præbenda ex canonicatu, tanquam mater ex filia. *d. c. relatum, & ca. dilectus, de præb.* Atque ideo episcopi sine episcopatu, vt comites Palatini sine comitatu, improprie dicuntur episcopi, & comites. *Iason in l. id quod, num. 23. de leg. 1.* Vt & alii nomine tenus tantum tales. *vide glo. in can. pudor, 32. q. 2.* Accedit, quod qui habent canonicatum sub exspectatione præbendæ, non habent ius in re, sed ad rem. *ca. fin. de conces. præb. in 6. ca. quondam, eod.*

¶ Nec † qui huiusmodi habent exspectatiuas, possunt beneficium exspectatum (cum beneficiati non dicantur) cum alio permutare, vt tuentur interpretes, *Doctor. in ca. vnic. de rer. permut. in 6.* quia nec ius ad rem permutari potest, secundum Fridericũ de Senis *in tractat. permut.* Quocirca quamuis iure communi nemo possit habere duo beneficia, cum animorum cura, vtpote incompatibilia, *tot. decis. 445. in nouis, ca. dudum, de elect. c. de multa, de præben. ap. Gregor. ca. gratia, de, rescript. in 6.* tamen qui vnum cum cura habet, potest nihilominus aliud per mandatum impetrare, nec primum ideo vacat, nisi consequatur reipsa quod exspectat. *c. non potest, de præben. in 6. glo. in clem. si plures, eod. in constit. Ioan. 22. in c. exsecrabilis, de præben. in extrauag. comm.* ¶ Dicitur † in fruitione postea, quod hæc portio beneficiaria sit spirituali muneri coniuncta, quia duo sunt quæ faciunt beneficium, diuinum obsequium & prouentus. *can. si quis obiecerit, 1. q. 3.* Et merito ecclesiastici prouentus illis subtrahuntur, quibus subtrahitur ecclesiæ communio, *c. pastoralis, de appella.* cum non detur beneficium, nisi propter officium, quod qui non exsequitur, & priuari beneficio debet; *c. fin. de rescript. in 6. cano. eos, cano. si quis sacerdotum, 81. distinct. cano. eos qui post diaconatum. 32. distinct. cap. latores, de cleric. excommu. minist.*

¶ Hinc † colligere facile est, omnem pactionem pecuniariam, & mundinationem à beneficiis conferendis, vel transferendis procul ablegãdam: ecclesiastica quippe hæc munera diuini iuris sunt, nec merce vel pretio cõparari possunt citra labem & notam simoniæ. *Actuum 8. can. sanctorum, 1. quæst. 1. can. quã pie, 1. q. 2. cano. si quis obiecerit, 1. q. 3. c. fin. de pact. ca. consulere, de simo. ca. constitutus, & c. veniens, de transactio.* Neque sacra in commercio hominum sunt. *l. inter stipulantem, §. sacram. de verb. oblig.* Explicat autem latius Ioannes à Selua illam quæstionem, Num beneficium sit quid spirituale, quam ideo consulere potes. *in 1. part. tract. de benefic. quæst. 7.*

¶ Recipitur † nihilominus expressio oneris in collatione eius quod inest naturæ beneficii, veluti si Theologalis lectura conferatur cum onere lecturæ, residentiæ, & prædicationis verbi Dei. *glo. in §. sequitur, certificationes, verbo. aliter. in verbo voluerit, de collat. in pragmat. sanction.* Sic & de aliis quibusdam, quæ possunt tacitè exprimi sine vitio simoniæ. *cap. significasti, de election.* Vt & Deus sub conditione Diuo Petro dixit: *Si diligis me, pasce oues meas.* Et vt plerunque quæ tacite accedũt, nominata, seu expressa non officiunt. *l. mutuo, §. sub conditione, de tutel.*

¶ Ex † præcedentibus colligitur quoque, beneficiũ à collatore gratis debere conferri, neque eum sibi quicquam ex collatione reseruare posse, *c. 1. & tot. rub. & eccles. benef. sine quaque diminut. confer. c. ad hæc, de præb. apud Greg.* nec sibi conferre, *c. final. de Institut. c. præfati. de collatio. in concord.* ¶ Prætereundum † porro non est diu num officium dici, quod beneficiatis adhæret, horas canonicas, seu ex regula precationes. *c. 1. de celebrand. miss. ap. Gregor. & in Clemen. & extrauagant. commun. can. fin. 92. distinct. Panormit. in dict. c. 1. num. 7. de celebrand. miss.*

¶ Defenditque † Calderinus, *in d. c. de celebrand. miss.* clericum nulla rationabili causa excusatum, non exsequentem hoc pensum, id est, non dicentem horas canonicas, teneri ad restitutionem fructuum ex beneficio perceptorũ: quia, inquit, propter non residentiam priuantur clerici beneficio, & eius fructibus, *c. vni. de cleric. non residen. in 6.* & datum ob causam, causa non secuta, repeti potest. *d. 2. §. fin. de donati. & toto tit. de condict. ob caus. dat.* Quam tamen opinionem iure non sequitur Cardinalis, eiusque assecla Panormitan. Sed cum distinctione, de qua in cap. 1. de celebrat. missa, numero octauo, tractat Panormit. Cum quod omittentibus diuinum officium alia pœnitentia imponatur, *can. si quis in clero, 7. q. 1.* tum etiam quod diuinum hoc officium non fuerit sola causa instituendi beneficii, sed vt pauperes clerici de patrimonio Christi nutriti mendici non sint. *ca. 2. de præbend. cano. diaconi, d. 93. distinct.* Et certe alia sunt officii presbyteralis præter preces, vt diximus, veluti sacrificium missæ, exomologeses, & similia. Quo fit, vt etiam ego istorum postremæ subscribam sententiæ. Porro quomodo, & quo ritu dici debeant horæ canonicæ, & in quo versentur, iura exprimunt. *in can. penult. 12. distinct. clem. vlt. de celebr. miss. tit. quomodo diuinum officium dicendum sit; cum 4. seqq. in pragm. sanctio. & tit. qual. horæ dicen. sunt extra chor.*

¶ Adiicimus † finitioni deinde, portionem hanc esse certis ædibus assignatam, ex quibus nascitur titulus & nomen beneficii: ad hoc caput refertur donatio ecclesiæ. Proinde quia ædibus assignatur portio, exigimus in beneficiatis, in illis assiduitatem seu residentiam ne conductitiis presbyteris ecclesiæ committãtur, *c. penult. & fin. 12. q. 2. c. quoniam, ne prælat. vic. suas.* & vt fiat satis voluntati fundatorum. Quæ si omittatur contumaciter, inducit beneficii priuationem. *ca. 2. & c. ex tue, & ca. relatum, ac cleric. non residen. c. conquerente. ca. ex parte, eod. tit.* omnis enim beneficium, quantumuis sit minimum, exigit assiduitatem iure communi. *c. quia nonnulli, & c. quia in tantum. & fere tot. tit. de cler. non resid. c. ex parte, de offic. vicar. ca. peruenit. ac appella. ca. sanctorum, 70. distinct. ca. exsecrabilis, circa finem, ac præbend. in extrauag. commun.* Sic Iustinus Cæsar, *l. generaliter sancimus, l. 40. c. episcop. & cleric. C.* sancit, eos tantum clericos & monachos immunitatis beneficio à cura & tutela gaudere, qui apud sacrosanctas ecclesias, vel monasteria permanent, non vagantes, & qui circa diuina ministeria non sunt desides: *Cum propter hoc ipsum*, inquit, *illis indulgeamus beneficium, vt aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis ministeriis inhæreant.* Apud Liuium *lib. 5. Camillus dixit. Flamini Diali, noctem vnam manere extra vrbem, nefas est.* Potuit tamen collegium Pontificum ex causa gratiam facere, iuxta ea quæ tradit Cornel. Tacit. *lib. 3. annal.* his verbis: *Et quando de religionibus tractabatur, dilatum nuper responsum aduersus Seruium Maluginensem Flaminem Dialem, promisit Cæsar: recitauit decretum Pontificum. Quoties Galeturio aduersa Flaminem Dialem incessisset, vt Pontificis maximi arbitrio, dumne plusquam bimestrium abesset: dumne diebus publici sacrificiis, neu sæpius quam bis, eundem in annum. Quæ principe augusto constituta satis ostendebant annuam absentiam, & prouinciarum administrationem Dialibus non concedi.*

¶ Neque † tamen me latet, conniuentia quadam, quã tuentur consuetudine & statuto ecclesiarum, quædam beneficia esse, quæ assiduitatem non exigant, *ca. cum iam dudum, de præben.* quando indulgetur pluralitas beneficiorum, vel si vnio fit ex causa. *late per glos. §. sed & insuper, in ver. pluralitatis; de collat. in pragm. sanctio. c. exstirpandæ, §. 1. de præb.*

¶ Scio † & casus esse, in quibus venia absentiæ ab episcopis, & iure conceditur, vt ei qui in seruitio episcopi est, qui omnes prouentus nihilominus accipit, exceptis quotidianis distributionibus, vel diariis. *c. de cetero, de cleric. non resident. c. ad audientiam, eod.* Ei quoque qui familiaris Papæ est, indulgetur, *ca. cum dilectus, 14. eod.* & eis qui studiorum causa, ex consensu, & licentia episcopi absunt, *ca. relatum, eod. tit. c. super specula, de magistr.* dũmodo in ciuitate, vel loco vbi legitur publice resideant, non aliter. *c. tuæ fraternitatis, de cler. non resid.* Excusantur & infirmi, ecclesiæ negotiis vacantes, de quibus & quando recipiant distributiones quotidianas, & integros fructus, tractatur in clem. 1. de cler. non resid. & c. cum non deceat, de elect. in Clem. Qui tamen omnes, non obstante priuilegio, si ecclesia patiatur ministrorum defectum, reuocari ad ecclesiam possunt, *ca. ex parte, eod. tit.* alioquin ex fructibus beneficiorum tantundem impeditur, quod sufficiat ministris subrogandis, reseruato absentibus residuo. *ca. pen. eod.*

¶ Meminimus † subinde in finitione, perpetuo apud clericos istã portionem remanere beneficii, vt ostendamus beneficia in perpetuum vtenda, non ad tempus concedi, vt possessores non possint ad cessionem cogi. *ca. fin. de cleric. ægrotan. c. vni. de cap. monacho. lib. 6. c. scripsit. c. qualiter, can. quamuis triste, 7. q. 1.* Neque alius viuente titulato in locum eius subrogari, non secus, quam matrimonio constante, alius non potest in locum cõiugis subrogari, *cano. sicut vir, 7. quæst. 1.* quia nec matrimoniũ ad tẽpus contrahi potest. *c. fi. de condit. appos.* Nec alii quidã actus legitimi.

Digitized by Google

gitimi.l.actus legitimi,de regul.iur. Sed nec inter ethnicos olim licuit apud Romanos cuiquam viuo Pontificatum,adimere,quã tumuis,scelerato: ideoque Iulius Cæsar recusauit pontificatũ Lepidi, eo viuente, sibi à populo oblatum. *Dion Cassius libr.* 49.

16 ¶ Neque † tamen ignoro,ob singularem summam potestatem,quæ Pontifici maximo conceditur;licere Papæ ad tempus etiam conferre beneficia, quod dicimus dare in commẽdam, *ca.si gratiose,de rescript.*eumque posse permittere beneficia, retinere vsque ad voluntatem sui beneplaciti, *ca.pastoralis,7. quæst.1.*

17 ¶ Ceterum † verba illa finitionis;per clericum ad vitam vtenda,edocent clericum non posse vltra vitam fructibus gaudere,vel de illis vltima voluntate disponere,*ca.1.& 2.& ca.cum in officiis,de testam.c.pen.de pecul.cler.*vel eius proximos iure successionis beneficium nancisci,*ca.1.de success.ab intest.auth.licentiã, de episco.& cler.C.*nam sanctuarium Dei iure hæreditario obtineri non potest.*c consuluit nos,de iur.patron.can.Apostolica.8.q.1.c.*
18 *ex transmissa.de fil.presbyt.c. ad exstirpandas,eod.* ¶ De † fructibus tamen perceptis posse nunc beneficiatum testari,ait Ioan. Andreas.*in gl.c.præsenti,de offic.ordin.in 6.* Quod negat fieri debere Panormitan.*in c.fin.de pecu.cleric.vide & eundem in c.cum in officiis,de testam.*Sequimur in Gallia tamen Andream.

19 ¶ Indicant † & postrema finitionis verba,beneficia non nisi clericis conferri posse,atque laicos prorsus eorum esse incapaces,*c.cum adeo,de rescript.ca.ex literis,de transf. ca. 2. de institut. clement.quia contingit,§.vt ante,de religios.domi.* iure communi videlicet.Nam & speciali priuilegio laici possunt possidere beneficia: vt notant Innocentius,& Abbas,aliique.*in cap.quanto,de consuet.glo.in cano.bene quidem,96.distinct.in verb.præter Romanum.* Sicuti in multis regni sui ecclesiis rex noster canonicus est. Et beneficia possident ecclesiastica ex priuilegio Senatores curiæ consilii magni,etiam vxorati.Et hæc omnia obtinent,dummodo legitime fiat institutio. ¶ Nam † beneficium sine cano-
20 nica institutione obtineri non potest,& ab eo qui potestatem habet conferendi.

21 ¶ Sicque † in summa Panormitanus,consil.47. quod incipit,*Illud quæritur*,beneficium ecclesiasticum sex notis cognoscitur.1.vt iure communi conferatur à potestatem habente,2.vt qui confert,nihil possit iure sibi ex eo retinere,3.vt tantum de eo clerico prouideri possit,4.quod habeat aliquid spiritualitatis annexum,5.quod sit perpetuũ,6.quod omnis pactio,seu nũdinatio renuciatur,de quibus & Ancharanus, in regul. primam de reg.iur.in 6.q.1.& Decius in rubr.de rescript.

De diuersa Beneficiorum nomenclatura, vnde personæ ecclesiasticæ diuersas appellationes capiunt.

Cap. 3.

1 *Beneficiorum ecclesiasticorum diuisio in proprie & improprie beneficia.*
Proprie beneficia maiora,& minora quæ,eod.
Prælati appellatio non pertinet ad ecclesiæ rectorem simplicem, eodem.
2 *Beneficiorum 3.diuisio, in habentia curam animorum, & non habentia.*
Cura animorum quid eod.
3 *Beneficia cum cura, non nisi presbyteris actu,vel qui intra annum tales fiant conceduntur.*
4 *Cursonis officium.*
5 *Curata beneficia ratione iurisdictionis quæ habeant.*
6 *Beneficia non curata,simplicia dicta.*
7 *Beneficia regularia & non regularia quæ,& ex præscriptione talia.*
Beneficia regularia regularibus,secularia secularibus debita, eodem.
8 *Commenda,vel beneficium in commendam datum,quod.*
9 *Beneficia duo,vnum in titulum,aliud in commendam habere quis potest.*
10 *Commendatur beneficium dupliciter, in vtilitatem ecclesiæ, aut proposti.*
11 *Beneficia villæ murate,& non murate, & quibus villæ murate conferri possunt.*
12 *Villa murata quæ dicatur.*
13 *Beneficia alia ecclesiæ collegiatæ,alia non collegiatæ.*
14 *Ecclesia simplex,vel capella quæ.*
Collegiata ecclesia quæ.
15 *Ecclesiæ conuentuales,religiosæ,monasteria,cœnobia.*
Ecclesiæ cathedrales quæ,eod.
16 *Beneficia alia cum dignitate,alia cum personatu, alia cum officio, administratione,præpositura.*
17 *Dignitas ecclesiastica & alia quid.*
18 *Beneficia nominata,& innominata quæ.*
Assisii ecclesiarum qui, eod.
19 *Beneficia electiua,& non electiua,quæ.*
20 *Beneficia patronata,& non patronata.*

SEd † non vno modo beneficio appellata sunt, sed variis,& 1
proinde personæ quæ ea possident,varie quoque nuncupatę. Aperiamus igitur necesse est diuisiones eorum. Prior, quædam proprie beneficia,quædam improprie dicta. Proprie dictorum beneficiorum,alia maiora,alia minora vocantur.*c.penult.de verb. sign.in c.maioribus,de præbend.*Inter maiora, summus Pontificatus,qui & beneficium dicitur.*c.1.de maled.cano.cleros,§.Pontifex, 21.dist.cano.& can.nemo,sacrosancta,22.distinct.*Maiora à minoribus ex collatione distinguuntur.Et certum est quoque,quę nomen habent prælaturæ,maiora dici posse,vt pontificatum summũ, patriarchatum,archiepiscopatum,episcopatum,abbatiam: prælati autem appellatione non continentur ecclesiarum rectores. *glossa.per textum in clem.dudum,§.nos autem,in verb.prælati, de sepul. in clem.*

¶ Tertia † distinctio vt alia beneficia habeant curam ani- 2
morum,alia minime.*ca.cum singula,de præb.in 6.ca. de multa,eod. ca.cum satis,de offic.archi.*Cura animorum dupliciter consideratur,vt notat Innocentius,*in dict.cap.cum satis.* Primum,quando is,qui beneficio præficitur, tenetur sacramenta præbere certis personis,nempe parochianis eius loci:item prædicare,proponere verbum Dei,confessiones audire.*clem.dudum,§. verum, de sepult.apud Greg.c.2.de paroch.c.omnis vtriusque sexus, de pœnit.ca. placuit,de pœnit.dist.6.*

¶ Quocirca † & ista beneficia requirunt præfectos esse ac- 3
tu sacerdotes,seu presbyteratu insignitos, vel qui tales fiant post adeptum sacerdotium intra annum.*cap.licet canon.de elect. in 6.* Non enim aliter possunt deseruire beneficio, ligare vel soluere,vel pascere,nisi potestatem acceperint. Annus autem computandus ex eo tempore, quo quis adeptus est pacificam beneficii possessionem,vel per eum stetit quominus haberet. Et cessante alio legitimo impedimento promotionis ad presbyteratum.*c.commissi.de elect.in 6.vide quæ late de his tractat Rebuffus, in praxi.benef.in tit.de non promot.intra annum,quan.prima.vel. excusc.censea.1.& in tit.de dispensa.de non promouendo.* Vocamus hos beneficiatos,rectores, curatos seu curiones, vicarios perpetuos,pastores,vt suo loco diximus.¶ Pastoris † autem officium 4
legendum apud Ezechiel.c.3. ¶ Secundo † curata beneficia 5
dicuntur,respectu curæ iurisdictionis contentiosę seu forensis, quæ beneficiis quibusdam annectitur.*c.execrabilis,§.fin.de præb. in extrau.commu.c.dudum,de elect.in 6.*Huiusmodi competit visitare,inquirere,procurationes recipere,suspendere, absoluere, excommunicare,& absoluere,*d.c.dudum.*quæ etiam sine beneficio aliquando possunt,*nota,in c.cum satis,de offic.archi. c.1.eod.* Non curata beneficia sunt,quorum præfecti prædicta munera non habent,sed horis dicendis tantum obstricti sunt, *c.2.de in-* 6
*stitu.*Dicta beneficia simplicia,*c.fin.de præb.ap. Gregor.* Ex his duobus composita beneficia,quæ principaliter sine cura sunt, vt prioratus,sed habet annexam curam animarum, pro qua habent vicarios perpetuos.*ca.super eo,c.6.eod.in 6. ca.exstirpanda.§. quia vero,eo.tit.ap.Gregor.*

¶ Quarta † diuisio,beneficiorum alia esse regularia, alia 7
secularia:regularia regularibus,id est,monastici instituti personis debentur:secularia aliis clericis secularibus, id est, qui monasticam vitam vel regulam non sunt professi.*c. cum de beneficio,eod.in 6.§.statuimus.de colla.in concordatis,Galliæ,& sum. Pontif.Clem.1.de elect.apud Clem.*Hæ qualitates beneficiis, vt plerũque accedunt ex prescripto fundationis,si in ea regularibus deputetur personis vel secularibus.*gl.in §.idem ordo,in verb.regularibus,de collat.in pragmat sanctioni.Ioan.de Sel. in tractat. de benefi. q.4.num.13.*Interdum tamen regularia à secularibus,& cõtra secularia à regularibus possidentur personis legitime, per præscriptionẽ quæ recepta est,si per quadraginta annos cõtinuos secularis ecclesia à regulari persona sit possessa:vt nũc immutata censeatur qualitas,& censeatur regularis,hoc est,quę à regularibus possit haberi.Et contra,si regularis per tot annos à seculari sit possessa,*Rota,in decisio.32.incip fuit dubitatum, in nouis,Ioan.Staphil.tractat.de lite.grat.& form.ex spectat forma 8.* nam ordinarii iuris est quadraginta annorum tempus sufficere in præscriptione rerum ecclesiasticarum inter ecclesias.*ca.de quarta,de præscrip.c.cum ecclesia,de can.poss.ff.authent.quas actiones,de sacrosanct.eccles.*Dummodo in hac possessione beneficii concurrat cum tempore titulus,id est,institutio & bona fides:alioquin enim non mutaretur qualitas beneficii solo tempore, vtpote substantialibus deficientibus præscriptionis titulo& bona fide. *c.vigilanti,de præscript.late docet in specie propositã Rebuffus,in §.volumus,de collat.in concordat.Gall,in verb.regularia.*

¶ Porro † ex regularibus & secularibus beneficiis, tertia 8
quædam species conflari potest beneficiorum in cõmendam, vt dicimus,datorum,quando sum.Pontifex ex priuilegio regulari personæ beneficium dat seculare:vel contra, seculari regulare.

¶ Hinc † intelligimus,quod circumfertur,duas ecclesias a- 9
liquem habere posse,in titulum vnam,aliam in commendam. *can.qui plures,21.q.1.c.nemo deinceps,de electi.in 6.vbi glo.in ver. cõ-*

Digitized by Google

10 *mendare, plura tradit, de commend.* ¶ Commendantur † autem ecclesiæ bifariam, aut in vtilitate ecclesiæ, aut in vtilitatem cõmendatarii: in primo casu non est titulus beneficii, sed potius custodia, à qua quis remoueri potest. Diuersum in secundo, vt explicat late Gomesius, *in reg. cancell. de public. resigna. q. 4. & in regu. de trienn. poss. ff. reg. 5.* & glossa pragmaticæ sanctionis concilii Basiliensis, *glos. in §. licet, in verb. euidenti causa, de elect. in prag.*

11 *sanct.* ¶ Alia † quinta diuisio seu distinctio à loco, vt alia dicantur villæ muratæ, alia non muratæ: sic enim expedit distingui ob præficiendorum distinctionem. Nam quæ villæ muratæ sunt, non possunt cõferri in Gallia, nisi graduatis in aliqua probata Academia, aut qui triennio saltem in Theologia, aut in altero iurium, ciuilis vel Pontificii, aut in vtroque studuerint. *§. statuimus, in 2. de collat. in concord. §. in ecclesiis, de collat. in concil. Basilien. seu pragma. sancti. & constit. reg.* ¶ Villæ † hic nomen, more Gallico, pro ciuitate intelligitur, vel oppido muris cincto, populoso. Sicuti & in iure Pontificio aliquando, *vt in c. Venerabilis, ca. 23. de censib. lib. 3. Decret. titu. 29. & in c. ad audientiam, in 1. de eccles. ædifica.* non pro villa rustica, vel ædificio rustico, vt apud Latini sermonis auctores, apud quos, Varrone teste, *lib. 1. de re rusti. cap. 2.* villa quasi vehilla, à vehendo: quod in eã fructus ex agro inuehantur, & inde in vrbẽ euehantur. Ioãnes 22. sum. Pontifex, *ca. saluator, de præbend. in extrauag. communib.* ciuitates videtur eas tantum nominare, vbi episcopus sit. Alii autem videtur muratam villam dicere, in qua sit mercatus, & nundinæ: quod certe non est verum perpetuo.

13 ¶ Sexta † diuisio, alia esse beneficia ecclesiarum collegiatarum, alia non collegiatarum, quæ & simplices dictæ ecclesiæ: quarum differentiam vel patroni solius diuersus assensus indicat. *ca. nobis, de iur. patron.*

14 ¶ Simplex † ecclesia & capella dicitur, in qua vnus, vel duo, vel plures clerici ordinãtur, non vt corpus faciant vel collegiũ, qui nec syndicum, nec sigillũ cõmune habent, *c. dilecta, de excess. prælat.* non enim omnis adunatio clericorum facit collegium, alioquin vbique essent collegia. Vix enim potest esse presbyter seu sacerdos sine duobus vel vno clericis, qui secum psallant, & in altari administrent, eruditantque filios parochorum. *ca. vnusquisque de vita & honestat. cleric.* Qui tamen collegium nõ faciãt: quia in collegio faciendo forma exigitur superiorisque licẽtia, *l. 1. de colle. illic. in P. l. 1. §. quib. permissum est, quod cuius. vniuers. nomi. in P.* Nec numerus personarum eum constituit, cum sufficiãt tres in eo constituendo, *c. 1. de electi. ap. Greg. l. Neratius, de verbo. signif.* & per vnum ius collegii retineri possit. *l. 1. §. sicut, quod cuiusque, vniuers. nomi. in 1.*

15 ¶ Porro † ecclesiæ collegiatæ, regularium personarum dicuntur conuentuales, *c. nobis, de iur. patron.* cœnobia: aliæ capitula. *Panorm. in c. doceri, & ca. capitulum, de rescript.* Omnis ecclesia cathedralis collegiata est: quia episcopus caput, membra, & consilium eius, capitulũ, quod debet in institutione & destitutione clericorum adhibere secum, *ca. nouit, c. 4. & c. quanto, 5. de his, quæ fiunt, à prælat. sine cons. capit. lib. 3. Decretal. tit. 11. Cardi. in clem. vt ij, col. 3. in 2. quæstio. de stat. & qualit.* quanquam omnes ecclesiæ collegiatæ cathedrales non sint.

16 ¶ Septima † diuisio, vt alia dicantur habere dignitatem, alia personatum, quædam officium, administrationem alia, alia præpositum, *c. 1. de consuetud. in 6. ca. de multa, de præb. c. execrabilis, eo. in extrauag. communib.* quorum differentiam vide apud Siculum, *Ab. Panor. in c. de multa, in 1. de præb.* & Archidiacon. *in c. 1. de consuetud. in 6.*

17 ¶ Dignitatis † nomen potest late accipi, pro qualibet prærogatiua in ecclesia, quæ alio nomine personatus dici potest. *glo. 1. in c. quia nonnulli. & in ca. ad aures, de rescrip. & in ca. de multa, de prebend.* Verum singulariter dignitas dicitur, facultas administrandi in aliqua ecclesia cũ aliqua iurisdictione. *glo. & Archidiac. in d. c. 1. de consuet.* tutius tamen erit in vi istorum nominum, dignitatis, personatus, officii, sequi mores ecclesiarum, & in qua significatione, sententia, & obseruatione huiusmodi sint nomina. Inter dignitates ea quæ præest, dicitur prælatura, quare episcopus & abbas prælati erunt. *c. 2. de iudic. apud Gregor. de his in tit. de regia ad prælatu. nominatio. in conuentio. Gall. & Pontificis summi.*

18 ¶ Octaua † beneficiorum diuisio, vt alia sint nominata: alia innominata. Innominata dicuntur, quæ generali tantum nomine beneficii significantur, vel canoniæ, vel præbendæ. *c. ex multis, §. constituimus, 1. q. 3.* Sunt & inter innominata, quæ possident assisij dicti, in ecclesiis, *de quib. in c. pen. de cler. non resid.* & quæ habent in ecclesiis in minoribus constituti, quæ vocantur tituli. *c. 2. de præbend.* Nominata ea dicuntur, quæ vltra generalem appellationem beneficii, proprio nomine intelliguntur, vt episcopatus, patriarchatus, abbatia, cura animorum, prioratus, & alia similia.

19 ¶ Nona, † alia esse beneficia electiua, ad quæ per electionẽ quis vocatur: alia ad collationem pertinentia. *c. cum in illis, c. 16. §. illis vero, de præb. in 6.* Et electiua dicuntur, quæ facta electione exigunt confirmationem superioris. *glo. in clem. quia contingit. §. vt autem, in verb. electio. de religios. domi. Cardin. in clement. 1. §. adhoc, de præben.* Per electionem electus consequitur ius habitu in prælatura: per confirmationem, exercitium illius actu. *nota. in ca. quanto, 63. distinct. Cyn. & Bart. in l. priuatorum, de iurisd. omn. iudic. C.*

¶ Subinde † decima distinctio, vt alia sint patronata, alia sine iure patronatus, libera in collatione ordinarii. Patronatum est beneficium, ad quod vocatione adueniente, præsentat idoneum clericum episcopo patronus, & sine cuiusque præsentatione recte non instituit episcopus, *can. decernimus, 16. q. 7.* præterquam in casu negligentiæ patroni, & si per eam deuoluatur potestas ad eum vt superiorem, & aliis casibus, de quibus proximo agetur capite Deo fauente. 20

De Iure Patronatus ecclesiæ. Cap. 4.

Lib. 3. Decretal. tit. 38.

1 *Ius patronatus ecclesiasticum quid.*
2 *Ius patronatus ecclesiasticum adhæret spiritualitati.*
Ius patronatus quare exigit institutionem episcopi.
3 *Ius patronatus per se vendi non potest, vel cedi.*
4 *Ius patronatus indiuisibile, & quomodo ad plures heredes hoc ius pertineat.*
5 *Patroni plures in præsentando debent conuenire.*
6 *Patronis pluribus existentibus, à maiori parte eorum præsentatus instituendus est.*
7 *Ius patronatus honorem habet in prærogatiua præsentandi.*
Præsentatio patroni requiritur in patronato beneficio conferendo, eod.
Præsentatio quale ius conferat præsentato, eod.
8 *Beneficia & ecclesiarum cura ad solicitudinem pertinent episcopi.*
9 *Patronus seipsum præsentare non potest.*
Episcopus sibi conferre non potest beneficium, eod.
Ex patronis pluribus vnus illorum ab aliis præsentari potest, eod.
10 *Præsentatio instituendi, & per patronum, & per procuratorem eius fieri potest, & per literas.*
11 *Patroni laici, & clerici: & intra quæ tempora præsentare illi debeant.*
Patroni clerici non variant in præsentatione, laici contra, eodem.
12 *Patronus laicus variare potest tantum, antequam vnus ex præsentatis instituatur, non postea.*
13 *Præsentato indigno per laicum, ed repudiato intra tempus quadrimestre patrono datum potest laicus alium, & alios præsentare: nec repudiato indigno episcopus pleno iure potest conferre.*
Contra, si præsentetur indignus à patrono ecclesiastico.
Oeconomus datur ecclesiæ vacanti ab episcopo pendente tempore præsentandi, eod.
14 *Præsentandi ius quando adimitur patronis, & plena collatio ad episcopum pertineat.*
15 *Ius patronatus quibus modis in perpetuum amittitur.*
16 *Iure patronatus priuatur, qui episcopum curauit occidi.*
17 *Ius patronatus non amittitur ex condemnatione criminis in aliũ, quam in proprium episcopum admissi.*
18 *Ius patronatus quibus modis acquiratur.*
19 *Iuris patronatus onera.*
10 *Patronus ecclesiæ tenetur congruum ei reditum assignare, aut supplere.*
Patronus dicitur defensor, aduocatus, vicedominus, custos, gardiam habens ecclesiæ suæ, eod.
21 *Patronus in casu inopiæ, & liberi eius ali debent ab ecclesia patronata.*
22 *Institutio præsentati cur exigitur episcopi.*
Institutio debet fieri necessario idonei præsentati, aliter recurritur ad superiorem, eod.
23 *Institutionis, significationis, & acceptionis, & cum collatione differentia.*
24 *Sede vacante capitulum beneficia vacantia non confert, præsentatos tamen instituit.*
25 *Patronata & familiaria fuisse ethnicis sacerdotia.*

DEfiniunt † interpretes, *hanc finitionem tradit & latissime explicat Rochus, in tractat. de iure patrona. Ioan. Andr. & Panor. partim in rubr. de iur. patrona.* ius patronatus, vt sit ius honorificum, onerosum & vtile, cõpetens alicui in ecclesia, pro eo quod de diœcesani consensu ecclesiam fundauit, cõstruxit, & dotauit ipse, vel is à quo causam habuit, solus vel alio cõcurrente. Quę finitio latius explicabitur, vt naturã patronatæ ecclesiæ, & qualitates beneficii eius generis euoluamus paucis. ¶ Dicitur † ius patronatus, ius ecclesiasticum, qua spirituali, id est, sacro annectitur, *c. de iure patronatus, de iure patro.* vt quæ religiosis locis adhærent, religiosa censentur. *l. quæ religiosis, de rei vend. in P.* Non tamẽ per se est ecclesiasticum: quo fit vt & laicis cõpetat, qui alioquin 1 2

Digitized by Google

loquin à ministerio sacrorum arcentur. Et quia annexum huic aliquid spirituale, pro eo requiritur episcopi institutio, & officiũ in eorum exsequendo iure, *ca. præterea, de iure patron. ca. illud, ca. cum laici, c. nullus, eod. tit. can. decimas, 16. q. 7. c. cum & plantare, de priuil.* nemo enim de manu laici potest ecclesiam, seu eius regimen accipere spirituale, *ca. sacrosancta, & c. necessaria, de elect. in. c. si quis deinceps, c. non placuit, can. quoniam, 16. q. 7.* neque ab eo qui suis sumtibus ecclesiam ædificauerit vel fundauerit. *can. pie mentis, 16. q. 7.*

3 ¶ Facit † quoque illud spirituale annexum, vt ius patronatus vendi per se non possit: quia & periculum simoniæ imminet, *can. 1. 1. q. 1.* & res sacræ non recipiunt æstimationem, *ca. querelam, de simon. l. sacra loca, in fin. de rer. diuis. in P. § fin. de emt. cũ similib.* quæ tamen æstimatio per æqualitatem pretii facit emtionem *l. 1. de contrah. emt. in P. l. 1 de rerum permut. in P.* Cæterum cum vniuersitate bonorum vendita transire in emtorem dubiũ non est, veluti quodam accessorii iure. *c. cum seculum, de iure patr. c. nem. nem, 16. q. 7. l. hanc legem, de contrahen. emt.* Vt & eo modo obligari potest. *ca. ex literis, de iur. patron.*

4 ¶ Et † quia ius patronatus habet iuris naturam, erit indiuisibile, *c. 1. eod.* & ideo vni patrono pluribus succedentibus hæredibus apud omnes in solidum remanet ius patronatus, quãuis fiat extraneis. *ca. 1. de iur. patron. clem. fi. eod tit. apud Clem.* Et transit non solum in masculos, sed etiam in fœminas. *glo. in can. quoniã inuestituram. 16. q. 7. clem. fin. de concess. præb.*

5 ¶ Et † quanquam plures esse patroni possint in dote constituenda *glo. in can. in summa, 63. distinct.* tamen diuidi ius nequit. Possunt tamen conuenire patroni, vel eorum hæredes, vt alternis vicibus præsentent, *d. clem. fin. de iur. patron.* & ita hoc iure vtãtur, ne contrario concursu se mutuo impediant. *vt apud Iulian. in l. quoties duobus, 41. de vsufr. & quemad. quis vta. lib. 7. P. tit. 1. Papin. l. 2. § fin. quib. mod. vsusfruct. amitt. eod. lib. tit. 4. l. itinere, de seruitut. rusti. in P.* Conuenire etenim in præsentando debent plures hæredes vnius: nam vnum solum repræsentant, in stirpesque succedunt in hoc, non in capita, siue æqualiter, siue pro minore parte succedant, nihil enim interest. *clem. fin. de iur. patron.* Quæ & in iure patronatus libertorum recepta fere sunt, *l. fin. eod. in P.* & in aliis iuribus. *l. si sepulcrum, de religio. & sumt. funer. in P. l. via, de seruit. in P.*

6 ¶ Quod † si plures essent patroni, à maioris partis consensu præsentatus instituendus est, *vide Panorm. in c. quoniam, de iur. patron. facit c. ecclesia, in 1. de elect.* Quod si duo tantum sint patroni, & duos præsentant, institurio alterutrius in electione & arbitrio est episcopi *glos. in can. si plure, 16. q. 7. Innocent. in c. 1. de iur. patron. Panorm. in c. eam te, eod.* quamuis alii dissentiant.

7 ¶ Ius † hoc patronatus tertio loco honorem confert patrono, & honorificum dictum, præcedit enim honore in ecclesia patronata. *c. nobis, § fin. de iure patron.* Sed alius honor & præcipuus, in præsentando episcopo præficiendo ecclesiæ: non enim potest prouidere ecclesiæ sine præsentatione patroni episcopus, *ca. monasterium, & can. decernimus, 16. q. 7. ca. ex insinuatione, de iur. patron.* Non tamen per præsentationem plenũ ius datur administrationis ecclesiæ præsentato, sine institutione episcopi: non enim patronus confert pleno iure. *c. quod autem, & ca. illud præterundum, c. ex consultatione & c. consuluit, c. relatum, de iure patron. apud Gregor. c. si plures, & c. monasterium, 16. q. 7.*

8 ¶ Omnes † namque basilicæ pertinent ad curam & solicitudinem episcoporum, *can. omnes basilicæ, eod. c. obitum, 61. distinct. cum similib. ibi notat.* nisi aliquo priuilegio eximantur. *ca. cum & plantare, de priuil.* Et institutio, & destitutio præfectorum ecclesiarum proprie pertinet ad episcopos. *can. cum ex iniuncto, de hæret. c. 1. & 2. de capell. monach.* Neque etiam patronus, quia hunc honorem præsentandi habet, ideo administrandi res dotales, seu ecclesiæ patronatæ, potestatem habet. *can. nouerunt, 10. quæst. 1. ca. præterea, de iure patronat.*

9 ¶ Neque † seipsum, sed alium præsentare potest; *ca. consuluit, & cap. per nostras, eod.* sicuti nec seipsum episcopus potest instituere, vel sibi suæ collationis beneficium conferre, *can. fin. de institutio.* vt nec tutor sibi auctor esse. *l. 1. de auctor. tut. in P.* Quãuis non inficior, si plures sint patroni, quin vnus ex illis ab aliis tamen præsentari possit, vel filius alterius. *glos. in d. c. consuluit, de iure patron.* sicuti ex decurionibus, qui seipsos tutores dare non possunt, vnus ab aliis recte datur. *l. vbi absens, de tut. & curato. dat. ab iis, &c.*

10 ¶ Porro † præsentatio instituendi fieri potest non solum per patronum, verumetiam & per procuratorem, eius nomine & mandato: nam & electio fieri potest mandato domini à procuratore, *l. si is qui Stychum, de procurat. in P.* imo & per literas quis potest præsentare. *glo. in cano. non debet, 65. distinct. in ca. l. si procuratorem, de procurat. in P.*

11 ¶ In † hac tamen potestate, & qualitas patronorum, & tẽpora distinguenda sunt: nam patroni, aut laici, aut clerici sunt: laicis quatuor menses dantur ad præsentãdum, clericis sex: quia laici ante institutionem possunt variare, id est, plures præsentare alios post alios: clerici non possunt. Ideo vt maturius præsentandum eligant, longius tempus conceditur. *c. 1. § fin. de iure patron. in 6.*

¶ Variatio † tamen illa licita in laico, quamdiu vnum ex præsentatis non instituerit episcopus: nam post præsentationẽ & institutionem reiicitur præsentatio. *ca. quod autem consulit, de iur. patron.* 12

¶ Licita † tamen si præsentet laicus indignum, & repudietur ab episcopo: nam potest & tunc intra tempus illi concessum, alium præsentare, & plures, inter quos tamen est potestas episcopo eligendi quem velit, & vt dicimus, locus est gratificationi. *c. cum autem aduocatus, eod.* Nec ante tempus hoc cõcessum pleno iure episcopus spreto patrono laico conferre potest, sed tantum de œconomico ecclesiæ patronatæ prouidet pro fructibus regendis. *ca. cum vos plerumque, de offic. & pot. iud. ordin.* Diuersum tamen in præsentatione indigni, facta ab ecclesiastico: nam tunc episcopus, spreta illa præsentatione, pleno iure confert, cum ius præsentandi ecclesiasticus amiserit, indignum præsentando: neque possit vnquam variare, facta præsentatione semel, id est, alium non possit præsentare. *ca. cum autem, de iure patron.* Vt contra, si ille præsentatus sit idoneus, non possit alium ei præponere episcopus. *d. c. cum aduocatus, eo. dummodo* præsentatio fiat vacante & beneficio. Nam ante vacationem præsentatio inutilis, & adueniente ea, non obstante prima, recte alium vel primum præsentat: nec dicitur ideo variare. *can. fin. eod.* 13

¶ Quando † autem ius præsentandi amisit patronus, plena collationis potestas penes episcopum est siue patronus sit ecclesiasticus, siue laicus. Amittunt autem potestatem præsentandi, & ita ius patronatus, vel pro vna vice, vel in perpetuum. Pro vna vice, hoc est, ratione occurrentis præsentis vacationis, si ecclesiasticus, vt dictum est, indignum præsentet: vel si is, vel laicus non præsentet intra tempora illis constituta, laicus intra 4. menses, ecclesiasticus intra sex: tunc enim deuoluitur potestas ad episcopum, auctoritate concilii Lateranensis, *c. 2. de supp. negl. prælat. c. 3. § fin. & c. si vero, de iure patron. c. eam te, eo. c. 1. § fin. eo. tit. in 6.* Dehinc & pro occurrenti necessitate deuoluitur ad illum ius, si quando plures sint patroni principales, qui sine graui scandalo in nominatione seu præsentatione non possint conuenire. *ca. 3. de iur. patron.* Ordine seruato, vt primum quamdiu controuersia, eorum agitatur, episcopus interim ostium claudat ecclesiæ patronatæ, amotis sacris lipsanis seu reliquiis, donec conuenerint. *c. 2. eod.* Dehinc vt à maiori parte electus, & maioribus præstans maritis admittatur: quod si id sine scandalo fieri non possit, ipse episcopus prouideat. *d. c. 3. eodem.* 14

¶ In † perpetuum patronus hoc ius amittit, si donet illud aut cedat alteri, quod licet etiam sine licentia episcopi, *c. 3. in prin. eod. in 6.* tamen plena collatio episcopi est, sed præsentationem exspectare debet intra tempora fieri ab eo, in quem ius translatum est. Nisi simoniace qui habet ius illud, in se transtulerit: nam in pœnam dignus est qui priuetur iure patronatus. *ca. quia clerici quidam, de iur. patron. ca. tuarum, de priuileg. c. priuilegium, 12. q. 3.* 15

¶ Priuatur † & is perpetuo hoc iure, qui per se vel per aliũ procurauerit episcopum, vel rectorem ecclesiæ, cuius est patronus, occidi: vt nec is, nec hæredes eius vsque ad quartum gradũ possint hoc iure vel honore potiri. *c. pen. de pœn. incip. in quibusdam.* 16

¶ Per † condemnationem tamen alterius criminis, hoc ius non eripitur, nec à filiis patroni: quia hoc ius habet solum auctoritate canonicis, quo non priuatur, nisi à solo Papa. *glos. in can. filiis, 16. q. 7.* Conceditur namque hoc ius patronatus, potissimum laicis, singulari quodam beneficio & priuilegio, fauore ecclesiarum, vt ad constructionem & donationem earundem inuitentur. *c. 3. & c. cum dilectus, de iure patro.* Proinde fauor ille ecclesiarum remanet delicto etiam intercueniente. 17

¶ Acquiritur † autem ius patronatus fundatione ecclesiæ, *c. nobis, eod. ca. pia mentis, 16. q. 7.* ædificatione facta suis sumtibus, *ca. monasterium, eod.* donatione, seu additione prouentum, *can. filiis, & can. quicunque, 16. q. 7.* ex contractu translatione facta cum vniuersitate, *c. cum seculum. & c. ex literis, de iur. patron.* Successione. *clem. 2. eod.* 18

¶ Constatque † præcipuis modis acquirendi, onus etiam esse ius patronatus patrono potius, nempe quod ex bonis eius propriis natum sit, vt & inde aliud sequatur, videlicet solicitudo patroni in his conseruandis, quæ elargitus ipse est, vel ij à quibus causſam & ius habet: dare namque operam debet, ne bona ecclesiæ patronatæ pereant vel detrimentum patiantur, eamque ob causſam monere præfectum, postea episcopum, iisque negligentibus mederi incommodo, regem ipsum. *ca. filiis, 16. q. 7.* 19

¶ Quia † si congrui nõ sint reditus ecclesiæ patronatę, ipse cogitur per episcopum supplere quod sufficiat pro alimentis præfecti præsentati, & ad iura episcopalia soluenda. *ca 1. de iur. patro. ap. Clemen. c. 1. de præbem. in 6. c. exstirpandæ. § quod vero, eod. tit. ap. Greg.* Dicitur & patronus ideo defensor *can. frigentius, 16. q. 7.* ecclesiæ, & aduocatus, *c. quia clerici, de iur. patron.* quia eius habet patrocinium, vicedominus, custos, gardiam habens. *c. præterea, in 2. de iur. patron.* 20

¶ Quocirca † quoque nec ei delinquẽti ius hoc adimen- 21

Digitized by Google

dum, quod onerosum alioquin ei est, aliquando etiam vtile, vt dum ad inopiam peruenit: nam eo casu ne sit ingrata ecclesia patronata, patronum & liberos eius alere tenetur, *c. nobis, §. fin. eod. can. quicunque, 16. q. 7.* habita ratione bonorum ecclesiæ, & qualitatis personarum patronorum. *ca. vlt. 10. q. 3. l. sed etsi quid. §. 1. de vsufruct. in P.*

22 ¶ Animaduertendum † autem est, in hoc iure patronatus constituendo, episcopi consensum, vt diximus in finitione, requiri, & tunc dicitur ius patronatus spiritualizatum, id est, approbatum ab episcopo: quo nomine eximuntur ab hac tractatione oratoria, simplicesque capellæ, quæ beneficia non sunt proprie. Cum nemo sine episcopi consensu possit ædificare ecclesiam *. cano, nemo, de consecr. dist. 1. can. qui religiosis, cum 3. seq. 18. q. 2. c. fin. §. fin. de eccles. ædific.* Quare alia ratione, propter auctoritatem ab episcopo interpositam, ipse episcopus habet in eo patronatu ius institutionis, id est, facultatem intra ecclesiam, vel in ecclesia statuendi præsentatum. Relatiuumque hic fit verbū institutionis, ad præsentationem alterius: nam ea institutio libera non est collatio, sed si fiat præsentatio admitti debet ab episcopo, alioquin si repudiet, patet via refugii: vt dicuntur, in refutum ad Archiepiscopum.

23 ¶ Lata † alioquin est institutionis appellatio, quæ interdum pro collatione accipitur, nempe pro concessione libera beneficii facta ab episcopo iure communi, vel ab alio ex priuilegio, cuius collationis, & prouisio species est. *glo. in rubr. de institution. in 6. vide & de alis acceptionibus Io. Imolam, in c. ex frequentib. & c. cum venissent, de iure patron.* Interdum institutio, pro confirmatione electi, quam facit episcopus, *c. cum olim, de maior. & obed. & tot. tit. de elect.* & pro approbatione episcopalis collationis ab alio quam episcopo factæ, dicta auctorizabilis institutio. *vt in ca. cum satis de offic. archid.* Item aliquando pro translatione possessionis, quam dicunt installationem, & inductionem, in realem possessionem. *de qua in c. adhæc, c. cum nostrum, eod.* Proprie tamen permultum interest inter collationem, quæ est libera, institutionem, quæ necessaria, & præsentationem. *c. cum in illis, §. cum autem, de præb. in 6.*

24 ¶ Ideo † collatio sede vacante loco episcopi à capitulo de beneficiis fieri nequit, institutio debet. *c. cum olim, de maior. & obed. ap. Greg. c. 1. de Inst. in 6. c. 2. ne sede vacan. ap. Greg c. 1. eod. tit. in 6.* Quod & in vicario obseruatum est. *c. ex frequentib. de Instit. ap. Greg. c. fi. de offic. vicar. in 6.* Sed hæc hactenus de beneficiis iuris patronatus dicta sint, quibus plura me posse addere non diffiteor: verum quia patronatus huius materia & quæstiones, proprio tractatu & celebri explicantur à Rocho, ad eum remittam lectores, ne fuci instar labores aliorum suppilemus.

25 ¶ Hoc † tantum adiiciam, apud antiquos idolis seruientes, fuisse olim quoque in diuino cultu quædam sacerdotia patronata, dicta gentilia, id est, generis seu familiæ certæ, quæ reditus annuos sacrificulis suis præbebat. De quibus meminit Cicero de Aruspicum responsis & alii. Sic Michas vir in monte Ephrain idolum sibi fecit, & ei exstruxit ædicuiā, fecit Ephod & Theraphin, id est, vestem sacerdotalem, constituitque ibi sacerdotem, & illi reditus, vt habetur in lib. Iudic. Israelis, *cap.* 17. & 18.

De Erectione seu Constitutione beneficiorum, eorumque interitu incidenter.

Cap. 5.

1 *Beneficiorum origo.*
Beneficii fundatio & creatio quid, eod.
2 *Beneficii restitutio quid.*
3 *Beneficia quot modis exstinguantur, & restituantur, & 14.*
Beneficia quare exstingui possunt.
4 *Sacra res à sanctitate eximi possunt.*
5 *Beneficia intereunt vnione.*
De vnione beneficiorum, & quid vnio, eod.
6 *Vnio beneficiorum tripliciter fit.*
Beneficii impetratio non exigit mutationem vnitæ ecclesiæ.
7 *Vnionis faciendæ rationes.*
8 *In vnione faciendæ vocandi ii, quorum interest.*
9 *Beneficium exstinguitur, fundatione eius reprobata.*
10 *Beneficia occupata ab hostibus an intereant.*
11 *Ecclesiæ parietibus omnino subrutis, an remaneat beneficium, & 13. & seq. vsque ad 22.*
12 *Altare portatile quid, & priuilegium eius.*
13 *Euocatio sacrorum, quæ prophanum reddebat locum.*
16 *Vnio à quo fiat, & dissoluatur.*
17 *Ecclesia polluta non est iterum consecranda, sed reconcilianda.*
Ecclesia quibus polluatur, eod.
18 *Ecclesia polluta quomodo, & quibus reconcilietur Deo.*
19 *Ecclesia consecrandæ ceremonia.*
Ecclesia semel consecrata, iterum consecrari non debet, eod.
20 *Templa ethnicorum quomodo adificabantur, & sacris inaugurabantur.*
21 *Ecclesia & beneficia vt restaurentur.*
22 *Beneficiorum transmutatio quæ, & quatenus permissa.*

QVia † in superioribus beneficiorum diuersa qualitas, generali quadam nota nos docuit ecclesiasticarum personarū diuersitatem: series postulat, vt de erectione beneficiorum agamus, ex qua vel in qua facile status & qualitas beneficiorum, vt à matre originem accipit. Erectio itaque beneficiorū sit, noua fundatione, restitutione status antiqui beneficii, & immutatione. Noua fundatione, creatum beneficium dicitur à Clemente V. Pont. sum. *clem. fin. de rescript.* & Innocent. III. *in c. dilectio filio, de præb.* Fundatio illa noua fit, quando augmētatur numerus præbendarum, vel ecclesia, vbi prius non erat, erigitur: vt si ab Ismaelitis, seu Agatenis ciuitates & regna à Christianis recipiantur. *vt in c. 1. de verb. sign. in 6.* 1

¶ Restitutione † fit erectio, cum exstinctum beneficium restauratur: totque modis videtur fieri restitutio, quot contrariis exstingui vel supprimi potest. Idcirco non alienum erit, de exstinctione seu peremptione beneficiorum agere, priusquam de restitutione, quæ peremtionem refert, dicamus. 2

¶ Ergo † beneficia exstingui & supprimi possunt, vt amplius non sint, vel non faciant nomen: primum, quando canonicæ, vel præbendæ exstinguuntur, *c. cum accessissent. & c. ex parte, de const.* fructuum inopia: sicuti & augmentetur pro fructuum abundātia. *c. fin. de verb. signif. ap. Greg.* Nec nos remoretur, quod videtur habere quæstionem, num possint tolli beneficia, vel perimi, cū Deo semel dicatum, alios in vsus transferri non possit, *ca. semel Deo, de regul. iur. in 6. c. mancipia, de rerum permu.* siue ligna sint ecclesiæ, *ca. ligna. de consecra. dist. 1. §. sacræ, de rer. diuis.* siue vestimenta. *can. vestimenta, de consecra. dist. 1.* Nam necessitas, & maior causa huic rei gratiam facit aliquando, & honestas ecclesiastica, & ratio quædam singularis pro negotiorum occurrentium modulo, vt res alioquin inalienabiles, *tit. de reb. eccles. nō alie. in auth. l. iubemus, de sacrosc. eccle.* propter alimenta, *can. aurum, 12. q. 2.* & ob redemtionem captiuorum alienari possunt, *l. sancimus, 17. de sacrosan. eccles. C. ca. Apostolicos, c. & sacrorum canonum, ca. sicut, omnino, 12. q. 2.* etsi debita vrgeant ecclesiam. *auth. præterea, de sacrosan. eccles. C.* 3

¶ Atque †, iure ciuili traditum est lege aliqua, rem sacram posse profanam fieri, *l. inter stipulantem. §. sacram rem. de verb. obl.* in quo notat Iurisconsultos Cicero dum ait, *pro Mureto, Cum leges antiquæ sacrorum vetarent interitum, adinuenit subtilitas Iurisconsultorum senes constituere ad coemtiones sacrorum, interuendorum causa faciendas.* 4

¶ Sed † alio modo secundo intereunt beneficia vnione, quando duo vel plura beneficia in vnum in perpetuum coniūguntur, id enim est vnio, *ca. sicut vnire, de excess. prælato.* illud. n. quod alteri vnitur, exstinguitur, neque amplius per se vacare dicitur. *Doct. in c. cum accessissent per illum textum de const. it. Ludo. Gomes, in reg. cancel. de trien. possess. q. 8. Io. Andr. ad clem. 1. de supplen. negli. prælato.* Et tunc propriè vnio, omissis duabus vnionis speciebus. *de quibus per glo. in c. 1. in ver. vniendo & ibi interp. ne sede vac. apud Greg. gl. in c. & temporis, 16. q. 1. in ver. vnire.* 5

¶ Vnio † quippe tripliciter fieri dicitur: primum, cum duabus ecclesiis vnus & idem præficitur, *can. & temporis qualitas, 16. q. 1. c. 1. ne sede vac. ap. Grego.* secundum, quando vna ecclesia alteri vnitur, quo casu quæ vnitur, amittit ius suum, & eo vtitur, cui fit vnio, *ca. recolentes, §. fin. de stat. monach.* intacto remanente iure episcopi, *c. 2. de religio. domib.* tertium, fit vnio, cum simul vniuntur ecclesiæ, nec vna alteri subiicitur: & tunc ex duabus quod melius est retinetur. *arg. c. medicamentum, de pœnit. dist. 1. gl. in regu. 11. cancel. Innoc. 8.* Et ad hos tres vnionis modos reliqui, quos adferunt Hostiensis & Godofredus, referri possunt. Et quæ fiunt incorporationes & annexiones, quæ eius generis sunt: nam annexæ ecclesiæ cum illis eædem censentur quibus annectuntur, vt non valde interfit in impetratione beneficii, adiicere annexas ecclesias, si modo principalis exprimatur, & valor verus annexorum, vt tradit interpres antiquus regularum, *c & temporis, 16. q. 1. c. 2. de religio. domib. c. fin. §. hostilitatis, 25. q. 2.* cancellariæ Innocentii Pap. VIII. 6

¶ Vnionis † caussa rationem habet, vel propter nimiam vicinitatem ecclesiarum, cum vtraq; facile per vnū regi possit: vel cū altera caret populo ob incursiones hostium vel morborum luem, vel aliā ob caussam. Sicuti certis de caussis Imperatores ex duabus dignitatibus vnam facere possunt, vel vnam alteri vnire. *§. illud, vt ind. sine quoque suffra. in auth. collat. 2.* Item & propter alterius beneficii inopiam. 7

¶ Quare † & in vnionibus verus valor vtriusque beneficii exprimi debet, & vocari oportet in loco, & vt dicunt in partibus, ante, quorum interest, alias non valet, vt deciditur regula cancellariæ Pauli Pap. III. de vnionibus. 8

¶ Tertio † loco exstinguitur beneficium, quando reprobatur eius fundatio vel erectio: veluti primo, si in præiudiciū ædificetur parochiæ capella, & opus nouum fuerit nuntiatum, debet deleri postea ædificatum *c. a. 1. de eccles. ædific. l. 2. & l. prætor ait, §. prætor, de oper. no. nuntia.* Item secundo casu, quo & subtra-

hitur 9

Digitized by Google

hirur ecclesiæ episcopalis dignitas, si aliqui proprium pastorē occiderint. *ca. fin.* 25. q. 2. Et 3. si deiciatur ecclesię moles & ædifi
10 cū. *c. & hoc diximus*, 16 q. 7. *c. placuit, de consecrat. dist.* 1. ¶ Quarto † exstingui videntur beneficia, quæ ab hostibus fidei occupantur, *can. pastoralis*, 7 q. 1. *c. sancta Romana. de elect.* vel saltem suspenso cultu diuino prope interitum sunt, vt nō possit aduersus ea currere præscriptio, tanquam viduata pastore, *ca. ex transmissa, de præscript. c. prima actione, can. si sacerdos*, 16. q. 4. Et iure ciuili religiosa, sacraue loca esse desinunt, ab hostibus occupata. *l. cum loca, de religios. & sumtib. funer. in P.*

11 ¶ Accedit † quoque ad interitum ecclesiarum, cum parietes funditus subruti sunt, nec remanet altare consecratum. Si tamē pars aliqua consl agratione vel inundatione, vel alio modo intereat ecclesia, remanere beneficiū dicitur: & in primo casu ecclesia rædificata debet denuo consecrari, in altero nequaquā. *ca. lignea, & c. proposuisti. iuncta glos. in verb. reconciliari. de consec. eccles. can. ecclesia semel. & can. de fabrica, de consecr. dist.* 1. In concilio tamen Tributiensi concessum est, vt sicubi à Normanis, Selanis, Vngaris, à malis Christianis aut alio quocunque malo ecclesia fuerit incensa & combusta, liceat in capellis interim cum tabula consecrata missas peragere. *in ca. concedimus, de consec. dist.* 1.

12 ¶ Tabula † consecrata hic videtur supplere locum ecclesiæ, vel stabilis altaris, sicut altare portatile, *c. quoniam, de privil. in* 6. quod vbicunque locorum & maxime in bello circumferri potest. Ne defectu ædium consecratarū, vbi opus est, quis carere cogatur pabulo cœlesti, hocque antiquitus permissum Christianis, & vt Sozomenus ait. *lib* 1. *hist. Tripartit. c.* 9 & Nicephorus Callisti, *lib.* 7. *hist. cap.* 46. hæc tabula vicem tabernaculi præstitit, ad quam diaconi & sacerdotes ministrabāt ministeria diuina, iuxta statas ceremonias ecclesiæ.

13 ¶ Verumtamen † hic duo annotandum, non ideo beneficiū exstingui omnino, quod omnino ecclesia fuerit diruta: nam distinctio beneficiorum non pendet ex ædificio, sed ex sacramentorum administratione & decimarum vel reditruum assignatione: & quia possit reædificari iterum ecclesia, vel alibi officium, vel onus beneficii impleri.

14 ¶ Quibus præcognitis, facile erit iudicium, quomodo restituantur vel reguiescant beneficia, singulis interemptionibus cōtrarias causas opponentes. quia restitutio, est prioris status reparatio. *ca. nos sanctorum, & can. iurato.* 15. *quæst.* 6. *ca. si quem pœnituerit. §. fin.* 1. q. 3. *c. quia diligentia. de elect. l.* 1. *ae sententia. pass. C. l.* 1. *ex quib. caus. maio. in P.* Vt quia in primo capite diximus exstingui suppressione beneficiorum vel deficientibus fructibus, apparebit restitutionem fieri reuocatione suppressionis, & fructuum incremento. *c. cum accessissent, de constitut.* Et in secundo, si approbentur ædificationes ecclesiarum ante reprobatæ, vel si operis noui nuntiatio tollatur, si episcopalis vel alia ecclesia in pristinum restituitur locū dignitatis, si ecclesia delecta reficiatur, & excitetur, & consecretur iterum, si ab hostili occupatione euincatur, veluti iure postliminii. *l cum loca. de religios. & sumt. funer. in P. c. pastoralis*, 7 q. 1.

15 ¶ Nisi † quando constat locum omnino profanum factum: vtpote quando Deus locum contemnit, & testimonio aliquo diuino deseruisse eum ostenditur. Sicut refert Iosephus, *libr.* 7. *de bell. Iudaic. c.* 12. ante excidium Hierosolymitani templi, à sacerdotibus noctu sacrificantibus auditam fuisse vocem ex adytis dicentem, *migremus hinc.* Erat & moris Romanorum in obsidionibus ciuitatum, priusquam irrumperent, euocare earum deos, vt vocabant tutelares, & ita loca à sacris liberare, vt refert Macrobius, *lib.* 3. *Satur. ca.* 7. qui & *euocandi ritum* tradit. Sic apud Liuium *lib.* 5. *Dec.* 1 dictator Veios capturus euocauit Iunonem Veiorum conseruarricem, & pollicitus Romæ templum. Quod paucis explicat Vlpianus *l. sacra loca.* 9. *de rerum diuis. in P.* verbis, *Qui sanctum*, inquit, *locum liberare à religione volunt, solent inde sacra euocare.*

16 ¶ Dehinc † & quæ vnione exstincta sunt, per vnionis resolutionem restituuntur: hoc enim naturale, eodem vinculo quo quid vinctum est dissolui. *l. nihil tam naturale, de regul. iur. in P. c.* 1. *eo. tit. apud Greg.* Episcopus in sua diœcesi beneficia vnit & distinguit: summus autem Pōtifex episcopatus. *c. sicut unire. de excess. prælat.* Episcopus tamen non vnit ecclesias sine consensu sui capituli, & patroni, quem tamen non exigit summus Pontifex. *c. pastoralis, de donatio.* Et quando vnio fit ad vitam alicuius tantū, eo mortuo beneficium reuiuiscit, in propriamq; redit naturā: quia vnio hæc temporalis cum tempore exstingu tur *Gomes, in regul. de triennal. possess. q.* 8.

17 ¶ Sed † si ecclesia polluta fuerit, reconcilianda quidem Deo orationibus est: non tamen ideo denuo consecranda, vt si ab hæreticis prophanata fit. *can. ecclesias Arriano. & can. Arrianorum, & can. Agapitus. de consec. dist.* 1. Nam vt ait Optatus Mileuitanus, *lib.* 1. *in princ. 2 con. Donat.* non potest esse ecclesia penes hæreticos, sed scimus quod omnes ecclesię hæreticorū sunt prostibula, & meretrices: vnus sponsus, vna ecclesia. Sic polluta homicidio, vel sanguinis effusione, vel semine, vel adulterio, reconcilianda. *c. significasti, de adulte. c. proposuisti, & c. fin. de consecr. eccl. Lenit. c.* 14. *& 15. can. si mutum, de consecr. dist.* 1. Item si in ea sepeliatur excommunicatus, *c. consuluisti, de consecr. eccles.* nam & tunc parietes sunt abradendi. *can. eccles. 1, in l. & 2. ae consecrat. asyl. sinct.* 1.

¶ Reconciliatio † autem fit per aquam lustralem exorcizatam, per solum episcopum, non autem per sacerdotem simplicem, *ca. aqua per episcopum, ae consecr. eccles.* idque per aquæ & vini mixtionem & salis, cum aspersione, & missa. *can. de fabrica, de consecra. dist. sinct.* 1. Refert autem Abdias Babylonicus *in histo. Apostol.* contemporaneus Apostolorum D. Bartholomeum in ecclesia pu. ificanda, quæ prius erat templum idoli Astaroth, crucem per latera infixisse, & benedixisse. Verum illa sanctificatio ad nouam potius consecrationem, quam ad purificationem sanctificatæ antea, pertinet. Et ideo ritus varii sunt. 18

¶ Nam † cum construenda est, episcopus debet vocari, ciuitatis, qui locum designet, crucemque ibi publice figat, inquirat de reditibus sufficientibus ad alimenta præficiendorum, *can. nos mo, de consecr. dist.* 1. *c.* 1. *ae consib.* Sunt & alia, quæ ad consecrationem ecclesiarum, & altaris pertinent, de quibus consulendus Ioannes à Selua, *in* 2. *part. tract. ae benefic. q.* 5. *num.* 6. *& seq.* Durandus, *lib.* 2. *Rationale diuino. offic. ae eccles. ae dicat.* Vide & canon. 1. de consecrat dist. 1. lib. 3. Reg. c. 6. Neque ecclesia consecrata est iterum consecranda, *can. ecclesiis, de consecr. dist.* 1. *c.* 1. *& q. ae sacram. non iter. c.* 1. *de apost.* nisi, vt diximus, ex integro corruerit, funditus deleta fuerit, *a. ca. ae ecclesiis, Lenit.* 14. *in fin. arg. l. eo minus, ae contrah. emt. in P. can. de fabrica. de consecr. dist.* 1. 19

¶ Erat † & apud ethnicos mos restaurandi, & ædificandi, seu consecrandi templa per pontifices suos: vt obseruare possumus ex Liuio, dum ait, *lib* 9 *Decad.* 1. Cornelium Barbatum pontificem maximum, coactum ex consensu populi verba præire in dedicatione ædis Concordiæ in ara Vulcani, cum more maiorum negaret, nisi consulem, aut Imperatorem posse templum dedicare. Item ex verbis epistolæ Aureliani ad Cetonum Basilium, apud Flauium Vopiscum, *in Aurel. vita. De Palmyrenorum bonis*, inquit, *habes gemmas regias: sac cohonestari ex his omnibus templum: mihi & immortalibus, gratissimum feceris: ego ad senatum scribam, petens vt mittat pontificem, qui dedicet templum.* Alius & referendus Cornelii Taciti locus, *lib.* 20. in quo & ceremoniæ dedicationis priscæ gentilitatis referuntur his verbis: *Vnacetiam ea cuncta Iulias, serena luce, spatium omne quod templo dicabat eminentium virium, coronæ, quæ ingressi milites, quibus fausta omina faucibus remissi: dehinc virgines Vestales cum pueris puellisque patrimi matrimisque, aqua, riuis & fontibus, omnibusque hausta perluere. Tum Heluio Prisco prætor præeunte Plauto Helianio pontifice, lustrata bonæ, fauisque area, & super cespitem redditu extis, Ioueni, Iunonem, Minerua mque, præsidesque imperii precatus, vti cepta prosperarent, sedesque suas pietate hominum inuentas, diuina ope attollerent, vittas, quibus lignum lapis inuixque funes erant contegit. Simul ceteri magistratus, & sacerdotes, & senatus, eques, & magna pars populi studio lætitiaque connixi, Iouem ingens traxere. passimque iniecta fundamentis argenti aurique stipes, & metallorum primitiæ nullis fornacibus victa sed vt gignuntur. Prædixere Aruspices, ne temeraretur opus saxo, aue rone in aliud destinato. Altitudo ædibus accrecta.* Hæc Tacitus. De sacro Capitolii templo restituto à Vespasiano traditur, cura L. Vestini equitis, quem monuerunt contracti hariuspices, vt reliquię prioris delubri in paludes auehercntur, templū iisdem vestigiis sisteretur. ¶ Postremo † restaurantur ecclesiæ & beneficia, quando pristini & ante sublati fines restituuntur, *vt in c. pen. de paro.* 20 21

¶ Sed † tertio loco fit beneficiorum erectio, quando mutatio fit formæ beneficii: veluti si ex capella fiat parochia, ex parochia episcopatus, & ex episcopatu archiepiscopatus, *vt in extrau. salvator. de præben.* si ex capella simplici fiat collegiata, ex collegiata canonicalis, *vt in ca. si episcopus*, 12. q. 2. ex regulari seculāris, vel contra: ex dispensatione: iure enim communi inhibita est hæc communicatio, *cano. quæ semel*, 19. q. 3. 1

De collatione beneficiorum.

Cap. 6.

1 *Continuatio c. & num prius de collatione, quam vacatione beneficiorum dicendum.*
2 *In collatione beneficiorum quæ considerandæ.*
3 *In tutoris datione quæ considerandæ.*
4 *Beneficia tantum idoneis sunt conferenda, & qui illi.*
5 *Beneficia laicis non conferuntur ecclesiastica.*
6 *Fœminæ capaces aliquorum beneficiorum.*
Fœminæ non accipiunt primam tonsuram clericalem, eod.
7 *Beneficium cum simplici tonsura quale.*
8 *Curam habens animorum beneficium, exigit sacerdotem: studiorum tamen causa per quinquennium differtur promotio.*
9 *Mores beneficiandorum quales esse debeant.*
10 *Scientia beneficiatorum quæ requiratur.*
11 *Ætas quæ legitima in sacerdotio obtinendo.*

Digitized by Google

12 *Episcoporum & prælatorum ætas.*
13 *Episcopus qui indigno beneficium confert quomodo puniendus.*
14 *Regere alios non debet, qui se nequit gubernare.*
15 *Abbati qua debet esse ætas.*
16 *Ætas prælatorum in Gallia quæ esse debet.*
17 *Ætatis beneficiandorum dispensatur à summo pontifice ex caussa.*
Ætatis gratia non fit, nisi duorum annorum, eod.
18 *Episcopi iuuenes non contemnendi.*
Iuuenum prudentia aliquando senum vincit peritiam, eod.
Sed raro cuntingentia non sequenda, eod.
19 *Canonicis ætas quæ requiratur.*
20 *Ætas beneficiandorum in non curatis beneficiis quæ requiratur ex antiquo & nouo iure.*
21 *Beneficiandi mores, eod.*
22 *Qualificatus beneficiarius quis.*
23 *Præbenda sacerdotalis tantum presbyteris ætatis legitimæ, non ante tempus presbyteris factis concedenda.*
Curio debet fieri presbyter intra annum, & quomodo hoc intelligendum, eod.
24 *Beneficio priuatur, qui non est clericus.*
25 *Beneficium habens vxorem per verba de præsenti ducens, eo priuatur.*
26 *Beneficia regularia regularibus, secularia secularibus conferenda.*
27 *Beneficia regularia regularibus ordinis tantum eius beneficij conferenda.*
28 *Monachis mendicantibus nulla beneficia ecclesiastica concedi possunt.*
29 *Monachis quibus, & quæ beneficia liceat habere.*
30 *Monachi eligi possunt in episcopos.*
31 *Episcopus à quibus debet esse immunis.*
32 *Beneficium conferri non potest ex illegitima coniunctione nato.*
33 *Beneficium paternum filius legitimus, & naturalis immediate à patre capere non potest, mediate potest.*
34 *Spurii filii non admittuntur in beneficio paterno, nec nati ex illis, etiam legitimati & dispensati ad beneficia.*
35 *Spurius quis dispensat ad beneficia.*
Dispensatio illegitimis à quo fieri debet, eod.
36 *Dispensatio naturalium ad sacros ordines non porrigitur ad beneficia.*
Dispensationes ad beneficia à casu in casum similem, vel maiorem non producuntur, eod.
37 *Dispensatio per simplicem signaturam ad pluralitatem beneficiorum.*
Per fiat vt petitur, quot contineat beneficia, eod.
38 *Beneficium conferri debet ei, qui idioma loci intelligat.*
39 *Linguarum & idiomatis intelligentia quid iuuet homines, & quid noceat ignorantia.*
40 *Patronus debet præsentare episcopo clericum diœcesis, qui intelligat idioma & intelligatur.*
41 *Alienigena in Gallia beneficia ecclesiastica non potest possidere.*
Albinus in Gallia quid, eod.
Naturalitatis, seu affiliationis in regno litera, eod.
42 *Alienigenæ in Britannia, Hungaria, Bononia, Verona sacerdotia habere non possunt.*
43 *Beneficiandorum in Gallia qualitates.*
44 *Beneficia quæ vacant certis mensibus, quando graduatis, aut nominatis, vel aliis debeantur.*
Graduatorum studii tempus præscriptum, eod.
Insinuatio literarum studii graduum quo tempore fieri debet, eodem.
45 *Beneficia villæ muratæ conferri debent graduatis.*
46 *In nominationibus Academia, nominatus debet exprimere beneficium quod possidet, & valorem.*
47 *Litera exspectatiuæ ad beneficia debent exprimere possessa beneficia per impetrantem, & qualitatem eorum.*
48 *Nominationes, quæ ab Academia dantur ad beneficia, referuntur ad qualitatem personæ secularem, vel regularem.*
49 *Nominatorum ad beneficia præfertur antiquior, qui eo anno debite quæ oportet insinuauerit.*
50 *Gratificationi inter graduatos quando locus sit.*
51 *& § 2. Beneficia conferri quibus non possint.*
52 *Bannito non confertur beneficium, & tamen ante relegationem possesso beneficio non priuatur.*

1 COgnita origine, distinctione, & erectione, † seu restitutione, & suppressione beneficiorum, antequam peruenire possimus ad personas sacerdotum, medium quoddam agnosci debet collationis & possessionis beneficiorum: cui proxime vacationis speculatio innectitur. Sed prius ne de collatione, quam de vacatione dicendum sit, dubium quoddam moueri posset: vix enim est alterum sine altero cognosci, vt alterum sine altero non possit esse. Nisi erectione facta vacationem existimemus, quæ tamen vacatio vere non est, nec vacare dicatur, quod prius possessum non est: priuatio enim præsupponit habitum; *c. ad dissoluendum, de desponſ. impub. l. decem, de verb. obliga. l. Iulianus, de dinors.* Et collatio per consequens prior post electionem, quam uis post primam collationē, non dicantur posse conferri, priusquam vacent, *c. 2. de concess. præb.*

¶ Ergo † de collatione prius dicamus, in qua quatuor perpendenda capita: genus beneficii, de quo supra diximus in diuisione eorum. Nam forma mandati habet causſam determinatam, quam sequi oportet in conferendis beneficiis, vt expressio vnius generis beneficii ad aliud non porrigatur, *c. cum in illa, 16. §. 1. & 2. c. cui, de nomi. sacerd. c. 27. & can. ei cui. c. 29. & c. fin. de præb. in 6.* Qualitas secundo inspicienda personarum, quibus conferuntur, vt materia: tertio, qualitas eorum qui conferunt: & quarto, modus conferendi, vt forma. 2

¶ Sic † Hermogenianus, *in l. naturali, 7. § si quæratur, de confir. tuto.* in tutoris datione considerat, an is tutorem acceperit, cui fuerit dandus, an is dederit qui dare potuit: siue datus, cuius dandi facultas erat, & num pro tribunali decretum interpositum sit. 3

¶ Summa † autem prioris capitis hęc: beneficia non esse conferenda nisi, idoneis, *ca. grauc. c. 29. de præben. c. causſam quæ. de electio. ap. Grego. l. vt gradatim, de muner. & hono. in P. c. relatum, c. 3. de conces. præben. lib. 3. Decreta. tit. 8. c. 2. de institut.* Capacitas prouidendorum consistit in ordine, legitimis moribus, scientia, & ætate, & qualitate, *ca. 4. de ætat. & qualit. c. cum in cunctos, §. inferiora, de electio. c. dudum, in 1. eo. tit.* quæ in ordinibus rite exhibendis requiruntur, iam supra exsecuti sumus. 4

¶ Desideramus † autem in personis, quę beneficium accepturæ sunt, ordinem ecclesiasticum precedere, vt cooptati sint in numerum eorum, qui in sortem domini se transferunt: Laicis enim conferri beneficia nequeunt, *c. 2. de institit. c. cum adeo, de rescript.* 5

¶ Demtis † his beneficiis, quæ mulieribus conferri possunt Vestalibus: quæ, quia clericatus beneficio gaudere nequeunt, sine clericatu eligi possunt ad prioratuū administrationem, *c. indemnitatibus, de electio. in 6.* Neque enim aliquam mulierem licere tonsurare statuit Alexander III. sum. Pontif. *in ca. vxoratus, 8. de conuersio. coniugato. lib. 3. Decretal. tit. 32.* 6

¶ Verumtamen † in masculis obseruandum est, interdum sufficere clericatus ordinem in beneficio obtinendo, *ca. ex literis, de transl.* quod ideo dicitur beneficium cum simplici tonsura, 7

¶ Aliquando † & maiores ordines requiruntur aliis beneficiis præficiendo, vt puta subdiaconatus: & alii minores etiam ex dispensatione, si de ecclesia agatur, quæ curam animarum habet annexam, *c. præterea, de ætat. & qual. lib. 1. Decreta. tit. 14.* Atque tunc oportet intra breue tempus ad presbyteratum promoueri præfectum, vt supra diximus in diuersitate nomenclaturæ beneficiorum, in tertia diuisione, nisi dispensatio fiat causſa studiorum per septennium, vel quinquennium, quo casu sufficit intra annum ad subdiaconatum promoueri, *in reg. cancell. Pauli Pap. 3. de non promouen. ad sacros ordines.* 8

¶ Mores † præficiendorum beneficiis eodem modo perpendendi, quo tradidimus in ordinatione facienda: nam olim ordinationi, beneficiorum datio in titulum coniuncta erat. *ca. 1. & 2. 70. distinct.* Atque probum argumentum est vt qui nō possit ordinari, incapax sit beneficii, *Interp. in c. si eo tempore, de rescrip. in 6.* 9

¶ Scientia † seu eruditio in beneficiandis paulo maior, quā in ordinandis requiritur, in parochialibus potissimum ecclesiis: quia onus prædicandi quoque eis incumbit, & notio & iudicium peccatorum in foro pœnitentiali, *clem. dudum, de sepult. can. adiicim⁹. §. 1. 16. q. 1. Panor. in c. omnis, de pœniten. & remissio.* Nec tanta sufficientia in sacerdotalibus præbendis, quanta in curionibus, *c. cum in illis, de præben. in 6.* exigitur. ¶ Ætas † legitima adesse, *c. eam te, de ætat. & quali. c. nihil est, de electio.* tempore collationis, *c. si eo tempore, 9. de rescri. in 6.* institutis debet: atque ideo in decanatu, archidiaconatu, & beneficio curam animarum habente annexam, exigitur, vt prouisus 25. annum attigerit, & scientia & moribus commendatus exsistat, ex concilio Lateranensi, *c. cum in concilio, c. 7. §. inferiora etiam, de elect. ap. Greg. clem. generalem, de ætat. & qualit. c. licet canon. ca. 4. de elect. in 6.* quamuis olim trigesimus annus exigeretur in presbyterandis, *can. si triginta, & can. si presbyter. 78. dist. inct.* quales debent esse ad regimen parochialium ecclesiarum vocati, *ca. præterea, de ætat. & qual. can. sicut, 21. q. 2. c. 1. de ætat. & qualit.* 10 11

¶ Et † trigesimus quoque hodie ex eodem concilio exigitur in prælatis, *d. c. cum in cunctis, de electio.* nec dispensari posse per episcopum minori 25. annis contra concilium Lateranense, vel in episcopo minori 30. annis placuit, *gl. c. cum dilectus, in ver. ætatis, de elect.* ¶ Episcopus † porro, qui hominem insufficientis scientiæ, vel inhonestatæ vitæ, vel ætatis illegitimæ prouidendo approbauerit, suspenditur à perceptione proprii beneficii, donec veniam mereatur: nec indigni successorem potest confirmare, *ca. nihil est, c. 44. de elect. ap. Gregor. d. c. cum in cunctis, §. 1.* 12 13

¶ Et † certe indecorū est, eos ad regimē aliorum promoueri, qui seipsos non norint gubernare, *c. indecorum, de ætat. & qual.* vn- 14

de exegit

Digitized by Google

de exegit D. Paulus, 1. *ad Tim.* 3. in eligendo episcopo, vt sit
15 suæ domui bene præpositus. ¶ In † abbatia, quia in aliis quã episcopatu sufficiunt 25. anni, *d. c. cum in cunctis, § inferiora, de elect.* puto & totidem sufficere conferenda: nisi ius prælaturę & trigesimum exigat, quodque melius est. ¶ In † Gallia sufficiunt 27.
16 anni ad prælaturam obtinendam, & eius ætatis virũ potest nominare rex summo pontifici, dummodo aliæ qualitates desideratæ adsint, ex conuentionibus Gallicis, *§. 1. de regi. ad prælat. nominat. in concor.* Ac ad monasteria, & prioratus conuentuales, & electiua alia regularia beneficia, ad quæ rex Galliarum nominare sufficiunt anni 23 dummodo nominatus aliter idoneus sit,
17 *§. monasteria in de reg. ad prælat. nomin. concor.* ¶ Verũ † arbitror ex causa posse per sum. pont. dispensari ætati, si prudentia & rerũ scientia ea suppleat, *c. si de despon. impub.* Sicuti veniam ætatis solet princeps inuenibus probis moribus instructis cõcedere, dummodo impleuerint 20. annũ, & mulieres 18. *d. 3. de hi qui veni. ætat. imper. lib. 2. Cod.* 41. Regula autem cancellariæ Pauli Pap. III. super ætatis defectu gratiam posse fieri tantũ duorum annorũ tradit, habita prius informatione idoneitatis. ¶ Erat † iuuenis
18 Timotheus episcopus à D. Paulo præfectus, vt ex verbis epistolæ ad eũ missæ constat, 1. *ad Timoth. 4.* μηδεὶς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω, *id est, nemo iuuenilem tuam ætatem contemnat, sed esto forma & exemplum fidelium in sermone &c.* Cui exemplo D. Ignatius *epist. 6.* Damam episcopum Magnesiorũ, iuuenem, honorandũ esse docet Salomonis & Iosiæ quoq; exẽplo, *Quæ non longi, inquit, temporis spatium, sed spiritus sanctus sciẽtes & sapientes reddit.* Possunt esse quamuis raro cani iuuenes sẽsus, vt Danielis prudentia senum malitiam aliquando vicit, & sæpe vasa innocentia, & pura iuuenum Deus inhabitare non dedignatus, & erudire præter vulgarem hominum ordinem: neque enim perpetuo ipsi homines sua loquuntur, sed Deus est, qui in illis loquitur. Verumtamen non sunt temere exẽpla eorũ, quæ raro accidunt sequenda: cum periculum animarũ ex episcoporum præfectura non leue sit, sed pernitiosissimum. Et vix iuuenis, qui non expertus est ætate rerũ varios casus, potest hanc pastoralem curam probe, quantumuis literarum peritus, exsequi. In senibus est prudentia, & iam in iis quantum illorũ valeant artus in pugna hac spirituali, licet annotare: in iuuenibus promptus quidem ad dignitatis ambitionem animus, & ad bibendum calicem inexpertæ vires & dubiæ, & neophytorum ordinatiom succesit superbia. In non curatis beneficiis & minoribus, & intra pupillarem ætatem, quem posse canonicũ esse etiam ecclesiæ cathedralis non ambigitur, *ca ex eo. c. 32. de electio. in 6.* dum pueri non sint: quamuis curata non possint consequi, *vide c. super inordinata, 35. iuncta gl. in verb. pueri, de præben. apud Grego.* Et hæc est sententia glossarum *in d. c. ex eo. & super*
19 *inordinata.* ¶ Quibus † repugnabant alij, vnde sequi oportet nunc regulam cancellariæ 17. quæ statuit prouisiones, seu concessiones, vel mandata de prouidendo de cathedralium ecclesiarum canonicatibus, seu præbendis, non valere, nisi prouisus 14. ætatis annum cõpleuerit: & si fiant de canonicatibus & præbendis ecclesiarum collegiatarum, decimũ, nisi expresse in prouisione per sum. pontif. ætatis fiat dispensatio. Notatque ibi gl. antiqua, ordinarium non posse in his dispensare, aut minoribus
20 illa beneficia conferre. ¶ Cęterum † alia beneficia minora posse conferre maioribus septennio, vt si portio sit quæ nõ sit canonialis collata, arg. l. de pretio. de publ. in rem actio. In concilio tamen Tridentino, *sess. 7. tit. de refor. m. can. 5.* statutum, ne etiam in minoribus ordinibus constitutus, possit ante 14. annũ
21 beneficium obtinere. ¶ Vltra † ætatem legitimam iura exigũt in eo, qui præficiendus aliis est, summopere bonos mores, quibus & exemplo cum doctrina possit aliis prælucere, eosque interdum præferũt iustis natalibus, *ca. innotuit, c. 20. de elect.* ¶ Dehinc
22 † qui adipisci vult beneficium, debet eius conditionis esse, quæ præscripta est naturæ beneficii, vocant ideo qualificatum qualitatibus requisitis, *§. præfatique ordinarii, de collat. in concord. Gall.* vt si theologalem præbendã nancisci velit, sit Theologus baccalaureus formatus, qui per decem annos studuerit, qui legere seu interpretari sacras scripturas, & prædicare possit, *§. statuimus insuper, de collat. in concor. c. fi. de magistr. ap. Greg.* ¶ Sacerdo-
23 talis † præbenda sacerdotibus in ætate legitima constitutis tantum, non illis, qui non sunt presbyteri, vel ante ætatem legitimam facti sunt, conferenda, *ca. ei cui de beneficio, ca. 29. de præben. in 6.* quamuis ante ætatem ordinatus recipiat verum ordinem & characterem, suspenditur tamen ab exercitio. *c. vel non est cõpos. de tempo. ordin.* Datur nihilominus prouisis de cura parochiali annus ad adipiscendum presbyteratum, computandus à die adeptæ pacificæ possessionis beneficij, & alio impedimento legitimo cessante, *ca. licet canon. & ibi glo. & ca. commissa, de electio. in 6. c. licet, de præben. in 6.* nisi etiam ob studium literarũ per septẽnium dispensetur, vt fieri potest *gl. in c. licet canon. in ver. item tẽpus, & c. cum ex eo. de præb. in 6.* ¶ Sed † in omnibus beneficiis oportet tẽpore collationis esse clericũ, id est, tõsuratum, aliter nõ potest possideri beneficium, *c. ex literis. 6. de transl.* sine
25 tõsura prima enim laicus quis est, & laici incapaces beneficiorũ sunt, vt paulo ante in principio illius capitis diximus. ¶ Sed † & clericũ oportet esse sine vxore: nã qui vxorem duxit, et à per simplicia verba de præsenti, & sine [illegible] *uag. Ioan. 22. antiqua decis. quæst. Thola. 361.* & si habeat beneficiũ, statim amittit, *c. 1. de cleric. coniuga, & ibi Collect. decis. capel. 239.*

¶ Regularia † regularibus personis beneficia secularia secu- 26
laribus cõferẽda, *c. cum de beneficio, c. 5. de præb. in 6. § volumus, de elect. in concor. c. nullus, de elect. ap. Greg.* Neque cõferendo beneficium regulare seculari, vel contra, censetur ideo dispensatum: nisi in signatura vel prouisione, de commẽda expresse fiat mẽtio, *in reg. cancell. Pauli Pa. 3. tit. de commendis.* ¶ Rursum † regula- 27
ria, vt prioratus ecclesiarũ, vel administrationes, non debẽt cõcedi alterius ordinis monachis, quam eius per quos solita sunt hactenus possideri, sine auctoritate summi pontificis. *c. cum singula. 32. de præb. in 6.* Iique debent esse professi regulam ordinis, vel qui emittere omnino professionẽ, & habitum suscipere teneatur, ex concilij Tridentini decreto, *sessio. 4. in Decret. de refor mat. can. 10.* Quanquã senatusconsulto Parisiensi annõ 1534. 22. Febr. iudicatum sit oportere præcedere prouisionem professionem expressam & certam, nec sufficere tacitam, vel expressam sine die, *Papus lib. 2. Rhapsar. tit. 4. arest. 6.* ¶ Monachis † autẽ 28
mẽdicantibus nulla beneficia concedi possunt, *Antiq. interp. in regu. 3. cancella. Innocentij* 8. Quia enim expresse votum emittũt abdicationis proprietatis, & paupertatem, proficentur, incapaces sunt reditum & prouentuum animalium, *Clem. eximi. § cumque annui reditus, de verb. signif.* Habent tamen istæ mẽdicantium sacræ familiæ, prioratus suos, sed non sunt beneficia, sed administrationes sui ordinis, & regulæ. ¶ At † alij monachi non mẽ- 29
dicantes possunt beneficia possidere sibi conuenientia, & ex electione, & confirmatione, *can. doctos. can. si monachus, & seq. 16 q. 1.* proprie tamen parochialibus ecclesiis præfici non possunt, *can. de monachis, § fi. & c. seq. 16. q. 1.* quia secularia beneficia sunt.

¶ Placuit † tamen monachos posse eligi in episcopos: dummo- 30
do sine contrauersia eligantur, & cum consensu suorum prælatorum, non alio modo, *c. quorumdam, 24. de elect. in 6. c. quamvis. § nullus. 18. q. 2. ca. si quis monachus, 16. q. 1. can. legi. eo. tit.* & absoluuntur à iugo tũc professionis, *can. 1. 18 q. 1.* tamen non debent mutare habitum, nec substantialia sui ordinis, *can. de monachis, 16. q. 1.* ¶ Neque † monachismus solus est impedimentum, quo- 31
minus quis gradum episcopalem conscendat, neque numeratur inter eã, à quibus esse immunis debet, qui in episcopum ordinatur, quæ in concilio Toletano 4. collecta sunt, & referuntur à Gratiano in suo decreto, *in ea. qui in aliquo 51. distin.* ¶ Alia † 32
qualitas quoque consideranda in beneficiis conferendis, vt sint personæ, quibus conferũtur, ex legitimo matrimonio procreatæ, *ca. innotuit, c. 20. de elect. c. per venerabilem c. 13. § si qui filii sint legit. li. 4. Decret. tit. 17. ca. nisi cum pridem, § personæ, de renuntia. c. cum in cunctis, de elect. Deuter. 23.* nisi cum iis dispensatum fuerit, ob morum probitatem, & vitæ integritatem, & literarum scientiã, super natalibus, *d. ca. innotuit, de elect. c. Cenomanensem. 56. dist.*

¶ Sic † filiis legitimis & naturalibus presbyterorum, nempe 33
geniris ex matrimonio sine bigamia, ab eo qui vxore mortua presbyter fuit factus, potest prouideri de beneficio iure communi, etiam in ecclesia patris, *c. adhæc, de fil. presbyt.* & de paterno beneficio, quod pater tenuit antea mediate, & dummodo id beneficium immediate non fuerit à patre possessum, *c. ex transmissa, eod. c. præsentium, eod.* vt euitetur successio in beneficiis ecclesiasticis, *c. constitutus, c. quoniam, c. ad exstirpanda, eod. tit. & ita iudicatum Pap. Rhapsar. resto. li. 2. tit. 4. arest. 1.* nam tunc est opus dispensatione, *c. ex tua. eo* ¶ De † filiis autem presbyterorum illegi- 34
timis, Clementis VII. est cõstitutio anni 1533. qua inhibetur, ne posthac spurii recipiãtur in beneficio paterno, nec cũ legitimatione, dispẽsatione, vel alio modo, *vide Pap. lib. 2. Rhapsar. tit. 4. arest. 1.* Quare & oporteret fieri mentionẽ in dispẽsatione dictæ prohibitionis. Idipsũ & in nepotibus locũ habere etiam legitime natis ex spurio, vt nõ possint cõsequi beneficiũ auctoritate iudicarũ Tholosæ anno 1534. *idem, vt sup. arest. 2.* ¶ Sed † quis be- 35
neficiãdos natalibus restituet iustis? quis potest dispẽsare? Hic distinctio adhibenda est, an beneficia sint simplicia, an vero dignitates, vel curata. Et rursũ in simplicibus, an is, cui cõferenda sunt, sit filius illegitimus presbyteri, qui habuit idẽ beneficiũ in eadẽ ecclesia, in qua filius institui debet, ã in alia: & si pater illegitimus habuit in eadẽ ecclesia simplex beneficiũ seculare, veluti canoniã, debet dispẽsatio fieri à sum. põtif. ab episcopo non potest, *c. cũ decorẽ, & c. ad abolẽdã, & ibi gl. in ver. nõ valere. c. dilectus, & c. fi. de fil. presby. ap. Grego.* Extra ecclesiã paternã, & in beneficio simplici seculari, dispẽsat episcopus, si cura nõ imminet animarũ: in personalib. autẽ dignitatib. & curatis, tantũ summus põtifex, *expresse in c. 1. eo. in 6. & c. fi. eo. apud Greg. c. innotuit. § 1. de elect. ap. Greg.* ¶ Hic † obseruare dignum est dispẽsationẽ natalium, 36
vt possit quis promoueri ad sacros ordines, nõ produci, vt dispẽsat quis cẽseatur ad obtinẽda beneficia, *de sancto Gemin. in ca. 1. de fil. presb in 6. Angel. Clauas. in verb. beneficiũ. n. 22.* nec dispẽsatus ad habẽdũ beneficiũ curatũ, censetur dispẽsatus ad obtinẽdã dignitatẽ: nec valet argumẽtũ in dispẽsatione à simili, vel à maiori, vel à minori, *Gemini. unus. in c. fi. de fil. presb. in 6.* Nec dispẽsatus super natalib. ad effectũ obtinẽdi beneficiũ & ordiné, põt impetrare dispẽsationẽ sup pluralitate beneficiorũ: nõ facta mẽtione de defectu illegitimatis, seu natalium, vel ordinũ, *d. c. fi. & ibi Gem.*

Digitized by Google

37 ¶ Atque † in regula cancellariæ Innocentii VIII. 50. cautum, vt concedi tantū possint graduatis, vel è magnis parentib. illegitime natis, per simplicem signaturam dispensationis, per *fiat vt petitur*, quatuor beneficia, etiã si sint præbendæ cathedraliũ, vel collegiatarum ecclesiarum, & maiores post pontificalem, & post principales in collegiatis ecclesiis: aliis vero per *fiat* tria: & per *fiat vt petitur* quatuor, si petantur. Dummodo canonicatus & præbendę cathedraliũ ecclesiarum, vel dignitates non existãt.

38 ¶ Deinceps † alia qualitas in iure præficiẽdis exigitur, vt sint regnicolæ, vel idioma nouerint eorum, quibus præficiũtur in parochialibus ecclesiis, vt habetur in regula cancellariæ Romanæ Gregorii XI. & Eugenii IIII. Cum enim rector siue pastor ecclesiæ, *c. quãuis, de re iu. ca quicquid, 1. q. 1.* parochorum debeat audire exomologeses, *c. omnis, de pœn. & remiss.* illis verbum Dei interpretari, *clemen. 2. de sepult. c. ecce, 95. dist. c. inter cetera, de offi. ord. cum simil.* eos visitare, *Prouer. 27. Eccles. 32. capi. sedes apostolica, de præb. in extra. Ioan. 22.* hoc munus recte impleri non potest per eos, qui nec possunt intelligere loquẽtes, nec intelligi possunt.

39 ¶ D. Augustinus † facilius animalis diuersi generis sibi sociari tradit, *D. Augustin. lib. 19. de ciuit. Dei, c. 7.* quam diuersæ linguæ eiusdem speciei homines, & diuersitatem linguarum hominem ab homine alienare. Et D. Paulus, *1. ad Corint. 14. Si nescivero virtutem vocis, ero ei cui loquor barbarus, & qui loquitur mihi barbarus.* Et inter signa ire maioris Dei in populum apud Hieremiam, 5. illa imprecatio est, *Adducam super vos gentem, cuius ignorabitis linguã, nec intelligetis quid loquũtur.* Et in Deuteronomio, 28. *Adducet super te Dominus gentem de longinquo, cuius linguam intelligere nõ possis.* Nec voluit seuerius punire superbiam ædificantium turrim Babelis, quam per linguæ confusionem, vt quid vellent mutuo non intelligerent, *Genes. 11.* Contra, Deus sacrosanctum regni æterni euãgelium publicaturus, voluit variis linguis loqui Apostolos, *Actuum 2.* Refert Cardinal. *in c. significasti, de iur. patro.*

40 ¶ Hugonem † antiquum interpretem dicere solitum, patronũ debere præsentare episcopo clericum eiusdem diœceseos, qui intelligat, & intelligatur. Hoc etiam tradit Rochus de Curte, in tractat. de iure patronatus, in verbo *honorificum*, quæstio. 18.

41 ¶ In † Gallia etiam exterus, seu alienigena est incapax beneficiorum, ex priuilegio regni, & impetrata ab illis possunt ab incolis impetrari, *glo. in prouin. pragm. sancti. in verb. exterorum, in consuet. Ludou. 12. rubri. des præsidens & conseillers, & in styl. parla. de præb. ord. 3. Rebuff. tract. de pacific. possess. nu. 217.* cuiuscunque generis sint, nec potest dispensari à Papa alienigenæ, vt sine litteris naturalitatis impetratis à principe nostro, possit beneficia consequi in hoc regno Galliæ, *Rebuffus in 3. part. tract. benef. in regu. de idiomate.* Ceterum si post adeptionem beneficii alienigena, qui albinus, id est, alibi natus dicitur, obtinuerit à principe, valebit adeptio, & retinere poterit beneficium, vt refert Rebuffus fuisse in senatu Parisiensi iudicatum, *Rebuff. ind. reg. glos. 1.* Odiosas tamen notabis has concessiones naturalifationis ad consequenda beneficia, & ea ratione aliquando reuocatæ sunt à Ludouico XII. quas concesserat ante Carolus VIII. & nondũ sortitę erant effectum, *aux ordon. du Roy Loys 12. avec modifications, art. 33.*

42 ¶ In † Britannia quoque cautum: *Sacerdos Gallicus sacerdotium in Britannia ne occupato.* Bononiæ quoq; statuto sacra beneficia, seu publica munera nunquam conferuntur exteris, *Barba. cons. 23. vol. 1.* Illud ipsum in Hungaria seu Pannonia seruatũ, *c. hone. in §. fin. de postu. præla.* Et cautum Veronensi statuto, *Bal. cons. 46. vol. 1.*

43 ¶ In † Gallia itaq; exigimus, vt is, cui cõfertur beneficiũ sit regnicola, vel ius regnicolæ impetrauerit. Deinceps, vt quibus prælaturę dantur, sint magistri in theologia saltẽ, vel licẽtiati, vel doctores, aut licẽtiati in altero iurium, iuris ciuilis, aut canonici, in vniuersitate approbata: sint graues personæ, 27. annorũ saltem, nominati à rege summo põtifici intra sex vel nouẽ mẽses. At in minoribus beneficiis, distinctio adhibetur beneficiorum debitorũ graduatis nominatis, & graduatis, simplicibus, & alias idoneis, per mensiũ anni distinctionẽ, in quibus beneficia vacauerint, *l. hæc omnia, in §. 1. de regia ad præla. nomi. in concord. Gall.*

44 ¶ Nã † beneficia vacantia in mẽse Iulii, & Ianuarii, *§. præfatique ordinarii, de colla. in concor. de mensib. vide tit. de regia. facul. primi mensis nomina. in concord.* debent conferri graduatis, saltẽ baccalaureis nominatis, qui in vniuersitate regni priuilegiata per debitũ, seu præscriptũ tẽpus studuerint, nempe, *§. præterea volumus, de collat. in concor.* magistri, seu licentiati, aut baccalaurei in theologia, per decenniũ: per septenniũ doctores licentiati, in iure canonico, ciuili, & medicina: quinquenniũ magistri, aut licentiati in artibus: cum tamen sexennium baccalaureis simplicibus in theologia sufficiat: quinquenniũ baccalaurei iuris ciuilis, vel canonici, nisi nobilibus sint parentibus orti, quo casu iuris ciuilis & canonici baccalaureis triennium sufficit, *idem in ordinatio. nouis Ludou. 12. art. 7. 9. & 11. & in antiq. c. 5. in §. videlicet, de coll. in prag. sanctio.* Debet tamẽ constare de nobilitate, attestatione propria, quæ insinuari debet vna cum aliis litteris seu codicillis gradus, & nominationis. Exigit & constitutio regia, & cõuẽtiones Gallicæ, & summi põtificis, vt qui gradus assequũtur sint graduati in vniuersitate, seu Academia, nõ sub bulla: sint dehinc nominati, *§. volumus, de colla. in concor.* quodq; literas præsentauerint ei, à quo beneficia obtinere desiderant, gradus & nominationis debito tẽpore, *vt ẽpe quadragesimę, d. §. præfatique, & §. teneantur, de colla. in concor.* & postea petant vacantia beneficia, & prosequantur, *d. §. teneantur, & § fin. eod.* In mense Aprilis, *d. §. præfatique ordinarii*, & Octobris, beneficia quæ vacauerint, debẽtur quoq; graduatis: sed nõ sunt affecta solis nominatis, verum etiam & simplicibus, qui literas suorũ graduũ cum tẽpore studii debito insinuauerint. At in reliquis mensibus, *eod.* Maio, Iunio, Augusto, Septembri, Nouembri, Decembri, Februario, & Martio, beneficia vacantia possunt libere præsentatis à patronis, & sine præsentatione conferri ab ordinariis, alterius qualitatis hominibus, alioquin tamen idoneis. ¶ Hoc † obseruato, vt si beneficiũ sit villæ muratę, teneantur illud cõferre graduato, vel ad illud præsentare aliquem graduatũ seu simplicẽ, seu nominatũ, *§. statuimus quoque in 2. de colla. in concor. §. in ecclesiis autem, eo. tit. in prag. sanctionis. consil. antiq. Ludou. 12. reg. art. 6.* & qui saltem studuerit in altero iurium, vel in theologia per triennium. ¶ Obseruamus † quoq; in qualitate nominationum, vt in literis nominationũ exprimi debeat beneficiũ, quod tunc quis possidet, & verus eius valor, alioquin inutiles illis sunt, *§. volumus autem, de coll. in concor. §. item quod vniuersitates, eod. tit. in prag. sancti.* Quia si quis possidet beneficium, vel beneficia habentia prouentus ducentorũ florenorũ vel aureorum de camera, non potest in vim gradus & nominationũ, petere beneficiũ vacans, *d. §. volumus, & §. quod si quis ex dictis, eod. tit. de colla. in pra. sanct.* ¶ Est quę † regula generalis in gratiis ad beneficia, seu in exspectatiuis beneficiorũ: vt qui eas impetrat, teneatur beneficii quod possidet verum valorẽ exprimere, alioquin impetrationes nullę sunt, *in reg. cancel. 61. clem. 1. de prab. facie c. postulasti, & t. ad audientiam, de rescript.* Item & aliæ qualitates beneficii in gratiis, seu mandatis exprimi debent, quod curata vel alterius generis: aliter nullæ. Quãuis in aliis impetrationibus qualitatis expressio omissa non noceat, *Rota, in decis. 202. in antiquis.* Ceterum singulare est & notabile, collationem factã in vim gradus alterius beneficii graduato habenti beneficiũ ducentorũ florenorum auri, ipso iure non esse iritam, & ideo non esse eius incapacem: verũtamen posse alĩ graduatum illud beneficium petere à collatore, & ita prosequi. Quia postquã huic graduato non debetur in vim gradus, ergo alteri debebitur, *hoc probat & annotat Rebuff. in §. volumus, ad ver. in vim gradus, de colla. in concor.* Item notabile, quod antequam fit prouisum graduato insinuanti vsque ad prædictã summam 200. aureorum, poterit petere illud beneficium compatibile tamen cum primo, licet prius haberet vnum, vel plura, *Rebuff. d. §. in ver. non possit, per cap. quamuis primum, de prab. in 6.* Nõ poterit tamen incompatibile petere, nec conseqni, nisi prius habita dispensatione, *c. ordinarii, §. 1. de offic. ord. in 6.* Dico autẽ præcedere debere dispensationem ipsam acceptationem: nã dispẽsatio posterior non firmat acceptationem, *c. quamuis, de rescr. in 6.* nec rẽ habilitat in præiudicium alterius, *c. per venerabilem, qui filii sint legitimi.* ¶ Nominationes † porro quæ dantur, tantum cõcedi censentur secundum personarum quibus dantur qualitatẽ: nempe si regulares ad regularia, si seculares ad secularia tantum, *ex pref. in d. §. volumus, in concor. c. cum de beneficio, de prab. in 6. c. possessoes, de reb. eccles. non alie. l. plenum, §. equitis. de vsu & habi.* Nec dispẽsatio hic summi pontificis iuuare potest confusionem & mixtionẽ qualitatum, *d. §. volumus, vers. insuper de collat.* ¶ Obseruatur † quoque, vt in mensibus, quib. debentur beneficia graduatis & nominatis, antiquior præferatur, qui eo anno literas studii, gradus, nominationis, & attestationem nobilitatis, si eius vtatur priuilegio insinuauerit tempore cõgruo. ¶ Quod † si cõcurrãt nominati eiusdẽ anni, doctores licentiatis, licentiati baccalaureis (demtis baccalaureis formatis in theologia, quos fama rẽ studii theologiæ, licentiatis in iure ciuili, aut canonico, aut medicina præferri placuit) baccalaurei iuris põtificii aut ciuilis magistris in artibus, præferuntur, *hæc in §. statuimus quoque, §. 1. de collat. in concor.* in beneficiis autem debitis simplicibus graduatis, qui gradus quoque literas debite insinuauerint, collatores & patroni possunt præferre eiusdem qualitatis quem volent, &, vt dicitur, est locus gratificationi, *proxime citato, §. statuimus, & in ordin. Ludou. 12. art. 12.* Sicut in nominatis, si concurrant doctores cum doctoribus, & licentiati cum licentiatis, baccalaurei cũ baccalaureis eiusdem facultatis, ordinis, & anni, electio erit libera collatori: quod si diuersæ essẽt facultatis gradibus paribus, theologus canonistæ, canonista ciuilistæ, ciuilista modico, medicus artium graduato præfertur, *d. §. statuimus, & §. exhortamur, de collat. in prag. sancti.*

Subinde † dicimus beneficia, potissimum curata, non posse cõferri furiosis, *vide de his & seq. Rebuff. in tract. de pacifi. possess. à nu. 185. vsque ad numeros plures*, coniugatis, *c. 2. c. cum decorem, de cler. coniug.* vel desponsatis per verba de præsenti, quia & eo ipso facto possessa amittunt, *c. 1. de cleri. coning. in 6.* nec promotis per saltum, *Præpositi. in capo solicitudo, 52 dist.* vel extra tempora ordinatis, *ca. cum quidam, de temp. ord.* vel vno tempore sacros plures accipientibus ordines, *c. dilectus, & c. literas, eod.* biganis, *c. vni. de bigam. in 6.* schismaticis, *can. mos consuetudinem. 12. dist. c. quia diligentia, de elect.* simoniacis, *c. cum clerici, & ibi Panor. de pact. c. nobis, & seq. de simonia.* reo criminis læsæ maiestatis, *glo. in c. satis peruersum, 56. distinct.* sortilego, *Rebuff. de pacifi. possess. n. 202.* sacrilego, *c. venerabo-*

Digitized by Google

venerabilem,de elect. relegato seu bannito:quia non potest deseruire,& ita iudicatum in senatu Tholosano an. 1539. in vigilia natiuitatis Domini,licet beneficio,quod ante condemnationem habet,quis non priuetur, *Rebuff.de pacific.possess.nu.*203.

52 ¶ Minus†conferri possunt falsario literarum Papæ,*ca.de falsariorum,de crimin.fals.* excommunicato,*ca.postulastis, de cleri. excom.* suspenso ab officio,*c.cum bona,iuncta glo.de etat.& qual.c.cum dilectus,de consuet.cum simil.* apostatæ,*c.pen.& fin.*50. *dist.* sodomitæ,qui peior homicida,*can.mulier,*15.*q.*1. publico concubinario monito nec emendato,*§.1.de publi.concub.in concord.* homicidæ, *Apoca.c.fin.ibi,foris homicidæ,*quia non potest promoueri ad clericatum,*c.accedens,de accusa can.si quis omnem,*1.*quæst.*7.*can. ad aures,de etat.* proinde nec miliți,qui bellum frequentauit,*Præpositi. in can.miror.*50.*distinct.& can.studeat ibid.Rebuff.de pacific. possess. num.*211. morbo comitiali detento,*c.*1. *de cler. ægro.c. comminutio.* 33.*distin.* periuro,*c.querelam,de iureiur.ca.constitutus,in* 2. *de appel. & ibi interp.cum similib.* si de periurio fuerit per sententiam dānatus,*c.cum non ab homine, de iudic.* vsurario publico,*cano. de Petro.*47.*distin.* & manifesto.

De qualitate conferentium beneficia.

Cap.7.

1 *Beneficia conferunt tantum clerici,non laici.*
2 *Beneficia conferre ex priuilegio quomodo laici possint,& qui.*
Pontificis summi electio in potestate regis Galliæ olim,eod.
Ad beneficia nominata rex Galliæ olim,eod.
3 *Summum pontificatum & cardinalatum qui conferant.*
4 *Prælatos qui eligant.*
5 *Beneficiorum collatio iure ordinario pertinet ad episcopum diœceseos.*
6 *Capitulum sede vacante non confert beneficia collationis episcopalis,præsentatos tamen instituit:communis etiam collationis cum episcopo confert beneficia,& permutationes admittit.*
Collatio beneficiorum inter fructus episcopales,eod.
7 *Episcopus ante confirmationem non confert beneficia episcopatus.*
8 *Archiepiscoporum,& Patriarcharum in beneficia potestas.*
9 *Summus pontifex qua beneficia iure proprio confert.*
10 *In beneficiorum collatione concurrit summus pontifex cum ordinariis,& qui potior tempore,potior iure.*
11 *Legatus à latere sum.pontif.in beneficiorum collatione concurrit cum ordinariis,non alij legati missi,aut nati.*
Legati apostolici priuilegia remissiue,eod.
12 *Beneficiorum†tituli iuris positiui,& in arbitrio summi pontificis sunt.*
13 *Graduatus insinuans quando præueniat sum. pontif.in collatione beneficiorum.*
Patroni præsentatio præuenit collationem Papæ,eod.
14 *In præuentionibus ordinarij,& summi pontificis obseruanda.*
15 *Beneficia confert & vicarius loco episcopi.*
16 *Vicarius episcopi quando confert beneficia præsente episcopo.*
17 *Collatio beneficiorum ad alios quam ordinarios pertinet consuetudine,priuilegio,præscriptione.*
Collationis beneficii capituli cum episcopo vna,vel disiuncti modi,eod.
18 *Collatio beneficiorum ad laicos, & mulieres interdum pertinet.*
19 *Collationum ius & fructus beneficiorum quomodo ad regem Gallorum pertineat.*
20 *Parochiales ecclesiæ non veniunt in ius regaliæ principum.*
21 *Imperatoris & regis Apuliæ ius in beneficia.*
Hungariæ ius in beneficia,eod.
22 *Arragoniæ regis ius in beneficia ob Maures depulsos.*
23 *Regaliorum in beneficiis caussa quædam.*
24 *Decimas laici quomodo possidere possunt.*
25 *Regum auctoritas in sacra.*
26 *Reges ethnici aliquando sacra tractarunt,& fecerunt.*

1 IN conferendis beneficiis † prior regula collatorum constituenda est,clericos esse debere qui conferant:ideo hanc omnino iure communi potestatem fuisse à laicis personis secretam,*tot.*63.*dist.c.sacrosancta,de elect.can.si quis deinceps,*16.*q.*7.*c.Massana.cap.quisquis,de elect.can.imperium,*10.*dist.* quia ecclesiastica nō possunt tractare,*ca.quamuis sit graue,de decimis,cum simil.* vt sæpe diximus,*ca.Adrianus,ca.in synodo,* 63. *dist. can.vota,*§.1.*c. quia sancta,eod.*

2 ¶ Verumtamen † ex priuilegio quædam potestas illis in beneficia conceditur,quæ non vsurpatur ex propria auctoritate:vt in electione summi pontificis olim Gallarum imperatori permissum ius,postea eiuratum,*can.tibi,*63.*dist. ca. ego Ludouic. can.constitutio,eod.dist.* Habet & ex priuilegio rex Gallarum ad prælaturas nominationem,*de regia ad prælatu.nomi.in concor. Russeus,in tract.de iure regal.* Item & in aliis,si sibi ius illud in fundatione retinuerit,& summ.pōtifex approbauerit,*ca. Eleutherius,* 18.*q.*2.*c.quando,de censib.& ibi Pan.c.dilectus, in* 3. *c.* 34. *de præb.* Quandoque & aliis laicis ex priuilegio collatio permittitur beneficiorum,*in d.c.dilectus.*

¶ Itaque † iure communi hodie summ.pontificatus conceditur per collegium cardinalium,*c.licet,de elect.ap.Greg.c.vbi,eo. tit.in* 6. cardinalatus à summo pontifice,*clem.ne Romani, de elect.* quamuis ex concilio Basilien si aliis cardinalibus reseruetur electio,*§.fin.de numero & qualit.cardin.in prag.sanct.* 3

¶ Ad†prælaturas ecclesiarum,in quibus est capitulum,iure ordinario eligit capitulum,*c.*1.*& ca.cum terra,c.ne pro defectu, de elect.§.*1.*eo.tit.in prag.sanc.ca.congregatio,*16.*q.*7.*ca.Abbas, ca. Abbatem* 18.*q.*2.*ca.nobis,de iur.patr.* seu congregatio, vel collegium; & singuli ex illis vocem habent electionis,vt in capitulo,si sint in subdiaconatus ordine:non aliter,*clemen.*2. *de etat. & qualit.* confirmatio electionem sequitur,sed de his postea. 4

¶ In†aliis beneficiis,collatio iure ordinario pertinet ad episcopum eius diœceseos sub qua sint,*c.eam te,de rescript.ca.conquerente,de offic.ordin.c.cum venissent,de institut.c.*1.*de capel.mona.c.cum ex iniuncto,de haret.* quia omnes basilicæ eius curæ in sua diœcesi cōmissæ,*can.nullus,& ca.ōnes basilicæ,*16.*q.*7.*regenda,*10.*q.*1.*c. omnes basilicæ,de consec.dist.*1.*c.*2.*de institu.* Hacque etiam in parte solicitudinis dati coadiutores episcopi summo pontifici, vt partitis oneribus mandata cœlestia facilius exsecutione demāndentur,*ca.mandata,de præsumt.* vocati namque in partem solicitudinis,non in plenitudinem potestatis,*c.ad honorem, de aucto.& vsu pallii,apud Gregor.* 5

¶ Proinde†sede vacante,capitulum non potest beneficia cōferre,quamuis præsentatos instituere possit, *c.*2. *ne sed. vacan. apud Greg.c.*1.*eod.tit.in* 6. *can.presbyteri,*24.*dist. ca.*1. *de institt.* quod collatio proprie ad ius episcopale pertineat,& inter fructus episcopales successoribus episcopis reseruanda sit *glo.in c.cum olim, de maio.& obed.* Nisi interim summus pontifex cōtulerit,vel nisi ad episcopū & capitulum collatio cōmuniter pertineat:nā vacante sede,tunc solum capitulum confert,*d.c. vnic. ne sed. vac.in* 6. non aliter:sed tantum vacanti beneficio œconomum potest constituere,*c.cum vos,de offi.ord.* sicut & ex caussa permutationis beneficia concedere,si credamus Panormitano, *in cap. cum olim, de maio.& obed.in sex.dubitatione.* 6

¶ Itaq;†constat episcopum,qui suo iure confert, esse ordinarium collatorem beneficiorum,*d.c.cum vos, de offi.ordi. & extra.Ioan.*22.*exsecrabilis,* si modo is episcopus confirmatus sit: nam electus solum ante confirmationem conferre non potest beneficia,etsi alia ei quædam,vt in episcopo diximus, permittantur episcopalia,*c.nosti,ca.transmissam,c.qualiter,de elect.apud Gregor.c. anaritia,eod.tit.in* 6. 7

¶ Ceterum † dum de episcoporum potestate circa beneficia agitur,non valde difficile est obseruare hæc eadem locum habere in archiepiscopis & patriarchis,& summo pontifice:singuli enim habere dicūtur episcopatum,in quo tamen alii aliis maiorem dignitatem & potestatem in quibusdam nacti sunt,vt apparebit ex serie dicendorum. 8

¶ Summusque † pontifex etiam confert beneficia iure proprio solus,vt deuoluta,*c.licet,de supp.negl.præla.* item si ei subiecta tātum sint,*c.si.de renunt.* vel transferendi sint episcopi,*c.*1. *de translat.episc.ap.Greg.* ¶ Concurrit†autem cum episcopi cuiusq; potestate summus pontifex in conferendo,ideo iuri præuentionis est locus inter prouisos de vno & eodem beneficio à summo pontif.& ab ordinario,vt potior tempore,sit potior iure, *c.si à sede,& c.dudum,de præb.in* 6. Est enim pastor generalis vniuersi gregis catholici & Christiani sum.pontifex,alii in partem tantum solicitudinis vocati,vt dictum est,*c.ad honorem, de aucto. & vsu pallii.* 9

¶ Quare†& legatus à latere summi pontificis, qui cardinalis est,potest quoque in prouincia sibi commissa per concursū conferre beneficia,*c.*1.*de offic.lega.in* 6.*c.dilectus,eo.ap.Greg.* Quod aliis tamen legatis missis,vel natis ratione adeptæ ecclesiæ nō licet:nisi specialiter concedatur,*in d.c.*1.*de offi.leg.in* 6. Quā quæstionem latius videbis explicatam apud Ioannem de Selua.*trac. de benefic.*2.*par.quæst.*3. per sexaginta duo contraria, vbi fusè de potestate legati apostolici,& eius priuilegiis. 10

¶ Summus†pontifex in caussis beneficialibus habet plenissimam potestatem,*l.*2.*de præb.in* 6.*clem.*1.*vt lit.pend.c. proposuit, de concess.præb.* episcopi semplenam,secundum interpretes, *glos.in can.consequens,*11.*dist.Barbat. in c. quod translationem,num.* 92. *cū seq. de offic.lega.* & Papa concessit collationem beneficiorum episcopis. Estq;per consequens reuocandi ei potestas.vt & legē ex arbitrio reuocat,*c.*1.*de constit.* Quia & tituli beneficiorum sunt de iure positiuo,*c.*122.*dist.Pano.in c.constitutus.de relig.domib.* Ita iure ordinarios priori concessione præuenit,*c.dudum,* §. *nos igitur,de præben.in* 6.*c.pen.de rescript.in* 6. & mādatis. Nō secus quā cū plures eiusdē negotii possunt esse iudices, alius illū præuenire & alii præferri potest,*l.si quis posteaquam, de iudic. in P. c. pen.de for.compet.* Sicut & Papa etiam potest præueniri per ordinariū in collatione. ¶ Et†in Gallia quoq;,quando ante mandātū sūmi pōtificis de prouidēdo,graduatus conditionis requisite interpellauit episcopū vel capitulū vel alium collatorem,sibi 11

Digitized by Google

conferri beneficium, *in constitut. regia titu. des graduez, art. 14. Rebuff. in rub. de mand. apostol. in §. declarantes, in ver. iure præuentionis*, tunc Papa, vt præuentus, non potest præuenire eum in eo. Idipsum quoque verũ est, si ante collationem Papæ præsentauerit patronus, quanquam præsentatus post prouisionem alterius à Papa factam institutus fuerit, *Rebuff. in d. §. declarantes.* ¶ Cæterum † in præuentionibus summi pontificis, & prælatione impetrantium, obseruandum est, vt impetrantes sint qualitatis requisitæ in beneficiis collatis, vel sint dispensati legitime ab eo, qui potestatem habet. Item nulla collatio pontificis summi nõ præuenit ordinarium, vt si contra priuilegia & conuentiones Galliæ, & summi pontificis fiat, *Idem in tit. de reseruat. & in §. declarãtes, de mandat. apostol. ad ver. iure præuentionis.* Nec præstat impedimẽtum, quod de iure non sortitur effectum, *reg. iur. in 6. nõ præstat.* Et quod nullum est, effectum non producit, *l. quoties, qui satisd. cog. in P.* Sicuti etiam si præueniat summus pontifex conferendo contra regulã cancellariæ 18. de verisimili notitia, vel si ex dolo impetrantis præuentio fiat: puta, quia vt præueniret & deciperet ordinarium, celauit mortuum vltimum possessorẽ, donec impetrauerit, *Boer. decis. 287. incipit, in dicto processu, ord. in. reg. publican. 1519. arti. 56. facit c. 1. de sepult. apud Gregor.* Vel quando fieret fraus regulæ cancellariæ de publicandis resignationibus. Nec confert iure præuentionis summus pontifex, quæ iure regali ad regem pertinent, *c. generali, de elect. 6. Ruseus, tract. de iure regali.*

¶ Loco † episcopi vicarius eius potest conferre beneficia, si episcopus illi specialiter concedat & mandet, non aliter, *cap. fin. de offic. vicar. in 6.*

¶ Nec † tamen ideo minus potestas penes ipsum episcopum remanet conferendi, etiamsi sit & penes vicarium illius: quare & poterit is conferre, *Ioannes Andreas, in cap. si capitulum, in glossa ad verb. exsequatur, de concess. præb. in 6. glo. in cap. dudum, & c. quãuis, 2. eod. tit. in 6.* Derogat namque reipsa episcopus conferendo mandato, & generi per speciem derogatur. *l. generi, de regulis iur. l. sanctio legum, de pœn. in P.* Atque vicarij officio suo non fungũtur, nisi absente episcopo, vel cum is non potest, vel non vult officium præsens exercere, *c. cum nullus, §. episcopo, de temper. ordinat. in 6. facit lex iudicum soluitur, de iudic. in P. vide plura de potestate vicarij circa beneficia, apud Ioannem de Selua, in tractatu de benefic. quæst. 22.*

¶ Præter † ordinarium episcopum seu eius vicarium, conferunt & alij, vel ratione consuetudinis probatæ, vel in vim priuilegij vel præscriptionis. Quocirca consuetudine vel statuto seu vsu, præbendarum collatio ad alios pertinere potest quam ad episcopos, *c. fin. de præben. in 6. c. ex frequentibus, de institut. apud Gregorium, c. si capitulo, de concess. præben. in 6.* Et aliquando capitulum beneficia confert capitulariter, & vt dicunt, in communi: interdũ singulares eius capituli canonici, vel iure capituli, vel iure proprio canoniæ, vel ratione dignitatis, vel personatus, vel officij, vel de consuetudine, vel statuto ecclesiæ, vel ratione præbendarum, *cap. fin. de præbendis, in 6. ea. cum in illis, eod.* Ea ratione interdum episcopus confert vna & coniunctim cum capitulo, interdum de consilio & assensu capituli: vt & capitulum secundum statuta, interdum disiunctim sine episcopo, & alias cũ consilio episcopi, *vt toto c. 1. ne sede vacan. in 6. c. cum ecclesia, de elect.*

¶ Conferunt † ex priuilegio laici, *vt in c. dilectus, in 3. de præbẽ. apud Gregor. c. cum inter, de consuetu. can. Adrianus, in 2. 63. distinct. hoc que late prosequitur Ioan. de Sel. in tract. de benef. par. 2. quæst. 23. in vtramque par.* imo aliquando & mulier, vt comitissa Flandriæ, *vt in ca. dilecto, de test.* nisi caput, quod de ea meminit intelligamus, donationem præbendarum, esse præsentationem, vt alibi etiam donatio pro præsentatione accipitur, *c. fin. de cõcess. præben.* Refert & Rota, ad abbatissas collationes quoque pertinere, *Rota. decis. 190. in antiquis.* sunt & aliæ, quæ priuilegio conferunt, *c. dilectus, de præben. c. is cui, eod. in 6. Zabarella, consil. 136.* Et interdũ episcopatibus Summus pontifex œconomum, & visitatorem ecclesiis vacantibus constituit, qui præbendas eius & beneficia conferunt, vt in cano. obitum, 61. distinct. & ibi glo. penult. & in cano. non liceat, 12. quæst. 2. Literis quoque summi pontificis aliquando committitur, receptio canonici & collatio aliis, quam episcopis, *vt in cap. 4. de rescript. in 6. cap. in cui, conceditur, de præbend. in 6.*

¶ Rex Galliæ in certis ecclesiis vacantibus, quæ iuris regaliæ sunt, pendente vacatione beneficia vacantia, quæ ad eius ecclesiæ collationem pertinent, confert, & fructus alibi percipit, *Archid. in cano. imperium, 10. distin. Specul. in tit. ne sed. vac. vltim. colum. ibi, item etiam reges, Ruse. in tract. regalio. in 1. par. præfatio, plura de origi. reg. Corse. in tract. de potestate regal. quæst. 51.* donec pontifices promoti, sacramentum fidelitatis ab illo acceperint. Quod priuilegium agitatum fuit sub Nicolao 3. sum. pontif. in curia Roman. *Ioannes Andreas, in c. 2. post Ioan. Monac. ibi. num. 3. de præbend. in 6.* Et conseruatum in Gallia, vt constat constitutione regia Philippi Pulcri anno 1334. mensis Octobris. Quamobrem in vacatione harũ ecclesiarũ regaliũ, manus ei iniicit ponitque sub tutela sua, *vide Boer. decis. 22. n. 5.* & œconomum cõstituit, qui fructus sede vacãte colligat, & recipiat eo modo, quo viuẽs præpositus faceret. De hoc iure sic meminit concilij Basiliensis, *§. item quod dicta, de anna. in pragma. sanctio.* dum de taxatione quintæ partis valoris agit beneficiorũ, *exceptis beneficijs, quorũ ius patronatus, præsentatio, collatio, institutio, vel prouisio ad regem iure regalia vel alias pertinet.* Et ad hoc ius plura capita põtificum referẽda sunt, *cap. cũ inter vos, de consuetud. c. dilectus, 3. de prabend. cano. Adrianus, cano. ego Ludouicus, 63. distinct.* Habet & ius hoc rex Angliæ in quibusdam ecclesiis cathedralibus sui regni, *vt in cap. ex diligenti, de iur. patron.* vt prębẽdas earũ conferat, & alia beneficia sede vacante, (exceptis † parochialibus ecclesiis, quæ non cadunt in regalia:) illo etiam tempore percipiat temporalia, & fructus, *glo. antiq. in §. ité quod dicta, in. ver regalia, de anna. in prag. sanctio.* & collationes beneficiorum ad eũ pertineãt, quæ in fructu sunt, *glo. in c. cum olim, de maio. & obed.* vt & præsentationes, electiones, & similia, *Prob. in tracta. pensio. 4. 28. part. prima.* 20

¶ Imperator † quoque priuilegium habet, quo ei permittitur in qualibet ecclesia Alemaniæ iubere recipi vnum, appellanturque collationes illæ hodie, *primariæ preces*, teste Speculatore, *tit. de præb. §. restat, versi. item nota. Boer. in decis. 32. num. 8.* Et rex Apuliæ, cui vult, dat beneficia, *glo. in summa 17. q. 7.* & Hungariæ quoque, *Baldus, in l. præscripta, 2. colum. de prec. imper. offer.* Verum plus est regalia in Gallia, quam priuilegium illud Imperatoris, cũ & custodiam & fructus ecclesiarũ recipiat ex permissione concilij generalis: dummodo de nouo in ecclesiis præter antiquam consuetudinem nihil vsurpet, quo casu vetantur regalia, *c. generali, c. 13. de elect. in 6.* Non enim in omnibus ecclesiis ius regaliorum regi competit, sed in aliquibus. 21

¶ Vrbanus † 2. sum. põtifex Petro regi Aragoniæ, quod Mauros expugnasset & depulisset, decimas, primitiasque, & omnia concessit beneficia iurispatronatus omnium ecclesiarũ & ciuitatum, à quibus fidei hostes eiecerat, vt ipse & sui successores, in perpetuum quibus vellent conferre possent, excẽptis episcopatibus, *Francis. Tarabi. de reg. Hispan. in Alphonso 6.* 22

¶ Cur † autem potius in aliquibus, quam in omnibus ecclesiis permissum ius fuit regaliorũ, ratione habere potest: vel à fundationis caussa, *ca. generali, §. qui vero, de elect. in 6.* in qua qui fundat, vel dotat, põt hoc sibi reseruare, vt aduenięte vacatione fructus suos faciat, *can. Eleutherium, 18. q. 2. c. præterea, in 2. & c. nobis, de iur. patr.* Itaq; in ecclesiis & monasteriis, quæ fũdationis tegiæ sunt, legitima hoc pacto erãt regalia. Vel quia feudi regij sunt ecclesiæ, & ideo mortuo præposito ad regem feudum redit, & beneficia quæ ex eo feudo erecta sunt, *facit can. in sacris, 16. q. 1. Felinus, in ca. cum venerabilis, 12. col. de except. Cardinal. consil. 122. incip. quidam habens feudum.* Ita fructibus ad regem deuolutis collatio beneficiorũ ad regẽ pertinet, *c. ex deligenti. de iur. patr.* Itẽ etiam ratione vsus vel antiquæ consuetudinis, *a. c. generali. §. qui vero, de elect. in 6.* cuius initij non exstat memoria: nã & illa præscriptio immemorabilis laicis potest concedere ecclesiastica alioquin prohibita. 23

¶ Vt † in decimis patet exemplum, quas possidere nequeunt, *c. prohibemus, de decim.* & tamen immemorabili præscriptione recte habent, *c. cum apostolica, de his quæ fiunt à prælat. sine consen. cap.* 24

¶ Posset † hic regum adferri auctoritas, & eorum consecratio: quæ participes illos sacrorum quodãmodo facere videtur, *c. 1. de sac. unct.* Sicut & apud Iudæos regibus circa ecclesiarum ministros concessa potestas sede pontificia vacante, aut quando reformabant templorum ædes vel ministeria, vt annotare licet in Dauide, 1. *Paralip. c. 24.* Salomone, 3. *Reg. c. 1.* Iuda Machabæo, 1 *Machab. 8. vide cæteros, circa medium dist. 21.* Verum hæc non sufficit auctoritas, alioquin communis esset omnibus aliarũ gentiũ regibus, quibus tamen id nõ cõceditur. Et proinde rectius dixerim cum fundatione, feudo, cõsuetudine, auctoritate & priuilegiũ cõcurrere, quod principibus Gallicis Christianis, vtpote in sedẽ & fidem apostolicam deuotissimis & officiosis, concessum est, *can. ego Ludouicus, §. idemque, & can. Adrianus, 63. distin. melius in can. hinc est, in verbo sine regali prouisione, 16. q. 11. can. in synodo. eod. q. 1.* ¶ Nec † inficias eundũ, Christianis regibus hoc ius concedi potuisse, sicuti & ethnicis regibus Romanis concessum interdum sacra publica facere, vt exstincto regio nomine rex sacrificulus cõstitutus est, cuius sacerdotiũ postea pontifici subiectũ erat: ne nouæ libertati, additus nemini honos officeret, *Pomp. Lætus, de sacerd. in honorẽ regis, hunc sacris præfectum tradit Dio. Halicar. in 6. Regu*, inquit, Dion. Halicar. *lib. 2. antiq. Roman. hæc eximia munera fuerunt, primum, vt sacra curaret, atque sacrificia, per eumque gereretur quicquid ad placãdos Deos pertinet. Deinde, vt morum patriorum & legum haberet custodiam, & iura, siue naturalis, siue quod scripta & pacta continet, &c.* Et de Imperatore Dio Cassius, *semper*, inquit, *Imperator summum pontificatum gerit, & ita gerantur omnibus sacerdotijs, idque fit, vt omnes religiones & sacrificia in sua habeat manu, Dio Cassius, lib. 53. histo.* Idipsum apud Ægyptios obtinuisse Plato testatur, *in lib. ciuili vel de regno*, & apud alias quasdam nationes Aristoteles, *lib. 4. Polit. c. 10.* Imo senatus Roman. aliquando in honorem Iulij Cæsaris constituit, vt si illi filius nasceretur, is summus põtifex esset, *Dio Cassi. li. 44. histor.* Caius Caligula Imper. Germanici & Agrippinæ filius, matrem suam Augustã & Augusti sacerdotem fecit, omnesque Vestalium honores tribuit, eosdem sororibus quoque suis dedit, *Idem lib. 59.* 25 26

De iuri-

Digitized by Google

De iuribus Regaliorum.
Cap. 8.

1 *Regalia durant vsque ad adeptionem possessionis corporalem.*
2 *Regaliorum sunt commendæ.*
3 *Regalis collatio publicanda.*
4 *Regalista mortuo collitigante ab ordinario prouiso, in locum litigantis subrogatur.*
5 *Regalistam sine aliqua exceptione tenetur capitulum admittere.*
6 *Regalistæ collatio non vitiatur omissa qualitate eius.*
7 *Regaliæ beneficia non confert per præuentionem summus pontifex.*
8 *Regaliæ quæ sint beneficia.*
9 *Regalia ecclesiis remitti possunt.*
Regalia in alios quam reges transferri nequeunt, eod.
10.11.12.13. *In regalia quæ vacationes incidant.*
14 *Regaliorum iura rex confert etiam infanti.*
15 *Rehabilitatio ad beneficium incompatibile non conceditur in præiudicium iuris regaliorum.*
16 *Regaliorum controuersiæ ad curias tantum supremas pertinent.*
17 *Rex confert in regaliis præbendas vnitas & suppressas.*
Regaliorum priuilegia indicata, eod.
18 *Regaliorum iura, in quibus ecclesiis regi non competant.*
19 *Collationis plenum ius in quibusdam ecclesiis regni.*
20 *Regaliorum ius non habet locum in ecclesiis, quæ curam habent animarum.*
21 *Regaliorum iure quæ conferantur beneficia à rege.*

1 POrro † priuilegia regia, quę regalia dicuntur, plura sunt, quę colligit Ruscus proprio tractatu. Primum, vt si sedes beneficii non sit repleta tam de iure quā de facto, aperiatur via regaliorum iuri, *in constit. reg. Phil. Puleri, & ita iudicatum refert Ruscus in 1. priuilegio regali*, vnde si collatio alicui facta sit ab ordinario canonice, nec is apprehenderit possessionē corporaliter, 2 vacat beneficiū iure regaliorum. ¶ Aliud, † vt beneficium possessum in commendam quocunque tępore quis obtinuerit semper cadat in regalia, *Ruscus, in 3. priuil. regal.* ¶ Tertium, † quod si quis habuerit collationem à rege in vim aperturæ, dicūt, regaliorum, & illā nō publicauerit, sed suppresserit, secundus impetrans præfertur primo impetrāti, potissimū quando est in notabili negligētia per lapsum triēnii, *Idem Ruscus explicat in 4. priu. regal.* ¶ Quartū si † litigāt regalista, & ab ordinario prouisus, qui pēdēte lite cesserit, vel mortuꝰ fuerit, regalista cōsequitur vo 4 ces, vt dicū: sedē, iura, & emolumenta beneficii, perinde, ac si nulla lis mota fuisset: quāuis alius superueniat, noue, qui ius & 3 litē defuncti prosequatur, *idem in 5. priuil.* ¶ Quintū, † capitulū nō potest reiicere regalistā, quin teneatur eum recipere, etiam si cōstaret ei de iniustitia & defectu tituli, *idem in 6. priuil.* ¶ 6. In 6 † impetratione à principe facta beneficii regaliorum, non vitiat gratiam omissa qualitas, quæ expressa remorari posset prin- 7 cipē à collatione, *idem in 7. priu.* ¶ 7. Quod † ea beneficia Papa iu- 8 re præuentionis non confert, sed solus rex, *dem in 9. priu.* ¶ Octauū, † cadunt in regalia non tantū beneficia vel prębendæ, quæ in erectione ecclesię fuerunt fundatæ, sed ea quę postea in- 9 stituta, *idem in 8. priu.* ¶ 9. Regalia † possunt à rege ecclesiis remitti, *idem in 11. priu.* Non tamen in alios, quā reges transmitti possunt, quia hoc ius est annexū diademati seu coronæ, *idem priuil.* 10 *16. vide & priuilegium* 27. ¶ Decimum, † quod rex apertis regaliis nō solū prouidet præbēdis & dignitatibus ecclesiæ cathedralis, per mortem naturalē vel renuntiationem, sed etiam si quis irregularitatē contraxerit immiscēdo se sæuis & enormibus, vel habitu mutato miles secularis factus fuerit, vel homicidium fecerit, aut periurium incurrerit, statim, nō exspectata sententia 11 priuationis, *Ruscus priuilegio 12. explicat.* ¶ 11. Vt † si episcopus vel archiepiscopus promoueatur ad cardinalatum statim in regalia cadat sedes, *Ruscus explicat priuilegio 13. & 14.* ¶ 12. Vacan- 12 te † ecclesia iure regaliorum, si is qui beneficiū habet ad eius collationē pertinens, fuerit excōmunicatus à pontifice seu officiali pro debito ciuili, & denuntiatus talis fuerit publice, potest rex iure hoc conferre illud, *idem prin. 20.* ¶ 13. Per † accepta- 13 tionem secundæ præbendæ vacat primum collatum iure regaliorum, & ad regem reuertitur, *idem prin. 21.* ¶ 14. Beneficia quę vacarunt ante aperturam regaliorum, si regaliorum quoque tempore vacent, iure regaliorum conferri possunt, *idem prin. 22.*

¶ 15. Beneficium vacans vel de iure vel de facto, non obstante quod possessor possederit per triennium vel 20. annos pacifice, conferri à rege potest pendente iure regaliorum, *idem priuil. 23.* 14 ¶ 16. Quod † & si 14. annis natis tantum prębendæ metropolit. ecclesiarum conferantur, tamē iure regaliorum vacante ecclesia, à rege septenni possunt conferri, *idem priuil. 24.* ¶ 17. Dum † 15 ius regaliorum regi aduenit & beneficiū per incōpatibilitatem vacet, non potest Roma pontifex per dispensationem suam, rehabilitare personam in præiudicium regaliorum, *idem priui. 25.* 16 ¶ 18. Cognitio † & determinatio collationū beneficiorū in regaliis vacaturorū ad curias supremas solas, siue de possessorio, siue de petitorio agatur, pertinet, *Ruscus in 27. priuil.* ¶ 19. Hoc † 17 iure competente, potest rex conferre prębendas vnitas & suppressas, *idem priuil. 28.* ¶ 20. Regalista non tenetur in impetratione mentionem facere de beneficiis alias iure regaliæ obtentis, *idem priu. 29.* ¶ 21. Rex aduenientibus regaliis facit fructus suos pendentes, siue vina, siue grana sint, aut reditus annui quocunque nomine censeantur: & est in electione regis, sequi locationem à præmortuo episcopo factam, & stare colonis, & percipere fructus, vel ab ea abire. Sicut est receptū in dominio feudi respectu vasalli sui, deficiēte homine seu vasallo, *idem prin. 30.* ¶ 22. Cōstitutiones apostolicæ, vel statuta & cōsuetudines ecclesiarū nō impediūt aut vinciunt regē, quin possit vti & frui pro voluntate iure suo regaliorū, *idem prin. 31.* ¶ 23. Si resignatio facta fuit in fauorem certæ personæ & non alias, apertis regaliis potest rex conferre alteri, quam illi, in cuius fauorē ciuratio facta est, & tenet collatio regis, *idem prin. 32.* ¶ 24. Collatio regis potest fieri sub conditione, si nostris temporibus vacauerit beneficiū, quādo ignoratur quo tempore vacatio occurrit: licet ex dispositione iuris communis, actus legitimi similes nō recipiant diē vel conditionē, *idem prin. 33.* ¶ 25. In translatione episcoporum vel archiepiscoporum, non censentur aperta regalia, nisi à die præstiti consensus illius, qui vult transferri, & postquam absolutus fuerit à priori vinculo episcopatus, *Rus. priuil. 34. in translatione & locum habere priuil. 41. docetur.* ¶ 26. Per felonium per episcopum, aut archiepiscopum commissam, & per manifestam rebellionem in principem, non dicitur sedes vacare iure regaliorum, vt rex possit interim iure regaliorum beneficia vacātia conferre, *Rus. prin. 35.* ¶ 27. Regalia semel aperta, semper durāt, neque obitu regis supereueniente exspirant, donec prælatus iuramentum fidelitatis actu ipso præstiterit, *Rus. prin. 36.* & personaliter, non per procuratorem, *Rus. prin. 43.* ¶ 28. Rex recipit iuramentum fidelitatis per suos legatos in curia Romana exsistentes, à prælatis in ea curia prouisis, *idem prin. 37.* Nec tamen si dilationē cōcedat prælato ad præstandū sacramentū, ideo impeditur regaliorum ius ante præstationē in conferendis, *Rus. priuil. 38.* ¶ 29. Ad eum modum hoc iure confert rex beneficia vacantia in regaliis sede vacante, quo confert episcopus viuens, exceptis ecclesiis parochialibus, *idem priuil. 39.* nisi illæ essent annexę prębendis, quas confert, *idem priuil. 46.* ¶ 30. Non potest impetrari beneficium in regaliis, nisi à 30. annis, *idem priuil. 42.*

¶ 31. Aperto iure regaliorū, beneficium eius collationis non potest per resignationem causa permutationis conferri à summo pontifice, sed vacat in regaliis: nisi resignatio ea fiat coram rege, aliter semper vacabit, donec rex prouiderit, *idem prin. 44.*

¶ 32. In regaliis si rex conferat vna die beneficium vacans iure hoc, nec expediatur prouisio sub sigillo regio, & sequēti die idē beneficium conferat alteri cū subscriptione & sigillo literis appenso, potior nihilominus prior, *idem priuil. 45.* Sic & prior, & si vna die facta duobus sit collatio, præfertur, *Ruscus priuil. 46.*

¶ 33. Rex si nominauerit ex priuilegio apostolicæ sedis in certis ecclesiis metropolitanis & cathedralibus, si postea apertiantur regalia, potest omisso eo, quē collatori nominauit, iure proprio conferre iure regaliorum, non obstante insinuatione & nōminatione prius debite factis, *idem priuil. 47.* ¶ 34. Indultum apostolicum de non consecrandis episcopis infra tempus iuris non facit, quominus vacet beneficiū iure regaliorum, si alias eō nō exsistente indulto, vacaret, *idem priuil. 48.* ¶ 35. Rex iurē regalibrum conferendo prębendam, vel alia beneficia simplicia, tenetur sequi naturam & qualitatem beneficii actu fundationi appositam, *idem priuil. 49.* ¶ 36. Licet in regia prouisione regaliæ nulla reperiatur, de defectu natalium, quem patitur impetrans, mentio facta, si prius per Romanum pontificem supęr prædicto defectu natalium ad obtinenda quæcunque beneficia simplicia fuerit dispensatus, nihilominus valida est prouisio *idem in 50. priu.* ¶ 37. Capellanias & alia simplicia beneficia in hospitalibus exsistentia, rex iure regaliæ cōfert, *idem prin. 51.* ¶ 38. Beneficia pertinentia ad decanum & capitulum, & archidiaconum coniunctim seu diuisim, non conferuntur à rege iure regaliorū, sed tantū illa sede vacante, quę ad episcopum pertinēt, *idem prin. 52.* ¶ 39. Apertis regaliis rex pensionem super fructibus dignitatis, etiam quando ad successores episcopatus vel dignitatis extenditur, soluere non tenetur, *idem priuil. 53.* ¶ 40. Vacantibus regaliis œconomi, receptores, & alii officiarii seu procuratores illis cōmissi, non possunt animalia in caulibus seu grangiis locorum episcopatus extrahere, vel de illis disponere: quia talia animalia sūt cōscripto loco data, sicut oues, boues, & iumenta cū pullis, & reseruantur futuro successori, quod sine illis deterior esset fundi cōmoditas vel domus, *idem priuil. 54.* ¶ 41. Custodes, seu exactores regaliorum nō possunt vacante sede decimas auctoritate regis accipere, sed tenentur eas futuro successori conseruare, *idem prin. 55.* ¶ 42. Curatores regaliorum constituti sede vacante, durantibus regaliis nō possunt incidere arbores cæduas, nec piscari in viuariis ichthyotrophiis prælaturæ ante tempus debitū, neque alia agere, per quæ deterior fieri posset reditus annuus prælaturę, *idem priui. 56. ex const. Phili. Pul. du droict de regale.* ¶ 43. Durantibus regaliis rex non tenetur ad onera vel seruitia, ad quæ episcopus in vita tenebatur, *Ruscus*

Digitized by Google

primil. 57. ¶ 44. Ex cõstitutione Philippina, vt postquam episcopus sacramentum fidelitatis præstiterit regi, requiratur, quod actualis & realis traditio fiat rerũ temporalium episcopo per officiales regios, quibus ipsa temporalia episcopatus gubernanda fuerunt commissa: nec sufficit quod tollatur, seu vt dicunt leuetur manus regia per gentes computorũ, id est, per præfectos ei curiæ: id enim ita exigitur, vt prælatus possit conferre præbẽdas & dignitates suæ ecclesiæ, & vti temporalibus sui episcopatus, *idem primil. 58.* ¶ 45. Rex non tenetur electum confirmatum in episcopum, si non sit consecratus, ad iuramentum fidelitatis admittere: nec regalia cessant per solam confirmationem. Quia adhuc ecclesia dicitur vacare, sed claudentur, id est, exspirabũt & cessabunt regalia, secuto iuramẽto, *idem primil. 59.* Et hæc priuilegia per conclusiones satis abunde explicauit Rufeus in suo tract. regaliorum: vt satis mihi factum putauerim & lectoribus, summa capita iudicis loco hic per epitomen transferre, ne a-
18 liena mihi plagiarius vsurpem. ¶ Plura † & videre poteris apud Ægidiũ Magistrum, in decisionibus & tractatu regaliorũ. Qui ex registro cameræ rationum seu computorum notat, *cap. 4.* ius hoc regaliorum non competere regi in omnibus episcopatib. sui regni: sed tantũ in prouincia Senonensi, & eius suffraganeis, exceptis diœcesi Antisiodorensi, in qua decani & capitulum dicuntur fecisse permutationem cum rege. Item docet ius hoc ei esse in tota prouincia Remensi, excepta diœcesi Cameracensi: in tota prouincia Bituricensi: exceptis, Lemouicensi, Cathurcẽsi, Ruthenensi, Albiensi, Mimatensi: & in tota prouincia Turonensi, excepta Maclonensi, Trecorensi, &c. In prouincia Burdegalensi solum: & in tota Normania. At in tota prouincia Occitanensi, & Arelatensi, & consequenter in tota lingua Occitana, nihil habere iuris regaliorum.

19 ¶ Aliud † ius regaliæ inuenitur, in ecclesiis, quæ ad plenam & libe. am collationem regis pertinent, in quibus nec summus pontifex, nec alius quispiam ius aliquod habet, præter solum regem, qui solus ordinarius collator est, quale ius illi est in præbendis seu canoniis sanctarum capellarum Lutetiæ, Biturigũ, Saltus Vincenarum, & in ecclesiis collegiatis de Clery, Sancti Quintini, Virginis Mariæ Montisbrisoni, & similibus, *meminit Papus lib. 3. Rasf. arest. arest. 2. tit. 2.*

20 ¶ Singulari † notatione tamen dignum est, ius regaliorum, quod ad collationem beneficiorum pertinet, non habere locũ in beneficiis, quæ curam animorum habent. Sic enim ordinatio regia scripta est, in camera, *ista ordinatio. transcripsit in suis decisio. Ægid. Magist. tract. regal. cap. 3. & explicat. c. 4. differentiam. Citat & Probum, & Rufeum eiusd. sent.* computorum: *Dum episcopus alicuius episcopatus, vbi dominus rex habet regaliam, ab hac vita decedit, immediate per obitum seu mortem ipsius est regalia in dicto episcopatu aperta, & succedit rex loco boni & legitimi administratoris in omni temporalitate dicti episcopatus, conferque beneficia non curata, & hoc durante tempore ipsius regaliæ, &c.*

21 ¶ Confert † itaque solum beneficia simplicia quales canoniæ, præbendæ, capellaniæ, & similia. Curata autem sede vacante iure communi conferentur, si communis collatio cum capitulo, ab illo capitulo: si solius episcopi, vel reseruantur, vel à summo pontifice conferuntur, *c. vnic. per tot. tit. sede vacan. in 6.* Cur autẽ non possit curata conferre rex beneficia, vt simplicia, diuersitatis rationem adfert Ægidius Magister: quod is cui conceditur cura, debet habere institutionem authorisabilem ab episcopo, quod pertinet ad curam populi, & sacramentorum administrationem, *Panorm. in c. auctoritas, circa medium, de institutis, per. vnic. in 6. ne sed. vaca. Ioan. And. in c. de monachis, de preb.* Quare non potest à rege prouideri in ea cura, quia non potest ea authoritas conuenire alii, quam episcopo.

De Iure deuoluto.

Cap. 9.

1 *Collatio beneficiorum tribus modis ordinarijs impeditur.*
2 *Deuolutio quid.*
3 *Deuolutio iuris ab eo, qui habet in alium, fit per donationem hereditatis, viuentis, non obtemperando voluntati defuncti, non vindicando mortem defuncti, non petendo hereditatem, suo tempore, &c.*
4 *Deuolutio potestatis conferendi vel eligendi duplici causa fit.*
5 *Deuolutio fit ad proximum superiorem electione facta indigni.*
6 *Eligens indignum priuatur iure eligendi pro ea vice quare.*
4 *Deuolutio in causa graduatorum.*
8 *Deuolutionis iure impetrato ob incapacitatem prouisio odiosa.*
Impetrans per incapacitatem alterius non adipiscitur de facto possessionem, eod.
9 *Deuolutio ob negligentiam conferendi.*
Lateranenses Synodi 7. & vnde ita dicta, eod.
10 *Lateranum palatium Romæ.*
11 *Lateranensis 7. synodi quo tempore habita.*
Nicolai 2. sum. pontif. tempus, eod.
Berengarii error quando damnatus, eod.
Concubinæ ademtæ sacerdotibus, eod.
12 *Successio in prædiis sacerdotalibus sublata.*
13 *Turcis arma subministrare prohibitum.*
Beneficiorum pluralitas prohibita, & promissio antequam vacent, eod.
Epulæ lautiores episcopis prohibitæ, eod.
Venationes prælatis prohibitæ, eod.
14 *Deuolutio ob negligentiam conferendi, vel ob electum indignum statuta in 4. Synodo Lateranensi.*
15 *Paganorum officia interdicta.*
16 *Germanorum vnitas consilio procurata.*
17 *Concordata quando peracta.*
18 *Beneficia intra sex menses saltem conferenda, aliter deuoluuntur collationes ad superiorum, &* 23.
19 *Optio beneficii intra 20. dies fieri debet, aliter exspirat.*
20 *Patronus laicus intra 4. menses, ecclesiasticus intra sex debet præsentare, aliter deuoluitur ius.*
21 *Mandatarius ad beneficia acceptare debet beneficium vacans intra decem dies.*
22 *Electio episcop. & archiepiscop. & aliorum maiorum prælato. fieri debet intra tres menses: aliquin ius deuoluitur.*
23 *Beneficium conferens iure deuoluto, antequam deuolutio, nihil agit: ideo & post deuolutionem iterum conferre potest.*
Beneficium sum. pont. confert, quod deuoluto iure conferri potest, per concursum, eod.
24 *Deuoluta per negligentiam ordinariorum collatio ad sum. pontif. redit ad ordinarium post mensem.*
25 *Nominatio regis ad prælaturas fieri debet intra sex menses.*
26 *Deuolutionum ex negligentia ratio.*
27 *Negligentia pœnam habet.*
28 *Conferendi potestas cur tantum habeat semestre tempus.*
29 *Sex menses quibus peragendis negotiis constituti.*
30 *Sex menses conferendorum beneficiorum à quo tempore incipiant.* & 31. 32. 33. & 34.
31 *Ignorantia quæ excusat à mora, & culpa.*
Ignorantia crassa & supina quæ, eod.
32 *Nominandi facultas regi Gallorum à quo tempore currat.*
33 *Mensis conferendi in curia Romana à quo tempore currat.*
34 *Voluntas & potestas persiciunt actus simul.*
35 *Suspensio episcopi non deuoluit eius iurisdictionem ad superiorem.*
36 *Impedimentum quod excusat à præscriptione lapsus temporis semestris collationis.*
37 *Impedimentum legitimum quando excusat à lapsu temporis.*
38 *Deuolutio ad quem fiat,* & 40.
39 *Patriarchæ Lugdunensis priuilegium in deuolutione,* & 40.
41 *Deuolutio electionis episcopi ad quem fiat.*
42 *Deuolutio à vicario episcopi ad quem fiat.*
43 *Deuolutio ab exemtis episcopis ad quem fiat.*
44 *Capitulum sede vacante iure deuoluto confert.*
45 *Instituendi præsentatos digniores nullum definitum tempus episcopo.*
46 *Patronatui quando, & quomodo summus pontifex derogat.*

TRia † ordinariorum collationem beneficiorum impediunt 1
præcipue, deuolutio, reseruatio, mandatum, *vt in c. 4. de rescript. in 6. ca. in cui conceditur, cap. 18. de prebend. in 6.* ¶ Deuolutio † 2
ecclesiastica, est translatio potestatis, quæ datur in beneficia ab aliquo, in alteram personam ex facto vel negligentia, potestatem habentis. Non omnis potestatis translatio, deuolutio est, contrà tamen deuolutio translatio est, siue in rebus secularibus, siue ecclesiasticis consideretur. ¶ Exempla breuiter promã ex 3
profanis negotiis. Primũ, in petenda & consequẽda hereditate: si quis enim viui ignorantis hereditatem, vel cognati alicuius partem donauerit bonorum, non potest vti iure successionis. *Mart. Iurisconsul. in l. anfertur, 2. de iis quib. vt indig. lib. 34. P. tit. 9. l. quidam, § fin. & l. seq. de dona. in P.* sed ad alium deuoluitur. Item si quis falsum accuset testamentum, nec obtinuerit, priuatur potestate petendi in eo testamento sibi relictum, *Paul. l. post legatum, de iis quib. vt indig. in P. vl. alia. C. eod. l. Papinianus, § meminisse, de inoffic. testam. in P.* Eo modo si hæres monitus, soluere legata relicta in testamento, contemserit, anno elapso, successionis petendæ ius deuoluitur ad substitutos, & alias suo ordine personas, *authen. hoc amplius. C. de fideicomm. § si quis autem non implens, de hered. & Falc. collat. 1.* Ob negligentiam quoque, si quis neglexerit vindicare mortem defuncti, cum posset & teneretur, nec præcentus ab alio est, amittit ius succedendi, *l. 1. 2. 9. C. de iis quib. vt indig.* Aliud exemplum in bonorum possessione petenda, cuius ratione gradibus præfinita sunt singulis certa tempora, quæ si elabãtur, deuoluunt ius petitionis ad alios, *tota l. 1. de successor. edicto. lib. 38. P. tit. 10.* Ius petendi tutores filiis quoque à matre, in proximos ob negligentiam deuoluitur, *l. 2. § si mater, ad Senatusconsul. Tertul. in P.* Proinde vt alienæ à beneficiis deuolutiones excludantur, reliqua verba finitioni deuolutionis rei beneficiariæ adiecta sunt, quæ euoluunt substantiam deuolutionis, quæ fit in

causã

Digitized by Google

4 cauſſa beneficiali. ¶ Et † in primis nos admonet deuolutionem fieri in alium duplici de cauſſa, vel quia is qui priuatur iure collationis, vel alia poteſtate, puta electione, indignum dedit, *c. cum in cunctis, c. 7. §. fin. de elect. apud Gregor.* vel quod intra tempora præſcripta ſuo munere functus non eſt. *c. ne pro defectu, c. 41. eod.* Qui abutitur ſibi conceſſa poteſtate, dignus eſt qui eã amittat, *l. Iudæos, de Iudæis C. l. qui ſine, de negot. geſt. P. ca. vbi 74. diſtinct. ſimil.*

5 ¶ Si igitur quis ſcienter indignum ad beneficia elegerit, poteſtatem amittet pro ea vice eligendi alium, ex decreto concilii Lateranenſis, *c. cum Vintonienſis c. 25. & c. per inquiſitionem, c. 26. de elect. & c. ne pro defectu*, deuoluiturque poteſtas ad eum qui proxime præeſſe dignoſcitur, *d. c. ne pro defectu, idem in §. ſi quis vero, de collat. in concord.* ex concilio generali, etiam ſi de epiſcopatibus ageretur, emendato iure, quo electione facta ſcienter indigni prælati, ius electionis non deuoluebatur ad proximum ſuperiorem, ſed ad ſummum pontificem ſolum, *ca. dilectus, de conceſſ. præben.*

6 ¶ Porro † non redit ius ad delinquentem ea vice, vt in eo, in quo deliquit, puniatur, *argum. l. ſi fugitiui, 3. de ſer. fugiti. lib. 6. C. tit. 1.* Et quia qui ſemel elegit, iam functus eſt officio ſuo, nec retractare ſuum factum poteſt: ſicuti in eo, qui ſententiã ſemel dixit, receptum eſt, *l. iudex poſteaquam, & l. Paulus. de iudic. in P. l. 1. C. de ſenten. ex peri. recit.* Cuius notio per appellationem ad proximum ſuperiorem deuoluitur, *c. bonæ memoriæ, in 1. & 2. & c. cũ Vintonienſis, c. ne pro defectu, §. 1. & ca. quia propter, de elect. expreſſe in c. ſi compromiſſarius, de elect. in 6.*

7 ¶ Statutum † & in concordatis Gallicis, *§. ſi quis vero cuiuſcunque, de collat. in concord.* ſi epiſcopus vel alius conferendi habens poteſtatem, beneficia graduatis & nominatis decreta, aliter qualificatis quam ſtatuitur, conferat, nullam eſſe collationẽ, & per refutum eiuſdem, graduatum & qualificatum poſſe recurrere ad proximum ſuperiorem; & ab eo rurſum pari modo cõmittente, ad alium ſuperiorem, ad quos deuolutum eſt ius cum iiſdem qualitatibus, quibus conuenibat, conferri ab ordinario beneficium.

8 ¶ Notabis † hanc impetrationem iure deuoluto, ex eo capite, quod incapaci ſit beneficii facta collatio, eſſe aliquomodo odioſam, vtpote de beneficio viuentis, *ca. 1. & 2. de conceſſ. præben.* Quamobrẽ placuit ſtatui regia huius regni conſtitutione, *in cõſtitut. Henric 2. touchant les impetrations des benefices eccleſiaſtiques pub. an. 1550. 24. Iulij, art. 15.* ne impetrans hoc iure deuoluto per incapacitatem ingrediatur facto poſſeſſionem beneficii adepti, alioquin priuetur iure, ſi quod habet: neque adiudicari ſequeſtrum ratione illius deuoluti. Nam altero de facto poſſidente cum titulo, pro eo præſumitur, etſi male poſſideat, *l. fin. C. de rei vind.* Et eſſet quædam ſpecies ſpoliationis & intruſionis, eum ab ea poſſeſſione deiicere, prætextu tituli adepti, quod iura nõ ſinunt, *c. cũm noſtris, & c. literas, de conceſſ. præb. c. cum qui, de præb. in 6. l. exſtat, quod met. cauſſ. P. l. creditores, ad l. Iul. de vi priuat.*

9 ¶ Porro † ex negligentia fit deuolutio auctoritate concilii Lateranenſis, vel alia iuris auctoritate, quæ vt liquido conſtent, annotandum eſt, inueniri ſeptem ſynodos, dictas Lateranenſes à loco vbi coactæ fuerunt. ¶ Nam † Romæ in Cælio monte
10 erat antiquitus palatium, ſeu ædes eximiæ familiæ nobiliſſimæ Lateranorum, de quibus & Iuuenalis meminit, *Satyr. 10.*

Clauſit, & egregias Lateranorum obſidet ædes
Tota cohors.

Siquidem Iulius Lateranus vir quoque egregius, cõſul deſignatus, iuſſu Neronis interfectus eſt. *Iul. Capit. in Aurel.* Vbi ædes illæ erant, poſtea D. Ioannis baſilica ædificata eſt, dicta etiam antea Baſilica Conſtantini, quod fuerit à Conſtantino magno do-
11 nata Sylueſtro ſum. pontif. auctore Blondo, *lib. inſtaur. Ital.* ¶ Eo † loci ſynodi ſeptem coactæ ſunt: prima ſub Nicolao 2. Sabaudo ſum. pontif. in quo damnatus error Berengarii, & pſeudopontifex, præſcriptaque eligendi ſummum pontif. forma per ſolos cardinales, *can. in nomine Domini, 23. diſt. in. Platina, in Nicolao.* Hic fuit pont. max. anno domini 1057. Secunda ſub Calixto 2. Burgundo, coactis 900. patribus, in qua contra Turcam conſtitutum, & decreta contra Imperatores Germanorum à priorib. pontificibus ſtabilita, & ademtæ concubinæ ſacerdotibus & cle-
12 ricis, vt ſcribit Albertus Krantzius, *lib. 3. c. 40.* ¶ Tertia † ſynodus Laterani habita ſub Innocentio 2. circiter annum domini 1135. coactis mille patribus, in qua potiſſimum decretum, ne quis in prædiis ſacerdotalibus ſibi ſucceſſorem conſtituere poſſet, teſte
13 Othone præſule Frigingenſe, *lib. 7. cap. 23.* ¶ Quarta † ſub Alexandro 3. ſummo pontifice, patria Senenſi, circiter annum domini 1170. In qua ne quis Turcis arma ſubminiſtaret etiam cautum, prohibita ſacerdotiorum pluralitas, *c. 3. de cleric. non reſid.* eorundemque ante vacationem promiſſio, *c. 2. & 3. & c. ex te nore, de conceſſ. præb.* Prælatis prohibitæ epulæ lautiores, venationes, & huiuſmodi plura, *ca. cum apoſtolus, de cenſib.* ¶ Inſu-
14 per † vt per negligentiam collatorum deuolueretur ius conferendi, vel ab epiſcopo ad capitulum, vel à capitulo in epiſcopum, vel ad ſuperiorem proximum archiepiſcopum, *c. quia diuerſitatem, & c. 2. de conceſſ. præben. cum ſimilib.* &c. vt latius poſtea dicemus Deo fauente, idemque ſeruaretur, ſi indignum elegiſſent. *c. cum Vintonienſis, &c. per inquiſitionem, de elect. apud Gregor.* ¶ Quinta † fuit maxima ſynodus ſub Innocentio 3, 15
coactis in concilium 7. archiepiſcopis, & 1300. aliis prælatis circa annum domini 1210. teſte Paulo Æmilio, *lib. 6.* In qua plura decreta tunc in Iudæos & Turcas, paganorum officia interdicta, *c. Iudæi, c. ita quorundam, c. ad liberandam terram ſanctam, c. ex ſpeciali, de Iudæis.* Iuſſum Metropolitanis ad mores corrigendos ſingulis annis concilia prouincialia cogerent: & epiſcopis, vt ſynodos per ſuas prouincias celebrarent, *c. ſicut olim à ſanctis patribus, de accuſ.* Et quædam ſtatuta circa præſentationes patronorum, *c. in Lateranenſi, de præb. c. cum & plantare, de priuil.* aliaque de aliis capitulis plura. ¶ Sexta † Lateranenſis ſy- 16
nodus ſub Eugenio 4. Veneto peracta anno domini 1446. teſte Platina, qua proſpectum, vt Germani qui nec Romano, nec Allobrogi principi adhærebant, reducerentur ad vnitatem. ¶ Septima † habita in Laterano ſub Iulio 2. contra Turcas, 17
quam tranſtulerunt concludendam Piſis cardinales, vt ſcribit Paulus Iouius. Dehinc infectare, tractatuque habito ſuper derogatione pragmaticæ ſanctionis in aliquibus, tempore Leonis decimi eius ſucceſſoris, & Franciſci primi regis eius nominis Gallorum, concluſum fuit Lateranenſe concilium, & conuentiones ſeu concordata poſtea ibi publicata & approbata, *ſcribitur in proœm. concordatorum, & in epiſtola Leonis 10. & tit. de approbat. concord.* ¶ Ergo † hac diſtinctione conciliorum obſer- 18
uata, dico in concilio Lateranenſi quarta ſtatutum fuiſſe, ne diu præbendæ eccleſiaſticæ ſeu quælibet alia officia in aliqua eccleſia vacent, & vt infra ſex menſes perſonis quæ digne adminiſtrare valeant, conferantur, *c. 2. de conceſſ. præbend.* Verum tamen hoc concilium non derogat breuioribus temporibus, in beneficiis adipiſcendis ſpeciali iure præſtitutis, quæ in ſuo remanent ſtatu. ¶ Siquidem † ſi de beneficio agatur, quod per 19
optionem alicui conceditur, is, cui optandi ius competit intra 20. dies optare debet, *c. fin. de conſuet. in 6.* ¶ In † præſentatione facienda vacantium, laicus intra quatuor menſes, clericus 20
intra ſex debet præſentare, alias deuoluitur ius, *c. vni. de iure patr. in 6.* ¶ Mandatarius, † cui motu proprio mandatum ad 21
beneficium dedit ſummus pontifex, intra decem dies poſt præſentationem mandati factam ei cui dirigitur, à die vacantis beneficij & ſcientiæ, debet acceptare quod vacauerit: aliter poſtea liber ordinarius in collatione eſt iure pontificio, *c. ſi pluribus, de præben. in 6.* In regno tamen hoc Galliarum mandatarius non poteſt requirere, vel interpellare collatorem ordinarium, niſi elapſo menſe à die præſentationis mandati, *titu. de for. mãd. in concordat.* ¶ Maiores † quoque dignitates, vt epiſcopales, 22
archiepiſcopales, abbatiæ, & ſimiles, intra tres menſes paſtorem habere debent: alioquin ab iis qui ius eligendi habent ad proximiorem poteſtatem facultas deuoluitur, *cæne pro defectu, c. poſtquam, 50. diſtin. c. quam, & ibi interpret. de electio. in 6.* Aliæ vero dignitates inferiores, reliquaque beneficia, ex concilio Lateranenſi debent conferri intra ſex menſes, ſiue per electionem, *c. cum noſtris. c. dilectus, c. poſtulaſtis, de conceſſ. præbend.* ſiue per collationem, *c. 2. eod.* tam à primo collatore, quam ab alio in quem fit deuolutio, *c. ſi. de ſupplen. negli. prælato.* Incipit enim elapſo termino eius à quo deuoluitur, non ante, dari ius ei, ad quem fit deuolutio, quique tot habet menſes, eademque iura, ac prior in beneficio vacanti.

¶ Neque † ante tempus deuolutionis, facta collatio ab eo, 23
ad quem deuoluitur, valet: niſi & alia poſtea fiat. Et ita iudicatum, etſi quidam pugnent, *vide Pap. lib. 3. areſto. titu. 7. areſt. 2. qui ita iudicari ait, & Doctor. in c. 2. de præbend. in 6. Felinus & alij in ca. cum ex officii, de præſcript. Boerius, deciſ. 70. Rebuff. in tractatu nominatio. quæſtio. 7. nume. 12. late d'Ayma. in proœmio concord. fol. 75. colum. 2. & ſequent.* Neque mutantur qualitates primæ beneficij & perſonarum, quibus debentur, per deuolutum, *clemen. vni. de ſupplen. negli. prælator. §. ſi quis vero, de collatio. in concord. vide Rebuff. in tracta. denominati. quæſt. 8. n. 11.* Vt etiam Papa ſemper cum ordinario, qui, vel ſine negligentia, vel iure deuoluto conferre poteſt, poſſit per concurſum conferre, & iure præuentionis, *cap. quia diuerſitatem, & ibi Panormit. nota. 5. de conceſſ. præbend. vide Rebuffum, in praxi benefic. titu. de deuolutio. num. 46. 47. 48. 49.* ¶ Cæterum † ſi iure deuoluto gradatim peruenerit collationis poteſtas ad ſummum pontificem, impeditur poteſtas ordinariorum tantum per vnum menſem, ex concilio generali: quo elapſo, rurſum ad ordinarios primos redit poteſtas, *c. 3. de præbend. in 6.* Sunt tamen quidam qui rati ſunt, illud verum eſſe tantum in beneficiis vacantibus in curia Romana, aliter quam iure deuoluto, vt ait Rebuffus, *in §. 1. d. regia. ad præſen. nomina. in verb. intra ſex menſes. & in praxi, in tit. deuolutio. nu. 5.* Neque ſummo pontifici dari poſſe tempus ad ſupplendam eius negligentiam, quia non habeat ſuperiorem, *cap. alterum 9. qu. 3.* nec inferior corrigit ſuperiorem, *cap. cum inferior, de maior. & obed.* ¶ Sed † addamus hodie ex conuentionibus Gallicis & 25
ſummi pontificis, dari ſex menſes regi ad nominationem faciendam ſummo pontifici inſtituendorum in prælaturis, à die vacationis conſtituendos: & ſi nominatus primum intra ſex mẽ-

Digitized by Google

ses inuentus non fuerit à summo pontifice idoneus, concedun-
tur alii tres menses ad alium nominandum idoneum, quibus e-
lapsis temporibus, ius plenum conferendi sine nominatione re
gia, ad summum pontificem pertinet, *§.1. de regia ad prælatu. no-*
26 *minat. in concord.* ¶ Ratio † deuolutionis pro diuersitate iuris
deuoluti diuersa erit, quare & diuersum nec idem in omnibus
tempus. Ad deuolutionem tamen, quæ sit ex negligentia pote-
statem habentium, referri potest ea quæ est præscriptionum, ad
euitandam segnitiem dominorum, eamque castigandam
inductam esse, *c. negligenti, de præscriptio. cap. quia diuersitatem, de cō-
cess. præbend. cap. fi. ac supplend. negligen. prælatur. can. placuit, §. potest,
16. quæst. 1.* Neue iura ecclesiarum sub incerto sint, *l. 1. de vsucap.*
Nec enim licuit inter ethnicos impune vineam suam incultam
habere, vt Romani eum, qui indiligenter fundum suum arasset,
vel vineam pro derelicto habuisset, nota infamiæ afficiebant,
teste Gellio, *lib. 4. cap. 13.* Vinea autem Domini Dei Sabaoth ec-
clesia est, *Esaiæ 3. 5. Hieremiæ, 2. 12. Michæ. 1. & clement. 1. de summa
trinitate, Matthæi 21. Marc. 12. Luce 20. Apocal. 14.* & Christianō-
rum hominum cōgregationes, messis, & segetes, *Matthæi 9. Lu-
cæ 10. D. Ioan. 4. cano. in nouo, 21. distin.* operarii, curiones, & præla-
ti. Et ne diu ecclesiæ in suspenso sint viduatæ pastoribus & præ-
fectis, deuolutiones inductas iura expresse profitentur: cum diu
turna vacatio periculosa & dispendiosa sit animabus, & eccle-
siis, *cap. quam periculosum, de elect.* Deficiente enim pastore, lupus
sæuit facile in gregem, rapit, mactat, vel dispergit oues, *cap. ne
pro defectu, eod.* Et postremo, vt obuiam eatur auaritiæ prælato-
rum, qui diutius vacare permitterent ecclesias, vt fructus vacā-
tium vsurparent: cum permissum sit illis fructus vacantium col-
ligere, & habere: post collationem, nequaquam, *cap. vnic. vt ec-
clesiast. benefic. sine quaque diminutione confer. apud Gregor. cap. auari-
tiæ, de election. in Sext.*

27 ¶ Et † in pœnam negligentiæ deuolutionem quoque indu-
ctam conuenit inter interpretes, *glos. in cap. duobus, de rescript. in
6. in fi. quanquam, de election. in 6.* Sicuti & iudex ob negligentiam
suam, administratione sua priuatur, alio in locum eius subroga-
to, *l. si quos, C. de officio præfecti prætorio orientis.* Et laici, si negligāt
seculares ius dicere conquerentibus clericis, conueniri possunt
coram ecclesiastico iudice, *c. cum sit, & c. si clericus, de foro compe-
ten.* Vt si vasallus seu dominus clientelaris negligat iustitiā red-
dere vasallo, priuatur iurisdictione, quæ ad ordinarium deuol-
uitur, *gl. in cap. ceterum, de iudi.* Sunt & aliis in rebus negligentiæ
similiter vel propemodum nocentes casus, quos Gomesius col-
ligit 214. ad finem commentariorum reg. de triennali possessore
28 in Epilogo casuum negligentiæ. ¶ Cur † autem semestre tempus
diffinitum sit collatoribus ordinariis ex concilio Lateranensi
ad conferendum potius quam aliud, prætermissa forsan ratio
à summo pont. consulto est: quia hæc quæstio esse ex earum nu
mero videtur, quas arbitrarias vocant interpretes, siue iuris po-
sitiui. secuti Accursium, *in l. 1. §. initium, in ver. ratus, de postulan.
in P.* & Ioannem Andream, *in ca. 2. in ver. restringere, de iudi. in
Clem.* Quarum nulla vix alia potest dari ratio, quam quod ita
nomothetis placuit, *not. in ca. si quando, de rescript. facit l. nom omniū,
de legib. in P. c. istis, 4 distin.*

29 ¶ Proinde † placuit concilio hic terminus sex mensium, &
sufficere visus est ordinariis collatoribus. Exempla quoque id
efficere aliorum negotiorum potuerunt, in quibus sufficiunt ad
negligentiam conuincendam sex menses, vt in absentia clerico
rum, *c. ex tua, de cler. non residen.* in ædilitio edicto, *l. cum sex, de ædil. edic. in P.* in dilationibus *l. 1. de dilat. C.* in appellationibus, *l.
sancimus, C. de appella.* & in similibus. Adde archiepiscopos, & e-
piscopos iure teneri visitare prouinciam singulis annis, *c. 1. & fi.
de censib. in 6. cap. conquerente, de offic. ordin. ca. episcopum, ca. decerni-
mus, c. placuit, 10. quæst. 1.* saltem bis in anno iure Decretalium, *ca.
cum venerabilis, de censib. c. excommunicamus, §. adiicimus, de hæret. ex-
tra.* Et ideo quia visitando in semestri edoceri possunt de vacā-
tione ecclesiarum, illud tempus sufficiens visum est ad conuin-
cendam negligentiam.

30 ¶ Quare † & semestre hoc tempus, vel aliud datum ad eligē-
dum, præsentandum, vel conferendum, initium numeri capiet à
tempore notitiæ vacationis veræ præsumtę. & cessante legitimo
impedimento, quo quis officio suo fungi non potest, *cap. 2. &
cap. quia diuersitatem, § fin. de concess. præb. cap. licet, de supplen. negli-
gen. prælat. cap. de multa, §. is quoque, ae præben. facit. l. annus, de calum-
nia. in P. l. cum sex menses, de ædil. edict. in P. ca. biduum, 2. quæstio. 6.
vide Rotam, decisio. 26. in nouis.*

31 ¶ Sicuti † enim non succurritur negligentibus, ita neces-
sitate rerum impeditis auxiliari æquum est, *l. non enim, ex quib.
cau. maio. in P.* nec morosus quis dicitur, nisi sciat, vel scire po-
tuerit, & debuerit quæ facere oportet, *l. quod te, de reb. cred. in P.
l. si ex legati caussa. de verbor. oblig. in P.* Vt scire, & scire posse pa-
ria, *l. Iulianus, ad SC. Macedon. l. in bonorum possessione, de bonor. pos-
sess. in P.* Nec diuinare quispiā tamen cogitur, *c. 1. §. 1. eccles. benif.
sine quaq. diminut. confer. l. si cum fideiussor. §. si cum debitor, mand. in
P. l. si putator, ad l. Aquil. in P.* potissimum si de facto alieno agatur, cuius ignorantia excusat, *l. fin. pro suo in P. l. quisquis, C. de re-
scind. vend. l. error facti, C. de iur. & fac. ignor.* & dummodo ea non
sit supina & deperditi hominis, quæ crassa dicitur & inexcusa-
bilis, *l. plurimum, & l. nec supina, eod. in P. l. iuris regula, §. 1 vers. recte
Labeo, eod. tit. c. 1. de ordi. ab episc. qui renuntia. epis. ca. apostolicæ, de
cler. excommuni. c. consuetudo, 8. distinct. cap. fin. 1. quæst. 4.* Quemad-
modum & in affectata ignorantia receptum est, quę æquatur
scientiæ, *c. 2. de tempor. ordi. in 6. cap. cum inhibitio, de clandest. dispō-
sat.* Ea enim affectata ignorantia est, ex quo quis scire potuit,
sed noluit vel dissimulauit, *l. qui contra, de incest. & inutil. nupti.*
quod ex argumentis & coniecturis liquere poterit, *cap. 2. de re-
nuntiat. in 6.* alioquin enim vbi scient æ probatio non est, quis
præsumitur potius ignorasse, quam sciuisse, *l. verius, de probat. ca-
pi. præsumitur, de reg. iur. in 6.* Et hæc certe videtur in episco-
po crassa ignorantia, ignorare beneficium vacare, si vacet, inquā,
de iure & de facto, vt per mortem, cum teneatur, vt dictum est,
singulis annis prouinciam suam visitare. Quare fit tunc deuo-
lutio tempore elapso: contra, si de iure fuerit vacatio solum,
quæ illi incognita esse potest impune, *ita concludit Rota in decis.
263. si propter negligentiam, in nouis, Ioan. de Sel. in tract. de benefic. 3.
par. quæst. 59. glo. in §. visum, in verb. computandum, de collat. in pragm.
sanct. Rebuff. in praxi. tit. de deuolutio. nu. 10. & sequenti.* Sic currit
tempus à die quo scire debuit, vt & in aliis collatoribus vel
patronis, *cap. vni. de iure patr. in 6.*

¶ Et † in Gallia nominationis potestas & tempus ad præla- 32
turas sex mensium, vel nouem in repetita nominatione currit
regi à tempore vacationis, non à tempore scientiæ, *§. 1. de reg. ad
præl. nomi. in concor.* quia expresse verba illa à die vacationis cur-
rere dictum est, *in d. §. 1.* ¶ Sicuti † & in beneficiis vacantibus in 33
curia Romana dictum est, *l. statutum, cap. 3. de præb. in 6.* post men-
sem à vacatione cœpta numerandum, redire ius collationis ad
ordinarios: & in ecclesiis nuperrime ædificatis à die quo cœ-
perunt perfici seu consecrari, currunt conferendi sex menses: quia
ab eo tempore dicuntur vacare, *c. quoniam, c. cum propter, de ius
patro. vide La. um, alleg. 95. Frider. de Sen. 129.* Quæ omnia tamen,
vt paulo ante monui, intelligi debent, si qui præsentare, nomi-
nare, eligere, conferre debebat, potuerit id munus exsequi: si
quidem impedimento concurrente, non nocet lapsus tempo-
ris. Vt si suspensus vel excommunicatus fuerit episcopus, *c. quia
propter, de conc. præb. l. vnic. §. fin. C. de annal. excep. l. sancimus, §. do-
nec, C. de iur. delib. l. in rebus, de iure dot. C. c. biduum, 2. q. 6.* vel vacet
sedes: quo casu non currit rerum ecclesiasticarum præscriptio,
c. de quarta, c. auditu. c. cum nobis, de præscrip. c. 1. & fin. ne sed vac. 34

¶ Neque † *negligentia* est, vbi non negligens adest voluntas: 35
cum potestas requiratur ad perficiendam voluntatem & actum,
l. multum interest, C. si quis alt. vel sibi. Nec nocet *scientia*, si pote-
stas non sit exsequenda cognita, *l. scientiam, ad l. Aquil. l. in omnibus, de
noxal. actio. in P. l. seruus ignorante. C. eod.*

¶ Per † suspensionem quidem ecclesiasticam, à iudice vel
lege prolatam, interdicitur officium vel exercitium aliquod cō-
petens personæ, ad certum tempus tamen, *glo. in c. ad reprimendā,
in ver. in canonibus, de offic. ordina. glo. in clem. cupientes, de pœn. in ver.
suspensi, vbi variæ species suspensionis*, sicuti & per excommunica-
tionem. At propterea episcopo excommunicato culpa, & male-
ficio suo, non dicitur eius iurisdictio ad episcopum superiorem
deuolui: quia hoc in iure expressum non est, sed alia pœna im-
posita, *c. 1. de supp. neg. prel. in 6.* Et suspensus quidem nec eligere,
nec eligi potest, *ca. cum dilectus, §. quia vero, de consuetu. cap. 1. in
fine, de postul. prel. c. cum inter Ramundum, de electio. c. cum bona, de ae-
ta. & qualit.* sed neque archiepiscopus, qui potest supplere in
caussa negligentiæ eius officium, partes eius subit, ob eamdem
delictum: nec casus negligentiæ ad alium casum extendendus est,
cap. quanquam, de electio. in 6. nec fit deuolutio, *c. si compromissarius,
eod.* Et impeditur quidem ob prædicta episcopi potestas, sed nō
currit aduersus eam tempus, & ita restituta perseuerat: vt de
seruitute itineris ab alluuione intercepti, & postea restituti, tra-
ditum est, *l. si locus, quemadmodum seru. amitt. in P.* ¶ Subducitur † 36
etiam ab omni negligentia, vt tempus lapsum culpa careat, a-
liud quoduis impedimentum legitimum inuito eo, qui pote-
statem habet, aduenies, *ca. cupientes, §. insuper, & c. concessa, de ele-
ctio. in 6. c. significante, de pignor. l. 2. §. 1. & 2. si quis cautio. in P. l. non
solum, §. vlt. de excusat. tuto. l. si cui, quibus ex caus. maio. in P. l. fin. ad
l. Rhod. de iac.* Sic impeditus postulare, vel præsentare, propter
pestem intra tempus, non currit præscriptio. Quamobrem nec
deuoluitur ius ad episcopum, *Bald. cons. 469. lib. 4. incip. sanctissi-
mæ recordationis, Ripa, tracta. de peste, fol. 27.* Idem in casu hostilita-
tis, *cap. extrans missa, de præscript. can. prima actione, 16. quæstio. 3. vide
Rebuffum, in tractat. de pacificis possess. num. 301 & seq.* vel aliis legi-
timis impedimentis, *Quæ sint illa vide Rebuff. in §. 1. in ver. impe-
dimento concess. de collat. in concordat.* ¶ Si † tamen impeditus non 37
possit remouere ipsum impedimentum, alioquin non excusa-
retur, *cap. fin. de elect. c. 2. de testi.* debet protestari de impedimē-
to, quod per eum non stetit, nec stat, &c. aliter post impedimē-
tum sublatum, non ageret, *in regul. de pacific. possess. & in eam Re-
buff. num. 310. facit cap. fin. de appellat. cap. sciscitatus, vers. dummodo, de
rescript.*

¶ Citra † & impedimenta igitur legitima & ignorantiam 38
probabilem, elapso tempore fiet deuoluuio iuris: ad quem autē
fiat.

Digitized by Google

fiat,varia habet quæstio capita solutionis.Paucis ergo explico, eritque in hac princeps & communis regula,deuolutionem fieri ad proximum superiorem,non ad inferiorem. Sic si prælati regulares non conferant beneficia suo tempore regularia, episcopi locorum,in quibus beneficia sita sunt,conferunt,*clemen. vnic.de suppl.negligentia præla.& ibi glossa in verb. loco.* Si patroni negligant intra tempus sibi præstitutum præsentare,vel si alium quam debite qualificatum ex tenore concordatorum præsentent,ius deuoluitur ad eum qui instituere debet,*dicta clementina vnica,iuncta glossa in verbo dispositionem,glossa in §.quod si quis cuiuscunque,in verbo proximum,de collationibus,in pragm.sanct. Rochus in tracta.de iure patronatus,in verbo honorificum,quæstio.23.* Si eligentes negligant,ad confirmantem,*c.2.de supplen.negligen.præla. Doctor.in c.fin.de elect.in 6. Panormit.in c.1.eod.tit.apud Gregor. nu.10.* Et si ab inferiore facienda fit collatio ex consuetudine,priuilegio,statuto,vel alio modo,ad episcopum fit deuolutio:& ab episcopo,ad archiepiscopum,*ca.2,de conces.præb.* ab eo, ad Papam, non ad patriarcham,*can.licet,de supplen.neglig.præl.*

39 ¶ Excepto†patriarcha Lugdunensi seu primate,ad quem & fit deuolutio ex consuetudine regni ab archiepiscopis,*Rebuff.in praxi benefic.titu.de deuolutio,num.24.* ¶ Olim†quando ad epi-
40 scopum & capitulum pertinebat collatio siue coniunctim siue diuisim,altero negligente ad alterum deuoluebatur collatio, *ca.vnic.ne sede vacan.in 6.cap.2.de conces.prabend.* nisi in his quæ deuoluta sunt ad episcopum. Nam tunc ex negligentia episcopi deuolutio fiebat ad eius superiorem,*Innocen. & Panorm. in d.c. cum in cunctis,glo.in §.item circa,ver.visum,in versic. legatorum, de collatio.in pragm.sanct,arg.c.ne pro defectu,in fin.de elect.* Hodie quoque ex consuetudine totius regni Gallici,vt ait Rebuffus,*in praxi benefic.in tit.de deuolutio.num.23.Imola,in clemen. si de beneficio, quæst.2.de præben.in 6.*si collatio pertineat ad episcopum & capitulum,deuoluitur collatio non ad capitulum,sed ad archiepiscopum:si tamen ad capitulum pertineat solum,ad episcopum fit deuolutio,*d.c.2.de conces.præb.*

41 ¶ Notandum † tamen in electione episcopi distinguendũ esse,num deuolutio fiat propter indignum electum,an propter negligentiam eligendi. Et rursum,quando electio fit scienter indigni,qui eligunt,priuantur quidem potestate eligendi ea vice,*cap.cum in cunctis.& ca.innotuit,de electio.*sed eo casu, deuolutio fit non ad archiepiscopum,sed ad Papam,*c.quanquam, de electio.in 6.*quando videlicet omnes electores siue simul & semel, siue separatim,scienter indignum elegerint. Quod si non omnes elegerint indignum,sed aliqui eorum dignum,ad alios etiã minores numero deuoluitur ius,non ad summum pontificem, *c.congregato,de electio.glo.in d.c.quanquam,in verb. deuolvetur.* At si propter negligentiam eligentium,non ex delicto fiat deuolutio,ad archiepiscopum,non ad Papam peruenit,*vide d.glos. in c. quanquam,& Anchar.& vide Dayma.in §.1.de reg.ad præla.nominat.in verb.computandos.*Si vicarius episcopi male conferat, vel si ab eo deuolutio fiat,ad archiepiscopum,non episcopum eius
42 vicarii fit,*Rebuff.docet in tracta.nominat.quæst.14.num.63.* ¶ Abt exemtis episcopis collatoribus,ad Papam fit deuolutio,*d. c.licet,*
43 *& c.sicut,de supplen.negligen.prælat.* † ab exemtis regularibus, ad episcopum loci beneficii,qui auctoritate apostolica confert, *ca.*
44 *cum singula,de præben.in 6.clemen.vnica,de supplen.negligen.præla.* ¶ Capitulum † quoque sede vacante episcopali,potest cõferre beneficia deuoluta ad episcopum ex negligentia vel delicto inferioris,*cap.cum olim,de maio. & obedien. Ioan. Andr.in c.*
45 *quanquam,de elect.in 6.vide Rebuff.in praxi,tit.de deuolutio. numer.* 92. ¶ Nam † si sede vacante præbendæ vacent,illæ non conferuntur iure deuoluto à capitulo,*ca.2.ne sede vacan.* quia collatio beneficiorum in fructu episcopi est,*glo.in d.c.cum olim, de maio.& obed.*ideo reseruanda futuro successori,*c. quia sæpe, de elect.in 6.clem.penult. eod.tit.*
46 ¶ Singulare † illud est,quod in institutione facienda ab episcopo præsentatorum,digniorum nullum definitum est tempus,& ideo ob non factam institutionem non deuoluitur ius ad superiorem,sed potest qui præsentauit suo tẽpore, etsi post præsentationem lapsum fuerit tempus ad præsentandum datũ, interpellare pro institutione episcopum,*c.cum inter.de electio.* Et potest recurri ad superiorem,qui præfigit terminum inferiori ad institutionem faciendam,*c.reprimendum,de offic.ordin.c. graue, de præb.*Et ideo in refutum vel denegationem, tunc recurritur ad superiorem.Sic & in acceptatione facta intra mensem ex mandato,negante executore:quia nullum tempus executori est definitũ,*not.in clem.cum ei quem,de conces.præben.*Et ita expresse definit Rota in decisione 212.incipiẽte,*secũ omnes*, in nouis.
47 ¶ Quare † nec summ. pontifex iuri præsentationis, ante institutionem facit præiudicium patrono,nisi dixerit deuolutũ fuisse per vacationem temporis ad eum beneficium,id est,præsentatione non facta suo tempore,vel deuoluto iure ad episcopum & alios negligentes beneficium patronatum, & quod ita vacauerit.vel nisi in prouisione adiiciatur,dummodo patronorum accedat assensus.Aliter enim non censetur iuri patronorum derogare,vt docetur ex regula cancellariæ 40.

De reseruationibus beneficiorum.

Cap. 10.

1 *Reseruatio beneficiorum quid,& à quo fiat.*
2 *Reseruationes beneficiorum generales & speciales summi pontificis, vel præter ius,vel in corpore iuris.*
3 *Beneficia quæ dicantur vacare in curia Romana.*
4 *Reseruationes speciales beneficiorum quæ.*
5 *Reseruationes beneficiorum quæ abolitæ sint & permissæ.*
6 *Reseruationes in corpore iuris quæ sint summi pontificis.*
7 *Pensionis reseruationes vsque ad quam quantitatem in beneficiis renuntiatis permissæ.*
8 *Pensio iusta quæ,& eius reductio.*

SEcundo † dicebamus potestatem ordinariam in beneficia 1
impediri per reseruationes:quæ autem illæ sint, & quales, nunc tradendum est.Reseruatio beneficiorum dicitur, quando quis sibi retinet beneficium,vt alii quam ipse voluerit,conferri non possit.Fitque à summi pontif. legato, & ab ipso summo pontifice. Legatus auctoritate suæ legationis apostolica,sibi reseruabat beneficii collationem in ecclesia aliqua, vel inter ordinarii collationes,quam reseruationẽ restrinxit Bonifacius8.*c. præsenti,c.3.de offic.lega.lib.1.Sexti,tit.15.*

¶ A summo † pontifice fiebant reseruationes generales, & 2
speciales:& istæ vel sunt præter ius,vel in corpore iuris clausæ.Extra ius sunt generales,quando summ.pontif.reseruat suæ collationi dignitates maiores post pontificalem,in cathedralibus & metropolitanis ecclesiis,*vt in reg.cancell.2.3.& seq. in extra.Ioan.22.exsecrabilis,de præben.& in extrau.ad regimen.* Item vbicunque sum.pontif.se immiscuit,vel si ipse contulit,& quæstio moueatur vel de eius prouisione,vel nullitate,vel indignitate prouisi,reseruantur hæ notiones & beneficia ipsius potestati,*Panor.in c.inter dilectos,col.pen.de excess.præla.c.vt nostrum, de appella.Rom.consil.335.circa primum.*

¶ In † corpore iuris,*hoc disputat glo.antiq.in regu.canc.33.alias* 3
*tamen enumerat Probus in c.præsenti,de offic.ord.in 6. & Rebuff.§ 1. de reseru.in concor.Gomes,in reg.cancell.de trienn.posse.q.31. vbi tradit 7.reseruationes in corpore iuris clausas,vide eum.*vnica tãtum reseruatio inuenitur generalis,nempe beneficiorum, quæ dicuntur vacare in curia Romana,personarum videlicet exsistentium & decedẽtium in summi pontificis comitatu,quę conferri possunt à solo summo pontifice intra mensem à tẽpore vacationis, & postea ab ordinariis,*c.1.3.de præb.in 6.*Porrectumque hoc ius ad beneficia personarum curialium, qui extra curiam mori sunt,peregrinationis,infirmitatis,vel recreationis caussa absentes,intra duas dietas legales:item ad nuncios apostolicos à curia abeuntes,vel ad curiam Romanam pontificis redeuntes,*et præsenti,de præb.in 6.*

¶ Specialis†reseruatio est,quando summus pontifex sibi no- 4
minatim collationem alicuius beneficii reseruat: vel si in collatione beneficii ex resignatione,cũ pensionis retentione permittat regressum,si non soluatur,vt possit eius auctoritate apostolica sine alia prouisione beneficium repetere, *vide Rebuff.in §.1.de reseruatio.in concor.*vel alio modo. ¶ Hodie † omnes reseruationes beneficiorum improbatæ sunt,*eod.tit. & in pragm. sanctio.*exceptis vacationis in curia, & in ciuitatibus & villis muratis,quæ graduatis,*§.præfati,1.de collatio.in concordat.* & nominatis debentur vi pragmaticæ sanctionis,& concordatorum, *§.statuimus,eod.*item quæ vacant officialium sedis apostolicæ, *ca. ai regimen,de præb.in extrauag.communib.*nisi iure regali vacent in Gallia,vt pronuntiatum senatusconsulto Parisiensi an. 1338.3. Iulii,*Reb.in §.1.de reseruat.*Sunt & receptæ reseruationes, quas sibi fecit & sedi apostolicæ sum. pontifex in conuentionibus Gallicis,*tit.de reg.ad prælat.nomina.in concord.* maiorum dignitatum & prælaturarum,vt possit solus eas conferre, postquam intra nouem menses rex Galliarum ad eas non nominauerit idoneum.¶ Inter † reseruationes in corpore iuris clausas,id est, inter collationes quas ius commune reseruat summo pontifici, 6
Gomesius,*in regu.de trien.possess.q.31.* ponit translationem episcoporũ,*c.quod translationibus,de offic.lega.c.fin. de translat. episcop.* prouisionem episcopatus vacantis per dispositionem,*c. inter,de translat.episc.c.post translationem,& c.nisi,de renuntiat.*& per casum ca quanquam de electio.in 6.si episcopus captus est à paganis, vel à schismaticis,*c si episcopus,& ibi glo.fin.de suppl.neglig.prælat. in 6.*si prouidendum sit,eo quod episcopus propter senium,aut impedimentum aliud corporale,perpetuum non possit officium suum exercere,*c.1.§.si autem episcopus,de cler.ægro.in 6.*si summus pontifex dederit beneficium vacans ante in commendam, idq; ex interpretatione potius doctorum,*Frider.in tract.permut.d.15. Roma.cons.140.Reb.in Praxi benefic tit.de reseru.nu.32.& 38.*quam iuris expressa dispositione,ideo non recte superioribus annumeratur.Alius tamen proxime accedit,quando cathedralis ecclesia clero & populo Christiano caret, quo casu reseruatur collationi summi pontificis,*clem.in plerisque,de ele.*

Digitized by Google

7 ¶ Sunt † aliæ reseruationes in collatione beneficiorum factæ per summum pontificem, quando per ipsum imponuntur pensiones iure namque pontificio interdum probatæ reseruationes pensionis, vsque ad mediam, *ca. suscepta, eod. in extra. Ioan.* 22. partem fructuum beneficij, à summo tamen pontifice, non alio concessę. In patria tamen consuetudinaria, & in Gallia, ad tertiam vsque partem reformari solet relictis duabus beneficia-
8 rio, *Rebuf. in praxi benef. tit. de reserua nu.* 18. 19. 20. ¶ Quinimo † & iusta dicetur pensio, qua deducta supersit beneficiario, vnde se alere, & onera beneficij possit ferre, *c. de monachis, c. vacante, c. cum causam de præb. c. 1. de censib.* Daturque hæc pensio communiter in quantitate fructuum: in Gallia etiam, *Reb. d. tit. de reseruatio. num.* 21. in pecunia numerata, vbi pensio permissa in tribus casib. si beneficium litigiosum, pro bono pacis, *c. nisi, de præben.* 2. ne dispendium nimium resignans ex resignatione patiatur, *c. super hoc, de renuntiatio.* aliter tamen quam ex permutatione facta: vel si permutatum beneficium sit, ratione inæqualitatis redituum in fructibus permittitur pensio, *c. ad quæstiones, de rer. permut.*

De mandatis apostolicis ad beneficia, & de mandatariis. Cap. II.

1 *Mandatum apostolicum impedit collationem ordinarij.*
2 *Mandatum apostolicum quid.*
Mandatorum apostolicorum origo & successus.
3 *Literæ perceptoriæ summi pontificis quæ.*
4 *Literæ executoriæ ad beneficia quæ.*
5 *Mandatum apostolicum datur ius ad futura beneficia.*
Mandata à summo pontif. ad beneficia dantur semel in vita, & quando, & quare, eod.
6 *Mandatis qui ordinarij grauari possint.*
7 *Mandata cur solus pontifex dat.*
8 *Mandati forma in Gallia.*
9 *A Mandatis quæ beneficia censentur excepta & 10.*
10 *Mandatarius non debentur beneficia villæ muratæ, nisi graduatis.*
11 *Mandatarij præferuntur graduatis nominatis.*
12 *Mandatario beneficia non debentur, nisi à præsentatione post mensem.*
13 *Mandatario tantum beneficium petitum & acceptatum prius vacans debetur.*
14 *Mandatariis ex duobus quis præferatur.*
15 *Mandati vis quomodo perimitur.*

1 TErtio † loco ordinariorum potestas mandatis Apostolicis impeditur. *cap. dilectus filius in 2. c. dilect. inter cætera, de præbend. ap. Grego. Panorm. in c. olim in fin. de verb. signif.* ¶ Mandatum †
2 Apostolicum, est omne rescriptum, per quod summus Pontifex mandat & iubet alicui de beneficio prouideri. *c. mandatum, cum 2. seq. de rescript. c. si ea. de conces. præben. in 6.* Hoc mandatum ab initio tantæ non fuit efficaciæ, ac nunc est: nam à principio Pontifices maximi primum monitorias dabant literas, quibus vt precibus monebant ordinarios, conferrent beneficia mandatariis, † quas cum facile contemni ab ordinariis collatoribus vi-
3 derent, inuenerunt præceptorias, per quas illud ipsum iisdem præcipiebant: quibus etiam non obstantibus, collatio ab ordinariis aliis facta, quam mandatarijs, valebat, etsi punirentur ordinarij cõtumaces *c. si soli, de conces. præb. in 6. c. dilect. 2. de præbẽd.*

¶ Quamobrem † & inuentæ dehinc sunt literæ executoriæ,
4 per quas mandabatur, vt executores compellerent ordinarios ad conferendum. *tribus superior. literis, in c. capitulum, c. literis, c. ex insinuatione, de rescript.* Verumtamen neque istæ literæ ligabant ordinarium, quin posset alij cui vellet, quam mandatario conferre: nisi mandatum hoc haberet clausulam, seu decretum irritans collationes contrarias, tunc enim mandatum ligabat manus ordinarij sine alia insinuatione seu præsentatione facienda eidem ordinario, *c. tibi qui, eod. in 6. notat. in c. si soli, de conces. præb. in 6. gloss. in §. statuit autem, in ver. censeatur, de collatio. in prag. sanct.* vel nisi mandatarius fuisset creatus canonicus, *cap. si postquã, de præb. in 6. c. duobus, de rescript. in 6. Felin. in c. ad audientiam col. 8. ver. literæ non dantur, de rescript. vide de his & superio. gloss. in §. item voluit, in ver. dirigendum, de collati. in pragm. sanct.* aut si executor inhibuisset ordinario vel collatori alij collationem, & suæ collationi reseruasset. *ca. tibi qui, de rescript. in 6. & d. c. si soli.* Si quidem & executoribus per literas executoriales dederunt summi Pontif. potestatem conferendi, si recusaret eandem collationem, vel negligeret ordinarius. *c. si Apostolicæ,*
5 *de præben. in 6. c. si ea. de conces. præb.* ¶ Per † hoc mandatum datur ius ad futura vacatura beneficia, per quemlibet Romanũ Pontificem semel in vita duntaxat, tempore sui pontificatus per literas in forma mandati. *§. 1. de mand. Apposto. in concord.* Idque ratione iucundi sui aduentus, honoris gratia. Sicuti proconsulibus prouinciam recenter ingredientibus, quædam honoris caussa olim dari solebant. *l. si in aliquam, de offic. proconsl. lib. 1. P. tit. 17.* Itẽ 2. in signũ recognitionis iuris supremi. Et 3. quia postquã summus Pontifex grauatur, vt nominationibus academiarũ, & principis Galliæ, beneficiorum potior pars debeatur aliis, quam antea, & cum reseruationes illi ademptæ sint, *tit. de reg. ad præla. nominat. & de colla. in concord. & tit. de reseruat. subla. in prag. sanctio.* æquum visum est, vt in hac prærogatiua honoraretur. *argum. l.* 6
eũ qui, de iureiu. ¶ Ea † tamen lege, vt ordinariũ non possit grauare etiam vno mandato, nisi habeat collationem 10. beneficiorum: habentem autem collationẽ quinquaginta & vltra, in duobus dumtaxat. Ita tamen quod in eadẽ ecclesia cathedrali vel collegiata, vnum collatorem pro tempore in duabus præbẽdis non grauet. *d. §. 1. mandat. Apostol. in concord. in §. volens, & §. item voluit, de coll. in pragm. sanctio. constit. Ludou. 12. artic. 1. 2. 3. 4. 5. 6.*

¶ Mandatum † itaque hoc ad beneficia vacatura à solo Pon- 7
tifice manare potest. *gloss. in c. 1. in ver. vacaturis, de præben. in 6. dilectus, in 1. de præb. Felin. in c. mandata, de præsumpt.* propter eius auctoritatem supremam in beneficia & plenam, *c. 2. de præben. in 6. clem. 1. in fine, vt lit. pend.* alioquin odiosa sunt mandata de prouidendo de beneficio antequam vacet, tum propter ambitionem eorum, qui postulant, *c. quamuis, de præb. in 6.* tum etiã, quia odio sum est per se & funestum, viuentis beneficium impetrare. Ideo conciliis inhibitum sacrosanctis, veluti votum mortis captãdæ habens. *ca. 2. de conces. de præbend. c. de captandæ, c. detestanda, eo. in 6.* Proinde & semel permittitur Pontifici summo hoc iure vti tẽpore sui pontificatus, nec potest iam grauatam vel bis pro modo beneficiorum ordinariam potestatem iterũ grauare mãdatis. Nõlicebit ergo legato etiam à latere mãdata hæc cõcedere. Quamquam iure communi suæ collationi vacaturum beneficiũ possit reseruare, *c, cum dilectus, de iure patronat. c. præsenti, & c. deliberatione, de præben. in 6.* excepto regno Galliæ, in quo placuit ex præscripto concilij Basilien sis vltimi, tolli reseruationes. *de reseruat. in pragm. sanct.*

¶ Quocirca hodie certa forma mãdatorum præscripta est 8
in Gallia, secundum quã oportet omnia mãdata de prouidẽdo, siue ad regularia, siue secularia beneficia pertineant, cõcipi, *tit. de forman. in concor.* per quã remittitur expressio beneficiorũ ab impetrãte possessorũ, in aliis gratijs necessaria. *c. ad aures, c. in nostra, & c. si proponẽte, de rescript. c. si motu proprio, c. non potest, de præben. in 6.* Exigitq; in Gallia mãdatum esse generale, alias non valet, vt placuit senatui Parisiensi. *Rebuff. in praxi, tit. de claus. mãd. nu. 29. & 30.* licet olim & alibi hodie, quam in Gallia mandata dirigerentur singularia vel ad dignitates tantum vel ad canonicatus, *c. executor, c. si soli, de præb. in 6.* pro certa persona & certo beneficio, *c. ex parte, in 1. de offi. deleg.* & incerto. *c. mandato, de præb. in 6.* Atque in ea forma in summa omnes formæ antiquæ, quibus ordinarius ad conferẽdum cogebatur, continentur: quæ diuersæ erant, quas vide collectas apud Ioannem Andream Perus. & alios *in cap. si soli, de præbend.* Rebuffum *in comment. tit. ad §. 1. de manda. Apostol. in concordat.* ad verba, *in forma mandati.*

¶ Verum † ab illa forma generali, vt non contineantur man- 9
dato, censentur excludi beneficia electiua in Gallia, *vt in clem. 1. de præben.* quę ad regis nominationem pertinent. *§. 1. & 2. de regia ad ad prælat. nomina. in concord.* & quę in curia Romana vacãt, quia reseruantur Papę. *c. 2. de conces. præben. in 6.* vt & beneficium similter specialiter reseruatum dicitur non comprehensum. *Auffer. decis. Thol. 434.* Sicuti nec comprehenduntur sub mandato, id est, non debentur mandatarijs in vim mandati litigiosum, regularia secularibus, & contra, & diuersi ordinis quam sit impetrans, vnitum, paternum, vacans caussa permutationis, nõ liberum vt collatum absenti, de nouo fundatum, vacans per mortem episcopi præbendatarij, quod optioni subiicitur: quæ omnia probat Rebuffus *in §. declarantes, in verb. comprehensa, de manda. in concord.* Item nec comprehenditur patronatum. *vide gloss. Rebuff. in §. præfatique ordinarij, in verb. patroni, de collatio. in prag. sanct. Lapum alleg. 84. dominus Papa, colum. 3. Rochus, Curt. tractat. de iur. patro. in verb. ius, quæst. 7.* Nec ea, ad quæ impetrãs erat inhabilis tempore dati mandati: hoc enim tempore capacitas exigitur. *ca. si eo tempore, de rescriptis, in 6.* Quod sidispensatus ad hæc sit, late vide apud Ruseũ *de manda. Apostol. 2. part. num. 2. & seq.* Continentur tamẽ sub mandato ea, quæ pure, libere & simpliciter in manibus ordinarij renuntiata sunt, *Rusc. hoc tractat. lib. de mand. Apostol. 2. part. num. 14. & sequent. text. ex præ. in c. dudum, 14. de præben. in 6.* quia hæc resignatio pura inducit vacationem, & morti æquipollet. *c. 2. de renuntiat. in 6. ca. 1, rer. perm. in d. 6. expresse ca. dudum, de præben. in 6.*

¶ At † non debentur mandatarijs beneficia villæ muratæ, 10
si non sint qualitatis requisitæ. *Rebuff. in §. declarãtis, in ver. comprehensa, de mand. in concord. per c. quia sæpe, de præbend. in 6. vide cõtrarium Boer. decisio. 225.* Nec ea quæ sunt iuris patronatus laicorum, de quibus Papa non intelligitur velle disponere, *cap. cum dilectus, de iure patrona. gloss. & Docto. in c. 3. de præben. Panorm. in cap. quanto, de ind.* vt neque comprehenduntur ea, quæ vacante sede cadunt in regalia, & quæ eo iure à principe in Gallia conferuntur. *Rusc. tractat. regal. in 1. parte præfat. num. 6. & in 2. part.* 11
tractat. de mandat. Apostolicis, num. 22. ¶ Ceterum † tanta est horum mandatorum, *hic loquimur de forma exspectatiua mandati, aliæ enim sunt formæ exspectatiuarum Apost. litera. quas Gallia non recipit. §. volens, de collat. in pragm. sanct. & de quib. Staphile. proprio lib.*

&, in

Digitized by Google

& in c.tibi qui, de rescript. in 6. de prouidendo, in forma legitima impetratorum potestas, vt mandatarii præferantur aliis exspectantibus beneficia; quia Apostolici exspectatores sunt, & ideo eius ratione præferendi. *cap. si qui, de præben. in 6.* Et proinde præferuntur etiam in Gallia in beneficiis, quæ sub mandatis continentur, ordinariis collatoribus, & graduatis simplicibus & nominatis. *§. & vt obuietur litibus, de mandat. in concord.* quanquam graduati prius acceptauerint, quam mandatarius, & quãuis beneficium vacans eius generis esset, quod destinaretur graduatis. *d. §. & vt obuietur, & ibi Rebuff. in verb. nominatis.*

12 ¶ Verum † obseruandum hic est, mandatarium antequam vti possit iure mandati, debere mandatum ordinario semel præsentare. *cap. tibi, & cap. penult. de rescript. in 6. c. si capitulum, de concess. præben. in 6.* Nam à præsentatione, post mensem tantum vacans debetur beneficium *in forma manda. in concor.* dummodo petitum à mandatario & acceptatum fuerit.

13 ¶ Tenetur † enim in Gallia requirere & acceptare ad summum intra sex menses beneficium primo vacans, *Rebuff. in §. nosque, in ver. præferendos, de colla & in forman. in concord.* post præsentationem mãdati: alibi, quam in Gallia, intra tempus ad acceptandum sibi præstitutũ. *glo. in clemen. vnica, in verb. mensem, de conces. preb. Felin. in c. capitulum, de rescript.* Et quia tenetur ita acceptare primo beneficium vacans, si illud in vim mandati ei cõferatur, exstinguitur mandatum. *c. si non, & ca. non potest, de præbend.* Verum si illa collatio non teneat, aut si non possit effectum sortiri, ea non obstante poterit aliud acceptare. *vide Rebu. in praxi, in rubr. de mand. Apost. num. 2.*

14 ¶ Quod † duo mandatarii concurrant, qui diuersa impetrarunt mandata, tempus datæ inspiciendum, *c. eam te, & ca. constitutus, de rescript. cap. si eo tempore, eod. tit. in 6.* & potior tempore, potior erit iure, *c. qui prior, de reg. iur. in 6.* etiamsi in secundo esset clausula decreti irritantis, & in primo, non quia præsentatio afficit præbendam primo, vnde secundus eam non potest obtinere, *c. si capitulo, de conces. præbend. in 6.* etiamsi secundus primus præsentauerit, nam ideo primo mandatario non præfertur, *ea. cum qui, de præb. in 6. c. tibi qui, de rescript. in 6.* nisi secundum ius commune, in secundo rescripto poneretur clausula anteferri. *glo. in d. c. si soli. & text. in c. pen. de conces. præb. in 6.* Vult enim ius secundum primo tunc anteferri qui acceptauerit, si tamen collatio adhuc ei facta non fuerit, *c. tibi qui, de rescript. in 6.* tolliq; hæc clausula ius ad rem, non ius in re. *c. quondam, de præben. in 6. de hac reg. anteferri Staphileus, in form. mand. de prouidendo. Plene Felin. in ca. capitulum, colum. 7. num. 6. cum seq. de rescript. Quib. & quot modis ius ad rem de benef. quæratur, vide apud Gome. in reg. de non tollen. iure quæst. alteri, 1. q.* Quod in Gallia non obtineat, quia constitutio regia declarat Papam præueniri per solam requisitionẽ mandatarii, & nominatorum. *§. declarantes, de mand. Apost. in concord. Rebuff. in for. declarat. nouæ prouis. in clausula, aut si aliqui super prouisionibus, &c. In praxi beneficiorum, & in reg. de non tollen. iur. quæst. alt. gloss. 4. in forma mand. Apostol. in verb. datum, in concorda.* præfertur nihilominus secundus, si primus mandatarius esset negligens, *capitulo, tibi qui, de rescrip. in 6. ca. si clericus, de præben. in 6. Felinus in capit. capitulum, de rescript.* vel incapax beneficii fuerit post mandati insinuationem factus: puta, quia non sit capax curati beneficii, *c. si eo tẽpore, eod. in 6.* si fit mortuus: vel si duxit vxorem *c. cum inter, de renuntiat. Rota, decis. 123. notat quod vbi, in antiq.*

15 ¶ Et † quando olim formulæ erant variæ & speciales mãdatorum ante conuentionem Gallicanam, mandati fines erant diligenter inspiciendi: neque enim mandatum de beneficio vacanti comprehendit vacaturum. *Felin. in cap. constitutus, pen. colu. de rescript.* Neque exspectatiua vel gratia sub caussa, caussa cessante vim habet. *cap. postulasti, de rescrip. & cap. si pauper, de præben. in 6.* vel conditione apposita, adhuc veniente vel deficiente, *Panorm. in c. 1. in finali col. de re iudicata facit l. cedere diem, de ver. sig. c. si par. de rescript.* vel renuntiante impetrante mandato, quia renũtiare potest expresse, *Panorm. in 2. notab. c. ad audientiam. 2. de rescript. text. in c. veniens, & c. sane de renuntiat.* vel tacite id agendo, quod contrarium est suæ professioni, vt si ducat vxorem, vt dixi: nam & tunc quæ habebat beneficia amittit, *cap. 1. de clericis coniugatis.* & videtur habere pro derelicto. *argu. capi. ex transmissa, de renuntiat. cap. cum renuntiatione, 32. q. 1.* Item si fiat miles, & enormib. criminibus se misceat, quibus amittit clericatus priuilegium. *vide Pacum de mandat. Apostoli. part 8. num. 17. Innocent. Butrigal. Panormitan. in capitul. 1. de aposta. ita iudicari tradit Benedictus in capitul. Raynutius in verbo, & vxorem nomine, n. 441.* Item si alio modo amittat hoc ipsum, vt in cap. 1. de vita & honest. cleric. in 6. & clemen. 1. eod. titu. Vel si ante assequatur beneficium, quod est cum eo quod exspectat incompatibile. *capi. gratia, de rescript. apud Clemen.* Item si mandatum exspirauerit, puta morte mandantis re integra, *capitul. si cui in fin. de præb. in 6. notat in capitul. si super gratia, de offic. deleg. in 6. §. Reste, apud Iustinian. manda. l. mandatum, C. eod.* nam si vi mandati processum fit ad aliquem actum tendentem ad effectum mandati, non exspirat. *Alexand. & alii, in l. eius, vers. dicebat, si cert. peta.* Staphileus dicit ante prouisionem rem esse integram, & morte ante interuenie te exspirare mandatum, *Ioannes Staphileus tract. de liter. grat. tit. quib. mod. exspir. lit. ad benef.* nisi exsecutor, cui præsentatum est mandatum, vel bulla exspectatiua, processerit ad fulminationẽ processus. Nam tunc non dicitur res integra, inquit, post Dominic. *in cap. si cui, de præbend. in c. 6.* & Lapum, nec reuocatur talis gratia per obitum concedentis, nisi per successorem expresse reuocetur. *Prob. in c. pen. & fin. eo.* Vt solet fieri per summos Pontifices, die sequente coronationem. *Pacus, de mand. Apostol. part. 8. num. 4. reg. 18. cancell. Innoc. 8.* Item si per mandatum gratia quoq; sit facta, quia contulit sum. Pontif. mandatario canonicam & præbendam, si vacat, vel quæ primo vacauerit, nulli alii de iure debitam, morte mandantis ante affectionem præbendæ non exspirat. *ca. si super gratia, de offi. delegat. in 6. vide glos. ad §. item voluit, de collatio. in pragm. sanct. in ver. mandatum, & in ver. dirigendum.* Et si gratia facta sit in mandato, etiam morte mandantis nõ exspirat, vt docet pluribus Matth. Pacus, *in tit. de mand. Apostol. in 8. part. num. 1. & 2.*

De Modis legitimis dandi beneficia ecclesiastica.

Cap. 13.

1 *Beneficia canonice dari debent.*
2 *Beneficium prius vacare debet, quam detur. & 12.*
Beneficium viuentis quando & quomodo odiosum sit dare, eodem.
3 *Regula de verisimili notitia quæ, & quare sit recepta in Gallia, & consideratio per sequentes numeros.*
4 *Regula de verisimili notitia locum habet in ordinariis.*
5 *Verisimilis notitia mortis beneficiati, & quomodo metienda.*
6 *Cursores quidam expeditissimi, & Indacus cursor præstantissimus, eod.*
7 *Philippides cursor eximius.*
Heraclitus Perineus cursor, eod.
8 *Bancaria beneficiorum diem & horam, quibus cursores præficiuntur, impetraturi beneficia scribunt.*
9 *Cursorum publicorum institutio à quo capit.*
10 *Beneficiatum mortuum celare non licet, & quid de eo statuatur.*
11 *Beneficium viuentis impetrans per obitum, eo mortuo non potest impetrare.*
13 *Beneficia pure conferri debent, & quid pure, & sine simonia.*
14 *Collatio beneficii quando, & quomodo palam fieri debet.*
15 *Regula cancell. Roman. de publicandis resignationibus.*
Renuntiationes beneficiorum intra quod tempus publicanda, eodem.
16 *Renuntiationes quomodo publicandæ.*
17 *Beneficia duobus modis in summa acquiruntur, electione, collatione.*
Electio in quibus beneficiis locum habet, eod.
18 *Electio quid.*
19 *Postulatio in beneficiis quid.*
20 *Postulare qui possunt.*
21 *Postulatio admissa vim electionis habet.*
22 *Postulari qui possint.*
23 *Postulatio à quibus fit.*
24 *Nominatio ad beneficia quid.*
Nominatio quando tribuit ius nominato, eod.
25 *Nominatio academiarum ad beneficia quid est.*
26 *Variatio quæ, & quando permissa in postulatione, & electione, & nominatione.*
Postulationis & nominationis consensus & diuersitas, eod.
27 *Electionis valide adipiscendi beneficium probatus modus quatuor.*
28 *Electionis triplex forma.*
Electio per inspirationem spiritus Sancti, eod.
29 *Electio per scrutinium quomodo fiat.*
30 *Electionis formula per viam compromissi quæ.*
31 *Electionum formula in quibus seruanda sit beneficiis.*
32 *Electioni faciendæ qui, & num omnes vocandi.*
33 *Electio quo loco facienda est.*
34 *Eligendi alia formula per breuia, sortes.*
35 *In electione quæ consideranda.*
36 *Electio sacerdotum et huiusmodi à populo fiebat.*
37 *Principibus laicis cur ius aliquando inuestitura episcoporum.*
38 *Nominatio ad prælaturas Audium regulus, & Alamannus nominatione regis.*
39 *Nominationis regis ius ad electionem remissum.*
40 *Eligere qui non possunt ad beneficia.*
41 *Eligi quæ personæ nequeunt.*
42 *Electionis peragendæ modus.*
Sepeliri debet mortuus antequam alius in eius locum eligatur, eod.
Electionis vocem quibus committere, & quomodo absens possit, eodem.
43 *Electorum iramentum ante electionem.*
44 *Scrutatores electionis quomodo eligant.*
45 *Electionis publicatio bu fieri debet, & quomodo.*

Digitized by Google

& Episcopo intronisatio quomodo fiat.

Electio quando ab electoribus iterari potest.

1 COmprehenditur † vno capite & regula quæstio, qualiter & quomodo beneficia cõcedantur: nempe, vt canonice dentur *c. 1. de reg. iur. in 6.* id est, secundum præscripta legum Pontificalium. Non enim omnes modi possessionis, seu melius detentionis beneficii, legitimi sunt: & ideo quædam in genere, quædam alia in specie in proba beneficiorum datione obseruari operæpretium est.

2 ¶ Primum † beneficium vacare debet, antequam certum detur, potissimum si per obitum alicuius *c. 2. & fin. de concessio. prabend. & ex tenore, eod. c. detestanda. c. auaritiæ, eod. in 6.* ad euitandas ambitiones, & habendi impias cupiditates, votumque improbatum mortis captandas, si de viuentis bonis fieret donatio. Vt in iure, etiam ciuili exosæ sunt etiam istæ donationes bonorum viuentium, & pacta de futura successione, *l. fin. de pact. C. l. ex eo, C. de inut. stip. l. stipulat. hoc modo concepta, de verb. obl. in P. cum simil.* ne suo loco Deo fauente traderur *in successio. ab intio.* Et qui scienter passi sunt, se in viuorum sacerdotum locum poni, ab ecclesiastica communione pelluntur, *c. 1. de concess. prabend.* & deponuntur, *can. in primis, 2. q. 1. & can. eum qui. & can. non furem, 7. q. 1.* nisi viui iusta aliqua ratione depositi sint legitime. *can. eos, 7. q. 1. can. post quam, 70. distinct.* vel impetrentur per incapacitatem, vel alio modo, quam per obitum. Huc tamen non pertinent nominationes, academiarum, reseruationes gratiæ, mandata, de quibus paulo ante dictum est, quæ dant aliquod ius ad beneficia vacatura: nam illa non sunt proprie de beneficio personæ viuentis, cum non respiciant certum possessorem, & multa sint genera vacandi alia quam per obitum, per quæ possunt effectum prouisiones illæ sortiri. Nos autem de beneficio post mortem alicuius certi, & ex morte illius obtinendo, agimus nunc.

3 ¶ Et † exstat regula cancellariæ 28. quæ dicitur de verisimili notitia, ad euitandas fraudes in beneficiis, & vt ambitiosis via præcludatur, & conscientiæ puritas adsit. *istæ rationes ponuntur in proœ. reg. huius, dum publicata fuit à Ioan. 23. sum. Pontif. Gomes. in illam reg. in præfat.* Qua cautum, vt impetrationes beneficiorum cuiuscunque generis, non possint impetrari à summo etiam Pontifice, ex obitu quarumcunque personarum: nisi post obitum, & ante gratiam seu impetrationem, tantum temporis effluxerit, quod interim vocationes ipsæ, de locis in quibus personæ prædictæ decesserint, ad eiusdem Pontificis notitiam verisimiliter potuerint peruenire. Quæ regula recepta est in Gallia pro lege, aduersus quam nec Papa in regno dispensat: & ita iudicatum, *Pap. in Rhapsod. arest. lib. 3. tit. 4. aresto. 2. & 3.* vno casu demto, nempe si qui mortuus est, ante resignauerit seu eiurauerit beneficium in fauorem eius, qui misit Romam, & obtinuerit beneficium in vim resignationis cum clausula, vel alias quouis modo vacet, etiam per obitum eiusdem resignantis, & cum derogatione regulæ de verisimili notitia. Nam tunc mortuo renuntiante ante impetrationem etiam breui tempore, & ante tempus quo fieri nequit, vt verisimiliter tunc peruenerit notitia ad summum Põtificem mortis, tempore impetrationis, valet impetratio illa per obitum, etsi per regulam 18. cancellariæ de infirmis resignantibus & morientibus intra viginti dies, renuntiationem inuenet. Et ita iudicatum sæpe, eo quod hic impetrans per resignationem & obitum iustum habeat principiũ, nempe resignationem, quod tollit suspicionem captãdæ mortis: facta tamen nũmeratione dierum à tempore, quo quis ad curiam summi Pontif. arripuit iter, vsque ad tempus prouisionis vel admissæ renuntiationis. Vt illud tempus sit legitimũ, etsi à die illa itineris cœpti non sit verisimilis notitia obitus tẽpore prouisionis: si modo appareat tempore exhibitæ procurationis, vel die præcedente mortuum esse renuntiantem, *ita iudicatum refert Papus, lib. 3. tit. 4. Rhapsod. aresto arest. 2. & 4. Rebuffus in §. declarantes, ad verb. iure præuentio. de collat. in concord. Et nota, quia contrarium alias iudicatum in Rota. Et hanc quæst. late examinat Gomesius, in reg. de verisimili. notit. q. 3.* dolo & fraude, & aliis impedimentis cessantibus.

4 ¶ Habetque † locum hæc regula de verisimili notitia in ordinariis, vt non possint per obitum conferre, priusquam verisimiliter potuerint cognoscere eum mortuum, ob cuius mortem conferunt: eædem enim rationes in ordinario locum habent, quæ in summo Pontifice. Et ita iudicatum Tholosæ in Senatu, & Parisius. *Pap. d. lib. 3. tit. 4. art. 6. hoc etiam tenet & disputat & soluit contrariam sententiam in reg. de verisim. notitia obitus, q. 1. Decius consi. 398. incip. in causa domini, col. fin. Ioan. Francis. de Sancto Nazario de Ripa, consi. 1. posito in tit. de legib. & longa consuet. Ante omnes glossator antiquus pragm sanct. tit. de collatio. in ver. faciendas.* Idemque obtinere in legato summi Pontificis tradit gloss. antiqua in prædictam regulam 28. Quia conuenit saluti animæ hæc regula, & iuri communi, ne capiatur mors alterius: ideo extendenda, & doli, qui in fraudem istius legis fiunt, circumcidendi sunt. Quales hi, qui fiunt in curia Romana, vt cum aliquando veniente cursore, is obtinet quidem signaturam, sed & postea singulis diebus impetrat alias: vt post obitum verisimili notitia mortis habita, impetrasse videatur. Quod tamen si detegatur, infirmandum, vt in fraudem factum erit.

¶ Porro † verisimilitudo illa metienda est spatio itineris, à loco vbi mortuus est, vsque ad locum vbi collatio facta est, nũ verisimiliter nuntius mortis eo tempore potuerit peruenire à die vero obitus. Quare hic iudices locorum interstitia perpendere debent, si possit ita celeriter nuntius peruenire communi natura, vel ratione expeditioris cursoris. Sunt enim aliqui cursores, qui expeditius aliis itinera peruolant, diligentiaque maiori perficiunt.

6 Vt † memorat Suidas, *in Indaco.* Indacum quendam fuisse sub Leone Cæsare Martiani successore, læua manu robustiorem, sed valentissimis pedibus & celeritate præstantem, velociorem Euchide, Assopo, Chrysomanso, & Echione, & aliis, qui celeritate pedum celebrabantur. *Is enim, inquit, in eundo conspiciebatur, & rursum euanescebat fulguris ipstæ per præcipitia, non currenti magis quam volanti similis, quam enim viam, homo mutatis equis perficere non poterat, eam hunc pedibus suis perficere asserebant.*

7 ¶ Narrat † & idem Suidas, *in Hippia*, Philippidem curiorẽ nocte vna mille quingenta perfeciisse. Et *idem in verb. Σώστρατος*, Heraclitum Perinthium ob celeritatem in admiratione fuisse: vnde & proucrbium de vsura: Σώστρατος ὁ τόκος ἀφικόμενος μετὰ τοῦτον, id est, *celerius currit vsura Heraclito Perintio.* Inuenit Theodosius Imperator, teste Cassiodoro, *Officio. lib. 14. sacræ histor.* quendam virum, animo habituque corporis fortissimum, qui tanta velocitate vectos agebat, vt tribus diebus peruenerit ad terminos Romanorum & Persarum, & rursus totidem remearet Constantinopolim.

8 ¶ Vult † constitutio Henrici II. regis, *de la reformation des prouisions des benefices, anno 1550. mense Iunii, artic. 9.* vt mensarii, quos banquarios vocant, teneantur scribere in registo diem & horam, quibus cursores beneficiorum ad Romanam curiam, vel legatos impetraturi beneficia proficiscuntur. Itaque si cursor probetur in individuo diligentia, certe verisimili notitiæ non erit locus, sed veritati: vt puta, si doceatur tempore mortis in eõ loco cursorem fuisse, vbi mortuus, & tempore mortis, & eundẽ cursorem ad locum, vbi impetratio facta est, peruenisse. Ideo verisimilitudo accipitur hic, non de celeriore expeditione probata: vt si aliquando aliquis eo peruenerit intra breuissimum tempus, non etiam de segniore, sed quod ferè, vt plerumq; solet maritimo vel terrestri cursu diligenti, per cursores *hoc explicat Gomes. in d. reg. de verisim. noti. q. 5.* publicos dispositos, vel priuatos, permutationes frequentes equorum. ¶ Quorum † institutum, & antiquum, & vtile est, quodque & tribuit Cyro Xenophon, *lib. 8. Cyripæd.* Herodotus, Xerxi, *in Vrania.* Sueton. Augusto, *in Augusto.*

9

10 ¶ Demitur † tamen ex verisimili notitia, tempus quo dolo malo post mortem beneficiati, cadauer vel corpus eius celatũ est, nã si quis ita celauerit, vt interim posset Romam mittere ad impetrandum beneficium mortui per obitum, & præuenire ea arte ordinarium, non recipitur impetratio, nisi à tempore, quo cognitus fuit obitus, & ita iudicatum. *Pap. lib. 3. Rhapsod. arest. tit. 4. artic. 4. & tit. 10. Arest. 1.* Ne quis ex suo dolo luctum consequatur. *c. sedis Apostolicæ, & c. ex tenore, de rescript.* Quod & arbitror verum, siue is qui obtinuit, ita reticuerit in fraudem, siue ex fraude illa, alius obtinuerit: aliter non. *arg. l. si quis aliquem, de test. prohi.*

11 ¶ Accedit † ad superiora alia regula cancell. 20. *hanc fuse explicat Gomes. in reg. de impetrantib. beneficia viuent. Felin in cap. in nostra, in 37. correlatione de rescript. De Selua in tracta. benefic. 3. part. q. 12.* per quam statutum, vt si quis supplicauerit sibi de beneficio quocunque, tanquam per obitum alicuius, licet tunc viuentis, vacante prouideri, & postea per obitum eius vacet, prouisio dicto supplicanti per obitum huiusmodi de nouo facienda, nullius sit roboris vel momenti.

12 ¶ Ergo † si beneficium impetretur, vel cõferatur per mortem alterius, oportet constitisse de morte eius: in aliis etiam cõferendis oportet vacent, antequam conferantur. Cum viuentes alioquin suo iure non sint sine causa, vel facto suo priuandi. *reg. 6. cancellaria, de non tollen. iure quæs. alteri 28.* Et rescripta principum, vel aliorum censentur concessa sine præiudicio alterius. *l. 2. §. si quis à principe, ne quid in loco public. in P. l. nec anus; C. de emancip. c. quamuis, & c. si propter, de rescript. in 6. etiamsi motu proprio concedantur, glo. in clem. si Romanus, de præbend. facit l. 2. & l. rescripta, de pr. c. Imper. offer. C.* etsi preces veritate nitantur. *l. fin. de diuers. rescript. lib. 1. C. tit. 26. c. 2. de rescript. ap. Gregor.*

13 ¶ Deinceps † beneficia dari pure, palam, libere, & sine diminutione, *tot. tit. ul. de eccl. benefic. sine quaque dimin. confe. c. de monachis, c. auaritiæ, de præb. c. grauis, c. prohibemus, de censib.* pure id est, sine pacto & conditione, *c. fin. de pact. c. cum pridem, eod. can. quem pio, 1. q. 2. can. per laicos, 16. quæst. 7.* ne simonia locum habeat. quam puniri valde diximus in criminibus, dum de sacrilegio egimus.

14 ¶ Si † palam non fiat, suspecta est collatio in illis, in quibus de fraude dubitari potest, *c. vni. §. porro, vt eccles. benef. l. non existimo, de adminis. tut. can. clericus, 81. dist.* in aliis nequaquam: dummodo testibus præsentibus fiat, & secretario, vel duobus præ-

sentibus

Digitized by Google

sentibus tabellionibus,vt cautũ fuit Senatusconsulto Parisiensi anno 1527.7.Iunij. *Rebuff in rubr.de collat.in concord.in 4.editio.*

25 ¶ Quare † & lata est regula cancellariæ 34. de publicandis resignationibus ad vnguẽ in Gallia obseruata,*idẽ in Prax. benef. part.3.rubric.de reg.de public.resign.vbi rationes adfert, pluraque Senatusconsulta secundum eas collecta ap. Papum,lib.3.tit.1.* qua cauetur,vt renuntiatio beneficij facta in curia Romana, publicetur in loco beneficij intra sex menses: si extra curiam,intra vnum mensem,à tẽpore bullæ expeditæ,non à tẽpore cõsensus procuratoris resignãtis ad expeditionẽ illarũ cõputandos, & intra id tempus is,cui renuntiatum est, adipiscatur possessionem, alioquin suppressio illa collationis seu renuntiationis præsumitur frauduleta. Et si post sex mẽses, vel vnũ, & ante publicationẽ resignãs moriatur in possessione,beneficiũ dicatur vacare per eius obitum, nec ex renuntiatione ius competat. Obseruãdum tamen hanc regulam locum habere,si post vnum vel sex mẽses resignans moretetur, & post mortem vellet in vim renũtiationis resignatarius vti titulo. Nam si post vnum aut sex mẽses viuat resignãs, nihil interest quo tempore publicet eiurationem, etiamsi post triennium vel amplius publicata fuerit,dummodo viuente resignante publicetur,vt sæpe iudicatum fuit. *Pap.lib.3. arest.tit.1.arest.2.& 6.Roman cons.337.incip.Quoad primum, col.2.*

26 ¶ Sic † electiones clandestinæ reprobantur. *c.quia propter,§. fi.de elect.* Forma publicandi resignationes & prouisiones seu collationes beneficiorum in constitutione Henrici II.13. Iulij, ann.1550.titul.*de la reformation des prouisions des benefices, notaires Apostoliques,*&c.art.13.& 14.Vt si de beneficiis collegialium ecclesiarum agatur, fides fiat adeptionis possessionis per secretarium seu scribam capituli: vel in refutum capituli, per notariũ cum duobus testibus. In aliis autem, vt fiat publicatio in suggestu ecclesiæ beneficij, in mercatibus & conuentibus publicis illius loci, aut per insinuationem factam quæstoribus sacris ecclesiæ,operariis parochianis: vel etiam insinuatis titulis collatoribus,ordinariis:& patronis.

27 ¶ In † summa formulæ acquirendorum beneficiorum duæ sunt,ad quas aliæ referri possunt:nempe electio & collatio,quę institutio aliquãdo dicitur.*c.cum in illis,de præb.in c. c. auctoritate,de instit.* Electio locum habet in prælaturis collegiatarũ ecclesiarũ,fitque ab ipso collegio seu capitulo. *c. 1.c. ne pro defectu, de elect.c.cum pro ecclesia,de cons.possess.§ 1 de elect.in pragma.sanct.*

28 ¶ Vnde † secundum Gofredum,electio est,alicuius personę idoneæ ad dignitatem vel societatem, sodalitiumve sactum canonice,& seruata forma,facta vocatio. *accedit limita.in c.vni.in ver.vera,de postul.præla.in 6.& probat c.cum in cunctis, c.cum ecclesia Vulterana,c.quia propter,de elect.c.cum olim, de arbit.* Electio complectitur postulationem & nominationem,& sine his factã vocationem,quæ electio dicitur:& magis late & improprie collationem,quandoque & præsentationem. *Feder. de Senis, consil. 70.incip. Factum est tale,col.fin.Richus tractat.de iur.patron.colum.6. facit.c.cum ecclesia Vulterana,de elect.* Postulatio ad beneficia est præparatiua electionis.*collige ex c.1.de postul.præl.in 6. ex c.innotuit,c.30.de elect.apud Greg.* Atque prout in re beneficiaria accipitur,omissis aliis postulationis acceptionibus.

29 ¶ Postulatio † est concors capituli, vel aliorum petitio, superiori facta de promouendo aliquem in prælaturam,qui propterea liquod impedimentum vel defectum, quo tamen postulatus omnino non est inhabilis,iure cõmuni eligi non poterat.

20 ¶ Postulant † qui eligere possunt,omnes,vel maior eorũ pars & sanior,*c. 3.de postu.præla.c.innotuit,§.fin.de elect.arg.can.1.2.3.65.distinct.*qui postulatione semel superiori præsentata,non possunt resilire ab ea,sed superioris exspectant respõsum. *c.bone memoriæ,in 2.de postul.præl.* ¶ Habetque † admissa postulatio vim electionis,vt alia opus non sit, postulatione admissa ab eo, qui ius confirmandi habet. *Host. in sum.in d.ti.de postul. præl.in §. quo sit effectus,per d.ca.innotuit.§.fi.de elect.c.bone,in 2 §.fin.de postul.præl. & 10.23.dist.* Sola tamen postulatio ius non tribuit postulato: quia potest improbari seu reiici per superiorem, si illi videatur:& si approbet,id ex gratia pendet,& fit, *c.3. & pen.de postul. prælat.* Nisi forsan is postulatus valde sit idoneus, & superior superiorẽ habeat,ad quẽ recurri poterit, vt eius postulationẽ cogat eũ admittere.*gl.in c.3.in verb.quã gratiam,eo. per c.nullus,de*

22 *iure patro.* ¶ Postulantur † autẽ,vt finitio notat,quibus oportet suppleri vt possint eligi, quendam defectum eius quod desideratur in electo,vt ætatis,*c.cum nobis olim,§.pen.& fi.de elect. c. dudum,in 1.§.si.eo.tit.c.à multis.de ætat.& qualit.*natalium, *c.innotuit, de elect.*quod sit alterius diœcesis eos clericus, *c. priuatus, 71.dist.* nõ autẽ si emẽdatio vitij vel incapacitatis omnino postuletur.

23 *c.1.& 2.de postu.præla.c.scriptum est,de elect.* ¶ Ideo † sit hæc regula firma,postulationẽ ei superiori fieri tantũ,qui possit supplere,& ita dispensare,& gratiam facere,aliter inutilis est. Veluti clericus à suo prælato ab altera diœcesi peti debet, *can. literas, 63.dist.can.electionis, 86.dist.c.fraternitatem,71.dist.*sic in similibus. Neque ante admissam postulationem, postulatus vt electus seu institutus recipiendus est:alioquin electores, qui id commiserunt,priuantur potestate eligendi.*c.bone memoriæ,c.23.de elect.*

24 ¶ Nominatio, † est duorum,trium,vel plurium,vt idoneorũ electionis causa delectus,*can.1.85.dist.Archid. in c. nulla,de elect. in 6.& c.quanto,col.2.63.dist.* vt & expressio,Nominatio,certitudinem personarũ, vel per nomen & cognomẽ,vel alio modo, vt intelligãtur,sine dubio demonstrat.*l.1. & seq.de libe.& posthu. in P.l.certum,si certet.* Dico,duorum vel plurium: quia & vnus interdũ potest nominari,sed illius nominatio est potius electio ex qua acquiritur ius aliquod nominato.*c.cum olim,de re iudi.gl. in c. quanto,63.dist.& in c.contra,26.q.7.* Sic hodie rex ex conuẽtionibus Gallicis,debet nominare Papæ vnum grauẽ magistrũ, seu licentiatum in Theologia,aut iurium Doctorẽ,aut in altero iurium Licẽtiatũ,& legitimæ ætatis,ad prælaturas & alia beneficia maiora electiua,*§ 5.de reg.ad præla.nomina.* iuxta formam c.qui propter,de electio.Huiusmodi nominatio est,ea electio, quę fit tractatu & deliberatione antehabita in creãdo rectore,& decurionib.*vt.in §.præterea vt iudi.sine quoq.suffra.in auth.l. nominationes,C.de decu.li.10.tit.de perit.nominat.eo lib.* quæ tribuit ius licet aliquãdo nõ sit perfectũ, si cõfirmatio petẽda vel appellatio fit interposita:vt ex causa,potest aduersum nominationem intercedi.*vt in vni.si prop.inimic.fac.sit erga.lib. 10. Col. vni de potio.ad nume.nominat.eod. lib. C.* ¶ Nominant † academię ad be- 25
neficia vt idoneos,plures graduatos,quibus debentur ea beneficia,quę certis & definitis mensibus vacant,*§. volumus,& §. præterea,& §.monemus.de coll.in concor.* vt etiam ante diximus. Ideo horum nominatorum nominatio dicitur ius quoddã, nominato legitime qualificato,beneficia certo tẽpore ei præstituto vacantia,petendi & acceptandi,cõpetẽs. vt definit & explicat Rebuff.*in tract.nominat.q.4.& seq.& probatur per d.§.præterea,§.præ-* 26
fatis, ordinarij,de collat. ¶ Postulatio † affinis videtur nominationi:quia vt plerumque ante præsentatã vtramq;in vtraq, admittitur variatio,postea nequaquam.*c.bone.in 2.de postu.præla.Calde. consil.5.incip.An neminatus.rubr.de elect.Barth.in l. ab enti, de donat.in P.* Sicut nec electione publicata,eãdem non licet mutare electoribus, *c.publicato,de elect.* Tamẽ in postulatione pro defectu aliquo & vnius fit delectus, & præsentatio in nominatione plurium vel duorũ,inter quos & primo nominatus cẽsetur dignior,*c.quorundam, de elect. in 6.* quibus nec postulatio conuenire potest.*c.1.de postul.præla.in 6.ca.innotuit,de elect.ap. Greg.*

¶ Electio † ex modis legitimis præcipuus est, quo beneficia 27
conferuntur: nemo enim sibi sumere debet honorem, nisi vocatus à Deo,tanquam Aaron.*c.qualiter,de elect.* Fitque ex pluribus: nam vbi vnus tantum, vix electio saltem propriè dici potest. *Panorm.in c.cum ecclesia Vulterrana,nota.2.de elect. c.1. eod.can. congregatio,16.q.1.*

¶ Vocatio † porro hæc legitima,in triplici forma est. *ca.quia* 28
propter,42.distinct.c.quia propter,de elect. Antiquior est per Spiritus sancti inspirationem,quæ imitatur Dei,Domini nostri Iesu Christi electionem discipulorum & Apostolorum. *Matth.10. Luc.6.Marc.5.& 6.* Et eam, quam Apostoli vndecim de duodecimo in locum Iudæ Iscariotidis fecerunt. *Act.1.* Hæc videtur ea esse, in qua omnes eligentes communiter in electione sine vitio celebrata,in vnum consentiunt, *ca.quia propter, §. nisi, de concess. præb.*nempe tractatu prius habito. Quemadmodum vnanimes Christiani elegerunt septem diaconos, tempore Apostolorum, *Act. 6.* & ipsi ecclesiæ maiores Paulum, & Barnabam, Silam & Iudam. *Actuum 15.*

¶ Secunda † electionis forma per viam scrutinij, *d. c. quia* 29
propter, in qua moris est omnibus eligentibus in vnum conuocatis,ab iis tres deligi ex collegio, qui exquirant seu scrutentur vota,singulorum separatim,& secreto, eaque per se vel tabellionem scribant & postea publicent,publicata conferant, & numerent vota. Quibus peractis,vnus de capitulo omnium nomine seu capituli,per verba numeri singularis eligit eum, *c. sicut,c.21.de electi.in 6.* in quem maior & sanior pars capituli cõsensit, *c. dudum, & c. ecclesia vestra, de electio.* non quem minor pars elegit, quamuis maior pars postea subsequentem consensum ratificauerit.*c.auditis,29.eod.arg.ca.quanto,& ca plebs,63.dist. ea.licet,q.1.c.in Genesi,c.quia propter,de elect.* Nã ratificatio cõsensus in electione tantum recipitur in his, quæ præcedunt & sequuntur electionem,*clement.in causis,de elect. c.cum dilecti, §. verum,de testi.c.bone,in 2.§ fin.de postul. præl.* non quæ ipsam respiciunt:in singulari enim consensu diuisio videtur inesse.

¶ Tertia † eligendi forma compromissi, quando per com- 30
promissum aliquibus iure idoneis clericis,*c.cum contingat.de arbitra.* conceditur eligendi potestas, *dict. c.quia propter, de elect.* vel determinate, veluti ea lege, vt compromissarij eligant secundum vota singulorum, quæ scrutari tenebuntur, *cap. cum dilecti, eod. cap. cum expedisset, eod. in 6.* aut alio modo: vel absolute compromisso in eos facto. Qui per vnum quoque electionem declarant *cap.sicut, in 1. de electio. in 6. c. cum ab vno, de re iudic. in 6.* eius, qui vicit numero votorum,*cap.si cui,ca.23.de electio.in 6.* Nec reuocari potest hæc potestas compromissis data re non integra. *ca. in causis, ca. 30.de elect.apud Gregor.* Sicut & perfecta à compromissariis electione, compromittentes tenentur admittere electum ab illis,nisi contra formam compromissi appareat electum. *ca. cum dilectus,c.32.eod.*

¶ Istarum † trium electionum formula vna necessario adhi- 31
benda est in prælatis,& episcopis eligẽdis; in minoribus autem

Digitized by Google

beneficiis electiuis, istæ solemnitates ad vnguem sequendæ non sunt, sed sufficit maiorem partem & saniorem eorum qui eligere debent, consensisse in electum, *glos. in d. ca. si cui, de elect. in 6. in verb. concilium.*

32 ¶ Omnibus † scilicet electoribus conuocatis: nam facta electio non vocatis omnibus, etiamsi vnus tantum omittatur, irrita est. *c. bonæ memoriæ, in 2. c. 36. ca. quod sicut, c. venerabilem, de elect. apud Grego. c. olim, de arbitr. cap. obeuntibus, 63. distinct.* Qua non obstante poterit fieri secunda electio, *c. constitutus, de appell.* Et ita vocandi illi, qui commode vocari possunt, *c. in Genesi, c. bonæ memoriæ, de electio. c. cum in ecclesiis, c. 33. de præben. in 6.* vt qui sunt in prouincia, *d. can. quia propter, viæ dan. factus est, 7. quæst. 1.* nisi periculum sit in mora, si prouincia latius pateat, quam exspectari vocãdos patiatur eligendi necessitas, *c. cum inter vniuersas, de elect.* vt quia tempus ad eligendum posset elabi. *vt in cap. ne pro defectu, de elect. & latius supr.* Adhibendaque erit & consuetudinis in eligendo antiqua obseruatio, num vocentur absentes. *glo.*

33 *in c. eorum dilecto, c. 35. in verb. in prouincia de electio.* ¶ Sicuti † & quãdo de loco, vbi fieri solita est electio, quæritur, *ca. cum terra, de electio. c. in causis, cap. audita, cap. in Genesi, eod. tit.* Quamuis hone-

34 stius est, fieri in ecclesia. *cap. quia fronte, de appellatio.* ¶ Exaurt † antiquis etiam consuetudines aliæ circa electiones, vt fierẽt vel scriptis breuibus, vt apud Occitanos, *Boer. q. 1. num. 6. & 19.* vel sorte, vt electus sorte D. Mathias prohibita deinceps in ecclesiastis electionib. *c. fin. de sortile. & ibi Doct. lib. 5. Decretal. tit. 21 cum non statim, & can. non exemplo, 26. quæst. 2.* Exemplaque inspiratione diuina perfecta, in consequentiam trahi non debent, vt deinceps temerariæ & casuali cõmittantur improbitati, etsi in litibus dirimendis, & vbi æqua iura cõcurrunt, pacis caussa permittantur aliquando sortes. *l. si cum ambo famil. erciscund. in pr. l. si qui. sons, C. commu. de legat.*

35 ¶ Breuiter † per anacephalæosin, in electionibus consideramus beneficia vacantia, personas, & actum eligendi. Beneficia debent esse electiua, non alterius generis: rursum, maiora electionum aliquam formulam c. quia propter, de electio. exigũt, alia non tantam. In Gallia electiones ad prælaturas sublatæ sũt, & postulationes, & ius eorum ad nominationem regiam translatum est, *§. 1. de reg. ad prælat. nominat.* in aliis aliquando receptæ. In personis consideramus eligentes, & eligendo, vt sint idoneæ. Quibus porro non inhibetur electio expresse, permissa est. Prohibetur itaque laicis, etiam regibus & principibus in beneficiis. *can. si quis deinceps, 16. quæst. 7. ca. Messana, ac e. actio. ca. laici, ca. nullus, cã. Adrianus, ca. Valentinianus, 63. distinct.* Aliquando tamen propter schismata & ambitionem ecclesiasticarum personarum, & ob populi temeritatem, & duram cerui cem, & odium in ecclesiasticas personas, potissimum nascente ecclesia, cleri & populi adhibitus est consensus & testimonium, vt omnibus episcopi & cleri probarẽtur, *ca. plebs, & ca. seq. ca. si. 63. dist. in nomine, 23. distinct.* vt alibi superiori libro diximus in episcopo.

36 ¶ Sic † apud Ethnicos pontifex maximus, & rex sacrificulus, & flamines à populo creati seu electi: pontifex quidem, tributis comitiis: rex, centuriatis: flamines curiatis: tum cum reliqui sacerdotes à collegiis cooptarentur. Quos omnes postea Cneus Domitius ad comitia populi tributa transtulit ãno ab vrbe 651. Mario & Oreste Coss. Cuius legem post à Sylla sublatam, & iterum à Tito Labieno tribun. pleb. Cicerone consule relatam, iterum M. Antonius consul post Cęsaris dictatoris necẽ abrogauit. Qua in sequenti anno, vna cum ceteris Antonianis legibus, Senatusconsulto sublata, res iterum ad populi comitia redit. *vide Manut. in suo lib. de leg. & Carol. Sigon. libr. de antiqu. iure ciuium Romanor. cap. 9. Post decessum Iulij Cæsaris,* inquit Dio Cass. *libr. 44. histor. veritus Lapidum M. Antonius, ne in actiones suas inquireret. Pontifex maximus constituit: quod vt facilius efficeret, electionem summi Pontificis iterum à populo ad Pontifices transtulit.* Auctor Dionysius Halycarnasseus, *libr. 2.* ex lege Romuli cautum, vt à curiis singulis sacerdotes eligerentur. Et hoc ipsum inter Christianos aliquando populo, aliquo modo concessum diximus: Verum paulo post rerum experientia docuit, quantum corruptionis, & vanitatis, & temeritatis esset in populo: & ideo nec eius voces esse admittendas placuit. *c. 2. de elect. ca. si ergo, 8. q. 1. cap. decernimus, 16. quæst. 7. l. decurionum. C. de pœn.* neque eius requiri consensum, nisi forsan post electionem, vt probet, admittatur.

37 ¶ Principibus † aliquid iuris ex priuilegio & propter beneficia in ecclesiam Apostolicam concessa, indultum est, potissimum Gallicis, vt Archiepiscopi electi & episcopi, suarum prouinciarum ab illis inuestituram acciperent. *ca. Adrianus, & seq. 63. dist. cuius hinc est etiam, 16. quæst. 1.* Vtque occurreretur hæreticis, & tumultibus, neve præponerentur illis inscij, qui regno insidiari possent. Hoc ipsum priuilegium & ad Hispaniarum regem prorogatum. *can. cum longe, 63. distinct.* Verum electio illis partim ademta, partim ab illis sponte eiurata, *c. ego Ludouic. eod. distinct.* & canonicis, capitulo, & religiosis ecclesiarum concessa, *can. sacerdotum, eod.* legibus illis imposita, & formulis ex variis capitulis, de quibus ante dictum est, & nuperrime ex concilio Basilien si titulo de election. Quibus tamen derogatum in Gallia cõcilio Lateranensi, concordatis Summi Pontificis & regis in prælaturis, in *§. 1.* de regia ad prælat. nominat. non in aliis electiuis. *Rebuff. in §. monasterius, in ver. capitulis, ac reg. ad præl. nomina. in concor.*

¶ Et † hodie etiam reguli Andium, & Alenconius hac nomi- 38
nationis prærogatiua vtuntur in suis ditionibus, regis permissu, sed ita, vt huius nomine ac postulatione diploma Pontificum postuletur. *Chopin. de doman. lib. 2. tit. 10.*

¶ Cesserat † & hoc ius nominationis rex Galliarum in con- 39
stitutionibus comitiorũ Aurelię habitorum artic. 1. episcopis & archiepiscopis, quibus permissa electio, nẽpe vt vacãte episcopatu nominarentur per Archiepiscopum prouinciæ, capitulum, per 12. nobiles electos ab vniuersis diœceseos nobilibus, & per duodecim ciues delectos à reliquis ciuitatis episcopalis ciuib. vel archiepiscopalis, si de archiepiscopatu ageretur: & per alios eius archiepiscopatus episcopos, in vnum coactos, nẽpe tres viri idonei & sufficientes regi, qui ex illis vnum nominarent summo Pontifici. Verum illa constitutio malo maximo regni contemnitur, & sine electionis huius formula rex, vt antea, nominat, sum. Pontifici prælatos. ¶ Sed † hæc nominatio alterius iu- 40
ris est, quã electionis, in qua id firmũ, laicos non posse eligere, nec hæreticos, *can. si. 9. q. 1.* suspensos, *c. cum dilectus, §. quia vero, de consuet. c. cum bonæ, ac ata. & qual.* quibus interdictum ne eligant absque superioris auctoritate. *c. si. ac elect.* Qui semel indignum scienter elegerunt, nõ repetunt etiã electionem. *c. cum in cunctis, c. innotuit, ac elect.* Nec eligunt negligẽtes, post tẽpus eligendi elapsum. *c. ne pro defectu eo.* Item nec excommunicati maiori excommunicatione, *c. constitutus, de appell.* aliter si tantum minori, *cap. si. de cleric. excommun.* item inter dicti, *ca. cum inter, ac electio.* vel qui scienter sine priuilegio in loco interdicto celebrarunt, *can. qui, de sent. ex com. in 6.* Pupilli *c. ex eo, de elect. in 6.* in ecclesiis cathedralib. qui non sunt subdiaconi, non habent vocem in capitulo, vel in electione, *c. vt hi qui, de ætat. & qual. in clemen.* nec in ecclesiis regularibus, qui regulam expresse vel tacite professi non sunt, *c. ex eo, ac elect. in 6.* nec conuersi, *Fredericus. const. 107. per cap. & si Christus, ibi vos & coniurat, quod esset frustrator, & c. de iureiurando.* non procuratores nomine absentis iuste impediti, si habeat votum scriptum, aliter contra. *c. si quis de elect. in 6.*

¶ Personæ † autẽ quæ non possunt eligi generaliter illę sunt, 41
quæ beneficia illa, ad quæ eliguntur, possidere nequeũt. Sic nõ eligitur illegitimus, *c. cum in cunctis, de electione, capit. innotuit, ea.* excommunicatus maiori vel minori excommunicatione, *ca. ne constitutis, in 1. ad aures. capit. fin. de cleric. excom.* laicus, *capit. quisquis, de elect. nisi ex caussa, canon. statuimus, §. 1. 61. distinct.* suspensus interdictus, *c. 1. ac post præb. capit. cum dilectus, de consuetu. capit. cum inter. ac elect.* alias ex vitio reprobatus, *capit. gratum, de post. prælat. capitul. super eo, de elect.* neophytus seu non professus, si de regulari ecclesia agatur. *capitul. cum caussam, capitul. cum in magistrum, cap. ad nostram. de election. capit. nullus, eod. in 6. clemen. cum ratione, eod. canon. miserum, 61. distinct.* In episcopum tamen eligi potest nouitius. *d. c. nullus, ac elect. in 6.* Neophytus tamen in fide, qui nuper fidem amplexus est Christianam, *can. sicut, 48. distinct.* in episcopum eligi vel ordinari non debet, ne in superbiam erigatur. *cano. 1. ad 4 stinct. 2. ad Timoth. 3.* Ne is qui morbo contagioso laborat incurabili, *c. cum inter canonicos, de elect. c. una, de cleric. ægrot.* plura habens cum electiuo incompatibilia beneficia, *c. dudum, in 2. §. insuper, & §. pen. & fin. de elect.* qui non est de eadem societate & collegio, seu, vt cuncti de gremio ecclesiæ vacantis, si in ea sint idonei, *c. ne pro defectu, in fin. & contrar sent. de elect.* Hoc tamen de honestate, non de necessitate: nam & de alio idoneo electio facta valet. *Hostien. in summa, in §. quis eligitur, de election. c. cum inter, eod.* Non eligitur rursum illiteratus in episcopum, *can. episcopum non oportet, 61. distinct. c. cum in cunctis, de elect. c. nisi cum pridem, §. ne pro defectu, de renuntiat.* non concub. natus. *can. fin. 33. distinct. can. maritum, & ibi glos. 34. distinct.* & ex concilio Basilien si, qui actualiter, vt dicunt, id est, ipsa in sacris ordinibus non est cõstitutus.

¶ Modus † eligendi, & actio ex formulis constat: sed expli- 42
co breuius, primum debet vacare ecclesia, & vidua esse pastore, *c. cupientes, de elect. c. vt circa, c. quæ sint. eod. in 6 can. non furem, 7. q. 1. cano. Nonatianus. eod.* & pastor qui decessit sepeliri, ante enim electio facta non valet. *c. bonæ, in 2. & ibi glo. ac elect.* Dehinc intra tres menses ad electionem perueniendum. *cap. ne pro defectu, & cum in cunctis, eod. cano. posteaquam, 50. distinct. can. obeuntibus, 63. distinctione.* Debent in ea adesse qui ex capitulo vel collegio, & alii qui adesse solent, *ca. in Genesi, ca. in ecclesiis 2. ca. Cumana, ca. congregato, c. bonæ, in 2 de elect. c. cum ecclesia, de caus. possess. c. constitutus, de appel.* & si quem alium capitulũ velit vocare, qui de iure interesse non potest, *c. scriptum, de elect.* vna oportet electuros cõuenire. *d. c. in Genesi, c. quanquam, eod.* Ideo qui in loco vel ciuitate, vbi electio facienda est, degunt, vocantur vel citantur ad sonitum campanæ, *c. in causis, eod.* vel more solito, quo congregatur capitulum. Absentes canonici vocantur, vt in actu alio capitulari. *auth. hoc ius porrectum, & ibi Bart. & Doct. de sacrosanct. eccles. C.* Quidam secundum tempus & loci intercapedinẽ in prouincia exsistentes, vocantur ad diem certam, & exspectantur: si mora iuri electionis non præiudicet, & si commode vocari possint, *c. cum in ecclesiis, de præben. in 6. c. cum inter, & c. ne pro defe-*

Digitized by Google

ctu, de elect. c. ficut, §. si autem, eod. idque per literas, vel per nuntium fit, glos. in c. coram, & c. Cumana, de elect. monitione facta vt ad electionem veniant die & loco certis. Si non veniant absentes iusto impedimento prohibiti, vel sine iusto, consentientibus aliis canonicis possint per literas absentes voces suas cõmittere, c. scriptum, cum glos. & c. quia propter, de elect. c. si quis iusto, eod. in 6. si modo committat vni de capitulo, d. c. quia propter, & ibi glos. & Doct. nam extraneo non possunt inuitis canonicis præsentibus. c. constitutus, de appellation. Dico autem posse voces absentes per literas committere, nõ per literas dare vel exprimere. c. si quis iusto, in fin. & ibi interpret. de elect. in 6. Conuenientes itaque hoc modo legitimi electores, & eorum procuratores in ecclesia, ibi Spiritum sanctum inuocent, ca. cum terra, de elect. & concilium Basilienſe ideo audire debere eosdem primum missam de Spiritu sancto tradit. §. 1. eod. in pragmat. sanct. Quem humiliter inuocare debent, vt dignum pastorem possint eligere. in extrauag. Ioan. 22. d. c. quia propter, §. nisi, de elect. Et proinde requirit esse eosdem contritos & confessos, & sacrosanctum Domini nostri Iesu Christi corpus præsumsisse. Ingressi conclaue, debent tractatum habere de modo futuro electionis. an per viam compromissi, an scrutinij, an Spiritus sancti sit facienda.

43 ¶ Et tex concilij Basilienſis forma iurabunt in manibus eius, qui capitulo præsidebit ipseque præsidẽs in manibus eius, qui proxime eum sequitur: quod promittant Deo & sancto sub cuius nomine dedicata est ecclesia, se electuros, quem credẽt futurum ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus vtiliorem, nec promissione vel datione alicuius rei temporalis, vel prece, aut aliter qualitercunque directè vel indirecte facturos.

44 ¶ Dehinc † procedendum ad scrutinij vel compromissi formulas, vel via Spiritus sancti, vt superius dictum est. In via scrutinij tres scrutatores de capitulo, ca. c. quia propter. plures vel pauciores, dum tamen vnus solus non sit constituendi sunt, & de eo conscribi debet instrumentum publicum. hæc Bertachinus, tract. de episc. 1. part. 3. libr. 1. num. 12. & 3. Subinde scrutatores secedant ad angulum ecclesiæ, vel loci, ca. quanto, de elect. ca. quæ fronte, de appellat. eo separatim compellant singulos vocem habentes, incipientes ab eo, qui primam habet electionem. ca. audiuit, de elect. Ibique quemlibet moneant, vt semot o odio, timore, amore, pretio, prece, iuxta ca. accusatorus, 4. quæst. 5. & c. qualiter, 11. q. 3 in eum consentiant, qui magis ecclesiæ vtilis, & idoneus videbitur, adiurantes, vt id faciat per Deum viuum, & sanctissimam Trinitatem, patrem, filium, & Spiritum sanctum, sub animæ suæ periculo. Respondetque tunc quilibet examinatus, credo talem esse meliorem, & eum nomino & eligo in pastorem. Et hæc omnia in formam publicam redigãtur. Postea scrutatores inter se conferre debent de meritis eligendi quæ visa sunt canonicis collatione facta numeri ad numerum, zeli ad zelum, eligere debent eum, in quem maior pars capituli cõsensisse videbitur. iuxta c. quia propter, de elect. & ca. in Genesi, eod. Atque canonici singuli se debent subscribere instrumento electionis scrutatorum. Qui postea publicant electionem, vel nomine suo iubent publicari capitulo.

45 ¶ Publicatio † porro electionis bis fieri debet in capitulo coram canonicis, ca. in causis, ca. cum inter, ca. quia propter eorum. & iterum pulsata campana ibidem per vnum ex scrutatoribus publicatur coram clero & populo ad pulsum campanæ conuocato. d. c. in causis, & d. c. cum inter, & can. licet 8. q. 1.

46 ¶ Hac † peracta decantari debet hymnus, *Te Deum laudamus*. Decantato hymno, episcopus, si præsens est, ad altare portatur ecclesiæ cathedralis, & ibi in cathedra episcopali constituitur.

47 ¶ Nisi † electus consentire recusset electioni, vel post consensum renuntiet iuri suo, *Renuntiare potest electioni, priusquam ad superiores referat. vt examen, ca. cum inter canonicos, de electio. ca. inter corporalia, de translat. episco. ca. 2. de restitut. in integrum.* aut forte diem claudat extremum aut propter occultum eius vitium antea irritetur electio: quibus casibus, electores, qui iam functi erant officio suo infra iuris terminum eligendo, habebũt à dissensu, renuntiatione, morte, vel irritatione, ac si vacatio noua esset, tempus integrum ad aliam electionem celebrãdam, ca. si electio, c. 26. de elect. in 6.

Imperatoris electionem Papa confirmat, eod.

7. 8. *Confirmatio exigitur electo ante administrationem, aliàs priuatur iure quæsito, & exceptione.*

8 *Abbatissæ electæ ante confirmationem possunt administrare.*

9 *Confirmatio non validat inualidam electionem.*

De Confirmatione electionis.

Cap. 13.

1 *Confirmatio sequitur electionem.*
Confirmatio dat administrandi ius, eod.

2 *Confirmatio à quo fiat, & §.*
Capitulum sede vacante. quando electos confirmet.

3 *In Confirmatione facienda qui vocandi sunt.*

4 *Confirmatio quid.*

5 *Legatus summi Pontificis, etiam cõfirmat in prouincia sibi directa.*

6 *Pontificis summi electio non habet confirmationem.*

COnfirmatio sequitur † electionem, c. postquam, de elect. tri- 1
buitque ius administrandi, c. transmissam, ca. nihil est, eod. ca. cum Ianuensium. de præben. ius enim competit electo ex electione. c. si de electi. in 6. nota gl. in ca. quanto, 63. dist. quam sequitur Panorm. in c. 2. c. quod autem, & c. nobis, de iure patron. Ita electio prælatum facit, sicut & Imperatorem. can. legimus, 93. dist.

¶ † Confirmationem concedit superior, vt episcopus, & alij 2
superiores gradatim, ca. nosti, de elect. & capitulum sede vacante episcopali, c. cum olim, de maior. & obed. quia confirmare est iurisdictionis episcopalis, quam exercet capitulum sede vacante. ca. 1. ne sede vac. in 6. Imo si electio alicuius dignitatis pertineret ad capitulum, & confirmatio ad episcopum, vacante sede capitulum eliget & confirmabit. glos. & Doct. in c. penult. de supp. negl. prælato. Keb. in § si quis vero, in ver. dispositiones, de coll. in concord. quia duplici iure fungitur. l. si consul. de adopt. P. Verum hic obseruandum, capitulum sede vacante, electos confirmare posse in ecclesiis inferioribus, vt abbates: sed electum episcopum nõ exemtum non confirmat, sed archiepiscopus, d. c. cum olim. de maior. & obed. can. illud, 64. dist. c. cum dilectus, de elect. etiamsi is non fuerit consecratus, can. quoniam, 100. dist. c. nosti, c. transmissam, de elect. Archiepiscopum, Primas seu Patriarcha & Papa, c. quia igitur, & ibi glos. 63. dist. cap. 1. de translat. episc. In exemtis Papa adeundus, vel eius in ea prouincia legatus, c. si abbatem, de elect. in 6. si modo exemti immediate subsint Papæ, contra si mediatè, vt sunt prouinciales, ministri ordinis minorum, qui quamuis sint exemti, tamen habent generalem ordinis superiorem, à quo debent confirmari. *vide Angel. Clauas. in ver. confirmatio, 1. num. 4.*

¶ † In confirmatione facienda, ante eiendi, seu vocandi ij 3
qui intercedunt seu se opponunt electioni, nominati quidem, si nominatim intercedant, vel si electi ab aliqua tãtum parte sint: quod si omnium concors sit electio, generaliter vocari debent ij, qui possunt vel velint aliquid electioni obiicere, vt stato die & loco, quibus confirmatio facienda erit, veniant dicturi causas improbationis, electionis, & impediendæ confirmationis. in c. fin. de elect. in 6. c. bonæ memoriæ, in 1. eod. ap. Grego. c. 1. §. facta. eod. in prag. sanc.

¶ † Electio dat principium, confirmatio perfectionem, in- 4
gressus officij possessionem. Bal. in rubri. de elect. coll. si. Sic confirmatio secundum Cardinalem, in clem. 1. §. nos itaque, 20. motu. de rescrip. est iuris quæsiti per electionem corroboratiua declaratio.

¶ † Quare ab eo fit generaliter confirmatio electionis, qui 5
immediate eligentibus præest, vt & Papa confirmat electos ad dignitates, quæ immediate subsunt Romano pontifici, siue episcopatus, siue abbatiæ vel aliæ sint. ca. nihil, de elect. c. cupientes, eod. tit. in 6. vbi forma confirmationis huius. Tradunt quoque & iure concursus summum pontificem posse cõfirmare electiones ecclesiarum aliarum, quæ sibi immediate non sunt subditæ, Rebuff. in §. monasterium, in ver. si minister peti, de reg. ad præla. nominatio. in concor. per can. ad Romanam. 2. q. 6. can. cunctis. per mundum, & c. per principalem, 9. q. 3. & eius legatum in prouincia sibi decreta, Ioan. Andr. in d. c. nihil. per c. si abbatem, de elect. in 6. quia & is in ea prouincia concurrit cum ordinario. ca. 1. de offi. legat. in 6.

¶ † Summi pontificis electionem nullus confirmat: quia su- 6
perior ei nullus est, cap. 1. 23. dist. is tamen Imperatorem confirmat. cap. venerabilem. de elect.

§ † Ceterum confirmatio necessaria est, nam ante eam ad- 7
ministrans cadit à iure suo, ca. auaritiæ, eod. in 6. ei per electionem in dignitate acquisito, siue tanquam prælatus per se aut per procuratorem, aut tanquam œconomus regimen vsurpet in spiritualibus.

§ † Excepti s electionibus abbatissarum, in quibus abbatissa 8
à maiori parte monialium electa, pendente confirmatione propter controuersiam, num recte electa vel male sit, potest administrare in temporalibus & spiritualibus: dummodo interim de rebus monasterij nihil alienet, & non recipiat aliquam monialem. ca. indemnitatibus, 43. §. si vero, de elect. in 6. Similiter si confirmatio esset à summo pontifice petenda, & longissimis interstitiis distaret episcopatus à curia, potest licita esse administratio, citra alienationem tamen. c. nihil, de elect. si electus non sit in mora petendæ confirmationis, quo casu haberet locum pœna iuris. c. auaritiæ, eod. in 6. Mora autem fieri videtur, si post præstitum consensum, cessante legitimo impedimento, confirmatio non petatur intra tres menses ab electoribus, vel ab ipso electo, vel ab alio pro eo. c. quam sit. eod. in 6. Si autem confirmatio petenda est à summo pontifice in cathedralibus & regularibus ecclesiis, seruanda est formula c. cupientes, de elect. in 6.

¶ † Quærit autem nõ inutiliter Bertachinus, in 4. par. secunda 9
par. prin. li. 3. de episc. n. 12. nũ inualida electio per confirmationẽ

Digitized by Google

valida fiat? Distinguit & soluit, inualidâ ratione personę electi non validari confirmatione, *per l. si constat, de appell.* contra, si inualida ratione eligentium. *per l. ex consensu, §. 1. eod. tit.* At si nulla sit electio ratione formæ, & eligens eius qualitatis sit, qui posset illud munus concedere, validatur, si confirmatio fit ex certa scientia, alias minime: at si eligens non posset illud concedere, non val datur per confirmationé, *Innoc. in cap. nihil, de elect. Bart. in d. l. si constat.* Verum quandocunque inualida sit electio, si ea non confirmetur in iudicio contradictorio, *Bal. in addit. ad Spec. de appell. ver. per definitiuam.* firma est: non idem tamen perpetuo, si summarie & de plano. *Innoc. in d. c. nihil, Ioan. Andr. in c. fi. de elect. in 6.*

De Consecratione, & Benedictione. Cap. 14.

1 *Consecratio prælati sequitur confirmationem, non contra.*
Consecratio quid, eod.
2 *Episcopi consecrati, debent.*
Abbates benedicuntur, non consecrantur, eod.
3 *Episcopus ante consecrationem quæ possit.*
Abbas ante benedictionem quæ possit, eod.
4 *Abbatiæ non omnes egent benedictione.*
5 *Abbatis beneficia ante possessa incompatibilia, eius confirmatione vacant.*
Episcopi possunt sua beneficia possidere vsque ad consecrationem, vel consecrationis tempus, eod.
6 *Consecratio prælatorum non differtur vltra tres menses.*
7 *Episcopus à quibus consecratur.*
8 *Archiepiscopus à quo consecratur.*
9 *Papa, Patriarchæ, Primates à quibus consecrentur.*
Imperatorem quis coronet, eod.
10 *Consecrandi episcopi modus, & tempus.*

1 COnfirmatio consecrationem † prælati debet præcedere, nõ sequi in iis quibus cõsecratio accedit: aliter nõ valeret. *cap. prouida, de elect. in 6. glos. & Docto. in cap. cum olim, de dolo.* Quia consecratio est, periodus electionis, dedicatio electi facta Deo: id enim generaliter nomen consecrare significat, Deo dicare, & sacrare.

2 ¶ † In episcopis necessaria est consecratio, in abbatibus benedictio. *ca. 1. de supplem. negli. prælat. lib. 1. tit. 10. clem. 2. §. statuimus, de statu monac. in Cle.* Verum diuerso modo: nam episcopus non dicitur, nisi consecratus sit. *ca. licet, de trasla. episc. c. tua, de his quæ fiunt à prælato sine consens. cap. Panor. in ca. eam te, de rescrip.* Et proinde potest repelli per exceptionem ne fiat episcopus, vsque ad
3 consecrationem. *ca. super his, de accus. c. nosti, de elect.* ¶ † Licet ante consecrationem electus possit concedere indulgentias, conferre beneficia, & ea quę non sunt ordinis, sed iurisdictionis. *Panor. in ca. suffraganeus, in fin. de elect. ap. Greg.* At abbas electus, & confirmatus in abbatem, abbas ante benedictioné dicitur, & in negligentiam, vel contumaciam superioris, qui nolit eum benedicere, ipse suos monachos benedicere potest, non benedictus, aliaque eius prælaturę munia obire. *c. 1. de suppl. negl. prælat. cap. meminimus, de accusatio.* Quorum differentiæ ratio, quod per cõsecrationem episcopi conferatur ordo. *not. in proœ. Sex.* vnde dicitur ordinatio, *c. quoniam quidam, 75. dist.* non autem per benedictionem abbatis. *vide Oldra. cons. 14. & glo. aut. in §. censuit tamen, in ver. benedictionis, de elect. in prag. sanct.*

4 ¶ † Sunt & abbatiæ, quæ non egent benedictione: vt & quędam abbatissę non sunt solitæ benedici, ratione consuetudinis præscriptę. *vide cle. 2. in §. statuimus, iuncta gl. in ver. solite, & ver.*
5 *benedici, de stat. monach.* ¶ † Et proinde beneficia electi, & cõfirmati in abbatem, post adeptam pacificam, vacant ante benedictionem. *per c. de multa, de preb. & ibi Inno. not. in d. clem. 2.* Episcopus autem potest sua beneficia retinere vsque ad consecrationem, vel lapsum temporis de consecrandis inclusiue. *cap. cum*
6 *in cunctis, de cle. glo. in ca. si gratiose, de rescrip. in 6.* ¶ † Consecratio episcoporum & aliorum superiorum, vltra tres menses differri non potest: nisi ex caussa rationali, *can. quoniam quidam, 75. dist. c. 1. 71. dist. in. c. quoniam, 100. dist. in.* impedimentum istum interueniat, veluti hostilitatis, *can. fraternitatem, 71. dist.* discordię circa electionem, vel confirmationem, & similium. *ca. de Syracusana, 28.*
7 *dist.* ¶ † Consecratur episcopus non exemtus ab archiepiscopo cum duobus episcopis prouincialibus, aut per tres comprouinciales episcopos vocatos seu requisitos ab archiepiscopo per literas, eosque consentientes, *c. nec episc. de temp. ordi.* exemtus autem consecratur ab episcopo, vel eius mandato. ¶ † Archiepi-
8 scopus ab omnibus suis suffraganeis cum consensu primatis, ad ecclesiam matricem vocatis, *c. fin. 51. dist. c. 1. 66. dist. c. si archiepiscopus, de temp. ordi. c. placet. 65. dist.* Hodie autem Papa præscripsit sibi ius consecrandi omnes metropolitanos. *glo. in c. si. 1. dist. per ca.*
pudenda, 24. q. 1. vide Bertachi. de episc. 8. par. lib. 3. ¶ † Patriarcha,
9 Primas, & Cardinales à Papa vel eius mandato, *d. c. pudenda, cum ibi notat. 24. q. 1.* Papa ab episcopo Hostiensi, *c. in nomine Domini.*
23. qui & coronat Imperatorem. *c. antiquæ de privileg.* Quod si non adhibeantur prędicti episcopi & archiepiscopi in consecrationibus, possunt contemti petere suspendi ordinatum ab executione officii, velut in electionem petunt irritam fieri, *c. quod sicut, de electi. can. non debet, 65. dist.* aliaque grauior pœna imponitur. *Ang. de Claua. in summ. in ver. 1. consecratio. num. 2.* Cũ cõsecrantur episcopi, inunguntur sacro chrismate in capite, & manibus, nec omitti potest vnctio hæc. *c. 1. in prin. de sacr. vnct. in 1. decret. tit. 15.* Tempus quo consecratio fieri debet, est dum sacra liturgia peragitur inter epistolam & Euangelium. *c. quod sicut, §. super eo. de elect.* Dum autem Papa consecratur, antequam hymnus decanteur angelicus die dominica, *ca. fin. 51. dist. can. quod die, 75. dist.* horæ tertiarum, *glo. in d. c. fin. 51. dist. can. tempus, & c. ordinationes, & ibi gl. adfert rationes, 45. dist.* in ciuitate præcipua diœceseos, *cap. fi. 52. dist.* in ecclesia. *d. cap. quod sicut, §. super, &c.*

De Collatione beneficiorum in genere, & in specie: dehinc de Collatione libera, & eius formis. Cap. 15.

1 *Collatio beneficiorum sine collatione.*
2 *Collatio quid.*
3 *Collationis diuisio.*
4 *Collatio quæ libera, & à quo fiat.*
5 *Collatio libera sine literis fit.*
6 *Collationis modi.*
7 *Literarum exspectatiuarum ad beneficia decem species.*
8 *Mandatorum ad beneficia formulæ.*
9 *Literæ ad beneficia diuersorum finium, & nominum.*
10 *Collationum species à formis prouidendi.*
11 *Signatura in beneficiis quid est.*
12 *Signaturæ forma.*
13 *Breue summi pontif. quid, & quomodo differat à signatura.*
14 *Annulus piscatoris in breuibus summi pontificis vnde.*
15 *Breui quæ expediuntur.*
16 *Signaturæ gratiæ triplex forma, per fiat, per concessum, per placet, & de singulis.*
17 *Signatura per fiat ceteris pariosus, præfertur signaturæ concessum.*
18 *Signatura ad effectum gratiæ bullas exigit.*
Bullarum expediendarum necessitas, eod.
Signaturæ sumtum de registro fidem non facit, eod.
19 *Signatura sola beneficii ad eet ius adipiscendæ possessionis beneficii, nisi bullis expeditis, & 20.*
20 *Beneficii possessio accipitur cum simplici signatura verificata in Gallia, & quomodo.*
21 *Bulla quid, & vnde transcribatur.*
22 *Prouisio noua summi pontif. quid.*
23 *Literarum nouæ prouisionis, & perinde valere differentia, & 25.*
Perinde valere rescriptum quid, eod.
24 *Prouisiones nouæ & confirmationes quibus casibus concedi soleãt in Curia Romana.*
26 *Concordia beneficiorum à solo Papa confirmari possunt.*
27 *Confirmatio in forma speciali summo pontif. tribuit suo nomen.*
28 *Prouisio seu rescriptum, si neutri, & si nulli.*
Si neutri, & si nulli rescrip. eod.
Si alteri rescriptum, eod.
29 *Subrogationis rescriptum.*
30 *Subrogati in ius litigatoris per prouisionem quomodo procedant in Gallia.*
31 Main leuee aux benefices *mortuo collitigante quid.*
32 *Subrogatus in locum beneficiarii præmortui non est damnandus ad restitutionem fructuum indebite à predecessore perceptorum.*
33 *Subrogatus tantum à die subrogationis ad expensas damnandus quando, & ad prædecessores.*
34 *Subrogatio intra annum & diem in curia peti debet.*
35 *Commenda quid.*
36 *In commendam quondo dare dicuntur beneficia.*
37 *Commenda ad tempus, & ad vitam.*
Capitulum in commendam dat beneficia, sede vacante ad tempus. eod.
38 *Commendæ duo fines, vtilitas ecclesiæ, & commendatarij.*
Commenda quæ reuocabilis, eod.
39 *In commendam quæ beneficia solita dari sint.*

PEr collationem iure † pontificio beneficiis aliis, quã prælaturis prouidetur, vel ab vno, vel à pluribus, sine collegio tamen. *nota in c. auctoritate, de instit.* Et hodie etiam prælaturę in Gallia, ab electionum potestate exemtæ collatiuæ sunt: nam ad nominationem regis conferuntur à summo pontif. *§. 1. de elect. & reg. ad præla. nomi.* Collationis † nomen late patet & ad alia quã sacerdotia pertinet, vt notat plene Rebuff. *in rubri. de colla. in concor.* verum hic, pro instituto sermone, *cap. intelligentiam, de ver-*

Digitized by Google

de verbo.sign. pro donatione beneficij vacantis accipitur. Potissimum quãdo libera est: nam ea ad liberalitatem pertinet, & donatio dicitur. *c.fin.de offic.vica.in 6. c.proposuit.ca.quia diuersitatem. ca cum nostris.ca.penul.ac concess.præben.* Hæc collatio aut motu proprio concedentis fit, aut ad petitionem impetrantis. *ca.si motu.& c.si tibi.de prebend.in 6.*

3 ¶ † Et rursum collatio, aut libera est, aut non libera. *tract. in*
4 *ea.relatum.de prebend.* ¶ † Libera est, cùm is qui potestatẽ habet conferendi, sponte & liberè confert. *d.ea.relatum.iuncta gloss.* & potest alterum alteri, idoneum tamen, præferre. *§. statuimus, de collatione, in concord.* Fitque interdum, vt diximus, à laicis, capitu. abbatibus, episcopis, patriarchis, & summo pontifice. *vide Rebuf.*
5 *part.1. Prax beneficiorum, titu. de collatio.* ¶ † Libera cum literis, & sine his, verbo perficitur. *cap. institutionis, 25. q.2. nota. in ea.cum te, de rescript.* nec ritus, seu solemnia in hac requiruntur, nõ vocatio occupantium beneficia. *ea.licet episcopus, 28. de prebend. in 6. c.cum in illu. §.cum autem.eod.* Vt cõstet tamen de collatione exigi tradit Rota, *decis.248. in nouis.* vt præsentibus saltem duobus fiat testibus. Cetera de substantia collationis sunt, de quib. paulo ante, vt ab idoneis & idoneis fiat, canonicè, purè, in perpetuũ, palam, &c. *de quib. antea dictum, & vide compilata à Rebuff. in*
6 *prima par. Prax. benef. sub rub. requisita ad collationem bonã.* ¶ † Cõferunt ordinarij beneficia iure proprio, ex priuilegio, iure deuoluto. iisdẽ & modis summ. pontif. & vacatura, & vacantia. Et fere tot conferendi sunt diuersæ formulæ. Ad futura beneficia dãtur prouisiones, per literas gratiæ, exspectatiuas, & mandata.
7 Exspectatiuarũ † decẽ species. *quas tractat ex professo Staphileus, in tracta. de liter. gratiæ.* Prima, quãdo creatur canonicus in vna ecclesia tantum, cum reseruatione ecclesiæ conferendæ. *c. si postquam. de prebend.2.* quando creatur canonicus in duabus ecclesiis, *Staphi. vbi sup. in 2. for.* quæ cõtra dispositionem est iuris cõmunis, *ca. sanctorum, 70. distinct.* Vt 3. si creetur in tribus, aut pluribus. *Staphil. in 3. for. 4.* quando creatur canonicus in vna ecclesia, & in alia datur, vt dicunt, ad largam. *Idem in 4. for. ex Io. Andr. & Dom. in cap. si in cui, de prebend. in 6.* 5. Vt canonicus creatus plura possit consequi præstimonia vsque ad summam in literis expressam. *Idem in for. 5.* frequentata forma in Hispania. 6. Quãdo in duabus collationibus datur ad largam. *Idem for. 7. 7.* pro prælato. *Idem for. 7. 8.* pro regulari. *Idem for. 8. 9.* pro pauperibus clericis *Id. for. 9. per cap. si pauper, de prebend. in 6.* 10. pro pauper-
8 tibus graduatis. *Idem for. 10.* ¶ † Totidem sunt formæ mandatorum de quibus aliqua diximus in mandatis antea, reliqua videri possunt apud eundẽ Staphileũ. *Idem. in formis mandati.* quæ
9 pertinent ad vacatura, vt & nominationes. ¶ † Sed illæ collationes non sunt, sed media ad collationẽ assequendã: vt & aliæ postulationes, *tot. titul. de postul. prælat.* literæ electionis, *cap. quia propter, de elect.* translationis, *cap. inter corporalia, cap. quanto, cap. fi. de transl. episc.* annexionis, vnionis, & incorporationis, *de quibus & for. horum glo. & inter. in c.1. ne sede vac. in cap. sicut venire, de excess. prælat. clem. si vna, de reb. eccles. non alienand.* administrationis, quando datur coadiutor suspecto de dilapidatione bonorũ ecclesiæ, *ca. venerabili, de officio delegati.* leproso, *c. tua, de cleric. ægro.* & aliis id genus per viam œconomatus. *canon. illum, 12. quæstio. 2.*
10 *cap. cum vos, de officio ordin.* ¶ † Plures species prouisionum vacantium beneficiorum sunt, ratione formæ prouidendi, vt sim-
11 plex collatio & deuolutũ, & signatura gratiæ, & bullæ. ¶ † Signatura, est scriptura in papyro à summ. pontif. vel eius delegato conscripta, partis, vel impetrantis beneficium, supplicationem Papæque concessionem breuiter continens. *explicat hãc fin. Rebuff. in 5. part. Prax. beneficiar. tit. de signatura. & in sequent. tit. eius formam affert, & probat.*
12 ¶ † Signatura seu applicatio papyro, bulla mẽbrana scribitur. Et signatur in medio supplicatio post petitionẽ supplicantis, & post signaturam scribuntur ea, quæ summus pontifex vult con-
13 cedere. ¶ † Hæc sigillo non ornatur, quapropter differt & à breui apostolico, quod est diploma, *hæc explicat R buff. in 3. parte Praxis benef. tit. de Breuis apost. vbi quæ per illud concedi soleant, explicantur & à Ioan. Staphileo, in tracta. litera gratiæ, in fin. de rescript. apost. in forma breuis.* seu rescriptum à Papa, seu pœnitentiario magno concessum, scriptura videlicet exigua, in paruis concessa negotiis, in papyro vt frequenter, cera rubea, annulo-
14 que piscatoris sigillata, ac signo secretarij subscripta. ¶ † Annulus piscatoris refert formã sigillãdi quam D. Petrus etiã per breue signatũ hoc annulo si sequatur bullæ expeditionem, illi derogare possit, *c.1. de constitu. in 6. c. ceterum, de resc.* non tamẽ solet huic breui, sicut in signatura summ. põtifex subscribere. sed eius secretarius, mentione facta annuli piscatoris. Et ita breue nõ est omnino vel simpliciter supplicatio, sed aliquid mixtum, *gl. antiq. in reg. cancel. 29. Gomes. in reg. de non indic. iuxta for. suppli-*
15 *ca. q 2. in fin.* ¶ † Neque breue ad beneficiorũ collationes pertinet, sed ad ea quæ iustitiæ sunt: & dũ dãtur recuperatores, vel dispensationes. *vide d Staphil. & Rebuff vbi sup.* Vidi tamen summũ pontificẽ cõtulisse inquisitoris hæreticæ prauitatis officium, in forma breuis, & sub annulo piscatoris. Quia & hoc munus ad iustitiæ exercendæ causam pertinet, vt potius cõmissio & officium, quàm beneficium sit. Signatura ad beneficia, & alia
16 cõceditur obtinenda. ¶ † Porro signatura gratiæ triplici modo facta inuenitur: per fiat, & per concessum est, & per placet. Formulæ verbi, fiat, sunt, aut simpliciter per fiat, aut per fiat vt petitur, vel fiat motu proprio. Formę concessum sunt, cõcessum vt petitur, vel cõcessum in forma, in præsentia D.N. Papæ N. Cardina. vel cõcessum L. Cardi. Forma placet, in cõmissionibus institiã cõmittentes, frequẽs est. Quando Papa signat supplicationes, fit signatura per formulas fiat: quãdo autẽ eas nõ signat, sed aliis distractus negotiis cõmittit carũ signaturam alicui Cardinali, vel prælato, vt videãt cõmissiones cũ referẽdariis, illi tñ nõ vtũtur hodie in gratiosis, verbis *fiat*, sed *cõcessum, Gomes. in d. reg. de nõ indic. iuxta form. supplic. qu. 16.* vel, *placet domino N. Papæ cõmitto, &c. gl. in reg. cãcel. 25.* Quãdo Papa nouã gratiã facit, signat per *fiat vt petitur*: & quãdo est reformatio, per *fiat* addita tantũ prima litera sui proprij nominis, *vt fiat A.* Cum tame in bullis ponat nomẽ, suique põtificatus annũ, summ. põtifex per verbũ *fiat*, statim perficit gratiã, etiã sine expeditione bullarũ. *can. institutionis, & ibi gl. 25. q.2. text. cum gl. in clem. dudum. §. nos enim, de sepult. Gomes. vbi sup.* ¶ † Atque si cõcurrãt impetrãs per signatu- 17
rã, *fiat*, & alter *per cõcessum*, nec cõstet de prioritate horæ, ambobus eadem die impetrantibus, præfertur qui obtinuit per *fiat*, ex regul. cancellariæ 31. propter auctoritatẽ signãtis. *vt in c. si à se. de prebend. in 6.* ¶ † Verumtamen quod pertinet ad effectum, 18
gratiæ non censentur in signatura perfectæ, vt de illis secundũ illas iudicari possit, nisi bullis expeditis, ex regula cancellar. 25. & 29. id est, nisi reductis signaturis in mundum. *vide glo. antiq. in d. reg. 25. Bald. in c.1.2. col. per quos fiat inuest. collatio. 10. facit l. contractus, de fid. instrum. Aliæ signaturæ requirunt quoque literarum expeditionem ex reg. cancell. 37. 53. 69.* Nec ante literas confectas quis dicetur habere canonicum titulum: *Ioan. de Milin, in ver. gratia apostolica.* nisi commissiones iustitiæ fiant per verbum, *placet, d. reg. cancel. 25.* Quarum signatura est rescriptum ad lites, & plenissimè interpretandum. *Innoc. in c. si episc. de reb. eccles. non alie. l. 3. de offi. præsid.* Sic exsecutor datus in exspectatiuis non potest fulminare, vt dicunt, processum, nisi visa bulla. *Idem in c. prudentiam, de offi. deleg.* Et de iure communi gratiæ sub quadam tacitã condi.tione, si literæ expediantur, concedi videntur, *Aegid. consil. 24. in 3. col. vers. & puto.* per quarum expeditionem forma & perfectio gratiæ datur. *Rota decis. 27. de rescri. in nouis, Ægid. decis. 736.* Ita gratia per solam supplicationem informis: *R.ta, decis. 19. de conce. præben. in nouis.* quia eius clausulæ solent in literis extendi, *Rebuff. in 3 par. signa. num. 1. & 2. in Praxi benef.* Nec sumtũ de registro supplicationem signaturarum fidem facit in iudicio, *Ægid. deci. 252.* nisi sumtum literarum expeditarum extrahatur. *Rota, decis. 621. in antiq.* Sunt autem literæ expeditæ, quando in plumbo sunt. *cap. licet. de crim. falsi. Felin. in cap. ex diligenti, de fi-mo.* ¶ † Proinde de iure qui nanciscitur beneficij possessio- 19
nem literis non confectis, licet habeat supplicationem, omne ius quod habet amittit. *Id. in cap. veniens, in 2. colum. de accusat. text. in extrauag. iuncta, de elect.* Verumtamen Rota tuetur secundum Gomesium, *in regul. cancell. de non indi. iuxta for. suppli. q. §. vide Rebuff. in 1. par. Prax. benef. tit. de missio. in poss. nu. 39.* & seruar, quod possessio canonicè ex simplici signatura capi possit, nisi in consistorialibus. Et Cassiodorus, *fin. decis. rubr. de restit. spol.* ait, signaturam præbere in beneficiis saltem coloratum titulum. Atque Rebuff. *tract. de pacif. possess. n. 50.* tradit regulam de pacificis possessoribus procedere, si quis possederit pacificè beneficiũ per trienniũ cũ simplici signatura. ¶ † In Gallia hodie, 20
signatura agnita, vel verificata, vt dicũt, per bãquarios seu mensarios, vacãte sede Romana, fauore pauperum, vel viuẽte põtifice itineribus interceptis ob bella vel alio modo, vim bullarum habet: atque curiæ parum disquirunt, num bullæ obtentæ sint pro beneficiis modicis, & ita iudicatur. *de hu ita iudicatum tradit Pap. lib. 2. Raphsod. arest. tit. 9. arest. 3. & 4.* Et in maioribus, etsi signatura non sufficiat ad vindicias habendas beneficiis seu recredentiam, tamen pro faciẽda sequestratione tituli, sufficit: vt iudicatum fuit. *Pap. eod. li. & tit. arresto. 2.* ¶ † Bulla, sicut instru- 21
mentũ à prothocollo, *§.1. de tabellio. in authen. collat. 4.* à signatura oritur Bulla hic dicitur, prouisio extensa bulla insignata: nam bulla propriè dicitur plumbũ pendens, siue sigillũ auro vel argento exceptum, *gloss. in clem. 1. in verb. aurea bulla. de iureiur. gloss. antiq. in reg. cancell. 14. & 69. satis c. licet, de crimin. falsi.* Nec bulla ante appositum sigillum, scriptura dici potest. *Alex. cons. 215. incip. visis probatio. in 2. vol.* Norunt omnes nomen bullæ esse Latinis vsurpatum pro re tumida, ceu in aqua sunt guttæ, quæ orbiculantur, vel id quod in torquibus pendet, bullæ vel cordis in modũ. Ab ea forma auctorata post signaturã prouisio, bulla dicitur, nẽpe scriptura in mẽbrana plũbo, auro, vel argẽto funiculis pendente iure insignita, salutationem cum narratione, ac Papæ concessionem aliáque necessaria continens, secundũ Rebuffum. *explicat hanc finitio. Rebuf. in 1. part. Prax. benef. in bulla declaratione, vide c. licet, & c. quam graue, de crim. falsi.*

¶ † Sed hæc hactenus de prouisione signaturæ, & de bulla. Nũc 22
de alia collatione agamus, quæ dicitur noua prouisio sũmi põtificis quæ est veluti confirmatio prioris. *c. post electionem, de concess. præb.* Differtque à simplici prouisione, quod noua præsuppo nit alium titulum, simplex non vtique. *gl. in reg. cancel. 92. Gomes. in regu. de annua. possess. quæst. 2.* Eius nouæ prouisionis impetran-

Digitized by Google

dæ ratio est, vel quia impetrans dicit se dubitare, num electio, præsentatio, vel confirmatio, vel collatio ab episcopo facta, vel eius vicario, subsistere possit: & in summa ea ad maiorem securitatem datur.

23 ¶ † Si tamen collatio prius eius beneficii, vel prouisio etiam inutilis à summo pontifice emanasset, non datur noua prouisio, sed aliæ literæ impetrantur, perinde valere, id est, rescriptū vt perinde valeat talis prouisio, ac si rite tunc temporis facta fuisset. *Rebuff. explicat in d. 1. part. Prax. i. tit. de no. prouis. & simpli num. 2. & 4.* Hæc noua prouisio nec infirmat primam, sed ius ei cumulat, si illi priori aliquod adfuisset: & si nulla ea fuisset, tamē noua prouisio subsistit, vt eque principalis, vt notat Rebuffus, *Idē*
24 *vbi supra num. 13. 14. & seq.* post Gomesium. ¶ † Additque non cōcedi regulariter in curia Romana hanc nouam prouisionem & confirmationem, *vt in c. quia & post electionem, ae conces. præben.* exceptis tribus casibus, vnionum, *ca. exposuisti, de præb.* militiarū seu præceptoriarum Hierosolymitanorum S. Iacobi, vel aliorū militum, & in electionibus monialium ad regenda monasteria,
25 *ca. inaemnitatibus, de electio. in 6.* non tamen prioratuum. ¶ † Sicut nec confirmatio in beneficialibus vix datur in curia Romana, sed perinde valere, *c. 1. si. de confir. vti. vel inut.* quæ differunt, quod confirmatio tantum à die concessionis valet, nec retrotrahitur, *c. quia diuersitatem, de conces. præben. & tot d. titul. de conf. vtil. vel inutil.* perinde valere vero retrotrahitur ad priorem cōcessionem.

26 ¶ † Concordiæ etiam confirmatio fit à Papa, sed non per cancellariam, quod de mero imperio & maximo exsistat, *c. quoa translationem, de offi. legat.* quia subolet simoniam, *ca. ex parte, de offi. de leg. c. cum pridem, de lega.* ideo à Papa tollitur suspicio solū. Species prouisionum, quibus conseruantur beneficia, sunt ista duo rescripta cōfirmationis, & perinde valere: suppletur enim ius per ea, quod dubium vel nullum erat defectu eius quod supplētur. *vide Rebuff. in 2. part. Prax. benef. in tit. de rescrip. perinde valere.*

27 ¶ † Confirmatio porro hæc in forma speciali est, & ideo tribuit ius nouum, *c. 1. de translati. c. quoties, de pact. vide ca. quia diuersitatem. § mandamus, de conces. præb. & ibi interpr. & c. 2. ne sed. vac. arg. l. legata inutiliter, 19. de legat. 1. in P.* propter potestatem summi pontificis, *c. proposuit, de conces. præben.* qui quia & scientia firmat inualidum, vult & potest: & ita de nouo videtur nullum actum erigere, *arg. l. adoptio, de adopt. in P. Barth. in l. more ma-*
28 *ior. de iurisd. omn. iudi. Imola, in cap. teras, de conces. præb.* ¶ † Alia etiam collatio seu prouisio summi pōtificis, quę dicitur in forma, si neutri vel si nulli, id est, per quam impetro beneficium de quo litigant aliqui, & confert summus pontifex, vel mandat conferri hac lege, si neuter litigantium ius habuerit in beneficio. *Rebuff. in 1. par. Prax. benefi. in titul. de reseri. si neutri. vel si nulli.* Item si alteri, quando vnus ex collitigantibus à summo pontifice impetrat gratiam, & confertur, si alteri litigatorum non competat. Et tunc rescriptum conseruans beneficium si à collitigantibus impetretur, non si à tertio alioue quodam. Neque tamen per illud rescriptum ius altori iam quæsitū tollitur. *c. quāuis, de rescrip. in 6. cap. super eo, de offi. delega. regu. cancella. 16. de non toll. iure quæs. alte.* Ideo victus trina sentētia, hoc rescripto si neutri, vel si alteri, non iuuatur: quia beneficium alteri adiudicatum est, & lis finita est, de qua mentio fieri debet in his rescriptis.

29 ¶ † Diuersum ab his aliud rescriptum de subrogatione in locum præmortui litigatoris: nam per hoc Papa confert ius quod habebat mortuus collitigans ei, quem vult subrogari. *ca. fin. vt lit. pend. in 6.* Fit & subrogatio per resignationem etiam litigantis, vt per eius mortem, *cap. 1. & 2. eod.* isque subrogatus aliis præfertur, si intra mensem subrogationem petat, *reg. cancell. 27. de subrogan. collitigant. in quam fuse scripsit Gomes. & Rebuff. in 2. par. Prax. benefi. rubri. de subrogatio. vide Rotam, decis. 307. incip. nota quod secundum, & decisio. 439. nota numquid, in antiquis.*

30 ¶ † Praxis in Gallia est, vt postquam aliquis subrogatus fuerit in ius alicuius à Papa, is accipiat seu nanciscatur possessionem in vim subrogationis Papæ & postea impetret literas regias, quibus petat se subrogari in ius, possessionem, & instantiā mortui. Si tamen præmortuus in possessione fuerit, alia adeptione possessionis opus non est. *Rebuff. d. rubri. de subrog. numer. 28.* Continuatque si velit litem per procuratorem mortui, vel alium constituet, cum quo procurator collitigantis superstitis tenetur litem peragere seu prosequi. *Rot. decis. 440. incip. si agens, in nouis.* Non potest autem subrogatus nouum iudicium incipere, sed prius in personam mortui prolatum, potest petere exsecutioni demandari, vel recredentiam, & coram eodem iudice tantum, vt iudicatum à senatu Parisiensi 9. Februa. 15 16. *Rebuff.*
31 *vbi sup. nu. 40. & 41.* ¶ † Ceterum subrogatos præueniunt interdum collitigantes superstites, qui petunt manum regiam & impedimentum omne, quod in beneficio ob litem impositū est, amoueri: & vt dicunt, petunt *la main lenee. decem tamen requisita adhiben. de quib. Rebuff. in tracta. de sent. ex com. art. 1. gluss. 4.*

32 ¶ † Subrogatio iuris & instantiæ est, non facti prędecessoris: vnde illud singulare, subrogatum non teneri ad restitutionem fructuum indebite à suo prædecessore perceptorum: quia nihil iuris in eo habet. *Prob. in cap. præsenti, de offic. lega. Perus. in cap. præsenti, de offic. ordin. 6. facit l. 1. C. de admin. tuto.* Et ita iudicatum Parisien. senatus, mense Februa. 1539.

¶ † Nec ad expensas cum eo factas tenetur, nisi à die subrogationis, vt decisum senatusc. eiusdem curiæ 1508. 7. April. 33
ante Paschа: nisi subrogatus susciperet simpliciter in se litem, seu, vt dicant, processum & arramenta causæ, ex sententia eius senatus 7. April. 1516. post Paschа in conuentibus iuridicis apud Pictones habitis: vel nisi subrogatio petatur post sententiā vindiciarum, seu, vt clarius loquar, post sententiam recredentiæ, & primi capitis possessorii, quo casu non reciperetur subrogatus, nisi fructus & impensas omnes rependat & restituat, vt iudicatū ab eodem senatu 11. Maii, 1542. & hæc me docuit Rebuffus. *in 2. part. Prax beneſi. num. 46 47. 48. 49.* ¶ † Obseruatur quoq; 34
vt quis subrogationem in curia petere debeat, quando agitur de possessorio, intrà annum, *Idem vbi sup. n. m. 51.* aliter non auditur. Quia interdicta annualia sunt. *l. 1. de interd. in P.* Item vt qui subrogari desiderat & petit, statim exhibeat titulum suum, vt appareat aduersario an intra annum veniat. *glo. & Doctor. in c. 2 vt lit. pend. in 6. & ibi Gemini.*

¶ † Ad collationes & earum nomen commenda quoque 35
pertinet, *Rebuff. in §. statuimus. 2. in ver. conferantur, de collat. in Cōcord. & in 3. par. Prax. benef. tit. de publi. resig. glos. 16.* quæ & promissionis nomine venit. *Idem in 3. par. Prax. in reg. quod quis intelligiatur. glos. 2.* & est canonica institutio, seu titulus canonicus, *cap. anaum, in 2. de elect.* etsi in titulum non detur ecclesia, mortuoque commendatario censetur vacare beneficium hoc vt alia in titulum possessa. *vide Rebuff. de pacific. poss. esso. numer. 42. 43. 44.* Itaque solet etiam summus pontifex prouidere per commēdam, quando beneficium dat in custodiam: quo casu custodiam habens non facit fructus suos, *c. nemo, de elect. in 6* sed restituere debet, *can. placuit, c. 9. q. 3.* nisi in concessione id expresserit summus pontifex, vt possit fructus in suos conuertere vsus vt solet.

¶ † Per commendam fit prouisio, quando cui prouidetur, 36
non potest esse vel dici ecclesiæ concessæ titularius: vel quia aliam habet iam, & cum ea non possit aliam habere in titulum. *cap. duduum, in 2. de elect. c. fin. 21. q. 1.* Est enim matrimonium quoddam inter ecclesiam & eius præpositum, *ca. sicut vir, 7. q. 1.* vt odiosum tam sit quem habere plura beneficia, *ca. de multa, de præben.* quantum plures vxores. Quamuis non eam inficias, plura in titulum dari hodie, si modo non sint incompatibilia, *quæ sunt incompatib. vide Rebuffum in 2. par. Prax. benefi. tit. de disp. ratio. etat. in verbo, incompatibilia* etsi nominatim dispēsatio hoc indulgeat, vt possit quis habere in titulum contra *cap. cum singula §. prohibemus. de præben. in 6. vide Rebuff. in d. 2. par. tit. de dispen. cum regularib. fac. num. 15.* vel quia beneficium incompatibile est cum qualitate personę cui conceditur. Sic regulare seculari, & seculare regulari commendatur: sine expressa enim concessione, nō licet ea illis possidere. *c. monachi, de stat. monacho. c. officij cap. cauſſam. de elect. c. cum de beneficio, de præb. in 6. clemen. 1. de elect. §. volumus, de collat. in concord. c. nullus, de elect. in 6. c. 1. de capel. monach.* Eo modo religiosus sui ordinis beneficium in titulum habet, alterius autem ordinis in commendam: alioquin pro monstro esset, vt duobus subiectus duo capita haberet *cap. 1. ne sede vac. ca. 1. 21. q. 1.* Idipsū in aliis defectibus & impedimēris poteris cōsicere.

¶ † Commenda vel ad tempus, vel ad vitam alicui fit. *cap. ex-* 37
stirpanda, §. quia vero, de præb. ca. nemo. de elect. in 6. Ad tempus cōmendat beneficium vacans sede vacante, idoneis capitulum: sine collatione tamen ad sex vsque menses vel ad breuius tempus. *c. significatum. de præb. in 6. c. nemo, de elect. in 6.* Et si intra sex menses non fuerit episcopus, vel à superiori non sit beneficio prouisum, potest commendam prorogare, ex necessitate vt ecclesiæ seruiatur, *vide Rebuff. par. 1. Prax. benef. tit. de deuolutio. num. 77.* & hoc sine præiudicio iuris eius qui conferre potest, qui confert etiam non vocato commendatario. *cap. si vero. & ibi glo. de iur. patron* Tamen si illud à summo pontifice impetretur, qui impetrat, debet de commenda mentionem facere, aliter subreptitia est prouisio *glo. & Doct. in d. c. nemo, de electio. Rebuff. de deuolutio num. 84.* Sed & summus pontifex ad tempus commendat, si velit minori 18. annorum prouidere de beneficio curato: nam concedit beneficium in commendam vsque ad 18. annos, & postea in titulum. *Rebuff. par. 1. Prax. benefi. titul. de commendat, num. 8.* In perpetuum, siue ad vitam dum conceditur commenda vice tituli est: nam ad tempus collatio fieri nequit beneficii, *cap. si gratioſe de rescript. ca. satis peruersum, 6. d. distinct.* etsi in collatione Papa secundi beneficii possit dispensare, vt vtrumque retineat, dummodo intra annum alterum eiuret. *extra. e. sacrabilis, de præben. in extra. Ioan. 22* Quæ dispensatio non prodest, non impleta conditione, *ca. super eo, & c. verum, de condit. appos.* nisi dispensationis prorogatio antequam elaberetur annus, peteretur ad vitam, secundum Rebuffum. *in 2. par. Prax. tit. de dispens. sup. defect. eta. numer. 4.*

¶ † Commenda vel fit ad ecclesię vtilitatem, vel personę, 38
dum fit in perpetuum dum viuetis, cui commendatur, etiam à summo pontifice: illa reuocari potest, si fit ab alio quam summo pontifice,

Digitized by Google

pontifice; hæc tamen aliquam ab eo facta. *can. constitutum, 7. q. 1. can. obitum, & can. seq. 61. distinct. c. pen. & fin. de suppl. neg. prælat.* Imo si custodia à summo pontifice commendata fuerit ad vitam, nec revocari potest placuit sine causa. *ca. satis peruersum. 56. distinct.*

39 ¶ † Notantur quædam beneficia, quæ non solent in commendam dari, veluti sancti Spiritus in Sicilia, sancti Ioannis Hierosolymi, sancti Antonii, Beatæ Mariæ Theutonorum ex constitutione Alexandri sexti de signatura gratiæ: quia fratribus illius ordinis dari debent in titulum. *Rebuff. tit. de commenda. num. 41. in 1. par. Prax. benef.* Item & officium claustrale.

De Collatione necessaria, seu non libera.

Cap. 16.

1 *Collatio non libera quæ est.*
2 *Optio beneficiorum quomodo obseruanda.*
3 *Institutio collatio necessaria.*
4 *Inuestitura pro institutione beneficij.*
5 *Possessio beneficij non transfertur collatione, sed adipiscenda est.*
6 *Possessio beneficij quemadmodum adipiscenda.*
7 *Possessio beneficij intra quod tempus adipiscenda.*
8 *Possessionis in beneficiis vtilitas.*
Possessionis triennalis vtilitas in sacerdotiis. eod.

1 COllatio nõ libera, † & necessaria est, illa per quam collator tenetur certis personis velit nolit conferre, veluti mandatario. *cap. sibi qui, & c. si duobus. de rescript. in 6. c. si tibi, & c. seq. de concess. præb. in 6. §. 1. de mand. apostol. in concor.* Facit & præsentatio idoneorum per patronos coactam collationem. *cap. decernimus, 16. q. 7. cuidam. de iure patron.* Item nominatio quæ fit ad prælaturas summo pontifici, intra sex vel nouem menses à rege Galliæ. *§. 1. de regia ad prælat. nominat. in concord.* Et ea quæ ab Academijs fit scholasticorum contingentibus illorum tẽporibus, *§. qui vero & §. vult. de collat. in concord.* de quibus latius paulo ante tractauimus, facit & collationem non liberam receptio in canonicum præcedens vacationem. *ca. relatum, & ca. dilectus, de præben.*
2 *ca. cum super de concess. præb.* ¶ † Et optio concessa in beneficijs. *c. fin. de consuetu. in 6.* In qua oportet sequi consuetudinem, nempe in præbendis & canonicalibus, non distinctis actualiter, decem annorum. in distinctis 40. ann. vt fuse & recte explicatur in decisionibus Rotæ. *decis. 460. incip. quæritur quanti temporis tit. de consuet. in nouis, vbi de optione plura.* Item renuntiatio in fauorem alicuius, vel causa permutationis: siquidem in aliis, quã in quorum fauorem fiunt, collationes factæ non valent. *clem. vnic. de rer permut. clem. 1. de renuntiation. c. olim. §. 1. de resign spoliat.*

3 ¶ † Est & institutio quæ fit ab episcopis in collationibus ab inferioribus factis, collatio necessaria, per quam approbat factum. *ca. 1. de constitu. in 6. Panor. in c. post electionem, de concess. prab.* vel si sede vacante per capitulum fiat. Sic enim institutio est, approbatio facta per episcopum collationis, ab alio quam à se vel iussu suo, vel à summo pontifice factæ, de beneficijs in sua diœcesi existentibus. Nam per illos prouisi debent episcopo præsentari & approbari per illum, antequam quicquam legitime administrare possint. *c. 3. & c. cum venissent, de institut. c. præterea. c. consultationibus, de iur. patron.* Quæ approbatio in maioribus beneficijs & prælaturis dicitur confirmatio, de qua supra dictum est: in minoribus beneficijs & præbendis, institutio. *Hostien. Ioan. Andre. Panor. in tit. de institutio.*

4 ¶ † Et quia aliquando illa institutio fit per concessionem possessionis, seu, vt dicunt, per installationem & inuestituram, aut per traditionem alicuius rei corporalis, institutio quoque pro inuestitura vsurpatur. *in c. adhæc. de offic. archi. §. 1. de consuet. vect. feudi, c. cum aliquibus, de rescrip. in 6.* Sed præcedere inuestituram acceptatio beneficij, si absenti conferatur, debet: *c. si tibi absenti, de præb. in 6.* post eam possessionis figuratæ datio, per pilei, aut clauium, aut annuli traditionem. *ca. 3. de his quæ fiunt à maior. par. ca. li. 3. Decret. tit. 11. c. adhæc, de offi archid.* Et hanc sequitur realis & actualis adeptio possessionis, vel inductio in possessionem.

5 ¶ † Beneficij collatio, vel institutio non transfert possessionem, vnde & adhibenda est: *c. cum Bartoldus, de re iudic. gloss. c. per tuas, de donatio.* aliter quis potissimum in hoc regno Galliarum, possessorio vti non potest remedio, etiãsi in ius alterius sit subrogatus. *Rebuff. in §. declarantes, ad verb. successores, de manda. apostol. in concord.*

6 ¶ † Potest autem quis induci in possessionem, per clericum, siue notarium, seu presbyterum, adhibitis duobus testibus, iuxta mandatum episcopi vel archidiaconi. *Rebuff. in §. 1. de formand. apostol. in verb. inducentes, in concord.* Et hæc inductio quidẽ post collationem facti est, nullum ius tribuens, sed primum exsequens. *c. cum olim, de re iudic. Roma. cons. 337. incip. quoad primum, col. 2.* Verum alio possidente necessario est ius prætendenti, vt agat possessorio, sine quo si alium vellet propria auctoritate spoliare, intrusus diceretur, & ius quod habet amitteret. *c. cum quis. de præb. in 6.* Sed nemine possidente dicitur habere plenum ius prouisus. sine apprehensione possessionis, & tunc in illo administrare beneficio poterit. *Panor. in c. transmissam, de elect. Rochus de Curte, tract. de inu. patr. in ver. inu. q. 5.*

¶ † Proinde nemine possidente beneficium, non est vllum 7
præstitutum tempus ad adipiscendam possessionem beneficij. Si autem alius possideat, contra, distinctione facta an is qui possidet, iuraverit ei, qui ius præsupponit, an vero beneficium possideatur ab alio aliter. Nam in primo casu, extat regula cancel. 34. de qua aliquid paulo ante: qua cautum, resignationes beneficiorum in Romana curia factas, intra sex menses: extra autem, intra mensem publicari debere, vbi beneficia sunt, scilicet si moriatur resignans ante, vt explicauimus. *& vide Rebuff. ad tit. de for. mand. ad verb. inducentes, Boerium, decis. 312. nu. 2. Extat constitut. regia Henrici 2. mensis Iunii 1550. de la reformation des prouisions des benefices, art. 13.* Et dummodo semestre tempus non fuerit prorogatum à summo pontifice, quod posse fieri iudicatum fuisse in senatu Burdegalensi refert Boerius. *d. 312. decis. num. 3.* Quod si aliter, quam per renuntiationem collatum fuerit alicui beneficium, is tenetur intra annum à die adeptionis possessionis aduersarij computandum, suam possessionem adipisci: alioquin in 8
hoc regno excludetur à possessorio. *Boeri, vbi sup.* ¶ † Extat reg. cancellariæ 32. qua impetrans beneficium pacifice possessum à viuente, tenetur postea intra sex menses litem mouere & finire intra annum, alioquin impetratio nulla est. Quam regulam explicat Gomesius per octoginta quatuor quæstiones. Sed sex menses in Gallia ad annum extenduntur, non vltra: hæcque est vtilitas adeptæ possessionis. Sicut & alia in sacerdotijs, vt qui pacifice per tres annos beneficium cum titulo colorato possederit. tutus sit & præscribat aduersus alios impetrantes, vt habetur in regula cancellariæ 33 quam fusissime explicat Gomesius per sexaginta tres quæstiones, & Rebuffus tractatu de pacificis possessoribus. Extat & rubrica de pacificis possessoribus in concordatis, quam dilucidius explicat Rebuffus, quam opus sit persequi.

De Vacatione beneficiorum.

Cap. 17.

1 *Vacatio beneficij quid.*
Vidua vacans mulier. eod.
2 *Reseruationes beneficiorum in Gallia sublatæ.*
3 *Vacationum modi quot.*
4 *Vacat facto tantum beneficium, non iure.*
5 *Vacatio ipso iure quomodo contingat beneficij.*
6 *Vacatio ipso iure beneficij ex quadam delicto 10. modis fit.*
7 *Vacatio seu priuatio beneficij in quibus inducenda criminibus per sententiam, & 11. crimine quolibet commisso, non vacat beneficium, eod.*
9 *Vacationis ipso iure & per sententiam differentia.*
10 *Beneficium criminosi quo tempore impetrari potest, & renuntiari.*
12 *Vacatio ipso iure & facto per renuntiationem, & mortem.*
13 *Renuntiatio legitima quid.*
14 *Renuntiatio de alijs, quam de beneficijs fieri potest.*
15 *Renuntiari quæ possint beneficia.*
16 *Renuntiari potest beneficium ante adeptam possessionem, & bullis non confectis.*
17 *Renuntiari non potest beneficium legitime minor.*
18 *Renuntiari vel permutari non potest beneficium vnitum.*
Commendatum beneficium an possit permutari, & renuntiari, eod.
Renuntiare qui non possint libere, eod.
19 *Renuntiationis causæ legitimæ.*
20 *Renuntiatio cum reseruatione pensionis odiosa.*
21 *Renuntiatio quibus fieri possit.*
22 *Renuntiatio fit expresse & tacite quibus modis.*
Renuntiatio, & cessio beneficij in quo differant, eod.
25 *Renuntiatio expressa quid.*
Renuntiatione expressa facta, non datur regressus ad beneficium sine nona collatione, eod.
24 *Renuntiatio quomodo valeat facta coram alio quam superiore.*
25 *ad Renuntiandum procuratio quomodo noctu fiat.*
Luminaria tria procurationi noctu faciendæ exacta, eod.
Procuratio ad resignandum quomodo fieri debeat, eod.
27 *Renuntiatio expressa vel simplex, vel conditionalis est, & quid vtraque.*
27 *Renuntiatio in fauorem quid.*
Et quod non fiat coram ordinario, sed pure, eod.
28 *Renuntiatio in fauorem coram summo pontifice tantum fit, & nisi ea admissa vacat beneficium.*

Digitized by Google

29 *Renuntiatio cum reseruatione pensionis, & non alias.*
30 *Renuntiationes cum accessu & regressu quæ, & in Gallia improbata.*
31 *Renuntiatio à moriturο facta ea lege, vt sibi restitueretur beneficium, si conualesceret, conditionem habet implendam.*
32 *Renũtiatio ex causa permutationis, & nõ alias, & de eius natura.*
33 *Permutatio beneficiorum, & quando quis redire ad permutatum propria auctoritate sine nouа collatione potest.*
34 *Permutatio beneficiorum consensum quando, & quomodo requirat patroni.*
35 *Permutatio beneficiorum cum concordia non fit coram ordinario, & quare.*
Concordia in beneficiis quatenus permissa, eod.
36 *Renuntiationes beneficiorum coram quibus fiant.*
37 *Renuntiatio beneficii fieri potest per se, per alios procuratores.*
38 *Procurator ad renuntiandum & acceptandum, certus & nominatus debet esse.*
39 *Procurator ad acceptandum & renuntiandum beneficium simul non potest fieri.*
40 *Procuratio ad beneficia acceptanda, vel curanda, anno exspirat, & reuocari ante potest.*
41 *Procuratio non expedita reuocata, expediri non potest à notario sine falsi crimine.*

1 DE vacatione beneficiorum † etiam nunc dicendum necessario est, ne beneficiarius falso titulum sibi vsurpet. Proinde breuiter vacatio beneficij erit, destitutio clerici, qui in titulum beneficium tenet, aut illius à beneficio separatio. Quo sensu vacantem mulierem Iurisconsultus Martianus dixit, pro vidua. *in l. qui certo, 5. §. fi. ad l. Iul. de vi publ. lib. 48. P. tit. 6.* Sic mortuo commendatario, cum non detur ex ea beneficium in titulum, non dicitur iure vacatio, nec potest cõferri ab ordinario, vt vacans id beneficiũ quod per commendam sibi reseruare videtur
2 summus pontifex. ¶ Tamen in Gallia contrarium verius, cum commendatarius ad vitam à summo pontifice impetrans, similis vero titulario sit, & omnes reseruationes in Gallia fuerint sublatæ. *Rebuff. in 1. par. Prax. benefic. nu. 59.* Vacatio pluribus modis inducitur, quorum aliquos colligit Rebuffus. *Idem in §. monasteriis, de regi. ad præla. nomina. in verb. vacantibus, in Concord. & in Prax. benefic. 3. par. de mod. amitt. benefic.*

3 ¶ †Sed vt facilius intelligantur, dico beneficia vacare, aut ipso facto tantum, aut ipso iure, aut per sententiam, aut iure & facto
4 simul. ¶ †Ipso facto tantum non iure, vt si quis vi vel metu coactus eiurauerit beneficium, vel de possessione deturbatus: nam vere non vacat, *ca. ad aures, de his quæ met. cau. fiunt.* vel si metu regis, *ca. ad audientiam, eod.* enuntiet. Item quando beneficium collatum est absenti, & adhuc non est acceptatum, *c. si tibi, absenti de præb.* vacat enim de facto, non de iure. *Boer. decis. 2. num. 41.*
5 ¶ †Ipso iure vacat & amittitur beneficiũ, quando per iuris cõstitutiones quis priuatur beneficio, eo ipso quod quid fit ab aliquo, & quando propter ipsum factũ sine sententia priuationis, *Interp. in c. querelam, de iureiur. gloss. in c. commissa, in ver. iusto impedimento, de elect. in 6. Felin. in c. inquisitionis, de accusat. gloss. in l. iubemus, 14. §. œconomus. in verb. priuetur, de sacrosc. eccles. Cod.* illud potest ab episcopo, vel alio potestatem habente, conferri: quanquam is qui ipso iure priuatur de facto beneficium possideat, nec possit ab ea reali detẽtione sine vocatione priuari. *vt in c. li-*
6 *cet episcopus, in 2. de præben. in 6.* ¶ †Porro ipso iure vacat, vel ex quasi delicto titularij vel ex delicto. Et quasi delicto primũ, si sine dispensatione quis consecutus sit beneficium habens curam animarum, habens aliud simile antea, quod vacabit, *c. cum singula, c. fiplures, in 6. c. de multa, eod. ap. Gregor. c. cum nostris, de conces. præb.* si sit dispẽsatum, contra *c. dudum, in 2. de elect. 2.* Eodẽ modo vacant per coniugium beneficiati. *c. 3. & c. diuersis, de cler. coniugat, cum similibus. 3.* Si intra annum, post adeptam pacificam possessionem ecclesiæ parochialis, citra impedimentum, non promoueatur ad sacros ordines & presbyteratum: post annũ enim vacat ipso iure, & impetrari potest, *ca. licet canon, & c. commissa. de elect. in P.* incipiente anno à die pacificæ possessionis. 4. Irrita electione, *c. considerauimus, & c. super, eod.* tamen ante annum, cum alio permutare & eiurare recte potest in fine anni possessor. *Rota, decis. 187. nota quod tenens in anti. Aufrer. decis. cap. Thol. 471. etsi Rota pugnet contraria 355. vide Rebuffum. in 2. part. Prax. benef. titu. de non promo. int. annum. nu. 7. 5.* Vacat prior ecclesia, consensu adhibito per episcopum translationi, *ca. in apibus, 7. q. 1.* scilicet adepta possessione. *gloss. & Doctor, in cano. si quis iam translatus, 2 1. q. 2. c. quanto, de transla. episc. c. cum singula. §. prohibemus, de præb. in 6. 6.* Ingressu religionis *c. beneficium, de regul. in 6. ca. ex transmissa de renuntiat. can. consaldus, 12. q. 2. 7.* Si electus intra mensem non consentiat electioni oblatæ, vel intra tẽpus ad id sibi præstitutum, *ca. quam sit electi. in 6. in extrau. si religiosus, de election. in extra. commu.* Vel 8. si post consensum intra tempus trium mensium non petierit confirmationem. *d. c. quam sit.* Et 9. si intra tres alios post confirmationem, non petat consecrationem. *c. cum in cunctis, §. cum vero, de electio.* 10. Si non publicatur suo tẽpore intra sex menses renũtiatio facta in curia, & extra, intra mensem. *regul. cancellar. 34.* ¶ † Per delictum ipso iure
7 amittit quis beneficia, & ea vacare dicuntur. Primo si per simoniam ea adipiscatur, eaque sit manifesta, diuersum enim in occulta. *ca. insinuatum, de simon. extran. cum detestabile, eod. titul. in extrau. commu. vid. decis. capel. Tholos. 438. 2.* Si sit possessor hæreticus. *cap. ad abolendum, de hæretic. ca. cum secundum, eod. titul. in 6. 3.* Si assassinus. *cap. 1. de homicidi. in 6. ca. in quibusdam, de pœn. 4.* Si falsarius literarum apostolicarum. *cap. falsariorum, de crim. falsi. 5.* Si percutiat, aut prosecutus sit cardinalem. *cap. felicis, de pœnit. in 6. 6.* Si propria auctoritate & vi beneficia adipiscatur. *c. cum qui, de prabend. in 6. 7.* Calumniatus electionem nec probãs accusationem, & intra tempus triennij, per quod ob id suspenditur, si se ingerit administrationi. *cap. 1. §. final de election. in 6. 8.* Si Sodomita. *cap. clerici, de excessibus prælatorum.* ¶ † Et in his 8
tantum delictis vacant beneficia ipso iure, per delictum: in reliquis sententia, quæ priuationem statuat, desideratur, antequam vacent, vt notant interpretes. *Interpret. in cap. querelam, de iureiuran. in c. clericis, ne cleri. vel monach. &c.* Neque etiam ob quodlibet crimen, huiusmodi priuationis sententiã ferre oportet, sed ob grauiora, in quibus iudici canones permittant. *ca. satis peruersum, 55. distinct. Phol. Decius, in c. 2. de rescript. arg. c. fraternitati, de cler. excom.* Proinde etsi quis de crimine aliquo condemnetur, quod non inducat ipso iure vacationem, tamen non censentur vacare eius beneficia: veluti si reus homicidij capitali sententia damnetur. *Præpos. in ca. studeat, 50. distinct. Bal. in l. cum fratrem, col. 3. de iis quib. vt indig. C. Felin. in ca. 2. rescrip. Aufrer. in decisio. 207. & 436. Collecta, in ca. inquisitionis, de accusatio. Rebuff. in tract. de pacifi. poss. nu. 261. & 262.* ¶ † Igitur hæ annotandæ diffe- 9
rentiæ singulares, inter vacationes, quæ fiunt ipso iure, & quæ per sententiam seu declarationem vacationis. Quod quando vacatio ipso iure inducitur propter crimẽ, possessor eius beneficij fructus tenetur restituere perceptos vel percipiendos, à die cõmissi criminis. ¶ † Quando autem alio modo, à die litis cõtesta- 10
tæ, *Panor. in cap. item cum quis, de restit. spoli. arg. l. cum qui. de iis quib. vt indig. in P. vide gloss. in §. sanctimus. in ver. immunere, de inceſt. nup. collat. 2. in auth. & Accurs. in authen. incestas, in ver. effectus: de incest. nup. C. Rebuff. de pacific. possess. nu. 263.* vel à tempore priuationis. Item cum ipso iure vacat beneficium, etiam ante sententiam delicti declaratoriam, impetrari potest beneficiũ, in aliis requiritur prius sententia condemnatoria, atque ante illam recte reus poterit beneficium eiurare, seu renũtiare. *gloss. in cap. commissa, ad verb. iusto impedimento, de electio. in 6. Felinus in c. inquisitionis, colla. 1. de accus. Rebuff. in tracta. de pacif. posse. num. 263. vide Boeri. decisio. 206. num. 1. 2. 3.* Potest tamen nihilominus pendente illa accusatione & ante sententiam impetrari beneficiũ, lite pendente. *vt ait Domi. consil. 105. Boeri. decisio. 206. num. 5. &* 8. ¶ † Per sententiam etiam vacabunt ea quæ adimuntur, quan- 11
do intra certum tempus decretum, qui possident non docẽt de titulo. *c. ordinarij, de offi. ind. ordina. in 6.* si non resederit monitus. *ca. ex parte, cum 3. seqq. de cler. non reside.* Atque adhuc, si quis sit condemnatus & priuatus sententia, si appellatio fuerit ab eo interposita, ea pendẽte potest eiurare beneficium. *Boe. decis. 206. Rebuff. in tract. de pacif. poss. n. 262. per l. qui à latronibus, §. fi. de test. P.* ¶ † Ipso iure & facto vacant beneficia per veram renuntiatio 12
nem & mortem titularij. *vide Boeri. plura cumulantem quod ita vacent decis. 2. num. 2.* Et ita sunt diuersa genera vacandi, vt aliud sub alio non contineatur, *ca. susceptum rescriptum, de rescrip. in 6.* ¶ † Renuntiatio est iuris proprij refutatio seu remissio secundũ 13
Cardinalem. *in rub. de renuntiatione in 6.* At legitima erit, consideratis rebus ipsis, beneficiis, & personis eiurantium, & eorum quibus fit, & modo renuntiationis, vt hæc legibus probentur, *l. legitima consentio, de pact. in P.* ¶ † Sunt res variæ quibus applica- 14
ri potest renũtiationis vis, vt priuilegia, *l. si quis in conscribendo, de pact. & de episco. & cler. C.* actiones, *l. quæritur, 14. §. si vendita, de adil. edi. & in P. authen. præsente, de fideiusso. C.* iura alia, *l. mater, de inof. test. in P. l. iubemus, C. ad Vellei.* & lites, *l. postquam liti, C. de pact.* & similia, item & harum rerum quædam præteritæ, quædam præsentes, quædam futuræ, quibus renuntiatur. *vt tractatur in l. 1. C. de pact. l. de alimentis de transa. C. l. cum hi, eod. titul. in P. cap. nonnulli, de rescript.* Verum intra fines beneficiorum tractationẽ renuntiationis continebimus, & omittemus quæ in summa tituli de renuntiatione tradit Hostiensis, quæ possint renũtiari, vbi nihil de beneficiis, cum tamen titulus idipsum desideraret.

¶ † Beneficia itaque hic sunt quæ eiurari possunt propria, nõ 15
ea quæ alterius sunt, *cap. dilecto, de præben. cap. statuimus. & ca. ad apostolicam, de regula cap. fin. de crimin. falsi.* nemo enim dat, quod non habet. *l. si vniuersa, Ced. de lega. l. traditio, de acqu. rer. dom. in P. l. obseruare, de offic. preconsu.* Latusque est hic disputationis locus, quod vulgare fit, de rebus alienis neminem priuatum disponere posse, *l. fin. §. fi. de pac. C. tit. res int. alio. acta, C. l. in re mandata, mand. C. l. nemo externus, de Iudæ.* sine domini voluntate.

¶ Potest † & aliquis renuntiare beneficium impetratum, vel 16
sibi collatum, antequam adeptus fuerit possessionem eius, antequam & bullæ seu literæ suæ prouisionis fuerint expeditæ: dũmodo collatio eifacta sit, & ita iudicatum, *Pap. lib. 2. Rap. Arest. titul. 8. arest. 5.* quia per illam collationem ius illi competit. seu ante collationem non potest fieri, *Boer. decisio. 205. num. 4. & decisio. 308. gloss. in cap. 1. in princip. & in verb. vacabat. & versicul. ex*

parte,

Digitized by Google

parte, in verb. vacet, de concess. prab. in sext. text. in cap. proposuit, eo. apud Gregorium.

17 ¶ Obseruandum † tamen non omnem, qui beneficium habet, resignare seu eiurare id posse: nec eum qui potest ex nutu, sed ex certis caussis. Itaque non renunciant minor 14. annor. *ca. si annum, de iudic. in 6. Angel. de Clauas. in summa, in verb. renuntiatio, nu. 1. furiosus,* vel mente captus, qui non contrahere potest, *vide Hostiensem in summa de renuntiat. §. quis renuntiare, Gomesius in reg. de infir. renuntiant. quæst. 10. facit l. in negotiis, de regul. iur. in P.* Verumtamen Boerius vsque ad 25. ann. potestatem pœnitendi in reuocanda renuntiatione à minore producit, si antequam conferat is in cuius manus renuntiauit, pœnituerit: nisi ante 25. ann. sit factus doctor minor, *Boer. decis. 250. incipi. & videtur, num. 5. & 6.*

18 ¶ Qui † possidet quoque beneficium vitium, non potest permutare vel eiurare: quia nec illud vacare dicetur, *Federic. in tractat. permut. benef. quæst. 31. Rebuffus, in 1. part. Prax. benef. titul. de vicar. perpet. num. 18. & in reg. de viginibus, gloss. 9. num. 9. per cap. ex parte, 1. de offic. delegat.* Singulare tamen est in Gallia, vt beneficiū commendæ possit cum alio titulari permutari, & renuntiari etiam coram ordinario quia apud nos commenda habetur pro vero titulo, *Federic. loc. tract. permut. benef. q. 15. Rebuffus, tract. de commenda. q. 6. Ita obseruari & tradit Rebuff. in Prax. benef. titul. de commend. num 53.* extra Galliam negatur, *Ioan. Franciscus in tract. de offic. & pot. cap. sede vacante, q. 3. peritis 2. colum. 2.* Neque prætextu senectutis, si vtilis sit, abdicare se potest quis beneficio *cap. 1. de renuntiat. apud Grego.* nec abbas exemtus sine licentia Papæ renuntiare abbatiæ potest, *cap. fin. eod.* ¶ Item † is non potest renuntiare beneficio legitime, qui aliquam causſam non habet ex iis 19 quæ renuntiationē permittunt, potissimū si agatur de episcopatibus, de quib. in c. nisi cū pridē, de renuntiat. *facit & cap. literas, eod.* Illæ porro causſæ sunt, ecclesiæ scientia criminis, debilitas corporis, defectus scientiæ, malitia plebis, scandalum graue, irregularitas personæ. Datur enim prælatura non ratione præpositi tatum, sed populi qui præficitur, vt prosit, *can. si qui episcopi. §. ecce cum bonis, 1. q. 5. c. qui episcopatum, 8. quæst. 1.* Et æquum est quēque in ea vacatione ambulare, ad quā vocatus est, *ad Ephes. 4.* Et postquam quis ecclesiæ alicui coniunctus, veluti vxori fuit, *c. sicut vir, 7. q. 1.* non debet ab vxore quærere solutionem. *Prio. ad Corinth 5.* nec recusare laborem, si ei vtilis sit, *cap. nisi cum pridem. §. porro. de renuntiat. can. quis non potest, 23. quæst. 4 2. ad Timoth. 2.* Sed nesc o num hodie renuntiationes præter has, alias causſas habeant legitimas, quas tamen legitimas dicunt: præterunt enim fucum, quod beneficium fuit patris, auunculi vel proximi: ideo proximis resignant, sæpe filius spurius & nepotibus. Et hæc abominatio potius est, dum hereditaria ecclesiastica bona facere nituntur cum suæ salutis iactura certissima, & incidunt in prohibitionem concilii Pictauiensis, & aliorum canonum, *in cap. 1. de præbendis, cano. apostolica. 8. quæst. 1. capit. prasulum, de filiis presbyterorum, cap. conquerente, cap. ex transmissa, eo. en cap. ad hoc. decim. capit. consuluit, de iure patronat. cap. ad aecorem de institution. vide capit graue, de præbendis. cap. vno. vt eccles. benef. can. Moyses 8. quæst. 1. contra renunciantes proximis.* Et sunt aliqui tam stolidi episcopi, vel eorum vicarii, qui & iustam illam causſam putant, quod in domo alicuius heros beneficium successiue fuit, ideo & illis esse donādum, vel eorum hippocomis, aut agasonibus, aut pincernis.

20 ¶ Est † & alia abusus addita renuntiationis causſa, vt quia eiurans inhiat pinguiori beneficio, quod non potest assequi vel possidere simul cum eo sufficienti quod habet, & ita minus eiurat, & pinguedinem, non onus venatur. Et sæpius si totū suæ nō reseruat capsæ, & si fiduciario non tradit, tamen pensionem opiparam, sibi reseruat in eo, cum prætextu ne maximum ex eiuratione constet quatur detrimentum, tanquam si ius in beneficio ei esset, aut veluti onus aliquod & seruitium diuinum ei impenderet, aut penes se retineret, quod tamen omnino eiurat, vt nec aliquā partē, imo nō memoriā retineat: vere in eo fur & latro, præter fundatorū animū & mētem sibi bona vsurpās quæ nō dā ur nisi ppter officiū, *capit. final. de rescript. in 6. ca. eos, can. si quis sacerdotum, 81. distinct. can. præter hæc, 32. distinct. cap. latores, de cleric. excommunic. ministr. ca. pastoralis, de appell.* Vt mihi improbiores videantur istæ pensionum cōstitutiones, debitę his qui eiurant nec deseruiunt, diuisionibus beneficiorū in quibus & diuinū officiū ab iis qui diuidūt & fructus auctus videtur: quia ab vtroq; præstatur, & nihilominus prohibitę merito sunt cōcilio Turonēsi, *cap. maiorib. cap. 8. & cap. cū causſam, cap. 36. de præb.* Videnturque in fraudem legis hæ pēsiones admissæ, proinde vt reliquæ, quæ in fraudē fiunt, improbandæ, *vt notat Rebuff. in §. volumus, de collatio. in verbo. permutationis. in concordantiis.* Verum videant qui eas admittunt, reddituri de his rationem. Et caueāt aliam frequentiorem causſam, scilicet vendendi commercia: simonia namque vt plerumque fascinat oculos.

21 ¶ Ceterum † personæ, quibus renunciantur vel eiurantur beneficia, d stinqui probe nō possunt, nisi prius repetamus du-
22 pliciter fieri renūtiationē beneficii, tacite, & expresse. ¶ Tacite † quis renūtiare cēsetur ppter iuris regulas suo beneficio, si illud habeat pro derelicto: nā & tūc vacare cēsetur, *c. 1. de offic. vicar. c. ex parte, 1. de cleric. non resident.* Sic & tacite, adeptione secūdi beneficii incompatibilis cum primo, primum eiurat, *c. de multa, de prebend. c. gratiæ, de rescript. in 6. Clement. gratiæ, eod. titul.* vt si beneficium curatum habens, non promoueatur intra annum, *c. licet causſ. de elect. in 6.* cedendo liti super beneficium motæ, *l. postquam liti, C. de pact.* vel per triennium non prosequendo litem, *tit. de pacific. possess. in concord. & regul. cancellar. de trien. possess. Parisi. 86. volu. 4. incip. an capitula. & cons. 145. cum ex facto, colum. 3. eod. volum.* Sic cessio ibi differt à renuntiatione, vt in aliis notat *glossa antiqua reg. cancell. 43.* Hæc renuntiatio valet, etsi facta non sit superiori qui potest conferre, & vt dicunt, etsi non sit facta in manibus superioris, *c. de multa, de prebendis, glos. in §. 2. de sublatis clementi. literis, in pragm. sanction. in verb. renuntiasse.* Idem de renuntiatione iuris ad rem, *c. 2. de transat. episcop. cum ibi nota. cap. si electio, de electi. in 6. Rota, decis. 328. tit. de iur. patronat. in antiquis, & decis. 290 de renunti. in antiq.* aliter in renuntiatione iuris in re, quæ non tenet nisi fiat in manibus superioris. Nec quis perdidit dominium & proprietatem beneficii, donec superior eam eiurationem ratam habuerit, *cap. fi. de renuntiat. c. quod in dubiis, & ibi no. Innocenti. & Doctor. eodem titul. Ioan. Andr. in regul. Is qui tacet, de regul. iur. in 6.* Sic tacite beneficium litigiosum quis potest remittere sine superiore, quando notabile est dubium, an ius habeat, *cap. 2. de in integr. restit. Panorm. in d. c. quod in dubiis.*

¶ Renuntiatio † expressa est ea, quæ sponte fit verbis, & ex- 23
plicite à titulario, per quam statim priuatur beneficio: & si ea admissa non sit, *disputat Rota, in decisio. 352. titul. de renuntiati. & de restitut. spoliato. incip. si opponatur, in nouis.* si pure fiat. Neque renuntianti datur regressus ad eiuratum beneficium sine noua collatione, etiam in casu regressus reseruati expresse, *cano. quampericulosum, 7. quæst. 1. not. in cap. inter cetera de præben. & in cap. cum vniuersorum, de rer. permut. cap. vni. eod. in 6 fusè hæc explicantur in decis. Rotæ, 23. tit. de rer. permut. in nouis.*

¶ Ceterum † quamuis renuntiatio non valeat, quod ad su- 24
periorem pertinet, si in manibus eius facta non sit, (nam potest illum si velit in beneficio non obstante renūtiatione retinere:) tamen quod pertinet ad eiurantem pure & expresse, valet, & desinit esse titularius, *Rota, in decis. 352. in nouis.* Ita & valet, quod pertinet ad resignantem, facta coram laico, vt non repetat beneficium ex priori titulo, *dict. cap quod in dubiis, & cap. 3. de renūtiat.* Quare qui renuntiat sine superiore, licet non perdat ius, tamen perdit possessorium: ideo non poterit agere possessorio coram iudicibus secularibus secundum Angelum, *Rebuff. in 3. part. Prax. benefic. titul. de resign. expressim. num. 23. Angel. in l. penult. de sic. præsid. in P.*

¶ Quamobrem dum resignatio, vel constitutio procuratoti ad resignandum fit noctu, debent adesse tria luminaria, *argumentum l. 1. §. tria, de vent. inspic.* si interdiu fenestræ apertæ, vt cognosci resignans indubie possit à notario & testibus, vt ait Cœpolla, *in leg. 2. de verborum significatione.* Atque hodie ex regia cōstitutione subscribi, seu subsignari debet hæc procuratio, seu mandatū ad renuntiandū manu infirmi, præsentibus duobus testibus, qui domicilium habeant & noti sint, vt procurationes fiant, nec sint proximi vel domestici eiurantium: aut si se non potest subscribere resignans, debent iidem testes se subscribere, & notarius apostolicus, qui procurationem conscribit, debet in ea causſas exprimere, ob quas is non potuerit subsignare, vt apparet ex constitutione Henrici 2. *constituti. des impetrations des benefices ecclesiasti. 24. Julij 1550. articul. 3.* ¶ Resignatio expressa, † vel est simplex, vel conditionalis. Simplex pura est, sine pacto aliquo vel conditione: alia, contra, *c. tua nos, de simon.* Pura facta resignatione vacat beneficium, & libere conferre potest cuicunque idoneo voluerit ordinarius, *cap. 1. & tot. titul. de renuntiat.*

¶ Cōditionalis † vix recipitur, attamen aliquando & frequens est illa, quæ fit in fauorem alicuius, cui conferri eiurans desiderat beneficium, & non alias, nec alio modo, quæ non potest fieri corā ordinario, vt nec alia conditionalis, *glos. & Doctor. in cap. ex parte, 1 de offic delega.* quia esset simonia ea renuntiatio, *can. quampio, 1. q. 2. c. cum pridem & c. fin. de pact.* Et quamuis eiurans possit ordinarium rogare, vt conferat alicui sine motu simoniæ, *d. c. tua nos, de simon.* si modo sit idoneus, aliter enim in simonia pescaret, *c. sunt nonnulli, 2. q. 1. c. tuam, de etat. & qual. glos. in can. ordinationes, 1. c. 1.* tamen non tenetur ordinarius illi conferre, pro quo rogatum est, *d. c. tua nos.* cum illa collatio post resignationem sit sui arbitrii. Nec legatus summi pontif. etiam hanc resignationē in fauorem admittere potest, nisi ea de re potestatem nominatim acceperit: eo quod illa conditio simoniacam pactionem inducat, *glos. & Doct. in c. pactiones. & c. cū pridem. de pact.* ¶ Et † proinde hæc renuntiatio in fauorem potest à summo pontifice admitti, qui simoniam purgare potest, non ordinarius, *c. ex parte, 1. de offic delega. Panor. & alij in rubr. de simo. Rebuff. in 3. par. Prax. benefic. tit. de resign condit. quam in fauorem vocant. n. 1. & 2. & sequen.* In hac resignatione singulare, vt si Papa non admittat eam, semper remaneat resignans beneficii dominus, *cap. inter, de præbend.* Et nō censeatur facta, nisi prouisio fiat illi, in cuius fauorem facta est renuntiatio, *c. vni. de rerum permut. in 6. Clement. vni. ae renuntiat.* isque acceptauerit, *non intelligitur dimissum quod nondum*

Digitized by Google

ablatum est l. nec vtilem, ex quib. can. maio. in P. & vi prouisionis illius missus fuerit in possessionem, *Rebuff. in d. titul. de resign. condi. in fauo. num. 14. 15. 16. 17. 18. 19.* Sic enim textus prouisionis admonet fieri, & mens cõditionẽ apponentis, quę in forma in specie definita impleri debet, *l. Mauius, 54. l. cum quidam, de condit. & demonstrat. in P. lib. 35. tit. 1. l. de conditio. incer. lib. 6. tit. 46.* & deficiente caussa & conditione, non censetur facta donatio, *l. 2. §. fin.*

29 *de donat. in P. cum similib.* ¶ Inter† cõditionales etiam resignationes est illa quæ fit sub reseruatione pensionis, & nõ alias, vel reseruatis fructibus, vel parte eorum, quę tantum à summo pontifice ad euitandam simoniam admitti potest, qui plenum ius in beneficia habet, *c. 2. de præb. in 6. Reb. in 3. par. Prax. benefic. de re-*

30 *signa. in fauorem, n. 25.* ¶ Item † & illa resignatio cõditionalis, quæ cũ regressu fit, vt si is cui cõfertur præmoriatur, redeat beneficiũ ad resignantem, & resignans retineat semper quosdam fructus beneficij. Itẽ cum accessu, idque ex caussa publicæ vtilitatis, *idem d. 3. titul. de regressi.* Sed istas conditiones latius non persequar, cum reseruationes omnium fructuum. & regressus & accessus, in regno Franciæ non probentur per istas renũtiationes, quæ Senatusconsultis ideo sæpe improbatæ sunt, *idem in rubr. de reseruatio. in concor.* & hodie expresse concilio Tridentino etiam coadiutoribus, *in concil. Trident. sess. 25. titul. de reformat. gener. c. 7.* Singulare tamen placitum curiæ secreti sacri concilij, quo Hẽricus 2. rex in caussa Ioannis benedicti, qui eiurauerat beneficia in fauorẽ Francisci Semelle sui vicarij antea moribundus, fide ab eo accepta, vt si à morbo, quo laborabat, euaderet, restitueret ei beneficia resignata. Decreuit nãque cogendum eum Semelle reiurare Benedicto beneficia; & iussum ordinariis, cuius collationis essent, idẽ Benedicto conferre, damnato Semelle ad sumtus, & ad fructuum perceptorum restitutionem 29 April. 1558

31 ¶ Est † alia conditionalis, caussa permutationis facta, resignatio: nã aliis, quam cõpermutantibus beneficia nõ censentur eiurata, nec aliis conferri possunt, *Clemen. 1. de rer. permuta.* Quare si quis resignet beneficium in manibus ordinarij, caussa permutationis mecum faciendæ, & mihi conferatur, & antequam ego quod habeo & debeo ex caussa eadem resignẽ, moruus fuerit resignãs vtrumq; beneficiũ meum erit, nec cogar meum eiurare. Quod si ab altera parte, facta resignatione, altera recusante, moriatur in possessione recusans, vacat beneficium eius per mortem, *hæc tradit, & rationi sic mat Rebuff. tit. de permuta. n. 28. & 29.* Nisi fierent permutationes, vel resignationes illę in fraudem nominatorum, & graduatorum in Gallia: nam tunc illis deberentur ab ordinariis, *§. volumus. & ibi Rebuff. in verb. permutationis, de colla. in concord. facit c. ex parte, in 1. de offic. deleg.* Et certe verum est, ante permutationem & collationem vtrinque faciendam, resignatione vacare vere beneficia, aliter beneficia viuentium conferrentur, vt late explicat Dayma, *in proœm Concor. fol. 119. colum. 1. 2. 3. per Clement. 1. de rer. permutat. dum dicit resignata &c. & gloss. in cap. si propter. in verb. vacabunt. de resti. in 6. & ibi Philip. Prach. An-*

23 *dre. Dominicus.* ¶ Sic enim consideramus in permutatione valida, beneficiorum, vt communis compermutantium voluntas accedat, & consensus, *cap. 1. de rerum permut.* Item eorum, ad quos pertinet beneficiorum electio, præsentatio, & collatio, *Clement. vni. eod. tit.* Et ita resignentur beneficia, *cap. 1. eod. in 6.* vt permutentur spiritualia spiritualibus, ius in re cum iure in re, & nõ ad rem, vel contra, *cap. fin. de re. permut. Hostiens. in summa eius tituli, §. quid potest permutari.* Consensus ex caussa permutationis tantum resignatione facta, limitatã caussam habet expressam & cõditionalem, sine qua facta non fuisset: quare, quamuis olim decretalium iure vacarent resignatione facta hac caussa beneficia, & possent alteri conferri ab ordinario, *cap. inter. de præben.* tamen hodie iure nouissimo placuit, ne possint aliis, quam permutãtibus conferri. *cap. vni. de rer. permuta. in 6. Clement. vni. eod.* ¶ Imo

33 de †consuetudine non petitur noua collatio, quando quis redit ad pro prium beneficium, resignatione ex caussa permutationis nõ sortiente effectum, *Ioan. Andr. in dict. cap. vni. in 6.* veluti si beneficium compermutantis fuerit euictum, *R. buff. in tractat. de pacifi. possessio. num. 145. & in 3. par. Prax. benefic. de permutat. benefic. n. 12.* etsi iuris rigore diuersum videri verius posset, & secundum consuetudinem in Gallia iudicatũ in senatu Parisien. 15. 25. 2. Maij, & in vigilia Beatissimæ Mariæ 1539. *Rebuff. vbi sup.* Quare qui beneficium tanquam pacificum compermutanti dedit, & lis mota fuerit tenetur, qui dedit litigiosum, auctor pro euictione eius qui accepit, & litem suscipere & prosequi: alioquin, qui pacificũ pro eo dedit, potest reuerti ad suum. *capit. si beneficia. de*

34 *præbend. in 6. Rebuff. vbi supr. num. 26.* ¶ Diximus † aut consensum patroni laici requiri in collatione ex caussa permutationis facienda. si beneficium sit patronatum *glo. in Clementina vnic. de rer. permutati. Curti. in tractat. iur. patron. in verb. honorificum. q. 3.* alioquin enim posset irrita esse collatio, spreto patrono. Quod intelligẽdum est, si patronus contẽtũ prosequatur, nõ aliter. Et sic collatio hæc ex caussa permutationis necessaria annullanda, non tamen nulla ipso iure dicitur, vt accidit in collatione alia, quæ fit vacante beneficio per mortẽ, vel resignationẽ simplicẽ, *can. decernimus, 16. quæst. 7. gloss. in cap. cum dilectus, de iure patronat. in verb. præsentare.* Et ita iudicatum fuisse tradit Guido Papęus, & Rota *Guid. Pap. decisio 374. ita etiam Rota decidit, decisio. 307. de rer. permut. incip. permutatio facta per ordinarium, in nouis.* Idem de consensu illorum, quorum est electio, dicendum est, *d. Clement. vni. de rerum permutat. Rebuff in 3. parte Prax. benefic. titul. de permut. num. 21.* Verum sufficit & patronos & eligentes requiri. nã non obstante illorũ dissensu potest ex caussa permutationis fieri collatio ab ordinario. Et sic iudicari tradit Rebuffus, *dict. n. 21. facit. Federic. in tractat. de permut. benef. quæst. 24.* ¶ Spiritualia 35 spiritualibus † hic permutantur, vt æqualitas salté qualitatis rerũ in ea permutatione adsit, & elidatur nundinationis & simoniæ suspicio, *cap. fin. de rer. permutat. ad quæstiones, eod. Matthæ. de Afflict. q. N ea. 17.* Beneficium vnum cum alio, vel cum pluribus minoribus permutatur, *c. cum venerabilis, & ibi Io. Andr. de excep.* sine fraude tamen, dolo, vel pactione. Nam pactio, quã vocant concordiam in permutatione, cum habeat simoniam, *ca. cum pridem, de pact. Panormit. in cap. cum vniuersorum, 7. nota, de rer. diui. Paris. cons. 130. col. 2.* ab ordinario collatore, qui ei non potest dispensare, non potest admitti: sed tantum à summo põtifice, vel eius legato habente potestatem. *dict. cap. cum pridem, & cap. fin. de pact.* Quocirca in hac concordia non debent contrahentes pacisci absolute, nisi & quatenus approbabitur à superiore, *cap. quæsitum, & cum vniuersorum, de rer. permutat. Decius cõsil. 141. incip. ad plura. cap. ad audientiam, &c.* ¶ In † renuntiationi- 36 bus, quæ cum conditione fiunt, vel quæ aliter exigunt collationem, regula generalis erit: renuntiationem fieri debere in manibus superioris eius, qui potestatem habet conferendi, *ibi gloss. in verb. ad quos, de iis quæ vi met. causs. fiunt. cap. admonet, cap. quod in dubiis, & renuntiat.* Summus tamen pontifex libere potest se pontificatu abdicare, & illum eiurare, *capit. 1. de renuntiat. in 6. de pontif. summ. qui renuntiarunt, vide Gomes. in regul. de infirm. resignatio. l. 1. Ioan. Burgund. tractat. de renuntiat. papæ.* superiorem enim non habet. Superior in hoc casu is est, qui potest inuitum priuare beneficio. *glo. in Clemen. vni. in manibus, de renuntiat.* & qui dicœceseos episcopus est, in qua beneficiũ sit. Nec potest alius, etsi ex priuilegio vel alias conferat beneficiũ, alterius dicœceseos admittere renuntiationem. *gloss. & Cardinalis, in Clement. vni. 7. quæst. de rer. permuta. Staphileus, in 2. modo vacant. nu.* 15. Ceterũ potest quis eiurare beneficium, & per se, & per procuratorem: quod per se possit, ex superioribus planum est: per procuratorẽ autem, & renuntiare & acceptare posse quem beneficia conuenit inter interpretes, & firmat vsus.

¶ Porro † procurator ad renuntiandum fit in spec ali manda- 38 to, *c. cum olim, §. quia vero. de offic. deleg. l. iusiurandum ex conuentione. §. si procurator, de iureiur. in P.* certus, vel nominatus, *l. 2. de procurator. gloss. in l. tutor incertus, de testamen. tutel.* nec procuratio sine nominatione certi procuratoris, vt dicũt, in albo valet, *Chassanæus in consuetud. des droicts & appart. à gens marie. §. 5. in verb. sans procuration, num. 8. Boerius, decis. 274.* quia nec alienatio sine speciali mandato tenet, *cap. qui ad agendum, de procurator. in 6. cap. id quod nostrum, de regul. iur.* Sicut & in procuratore ad acceptandum dictum est, *Doctor. in cap. accedens, de præbend. c. fin. de procur. in 6. Clementin. non potest, eod. cap. procurator, de electio. in 6. gloss. in §. statuit autem, in verb. procuratorem, de collat. in pragmatica sanctio.* quamuis acceptatio sine procuratione facta ab eo cuius nomine fit, rata haberi possit, & validetur, *Doct. in d. c. accedens & gloss. in cap quamsit, de præbend. in 6. gloss. & Doctor. cap. nonnulli, de rescri.* Nihil tamen interest, clericus sit an laicus procurator: vterque enim constitui potest: honestius tamen fiet, si clericus sit, *dict. gloss. in d. verb. procuratorem, Panormita. in cap. decreuimus, de iud.* Formam procurationis ex Henrici secũdi regis cõstitutione attulimus, dũ ageremus de renũtiatione expressa.

¶ Obseruamus† hic procuratorem eodem mandato seu pro- 39 curatione constitui non posse ad permutandum, acceptandum, & renuntiandum, vel contra, simul, *Rota, decis. 529. tit. de procurator. incipit, vtrum quis possit constituere. Rebuffus, tractat. nominat. quæst. 14. num. 112.*

¶ Dehinc † placuit Senatusconsultis ne procuratorium, seu 40 mãdatum duret vltra annum, nec postea in vim eius fieri posse resignationes vel prouisiones, *ita iudicatũ fuisse tradit Rebuffus, de pacificis possessoribus, nu. 145. & 3. parte Prax. beneficio. titu. de procurator. ad resignan. numer. 18. Extat constitut. Henric. 2. tit. de la reformation des prouis. apostо. notaires & banquiers art. 10. de l'an 1553. en Mars.* Ante posse, si modo procurator reuocatus non fuerit re integra, & dummodo ante reuocationem cognitam, resignauerit: nam cum reuocari possit procurator, reuocatus nihil agit, si cognouerit ante factam sui reuocationem, non aliter, *Clementin. vnic. de renuntiat. cap. si duo, vbi Doctor. de procurator. cap. fin. eod. titu. in 6. facit l. si forte, de offic. præsid. in P.* Etenim non eadem sunt resignare, & procuratorem ad resignandum facere: nã illa reuocari non potest, vt diximus, hęc re integra potest, *Rebuffus, in §. 1. de subla. Clementin. liter. in verb. resignatione, in concordat.* Imo si facta resignatione per procuratorem, antequam is consenserit, reuocetur, reuocatio valida est, *Rebuff. vbi supra, vers. nono limitatur.* & definit esse procurator, cum consensus eius, procurationis sit potior pars, & sine eo non expediantur bullæ, vt statuit regula cancellariæ 42. *Boer. decis. 348. num. 1.*

¶ Si†

Digitized by Google

41 ¶ Si † tamen antequ am notarius expedierit procuration é ei fuerit facta reuocatio manifeſtata, nihil operatur procuratio deinceps expedita, & notarius pro falſario habebitur, *idem in 3. parte Prax. beneſic. tit. de renocat. procurato. num. 9.* Sed & ſine intimatione reuocatur procurator, ſi moriatur interim re integra qui conſtituit, *Felin. in ca. ex parte decani, Fallen. 8. de reſcript. l. mandatum, & ibi Bald. cap. mand.* Et ſi procuratio eſſet facta ad reſignandum ex cauſſa permutationis, ſufficeret intimari reuocationem parti re integra nam poſt eam monitionẽ ſi quid fiat, dolo fieri dicetur, *Dd. in c. ſi. de procurat. in 6. viae ae hoc Rebuff. & de alus 14. cauſsis, in quibus non eſt opus, renocationem notam fieri procurato. in gl. fin. tit. de ſublat. Clem. liter. in concordat.*

De Modo renuntiationis.

Cap. 18.

1 *Renuntiantes quid iurant prius.*
2 *Renuntiatio beneficij ſine vi & metu fieri debet, & quis metus reſcindat eam.*
3 *Intruſi in cauſſa beneficiali qui dicantur.*
4 *Simonia ipſo iure priuat beneficio poſſeſſorem.*
5 *Renuntiatio dolo facta corruit.*
6 *Renuntiatio fieri debet ſecundum regulas cancellariae de infirmis reſignantibus, & de duplicandis reſignat.*
7 *Regula de 20. diebus renuntiationis, & in quibus locum habeat vel non, & 10.*
8 *Officium regale in Gallia renuntians, debet ſuperuiuere per 40. dies.*
9 *Regula de 20. diebus non habet locum in renuntiatione facta coram ordinario.*

1 QVi † renuntiant vel eorum procuratores, prius iurant eã ſine colo, vi, metu aut ſimonia factam, *c. ſ per hoc, de renuntiat. regul. cancellar. 43.* Renuntiatio itaque debet eſſe ſpontanea, & vi impulſiua metuue facta reuocatur, *cap. niſi cum pridem, de renuntiat. c. 2. & 4. de his quae vi met. cauſ. fiunt, can. preſbyteros, 50. diſtinct. c. ſolicite. de reſtitut. ſpolia. c. ſciani, c. elect. in 6.* Sicut & alia iſdem modis extorta, *tota l. 1. & tot. tit. de his quae vi metuſ. cauſ. fiunt, in P. & C. c. requiſit. & c. gemmam de ſponſ. l. fin. C. eoa.* & aut nulla eſt, *ſecundum Rotam, deciſ. 374. fuit dubitatum, in nouis, de renunt. Butriga. in c. ad aures, de his quae vi met. cauſ fiunt, & deciſ. Tholoſ. 285.* renuntiatio, aut ſaltem annullanda, *ſecundum Calaericum in conſi. 1. de renuntiat. per c. ſuper illo, eod.* Quod & in procuratoris ad renuntiandum conſtitutione intelligi debet, *Panormi. in c. abbas, de his quae vi metu. cauſ. fiunt. facit c. ad audientiam, & ibi glo. & c. cum dilectus, eod.* Metus hic iuſtus intelligi debet, qui habet reſtitutionis cauſſam, & cadere poteſt in conſtantem virum, *c. ad audientiam. eod. l. metum, in prima, de eo, quod metus cau. in P.* iuſtus, id eſt, probabilis & non leuis. *cap. ſin. de appella.* qui & proximorum eſſe poteſt, *c ſciant, de elect. in 6.* & ipſius collatoris, *Clemen. multorum, ae pœnis.* Atque ideo in Gallia ita vi & metu ſpoliatus, vti poteſt remedio poſſeſſorio reintegrãdæ cui ſi obiiciatur renuntiatio, ea non obſtante iudex poſſeſſionem reſtituet, vel vindicatione ad poſſidendam ita extortum *glo. in §. ad tollendas, in verb. lib. re, de electio. in pragmatica ſanction.* tuebitur. Sed operæpretium eſt prius iniuſtam vim probare illatam: nam ea quæ iuſte infertur, pro vi non habetur, *l. 3 §. 1. de eo quod met. cauſ. in P. l. nec magiſtratus, de iniur. in P.* veluti ſi in controuerſia beneficii, iudex detegat aliquem iniuſte re ipſa illud poſſidere, poteſt eũ cogere ſententia excommunicationis, & aliis modis illud eiurare vel renuntiare, ſcilicet dum dimittitur illi ipſum de facto, *cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. prebendar. cap. ad aures, de exceſsibus prælator. capit. relatum eſt, de iure patronat. c. ex inſinuatione, eod. cap. accepta, de reſtitutione in integr.* Veluti qui reſtituere iuſſus eſt, ſi non obſequatur, manu militari cogendus eſt, *l. qui reſtituere, ae res vind. in P. cap. cum aliquibus, de re iud.* ¶ Neque † qui improbam habent poſſeſſionem, titularii dicuntur, *l. improba. C. de acquirend. poſſeſſ.* & beneficiarii, ſed intruſi: quales ſunt omnes, qui nõ intrant in beneficium, per oſtium, aut ſine canonica inſtitutione, *cap. relatum, de iure patronatus.* & qui interrogati cur poſſideãt, nihil aliud quod reſpondeant habent, quam quod poſſideant, *l. qui interrogatus, de petit. heredit. in P. Bald. in cap. nihil eſt, de electio.* Item illi qui ſine titulo ſunt & cauſſa poſſidendi, *l. nulla, l. nec vlla, §. omnibus, de acq. poſſeſſ.* ſi poſſeſſionem nanciſcantur beneficii ante collationem, *Panor. in c. cum dudum per illum text. de prebendis, c. ne ſede vacante, c paſtoralis de priuileg.* vel poſt collationem propria auctoritate alio poſſidente, poſſeſſionem capiant, *c. ad aures, de excuſſ. relato. c. cum qui, de prabe. in 6. can. placuit. 16. quaeſt. 6. l. ſi ex ſtipulatione, de acq. rer. domin. de Velua, tract. de benefic. per 3. q. 15.* Mandatum enim collatoris eſt exſpectandum, *cap. 2. ne ſede vacante. c. cum veniſſent, de reſtitu. ſpolia.* & quidam auctoritatem & mandatum ipſam collationem & inſtitutionem interpretantur, *Panorm. & alij in c. cum dudum, de prebendis. Felinus, in cap. in noſtra, de reſcript. in c. venientes, de accuſatio.* Quibus addere poſſumus alias intruſionis ſpecies, quas tradit Felinus, *in d. c. in noſtra, de Rebuff. in §. 1. de paciſ. poſſe. in ver. violentos, in concord.* in quibus ſi per iudicem ademtio vi fiat, non dicetur iniuſta vis, nec metus ille reſignationem reſcindet. Similiter neque vis illegitima illata poſt renuntiationem reſcindet actũ priorem legitimum & liberum, *Lapus, allega. 23.* vel ſi, poſt renũtiationem vi metuue factam, purgata vi metuſne fuerint, vtpote ſi facto ſpoliationis, & reſtitutioni pacto renuntiaſſet, vel iuramento, *glo. in cap. ſuper hoc, in verbo reſignationis, de renuntiat. Rota, deciſio ſexageſimo octauo, incipien. nota quod poſt ſpoliationem, titul. de renuntiat. in antiquis.* quanquam non valeat renuntiatio beneficii facta poſt ſpoliationem, *c. ſolicite, de reſtit. ſpoliat.* & tamẽ reſtitutioni ſpontaneæ renuntiari poteſt, *Rota, deciſ. 68. & 42. in cip. nota quod ſi ſpoliatus, tit. de renuntiat. in antiq. & deciſ 326. inci. nota quod exiſtenti in poſſeſſione, in antiq.* & inuiolabiliter ſeruabitur iuramentum, *auth. ſacramenta puberum, ſi aduerſ. vendit.* ¶ Debet † etiam eſſe à ſimonia libera renuntiatio, *c. ſuper hoc, & ibi gloſſ. in verb. pecuniae, de renuntia.* Nam ſemper probata ſimonia, priuat beneficio, ſiue publica, ſiue occulta ſit, ſimoniacum poſſeſſorem ipſo iure. Proinde beneficium poterit ita obtentũ vel reſignatum, impetrari vt vacãs ipſo iure: & poſtea poterit probari ſimonia, *Rebuff. 3. parte Prax. benef. de ſimo. in permutation. nu. 11.* Et quamuis collatio ex cauſſa illa reſignationis ſimoniaca nõ valeat, tamen reſignauit, non poteſt illud beneficium repetere, nec ille qui ſimoniace adeptus eſt retinere, *idem vbi ſupr. num. 2. gloſſ. & Doctor. in cap. conſtitutus, de tranſ. Guid. Papa. conſ. 172. frater Hugo &c.* 4

¶ Dehinc † ſine dolo debet eſſe renuntiatio, *d. c. ſuper hoc, de renuntiat.* quia in omnibus, & in cauſſis potiſſimum beneficialibus, bona fides interuenire debet. *c. cum dilectus, de elect.* & liber conſenſus in reſignatione exigitur, *d. c. ſuper hoc.* Cui obiicitur vt vis & metus, ita & dolus. *l. mulier, §. ſi metu, quod met. cau.* ¶ Inſuper obſeruare oportet in reſignationibus, regulas cancellariæ Romanæ eurię duas. Altera eſt, de infirmis reſignantibus, *Reg. 18.* Altera de publicandis reſignationibus, *Reg. cancellar. 34.* de qua ſupra diximus, dum egimus de modis legitimis dandi beneficia, dumque palam dari debere probauimus. Igitur de priori nunc tantum. 5 6

¶ Prior † ſtatuit, vt collatio facta in vim reſignationis, vel reſignatio facta in fauorem non valeat, niſi reſignans in infirmitate conſtitutus ſuperuixerit per 20. dies, *d. reg. cancel. 18. & ibi glo. facit cap. 2. de renuntiat. in 6. Guillel. Bened. in repet. c. Raymutius. in verb. in extremis poſitus, num. 26. de teſta. Explicat hanc regul. Rebuffus in 3. par. Prax. benefi. tit. de regu. de infir. reſign. & Gomeſ. explicat per 41. quaeſtiones.* Ne eccleſiaſticis facultatibus quis abutãtur, & ne cum intare vitæ periodum arbitratur, audeat veluti teſtamento aut iure teſtamenti, ſanctuarium Dei trãsferre, *ca. 1. de reb. can. plerique, 8. q. 1.* Item ne per huiuſmodi reſignationes, ordinariorum ius, vel exſpectantium beneficia fraudentur. Cur autem in hac regula 20. dies potius, quam plures vel pauciores adiiciuntur, diſputat Gomeſius, *in regulam de infirmis reſig. quaeſt. 25.* Numerando ſq; dies 20. à die præſtiti conſenſus per reſignãtem ſupplicatione ſignata, *in q. 31.* Et quomodo de momento in momentum dies computandi. *q. 37. & gloſſ. antiq. in illam reg. 18. cancell.* Et Rebuffus, *in eandem 10. in 3. parx. Parx. benef.* Et hanc regulam fuſe probat Gomeſius locum habere in renuntiatione facta papatus per ſummum pontificem, *Gomeſ. q. 1.* Item in cardinalibus, *q. 3.* & eorum familiaribus, *quaeſt. 4.* in exemtis ab ordinariis, *q. 5* in fœminis regularibus habentibus dignitates collatiuas, *q. 5.* Item in commendis perpetuis, non autem in temporalibus eiuratis, *quaeſt. 13.* & in infirmo qui renunt auit iuri ſuo quæſito in beneficio, vt alicuius gratiæ, *quaeſt. 18.* & in renuntiatione ex cauſſa permutationis, *idem q. 19.* Dubitat & de reſignatione facta cum retentione fructuum, *quaeſt. 20.* Aſſerit autem & in beneficiis patrimonialibus, quæ perpetuo dantur in titulum; *q. 21. & 23.* At non habet locum in Imperatore, qui renuntiauit imperio ex conſenſu electorum, *Gomeſ. docet quaeſt. 2. in hanc reg. de infirm. reſig.* nec in ſenibus renuntiantibus, *idem q. 7.* in intrantibus mare, & renuntiantibus metu tempeſtatis, *idem q. 8.* nec in peſte infectis, *q. 9.* in infirmis vulnere non lethali, *idem q. 11. gloſ. antiq. in reg. cancel. 18.* & in eo qui ſanus erat tempore renuntiationis & cõſenſus ſum. põtif quãuis poſtea fuerit infirmus mortuus intra 20. dies. *idem Gomeſ. eod. q. 12.* Item nec in beneficiis conſiſtorialibus, id eſt, quæ conceduntur per reſignationem in conſiſtorio Papæ, *q. 14.* nec in beneficio vnito, *q. 15.* nec in tranſlationibus penſionum, *q. 16.* vel in eiuratione beneficii patronati cũ licentia patroni, *q. 17.* Nec in officiis curiæ Romanæ, potiſſimum ſecularibus, quæ teneri poſſunt ab vxorem habentibus. & in aliis quibuſcunque mixtis cum ſpiritualibus, *q. 22.* ¶ In † Gallia, in officiis profanis renuntiatis inter manus regis, qui renuntiat debet ſuperuiuere per 40. dies: vnde quando officii regii admittitur renuntiatio, ſolet rex in literis excipere, dummodo reſignans infirmus non ſit, & viuat per quadraginta dies, *in deciſ. Franciſ. Mar. 284. in 1. parte. Rebuff. in reg de infir. gl. 5. in 3. part. Prax. benef.* Receptum tamen eſt in Gallia eam regulam de viginti diebus ſeu de infirmis: locum habere in beneficis & officiis eccleſiaſticis collatis à rege iure ſuo, *Papus Rhapſo. lib. 3.* 7 8

Digitized by Google

9 *arest. tit. 2. arest. 5. & 2.* ¶ Ar tinter omnes quoq; cõuenit tãdẽ regulã illã non habere locũ in resignatione facta coram ordinario: quia coram eo nõ fit resignatio in fauorem, & ipse liber in conferendo est, vt ei cui conferre rogatus est, vel alij possit concedere: quod non habet locũ in renuntiatione, quę corã sum põtif. fit in fauorẽ, & non alias. Et sic est necessaria & conditionalis, & ita iudicatũ, *idem, vbi. sup. arest. 1. tit. 2. lib* 1. quamuis in cõtra
10 ria sit sententia Gomesius, *in d. reg. de infir. q. 16.* & alij. ¶ Quando intra 20. dies resignans moritur ex eadem infirmitate, quamuis vere vacet beneficium per resignationem post impetrationem, *alioquin collatio nulla de beneficio non vacante. c. 1. & 2. & c. cum nostris, de concess. prab.* ob eam mortem nullam: tamen censetur vacare per ob. tum, vt resignatio habeatur pro nõ facta, *gl. in Clem. 1. de immunita. eccles. Gomes. in d. regul. de infir. resign. q. 30.* Neq; per clausulas generales, vt illa, vel alias quouis modo vacet positas in supplicatione resignationis mortui infra 20. dies, cõprehenditur iste modus vacationis per obitum ficte inductus, per dictã regulam de infirmis, quia prædicta resignatio hic annullatur, vt late docet Gomesius, *eod. q. 34.* Receptum est tamen summ. põtif posse huic regulæ de infirmis derogare, & legatum cum potestate derogandi creatum, si modo expresse deroget, *idẽ in d. regu. q. 59. & fin. Rebuff. in illam reg. gl. 2. n. 24 & 25. & in §. præfatiq; ordinarij, in verb. vacare, de colla. in concord.* Et ita placitis supremarum curiarum ratum est, *Pap. lib. 3 arest. tit. 2. arest. 3.*

De Vacatione per mortem titularij.

Cap. 19

1 *Vacat beneficium ipso iure per mortem.*

1 RECTE † etiam beneficium dicitur vacare iure & facto, per mortem vltimi possessoris veri titularij. Nã beneficia tantũ conceduntur ad vitam vtenda, vel fruenda, & regenda, vt docuimus in finitione beneficij, nec de his disponi potest, vel iure hereditatis constitui, *c. de præb.* Mors separat corpus & animam, *l. si mater, C. de instit. & substit.* & hęc est mors naturalis, de qua hic intelligimus, quę non continet ciuilem, sicut nec in aliis beneficiorum quæstionibus, *glos. in c. susceptum. in verb. non morte, de rescrip. in 6. & in c. quamuis, in 1. prabend. in 6.* Et cum mors omnia soluat, *§. deinceps. auth. de nup. colla.* 10. soluet & ius, vsus, vel vsusfructus beneficiarij in beneficio, *c. 2. & c. fin. de loca. c. fi. ne pral. vic. suas, Clem. 1. de reb. eccl. nõ alie.* morte eius: vt in vsufructu alterius generis receptũ est, *§ finitur, de vsufruct. l. 3. § fi. quib. mod. vsufr. amit.*

De Beneficio litigioso.

Cap. 20.

1 *Beneficium litigiosum quod dicatur.*
2 *Beneficiorum lis de possessorio aut petitorio.*
3 *Beneficiorum possessio & titulus coram iudicibus secularibus in Gallia tractatur: contra iure canonico.*
4 *Vnionis beneficij controuersia agitur coram iudice regio in Gallia.*
5 *Possessorij iudicij pro beneficiorum lit bus methodus.*
6 *Dilationes quot dandæ in iudicio possessionis beneficiorum.*
7 *Possessorij, duæ prouisiones, vindiciæ seu recredentia, & sequestratio.*

1 Superiora † pertinent ad beneficia, quę cuiusque dici possunt vel nullius sunt: nempe ad beneficia iuste possessa, vel vacantia. Postrema nunc his adiicienda est consideratio, personarum possidentium beneficia, de quibus incertum aliquandiu est, num vere possideantur. an vero iniuste, an num vacent. Ea erunt litigiosa, controuersia coram iudice mota, postquam à iudice competenti citatio emanauit, & ad aduersariũ citatum peruenit, vel per eũ factũ est quo minus ad notitiam peueniret: dum in citatione talia sunt expressa, per quæ plene possit instrui, de quibus in iudicium conuenitur, *Clem. 2. vt lit. penden. c. non potest, de proc. c vt circa, de electio. in 6. cap. procurator, eod. Clemen. causam, de electio. cum similib.* ¶ Porro † iudicium omne & controuersia beneficiorum vel possessorium respicit, vel petitorium, *c. fin. de indic. tit. de causs. possess & propriet.* Iudices vtriusque idonei iure canonico põtifices sunt, seu episcopi ordinarii, *c. 3. & tot. tit. de for. compet. &*
3 *de iudi.* ¶ In † Gallia tamen magistratus regii de his litibus, vbi de possessorio seu interdicto retinendæ, seu *maintenue ou com-*
plainte, & recuperandæ cognoscunt, *Guid. Pap. dec. 1. disputant Interp. in c. fin. de Iudic. Cardinal. Zabarel. in Clem. dispendiosam de iud. §. 1. de caus. in pragm. sanct.* quamuis Fernandus hoc durum satis & vsurpatum existimet, multis rationibus, *Bereng. Fernan. in repet. §. nihil commune, l. naturaliter, de acquir. possess. in 5. præsat. num. 3.* Quas tamen vna mea sentẽtia tẽperare poterit ratio ita exped re fieri, & dum de possessione tutanda, vel defendenda quæritur, potius ad seculares potestates recurrendum, ad quas gladii temporalis exsecutio pertinet cõtra huiusmodi prędones & spoliãdas, quos ecclesiastica cẽsura vix à temeritate posset cõpescere. Sed & lites beneficiorum, quæ ad ius regaliorum pertinẽt, & ea ratione collationis, siue petitorio siue possessorio agatur iudicio, senatus Parisiensis cognoscit & sopit, *Carol. Molin. in regul. cancel. de infir. resig. num. 189.* ¶ Cognoscunt & regii iudices in Gallia de 4
possessorio vnionis controuersæ, *Rebuff. in §. 1. de caussis, in concor.* Sed & in cõcilio Basilien si, tit. de caussis approbãtur iurisdictiones in litibus beneficiorum. Et placuit senatui Parisiensi interdicta retinendæ possessionis, de omni re spirituali corã iudice laico proponi, & pro decimis, *notat Rebuffus in comment. ad constit. reg. Tom. 2. Rubr. des matieres possessoires, art. 2.* Prius de possessione, quam de proprietate in omnibus fere iudiciis agẽdum est, *l. si de v. de iudic. in P. §. retinendæ, de interd.* quanquã vtriusque quęstio simul proponi possit, *c. cum dilectus, de cau. possess.* Prąenta tamen possessorii in curia regia quęstio, in Gallia impedit, ne agi possit alibi de petitorio, *Constit. Francis. 1. public. an. 1539. art. 48.* ¶ Istius 5
porro † possessorii iudicii methodus hæc est. Primũ necesse est obtinere ab officina æquitatis siue cancellaria regia diplomare tinẽdæ, seu *Complainte en cas de saysine & nouuelleté*, seu intra annum, *ead constitu. art. 51.* à die turbatæ possessionis, *in constit. Caroli 7. in primis arti. 70. & constit. Franc. 1. artic. 61. in publica an. 1539.* Tradit & Rebuffus annum computandum in beneficiis post adeptam possessionem titularij, & nõ à die mortis prioris titularii, vel vacationis, & ita iudicatum, *Rebuff. in coniectaneis ad constit. regi. tom. 2. constit. tit. des matieres possessoir. art. 2.* Interdũ à seneschalchiis, querimoniæ seu retinendæ solent impetrari, quando illi iuridici solẽt iure suo, sine cõmissione negotii hac de re cognoscere, cuius generis est seneschalchus Cadurcensis, *Aufre. in styl. parlam. ad tit. de can. nouit. ad §. illum, item in casu nouitatis.* Horum deinceps diplomatũ exsecutio per apparitores fit, & dies nomine impetrantis dicitur aduersario, vt sistat iudicio coram iudice legitimo, vel eo cui dirigitur rescriptum, *in pri. constitutio. Car. 7. art. 71.* instructus & paratus ad litẽ agitãdam, nulla alia postulãda dilatione, *in consti. Carol. 7. primis artic. 63. & Carol. 8. art. 32.* 6

¶ Nisi † pro copia facienda, vocant *communicationem titulorũ*, quæ necessaria est, vna legitima cõcedatur, *constit. Francisc. 1. an. 1539. art. 46. & 47.* Interim autem, si de vi timeatur, sequestratur beneficium, ne ad arma prosiliant litigantes, *arg. l. a quissimum, de vsufruct. P. clemen. vni de sequestrat. possess. & fruct.* Postea lis contestatur, qua audita, iudex aliam eamque vnicam dilationẽ constituit, *in constitut. Franc. 1. an. 1539. art. 47.* ad edendos seu producendos titulos, quibus vti decreuerint possessores & litigantes, quorum quilibet se dicit iure possidere, quę dilatio nisi à senatu prorogari nequit. Hic nullorum testiũ allegatio vel editio admittitur. Et tunc partes iudicis sunt, habita titulorũ ratione, secundum eum vindicias vel recredentiam ferre, qui ius apparẽtius in beneficio videbitur habere, *eo. artic. 46. an. 1549. & Caroli 7. in primis. art. 58. l. fi. C. de edict. D. Adria. toll.* vel si nõ liqueat, sequestrare. ¶ Sũt † enim duæ prouisiones interdicto possessorio, 7
vindiciarum, & sequestri, *Rebuffus in coniectaneis in constitut. regi. tomo 2. tit des matieres possessoires art. 1. n. 2.* In beneficialibus quippe caussis oportet possessionẽ colore aliquo tituli fulciri, *cap. ad decimas. de restitut. spoliat. in 6. Præpositus, in sum. 3. q. 1.* ne vitiosus ad eã detur ingressus, *c. 1. de eo qui mitt. in poss. in 6. Specul. in tit. de teste. §. nunc videndum, vers. sed pone ago gl. s. in Clement. vni. de can. possess.* potissimum cum in beneficiis quæratur de iure, *c. licet caussam, de probatio. gl. vlt. in Clem. vni. de caus. possess.* Nisi forsan agatur interdicto recuperandæ, seu vt dicunt reintegrãdæ vel restituendæ possessionis: quia tunc sufficit sine exhibitione tituli, probare se fuisse in possessione tempore motæ litis, & spoliatũ fuisse, *Aufrer. decisio. quæstio. Tholos. 15. l. si quis ad se feudum, C. ad legem Iul. de vi publ.* Atque ante omnia restitutio fit, *ca. reintegrãda, 3. q. 1. tot. tit. de restit. spolia.* Interdicto retinendæ non item, quia habet causam proprietatis annexam *l. 2. §. quedam, de interd. in P.* In vindiciis non desideramus exactam iuris probationem, *ca. in literis, de restit. spol. interpr. in Clemen. vni. de can. possess.* Veruntamen hic pro quo sententia de momentanea possessione fertur, satisdare debet de fructibus restituendis, *l. fin. C. vti possidet.* si opus fuerit restitui postea. Subinde in pleno possessorio lis est persequẽda, testes si quos litigãtes allegent recipiendi audiẽdi ve sunt, & tandem summarie & de plano finis negotio imponendus, *Clem. dispendiosam, de iudic. Clem. sape. de verb. signific.*

DE

Digitized by Google

DE PVBLICIS ET ALIIS SECVLARIBVS PERSONIS.

LIBER XVIII.

De Principibus generaliter, & de illegitimis.

Cap. I.

1 *Principatuum, & principum diuisio.*
1 *Principum illegitimorum species.*
3 *Othonis imperium.*
4 *Didij Iuliani naudiande imperium.*
Iulianus Imperator magnus, capite damnatus.
5 *Gyges Imperator Lydorum ex nece domini.*
Darij imperium, eod.
6 *Regna occupata, sunt magna latrocinia.*
7 *Regnum vi occupatum, vt tantum retinetur, & infelicem habet exitum.*
8 *Reges in tyrannos quare degenerent.*
Tyberij Cæsaris vitium, eod.
Caij Caligulæ Cæs. vitium, eod.
Claudij Cæs. vitium, eod.
Galbæ Cæs. vitium, & mors, eod.
Domitiani Cæsaris vitia, & mors, eod.
Commodi Cæs. vitia, & mors, eod.
9 *Antonini Caracallæ vitia & mors.*
Auiti Cæs. vitia, & mors, eod.
10 *Gallus Cæsar crudelis, & mors eius.*
Adorari voluit Constantinus 2. Cæsar. eod.
11 *Darij superbia.*
Reus regum dici voluit Darius, & consanguineus Deorum. eod.
12 *Reginam reginarum se vocari voluit Cleopatra.*
13 *Conuiuiorum inuentores Pisistratidæ.*
14 *Regnorum fatum, & morbi.*
15 *Principatum vsurpantes illegitimi.*
16 *Reges & principes temporales, & annui.*
Bætarchia quid, eod.
Reges bini annui Carthagine, eod.

ACTENVS † dictum est de principibus, & personis publicis ecclesiasticis, deque eorum cura, & solicitudine, ministerio & sacerdotiis eorum. Agendum nunc est de publicis aliis personis secularib⁹ principibus, magistratibus, & aliis. Principatuum publicorum alii spirituales, alii seculares, *can. imperium, & c. quoniam, 10. distinct. can. cum ad verum, 96. distinct.* vt diximus: & horum alij illegitimi, alii legitimi dicuntur.

2 ¶ Illegitimi † sunt, qui vel malis artibus ad legitimum imperium conscendunt, vel illud legitime consecuti, male exercent, & tyrannice imperant: vel qui illegitimum, & præter morem sibi nouum statuunt imperium.

3 ¶ Priorum † suppetunt exempla eorum, qui regno aliquo, quale Othonis Imperatoris, qui necato Galba, sceleste imperium, & pecunia consecutus est, *Xiphil. ex Dione, in Othone.* vt & Didius Iulianus.

4 ¶ Nam † inter Didium Iulianum, & Sulpitianum clausis portis vrbis Romæ, occiso Pertinace, auctioni expositum est imperium & licitationi à militibus: addictione autem vicit Iulianus, & ita Imperator nominatus. Quem tamen populus respuit, indignus alioquin imperio, qui & magiç causſa multos necauit pueros, necatus ipse, & capite à senatu damnatus, & Seuerus Imperator nominatus, *idem ex Dio. in Didio Iuliano. Herodi. in 2. hist. Cæs.*

¶ Sic † impie ex nece domini Candaulis, Gyges imperio Lydorum potitus est, cuius & vltio in abneporem Gygis venit, *Herod. in 1.* Darius etiam Histaspis filius, dolo imperiũ Persarũ nactus, *Iustin. in 1.* tãdem & ipse misere obtruncatus. *Q. Curt. l. b. de gest. Alexand. & Iustin. in 1.* ¶ Occupata † regna omnia, & vi inuasa remota iustitia, nihil aliud sunt, nisi magna latrocinia: quia nec ipsa latrocinia nihil aliud sunt, quã parua regna, vt ait D. Augustinus, *lib. 4. de Ciuit. Dei, c. 4.* Vt & eleganter & veraciter Alexandro Magno comprehensus pyrata, & interrogatus quo scelere impulsus, mare infestũ habere vno Myoparone, (id ed, nauicula pyratica) respondit. Eodem, inquit, quo tu orbem terrarum, *Cicer. 3. de Rep. vt refert Nonius Marcellus.* Sic Lucanus, *lib. 10.* Alexandrum Magnum felicem terrarum prædonem vocat,

Terrarum fatale malum, fulmenque quod omnes
Percuteret populos, pariterque & sydus iniquum Gentibus.

¶ Regnorũ † horum exitus post illegitimum initium etiam in 7 felicissime successit. Regnum enim malis artibus comparatur & vi retentum, non potest perdurare, *Demosth. Olynth. 2.* qui nõ manent in officio, qui vi continentur, sed ad primam occasionẽ & leuẽ offensionẽ dissoluuntur illorum fœdera. Dũ spes est in armis, ipsum quidẽ floret, & vi effici possunt res, sed tempore collabitur. Et vt ædificiorum fundamenta oportet firma esse, ita & causſas negotiorum iustas esse. ¶ Inter † principes, qui legitime quidẽ nacti sunt imperii dignitatem, sed qui pessime & tyrannice regnarunt, plures enumerare possem. si hoc nõ iura interpretari sed historiam perscribere vellẽ. Itaq; supersedebo. & intra fines operis me continebo. Et in summa certũ puto, quod rex & tyrannus omnis est, tandẽ aliquando, libertatis inimicus, & legibus infestus, *idem orat. con. Phil.* Vbi paternũ amittit animũ. Nec fieri potest, quin nimia principum vsurpata licentia in animo imperandi indigno, multas & fere intolerabiles noxas excitet tragœdias, & ita imperium in tyrãnidem nõ degeneret, quæ longa distinctione inter se dissident, vt diximus in Feudis circa finẽ. Neq; nisi raro inuenimus vllos principes legitime vocatos, qui nimia vt ebrii licentia, in aliquod insigne vitiũ nõ inciderint. Tyberius Cæsar crudelis & simulator, *Dion. lib. 58. hist.* Caius Caligula inconstans, prodigus, luxuriosus, parricida, incestuosus cũ sororibus, adulter cum aliis, *idẽ li. 59.* Claudius Cæsar, vxoris Messalinæ & famulorum suorũ mancipium, *idem lib. 60.* Galba pecunia inexplebilis, ideo occisus à militibus, *Xiphil. ex Dio, in Galba,* Tempus imperii Vitellii nihil aliud, quã ebrietas, & cõmessationes, ita & turpiter à suis militibus occisus, & ad gemonias proiectus, *idem in Vitellio.* Domitianus fraudulentus, simulator, crudelis, incestuosus cum nepte: tandem quoq; à duobus suis cubicularijs Parthenio & Sigero necatus, *idem in Domitia.* Sub Commodo degenerante à probo patre Antonino, respublica venalis, & magistratus: athleteque is potius, quam Cæsar, & voluptatis prodigium: tandem & ab athleta Narcisso in balneo suffocatus, *idem in Commodo.* ¶ Antoninus † Caracalla crudelis, lubricus, parricida fratris Getæ, gladiator, tandemq; à Macrino, quem occidere decreuerat, obtruncatur, *idem in Caracal.* Auitus Cæsar, dictus Sardanapalus, tantæ mollitiei & luxuriæ, vt alios in his quoslibet superarit: tandem etiam necatus, & capite abscisso cum matris corpore in Tyberim proiectus, *Xiphil. in Auito & Pseudo Anton.* Crudeles Constantius & Gallus Cæsar, *Ammia. Marcelli. lib. 14.* Et † Constantius 1. interfector. & successor Galli, superbissimus, primusq; exterõ ritu, & regio more instituit adorari, cum antea semper ad similitudinem iudicum, salutatos principes legerimus, *idem li. 15.* Mos autem ille mutuatus à regib. Persarum, qui volunt se adorari ab aduentibus, *Æmil. Prob. in canone, Xenoph. in Agesilao.*

Digitized by Google

11 ¶ Quam † superba & ridicula Darii Arsani filii formula, totius orientis monarchiam tenebat, qui antequam vinceretur ab Alexandro Magno, imperiosissima legatione se regem ac regum consanguineum Deorum, Alexandrum vero famulum
12 suum appellauit, *Quint. Curt. lib. 2. de gest. Alex.* ¶ Et Gleopatra † etiam eo insolentiæ prouecta est, vt reginam reginarũ se appel-
13 laret, *Suidas, in verb.* ἰξδιπλαστ. ¶ Narrat † Idomeneus, Pisistratides Hippiam & Hipparchum filios scilicet Pisistratidis, cõuiuia commessationesque inuenisse, quapropter equorum, aliorumque multorum apud illos erat copia, & ex eo fuisse graue eorũ
14 imperium, *Athena, lib. 12. Dipnosop. cap. 15.* ¶ Non † percurram aliorum regnorum priuata exẽpla, sed sufficiet res omnes, ipsaq; imperia, & ad summum virtutis perducta, & viribus collabi. Et vix filios & successores in regno quantumuis legitimo imitari patres, vel similes esse maioribus, imo nec sibi ipsis. Nam quos labor & virtus per electionem ad regna euehit, vel successio legitima extollit, sæpe, & vt plerumque res secundæ eorum pũt, vel satellites, seu consiliarii improbi, & rerum nimiũ felix successus, & voluptas. Quamobrem paulatim impetia, regna, & principatus senescunt, ægrotant, concidunt, & intereũt, aliaque noua resurgunt. Quo respexit forsan vaticinium, si ex iis quę vidimus, fidem futuris habeamus, Bissinæ Biffini Thoringorum regis vxoris, quæ, vt auctor Aymonius, *Aymon. lib. 1. histor. Francor. cap. 8.* futuras regum Gallorum successiones, visionibus Childerico regi dilucide ostendit: quas qui legerit, non minus mirabitur, quã si Sibyllæ oracula legisset. Sed omnibus porro rebus pub. ruinæ & miseriarum causas subiecerunt præcipue duo vitia, crudelitas, & luxuria. Vtrumq; in Tarquinio Superbo finem imposuit regno Romanorum, *Liui. in 1. & 2. Dionys. Halicar. lib. 4. Eutrop. in 1. Oros. in 2. & alij* Mollities & luxuria monarchiæ Assyriorum per Ninum vsurpatæ ab Arsace, *Iustin. in* 1. Quæ & regnum transtulit in Carolum Marcellum Galliæ. His accedit rerumpub. gubernandarum ignorãtia, quæ præcipites agit principes, & ob quam ordinata peruertunt, egentia ope contemnunt, aut prætermittunt, discrimen nesciunt inter rectorem & subditos, omnia confundentes, in quibus dignitatem conseruare imperii oportet, remissi: in quibus imperium remittere, tyranni. Vera autem imperii regii expressio, in filiorum gubernatione est: nam & in hos imperium regium dicitur, *Arist. lib. 1. Polit. c. 8.* Quod enim genuit, quodque per amicitiã præest, & per ætatem, idipsum est idem, quod species quædam regii imperii. Et sic Homerus Iouem omnium regem, hominũ, deorumque patrem vocat. Natura enim excellere regem oportet, genere autem esse eundem. Quod accidit seniori ad iunio-
15 rem, & parenti ad natum. ¶ Illegitimi † quoque habiti sunt principes, qui imperium sibi vsurparunt nouũ, & præter morẽ & consensum populi, ex temporali perpetuũ sibi fecerũt principatum. Quemadmodum decemuiri Romæ tentarunt. Item & Sylla in dictatura semestri, & Iulius Cæsar in imperio. Naturale quippe pluribus visum est, ducibus subiici & imperium in se concedere: at minime quibusdam tutum, semper vni vel pluribus fidere, vel omni tempore principatum, vel absolute cõcede-
16 re. ¶ Sicuti lex erat Thebis, quæ morte mulctabat, si quis diutius imperium retinuisset, quam lege præfinitum erat. Ex qua lege in iudicium Epaminundas vocatus est, ex agro Laconico reuersus, quamuis tunc vicisset fusis Lacedæmoniis, quod Bœotarchiæ, id est, imperio, contra legem quatuor menses addidisset, *Æmil. Prob. in Epaminun. Ælian. lib. 13. de Var. histo. Plutar. in Apophtheg. reg. in Polit. & in Pelopida.* Romæ consules, ad quos imperii summa deferebatur, annui tantum, *Liui. in 1. & 2. Dionys. in 4. Eutrop. in 1. Oros. in 2. D. Augusti. de Ciuita. Dei, c. 16. lib. 3. & alij.* Carthagine quoq; singulis annis bini reges creabantur, *Æmil. Prob. in vita Hannibalis.*

De Legitimis principibus. Cap. 2.

1 *Imperia & regna tribus modis hominibus contingunt, armis, electione, successione.*
2 *Imperia iusta armis quæsita quædam.*
Regna in Gallia plura eod.
Regna Alemanorum sublata, eod.
3 *Reges electione facti quomodo, & varie.*
4 *Regna ex infeudatione in clientelam data.*
5 *Electione fiunt principes spirituales, & seculares.*
6 *Monarchia, & monarcha quid.*
7 *Imperator quis dicatur.*
8 *Reges Romanorum qui, & quot.*
9 *Consules Romanorum quando cæperunt.*
Dictator Romanorum, eod.
Magister militum Romanorum, eod.
10 *Imperatoris nomen Romanorum quando cepit.*
Cæsares, eod.
11 *Reges Albanorum, Syluij: Ægyptiorum Pharaones: Alexandrea, Ptolomæi.*
Parthorum, Ascida: Latinorum, Mauani.
12 *Augusti vnde. Pij Cæsares à quo dicti, eod.*
13 *Principi magistratuum, & populi delata potestas.*
Regnum, nobilis seruitus, eod.
14 *Regum duæ artes, militaris, & legum.*
15 *Regnum bifariam sumtum, secundum legem, & secundum genus.*
16 *Lacedæmoniorum duo reges, & ex prosapia Herculis.*
17 *Hiala rex genere delectus.*
18 *Imperij secundum genus historia & successio.*
19 *Corits, designati reges, post mortem viuentis dicti.*
20 *Cæsares designati Imperatores post mortem patris dicti.*
Princeps iuuentutis quis, eod.
Princeps in Hispania filius successurus in regno dicitur, eod.
Despota Græcis qui, eod.
21 *Monsieur in Gallia successurus in regno.*
Delphinus in Gallia quis, eod.
22 *Familiæ & regna moriuntur.*
Regna generis, quæ ob genus interemtum defecerunt.
23 *Imperium quando translatum in Carolum Magnum.*
Et quando translatum ab eius genere in Saxones, eod.
Quando electioni commissum imperium, eod.

IMperia, † regna, & principatus, triplici modo potissimum 1
decernũtur hominibus, armis, electione, successione. ¶ De regno † quod armis paratum est, prostant exempla passim, sed po- 2
tissimum iustum illud pro Israelitis, depulsis idololatris regibus, contigit, *vt constat ex tota historia Iudaicum.* Et iustum quod in vindictam eiusdem populi delinquentis stabilitum aliquantulum Babyloniis supra Israelẽ, *4. Reg. c. pen. & fin. 3. Paralip. c. fin.* Iustũ imperium ex iusta causa sibi parauerant Christiani Hierosolymitanũ: iustũ Carolus Magnus in Sarracenos, & contra Arrianos Cæsares nactus, vi illos loco cedere cogens. Existimatur & lex bellorũ iusta, victũ victori inseruire, & inferioré potentiori. Quo factũ est, vt reguli qui plures erant in Galliis, tãdem sub vnius imperium venerint regis Francorum: vt regnũ Suessonũ, Neustriæ, Aureliæ, Aquitaniæ, Burgundiæ, Lugduni, Biturigum, Tolosę, Aluernię, & alii quę in prouincias, ducatus, comitatus, & marchionatus translata sunt. Sicuti & tẽpore belli ad Tolbiacum initi Clodoueus victor regulos Germanię sustulit, vt auctor Beatus Rhenan. in 2. ¶ Electione † fiunt principes 3
& reges, vel infeudatione, vel via electionis solemnis: seu suffragiis populi fiebant consules Romæ expulsis regibus, illi dictatoré dicebant, hic eligebat magistrum equitum. Ante consules, senatus interregem tempore regum faciebat. ¶ Infeudatione 4
† pluribus regna data sunt, & dantur hodie à superioribus: à summo pontifice, in prouinciis & regnis, quæ suæ sunt potestatis, vel quæ illi hominium debent, & fidẽ iurant. Quale est rex Hierosolymorũ, Siciliæ, Aragonũ, &c. *de istorum regnorum infeudatione, vide quæ diximus in feudis, cum de personis idoneis agimus.* Dãtur & regna in feudum ab imperatore, quæ sui sunt hominii, & Imperii. Facit & iis si velit noua. Illud ipsum & facit Turcarũ Imperator, & pretiosus Ioannes qui plura habent sub se regna tributaria, & suæ fidei.

¶ In † summa per electionem fiunt legitimi principes, spi- 5
rituales & temporales. Legitimi principes, spirituales fiunt per electionem illi, de quibus dictũ est alibi, videlicet summus põtifex, patriarchæ, cardinales, & alii præpositi antistites. Secularis porro principatus & legitimus electiuus erit, siue sit vnius, & plurium: vnius est, monarchia & regnũ: plurium, aristocratia optimatum: oligarchia, paucorum: democratia, populi. De quorum præstantia disputat Dion, *lib. 44. & 36.* & in epito. Polybii, *lib. 7.* & nos alibi. Pendet ab iis magistratuum potestas & electio.

¶ Monarchiæ † nomine, administratio illa continetur, quæ 6
vnum tantum habet dominum, qui superiorem nõ agnoscit. Sed absolute monarcha totius orbis dominus est. Ego plures annotaui, qui se orbis dominos dicerent, nullum autem qui talis esset adhuc præter vnum: eumque solũ Deum inueni, & eius vicarium vnicum Papam in orbe Christiano: alii sua opinione, & adulatorum inflati ventis, tanquam monarchæ. Deus solus rex regũ, & Dominus dominantium, *Apoc. c. 19.* & solus æterne imperans, *Psal. 9. & Exod. 15.* Alexander se monarcham dixit, sed si quis illius imperiũ expendat, plures nationes inueniet illi non subditas, nec quidẽ Romanos. Imperatores Romanorum etiam orbis dominos dicunt, *l. bene à Zenone, de quadriennij præscr. C. l. deprecatio ad leg. Rhod. de iact. in P. §. omnes vero populi, in proœmio Institutionum.* Sed quam alienum hoc ipsum sit à veritate, manifestum est. Sed istos omittamus, & similium monarcharũ paganorum, & Turcarũ, vanos titulos, vt ridiculos. At fatebimur eos esse in regno & imperio proprio monarchas, quamdiu præualẽt subditis. Tales & dicemus reges, qui à bene regendo nomẽ habent, *cap. clerus, vers. pontifex, 21. dist.* vt imperatores ab imperio. Cõiuemus & alium vanissimum titulũ, quem sibi vsurpant æternitatis, *in l. 2. de fabricensib. lib. 10. C.* ¶ Et † ne in falsis illis insignibus & insulis immoremur, de imperatore quædam percurramus, quæ ad iuris ciuilis pertineant cognitionem, & de regno Romanorum, & administratione reipublicæ eorundẽ. Imperator apud Plinium *lib. 7. natura. histor.* dicetur, qui certum hostiũ 7
numẽ-

numerum sua manu occidisset. Secúdum M. Terentium Varronẽ *A. de ling. Lat.* Imperator ab imperio populi, qui eos qui id attentassent, opprimeret hostes. Strabo, *l. Geogra.* imperatores præstãtissimos eos fuisse dixit, qui post maris & terræ acquisitionẽ *in* ciuilẽ cœtum homines coegerunt. Cicero cum Plinio cõsentit *Cicero, Philip.* 14. oportuisse eũ, qui imperator dici vellet, sua manu mille aut duo millia hostiũ occidisse, vel seruitutis liberatoré fuisse. Explicat idipsũ Alexander ab Alexandro, *lib. 1.*
8 *Genial. dier. cap. 2.* ¶ Duces † etiam imperatores dicebantur, quod imperarent militibus. Ex duce militũ, vel latronum factus fuit rex Romulus, post eum alij nomen obtinuerunt, vsque ad Tarquinium Superbum septimum, & postremum ducem, qui regis nomen habuerit, à primo Romulo, cui successerunt ordine Numa Pompilius, Tullus Hostilius, Ancus & Martius, Tarquinius Priscus, Seruius Tullius, & vltimus Tarquinius Superbus, qui regnarunt per annos 243. *de his regibus Livius, in 1. & Flor. Paul. Diacon. in 1. de princip. Roma. Sextus Rufus Consul. In Epitom. histor. Plinius, de vir. illustri. Dionys. Halicar. in toto primo volumine Oros.*
1 *in 2. c. 5. & 6. August. li. 1. de ciuitate. Dei, c. 19. l. 2. de origin. Ouid. 2. Fastor.* Primus vi constituit imperium, alij partim successione, partim electione facti reges: & aliquo eorũ deficiẽte & mortuo, interdũ, vt ait Dionys. Halicarnassæus, interex à senatu electus
9 est. ¶ Ob scelus adulterij in Lucretiam commissi per Tarquiniũ Superbum expulsi reges, & nomen regium à populo Romano: aliudque nomen secundo, imperantium, consulum videlicet annuorum ex electione inductum est, *Præcipi sistem facitis auctores.* Et nono post anno Tarquinio exercitum inducente, dictatoris potestas temestris addita cum magistro equitum, *Eutro. in 1. Oros. in 2. c. 6.* Electi consules dicebant dictatorem, hic magistrum eligebat. Successere postea Tribunicensores, consules iterũ, decé
10 viri, rursum cõsules & dictatores electi. ¶ Donec † Iulius Cæsar sibi pro nomine principatus Imperatoris nomen, & à militibus acceperat, retinuit: & reipub. gubernationem vsurpauit, *Plutar. in vita Cæsaris.* Cuius successores, etsi imperatoris appellatio regia potestate inferior esset, *Donatus Accursius, in vita Caroli Magni.* pro insigniori titulo se imperatores nominari maluerunt, quã reges. Forsan & alia ratione, quod nomen regis summopere
11 Romanis esset exosum. ¶ Ita † & Cæsares quoq; ab eo dici voluerũt, *Spartianus, in Ælio Vero.* Sicuti & Albanorũ reges Siluij, à Siluio Posthumo 3. eorũ rege. *Eutrop in 1. Rom. prin.* Ægyptiorũ reges: Pharaones: Alexandriæ, Ptolomæi, *Ioseph. li. 8. Antiquit.*
12 *c. 6.* Parthorũ, Asciadæ: Latinorum: Murani. ¶ Sic † & Cæsares Romani ab Augusto vel Octauiano, dici voluerunt Augusti, *Philip. Beroald. in Sueton. in Iul. Cæsar. c. 12.* is autẽ à populo Augustus, quasi venerandus, cognominatus est, teste Dione, *Dio Cass. lib. 51. histor.* Sic & Pius ab Antonino Pio imperatore, *§. fin. vt liberti de cæter. arre. nõ indigent annul. col. 6. tit. 6. in auth.* cui erat è Gallia transalpina paternum genus. è Nemausense pater Aurelius Fulvius, ingenio clarus & doctrina, atque mitis: mitidæque literaturæ, Numæ Pompilio comparatus: cognominatus Pius à senatu, varias ob causas, quas recenset Iulius Capitolinus, *in vita Anto-*
13 *nini Pij.* & Vulcatius Gallicanus, *in Auidio Cassio.* ¶ Ad † hanc potestatem alia omnis magistratuum qui imperabant, populique Rom. deuolura est, vt suo loco in iure ciuili & positiuo explicauimus *§. sed & quod princeps, de iure natura. l. 2. §. nouissime, de origi. iur. l. 1. de constitut. princip. Pl. l. 1. §. hoc etiam nihilominus, de veter. iur. enucleat. Zoannes Tomi 2. l. Barbarius de officio prætor.* Ita ad hanc solum reipubl. cura pertinet, *§. 1. de here. & fal. cid. in authent. l. 2. ff. præ. vigil. P.* debetq; studere princeps, vt subditi in quiete & pace viuãt. *§. 1. vt dini. iussion. subscri. habeant gloriosiss. quæstor. in authent.* Et publicis occupari negotiis. *§. adhæc, vt cum de appel. cogno. in auth.* & alta mente retinere quod Antigonus rex filio suo quẽ se immodestiorem & violentioré quam par esset, gerere videret, dixit: *An non nouisti, fili, regnum nostrum nobilem esse ser-*
14 *mitutem?* Ælia. *lib. 2. de varia histor. c. 20.* ¶ Regum † duæ sunt artes præcipuæ militaris, & legum, *§. 1. in proœmio Institut.* vt pacis, & belli tẽpore recte remp. gubernent, & tueantur. Arma & leges mutuo auxilio egent, *l. 1. de Iustinia. C. confir. C. l. qui restituere, de rei vind. P.* Et princeps ad iudicãdum potissimum, & regẽdum bonis legibus populum, præpositus est, *1. Reg. 8.* & pectus eius scrinium & promtuariũ debet esse legum omnium. *l. omniũ, C. de testam.* atque philosophia plenum, *l. penult. C. de his quib. vt indig.* Et tum demum felices respublicas dixit Plato, si aut philosophi ad regnum promouerentur, vel reges philosopharentur. Non oportet certe nauicam nauigandi imperitum, naui regẽdæ præficere, alioquin periclitantur qui in ea sunt, potissimum furentibus ventis, & concitato mari. Nec quoque reipublicæ gubernacula commissa imperitis successus vel exitus habent fœlices, vbi illa pouissimũ seditionibus æstuat. Sic enim optime Mitylenæus poeta Lyricus Alcæus, rempublicam perturbatam, & statũ, per. nauim allegorice designat sub Mycillo tyranno Mitylenæorum, apud Heraclidem. *lib. Allegoriarum Homeri.*

Eos asperum, inquit, ventorum
Murisque statum, concitis
Fluctibus feruntur, hinc & hinc.
Nos puppis in medio vehit,
Grauisque tempestas perimit,
Iam cernit in sentinam,
Cui malus alligatur
Lignum, lacerataque vela sunt
Et anchora laxate. Et postea,
Hic fluctus velut æstuans
Rempublicam obruit omnem.
Et nobis hauriendæ
Est sentina malorum,
Quæ plurima intrat nauim.

¶ † Regnũ bifariam scindi Plato dicebat. Aliud enim secun- 15
dum legem, aliud secundum genus esse: secundum legẽ constare Carthaginensium regnum, ciuile quippe esse. Lacedæmoniorum autem, & Macedonum, secundum genus: quod haberent successionem quandam per genus. *Diogen. Laertius. li. 3. in vita Plato.*

¶ † Morem fuisse Lacedæmoniis à maioribus traditum scribit 16
Æmilius Probus, *in vita Agesila.* 1. vt duos haberent semper reges, nomine magis quam imperio ex duabus familiis Proclis & Euristhenis, qui principes ex progenie Herculis Spartæ fuerũt. Harum ex altera in alterius familiæ locum fieri non licebat: ita que vterque suum retinebat ordinem. Primus in eo habebatur, qui maximus in ea esset ex liberis eius, qui regnãs decessisset. Si is virilem sexum non reliquisset, tum deligebatur qui proximus esset propinquitate.

¶ † In Hiala etiam republica Indorum reges ex duabus fami- 17
liis per successiones assumebantur, vt auctor Diodorus Siculus. *lib. 17. Bibliothec. anno 9. Alexand.* In Gallia nostra reges ex genere succedũt primogeniti regis præmortui, cui si nulli supersint filij superstites, ad proximioré ex genere diadema defertur, exclusis fœminis ex lege Salica: de fecit tamen ter recta generis sue cessio.

¶ † Hoc imperium, quod ex successione datur, videtur fuisse 18
primum in orbe, & natura inductum, secundum ea quæ docet Aristotele. *1. Polit. c. 1. & 2. & 4.* Vt primum cõiunctione maris & fœminæ facta, imperium fuerit viro, cui erat mulier subdita. *Genes. 3.* Et hæc fuit prima societas quotidiana, prima domus, primum imperium, quod & genitis inde imperauit qui essent cũ illa domo ὁμοιογενῆ & ὑπήκοα. Cũ autem nati plures ex prima domo sunt, & seorsum diuersis dominibus habitare cœperũt, reuerẽtia genitoris primi, vt antiquioris, & imperij honos animis adhæsit separatorũ. ato; eos, qui domibus separatis imperarunt, maxime primum ex quo descenderant veneratí & honorare æquũ visum fuit: illum autem singulis prospicere. Sic patus cœpit fieri ex natis natorũ, & vni subditus fuit, omnisque domus regebatur à seniore. Et postea senioris proximiores, priores esse cœperunt: & ex pagis ciuitates, ex ciuitatib. regna cõposita, remanẽte gubernãdi paterna potestate, cui & regia similis.

¶ † Prisci reges quidam tamen eligebant sibi successores in 19
regno, quos vocabãt Coritos, hoc est, Iones vel hastatos, ita Sabatius Saga teatus Caritus à Iano. *Beros. lib. 5. defloration. histor.* Et Arius 6. Babyloniæ rex Auruũ. Et tẽpore regis Athladis regis 12. Babyloniæ, Hercules filius eius, Thuscum filiũ Ianigenis creauit sio. Coritũ. Tẽpore Sphæri 15. regis Babylo. Moiges filius Itali creauit Coritum suum cognatum Combolasionem, vt scribit Berosus. ¶ † Apud Romanos, imperio præelecti princi- 20
pum filij seu Imperatores, Cæsares dicebantur, quasi designati augustæ maiestatis heredes, vt auctor Spartianus *in Ælio Vero.* Et hinc Germani Romanorum regem Cæsarem appellant. Iidemque principes dicti iuuentutis, testibus Tacito, Suetonio, & Lampridio. Eratque hoc nomen auspicium futuris Imperatoribus, sicut in Hispania, qui mortuo parente regnũ adepturi sunt principes appellãtur. Et filii Imperatorũ apud Græcos despotæ dicti. ¶ † Vt & hodie filius regis proximus successione, dicitur, 21
Monsieur, vel alio nomine Delphinus: ab eo tempore, quo Vmbertus, secundum paulum Æmilium, *li. 9. in Ioan.* vel secundum Nicolaum Gillium, Imbertus Delphinatiũ princeps, Philippo Valesio Gallorũ regi, Delphinatus dominatum cessit, ea lege & conditione, vt proximus regis heres dominus diceretur. *Vincẽtius Lupanus, in commentariis de magistratibus & præfecturis Francorum.* vocabant Allobroges quippe suos principes, Delphinos. *Paul. Æmil. libr. 8. in Philippo Longo.*

¶ † Fuerunt quatuor monarchiæ principales orbis per succes- 22
sionem in filios translatæ, donec in curia, vel vi in aliam ditionẽ translatæ sunt, vel deficiente genere: deficiunt enim, & senescũt quoque familiæ, & moriuntur, vt regna. Expertumque illud in monarchia Galliæ, quæ etiam ter mutauit succedendi ordinẽ non tamen in alterius regis ius, quam proprij transiuit, ex quo cõfirmata fuit, Imperio quoque Romano idipsum accidit sæpe, & series familiarum in eo turbata & expuncta est. ¶ † Et tandẽ 23
deficit ipsum imperium in oriente, & translatum in occidentẽ; in Carolum Magnum Franconiæ natum in Germania, filium Pipini regis Galliarũ & Bertæ, anno domini 801. anno 21. imperij Constãtini & matris Helenæ. In cuius familia remansit ad mortem vsque Ludouici Balbi regis Galliarum, post cuius vitæ obi-

Digitized by Google

tum, translatũ est in Saxones Allemanos, penes quos quos iure successionis quoque à patre in filios peruenit, vsq; ad tempora trium Othonum, quorum postremus veneno dato à Romanis, Romæ mortuus est. Qua ratione Gregorius 5. ratione Saxo, qui pulso ab Othone antipapa Ioanne 17. dicto, restitutus in sedẽ erat, vt imperii dignitas apud Germanos suos maneret, Synodo congregata sanctionem tulit de Imperatore deligendo, quæ vsque in hodiernum diem obseruatur, anno 994. *exstat constitutio. in c. venerabilem, de elect.* electoribus Germanis cõstitutis. *de quib. gloss. in c. ad apostolica, circa finem, de re iud. in Sex.* Post quorum electionem triplex diadema, seu tres coronas suscipit, primam Aquisgrani in Colonien si dioecesi: secundam, in Modicien se ciuitate à Mediolanensi archiepiscopo: postremam Romæ à summo pontifice. *glo. in c. ne Romani, §. porro, de iureiur. in Clementi.*

De Populo.

Cap. 3.

1 *Publicum quid.*
2 *Populus quid.*
Collegium quod constat personis. eod.
Plebs quot constat personis. eod.
Turba quot constat personis.
Gens & gentiles quid, & vnde. eod.
3 *Populus diuisus à Romulo ordine, & dignitate, & quomodo.*
4 *Populo permissa ex lege Romuli.*
5 *Democratia quibus constet.*
6 *Democratia quid, & finis.*
7 *Gruum imperium reciprocum.*

1 QVod populi est, † recte publicum dicitur: quasi populicũ, *§. consequens, de suspect. tutor. §. 1. de pub. iud.* Et publica, quæ sunt populi, potissimum quæ sunt populi Romani proprie: aliorum autem, per similitudinem. *l. bona ciuitatis, & l. eum qui vectigal. de verb. signif. l. inter publica, eod.*

2 ¶ † Populus dicitur multitudinis cœtus, ratione communis iuris, & vtilitatis vnitus: vt definisse Ciceronem in libro de republica, cuius pars interiit, testatur D. Augustinus. *lib. 19. de ciuit. c. 21.* Duo vel tres faciunt congregationem, & collegium. *c. 1. de elect. in. l. Neratius, de ver. signif.* quod per vnum retinetur. *l sicut. §. fin. quod cuiusq. vniuers. nom.* Decem faciunt populum, & plebem, *can. vnio, 10. q. 3. ca. 1. & ibi gl. de elect.* turbam, quindecim. *l. prætor ait, in 2. vi bonor. rapto. P. & ibi Bart.* Gens quoque pro populo accipitur, *§. ius autem ciuile, §. quod vero, de iure nat. gent. & ciuil. l. omnes, §. 1. eod. tit. P. can. ius gens. 1. dist.* quamuis alio modo gens, & genus, & gentiles à gignendo, cognati dicantur. *l. pronuntiatio, §. familia, & l. sæpe, de verb. signif.*

3 ¶ † Diuisit Romulus populum Romanum, ordine, & dignite. Multitudinem ordine, in tribus: tribus, in curias: curias in decurias. Dignitate, in patritios & plebeios. *Dio. Halicar. in 2.* Postea & diuisus populus in senatores, equites, & plebem. Et proinde ex recenti diuisione compositus est populus ex patritiis seu senatoribus, equitibus, & plebe. *§. plebs, de iure nat. gen. & ciuili. l. plebs, de verb. signif.* de quibus, & de diuisione populi secundum ordinem, iam diximus alibi. *in c. 9. de iure ciuili num. 12. li. de iuris arte.* ¶ Romulus † permisit tria populo: Magistratus creare: ius belli inferendi: & consilium dare, & consiliũ dicere, iusque legis sanciendæ. *Dionys. Halicar. in 2.* Et in lege 12. tabularum cautum ita erat, *Cicero. 3. de legib. Creatio magistratuum, iudicia populi, iussa vetita cum sciscitentur, optimatibus vota plebi libera sunto.* Pulsis tamen regibus populus omnem potestatem sibi vsurpauit, eamque per certa tempora, & circumscripte exercẽdam optimatibus, consulibus, senatui, & aliis magistratibus, & ducibus concessit. Postea rursum transtulit in principem. *hæc omnia in tota l. 2. de orig. iur. P.* ¶ Democratia † definitur duobus extremis, potestate summa populi, ac libertate. Et libertas illa, vt liberum sit quodcunque velis æquum facere, vt scribit Aristoteles, *Politic. cap. 9.* Finis popularis administrationis, libertas: quæ consistit, vt per vices imperent ac pareant, & iusti populare æquum habeant secundum numerum, non secundum dignitatem: Et accidat, vt quicquid multitudo statuerit, id ratũ iustumue necessario dicatur. *hæc & plura, de hac democratia, & mẽbris eius. Politic. Aristotel. lib. 6. c. 2. & sequentibus.* ¶ Democratia † populi respublica dicitur, quę eo diuturnior fuit, quo magis leges conseruauit, & duxit optimas. vt de democratia Athenien sium ait Pausanias. In democratia communicatio dignitatũ per vices, videtur quandam continere naturalem gubernationem, quale de gruibus scribit Athalaricus rex Gothorum. *Grues,* † inquit, *moralem quandam nouerunt exercere concordiam: inter quas nulla cognita queritur, quia in iniquitatis ambitus non habetur: vigilat vicissim communi tutela se custodiunt. Sic honor nullus admittitur, dũ omnia sub communione seruantur. His etiam volatus vicaria æqualitate disponitur, vltima sit prima, & qui primatum tenuit, esse posterior non recusat &c. voluntarie seruiendo, libera sunt. Cassiodor. lib. 9. Variarum c. 2. in edicto contra curiales.*

De Magistratibus in genere.

Cap. 4.

1 *Magistratuum potestas vnde & nomen.*
Magister populi dictator. eod.
2 *Magistratuum diuisio remissiue.*
3 *Magistratus in quorum locum suffecti.*
4 *Magestratuum publica persona, & potestas.*
5 *Iudicia in portu ciuitatum fiebant.*

1 A Potestate olim populi, † Imperatoria vel regia nunc, pendent magistratus eorumque potestas. *l. 1. ad leg. Iul. de ambit.* Antea non ita, quando omnia manu regia fiebant. *l. 2. in pr. de orig. iur.* & per se reges iudicarent, quando vt iudicarent reges eligebãtur: vt Deioces à Medis, *Herodot. in 1.* & Saul ab Israelitico populo, *1. Reg. cap. 8* electi sunt. Et id nomen explicat: quia apud Paulum, *l. quibus præcipua, §7. de verbor. & rer. signific.* magistros & magistratus dici cõstat, qui magis quam ceteri diligentiã & solicitudinem rebus, quibus præsunt, debent, & à monendo & mõstrando. Tum autem dici cœptus magistratus, cum à populo magister populi, id est, dictator creatus est, vt auctor Põponius Lętus, *libr. de Magistrat.* Sicut & magistrum populi, dictatorem esse explicat Cicero, *1. de finib.* Et Varro, *lib. 4. ling. Latina. Magister equitum, quod summa potestas huius in equite. & accensos, vt est summa populi dictator, à quo is quoq; magister populi appellatus. Reliqui, quod minores quam hi magistri, magistratus: vt ab amb. ambatus.* Et vox magistratus significat eos, qui in potestate aliqua sunt constituti, vt Cicero ait, *3. de legib. videtis igitur hanc esse magistratus vim vt præsit, præscribatque recta & vtilia, & coniuncta cum legibus. Vt enim magistratibus leges, ita populo præsunt magistratus: vereque dici potest magistratum esse, legem loquentem: legem autem esse mutum magistratum.* Aliquando etiam magistratus, pro potestate ipsa seu officio accipitur. ¶ Distinctiones † porro magistratuum hic nõ ponemus, nec alia, quæ ad singulorum pertinent auctoritatẽ, & iurisdictionem, vel potestatem: quia de his in perfecta iudiciorum enucleatione, cum de personis sermo fiet, agetur. Et iam satis arbitror me dixisse, in præludiis optimi Iurisconsulti, *ib. 2. præuaiorũ, c. 31. 32. 33. 34.* ¶ Interim † sciẽdũ magistratus proprie suffectos esse in locum populi, & principis, vel aliorũ, qui per se potestatem quam habent, vel exercere nolunt, vel non possunt: nõ enim omnia per nos ipsos exsequi possumus, semper & vbique. Et proinde magistratibus opus fuit, qui consiliis suis, atq; specie ipsa, dignitatem reipub. iustinerent, *Cicero, Dial. 2. de legib. in fine & principio. 3. libr.* eamque, vt ait Iustinianus quoque, sibi commissam per partes gubernarent. *Iustin. in §. final. in proœmio Institut.* ¶ Sicuti † enim principes, sic & isti vicarii eorum, publicam curam suscipiunt, nomine principum, non suo, vnde & publicæ personæ dicuntur, *§ penultimæ Attilian. tutor.* Et principes ciuitatis à Modestino, *in l. Spadonem, §. si ciuitatis princeps. de excusat. tut.* Et auctoritatem principis, vt olim populi, referunt. *l. 1. de offi. præfect. prætor. in P. l. 1. ad leg. Iul. de Annona.* Iusque publicum, & in sacerdotibus, sic magistratibus, quod ad statum rei Romanæ, id est, reipub. pertineant, *l. 2. §. publicum. de Iustit. & iur. in P. §. huius studij, eod. tit. apud Iustinian.* Sicuti etiam principes legum publicarum habent potestatem, *l. leges vt genera. & l. leges sacratissimæ. C. de legib.* sic & istis legum concesserunt excusationem & conseruationem. *l. iniuriarum actio, §. 1. de iniur. in P. l. 3. §. sed vim, de eo quod met. cau. 9.* Vnde & pro anima legibus sunt magistratus: alioquin enim parum est iura in ciuitate esse, nisi sint, qui ad effectum ea deducant. *l. 2. §. post originem, de orig. iuris.* Idcirco horum potestas siue iurisdictio, dicitur de publico introducta, cum necessitate iuris dicendi. *Interpreta. post glos., in l. 1. de iurisdict. omnium iud. P.* cum imperio sæpe. *l. potestatum, verbo. de verbor. signif. Limperium, de iurisdict. omnium iud. in P.* & cum maiestate Imperii, *in l. penult. de Iustitia & iur. &c.*

§ Omnibusque † horum copia patere debet. *l. observandum, de offic. præf.* & ideo Deus iussit Mosi, *Deutero. cap. 16.* in portis ciuitatum fieri iudicia, sic dicens: *Iudices & magistratus constitues in omnibus portis tuis, quas dominus dederit per singulas tribus tuas, vt iudicent iustum iudicio, nec in alteram partem declinent.* Et Amos propheta, *5. cap. odite malum, diligite bonum, & constituite in porta iudicium. si forte misereatur dominus. Est igitur* inquit Cicero, *1. Offic. proprium muneris magistratus intelligere se gerere personam ciuitatis, debereque eius dignitatem & decus sustinere, seruare leges, & iura describere, & fidei suæ commissa meminisse.* Diximus itaque alibi de iudicum, & magistratuum decore, & quæ in illis requiruntur in morum grauitate religione, & sapientia. Et ideirco absque hac tractatione, & sufficiet indicasse, vbi ea explicauerimus, *lixi lib. 2. prælud. c. 35. 36. 37. 38.*

De Per-

Digitized by Google

De Personarum priuatam vitam agentium generibus.

Cap. 5.

1 *Ciuitatum diuidendarum primus inuentor; & in quas partes diuisit.*
Hippodamas Euryphontis Milesius.eod.
Ciuitati optima quot hominum genera adesse debent.
2 *Indorum multitudinis distinctio in quot species hominum.*
Sapientum apud Indos munus.eod.
Agricolarum securitas apud Indos.
Pastorum habitatio apud Indos extra vrbes, & oppida.eod.
Milites Indorum quales.eod.
3 *Episcopi Indorum qui, & munus.*
4 *Personarum consideratio priuatarum, & earum qualitatum in iure.*
5 *Personarum diuisio in iure secundum scientiam, & artificium.*
6 *Persona scientiæ factiuæ.*

1 HIppodamas Euryphontis † Milesius, diuisionem ciuitatum primus inuenit, & prim⁹ aggressus est aliquid dicere optimo ciuitatis statu. Constituit ciuitatem multitudine decem millium, in tres diuisam partes. Faciebat vnam partem artifices, alteram agricolas, tertiam propulsatores belli atque arma tenentes,
2 *Aristoteles lib. 2. Polit. c. 6.* ¶ Apud † Indos septem potissimum genera hominum, *ex Arriano, lib. rer. Indicarum & Strabone.* Primum locum sophistæ habebãt, seu sapientes, quibus nulla operis necessitas imposita, quam vt suis diis pro salute communi sacrificia facerent: diuinarent de temporibus anni, aut si quæ publica calamitas immineret. Secundum genus erat agricolarum, qui neque bella curant, nec arma habent, nec tẽpore belli infestantur etiam ab inimicis. Tertium eorum, qui οἱ νομάδες, οἱ νεμόμενοι τὰ ἐν βυσσῷ· ἐν ὕπνῳ ὄντι καὶ πολλὰς ὕπνου ἐν ὁδῷ τῶν κόμων οἰκοῦσι, νομάδες τὸ δεύτ. &c. id est, sunt pastores, armentarij, bubulci. Et isti neque vrbes, neque pagos inhabitant: sed in montibus degunt, & tributum ex armentis & pecore pendunt, aueſque & agrestes feras venantur. Quartum genus, τὸ δημιουργικὸν τῶν ἐν καπηλικῷ ἔθνος, id est, opificum & negotiatorum genus, qui ex artificijs tributa persoluebãt. Quo genere etiam & nautæ continẽtur. Quintum genus eorum, qui πολεμικὸν, id est, milites dicuntur, qui solũ bellis deseruiebant.

3 ¶ Sextum † genus faciebant, οἱ βασιλεῖς καὶ ἔφοροι, episcopi dicti, οὗτοι ἐφοροῦσι τὰ γενόμενα, καὶ τὰ ἐπὶ χώρᾳ, ἢ καὶ πρὸς πόλεις, ἢ τοῦτο τὰ αἰσχρὰ ἐπὶ βασιλεῖ, ἵνα μὴ βασιλεύωσιν Ἰνδοὶ, ἢ πρὸς τύραννον ἵνα μὴ αὐτόνομοι ὦσι, id est, ij quid in vrbibus, quid in agris agatur, inquirũt, eaque regibus, si per reges gubernetur: aut, magistratibus, si liberæ sint ciuitates, denuntiant. Septimum genus, est hominum Indicorum: eorum qui de rebus ad publicum pertinentibus cõsultant: idque vel cum rege, vel per vrbes, quæ liberæ imperiũ
4 tenent. ¶ In † iure considerabimus quoque istas personarum distinctiones propter diuersa illarũ priuilegia, & naturam. Itaqu. Indorum sequuti partitionem, de sapientibus siue philosophis erit prima personarum notio, & de iis, qui eo tendunt, per gradus: de omnibus enim agit Iurisconsultus, qui scientiam aliquam vel artem profitentur. Sed vna diuisione generali, omniũ harum personarum nomenclaturas complectemur, vt memoriæ tenacius, quę proxime explicanda sunt inhæreant.

5 ¶ Igitur † ratione scientiæ & cognitionis, diuidimus personas: in eas quæ habent cognitionem aut scientiam, vel infusam, seu intellectualem, vel speculatiuam, vel practicam. Infusam habent prophetæ, & diuini. Speculatiuarum scientiarum scij, vel habent realium, vel rationalium cognitionem. Qui realium habent scientiam, dicũtur vel mathematici, vel physici, vel metaphysici. Mathematici in quatruplici sunt differentia, nempe arithmetici, geometræ, musici, astrologi, vel astronomi. Speculatiuarum rationalium personæ, sunt grammatici, dialectici, rhetores, poetæ, historiographi, Iuriconsulti. Practicę scientię participes in actiua sunt, qui gerunt honores & munera ciuilia, illi qui œconomi dicuntur. Et qui mores regunt, inspiciunt, & corrigunt, cẽsores: quorum nomenclaturæ variæ sunt. De honoribus & censoribus, vt, de aliis magistratibus Deo fauente, in iudiciorũ personis agetur. De munerum administratoribus paulo infra.

6 ¶ Ad † practicam scientiam seu factiuam pertinent milites, de quibus in re militari. Artifices, agricolæ, pastores, armentarij, bubulci, suarij, de quib⁹ mox. venatores, piscatores, aucupes, de quibus diximus alibi, *dum agimus de extraordinarijs crimimibus, de venatione.* Nautę, negotiatores, propolæ, mercatores, institoresque, &c. *de his tractabitur Deo volente, in contract. emtionis & venditionis, & de nundinis, & dum de lege Rhodia in quasi contractibus, de exercitoria actione, & institoria.* Fabri lignarij, ferrarij, metallarij, monetarij, architecti, figuli, aurifices. Medici, chirurgi, obstetrices, iatraleptici. Mechanicialij, pictores, baphici, sculptores, celatores, statuarij plastici, scribæ, pistores & huiusmodi, fullones, textores, sartores, &c. Item milites, qui in multiplici differentia.

De Prophetis & Diuinis.

Cap. 6.

1 *Sophistæ Indis vates.*
2 *Sophistæ olim philosophi dicebantur.*
3 *Prophetæ nomen quid significet.*
Prophetia præteritorum, præsentium, & futurorum.eod.
4 *Prophetæ boni, & mali.*
Prophetæ quando cessarunt in populo Israelitico.eod.
5 *Prophetarum mali & impij homines vere.*
6 *Sibyllinæ oracula cuius sint.*
7 *Sibylla mortua adhuc diuinat in sortibus.*
8 *Lunæ apparens facies.*
Sibyllæ creditur. eod.
9 *Sibyllarum numerus.*
Sibyllinorum librorum combustorum historia.eod.
Sibyllæ nomen quid significet, eod.
10 *Sibyllini libri Romæ custoditi, & consulti publice; & quando.*
11 *Sibyllinis libris Christiani fidem non adhibebant.*
12 *Larginus Proculus prædixit cum vitæ suæ discrimine diem mortis Domitiani.*
Domitiani tyranni mors præuisa, & laniatus à canibus eod.
Apollonij Tyanæi viso in morte Domitiani.
13 *Antonini Caracallæ imperij prædictio.*
Vates, & diuini gentilium eximij, 12. 13. 14.
14 *Oenone vates.*
Helenus vates.eod.
Cassandra vates.eod.
Chalcas vates.eod.
15 *Diuinationis & prophetiæ differentia.*

SOphistæ, † id est, sapientes apud Indos dicebantur, qui futura vaticinabantur, quę ad reipublicę vtilitatem pertinebant; vt diximus ex Arrio, *libr. rerum Indica.* Et, vt Terentius ait, *in Andria. Ipsum est sapere, non quod ante pedes modo est, videre, sed etiam illa, quæ futura sunt, prospicere.* ¶ Et † Sophistæ dicti sunt olim, qui postea philosophi; rerum enim consideratione attentiori, rebus futuris, prospiciebãt. Verũ ista cautio futurorum, ex caussis naturalibus facta, proprie non pertinet ad professionem, vel diuinationem: sed ad prudentiã, & astrologiã. ¶ Prophetæ † nomen sumto late vocabulo, & eum qui futura prædicit, *can. si quælibet, 5. Abraam, 12. q. 2.* & eum qui sacra scripturarum diuinarũ mysteria interpretatur abdita, continet, *can. si rector, 43. dist. Exod. 7. ibi, Aaron erit propheta.* Genus prophetiæ vniuersum tripliciter diuiditur, in futurum, præsens, & præteritũ. Et Mosis est prophetia dum narrat de creatione Adami, & de tẽporibus repetitis ab origine. Tũ etiã prophetia est eius, quod est occultũ inuentu: vt dum D. Petrus furtum Ananię & Saphiræ detexit. Sed magis proprie prophetia, quę euentura longe pronuntiat, *D. Chrysostomus, in 2. proœmio in Psalmos tom. 1.* ¶ Prophetarum alij boni, & prophetia illorum vera: alij mali, & prophetia vera: alij pseudoprophetę, & prophetia vel vsurpata diuinatio, falsa. Veri prophetæ, sunt & boni à Deo, ad id mun⁹ electi, qualis Elias, Heliseus, Enoch, Esaias, Zacharias, Hieremias, & alij similes, qui omni tempore fere fuerunt in populo Dei, vsq; ad Aggæũ, Zachariã, & Malachiã, quibus mortuis cessauit prophetia in Israel, an. à creatione mũdi 3404. vt scribũt Hebræi in suis Chronicis, *in lib. Sephergolam. Zucha.* ¶ Prophetarum † alij homines, quamuis improbi essent, & habent aliqui mali spiritum prophetiæ, sed nõ ad meritũ, aliis non sibi vtiles, vt innuitur ex sacro eloquio dũ deus dicit non nosse eos omnes, qui dicunt se prophetasse in nomine eius, & à se reiicit, vt operarios iniquitatis, *Matth. c. 7.* Prophetarunt Balaam, quãuis impiissimus, *Numeror c. 22.* & Saul persecutor prophetæ, *1. Reg. c. 19.* & 18. & Caiphas prophetauit, cum esset pontifex, quod expediebat vnum hominem mori pro populo, ne tota gẽs periret, *D. Ioan. cap. c. 11.* Et plures alij, quorũ ore spiritus sanctus, vt instrumẽto vsus est. Etenim prophetia, donum gratiæ est, *& hoc fuse explicat D. Chryso. homil. 25. in Matth.* ¶ Annotauimus † & plures vates veridicos inter gẽtiles, non suo quidẽ merito, sed ad eorũ malitiam adhuc proprio ore cõuincendã. Sunt Sibyllina oracula veridica, si tamẽ ea nõ sint alicuius mulieris, quæ Deũ non nouerit, admiranda. Opinor. n. Erithream saltem eam, cuius nobis residua sunt excussa fragmẽta & responsa, Deum verum nouisse: Etenim in eius oraculis legimus, eam se profiteri vxorem vnius filiorum Noachi, iactatãque vndis in arcam, vt quæ intra esset vna cum leuitis & glossis, *vide in Sibyllinis oraculis excussis Græce & Latine ex versione Castalionis. lib. 1. pag. 61. & lib. 3. in fine pag. 153.* Atque se Dei iussu, oracula literis, mandasse testatur, his verbis, *lib. 1. Sibyllinorum oraculor. pag. 50.*

—τοῦτον γὰρ ἐγὼ
ἀθάνατος ἐοῦσα, μεμνημένον ἐκ μ' ἐκέλευσε
ἐξείλασθ' ὑμῖν ἵνα μὴ φθορὴ ἐξαπόλωμαι,
Id est, omnia mihi scio

Digitized by Google

Immortalis saluator, qui omnia obseruat, quique me iussit
Annunciare vobis, ne mentibus pereatis.

7 ¶ Aiunt, † vt scribit Clemens Alexandrinus, *lib. 1. Stromatum.* Delphis in curia ostendi petram quandam, supra quam dicitur sedisse prima Sibylla, quæ Helicone venerat, educata à Musis, cum esset filia Lamiæ Sidoniæ. Sidonius autem dicit in versibus, ne mortuam quidem à diuinandi arte cessasse Sibyllam, & id quidem, quod ex eo in aerem recessit post obitum id esse, quod in sortibus diuinat & auguriis. ¶ Ex † eo autem quod
8 mutatum est in terram corpore, exortam vt consentaneum est herbam, quam, cum eam bestiæ, quæ in eo loco essent comedissent, scribit perfectã futuri cognitionẽ per exta hominib. significasse: eius autẽ animã existimat esse faciẽ, quæ apparetin Luna.
9 ¶ De † numero Sibyllarũ, non est quod post tot aliorũ labores repleã chartas: illorum etenim opera prostant pertrita, *colligit de his multa Vives in commenta. ad c. 23. lib. 18. de ciuitate Dei Augustin. Onuphrius, lib. de Sibyllis & Sibyllarum oraculis. Lactantius ex Varrone lib. 1. contra gentes, c. Suidas & alii.* Ferunt ad Tarquinium Priscum, vel vt alij volunt, Tarquinium Superbũ, vnã Sibyllarum, oraculorum libros detulisse secundũ aliquos nouem, secundũ alios tres, & pro eis trecentos Philippæos postulasse, regemq; aspernatum pretij magnitudinẽ, & mulieris insaniã derisisse: illam aũt cõspectu regis tres ex nouẽ, vel secundũ alios vnum ex trib. cõbussisse, ac pro reliquis idẽ pretium postulasse, Tarquinium multo magis insanire putasse, eã tamẽ denuo tribus aliis exustis, vel secundum alios altero, in eodẽ pretio perseueraſſe, motumque fuisse regẽ, ac trecẽtis aureis emisse. Testis Plinius, *lib. 34. c. 5.* Dionysius Halicar. Solinus *cap. 7.* Aulus Gellius. Seruius, *in 4. Æneid. vers.* Suidas, qui & Sibyllæ nomẽ dicit esse ἀξίωμα ῥωμαϊκὸν ἱερωσύνην σημαῖνον, id est, dictionem Romanã significãtem Prophetã seu vatẽ. Est & Sibylla, ac si dicas deorum cõsilium. Vt Æoles dicebãt, σίος, deos, & βυλὰν, cõsi-
10 lium. ¶ Conseruabãtur † autẽ Romæ summa cum veneratione libri Sibyllini, qui magnis in negotiis cõsulebantur: veluti
1 quãdo cõtra Volscos bello moto, Romæ laboratum est victus inopia, & magnus metus fuit ne in totũ deficeret, terra fructus negãte. *Dionys. Halicarn. in 6.* Sub Claudiano quoque, quo tempore Marcomani cuncta vastabant, *Flauius Vopiscus in vita Aurelia.* Sub Galieno pro pestilentia sedanda, *Iulius Capitolinus, in Galieno.* Et sæpissime aliis quoque temporibus. ¶ Dignum † ta-
11 men notatu est, Christianos nunquam his fidẽ adhibuisse, quod colligo ex Vopisci verbis dictis ad senatum, cum esset controuersia de inspiciendis libris Sibyllinis, Aurelianum scripsisse: *Miror, Patres sancti, vos tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris, proinde quasi in Christianorum ecclesia, non in templo deorum omnia tractaretis, Flauius Vopiscus, in Aureliano.* Sed nec per solas Sibyllas aliquando permisit verum prædici Deus, sed etiam per
12 alios. ¶ Sic † Larginus Proculus prędixit in Germania Domitiani diem, quo excessit è vita. Hac causſa Romam missus, damnatus capite, tamen exsecutione remorata Domitianus eo interiit die, & absolutus à Nerua imperii successore, 40. sestertia dono accepit. Alius qui Domitiano & vitam & genus mortis prædi-
13 xit, & eum laniandum à canibus, quod accidit. Nam cum rogo vrendos esset, imbre ignis exstinctus est: vbi canes vinctum repetientes, laniarunt. Item Apollonius Tyanæus, quo tempore ab Stephano Liberto occidebatur, cum in præcelsum atque editum ascendisset conuocata magna populi turba, siue Ephesi esset, siue alibi dixit. *Recte Stephane, euge Stephane, percute homicidã, percussisti, vulneraſti, occidisti, Xiphilinus, ex Dion. in Domitiano, Philostratus, lib. 8. de vita Apollonij Tyanei.* Quidam vates in Afri-
14 ca prædixit Macrinum præfectum prætorio Antonini Caracallæ, & filium eius Diadumenũ imperaturos, quod accidit, *idem Xiphilinus, in Antonino Caracalla.* ¶ Oenone, † Cebrenis filia, vxor prima Alexandri filij Priami, Alexandro prędixit, futurum eum rapturum Helenam ex Europa, & bellum suæ patriæ indicturũ, & quod ipso in bello esset sauciand us, & à nemine sanandus. Erat enim numine correpta sæpe, & futura enuntiabat, *Parthenius, in Eroticis, c. 4. ex Nicandro, libr. de poetis.* Cum etiam idẽ Alexander raptor Helenæ, in Græciam trãsire decreuisset, Helenus vaticinari cœpit Graios venturos, Ilium euersuros, parentes & fratres hostili manu interituros, si Alexander sibi ex Græcia vxorem adduxisset. Idipsum & Cassandra vaticinata, *Dares Phrygius, lib. de excidio Troiæ.* Chalcas in exercitu Græcorum vates futurorum eximius, *Dictys Cretensis, lib. 2. de bello Troian.* Omitto recensere reliquos, qui in hac diuinationis arte floruerunt, & sæpe vera, sæpius tamen mendacia protulerunt: vtpote potius dictante diabolo, quã spiritu sancto loquuti. Quem admodum illi pseudoprophetæ, qui diuinationes suas proferẽtes dicebant, *Hæc dixit Dominus*, cum tamen non fuisset eis locutus Dominus, nec misisset eos, *Hieremiæ, 14. & 23. Ezechiel. 13.* Plura de diuinatione & specieb. eius & pœna criminis alibi diximus, quæ suo loco videto, *in criminibus diximus, dum egimus de maleficiis & mathematicis.*
15 ¶ Differentias † insignis inter diuinationem, & prophetiam, quã adfert D. Chrysostom. *Homilia in Psal. 44. tomo 1.* est: quod vates gentilium, qui responsa canebant, & oracula, multa quidem dicebant, eorum aũt quæ dicebant nihil sciebant. Sed non ita facit spiritus S. sed permittit, vt cor cognoscat quæ dicuntur. Et Hermas discipulus D. Pauli apostoli, *Discernitur*, inquit, *prophetia & spiritus Dei ab spiritu falso. Quia Dei spiritus deorsum est quietus, humilis, sine nequitia, sine desiderio vano huius seculi, homine omni se facit humiliorẽ. nõ sẽper omnibus, nec de singulis loquitur, interrogatus, sed cum Deus vult. Spiritus autem terrestris, est & fatuus, & homo: qui eum habet, primam vult cathedram, est iniprobus, verbis suis, in deliciis, in voluptatibus multis, & mercedem accipit diuinationis. Hermas, lib. 2. Pastoris, mandato, vel cap. 12.*

De Philosophis.

Cap. 7.

1 *Philosophi nomen quid, & quis primus eo se nominauit.*
Pythagoras primus se dixit philosophum. eod.
Sophistæ nomen quando in desuetudinem abiit, & immensum cœpit esse eod.
Sophistæ qui, eod.
Prothagoras Prodicus mercede docuit philosophiam primus, & Gorgias.
2 *Philosophia quid, & distributio in tres species, & plura membra.*
Philosophiæ qui partes tantum exercuerunt seorsum, & qui omnes, eod.
3 *Philosophia omnis in actione, & contemplatione.*
Philosophia vera mores componit, eod.
4 *Philosophia vera in vsu & memoria, non in verbis & disputatione*
5 *Philosophi contemplatiui inutiles & odio habiti.*
6 *Pythagorici philosophi in Italia combusti.*
Plato vendi iussus, eod.
Epicurei loco honestis pulsi, & alii philosophi vrbibus.
Item 7. & 8.
7 *Pœna melle inuium iniungi, & apibus exponi.*
9 *Aristoteli, & Aristoteleis philosophis inimicus Caracallus.*
10 *Philosophi vrbe à tyrannis non excusati.*
11 *Monachi exire claustrum non debent, vt audiant Physicam vel medicinam.*

PHilosophus nomen † habet cõpositum, vt sit is qui amans 1
est & studiosus sapientiæ, *Cicer. Officior. lib. 2. & De legib. 1.* Et hoc nomen sibi primum imposuisse ferunt Pythagoram, reiecto nomine sophistarum vel sapientum; veluti arrogantiæ pleno. Post quem, sapientiæ qui eum secuti sunt professores, idipsum sibi vsurpauerunt. Et paulatim sophistæ nomẽ, quod erat amplissimę antiquitus dignitatis, dedecori quodãmodo esse cœpit; honosque paulatim interiit, postquam Prothagoras Prodicus, & Gorgias auditoribus sapientiam, vel philosophiam vẽdiderũt, vt ait Themistius, *in sophista oratio 4.* atq; qui vel quæstus, vel ostentationis causſa philosopharentur, postea dicti sunt sophistæ, *Cicero, de natur. Deorum 2. Academicarum quæstio. Isocrates* περὶ τῶν σοφιστῶν. *Plato in Gorgia. Aulus Gellius, noctium lib. 10. cap. 22.* ¶ Philo- 2
sophia † est cognitio omnium optimarum rerum, & in his exercitatio, *Cicer. 3. de Orat.* Philosophia, vt ait Cicero, in tres partes distributa est, in naturæ obscuritatem, in differendi subtilitatem, in vitam atque mores, *Cicer. de Orator.* Sic Zeno primus Criticus, libro de oratione, & Chrysippus in primo etiã de oratione; & primo physicorũ Apollodorus & Ephillus, Eudromus, Diogenes Babylonius, & Posidonius, tripartitam esse dicũt philosophię rationẽ. Aliã quippe physicen, ethicẽ aliã, tertiam logicen dici. Has vero partes, Apollodorus locos vocat, Chrysippus vero & Eudromus species, alii genera. Enimuero philosophiam animanti similẽ dicunt: ossibus ac neruis logicen: carnibus ethicen, animæ physicen conferentes. Siue rursus ouo: esse quippe superficiem logicen, sequentia ethicen, intima & penitus abstrusa physicen. Ordo autem harum varius. Quidã primam logicen, secundam physicen, tertiam ethicen statuunt, vt Zeno Chrysippus & alii: quidam alii mutant ordinem. Cleãtes sex philosophiæ partes ait, dialecticam, oratoriam, moralẽ, ciuilem, naturalem, theologicam, *hæc & plura Diogen. Laertius, in lib. 7. in Zenone.* Possunt & ista mẽbra ad tria referri superiora, quæ ex diuisione antiqua Hebræorũ fluxit, vt monet Eusebius, & inde etiam hausisse Platonem, *Eusebius, lib. de Præpara. Euangelica.* Qui primus tres illas species philosophię coniunxit, cum antea seperatim circa illas aliqui philosopharẽtur, nõ in omnibus, *Aristot. lib. 7. Philosoph. Diogen. Laertius, in Platone. Apuleius, in dogmate Platonis.* Primum enim philosophia in physica erat cõtemplatione. Huic adiecit postea Socrates ethicen, & Plato postea vtrisq; logicen & laceram philosophiã coniunxit. Coluerunt tantum differẽdi rationẽ Gorgias & Euthydemus, Zeno, & omnes Eleatici, qui dialecticæ studuerũt. Memnon ad mores priuatos instituendos se conuertit, vt & Eutyphro, Philebus & Crito, & septem sapiẽtes, Thalete excepto: Alii ad publicos, & ad res publicas & leges formandas vt Plato: alii ad res naturales indagãdas, vt Timę⁹, Thales, & eius discipuli: alii ad μονὰς τινὰς, vt Parmenides, & Sophista, Platonici. ¶ Vniuersa † porro

philo- 3

Digitized by Google

philosophia in actione & contemplatione versatur: proinde duæ eius erunt partes, harum altera actiua, altera contẽplatiua dici potest. Actiua ad agendam vitam, id est, ad mores instituẽdos pertinet: contemplatiua, ad conspiciendas naturæ causlas, & syncerissimam veritatem, *D. August. lib. 8. De ciuitate Dei c. 4.* Socrates, in actiua: Pythagoras, in contemplatiua excelluisse creditur: Plato vtramque perfecit. Et ideo insectatur eos, *Plat. in Gorgia. Gellius, lib. 10. c. 12.* qui tantum futili & inani philosophia detinentur toto vitæ tẽpore, qui sophismatis & dialecticis gryphis vitæ degendæ necessarium tempus reponunt, & senescunt in illis. In quos etiam Architrenius sæpe mucbitur. Diuus Paulus & de ea loquitur, *videte*, inquit, *ne quis vos decipiat per Philosophiam, & c. ad Colos. cap. 2.* Vera philosophia, ad morum cõpositionem & rectam institutionem pertinet. *Gellius, lib. 5. c. 1. & 20. c. 22.* Quia virtutum omnium disciplina est, quæque in publicis simul & priuatis negotiis excellit: Ciuitates & rempubl. si nihil prohibeat, cõstanter, & fortiter, & perite administrat. Qua re Vlpianus, iurisconsultos, qui in nodis controuersiarum decidendis versantur, veram tradit profiteri philosophiam, *l. 1. de iustit. & iur.*

4 ¶ Afranius † poeta veram sapientiam opinatus est. esse filiam vsus & memoriæ: vt qui sapiens rerũ humanarum esse velit, non libris solis, nec disciplinis rhetoricis opus ei sit, sed oportere eum versari quoque, exercerique in rebus cominus no scendis, pericli tandisque, omniaque acta & euenta firmiter meminisse. Versus Afranii recitat Aulus Gellius, *lib. 13. cap. 8. hos,*

Vsus me genuit, mater peperit Memoria:
eosdem me vocant Graii, vos sapientiam.

Et Macedo philosophus, cui⁹ & meminit Gellius, *d. c. 8.* nihil fieri posse indignius & intolerantius dicebat quam quod homines ignaui ac deudes, operti barba & pallio, mores & emolumenta philosophiæ in linguæ verborumque artes conuerterent: & vitia facundissime accusarent intercutibus ipsi vitiis madẽtes. Atque ideo recte Iuuenalis, *Satyr. 2.*

Vstra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem
Oceanum, quoties aliquid de moribus audent
Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt.

Improbant hanc sophistarum garrulitatem iura pontificia, *can. omnem, & can. legimus, 37. distinct.* Nam via ad cognitionem sui ipsius, & tandem Dei, philosophia vera est: qui autem argutiis vtitur, & vita abutitur in verborum pugnis & cõtentionibus, aberrat a scopo & via quam philosophia peruenit & sequitur, & contra ipsissimam philosophiam philosophia abutitur. Qui enim se plane, & Deum cognouerit, non inutilem se putabit & perperam vel sibi soli creatum, sed & proximis, & patriæ, & omnibus, si quid & illis prodesse possit. Neque philosophum dico, qui sapientiam amat, nisi ipse quoque sapiat: aliter enim & aliquando impij, histriones, & similes, philosophi dicerentur, qui velint nolint amant sapientiam, quę pulcra per se & amabilis est.

¶ Cum † tamen ipsi nec sapiant, nec sapere studeant. Erunt 5 & isti personati philosophi, qui muti & paralytici intra priuatos parietes latent, sibi & aliis inutiles,

Pondus inersterræ, & fruges consumere nati.

Vel certe infelicis ingenii habendi sunt, qui per ea tẽpora, quibus alii in philosophia multa profecerint, vel proficere possunt, nihil se didicisse, nec per totam vitam profitentur, quod possit vsui reipublicę esse. Satius fuisset illos addici plebæ vel alio corporali mancipatos fuisse artificio, quo sibi & aliis potuissent vtiles esse. Scio tamẽ postremis temporibus, philosophos eos tãtum dictos esse, qui speculationi rerum, & sophisticis inuolucris intenti, se à communi hominum vita separarunt, & spontaneã paupertatem elegerunt, saltem diuitias contemnebant, *l. sed & reprobari, 7. de excus. tutor. lib. 27. P. tit. 1. l. in honoribus, §. Philosophus, de vacati. muner. in P. l. professio, de muneribus patrimon. lib. 10. C.* Et aliquãdo philosophantium horum turbæ & cœtus odio fuerunt rempublicam administrantibus: quod otiosis declamationibus, cum praxin non nossent scientiarum quas profitebantur, seditiones & tumultus concitarent: putabant enim qui boni erant, inter illos tam facile rempublicam posse componi & emendari, vt erat illis facile de republica optime constituenda disputare & opinari: teuera ignari non tã facile facta & actus perfici, ac voces formantur a lingua: & leges antiquas, etsi non omnino vtiles, meliores tamen esse nouis, quæ reipublicæ faciem immutarent, vt alibi docuimus. Erãt & alii inter illos superbi sub palliolo & larua philosophica, qui dum opinionem sapientiæ præter alios sibi arrogabant, & contradicendi studio, vt sua firmarẽt, tenerentur, omnia perturbabãt. ¶ Et † proinde in ea regione Italiæ, quæ tunc magna Græcia appellabatur, cœtus Pythagoricorum ob clandestinam coniurationem concrematus fuit, magna rerum publicarum mutatione facta, vtpote principibus ciuitatis cuiusque temere interfectis. vt ait Polybius, *lib. 2. histor.* Plato iussus venundari à Dionysio tyrãno Syracusano, *Æmilius Prob. in Dione.* Epicurei Roma senatusconsulto sunt exacti. Et Messenii, in Arcadia, eos qui eodem quasi præsepi pasti essent, expulerunt. Quos & pestes adolescentum esse dicerent, & philosophiæ labem imprimere, propter mollitiem & impietatem. Eos itaque ante Solis occasum agro Messenio excedere *iusserunt*: iisque pulsis fana lustrari, à sacerdotibus, à Tinuchis (sic enim à gerendis honoribus suos magistratus appellant) totam vrbem purgari, tanquam à sordibus & sentina quadam liberam.

¶ Ferunt † & à Lyctiis in Creta ex Epicureis eo profectos 7
pulsos esse, legemque populari sermone scriptam, qua effœminatæ sapientiæ ac degeneris & turpis inuentores & diis inuisi Lyctio pellerentur. Quod si quis eo per audaciam venisset cõtemta lege, cum in catasta vinctum iuxta curiam dies viginti nudum melle & lacte perfundi, vt ab apibus & muscis consummaretur in totum, quibus exactis, si superstes esset, adhuc muliebri veste indutum, de saxo præcipitari iusserunt, vt auctor Suidas, *in Epicuro.* Quomodo autem mathematici, aliique diuini electi sint Roma, dicitur dum in criminibus de his agimus: Philosophos qui rebus innouandis studerent, deuitandos suadet Agrippa Octauiano. *Dio Cassius lib. 52. histor. Roman.*

¶ Vespasianus † philosophos omnes ob nimiam dicendi li- 8
bertatem, Stoicos, & Cynicos vrbe expulit, præter Musonium & Demetrium, & Hostilium in insulas relegauit, *Xiphilinus ex Dione in Vespasiano.* Plures tempore Domitiani occisi, quod studio philosophiæ operam darent. *Xiphilinus, ex Dione in Domitiano.*

¶ Antonius † Caracallus, philosophos, qui sunt Aristotelici 9
nominati tam magno odio est prosequutus, vt voluerit libros Aristotelis comburere. Atque Aristotelicis sodalitates, & cetera commoda quæ habebant in Alexandria sustulerit, criminatus eos, quod Aristoteles causa mortis Alexandri visus esset, *Xiphilinus, ex Dione in Antonino Caracallo.*

¶ Imperator † Valens parui facit philosophos imo contra 10
eos contorquet philosophiam, nec admittit eam ad excusationem munerum personalium. *Turpe enim*, inquit, *est vt patriæ sustentiones ferre non possit, qui etiam fortunæ vim se ferre profitetur, l. redatur, 8. de profess. & medicis, lib. 10. C. tit. 52.* Minus etiam admittitur in illis philosophis patrimonialium munerum exceptio, dum patrimonia habent, imo & philosophia illos conferre debero arguit, cum contra professionem bona possideant, *l. professio, 8. de muneri. patrimon. lib. 10. C.* Et ex substantia maxime manifestum sit, eos non esse philosophos. *Vlpian. in l. sed & reprobare, lex 7. de excusa. tutor. P.* sed potius philosophos velle videri, vt eo prætextu ditentur. Sunt tamen qui veram philosophiam auctoritate publica docent, à muneribus immunes, *l. fin. de professor. & medic. lib. 10. C. d. l. sed & reprobari, §. Roma philosophantem.*

¶ In † consilio Turonensi prohibitum fuit religiosis pro- 11
fessis votum regularis vitæ, monasterium exire ad audiendam physicam vel medecinam sub prætextu consulendi languentiũ fratrum corporibus. Pœna transgressoribus imposita, *cap. 3. ne cleric. vel monach. libr. 3. titul. 50. Decretal.* quod & firmauit Honorius III. *summ. pontif. c. Super specula. c. 10. eod. tit. ne cleric. vel monach.*

De Mathematicis.

Cap. 8.

1 *Mathematicæ disciplinæ permissa.*
2 *Numerarii seu tabularii qui.*
Calculator, calculus quid, eod.
3 *De Geometria.*

AVgustus † Imperator Mathematicos, Geometras, & archi- 1
tectos, qui diuisiones partium omnium, incisionesque seruant, mensurisque vtuntur, ad par studium discendi & docendi lege compellit, immunitateque donat, *in l. 2. de excusationi. artificum lib. 10. C. tit. 54.* Arithmetici qui numerandi artem tenent, & docent, in iure probantur, vtpote Reipubl. vel negotiis eius necessarii.

¶ Horum nomine continentur, numerarii, qui postea à Iu- 2
stiniano tabularii dicti sunt, *l. 2. de numerariis & actuariis libr. 12. C. tit. 50.* Et calculatores, qui ad calculum numerant, qui professorum etiam immunitate donantur, *l. 4. de professor. & medi. lib. 10. C. tit. 52.* Numeratum olim & nunc calculis, id est, lapillis, nemo dubitat: vnde & prostat titulus, De errore calculi, scilicet vt non noceat, sed retractatur, *de errore calculi, lib. 2. C. tit. 5.* Et indicat Persius, *Satyr. 9.*

Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo,
Qui tibi labentes opponit candidus annos.

Musici, qui dicantur & de eorum diuersa nomenclatura, ex his quæ de musica diximus, lib. 12. Syntaxeos cap. 3. & sequentib. collige. ¶ De † Geometria, & partibus eius, diximus lib. 13. Syntaxeos. De Astrologia autem lib. 8. Geometriæ artem discere atque exercere publice interest. Ars autem mathematica vana, diuinatio videlicet, omnino interdicta est. *l. 2. C. de malefic. & mathemat. lib. 9. tit. 8.* Mensuratione terræ, in finibus regundis, & terminis describendis egemus, *tit. finium regundorum, & nos alibi suo*

Digitized by Google

loco, sit. si mensor falsum mod. dixer. Geometræ à terræ mensura dicti sunt, & agrimensores: qui tamen à tutelis non excusantur, nisi à principe curam artè illa egentem susceperint. *Scæuola, in l. Geometra, 25. de excusat. tutor. in P.*

De Physicis, & Metaphysicis.

Cap. 9.

1 *Physici, Metaphysici, & Theologi qui.*

1 PHysici dicuntur: † qui rerum naturas considerant, & inquirunt: quomodo autem illud fiat, & de Physica satis abundè diximus lib. 11. Syntaxeos. Physici, olim Philosophi nomine dicti sunt, & de Philosophis iam dictum est. Iis continentur & metaphysici, qui altiora, & abstracta contemplantur, de quibus diximus lib. 10. Syntaxeos. Quorum etiam nomine & continentur Theologi, qui arcana & diuina pertractant mysteria, & de rebus quæ naturalem inquisitionem exceduntide quibus & egimus in sacramentis, & in rebus sacris, & lib. 7. Syntaxeos. Et agitur in titulis, De summa trinitate, & fide catholica, in vtroque iure, ciuili & pontificio, & diuino. Et de sacrosanctis ecclesiis, de episcopis & clericis, de quorum etiam nos ordinibus & officiis. & sacerdotiis, diximus propriis locis. Physicæ appellatione iuris pontificij auctores & comprehendunt medicinam, quam & prohibent religionem & claustrum professis, *in c. sententiam, c. 3. & c. super specula. ne cler. vel monach. ap. Greg.*

De Personis Vacantibus speculatiuis rationalibus scientiis.

Cap. 10.

1 *Scientiis speculatiuis rationalibus personæ vacantes.*
2 *Grammatici qui immunes à muneribus.*
Professores literarum, Rhetores, & Dialectici, eod.
3 *Poetæ non habent immunitatem.*

1 INferiores† ordine personæ, quæ speculatiuis tantũ rationalibus vacant, necessariæ tamen, vt basis & fundamentum aliarum, sunt primum Grammatici, qui literis cognoscendis, coniungendis & proferendis, & in componendo sermone studiũ adhibẽt, de quorum arte pauca nos tractauimus libr. 16. Syntaxeos. Grammaticos sequũtur Dialectici, seu Sophistę: Rhetores seu oratores. Qui quando sunt probati & recepti ab ordine ciuili, ad erudiendum iuuentutem, iisdem studiis publice, consequuntur, vt omnium liberalium studiorum professores, immunitatem & vacationem à muneribus, *ex hu, l. 10. §. angariarum, de vaca. mune. P. l. oratione, 4. l. medicos, 6. de professor. & medic. lib. 10. C.* scilicet si ex numero eorum professorum sunt, qui vacationem habent, non aliter. *Modestinus, l. si duas habenti, 6. de*
2 *excus. tutor. P.* ¶ † Qui tamen pueros primas literas docent, (vt arbitor in hunc ordinem non allecti publicum) immunitatem à ciuilibus muneribus non habent. Sed nec cui eorum, id quod supra vires sit indicatur, ad præsidis religionem pertinet: siue in ciuitatibus, siue in vicis primas literas magistri doceãt. *Vlp. in l. 2. §. fin. de vacatio. & excus. muner. lib. 50. P. sit. 5.*]
3 ¶ † Poetæ hoc priuilegio, aut vlla immunitatis prærogatiua non iuuantur, *l. 3. de professo. & medic. lib. 10. C.* nec calculatores, vt diximus. De poetica videbis explicationẽ, lib. 19. nostrarum Syntaxeos, & de historia, & historiographis, lib. 20.

De Iurisconsultis.

Cap. 11.

1 *Iurisconsulti vere Philosophi.*
2 *Iurisconsultorum antiquorum responsa pro lege, & quando. 3.*
3 *Auditorium iurisconsultorum quid.*
4 *Iuris ignorantia non excusat, vbi est copia iurisconsulti.*
5 *Iurisconsultorum opera in omnibus vsus Alexander Seuerus.*
Iurisconsulti qui fuerunt familiares Alexandro Imperatori.
6 *Papiniani mors.*
7 *Monachis iura ciuilia audire prohibitum.*

1 IVrisconsulti † aut iurisperiti, & legum doctores, circa speculatiuam primum versantur, & veram philosophiam, æqui bonique cognitionem, *l. 1. de iust. & iure.* & eam postea vtilitati publicæ peracto legitimo studiorum curriculo, communicant. §.
2 *fin. in pro æmio.* ¶ † Atque qui diu versati in ea disquisitione erant, olim responsa dabant consulentibus, quæ pro lege habebantur, quum & quandiu eum ea auctoritate respondendi facultas data est. §. *responsa prudentum, de iure natur. gent. & ciui. l. fi. §. fin. de origin. iur.* Ad Iurisconsultos veteres olim sic adibatur, auctore Cicerone, *3. de orator.* vt non solum de omni iure ciuili, verum etiam de omni officio aut negotio referretur: in conficiendis testamentis, contractibus, & obligationibus adhibebantur, eorumque responsa iudices sequebantur. ¶ † Auditorium ideirco habere diceba ntur Iurisconsulti, vt legimus de
3 auditorio Æmilij Papiniani. *l. lecta, si certum pet. in P.* Et adhibebantur in consilium à magistratibus ipsis Iurisconsulti. *Gellius, lib. 12. c. 13.* Reddebant porro responsa post lõgam in foro causarum exercitationem: quo tempore oratores senectute graues, depositis causarum forensium onere, domi, quo suam etiã tum dignitatem tuerentur, ius respondere solebant. Et ita Cicero, *1. de orator.* sub Crassi persona iuris interpretationem, non solum ad vsum forensem, sed etiam ad decus & ornamentum senectutis sibi comparasse dicit. Et in solio sedentes iura priscos Iurisconsultos respondisse idem tradit. *Cicero, 2. de orator.* 1
Et de se, *Ego vero,* inquit, *Cicero, 1. de legib. ætatis potius vacationis confidebam, cum præsertim non recusarem, quo minus more patrio sedens in solio, consulentibus responderem, senectutisque non inertis grato atque honesto fungerer munere.* ¶ † Paulus refert Labeonem 4
respondisse, iuris ignorantiam non excusare eum, qui Iurisconsulti copiam haberet. *l. regula est, 9. 6. sed iuris ignorantiam, de iuris & facti. ignoran. in P.* ¶ † Alexander Seuerus 5
Imperator, negotia & causas prius ab scriniorum principibus & doctissimis Iuris peritis, & sibi fidelibus, quorum prum.s tunc Vlpianus fuit, tractari ordinarique, atque ita sibi referri voluit. Familiaresque Iurisconsulti ei fuerunt, Fabius, Sabinus, Sabini filij, Cato, Domicius Vlpianus, AElius Gordianus Gordiani Imperatoris pater, Iulius Paulus, Pomponius, Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenes, Venuleius, Tryphonius, Metianus, Celsus, Proculus, Modestinus, fere omnes discipuli splendidissimi Papiniani, omnes iuris professores, vt auctor Ælius Lampridius. *in Alexandro Severo.*
¶ † Qui tamen Papinianus iussu Bassiani siue Antonini Ca- 6
racallæ filij Seueri, percussus fuit securi, & à militibus occisus. *AElius Spartianus, in Antonino Caracalla.* Simulque cũ eo filius eius, & Petronius, aliique, quod Getæ fratris partes fuissent secuti. *eod. Spartianus, & Xiphilinus ex Dione, in Caracalla Antonino.* ¶ † Statutum in synodo Turonensi, ne monachi ordinem 7
regularem professi claustrum exeant, legum ciuilium audiendarum causa, pœnis etiam id facientibus imposita excommunicationis, *in c. 3. & c super specula. c. 10. ne cleric. vel. mona. quia absurdum est clericis imo etiam opprobriosum si se peritos velint ostendere esse disceptationum forensium. Iustin. in l. repetita, 36. de epise. & cleric. C.*

De Gerentibus munera ciuilia, & eorum generali distinctione.

Cap. 12.

1 *Honor municipalis quid*
Honor à munere quomodo discernatur, & differat. Item 10.
2 *Munus quomodo honorem contineat. eod.*
Munus, & donum, & onus continet.
Immunitas vnde, eod.
3 *Municipes qui.*
4 *Munus publicum & priuatum quid.*
5 *Munerum ciuilium diuisio.*
6 *Munerum personalium diuisio, & finitio.*
7 *Munera patrimonialia quæ, & mixta.*
8 *Munera alia ordinaria, extraordinaria, rebus adhærentia ipsi dicta.*
9 *Professores artium oneribus hospitiorum militum & angariarum immunes.*
10 *Munera, & honores in quibus differant: in quibus conueniant, & 11.*
12 *Honorum gradus, & distinctiones.*
Honor delatus à principe dignior cæteris, eod.

PErsonæ † aliæ distinguuntur ratione honoris vel muneris, 1
quod gerunt in ciuitate, municipio vel republica. Honor municipalis, est administratio reipublicæ cum dignitatis gradu siue cum sumtu, siue sine erogatione cõtingens, *Callistratus, in l. honor, 14. de munerib. & honor. lib. 50. P. sit. 4.* & ita à munere, quod potest esse sine honore & dignitate secernitur. *vt in l. honores, 8. de decurion. in P. l. cui muneris, 12. l. rescripto, 6. §. sciendum, eod.* Inter honores sunt magistratus, decurionatus, & reipubl. administratio. *d. l. cui muneris, 13. & l. rescripto, 6. de munerib. & honor.* Et munerum quoque appellatione veniunt honores, & ita honor munus dicitur. *l. si quis magistratus, 9. de munerib. & honor.* Sed ea ratione, qua munus pro officio accipitur, non quando pro onere munus. Nam tunc, vt diximus, honor à munere differt: & ita verum est, quod dicitur, honorem sustinenti munus inferri

non

non posse: & contra, munus sustinenti, honorem deferri posse. *Modestinus, l. honorem, 10. eod.* Et videtur lex constituere honores duplices personarum, & patrimoniorum. *Vlpian. l. rescripto, 6. §. sciant, & §. sciendum, de munerib. P. l. 10. de vacat. muner. P.* Sunt enim res, quæ possessoribus dant dignitatem, vt comitatus, feuda
2 nobilia, & id genus alia. ¶ † Munus æquiuocationem habet ad donum, & ad onus, quod cum remittitur, vacatio muneris dicitur, & inde immunitas. Et ad officium, vnde & munera militiæ, id est, officia. *Paul. l. munus, 18. de verb. sig.* Munus Martiano, quod necessario subimus, more, lege, imperiove eius, qui iubendi habet potestatē. Et ita distinguitur ab appellatione muneris, quod pro dono sumitur: cum dona sint, quæ nulla necessitate iuris, officiove, sed sponte præstantur. Ita latius patet muneris appellatio, quā doni, quia omne donum dici munus potest, non donum
3 omne, munus, *Martianus, in l. munus, 214. de muneribus & honor.* habet enim munus omne causſam quandam, ob quam fit, quod donum non habet. *Paulus, l. interdum, 194. de verb. sig.* Honor ita que cū dignitate erit munus, & sine dignitate esse possit. ¶ † Munus secundum Varronem, quod muniendi causſa imperatum, à quo etiam municipes, qui vna muneribus fungi debent dicti.
4 *Marcus Varro, 4. de lingua Latin.* ¶ † Munus aut publicum seu ciuile, aut priuatū. Publicum munus dicitur, quod in administrāda repub. cum sumtu sine titulo dignitatis subimus. *l. honor. §. 1. de munerib. P.* Munus publicum, inquit Pomponius, est officium priuati hominis, ex quo commodum ad singulos vniuersosque ciues, remque eorum, imperio magistratus extraordinario peruenit. *l. pupillus, 236. pupillus, de verb. sig. P.* Hinc & municipes illi qui aliquo loco munera, id est, officia municipalia capiunt. *d. l. munus tribu. modis 18. de verb. sig l. 1. ad municipal. in P.* Priuatum contra erit munus, cuius vtilitas ad priuatas pertinet personas. Est & quoddam munus publicum auctoritate, & priuatum vtilitate: nempe quod auctoritatem habet à publica causa, sed vtilitatem singulorum, vt singulorum non vniuersos simul respicit,
5 quale munus tutelæ & curæ. ¶ † Hermogenes iurisconsult. munera ciuilia, in personalia, & patrimonialia diuidit, vt Vlpian. *l. 1. de muneris in P. l. rescripto, 6. §. sciendum est, 50. tit.* Arcadius Iurisconsult. tertium membrum addit mixtorum. *in l. 18. l. munerum, de muneris in P.*

6 ¶ † Personalium & quædam cum dignitate & honore, quædam sine dignitate. Personalia munera sunt, quæ animi prouisione & corporalis laboris intentione, sine aliquo gerentis detrimento perpetrantur: veluti tutela, cura, calendarii curatio, quæstura tyronum seu equorum productio, &c. *d. l. munerum, 18.*

7 ¶ † Patrimonialia sunt, quæ sumtibus patrimonii & damnis administrantis expediuntur. *d. l. munerum, §. fin.* Et ex his quædā possessoribus iniunguntur, siue municipes sint siue nō sint, qualia quæ agris vel ædificiis indicuntur: alia quæ non nisi municipibus & incolis. *l. rescripto, 6. §. fin. de muner. & honor.* Mixta sunt, in quibus corporale ministerium & patrimonij onus inest.

8 ¶ † Horumque omnium munerum, quædam ordinaria, quædam extraordinaria sūt, *l. omnes omnino, 4. de an. & tribut. li. 10. C. l. 1. de indiction. eod. lib. 10. C.* Rursum munerum alia rebus adhærent, alia indicuntur: adhærent prædiorum collatio, viæ stratio, angariarum exhibitio, hospitum susceptio, aduersus quæ nulla priuilegia excusant. *l. sunt munera, 11. de vacat. muner. P.*

9 ¶ † Nisi de his nominatim concessa, veluti nominatim immunes facti sint ab angariis, & hospitio militum, professores artiū liberalium. *l. in honoribus, 10. §. angariarum, de vacat. muner.*

10 ¶ † Differentiæ plures inter honores, & munera, vltra eam, quæ oritur à nominis diuersitate, *l. si idē, C. de codic.* veluti quod ad decurionatum, nemo post quinquaginta annos vocatur inuitus, quamuis si consenserit decurionatui etiam post 70. recte gerat: non tamen munera subire cogatur. *l. 2. §. fin. de decurion. lib. 50. P. tit. 2.* surdus & mutus omnino excusantur ab honoribus, *Paul. l. honores, 7. §. 2. de decurion. P. l. 1. C. qui mort. se excus. li. 10. C. l. frater, de excusat. tutor. §. Item surdus, quibus non est permissa facere testam.* non à muneribus, scilicet patrimonialibus: nam à personalibus excusantur. *l. 2. qui morb. se excus. 3.* Vacatio muneris excusat à munere, sed non ab honore. *Fabien. l. cui muneris, 12. de muneri. & honor. 4.* Senium excusat à munere, quod implendum labore & corpore, non autem ab honoribus, qui peraguntur cōsilio. *l. 2. §. corporis, de vacatio. muner. lib. 50. tit. 5.* ¶ † Commune
11 vtriusque in ciuitatibus & municipiis honores & munera municipii per vices, & ætates, & gradus, iure antiquitatis distribui & deferri. *l. 3. §. fraſes prouinciæ, de muneribus & honor. P.* Item hoc generaliter cōmunicāt inter se honores & munera, vt in vtrisque considerandi sint primum ipsi honores, cuius gradus & dignitatis sint, & munera qualia sint: dehinc personæ quibus deferantur honores, vel munera administrationes: dehinc lex, ex qua deferuntur. *Callistra. in l. honor. 14 §. de honorib. de muner. & honor. P.* & formula seu ordo à lege constitutus.

12 ¶ † In honoribus ipsis gradus sunt multi, aliique aliis maiores & minores, & digniores. Honorū quippe alii municipales, alij regni seu ab Imperatore, cōcessi, qui potiores in dignitate. *l. 2. de albo scribēdo, lib. 50. P. tit. 3.* Et cui principi digni visi sunt multo magis in anterioribus sunt adnumādi. vt ait Iustinianus Cæs. *l. restituendæ, 6. de offic. diuersor. iudic. li. 2. & 6. §. eos autē, vt ind. fine quoque suff. in auth.* Atque principes qui magistratum, dedit, omnia necessaria censetur eidem decreuisse. *Vlp. l. quidam cum filium, c. 57. de re iudica. li. 42. tit. 1.* Et scribit Theodoricus Gothorum rex senatui Romano, non est maius meritum, quam gratiam inueniſſe regnantium. Nam quibus fas est de cunctis optimos quærere, videntur semper meritos elegisse. *Cassiodo. lib. 1. Variar. epistola. 43.* Ceterum magistratuum & honorum delatorum à principe vel populo, olim gradus maiores & minores fuisse apparebit, latius, cum de magistratibus, & eorum iurisdictione agetur.

De Honoribus municipalibus, & diuersa ex illis personarum distinctione.

Cap. 13.

1 *Honorum municipalium quædam species.*
2 *Decurionatus quid, & decuriones qui, & quare inducti, & decuria quid, & 4.*
Colonia ad exemplum ciuitatis Romanæ composita, eod.
Tribus & tribuni quid, eod.
Curiones & curia quid, eod.
3 *Decuriæ iudicum quæ, & quot.*
5 *Decurionum personæ cuius debent esse qualitatis, & qui possint esse decuriones.*
Salarium ex publico quidam decuriones accipiebant, eod.
Honores seu officia huis possit subire, eod.
6 *Honoribus & muneribus quos excusentur.*
7 *Bona & facultates honores gerentibus requiruntur.*
8 *Equitum electio ex censu, & aliis rebus quando Romæ.*
9 *Decurionis constituendi census.*
10 *Dos vxoris non obligatur pro decurionatu mariti.*
11 *Honoribus fungi quis cogitur in loco originis.*
Munera vbi quis subire, & honores cogatur, eod.
12 *Municipes qui dicantur.*
13 *Municipem quæ faciant, & 16. & 17. 18.*
14 *Maternam originem qui sequantur potius quam patris.*
15 *Patria propria, & communis quæ.*
16 *Manumissio facit municipem.*
Libertus patronorum sequitur originem, & domicilium, eodem.
18 *Incolatus municipem facit.*
19 *Domicilium vbi quis habere dicatur, & 21.*
Peregrinari quid, eod.
20 *Incola ciuitatis quis dicatur.*
Aduena quis, eod.
Scholasticus decennio alibi habitans incola fit, eod.
22 *Domicilij transferendi libertas quando.*
23 *Domicilium in diuersis locis quando quis habere dicatur.*
Domus sola in alienæ ciuitate domicilium non facit, eod.
24 *Domicilium vbi habet miles.*
25 *Domicilium vxoris, sponsæ & viduæ vbi sit.*
26 *Domicilium vbi habere dicatur relegatus.*
27 *Honoribus & muneribus gerendis postulatus ab origine, & patria; domicilio, ciui concedendus.*
28 *Honores & munera non continuanda inter patrem, & filium, & alios.*
29 *Honorum repetendorum quæ intercedant interstitia temporum.*
30 *Honoris & muneris ordine municipibus deferri debent.*
Legatio detrahenda primatibus, eod.
31 *Honoribus maioribus functi, minoribus quando possint uti.*
32 *Honorati quomodo, & quo ordine sint in albo scribendi.*
33 *Filij patris dignitatem adnuat maiorem.*

INter † honores municipales, est ordo decurionum, optionum, duumuirorum, & magistratuum municipalium, defensorum ciuitatum, legatorum. Et hinc annōcamus pro institutā tractatione, alios decuriones dici, alios duumuiros, alios municipales magistratus, alios defensores ciuitatis, alios legatos. ¶ † 2
Decurionatus, est dignitas municipalis, *Papinian. in l. Spurē, 6. de decurio. lib. 50. P. tit. 2.* & honor, *l. ad decurionatum, 5. de vacatione muner. lib. 50. P. tit. 5.* plebeius. Ex cuius ordine eliguntur tantūm ad duumuiratus honorem, & ad alios, quibus fungi plebeii non possunt. *Paul. l. honores, 8. §. is qui non sit decurio, de decurion. in P.* Sicque statuit Augustus, vt ad subeunda patriæ munera, dignissimi meritis, & facultatibus curiales eligantur. *l. ad subeunda. 46. de decurio. lib. 10. C. tit. 31. Decuriones,* inquit Pomponius, *l. pupillus, 139. §. decuriones, de verb. signf. in P. quidam dictos putant ex eo quod in initio cum coloniæ deducerentur decima pars eorum qui deducerentur consilij publici gratia conscribi solita sit.* Vocat ferè semper hos, consilii causſa delectos, Plinius Secundus buletas, in epistolis, & curiambulem. *Plinius lib. 10. epist. 116. & alibi.* Porro in coloniis decuriones instituti sunt, exemplo reipublicæ Romanæ, ad cuius imitationem illæ instructæ sunt: & vt ait Gellius, *l. b. 16. c. 13.* maiestatis & amplitudinis Po. Rom. istæ coloniæ, quasi effigies

Digitized by Google

paruæ simulacraque esse quædam videntur. Sicque Iustinianus explicat, *in nouella constitut. 38.* οἱ γὰρ πολιτείας ἡμῖν παλαιὰ κατεσκευασε φιλόσοφον χρῆναι τὰς βασιλικὰς φύσεις μιμεῖσθαι, ἀρχέτυπα καθ' ἑαυτὰς πόλιν τὴν τοῦ μεγάλου θεοῦ ἐκείνην δυνάμει βαλόμενοι δεῖ τὰ ἡμέτερα πάντα ἀναφέρειν, καὶ τὴν ἐκείνου μίμησιν ἐπιζητεῖν, id est, *qui nobis olim constituerunt rempublicam, ij ex vsu fore rati sunt, si ad imitationem regiæ vrbis per singula municipia nobiliores congregarent, & formam quandam senatoriæ curiæ constituerent, per quam & publica tractarentur, & omnia recte fierent, & ordine.* Populum autem Romanum ordine & dignitate diuisit Romulus: ordine in tres partes, quas tribus vocauit: qui illis præerant tribuni dicti. Deinc tribus singulas in decem diuisit partes, quas curias dixit, quarum præfecti curiones. Curiæ rursum in decem curias diuisæ, quarumque præfecti decuriones dicti. *Dionys. Halicar. lib. 2.* Itaque primi singularum decuriarum, vt scribit Varro, *lib. 4. de ling. Latin.* decuriones dicti. Et decurio à decuria Nonio Marcello: vt à centuria, centurio. Placuit autem hoc nomen decurionis pro honoribus minoribus vsurpare, nõ habita ratione numeri, sed quod in diuisionibus superioribus, decuriones à Romulo in populo fuerint inferiores præfecti, habentes tamen sub se cuiam eorum qui in decuria erant. Et proinde decuria effertur pro classe & ordine quolibet, neglecto numero denario, vt & apud Vegetium. *lib. 2. cap. 14. de re milit.* Decurio is dicitur, qui non tantum decem, sed triginta duobus præest militibus. Et apud Ciceronem, *pro Sexto Roscio & pro Cluentio.* decuriones municipiorum, pro senatoribus eorum.

3 ¶† Sic & Plinius, *lib. 33 cap. 1. D. Augusto,* inquit, *decurias ordinante, minor pars iudicum in aureo annulo fuit: isque non equestri, sed iudices vocabantur. Equitum nomen subsistebat in turmis equorum publicorum, iudicum quoque non nisi quatuor fuere decuriæ primo, vixque singula millia in decuriis inuenta sunt, nondum prouinciis ad hoc munus admissis, senatumque hodierum est, ne quis ex nouis ciuibus in his iudicaret.* Et postea, *Plinius, lib. 33. c. 2. vbi vide reliqua de equestri & iudicum decuriis; vide & Suetonium, in Augusto, ca. 32. decuria quoque ipse pluribus distincte nominibus fuere, tribunorum æra, & selectorum, & iudicum. Præter hos etiam nongenti verubantur ex omnibus selecti, ad custodiendas ciuium suffragiorum in comitiis, fundam & quinta decuria à Caio adiecta. Et in ferreo annulo iudices equitesque intelligebantur.* Traxunt decuriam fuisse Romæ classem & ordinem à decies centenis iudicibus appellatam, qui in singulis curiis sedebant. Hinc que erat decuriatio, in curias descriptio: & decuriatus, in curiam adscriptus. Erant & in palatio principis decuriones, in curia & inter senatores eius & silentiarios. *de quibus in l. ex 3. & ibi Iason. de silentiar. & decurio. lib. 12. C. tit. 16.* Meminit Suetonius, *in Octauio, c. 46.* exemplo vrbis Romæ, decurias iudicum in coloniis & municipiis, ab Augusto ordinatas. *Ad hunc modum* inquit, *vrbe, vrbanisque rebus administratis, Italiam duodetriginta ac lanarum numero deductarum à se frequentauit, operibusque, ac vectigalibus publicis, plurifariam exstruxit: etiam iure ac dignitate vrbi quodammodo pro parte aliqua adequauit, excogitato genere suffragiorum, quo de magistratibus vrbicis decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent: & sub diem comitiorum obsignata Romam mitterent, &c.*

4 ¶† Itaque decuriones erunt in municipiis, qui adlecti sunt in ordinem ex pluribus idoneis ad munera & honores, de quibus lex municipalis disponit, numero, non quidem denario considerato, sed alio constituto, & determinato, qui vbi plenus non est, alij in locum deficientium subleguntur, *l. 2. de decurionib. lib. 50. P.* quia ex vtilitate ordinis est, ordinem semper plenum habere. *l. 3. §. sparsim, eod. tit.* Ita secundum ordinem quo adlecti sunt, nisi quid aliud impediat, deferuntur decurionibus honores, *l. rescripto, 6. de muner. P. l. vt gradatim, 12. eod.* eosque illi subire, & munera exemplo eorum coguntur. *l. si quis magistratus, 9. eodem, l. nam quod, ad Trebellian. in P. l. filios, Cod. de decurioni. facit lex 3. Cod. de suspect. tutor. l. 1. de administrat. tutor. P. §. penult. de satisdat. tutor.* Et eo nomine si non subierint, ad damnum reipubl. tenentur. *l. Lucius Titius, 21. ad municipal. P.* Otdp gerendorum etiam honorum adhibitus, facit ne promiscua facultate, liceat prius maiorem magistratum, quam minorem suscipere, neque omni ætati, nec continuare honores quisquam possit; *l. honor. 14. §. fin. de muner.* neque quia magnos honores sequuntur, mu[illegible]era magna, ideo maioribus omissis, minores contra ordinem acceptare quisquam possit. *Vlpianus, in l. 1. §. qui in fraudem de vacation. muner. li. 50. P. tit. 5.*

5 ¶† In personis decurionum & aliorum honorum considerandus, vt sint huic muneri idonei, qualitate & patrimonio. *l. rescripto, 6. de muner. & honor. l. vt gradatim, 11. eod.* Qui non prohibentur, decuriones esse possunt. *l. expertes, 16. de decurio. lib. 10. C.* Minores 25 annis quidem decuriones esse possunt ex causa tantum & sportulas accipiunt, veruntamen suffragia non ferunt. *Callistra. l. non autem, §. 1. & Papinianus, in l. spurij, 6. §. 1. de decurio. P. l. ad rempub. 8. de muner. P.* Salarium enim quidam accipiebant de publico decuriones. *l. Herennius, 10. de decurio. in P.* Non possunt decuriones creari naticularii, *Paul. l. Seuerus, 9. §. 1. de decurio. P.* creati tamen muneribus compelluntur fungi. *l. semper, 3. §. fin. de iure immunit. P.* Relicuntur & submoti ab ordine ob crimen ignominiosum. *l. 3. & l. ad tempus, 5. de decur. P. l. ordine, 15. ad municipal. P.* Item debitores reipublicæ, ex anteriori administratione reliquatarij: nisi prius soluerint, *l. rescripto, c. §. debitores, de mun. & hono. P. l. 1. de debitor. ciuitu.* vel cauerint, seu fideiussores dederint: quia & tunc soluisse videntur. *d. l. rescripto, §. plane.* Ex alia tamen causa, vt ex mutuo, debitor reipublicæ eius honoribus fungi potest. *d. l. rescripto, §. sed debitor.* Item reiicitur à nouo honore criminum rei facti, ante sententiam absolutionis, *l. reus, 7. de muner. P.* tamen antiquum & possessum retinent. *l. libertus, 17. §. in quæstionib ad municipa. P.* Ceterum sine legitimo accusatore, nemo rb honoribus arceatur. *d. l. rescripto, §. si quis.* Impuberes non sunt ad honores admittendi, etiam penuria personarũ, nisi alia sit lex municipalis, *l. 2. §. 1. de iure immunit. lib. 50. P. tit. 6.* & nisi, idque raro, ad tribunatum. *l. fin. C. de testament. milit. l. Lucius, 6. §. fin. ad municipal. P.* In adultis tamen, aliter statuitur, *l. cum filius, qui ætat. se excus. l. non tantum, §. 1. de decurio. P.* quamuis in decurionatu, & patre pro infante se obligante, infantem decurionem fieri responsum sit, *Paul. l. Lucius Titius, 21. §. pro infante, ad municip. P. l. 1. de mun. & honor. lib. 10. C.* Admittuntur etiam alioquin idonei: cuiuscunque superstitionis sint, iure ciuili. *l. omnes, 48. de decurion. lib. 10. C. l. 3. §. fin. de decurion. P.* Spurij quoque idonei probi, & moribus, & facultatibus: nisi alij legitimi cum illis concurrant, quibus cedunt. Idem de natis ex incestu. Nec impedienda est dignitas eius qui nihil admisit. *l. spurij, 6. & lib. 3. §. spurios, de decurion. in P.* Quamuis in aliis dignitatibus sine gratia vix admitti possint. *capitu. 1. de filiis presbytero. capitu. 3. eod. l. legem, & l. final. Cad. de natural. liber.* Nec reatus patris impedit honores filij. *l. 3. §. quod si pater, de muneris. & honoribus. P.*

6 ¶† Excusantur tamen à decurionatu honore & aliis muneribus, infantes minores 25. maiores 50. annis. *lib. 2. §. final. de decurion. P. l. ad rem. ubi. de muner.* Verum minoribus ætatis annos tot, quot filios susceperunt liberi supplent *libr. 2. de minorib. 25. ann. P.* Honor quoque excusat à munere, sed non munus ab honore. *Modestin. l. honor. 9. de muneris & honorib. P.* Aliqui namque habent vacationem munerum, verum non ideo excusantur ab honoribus suscipiendis. *l. cui muneris. 12. eod.* Quidam etiam, qui iure possunt excusari propter necessitatem & penuriam hominum, ad honores nouos vel repetitos præter legem vocantur. *l. vt gradatim, §. quotiens, Papinia. l. æstimationem, 16. §. fin. de muneribus & honor. l. honor. 14. §. fin. eod.* Alij qui excusationem legitimam habent, eam alibi quam apud iudicem non possunt opponere ex arbitrio, *l. 1. de vacat. muner. l. ib. 50. P. tit. 5.* Quia & quædam excusationes tempore & causa aboleri possunt, vt paupertatis, adauctis facultatibus, *l. honor. lib. 10. §. auctis, de vacat. muner.* legationis intra tempora legationis, & concessæ vacationis, non postea. *l. legato, 12. de vacat. muner.* Comites ita tempore præsidum, proconsulum, procuratorum Cæsaris simul & à muneribus, *d. l. legato, l. eos, de excusa. munerum, l. abesse, quib. ex cau. maior. P.* & honoribus excusantur. Proinde notione dignum iudiciali, qui excusantur in perpetuum, & qui ad tempus. Sunt qui non possunt dare operam ciuilibus officiis, ob valetudinem, vel ob sacerdotium perpetuum. Quare merito excusantur & ob similes causas, ob quas impediantur quoque rebus suis superesse. *Vlpi. l. prætor, ea. 13. de vacat. muner. l. infamiã, 8. de decurion. lib. 10. C.* Qui sponte autem honorem decurionatus subiit, cum excusare se posset, ab albo eximi nequit postea, licet se annosum dicat. *l. 3. de decurion. lib. 10. Cod. l. 1. 2. 3. de ils qui sponte public. muner. subeunt. lib. 10. C. tit. 43. l. ennl. §. fi. de iure immunit. l. fin. de priuil. veteranor. l. à decurionatu, de vacã. munerum, P.* Verum tamen si pacta quædam adiecta sint & conditiones in suscipiendo honore, conseruari oportet, vt vltra, qui excusare se poterat, non teneatur. *l. 2. de iure immunit. in P. 1. & fin. de his qui sponte public. muner. obeunt. libr. 10. C. tit. 45.* In metallum damnatus & restitutus, perinde ac si nec damnatus fuisset, ad munera & honores vocatur, nec opponet fortunam & casus tristiores suos, ad hoc solum ne patriæ idoneus ciuis esse videatur. *l. 3. §. fi. in metallum, de muneribus & honoribus, in P.* In tempus tamen relegatus & reuersus, in ordinem redigi sine rescripto principis non potest. *Papinia. l. Imperatores, 13. de decurionib. P.* Milites quandiu militant & sunt in castris excusantur à muneribus municipalibus, videlicet personalibus. *d. l. 3. §. 1.* Corporalia munera fœminis ipse sexus denegat, quominus honores vel munera iniungantur, *d. l. 3. §. corporalia,* paucis exceptis. *de quib. in l. 2. de reg. iur. l. vnic. de mulier. & in vno loco, & c. lib. 10. C. tit. 62.* Excusationem ab honoribus non dat decurionatus, etsi ipse honor sit. *Marcia. l. ad decurionatum. §. de vacation. muner. P.* Ætas 70. annorum, nec quinque liberi ab honore non excusant, nisi à sacerdotio prouinciæ. *l. 2. & in libris, 8. de vacat. muner. P. l. semper, §. de iure immunitat.* Nec patria potestas impedit quin filius familias ad honores vel munera euocari possit. *l. filios, 5. de decurionib lib. 10. C.* Non debent autem nauicularij decuriones creari. *l. Seuerus. §. fin. 9. de decurion. P.* si tamen honorem decurionatus agnouerint compellendi sunt subire munera publica. *l. semper, 5. §. fin. de iure immunita. P.* Vrcensilia vendentes, licet ab ædilibus cedantur, tamen decuriones possunt esse. *l. eos qui, 6. fin. de decurion. P.* Libertus si ius aureorum annulorum adeptus non est, nec restitutus in alibus,

Digitized by Google

decurio esse non potest: & si secus gerat, aut passus est se creari, punitur, & remouetur, *l. 1. si seruus aut liber ad decurionatum aspira. lib. 10. C. tit. 31.* Idem de seruo statutū. *l. 2. eod. tit. si seruus aut liber, &c.* Transmarina legatio à municipibus alicui ad principē decreta, biennii vacationem munerum ciuilium & honorum tribuit, *l. 3. de legat. lib. 10. C. tit. 63.* & quandiu est in legatione, *l. 4. C. eod. de legat. 10.* & à tempore quo electus est, *Scæuola, l. legato, 5. eod. tit. οἱ ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπαρχιῶν ἐπίτροποι τῶν ἐθνῶν, ἐδόκουν πολὺ πλείονα τιμὴν ἔχειν ἐπιφάνειαν, Iustinian. in legibus militaribus, l. 2.* id est, *ex quacunque caussa cum ignominia militia electi nullos honores obtinere, aut gerere possunt.* Si quis desertorem prodiderit, mediocris loci ingenuus immunitate quoque potitur. *l. 1. de desertorib. lib. 12. C. tit. 46.* ¶ † Facultates porro & honori publico conueniunt, & ideo cōstitutio, qua cautum est, prout quisque decurio creatus est, vt ita magistratum adipiscatur, toties seruari debet, quoties idoneos & sufficientes omnes esse contingit. Ceterum si ita quidā tenues & exhausti sunt, vt non modo publicis honoribus impares sint, sed etiam vix de suo victū sustinere possint, & minus vtile, & nequaquam honestum est, talibus mādari māgistratum: præsertim cum sint, qui conuenienter reipublicæ & suæ fortunæ, & splēdori publico, possint creari. Quanquam nec locupletiores hoc prætextu legis debeant præferri. *Vlpian. in l. rescripto. 6. de munerib. & honor.*

¶ † Quemadmodum in equitum decuriis quatuor, exigebātur quadraginta millia sestertia in censū, vt ait Plinius, *lib. 33. ca. 2.* & Martialis, *lib. 5.*

Quadraginta fecat, qui dicit cœna ducenta,
Vno credis equo posse sedere duos?

Donec ad tres iudicum decurias Augustus quartam addixit ex inferiore censu, quæ decenariorum vocaretur, iudicaretque de leuioribus summis. *Sueto. Tranquil. in Augusto. cap. 32.* ¶ † In decurionatu etiam obtinendo centum millia requisita testatur & Plinius in Epistolis Romantio Firmo scribens, *Plinius secundus, lib. 2. epistolar. Romantio Firmo. Esse,* inquit, *tibi centum millium censum, satis indicat quod apud nos decurio es: igitur vt te non decurione solum, verum etiam equite Romano perferamur, offero tibi ad implendas equestres facultates trecenta millia nummum.*

¶ † In perpendendis facultatibus, honorum & munerum subeundorum gratia, dos vxoris deducitur. *l. Lucius Titius, §. idē ve, pondst. in 3. ad municipal.* quia vxor, cuius dos, *l. in rebus, C. de iure dotium.* pro marito decurione conueniri non potest. *l. vxorem, 11. de decurion. lib. 10. Cod. l. 2. & 3. ne vxor pro mar. Cod.* Nec enim quia in principio dos est obærata fisco, *l. satis, quibus causs. pign. tacit. contrahā. Cod. l. 4. de primipilo, libr. 12. C.* ideo putandum est obligatam ciuitati, vel municipio: quia ciuitas non habet fisci erga debitores priuilegia. *l. simile, 10. & l. Lucius Titius, 21. §. fin. ad municip. in P.*

¶ † Consideratur & lex municipalis vel alia priuata, cui adhæret conditio & formula concedendi honores municipales, item substantiam & accidentia. Lex communis est, vt quis teneatur honoribus fungi in loco originis propriæ vel aui, vt nec adoptio eum liberet, quæ tamen eum nouis adstringit, vt vbi pater adoptiuus est, teneatur quoque gerere, à quibus nihilominus emancipatione liberatur. *Paul. l. oratione, 15. §. fi. & Hermogen. l. sed si ita, 16. in princip. & §. in adoptiuo legu libertus 17. ad municipal. l. in adoption. de adoptio. Coa.* Et ita lex honores & munera decernit municipibus & incolis etiam inuitis, *l. 1. 2. & fin. de municip. lib. 10. C. tit. 38. l. priuilegio. 6. de incol. libr. 10. C. l. 39. de munic. in B.* aliis qui stant tantum sine domicilii electione in ciuitate, minime. *l. 3. de incolis, libr. 10. C. tit. 39.*

¶ † Municipes dicuntur proprie munerum participes, recepti in ciuitatem, vt nobiscum munera faceremt: sed nūc quoque abusiue municipes dicimus cuiusque ciuitatis ciues, vt puta Campanos, Putcolanos. *Vlpian. l. 1. ad municipal. P. Paul. l. munus tribus modis, 18. de verb. sig.* Gellius fere, sed significantius eadem refert: & inter colonias, & municipia late distare, & melioris conditionis esse quam colonias municipia, cum municipia suis legibus moribusve vti possint, coloniæ autem Romanorū, iura instituta que omnia populi Romani, non sui arbitrii haberent. *Municipes itaque,* inquit, *sunt ciues Romani, ex municipiis suo iure & legibus suis vtentes, muneris tantum cum populo Romano honorarii participes, à quo munere capessendo appellati videntur, nullis aliis necessitatibus, neque vlla populi Romani lege adstricti: eum nunquam populi Romani rerum ager factus esset.* Et postea distinguit inter municipes ratione honoris ab iis, qui etiam suffragii ius habeant. *Primos autem,* inquit, *municipes sine suffragij iure, Cerites esse factos accepimus, concessumque illis, vt ciuitatu Romana honorem quidem caperent sed negotiis tamen atque oneribus vacarent. Gellius, lib. 16. cap. 3. Fuerunt namque varij generis ciues Romani, nempe alij coloni, alij municipes, alij ex præfectura aliqua, alij ciues modo Romani. Nam qui ex nullo municipio, nulla colonia præfecturane Romana erant, sed in vrbe, sub vrbanone agro nati, vel ex seruis, & villis gentibus externis, libertate, vel ciuitate donatis, speciali priuilegio quasi tum quoddam genus ciuium constituebant.* Variæ proinde istæ ciuiū nomenclaturæ, sicut & externæ gentes, in Romani populi amicitiam aut ditionem venientes, varii generis ac conditionis erant, vt aliæ liberæ, aliæ fœderatę, aliæ stipendiariæ, aliæ Latinę. *vide Alciatum, 1. pareg. capitul. 14. Budæum annota. posterio. in P.*

¶† Municipem itaque, teste Vlpiano, *in l. 1. ad municipal. P.* aut natiuitas facit, aut manumissio, aut adoptio, aut domicilii electio, seu incolatus. *dict. l. 1. ad municip. Paul. l. municipes, l. 228. de verbo. significa. P. l. assumtio, 6. ad municipal. P. l. 4. de municip. lib. 10. C.* Natiuitatis locus proprius, & patris, *d. l. assumtio, §. 1. ad municip. P. l. 3. de municipib. lib. 10. Cod. tit. 38. l. exemplo, 36. de decurio. l. 10. Cod.* & aui, *Paul. l. libertus, 17. §. in adoptiua, ad municipal.* facit aliquem municipem. Ita origo erit propria, & aliena considerāda. Qui ex duobus Campanis natus est, matre & patre, Campanus est: at si pater alterius originis, quam mater, patris non matris originem domicilium patris filius sequitur, *l. 1. §. qui ex duobus, ad municipal. l. exemplo, 36. de decurion. lib. 10. C. l. nullus, l. 44. eo.* quamuis in matris natus sit ciuitate. *l. 3. de municip. lib. 10. C.* Nam certe tunc, natiuitate propria verius est eius loci esse municipē, non matris caussa.

¶ † Qui tamen patrem iustum non habet, primam originem à matre enumerare debet. *Neratius, l. eius qui, 9. ad municipal. l. Vlpian. 1. §. fi. eod. tit. l. eos. l. 22. de decurion. C. lib. 10.* Legitimetum tamē naturalem sequi originem patris naturalis, exemplo adoptiuorum voluit Accursius *in d. l. 3. de municipalibus. lib. 10. C.* Sed & singulari iure ex filiabus murilegulorum, & alienæ originis hominibus nati sequuntur iura maternæ conditionis. *l. § qui, 12. de murilegu. libr. 11. Cod. tit. 7.* Sicut ex inquilina domus Imperatoris natus, *l. nati, 29. de decurioni. lib. 10. C.* & ex adscriptitia & seruo, *leg. ne diutius, 20. de agricol. & censib. lib. 11. C. tit. 47.* quiue ex matre, quæ priuilegiato loco nata est. *l. 1. §. qui ex duobus, ad municipal. P. l. neque Dorotheum l. 6. de decurio. lib. 10. C.*

¶ † Porro quilibet habere patriam censetur, vbi natus est, *Vlpianus, l. qui ex vico, 30. ad municipal. P.* videlicet propriam: participat autem cum paterna, vt & communem habere videntur omnes Romani. *l. Roma, 33. ad municipal. P. Vlpianus, l. in vrbe Roma. 17. de stat. homin. P.*

¶ † Manumissio dicitur facere municipem, vt seruus manumissus, seu libertus eius censeatur originarius ciuitatis, & in ea munera, & honores subire cogatur, in qua natus est manumissor patronus, & habet domicilium: nec solus ille libertus, sed filii eius. *d. l. assumtio, § fin. l. libertus, 17. §. ex caussa, l. filij, 22. l. eius qui, 27. ad municipal. in P. l. 3. de municipal. lib. 10. C. tit. 38.* Et si plures sint patroni, omnium quoque libertus sequitur originē, & domicilium. *l. si quis, 7. municip. P.*

¶ † Adoptio quoque facit, vt quis municeps fiat, etiam in loco cuius est adoptans municeps, vel originarius, vel ratione domicilii, hisque locis vltra propriam originem & patris naturalis, munera cogitur subire, *l. ordine. l. 15. §. fin. ad municipal.* verum tamen si emancipatur ab adoptiuo patre, desinit esse filius, & ciuis ciuitatis, cuius per adoptionem fuerat factus. *Hermogenes, l. sed etsi ita, 16. ad municipal. l. in omnium, de adopti. P. d. penul. §. sed hæc omnia, C. eod. tit.*

¶ † Incolatus etiam cum domicilio subiicit aliquem muneribus, *l. 1. de municip. & origin. lib. 10. C. tit. 38. l. 1. 3. 4. 5. 6. de incolis, lib. 10. C. tit. 39.* & domicilium municipem facere ita potest. *l. filij, 22. §. municipes, ad municipal. P.* Difficile autem est sine domicilio quemquam esse, quamuis aliquando, si quis nauiget vel iter faciat domicilio relicto, quærens quo se conferat, vel vbi consistat, sine domicilio sit. *Paul. l. eius qui, 27. §. Celsus, & sequen. ad municipal. P.* Ciues, inquit Augustus, facit origo, manumissio, adlectio, vel adoptio: incolas autem, & ex edicto Adriani, domicilium.

¶ † Nec ambigitur in eodem loco singulos habere domicilium, vbi quis larem, rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, vnde rursus non sit discessurus, si nihil auocet: vnde cum profectus est, peregrinari videtur, & si rediit, peregrinari destitit. *l. ciues, 7. de incolis, lib. 10. C.*

¶ † Incola non est ciuitatis, qui in agro permanet: quia nō vtitur præcipuis eius ciuitatis. *Modestin. l. scire oportet, 34. ad municipal. P.* Incola est, inquit Pomponius, *qui in aliquem regionem domicilium suum contulit. quem Græci παροικον vocant: nec tantum qui in oppido morantur incolæ sunt, sed etiam qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, vt in eum se quasi in aliquam sedem recipiant. Pomponius, in l. pupillus, 239. §. incola, de verb signif.* Est incola & quem Græci παροικουντα, appellant, Latini aduenam, *d. l. pupillus, §. aduena.* dummodo sedem elegerit: alioquin enim ad alios pertinet, quam incolas aduenæ nomen. Siquidem neque qui studiorum caussa alicubi morantur, ideo incolæ sunt, nisi decennio morati sunt, *l. 2. de incol. li. 10. C.* nec qui frequentius locum inuisunt aliquem, vel alia de caussa mihi quam animo habitandi degunt, incolæ sunt, nec domicilium habere ibi dicuntur, *d. l. 2. & 3. de incol. C.* & tamen aduenæ sunt, *l. heres absens., 39. §. proinde, de iudic. in P. li. §. titul. 1.*

¶ † Ceterum aliis de caussis quis domiciliū quā ratione longæ seu decennalis habitationis sibi alicubi constituisse videtur tacite, vt si pergulā, officinā horreū, armariū, tabernā cōduxit, ibique distraxit, vel egit: quia is perinde cōuenitur, ac si haberet ibi domiciliū. *d. §. proinde, & l. eius qui, 27. ad municipal. P.* Et qui alicubi diutius habitat, cēsetur ibi elegisse domicilium. *l. lex Cor-*

Digitized by Google

nelia, §. si tamen, & §. domum, de iniur. in P. Eligitur enim & dignitate, qualem habent in vrbe Rom. electi in senatores, l. ciues, 7. & l. senatores, 8. de incol. li. 10. C. retento etiam primo alio, quo ad honores, non autem quod ad munera pertinet. l. penul. de senator. in P. l. municeps, 23. ad municipales, P. l. filij, 22. §. senator, & sequ. eod. tit. Atque re & facto transfertur domicilium, non nuda contestatione. l. domicilium, 20. ad municip. P.

22 ¶ † Libertas autem concessa est habendi & trãsferendi, Martia. l. nihil est impedimento, 31. ad municip. in P. dummodo quis iam ad munera designatus non sit, vel honores non gerat in eo loco à quo transferri desiderat: tunc enim non licet, antequam his perfunctus sit. l. incola, 14. ad municipal. es. P.

23 ¶ † Sic domicilii ratio tẽporaria est, Paul. l. liber. 17. §. patris, ad municipal. l. non vtique. 4. & l. Labeo eod. & ex destinatione. Quo fit, vt aliquando, quamuis difficile sit, duobus locis æqualiter instructis, vtrobique ex destinatione esse domicilium, si æqualiter quis in vtroque frequentet. l. eius qui, 27. §. Celsus, ad municipal. P. Sola tamen domus comparatio vel possessio, in aliena ciuitate domicilij non facit. l. libertus, 17. §. sola domus, ad muni-

24 cipal. P. ¶ † Miles domicilium habet, vbi inhæret. Hermogen. l. municeps, 13. § si. ad municipal. P.

25 ¶ † Vxores domicilij & forũ maritorũ sequũtur, vtetiã viduæ, quãdiu viduę remanent, vt & dignitate mariti gaudent, hoc tẽpore, & munera vt incolæ subeunt, l. fin. de incol. lib. 10. C. l. filij, 22. §. vidua, & l. fin. §. item rescripserunt, l. mulierem, ad municipal. P. l. exigere, de iudic. P. dummodo matrimonium sit legitimum; alioquin enim non ibi muneribus fungi cogi possunt, vnde mariti sunt earum, sed vbi ortæ sunt. Callistra. in l. de iure, 37. §. final. ad municipal. P. l. vnic. de mulierib. & in quo loco. lib. 10. C. tit. 62. Habetur enim pro nullo, & perinde, ac si non esset. §. si aduersus, de nuptiis. Quemadmodum nec desponsata, scilicet per verba futuri matrimonij, ante contractas nuptias, mutat domicilium. Modestinus, l. eaque, 33. ad municipal. P.

26 ¶ † Relegatus & domicilium habere potest in eo loco à quo arcetur, l. eius qui, 27. §. fin. ad municipales, P. nam & inibi procuratorem habere potest. l. Papinianus exsuli, de minor. P. Interim tamen & domicilium quoque habet necessarium in eo loco, in quem relegatus est. l. filius, 22. §. relegatus, ad municipales. P. Concurrunt aliquando in deferendis muneribus loca originis propriæ, paternæ, domicilii, & alia quæ diximus, quorum muneribus obnoxius quis est in singulis municipiis, & iurisdictioni munipali. l. Incola, & his, 26. ad municipal. l. 1. de municipib. lib. 10. C. Quo casu, originis causa potior est, l. libertus, 17. §. præscriptio, ad municipal. quia non sunt eodem tempore honores in duabus ciuitatibus ab eodem gerendi. d. §. præscriptio, l. si. Cod. de assessor. l. 1. quemad. ciui. munera indicuntur, li. 10. C. tit. 42. Porro de iure incolarum, quos quæque ciuitas sibi vindicat, præsidum prouinciarũ cognitio est. Et si quis se negat incolam esse apud eum præsidem prouinciæ agere debet, sub cuius cura est ciuitas, à qua vocatur ad munera, non apud eam, ex qua se dicit oriundum. Callistrat. in l. de iure, 37. ad municipal.

27 ¶ † Lex alia de honoribus est deferendis à decurionibus, vt de honoribus non continuandis à patre in filium, in eadem domo, l. 1. de munerib. & honoribus nõ continuan. lib. 10. C. tit. 40. videlicet si in eius sit potestate, non autem si emancipatus filius. l. 3. de filiisfam. & quemadmodum pro iis patr. teneat. lib. 10. C. tit. 60.

28 ¶ † Ab honoribus ad honores eosdem, quinquennii datur vacatio: triennii vero ad alios. Legatione autem perfunctis, biẽnii vacatio concessa est. Gordian. in l. ab honoribus, 2. de munerib. & honor. non continuan. libr. 10. C. cum similibus, ibi notat l. Paulus respõdit, 8. de legation. in P. Nec volens quidem continuare vel repetere honores temporarios potest. l. honor municipalis. 14. §. gerendorum, de muneribus in P. l. nemo 5. lib. 1. C. tit. 52. aliter in legem Iuliam de ambitu incidit, cum publicæ disciplinæ semel gesta sufficiant. l. vni. ad legem Iul. de ambit. lib. 9. Cod. tit. 24. Neve ambitione & frequentia ordinationis, & continuatione curæ, & per quandam machinationem munus renouando, fiat aliquibus infinita prædicta gubernatio. §. fin. de defensor. ciuitat. in auth. collat. 3. tit. 3. Decuriones hinc eximuntur, qui possunt, si velint, non autem inuiti, honores iterum repetere, l. 1. de muneribus & honoribus, lib. 10. Codic. l. diuus Seuerus, 18. ad municip. quando in eorũ fauorẽ concessa sunt tempora. nõ aliter. quia hi potius consilii gratia & ratione oneris honores habent. Et in aliis adhuc consiliariis licet omnibus iudicibus illustri præditis potestate consiliarios eosdem secundo & tertio sibi & sæpius adiungere: quia qui semel bonus cognitus est, non debet ob hoc solum, quod iã probatus est, improbari. l. liceat, 12. de assessor. lib. 1. Cod. tit. 52. Cogit etiã necessitas, & penuria hominum, magistratus & honores repetere, si alii idonei non reperiuntur, l. honor municipalis, 14. §. fi. & l. æstimationem, 16. §. fi. de muneribus & honoribus. l. vt gradatim, §. quoties, eod. si etiam expedire videatur, ciuitas, vel decuriones & ad honores, non exspectato curriculo annorũ, eligere potest, vt in defensore constat: nullo videlicet reluctante. in §. fin. de defensor. ciuitat. in auth.

29 ¶ † Deinceps alia lex, vt ordine vnusquisque municipum honoribus & muneribus legatione fungatur, prout quisque prior in ordinem a dlectus est: aliter sequentes non cogũntur subire. l. vt gradatim, de muner. P. l. 4. §. ordine, de legation. P. l. 1. de muneribus patrimoniorum, lib. 10. C. tit. 41. Verumtamen ordo decurionũ non inspicitur, quando legatio decernenda: de primatibus, desiderat personas. d. §. ordine. Sic & statuit lex de gradibus magistratuum decemuiralis, Magistratibus minoribus ad ampliorem honoris gradum primus ascensus esto. Cicer. 3. de Legibus. d. l. vt gradatim, & l. potioribus, de offic. præfect. vrb. Cod. l. honor. §. gerendorum, de muner. & honor. P. l. qua vtiliter, 47. de negotiis gest. lib. 3. P. titul. 5. ca. sicut neophytus, 48. distinct. Videlicet si digni, & idonei sunt, vt diximus, ita enim verum est, honores non ordinationibus, sed potioribus dandos. Paulus, l. honores, 7. de decurion. P.

¶ † Proxima hinc lex maioribus honoribus functos, ad 31
minores deuocari non oportere, l. 2. & 3. quemadmodum ciuit. muner. indicentur, lib. 10. C. tit. 42. præterquam si aliorum ciuium copia non sit, qui obsequiis ciuilibus fungi nequeant. d. l. 3. quẽadmodum ciuit. munera indicant. l. honor, §. fin. l. vt gradatim, §. quoties, de munerib. & honorib.

¶ † Huc pertinet lex, vt decuriones secundum legẽ mu- 32
nicipalem describantur: quod si lex cessat, dignitates erũt spectandæ, vt scribantur eo ordine primi, quo quisque eorum, maximo honore in municipio functus sit: postea per gradus, qui secundis. Et mox qui nullo honore functi sunt, prout q[uis]q[ue] eorum in ordinem venit. l. 1. de albo scriben, lib. 50. P. titul. 3. Potiores dignitates à principe, quam à municipio concessæ. l. 2. eodem titul.

¶ † Præfertur & in albo decurionum pater non habenti fi- 33
lios, ceteris paribus. l. in albo, 9. de decurion. lib. 10. C. Et idem ordo in dicendis sententiis in consilio decurionum, qui in describendo albo seruandus est. l. 1. §. fin. de albo scriben. etiam ratione plurium liberorum. l. spurij, 6. de decurionibus.

De Munere, Officio, & Potestate decurionum, & priuilegiis eorum.

Cap. 14.

1 *Decurionum officium libros memoriæ componere, indicare.*
2 *Decurionum decreta quæ, & quomodo firma.*
3 *Ambitiosa decreta quæ dicuntur.*
4 *Salarium ex publico quando decurionibus constituere permissum est.*
Præceptores à quibus eligi debent. eod.
5 *Decuriones nominant ad munera vt idoneos suo periculo.*
6 *Venditio bonorum curialium cum decreto decurionum.*
7 *Decurionum alia munera, & onera.*
8 *Domos curiales in ciuitatibus quas habent, tenentur reparare & nouas construere.*
Curialium successio. eod.
9 *Decurionum priuilegia.*
10 *Decurionum in officio delinquentium pœna.*
11 *Decuriones habent immunitates ab extraordinariis muneribus.*
18 *Decurionibus locationes agrorum publicorum, & alia prohibita.*

FLauius † Vopiscus, in Tacito. Volphan. Lazius, lib. 3. commentar. reip. Rom. ca. 9. ad ordinem decurionum pertinuisse ait, res gestas, & approbatos auctores describere, quod quidẽ in vrbe pontificibus incũbebat. Habebat & album λίνωμα: & librum in quo iudices & iudicia describebat memoriæ, gratia, vocant matriculam. de albo titul. de albo scriben. in P. lib. 50. titul. 3. Vlp. l. si quis, 7. de iurisdict. omn. iudic. in P. l. Symmachus, lib. 1. epistol. ad Theodo. 1

¶ † Munus aliud illorum, sententiam ferre de quibusdã: 2
vnde decreta illorum promanant, firma & stabilia, vt quod semel ordo decreuerit, non rescindatur, nisi ex causa, quæ reipublicæ conducat. Callistratus, l. quod semel, 5. de decretis ab ordi. facien. li. 50. P. titul. 9. l. nominationum, 45. de decur. lib. 10. C. l. aliud est, 121. §. refertur, de reg. iur. P. Et dummodo legitime & sufficienti numero decuriones conueniant. l. 12. de decre. ab ordi. faci. Lege autem municipali cauetur, vt ordo non aliter habeatur, quam duabus partibus adhibitis. l. 3. eod. titul. de decret. ab ordi. faci. l. nominationum. 45. de decurio. lib. 10. C. c. qui sicut, de elect. l. nulli, quod cuiusque vniuersi. nomine P. Itẽ ne ambitiosa sint decreta eorũ, alioquin irrita sunt. l. ambitiosa, de decret. ab ordin. facien. in P. l. 2. de decre. decu. lib. 10. C. Vt & huiusmodi aliorum iudicũ sententiæ. l. fin. si tuto. vel curat. fals. excus. sit lib. 5. C. tit. 63.

¶ † Ambitiosa decreta videntur illa, quę largiuntur ex pu- 3
blico sine vtilitate publica, & quæ magis ad captandã gratiã, aliquorum in fauorem decurionum, qui statuunt, fiunt. l. præses prouinciæ,

Digitized by Google

vincia,12.C.de transact. Exemplo eorum qui candidati circuibant populum,& suffragia mendicabant vel largitione,vel alio modo, ad obtinendos magistratus,vel honores,vt suo loco de ambitu diximus.

¶ † Ita communi iure prohibitum præbere salarium ex publico, sine speciali principis licentia. *l.1.de præbend.sallar.lib 10.C.titul.36.* Permissum tamen est,decurionibus decretis suis antistitibus liberalium artium,& medicis,immunitates præbere, *l.1.de decret.decurion.libr.10.Cod.*& salaria de publico constituere.*l.4.de decret. dec. vrbi ratio.* Quod & in professoribus aliis literarum & doctoribus legum receptum est:quibus Constantinus Imperator iubet mercedes & salaria reddi,quo facilius liberalibus studiis,& memoratis artibus multos instituant, *l.medicos,6 § fin.de profess. & medic.lib.10.C.tit.52.* Et Vlpianus recte putat, & horum electionem,potius committendam & permittendam ciuibus,quam præsidi prouinciæ,vt quia de illorũ personis,in medicorum electione,& suorum agatur periculo, *Vlpian.in l.1.de decret.ab ordin.faciend.P.* multo magis dum de iuuenturis agitur institutione, in quo animæ grauior iactura. *l.sanctimus C. de episc. & cler.*

¶ † Nominant ad certa munera decuriones quosdam,vt ideoneos solemniter in curiam conuocati, suo videlicet periculo: nam si non nominãdum nominauerint,& ipse prouocauerit apud præsidem prouinciæ,& obtinuerit, sumtus litis à nominatore recipit,*l.2.C.de decurion. li.10.* alioquin enim is qui nominatus est,si non appellauerit,vel si se non excusauerit, tenetur subire magistratũ.Et si aufugerit, requiritur,& captis pignoribus, seu eius bonis permissis eis,qui in locũ eorũ ad munera vocabuntur,coguntur: atque inuenti postea, biennio munus illud, quod refugerunt,subire coguntur. *l.si ad magistratum, 18. de decurio.li.10.C.l. murileguli,de murileg.li.eod.10.C.*

¶ † Adhibet quoque ordo decurionum,vel maior pars,decretum in venditione rerum immobilium curialium,vel curiæ,quę non nisi decurione probante cautam venditionis,fieri potest,*l. 1. 2.3.de prædijs decurionum sine decret non alienand.lib.10.Cod.tit. 33.nouella 38. § perficerent , & nouella 87.* alioquin autem fisco bona vindicantur alienata, & tantundem. *l. ordine,15.§.in fraudem,de decurion.libr.10.P.tit.1.* Interponunt & decretum in syndico eligendo. *l. nulli quod cuiusque vniuersi.* conficiunt statuta, quibus teneantur tantum,qui scierint,non alij, *l.fin.de decret. ab ordin.fac.P.*

¶ † Munera quoq;alia decurionatus sunt plura:inter cetera, vt teneãtur curiæ,cui adscripti sunt atque filij eorũ inseruire, nec vllam aulici affectare militiam, *l.qui derelicta 17.l. ne quis officialium 38 & leg.quam prouisum,51. & l. si quis decurio. 55. de decurio.lib.10.Cod.l.militaribus.* nullum munus vel officium extra municipium capere possint, & retrahantur,*l.1.de decurion. in P. leg.si quis decurion. 16. l. curiales 25.& l.fabricenses, 22.l.quidam ignauiæ,26.l.omnes omnino.50.l. Alexandrinis,56.de decurio. lib.10. Cod.l.vnica,si curial. relicta ciuitate rus habitare maluerit, libr. 10. Cod.tit.37.l.1.de priuileg.corporato. vrbi Romæ, libr.11. Cod.tit.14.* nisi in certis priuilegiatis dignitatibus.*l.curialibus,66.de decurio lib.10.C.* Quinimo & licet duumuiris,seu ei qui præest decurionibus,si præsidis desit copia,propria auctoritate manus iniicere in suum fugientem,vel alibi exsistentem decurionem,& curiæ suæ vindicare ad examen cognitoris deducendum.*l.generali lege,l.54.de decu. lib. 10. C.* Neque enim per vicarium seruire possunt,nisi speciali priuilegio muniantur. *l.nullus,60.de decurio.li. 20.Cod.*

¶ † Singularum quoque vrbium curiales , etiam inuiti , vel reparare intra ciuitates, quas olim habuerint domos, vel de nouo ædificare cogũtur,illic semper muniis inseruituri,& aucturi propriarum ciuitatum frequentiam,*l.singularum.8.de ædificijs priuat.lib.8.C.tit.10.* Proinde decedentibus curialibus & succedentibus extraneis curia sibi vindicat quartam partem bonorum, *l.1.& 2.quando & quibus quarta pars debeatur,lib.10.C.tit.34.* per quam auxilium & opem conferunt ciuitatibus , vel municipiis propriis.*l.fin.de his qui sponte publice munera subeunt,libr.10.tit. 43.* Quando autem curialibus,curiales filij,vel fœminæ curialibus nuptæ succedunt,vel extranei curiales:tunc in totũ nulla deductione quarta facta,siue ex testamento,siue ab intestato succedunt.*l.2.§.fin.3.quando & quibus quarta pars debeatur, lib.10. Cod. nouella constitu.28. § . post hæc videamus,& §. quoniam vero , vsque ad §.ad hæc quartam,& constitut. 101.§. quod si decurionis cum seq.* Inter viuos vero distractio prædiorum curialium facta,aliam in iure habet considerationem.*l.1. de imponend.lucratiua descrip. lib. 10.C.tit.35.*

¶ † Inter priuilegia decurionũ,vt facultatibus lapsis aliméta decerni permissum sit. *Hermogen.in l.decurionibus.8.de decurio.in P.* ne torqueantur , etsi decuriones esse desierint, in honorem pristinæ dignitatis,*l.si.de decurio. in P.l 4.C.eod.* ne in metallum damnentur,nec in opus publicum,nec ad bestias , nec fustibus cædantur,*Martian.in l.3.de priuil.veter.lib.49.P.tit.18.* nec in opus possint adiudicari metalli,nec furcæ subiici, vel viui exuri, nec quoque parentes vel liberi decurionum siue suscepti ante, siue tempore decurionatus sint, *l. morum 9. §. sed enim,§. literos, & seq.de pœn.in P.l.1.§. simili,quando appellan.sit.l.pen.ad leg.Corn. de sicar.l.decurionum.& l.decurionem,de pœnis,C.l. antepen.& fin. C. de quæstion.l.2.§.in filio, de decurion.P.l omnes iudices,33. eod. C.* Et proinde in capitalibus criminibus,relegatione vel deportatione tantũ puniuntur,*l.inter pœnas, de interdict.* vel mulcta pecuniaria,*l.quinque,57.& l.eum qui,58. de decur.li.10.C.* Adoptiui filij decurionum & hoc gaudent priuilegio,*l.cum adoptiuum,4.de decur lib.10.C.* Ité auus decurionalis,ne nepotes decuriones nota auita afficiantur,imo & per patrẽ decurionatu amisso , filius priuilegijs vtitur decurionis.Et eodem quoque relegato, vt in filio senatoris placuit ante relegationem concepto. *& c.d.l.2.§. in filio,de decur.in P.*

¶ Verumtamen † si decuriones, vel alii qui aliquod officiũ gerunt in ipso officio deliquerint, veluti si decoctores sint pecuniæ publicæ , vel fraudulenti in adscriptionibus illicitis,vel immoderati in exactione fuerint inuenti,etiam à iudicibus ordinariis plumbatorum ictibus subiiciũtur *l. quilibet principalium, 40.de decurio.lib. 10.C.* dum agitur criminaliter, cum ciuili iudicio alia patiuntur in iure enumerata, *l.2.de exactor tribut.li.10. C.l. placet.de excusa.muner.lib.10.C.l.debitores.de super exactor. tribut. eo.lib.10.C.l.iudices,12.de dignit.lib.10.C.* 10

¶ Decuriones † quoque ab extraordinariis muneribus sunt immunes:quoniam satis onerantur, si ciuitatis munera cõgruè per eos gerantur, *l. curiales omnium,21. de decurio.li.10.C. l.humilioribus,de susceptor. eod.libr.10.& l.2.de silentiarijs,lib.10.C.* Quare nec ideo quod consulant ciuitati vel municipio,sunt cogendi, pretio viliori frumentum quod annonæ temporalis est, patriæ suæ præstare, *Paul. l.decuriones,6. de administr.rer. ad ciuitat. pertin.lib.50.P.tit. 8.l.non debere,ad municipal.eo.lib.50.P.* 11

¶ Prohibetur † decurionibus,ne per se , vel per subiectam personã prædia publica seu ciuitatis conducant vel colant, *Vlpian.l.2.§. quod quis,de administr.rer.ad ciuit.pertinent.li.50.P.tit. 8. l. curialis.3.C.locati,l si quis procurationem. de decur. libr. 10. C.* Succedentes tamen conductoribus recte conductiones retinent,*l. decurio,4.de decur.C.argu.l.milites.§.fin.de re militar.P.* Ité prohibetur vectigalia alia exercere.*l.spurij 6.§. decurio, de decur. P.* procuratores ,*l.si quis procurationem,34.de decurio.li.10. C.* & de iussores mandatoresue locantium esse, *d.l.curialis* , neue tabelliones sint,*l.vniuersis,15.de decurio.lib.10.C.* 12

De Optionibus.

Cap.15.

1 *Optiones qui dicti inter decuriones.*

VArro † *li.4.de lingua Latina,* optiones ex decurionibus fuisse sic notat , *Itaque,* inquit, *primi singularum decuriarum, decuriones sunt dicti,qui ab eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni.Quos hi primo administros ipsi sibi adoptabant, optiones vocati capti,quos nunc propter ambitionem tribuni faciunt.* De iis loqui Cæsares,Honorium & Theodosium,arbitror,dum aiunt in susceptoribus creandis,antiquam consuetudinem,quę de Irenarchâ & oprione est,obseruandam esse. *in l.pen.de iur.fisc.lib.10.C.tit.* 1.Sic Theodosius & Valentinianus,curialibus subiungit optionem,tanquam apparitorem. *Nisi forte,*inquiunt, *curialis aut apparitor, vel optio, vel actuarius,vel quilibet publici debiti exactor siue compulsor possessorum vel collatorum habuerit cautionem & c.l.3. de apochis publi.lib.10.C.tit.22.* Scio quod diuersum sentiat in hac re Alciatus,*d.l.penul.de iure fisc.libr.10.* C.verum mihi videtur verior mea sententia. Firmat hanc eandem Sextus Põpeius in libris de verborum significatione:*Optio,* inquit,*qui nunc dicitur, antea appellabatur accensus ; is adiutor dabatur centurioni à tribuno militum,qui ex eo tempore, quem velint centurionibus permissum est optare,& nomen ex facto sortitus est,&c,* Et Paulus apud eundem Festum: *Optio est optatio,sed in re militari optio appellatur is , quem decurio aut centurio optat sibi rerum priuatarum ministrum , quo facilius obeat publica ministeria.* Et optionatus , vt decurionatus & pontificatus dicitur. Aliud tamen senescente imperio, munus optionis fuit, de quo Vegetius *libr.2.de re militar. cap.7.* & Modestus.

De Duumuiris.

Cap.17.

1 *Duumuiri qui,& munus,*
Consules,capitolini,æstiuini,duumuiri municipales, eod.& §.

Eo

Digitized by Google

2 *Duumuirorum municipalium eligendorum formula.*
3 *Duumuirorum municipalium annalis administratio.*
4 *Duumuiri quando deposita administratione conueniuntur. Et quando pro collega, eod.*
6 *Duumuiri & triumuiri & decemuiri Romanorum.*
7 *Duumuirorum capitalium munus.*
8 *Duumuiri quinquennales, ædilitij sacri qui.*
9 *Decemuiri Lacedæmonum.*

ACcursius † duumuiros præsse decurionibus tradit, *Accurs. glo. 1. in l. generali, §. 4. de decurio. libr. 10. C. & in l. duumuiri, §. 3. eo tit.* Iustinianus similes municipales duumuiros defensoribus aliis locorum facere videtur, vt eandem habeant potestatem in municipio duumuiri, ac defensores in aliis locis, in quibus constituuntur, *in l. fi. de iudiciis, lib. 3. C. tit. 1.* Et duumuirum ordini decurionũ etiam præsse, vel interesse aperte docet Papinianus, *l. Imperatores, 28. ad municip. P.* Et Paulus dum non nisi decurionem duumuirum creari posse tradit, *in l. honores 7. §. is qui, de decur. in P.* Hi, vt arbitror, magistratus municipales sunt, quos hodie alibi videmus in singulis municipiis, oppidis & ciuitatibus, qui alicubi dicuntur consules, apud nos capitolini, Burdegalæ iurati, Lutetiæ escheuini. Et proinde illorũ tractatio est vtilis, quod quotidiana sit: & plenius attingẽda, vt ait Paulus in similibus, *l. legauit, de liberat. leg. in P.* Duumuiri municipales, à consilio decurionum seu burgensium legitime congregato & conuocato, nominari debent, eaque electio seu nominatio ad nominatum per officialem publicum perferri debet, vt vel munus acceptet vel prouocet, *l. 2. de decur. lib. 10. C.*

2 ¶ Debet † item nominatione rite facta per præsidẽ vel proconsulem, vel prouinciæ iuridicum confirmari. Idcirco, si constat sine ordine, nullo actu ex lege habito duumuirum creatũ, sed tantum vocibus popularium postulatum, eisque tunc proconsulem, quod facere non debuit, consensisse, creatio nulla atque appellatio in re aperta superuacua est, *Vlp. in l. si constat, 12. de appell. lib. 49. P. tit. 1. l. nominationes, 27. eod. tit. de appellat. li. 7. C. titul. 62.* Sequendæ in nominatione & electione horum nunc, ciuitatum & oppidorum consuetudines, & leges municipales.

3 ¶ Administratio † horum, & magistratus annalis est, nisi ob pertinacia, quod munus hoc recipere subterfugerint, duplicetur in pœnam tempus, *l. fi. ad magistratum, 11. de decurion. libr. 10. C. tit. 31. l. in honorariis, 33. §. fin. de act. in P.* Exemplo forsan consulum Romanorum, *l. 2. §. exactis, de orig. iur.* duumuiri in aliis ciuitatibus annui, cum potestate in municipes, constituti & electi: sicuti & de decurionibus, consiliove publico ciuitatis, nempe ad exemplum Romanæ ciuitatis, senatus, delectos fuisse diximus. Nam & duumuiri habent pro territorio, in quo fasces suæ iurisdictionis exercent, metas proprie ciuitatis tantum, *l. duumuirum, 53. de decur. libr. 10. C.* nisi alias iurisdictiones aliorum locorum priuilegio alio, vel iure alio, vt quilibet domini habeãt. Quemadmodum plerumque contigit ciuitatibus habere, vt Cadulcorum. ¶ Sed † tamẽ & post annum pro administratione rerum ciuitatum, & in duumuiros, si non in vtilitatem ciuitatis gesserint, etsi bene, & in rempublicam datur actio ex contractu magistratuum municipalium, *l. in honorariis, 33. §. fin. de action. li. 44. P. tit. 7. vbi gl. distinguit, iuncta l. ciuitas, de reb. cred. in P.* Si plures creantur duumuiri & illud potest adiici creationi, vt mutuo periculo teneantur, quo vicariis damnis sint obstricti: alioquin antequam quis pro collega possit conueniri, eius nominator discutiendus esset, *l. si ita duumuiri, 3. quo quis ordine conueniatur, lib. 11. C. tit. 35.* ¶ Possemus † forsan in municipiis duumuiros, ad imitationem tribunorum pleb. Romanorum inductos, dicere, in quorum locum, & forsan & frequentioribus ciuitatibus sunt quidam, qui in decuriones seu burgenses, & ciues potestatem habent: vt Lutetiæ est, quem vocant *Le preuost de Paris*, Burdegalæ, *le mere*, Tholosæ & alibi, vicarius dictus, *le viguier*. Qui & possent quoque dici aliquo modo defensores ciuitatum. Et hoc modo capitolini, escheuini, iurati, consules ciuitatum, non duumuiri, sed magistratus potius alij erant municipales. ¶ Verum nec ignorandum † est hanc duumuirorũ appellationem & mutuatam quoque à generali formula Romanæ ciuitatis, in cuius administrationis genere, & duumuiri, & triumuiri, & decẽuiri, & alterius numeri viri præpositi negotiis quibusdã certisve dicebantur, ad plebis euitandam suspicionem. Erantq; diuersi isti duumuiri & triumuiri, decemuiri & similes, *l. 2. §. deinde cum esset necessarius, de origin. iur. P. de quib. omnib. vide Alexan. ab Alexand. c. 16. lib. 3. Vuolphgang. Lazium, lib. 3. reip. Rom. c. 2. & 3.* pro diuersitate negotiorum, quibus tot viri præficiebantur: vt capitales ædilitij sacrorum, quinquennales, nauales.

7 ¶ Duumuiri † capitales causas criminum distinguebant, iudicabant & perduellionis diem reis dicere solebãt. Sicut ex Liuio constat: nam de Horatij, vt perduellionis reo, crimine & iudicio agit, *Liuius lib. 1.* & alibi de M. Manlij damnatione, *Liuius li. 6. Dec. 3.* Vlpianus horum duumuirorum etiam in municipiis is ait esse potestatem carcerum, & dimittendi custodia, *Vlpia. in l. si qua vxori. 53. §. si fugitiuum, de furt. lib. 47. P. tit. 2.* Sicut & Pomponius, dum enumerat triumuiros monetales æris, argenti, aurifiatores, & triumuiros, addit capitales qui carceris Romę custodiam haberent, vt cum animaduerti oporteret, eorum interuentu fieret, *Pompon. in l. 2. §. eodem tempore constituti, de origi. iur. lib. 1. P. tit. 2.* Erant & Romæ duumuiri quinquennales à potestate iudicii temporis quinquennalis accepta, *meminit Spartia. in Adriano.* ¶ Duumuiri † ædilitii seu sacri erant, qui ædes dedicabant, qui expiationes vel melius exsecrationes, lectisternia, 8 ad placanda sua idola faciebant publicas ædes locabant, *meminit Liuius lib. 5. & 6. Dec. 1. & lib. 3. Dec. 1. 3.* Reliquos non persequar. ¶ Admonebo † tamen Lysandrum apud Lacedæmonas, 9 elegisse decemuiros in Lacedæmonum singulis ciuitatibus, sed eos tantum qui amicitia, cõuiuio vel obsequio, vel hospitio essent coniunctissimi, vel quod sibi placuisset se facturos spopondissent, vt omnia pro nutu suo regeret, & crudeliter ageret, *Æmil. Probus in Lysandro. Diodo. Sicul. lib. 14. Xenoph. in 3. Hallin.* Vnde colligimus hos duumuiratus & decemuiratus municipiorum accedere ad quãdam, quatenus licet, aristocratiam, vel popularem per vices administrationem summam, relictis negotiis communibus aliis magistratibus inferioribus, municipalibus.

De Magistratibus municipalibus.

Cap. 17.

1 *Magistratus tribus mensibus ante subeundam administrationem nominantur.*
Magistratus municipales plures pro vno sunt, eod.
2 *Magistratibus municipalibus quæ concessa in iure dicendo potestas.*
Apamiensium respublica libera, eod.

EX † decurionibus quoque ad magistratus municipales nominantur, idque ante tres menses quam subire magistratũ 1 debeant, *l. 1. de magistratib. municipalib. lib. 1 C. tit. 57.* Isti autẽ magistratus municipales vnam tantum potestatem, etsi plures sint, referunt: quia vnum administrant vt collegę magistratum, *l. magistratus, 25. ad municip. in P.* ¶ Habent † iure definitam dignita- 2 tis curam, & notionem. Atque in summa, ea quæ magis imperii sunt, quam iurisdictionis, magistratus municipales facere non possunt: nec illis permittitur in integrũ restituere aut iubere, bona rei seruandæ caussa possidere, aut dotis vel legatorum seruandorum caussa, *Paulus l. ea quæ, 26. ad municip. li. 50. P. tit. 1.* nec supplicium à se uo sumere, quamuis modica castigatio eis non sit deneganda. *l. magistratibus, 12. de iurisdi. omn. iud. P. lib. 2. tit. 1.* Solent maiores iudices magistratibus istis ea committere, quæ celeritatem desiderant, & requirunt, ob moram nociuam expediri citius: vt in damni infecti cautione patet exemplum, *l. 1. de dam. infect. li. 39. P. tit. 9.* Et inter conuenientes, etiam de re maiori apud magistratus municipales agetur. *Paul. l. inter conuenientes, 28. ad municipal. P.* Sed & in quæstione iurisdictionis magistratuum municipalium præcipue animaduertẽdum est, quid in eorum priuilegiis & legibus vel antiquitate, vel principis auctoritate firmatis præscriptum sit, illudque ratum habendũ. Quod ex epistola Plinii Secundi ad Traianũ & responso Traiani perspicuum est, dum Apamienses obiecerunt Plinio proconsuli, habuisse se priuilegium & vetustissimum morem, arbitrio suo rempublicam administrãdi quod & probauit Traianus, *Plinius Secundus lib. 10. epistolar. epistol. 46. & 47.*

De Defensoribus ciuitatum.

Cap. 18.

1 *Defensores ciuitatis, & locorum duplices, sine dignitate, & cum eadem.*
2 *Defensores vnde dicti.*
3 *Defensores locorum à quibus eligi debent.*
4 *Defensorum electio à quo confirmetur.*
5 *Defensorum temporalis administratio cum iudicandi potestate, & iurisdictione.*
Curatorum ciuitatis, & defensorum pene simile officium, eod.
6 *Defensores quos habeant administros.*
Defensores sine iussu principis non deponunt administrationem impune, eod.

DEfensores † ciuitatum sunt in duplici ratione: alii namque 1 sunt, qui nomina ciuitatis caussas eius, lites atque negotia curãt, vt actores & syndici *in l. 1. §. personalia. de muneri. & honor. in P. l. fina. §. defensores, eo. tit.* vt dicemus Deo fauente suo loco, in iudiciorum personis, dum de procuratoribus agemus. Alij defenso-

Digitized by Google

fensores ciuitatum sunt cum potestate & magistratu, de quibus hic agimus, qui & locorum defensores dicuntur, si ciuitates vel municipia non sint, vel si ab iis non denominentur *l.3. de defensor. ciuita. libr.1. C. tit.56.* vt & prouinciarum defensores alij, quibus latior cura, & plures res & ciuitates defendendæ cõmissæ sunt, *l.4. C. eod.* Potest & in ciuitate defensor solus, & cum defensore alij magistratꝰ municipales, *collige ex l. in hac, 30. de donatio. lib.8. C. tit.54.* vt inde constet & posse eorum esse separatã iurisdictionem & potestatem, & concurrentem.

2 ¶ Defensores † dicti sunt à cura rerum, quibus præpositi erant, vt eas ab omni iniustitia liberas vindicarent: vnde & paterna voce dicti ita defensores, vt ait Iustinianus, vt eripiant à malis iniuriam patientes, *Iustinia. §.1. nouell. 15. tit. de defensor. ciuita. in authent.*

3 ¶ Defensores † ex ciuitatũ nobilioribus habitatoribus eligi debent, quemadmodum & de duumuiris diximus: neque licitũ est municipibus munus impositum repudiare, quacunq; præmineant dignitate, secundum videlicet circulum idoneorum, *authen. præsides, C. de episcopal. audien. §. interim, & §. si qua vero, de defensor. ciuita. in authent.* Non tamen ex ordine decurionum, vel cohortalium, sed aliorum, qui capaces inueniuntur, *l.2. de defensor. ciuit. lib.1. C. tit.56.* Ex decreto reuerendissimorum episcoporum, nec non clericorum, & honoratorum, possessorum & curialium, qui sacrosanctę religionis imbuti mysteriis, hoc in primis sub gestorum testificatione, præsente quoque religiosissimo fidei orthodoxæ antistite, per depositiones cum sacramenti religione celebrandas patefecerint, *l. iubemus, 7. de episcopal. audientia, lib.1. C. tit. 7. & authen. præsides, eod. tit. & §. interim, de defensor. ciui. in auth. l. defensores ita 8. eod. tit. C.*

4 ¶ Electi † confirmantur à præfecto prouinciali, iuramento illi præstito, quod omnia secundũ leges ac ius acturi sunt, *§. iusiurandum, de defensor. ciuit. in auth.* olim à clarissimo prouinciæ iudice præfecto prætoriano. *dic. §. iusiurandum, & §. 1. defensor. ciui. in authent. l. defensores, 8. C. eod. tit.*

5 ¶ Defensorum † munus olim erat quinquennale, *l.4. C. de defens. ciuit.* ex nouellis autem Iustiniani est biennij, *§. iusiurandum, & §. si. eo. tit. in nouell.* Quibus etiam illis officium iudicis impartit Cæsar, vt honestiores apparerent, *in §.1. vers. nos igitur. eo. tit. in nouel.* quod quidem antea habuerant, *l.1. C. de defens. ciuit.* verũ successu temporis viluerat, *§.1. eo. tit. in nouell.* Cassiodorus in formula defensoris cuiuslibet ciuitatis *Cassiodor. lib.7. Variar. c.11.* tradit eius officij esse commercia ciuibus secundum temporum qualitatẽ, æquabili moderatione disponere: definire seruare quæ iussissent statuta pretia: runcq; defensorem implere officiũ suum, si ciues suos nec legibus patiatur opprimi, nec caritate consumi. Idipsumq: officium postremum alibi, *Cassiodor. li.7. ꝛ.12.* ad curatores ciuitatis refert in formula curatoris ciuitatũ, nempe vt merces non ad nutum mercatorum, sed æquabili pretio veneant. Gratianus, Valentinia. & Theodos. CCC. Theodoro defensori formam defensionis præscribunt, *l. in defensoribus, 4. de defensor. ciui. C. Idem & l.3. & §. cod.* vt defensor parentis vicem plebi exhibeat: non patiatur rusticos vrbanosq. descriptionibus affligi: officialium insolentiæ, iudicum procacitati, salua reuerentia pudoris, occurrat: ingrediendi cùm vellet ad iudicem, scilicet prouincialem, liberam haberet potestatem: non pati super delegationem solitã quicquam exigi: nec ipsum exigere damna vel spolia, ab iis quos liberorum loco habet. Addunt Honorius & Theodosius, curę defensorum esse, ne possessores maioribus mensuris & ponderibus à susceptoribus prægrauentur & eos deprehensos, ad iudicium cum fraudis deprehensæ iudicio dirigere, *l. iubemus. 9. eod de defens. ciui. C.* Hoc officiũ est personale, in quo nec vicarios admittit ius, nec habere concedit. *§. nulla existente licentia, eo. tit. auth* Cognoscit porro & iudicat defensor ciuitatis in ciuilibus negotiis vsque ad quinquaginta solidos, actis tamen iudicialibus interuenientibus: de debito iusto, de seruo per fugam elapso, cetera maiora, rectori prouinciæ insinuando, *l.1. C. de defen. ciuit. & l. defensores ciuitatum. 7. eo.* Iure nouellarum, vsque ad trecentos aureos, *§. & indicare. eo. tit. in authen.* Apud defensores ciuitatum, insinuationes donationum & aliorum monumentorum fiunt, *licit. §. nulla existente. l. in hac, 30. de donat. lib.8. C. tit.54.* per eos cõtumacię, & tumultus in ciuitate sedantur, *§. deinde eos, de defen. ciuit. in Authen. l.5. C. eod.* Audient etiam leuiora crimina, & castigationi cõpetenti tradent, & maiorum criminum reos detrudent in carcerem, & mittent ad prouincię præsidem, *§. audient. eo. tit. in auth.*

6 *l. per omnes, 6. & l. defensores 7. C. eod. tit.* ¶ Adsunt † defensori per nouellam constitutionem, ex prouinciali officio, exceptor, & duo officiales, qui ea, quę ab illis decernuntur, adimpleant, *§.* ex *prouinciali, de defen. ciuit. in auth.* Ipsi autem defensores nec ante tempus publicam subitam solicitudinem eiurare possunt, nisi gratia eis fiatà principe, *l. fi. C. eo. tit.* alioquin in crimen læsæ maiestatis eos incidere statutum est, *§. si quis autem, de administratoribus, in authenticis, collat. 7. tit. 6.*

De Legatis.
Cap. 19.
Lib.10. tit.8. P.
Lib.10. C. tit.63.

1 *Legati ciuitatum & municipiorum qui, & à quibus creentur.*
2 *Legationum liberarum, & non liberarum distinctio.*
3 *Oratores dicti legati.*

ALia † species personarum gerentium honores ciuitatis constituitur in legatis, quibus mandata reipublicæ ad principes vel alios deferenda, vel exsquenda committuntur, ex consilio ciuitatis vel municipij, interueniente magistratu summo loci eius, *l. fi. de legationibus, li.10. C. titul.62. l.1. eod. in P.* Isti autem vel præsentes, vel absentes creantur. absentibus mittũtur mandata exsequenda, *Modestinus l. Titio. 36. ad municip. l. 50. P. tit. 1.* Et proinde neque isti tenentur, si gratuitam habeant legationem, referre per se gesta, sed per alium possunt remittere e municipes, *l. si absenti, 12. de legatio. in P.* ¶ Legationum † aliæ liberæ, sine mandatis reipublicæ, & tamen cum honore muneris: aliæ cum honore & munere. Et harum vltimarum aliæ gratuitæ, aliæ cum legatitio, id est, salario, de quibus, & de iuribus, & priuilegiis legatorum, tractamus abunde in criminibus, dum de crimine læsę maiestatis agimus proprio titulo De legatis. ¶ Sextus † Pompeius Festus in libris de verborum significatione: *Oratores*, inquit, *ex verbo ὀρᾶσθαι dicti, quod missi ad reges nationesque deos soleren ὀρᾶσθαι, id est, testari: ij modo dicti sunt legati.*

De appellatione hominum ratione munerum, & de Muneribus sine honore.
Cap. 20.

1 *Munerum personalium quorundam enumeratio.*
Annonæ cura, eod.
Sitonæ, eod.
Frumentatores, eod.
Curatores diuersi. eod.
Episcopi qui ciuiles. eod.
Ædium sacrarum custodes. eod.
Rationibus publicis tractandis munera quæ distinctè. eod.
Xenoparochi. eod.
Epistathmia. eod.
Creatores. eod. Marescheaux de logis. eod.
Camelasia. & camelarij. eod. Mastigophori. eod.
2 *Munerum patrimonialium quorundam enumeratio.*
Ad munera personalia qui teneantur. eod.
Decaprocia, & decemprimatus. eod.
Hospites suscipere munus patrimoniale.
Equos alere curiales munus est patrimoniale.
3 *Prostasiæ quid. Sacerdotia munus. eod.*
4 *Munera quomodo à iudice sint distribuenda ciuibus.*
5 *Munera quæ quis non tenetur subire.*
Equorum fiscalium munus sublatum. eod.
Glebæ onus sublatum. eod.
6 *Salgamum, & alia militibus non præbenda.*
7 *Vacationum munerum species duæ, pleniores & exiguæ, temporales perpetuæ.*
8 *Vacationes seu excusationes munerum perpetuæ.*
9 *Personales immunitates, quæ transeant ad heredes.*
10 *A muneribus personalibus, & patrimonialibus excusati.*
Artifices qui gaudent immunitate personalium munerum. eod.
11 *Muneribus vilibus quorum patrimonia non teneantur.*
Hospitia qui non præstent. eod.
12 *Munera sordida & vitia quæ dicantur.*
13 *Ad excubias tenentur ecclesiastica persona tempore necessitatis.*
14 *Munerum excusatio ratione vitiosæ electionis.*
15 *Muneribus excusati ratione officij.*

MVnera personalia, † quæ honorem non habent, plura sunt enumerata ab Hermogene *in l.1. de muneribus. in P.* & Arcadio *in l. fi. eo.* Iurisconsultis: quę nomen aliquod tribuunt etiam eis, quibus conceduntur. Vt defensio ciuitatis, ex qua syndicus: annonæ cura, vnde σιτῶνες, sitometræ, frumentatores, οἱ τὸν σῖτον ἀγοράζοντες, καὶ σιτοδόκοι, & qui seruabant, σιτοφύλακες, qui præfecti, σιτολόγοι, & coactores. Iis adduntur, qui curam habent exigendi census prędiorum publicorum, aquæductus, calefactionis thermarum, tutela pupillorum, cura adultorum, prodigorum, furiosorum, & aliorum, & bonorum, vnde exactores, curatores operum, adultorum, prodigorum, & tutores, *dicta l. 1. & fin.* curatores bonorum, calendarij rei vehicularis, angariarum & præfectura disciplicæ publicæ, & corrigendorum morum, vnde irenarchę, *dicta l. fin. §. irenarcha, & l.1. de irenarch. libr.10. C.*

Digitized by Google

& l diuus, de cust. rerum in P. Episcopi, *d. l. fi. §. item episcopi*, qui præsunt pani, & ceteris rebus venalibus in ciuitate, custodes ædiũ sacrarum νεωφύλακες, & æditui, *ναοφύλακες*, Archiuis præpositi, *ἀρχιφύλακες, d. l. fin. §. hiquoque*, rationibus publicis conficiendis, præscribendisque logographi: & qui in tabulas publicas referunt, tabularij. Qui peregrinis saltem & alia præbebant xenoparochi, portuũ præfecti liminarchæ. Mansionum seu hospitiorum designatio, *ἐπισκευή*, vnde dicti mansionarij, designatores hospitiorum, vel creatores: quia creta signent hospitia, nobis *Mareschaux de logis*. Qui curam habent camelorum, seu camelesiæ, vnde camelarij, *d. l. fin. §. camelasia*. Adde defensores iudices, *l. 1. §. 1. & l. fi. §. defensores, & §. iudicandi. eod.* mastigophoros, qui agonothetas in certaminibus comitantur. Operarum quoque præstationes, personalia erunt munera, quæ sublatæ postea sunt à prouincialibus tributa pendentibus, *l. vnic. ne operæ à collectoribus exigantur, libr. 10. C. tit. 24.*

2 ¶ Inter † munera patrimonialia eleemporia, olei comparatio: osprionia, leguminum comparatio, *l. fin. §. patrimoniorum, de muner in P.* Possessionibus indicta: agminales equi, mulæ angariæ, veredi, ad quæ tenentur domini rerum, etsi non sint municipes: & qui fœnus exercent, veterani, primipilares, pontifices, *d. §. patrimoniorum, & l. 2. & l. vlt. de priuil. veteranor. in P.* & alij alioquin priuilegio excusati à muneribus, *l. rescripto §. fi. de muner. P. Vlpian. l. 2. §. quæ patrimoniorum, de voca. muner. lib. 50. P. titu. 4. l. 2. 3. & l. neque de muneribus patri. lib. 10. C.* nisi expresso priuilegio ab iis releuentur à principe, *l. hi qui, & l. sunt munera, de vacatio. muner. P. l. semper §. priuilegia, de iure immunita. vide gloss. in fin. §. patrimoniorum autem: in verbo, subnixus, de muneric. l.* Ad munera quoque patrimonij pertinent collationes, quæ quotannis præstantur pro modo agri in frumento, vel alia specie, *§. præterea, l. fin. de muneric.* item munera vehicularis, nauicularis, decemprimatus, *l. 1. §. 1. eod. titu.* Quanquam Africanus referat: Herennium Modestinum notando, & disputando optima ratione decreuisse, decaprotias, id est, decemprimatus tributa exigẽtes, esse intermixta munera personalia, & patrimonialia, *l. fin. §. mixta, eo. tit.* Decaprotiam Vlpianus tamen magis patrimonij onus putat, & inde decaprotos dici, quibus imponatur, *Vlp. l. 3. §. decaprotos, de muneri. & hon. de decemprimatu & decaprotia vide Budæum in d. l. fi. §. mixta munera, Alciatum & Pyrrhum in l. nec protestasiæ, de muneri. patrimon. lib. 10. C. tit. 42.* Exactio tributorum, onus patrimonij quoque est. *d. l. 3. §. exactionem, de muneric. P.* & munus hospitis in domum recipiendi, *d. l. 3. §. munus, & §. eos, de minor. l. qui immunitatem, l. 3. de muneric. patrimon. lib. 10. C.* Equos curiales alere munus quoque patrimonij, *l. non viaetur, 4. de muneric. patrimon. lib. 10. C.*

3 ¶ Munera quoque † protestasiæ, & sacerdotiæ, *l. nec protestasiæ. 8. eo. tit. C.* legerẽ prostasiæ. Nam Plutarchus scribit *in Romulo*, Latinos vocare *συνηγορίαν*, quam Græci dicunt *προστασίαν*, cum quispiam pro alio liti se opponit, & eius defensionem suscipit, euentumque præstat: vnde pro patrocinio sumitur. Sacerdotia vero hic, puto dici reditus, vel collationes ad sacra faciendas, sicut & nos sacerdotia beneficia dicimus. Sunt munera quoque patrimonialia superindictiones, *l. final. de muneric. patrimon. libr. 10. C.*

¶ Ceterum † ad præsidis prouinciæ curam pertinet prospicere munera & honores in ciuitatibus æqualiter iuxta ordinẽ & vices, secundum ætates & dignitates, ac gradus munerum honorumque, qui antiquitus statuti sunt, iniungi, ne sine discrimine, & frequentius ciuibus oppressis, simul viris & viribus respublica destituatur, *l. 3. §. præses, de muneric. in* P. Proinde recte statutum diximus, vt qui ad munera nominãtur, ante administrationem subeundam tribus mensibus nominentur, vt interim, si nominatus causas excusationis appellatione obiciat, illæ decidi possint. *l. 1. de magistra. decurion. lib. 1. C. tit. 57.* Eo quoque spectat consilium cogendum curialium, per quos fieri debet nominatio, *l. 2. de ducurion. lib. 10. C.* non ex arbitrio quorumdam considerata muneris qualitate, & personæ, & patrimonio, num possit nominandus recte obire munera imponenda, *Callistrat. l. honor, 14. §. de honoribus, de muneribus & hon. in* P. & num ea is teneatur subire: quædam enim potest reiicere. ¶ Vtsi respublica imposuerit alicui necessitatem statuarum principi ponendarum, ei qui non promisit, non esse obtemperandum rescripsit Imperator, *l. toties 6. §. fi. de pollicitation. in* P. *lib. 50. tit. 12.* Et opera quædam reipublicæ sunt, quę inuitis liberis hominibus committi nõ solent, nec possunt. *leg. 1. & 2. ne quis inuit. actum reipub. ger. coga. lib. 11. C. titu. 36.* Multa quoque patrimonij & personarum iure posteriore Codicis sublata sunt, quæ antea obtinuerunt: veluti, ne liceat rusticanę plebi, quę capitationem suam, congruamque annonam præstat, equorum fiscalium vel mularum imponere, vel alia eius capere, *l. 1. & 2. ne rustica ad vllum ob seq. deuocent. lib. 11. C. titul. 54.* Sublata etiam onera glebæ, follis, septem solidorum, quæ erant collationes ex prędiis, *l. fin. de praetorib. & hono. prætur. libr. 12. C. tit. 2.*

6 ¶ Item † prohibitum, ne tribuni comites, præpositi milites, nomine salgami, calcitras, lignum, oleum, non pabulum pro suis animalibus, vel pro seipsis, non angarias etiam à suis hospitibus extorqueant: nec volentibus etiam hospitibus accipiant, pœna indicta facientibus *l. vnic. de salga. hospitibus non præben. li. 12. C. titu. 42. l. dantum, 5. de milit. eod. lib. tit. 41. l. illicitas, de officio præsid. P. §. illud tamen. de mandat. princ. in Auth. tit. 4.*

4 ¶ Atque † sunt quędam concessiones priuilegiorum singulares, quæ vacationem vel immunitatem vel excusationem à muneribus præbent. Vlpianus autem vacationis duo genera facit, vnum plenius, cum & militię datur. Aliud exiguũ, cum nudam muneris vacationem acceperint, *Vlpian. in l. prætor. 13. §. duo genera de vacatio. munerum, lib. 50. P. titu. 5. Labeo, in leg. cui, 12. & Arcadius, in l. fi. 18. §. penult. de muneric. & hono.* Quædam enim vacationes ab omnibus muneribus eximunt aliæ à certis tantum. Quædam etiam sunt temporales vacationes & excusationes: aliæ perpetuæ. Vt temporalis, concedimus eis qui reipublicæ causa absunt, *Neratius in L. tempus, 4. de vacat. mun.* Item munera personalia, quandiu quis corpore est inhabili, ei non conceduntur, *l. fi. §. camelasia. de muneric. P.* In patrimonialibus, quandiu quis destituitur facultatibus, temporariam habet excusationem, *l. 4. §. deficientium, & seq. de muneri. P.* Et qui 75. annorum, & quinque liberos habet incolumes à ciuilibus excusantur, *l. 3. §. quamuis, & §. cura, de muneri. & honor. P. l. eos, qui numero liberor. se excus. libr. 10. C. titu. 51. l. de personalibus, §. C. eo. nepotes filiorum loco, l. 3. C. eod.* non à patrimonialibus, vel honoribus, *l. 1. qui numero liber. se excusant li. 10. l. neque, C. eod.* nec ab aliis ciuilibus si capti, vel mortui, *l. 2. qui numero liber. vel pauperta. se excus. libr. 10. C. tit. 51.* Qui procurant patrimonialia principis, quandiu administratione detinentur, *l. administrantes, de excusat. tutor. P. l. 1. de excusation. munerum. lib. 10. C. titu. 47.* excusationes & immunitates sordidorum munerum patrimonialium habent temporales: nam contemplatione personarum & dignitatis, dantur, nec in heredem transeunt, *l. eam legem 14. & seq. eod. tit. de excusat. munic. li. 10. C.* Est & excusatio, ob operam medicationi exercitus præbitam, *l. de profes. & med. lib. 10. C. tit. 52.* At quamuis conductores vectigaliũ principales publicani, habeant immunitatem: tamen conductores cõductorum non habent, *l. 1. quib. munerib. excus. & ii, qui post impletam, &c. lib. 10. C. tit. 55.* ¶ Perpetuo † excusantur veterani à muneribus ciuilibus: non à patrimonialibus *l. à muneribus, 6. de vaca. muner. Qui veterani, vide l. pen. & fin. de his qui non impletis stip. lib. 10. C. tit. 54.*

¶ Corporalia munera fœminis ipse sexus denegat, quo minus iniungantur, *l. 3. §. corporalia de muner. P.* personalia videlicet, sed patrimonialia subeunt, vbi habent possessionem. *l. patrimoniorum, de mun. & in quo lo. C. l. 1. de muner. & in quo loc. lib. 10. C. l. eũ prætor. de indic. P. exceptis paucis, de quibus l. 2. de reg. iur. P.* Personis datę immunitates, † heredibus non relinquuntur: sed & generi posterisque datæ, ad eos, qui ex fœminis nati sunt, non pertinent, *l. 1. §. fin. de iure immunitat. lib. 50. P. tit. 6. l. semper, §. immunitati. eod. tit. l. in honoribus, §. vacationem, de vaca. & excusa. muner. in P. l. sordidorum, de excusat. muner. libr. 10. C. l. priuilegia de regul. iur. P. de exclusione natorum ex filiabus, l. tale pactum, §. fin. de pact. P. l. quisquis, & l. non est. de verb. sig.* Itaque immunitates generaliter tributæ, eo iure vt ad posteros transmitter ętur, in perpetuum succedentibus durant, *l. Modestinus, l. immunitates, 4. de iure immunit. P. cum simil. ibi notatis à glo.* ¶ Obseruamus † hic quosdam habere à muneribus ciuilibus excusationes, non tamen à patrimonialibus: qualis miles veteranus, primipilaris, pontifex, *Martian. in l. à muneribus, 6. de vaca. mun. P. l. fi. §. patrimoniorum, in 2. de muner. in P. l. 2. & 3. de priu. veter. in* P. minor 25. an. qui decaprotitã subit, quia patrimonij magis, *l. 3. §. decaprotos, de mu. & ho. in* P. Medici, archiatri, grammatici, professores literarũ, doctores legum ab omnibus personalibus & sordidis habẽt vacationem, *l. medicos, 6. & l. fi. de profes. & med. li. 10. C. ti. 52.* non autem à patrimonialibus, *l. professio, de muneribus patri. lib. 10. C.* Nisi quę eis specialiter remittantur, quemadmodum plura remissa sunt, *l. fi. §. ab huiusmod. & §. fi. de mun. & ho. P. l. sunt munera, de vac. mun. P. l. archiatros, de meta. lib. 12. C. d. his honoribus. §. angariorum, de mun. P.* Sicathletis triplici certamine victoribus, immunitas à ciuilibus, *l. 1. de athet. li. 10. C. tit. 53.* non à patrimonialibus data, *l. qui immunitatem, de mu. & ho. li. 10. C.* infirmitas corporis à muneribus, quę infirmus non potest obire, personalibus excusat, ab aliis minime, *l. 1. 2. 3. qui morbo se excusant, li. 10. C. tit. 50.* studẽtes in academia aliqua priuilegiata, habent excusationem vsq. ad 25. annũ à muneribus personalibus, à patrimonialibus nõ item, *l. 1. & 2. qui ætate vel professio. se excus. lib. 10. C. tit. 49.* Et à personalibus habent excusationẽ artifices quidam, eo quod eorum ars vtilis reipublicę sit, nec debeant inde auocari, & filios suos possint erudire à patrimonialibus non vtique, *enumerantur ij artifices, in l. 1. & 2. de excus. artif. lib. 10. C. tit. 64. l. pen. §. de iure immu. P.* nisi speciali nota concedatur, vt factum quibusdam, *l. negotiantes 8. de excus. mun. lib. 10. C. tit. 47.* Idipsum in præpositis laborum, iudicio. principis, *l. vn. de præpositis labor. lib. 12. C. tit. 18.* ¶ Et sunt † adhuc alia munera vilia, quędã extraordinaria, à quibus aliquoties hominum facultates releuantur veluti senatorũ, & qui illorum sunt, *l. 4. & l. nemo. 5. l. quoniam 7. de dignit. lib. 12. C. tit. 1.* Consistorianorum comitum, notariorũ principis & cubiculariorum excubiculariorum eiusdem, *l. maximarum, 13. de excusat. muner. lib. 10. C. tit. 47.* & quæ patrimonij sunt principis, quamuis ab aliis locationis nomine colantur, *l. euidenter 16. eodem tit. de excus. munerum, leg. priuata, 11. eo. l. 1. & l. fin. de priuileg. domus Augusti. li. 10. C.*

l. 1. de

l.1.de locat. prædio. ciuil.lib.10.C. Communicatum & hoc priuilegium illustribus personis aliis, *l.fi.& l.maximarum, de excusat. mum.lib.10.C.* rhetoribus grammaticis, *d.l.maximarum & l.fi.§.fi. de mun.& hon.P.* ecclesiis quoq. & bonis personarum ecclesiasticarum, *l.placet.5.de sacrosancc.eccles.lib.1.C.tit.5.l.2.de episc.& cler.li.* 1.C.*tit.6.l.presbyteros*, C.*eo.* quia nec hospites suscipiunt.*l.1.C.de episc.& cler.l.2 de immun. eccles.lib.3*, *Decret.tit.49.* fiscalia tamen tributa prædiorum coguntur persoluere *d.l.placet, & l.de his clericis, l.3.de epis.& cler.* Humilioribus etiam aut extraordinariis officiis, curiales non occupantur, ne publica vacillet vtilitas, *l. humilioribus, 14, de suscept. lie.10.C.tit.70.l.1.de cur. vrb. Rom. eod. lib.& l. si quis procurationem, l.curiales de cur.lib.* 10. C. nec pariter silentiarij, decuriones palatij principis, *l.3.de silentiar.lib.* 12. *C.tit.16.* sacris scriniis præpositi, alibellis & ab epistolis principis, *l.iubemus, 4.& 9.de proxi.sacror.scrinior.lib.12.C.titu.19. & l.1. de magistris sacro. scrin.eo.lib.tit.9.* Vt latin, eorumque filij & adiutores, *l.1.& ab officiis 6.l.palatinos*, 10.*de palatin.sacrar.largitio. lib.* 12.*C.tit.24.l.1.& 2 de priuil.eorum qui in sacro palat. militant, lib.* 12.*Cod.titu l.29.* Cornicularij præfecturæ, primi scrinij. numerarij, *l.1.& 3.de apparitoribus præfector. prætor.libr.12.Cod.titu* 53. & similes.

11 ¶ Munera † sordida dicuntur, cura confectionis pollinis, panis excoctio, obsequium pistrini, parauere dorum, aut parangariarum, prębitio operæ, in calce excoquenda obsequia, lumen curare, materiam lignorum atque tabulata præbere, *l. maximarum, de excusatio. muner. lib.*10.*C.* In casibus tamen certis omnes immunes conferunt, vel ob necessitatem, vel vtilitatem publicam, ob quam, vt ad refectionem viarum & pontium, & ecclesiæ, & patrimonium principibus conferre debent, *l.ad institutiones, 7.& l.iubemus nullã, & l.nemine de sacrosc.eccl.l. absit de proudom. Aug.li.*22.*C.* Cõferunt vniuersi cõparationi transvectionive specierum, nec excusantur tempore expeditionis ab angariis, perãgariis, plaustris, & similibus muneribus necessariis, *l.maximarum.§. sordidarum, de excusc. munerum, tit.* 47, *l.*1.2.3. *de quib. mun. vel præstatio. nemi. liceat je excusc. tit.*48.*lib.*10.*C.l.nullus*, 21.

13 *de curs. pub. li.*12.*C.tit.*51.*l.neminem.de sacrosc.eccl.* C. ¶ Imo † & ecclesiastica persona, impellente necessitate, ad custodiam murorum, ad excubias vrbis, vt se & ecclesias commissas sibi conseruent, tenentur & coguntur, *c.2.de immunitate eccles.ap. Greg.* ¶ Ex

14 modo † quoq; eligendi vitioso repudiantur recte munera, vt si non recte consilium decurionum initum sit, vt diximus, *l.2.de decurionib.lib.* 10. *cum simslib.* si alius prior ad munera debuerit nominari, quam electus, *l vnic.de potior.ad munera nominan. li.*10. *C.titu.65.l.ordine, de legat.3.§.præses, de munerib.& honor.* si propter inimicitias, non æstimatione vera & commodo reipublicæ, creatio fiat, *leg. vnic. si propter inimici. creat. facta sit, lib.*10.*C.tit.66.* His enim de caussis & similibus, quibus tantum alicuius vexandi caussa creatio fit, appellatione interposita fiet creationis retractatio, & sumtuum aduersus temere & inuidiose nominantes fiet repetitio, *l.1.de sumtuum recupe.lib.*10. *C.tit.* 67. *l. ciues. C.*

15 *de appella.* 1.*de vaca. munerum in P.* ¶ Ratione † dignitatis & officii electorum & creatorum, plures excusantur à personalibus muneribus, vt ex superioribus liquet: sicut adhuc comites præsidum, proconsultum. procuratores Cæsaris, *Pan. legato, 12.§. fin. de vacati. muner. in P.* sacerdotium habentes, à quo non possint fine religione discedere, *Vlpian. l. prætor, 13. eod. P. l. omnes, C. de epis.& cler.* apparitores magistrorum militum, *l.1. de apparito. magistrorum milit. libr.*12.*C.tit.*55. frumentarij, *Papi. l. eos qui Roma. 9.§. fin. de vacatio. muner. P. l. nauicularij, de munerib. P.*

De Artificibus diuersis.

Cap. 21.

1 *Artificium quid.*
2 *Artificum: & eiusdem quoque artis differentia.*
3 *Artificium à professione artis quid differat.*
4 *Officium & artificium quomodo differant.*
5 *Officium vnde declinetur, & duplex esse, perfectum & medium.*
6 *Artificium auget æstimationem serui.*
7 *Artificium plurium nomenclatura.*

1 ARtificij † nomen plures continet sub se species, quę artem factitiam seu manualem exhibent certis præceptis definitam, quæ videlicet ingenio & arte perficiatur, *vide quæ diximus de mechanicis artibus, lib.*24.*Syntaxeon, c.* 2. Qua ratione etiam ars Grammaticæ dicitur apud Iurisconsultos artificium, *l. duo societatem, pro socio, P.* videlicet quod & in orthographia, quæ eius est pars, manus officium quoddam desideretur, in bene pingendo, & emendate scribendo.

2 ¶ Itaque † vt inter artificia est differentia, ita & inter artifices quoq; vnius eiusdéq; artis ratione ingenij doctrinæ, naturę & institutionis, *Vlp. l. inter artifices. 31. de verbor. oblig. libr.*46.*P. tit.* 3. cum omne artificium incrementum discendo vel experientia recipiat, *l. legatis seruis, 63.§. ornatricibus, de lega.* 3. *P.* Vt qui artificem promiserit vel dixerit, non vtique perfectum præstare debeat, sed ad aliquem modum peritum, vt neque eum summę scientię accipias, neque rursum indoctum esse in artificio: sufficiet quę talem esse, quales vulgo artifices dicuntur: *Vlp. l. sciendum tamen, 19. illud sciendum est, de ædili. edict. libr.*11.*P. tit.*1.

3 ¶ Artificium † à professione artium putamus differre, quod professio in docendo vel discendo artes liberales consistat artificium, in mechanicis versetur maxime tractandis, *gloss. Rubrica. in titu. de excusat. artific. li.*10. C. *tit.*64.

4 ¶ Martianus † quoque Iurisconsultus rursum putat officium latius nomen esse, quam artificium. Et officium artificio adepto mutari, non autem artificium adepto officio, *Martian. in l. legatis seruis, 63.§. si ex officio, de legat.3. lib.*32.*P. titu.*1. *Africanus, leg. textoribus.59. eod tit.* Officium eius interpres, *glo. in d.in d.§. si ex officio.* arbitratur continere omne ministerium, siue artificium sit, siue sine artificio. Et proprie tamen sine artificio officiũ habere eos, qui ministerium tantum præbent: cuiusmodi ait esse mulionem, agasonem, opilionem, saltuarium, armigerum dapiferum, cocum, pastorem, ostiarium, pistorem & similes eius generis sine arte. Nam artifex, vt Varro ait *lib.*4 *de ling. Lat.* ab arte dicitur. ¶ Officium † porro ab efficiendo, quasi efficium, & propter

5 sermonis decorem, vna mutata litera, in officium, vt ait Diuus Ambrosius *lib.*1.*Officior.* qui & alias duas adfert nominis declinationes. Sed hæc magis placet ab efficiendo, quod officium illud, quod quemque pro conditione suæ personæ facere deceat. Ita erit ὄφελος, seu opus cuiusque siue perfectum velis, quod Græci κατόρθωμα vocant, quod omnes numeros virtutis continet, Cicer. 1. *officior.* siue medium, quod pertinet ad institutionem vitæ communis, Cicero 1. *de finibus*, Sic oratoris officium est, quod facere debet orator, vt finis cuius caussa facere debet, *idem* 2. *de inuentio.* τὸ καθῆκον dicunt Græci, quod decens est, quod cõuenit cuique, vt exponit M. Tull. Cicero *libr.* 16. *epistolarum ad Atticum epistola omnium* 338. *Sed vt, quod ex alio*, inquit, *mihi nõ est dubium, quin quod Græcis καθῆκον, nos officium: id autem quid dubitas, quin etiam in republicã præclare caderet? Nonne dicimus consulis officium, senatus officium? præclare conuenit, aut da melius.* Ex quibus verbis elucent prope enumerabilia iuris ciuilis capita, quę de officio loquuntur vario modo, videlicet, quia nõ eadem sunt munia omnium, nec omnibus omnia conueniunt: eoque pertinent Rubricæ de officio præfecti prætorio Orientis, Illyrici, Africę, vrbis, de officio magistri militum, de officio magistri officiorum, de officio comitis sacrarum largitionum, & similium. De officio diuersorum iudicum, de officio eius cui mandata est iurisdictio, &c.

6 ¶ In † æstimatione facienda conditionis seruilis, & consequenter plebis pluris æstimabãtur imbuti aliquo artificio, quã illi, qui nullam norant artem, *l.*1.*§. ne autem, de commu. seruo, manumiss. lib.*7.*C.tit.*7.*l fin.§. fancinus, com. de legat. lib.*6.*C. tit.*43. & officium præstare tantum possent.

7 ¶ Ceterum † artifices diuersi muneris adfert Callistratus *in l.*7. *fin. de iure immunita. lib.*50. *P. tit.*6. & Augustus quoque *in l. vnica. de excusation. artificum, lib.*10. C. *ti.*64. Sunt autem illi architecti, *de iis postea*, medici, *de his paulo post, de aliis vide Alciatum in l. vnic. de excus. artif.* C. pictores, statuarij, marmorarij, lecticarij, seu actuarij, clauicularij, quadrigarij vel quadratarij, structores seu ædificatores, sculptores ligni, *lex de sculptore, seu celatore gemmarum, & quando tenentur, & quomodo, l. item quæritur, §. si si gemma loca. P. l. si seruus seruum, §. si calicem, ad l. Aquil. in* P. muscarij deauratores, albini, *de artificib. in l.* 2.§. 1. *loca. in* P. argẽtarij, brambaricarij, *Brambaricarij & argentarij pro eodem. in lib. qui notitia prouinciarum vtriusque imperij, dum de præpositis, brambaricariorum seu argentariorum agit*, diatretarij, ęrarij, fusores, signarij, fabricarij, bracharij, perticarij, libratores, *libratores erant, qui modum & formam in aquis educendis adhibebant, de quib. Traianus epist.*41.*lib.*10.*epist.o. Plinij* 2.*& l.* 2.*de excus. artif.* figuli, aurifices, vitrarij, plumbarij, specularij, eborarij, pelliones, fullones, carpẽtarij, sculptores, dealbatores, cusores, trigarij, cisiarij, bractearij.

De Architectis.

Cap. 22.

1 *Architecti ars circa quæ versatur, & architectura partes.*
2 *Ædificandi architectis dictæ leges.*
Ædificator quandiu de operis vitio teneatur, eod.
3 *Ædificans an ædificium perficere cogatur.*
4 *Ædificare non licet in muris vel portis ciuitatis, vel loco publico.*
5 *Priuatorum ædificiorum struendorum leges.*
6 *Sepulcrorum ædificandorum leges.*

Digitized by Google

7 *Balneorum exstruendorum leges.*
Furnorum & pistrini ædificandi leges, eod.
Gypsarij exstruendi lex, eod.
Calcis fornacis ædificandæ lex, eod.
Fullonicæ officinæ struendæ lex, eod.
Vitrarij & ferrarij fornacis ædificandi lex. eod.
8 *Furnus bennarius quis, & quomodo quæratur.*
Molendini seu pistrini bennarij ius, quale & quomodo quæratur, eod.
9 *Cloacarum leges quædam.*
10 *Fabri lignarij.*

ARchitecturam † inter fabriles artes in Syntaxibus nostris constituimus, & inibi abunde de ea diximus, *li. 30. Syntax. artis mirab.* vnde & si egeas depromere possis. Verũ prout iurisconsulte agendum nunc est, quædã iuris familiaria recensebo. Architectus, & eius ars circa tria versatur, quæ in iure quoque considerantur: quia & partes Architecturę tres sunt, ędificatio, gnomice, machinatio. Ædificatio diuisa est bipartito, vna est mœnium & communium operum, in publicis locis collocatio: altera est priuatorum ædificiorum explicatio. Publicorumq. distributiones sunt tres, è quib' vna est defensionis, altera religionis, altera opportunitatis. Defensionis est, murorum, turrium, portarum ratio, ad hostium impetus perpetuo repellendos excogitata: Religionis, immortalium, fanorum, ædiumque sacrarũ collocatio. Opportunitatis, omnium locorum ad vsum publicum discretio: veluti portus, fora, porticus, balnea, theatra: inãbulationes, & similia, quæ fieri debent habita ratione firmitatis, vtilitatis & venustatis, *vt de his Vitruuius, li. 1. ca. 3. l. 2. de excus. artifi. li. 10. C.* Ad hæc opera publica conficienda, instituenda, reparandave & curator publicorum operum creatur, *vt l. 1. de operib. pub. P. lib. 50. P. tit. 10. & nos dum de curatoribus reip. egimus plura.* Priuata autem ædificia ex arbitrio dominorum fiunt, *est titu. de*
2 *ædif. priua. lib. 8. C. tit. 10.* ¶ Sunt † tamen & in publicis & priuatis ædificiis leges dictę architectis & fabris, quas scire & seruare eos expedit. In publicis, veluti vt de vitio operis teneãtur vsque ad quindecimum annum, *l. omnes quibus, 7. de operibus pub. lib. 7. C.* Alia lex Ephesi, dura conditione, sed iure non iniquo cõstituta, vt architectus cum publicum curandum opus recipit, polliceatur quanto sumtu id sit facturus: tradita eius æstimatione bona, obligatur magistratibus, donec opus sit perfectum. Eo autem absoluto, cum ad dictum impensa respondent, decretis & honoribus ornatur. Item, si non amplius, quam quarta in opere consumitur, ad æstimationem est adiicienda, & de publico præstatur, nec vlla pœna tenetur. Cum vero amplius quam quarta in opere consumitur, ex eius bonis ad perficiendum pecunia
3 exigitur, *Vitruuius proœmio libr. 10. de Architect.* ¶ Alia † lex, vt qui opus publicum etiam propria liberalitate exstruere incipit, imperfectum non possit relinquere, sed ipse, vel heredes eius cogãtur implere, *l. 1. de pollicita. in P.* Quod expresse cauit in monasteriis constitutio nouella, quam refert Constantinus Harmenopolus *li. 5. Epico. iuris cap.* 8. quæ & ne imperfecta eorum re
4 maneat structura, cogi posse eorum heredes statuit. ¶ De † priuatis quoque ędificiis plures leges, quarum aliquas indico. Vna est, ne ædificare liceat in mœnis vel portis ciuitatum, *l. penult. & fi. ne quid in loco publ.* Alia huic proxima, ne liceat ędificare opus, in loco publico, contra ornatum, & faciem aspectumque decorum ciuitatis: vtque ædificatum diruatur, nulla opposita præscriptione, *l. præscriptio, de operib. public.* vel principis rescripto, *argum. l. 3. de precipibus imperat. offer. C. le. vltim. si contra ius vel vtilita. publ.* Neve aliquæ ædes deiiciantur, si inde etiã deformetur ciuitatis decor *l. 1. de edific. priuat. lib. 8. C. titu. 10. l. senatus, de contrahend. emt. P. Paul. l. cetera, 43. Martia. in leg. fideicommissa, de leg. 1.*
5 ¶ Priuata † ædificia absint decem pedes à publicis ne periculum ex illis his accidat, *l. si cui, & l. penu. de ædif. priua. C.* Aliæ, leges in titulis ex interdictis seu edictis prætoris, ne quid in loco sacro, ne quid in loco publico, ne quid in flumine publico, & in §. tertia diuisio, De interdictis apud Iustinianum. Fuerunt leges de crassitudine parietibus imponenda secundum co en bulationes & contignationes, de quibus in seruitutibus onris ferendi diximus ex Vitruuio *lib. 1. c. 8.* Plinio *libr. 35. c. 14.* & aliis. Alia Solonis lex iure ciuili Romanorum recepta, quam etiam alibi explicauimus, quam Caius refert *l. fin finium regundor. libr.*
6 *10. P. tit. 1.* ¶ Sumtuum † etiam modum in sepulcrorum ædificatione, constituit lex 12. tabularum, *Cicer. 2. de leg.* Sicuti & Ægyptij, qui in sumtuosa sepulcra, non nisi talẽtum expendere permittebant: in mediocria, minas viginti: in humilia, parum quid
7 sumtus, *Diodor. Sicul. li. 2. Bibliothec. c. 5.* ¶ Balnea † priuata constructurus dare debet operam, vt camini à vicino distent, ob rationem, quam adfert Harmenopulus *lib. 2. Epit. iur. cap.* 4. Vitruius *libr. 5. cap. 10.* & Iurisconsultus, *l. quidam Iberus, de seruitu. urbanor. prædior. P.* Oportet quoque pistrinum à domo & furno vicini sex pedes seiungi, propter incendiorum periculum, *Harmenop. d. c. 4. & Vitruuius, lib. 6. c. 9.* Figulinus furnus, si ab boream vel ortum spectat, vbi vicina domus habet fenestram, viginti cubitis ab ea distare debet: si ad notum vel occasum, magis duodecim: si in austrum vel occidentem triginta. *Harmenop. vbi sup. de furnis figulinis, & calcis, meminit & Paul. in leg. veluti, 6. de seruit. rustic. prædior.* Gypsarius distabit à vicini ædibus vnius tecti, fenestris in gypsarium prospicientibus caminum, ad ortum vergentibus vel septentrionem octo cubitis, ad occasum vel meridiem quatuor, &c. *Harmenop. vbi sup.* Calcis viuæ fornax, distet ab omni quouis ædificio centum cubitis, propter pestilentem & grauiorem ab ea missum vaporem: ab area autem, quinquaginta cubitis, *idem ibid.* Opificia infectorum & fullonum absint ab ædibus planis, sex cubitis, & besse, vt euaneſcat eorum fumus pestilens, & extra periculum deflagrationis sint, *idem ibid.* Vitrarii & fabri ferrarii, qui bipennes, falces, statuas, & magna organa & machinas faciunt, ob periculum ignis, & pestilentem corpori vaporem, ne in vrbe opificia habeant, vel si habeant, in locis solitariis constituantur, *idem ibid.* ¶ Quilibet † in suo po- 8
test furnum seu clibanum panarium ædificare, nisi ab alio iure prohibeatur: puta ob conuentionem, vel morem, seu consuetudinem legitimam, quibus placuerit inter incolas loci vel pagi alicuius vnum esse, domini vnius puta clientelarii, vel alterius, qui eius oneris causſa certum exigat censum vel vectigal, seu pensionem, *Ioan. Faber, in §. æque, de actionib.* Vocant furnum bennarium, qui non ratione beneficiarii tituli, quod quis sit dominus, vt dicunt, iustitiæ inferioris competit, sed aut ex titulo vel præscripta & immemoriali consuetudine, *in consuetu. Turonen. sub. titul. De basse voerie, arti. 13. Du Maine, tit. de bas iusticiers, art.* 24. Sicque quibusdam in locis domini inferioris iurisdictionis, in pago præcipui, hoc ius possunt subditis imponere, *vt en la coſtume d'Anion. artic. 23. tit. des seigneurs temporelz & tit. de la diſtinction des iuriſdictions artic. 33. cum ſimil.* nempe ex consuetudine recepta: alioquin iure non licet. Itaque si præscripta sit consuedo, quæ ratione præscriptionis iustam facit seruitutem, *l. 1. C. de seruitu.* per contrariam prohibitionem poterit adimi iuste, *l. 2. C. eod. de seruit.* etiam si de iure fiscali agatur, *l. si manifeſta, C. eo. tit. de seruit.* pactitia tamen constitutio bẽnarii furni conseruanda, ob æquitatem pactorum, *l. ſicut, C. de actio. l. in commodato, §. ſicut commoda, P.* Idipsum & censeo, si auctoritate principis hoc ius quæsitum sit, ne alteri quam certo liceat clibanum eo loci habere, *l. quo minus, de fluminibus, in P. leg. quod principis, de aqua pluuia. P.* Ea ita docuit seruari Papæus, *Guido Papæus, q. 298.* Quod & in pistrinis seu molendinis, & torcularibus bennariis obseruandum est, ex doctrina eiusdem Papæi, *Guid. Pap. vbi supra,* & Bartoli *in d. l. quo minus, de fluminibus, P.* qui & volunt sine titulo etiam præscribi posse, ne alibi quam certo loco molantur grana, neue alio torculari premantur vuæ, vel alibi coquatur panis, *per l. ſi quis diuturno, ſi ſeruit. vindi. in P.* Atque ita iudicatum fuisse in senatu Burdegalensi, anno 1522. pro domino Podii de Verdonne aduersum eius pagi incolas tradit Papus *in Rhapſodia areſtor. li. 11. tit. 8. areſt. 3.* Huic tamen rei temperamentum adhibuit arestum Tholosanum 1548. vt si dominus pistrini, non iubeat contundi grana intra 24. horas, dominus granorum, seu tritici vel alterius generis, alio possit ad molendum impune trãsferre, *idem Papus, vbi ſupra areſto. 1.* sed in viam.

¶ Circa † cloacas constituendas adhuc dictæ leges, quæ ad sa- 9
lutem securitatemque ciuium pertinent *l. 4. §. ſi quis rimos de operis noui nuntiat. l. 1. §. 1. de cloac. P.* Et ad priuatorum quoque periculum & vicinorum damnum: vnde nascitur prohibitio, si ius non sit seruituris, *l. ius cloacæ, de ſeruitut. tit. gen. lib. 8. P. l. 2. de ſeruit. P.* Habent & aquæductus suas leges, de quibus in rebus publicis seu vniuersitatis proprio iam egimus titulo. ¶ Fabri † quo 10
que lignarii & horum artes superioribus annecti possunt, qui & tignarii dicuntur fabri, quod tigna dolent, & ex illis ædificent, *Caius in l. ferri §. fabris, de verb. ſignifi.* qui, vt & cæteri ædificatores omnes in construendis operibus leges municipales sequi debent, nec contra eas aliquid fiat.

De Agricolis.

Cap. 23.

1 *Agricolatio primum opus homini impoſitum.*
2 *Agricolæ fuerunt viri priſci, præſtantiores qui.*
Scipio agricola. eod.
3 *Ager quid.*
4 *Agricolarum septem ſpecies.*
Cenſiti agricolæ qui, eod.
Clientes, conſulares, obliarij, eod.
Coloni tributarij qui, eod.
5 *Coloni proprie qui publici & priuati, antiqui, nouis*
6 *Coloni adſcripti qui.*
7 *Originarij coloni qui.*
8 *Inquilini coloni qui.*
9 *Coloni perpetuo obligati.*

Entiales

Digitized by Google

Curiales perpetuo curiis obligati.
Mariandyni perpetui coloni, eod.
Arnæa perpetui coloni, eod.
Menestia qui, eod.
Penestæ qui, eod.
10 *Mendicitas fictitia pœna, amissione libertatis, punita.*
11 *Mancipia rustica quæ, & species.*
12 *Rustici qui.*
13 *Agricolarum Indorum natura, & munus, securitas tempore bellorum prohibitio, ne arma deferant.*
14 *Agricolarum ingenuorum differentia, qui sua colunt, & aliena rura, & eorum qui aliena colunt triplex genus.*
Partiarij coloni qui, eod.
15 *Villici & coloni quid rerum dominis debeant.*
Locationi fundi quæ accedunt & præstantur. eod.
16 *Agriculturæ materia quæ.*
17 *Instrumenta rustica enumerata.*
18 *Rusticæ quædam leges Græcæ Iustiniani, de partiario fructus interuertente, non colente.*
Vsuræ à rusticis quæ capiendæ. eod.
19 *De hortulanis, & seplasiariis.*
Hortulani artifices. eod.
Fossores non sunt artifices. eod.
20 *Hortulanorum leges.*
Summarij homines æstimatores qui, eod.
21 *Seplasiarij, & eorum lex.*
Pigmentarij. eod.
Venena quæ liceat habere & vendere. eod.

1 AGricolarum † fuit hominum prima conditio & status à Deo ipso agricolatio homini mandata post peccatum, & Primum enim Deus creatos parentes in paradisum introduxit, vt operarentur & custodirent illum, *Genes. c. 2.* & subinde expulsis inde, vt terram cum labore verterent, & in sudore panem, id est, victum, compararent, statuit, *Genes. c. 3.* Adamus agricola: Cain agricola, *Genes. c. 4.* Sic & apud Zachariam, *Non sum Propheta, homo agricola ego sum: quoniã Adam exemplum meum, ab adolescentia mea, Zachariæ, c. 13.*

2 ¶ Agricolæ † etiam antiqui, plures præstantiores viri, de quibus & iam diximus, in libr. 27. Syntaxeon c. 1. & de arte agriculturæ sequentibus felicibus cc. in eod. libro. Atque Horatius primis & secundis seculis homines omnes in agris vitam egisse beatam testatur.

Beatus, inquit Horat. lib. Epodon, ode 2. ille, qui procul negotiis,
Vt prisca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet suis,
Solutus omni fœnore.
Nec excitatur classico miles truci,
Nec horret iratum mare:
Forumque vitat, & superba ciuium
Potentiorum limina.

Scribit Seneca *epist. 1. lib. 13.* Scipionem maiorem abluere solitum corpus rusticis fessum laboribus, & exercuisse corpus suum opere, & terram, vt mos erat priscis, subegisse.

3 ¶ Agricola † ab agro qui colitur, dictus est. Est autem ager locus, qui sine villa est, vt ait Vlpianus *in l. ager 27. de verb. signific.* & Florentinus *in l. fundi appellatio 211. eod. tit.* Varro agrum dictum putat *lib. de ling. Latina*, terram quod in ea aliquid agerent fructus causa. Græcis item ἀγρὸς ἀπὸ τοῦ ἄγειν, quod in eo aliquid fiat semper, vel in eo aliquid, veluti præda capiatur, nempe fructus.

4 ¶ Agricolæ † in iure in septuplici sunt differentia. *examinat glo. rubr. in tit. de agric. & censi. lib. 11. C. gl. in quib. caus. colo. cens. lib. eo. 11. C. tit. 47.* Primum censiti, qui descripti sunt in census libro pro terra, & eius ratione quam possident, *l. forma, ae censib. in P.* putant & conscriptos terras seu agros possessos non potuisse alienare, *l. ij, penes quos, & ibi gloss. in verbo sua, de agric. & cens. lib. 11. C.* Et mihi non displicet censitos colonos hodie dici posse clientes dominorum, quos vocant obliarios, seu cẽsuales *Seigneurs censuels*, qui liberi sunt, & omnia tributa præstant cẽsibus, dumtaxat adscripti, & horum colonorum natura explicatur, *in l. 1. & 2. in quib. caus. colon. domi. accusar. poss. lib. 11. C. tit. 49. iuncta l. 4. de agric. & cens. lib. 11. C.* Dici & possunt tributarij coloni, nexu tantum tributi ob res obligati, & ideo abire libere à possessione possunt, & vendere ius suum permittente domino, vt dicimus, directo, *de quibus & intelligi potest l. de colon. Illyricanis, lib. 11. C. tit. 52.* persolutis illis laudemiis seu authoramento, & saluo ei iure prælationis, iuxta formam iuris emphyteotici agri, *l. fin. de iure emphyteo. lib. 4. C. tit. fin.*

5 ¶ Coloni † dicuntur deducti in aliquem locum agricolæ, agri colendi causa, quemadmodum dicti coloni & coloniæ populi ad habitandum aliquo missi: à ciuibus ita differentes qui priores eo in loco erant, quam coloni fuerint adducti. Et si alij superinducantur ad reparandas colonias, & antiqui & noui coloni recte dicuntur. Et apud Ciceronem *pro Cecinna*, colonus est, qui fundum pensione colendum accepit à priuato: exemplo colonorum reipub. qui vt plerumque ad captas bello ciuitates & agros incolendos, cum pensionis præstatione annua mittebantur: paucis exceptis, vt duodecim coloniæ Romanorum, quæ immunes à pensione erant. Vnde coloniæ publicæ, & priuatorum: cum sint qui agros reipub. colant, & priuatorum, *l. 1. vt nemo ad suum patrocinium suscipiat rusticanos, lib. 11. C. tit. 53.*

6 ¶ 2. Alij † coloni dicuntur adscripti, quibus lex seu conditio à maioribus constituta, vt eos perpetuo æternitatis iure colonos retineat, ita vt in illis non liceat ex his locis, quorũ fructu releuantur, abscedere, nec ea deserere, quæ semel colenda susceperunt. Et domino fundi ita tenentur, vt sine pœna etiam susciptentis non possint abscedere, *l. 1. de colon. Palæstinis, lib. 11. C. tit. 50.* Cuius conditionis sunt coloni Palæstini, *d. l. 1. de colon. Palæst.* Thracenses, *l. 1. de colon. Thracensib. lib. 11. C. tit. 51.* Illyriciani, *l. vnic. de colon. Illyricanis, eod. lib. 11. tit. 52.* & alij quidam, *l. omnes omnino 6. l. seruos 12. l. colonos 15. l. colonos 18. cum simil. de agric. & censit. lib. 11. C. & in legib. rusticis Iustin. tit. 1. c. 17.* Illi enim perpetuo adhærent agro, vt nec momento quidem temporis debeant separari à gleba, vel honoris, vel alterius obsequij, vel officij caussa, *d. l. colonos 15. & proximè citatis ll.* conditione quidem ingenui, sed actu terræ cui adscripti, serui, *dict. l. 1. de colo. Thracens.* Et ita quodammodo serui eorum, quorum possessio est, *l. 1. & 2. vt nemo ad suum patrocini. recip. rusticanos, lib. 11. C. tit. 53. l. ne diutius 20. de agric. & censit. vbi gl. in verbo intelligitur, tradit differentias inter seruos, & adscriptitios.* Attamen si coloni adscriptitij per triginta annos coluerint fundum domini, libertate quidem plena potiuntur, rus tamen proprium tenentur incolere, *l. penult. §. 1. de agric. & censit. C.*

7 ¶ 3. Originarij alij coloni, qui ex adscriptitiis nati, eiusdem sunt conditionis ac patres, nomine tantum distincti, *l. 1. de colon. Illyric. lib. 11. C. l. originarios, 11. de agric. & censit. C.* debentque & illi terræ inhærere semper, quam patres eorum colendam susceperunt, *l. cum satis 22. §. cum autem Anastasia, de agric. & censit. lib. 11. C.*

8 ¶ 4. Inquilini † coloni erunt, qui alibi, quam vbi nati sunt, habitant, & agros colunt: vel qui alibi habitant, alibi agros colunt: vt proprie colonus, qui in agro, quem colit, habitat, *l. definimus 13. & ibi glo. 2. de agric. & censit.* Transferri enim coloni ab alio in alium locum possunt, si vtriusque fundi vel loci vnus sit dominus, & in quolibet eorum habeat colonos, *d. l. definimus, & c. 2. de Iudæis, lib. 5. Decret. tit. 6. l. quoties, C. famil. erciscund.* donec ab eius ditione alter locus exeat: quo casu, ei qui postea prædium nanciscitur, tenetur propriam sobolem, propriorum colonorũ restituere translatorum, *l. definimus, in fin.* Quando autem, & quomodo cum solo & sine solo alienari possint hi coloni, vide disputatum, in l. quemadmodum, l. 7. & ibi glossemata, de agricol. & censit. C. lib. 11.

9 ¶ Coloni † hi omnes videntur perpetui fuisse, qui principio ex lege vel pacto, se & suos culturæ subiecerunt nexu certi soli, *l. 1. de colon. Palæst. lib. 10. C.* non secus, quam curiales, qui se & suos curiæ in perpetuum obligãt, dum fiunt curiales, *l. curiales 25. & seq. l. omnes qui curiali 48. l. in filij, l. in successione 43. de decur. lib. 10. C. tit. 31. l. vnic. si curiale relicta ciuit. sua habitare maluer. lib. 10. C. tit. 36.* Sic olim Mariandyni sese Heracleotis subiecerunt, polliciti se pro mercede in posterum perpetuo seruituros, si sibi necessaria suppeditarent, stipulatione cauentes, ne vllius eorum fieret vẽditio extra regionem Heracleotarum, sed in ipsa solum propria regione, *Athenæus lib. 6. diphnoso. c. 7.* Quemadmodum &, vt ait Archemachus 3. Euboicarum, ex Bœotis, qui Arnæam coluerunt, qui non receesserunt in Bœotiam propter amorem regionis, seipsos Thessalis in seruitutem dederunt, ex stipulatione, ne se extra regionem reciperent, neue occiderẽt: ipsique regionem illis colentes tributa persoluebant. Qui fit ex stipulatione autem manserunt, sesque ipsos dediderunt, tunc menestæ vocati sunt, postea penestæ, quorum multi ditiores erant ipsorum dominis, *Athenæus d. c. 7.*

10 ¶ Sunt † & quinto loco alij coloni, ratione pœnæ perpetuo colonatui addicti eius, qui fictitiam mendicitatem, & corporis simulatam aliquorum ægritudinem detexisset, *l. vnic. de mendic. valid. lib. 11. C. tit. 25.*

11 ¶ Sexto, † alij coloni esse possunt, dicti proprie mancipia rustica, serui comparati à patrefamilias, vt fundo imponerentur, *l. si mancipia 19. de fundo instruct. lib. 33. P. tit. 7. l. cum de lanionis 18. §. cui fundum, l. quæsitum, §. quæritur, & l. scire, eod. tit. l. in lege, 204. de verborum significatio.* Suntque & illi in multiplici differentia, colentes exercentes agros, præpositi eorum, villici, saltuarius, qui fructuum conseruandorum gratia paratus sit, pistor, consor familiæ rusticæ, mulieres panem rusticis coquentes, villam seruantes, molitores ad vsum rusticum parati, focariæ villicæ, *l. instrumenta, §. de fundo instruct. in P.* panificæ rusticæ, laniæ, fullones, *l. quæsitum, & l. 12. §. Trebatius, eod. tit.* bubulcus, arator, putatores, fossores, pastores, *dict. l. cum de lanionis §. de bubulco, & §§. seq. eod.*

12 ¶ Septimo † sunt coloni omnino liberi & ingenui rebus suis operam dantes, rustici, vel ruricolæ dicti, *de quibus, in l. 1. de agricol. & censi. lib. 11. C. l. 1. & 2. ne rusticani ad vllum obseq. denocent. lib. 11. C. titu. 54. tit. nulli mutuantem agricolæ, &c. in authenticis.*

13 ¶ Apud † Indos γεωργοὶ, seu agricolæ, secundum genus homi-

Digitized by Google

num post sophistas seu sapientes est: qui neque arma habent, quibus in bello vtantur, neque bellicas res curant, agros colẽtes, regibus liberisque vrbibus tributa pendentes, *Arrianus, lib. rer. Indicarum, Strabo* 15. Sicuti & iure insubrum inhibitum rusticis arma vel lanceam portare, vel gladium: alioquin iudex vel arma tollere, vel pro illis viginti solidos exigere potest, *§. si quis rusticus, de pace tenenda. & eius violator. libro secundo feudorum, titul. vigesimo septimo.* Nam & illi agricolæ etiam sæuientibus ad rabiem vsque mutuo prouinciis, inter medios hostes erant sacrosancti & intacti, agrique eorum apud Indos, illique iuxta eos tranquille aut arationi, aut vindemiæ, vel frondationi, vel messi vacabant, *Arrianus, in Indicis.* Et hoc ipsum in imperio seruandum Romano cauisse videtur constitutio Friderici Cæsaris, *Agricultores*, inquit, *§. agricultores, de statutis, & consuetud. contra libertat. eccles. edita, coll. 10. authen. agricultores, quæ res pignori oblig. poss. lib. 8. C. tit. 17. circa rem rusticam occupati, dum villis insident, aum agros colunt, securi sint in quacunque parte terrarum: ita vt nullus inueniatur tam audax, vt personas, boues & agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit, quod ad agrorum rusticam curam pertineat, inuadere aut capere, aut violenter auferre præsumat. Si quis autem huiusmodi statutum, ausu temerario violare præsumserit, in quadruplum ablata restituat, & infamiæ notã ipso iure incurrat, imperiali animadsione nihilominus puniendus.*

14 ¶ Agricolarum † seu colonorum, qui sibi viuunt & liberi sunt in rure, duæ possunt constitui species: vna eorum, qui sua colunt rura: alia eorum, qui aliena: quorum triplex differentia, vel cum mercede locantium operas suas vna: alia eorum qui parte fructuum aliqua accepta ex cultis remanẽte rerum proprietate dominis alienis insudant: vnde & isti coloni partiarij, *Caius l. si merces, 28. §. vis maior, tit. locati, lib. 19. P. tit. 2.* dicuntur, à parte Græcis μορτιτ: μορτὴ γὰρ τὸ μέρος, *Hesychius in voce* θητεύειν, id est, morte pars est, vnde mortiæ Græcis. Et apud Athenienses teste Plutarcho in Solone, ἑκτήμοροι, plebeij dicebantur, quod sextam fructuum partem diuitibus soluerẽt. Tertia porro species eorum est, qui fundos alienos conducunt colendos ad certum tempus sub pensione, vocamus, *de istis colonis passim in tit. loca. in P. vt postea explicabimus, en arrentement*, ad suam vtilitatem, non dominorum, quique fructus suos faciunt, vbi primũ decerpti fuerint, *Paul. in l. si apes 26. §. 1. de furtis, lib. 47. P. tit. 2.* Eorum porro qui sua colunt rura, potestas & arbitrium rerum suarum est, vt dominorum in propria liberum, *l. in re mandata, C. mand. l. nemo externus, C. de Iudæis*, atque priuilegia colonorum
15 omnia illis integra sunt. ¶ Eorum autem † qui aliena colunt rura, non ita libera: sed primum ex lege locationis omnia agere debent in alienis, quorum curam susceperunt, & culturã ex ea præstare, *Vlpia. in l. ex conducto 1. locat. P. lib. 19. l. si merces, 28. §. conductor, eo. tit.* Deinceps, & ea quæ communiter ex bona fide præstantur, præter ea quæ expresse placuerunt, veniunt, veluti ex tacita conuentione: vt quæ de relocatione tacita dicuntur, si dominus patiatur post elapsum locationis tempus, colonũ esse in fundo, *Vlpian. l. item quæritur 14. §. pen. & l. qui ad certum tempus, 15. locat. in P. l. in rebus, in fin. de prec. P. cum simil.* Venitque, vt si villa non reficiatur, vel stabulum, vel vbi greges coloni stare oporteat, vt præstetur actione ex conducto, *l. ex conducto 16. loca. P.* vt dominus deducere teneatur expensione, omne damnum quod in fructibus contigit colono, vi tempestatis calamitosæ, cui resisti non potest, veluti fluminum, graculorum, sturnorũ, vredinis inassuetæ, terræ motus, *d. l. ex conducto, § si vis tempestatis, & l. si vno anno 17. cum suis §§. 1. & 2. & l. si merces 28. §. vis maior, eod. tit. loc. P. l. licet, C. eod. tit. c. fin. de loca.* Vt eiecto colono propter aliquam etiam legitimam causam, restituantur ei in res expensæ vtiliter per eum factæ, *l. pen. loca. P.*

16 ¶ Materia autem, † circa quam agricultura vel coloni versantur, terra est, quæ omnibus agricolis prostat communiter: verum alij aliis conditionibus & legibus eam colunt, vt dixi. Ita terra ipsa & diuersas leges agricolæ quoque accipiunt, ex voluntate dominorum, vel pacisscentium, vel secundum conuentiones, vel secundum iuris regulas. Quæ omnia & res & personas, & modos colendi & fruendi continent. Et quæ accurate
17 persequuntur Iurisconsulti. ¶ In rebus † distinguunt, nũ propria an aliena: num cẽnsualis, libera, seruiens, allodialis, feudalis, vel alterius generis sit, de quibus suis locis tractatur. His accedunt instrumenta, quæ quærendorum, cogendorum, conseruandorumve fructuũ gratia necessaria sunt. Quærendi caussa sunt boues, pecora, stercorandi caussa, vasa vtilia, aratra, ligones, sarculi, falces putatoriæ, bidentes, & similia. Cogendi caussa torcularia, corbes falces messoriæ, fœnatiæ, quales vindemiatorij, exceptorij, quibus vuæ exportantur. Conseruandi, vt dolia, cupæ, *l. instrumenta fundi 8. de fund. instruct. lib. 33. P. tit. 7. l. quæsitum 12. §. 1. eod. tit. nos de his plura, l. b. 27. Syntax. &c.* Numerant & inter instrumenta personas, agricolas, colonos, & præpositos illorum, villicos, monitores, *d. l. instrumenta.* & alios, de quibus paulo ante. Ars autem agriculturæ & plura alia in rebus & personis desiderat, quam nunc explanemus, cum id institutum tractationis iuris non patiatur, & alibi etiam proprio
18 libro pertractauerimus, *in lib. Syntax.* ¶ Rusticas † quasdã leges Græce edidit Iustinianus, ad diuersa capita pertinentes, inter præcipuas, & singulares illæ sunt. *Si colonus partiarius citra voluntatem domini in agro demessi manipulos eius interuerterit, ceu fur, ab omni perceptione excludetur, Iustin. in legib. Georg. tit. 2. εἰ μερ. l. 1.* Alia *si colonus fundo suscepto ἐφ' ἡμισείᾳ, id est, sub lege mediet. fructuum percipiendæ, debito tempore eum non excoluerit, sed serius granum coniecerit, nihil ex fructibus percipito.* ὃν ἂν δὲ μὴ ἐπὶ τοῖς ἡμίσεσι διακλάσῃ τὸν τῆς γῆς κύριον, *quod menacius sunai dominum aeluserit, Iustin. in dictis legib. tit. 3. ἐφ' ἡμισείᾳ l. 1.* Et iterum *eod. tit. l. 2.* ἐὰν γεωργὸς λάβῃ ἄλλου τινὸς γεωργὰ ὑποφόρους τῇ ἡμισείᾳ λαμπλώνας ἐφ' ἑτέρου ἔτους, ἢ κλασθῶσι τὰ φυτὰ χαρακώσας, ἢ διακαύσῃ αὐτὰ, μηδὲν ἐκ τῆς ἐπικαρπίας λαμβανέτω, id est, *Si colonus ab alio quopiam colono sinope, vineam sub lege mediet. colendam receperit, nec vites vt oportet putarit, vel vineam foderit, statumine suffulserit, scrobes fecerit, nihil ex frugibus percipito.* Alia, *eod. tit. l. 4.* & præstantissima: *Si quis lege mediet. susceperit, & postea mutata sententia eum reliquerit, duplũ fructuum percipiendorum dependito.* Aliæ leges Iustiniani de Agricolarum terris non oppignerandis ob mutuum, inter nouellas ponuntur. Item ne plus fœnoris ab illis exigatur pro debito, quam pro singulis modiis rerum aridarum mutuatarum, octaua pars annuatim, & pro singulis solidis, siliqua vna, *constitutio. nouell. 33. & 32. tit. nullum creaentem agricolæ tenere illius terram, ex authen. tit. 5. & 4. collat. 4.*

¶ Ad agriculturam † vtcumque pertinent hortulani, olitores, herbarij, seplasiarij. Hortus olitorius ad reditum & necessitatem potius, quam ad voluptatem pertinet, vt constat ex Iuliano, *l. æquissimum 17. de vsufruct. lib. 7. P. tit. 1.* Nec addubito hortulanos quoque inter artifices annumerandos, si modo agricultura est ars, vt vere est, quemadmodum constat ex libris Varronis, Columellæ, & aliorum de re rustica, ex Theophrasto, & aliis, qui de colendis aruis, herbis, & stirpibus præcepta tradidetunt: fossores tamen, & euulsores, non putat Ludouicus Romanus artifices *singulari 651. incipiente, munus coquus.* 19

¶ Hortulanis † Iustinianus in nouellis leges posuit, 64. περὶ κηπουρῶν. Primu & circa fraudes & auaritiam illorum: ij enim cum hortos à dominis acciperent locationis titulo insitos, vili pretio olus tantum æstimabant: elapso autem tempore conductionis, vltra veram & iustam æstimationem cõpendii sui caussa. Ea propter statuit, vt talis hortus restituatur, qualis receptus fuerit, siue cum sterquilinio, siue sine eo. Atque ipsam olerũ æstimationem faciendam non per hortulanos solum, sed adhibitis cum iis, illis quos vocant summarios, quique horum rerum peritiam habent, sacrosanctis pertactis Euangeliis. Satuens insuper, vt si quis incultam terram elocet, persoluatur merces excultæ terræ. 20

¶ De seplasiariis, † qui tã cultas, quã incultas norũt & colligunt herbas & radices easque præparant: quin ad artẽ pertineant medicinæ, non est ambiguum. Et de illis quoque, & pigmentariis cautum, ne cui temere cicutam, salamandram, aconitum, phythiocampas, bupreſtim, mandragoras aut vlceramẽti caussa cantharides, dent: alioquin pœna legis Corneliæ deficariis ex senatusconsulto imminente. Atque prohibitum mala venena habere vel distrahere, nisi per se antidotum faciant, aut alexipharmacum, vel aliis venenis mixta remedio sint, *l. 3. §. alio Senatusconsulto, ad leg. Cornel. de sicar. lib. 48. P. tit. 8. l. quod sæpe 35. §. veneni, de contrahend. emtio. lib. 18. P. tit. 1. facit, l. qui venenum, 236. de verb. signific. P.* 21

De Pastoribus.

Cap. 24.

1 *Pastoralis cura, pars agriculturæ.*
2 *Pastorum distinctio.*
Pastores partiarij qui, & lex eorum. eod.
3 *Pastorum appellationes ab animalibus custoditis diuersæ, & leges.*
Caprarij lex. eod.
4 *Bubulcus quis, & eius lex.*
Artifices bubulci. eod.
Agasones. eod.
Mulliones. eod.
Equisones. eod.
5 *Suarij immunitate donati.*
Anserum pastores. eod.
7 *Pascua herbarum mortiferarum locans quomodo puniatur.*
8 *Pastorum armenti leges, de amissione animalis, comestione, à lupa, de damno ab animali dato, de animali læso, luxato, interemto.*
9 *Agaso, an dominus teneatur de damno dato ab equo, & mulo.*
10 *Eiusdans damnum quem obliget.*

PArs † rusticæ vitæ, in illis qui armenta & oues pascunt, cõsistere videtur. Et ex duobus filiis primi agricolæ Adami, alter pastor ouium Abel, alter agricola erat. Pastores absolute videntur dici ouium custodes, cuiusmodi diximus *lib. 24. Syntaxeon, c. 5.* olim fuisse præstantissimos viros. 1

¶ Pastorum † alij mercenarij, alij partiarij, alij domini animalium. 2

Digitized by Google

malium. Primi operas suas vel diurnas, vel menstruas. vel annuas locant, *Iulianus in l. si quis fundū 10. §. Imperator, loca. in* P. Partiarij extra sortem, quam capitale vocant, fœtum cum domini animalium partiuntur, restituuntque soluta societate sortem plenam, *l. si pascenda 8. de pact. lib. 2. C. tit. 3.* Videtur enim hic iusta societas, in quam dominus animalia confert: pastor vero operam, & industriam, *l. si non fuerim 29. pro socio, libr. 17. titu. 32.* Sibi & tertio loco animalia seruat & pascit, qui aliorum non vritur opera.

3 ¶ Appellationes † pastorum tot sunt, quot fere genera animalium, quæ custodiuntur & ad pascua ducuntur. Sic Iulianus de caprario meminit, dum ait custodem caprarum non teneri iudicio locati casum præstare, si sine fraude capræ à latronibus abactæ sunt, *in d. l. si quis fundum, § fi. loc. P.* Caprario legem rusticam Varro dictam recensct: *ne coloni in agro furculario capras compascant.*

4 ¶ Bubulci † sunt, vel custodes boum, vel qui cum illis arant, *l. cum Lanionu 18. §. de bubulco, de fundo instructo, lib. 33. P. tit. 7.* atq; Celsus, *qui pascendos vitulos accipiunt, habere artem, & tanquam artifices, si quid imperitia peccauerint, teneri ac pro culpa tradit, l. si quis fundum. 10. §. Celsus, loca. lib. 19. P. tit. 2.*

5 ¶ Sunt † & iis annumerandi agasones, *de quibus mentio apud Alphenum, in l. fin. si quadru. paupe. fec. dica. lib. 9. P. tit. 1.* equisones, muliones, *de quibus Africanus, in l. cum quæritur 58. §. seruus, & l. seruus, §. muliones, de lega. 3 in l. vrbana, de verb. sign.* Sunt & suarij pastores, siue porcinarij, qui ciuitatis vel municipij cuiusdam porcos pascunt & ducunt in pascua publica: donati etiã olim immunitate vilium munerum, *l. 1. de suariis, lib. 11. C. tit. 16.* estque prætor vrbis iudex illorum constitutus, *l. 2. C. eod. de suariis.* Neque mirum, si & porcinarij appellatione contineantur, cum & porci pecorum veniant, *l. seruus legatus, §. penult. de legat. 3.* nomine.

6 ¶ Accedunt † & phasionarij, & pastores anserum, commemorati à Paulo Iurisconsulto, *l. ambus legatis 66. de leg. 3. lib. 32. P. tit. 1.* Animalia & pascua, res sunt quibus pastores incumbũt. Proinde leges de pastoribus ab illis pendent, & ea, quæ de pascuis, *vopisc. in titul. de pascuis in rebus patrimoni. principis, lib. 3. c. 15.* tractauimus huc pertinent, quæ suo loco videnda sunt, vt & ea, quæ de lege Aquilia dicta sunt.

7 ¶ Inter † præcipuas & insigniores horum leges, istæ obiter erunt recensendæ. *Qui saltum pascuum locauit, in quo cum malefactoribus nascerentur, & ex his pecora vel demortua sunt, vel deteriora facta sunt. si sciebat, quod interest præstat, si ignorabat, pensionem non petit, l. sed addes, §. 1. loca. P. l. penul. C. de edil. edict.*

8 ¶ De armentariis † est titulus in legibus rusticis tit. 5. Iustiniani proprius, *περὶ ἀγελαρίων*, quo leges eorum tradũtur. Priot, vt indemnis sit ab amissione bouis, si eo die quo amiserit, iudicauerit domino, contra, si non iudicauerit, 2. non teneri de bone interemto à lupis, si cadauer domino indicet: singularis autẽ illa, *3. ἐὰν ἀγελάρχης βοῦν λαβὼν παρὰ γεωργοῦ ἄλλον, ἢ χωρὶς ἢ βοῦς τῶν πλείονων τῆς διαφορᾶς ἢ ἀπολόμενος ἢ κακωθείς, ἢ εἰς ἀμφότερα, ἢ ἀπολόμενος τοῦτον ἢ ἀγελάρχης, τῶν δὲ βοῶν ἀπὸ τριῶν.* id est, *Si bos armentario mane traditus pascendus, à reliquo armento segregatus in fata vel vitæ digressus fuerit, pauperemque fecerit, pauperem factam præstare armentarius, non tamen mercede sua priuatur.* Alia, *Mortuo bone si armentarius sine fraude sua perisse iuret, indemnis est: idem si luxatus est osculatusque fuerit casu. Si tamen conuictus iuret. nisi pro testo, ac perierit fuerit, per duos vel tres idoneos testes: γλῶσσα κεκομμένος, ἢ ἀζήμιον τῷ κυρίῳ τὸν βοῦν ἀποδώσει: lingua mutilatus, indemnitatem bouis præstato.* Alia postrema, *ἐὰν ἀγελάρχης μὲν τῶν ἐν χωρίῳ ἀπὸ ξύλου κτείνῃ ἢ πλάσῃ βοῦν ἢ ἐκνυφάσῃ, ἐν δὲ τῷ ἀπὸ, ἀλλὰ ξημιούσθω: ἢ μετὰ λίθου κρίνῃ, ἀζήμιος ἔσται.* id est, *Si armentarius baculo quem manu gestabat, vel bouem occiderit, vel membro mutilauerit, vel elusarit, non est extra noxam, sed damnum præstato: si vero lapide eum petierit, à damno liber esto.*

9 ¶ Hypothesis † de mulionibus, & damno dato à plaustro ex culpa eorum, qua ipsi non dominus mulorum teneantur, tradit Alphenus, *in l. si ex plagis 53. §. in clino, ad leg. Aquil.* contra, si mularem facto, quia reformidassent, & ita plaustro conuerso vel acto, aliquem obtruncassent, vt dominus, non muliones vel agasones teneantur. Item & distinctiones de damno dato ab oneratis iumentis supra modum, vel illis ductis per viam peiorem, de quibus suo loco vide, *l. qui actione, §. sed si quis plus, ad l. Aquiliam, P. l. 1. si quad. pauper. fe. isse dica.* P.

10 ¶ Mulio † si per imperitiam impetum mularum retinere non potuerit, si hæ alienum hominem obtriuerint, culpæ nomine tenetur, vel si propter infirmitatem accidat. Idemque iuris in persona eius, qui, quo vehebatur, propter imperitiam vel infirmitatem retinere non potuit, *Cæsus, l. idem iuris 8. §. mulierē, ad l. Aquil.* P. videlicet si alius firmior retinere potuisset, *§. impetu, de leg. Aquil. ap. Iustin.* Bartolus notat agasones, qui impellunt equos, teneri clamare, vt via decedant obuij: alioquin reos culpæ esse, *Bar. in summario, l. si putator. ad l. Aquil. P.*

De Medicis.

Cap. 25.

1 *Quid medicina, & species remissiuæ.*
2 *Medici digniores professoribus artium.*
Medicorum species, eod.
Incantatione curantes non sunt medici, eod.
Medici circulatores, eod.
Parabolani medici qui, eod.
3 *Obstetrices inter medicos.*
4 *Archiatri medici.*
Medicorum immunitates, eod.
Antonius Musa medicus Augusti, eod.
5 *Medico donatio facta num valeat.*
6 *Medici imperitia nocens plectenda.*
7 *Medicus qui sanauit & mercedem accepit, recurrente morbo non tenetur sanare.*
8 *Medicinam qui non possunt exercere.*
Monachis interdicta ars chirurgica, eod.
9 *Medici non porrigant medicinam, antequam ægroti alligauerint spirituales medicos.*
Medici ne quid suadeant ægrotis in periculum animæ. eod.
10 *Medicis deponentibus de vulnere lethali, vel non, creditur.*
11 *Medicorum relationes de morborum iudicio, quomodo explorandæ à iudicibus.*
12 *Medicorum relatio de vulnere non lethali facit, vt si moriatur vulneratus, non teneatur vulnerans de homicidio.*
13 *Obstetricum relationes quomodo à iudicibus perpendendæ.*

QVid † medicina, quotve eius species & medicorum genera 1
iam fuse explicauimus, lib. 28. Syntaxeon artis mirabilis potissimũ c. 1. 2. 3. 4. Ideo ea, quæ in iure de hac materia euoluuntur, paucis & obiter annotasse, vt de ceteris, sufficiet.

¶ Vlpianus medicos † salutem hominum agere scribit, & ideo eos præponit liberalium artium professoribus, *l. 1. §. medicorum, de varius & extraordin. cognition.* Annumerans inter medicos, qui alicuius partis corporis, vel certi doloris sanitatẽ pollicentur, vt puta si auricularius, si fistulæ, vel dentium: Non tamen si incantauit, vel imprecatus est *si (vt vulgari verbo, inquit, imperitorum vtar) exorcizauit.* Non sunt ista medicinæ genera, tametsi sunt, qui hos sibi profuisse, cum prædicatione, adfirmeht, *d. l. 1. §. medicos.* Sunt & περιοδευταὶ, medici circulatores, connumerati à *Modestino, l. si duas, 6. §. 1. de excus. tuto.* & parabolani, qui ad curanda debilium corpora deputantur, sexcenti in Alexandriã ciuitate, arbitrio eiusdem ciuitatis antistitis. *l. parabolani 18. de epise. & cler.* 2

¶ Appellatione † quoque medici, & medicæ continentur, *l. 1. §. sin autem alia ars. de commun. serv. manumiss. lib. 7. C. tit. 7.* & mulieres, quæ inter medicos enumeratæ sunt: alibi obstetrices dicuntur, atque eodem pretio, quo medici, æstimantur sexaginta solidorum, *l. si. commun. de leg. lib 6 C. tit. 33.* & artem habere dicuntur, *in l. 1. in prin. de ventre inspiciend. lib 25 P. tit. 4.* Inter medicos, quia illæ medicamenta exhibeant, obstetrices ponit Vlpianus quoque, *l. 1. §. sed & obstetrices, de varius & extraord. cog. P.* 3

¶ Sunt † & ex medicis quidam dicti archiatri, id est, principis medici, vel qui principales medici & præcipui sunt, videlicet delecti, à decurionibus ex publico salarium accipientes, *l. 1. de aecre. ab ord. facien. in P. l. archiatri. 9. & l. si quis in archiatri 10. de profess. & med. lib. 10. C. tit. 52.* Comitatum archiatrorum constituit dignitatem Cassiodorus, eiusque formulam tradit *lib. 6. Variarum, c. 19.* Meminit de hac dignitate comitatus archiatri Augustus Cæsar, & ei, vicarij & ducis, qui administrauerit priuilegia, concedit, *in l. vnic. de comitib. archiatris sacri palatij, lib. 12. C. tit. 13.* Narrat Ioannes Zonaras *2. tom. annalium*, Augustum, cùm esset consul, & senatus fuisset ab Antonio Musa, ei concessisse inter cetera ius aureorum annulorum, nec non immunitatem, & pariter medicis aliorum hominum, immunitatem omnium tributorum, & onerum publicorum, quod & testatur Dio Cassius. *lib. 53.* 4

¶ Medicorum † leges quædam singulares, vna Vlpiani, vt si medicus, qui dum ægrum curaret, eũdem compulit medicamenta aduersa inferendo, vt ei possessiones suas contra bonam fidem veuderet, præses prouinciæ factum coerceat, itemq; restitui iubeat, *l. 3. de var. & extraord. cog. in P. l. illicitas, de offi. præsid. l. si per impressionem, quod met. caus. C.* Imperator Valẽs ait, patiſe medicos potissimum publicos capere, quæ sani offerunt, non ea, quæ periclitantes pro salute promittunt, *l. archiatri 9. de professor. & medic. lib. 10. C. tit. 52.* ¶ Alia lex, † vt sicuti medico non imputatur mortalitatis euentus, ita quod per imperitiam commisit, imputari ei debeat: prætextu enim humanæ fragilitatis, delictum decipientis in periculo homines in noxam esse non debet, *Vlpia. l. in illicitas 6. §. sicuti medico, de offi. præsi. lib. 1. P. tit. 18.* Nemo enim affectare id debet, in quo scit, vel intelligere debet suam infirmitatem, vel imperitiam periculosam alij fore, 5 6

Digitized by Google

Caius in l. idem iuris, §. mulionem ad l. Aquil. lib. 9 P. *tit. 2. §. impetu, §. iniuria, de leg. Aquil. ap. Iustin. l. cum plures §. seruum, loca. l. imperitia, de reg. iur. l. damni, de damno infect.* P. *leg. 1. si quad. paup. fecis. dica.* P. Et Proculus ait: *Si medicus seruum imperite secuerit, vel ex locato, vel ex Aquilia competere actionem, l. qua actione 8. §. fin. ad l. Aquil. in P. §. imperitia, & §. sicut, eod. tit. ap. Iustinian. l. si quis fundū loc.* P. Et Caius idē iuris esse ait, si medicamēto perperā vsus fuerit, sed & qui bene secuerit, & dereliquerit curationem, securus non erit: sed culpæ reus intelligitur, *Caius, l. idem iuris 8. ad l. Aquil.* P. siue gratis, siue mercede conductus operas medicus suas adhibuerit, *gl. 1. notat. in d. l. idem iuris.* Itaque si obstetrix medicamentum dederit, & inde mulier perierit, Labeo distinguit, vt si quidem suis manibus supposuerit, videatur occidisse: si vero dederit, vt sibi mulier offerret, in factum actionem dandam, vtpote, quod magis causſam mortis præstitisse, quam occidisse videatur, *Vlp. in l. item si obstetrix 9. ad l. Aquil. in P.* Et vulgo tamen occidisse videtur, qui & causſam mortis præbuit, *Iulia. in l. ita vulneratus, 52. ad l. Aquil.* Atque mors ægri ex medici inscitia, recte imputatur, *Alphenus Iurisconſ. in l. si ex plagis 53. ad l. Aquil.* eidem.

7 ¶ Num † autem medicus, qui à podagra liberare aliquem promiserat, pacta mercede & accepta, morbo sublato, eodem recurrente teneatur sine mercede curare, & acceptam restituere, de quib. disputat glossella quædam, & concludit negatiue, *glo. in l. marita 61. loca. li. 91.* P. *tit. 2.*

8 ¶ Medicinæ exercere arté inhibitū est, potissimum chirurgiā subdiaconis, diaconis, & sacerdotibus, quæ incisionē, vel adustionem inducit, *c. 3. & c. sent. ca. 9. ne cleric. vel monach. lib. 3. Decret. tit. 50.* Et multum monachus dicitur delinquere, officium chirurgi vsurpando, quod sibi minime congruit, *c. tua nos, c. 19. de homicid. lib. 5. Decret. tit. 12.*

9 ¶ In modo † curandi, lex illa concilio generali imposita, *in c. cum infirmitas, ca. 13, de pœn. & remiſſ. lib. 5. Decr. tit. 38.* vt cum medici primum ab ægrotis, videlicet graui infirmitate, & quæ non indiget cleri remedio, afflictis, vocabuntur, ipsos antea moneant, & inducant, vt medicos aduocent animarum, vt postquam fuerit infirmo de spirituali salute prouisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur. Cum causſa cessante, nempe peccatis, ob quæ sæpe morbi à Deo immittuntur, cesset effectus. De hinc alia in eodem conc. ne quis medicorum pro corporali salute aliquid ægroto suadeat, quod in periculum animæ conuertatur, *d. c. cum infirmitas, §. fin.* cum anima multo pretiosior sit corpore, *d. §. fin. & c. præcipimus, 21. q. 1. can. si habes, 24. q. 3. l. sancimus, C. de sacrosan. eccle.*

10 ¶ Medicis † peritis deponentibus de vulnere, num sit mortale, vel curabile, credi par est, *l. semel 6. de re milita. lib. 12.* C. *tit. 36. & ibi Bartho. Rebuff. de Platea, Luc. de Penn. l. si in vixa. tractat hoc latè Bartho. in l. 1. de ventre inſpic. in P. per eum textum, Boer. decis. 323. num. 21. 22. 23. Bar. Alber. & alij in proœm.* P. *& in l. fin. ad leg. Corn. de sicar. P. Iac. de Bellouiſ. in tract. crim. tit. de quæſtionibus. Decius conſi. 415. numer. 11.* vt aliis in sua arte peritis, *l. 1. si mens. fal. mo. dix. in* P. *l. lacus, de acq. rer. dom.* Imo vni tantum, si vnum tantum ciuitas habeat, *§. quod autem, de non alien. rer. eccl. in auth. Bart. in d. l. 1. numer. 4. de ventr. inſpiciend.* P. Nam & Iurisconsulti, vnius medici testimonio, in legibus constituendis de his quæ ex medica scientia & physica pendent, contenti fuerunt, *l. septimo mense, de ſtat. hominum, in* P. *§. vnum, de reſtitut. & ea quæ par. in 11. men. colla. 4.*

11 ¶ Cauere † tamen debent iudices, qui relationes medicorum super vulnera factas diiudicant, num pretio, vel amore, vel alio modo illegitimo extortæ sint, an non adhibita vulnerum, vel morbi debita consideratione: ex his enim sæpe imponunt rei ad vitandam debitam vltionem iudicibus, & ipsi vulnerati sæpe ad exacerbandam vindictam censuram aduersus vulnerantes, seueriorem procurant fieri. Et Paulus iurisconsultus iubet, ictus singulos diligenter inspici, *l. fin. ad leg. Corn. de sicar.*

12 ¶ Quod † enim relatum est semel à medicis vulnus non fuisse lethale, hoc efficit, vt si postea vulneratus moriatur, præsumatur mortuus ex cura non adhibita, vel mala custodia, *Ioan. de Platea, in l. semel, de re milita. lib. 12.* C. & ex culpa vulnerati, veluti quod non adhibuerit medicum, vel malum adhibuerit, *l. quod si nolit, 31. §. si mancipium, de edil. edict. lib. 21.* P. *tit. 1.*

13 ¶ Idem † in obstetricibus obseruare debet iudex, vt perquirat si bonæ famæ, & honestæ, si nihil obiiciatur, si expertissimæ in arte, *c. fraternitatis, c. 6. de frigid. & malef. lib. 4. Decret. tit. 15.* nam istis creditur, si de virginitate probanda, vel de ventre inspiciendo, vel imprægnatione, vel potentia coeundi, agatur, *l. 1. de ventr. inſpicien.* P. *ca. propoſuiſti, & cap. causſam, de probat. c. fin. de frigid. & malefic. eod.* Admittuntur autem & probationes contra mulieres huiusmodi, & contra earum inspectionem: quia sæpe corrumpuntur illa iudicia, & sæpe quoque manus fallitur, & oculus obstetricum, *d. c. causſam, c. 14. de præb. ap. Gregor. can. nec aliqua 37. q. 1.*

De variis artificibus obiter.

Cap. 26.

1 *Pistores.*
2 *Textores artifices, & eorum leges.*
3 *Fullones qui, & de quo teneantur. Item 4.*
4 *Sarcinatores qui, & ad quid teneantur pro rebus acceptis.*
Vestium damna penes sutorem vel fullonem, ad quem pertinent. eodem.
Sutor retinere potest vestem pro mercede sutoræ. eod.
5 *Tinctorum lex.*
Baphia Romani imperij. eod.
6 *Balneatores viliores histrionibus.*
Balnea publica, priuata, eod.
7 *Balnea num prohibenda, vel necessaria.*
8 *Coqui an inter artifices.*
9 *Lanionum, & eorum instrumenta.*

PIstores † erant olim Romæ, & nunc vbique, qui ex lege constituta panem faciebant, & vendebant. Erant pistores in palatio Cæsaris, mancipia & subiecti comitum horreorum, qui ad dignitatem, vel officium aliud non poterant conscendere, *l. 1. de pistor. lib. 11. C. tit. 15.* Dabatur quippe olim palatinis annona in panibus coctis, nec licebat in frumento exigere, *l. 1. de frum. vrb. Constantinop. lib. 11. C. tit. 23.* ¶ Africanus † numerat inter artifices textores, *l. textoribus 59. de leg. 3. lib. 32.* P. *tit. 1.* Istis lex à Deo olim posita, ne vestimentum ex lana linoue contexerent, *Deut. c. 22.* Prohibitum iure Romanorum priuatis habere vestes sericas intextas auro, *l. 1. & 4. de vestib. holobar. lib. 11. C. tit. 8.* Erant principis olim textores, mancipia videlicet ei arti addicta, quos qui occultasset ternis libris auri plectebatur, *l. qui textrinū nostri 6. de murileg. lib. 11. C. tit. 7.* ¶ Fullones † sunt, qui lauant, tingūt, poliunt, vel curant vestimenta. Vt sarcinatores, qui sarciunt.

¶ Artifices † quoque leges habent in iure positas: nam primum si fine mercede constituta vel promissa quis fulloni polienda curandaue vestimenta, aut sarcinatori dederit sarcienda, mandati competit actio, *§. fin. de mand. ap. Iustin. lib. 3. tit. 27.* si mercede constituta, locati: si fine constitutione mercedis, tamē ea spe, vt constitueretur postea, præscriptis verbis in factum, *Caius, l. si tibi polienda 24. de præscr. verb. lib. 19.* P. *tit. 5. §. 1. de loc. ap. Iustinia.* Qui sarciendum quid, vel poliendum conduxit, culpā præstare debere, & quod imperitia peccauit: nam ibi culpā esse Celsus respondit: quippe, vt artifex, inquit, conduxit, *Iul. in l. si quis fundum 10. §. Celsus, loca. in P. lib. 19. tit. 2.* Neque enim quis debet affectare opus, in quo scit, vel intelligere debet, imperitiā suam alij fore damnosam, *l. idem iuris, in fin. ad l. Aquil.* P. *§. imperitia, eo. tit. ap. Iustin.* Si vestimenta tua fullo perdiderit, si possis facile condicere, condicis, & petis sumtibus fullonis: sin minus, potes ex locato cum fullone experiri: iudex fullonem tibi condemnabit, tuas autem actiones tibi ei præstare compellet, *Iabolen. in l. cum in plures 62. §. vestimenta, loca.* P. Nam potest dominus cōdictione furtiua, & rei vindicatione, aduersus furem qui accepit à fullone agere: quanquam actio furti soli fulloni competat non domino, si modo fullo qui tenetur domino sit soluendo. *l. itaque, de furt.* P. *§. fulloni, de oblig. quæ ex delict. nasc.* Vlpiani alia singularis, & vsui quotidiano accommoda lex: Si fullo vestimenta polienda acceperit, eaque mures roserint, ex locato tenetur: quia debuit ab hac re cauere, & si pallium fullo permutauerit, & alij alterius dederit, ex locato actione tenebitur, etiamsi ignarus fecerit, *Vlp. in l. item quæritur 14. §. si fullo, loc.* P. De materia fullonum, tractat Speculator, tit. de exsecutione sententiæ, *§. 6.* vers. 10. Vlpianus etiam aliam addit legem ex Trebatio, posse prohiberi fulloni, qui fullonicas circa fontem perennem currentem instituit, ne aquam contineat, neve eam spurcam immittat, *Vlpi. in l. ap. Trebatium, de aq. pluuia arc. lib. 39.* P. *tit. 3.* Iulianus etiā refert, eum cui legatus est vsusfructus domus, meritoria ibi facere non debere, videlicet neque diuersoria, neque fullonica, *in l. æquissimum 17. §. fin. de vsufr. lib. 7.* P. *tit. 1.* Subuenitur etiam sutori, vt possit retinere vestem pro mercede futuræ, *Bald. in l. fin. C. commo. facit Vlpia. in l. huius enim 6. in fi. qui potio. in pig. habeant. in* P. ¶ Tinctores † legem habent imposita, ne priuatorum vsibus tingant lanas colore simili colori muricis, neve purpuram, *l. antepen. & fin. de veſti. holoseric, lib. 11. C. tit. 8.* Erant in republ. Romana per prouincias imperij certa loca destinata pannis tingendis, vbi baphia erant, id est, officinæ tinctorum, & illis procuratores præpositi: veluti procurator baphij Tarentini, Calabriæ: procurator baphij Salonitani, Dalmatiæ: procurator baphij Cissensis, Venetiæ & Histriæ: procurator baphij Syracusani, Siciliæ: procurator baphiorum omnium per Africam: procurator baphij Girbitani prouinciæ Tripolitanæ: procurator insularum Balearium in Hispania: procurator baphij Telonensis Galliarum: procurator baphij Narbonensis, *in libro qui notitia prouinciarum vtriusque Imperij.*

¶ Balnea-

Digitized by Google

6 ¶ Balneatores † sunt balneariis mancipati obsequis : qui dicuntur deterioris & vilioris conditionis quam histriones ab Vlpia. *in l. sed & si quid. de vs. fruct. lib. 7. P. tit. 1.* Erant olim balnea, & publica & priuata & nunc quoque alicubi. Publicum omnibus patebat, vt qui probaretur ab eo posset etiam experiri actione iniuriarum, *l. 2. §. si quis in muri, ne quis in loc. pub.* Publicis & expensis fiebant illa balnea publica, *vt videre est apud Plinium sec. ndum, lib. 10. Epist. 28.* Sunt prouinciæ quædam quæ balneorum habent necessariam & salutarem caussam, ob æstus pellendos solis, & feces ob sudorem concretas depellendas.

7 ¶ Cuiuscunque † modi tamen sint constitutionis cœli loca, putarunt alij ad voluptatem potius & ad effœminandos homines balnea esse inuenta & improbanda, nisi ad depellendos morbos, vel ex aliis de caussis necessariis adhibeantur : quo casu & clericis religiosis, *can. omnes qui 23. q. 1.* & omni die etiam festo, *ea peruenit, ac consecrat. distinct. 3.* permittuntur. Atque cum rex Maurorum Toletam ciuitatem amisisset, & palantes milites eius adorti fuissent & vicissent septem comites Alphonsi Sexti eius nominis regis Hispaniarum loco vulgo dicto *Alcacar de Consuegra*: Rex Alphonsus calamitatis huius caussam suorum nimis nimia mollitie effœminatis imputans, balnea, aliaque id genus illecebras, quas Mauri Toleti constituerant, sustulit, & populum ad pristinam virtutem & seueritatē reducere est conatus, *Francis. Tarapha. libr. de regib. Hispania. in Alphon. 6.*

¶ Coqui † inter artifices connumerantur à Caio, *in l. si qui 8 venditor 18. §. fi. de actil. edict. lib. 21. P. tit. 1.* & à Martiano, *l. seruus legatus 6. § si tuus seruus delega. 3. libr. 32. P. tit. 1.* Iurisconsul. quod & tuentur Ludouicus Roman. *in sing. 51.* & Felinus, *in ca. 1. in prin. de offic. & potesta. iudic. delegat.* & Franciscus Cremensis, *in sing. 98.* Andreas porro Barbatia multis disputat, *ad tit. de offic. ordin.* coquum habere officium: verum & officium & artem habere simul placuit, *can. ne natales, de consecr. distin. 3.* & coquum principis habere dignitatē tuetur Baldus. *ad rubr. quis dica. dux, mar. in vsib. feud.* Neque etiam est qui ambigat, certa esse præcepta bene condiendi edulia : si modo legerit librum Platinæ de honesta voluptate. Putant & alij, & verum est, partem vnam medicinæ in delectu ciborum, & in illis præparandis versari, quæ *διαιτα* est.

¶ Sed † nos de coqui consideratione arte, & officio, alibi plura diximus, *lib. 18 Syntax. con artes mirab. ca. 36.* quæ non repeto. Coquorum veluti officiarij, & administri sunt laniones, quorum instrumenta quædam refert Paulus *in l. cum de lanionis de fundo instructo, &c. lib. 31. P. tit. 7.* quæ pro lanianda, & venidenda carne necessaria illis dicit, nempe mensas, trutinas, pondera, ferramenta, cultros, dolabras, &c.

DE MILITARIBVS PERSONIS ET RE MILITARI LIBER XIX.

De Militibus, & paganis, & militia inermi. Cap. I.

1 *Militia ars est.*
2 *Homines milites, aut pagani.*
Pagani qui. eod.
Et pagan ismus & pagan icum, & 3
3 *Semipaganus quis apud Persium.*
4 *Milites vnde appellati.*
5 *Latrones qui milites, & quare dicti.*
6 *Militia, & militum species.*
7 *Militia spiritualis d. uisio.*
Angelorum militia, eod.
8 *Militia literaria in quibus inueniatur.*
Militia apparitorum, & aduocatorum. eod.
Professores legum post viginti annos comites fiunt. eod.
9 *Militia palatina inermis qua.*
Palatini milit. diuersi generis eod.
10 *Militia ex casu qua.*
11 *Militia honoraria.*

1 Milites † artem habent quandam quoq; adquisititiam, vt alibi docuimus, *lib. 25. Syntax. con. c. 3.* & ita inter artifices annumerari, eos par est. ¶ Ab illis † itaque nata & alia personarū distinctio quæ, & publicas, & priuatas personas potest complecti: vt alij dicti sint pagani, alij milites. Pagani proprie dicūtur, qui habitāt in pagis vel oppidis rusticis, à fontibus ita dicti: quia circa fontes soliti erāt antiqui ædificare domos & villas, aquationis facilioris caussa, vt ait Festus, sic *κωμαι απο των κωμων*, in *α*, Dorice mutato pagi & pagani rustici. ¶ Vt † & Persius in principio, *semipaganum*, videlicet semidoctum, non omnino ablutum vel saturum fonte inusarū, qui Poetas reddere dicebatur. Sic enim intelligo potius, quam semirusticum, vt dicam semipaganum quasi semifontanum, nō omnino aqua fontis participem, verborum & contextus id docet.

Nec fonte labra prolui caballino,
Nec in bicipiti somniasse Parnasso
Memini, vt repente sic Poeta prodirem.
Heli conradasque pallidamque Pirenen
Illis relinquo quorum imagines lambunt
Hederæ sequaces: ipse semipaganus,
Ad sacra vatum carmen affero nostrum.

Sic opinor, Diuus Augustinus recte vocat ethnicos seu infideles idololatras, paganos, velut barbaros, & ignaros veræ legis. Et inde paganismus, error, siue infidelitas, quibus verbis & Cæsares Christiani in eadem significatione, vti sunt, titulis, ne Christianum mancipium hæreticus vel paganus, vel Iudeus habeat, *lib. 1. C. tit. 13.* & de paganis, & sacrificiis eorū, *eod. lib. 1. C. tit. 14. & tit. de Iudæis, ap. Greg.* Hinc sacrificia quoque pagana prohibita apud summos pontifices, *ca. licet nobis, de prab.* Alio modo omnes pagani sunt, qui non sunt armati milites, vt apud Iuuenalem Satyr. 16.

——citius falsum producere testem
Contra paganum possis, quam vera loquentem
Contra fortunam armati.

Et apud Suidam pagani etiam opponūtur militibus, etsi vrbani sint, nempe *ἀστρατευτοι* adfertque hūc locum, *ἀνηρ γαμει τε καὶ ἀστρατευτος ἡ γυνη.* In iure nostro ciuili familiaris est hæc paganī dictio. pro eo qui non est miles, *l. frustra 7. de re milit. lib. 12. C. l. ius nostrum, de reg. iur. §. 1. de test. milit. ap. Iustin. l. miles 12. §. fin. de custod. reorum. lib. 48. P. tit. 4. l. hereditate, 19. §. filius fam. paganus, de cas. rem. pecul. in P. lib. 49. tit. 17.* Paganum peculium castrensi oppositum *l. fin. de inoffi. testam. C. lib. 3. C. tit. 28.* Et paganicum ius, quod castrense non est, dicitur, & habere in paganico, *l. 1. de testam. milit. lib. 6. C. tit. 21.* Paganorum itaque tot erunt species sectiones, quot supra hominum differentias ex qualitate distinctas commemorauimus, qui iure communi vti dicuntur, nisi si quod priuilegium illis singulariter aliunde cōtingat. Neque itaque de illis plura, sed de militibus agendum erit.

4 ¶ Milites † inquit Vlpianus *in l. 1. §. fin. de militar. testam. libr. 29. P. tit. 1.* appellantur, vel à molitie, id est, per antiphrasim, à duritia quam pro nobis sustinent, aut à multitudine, aut à malo quod arcere solent, vel à numero mille hominum, vt miles sit quasi milleſimus quisque: & ad priorem accedit Sextus Pomponius Festus, *lib. de verb. sign.* ad postremam Laurentius Valla, *lib. 1. Elegant. c. 14.*

5 ¶ Militum † species eorū, quis regi adstabant, latronum est. Latrones, inquit Varro *lib. 6. de ling. Latina*, dicti à latere, qui circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum, quos postea ab stipatione *stipatores* appellarunt, & qui conducebantur. Ea enim merces Græcis dicitur *μισθος*, Ab eo veteres Poetæ nonnunquam milites appellant latrones : quod vtique milites cū ferro, aut quod latent ad insidias faciēdas. Sic Ennius, *annal. 1. Hæc effatus vbi latrones dicta facessunt.* Quibus & adstipulatur Nonius. Idem Varro quoque in 4. rationem nominis militis significantius attulit. *Milites*, inquit *dicti, quod trium militum prima legio fiebat, ac singulæ tribus Tatiensium, Rhamnensium, Luc rum, millia singula militum mittebant.*

6 ¶ Militia † omnis constat pugna, quæ est impugnatio, aggressio, & defensio: & quia variis modis quis pugnare, obsistere & resistere dicitur, eadem similitudine, milites erunt diuersæ speciei, militia quoque diuersa, in nomine cōsentiens in pugna & armorum ratione distinguenda. Idcirco vt paucis omnem euoluamus æquiuoci affinitatem. dico militiam, quo nomine & in

Digitized by Google

uelligi par est milites & arma, esse vel spiritualem, vel corporalem, seu, vt loquuntur patres, carnalem, *in capit. nisi bella*, 23. *quæstio.* 1.

¶ Rursum† spiritualis, vel est purorum spirituũ inter se, vel cum hominibus vel animæ cum corpore: vel ecclesiastica et ricorum, vel secularis laicorũ. Angelos esse dictos milites constat, & militiam summorum angelorum; *Iob. cap.* 25. bonorum, *Luc. 2. can. nocte facta, ca. de illis, can. hi duo, cano. peior, de consecrat. dist.* 1. qui pro Dei pugnant voluntate: malorum, qui aduersantur, quive impie volunt, vt dij adorari. Vnde & militiam cœli quidam contra Dei mandata dicuntur adoasse, 4. *Reg.* 21. *Hier.* 19. siue dicamus stellas, siue spiritus immundos, vtrũque enim probo. Pugnauit Angelus Dei Michael, & angeli eius, cum draconе angelisque eius in cœlo, à quo eum pepulit, *Apoc. c.* 12. Et apud Danielem, *cap.* 10. *Angelus ei ait, princeps regni Persarum restitit mihi vno & viginti diebus. Et ecce Michael vnus ne principib. primis venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum, pugnam & virtutem angelorum homines in exercitu Senascherib experti, 2. Paralip.* 32. Et Iacob cum rediret in patriam, *Genes.* 32. Describit & pugnam & certamen quod habemus quotidie cum dæmonibus, item arma spiritualia nobis necessaria, Diuus Paulus ad Ephesios epistola *cap.* 6. In summa, in carne ambulantes, non tamen secundum carnem militamus. Nam arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum consilia destruentes. 2. *ad Corinth. cap.* 10. *C. c. nisi bella* 28. *quæst.* 1. *&c.* Hanc animæ militiam & contra vitia & contra dæmonas, omnes quidem exercent, Christiani potissimum homines, & aduersum stimulos inferioris, & irrationalis partis, 1. *D. Pet.* 2. laborant: cum militia hominis vita sit super terram, *ca.* 1. *vers. & quia, de consecrat. distin.* 5. *Iob. c.* 7. *D. August.* 19. *de ciuitat. ca.* 27. Et Seneca, *lib.* 16. *epist. atqui viuere, mi Lucilli, militare est.* Verum magis ex professo clericis illa militia curæ est. Et de istis dictum, nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat qui se probauit: nam & qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitime pugnauerit, 2. *ad Timot.* 2 *c.* 1. *c. sed nec procurationes, ne clo. vel mon. ap. Greg. c. consequens* 88. *distinct.* Militant enim clerici Deo diuersis officiis & ordinibus, *cano. si officia.* 59. *dist. ca. reprehensibile* 23. *q.* 8. de quib. ait Zacharias, *cap.* 9. *Circundabo domum meam ex iis qui militant:* mihi militum Christi arma, orationes & lacrymæ, *can. conuenior* 23. *q.* 8. nec quis Deo, & hominibus simul recte militare potest, *ca. apostolorum, & ca. seq.* 11. *q.* 3. ¶ Alia †quoque est spiritualis, pugna & militia, quæ personis etiam non ecclesiasticis conuenit, istique milites quando ingenio, vel rationibus, vel officio contendunt & laborant, pro salute humani generis & reipubl. cuiusmodi sunt primum, qui certamine literario verum excutiũt. Cuius concertationes D. *Paulus* 1. *ad Timot.* 6. *ad Tit.* 3. pugnas dicit verborũ, & interdum vanas & inutiles, vt sophistarum. Erat militia in prætorio duplex, apparitorum & aduocatorum. Apparitorum Vlpianus describit *in l. in eadem causa, ex quibus caus. maior.* & horum manus dicitur militaris, *l. qui restituere, de rei vind. in P.* Aduocatorum militiam Cicero vrbanã vocat, respondendi, scribendi, cauendi, *pro Murena.* Nec minus etiam militare videntur aduocati seu patroni causarum, qui gloriosę vocis confisi munimine, se & alios à calũniis & iniustitia defendunt, *ll. aduocati, de aduocat. diuers. iudiciorum.* Vnde & illis dicitur, exemplo militum armatæ militiæ, esse peculium quasi castrense. *l. fori* 4. *de aduocat. diuersorum iudiciorum, lib.* 2. C. *titul.* 7. Ratione officij, proximi sacrorum scriniorum literatam quoq; militiam gerere dicuntur. Quare & illi completo tempore suæ militiæ, à principe donabantur cingulo comitiuæ sacri cõsistorii in diem vitæ, *l. proximos* 8. *de proximis sacror. scriniorum. lib.* 12. *C. tit.* 19. *l. vnicuique* 7. *l. peculiari* 5. *eod. tit.* Priuilegium quoque militiæ & peculij quasi castrensis, concessum pro consulibus, præfectis legionum, præfidibus prouinciarum, & aliis administratorib. à principe præpositis, memorialibus agentibus in rebus, magistris studiorum liberalium, archiatris, & aliis omnib. qui salaria vel stipendia accipiunt publica, *l. fin. §. 1. & §. in his itaque, de inoffi. testa. lib.* 3. *C. tit.* 28. Et Imperator Valens grammaticos, sophistas, legum professores, per viginti annos probe munere docendi functi sunt, annumerari & honorari cum iis, qui ex vicaria sint principis dignitate iubet, & inter comites, *leg. vni. de professor. qui in vrbe Constantinopolit. lib.* 12. *C. tit.* 1. *iuncta rub. & glo.*

¶ Militia † inermis, palatina quoque, de qua Sidonius memi nit, *lib.* 1. *Epist. ad Eutropium,* vnde Palatini milites, quicunque in augustorum ministerio fuerunt, quos modo aulicos, *innuit, l.* 2. *& 3. de priuil. eorum, &c. lib.* 12. C. *tit.* 29. vel curiales dicimus, iura quoque de istis tractant, *l. scriniis. de palatinis sacrarum largition. lib.* 12. *C. tit.* 24. *& tit priuil. eorum qui in sacro palatio militant. eod. lib.* 12. *C. tit.* 19. Isti non armis militabant, sed mensis & consiliis opem ferebant. Eranteque aliqui eorum comites palatini domestici comitatenses & mittendarij, id est, quimitti possent, vel idonei essent, vt mitterẽtur ab Imperatore ad regendas prouincias. *l.* 3. *l. placuit* 8. *de palatinis sacra. largitio. libr.* 12. *C.* Erant & palatini sacrarum largitionum & rei priuatæ, militari dignitate decorati, *l. inter alias* 13. *& l. iubemus* 14. *eod. tit. de pala. sacrar. largit.* Inter palatinos milites cõnumerãtur præpositi sacri vel principis cubiculi: memoriales, qui scriniis memoriæ, epistolarum, libellorum, sacrarumque dispositionum referuntur, & comitatenses palatini, & singularum vrbium, *l. 2. priuileg. orũ, qui in sacro pala. mil. lib.* 12. *C.* Et isti omnes castrense peculiũ habere dicuntur, *l. 2. de priuil. eorum. qui in sacro palat. milit. l. vnic. de castrens. omnium pala. peculio. lib.* 12. *C. tit.* 31. Dignitate etiam æquant iura, præpositos cubiculi augusti & augustæ, præfectis prætorio, præfectis vrbi & magisterię dignitati peditũ & equitum, *l. 2. de præpositis sacri cubiculi, lib.* 12. C. *tit.* 5 *& l.* 2. *de præfectis prætorio vrbis, eod. lib. tit.* 4. Dicuntur & aliqui in schola vestis sacræ militare, priuilegiis militum donati, *in l. iis qui in schola* 3. *de castrensianis & ministerianis, lib.* 12. *C. tit.* 26.

¶ Militia † quoque inermis ex casu appellata quædã de qua & meminit Iustinianus, *nouella* 53. *&* 97. quando propter aliquem casum fortuitum officiarij principis, officium suum minus implere poterant, & eis coadiutores dabãtur, eamque casu militiam dictã in alios transferre licebat, vt tradit Lælius Taurellus *lib. de militiis, ex casu, ad Antonium Augustinum.* Quod Arcadius Cæsar sua constitutione late explicauit *in l. fin. de proximis sacrorum scrinior. lib.* 12. *C. tit.* 19.

¶ Possumus† istis adiungere honorariam militiam, quæ citra cingulũ militiæ conceditur. Quales & milites seu equites princeps facit togatos, amplexu vel alio modo seu codicillis: qui videntur milites ostentationales dicti apud Lampridium in Alex. nempe ostentationis caussa & honoris gratia facti, milites.

De Militia armata.

Cap. 2.

1 *Militia armata quæ.*
2 *Bella & pugnæ vnde oriuntur.*
Bellorum leges à iure gentium quare posita aut recepta. eod.
Hostis quis. eod.
Prædo quis. eod.
3 *Bellum ex quibus caussis iustum sit, & 7. 11. 13.*
Bellum quomodo solemniter indicebatur. eod.
4 *Pugnæ initij faciendi signa ante inuentionem tubæ.*
Fax prætecta initium pugnæ dabat. eod.
5 Heraux, *seu caduceatores Gallici, & eorum munus.*
6 *Sacerdotes in exercitu instructo pugnantibus cur aderant apud Iudæos.*
7 *Pax belli finalis, caussa, & obedientia.*
8 *Milites in institutione rerumpub. additi quare ceteris.*
9 *Gladij potestas magistratuum.*
10 *Arma lex temperat & regit.*
11 *Homicidio excusatur, qui interimit auctore lege, vel iubente principe.*

MIlitia† corporalis, & armata, à qua milites, armati dicti, 1
§. quisquis autem, quibus modis natur. effic. legit. coll. lib. 6. *tit.* est, cum armis corporalibus extrinsecus, vel cominus vel eminus certatur: quamuis in ea plurimum ingenium valeat, cũ nõ tãtum vi corporis, sed virtute animi militia procedat, *Sallustius in prin. coniura. Catil.* De qua nunc dicendum, & de eius militib. qui & à iure nomine armatæ militiæ, à superioribus distingũtur *l. item miles qui, de re iud. in P.*

¶ Pugnarum † seu bellorum & controuersiarum fontem ex 2
concupiscentiis hominum & malitiis procedere notarũt sacræ literæ. *d. Iac. c.* 4. & iurisprudentiæ nostræ auctores, *l. properandũ, C. de iudic. c. finis de verb. sign.* Bella, autem legitima à iure gentium inducta, vt ab eodem discretæ gentes, regna condita, agris termini positi. *l. ex hoc iure, de iustit. & iur. in P. l. ius autem gentium, eod. tit. apud Iustin.* Nec tamen bellum dico per se iuris esse alicuius, sed decernendi belli leges: bellũ quippe à beluis, & ferino quodam ingenio manat, & inde dictum autumat Festus, & innuit Cicero li. 1. offic. Imo maiori immanitate peccãt in eo homines, quam fere rationis expertes: neque enim vnquam inter se leones, aut inter se dracones, qualia homines bella inter se gesserunt, *D. Augustin. lib.* 12. *de ciuit. Dei, cap.* 22. Animalia enim cum suo genere pacifice degunt, congreganter, & stant contra dissimilia. Et, vt ait Xenophon. ὁ γὰρ εἰρήνη, εἰρήνην ἀεὶ μίσει ἀγαθὸν τοῖς ἀνθρώποις, πόλεμος μίσει κακόν. Pax videtur esse homini maximum bonum, bellum magnum malum: quia ab illa εὐθυμία, animi trãquillitate, quam Democritus summã felicitatem statuit, & alii Stoici concordiam, homines auocęt. Et imperio, vt ait Cornelius Tacitus, vtendum non est, vbi legibus agi potest, *lib.* 3. *annal.* Quamobrem in hac corrupta hominum natura, quæ ad dissentiendum prona est, *l. cum pater. §. dulcissimis, de legat.* 2. & facile temere concitatur, aliquo modo consensu publico gẽtium prospectum est. Et leges iusti vel iniusti belli, & modus inferendi adiectus, secundum quæ tãtum liceat. Sic Vlpianus, *Hostes,* inquit. *sunt, quibus bellum publice populus Romanus decreuit, vel ipsi populo Romano. Ceteri vero sunt latrunculi, & prædones. Vlp. l. hostes* 24. *de capti. & postlim. reuersi. lib.* 49. *P.*

tit. 15.

Digitized by Google

*tit.15.*Quod sequitur Pomponius,*l.hostes 113.de verb.sign.li.50.P. tit.16.* Ita Cicero tradit,*lib.2.Offic.* pyratam non esse perduellionis nomine comprehensum,id est,non esse hostem,cum quo bellum definitum, sed communem omnium esse hostem. Vocabant enim antiqui,quos nos hostes dicimus perduelliones,& latrones,hostes,*libr.primo offic.Caius,l, quos nos hostes,234. de ver. sign.P.*

3 ¶ Marcus † Tullius Cicero *lib.1.offic.* belli æquitatē sanctissime fœciali populi Romani iure præscriptā scribit: ex quo intelligi possit,nullum bellum esse iustum, nisi quod aut pro rebus repetendis geratur,& ante denuntiatum, aut indictum sit. Liuius in 1.quoque & Festa,*c.9.de sacerdotiis,* de forma belli per fœcialem indicendi tradunt,quæ fiebat verbis conceptis, immisso in hostes telo vel hasta sanguine infecta, quibus & testimonium adferunt,Gellius, *lib.16.c.4.* Dionysius Halicarnasseus,*lib.2. Histor. Rom.* Plutarchus, *Problem.62.* Atque inter mili taria iura hæc in pontificis sanctionibus,*can.ius militare,1.distin.* belli inferendi inuenitur solemnitas,fœderis faciēdi nexus, signo dato egressio in hostes vel pugnæ commissio, signo dato receptio. Flagitij militaris disciplina,stipendiorum modus,dignitatis gradus,præmiorum honor,præda diuisio,reseruata principis portione.

¶ Erant † & ante pugnæ congressum publicæ quædam, & in-
4 uiolatæ quædam cæremoniæ:vt ante vsum receptæ in bellis tubæ,moris erat,vt vates ante præcederet,lauro coronatus, ac facem gestans ab hoc vim belli vtrique abstinebant. Talem vocabant πυρφόρον, vnde & prouerbiū,nec ignifer quidē reliquus factus. *Gellius lib.3.ca.5.* Quod & colligitur ex Euripide, *in Phœnissis,actu 5.* dum agit de concursu,& certamine Etheoclis & Polynicis fratrum.

Ἐπεὶ δ' ἐφῆπτο πῦρος ὡς τυρσοκμῆτ
Σάλπιγξ ἠχεῖ, σῦμα κοινὸν μάχης,
Ἧξαν δ' ὁμαυλα δεινὸν ἀλλήλοις ὄπι,

Id est:

Vbi autem missa fax esset, ceu Tyrsenica
Tuba clangor,signum cruenti prœlij,
Sæuo impetu ruerunt in se inuicem.

Narrat & eodem loco Euripides,eosdem ante pugnam in procinctu,& suos deos orasse. Antonius Panormitanus,*libr.3. de edict.& fact Alphon.c.35.* autem bellum indici etiam solitū per ferream chirothecam tradit. Ammianus Marcellinus,lib.19. alterius signi meminit, dum agit de oppugnatione Amidæ ciuitatis Romanorum facta à Grimbate Chiorum rege cum Persis. *Vix,* inquit,*vbi Grimbates hastam infectam sanguine ritu patrio, nostrique more coniecerunt faciales,armis exercitus concrepans, insolat in muros.* Cum belli fidem dabant inter se Galli,vel datis obsidibus peragebant,vel exacto iureiurando & dato ab omnibus collatis signis militaribus,quæ erat more eorum, vt ait Iulius Cæsar,grauissima cæremonia, ne facto initio belli à reliquis de sereretur,*lib.7.Comment. de bello Gall.* Liuius ait apud antiquos ex cōsensu morem indicendi bellum,*li.1.ab vrb. cond.* fuisse per fœcialem hastam ferratam aut sanguineam præustā ad fines hostium ferentem,& non minus quam tribus puberibus præsentibus dicentem,*Quod populi priscorum Latinorum, hominesque prisci Latini populo Romano Quiritium bellum fecerunt, deliquerunt. Quod populus Romanus Quiritium bellum cum priscis iussit esse,senatusque populi Romani Quiritium censuit,consensit,conscisciit, vt bellum cum priscis Latinis fieret: ob eam rem ego populusque Romanus populo priscorum Latinorum,hominibusque priscis Latinis bellum indico,facioque. Quod vbi dixisset,hastam in fines eorum emittebat.* Additque Liuius. *Hoc tum modo,ab Latinis repetitas res,& bellum indictum,moremque eum posteros accepisse,hoc idem refert Fenestella, lib. de sacerdotiis,cap.9.ex Liuij* 1.Plutarch. *Problema.62. Dionys. Halicarn.in* 2. Gellius ex Cincio,De re militari 3, libro refert, fœcialem populi Romani,bellum indicentem hostibus,telumque in agrum eorum iacientem, ita loquutum: *Quod populus Hermunduli,hominesque populi Hermunduli bellum facere,deliquereque, quodque populus Romanus Hermundulo, hominibusque Hermundulis bellum indico facioque,Gellius,lib,16.c.4.* Sallustius namque addit senatum decreuisse suo populique iniussu nullum potuisse fœdus fieri,*in bello Iugurthino.*

5 ¶ Caduceatores † seu *Faciales* Gallici,Heraldi dicūtur regii, quibus mos est gestandi pacis tempore spinter & armillam: in præliis autem paludamentum,quod eos tutos reddit ab omni iniuria. Ii nomē àquadam prouincia accipiunt singuli,vt heraldus Aquitaniæ,heraldus Normaniæ,&c. Hos in verba principis adigi,immunes esse, monomachiis & decursionibus interesse oportet. Denique si de pace inēuda agitur,si inducię petūtur,si bellum indicitur,petassati caduceatores ii mittuntur,perhos maxima quæque negotia geri etiam consueuerunt. Si de leuioribus agatur,per tympanistas & tubicines id expeditur,habentque isti heraldi, & fœcialis Romanorum & patris patrati officium, vt annotat Vincentius Lupanus,*lib.de magistratibus, & præfecturis Francorum.* Hostes etiam regni Galliarum dici eos,quibus bellum indixit publice rex, plurium auctoritate fir mat Nicolaus Boerius,*decis.178.nu.1.& 34.* ¶ Aderat † in exer- 6
citu Hebræorū sacerdos domini qui cohortaretur ad pugnam aduersus hostes populum, & moneret ne timerent,quod dominus cum illis esset,& pugnaret pro illis cōtra aduersarios,& esset eos liberaturus de periculo,*Deut.c.20.* Admittuntque etiam idipsum iura canonica, vt sacerdos ea de causa interfit pugnæ iustæ,*can.igitur,& ibi gl.fi.23.q.8.glo.pen. in can.scisciatis,7.qu.1. can. Maximianus,* 23.q.3. iniustæ autem minime: alioquin sit irregularis,*Innoc.& Panor.in c.petitio de homicid.* Quamuis nec in bello iusto sacerdotes pugnare possint,nec cōtra infidos seu infideles,catholicorum loca inuadentes,*in d.c.petitio,& in ca.ex multa, de voto.* 1. nec duces esse possint,*Pano.post Hosti.in ca.sententiam sanguinis,colla.4.ne cleri.vel monach.&c.* repugnat namque sacerdotio sanguinem fundere, vt nec clerici sententiam sanguinis seu mortis,in reos ferre possint, *d.c.sententiam sanguinis,& c.cum clericis, ne cleric.vel monach. ca. in archiepiscopatu, de raptor.cum simil.* Et ideo dictum Dauidi est,pio alioquin viro & qui prælia domini gesserat,à Domino, *Multum sanguinem effudisti,& plurima bella bellasti non poteris ædificare domum nomini meo,tanto effuso sanguine coram me,*1.*Paralip.cap.22.* Erat & mos priscorum gentilium Romanorum & aliarum gētium cum res in discrimine versarentur,vt iracundiæ exercitus restinguendæ caussa cum sacro amictu sacerdotes eorum prodirent,& pacem vel vitam deprecarentur,nempe cum insignibus insularū, cum capitali velamine lauro,vt tāta offusa oculis,animoque religione hostes mouerentur. Erat namque ex populi Romani disciplina antiqua, ne quid quod vsquam sanctum esset, apud eos, violaretur,vt ait L.Scipio apud Liuium, libr.26. Sic memorat idem Liuius libr.2.quo tempore C.Marcius Coriolanus iratus plebi Romanæ ad Volscos se recepit bellū renouaturus ex consilio senatus pro concilianda plebe,oratores pacis ad Marcum missos,semel atque iterum, & cū illi non reciperentur in castra,sacerdotes quoque suis insignibus velatos isse supplices ad castra hostium. Refert & Cornelius Tacitus,*lib.17.annal.* quē alij dicunt primum historiæ,concitatis ducibus & exercitu Imperatoris à Lugdunensibus contra Viennenses,ipsos Viennenses cum haud ignari essent discriminis sui,velamenta & infulas prætulisse vbi agmen incesserat & arma,genua,vestigia præhensando,militum flexisse animos.

¶ Iustum † itaque habitum est bellum,quod primo habet le- 7
gis auctoritatem, *l.1.& 2.quando licet vnicuique sine iudi.se vindic.* C.vel principis,in cuius manu & potestate arma sunt,*c.quid culpatur,& can.militare 23.q.1.l.vnic.vt amor.vs.insci.princ.&c. lib.11.C.tit.46.* qui antequam illud moueat,& cum exercet vindictam,id ob quod suscipit,debet expendere,num sit iustum,finemque, videlicet pacem. Bellum enim nisi ob legitimas caussas gerēdum est: quarum illa prior,vt qui in pace viuere nolunt & rebellant,cogantur. Sic enim arma,& leges quæ pacis sunt, mutuo se vouent auxilio.*l.1.de Iustinianeo,C.confirm.C.lib.1.* Et qui iussus,sententiæ pacis & iudicis parere cōtemnit,manu militari cogendus est, *l.qui restituere,de rei vindica.in P.* quia exsecutio pars iudicij potissima est,quæ ad effectum sententiam ducit,*l.exsecutores,C.de exsecutione rei iudica.* Et iura nostra & forensis laus,& industria nostra latet in tutela & præsidio bellicæ virtutis,& omnia,quæ in imperio sunt, & status ciuitatis per eā defenditur,*Cicer.in oratio. pro Murena.* Bella ita suscipienda sunt,vt in pace viuatur sine iniuria, *Cicer.1.offic.Aristot.8.Polit.* quia nec leges & iudicia esse possunt pace sublata.

¶ Idcirco † in omni fere institutione rerum publicarum ob- 8
seruare licet, sēper milites fuisse addictos: vt illi alias reipubli cæ partes & personas defenderent, *Idem Cicer.Phil.8.* Bellum cogit,inquit Aristoteles,homines esse iustos, & temperatos,*lib. 7.Polit.c.19.* Et fortitudo,quę bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel ab hostibus, socios, plena iustitia est,*can.fortitudo,23.q.3.* Et Augustus ea quæ indicta sunt soluenda in vsum exercitus principis,pro communi salute solui dixit,*in l.2.de exactor.tributorum,lib.10.C.tit.19.* & Iustinianus *in §. publicorum autem tributorum, de manda. prin.in auth.coll.3.tit.4.* vt & Alexander Seuerus dicebat se magis milites seruare,quam seipsum: quod salus publica in iis esset,eosque ægrotos inuisebat,& suis expensis curari iubebat. *Lamprid.in Alexan.Seuero.*

¶ Sic etiam † magistratibus opus fuit gladio,& armata quadam 9
militia vti,vt iudiciorū vigor in medio poneretur, ne quisquā sibi valeret permittere vltionem, *l.nullus,C.de Iudæu.* neue sua auctoritate quilibet ad arma temere veniret, *l.æquissimum,de vsufruct.in P.* Proinde dicuntur habere gladii potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, *l.imperium,de iurisdictio.omn.iudic.* vltor enim iniquitatum gladius est, *c.non solum 23. q.5.* à maiore potestate illis concessus, *ca.est iniusta,& ca.ille gladium 23.q.4.* vel à principe, *l.& quia 6.de iurisdictio.omn.iud.P.* qui à Deo habet,*ad Roman.cap.13.* vel à lege,*d.l.& quia.* cuius anima est magistratus,*l.2.§.post originem,de orig.iur.*

¶ Nam † & lex bella,& eorum iura temperat,vt constat ex di- 10
sciplina militari,& titulis de re militari. Et vim armatam cohibet & punit,*l.si quis in tantum,C.vnde vi, & tit.de vi & vi arma.* Qui simul in cōmunione viuunt, vt ait Aristoteles, necessarium

Digitized by Google

est ipsis habere arma, quibus & magistratib. parere inobedientes compellantur. & quo vis propulsetur externa, *Aristot. lib. 7. Polit. c. 8.* ¶ Aliæ †causæ belli suscipiendi iustè à Platone explicantur. *Anima iuerti*, inquit Alcibiades, *Plato in Alcibiade 1. vel de natur. hom. ad arma nos prouocari, cum vel decepti, vel aliqua re coacti, simus & aduersus iniustos.* Et Aristoteles, *Bellum suscipiendū est in eos, qui rempublicam, aut eius siue amicos, siue socios iniuria violare moliuntur, Arist. in Rhetor. ad Alexand. in peroratione dictorū.* Iustum item est bellum, quod ex edicto geritur de rebus repetendis, aut propulsandorum hominum causa, *ca. iustum est belli 23. q. 1.* Naturalis defensio est contra vim, *l. vt vim, de iust. & iur. P. l. scientiam, §. qui cum aliter, ad l. Aquil, P. l. 1. §. vim vi, de vi & vi arm. P. cum sim.* Et Epaminundas Meneclidi dissuadenti Thebanis bellum & suadenti pacem: *Fallis*, inquit, *verbo ciues tuos, quod hortaris à bello auocas: otij enim nomine seruitutem imponis. Nam paritur pax bello, itaque qui ea diutina volunt frui, bello exercitati esse debent. Quare si principes Græciæ esse vultis, castris est vobis vtendum, non palæstra*, vt refert Æmylius Probus *in Epaminunda.* Suadet Demosthenes *in omnibus Philippicis, maxime in 4.* Atheniensibus, alendas esse perpetuo quatuor legiones. & tempore belli & pacis, ne ex improuiso posthac eos hostis inuaderet, sed suppetiæ præsto essent, si egerent.

¶ Diuus Augustinus † tradit, excusari ab homicidio, qui Deo auctore bella gesserunt: aut qui personam gerentes publicæ potestatis, secundum eius leges, hoc est, iustissimæ rationis imperium, sceleratos morte punierunt. Non enim ille occidit, qui ministerium debet iubenti, sicut adminiculum gladius est vrenti, *D. Augustin. libr. 1. de ciuitat. Dei, cap. 21. can. miles 23. q. 5.*

¶ Ideo † plerunque bella geruntur, vt ad pietatis iustitiæque societatem victis facilius consulatur, *can. paratus & can. apud 23. quæst. 1.* permissaque à Deo, vt priscis temporibus, pro fide & republica Christiana propaganda, dummodo absit desiderium fundendi sanguinem *can. si non, & can. displicet 23. q. 4. & ca. noli 23. q. 1.* vel prædandi: siquidem intentio mala, licitum per se bellum, iniustum facit. *c. militare 23. q. 1.* Generalis intentio quippe & finis gerendi belli, pacis studium duo capita habet, vt mali coerceantur, & boni iuuentur & subleuētur, *can. apud veros, 23. q. quæst. 1. dicto can. diuersi, 23. quæst. 4.* Et ita etiam bella pro ecclesiæ tutela suscepta meritum habent, *can. omnium, & 2. seq. 23. quæst. 5. & 23. quæst. 8.* vt qui in illis ceciderint, salutis æternæ fiant participes, *d. c. omnium, & ea. omni timore 23. q. 8.* Et summa laus est, militiæ vtilitatis communis causa intendere, *c. summa 23 quæst. 1.*

De Personarum militantium distinctione.

Cap. 3.

1 *Militiæ armatæ in summa diuisio, & exercitus.*
2 *Milites alij lege probati, alij reiecti.*
3. 4. *Milites beneficiarij tantum olim ciues Romani, & qui deligi poterant.*
4 *Capite censi ciues qui, & quando militare licuit illis.*
Proletarij qui, & quando militarent. eod.
Bona obstans loco rempub. gerentibus. eod.
5 *Militiam detrectasse graue scelus, & acerrime punitum, & exempla.*
6 *Militare ciues debebant Romani ex lege, decennio.*
7 *Milites ciues, quam peregrini tutius militant.*
8 *Serui militare non possunt.*
Manumissio seruorum tempore belli facta reuocata. eodem.
9 *Seruorum bella & rebelliones.*
10 *De statu suo dubitantes à militia reiecti.*
Militare qui prohibiti, eod. & 11.
11 *Poeta ne militet.*
Ætas militaris 17. annor. eod.
12 *Militiæ immunitas quibus data.*
13 *Milites Romani ex certis populi classibus delecti, & de modo deligendi. Item 25.*
14 *Cingulum insigne militiæ.*
15 *Militum delectus quomodo fieret.*
16 *Militum varia nomenclatura ab ordinibus, armis, & aliis.*
17 *Militum in Gallia numerus & ordo per Carolum 7. institutus & per alios reges.*
Franci archerii in Gallia qui, & immunitates eorundem. eod.
Franci Talpini milites in Gallia Helueti, eod.
Aduenturiarij milites in Gallia qui. eod.
Legiones 7. peditum in Gallia à quo institutæ. eod.
Colonellus præfectus legionis. eod.
18 *Militum alii obtemperantes, alij imperantes.*
Manipulus, manipularisue quid. eod.
19 *Vexillaris quot militibus præesset.*
Cohors quid. eod.
Tribunus militum quis, & quare sic dictus. eod.
20 *Legio ex quot militibus perficiebatur.*
Legionum variæ species. eod.
Legatus legiones administrabat absente prætore.
21 *Phalanx quot milites continebat.*
22 *Acies ex quibus perfecta, & species, & partes.*
Centurio quis. eod.
Primipilus quis. eod.
Pilum quid eod.
Miles non dicebatur, priusquam in ordines transferretur. eodem.
Tyro quis. eod.
23 *Veterani & veteres milites qui.*
24 *Volones milites.*
25 *Euocatio militum quid.*
Addicti milites qui. eod.
26 *Milites desertores, perfugæ, hostes, prædones, &c. eodem.*
27 *Cornicularii milites qui.*
Equites auratus quis. eod.
Militibus quæ donata sunt in signum & præmium strenuæ gestæ. eod.

Militia † armata cōstat exercitu triplici, pedestri, e questri & classico: ea cōstituta tripliciter, sacramēto, coniuratione, euocatione, *de quibus tractat Volphaga. Latius lib. 4. comment. hist. Rom. c. 1.* Ab exercitio militum exercitus dictus, *l. 1. §. fin. de milit. testam. in P. l. 2. de iis qui not. infam. P.* Exercitus habebat ordines, acies, principia, globos, in quibus milites certo ordine consistebant. Acies duæ generales, antesignatorum, & postsignatorum. Hæ sub se habebant ordines distributos, de quibus videndus Vegetius, *lib. 2. de re milita.* Naualibus prælijs pugnantes pedites dici possunt. *l. 2. de capti. & postli. reuer. lib. 49. P. tit. 15.* In terra pedestris & equestris militia, & milites, *l. penult. de milit. testa. lib. 29. P. tit. 1. l. 1. & 2. de vpparit. magistro. milit. libr. 12. C. tit. 55. l. non omnes, §. 1. de re milit. P.* Sub his contineri potest elephantum, & turribus depugnantium copiæ, & curruum phalanges. 1

¶ In vniuersum † milites legibus alij probati, alij per easdē à militia reiecti iure Romano. Soli ciues Romani hoc iure beneficiarij milites fieri poterant, *Cicer. pro Archia poeta, & libr. 6. fa. epist. 20.* ¶ Neque † tamen ex ciuibus omnes idonei: nam nec capite censi & proletarii, in militiā alligebantur. ¶ Capite censi illi, qui nullo aut modico ære censebantur, qui vel habebant tantum extremum censum æris, videlicet 375. vel nec ipsum possidebant, tenuissimi & paupertimi: cum tamen proletarii, mille quingentum æris, in censum deferrent. Vtrique nonnisi in tumultu maximo scribebantur: quia familia aut tenuis, aut nulla illis esset, & res pecuniaque familiaris obsidis vice pignorisque esse apud rempublicam videbatur: amorisque in patriam fides, firmamentumque in ea erat, *Gellius lib. 16. cap. 10.* Et primus C. Marius, capite censos milites scripsisse traditur, cum id factum ante nulla memoria exstaret. ¶ Graue † de ictū habitum est detrectare munus militiæ, & grauius quam appetere. Nam & qui ad edictum olim non respondebant, vt proditores libertatis in seruitutem redigebantur. *Arrianus Iurisc. in l. 4. §. qui post desertionem, de re milstar. lib. 49. P. tit. 16.* Et qui filiū suum subtrahebat militiæ belli tempore, exsilio & bonorū parte mulctandus est: si in pace, fustibus cēdi iubetur: & requisitus iuuenis, vel à patre postea exhibitus, in deteriorē militiam dandus est, *d. l. 4. §. qui filium.* Lotharius Imperator, legem hanc statuit, *l. 1. de iis qui ad patriam defendendam ire neglexerunt, lib. 3. legum Langobardorum*, vt quicunque liber homo à suo comite fuerit admonitus aut ministris eius ad patriam defendendam, & ire neglexerit, & exercitus superuenerit ad istius regni vastationem, vel ad contrarietatem nostrorum fidelium, capitali subiaceat sententiæ. Vastius qui pedestri imperio præerat, dum sub Paulo pontif. Max. tempore Caroli Maximiliani Christiani in fide hostes in Africam irent, more militari in quosdā milites animaduertit, qui pertæsi nauseam maris, & longinquæ nauigationis incōmoda reformidantes conceptas de victoria spes maligne extenuare, stipendii tenuitatem detestari, consternareque multitudinem vt signa desererent, seditiosis sermonibus cœperant, & auctores inuolutos saccis, profundo mari spectante classe submersit, teste Paulo Iouio. *lib. 34. histor. sui tempor.* Ammianus *Marcell. lib. 15. histor.* de Gallis fatetur hoc encomium, *Nec Gallorum aliquando quisquam*, inquit, *vt in Italia, munus martium pertimescens pollicem sibi præcidit, quos* murcos *appellant.* Caius Vatienus qui ne bello Italico militaret, sibi manus sinistræ abscinderat digitos, à senatu bonorum publicatione, vinculisq; perpetuis punitus. Et Traiani temporibus, pater, qui ne filius militaret, eum inhabilem reddiderat, militiæ deportatus est, *Valerius Maxim. lib. 6 c. 3.* 2 3 4 5

¶ Lex erat, † vt ciues Romani decennio militarent auctore Cornelio Tacito, *lib. 4. Annal.* ¶ Demosthenes, *Olynthia 1.* suadet, 6 7

Digitized by Google

det † Athenienſibus, & melius & tutius eſſe ciues ipſos militare, quam per milites peregrinos, à quibus aſſerit cauſſam eſſe, cur res male gererentur. Et Polybius, *lib. 2. hiſtor.* ait, magnam ſtultitiam eſſe, præſidium præſe tim barbarorum hominum inducere, quod aut viribus, aut multitudine magis quàm ciues polleant. Periculoſum quippe eſt vti ope & auxilio eorum, qui cum natiua ambitione pugnandi multitudine præualent: dum enim ſuperiores viribus vident iis quibus auxilio venerunt, haud facile regnādi vel prædandi cauſſa, arrepta leuiſſima qualibet occaſione ſe abſtinet. Acciditque ſæpe, vt peregrina accita auxilia, oppida & regna ſibi commiſſa inuaſerint: vel ſtatim, vel paulo poſtquam dimiſſi fuerunt, vel ſaltē ad hoſtes ab iis addictione ſuperati, vt venales tranſierint. Probabantur idcirco & milites qui ſe offerebant, antequam in numeros & ordines referrentur, *l. 1. qui militar. poſſ. lib. 12. C. tit. 34.* Et primum quidem à magiſteria poteſtate ſeu ducibus probationes fiebant, & electiones: Zeno autem Ceſar & alij, principi ſoli reſeruauit, *l. pen. de re milit. lib. 12. C. tit. 16. l. 2. de coherc. al. lib. eod. 12. tit. 58. l. in his, 6. & l. pen. & fin. de diuerſ. offic. eod. lib. 12. C. tit. 60. l. probatorias, 9. eod.*

8 ¶ Non † poſſunt militare ſerui, vel ignorātibus, vel ſcientibus dominis, *l. pen. & fin. qui milit. nō poſſ. lib. 12. C. l. 2. de tyroni. eod. lib. 12. C. tit. 44.* & ex Martiani reſponſo capite puniuntur ſi attentent, *l. ab omni militia, 11. de re mil. lib. 40. P. tit. 16. l. generali, C. de tabular.* Dio quoque ſeruis vbique interdictum fuiſſe militare teſtatur, eiſque fuiſſe capitale, ſi nomen ſuum militiæ inſcripſiſſent: niſi interdum penuria hominum. Quemadmodum factum Lacedæmoniis ad Meſſeniam pugnantibus. & Romanis in bello Punico accidit. Et Octauio & Lepido rempublicam obtinentibus, ſeruus inter milites & numeros inuentus, de rupe Tarpeia deiectus eſt, *Dio Niceus, lib. 48.* Idemque Octauius victo Pompeio omnibuſque imperij æmulis, ſeruos in bello ciuili, ob bella in militiam adſcitos & ita manumiſſos, dominis reddi iuſſit, cum illa manumiſſio tempore bellorum coacta videretur vi bellorū, nec acclamatione populi, vel diſceſſione ſenatus quemquam dominum inuitum ad ſerui manumiſſionē cogi debere ſenſit *Oroſius lib. 6. c. 20.* Et Plinius, *lib. 10. epiſt.* de duobus ſeruis à Sempronio inter tyrones inuentis à Tiberio reſponſum accepit, quia in numerum militum nondum eſſent: ſi lecti eſſent, inquiſitorem peccaſſe: ſi vicarij eſſent, penes eos culpam eſſe qui dediſſent: ſi ipſi non incerti ſuæ conditionis ſe obtuliſſent, animaduertendum in illos. Meminit tamen Liuius, Titum Gracchum Volorum ſeruorum legiones libertate donaſſe, vt pugnarent contra hoſtem, *Liuius, lib. 24. ab vrb. condita.*

9 ¶ Fuerunt † nihilominus bella per ſeruos rebellātes geſta, ſed illa præter ius belli cenſentur, & illegitima: quale ab Euno Syro in Sicilia, cum ſexaginta millibus hominum excitatū, quos Perpenna tandem vicit, *Florus, lib. 56. Abbre. Iuſt. in Craſſo, Oroſ. lib. 8. c. 5. Aug. de ciuit. Dei, l. 3. c. 26.* Vt M. Aquilius alios à Cleone Cilico in eadē inſula coactos. Simile in Italia bellum ſeruile ab Spartaco & Chryſo motū, à Q. Vario prætore, & M. Craſſo tandem confectum, *Florus lib. 95. Abbreu. Oroſ. lib. 5 c. 25. Eutr. lib. 6. c. 2, D. Auguſt. de ciuit. Dei, lib. 3. c. 26. & alij.* ¶ Fuit & aliud

10 † in vrbe, Herodiano Sabino duce tentatum, *Liuius in 4.* Non militabant quoque, de ſtatu ſuo controuerſiam patientes, aut ab hoſtibus redemti, priuſquam ſe luiſſent, *Vlpia. in l. qui ſtatus 8. de re militar. P.* Non proditores transfugæ, qui capite puniuntur, & pro hoſtibus potius, quam pro militibus habentur, *Martian. in l. proditores 7. de re mili. in P.* non curiales, cohortales, decurionum filij, *l. 2. & 4. qui milit. poſſ. lib. 12. C.* coloni, vel ſaltuenſes, *l. 3 C. eod. qui milit. poſſ.* negotiatores, *l. vnic. negotia. ne militent, lib. 12. C. tit. 35.* profugi, ad beſtias damnati, in inſulam deportati, exſules, relegati, intra tempus exſilij, rei capitalis criminis, adulterij vel aliquo iudicio publico damnati, *Arrian. in l. qui cum vno 4. cum 8. §§. de re milit. P. l. 2. §. miles, de iis qui met. infa. in P.* qui parentes maleficos dixit, *l. 1. de obſeq. à liber. & liber. parent. vel patr. præſtand. in P.* ¶ Cum

11 † Eupolis filius Soſipolis Atheniēſis, comicus Poeta, qui vicerat in ſeptem fabulis, naufragio periiſſet in Helleſponto, in bello Laconico, edictum factum eſt, ne quis Poeta militaret, *Suid. in verb. Εὐπολις.* Non cogūtur quoque militare, qui vel priuilegio, vel ætate excuſantur. Adoleſcentes Romani in toga prætexta erant vſq; ad 17. annum, quo anno togam puram & virilem accipiebant. *Suet. in Auguſto.* Et tunc in viros recepti, militaris ætatis eſſe incipiebant, & ſic Titus Liuius, *lib. 5. deca. 3.* in anno 17. conſtituit ætatem militarem. Nullus tyro vagus, aut veteranus, aut cenſibus obnoxius ad militiam accedat, *l. 1. de tyronibus, lib. 12. C. tit. 44. l. fin. de veteran. lib. 12. C. tit. 47.* ¶ Remittebantur †

12 à militia inter Hebræos lege Dei, qui ædificarant domum nouam, qui plantaſſet vineam, nec adhuc eam feciſſet, eſſe communem: qui deſponderat vxorem, nec adhuc acceperat eam, formidantes, & corde pauidi, *Deuter. c. 20. 1. Machab. 3. Iudic. 7.* Habebant & olim quidam priuilegium, ne militarent niſi certo loco, quod tamen nec ſitas plerumque ſuſtulit, vt cum Carthaginenſes eſſent in Italia, & minus iuuentutis haberent duces, coacti ſunt præter ſanctam vacationem militandi alibi, quam in colonia, nomina ſua dare militiæ coloni maritimi, Hoſtienſes, Alficaſes, Auxuriæ, Minturnenſes, Sineſani, Senenſes, vt ait Liuius, *lib. 7. deca. 1.*

¶ Milites † ex certis populi claſſibus Romæ deligebantur, 13 non ex omnibus centuriis, *vide Nicolaum Gruchium, de comitiis Roman. lib. 1. cap. 1.* in quo reprehendit Marium Saluſtius, *in bello Iugurthino*, dicens: *Hanc ſimodi oratione habita, Marius poſtquam plebis animos arrectos videt, propero commeatu, ſtipendio, armis, aliiſque vtilibus naues onerat, &c. ipſe interea milites ſcribere non more maiorum, neque ex claſſibus, ſeu vt cuiuſque libido erat, capite cenſos plerosque.* Plinius, *lib. 18. cap. 5.* refert fortiſſimos viros & ſtrenuiſſimos milites ex agricolis gigni. Polybius, *lib. 6. hiſtor.* de formando milite more Romano ſic ait: *facto delectu militum ex tribubus, ſacramento tribuni ſinguli ma. ime idoneum adigunt profiteri obtemperaturum ſe ducibus præcipuis, atque eorum mandata ſe pro viribus exſecuturum, deinde reliqui id omnes facturos ſeſe oratione promittunt.*

¶ Cingulum † vt inſigne militiæ dabatur militibus, videlicet 14 zona cum gladio. Quod colligitur ex Suida in Auxentio, *cum enim*, inquit, *iuberetur ille à Licinio imperatore ethnico vnam pedibus Bacchi ſubijcere, & ipſe recuſaſſet Chriſtianus, iuſſiſque id facere vel militiam relinquere, ille nihil cunctatus* inquit, *Zonam ſoluit, & alacer palatio exceſſit.* Papinianus *in leg. pen. de milit. teſt im. lib. 29. P. tit. 1.* etiam in equeſtri militia, cum qui confeſtim cingendus eſt, inter milites numerat: vt priuilegiis vti militaribus poſſit, ſi iam aſſumtus ſit in comitatum principis. ¶ *Romæ* inquit 15 Polybius in 6. *vbi milites iurare adegerunt, denuntiato die ſingulis legionibus ac loco, ad quem adeſſe debeant inermes, ex congregatis deligunt minimos ætate fortuneque perquam tenuis in pilanos in adultiores in eos, quos haſtatos vocant: ætate ac robore præſtantes in principes: natu maximos in triarios, &c.*

¶ Ex militibus † legitimis quidam diuerſa ſortiuntur nomi- 16 na. Ab ordinibus, vt gregarij, *l. fin. de milit. Veſte, lib. 12. C. tit. 40.* manipularij, legionarij, triarij, &c. Alij à diuerſitate armorum, vt caligati, quos viliores dicit Iuſtinianus, *in §. quiſquis autem, quibus modis natu. eff. legit. coll. 6. tit. 1. in auth.* haſtati, pilani, vnde titulus de primipilo, lib. 12. C. de quibus omnibus, Varro lib. 4. de lingua Latina. Quibus ſubiungit tubicines, à tuba qua canebant, liticines, claſſicos à claſſe, &c. Sunt & equitum alij loricati, cataphracti, ex equo ſagittis vtentes, *Liuius, in 5. bello Maced.* leuis armaturæ, velites ſiue expediti dicti ab Æliano. *vide Ælian. in re milit.* à Dione, in Nerone, pſyli. Alij grauis armaturæ, &c. Alij electi perpetui additi, ſuffulti, ciues ſtationarij, *leg. 1. §. fin. de offic. præf. vrb. libr. 1. P. titul. 12.* ſtipendiarij.

§ Carolus 7. Rex Gallorum poſt Anglos è Gallia expulſos, 17 regnum per bella exacta lacerum, præſidiis munitionibuſque firmauit, exemplo Cæſaris Adriani. Et primum equeſtriū militum turmas centenarias, & quinquagenarias inſtituit. Fuitque numerus cataphractorum Francicorum ad mille quingentos, qui in præſidiis vrbium collocarentur. Poſtea quinque milliū peditum cohortes deſcripſit, habitúſque delectus agreſtium peditum, hos francos archieros dixere, quod liberi ab omni tributo fierent, dum militarent, & arcu ſagittiſque vterentur. Et iſti reſ nicolæ erant. Mortuo autem Carolo 7. tempore Ludouici 11. ab eo Heluetiorum ad quinque millia ſtipendium accepere. Dicti & ſagittarij franci Talpini, id eſt, *ταπεινοὶ*, humiles, ruſtici, & bucolici milites. Et qui eos virtute ſuperabant militari, & exercitatione, aduenturiarij, id eſt, ad omnem euentum parati, ſoldati ſeu ſolidati. Dehinc Franciſcus 1. Rex ſeptem pedeſtres legiones inſtituit. Legio 6. millibus conſtabat, præfectus eius colonellus dictus à colonia. Erant chiliarchi 6. ſingulis legati duo & ſigniferi. Et ij immunes. Iuſſit & is quinquaginta millia peditum deligi, quibus ſtipendium ab vrbibus muro cinctis ſolueretur. Et iis aliud genus militiæ additum euocatorum procerum, qui ad bannum vocati ſuis ſumtibus tribus anni menſibus militant.

¶ In ſumma † ſunt alij imperantes, alij qui eis obtemperent. 18 Sic enim militaris diſciplina conſeruabatur. Liuius *lib. 8. decad. 1.* ordinem obtemperandi & imperandi paucis ſic refert. *Cum polluta*, inquit, *fuit ſemel militaris diſciplina, non miles centurionis, non centurio tribuni, non tribunus legati, non legatus conſulis, non conſul magiſtri equitum, non magiſter equitum dictatoris parebat imperio.* Decurio decem militibus, vt plerunque, manipularis 20. id eſt, duabus decuriis imperabat, teſte Volaterrano, *lib. 3.* cuius inſigne fœni manipulus perticæ alligatus vt ait Ouidius 3. Faſtor.

¶ Vexillarius † ſub vexilli ductu habebat 183. milites: vt co- 19 hors ſexcentos, quibus præerat tribunus, qui vnum ſignum ducebat, dictus ita, quod iura militibus ſuis tribueret, quos & ſacramentis adigebat, & quæ eorum erant, curabat, vt arma, veſtes, valetudinem, & ſimilia. Suffragio populi aliquando creatus, poſtea à militibus, *Liuius, libr. 8. decad. 3. ad libr. 7. & 9. decad. 1.*

¶ Legion † præfectus ſub ſe, nempe in legione, habebat ſe- 20 xaginta centurias manipulos triginta, cohortes decem, *Gellius, libr. 16. cap. 4.* & interdum plures interdum pauciores. Nam erant legiones quædam perfectæ, extraordinariæ, ordinariæ,

Digitized by Google

quadratæ &c. *vide Wolphg. Lazium. lib. 5. Commen. reipub. cap. 2.* Legionem administrabat legatus & absente prætore & quæstore. Plures torque legati, quot legiones.

21 ¶ Phalanx † apud Macedones, Dardanos, Græcos, maior legione, & militum octo millia, vel myriadem, decem scilicet millia: de quibus videndus Vegetius, *libr. 2. de re milita. cap. 2.*

22 ¶ Ex his omnibus † acies instruebatur, quibus & diuersę partes & singulis præpositi diuersæ. Erāt enim variæ formæ aciei, frons, subsidia, cuneus orbis, globus, forfices, serra, alæ turres, vt scribit Gellius, *lib. 19. cap. 9.* & Ælianus *proprio, lib. de re milit.* Centuriatæ erant cohortes, centuriis prefecti centuriones. Primipilus, qui quatuor centuriones & eorum milites regebat: isque & caput legionis dicebatur, *Vegetius, in 2. de re milit.* Liuius Salonium tribunum militum & primum centurionem fuisse, quem nunc primum pilum, inquit, vocant, tradit, *lib. 7. decad. 1.* Iulius Cęsar P. Sestium Baculum dixit primipili centurionem, ab hastula, pilus dictus. Et hic aquilę vexillo pręerat, & quatuor centuriis, *Vegetius libro secundo, capite 8.* Dicitur etiam à Liuio primus hastatus pro primipilo, *lib. 2. decad 5. dum agit de oratione Spurij Ligustini centurionis.* Pillum porro quasi per illū, quod hostis ab eo periret, secundum Varronem, *libro quarto de lingua Latina, de iure primipili, titul. de primipilo, lib. 12. C. tit. penultim.* Qui in eos ordines scribebantur, milites dicebantur, non ante, *l. ex eo. de test. in P.* nam prius erant tyrones. Proinde alij tyrones, alij veterani. Tyrones erant in scholis militaribus artem discentes, *l. 2. de tyronibus, lib. 12. C. tit. 44. de horum scholis, in tit. de priuilegiis schola. li. 12. C. tit.* 30. qui nondum erant scripti inter fortissimos milites, *leg. ex eo, de testa. milit. in P.* & ideo postremū locum in scholis militaribus tenebant, *l. fin. de tyronib. lib. 2. C.* In statutis militum ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, *tit. 16. de ver. sign. c. 23.* inter milites eius ordinis, filij Arnaldi dicebātur tyrones, qui noue ordinem professi essent si venissent ex Christianis citra mare nati in terram sanctam: qui vero nati fuissent in terra sancta, & essent nuper ordinem professi, dicebantur Polani.

23 ¶ Romanis † veterani erant, qui à militia immunes erant, postquam per viginti annos militassent, vt ait Suidas, in verbo βετεραν. Cum iis milites facit Iulius Cæsar veteres, quos distinguit à modo conscriptis, & ab imperitis rei militaris, quos tyrones dicimus *lib. 6. Comment. belli Gall.* Alij voluntarij, alij inuiti.

24 ¶ Et † voluntarij volones dicti etiam sunt Gallis, *aduenturiers, & soldats de bonne vaye.*

25 ¶ Milites, † antequam sacramentum præstarent, primum euocabantur, postea addicebantur, & demum sacramento adigebantur. Euocare erat, ad diuersa loca diuersos cogere exercitus, & delectu habito scribere exercitum. *innuit Liuius, lib. 2. decadis 3.* vt euocatio equestris, est computatio in numerum equitum. Addicti milites, qui inclināte imperio tyrones nuncupati sunt. Sic intelligendus locus Liuij, *merces seditionis*, inquit, *proposita, confestim seditionem exuerunt. Nam & addicebantur multi, & ad Prænestini famam belli, nouas legiones scribēdas patres censebant. Hinc inclinante imperio, tyronica cogere dici cœpit*, vt apud Ammianum Marcellinum lib. 19. Ceterum post electionem fiebat in ordines distinctio, inauguratio militum & stipendiorum assignatio.

26 ¶ Rursum † militum sunt alij, qui perstant in officio, alij qui desciscunt, vt emansores, desertores, perfugæ. Erant duplicarij, quibus ob virtutem vt duplicia cibaria darentur institutum. teste Varrone, *lib. 4. de ling. Latina.* Alij vere milites nostri: alij hostes. prædones, latrones, latrunculi, perduelles, proditores. Alij à triumphis, & victoriis, & muneribus, quibus à principe vel ciuibus distincti, vt torquati.

27 ¶ Donabantur † milites corniculis argenteis, in signum strenuiratis, vnde corniculati. Item torquibus aureis, & cingulo, & baltheo ob egregia facta, quæ ornamenta hodie versa sunt in calcaria, & auri præcinctura. Hinc cingulo donari dicimus, more prisco, gladio percuti, & auratum fieri equitem, & illustris cinguli dignitate præcingi, vt apud Cassiodorum legimus, *lib. 3. Variarum, ad Colossum comitem.* Plinius donatos etiam strenuos tradit, *lib. 7. cap. 28* hastis puris, phaleris torquibus armillis, coronis, cinscis, aureis muralibus, grammineis præstantissimis, & aliis, *de quib. abunde idem Plinius, lib. 22. c. 3. 4. 5. & lib. 33. cap. 2.*

De Sacramento militari, & missione à militia.

Cap. 4.

1 *Sacramentum militare duplex.*
2 *Iuramentum militare fiebat duci pollicibus eleuatis, gladiis strictis, ceruicibus admotis.*
Auctoramentum militare quid. eo.
Iuramenti militis formula. eod.
3 *Missionis à militia tres species, explicata quæ honesta.*
Veterani 20. ann. militauerant. eod.
4 *Vacatio militiæ ex priuilegio data temporalis.*
5 *Veterani agris donabantur.*
6 *Missio caussaria quæ.*
Caussarij milites. eod.
7 *Missio ignominiosa.*
Sacramento soluti qui milites dicantur. eod.
Exauctorati milites qui dicantur. eod.

SAcramentum † militare seu iuramentum duplex. Alterum 1
est, quod præsides & milites limitanei in inauguratione & singulis annis, Calendis Ianuarij dicebāt: idque proprie sacramentum nominatur *de hoc iuramento Suetonius, in Galba, & Cor. Tacit. in 1. & 18.* Alterum, quo milites duci suo obstringebātur, omnia se strenue facturos quæ præcepisset, neque desertoros eum matrimque illius, iurantes.

¶ Idque † non solum pollicibus eleuatis fiebat, verum etiam 2
strictis gladiis, ceruicibusque admotis perficitur, *de hoc sacramento Liuius. in 2. & 5. deca. 3. & lib. 7. deca. 1. Polyb. in castramenta. Re. Veget. 2. de re milit. Nonius Marcellus li. 21.* Sacramento autem exhibito miles habebat auctoramentum, id est, militandi in militia legitima facultatem. *Cum dilectus*, inquit Gellius, *lib. 16. c. 4. antiquitus fieret, & milites scriberentur, in iusiurandum eos tribunus adigebat in hæc verba. In magistratu, C. Lælij. C. filij consulu, L. Corn. P. filij Cnj. in exercitu, decémque millia passuum prope, furtum non faciés dolo malo solus, nec cum pluribus, &c.* Additque *Militib. autem scriptis dies præfiniebatur, quo die adessent, & vt citati Cnj. respondérent: deinde ita concipiebatur iusiurandum, vt adesses huc adscitis exceptionibus, nisi haruméce, quæ caussa erit, funus familiare, feriæ vindemiales, calendæque, &c.*

¶ Huic † sacramento connexa missionis à militia tractatio, 3
quę triplex erat, honesta, caussaria, & ignominiosa *l. milites 13. §. missionum, de re milit. in P. l. 2. §. ignominiæ, de his qui notant. infam. lib. 3. tit. 2.* Sacramento soluebātur in honesta missione, & in inhonesta aliquando, *l. miles, ad l. Iul. de adult. P.* sed vt plerunque pro honesta: sacramento remouebantur in caussaria: sacramento abiiciebantur in ignominiosa, vt hæc exemplis illustrauit VVolphgangus Lazius, *lib. 4. comment. reipub. Rom. ca. 7.* Missio honesta fiebat, vel finito bello dimisso milite, accepto diplomate à duce suo, vel non finito, si annos stipendiorum quis cōpleuisset, ita emeritis stipendiis dimissione facta, *Liuius, lib. 9. deca. 4. Martian. in l. milites. §. missionum, & d. §. ignominiæ.* Anni porro viginti erant, per quos, antequam veterani dicerentur, & honestaria militia soluti, oportuerat in legione vel vexillatione militasse, & tunc decursis omnibus stipendiis, & vacationem à ciuilibus habebant muneribus & honoribus, & priuilegia veterani, *l. pen. & l. fin. de his qui non implet. stipen. sacramento soluti sunt. lib. 10. C. tit. 54. l. viginti, de re milit. lib. 12. C. l. 1. de excusatio. veteran. lib. tit. 65.* isti dicuntur dimissi cum honore quibus æras, & iusta stipendia dicuntur adesse apud Cornelium Tacitum, *lib. 20. Annal.*

¶ Dabatur † & militibus honestissimis vacatio militiæ, ante 4
illud tempus viginti annorum à principe ex priuilegio, *d. §. ignominiæ.* vt plerunque per quinquennium, *apud Liuium, lib. 3. decad. 3.* Data & anni Q. Fabio, & Q. Fuluio. CC. *Liuius lib 9. decad. 3.* Dabantur & ex gratia vacationes centurionibus, quas remitti flagitatum fuit sub Nerone, *Corn. Tacit. lib. 18.* Sicuti & statutum sub Theodosio, ne quis vacationem obtineret à principe temporalem nisi ex iustis caussis, illisque probatis, *l. vnic. de his qui à prin. vacat. acceper. li. 10. C. tit. 44.* Quæ differebat ideo à veteranorum vacatione: quia illa temporalis & sine priuilegiis veterani, & ista perpetua & cum priuilegiis, *l. 2. de his qui non implet. stipen. sacram. soluti sunt lib. 10. C. tit. 54. de priuileg. veter. in P.*

¶ Idcirco & † veterani rude donati, in colonias mittebantur, 5
vt pro nauata opera tot annos reipublicæ agros acciperent, vt meminerunt Liuius, *lib. 2. deca. 5. in orat. M. Popilij centurionis.* & Tacitus Corneus *in 2. sub finem.*

¶ Caussaria missio est, † quæ propter valetudinem corporis, 6
vel ægritudinem animi à militia soluebat, quod quis ideo minus idoneus militiæ renuntiaretur, *l. 2. § ignominiæ, de his qui notantur infam.* P. *l milites, §. missionum, de re militar. P.* vt ob profectæ ætatis senium, ob quod est & caussaria honesta missio. *l pen. de his, qui non imple. stipen. sacram. soluti sunt, lib. 10. C.* Et sic de similibus, vnde & milites caussarij apud Liuium, *lib. 6. decad. 2.* & Corn. Tacitum *in orat. Drusi ad tumultuarias Illyrici legiones.*

¶ Ignominiosa † missio est, cum quis propter delictum sacra- 7
mēto soluitur, *d. l. 2. §. ignominiæ, & d. l. milites, §. missionum.* at proprie soluebantur sacramento veterani, exauctorabantur autem puniendi, *vt apud Ammia. Marcellinum, lib. 24.* Exauctorare est, insignia militaria detrahere. *d. l 2. §. ignominiæ.* Sic enim & omnia priuilegia militaria vna adimuntur, & ignominia notantur, *d. §. ignominiæ. l. testamenta. de militar. test. in* P. *l. relegatorum. §. fin. de inter. & releg. in* P. *l. 1. de his qui non implet. stip. sacra. soluti sunt, lib. 10. C.* exauctorati.

De Le-

Digitized by Google

De Legibus militaribus.

Cap. 5.

1 *Militarium legum in tria capita digestio.*
2 *Armorum cura imposita militibus, & 3.4.5.6.*
Arma in bello amittere vel alienare, militi capitale, eod.
3 *Clypei sui, num saluus esset, Epaminundæ lethaliter vulnerati cura.*
4.6.7. *Gladium conseruare in bello & extra bellum, militibus bonis commendatum valde.*
7 *Gladium in palatio principis deferre prohibitum.*
8 *Arma deferre & habere priuatis prohibitum.*
9 *Senatus armorum tractandorum facultatem concessit.*

1 DIsciplina † militaris suas leges habet paulo diuersas à cõmunibus, cum & priuilegia multa sint huic cõcessa, præter & contra iuris communis dispositionem. Has in tria capita distribuimus ratione rerum, personarum, officij, & modi militandi, & ratione negotiorum & priuilegiorum. De rebus primum, id est, res militares constituemus, arma, annonam, vestimenta, hospitia, prædia illis distributa, & feuda, de quibus alibi. In personis, qui possint militare dicendum, de quo paulo ante. De officio eorum, in militia, & pœnis, si illud omittant. In negotiis porro, & illis vetita, & indulta tradunt̃r.

2 ¶ Arma † itaque milites magis tractare, & scire, quam iura debent, *l. scimus, §. 1. de iur. delib. C.* Et inhibita illis aliorũ, quam armorum cura & solicitudo, *l. milites, de locat. C. l. milites 2. & l. militares, de re militar. lib. 12. C.* Iussum militibus in bello cũ periculo capitis arma seruare. *Miles*, inquit Modestinus, *qui in bello arma amisit, vel alienauit, capite punitur: humane militiam mutat. lib. 3. §. miles, de re mil. in P.* Paulus Iurisconsultus cũ distinctione, *arma alienasse*, inquit, *graue crimen est, & ea culpa desertioni exæquatur, vtique si tota alienauerit: sed si partem eorum, nisi quod interest. Nam si tibiale vel humerale alienauit, castigari verberibus debet: si vero loricam, scutum, galeam, gladium, desertori similis est. Tyroni in hoc crimine facilius parcitur, armorumque custodi plerumque eadem culpa imputatur, si arma militi commisit non suo tempore, Paulus, in l. qui commeatus 14. §. arma, de re mili. P.* Et Marcellus, *arma postliminio reuerti negantur, quod turpiter amittantur, l. 12. de captiuis & postliminio reuers. lib. 49. P. tit. 15.* ¶ Epaminundas † in pugna Mantinea contra Lacedæmonios acriter vulneratus & lethifere, pendente pugna noluit ferrum spiculi inflixi euellere, vbi autẽ pugna absoluta, quæsiuit, saluusne esset clypeus suus, quo ostẽso & saluo, intelligens quoque fusos fuisse hostes, iussit euelli ferrum, dixitque, satis vixi, inuictus enim morior, & ita mortuus est, *Æmyl. Probus. in Epaminund. Diodor. Sicul. lib. 15. Biblioth. Pausan. in Arcadicis. Cicer. 5. epist. famil. epist. ad Lucium. Q. filium. Val. Maximus, lib. 3. c. 2.* Lacedæmonæ mulieres aliis suis, quos in militiam mittebant, hoc mandare & præcipere solebant cũ clypeum dabant, vt redirent, ἢ σὺν τούτῳ, ἢ ἐπὶ τούτου aut cum eo, aut in illo. Monentes, vt aut scutum referrent, aut super clypeum mortui referrentur, *vide Plutarch.* Malebant enim strenue mori 3 filios, quam arma cum ignominia amittere. ¶ In † quam ne incideret Romanus Marcus Catonis filius, Pauli Æmylij gener, cum post multa facinora egregia in pugna contra Macedonas gladium amisisset, non prius quicuit, quin inter hostiũ turmas, cum sociis iuuenibus multis prostratis, inter cadauera animaduersum tandem non repetiisset, dolens ne in manus hostiũ gladius suus perueniret. *Plutarch. in vita Paul. Æmyl.* ¶ Chabrias † Athenienſis cum fortissime pugnaret in naui, ea in rostro percussa cum cœpisset sidere, maluit in ea fortiter cum armis occumbere, quam omisso clypeo ad proximas naues enatare saluus *Æmyl. Probus in eius vita.* Neque leges eos militari priuilegio donari voluerunt, qui animum despondent, & turpiter voluntarie se dedunt hostibus, etiam armis victi, *Paul. in l. postliminio carent 17. de capti. & postlim. reuer. lib. 49. P. tit. 15.* Sic Aristoteles 5. Ethicor. ὁ νόμος, ἢ τοὺς ἀνδρείους ἔργα ποιεῖν, ἢ μὴ ἀνδρῶν τλῦ πάξει, μηδὲ φεύγειν, μηδὲ ῥίπτειν τὰ ὅπλα, id est, *lex autem viri fortis muneribus fungi iubet, vt locum in ordine tenere, non fugere, non arma abiicere.* De horum etiam ignominia Isocrates significat Lacedæmonum sententiam, dum ait, *oratio. de pace, Eos qui pro regibus non audent mortem oppetere in prælijs, maiore ignominia affici, quam qui ordines relinquunt, & clypeos abiiciunt:* & alibi Aristoteles, *lib. 2. Rhetoricor.* αἰσχρὰ δὲ, ὅσα τοῦ κακίας ἕνεκα ἐστὶν, ἢ ὁμοίως φεύγειν, ἢ ῥίπτειν, τοῦ δειλίας ἕνεκα, id est, *Turpia sunt & flagitiosa omnia, quæ oriuntur à nequitia: veluti arma abiicere, & fugere, quæ oriuntur ad ignauia, seu timiditate.* Apud Iulium Cæsarem, *lib. 5. de bello Gallico*, miles quidam qui in bello Britannico clypeum amiserat, quamuis victor, tamen ab Imperatore veniam petiit.

6 ¶ Arma † itaque sunt propria militum insignia & instrumẽta, quibus nec honestũ illis est carere, & opprobrium ea amittere. Quod mordicus Galba sensit & defendit aduersus aliorũ opinionem aduersariam: is enim ob alia laudatus ridebatur maxime quod in itinere semper gladiũ accingeret iam senex, & corpore imbecillis, *Xiphilinus ex Dione, in Galba.* ¶ Alius † Theridates Romam veniens, vt videret Neronem, dum Neronem conueniret, iussus gladium quem gerebat deponere, noluit, sed potius maluit eum clauis vaginæ affigere, *Idem Xiphilinus in Nerone.* receptum enim erat & obseruatum ante, ne quis in domo seu palatio principis arma deferret sine eiusdem permissione, & eius rogatu, *§. nemo, & §. ad palatium comitis, de pace tenenda, in vsibus feudor. l. vnic. vt armor. vs. inscio princip. interd. sit, lib. 11. C. tit. 46. excepto casu l. fi. de præpos. sacr. cubic. lib. 12. C. tit. 5.* Hocq; etiam militibus vetitum, qui alioquin alibi deferre possunt, & debent. 7

¶ Ademta aliis, id est, non militibus, facultate, quibus nec 8 fabricare, nec quibus permissum fabricare, vẽdere priuato, cui nec habere licet, permissum est. *toto tit. de armis, in authen. colla. 3. tit. 11. l. vnic. tit. quorum vsus interd. est lib. 15. C. Theodos. tit. 15.* Nec licet rustico lanceam gladium, vel arma portare. Non mercatori, nisi pertranseat prouinciam, quo casu gladium suum sellæ alligare debet, vel vehiculo, non vt quem lædat innocẽtem, sed vt à prædone se defendat, *§. si quis rusticus, & §. mercator, de pace tenen. lib. 2. Feud. tit. 27. Lege Iulia*, inquit Martianus, *de vi publica tenetur, qui arma, tela domi suæ, in agrove, vel in villa, præter vsum venationis, vel itineris, vel nauigationis coegerit. Martia. in l. 1. ad leg. Iul. de vi pub. lib. 48. P. tit. 6. Nisi*, vt excipit Vlpianus, *Arma commercij causſa habuerit, hereditateve ei obuenerint, Vlpian. in l. 2. ad leg. Iul. de vi pub. P.* ¶ Annotatum † quoque est antiquitus à senatu 9 Romano, armorum mouendorum concedi facultatem etiam sub Romulo primo Romanorum rege, vt scribit Claudianus his verbis, *in laudibus Stiliconi.*

Neglectum Stilico iam per tot secula morem
Rettulit, vt ducibus mandarent prælia partes,
Decretoque togæ felix legionibus ires
Thessera.

De Annona militari.

Cap. 6.

1 *Annonæ ciuiles.*
2 *Annona militaris, & in quibus edulijs quotidie præbebatur.*
3 *Opinatores qui, & officium, & 4.*
4 *Annonæ quomodo fiebat distributio.*
Annonæ erariæ quæ. eod.
5 *Annonam exercitui missam nemo priuatus emere potest.*
6 *Tribunorum officium circa annonam.*

SVnt † in iure reditus seu pensiones, quæ panes ciuiles dicũ- 1 tur, *in l. fi. §. fin. de iure dot. lib. 5. C. tit. 12. & nouella 88.* quandoque annonæ ciuiles, *§. hæc ergo, de non alien. reb. eccles. in authen.* & salaria in diuersis speciebus de publico ministrata, *l. priuilegia, C. de sacrosan. eccles.* Quandoque & de priuato, *d. l. fin. §. fin. de iure dot. C. l. fin. de eroga. milit. anno. lib. 12.* Annonæ militaris erant ea, quæ victus causſa dabantur militibus. De annona hac & publica, nos alibi, vnde pauca subnectam. Præbebant autem qui erogabant annonam militarem, tempore expeditionis, in dies duobucellatum, in tertio panem: vno die vinum, alio die acetum: vno die lardum, biduo carnem vetuecinam, *l. 1. de erogatio. militar. anno. lib. 12. C. tit. 38.*

¶ Singulis † diebus annona itaque præbebatur, & per capi- 2 ta, id est, singulis, vt dictum est. Erant & alia quoque stato tempore, intra annum præbenda, quæ si tunc recusarent fisco post annum deferebantur, *l. fortissimi 6. de eroga. milit. anno. lib. 12. C.* Nec eorum quæ quis petere potuisset tempore fertilitatis, aut recusasset, poterat repetere tempore caritatis pretium, *l. nulli militarium, 7. eod.* Post Calendas Nouembres militibus pro annona vini, vinum non vetus tribuebatur: quoniam veteris dispendiosa esset erogatio, *l. iubemus 10. eod.* Tribuebatur & equitibus fœnum, *l. prouincialium commodis, 8. eod. tit.*

¶ Qui † annonarias species exhibebant, opinatores dicun- 3 tur, qui exigebant à prouincialibus, *l. opinatoribus 12. & l. iis scholaribus 14. de eroga. milit. anno. leg. 1. de excoctio. & translatio. milit. anno. lib. 12. C. tit. 39.* cum quibus nec poterant commercium inire, aut ab illis species mercari, ne fraus ita annonæ fieret, *d. l. opinatoribus, & l. 2. de suscepto. lib. 10. C. titul. 70.* & insisteret, vt id quod debetur, intra anni metas acciperent, *l. missis opinatores 7. de exact. tribu. lib. 10. C. tit. 19.* ¶ Distribuebant † autem illi per breuia, *l. excellentia 9. de erogat. milit. anno.* seu pictatio authentica, 4 *l. actuarij 5. de erogat. milit. anno.* vel in speciebus, vel æstimatione facta, vnde & actariæ dicebantur annonæ, *l. septem diebus 12. & l. annonas 5. eo. tit. C.* fideliter ab actuario seu erogatore, prout iuramentum eorum profitebatur. præstandæ, *l. iubemus per hanc 16. eod. tit.* Quas si quis immurauerit, pœna sacrilegij qua violantes constitutiones principis puniuntur, *l. lege repetita, 13. eod. titul.* Officium quoque opinatorum species delegatos annonarias curare excoqui, vt panis bucellatus coquatur ab iis, quibus

Digitized by Google

priuilegium singulare immunitatem non præstat vel consuetudo, *leg. prima & secunda, de excoctione & translatione milit. anno. lib. 12. C.*

5 ¶ Ceterum † τὸν τῆς στρατιᾶς σιτηρέσιον ἐδεῖς ἀγοράζειν δύναται. Annonam exercitui missam nemo emere potest: & qui cõparauerit, si honestioris fortunæ, confiscatione bonorum multatur: si abiectioris, capitali supplicio afficitur, *l. 42. in legib. Iustiniani militaribus Græcis.* ¶ Officium † tribunorum etiam est, frumentationibus commilitonum interesse, frumentum probare,
6 mensuræ fraudem coercere, *l. officium, 12. §. fin. de re milit. P.*

De Veste militari.

Cap. 7.

1 *Vestes militares quo tempore anni dabantur.*
Canon exactus ob vestem militarem, eod.
2 *Stipendia militum, vestes, annona, tergora boum, arma.*
3 *Nudi pugnabant Heruli & Gessatæ.*

1 QVemadmodum † militibus statæ annonæ erant, sic & vestes certis temporibus illis præbebantur, à calendis Septembris vsque ad calendas April. *l. 1. de militari veste. lib. 12. C. tit. 40.* Aliquibus fortissimis videlicet & honoratioribus in pretio, aliquibus autem vt gregatiis in specie, *l. si. eo. tit. ae militare vestem, C. eod.* Et ad harum vestium onera canon ex prouinciis exigebatur, *l.*
2 *2. & 3. C. eod.* ¶ Tradit † Liuius *lib. 3. decad. 3. dum agit de Pub. & Cn. Scipionum literis ex Hispaniis ad senatum missis, & lib. 6. seq.* militibus in stipendia datam non solum pecuniam, sed etiam vestimenta, potissimum hyeme, & frumentum: distributa & in stipendia militibus tergora boum, & innuit Cornelius Tacitus *li. 4. annal.* dum ait, Drusum Frisiis transrhenanis populis tributum iussisse, vt in stipendia militum tergora boum præberent. Sic & Polybius tradit, arma, vestes & frumentum, quæ militibus dabantur imputari eorum stipendiis, *lib. 6.* Plutarchus tamen *in vita Gracchi*, lege Sempronia tradit, imminuto stipendio, cuilibet militi vnam datam vestem. ¶ Forsan † Heruli vestium militarium indigni non fuerunt, vt Romani: nam ij pugnare nudi
3 soliti erant, foliis campestribus pudenda tegentes, vt scribit Cicero *pro Calio*, & Vulcatius Gallicanus *in Auidio Cassio*. Polybius Gessatas huiusmodi describit: *Qui trans Alpes*, inquit, *Rhodanum habitant, & propterea quod militiam mercenariam obeunt, Gessatæ vocãtur (nam id ea dictio significat) reges habebant bello Insubrum Gallorum cum Romanis peracto, Congolitanum & Aneroestem, ij cum Boiis & Insubribus pugnantes contra Romanos, ob magnitudinem animi & incredibilem gloriæ cupiditatem abiectis subligaculis & scutis, nudi tantum ante omnes stabant, rati per eum modum aptiores sese & magis expeditos ab bellum fore: si quidem densæ in his locis sentes implicarent vestes, & vsum armorum præpedirent, Polybius lib. 3. Histor.*

De Hospitiis militum.

Cap. 8.

1 *Hospitium alimentis connumeratur.*
2 *Hospitia militaria in castris tentoria, & alibi domus.*
Hospitiorum designatores, mensores, eod.
Metator quis, eod.
Metatum quid, eod.
Metationis castrorum forma, eod.
Tentorij erigendi vel deponendi in castris lex, eod.
Fourriers, *quare nominati, eorum pœna si quid extorqueant ob liberationem hospitij, eod. & 11.*
Hospitis signati nomen delere falsi habet pœnam, eod.
3 *Hospitiorum militum leges quædam.*
4 *Hospitij diuisio inter dominum & hospitem militem vt fiat.*
5 *Hospitij nomine quæ militibus hospitibus debentur.*
6 *Salgama quæ hospitibus præbenda.*
7 *Metatoris liberatio ab hospitio, non potest alio hospitio onerari.*
8 *Hospitij onus patrimoniale munus, & qui eo non tentantur.*
9 *Hospitiorum immunitas alios non onerat.*
10 *Hospitia militum euntium in bellum, & redeuntium vbi debent constitui.*

1 INter † alimenta & hospitia ad habitandum connumerati, quia sine his non potest commode quis viuere palam est, *l. verbo victus, de verbo. sign. P.* quanquam hospites inter peregrinos sint, nec proprie habitare dicantur, *l. 1. §. habitare, de his, qui deiecer. vel effuder. in P. l. deuotum, §. de meta. lib. 12. C.* ¶ Proinde de hospitiis
2 † militum agendum. Erant hospitiorum militarium duæ species, in castris videlicet, & in domibus, in castris tabernacula & tentoria erant. Qui ea hospitia distribuebant mensores & designatores à Vegetio dicti, *li. 2. de re militari.* Metatores vocant Iurisconsulti, *l. fin. de metat. & epidemetic. libr. 12. C. tit. 41.* & mensores etiam, *l. 1. & 2. de metat. & epideme. lib. 12. C. l. 1. de mensores. li. 12. C. tit. 28.* In castris metatũ, erat spatium loci, intra quod militem se continere & hospitari oportebat. Et Sidonius Apollinar. *in Panegyrico Anthemio dicto.*

Contrahis, aggrederis, superas, includis, & vt te
Metato spatio castrorum sardica vidit,
Obsidione premis.

De castrorum metatione & de forma seu figura, & quæ obseruanda in illa, plura colligit Alexander ab Alexandro, quę apud illum videto, *lib. 1. genial. iuer. c. 12.* & apud Polybium *li. 6. epist. vid. Ioseph. de bell. Iudai.* vbi & lex, ne cui militum prius liceat erigere, vel disponere tentorium suum, quam tribunorũ Imperatorisve tentorium erigatur deponaturve. Signabant creta, vel alia re metatores hospitia manu propria, nomine hospitis in foribus domus: quod si quis deleuisset, falsi pœna tenebatur. *l. de metatis, lib. 12. C.* à foribus & hodie isti vocantur qui metati, apud nos *fourriers, mareschals de logis.*

¶ Leges † de hospitiis militum dictæ sunt: quarum prima erit, vt illicita ministeria sub prætextu adiuuantiũ militares viros, ad concutiendos homines procedentia prohibeãtur, & deprehensa coerceantur à præside prouinciæ. Et caueatur, ne tenuis vitæ homines, sub prætextu aduentus officiorum, vel militum, limine vnico. id est, eius quod pauperi necessarium est, vel limine seu habitatiuncula vnica, vel breui supellectili, ad aliorum vsus translatis iniuriis vexentur. Ne quid sub nomine militum quod ad vtilitates eorum in commune non pertinet, à quibusdam propria sibi commoda inique vindicantibus, committatur, *Vl. in l. illicita, 6. §. illicita ministeria, cum §§. seqq. de off. præf. li. 8. P. tit. 18.* ¶ Lex † alia diuisionis domus inter hospitem, & dominum, quã insolentia militum continetur, vt distincta domo in tres partes, duas dominus sibi liberas habeat, tertiam vero hospes: ex tribus primam eligit primum dominus, secundam hospes, tertia domino relinquitur. Nisi hospites illustres sint: quia tunc media domus pars iis relinquitur. Eo tamen in omnibus his obseruato, vt ergasteria mercium causa, extra diuisionis partes dominus libera sint: nisi equites hospites sint, quibus si stabula deficiant in domo, pars aliqua ergasteriorum sine magno incommodo domini, stabulo deputatur, pœna aliter quam diximus tentantibus, si illustres sunt 30. librarum auri imposita, ceteris militia priuandis, *l. 2. de metat. lib. 12. C. & l. hac lege, 10. §. si qui illustres, eod. tit.* ¶ Hospitiorum † nomine domini tenentur præbere hospitibus, quę habitationis causa tantũ necessaria sũt, non etiam ea animalium pascua vel hominum escas. Quinimo & miles, qui ea exigit, & dominus qui etiam ea sponte exhibet, pœna affici debent, *l. deuotum, §. de met. li. 12. C. l. 3. de erog. milit. anno. li. 12. C. l. 2. ne rusticani ad vllum obseq. deuocen. lib. 11. C. tit. 54.* Ideo enim stipendia & annonas milites accipiunt, ne prouinciales onerent, *d. l. 3. de ero. milit. anno.* ¶ Forsan † vetitum non erit sal-
6 gama rustica militibus petere, videlicet τὰ σαλγάμια, quæ condita ad vsum domini seruantur, vt puta mala, pyra, ficus, vuas, rapas: nam ea vili pretio sunt, vt innuit Columella, dum ait *lib. 10.*

Tempore non alio vili quoque salgama merce,
Capparis, & tristes inulæ ferulæque minaces
Plantantur.

Verum cautum, ne quis militum, aut tribunorum, aut præpositorum, salgami nomine exigat ab hospitibus suis culcitras, oleũ, lignum nec etiam volentibus iis hospitibus auferat, *l. vni. de salgamo hospit. non præb. lib. 12. C. tit. 42.* neue balneum à domino ædium postulet, *l. hoc prospectum est, de metat. lib. 12. C.* Liceat propria auctoritate militem expellere cuiq; domino, si prægrauãdi causa in possessionem venerit, nec crimen aliquod pertimescat: cum arbitrium vltionis suæ sibi sciat esse concessum, *l. deuotum, §. eod. tit.* ¶ Qui † hospitia præbuerũt metatoribus, siue quo
7 libet pacto eis satisfecerint, nullam vel pensionis vel discutionis domus gratia molestiam sustinere cogũtur *l. omnes 9. de metat. li. 22. c. 9. C.* ¶ Hospitij † onus, munus patrimoniale est, *l. 3. de muneribus patrimoniali. li. 10. C. l. 3. §. munus, de muneri. & honorib. in P.* Idcirco quemadmodum diximus à muneribus patrimonialibus liberos quosdam esse, sic & ab hospitiis quosdam releuari annotandum est: quamuis non omnes, qui à patrimonialibus excusantur, ab hoc immunes sint, sed quibus indultum lege est: quales sunt, archiatri principis. & vrbis Romæ, literarum magistri, & artium liberalium professores, infigneſque pictores, & doctores legum, scilicet professores, *l. archiatros, de metat. lib. 12. C. l. medicos, & l. final. de profess. & med. libr. 10. Cod. titul. 51. l. final. §. final. de munerib. & honorib. in P.* Item consules, & patricii tres domos habent ab hospitio liberas, & heredes eorum: horum filii, pater, mater, soror, frater, vxor, duas. Consules tantum duas semis, & heredes eius vnam semis. Si solum consul, eodem modo. Præfecti & magistri militum, dum viuunt, duas: heredes eorum, vnam: magistri officiorum vel quæstores, vnam semis: heredes eorum, vnam. Comites domesticorum & protectorum, sacrarum vel priuatarum largitionum, singulas: heredes eorum, dimidias, vt statuit Arcadius *in l. hac lege, 10. de metatis, li. 12. C.* Immunes quoque facit Leo, decem tribunos post primicerium, ab

hospi-

Digitized by Google

hospitiis in domibus, quas habent in vrbe Constantinopolitana, *l.fin.eod. titul.de meta.* Item & prætoria ordinariorum iudicũ, *l.cunctos,3.C.eod.tit.* & fabricensium domus, *l.fabricensium, C.eod.*

9 ¶ Qui † autem immunes ab hospitiis sunt, non debent vicinos onerare: nec debent, vt illi onerentur, immunitatem impetrare, *l.omnes qui,9.de meta.lib.eod.C.*

10 ¶ Ceterum † & annotandum est, militibus ex bello redeũtibus, vel in bellum euntibus non semper hospitia in domibus priuatorum constituenda esse: sed & in turribus murorum iuxta solum, non autem in superioribus contignationibus: forsan metu proditionis, sed in pedeplanis, vt loquitur Iustinianus *in l.decretissimos 7.de metatis, li.12.C.* Sed & Plutarchus notat, morem fuisse Romæ, exercituum ductibus vrbem non ingredi, *Plutarch. in Pompeij vita.* At dum in præsidio milites sunt, placuit Francisco I. eius nominis Regi Gall. intra mœnia vrbium hospitari debere, *Ordonnances du Roy Francois sur le faict de la guerre, artic.* 3. vtque si quis ex ciuibus, vel caminum vel stabulũ domus suæ corruperit deiecerit ue, ne milites reciperet, domo ita illis reddita inutili cogeretur reſarcire & reficere, & mobilia inde ejecta restituere in formam pristinam. Ceterum supellectilia militibus concedi cum inuentario iudice loci auctore, & ex eodẽ restitui, antequam inde migrent, *ead.const.art.7.& 8.*

11 ¶ Edidit † & idem rex caput aduersus metatores militum, vt si quis prætextu officii aliquid à dominis domorum extorserit, ne ibi signaret, vel designaret hospitia, furca suspendatur, *ea. const.art.23.* Demum vt qui ab exercitu cum commeatu impetrato & subscripto à suo duce recedunt, non hospitentur gratis, sed in publicis hospitiis, more aliorum viatorum, *eod.artic.26.*

De Prædiis & Castris militibus assignatis.

Cap.9.

1 *Prædia militaria.*
Prædia in vsum vel opem militiæ à priuatis relicta.
2 *Castella militum limitanea.*
3 *Magistri militum cura circa castella limitanea.*

1 IN † feudorum tractatione docuimus, aliquando distributos fuisse agros, potissimum limitaneos, militibus, vel pro onere militiæ *vel in agris, de acq.rer.dom. in P. l.omnes fundi, 8.de fundo patr mo.lib.11.C.tit.61.* quos ipsi suo labore curarent, eosdem & defenderent, omni tributo remisso, *l.fin.de fu.du limit.lib.11.C.tit.59. l.in nomine Domini, de offi.præfect.præto.Afri.l.1.titul.30.* de quibus iterum non loquar, sed addam, & à priuatis etiam in vsum militiæ fundos relictos aliquoties, vt ex illorum prouentibus militibus stipendia darentur, *l.1.de finib. limit.lib.11.C.*

2 ¶ Erant & castellorum loca in oris regni, quæ ab aliis, quã à militibus non poterant detineri, vt si priuati castellani inuẽti essent non milites, capitali sententia plecterentur, *l.2. eod tit. de fundo patrimon.* Quia priuato custodia limitis imperii committi non debet, *l.lectum, de operib.publ.in P.* propter periculum vicini hostis & proditionis. ¶ Quinimo † & cura magistris militum olim erat, ob eundem metum, vt etiam castella per
3 milites possessa limitanea, & ciuitates per limites constitutas, quæ ad iustam magnitudinem accederent, ita disponeret & circumcideret, vt per paucos possent defendi & tuto conseruari, *d.l.in nomine Domini §.interea, de offi.præfect.præto.Afri.*

De Officiis militum, & pœnis in illis delinquentium.

Cap.10.

1 *Militare crimen quod dicatur.*
2 *Militares leges de non detrectanda militia, de se non dedendo, de obedientia præpositorum mandatis.*
3 *Purgandum non esse, nisi iussu imperatoris exercitus exemplis vindicta docetur.*
4 *Militum contumacia plectenda.*
5 *Militibus vallum, aut agmen non licet excedere.*
6 *Miles manus inferens, aut eum deserens, aut contumax præposito quomodo puniendus, & 12.*
7 *Seditionem mouens in exercitu miles, vt puniatur.*
Commilitonem vulnerantis pœna, eod.
8 *Leges de disciplina militum ab Aureliano præscripta.*
9 *Pugnæ initium apud Romanos præcedebat adoratio Dei.*
Religio in castris obseruata, eod.
Plenilunij in pugna obseruatio. eod.
10 *Miles ab audito tuba distans inter hostes.*
11 *Miles deflectens à via itineraute exercitu puniendus.*
12 *Ordines deserere pœnam habet capitalem.*
Custodiam deserere capitale, eod.
Sortitio ad pœnam militare supplicium, eod.
Stare pœna militaris, eod. & 15.
Scutum præferre pœna militaris, eod.
13 *Stationem relinquere capitale.*
14 *Militiam duplicem nemo habeat.*
15 *Commeatum quo tempore militibus dare non liceat, eod.tit.*
16 *Desertionis crimen diuersum & pœna, & 17.*
Desertor quis, eod.
Emersor quis dicatur, eod.
17 *Fugitiuus quis.*
Erro quis, eod.
18 *Pugnantibus aliis, non pugnare, capitale, & 21.*
19 *Pœna militaris, milites inter sarcinas & captiuos ponere, fractis hastis.*
20 *Miles iniussu magistratus, ne alio se transferat.*
21 *Miles ne commilitonem pugnantem deserat.*
Transfuga qui.

OFficium regentis † exercitum in duobus consistit, videlicet in danda & conseruanda militari disciplina, *l. officium, §.1.de re milit.P.lib.49.tit.16.* Quam qui offendunt, militare crimen committunt: vt si extra hanc disciplinæ rationem delinquant, commune crimen admittere dicuntur, *l.2.eod.* 1

¶ Leges † militares formulam, & viuendi, & officii præscripserunt, quarum aliquas recensebo, additis pœnis eorum qui ab his declinant: & ita delictum militis est, quod aliter, quam disciplina militiæ exigit, committitur, vel segnitie, vel contumacia, vel desidia, *l.omne delictum, 6.eod.* Prima erit, ne quis munus militiæ detrectet, nec ei se vel suos subtrahat, alioquin pœna imminente legibus imposita, *l.4 §.grauius autem, & §§.seqq.eod.* Ne se dedat cui non licet, hocque crimen augetur, vt in ceteris delictis, dignitate, gradu, specieque militiæ, *l.2.§.fin. eod.* Obediant milites præpositis, & mandata eorum exsequantur: aliter peccatum desertoris subeant, *l.3.§.si præsides, eod.* Ne prohibita à duce faciant, vel mandata omittant: alioquin capite puniantur, etiamsi res bene gesserint, *l.3.§.in bello, eod.de re milit. l. omne delictum, §.contumacia, eod. si mil. lex 12. in militaribus Iustinia.* 2

¶ Q. Fabius † Rutilianus magister equitum à Lucio Papyrio cursore dictatore virgis iussus cædi, quod exercitum eduxisset aduersus Samnites sine eius iussu, quamuis eos fudisset, *Valer. Max. li.4.c.2. Eutropi. li.2. Pli. lib.de vir illustribus.* Vt & Posthumius Tiburtus, & Manlius Torquatus, filios etiã prouocatos ab hoste & victores, iusserunt occidi, quod non exspectato Imperatoris iussu pugnassent, *Val.Max. li.9.c.3. Oros. l.b.3.c.9.* 3

¶ Et multo † grauior contumacia erit ipso contemtu. Nã vt docet exemplo & responso P. Crassi Mutiani Gellius, corrũpitur & dissoluitur officiũ Imperatoris, si quis ad id quod iussus est non obsequitur, & consilio ducis non considerato, arbitrio respondeat, *Gell.lib.1.c.14.* 4

¶ Qui † agmen excesserit, ex caussa vel fustibus cæditur, 5
vel mutare militiam solet. Nec non & si quis vallum transcendat, aut per murum castra ingrediatur, capite punitur: si vero fossam transilirit, militia reiicitur, *in l.29.militar.l.Iustinian. 3. §.in bello, de re milita. vide Const. Harmenopo. lib.1. tit.16.* Hoc enim & in muris publicis & fossis capitale perpetuo fuit crimen, *l.fin. de rer.diuis. in P.*

¶ Qui † manus intulit præposito, capite puniendus. Augetur & hoc crimen qualitate seu dignitate præpositi, *in l.omne delictum, §.1.de re milita. c.homo Christianus. 40.dist. nec in l.11.& 12.& 13.leg.milit.Iustin.* Sicut & contumacia, irreuerentia omnis aduersus ducem vel præsidem militis, capite punienda est, *d.l.omne delictum, §.contumacia. l.milites agrum, 1 §.irreuerens, de re milit.P.* Eadem capitalis pœna ei imposita, qui præpositum suum deseruerit, vel protegere noluerit, *l.3.§.si.& d.leg.omne delictum.§.fin. eod.tit.l.1.& 2.§.cum dominus, ad Syllania.P.& l. 31. leg. mili. Iustin.* 6

¶ Ad † contumaciam seditio pertinet mota inter milites, 7
quæ si atrox, capite punitur: si intra vociferationem, vel leuem, habet è gradu militiæ reiectionem, *l.3.§.qui seditionem.de re mil. P.& l.13.leg.militar.Iustin.* Lex Rotharii inter Langobardos, animæ, id est, vitæ periculum in eos statuit milites, qui contra principem, vel in eum quem illis præposuerit, eam mouerit, *l. 5.tit. de malefic.lib.1.leg. Langobard.* Scipio Africanus, in castris Hispaniæ seditiosos milites nudos protrahi iussit, & ad palum deligatos, virgisque cæsos securi percuti, vt auctor Liuius *li.8.decad.3.* Sed plura alibi de seditiosis suo loco in crimine læsæ maiestatis humanæ. Porro, qui commilitonem vulnerauerit, si quidem lapide, militia reiicitur: si gladio, capite plectitur, *l. omne delictum. 6.§.si quis commilitonem.de re mili.in P.*

¶ Leges militares † Aurelianus Cæsar tribuno præscripsit 8
huiusmodi, *Flauj. Vopisc. in Aureliano: Nemo pullum alienum rapiat, quem nullus contingat, vuam nemo auferat, segetem nemo deterat, oleum, sal, lignum nemo exigat, annonas suas quisque contentus sit. De præda hostium, non de lacrymis prouincialium habeat. Arma ter-*

Digitized by Google

sa fiat, ferramenta Samiata, calciamenta fortia: vestis noua veterem excludat. Stipendium in balteo, non in popina habeat. Equum saginariũ suum dejicit, captum animal non vendat, malum centuriatum communiter curet. Alter alteri quasi seruus obsequatur, à medicis gratis curentur, aruspicibus nihil dent, in hospitiis caute se agãt. Qui aliter fecerit,

9 *vapulet.* ¶ Romani quoque,† qui maius momentum in religionis obseruantia, quam in vincendis hostibus posuerunt, initio pugnę ex more Deos suos adorare & venerari soliti erant, *Plutarch. in vita Marci. Cœli. Rhord. li. 5. c. 27.* Lacedæmoniis ante plenilunium in aciem prodire, lege non licebat, *Suidas in Hippia.* Aliquando & Iudaicus populus à bello abstinuit Sabbatho, ob Dei honorem: donec necessitas Machabeos legem &

10 vitam illo die arma sumere coegit. ¶ Lex † alia militaris, militem ab auditu tubæ exercitus distantem, in hostium referebat

11 numerum, *App. Alexand. in Lybico.* ¶ Alia Alexandri Cæsaris, vt si quis de via in alienam possessionem deflexisset, pro qualitate loci aut fustibus subiiceretur in conspectu Cęsaris Alexandri, aut virgis, *Lamprid. in Alexan. facit. l. 3. versi. sed qui agrum, de re milit. in* P. Sic Philippus Rex Macedonum Aphthonetum flagris cecidit, quod cum sitiuisset, acie deserta, digressus ab itinere in publicum hospitium diuertisset, *Ælia. li. 14. de var. hist. ca. fin.*

12 ¶ Refert † & Appianus eos, qui seditionem in exercitu concitassent, qui custodiam, aut ordines in bello reliquissent, sorte delectos morte mulctatos, *Appia. lib. 3. bell. ciuil.* Est enim digna obseruatione lex, ordines ne quis deserat. Atque pœna aliquando non seruati ordinis, ignominiæ caussa stare, & scutum prę se ferre. Qua damnatus sub Lysandro classis Lacedęmoniorum præfectus Dercyllides à Pharnabazo accusatus, *Xenoph. li. 3. rer. Græcar.*

13 ¶ Suidas † autem apud Romanos capitale fuisse tradit deseruisse munus suum, stationem seu aciem, *Suid. in ver. ἐφεδρία.* Modestinus eum qui stationis munus relinquit, pluscquam emansorem esse dicit, & pro modo delicti aut castigari, aut gradu militiæ deiici, *l. 3. §. qui stationis, de re milit. P.* Et ex eodẽ legio si deficiat, solet militia auocari, *d. l. 3. §. fi.* Gratianus, Valens Theodos. Cęsares iubent, ne milites & tribuni per possessiones vagentur, sed vt remaneant cum signis propriis, & in mansionibus solitis ac publicis: alioquin grauiori supplicio indicto, *in*

14 *l. tribuni. 11. de re mil. l. 12. C.* ¶ Hinc † mutuatur rationem lex, ne quis duplicem tractet eodem tempore militiam, *l. fi. qui mili. non possit. l. 12. C. facit l. fi. de assess.* C. *& c. de multa. de præben.* quia militia assiduum exigit militẽ, nec momento abeuntẽ. Imo lex Iustiniani Græca sanciuit, *l. 22. in legibus mili. Iusti.* vt miles capite puniatur, qui tempore pugnæ, vel dum acies ordinatur, statione aut signo relicto fugerit, aut ex loco prosiluerit, in quo ordinatus, cadaueris spoliandi caussa, aut ad hostes temere prosequẽdos, vt pote qui ordines aciei dissoluerit, & sociis suis insidias parasse videatur. Imo nec licet à numeris ad alios numeros milites transferre, nisi augusta maiestas vtilitatis publicæ caussa hoc fieri iusserit *l. contra publicam. 14. de re mil. li. 12. C. gl. in c. ad apostolicam. in verb. ad prohibendum. de regula.* Neque ipsis ducibus permissum passim tempore belli commeatum militibus dare, pœna capitali & dantibus & accipientibus imminente, *l. 1. de commeat. lib. 12. C. tit. 43. l. non omnes. §. 1. de re milit. P.* nisi paucis & ad breue tempus & non vrgente opposito hoste, *l. per hanc. §. vt autem. de eroga. milit. anno. li. 12. C.* & expositis prius causs s profe-

15 ctionis, *l. nemo miles. 13. eod.* Gracchus † consul in secundo bello Punico, exercitum Volonũ, quod in prælio socios deseruissent, iussit stando cibum capere per omne belli tempus, *Liuius li. 4.*

16 *decad. 3.* ¶ Desertionis † crimen gradus habet quia diuerso modo habet delictum. Si quidem desertor iure dicitur ciuili, qui per prolixum tempus euagatus reducitur, *Modestinus l. 3. §. desertor. de re mil. in P.* & qui belli tempore abierit à signis, *l. 1. §. desertor. de desertorib. li. 12. C. tit. 46.* In quo postremo differt ab emansore, qui is est, qui postquã diu vagatus est, in castra reuertitur, *d. l. 3. §. mansor.* Iis proximus est, qui ad diem commeatus nõ venit, & in eum, perinde ac in desertorem & emansorem statuendum: facta tamen prius copia dicendi, num qua iusta caussa detentus excusari potuerit, *d. l. 3. §. ad diem commeatus*, & qui commeatus spatium excessit in eadem caussa est, *l. qui commeatus. 14. de re milit.* Edictum Germanici desertorem militẽ faciebat, qui diu affuisset: vt is inter emansores haberetur. Leuius tamen delictum emansoris, velut in seruis, erronis: grauius desertoris, vt in seruis fugitiuis, *l. 4. §. edictum Germanici, de re milit. in P.* ¶ Plane fugitiuum † dicunt leges eum, qui ita consilio capto à domi-

17 no aufugit, ne ad illum postea reuertatur. Erronem vero pulsillum, fugitiuum, qui non quidem fugit, sed frequenter sine caussa vagatur, *Vlp. in l. quis est fugitiuus. 17. cum suis §§. & §. erronem. de ædil. edict. lib. 21. P. tit. 1.* Examinantur autẽm caussæ semper emansionis, quis, & vbi quis fuerit, quid egerit: & datur venia valetudini, affectioni parentum & affinium, *l. 4. §. examinatur. de re mil. in P.* Pieras enim in proximos sæpe præsumtionem doli mali pellit. Et si seruum fugitẽ persecutus est, vel si qua huiusmodi caussa fuit, *Vlp. in l. 3. §. si eum quis retineat. de libero hom. exhib. li. 43. P. tit. 28. l. 2. de except. in* P. Nec omnes deserrores simili ter puniuntur, sed habetur ordinis, stipendiorum ratio, gradus militiæ, loci, muneris deserti, ante actæ vitæ, si solus, vel cũ aliis deseruerit: num crimen desertionis solum sit, vel aliud habeat coniunctum, & temporis, quo in desertione fuerit. Qui in pace deseruit eques, gradu pellendus: pedes, militiã mutat. Qui autem in bello, vterque capite punitur. Crimen adiectum desertioni grauiorẽ addit pœnam. Desertor ex prima desertione, capite punitur in vrbe inuẽtus: alibi, ex prima desertione distituitur, ex secunda capite punitur. Desertor se offerens: ex indulgentia principis in insulam deportatur, *l. non omnes. 5. cum seqq. §§. de re milit.* Iustinianus tamen mitius agens, ait desertorẽ qui sponte processerit, peccati anterioris supplicium timere non debere, *in l. 1. §. desertor, de desertorib. li. 12. C.* qui desertorẽ scienter receperit & celauerit in domo vel agro, & is capite punitur, & domus fisco defertur, *l. 1. eod. tit. Si quis*, inquit Carolus Magnus, *adeo cõtumax aut superbus exstiterit, vt dimisso exercitu absque iussu aut licentia regis domũ reuertatur, & quod nos Theutonica lingua dicimus eriflex fecerit, ipse vt reus maiestatis periculũ vitæ incurrat, & res eius fisco nostro seruẽtur, in constitutionib. Caroli Magni, in capitularibus additis ad leges Longobard. tit. de desertorib.* Scipio militarẽ disciplinã apud Numantiam corrigens, quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, viribus: si extraneus fustib. cęcidit, *l. 58. Epitoma Liuij.* Aliquãdo, si miles ad exercitũ non rediisset, consul eũ & bona eius vẽdere iussit, *lib. 11. Epitoma. Liuij.* ¶ Tempore † quo est pugnandũ, non pugnare, & ita 18
munus suũ deserere, grauius crimẽ est: vtpote proditionis speciẽ habens, & seuerius idcirco, & morte vindicatur. Eo nomine Lætus dux exercitus Seueriani Cæsaris, capite dãnatus, post cõmissum prælium Lugdunense, quod aliis pugnantibus à prælio spectator abstinuisset, *Herodia. lib. 3.* Eadem ratione & Metius Suffetius dux Albanorum, cum exercitu ab Alba, à Tullio Hostilio in auxilium accitus contra Veientes, cum à pugna se subtraxisset in montem, vt pugnantium videret exitum, & fortiori postea se iungeret, vt proditor in diuersas partes distractus, arboribus in diuersa tendentibus, pœnas meritas rependit, *Liuius li. 1. deca. 1. Oros. in 2. c. 4.* Scribit & Gregorius Turonensis *libr. 2. historiæ Francor. ca. 41.* Clodoueum Francorum regem indignatum contra Chararicum in auxilium vocatum, quod is, dum cum Siagrio pugnaret rex eminus stetisset neutram partem adiuuans, exitum exspectãs, vt cum eo qui vinceret amicitiam iniret, Et ideo tandem capitali cum filio, eum supplicio affecisse. De his etiam, qui non pugnant aliis pugnantibus, in proditorum serie, dũ ageremus de crimine immunitæ humanæ maie- 19
statis egimus. ¶ Subiũgam † tamen aliam pœnam, quæ etsi capitalis non fuerat tamẽ sæuior ob ignominiã diuturniorẽ viderur nobilib. & genere illustri natis. De qua apud Ammian. Marcell. *li. 25.* qui refert tertiariorũ equestrem numerũ à legionib. incusatum, quod cum ipse aduersum hostium irrumperent acies, illi paulatim dilapsi alacritatem pene totius minuissent exercitus: vnde commotus ad indignationẽ iustã Imperator exercitus, ad emtis signis hastisq; diffractis omnes eos qui fugisse arguebantur, inter impedimẽta, & sarcinas & captiuos, agere interim posuit, ductore eorũ, qui fortiter solus decertarat. aliæ turmę appositio, cuius tribunus turpiter prælium deseruisse annuntiabatur. Abiectos quoque fuisse sacramento alios quatuor, ob flagitium simile vexillationum tribunos. Scribit & Gellius *lib. 10. ca. 8.* quod & fuit antiquitus militaris animaduersio, in bere militi ignominiæ caussa venam solui, & sanguinem dimitti quod opinatur factum in militibus stupentis animi, atque à naturali habitu declinantis, vt non tam pœna quam medicina videretur. Postea tamen ob pleraque alia delicta, idem factitatum per cõsuetudinem: quasi minus sani viderentur omnes qui delinquerent. ¶ Huc † addenda Lacedæmoniorũ lex, quam ab Ægyptiis 20
acceperunt, neminem bellatorum citra magistratuum consensum alio se conferre, *Isocrates oratio. 5. quæ inscribitur Helenæ encomium.* ¶ Lex † Rotharij Langobardorum regis, *Si quis* 21
contra inimicum pugnando, collegam suum dimiserit, aut astalium fecerit, si eum deceperit, & cum eo non pugnauerit, animæ suæ detrimentum patiatur, li. 1. legum Langobardo. tit. de malef. 6. Fustuarium etiã apud Ciceronem meruit, qui consulem reliquerit, *Cicer. 3. Philippica.* Et Francis etiam, deseruisse exercitum capitale, quod illis sua lingua, *Heriſchlitz*, *Beat. Rhena. lib. 2. rer. Germanicarum.* Defunctorum in desertione bona, confiscari Marcus & Antoninus CC. statuerũt, *l. 4. de re milit. li. 12. C.* Disciplina antiqua Romanorum secundum Polybium, ex desertoribus pluribus, quidam coram omnibus militibus sorte eximuntur, arguuntur, fustę cæduntur, nulla deprecatione admissa. At reliqui, hordeo illis pro tritico demenso, extra vallum muniméta tendere iubentur, *Polybius, in Sex.* ¶ Inter † desertores transfugæ quoq; an- 22
numerandi, qui malo consilio & proditoris animo patriam relinquunt, *Paulus in l. postliminium, 19. §. transfugæ. de capt. & postlimin. reuer. li. 49. P. tit. 15.* Sed desertoribus quibusdam leuior pœna. Magis delinquit emansore desertor, & desertore transfuga: & ita oblatus desertor, vel à se, vel ab alio, ex quibusdã caussis pœnam euitat desertionis, *l. 4. §. edictum, de re mili. in P.* Deportatur tamen qui non nisi post quinquennium, se obtulit: nisi minuenda pœna sit deteriore militia, si pater filium offerat, ne ad supplicium pater videatur obtulisse, *l. milites. 13. §. desertorem, eod. tit. P.*

Digitized by Google

sit.P. Transfugas, sicut & consiliorum nostrorum renuntiatores, scilicet hostibus, aut vivos exuri, aut furca suspendi debere respondit Paulus *l.si quis aliquid.38.de pœn.lib.48.P.tit.19.* Atq; Modestinus, cum qui ad hostes transfugerit & redierit torquendum esse, & ad bestias damnandum, respondit, *Modest in l.3.§.is qui de re mil. P.* Marcellus transfugas, vbicunq. inuéti fuerint, quasi hostes interimere licere quoque statuit, *l.eiusdem.3.§.si. ad l.Corn.de sicar.li.48.P.tit.8.* Quod & probat Iustinianus in desertoribus, si illi armis resistendum esse putarint, *in l.2.de desert.li.12.C.* Arrianus Iurisconsulti qui transfugit, & postea multos latrones apprehendit & transfugas demonstrauit, posse parci ex edicto Adriani Cæsa. tradit: & tamen pollicenti ea, nihil permitti oportere. *l.non omnes.§.si.de re mili.P. argu.l.quisquis, §.fin. ad l.Iul.maiesta.C.l.1. C.de his qui se deserunt.*

Leges circa segnitiem militum.

Cap. II.

1 *Miles laboribus assuetus esse debet.*
2 *Militum pauidorum, & primo fugientium pœna.*
3 *Excubias relinquentium pœna.*
Excubiarum circuitio, & mutatio & partitio vigiliarum, eod. & 4.
4 *Tribunus vigilias circumire debet, & pœna non circumeuntis.*
Pœna vinum sepeliri. eod.
Pingues habiti ignaui, & equo priuati.

1 MIlites † inter cetera & laboribus duratos & vigilantes esse pars est: cum in bello non liceat bis peccare: *Miles*, inquit Seuerus Cæs. *labore probatur, non mollitudine, Herodianus, li.2.hist. Cæsarum.* Et Vlpian. *Milites*, inquit, *appellantur à mollitia*, id est, duritia, quam sustinent, per antiphrasim, *l.1.§ milites autem, de milit.test.in P.* Quemadmodum quoque Sextus Pompeius Festus notat *lib.de verb.sign.*

2 ¶ In † hac igitur etiam disciplinæ militaris parte, & leges constitutæ in pauidos & segnes. Prior illa. *Qui in acie prior fugam fecit, spectantibus militibus, propter exemplum capite punitur, l. omne delictum.6.§.qui in acie, de re mili.in P.* In pari pœna caligatus est, qui metu hostium, languorem simulauit, *d.l.omne, §.exploratores.* Qui filium suum, vt antea diximus, subtrahit militiæ belli tempore, bonorum parte mulctatur, & exsilio: si in pace, fustibus cædi iubetur: filius in deteriorem militiam mittitur, *l.4.§.qui filium, eod.tit.P.* Qui filium debilitauit, delectum per bellum indictum, vt inhabilis militiæ sit, deportatur, *d.l.4.§.eum qui filium.* Pusillanimes quoque existimati, qui se impatientia alicuius doloris, aut tædij vitæ, aut morbi, aut furoris, aut pudoris, vulnerauerint vel mortem consciuerint, & cum ignominia mittuntur: & si nihil horum prætendant, capite puniantur, *d.l.omne delictum.6.§.qui se vulnerauerit, eo.l.si quis aliquid. §.fi. & l.respiciendum.§.20.de pœn.in P.l.1. & 2. de bonis eorum qui mor. sibi consciuerunt, l.in fraudem, §.eius, de iur.fis.cum sim. in P.* Iustinianus, eum qui flagitiosa ignauia delitescit inquiri, & inuentum degeneris mortis gladium subire iubet, atque rectores prouinciæ, qui hoc crimen vel gratia vel dissimulatione distulerint vindicare, patrimonij & existimationis damno subiicit, & priores officij capitali supplicio, *Iustin.in l.1.§.fi.de desertor.li.12.C.* Polybius quoque testatur, probro fuisse inter milites Romanos, falso dicere apud tribunos se strenue gessisse in hostes, dispositiones, præsidij locum metu reliquisse, telum aliquod ob metum abiecisse, *Polyb. in 6.*

3 ¶ Qui † excubias palatij deseruerit, capite punitur, *Paul.qui excubias.10.de re milit.in P.* Callistratus autem notat milites custodias derelinquentes in periculum deduci, & pro modo negligentiæ vel coerceri, vel militiam mutare, vel vltimo supplicio affici, *l.milites.12.de custo.reor.li.48. P.tit.4.* Quod Neratius firmat, *l.fi.eo.tit.de custo.reo.in P.cum simil. ibi nota.* Epaminundas, cum custodia stationésque circuiret, vt disciplinam exemplo stabiliret, sopitum militem gladio transfixit, asserés quod qualem inuenerat, talem reliquerat. *Castris metatis*, vt ait Polybius *lib.6. tribuni exigunt à singulis nihil furto è castris ablaturos: postea excubias circa castra vallata ponunt, vigilias & circuitiones noctu agunt, scilicet Romani. Aliqui præcedenti die admoniti per singulas vigilias, & aliqui certas circumeunt, alij post eos sequuntur. Qui circuit à singulis vigilibus accipit notas & suas tesseras. Si inueniat vigiles dormientes, vel reliquisse custodiam, cum socijs attestationes accipit, & mane apud tribunos producit tesseras, ex quibus cognoscitur qui reliquerint custodiam, & tribuno custodiæ vocato, res agitatur: si damnetur, fuste cæditur. Idem & si quis vigiles eos calumnietur.* Fuisse in castris vigilias quatuor ternarum horarum, vbi & singulis ignes noctu, tradit Diodor. Siculus *li. 19. Bibliothec.*

4 ¶ Inter † ea quæ officij, quæ plura sunt, *undecim munera & officia tribunorum militum, adfert & probat lib.4.Commentari. reip. Roman.c.10. Volphgangus Lazius*, tribunorum sunt, & illud est, circuire vigilias seu excubias, *Martia.in l.officium.12. §. fi.de re mili.in P.* Quamobrē P. Pilius triumuir nocturnus, à Pub. Aquilio tribuno plebis accusatus, nam hæc cura ad ædiles tribunósque plebis pertinebat, populi iudicio concidit, ob id, quod vigilias negligentius circuierat, *Valer. Maximus, li.8.c.1.* Opilius Macrinus tribunum qui excubias deseri passus est, rotali carpento super annexū, per totum iter viuum atque exanimem traxit, *Iul. Capitol.in Macrino.* Apud Plinium Liuium & alios, canes qui custodiæ causa nocturnę, in capitolio alebantur, quod obdormissent, nec detexissent hostium aduentum, Romæ furca fixi & suspensi sunt, vt hominibus exemplo essent, non esse custodias & vigilias segniter agendas vel omittendas. Leonem Basilij Imperatoris filium, Cæsarem etiam, excubiarum maxime curā gessisse, factum eius singulare testatur, de quo Luithprandus Tonnensis *de reb. per Europam gestis, li.1.c.3.* meminit. Is enim vt experiretur diligentiam custodiarum & excubiarum, quæ ob metum vicinarum gentium disponuntur singulis noctibus per ciuitatem Constantinopolim, edicto, vt si quis noctu eat, cæsus carceribus mancipetur, vt postea mane de eo iudicium habeatur, ipsemet incognitus solus, noctu in custodias data opera se coniecit, dicens se proficisci in lupanar, & corrupta prima custodia duodecim aureis, processit: inciditque in secundam, quā & viginti aureis datis euasit: in tertiam postea veniens, cæsus & carceribus mancipatus. Verum ipse se declarans carcerum præfecto, in sedem veniens, postea exsilio mulctauit primam & secundam custodiam, & tertiæ harum & alia bona dedit. Ad diligētiam militarem pertinet lex antiqua Francorum, ab Herinero rege decimonono eorum lata, huiusmodi: *Princeps sub rege Francorum in potestate ducali constitutus, diligenter sibi commissam prouinciam tueatur. Quod si negligentia eius subintrauerint hostes regionem si gentem læserint nostram, aut si incolas terræ spoliauerint, medium bonorum suorum regis marsupio pendat, & dux non sit amplius, sed priuatus viuat honore. Si volens introitum hostibus permisit, sepeliatur vivus, aut capite puniatur: vxores vero eius cum liberis, & rebus omnibus regis ministerio cedant, Ioan. Tritemius, li.1. Breuiarij historiæ Francorum, in 19. rege.*

5 ¶ Ignauiæ † signum arbitrati sunt in milite antiqui, pinguem esse: ideo censores, vt tradit Gellius, nimium pingui homini & corpulento equum adimere soliti erant, minus idoneum cum rati cum tanti corporis pondere ad faciendum equitis munus, sine ignominia tamen, *Aulus Gellius lib.7.c.22.*

Delictorum aliorum in militibus pœnæ ex aliis legibus.

Cap.12.

1 *Militis furantis pœna, & virginem corrumpentis, extorquentis pecuniam transeundo.*
2 *Milites vt plerumque iniquissimi quare.*
3 *Milites mortui sepeliendi.*
4 *Prædæ diuidendæ lex Dauidis.*
Prædam cum hostibus diuidens, viuus comburendus, eod.
5 *Impedimenta milites ne ducant.*
6 *Milites sua animalia à pascuis publicis & priuatis contineant.*
Milites oppidano pro suis equorúmve alimentis gratis quippiam, sineve mercede extorqueant, eod.
7 *Chirographum intercipiens miles puniendus.*
8 *Scorta in exercitu non ducenda.*
9 *Milites ex cuius permissione, & quomodo ab vnius ducis in alterius ducatum transferantur.*
10 *Militis legendi caussa ex non accipiendum.*
11 *Pœnæ militares quædam in summa.*

ALIæ † superioribus annectendæ leges: *Qui aliquid per vim sustulerit, in illis ipsis locis, in quibus peccauerit, in crucem tollatur, Vulcatius Gallicanus in vita Clasij:* ὁ στρατιώτης βιαζόμενος κόρην ἢ θυγατέρα αὐτοῦ, ἢ γυναῖκα ἢ δοῦλον ἢ δούλην ἢ τὸ τρίτον τῶν ἑαυτοῦ ὑποζυγίων, *in legib. militaribus Iustiniani. l.36.* id est, *Militi, qui vi puellam corruperit, nasus amputator: dat. insuper tertia bonorum suorum parte. Miles quocunque loco furetur rem qualemcunque duplum reddat, militiaque eiiciatur, l.38.eod.* Reliqua vide de furto, proprio titulo de furtis. Non autem est omittenda lex Iustiniani. quæ quotidianum crimen habet, *l.42.eod.tit.* οἱ ἔπαρχοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς διασπίζοντες τὸ στρατιωτικὸν, εἰς ἀγυρτείαν τρεπόμενοι καὶ χωρία, τὸ δίκαιον κερμαδίζοντες. *Duces; & quotquot exercitum obseruant, si à locis quæ transeunt pecunias extorserint, in duplum condemnentur.* Monuit Diuus Ioannes Baptista, vt milites contenti essent stipendiis suis, neminem concuterent, nemini calumniam inferrent, *D.Lucæ.c.3.* Militibus quoque edixit Pertinax Imperator Romanus, ne cui ex populo cōtumaciam facerent, neve quem viatorem pulsarent, *Herodian. li.4.* Quæ lex fuit † & est maximè necessaria, cum semel sanguine efferati animi vix mansuetudine contineri possint. Et,

Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur:
Venale sequeque manus ibi fas, vbi maxima merces, Luca. li.10.

Et vt loquar cum Lucano *lib.2.*

Quemque sua rapiunt scelerata in prælia caussa,
Hos polluta domus, legesque in pace timentes,

Digitized by Google

Hos ferro fugienda fames, mundique ruina
Permiscenda fides, nullum furor egit in arma:
Castra petunt magna victi mercede.

Statuit Iustinianus etiam, ne qui relictis militaribus castris, se ad depopulationem, vel latrocinium contulerint, seueritatem iudicis euadant *l. fi. de desertorib. li. 12. C.* Anastasius Cæsar, eosdē iubet à grauamine subditorum abstinere, *l fi. §. erit autem de re milita. li. 12. C. idem Iustinia. in l. 3. de eroga. militar. anno. li. 12. C.* ¶ Lex 3 quoque † alia, vt sepeliantur mortui milites. Hac de causa Athenienses decem Imperatores suos, & quidem à pulcerrima victoria redeuntes, capitali iudicio condemnarunt, quod militum corpora, licet maris sæuitia interpellante, sepulturæ non dedissent, vt scribit Valerius Maximus *li. 9. c. 8* Belli lex alia, victos in victorum potestate esse, de qua iam egimus in seruitute personali. ¶ Do † præda alia Dauidis æqualem partem esse militum pugnantium & remanentium ad sarcinas, *1. Reg. 30. & Ioseph. lib. 6. Antiquit.* Et de præda quoq; paulo post inter acquisitiones rerum ex iure gētium. Addenda lex, vt qui scelerata factione inita cū barbaris facultatem deprædationis in Romanos seu suos dederit, viuus comburatur: idipsum si eam alio modo factam, cum illis diuiserit, *l. si quis barbaris, 9 de re mili. lib. 12. C.* ¶ Cauit 5 Franciscus † primus huius nominis, ne quis miles in expeditione ducere t clitellarios, seu arcarios, impedimenta videlicet, quę dicuntur *bagage in constitut. Francis. 1. sur le faict de la guerre, art. 4.* 6 ¶ Et † vt militum animalia à pascuis publicis & priuatis simul prohibeantur, statuit ius ciuile, *l 2. & 3. de pascuis pub. & priuat. li. 11. C. t. 60.* & sanciit Franciscus primus rex Galliæ, vt suis suum tribus, & sibi & suis equis milites escas compararent, neve earū nomine oppidis infesti essent: alter latrunculatoris mareschalchorum notio & coercitio esset, vel eo dissimulante iudicum locorum. Insuper, vt æstimatione iuste imposita rebus venalibus, eadem mercentur, *in constitut. Francis. 1. sur le faict de la guerre, art. 5. &c.* ¶ Nihil † nisi ab spontaneis dominis capiant, & eorum nomine, vel soluant, vel caueant chirographis Et ne licentia armorum abutantur, aduersus bonam fidem, & sub ipsa solutionis futuræ mutuāres, atq; in eos qui, vt ait Iuuen. *Sat 13. & si.*

Vana supernacui dicant chirographa ligni.

Statuit vt miles, qui extorserit chirographum ab huiusmodi creditoribus metu, vel vi vel iisdem illicitis mediis sibi accepti lationem fieri coegerit, vel extortum ruperit inciderit ve, exemplari supplicio à latrunculatore vel magistro militū, siue, vt vocat gubernatore, subiiciatur, *in d. constitut. Francis. 1. art. 25.* ¶ Alia † lex eiusdem optimi Gallorum Principis, ne milites in aciē scorta propria ducant, neve communia & vulgaria, equo donent, permissione facta cuilibet ea equo deturbare, & equum sibi habere iure dominij, *in d. constitut. Francis. 1. arti. 35. vide Alex. ab Alex. libr. 1. Genial. cap. 12.* Aristoteles mulieres in exercitu, magis turbam inferre quam hostes tradit, *Aristo. lib. 2. Poli.* Scipio, scorta, aruspices, vates, castris expulit, *Suida, in verbo ira* 9 *pa.* ¶ Alia † lex, nemo milites à locis, in quibus consistunt, ad alia loca sine principis auctoritate speciali transferat: magister militum cuiusdam transferendi, si vtilis sit reipublicæ inquirat, & principi insinuet, *l. milites. 14. de offi. magist. milit. lib. 1. C. tit. 32. l. contra publicam. 14. de re milit. lib. 12. C.* Commisit tamen Franciscus primus Galliarum rex hoc negotium omne ducibus militum, vt tamē non liceat ex ordine vnius ducis ad alium se transferre, nisi consulto duce, & eo cum eo ad quem transferuntur conueniente epistola mutuo subscripta: imminente alioquin pœna, quod ære diruti sint, videlicet priuentur stipendiis, equis & armis, & in posterum inhabiles, ordine deturbati, ad militiam habeantur, *Ordonnance du Roy François premier, sur le faict de la* 10 *guerre. artic. 2.* ¶ Lege Iulia † quoque de repetundis cauetur, ne quis ob militem legendum mittendumve ęs accipiat, *l. eadem* 11 *lege. 6. §. lege Iul. ad leg. ad Iul. repetun* ¶ Sed † longum esset leges alias, criminaq. militaria, & pœnas persequi. Proinde. vt paucis me expediam inde, generaliter monebo, ex ducis & Imperatorum iussu præscribi mandata, quæ instat legum sunt, inter milites: & ex arbitrio eorūdem, vt plerunq. pœnas adici, quæ sunt, vel pecuniaria mulcta, munerum interdictio, militiæ mutatio, gradus deiectio, ignominiosa missio, *l. 3 §. pœna, de remilit. in P.* aliquando fustigatio, *d. l. 3. §. in bello*, verberatio, *l. qui commeatus, §. si. eo. tit.* ad metalla suffodienda ablegatio, & tentorij mutatio, *Liuius lib. 5. dec. 3.* ex hybernis in campum eiectio castrorum, *Liuius li. 6. & 9. deca. 3.* sanguinis missio, cum solui ignominiæ causa militi vena iubebatur *Gellius lib. 10. c. 8.* Inter ignominiosas castigationes, stare tota die tunicatum, discinctum ante prætorium, *Sueto. in Augusto, de disciplı. milit.* Aliæ quoque plures, quas videto apud Alexandrum ab Alexandro *lib. 2. Genial. dier. cap. 13.* Militarium itaque pœnarum aliquæ interdum & capitales sunt, vt ex superioribus legibus constitutum est, *l. 3. 4. 5. 6. 10. 13. 14. de re milit. in P.* aliæ castigationes. Temperātur autem pœnæ, vel ob tyrociniuni delinquentis, *l. 3. §. si plures. & l. 4. in fin. & lib. 4. de re militar. P.* vel licentia militari per vinum aut lasciuiam ad delictum incitata, *in l. 6 § per vinum, eo.* miseratione. *l. 4. §. qui filium, l. non omnes, 5. §. qui in desertione, & l. milites. 13. §. final. de re mili. P.* & ob alia quæ tradidimus in delictorum tractatione in princi pio, d um de peristasibus criminum in gener egimus. Ignominiosam missionem pœnæ aliæ comitantur, quæ infamiam sequuntur, vt præcludatur via honoribus, nec morari possint in illis locis, in quibus specialiter arguuntur, *l. 3. de re milit. lib. 12. C. cum simil. ibi n tat. & in l. 1. de infam. lib. 10. C. l. 2. §. ignominia, de iis qui notant infam.* neque ingredi ciuitatem, *Modestinus in l sed & milites. 10. §. scribit autem. de excus. tuto. in P.* Ne recipiatur postea militare volens, ignominia missus etsi postea absolutus sit, *l. 4. §. ignominia missus, de re mili. in P.*

De Obsidibus.

Cap. 13.

1 *Obsides quæ ob causas dantur.*
Sunt inter captiuos, non testantur: inter Christianos liberi. eod.
2 *Cœlia Virgo obses fugiens hostibus reddita.*
3 *Obsides pro fide rupta à dantibus puniti morte.*

OBsides † ad soluendam inimicorum seu hostium obsidionem dantur, & ad fœdera sancita firmanda, vel in fidei pignus. Proinde & istorum cognitio, & iura ad militiam pertinere mihi videntur: & ij in potestatem eorum, quibus dantur trāseunt, & ita inter captiuos & subditos potestati hostium esse eos apparet. Sicuti Martianus ex Commodi rescripto ait, *Obsidum bona in obsidione quæsita, sicut captiuorum scilicet decedentium, omnino in fiscum esse cogenda, l. Huius Commodus. 31. de iure fisci, lib. 49. P. tit. 14.* Vt nec de his testari possint, *Vlp. 1. obsides. 11. de testam. li. 28. P. tit. 1.* Sicus nec qui apud hostes sunt, *Caius in l. eius qui apud hostes. 8. eod. titul. de testam. P* nisi vel impetrauerint hoc beneficium expresse à principe, *d. l. obsides*, vel vsum togæ Romanæ, vel nisi ciuibus adscripti fuerint, *Martia. in l. sed etsi accepto vsu, l. 32. de iure fisci, in P.* At detinentur hodie obsides inter principes ciuitatésque Christianorum, nō tanquam serui, cum liberi homines pignori obligari non possint, *l. qui filios, quæ res pign. obligari non possunt, C. l. ator. de pigne. apud Grego. cum sim.* sed vt eorum periculo & custodia compellantur, qui eos dederunt fidem datam præstare. Quod & iure pontificio probatum est, *ca. exposita, ca. 11. de arbitr. li. 1. Decret. tit. 43. c. ex rescripto, de iureiur. & ibi Panorm. can. vt pridem. 23. q. fin.* quod pertinet ad ius retentionis, sine libertatis & status diminutione. Quamuis seruituti accedat, non posse è loco certo libere abire. *l. 3. de libero homi. exhi. P.* potissimum dum consensus obsidis accessit, qui se ad id obligauit, & ob quē postea inuitus detineri potest, vt fides impleatur. *Ioan. Faber, in §. fin. de iure personarum, Guido Papæ. decis. 61.* ¶ Quamobrem † repetita & restituta est Cœlia virgo nobilis 2 Porsennæ, quæ clam ad suos transfugerat: quia pignore pacis ademto, fœdus violatum videretur, *Liu. li. 2. deca. 1. Plinius li. de viris illustribus.* ¶ Et † verum nihilominus est, obsides luere delictum eorum, qui pro fide eos dederunt, si fidem ruperint: vt Romæ, postquam Volsci bellum integrarunt, trecenti antea dati pacis obsides, ab Appio Claudio in forum adducti, spectante & approbante populo virgis cæsi, securi percuti iussi sunt, *Dionys. Halicar. lib. 6.* 3

De Negotiis & Priuilegiis militum.

Cap. 14.

1 *Milites quæ bona in prouincia, in quibus militant, possunt acquirere.*
Equus militaris extra prouinciam militarem non mittendus. eo.
2 *Miles non debet exercere artem ludicram.*

NEgotia † quędam militibus vetita sunt, quæ paganis tamen 1 concessa sunt: & rursum quædam singulari iure illis tributa, quæ non cōceduntur paganis. Vetatur itaque militibus, primum ne prædia in prouinciis, in quibus militāt, comparent, etsi alibi possint acquirere, *Martian. in l. milites. 9. & in l. milites, agrum, 13. de re milita. in P. l. non licet, & l. qui officiū, de contrab. emtio.* Præterquam in prouincia, si paterna eorum ficus distrahat, *d. l. milites, 9. & l. aufertur §. quod à præside, de iure fisci, P. l. filius, de inoffi. testa. P.* Item & domum licet inibi impune emere, cum cesset in ea ratio, cur prædia comparare non possint: ne culturæ studio, militia sua auocentur *d. l. milites agrum, 13.* Quo fit etiā, vt nec locare prædia possint, *l. milites C. loca.* parcissime eis commeatus detur, nec militarem equum extra prouinciam ducere permittatur, nec ad opus priuatum, piscatum, venatum miles sit mittendus, & c. *l. officium. 12. §. patronus. de re mil. in P.* Et Gratianus Imperator, colonos militare vetat, prohibet & is, qui castrensibus stipendiis otia quieta meruerunt, iam veteranis cōstitutis, tela in vsum vomeris ligoniſque conuertere, *l. si. de mancipiis, & colo. patrimonialium & saltuensium, & c. li. 11. C. tit 62. l. milites. 15. de re mil. li. 12. C.* Nō debet miles ciuitatis curas arripere, alio-

Digitized by Google

alioquin priuilegiis omnibus militarib. nudatur, *l. militares. 16. de re milit. li. 12. C.* qualia sunt munera personalia quæ illis inhibentur, *d. l. milites. 15. de re mili. li. 15. C. l. armatæ, qui petant tutor.* C. ¶ Militem † qui autem iudicium fecerit, vel in seruitutẽ venire se passus est, capite puniendum Menander scripsit, teste Marcello *in l. quædam delicta. 14. de pœn. li. 48. P. tit. 19.*

De Peculio Castrensi.

Cap. 15.

1 *Peculium castrense quid.*
2 *Peculij castrensis mobilia, non etiam immobilia sunt.*
- *Peculio castrensi, quæ annumerantur, eod.*
3 *Peculium castrense, nullo modo quæritur patri, nec quasi castrense, nec venit in collationem.*
4 *Peculij castrensis, vel quasi actio, & dispositio ad filiumfa. pertinet non ad patrem.*
5 *Testari potest filiusfamil. de peculio castrensi, vel quasi.*
6 *Peculium castrense quomodo ab intestato ad patrem pertineat.*

1 QVæ † singulari iure concessa militibus sunt, priuilegia dicuntur, personis & rebus indulta, & personis & actibus eorum simul. In rebus, singulare est peculium castrense, nẽpe id omne, quod à parẽtibus vel cognatis filiofamilias in militia degenti donatum est, vel quod ipse filiusfamil. in militia ab aliis acquisiuit, quod nisi militaret acquisiturus non esset. *Pompo. in l. castrense, 11. de castrens. pecul. li. 49 P. tit. 17. l. 1. de castrens. pecu. li. 12. C. tit. 37.* ¶ Verum † hic obseruandum est, donata à patre ita demum in peculiũ castrense filiifam. militis fore, si mobilia sũt, 2
vel ex mobilibus comparata. non autem si præsidia vel alia immobilia, occasione quãuis militię donentur, *dict. l. 1. C. de castrẽs. pecul. l. si filius. C. famil. ercisc.* Item nec alia quæ aliunde, & alia occasione filiofamilias aduenĩut, vt hæreditas matris, & alia quę acquisiturus esset sine militia, *dicta l. 1. de castrens. pecul. dict. l. castrense. eod. in P.* ea enim castrensia non sunt, neque quę vxor dederit filiofamilias militi, non tamen militiæ caussa, *l. si militi, 6. & l. si forte. 8. eo. tit.* contra, si quid eidem dederit legaueritve, contemplatione militiæ, *d. l. si militi. & l. si forte. & l. diuus Adrianus. eod. tit.* Idipsum in alio instituente militem filiũfa. vel ei donante perpendendũ est, vt si contemplatione militiæ fiat tantum, & in militiæ tempore iuris peculij castrensis sint, non aliter, sed sint alterius peculij, *l. 4. de castr. pecul. li. 12. & C l. miles. 5. l. hereditate. 19. l. pater militi 15. & l. totem filiofami. 16. & l. 4. famil. ercisc. li. 3. C. tit. 56.* Fiunt & empta ex peculio castrensi, id est, eius pecunia, eiusdẽ conditionis, cuius sũt castrensia *l. 1. § fin. de castrens. pecul. lib. 12. C. l. 3. eo. tit. in P.* vt res succedat in locum pretij fauore militiæ, vt in quibusdam aliis. *l. si vt proponis, de rei vindi. C.* non tamen omnibus. *l. si extra. eo. tit.* ¶ Peculii † castrensis singulare est, vt cum filiusfamilias propter militiam nõ liberetur à patria potestate, *l. 1. de castr. pecul. li. 12. C.* & idcirco videatur patri omnia, saltem quod ad vsumfructum pertinet, quærere, *l. cum oportet. de bonis quæ liber. cum simil. l. placet. de acquirend. possess. in P. § 1. per quas person. nob. acquir.* nihilominus tamen castrense illi proprium & præcipuum est peculiũ & à patris iure omnino liberum, & ea quæ detulit in militiam concedente patre, *l. 4. de castr. pecul. in P. & l. ex nota. 10. eo. l. 3. C. eo. tit. l. cum oportet. 6. § exceptis. de bonis quæ liber. li. 6. C. tit. 60. nouella constit. 22. § quoniam vero semel*, nec pater enim in adoptionem dando alij, nec in familiã retinendo vel emancipando ei auferre peculiũ potest *l. pater qui dat. 12. de castren. pec. in P.* Neque patris creditores id vendere, vel aliter inquietare possunt: nec patre mortuo cum fratribus id commune est, *§. ex hoc intelligere, quibus non est permissum facere testament. lib. 2. Institut. titu. 12.* id est non confertur cum successione patris: nec quasi castrense, *l. filiæ licet. 12. & l. fin. de collat. lib. 6. C. titu. 20. l. 1 § nec castrense, de collatic. bonor. in P.* Vt non possit pater filiifamilias militis seruum, qui in eius peculio est, manumittere testamento, vel ei libertatem legare efficaciter, nisi forsan filius ante patrem mortuus, patrem fecerit heredem, vel ab intestato ad eum peruenerit filii castrense peculium, *Martia. in l ex castrensi. 18. Tryphon. l. hereditate. 19, § pater. & l. fin. de castren. pecul. in P.* ¶ Habet † itaque actionem persecutionemque castrensium rerũ semper filius, etiam inuito patre: & quamuis paterfamilias militiæ tempore, postea se arrogandum dederit, *l. 4. § 2. & fin. de castrens. pecul in P.* imo & cõtra patrem agit, *l. si quis vxore, de furt. in P. l. Imperator. a. senat. Trebellia.* & sine voluntate patris alienat. *l. 1. de castren. pecul. lib. 12. C.* Et si quid seruus peculii quærit vel stipulatur, non patri sed filiofamilias, cuius est peculium, acquirit, *l. pater militi. § si seruus. eod.* In summa Iuuenalis priuilegium hoc militum his versibus absoluit, *Iuuenalis Satyra final.*

Solis præterea testandi militibus ius
Viuo patre datur: Nam quæ sunt parta labore
Militiæ, placuit non esse in corpore census,
Omne tenet cuius vt gimen pater.

¶ Disponit † namque filiusfam. de peculio castrẽsi vel quasi castrensi testamento, vel vltima alia voluntate, *l. 1. quib. non est permiss. fac. testam. ap. Iustin. lib. 2. Inst. tit. 12. l. penul. & fin. qui test. fac. poss. libr 6. Cod. titul. 22. l. fin. de inoff. testamen.* C. & iure communi post militiam, & iure singulari militari, tanquam de propriis bonis & patrimonio. *l. pater qui castren. 17. § pater. de castrẽsi pecul.* 5

¶ Si † tamen intestatus decedat, pater peculiũ castrense filiifamilias retinet, non tanquam hæreditatem, sed tanquã peculium: quod si testatus sit, ad hæredem, vt hereditas peruenit. *l. 2. de castren. pec. in P. l. proponebatur, 9. eo. P. l. intelligu, 5. C. eo. tit.* Si tamen filiusfa. heres fuit alterius, pater qui ab intestato retinet peculiũ, illi heres fit vt filio. *l. 1. eo. in P.* Et in casu, quo miles filiusfam. recusauerit additionẽ hereditatis, quæ ei ex castrensib. occasionibus veniat, datur patri adeundi licentia. vt ad illũ perueniat pleno iure, cum dominio & vsufructu, ac si pater fuisset ab initio heres institutus, cum oneribus. *l. si. § similique modo, de bon. quæ liberis, lib. 6. tit. 60.* Peculiũ ita vt iurę pristino apud patrem remanęt, & acquisitiones quoque iacẽte hereditate à seruo peculiari factæ. *l. filiusfamilias, 14. eo. tit. P.* Tenetur tamẽ pater, qui castrense peculium intestati filij retinet, æs alienum intra modum eius & annum vtilem iure prætorio soluere. Et si testamento heres scribatur perpetuo ciuiliter vt heres conueniatur. *l. pater qui castrense, 7. & l. 2. l. proponebatur, eo. tit. P. l. filium; ad l. Corn de fals. in P.* Sunt & alia priuilegia quæ militib. aliis etiam quam filiisfamilias concessa sunt circa testandi priuilegiũ; de quibus interim videndus Azo in summa, *tit. de milit. testa. in C.* nos autem suo loco alibi in testamentis, Deo iuuante, agemus de illis: 6

De Priuilegiis personis mil. tum concessis, & veteranis.

Cap. 16.

1 *Priuilegia personalia militum.*
Ignorantia iuris excusat milites.
2 *Militum iniuriæ egre vindicantur.*
3 *Militia paterna filiis data.*
4 *Veteranorum militum priuilegia, & immunitates.*
5 *Veterani ex quibus caussis amittunt priuilegia.*
6 *Iniuriarum caussa per procuratorem ab illustribus tractatur.*
7 *Pactum ae futura successione inter nobiles validum.*
8 *Militarium priuilegiorum ratio.*

PRiuilegia † personis militum quoque concessa sunt, quorum aliqua accipe: nempe, vt iuris ignorantia, vel error in exceptione, suo loco proponenda, & omissa à milite ante sententiã restitutionem habeat in integrum. *l. 1. de iur. & fact. ignor. lib. 1. C. tit. 21.* In aliis etiam à iure inductis solemnitatibus, militiæ munus releuat: cum magis milites arma, quam iura scire expediat *l. fin C. de iure delib. lib. 6.* ¶ Aliud † militiæ priuilegium apud Iuuenalem: *Satyr. 16.* 1 2

Commoda, inquit, tractemus. primum communia, quorum:
Haud minimum illud erit, ne te pulsare togatus
Audeat, excussos prætori ostendere dentes,
Et nigram in facie tumidis liuoribus offam, &c.

¶ Filij † primipilariorum paternam sequuntur conditionẽ: & filii qui ex officialibus nati sunt, in parentum militiã vocãtur, *l. 1. & 2. de filiis official. militarium, qui in bello moriuntur, li. 12. C. tit. 48.* ¶ Veteranis † immunitates concessæ onerum & munerum in vniuersis locis ciuilium, & operum publicorum, collationum, & vectigalium, quæ in nundinis præbentur, *l. 1. de veteran. lib 12. C. tit. 47. 2. de priuil. veteran. lib. 49. P. tit. 18.* vt nec volentibus | et mittatur, nec inuiti militare cogãtur, *l. fin. C. eo. C. de veteran. nec* lis iniuriis incongruis pulsentur *l. prouidendum. 2. eo. C. de veteran.* separentur à cæteris in pœnis vt non dentur ad bestias, nec fustib cædantur. *l. 1. & 3. de priuil. veteran. l b. 49. P. tit. 18.* Veteranis & liberis eorum, idem habetur honor qui & decurionibus. *l. 3. de priu ve. eran.* A nauium fabrica excusantur, non constituuntur exactores tributorum. *l. fin. eo. tit.* si tamen veterani se passi sunt in ordinem decurionum legi. ex consensu. Horũ tacito, munera ib. fungi coguntur. *d. l fin. de priuil. detur. l. voluntarie, C. de excus. tut. l. 2. C. de his qui sponte munera subeũt, l. pen. § si de vacat. munerũ, in P.* Quod si allecti in ordinẽ non sunt, sed sponte aliquod munus suscipiant ciuitatis, ex eo ad alia copi subeunda non debẽt. *l. 3. de priuil. veteran. in P. l. 2. C. de iis qui sponte munera subeunt.* Subeunt autem veterani vectigalia, & patrimonii onera solẽnia. *d. l. 2. § si. de priuil. veter. a. P. l. 2. & 3. de muner. patri C.* veluti viæ sternendæ & emendationis nauium *l. vie. 4. de priuil. veteran. in P.* 4

¶ Amittunt † priuilegia veterani si latrocinijs fere dedi. *l. de veteranis lib 12. C.* Tuetur nobilitati maxime, quando illustres viri inde sunt, & quãdo militant: vt neq; iudicio, in ca sa iniuriarum, cogantur adesse sed possint per procuratori l tẽ exercere. *l. de iniur. li 9. C. tit. 26. l. quotiens, de negot. lib. 12. C.* ¶ Possunt † & pacto hę cũta- 5 6

Digitized by Google

tē suam donare inter viuos, licet in paganis improbetur pactū de ea. *l. licet, C. de pact. vide de hoc Nicol. Boer. decis. 204. nu. 4. & 5.*

8 ¶ Et † certe dū res & status militaris ad verum reducitur, vix aliæ personæ mihi videntur priuilegiis, aut maiori commiseratione dignæ, siue boni sint, siue mali milites ob eorū vsum: imo & peiores & truculentiores huic muneri meliores, *κρεῖττον ἢ δίφρων*, inquit Philemon *comicus, vt habetur in sententiis comicor. ὦ στρατιῶτα τὰ ἱερεῖα, ἐν ὅταν ἦ καιρὸς τυθῆς*, id est.

ô miles non homo, qui pasceris,
Quemadmodum victima, vt cum tempus fuerit immoleris.

Et incitandi priuilegiis sunt mortem oppetere, quā omnes natura refugiunt. Et ita vita & morte sceleratorū priuilegiata bonorum hominum, salus & bona cūm modico detrimento conseruantur. Sunt & boni & strenui pariter milites, qui pro reipublicæ salute occupati, merito priuilegiis honorantur, vt bene meriti, alii ad bene merendum eisdem allecti.

De Priuilegiis militum circa illorum iudicia.

Cap. 17.

1 *Milites coram suis ducibus conueniendi.*
Magisteriæ dignitatis iurisdictio, eod.
2 *Iurisdictio magisteria in milites quatenus extendatur.*

1 STatuit † Iustinianus milites cōueniri, tā in caussis ciuilibus quam criminalibus coram ducibus suis, *in l. fin. cum suis §§. de re milit. li. 12. C. tit. 36.* duces & milites coīā magisteria potestate sic enim ducibus iurisdictio concessa est, vt non imminuatur magisteriæ administrationis eius prouinciæ, vbi duces sunt, potestas, *d. l. fi. §. fi. de re milit. l. magisteriæ 6. de iurisd. omn. iudic. C. li. 3. tit. 13. l. 2. vbi quis de curiali vel cohortali aliaue condotione conuenia. lib. 3. C. tit. 23.* videlicet inter militares viros, & reum militarē aut ciuilium quæstionum *d. l. magisteriæ*, Cum miles, nisi à suo iudice coerceri non possit.

Legibus antiquis castrorum, & more Camilli
Seruato, miles ne vallum litiget extra.
Et procul à signis. Iustissima centurionum
Cognitio est igitur de milite, &c. Iuuenal. in Satyr. 16.

Sic officium regentis exercitum, in obseruanda, sicut in regēda militari disciplina versatur, inque delictis secundum suæ auctoritatis modum castigandis. *l. officium, 12. in princ. & fin. de re milit. in P.*

2 ¶ Quo † fit, vt iurisdictio magisteria, vel militaris, tū maxime in milites solummodo locum habeat, quando de crimine militari quæstio est contra militem. In alio autem communi crimine, placuit distinctionē adhiberi, vt si illud atrox sit, iudex eius loci, in quo miles deliquit, habeat cognitionem & coercitionē: si autem leue, vel mediocre, habeat tantum notionē, remittat autem coercitionem ad magistrū militum. *gl. in d. l. magisteriæ, per l. fi. in fine de accusat. in P. & l. fin. in prin. de re milit. lib. 12. C. argumento §. pen. vt cleric. apud proprios episcop. in authen. text. in l. 1. 2. & 4. de offic. magistr. milit. li. 1. C. tit. 32.* Sanxerunt quoq; Theodosius & Valētinianus CC. milites armatæ militiæ cū in militia sunt, vel in commeatu legitimo, posse vti pro ciuilibus negotiis fori præscriptione, non autē inermis militiæ milites, si conueniātur pro publicis functionib. vel priuatis negotiationibus, *l. vnica, in quib. caus. militan. fori præscript. vti non poss. lib. 3. C. tit. 25. l. 3. de off. magist. mil. C.* quæ militibus armatis interdictæ sunt. *l. fi. C. loca. & tit. negotiatione milit. li. 12. C.* Ex constitutione regis Galliarū Caroli V. veritum est, ne pendente tempore hostilis belli tūc vrgentis, quisquā nobilis aut ignobilis, alteri vel mutuo sibi bellū moueret, clam aut aperto marte: atque decretum in huiusmodi, inquietos iudices locorū, puta seneschalcos vrl iuridicos, ius dicere posse, & armata manu cōpescere. *constitu. Carol. V. art. 9. in primis.* Franciscus I. huius nominis rex Gall. statuit quoq;, vt stipendiis suis contenti viuant milites: etiā equites, ademitque licentiam ne in oppida frumentandi caussa exirent, ne quicquā ab his caperent, neve dictum inde extorquerent gratis, & si cōperti fuerint ita prædas vel concutiones agere, notionē & coercitionem primum concedit latrunculatorib. marecharchorum, & demum illis vindictam dissimulantibus, iudicibus locorū ordinariis. *à l'ordonnance du Roy Francois premier, sur le faict de la guerre, art. 5.* Theodosius & Valētinianus, apparitoris magisteriæ potestatis caussam de statu, de curia vel officio cohortali, vel de tributis vel functionibus ab eo debitis, in prouincia motam coram rectore prouinciæ, per prouocationem suspensam, terminari debere à præfecto prætorio simul & magistro militum, statuerunt. *l. eo. casu 33. de appellat. lib. 7. C. tit. 62.*

De Magisteria militari dignitate.

Cap. 18.

1 *Magister quis dicatur.*
2 *Magister populi dictator.*
Magister equitum quis, eod.
3 *Præfectus prætorio quis.*
4 *Magister peditum.*
5 *Magistri militum prouinciales.*
6 *Comestabulus Galliarum.*
Mareschalli Galliarum, & eorum potestas, eod. & num. 6.
Preuostz des Mareschaulz *qui. eod.*
Latrunculatorum potestas. eod.
7 *Latrunculatore, de quibus non cognoscant.*
8 Pendre en partie, *latrunculatorem, aut iudicem quando quis posit.*
9 *Iudicia potissimum capitalia præcipitanda non sunt.*
10 *Latrunculatores summarie & de plano iudicant.*
11 *Iurisdictionis Comestabuli & tribunorum militum in Gallia leges.*

QVia † superiori capite meminimus de potestate magisterij administrationis, visum est non alienum à methodo, de ea pauca annotasse. Magister dicitur is, cui alicuius rei præcipua cura demandatur, *l. cui præcipua, de verbor. signif.* Proinde latissime eius, vti rerum est appellatio. Quare eam restringimus nūc ad res & personas militares, quibus summa militię cura demādata est. ¶ Cicero † magistrum populi, dictatorem vocauit. *Cic. 5. de finibus.* Et hic erat militum omnium per consequens magister. Verumtamen dictatori magister equitum additus est, qui, vt ait Polybius, apud Romanos magistratus erat officio dictatoris subiectus, qui tenebat in exercitu eius locū, si quando illum abesse necessitas reipub. cogeret. *Polyb. li. 3. histor.* Quales tribuni celerum apud priscos Romanorum reges, *de quib. Dionys. Halicar. lib. 1. antiq. Rom.* tales fere apud dictatores expulsis regibus, magistri equitum: & vt dictatori ius summum in populum fuit, ita in omnes milites & accensos, magistro equitū. *l. 2. §. populo deinde aucto, de orig. iur. P. Feneſtella lib. de magistratib. c. 9. ex li. 2. deca. 1. Liuij. Eutrop. lib. 1. c. Euse. de temporibus; Dionys. Halycar. in 5.*

¶ Deinde † constituto imperio ad vicem magistri equitum, præfectos prætorio institutos esse, à quibusdam scriptoribus traditum est. Nam cum apud veteres, dictatorib. ad tempus summa potestas crederetur & magistros equitum sibi adlegerēt, qui associati principali curæ, militiæ gratia, secundā post eos potestatem gererent, regimentis reipublicæ ad Imperatores perpetuo translatis, ad similitudinem magistrorum equitum, præfecti prætorio à principibus adlecti sunt, data eis pleniori licētia ad disciplinæ publicæ emendationem. *hæc omnia ad verbū scribit Aurelius Iurisc. in l. 1. de offi. præf. prætor li. 3. P. tit. 11. & Pōp. in l. 2. §. populo deinde, & §. hunc magistratum, & §. in dictatorib. & §. quod ad magistratum, de origi. iur. lib. 1. P. titul. 2.* ¶ Inclinante † subinde Imperio & magister peditum factus, quem, inquit, Vvolfgāgus Lazius, *lib. 4. de rep. Rom. c. 9.* hodie vocamus, *supremum regimentorum.* Et cum olim, qui in officio præfecti prætorio erat, & magister esset equitum & militū: tandē mutata forma, separata officia sunt. ¶ Atque † crescente imperio, per prouincias magistri militū creati: vt in partib. oriētis Constātinopoli. magistri equitum & peditū præsentiales duo: & alij tres, equitū & peditū per Orientem: equitū & peditū per Thracias: equitū & peditū per Illyricū, *in li. Not. vtriusque Imperij hæc & quæ sequuntur.* Sub dispositione seu cura vnius magistri militū præsentatis, erāt vexillationes palatinæ quinq;, vexillationes comitatenses septē: legiones palatinę sex: auxilia palatina 18. Sub alterius viri illustris magistri militum præsentialis dispositione, alterius ordinis vexillationes Comitatenses sex, legiones palatinæ sex, vexillationes palatinæ, sex auxilia palatina. 17. quarum nomina & distinctiones notat liber, qui Notitia vtriusq; Imperij dicitur. Porro sub dispositione magistri militum per Orientem comitatenses vexillationes, septē: legiones comitatenses nouē: pseudocomitatēses, decem. Officiumque magisteriæ potestatis per Oriētē, cardinale habitum: & per Orientē, 25, magistri militū. Sub dispositione illustris viri militum per Thracias, vexillationes palatinæ tres: comitatenses quatuor: & legiones plures comitatenses: & per Thracias magistri militum 15. Sub dispositione viri illustris magistri militū per Illyricum, vexillationes comitatēses duæ, legio palatina vna: auxilia palatina sex: legiones comitatenses, octo: & pseudocomitatenses nouē. Et alij magistri militum per Illyricum. Addidit & creauit cum orientalibus magistris alium magistrum Iustinianus per Armeniam, sublato comite, cui commisit Armeniam primam & secundam, & Anzetenā, Astheænam, Balabethænam, & Zophenam, & Pontum Polemoniacum. *l. fin. de offic. magistr. milit. lib. 1. C. tit. 32.* In Imperio Occidentali erat magister peditum in præsenti, magister equitum in præsenti: magister equitum per Gallias, vltra virum illustrem præfectum prætorio Italiæ diœceseos. Sub dispositione viri illustris magistri peditum præsentalis, erant comites certi militum, vt Italiæ, Africæ, Tingitaniæ, tractus Argentoratensis Britanniarum, littoris Saxonici per Britannias. Duces limitū decem, Mauritaniæ, Cæsariensis, Tripolitani, Pannoniæ secundæ, &c. Legiones palatinæ 12. vt Iouiniani, Herculiani seniores, &c. Au-

Digitized by Google

&c. Auxilia palatina 65. vt cornuti ſeniores, bracchati, &c. Legiones comitatenſes 12. pſeudocomitatenſes 18. quæ numerantur in Notitia vtriuſque Imperij, Sub diſpoſitione vtri illuſtris & magiſtri equitum præſentalis, vexillationes palatinæ nouem: vexillationes comitatenſes plures in prædicto libro relatæ, vbi & de illis, quæ cum viro illuſtri comite & magiſtro equitum Galliarum erant.

6 ¶ In † regno noſtro Galliarum, magiſter equitum Coneſtabulus eſt dictus aliquando, ſeu comes ſtabuli ſacri, cuius & meminerunt iura Romana, *in l. 1. de comitib. & tribu. ſchola. lib. 12, C. tit. 11.* antiquis *Meter*, de quo nos fuſè alibi, *diximus in feudis, c. 1. quo de comitibus tractauimus.* Sūt & tribuni militum quatuor, ad quos poſt magiſtrum militum rei militaris ſumma refertur, vocamus *mare ſcharchos*, vel *mareſchaulx*, quibus ea poteſtas in milites quæ magiſtris equitum. Eorumq; partes ſunt caſtris locum eligere, vnde à nonnullis magiſtri caſtrorum dicti ſunt, milites in officio continere, in quos vitæ & necis poteſtatem habent, quod munus latrunculatoribus demandant, qui ideo dicti ſunt, *Preuoz des mareſchaulx*, qui propemodum ſimiles illis, quos Irenarchos iura dicunt, *l. vni. de Irenarch. lib. 10. C. tit. 75. l. diuus, de cuſtod. reo. in P. l. fi. §. irenarchæ, de muner. & honor. in P.* emendandæ diſciplinæ publicæ & moribus præfecti. Quibuſque abſque prouocatione ex regio edicto licet emanſores, apolidas, cœcos, per laſciuiam quid agentes, mulierum ſtupratores, pœna capitali afficere, *exſtat conſtitutio regia Franciſ. primi, tit. de la iuriſdiction des preuoz des mareſchauls & leurs lieutenans*, demum & qui de omni crimine militari cognoſcunt. Et proinde iſti latrunculatores magiſtri militum, vel tribunorum ſunt perpetuo caſtrorum & exercituum comites, vt proſpiciant quieti ſubditorum ſeu regnicolarum, caueántve ne vlla opprimantur à militibus ſeu à latronibus iniuria, quam ſubito, & quam citius fieri poterit vlciſci debent *in conſtitutionebus Aurelia editis, in comitiis generalibus, artic. 66. 67. 68. vide Baldum de horum iuriſdictione in §. fin. de prohib. feu. aliena. per Fed. ric. in vſib. feudor.* Quibus annexi ſunt eaſdem ob cauſſas latrunculatores prouinciales, quibus eadem cura demandata eſt: ea tamen lege, vt ſeneſchalchos iuridicoſque & iudices locorum ordinarios conſulant, & cum illis conferant acta, quæ in reos ſibi ſubditos fecerint, vel quæ inquiſierint, vt iudicium ex illorum notione celeriter inferatur. *in d. conſtitut. Aurelia. art. 69.*

7 ¶ Dicta † fuit omnibus latrunculatoribus tamen lex, ne de delictis & criminibus non militaribus cognoſcant eorum, qui tempore, quo delinquunt, domicilium alicubi & larem fouent, ſed remittant ad iudices ordinarios cum illorum anacriſi, *ead. conſtit. artic. 70.* nullum enim eſt illis certum territorium, vt iudicatum in Senatu Pariſienſi, anno 1388.

8 ¶ Eodémque † Senatus conſulto placuit, vt ſi prouocatione ab illis interpoſita quis eos aduerſarios citet, dicunt *prẽdre en partie*, & bene prouocatum ſententia iudicetur, poſſint multa, & ad ſumtus damnari. *Papus, lib. 4. Rhapſod. areſtor. tit. 11. areſt. 2. Auferius, in ſtyl. parlam. in areſtis areſto 46.* Porro latrunculatores, & alij cuiuſcunque gradus iudices, tanquam aduerſarij in ius vocantur prouocatione ſcilicet, *ſont prins en partie*, quando ex officio, ſine accuſatore vel delatore, vel non ſeruatis iuris ſolemnitatibus iudicant, quia in eo caſu accuſatoris vices agunt. *Barthol. in l. 2. § ſi publico, ad leg. Iul. de adult. P. Innocentius, in c. in noſtra, de procurat.* Ideo animaduertendum eſt illis, ne reos aliter iudicent: quam ſecundum acta & probata, *l. illicitas, §. veritas, de offic. præſ. in P.* & ſecundum probationes, quæ ſint luce meridiana clariores, *l. ſi. de probat. C.* de quibus ſcriptura iudiciali, quam vocant *le proceZ*, conſtet. *ca. quoniam contra, de probat. apud Gregor.*

9 ¶ Nec † ſummario & præcipiti iudicio, adimenda eſt reis defenſio, quæ eſt naturalis: nec inauditum condemnari morte oportet. *l. 2. ad legem Corneliam, de ſicariis, lib. 48. P. titu. 8. l. 3. de re militar. in P. Clementin. paſtoralis, de re iudic.* Sic enim iniuria, ex eo quod iure faciundum commiſſum poteſtati eſt, naſceretur contra legum præſcripta, *l. meminerint, vnde vi. C.* & præcluderetur innocentibus vel temerè ſuſpectis, vel calumniosè delatis, purgandi criminis occaſio, vita cum loquendi facultate, ſupplicio intercepta, & daretur latrunculatoribus graſſandi impune occaſio: cum tamen ſatius ſit nocentem abſolui, quam inſontem damnari. *l. abſentem, de pœn.* Proinde cum in minimis & ciuilibus negotiis, iubeatur iudici, vt plena diſquiſitione ea examinet, *l. iudices, 9. & auth. iubemus, de iudic. lib 3. C. tit. 1. §. ſed hoc, vt cum de appella. cognoſc. in auth. coll. 8. conſtit. 12. ca. iudicantem, 30. q. 5.* multo magis, vbi de vitæ hominis agitur diſcrimine, cautius & diligẽtiori calculo res examinari & perpendi debet. *l. addictos, de epiſc. audi. C. l. addictos, c. vbi periculum, de elect. in 6.* Nec arbitrio vnius hominis, iudicis videlicet committi debet: neque vt id committatur à principe iuſtè impetrari poteſt: & ſi impetretur, inutiliter fiet. Quod enim negotij totius cognitionem tollit, & vires principalis negotij exhaurit, ſine graui alterius partis diſpendio conuelli non poteſt. *l. 2. de precibus Impera. offer. lib. 1. C. tit. 22.* In lege Iulia de repetundis caput eſt, vt iudex, qui ob hominem necandum pecuniam acceperit, vel non acceperit, calore tamen inductus, interfecerit vel innocẽtem, vel quem puniri non debebat, capite plectatur, in inſulam deportetur, vt plerique puniti ſunt. *Marcellus in l. lex Iulia, 7. §. fin. ad leg. Iul. repetundar. lib. 48. P. tit. 11.* Oportet itaque hos latrunculatores prius crimina reorum iuriſdictionis ſuæ diſcutere, quam damnare, nec ordine turbato prius damnare, & deinceps probationes quærere & literis mandare. Non enim præpoſtera diligentia vita homini ademta à iudice reſtitui poteſt: & potius à probatione, quam ab exſecutione incipiendum eſt. *l. 1. de exſecutio. rei iudic. lib. 7. C. tit. 53.*

10 ¶ Non † diffitemur tamen, ſæpius hos latrunculatores ſummarie & de plano animaduertere debere in latrunculos, & reos ſuæ iuriſdictionis: imò & expedit ita fieri, & ea ratione demandata cura eſt, vel ad pacandam ſeditionem, vel ad tollendam prouocandi & euadendi ſceleſtiſſimis hominibus occaſionem: Verum conſtare debet primum ſceleris eſſe reos, vel quod deprehendantur in ſcelere, vel teſtimonia plana & dilucida ſint, quæ non poſſunt ſuppleri vllo modo clauſula illa, vt de plano & ſummarie procedatur, *§. 1. & ibi gl. in verb. ſummariè, fusè docet. tit. quomodo in læſæ maieſt. crim. proceden. ſit, in extrauagan. poſt vſum feudorum*, vt nos alibi, Deo fauente, docebimus. *in tit. de iudiciis, dum de ordine iudiciorum agetur.*

11 ¶ Leges † iuriſdictionis magiſtri equitum, ſeu Coneſtabuli, & tribunorum militum, quæ iure Gallico ex conſtitutionibus regum definiuntur, *vide conſtitutiones regias in tom. 2. Rebuffi rubri. de la iuriſdiction du Coneſtable, & ſeq.* docentur cõſtitutione Ioannis regis Galliarum. Cautum itaque, magiſtrum equitum cognoſcere de apparitorib. armorum, quos vocant *ſergenz d'armes*, ſi illi conueniantur actione perſonali, non etiam ſi agant. Similiter & de cauſſis ius dicere tribunorum ſeu mareſcharchorum, & eorum ſubpręfectorum, ſi in acie ſint & conueniantur actione perſonali, non autem ſi ipſi agant. Porro ad curiam magiſtri equitum & quatuor tribunorum, quæ notionem habet Lutetię in menſa marmorea, res bellicæ pertractandæ referuntur, omnia crimina patrata per milites, qui ſub ſignis & numeris militant regiis, ſiue ij ſint equites, ſiue pedites, in acie vel ſtationibus, ſeu præſidiis exſiſtentes: cauſſæ captiuorum belli, & redemtionum eorundem, de præda, & aliis bellicis negotiis. Si quidã ſtipendiarij contumaces ſint in præpoſitos, ſiue ſi ordinibus relictis, ſine commeatu exercitum reliquerint. Si præpoſiti numeris ſtipendiariis, ex ordinibus abiiciant ſine cauſſa, prius inſcriptos. De negotiis quæ ſuboriuntur contra exploratores, proditores, transfugas, deſertores militiæ: de cauſſis & litibus maximè perſonalibus, quæ ſunt inter admiſſarios, dictos *huiſſiers*, & fæciales, tubicines, & alios milites, de rebus militaribus, vel occaſione militiæ: de deditionibus ciuitatum, caſtrorum, vel oppidorum ex incuria vel perfidia præpoſitorum: de contumacia eorum, qui in euocatione militiæ non adſunt, vocant *defaillans au ban & arriereban.* De ſolutione ſtipendiorum militum: de criminibus quæſtorum militarium circa ſolutionem ſtipendiorum: de delictis & concuſſionibus latrunculatorum, mareſcharchorum, vel ſuppræfectorum & apparitorum eorum: & de controuerſiis, quæ inter eos oriuntur ob depoſitionem ſeu exauctorationem ab officio. Item de codicillis gratiæ, quæ militibus vel quæſtoribus dantur ob commiſſum delictum militare, vel circa militiam.

De Collegiis militum.

Cap. 19.

1 *De Collegiis remiſſiue.*

SEd † hęc hactenus de perſonis, & rebus militaribus dicta ſint. Supererat, vt pro ſuperioris libri implenda fide, hoc loco de collegiis, & perſonarum ob illa, nomenclatura ageremus. Ceterum paulo antea dum de perſonis à rebus factis diſtinctis tractaremus, expedita eſt hæc pars proprio capite de collegiis: & de militum ſodalitiis ſacris Melitenſium Hieroſolymitanorum, & aliorum dictum eſt. Quocirca non recantabimus hic eadem, ſed ad alia me transferam.

Digitized by Google

SYNTAGMATIS IVRIS VNIVERSI PARS TERTIA,

DE ACTIONIBVS, SEV DE ACTIBVS HVMANIS.

DE MODIS PRIMIS ET GENERalibus acquirendis.

LIBER XX.

De modis, quibus res fiunt singulorum, & de varia earum rerum natura, & nomine.

Cap. I.

1 *Continuatio libri.*
2 *Ius omne versatur in acquirendo, muniendo, conseruando.*
3 *Auaritia turbauit dominia rerum & possessionem.*
4 *Cupiditas malorum radix.*
5 *Iubilæi lex redemtionis, & redhibitionis rerum.*
6 *Acquirendi leges contra fraudes cupiditatis.*
7 *Acquirendi sex modi legitimi Varroni.*
8 *Acquirendi modi ex Theophilo 14. iurisgentium, 2. ciuiles, singularium rerum, & per Vniuersitatem.*
9 *Acquirendi modi in certa capita digesti per diuisionem.*
10 *Contractus qui sunt iuris ciuilis.*
11 *Amittimus res tot modis, quot acquirere possumus.*

1 EBVS & † personis præcognitis seorsum, & distinctionibus earum obseruatis, reliquum est, vt actiones seu actus hominum perpendamus: vtpote compositæ post simplicia: cum omnia negotia & actus, vel ad res, vel ad personas, vel ad vtrasque referri possint.

2 ¶Secundum † hanc rationem, vera est Vlpiani regula, *in l. si. de legib. li. 1. P. tit. 3.* totum ius consistere, aut in acquirendo, aut in conseruando, aut in minuendo. Aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cuiusque fiat: aut quemadmodum quis rem suam, vel ius suum conseruet: aut quomodo alienet, vel amittat. Ea namque est in omni re animorum conditio, vt ait Plinius, *lib. 26. c. 4.* vt à necessariis primum orsa, cuncta peruenerint ad nimium. Rectè primum quidem constituta rerum, vt diximus, diuisio, ad discordias euitandas. *in præludiis optimi Iurisc.*

3 ¶Huius † tamen abusus statim maiora, vt videtur, inuexit mala, & ex fato optima tritico pernicies soli produxit lolium: éxque cupiditate habendi & auaritia, fines possessionis & dominij legitimi violati sunt: & is cui permissum erat sufficienter habere, & aliis prouidere, sibi aliena vsurpare, vetitis artibus cœpit. Inde malorum omnium cohors, vt ex Lerna quadam traduxit in nos miserias penè immedicabiles.

4 ¶ Cupiditas † quippe omnium malorum radix, quam quidã appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se cogitationibus multis, *1. ad Timoth 6. can. bonorum, 47. distinct.* Et qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. *1. ad Tim. 6.* Facilè cupidi à iusto deliquant, *can. 1. 47. dist.* ménsque potentiæ auida nec potest abstinere à vetitis, nec gaudere concessis: non pietati adhibere cõsensum. *can. virum catholicum, 47. dist.* Excæcat hominem auaritia. *6. execrabilis, de præb.* & reddit insatiabilem, *can. sicut hi. 47. dist.* vt ait Hora. *li. 2. carm. Od. 2.*

Latius regnes auidum domando
Spiritum, quam si Libyam remotis
Gadibus iungas, & vterque Pœnus.
Seruiat vni.
Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore languor.

Hinc vsuræ, rapinæ, furta, delictaque ferè reliqua omnia, adulteratio rerum, & ponderum mensurarum, fraudes, dolique tyrannis, penuria rerum, & fames, & plurium hominum probrum: paupertas miserrima, artibus improborum exutorum & spoliatorum propriis.

¶Cui † malo vt obuiam iret Deus Opt. Maximúsque, post diuisionem per familias terræ subactæ adiecit legem Iubilæi. *Sanctificabis*, inquit. *Deut. c. 25. Num. c. 5. nihi annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ vestræ: ipse enim est Iubilæus: Reuertetur homo ad possessionem suam, & gnaviæque redibit ad familiam pristinam.* 5

¶Iure † quoque gentium & societatis ciuilis, formulæ quædam receptæ sunt acquirendi, transferendi, & conseruãdi res, vt iniiceretur frænum dolis & fraudibus, & vsus facilior esset rerum vsu exigente & humanis necessitatibus, gentes quædam iura sibi constituerunt. *§. ius autem gentium, de iure nat. ap. Iustin. Lex hoc iure, eo. in P. l. ergo 39. de legib. in P.* 6

¶Varro † *li. 2. de re rust.* sex modos acquirendi legitimos rerum enumerat, dum ait: *In emtionib. sex fere res legitimum dominium perficiunt: si hereditatem iustam adiit: si vt debuit ab eo accepit, à quo iure ciuili potuit: aut si in iure cessit, qui potuit credere: & id vbi oportuit: aut si vsu cepit, aut si è præda sub corona emit.* 7

¶Latius † Theophil. *§ fi. per quas personas nob. acq. lib. 2. Instit. tit. iur. ciui. tit. 9.* modos acquirendi complectitur, atque acquisitiones aut iurisgentium esse, aut iuris ciuilis. Iurisgentium quidem esse quatuordecim, nempe donationem, hostium spolia, lapillos in litore maris inuentos, siue pretiosas gemmas, animalium nostrorum fœtus: alluuiones, insulam in mari ex flumine natam, prædia ad alueum à flumine desertum habere: alienam materiam in eam speciem, quæ in pristinam speciem edire nequeat, mutasse: ex aliena & sua materia speciem factæ, duorum materias eiusdem vel diuersi generis voluntate dominorum aut fortuito commixtas esse, ex materia aliena in solo suo ædificasse, alienam arborem in suo plantasse, conseuisse in alieno fundo bona fide possesso, thesaurum in suo inuenisse. Ciuiles autem acquisitiones dicit duplices, vel singulari rerum, & quæ per vniuersitatem: singulares, vsucapionem, ius accrescendi, legatum, fideicommissum. Per vniuersitatem, quamuis vna quidem res geritur, sed multa nobis sub vno acquirunt: tales sunt quatuor sunt acquisitiones, hereditas, bonorum possessio, adiudicatio, libertatum causa bonorum addictio. 8

¶Nos † ordinis causa sic colligimus. Res nobis acquiruntur vel iure gentium, vel ciuili, vel vtroque. Iure gentium vel facto ipso, vel voluntate eorum quorum interest: facto ipso vndecim modis, occupationem, inuentionem, captionem ab hostibus patriis aut alluuionem, sationem, culturam, ædificationem, coniunctionem, vino- 9

Digitized by Google

uationem siue confusionem, traditionem. Ex voluntate nostra & aliorum per nos ipsos, & ministerio aliorum, per contractus omnes, paucis exceptis, qui iuris ciuilis dicuntur. *l. ex hac iure, ff. de iustit. & iur. lib. 1. P. tit. 1 §. ius autem gentium, eo. tit. ap. Iusti.* Obligationum quippe substantia in eo consistit, non vt corpus nostrum aliquod faciamus, sed vt ad dandum, vel faciendum alium obligemus. *l. obligationum substantia, de act. in P.* ¶ Iure †ciuili quæruntur, vel contractibus quatuor, verborum obligatione, *§. de constituta, de act. ap. Iusti.* literarum obligatione, *§. 1. de litera. oblig.* emphyteosi, *§. adeo, de loca. & l. 1. de iur. emphyt.* sponsalitia largitate, *§. 1. vt sponsal. largitas proprius sit contra. in auth. collat. 9.* Item vsucapione, *l. 1. tot. tit. de vsucap. in P. cum sim.* il. arrogatione, *l. si arrogator, de adop. P.* vel successionis iure, & per media quæ inde pendent: per testamenta, codicillos, instituriones generales & particulares, per legata fideicommissa, bonorum possessiones, addictiones bonorum libertatis caussa, & per successiones ab intestato, & per sententiam. *l. si vt certo, §. si duob. commoda. P.* ¶ Tot † modis etiam quis amittit, quibus alius ab alio acquirere potest, cum duo domini in solidum esse non possint. Proinde si cognoscamus quot modis possumus quærere, propemodum intelligemus quibus possumus res amittere. *l. 1. pro derelicto, l. ferè, 196. de reg. iu. in P.*

De Occupatione.

Cap. 2.

1 *Possessio de occupatione cœpit.*
2 *Occupantium fiunt quæ nullius sunt.*
3 *Nullius sunt insula maris, res pro derelicto habita.*
4 *Pro derelicto quando quid habeatur, eod.*
5 *Thesaurus inuentus quomodo acquiratur.*

1 IAm quomodo per †occupationem cœperunt res esse, explicauimus, cum de possessione egimus, *sup. lib. 1. c. 13.* quam ab illa
2 occupatione cœpisse demonstrauimus. ¶ Idcirco †annotabo tantum breuiter ea, quæ nullius in bonis sunt, occupantium fieri. *l. 3. de rerum diui. P. §. ferè igitur, eo. tit. ap. Iusti.* Sic quę natura nullius sunt, si à possessoribus se in naturalem libertatem asserant, occupantium fiunt quoque. *l. quod in litore, de acq. rer. dom. l. riparum, §. fi. & l. seq. de re. diui. in P. l. naturalem libertatem, §. illud quæsitum de acq. rer. do. l. interdum. §. quod ex naufragio, de acq. possess. in P.* insula quæ in mari nascitur, occupanti cedit, quia nullius est. *l.*
3 *adeo, §. insulam, de acq. rer. do. l. ergo si insula, §. fi. eo.* ¶ Res † quoque pro derelicto habitæ, occupantium fiunt, *Labeon. l. quicunque, de acqu. rer. do. P.* quia pro derelicto habita statim possidentis esse desinunt, & ideo occupantis fiunt. *l. 1. 2. & 4. §. hoc amplius, pro derelict. P.* ¶ Obseruandum †tamen pro derelicto haberi, si quis eo
4 animo à se abiiciat, vt nolit amplius ad se pertinere, aliter minimè, *l. nemo, & l. si quis merces, pro derel. in P.* & ita ea mente à se, vt amplius nolit videtur primo occupanti donare. *l. quod seruus, de*
5 *stipu. seruo.* ¶ Huc † referimus inuentionem thesauri, ex qua inuentor in suo dominus efficitur: in alieno, pro parte, si sine malis artib. inueniat, *§. thesaur. de rer. diuis. l. 1. C. de thesaur. lib. 10. C.* & si non locarit operas suas, vt latè cum suis distinctionib. docuimus antea, dum de rebus fisco quærendis tractauimus. *sup. li. 3. c. 11.* Est enim thesaurus vetus quædam depositio pecuniæ, cuius non exstat memoria, & ignoratur. *l. nunquam, §. thesaurus, de acq. rer. do.* Quare cedit inuentori, quod non fieret, si sciretur dominus: nam & eius sit furtum. *l. peregre, de acqui. poss. l. thesaurus, ad exhib. in P. d. l. nunquam, §. fi.*

De Inuentione rerum alienarum deperditarum.

Cap. 3.

1 *Inueniens res alienas, & sibi reseruans, furtum facit.*
2 *Inuentarum rerum deperditarum libelli publice, vt dominus recipiat, sunt proponendi.*
Inuenta non esse tollenda, eod.
3 *Perdens res remanet earum dominus.*
4 *Inuentor rei deperditæ gratis restituere domino tenetur.*
5 *Indicium promissum inuentori præstandum est.*
6 *Inuenta non comperto domino, in pias caussas erogari debent.*
7 *Inuenta vsucapi non possunt. Attinia lex, eod.*

1 ACcedunt aliqua †ex parte ad ea, quæ pro derelicto habentur, res deperditæ. Verum si quis inuentas in terra iacentes, lucrandi animo sibi vsurpet & occupet, furtum committit:
2 siue ignoret dominum, siue sciat. ¶ Iam †& libellos proponere tenetur publicè, quib. significet se eas inuenisse, & restituturum ei qui se dominum docuerit earum. *l. falsus creditor, 44. §. qui alienum quid, de furt. lib. 47. P. §. fi. de rer. diuis.* Et Lucian. inter lau-

des Demonacis Philosophi, adiicit idipsum eum fecisse, & inuento annulo, de eo publicè schedulam proposuisse. Ioseph. *li. 4. antiq. c. 6. Deuter. 22.* inter leges Mosis hanc etiam annumerat: *Si quis aut aurum, aut argentum per viam inuenit, quærat eum qui perdidit, præconem mittens, & in quo loco inuenit, restituat, & alieno damno non esse bonam vtilitatem decernat. Similiter & de pecoribus quæ in deserto errare compererit, non inuento repente domino, apud se reseruet, testem habens in his Deum, quod nolit aliena lucrari.* Platon. *11. de legib. in prin.* quoque lex hæc: *Si quis rem suam alicubi, volens, vel contra reliquerit, non tangat qui forte repererit, sed putet Deum itineris, à lege hæc sibi consecrata seruare, seruus qui exportasset, à quocunque obuiam facto, & vltra annos triginta nato, verberibus multis pulsetur: liber, illiberalis prauaricatórque habeatur, deinde decuplum pretij relinquat, &c. Erat & Stagiritarum lex, plane vt Græcam,* inquit Ælian. *li. 3. de var. hist. c. 46. agnoscere posse quod non deposuisti, ne tollas. Et Bibli,* inquit Ælia. *h. 4. c. 1. de var. histo. si in via inciderint in aliquid, nihil tollunt, quod non deposuerunt: non enim hoc inuentum, sed furtum esse arbitrantur.* Diogen. Laert. *lib. 1. de decret. Philos.* Alexan. *ab Alex. li. 6. c. 10.* Solonis legem etiam refert, *μὴ ἀποτίμων μηδὲν ἀφαιρεῖσθαι, μηδὲ ἀγειν τὸ ἀλλότριον ἐπὶ κρίσιν. Ne quem quicquam alienarum rerum auferat, agátve, fur dupli damnatur.* ¶ Remanet † dominus qui amisit. *l. Pompon. 44. §. fin. de acq. rer. do.* 3
P. & in possessione est ciuili, etsi corporalem perdiderit. *l. 3. §. Neruafilius, & l. si id quod, de acq. poss. in P.* ¶ Quare †retinês rem 4
alienam, furtum committit. *§. si. de rer. diuis. d. l. falsus, §. qui alienum, de furt. in P. §. furtum, de oblig. quæ ex delict. nasc.* Itaque prorę inuenta restituenda, quicquam iure capere, nec petere potest: ius enim nullum nobis in rebus est alienis, & turpiter accipit vt faciat, quòd alioquin gratis tenetur facere. *l. fi. de cond. ob tur. caus. in P.* ¶ Si † quid tamen indicij nomine dominus qui 5
perdidit, inuentori polliceatur & restituenti, illud præstari cõuenit, & honeste vt ex pollicitatione accipitur: siue is qui inuenit detegat, siue is inuentorem indicet. *l. idem §. fi. de condi. ob tur. caus. Barth. in d §. qui alienum. Areti. in §. fi. de rer. diuis.* Multa namque honeste data accipiuntur, quæ non honeste petuntur. *l. 1. §. proinde, de variis & extraord. cog.* Et quæ mercedis nomine non possunt peti, recte remunerationis gratia capiuntur. *l. salarium, de procu.* Repetit autem inuentor, si quid inuentæ rei caussa impenderit, à domino, *l. 1. C. de neg. gest.* quemadmodum & rem is cũ fructib. perceptis tenetur domino restituere. *l. naturalem, §. gallinarum, de acq. rer. do.* ¶ Quod † si inuentor perquisitione facta 6
dominum non inueniat, placet vt tutior sententia, qua iubetur in pias caussas inuenta, nomine eius qui amisit distribuere, vt in pauperum eleemosynam cum auctoritate episcopi. *iuxt. auth. omnes peregrini. C. communia, de succes.* Et si ipse inuentor valdè pauper & inops sit, nihil prohibet, quin tanquam pauper, non vt inuentor retineat, cum onere orandi pro amittente. ¶ Alioquin 7
† vt furtiuas res non potest retinere, neque vsucapere, prohibente lege Attinia. *§. furtiuæ, de vsucap. ap. Iusti. l. sequitur, §. Labeo. cum §§. seqq. & l. non solum, eod. tit. in P.*

De Acquisitione per Captionem ex rebus hostium tempore belli.

Cap. 4.

1 *Ab hostibus capta, capientium fiunt.*
2 *Ab hostibus capta & repetita dominis reddenda.*
3 *Serui non fiunt hodie Christianis ab hostibus capti.*
Postliminij ius num in personis hodie locum habeat.
Rançon, *seu redemtio capti in bello cuius sit.*
4 *Præda quid.* *Manubiæ quid, eod.*
Spolia hostium quæ dicantur.
5 *Capta ab hostibus immobilia & mobilia, quorum sunt.*
6 *Præda ab hostibus capta, quomodo diuidebatur militari disciplina.*
7 *Præda aliquando solius populi Romani, non militum, aliquando militum.*
8 *Præda pars Deo consecrata.*
9 *Decima ex præda Deo data.*
10 *Iusta præda ex hostibus, quibus bellum indictum, non capta per latrunculos.*

QVæ ab hostib. capiuntur eorúmque sunt, capientibus etiam quæruntur. *l. naturalem, §. fi. & l. transfugam, de acq. rer. do. l. si quis pro redemtione, C. de dona.* Et legem perpetuam esse Xenophõ tradit, 7 *Cyripæd.* inter homines, quando belligerantium vrbs capta fuerit, cuncta eorum esse, qui ceperint, & corpora eorum qui in vrbe sunt & pecunias. Fuit & sententia Periandri, arbitri electi ab Athenienssib. & Mytilenæis contendentibus pro agro Ilienssi, vt quandiu quisque vi oppidum possideat, id eum iure possidere. *Herodian* 5. Pari modo legati Romanorum disceptantes inter Carthaginiensem populum, & regem Massinissam, pro agro vi & armis contendentes, possessionis ius non mutarunt, sed causssam integram ad Senatum reiecerunt. *Liui. l. b. 10. decad. 4.* Sic post bella ciuilia, cum in vrbe essent loca plurima iuris ambigui, & multi multa à possessoribus auocarent: quia sibi vel

Digitized by Google

à Senatu, vel à Pompeio, vel à Cæsare, vel à Lepido, vel ab ipso Augusto militibus, pro præmio donata assignatáve forent, contenderent, Augustus Imperator ipse cognoscens, secũdum possessores pronuntiauit. ¶ Si † tamen quædam ab hostib. nobis erepta à nostris repetantur, non fiunt capientium, sed priorib. dominis restitui debent, *l. si captiuus, §. expulsis, de captiuis*, nec iure prædæ continentur: quia non tam capta, quam reddita dicuntur. *l. ab hostib. in 2. de capt. & postli. reuer. P.* ¶ Ex † hoc iure belli capientium fiebant serui, qui viui ab hostibus capiebantur. *§. serui autem ex eo appellati, & §. serui autem nascuntur, de iur. perso. l. manumissionum, de statu hom. P. l. si quis pro redemtione, C. de dona.* Et hodie inter Christianos non fiunt serui capti, quamuis pro redemtione sui pretium dent, quod vocant *rançon* quasi *redditionis*: non secus cum olim captus in ciuilib. dissensionibus, ingenuitatem non amittebat, *l. si quis ingenuam, §. in ciuilib. de captiuis, in P.* Itaque ex communi interpretum sententia, iura captiuitatis & postliminij in personis non seruantur; sed capti ad certam fidelitatem seu homagium obligantur, & redemtionem soluunt pro more nationum, quæ capientis est, nisi redemtio excedat decem millia aureorum: vt si comitis, vel ducis est prehensio, quæ principis solius est. ¶ Porro † res quæ occupantur in bello, vel mobilia, vel immobilia sunt: mobilia aut prædæ nomine, aut manubiarum appellantur: preda, corpora ipsa capta ab hostibus sunt. *Boer. decis. 178. n. 3. 4. 5. vbi ita seruari in regn. Franciæ, Angliæ, & Hispaniæ ait, & Bal. & Bart. in l. nam & seruus, de neg. gest.* manubiæ, pecuniæ, quæ ex corporum captorum venditione, vt notat Gellius, *lib. 13. c. 24.* Omnium commune nomen, spolia. Et Labeo: *Si quid*, inquit, *in bello captum est, l. si quid in bello, de capt. l. penult. ad leg. Iul. pecul. d. l. si captiuus, §. expulsis de captiuis. in præda est.* ¶ Immobilia † bello occupata, placuit publicari: non singulorum fieri, vel fisco addici, *l. diuus Commodus, de iur. fisci, in P.* mobilia vero capientium esse. *d. l. si quid in bello & ibi Bart. & Alberi. & idem Alberic. in l. si quis pro redemtione, de donat.* Neque hodie capta, quamuis fieri aliter deberet, deferuntur duci, sed qui potest capere capit. *Boerius late decis. 178. n. 6.* ¶ Obseruandum est tamen, olim ex disciplina militari fuisse, vt non esset præda singulorum occupantium militum, nisi speciali iure concederetur, sed vt in commune in vnumque redacta delatáve diuideretur à principe vel duce singulis, prout quisque se strenue in pugna gessisset. *can. dicat aliquis, 23. q. 5. can. ius militare, 1. dist.* Et Polybius meminit: *Nunquam discriminis aliquid*, inquit, *lib. 10. Romanis auaritiæ vitio contigit, eo quod ad signa in commune prædam omnem, vel in captione vrbis, vel exercitus deserunt: sic dum alij prædantur, alij constanter in acie permanent: quia non ideo fraudantur. Iurant enim egressuri ad militiam, nihil se ex præda defraudaturos sed fidem secundum datum sacramentum seruaturos.* Sic Dauid prædam quam acceperat ab Amalechitis, qui exspoliauerant Sicelech, diuisit militibus, non solum pugnantibus, sed qui remanserant lassi ad sarcinas; ex quo similis lex sancita est inter Israelitas in posterum. 1. *Reg. c. 30.* Constat quoque inter Francos, hanc legem diuisionis prædæ inter milites olim fuisse, ex Gregor. Turonensi, *lib. 2. histo. c. 27.* narrat enim Clodoueum regem Francorum, petenti episcopo vas abreptum in direptione Ecclesiæ, respondisse eius legato, vt eum sequeretur vsque ad Suessones, vbi cuncta quæ acquisita erant, diuidenda erant: addiditque sortitione diuidi solita, vt manifestum ex relata responsione militis, qui vrceum petitum ægrè ferebat regi dari præter sortem. Idipsum & scribit Ammonius *lib. 1. hist. Francorum, c. 12.* Thebani quoque Corinthiique legatos ad Lacedæmonios miserunt, qui ex manubiis portionem prædæ communis belli gesti, periculique cõtra Athenienses, peterent: quibus negatis non quidem apertè bellum aduersus Lacedæmonios decreuerunt, sed tacitis annis tantam iram conceperunt, vt subesse bellum intelligi posset, vt auctor Iustinus *ex Trogo lib. 5.* Exstat lex Dei, *Deuter. c. 20. omnem prædam exercitui diuides & comedes de spoliis hostium tuorum quæ Dominus dederit tibi.* ¶ Inuenio † tamen aliquando prædam populi Romani fuisse, non militum: vt ex Dionysio Halicarnassæo *lib. 7.* colligere possumus, apud quem Decius contra Marcium eximium ducem agens coram populo, sic ait: *Scitis*, inquit, *omnes, prædam ex hostibus nostra virtute partam, legibus addici populo & nec ducem quidem exercitus in eam ius habere nedum priuatum aliquem. Sed quæstorum esse eam vendere, & pecuniam referre in erarium. Hanc legem nullus ab vrbe condita, non dicam violauit, sed ne reprehendit quidem, excepto hoc vno Marcio.* Asconius quoque Pædianus, *in orat. 3. in Verrem. in fin.* spoliare viuo hoste quæsita nobili, per deditionem, manubias veteres dixisse ait, & fuisse hanc prædam Imperatorum, ex qua quod vellent facerent. Fuit & deinceps tempus, quo partim in publicum duces referebant, partim militib. distribuebant. *Sigon. lib. de antiquo iur. Roma. c. 15.* Pollicebantur & sæpe duces ad concitandos animos militum eisdem prædam: quamobrem exercitus Romanus Posthumium Imperatorem inficiantem quas promiserat prædas, facta in castris seditione lapidauit. *Flor. lib. 1. Epitome Liuij, 12.* ¶ Neque † semper æque fuit facta prædæ diuisio inter milites omnium: sed & duces præstantiores ethnici quoque, quib. pugna feliciter successerat, ex præcipuis numera Deo consecrabant: vt Gelon Syracusiorum rex, misit ex hostium manubiis, post victoriam Amilcaris & Carthaginensium, Delphos Apollini, quem pro Deo habebat, tripodem aureum sexdecim talentorum auri. Et Græci post victoriam de Persis habitam Thebis, alium tripodem ex decima delecta spoliorum miserunt Delphos quoque. Et Athenienses idipsum fecerunt reportata de Persis per Cimonem in Asia victoria, auctore Diodoro Sicul. *li. 11. bibloth.* Et Syracusanos etiam, post victoriam contra tyrannos, & subuersionem vrbium eorum, delectum quicquid optimum ex præda & manubiis ad Delphos misisse, idem testatur *Diodo. Sicul. li. 12.* auctor. Vt & Abraham rediens à victoria regum, sacerdoti Dei Melchisedecho, totius prædæ decimas dedit, *Genes. c. 14.*

¶ In † summa quæ ex præda nobis quæruntur ex hostib. debent etiam habere concessionem ducis, vel populi, potissimum in nostris militib. qui stipendiarij sunt, & contenti alioquin debent esse stipendiis. *Luc. 3.* Innuit hoc Philippus rex Macedonũ in epistola ad Senatum Athenienscm, *ap. Demost. post 1. Philippicam. Quæ possessio*, inquit, *firmior fieri potest hac quæ primum à maioribus nostris concessa est: deinde iure belli denuo nostra facta postremo à vobis concessa est?* ¶ Item † obseruandum, iustam prædam esse, quæ hostibus eripitur, id est, quibus publicè bellum indictum est, *l. hostes sunt, de capt. & postlim. reuer. l. hostes, & l. quos nos hostes de verbor. signif.* Quæ enim latrunculi à nobis furantur & prædones, iure belli nõ possunt sibi acquirere, nec quæ in seditione concives sibi eripiunt.

De Postliminio.

Cap. 5.

Lib. 49. P. tit. 15. Lib. 8. C. tit. 51.

1 *Res duobus modis exeunt à potestate hostium, per postliminium, & redemtionem.*
Postliminium quid, eod.
2 *Status qua ratione rerum & personarum mutetur captiuitate.*
3 *Postliminij fictio quid operetur in successione capti, & in alios.*
4 *In postliminij fictione considerandæ.*
5 *Postliminium quid restituat?*
6 *Postliminij duplex species.*
Ab hostibus repetita reddi debent dominis antiquis, nec repetentibus quæruntur, eod.
7 *Postliminij ius tempore belli & pacis.*
8 *Inducias tempus non habet ius postliminij.*
Inducia quid.
Treuga quid, eod.
Fœdus quid, eod.
Pax quid, eod.
9 *Postliminij ius non est in captis à latronibus, & piratis bellis ciuilibus.*
10 *Postliminij iure quæ non possunt repeti.*

RES & personæ † quæ in hostium potestatem peruenerunt, pristinum ius quod habebant repetunt, vel postliminio, vel redemtione. Postliminium, in nominis notatione apertè testatur, limen prius repetitum postea, id est, rem vel personam recepisse primum quem habebat locum, vel fines, statum, *§. si quis ab hostib. quib. mo. ius pat. pot. solui. Cice. in Topic. l. postliminium, 19. §. postliminia, de captiuis. in F. & l. fœd. P.* At Paul. Iurisconsult. latius substantiam postliminij finitione complectitur. *Postliminium*, inquit, *est ius amissæ rei recuperandæ ab extraneo, & in statum pristinũ restituendæ inter nos & liberos populos, regésque legibus ac moribus constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam circa bellum. hoc si rursus recipiamus, dicimur postliminio recipere: idque naturali iure introductum est, vt qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is vbi in fines suos redijsset, pristinum ius suum reciperet.* hæc Paul *l. postliminiũ, 19. de capt. & postli. reuer. in P.* ¶ Postliminiũ † status mutationem, itaque rerum & personarum præcessisse, & iterum restitutionem eiusdem denotat. Mutatio autem hæc fit captiuitate facta ab hostib. duplici consideratione: videlicet primum, dum res capta transit in capientis potestatem: nam si persona capiatur, ea sui iuris esse iure Roman. desinebat, fiebatque capientis, vt superiore capite abundè docuimus. sicut & res aliæ captæ eximebãtur à iure dominorum, & in eosdem capientes transibant. Aliã deinceps ratione rerum fiebat status & personarum quoque alteratio, ex parte eorum, qui capti erant, & in patria relinquebãtur: nam & illa quæ captiuorum erant nec ad capientes, nec ad captiuos tunc pertinebant, sed alterius iuris vel status fiebant. Siquidem pro mortuo habetur is, qui captus est, à die quo captus est, vt notat Papinian. *l. pater, 10. de captiuis, in P. & l. iusto errore, 44. §. fi. de vsuca. li. 41. P. tit. 3.* si postea inibi moriatur, nec reuersus est: quod & probat Vlpia. *l. in omnib. 8. de captiuis & postlim. reuersis. in P.* ¶ Proinde † capto patre, & seruo. *l. lege Cornelia, de testamen. in P. l. penult. de libe. & postl. l. fi. C. de semen. pass. l. 1. §. nam pater, ad Senatus. Maced.* ita hostium facto, filiusfamil. sui iuris fit: nam pater, qui alterius iuris captiuitate fit, *§. serui, de iure person.* alios nõ habet in potestate. *l. sic euenit, ad leg. Iul. de adult.*

in P.

Digitized by Google

in P. Et seruus capti stipulatus, acquirit heredi eius, qui erat successurus, si mortuus fuisset tunc, *l.1.de captiuis, in P.* Captiuoque mortuo apud hostes ex lege Cornelia fingitur mortuus apud suos, vt ei succedat ab intestato, seu ex testamento, qui successuri erant si apud suos decessisset tunc, *Iulianus in l.bona eorum, 22.de captiuis, in P.* Et medio tempore gesta per filium famil. post patris captiuitatem, & ante eius postliminium, si legitimæ ætatis fuerit, rata sunt, vt ab emancipato facta, si in præiudicium patris non sint: exemplo gestorum à filiofamil. tempore deportationis patris, & ante eius restitutionem, quæ eodem modo tractatur, *l.fi.§.1.de sentent.pass. & restit.li.9.C.tit.52.* Efficit & ius postliminij sua fictione, ac si is qui reuersus est nunquam abfuisset,
4 *retro.l.16.cum legi.seq.de capti.in P.* ¶Sic † in postliminio considerandi præsens status captiuitatis, quo seruorum qualitati similis quis est vt per se nihil posse dicatur, *l.si postliminio, 29.eod. P. l.in bello.§.facta, eod.tit.l.qui in seruitutem, de reg. iur.P.* Debinc secundo suspensio iurium quæ fit, dum exspectatur postliminij, vt quæ in peculio seruorum capta sunt & filiorum, in suspenso sint, *l.bona, 22.§.quæ peculiaris.eod.tit. de capti.P. l.si is qui, §.1.de vsu.ap.in P.§.si ab hostib.quib.mod.ius patriæ pot.sol.* vt si redierit, eius sint: si decesserit, lege Cornelia ad heredes eius pertineant: deturque curator interim bonis capti, *l.cum cognatus, 3. C.de capti.* nam antequam certus quis sit de morte naturali capti, non adit hereditatem eius, vel ab intestato, vel ex testamento. Postliminium fictionem inducit, vt quando dominus rerum & personarum redit à captiuitate, censeantur eius iura fuisse in pendenti, dum postea rediens sua recipit pristina iura, *l. nec nos, 4. eo.C.* Et ita inspecto quidem tempore captiuitatis, nullæ res capti erant in pendenti statu. Verum inspecto tempore postliminij futuro, dum id contigit, fuisse in præterito dicimus, *§. si ab hostib.quib.mod.ius pat.potest.sol. & ibi glo. l.in bello, 12.§. si quis capiatur, de captiuis, in P.*

5 ¶Atque † postliminium id restituit, quæ quis ante habebat, & quæ illi medio tempore captiuitatis contingere potuerunt, *facit §.conditiones, de verb. oblig.* vt apud hostes filius susceptus, si postliminio redierit, filij iura habet, *l.pen. de capti. & postlim. reuers.C.l. ab hostib.18.C eod.* ita reuerso filiofamil. iure postliminij, pater filium suum recuperat. *Paulus in l.apud hostes, 9.de captiuis, in P.l.1.§.sed & ad Tertul. in P. l. ab hostibus, §.1. ex quibus causis in P.l.1.C.de capti.* & filius suum, *Pomponius, in l.cum duæ, 14.de capti.in P.l.cautum, 1. & hinc postliminij, 14.C.eo.tit.* Conceptus tamen & editus apud hostes, patre existente & ibi mortuo alio iure quam fictionis legis Corneliæ, vel cum matre rediens, vel sine ea succedet. *l.1.C.de can. l.diuus, eod.tit.P.* Non tamen sicut iura patriæ potestatis restituuntur postliminio, vxores maritis redeuntibus restituuntur: nam tantum consensu vxorum redintegrabantur matrimonia, *d.l.cum duæ.§.fin. & l.non vt à patre, l. in bello.§ medio eod.tit.de capti. P.* Retro tamen creditur in ciuitate fuisse semper qui ab hostibus aduenit, *l. retro.16.eod.tit.P.* Et ita auus etiam emancipati, filium recipit in potestatem capto emancipato redeunte. *l.si me tibi, 13. de capti.P.l.si quis prægnante, 23.e.* Et in metallum damnatus, de metallo captus, redemtus, in metallum reuertitur, seruus ad dominum, *l. in bello, §. si quis seruum, cum sequen.§§.de capt.in P.l.mulier inopi, 6. eod.* sicuti liberi in pristinam libertatem, *l.sicut liberi, 10.de capti, & postlimi. C.* Ab hostibus captus, seruus hostium est, & postliminio statum recuperat pristinum, *Vlpia l.hostes, 24 §.fi.de cap.* Et in summa tantum valet postliminij ius, quantum ademtio per captiuitatem: velut tantundem valet deportato ad restitutionem indulgentia, quantum ad pœnam sententia, *l.fi.§.fi. & pen.de sent.pass. & restit. C.* ¶Hæc † duæ ita species postliminij sunt: vt aut nos reuertamur,
6 aut aliqua recipiamus vi erepta, *l.cum duæ species, 14.de cap.in P.* Ita expulsis hostibus ex agris quos cœperant, dominia eorum agrorum ad priores dominos redeunt, nec publicantur, nec prædæ loco cedunt. Publicatur enim ille ager, qui ex hostibus captus est, *l.si captiuus, 20 §.1.eod tit.* Vt & virtute nostrorum militum liberati ab hostib. non redemtione, illico statum, quem captiuitatis casu amiserant, recipiunt: receptos enim eos non captos iudicare debemus, & militem nostrorum defensorem eorum decet esse, non dominum, vt singulariter tradunt Diocle. &
7 Max. CC. *in l.ab hostibus capti, 12. C.de postli.rev.* ¶ Postliminium, † sicuti ius captiuitatis, & in bello & tempore pacis est, sed ratione diuersa, quæ hisdem verbis explico, quibus Pompon. *In bello postliminium est, cum ij, qui nobis hostes sunt, aliquem ex nostris ceperunt & intra præsidia sua deduxerunt. Nam si eodem bello is reuersus fuerit, postliminium habet, id est, omnia perinde ei restituuntur iura, ac si captus ab hostib. non esset, &c. In pace quoque postliminium datum est. Nam si cum gente aliqua nec amicitiam, neque hospitium, neque fœdus amicitiæ causa factum habemus, ij hostes quidem non sunt. Quod autem ex nostro ad illos peruenit, illorum fit, & liber homo noster ab eis captus, fit seruus eorum. Idémque est si ab illis ad nos aliquid perueniat. hoc quoque igitur casu postliminium datum est, Pompo. in l. postliminij, 5. de capti. in P. Inter fœderatos nobis, & liberos, quamuis exteræ sint, tamen postliminium locum non habet, quia illi apud nos & libertatem suam & dominium rerum suarum æque ac apud se retinent, & eadem nobis apud illos contingunt, Proculus, in l. non dubito, 7. de captiuis, in P. & ibi traditur, quis liber populus, quisue fœderatus.*

Rursum Tryphonius Iurisconsultus. *In bello, inquit, postliminium est: in pace autem is qui in bello capti essent, de quibus nihil in pactis erat comprehensum. Qui spem reuertendi eiusdem in virtute bellica magis, quam in pace Romani esse voluerunt. Item in pace, qui peruenerunt ad alteros si bellum subito exarsisset, eorum serui efficiuntur, apud quos iam hostes suo facto deprehenduntur, quibus sine postliminij est, tam in bello quam in pace: nisi fœdere cautum fuerit, non esse in eis postliminij. Trypho. in l.in bello, 12.de capt. in P.* ¶ At † tempore inducia- 8
rum ius postliminij non est, *Paulus in l.postliminium, 19. §.inducias, de capt.P.* quia inducæ sunt cum in breui & præsenti tempore conuenit ne inuicem se lacesserent, *d.§.inducias.* Quæ si longiores sunt, dicuntur Treugæ. *tit.de tregua & pace, li.1. Decret.tit.34.* quæ si in pacem transeant, Fœdera. *l.hostes, & l.non dubito, de captiu. P.* dici possunt. Dicimus nos Galli inducias, *suspension d'armes*, treugas vero, quæ longiores inducias sunt Latinis, *treues*: at fœdera *alliances*, ratione pacis æternæ. Et proprie Pax, quando pactionibus fœdus sancitur & firmatur. *c.1.de pact.ap.Greg. l.1.eo.tit.in P.* M Varro in libro humanarum, Inducias inquit sunt pax castrensis paucorum dierum: & alio loco, Inducias, sunt belli feriæ. Gellius explicat, lib.1.c.25. neque pacem esse inducias, quia bellum manet, pugna cessat. hánc que cessationem pugnæ pactitiam, Græcis dictam ἐκεχειρίαν. Aurelius Opilius libr. musarum, Inducias ait esse, cum hostes inter sese vtrinq; vtroque alteri ad alteros impune & sine pugna ineunt, & inde nomen factum, vt sint quasi initus atque introitus. Proinde cum inducias tempore capta capientium non fiunt, nec capti serui, *d.l.hostes, & l.non dubito*, non opus est postliminio. cum belli iure non sit captio facta, *d.l.postliminium, 19 §.à piratis.* ¶Sic † etiam capti à piratis & la- 9
tronibus, liberi remanent. quia nullum iis ius belli *d.l.hostes.* Idipsum de captis in bellis ciuilibus statuitur, *Vlp. in l. si quis ingenuum, 21.l.1.de captiuis, in P.* ideo nec in istis postliminium, *l.latrones, 27.de captiuis.*

¶Porro † excipiuntur quædam res & personæ, quæ iure post- 10
liminij non possunt repeti. Nam Marcellus ait nauibus quidem longis, & onerariis, propter belli vsum postliminium esse non piscatoriis aut actuariis voluptatis causa paratis: equos frænis impatientes ad hostes se proripientes postliminio repeti, non arma quæ sine flagitio non amittuntur, non vestes, *Marcel. in l.2. & Pomp. in l.3.de capti.in P. l.3. §. miles qui in bello, de re mil. in P* quodque in bello captum est. & cessit in prædam, postliminio non recipitur, *Labeo, in l.si quid in bello.28.de capti.in P.* Ex personis, qui armis victi, se hostib. dediderunt, postliminio non gaudent. *Paulus. l.postliminio, 17.de capt.in P.* nec quem nos dedimus hostibus, si reuersus est, etsi ad nos redierit ab hostib non receptus, *l.4.eo.tit.P.iun.l.fi.de legatio.in P.* Transfugæ etiam nullum postliminium est. Hostium enim numero habetur, qui proditorum animo patriam relinquit, *l.postliminium, 19. §.transfugæ, & §.seq.de captiu in P.l.item eis, quib.ex cau.maio.in P.* si liber sit: nã si seruus transfugerit, non eius causa, sed domino postliminij ius erit, vt seruum recipiat, *dicto §.transfugæ.* si sine eius voluntate transfugerit, *l.si seruus ab hostibus.de interro.act in P.* Item si captiuus, de quo in pace cautum fuisset, vt rediret, sua voluntate postea apud hostes mansit, non ei postea postliminium est, *l.si captiuus, 20.de capt.in P.* Victis hostibus etiam recuperati, postliminio redisse existimantur, & qui ab illis euaserint si modo ad suos redierint animo eo, ne amplius ad hostes reditent, non si alius sit animus, *Florenti. in l.nihil interest, 25.de capti. in P. Pompon. in l postliminij, 5.§.fi.eod.*

De Redemtione ab hostibus.

Cap. 6.

1 *Redemtio captiuorum quid.*
2 *Redimit se, vel suis nummis, vel alienis.*
Redimens suis nummis alium, quibus causis non repetit pretium eodem.
3 *Redimens suis nummis alium, non eum habet vt mancipium, sed iure pignoris.*
4 *Redemtioni captiuorum relicta quæ habent priuilegia.*

POstliminij recipiendi † modus alius est per redemtionem 3
quando pactione pretium statuitur, *l.cum non redemtum 5. de postlimi. reuer. lib.8.C.tit* 51. ob quod hostis captiuũ restituit, & captus à seruitute hostili, si liber antea esset, liberatur, *l.si captiuus, 20.eod.tit. P.l.commercio, 16.C.eod.tit.* si seruus restituitur refuso pretio dominis, *l.in bello, §.si quis seruum.de capt.P.l.mulier, 6.eod.* ¶Verumtamẽ † obseruandum est, statum restitui pristinum, sta- 2
tim quidẽ redemtione facta, si suis nummis quis se redimat: aut si alienis nummis redimatur, tum demum tantum, cum pretium soluerit, vel ei aliquo alio iudicio illud remissum fuerit. *l. liberatus, 17.de postlim. reuers. in P. l.si liberũ, 11.C.eod.* vel si alio modo, qui pretium dedit, iure amittere debeat, vt si redemtã prostituat, *l fidissime, 7.eod.de cap.C.* Item si tacite renuntiet pretio: veluti si in vxorem redemtam accipiat, *l.si quis ingenuam, 21. eod. P.l.2.C.eo.l. vis quæ ab hostib.13. eod.C. arg.l. libertæ, de oper.liber.* P. ¶Etenim † qui redemtionis pretiũ soluit, iure pignoris redẽ-

Digitized by Google

tum retinet, *l. 2. l. præses, 8. l. si liberum, 11. l. si in quibus, 13. de captiuis, C. l. si quis ingenuam, 21. eod. P.* non enim emuntur tanquam mancipia quando à suis redimuntur. Nec beneficium debet in calamitatem cõuerti, *l. quod fauore. C. de legibus.* cum redemtio facultatem redeundi præbet, non autem ius postliminij mutat, *in l. si captiuus. § fin. de capti. in P.* Nihilominus tamen æquitas suadet pretium restitui iis, qui emerint à barbaris, vel pro pretio, laboris obsequio, vel opere quinquennij, vicem referre beneficij ab illis, qui habituri sunt incolumem, si in ea nati sint, libertatem. Ne forte aliquando damni consideratio, in tali necessitate positis negari faciat emtionem, *in l. fi. C. de capti. & postli. reuer.* Interim tamen antequam pretium redemtori exsolutum fuerit, vtentur iuribus postliminij, & liberi hominis, & poterunt successionis iura sibi vindicare, hereditatémque adire, *l. is qui liber, C. de captiuis.* Et si filios quis aliquave genuerit, nec filij serui sunt redemtoris nec pignoris nexu apud eos sunt, restituto pretio, *l. præses, 8. de capti. C.* Nec remisso vinculo pignoris libertus fit redemtoris, nec obsequium ideo filius eius debet, *l. si liberum, 11. eo.* Quia & inuito redemtore, refuso pretio pristinum ingenuitatis consequitur statum, etiam quocunque offerente pretium solutum, *l. cum & postliminij, 6. de capti. C.* Hoc enim pietatis causſa
4 receptum est. ¶ Sicuti †ea quæ instituitur in captiuorum redẽtionem dispositio vltima, sine alio herede, quæ & recepta est, nec subiicitur falcidiæ detractioni, *l. si quis ad declinandam, 37. de episc. & cleric. C. li. 1. tit. 6.* & si quid singulari legato eius pietatis causſa relictum fuit, redemtioni faciendæ designatus cogitur exsequi: & si nolit, vel nulli mandata est hæc prouincia, episcopus loci, cuius testator est, exsequitur, *l. nulli, 28. de episc. & cler. lib. 1. C. tit. 6.*

De acquisitione per Natiuitatem.

Cap. 7.

1 *Bonorum incrementa, vel à natura, vel hominis ope: natura latenter, & apertè.*
2 *Partus Ventrem sequitur, quomodo.*
Natiuitate quomodo res nobis quærantur.

1 ACcedunt incrementa † bonis nostris dupliciter, naturę arte, vel hominis. Natura bifariam, vel aperte per natiuitatẽ, vel latenter, vt per alluuionem, hominis ope, & per alios modos quærendi. Natą igitur ex his quæ possidemus iure dominij, veluti partus, dominium nostrum consequuntur, *l. in pecudum, de vsuca. P. § in pecudum, de rerum diuis. l. 2. de acquiren. rer. dom. l. partum, C. de rei vindi. l. idem Pomponius. § idem scribit si equum, eo.*
2 *tit. P. § item ea quæ, de rer. diuis.* ¶ Sic † partus, naturæ ratione, matrem sequitur, etsi de qualitate dignitatis diuersum respondeatur, & patri affecta fiat, *l. nullus, l. exemplo, l. eos, de decur. lib. 10. C. l. cum legitima, de fi. ho. P.* Iubet autem æquitas ex nostris genita, nostra fieri, vtpote qui curam onusque generantium sustinemus, & proinde commodum ad nos pertineat, *l. secundum naturam. de reg. iur. in P. e. qui sentit, eod. tit. in 6.* Eo modo fructus proprietatis dominum sequuntur, nisi speciali causſa vsusfructus, vel vsus ad alium pertinẽat, *l. bonæ fidei, § fi. de acqu. rer. dom.*

De alluuione.

Cap. 8.

Lib. 7. C. tit. 41.

1 *Flumina censitorum vice.*
2 *Alluuio quid.*
3 *Alueus fluuij exsiccatus cuius sit.*
Insula nata in flumine cuius sit.
4 *Alluuio quando mutet, vel alteret rem cui accedit.*
5 *Census agri non augetur, aucto per alluuionem agro, nec minuitur diminutione alluuionis: contra, si per inundationem id fiat.*
6 *Alluuionis acquisitio quare iuris gentium.*
7 *Alluuionis ius in quibus casibus locum non habet, & seq.*
8 *Inundatione in prædia aliena inuecta condici à dominis possunt.*
9 *Alluuionis accessio in agris limitatis & clientelaribus, ad quos pertineat.*

1 FLumina censitorum † vice funguntur, vt ex priuato in publicum transferant, & ex publico in priuatum, *Pompon. in l. ergo*
2 *si insulæ, § alluuio, de acquir. rer. dom.* ¶ Alluuione † nobis adiicitur rebus possessis, cum flumen lambendo ripas, in quibus prædia habemus contigua, adiicit eisdem paulatim, vt intelligere non possimus, quantũ quoquo momento temporis adiiciatur. Quia si vis fluminis ex prædio alterius partem detraxit, eaque iuncta fuerit, & traducta in aliam partem, remanet domini prioris, nec iure alluuionis occupatur, *probatur vtrumque in l. adeo, 7. § præterea, de acqu. rer. dom. in P. l. 1. & fin. de alluuionib. lib. 7. C. tit. 41. § præterea, de rer. diuis. ap. Iustin.* ¶ Vt † si alueus fluminis exsiccatus fuit, dominorum prædiorum proximiorum fit, quemadmodum & eorum damnum est, dum ab illis per flumen deraditur & in publicum transfertur alueus, *l. ergo, de acqui. rer. dom.* Idemque ius seruatur in insula in flumine nata, vt si æqualiter distet ab vtraque ripa, dominorum agrorum sit æqualiter distantium: sin autem alicui magis accedat, eius sit, *hæc & plura, l. Martius, & l. insula, de acq. rer. dom. in P. l. inter eos. eod. tit.* Alluuionis † latens 4
incrementum cum notabilem non habet mutationem, certe ẽ mutare cui accedit, alterare ve non potest, vt alia dicatur: sicuti non ideo minus res quælibet eadem dicitur, quæ latentes habet mutationes, & pene incrementa & decrementa momentanea, *l. proponebatur, ac ibi. in P.* ¶ Et † ideo nec augeri potest cen- 5
sus agri, si paulatim incrementum alluuione ei accedat: nec minui, si decedat, *l. fin. C. de alluuio.* Contra, si per inundationem extra alluuionem quid decedat vel accedat. Nam quibus diminutum est patrimonium, diminuitur census, & quibus auctum, augetur, *sic intelligenda de inundatione, non de alluuione, l. 2. C. de alluui. l. forma censuali, de censib. P. l. 2. de anno. & tr. b. lib. 10. C.* & inundationis ius, aliud quam alluuionis, *l. 6. de rerum diuis. P. l. 2. in princ. & § 6. ne quid in loco publ.* Æquum quoque visum est, eum habere lucrum, qui patitur incommoda, *l. fin. § sed cum in secundam, de iure. C. l. secundum naturam. de reg. iur. in P. cum similib.* Et ideo, sicut vsufructuarius in decremento non potest conqueri, ita in alluuionis augmento vtilitatem capit, *l. item si fundi. § sed si metalla. de vsufru. P. l. si ego, § idem ait, ac Publicia. in rem actio.*
¶ Deinde † & iure gentium firma hæc quæsitio, cum flumen pu- 6
blicum fit, & quod per illud additur, nullius est, & occupanti quæratur, fundo videlicet cui adhærescit, iure accessionis & cõsolidationis, *l. 9. § Alphenus, de damno infect. l. cum principalis, de reg. iur. P.* Et cuius est totum, merito illius est pars, quæ toto accrescit, *l. in rem, 23. § item quæcunque, de rei vind. P. l. quicquid, l. 32. de acquir. rer. dom. § si tamen, de rerum diuis.*

¶ Ex † superioribus acute consideratis colligemus certos ca- 7
sus, in quibus alluuionis ius non sit. Primus est, si iuxta torrentem, nec iuxta flumen publicum prædia sint, vt notat Angelus Aretinus, *in § præterea, num. 5. ac rer. diuis.* post Baldum. Ioannes autem Faber quæstionem illam, num riuus, vel torrens, vel flumen, sit aqua præter labens, reiiciendam esse ad rusticorum illius loci sententiam censet. *Ioa. Fab. in d. § præterea.*

¶ Alius † casus si alia, quam terra, prædiis nostris accedant, & 8
vi fluminis importentur, vt tigna, arbores, aliaque, quæ alluuione non coalescant prædiis: & ideo illa condici possunt, *l. si quis nec causſam, § fina. de reb. credit. in P. l. idem Pomponius, § de arbore, de rei vindi. in P. l. nauigia, ac fure.* ¶ Tertius † est, vt non habeat 9
ius alluuionis locum, in agris reipublicæ limitatis & assignatis militibus, *l. in agro, de acquir. rer. dom.* ne daretur occasio militibus proxima prædia occupãdi, *Ang. eius, in dicto 4. præterea.* Quẽadmodum, & alia quæ occasione delinquendi dare possent, non conceduntur, *l. conuenire, de pact. dotal. P. l. elegantes, § alia sol. mat. P.* Hoc ius ad agros clientelarios seu emphyteoticarios limitatos concessos cultoribus extendunt, & ad censuales, vt velint alluuionis incrementum ad dominum directum pertinere, & inde censum augeri posse, *per l. fin. & 2. C. de alluuio.* Quod tamẽ ita demum probandum opinor, si patens sit incrementum & alueus pristinus multum imminutus: non si latenter quid accedat.

De Acquisitione rerum alienarum, quæ fit per Accessionem artificialem, & opera hominum: vt per Sationem, Culturam, Ædificationem, Coniunctionem, Vnionem seu Confusionem.

Cap. 9.

1 *Plantatio in alieno, modus est acquirendi domino prædij.*
2 *Arbor radices vel ramos in aliena prædia mittens, cuius: & de interdicto pro eius damno.*
3 *Fructus ex mea arbore in alienum prædium decidentes tertia quaque die, inuito domino prædij, mihi licet colligere.*
4 *Arborum serendarum, vel plantandarum lex rustica.*
5 *Aquæductus publici lex.*
6 *Quinque pedum lex Solonis explicata.*
7 *Ædificando in alieno, & serendo quando domino prædij acquiritur, & quatenus, & 16.*
8 *Incendio domibus consumtis, alius area, quam dominis negligentibus ædificare, data à Vespasiano.*
9 *Tignum iniunctum quomodo ædificij fit.*
10 *Accessorium aliquando potius destinatione, quam nobilitate & qualitate rei metiendum.*
11 *Scripta etsi aurea acquiruntur domino chartarum & membranarum, & quatenus.*
12 *Pictura in tabula alcena facta quomodo acquiratur domino tabulæ.*
13 *Alienam rem colens, qua actione sua repetit, & aliena suis addens rebus, quib. actionibus à domino conueniatur.*
14 *Coniuncta in aliena sumtus faciens repetit.*

15 Ædi-

Digitized by Google

15 *Ædificatum in loco publico cui quæratur.*
17 *Acquiritur accessione, per confusionem, & commixtionem.*
Confusio quid, eod. commixtio quid, eod.
18 *Confusione rerum quando dominium earum communicatur.*
19 *Commiscens res alienas suis, quomodo conueniendus.*

1 OPera † & artificio hominis res alienæ nobis, accessione earũ facta ad res nostras, quæruntur. Et primum satione, vt plãta aliena in solo nostro sata, si ibi radices egerit, caudicémque habuerit, nostra est, non alias, *l. si. quod vi aut clam, lib. 43. Pomp. 23. l. adeo, §. si alienam, de acquiren. rerum dominio, §. si Titius, de rerum diuisio. l. qui scit, 25. de vsur.* ¶ Nam † si radices ex fundo vicini arbor, quæ ibi habet caudicem, immittat in meum solum, vel etiã ramos incuruet, non ideo mea est. Et tantum mihi est ius agere interdicto cõtra dominũ, non esse ei ius ita habere arborẽ, quæ vel radicibus, vel ramis mihi nocitiua est: eoque negligẽte postea emendare, mihi licet ramos vsque ad altitudinem 15. pedũ circuncidere, & radices in meo missas succindere, & lignũ tollere, *l. 1. de arbor. cæden. l. 1. C. de interdict. l. si plures, §. si arbor furtim cæsa. in P.* ¶ Et † proinde fructus, qui ex arbore vicini in meum 3 solum decidunt, non possum retinere, nec prohibere quin dominus tertio quoque die ingredi possit, vt colligat. *l. 1. de gland. legend. in P.* potissimum si radices, aut vmbra ramorum non noceant, & si arbores iuxta legitimas agricolationis leges sint satæ. ¶ Inter † quas leges illa, vt non valde prope ædes vicinorum 4 plantentur, vel serantur. Dum enim radices eiaculãtur; quia hic motus crescendi naturalis eis ineſt, *Pompo. in l. quod autem, l. 6. de seruit. vrba. prædiorum, in P.* aut dum rigantur vt crescant, nõ mediocriter vicinis parietibus nocent, maxime torcularibus, aut hortorum euripis: propius si adhærescunt, fundamenta deiiciũt, furti ansam per fenestras præbent, vmbram faciunt, torcularia, hortorumque euripos ebibunt, & frangunt, quod ne fiat prætoris edicto prospectum est, *l. 1. de inter. lib. 8. C. tit. 1.* ¶ Vnde † & 5 Constantinus statuit, ne ij per quorum prædia aquæductus publicus commeat, in dextra læuaque formarum aquæductus arbores habeant, nisi quindecim pedibus intermissis; obseruante quoque officio iudicis, vt si quo tempore pullulauerint, excindantur, *l. 1. de aquæduct. li. 11. C. tit. 42.* ne earum radices fabricam formæ corrumpant. Augustus quoque de hac causſa decempedale spatium inter formas & arbores constituit, *l. omnis, 6. & l. decernimus 10. eo. tit. de aquæduct. li. 11. C.* ¶ Solonis † lex erat, quam 6 refert Plutarchus de iure vsucapionũ de arboribus plantandis, *Si quis in agro aliquid plãtauerit, quinque pedes à vicino abesto: si ficũ vel oleam, nouem pedes abesto, Meminit Crinitus, li. 25. de honesta disciplina, c. 4. Cælius Rhodiginus, li. 23. c. 41.* Legem de quinque pedibus, cum constet esse Solonis, ex Caio Iurisconsulto, *l. fin. finium regundor.* & aliis proxime citatis, existimo legem male fuisse relatam in excussis codicibus & exemplaribus Caij, *d. l. si.* ΠΕΝΤΕ ΠΟΔΑΣ ΑΠΟ ΘΕΟΥ, vbi interpres antiquus non legit ΠΟΔΑΣ ΘΕΟΥΣ, sed ΠΕΝΤΕ ΠΟΔΑΣ, quinque pedes: etsi Alciatus restituat, *lib. 2. disputat. c. 6.* ΠΟΔΑΣ pro ΠΕΝΤΕ: & ita legendum quinque pedes, suadet Constantinus Harmenopulus, *li. 2. promtuar. iuris, c. 4.* Græcus interpres qui eandem legem refert, *Oleam & ficum, nouem ab alieno prædio pedes conserito, ceteras arbores quinque.* Eoque magis impellor, quod inter vicinos agros olim relinqui debebant quinque pedes à satione liberi, *l. quinque pedum, finium regundor. C. meminit Cicero, 2. de legi.* siue ad vertendum dicas aratrum, siue ad viam vicinalem, siue ad radices arborum, siue ne ramis impendẽtibus sata læderentur vmbra: nullo enim modo sensui nostro officit l. quinque pedum, finium regund. C. vt ratus est tamen Alciatus, *in d. c. 6. 2. disp.* quinimo potius consentit.

7 ¶ Satione † & ædificatione 2. accessorie nobis quæritur. Qui enim in alieno solo serit & ædificat, domino soli acquirit, *l. si supra, 28. l. quæ ratione, de acquiren. rerum dominio; P. l. adeo, §. cum in suo, eo. leg: in fundo, §. 1. & leg. seqq. de rei vind. in P. §. cum in suo, & §. ex diuerso, de rer. diuis.* dummodo ædificium non possit à solo amoueri sine magno incommodo, & sit affixum, aliter minime, *l. Titius, de acquirend. rerum dominio, l. grauiora. de actionibus emt. in P.* Obseruato eo, vt si quis ædificat in solo alieno fide bona, & ædificium amoueri nequeat, possit petere impensas, quãuis ædificium cedat solo, *§. certe, de rer. diuis.* necessarias tamen, *l. domum, C. de rei vind.*

8 ¶ Ex † voluntate quoque principis interdum solum ædificio cedit. Quemadmodum quando Vespasianus, vrbe deformi veteribus incendiis & ruinis, diruitas domos, & vacuas areas concessit vnicuique occupanti, si eas domini cessarent vel detrectarent ædificare, reficere, & extruere. Satius priuari paucos re sua dicens, quam in vrbe vrbem quærere, *Sueton. Tranquil. in Vespa. c. 8.* Obseruanda quoque erit hic distinctio Iustiniani in §. cum in suo, & §. ex diuerso, de rerum diuis. in Institutionibus iuris ciuilis.

9 ¶ Item † si tignum alienum in domo mea pono, fit meum: & generaliter quicquid accedit, vt ornatus alterius causſa, accessione fit eius, quod ornatur: si non possit salua re separari, *c. accessorium, de reg. iur. in sex.*

10 ¶ Atque † ex destinatione quoque potius, quam nobilitate accessorium fit: veluti aliquando domus pretiosior area cedit solo, *l. 2. de superficieb. in P. l. qui domum, ad leg. Aquil. in P.* Item si gemmæ ornatus gratia auro inclusæ sunt, cedunt auro, & contra aliquando aurum gemmis, si ornatus causſa illis adhibitum; *l. & si non sunt, §. peruenimus, de auro & argen. leg. §. si tamen; de rerum diuis.* Dummodo bona fide rebus nostris res alienæ accedant, non aliter: nam fraudulenta cõiunctio non gignit ius accessionis. Quæ & locum habent in coniunctione rerum, quæ generis sunt quod vocat συνάφειαν, id est, connexum, qualis est in naue, & ædificio, & similibus: non autem in eo, quod ex distantibus constat: veluti in grege, legione, & populo, *per l. rerum mixtura, de vsucap. in P. l. in rem, §. item quæcunque, de rei vindic. in P.* vt notauimus in generali corporum consideratione; *supra lib. 1. cap. 8.*

¶ Literæ † quoque, licet au reæ sint, perinde chartis membra- 11 nisque cedere solent, ac solo ea quæ inædificantur ac inseruntur, *§. literæ, de rerum diuisio. l. in rem, l. 23. § 2. de rei vindic. in P. l. 3. §. penult. ad exhib. l. qua ratione, §. literæ, de acquiren. rerum domi.* Verum si quis in illis bona fide quædam scripserit; à petente impensas recipiet, *d. §. literæ, l. 3. § interdum, ad exhib. l. in rem, de rei. vind.*

¶ Paulo † autem diuersum in pictura in aliena facta tabula, vt 12 ei cedat pictura *§. si quis in alienas de rer. diuis. l. qua ratione, v. §. literæ, de acquir. rer. domin.* propter artificium quod in aliam substantiam videtur transferre tabulam: vnde mutata forma, ea quę amissa est cedet exsistenti: forma enim dat esse rei, *l. 9. ad exhiben dum.* Et pretium huiusmodi picturæ, non in re, sed in arte positum, *l. mulieris, 13. l. Labeo, 14. de verb. signif.*

¶ Obseruandum † autem in prædictis accessionibus quæ rei 13 cedunt, & quę à dominis non possunt repeti per rei vindicationem, succurri tamen dominis per actionem in factum vtilem, pro rei æstimatione consequenda, *l. idem Pomponius, scilicet, si frumentum, l. 5. §. de arbore, iuncta glo. & l. in rem, §. item quæcunque, de rei vindic. P.* Et si quis ex aliena materia in suo ædificauerit, duplum domino pro ea præstat, *l. adeo, §. cum in suo, de acquir. rer. dom. l. 1. in fi. de tigno iniuncto.* & conuictus alienam materiã furripuisse, furti actione tenetur, *l. adeo, §. cum quis, de acq. rer. dom.* Quod si quis in alieno seuerit, ædificauerit ve suis expensis, idque bona fide, dominum qui ea petet poterit repellere exceptione doli, nisi sumtus & materiæ æstimationem præstet: si autem mala fide, nihil repetit, *l. qua ratione, in princ. & §. 1. & l. adeo. §. ex diuerso, de rer. diuisio l. in fundo, de rei vind. in P.* ¶ Hac † ratione conductor qui bonæ fidei est possessor, im- 14 pensas in re aliena, & solo alieno faciens repetit, *l. habitator, de rei vind. in P.*

¶ At † in solo publico suis cæmentis ædificans, tenetur de- 15 moliri, *leg. fideicommissa, 21. §. si quis illicite, de leg. 1. ne quis in loc. publ. in P.* Item si iuxta ædificia publica, propius 15. pedibus, *leg. Mæuianam. C. de edific. priuat. l. 2. §. si quis, ne quis in loc. pub. in P.* vel ædificia publico addicta, traduntur vtenda sub pensione.

¶ Sunt † hac de re & leges apud Iustinianum in γεωργικῶν: quã- 16 rum generalis illa, *ἐὰν δὲ τοῦτο ἐν ἀγρῷ ἢ ἐν ἀμπελῶνι, ἢ ἐν ἄλλῳ τινὶ ἐργαζόμενος, ἐκ τούτου τὸν δεσπότην μὴ ἐπιζημιώσῃ καλῶς.* id est, *qui in alieno solo vel ædificat, vel plantat, vel serit, vel aliud quid operis facit, eius dominio excedito, nec sumtus à se factos recuperato.* Addit postea quod & mittat ipsas plantas, & materiam etiam ædificij, vt actionem pro æstimatione non det, *in legibus rusticis Iustinia. titulo 13. περὶ γεωτομιῶν, de operibus noui, l. 2. 3. §.* Excipit tamen Iustinianus casum, quo quis sterilem fundum alterius absentis coluit, & ibi plantauit vineam, vel ædificauit, vt redeunte domino post temporis interuallum, non liceat domino soli domum demoliri, vel vineam eradicare: si qui fecit tantundem terræ, vbi dominus soli voluerit, paratus sit reddere: quod si id non possit præstare, liceat idipsum domino, *Iustinian. in d. tit. 13. legum Georgic. l. 1.*

¶ Confusio † dicitur, cum materię mixtæ non manent in ea- 17 dem substantia, sed confunduntur simul, *l. 5. de rei vindicat.* vel diuersæ substantiæ, vt dum ex melle & vino, fit mulsum: vel in rebus eiusdem substantiæ, vt si vina misceantur, si duo vel plures massæ argenti, vna conflentur. Commixtio est, cum corpora, remanente eadem substantia singulis mixtis, vniuntur, vt dũ oues, triticum, & similia iunguntur. *§. si duorum materia, de rer. diuis. l. rer. mixtura, 30. de vsucap.*

¶ Confusio † rerum duorum dominorum ex eorundem vo- 18 luntate facta, vel transfert dominium, *l. nisi voluntate, 25. de acq. rer. dom.* vel communicat pro parte confusa, *dicto §. si duorum, & l. nisi, 25. de acq. rerum domin. l. adeo, 7. §. voluntas, eod. l. 3. & 5. de rei vindicat.* Quod si præter voluntatem domini res alienæ confusæ sunt ab aliquo cum suis, vel mixtæ, distinctioni locus est, an materia aliena additam formam mutauerit, vt si ex mea lana feceris tibi vestimentum, ex meis tabulis nauem, tua erit nauis & vestimentum, *l. sed si ex meis, 26. de acqu. r. rer. dom.* Sicuti rebus alienis cum tuis confusis, quæ eius sunt naturæ, vt separari non possint, eius fiunt cuius nomine factæ sunt, vel confusæ per specificationem *l. quicquid, 27. §. vbi simul, de acquiren. rer. dom. in P. l. adeo, §. cum quis, eod. titul. §. cum ex aliena materia, de rerum diuis.* At si materia confusa, vel in aliam speciem

Digitized by Google

translata posſit redire in priorem formam, tunc materia remanet prioris domini, vt si æs conflatum vel aurum; possunt enim in priorem redire materiam, vel si alieno argento tuum addideris, si scypho fundum aut ansam, aut lecto fulcrum, si partes duorum dominorum ferruminatione cohærent, *dicto §. cum ex aliena, l. sed si ex meis §. 1. & l. quicquid, eod.* Sic in ouibus & granis commixtis: pro quibus datur actio ad repetitionem, *l. 3. in fi. l. 5. l. in rem 23. de rei vindic. in* P. & arbitrium iudicis est quanti æstimet res alias commixtas, *§. si duorum, de rer. diuiſ.* ¶ Ceterũ † quãuis iure gentium videatur factus dominus, qui ex rebus alienis speciem nouam facit, vt ex vuis vinum, ex oliuis oleum, si in bona fide sit, tamen iure ciuili, qui mala fide rem alienam in nouam speciem transfundit, non potest fieri dominus, *l. de eo, 12. §. si quis, ad exhiben.* Quod & in miscente & confundente res alienas suis locum habet; quin & in furtum incidit sic contrectando lucrandi animo, inuito domino, *§. 2. de vſuc. l. si oleum, 78. ad ſolutio.* Et licet exstinctæ res vindicari non possint, tamen condici possunt, vt à furibus, *l. rerum, 25. rerum amota. in P. l. cum procuratori, 14. de condict. cauſ. da. P. l. ſi pignore, 22. §. 1. de pign. action. §. ſi tamen, de rer. diuiſ.* Ita qui sciens rem alienam esse, suis commiscuerit, tenetur ad exhibendum, *l. de eo, §. ſi quis, ad exhiben. P.* id est, vt ait Accursius, *in d. §. ſi quis*, condictione furtiua.

De Acquisitione rerum per Traditionem.

Cap. 10.

1 *Traditio quid.*
2 *Traditio ſola non facit dominij tranſlationem, & quæ requirantur eius rei cauſſa, & 3. & ſeq.*
3 *Traditio plus iuris non confert, quam habeat tradens.*
4 *L. Traditionibus, C. de pact. explicatio.*
5 *Traditionis vim cauſſa tradendi limitat.*
6 *Traditio legitima quarum rerum transfert dominium.*
7 *Mancipi & non mancipi quæ res dicebantur, & quid mancipatio.*
8 *Traditio proprie rerum corporalium, propriſſime mobilium: in incorporalibus pro traditione patientia, & vſus.*
9 *Traditionis loco ficta ſunt, & transferunt dominium, adeptio poſſeſſionis immobilium, adiunctio, in domum tranſlatio, iuſſus, transferendi aſpectus, vſus cum patientia domini, datio clauium, datio inſtrumenti, vſusfructus retentio, conductio, conſtitutum, verbalis reſtitutio.*
Poſſeſſionis adeptio fictitia quot modis fit, eod.
Dominij tranſlatio quot modis fit, eod.
10 *Poſſeſſionem ſpiritualium ſeu incorporalium quomodo conſequamur.*
Poſſeſſio beneficij quomodo detur, eod.
11 *Interdicta adipiſcendæ poſſeſſionis quæ.*
Interdictum quorum bonorum.
12 *Heres quando propria auctoritate hereditatem adire poſſit.*
13 *Interdictum quorum legatorum, quando detur.*
14 *Saluianum interdictum pro quibus competat.*
15 *Exſecutor teſtamentarius eſt in poſſeſſione bonorum hereditatis, conſuetudine regni Galliarum.*
16 *Poſſeſſionis bonorum agnitio ſymbolica.*

TRaditio † est actus quidam corporalis, per quem à nobis res procedens, & in alium, & ad alium peruenit, quasi tranſitio dicta, vel tranſlatio, à præpositione trans, vltra, quæ in compositione sæpe amittit ns, vt in traduco, traiicio, & similibus. Theophilo, *in §. eſt & naturalis, de rerum diuiſ. in Inſtit. iuris ciuilis*, traditio est, de manu in manum tranſlatio, naturalem miniméque multæ solemnitatis actum, & qui facile absolui possit, continens.

2 ¶ Proinde † traditio erit actus per se nudus, nec sufficiens ad dominij tranſlationem, sed tantum ad corpora danda, & ex vnius manu ad aliam mutanda. Et qui obligatur ad tradendum, non tenetur dominium transferre, sed tantum res præstare, *Paulus, l. ſi rem tradi. 18. de verb. obl. P. l. exemplo, de act. emt.* Et ita olim, teste Vlpia. *in Vlp. titulis, titu. 19.* fuisse propriam rei alienationem, traditionem: per quam nec mancipi rerum dominia, ipsa traditione apprehendimus, scilicet, inquit, si ex iusta cauſſa traditæ sunt nobis. Quare sola traditio & nuda, sufficiens non est ad dominium transferendum, nisi habeat quoque, quæ lex requirit, *l. nunquam nuda, de acq. rer. dom. l. 1. §. fin. de publ. in rem act.* nempe cauſſam & voluntatem domini tradẽtis eo animo, vt velit rem suã in alium transferri, & quod ipse tradens sit dominus, *§. per traditionem, de rer. diuiſ. apud Iuſtinian.*

3 ¶ Nam † dando rem, si non sit dominus, non potest plus iuris in alium transferre, quam ipse habeat, *l. traditio, de acquiren. rerum domin. l. clauibus, 74. de contrah. emt. P.* aut nisi potestatem à domino acceperit, qualis datur procuratori, & creditori, *l. non eſt nouum, 46. & l. qua ratione, 9. §. nihil, de acquirem. rer. dom.* Voluntas est *Cauſſa* cur dominium transferatur: medium transferendi est *Titulus*, veluti voluntatis expreſſio: traditio autem effectus voluntatis: cauſſæ legitimæ contractus sunt & obligationes, quę obligant ad dandum vel faciendum, *l. obligationum ſubſtantia, de actio. in* P. Et proinde qui duobus vendidit eandem rem, & ita in voluntate variauit, etsi is potior sit qui rem habuerit, crimine tamen stellionatus tenetur alteri, *l. quoties de rei vindic. C. l. qui duob. ad leg. Cornel. de falſ.* sed traditio firmat voluntatem. ¶ Quare † scriptum inuenies, traditionibus & vsucapionibus, non nudis pactis dominia rerum transferri, *l. traditionibus, C. de pact.* quia pacta per se non inhibent, vt dominus qui pactus est tradere vni, non possit cum dominij tranſlatione alij dare, etsi ob fraudem, vt proxime dixi, deceptus actionem ex suo contractu habeat, & quanti sua interfit reperat. Quare & qui rem emtam sine voluntate vendentis propria auctoritate occupat, prædo, non iuſtus possessor censetur, *l. ſi ex ſtipulatione, & l. fundi venditor, de acquir. poſſeſſ. in P.* vt contra, qui patitur rem à se donatam voluntate sua extrahi, quodammodo eam traditione transferre videtur, *l. qui ſaxum, de donat. in P.* 4

¶ Limitat † & cauſſa traditionis effectum. Nam qui ex deposito, *l. licet, depoſi. in* P. commodato, *l. rei commodatæ, & ſequent. commod.* precario, *l. certe, §. is qui alieno. de precario.* tradit, non transfert dominium: sicuti nec is possidere videtur, qui inre familiaritatis amici fundum ingreditur, *l. qui iure, de acquir. poſſ.* deficiente voluntate. Ergo vt traditio transferat dominium, concurrat oportet cum ea voluntas domini, quam sequi nos oportet. Quia nihil magis naturale est, quam voluntatem domini, in alium volentis rem suam transferre, ratam haberi, *dicto §. per traditionem, l. quod vero, §. fina. de acquiren. poſſeſſ. P.* Dehinc & simul cauſſa, & titulus, potiſſimum potestas alienandi, quæ & ad voluntatem & modum alienandi, pertinet. Nec voluntas sine potestate, nec potestas sine voluntate, actum hominis perficit, *leg. multum interest, ſi quis alteri vel ſibi C. leg. 3. de iure codicil. in P.* 5

¶ De † hac itaque traditione istis vallata substantialibus, quam legitimam dico, agamus, & primum annotemus, eam transferre dominium, ex Iustiniani constitutione, *in §. per traditionem, de rerum diuiſ.* rerum corporalium cuiuscunque sint generis, sublata videlicet distinctione rerum mancipi, vel non mancipi, quæ olim erat in vsu. 6

¶ Mancipi † res erant prædia, quæ in Italico solo erant, tam rustica, qualis fundus, quam vrbana, qualis domus. Item iura prædiorum rusticorum, vt via, iter, actus, aquæductus. Item serui, & quadrupedes, quæ dorso collove domantur: velut boues, muli, equi, asini, quæ res non alienabantur per traditionem, nisi accederet mancipatio, quæ fiebat certis verbis, libripende, & quinque testibus præsentibus, & inter tantum ciues Romanos, & Latinos, colonarios, & Latinos Iunianos, & eos peregrinos quibus commercium datum erat, *tradit Vlpianus, in titulis, titulo 19. Boetius, in Topic.* Erat autem mancipatio, imaginaria venditio, adhibitis quinque testibus ciuibus Romanis, puberibus, & libripende, *Boetius, lib. 3. comment. in Topic. Cicer.* 7

¶ Sustulit † has solemnitates Iustinianus: voluit tamen proprie traditionem de rebus corporalibus intelligi: nam & incorporales proprie traditionem non recipiunt, *l. ſeruus, 42. §. incorporales, de acquir. rer. domi. l. 3. §. ſi inter, de act. emt. P.* Quare & traditionis loco patientia domini, & vsus illius, cui dominus ius suum quæri vult, & ita quasi traditio ius reale in his transfertur, *l. 3. de vſufruct. in P. l. 3. §. ſi iter. de act. emt. l. quoties, 20. de ſeruit. l. etſi forte, 6. §. ſciendum, in fine, ſi ſerui. vindicet. l. ſi ego, §. 1. de public. in rem action. l. 1. §. final. de ſeruit. ruſt. C. l. ſi à re. ſi ſeruit. vindicet. in P.* & per cautionem cum vsu, *l. quoties, 2. de ſeruit. in* P. 8

¶ Propriissime † quoque inter corporalia, traditio dicitur de mobilibus, quæ manu tradi possunt. Rursum & improprie traditio erit, facta traditio, scilicet id quod pro traditione rei esse placuit. Vt primum in immobilibus, quæ tradi manu non possunt, habetur pro traditione adeptio corporalis possessionis, quæ transire facit tituli dominium in possidentem, *l. licet, C. de acqu. poſſ. l. 3. & l. cum heredes, eod. tit. in f.* Quæ & fictiones alias habet, vt tranſlatio facta censeatur dominij: veluti si rem rebus meis adiungi, vel in domum meam transferri iusserim, *l. quod meo, §. ſi venditorem, de acqu. poſſeſſ.* & aliis modis, in l. 1. C. de acquirend. possess. Supplet & traditionem aspectus corporalis, quo res supposita tradenda, tradi transferrive & acceptari censetur, *l. 1. §. ſi iuſſerim, de acq. poſſ. P. l. pecuniam quam mihi debes, de ſolutio. in* P. 9

Dehinc censetur facta traditio, si cui re, quam legitimo titulo habet, patiente domino cuius ante res erat, vtitur, *l. 2. C. de acquiſ. poſſ.* Item datione clauium cẽsentur res, quarum clauesſunt, vel quæ concluduntur clauibus, traditę, *l. clauibus, de contrahen. emti. P. l. 1. §. pen. & l. quarum iam, de acquiren. poſſ.* Sicuti eram instrumento rerum emtarum, vel debitarum traditio, censentur res eo contentæ translatę, *l. 1. C. de donat. l. 2. de pact. in P.* Per acceptilationem quoque in dotis specie, *in l. licet, §. 1. de iur. dot. in* P. Siquis quoq. donauerit aliquid, & rei donatę retinuerit vsumfructum, videtur fictione iuris eo ipso traditio & translatio dominij 10

Digitized by Google

minij in donatarium facta: sic & in aliis contractibus, *l quisquis. 28. de donatio. l. 8. C. tit. 54.* Qui donauit per epistolam, etiamsi ab eo cui donauit conduxerit rem donatam, videtur traditio & translatio facta, *l. quedam mulier. de rei vindic. in P.* nam & alieno ministerio, & per alios nobis acquiri possessio potest, *l. quod meo, de acquirend. poss.* Sed & placuit, vt si is qui vere dominus erat, post alienationem constituat & profiteatur se nomine alterius possidere, transferre in illum, cuius nomine se constituit possessorem, dominium & possessionem, *l. sicut, §. supernacuum. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. in P.* Pari modo, quando rogatus de restituenda hereditate, statim is cui restituitur, in bonis hereditatē restituēdam habere videtur, facta verbali restitutione: quamuis possessionem non fuerit nactus corporalem, *l. facta fideicom. nisi restitutione, l. 63. ad senatusc. Trebel.*

10 ¶ In † rebus spiritualibus, vt in beneficiis, fit adeptio & translatio possessionis iure ciuili, per quasi traditionem, vt in aliis iuribus, & in corporalibus. Itaque fit missio in possessionem per eum, cui beneficium contulit, aut eius delegatum, vel per ingressum Ecclesiæ collatæ, aut per tactum vectis, vel campanæ eius, vel alio modo, secundum consuetudinem, vel per scortationem, *in c. 2. de consuet. & vide ibi glo. in verbo, signum.* Sic annuli traditio, signum est inuestiturę & traditionis, *c. ex ore, de his quæ fiunt à maioris parte capit. vide quæ diximus in feudis de inuestiturę signum*, vt & inuestitura ipsa, est signum traditæ possessionis, *cap. per tuas, de donation.*

11 ¶ Est † & modus possessionis acquirendæ vel nanciscendę per interdicta prætoria adipiscendæ, *l. 2. §. adipiscendæ. de interdict. in P. li. 43. titu. 1. §. sequens, eod. tit. apud Iustinia.* Quale interdictum quorū bonorum, quod directum ei competit, cui à prætore delata est bonorum possessio, contra eum qui bona defuncti tenet pro herede vel possessore, *dict. § sequens, vers. adipiscendæ, l. 1. quor. bonor, in P.* At vtile datur etiam hoc interdictum ciuili heredi, *l.*
12 *1. quorum bonorum, C.* ¶ Nam † quamuis heres institutus propria auctoritate possit hereditatem adire, *l. 1. de bon. possess. P. l. vltima. C. qui admit. ad bon. possess. poss. l. cum heredes, 23. de acquiren. possess. in P.* non tamen hoc facere potest, si alius hereditatem possideat, *l. 3. §. 3. de bon. poss. P.*

13 ¶ Accedit † aliud, quorum legatorum, quod competit heredi contra legatarios, qui propria auctoritate legatum acceperint, *l. 1. quorum legator. P.*

14 ¶ Item † Saluianum interdictum, quo experitur dominus pro rebus coloni pignoratis, *l. 1. de Saluia. interd. P.* quod differt à Seruiana actione, *§. item Seruiana, de act. in P.*

15 ¶ Imbertus † scribit, *in Enchiridio, in testamentaria exfecutione*, ex consuetudine regni Galliarum generali, exfecutores testamentorum esse in possessione omnium bonorum defuncti, quatenus sufficere possint ad implendam eius voluntatem, nulla alia corporali apprehensione possessionis reali requisita: non solū in exsequendis legatis piis, quod consentit Baldus, *in c. 2. de consuetud.* sed & pro aliis.

16 ¶ Erat † quædam etiam agnitio bonorum possessionis, ordinandę tantum litis causa facta, propemodum symbolica, dum filius emancipatus vel posthumus alienus, vel quilibet alius cognatus iure ciuili exclusus, humanitate prætoria admittebatur, & accusare testamentum volebat. Prius namque quoddam signum, puta annulum, vel quamlibet rem hereditariam peterebat, vt sic à prætore recognitus, à iudice quoque admitteretur, *vide Aciatum, l. 8. pærgon iuris, ca. 24. c. ista Accur. in l. Papin. §. 1. de inoffi. testam. in P.*

Per quas Personas acquisitio fiat possessionis, & dominij.

Cap. II.

1 *Acquirimus nobis per nos, & per alios.*
2 *Acquisitionis personæ omnes idoneæ, nisi nominatim prohibeantur.*
3 *Acquirere qui non possunt, & seq.*
4 *Manus mortuæ homines in Gallia qui dicantur.*
5 *Alienigenæ in Gallia incapaces beneficiorum & officiorum, sine gratia.*
6 *Acquirimus per eos qui sunt in nostra potestate, per filios, per seruos nostros, & eos in quibus vsumfructum habemus.*
7 *Et quatenus per tutorem.*
8 *Per hominem bona fide nobis seruientem.*
9 *Per Procuratorem.*
10 *Acquirimus adiudicatione sententiæ.*
11 *Emtum meo nomine pecunia alienis, meum est.*

1 EX † voluntate nostra, & per nosmetipsos, & aliarum personarum ministerio, & opera acquiruntur etiam res nobis, *l. 1. §. adipiscimur, de acquiren. poss. P. §. 1. per quas personas nob. obliga. acquir.* Quomodo autem per nos ipsos queramus, partim superius dictum est, partim ex dicendis manifestum erit, vt enumeratione opus non sit. Ceterum operæpretium est, de personis nostris & aliorum, per quas & possessionem, & dominium quærere possumus, breuiter pauca percurrere, quæ sint omnibus cōtractibus, & successionibus communia, aliisque acquisitionibus rerum. In quibus singulis & res, & personas, & negotia simul perpendere, ad faciliorem methodum, decreauimus. Sunt † enim 2
actus hominum fere omnes ex his tribus compositi. Igitur in acquisitione omni facienda, personæ acquirendi capaces esse debent; quales omnes præsumuntur, nisi iure quodam speciali prohibeantur vel quærere, vel possidere.

¶ Prohibentur † autem primo, damnati in metallum, *l. si in me-* 3
tallum, de his quæ pro non script. habentur.

¶ In † Gallia iure eius plane incapaces sunt possessionis rerū, 4
homines quos dicimus manus emortuæ, seu *de main morte*, qui tenentur rerum possessiones à se emancipare, possessionive decedere: nisi iure mortcimij, id est, *parachapt ou amortissement*, à rege possideant, nempe ex gratia seu dispensatione principis, *vide Ægidium Magistri, des amortissement &, in decisio. & constitut. reg.* Mortuæ porro manus illæ dicuntur, quæ dominum non mutāt, & perpetuo retinent: cuiusmodi dicuntur Ecclesiæ, capitula, cōmunitates, siue vniuersitates, & fratriæ: in quorum omnium dictionem res peruenientes, vix vnquam dominos mutant: cū eorum homines perpetuo supersese per subrogationem dicantur iidem, *argum. l. proponebatur, de iudic. P. Paul. l. eum debere columnā, 32. de seruit. vrb. præd. lib. 8. P. sit. 2.* Et sicut Ecclesia perpetua est, sic & eius perpetuum debet esse patrimonium, *l. iubemus, in 2. de sacrosanctis Eccles. C.* Sed de his alias. In feudis, & rebus Ecclesię, iure tamen ciuili, licet Ecclesiæ sine gratia possidere, & habere temporalia, *l. 1. de sacros. Eccle. C.* & pontificio, *ca. futuram, & ca. videntes, 12. q. 2.*

¶ Alienęnæ † quoque in Gallia capaces beneficiorum vel 5
officiorum non sunt, sine gratia principis, vel adoptione regia, seu iure ciuitatis, vocant literas naturalitatis. De quibus etiam alibi diximus, in personis beneficiorum capacibus.

¶ Per † alios acquirimus, veluti per filios in potestate patria 6
constitutos, etiam ignorantes possessionem & dominium in causa peculij, *l. 1. §. item acquirimus, de acq. poss. P. l. quicquid, eod. tit. l. placet, de acquir. here. P. §. per quas person. nob. acqu. lib. 2. titu. 9 in Instit. iur. ciuil. & §. 1. per quas person. nobis obl. acq. lib. 3. titu. 19. excepta proprietate, vt in patriæ potestatu vtilitate diximus.* si verè filius, non alias, *l. iusto, de vsura. P. l. per eum quem iusto, de acq. poss. P.* 2. Per seruum quoque possessionem, si peculium gubernet, acquirimus, etiam ignoranter, *l. 1. §. item acquirimus, de acquir. poss. §. l. quod seruus, eod.* item & dominium, *dicto §. 1. per quas personas nob. acqu. & §. 1. per quas personas nob. acquir. & §. per quas pers. nob. obl. acqui. & Diximus in vtilitate potestatu seruilis.* Et si seruus communis plurium sit, dominis omnibus quærit, nisi aliter vni vel certis, se acquirere actu vel verbo profiteatur, *d. l. 1. §. per communem, & §. hæc quæ, & §. fina. & l. 2. de acqui. poss. in P.* vel nisi seruus sit furiosus, *l. 1. §. ceterum, de acquir. possess. 3.* Per seruum alienum possessionem quærimus, cuius vsumfructum habemus, *l. 1. §. per eum, & l. possess. de acquir. possess.* item & dominium, *§. 1. per quas person. nobis acqui.* earum tamen rerum tantum, quæ ex operis serui, vel re vsufructuarij quæruntur: non autem alia, quæ extra has duas causas accedunt seruo, veluti si iure legati, vel hereditatis, quæ quæruntur proprietario, *§. de his, per quas personas nob. acquir.* Operæ autem sunt in fructu, & ad vsumfructuarium pertinent, *l. 3. & 4. de oper. seruor. in P.* si modo in res vsuarij impendantur. Et ideo ratione rerum illarum conquisita, vsufructuarij sunt: quæ vero extra rem vsufructuarij quæruntur, domini proprietatis sunt, *l. per seruum, de vsu & habita. P. l. plenum, §. fin. eod.* ¶ 4. Pupillo † per tutorem acquiritur possessio, *d. l. 1 §. seu* 7
pupillus, de acq. possess. Acquiritur & dominium rerum eo nomine quæsitarum, *diximus in tractat. tutelarum in officio tutor. l. eum qui. §. fin. de constit. pecu. in P.* ideo neque administrans eo nomine non satisdat, cum quibus agit vel tractat negotia, vel exigendo debita, sed veluti dominus gerit pupilli negotia, *l. tutores debita, de administrat. tut. C.*

¶ Per † hominem liberum bona fide nobis seruientem, acqui- 8
rimus possessionem, *l. 1. §. sed & per seruum, de acquir. possess. l. qui fundum, §. fin. pro emt. in P.* & dominium, *l. l. b. homo, de acquir. rer. dominio, §. idem, per quas person. nobis acqui. §. item per liberas, per quas personas nobi. obli. acquir.* ¶ Et † per procuratorem nostro no- 9
mine possessionem adipiscentem, non aliter, quærimus & amittimus, *l. 1. §. per procurato. de acq. post. P. l. possessio quoque. §. 1. clemen. vnica, de renunciatio. l. sed si, §. idem Iulianus, de iniuriis, in P.* si modo ad id speciali mandato sit constitutus procurator, *l. qui mihi, de donat. l. per procuratorem, de acq. poss. C.* Sequiturque possessionem tunc etiam adepta proprietas, quæ à possessione nō separatur, *d. l. per procur. & l. 2 per quas pers. nob. acq. C.* exceptis quibusdam casibus, *casus enumeratur à glo. in minorum, C. de præb. & aliis reb. minor.* Acquiritur etiam & dominium per procuratorem, *§. ex his itaque, per quas perso. nob. acqui. l. si procurator meus, de procurat. P.* imo & eo inuito quæ quæsiuit, eo nomine dominus exigit, *l. quod procurator, de procurator. in P.* Sic quis per se non tantū præsens, sed etiam absens procuratoris ministerio paciscī, & acquirere potest *l. 1. §. fin. de pactis. P. l. qui autem, §. si de constitu. pecunia. P.* quia contractus iurisgentium consensu iniri, & inter absentes,

Digitized by Google

fieri possunt per nuntium & per literas, vt in emtione erit exemplum, *l. 1. § fin. de contrah. emt. P.* Si tamen procurator ad id constitutus, suo nomine contraxerit, non mandantis, ex mandato quidem conueniri potest, quasi male illud exsecutus, veruntamen sibi quærit, *l. si procur. C. de procura.* nam alioquin res ex mandato meo emta, mea non est, priusquam mihi tradita sit, *l. res ex mandato, de acqui. rerum domi.*

10 ¶ Acquiritur † 7. nobis à iudice dominium, per sententiam videlicet cum nobis quid adiudicatum fuit, *§. fi. de offi. iudic. ap. Iusti.* cuius adiudicationis effectus & possessio, ex exsecutione sequitur sententiæ, *l. exsecutorem, de exsecut. rei iud. C.* sufficit namque sententia ad dominij constitutionem, sed ad possessionem & traditionem, exspectamus exsecutionem, iudicis auctoritate, non propria faciendam, *l. exstat, quod met. causa. P. l. 1. C. de suffra.* Sic enim alterum sine altero est: quia natura, nihil commune habet proprietas cum possessione, *l. naturaliter, §. nihil commune, de acq. poss. in P.* & dominium ad nos pertinere potest: etsi adepti possessionem non simus, *l. cum heredes, de acquir. possess.*

11 ¶ Generaliter 8. † si quis aliquid emat pecuniis nostris, nostro nomine, id nostrum fit non ementis: si autem ex pecuniis alienis quis suo nomine emat vel quærat, suum fit, non domini pecuniarum: quamuis ad pecuniæ restitutionem teneatur, *l. 3. & l. multum interest, & l. qui aliena. si quis alteri, vel sibi C.* Quo casu per liberam personam etiam sine mandato expresso, quærimus ex nudo ministerio illius, *l. & per liberam, de constituta pecunia. P.* Excepta simulatione, qua quis cum sibi acquirere vult, subiicit alterius nomen, cui acquirere se dicat: nam hic plus valet quod agitur, quam quod simulate concipitur, *l. si quis instrumento, C. si quis alteri vel sib. tot. tit. plus valere quod agit. C.*

De amissione dominij, & possessionis.

Cap. 12.

1 *Possessio tot modis amittitur, quot acquiritur.*
2 *Possessio naturaliter & ciuiliter amittitur.*
Possessio naturaliter amittitur, naturæ & hominis facto, quomodo.
3 *Possessio quomodo ciuiliter amittatur vel interpelletur.*
Litis contestatione quomodo vsucapio interpellatur.
4 *Vsucapio litis contestatione interrupta possessione 40. annos exigit.*
Vsucapio quando interrumpatur libelli sola oblatione.
5 *Possessio seu vsucapio ciuiliter interrumpitur, innouatione cautionis, precum principi factæ oblatione, solutione.*
6 *Possidendi facultas, quod ad vsucapionem pertinet, quibus casibus suspenditur.*
Possessionis interruptæ & suspensæ in vsucapionibus differentia.
7 *Vsucapio quibus casibus suspenditur, & seq.*
Præscriptio suspenditur contra Ecclesiam viduatam pastore.
8 *Præscriptio rerum dotalium suspenditur pendente matrimonio.*
Dotales res quomodo præscribi possunt pendente matrimonio, contra mulieres, eod.
9 *Præscriptio rerum minorum suspenditur, pendente tempore minoris ætatis.*
10 *Vsucapio aduersus minores non procedit.*
11 *Præscriptio suspenditur contra filiumfa. in bonis à patre eius iure vsusfructus possessis.*

1 QVia † iisdem ferè casibus & modis quis acquirit possessionem & dominium, quibus alius amittere dicitur, qui vltimus dominus est & possessor, *l. 1. pro de relict. in P.* de amissione possessionis dicendum est. Amittitur possessio, vel naturaliter,
2 vel ciuiliter. ¶ Naturaliter † bifariam, vel facto naturæ, vel hominis. Naturæ facto, veluti si fundus qui possidebatur, à flumine, vel à mari occupatur, *l. 3. §. Labeo. de acq. possess. in P. l. Pomponius, l. qui vniuersas §. item quod. eod. tit.* retinetur tamen dominium, *l. adeo, §. insula. de acquir. rer. dom.* P. Facto hominis amittitur possessio, vel eius qui possidet, vel tertij alterius: facto possidentis, si is rem alij tradat, vel ex contractu, vel alio modo: si negligenter res vacare relinquat, vel si dominus sine successore decesserit, vel longo tempore abfuerit, *l. furtum. §. fundum. de vsucap. P. 2.* Si constituerit in animo se nolle amplius res possidere, *l. 3. §. 1. amittenda. de acq. poss.* Si abiiciat à se rem, vt diximus paulo ante, dum de rerum inuentione & occupatione egimus. In dominij tamen amissione animus solus non sufficit, *l. si quis vi, de acq. possess.* Amittit & rerum possessionem 3. possessor in captiuitatem hostium, vel in alterius redactus potestatem, *l. cum heredes, §. 1 de acq. possess. P. l. si in qui pro emtore. de vsu.* P. qui enim ab alio possidetur, non possidet, *l. homo lib. §. quicquid. de acquir. rerum dom. P. l. sic euenit, ad leg. Iul. de adult. P.* Neque hic postliminij ius proficit: quia possessio magis facti quam iuris est, *l. denique, cui ex caussa ma. non licet. l. 1. & l. possess. §. qui in aliena. de acquir. possess. in P.* 4. Si quis ex suo loco puro, id est, profano, *l. 1. de sepul. viola. tit. 13. P. l. 1. §. purus, de reli. & sum. P.* religiosum faciat, & ibi mortuum inferat, *l. qui vniuersas. §. 1. de acqu. poss. P.* cum religiosa loca in nullius commercio sint, *§. nullius de rer. diuis. l. inter stipulantem. §. sacram. de verb. oblig. cum simil.* qualia faciunt sepulcra. *§. religiosum, de rer. diuis. cum similib.* Si amittit possessionem, qui iussus cauere damni infecti nomine non cauit, & aduersarius missus est in possessionem eius rei nomine, ex secundo decreto, *d. l. qui vniuersas, §. 1.* Facto alterius amittitur possessio rei mobilis, si ea surripiatur, *l. rem, quæ à nobis surrepta est de acquirend. possess.* Item si ab alio vi deiiciatur quis à possessione, *l. naturaliter, de vsucap.* Quamuis enim fictione iuris, & ratione ciuilis possessionis vi deturbatus non videatur desiisse possidere, quod interdicto vnde vi ad possessionem restitui potest, *l. si quis vi de acquir. poss.* & nō videatur rē acquisisse, qui ita natus vi eam retinere non potest, *l. non videtur, de acquir. possess. P.* tamen, quod pertinet ad possessionem naturalem, & eam, quæ ad dominij adiectionem per vsucapionem proficere potest, re vera desinit possidere, *d. l. naturaliter,* & interpellatur deiectione vsucapio.

¶ Ciuiliter † interpellatur vel amittitur possessio, per actus ciuiles. Primum, si causa in iudicium deducta & contestata, possessio in controuersiam deducatur, *l. nemo ambigit, de acqui. possess.* Et ita litis contestatione tollitur, interrumpitúrque vsucapionis possessio, *l. more litis, C. de rei vind. l. nec bona fide, C. de præscrip. com. tempor.* vt sequens possessio seu continuatio, priori interruptæ non proficiat, *l. 2. §. 1. pro emt. P.* Nec tamen existimandum est, priuari iure interpellatum, vt postea possidendo non possit vsucapere: siquidem potest iterum vsucapionem possidendo inducere. Et ita intelligi debet quod dicitur, petitione & contestatione litis non interpellari possessionem: videlicet ratione incipiendæ vsucapionis. ¶ Quæ † tamen à die qua quieuerunt cō- 4
tendentes à lite, à die videlicet præscriptionis interruptæ, exigit spatium quadraginta annorum, etsi alioquin si nulla interruptio lite facta esset, sufficeret minor ætas & tempus breuius, *Li. §. excepti, de annali excep. C. l. fin. de præscript. 30. vel 40. annor.* Quod notandum est, sicut & aliud singulare, non semper exigi litis contestationem ad possessionem amittendam vel interpellandam, quando videlicet aduersarius qui possidet, ob potentiam, vel absentiam, vel ob indefensam sine tutore infantiam, vel ob penuriam iudicis, lis suo marte agitari vel contestari nequit: quibus casibus libellus solus sine contestatione, vel protestatio sola sufficit, seruata à iure præscripta in his formula, *l. 2. C. de annal. excep.* ¶ Secundo † possessio ciuiliter amittitur, si 5
quis, non completa præscriptione, cautiones, ex quibus possidet, innouet; nam tunc prior possessio amittitur, & interrumpitur, *l. cum notissimi, §. sed etsi quis, de præscript. 30. vel 40. annor.* non enim est eadem causa possidendi posterior cum superiore, *l. 2. §. fi. l. qui cum herede, pro emt. in P.* Tertio interrumpitur ciuiliter possessio, præsertim in præscriptione longissimi temporis, si precibus impetretur à principe, & precum exsequendarū gratia exsecutor datus & missus sit, *l. sicut, §. 1. de præscriptio. 30. vel 40. annor.* Quod tamen in annalibus præscriptionibus vel actionibus verum non est omnino: nam in his non requiritur exsecutor, sed sufficit preces oblatas fuisse, *l. 2. de preci. Imper. offe. C. 4.* si quis præscribens vsuras ex contractu debitas, eas soluerit, possessionem interrumpit ad præscribendam cœptam, *l. si quis emtionis, §. 1. de præscrip. 30. vel 40. ann.*

¶ Et † hæc ad acquirendam, vel amittendam possessionem 6
pertinent. Ceterum casus quosdam & tempora obseruare par est, in quibus nec acquiri, nec amitti, nec continuari, sed suspendi possessio dicitur ciuiliter, *l. cum heredes, §. 1. de acquiren. possess. P. l. 1. & l. nec bona fide, C. de præscriptio. long. tempor.* Quod maximè prodest annotasse in vsucapionibus: siquidem dum interrumpitur possessio, sequens tempus possessionis post interruptionem, nunquam cum præcedente coniungitur, vel continuatur, sed amittitur prior, & recens est initianda ab interpellatione possessio.

¶ At vbi quieuit vel dormit possessio, & suspenditur, finita tempore quietis, sequens tempus priori, deducto medio, annectitur per continuationem. ¶ Exempla † huius axiomatis proba- 7
tionem exhibent. Primum in rebus Ecclesiasticis, quæ quando Ecclesia habet præpositum, 40. annis præscribuntur, vt vulgaria iura sunt, *authen. quas actiones. C. de sacrosan. Eccles.* at sede vacante & Ecclesia viduata pastore, quandiu eiusmodi est, non continuatur possessio aut tempus, sed quieuit, & alio excedente pastore continuatur tantum, subducto tempore vacationis, *c. auditis, c. de quarta, c. 1. iun. glo. de præscrip.*

¶ Aliud † exemplum in rebus dotalibus, quarum præscriptio 8
tempore matrimonij suspenditur contra mulieres, quia eo tempore sunt in potestate mariti, nec possunt mulieres tunc agere: at ab eo tēpore, ex quo potuit mulier agere, soluitur suspēsio & continuatur possessio efficaciter, subducto tempore quo agere non potuit, tempore matrimonij, *l. in rebus, §. omni, de iure dot.* Vnicum excipiunt casum, si ante matrimonium ferè præscriptio consummata erat, & modicum adhuc supererat requisitum tēpus ad perfectionem: nā tunc potest cœpta & penè perfecta ante, tempore matrimonij continuari & perfici, *l. si fundum, de fundo dotal. in P.* Quod enim de proximo futurum est impleri, proiam facto habetur, *l. penul. de mili. test.* & in mora modicitempo-

sis pe-

Digitized by Google

ris periculum non est *l.si debitori, de iudiciis, P.l.si in lege locationis §.colonus, loca.P.* Verum ego non arbitror demendum illum casum nec tunc etiam currere vsucapionem vel cõmutationem possessionis contra mulierem, quando fere ante impetrata erat vsucapio. Quia in vsucapionibus, quanquam tempus à momento in momentum non computetur, tamen hora eadem inspicitur, vt eadem finiat tempus quæ incœpit, euolutis iustis annorum spatiis, *l.in vsucapion.& l.deoque, de vsucap.P.* Verum lex quæ ansam dederat exceptioni, *dicta l.si fundum, de fundo dotal. P.* intelligenda est, vt vsucapio seu præscriptio incepta ante matrimonium continuetur tempore matrimonij in rebus dotalibus, quando res dotales transeunt in periculum mariti, & marito non vxori pereunt. Quod accidet pluribus modis, vt si negligens in petendo, & in mora sit, *dicta l.si fundum*, vel si res æstimatas susceperit, & soluendo est: quia illæ, tanquam mariti essent, habentur *l.plerunque, §.si ante, de iure dotal.P.cum simil.iuncta l.quod si pendente, de pericul. & commo.rei vend.in P.* Contra, si ad inopiam vergeret, vel eius periculo res non esset: tunc enim suspenditur præscriptio, *d.l.in rebus §.omni, de iure dot.C.* cum interest reipub. dotes mulieribus saluas fieri, *l.1.fol.matr.in P. cum similibus.*

¶ Tertium † exemplum est in minoribus, quorum quidem 9
res, pendente minore ætate, nec alienari nec vsucapi queunt, cœptaque vsucapio aduersus eos hac durante ætate quiescit: continuatur autem ea exacta ætate: prior cum sequente possessione, *l.si ut, §.nec sufficiat, & l.cum notissimi, ibi, sed impubes ætas excipienda est, C.de præscriptio.30.vel 40.annor. l.Æmilius Largianus, de minor.25.an.*

¶ Et † planum hodie est & exploratum, aduersum minorem 10
nullo modo procedere vsucapionem, *l.si.in quib.caus.in integ. restit.non est necessa.* quanquam olim procederet, quæ posset nihilominus restitutione in integrum reiici, *l.1. C.si aduersus vend.*

¶ 4. Exemplum † erit in bonis filiifamilias, in quibus pater 11
vsumfructum habet: quorum suspenditur vsucapio, quandiu in patris sunt potestate, *l.1.§.sin.de annal.excepi.C.l.1.9.fin.iuncta authen.nisi tricennale, de bonis mat.* Et horum omnium æquitas pendet ex regula generali, alteri per alterum, condictionem iniquam fieri non oportere, *P.de reg.iur.non debet, cum simil.ibi notatis.* Neque ei, qui agere nequit, currere tempus vtile, *l.annus, de calumniator. d.auth.nisi tricennale.* Vacans autem Ecclesia, vxor, minor, & filiisfa. nec agere per se possunt, neque illis sine facto suo imputari debebit mora, vel negligentia aliqua.

DE CONVENTIONIBVS IN GENERE.

LIBER VICESIMVS PRIMVS.

De necesitate conuentionum.

Cap. 1.

1 *Quibus rationibus diuisio rerum recepta, hisdem, & alia rerum cuique facta distributio & conseruata: & quare cuique libera rerum suarum dispositio.*
2 *Conuentiones seruanda debent esse.*
3 *Commercia & rerum commutationes humanæ societati necessaria quare.*
4 *Primus contrahendi modus per Donationem, Mutuum, & Commodatum.*
5 *Item postea per Commutationem, vnde alij contractus prodierint: & quomodo illa non expedita, & propter necessitatem, & formulas contrahendi inductas.*
6 *Pretium, & nummus ad constituendam æqualitatem conuentionum.*

1 QVIA † placuit humanæ imbecillitati, pluribus de caussis diuisionem rerum admitti, & ita cuique possessionem & partem committendam: hisdem rationibus æquum visum est, vtile, & necessarium, possessa libertati cuiusque, & libere administrationi concedere, *l.nemo externus, de Iudæis, C. in re mandata, C.mandata.* Et ita communi consensu mutuo sibi in societate sanciuere, non oportere cum alterius iactura locupletari, *l. nam hoc natura.de condict.indeb.in P.l.iure naturæ, de reg.iur. P.cap. locupletari, eod.tit.in sex.* nemini ius suum detrahendum esse, *l.2. de his qui sunt sui vel alie.iur. in P.§. fi.eo. tit.ap. Iustinia.* & quod nostrum est, sine facto nostro in alium transferri non posse, *l. id quod nostrum, de reg.iur.l.in diem, de aqua pluuia arcen.in P.* Neque secta nostrorum temporum patitur, vt ait Iustinianus, in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri, vel pacisci *l.fi.§. de pact.C.lib.2.tit.3.* Et vltra iniquum visum, ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum administrationem, *Caius in l. 2.si à parente quis fuer.manumiss.li.37. P.tit.12.* cum liceat per libertatem, viuere vt velis, *l.libertas, 4 de sta.hom.in P.* Multo magis res suas quæ inferiores personis sunt, *l.iustissime, de ædilitio edicto.P.* & ad vsum earum, *l.in pecudum, de vsur.in P.cum simil.* pertractare. Atque nihil tam naturali æquitati conuenit, quam voluntatem domini rem suam in alium transferre volentis, ratam haberi. *§.per traditionem de re.diuis.ap.Iustin.l.qua ratione, 9.§. hæc quoque res, de acq.rer.dom.*

2 ¶ Vnde † conuentiones voluntarias & spontaneas esse debere, dum concipiuntur, satis superque constat, *l. in commodato, §. sicut commoda.P.l.sicut, de action.C.* Et ita Iabolenus Iurisconsultus tradit, in omnibus rebus quæ dominium transferunt, accedere debere affectum contrahentium, sine quo conuentio imperfecta fit, *l.in omnib.54.de act.in P.l.1.de pact.in P.l. in conuentionibus 219. de verb.sign.l.fin.quæ res pign.obl.poss.P.* Aristoteles quoque tradit, *lib.4.ad Eudemum*, initium contractuum voluntarios esse. Plato etiam, *sequitur*, inquit, *li.11.de legibus, vt dicamus de pactis conuenientibus, hisque ordinem tribuamus. Simplex autem illud sit, vt nec mea quisquam pro viribus tanget, nec moueat meorum quicquam minimum, nisi mihi persuaserit: atque ego dum mentis compos fuero, idem in alienis efficiam.*

¶ Idem † & Plato alibi, *lib.15.in Sophista.* speciem acquisitionis quæ fit inter volentes, dixit esse cõmutationẽ quæ fit dominio, emtione, & mercede. Ceterũ cũ ita singulis rerũ dominis, libera esset & sit voluntas erga res suas, & sæpe pluribus egeant mortales quæ apud alios sunt, aliquibus autem superfluis abũdent, quæ aliis commoda & vsui sunt, vel possunt esse, suasit eadem societas humana communicationem, vicissitudinem dandi & accipiendi, quam commercium, quod & conuersationem seu conuictum, *c.forus, de ver.sign.* & mercium seu rerum commutationem, *c.notarius, de prohibita feudi alien.in vsib. feudo. cum simil. quæ glo.addit in §.1.de inutil.stipul.in verb.commercium, Facit rubri de commer.& merca.C.l.3.quæ res vendi possint, C.l.1. quæ res exportari nequeant, C.l.2.C.de eunuchis*, dicimus, quib. eget humana vita, *l.2.de nundinis, in* P. Plato, *2.de repu.* Natura ipsa primum hominis, egentibus misereri iussit, cum ea sit vinculum omnibus commune, *l.vt vim, de iust. & iure* P. animálque homo sit sociale, & interesse hominis, hominem affici beneficio, *l. seruus ea legẽ, de seruis exportan.* cumque omnes essent eadem necessitatis lege constricti, vt alter alterius ope carere non posset omnino. 3

¶ Et, † ni me mea fallit opinio, arbitror primum modum 4
transferendi res, post diuisionem, à liberalitate processisse, & donationem fuisse, *c.1.de empt.ap.Greg.* at vtendi modum, sine translatione dominij, cum fide restitutionis, fuisse mutuum & commodatum. Potuit autem liberalitas, & donatio inter viros probos sufficere cum mutuo: eo quod gratia gratiam generat, & qui beneficium suscipit, si improbus omnino non sit, natura impellatur beneficium rependere danti, *l. sed etsi.§.consuluit, de rebit here.l.in* P. Vnde Caius speciem lucri dixit esse, ex alieno largiri, & eo modo beneficij debitorem sibi acquirere, *l.si pignore, 57. de furt.li.47.tit.2.*

¶ Ideo † legimus antiquitus, primum genus commerciorum 5
fuisse Commutationem: in qua potius habebatur ratio gratitudinis beneficij suscepti, quam valoris rei. Quod Aristoteles indicat de conuictibus agens *Conseruatur*, inquit, *5. Ethicorum, ad Nicomach. respublica commutatione: ideo gratiarum templa in mediis vrbibus construi solent, vt mutua fit retributio: hoc enim gratiarum proprium est, vt is qui beneficium accipit, vicissim aliquid reddat.* Cũ autem illa commutatio non esset semper expedita, neque omnes pari animo inter se essent, & quia cum extraneis, cum qui-

Digitized by Google

bus contictus non erat, esset agendum, & ab illis res nobis necessariæ essent exportandæ, neque illi facile concederent, & commutatione nostrarum rerum non egerent, vsus & necessitas viam conuentionum inuenerunt. *l. ex hoc iure, de iust. & iur. P. §. ius autem gentium, de iure natu.* legésque tunc aliquas, & subinde alias, gentes constituerunt pro facili commercio.

6 ¶ Accessit † & tandem pretium, id est, electa quædam materia publica auctoritate & signata, qua, vt per symbola, consensu res vicissim æstimarentur, loco commutationis rerum aliarum, quæ in permutationis nomine postea propria fuit conuentio, *l. 1. de emt. in P. l. 1. de rer. permuta. P.* Cum istis simul, crescente habendi cupiditate, & laxatis rationis frænis & malitia hominum & dolis grassantibus, leges conueniendi & formulæ, dehinc & repagula conuentionum firmata sunt, ne vetitis artibus domini rebus suis spoliarentur, vt ex sequentibus apparebit.

Quid Conuentio, Pactúmve, & qua methodo, & ordine ad obligationem fiat transitus.

Cap. 2.

1 *Conuentionis nomen generale est.*
2 *Voluntas fundamentum vnum primum conuentionum cum potestate.*
3 *Voluntas coacta conuentiones reprebat, vt metus & vis.*
4 *Error, vt aduersarius voluntati liberæ, conuentiones vitiat, & quare.*
5 *Dolus vel deceptio, aduersarius voluntati.*
Bona fides aliud contractuum fundamentum.
6 *Potestas debet adesse contrahendi cum voluntate.*
7 *Conuentionis duæ species, contractus & transactio.*
8 *Fide firmantur conuentiones, & fidei laus.*
9 *Fidem frangere graue.*
10 *Fides seruanda ob religionem, vt vitetur mendacium.*
11 *Fidei seruandæ cura apud magistratus in contractuum vis.*
12 *Creditor & debitor, dicti à fide.*

1 COnuentionis † nomen, inquit Vlpianus, generale est, pertinens ad omnia de quibus contrahendi transigendive causa consentiunt, qui inter se agunt. Nam sicut conuenire dicuntur, qui ex diuersis locis in vnum colliguntur & veniunt, sic qui ex diuersis animi motibus in vnum consentiunt, id est, in vnã sententiam decurrunt, neque vllus est contractus, nulla obligatio, quæ in se non habeat conuentionem, *l. 1. §. conuentionis, de pact. in P. l. si voluntate, C. de rescinden. vendit.* Oportet enim venire in vnam sententiam, & consentire eos, de quorum rebus agitur, priusquam res illorum in aliam potestatem veniant, vel sententiam.

2 ¶ Voluntas † itaque erit fundamentum vnum præcipuorum contractuum omnium & pactionum, quæ tamen ad effectum producendum, debet habere potestatem coniunctam: cum perfectio omnium actuum inde, velut ex materia & forma, absoluatur, *l. multum interest, si quis alteri vel sibi, C. Boetius, in Topic.* Velle legitimum, seu voluntatem habet legitimam, is qui potest, *l. filius qui, de condit. Insit. in P.* & quando voluntas potestati concessæ est conformis, *l. 1. de codicillis in P.* Quemadmodum contra, potestas desiderat sociam vere voluntatem, id est, quæ sit spontanea, sui arbitrij, sine errore, non intercepta vel decepta.

¶ Proinde † conuentiones metu & vi coactæ, nullius effectus sunt, *l. 1. & l. si mulier. §. si dos, quod met. cau. in P. l. si voluntate, de rescinden. vendi. in P. l. interpositus, de transact. C.* Qui per vim aliquẽ sibi obligauit, lege Iulia de vi publica tenetur, léxque eum obligationem rescindit, vt scribit Martianus. *l. qui cætu, §. ad leg. Iul. de vi public. in P.* & rem in integrum restituit, *l. metum §. sed quod ait prætor & §. ex hoc edicto, quod met. cau. in P.* Vis quippe habet nec essitatem aduersariam voluntati & libertati, *l. 1. & 2. eodem titul. quod met. cau. P. l. si ea res, de actio. prætor. P.* aduersum quam parum proficit custodia, *dicta l. 1. & l. metum accipiendum, 5. & l. metum autem, & sequent. de eo quod met. cau. in P.* Vt & metus, instantis periculi est trepidatio, maioris impetus non lenis timor, & qui de mente possit constantem virum deturbare, *Harmenop. li. 1. Promtuarij iuris, l. 1. de minor. 25. ann.* Vim etiam existimat Harmenopulus, & præter animi sententiam, ætatis fragile & infirmum consilium, quod suæ voluntatis adhuc non est ad contractum hortari, *l. velle. 4. de regu. iur. in P.* Vt & velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, *vt in l. si mulier, §. penul. de eo quod met. cau. in P. in l. si patre cogente, de rit. nupt. P. l. cum proponas, C. de hæredi. instituend.* Et si voluntas dicatur horum: tamen non absolutè sed cum additamento voluntas coacta dicenda est, *l. non videtur, de libera. causa. in P.*

4 ¶ Voluntate † quoque fieri non videtur, quod ignoranter geritur, vel fit, *l. vt in l. 2. de indic. in P. l. si per errorem, de iurisdict. omnium iud. in P.* nec videtur consentire, qui errat, *l. sed si hoc ita. 20. de aqua pluuia arcend. li. 39. P. titu. 3.* nec voluntas accedere dicitur, vbi error, *l. si procurator meus, 35. de acquiren. rerum domi. lib. 41. P. tit. 1.* neque errando res suas tradens, eas amittit, *Azo, in summa tituli de iuris & facti ignorant.* Errare secundum Azonem est, aliud pro alio putare, *l. non omnis numeratio, de reb. cred. in P.* Idcirco actus erronei effectum non sortiuntur, cum vltra voluntatem agentis & intentionem non sint porrigendi, *l. qui cum tutoribus. 9. §. 1. de transa. in P. l. obligationum substantia, de act. in P.* nec extra cogitata extendendi, *l. in venditionibus, 9. de contrahen. emtio. lib. 18. P. tit. 1. iuncta l. quod tamen, 14. eod. tit. P. & l. si id quod aurum, 22. de verbor. oblig.* potiss mum, si qui conueniunt errent in corpore, vel intellectu, vel in substantialibus conuentionis, qua de agitur, *l. & eleganter, de dolo in P. l. iurisgentium, §. dolo malo, de pact. in P. & ib gl. late l. si dolo, C. de rescinden. vend. l. dolo vel metu, de inutil. stipu. C. l. si quis cum aliter, 36. de verb. oblig.*

¶ Proxime † errori accedit, decepta dolo alterius voluntas, 5
quæ cum plane libera non dicatur vel integra, sed corrupta, & quodammodo fascinata, excludit conuentionis effectum: vt si dolus dederit causam conuentioni bonæ fidei, corruat ipso iure; si autem ea sit stricti iuris, actione, vel exceptione de dolo rescindatur, *l. si posteaquam, C. de pact.* si modo deceptus velit ab hac conuentione abire, non vtique si decipiens & dolosus, proposito à se dolo, velit eo prætextu resilire, *l. transactione finita, C. de transact. l. cum profiteatur, C. de reuocan. don. C. l. filios, de reuocan. his quæ in fraud. creditor. C. l. venditor, C. de reb. alien. non alien. cum similib.* nam is non admittitur, vtpote propriam turpitudinem allegans, *l. bona fides, 3. depost. li. 16. P. tit. 3. l. bonam fidem. C. de act.* bona fides namque in omnibus conuentionibus aliam basin & fundamentum facit, & in omnibus, quæ legitimæ dici mereantur, exigimus, *l. legitima, de pact. in P.*

¶ Potestas † etiam conueniendi non minus, quam voluntas 6
illa libera inspicienda est, quæ vno verbo, legitima erit, si legibus non repugnet, *l. sancimus, de agricol. & censit. lib. 11. C. l. non aubium. C. de legi.* alioquin conuentiones factæ lege contrahere prohibente pro infectis habentur, *l. si voluntate, de rescin. vend. C.* quomodo autem prohibeantur, & quibus suo loco postea dicemus Deo iuuante. Ex plurium, vel duorum voluntate fit consensus.

¶ Porro † in consensu voluntario subnixo lege, vel contrahi- 7
tur, id est, restringitur prior voluntas, *d. l. 1. §. conuentionis, de pactis in P.* vel omnino à voluntate, quæ prior erat, per aliquem conuenientium recedit. Vnde duo genera prima conuentionum, nempe contractus & transactio, *l. 1. §. pactum, de pact. P. l. 3. de pollicita P.* generaliter nomine transactionis vsurpato. Quando autem ab vtroque conuenientium voluntas decreta & determinata, seu in certo certisve mutuo consentiens est, tunc firmatur reciproca promissione, quæ pactum postea dicitur, à pango pepigi, fimo epoque. Si pactum dicitur, duorum pluriumve in idem placitum, & eo sensu: vel vt Haloander legit, placitum consensum. *d. l. 3. de pollic.* P. dictum à pollicitatione, quæ est vnius tantum promissio, *l. sciendum tamen, 19. de ædil. edict. lib. 21. P. titu. 1.* Neque per consequens omne dictum vel promissum, pactum est. Nam dictum, vt ait Vlpianus: accipimus, quod verbo tenus pronuntiatum est, nudoque sermone finitur: promissum autem potest referri ad nudam promissionem, seu pollicitationem, siue sponsionem, *l. verba contraxerunt, de verb. sign. in P.* Quare nec verba, contraxerunt, pertinent ad promissiones seu dispositiones testamentarias: quia testamentaria promissio, non habet fixam, vel pactam voluntatem, sed ambulatoriam & mutabilem, vsque ad periodum vitæ vltimam, *l. 4. de admen. legat. in P. l. si quis in principio, de leg. 3.* nec firmam, nisi morte intercedente, *c. cum Martha, de celebra. missa.*

¶ Modus † præcipuus pangendi & firmandi conuentiones est, 8
datio & receptio fidei, quæ vtrinque datur & accipitur seu interponitur, quæ vnam facit sententiam inuiolabilem, & indissolubilem, & ex propriis duabus aut pluribus voluntatibus, vnam conuenientibus communem: non secus, quam voluntas duorum dominorum miscentium materias, commune totum corpus efficit. Siue illæ vnius generis sint, siue alterius, vel materiæ, *l. deo. §. voluntas. de acquiren. rer. domi. P.* Proinde libertas, quæ erat contrahendi vel non contrahendi in initio fide data & accepta in conuentione, transit in necessitatem, vt eam implere oporteat, *l. in commodato, §. sicut, eo modo a. in P. l. sicut, de actio. C.* Ita fidem contractus impleri debere, æquum esse responsum est, *l. sed & addes, 21. §. fina. loca. lib. 19. P. titu. 2.* & placita seruanda, *l. non minorem, C. de transact. l. 1. de pac. in P. l. 4. §. 1. de seruitu. l. iurisgentium, §. prætor ait. de exact. P. l. 4. §. sed etsi minor. de manumissio. lib. 40. P. tit. 1.* Sic Constan. Arca. & Horor. CCC. quamuis improbent ea, quæ sub tyrannis facta essent; non tamen euerti eas voluerunt pactiones & negotia, quæ priuati sponte fecissent, *leg. 2. & leg. valeat, de infirmandis ea sub tyrannis vel barbaris facta sunt, libro decimoquinto, C. Theodosiani, titul. 14.* Cum Anacharsis Solonis studium circa leges componendas irrisisset, nempe quod ridiculum putaret, velle iniurias ciuium, ac cupiditates literis coercere, quæ nihil ab aranearum telis differrent, quæ sicut illæ paruas & non magnas muscas, sic istæ debiles tantum, & imbecilles

detine-

Digitized by Google

derinerent, à potentioribus autem & locupletioribus rumperentur: respondit Solon, conuentiones tamen ac pacta homines seruare solere, quæ transgredi ex contrahentibus nemini conducat, *Plutarchus, in vita Solonis.* Isocrates admonet, vt in malis rescindi oporter fidem, ita in bonis seruandam esse, *Isocra. ora.1.* A Cicerone pactum, quod inter aliquos conuenit, tam iustum putatur, vt & iuri præstare dicatur, *Cicero 2. de Inuent.* Terentius impudentissimum oratione existimat eorum qui fidem negant. *Attamen, inquit, vbi est fides, si roges, nihil mouet, in Andria. Terentius, act. 4 scena 1.* Plato fidem firmitatem, veram syncerit atem, veram philosophiam dicit esse, *Plato epistola 10. Aristoteles 10.* Valerius Maximus, tantum venerationis fidei viribus deberi existimat, quantum ceremoniis immortalium deorum. *Illis enim, inquit, publica salus, his priuata continetur. atque vt illarum ædes sacra domicilia, ita harum, fida hominum pectora, quasi quosdam sancto spiritu, referta templa sunt. Valer. Maximus, lib. 4, c. 7. dum de Pythia & Damone agit.* Et rursum, *venerabile fidei numen, dextram suam, certissimum humanæ salutis pignus ostentat, Idem Valer. Max. in princi. sexti libri. Neque,* auctore M. Tullio Cicerone, 2. *Officio. aliquid vehementius vempub. continet, quam fides, quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum.* Fidem & Mentem dedicauit in Capitolio, M. Æmilius Scaurus. Ante autem consecrauit Fidei templum, Attilius Calatinus, *Cicero, 2. de Diuinatio.* Et priscis quoque præcedentibus temporibus. Fidei templum publice sacratum, vt seruandam & venerandam fidem homines discerent, *Dionysius Halicar. in 2.*

9 ¶Perfidiosum † & nefarium fidem frangere, *Cicero, pro Q. Rabirio.* & qui fidem violat, oppugnat omnium commune præsidium, *Cicero, pro S. Roscio.* Fides namque iustitiæ fundamentum: quia ea dictorum conuentorumque constantia & veritas; credamusque, quia fiat quod dictum est, dictam esse fidem, *Cicero, 1. Offic. & epistolarum familiarium, li. 16. epistola 406.* Fides firma opinio, *Cicero, in Part. ora.* or. fides inquam iustitia in rebus creditis, *idem Cicero in Partit.* Si enim fides data contemnitur, nihil aliud sequi ex negotiis hominum & conuictu potest, quam confusio, societas pluspuam ferina, diffidentia, insidiæ, cædes, & perpetuæ inter homines bellum: tantæ namque est auctoritatis fides, vt etiam fœdera cum hostibus iungat, & amicos faciat: non alia ratione, quam quod iuregentium receptum sit, cum hostibus pacta facta valere, *l. conuentionum, 5. de pact. in P.* pacta hosti seruanda *l. 1. de constituta pecunia. lib. 13. P. tit. 3.* & malis hominibus priuatis, nisi detrimentum patiatur inde respublica, vel iura repugnent, *l. bona fides, depositi in P. can. in multis. 22. q. 4.* Quæ persequitur Cicero, dum etiam celebre illud exemplum Attilij Reguli refert, qui ne fidem pœnis datam violaret, elegit potius ad supplicium redire, *Cicero, in 1. & 3. Offi.*

10 ¶Nostri † quoque pactum à pace dictum autumant, *ex c. 1. de pa. apud Gregor.* & propter vtilitatem promiscui vsus conuentiones seruari, *Paul. l. si quis mancipio, 17. §. si impubes, de institor. act. lib. 14. P.* Accedit, quod & in fide seruanda vinculum religionis, ne mendacium committatur vel deceptio, contemplemur, in quibus delictum animaduersione dignum versatur, *can. beatus, can. primum, can. nec ars ficiosa, can. omne. 12. q. 2.* Stimi, inquit Phornutus, ὁ τ συνθηκῶν τι μεταξὺ ἀμῶν ἢ συνάπτηται. Id est, *Themistius, cuius præsidio & contractus facimus & obseruamus, Phornutus, lib. de Deor. C. de τῆς ἀληθοποιΐας μυθ.* Et Græci voluerunt religione potius, quam veritate fidem esse cõstrictam, *Cicero, pro Cornel. Balbo.*

11 ¶ Proinde † Aristoteles curam esse debere magistratibus, de contractibus priuatis, tradit. *Aristotel. 6. Poli. cap. 2.* Et Plato, *si quis, inquit, non videatur pacta seruasse, nisi lex, aut decretum prohibeat, aut necessitas, aut vis illata coegerit, aut inopinatus casus inuaserit, detrimentum, non seruati pacti causam in alios, tribunum iudices cognoscant, nisi vicini prius, aut arbitri reconciliauerint. Plato lib. 11. de Legib.* Gellius legem illam fœuissimam de laniandis debitoribus 12. tabularum, inductam fuisse censet, ob fidei promissæ firmitatem; quia populus Romanus tam publice, quam priuatim, fidem coluerit, sanctamque habuerit, *Gellius, li. 20. cap. 1.* Sic enim vt dicebat Theodoricus Gotthorum rex, Fausto præposito scribens, *Cassiodor. li. 2. variar. epistolar. 5.* solus metus retinet quos fides promissa non retinet, Silius Italicus, *lib. 13.*

Vox occulta subit, passim diffusa per aures:
Fœdera mortales, sæuo ne rumpite ferro:
Sed castam seruate fidem: fulgentibus ostro
Hæc potior regnis dubio, qui frangere rerum
Gaudebit pacta, ac tenues spes linquet amicis:
Non illi domus aut comitum, aut vita manebit:
Nunquam expers luctus, lacrymaque: aget æquo semper,
Ac tellure premens, aget agnum nocte diuque
Despecta ac violata fides.

Fides igitur post consensum interuenit cõuentionum, & vt cum Speusippo dicam, fides approbationem & consensum sequitur, *Speusipp. in commenta. ad lib. 2. de anima Aristot.* Et sic dicimus fidé accommodari vel interponi, *l. ex facto, 43. §. fin. de vul. l. in fraudem legum, 10. de his quibus vt indig. P. l. penult. si quid in fraudem patron. & l. 13. §. cum autem de iur. fisci, in P. l. 15. ad municipal. P. Vlpian. Epitom. titul. 27.* Et in hac fide obligationum versatur maxime substantia: nam conuentiones id non agunt, vt res tunc consequamur cum conuenimus, sed vt obstringamus aliquem ad dandum vel faciendum postea, *l. obligationum substantia, de actio. in P.* Hinc dicimus fidem suam obstringere, id est, vinculum obligationis suscipere, *l. procurator qui pro, 67. de procurator. in P.* Hac ratione in efficacibus conuentionibus fides præcedit, vinculum sequitur.

¶ Ratione † fidei datæ & receptæ in placitis conuentionum, 12
creditores dicuntur, qui credunt & confidunt in promissione alterius; & debitores, qui ex ea promissione & fide debent, *l. debitor, 108. de verb. sign. l. cum amplius, §. in natura, de reg. iur. in P.* Ita creditores dicuntur, quibus ex quacunque causa debetur, *l. creditore, 10. l. creditorum appellatione, 11. de verb. sign. l. si cui, l. 12. eod. §. fin. de fideiussor. in authen.* vt rerum quoque creditarum tractatio & inscriptio, omnes contractus, quos alienam fidem secuti, instituimus, complectitur: nam vt Celsus ait, credendi generalis est appellatio, *l. 1. de ve. credi. in P.* Obseruamus autem, vt fides quæ conuentionibus datur, sit bona, vt monuimus paulo ante, *l. bonam fidem. Cod. de act.* cum in malis promissis rescindenda sit fides, *l. bona fides, depositi in P. cap. in malis, 32. q. 4.* Cum nec directo fieri possit pacto, ne quis de dolo teneatur, *l. si vnus, §. illud, de pact. P.* cum pacta bonis moribus, & bonæ fidei aduersantia, reiiciantur, *l. in risgentium, §. pacta quæ contra, & l. contra iuris ciuilis, de pactis in P. l. pactu quæ contra, Cod. eod.* Nam vt ait apud Senecam nutrix ad Deyaniram, *Seneca, in tragedia Herculis Oetei.*

Præstare fateor posse me tacitam fidem,
Si scelere careat: interim scelus est fides.

De Obligationibus, & ita de distinctionibus conuentionum generalibus.

Cap. 3.

1 *Obligatio ex fide conuentionum, ad rem eo nomine quidam.*
2 *Minus est habere actionem, quam rem.*
3 *Fides pactionis, & fides consensus quid.*
4 *Obligatio quid.*
5 *Obligationum origo, & species, nec temere fidendum.*
6 *De obligatione naturali, & eius diuisione.*
7 *Pacta nuda naturali vinculo, & diuino, & pontificio firma esse.*
8 *Ciuilis obligatio tantum quæ, & prætoria.*
9 *Ciuilis & naturalis obligatio simul quæ.*
10 *Iuris ciuilis vinculum & solemnia, perfidorum hominum testimonia.*
11 *Iuris honorarij obligationes.*
12 *Obligationum alia diuisio, & ex conceptionis formula diuersitas.*
13 *Obligationum alia diuisio, ab origine in qua pendent, & de methodo examinandorum.*

EX † conuentionibus fide firmatis, seu ex contractu, nascitur 1
obligatio, *l. 2. mandat. in P.* & vinculum, quod fidem conseruat, ne effluat: non enim præsens est translatio rerum, vel factum quod in fidem venit: quia id traditionibus & vsucapionibus consequimur, *l. traditionibus C. de pac.* sed futurum aliquid speramus. *l. obligationum substantia. de actio. in P. l. quoties, 15. de rei vin. C. li. 3. tit. 32.* Et dant obligationes ius ad rem, non in re, cum tamen dominium sit in re, secundum Baldum, *in l. error, ad leg. Falcid.* vnde minus est habere actionem, quam rem, apud Pomponium, *l. minus est, 205. de reg. iu.* Et longe commodius est possidere, quam alio possidente petere, *Caius, l. is qui destinauit, 25. de rei vindic. lib. 6. P. tit. 1. §. commodum, & §. retinenda, de interdict. apud Iustin.*

¶Quamquam † qui actionem habet ad rem recuperandam, & 2
rem habere videatur, *Paul. l. qui actionem, 25. de regu. iur. P. Vlp. in l. si quis vi, 17. de acquir. possess. lib. 41. P. tit. 2.* verum minus adhuc, quia multa cadere possunt inter calicem supremaque labra, quibus eripiantur res, & inanes sint actiones: vt quia res duobus vendita, secundo tradita, *dicta l. quoties, de rei vin. C.* vel debitor destituatur facultatibus, *l. nam in de dolo, in P.* & sic de similibus.

¶ Nam † perfectus quidem ab initio dicitur contractus, sed 3
executio desideratur, *l. is qui sub condition. de actio. in P.* & ipsa ad initium referenda est, *l. si procuratorem, 8. mandat. li. 17. P. tit. 1.* Et hinc duo differentiam capiunt, fides consensus, & fides pactionis: nam cõuentio, vbi fides consensus tantum, perfecta est: quia tantum exipit executionem: at fides pactionis imperfecta, & incipiendam habet causam: veluti si quis fidé fecerit pactionis de aliqua vxore ducenda, & aliam postea duxerit, cũ secunda potest remanere, vt nondum priore peracta promissione: di-

Digitized by Google

uersum si cum priore fecerit fidem consensus; ad quam redire cogitur. *c. 1. desponsa. duorum, li. 4. Decretal. tit. 4.* Sed hæc omnia apertius docebit definitio.

4 ¶ *Obligatio*, inquit Iustinianus, *§. 1. de oblig. li. 3. Institut. tit. 14.* † *est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius soluendæ rei, secundum nostræ ciuitatis iura.* In qua tamen finitione, postrema verba, *secundum nostræ ciuitatis iura*, indicant obligationes definitas, quæ habuerunt vinculum & robur à legibus iuris ciuilis: easque efficaces tantum conuentiones, quæ vinculum & firmamentum à iure Romano acceperunt, in aliis, nullam necessitatem solutionis vel coactionis admittens.

5 ¶ Quæ † vt intelligamus, operæpretium est, de vinculis exsoluendæ fidei, id est, de membris obligationis conuentionum annotare, quæ à iure naturali, gentium, diuino pontificio, ciuili, prætorio, & auctoritate simul horum pendent, *meminit de naturali, ciuili honoraria. l. 1. §. 1. de nouatio. in P.* Priscis quidem temporibus, fides sola sufficiens visum est vinculum ad confirmandas conuentiones: succedente tamen malitia, nimia fide cœpit innocentia periclitari, & perfidia promissiones facile eludebantur, & experientia illud ἐπιχάρμειον docuit, neruos atque artus esse sapientiæ non temere credere, vt ait Cic. *oratio. de petit. consulat. & epistolarum ad Atticum li. 1. epist. 14.* Celebratur enim illud dictum Epicharmi, *νᾶφε, μὴ μάτην ἀπιστεῖν, sobrius esto, & memento nulli fidere.* Quod exemplis illustrat eximie Dion Prusæus, *proprio sermone, περὶ τῆς ἀπιστίας.* Nusquam enim tuta fides, *Virgilius, 4. Æneid.* Nec fidendum filiis hominum, canit Dauid, *Psal. 145. vide plura de his, lib. nostrarum Syntaxeon 39. c. 16.*

Et Tarda solet magnis fides inesse rebus. Ouid epist. 16. Helenæ.
Nam rata fides vbi iam melior fortuna fuit, &c.

Quamobrem operæpretium fuit, obuiam iri machinis & fraudibus hominum, & iniici vinculum aliquod auctoritate publica placitis non tamen omnibus, sed aliquibus. Hincque manarũt, à diuersa videlicet statuentium qualitate, diuersæ obligationum appellationes, naturalibus admissis, approbatis, iuuatis. Ideo cõstituamus in conuentionibus iustis & pactis omnib. obligationem inesse naturalem.

6 ¶ Omnis † enim promissio, quæ iniqua non est, habet vinculum naturale, quod iubeat exsolui promissum, naturalem videlicet æquitatem, *Seneca, in tragœdia Herculis Oetei.* Nec naturales obligationes eo solo æstimantur, si actio aliqua eo nomine cõpetat, verum etiam eo quod soluta pecunia repeti non possit, *l. 1. de pact. in P. l. non minorem, de transact.* Et is natura debet, quẽ iure gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus, *l. naturales, 9. de action. in P. li. 44. tit. 7. l. heres à debitore, §. seruo, & l. fideiussor obligari, 17. §. fideiussor accipi, de fideiuss. in P.* Ceterum latius naturalis obligatio patet, quam pacti tractatio. Obligationes naturales, aliquando solum vinculum naturale habent, id est, alio vinculo & iure non iuuantur, & tunc absolute naturales dicuntur: interdum aliud accipiunt vinculum vel iuris gentium, vel alterius. Simplex naturalis obligatio est, qua ad antidoron, seu retributionem beneficiorum acceptorum tenemur, *l. cum amplius, 85. §. si. de regu. iur. in P.* Et hæc sine facto expresso nascitur. Alia naturalis ex pacto vel promissione, ea iure gentium quoque habens approbationem, dum accedit aliud vinculum fidei depactæ. Et, vt diximus, nihil magis æquitati conueniens visum est, quam ea, quæ inter aliquos placuerint seruari, *l. sed etsi lege, §. consulwit. de petit. hered. P. l. Attilius, de donat. in P. l. si pigno re, de fur. in P.* Et pactitiis istis naturalibus obligationibus etiam siue alio iuris ciuilis adminiculo, receptum est, vt etiam vinculo solo æquitatis sustineantur, & contraria æquitatis solutione tollantur. *l. 1. de pact. P. l. fratris, l. non minorem, C. de transact. cum simil.* Has ciuilis ratio non impedit, quin nascantur: quamuis ea aliqua de causa illis non suffragetur, *l. Stychum aut Pamphilum, 95. §. naturalis, de solutio. li. 46. P. tit. 3.* Sic serui naturaliter obligantur, & sibi alios obligant ex contractu; iure ciuili nequaquam, paucis exceptis, *vt in l. frater à fratre, de condict. indeb. in P.* Non tollit etiam naturales ciuilis ratio, *l. serui ex delictis, 13. vbi*
7 *glo. de actio. in P.* sed impedit ne ex illis agatur interdum. ¶ Hanc † naturalem obligationem ex nudo pacto fouet ius diuinum, & velut contra probitatem morum Christianæ religionis, infida promissio arguitur. Et D. Paulus, *l. eas, de capit. diminut. in P. §. fin. de iure natura. §. fin. de legitima tutela apud Iustin. ἀεύτικον*, id est, pacta non seruantes, annumerat inter capitaliter delinquentes: & iuris pontificij interpretes, inter mortali peccato obnoxios, *D. Paul. ad Roma. cap. 1.* cum etiam iure pontificio ex pacto siue nudo, siue iniurato, detur actio, *gl. in c. 1. de pact.* Et proinde hodie ex bono & æquo summaque potestate curiatum pro huiusmodi pacto iudicatur: cum adhærendum sit sanctionibus Ecclesiasticis, potissimum vbi de periculo animæ agitur, *cap. 1. & 3. de pact. apud Gregor.* Et placuit aliquando etiam Modestino Iurisconsulto nudum consensum sufficere obligationi; *c. 1. & 2. de oper. noui. nuntia. cum simil.*

8 ¶ Ciuilis † obligatio tantum, ea est, quę à iure ciuili habet vim & vinculum præter naturalem æquitatem: vt in literarum obligatione accidit, *Modest. in l. obligamur, 51. vers. pen. de actio. P.* & aliis iure ciuili inductis, *l. in contractibus, C. de non numer. pec. §. 1. de literarum oblig.* qualis legis Aquiliæ, *§. omnium, de oblig. ap. Iust.* de pauperie, *§. 1. ad leg. Aquil. ap. Iust.* furti non manifesti, *l. 2. §. quadr. pauper. feci. dica. P.* &c. Alię species ciuilis obligationis sũt, naturales iure ciuili approbatæ, *§. sunt autem, de noxal. actio. in P.* & prætoriæ, quia ius honorarium pars iuris ciuilis est, *§. ius autem gentium, de iur. nat. l. ex hoc iure, de iust. & iu.* Sępius † obligatio ex ciuili & naturali vinculo composita est, & mixta, quando firmatur fides, & naturali & ciuili iustitia, *l. prætorum, de iure natur. l. ius autem, §. prætorium, de iust. & iur. P.* cuiusmodi sunt fere omnes contractus nominati, *Modest. in l. scire oportet, 15. §. consequens, vers. sufficit, de excus. tuto. li. 27. P. tit. 1.* Concurruntq; hæ duæ obligationes in vna conuentione, in eodem interuallo vt plerumque, sed non simul semper tollũtur: veluti, quando reus succedit fideiussori, tollitur quidem fideiussoria ciuilis, remanet tamen principalis & naturalis, *l. iuris gentium, de pact. P. l. ex hoc iure, de iustit. & iur. l. heres à debitore, 22. §. quod si hic seruus, de fideiuss. in P.* Accedit aliquando ciuile vinculum & ciuilis obligatio naturali iam natæ: veluti, si quis mutuo dederit pupillo sine tutoris auctoritate, nulla nascitur ciuilis, sed tantum naturalis obligatio, *l. pupillus, de cond. indeb. P. l. l. & l. obligari, de auctor. tuto. in P. §. 1. eod. tit. ap. Iustin.* verum si postea creditor pupillo succedat, adeunte eodem credito re in totum hereditatem, iure solutionis cedit ei hereditas, non solum in quantum pupillus ex mutuo factus est locupletior secundum ius commune, sed in solutum ex hereditate eius retinet debitum, & ita manis antea obligatio, quod vinculum ciuile non adesset, additione firmatur. Sicuti & mulier, quæ intercedens pro alio non obligatur ciuiliter ob beneficium Velleiani, tamen dum succedit, pro eo, pro quo intercessit, tenetur creditori. Quę duo exempla nos docuit Paulus, *in l. Stychum aut Pamphilum, §. additio, de fideiussor. in P.*

¶ Iuris † ciuilis auxilia, & præsidia conuentionibus addita, nihil 10
aliud sunt, quam perfidorum hominum leges, & malitię humanę certissima testimonia, dum contrahentes adiguntur ad fidem seruandam, & testandam, quam natura & sponte colere oportuit. Qua de re sic Seneca *li. 3. de beneficiis*, conqueritur: *Vtinam*, inquit, *nulla stipulatio emtorem venditori obligaret, nec pacta conuentaque impressis signis custodirentur: fides potius illa seruaret, & æquum colans animus. Sed necessaria optimis prætulerunt, & cogere fidem, quã spectare maluns. Adhibentur ab vtraque parte testes, ille per tabulas plurium nomina interpositi parariis facit: ille non est interrogatione contentus, nisi rem manu sua tenuit, ô turpem humani generis & fraudis ac nequitiæ publicæ confessionem: annulis nostris pius, quam animis nostris creditur, &c.*

¶ Ex † iure honorario nascuntur obligationes prętorię: sic e- 11
nim Iustinianus, *in §. omnium autem, de obligatio. in Institutio. iur. ciuil. l. obligamur, 51. de act. in P.* omnium obligationum summam constituit, diuisionem in duo genera deducens, vt primum sint aut ciuiles, aut prętorię. Ciuiles sint, quę legibus sunt constitutę, aut certo iure ciuili comprobatę: prętorię, quas prętor ex sua iurisdictione constituit, quę etiam honorariæ vocantur. Sũt stipulationes prætoriæ, *tot. tit. de prætoriis stipul.* quas multis rerũ humanarum actionib. & iudiciis adhibuit, & actiones forenses suis vinculis firmauit: vnde & nascuntur obligationes prætoriæ. Porro in obligationibus, quæ iure ciuili vel prętorio firmantur, Papiniani regula sequenda, obligationes quæ propriis viribus non consistunt, nec officio iudicis, neque prætoris imperio, neque legis potestate confirmari, *l. obligationes. 26. de act. in P.* Obligari nos etiam iure honorario Modestinus ait, ex his, quę edicto perpetuo, vel magistratus, fieri præcipiuntur, vel fieri prohibentur, *l. obligamur, aut re 51.*

¶ Et † istæ diuisiones obligationis. ad pactiones & conuentio- 12
nes pertinent, & distinguuntur ab illis, quæ alinnde quam ex pacto, vel contractu nascuntur, *de quib. in l. obligamur. 51. de act.* itẽ à fictis & imaginariis contractibus, in quibus fides facti simulatur, non intercedente veritate, quæ vinculũ iuris non obtinent, *l. contractus, 53. de actio. in P. l. quod autẽ. 8. l. si vxor. tot. tit. plus valere quod agit. C.* Sunt rursum & diuersæ pactionum obligationes ratione conceptionis, aut causę: aut enim diem habent, aut modum, aut conditionem, aut accessionem. *l. obligationum fere, 43. de actio. vbi hæc explanantur, §. omnis stipulatio, cum §§. seq. de verb. obli.* Et conditio, aut possibilis, aut impossibilis, aut potestatiua: aut purę sunt, quæ his carent. Subinde & istæ omnes, vel principales, vt emtio, venditio, locatio, &c. aut accessoriæ, vt fideiussio, &c. Est & quædam obligatio, quæ ab initio pura est, & tamen resoluitur sub conditione: vt pactum de in diem addictione, *l. 2. de in diem addictio. lib. 18. P. tit. 2.* & legis commissoriæ, *l. 1. de lege commissor. li. 18. P. tit. 3.*

¶ Ratione † quoque originis à rebus vnde ascendunt, vel qui- 13
bus accedunt vincula iuris, obligationes generaliter distinguũtur. Nam aliæ descendũt à contractibus, *in l. 1. de actio. P. §. pen. de oblig. apud Iustin.* nominatis, id est, qui certum nomen habent, *de quibus in l. iurisgẽtium, de pact. in P.* vel ab innominatis, do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias, *de quibus per totã, l. naturali, de præscript. verb. in P.* Aliæ ex facto alicuius natę sunt, vt ex quasi contractu, *tit. de obliga. quæ ex quasi contract. nascunt.* ex delictis, *tit. de obliga. quæ ex delicto nascun. l. ex maleficio, de actio. P. l. 1. eod.* & quasi delictis, *tit. de obliga. quæ ex quasi delict. nascun.* Rursum vinculum iniiciunt, certis & definitis modis cõcurrẽtibus.

vel

vel obligamur, & hæc, res, verba, separatim aut simul, lex, ius, honorarium, necessitas, factum, nudus consensus, & nutus, apud Modestinum explicata, *in l. obligamur*, 15. *de acho.* P. literæ, §. 1. *de litera obli.* aditio hereditatis, *l. more*, 8. *de acquiren. here. P. l.* 4 *quib. ex caus. in poss. eat.* P. vt postea latius Deo fauente. Et ex his, generales liquent conuentionum, quæ obligant, distinctiones, quas si accuratius nosse desideres, recurres ad singulares contractuũ tractationes, de quib. agemus. In quibus obserua; vtrum sint primo tales, quales putas, & si constet; 2. transi ad finitionem, quid sint: postea 3. ad diuisionem: 4. ad materiam, de quo: 5. ad personas, à quo fiant, vel inter quos: 6. dehinc secundum quid, ad formam veniendum: 7. cuius quæratur: 8. propter quid & fines: 9. rationes, si sint, adde totius & actiones. Subinde apparebit facile, in quibus differant, conueniant vel pugnent, ratione substantiæ, & accidentium, obseruatis principiis, mediis, & finibus, singulorum: & in quibus præualeant aliis, vel aliis sint inferiores, vel æquales. Quæ facilia tibi erunt, si recorderis methodi nostratum Syntaxeon artis mirabilis, traditæ in 2. lib. c. 1. & si annotes conuentionum singularum bonitatem, magnitudinem, durationem, potestatem, cognitionem, voluntatem, virtutem, veritatem, gloriam seu laudem, seu vtilitatem: & rursum accidentia, & sequentia, quantitatem, relationem, actionem, & passionem, &c. Quæ certe in singulis contractibus integrum volumen tibi pararent, si velles me omnia persequi: & non dubito, quin ætas me prius deficeret, si idipsum amolirer. Viam itaque sufficiat nosse, vt si quando egeas, eam ingrediaris: & mihi sufficiet quoque, capita præcipua annotasse, vt te labore in vtilioribus releuem. Idque dictum semel velim, & obseruare te desidero in reliquis aliis meis iuris lucubrationibus, in quib. pleraque artis Syntaxeon latent, quæ propriis artis terminis aperte non indicaui: quia ars est celare artem.

De rebus quæ in conuentiones venire possunt: Cap. 4.

1 *In omni contractu quatuor consideranda, res, persona, quod geritur, actio.*
2 *Res idoneæ contractibus, si non prohibeantur à natura, homine, lege.*
3 *Quæ natura arceantur à conuentionibus.*
4 *Mora possibilis semel semper fingit possibile.*
5 *De Prohibitione alienationis per contractum, & ab homine.*
6 *De Prohibitione alienationis in vltima voluntate.*
7 *De arctiore Prohibitione legis si ladatur ius publicum in pacto tributorum, in turpibus, contra bonos mores, & iura, & exempla.*
8 *A non domino res alienari nequeunt, exceptis quibusdam.*

1 QVatuor † in omnibus conuentionibus præcipua consideraꝑ bimus capita, materiam videlicet idoneam ad suscipiendas formas, de qua conuentio fieri possit, primo loco: deinceps personas, quæ dant formam. & à quibus fiunt conuentiones, *ex rebus & personis varietas, l. iusiurandum & ad pecunias*, 34. §. *ait prætor, vers. non semper, de iureiur.* P. *l. Pedius*, 4. *de incen. ruina & naufr. li.* 47. *P. ii.* 19. tertio loco, id quod geritur & qualitas cõtractus, qui cum definitionem præmittit, vt perfectus proponitur, & materiam & formam bene conuenientes ad effectum producẽdum, significat: ficque quarto loco recipit perfectionis & effectus seu actionis etiam tractationem. Proinde generaliter de istis prius dicendum est paucis: & postea propriis locis singulari annotatione indigentia, percurremus. Igitur de rebus, quæ conuentionibus subiiciuntur, agamus: quia illæ pro materia, *l. Pedius, de incen. ruin. & naufrag.* P. *l. adeo*, §. *cum in suo, de acquir. rer. dom. in P.* ex qua aliquid fit, *l. duodecim. C. de contrab. emt. l. nemo ex-*
2 *terus. C. de Iudæis, l. in re mandata, C. mand. cum simil.* ¶ Atque † constituamus initio hoc axioma, res omnes nostras venire per nostrum factum in conuentionem posse. *l. si de reb. alie. non alie. C.* nisi speciali prohibitione impediantur. Impedimur autem, à natura, ab homine, à lege, *l. si stipuler*, 31. & *l. impossibilium, de verb. obligatio. l. impossibilium, de reg. iur.* §. *si impossibilis, de inst. stipul. l. non solum*, 30. *de act. in P.*

3 ¶ Natura † prohibetur pactio de re quæ per rerum naturam fieri, vel præstari non potest: sic impossibilium nulla est obligatio. *l. ea quæ, de reg. iur. P. l. vbi repugnantia*, §. *si. eod. l. inter stipulantem*, §. *pen. de verb. obl. in P.* Atque ea quæ in rerum natura non sunt, vel datu impossibilia, pro non adiectis habentur, *l. verum est, de reg. iur. P. l. in bello*, §. *facta, de captiuis in P. Arimb. 1. contra gentes, Plinius. li.* 2. *c.* 7. *Aristo.* 6. *Polit. c.* 2. *Pindar. li.* 1. *Olympio. ode* 2. *Epod.* 1. Sic non valet conuentio, vel pactum, vt quod factum est, infectum sit: hoc enim impossibile, *l. ius autem agnationis* 3. *de pactis, P. l.* §. *de inst. & iur. l. iura sanguinis, de reg. iur. l. pen.* §. *si vero, de adoptio. C. li.* 8. *tit.* 48. Vt & si quis velit pacto ius sanguinis reiicere, id est, agnationem ipsam, quod & impossibile, §. *sed naturalia, de iure natur. apud Iustin.* cum iura naturalia perpetuo perseuerent, remanente propria materia intacta cum forma, *l. abdicatio. 6. de patria potest. l.* 8. *C. tit.* 47. Vt & Augustus ridiculam illam abdicationem liberorum Græcorum respuerit à sua republica, *l. domus. de contrahen. emt. in P.* ¶ Quod † de reliquis impossibili- 4
bus dictum sit, vt si domus vendatur, quæ non est, omnino cõsumta est, *l. eius qui in prouincia, de reb. credit. in P.* cum non entis, nullæ qualitates sint. Non eundum tamen inficias, super impossibilibus aliquid ex pacto fingi posse: habita tamen ratione, quod fuerint vel esse possint possibilia, veluti ob dictum moræ, *fit vocatur mora, in leg. mora, de vsurpa. P.* Qui culpa sua nõ persoluit rem debitam, cum posset & deberet, tenetur post interitum eius, & fingitur res esse: non tamen, vt ea præstetur vere, sed vt æstimatio eius per soluatur, *l. si seruus*, §. *sequitur*, & §. *nunc videamus, de verbor. oblig.* Item, si quid impossibile videatur fieri vel dari, quando per aliquem stat quominus fiat, vel detur, difficultas illa non attenditur, *l. l. si stipuler*, 35. *de verb. obl. P.* Pari modo, & conuentio valet de re ea, quæ in commercio quidem non est promittentis, sed alterius, & possit eius esse per naturã rerum: si tamen qui stipulatur, commercium eius habere non possit, inutilis, *l. multum interest*, 34. *de verb. obli.* Ab homine † pro- 5
hibitio rerum est, ne in commercia & conuentiones veniant, vel ex conuentione, vel ex vltima voluntate, certis de caussis à iure probatis. In contractu namque cauere possumus, & legem rebus ponere, si nostra interfit ita fieri, ne res alienentur, *l. ea lege, C. de conditione ob caus. l. si. de pactis inter emt. C. l. si ita quis promiserit*, 135. §. *ea lege. de verb. obl.* At sine caussa, nemo dominum adstringere pacto potest. ne res suas alienet, *l. pen. de pact. in P. l. pen. C. de contrab. emt.* Caussa autem legitima, si pacisscentis interfuit vt si quis caueat, ne vicinus quærat aquam in suo solo, videlicet ne stipulantis fons deficeretur, & venæ aquæ præcidantur, *vt in l.* 1. §. *si quis, de aqua quoti. & æstiua. P.* vel si quis cum debitore pacisscatur, ne is vendat pignus, nempe vt saluum ius sit sibi debiti, *l. si creditor*, §. *si. de distract. pign.* ¶ In † vltimis autem voluntatibus, prohibitio alienationis & commercij rerum fit, vel ratione, seu fauore, vel odio certarum personarum: veluti ne alienetur res Titio, Sempronio. Vel ratione certorum cõtractuum: 6
veluti, si prohibeatur venditio, cum ex ea non prohibeatur locatio, *traditur in l. codicillis*, 91. §. *instit. & §. seq. de lega.* 2. Item ne alienatio fiat extra familiam, *l. cum pater. 79. §. liberis, de leg. 2. l. voluntas, de fideic. C. cum sim.* Continent & prohibitiones alienationum impositæ fiduciariis heredib. restitutiones, quæ heredibus, & fideicommissariis adimunt, exceptis à iure casibus, distractionem rerum, *authen. res quæ, C. comm. de lega.* nisi consentiant, quib. restituendæ sunt, *l. quoties in l. C. de fideicom.* Placuit tamen, & hanc prohibitionem alienandi, in testamento non admittendam, quæ commercium adimat: nisi iustam habeat caussam, *l. filiusfamilias*, 117. §. *diui Veru, in 2. de lega.* 1. *in P.* Facit & hominis error in corpore, ne contractus, *l. si sterilis*, §. *quamuis, de act. emt. in P. l. cum ab eo*, 41. §. *fi. de contrab. emt. in P.* vel vltima voluntas, *l. si fortidianum*, 7. *C. de lega. li.* 6. *tit.* 37. *l.* 4. *de lega.* 1. *in P.* §. *si quis in nomine, de lega. ap. Iust.* transferat rem. Lex porro iustis positiui præctiorem habet prohibitionem alienationis dum eam vetat: & nullius dicitur contractus aduersus eam factus, *l. non dubium, C. de leg. l. cum lex, de fideiuss. in P.* malæque fidei possessor, qui contra legum interdicta mercatur, *l. quemadmodum*, 7. *de agric. & censit. li.* 11. *C. tit.* 47. *c.* 2. *de his quæ fiunt à præla. sine consens. capit.*

¶ Hac † ratione, si res, quæ in conuentionem deducitur, lædat 9
ius publicum, nihil fit: vt si pactum fiat, ne tributa soluantur inter priuatos: quia hoc pactum non impedit, quin census, & vectigal, & reliqua à possidente non petantur, *l. inter debitorem, de pact. P. l. omnes, sine censu & relig. fund. compar. non pos. C.* Iusque publicum pactis priuatorum violari non potest, *l. ius publicum, de pact. P. l. quod de bonis*, §. 1. *ad leg. falci. in P.* Quamquam verum sit, quod pertinet ad pacisscentes, & pro euictione, pactum hoc de censib. non præstandis defendi, *l. epistola*, §. *pactum vt si quas summas, de pact. in P.* Prohibent & improbant leges cõuentiones turpes, vel de rebus turpibus, *l. si vnus, l.* 27. §. *pacta quæ turpẽ, de pact. in P. c. fi. extit. apud Gregor. l. generaliter, & l. si plagij de verbor. oblig.* contra bonos mores, & leges, senatusqõsulta, principũ placita, *l. iurisgentiũ*, §. *prætor ait, & l. cõtra iuris ciuilis, de pactis, in P. l. pacta, quæ contra. C. eod.* vt, de futura successione, *l. fin. C. de pact. l. pactum dotali, eod. l. fi. de suis & legit. in P. cum similib.* de monopoliis ineũdis, *l. vnic. de mon. p. C.* de ducenda in vxorem sorore, *l. si stipuler*, 35. *de verb. oblig.* &c. Summouet & lex commercium rerũ sacrarum, & religiosarum, *l. 1.* §. *si id quod dari, de actio. in P. l. inter stipulantem*, §. *sacram de verbor. oblig. c. 1. de pignor. c. nulli, &c. si quis presbyter, de reb. Eccles. non alien. l. inhemus cum sequentib. authent. de sacrosanct. Eccles. C. l. sancimus, eod. tit. cum similib.* & quæ nullius dicuntur, *l. quod nullius*, 14. *de reg. iur. P.* Generaliter quæ natura, vel gentium ius, vel leges ciuitatis, commercio exemerunt, alienari nequeunt. *Paul. l. si in emtione*, 34. §. *omnium, de contrahen. emtio. P.* Et quoties pactum à iure communi remotum est, seruari non oportet, quamuis illi iusiurandum accedat. *l. non dubium, C. de legib. l. iurisgentium*, §. *penult. de pact. in P. l. si quis impubes nos*, 115. §. *fi. de lega.* 1. P. Atque ea, quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & vt generaliter dixerim,

Digitized by Google

tuæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credẽdum est, vt ait Papinianus *in l filius qui in potestate, l. 5. de conditio. Institutio. lib. 1. 28. P. tit. 7.* Mores autem, vt varij regionum sunt, & alij aliis probati: ita & pro ratione locorum, & legum, & morum eorundem, examinandi contractus, habita ratione temporum, quibus quandoque quid prohibetur, quod aliquando permissum, & contra. Vt apud Locros aliquando lege cautum, ne quis patrimonium suum alienare posset, nisi euidentem ostenderet calamitatem superuenisse: præterea, vt antiquæ hereditates cõseruarentur. Quod dehinc sublatum apud Leucadas, valde popularem eorum ciuitatem effecit. *auctor Aristoteles li. 2. Politic. c.*

8 5. ¶ Inhibet † etiam ius alienas res, inuitis dominis, in conuentiones deducere in præiudicium dominorum, *l. 5. §. 5. C. de pact. l. 2. §. sed dominorum, de his. qui sunt sui vel alieni iur. Plato, 11. de legib. l. si vnus, §. ante omnia, de pact. l. alienarum, de verb. sign. l. traditio, de acquiren. rer. dom. P.* etsi in præiudicium contrahentium perpetuam, conuentiones de rebus alienis agendi præbeant aliquam occasionem, *Vlpian. in l. rem alienam, 28. de contrah. emt. in P.* nisi lex ius hoc permittat singulari ex causa in rebus alienis: veluti dum concedunt creditoribus, vt seruatis solemnibus possint res alienas, debitorum videlicet, quæ & quodammodo illorum sunt

4 ob nexum debiti distrahere, *l. fin. de iur. dom. impetran. C. §. contra, quib. alienare licet vel non.* Sic & procurator, qui aliena negotia mandato domini administrat, recte de reb. alienis domini pacisci-tur: item magister societatis, tutor, & curator, *l. rescriptum cum 4. legib. sequen. de pact. P. cum similib. ibi nota.* & iudex ratione officij dominia in alios transfert à dominis, *§. fin. de offic. iudic.* potest idipsum, & auctoritate propria princeps, *l. bene à Zenone, de quadrien. præscr. C. l. Lucius, de epist. in P. l. ita verberatum, §. 1. de rei vin. P.* quia in eius manu, dominiorum dicuntur esse distributiones. *c. quo iure defendis. villas, 8. dist. l. deprecatio. ad legem Rhod. de iact. P.*

De Personis, à quibus concipi, & perfici possint legitimæ conuentiones.

Cap. 5.

1 *Omnes domini rerum idonei ad contrahendum: nisi specialiter prohibeantur natura, homine, lege & moribus.*
2 *Natura prohibiti contrahere, vt furiosi perpetuo, nisi re obligentur.*
3 *Item pupillus, & quomodo, vel quando.*
4 *Pubes recte pacisci potest, sed restituitur.*
5 *Mutus contractus, consensu, non voce egentes, peragit.*
6 *Surdus consensu contrahit: non si quæ obligationes auditum exigant.*
Et de prohibitione ab homine.
7 *De prohibitione contrahendi lege, & moribus facta, minoribus.*
8 *Prodigis.*
9 *Filiisfamilias mulieribus.*
10 *Seruis quando.*
11 *Quibus prohibentur contractus ratione officij, magistratibus, & nobilibus.*
12 *Prohibitio donationis inter coniuges, & alia genera conuentionis subiuncta.*
13 *Prohibentur & rescinduntur lege, inconsultæ conuentiones.*
14 *Et quæ sine caussa fiunt, eas lex nullas dicit quando, & quales.*

1 SIcut † diuersitas rerum, ita & diuersitas personarum varietatem inducit, *l. iusiurandum, quod ad pecunias, 34. §. ait prætor. versu non semper, de iureiu. in P.* conuentionibus: illæ materiam, istę agens considerant. Et regulari quidem iure placuit, vt in rebus ante diximus, omnes rerum suarum, & consilij sui esse liberos dominos. Et ita omnes erunt quoque in agendo sui arbitrij, ratione libertatis, quæ agere quæ velis permittit. Verum his addere quoque expedit, nisi si quid agere vi, vel iure prohibeantur. *l. libertas, de stat. hom. P.* Omnes namque idonei præsumuntur, nisi speciali nota facultas intercipiatur. Itaque negotium istius tractationis expedietur, ex prohibitionis contrahendi distinctione. Nam quidam ab omnibus patrandis pactis omnino, & semper arcentur: quidam à certis & semper, vel aliquo tempore: & quidam ab omnibus, sed tantum aliquo tempore, non semper submouentur. Atque prohibitio, vel à natura, vel ab homine, vel à lege & moribus

2 pendet. ¶ Natura † remouentur à pactis omnibus, quæ consensum expressum, & animi iudicium desiderant, Furiosi perpetuo, qui consensu destituuntur, *l. in negotiis contrahendis, l. vbi non voce, §. fi. de reg. iur. l. 1. §. furiosum, de actio. in P. l. qui ad certum, 15. locat. P.* & voluntate, absentisque loco sunt, *l. furiosi, de reg. iur.* quamuis aliquando ex præsumtione & verisimili caussa, dicantur videri consentire, *vt in l. 2. §. voluntate. sol. matrim. in P.* Quod & furioso, & pupillo, in obligatione, quæ ratione rei, & ob vtilitatem rerum illorum cõtrahitur, commune erit, *l. si à furioso, 23. & l. furiosus, de actio. in P.* Quod ad res potius quam ad personas, referri satius est. Quia & furore affectum, dominum rerum suarum esse, leges 12. tab. verant, *Cicer. 3 Tusculan.* & persona & familia eius ad gentiles pertinet, *dia. in eo in persona, & in curatore furiosi.* ¶ Natura † quoque prohibente, quamdiu in infantili ætate est pupillus, nullo modo recte paciscitur, & paciscens nec naturaliter, nec ciuiliter obligatur. *l. pupillus, de actio. in P. l. quod pupillus, de condict. indeb.* Quod si proximus sit puberitati, verius est obligari cum aliis paciscendo per se naturaliter tantum, nõ autem ciuiliter, *l. 1. de noua. P. l. 3. §. furiosum, & l. obligat. de act. P. l. Iulian. §. si quis à pupillo, de actio. ex. tut. in P.* cum tutoris autem auctoritate pactus, & ciuiliter quoque obligatur, *§. 1. de auctorit. tut. l. contra iuris regul. de pact. in P.* At impubes, recte alios contrahendo sibi & ciuiliter, & naturaliter obligat, *proxime citatis iuribus.* Et ita hic, dum de eius commodo agitur, non valde refert, num dolicapax sit: cum tamen in illis quæ nocere possint, seperemus. *l. 1. §. hoc edicto, ne vi fiat ei, in P.*

¶ Cæterum † Puberes possunt conuenire & pacisci, & obligãtur sine auctoritate curatorum, *l. puberes, de verb. oblig.* quãquam deceptis illis non aliter, subueniatur à iure per restitutionem in integrum, *l. non omnia, 45. & l. quod si minor, §. non semper, & l. verum, §. sciendum, de minor. 25. anno, in P.* ob fragile & infirmum huius ætatis consilium. *l. 1. eo. in. de minor.* ¶ Motus, † natura aliquarum conuentionum capax est, earum scilicet, quæ sine voce perficiuntur, & ex consensu: at illarum, quæ verba exigunt, incapax. *l. vbi non voce, ae reg. iur. & l. in quibuscunque de actio. in P. l. 1. §. mutum, eo. tit. l. 1. de verb. oblig. in P. l. 4. de pact. in P.* Possumus namque pacisci, non solum voce, & inter præsentes: sed etiam inter absentes, per nuntium, per literas, & consensu. *l. 2. de pact. in P. l. obligamur aut re, §. fi. de actio.* Possunt & nutu perfici obligationes, *l. si stipul. vt id fiat, in l. 35. §. fi. de verb. oblig.* & nutu contrahi posse conuentiones, quæ consensu constant, placuit Paulo. *l. 1. §. si quis ita, de verb. oblig. in P.* Quod tamen in conuentionibus, quæ verbis vinciũtur, negatur: quia nutus eas non perficit.

¶ De † Surdo pari modo ratiocinandum, vt ij offerit ea pacta mire, in quibus opus non est auditu, sed intellectu, & consensu, & à perficiendis auditu medio explodatur. *l. 1. §. fi. & l. in quibuscunque, de act. in P.* Ab homine sit contrahendi personis prohibitio, vel pacto, vel vltima voluntate: vt in superiori cap. annotauimus. Item si quis procuratoris potestatem reuocet, & reuocationem insinuet: nam conuenire procuratorio nomine tunc non potest. *l. vero procuratori, §. sed etsi quis mandauerit, ae solut. P.* ¶ A 7 † lege, & moribus, varie natæ contrahendi prohibitiones, & ex singularibus regionum constitutionibus, vel ex iure communi. In Italia, vt notat Panormitanus, *in q. 2. incip. statuto cauetur*, contractus omnes cum minore viginti quinque annor. facti, sine certa solemnitate statuto præscripta, pro nullis ac fictitiis habentur, nec obligant, etsi iurati fuerint. Theodoricus Imperator auctoribus Albini, consulto proinde decreuit antiquis, liberos contractus minores non habere, vt insidiantium laqueis frustrarentur, & lapsis ætas lubrica subueniret: obrueretur quippe innocentia, si laxaretur audacia. *Cassiod. epist. 35. li. 4. variar.* Et iure ciuili, contractus quidem permittuntur minoribus: verumtamen dum de rebus illorum distrahendis agitur, adiunctæ sunt solemnitates, sine quib. tuto quis ab illis non comparat. *totus tit. de prædiis & aliis reb. minor. sine decret. non alie. C. & ae reb. eo. qui sub tut. vel cur. sunt, in P. potissimum in l. magn puto, §. non passim vbi solemnitates, eo. ti.* Prodigis, propter mores animi depranatos & 8 inconsultos, contractus alienationis rerum suarum prohibentur. *l. is cui bonis, de verb. oblig. l. 1. de cura. furio. P.* Et voluntas nulla eis inesse, non secus quam furioso creditur. *l. furiosi, 40. de regulis iuris*, contractus tamen per illos in suam vtilitatem, recte facti, non improbantur. *in constitut. Græca Leonis Cæsaris, 39.* περὶ τῶν ἀσώτων καὶ συμφερόντων ἀναιτίων.

Moribus † quoque, & iure Romano, contrahendi libertas fi- 9 liisfamilias adimitur suo nomine, & sine parte. Cæterum quomodo, & à quibus contractibus arceantur, vide Arnoldum Ferronum late pertractantem, *in §. 1. de stat. person. in consuetud. Burgund. vide l. filius familias, in 2. & in 1. & l. obligari, de actio. l. 1. §. 1. de iudic. P.* & quæ diximus in patria potestate. Prohibetur & Macedoniano Senatusconsulto ne quis cum filiofamilias mutuum ineat, *l. 1. ad Senatusc. Maced. P.* de quo in mutuo agemus, Deo iuuante. Releuat & Velleianum priuilegium mulieres ab obligatione, & pactitia fideiussione. *totus titulus, ad Velleian.* Apud Athenienses autem & prohibitum erat, ne mulieres contraherent, nisi ad hordei modium vsque, propter consilij infirmitatem, vt est auctor Dion Prusæus, *lib. περὶ ἀνδρίας. l. 2. ad Senatusc. Velle. P.* Et Romanis moribus antiquis, mulier sui iuris non erat, sed sub perpetua tutela, vel patris, vel mariti, vel proximorũ, vel tutoris data à iudice. *Cicer. in Top. & Boet. commen. in Cic. Top. li. 2.* Ita & receptum erat, ne vxor contrahere posset sine viri auctoritate, propter eandem consilij infirmitatẽ. *Cicer. pro Murena. Liuius, li. 8. belli Maced.* Sed de hoc alias diximus fusius, *dum ageremus de potestate viri in vxorem*, & quando vxor contrahere possit, & quo auctore, & de quibus rebus. *interim & vide Ferronum, in §. 2. de stat. person. in consuet. Burdegal.* Notabile autem illud est, Loncm Cæsarem in contractibus mulieribus inimicissimum testi-

monium,

Digitized by Google

monium, & in aliis, præterquam in fœmineis actibus: vt si de partu agatur, vel in his, in quibus sola mulier adhibetur, constitutione 48.

10 ¶Serui † quoque, iure ciuili ex contractibus non obligantur suo nomine, *l. obligari, de actio. l. in persona cuiusl. & l. quod attinet, de reg. iur. P.* ex delictis tamen obligantur, vt & ex contractibus naturaliter. *l. serui, §. 1. & l. seruus, in 1. de actio. cum simil.* Ministerium autem in obligatione ciuili præbent dominis, dum pro illis paciscuntur, *l. fin. autem dominicam, 30. & Iulia. in l. si debitor, 56. de pact. in P. cum simil.* etsi cum dominis pacisci non possint, nec nomine dominorum, contra eorum vtilitatem. *l. interpositas, §. fi. de transact. C.* Quod & de filiisfamilias rescriptum est in nouatione obligationum benè constitutarum domini, vel patris. *l. 3. & l. filiusfamil. Cod. de pact. l. penultim. depos. it. in P. l. melior, de reg. iur. in P.*

11 ¶Prohibitum † etiam à lege certis personis, ratione officij, in ea prouincia, in qua administrant, contrahere cum sibi subditis. *l. 1. de contract. iudic. C. l. non licet, & l. qui officij, de contrahen. emt. P. l. auferetur, §. de iur. fisc. in P. l. milites, de re milit. in P.* Quare nec nuptias inire cum huiusmodi illis licebat. *l. 1. si quacunque præditus potest. vel ad eum pertinentes, &c. lib. 5. C. tit. 7.* Quod in Gallia antiquatum est in magistratibus, cum illi hodie perpetui sint. *Guido Pap. decis. 195.* Nobilibus tamen, qui priuilegiis nobilitatis militiæ armatæ vti desiderant, atque aliis illustribus, & magistratibus regiis, hodie quoque ademta in Gallia negotiandi licentia, iuxta communis iuris regulas, *in l. 3. de commerc. & mercatorib. C.* Extat Nouell. Theodo. *Ne curialis prædium alterius conducat: neve pro alio se fidemssorem præbeat, aliter res locata in fiscum deferatur, & actio euacuetur. in nouell. 3. constit. nouel. Theodosij.*

12 ¶Prohibentur † & lege donationes inter coniuges, *l. donationes quas parentes, de don. inter vir. & vx. C. l. 1. 2. & 3. eo. in P.* inter patrem & filium, qui eius est potestatis, *d. l. donationes,* conuentiones vi extortæ, *l. nihil consensui. de regul. iur. l. metum autem, §. sed quod prætor, de eo quod met. caus. in P.* vel fraudandi animo, vel dolosè initæ, *l. iurisgentium, §. sea si fraudandi, & §. dolo, & §. prætor, de pact. in P. l. cum posteaquam, C. eod. l. 3. C. de except. cum simil. iunge & quæ supr. in princip. conventionum, de dolo, diximus.* vel per errorem factæ. *l. si cum te ex caussa, 52. de pact. in P. l. fin. de constit. pecun. & supr. pauca in princip. dicta.* Quia generaliter in totum ea, quæ ex certa animi destinatione pendent, non possunt, nisi ex certa scientia perfici. *l. in totum, de regul. iur. in P.* Alias porro causas, quibus vetant certis personis res pertractare, & ita de his disponere, singularis cuiusque contractus explicatio latius docebit: hæc autem in summa monuisse in vniuersum sufficiet.

13 ¶Improbat † lex & contractus, seu pacta leuitate & inconsiderate facta, de rebus alienandis: vt reuocata donatio vel alienatio facta inconsiderate à quadam Agapita, Pouino patritio de caussa Arcinatricia, ratione postposita, per Theodoricum Gotthorum regem: quod alienatio rerum solidum desideret habere iudicium, vt refert Cassiodorus. *in epist. 11. li. 2. variarum Pouino scripta.* Reuocatur vt inconsulte facta donatio à liberto, per patronum, si susceperit liberos, *in l. si vnquam, de reuoc. donat. C.* & inofficiosæ, & immensæ donationes, *l. 1. & si filius, & toto tit. de in-*
24 *offic. don. li. 3 C. tit. 39.* immensæ dotes. Item obligationes pactorũ nullæ censentur, quæ sine caussa factæ sunt: ideo non pariunt actionem, sed exceptionem. *l. 1. de condict. sine caus. lib. 13. P. tit. 7.* Et qui promisit sine caussa, cõdicere ipsam obligationẽ potest, per condictionẽ sine caussa, *l. 3. eo. tit. de cõdict. sine caus.* vel incerti condictione sine caussa potest agere, vt liberetur. Idem si falsa caussa adiecta, videlicet in negotiis, quæ sine caussa fieri non possunt, & quæ caussam exigunt. Nam donatio simpliciter, & sine alia caussa, quam affectionis, *l. affectionis, de donat. P.* & liberalitatis, *c. 1. de donat. apud Gregor. l. donari, de reg. iur. & de donat.* fieri potest: at si caussa illis adiecta, & illa non inueniatur, inefficax est, *& l. cum ancillam, 6. de condict. ob caus. li. 4. C. titu. 6. l. 2. §. final. de donat. li. 39. P. tit. 5. l. si ex caussa, C. de non num. pec.* Et extat hac de re iudicium apud Valerium Maximum Caij Aquilij, in caussa Caij Viselli Varronis, & Octacillæ Lateranensis. *lib. 8. cap. 2. Si quis,* inquit Vlpian. *sine caussa ab aliquo fuerit stipulatus, deinde ex ea stipulatione experiatur, exceptio vtique doli mali ei nocebit, &c. l. 2. §. circa primam, de dol. mal. except. li. 44. P. tit. 4.* Hinc, si cautio, quam quis proponit à se indebite extortam, indeterminate concepta sit, aduersarius tenetur ostendere debitũ esse, quod continetur in ea: sed si caussam, propter quam huiusmodi scriptura processerit, expressa est in eadem, confessioni standum est, *c. si cautio, c. 14. de fid. instru. 2. Decret. tit. 22.* nisi probauerit reus debendi, se indebite promisisse, *l. generaliter, C. de non num. pec. c. per tuas, de probat. d. l. cum de indebito, §. fin. & c fi. de confess.* vel obiiciat exceptionem intra biennium non numeratæ pecuniæ, si de ea agatur, sine qua confessio, quod ex præcedenti caussa debitum procederet, cũ promissione sufficit pro caussa, *c. fi. de solut. d. c. si cautio, & l. cum de indebito.* Et idcirco iudex, priusquam obligationem esse nullam propter non subsistẽtem caussam, declaret, ex integro contendentes in exceptionibus audire debet, *in l. in contractib. de non numer. pec. C. l. fin. iunct. authen. sequ. de dote cauta non numera. C. d. l. generaliter.* vt placuit curiæ Parisiensi anno 1511. *Papias lib. 10. Rhapsod. arest. tit. 2. arest. 1.* Cum enim in hac quæstione implicita sit doli mali exceptio, *d. l. 2. §. circa, de doli mali except.* merito caussæ cognitio exigitur. Quia de dolo non fit iudicium, nisi si qua iusta causa videbitur, & ita cũ caussæ cognitione. *in l. 1. & l. si oleum 10. §. fin. de dolo malo, in P.* Caussæ itaque conuentionibus, vt tutius agatur, exprimi debẽt, ex quibus fiant: exceptis negotiis, quæ ex qualitate sua, vel creditorum, vel debitorum satis caussam manifestant & nominãt: vnde & puto dici posse contractus nominatos, *l. iurisgentium, de pact. P.* vt in locatione, emtione, &c. cõstat: vel in qualitate promissionis scholastici & præceptoris, peregrini & hospitis, ægroti & medici, pragmatici & clientuli, & similium, quibus satis indicatur caussa promissi. In quibus si exceptio hæc sine caussa obiiciatur, nihilominus interim iubetur, vt satisfactionis nomine, vel soluant, vel pignora dent: vt dictum placito curiæ Parisien. 2. Decemb. 1544. *Papus, vbi supr. arest. 2.*

De Formis, secundum quas pacta & conuentiones in genere concipiuntur.

Cap. 6.

1 *Ex pactis conuentiones leges capiunt, & pacta expressa & tacita quæ.*
2 *Tacita pacti exempla: & remissum debitum, reddito instrumento censeri.*
3 *Diuersa, instrumentum vel pignus reddere.*
4 *Tacitum pactum in inuectis ex locatione.*
5 *Dotis promissione.*
6 *Ne totum petatur.*
7 *In renouatione locationis.*
8 *In mutuo.*
9 *Diuisio pactorum, in rem, & in personam: quæ personalia quæ vero realia.*
10 2. *Diuisio, alia esse nuda, alia non nuda: & quæ sint.*
11 *Differunt hæc, dixisse nudum pactum, & nudum contractum.*
12 *Non nuda pacta, & vestita quæ: & 7. eorum modi vestimentorum.*
13 *Vestiuntur primo, re.*
14 *Verbis 2. & 3. literis.*
15 4. *Consensu.*
16 5. *Coherentia contractus.*
17 6. *Auctoritate legis.*
18 7. *Iuramento.*

COntrahentes, id est, † qui conueniunt, formam dant conuentionibus, *l. in conuentionalib. 52. de verb. oblig. in P.* & legẽ, pactis videlicet. *l. iurisgentium, §. idem Marcellus, de pact. in P.* Pacta ea sunt, quæ in conueniendo placuerunt, quæ sequẽda sunt, vt lex. *l. 1. §. si conueniat, depos. in P. lib. 16. P. tit. l. 3. l. 1. legem quam dixisti, C. de pact. l. dictam legem, de condict. ob caus. dator. C.* Porro ista pacta, vel placita, vel expresse, vel tacite accidunt. *Expressum pactum* dicitur, quãdo aliquid palam, aperte, & nominatim, certo consensu, vel verbis, vel literis, vel alio modo fieri, dariue cauetur. Sic enim expressim aliquid fit, quando est per declarationem & distinctionem voluntatis, à confusione omni alienã. *Paul. l. qui res suas 98. §. qui stipulatur sibi aut Titio, de solut. lib. 46. P. tit. 3. authent. ex testamento, de colla. C.* Dicitúrque expressa voluntas, quæ aut ex præcedenti tractatu, & præfationib. colligitur. *l. Titia, 134. §. 1. & l. ita stipulatus, 115. de verb. oblig. in P.* Nec opus est me immorari in exemplis pacti expressi, cum in singulis conuentionibus ea sese offerant. De tacitis itaque paulo latius. *Tacitum pactum* dicitur, quod cum nominatim non fit, inesse tamen negotio, quod agitur, videtur: vel ratione dictorum, vel prouisione legis, quæ id venire debere constituit, vel quod inest ex rerum natura, aut consuetudine, aut consequentia, quorum omnium exempla depromito ex Zasio *in l. cum quid, si cert. petat. in P.* Et ex his coniectura facta, tacitum habetur pro expresso, *l. semper in stipulationib. 35. de reg. iur. vide Alciat. in l. in conuentionib. de verb. sign.*

¶Nec † me piget taciti consensus formulas quasdam subiicere. Et primum, qui reddidit debitori suo cautionẽ seu instrumentum debiti, conuenisse tacite videtur, ne debitum peteret: & proinde de instrumento securus debitor, recte remissionem petenti obiicit, *l. 2. de pact. in P. l. qui chirographum, 57. de legat. 3. c. sane iuncta gl. in verb. reddens, de renuntiat. l. mortis caussa capimus. 19. §. Titia, de donat. caus. mor. P.* vt qui donat instrumentum, res eo contentas donasse videtur, *l. 1. C. de don.* sicuti si cancellatũ chirographum, vel instrumentũ debiti fuerit, præsumitur solutum vel remissum debitum: nisi creditor contrariã caussam docere paratus sit. *l. si chirographum, de probat. in P.* Vt non cancellatum,

Digitized by Google

debiti facit probationem, contra quam tamē probatio solutionis recte obiicitur. *l. inductum, 22. C. de solut. l. conseruatio, C. de non num. pec. adde quæ dicimus in c. 18. in fin.* Nec me remoratur scrupulus glossematis, *glos. in l. 3. de pact. in P.* quod arbitratur in chirographi vel instrumenti redditione, non esse liberationē: quia conuentiones ex scriptura non pendeant, *l. contrahitur, de pigno. in P.* Nam fateor quidem, scripturam obligationem non perficere in omnibus, *l. non figura, de action. dicta lege, contrahitur.* verumtamen probationem eius fidem facere consentire oportet. *l. in exercendis, Cod. de probation.* Et ideo remissa scriptura remissum debitum censeri: cum in scriptura ius nominum sit. §

3 ¶ In † quo diuersa causſa est scripturæ redditæ, & pignoris redditi: cum pignore reddito debitori, non censeatur remissum debitum, *l. 3. de pact. in P.* quod in pignore nullum ius dominij constituitur creditori, nec probatio sufficiens debiti. *l. rescriptū, de distract. pign. l. quis sit fugitiuus, §. pignora. de edilit. edict. l. pignoris, 8. de pignorat. act. C.* Quare redditione pignoris, non soluitur ius creditoris: nam & illud precario reddere debitori potest, *l. certe, 6. de precar. lib. 43. P. tit. 5.* Et minus sufficiens debito pignus accipiendo creditor, non sibi præiudicat, quin integrum petat debitum, *Caius in l. creditor qui non idoneum, 28. de reb. cred. in P. l. aduersus, C. de action. l. quæsitum, de distract. pign. in P. cum similibus.*

4 ¶ Aliud † exemplum taciti pacti, vt inuecta in vrbanam habitationem, tacite sint obligata pro pensione, etsi deterior sit facta res: idque ex natura contractus locationis, *l. 4. de pact. in P. l. si non inducta, & l. si quibus modis pign. vel hypoth. tac. contrah. C. l. 2. 3. 4. in quib. caus. pign. vel hypothec. tac. contrah. in P.* Idipsum in inuectis in prædium rusticum, quæ sciente domino inuecta sunt: non in aliis. *l. certi iuris, C. de locat.*

5 ¶ Tertium † habeto in dotis promissione, cui inest tacitum pactum, si matrimonium sequatur: non aliter. *l. 4. §. 1. de pact. in P. l. stipulationem, de iur. dot. in P.*

6 ¶ Quartum, † in pacto ne totum petatur, quo continetur tacitum, ne etiam pars eius petatur. *l. si vnus ex argentariis, 27. §. pen. de pact. in P.*

7 ¶ Quintum, † vt ex taciturnitate contrahentium, & per vsum rei locatæ renouata videatur locatio per simile tempus, & eodem quo prius pretio, quibus conuentum in principio locationis fuit, videlicet in rusticis prædiis: at in vrbanis, pro rata temporis, quo supra definitum in priore locatione tempus habitauerit. *Vlpian. in l. item quæritur, 14. §. qui impleto, & l. qui ad certum tempus, 15. loca. in P.*

8 ¶ Sextum † in mutuo, ex cuius natura cautum intelligitur, quamuis nihil dictum sit expresse, vt æque bonum & æqualis ponderis, numeri, aut mensuræ reddatur. *l. cum quid, si cert. petat. P.* Facit & quod geritur, tacitum pactum, dum quis in futurum vsuras debiti accipit: videlicet inde per consequentiam deprehensus voluisse, ne intra id tempus sortem suam petat, pro qua vsuras capit. *l. qui in futurum, 58. de pact. in P. l. 2. de doli except.* Habes & alibi alia exempla, *in l. de lege, §. fi. de leg. commiss. in P. l. commissoriæ, C. de pact. inter emt. & l. fi. §. si de eo quod certo loco aliud, in l. ea lege, 53. loca. P.* quæ prætermitto. Monebo tamen & ea, quæ in præfationibus dicuntur censeri tacite, in sequentibus repetita, *l. 4. §. fi. de pact. P. l. Titia quæ ex alio, 134. §. 1. de verb. oblig. in P.* Generaliter etiam, in pactis, si non valent eo modo quo aguntur, valent tacita pactione meliori modo, quo valere possunt: vt si acceptilatio inutilis fuit, tacita pactione id actum videtur, ne peteretur. *l. si vnus. §. si acceptilatio, de pact. P.*

9 ¶ Pactorum † horum, quædam in rem sunt, quædam in personam. In rem sunt, quoties generaliter paciscor, ne petam. In personam, quando ne à certa persona, veluti à Lucio Titio petam, *l. iuris gentium, 7. §. pactorum, de pact. in P.* In rem dicta pacta, non quod tantum res illis adsit, sed quia verba & consensus paciscentium, rem magis considerant: vt hoc debitum non petā, qua pactione omnis petitio submouetur, & in perpetuum, vt nec à debitore, nec ab herede eius peti possit. Vt contra fieret, si in personam conciperetur: quia personale à persona in aliam non porrigitur, *l. qui in futurum, 53 §. si ex altera parte, de pact. P. Papin. l. tale pactum, 41 eod. tit. l. qui tale. solut. matrim. in P.* Quia in personam fit, cum consensus, intentio, & verba in ipsa persona, qua de agitur, fundamentum accipit: vt, à te Titio, nihil petam. Proinde interdum pactum est personale ex parte creditoris, & reale, ex parte debitoris: vt, non petam à te, nec ab heredibus tuis, quamdiu vixero. Aliquando personale tantum ex parte debitoris; veluti, neque ego, nec heredes mei à te petemus. Notant & interpretes, iuramentum ex parte iurātis semper esse personale: ex parte autem eius cui iuratur, reale. *Innocent. in c. veritatis, de iureiur.*

10 ¶ Rursum † pacta hæc omnia, vel nuda dicuntur, vel non nuda, & interpretibus vestita. Nudum dicitur pactum, quod non habet causſam efficacem, vel auxilium aliud quam simplicis conuentionis: vnde, veluti ex infirma conuentione, actio non formatur nec datur, *l. diuisionis placitum, 45. de pact. in P. l. legem quam dixisti, & l. traditionibus, C. de pact.* sed tantum exceptio seu defensio nascitur aduersus eum, qui pactum non tuetur. *l. iuris gentium, §. sed cum nulla, de pact. in P.* Ita dicimus nudum præceptum testatoris, quod causſam legitimam non habet, quæ heredem obligare possit, *l. pater filium, 36. §. Iulius Agrippa, de legat. 3. lib. 32. P. tit. 1.* nudum ius Quiritum, sine effectu & causſa legitima, *l. vnic. de nudo iure Quirit. tollen. C.* nudam rationem donationis, quę ex simplici voluntate donantem non ligat. *l. nuda ratio, 26. de donat. lib. 39. P. tit. 5.* Nudum ergo pactum, quod causſam non habet, puta, vt locationis, emtionis, pignoris, vel aliarum formarum obligandi, quodve in se manet, pactum recte simpliciter conuentum dictum, quod ex legibus non seruatur, sed ex conuentu, vt ait Cicero *ad Herenn. & in l. pacta conuenta, de contrah. emt. P.* sine actione: quod nude paciscentes, non præsumantur habuisse deliberatum consensum, sed magis impetu, & leuitate promisisse. *iuxta l. sciendum, de edilit. edict. in P.* Vt sine causſa dicimus pactum, quod non habet obligationem ciuilem: causſam videlicet non habens, quamuis iustam existimet ad obligandum, vnde agi possit, ideoque inefficax est, *l. non dubium, C. de legib.* quia obligatio mater actionis est, *l. licet, §. ea obligatio, de procurat.* Et id obtinet iure ciuili; nam supra iam monuimus, *diximus supra, c. 3. in naturali obligatione,* pacta nuda, & naturali, & diuino, & Pontificio iure seruanda esse, & efficacia ad agendum.

¶ Obseruare † quoque hic etiam in iure ciuili, aliud esse nudum pactum, aliud nudum contractum. Quia nudum pactum remanere existimatur à iure ciuili intra fines obligationis tantum naturalis, vel conuentionis simplicis: at cum dicimus nudū contractum, secundum eum contractum, de quo agitur, intelligere debemus, non nudum quidem à causſa, sed nudum & purum à conuentione alia. Vt cum dicimus nuda voluntate contrahentium perfici emtionem, *l. 1. §. 1. de rerum permu. P.* in qua tamen, & pretium & merx interuenire debet. *leg. 1. de contrah. emt. P. §. de emt. apud Iustin.* Sic alibi inuenies, cautionis nomine puram promissionem significari, *l. sancimus, de verbor. signif. C.* 11

¶ Non † nudum pactum ab interpretibus dicitur, per oppositionem, vestitum: quod aliqua causſa alia, quam simplicis conuentionis iuuatur ad producendam actionem, & quodammodo vestitur. Nec enim hoc nomen in contractibus vestimenti abhorreo, vt aliqui, qui peritiores antiquis haberi volūt. Cum & ad alia quam hominis corpus, vestire translatum apud latinitatis probæ auctores inueniam: vt apud Ciceronem 2. *de nat. Deorum. Primum natura oculos membranis tenuissimis vestiuit, & sepsit, id est, operuit, muniuit, contexit.* Et rursum, vestiri pilo dixit, *Cicero 6. in Verrem.* Et Columel. *Vbi arbores se frondibus vestierūt, li. 4. de re rustic.* & Liuius, vestire parietes tabulis dixit. *lib 2. belli Maced.* Vestiuntur itaque seu iuuantur & ornantur pacta nuda, modis 7. re, verbis, literis, consensu, cohærentia contractus, singulari auctoritate regis, iuramento: quia totidem iure obligamur. *l. obligamur aut re, 51. de actio. in P.* 12

¶ Primum † itaque rei interuentu, vel ab initio, vt in mutuo quod re interueniente perficitur, *§. 1. quibus mod. re contrah. obligat. l. legem quam dixisti, C. de pact. leg. traditionibus, C. eod. l. dimissionis placitum, eod. in P.* vel quando res postea accedit, vt in contractibus innominatis, qui tum demum vires habent, cum res vel factum interuenit, *notat gloss. mag. in l. iurisgentium, in §. quinimo, de pact. in P.* Eoque modo pollicitatio etiam vires accipit ad agendum in pollicentem: si pro parte pollicita quis impleuerit, vt perficiat, *l. 1. de pollicit.* Subinde & qualiacunque pacta fuerint in traditionibus apposita, valida erunt. *l. in traditionib. de pact. in P.* 13

¶ Secundo, † verbis nudum pactum robur accipit, videlicet stipulatione, *d. l. legem quam dixisti, C. de pact. §. 1. de verb. obli. l. 1. P. eod.* quapropter hoc modo nudus consensus dicitur, cui stipulatio non est adhibita. *l. sufficit, de sponsal. in P.* 14

¶ Tertio, literis nuda conuentio, per biennij lapsum firmatur. *l. in contractibus, de constit. pec. C. l. 1. de liter. oblig. apud Iustin.*

¶ Porro † quarto loco diximus consensu nudas pactiones iuuari, *l. 2. de actio. in P. §. 1. de oblig. quæ ex cons. nasc.* id est, alio consensu, quam pacti prioris, certiorem, & cum causſa adiiciendo consensum. Sic enim hic alius & fortior est consensus illo simplici consensu, qui fundamentum & basis est omnium conuentionum, *l. 1. §. penul. de pact. P.* Et sic tueor Accursium, dum aio, nudum consensum, qui in pacto est nudo, vestiri alio consensu. Quod Prateius præteriit, dum in eo reprehendit eundem, *Prateius in Thesauro seu lexico iuris, in verb. pacta.* putans, & in cōtractibus nominatis nudum consensum dici, *l. 1. de rerum permut.* ita nuda pacta ratione consensus, posse dici contractus nominatos. Cum tamen proxime monuerimus, nudum consensum, in emtione & aliis consensu celebratis contractibus referri ad formam consensus, scilicet conuentionis de qua agitur: vt nudus in emtione consensus dicatur, non simpliciter nuda conuentio; perinde ac si dicamus nudam emtionem, id est, puram & veram emtionem: & nudum consensum emtionis, id est, consensum, qui cum re & pretio interueniente, faciat emtionem. Alioquin enim dicere nudum consensum emtionis, nudum esse consensum, id est, solum consensum, *l. nuda, & imaginaria, de contrahen. emt.* 15

Digitized by Google

emt. in P. sine alia causa, non esset emtio, sed imaginaria & ficti-
tia, Sic distinguetur emtio nudo consensu, à permutatione, quæ
rei interuentu tantum fit. *d. l. 1. de rerum permut.* Proinde se-
cundum aliquid, erit nuda, id est, sine re, *l. obligamur aut re, §. fi. de act.*
in P. non autem erit nudum pactum.

16 ¶ Quinto † loco robur accipiunt pacta nuda, per cohærentiã
contractuum nominatorum firmatorum: hauriunt enim vires ab
illis, vt partes à toto: & ab actionibus principalibus effectũ sor-
tiuntur: si modo paululum ante vel post, vel in ipso cõtractu ad-
iiciantur, *l. lecta, si cert. petat. P. l. si sterilis, 22. §. si tibi fundum, de act.*
emt. in P. li. 19. ti. 1. fa. l. pacta, de contrah. emt. in P. nam si ex inter-
uallo post vel ante abiiciantur, & quædam præter naturam con-
tractus contineant, non pariunt actionem. *l. legitima, §. quin tua, de*
pact. P. d. l. pacta conuenta, l. sine apud acta, C. de transact. l. in bona fi-
dei, C. de pact.

17 ¶ Sexto, † auctoritate legis pacta nuda sterilia, efficacia red-
duntur generaliter illa, quæ approbantur, & reiiciuntur: vnde
legitima dicta. *l. legitima, de pact.* Singulari namque iure vires
acceperunt nudæ conuentiones quædam, vt donatio, *l. si quis*
argentum, §. sin autem, C. de donat. dotis promissio, *l. 1. de rei vxor.*
act. C. l. ad exactionem, C. de dot. promis. cum similib. & similes, *quas*
ponit gl. in § de constitut. in verb. nulla, de actio.

18 ¶ Septimo † maximum vinculum fidei, & nudarum pactionũ
firmamentum, iurisiurandi religio est. *l. vt iurisiurandi, de oper. li-*
bert. l. dominus seruum, de præscript. verb. in P. authen. sacramenta pu-
berum, si aduer. ven. C. c. quamuis pactum, de pactis, in 6. c. cum cõtingat,
de iureiurand. apud Gregor. c. licet, eod. titu. in 6. ca. iuramenti, 12. q. 5.
Atque quasi contractum esset, agitur ex iureiurando præstito i
filiofamilias vel seruo, contra patrem vel dominum, in quantũ
est in peculio eorum, *in l. depositi. §. §. si filiusfamilias, de peculio, lib.*
15. P. tit. 1. Octauo, Leo Cæsar in constitutione, *72. titu.* περὶ τῶν συμ-
φώνων τῶν ἀνυ περιττῶν γινομένων, id est, *vt pacta etiam non*
constituta pœna valeant. Græca statuit pacta nuda vestiri per scri-
pturam: Item, si qui pactum inierunt, sua manu sacrosanctę cru-
cis nota scriptum signarent aut si, ἐὰν παρακληθῶσι τελέσαι αἱ πάντες
περιπατοῦντες, id est, si diuini termonis appellationes adiectæ sint:
vel si pœna adiecta.

Propter quid pacta, conuentiones, & contractus fiunt.

Cap. 7.

1 *Finis conuentionum, vt obligemus ad dandum, vel faciendum, vel*
non dandum, & non faciendum.
2 *Pacta vel conuentiones 4 faciunt: elidunt, perimunt, informant, pa-*
riunt actiones, vel exceptiones. Elidunt quomodo.
3 *Perimunt, quæ tollunt priora ipso iure.*
4 *Quid reformare, & informare in conuentionibus.*

1 INuenta sunt pacta & conuentiones, vt alium obligemus ad
dandum vel faciendum quippiam, *l. obligationum substantia, d.*
actio. in P. l. actionum, eod. vel ad non dandum, vel non faciendum.

2 ¶ Hoc † autem consequimur, vel actione, vel exceptione: quę
duo nascuntur ex pactorum & conuentionum natura quadru-
plici. Nam ea facta vel elidunt, vel perimunt, vel informant, vel
pariunt actiones, vel exceptiones. Elidunt, inquam, quando ex-
ceptione occurrunt cõuentionibus præcedentibus: veluti, si de
pactum sit, ne quod ex obligatione debetur, petatur: si enim
petatur in specie, in qua conuentum est, submouetur & eliditur
actio exceptione pacti conuenti, quod tantum exceptionem
habet. *l. præterea, de excep. apud Iust. in. l. si vnus, §. pactus ne peteret,*
& l. iurisgentium, §. sed cum nulla, de pact. in P. l. in bona fidei, C. de
pactis. Ita elidere actione est, non tollere statim pacto, quod fa-
ctum respicit, sed obtundere & repellere, & reddere sine effi-
cacia. *d. §. pactus, & seq.*

3 ¶ Perimunt † autem pacta præcedentes actiones, quando tol-
lunt vi sua & ipso iure præcedentes obligationes. Sic pactum
tollit naturalem obligationem, actionem iniuriarum, *l. Stychũ,*
§. naturalis, de solution. P. l. 1. si vnus, §. sed si pactum, & §. pacta, quæ
turpem, & l. si tibi, §. quædam actiones, de pact. in P. l. qui exceptionem,
40. *§. fi. de condict. ob. in P.* perimit stipulationem acceptilatio,
§. item per acceptilationem, quib. mo. tollu. oblig. ap. Iustinian. l. 1. & l. an
inutilis, §. 1. de acceptila. in P. quia pro solutione, *l. si ex plurib. de*
acceptila. in P. & l. si ex plurib. de solut. in P. Idipsum facit Aqui-
liana stipulatio, *§. est autem. quib. mod. tol. oblig. l. Aquiliana, de trãs-*
act. in P. & nouatio. *§ præterea nouatione, quib. mod. toll. obligat. titu.*
de nouat. P. Illud & facit consensus eorum, quorum interest, quo
dissoluitur obligatio præcedens. *§. fi. quib. mod. toll. obli. l ab emtio-*
ne, de pact. in P. l. 1. quando liceat ab emtione discedere, l. 2. de rescin-
dend. vendit. in P. l. n hil tam naturale. de regul. iur. vel in totum, vel
in parte, *l. iurisgentium §. adeo, de pact. in P.* Eaque lege, vt actio se-
mel exstincta, nunquam ex iisdem prioribus exstinctis qualita-
tibus suscitetur. *l. si res, §. aream, de solut. in P. l. cum mora, C. de trãs-*
act. l. si vnus, §. sed si pactum conuentum, de pact. in P. Et generaliter
pacta nouissima derogant præcedentibus, & se mutuo consequẽ-
tia perimunt, *l. pacta nouissima, C. de pact. l. si vnus, §. pact. ne peteret,*
eo. tit. in P. vt testamenta, *l. posteriore, quibus modis testa. infir. l. cum*
in secundo, de iniust. rupt. cum simil. b. codicilli, l. diui, §. licet, de iure
codicill. in P. l. cum proponas, C. de codicill. legata, *l. si mihi & tibi, §.*
in legatis, de lega. 1. mora, *l. illud, de peric. & commod. rei vend.* con-
suetudines, *l. ea quibus, de legib. in P.* leges scriptæ, *l. sed & posteri-*
res, de legibus, in P. sententiæ, *l. quod iussit. de re iudi. l. si opus, de o-*
per. no. nuntiat. in P. & similia, videlicet quando posteriora sunt
incompatibilia cum prioribus, & eis aduersantur: & quando
qui contrahunt, potestatem habent & voluntatem abeundi à
prioribus: & si secunda, æqualis vel maioris sint potestatis cum
superioribus & legitime fiant. Siquidem nouissima pacta, quæ
se compati cum præcedentibus possunt, vel addunt tantum, vel
diminuunt, incontinenti apposita, non autem priora tollunt. *l.*
in bonæ fidei, C. de pact. l. pacta conuenta, de contrah. emt. in P. Qui po-
testatem etiam non habent nouando, vel contraria pacta faci-
do, nihil agunt, *l. 3. & l. filius paciscendo, de pact. C. l. si. eo. tit. in P.*
Nec qui possunt, si nolint. & si secunda pactio non teneat, *l. 1. &*
2. de nouat. in P. vel si ea iure improbetur, *l. 1. iurisgentium, §. sed si*
fraudandi, & l. si vnus, §. sed si pactum, de pact. in P.

¶ Proxima † sunt nouationibus pacta, quæ reformant, id est, 4
quæ formam aliam conuentioni dant, vel eandem substantiam
conuentionis, alia forma retractant: veluti, si circa substantialia
pactum adiectum conuentioni sit, id enim conuentionem re-
format, *l. pacta conuenta, de contrah. emt.* seu tollit priorem formã.
Sicuti & CC. Diocletianus & Maximianus, dum tolli pactum
debere vellent exprimere: *Alia ratio*, inquiunt, *pactum reformat.*
l. interpositas, 13. C. de transactio. Informant autem conuentiones
pacta, quæ ita apposita sunt, vt formam essentialem seu substan-
tialem non tollant, sed iuuent, vel explicent, vel augeant, id est,
in forma aliquid agant, eadem conseruata, *l. iurisgentium, §. quin-*
imo, & §. id. m. vi arcellius, de pact. in P. dummodo in ingressu cõtra-
ctus, vel paulo antè, vel paulopost, & nõ ex interuallo adiiciãtur,
d. l. pacta conuenta, de contrah. emt. in P. & l. in bona fidei, C. de pact. Et
ista pacta sunt ex quibus dicuntur conuentiones etiam legem
accipere. *l. 1 §. si conueniat, depositi. in P. l. legem, C. de pact. l. petens, 27.*
eod. C. l. in conuentionalibus, de verb. obli. in P. Ceterum pacta vesti-
ta seu adiuta fulcimentis & auxiliis, de quibus ante diximus,
producunt actiones: at nuda, exceptiones. *dictis legib. l. iurisgen-*
tium, § sed cum nulla, de pact. in P. l. in bona fidei, & l. legem, C. eo. tit.
l. ex placito, de rerum permut. C. d. l. lecta, de rebus creditis, & l. pacta
conuenta, de contrah. emt. in P. De his itaque pauca in vniuersum
dicamus.

De Actionibus.

Cap. 8.

1 *Actio vnde differentiaque eius ab actu, qui & actio.*
2 *Actio forensis quid: & quare actio dicta: & quod actiones habebant*
formulas præscriptas & dictatas, & quomodo.
3 *Lege agere quid, & quomodo.*
4 *Fastos qui euulgauit, & actionum formulas: & conceptionis actio-*
nis curiosa, qualis olim obseruatio.
5 *Conceptio vitiosæ formulæ caussa non primabat in arbitrariis.*
6 *Sublatæ sunt hodie actionis formulæ curiosæ: aliæ autem necessariæ*
retentæ & adiectæ.
7 *Quando liceat mutare, vel emendare actionem propositam & semel*
editam, & quomodo.
8 *Quomodo statuendum in eum qui plus, quam debeatur, petit.*
9 *Actionis nomen late patet, & omnes petitiones continet.*
10 *Actionum diuisio, in ordinarias & extraordinarias, & quæ sint*
quidve officium iudicis mercenarium.
11 *Ordinariarum actionum, in ciuiles & prætorias, diuisio, &*
quæ.
12. 3. *Diuisio actionum in rem, in personam, & mixtas, quid actio, pe-*
titio, persecutio, condictio.
13 *Mixtæ quæ.*
14. 4. *Diuisio in persecutorias rei, pœnæ, & mixtas.*
15 *Pœnalium subdiuisio, in eas quæ in duplum, triplum, quadru-*
plum.
16. 5. *Diuisio in directas, contrarias, vtiles.*
17. 6. *In directas & vtiles.*
18. 7. *Bonæ fidei & stricti iuris.*
19. 8. *In vniuersales generales, singulares, ratione petitionis, vt & soli-*
di, non solidi.
20. 9. *In natiuas, datiuas seu arbitrarias: & quæ illæ.*
21. 10. *In perpetuas & temporales.*
22. 11. *In eas quæ ordinariæ & subsidiariæ, & quæ: & quid actio ex*
contractu, ex facto in factum.
23 *Diuisio actionum in factum.*
24 *Populares & priuatæ interdictæ quæ.*

Digitized by Google

CVm obligatio † factorum origo actionum sit, *l. licet, §. ea obligatio, de procur.* vel cum ab ea nascuntur, vel cum ex ea, vel ob eam dantur, sicut explicat Ac cursius, *in l. naturales, 9. in verb. competat, de præscript. verb.* recordari oportet & obligationes aliunde, quam ex conuentionibus oriri posse, *§. fin. de oblig. apud Iustin. l. obligamur, 51. de actio.* & consequenter, aliunde actiones quoque pendere, quam ex placitis. Quæ vt euoluamus, primum separemus actionem ab actu: quia actus hominum omnes generali nomine actiones dicuntur: Quemadmodum tertia iuris pars ad actiones pertinere dicitur, id est, ad negotia humana: alia ad res: alia ad personas. *l. 1. de stat. hom. §. si. de iur. nat. vbi nimiū stricte actiones interpretatur gl. pro forensib.* Actiones autem hic dicuntur, quædam persequutiones, quæ in iudicio fiunt ratione alicuius præcedentis causæ legitimæ, quæ actum hunc foréſem permittit, vel iubet fieri.

¶ Et, † vt cum Iustiniano loquar, actio hic est, ius persequēdi in iudicio quod sibi debetur, *§. 1. de actio. l. nihil aliud, 50. eod. in P.* Ius persequendi, est facultas agendi, vel conueniendi. *l. 1. de eo quod certo loc. P. l. 6. §. videamus, de neg. gest. in P. l. pure, §. fin. de doli mal. excep. in P. Sciendum est,* inquit Theophilus, *quas Athenienses lites vocabant, eas à Romanis actiones dici. Porro dicuntur actiones, eo quod improbos & perfidos ad iudicia agamus. Theoph. §. 1. de action. lib. 4. Instit. tit. 6.* Sic Cicero, *3. in Verrem. Scribitur Heracho dsca.* Et apud Terentium, *Si tu illum attigeris secus quam dignum est, dicam tibi impingam grandem.* Vlpianus in titulis, actiones formulas vocat: dum ait. *Fideicommissa non per formulam petuntur, sicut legata. Vlp. in titul. iur. tit. 25. & 29.* Sic Sueton. *Cum libertino cuidam acerbius debitum reposcenti, iniuriarum formulam, quasi calce ab eo impetitus intendisset, &c. Sueto. in Vitellio.* Erant namque actiones, præscriptæ agendi verborum formulæ, pro nata cuiusque negotij: vt & Cicero indicat, dum de actione, de dolo agit: *Nondum,* inquit, *Aquilius protulerat de dolo malo formulas. Cicero 3. Offic.* Refert Pomponius, *l. 2. §. fuit autem, de origi. iur. in P.* Appium Claudium, qui centimanus appellatus est, vel cæcus secundum Ciceronē, *3. Officior.* actiones scripsisse primum de vsucapionibus. Et Sextū Ælium, librum qui tripartita inscribebatur: quoniam in eo, lege duodecim tabularum præposita, iungebatur interpretatio: dehinc contexebatur legis actio. *Pomp. in d. l. 2. §. deinde Sextus Ælius.* Atque constituebantur actiones agere volentibus, vel à legum præscriptis, *l. 2. §. deinde ex his legibus, de orig. iur. in P.* vel à magistratibus, apud quos erat legis actio, *l. magistratum, 4. de adopt. in P. li. 1. tit. 7. i.* iudicandi auctoritas: vel à collegio olim tantum Pontificum. *d. l. 2. §. omnium tamen, de orig. iur. Cic. 1. de Orat. & 2. ae Legib.* Qui autem agendi à magistratu facultatem accepisset, iudicium dictabat, *Paulus in l. si seruus depositus, 22. §. fin. de noxa. action. li. 9. P. tit. 4.* seu actionem, *Paulus in l. non distinguemus, 37. §. item si quis, vers. illud, de recept. arbit. li. 4. P. tit. 8.* id est, exponebat qua lege agere vellet, vt ex qua lege & quo iudicio certandum esset, constaret inter litigantes & iudicem. Inde dicimus editam actionem, speciem litis futuræ demonstrare, *l. 3. de edend. li. 2. C. tit. 1.* cum nemo possit experiri sine aliqua actione. *l. quoties, §. idem si temporalem, de administ. tut. in P. l. si pupilli 6. §. si. de negg. gest.* Actio enim pendebat ab auctoritate, & formula legis, & iudicij eiusdem.

¶ Quamobrem † lege agere dicimus, id est, experiri ex præscripto & definitione iudicij legis: exempla videto consarcinata apud Budæum *in l. 4. de adopt.* Erantque in concipienda actione & tempus, & modus, & formulæ, obseruanda: non enim omnibus diebus: sed tantum fastis licitum erat iudicia exercere, vel iudici illa tria verba effari, *do, dico, addico,* vt ait Ouidius de diebus, *Fastor. li. 1.*

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur,
Fastus erit per quem, lege licebit agi.

¶ Et † pauci quondam sciebant, vt ait Cicero, *oratio. pro Murena.* posset lege agi necne: fastos enim vulgo non habebant: erantque in magna potentia qui consulebantur, à quibus etiam dies, tanquam à Chaldæis petebantur. Donec inuentus est scriba, Cnæus Flauius, qui cornicum oculos confixerit, & ab ipsis cautis Iurisconsultis, eorum scientiam cōpilarit. Is Appij Claudij librum de actionibus vulgauit. Et vt Liuius quoque tradit, *lib 9.* ciuile ius positum in penetralibus Pontificum, euulgauit, fastosque circa forum in albo proposuit, vt quādo lege agi posset, sciretur. Dehinc formulæ ita concisæ erant & præscriptæ iudiciorum, vt oporteret ad amussim actionem componere, ne si caderent formula, syllaba etiam omissa, & causa, & actione quoque caderent, *l. 1. de formulis & impetrationib. actio. subla. lib. 2. C. tit. 58.* sic Quintilianus, *li. 7. instit. Orator. Est certa,* inquit, *seruatus ad certa verba se astringendi: idque faciendum in libro Ciceronis de Oratore fetat M. Antonius. Nam est etiam periculosum, cum si vno etiam verbo est erratum, tota causa cecidisse videamur.* Is autem & refert quæstiones, quæ in hac controuersia formulæ monebantur, dum ait. *Quintil. li. 3. Institut. Neque ignoro multa transferri, cum in omnibus fere causis, in quibus quis cecidisse formula dicitur, hæ sint quæstiones: an huic, an cum hoc, an huic lege, an apud hunc, an hoc tēpore liceat agere.* Iustinianus addit aliam formulæ partem, vt in actione quis teneretur in intentione sua complecti vere, quantum ad eum pertineret: alioquin complexus plus, quam ad se pertineret, caderet causa, & rem amitteret vere sibi debitam, nisi ex causa restitueretur: illamque petitionem pluris, re, tempore, loco, causa, perpendebant. *l. si quis agens, & §. plus autem, de action. ap. Iustinian.*

¶ Cicero, † formulam actionum, & pœnam, vt qui formula caderet, causa quoque caderet, locum habuisse tantum in iudiciis, quæ per magistratus expedirentur tradit, non autem in arbitriis, idque tam varie, quod iudicium pecuniæ certæ est, arbitrium incertæ. *Cicero pro Roscio Comœdo. Ad iudicium enim hoc modo venimus, vt totam litem obtinamus, aut amittamus: at arbitrium hoc modo adimus, vt neque nihil, neque tantum quantum postulauimus consequamur.* Curare debet iudex, vt sententiam certam dicat, *§. curabit, de actio. l. 1. & 2. de sententiis quæ sine certa quant. C.* quæ ita vix ferri potest, si petitio incerta fiat, ad quam referri debet. *l. vt fundus, commun. divid. in P.* 5

¶ Ceterum, † hodie aucupationes illæ formularum actionū, 6
sublatæ sunt: neque idcirco causa cadere agentem placuit, neque exceptionem esse illius formulæ non rite conceptæ, si modo aptam rei, & proposito negotio accommodam esse constiterit. *l. 1. & 2. de formul. & impetra. actio. sublat. C.* Et iure Pontificio, omisso nomine actionis, sufficit eo modo rem, quam quis intendit, exprimere, vt quid petatur constare, iudici & aduersario possit, *c. dilecti, de iud. apud Gregor.* Formulæ nihilominus quædā retentæ sunt, aliæue institutæ; quæ necessitatis causam habent, & ad circumcidendas lites, & perfidiam actorum pertinere videbantur: vt, cum de iudiciis agetur, Deo fauente, docebimus.

¶ Et † nunc qui male formulam actionis concipit, cadit quidem à 7
formula, & tanquam temerarius litigator plectitur, *l. cum quem temere, de iudic. in P.* sed non cadit à causa: veluti si quis agat aduersus mensorem agrorum seu finitorem, qui falso modum renuntiauit, actione locati, non tenet eius intentio, sed alia agendum est, si mensor falsum modum dixerit, *l. 1. & l. si mensor falso. modo dixer. li. 11. P. tit. 6.* Sic Paulus, *Si sub conditione homo,* inquit, *emtus sit, redhibitoria actione ante conditionem exsistentem, inutiliter agitur: Quia nondum perfecta actio, arbitrio iudicis perfecta fieri non potest. Et ideo, si ex emto, vel vendito, vel redhibitoria ante actum fuerit, expleta conditione, iterum agi poterit. Paul. in l. bouem, 43. §. si sub conditione, de edil. edict. li. 21. P. tit. 1.* Et in aliis quoque placuit, iterum pro eadem re posse agi, si prior actio proposita sit incōpetens. *l. grege, §. si sub conditione, de pignorib. P. l. si mater, §. eandem, de re iud. in P.* Et in summa. Vet. & Antonius CC. actionem emendari & mutari posse rescripserunt. *Vlp. in l. 1. de eden. in P. §. in l. edicta 3. C. de edend. vbi fuse gl. & Bart. Alexand. Paulus & Iason, de mutatione, & emendatione.* Noua actio & libellus nouus videtur, si adimatur vel addatur quippiam ex substātialibus. *Guid. Pap. singul. 646.* Et proculdubio, licet actioni, vel libello detrahere & addere extra substantialia impune, vt quæ ad ornatum sermonis pertinent & alia, remanente substantia actionis. *Ioan. Faber in §. minus, de actio.* Atque si libellus, vel actio generaliter proposita sit, potest libere qui edidit, restringere & interpretari in sui fauorem. At si ex editione actionis, ea cognita aduersario, aduersarius mutatione vel emendatione lædatur, vix permittitur, nisi causa cognita; veluti cum pluribus actionibus experiri quis pro eadem re potest, si vnam elegerit & ediderit, non datur facultas mutandi. *d. quod in heredes, §. 1. de tributoria act. in P. l. cum filius, §. variū. de leg. 2.* Et generaliter non datur corrigendi, vel mutandi libellum vel actionem potestas, in detrimētum aduersarij. *auth. quis sanè, C. quomod. & quando iud.* Ideo & si iusta causa sit, qua id indulgeatur, semper oportet iudicem, iubere mutantem vel emendantem, damnum, siue expensarum, vel alterius generis, resarcire. *l. si quis ex argentariis, 6. §. ex hoc, de edendo, lib. 2. P. tit. 13. gloss. fin. in l. edita, C. eod. & ibi Bart. Alexand. Iason.*

¶ Sic † si quis plus petat, non ideo, quia formula cadit: causa 8
hodie cadit, nisi dolose antea se gesserit, *l. 1 de plus peti. lib. 3. C. ti. 10.* Et punitur importunitas plus petentium, si super petitione sua duxerint in iudicio persistendum. Ita, qui plus repetunt sine causa, in expensis aduersario condemnantur: qui autē plus loco, ad id quod interest, tenentur: pro eo quod adimatur debitoribus vtilitas, quæ illis accederet, si statuto tempore soluissent. Ei vero, à quo amplius tempore petitur, induciæ duplicantur, nec litem excipere cogitur priusquam exsoluantur expensæ, vt statuit Gregor. IX. Sum. Pontif. *in c. 1. de plus petit. lib. 2. Decretal. tit. 11. facit pro interesse loci, l. 2. §. si. de eo quod cert. loc. faci. pro ijsdem §. hodie, de except.* Et iure Iustinianeo, si quis re, loco, causa plus petat, & reus circa sportulas damnum aliquod patiatur, pœnam tripli patitur, *§. tripli, & §. sed hæc quidem antea. de actio. ap. Iustin.* & in alios iumcus condemnabitur, nisi pœniteat eū petitionis ante litem contestatam, antequam, sine pœna & sumtibus pœnitet. *l. vni. de plus petit. C. l. amplius hic, rem vat. haber. in P. examinat hoc gl. 1. in d. c. 1. de plus petitio. cum etiam ante sententiam impune liceat pœnitere, vide inibi.* Neque si plus petatur, ante diem habebitur ratio ad id, quod oporteat aliquando debitorem soluere: quod iudicium, de eo quod est in præsenti fit, nec potest esse in suspenso, *l. non quemadmodum, 35. de iudic. li. 5. P. tit. 1.* namque contigit error, qui nocuit aduersario. Vnde emendandus erit à iudice condemnatione: cum sibi prospicere debuisset, antequam

Digitized by Google

tequam in ius aduersarium vocaret, *l. qui accusare. C. de edend. l. 1. & tit.* & certus esse de his, quæ proponere decreuerat. Itaque omissis illis antiquorum formulis, naturas actionum & substantias, quæ vtilitatem considerationis exhibent, paucis subnotabo per distinctiones, seu partitiones.

9 ¶ Actionis † nomine, generaliter petitiones continentur, in rem, in personam, directa, vtilis, præiudicium, stipulationes prætoriæ, damni infecti, legatorum, & similes, interdicta, mixtæ, finium regundorum, familiæ erciscundæ, communi diuidundo, vt notat Vlpianus *in l. actionis, verb. 36. de actio. in* P. Quibus alias addere licet.

10 ¶ Istæ † autem omnes, vel ordinariæ, vel extraordinariæ sunt: ordinariæ habent formam & causam legibus determinatam, quæue in iudicio proponi dicuntur coram iudice mercenario, id est, coram eo iudice, qui iuris reddendi causa necessario sedet, *l. si. §. iudicandi quoque, de muner ib.* P. quive cogitur secundum actionis propositæ formam pronuntiare. *l. vt fundus comm. diui.* P. *l. 1. de ver ind.* Extraordinaria est, cuius debitum non est legibus constitutum, sed in cognitione iudicis consistit, vt quod æquitati eius dignum videatur, causa proposita, pronuntiet. Et hac extraordinaria actione, imploratur officium iudicis nobile: quia in eius arbitrio situm est, ad agendum admittere, vel non: cum magistratus, sit custos boni & æqui, vt tradit Aristoteles *lib. 5. Ethicor. ad Nicomach. c. 6.* Et vbicunque æquitas iudicem monet, si expresse aliter cautum non sit, ibi secundum eam statuere debet, *l. vbicunque, de interrog. act. in* P. multa enim expresse legibus, quæ generaliter definiunt, constitui non potuerunt; sed ea arbitrio iudicis, & prudentiæ relicta sunt. *l. 3. cum ll. seqq. vsque ad 13. de legib. in* P. Ignorare se dicit Bartol. *in l. in testamento, de condit. & demonstr. l. asse. in l. cum filius fam. de reb. credit.* P. plane, quid extraordinarium iudicium, quia & illud ab extraordinaria actione differt, qualis est restitutio in integrum, & alia extraordinaria remedia, quæ ex iure quidem scripto, non arbitrio libero iudicis, expediuntur, sed sine forma communi. Dicemus autem nos, extraordinarium in hac quæstione dici remedium, quod præstatur à iudice, vbi non est ciuilis proposita sine cognitione eius actio. *c. fin. de offic. iud. apud Gregor.* Et officium iudicis ibi interuenire, vbi nulla est obligatio ciuilis ex parte eius, qui petit. *vt l. qui per collusionem. §. fi. de actio. em. in* P. *& l. Quintus Mutius,*

11 *de annuis lega.* P. ¶ Subinde istæ ordinariæ erunt, vel ciuiles, vel prætoriæ ciuiles sunt, quæ legibus, Senatusconsultis, plebiscitis, principum placitis, responsis prudentum, continentur. Prætoriæ, quas prætor ex sua iurisdictione comparatas habet. *§. sed istæ quidem. de act. l. actionum, 24. eod. titul. in* P. *l. 2. §. his legibus latis, de orig. iur.* Inter prætorias, Publiciana, Pauliana, &c. aliæ pleræque. *§. namque, & seq. de act. apud Iustin. de Publicia. in rem act.*

12 ¶ Harum † omnium rursum, vel in rem erunt quædam, vel in personam: aliæ mixtæ ex illis: quam summam, & primam diuisionem dixit Iustinianus, *in §. 2. de act. l. actionum, 25. eod. in* P. *Nã agit*, inquit, *vnusquisque, aut cum eo, qui ei obligatus est, vel ex contractu, vel ex maleficio: quo casu proditæ sunt actiones in personam, per quas intendit aduersarium ei dare (id est, dominium transferre) oportere. l. vbi, 75. §. fi. de verb. obl.* P. *l. vlt. de condi. caus. dat. vel facere.* vt ædificare, rem tradere, &c. *l. si rem tradi, 28. de verb. signif. Aut cum eo agit, qui nullo iure ei obligatus est, monet tamen illi de aliqua re cõtrouersiam: quo casu proditæ sunt actiones in rem:* vt si ab alio re possessam, suam esse quis intendat vel vindicet, vnde rei vindicatio. *§. appellamus, de actio.* Sic enim intendit actor: primum rem suam esse, & petit se dominum declarari, *§. sic itaque discretis, de actionib.* deinde sibi possessionem restitui. Specialis in rem actio, quæ rei vindicatio est, locum habet in omnibus rebus mobilibus, tam animalibus, quam in his, quæ anima carent: & in his, quæ solo continentur. *leg. 1. de rei vindic.* P. *lib. 6. tit. 1.* Excipiuntur liberæ personæ, quæ non hac actione, sed interdictis petuntur, *d. l. 1. §. 1.* & loca sacra, & religiosa, *l. in re, 24. §. 1. eod.* quia hęc in commercio hominum non sunt, nec dominij singulorum, *l. inter stipulantem, §. sacram, de verb. oblig.* P. *l. 1. §. quod autem, de rer. diui.* & competit tantum ei, qui aut iure gentium, aut iure ciuili dominium acquisiuit. *l. in rem, 24. de rei vind.* P *l. doce ancillam, 9. eod. C.* Et ideo recte petit se dominum declarari, *l. & ex diuersa, 33. §. 1. de rei vindic.* P. *l. sicut, 8. §. sed si quæritur, si seruit. vindi.* P. & rei possessionẽ sibi officio iudicis restitui. *l. qui restituere. 68. de rei vindi.* P. Huic actioni accessit ex auctoritate prætoris Publicij, Publiciana, quæ cõpetit ei, qui vere dominus quidẽ rei vindicãdæ nõ est, sed qui iusto titulo, & ad trãsferendũ dominium idoneo, si à domino rem accepisset, rem habuit, *l. 1. 2. 3. 4. 5. de public. in rem actio. li. 6. tit. 2. & l. quæcunque, 15. eod. §. sed istæ, versic. nãque, de actio. ap. Iustinian.* tribus concurrentibus, vt bona fide emerit, & ei res emta, vel ex alio iusto titulo comparata, fuerit tradita. *l. eum qui à furioso, 8. §. fi. & l. seq. de publician. in rem actio.* Datur & pro seruitutibus patientia constitutis, publiciana. *l. si ego. 13. §. 1. de publicia. in rem actio.* P. Exceptio tamen iusti dominij, publicianæ actioni obicitur: quia ideo ea comparata non est, vt res domino auferatur. *in l. penult. & fin. de publicia. in rem actio. in* P. Competunt actiones in rem aduersus eum, qui nullo quidem iure nobis obligatus est, sed quia rem, quam nostram esse intedimus, possidet. *l. officium, 9. & l. is qui dissuasit, 24. de rei vindicat. vni, de alien. iudic. mutan. caus. fac. l. actionum, 24. de act.* P. vel dolo desiit possidere, *l. sin autem, 28. 9, 2. de rei vindic.* P. Formam vindicãdi legito apud Ciceronem pro Murena. Hodie, vt multoties dixi, sublata formula actionum, sufficit actorem se dominum, vel in publiciana, quasi dominum, libello dicere, & ita rem petere sibi restitui, ad idque cogi aduersarium: videlicet cũ sua causa, habita ratione fructuum, & moræ, & vtilitatum eius. *l. qui restituere, de rei vindic.* P. Quomodo autem fructus percepti & percipiendi, in restitutione rei cõsiderandi sunt, alibi dixi mus, *l. Iulianus, 17. l. præterea, 20. l. si nauis, 62. de rei vindic.* P. *l. 5. §. 5. si vsus fruct. petat. l. in condemnatione. 34. §. cum verbum, de reg. iur. l. restituere & l. fi. de reg. iur.* iuxta distinctionem Cæsaris Gordiani, à mala & bona fide sumtu. *in l. denique, 5. de rei vindic. C. facit l. si fundum. 17. eo. C.* Iuratur & in litem, contra contumaciam non restituentis, *l. qui restituere, de rei vind. c.* P. *l. à possidentibus. eod. titul. C.* eiusque habita ratione, fit condemnatio. Sequitur & finis, quem rei vindicatio maxime considerat, nempe restitutio, probata intentione vindicantis: ne, inuitis dominis, res penes alios sit, & cuique suum conseruetur intactum, secundum ea, quæ in exordio conuentionum, & in rationibus earum annotauimus. Actio in personam, vt plerumque simpliciter actio dicitur. Ad actionem autem in rem petitio pertinet: persecutio porro, & ad actionem in rem, & in personam referri potest, reique persequẽdæ causa. *Papinian. in l. actio in personam. 27. de actio.* P. *Vlpian. in l. pecuniæ verbum, 178. §. actionis. de verbor. signif.* Et actionis etiam aliquando verbo rei persecutio continetur, *Paul. l. actionis. 34. de verbor. signif.* vt & generalius diximus, actionis nomen omnia in vniuersum actionum genera complecti. *l. actionis verbo. 36. de actionib.* P. Ad actiones in personam pertinent, condictiones, *dicta l. actionum, de actio.* P. *§. appellamus, eo. tit. ap. Iustin.* nam olim de bitor personaliter obligatus, solebat admoneri, denuntiato die, quo aut soluendum, aut in iudicio illi stiendum, esset: sic condicere denunciare est, *dicto §. appellamus. Condicere*, inquit Festus, *in §. est dicendo denuntiare.* Ideo olim quicquid ab aliquo dandum, vel faciendum exigebatur, illud dicebatur condici, ratione obligationis personalis ob quam petebatur: vnde in fure singulare illud annotatum, vt condictio furtiua in eum competat pro rei subtractę repetitione. *§. sic itaque discretis, de actio. cum simil. l. b.* Condictiones itaque plures sunt, de quibus, Deo fauente, quædam libro sequenti, in actione seu repetitione mutui. Ad actiones in rem referuntur plures: vt quæ pro seruitutibus realibus competunt, confessoria & negatoria. *§. æque, de action. l. 2. si seruit. vindic.* P. & præiudiciales. *de quib. in §. præiudicialis, de actio.* quę ideo id nomẽ cõsecutę sunt quod priores tractandę sint, quodque præiudicium aliis faciant quæstionibus, si in iudicium deductę sint. *l. 1. & 3. Cod. de ordine cognit. l. penultim. de noxalib. act. in* P.

13 § † Mixtę, quę partim in rem, partim in personam diriguntur, sunt tres insignes familię erciscundę, communi diuidũdo, finium regundorum. *§. quædam actiones, de action. l. item 21. famili. ercis. in* P. *l. 4. commu. diuid. in* P. *l. 1. 2. 3. 4. finium regun. in* P. Realis obligatio sequitur rei possessorem non personalis. *l. fin. l. omnes sine rens. & reliq. fund. commu. non pos. C. l. fi. §. fi. de contra. emt.* P. Personalis quoque, aliquando in heredes transit, aliquando minime, actiue vel passiue. Nam si orta sit ex contractu defuncti vel quasi, in heredem regulariter datur, *l. ex contractibus, & l. ex depositi, de actio. l. ad eam. §. in contract. de regul. iur. ex certis casibus, quos in vtraque l. glossa annotauit.* & heredibus, *tit. vt actio. ab heredib. & contra hered.* Cat si ex delicto vel priuato, minime, nisi cũ defuncto lis contestata, *titu. ex delicto defunctorum. in quant. hered. conuen. C.* & quatenus ad heredem peruenit. *l. videamus, de eo quod met. caus. in* P. ex publico crimine nunquam. *l. ex iudiciorum. de accus. in* P. *cum simil.* Obserua tamen ea, in quibus ius pontificium dissidet. *d. differentiæ notantur ab interpretibus in c. fi. de sepult. ap. Gregorium.*

14 ¶ † Ex superioribus actionibus, iterum alię dicuntur rei persecutoriæ, aliæ pœnę seu pœnales, aliæ ex istis mixtę. *§. sequens, de actio.* Rei persecutoriæ illę dicuntur, reales & personales, quibus tãtum exigitur, quod citra pœnam leges in obligationem venire voluerunt. in simplum actiones dici possunt, *l. omnes autem actiones, de actio.* pro quibus æstimatio & id quod interest, accedit. Pœnales illę sunt, quibus petimus ex delicto, vel aliter obligatum nobis soluere pœnam legibus definitam: & hę in multis differunt ab actionibus rei persecutoriis, potissimum, si prætoriæ sunt, quę annales sunt, excepta furti actione, *§. 1. de perpetuis & temporalib. actio.* cum perpetuæ, rei persecutoriæ sint. *l. in honorariis, de actio.* Pœnales in heredes non transeunt eius qui tenebatur, & mortuus est ante litis contestationem. *l. 1. ex delict. defunct. in quant. hered. teneant. C. l. Iulianus. l. 1. de priuat. delict. in* P. *cum simil. l. Iulianus autem, 16. de iudic. in* P persecutoriæ contra. *l. ex contractibus, de act. in* P. Est & insignis differentia, vt pluribus persecutoria vna de re obligatis, vno soluente ceteri liberentur: non ita autem in pœnali. *l. 1. de condictio. fur. C. l. fin. de l. hered. caus. in* P. *l. item Mela. §. si plures, ad legem Aquil. in* P. Mixtę actiones sunt, cum vna prosequimur rem & pœnam: vt in actione vi bonorum raptorum, contigit. *§. rei persequendæ, & §. ex maleficiis, de action.*

Digitized by Google

35 in P. ¶ †Pœnales subdiuidi possunt. §. *omnes autem actiones. de actio.* in actiones, quæ in duplum, *vt l. in furti. 50. de fur. P. §. sed furti, de actio. l. 1. de seruo corrup. & c.* triplum, *vt l. 1. de plus petitio. C. §. cripti de actio.* quadruplumve *§. quadrupli, de actio. §. fi. de furt.* cõpetunt, secundum naturam negotij, quod persequimur, & vnde natæ sunt: siquidem, vt monuimus, non eandem originem omnes habent, & causam, vel auctoritatem. Et alia diuisione, quædam ex contractu, quædam ex facto, quædam in factum sunt: vt explicat Vlpianus sufficienter. *in l. actionum genera, 24. §. actionum autem. de actio. in P.* Quo fit, vt etiam ratione originis, quædam infament, quædam minime. Nam damnatus de crimine publico, infamis perpetuo est: qui autem de priuato, non sit infamis, nisi crimen legibus expresse inustam eam notam habeat, veluti crimen iniuriarum, vi bonorum raptorum, furti, &c. *l. infamem, de pub. iudi. in P. 4. §. ait prator §. qui lenocinium, & §§ sequ. de his qui notant. infam. cum similib.* Sic ex dolo in contractu admisso, aliquis infamiam contrahit: & actiones de dolo infamiam irrogant, directa tutelæ, mandati, depositi, pro socio. *§. ex quibusdam, de pœna temere litigant. apud Iustinianum, l. athletas, §. final. cum 2. l. sequ. de his qui notat. infam. in* P. *cum simil. ibi notat.* Contraria autem tutelæ, non irrogat infamiam: quia in ea non agitur de perfidia, sed de calculo. *l. furti. 5. §. penultim. de his qui notant. infa. in* P. Pro socio autem vtrinque infamat: quia singulis ex sociis directa competit. *dicto §. ex quibusdam, de pœna temere litigant.*

36 ¶ † Et vt hanc distinctionem facilius capiamus, accedet alia diuisio actionum, in directas, contrarias, & vtiles. Directæ dicuntur hic, oppositione facta ad contrarias: non prout in alia diuisione, actiones directæ dicuntur, quia opponantur vtilibus. Directæ igitur, vt contrariis oppositæ, sunt quas dominus, vel is cuius res curatur, intendit in eos, qui gerunt vel curant: vt quæ datur locatori contra conductorem, deponenti contra depositarium. Contrariæ autem, quæ dantur curatibus res alienas, aduersus eos, quorum negotium geritur, vt illis repetãt, si quid incommodi ex rebus acceperint: qualis datur conductori, contra locantem; & depositario, contra deponentem, &c. vt suis locis docebitur. Inde habemus titulos, depositi, vel contra, id est, de actione depositi vel contra, mandati vel contra, locati vel contra, & sic de similibus, vbi dictio, contra, significat contrariam, seu mutuam, seu vicissim datam actionem. Quemadmodum vsurpatur apud Terentium, dum ait, *in Adelphis, In eo me oblecto solum, ille vt istũc contra me habeat, facio sedulo.* Vtiles sunt, quæ aliis, quam contrahentibus, ex eorum tamen contractu & causa dantur: & ita dici possunt vtiles, directæ, si ex causa locantis, deponentis: & vtiles, contrariæ si ratione depositarij, vel conductoris competant, vt suis locis apparebit.

37 ¶†Ceterum directæ actiones oppositæ vtilibus, illæ sunt, quæ dantur ex verbis legis, vel contractus initi, alicui: vtiles autem, quæ ex mente legis, vel contrahentium competunt, per extentionem: veluti actio, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, per extentionem mentis, pertinet ad alia animalia, non quadrupedia: estque ita vtilis. *l. penul. si quadrupes pauper. fecisse dicat. P.* Sic in similibus, *aliud exemplum in l. emtor hereditatis, de heredit. vel act. vend. C.* Porro non multum laborandum est nunc in distinguendis vtilibus à directis. Nam quod ad effectum pertinet, nihil refert vtili, an directa quis agat: cum sublata sit, vt dictum est conceptio formularum actionum. *Paul. in l. actio negotiorum gestorum 49. de neg. gest. c. dilecti, de iudic. l. 2. de formul. & impetrat. act. subla. C.* Estque constituenda regula, vbicunque deficit actio, vel exceptio expressa directa, vtilem esse dandam. *l. quoties, 23. de prascrip. verb. li. 19. P. tit. 5.*

38 ¶ † Annectimus aliam generalem diuisionem actionum: vt aliæ sint bonæ fidei, aliæ stricti iuris. *§. actionum autem, de actio.* Bonæ fidei dicuntur, non quod bona fides in his tantum exigatur, & non in illis, quæ stricti iuris sunt: nam nullæ actiones, nullæve obligationes, siue bona fide esse possunt, vt docuimus, *l. bonam fidem, C. de actio. l. bona fides, depositi. P. diximus supra cap. 2.* sed quia in his, quæ bonæ fidei dicuntur, amplius quippiam petitur, quam in obligatione expressim dictum sit, ex æquitate, videlicet accessiones omnes rerum, exceptis vsuris, quæ non iure actionis nobis debentur, sed officio iudicis, nobis petentibus, mora à debitore facta & cognita. *l. 4. C. depositi. l. quia tantum dem. de negot. gest. in* P. Facilis autem actionum bonæ fidei cognitio est, vt illæ eius generis sint, quæ à Iustiniano numerantur, *in §. actionum autem, de actio.* ceteræ omissæ, stricti iuris. Ideo autem stricti iuris conuentiones dictæ sunt, & earum actiones, quod per eas amplius peti non possit, quam per eas conuẽtum sit. *l. quicquid astringendæ, de verb. obl. P.* Nec petuntur vsuræ, nisi vel specialiter depactę sint, vel debitor soluere cesset post litis contestationem, *L. videamus §. si actionem, de vsur. in* P. vel factum promissum sit. *l. si quis ab alio, §. fi. de re ind. C.*

39 ¶ † Ratione eius, quod petitur, actiones diuidi possunt etiam, in vniuersales, generales, & singulares. Vniuersalis est, petitio iuris alicuius vniuersi, vt hereditatis petitio, *l. 1. de rei vindica. li. 6. P. tit. 1. l. item videndum, 20. de petitio. heredit. li. 5. P. titu. 3.* familiæ erciscundę, actio ex testamento, actio quę datur pro tota hereditate vendita. *l. 1. C. de heredit. vel actio. vend.* Huius autem actionis natura, vt in vniuersum proposita, contineat singularum rerum, postea si velimus, petitionem vniuersi, & ad singulas iudicium vniuersalis pertineat petitionis. *l. 1. l. in restituenda, l. de hereditati. l. fi. § sin autem, de petitio. hered. in* P. Generalis est, quando varię sunt in obligatione, tamen generali appellatione, vt administrationis, vel conuentionis, comprehenduntur, vel intelliguntur: quales actiones tutelę, pro socio omnium bonorum, *Paul. in l. pro socio, li. 38. pro socio. 17. P. tit. 2.* & similes. Specialis, quæ petit rem in indiuiduo, quæ qualis, quæve ea sit exprimere debet: vt in rei vindicatione apparet, *in l. 1. de rei vind.* & mandati, commodati, depositi actione. *tractatur in §. sunt præterea, de actio. & ibi gloss. iura simil. trad.* Ceterum petimus per actiones, & consequimur: & ideo illæ quoque variant, vel solidum, seu integrum eius quod nobis iure actionis debetur, idque vt plerumque vel non solidum, vt dum agimus de repetitione dotis, de peculio, *in l. is qui bonis, de cessi bonor.* vel contra cedentem bonis, *vt in §. item si de dote, de actio. l. etiam filius mulieris, & l. maritum, & l. sequent. solut. mat. l. inter eos, de re iudic. P. l. in condemnatione, de re iur. §. item & si quis cum parente, de actio. cum simil. ibi nota.* & in aliis similibus, in quibus quis tenetur in quantum facere potest tantum, nec vltra. *vt in l. arbitraria, de eo quod cer. loc. P.*

¶ †Dici tandem & omnes actiones possunt, vel natiuæ, vel de- 40
tiuæ, seu arbitrariæ: natiua illa, quæ ex obligatione iure ciuili, vel alio approbata, ex negotio vel contractu nascitur, quæ naturam certam iudici exhibet considerandam & sequendam. At datiua est, quæ ex arbitrio iudicis admittitur & æstimatur. *in l. qui restituere. de rei vindic. in P.* inter actiones arbitrarias, sunt actiones subsidiariæ in factum, *tot. tit. de perpet. & tempor. actio.* de quibus paulo post.

¶ †Aduertendum quoque in actionibus, quandiu viuant: vn- 41
de & alia diuisio, vt aliæ perpetuæ, aliæ temporales dicantur. *§. vt autem lex, de non alien. rebus Eccles. in auth. l. cum debere, de seruic. verb. pred. in P.* Perpetuæ dicuntur, non quod immortales sint, vel quod in perpetuum quis illis agere possit: etenim nihil est hoc modo inter corruptibilia perpetuum, nisi per surrogationem, *l. sicut. 3. de præscript. 30. vel 40. anno. li. 7. Cod. titu. 39.* sed perpetuæ, quod perseuerent vsque ad generalem terminum, & ad tempus, quod longius est præstitutum vitæ actionum: qualem in personalibus, trigesimus annus est. *l. cum notissimi, 7. & l. omnes, 4. Cod. de præscript. 30. vel 40. anno. authe. quas actiones, de sacrosanct. Eccle.* C. in aliis realib. 40. *§. 1. de perpet. & tempor. actio. lib. 4. Institit. titu. 12.* Solebant tamen antiquitus actiones, quæ dabantur ex legibus, ex senatusconsulto, siue ex sacris constitutionibus, perpetuo competere: donec sacrę constitutiones tam in rem, quam in personam actionibus certos fines dedesunt. *Paul. in l. si mulier 21. §. 1. de eo quod met. caus.* Ita antea dicebatur, *Quod metus causa gestum erit, nullo tempore, vel modo, prator habebit ratum. l. in honorariis, 24. de action. in P. §. 1. de perpet. & tempor. action.* Temporales actiones sunt, quę breuius tempus, quam triginta, vel 40. annorum habent vitę: vt olim annales erant prætoriæ, *l. si non conuitij, de iniur. Cod.* & ciuilis iniuriarum, *l. vnic. §. final. de ann. except. Cod. Caius, l. annus vtilis. 6. de calumniator. lib. 3. P. titul. 6.* aliæque, quarum definita sunt tempora, de quibus Deo fauẽte in vsucapionibus, quæ numerantur à tempore, quo competere incipiunt, & quo experiri licet. *l. in causa, in 2. de minor. in* P.

¶ † Et vt postremam addamus diuisionibus actionibus ma- 42
num, quasdam ordinarias & præcipuas dicimus, quasdam subsidiarias porro dicimus, datas quando nullæ aliæ dari possunt ordinario iure: nam si quæ dari possunt, ad has non perueniturr. *l. 2. Cod. de dolo. l. salsus creditor, 44. §. si quis nihil in persona, de fur. in P. l. 1. in princip. & §. non fuit autem, de dolo. in* P. Inter subsidiarias, quæ aliis deficientibus tantum dantur, connumerantur, actio de dolo, *Paul. in l. 1. de condict. ex lege lib. 13. P. tit. 1.* condictio ex lege, *dict. l. in causa, 2. de minor. 25. ann.* restitutio in integrum. *l. omnimodo de inoffic. testa. Cod.* inofficiosi querela, officium iudicis nobile. *l. municipio 12. vt in possessio. lega. in P. li. 36. titu. 4. l. si cum dotem, 23. §. eo autem tempore, sol. mat. P.* item & de crimine stellionatus, quo nomine experitur quis, in criminibus, quæ iure certam non habent persequutionem. *l. 3. de crim. stellio. in* P. Sunt & subsidiariæ actiones in factum, quas vt cognoscas, distinctionem adhibe inter actiones ex facto, & actiones in factum, & ex contractu. Nam, vt ait Vlpian. *in l. actionum genera, 25. de actio. & oblig. in* P. actio ex contractu est, quoties quis sui lucri causa cum aliquo contrahit: veluti emendo, vendendo, locando, conducendo, & ceteris similibus. Ex facto autem actio est, quoties teneri quis incipit, ex eo, quod admisit: veluti si furtum, aut iniuriam commiserit, vel damnum dederit. In factum actio dicitur, qualis est, exempli gratia, actio quæ datur patrono aduersus libertum, à quo contra edictum prætoris in ius vocatus est. cum factum videlicet, in speciale nomine actionis, vel maleficij non cadit.

¶ †Subdiuiduntur actiones in factum in speciales, generales. 43
& ge-

Digitized by Google

& generalissimus. Iterum speciales, vel ex legibus, vel ex iurisdictione prætoris, veluti ex edictis, & interdictis eius. Sunt speciales ex legibus exempla, ex re iudicata *l. a tore. C. de reb. credit. l. si se non obtulit, de re iudic. in* P. aquæ pluuiæ *tot. tit. de aqua pluuia arcen.* de pastu pecorum, data aduersus eum, qui alienas iures suo pecore depastus est *l. quæ seruandarum § fi. de præscrip. verb. in* P. Ex edicto in factum est actio, nautæ, caupones, stabulari, &c. *tit. nautæ, caupo. stabu. in* P. De Paupertie, *tit. si quadru. pau. fecisse dicat.* caluisiana reuocatoria quæ patrono datur, *l. si libertus. de iur. patron. in* P. de incendio, ruina, & naufragio: de publicanis, & vectigalibus: si mensor falsum modum dixerit, de iis qui deiecerunt, vel effuderunt: de calumniatoribus: de edendo, si ventris nomine mulier in possessionem missa: si ventris nomine calumniæ caussa mulier in possessionem missa sit: de damno infecto: de in ius vocando: si quis in ius vocatus non ierit: ne quis eum qui in ius vocatus est, vi eximat: de eo per quē factum erit quominus in iudicio sistat: si quis ius dicenti non obtemperauerit de alienatione mutandi iudicij caussa facta. De quibus proprij singulis conſignati in Pandectis tituli. Item de eo qui fidemullorem accipere noluit, *l. 2. in ius vocati eant & cap. in* P. de iis, qui suspensum aliquid habent in loco, vnde nocere potest. *hi vero § prætor, de in ius qui deiecerunt, in* P.

¶ †Subsidiariæ speciales ex interdictis plures. Nam ex popularibus & rei familiaris tutandæ caussa proditæ. Inter popularia interdicta illa: Ne quid in loco sacro. ne quid in loco publico, vel itinere, de locis & itineribus publicis, de via publica, de fluminibus: ne quid in flumine publico, de ripa munienda: quorum etiam exstant proprij eius inscriptionis tituli in Pandectis. Quibus annectitur de libero homine exhibendo. *l. 2. de interd. l. in* P. Ad rem familiarem porro pertinent prætoria interdicta, quæ sub propriis examinantur titulis: de aqua quotidiana, & æstiua, de riuis, de fonte, de cloacis, de arboribus cædendis, de glande legenda, de mugrando, de Saluiano interdicto, de superficiebus, de tabulis exhibendis, de operis noui nunciatione, de rem sibi non dari, quod vi aut clam, pro satisdatione, damni actio, de itinere actuque priuato. *de qual. 2. de interdict.* P. *de alim pecul. are, sunt titul.* Generales in factum actiones, duplicem habent facti rationem: aut enim in eo facto conuentio est, quæ si facta absque dolo, quæ ad aliquam appellationem nominati contractus referri non possit: cupimus tamen id quod conuentum est præstari: agitur itaque tunc actione in factum, præscriptis verbis, qua petimus iuxta verba, in quæ conuentum est, præstari promissa. *l. 2. 34. de præscrip. verb. in P. l. in traditioni. de pact. in P. l. 2. de pac. inter emtor.* Quæ autem sint illæ conuentiones innominatæ, quibus possimus hac actione experiri, inuenies ab Accursio explanatum. *gloss. in l. naturalis §. quod si faciam, de præscript. verbis in* P. Quod si contractibus dolus interuenerit, distinguitur, num bonæ fidei, vel stricti iuris sint. & tunc si eum contractu, vel circa dolum consideramus: bonæ fidei rescinduntur actione de dolo, vel nulli sunt. *l. eleganter, de dolo in P.* Si stricti iuris, tenet contractus quidem, sed beneficio iuris deceptus vltra duos aureos restituitur. *l. si oleum, & seq. de dolo, in P. l. dolo, Cod. de inuti. stip.* Si sine contractu deceptus, dolum persequitur, vel ciuiliter actione de dolo, *l. si quis tab. l. penult. & fina. de dolo, in* P. vel criminaliter, accusatione stellionatus. *l. 2. de crimine stellio. in* P. Generalissima in factum actio dicitur, non quod sub ea reliquæ contineantur, sed quia deficientibus aliis omnibus ista succedit. *l. quoties, de præscrip. verb. l. quæ religiosis, & l. in rem, de rei vindic. in P. l. non debet, de dolo malo.* Quæ omnia quæ de subsidiariis in factum actionibus dicta sunt accepta fero Conrado Lago, qui id isdem fere verbis persequitur. *in 4. parte methodi, à capite 60. vsque ad 67.* Inuenio quoque dari actionem in factum vtilem si propter incertitudinem contractus deficit actio. *l. 1. de æstimator. actio. P. l. 1. 2. 3. 4. de præscrip. verb. P.* Dicuntur autem interdicta prætoria, extraordinariæ actiones: non quod in illis nulla certa petitio constituta sit, sed quod absque solemnitate hodie impetrantur. *§. ordine, de interdict.* Imo & ad officium iudicis deuoluuntur, ad quem pertinet possessionem tueri, vel dando actionem, vel exceptionem. *in l. fi. iuncta gloss. 1. de aqua pluuia arcend. lib. 39. F. tit. l. 3. statuas, de acquir. rerum dominin.* Et hodie quoque pro possessione retinenda vel recuperanda, ex regia officina seu cancellaria interdicta petuntur, quę dicuntur *Complaintes, maintenues, & status de querelle.* Proinde de interdictis dicendum est proprio capite paulo vberius. Interim annotando in actionibus superioribus, & in aliis omnibus, res, personas, & negotia considerari debere: in rebus, ipsas actiones, & pro quibus dentur: in personis, qui agant, & num possint agere, & contra quos agitur, & coram quibus iudicibus. in negotiis considerandæ ea vnde oriuntur, num ex contractu, & qualis contractus vel obligatio: vel an ex delicto, & quale delictum: num ex lege, ex facto, & quæ, & qualia illa sint, id est, quæ sit omnium illorum substantia, & accidentia, item quis modus agendi. Quæ omnia ex singulis contractibus postea, Deo volente, tractandis apparebunt, & iam antea in generalibus, conuentionum titulo: de rebus & personis, partim explicata sunt.

De Interdictis.

Cap. 9.

Lib. 4. Instit. tit. 15. Lib. 43. P. tit. 1. Lib. 8. C. tit. 1.

1 *In locum interdictorum sunt extraordinariæ actiones.*
2 *Interdictum quid, & quare, & quomodo redditum.*
3 *Interdictorum finis, vim arcere vel emendare: & cur ita dictum interdictum.*
4 *inter Interdictum, & edictum quid interfit.*
5 *Interdictorum diuisio, in duplicia, & simplicia, & quæ.*
6 *Simplicia in prohibitoria, restitutoria, exhibitoria, vnde alia composita.*
7 *Alia diuisio, in Interdictum Ecclesiasticum, & seculare: & sub diuisiones, & 9.*
8 *Seculare, aut publicum aut priuatum.*
9 *Interdicta adipiscendæ, retinendæ, recuperandæ, quæ.*
10 *Possessionis vtilitas.*
11 *de Interdicto recuperandæ.*
12 *Interdictorum adipisc. retin. recupera. in Gallia praxis.*
13 *Sequestratio in interdicto retinendæ qualis, & quando.*
14 *Pro quibus rebus dentur, vel non dentur interdicta.*
15 *Quibus personis dentur interdicta, & de iudice idoneo.*
16 *Extenuata generalia de interdictis.*

PRo formulis † interdictorum parum seruatis, substantia & caussa illorum conseruata, extraordinariis actionibus hodie vtimur, *§. fi. de interdict. l. fi. C. eo. tit.* quæ in locum interdictorum subrogantur: vt ex conceptione rubricæ P. constat, de interdictis, siue extraordinariis actionibus, quę pro illis competunt. *lib. 43. P. tit. 1.* Theophilus vim & substantiam interdicti explicat. 1 2

¶ † *Interdictum*, inquit, *est enuntiatum prætoris inter duos, qui de possessione contendunt emissum.* Facti quidem speciem caussamque non plane definiens, sed quomodo de ea iudicandum sit, iudicem informans. *§. 1. de interdict. apud Theophilum in 4. lib. Institutionum simile.* Siquidem prætor vel iudicabat ipse, de controuersia possessionis etiam: vel iudices seu recuperatores, vt iudicarent, dabat. Nam cum summam potestatem iudiciorum haberet, præterat quoque sortitioni ad est, electioni per sortes iudicum, & subsortitioni, si qui electorum suspecti habebantur, eos subsortitus ex decuriis iudicum, qui tunc sedebant ad iudicandum. Non enim omnes decuriæ iudicum, quæ Romę erant, continuo iudicabant: sed certo suis temporibus ad iudicandum a prætore cogebantur: & ex illis, qui iudicare debebant, quidam rursum sorte deligebantur caussis dirimendis. *vide de isto fuse per Budæum tractatum, in annot. poster. in P. in l. fi. §. iudicandi quoque necessitas, de muneri. in* P. Interim autem prętor donec iudicum notionem acciperet, *vt in interdicto, vti possidetis, & vnde vi.* certa forma edicebat, vel vt quid fieret, *l. 1. & fi. de interd. in* P. vel ne fieret. *Cicero, pro Cecinna, & in Verrem. Quintil. lib. 7. cap. 5.* Sicquè actiones conceptas, ad iudicem disceptandas mittebat, interdictum ipse, re cognita, ex officio reddebat, & ex iis iudicia, non nunquam communi sponsione constituebat, delegata cognitione iudicibus, vt & in actionibus faciebat, *§. 1. de inter. ap. Iustin.* & tum maxime cum de possessione, vel quasi possessione agebatur. *l. aquissimum, de vsufr. in P.*

¶ † Quarum formularum vnus finis, vis, ad vim coercendam videlicet, & ne ad arma deuenirent litigantes, quos poterat sua iurisdictione prætor compescere, *l. exstat quod met. cau. in P. l. 1. C. de suffra. in P. cum simili.* vt quod propria auctoritate, aut contra possessionem alterius factum esset, vt vi factum restitueretur, *Theophel. in §. summa. vers. sunt tamen de interd. li. 1. Institut. titu. 15. idipsum in §. summa autem, eo. titu. ap. Iustin.* vt postea apparebit. *Et sunt, qui dicant.* inquit Theophilus, *vt in l. 1. de reb. eorum, in P. l. moris, & l. fi. de pœn. in P. tit. de interd. colleg. hæretic. in auth. & l. exsilium, §. & l. relegatorum, 7. §. interdicere, & tot. ti. de interdict. & relega. li. 48. P. tit. 32. interdicta vocari, quibus quid fieri prohibet prætor. Ab interdicendo scilicet, quod denuntiare & prohibere, Bart. in l. 1. de oper. nou. nunt signific. Restitutoria vero, & exhibitoria, decreta dicit, nempe ab eo, quod est decernere: id enim statuere, & censere est. Sed tamen obtinuit, vt omnia interdicta appellentur, propterea quod inter duos vel plures quæstiam dicantur.* Hęc Theophil & Iustinianus. Verbum tamen illud, interdictum, quod inter duos dictum significare tradunt, mea sententia, & idem quod interim dictum, vt mediū quoddam sit, & ad iudicium parandum, suspendēs vel emendans vim, donec de caussa ex formula cognosceretur. *Alciat. li. 3. Paraverg. cap. 15.* 3

¶ † Barrolus putat interdictum esse speciem edicti. Displicet hæc sententia Alciato *in* † *prætor ait, 20. §. 1. de oper. noui nunc lib. 39. P. tit. 1. l. 1. C. de interdict.* Placet autem mihi, edictum esse prætoris generalem formulam propositam, tanquam legem generalem, nulla adhibita consideratione personarum in iudicio: interdictum autem, esse formulam conceptam secundum edic- 4

Digitized by Google

dum, habita ratione personarum singularium apud prætorem remedium postulantium: & ita puto interdictum, ex generali formula edicti, ad litigantes accommodari, quod ex Vlpiano liquere satis arbitror. *Iulius Frontinus, de controuers. agror.* Edictū ius erat interdictum ex iure illo prætorio, veluti actio circa litē motam. Sic Iulius Frontinus de possessione agri inquit. *Azo, in Summa in titul. de acti. in Institutionibus.* Controuersia est, de qua ad interdictum, hoc est, iure ordinario litigatur: & postea, idem ius ordinarū vocat. Omnia fere nomina edictorum, de quibus meminerunt iura, coegit in vnum Azo, apud quem vide. *constat ex l. 4. de interd.* P. *l. 1. C. eod.* Verum alias in magistratibus, dū de prætore tractabitur, Deo volente, de edicto agemus perpetuo, & temporali. Attamen nota & sine edicto, & ex edicto datū esse interdictum, postea ad interdictum iudicium sequi, quod aliud quam interdictum. *l. 2. de interdict. in* P.

1 ¶ † Distinctiones interdictorum plures sunt, veluti quædam edicta duplicia, quædam simplicia. *d. l. 2. & §. tertia. eod. tit. ap. Iustini. l. si duo, §. hoc interdictum, vti poss.* P. Duplicia sunt, quæ quélibet litigātium actorem, & reum faciunt: quæ pari modo, vtrosque litigantium respiciunt, vt vti possidetis, interim possideatis. *d. §. tertia*, vt rubi de superficiebus, *l. 1. §. proponitur. de superficieb. in* P. de aqua quotidiana & æstiua. *l. 1. §. si inter corriuales, de aqua quotid. & æstiua.* Item & alio modo duplicia dicuntur, quæ & recuperandæ, Paul. *l. 2. §. fi. de interd. in P.* & adipiscendæ possessionis sunt. *d. l. 2. §. 1.* Simplicia interdicta sunt, quæ duplicia non sunt: qualia exhibitoria, & restitutoria, atque prohibitoria de arboribus cædendis, & de itinere actuque priuato. *l. 1. §. interdictorum autem. de interdict. in P. §. summa, de interdict. ap. Iusti. vbi finitiones singulorum.*

6 ¶ † Estque ita secunda interdictorum diuisio, ad simplicia relata, *vt in l. 3. §. hoc interdictum, de tabul. exhib.* vt alia sint exhibitoria, *vt in l. 2. §. 1. ne quid in loc. publi.* alia prohibitoria, *vt in l. 2. §. prætor ait, ne quid in loco pub.* alia restitutoria, *vt in l. 1. & 3. de liber. homine exhiben. in* P. *& in l. 1. de liberis exhiben.* vnde & mixta, prohibitoria videlicet, & exhibitoria, *vt in l. pen. §. cum prætor. ne vis fiat ei, &c. & l. 1. eodem titul.* prohibitoria & restitutoria. *in l. 1. & 3. ad exhibend. in* P. Exhibitoria porro, ab actione ad exhibēdum differunt: quod in istis de possessione tantum, in illa ob alia agatur. *l. 1. §. interdictorum quædam, de interdict. in P.* Conceptio autem interdictorum, vel in tempus præteritum, vel ad præsens, vel futurum refertur. *in arbore interdictorum, quæ præponitur commentariis glossematum ad principium tituli, de interdict.* C.

7 ¶ † Diuisionem interdictorum repetunt interpretes quidam altius, quam subiecta sit materia tractanda, occasione generis, nominis & prohibitionis. Et interdictum in Ecclesiasticum, & seculare diuidunt. *dicimus in criminibus, dum de pœnis agimus, dumque de relegatis & interdictis, & de excommunicatione.* Ecclesiasticum in reale, personale: reale, vel ratione fugiendi loci: vel ratione honoris impartiendi. Personale, vel vniuersale, vel particulare.

8 ¶ † Seculare subdiuidunt in publicum, & priuatum: vtrumque, in simplex, annale, perpetuum, prohibitorium, exhibitorium, restitutorium. Priuatum, in vniuersale, & singulare. Hæc diuisio pluribus placet. Porro hic de Ecclesiastico interdicto non ago: quia alibi de eo dictum est. *§. si quis autem, de susp. tutor.* At si ista placeat diuisio, priora membra retineo, sed aliter persequor,

9 ¶ † Interdictum seculare, vel pœnale, vel non pœnale: vtrumque vel à principe, vel à iudice, vel à prætore procedit. A principe, & lege eius, plura prohibentur, item à iudice: vt quando interdicitur administratio tutori suspecto. *li. 5. C. tit. 6.* Est & titulus, de interdicto matrimon. inter tutor. & pupillam eius. *titul. de interdict. & relegat. in* P. *& l. 4 de pœn. in* P. Sunt pœnæ interdictionis locorum, *l. 3. ad legem Iul. pecul. li. 48. P. tit. 13.* aquæ & ignis, ni successit deportatio, *dicimus in pœnis, in exsilio & excommunicatione.* de quibus alibi. *l. moris, de pœn. in* P. Sunt & à iudice interdictiones interdictæ, *l. 1. §. quos prohibet, de postul. in P.* & à prætore. Verum prætoriæ interdictiones quædam sunt extra possessionem, quædam de possessione, vel quasi. Extra possessionem & interdicta, de quibus instituta est tractatio, sunt variæ prohibitiones: veluti, dum prohibet prætor postulare, *l. cū prætor, de iudic.* vel iudicare. *Theophilus, in §. 1. de interdict.* & sic de similibus. At in possessione vel quasi, versantur nostra interdicta. Et possessio quidem est, corporalis rei detentio: quasi vero possessio est, incorporalis rei vsus, *l. 1. de rerum diuisio. P. §. 1. de reb. corpor. & incor.* Et corporalis quidem res est veluti fundus, ædes, & quæcunque iis similia sunt: incorporalis vero vt vsusfructus, seruitus, & si qua talia. *l. 1. de interdict. in P. l. 2. §. 1. eod.* Quare in sacris & aliis proprie non agitur de possessione, sed de quasi: cū tamen non solum de humanis, sed de diuinis quoque locis & sacris interdicta competant, *l. 1. ne quid in loco sacro l. 2. §. locorum, ne quid in loco publico.* & de religione, vt, Ne quid in loco sacro fiat, vel quod factum est restituatur, *l. 1. in princip. & §. prætor ait, de mortuo inferen.* &, De mortuo inferendo, & sepulcro ædificando. *l. 1. §. qua nullius.* Pertinent & ad ea, quæ nullius sunt, & ideo vere possessionem non habent, vt de homine libero exhibendo & deducendo. *l. 2. §. quædam interdicta, de interdict. in* P. Atque ideo ista interdicta posteriora, de rebus sacris, & libero homine, proprietatis veluti causam continent: sicuti & illa, quæ ad rei persecutionem pertinent, quale de itinere actuque priuato. *§. nullius. de rer. diuis.* Adhuc tamen & vere proprietatem eorum, quæ nullius sunt, haberi non posse certum est, *l. 1. & 2. de interdict.* P. vnde & quasi proprietatem & quasi possessionem in illis sectamur. Igitur rerum & diuini, & humani iuris, & nullius interdicta dantur. Sed rursum hæc in duo capita cogimus, vt interdicta quæ de possessione, vel quasi sunt, sint vel publici, vel priuati. Publici rursum, vel diuini vel humani, *l. 1. §. publicum, de iustit. & iure, §. publicum, eo. ap. Iustin.* nam publicum consistit in sacris, sacerdotibus & magistratibus. *§. 1. de public. iudic. ap. Iustin. l. 2. de popula. actio. in* P. & in his quæ ad vtilitatem populi communiter pertinent, cuique de populo. *l. 2. §. 1. & seq. & §. hominum causa, de interdict. in* P. Enumerauimus autem popularia interdicta proximo capite, sicuti & priuata. Paulus interdicta ista, quæ hominum causa competunt, vel ait ad vtilitatem publicam pertinentia, vel sui iuris tuendi causa, vel officij, vel rei familiaris.

10 ¶ † Proposita autem possessione vel quasi, pro materia, propter quam tractātur interdicta: tot erunt generalia tria remedia interdictorum, quot sunt formulæ generales circa bona iuris: quod versatur vel in acquirendo, vel in conseruando, vel in amittendo. *l. fin. de legib. in* P. Proinde interdictorum ea ratione vtilissima diuisio est, nimirum vt alia sint adipiscendæ, alia vero retinendæ, alia recuperandæ possessionis amissæ causa, *l. 2. §. hæc autem §. sequens de interdict.* Et ista tria genera hodie dicuntur in praxi possessoria iudicia, & in iure pontificio, *in cap. pastoralis, cap. 5. de causa possessi. & propr. li. 2. Decretal. tit. 12.* quæ interdum miscentur, & ita sub membris principalibus continentur, *l. 2. in princ. de verbor. oblig. l. si ita scriptum, de liber. & posthum.* vt & illa, quæ conseruandæ & confirmandæ possessionis causa competere possunt, recte includi ait Alexander, *in l. fi. Cod. de Carbonia. edicto.* sub membro retinendæ. Adipiscendæ possessionis interdictum est, quod competit eis, qui ante non sunt nacti possessionem, *l. 2. §. adipiscenda, de interdict. in P.* cuius generis sunt interdicta quorum bonorum, quorum legatorum, Saluianum interdictum. *dicto §. adipiscendæ, & §. sequens, de action. & propriis titulis, quorum bonorum, quorum legator. de Saluia. interd.* Quorum bonorum, hodie in Gallia dicitur *applegement*: vt & vnde vi, *Rebuff. in cōstit. regias, rubr. des matieres possessoires, arti. 5.* Iure ciuili interdictum quorum bonorum, quæ possessorium est, *l. 1. quorum bonorum, in P.* non datur contra debitores personaliter obligatos. *l. fin. eod. tit. in P.* Iure tamen Gallico, & in praxi contra, *Angelus Perusinus, in l. si certis annis, C. de pact. Ioannes Fab. in §. 1. in fi. de interdict. ap. Iustin.* Retinendæ possessionis causa interdicta sunt, quibus præsentem rei possessionem retinere tuerique prætor contendit. Cum ab vtraque parte de proprietate alicuius rei controuersia sit, & ante quæratur vter ex litigatoribus possidere, & vter petere debeat. *§. retinendæ, de interdict. ap. Iustinian.* Nāque nisi ante exploratum fuerit vtrius possessio sit, non potest petitoria actio institui, *l. inter litigantes, 62. de iudic. l. ordinarij, 13. de rei vindic. l. 3. C. de interdict. l. exitus, de acquiren. poss. in* P. *l. si quis. C. finium regundor. l. 1. §. 5. vti possidet. in* P. oportet enim alterum possidere, alterum petere, & supponi ex parte actoris dominium, ex parte rei possessionem. *l. vni. C. de aliena. iud. mutat. caus. fact.* siue de ciuili, siue de naturali, siue de iusta, aut de iniusta quæratur possessione. *l. 2. 3. & fin. vti possid. in P.* Et proinde hoc interdictum, quandiu eius iudicium pendet, ex duplicibus est, & quilibet contendentium se dicit possidere, & vterque actoris, & rei personam sustinet. *l. 3. §. 1. vti possidetis, l. 2. §. 1 de interd. in P. §. tertia, eod. tit. ap. Iustinia.* nec tamen ideo existimandum est, vnam & eandem possessionem penes duos esse posse: nam duo non possunt eandem rem possidere: verumtamen, vnus naturaliter detinens, se dicere potest possidere, alter ciuiliter & ex diuersis causis. *l. 3. §. ex contrario, de acqui. poss. in P. l. naturaliter, eod. tit.* Huius interdicti retinendæ, duo sunt exempla: vnum, pro possessione retinenda rerum immobilium, quod dicitur, vti possidetis. *l. 2. §. retinendæ, de interdict. in P. l. 1. §. interdictum, vti possid. l. 1. vtrubi. lib. 43. P. tit. 13.* cuius verba: *Ait prætor, vis ea ædes, de quibus agitur nec vi, nec clam, nec precario, alter ab altero possidetis quominus ita possideatis vim fieri veto. li. 1. vti possidetis. lib. 43. P. titul. 16.* Retinendæ possessionis duplex via: aut exceptio, aut interdictum. Exceptio datur ex multis causis ei, qui possidet. *dicta l. 1. §. retinendæ, vti possid.* Alterum interdictum datur pro possessione mobilium rerum retinenda, dictum, vtrubi, cuius formula. *l. 1. vtrubi, lib. 43. P. titul. 31. §. sed interdicto, de interdic. Prætor ait, vtrubi hic homo, de quo agitur, maiore parte anni fuit, quominus is eum ducat, vim fieri veto. l. a diuo Pio. 15. §. in venditione, de re iudica.* P. Res immobiles sunt, quæ soli sunt, & moueri non possunt, vt fundus, domus, &c. *dicto §. a diuo Pio. & l. mouentium, de verbor. significa.* Mobiles, quæ moueri possunt, vel mouentia sunt, id est, quæ se mouent. *l. is qui destinauit. 24. de rei vindicā. in P. l. final. Cod. eod. titul. §. retinendæ, de interdict. in* P.

11 ¶ † Et istius interdicti maxima vtilitas, est in iudiciis: quia præstat

Digitized by Google

ſtat poſſidere quam alio poſſidente petere, propter vtilitatem poſſeſſionis, *l. fin. de rei vind. Cod. 2. & l. fruſtra. 8. C. de probation. l. negantes. 9. C. de action. l. ſi quidem, 9. de exceptio. l. 4. C. de edend.* quæ inter alia, & transfert onus probandi in petitorem, vt ſi ille nihil probauerit, qui poſſidet, abſoluatur, etiamſi dominiũ ipſe ſibi competere non probet. *cap. cum ſunt partium, de regul. iur. in P.* Idipſum & in dubiis, *in l. circa, 14. de probat. in P. ſed ſi. 11. de iureiuran. in P.* quamuis verum ſit, nec poſſeſſori dominium adiudicari, niſi & ipſe de eo doceat. *l. 1. in princip. & §. 1. & 2. ne vis fiat ei &c. lib. 43. P. titul. 4.* Accedit ad hæc duo interdicta, vti poſſidetis, & vtrubi, aliud tertium, quod etiam retinendæ & conſeruandæ poſſeſſionis à prætore conceſſæ cauſſa, inductum eſt, quod ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus eſt, interdicit. Fruſtra enim prætor mitteret in poſſeſſionem rei ſeruandæ cauſſa, niſi miſſos tueretur, & prohibentes venire in poſſeſſionem coerceret. *l. 1. §. 1. & §. hoc interdictum non, de vi & vi armata. P. titu. 15.*

12 ¶ Interdictum recuperandæ eſt, quo quis amiſſam vi expulſiua, non alia. *§. recuperandæ, de interdict. l. 2. §. recuperandæ, eo, titu. in P. l. 2. C. vnde vi.* poſſeſſionem recuperare contendit. Si quis ex poſſeſſione ædium, vel fundi vi deiectus fuerit. Nam ei proponitur, interdictum de vi, per quod is deiecit, cogitur ei reſtituere poſſeſſionem. *l. ſi de poſſeſſione. C. vnde vi.* Et eſt interdictum rerum ſoli, vnde vi, *l. 3. pertinet & l. 1. §. hoc interdictũ. de vi & vi arma. in P.* quod non pertinet ad res mobiles, *l. 1. & 2. §. penult. vi bono. raptor. lib. 47. P. titu. 8.* pro quibus vi ereptis, repetendis, ſufficere viſa eſt actio damni, iniuriæ, & condictio furti, & vi bonorum raptorum. *Ioannes Faber, in §. retinendæ. de interdict.* In interdicto vnde vi itaque vis eſt expulſiua. in mobilibus, vis ablatiua: de quibus & aliis modis, quibus vis infertur, & de pœna violentiæ, dictum eſt in criminibus dum agimus de lege Iulia de vi. Vbi & tractatur quomodo, & quando ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus. Quare ad ea lectorem remitto.

13 ¶† Sed vt iura quoque Gallica explicé, annoto dici in Gallia interdictum retinendæ cauſſam nouitatis, *vide in ſtylo curiæ parlamenti. tit. de cauſſa nouitatis. lettres de complainte en cas de ſaiſine & nouuellette.* Cauſſam nouitatis prætendit, qui intendit ſe in alicuius rei poſſeſſione de nouo impediri, & in poſſeſſione turbari. *notat hoc Auſterius in dicto ſtylo curiæ parlam. tit. de cau. nouit. ad §. item in caſu nouitatis.* In caſu nouitatis inter priuatos, cognitio pertinet ad regẽ. Et ideo in officinis æquitatis, impetrãtur codicilli ſeu literæ cancellariæ, quibus cognitis committitur magiſtratibus regiis: ſicut per prætorem olim dabantur iudices recuperatores. Exceptis quibuſdam ſenarchis, qui iure ſuo, ſine codicillis regiis, de interdicto hoc cognoſcunt, & ſolẽt in caſu hoc ſaiſinæ & nouitatis literas ſui ſigilli concedere: quẽ admodum ſenarchus Cadurcenſis facit. *Ioannes Faber, in §. retinẽdæ, numero 4. de interdict. & in l. 1. de prohibita ſequeſtra. pecunia, in breuiario,* C. Dantur autem pro rebus, quas quis poſſidet vel poſſidere ſe dicit, etiam pro re immobili ſequeſtrata, *in dict. ſtylo parlamenti tit. de cauſſa nouitatis, §. item ſi ſubiectus.* Et omnibus qui ciuilem vel naturalem poſſeſſionem prætendunt, vel quaſi poſſeſſionem, vt diximus ſupra: aliter vero ſæpe fieri videmus, quando ſubditus conqueritur contra dominum ſuum de nouo impedimento. Quia vulgaris eſt regula, *Entre le Seigneur & le ſubiect, n'a point de nouuelleté. au Manuel de droict eſcript, de Imbert in littera 2. ibi, teſmoing ſeul.* Cauſſa nouitatis, vel querimoniæ, vt dicunt pragmatici nouitatis, tria capita in iudicio ſuo habet: primum eſt circa ſequeſtrum rei, ne ad arma perueniatur: ſecundum, vindiciarum, vocãt *recreance:* tertium eſt plenum poſſeſſorium, vocant *maintenue. Iohannes Faber. in d. §. retinendæ, & in §. aut iuſtum, de vſucap. facit l. 1. & ibi Bartol. vti poſſidet.*

¶† Et in caſu hoc *nouitatis*, potior in Gallia habetur, qui poſtremo loco & anno vltimo, de facto poſſedit, *iuxta l. 1. §. fi. & l. ſeq. vti poſſidet. in P. §. item exceptio, de cauſſa nouitatis in ſtylo parlamenti.* niſi excipiatur contra hanc poſſeſſionem, per aliud poſſeſſorium interdictum contrarium, veluti ſi obiiciatur, quod illa poſſeſſio fuit obtenta & vſurpata per ſpoliationem. *Ita pronunciatum ſenatuſconſulto Pariienſi in comitiis Pictiauenſibus, anno 1531. 24. Octobris.* Impedit ſequeſtrationem triennalis poſſeſſio alicuius, ſiue de ſecularibus rebus, ſiue de beneficiis eccleſiaſticis contendatur. Atque ita receſſit ab vſu antiquus curiarum ſtylus, quo in hoc interdicto nouitatis, ſtatim ab initio ſequeſtrabatur res contentioſa, nullius exceptionis ratione habita. *Rebuff. tomo 2. conſtitutio. regiarum rubrica des matieres poſſeſſoires, in artic. 2.* Recredentiam, Latini dicunt *Vindicias*: à vindicando, ité & *fiduciarum poſſeſſionem*; quia ea prædibus datis aduerſario cõceditur vt plerunque: ne interim qui ſecũdum ſe vindicias habet, rem deteriorem reddat, vel lædat ius aduerſarij impune, id dicitur, *bailler la recreance, pour tenir la choſe ſoubs la main du Roy, & de iuſtice.* Late de vindiciarũ formula & cauſſa Budæus agit, quem conſule *in l. 2. ad verba illa, vindicias filiæ ſuæ, de orig. iur. in prior. anno. ad Pandectas.* In locum interdicti recuperandæ poſſeſſionis vtimur literis ſeu codicillis regiis, vel ſenarchi, ſi is priuilegium habet, quos ſtatutum dicunt querelæ de nouis deſſaiſinis, in quo ſpoliatus dicit ſe poſſediſſe, & ſpoliatum fuiſſe. Vocant etiam reſtitutionem *la rainaegrande*: ſicut & ſummi pontifices. *can. reintegranda. in 1. & 2. 3. q. 1.* Generalite r, poſtremo loco in interdictis omnibus conſidera, res perſonas, negotium ipſum, quod præ manibus eſt. Res pro quarũ poſſeſſione agitur, ſunt, vt dixi, prophanæ, ſacræ, publicæ, priuatæ. Atque in ſumma res omnes interdictis ſuppoſitæ, niſi ſpecialiter prohibeantur. Prohibentur autẽ dari pro officiis nõ regiis, ſi officiarii deponantur, niſi in duobus caſibus: ſi fauore matrimonii illis officia data ſint, vel in remunerationem, quibus poſſunt vti depoſiti, vel inquietati, interdictis retinendæ, & recuperandæ. Et ita pronuntiatum placito ſenatus Pariſienſis, anno domini 1513. die 12. Iul. *Rebuffus. in annotatio. ad art. 4. tit. des matieres poſſeſſoires, tomo 2. ordinatio. regiar.* Nota per te ſimiles alias exceptiones. In perſonis, conſidera litigantes, & iudices, coram quibus tractari poſſunt interdicta. Dantur interdicta poſſidenti, vel qui deiectus è poſſeſſione eſt, cum poſſideret, vel ciuiliter, vel naturaliter, vel bene vel male. Datur heredibus vniuerſalibus in Gallia ſine alia adeptione poſſeſſionis: qua ex generali conſuetudine mortuus ſaiſit, vt dicunt viuum, id eſt, mortuus transfert poſſeſſionem in viuum, quem inſtituit, vel qui ei ab inteſtato ſuccedit. *Ioannes Faber, in §. retinendæ, numero 7. de interdict.* Diſtinguit & perſonas, aduerſus quas interdicta competant, Faber. *vide in totum tit. de interdict.* Sed & obſeruandum, non agitari, niſi coram iudice proprio. *l. 2. Cod. de interdict.* Sciendum tamẽ coram iudice laico, alioquin idoneo, videlicet regio, de omnibus rebus poſſeſſionis actiones explicari poſſe, ſiue illæ ſint ſpirituales, ſiue temporales, & ita iudicatum fuit Senatuſconſulto Gratianopolitano, die duodecima menſis Martii, anno Domini 1454. *Rebuff. in ſecundo tomo conſtitutio. regiarum titulo, des matieres poſſeſſoires ſur l'article 2.* 15

¶† In negotio ipſo conſiderare oportet naturam, ſubſtantiam propriam, & accidentia cuiuſque interdicti, de quo agitur. Deinceps ea, quæ communiter efferuntur axiomata de interdictis, quæ ſunt hæc. 1. Omnia interdicta ſunt perſonalia, vi ipſa, licet in rem videantur concepta, *l. 1. §. penult. de interdict. in P.* id eſt, quamuis dentur contra quemlibet poſſidentem. *l. 2. quorum bonor. in P. 2.* In condemnatione interdictorum, habetur ratio fructuum à die conteſtationis litis: ex quo videlicet edita ſunt, non retro: *lib. 3. de interdict. in P. l. quæſitum, §. ex hoc, de precar. P.* Excepto interdicto, vnde vi, in quo & fructuum, qui ante interdictũ pereepti ſũt, habetur ratio à die expulſionis, *li. 1. §. ex die, de vi & vi arma. in P.* Atque cautum eſt conſtitutione regia Caroli 8. *in conſtitutio. Caroli 8. articulo 49.* vt is qui interdicto poſſeſſorio retinendæ ſuccubuerit, damnetur in ſumtus, & quanti intererit aduerſarii victoris, inſuper mulcta erga ærarium regis. Idipſũ & Ludouicus 12 ſanciuit, *in conſtitutione. Ludouici 12. anni 1512. arti. 50.* quamuis gratia interdum à ſenatu fiat, ſi bona fide poſſeſſionem vtrinque agitatam cognouerit, & pauperati victorum indulgendum ex æquo & bono decernat: vel ſi defenſor vocatus per interdictũ ab actore, in limine iudicii, antequam pertinaciter obſiſtat, profiteatur, ſe poſſeſſioni non faceſſere, nec impedire manutenentiam, vt dicunt, id eſt, plenũ poſſeſſorium. Tunc enim non damnatur ad ſumtus, nec in id quod intereſt, neque mulctam debet, vt placuit curiæ Pariſienſi ſupremæ, 2. Martij 1538. 3. Interdicta ex quibus cauſſis annalia ſunt, fiunt perpetua, de eo quod ad eum, cum quo agitur, peruenit. *Paul. in l. 4. de interdict. in P. 4.* Per interdictum prius cognoſcitur de poſſeſſione, quam de proprietate. *l. incerti,* C. *de interdict. l. fi.* C. *quor. bonor. l. 1. quor. leg.* C. 5. Interdicta, quę annalia ſunt ad agendum, perpetua ſunt ad recipiendum. *l. licet,* C. *de except.* 6. Nullum interdictum infamat, *l. neque, de vi, & vi arma. P.* & nullum pœnaliter redditur: quia de facto in interdictis quæritur, non de iure. *l. 2. §. final. ſi ſeruit. vin. in P.* Et ſi de vi criminaliter agatur, alia via experiendũ ſit, de qua dicemus, Deo fauente, in edicto legis Iuliæ de vi publica, & priuata. Et interdictis etiam noxalibus, dominus damnum raſarciendo, liberatur: vel patientiam in opere facto per ſeruum. præſtando. *l. fin. de interdict. in P.*

De Incrementis actionum per id quod intereſt.

Cap. 10.

1 *Accidunt communiter omnibus actionibus obligationibuſque augeri, minui, tolli.*
2 *Quibus augeantur: eius quod intereſt acceptiones.*
3 *Quod intereſt quid ſit.*
4 *de Lucro, Damno & Incommodo.*
5 *de differentia Vſurarum. eod.*
de Pœna ab eo quod intereſt. eod.
5 *Diuiſio eius quod intereſt.*
6 *Quid commune id quod intereſt, & quare petatur.*

Digitized by Google

7 *Fructus naturales, & industriales qui, & qui restituendi cum re.*
8 *Quid sit singulare interesse, atque quomodo æstimetur. de Iuramento in litem eius. eod.*
9 *Conuentionale quid.*
10 *Interesse extrinsecum, atque interesse intrinsecum quid.*
11 *Pro quibus rebus pœna possit id ipsum quod interest. In quo eius non habeatur ratio. eod.*
12 *Id quod interest omnis iure permissum.*

1 COmmune omnibus † obligationibus & actionibus, vt possint augeri, minui, & tolli. Primum itaque generaliter tractabimus de incrementis, deinde ordine de aliis: ne postquam ad particulares peruenerimus conuentionum formas, cogamur sæpius hæc generalia repetere.

2 ¶ † Augentur, vel ratione accessionis eius quod interest, vel per inficiationem, vel per impensas. De eo quod interest itaq; paucis agendum ab initio: in quo iusta vtilitas venit, iniusta reiicitur, nec eius ratio habetur. *lib. 3. §. si mecum, & l. penult. ad exhiben. in P. lib. 10. tit. 1. Pompon. in l. qui rebus commodata, 87. de furt. in P. lib. 47. tit. 2. l. itaque fullo, 12. eod. tit. P.* Vnde in hoc augmento, non solum quod vtile est, pro quo etiam verbum interest pro refert. *lib. 2. §. sed dominorum interest, de iis qui sunt sui vel alieni iur. P. in l. loci corpus, §. 1. si seruitus vindic. 4. §. in iudicio finium regun. lib. 10. P. tit. 1.* sumitur, extra præsentem tractationis considerationem: sed quod vtile & iustum est, accipitur. Atq; ideo submotis aliis acceptionibus eius quod interest, & illa quæ pro differre, interesse dicimus. *vt in l. 3. de condictio. caus. dat. P. l. si ita stipulatus, 115. de verb. obl. P.*

3 ¶ † Quod tractandum id quod interest, pro augmento proposito concludemus suis finibus, vt sit, Pecunia accedens rei principali, pro reparatione lucri cessantis, aut damni emergẽtis, culpa aut dolo alterius, eo quod si non fiat quod promissum est, in pecunia numerata fiat condẽnatio, sicuti euenit in omnibus faciendi obligationibus. *Celsus, l. si quis ab alio, 13. §. fin. de re iud. in P. Paul. l. stipulat. non diuiduntur. 74. §. Celsus, de verb. oblig. Caius, in l. liberum est ei. 9. de religios. & sumt. funer. lib. 11. P. tit. 7.* Accedit autem hæc pecunia rei principali, videlicet post moram. *vt in l. fin. de eo quod certo loc. in P.* vel iudicis officio, summa definita. *lib. 1. de sentẽn. quæ pro eo quod interest. Cod.* vel partium conuentione, *d. l. 1.* vel definitione legis vel ex facto ipso, *l. quæsitus, de reg. iur.* vt ex diuisione eius quod interest apparebit. Æquitas huius augmenti ex damni reparatione, & ex lucro cessante per finitionem ostẽditur: finis namque huius, ista duo, quorum habetur ratio à tempore moræ: videlicet quantum affuit, quantumve quis lucrari ex re iuste potuisset. *l. 1. §. fin. de sentẽt. quæ pro eo quod interest. C. Vlpian. in l. 3. de eo quod certo loc. lib. 13. P. tit. 3. Caius in l. fin. de iis qui dejecerunt lib. 9. P. tit. 3. Paul. expressius in l. si commissa. 13. rem rat. haber. in P. lib. 46. tit. 8.* Damna Græci βλάβην dicunt, Latini, damnum à diminutione patrimonij, *l. 3. de damno infect. in P.* separatum ab incommodo, quod Græcis ἐνζήμια, quod non diminuit patrimonium, nec iniustum semper sit alteri illatum, si ex opere iuste in nostris rebus facto, proximo incommodum inferatur. *l. Proculus, de damn. infect.* Quemadmodum, nec consideratur vtilitas cessans, vel quod nostra interesse poterat: si id aliunde quam ex re debita oriatur. *vt in l. si sterilis, §. cum per venditorem, de actio. emt. P. l. fin. de periculo & commo. rei vend. in P.*

4 ¶ † Hinc fit, vt id quod interest, quod versatur in euitando damno, differat ab vsuris, in quibus agitur de lucro accipiendo sine damno: de quorum prohibitione, Deo iuuante, dicetur in mutuo. Et si quando vsuræ dentur loco eius quod interest, illæ licitam habent exactionem: potissimum, vbi is qui exigit, rem suam fructuosam dedit: ita enim loco fructus vsuræ sunt. *glos. penult. in l. 2. de vsur. C. argumento l. locium qui in eo, 61. pro soc. in P. glos. in cap. conquestus, de vsur.* Et illa postrema verba finitionis, quæ meminerunt, dolo aut culpa alterius id quod interest deberi, aliam exhibent differentiam, cum vsuris, quæ etiã quando iure ciuili admittantur, exiguntur sine mora vel culpa, interdum, *l. lecta, si certum petat. in P.* & ex conuentione. *l. qui Romæ 122. de verb. oblig. P.* Quemadmodum & pœna conuentionalis, quæ ideo, & ab eo quod interest in eo distinguitur, quia ex conuentione sæpe & euentu conditionis pendet, *in l. in illa stipulatione, 8. de verb. oblig. P. ap. in l. ita stipulatus, 115. eod. tit.* tum etiã, quod pœna per se semper certa est inter contrahentes, quanta sit futura, *l. fin. de prætor. stipula. l. stipulatio ista, §. alteri, de verb. oblig. P.* & præstari vt plerumque lex docernit, & vsuras, & pœnam. *l. 2. de eo quod certo loc. l. Lucius, de actio. emt. in P. l. traiectitia, de actio. & oblig.* Cæterum id quod interest, pecunia dicitur, id est, æstimatio quæ per pecuniam fit, *l. 1. de contrah. emt. in P. l. si in emtionem, de minor. 25. annu.* omnium rerum: quamuis pecunia nõ æstimetur per res. *l. si ita fideiussorem, 43. de fideiussorib. lib. 46. P. tit. 1.* Fit enim quanti nostra interest & damni passi æstimatio, quãti plurimi fuit res. *l. sit lex, 21. ad l. Aquil. li. 9. P.*

5 ¶ † Diuiditur id quod interest secundum illam generalem acceptionem eius quod interest, in publicum, & priuatum, videlicet, in id quod publice, & priuatim interest. *l. locatio, §. quod illicite, de publican.* Quibus concurrentibus, publica & plurium præfertur vtilitas. *l. 3. de primipil. lib. 11. C. l. actione, §. Labeo, pro soc. in P. l. Lucius, de euict. in P. l. item si verb. §. 1. de rei vind. P.* Nã, vt ait Cicero, *pro Sylla*, dandum non arbitror, vt quisquam de salute suorũ consulat, communem relinquat. Et rursum, *Cic. 3. de Finib.* non est magis vituperandus proditor patriæ, quam communis vtilitatis aut salutis desertor, propter suam vtilitatẽ & salutem. Quod pertinet autem ad institutam tractationem, id quod interest melius diuiditur, in commune, singulare, conuentum. *glo. in l. 1. de sentẽt. quæ pro eo quod inter. in P. gl. in l. 1. de actio. emt. in P. gl. in l. libertas, de reg. iur.*

6 ¶ † Commune, est emergentis damni, aut cessantis lucri, æstimatio facta, secundum communem functionem, nulla adhibita singulari affectionis considerationẽ: dum promissum non præstatur, id est, id quod quilibet pati posset ex hoc damno, & quod lucrari posset ex re, si culpa alterius non interuenisset. Et rursum, quod aut consequi potuimus, aut erogare culpa alterius cogimur, vt quilibet alius. *l. si seruum, ad l. Aquil.* quod æstimabit iudex habita ratione pretij & æstimationis communis. *l. si traditos, C. de act. emt. l. prima, de in qui deiecerunt. l. in l. Falcidia. & l. pretia rerum, ad l. Falcid. in P.* Et hoc commune, absolute id quod interest dicetur: aliæ autem species quandam habent notam distinctionis, vt apud Paulum Iurisc. *Vbi doli æstimatio fit,* inquit, *l. non à iudice, de iudi. in P. non ex eo quod interest solum,* vide commune, *sed & quantum in litem iuratur:* ecce singulare, &c. Etenim singulare per iuramentum in litem facta æstimatione, colligitur. *Callistrat. in l. penult. de in litem iuran. in P. lib. 12. P. tit. 3.* Petitur autem hoc commune, vel ratione naturæ rei, vel ratione moræ, vel ratione fructuum. Res enim natura propria habet aliquando accessiones, quæ occasione rei accedunt debito, aut gratia eius adiunguntur. *l. equis, de vsur. in P.* Ex mora tenetur debitor ad fructus ex re perceptos, veluti ad accessiones naturales, & ad vsuras loco eius quod interest, dum petuntur iudicis officio, non iure actionis. *l. socius qui, pro soc. in P. can. quoniam, 14. q. 4. & ibi gloss.*

7 ¶ † In fructibus porro distinguimus, naturales ab industrialibus. Naturales sine facto nostro ex re proueniunt: vt poma, glandes, nuces & similia. Et hi si exstant, possunt simul cum re repeti. Nam nullus possessor rei, quantumuis bonæfidei sit, hos fructus sibi acquirit ante perceptionis tempus. *l. fructus, de vsur. C.* Idcirco si pendeant, cum res est restituenda, ad eum cui restituitur pertinent. Industriales dicuntur fructus, qui maxime aduenientẽ nostra cultura & ope, emergunt: vt vinum, segetes, &c. Hos possessor rei bonæ fidei ante litis contestationem cõsumtos, non cogitur restituere: exstantes domino restituere tenetur. Post litis autem contestationem, restituit tam exstantes, quam perceptos & consumtos, & qui percipi ab alio potuissent, *l. 4. §. litem, finium regun. P.* quia lite contestata quod ad fructus pertinet, in mala fide esse incipit. *l. certum, & ibi gloss. C. de rei vind. l. 1. de petit. hered. C.* Quia & malæ fidei possessor, ad consumtos, & non consumtos: perceptos, & non perceptos tenetur. *d. l. certum.* Diuerso tamen modo, nam si sine titulo possideat cũ mala fide, restituit perceptos post litem, condictione sine caussa: exstantes, rei vindicatione ex obligatione legis: pro percipiendis, officio iudicis, *l. si nauis, de rei vend. §. illorum, de offi. ind.* cõuentus. Si cũ titulo perceperit, pro consumtis quoq; tenetur condictione sine caussa: pro exstãtibus rei vindicatione. A petitione tamen percipiendorũ per titulum excusatur, quibusdam casibus exceptis. *de quib. gl. circa finem, l. si fundum, C. de rei vind.*

8 ¶ † Singulariter quid interest alicuius, quando ex patientis affectione æstimatio facienda est, quando alicuius petẽtis magis interesse potest, quam alterius: veluti, vicini magis interest cõfines fundos mercari etiam pluris, quam alterius non vicini, & maius illi damnum est, quam non vicini, illis priuari. *l. etsi æquo pretio, de lega. l. si cui fundus, de leg. 2.* Pendetque ex affectione hoc caput eius quod interest, *l. si in emtionem fundi, de mino. 25. an. l. qui restituere, de rei vind. in P.* non tamen secundum affectionem taxatio fit, sed præstito iuramento affectionis, id est, æstimationis secundum affectionem iurantis. Iudex considerata priuata vtilitate, iuratam æstimationem moderatur & definit. *l. 3. §. præterea ad exhiben. in P.* sic iuratur in litem affectionis in infinitum, sed definitur arbitrio iudicis. *l. videamus. §. penult. & l. in actionib. de in lit. iuran.* Sed considerat iudex in eo singulariter rem, super qua iuratũ est, nũ æstimari posset: vix enim iuramentũ affectionis inspicit eius, quod nõ habet æstimationem. *l. penul. & l. si lib. homo. ad exhib. in P. vt l. 1. §. proinde, de variis & extraor. cogni. in P.* Itẽ nũ res sit idonea, de qua iuratur in litẽ: non enim in omnibus affectionis iuramentũ est recipiendũ pro eo quod interest censendo, *l. si seruum, ad l. Aquil.* sed tantum in bonæ fidei iudiciis, in actionibus in rem, ad exhibendum. *l. in actionibus, §. ad exhibend. in P.* & cum dolus, vel contumacia non exhibentis, vel non restituentis punitur. *l. 2. de in litem iurando, in P. l. qui restituere, de rei vind. in P. l. tutor. qui repertorium, de administra. tutor. in P.* Considerat item personam petentis: veluti in fructibus non perceptis, num illa, quæ petit, percipere potuisset, si rem ei possidere licuisset. *l. Papinia. in l. si nauis, 62. §. fin. de rei vindic. P.* Sic & postremo affectionem eiusdem petentis, *l. videamus, 3. de*

in lit.

Digitized by Google

in lit. iura. l. Titius cum decederet, de actio. emt. in P. Ceterum æstimatio, quæ fit in iuramento affectionis à iudice, normam & legē accipere debet ex constitutione Iustiniani, *in l. vni. §. 1. de sententiis, quæ pro eo quod interest, proferuntur, li. 7. C. ti. 47.* vt in omnib. casibus, qui certam habent quantitatem vel naturam, veluti in vēditionibus, locationibus & omnibus contractibus, hoc quod interest. dupli quantitatem minime excedat. In aliis autem casib. qui incerti esse videtur, iudices qui causas dirimēdas suscipiunt, per suam subtilitatem requirant, vt hoc quod re vera inducitur damnum, hoc re dddatur, & competens moderamen infinito adhibeāt. Sic & hodie cessante pœna dupli, tripli, vel quadrupli in Gallia, exigitur eius loco, quod vere probatum fuerit iudici interesse petentis, *quod & probatur à gl. in c. fraternitatis, 12. q. 2.* Non tam en æquum esse puto, id quod interest ad cōmunem æstimationem, vel ad cōmune interesse reduci, vt quidā putāt placuisse alias senatui Parisiensi, *Buysso, inl. abrogatis li. 1. arg. 9. ex arresto Parisi. curiæ, 4. Decemb. 1520.* Nam & ego in his, quæ dolum & contumaciam habent, vidi alibi Tholosanæ curiæ supremæ placuisse: idque æquius ad plectendam malitiam reorum duco: ne in Stoicorū errorē perueniamus, peccata esse æqualia dicentes, & æquali vna cēsura digna, quę ob culpam, & quæ ob dolū, vel contumaciam debentur.

¶† Conuentionale id quod interest, est id quod complectū-
9 tur contrahentes sua pactione, & certum præstandum pro eo quod interest, si ea quæ facienda dandave sunt, non fiant denique, eo quo conuentum est modo. Quæ conuentio maxime vtilis recepta est, vt tuta creditoribus. Cum alioquin difficile sit æstimare quātum vere nostra interfit, & sæpe illa æstimatio ad minimam summam fiat, & deducatur. *l. fin. de prætoru stipul. in P. §. fi. verb. de verb. oblig.* Adhibendus tamen modus est æstimationi conuentionis, ne dupli quātitatem excedat. *d. l. 1. §. 1. de sententiis, quæ pro eo quod inter C.*

§† Perpendimus rursum id quod interest, vel vt intrinse-
10 cum, vel extrinsecum. Interesse dicitur intrinsecū, iactura quæ in re principali, videlicet in ipsa eadem consideratur, veluti, si æstimatio rei decrescat, si acuæ vinum, *l. vinum, si cert. pet. P.* Idipsum in fructibus *l. fructus, de actio. emt. C.* Extrinsecus interest, quando iactura contingit aliunde, quam ex re debita, tamē per occasionem illius, *exempla cape ex l. 3. de in lit. iuran. ex l. Iulianus, de actio. emt. in P. l. inde Neratius, ad leg. Aquil.* & circa eam. *l. si fœrtilis. §. cum per venditorem, de actio. emt.*

11 §† Porro id quod interest peti potest, 1. in obligatione principali contracta ex maleficiis, vel publicis delictis: sicuti in falso cōmisso, si cuiusquā interierit. *l. qui nomine, iunct. gl. in verb. penali, ad legem Corn. de falsis.* in homicidio, raptu, & similib. in quibus dānum datum, & lucrum amissum resarciri oportet. *l. 1. & fi. de his qui deiect. in P.* Quod & in delictis obtinet priuatis, *l. ait lex, & Iunde Neratius. ad leg. Aquil. in P.* in dolo, *l. arbitrio iudicis, de dol. in P.* si iniuste quis probet excommunicatum & conqueratur, *ca. sacro, de senten. excommunic.* & petitur à tempore delicti, culpæ, doli, moræ. 2. Petitur in actione reali, id quod interest, si dolo vel culpa possessoris actor iacturam patiatur. *l. qui restituere, 68. & l. quod si possessor. 71. de rei vind.* In obligationibus faciendi, succedit post moram id quod interest. *l. si quis ab alio. §. fi. de ver indica. l. stipulationes non diuiduntur. & l. si fundum, de verb. oblig. l. 1. de actio. empt. in P.* Quod autem pertinet ad obligationes dandi, adhibenda distinctio contractuum bonæ fidei, & stricti iuris: Nam in contractibus bonæ fidei dandi, quamuis quis ex illis teneatur præcise ad dandum, tamen si ex mora, vel dolo debitoris interfit creditoris, & patiatur iacturam peti poterit reparatio. *vt in l. ea conditione, C. de rescin. vēd. l. curabit, de actio. emt. C. l. 1. de actio. emt. in P.* At in contractib. stricti iuris, vt plerumque non habetur ratio eius quod interest. *gl. in c. cum venerabilis, de except. in verbo bonæ fidei.* nam sola res ex eo contractu debita petitur. *l. vbi autem non apparet, §. fi. & l. quicquid, adstringēde, de verbor. oblig.* Demuntur autem inde quinque casus, in quibus ex contractib. stricti iuris petitur id quod interest. Primus, si post moram decrescat debitæ rei æstimatio. *vt in l. vinum. de reb. credit. P. l. si fundum. 114. de verbor. obli. cum simil. 2.* si actio fiat arbitraria ex loci adiectione. *vt in l. 3. §. fi. & l. centum Cap. de eo quod certo loco. 3.* vt quamuis non fiat arbitraria actio, si tamē creditor ex decu su moroso temporis, patiatur iacturam, recipiet quanti sua intererit. *l. quod si Ephesi. de eo quod certo loco. in P. 4.* est in specie, qua quis stipulatione spopondit se mutuo daturum pecuniam, nec dedit: quo casu, si quid interfit stipulantis non datam fuisse, id petitur. *l. si pœnam. 68. de verb. oblig.* Si non interfit autem, promissor non tenetur. *l. si quis stipulatus, §. fi. de verb. oblig. 5.* Vt in contractibus innominatis, quamuis sint stricti iuris, tamen petatur id quod interierit. *in l. naturalis, §. 1. de præscript. verb.* Si tamen quis rem debitam à debitore recipiat nulla protestatione petendi quod interest, adhibita, id quod interest postea petere non potest: *vide in decis. Capellæ Tholosanæ, 50. & ibi Aufrerium & Paul. Castrens. in l. 4. C. de deposito. vbi de hoc facit l. terminato. Cod. de fructi. & lit. expos. addit. distinctio. & Bart. in l. si post moram, de eo quod certo loc. in P.* Cauendum in omnibus superioribus casibus, ne vsuræ irrepant, & splendido titulo eius quod interest, se exornent: quod fiet, si notæ illæ duæ retineātur, quod id quod interest sit damni emergentis, & lucri cessantis: vsura, lucri emergentis, & damni cessantis. Quæ si obseruues & distinguas, nullo scrupulo poteris id quod interest petere omni iure suffragante. 12

¶ Nam liquet ex præcedentibus iure ciuili concessum, *l. 1. de senten. quæ pro eo quod inter. C.* iure pontificio, *c. per tuas, de arbitris, c. 2. de plus petit. c. sacro, de sentens. excommun.* & iure diuino, *c. 22. & 23. Exodi, vnde c. 1. & 2. de iniur. ap. Gregor.* Et si vsurarum nomen pro eo quod interest, accipiatur, id est, pro lucro cessante, recte eas tibi accipies. Finit enim inter mercatores lucrum ex negotiatione & societate pecuniarū & industriæ, *l. si non fuerint, pro soc. in P.* de quo arbitror loquutum Dominum apud D. Matthæum, *cap. 21. Serue piger, inquit, & male &c. oportuit te pecuniam meam committere nummulariis, & ego veniens, cum vsuris accepissem eam.* Intelligo namque ibi vsuras dici, pro iusto lucro, ex negotiatione, non autem agi de vsuris vetitis, de quibus postea, Deo fauente: neque puto etiam permissum esse, non negotiatori, mutuo dare pecunias ad vsuram negotianti; non communicato damno, sed accepto lucro: imo dico hoc esse quærere excusationem in peccatis, & ex labore & industria negotiatoris, furto suppilare labores. Sed hæc hactenus de eo quod interest, nunc de culpa, de qua eius quod interest finitio meminit, & postea de dolo agamus.

De Culpa.

Cap. II.

1 *Culpæ necessaria cognitio.*
2 *Culpa quid sit.*
3 *Culpa diuisio, & negligentia diligentiaque gradus.*
4 *Culpa lata, & doli distinctio.*
5 *De leuissima, & in quibus consideretur, culpa, leuis, & lata, & leuissima.*

1

CVlpæ † breuem epitomen adiiciendā tractationi eius quod interest cōuenit: quia & illud, & contractus, & actiones de ea sæpe notionem exigunt. Quidam enim contractus, dolum malum duntaxat recipiunt, quidam & dolum & culpam. Dolū tantum, depositum, precarium: dolum & culpam mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum, dotis datio, tutelæ, negotiagesta, in his quidē, & diligentia: & vltra in omnibus venit quod venire placuit ex istis, *l. contractus, 24. de regul. iur.* 1

§ Culpa † est, omissio curæ, vel diligentiæ, quam alicui rei adhibere debemus, cum possumus. In culpa itaque omissio curæ negligentiam demonstrat: quia magna negligentia, culpa est, *l. magna, de verbor. sign. l. socius socio 73. pro socio in P.* Culpa secundum Baldum est, non prouidere prouidenda, *Bald. in l. solam, C. de ædificiis*, quo nomine culpa maxime differt à dolo: quia hæc in omittendo, ille in committendo, *l. si putator, 31. ad l. Aquil. in P.* Et ideo culpa non dicitur accidere, quod casu malē successit, dum quis re vtitur suo tempore: vt si tempestate perierit nauis, quam quis tempore legitimo nauigationis pelago commiserit: dummodo ei idoneos præfeterit, *l. vtique, 16. q. 3. de rei vind. in P. lib. 6. tit. 1.* Nec in culpam, vel reprehensionem iustam incidisse dicitur, qui fecit, & eo modo, quo ab aliis publice solet fieri: veluti, si quis res oppignoratas deposuerit in horreis publicis more aliorum, & inde subtractæ sint, *l. pignus. 18. de pignor. actu. li. 4. C. tit. 24.* Culpaque carere videtur, qui omnia fecit, quæ diligentissimus quisque obseruasset, vt ait Caius, *l. si merces, 28. §. qui colum. loca. P.* Atque cum culpa dicitur in summa secundum Baldum, *l. Bald. in l. quæ fortuitis, de pign. actio.* omne reprehensibile, sic vt ait Cicero, *1. Officior. Ne maior pœna sit quam culpa, cauendum est.* Nec omnis omissio cuiusque diligentiæ, absolute culpa est, sed eius tantum, quam lex adhibere iubet, & quam cum possumus, non adhibemus: alioquin culpam abesse dicimus, *l. contractus, §. fin. & l. culpa caret, de reg. iur. l. in omnibus, l. in delictis. de noxal. actio. in P.* vt si quis extranea vi prohibeatur diligentiā adhibere rebus, *vt in l. si vehenda. ad legē Rhod., de regul. iur. P. cum simil.* Contra omissionis culpæ est ex incuria facere aliud quam facere oporteat, & ita quæ facienda sūt omittere: vt immiscere se negotio ad se non pertinenti, *l. culpa est, de regul. iur. P.* ignorare quod omnes sciunt, vel scire debent, *l. cedo tibi diem, 213. §. fin. & l. lata culpa, 223, de verb. signif. in P.* Cum enim non adhibita cura, & neglectu res tractauimus, fit quod fieri nō debet, *l. si seruum, §. 1. de verb. obliga.* Et qui facit, quod facere non debet, non videtur facere quod iussus est. *l. qui non facit de regul. iur.* Ita imperitia quoque culpæ annumeratur, *vt in l. imperitia, de reg. iur. in P.* cum quis ea præsumit facere, in quo suam imperitiam alii scire potest esse damnosam, *l. illicitum, §. sicut medico. de offic. præsid. in P. §. imperitia, de lege Aquil. apud Iustin. l. si quis fundum, 10. Celsus, loc. in P. l. idem iuris, l. 15. §. final. ad legem Aquil. in P.*

Digitized by Google

3 ¶ Diuiditur † culpa, in latam, leuem, & leuissimam. Quæ vt facilius appareant, perpendendi sunt diligētiæ gradus, ex quorum incuria vel omissione, gradus culpa suscipit. Cura itaque vel *diligentia*, circa res consideratur in iure exacta, communis & minor. Exacta illa dicitur, quam suis rebus prudentiores & diligentiores patresfamilias solent adhibere, præter ordinariā seu communem, vel vulgarem modum, § *item is cui res aliqua, quib. mod. re contrah. oblig. apud Iustin.* Porro exactissimā nō considerat, nec requirit ius diligentiam quam vocat delatoriam, *l. res supina, de iur. & fact. ignoran.* P. & nimium curiosam, qualis est in delatoribus, qui dicūtur *curiosi, strictè curiosi, lib. 10. C.* dicti, & diligentia curiosa quoque delatoria. Diligentia & cura cōmunis, illa est, quæ communiter à prudentibus & bonis patribusfamilias, rebus suis adhibetur, *l. quod Nerua, depositum P. ibi ad eum modum &c. d. §. in cui, quib. mod. re contrah. oblig.* Minor diligentia circa res alienas considerata, habita ratione moris eius, quo solet res suas tractare, vt etsi negligens in rebus suis sit, tamen eandem diligentiam quam suis adhibet, rebus alienis quoque adhibeat, *d. l. quod Nerua. ibi, si tamen ad suum modum &c.* His suppositis, nunc cape, latam culpam esse, non adhibuisse diligentiā, curam, vel operam rebus alienis, quam quilibet etiam parū diligens, rebus suis solet adhibere, & hæc *nimia negligētia* dicitur, *d. l. cedere diem. § fin. & l. latæ culpæ, de verb. signif.* videlicet declinario quædā à prudētia, quæ quemadmodum natura nobis est insita: qualis nō cogitare naturales euētus, qui facile accidunt: velle navigare aduersis tēpestatis tēpore: *supra modum* equum conductū onerare, vel ipsum lōgiori itinere vexare: seminare, aut metere tēporibus incongruis, *Baid. in l. quæ fortuitis, 5. col. de pign. actio.* ignorare iura, *l. de state, § qui tanto. de interrog. actioni. l. leges, C. de legio. l. 12. de iuris & fact. ign. in* P. Dicitur quoque hæc culpa, magna negligentia, lata, & latior: magna culpa, & dolus, *l. magna culpa, de verborum signif.* id est, dolus præsumtus, & magna culpa dolo proxima, quod præsumtam in se fraudem cōtineat, *l. quod Nerua, depositum*, quia dolo facere videtur, qui nō facit, quod facere potest, *l. si procurator, 8. § fin. mand. lib. 17. in P. tit. 1.* Vt dolo facere præsumitur, & dicitur procurator, qui non exigit, vel persequitur, quod exigere vel persequi potest, *l. dolus est, 44. iuncta glos. fin. manda. lib. 1. dolo. ad l. Falcid. in P.* Non tamen culpa, dolus vere dicitur potest: verum quidem proxima dolo appellabitur. Simili modo contractus alij, tantum culpam: alij, dolum & culpam simul considerant, *l. contractus, de reg. iur.*

4 ¶ Proinde † non omnis qui in nimia negligentia est, vel in lata culpa statim in mala fide esse dicetur: puta, si in iure errauerit, & arbitretur se recte agere, cum tamen contra ius ageret, *l. sed etsi lege. 28. § scire. de petitio. hered. lib. 5. P. tit. 3.* Qui autem in dolo est, proculdubio in mala fide erit. Quare in culpa non iuratur in litem: dolo autem & contumacia iuratur, *l. 2. & l. nacti. § penult. de in lit. iurand. P.* Atque pœna, quæ dolo debetur, in ciuilibus quidem negotiis, ratione præsumtionis doli, ad latā culpam transfertur vt plerunque: in criminalibus autem, vbi de pœna agitur corporali, non vtique, *in l. 1. si mensor falsū mod. dix. lib. 11. P. tit. 6.* Differunt & in aliis pluribus dolus & culpa, quæ libens prætermitto, *l. Cornelia, ad l. Corn. de fic. P.* Leuis culpa, est omissio eorum, quæ diligens paterfamilias in rebus suis solet adhibere: omissio, videlicet, diligentiæ communis, *sed vide differentias in gl. in l. in actionibus, in verb. non etiam, de in lit. iuran. gloss. in § suspectus autem, de suspectu tutor. apud Iustin.* Hæc culpa leuis sæpius sine aliqua adiectione culpa dicitur, & nomine culpæ si nihil aliud adiectum faciat, pro leui interpretanda, *vt in l. si cum venderet, & l. seq. & l. ea igitur, de pigno. act. in P. d. §. item is, cui res aliqua, & § fin. quib. mod. re contrah. oblig. l. in reb. commod. in P. l. socius socio, 73. pro socio, l. in P.* quandoque autem pro lata, quā propriè dicūt vocari culpā *gl. in l. filiofamilias, in l. l. 26. § maritum, soluto matrim. in P. & in l. si constante, § si maritus eius, eod. tit.* Sed facilis erit discretio, pro qua nomen insertum sit, si obserues quæ in contextu hypotheseon, cui inseritur, dicūtur.

5 ¶ Leuissima culpa appellatur omissio curæ, & diligētiæ exactissimæ, *l. cum res. 49. § culpa, de legat. 1. docet gloss. in l. in venditione, 8. § de tempore locationis, in verb. ex culpa, de bonis auctori. iudic. possiden. lib. 42. P. tit. 1.* quæ vix considerantur, *l. nec supina, de iur. & facti. ignor.* Leuissima, non esse diligentissimum. *l. contractus, de reg. iur.* omittere quæ diligentissimus facere posset. *Bart. in l. si cum venderet. § fi. de pig. act. per l. in rebus, comm. P. facit text. in l. si merces, § qui communem, loca. in P.* Culpa leuis & leuissima puniuntur in damnis datis, *toto titulo, ad leg. Aquil. c. sicut dignum, de homic.* non vtique si commodatum factum fuerit gratia dantis tantum, *Baldus, in d. l. quæ fortuitis, pen. colum.* nec in precario cōsiderantur, nec in pignoribus, leuissima. *Bald. vbi supra.* Imputatur tamen ei culpa leuissima, qui suis rebus adhibuit diligentiam, & qui alienis sibi commissis quoque adhibere poterat. *gl. in l. etiam, § 1. solut. mat.* Si depositum fiat gratia deponentis tantum, in actione depositi contraria, venit leuissima culpa. *l. si seruus, § id quod euidentius, de furt. in P.* In directa, si se depositarius obtulerit, tenetur de leuissima, *l. 1. § sæpe, depos. in P.* si se nō obtulerit, tantum de leui & latiore. *l. quod Nerua, eod. tit. in P. l. 1. C. eo. l. contractus, de reg. iur. in P.* Si depositari tantum gratia fiat, depositarius qui directa obligatus est, tenetur de leuissima, *l. si quis rei caussam, si certum pet. in P.* si contraria, tantum de lata, *arg. l. si vt certo. § nunc videndum, commod. in P.* si vtriusque, de leui, *l. 1. § sepe. depo. P.* In mandato, quod sit gratia mandantis, si de directa agatur actione, & in mandato exsequendo modica aut nulla exigatur industria, procuratori imputatur solum dolus & lata culpa, *l. si fiduciarius in prin. & § 1. manda.* sicut in depositario dictum est. Si autem aliquid, sed non magnæ industriæ exigatur, vt quia oporteat emere, vendere, &c. venit dolus, lata, & leuis culpa. *l. in re manda. mandati, C.* Quod si exactissimam diligentiam mandatum exigat, & quis illud susceperit, videtur se obligasse ad eam præstandam: ideo de leuissima culpa tenetur, vt si agatur de procuratore ad litem, *l. 1. procurator, vers. 5. &* de similibus. At in contraria actione agitur quoque & de leuissima culpa. *l. si seruus, § quod vero, & § sequenti, de furt. in P.* In tutela venit lata culpa, & leuis & dolus. *l. quicquid, C. arbit. tutel.* In actione negotiorum gestorum, venit & lata culpa, & leuis, *l. 1. § interdum, de negot. gest. in P.* In precario, & venit dolus, & lata culpa tantum, ante moram, *l. quæsitum, § illud, de præcar. in P.* post moram, & culpa leuis. *d. l. quæsitum, § ex hoc.* Porro quod pertinet ad contractus innominatos, habita ratione contractuum nominatorum, secundum naturam quibus assimilantur, & dolum vel culpam recipiunt. *l. cum qui § si vem inspector. commodati in P.* Cetera in negotiis, quæ ex vltima pendent testamentaria voluntate, aliquando heres ex testamento percipit modicam verbi gratia, legatarij autem, aut fideicommissarij quamplurimam, & tunc solus dolus & lata culpa consideratur, *l. mulier. § sed enim ad senatusc. Trebellia. in P.* Interdum heres magnam, & legatarij & fideicommissarij partem: & tunc venit leuissima culpa. *l. cum res. § culpa, de leg. 1.* Quemadmodum & cum æqualis vtilitas ex testamento ad heredem, & legatarium pertinet, venit & leuis culpa. *l. cum seruus, § impubi quid, ad lega. 1. iuncta l. si res certa, § nunc videndum, commoda. P.* In summa, debitor si conueniatur pro re actione reali *l. si possessor sit bonæ fidei, non tenetur de negligētia. l. ei qui, § si de pecul. hered.* si malæ fidei, tenetur, *l. si quid possessor, § sicut autem de petit. hered.* si vero actione personali conueniatur, si debitor in culpa, & creditor quoque in mora fuerit, debitori culpa negligentiæ speciei non imputatur. *l. si mora. de solutionib. l. si per emptorem, de periculo & commodo rei vend.* Quod si creditor non fuit in mora, distinctionem adhibemus, num petam quod meum fuit: & tunc semper debitor tenetur de negligentia, siue circa rem, siue circa fructus, *l. videamus, in prin. de vsu. P.* aut petam quod meum numquam fuit, sed mihi debitum est: quo casu si circa rem ipsam negligentia sit, imputatur negligentia. *l. si seruum Stychum. ff. de verb. oblig. l. quod si nolit. § qui mancipia, de ædil. edict. P.* Si autem circa fructus, & si in mora non est, non tenetur de negligentia, *l. venditor. § quemadmodum, de hered. vel actio. vend. in P.* post moram autem, tenetur, vel ad fructus, vel ad quod interest. *secundum distinctionem Bart. in l. si filius, in fine, de verb. oblig.*

De casibus fortuitis.

Cap. 12.

1 *Casus fortuitus quid.*
2 *Quot sint casus fortuiti.*
3 *Casus fortuitus quomodo distinguitur ab improuiso.*
4 *Fortuitorum caussæ, diuina & humana.*
5 *Quando quis tenetur de fortuito.*
6 *Quomodo à damnis fortuitorum casuum quis liberari vel releuari possit.*

QVia damnum, † aut interitus rei, id quod interest, quod petitur, tanquam ex culpa vel dolo alterius prouenient, plerumque per exceptionē casus fortuiti eluditur: paucis quoque de casibus fortuitis, quorum ratio habetur, agendum est. Casus fortuitus dicitur, *l. in reb. commo. in P. l. 1. Cod. eo. tit. l. quæ fortuitis, de pign. actio. C. l. 2. § si eo tempore, de adminis. rer. ad ciuita. pertinen. in P.* id cui per humanum consilium non potest prouideri, vel resisti, nisi difficile. Pro quo idcirco nemo tenetur nisi sua culpa in eum inciderit. *l. penul. Cod. de vsufruct. l. si de præscrip. 30. vel. 40. annor.* 1

¶ † Sunt autem tot casus fortuiti, vt numerari queant. 2

¶ † Estque casus fortuitus, diuersus à casu improuiso. Quia improuiso casui aliquando prouideri potest, & ob negligentiā, inibi culpa reprehenditur, & ob culpam damnatio fit: at in casu fortuito nequaquam. *vt in l. qui occiderit. 30. § in hac quoque actione, & l. item Mela, ad l. Aquil. in P.* 3

¶ † Accidit autē casus fortuitus, vel ex facto seu caussa naturę, vel facto seu caussa hominis. Quæ ex facto naturæ ex improuiso accidunt dicuntur aliquando fatalia, *l. cum duob. § damna. pro socio, in P.* cuiusmodi sunt maris tempestas, naufragium. *§ si in cuius res, quib. mod. re contrah. oblig. l. contractus, in fin. de reg. iur.* grandinatio, sterilitas, *l. licet, Cod. loca. c. propter sterilitatem, eod. tit. ap. Grego.* fluminis impetus, valetudo, *l. 2. § si quis in iudicio, si quis caut. in P.* mors, *d. l. contractus, de reg. iur.* vis maior quam Græci θεῖαν dicunt, 4

Digitized by Google

cunt,*l.si merces, §. vis maior, loca.in P.* fluuiorum & graculorum incursus & damnum,*l.ex conducto, §. si vis tempestatis. eo.tit. in P. loca.* & similia. Facto hominis accidunt fortuiti casus, quales latronum insidiæ,*§.item si cui res, quib.mod.re contrah.oblig.l.1.C.de depositi.&l.contractus,de reg.iur.* hostium insidiæ,*l.1.commod.C.l. ex conducto.l.33.§.si vis tempestatis.loca.in P.&l.1. de depositi.* incendiũ à facto hominis,*d.§.item si cui.* furtum,*l.cum duobus, §. damna. pro soc.in P.&l.dominus horreorum,loca.in P.* vis priuata,falsa testiũ depositio,iniqua iudicis sententia & similes. Fortuito damna accidentia ex fato, non considerantur, vtpote quæ ex voluntate facientis, facta non videantur. *Vlpian.in l.2. de condit. & demon. in P.lib.35.tit.1. l.nihil interest,l.32.ad leg.Iul.de adult.in P.*

¶† Ceterũ dolus malus præcedens casum,casu superueniente nõ purgatur.*l.si heres dolo malo,16. de noxal.actio. lib.9.P.tit.* 4. Item si culpa præcedens veniat vel cadat in moram,proculdubio post moram quis tenetur de casu fortuito superueniẽte. *l. quos te,si cert.pet.in P.l.si ex leg.causſa.de verb.obl.in P.* Quod si culpa præcedat,quæ in moram non cadat,si ea culpa nonest ordinata ad casũ id est,si talis sit culpa,ex qua non possit casus oriri vel contingere, qui commisit, non tenetur ob eam rem de casu,*l.non omne,de statu liberis,in C.* si autem ordinata sit ad casũ, & is sequatur propter illam culpam, tunc de eo tenetur. *l.si vt certo,§.interdum,& ibi ita Bartol.commod.l. item Mela.& l. qui occiderit,§.in hac, ad leg.Aquil.P.* At si culpa talis non sit, quæ sit ordinata ad casum qui contigit,distinguit Bartolus an in faciendo,vel non faciendo consistat,vel commissa sit:si in non faciendo,non teneatur quis de casu ob culpam.*l.& in totũ,de impens. in reb.aota.fact.* Si in faciendo,distinguitur,an factũ non cadat in delictum,vt tunc non teneatur de casu,*l.fi.§.1.ad l.Rhod.de iact.* aut si cadat in delictum, num delictum committatur circa rem aut circa vsum rei. Si enim culpa vel delictum cadat circa rem ipsam,tenetur qui in culpa,de casu fortuito postea eueniente,*l. ita vulneratus ad legem Aquil.* si circa vsum rei,cõtra vt nõ teneatur de casu fortuito postea eueniente,*l.qui furtum, de condiction. furtiua.in P.* Si quis tamen periculo temere se obiiciat, reus culpæ,& debiti est,*l.cum duob. §. damna. & §.qui sagariam, loca.* 6 *in P.*

¶† Porro si quis velit à damnis casuum fortuitorũ liberari, vel releuari,operæ pretium est,vt coram iudice loci, vbi contigerint,attestationes testibus adhibitis de illis cõponat intra annum:postea non audietur,*l.2.& 3. de naufragiis,li.11. C.tit.5.vide Antonium de Corseto.in singul.in verb.testis,incipient.testis, vbi aliquis patitur.&c.* nec interest sint ne vocati quorum interest, si longe absint:verum si prope vocandi, si vocati commode possint,vel salua & remanente illis,quã dicunt se habere, exceptione,vt in aliis,*c.quoniam frequenter,vt lite non contestata, &c. apud Greg.l.generaliter.§.his de præsenti.Cod.de reb.cred.l.laudabile, iuncta gl.fi. de admoc.diuers. iudic.* quod obseruare maxime debent redemptores,seu conductores fructuum, beneficiorũ:videlicet vt suo tẽpore & dũ certa iactura colligi potest ex fortuitis casibus æstimatores & testes idoneos adhibeãt.Nã qui casum obiicit,debet illum probare.*l.testium facilitatem,& ibi glos.& l.fin.C. de testib.li.4.tit.20.l.si de possessione.20.C.de probatio.* Sũt & casuũ probationes,quæ fidem recipiunt ex ipsa naturali iustitia,vt nõ egeant iuris solemnitate. *in l. scire oportet.15.§.sufficit, de excusa. tutor.l.b.27.P.tit.1.*

De Dolo.

Cap.13.

Lib.4.P.tit.3. Lib.2.C. tit.21.De doli exceptione,lib. 44.P.tit.4.

1 *de Doli dictione & quid in genere.*
2 *Doli diuisio in bonum & malum,& quid vterque.*
3 *Dolus reipsa quid.*
4 *Dolus malus quid,& de fraude.*
5 *Dolus bonæ fidei contrarius,& crimen habet.*
6 *Quare non datur nisi ex magna causſa actio de dolo.*
7 *Quæ præsumant subesse dolum.*
8 *de Actione de dolo,& pro quibus detur.*
9 *Rationes actionis,cum de dolo agatur.*
10 *Res quomodo in dolo considerandæ.*
11 *Quomodo persona.*
12 *Quomodo negotia.*
13 *Dolus dolo quomodo,& quando compensetur.*
14 *Quomodo dolus admissus emendetur,per actionem, & exceptionem.*

1 IN finitione eius quod interest de dolo meminimus,quare& de illo caput annectimus, quod etiam omnibus conuentionibus commune sit. Doli dictio, tam Græcis,quam Latinis in eadem significatione cõmunis est,& significat id omne quod simplex non est.Sicut Aristophani *in Plato.* ἁπλοῦς est cõtrarius ἀπλοῦς τρόπους, id est,simplicissimis moribus. Et in hac generali appellatione,recte dicetur dolus aliud facere, aliud simulare se agere.*l.iuris gentium,7. §. dolo malo. de pact.in P. Cicero 3. Offi-* 2 *cio.*

¶† Ita fraus,& machinatio, ad fallendum aliquẽ,*l.1.§.dolum, de dol.in P.lib.4.tit.3.* vel ad se suaque tutanda. Et proinde duæ doli species adferuntur,vt alius sit dolus bonus,alius dolus malus. *Non fuit,*inquit Vlpianus,*prætor contentus dicere dolũ,sed adiecit malum:Quoniam veteres etiam bonum dolum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebant,maxime si aduersus hostem latronemve quis machinetur.Vlpian.in l.1.§.non fuit autem,de dol.in P.* Mendacium perplexum est,& dolo plenum,*Suid.in verb.* δόλιον & abiit in prouerbium, ἀλλ' οὐκ ἐν ἡμῖν μεγαρικὴ μηχανή, id est, sed adest nobis quædam Megarica machina. Improbitas enim obiiciebatur Megarensibus:quia alia dicerent,alia facerent. *idem Suid. in verbo* ἄμα. Et dolum bonum dicit iurisconsultus, si is quis imprudenter emerat rem domini,cuius negotia administrat, & vsucapiebat,bono dolo aliquem supponat, qui rem ab illo euincat,ne negotiorum gestorum nomine teneatur. *l. atqui naturæ. §.cum me.de neg.gest.in P.* Et Lysander Lacedæmonius solebat dicere,vbi leonina pellis non sufficeret,vulpinam esse assuendam *Æmil.Prob.in vita Lysan.& Cicer.1.Officio.* Sic enim sepiæ in piscatu emittunt atramentum,vt turbato loco,in quo sunt, lateant.*Suid.in verb.*ἰκτίλωσις. Neque dolo malo facere videtur, qui iure suo vtitur.*Vlpian.in l.quod ait lex.§.3.§.in autem,de liberi homi.exhibend.lib.43.P.tit.28.* Estque supplantatio alterius & deceptio plerumque,si in cõmodum facientis iure aliquo approbatum,vertatur,iure diuino non improbata,vt quando dolose Iacob subripuit benedictionem fratri Esau.*Genes.c.27.Osee c.12.* Et certè in hoc dolo, vere dolus non est: quia intentio non ex malitia consilium capit,alterum vt decipiat,sed consilium capit potius,vt sibi prosit. Quare potius astuta suorum negotiorum dicenda tractatio est,quam voluntas alterum decipiendi. Quo forsan modo licet se circumscribere inter contrahendum ratione pretii & valoris,id est,suam meliorem conditionem,sine malitia tamen,facere.*l.in causſa,17.§.penult.de minor.in P.l.item si pretio,§.quemadmodum.loca.P.* voluntates enim hominũ non improbantur,quæ ius suum melius facere tentant mediis licitis.*l.si voluntate.C.de rescin.vend.* Est & bonus dolus,cum quis astute alium à malo reuocat,& ita eius intentionem frustratur & intercipit: quo D.Paulus Corinthios ad lumen Euangelii deduxit. *Ego,*inquit,*vos non grauaui,sed cum essem astutus, dolo vos cepi.empt. 2. ad Corinth.12.* Sic Dauid quoque,*Supplantasti,* inquit,*Deus insurgentes in me.Psal.17.* 3

¶† Accedit dolo bono dolus,qui solum reipsa dolus,seu deceptio vltra dimidiam iusti pretii est,si ne consilio vel intentione decipiendi alterum. *gloss.& text. in lib.2. de rescinden. vendit. l.si quis cum aliter,26.cum simil.de verb.oblig.in P.* Cui deceptioni ex re si accedat consilium vel calliditas,fit impostura,*l.3.§. idem si quis impostura,de crimine stellio.* fraudem tamen melius dici puto,quando reipsa fit sine consilio deceptio. *gloss.in l. iuris gentiũ. §.sed si fraudandi, de pact. in P.* quamuis & fraus consideranda, quod pertinet ad pœnam, potius ex consilio, quam ex euentu, 4 *l.fraudi 80.de reg.iur.*

¶† Dolus malus vere,ex qualitate facti, non ex quantitate pretii æstimatur,*l.dolus,10.C.de rescinden.venditio.l.dolum,C.de dolo.l.ait prætor,§.proinde, de minor.25. annis.* & in faciendo potius quam in re consistit.*gloss.in l.iuris gentium,§.dolo,de pact.in P.* habetque calliditatem,*l.dolo malo, de serno corrup. in P.* absconditã videlicet mentis machinatio.*l.fin. & ibi Baldus,C.de litigios.* atque calliditas in tacendo eo,quod exprimi debebat,*l.1.§.de act. in P.* & fallacia dũ quis falsũ asserit & mẽtitur,*l.si quis affirmauerit,§.1.de dolo.in P.* aut mẽdaciũ profert,aut machinatur.*l.Iulianus, §.idẽ Iulianus, de actio.emt.in P.* Inibi & fraus,quãdo ex facto doloso alter læditur secreto & clam.Sic enim Cicero,*Vi,* inquit, *aut fraude fit iniuria:fraus quasi vulpeculæ,vis,leonis videtur,vtrumque ab homine alienissimum,sed fraus odio digna maiore.*Cicero 1. *Offic.* Vt non immerito maiores,& crimina fraudes dixerint. Et capitalem fraudem admittere dixit Vlpianus, id est capitale crimen.*in l.1.§.1.versic.item si quod,de edilit.edict.lib.21.P.tit.1.* Et ita dolo inest fraus,quæ consilium habet. *l.iuris gentiũ,§.sed si fraudandi,de pact.in P.* Pluribus,autem explicant Vlpianus, Paulus, Caius,quid sit in fraudem facere,quos consulas oportet. *in l. 1. 2.3.4.5.6.quæ in fraud.creditor. li.41. P.tit.1.9.* Referunt & fraudis nomen,ad eum,aduersum quem dolus admittitur, *vt in tit. si quid in fraud.patron.§.in fraudem.ex quib. caus. manumitter. non licet.*dolum ad eum,qui committit:Attamen plerumque dolus, & fraus appellatione confunduntur. Labeo,vt omnes doli species complecteretur,doli mali definitionem latiorem dedit & explicauit,dolum malum dicens,esse omnem calliditatem, fallaciam,machinationem, ad circumueniendum,fallendum, decipiendum,alterum adhibitam,*l.1.§.dolũ.de dolo.P.* Calliditas, astutia & dolus,deceptiove in animo,*l.1.§.pen.de actio.emt.P.* fallacia in ore & in mendacio,*l.falsus 44.§.si quis de furt.lib.47.P. tit.2.* machinatio verborum, ad decipiendum compositio & artificium.*l.Iulianus.§. idem,de actio empt.P.*

Digitized by Google

5 ¶ † In summa, dolus malus contrarius est bonæ fidei, *l. si dolo. 5. C. de rescindend. vendit.* ex mala fide procedens, & ex peruersa circumueniendi voluntate. Et proinde criminis habet speciē. *gloss. in l. 1. de fideiuss. P. textus in l. 1. §. plane. ibi, propriæ delicti pœnā subiit. de tutel. & ratio. distin. P. molina in l. item ex igit, 17. de dol. P.* Et Deus vt virum sanguineum, ita & dolosum abominatur. *Psal. 5.* Et cum qui egit dolum in lingua sua, à regno æterno excludit. *Psal.* n. imo & viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. *Psalm. 54.* Et filio doloso nihil erit boni. *Proverb. c. 14.* Atque regnum transferetur de gente in gentem non solū propter iniustitias & iniurias, sed etiam propter diuersos dolos. *Ecclesiast. c. 10.* Beatus contra dicitur, cui non imputabit Dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus. *Psal. 31. Esaiæ. ca. 53. can. si enim. §. eligat. de pœnit. dist. 2.* Idcirco qui dolum imponit alicui dilucide materiam doli, consilium videlicet fraudulentū probare debet, & à quo fiat, secundum quid, cui & quare. Nam non nisi ex magna causa, & ex euidenti calliditate datur actio de dolo *l. & eleganter, 7. §. fin. de dolo, in P. l. dolum. C. eod.* nec præsumitur dolus facile, nisi probetur. *d. l. & eleganter, §. fin. l. quæries, §. qui dolo. de probat. o. l. si quis affirmaris, verſic. si callide, de dol. in P.* Nec sufficit ad dolum imponendum, sola doli contestatio, nisi accedat probatio, *d. l. dolum. C. de dol. l. si maior. 25. de transact. in P.* paucis tamen exceptis, in quibus præsumtio iuris dolū indicat: veluti in eo, qui scit ad quippiā faciendū se teneri, facereq; potest, sed non vult. *vt in l. si procuratorem. §. dolo. & l. dolus mandat. in P.* Item si actus qui fit, per se malus sit, dolus inibi præsumitur absque alia probatione, vt si homicidium fiat. *in l. 1. & ibi gloss. ad l. Cornel. de sicar. C. c. 1. de præsumtio.* Subinde tertio loco, si actus qui publice fieri debet & solet, clam fiat, dolum inesse ostendit. *l. fin. de vit. mupt. in P. & l. non intelligitur. §. si quis palam, de iure fisc. P.* Sunt & aliæ peristases negotiorum, quæ dolum inesse, præsumptione significant, colligendæ ex illis, quę geruntur, & ex legum determinatione. *veluti in l. omnes, §. Lucius, quæ in fraud. credito. in P. & in §. item si quis in fraudem, de action.* Actio de dolo antiquitus non pro omnibus negotiis dolosis erat à legibus prodita, *l. si oleum, 10. §. fin. de dolo, in P.* sed tantum pro aliquibus, atque secundum illas formulas tantum agi poterat. Nam primum à lege 12. tabularum dolus coercebatur in tutela commissus: secundo, ex lege lectoria circunscriptio adolescentum plectebatur. Tertio, sine lege in iudiciis, quibus ex bona fide agebatur. *Cicer. 3. Offic.* C. Aquilius postea, prætor ætate Ciceronis, formulas alias introduxit de dolo malo coercendo. *Cicero 1. & 3. Offic. & de Natur. deor.* Quarum deinceps summa in edictum prætorium relata est, cuius verba: *Quæ dolo malo facta esse dicentur: si de his rebus alia actio non erit, & iusta causa videbitur, iudicium dabo. l. 1. de dolo, in P.* Si alia actio non detur, inquā, quia subsidiaria & generalis actio hęc, *l. 3. de cr im. stellio.* & cessat, vbi alia datur, *l. 1. in prin. & §. non fuit, & l. & eleganter, 7. & l. cum à te, 26. de dol. P. l. falsus creditor, §. si quis nihil, de furt. in P. l. 2. C. de dol.* potissimum cum ea famosa fit. *l. 1. §. ait prætor. de dolo. in P. l. non debet, 12. eod. tit.*

9 ¶ † Rationes autē huius edicti, tres esse possunt. Prior, quod cum crimen dolus sit, oportuit circuncidi nocendi licentiam: & puniri. *l. conuenire, de pactis dotal. in P. l. ita vulneratus, ad legem Aquil. in P.* Item 2. ne malitia, malis sit lucrosa. *l. 1. & l. ne ex dolo, de dol. in P. l. verum. §. tempus, verſic. hoc quoque, pro soc. in P. l. non fraudantur, de reg. iur. l. hominem manda. in P.* Et ne simplicitās fit bonis damnosa. *§. sed quia, in 2. de fideicommiss. heredit. l. verum. §. tempus, pro socio, in P.* Nec malitiis hominum indulgendum est. *l. in fundo, de rei vind. P.* Et inter bonos & graues, bona fide agier oportet, atque ex damno lucrum subire æquum non est. *Caius l. itaque, 29. §. 1. de dol. in P.*

10 ¶ † Consideramus itaque in dolo res, circa quas dolus fit, personas, & quod geritur. In rebus, pro modicis summis non dari actionem de dolo, placuit, vsque ad duos aureos. *Vlpian. in l. si oleum tuum. 10. §. finc. & Paulus, in l. idem est, 11. & seq. de dolo. in P.* In aliis pro his actio datur quę dolo facta sunt. *l. 1. de dol. in P. l. consiliū. 48. de reg. iur.* Vt si quis non restituit, quod potest restituere. *l. si procuratorem, 8. §. dolo facit, manda. in P.* Et generaliter, dolus committitur tam in contractibus, quam testamentis & legibus. *l. 1. §. fi. de doli mali except. lib. 44. P. titu. 4.* Et vix negotium aliquod est tam bonum sanctumve, quod non sit expositū dolosis hominum machinationibus: vt per singula ea persequi, non tam difficile, quam impossibile fit. Debet tamen qui de dolo agit, scire qua in re circumscriptus sit, nec in tanto crimine vagari oportet: exigitque prætor, vt comprehendatur, quid dolo malo factum sit. *l. item ex igit. 17. de dolo in P.*

11 ¶ † In personis notat Vlpianus, quibusdam non dari actionem de dolo aduersus certa: vt puta, liberis, & libertis, aduersus parentes & patronos: sed nec humili, aduersus eum qui dignitate excellit: non plebeio aduersus consularem receptæ auctoritatis: non luxurioso aut prodigo, vel alias vili, aduersus hominem emendationis vitæ, sed in horum persona dicendum, in factum, & verbis temperandam, actionem dari, vt bonę fidei mentio fiat. *l. non debet. 12. de dol in P. de patre & patron. in l. 2. de obseq. à liber. & liber. parent. & patron. præstan. lib. 37. P. titu. 15. l. 4. §. aduersus parentes, de doli mali except.* Quamuis aduersus heredes harum personarum possit dari, & heredibus earum, *l. heredibus, 14. de dolo. P.* dumtaxat, vt in aliis, in quantum de dolo ad eos peruenit. *Vlpian. l. si plures, 18. §. 1. de dol. in P.* In municipes quoque de dolo non datur actio: nisi si quid ad eos peruenit ex dolo eorum qui res administrant. *l. sed si ex dolo. 16. 1. de dolo, l. 1. de libert. vniuersita.* nam & illi, vt decuriones, de dolo suo conueniuntur. *d. l. si ex dolo. §. de dolo in P.* Sic dominus de dolo procuratoris tenetur, in quantum ad illum peruenit, at procurator de dolo suo proculdubio tenetur in solidum. *dict. l. sed si ex dolo, §. item si quid.* Nec in pupillum de dolo actio datur, nisi forte hereditario nomine conueniatur, vel si proximus pubertati sit: maxime, si locupletior ex hoc fit factus. *l. heredibus, §. fin. de dol. in P.* Et proinde in hac actione designari oportet, cuius dolo factum sit, & erga quem. *d. l. sed si ex dolo, §. fi.*

¶ † Negotium porro, & quomodo actum sit, expedit in doli 12
quæstione perpendere, ex substantia, & accidentibus modisque distinctionis, vt non immerito huic quæstioni & edicto, causæ cognitionem prætor inseruerit. *l. a. & l. si oleum, 10. §. fin. de dolo in P. l. 2. C. eod.* Nam qui iure suo vtitur, non videtur dolo facere, *l. non videtur, 56. de reg. iur.* nec is, qui iussu iudicis, cui parere decet, fecit. *l. non videtur, 128. §. 1. de reg. iur. P.* non si ius publicum sequatur, *l. nihil consensui. 117. §. 1. eod. tit. de reg. iur. l. 11. si quis omiss. causs. testam. Cod.* In consentientem & scientem fraudasse dicatur: non enim huic dici potest fieri dolus, vel fraus, *l. nemo, 138. de reg. iur. l. de fideicommiss. 11. & l. cum donationis, 34. C. de transact. l. 1. §. si intelligatur, de ædil. edict. in P. l. 1. §. fi. de actio. emt. in P. cum simil.* Inquirimus etiam, vt si magna causa, & euidens calliditas. *l. & eleganter, §. fi. de dol. P.*

¶ † Et num dolus vtrinque inter negotium gerentes fiat: 13
nam dolum dolo compensari & elidi placuit, *l. dominum, de contrahend. emtio. P. l. final. §. sed etsi stipuler, de eo per quem fact. erit quominus in iudic. sist. P. l. si duo, 37. de dolo. P. l. si ambo, de compensatio. P.* Vt paria delicta mutua compensatione tolluntur. *l. vero & vtore, solut. matrim. in P. l. cum par delictum, 197. de reg. iur. P.* Quo fit, vt contra exceptionem doli mali, non detur doli mali replicatio, iniquumque visum est communem malitiam, petitori quidem præmio esse, ei vero, cum quo ageretur, pœnæ esse. *Vlpian. in l. apud Celsum. §. Marcellus, de dol. mali except. in P.* Quod intelligendum erit, quando dolus ex vtraque parte circa eandem rem commissus est: diuersum enim, si ego in vno negotio dolum tibi feci, tu mihi in alio. Nam tunc vterque nostrum pro dolo agere, sine compensationis doli metu potest. *Marcellus in l. colonus, 18. & Papinia. in l. cum fundum, 18. de vi & vi arma. P. Vlpian. in l. quemadmodum, 38. §. 2. de noxa. actio. lib. 9. P. titu. 4.* Subinde ignorandum non est, compensationem hanc in delictis admitti priuatis: non autem in illis, quę vindictam habent publicam. *l. 2. §. si publico, & l. § vsor. §. iudex, ad leg. Iul. de adulter. in P.* Siquidem compensatio non fit, nisi cum vero debitore. *l. 1. & toto titu. de compens. in P.* Qui autem dictum admittit publicum, obnoxius, & debitor est ratione pœnę, reipublicæ, cuius interest delicta puniri. *l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. in P.* Et proinde compensari cum priuato crimen hoc non potest: sed vnumquemque pœnam sui delicti pati oportet, & ex suo admisso sorti subiici: cum, nec alieni criminis successor constituatur, *l. crimen paternum, 26. de pœn. in P. & sancimus, Cod. eod. titu.* neque delictorum concurrentia facit, vt alicuius detur impunitas. *l. nunquam, 2. de priuat. delict. in P. lib. 47. P. tit. 1.* Perpendimus etiam modos emendandi dolum commissum, vel per viam actionis, vel exceptionis: nam interdū, vt paulo ante, *sup. ca. 1. 2.* diximus, dolus dat causam contractui bonæ fidei, & ipso iure tunc corruit. *l. & eleganter, de dolo, & l. Iulianus, §. si quis collaudante, de act. emt. in P. l. in causa, 2. de minor. 25. annis. P. l. iurisgentium. C. prætor ait, de pact. P.* In aliis autem stricti iuris, vel per exceptionem, vel per actionem dolus emendatur. *l. dolo, Cod. de inutilib. stipulat. l. metum in magna, §. sed quod ait prætor, de eo quod met. cau.* læsus tamen dolo eligere potest, num velit contractum, vel negotium approbare vel improbare. *l. qui nondum, de hered. vel actio. vendit. C.* Is tamen qui commisit, nec allegare, nec improbare potest in proprium commodum. *l. 2. §. verba itaque ad Senatusconsul. Velleian.* Quinimo priuilegium quod in negotio doloso competeret alioquin, dolo commisso amittitur. *l. trāsactione. C. de transact.* Porro ex eadem causa proposita est doli exceptio ex qua & actio. *l. 1. de doli. mal. excep.* Permittitur autem & replicatio de dolo, nunc per biennium: olim tantum intra annum. *l. fin. C. de dolo.* Quamuis in factum actio, in quantum quis ex dolo consequitur perpetuo duret, & contra dolosum, & contra heredes. *Vlpian. in l. quæsitum, 31. §. fin. de peculio lib. 15. P. tit. 1. in heredem, de dolo. in P.* Singulare & illud est, exceptionem doli perpetuo durare: quia ea vti nō possumus, nisi cum contra nos quis experitur. Contrarium autem in actione quę potest opponi ad arbitrium agentis. *gl. in l. quæsitum. 13. §. fi. in verbis statutum tempus, per l. pure 5. §. fin. de doli mali except. P. l. si pactum, 6. de exceptio. li. 8. C. titu. 36.* Nec obest agenti vel excipienti de dolo, quod pacto dolus remissus fit futurus: nam pactū illud ratū nō est, nec valet in vero dolo qui remitti nequit: quāquam de præsumto futuro admitti possit, vt de vero præterito.

l. si vnus

Digitized by Google

l.si vnus. §. illud, & ibi Paul. Castrens. de pact. in P. l. in commodato commoda enim P. l. quidam decadens. 6. de admin. tut. P. Si quidem pacta, quæ delinquendi præbent ansam, iure repudiantur. *l. conuenire, de pact. dotali. P. l. alia causa, §. eleganter, solut. matrimo. in P.* Atque ideo in omni generali remissione, & approbatione negotii gesti, continetur exceptio doli mali. *Scæuol. in l. Pomponius, de negot. gest. lib. 3. P. tit. 5. l. Aurelio, 21 §. Caius, de liberatio. lega. lib. 34. P. titu. 3. l. si quis ratione, 10. eo. titu. Modestinus in l. tres fratres, 36. de pact. in P.*

De Mora.

Cap. 14.

1 *Continuatio, & Mora quid.*
2 *Diuisio moræ & materiæ seu res, & methodus dicendorum.*
3 *Quomodo interpellatione mora committitur, & de diuersis modis interpellandi.*
4 *Interpellatio vnica ad moram sufficit.*
5 *Mora creditoris quomodo, & quando committatur. Et de oblatione reali & verbali.*
6 *Mora exigit culpam, aliter non nocet.*
7 *Mora & culpa quomodo excusatur ex parte rerum.*
8 *Quomodo ex parte personarum.*
9 *Quomodo ex parte negotiorum.*
10 *Vtilitates & effectus moræ. 1. vt perpetuet obligationem.*
11 *2. Committatur pœna.*
12 *3. Debeantur vsuræ, fructus, & quando.*
13 *4. Vt definiat æstimationem.*
14 *5. Datum condicatur.*
15 *6. Pœnam infligat.*
16 *7. Succedat id quod interest.*

1 COniunctissima † superioribus tractationibus eius quod interest, culpæ, & doli est de mora notio, quæ in debitis persoluendis frequentissimam habet quæstionem. De ea itaque etiam in genere dicemus, prout Iurisconsultis conuenit. Mora est, dilatio temporis, debiti soluendi, vel recipiendi cum culpa. Mora est dilatio temporis, *l. quod debetur, de peculio. in P. l. contra maiores, 16. de inoffic. testam. lib. 3. C. titul. 8. l. si debitori, de iudic. P. auth. sed & lu, de temp. appel. C.* & in genere ad alia quam ad debitum persoluendum, vel respuendum pertinet: & ita dilatio in finitione nostræ moræ, pro genere: vt & mora, quæ dilatio vel exspectatio est, vt apud Ciceronem, *Philip. 6. Cum bellum necessarium reipub. videretur nullam moram sequendi Antonium interponendam putaui.* Et apud Terentium. *in Andria, Sequere me intro, ne in mora sis.* Vnde mora potest esse sine vitio, sine culpa, & cum illis, parua & innoxia, quæ non noceat. *d. l. si debitori meo, de iudic. P.* vt quæ non magna, quæ sine culpa est. *l. item verberatum, 15. §. fi. de rei vindic. lib. 6. P. titul. 1.* Veluti ea vitiosa negotiis solet vt plerumque esse, quæ longa: quia *sero medicina paratur,*

Cum mala per longas conualuere moras. Ouidius de Trist.

2 ¶ † Verba finitionis debiti soluendi & recipiendi, indicant moræ diuisionem, vt alia sit debitoris, alia creditoris, *l. illud, 27. de pericu. & commo. rei vendi. libr. 18. titul. 7.* apparet quoque materia moræ, nempe debitum, *l. sed si ex stipulatu, de verbor. obliga. P.* & à quo mora committatur, & ex formulis legum, secundum quas, per interpellationes & aliis modis committitur, & cuius caussa, & propter quid inducta hæc moræ punitio, & quare, effectibus demonstratis, cõsideratisque reliquis classibus speculi artis Syntaxeon nostrarum, ex quibus strictim methodum substruam. Moram debito committere dicitur, in non soluendo', *l. quod te, 5. si certum petat. l. si ex legati caussa, 23. de verbor. obliga.* creditor autem in debito non recipiendo. *l. acceptum, de vsur. C. l. debitor vsurarius 7. eod. tit. in P.*

3 § † Committitur autem tunc debitoris mora, si is statim cum scit, vel posset intelligere se debere stantem rem, non soluit vel non præstat, *dicta l. quod te. & dict. l. si ex legati.* vel occidit. *l. fundum Cornelia. de nouat. P.* Dico stantem rem, quia si ante moram res perierit, non tenetur. *l. si homo mortuus, de verbor. obliga. §. conditiones, eo. tit. ap. Iustin.* Et sic impossibile, rem nec sine obligatione, *l. non solum, de actionib. l. impossibilium. de reg. iur. c. nemo potest. eo. tit. in sex. §. 1. de inutilibus stip. cum similib.* vt non exigatur ideo solutio, neque mora fieri dicatur, quia nulla datur petitio. *l. si pupillus, de verbor. oblig. & dicta l. sed si ex stipulatu. eod tit.* In aliis autem vbi petitio locum habet, mora fit, si non soluatur debitum cum quis sciret, vel scire posset soluendum esse. Potest autem scire multis modis: veluti si interpellatus congruo tempore & loco, seu legitime monitus debitor, non soluat. *l. si ex legati causa, de verb. oblig. lib. l. illud, de periculo & commo. rei vindi. l. mora. 33. de vsur. in P. l. Titia. 36. §. si. de legat. 1.* Et hæc interpellatio triplicis generis est diei, legis, & hominis. Dies namque adiecta solutioni faciendæ, satis interpellat, & moram inducit efficaciter, ni satisfiat. *l. magnum, de contrahen. & committen. stipulation. l. §. de condict. triticar.* Lex autem instat & monet sine hominis facto: & ideo si secundum eam, quid non fiat, vel non præstetur, moram quis incurrit & damna eius, veluti si constituat tempus soluendi vel faciendi, *vt in l. fin. §. præterea, C. de iure dotiũ, & in l. 2. Cod. de iure emphyteut.* aut si constituat morã ratione rei sine interpellatione cõmitti: quo casu reipsã mora cõmittitur, & mora in ré: *l. §. C. de cõdictio. ob turp. causs.* & irregularis mora dicitur: veluti si non sit cui depuntietur, *vt in l. sed etsi reipubl. 23. §. 1. de vsuris. P.* vel si de ea agatur quæ fauore minorum, perinde debitores eorum facit morosos, ac si moniti fuissent. *l. in minorum Cod. in quib. causs. in integ. restitut. non est necess.* Nam & hæc, vix aut nunquam in maioribus locum habet, *glos. in l. videamus generaliter, l. 38. in verb. si in rem, de vsur. in P.* cum iure communi, non ex re, sed ex persona mora oriatur. *l. mora, de vsur. in P.* Alia item species moræ legalis in fure, qui semper in mora censetur esse, quod non restituat furtum, cum sciat, vel scire debeat, vtque interpellatione non indigeat, se alienum possidere, & teneri restituere. Et ita perpetuo tenetur de interitu. *l. subtracto, C. de fur. l. si. C. de condict. ob turpem caus. l. si. de condictio. furti. in P.* quia perpetuo per eum stetisse videtur, quominus non soluerit: eoque existimare deberet rem, quæ ad se non pertineret, ad alium pertinere debere, *l. fin. C. vnde vi.* retinendo per eum stetisse certum est, quominus dominus possideret: quare ex culpa & de interitu rei tenetur, *l. 1. §. denique Iulianus scribit, de vi & vi arma. in P. li. 43. tit. 15.* à quo tamen liberatur, si ante interitum moram purgauerit, & rem obtulerit. *vt l. si. de condictio. fur.* Interpellatio per hominem fit, vel voce, vel aliis modis, quibus moneri & intelligere potest debitor se soluere oportere, *dicta l. quod te, si cert. pet. P. l. si ex legati causs. de verbo. oblig. Clemen. final. vt lite non contestat. in Clemen.* vel in iudicio petione exposita, *l. vinum, ibi per iudicem petitum, de verb. obli.* vel extra iudicium, *l. nemo, rem suam 82. §. 1. de verb. oblig.* vel per literas: nam & per eas voluntas cognoscitur scribentis, *l. Paulus, 47. §. quæro, de bonis libertor. lib. 38. P. tit. 31.* dummodo fiat interpellatio loco, & tempore debito, non alias, *l. cum filiusfamilias, §. fin. de verb. oblig. l. mora. de vsur.* & sint personæ, quæ capaces sint denuntiationis, alioquin & frustra interpellantur, veluti si pupillus interpelletur, *l. sed si ex stipulatu. & l. si pupillus, de verbor. obliga. l. nulla mora, de reg. iur.* quia nec is capax est solutionis faciendæ. *l. quod si forte, §. fin. & l. sequent. de solutio. in P.* Item si persona non adsit quæ interpellanda: pro interpellatione habetur protestatio creditoris, quod non possit interpellare & testatione comprehendere, & pro petitione id erit. *l. 2. de nautico fœnor. in P. lib. 22. tit. 2.* ¶ † Porro controuertunt interpretes, num vnica interpellatio sufficiat extraiudicialis, an plures exigantur ad moram constituendam. Ego autem vnicam sufficere legitime factam, ex qua intelligere debitor possit, se soluere, vel facere, vel dare oportere. *d. l. quod te, si certum pet. in P. l. si ex legati caussa, de verbor. oblig. P.* Nec qui satis certus est, amplius certior fieri debet. *l. 1. §. fin. de acti. emt. in P. l. 1. de dot. præleg. P.* Atque in hoc distinguo moram, quæ vna interpellatione committitur, à contumacia, quæ non nisi tribus, aut vna solemni, quæ res contineat, nascitur. *l. tres denuntiationes, C. quomodo, & quand. de iud. C. ad peremtorium, de iudi. in P. l. contumacia, §. contumax, de re iud. in P.* Cuiusmodi caussæ aliæ sunt à moræ consideratione alienæ, quæ exigunt triplicem monitionem præcedentem: veluti dum agitur de iudice deponendo, ob denegationem iuris factam clerico, trina requisitio præcedere debet. *l. statuimus, C. de episco. & cler.* Et si quis suspectum cum vxore de adulterio velit occidere, ter ante congressum vxoris, prohibere debet, *auth. si quis ei quem. C. ad l. Iul. de adul.* & feudo priuandus cliens, prius ter vocari debet. *§. 1. de milite vasal. lib. 2. Feudorum, tit. 22.* Sunt & alia his similia. *vt in c. ex literis, de constit. & ca. 1. de suppleuda negligen. prælat. l. si conuenerit. de pign. act. in P. l. Æmilius Largia. de minor. l. 2. de libell. dimiss. P.* Verum non inficias eo, & posse sæpius interpellationem factam inueniri. *vt in l. si mandato, §. ille illi salutem, mandat. in P.* Cæterum dico, & quamuis sæpe non interpelletur debitor, vnica legitima interpellatione posse in mora constitui. ¶ † Mora creditoris tunc committitur, quando oblatum debitum à debitore, & depositum legitime, suo loco & tempore, creditor illud non capit, quo casu mora nocet creditori, & à periculo interitus liberatur debitor, *dict. l. acceptum, C. de vsur. & l. debitor vsurarius, eo. tit. in P. l. 2. §. fi. C. de iur. emphyteo. l. obsignatio, l. obsignationes, C. de solutio. l. si solaturus, 39. & l. qui decem, 72. eo. tit. P. l. illud, de peri. rei vend. P.* quia damnum hoc culpa creditoris aduenisse videtur, & illi imputandum. Vt quando eius opera res perit, *l. si opera creditorio, de dol. mal. except. in P.* quæ omnia intelligenda cum temperamento. Primum vt ita demum periculum & mora creditoris fit, si res, quæ oblata & consignata est, fuerit sine die pure debita: nam si dies dicta fuit solutioni cum pœna, & post moram suam, debitor transacta die obtulerit, pœna semel commissa præstanda est, nec purgatur mora commissa, oblatione. Contra, si quid dare quis dumtaxat teneatur, *l. Celsus ait, 28. de receps. arbit. in P.* quia semel mora facta à debitore, qui ré integram obtulit & obsignauit creditori, per moram creditoris tollitur.

Digitized by Google

paulo citatis proxime legibus & l. semel mora. sol. mat. l. si duo, 16. §. si. & leg. sed etsi alia die, l. 17. de constitu. pecunia, lib. 13. P. tit. 5. dummodo quod obsignatum est, alij obligatum non sit, *l. creditor, 102. de solutio. in P.* & consignatum debitor in vsus suos non conuerterit. *l. debitor vsurarius, de vsur. in P. l. 1. qui potior. in pignor. habeant. C.* Nam nec aliena res in solutum dari potest: nec consignatio constare videtur, quæ reuocata est. Et proinde, sola labialis oblatio extra iudicium, non constituit creditorem in mora: quia nulla consignatio seu depositio adest, quæ requiritur, & realis est. Quamuis in iudicio labialis oblatio pro consignatione habeatur, *l. si rem alienam. 29. §. fi. de pigno. act.* propter iudiciorum auctoritatem, quæ sine effectu oblationes, si acceptarētur à creditore, non paterentur abire. *l. confessus, de confess. P. l. seruo inuito, 65. §. cuius prætor, ad Se. Trebell. P.* Quare his obseruatis, vltima mora, ei qui eam commisit nocet. *l. hominem, manda. l. P. illud, de peric. & commo. rei. ven. P.* Ita mora sua cuilibet erit nociua, *c. mora, de reg. iur. in sexto. P. l. si in Asia, §. fi. deposit. P. l. in condemnatione. 173. §. vnicuique, de reg. iur. P.* sed postrema prior emendatur.

6 ¶ † Ceterum ita demum mora debitori vel creditori nocet, si ea culpæ sit, id est, si culpa interueniat: sic propter culpam mora quæ suo nomine adiaphorum quid refert, transit in reprehensionem & pœnam, atque singulari tractatione hæc mora reprehensibilis, ab aliis generibus moræ, de quibus hic nihil agitur, secernitur, & mora hæc delictum dicitur, *Accursius in l. mora, §. 1. in verbo tenetur, de vsur. in P.* & frustratio, *l. hominem, manda. P.* alioquin non omne, quod differendi causa optima ratione fit, moræ est annumerandum. *l. sciendum, de vsur. in P.* Sed perpendimus num culpa debitoris, vel creditoris, res deterior facta fuerit, vel perierit, vt eius sit damnum. *l. si filiusfamilias, in P. 1. §. si post diuortium, de iure do. P. l. nemo rem suam vtiliter, §. 1. de verbo. oblig.* Nec æquum esset, vt sine facto suo quis rebus suis per alterius factum priuaretur, *l. id quod nostrum, de reg. iur.* & mora sua quique nocere debet, non alii. *c. mors, de reg. iur. in sex. l. in condemnatione. §. vnicuique, eo. titu. in P.* Atque qui culpa vacat, & immunis à pœna esse debet. *c. 2. de constitutio. ap. Greg. c. sine culpa, de reg. iur. in sexto. l. si ideo, 7. C. de in quib. vt indignis.* Sicuti ei non est quippiam imputandum, qui facit quod potest, *contra, l. 16. de inofficio. testa. lib. 3. C. tit. 28.*

7 ¶ † Quamobrem in mora censenda vel excusanda, ad culpam transeūdum est, num ea sit, an vero excusari possit. Quando autem culpa dicitur, antea iam explicaui, *supra hoc lib. cap. 11.* At quando culpa excusari & mora possit, paucis ex rebus, personis, & negotiis quæ geruntur colligere licet. Ex parte rerum quidem excusatur quis à mora, si res debita difficilis sit præstationis, *l. cum seruus, de lega. 1.* propter casum aliquem fortuitum. *vt in l. si vehenda, §. pen. ad leg. Rhodiam, de iact. in P.* Si alibi res sit, quam vbi præstari iussit testator, neque intra tempus à testatore dictum adduci queat, *l. si decesserit, qui satisda. cogan. l. si ex legati causa, & l. si homo mortuus, de verbo. oblig. P.* quia tunc verum est, non stare per debitorem, quominus res detur: idcirco cessat ratio moræ, culpa videlicet, effectus quoque, *c. cum cessante, de appellat. l. ea. l. de condictio. ob causam, C. l. 2. §. fi. de donat. in P.* Idipsum quoque locum habebit, si res pereat ante moram, *l. si Stychus, de verb. oblig. P.* vel intra dilationem concessam ad soluendum debitori, sine eius dolo tamen, vel absque culpa alia. *l. cum filiusfamilias, §. fin. de verb. oblig.* Nam si interpellatio soluendi fiat intra hanc dilationem, nocere non potest debitori, neque si res intereat post eam interpellationem: intra tamen dilationem, ei officit, *l. quoties, qui satisd. cogan. in P.* non secus ac si nulla facta fuisset. paria quippe sunt, aliquid non fieri, vel fieri inutiliter. Nec præstat impedimentum, quod de iure non potest sortiri effectum. *reg. iur. non præstant, in sexto.* Factaque in diem promissione, inspicitur tempus solutionis faciendæ, *l. quoties, de verb. oblig.* quia medium tempus, adiectum cēsetur in gratiam debitoris. *l. quod in diem de solut. l. cum tempus, de reg. iur.* Neque proprie videtur debitor, qui in diem debet, vt pote qui exceptione aliqua se tueri potest, etsi vere sit debitor, si sub conditione debeat. *l. is cui, de acto. P.* Statim enim quidem quod in diem promissum est debetur, sed non statim peti potest: nisi aduenīente die *l. omnis stipulatio, de verb. obligat.* Et plus petit quam debeatur, qui ante tempus quod debetur petit. *§. plus autem, de actio. ap. Iusti. c. 1. de plus petitio. ap. Gregorium §. non solum, de fideicommiss.* Item ex parte rei impeditur mora, si ea quæ petitur vel debetur, non sit liquida. *l. statuliberi, de statuliber. in P.* Nec incerta veniunt in certam considerationem, neque in præstantionem vel collationem, *l. 1. §. sed cum, de colla. bono. P.* nec in condemnationem. *l. quidam referunt, de reb. cre. in P. l. fi. de compensat. §. curare, de actio. l. 1. & 2. de senten. quæ sine certa quantitat. proferunt. C.*

8 ¶ † Ex parte porro personarū, excusatur mora seu dilatio, & culpa, variis modis: vt si pupillus sine tutoris auctoritate promiserit, & res promissa pereat: ibi enim nulla mora, quia nulla potest esse petitio. *l. si pupillus, de verb. oblig. l. nulla mora. de reg. iur.* Ité si cui cōtingat abesse reipubl. caussa iuste, vel capiatur ab hostibus. *l. sed etsi reipublicæ, de vsur. in P.* Nec absētia iusta & necessaria solet obesse, vbi agitur potissimū de damno absentis euitando. *l. nec non, & l. non negligentibus, & l. fin. ex quib. causs. maior. in P. l. absentia, de reg. iur. in P.* Aut si mora fuerit postea commissa per creditorem: nam prior debitoris tunc excusatur, vt purgata, *l. illud. de pericul. & commo. rei ven. in P. l. hominem, mandat. in P. cum similib. supra. notat. dum ageremus de mora creditoris.* & aliis quibusdam modis excusatur quoque, vt si pupillus cui soluendum est, tutores non habeat. *l. pecuniæ. §. fi. & l. cum quidam. §. si pupillo, de vsu. in P.*

9 ¶ † At ex ratione eius, quod geritur, mora excusatur, si negotio quod gestum est, angustius tempus soluendæ vel faciendæ rei, quam exigatur, adiectū sit. *vt in l. insulam, §. 1. loca. P. & l. non vtique, §. si quis ita stipuletur, de eo quod cert loco.* Neque angustia temporis nocere debet rebus quibus adiicitur, *l. si mihi & §. 1. de leg. 1. C. l. qui sine dolo malo, de reg. iur. in P. l. si quis solutioni. & l. sciendum, de vsur. in P. l. 3. §. si quis paratus sit, quod vi aut clam.* Idipsum censeo si quis moras nectat solutioni, dum iustas caussas litigandi persequitur. *l. eum quem temere de iudicio, P. l. quod solidum, §. etiam res publica. de lega. 2.* Iusta enim litigandi caussa, & à culpa liberabit, & mora, sicut & ab impensarum & sumtuū periculo. *lege illud de peti. hered. P.* Et proinde ius suum suum bona fide in iudicio defendens, non tenetur de interitu rei superueniente lite pendente. *l. nemo rem suam, in §. 1. de verb. obli.* Quem admodum contra malæ fidei possessor in mora constituitur per petitionem iudicialem: quod maluerit litigare, quam soluere. *l. fin. ff. de cond. furt. l. in re furtiua. ff eodem.* Et qui ante litem in mora iam erat constitutus, per litis defensionem, ab ea non liberatur, vt in fure, dicimus, qui perpetuo in mora censetur esse, ob malam fidem. *l. fi. l. de condict. furtiu.* ante oblationem. Subinde probabilis ignorantia eximit à periculo moræ debitorem, si ignoret quid, quantum, quale, & quando, soluendum sit: facti quippe ignorantia, potissimum alterius, excusat. *l. 1. 2. 3. de de iur. & fact. ignor. in P. l. qui in alterius, de reg. iur. l. si pro suo.* Idcirco ad tollendam hanc excusationem, inuētæ sunt interpellationes, quibus ignorantia monetur, quid, quale, quantum, & quando, & quomodo soluēdum, dandū, faciēdumve sit: sed etsi nouatio debiti facta post morā est à creditore, interitus sequens ad moram non pertinet. *l. qui decem. 72. §. si cum mihi, de solut. in P.*

10 ¶ † Diriguntur autem istæ tractationes moræ, ad singularia quædam commoda consequenda, quæ septem vtilitates præbent: prima, vt si res perierit post moram, perinde habeatur, ac si superesset, ratione æstimationis faciendæ quanti plurimi à tempore moræ: idque est quod dicimus, moram perpetuare obligationes. Paul. *l. si seruum, 91. §. nunc videamus, & sequentibus §§. & l. si ex legati cau. & l. nemo rem suam vtiliter, §. si post morā, de verbor. obligat. l. quod te, de reb. cre. in P. l. 2. de fruct. & lit. expens. C. l. certum, de rei vindic. in P. l. apud Iulianum. alius Africanus, 40. §. 1. de leg. 1. l. Titia Seio, 89. §. vsuras, de lega. 2.* si mora non fuerit purgata & abolita. *l. illud, ae peri. & com. rei vend.* vel si post moram facto creditoris, vel dolo non perierit: veluti si creditor post moram debitoris seruum debitum nō interemerit, vel aliter res eius facto nō sit sublata. *dict. l. illud, & l. legis Aquiliæ, ad leg. Aquil. in P.* Ita enim dolus culpæ præpōderat. *l. itē si obstetrix. §. fi. ad l. Aquil.* neque malitiis hominum indulgendum est. *l. in fundo, de rei vindic. in P.* Obseruandum autem hic extra morā, seu sine mora, & ob culpam posse pro interitu rei debitorem, vel aliū teneri, *vt in l. fin. §. si ea conditione, ad leg. Rhod. de iactu.* aliamque ob causam *vt in l. 1. §. sæpeeuenit deposit. in P.* Quare cauendū est, ne diuersa confundamus, neue misceamus debitum speciei, de cuius cōtrouersia mora agit, cum debito generis, vel quantitatis. Siquidem mora in debito speciei seu indiuidui, facit vt teneatur debitor post moram: antea vero peremta specie, non teneatur. At hæc considerari non expedit in debito generis, vel quantitatis: quia genus, seu species secundum dialecticos, & quantitas, perire non possunt, *l. in ratione, §. incerta, de l. Falcid.* quia indiuidua etsi pereant, tamen eiusdem generis & eiusdem quantitatis alia dantur, & solui possunt, *l. 2. de reb. cred. P.* nisi quantitas in indeuiduum transeat demonstratione, aut consignatione: quia tunc illa quantitas indiuidui natura censetur, & periculum eius pertinebit ad morosum, & ante moram peremta liberabit debitorem, *vt in l. qui decem, de solutio. in P.* Cum tamen in aliis incendium, vel interitus æris alieni in genere & quantitate consistentis, non liberet debitorem. *l. incendium. si cert. pet. C. §. item in cuius res aliquæ, qui. mod. re contrah. oblig.*

11 ¶ † Secunda moræ vtilitas & effectus: vt ea commissa, qui in eam incidit, pœnam debeat comprehensam conuentione debiti, si nō soluisset, vel fecisset, vel tradidisset. *l. ita stipulatus, §. item si quis ita stipul. de verb. oblig. l. si pœnam, quando dies lega. cod. tit. li. 1. §. item si ita legatum, ad leg. Falcid. in P. l. si homo mortuus supra ad contrario sensu, de verbor. oblig. l. Celsus, de recep. arb. P.*

12 ¶ † Tertia, vt in contractibus & negotiis bonæ fidei, post moram quis teneatur ad vsuras, si conuenerit à die conuentionis: si non conuenerit à tempore moræ, *l. in bonæfidei, C. de vsuris. l. mora. §. in contractibus, & l. cum quidam §. Labeo. eo. tit. in P.* & ad fructus ab eodem tempore. *l. quis, de vsu. in P. l. in fideicommiss. & l. postulante. ad senatusc. Treb. in P.* Fructus autē in contractibus stricti iuris, à tempore litis contestationis, *l. cum fundus, si certa. in P.* Et fructus quoque rei legatæ debentur tempore litis con-

Digitized by Google

contestata, si quidem antea non fuerit heres in mora: nam eo casu à tempore moræ præstat. *gloss. in l. 1. de fructib. & lit. expens. Cod. pro l. Titia Seio, 89. § actio 1. 2. & l. si quis seruo. 86. eo. titu. facit l. adeo etiam, in 1. § item sciendum. de edilit. edicto.* videlicet quod pertinet ad fructus percipiendos restituendos. Nam pro perceptis, tenetur eos heres restituere à tempore mortis testatoris, *l. Hereninnia 2. ac vsq.* quia ab eo tempore, recta via, nisi si qua conditio prohibeat, transit in legatarium legatum *l. à Titio, de fu. 8. in P.*

13 ¶ † Quarta vtilitas, vt moræ tempus æstimationem rei definiat. *l. unum, ae verb. vat. P. in l. in hac actione. & l. fin. de condict. trit.*

14 ¶ † Quinta, vt post moram faciendi, datum ob causam possit condici. *l. 5. § 1. ae condict. caus. ac l. si pecuniam. § fi. eo. tit. l. naturaliter. de præscrip. verbis. P.*

15 ¶ † Sexta, vt heres qui partem relictam à patre filio inficiatur soluere, ob moram damnatus, eam cum alia tertia parte præstare cogatur. *l. si quis in suo. C. de inofficio. testa.* vt qui morosus est in reddendo depósito, incendii, ruinæ, naufragiue causa, supra illud duplum reddat. *l. 1. § prætor ait. de osit. in P.*

16 ¶ † Septima, vt in obligationibus faciendi, post moram succedat repetitio eius quod interest. *l. stipulationes non diuiduntur. § Celsus, ae verb. obli. l. si quis ab alio. 13. § fi. de re iudi. in P. l. si tibi decem, ve manumitta. ae præscr. verb. in P.*

De Actionibus quæ augentur per Inficiationem, & Condemnationem sumptuum seu impensarum.

Cap. 15.

1 *Accessio sit obligationi per inficiationem, vt in li Aquilia, & Depositi, Reiectu ad pios actus & alios.*
2 *Mem. autem quando punitur.*
3 *Augentur & obligationes & actiones Condemnatione expensarum.*

1 QVemadmodum ex culpa, † mora, accessiones fiunt actionibus & obligationibus, sic alunde etiam aliæ his accedunt, & petuntur vt in quibus hs crescit per inficiationé, sicuti in lege Aquilia. *§. fi. de oblig. quæ ex quasi contract.* Nam contra negantem, ex lege Aquilia, si eum damnum per iniuriam dedisse probetur, dupli procedit condemnatio *l. 4. & 5. de l. Aquil. 3. C. tit. 35. l. unde Neratius § hæc act. eo. in P. § studium, de trient. & semiss. in auth.* in confitentem in simplum *§. sed furti de act. l. eum quoque in princ.* Item in actione depositi ex incendii, ruinæ, naufragiue occasione. *§ in duplum, de acts. dict. § sed furt. l. 1. § merito, depositi in P.* & in relictis, pijs & venerabilibus locis, *§. fi. de oblig. quæ ex quasi contract. nascu. § sed furti quidem. de actio. § auerlus, de pœna temere litig.* Si quis heres contumax fuerit in reddenda filio testatoris relicta legitima, *l. si quis in suo testamento, C. de inofficio. testa.* si quis inficiatus sit numerationem pecuniæ, *auth. contra quæ propriam, de non numera. pe C. § studium, versic. si enim protulerint, de triente, & semiss. in auth. collat.* si se dicat non possidere: nam conuictus ob mendacium priuatur possessione, quæ traditur in rem agenti. *l. fi. de rei vindic. li. 6. P. tit 1.* Sicque in aliis pluribus in quibus mendacium, mala fides, & dolus puniuntur, quando in præiudicium alterius vergunt, *l. eum qui se patrem, 6. quod cum eo qui in alien. & li. 14. P. tit. 5. cum simil.*

2 ¶ † Alioquin enim mendacia quæ neminem lædunt, etsi quod ad Deum pertinet digna sint pœna, *cap. ne quis. 22. q. 2. & ibi. illa quæst.* tamen iura politica non valde persequuntur, *l. quod falso tutor. auct & c. de ata. § fi. de inter. acti. l. 1. fundum § fi. de euic. & ibi gl. quando autem accusat tractatur in l. assumtio ad municipa. l. si legibus, si contra ius vel vtil. public. c. super literis, & c. sedes de rescrip.*

¶ † Augentur & actionum vtilitates condemnatione expensarum, quibus damnatur aduersarius qui in manifesta contumacia fuit, *l. constitutus, de procura.* & qui deficit in probatione exceptionis propositæ calumniose, *c. exceptionem, de excep.* si non habuerit iustam causam litigandi, *l. eum quem temere, de iud. l. properandum § sin autem, & § cisi quidem, de iudic. C. c. delicti, de dol. & contuma. c. calumniam, de pœna.* quin & antequam vlterius contumax audiatur, expensas contumaciæ refundere debet, *l. quoniam, §. in alio. vt lite non contesta. l. sancimus, C. de iudiciis, quando autem appellans condemnandus sit in expensis appellationis, vide gl. in c. fi. de dolo & contu. & in c. cum venissent, expe. de. indi.* Qui tamen agit, recte sibi consulet, si petat de expensis sententiam ferri: quia omissa condemnatione sumptuum, post terminatam litem, petitio eorum non admittitur. *l. terminato, de fructib. & lit. expens.*

Quibus minuitur aut tollitur Obligatio, & Actio: & de Impensarum Repetitione.

Cap. 16.

1 *Auctoritate legum quando minuuntur actiones.*
2 *Personæ quæ damnantur in quantum facere tantum possunt.*
3 *Minuit actionem, Compensatio.*
4 *& Deductio impensarum factarum, & de impensarum diuisione.*
5 *Quomodo, & quales Impensæ bonæfidei & malæfidei possessor repetat.*
6 *Expensas factas quales procurator repetat.*
7 *ad Expensas condemnandus improbus litigator.*

OBligationes porro & † actiones minuuntur, & minus quam natura prior illarum poposcit, consequimur pluribus modis: vel auctoritate, seu præcepto legum, vel reipsa. Auctoritate & præscripto legum, sunt quædam personæ, quæ in plus non condemnantur, quam facere possint, à quibus non totum, quod habent extorquendum est, sed habenda ratio est ipsarum, ne egeant. *l. in condemnatione. l. 34. de regul. iuris. P. l. sunt qui, 1c. de re iudi. lib. 42. P. tit. 1.* & ita non damnantur in solidum.

¶ † Sic inhumanum visum est, cum qui bonis cessit, & spoliatum fortunis suis, in solidum damnatum. *§. fi. de actio. l. qui bonis, de cessio. bonor. in P.* Cuiusmodi & sunt socii, omnium bonorum maxime, *dicta l. sunt qui.* & alii, *l. verum, pro socio. parens, dicta l. sunt qui, & l. seq.* patronus, patrona, *l. patronus 17. de re iudic.* liberique eorum: maritus, in dote, *dicta l. patronus, & l. maritum. fol. matr. § item si. de do. P. de actio. l. inter eos, de re iudica.* miles qui sub armata est militia. *l. miles, 1. l. 6. & l. item miles 18. de re iud. l. stipendia, & l. si. § item miles, de ex. rei iudi. C.* Quod & ad aduocatum extendit Accursius *glo. à. l. miles in verbo facere.* cum priuilegium Castrensis peculii à iure communicatur. *l. fori de aduoca. diuers. iudic.* Item & multo magis ad militem cœlestis militiæ clericum videlicet, & ad ecclesiasticam personam pertinere dicemus. *gl. ss. ind. l. miles. per legem sacrosanctæ, de episcop. & cler. C.* Is quoque qui ex causa donationis conuenitur, in quantum facere potest, cõdemnatur, si ab eo cui donatum conueniatur. *l. inter eos, 19. § is quoque, de re iudic.* In cum quoque qui emancipatus, aut exheredatus erit, quive se abstinuerit ab hereditate eius, cuius in potestate, cùm is moritur, fuerit, eius rei nomine quæ contracta cum eo fuerit, cum is in potestate esset, siue sua voluntate, siue iussu eius, in cuius potestate fuerit, contraxerit, siue in ipsius peculium, siue in patrimonium eius, cuius in potestate fuerit, ea res redacta fuerit, actio, causa cognita datur, in id quod facere potest, *Vlpian. in l. 2. & 4 & l. pater. 7. quod cum eo qui in alie. potest. est nego. gest. ess. dicet. libr. 14. P. tit. 5.* Pater quoque pro debitis filiifam. aut serui conuentus, non in solidum, sed in quantum in peculio est, tenetur, & damnatur, *§. sunt præterea, de actio. in P.*

¶ † Minuit quoque quantitatem actione comprehensam obiecta compensatio, vel debiti ad debitum, prout proprio titulo de compensationibus paulo post, Deo fauente, distinguemus *§. pen. de act. Iustin. l. 1. de compensatio. in P. § in bonæfidei, de act. l. vlti. de compens.* ¶ † Item minuuntur actiones, per deductionem impensarum, vel in iudicio factarum, si condemnetur actor ad eas: vel si extra iudicium fiant, pro re, vel circa rem, vel in re, cum distinctione tamen. Nam *Impensarum* aliæ sunt necessariæ, aliæ vtiles, aliæ voluptariæ, *l. 1. de impens. in reb. dotal. facti. lib. 25. P. tit. 1.* Necessariæ quæ in se habent necessitatem impendendi, *d. l. 1. § de impen. in reb. dot. facti.* quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit, *l. impensa 79. de verb. signi. l. impensæ 14. de impen. in reb. do. facti.* Vtiles Fulcinus esse ait, quæ meliorem rem faciant, deteriorem esse non sinant: ex quibus reditus acquirantur domino *d. l. Imp. § 1.* & quæ rem meliorem, cui adhibentur, faciunt, *Vlp. l. quod dicitur, 5. § fi. & Paul. in l. seqq. de impens. in reb. dot. facti.* Voluptariæ sunt, quæ speciem dumtaxat ornant, non etiam fructum augent: vt sunt viridaria, aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ. *dict. l. impensæ § fi. l. voluptaria, de impens. in reb. dona. facti.* Sunt & voluptariæ & vtiles, quæ exornant & delectant & simul vtilitatem quandam adferunt *d. l. voluptaria.* Necessariæ itaque semper deducuntur de fructibus rem vel detentionem rei, ad solutionem vsque permittunt. *l. 2. § æquissimum, ad leg. Rhod. delict. l. 1. § sed nec ob impensas, de rei vxor. actio. C. l. 1. § in necessariis, de impen. in reb. dot. facti.* Ad necessarias etiam illæ pertinent, quæ cogendorum conseruandorumque fructuum gratia fiunt, & ideo semper deducuntur. *Vlpian. in l. quod dicitur, in 5. de impensis in reb. dot. facti.* si fructus restituuntur, non etiam si retinentur. *l. si à non domino, § fi. de petit. heredi. l. fundus qui famil. ercis. l. fructus, soluto. mat.* Vtiles autem non perpetuo deducuntur. Nam harum nomine onerari dominum ignorantem vel inuitum non oportet, ne cogatur re carere. *l. fi. de impens. in reb. dot facti.*

¶ † Rursum in reperendis expensis ad rei perpetuam vtilitatem factis, à possessore rei alienæ, distinctio adhibetur: num quis ædificauerit in alieno, vel refecerit rem alterius: subinde, an ædificans sit bonæfidei, aut malæfidei posses-

Digitized by Google

sor. Bonæfidei namque possessor de re cedenda interpellatus, potest se tueri exceptione, donec repetat vtiles impensas: quod si illis non petitis cedet, ab earum postea petitione excluditur, quia domino soli cedit ædificium, *l. impensæ, de verb. sign. l. in fundo, de rei vind. in P. l. si seruus, de pigno. act. P. l. vtilium, 8. de impens. in reb. do. fact.* atque iudex in his impensis censendis, ex qualitate rerum & personarum, arbitrium interponet. *l. si in area, de condic. indeb.* Qui autem in mala fide constitutus sciebat se in alieno ædificare, nihil impensarum nomine à domino petere poterit, quia dedisse videtur. *l. in fundo, de rei vind. P.* Et si qui cœpit ædificare in bona fide fuerit, postea in mala fide perfecerit, non vtetur quidem exceptione doli ad consequendas impensas, contra agentem dominum, verum ei conceditur, vt sine dispendio domini areæ, tollat ædificium. *l. in hoc iudicium, comm. diuid. §. ex diuerso, de rerum. diuis.* Quod si de impensis in refectionem rei, vel soli alterius quærimus, qui bona fide impendit, necessarios & vtiles repetet sumptus. *l. Iulianus, de rei vind.* Voluptarios potest auferre, citra læsionem tamen status rei prioris, nisi dominus paratus sit tantum dare, quantum habiturus esset possessor ex his rebus ablatis, *l. in fundo, §. censuimus, de rei vindi.* id est, consideratis rebus, non prout in re aliena sitæ sunt, sed quantum separatæ valere possent. Qui autem mala fide impendit, voluptarias amittit, *glo. in l. infundo, de rei vind.* vtiles auferet, si non lædatur prior rei status, necessarias quoque deducit. *l. dominum, C. de rei vind.*

6 ¶ † Expensæ factæ supra modum à negotiorum gestore, & à procuratore, eatenus repetuntur, quatenus fieri debebant. *l. si quis negotia aliena, & l. ex duobus, de negot. gestis. in P. l. qui proprio, & l. qui procurator, de procura. P. cum simi. ibi nota.* Nec expensæ maiores faciendæ sunt, quam prouentus, & commodum sit. *l. mediterraneorum, 8. de anno. & tribut. lib. 10. C. tit. 19.* Ob pietatem vel amicitiam factæ, non repetuntur, *dict. l. ex duobus §. fin. cum simil. tibi nota. de negot. gestis P.* nisi cum protestatione repetendi fiant. *l. Nezennius, de negot. gest. P.*

7 ¶ † In expensis aduersarii quoque condemnatur improbus litigator, viatica, litisque sumtus, *l. cum quem temere 79. de iudicis, in P. l. properandum, §. fin. autem, C. de iudic.* aliasque impensas, quas quis se fecisse iurauerit iudici, qui illas minuere non debet. *§. oportet autem, de iudici. colla. 6.*

De Exceptionibus.

Cap. 17.

Lib. 4. Instit. tit. 13. Lib. 44. P. titu. 1. Lib. 8. C. tit. 36. Ap. Gregor. lib. 2. titu. 25.

1 *Continuatio & summa dicendorum.*
2 *Exceptio quid, & quomodo teneat, replicationes, duplicationes, triplicationes, &c.*
3 *Qui excipit, non negat, nec probat actionem agentis.*
4 *Reus in exceptione, actor sic qui replicat: tamen actionis nomine exceptio non continetur.*
5 *Exceptionis nomen hic generale pro omni depulsione aduersarij.*
6 *Exceptionibus, & actionibus pluribus vti licet.*
7 *Exceptionum aliæ reales, aliæ personales, & quæ.*
8 *Harum rursum quædam temporales, quædam perpetuæ, & quæ. item 10.*
9 *Temporalia ad agendum sunt, perpetua ad excipiendum.*
11 *Exceptionum item aliæ peremptoriæ, aliæ dilatoriæ: peremtoriæ quæ.*
12 *Dilatoriæ solutionis, & iudicij quæ.*
13 *Communia exceptionibus peremtoriis, & dilatoriis.*
14 *Exceptiones rursum aliæ, quæ iudicii, aliæ quæ facti nomine proponuntur.*
15 *Exceptiones proponuntur tantum, si nostra interest, non si tertij.*
16 *Exceptiones pro tribus caussis generaliter opponuntur.*
Exceptiones ratione formularum aliæ prætoriæ, aliæ ciuiles.
Exceptiones quomodo proponendæ.
17 *Exceptionibus ne quis vtatur, pacto fieri nequit expresse.*

1 IAm vidimus insignioras, † vt opinor, modos, quibus actiones & obligationes augentur, & differentias, & similia earum. Nunc sequitur agamus de illis, quæ aduersantur eisdem, & quæ vel reiiciunt, vel tollunt eas. Proinde primum de exceptionibus generaliter dicendum: subinde particulares quosdam modos tollendæ obligationis & actionis, Deo iuuante, percurremus. Et de solutionibus, acceptilationibus, nouationibus, cessionibus bonorum, & compensationibus: sed de cessionibus post mutuum, Deo fauente:
2 nunc de aliis. ¶ † Exceptio generaliter, omnis depulsio intentionis agentis: & interdum pro præiudicio, *l. generaliter, 12. & l. fundum, 16. de excep. P. facit. §. prætor. de actio.* aliquando pro præscriptione, *l. pen. de excep. P. l. 1. C. de quæstion.* quæ tamen proprie ad exceptionem, temporis caussa, refertur. *vt titu. de vsucap. & de præscrip. 30. vel 40. ann. titu. ex diuers. & tempora. præscrip. in P. Exceptio,* inquit Vlp. *est dictio quæ si, quædam exclusio, quæ interponi actioni cuiusque rei solet, ad excludendum id quod in intentionem condemnationem ve deductum est. l. 2. de exceptio in P. §. 1. de exceptio.* Et vt Paulus, *Exceptio est contradictio, quæ modo eximit reum à damnatione, modo minuit damnationem. l. exceptio est, 22. eodem titul. P.* Quo nomine & continentur replicationes, quæ exceptiones sunt ex parte actoris, quibus reiicit exceptiones rei, & tuetur suam actionem. Item duplicationes, quibus reiicit rursum replicationes actoris, & tuetur suas exceptiones: item & triplicationes his obiectæ ab actore, & quadruplicationes rei, *l. 2. de except. P. & l. except. §. 1. 20. §. 1. de replicatio. l. non exceptionibus, 10. C. de excep. c. à nobis, & c. dilecti filii, eo. ap. Greg. c. ex parte de foro comp.* Exceptiones sunt reorum armaquibus se tuentur legitime, iusta caussa proposita, quæ docent actionem actoris quantumuis per se iustam, tamen iniustam esse in eũ cũ quo agitur.
2. *de excep.*

¶ † Neque tamen ob id approbare vel fateri dicitur actionẽ, 3
vt iustam qui, *l. non vtique eo. in P. c. exceptionem, de reg. iur. in sexto. Baldus, Panor. Felinus, & reliq. fere iurisp. pontifi. interp. in rubric. de excaptio. ap. Greg. Bald. in l. 1. num. 6. de iur. & fact. ignor.* excipit, ne que etiam ex natura propria exceptionis, negare: quia proprie qui negat, non censetur excipere, vt visum fuit interpretibus, *l. siquidem, 9. C. de excep.* Et Cæsares Diocletia. & Maximian. non opus esse reo exceptione dixerunt, si is consideret, actorẽ suam intentionem probare non posse, id est, si eam negaret: at si confitendo exceptionem haberet, posse eam proponere: & si dubitaret, num actor probare posset, *l. 1. de excep. P.*

¶ † Exceptio quodammodo dici potest actio, *l. si pro parte §. 4*
versum, de in rem vind. P. & replicatio etiam, *l. 2. de probatio. in P. l. generaliter, 12. de excep. P. & l. fundum. 16. & sequentibus. eo. P.* quia is qui asserit, non qui negat, probare tenetur: potissimum in prætudicialibus excepitonibus *l. actor. C. de prob. l. qui accusare, C. de edend. l. res. C. de rei vind. cum simil.* & ita actoris in eo subit officium. *l. verbum oportebit, 8. § 1. de verb signif.* At proprie verbo actionis non continetur exceptio, *l. si eleganter. §. seruus, versi. eo moneor, de dolo. lib. 4. P. tit. 3,* quia proprie ad actionem interimẽdam proponitur, & nulla est actio, quæ exceptione remoueri potest. *l. non videtur, 13. de reg. iur. in P.* Nec videtur cœpisse, qui per exceptionem remouetur à petitione. *l. Marcellus ait, 67. de regul. iur.* cum desinat debitor esse, qui nactus est exceptionẽ iustã, & ab æquitate naturam non abhorrentem. *l. nihil interest, 112. de reg. iur.* Nihilque interest ipso iure, quis actionẽ non habeat, an per exceptionẽ infirmetur. *glos. in l. qui se debere, de cond. causs. dat. in P. in verbor. exceptionem, gl. in l. 2. in verb. intentionem de excep. P.*

¶ † Proinde latiori significatione exceptiones hic tractabi- 5
mus, prout omnem intentionem agẽtis repellit, vel negatione iuris, vel facti, vel replicatione, vel duplicatione, vel triplicatione, siue agens de facto sine actione, siue cum legitima actione repellatur, siue conatus agentis quis exceptione remoretur, *l. ut qui. 5. & l. nemo, de exceptio. P. l. nemo. ae reg. iur.* siue elidat.

¶ † Siue vnica exceptione, siue pluribus vtatur: id enim li- 6
cet pluribus defensionibus vti & exceptionibus, quæ tamen inter se non pugnent *l. exceptiones quæ, 8. de except. in P.* ¶ † Distinctiones exceptionum tres sunt potiores: potior, vt aliæ sint reales, aliæ personales, *dict. l. exceptiones quæ, §. fi. de replicatio. de reali l. 2. §. lesatis, de iudi. in P. & quod competat personis accessoriis quoque, l. omne 5, 19. de excep. P. l. defensiones. C. eo. l. tam mandatori C. de non numer. pec.* Reales sunt, quæ rei cohærent & rem sequuntur, quæ principalibus debitoribus, & fideiussoribus, & mandatoribus competunt: veluti rei iudicatæ, doli mali, iurisiurandi, pactionis in rem. Personales, quæ non egrediuntur personam cui conceduntur: quales quæ dantur personis certis, vt socio, parenti, patrono, & similibus, ne conueniantur vltra id quod facere possunt, quæ non dantur fideiussoribus earum personarum, *l. 7. de excep. in P.*

¶ † Harum omnium altera diuisione, quædam sunt exceptio 8
nes perpetuæ, aliæ temporales, *l. pure. 5. vbi ponitur ratio de doli mali exceptio. in P. l. si pactum, 6. C. de except. l. cæsitum, 31. de pac. P.* Perpetuæ sunt, quæ semper obiici possunt, & in qualibet parte iudiciorum, agentibus.

¶ † Quales pene omnes sunt quæ perẽptoriæ dicuntur. Sed 9
& placuit, vt quæ temporalia sunt ad agendum, sint perpetua ad excipiendum, *l. 3. de excep. & l. 2. §. fi. eo. tit. & §. appellantur. eo. tit. ap. Iustin.*

¶ † Temporales, quæ non semper & nisi certo tempore ob- 10
iici possunt, vt pacti conuenti, ne intra quinquenniũ petatur.

¶ † Atque istæ exceptiones aliis nominibus, peremtoriæ & 11
dilatoriæ dicuntur. Peremtoriæ, quæ decidunt & perimunt seu tollunt omnino intentionem agentis: quales exceptiones iurisiurãdi, doli mali, *toto. tit. potis. l. 1. & 2. de dol. mal. exce. li. 44. P. tit. 4. & supra in dolo.* metus, *l. 4. §. metus, de doli mali except.* erroris, *l. 2 §. 5. & l. 4. §. aduersus, & l. Iulian. 7. de dol. mal. excep. P. l. si quis per errorem, de iurisd. §. ind. l. nihil de reg. iur. rei iudicatæ, tit. de excep.*

Digitized by Google

excep.rei iud. P. non numeratæ pecuniæ, *ti. de non numera. pec. C.* §. *idem iuris, de excep. ap. Iust. l. qui pecuniam,* 30. *fi. cer. pet. in P. l.* 2. §. 3. *de doli mali excep. P.* pacti de non petendo in perpetuum, *l. si rem* §. *pact. ne peteret, de pact. P.* §. *præterea, de exceptio.* Et generaliter si obici possit, intentionem vel actionem agentis esse contra leges vel senatusconsulta, quod obiicitur, erit peremtoria exceptio. *l. 3. in princi. de excep. in P.* ¶ † Dilatoriæ exceptiones sunt, quæ non perimunt intentionem agentis, sed tantum differunt. *dicto* §. *appellantur, de replicat.* Harum pro negotiis plures species notari possunt: vel quæ ad differendam solutionem, vel ad iudicium, vel forum declinandum, pertinent. Exceptiones dilatoriæ solutionis sunt, vt ex pacto de non petendo ad certum tempus, *l. 3.* §. *1. de excep. P.* vel quia sub conditione promissum, vel debitum, ante diem eius peti non possit, *l. quod in diem 70. de solutio. P. l. cedere die, de verbo. sign. l. 1. quando dies, leg. eo. l. cui. de actio.* siue ex conuentione, vel vltima voluntate pendeat, siue ex lege priuilegium differendi, *vt in l. vnic.* §. *actio, de rei vxor. act. C.* vel à principe habeat, *l. 2. de prec. Imper. offer. li. 1. C. tit. 22.* Iudiciales exceptiones, sunt quæ iudicium ipsum respiciunt: dilatoriæ, vel quæ aduersus iudicem proponuntur, *vt cap. ad probandum de excep. c. posiremo, de appella. c. quia suspecti. 3. q. 5. l. apertissimi C. de iudic. cum simil.* vel aduersus iurisdictionem eius, vt non competentem, *vt in c. de causis, de offic. delega. l. 1. C. de urbit. l. fi. si à non compet. iudi. C. l. si pater, ne de stu. defunct C.* vel ratione personarum agentium, vt quia legitimam personam non habent standi in iudicio, *vt l. fi. ad Macedo. C. l. 1. & 2. qui legit. personam sta. in iud. non hab.* Excipitur & contra iudicia, quia non in loco debito, tuto, non statis, vel fastis diebus fiat, *l. omnes C. de feriis. l. si feriatis, eo. tit. P.* quod procurator non sit legitimus, *l. 2.* § *fin. de excep. P. l. licet. C. de procur.* & huiusmodi.

¶ † Illud cõmune est verisque, vt exceptiones quæ in iudicium deducũtur, vel de iudicii ordine, vel solẽnitate sunt, perentorię regulari iure vsq; ad sententiã proponi in iudiciis possint. *c. excep. de exceptio. l. peremtorias, C. sententiã rescind. non poss.* Dilatoriæ solutionis ab initio litis, vt & aliæ dilatoriæ, & declinatoriæ iudicij seu fori, quæ omissæ non repetuntur post contestationem litis, *l. penult. & fi. C. de excep. l. item demum, C. de procur. l. exceptionem, C. de probatio. l. sed etsi susceperit. 52. de iudiciis in P.*

¶ † Diuisionem aliam ponit Vlpian. earum, quæ proponuntur vel iudicii, vel facti nomine. *Vlpian. in l. si post litem. l. 13. & Labeo l. penult. de excep. P.* † Traditur autem, exceptiones de eo tantum, quod nostra interest, recte proponi, non si excipiatur de iure tertii. *l. 4* §. *competit si seruit. Cind. libr. 8. P. titu. 5. l. si quis, 8. de præscr. 30. vel. 40. anno. Barto. Paul. Castrens. in dicto* §. *competi. & in l. 1. de re iudicata.* Et in summa exceptiones opponuntur, aut quia factum est, quod oportuit: aut quia factum est, quod fieri debuit, quæ exemplis illustrat Paulus Iurisconsul. *in l. exceptio. opponuntur, 20. de excep. in P.*

¶ † Propositæ autem erant exceptionum formulæ à prætore quoque, & à iure ciuili, sicut actionum, vnde prætoriæ dicuntur, aliæ ciuiles. Formulæ autem nunc exoleuerunt, sicut in actionibus annotauimus. ¶ † Proponendę autem sunt secundum negotia proposita, vt intelligamus quid retinere velimus ab iis, quibus agendi & defendendi potestas est facta à lege, secundum æquitatem naturalem, *l. quis æquitate, de dolo mal.* cuius defensio est, *l. vt vim, de iust. & iur.* ¶ † Vocantur namque & defensiones exceptiones, *c. cum inter, de excep. l. defensiones, C. eo. titu.* Quamobrem & rectè placuit, neminem posse pacisci generaliter, ne sibi liceat vti exceptione: etsi specialibus quibusdam expresse renuntiare liceat. *l. 4.* §. *quæsitum, si quis, cautio. lib. 2. P. tit. 11.*

De Modis, quibus præter exceptiones liberamur ab Obligationibus, & Actionibus: & primum de Solutionibus.

Cap. 18.

Apud Iusti. lib. 3. titu. fin. Lib. 46. P. titu. 3. Lib. 8. C. titu. 43.

1 *Obligatio aut naturaliter, aut ciuiliter soluitur.*
2 *Solutio opponitur ex diametro obligationi, & quid solutio.*
3 *Solutionis loco quæ sunt.*
4 *in Solutione quæ sunt consideranda.*
5. 6. 7. 8. *Solui aliud pro alio non potest, quando.*
6 *Pecuniæ numeratæ valor in solutione, quomodo æstimandus.*
8 *Necessitas cogit creditorem aliud pro alio à debitore accipere.*
9 *Pignora cedunt solutioni debiti, quomodo.*
10 *Solutio solidi debiti facienda, & quando fieri dicatur.*
11 *Solutio partis an pro parte liberet ab obligatione.*
12 *Soluere qui possint, & debeant.*
13 *Debitor liberari à debito potest inuitus, quare, & quomodo.*
14 *Debitum à creditore remissum non potest repeti.*
15 *Liberatio debitoris quomodo liberet eius intercessores.*
16 *Fideiussoris liberatio quando liberet reum principalem.*
17 *Pupillus non Soluit sine tutoris auctoritate.*
18 *Debita defunctorum quando, & quatenus heredes soluunt.*
Heredes in quantum pro debitis, & delictis iure ciuili & pontificio tenentur. eod.
19 *Beneficii successor in quantum teneatur pro debitis prædecessoris.*
20 *Solutio quibus fieri debet.*
Pupillo quomodo solui possit debitum. eod.
Distractus & contractus similitudo. eod.
21 *Minori non solui, & quomodo debeat, & furioso.*
22 *Reo criminis non solui possit.*
23 *Solutio cui ex pluribus reis stipulandi facienda est.*
24 *Heredibus creditoris vnius quomodo, & quibus soluendum.*
25 *Procuratori vero aut falso facta solutio quomodo liberet.*
26 *Seruo solutio facta, quomodo liberet.*
27 *Matri facta solutio pro filio, cum non est administratrix, non liberat.*
28 *Non solitur marito vxore creditrice.*
29 *Filiusfamil. an recte pro stipulatione patris soluatur.*
Solutio ex iussu creditoris facta liberat. eod.
30 *Solutio in alternativa stipulatione quomodo liberet.*
De stipulatione alternativa, vel adiectionis personæ dissoluendæ. eod.
31 *Solutio quomodo facienda est.*
Solutio ante diem constitutam an fieri possit. eod.
32 *Debitoribus dilatio ad soluendum danda.*
33 *& 35 Solutio debitoris ex pluribus causis, in quod debitum imputetur.*
34 *Delictum grauius, & durius, quod censendum est.*
36 *Solutionis effectus, liberatio est ab obligatione.*
37 *Euictionis causa in solutione promitti intelligitur.*
38 *Chirographi condictio competit solutione facta.*
39 *Chirographi redditio, vel possessio, cancellatio quid operetur.*
40 *Apocha quid.* *Quitantiæ quid. eod.*
Solutionem factam fuisse quæ faciant præsumtionem. eod.
41 *Alternativa dandi plura promissio, vnum habet in solutione.*

VErborum obligatio,† aut naturaliter aut ciuiliter, vt ait Pomponius *solvitur. Naturaliter solutione, aut cum res in stipulationem deducta, sine culpa stipulatoris, in rebus humanis esse desiit: ciuiliter veluti acceptilatione, vel cum in eandem personam, ius stipulantis promittentisque deuenit. l. penult. de solut. P.* Quæ verba significant varios modos recedendi ab obligatione esse. 1

¶ † Obligationi opponitur ex diametro solutio, qua quod 2
ligatum est, dissoluitur, *l. nihil tam naturale. 36. de reg. iur. l. fere, 196. eod.* & liberationis verbum, eandem vim habet quam solutionis, *l. liberationum, 147. de verb. signif. in P. Solutionis verbo,* inquit Vlpianus, *satisfactionem quoque omnem accipiendam placet.* Et soluere dicimus eum, qui id facit, quod facere promisit. *Vlpia. in l. solutionis, 176. de verb. signific.* Et Paulus ait, solutionis verbũ pertinere ad omnem liberationẽ quoquo modo modo factam, magisque ad substantiam obligationis referri, quam ad numorum numerationem. *l. solutionis verbum, 54. de solutio. in P. l. amplius, rem ratam hab. in P.* Ita satisfactio, datio pignoris, vel fideiussoris, pro solutione est, *l. satisfact. 52. de sol.* ratione liberationis: quamuis alioquin diuersa sunt, *l. item liberatur,* §. *qui paratus, quib. mod. pign. hypot. solui. P. l. si rem,* § *fi. & l. seq. de pignorat. actio. in P.* Proinde generalis constituta regula à Iustiniano, solutione eius quod debetur, tolli omnem obligationem. *l. solutam, 49. de solut.* Modi itaque erunt diuersi soluendi, quia & multi modi ligandi: & prout quisque contractus fit, ita & solui potest. §. *1. quib. modis tollitur obliga. lib. 3. Institut. titut. 30.* Veluti cum re contraximus, re solui potest: cum verbis, vel rem promissam præstando, vel verbis, stipulatione, *prout, l. 8. de solu. P. vbi sequentia exempla. l. nihil tam naturale, & l. fere, de reg. iur. l. quamuis saltus, de acquir. poss. P.* quod consensu nudo, & contrario dissensu, re integra. *l. verborum. de solutio. P.* Quamuis proprie solutio ea dicatur pecuniæ, naturaliter, si vtique ea numerata est creditori, vel alij eius consensu. *l. 1. quando liceat ab emt. disced. C. l. ab emtio. de pact. in P.*

¶ † Porro alia, vi & effectu solutioni paria sunt: vt obsignatio 3
cum legitima depositione, & oblatione, vt antea in mora diximus creditoris: ea enim parit liberationem debitori. *l. solutam, 46. de solut. P.* Item confusio, cum hereditatẽ creditoris debitor adit, vel contra, creditor debitoris: tũc enim obligatio soluitur, cõfusis actionibus: vel omnino, si in vniuersum ius succedant, *l. acceptam, C. de vsur. P. l. obsignatione, de solut. Cod.* vel pro parte, si tantum pro parte sint heredes. *l. debitori, 7. C. de pact. l. sicut acceptilatio, 75. & l. qui hominem, 34.* §. *quidam filiumfamil. l. cum quis. 38.* §. *qui parte, l. Stychum,* § *aditio, de solut. P. l. cum secundum, C. de fideicom. l. licet, ad l. Falci. P. l. si debitori, de fideiusso. in P. l. penult. de hereditar. actio. C. cum similibus.* Interitus rei ante moram, *l. si vxor tua, de bonis auctori. iudicum possiden. C.* item iusiurandum, *l. verborum, 107. de solu. P. l. si ex legati caussa. de verb. oblig. l. quod te, si certe. P.* nouatio, acceptilatio, & alia similia, de quibus postea. Pro solutione & delictũ, si vi quis sibi res debitas, & propria auctо-

Digitized by Google

ritate inuito debitore repetat. *l. iusiurandum de iureiuran. in P.* Si pœnam pro delicto, quo obligatus est, subeat: nam & tunc soluisse videtur, & liber à crimine dicitur. *l. si quis in tantam, C. vn de vi. l. exstat quod met. cau. P. l. 1. C. de suffrag.*

4 ¶ † In solutione considerabimus res quæ soluuntur, de quib. fiat solutio, personas à quibus, & quibus fiat, & negotiũ ex quo vel ob quam causſam fiat, & contingat liberatio debiti, pluribus obligationibus concurrẽtibus, ex qua causſa, & propter quid, & quare fiat. *l. pen. C. de pœna.* Res in solutionem veniunt legitimã, prout in obligationem deductæ sunt.

5 ¶ † Nam generaliter aliud pro alio, inuito creditore solui nõ potest, nec peti inuito debitore, *l. 2. §. 2. de reb. cred. in P. l. eum, 16. C. de sol. l. 1. quib. mod. toll. oblig. ita iudicatũ tradit Guid. Pap. decisione 358.* Hicque notandum, quasdam res esse in obligatione, & alias pro illis in solutione. *tractatur hæc quæstio, in l. si quis stipulatus fuerit decem, 57. de solut. in P.* In obligatione, & solutione faciendi, sunt eædem res in hoc exemplo. Mutuo vel do in dotem centum aureos liliatos, quos mihi restitues intra calendas Martii. Sũt enim isti aurei & in obligatione & in solutione, vt si de creuerit, vel accreuerit valor, tantum aurei & peti, & reddi debeant liliati, totidem numero: videlicet id tantum, quod est in obligatione. *Guido Papæus, decis. 492. in fin. Bartolus, in l. Paulus respondit, de solut. P.* Et Paulus respondit, creditorem non esse cogendum in aliam formam nummos accipere, si ex ea re damnũ aliquod passurus sit. *l. Paulus respondit, 99. de solut. P.* Quia natura est mutui, vt in eadẽ specie & bonitate reddatur. *l. cum quid, 3. de reb. crea. in P.* Et alia ratione, cũ periculũ decremẽti monetæ pertineat ad creditorẽ, si decreuerit valor tẽpore solutionis faciendæ, æquum est & commodum si quod per incrementum aduenit speciei monetæ ad eundem pertinere. *l. secundum naturam, de reg. iur. l. is qui loca. in P. l. fin. §. sed cum in secundam, Cod. de furt. notat Bartolus in d. l. Paulus.* debiti in specie monetæ comprehẽsæ facienda solutio, vel in æstimatione quanti valet tempore solutionis faciendæ, *c. olim, & c. pen. de censib. ap. Gregor.* si antiqua moneta est in vsu. Sicuti in mutuo vini vel tritici, si debitor ante moram vinum, vel triticum soluat bonitatis eiusdem intrinsecæ cum mutuato, non quæritur plus aut minus valeat bonitate extrinseca, videlicet num pluris vel minoris veneat: sed cogitur eo modo creditor accipere, & contingit liberatio. *l. vinum, de reb. credi. in P. l. cum certum, & ibi Bart. eo. titu.* Interdũ res sunt in obligatione quædam, & aliæ in solutione, vt in hoc exemplo: si quis stipulatus fuerit decem in melle solui, decem sunt in obligatione, & mel in solutione, *d. l. si quis stipulatus, 57. de solut.* Item, si quis mutuo centum aureos liliatos dedit valoris tot librarum Turonensium vel vnoquoque valente 50. solidos Turonenses: vel constituo tibi, & do in dotem tot libras Turonenses in centũ aureis liliatis, centũ aurei sunt in obligatione, sed libræ vel valor in solutione, imo etiã libræ Turonẽses verius quoque in obligatione, nẽpe quod tot libras Turonenses vel solidos reddere oporteat. Ita æstimatio est in solutione adhibenda, nec habetur ratio valoris, vel æstimationis aureorum, quæ est tempore solutionis faciendæ, sed veræ æstimationis factæ tempore mutui debiti, vel alterius obligationis. *l. æstimatis, cum l. seq. soluto matri. l. cum dotem, C. de iure dot. Bald. consilio 39. Anchar. clement. vlt. de decimis, Barto. in d. l. Paulus, q. pen.* Et ita placuisse senatui Parisiensi vltima Decemb. 1532. & senatui Burdegalensi 3. Augusti 1530. tradit Ioannes Papo. *lib. 10. Rapsod. Arestor. tit. 5. arest. 2.* Nisi æstimatio adiecta fuerit causſa demonstrationis, quod liquido constat, quando adiicitur, vt summa reddatur in tot aureis, centum puta iusti põderis, & notæ lilii aurei, &c. Sic enim placita seruari æquum est, & præstari speciem, non autem æstimationem, vt verba aliquid operentur. *hoc tractat, & disputat late de hac moneta quæstione Boerius, decis. 327. num. 3. 4. 8. 9. 13. facit l. semper in stipulationibus, de reg. iur. l. si quando, de lega. 1. c. si quando, de leg. 1. cap. si papa, de priuileg. in sexto.* Nec adiectio æstimationis, si constet mentem fuisse, vt res æstimata reddatur, facit quominus repeti possit. *l. si inter virum, 21. de iure dot. C.*

6 ¶ † Composita itaque hac quæstione, nunc ex illa quæritur, vt si aurei vel nũmorsũ certa species in obligatione & solutione facienda sit, quomodo facienda solutio sit. Et placet quidem extra controuersiam esse soluendam rem, si res ipsa vel species detur. Sed si in specie non possit dari, puta in tot aureis, quia ad æstimationem perueniendum est, *l. fideicommissa, 11. §. si seruo, de leg. 3. l. non dubium est, 14. eo. titu.* cuius temporis fiet æstimatio, an eius temporis, quo datę species monetæ sunt, an medij, an solutionis faciendæ. Et certe breuiter dixero, inspiciendum tantum esse, nequid depereat creditori. Si quidem, quod pertinet ad debitorem dando speciem nummorum liberabitur, *d. l. cum quid, & l. vinum, de reb. cred. P.* at quod pertinet ad creditorem, aliud pro alio inuitus non cogatur accipere, si damnum inde patiatur. *d. l. Paulus respondit de solut.* Ideo habebitur ratio æstimationis eius temporis, quo facienda est solutio, vt tantundem ei æstimetur aureus, & tanta moneta, quanta aurei tũc haberi possunt, eiusdẽ bonitatis intrinsecæ, & cuius esse debebant reddendi, vel dandi. Sic enim indemnis erit, & nihil sua interierit, quia tantundem æstimatione accepta consequitur aliunde si velit: nisi quædam legitima causſa à creditore proponatur, qua interesse sua dicat potius in specie mutuata, quam in æstimatione mutuum consequi. Nam & eius habebitur ratio, per regulam, qua dicimus in obligationibus dandi, post moram consequi nos quanti interest, *l. ea conditione, Cod. de rescin. vendit. l. 1. curabit, de actio. emt. Cod. l. 1. eo. titu. in P. l. vinum, de reb. credi. in P. l. si fundum, 14. de verb. oblig.* puta si Hispanus centum ducatos Hispanos mutuo Gallo det, ea lege, vt tot eius generis ei reddantur, & velit: & Gallus capitatis summam soluat, secundum Gallicam æstimationem, maxime posset interesse Hispani, quod id genus monetæ in Hispania non admittatur, sicque habebitur ratio eius quod sua interest mutatæ speciei & ei resarciendum supplemento æstimationis maioris. Alioquin minus, quam debeatur, solutum videbitur: cum non sit eiusdem bonitatis solutio, ac debitum. *contra l. cum quid. de reb. credi. & §. 1. quib. mod. re contr. oblig.* Possunt huic casui alia exempla coniungi similia, eadem consideratione terminanda. Verum remanet alius scrupulus, vt si pactum sit inter nos, vt species certæ monetæ soluantur, puta centum aurei liliati, & postea tempore solutionis faciendæ, illi aurei fuerint intrinseca bonitate minuti, puta imminuto pondere, & facta deteriori materia tantundem tamen valeant, aut minus, vel plus, num teneat species, vel valorem, qui tempore erat contractus accipere? Et Ioannes Faber respondet, *in §. 1. quibus mod. re tollit. obli.* supposita monetam priori ex lege principis qui potest statuere materiam & valorem, *l. 2. & si. de veteri numisma. potesta. C.* si per monetam vsualem possit æque æstimari, recte soluit: ex arbitrio tamen creditoris, cuius erit electio, *Boerius d. decis. 325. in fi. Bal. in d. l. Paulus, de solu. & cons. 339.* Nam si deterioratur moneta, in materia, forma, & pondere, periculum pertinet ad debitorem, qui tenetur soluere æstimationem prioris monetæ, *Panor. & alij, in c. quanto. & c. olim, de censib.* contra, si tantum mutetur in extrinseco, videlicet in valore, remanente forma, & materia & pondere: Nam tunc debitor liberatur, numerata quantitate speciei monetæ, etsi minus valeat tempore solutionis, *quando mutatur valor pecuniæ in plus vel minus, vtrum ratio haberi debeat temporis initi contractus, vel solutionis, vide late Oldradum, consi. 268. Franciscum Arretium consil. 11. Bald. in l. fi. C. de non numer. pec.* quia & si valor augeretur, iisdem, materia & forma & pondere remanentibus, cogi posset in numero quantitatis soluere, vt dictum antea. Ceterum si pecunia mutetur, aut varietur post moram, vel decrescat, quam in specie tenebatur accipere creditor, tunc debitor tenetur soluere æstimationem quanti plurimi à tempore moræ, *Bartol. in l. cum quid, de reb. cred. in P. Boerius d. consil. 327. num. 131. in 5. casu.* & habetur ratio damni, & ita iudicatum est à senatu Burdegal. anno millesimo quingentesimo vigesimo secundo. Et si moneta inserta contractui, quæ tempore contractus obtinebat, postea ab vsu omnino recesserit, tradit etiam soluendam in vsualibus numis, quibus tempore solutionis vtimur, habita ratione temporis contractus, & æstimationis eius. *Boerius, d. consi. numero 13. in fi. Et hoc defendit Molinæus, q. 97. numero 733. 734. 735. in tractatu de contract. lib. vsurario.* In his tamen omnibus iudex debet seriem, & verba obligationum diligenter perpendere: num æstimatio monetæ adiectæ, an non, & quomodo de ea restituenda cautum sit, vel soluenda. *iuxta cap. olim, & ca. penult. de censib. c. quanto, de iureiur. & ibi interpret.* Neque esset audiendus debitor, qui reprobata in totum pecunia, quæ in obligationem venit, & proba erat tempore contractus, vellet in ea postea soluere, sed cogi debet soluere in vsuali, *Nicol. Boer. decis. 327. numero 10.* quia & id ex mente contrahentium fuisse videtur. Existimat autem Boerius consuetudine esse seruatum in contractibus redhibitionis, seu, vt dicit, recobrii, seu de retrouendendo, vt venditor qui tractu temporis redimit rem venditam, teneatur restituere pretium, in hisdem speciebus, seu numero monetæ auri vel argenti receptis: licet valor mutatus fuerit, & consuetudinem esse in his attendendam. *Bart. in d. l. Paulus respondit, de solutio. per l. elegantes, §. qui reprobos, de pign. actio. & ita resoluit Boerius, d. dec. 327. numero 12.* Ego quidem & in contractibus morem regionum, *d. l. semper in stipulationibus, & l. Labeo. §. 1. de supell. leg.* in quibus contractum est, admitto. *Boer. d. dec. 327. nume. 4.* Verum inspiciendum prius & quid actum, *c. cum venissem, de eo qui mittit. in possess. ap. Grego l. semper in stipulationibus 35. de reg. iur. P.* vt in superioribus distinxi.

7 ¶ † Sed progrediamur & constituamus & exsequamur generalem regulam, Aliud pro alio inuito creditore, in detrimentũ creditoris solui non posse, *d. l. Paulus resp. de solu. P.* Inuito primum dicimus creditore, *§. quib. mod. toll. oblig. l. 2. §. mutui, de reb. cred. in P. l. eum à quo, 16. C. de solutio. l. si se, 4. §. ait prætor. de re iud. in P. l. promissor. §. fi. de constit. pec. P.* nam eo consentiẽte potest, *l. manifest. iuris, 17. & l. si actore, 20. C. de solut. l. pupilli. 96. §. soror, eod. titu. P. l. si non sortem, 26. §. si centum, de constitu. pecu. l. 1. §. an potest de constit. pecunia. l. 2. & l. si in solutum, de actio. C. lib. 4. titu. 10. l. fi. quam. fil. vel privat. & c. lib. 4. C. tit. 15.* Verũtamen soluta specie

pro

Digitized by Google

pro alia ſpecie, ſi ſoluta in parte vel in totum euincatur, remanet priſtina obligatio, *Marcell. in l. ſi quis aliam rem, 46. de ſolu. P. l. libera, de ſenten. C. l. quod ſi vno, de in diem addict. in P.* niſi pro pecunia in ſolutum ſit ſpecies data. *l. eleganter, de pignor. act. in P.* Nõ poteſt ſolui æs pro auro, *Paulus, l. ſi cum aurum, 50. de ſolutio. in P.* nec id factum, pro facto. *Paul. l. qui res ſuas, 98. §. mihi Romæ, de ſolut. in P.* Nec artifex qui operas ſuas & factum ſuum promiſit, per alium faciat, ſoluit ſe ab obligatione, cum inter artifices lõga ſit differentia & ingenij, & doctrinæ, & naturæ, & inſtitutionis. *Vlp. in l. inter artifices, 31. de ſolut. in P.*

8 ¶ † Facit tamen neceſſitas, vt creditor teneatur à debitore, qui pecuniam non habet quam petit, vel ſpeciem debitam, in ſolutum immobilia capere: facta tamen æſtimatione legitima, ſi emtorem non inueniant, non aliter. Quod & inopia donatoris releuanda, qui aurum vel argentum, vel aliam ſpeciem qua promiſit, non poteſt ſoluere, recipit Iuſtinianus, *§. quod autem, de fideiuſſor. & manda. in authen. coll. 1. conſtit. 4. authentica, hoc niſi debitor, de ſolut. C. authen. hoc ius porrectum, de ſacroſ. eccleſ. C.* nã & quod maius eſt, debitum adimit *in l. ſi quis argentum, 35. in princ. iuncto §. ſin autem, de donat. C.* & ceſſio bonorum debitoris, neceſſitate ſimul cum humanitate ſuadente. *d. §. quod autem, de fideiuſſ. l. 1. & tot. tit. de ceſſion. bonorum in P.*

9 ¶ † Et olim, vt ait Dion Caſſius, licitum nõ erat creditoribus cedere pignoribus debitorum, & nihilominus petere argento ſibi de ſumma ſatisfieri: Iulius tamen Cæſar, dictator, oppignorata in ſolutionem cedere ſtatuit, æſtimatione facta: atque iudices, qui ea æſtimaret, ſorte deligi. *Dion Caſſius li. 41. hiſtor.* Deinceps notũ ſolidum debitum eſſe ſoluendum. *l. ſi quis aliam, 46. de ſolu. P.* Porro ſolidum non ſoluitur, non minus quantitate, quã die, *Calliſtratus, in l. ſoliduum, 85. de ſolut. P. l. ſi cui, in fi. & l. minus, de verb. ſig. P. & §. plus, de actio.* exceptis cauſſis, in quibus quis non poteſt conuenire vltra quam facere poteſt, de quibus paulo ante diximus. *ſup. c. 16.*

10 ¶ † Obſeruare tamen oportebit, ex ſolido partis, ſolutionem pro parte ab obligatione liberare, in illis quæ ſolutionẽ partis admittunt, minime tamen in illis, quæ ſolutione & obligatione indiuidua ſunt, vel ſolutione, *vt in l. ſi ſtipulatus ſum, 9. §. 1. de ſol. P. l. vlt. ſi ſeruus, 24. eo. tit. P. l. quidam exiſtimauerunt, 21. de pet. hered. li. 5. P. tit. 4. l. 2. de verb. oblig. l. ſi ex maiore, 7. C. de exc. p.* Sed alibi de materia diuidui & indiuidui copioſius agimus. *vt in l. qui hominem, 3. §. ſi decem, de ſolut. in P. l. 2. & l. in exſecutione, in princ. l. 85. & §. item ſi ita, de ver. obli.* In acceſſoriis obligationibus, quæ pro toto debito fiunt, ſolutio partis obligationis principalis nõ tollit pro parte acceſſoriam: & ita pignus pro ea parte ſoluta nõ liberatur nec repetitur. *l. quandiu. §. C. de diſtr. pign.* Sic in pœna, ſi ea eſt adiecta obligationi dandæ quantitatis ſpeciei, vel generis, ab ea non liberab. tur, qui tantum partem exſoluet. *tract. in l. rebus comm. diuid.* Idipſum ſit obligationi faciendi adiecta ſit, & illud factum indiuiduum ſit. *l. heredes, §. in nulla, famil. erciſ. in P.* Paulo aliter, ſi factum diuiduum ſit: nam qui implere non potuit pro parte facta liberatur proculdubio. *l. eadem, 4. §. Cato, de ver. obli. P.* Si autem potuit, & non fecit, non iuris rigore quidẽ, *d. §. Cato.* ſed ex æquitate pro parte liberatur. *l. ſi ſeruus, §. ſi quis plurium ſi quis cautio. in P.* At in principalibus obligationibus, ſi aliquid eſt dandum, vel faciendum, cauſſa implendæ conditionis ab vno vni, non poteſt agi pro parte, niſi totum, quod iniunctum eſt, fiat. *l. qui duobus, de cond. & demonſt. iunge d. §. ſi quis plurium.* Siquid autem dandum, faciendumve à pluribus, ſi pecunia debetur pro parte, facta ſolutio partis liberat. *l. cui fundus, de cond. & demonſt. in P.* Idem in ſpecie certa, arg. *l. ſi ſtipulatus, §. 1. de ſolu. in P.* in incerta minime, *l. 2. §. quædam, & l. in exſecutione, §. pro parte, de ver. obli.* Si factum diuiduum ſit, & pro parte factũ liberat. *l. ſi plures, C. de condit. inſert.* In indiuiduo non idem. *in l. ſi ita fuerit, §. 3. de manum. teſta.*

12 ¶ Et † ſi ipſa datio vel factum ipſum ſint in obligatione, qui cœpit facere, non liberatur ab ea, niſi conſummauerit. *l. ſtipulationes non diuiduntur, & l. in exſecutione, de verb. obli.* Pecuniæ autem datio facienda, pro parte facta, pro parte liberat: licet eam creditor non teneatur accipere. *l. tutor. §. Lucius, de vſur.* Idem in ſpecie certa. *l. ſi ſtipulatus, §. 1. de ſolut.* In genere autem, ſolutio partis non liberat. *l. ſi non ſortem, §. fi. de condict. indeb.* Et ita annotauit rectiſſime Bartolus. *in l. ſi ſeruus, §. ſi pluriũ, & ibi gloſſ. ſi quis cautio, in P.* Item, ſi vnus ex duobus vel pluribus correis debẽdi, qui non habent beneficium diuiſionis, partem creditori ſoluat, creditor partem accipiendo videtur diuidere: ideo ſoluentem conuenire vlterius non poteſt, alios poteſt. *l. ſi creditores, Cod. de pact. l. inter eos, §. 1. de ſolut.* Item tertio; quale eſt cum petitur, tale dari debet. Ac propterea poſtea captos fructus, partumque editum reſtitui oportet. *l. 2. & 3. de vſur. in P. li. 12. tit. 1. cum ſimil. ibi not. l. cum fundum, ſi cer. peta. P.* videlicet in his, quibus hæc accedunt. Numeratio autem pecuniæ alienæ in ſolutione, liberationem vel obligationem non parit, niſi ea conſumta, vel domino ſatisfacto. *l. ſi alieni numi, 78. & l. ſi is cui numos, 8. de ſol. P. l. non omnis numeratio, 19. §. fi. de reb. credit. P.* Quod ſi res aliena in ſolutum detur, quæ poſſit euinci, in pendenti erit liberatio, donec deſinat poſſe euinci. *l. is qui alienum, 60. & l. quæ res, 98. §. rem autem, de ſol. l. Iulianus, 47. §. fi. manda. P.* Non poteſt etiam liberatio conſequi ſi creditori ex ſuis numis ſolutio fiat, *Paul. l. ſi mandauero, 22. §. ſi mandauerim, manda. P.* quia ſicut in re mea danda non poteſt conſtitui obligatio, *l. nemo rem ſuam, 82. & 86. de verb. obli. §. ſic itaque diſcretus, de act. cum ſimil.* ita nec ſolutio. *l. qui decem, 72. §. Stychum, de ſolut. P.* ¶ † Ad perſonas tranſgrediamur, & qui ſoluere primum poſſint vel debeant, diſcutiamus. Generaliter omnes qui obligati ſunt, ſoluere obligationem, & ſ. liberare debent: niſi ſi qua exceptio legitima illis cõpetat aut priuilegium. Idcirco & obligatio iuris vinculum dicitur, quo neceſſitate adſtringimur ad dandum, vel faciendum, &c. *§. 1. de oblig. l. obligationum ſubſtantia, de actio.* Et actio ob id aduerſus debitores prodita, *§. 1. de actio. l. nihil aliud, eo. ti. in P.* aduerſus correos debẽdi, aduerſus fideiuſſores, aduerſus mandatores, expromiſſores, nominatores & heredes eorum: vt ſingulis horum capitum tractationibus fuſe, & paſſim in iure agitur. 1 b

¶ † Proinde & ſi iſti ſoluant, quatenus obligati ſunt, certe ſe liberant: & aliqui non tantum ſe, ſed alios quoque vnica ſolutione. Et qui non eſt obligatus, alium liberare pro eo ſoluendo poteſt, etiamſi pro inuito ſoluat, & inſcio. *l. manifeſti, 17. & l. nulla, 5. C. de ſolut. §. 1. quib. mod. toll. oblig. l. ſolutione, 23. l. cum iuſſu, 64. l. ſoluere, 53. l. ſi pro me, 40. de ſolu. in P. l. ſoluendo, 39. de negot. geſt.* Et quanquam is, qui debitore prohibente ſoluit, negotiorum geſtorum, pro expenſis cum liberato non habeat actionem. *l. fi. C. de neg. geſt. li. 2. ti. 19.* tamen verum eſt, eum liberatum eſſe inuitũ, quia hoc beneficium liberationis, non tam pendet ex voluntate liberati, quantum ex voluntate creditoris, cum quo magis quam cum debitore negotium geſtum eſſe videtur, vt pote, qui diſtrahere poſſit nomen, ſeu obligationem inuito debitore. *l. 3. & tot. tit. de heredit. & actio. vend. li. 4. C. tit. 9.* Qua ratione ſeiungitur hac cauſſa à regula iuris, qua dicitur, inuito beneficium nõ dari. *l. inuito, 70. ff. de reg. iur.* Atque ideo cum ea ſolutione debitor liberatus ſit, nihil prohibet, quin ſoluens ab eo, eam pecuniam, quam ſoluit, negotiorum geſtorum actione conſequatur, niſi quid ipſius debitoris interfuit eam pecuniam nõ ſolui. *Labeo, in l. cum pecunia, 45. de negot. geſtis. in P. li. 5. ti. 5. vbi gloſ. in verb. interfui adfert caſus 3. quibus intereſſe poteſt debitoris non ſolutum debitum, quos nota.* Oportet autem, qui alterum liberaturus eſt, ſoluere debitoris nomine: aliter etenim non ſequitur liberatio. *l. Caius ait, 17. de ſolu. P. l. multum intereſt, C. ſi quis alteri vel ſibi.* Vel oportet creditorem ipſum, qui inuitum præſentem debitorem liberare non poteſt, perſonam aliam ſupponere, qui nouatione liberet. *l. ſi debitor tuus, 91. de ſolu. in P.* Sed debitum debitori remittere in præiudicium creditoris, & ita liberare debitorem, ſine voluntate eiuſdem creditoris minime licet: ſicut nec procuratores. *l. 4. de noua. li. 8. C. ti. 42. l. tranſactionis placitum, C. de tranſa. l. procurator tutorum, de procur. P. cum ſimil.* niſi liberam habeat alicuius adminiſtrationem. *in l. procurator cui, de procura. in P. l. nouare. de noua. P.* Ita nec filiusfamilias patre inuito, liberare eius debitorem poteſt. *l. filiusfamilias, 22. de ſol. P. leg. 3. §. ſi filius. quod quiſque iur. P. l. nec filius, C. de reb. cred. l. filius, C. de pact.* Nec adminiſtratores reipublicæ vel ciuitatum, vel municipiorum, poſſunt etiam gratuito debitoribus eorumdem debita remittere, & ita liberare. *l. præſes. C. de tranſaction. l. Imperatores, 38. de pact. in P.* Equidem ſoluere quis, & per ſe, & per alium poteſt: & qui mandat ſolui, ipſe videtur ſoluere. *l. qui mandat, 56. de ſolut. in P. & l. ſolutam, 49. eod. tit.* dummodo eius nomine ſoluatur: non aliter. *l. Caſſius ait, 17. de ſolut. in l. mancipia. 3. & l. multum intereſt. 6. cum 2. ſeq. ſi quis alteri vel ſibi, li. 4. C. ti. 50.* 3

¶ † Poteſt autem creditor debitum remittere, ſi velit & liberare, vel per ſe, vel per alium, ſuum debitorem, vt pote liber in perdendis. *l. ſed etſi lege, 28. §. conſuluit. de petit. here. lib. 5. P. tit. 3.* & diſpenſandis bonis ſuis. *l. nemo externus, de Iudæis. C. l. in re manda. C. mand. §. per traditionem, de rerum diuiſ. l. ſi quis in conſcribendo, C. de epiſc. & cler. & de pact. C.* Nec remittentibus actiones ſuas, poſtea ad illas ex eadem cauſſa dari poteſt regreſſus. *l. quæritur, 14. §. ſi venditor. de ædil. edict. in P. c. eos 7. q. 1. ca. ſic illis, 23. q. 4.* Qui vero ſe negauerit acturum, non eſt poſtea audiendus, *l. ſi maritus, 25. §. ſi negauerint, ad leg. Iul. de adul. P. li. 48. tit. 5. l. 2. ad ſenatuſ. Turpil. li. 48. tit. 16. l. poſtquã liti. l. 4. C. de pact. l. accuſationẽ, l. 6. C. de is qui accuſar. nõ poſſ.* vt nec in perpetuũ ſublata obligatio, reſtituitur. *l. qui res, 98. §. areã, de ſolut. in P. cum ſimil. ibi not. l. 4. C. de tranſactio.* Sed alia ſi cauſſa, vel pactio noua nouũ ius det, vt ſi poſtea placeat peti, quod antea ne peteretur, placuerat reſtitui poteſt. *l. ſi vnus, 28. §. pactus ne peteret, de pact. in P.* ¶ † Nec parũ pdeſt liberatio, vel remiſſio facta à creditore debitori, fideiuſſoribus quoq; eius. *l. fi. de pact. in P. l. cum principalis de reg. iur. l. nouatio, de nouat. in P. d. l. ſi vnus, §. ſi à reo, de pact. in P.* Itẽ ſi reus debẽdi ſoluerit, etiã illi, qui pro eo interuenerint, liberantur, *§. itẽ ſi reus, quib. mod. re cõtrah. obli. l. in omnibus. 43. de ſolut. P. l. cũ quis, 38. §. ſi. l. Stychũ, 95. §. naturalis, eo. tit. 2. l. 2. C. eo.* ſi de integro ſatisfactũ fuerit, nõ alias, iure regulari. *l. qui hominẽ, 34. §. quidã filiũfamilias, §. ſi decẽ, l. egeſti, 84. l. Stychũ, 95 §. ſi creditor, de ſolutio. in P.* Sine ſolutione aũt liberato reo debẽdi, nõ ſemper liberati dicũtur fideiuſſores. *l. 1. & 2. de fi. eius. minor. li. 2. C. tit. 24. l. in cauſſa 1. de minor. 25. ann. & in pacto perſonali de nõ petẽdo, l. & heredi, 22. §. fi. & l. ſeq. de pact. in P.* Nec cum ſolutione quidem, ſi pluribus fideiuſſoribus exiſtẽtibus vnius debiti, debitor partem ſoluẽdo, nomina- 15

Digitized by Google

tim aliquem tantum liberandum ſtatuat, non alios, *l. in iis, §. §. 1. & l. quoties, 37. de ſolut. in P. gl. & Bart. in l. creditor, §. ſi duobus, manda. & cum ſimil.*

16 ¶¶. x contrario, ſi fideiuſſor ſoluerit, liberatur ab eo creditore, cui ſolutum eſt, deb tor principalis, *§. idem ex contrario, quib. mod. toll. oblig. l. cum is, 36. de fideiuſſ. P.* conſiderato ipſo effectu, nõ etiam ipſo iure, quia debitoris nomine ſolutio facta non eſt, ſed ſoluentis. *l. Papinia. 28. manda. in P.* Quare etſi actum ſit ſoluendo vt ſoluendi cedantur actiones, conueniri his debitor poterit. *l. cum is qui, 36. & l. Stychum, 65. §. ſi mandata, de ſolut. P.* Verum n que liberatio per pactum de non petendo perſonale cõtingens fideiuſſori vel mandatori cum creditore proderit reo debendi, *l. fideiuſſoris, 24. de pact. in P.* niſi in rem ſuam fideiuſſor fuiſſet, *l. ſed etſi fideiuſſor. 25. & l. ſeq. de pact. in P.*

17 ¶¶ Pupillum ſine tutoris auctitate, nec ſoluere palam eſt. *l. quod ſi forte, 14. §. fi. de ſolut. l. non omnis, §. ſi pupillus, de reb. credi. in P.* Tenentur autem tutores ſoluere debita pupillorum ſuorum, & eos liberare. *l. quoties, 10. §. ſicut autem, de adminiſtr. tutor. li. 26. P. tit. 7.*

18 ¶† Item heredes defunctorum, vel in totum & ſupra vires hereditarias, ſi ſine inuentarij confectione creuerint, & receperint hereditatem: vel ſi confecerint inuentarium, quatenus bona hereditatis ſuppetunt. *l. ſcimus, 22. in princi. & §. etſi præratam, de iure deliberan. li. 6. C. tit. 30.* Ita omnes actiones creditorum perſonales, quæ illis competebant contra defunctum, contra vniuerſales eius heredes, non autem contra particulares legatarios diriguntur. *l. ſi. C. de hereditariis acti. tit. vt actio. ab herede & contra hered. l. 1. C. ſi certum petatur. l. quoties C. de hered. inſtituẽ. cum ſimil.* Et contra legatarios quoque hypothecariæ, *l. de rebus, de donatante nup. C. l. æris alieni. C. de donatio.* vel aliæ, ſi heres ſoluendo non ſit, *l. ſi. §. etſi præratam. C. de iure deliberan.* Quæ tamen vera ſunt in debitis ex contractu, vel quaſi per defunctum cõtractis: at in debitis ex delicto natis, vel ex quaſi delicto, non tenentur ſucceſſores, niſi in quantum ex delicto ad eos peruenerit, vel ſi ante mortem defuncti lis cum eo conteſtata fuerit, *l. vnica, ex delict. defunct. in quantum hered. conueniant. lib. 4. C. tit. 17. §. pœnales, de perpetuis & tempora. actio. l. omnes actiones, de reg. iur. in P. l. in heredem. de calumniat. l. videamus, quod met. cau. in P.* Quamuis ſecundum canones Pontificij iuris, & pro delictis ex delicto teneatur. *c. vlt. de ſepultur. c. in literis, de raptor.*

19 ¶ † Succeſſor in beneficio, vt prælatus & alius curio, debita quoque a prædeceſſoris ſui ſoluere tenetur, quæ pro Eccleſiæ neceſſitate contracta ſunt, *c. 1. de ſolut.* vt heres eius, *c. final. 12. q. 2. can. conuenior, 23. q. 8. c. quod quibuſdam, de fideiuſſor.* ad alia autem non tenetur, *c. hoc ius, §. & is credit. 10. q. 2. c. graue, de depoſi. dicto c. quod quibuſdam.* nec ad ea quo que, quæ ratione Eccleſiæ cõtracta ſunt, ſi ſupra modum grauant Eccleſiam: niſi quatenus conuerſum eſt in eius vtilitatem. *cap. 2. de ſolut.* Perſonæ quibus ſolutio fit, debent eſſe quoque idoneæ, vt poſſit liberatio ſequi.

20 ¶ † Primumque generaliter, notamus, ei ſoluendum eſſe, cum quo obligatio eſt contracta, vel eius cõſenſu alteri: aliter ſolutio nõ liberat. *l. qui hominẽ, 34. §. ſi nullo, l. ſi quis offerẽti, 58. de ſolu. in P. l. inuito 11. C. eod. tit.* Neque ſi leges eam inhibeant: veluti debitor pupillo, ſine t utoris auctoritate ſoluens non liberatur, *§. at ex contrario. quib. alienare licet vel non, lib. 2. Inſtitu. titu. 8. l. pupillo 15. de ſol. l. ſi ſeruus, 68. eod. tit. l. ſancimus, 25. de adminiſtra. tuto. C.* ſi conſumſerit pecuniam pupillus, vel furto amiſerit; ſi tamen eã ſaluam habeat, aut ex ea locupletior factus ſit, & adhuc eandem ſummam petat, per exceptionem doli mali poterit ſubmoueri, *d. §. at ex contrario, l. ſi pupilli debitor, 66. de ſolut.* vtpote bis petens, quod ſemel debetur. *l. bona fides, 58. de regu. iur. §. ſi res, de lega.* & ex quo ditior factus eſt. *l. 4. §. ſi quis, de dol. mal. excep.* Habetur autem in his cenſendis ratio temporis, quo ipſe agit, num locupletior tunc fuerit qui talis & cenſetur ex eo, quod non eſt ideo pauperior factus. *Marcell. in l. in pupillo, 47. de ſolu. l. ſed etſi lege, §. 1. de peti. hered. l. in pupill. 4. de excep. li. 43. P. ti. 1.* Aliter ſicut pupillus ſine tutoris auctoritate non obligatur, etſi alios ſibi obliget, *§. 1. de auct tuto. l. contra iuris ciuilis regulas de pact. in P. l. Iulianus, 14. §. ſi quis à pupil. de act. emt. in P.* ita nec ſine eiuſdem auctoritate diſtrahere poteſt, vel tollere obligationem: quia & ipſa diſtractio contractus quodam modo eſt. *§. fi. de obli. quæ ex quaſ. cõtract.* Et idem ius in diſtractu quod in contractu, *l. ab emtione, de pact. in P. l. de tutela, 7. de in integ. reſtitut.* potiſſimum cum in vtroque poſſit pupillus ſibi nocere. Quo fit, vt in ſolutione, quæ fit in commodum pupilli, ſi ea fiat pupillo, etiam ſi non adhibeatur tutoris auctoritas, contingat liberatio ſoluenti, vt Pomponius reſpondit, in lege quod ſtipulatus ita ſum, lege vndecima de ſolutionibus, in Pandectis. Recte autem tutoribus, & curatoribus, pupillorum, furioſorum, minorum ſoluitur, *l. quod ſi forte, 14. §. ſunt quidam, & ſequen. de ſolu. in* P. etiam illis, qui pro tutore negotia gerunt: dummodo in vtilitatem pupilli pecunia peruenerit. *l. debitores, 28. de ſolut. P.*

21 ¶ † In minore viginti quinque annis eadem fere placuerunt Vlpiano, vt ſine curatoris auctoritate debitor ei non ſoluat: & ſi ſoluendum ſit, potius in ædem ſacram deponat, ne vſuris vltra oneretur, & ne minor perdat pecuniam, vel ad ſuſcipiendum curatorem in hac cauſſa cogat auctore iudice. *l. ait prator, 7. §. ſed etſi pecunia, & ſeq. de minor. 25. an P. l. 2. C. ſi aduerſus credito. lib. 2. C. tit. 28.*

¶ † Itaque recte in his curatori ſoluetur, ſicuti & curatori furioſi, vel tutori pupilli: non minori, non pupillo, non furioſo, ne datum ex illorum imbecillitate pereat, vt reſpondit Marcellus. *l. ſi ſeruus, 68. de ſolut. P.* Reo criminis poſtulato interim nihil prohibet: recte pecuniam à debitoribus ſolui, alioquin plerique innocentium neceſſario ſumtu egebunt, *l. reo criminis, 41. de ſolutionibus in P. l. quamuis, 45. §. eod. l. aufertur, §. in reatu, de iure fiſci.* P. niſi fuga reus ſe ſubduxerit, & bona eius interim annotata ſint, & ſequeſtro commiſſa. *l. fin. §. fi. de requiren. reis, P.* vel perduellionis crimine ſit incuſatus, quo caſu ſuorum bonorum liberam, crimine ipſo commiſſo, non habet tractationem. *l. fin. C. ad leg. Iul. maieſt. & l. donationes 32. §. fi. de donat. lib. 39. P. tit. 5.* In aliis contra, in quibus & ipſi aliis libere ſoluere poſſunt, *l. ſed nec illud 42. de ſolu.* ſi non in fraudem fiſci faciant. *l. poſt contractum, de dona. P.* 22

¶ † Quando autem ſunt plurvs rei ſtipulandi, cui ſolutio facienda ſit, & dum plures promittendi correi, quomodo, & in quantum teneantur, Deo fauente poſtea in fideiuſſionis tractatione dicemus. 23

¶ † Poteſt & recte & debet ſolui heredibus creditoris. *titul. vt actio ab heredi. & contra hered. C.* Sed etſi plures heredes ſunt vnius creditoris, & pars illorum debitum repoſcat, liberatur debitor ſi ſoluat illis: melius tamen aget, ſi per magiſtratum faciat, vt nc ab aliis heredibus poſtea conueniatur. *l. ſi ſtipulatus, 81. de ſolu. in P.* Sed & ſi ei, qui pro herede poſſideat, vel alio modo iniuſte hereditatem creditoris, ſolutum fuerit: ita demum liberationem nanciſcuntur à vero herede debitores, ſi is qui ante exegerat, reſtituerit heredi exactum. *l. ſed etſi lege 28. §. ſi minori pretio, & l. ſi quid poſſeſſor, 34. §. fi. de petitio. hered. lib. 5. P. tit. 3. l. qui hominem, 34. §. ſi prado, & l. filius qui, 90. de ſolut. P. l. ſi quis duobus, de legat. 2.* Tamen ante reſtitutam hereditatem fideicommiſſariam, liberationes & ſolutiones factæ ab herede, ratæ omnino habebuntur, *l. ante reſtitutam. 104. de ſolut. P. l. Marcellus, §. res quæ, & l. mulier, §. ſed enim, l. ſi heres, §. ſi heres, ad Trebell. P.* & quæ aliquando poſt fiunt. *l. fi. de tranſact. P.* 24

¶ † Qui falſo procuratori creditoris etiam ignorans ſoluit, non liberatur à creditoris obligatione. *l. qui hominem, 34. de ſolutio. P. l. ſi vrbana, §. nam etſi ſeruus. & §. quod ſi nec. de condict. indeb. l. cum fundus, §. 1. de reb. credi. in P.* Vero tamen procuratori recte ſoluitur, & ei cui mandatum eſt, vel ſpecialiter, vel cum omnium negotiorum adminiſtratio mandata eſt. *l. vero procurat. 12. l. ſoluta pecunia, 49. l. hoc iure, 86. de ſolut. P.* Sed etſi non vero pro curatori ſoluam, ratum tamen habeat dominus quod ſolutum eſt, liberatio contingit. *d. l. vero procuratori, 12. §. fi. & l. ratum, 13. l. ſi quis offerenti, 58. de ſolut.* Rati enim habitio mandato comparatur. *d. l. vero procuratori, §. fin. & l. ſolutum, de ſolut. l. 1. §. ſed cum quis, de vi & vi arma. in P. l. hoc iure. §. 1. de reg. iur. l. licet, de iudic.* Quin & ſi quis mandauerit vt Titio ſoluam, deinceps vetuerit eum accipere, ſi ignorans prohibitum eum accipere ſoluam, liberor: ſed ſi ſciero, non liberor. *d. l. vero procurat. 12. §. ſed etſi quis. l. qui hominem, 34. §. ſi Titium. & l. cum quis, 38. §. ſi debitorem, l. ſi forte, de off. præſid. §. idem ſe adhuc, mandat. l. ſi autem ſciente, ad Macedonia.* Idem ſi diſpenſatori, qui ignorante debitore remotus eſt, ſoluatur. *l. diſpenſatori. 51. de ſolutio. P.* Sed & ſi qui reuocauit mandatum, ſolutionem factam à ſciente reuocato procuratori exegerit, æque fit liberatio. *l. ſi vero non remunerandi, 12. §. ſi mandauero, mand. li. 17. P. tit. 1.* 25

¶ † Item ſi ſoluam ſeruo. exigẽdis pecuniis creditoris præpoſito, liberor: etſi is manumiſſus, vel remotus ab hac cura, ſed me ignorante fuerit tunc. *l. ſi quis ſeruo, 18. de ſolu. P. l. 1. Cod. de pec. eius qui met. liber. l. qui fundum. §. ſeruus pro emt. 1. l. ſi vnus, de pact. l. ſerui, de actio. P.* 26

¶ † Si ſolutio facta ſit matri, quæ ius adminiſtrationis filię creditricis non habebat, per debitores id ſcientes, maxime matre non exiſtente ſoluendo, non liberantur: ſi per ignorantes bona fide, cum ea ſe pro adminiſtratrice gereret, liberantur. *Scæuola, in l. filia inteſtato, 88. de ſolut. in P. l. qui alien. 33. §. quanquam, de negot. geſt. P. lib. 3. tit. 5.* 27

¶ † Nec quod debetur vxori, poteſt ſolui marito, niſi ea conſentiat, vel ratum habeat. *l. cum maritum, 11. C. de ſolut. l. ſi Stychus, §. fin. de nouatio. P. l. ſi ſoluendo. de nego. geſt. in P.* 28

¶ † Quod filiofamilias pater dari ſtipulatur, cum id ſibi acquirat, & agatur de obligatione, recte dicitur filiofamilias id ſolui ſine conſenſu patris non poſſe: ſi tamen quis ſibi dari aut filio ſtipulatur, recte filiofa. & emancipato datur: quia tunc cõiuncta perſona filij fuit, non acquirendæ obligationis gratia, ſed ſolutionis cauſſa. *l. cum qui ita, 56. §. qui ſibi aut filio, de verb. oblig. P. l. Stychum §. quæſitum, de ſolut. P. l. ſed ſi filio, § ſi mihi, de conſtit. pecunia.* Iis tamẽ qui in noſtra poteſtate ſunt, recte ſolui poteſt, quod ipſi crediderint, *l. ſi vnus, 28. de pact. in P. l. non idem, 15. de nouat. P. li. 46. tit. 2.* vt ſeruus quod peculiari nomine crediderit, exigẽdo liberat creditorẽ, *l. fugitiuus ſeruus, 19. de ſol. d. l. ſi vnus.* etiã ſi ademta poteſtas fuerit tunc, dum ſoluit, & debitor ignoret. *l. ſi ſeruus peculiaris, 32. l. quod ſeruus, 35. de ſolut. P.* Recte ex iuſſu etiam creditoris, debitor alij ſoluere poteſt, niſi poſt mortem ſuã creditor alteri ſoluere iu-

beat.

Digitized by Google

beat,*l.Iulia.7.de dol.mal.except. P.l.solutum,* 11.*§.solutam,de pig.act. li.13.P.tit.7.l.cum iussu,64.solut.P.* quia morte soluitur mandantis mandatum.*l.fi.de solu.in* P.*l.si quis alicui.§.morte, l.inter causſas manda.P.*

30 ¶†In alternatiua stipulatione Titio aut mihi dari,solutione facta vni,liberatio fit ab altero:quia solutio ex arbitrio stipulantis in alterum potius,quam obligatio collata est,*§.plane, solutio, de inutil.stip.l.vero procuratori,§.interdum, de sol.P. l.qui hominem,* 34.*§.stipulatus,*49. *eo. tit. de solu.* vt nec nouare is,nec acceptum facere queat,sed tantum solui ei possit.*l.quod stipulatus,*10. *& l. si stipuſ.*21.*l.vero procuratori,§.interdum, de solu.P.* Estque sola accessio facta personæ in obligatione, cum mihi, aut Titio hominem stipulor,*l.obligationum fere,*43.*§.accessio,de actio.in* P. vbi quęritur,an ipso iure fiat liberatio,homine soluto Titio.*d.§.accessio.* In qua & liberari per exceptionem debitorem soluentem hominem Titio placuit.*Casus,in l.fi.§.cum mihi,de verb.obl.*P. Neque enim vtrique vtrumque soluere, sed alterum secundum conceptionem tenetur. *l.qui hominem,*34.*de solut.in P.* Si is,qui stipulatus est sibi,& Titio dari petat, amplius Titio solui non potest,quamuis ante litem contestatam possit,*Vlp.l.si quis stipulatus,*57.*§.fi.de solut.P.*quanquam prohibuerit, qui stipulatus est illa conditione debitori Titio soluere.Nam & post prohibitionem,ante tamen petitionem stipulantis, Titio soluendo liberatur.Quia certam conditionem habuit stipulatio,quam mutare non potuit stipulator,*l.vero procuratori,* 12.*§.sed etsi quis, vers. alia caus.de solu.P.*Contra tamen,si post stipulationem Titio solui permittat:nam vetare post potest.*l.aliud,*106.*de solut.*P.Quin & si debitor postea constituat se stipulanti soluturum,quamuis illi creditori competat de constituto actio, tamen potest debitor recte Titio adiecto soluere,*l.si ita stipul. 9 de solu.* P.*vide l.si vero mihi,de constit.pecunia.*& mediam partem stipulanti,& mediæ adiecto.*l.cum decem,*71.*de solu.P.*Si moriatur,tamen adiectus Titius,heres eius non potest solutionem accipere, nec ei soluendo debitor liberaretur,*l.si stipulatus sum.*81.*de solu.Iulia. l.cū quis,* 55.*de verb.oblig.*quia personalis hæc causſa,*l.quia tale solut.mat.P.* & conditio ei stipulationi de soluendo Titio videtur inesse,si in eodem statu maneat:vt neque etiam ei deportato postea, vel exsilio damnato, vel aqua & igni damnato, vel seruo facto, vel adoptato,solui possit,*Africa.in l.cum quis,* 38.*de sol.* nisi minutio capitis,vel mutatio status in melius fieret: vt ex consensu interpretum receptum credo.*l.Stychum aut Pamphilum,*95.*§.vsumfructum,& ibi gl.in verb.intercidit.de sol.in P.l.eū qui ita,*56.*§.qui sibi, de verb.oblig.in P.*vel si adiectio personæ facta sit,quæ aliā quoque personam adiecti ratione contineat:vt si mihi dari,aut pupillo,vel furioso stipuler,recte liberatio continget,si tutori vel curatori eorum soluatur. *l.Stychum,* 55.*§.vsumfructum,de solut.* Verumtamen si mihi,aut Titio dari stipulatus fuerim fundum, quamuis is datus fuerit Titio, nihilominus possum petere fundum,vt mihi de euictione caueatur.*l.Iulian.*131.*§ fi.de verb.oblig.*

31 ¶† Generaliter porro solutio fieri debet secundum iuris communis dispositionem.*§.at ex contrario,quib.alien.licet,vel non.* Sed quomodo & secundum quam formulam solutio facienda sit, videamus:atque negotium,quod geritur,videlicet ipsam solutionem, contemplemur. Solutio ex lege obligationis facienda est in loco congruo,quod placuit.*l.obsignatione,*9.*de solu. C. l.si soluturis,eo.tit.* P.*l.mora,de vsur.in* P.*l.qui Romæ,de verb.oblig.* l.1.23.*& l.centum Capuæ,de eo quod certo loc.li.*13. P.*tit.*4.& in tempore debito vel constituto,*l.magnam,de contrah. & committen.stip.* C.*l.cōtinuus,*137.*§.cum ita,de verb.oblig.l.solidum* 85.*de sol.* alias non fit liberatio.Nec tenetur etiam quis ante diem soluere,quia debitori tempus dilationis liberum est ad soluendum:vt si velit,possit intra illud soluere,ante vero non cogatur,*l.quod in diem,* 70. *l.qui res suas* 98 *§.mihi decem,de sol.in fi.l.post mortem,Cod. de fideicom.l.stip.ista,*38.*§.inter certam,l.qui Roma,*122. *de verb.oblig.* Nisi in gratiam creditoris adiiciatur dies:quia tunc inuito eo per debitorem non poterit anticipari solutio,*vt in l.si ita.§. Pegasus,de legat.*1.*l.fideicommiſs,§.cum Polidius,de vsur.P.l.item illa. de consti. pecunia.*vel nisi prorogatio termini fiat debitori, per quā tempus obligationis vitat ex voluntate creditoris, *l. cum stipulatus,* 113.*de verb.oblig.*vel auctore iudice, *l.si debitori,* 21. *de iud.lib.*5.P. *sit. 1.*

32 ¶†Vel etiam iuris auctoritate, qua qui certo tempore soluere debet,non statim præcise soluere cogetur, sed cum aliquo tēperamento,vt nō debeat venire in momento cū sacco paratus accipere,*l.quod dicimus,*105.*de solu.*P. Ideo olim debitoribus debitū confitentibus dabatur spatiū duorum mensium ad solmendum,*l.debitoribus.*31.*de re iudic.lib.* 42. P.*tit.*1.*& ibi gloss.* hodie quatuor,*in l.2.de vsur.rei ind.C.*interdum quinquennale spatiū, si de euitanda cessione bonorum agatur,*l.fin.quo bona cedere pos. C.li.*7.*tit.*71.*nouella* 135.vel aliud quodpiam à lege definitum, *vt in l.in fraudem,§.fiscalibus,de iur.fisc.in* P. vel iudicis arbitrio statuendum ex legis permissione,habita ratione debiti,facultatum reorū,& personarum, & loci. *d.l.debitoribus, & l.*37.*§ item qui, de verb.oblig.*Et hic fit calculus num post moram, vel diem promissum solutio fiat,num moram emendauerit debitor,*Paulus in l.si seruum,*91 *§.sequitur,& l.cum stipulatus,*113 *& l.si fundum,* 114. *de solut.*P.nū obtulerit,*l.traiectitia,*22.*§.de illo. de actio.* P. *mutuo,*102.*de sol.*obsignauerit,*l.obsignatione,de solu. C.l.acceptam.de vsur.* aliaque perpenduntur, quæ antea de dolo, culpa, casibus fortuitis,& mora diximus,*supra c.*11.12.13.14.

¶ † Sed si ex pluribus obligationibus debitor quis sit,& soluat pecuniæ aliquam quantitatem, vel quid aliud in solutum det,secundum quid,& cuius contingat liberatio,videamus. Itaque primum inspiciemus, propter quod debitum fiat expresse solutio,si id dixit debitor,in quod debitum velut solutum,& id sequimur,*l.1.& l.vbi fideiussor* 24.*l.Paul.*101. *& l.creditor.* 102. *§. cum de sorte,ff.de solu.P.l.1.C.eod.* si debitor nihil de eo dixit, in arbitrio accipiētis est,in quod velit acceptum. *Dummodo,*inquit Vlpianus,*l.1.§.1.de solut.*P.*Paulus,l.cum ex pluribus,*97.*eo. tit. in id constituat solutum,in quod ipse,si deberet,esset soluturus,quoque debito se exoneraturus esset,si deberet,id est, in debitum quod non est in controuersia: aut in illud, in quod quis fideiusserat: aut cuius dies nondum venerat. Æquissimum enim visum est, creditorem agere rem debitoris, vt suam ageret. Permittitur ergo,* inquit, *creditori constituere in quod solutum velit,dummodo sic constituat, vt in re sua constituerat. Sed constituere in re præsenti,hoc est,statim atque solutum est debet.* Hæc Vlpianus,cui adiicit rationem Florentinus. *l.2.de solut. in P. eadem in l.cum ex pluribus,*97.*eod.tit.* Quod in re agenda hoc fiat, vt creditori libertum sit non accipere, vel debitori non dare, si alio nomine exsolutum quis eorum velit. Ceterum addit Vlpianus,*l.3.eo.tit.P.* postea non permittitur: & paucis concludit,Hæc res efficit,vt in duriorem causſam, scilicet debitoris,semper videatur debere sibi accepto ferre, *simile in l.* 5.*de solut.in* P. ita enim in suo constitueret nomine, id est, in sua obligatione. 33

¶ † Grauior & durior causſa est, & prior imputanda, debere suo nomine quam alieno,id est,ex fideiussione. *Pompo.l.*4.*& l. ob triginta,*73.*de sol.P.l.si res aliena,in fi.ad Trebell.*P. Et grauius quod cum pœna,quam quod sine pœna debetur,*d.l.*4.*de solut.& l.cum ex plurib.*97.*eod.* quod satisdato quam quod sine satisdatione. Item id quod ex famosa causſa, eo quod ex non famosa debetur. *Vlpia.in l.si quid ex famosa,*7. *de sol.l.si in duabus,* 105. *de reg.iur.l.hæ enū.de suspe.tutor.*Id quod ex causſa iudicati,eo quod non ex causſa iudicati,*d.l.si quid ex famosa,& d.l.cum ex pluribus,* quia maiores vsuræ ex iudicato debentur.*l.1.& 3.de vsur.rei ind. C.*Grauius debitum etiam,quod crescit per inficiationem, quia pœnam habet,eo quod non crescit.*d.l.si quid ex famosa.*Prægrauat & magis debitum quod præsenti die debetur. *l.in his vero* 5. *de solu.in* P.Sed & inter debita illud atrocius, quod vsuris seruit,propter perniciem & impietatem vsurarum quæ bona sensim debitorum paucis diebus depopulantur,vt Deo fauente,dicemus in vsuris. 34

¶ †Si par causſa sit debitorum aut nominum, antiquiori adscribenda est solutio,quando nihil in ea aliud expressum fuit, *l.in his,*5.*de toll.*P.*l.vbi fideiussor,*24.*l.si ex pluribus,*89.*§. fi.l.pupilli,* 96.*§.cum in eodem,& d.l.cum ex pluribus,& l.creditor,*102.*de solut. P.*& debitum est efficax,quod peti poterat, *l.si is cui numos,*94. *§.Flauius,de solu.P.l.cum ex pluribus,*103.*eod.* quod vero soluto priore debito, ex solutione supererit, in sequens debitum cōputabitur.*l.pupilli,*96.*§.cum in eodem,& d.l.cum ex plurib.* 97. *de sol.* Quod si par & dierum,& contractuum causſa sit, ex omnibus summis pro portione videtur solutum, *Paulus,in l.illud,*8.*de sol.* Disparem autem causſam debiti non facit maior vel minor summa,sed causſa,ex qua debentur res.*l.si in duab.*105.*de reg.iur.* Porro si vsuræ cum debito debentur, nihilque dictum sit soluendo,num pro vsuris vel sorte solutum velit debitor, in solutione vsurarum,non sortis,*l.Titia,*48.*de solut.P.l.1.C.eod.tit.* reputatur solutio:aliter tamen caueri potest, *l.creditor,*102. *§. cum de sorte,de solut.* 35

¶†Effectus propter quem fit solutio,est liberatio,vt diximus, ab obligatione,*l.solutionis,*54.*de solu.l.amplius, rem ratam habe.P.* vt fides data non sit irrita,vt exigere obligationes ab initio huius tractationis diximus.*supra c.*2.*huius lib.* vtque, quod cuique competit,& obligatione,quæsitum est,tribuatur, secundum iuris præcepta.*§.iuris præcepta,de iust.& iur.*Et proinde impleta fides censebitur,quoties id quod tibi debebam ad te peruenit,& tibi nihil absit,neq quod solutum est,repeti possit:tunc enim & competit liberatio.*l.quoties.*61.*de solu.*P.Abesse autē mihi quippiam videtur ex re debita, si eam alio modo,quam quo debebatur à te,consequar,non ratione rei, sed ratione obligationis, quæ mihi salua remanet ad æstimationem, vel quod inde pendet consequendum,*vt apud Iulia in l.si is qui Stychum,*17. *& l. ex promissione,*18.*de actio.in* P.*l.non est nouum,*C.*de actio.emt. l.* 1. *C.de re ind.l.non solum solu.matr.* Quemadmodum & qui sic soluit, vt repetat non liberatur:quia nec alienantur numi, qui sic dātur, vt recipiantur,*l.qui sic soluit.*55.*de sol.*P.*l.non videtur,de dona.caus. mor.l.*3.*§ fi.& l.seq.commo.*P.Pari modo,si res in solutum data euincatur,non sequitur,donec euictio luatur,liberatio, *l. si quis aliam rem,*46.*de sol. P.l.libera.de senten. & inter.in P.* 36

¶ †Et ideo in hac causſa, vt sequatur liberatio, de euictione quoque promitti debet, *Scæuola in l. Iulia.*131. *§. qui fundum de verb.obli.in P.*Nam qui rem in solutum accipit,similis est emtori,*Vlpian.in l.si.quib.ex cau.in possessio.eat.li.*42.*P.tit.* 4. *l sequitur, §.de illo,de vsuca.*vnde nec quod postea ea res à creditore me- 37

Digitized by Google

lior, & maioris valoris effecta est, repeti à debitore potest, *l. cum pro pecunia, 24. de solutio. C.* Obseruatur vt cum ex pluribus debitoribus vnius creditoris, vel in solidum, vel pro parte obligatis, vnus integrum debitum pro aliis, vel vltra, quam pars sua deposcat, soluit, conueniri is creditor posset, vt in alios sibi cedat quas habet actiones, pro repetitione eius, quod pro correis debendi soluit, *l. Stychum, 95. §. si mandato, de solu. P. §. quod si tempus nouella. 4.* Eaque pactio cessionis fieri debet ante solutionē: nam post solutionem non admittitur. *l. Modestinus, 76. de sol. P. l. cum is, de fideiussor. l. nulla. 5. de solut.* Datur tamen in rem actio vtilis pro non cessa, aduersus alios soluenti, *l. 1. §. nunc tractemus, de tutel. & ratio. distra. 1. de actio. & oblig. li. 4. C. tit. 10.* vel negotiorum gestorū actione, remanente tamen exceptione aduersatio, si locus ei possit esse doli mali. *Iulian. in l. de qua re, 74. §. fi. de iudic. li. 5. P. tit. 1.*

38 ¶ † Qui solutionem probat, chirographum debiti condicere potest, *l. fi. C. l. de solutio. 2. de condict. ex lege, li. 4. C. titul. 9.* vtpote chirographo debiti inani facto & pignoribus solutione liberatis: vtque tam à creditore, quam ab alio, si detineatur, & reliquę eius debiti scripturæ, vt exhibeantur & restituantur, debitor agere potest, *Vlpian. in l. solutione, 18. ad exhibend. li. 10. P. tit. 4. l. instrumenta, 6. & l. fi. eo. tit. li. 13. C. tit. 42.* Interest enim debitorum tabulas, & instrumenta, seu chirographa debiti penes se habere solutione facta: quia plerumque creditores calumniantur non factam solutionem, & ne controuersia rerum moueatur: eaque ratione qui eas tabulas amouet, furti tenetur, & in duplum dānatur summæ his comprehensæ. *Vlpian. in l. qui tabula, 27. de fur. li. 47. P. tit. 2.*

39 ¶ † Est præsumtio iuris vrgentissima, si penes debitorem est instrumentum, vel chirographum debiti sit, solutum fuisse vel remissum debitum in eo contentum, *l. 2. de pact. P. l. qui chirographum, 57. de leg. 3. capitu. sane, iuncta gloss. in verbo, reddens, de renuntiat. l. mortis cau. 18. §. Titia, de dona. cau. mor. P.* Nisi creditor contra voluntatem suam, ad eum peruenisse chirographum doceat, *l. quod debitori, 15. de solut. C.* vel alio modo constet, & probetur non esse solutum. Sicuti & in chirographo cancellato responsum est, qui certe præsumtionem facit solutum fuisse debitum: ceterum non excludit probationem contrariam creditoris. *Modesti. in l. si chirographum. 24. de prob. lib. 22. P. titul. 3.* Quemadmodum solutionem probanti debitori nihil obest inductum, vel non cancellatum fuerit. *l. indictum, 22. Cod. de solut.*

40 ¶† In dubiis porro pronior erit sententia ad liberandū, quam ad obligandum. *l. Arrianus, de Act. in P.* Fiunt & contra chirographorum, vel cautionum, seu nominum probationes, recanta seu apochæ per creditores debitoribus, quas vocamus quitantias, quibus creditores se debita, seu res recepisse fatentur, *memisit de recantis nouella 119. D. Augusti. de cura pro mor. agen.* tutique euadunt debitores à petitione debiti, *l. 2. de apoc. li. 10. C. tit. 22.* nā illæ fiunt pecunia soluta. *l. si acceptolatum, 19. §. 1. de accept. in P.* Et si de tributis annuis soluendis agatur, & apochas trium proxime præteritorum annorum debite, & ab iis qui potestatem faciendi habent factas quis exhibuerit, anteactis annis soluisse quoque præsumitur, vt nec præteritorum annorum apochas teneatur exhibere: nisi antapochæ, vel contrariæ adsint probationes. *l. quicumque, 3. de apoth. publi. li. 10. C. l. plures, de fide instrument. C.* & hoc fauore liberationis receptum. Nam alioquin prę statio certorum annorum, seu solutio, non constituit aliquem debitorem in posterum: nisi contrarium probetur, *l. si certis annis, 18. C. de pact. l. creditor, C. de vsur.* nisi à sciente indebitum soluatur, & fauor alimentorum concurrat, *l. 1. C. de fideicommi.* vel decennio quis ex eadem causa, id est, longo tempore, soluerit. *l. cum de in rem verso, de vsur. in P.* In fauorem quoque liberationis, proximitas sanguinis, longinquitas temporis, & sæpius habita ratio inducunt remissionem debiti, & præsumtionem solutionis faciunt. *l. Procula. de procurat. in P. Barto. in l. libertus, de aliment. & cibar. lega. in P.*

41 ¶ † In promissione alternatiua, dandi, veluti dandi, aut hominem, aut decem, quis tātum ad vnius extremi solutionem tenetur, & eo soluto ab alio liberatur: & si alterum soluitur, condicitur. *l. qui hominem. 24. de solut. in P.* Si quis alternatiue sic Stychum aut Pamphilum stipulatur, vel alias duas res, quarum vna est tunc in dominio creditoris, puta Pamphilus, vna tantum in obligatione, & solutione est. nec si postea ea, quæ tunc in dominio est, exeat potestatem creditoris, peti potest. *Marti. l. qui decem, 72. §. Stychum, de solut.* In stipulatione alternatiua hæc, vt Stychum aut Pamphilum vtrum ego volam, dabis altero mortuo, ille solus, qui viuit, petetur: nisi mora fuerit facta in mortuo quem petitor elegerit, quia ille tunc perinde debetur, ac si in obligatione solus deductus fuerit. *l. Stychum, aut Pamphilum, 95. de solu. in P.* Quod si promissoris fuerit electio, defuncto altero, qui supereſt æque peti poterit, *d. l. Stychum, §. 1.* nisi etiam promissor alium iam elegisset. *l. huiusmodi, §. Stychum, de lega. 1. l. statut. liberis, §. fi. de lega. 2. l. 2. §. qui Stychum, de eo quod certo loc. l. si quis stipulatus, de verb. oblig. l. cum is qui, de condict. indeb. P. l. in emptione §. pen. de contrah. emt. l. Stychum, ad leg. Aqui.* Enimuero si facto debitoris alter sit mortuus, cum debitoris esset electio: cuiuis interim non alius peti possit, quam qui solui etiam potest: nec defuncti offerri æstimatio potest, si forte longe fit vilior, quoniam id pro petitore in pœnam promissoris constitutum est. Tametsi alter seruus sine culpa debitoris non oriatur, nullo modo ex stipulatu agi poterit, cum illo tempore, quo moriebatur, non commiserit stipulationem. Sane quoniam impunita non debent esse admissa, doli actio non immerito desiderabitur, aliter quam in persona fideiussoris, qui promissum hominem interfecerit, quia tenetur ex fideiussione fideiussor: quemadmodum tenebatur, si sine herede debitor decessisset, vt hæc late Paulus hisdem verbis explicat. *d. l. Stychum, aut Pamphilum. 95. §. quod si, vers. enimuero, & vers. tametsi, de solu. P.* & aliis Iurisconsul. *l. si à reo, §. si. de fideiussor. l. mora, §. si. ae vsur. P. repete hic l. si seruum, & l. mora, & l. si ex lega. cau. de verb. oblig. & l. cum filiusfam. eod.*

De Acceptilationibus:

Cap. 19.

Inst. lib. 3. tit. fi. Lib. 46. P. tit. 4. Lib. 8. C. tit. 44.

1 *Acceptilatio quid.*
Apochæ & acceptilationis solutio. eod.
2 *Acceptilationes vtiles & inutiles:*
3 *in Acceptilatione quæ consideranda.*
Acceptilationis quæ res sint capaces. eod.
4 *Aquiliana stipulatio.*
Gallus Aquilius. eod.
Acceptilatio vel solutio nec ante diem, vel pendente conditione. eod:
5 *Fieri proprie dicitur.*
6 *Acceptilatio non valet partis rei indiuiduæ, quæ totæ debetur: & quæ alia accepto fieri nequeant.*
7 *Accepto ferre quæ personæ possunt.*
8 *Pacti & acceptilationis differentia.*
9 *Acceptilationis diuersa, in rem & in personam, conceptio.*
10 *Acceptilationis formula.*
11 *Liberatio acceptilationis finis est.*
12 *Acceptilatio facta irreuocabilis est.*
13 *Præscriptis verbis actio datur ex acceptilatione.*

ACceptilatio, † imaginaria solutio est, *§. item per acceptilationem, quib. mo. toll. obli.* id est, solutio sine rei interuētu, *l. imaginaria, de regul. iur.* P. liberatio, quæ solutioni comparatur, *Vlpian. in l. non solum, §. si is qui de libet. lega. lib. 34. P. titu. 3.* vt enim naturaliter obligationem tollit solutio, sic ciuiliter acceptilatio. *l. verborum, 107. de solut. in P.* Et hoc interest inter acceptilationem, & apocham: quod acceptilatione omnimodo liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit: apocha non alias, quam si pecunia soluta sit. *Vlpian. in l. si acceptorum, 19. §. fina. de acceptila. in P.* Modestinus acceptilationem definit, vt sit liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriusque contingit ab eodem nexu absolutio. *l. 1. de accepti. in P.* Acceptum ferre, est confiteri accepisse, quod non accepimus, *l. si ex pluribus, 87. de sol. in P. l. si seruus, 6. de manumi. l. Itali, 48. §. 1. de iure dot. l. cum & sortio. 35. de pign. act.* 1

¶ † Acceptilationum aliæ vtiles, aliæ inutiles. *l. an inutilis, 8. de acceptila. in P.* Vtiles sunt, quæ sui natura liberant: inutiles, & quæ inefficaces omnino sunt, vtpote, quæ neque consensum, neque pactum habent. *dict. l. an inutilis.* Et illæ quoque quæ habita ratione naturæ acceptilationis, stricto iure liberationem non pariunt: vt si acceptum fuerit ei, qui re, non verbis obligatus erat. Verum is, cui acceptilatio facta est, potest se exceptione doli mali, vel pacti conuenti tueri, *Vlpia. l. si acceptolatum, 19. de accepti. P. l. cum emtor, de rescindend. vend. l. si vnus, §. pen. de pact. in P.* quia si acceptilatio inutilis fuit, tacita pactione id actum videtur, ne peteretur, *l, si vnus, 28. §. si acceptilatio, de pact. in P. & ibi Accur.* inutilis videlicet, ratione conceptionis ineptæ, quod inter absentes fiat, vel sub conditione, vel in diem, *arg. l. 1. §. eū qui, de consti. pecunia.* vel ratione rei. *l. cum emtor, de rescin. vend. l. si acceptolatum.* 2

¶ † Consideramus in hac quoque acceptilatione res, de quibus fiat, & personas à quibus, & quibus, & ipsam formam secundum quam fit, & intentionem, & finem propter quid, & quare fiat. Res, quę in acceptilationem deducitur, debet esse in obligatione, & debita, alioquin quæ extra adiiciuntur, superflue veniunt: vt si tantum decem debeam, & dixero, quod tibi decem promisi, viginti ne habes accepta, decem tantū erūt in stipulatione. *l. Pomponius, in l. si is qui Stychum, 15. de accepti.* Et in summa, nisi consentiat acceptilatio cum obligatione, & nisi verum est, quod in acceptilatione demonstratur, imperfecta est acceptilatio. *Paul. l. nisi consentiat. 44. de accep.* Proinde sola verborum obligatio, accepto ferri potest, & verbis promissio verbalis tolli. *l. an inutilis, & §. acceptum ferre, & d. l. nisi consentiat, & l. si acceptolatum.* 3

Digitized by Google

tum.de accepti.in P.§.item per acceptilationem,quib. mod.tolli.oblig.l. nihil tam naturale, de reg.iur.

4 ¶ † Et ideo, si quis voluerit ea, quæ ex alio contractu, quam verborum debentur, accepto ferre, prius debet debitum, per Aquilianam stipulationem ab Aquilio Iurisconsulto æquissimo, quem laudat iudicem magnæ auctoritatis, & scientia iuris ciuilis excellentem Valerius Maxim.*lib.*8.*c.*2.inductam, debitũ nouare,& in verborum obligatione conuertere:& sic postea accepto ferre.*l.*3.*C.de accepti.*4.*C.de transact. d.§. item per acceptilationem.* Et ita est prodita Aquiliana acceptilatio ex formula stipulationis Aquilianę,cuius verba concepta,hæc,*Quicquid te mihi ex quacunque causſa dare,facere oportet, oportebitve præsens, in diẽve,quarumcunque rerum mihi tecum actio, quæque aduersus te petitio, vel persecutio est eritve, quodve tu meum habes teneſve, & accepto habeo.d.§.item per acceptilationem,versic.est autem l. & vno ex pluribus.* 18.§.1. Quæ formula generalis est, & pro certis tamen concipi potest.P*apin.l.cum Aquiliana,*5.*de transact.in P. Aquiliana,* inquit Vlpianus,*stipulatio omnimodo omnes obligationes precedentis nouat & perimit,ipſaque permittur per acceptilationem. Et hoc iure vtimur. Ideoque & legata etiam,& fideicommiſſa ſub conditione relicta in ſtipulationem Aquilianam deducuntur. Vlpian.in l.Aquiliana,*4.*de transactio. in* P.

5 ¶ † Aquiliana stipulatio viam sternit acceptilationi,& materiam disponit,redditque idoneam,quæ aliter respuit acceptilationem. Nam acceptilatio sub conditione fieri non potest, *Põpon.l.*4.*de acceptilation.*P.*l.actus legitimi,* 77.*de reg.iur.* nec in diẽ, *l.in diem* 5.*de acceptila. P.dict.l.actus,de reg. iur.* quia imitatur acceptilatio solutionem,*d.l.in diem.* Solutio autem vera fieri non dicitur eius ,quod in diem,vel sub conditione debetur, nisi adueniente die & conditione,*l.non ſolum,*§.1.*de liberat.lega.* Et quãuis dicamus valere solutionem, & acceptilationem debiti sub conditione conditione adueniente,& haberi rationem temporis,quo acceptolatum,vel solutum fuit,*l.ſub condi.* 16.*de ſolut. in P.* tamen intelligendum est nec alterutram liberare cum fit, quia nondum debebatur,pendente conditione,*l.is cui,de act.* cũ priuatio præsupponat habitum,*in l.Iulianus,de diuort.*P. *l.decem, de ver.oblig.in P.*sed adueniente ea,retrotrahi,& quodam nouo iure firmari,& fieri liberationem,vt de donatione, quæ fit vxoribus & filiisfamilias,scriptum est,& in aliis ratihabitionibus,*l. donationes quas parentes.* 25.§. *fin.de dona. inter vir. & vxor.in* P. Explicat Pomponius. *Quod in diem,* inquit,*aut ſub conditione debetur,acceptilatione tolli potest, ſed ita id factum apparebit, ſi conditio ſtipulationis exſtiterit,vel dies venerit.Pompon.in l.quod in diem,* 12. *de acceptilat.*Vt autem contingat statim liberatio, sub conditione debitum per nouationem transfunditur in puram obligationem,postea acceptilatione tollitur, vt auctor Venuleius, *in l.ſi ſub conditione,*21.*de acceptilat.in P.l.& per iuſiurandum* 13. §.*ſi legatorum.eod.tit.* Quare ex sententia Vlpiani,si Stychum aut decem sub conditione stipulatus Stychum acceptum fecerit, & pendente conditione Stychus decesserit,decem in obligatione manebunt,perinde ac si ea stipulatio interposita non fuisset, *d.l.& per iuſiurand.§.ſi Stychum,de acceptilat.P.l.ſi vnus.§ ſed ſi ſtipulatus, de pacti.*P.De acceptilatione quæ concepta est ante debitum factum,eadem dicenda sunt, quæ de conditionali obligatione, *d. l.& per iuſiurand.§.qui ita ſtipulatus.verſ.nam etſi fideiuſſorem.* Sed etsi quis ignorans solutionem debiti factam fuisse procuratori suo, seruo debitoris filiove acceptum fecerit, postea autem rescierit,& id ratum habuerit,confirmatur solutio, & quod acceptolatum est,nullius fit momenti: & contra,si ratum nõ habuerit,quod acceptum fecerit,confirmatur,*Celſus,l.cum decem,*75.*de ſolut.in* P. Solutione enim facta desinit obligatio,*§. 1.quibus mod.toll.obligat.* vt superiori capite diximus : ideo acceptilatio rei quæ non est, non fiet, aut sine debito, quod magis ea respicit, quam rei exsistentiam, Quia aliquin quandiu res peti potest,etiamsi res facto interierit,vt in mora accidit, acceptilatio fieri potest,& nouatio.P.*aul.in l.ſi ſeruum,*91.*§.effectus, & ſeq. de verbo.obligat.in P.* Obligatio iuramenti potest per acceptilationem tolli.*Vlpian.l.& per iuſiurandum* 13.*de accep. P.leg.vt iuſiurandum,de oper.lib.in P.* re in stipulationem deducta. Et si diuidua sit, & pro parte acceptilatione tolli potest: si indiuidua, non vtique. *dicta l.& per iuſiurandum,*13.§.1. *ſtipulationes non diuiduntur,de verbo.obligat.l.ſed etſi non numerata.*10. *de acceptilat. in P. formula partis acceptum ferendæ, in l.pars ſtipulationis,* 9. *eod. tit.l.P.*

6 ¶ † Qui accepto facit,vel totum,vel partem eius,quod stipulatus est,debet accepto facere. Quare qui totum est stipulatus, ex eo non potest, quod nec totum est, nec pars accepto ferre: veluti qui fundum stipulatus est,non potest vsumfructum caussalem, vel viam fundi accepto ferre: quia partes fundi hæc non sunt.Et ita qui domum stipulatus est, non potest accepto ferre cæmenta, vel fenestras, vel parietem vel dictam, *dict. l. & per iuſiurandum, §. illud, cum ſim. ibi nota.*Aliud non debitum pro alio debito quoque accepto ferri non potest, vt si vsusfructus mihi debitus,eum tanquam vsu tantum debito, accepto ferre nequeo: possum tamen vsum acceptum ferre, vt deducto eo à fructu: cum vsus sine fructu constitui possit, *dicta l.& per iuſiurandum,§.ſi quis vſumfructum.*Dolus committendus accepto ferri non potest, nec doli clausula, *dicta l.& per iuſiurandum, §. cum qui.*commissus,potest.*leg.ſi vnus,§.illud,& §.pacta quæ turpem,de pact.in* P.Si aliud accepto tuli, aliud tu rogasti, non valet acceptilatio,nec sequitur liberatio,*l.pluribus* 6.*de acceptilat.P.l.in omnibus,de act.P.*Vna acceptilatio pluribus contractibus præcedentibus,dummodo de his agatur,sufficit.*l.pluribus,*6.*de acceptilat.*P.*& l.ſi ex pluribus* 16.*eod.l.cum Aquiliana,de transact. P.* Fieri tamen potest de vno ex pluribus, vel certis,vel incertis,vel quibusdam exceptis, *l. & vno,* 18.*de acceptil. P. l. qui hominem,* 17. *eod.*

7 ¶ † Personæ quæ aliam liberare per acceptilationem possunt, sunt tantum ipsi creditores, & qui rogare possunt, ipsi tantum debitores,videlicet qui debent,& quibus debetur. *l. an inutilis, §.fin.verum.ter.de accep.* Accepulatio quippe, stipulatio est verbis facta: stipulatione autem nemo alteri quærere regulari iure potest.*l.ſtipulatio hoc modo concept.* 38. *§. alteri, de verb.oblig.* Per procuratorem itaque nec liberari,nec liberare quisquam acceptilatione sine mandato potest,P*aul.l.per procuratorem,* 3.*de acceptila.* Sed nec is,nec tutor,nec curator furiosi,vel prodigi acceptum ferre possunt : nisi prius nouarint obligationem, & in suam personam transtulerint.*l.& per iuſiurandũ,*13.*§.tutor. de acceptil.* Seruus quoque nec iussu domini acceptum ferre potest, *Caius,leg ſeruus,*22. *de acceptilat.*videlicet quod domino debetur: nisi prius sibi stipuletur,& nouet.*d.§.tutor.*Potest tamen & seruus, & alius filiusfamilias, quique seruus vsufructuarius est, liberare dominum vel patrem ab eo debito,quod debent rogãdo per acceptilationem : quia hæc liberatio est speeies acquisitionis,*l.ſpecies,*11.*de acceptilat.*Pupillum & sine tutoris auctoritate liberari posse per acceptilationem placet, *l.*2. *de acceptil.in* P. at liberare suum debitorem,nisi cum tutoris auctoritate, interuenientibus solemnibus verbis,non potest. *l* 1. *Cod. de acceptilat.* Absentem quis & inuitum ab eo, quod debet liberare potest, creditore consentiente. Heres quoque & liberari, & liberare accepto potest:& honorarij successores, *dict. leg. & per iuſiurandum, §. heres.* quia heredes pro eadem persona cum defuncto,*l.final.de hered. inſtit.in* P. censentur consentiente & accepto ferente: facta prius nouatione in personam rogantis, *l. ſi debitor,* 91. *de ſolut.* P. *l. & per iuſiurandum. §. tutor, de accept.* P.

8 ¶ † Et ex pluribus reis stipulandi si vnus acceptum fecerit,liberatio contingit in solidum,*dicta l.& per iuſiurandum,§.final.& l.*2.*§.final.de nouat.lib.*45.P.*titul.*2. Quo differt acceptilatio à pacto,vbi diuersum statuitur, *l.ſi vnus.verb.*1. *de pact. argumento l. ſi quis reum.§.final.de libera. leg. l.cum duo, de duob.reis.* P. *l. ſi rem, §. ſi ſuo,de nouat.*P.Et in hac resoluta vna parte cõtractus, si quid aliud non excipiatur,omnis contractus soluitur, *l.final.de acceptil. P.*

9 ¶ † Ceterum hic animaduertendum est, formam & intentionem acceptilationis bifariam contrahi ex præscriptis à iure:nam acceptilatio,vel in rem, vel in personam fit: siquidem si concipiatur in rem,vera sunt quæ diximus, vni ex coheredibus accepto lato debito, vel vni ex correis liberari & coheredes & correos alios,*l.ſi ex pluribus,*16, *de acceptil.*P. At quando in personam rogantis accepto fertur, liberatur tantum is, cui accepto fertur,non alij. *l.* 2.*§.ſi tamen hominem, de verbor. oblig. in verbo,acceptolatum.*Quod in fideiussoris rogatione,& acceptilatione docetur illa distinctione, An ei in rem accepto latũ fit à creditore, vt tunc quoque liberetur creditor, *l. & per iuſiurandum. §.etſi fideiuſſori, de acceptil.P.* An in personam, vt tantum liberetur fideiussor, *dicta l. & per iuſiurandum, §. ſi legatorum, & ibi gloſſ. in verbo delebuntur, & §. qui ita.* Verum nihilominus erit, liberato principali acceptilatione, & liberari fideiussorem, *l.ſi ex pluribus,* 1.*§.final.de accept.*P. Nam principali obligatione sublata acceptilatione, omnes clausulæ eius sublatæ videntur, & aliæ eius partes, *l.ſi accepto. fuerit,*20.*de accept. in* P.

10 ¶ † Forma & negotium acceptilationis in illius conceptione apparet:qualis ea,cum promissor ita accepto rogat, *quod ego tibi promiſi,habes ne acceptum?* Si quidem apparet quod actum est, id solum per acceptilationem sublatum est:sed si non apparet, omnes stipulationes sublatæ sunt,*Vlpian.l.plurib.*6.*de acceptil.* Sane & sic acceptilatio fieri potest,*accepta facis decem?* ille respondet,*facio.l.ſane,*7.*de accep.§.item per acceptilationem.quib.mod.toll. obl.*Nec interest quo idiomate, Græco vel Latino fiat,dummodo,qui agunt,se intelligant, *dicto §. item per acceptilationem, & verſicul.ſed & Græce,l.an inutilis.*8. *§.fi.de acceptilat. P.* vel per se, vel per interpretem:quia id receptum est in stipulationibus. *l.* 1.*§.eadem autem lingua, de verbor.oblig.*P.*§.virum,de verb.oblig.ap. Iuſt.*

11 ¶ † Acceptilationis maxime finis inspicitur,propter quem fit liberatio,*l.ſicut acceptil.*75.*de ſol.& ſup.dictum.*quæ ex voluntate pendet creditoris & ex consensu,*l.an inutilis,§ fi.de accept.P.*vnde iuris gentium dicitur: quamuis ciuilem habeat formã & auctoritatem,seu approbationem à iure ciuili, *l.pen.de ſolut.in P.* cum & stipulationem habeat,quæ iuris ciuilis est. *§. de conſtituta,de actio.*

12 ¶ † Receptæ itaque stipulationes acceptilationum ob fauo-

Digitized by Google

rem liberationum, quam amplectuntur Iurisconsulti. *l. Arrianus, de actio,* liberalemque animum creditoris remittentis suum ius, quem etiam retractare, aut reuocare non patiuntur, vt in donatione apparet. *l. si quis argentum, §. sin autem, de donat. C. l. velles, necne de reuocat. donat. C. c. 1. de don. cap. Grego.* 1. Et tertio, ob liberationem debitori concessam eadem stipulatione, obligatum ad aliquod faciendum vel dandum, compellere possumus. Quādoquidem duo sunt fines præcipui acceptilationis: vnus, vt donationis causa debitum remittamus, postquam omnis agendi via perimitur: alius, vt dum ob aliam causam liberamus, ad aliud adstringamus: veluti vt nomē quis Titij debitoris delegatur. *l. 2. C. de acceptilati.*

13 ¶ † Quo casu qui fidem contractus non implet, incerti præscriptis verbis actione tenetur: neque enim officio iudicis vetus obligatio restaurabitur, sed promissa præstabuntur, vt condemnatio sequatur, vt respondit Papinianus, *in l. ob eam. 9. de præscrip. verb. in P. lib. 19. tit. 5.* vel, vt ait Vlpianus, si conuenerit, dum quis accepto tulit, vt debitor expromissorem daret, nec ille det, condici potest ei, qui accepto sit liberatus, *l. 4. de condictione causa dat. li. 12. P. tit. 4.* Hic tamen obseruandum est, obligationem ita demum peremtam esse acceptilatione, vt ex ea agi non possit, nec restituatur, quando cum eo facta est, qui ex nulla causa restitui potest in integrum, non alias, *l. fi. C. de acceptil. gloss. in d. l. fi. per l. sub pretextu instrumenti, §. fi. de transact. C.* veluti si restitui possit ob ætatem, dolum, metum, quibus inductus fuerit ad accepto ferendum. *l. actione. C. de transact.* Alio enim modo agitur hic, & alio si rectè constituta acceptilatione non seruatur fides. *vt supra c. super.*

De Nouationibus, De legationibus, & Cessionibus actionum.

Cap. 20.

Quib. mod. toll. oblig. lib. 3. Institut. in fi. Lib. 46. P. tit. 2. Lib. 8. C. titul. 42.

1 *Nouatione tollitur obligatio.*
Nouatio quid. eod.
2 *Nouatio diuisa in nouationem, & delegationem.*
In voluntariam, & necessariam, eod.
Delegatio fit aut per Litis contestationem, aut per stipulationem, eod.
3 *Delegatio debitoris quid, & quomodo fiat.*
4 *Nouationis materia quæ.*
Et quomodo nouentur res, tempus, persona: conditiones obligationum. eod.
5 *Nouare quæ personæ possint.*
6 *Delegatio quomodo efficax, & quomodo differat à nominis venditione.*
Cessio debiti quomodo fiat, & differat à delegatione. eod.
7 *Cessiones debiti quæ prohibitæ, & permissæ.*
8 *Litigiosa res fit per citationem.*
9 *Cessio debiti in procuratorem à cliente suo, vel in scholasticum num valeat.*
Cessio permissa debiti quales exigat personas. eod.
10 *Cessio debiti permissa debet esse totius debiti, non partis.*
11 *Litigiosæ rei cessio scholastico quomodo fiat.*
12 *Litigiosæ rei vitium in Gallia literis cancellariæ remittitur.*
Litigiosa res in Gallia libere alienatur, duobus exceptis casibus. eod.
13 *Nouationis faciendæ formula ex prisco, veteri, & nouo iure.*
14 *Nouatio voluntaria vt plerumque fit per stipulationem, & per alia.*
15 *Delegatio quomodo fieri possit.*
16 *Nouatio contractuum quid operetur.*
17 *Debitor debitoris quando potest à creditore conueniri.*

1 PRæterea nouatione, inquit Iustinianus, tollitur obligatio, *l. actione. C. de transact.* nam noua fit: vnde nouatio dicta tantū, si quid in posteriore stipulatione noui fit, *§. præterea, quib. mod. toll. oblig. l. Paulus, 30. de nouat. P.* id est, cum ex præcedente causa, ita noua constituitur, vt ait Vlpianus, vt prior perimatur. Nouatio enim à nouo nomine accepit, & à noua obligatione. *d. §. præterea. versic. sed si eadem persona.* Nouatio itaque, est prioris debiti in aliam obligationem, vel ciuilem, vel naturalem transfusio, atque translatio. *l. 1. de nouat. in P.*

2 ¶ † Nouatio in nouationem & delegationem diducitur. *d. l. 1. de nouat. in P.* Nouatio rursum, in voluntariam & necessariam. *delegatio, nouatio dicitur. in l. 2. C. de nouat.* Delegatio iterum, in eā quæ fit per stipulationem, & eam, quæ per litis contestationem. *tex. in l. aliam, 29. & gloss. 1. l. 1. in verbo, nouatio, de noua. P. Azo in Summa tit. de nouat. num. 7. explicat diuisionem gloss. in l. 1. in verbo possis. C. iudici.* Nouatio, est proprie ex priore obligatione diei, vel conditionis, vel fideiussionis, remanente eadem persona debitoris, in aliam obligationem nouam transfusio, vel trāslatio. Voluntaria est, quando ex consensu contrahentium fit. Necessaria, quando per litis contestaationem, inter easdem personas, sine interuentu alterius, nouatio fit.

¶ † Delegatio in mutatione & nouatione personæ debitoris, & creditoris. Delegare, inquit Vlpianus, est, vice sua alium dare reum creditori, vel cui creditor iusserit, *l. delegare, 11. de nouat. P.* Qui enim debitorem suum delegat, pecuniam dare intelligitur, quanta ei debetur. *l. delegare, 11. de nouat. d. §. præterea, quibus mod. toll. obligat.* Et ita delegans alium debitorem, liberatur, non minus, quam solutione facta vt in eū non possit dirigi actio, sed in delegatum. *Iulian. in l. qui debitor. 19. de fideiusso. in P. l. mortis causa capitur, 18. §. 1. de mortis caus. donatio. li. 39. P. tit. 16. l. 2. Cod. de condict. indeb. leg. quamuis, §. plane si mulier, ad senat. Velleian.* Et si fideiussor sit, qui delegauerit, statim, perinde ac si soluisset, aduersus debitorem, pro quo mandante fideiusserat, mandati actionem habet: quamuis delegatus soluendo non sit, *l. 2. C. de nouatio.* Sibi enim creditor, qui delegatum acceptauit, & eo contentus fuit, imputare debet. *d. l. quod debitorem.* In hac delegatione seu cessione actionum, duobus modis firmauit nouatio, per stipulationem, & contestationem litis, *l. 3. de fideiussor. in P. l. inter causas. §. abesse, mandat. in P.* vt dixi: inter quæ plurimum interest. Nam stipulatione nouatione facta, vtpote ex voluntate contrahentium, periit actionis priuilegium præcedens: non autem dum fit per litis contestationem. *Paulus in l. aliam causam, 29. de noua. P. l. non solet, de regul. iur. l. lite, de vsur. P.* Dicemus autem hic de nouatione per alium facta modum, quam per litis contestationem, de qua in sequenti capite Deo fauente. Igitur qui cedit actiones suas, vel delegat debitorem suum creditori, prius debet iure nouationis delegatione facta, liberari stipulatione. Quamuis enim, inquit Gordianus, creditori tuo aduersus eum solutionis causa mandaueris actiones: tamen antequam lis contestetur, vel aliquid ex debito accipiat, vel debitori tuo denuntiauerit, exigere à debitore tuo debitam quantitatem non vetaris, & eo modo tui creditoris exactionem contra eum inhibere, *Gordian. l. 2. & 3. de nouat. C.* quia remanet adhuc actio penes mandantem seu delegantem, *l. si cum venditor, in princ. de euict. in P.* neque enim incorporalia, qualia iura sunt, facile à domino separantur: vel non tam facile, ac corporalia. *l. si pater, manda. P. l. quis ergo, & l. si Stycho, de pecul. in P. l. 3. §. pro Soc. in P.*

3

¶ † Materia, de qua nouatio & transfusio fit, siue res nouationis sunt, obligationes omnes præcedentes, quocunque modo contractæ fuerint, vel re, vel verbis, vel literis, vel consensu, *l. 2. de nouatio P.* vel ciuiles vel naturales. *d. l. de nouatio. P.* In quibus innouantur res, tempus, personæ conditiones seu qualitates negotiorum. Res, veluti si fundum Cornelianum stipulatus, postea nouandi animo stipuler æstimationem eius, alioquin, si non faciam nouandi animo, duæ essent stipulationes, & vtrumque deberetur. *l. fundum Cornelianum, 28. de noua.* Fit nouatio legatorum & fideicommissorum relictorum. *l. si Stychum, 8. de noua. P.* Nonatur & futura stipulatio, & obligatio, *d. l. si Stychū, §. si quis ira.* & vna nouatione plures, *l. fi. §. fi. eod. de noua. P.* Nouatio tēporis, vt si dies obligationi adiiciatur, vel detrahitur. *§ sed si eadem persona. quib. mod. toll. oblig.* At conditionis si priori puræ adiiciatur conditio. *d. §. sed si eadem.* dummodo ea aduenias, & antequā res interierit, *l. quoties, 14. & l. nouatio. 24. de nouat. l. si rem aliquam 31. eod. tit. P. §. quod autem diximus, quib. mod. toll. oblig.* vel si detrahatur, *dict. §. sed si eadem.* In diem autem obligatio ex pura potest nouari, priusquam dies aduenerit, sed statim ex ea stipulatione agi non potest priusquam dies venerit. *Vlpian. l. in diem, §. de noua. P.* At si in diem exsistens in puram nouetur, statim agi poterit, *gl. in d. l. in diem, argumento, l. 3. §. fi. de constit. pecunia. & probant l. si Stychum, 8. §. 1. de nouat. l. quod in diem, de compensat.* Nouatur quoque ex persona, delegatione facta debitoris vel creditoris, vt antea monuimus: etsi fideiussor addatur, vel detrahatur, *d. §. sed si eadem persona.* Quo tamen casu non fit delegatio: quia hæc personalis adiectio principalis est, sed accessoria, *l. final. Cod. de nouat.* Veruntamen actio iudicati non nouatur per stipulationem, quia per eam noceretur fideiussoribus, *l. si Stychum, 8. §. idem Celsus, de nouat. P.* quod cauendum est in pactis, ne videlicet aliis noceant, *l. inrisgentium, §. ante omnia, de pac. P.*

4

¶ De † personis, quæ nouare possunt, Paulus generaliter respondit, *Cui recte soluitur, is etiam nouare potest: excepto eo, si mihi aut Titio stipulatus sim. Nam Titius recte nouare non potest, etsi ei recte soluatur, Paul. in l. cui recte, 10. de nouatio.* Nouant qui sui iuris sunt, aut per se, aut per alios, qui voluntate eorum stipulantur, *l. nouare, 20. de noua. in P.* si nouationem absente se eum debitore suo factam, postea ratam quis habeat, *l. si quis absente me, 22. de nouat.* Porro adimitur nouandi potestas, iis qui in nostra potestate sunt: quamuis quod ab illis creditum est recte eis soluatur, *Celsus l. non ideo, 25. de nouat. P.* Nisi peculij administrationem habeant, ipsique crediderint, & in meliorem causam nouent. *l. fi. de noua. in P. l. si vnus, de pact. P. l. huic, de iureiuran. in P.* Alioquin nec seruus peculiarem obligationem citra domini voluntatem nouare potest, *Florentinus in l. seruus, 16. de nouat.* Nec

5

filius

Digitized by Google

filius patris actionem,ignorãte eo,*l.filius,13.de nouat.* nec suam, vel peculij peiorem faciendo,*l.fi.§.hinc proculi.ubi,de bon.quæ liber.C.l.ait prætor,§.est enim absurdum,de iure deliberan. l. nec filius, C. de reb.cred.* Et seruus creditoris meliorem quidem causam domini facere potest,in deterius autem reformare nouo pacto non potest obligationem recte constitutam, *l.3. C.de pac. l.fi debitor.eo.tit.in P.l.seruus tuus legatus,§.1.de leg.1.* Pupillus sine tutoris auctoritate non potest nouare,*l.nouare,20.§.1. & l.si pupillus,9.de nouat.l.pupillo,de solu.in P.* nisi meliorem suam faciat conditionem,*gl.in d.§.1.l.nouare,argu.l.cui bonis de nouat.P.* tutor eius potest,si pupillo expediat,*d.l. §.1.l.nouare.* Item procurator omnium bonorum,*d.§.1.l.nouare,* videlicet cui libera administratio concessa, non aliter, *l.procurator cui,de procurator. in P. & l. procurator tutorum.eod.P.l.non abstulit,C.de nouat.* Cui bonis interdictum est, quoque nouare obligationem suam non potest: nisi meliorem conditionem suam fecerit,*l.3.de nouat.P.* Meliorem porro intelligimus conditionem factam, si deterior facta non sit,*l.in pupillo,de solu.P.l.is cui de verb.oblig.* Agnatus furiosi, & prodigi curator, ius nouandi habet,si hoc furioso vel prodigo expediat,*l.fin.§.agnatum, de nouat.P.* Vnus ex duobus reis debendi, potest in præiudicium alterius nouare, delegare, & nomen debitoris cedere.*l.si rem alienam,31.§ si duo,de nouat.* Nouationem debiti recte quis pro alio facit, si ea illum quamuis inuitum liberet:nõ autem non nouatione ius alteri adimere potest, *l.Stychum,8.§.fi.de nouat.*

6 ¶ Delegatio † per nouationem non fit, nisi demum consentiente debitore per stipulationem,*l 1.de nouat.C.* quia delegatio per nouationem fit & perficitur:nouatio autem per stipulationem.Stipulatio demum à volente tantum, & præsente contrahitur,*l.1.de verb. obl.not.at gl.in l.3. C.de hæred.vel act.vend.* At nominis venditio aut cessio etiam ignorante eo,aduersus quem actiones mandantur,contrahi solet,*l.1.C.de nouat.* quia noua obligatione hic non implicatus debitor, sed tantummodo veteris obligationis solutionem & exactionem creditor alteri mandat,*l.3.C.de ios.* Quod inuito etiam debitore fieri potest,*d.l. in fi.C.de nouat.l.nomina,3.de hæred.vel actio.vend li.4.C.tit.39.l. nomina eorum,eod.tit.P.l.2. C.de donat.* Itque qui actionem tenet, merit.siue sit personalis, siue realis, suo nomine exercere eam potest,*l.fi.C.de heredit.vel actio.venait.* & eodem iure, ac qui cessit venitur,demtis priuilegijs personalibus,quæ à persona cedentis non transferuntur in cessionarium, vt si pupillus vendat nomina:quia priuilegium personæ,non causæ datur,*l.si Titius 33. de nouat.l.ex pluribus,de admi.tuto. l.quia tute.solu.mat.in P.* Cessionem porro dicimus necessariam in translatione iuriũ, aliorumque incorporalium, perinde ac traditionem in translatione corporalium,*l.fin.quando fisc.vel priuat.debitor.&c. li.4. C.tit. 15.* Transeuntque post venditionem cessione facta legitime, & mandatis actionibus in cessionarium processo, actiones directæ & vtiles.Nam priusquam sint mandatæ,vtilibus,*l.fi. C.de hæred. actio.l.fi.quando fiscus vel priuatus debita debitoris sui exig. pot. C.l. emtor hereditatum,C.de hæred.vel act.ve.leg.fin.C.mand.* tantum vtẽdum est.Ceterum annotandum est cessiones non omnes legitimas,vel permissas,sed alias improbas,alias fictas, alias legitimas. Improbæ cessiones censentur illæ, quæ vexandi aduersarij seu debitoris causa sunt,quales quæ in potentiores fiunt:cuius facti creditores rei,debiti iactura puniuntur. Quia aperta credentiũ videtur voracitas,qui alios actionum suarum redimunt exactores,*l.2.ne liceat potentior.patrocinium litigantibus præstare,vel actiones in se transferre,li.2.C.tit.14.Guid.Papæus singula.834.* videtur enim per hanc cessionem qui duriorem aduersarium in sui locum subrogauit,mutasse quodammodo substantiam obligationis:eo quod is, vel priuilegio,vel potentia superior sit futurus, *l.1.2.3.de alien.iudic.mutat.caus.fac.lib.4.P.tit.7.* quia potentioribus pares esse non possumus,*d l.3.de alie.iud. &c. l.1.§ si ne liceat potentior.* 7.Exstat regia constitutio Caroli,*in consti.Caroli.5.art. 4.* qua cessiones actionum generaliter inhibentur fieri, pœna prædicta in officiarios regis, vel reginæ, aut in alias personas priuilegiatas, ratione scholaritatis, vel alterius priuilegij homines. Idipsum repetitum constitutione Ludouici 12.in priuilegijs *in cõstit.Ludouici 12.de priuil.scholar.art.3.* scholasticorum, ne ipsis cessiones fiant actionum, præterquam à fratribus, patre vel auunculis:in quibus personis potius sit amicitiæ, quam aduersarij vexandi præsumtio. Eaque de causa iubet eos, quibus creditur,iurare priusquam experiantur eandem cessionem esse veram realem, sine fictione, vt ex integro & omnino conuertatur in vtilitatem scholastici. Quæ verba ex fontibus iuris ciuilis deprompta sunt: Quia eo etiam reprobata ficta cessio vel venditio actione,& ea tantum approbatur quæ sine simulatione facta est,ex mera liberalitate vel iusto pretio,aliis respectis, *l.pen.& fi.manda.li.4.C.tit 35.* quia hæc duo,vel iustum pretiũ necessitatem cessionis,& liberalitas animum gratum, non vexandi arguunt. Nec tenetur edicto de alienatione iudicij mutandi causa facta,qui ex iusta causa,puta ob valetudinem,aut occupationes necessarias,litem in alium transtulerit *l. non solũ, §.§.1.de alien.indic.mutat.c.fact.P.* Prohibetur autem cessio actionum & nominum in superioribus iuribus & constitutionibus regijs,etiam rerum,quæ litem non patiantur,si nobiles:non autem rerum immobilium,vt iudicatum à curia Parisiensi,in causa Senetonis Triumuiri,seu procuratoris regij in Abbauilla anno millesimo quingentesimo trigesimo tertio, 18. Februarij, quippe quod permittatur in immobilibus,*& ita intelligenda legis penul.& fi.manda.* C.si litigiosæ res non sint iuxta edictum, de alien.nul.mutata causa facta,*&c.quia res, 11.q.1.l.fi. C. de litigios. gl.in c.fi.de re iudic.* Et fieri litigiosas declaratum quoq; est placito Senatus Parisiensis anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo, die vero decima-octaua mensis Martij, *Papin.d.12. Rhapf.Arest.tit.1.aresto 2. & 3.* per solam citationẽ vel vocationem in ius,*Clement.1. vt lit. non contestat. vt facit l.2. C.de litigio.*

¶ Sed † maxime improbata cessio litigiosæ rei,si fiat procuratori suo per clientem,*l.item,C.de procura.* Cuiusmodi cessio nulla dicta olim fuit placito eiusdem Curiæ Parisiensis die quartâ Decembris millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, alia ratione etiam, quam prohibeantur aliæ aliis factæ cessiones, quæ erat, ne fieret mutatio iudicij: vnde tanti condemnatione plectuntur, quanti nostra interest non fuisse duriorẽ aduersarium subrogatum: nempe quod procurator, qui officium gratuitum exhibere debet,contra bonos mores litem redemisse dicatur,*l.1. & 2. & 3.§.ex quibus de alienat.iudic.muta.caus.fact.P.* & pœna dignus sit,*a.l.item,C.de procur.l.si contra licitum,C.manda.* quemadmodum & aduocatus ex eadem causa,*l.si remunerandi.§. Maurus,manda.in P.l.si qui,C.de postula.* Et ita cum sine dolo malo non possint isti litem redimere, recte incidunt in hoc edictum, De alienatione iudiciorum mutata causa facta, quod & sine dolo alienatione facta,vel iudicio non mutato.*l.4.§.fin. de alien.iud.mut.caus.fact.in P.* vel parato alienante defensionem nihil minus subire,*in l.3.§.fi.eod.de ali.iu.&c.* excusat à pœna. In scholasticos porro cessio de re non litigiosa ante litem permittitur,etsi illa ad iudicij mutationem propter priuilegium studij inducat,affectionis causa,in filium fratres,nepotes scholasticos tantum facta:nam in alios alterius priuilegij quam scholasticos eius gradus etiam,non permittitur,vt iudicatum fuit Parisiis in Senatu,die septima Ianuarij,millesimo,quingentesimo,trigesimo octauo,*Papo,vbi sup.aresto 7.& Rebuff.qui latius explicat,tom. 2.Ordin.regu.tit.des cessions & transports.*

¶ Non enim † censuerunt Patres, priuilegia regiæ constitutionis extra qualitatem personarum insertam,proroganda,iuxta iuris præscripta,*l.cum prætor,de iudi.l.Paulus,de reg.iur.c.querelam,de electio.* Neque etiam cessio hæc quæ est permissa in prædictas personas gradibus certis coniunctas, in alias vlterioris gradus,vel alterius proximitatis porrigitur. Nec valet cessio actionis huiusmodi facta à patre lustrico,seu baptismatis vel cõfirmationis filio spirituali,*Guil.Benedi.in verbo,& vxorem nomin. num.761.cap.Raymundus,de testam.* Non in arrogante vel adoptante,*eod.Bened.num.749.* nõ in vxore auunculi,fratris patrui,cessio valebit, *Rebuff.in ordina.regin, tom.2.tit. des cessions & transports.* non in vitrico, *l.2. C.de in ius vocan.*

¶ Ratione † tamen extensionis approbatæ à iure ob communem appellationem, retenta qualitate scholastici, in quem fit cessio:illa eadem recipietur in sorore,vt cedat fratri scholastico:quia fratris appellatione ipsa continetur,*l.tres fratres,de trãsla.in P.* in facta ab amita,nepotis à matre,filio,*Tiraq.in repet.l.si vnquam,in verb.li.de reuoc.do.* C. In filio quoque naturali ratione studij,vt placuit Senatui, *Arnal. Contadin, in tract.la.bonor posse.in bonor.possessi.vnde liberi. Rebuff vbi sup.* Idipsum fit in fratribus spuriis,nisi adulterini vel incestuosi sint,vel ex alio peiori concubitu,vt placuit etiam curiæ Parisiensi die decimanona mensis Maij,1545. *Papo,vbi supra,aresto.9.*

¶ Ceterum † in istis quoque personis,in quas constitutio Ludouici articu 3.fieri permittit cessionem,oportet totius summæ actionis cessionem fieri,non partis tantum,vt dictum est à Senatu Parisiensi 1543.12.Februarij.Quia eiusdem debiti fieret controuersia coram duobus iudicibus,& distraheretur iudicium cõtra iuris regulas *l.nulli,C.de iudic.ca.ex tenore,de rescri.ap.Gregor. ca.suspendia.eo.tit.in sex.* coram videlicet iudice scholasticorum, & coram iudice alio ordinario. In hac quoque causa,exceptio aduersario permissa est, si dicat cessionem simulatam fuisse, & tantum nomen cessionarij cedendi subseruire, cum nihil reuera cessum sit, quam si elidere velit cessionarius, in contrarium iurare cogetur, aliter lis reiicietur ad iudicem alium, quam cessionarij priuilegiati, vt decretum placito curiæ Parisiens. in comitijs Molinensium 3.Octobris 1550. *Papo, vbi supra, aresto. 8.*

¶ Ceterum † rem litigiosam in scholasticum transferri non posse,duo singularia, quæ in eandem personam vix concurrũt, *l.si singulares,fi.de reb.cred.in fi* iubent.Primum edictum de non alienando iudicij mutandi causa: vnde contrahitur pœna eius quod interest,vt dictum *ex ti.d. alie.iud.mut.caus fact.in fi.* Et C. *l.b.2.ti.55.* Aliud quod vitium litigij est,quo qui rem litigiosam scienter emit vel accipit, priuatur pretio,quod fisco adicitur: & quia alienat,punitur in simplum. At si quis ignoranter emat, pretium recipit, & vltra tertiam partem pretij à fraudulosio vendente,*l.si de lit.gio.fi.li.8.C.tit.36.*

Digitized by Google

12 ¶ Quamobrem † oportet in hoc capite scholasticum, cui cessio rei litigiosæ fieri possit ex iure Gallico, contentum esse foro cedentis, & ibi litigare, impetratis codicillis ab officina æquitatis subrogationis in locum cedētis, quibus vitium litigij in Gallia remittitur, & ita pronunciatum senatusconsulto Parisiens. 13. Octobr. 1531. refert Papo, *li. 12. Rhapsodi. Areſt. tit. 2. areſto 1.* In Gallia namque placuit, quod obseruandum est, res litigiosas libere alienari, & cedi posse exceptis duobus casibus: primus, quando id fit, vt traducatur causa in forum priuilegiatum: alius, si cessio fiat in potentiorem. Et ita statuit curia Parisiensis anno 1548. P. *ap. dict. li. 12. tit. 2. areſto 1.* Notabimus tamen in omnibus cessionibus permissis, easdem exceptiones, quæ competebant contra cedentem, competere contra cessionarium, *Ancharra. conſil. 244. incipi. quia quæſtio. colum. 2. Hippoly de Marſi. ſing. 335. incip. coram.* In forma & modo contrahendi & faciendi nouationem, consideremus nunc iura, secundum quæ fieri debeat, & voluntatem contrahentium, cuius causa dicatur fieri: distinguamus ita iura antiquissima Pandectarum & noua. Ante tempora Pandectarum, si per stipulationem simplicem addebatur, vel detrahebatur priori obligationi, interuentu cuiuslibet nouæ personæ, præsumebatur facta nouatio, *meminit iſtius iuris, l. ſi. Cod. de noua. §. præterea, & ibi gl. quibus mod. toll. obli.* Secundum ea quæ iure Pandectarum obtinuerunt, si de prætoriis stipulationibus quæstio esset, an illis ageretur, vt fieret nouatio, recte fieri placuit ipso iure nouationem: at si non expressum illud, ipso iure quidem non fiebat sed ope exceptionis, *l. Valerianus de prætor. ſtipul.* In conuentionalibus porro stipulationibus eodem iure Pandectarum, si secunda stipulatio contineret plus quam prima præsumebatur nouatio, *l. qui vſumfructum, de verb. oblig. l. ſi pupillus, §. qui autem de noua.* P. contra si minus secunda, quam prima haberet, non enim præsumebatur, *d. l. qui vſumfructum, & §. qui autem.* videlicet si contineret minus re, non si minus tempore: nam eo casu præsumebatur nouatio, non tamen ipso iure, sed ope exceptionis, *l. cum ſtipulatus ſim mihi, & ibi Barto. de verb. oblig.* P. Quod si stipulatio tantundem, quantum prima continebat, & interueniisset noua persona, præsumebatur nouatio nisi expresse conuentum esset, vt essent duo rei, *l. 3. de duob. reis.* P. si vero non interueniebat noua persona, nequaquam præsumebatur nouatio, sed alia stipulatio & obligatio, remanente quoque prima, *l. ſcire debemus, de verbo ſignifica.* Quemadmodum si secunda stipulatio, nec plus, nec minus, quam prior contineret: nisi nominatim de nouatione & peremtione prioris fuisset cautū, *in l. fundum Cornelianum, de noua. in P.* Iure nouo statuit Iustinianus voluntate solum, non lege nouandum, quæ si non verbis exprimatur, sine nouatione causa procedat: etiamsi noua persona accedat, vel in tempore, vel conditione detrahatur, *in l. ſi. de noua. P.* Et ita si nihil actum in secunda stipulatione vel conuentione de nouatione prioris, remanet efficax vtraque obligatio: nisi actum tacite de prioris nouatione in secunda videatur: nam tūc manet quidem prior ipso iure, sed per exceptionē merito tollitur, videlicet in quibus olim diximus tacite præsumtam nouationem, vt si tempus mutetur prioris, *gl. fin. in d. l. de noua. l. 2. de nouat. P. l. pen. de prætor. ſtip. P.* Dummodo sit prioris debiti, & secunda conuentio. Nam si aliud debitum in obligationem deducatur, nouatio non erit sed separata obligatio, *l. ſi non ſortem, 26. §. ſi certum, de condition. indebit.* nisi aliter actum sit inter contrahentes.

13 ¶ Nouatio † voluntaria vt plerumque fit per stipulationem, per quam decedit aliquid, non autem accedit obligationi, *l. ſi Stychum, 8. §. ſi. l. aliam, 29. l. Paulus reſpondit, 30. de nouat. P.* Paulus Castrensis *numer. 5.* & alij *in l. 1. C. de iud.* tradunt & nouationem fieri posse alio modo & per alium contractum, quam per stipulationem, & citra illam, si modo hoc addatur expresse, *notatur in l. ſi mandato meo. §. 1. manda. P.* aliter, si non agatur expresse, minime tacite fieri nouationem, quanquam interueniat noua persona, *l. item illa, §. ſi. de conſtitut. pec. in P.* Quo nomine nouatio illa, ab ea quæ per stipulationem fiebat, differt in qua, vt diximus, & nouatio interdum tacite fieri prioris obligationis censebatur, *l. 2. de nouat. l. qui vſumfructum, de verb. oblig.* Notant & glo. Alexander & Iason, *in l. 1. C. de iud.* per litis contestationem etiam, voluntariam nouationem fieri, quando videlicet volens debitorē meum liberare, litem contestor contra alium: vt necessaria illa sit, quæ litis contestatione fit contra debitorem meum mihi soluere nolentem, ita lite compulsum. ¶ Ceterum, † quia in delegatione debiti, mandatum est, *l. ſi quis delegauerit. 12. de nouat.* P. delegare quis poterit scriptura & nutu, vbi fari non potest suum debitorem, *l. delegare, 17. de noua. P.* & aliis modis, quibus consensus exprimi potest: quia mādati contractus consensu perficitur, *l. 1. mand. in P.*

14

¶ Conuenit † autem propter plura in contractibus obseruasse, num nouatio facta fuerit obligationis. Primum, quia nouatione facta obligationis prioris, illa perimitur, vt supra diximus, *ex l. 1. de noua. P. l. aliam, 29. eod. l. 2. C. eod.* Deinde nouatione legitime facta, voluntaria videlicet, & hypothecæ liberantur & pignus & vsuræ non currunt, P. *aul. l. nouatione, 18. de nouat. P.* nisi contrarium caueatur & excipiatur, *l. vnic. etiam ob chirograph. pecuniam pign. retin. poſſ. li. 8. C. tit. 27. l. nouatione, C. de fideiuſſor.* In necessaria autem durant hypothecæ, pignora & vsuræ, *l. aliam, & l. emt. 17. de nouat. l. 1. C. de iudic.* Hinc fit 3. vt res per nouationē ab obligatione semel liberatæ, rursum à posteriore debitore sine consensu nouo prioris obligari possint, *l. Paulus reſpondit, 30. de nouat. l. item quæritur, §. ſi. locati.* P. Quia actio semel exstincta, nō reuiuiscit, *l. qui res, §. aream, de ſolut. cum ſimil.* Nec amplius potest dirigi actio, aduersus debitorem, qui suum debitorem creditori delegauit, sed aduersus delegatum nouatione facta, *l. 2. C. de noua. l. à te, 32. eod.* P.

16

¶ Notandum † tamen in delegatione, delegatum à debitore frustra conueniri à creditore, nisi ille delegatus constituerit se soluturum nomine suo: & ita nouauerit: quia creditor debitorem debitoris sui conuenire non potest, sine consensu eius debitoris, qui debitori debet, *l. ſi ſoluere, 8. Cod. de nouation.* Nisi in obligatione prima creditori obligauerit omnia bona, aut saltem illud nomen, *l. ſi conuenerit, de pign. actio. de grege, §. 2. de pignor.* vel nisi in causa iudicati, pignoribus, & bonis debitoris principalis solutioni non sufficientibus, perueniendum sit ad nomina eius ordine seruato, *l. à Diuo Pio, §. 1. de re iudic. P. l. 2. quando fiſc. vel priuat. debitor. ſu. conuenir. poſſ. Cod. 4.* facit nouatio, vt si creditor stipulatus fuerit à te pœnam, si ad diem promissam pecunia soluta non fuerit, nouatione facta non committatur stipulatio, *l. ſi creditor, 15. de nouation. in P. 5.* Si mora promissor esset quo minus daret, & rursum creditor stipuletur, desinit nouatione periculum ad promissorem pertinere, quasi mora purgata, *l. ſi Stycum, 8. & l. quoties, 14. §. vnde Marcellus, l. ſi rem aliquam, 31. de noua. P.* dummodo tempore nouationis res superesset; quia censetur tunc oblatio facta, & per eam mora purgata, *Martia. l. qui decem, 72. §. ſi cum mihi, & ſeq. de ſolut. in P.* Imo & de mortuo, post moram nouatio, si actum ita fit, fieri potest, *l. ſi ſeruum, 91. §. ſi. de ver. oblig. li. 45. P. tit. 1.*

De Nouatione per Litis contestationem facta.

Cap. 21.

1 *Nouatio litis contestatione quomodo fiat.*
2 *Actiones plures quando se mutuo impediunt, & tolluntur contestatione.*

NOuatio † quæ fit per litem contestatam, *l. delegare, 11. de nouatio. in P.* potest esse voluntaria, & necessaria, vt supra monuimus, *ex gl. final. l. 1. de iud. C.* Nouatur itaque, vel tollitur hoc modo obligatio vel actio, si res semel in iudicium deducta sit, & vel cum alio actum est, vel ab alio, *l. ſolutionem, 23. de ſolut. in P. l. ſi pro patre, de in rem verſ.* vel alia actione, quam ex priore obligatione. 1

¶ Interdum † pluribus actionibus etiam simul experiri receptum est, vt si ex vno delicto plures nascantur, in quantum vna alia plus continet, *Hermog. in l. cum ex vno, 31, de actio. & oblig.* P. nisi lex vna tantum vti iubeat, *l. quoties ſex 40. de actio.* Ita nunquam in pœnalibus actionibus, de eadem pecunia concurrentibus, alia aliam consumit, *l. nunquam, 59. de act. P.* Nisi in exactione: quia tunc in quantum exigi potest per secundam actionem, ex eodem facto post primam, in tantum dabitur, *l. 1. vi bonorū rapto. P. l. qui ſeruum, & d. l. cum ex vno, de actio.* Et si plura delicta in vna re concurrant, & cum illa plures concurrunt actiones, sed vna tantum vtendum est, *l. plura delicta, 52. de act.* Cum autem ob diuersa negotia, diuersis vtimur actionibus, litis contestatio vnius alteram non tollit, *l. fundum Cornelianum, §. 1. de noua. P.* nec impediunt se in exactione vel petitione, *l. nunquam, de priuat. delict.* Quando etiam ciuilis & criminalis pro re familiari cōpetunt, vna post aliam intentari potest, *l. 1. quando ciuil. act. criminal. præiud. li. 9. C. tit. 31.* Sic electa hypothecaria actione, aduersus debitorem, pignore non sufficiente ad solutionem integri debiti, potest redire creditor ad personalem, vt reliquum consequatur, *l. aduerſus, 10. de actio. lib. 4. C. titu. 10. l. creditor qui non idoneum, de reb. credit. in P. l. ſi pro mutua, C. ſi cert. pet. l. fin. de iure domi. impetran. l. quæſitum de ciſtract. pig. P. cum ſimil.* In his itaque, in quibus variatio est actionum permissa, electio vnius, ad aliam redire, post contestationem, iure regulari non impedit: at in quibus electio facienda de ex pluribus, litis contestatio in vna aliam excludit, tollit & nouat necessario. Si creditor hereditatis, qui obligationem paratamque habet actionem contra heredes testatoris, qui vendiderint hereditatem, experiatur contra emtorem hereditatis, & illi defenderint, tacite facta nouatio videtur, nec agere potest contra heredes, *l. 2. C. de pact. re. l. ſolutione, 23. de ſolut.* P. veluti cum alius pro reo iudicium suscepit, *l. ſi vt certo, 5. §. ſi duobus, & l. alterutro lu commo. li. 13. P. tit. 16.* Quemadmodum etiam cum duo aduersum furem experiri possunt pro vna re, duobus simul commodata: ij enim commodantis duo rei debendi sunt, & si alter conuentus præstiterit, liberabit alterū: atque ambobus quidem competit actio, sed altero agente, alterius

Digitized by Google

rius actio contra furem tollitur, *l. si quis stipulatus, 112. de ver. obli.* Item si quis stipulatus fuerit alternatiue, aut Titium, aut Sempronium, quem voluerim: petito vno, ad alterum actio præcludi-tur.

De Compensationibus.

Cap. 22.

Lib. 16. P. tit. 2. Lib. 4. C. tit. 31.

1 *Compensatio tollit actionem.*
2 *Compensatum quid.*
Diuisio, eod.
3 *& 2. Compensari quæ res possunt.*
4 *Et quæ non.*
5 *Compensatio non fit cum inuito speciei & pecuniæ.*
6 *Quando obyci potest reipublicæ.*
7 *Compensatio non obycitur à depositario creditori: iniuste possessore damnato ex re iudicata: alternatiua promissionis creditori: in criminibus publicis, eod.*
8 *Compensatio quibus, & à quibus obycitur.*
9 *Compensationum faciendæ forma.*
10 *Compensatio vbi, & quando opponi potest.*
Compensatio in Gallia in iudicio non opponitur sine literis regiis, eod.
11 *Compensationes quare inuentæ sunt.*

1 QVemadmodum † superioribus exceptionibus, sic & compensatione vnusquisque creditorem suum, eundemque debitorem petentem submouet, si paratus est creditori compensare, *l. 2. de compens. in P.*

2 ¶Compensatio † est æqualitatis, vel æqualis ponderis retributio, ἀντίσπα: & vt cum Modestino loquar, est debiti & crediti inter se contributio, *l. 1. de compensatio.* Ideoque propter illam æqualitatem dicetur solutio *l. vel permutauit, de liberal. caus. l. debitor. qui potior in pignor. hab. l. amplius. rem rat. hab. P.* duplex, naturalis & ciuilis pro eo quod debet naturaliter, *l. etiam, 7. de compens. P.* vel ciuiliter, vel vtroque iure competens. Item alia est, quæ fit ipso iure, ad impediendum cursum vsurarum: vt si debeo centum aureos cum vsuris, tu mihi quinquaginta sine fœnore, vsque ad concurrentem summam fit compensatio, *l. cum alter alteri, 11. & l. idem iuris, 12. de compens. in P. l. si constat, 4. & l. etiam si. C. eod. tit. l. & in alias, §. in bonæ fidei. & §. pen. de actio.* Vel quando compensatur negligentia cum negligentia, quæ habet per damnum. *Vlpia. l. si ambo, 10. de compen. I.* vt & in delictis priuatis, quæ compensatione pari modo iure ipso tolluntur, *l. vir & vxor, solu. mat. P. Azo. in Summa, de compensat. l. si duo, de dolo.* Alia est, quæ non fit, nisi opponatur.

3 ¶Res † itaque, quæ veniunt in compensationem, erunt quæ ex quacunque ciuili vel naturali obligatione debentur, ex contractu, vel ex maleficio, vel quasi ciuiliter actum sit, *l. si ambo, §. 1. de compens. P. vide quæ dixi supra in dolo c. 13. ca. constitutum, de pœn.* Naturale tamen & ciuile debitum compensari poterunt, si modo exceptione perimi non possint, *l. quacunque, 14. de compensat. P.* videlicet si lex exceptionem peremtoriam nõ tribuat, vt accidit in Macedoniano senatusconsulto, in quo ratio naturalis, ne detur occasio delinquendi, & insidiarum in patrem, perimit exceptione actionem, *l. 1. ad senat. Maced. P.* Naturale autẽ debitum, & compensationem habet: quia solutum non repetitur. *l. naturaliter, de condict. indeb. l. naturales, 9. de act. P. l. fideiusso. §. 2. de fideiuss.* P. etsi peti non possit, *l. frater à fratre, de cond. ind. in P.* In summa in compensationem etiam inuito altero veniunt tãtum quæ debita sunt, *d. l. quacunque, & l. neque scriptura, 16. C. eo. tit.* aliquo iure nobis, pure, sine conditione, vel dilatione diei, ex obligatione pendente, *l. quod in diem, 6. & si cum miles 16. §. 1. de compensatio.* liquida vtrinque, *l. si. C. de compensat.* Quæ pondere, numero aut mensura mensurari possunt, *l. si constat, 4. Cod. eod.* vel in specie generaliter promissa sunt, vt equus, seruus, &c. *gl. in l. si. C. de compensat. l. 1. §. item si cum me, si pars hereditat. pet. l. qui mea militabat, de hered. insti. in P. l. vnum ex familia, §. sed si vno de lega. 2.* ¶Demuntur † à compensatione, primum, vt eius, quod non ei debetur qui conuenitur, sed alij, compensatio fieri non possit, *l. cum, 9. de compens. C. l. pen. eo. tit. in P.* id est, creditor compensare non cogitur, quod alij, quam debitori suo debet: quamuis creditor eius pro eo qui conuenitur ob debitum proprium velit compensare, *l. in rem, 18. §. 2. & l. si cum milit. 16. de compens. P.* Qui tamen cessum habet debitum, & ita procurator in rem suã fit factus, recte obiicit compensationem, *d. l. in rem.* Item fideiussor si sibi debeatur, vel reo principali, *l. si quod, 5. de compens. P.* & socius, si debeatur socio, *l. si duo. ne duob. ren.* & filiusfam. conuentus, si debeat creditor patri suo, & ratum habiturum caueat patrem, *l. si cum filiof. 9. §. 1. de compensa. P.*

4

5 ¶2. Non admittitur altero inuito compensatio debiti quantitatis, cum debito ex altera parte speciei, vel pecuniæ loco speciei debitæ: contra si voluerit vterque, *l. si conuenerit, de pigno. actio. P. l. si ex ea pecunia, de rei vindi. l. si non sortem, §. si centum, de condict. ind. eb.* ¶ 3. Reipublicæ † debitrici, eius debitor obiicere potest compensationem, si nequeex calendario, neque ex vectigalibus. *l. 3. de compensa. C. l. vniuersi. C. de vectigal.* neque ex frumenti vel olei publici pecunia, neque alimentorum, neque eius qui statutis sumtibus seruit, *d. l. 3. & l. 1. C. de compensa.* neq; fideicommissi ciuitatis debitor quis sit, *d. l. 3.* Ob negotium copiarum expeditionis tempore mandatum, curator damnatus pecuniam cum sibi debito non compensat, *l. Papin. l. ob negotium, 20. de compensat. P.* Item emens à fisco pretium debitum, cum sibi debito per fiscum non compensat, quamuis extra fiscum in aliis diuersum verius sit, *l. si ex venditione, 7. C. de compensat.* Neque etiam quod debetur reipublicæ, compensari à debitore potest cum eo, quod administrator, vel curator eius debet debitori nomine proprio, *l. pen. C. de compens.* ¶ 4. Non † habet locum compensatio, nec potest opponi ab eo, qui depositam rem habet debitoris, *l. si. C. de compen. §. in bonæ fidei, de act. l. pen. C. depos. e. si. de deposit. ap. Greg.* propter maximam bonam fidem, quæ deponenti rem reddi iubet, *l. bonæ fides, depositi. 1. §. si prædonibus, eod.* nec depositum cum deposito compẽsatur, sed qui primum deposuit, primus recipiat, *gl. in c. si. de deposit.* ¶ 5. Possessionem alienam per peram occupantibus compensatio datur, *l. si. §. si. de compens. C.* ¶ ex caussa iudicati, debitum solutum non compensatur, *l. 2. C. de compensa.* nisi soluendo, compensatio desideretur, *l. si cõmiliti. §. 1. eo. P.* nam post sententiam in executione, dummodo non sit appellatum, obiicitur, *late docet Felinus, in c. suborta, nu. 2. & 3. de sent. & re ind.* Et debitum quoque litigiosum in compẽsationem venire potest, ne diligentior quisque deterioris conditionis videatur, si ei compensatio denegetur, *Caius l. in compensatione 8. de compensat. P.* Non solet enim deterior conditio eorum fieri, qui litem contestati sunt, quam si non essent, sed plerumque melior, *l. nõ solet, 86. de reg. iur. in P.* Nemo enim persequendo deteriorem caussam, sed meliorem facit, *l. nemo, 87. de reg. iur. P.* ¶ 7. In alternatiue debitis, vt si debeas decem, aut hominem, vtrum aduersarius volet, ita tantum compensatio huius debiti admittitur, si aduersarius palam dixisset, vtrum voluisset, *Scæuola l. si debeas, 22. de compensat. P.* ¶ 8. In criminibus publicis non fit compensatio, *l. 2. §. si publico, & l. si vxor, §. inde, ad legem Iuliam de adulter. in P.*

6

7

8

¶Quod † pertinet ad personas, à quibus, & quibus compensatio fit, vel obiicitur, obligationum & actionum caussa ex qua fit, satis denotant earum qualitatem. Obiicitur autem in summa, & contra priuatos: & contra fiscum debitores, *l. in primatu, 12. & l. si. de noua. P. l. 3. C. eo. tit. l. auferatur, §. qui compensationem, de iur. fisc.* paucis, de quibus antea, exceptis. Item in rem suam procuratori, post litem contestatam, *l. in rem suam, 18. de nouat. P.* & fideiussori, *l. verum, 4. l. si quid, §. eod. tit. P.* & ei, cui datur actio ad repetẽdum sibi debitum, cui multo magis dabitur ad exclusionem debitoris exceptio, *l. inuitus. §. cui damus, de regul. iuris.*

9

¶ Forma, † secundum quam nunc compensatio fit, est vt fiat debiti ad debitum contributio: & ita ex actionis petitione tantum minuatur, quantum simile creditor debet. In reliquum autem, si quid supereſt, is quo cum actum est, condemnetur, *§. compensationes, de act.* omissa doli mali exceptionis formula, per quã olim compensationes opponebantur. *§. in bonæ fidei, de actio. l. fin. C. de compensat.* In hac electio fit à fideiussore conuento, vt vel quod sibi, vel quod reo debetur, compenset, *l. si quid, de compensat. P.* Item qui compensationem obiicit, in quam compensat caussam dicet, si ex pluribus debeat, *l. quod Labeo, eod.* Fit etiam compensatio cum sua caussa veluti, si Titius petat eam quoque pecuniam, quam certo loco promisit in compensationem venire: quod fiet, sed cum sua caussa, id est, vt ratio habeatur quanti tua interfuerit, eo loco quo conuenerit pecuniam dari, *l. pecuniam, 15. eo.*

10

¶Opponi † poterit compensatio & in iudicio, & extra iudicium, & post iudicium. Et si iudex non admittit propositam compensationem, post sententiam potest opponi, *glo. in c. suborta, 21. in verbo, reprobasse, de senten. & re ind. ap. Greg.* nisi eam expresse in sententia reprobauerit, *l. quod in diem, §. 1. de compensa. l. sin autem, §. si quocunque modo, de neg. gest. P.* Ex consuetudine tamẽ Galliæ, compensatio non proponitur, nec proposita admittitur, sine codicillis regiis impetratis ab officina æquitatis, seu cãcellaria, vt decisum arresto Parisiensi 29. Iunij, 1541. *Philipp. Buignon. in legib. abr. gatis.* In patria tamen iuris scripti, frustra precibus impetratur, quod iure communi conceditur, *l. 1. de thesaur. li. 10. C.* ¶Inuentæ † autem sunt, & admissæ compensationes, potissimum ad sopiendos litium circuitus, vt in plerisque aliis obseruatum, *vt in l. cum fundus, 31. §. 1. de reb. credit.* ne fiat per plura, quod fieri potest per pauciora, *l. ampliorem, §. in refutatorio, C. de appellat. l. nullis, 10. de iudic. l. si. C. de donat.* Deinceps æquissimũ est, vt eo iure quis vtatur in alium, quo alium erga se vti desiderat, *l. 1. quod quisque iur. in P. c. 1. dist. 1.* Et eum qui alium sibi soluere desiderat, eidem quoque satisfacere. Item dolo malo postulat sibi dari, quod statim restituturus est, *l. dolo, de dolo. in P. c. dolo facit, de regul. iur. in sex. cum similib. not.* Et Pomponius, *Ideo,* inquit *in l. 3. de compens. P. l. si stipul. esses, in fi. de fideius. in P. nobis compensatio necessaria est, quia interest nostra potius non soluere, quam solutum repetere.*

11

Digitized by Google

DE MVTVO.

LIBER VIGESIMVS SECVNDVS.

De quatuor generalibus contrahendi modis.

Cap. 1.

1 *Quatuor conuentionum omnium habentium συναλλαγμα formulæ.*
2 *Certum quid, & quomodo fiat, & qui contractus re fiant.*
3 *De contractibus verbis initis in genere.*
4 *De formula contractuum, qui literis, & qui consensu celebrantur.*
5 *De contractibus innominatis, & vagis.*

1 OSTQVAM † superiori libro, per genera, conuentionum naturam, obligationem, actionem, & dissolutionem explicauerimus operæpretium est ad singularia cuiusque cõtractus perueniamus, quæ cum superioribus certam & definitam tractationem & formulam exigunt. Itaque omnes contractus, qui συναλλαγμα habent, id est, vltro citroque obligationem, *l. Labeo, §. contractus, de verb. & rerum signi.* ad quatuor formulas, vel quatuor capita, seu species reducuntur: vt vel re, vel verbis, vel literis, vel consensu initi & perfici dicantur, *Paul. in l. 1. §. 1. & Modest. in l. obligamur aut re, de actio.* P. *§. sequens, de obl. ap. Iustin.* Sunt enim hęc quatuor media, res, verba, literæ, consensus, quibus voluntas dominorum contrahentium exprimi & certa reddi potest. Cum res oculis subiicitur vel demonstratur, certa est, *l. cum olim, de verb. sign. 4. de legat. 1. l. si fortidianum, C. de legat. l. si in nomine, C. de testa. l. si in nomine. de verb. obl §. si quis in nomine, de legatis.*

2 ¶ Certum † quoque, cuius quantitas, quæ in obligatione versatur, ostenditur qualis quantaque sit, an suo nomine, aut demõstratione, quæ nominis vice fungitur, *Paul. l. certum, 6. de reb. credit.* P. Est & certum per nomen proprium, quod ad recognoscenda singula impositum est, *l. 1. de muta. nomi. C. tit. 25.* vt nomina appellatiua certa sunt quidem pro determinatione substantiæ, & naturæ speciei, quia rerum naturæ confundi prohibentur, *l. 4. de leg. 1 Plato. in Cratylo.* Incerta autem ratione indiuiduorum, quæ communem habentes substantiam, per propria discernuntur, tanquam per rerum notas, *Cicero. §. de Finibus, & 1. de Inuentione, vbi agit de confirmatione.* Ita certum est, cum apparet quid, quale, quantum: incertum contra, cum istis terminis non distinguuntur, *l. stipulationum quidam, 74. l. vbi autem non apparet, 75. Papinia. l. ita stipulatus, 115. Venuleius, l. qui ex pluribus, 106. Marcellus. in l. triticum, 94. de verb. obl.* P. *Pap. in l. cum post gener à socero, de in. dot. l. 2. §. si quis insulam de eo quod certo loco 1. l. eũ, qui insulam, de iudi.* Quãobrem in his per cõmercia pertractandis, quæ re ipsa certa esse possent, quæ, qualia, quantave essent quæ darentur & transferrentur, placuit & vnum gradum formulæ constitui, eorum contractuum, qui re possent fieri, ne superfluis & non necessariis onerarentur commercia. Superflua enim & perperam posita, à conuentionibus, *in l. fin. C. de dona. 2. de formul. & impetr. act. sub l. 1. C.* & legibus, *l. 1 quib. de nouo C. fac. C. l. 1. & 2. de vete. iure enuclea C. l. 1. de mor. iur. quir. tollen.* expungi oportet. *Huius formulæ censentur, l. 1. §. re contrahitur obl. cum seq. §§. de actio. mutuum,* 3 *indebitum, commodatum, depositum, sequestratio, pignus, hypotheca.* ¶ At † vbi non possunt re ipsa commode definiri negotia conueniẽtium, verbis vtendum est. Ideo & aliæ cõuentiones quæ ex verborum definitionibus perficerentur, inductæ sunt, *l. 1. §. verbis, de actio. l. 1. de verb. obl.* vnde prodierunt stipulationum variæ species, vt suo loco tradetur.

4 ¶ Fuerunt † & ad commodiorem vsum inuentæ obligationes literarum, *§. 1. de liber. obl.* & alia generalis consensus formula: quia, inter præsentes & absentes, contrahi commodius posset: quales conuentiones, *l. 2. actio. §. 1. de oblig. quæ ex cons. nasc.* emtio & venditio, locatio, conductio, emphyteusis, nuptiæ, *l. 2. de ritu nuptia. in* P. *de nuptiarum ritibus, & consensu dictum in personis, de aliis hoc libr.* mandatum. Et hi omnes contractus nominati dicti sunt, veluti proprio nomine distincti.

5 ¶ † Quibus minime sufficientibus alij anonymi additi sunt: qui quatuor generalibus formulis, do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias, *de quib. l. naturalis de præscri. verb.* vagos & dubij nominis, vel generales contractus auctoritate firmant. Ad quos adhuc quasi contractus comprobati adiecti sunt, *de quibus in titu. de obliga. quæ ex quasi contract. nascu. ap. Iustinian.* de quibus ordine, Deo iuuante.

De Mutuo.

Cap. 2.

Insti. lib. 3. tit. 15. Lib. 12. P. tit. 1. de reb. credis. Lib. 4. C. tit. 2.

1 *Mutui etymon, & finitio, & differentia à commodato.*
2 *Quatuor species mutui, ex quatuor modis contrahendi: naturale, ciuile, naturale & ciuile simul, & ex fictione iuris: quid naturale.*
3 *Ciuile stipulatione vallatum, vel literarum obligatio: & de quarta specie.*
4 *Quemodo instrumenta mutui, vbi non est numeratio, intelligenda.*
5 *Consideranda in mutuo, res, personæ, negotia.*
6 *Quæ persona mutuo non dent, non dominus, fur, nec alij: qui nequeũt alienare, filiusfa. seruus, furiosus, &c.*
7 *Administratores resp. an mutuent.*
8 *Quomodo mutuari potest filiusfamilias: & de senatusc. Macedoniano.*
9 *Filiusfamilias non potest renuntiare senatusc. Macedo.*
10 *De lege quina Bonaria.*
11 *In quibus casibus recte filiofamilias mutuatur quis, non obstante Macedoniano.*
12 *Quomodo reconcilietur mutuum.*
13 *Vtilitates dominij ex mutuo translationis.*

SIC † datur, inquit Varro *4. de ling. Lati.* quod redditur mutuũ est, quod Siculi μοῖτον; ita scribit Sophron, μοῖτον ἀντ' ἴσου: & munus quod mutuo animo qui sunt, dant, officij causſa. Et sic Hesychius, μοῖτον, ἀντ' ἴσου παρὰ μίαν Σικελοῖς, ἢ δὲ χάρις μοῖτος. Mutuũ quasi meum, quia mihi reddendum: & tuum, quia eo vtaris: vel, quod de meo tuum fiat dum datur, *§. 1. quib. mo. re contra. obliga. l. 2. §. appellata, de reb. credi. in* P. *l. 1. §. re contrahitur, de act. in* P. Mutuum re contrahitur, *dicta proxime in rub. & in l. certi condictio. 9. §. quoniam igitur, de reb. cred.* P. Mutuum itaque est contractus initus re, & de rebus quæ pondere, numero vel mensura constant, ea lege gratis & libere traditis, vt accipientis fiant, & vt in eadem specie, eadem bonitate & modo aliquando restituantur. In qua finitione verba contractus, & quod re initus, pro genere: reliqua discernunt contractum hunc à reliquis re initis, & pro differentiis sunt. Nam quod gratis fiat, à locatione, quæ cõsensu & mercede interueniente celebratur, *l. 1. loc. 1.* secernitur, & cum eadem res in indiuiduo impleta locatione restituatur. Et in pondere, numero & mensura distinguitur ab aliis modis crediti & debiti, in quibus & sine rei interuentu debitum constituitur, *l. 2. §. creditum, & l. 3. §. 1. de reb. cred.* P. *§. quib. mod. re contrah. obl.* & sine illis definitionibus certitudinis. Porro quod dicimus in eadem specie reddi mutuum, excludit commodatum, quo restituitur in eodem indiuiduo idem corpus. *l. 2. de reb. cred.* P. *§. item, cui res, quib. mo. re contra. obl. l. 1. §. is quoque, in 1. de actio.* P. nec fit res commodata commodantis, quemadmodum mutuum accipientis: quia commodato non transfertur dominium, *l. nemo commod. in* P. Itaque illud proprium mutui est, vt nuda pactione constitui non possit, sed vel re interueniente & tradita, *Aphric. in l. qui negotia, 34. mandat.* P. vel interueniente stipulatione de re tradita, *l. si ex pretio. C. si cert. pet.*

6

¶ Ex † Odofredo, *in l. quamuis. C. si cert. pet.* Paulo Castrensi, 2 *cons. 186. volum. 1. Ioanne* Petro *de Ferrariis in practic. tit. de forma libelli pro act. hypothecaria, in verbo mutuo, & ex causſa mutui, & quot modis mutuum accipiatur. Bal. ad rub. si cert. pet. tradit & Alex. in l. si ita stipulatus, §.* Chrysogonus, *de verb. obl.* P. *Angelo ad tit. quib. mod. re contrah. obl.* & aliis tamen quatuor species mutui colligi possunt, ex quatuor modis quibus contrahi vel constitui dicunt: naturale, ciuile naturale & ciuile simul, & ex fictione iuris. Naturaliter tantum re contrahitur, interueniente cum consensu re cõstanto,

Digitized by Google

stante, aut numero, aut pondere, aut mensura: sine stipulatione de reddendo in eadem quantitate, & qualitate seu bonitate pondere, & numero, & mensura: nam ex natura contractus illa veniunt in restitutionem, *l. cum quid, & l. 2. §. mutui, de reb. cred. in P. l. si quis, nec causſam, coa. §. 1. quib. mod. toll. obl. ga.*

3 ¶ Ciuile † mutuum, quod per stipulationem, quæ ciuilis est, *§. ae constituta. de actio.* cautionem habet de restituendo in eadem bonitate, quantitate & qualitate. Quia, inquit Paulus Castrensis *dicto consil. 186. volum. 1 facit, l. 2. C. si cert. peta.* ex numeratione tunc non nascitur actio, sed ex stipulatione quæ præcesserit eam, vel secuta fuerit *l. si ita §. §. fi. cum l. seq. de novat. P. l. si ita stipulatus §. Chrysogonus, de verb. oblig.* Et numeratio tunc potius implere stipulationem, quam parere actionem videtur: & proinde ab ea non fit denominatio. De Ferrariis *in formula libelli pro actione hypothecaria, in verbo mutuo.* ciuile mutuum esse ait, quod per simplicem tantum oris confessionem contrahitur, puta, cũ dicitur talis confessus fuit se habuisse & recepisse centum mutuo. Et talis modus inquit, contrahendi est in communi stylo & vsu, de quo iura loquuntur in literarum obligatione, *l. 1. & 3. de non num. pecunia. C. §. 1. de litera. obligat. nos de hac literarum obligatione infra, suo loco, Deo fauente late.* Verum hic non agitur vt ex mutuo, sed ex literarum obligatione, *l. 2. ibi: verbis autem credimus, si cert. pet. in P.* Quare hanc tertiam mutui speciem, ex literarum obligatione, constituimus ciuilem, vt superiorem. Quarta autem est naturalis, in qua tamen cooperatur iuris ciuilis
1 fictio: quando per iuris fictionem quippiam mutuo datur, quod fit de meo tuum, perinde ac si naturaliter ita fieret, vt in casibus *leg. singularia, & leg. rogasti, de reb. creditis in Pandectis.*

4 ¶ Ex quibus † vtiliter colligitur, vt si quando tabellio seu notarius, qui mutui instrumentum fecit, in eo scripserit, quod Titius, puta, confessus sit se centum mutuo accepisse, testes autem instrumento subscripti negent pecuniam fuisse numeratam, vel vllam interuenisse, instrumentum ideo falsum non esse: quia instrumentum sit de mutuo ciuili, testes autem testentur de naturali: ideo diuersi ab instrumento, non autem contrarij, *De Ferrariis vbi sup. notan. docto. in l. singularia, de reb. cred. P.* Addit Paulus Castrensis, *dicto consil. 186. numer. §. volum. 1.* ex disputatione Iacobi Buttrigarij, illud verum esse, quamuis in instrumento apponatur verbum, numerauit. Quia verbum illud potest intelligi de ficta numeratione, quæ fit alicuius dati in mutuum. Et ita, si notarius attestetur numerationem factam fuisse, quamuis testes præsentes negent vllam factam, ideo non reprobatur instrumẽtum, tanquam falsum: quia possit intelligi de ficto seu ciuili, non naturali mutuo. Nec probat hoc esse, quod aliquando cõtingit abesse, *l. non hæc, C. vnde cognat. l. neque natales, de probatio.* Ponderanda quoque illa verba, cõfessus est se recepisse, quæ sunt præteriti temporis, vt præsumatur potius præcessisse numerationẽ, quam præsentem fuisse, *l. Aurelius, §. Titii Seio. de liber. lega. P.* Quamuis in contraria sententia sit Bartolus *in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, de verb. obligat. & in l. certi condictio,* ratus verba dubia referenda esse ad tempus instrumenti, quando actus est eius naturæ, vt ea, de quibus meminit, possint interuenire. Putarem autem ego hæc posse facile decidi inspectis & perpensis ad amussim verbis instrumenti, de quo agitur, & ex his quæ gerũtur, num fraus vlla possit ex simulatione numerationis præsumi, vt in locis, in quibus redhibitio gentilitia locum habet, vel de vsuris vetitis quæritur, adhibitis aliis rerum, personarum & gestorum circumstantiis.

5 ¶ Quia † & hæc in mutuo considerari, vt in aliis, decet. Et primo, res pro materia ex qua fit mutuum, quæ idonea erit ad formam suscipiendam: dummodo res sint eiusmodi, quæ in commercio hominum sint, vt in rebus generaliter in conuentionibus considerandis, nouimus, *lib. superiore, c. 4.* Deinceps quę põdere, numero aut mensura mensurari possint. *l. 1. de condict. triti. in P. cum similibus.*

6 ¶ In personis, † à quibus mutuum dari, & quibus mutuari possimus, perpendendum. Nam debent esse qui dant, domini rerum: alioquin mutuum non esset de meo tuum. *l. 2. §. appellata, de rebus cred. l. in nauem Sauferij, 34. loca. P.* sed de alieno, quod nec qui dominus non est, in alium transferre potest. *l. non videtur, 128. & l. nemo plus iuris, 54. l. id quod nostrum, de reg. iur. l. fin. de cond. causſ. dat. in 1. l. si. & tot. tit. de rcb. al. en. non alien. C. l. mater, C. ae res vind.* nisi nomine eius mutuet cuius sunt. *l. certi condictio, §. si nummos meos tuo nomine, de reb. cred. P. l. singularia, & l. 2. §* pe. e. d. P. Quare nec fur, quas furatus est pecunias, mutuo dare potest, *l. nam etsi fur. 12. de reb. cred. P.* Et de communi mutuo dans, non potest constituere mutuum, nisi in sua parte. *l. si socius propriam pecuniam, 16. de rebus credit. dicta l. nam etsi fur, §. final.* siue communes nummos dicas pro indiuiso: siue ratione quantitatis. *Paulus in l. si is cui nummos, 94. de solut. libr. 46. P. titul. 3.* Atque exstantibus pecùniis alienis penes eos, qui acceperunt à non dominis, vindicari à dominis possunt ab eis, daturque pro consumtis vtilis actio, *l. ex facto 53. §. plane si ex re pupilli, de pecul. li. 15. sit. 1.* Et qui alienas pecunias suo nomine dat mutuo, accipientem ex mutuo sibi non obligat, quandiu illæ exstant. quamquam, si consumtæ sunt reconcilietur mutuum, & condictione à numerante repeti possint, *l. si à furioso, & leg. nam etsi fur, §. 1. de reb. cred. l. si à furioso, §. fi. de act.* Et tunc inspicimus, non vnde originem pecunia habuerit, sed quod quis quasi propriam numerauerit pecuniam, *l. non vnde originem, C. si cert. petatur,* tuncque maxime quæritur numeranti actio, si mutuum sit cum stipulatione sibi reddendi contractum, *l. 2. C. si certum peta.* Sic per se, non omnis numeratio mutuũ recte constituit, *l. nõ omnis, de reb. cred. P.* & proinde poterit constitui hæc regula, Vt non nisi qui alienare rem possit, mutuum dare possit suo nomine. Quare nec filiusfamilias nec seruus, nomine suo dare possunt, *l. 2. credatum, vers. in mutui datione, de rebus cred. in P.* & si dent extra causſam peculij, condictio domino vel patri competit. *l. rogasti, §. fi. eod.* Neque seruo, sine voluntate domini, extra peculium solui ex mutuo debitum potest, *l. eius qui in prouincia, si cert. pet. in P.* Dico autem in causſa peculij, mutuam pecuniam à filiofamilias dari posse, vt à seruo qui peculiarem causſam tractat, *d. l. rogasti, §. fin.* dummodo alteri filiofamilias nõ mutuauerit: nam tunc condicere pater poterit: quia non videtur filiofamil. peculij administrationem concessisse, vt perderet, *Paul. in l. si filiusfamil. 4. ad senat. Macedon. lib. 4. P. tit. 6. si ibi Accurs. in verbo crediderit,* aliis autem mutuare posse, non dubito, quia mutuare non est tunc perdere, sicuti in mutuo filiofamilias facto, cuius non est repetitio. *l. 1. ad senat. Macedo. in P.* Non mutuat autem furiosus, etiam paterfamil. *l. si à furioso, de reb. cred. P.* Quia consensu destituitur, *l. in negotiis, & l. furiosi, de reg. iur. P.* quem conuentiones omnes desiderant, *l. 1. §. penult. de pact. P.* & potissimũ numeratio in mutuo exigit, vt eo nomine fiat, alias mutuum nõ sequitur. *l. non omnis, de reb. cred. P.* Furiosus autem non potest dici animum habere desinendi possidere, vt transferrẽ in alium velit, *vt l. si is qui animo, de acquir. possessio.* absentis, & quiescentis, & non intelligentis personam referens, *l. 2. furiosis, de codic. in P. cum simi. ibi à glo. not. in ver. absentis.*

¶ Administratores † Reipublicæ vel rectores Prouinciarum, 7
iure Romano, si temporales sunt, mutuum dare non possunt suo nomine, neque per interpositas, *Mod. l. principal. 33. Paul. l. præsid. prouinciæ, 34. de reb. cred. P. l. 3. C. si cert. pet.* personas: si perpetui sunt, possunt: vel etiam temporales, aliis quam sibi subditis mutuare possunt. Et vtrique, tam temporales, quam perpetui, mutuo accipere possunt, prout negotiis illorum expediet, dummodo commercium inde fœneratoris non exerceant, *dict. leg. præsidis, in §. final. & in leg. eos, Cod. de vsur. & l. quamuis, si cert. pet. C.* turpe enim visum istis hominibus in dignitate constitutis commercia exercere, *l. 3. de commer. & merca. C.* & iniustum rectoribus & administratoribus publicis, cum subditis contrahere, ob metum quem præsumit lex posse illis inferri, *l. non licet, l. qui officij, de contrah. emt. l. 1. de contrac. iud. C. l. 1. si quacunque prædit. potest. & c. C. l. 1. si præses prouinc. vel ad eum pertinentes, & c. C. l. scriniarios, de numera. & actuariis, lib. 12. C.* Idq; præcipue in contractibus magni momenti, & qui quæstus causſa, & qui cum damno maximo contrahentium cum illis, locum habent: non autem in his quæ ad vitæ communis vsum & necessitatem magistratuum & administratorum reipublicæ pertinent, *notat gloss. in l. milites, & in l. fi. C. de loca. facit l. qui stipendia, Cod. de procura. & l. filiusfamilias, §. veterani, eo. tit. in P.* Et in Gallia liberari magistratibus contractus sunt: quia perpetui. Si tamen suspicio sordium est & metus, recte ex qualitate personarum, ad rescissionem contractuum, & vindictam eorum, qui abutuntur officio sub auctoritate regia procedi posse arbitror, imo expedit durius in eos animaduerti, qui prętextu auctoritatis regis subditos deuorant, & eorum res populantur. *l. meminerunt, vnde vi, C. l. 3. §. fi. de eo quod met. causſa, P. l. quemadmodum, §. magistratus, ad l. Aquil. in P. tit. de concussi. P.* Duplex enim in illis crimen, & quod ei cum scribant subditos, & quod auctorem & veluti defensorem obiciant principem, ob cuius maiestatem plurimum illis defertur. Porro administratores ciuitatum & municipiorum, & ipsa municipia, ex mutuo accepto obligantur mutuoq; dare possunt: dummodo ad vtilitatem municipiorum fiat mutuum, eoque modo res eorum contractui subiiciuntur, *l. ciuitas, 17. de reb. cred. in P. l. si is, de pignor. P. l. fin. de vendend. reb. ciuita. lib. 11. C.*

¶ Filiisfamilias † autẽ mutuare nemo regulariter potest, prohibente senatusconsulto Macedoniano quod etiam inhibet repetitionem, aduersus factum sui iuris: visaque est pecuniæ datio pernitiosa petentibus, occasioque delinquendi, qua filiusfamilias ante tempus patrios inquireret in annos, vt posset ab hoc mutuo citius se expedire. *l. 1. ad senatusconsul. Macedon. libr. 14. P. tit. 6.* Soluisque hic contractus mutui cum filiofamilias ne fiat, prohibitus, ceteris fere omnibus cum eodem permissis. *l. 4. §. is autem solus, ad senatusconsul. Macedo. P. §. illud proprie, quod cum eo qui in aliena. potest. & c.* Senatusconsultum hoc latum tempore Vespasiani, refert Suetonius *in Vespasia. cap. 11.* Quod quidem eam mutui speciem tantum improbasse videtur, quæ in pecunia sit filiofamil. non autem alterius rei. *l. sed si Iulianus ait, §. mutui dationem, ad Macedo. P.* nisi aliæ res in fraudem eius, pro pecunia, vel vnde pecunia conflari possit, quæ in mutuum venirẽt, datæ essent. *l. §. mutui dationem, & l. quia quod vulgo, eo. titul.* Sic placuit senatui Parisiensi, irritas esse venditiones mercatorum, quibus

Digitized by Google

filiisfamilias merces sine consensu patrum: vel minoribus, sine auctoritate tutorum vel curatorum vendunt, & eos obligant, vt certo præscripto tempore soluant, nempe quod istæ simulatæ venditiones mutuo proximiores sint: ideo vetauit mercium fieri illis mutuum, imminente & statuta in pœnam merciũ amissione. Cautum autem id vigilia natiuitatis dominicæ 152. *Papo, li. 11. Arresto. tit. 4. arresto 1. & 2.*

9 ¶ Porrigit † Philippus Cæsar senatusconsulto ad nepotes & pronepotes, *l. filius tuus, 6. ad Macedonian. lib. 4. C. tit. 28.* vt nec patri teneatur de peculio, nec filiusfamilias possit huic senatusconsulto renuntiare: quia non tam in eius fauorem, quantum in odium creditorum latum est, *glo. in l. fi. ad SC. Macedo.* Vnde alia ratione, quam qua mulieri permissum sit Velleiano in sui tantum fauorem lato renuntiare, *in l. fi. §. pen. ad senatus. Velleia. l. fi. & authen. matri. quan. mul. offic. tutoru fungi pot. C.* hæc facultas filiofamilias adimitur, nec vlla dignitas filiumfamilias ab hac eximit exceptione, *l. 1. §. 1. ad Maced. P.* imo & transit in heredem filiifamilias, & heredem patris, vt eam opponere tuto creditori possint, *leg. sed Iulianus. 9. §. quanquam autem, ad Macedon. in P.*

10 ¶ Plautus † *in Pseudolo*, meminit cuiusdam legis, quam qui nauicenariam nominat, quæ non sinit pecuniam à danista mutuo adolescentibus dari. Sic enim loquitur apud eum adolescens: Perij, an non tum lex me perdidit quinauicenaria, metuũt credere omnes. Cornelius Tacitus Annal. libro vndecimo, legem latam à Claudio Cæsare similem SC. Macedoniano notat, dũ ait de eo: *Et lege lata fauitiam creditorum coercuit, ne in mortem parentum pecunias filiisfamilias fœnori darent.* Narrat Plutarchus *in Peric.* Xantippum filium Periclis, patris nomine argentum accepisse ab vno eius amicis, quo repetente, tantum abfuit, vt pater solueret, vt eo etiam nomine creditori iudicium dictaret, &, vt opinor, quasi filio corrupto, *l. eos, C. de fur. l. si quis, & l. 12. ad legem Fauiam de plagiar. li. 9. C. tit. 20. l. si liberum 10. quod cum eo qui alien. potest. est neg. gest. est. dic. li. 4. C. tit. 26.* sicuti qui à filiofamilias, vel seruo sciens prudensque emit, se furti obligare videtur. *l. fi. C. ad Maced.*

11 ¶ Excipiuntur † tamen casus, in quibus mutuum factum filiofamilias valet, nec locum habet senatusconsultum. Primus si filiusfamilias miles sit, *l. 1. §. fi. ad Maced.* P. vel si castrense peculiũ habeat, *l. 3. de castren. si pecul. l. fi. §. fi. ad Macedonia.* C. videlicet vsque ad quantitatem peculij: in quo pro patrefamilias habetur, *l. sed & Iulianus, 9. §. quod dicitur ad Maced. P. l. Macedonian. C. eod.* Secundus si studiorum causa, filiofamilias mutua moderata pecunia detur, *l. 1. & 2. C. ad Maced.* Tertius si filiusfamilias se patremfamilias esse, mutuum accipiendo, mentitus sit, *l. auxilium. de min. 2. & 3. si min. se mai. dix. C. l. 2. ad senat. Velleia. in* P. iura enim deceptis, non decipientibus subueniunt, *l. 2. C. ad Macedo. l. patremfamilias, eo. P.* Quartus si is publice pro patrefam. haberetur, *l. 1. C. de testamen. l. Barbatius, de offi. præsid.* communis enim error, ius facit, *l. 2. & 4. ad Maced. C.* Quintus si voluntate patris contraxit, *d. l. 2. ad Maced. C. l. sed Iulianus, 9. eod. P.* Sextus si pro negotiis patris accepit, *d. l. 2. C. ad Maced.* Septimus si maior, & sui iuris factus, vel nouarit, vel alio modo agnouerit debitum, *l. 3. C. ad Macedonia.* Item octauus tunc senatusconsultum locum habet, si tunc obligatio, cum mutuum datur, nascitur: non autẽ, quando aliud debitum à filiofamilias in mutuum conuersum est, veluti quod ex pretio emtionis deberet *l. fi. ad Macedonia. C.* Nonus si & mutuum filiofamilias factum pater ratum habeat: reconciliatur enim mutuum, *l. 2. §. appellata. de reb. cred.* P. Ex superioribus, ex re, & exper sonis, forma mutui & negotiũ quod geritur apparebit num sit secundum leges & regulas mutui, & si non sit, quemadmodum ad formam reduci possit, hoc est, vt loquar cum interpretibus, quomodo reconciliari possit. Deficit à formula mutuum, si res non sit idonea, *l. 1. P. §. pen. de pac.* puta, quia alieni numi numerantur, ratione personæ, si illa non consentiat. *§. nunc admonendi, quibus alien. licet, vel non.* si à furioso, *l. si à furioso, in fi.* pupillove fiet, *l. rogasti. in fi. l. filiusfamilias, ad Macedon.* si filiofamilias detur, vt ante diximus. At in mutuum, quod inutiliter datum est, postea venit, seu illud reconciliatur, id est, fit mutuum quod non erat. pluribus modis, veluti primo: si consumatur ab accipiente mutuata pecunia aliena, *l. si alieni numi, 78. de solut. in* P. consumta porro dicitur, vel cum expensa est, vel cum aliis mixta. *l. vnic. de vsucap. transfert. C. §. 1. de vsura.* Secundo vsucapione, si non consumta pecunia, triennio fuerit penes accipientem, *l. 3. de vsucap. in* P. quia & per vsucapionem transfertur dominium, *l. Proculus, de iure do.* Eodemque modo reconciliantur, seu vires capiunt dos, *l. indebiti, §. sed etsi numi, de condit. indeb.* indebitum, *l. si alienam, de donat. caus. mort.* donatio causa mortis, *l. si furti C. de pign. l. quamuis, si cert. pet. C.* Tertio vires recipit mutuum inutile, per stipulationem quæ fit ab eo qui dat alienos nummos & sibi reddi stipulatur, *l. à Titio, de fur. in* P. Quarto ex repudiatione iuris eius, qui impedire mutuum potest, vires accipit. Vt ecce, te instituto herede, testator mihi legauit pecuniam quam habebat in arca, huius pecuniæ à morte testatoris in me transit dominium. Si tu mutuo des interim illam pecuniam mutuum non est, vtpote rei alienæ, meæ videlicet: si tamen repudiem legatum, cum ad te pertineat, conualescit mutuum & retrotrahitur, vt censeatur tua fuisse pecunia cum eam numerasti, *l. omnia 7. & l. proinde, de reb. cred. P.*

¶ Idipsum † quinto considera in conditionis euentu: vt si mutuas pecuniam sub ea conditione, si nauis ex Asia venerit, pendente conditione quidem mutuum non est, & repeti solutum potest, & pendet, at si conditio aduenerit, vires accipit, *dict. l. omnia, & l. seq. de reb. cred.* Reconciliatur & sexto, tempore, vt post biennium in literarum obligatione, *l. in contractibus, de nõ numer. pecun. C.* Septimo debiti agnitione, vt si tibi sub spe numerationis literis significauerim: me fateri in centum tibi esse obligatũ, si quamuis non acceperim, postea agnouerim debitum, & incipiam illud exsoluere, reconciliatur debitum, *l. cum fidem 9. de nõ numer. pecun.* & cessat exceptio non numeratæ pecuniæ. *Odofredus in l. quamuis, C. si certum pet. a. facit l. 1. §. 1. & l. sæpe 9. de pollicita. P.* nam qui indebitum scienter soluit, donare videtur, *l. Campanus, de operis lib.* Et filiusfamilias paterfamil. sui iuris factus, qui mutuum dum esset filiusfam. factum agnouit, & partem soluit, obiicere non potest senatusconsultum Macedonian. *l. item si filiusfamilias 9. ad senatusconsul. Macedon.* P. Et pro parte, nemo voluntatem approbans eandem, & ex eadem causa reprobare potest, *exem. in leg. 1. de acquir. heredit. l. 1. Cod. de fideiuss. l. parentibus, de inofficio. testamen. §. non autem de hered. & falcid.* Octauo reconciliatur inficiatione propriæ scripturæ, qua mutuum continetur, *authent. contra qui propriam. Cod. de non numerat. pecunia.*

¶ Vtilitas † vna singularis, ex illa translatione dominij, quæ fit rerum mutuo datarum in accipiente, est vt in eum qui rogauit periculum rei tanquam in dominum transeat, & possit et cõdici, *l. rogasti, & Vlpianus, l. si quis nec causam 4. & l. certi cõdictio. §. fi. de rebus credi. in* P. *§. item is cui, quibus modis re contrah. obligatio.* quo pertinet illa regula, incendium æris alieni non liberare debitorem, *l. incendium. si certum peta.* C. quod de alio quoque casu fortuito quam incendij intelligi par est. *§. item is qui res, quibus mod. toll. obl. l. 1. §. is quoque, cui. de actiõ. P.* Quia species vel genus id est, quod debetur in specie vel quantitate, vel genere, perire nõ potest, *l. in ratione. in 2. §. diligenter, ad l. Falcid. P.* Porro in hac specie contractus, in mutuo videlicet, cauendum est, ne quis sub prætextu beneficij accepti lædatur, cum interfit nostra beneficio decipi, sed iuuari, *l. in commodato, §. sicut commoda. P.* Videtur enim mutuum proximum esse donationi & munificentiæ, & pietati. Quod à Deo iussum etiam est iis qui alioquin parũ proximorum egenorum miserentur, multis abundantes. Si vnus, inquit Moses, *Deuter. 15.* ex fratribus qui morantur intra portas ciuitatis tuæ, in terra quam Dominus Deus daturus est tibi, ad paupertatem venerit, non obturabis cor tuum, nec contrahes manum, sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum quo egere eum perspexeris. Et rursum Deus ipse, *Matth. 5.* qui petit à te, da ei, & volenti mutuari à te, ne auertaris. Lege antiqua, quam renouauit Iulius Cæsar consul, statutum, ne quis in auro vel argento possideret plus pecuniæ quam sexaginta sestertia, vt indigentibus aliis mutuo darent, *Dion Cassius, libr. 41. histor. Roma.*

De Fœnore seu de Vsurario mutuo, & de Vsuris.

Cap. 3.

Lib. 22. P. tit. 1. Lib. 4. C. tit. 32.
Lib. 5. Decretal. tit. 19. Lib. 5. Sex. tit. 5. Lib. 4. Clem. tit. 6.
De nauticis vsuris, in auth. coll. 8. tit. 6.
De nautico fœnore. Lib. 21. P. tit. 2. Lib. 4. C. tit. 33. Nouella 110. & 130.

1 *Mutui & fœnoris differentia.*
Fœnerare quid. eod.
2 *Vsura quid.*
3 *Vsus causa, & vsura triplex.*
4 *Vsuræ propter moram licitæ.*
5 *Vsurarum finitio.*
Diuisio. eod.
6.7.8.9.10. *& sequent. Vsura omni iure prohibita, diuino & humano.*
6 *Lepores superfœtant.*
Vsura mordet, edit facultates, trucidat. eod.
7 *Fœnerandi vsus non est diutinus.*
8 *Pecunia pecuniam naturæ parere non potest.*
9 *Vsuras mutuum natura respuit.*
10 *Vsuræ diuino iure prohibitæ.*
Vsura & mentalis à Deo prohibita. eod.
11 *Vsuræ prohibitæ iure pontificio.*
12 *Conciliis sacris.*
Et pœnæ vsurariorum. eod.

Concilia

Digitized by Google

Concilia Elibertinum, Nicenum, Lateranense.
12 *Lugdunense, quando fuerunt prohibita.*
13 *Vsurarij manifesti qui dicantur, & quomodo tales esse probentur.*
14 *Vsurarium contractum quæ arguant.*
15 *Vsuræ lege Indorum, Platonis, Oxei, Chiorum, Byzantiorum, Cæsaris, prohibitæ. Tributum ex vsuris. eod.*
16 *Vsuræ Gallico iure prohibitæ cum pœna.*
Vsuræ nundinales Gallicæ. eod.
17 *Fœneratores magis, quam fures puniti.*
18 *Fœnerandi licentia omnino prohibita, & quando alias coercita.*
19 *Vsuræ iure ciuile Romano scripto prohibitæ.*
20 *Vsuræ permissæ, nec tamen ideo approbatæ.*
21 *Vsurarum permissio considerat res, personas, taxationem.*
Vsuræ ex quibus capi possunt. eod.
22 *Fœnerari quæ personæ possint.*
23 *Iudæi vsuras non debent accipere à Christianis.*
24 *Vsuræ permissas taxatio legitima facit.*
25 *Vsuræ ex nudo pacto non debentur.*
26 *Vsurarum solutio non probat illas esse debitas.*
Vsurarum amissa solutio arguit remissionem. eod.
27 *Vsuræ in sortem conuerti nequeunt.*
28. & 31. & 44. *Vsuræ centesimæ quæ.*
29 *Vsuræ apud Romanos menstruæ & singulis mensibus solutæ, Calendarium quid, & quare, eod.*
30 *Calendæ quare primi dies mensium dicuntur.*
Luna noua olim initium mensis faciebat Romanis, eod.
31 *Vsura assalis, & libra.*
32 *As quid, & in quot vncias vel partes diuidatur.*
33 *Vnciales vsuræ quæ.*
Vsuræ vnciales. eod.
34 *Sextantes.*
35 *Quadrantes.*
36 *Trientales.*
37 *Quincuncs.*
38 *Semisses.*
39 *Septunces.*
40 *Bessis.*
41 *Doarantes.*
42 *Dextantes.*
43 *Deunces.*
36 *Vsuras trientales exercuerunt Antonius Alexander, Seuerus, &c.*
37 *Pensio legitima fundi, quæ intra viginti annos æquat valorem fundi.*
44. & 46, *Traiectitiæ & nauticæ vsuræ.*
45 *Vsuræ maiores, minores, mediæ quæ.*
46 *Vsuræ centesimæ quibus permissæ fuerunt.*
47 *Vsura nautica, traiectitia marina quid.*
Periculum pecuniæ traiectitiæ ad quem pertineat. eodem.
49 *Nautica vsura duplex.*
Eteroplon & ampheteroplon quid. eod.
47. & 48. *Vsuræ nauticæ improbatæ.*
49 *Nicephorus Orientis Imperator Christianis inimicus.*
50 *Centesimæ vsuræ lex renouata sæpe.*
In quibus casibus permissæ. eod.
51 *Periculum suscipere matris temerarium.*

1 MVtuum † proprie sine vsuris est, at fœnus cum vsuris est: vt notauit Philippus Beroaldus, *in 1. Apulei de Asino aureo.* ex Plautino amatore dicente, *Apud Plautum, in Asinaria.* Nam si mutuo non potero, certum est summam fœnore. Sic etiam distinguere videtur Cicero, *de amicit.* vt enim, inquit, benefici liberalesque sumus, non vt exigamus gratiam: neque enim beneficium fœneramur, sed natura propensi ad beneficium sumus. Et Terentius in Phormione, fœneratum isthuc hoc beneficium tibi pulcre dices. Et aliquando fœnerare est idem, quod mutuo dare: vt apud Plinium, *lib. 2. cap. 6.* Sol fœnerat lumen suum ceteris sideribus. Apud Græcos eadem fere obseruatio: nam vt notat Vlpianus apud Demosthenem *in commentar. ad orationem Demost. de falsa legat.* τὸ δὲ δανίζεσθαι δοκεῖ δεῖσθαί τινος εἶναι, ἐπειδὴ δίκαιόν ἐστι τὸν δανίζοντα μηδὲν ἐξ ἀρχῆς, χρησάμενον δὲ ὁτουοῦν, τὸ ἴσον ἀπολαμβάνειν τοῖς δανείσασι, id est, ad verbum δανίζεσθαι, id est, fœnore petebant, contumeliosum esse videtur. Cum vsura male audiret, initio quidem eius rei commonefecit, sed commodo verbo, τὸ ἔχρησεν, mutuarant vitæ offensionem.

2 ¶ Vsura † dicitur quicquid præter sortem principalé ob eãdem capitur, siue pecunia sit, siue gratia, siue aliud quidquid. *can. fin. 14. q. 3. can. putant, eod.* Vsura dicitur ratione vsus, vsus ipse, apud Latinitatis emendationis auctores: & sæpe pro commodo, quod ex vsu accipitur, *Varro. 4. de ling. Latin. circa finem.* vt & hic nunc accipietur: & pro fœnore pecuniæ, vel pro eo quod ratione vsus pecuniæ accedit. Accedit autem domino pecuniæ præter pecuniam, & eius occasione: vel lucrum sine damno: vel ratione damni, quod sentit & patitur ex vsu quem alius habet suæ pecuniæ vel rei: vel in pœnam, quod alius pecuniam suam, vel res suas se inuito retinet, vel se nolente vsum rerum suarum habet, *vt in l. 1. §. 1. de vsur. leg. qui negotia 34. manda. P.*

¶ Hinc † capita tria vsurarum diuersæ naturæ colliguntur: 3
primum caput prohibitas vel odiosas habet vsuras, quando sine damno lucrum ex vsu, quem alius habet suæ pecuniæ, cõsequitur. Aliud caput pertinet ad id quod interest, quando quis propter vsum rerum suarum quem alius habet, damnum consequitur, vel lucrum amittit, & pro eius reparatione aliquid consequitur ex illo vsu, & istud constituitur inter vsuras licitas, vt docuimus in capite de eo quod interest, libro superiori. Tertium caput vsuras ad moram pertinentes, licitas quoque tractat, quando inuitis dominis interpellatus, vel morosus alio modo, rerum vsum detinet.

¶ Et eo † pertinet parœmia, vsuras non propter lucrum pe- 4
tentium, sed propter moram non soluentium infligi, *l. cum quidam, §. si pupillo, de vsur. in P.* Et idoo venire istæ dicuntur ex natura quorundam contractuum, *l. videamus, de vsur. P.* licite que exiguntur, in pœnam contumaciæ, & vsurpationis rerum alienarum, contra iuris præceptum, ius suum cuique tribuendum. Et de istis, & de mora iam proprio capite superiori quoque libro diximus.

¶ Et superest, vt dicamus de vsuris quæ ratione tantum v- 5
sus penduntur, sine damno. Illæ igitur vsuræ sunt, lucrum emergens sine damno. *glo. in l. 1. de senten. quæ pro eo quod inter. C.* ex vsu pecuniæ mutuo datæ mutuanti accedens. Lucrum dicitur, deducto omni damno, & damnum deducto omni lucro, *leg. Mutius, pro socio, P.* Dicuntur autem vel terrestres, vel nauticæ, *Budæus, lib. 1. de asse. & ex sequentibus apparebit, & titul. de vsuris, & de nautico fœnore.*

¶ Has vsuras † in summa, omnia iura diuina & humana, & 6
boni mores reprobarunt, ad maius autem malum euitandum, aliquatenus permiserunt: idque per ea quæ dicemus manifestum erit. Naturale ius ratioque naturalis, rerumque, nempe pecuniarum & contractus mutui natura, primum illas abhorrent & respuunt, & quale malum sit vsura, ipsa seipsam, veluti sorex, indicio suo demonstrat seipsamque condẽnat. Et apud Hebræos נשך morsus neschec dicitur, corrodit enim & viuos deuorat debitores: vnde Alphonsus Hispaniarum rex fœneratores laborcs mortalium depascentes, harpyias dicebat, *Anton. Panorm. lib. 4. de dictis & factis Alphons. cap. 16. hoc ipsum, & Plutar. libr. non esse fœnerand.* & fœnus ipsum quasi funus animæ, *Anton. Panor. libr. 3. de dict. & fact. Alphons. c. 34.* D. Ambrosius vsuram ab vsu dictam ait, quod vt vestes vsu, ita vsuris patrimonia scindantur, *libr. 4. de Tobia, c. 13.* D. Basilius in Psalm. 14. ideo Græcis vsuram τόκον, dici ait, quod supra fœcunditatem leporum, quos dicunt simul & vno tempore gignere, & superfœtare agnoscendo, etiam vsura nondum data, alteram gignat, & alteram ex altera, vsque ad infinitum: & inde dolores, vt parturientis, inferre debitoribus. Vocat hoc iniquitatem absolute Dauid, & pro magno beneficio concedendo à Deo populo commemorat, quod ex vsuris & iniquitate eruet animas eorum, *Psalm. 71.* Pleraque autem adfert quæ ad dolos & iniquitatem pertinent fœnerantium D. Ambrosius, quæ apud eundem legito, & de miseriis debitorum, *lib. de Tobia, c. 4. & 6. & de miseriis debitorum, lib. c. 7. & 8.* & apud Plutarchum proprio libro, *lib. non esse fœnerandum.* Nec improprie Cicero fœnore trucidari dixit, dum scribit *pro Cælio*, Parcat iuuẽtus pudicitiæ suæ ne spoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, nec incurrat in alterius domũ atque famã. Demosthenes, ὁ δανειζόμενος ῥᾴδιος ὅλῃ τοῖς μεγάλοις πολλάκις κίνδυνος ὑπορθοῦντος χείρων ὑστέρῳ ἢ τῶν ἀρχαίων ἀτιμίαν, id est, qui facile pecuniam magno fœnore sumunt, illi paulisper locupletati, post etiã patrimoniis euertuntur, *Demosth. 1. Olynthiaca.* Plato reddens rationem, cur democratia transit in potẽtum dominatum, & contra, cum plures sint mutationis causſæ, eas non dicit, sed vnam solũ, quod prodigaliter viuentes vsuris cõfecti, pauperes efficiuntur, *Aristot. 5. Polit. ca. fin.* Aristophanes *in Nebulis*, vsurã etiam describit pro fera, τοῦτο δ' ἐσθ' ὁ τόκος τί ἐστιν, id est, nihil aliud vsura est, quam fera quædam. Paria putat D. Ambrosius gladio in hostes sæuire, & vsuras extorquere, & quos occidere licet iis tantũ fœnus extorquendum. *c. fi. 14. q. 4.*

¶ Sequitur † & plerumque eadem pœna & damnum fœnerato- 7
res, quibus debitores suos diuexarunt. Et vix vsus ipsius pecuniæ fœnerandi diutinus, vix continuus, sed sterilis est: quo subsecuto, intercidente sæpe pecunia ad minimum minorum, vel aliorum patrimonia deducuntur, *l. lex quæ tutores, de administ. tut. C.* ¶ Sed † pro monstro est, vt pecunia quę sterilis per se, 8
& sine vsufructu est, & ciuili & naturali ratione, *l. 2. in prin. & §. 1. de vsufr. earum rer. quæ vsu consum. §. constituitur, de vsufruct.* contra naturã generet, & proferat vtilitatem, & fœtũ domino mutuanti, vt ait Plutarchus, *lib. de vitanda vsura*, siquidem fœnus dicimus, quasi fœtum & partum, *Gellius lib. 12. c. 16.* vt Græci τόκον, cum tamẽ vsura quam ex pecunia percipimus, in fructu non sit, *l. vsura, l. 121. de verb. sign.* Pecunia inuenta, non ad pariendum, sed ad pretium æstimationemque faciendam, *leg. 1. de contrah. emt. P. c. eiiciens 88. distinct.* ¶ Aduersatur † & tertio naturæ mu- 9
tui vsura in eo quod mutuum adiuuandos egentes maxime inductum sit & ex humanitatis officio, quo interest hominis ho-

Digitized by Google

minem affici beneficio, *l. seruus ea lege, de seruis exportand. P.*, ob cognationem quę natura inter omnes homines est, *l. 3. de iust. & iur. P.* At nihil magis aduersatur officio pietatis & amici, quam merces, *l. 1. manda. P.* Natura item & formula contractus mutui est, vt nec minus, nec plus quam datum est restituatur, & in eodem numero, pondere, & mensura, & in eadē bonitate, & quantitate, *l. certi condictio, de reb. cred. §. 1. quib. mod. re contrahit. obligat.* Nec in eo caueri posset, vt si decem dem, vndecim vel amplius reddantur: vel si cautum sit, non erunt in obligatione plura quam decem & quatenus tantum datum est, *in l. rogasti, & l. si tibi, dedero, de reb. cred. P. l. si tibi decem millia. de pact. in P.* Proinde cum contra substantiā contractus adiecta varient & contractum ipsum, *l. cum precario, de precar. in P. leg. vbi ita donatur, de donatione caussa mor. in P.* non erunt admittendę vsurę in mutuo contra eius naturam, quamdiu voluerimus mutuum dici, alioquin degenerabit in locationem, quæ ratione mercedis vsum rei concedit, *l. 1. loc.*

10 ¶ Iure † diuino prohibitas esse vsuras, manifeste docetur ex lege antiqui & noui sacrosancti Testamenti: si pecuniā, inquit Deus, dederis populo meo, pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes, *Exod. c. 22.* & iterum non fœnerabis fratri tuo ad vsuram, *Deut. c. 23.* Et Dauid ait, non ingredīrum tabernaculum Dei, qui pecuniam ad vsuram dederit, *Psalm. 14.* Apud Ezechielem iustus dicitur victurus, & non moriturus in æternum, & is quoque qui ad vsuram non commodauerit, nec amplius acceperit quam datum, *Ezech. c. 18.* erit. Iubet Dominus noster Iesus Christus, mutuum dare, & nihil non solum accipere, sed nec sperare, *D. Luc. c. 6.* Vnde & mentalis vsura, videlicet mutuare ea mente, vt plus inde speremus, quemadmodum realis prohibita est, *can. consuluit, de vsufr. gloss. & Panorm. in c. cum in tua, de vsur.*

11 ¶ Iure † pontificio prohibitas esse iura expressa docēt, *in ca. 1. c. consuluit, ca. super, eod. ca. debitores, de vsur.* & inibi hæreticus declaratur, qui dixerit licitum esse exigere vsuras, *Clemen. 1. de vsur.* damnationisque æternæ pœna indicta exigentibus, *c. 1. de vsur. in sext. Clem. 1 §. si. eod. tit. ap. Clem.* Et vt remoueantur à promotione ad sacros ordines sancitum, *ca. de Petro 47. distinct.* vt que iam promoti expellantur à clero & vsuras reddant, *ca. qui accipit, & c. si quis oblitus, 14. q. 4. ca. si qua, 47. dist.*

12 ¶ Translatæ & in iuris pontificii corpus prohibitiones & pœnæ sacrorum conciliorum, vt ex concilio Apostolorum, presbyter exigens vsuras, si non resipiscat, deponitur, *ca. episcopus 47. distinct.* vt quod concilio Elibertino celebrato sub Constantino Magno, circa annum Domini 336. sub Iulio summo pontifice coactis in Hispania nouem & decem Episcopis, *Isidor. 1. parte consil.* sancitum est, clericum qui vsuras acciperet exauctorandum, *ca. si quis clericorum, 47. distinct.* Prohibitæ item synodo Trullana, *in vno Trulla. cap.* 10. quæ sexta dicitur: in generali Nicena prima, *synod. cap. 17.* cui interfuerunt 318. Episcopi contra Arrianam sectam maxime coacti, circa annum Domini nostri Iesu Christi, trecentesimo vigesimo octauo, secundum historiam Tripartitam, *lib. 1. cap. 8.* & Ruffinum, *lib. 1. cap. 6.* secundum alios anno trecentesimo vigesimo quarto, vel anno tricentesimo vigesimo sexto, vt scribit Nicephorus Calistensis, *libr. 8. historiæ ecclesiasticæ cap. 14.* sub Constantino Magno, & Syluestro summo pontifice. Item circa annum Domini 1570. sub Alexandro Senensi eius nominis summo pontifice concilium Lateranense submouit à communione sacrosanctæ eucharistiæ, & à sepultura ecclesiastica vsurarios publicos ni satisfacerent, *ca. 3. de vsur. ca. quia in omnibus eod.* quod confirmatum est Concilio Lugdunensi, *cap. 1. & 2. de vsur. in sext.* coacto anno Domini 1373. teste Paulo Æmylio lib. 7. Ex canonibus Nicephori confessoris, vsuram accipientibus non sunt elargienda sacramenta, neq; cum perseuerantibus in illis cibus sumendus, *libr. 2. iuris Orientalis, in caussa Nicephori confessor.*

13 ¶ Quæ †pœnæ de manifestis vsurariis intelligi debent: tales autem sunt, qui diffamati ea de re sunt, & contra quos certa exstant argumenta, *c. cum in tua diuersi, de vsur.* Testium porro hic non sufficit probatio dicentium aliquem esse vsurarium, quia vsuras illi soluerint, *Fridericus de Senis consi. 61.* quia deponunt in caussa propria, *leg. omnibus. C. de restit.* vtpote quibus vsuræ restituendæ essent acceptæ, & vltra, vt participibus sceleris, nec eis creditur, *cap. 1. de confess. l. fin. C. qui accusa. poss. ca. veniens, & ca. per vestras, de testibus, Ludouic. Roman. singu. 355. Bald. l. diffamatis. C. de testam.*

14 ¶ Tria autem †arguūt contractum emtionis fictum & vsurarium, vilitas pretii fama qua quis vsurarius dicatur, & quod pactum adiectum sit, ne liceat venditori redhibere venditum, nisi post certum tempus, *ca. ad nostram, de emtio.* Hæc autem concurrere debent. Ne sola consuetudo fœnerandi sufficit ad probandum contractum fœneratitium, quamuis semel malus, præsumatur semper talis in eodē mali genere, *l. Cassius, de senator. in P. l. si cui crimen, §. iisdem, de accus. P.* nā & fœneratores aliquando legitime contrahunt, & ita Boerius tradit *decisio.* 102. Nec sola pretii vilitas probat, quia contrahentibus licet in pretio se circumuenire, *l. in caussa 2. §. idem Pomponius, de minori. P.* facit tamen præsumtionem: fictionis contractus, vilitas pretii, *§. 1. ver. quis enim dubitat, qua l. feud. olim alien poss. in vsibus feud. l. si quis dixerit, loca. in P.* Adfert Fridericus & alias vsurarum probationes ex confessionibus & libris rationum haberi posse, *Fridericus de Senis consi. 8.* quāuis difficillimū omnium, vt ait Isocrates *Oratio 5. in Trapezita*, cum talib. aduersariis habere negotiū, etenim commercia quæ fiunt cum mensariis, citra testes fiunt, vnde quibus ab istis impositum sit, necesse est imminere periculum.

¶ Moribus† & iure ciuitatum, seu ciuili nationum, vsuræ quo 15
que improbatæ fuerunt, sicuti Indi pecunias suas ad vsuras non locant, nec accipiunt, *Ælianus lib. 4. de var. histor. cap. 1.* Platonis est lex, Nemini liceat fœnerari: liceatque, si quis in fœnus acceperit, nec vsuras, nec sortem reddere, *Plato 5. de legib.* Lex Oxei legislatoris. ne cuiquam super aliqua fundi parte fœnerari liceret *Aristoteles libr. 6. Polit. cap. 4.* Chii, vt vsuras coercerent, ex mutuo pollicitis vsuris tributum acceperunt. Et Byzantii, cum nodnulli incolarum fœnerari essent super possessiones suas, statuerunt, vt quicunque debiti tertiam partem ferre vellet libere possessionem suam haberet, *Aristoteles libro secundo Oeconomicorum.* Refert Suetonius Tranquillus Iulii Cæsaris legem, qua statuit de pecuniis mutuis, deiecta tabularum nouarum exspectatione, quæ cerebro mouebatur, vt debitores creditoribus satisfacerent, per æstimationem possessionum, quā ti quisque ante ciuile bellum comparassent, deducta summa æris alieni, si quid vsuræ nomine numeratum aut perscriptum fuisset: qua conditione fere quarta pars debiti deperibat, *Suet. Tranquill. in Iulio Cæsar. c. 42.*

¶ Apud † nos prohibitæ vsuræ ab optimis principibus, Phi- 16
lippo Pulcro, *in constitutione Philippi Pulcri publicata anno Domini* 1311. & Ludouico Duodecimo, *in constitutione Ludouici Duodecimi, publicata anno* 1312. *articul. 64. 65. 66.* quorum postremus delatoribus vsurariorum pollicetur tertiam partem multarum imponendarum reis. Ex eadem constitutione Philippi statutum quoque, ne quis in communibus vsuris exigat vltra vnum denarium Turonensem in hebdomada, vltra quatuor denarios in mense, vltra quatuor solidos Turonenses in anno, pro libra Turonensi. In nundinis vero Campaniæ, vbi pro nundinarum, vt putatur, faciliori commercio, mutuo datur pecunia, vel aliæ res, in dilationem singularum nundinarum, vt pro singulis nundinis, quæ sex in anno sunt, pro eo, quod interest mercatorum dentur quinquaginta tantum solidi Turonenses, pro centum libris. Vnde consurgunt singulis annis ratione sex nundinarum quindecim libræ pro centum Turonensibus.

¶ Apud Romanos † legibus maiorum magis inuisi fœnera- 17
tores ipsis furibus: nam furem dupli, fœneratorem quadrupli condemnabant, vt testis Marcus Cato, *in principio de re rustica*, nempe, vt furem manifestum, *§. præterea, de obl. quæ ex delicto nasc. §. ex maleficiis, de action. cum simil.* & perfrictæ frontis & impudentem.

¶ Lælius † Genutius Tribunus plebis rogationem etiam tu- 18
lit ad populum, ne fœnerari liceret, *Liuius in 7.* Et inclinatis in concordiam animis noui consules fœnebrem quoque rem, quæ distinere vnanimes videbatur, leuare aggressi, solutionem æris alieni in publicam curam verterunt. *Idem Liuius libro septimo.* Meminit quoque alibi Liuius *in 5. belli Macedon.* solutionem fœneris, quam vocat fœneralia, in vrbe aliquando factam publice. In tali, inquit, fœnore obruebantur debitores: cuius coercendi cum ratio quæreretur, diem finiri placuit fœneralia, quæ proxima fuissent, vt qui post eam diem socij ciuibus Romanis credidissent pecunias, profiterentur, & ex ea die, pecuniæ creditæ, quibus debitor, creditori ius redderetur. Cornelius Tacitus, *libro quinto, annal.* refert, primum lege duodecim Tabularum cautum, ne quis amplius vnciario fœnore fœnus exerceret, cum antea ex libidine locupletum ageretur: dehinc fuisse hoc ipsum ad semiunciam redactum: postea & vetitam omnino versuram, multisque plebiscitis obuiam itum. Iure hoc Romanorum ciuili scripto prohibitas quoque existimo vsuras potissimum nouissimo. Nam † Cæsares postremi & ipse Iusti- 19
nianus eandem fidem Christianam amplectuntur, qualem & summi pontifices, *leg. prima, de summa Trinitate, & fid. Cathol. C.* & Christiani reliqui sequūtur, ad ecclesiasticas synodos, potissimum Nicenam primam, *leg. nos reddentes, de summa Trinitate, C. §. primo, de ecclesiastic. tit. in auth.* & alia generalia concilia, quibus diximus prohiberi vsuras.

¶ Ceterum † in omni iure inuenimus, & aliquando vsu- 20
ras permissas in certis rebus, & caussis, & personis, & modis negotiandi. Non tamen idcirco approbatas dicere oportet, sicuti Deus ob duram ceruicem Iudæorum illis permisit repudium, sed non probauit, *D. Matth. cap. 19. & Marc. 10. Deut. 24.* Tanta enim hominum est improbitas, vt omnino à nomothera tam bene emendari vel purgari non possit, vt scoriæ aliquid perpetuo non remaneat: aut, si omnino tollere velit, in peius vitium non degeneret: in quo discrimine peius malum euitandum est & fugiendum, *ca.*

quod

Digitized by Google

quod Dauid 22.q.4.c.si aliquid,cum 2.seq.eo. cap. duo.& c.seq.13.dist. Hoc modo in vsuris,si vetantur omnino, facit diuitum pessima auaritia & crudelitas seu immisericordia, vt malint potius arca nummos rubigini committere,quam iuuare gratis indigentes:vel si mutuent gratis,ita truculenter repetunt, vt omni inquietudine debitores infestent.Proinde & modus quidam fœnerandi permissus propter peruicaciam creditorum, & ad iuuandam inopiam debitorum. ¶ Consideramus†itaque in vsurarum permissione,res,personas,& taxationem. 21 Res in quibus permitti dicuntur vsuræ,comprehenduntur his versibus :

Feuda,si ei iussor,pro dote,stipendia cleri,
Venditio,fructus,cui velles sure nocere.
Vendens sub dubio,pretium post tempora solutus,
Pœna,nec in fraudem,lex commissoria,gratis
Dans,socij,pompa,plus sorte modo datur istis.

¶ Quæ omnia latè explicantur & probantur à glossa, & Henrico Bohic,in ca. conquestus, de vsuris, Ioanne Fabro, *in Breuiar.ti.de vsur.* Angelo de Clauasio,*in summa in verb.vsur.* Baldo, Fulgosio,& Iasone,*in leg.prima,de summa Trinitat.* C. Hostiensi, *in summa de vsu, §. in aliquo casu, & in ca. cum contrab.de pignor.* Chassaneo,*in §.23.des droits appartenans aux gens mariez. in consuet.Burgund.* Isti tamen casus non propriè pertinent ad mutuũ, & ideo neque ad vsuram illam illicitam pecuniæ ex mutuo, sed vel ad iustam negotiationem rationemque eius quod interest,vel ad pœnam,seu ad moram plectendam debitorum, alio modo quam ex mutuo.Cui autem negotiationi,& quatenus permissæ vsuræ,postea paulo Deo fauente intelliges, in taxatione, vbi & de rebus & personis plura.In personis distinctio iure diuino,in permissione fœnerandi facta,vt lege antiqua liceret extraneis ad vsuram dare:proximis seu illis qui eiusdem populi essent non licetet.

22 ¶ Non†fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam,nec fruges, nec quantumlibet aliam rem, sed alieno:fratri autem tuo, absque vsura,id quo indiget commodabis. *Deut.c.23.* Alienum intelligi volunt interpretes,hostem fidei,vt ab eo liceat fœnus accipere, quem liceat occidere,*c.fin.14.quæst.4.* Et ideo non esse permittendum Iudæis à Christianis vsuras exigere,*Panor. in ca. post miserabile,per illum text. & Hosti.in ca.salubriter,de vsur.* tradunt rectè interpretes,cum & illis dictum sit,fœnerabis popu-
23 lis multis & ipse à nullo fœnus accipies, *Deut.c.28.* ¶ Num†autem summus pontifex possit dispensare,vt à Iudæis accipiatur vsuræ in aliqua ciuitate,disputat in vtramque sententiam Alexander Immola,*in nouissimo tomo consilio. consil.1.* & tandem concludit, posse:quia vix quærendum sit de peccato mortali inter Iudæos,qui iam condemnati sunt.Mihi suspecta est ista sententia & pugnantia mihi videtur,velle amicitiæ & humanitatis beneficium mutui in Iudæos concedere, & postea hoc prætextu velle bona illorum,vt ab hostibus exercere:cum potius Iudæi, qui inter Christianos conuersantur, inde possint legem nostram improbare potius,quam ad fidem suscipiendam impelli. Quamobrem existimo vel omnino à cœtu Christianorum explodendos,vt in Gallia,vel si aliqua ex caussa ferantur,bono exẽplo legis Christianæ instruẽdos,vt videant opera nostra bona,& ne simus illis scandalo Facit auaritia,cæca cupido,iniustũ lucrum,quod in re,quæ fructum non generat, in pecunia videlicet,fructum quærat & lucrum,vt non minus reprehensibilis videatur qui à Iudæo ea mente capit,quam is qui ab alio : quia vsura vetita nõ nascitur ex persona,sed ex re.Improbat quoque Diuus Augustinus cogitationem eorum qui dicunt, multi sunt Christiani diuites, auari, cupidi,non habeo peccatum si suum illis abstulero, & pauperibus dedero:vnde enim illi nihil boni agunt mercedem habere potero. Quia, inquit,hæc cogitatio diaboli calliditate suggeritur. Nam si totum tribuat pauperibus quod abstulerat,addit potius peccatum quam minuat, *ta. fortealiquis,14 q.5.*

24 ¶ Taxatio† vsuratum, seu æstimatio,vel definitio legis, eas licitas facit, & eas tantum exigi posse responsum est, quæ intra fines legitimos continentur,alias nequaquam,*l. placuit, de vsur. P.* Et si supra definitam quantitatem vel retentæ, vel solutæ sunt,in sortem seu debitum principale,quatenus excedunt,imputuntur. Et si sors quoque soluta fit,in quantum excedunt,repetantur, *l.si non sortem,de condictione indeb.* constituitque lex cũ definitione quantitatis,pro quibus,& quando deberentur,semper,quantum consequi potuit,eas finibus angustissimis concludens. Veluti,ne illæ ex nudo pacto peti possent,nisi stipulatione quoque promissæ essent, *l.3. & l. pignoribus ,Cod. de vsur. l.Titius.de præscript.verb.* Cuius ratio est, quod accessio hæc vsurarum sit ciuilis, non naturalis : nec natura prouenit, vt ait Papinianus,sed iure percipitur,propter periculum etiã, quando periculo dantis pecunia fœneratur. *in leg.si nauis, 62. de rei vindic.P.*

¶ Paulus tamen † excipit ciuitatum debita,quibus & ex nudo
25 pacto vsuras præstandas voluit,*l. etiam ex nudo,30. de vsur. in P.* item Iustinianus argentariorum *§. quia vero, & seq. constit. nouell.136.* Quamobrem si creditor ex re sibi pro mutuo oppigne rata percipiat fructus, vel prouentus aliquos, suos nõ facit, si vsuræ nõ sunt illi legitimæ debitæ per stipulationẽ, vel legis, vel iudicis definitione,sed vel restituere,vel in sortẽ imputare tenetur.*c.1.& 2. & c.conquestus, de vsur.ap. Greg.ca.ad nostram,de iureiur.l.1. de distra.pig.C.l.1.& 2.de pign.actio.* Imo iure pontificio statutum, debitores se non posse obligare ad soluendas vsuras:& si quando iuramento se præstaturos firmauerint, teneh tur quidem soluere se à iuramento, & præstare,verum statim compelluntur creditores restituere,& remittere iuramentum, *cap. 1. & cap. debitores, de iureiuran.* neque valet iuramentum debitorum:quod non possint repetere solutas vsuras,*ca. ad nostram,in 2. de iureiur.*

¶ Alia † lex vsuris restringendis imposita, vt propter earum 26
solutionem præteritam,non censeantur debitæ,nisi doceatur,*l. creditor, C. de vsur.* & contra vt lapsu temporis non solutæ,remissæ censeantur,*l.cum quidam,§.1. de vsur.in P.l.qui semisses,eo. tit.* Et ante Iulium Cæsarem tribuni plebis creditoribus, modum rei fœnebri posuerant,*Dion.Cassius, lib.41.histor.* Prohibitum etiam, ne fœnus non solutam in sortem conuertatur, hoc est,ne ex vsuris debitis vsuræ capiantur,ac si pro sorte deberentur.*in l.fin.C.de vsur.rei iudica. & in l.fin.C. de vsur.l.si non sortẽ, §. supra duplum,de condi.inde.*

¶ Vetitumque† anatocismum esse mulcta indicta, & ne fœ- 27
nus in sortem transferretur,vt scribit Appianus Alexandrinus, *lib.1. bell.ciuilium.* Notauit aliquos Augustus,quod pecunias leuioribus vsuris mutuari grauiori fœnore collocassent.*Sueton.in Octauio cap. 39.* Et infames hoc fœnus improbum exercentes iure ciuili esse constat,*l.improbum 26.ex quibus caus.infam. irrog. C. lib.2.tit.12.* Ceterum pro vsurarum definitione & distinctione facili methodo intelligenda, proponimus supremas in iure vsuras,ad quas minores referuntur,centesimas dici.

¶ Centesimæ† vsuræ non sunt, vt existimant vulgares inter 28
pretes, quæ æquent sortem intra annum,& vt dicunt,quando centum pro centum singulis annis creditor lucratur, *vt sentit Accurs.in l. si non sortem,§.supra duplum,in verbo,duplum,de condit. indeb.* nusquam enim iura tam exsecrabiles vsuras permiserunt: sed centesimæ sunt,quæ intra centum mẽses æquant debitum, videlicet,quando ex centum denariis duodecim singulis annis penduntur,vt obseruarunt Budęus.*lib.1.de Asse.* Hermolaus Barbarus, Ægidius Dosanus *libr.de Asse.* Alciatus. *libr.2. Parer. ca.* 23. Molinæus. *de vsur.* Centesimæ itaque habent rationem temporis quo æquabant sortem, videlicet mensium, non quantitatis.

¶ Soliti † enim erant antiqui singulis mensibus vsuras exige- 29
re,& rationes cum debitoribus inire:idque docet nomen:quo rationum libri,seu nominum,& debitorum breuiatia nominabantur,quippe quæ appellatione Calendarij,*l. pen. de reb.cred. P.l.nepoti 6.de fundo instruct.* dicebantur, indicat Horatius, dum ait,*Sermo 1.Satyr.3.*

Odisti,& fugis,vt Drusonem debitor æris.
Qui nisi cum tristes misero venere Calendæ,
Mercedem,aut nummos vnde extricat amarat:
Postrecto iugulo historias,captiuus vt audit.

Et rursum,*Horat. lib.Epod.ode.2.*

Hæc vbi locutus,fœnerator Alphius,de Alphio fœneratore meminit
quoque Columella,lib.1.de re rust.cap.7.
Iamiam futurus rusticus,
Omnem relegit idibus pecuniam,
Quærit Calendis ponere.

¶ Calendæ†dicebantur singuli dies primi mensium, eoque 30
quod ab initio statuit,vt Græci, & Hebræi, Romulus mensem quemlibet à noua Luna incipiendum:quo & factum,vt alii aliis fuerint longiores,prout tardius vel citius Luna appareret:vocabatur autem populus initio eius apparitionis à minore pontifice,& à rege sacrificulo in curiam Calabrã,vt quot dies superessent vsque ad nonas,quibus venire debebant in vrbem rustici ad feriarum caussas cognoscendas,significarent.Et inde à καλῶ,quod est voco,Calendæ, vt notat Macrobius,*libr. 1. Saturn. cap.15.* Quare cum menstruata esset vsura,quod qui tabulas cõficerent menstruas pene rationes in eas transferrent, vt ait Cicero,*pro Q.Rabir.* solebant Calendarum diem exsecrati debitores,quod indicat & Plutarchus cum ait in libro, non esse fœnerandum,διὰ μισηρίαν τῶν καλανδῶν ἢ τὰς νουμηνίας, διὸ ἐφορκίζουσι μᾶλλον, ὑποχρέους ποιοῦντες ἀπαγορεύειν ἢ τίκτειν,id est, Insuper & Calendarum aut neomeniæ recordaberis, qui dies etsi sacratissimi exsistant,nefasti tamẽ & exsecrandi ab vsurariis redduntur. Nam pignora ipsis præstita nec Iupiter ipse saluare possit.Paulus Iurisconsultus in formula stipulationis vsuratum, etiam idipsum docet in hæc verba. Lucius Titius scripsi me accepisse à Publio Meuio quindecim mutua numerata mihi de domo sua: & hæc quindecim proba rectè dari Calendis futuris, stipulatus est P.Meuius,spopondi ego Lucius Titius,&c. *in l. lecta 40. de reb.cred.in P.* Est & alia apud eundem, Lucius Titius ita cauit, Accepi & habeo in locum depositionis ea quæ præscripta sunt, argenti denaria decem millia,& omnia faciam,& conuenio, & confessus sum,vt præscriptum est:& nonceſſi tibi tribuere vsuram vniuscuiusque summæ vno quoque mense obolos qua-

Digitized by Google

tuor, vsque ad redditionem totius argẽti, *Papinianus in lege Publia Maria. 26. §. Lucius. depositi. libr. 16. P. titul. 3.* Erat & alia formula deducendi vsuras in stipulationem, in singulos dies, id est, vt certa vsura pro singulis diebus penderetur, quæ tamen legitimam non excederet taxationem & definitionem, *vt in leg. nihil interest, 4. §. quod in singulos, de naut. fenor. in P.*

31 ¶ In centesimis † itaque vsuris erit calculus, vt ex centum partibus, duodecim singulis annis pendantur, vel singulis mensibus vna pars, vt inter a centum menses æqualis sit præstatio vsurarum sorti, id est, debito: sortem enim debitum vocat Papinianus, *leg. vxoris. vsufructu bonorum 24. de vsufruct. lega.* & alij. Vocare possumus hanc maximam vsuram, *au denier douze.* in qua pro sorte decem librarum Turonensium, vnaquaque existente viginti solidorum, & solido duodecim denariorum vsuræ centesimæ singulis annis sunt sedecim solidorum Thuronensium, & octo denariorum: & pro centum libris Turonensibus, vsura centesimæ duodecim lib. Turonens. quæ intra octo annos & menses 4. æquat sortem.

32 ¶ Volo autem † istam centesimam vsuram assem nuncupare, totum quippiam & summum inter vsuras legitimas, vt ratione istius assis centesimæ alias explicem. Martialis ideo recte centesimam libram vocauit, dum ait, *libr. 11. Epigrammat. epist. 106.*

Mittebas libram, quadrantem Gaurice mittis.
Saltem semissem Gaurice solue mihi.

¶ Porro prænoto, id totum quod assis nomine effertur in vncias 12. posse diuidi, siue in duodecim partes: quorum nomina sunt propria ab vncia & semuncia, vsque ad assem. Vncia, est duodecima pars assis: sextans, duæ vnciæ, quæ faciunt sextam partem assis: quadrans quarta pars assis, tres vnciæ, quia quater tria 12. faciunt: triens, quatuor vnciæ, quæ conficiunt tertiam assis partem: nam ter quatuor conflant 12. Quincunx, est quinta pars assis, quinque vnciæ semis, sexuncia media assis pars: septunx, septem vnciæ: bes, octo: dodrans, nouem, dextans, decem: deunx, vndecim: as duodecim. *§. hereditas, de hereditat. instituen. apud Iustinian. l. seruum meum, § fin. eod. tit. in P.*

33 ¶ Ergo † dicamus primum vnciales vsuras esse, quando vna vncia, seu vna pars centesimæ ex duodecim tantum soluitur, quando videlicet pro centum singulis annis, tantum vna pars ex centum soluitur, & æquatur sors tantum intra centum annos, vt si pro centum denariis vnus vsuræ nomine annuatim soluatur. Ita intelligitur Cornelius Tacitus, *libr. 15. annal.* facili negocio, dum ait lege duodecima Tabularum cautum, Ne quis amplius vnciario fœnore vsuram exerceret, cum antea ex libidine locupletum ageretur: dehinc fuisse hoc ipsum ad semiunciam redactum: postea omnino vetitam ver-
34 suram, multisque senatusconsultis obuiam itum vsuris. ¶ Sextantes † dicuntur vsuræ, dum sexta pars centesimæ penditur annuatim, seu duæ vnciæ centesimæ: ita æquant hæ sortem
35 intra quinquaginta annos. ¶ Quadrantes † vsuræ, quando tres partes vel vnciæ centesimæ soluuntur annuatim: & æquant sortem intra triginta & tres annos, ac quatuor menses, id est, intra 400. menses, quartæ videlicet centesimæ, *de hac fit mentio in authent. hoc ius porrectum, de sacros. eccles.*

36 ¶ Trientales, † quando quatuor vnciæ, id est, quarta pars centesimæ præstatur annuatim, *de illis meminit, l. tutor qui repertorium 8. §. quæ sint, vers. sed etsi, de administrat. tutor. P. leg. 3. §. final. ad leg. Falcid. P.* æquant sortem viginti quinque annis, dicta hæc vsura & tertiæ centesimæ, *l. cum quidam, §. fi. de vsur. P. l. eos, C. eod.* In istis erat terminus virorum illustrium fœnerantium, vt ampliores non possent accipere ex mutuo, *l. eos. §. super vsurarium, vers. quantitate, de vsur. C.* Atque hoc trientarium fœnus exercuit Antoninus Cæsar, vt patrimonio suo plures adiuuaret, vt scribit Iulius Capitolinus, *in Antonio.* Item & Alexander Seuerus, ita tamen vt plerisque sine vsuris pecunias dederit, *Lampridius in vita Alexandr. Seueri.* Hicque Imperator vsuras fœneratorum contraxit ad trientes, & simul pensiones, pauperibus consulens: senatoresque si fœnerarentur, primum vsuras accipere vetuit: nisi si quid numeris caussa acciperet, postea tamen iussit vt semisses acciperent, munera tamen quia sæpe excedebant, sustulit. *idem Lampridius, eod.* Iustinianus, pro dote promissa & non soluta, post biennium tertiam centesimę vsuram deberi statuit, *Iustinianus in l. fin. §. fin. C. de iure dot.* Prohibitum tamen aliquando his qui gerunt officium temporale & administrationem reipublicæ, inter sibi subditos fœnerari vllo modo, *leg 3. C. si certum pet. l principalibus. eod. in P.* Cum ex spoliis victoriæ Octauiani contra Cleopatram & Antonium plurimum Auri Romam delatum esset, fœnus quod ante denario pendebatur, ad trientem tum recidit. *Dion. Cassius lib. 51. histor.*

37 ¶ Quincunces † vsuræ habent quintam tantum partem centesimæ, æquantes sortem viginti annis, *de quibus in l. tutor, qui repertorium, §. quæ sint, vers. sed etsi, de administr. tuto. l. alimenta, §. Basilicæ, de alimen. lega.* Ideo dici possunt, *au denier vingt:* quæ hodie solent viduis adiudicari ob dotem non solutam, post annum à morte maritorum, *Papo. lib. 15. Chapso. Arest. tit. 4. arest. 1.* Quia & legitima censetur pensio rei, vel pro fundo, ea quæ intra viginti annos æquat sortem seu valorem rei pro qua fit pensio, *§. si vero alicuius, de non alienan. reb. eccles. sin auth.*

¶ Semisses † dicuntur vsuræ, dum sexta pars centesimæ soluitur, *de quibus fit mentio in l qui semisses. 13. l. cum quidam 17. de vsur. P. l. Titius 26. de præscript. ver.* P æquantque sortem 16. annis, 8. mensibus: dictaque interdum hæc vsuræ species, media centesimæ, *l. fin. de fisc. vsur. libr. 10. C.* Istæ semisses erant supremæ in communibus vsuris, nec vltra hunc limitem transcendebant: quare & semisses vsuræ ciuiles dicuntur à Plinio: commune iis qui in egestariis negotiabantur, *d. l. eos, §. super vsurarum, vers. vero, C. de vsur.* 38

¶ Vsuræ † septunces, quando septem vnciæ centesimæ penduntur, quæ æquant sortem 14. annis, id est, mensibus, 171. ½. 39

¶ Besses, † quando 8. vnciæ centesimæ soluuntur, quæ æquant sorte duodecim annis ⅔. vel 150. menses, quas iuste negotiantibus extra nauticum fœnus excedere non licebat, *§. quia vero. in Nouell. consi. 136.* nec argentariis. *Suidas in verb. ἐπιτόκιον τόκος.* Suidas hanc vsuram ἐπιτόκιον τόκον, vsuram octauam dicit, cum sortis octaua pars fœneratori datur. Veluti, in quaternis drachmis quatuor oboli. drachma enim sinos valet obolos, vt idé postea etiam notat S. *id. in verb. ἐπιτόκια.* 40

¶ Dodrantes † vel dodrantales vsuræ, dum nouem vnciæ vel partes centesimæ soluuntur, quæ æquant sortem, vndecim annis & ¼. & istæ dicuntur minores nauticæ, seu minores traiectitiæ. 41

¶ Dextantes, † dum decem partes centesimæ soluuntur, & quantque sortem decem annis, seu 120. mensibus, mediæ nauticæ, traiectitiæ. Deunces, dum vndecim partes centesimę soluuntur, quæ sortem nouem annis primo mense $\frac{1}{11}$. videlicet. 109. mens. $\frac{1}{11}$. æquant. Centesimæ postremo, prout diximus, quæ intra centum menses æquant sortem, videlicet annis 8. & mens. 4. *S. domus Apollinaris, lib. 4. epist. 24. beluster ita ei constituit tempus, lustrum autem erat 4. annor.* 42 43

¶ Quę † supremæ sunt nauticæ & traiectitiæ: de qua statuit Iustinianus, vt in traiectitiis contractibus vel specierum fœnorationibus vsque ad centesimam tantum liceat stipulari, nec eam excedere, quamnis veteribus legibus hoc esset concessum: ceteros autem homines dimidium tantum centesimæ posse stipulari, *l. eos 26. §. super vsurarum, vers. in traiectitus, & sequ. C. de vsuris.* ¶ Et † ex istis colligimus tres species vsurarum, summarum, minorum, & inferiorum, *colligitur & ex l. fin. de vsu. rei iudica. libr. 7. C. titul. 52.* Prima species illustrium, quarum summæ trientes, mediæ quadrantes & sextantes, inferiores semiunciales & vnciariæ 2. species communium negotiatorum, quarum summę Besses, *sic Iustinianus dicit besses centesimæ, summas argentariorum, & mensariorum, in §. quia vero constitutio. Nouell. 136.* mediæ semisses inferiores quincunces tres species traiectitiarum & nauticarum, quarum summę centesimæ, media: deunces & dextantes inferiores dodrantales. Sed & maximæ, & minores vsuræ, secundum etiam mores & consuetudinem locorum, *l. 1 de vsur. in P.* & habita ratione negotiorum intelligendæ sunt, neque nomen maximarum vsurarum semper ad centesimam referendum est, vt plerique falso interpretantur, *vt glo. in l. 1. de vsur. pupil. C. vt in l. qui sine vsuris 40. de negot. gestis & leg. non existimas 51. de admin. tutel. in P.* Quare cum Triphoninus respondit tutorem qui pupilli pecunias clam accepit, condemnari ad maximas vsuras, *proxime citatis legibus*, id explico, vt non ad centesimas, quia illæ ad nauticam & pecuniam traiectitiam pertinent, nec ad communes, sed ad eas maximas reneatur, quas quis ex pecuniis pupillaribus negociando, vel fœnerando consequi potuisset, perpendendo mores diuersos regionum, *iuxta l. tutor, §. si post depositionem, & §. quæ sunt, & seqn. §§. de administrat. tut. P.* Sic enim etiam iubetur iudicibus in definitione vsurarum, morem & consuetudinem regionum sequi, dummodo quantitas diffinitionem legis non excedat, *Paul. in l. Aphricanus, alias apud Iul. l. 40. §. in vsurarum, ae lega 1. & l. 1. de vsur. in P.* 44 45

¶ † Centesimæ vsurę graues certe vsæ sunt antiquis, vt eas nisi certis permiserint negotiis, idque potissimum ratione periculi quod in se creditor suscipiebat transuectionis speciei, vel pecuniarum: nam aliter prohibitæ, *l. eos §. ceterum, de vsur. C.* Et traiectitia pecunia, quę periculo creditoris datur, tamdiu libera est ab obseruatione communium vsurarum, quamdiu nauis ad portum non appulerit, *l. nihil interest 4. de nautico fœnore. in P.* 46

¶ Maritimas † vsuras, *l. 1. C. de naut. fœn.* & nauticas dicimus, & traiectitias. Traiectitia pecunia est, quæ trans mare vehitur, *l. fœnerator 6. de nauti. fenor. P. nouella. 130. §. 1.* Ceterum si eodem loco consumatur, non erit traiectitia pro traiectitia pecunia, & merces sunt pecunia data comparatæ & transuehendæ *l. 1. de nauti. fœn. P.* Verum obseruamus non sufficere pro exigendis centesimis vsuris cautum esse, vt res, vel pecunia tali loco trasferrentur, vel redderentur, nisi adiectum sit quoque, vt periculo cre- 47

Digitized by Google

lo creditoris transferrentur *d.l.1.§.f. de naut. fen.* id que merito. Nam qui suscipit in se periculum pecuniæ trajiciendæ, si ea casu aliquo pereat, antequam ad destinatum locum perducatur, perit ei, non debitori, *l.2. de naut. fen.* nisi debitoris culpa vel facto pereat, *l.3. C. eod.* contra autem, si non suscipiat in se periculum mutuatæ & transuehendæ, quia perit debitori, *virumque probat l.fin. C. de naut. fen. 4. & l. periculi §. eod. P. l. si navi, 82. de rei vind. P. postremam. in l. incendium, si cert. pet. C. §. 2. quibus mod. re contr. obl.* Quare non debentur vsuræ istæ, nisi à tempore periculi suscepti, videlicet navigationis, ex quo finita suspitione periculi desinunt deberi centesimæ & id creditorem periculi pertinere incipit, *l.3. de naut. fen.* & tantum communes petuntur, *l.2. C. eod. tit. idem in 16. lege Rhodia Græc.* Omnem rationem & causam maritimarum vsuratum inuenies explicatam apud Iustinianum in nouella 130. vbi & inter ceteras rationes cur ita magnæ essent, illæ duæ comprehenduntur, quod telonea seu vectigalia navigantibus soluenda essent, & in eo, ratione eius quod interest, probarentur, si nunc ex transactione pecuniæ vectigalia debeantur: item propter periculum fortuitorum casuum. Quæ tamen excusatio non placet Pontificii iuris decretis. Sic enim Gregorius nonus rescripsit, naviganti vel eunti ad nundinas certâ mutuans pecuniæ quantitatem, eo quod recipit in se periculum, receptutus aliquid vltra sortem, vsurarius est censendus, *in c. fin. de vsur. ap. Greg.* Quibus verbis illæ vsuræ scelestissimæ argentariorum sex mensariorum, *mensarios olim publicas rationes confecisse, argentarios primatum, docet Sigonius. lib. 2. de antiquo iure Rom. c. 11. ditiles videlicet quæstum facientes, ex permutandis aut fenerandis pecuniis, erant opprobrio Romanum permissi Lugduni sub tempus Francisci primi eius nominis reg. Galliæ*: quos vocant bancarios, qui singulis quatuor nundinis Lugdunensibus 15. pro centum exigunt, optime damnantur, cū Iustinianus tantum belles argentariis permittat, *§. quia vero, nouella 136.* Et leges nauales tamen videtur vsuras nauticas sine periculi susceptione inhibere, terrestres vero, & sine eo permittere, vti aiūt, *in legib. naut. Iustinianæ lege 15.* ὁ νόμος ναυτικὸς, τὰ ἐπὶ τῆς θαλάσσης δάνεια μόνα ἀναιρεῖ τόκων, ἐπὶ δὲ τῆς γῆς ἐᾷ τοὺς τόκους· ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς θαλάσσης, ἄνευ κινδύνου οὐδεὶς τὸν ἀργύριον δίδωσιν, ἄνευ τόκου δὲ τὸν ἀργύριον οὐδεὶς ἐθέλει δανείζειν· ἐπὶ δὲ τῆς γῆς ἄνευ κινδύνου ὁ τόκος ἐφείλεται. id est, legis iussio est: si quid in mari mutuo datur, tutum ac periculi offensione carēs, in tabulas fœneratitias relatum, vsuras non pendito. Quod si relatum erit, irritum id ac nullius valoris esto, iuxta legem Rhodiam. Ea vero quæ in terra mutuo dantur, licet tuta sint, ac ab omni periculo vacua, in libros rationum relata, vsuras solumnto.

48 ¶ Duplicem † vsuram nauticam constituit Iulius Pollux, habita ratione periculi, heteroploon, & amphoteroploon. heteroploos. cum fœnerator tantum commeatus periculum suscipit, id est, alterius nauigationis. Amphoteroplus, quæ commeatus & remeatus periculum suscipit. quæ ita contrahitur, vt nec vsura, nec sors debeatur, nisi navis cum mercibus. *Iul. Pollux, lib. 8. Onomast.* Iosphes in domicilium rediisset. P. Nicephorus Oriētis Imperator sustulit etiam vsuras nauticas omnibus, demtis Christianis quorum odio flagrabat. Sic enim in eius constitutionibus legimus quod in Christianos τοιοῦτος ὁ νόμος ἐστὶν, ὁ πᾶσι τοῖς βουλομένοις ναυτίζειν, ἢ ἄλλως μεῖζον ναυτίλον ἐκτίνειν, id est, vsuras de nauigiis captatas, cum interim re fœnebri aliis omnibus interdixisset, aliaque infinita mala excogitauit, *libr. 1. iuris Orientalis. in constitutio. Nicephori in 2.* Fuit & decimum eius tyrannicum institutum, quod insignes Constantinopoli nauclēros in vnum conduxit, usque duodecim cuique libras auri tradidit, ea lege vt in singula numismata vsuræ nomine quatuor siliquas soluerent: sic enim in Græco exemplari, Νόμον δὲ τινὰ τοῦτον ἔθετο τὸ νόμισμα, ἀπὸ χρυσοῦ λίτρας δόδεκα, *eod. in li. 1. iuris Orientalis constit. 2.* Lex de centesima vsura sæpe renouata, vt à Lucullo in Asia à Cicerone in Cilicia: à Iulio Cæsare in toto imperio. Permissæ & in quibusdam aliis caussis quam periculi nauticiin iure ciuili: veluti quādo quis post tēpus quadrimestre non soluit iudicatum, *leg. fin. de vsur. rei iudic. lib. 7. C. titul. 54. l. si vt proponis 4. de edict. priuat. libr. 8. Cod. titul. 10.* Ponunt. *Accurs. in leg. eos. §. in traiecticiis, in verbo specierum, ac vsu. C. & alibi.* exemplum, & in vsuris debitis à tutore pro pecuniis pupillaribus, *ex l. qui sine vsuris, de negot. gestis, P.* sed ego quid in hoc sentiā paulo antea expositum, neque puto permissionem centesimæ in iure permissam nisi expresse ius eam concedat stipulari: & ideo iura quæ trahuntur ad centesimam, *vt l. si ea lege, l. si ea pactione. l. fructuum, l. oleo, C. de vsur.* eo quod maiores permittant, propter incertitudinem fructuum remanere apud creditorem, & si maioris æstimationis sint, videntur intellipenda infra centesimam. Temerarius porro videtur is esse qui periculum in se & aleam nauigationis suscipit, vt non immerito, etiā à summis pontificibus prohibita videatur. *c. nauiganti de vsu.* Recte enim & Bias ob infinita prope pericula, nautam neque in defunctorum, nec in viuentium numero comparat, homo namque terrenus tanquā vtriusque ac dubiæ vitæ particeps, sese mergit in aquam, totus fortunæ subiectus, vt scribit Xenocrates, *Philosoph. libr. de morte.*

De Exstinctione & Sublatione vsurarum, & fine, & rationibus permissionis illarum.

Cap. 4.

1 *Vsuræ non exiguntur extra definitionem iuris, vel extra duplum sortis.*
2 *Vsuræ tolluntur solutione debiti principalis.*
3 *Consignatio debiti legitima inhibebat cursum vsurarum.*
4 *Vsuræ nauticæ quando desinunt deberi.*
5 *Vsurarum finis lucrum.*

MVltis † modis vsuræ peti posse desinunt, vel ex eo quod supra legitimam iuris definitionem promissæ sunt, *leg. placuit, de vsur. in P. l. eos 26. §. cæteros & l. de vsur. C. eod. titul. leg. si non sortem 26. de condict. indeb. P.* vel quia duplum attingunt, & supra duplum exigi nequeunt, *dict. leg. si non sortem, §. supra duplum, §. primo, nouella 121. & nouella 128. l. vsuræ, & l. de vsuris, C. de vsur. l. pecu. eod.* P. etiam lege Ægyptiorum, de qua meminit Diodorus Siculus lib. 1. cap. 3. & qui exigunt infames habentur, *l. improbum, C. ex quibus causs. infam. irroget.* Duplum est sors, & vsuræ præstitæ vsque ad summam sortis: tumultuantur autem in hac computatione inenda vsuræ annuatim præstitæ iure Nouellarum, donec æquent sortem, & tunc, dum partes sunt sorti, desinunt deberi, *dicta nouella 121. & 128.* 1

¶ Intercipitur † quoque cursus vsurarum solutione debiti principalis seu sortis, *l. eos, C. de vsur.* veluti principali caussa & radice vsurarum sublata, *l. cum principalis, de regul. iur. cap. accessorium, eod. titul. in Sext.* quia solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio. *§. 1. quib. mod. toll. oblig. & supra diximus in ca. de solutionibus.* & tutus exceptione pro debito principali, & tutus est a petitione vsurarum *d. l. eos.* 2

¶ Quod † si creditor debitum recusset accipere cōsignatione debiti, & vsurarum debitarum, legitimo modo, & congruo loco, & tempore facta, cessat vsuratum in posterum debitum *l. ex prædiis, & l. acceptam. & l. 2. C. de vsu. l. tutor condemnatus. §. Lucius. eod. tit. P.* quia inde sequitur liberatio, *l. obsignatione, C. de sol.* nisi debitor rursū consignatis vsus fuerit, quia tūc reuiuiscunt, vsuræ, & perficiunt institutum cursum, *in l. debitor vsurarius, de vsuris, in P. d. l. acceptam, C. eod. l. §. fin. eod. P.* 3

¶ Item † vsuræ nauticæ, vt diximus proximo capite, *supr. c. 3. num. 47.* desinunt præstari aut deberi cessante periculo, & naui in portum delata. 4

¶ Finis † omnium vsurarum lucrari est: vt finis eius quod interest, damnum vitare. Finis & caussa permissionis vsurarum in mutuo quæ sit, ex superioribus quoque colligere licet, vt permissione facta aliqua fœnerandi, iuuentur pauperes indigni rerum, qui aliter nummos à digitis & loculis diuitum extrudere nequeunt, quam aliquo lucro concesso. Alia, vt taxatione, sæuiente tanta diuitum immisericordia, fœnus iniiceretur fœneri, & modus lucro, quod alioquin si ex arbitrio sumeretur fœneratorum, breui futurum esset, omnes facultates, & patrimonia, imo personas ipsas in ditionem illorum ventura. Prohibitionis vsurarū rationes, & iura nationum, ab exordio tractationis earum exposuimus, vt ordinem & rationem permissionis facilius explicaremus. eo itaque pro reliquis recurrendum est. 5

De Mutui repetitione & eius certi condictione.

Cap. 5.

1 *In Mutui repetitione quomodo peccent debitor & creditor.*
2 *Creditores in repetitione mutui in quibus reprehenduntur.*
3 *Creator propria auctoritate debitum repetens, quando in Gallia iure suo priuetur.*
4 *Debitores improbi exosi quibus rationibus.*
Mutuum repetendo ex amico fit inimicus. eod.
5 *Certi condictio ex mutuo quid, & quando datur.*
Certi condictio generalis & specialis quid. eod.
Certi condictio triticaria & ex mutuo specialis. eod.
6 *Pecunia æstimationem dat rebus, illa non æstimatur rebus.*
7 *Certi condictionis mutui, & aliarum rerum differentia.*
8 *Condictio ex lege quid.*
9 *Condictio caussa data, condictio ob turpem caussam dati, sine caussa incerti, indebiti, furtiva.*
10 *Mutuum non nomine alieno fiat.*

QVia † & mutui negotium, non tantum in ipsa obligatione sed in ipsa repetitione quæstionem habet, de ea agamus. Vere certè paucis apud Astrophanem in Nebulis. Strasiclades respondit Socrati interroganti in hæc verba. 1

Digitized by Google

Socrates, εἰ μνημονικὸς εἶ; Straficlades, δὶς τρόπον, νὴ τὸν Δία:
Εἴμοι γ' ὀφειλομένου μου μνήμων πάνυ.
Εἰ δὲ ὀφείλω, σχέτλιος ἐπιλήσμων πάνυ.
Id est:
Socrates *memorne es?* Straficlades, *duplici modo, per Ionem.*
Si quidem debetur mihi, memor valde:
Si autem debeo, miser, obliuiosus valde.

¶ Quibus verbis manifestum est, duplici modo, & ex parte creditoris, & ex parte debitoris peccari in mutui repetitione. Creditores namque præter modum æris memores, seuerissime debitores, vt plerumque vrgent & infectantur: contra debitores ingrati, & beneficii accepti & diei solutionis fatile obliuiscuntur. Creditores in debitores exacuit auaritia seu habendi intemperata præcepsque cupiditas, & immisericordia, vel debitorum perfidia & peruicacia, quod aliquando dignos misericordia facit inopia fortuita, & sine culpa contingens suorum bonorum deperditio, quos iuuat lex, vt alios contumaces cogit & castigat vsuris, & pœnis, actionibus, commodis, creditoribus concessis, & ne supra quam par sit sæuiant, injectis frænis. Et in summa, leges vtrisque posuæ.

2 ¶ Si mutuum, † inquit Deus, dederis populo meo, non vrgebis quasi exactor, *Exod.* 22. Reprehendit & Dominus noster Iesus Christus immisericordem exactorem. *Matth.* 18. Prohibet & lex præcocem vel sæuam exactionem, neue corpora pro debitis affligantur, *l. nemo, de exact. tributor. libr.* 10. *C.* & ne propria auctoritate res suas repetant, indicta alioquin id facientibus debiti amissione, & pœna legis Iuliæ de vi, *leg. si quis in tantam, C. vnde vi. l. Paul.* 48. *ad Trebellian. P. l. creditores, ad legem Iuliam, de vi. in P. l. exstat, quod met. caus. in P. l.* 1. *C. de suffrag. l.* 1. *quorum bon. P.*

3 ¶ Et quamuis † in Gallia ob eam temeritatem creditor suo iure non priuetur, nisi sententia expresse dictum sit, *Guiliel. Benedict. interpret. v. Raymut. in verbo, si absque liberis, num.* 147. tamen puniendus acerrime ideo venit postea, *gloss. in l. iubemus, §. œconomus, in verb. priuetur, de sacrosanct. eccles. C.* Datur & dilatio debitoribus soluere volentibus, etiam non petentibus, *l. debitoribus, de rei vindica. in P.* quamuis dies cesserit & venerit solutionis, vt reiiciatur creditor qui venit statim paratus cum sacco, *leg. quod dicimus,* 105. *de solut. P.* vt tamen neque nimium delicatus debitor, neque onerosus creditor audiantur, *l. si seruos* 25. *de pign. action, lib.* 13. *P. tit.* 7. Monebat recte Phocilides, Debitor ne improbi viri sis caue, ne vbi dederit, molestus sit intempestiue, *Suid. in verb.* ἀναιτία.

4 ¶ Detestantur † autem leges improbos debitores, qui vt ait Phalaris. *epist.* 63. *Eunuis scribens.* imitantur mores cameleontis, qui pro tempore colores mutat: quippe qui & beneficium accepturi laudant velut beneficium dantem: redituri, vt tyrannum existimant & impium: quibus similia Ecclesiasticus refert in sacris Bibliis, *Ecclesiast.* 29.

Nam fere maxima pars morem hunc hominum habet: quod sibi volunt
Dum id impetrant, boni sunt: sed id vbi iam penes se habent,
Ex bonis pessimi ac fraudulentissimi sunt: vt ait Plautus in Captiuis actu 2. *scen.* 1.

Et rursum, *Plaut. in Trinumo.*

Si quis mutuum dederit sit pro proprio perditum:
Quoniam repetas, inimicum amicum beneficio inuenis.

Sic Rabinus Simeon interrogatus à Rabino Iochanna, *in lib. qui Pirkei abot, id est capitula patrum, c.* 2. שיתרחק מסנה מאוד Legendum. hi derck ragah scetrahek mimenalt haadam, id est, quæ esset via, à qua abstinere deberet homo? Respondit, חלוה ואינו משלם אחד לוה מז מאוד באלו לוה מז המקום שנאמר לוה רשע ולא ישלם צדיק חונן ונתן: lege, halouch vezno leschalem hechad louch min haadam ceilo louch min hamakom: sceneamar, louch rasagn ieschalem, tzadikchonnen venothen, id est, qui mutuo accipit & non restituit: qui enim mutuum accipit ab homine, perinde ac si à Deo accipiat: secundum illud quod dictum est, *Psalm.* 37. Peccator mutuabitur, & non soluet: iustus autem miseretur, & retribuet. Et vt ait Columella, in totum debitoribus non est remittendum, quoniam vel optima nomina non appellando fieri mala, fœnerator Alphius dixisse verissime fertur, *Columella. libr.* 1. *de re rustica, cap.* 7. Proinde proditæ sunt actiones ad compellendos debitores ad solutionem, & post illas alia seueriora remedia concessa.

5 ¶ Nascitur † namque ex hoc contractu actio quæ vocatur certi condictio, specialis ex mutuo, *§.* 1. *quibus mod. re contra. obl.* Siquidem quemadmodum in aliis obligationibus quam mutui, certi appellatio communis interuenire potest, & certũ in illis inueniri, sic generalis quædam est certi condictio seu petitio personalis, quæ cum aliis actionibus propriis concurrere potest in contractibus ex quibus certum petitur, *l. certi condictio* 2. *& ibi glo. ad verba certi condictio, circa fin. & in §.* 1. *de reb. cred. P.* aliunde quam ex mutuo, *l. si ego* 17. *& ibi gloss. in verbo condictione, de reb. cred. P.* interdum remanet sola, vt in casu, *d. l. si ego, & l. si à furioso, l. si & me. de reb. cred. P. tit. de condict. generali P. Petrus Iacobi. in tit. de condictione certi generali.* Speciales porro duæ constituunt, triticaria, & ex mutuo. Si pecunia numerata repetitur, datur condictio mutui si certum petatur: si alia res certa extra pecuniam numeratam petatur, datur triticaria: siue mensura, siue pondere constet: siue mobiles sint, siue soli: siue iura, vt seruitutes vtrorumque prædiorum, & vsusfructus, siue illæ res certæ, siue incertæ sint, *l.* 1. *de condict. triticar. P.* Extenderunt & postea mutuum ad ea quæ certitudinem fere æqualem rebus pondero, numero, vel mensura constantibus habent: similiter & eius certi condictionem, *§.* 1. *quibus mod. re contra. oblig.* In quo aliquo modo condictioni triticariæ videtur accedere, cum tamen triticaria ad alias res pertineat incertas, ob quas triticaria potest dici arbitraria actio: quia iudex arbitrio suo, rem quæ per eam petitur æstimat, habita ratione loci & temporis condemnationis, si res exstet: si autem interierit, temporis mortis seu interitus, *l.* 3. *de tritic. actio. in P.* excepta pecunia, quæ certam habet nec arbitrariam æstimationem, & qua res aliæ æstimantur, *l.* 1. *de contrahend. emt. P.* ipsa rebus aliis non æstimatur, *l. si ita,* 43. *de fideiuss. P.*

¶ Quæ † & ideo pecuniæ nomine dicuntur, *l. rei appellatione* 6
5. l. pecuniæ verbum, 178. *l. pecuniæ nomine,* 222. *de verb. sign. P.* sicut illa à pecudibus, quibus ante materiam electam constabat rerum æstimatio seu permutatio frequentior rerum quotidianarum, & patrimonium præcipuum, *Plinius libr.* 33. *capit.* 3. *Varro* 4. *de ling. Latin.* Quare in mutuo actio non est arbitraria, ob pecuniam ex qua constat, *l.* 2. *§. idem mutuum, de reb. cred.* Et in eo nihil amplius mihi sue quam datum sit aut conuentum est, peti potest. *l. si tibi decem* 18. *de pactis, P. l. rogasti, §. si tibi decem, de reb. cred.* quod in his quæ pondere, numero, & mensura consistunt ductum est, quæ certitudinem habent maiorem, & ideo recte hoc modo pecuniæ nomine intelliguntur, *l. talis scriptura* 30. *de legat.* 1. Quod si æstimatio quædam maior rei in mutuo accedat, habita ratione temporis & moræ, ea non tam augmentatio rei, quam rei ipsius valor dicetur, *l. vinum, si cert. pet. in P.* vel ad pœnam ob moram, vel ad quod interest referre oportet.

¶ Certi † condictio vere ergo in hac mutui repetitione pro- 7
pria, pro re certa debita mutuata repetenda. Quibus verbis seiungitur ab aliis condictionibus certis, quæ non pro mutui repetione, sed ex aliis causis dantur: ¶ cuiusmodi † est condi- 8
ctio ex lege, quæ restringitur ad legem, ob quam obligatio producit vim petendi, *Paulus in leg. prima, de condict. ex leg.* vt ex *l.* omnimodo, de inofficioso testamento, C. pro donatione ex lege, si quis argentum, *§.* sin autem, de donatione, C. ex lege Iulia, leg. dotalem, & leg. si vero, & leg. sequen. soluto matrimonio, in P. sic de similibus.

¶ Est † & condictio causa data, quando data causa alicuius 9
rei faciendæ, ea non facta repetuntur, *in l.* 1. *de condict. caus. dati. P. & C. de condict. ob caus. dat.* Condictio ob turpem causam dati, si ex parte dantis quoque non adsit turpitudo, *l.* 1. 2. 3. *de condictio. ob turpem caus. in P. & C. eod. titul.* Condictio sine causa, qua repetit obligationem qui promisit vel soluit sine causa, *leg.* 1. *& 2. de condict. sine causse, in P.* quæ & est condictio incerti, *l.* 3. *de condictio. sine caus.* Quibus accedit & condictio indebiti ignoranter soluti, *l.* 1. *& seq. de condict. indeb. P.* condictio furtiua, *tit. de condict. furt. P.* & similes. Nec tamen si quis certum stipulatus fuerit, ex stipulatu actionem habet, sed illa condictione id persequi debet ex qua certum petitur. *Vlpianus in leg. si quis certum,* 24. *de rebus cred. in P.* potissimum si de mutuo agatur per alium nomine nostro facto.

¶ Nam † libera persona mutuum dans, & nobis redditionem 10
stipulatus, nihil agit, nec nobis quærit: si autem numeret nomine nostro ex ea numeratione, nõ ex stipulatione, nobis quærit, & certi cõdictione ex mutuo agere possumus, *Paul l. si ita stipulatus* 126. *§. superest, de verborum obligat.* Quæritur autem stipulanti actio: & si absens cuius nomine facta erat stipulatio, repetat, negotiorum gestorum actione tenetur eidem restituere, *l.* 3. *de contrab. & commit. stipul. lib.* 8. *C. tit.* 38. vel si ex persona mutuantis non possit ei dari actio, puta, quia filiusfamilias mutuo dedit viaticum suum studiorum causa datum, & absens pater eius est, dabitur extraordinarium iudicium ex officio iudicis. *leg. cum filiusfamilias,* 17. *de reb. cred. in P.* vel vtilis certi condictio, *l. si longius, §.* 1. *de iud. in P.* Pro mutui solutione conuenitur nõ tantum qui accepit, sed & heredes eius, pro portionibus hereditariis, *l.* 1. *de reb. cred. C.* Lex Luitprandi Longobardorum regis statuit, vt si quis neglexisset petere debitum per quinquennium, non posset postea petere: quod si iudicio intra illud tempus interpellasset, interrumperetur præscriptio vsque ad decennium: & si in secundo quinquennio, vsque ad quendecim annos, & sic deinceps interpellatio adiiceret quinque annos, *leg. si quis mutuauerit, titul. de debitis. Gadismo, libro secundo, legum Longobard.*

De Prehensione debitorum, & carcerum mancipatione

Digitized by Google

tione, aliisque quibusdam ad solutionem consequendam remediis.

Cap. 6.

1 *Debitor fugiens quando prehendi possit.*
2 *Incarceratur debitor triplici causa propria auctoritate.*
3 *Debitor prehendi potest suspectus vt caueat.*
4 *Debitor non soluens olim coniiciebatur in carcerem.*
5 *Debitores secandi ex lege 12. tab.*
Legis 12. Tab. de debitoribus ordo. eod.
6 *Lex Romana ne corpus pro debito in vincula esset, & 8.*
7 *Debitores apud Iudæos seruiebant creditoribus.*
8 *Debitor an possit obligationi carcerum obstringere se, & 9. & 10.*
9 *Hominis nobilitas super omnes res.*
10 *Debitorum obligatio ad carceres cur in Gallia admittatur.*
11 *Fœmina debitrix an incarcerari possit.*

1 COguntur † etiam debitores soluere mutuum per prehensionem, & per carceres, idque triplici ratione: vel quia fugiant, vel quia carceribus se obstrinxerunt, vel quia damnati à iudice, contumaces in restitutione sunt.

2 ¶ Licet † namque in primis fugientem cum debito debitorem creditori etiam propria auctoritate prehendere, & iudici exhibere, *l. ait prætor, §. si debitorem, quæ in fraud. creditor. P. glos. in §. 1. in verbo, in iudicio, de act. & ibi quoque Ang. Aret.* Quod & singulari edicto & priuilegio concessit Lugdunensibus mercatoribus Princeps noster, 21. Iunij 1533. Et hodie hoc iure vtimur, vt si debitor mobilia sua bona transferat extra prouinciam rescripto iudicis supplicationi eius rei causa porrectæ inserto, debitor capi possit.

3 ¶ Quia † certe hic fraudem solum vertendi suspicamur, potissimum, quando sunt alienigenæ debitores, quorum fuga cum inopia recte cauendum esse & prospiciendum admonet. Et secundum Iasonem debitor suspectus capi potest ante diem, vt caueat, *in l. si arbitro, qui satisda. cogan. num. 4. quem sequitur Matthæus de Afflictis, decis. 108.* Quemadmodum si debitum quid sit sub conditione, ante tempus quoque destinatæ solutionis, ex causa legitima peti potest cautio à debitore, *l. in omnibus, 41. de iudic. in P.* qualis esse potest, si debitor cœperit dissipare vel abligurire bona, vel condemnatus fuerit, *vt in ca. fin. de fideiusso. lib. 3. Decre. tit. 22. in l. Lucius. manda. P.* Et quamuis in Gallia prehensiones fugientium debitorum non probentur, tamen qui ita carceribus mancipatus est, siue bene, siue male, nõ prius ab illis emittitur, quam soluendo cauerit, aut soluerit, vt ex rẽpore iudicatum, *refert Papo, lib. 18. Rapsodiæ aresto, tit. 5. aresto 27.* in senatu Parisiensi 28. Maij 1538.

4 ¶ Et † moribus antiquis receptum quoque fuisse, non soluentem debitorem coniici in carcerem, constat ex eo, quod scriptum est apud Matthæum de creditore immisericorde, dum dicitur, *D. Matth. c. 18.* ἀπελθὼν δὲ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος εὗρεν ἕνα τῶν συνδούλων αὐτοῦ, ὃς ὤφειλεν αὐτῷ ἑκατὸν δηνάρια, καὶ κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε, id est, abiens misit ipsum debitorem in carcerem seu custodiam, donec reddidisset debitum.

5 ¶ Durior † lex 12. Tabularum, & crudelis visa Phauorino apud Gellium, *lib. 20. c. 1. tracta. & Quintilianus, lib. 8. Institut. c. 8. & lib. 7. c. 4.* de immanitate secandi partiendique corporis humani, si viuus debitor ob pecuniam adiudicatus addictusque fuisset pluribus, per quam artus inopis debitoris breuissimo laniatu distrahebantur: sicut nunc bona venum distrahuntur. Nã ea confessi æris ac debiti iudicatis, triginta dies dati sunt, conquirendæ pecuniæ causa, quam dissoluerent: dixerunt iustos hos dies decemuiri, vt iustitium quoddam, id est, iuris quasi inter eos interstitionem, & cessationem quandam, quibus diebus nihil cum iis iure agi posset. Post deinde, nisi dissoluerant, ad prætorem vocabantur, & ab eo quibus erant iudicati addicebantur, neruo quoque ac compedibus vinciebantur. Erat autẽ interea ius illis paciscendi, nisi pacti in vinculis habebantur sexaginta dies. Inter eos dies, tribus nundinis continuis ad prætorem in comitium producebantur, quantæque pecuniæ iudicati essent predicabatur: tertiis autem nũdinis capite pœnas dabant, aut trans Tyberim peregre venum ibant. Ait autem Aulus Gellius, hanc pœnam fidei sanciendæ gratia fuisse impositã, neque peius facinus habitum, quam contra fidem egisse: nunquam tamen aliquem ea pœna punitum fuisse, eo quod horror illius effecit, ne in crimen quis committeret.

6 ¶ Scribit † & Liuius lib. 8. ob repentinum tumultum ex populi concursu ortum, ex indigno actu à fœneratore facto in C. Publicum ætate formaque præstantem adolescentem, qui se ei ob æs alienum paternum nexum dederat conuocato senatu negotium consulibus L. Papyrio, & C. Petilio datum, vt legem ad populum ferrent, Ne quis, nisi qui noxam meruissent, donec pœnam luerent, in compedibus aut in neruo teneretur; Pecuniæ debitæ bona debitoris, non corpus obnoxium esset.

7 ¶ Inter † Iudæos, & seruituri creditorum mancipatos fuisse debitores, ex sacra pagina liquet, vt ex Salomone, dum ait, Dines sapiens pauperibus imperat, & qui accipit fœnus, seruus est fœnerantis, *Prouerb. cap. 22.* Et rursum exemplum viduæ cuiusdam id testatur, dicentis, Creditor venit vt tollat, & vendat filios meos, &c. *4. Reg. 4. adde, D. Matth. c. 18.*

¶ Iura Romanorum ciuilia postrema ista submouerunt atrocia, cautumque à Constantino, vt nemo carceres, plumbatarumque pondera, aut verbera, aliaque supplicia in debitorum solutionibus, vel ab iratis, vel à peruersis iudicibus expauescat, *l. nemo 2. de exactor. tributorum. lib. 10. C. tit. 19.* Quia nulla res est rerum corporearum externarum, quæ in debitum venit, quæ possit ad pretium corporis humani conferri, vt æquum videri posset, corpora pro rebus minus nobilibus torqueri. 8

¶ Tum † quia liber homo functionem non recipit, *l. 2. §. sed cum liber homo, de his qui deiec. in P.* tum quia res omnes insigniter anteit, illisque præstat, *l. iustissime, de ædil. edict.* Et propter hominem res omnes creatæ, ille autem non propter res, *l. in pecudum 28. de vsur. lib. 22. P. tit. 1. in pecudum, de rer. diuis.* Et Demosthenes, *contra Androtionem*, hoc interest, inquit, inter liberum & seruum, quod seruis omnia sint corpore luenda: ingenuis autem, etsi maxima facinora admiserint, tamen corpus suum tueri licet. Tradit idcirco Panormitanus, *per c. 2. de pign.* neminem se ob debitum, vel æs alienum posse nexui carcerum obstringere, quia nemo dominus membrorum suorum, *l. liber homo 13. ad l. Aquil. lib. 9. P. tit. 2.* Et Diocletia. & Maximian. CC. ob æs alienũ seruire liberos creditoribus compelli iura non pati testantur, *l. ob æs alienum 22. de act. lib. 4. C. tit. 10.* nec obligari filios pignori, *in l. qui filios, quæ res pign. obl. poss. C. l. fi. eod. P.* excepto casu necessitatis famis, *l. 2. de patri. qui fil. distrax.* Imo ex Iustiniani lege, creditor à debito cadit, & tantundem ei qui retentus, vel parentibus eius dandum ab eo qui retinuit, & ipse corporalibus pœnis nihilominus à loci iudice subiiciendus, *in §. quia vero, vt nulli iudic. liceat habere loci setua. in auth. collat. 2. tit. 9.* Species seruitutis carcer est, nempe retineri & concludi loco vnde exire liberum non sit, *l. 2. de libero hom. exhib. lib. 43. tit. 28.* Sed & prehensio & detentio hominis pro mutuo plus continere videtur, quam mutuum, cum pretiosior & melior, vt dixi, sit omnibus rebus homo: quia omnes res in se continet. Fertur namque Prometheus addere principi, id est, homini, limo coactus particulam vndique dissectam, *Horat. lib. 1. carm. od. 16.* vnde epitoma, ad vniuersi mundi habitum, homo institutus dicitur ab Aristotele, *lib. 6. de hist. animal. c. 15.* & à Protagora, omnium mensura, *Plato in Cratylo.* Et plus petit qui corpus hominis pro re debita retinet, *l. 1. de plus petitio. C. lib. 3. C. tit. 10.* quod tamen mutuum non patitur, in quo plus quam datum est peti non potest, *l. rogasti, §. si decem, de reb. cred. P. l. si tibi decem millia, de pact. P.* Accedit quod Christiana lex iubet dimittere inopibus debita, si nobis à Deo nostra cupimus dimitti, vt oratio quam Dominus nos docuit, admonet: dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, *D. Matth. c. 6.*

¶ Est † consuetudo quoque generalis Galliarum, vt nemo pro debito ciuili carceribus mancipetur, nisi his se nominatim obligauerit, *Ioannes Faber, in §. fin. de actio. Stephanus Aufrerius, in additione fin. 61. quæst. Tholosa.* quia valet ea obligatio non iniquis rationibus. Prior, quia indignus est beneficio libertatis, qui sciens prudensve ad pretium participãdum ei cessit; *§. seruus autem, in 2. de ingen. l. 1. quib. ad liberta. prætel. non lic. in P. l. liberis, & §. si quis sciens, & l. cum pacto. de libera causa, l. homo liber, de stat. hom. P.* De hinc 2. ad fidei cautionem quis se in obsidem dare potest retinendum, hæcque obligatio pacis causa recepta iure gentium: quæ tamen non ius seruitutis, sed retentionis tantum præbet. *c. ex rescripto, de iureiur. ca. exposita, de arbitris, l. obsides, de testamen. c. 2. de pign. vide late Felin. de his in d. c. ex rescripto. num. 7. & 8.* Sed & 3. nemo ambigit, eum qui aliquem ab hostibus redemerit, posse eundem iure retinere quoad vsque exsoluatur ei debitum, citra tamen pœnalem custodiam, *l. 2. & l. si de captiuis, & postlim. reuer. lib. 8. C. tit. 51.* neque ideo in legem Fauiam de plagiariis, vel in edictum de libero homine exhibendo, *l. 1. §. si quis eum, de liber. homi. exhib. in P.* incidit, iure pignoris, non iure seruitutis retinendo, *d. l. 2. de postlimi. reuers. C.* Et valere consuetudinem, vt quis se obligare possit ad carceres pro compulsione solutionis mutui, notant Petrus Iacobi, *in praxi. tit. de cessio. bon. in fi.* Ioannes Petrus de Ferrariis, *in sua praxi. tit. de executio. sent.* & ita seruari curiis Galliæ scribunt, Guido Papæus *q. 61. n. 1.* Ioannes Andreæ, *in c. ex rescripto, de iureiur.* Et Ioannes Gallus, *q. 111.* ita decisum placito curiæ supremæ, atque Boerius, *decis. 349. n. 7. & 8.* testantur. Nec tam lex emolumentum actionis videtur intueri, in eo qui exutus est bonis malæ fidei, quam pœnam, vt ait Venuleius, *l. fin. §. fi. de his quæ in fraud. cre. P.* Sed & citra obligationem carcetum, debitores fisci proculdubio ad soluendum morosi, carceribus mancipari possunt: primum tamen interdicitur ne loco exeant aliquo definito, donec soluerint, vocant *bailler l'arrest*, dehinc adhuc solutionem differentes in carceres detruduntur, *sic notat Bart. in l. cumæo, 10. per illum text. ad leg. Iul. pecu. in P. l. nemo. de exacto. tribu. libr. 10. C. Petrus de Ferrariis, in tit. de exec. sent. in 5. remedio.* At priuatorum debitores ex dolo quoque & cõtumacia nimia, auctoritate quidem propria, & vi obligationis debiti, quæ hunc nexum corporis non habet, detineri & incarcerari nequeũt: sed auctore iudice, possunt, *l. §.*

Digitized by Google

vers. de exhib. reis, in auth. l. consentaneum, C. quomo. & qua. iudex, Ioan. Fab. in §. fi. de act. & si condemnati sint sententia, cui non satisfaciant, *l. 1. C. qui bonis cedere possunt.* Accusatis quoque traditi *d. l. 3. §. tutores, de suspect. tutor. P.* carcere debitorem detineri posse ob inopiam, si non habeat vnde soluat, verum seruandum prius ordinem executionis, & discussionis bonorum, *vt do ponitur in l. à D. Pio, §. in venditione, de re iud. in P. l. etiam, C. de exsecut. rei iud.* mobilium, se mouentium: immobilium, nominum, & his deficientibus permitti carceres & prehensionem: quod sequitur Petrus Ferrariensis, *in d. titul. de exsecut. sent.* Inibi tamen creditor debitorem carcere conclusum omnino egenum, officio iudicis alere cogitur: *glo. in l. fin. de eroga. militar. anno. li. 12. C. Aretin. in §. fin. de actio. idque & leg. 12. Tabularum cautum, Gellius, lib. 20. cap. 1.* quod & seruari incuriis scribit Guido Papeus, *quæst. 211. num. 2.* exemplo fisci, qui sibi obnoxios carceratos inopes, hoc est reos criminũ, quos reipublicæ pœnas exsoluere par est, *l. ista vultetatis, ad l. Aquil.* tenetur alere donec iudicati fuerint, quod & iudicis sollicitudini annexum est, *l. iudices, 10. de epis. audient. C.* quanquam, nisi quia pœna ad exemplum quoquo pertinet, *l. Capitalium, §. famosos, de pœn. P. cum simil. & l. 1. de abigeis, P. &c.* expedire dicatur malos fame perire, *l. bona fides, depositi.* alioquin, si creditor alimenta debitoribus renuat, iudex recte illis carceres patefacit, *Aretinus, & Guid. Papeus vbi supra proxime.* Singulare tamen est quod notat Angel. Aretin. *in §. et quoque, de actio. in 3. colum. in verbo aduertas,* incarceratũ pro debito fisculi, posse commendari à creditore commentariensi, vt eum pro suo priuato debito retineat, si eum absolui à debito fisci accideret vocãt pragmatici, *faire refermer le prisonnier & commãder.* Quod & Bartolus, post longam in vtramque sententiam controuersam probat, *in sua disputatione C. quæ incipit, lapsus fuit, & in l. 2. de custod. reorum. in P.* & Guido Papæus. *decisio. 61. nu. 3.* Ceterum, dum de carceribus loquimur in causa mutui, intelligimus de his tantum, qui ad custodiam, vt fere omnes, esse debent, *l. aut facta, § solent. de pœnis, in P. l. verum est, de verborum significatione, P.* non de his qui ad pœnam sunt, *ca. quamuis, de pœn. in sex.* vel de mala mansione, quæ tormentum continet, *l. item apud Labeonem, 15. §. quæst. verbo, de iniur. P. lib. 47. titul. 10. l. si hominem 7 depositi.* item de his tantum carceribus, qui publici sunt, non de priuatis, qui prohibiti, *l. 1. de priua. car. C.*

11 ¶ Sed † & opinor mulieres debitrices pro nullo debito, vel obligatione spontanea carceris, prehendi, & carceribus mancipari debere, imo & iudicem qui hoc fieri permiserit, pœnis ciuilibus & criminalibus castigandum, *leg. 1. & authen. sed hodie, de effic. diuers. iudi. lib. 1. C. titul. 49. §. necessarium, vt nulli iud. liceat hab. loc. seruo. in authen. l. quoniam & authen. sequen. C. de custod. reor.* Pudicitia enim matronalis, & sexus fragilitas hoc ne fiat satis admonet: cum mulier, propter honestatem vitæ, se monstrare viris non consueuerit, *§. 1. vers. si vero mulier, vt litigan. iurent, in extr. lit. colla. 9. in auth.* Caius impuberes, & puellas, quæ alieno iuri subiectæ sunt, in ius vocari posse negat, *leg. neque impuberes, 22. de in ius voc. P.* & ob verecundiam mulieri hac in parte parcitur, *in l. 2. §. sin autem de iuteinr. propter calumniam dan. C.* Nisi mulier probata fuisset publica negociatrix, quia tũc potest in carcerem pro debito detrudi, vt placuit senatui Parisiensi, teste Ioanne Lucio, *lib. 10. placit. titul. 5. aresto. 1.* In constitutionibus Molinensium cautum ad præcidendas lites, vt omnes condemnationes pecuniarum, vel iudiciorum decreta, quam citius fieri posset fortiantur effectum, omni iuris remedio & coactione: & si intra quatuor menses à condemnatione insinuata ipsi reo, vt aiunt, personaliter, vel ad domicilium, is non satisfaciat, comprehendi & carceribus mancipari possit, & inibi detineri, donec vel fecerit satis, vel bonis cesserit, & si prehendi nõ possit, vel creditor prehensione vti nolit, iudex soluendi cõtumaciam possit in duplum vel triplum debiti reum debendi dãnare, *in constitutio. reg. Molinensium, artic. 48. lata anno 1566. mense Februar.* Apud Ægytios cautum adfirmant, vt vltra bona & res debitoris, nulla in corpus animaduersio foret: nam pecuniæ creditæ bona, non corpus dixere obnoxium. In vsu tamen erat illis, defunctorum corpora vnguentis delibuta, ac si viui essent creditori oppignorare, & super iis fœnerari, magno dedecore eorum qui constituta die non redemissent: non permittebant autem pro vsuris in carcerem duci, vel pro mutuo, *trad. Diodor. Siculus lib. 2. Biblioth. cap. 3.* nec corpus addici creditori. Placuit etiam curiæ Parisiensi 19. Aprilis 1550. non licere creditoribus prehendere debitores cum ignominia, vel ideo posse turpiter allegari; nec efficere posse in carcerem ita reuinctos duci, nec prehendi alterius quam sui iudicis auctoritate: & qui secus faxit, damnum, & quanti debitoris interfit rependere teneatur, *Papon, libr. 18. Rhapso. aresto, titul. 5. aresto. §.* Item, ne is qui carceribus ex sigillo Parisiẽsis vel Montispessuli curiæ, alibi carcerib. mancipetur, quam loci sui domicilii, neque inde alio trãsferatur, *aresto 1551. 21. Nouembr. Papus vbi supr. aresto. 6.* Baldus quoque notat. *in leg. apertissimi, C. de iudic.* non ideo suspectum haberi de fuga debitorem, quod talem esse iurauerit creditor. Et Angelus, non sufficere suspicionem de fuga, nisi cõcurrant cũ illa sex, *Ang. in l. si ab arbitrio, §. qui ex caussa, qui satisda. cogant. P.* Nempe quod constet de debito, eoque liquido, *leg. 1. de pradiis decur. lib. 10.* quod probetur suspitio per duos testes summarie: tertio, quod suspitio nupertime orta sit, quæ non fuerit tempore debiti. Nam qui alienigenæ primo mutuauit, & postea eundem, vt alienigenum suspectum facit, non auditur, *Bald. in l. & qui. de bon. auctor. iud. poss. C.* Quarto, item si tempore contractus erat diues, nunc pauper, non etiam si pauper cum contraheret, *dict. l. si ab arbitro, §. qui ex caussa. vt item l. qui bona. §. de illo. de damno infect.* Quinto, vt non habeat immobilia vbi habitat, aliter contra *l. sciendum in princip. & §. possessor, qui satisda. cogat.* Sexto, quod statim vbi sciuerit suspectum creditor debitorem petat incarcerari: nam si diu tacuerit, non licet, *l. si creditores de priuil. credit.*

De Dilationibus solutionis mutui, & aliorum debitorum.

Cap. 7.

1 *Debitoribus quæ quando datur, & cur à iudice dilatio.*
2 *Annale quid debitorum.*
3 *Quinquennale debitorum quid, & quando detur, & eius vs.*
4 *Cedere bonis non potest, qui impetrauit quinquennales indulgẽcias.*
5 *Cessio bonorum non potest impediri à creditoribus.*
6 *Bancharij seu mensarij solum vertentes, non vtuntur beneficio quinquennalis dilationis, vel cessionis.*
7 *Dilationis biennalis, vel quinquennalis moratoriæ caussæ.*
8 *Creditoris officium Christianum.*

IVdex † qui melius est inter instantiam seu persecutionem creditorum, & moram debitorum; sua sententia statuit solutionis terminum, & dilationem debitori concedit ex æquitate, vt possit pecunia facilius cogi, & minori cum incommodo: danturque vel decem dies, *l. si debitori de iudiciis, P.* vel aliud tẽpus, pro ratione personarum, summæque, *leg. 2. & in l. debitoribus, de re iudicata. P. l. si promissor. de constitut. pecun. P. gloss. in §. fi. de inutili stipul. gl. in §. omnis stipulat. in verbo confessum, de verborum obligation.* interdum quadrimestre, *leg. 2. & 3. de vsu. rei iud. C. ca. quærenti, ca. 26. de offic. iud. delegat. libr. 1. P. tit. 29.* quod datur à tempore condemnationis & sententiæ, si ab eo non sit prouocatum: & si prouocatum, à die confirmationis, *leg. 2. de vsur. rei iud. P.* 1

¶ †Interdum †annus, cum caussæ tamen cognitione, *dict. cap. quærent.* & quinquennium aliquando datur, sed volentibus creditoribus, vel maiori eorum numero. ¶ Nam † quinquennium petitur, cum debitor paratus est, vel bonis cedere, vel inducias quinquennii postulat, quibus pendẽtibus & debitores in eodẽ statu manent, vt non possint vllo modo à creditoribus molestia affici, vel in ius vocari, vel incarcerari: manent & iura creditorum in eodem quoque, vt omnis præscriptio aduersus eos suspendatur. Proinde omnes creditores debitoris, qui quinquennium petit vel cessionem offert, vocandi sunt antequam concedatur, *leg. fin. qui bonis cedere possunt, lib. 7. C. tit. 72.* à iudice alterum eorum. Solebant olim in Gallia, eius rei gratia, impetrari codicilli seu literæ ab officina æquitatis seu regia cancellaria, dicebantur literæ annales, & quinquennales. Placuit tamen Principi in comitiis Aureliacensibus, non esse opus remedio illarum literarum, nec amplius à cancellaria impetrandas: sed iudices ordinarios per supplicationem petentis, vocatis creditoribus, & consensu illorum secundum iuris regulas exquisito, caussa cognita an concedi oportet, statuere posse, *in comitiis Aureliacensibus. art. 61. constitut.* 2

¶ Expedit autem † creditoribus potius inducias concedere, quam cessionem admittere: eo quod inducias quinquennales concedendo, iam renunciasse censentur beneficio cessionis debitores, vt nec elapso quinquennio eo vti possint, sed carcere concludantur, *gloss. fin. leg. fin. C. qui bon. cedere possunt.* Quæ sunt autem cessionis beneficia, intelliges Deo iuuante, ex illis quæ in cessione bonorum dicemus. 4

¶ Ceterum † in electione debitoris est, vel vti quinquennali dilatione, vel cessione: quo fit, vt si creditores offerant petenti cessionem, vel inducias quinquennales, vel velint super debitum componere, debitor inuitus non cogatur à voluntate cessionis abire, sed nolentibus creditoribus admittatur. *Salycetus, in leg. final. Cod. qui bon. cedere possunt, Angel. Aretin. in §. fin. de action. num. 8. per l. 1. Cod. qui bon. cedere possunt.* 5

¶ Exstat † constitutio Caroli quinti Cæsaris in comitiis Augustæ Vandelicorum habita anno Domini 1548. *artic. 22.* edita in odium mensariorum, qui cum fraude & periculo multorum sedes vertunt, dicuntur *faire Banqueroute*: contraque institores vel negotiatores dolosos, qui consulto, sine infortunio, magno reipublic. detrimento, & creditores fraudant, & confugiunt in alteras nationes: qua statutum, vt comprehendantur, carcereque castigentur

Digitized by Google

gentur vt fures, & respondeant creditoribus, nulla habita ratione τῆς κακοδαίμονος λύσεως, id est, vt vulgus loquitur, salui conductus, (*Alciatus enim vult non κακοδαίμονος esse, quod dicimus salnam conductum, seu fidem publicam esse in auth. de mand. prin. §. sed neque. Alciatus, lib. 7. Parergon. cap. 7. & lib. 8. Parerg. cap. 2.*) vel fidei publicæ datę itineris non impediendi: prohibitumque, nè posthac illa moratoria quinquennalia concederentur ab alio, quam a principe Imperatore, qui ante concessionem instituerētur à magistratibus locorum vbi habitarunt isti mercatores, vel institutores qui illi supplicant; & ad inopiam casu se redactos profitentur, de casibus fortuitis: vel nisi alio modo per testes idoneos, de iisdem prius fidem fecerint: alioquin reseripta hac de re, veritate suppressa, irrita esse.

7 ¶ Et certe † moratorias illas dilationes maiores, iure ciuili impetratas fuisse annotaui, quæ etiam inuito creditore inducias præberent, *l. quoties, 2. de precibus Imperat. offerent. libro primo, C. titul. 22.* Theodoricus Gothorum rex scribens Fausto præposito, Sipontinis negotiatoribus, qui se dicebant hostium populatione vastatos, concedit priuilegium, ne per annos duos continuos à creditoribus possent fatigari: quatenus his induciis & data possent reparare pecuniam, & aliquatenus debitorum valeat respirare substantia. Quid enim, inquit, proficit debitorem vrgere, quando in cassum nudatos nititur exigere? quibus, magis prospicimus si ad mutuata sustinendo peruenire faciamus, *Cassiodorus, lib. 2. Variar. epistol. 38.* Asperrima in Sardianos lues, plurimum misericordiæ in eosdem tribuit: nam centies sestertium pollicitus Cæsar Tiberius, & quantum ærario, aut fisco penderent, in quinquennium remisit, *Cornel. Tacitus, libro 2. annal.*

8 ¶ Vlpianus † Christiane tradit, creditorem, etsi is sit respublica, præbere se debere exactorem non acerbum, vel contumeliosum, sed moderatum, & cum efficacia benignum, cum instantia humanum, *Vlpianus in l. si bene collatæ, 33. de vsur. lib. 22. P. tit. 1.* Et prohibita, per Nouellam Valentiniani Cæsaris, exactoribus publicorum vectigalium, dura exactio à ciuibus velut ab hostibus, statutumque potius iustitia, & miseratione debita finiri, *in Nouellis Valentin. extusis cum fragmentis Codicis Gregoriani, Hermogeniani, & Theodosiani, tit. 7. de indulgentiis.*

De Cessione bonorum.

Cap. 8.

Lib. 42. P. titul. 3.
Lib. 7. C. titul. 71.

1 *Cessio bonorum in duplici differentia.*
2 *Cessio bonorum quid erga creditores.*
3 *Quotuplex cum infamia, & sine infamia.*
Cessioni faciendæ quid considerandum. eod.
4 *Cedenti quæ relinquantur.*
Vestis quæ relinquenda sit cedenti bonis. eod.
5 *Zona cedentibus bonis quare adimitur.*
6. & 8. *Cedens post cessionem, vtatenus conueniri potest in posterum quæsitis.*
7 *Cessionis beneficium, ne conueniatur quis vltra quam possit facere in quæsitis postea, non competit contra creditores postea factos.*
9 *Cedens bonis quæ retinere possit bona.*

1 DVæ † sunt species cessionis bonorum: vna, dum quis pro derelicto habet bona sua, & à se abdicat ea mente, vt nolit esse amplius dominus, *l. 1. pro derelict. in P. lib. 10. 41. tit. 8. l. si quis vi. §. differentia, de acq. poss.* cuiusmodi & sunt cessiones actionum cum in alium iura nostra transferimus, *l. penult. & fin. mandat. C. nos etiam, de istis libro superiore, ca. 20. de novationibus.* Est & similis illa cessio, qua quis res, pro quibus controuersia est, cedit, & relinquit actori, vt in tributoria actione receptum est, *l. illud, §. quod tamen, de tributor. P. l. 4. §. fi. de alien. iudic. mut. caus. fact. in P.* Species altera, de qua hic tantum agemus, dum oppressus inopia debitor, cumque facultatibus destituitur, & nihilominus instant creditores & vrgent, beneficium hoc habet vltimum à iure concessum, vt bonis suis cedat sponte confessus debitum.

2 ¶ Est autem † cessio bonorum professio voluntatis, *l. in omni 6. qui bon. ceder. poss. C.* debitoris æs alienum confitentis, *l. pen. de cessio. bon. in P.* se relinquere bona sua creditoribus, & à se abdicare vt beneficio iuris vsus à molestiis eorum eximatur, *l. 1. 4. & 7. C. qui bon. cede. possunt. nou. 135. glo. in l. penult. de cessio. bon. P. glo. in l. 5. qui bon. ced. poss. C. Bal. in §. fin. de action. apud Iustin.*

3 Duplex, † & sine infamia, ex iuris communis beneficio, & cum infamia, secundum diuersarum regionum mores, vt paulo post latius dicendum, Deo fauente. Consideramus hic & res, personas, formam cedendi, cuius debiti fieri possit cessio, ob quem finem, & causas & rationes. Cessio bonorum de omnibus bonis fit, vt nec denarium solum debeat debitor sibi retinere, & excutiatur omnis res debitoris, vsque ad baculum, & peram, vt scribit Petrus Iacobi, *in praxi, tit. de cess. bon.* & si is retineat denarium, nec cessionem valere tradit Baldus, *in l. fin. qui bon. ced. poss. C.* & Iason *in §. fin. num. 27. de action.* relinquuntur tamē cedēti vestes quotidianæ quas defert secum dum cedit, quemadmodum & damnato ad mortem, *l. diuus, de bonis damnator. P. de cuius explicatione vide Cælium Rhodigi. lib. 3. cap. 26.* Et hæc est communis opinio, quam probat Cynus, *in l. 1. qui bon. ced. poss. C.* & Imola, *in c. Odoard. de solutio.* quia nec in obligationem generalem censetur venire vestis, *l. obligatione generali, de pign. P.* & si debitor coreere concluderetur, relinqueretur ei vestis, *l. si victum, de re iudicata, iuncta l. verbo victus, de verbo. sign. P.* nec honestum, nec Christianum quoque inferre, cum turpis sit nuditas, *l. cum supra, & l. non partim. de cursu publ. lib. 12. C. vide quæ dixi de nuditate, lib. 40. Syntaxeon, in pudicitia.* Petrus Iacobi tamen tradit, relinquendam esse tantum vestem viliorem, & depilem, ceteras cedere creditoribus, qui contendunt de damno euitando, & de recuperatione propriorum, *vbi supra.* In symbolum quod omnibus bonis se exuerint debitores.

4 ¶ Soluitur † etiam hodie illis zona, more antiquo signato, quo potissimum milites, quicquid haberent æris in zonis ferrent: vnde apud Aulum Gellium, *lib. 15. cap. 12.* Caius Gracchus, zonas, inquit, quas plenas argenti exuli, eas ex prouincia inanes retuli. hinc & is dicitur zonam amisisse, qui nihil ex bonis reliqui habet, vt Horatius, *lib. 2. Epistol. epist. 2.* Ibit eo, quo vis, qui zonam perdidit. Adimuntur † cedenti itaque bona omnia, 5
quæ tempore cessionis habet: porro in his quę postea quæsiuit, ex cessione hoc consequitur beneficium, vt conuentus tantum debitoribus teneatur, deducto eo quod victui eius necessarium est, *ita intelligenda, l. qui bonis, de cessio. bon. P. Innoc. in d. c. Odoard.* Et ita subductis ex postea quæsitis alimentis, omnia creditoribus dantur. Inhumanum namque inquit Iustinianus, *§. fin. de actio.* visum est, spoliatum fortunis suis in solidum damnari, sicut & Venuleius iniquum putat in eum actionem dari, cui bona ablata sunt, *in l. si. §. penal. de his quæ in fraudem cred. lib. 42. P. tit. 9.* Singulare † tamen annotandum est, nec acquisita post cessionē 6
obnoxia esse creditoribus, si debitor cessionem fecerit infamē, *not. glo. in §. fi. de actio.* si ad pinguiorem fortunam peruenerit, vt si nudato ano incedisset lapidi cedendo, quia iam pro debito ciuili, pœnas videtur luisse corporales, *per glo. in ca. sicut dignum, §. hi quoque, vers. si habet, de homicid. & in c. peccatum, de reg. iur. in sex.* Quod confirmat etiam Guido Papæus, atque tradit hanc fortunam cessionis infamem esse, *decisio. 343.* ex consuetudine curiarum Lugdunensium, & aliorum locorum. Quod non seruari quidam putant, quod placuerit senatui Parisiensi, *arresto lato, 1143. 18. Sept. probat & l. debitores, ex quib. caus. infam. irrog. C.* cessionem, cum sit beneficium iuris non infamare. Ego vero vel modum infamem cedendi tollendum putarem, vt arbitror sensisse senatum, vel remanente forma infami, creditoribus sufficere debere, quod ignominia, quæ maioris est ponderis omni ære, *l. isti quidem, quod met. caus. in P.* debitores afficerint.

¶ Aliud † singulare contra cedentes, ne ij vti possint exceptione, ne conueniantur post cessionem vltra quam facere possint, deductis alimentis, aduersus eos creditores, cum quibus post cessionem contraxerint, *Petrus Iacobi in titulo, de cessio. bonorum, argumen. l. ex contractu, de bonis auctor. iudic. possid. C.* Quam sententiam probat Iason, Ioannes de Platea, Ioannes Faber, Iacobus Aretinus *prædicti interpret. ad §. fin. de actio.* Et argumento esse potest, quod filiusfamilias tenetur & conuenitur de his, quæ contraxit, cum esset in patris potestate, in quantum facere potest in sex casibus, *l. qui ponuntur, in l. 2. quod cum eo. P.* Et tamen in his quæ postea contraxit, in solidum tenetur, *l. 3. eod. tit. quod cum eo. P.* 7

¶ Potest † tamen debitor renuntiare huic priuilegio cedens, 8
vt possit conueniri vltra quam facere possit, non deducto ne egeat, *Bald. l. 1. qui bon. ced. pos. C. Guid. Papæus, quæst. 211. Aretin. §. fin. de act.*

¶ In † cessione bonorum omnium, retinent cedentes bona 9
eis relicta testamento, cum prohibitione alienationis: item feuda, non tamen vsumfructum eorum, vt notat Baldus *in l. 1 versic. nunquid ille qui cedit bonis, qui bon. ced. poss. C.* quia vsufructuarius vsumfructum quandiu vixerit in alium transferre potest, *l. arboribus 17. de vsufruct. lib. 7. P. tit. 1.* resoluto tamen iure dantis, & ius accipientis resoluitur, *l. lex vectigali, de pign. P. l. 8. §. fin. quibus modis vsusfruct. amitt. P. l. si propter, C. ne filius pro patre, §. finitur, de vsufruct.* In cessione bonorum patris non veniunt bona filiorum, *l. 3. C. qui bon. ced. poss.*

De Personis & qui cedere bonis possunt.

Cap. 9.

1 *Cedere bonis quis possit.*
2 *Cessio sponte debet fieri.*
3 *Verba temere prolata non semper nocent.*

Digitized by Google

4 *Cedere non possunt bonis qui non habent bona, nec habere possunt.*
5 *Clericus an possit bonis cedere: & quomodo.*
6 *Bonis cedere an possit miles.*
7 *Scholasticus cedens bonis retinet libros.*
Libri scholasticorum num possint capi vel retineri pro eorum debitis? eod.
Libri scholasticorum non tenentur pro hospitij mercede, eod.
Libros, scholastici boni, tanquam vxorem diligunt. eod.
Libros scholasticorum comburentes laqueo suspensi sunt. eod.
7. 8. *Conueniri & condemnari quæ personæ non possint, vltra quam facere possunt.*
9 *Cedere bonis personæ quædam non coguntur, possunt autem si velint.*
10. 11. *Aliæ, etiam si velint, non possunt.*
11 *Argentariæ mensæ & argentarij vbi Romæ, & de fraudibus eorum.*
Mensarij qui. eod.
Collybus, collybista, campsores. eod.
Tabernæ argentariæ publicæ vbi, & à quibus exstructæ. eo.
10. 11. 12. *Banqueroterij à cessione bonorum reiecti, & puniti.*
13 *Decoctores bonorum, seu prodigi arcentur à beneficio cessionis bonorum.*
Cessio bonorum denegatur prodigis. eod.
14 *Spoliatoribus.*
15 *In quibus lex negat.*
16 *Alienigenis in Gallia.*
17 *Deportatis, bannitis.*
18 *Voluntarie turpibus.*
19 *Si non placeat iudici.*
20 *Qui contraxit sciens se non esse soluendo.*

1 IN † personis quæ possint cedere constituimus omnem debitorē cedere posse, siue is paterfamilias, siue filiusfamilias sit, *l. cum & filiifamil. 7. C. qui bon. ced. poss.* quia filiifamil. bona habere possunt: quæ patri non quæruntur, vnde & qui habent aliquid cedunt, & qui nihil habent, cuiuscunque sexus sint, mares, vel fœminæ ad flebile cessionis adiutorium confugere possunt, *dict. leg. cum & filiifamil.* quia & habere possunt, & illis hoc proderit, vt si quid quærant postea à carceribus liberi, non conueniantur in solidum. *dict. l. cum & filiifam.* quamuis in mulieribus nunc subsistant, vtpote quæ iure nouo, *vt superiori c. diximus per authen. sed hodie. C. de offic. diuer. iud. auth. hodie, de custod. reorum.* carceribus pro ciuili debito concludi nequeant. ¶ Oportet
2 † autem cessionem fieri à volente, *l. in omnib. C. qui bon. ced. poss.* & in voluntate perseuerante. Nam qui dixit velle bonis cedere, potest pœnitere re integra, *l. 2. C. eod. qui bon. ced. poss. l. quem pœnitet, & l. is qui bonis, l. 3. eod. in P.* I. Antequam reipsa cedat, quemadmodum, si priusquam res pignorata distraheretur, debitor debitum consignauerit & deposuerit, impeditur venditio, non aliter, *l. si pign. & l. si residuum, de distra. pign. lib. 8. C. tit. 28.* veluti re non existente integra, *vt in ca. in causis, §. fin. de elect.*
¶ Sic † enim excusatur quis à temeritate, quæ alicui non nocet,
3 *vt in l. si quis suus 8 de iur. deli. 28. P. tit. 8.* & temeritas facilitatis veniam continet, vt inconsultus calor calumnæ vitio caret, *can. si quem, §. notandum 2. q. 3.* & sæpe in aliis temere facta, sine aliquorum tamen detrimento, reuocari possunt, *vt in l. 3. de diuor. in P. l. famosi, ad legem Iul. maiesta. P. l. quod calore, de regul. iur. in P. l. si quis libellas, de appellat. libr. 7. C. tit. 62.* Ita re integra quis à consensu discedere potest præstito, qui à se vno dependet, *leg. si quis, in prin. de leg. 1.* potissimumque hoc verum, si debitor solutionem offert, quia ea tollitur omnis obligatio, *§. 1. quibus mod. toll. oblig.* Et re integra reuocatur recte mandatum, *§. certe mandatis.* cum nihil interfit mandatarii, *l. si pecuniam, de condict. caussa dat. libr. 12. P. tit. 4. l. verum §. fin. pro socio. l. 1. §. penult. depos. &c.* Quamobrem quoque, si lite pendente debitor postulat se admitti ad cessionem bonorū eaque de caussa vocarit creditores, possunt nihilominus interim mandari actiones contra eum executioni: nisi constaret iudici, debitorē ad beneficium cessionis prouocantem nulla habere bona, *in decisione Tholosanæ Capellæ*
4 28. ¶ Qui † non habent bona, neque habitu, neque potentia, id est, qui nec possident propria, nec possidere possunt, non possunt credere, vt not. Angelus, *in l. pen. C. qui bon. ced. poss.* cuiusmodi sunt personæ ecclesiasticæ regulares, quibus propria separatim habere inhibitum est, *c. cum ad monasterium, de statu. mona. c. Ioan. de reg.* ¶ Possunt † itaque alii clerici, &
5 ecclesiasticæ personæ qui propriam habent, vel habere possunt, bonis cedere, vt putant ex ea. Odoard. de solut. colligi, *glo. in ca. Odoard. de solut. l. 3. Decr. tit. 23.* vbi tamen de cessione nulla mentio, nisi pro cessione dicamus quod ibi scribitur Clericum non soluendo si iuret si ad pinguiorem peruenerit fortunā se soluturum, non debere excommunicari, & excommunicatum absoluendum. Secundum tamen Ioannem Imolensem fructibus sui beneficij cedet, sine famæ suæ iactura, *in d. ca. Odoard. ap. num. fin.* Quanquam & idem notet aduersus sententiam Panormitani, & glossæ, his clericis datū beneficium ne conueniātur vltra quam facere possint, *idem ab Imola, eod. num. 5.* quod probarem in ecclesiasticis personis: quia nec illæ possint pro debito ciuili in carcerem detrudi, sed excommunicari, vt scribit Ioannes Andreæ, *in c. fin. clericus, de sentent. excommunic. in sext. in nouell. qui sentit.* quem sequitur Panormitan. *in c. Odoardus nu. 3.* Isque tradit non esse cogendum clericum cedere bonis, eo quod à clerico debitore omnia non sint extorquenda, sed debet ei relinqui vnde viuere possit. *Panor. in d. c. Odoard. nu. 8.* cui cōsentit iurispontificis vulgaris interpres. *glos. in c. stadeat 50. dist.* Nec propter mendicitatē & inopiam alimentorum conuertatur in contumeliam cleri ad turpia lucra, *can. reatum 84. dist.* ad quæ paupertas cogit, *l. palmae rit. nupt. P. l. spadonem, de excusa. tut.*

¶ Quare † nec armatæ militiæ miles secundum eundem Pa- 6
normitanum, *in dict. cap. Odoard. num. 3.* adigitur ad cessionē bonorum, quod & hic habeat beneficium, ne conueniatur nisi in quantum facere potest, & deducto ne egeat, *l. item miles, de re iudic. in P.*

¶ Notat † & Baldus cedenti bonis scholastico non posse au- 7
ferri libros, non magis quam militi armatæ militiæ arma. *Bald. ad rub. qui bon. ced. poss.* Quia scholasticorum arma libri sunt, *gl. in l. nepos Proculo, de verb. sign.* videlicet ne studium deserat, cum & interfit nostra libros habere, per quos doctrina & scientia repleamur, & meliores reddamur, *l. penul. ad exhib. P.* Quo fit vt libri eorum nunquam capi vel retineri possint, pro eorum debitis, nisi scholastici mortui sint, vel discolit: tunc enim pro impēsis funeris, & cessante caussa priuilegij, cessabit dispositio. *expres. Bald. in l. restituenda, & in l. fin. commod. Petrus de Vbald. in tract. tu, de duob. fratrib. 11. parte, 9. fin. facit. in arg. c. cum cessante, de appell.* sicuti & pro expensis victus scholastici, eius libros retineri posse putat Bartolus, *in l. si non sortem, §. si centum. de condi. indeb. P. Rebuff. in lib. de priuil. scholasticor. priuileg. 113.* si fiat etiam desertor studiorum, quia & tunc priuilegiatus non est, sed alienus à beneficio, vt desertor militiæ, *l. desertorem, de re milit. P.* non aliter, vt neque libri eius ab hospite pro hospitio retineri possint, seu pro eius mercede, *Angelus & Iason in §. item Seruiana, de actio.* Cessat que iuris communis dispositio, quo inuecta in prædium vel domum locatam, censentur tacite obligata pro mercede, *in §. item quia, de pact. P. l. tertia, & toto tit. in quib. causs. pignor. vel hypothec. tacitè contrah. l. certi iuris, Cod. de loca.* etiamsi ad tempus non conduxisset hospitium, sed vna tantum nocte in eo habitasset. *Alex. in l. diuortio: §. ob donationem, in fin. sol. matr.* Quæ enim verisimiliter obligari non solent, non veniunt in generali obligatione, *l. generaliter, de pign. l. 1. quæ res pign. oblig. poss.* Scholasticus autem bonus cum libros suos, tanquam propriam vxorem, & amplius quam amasiam, aut propriū corpus, vt ait Ioannes Faber, *in §. iniur. de iniuriis*, diligat, non censetur eos voluisse vnquam obligare. Refertque Rebuffus anno 1525. ex placito curiæ Tholosanæ, laqueo suspensos qui scholasticorum libros combussissent, huiusque se fuisse testem oculatum negotij, *Rebuffus, de priuil. schol. priuil. 19.*

¶ Extendunt † & interpretes iura, quæ militibus concedūt, 8
ne conueniantur supra quam facere possunt, ad ipsos aduocatos, & clericos milites cœlestis militiæ. *glos. in leg. milites, de re iudic. P. ita iudica. in ecclesiasticis personis Parisi. 19. Decem. anno 1513. Papus, libr. 18. Rhapso. arresto. tit. 5. arest. 4.* milites nāq; sunt & aduocati. *leg. aduocari, de aduoc. diuersor. iudicū. l. fori tui de aduoc. diuers. iudic. C.* & ecclesiasticæ personæ, *ca, reprehensibilis, 32. q. 8. c. Christianus 11. q. 1. l. de sacrosan.* Accedit quod militibus stipendia retineri non possunt propter debita, illis etiam sententia condemnatis. *stipendia, l. 4. de exsecutio. rei iudica. l. 7. C. tit. 53.* Sunt & aliæ personæ quæ non sunt tanto fauore dignæ ecclesiasticæ quæ vltra quam facere possint cōueniri nequeunt: vt maritus, socrus, patronus & aliæ similes, *leg. inter eos, cum 4. sequen. de re in dic. P.* neque pactum de ea re in contrarium valet, *l. alia caussa, §. eleganter, solut. matr. P.* Debent & esse priuilegia actoris, & rei, quod fieri potest in iudicio communi, vt quod iuris quis in alium statuerit, hoc & ipse vtatur, *l. quod quisque iur. in P.* Ecclesia autē debitores suos, vltra quam facere possunt non debet conuenire. *gl. in ca. quicunque, in 1. 16. quæst. 7. can. quicquid. 16. quæst. 1. c. non satis 86. distinct.* æquum itaque est ne ea debitrix à suis creditoribus conueniatur duriori modo.

¶ Verumtamen † ita receptum est, vt quamuis clericus & ec- 9
clesia non cogantur cedere bonis, possint tamen amitti, si velint, *§. si quis autem ibi, res omnes velint creditoribus cedere, vt determi. sit numerus cleric. in authent. Angelus Aretinus in §. fin. num. 12. de actio.* Idipsum & permissum est vniuersitati cuilibet, vt scholasticorum Fabrorum & similium, *l. 4. vers. actor. de re iudica. P. l. fin. & ibi interpret. de iurisdict. omn. iud. l. fin. & ibi Bartol. de colleg. illic. P.*

¶ Excipiendi † autem sunt, qui non possint cedere, etsi ve- 10
lint, breuiter. Primum enim tradunt non esse admittendos ad beneficium cessionis, eos qui in fraudem creditorum alienarum. *Bald. in §. final. & §. item, si quis in fraudem, de actio. facit l. fin. §. si. quæ in fraud. creditor. in P. exstat casus, in l. iure prouisum, 5. de fabricēnsi, libr. 11. C. tit. 9.* Nemini enim fraus & dolus patrocinari debet, *l. 1. & l. ne ex dolo, de dol. in P. l. non fraudantur, de regul. iur. in P.* Eadem ratione secundo reiiciuntur ab ea, qui spe cessionis futuræ contraxerunt, si de ea voluntate liquido appareat. *Guilielm. Benedictus, in 3. parte in quæst.*

an occi-

Digitized by Google

an accidere peccatorem liceat, num. 37. facit Felinus, in cap. fin. de sesti.

¶ Tertio loco, † & mensæ argentariæ euersores, qui dicuntur Italis *banquesalliti*, Gallis *báqueroutiers*, beneficio hoc nõ gaudent, propter dolum, cum cessione miserorum fit, *Bald. consil. 219. vol. 3. incip. insuper libro thesaurariæ. Boer. dec. 215. nu. 5.* Isti quippe cedunt foro dolose, & multorum pecuniis intercepti contra fidem publicam, quam dederunt, cum multorum pernicie solum vertunt, hosque quos Vlpianus dicit foro cedere, *l. si hominem, 7. §. quoties foro depositi. in P. libr. decimo sexto. titul. tertio*, Paulus dixit fraudatores, *leg. quod priuilegium, 8. eodem titul. depositi, P.* Aliud enim est foro cedere, aliud bonis cedere. *in quo lapsus Accurs. in d. l. quod priuileg.* erant quippe in foro Romano, vt nunc Lugduni, mercatorum nũmulariorum tabernæ, pone & iuxta ædem Castoris, vt ex Terentio *Phormione*, Plauto *in Persa & Curculione*, & Iuuenale *Satyr. 3 4. ibi. quanto capitu discrimine constent, &c.* constat, & late docet Budæus, *in explicat. d. l. si hominẽ, §. fin. depos. in prior. annotat. in P.* in publico videlicet loco, vbi mensæ argentariæ, *Vlp. in l. qui tabernas, 33. de contrah. emt. li. 18. P. tit. 1.* & vbi publicam egentibus præstãbant operam, veluti fide publica. Obtenuauit & Sigonius, *lib. 2. de antiquo iure Rom. ca. 11. mensarios* publicam rationem confecisse, *argentarios* priuatam. Argentariam facere Cicero *pro Cæcinna* ait, more diuitum & copiosorum hominum, qui quæstum facerent aut permutandis pecuniis, aut fœnerandis, ex permutatione pecuniæ lucrum corrogatum, collybus Græcis, quæ voce & Cicero vsus ad Atticum, vnde & ipsi argentarii collybistæ, campsores nunc nummularii qui & per partes pecuniam erogant, vt scribit Paulus *in l. quædam personæ. 9. §. fi. de eden. P.* Et mensæ argentariæ exercitores ab Vlpiano *in l. 4. §. prætor ait, de edẽ. P.* & apud Græcos quoque *ἀργυροκόπους*, & *ἀργυραμοιβοὺς*, apud Iulium Pollucẽ *lib. 3. Onomastic. c. 5.* Tabernas argentarias constituit in foro Luc. Tarquinius Priscus Romanorum rex, *Dion. Halycarn.* quarũ & meminit Liuius *sæpe. vt in 9. & 26.* Inibi & actiones licitationum fiebant, *Cic. pro Cecinna, cum de Æbutio loquitur, & Quintilian. 6. Instit.* & ob id officium argentariorum, atque ministerium publicam causam habet, estque principalis eorum opera, vt auctus sui diligenter rationes conficiant, *Caius, in l. argentarius, 10. vers. ideo, de edend. in P.* quia frequentissime ad fidem eorum codicum recurritur, *l. quadam sunt, 9. §. nummularios, eod. tit. de edend. in P.*

22 ¶ Et § proinde ne facile quis decipiatur sub prætextu fidei publicæ, tantum abest vt hi qui dicuntur à Demosthene *oratione, περὶ παραπρεσβείας, αἰσχυνάζειν τὴν τραπεζαν*, mensam subuertere, beneficio cessionis digni sunt, quin vel ex eo solo, quod foro cedunt, & solum vertentes alio confugiunt, pœnam merentur. Qui enim rationes publicas habent, semper paratas habere debent præbendas poscentibus eo loco vbi argentariam habent, *l. argentarius, de edend. P.* maximeque vel in eo peccant qui instrumenta debiti transtulerint in aliam, quam vbi argentariam exercuerint prouinciam, *l. 4. §. fin. de edend. in P.* Proinde horum, vt latitantium fraudationis causa, bona possideri vẽdique iubẽtur, vt satisfiat creditoribus, *l. 1. & l. Fulcinius, 7. quibus ex caus. in poss. §. 10. eat. lib. 42. P. tit. 4.* In hos quoque in Gallia comitiis habitis Aureliæ anno 1560. *in constitutio. regia comitiorum Aureliac. tit. 43.* pœna imposita, & constitutione Francisci primi eius nominis regis capitalis, die 10. Octobris 1536. Carolus quintus etiam Imperator in constitutionibus editis in comitiis habitis Augustæ Vindelicorum 1548, artic. 22. in hos mensarios solum vertentes, & trapezam euertentes, tamquam in fures animaduerti iubet, comprehendi & carcere detineri, donec creditoribus satisfecerint. Gratianus Cæsar, 4. loco, decoctores publicæ pecuniæ vel fraudulẽtos in adscriptionibus illicitis, iubet subiici per iudices locorum plumbatorum ictibus *Gratia. in l. quilibet. 40. de accurio. lib. 10. C. tit. 31.* Inhibet & Archadius, ne is qui interuersione facta rationum semel conuentus, id officium rursus gerat, in quo antè decoxit, *l. si aliquid, 12. de suscepto & arcariis lib. 10. C. tit. 70. vbi nugæ expungendæ glossæ, circa excoctionem.*

23 ¶ Indigni † quoque cessionis beneficio, quinto qui prodige & luxuriose sua consumunt & decoquunt, infamia olim merito donati. Sic enim & legem posuit Solon: *τὸν ἑαυτὸν οἶκον οὐκ ἀναλώσαντα, ἀτιμον εἶναι*, id est, Qui patrimonii sui versuram fecerit, ignominius esto. Eosdẽ quoque apud Corinthios multa, vt fontes damnatos relatum est, *Diogenes Laerti. lib. 1. Decret. philos.* Adrianus decoctores bonorum si suæ essent auctoritatis, catamidiari in amphitheatro & dimitti statuit, *idem Dioge. Laert. lib. 6.* vocant Galli catamidiare vulgo *mitrer*, ludibrio habere. Sed in formula cessionis de infamia latius.

¶ Sexto, † spolians aliquem non auditur recurrens ad beneficium cessionis, *Spartian. in Adriano.* indignus quippe legis beneficio est qui contra leges facit, *Rotæ decis. 83. tit. de restit. spol. incip. nota. quod vbi monachus, in antiquis.* & iura non decipientibus, sed deceptis subueniunt. *l. auxilium, §. in delictis, de minor. 25. annis, l. verum, in prin. pro soc.*

25 ¶ Septimo non † tenetur creditor cessionem debitoris admittere, si lex municipalis cessionem prohibeat: veluti statutum esse in sua ciuitate tradit Odofredus, *ca. 3. de reg. iur. l. 2. ad sena. Velleian. in P. l. si fine, C. eod. titul. l. 2. si minor se maiorem dixerit, l. 1. & 2. si aduers. delict.* C. & ideo inibi esse carcerem, in quem omnes debitores coniiciantur si non soluerint.

¶ Octauo † in Gallia alienigenis denegatur cessionis bonorum auxilium: vt decreuit senatus Parisiensis hora pomeridiana ex tempore quarto nonas Aprilis, 1565. contra Danum quẽdam Lubecensem, *Odofr. in l. 1. in fine, qui bonis ceder. poss.* C. Sicut in Flandricis prouinciis Belgæ indigenæ non iuuantur hoc beneficio cessionis bonorum, nisi impetrauerint a principe magna cum cautione, & multis interpositis conditionibus, ex sanctione Caroli quinti Imperatoris, lata 1541. *refert Rhenat. Chopinus libi 1. Domanij Franciæ tit. 12.* Apud Romanos quoque olim legis Iuliæ cessionis beneficium ciuibus tantum indultum erat, *refert Balduinus in §. fi. de actio.* postea tamen & ad prouinciales prorogatum est. *Iulius Cæsar li. 3. Commen. bel. Gal. 1. Sueto. in C. Cæsare ca. 42. T. Citus li. 5. annal.* 16

¶ Nono † deportatus, seu relegatus, & qui dicitur bannitus seu exsul, cui postea bona & ciuitas restituuntur, non admittitur petens ad cessionem, *l. 4. qui bon. ced. poss. C.* 17

¶ Decimo † tradit Butrigarius. *l. 2. C. de sentent. passi. Iason. in §. fi. nu. 22. de actio.* voluntarie inopem cedere non posse, quia cessio non admittitur nisi vrgentibus creditoribus, & si velint carceribus mancipare, vel detinere debitorem, facta bonorũ disquisitione cum vicinis per apparitorem: quamuis contrarium opinetur Bartolus, *in l. stipulatio. §. habet, de ope. no. nunt.* tamen omnes formulæ, seu styli curiarũ Galliarum, sequuntur sententiã Butrigarii, vt notat Boerius *decis. 349. nu. 8.* 18

¶ Vndecimo † in religione iudicis situm erit, perpendere causas, propter quas cessionis beneficium debitor mereatur, nam casus repentini, vis maior, incursus latronum, & cetera fortuita digna sunt quibus releuentur debita: at misereri certe eum non oportet, sed potius irasci & carceres inferre, prodigalitate, luxuria & cauponationibus aliena profundentibus. 19

¶ Duodecimo tradit † Bartolus *in l. alia, §. elegantèr, solut. matr.* & Iason *in fin. nu. 19. de act.* debitorem non vti cessione, si eo tempore quo contraxit sciebat se non esse soluendo. 20

Quibus, & pro quibus debitis cessio fieri non possit.

Cap. 10.

1. 3. *Cessio non fit pro mulcta debiti ex crimine.*
Pro debito facti. nu. 3.
2 *Pœna pecuniaria quando commutari potest in corporalem, ob inopiam condemnati.*
4 *Cessio fieri nequit pro debito fiscali, vel Reip.*
Debitor fisci in carcerem detrusus etiam iure antiquo, eod.
3. 4. *Carcerari num quis possit pro debito fiscali, vel Reipub.*
4 *Tributum pro pauperibus.*
Tributorum magnitudo imposita à Chilperico migrare colonos cogit, eod.

PLacuit † non admittendam cessionem bonorum pro mulcta debita ex crimine, siue ad eam damnatus sit clericus, siue laicus, *Boer. decis. 349. facit can. episcopis, §. libertis, 12. q. 2.* ¶ Veluti si quis debitor sit ex maleficio & litis æstimatio fiat: quo casu vera est regula, vt quinõ habet in ære, luat in corpore, *l. 1. §. fi. de pœn. in P. lib. 48. tit. 19. l. si. de in ius voca. li. 2. P. tit. 4. l. quicunque, §. quod si, de seruis fugit. C. fi. de sepul. violat.* C. *l. si quis id quod, §. In seruos, de iurisd. omn. iud. c. fi. de maledic. cũ sim.* quãdo videlicet mulcta ex delicto est applicãda fisco, non etiã parti, siue ex contractu, siue ex maleficio: tunc enim mulcta pecuniaria non potest cõmutari in pœnam corporalem, nisi actore consentiente, *Stephã. Aufrerius, in additio. 2. ad decisionem Capellæ Tholosa. 61. facit ca. fraternitas, 12. q. 2.* sed exspectanda est pinguior rei fortuna, *iuxta c. Odoard. de solut.* 1

¶ In † mulcta autem ciuile nunquam aut raro commutatio eius facienda est in pœnam corporalem, *l. illicitas. §. fi. de offic. præsid. P. ca. finem litibus de dot. & cont. ap. Gregor.* Apertius hoc explicat distinctione Ioannes Andreas, *in d. c. Odoardus.* aut, inquit, ex maleficio, siue ex contractu debitor conuenitur ad præstandum id quod interest, & tunc potest bonis cedere: aut agitur nõ tantũ ad id quod interest, sed ad pœnã quoque, vel ad pœnitentiam imponendam, veluti in furto. *c. tua, de pœnit.* tunc, si placet actori, mulcta in pœnam corporalem poterit conuerti, *d. c. fraternitas, 12. q. 2.* 2

¶ Illud † ipsum & licebit iudici, cum de pœna imponenda tractat. *capit. 2. versicul. etsi nec, de maledic.* 2. Non habet locum bonorum cessio in obligatione qua quis tenetur ad factum, quia factum pro parte restitui non potest, *l. stipulatio, §. fi. de ope. no. nunt.* Et sic in hac hypothesi, resoluunt Masuerius *in iudiciorum prax. 4. it. de obligatio. §. item venditor ad impediendam,* 3

Digitized by Google

bonorum suorum venditionem, addi. 2. & Iason in §. fi. de act. num. 12. Etenim quando quis ad cessionem admittitur, fit ex impotentia soluendi: qui autem ad factum tenetur, illud præstare potest, quare non liberatur cedendo, sed præcise ad factum tenetur, l. stipulationes non diuiduntur, 72. de verb. oblig. vt & ad dandū, l. vbi autem non apparet, 75. eo. tit. de verb. oblig. Si tamen factum habeat præstandi impossibilitatem, arbitrantur Iason & Faber cessionem admittendam. Ias. & Faber in d. §. fin. de act. videlicet ratione eius quod interest non fieri, quod & in obligationibus facti locum habet, l. stipulationes non diuiduntur, & l. in stipulationib. §. fin. de verb. oblig. P.

4 ¶ 3. In † caussa fiscali, vel ære reipublicæ, si quis æstimata lite damnatus pecunia ob maleficium sit, non potest liberari carceribus cedendo, sed quandiu non soluerit illis constringitur, l. nemo, de exacto. trib. lib. 10. C. Sic cum pater Cymonis Miltiades litem æstimatam soluere populo non potuisset, ob eamque caussam in publicis vinculis decessisset, Cymon eadem custodia detentus fuit, neque legibus emitti poterat, nisi pecuniam, qua pater mulctatus erat exsoluisset, vt auctor Æmylius Probus in Cymone: erat autem condemnatio illa mulctæ litisve æstimatio 60. talentorum, ex crimine suspicionis proditionis, cuius insimulatus erat Miltiades, idem Prob. in Miltiade. Suidas quoque, qui reipublicæ, inquit, debebat ex mulcta, nec nouo senatus cōuentu exsoluerat, in carcerem detrudebatur, repudiatis etiam sponsoribus, Suid. in verb. Δημόσιον, δίκη. actionis nomen erat id, quando quis non solueret quod debebat, eiusque ratione simplum pendebatur, si ante nouum senatus conuentum solueretur: sin minus duplum, Suid. in ver. ἀπύλη, in priuatis videlicet debitis, at in publicis carcer paratus, vt dixi, erat. Stephanus Aufrerius probat in debitis quidem fisci, ratione criminis, non posse cessione damnatum liberari à carceribus: at si debitor, inquit, sit tributorum nomine, non debet carcerari, sed honeste sub custodia detineri, Aufrerius in decisi. Capel. Tholos. 18. per l. nemo, de exacto. tribu. lib. 10. C. Lycurgus quoque statuit ob vectigalia non soluta, quemquam in carcerem non esse detrudendum, liberauitque Xenocratem eam ob caussam incarceratum, & publicanum in carcerem ob iniuriam coniecit, Plutar. in vit. decem orator. Tradit & idem Aufrerius ob collectas impositas neminē bonis posse cedere, Stephan. Aufrer. dicta decis. 28. & in decis. Cap. Tholo. 134. in additionibus, videlicet, si soluendo sit, & cedere velit, vt se à publicis muneribus liberet, quod non licet, l. propter, 5. qui bonis ced. poss. C. Existimant autem Ioannes Faber, in §. fi. de act. Cynus, in l. 1. qui bo. cedet. poss. Bartolus, Ioannes de Platea, in l. nemo, de exact. trib. fiscales debitores ob tributa, cessione bonorum liberari posse à carcere.

5 Fuit aliquando † lex Basilij iunioris Porphyrogenetæ Cæsaris, qua constituum, tributum pauperum qui soluendo non essent à locupletibus exigēdum esse, quod ἀπαίτησιν dictum est, lib. 1. iuris Orientalis. in constitut. 2. Basilij. Hoc tamen postea Romanus Argyrus Cæsar subtulit, quod etiam Constantinus erat sublaturus, nisi mors eum anteuertisset, in eod. 1. lib. iur. Orienta. in constit. Argiri, περὶ τῶν ἀποδόσεως τῶν μεγάλων ἐκκλησιῶν, id est reditu maior. eccles. Veruntamen, quamquam propter administrationem ciuilem quem bonis posse cedere constat, l. 2. & 3. C. qui bon. ced. poss. tamen receptum est, debitorem fiscalem non posse bonis cedere: & ita seruatur in curiis huius regni, Guido Papæus q. 211. num. 3. Bart. in l. cum eo, ad leg. Iul. pecula. P. Bal. Cyn. in l. 1. qui bon. ced. poss. nisi in casibus, in quibus paupertas excusat, Bala. & Cyn. in d. l. 1. Quare & Baldus & Salicetus in l. propter honorem, qui bon. ced. poss. idque firmat Angelus Aret. in §. fin. de actio. tradunt subditos volentes cedere bonis propter collectas, quæ imponi debent pro modo patrimonij per æs & libram, & vt dicunt, pro solido & libra, non audiri: idque iustissime, cum vnde soluant in eo casu habeant sufficiens patrimonium, cuius ratio habetur & dolose diffugere onus videantur. Scio tamen aliquando onera inter tyrannos principes tam grauia indici, vt sæpe incolæ cogantur res ipsas relinquere, & loco migrare, vt quo tempore Chilpericus Galliar. rex nouas & graues imposuit descriptiones, accidisse refert Gregorius Turonensis lib. 3. histor. Franc. cap. 27. Sed illæ cessiones bonorum erant potius discessiones, quam cessiones, de quibus nunc quæstio. Cur autem pro oneribus & muneribus personalibus cessio non fiat, ratio certissima, quod inops, propter necessitatem non habendi, onera patrimonij non sustinet, corpori autem indicta obsequia soluit, l. cura exstruendi, 4. §. inopes. de mun. & honor. P. quodque personalia munera in solicitudine animi principaliter, & vigilantia potius quam sumtibus consistunt, l. 1. §. illud tenendum, de muner. & honor. in P.

De præscripta cedendi formula.

Cap. II.

1 *Distributio bonorum, prodromus cessionis bonorum.*
2 *Distributio bonorum & dationis in solutum, & cessionis differentia.*
3 *Cessione facta petunt creditores se mitti in possessionem bonorum.*
Curator bonis cessis post cessionem datur, eod.
4 *Cessio iure ciuili quomodo fiat & in Gallia.*
5 *Cessio cur ignominiam non habeat.*
Carcerum mancipatio non infamat, eod.
6 *Paupertatis publicæ professio satis affligit.*
7 *Paupertatis mala.*
8 *Cessio bonorum inter bonos & graues infamiam habet.*
9 *Cessio etsi infamis non sit, tamen fit modo vituperabili.*
10 *Decretorum lex Roscia ac grauibus in theatro.*
11 *Vita inops morte peior.*
12 *Debitorum inopum apud Bœotios infamia.*
13 *Cedentes bonis ab actibus humanis tanquam infames non reiciuntur.*
14 *Cedens bonis, quam cautionem præbere debeat.*
15 *Cessionis substantiale, est fateri debitum.*
16 *Cedens omnia tenetur bona indicare.*

PRodromi † & antesignani cessionis bonorum distributiones fiunt, quando debitores in solutum relinquunt creditoribus, vt distribuantur inter illos secundum ordinem nominū, in nouella 4. §. quod autem. ¶ Interest † autem inter dationem in solutum, & cessionem in multis, sed potissimum quod dominium transeat in creditores rerum in solutum datarum: quæ autē per cessionem ad creditores perueniunt iure dominij, ad eos non pertinent, nec eo iure inter se creditores diuidere possunt, l. 4. C. qui bonis ced. poss. Neque enim qui cedit bonis, desinit esse dominus bonorum suorum ante distributionē factam pecuniæ, vel æstimatione facta ante addictionem rerum, l. si qui, & ibi B. art. qui bo. ced. poss. C. in decisio. Capel. Tholos. 134. Petrus Iacob. tit. de cess. bono. ¶ Quo † fit vt cessione facta, petere debeant creditores se mitti in possessionem bonorum, iuxta titulum, de bonis auctoritate iudicum possidendis. Et interim datur bonis curator, secundum l. 2. & fin. de cura. bonis dando, lib. 42. P. tit. 8. l. 2. quando fiscus, vel prima. C. Is autem vendit bona, & satisfacit creditoribus, d. l. fi. de cura. b. m. dando, exercetque actiones vtiles cōtra debitores cedentis, l. 2. eo. tit. P. li. 42. tit. 8. Et si post cessionē bonorum statim curator dari non possit, iudex interim inuentarium fieri bonorum statuet, vel ea sequestrabit postulantibus creditoribus, ne bona interim subtrahantur, & vt consulatur omnibus. Neque cogetur vnus ex chirographariis creditoribus bona solus capere, cum onere soluendi ceteris, l. inciuile est 4. de bon. auctor. iudicum poss. li. 7. C. tit. 72.

¶ Cessio † iure ciuili, sine aliqua solemnitate fit, sola voluntatis expressione, l. in omni, C. qui bonis ced. poss. & professione, & per nuntium, & per epistolam, l. fi. de cessio. bon. P. Hodie in Gallia non ita, sed fit in iudicio, sedente iudice pro tribunali, die & tempore, quo publicæ caussæ in iudicio explicantur in auditorio publico, ex constitutione Ludouici Duodecimi, anni millesimi quingentesimi duodecimi, consit. Lud. 12. anni 1512. art. 70.

¶ Veruntamen † in eo consentiunt nostri cum iure communi, vt ignominiam cessio non habeat, cum beneficium iuris sit, in l. debitor. s. 12. de iu. q. nō notant. inf. lib. 2. C. tit. 12. dictum & arestо Parisiensi, 18. Septem. 1543. Philip. Bugno. lib. 1. leg. abrog. artic. 115. Et vetita ignominiosa cessio, quæ antea fiebat à Iustiniano, in nouella 135. & l. fi. hoc tit. qui bo. ced. poss. C. nec beneficium pernitiosius esse debet ipsa caussa cui accedit, & à qua liberat, nempe ipsa carcerum detentione ob debitum, quæ non infamat: nec enim ideo infamis quis est, quod in carcerem sit coniectus, vel cui vincula iussu legitimi iudicis iniecta sunt, l. 1. ex quibus caus. inf. irrog. Cod. nisi ob pœnam explorati criminis id fiat, l. nullam, Cod. eod. titul. ex quibus caus. inf. irrog. l. 1. & 2. de custod. reor. P. Neque afflicto afflictio danda est noua, l. tam dementis, Cod. de episc. and. l. diuus, de off. præf. P. l. pœna, §. final. ad leg. Pom. de parri. ca. ex parte de cler. ægrot. c. cum percussio, 7. q. 1. ¶ Satis † autem & abunde quis affligi videtur, ex illa confessione paupertatis publica, qui cedit, vt alia infamiæ nota grauandus non sit. Interest enim nostra alioquin secreta domus nostræ non pandi, & æs alienum detegere, quod melius est interim taceri, l. 2. de alimentis pupillo præstan. lib. 5. C. tit. 50. Quid enim tam durum, tamque inhumanum est, quam publicatione pompave rerum, familiarium & paupertatis detegi vilitatem, & inuidiæ patere diuitias, vt ait Theodosius in l. 2. quan. & quib. quarta pars debeat. l. 10. tit. 34.

Nam, vt scribit Plautus in Persa. acto 3. scen. 1. vbi ad paupertatem accessit infamia,
Grauior paupertas fit, fides subtilior,
Fugiunt amici.

¶ Et † paupertas, cum de mutuo agitur, suspectum reddit debitorem: quamuis suspectum non faciat tutorem, l. si creditores. 15. de priuileg. cred. li. 42. P. tit. 6. Et satis ipso facto ridiculosa, & metuenda paupertas, vt alia nota non opus sit grauiori.

Magnum pauperies opprobrium, iubet
Quicquid vn & facere, & pati,
Virtutisque viam deserit arduæ. Hora. li. 3. carm. ode 24.
Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quam quod ridiculos homines facit, Iuuenal. Satyr. 3.

Et apud

Digitized by Google

Et apud Plautum *in Stichor*

Iam, inquit, inde à pauxillo puero ridiculus fui.
Eo quod paupertas fecit vt ridiculus forem.

2 Atque † ita inter bonos & graues semper infamiam facti habet cessio, quia & ob miseriam fit, & flebile auxilium dicitur seu adiutorium *l. cum & filiifamilias. 7. C. qui bon. cedo. possi.* & in pluribus iuris articulis paupertas detrahit integritati & existimationi personarum, *vt in §. scimus, de testi. in Authent. l. pietatis, de suspect. tutor. C. l. 1. de custod. reor. cum simil.* Atque, vt ait Cicero, cuius bona ex edicto possidentur, huius omnis fama & existimatio simul cum bonis possidetur eius, de quo libelli in celeberrimis locis constituuntur, &c. *Cicero pro Quintio.* Iustinianus quoque iniuria affici defunctum tradit, si sine herede decedat, quod bona eius publicentur, non existente qui respondeat creditoribus, *§. licet autem domine, cum versiculis seq. quib. ex caus. mar. non licet.* Pro iniuria etiam graui habitum, aliquem dixisse debitorē, cum non esset, *Vlp. in l. item apud Labeonem, 15. § si quis non debitorem. de iniur. lib. 47. P. & t. 10.* vt signasse domum debitoris absentis sine auctoritate iudicis, iniuriam haberi respondit Caius. *l. si iniuriæ faciendæ caussa, l. 20. de iniur. P.* prohibitumque sine iudice signa rebus alienis imponere. *l. 1. & 2. & 10. titu. vt nem. liceat sine indic. auctoritate sig. reb. alien. impo. C.* Apud Tyrrhenos, si quis æs alienum quod conflauerat non dissoluisset, sequebantur eum pueri vacuum gestantes marsupium ignominiæ caussa, *Heraclides in politu, & in politia Tyrrhenorum.* Crassus, cui pecuniæ magnitudo diuitis nomen dedit, ab eadem postea turpem decoctoris superlationem accepit, siquidem bona eius à creditoribus, quia solidum præstare non poterat, venierunt: itaque amara suggillatione non caruit, cum egens ambularet, dines ab occurrentibus salutabatur, *Valer. Maxim. lib. 6. ca. fin. in Crasso.*

9 ¶ Sic † quamuis iuris infamia non notetur cedens, tamen ea non fit potissimum hodie, nisi modo vituperabili, tempore quo in forum iudiciale omnes conueniunt, nec sufficit verbo facere, *Bart. in l. qui bon. ced. poss. C. Ias. in §. cum quogna. de actio.* ideo fugienda. Ita Guido Pap. ait cessionem Lugduni fieri in curiis cū vituperio & ignominia, quia remotis femoralibus, culus lapide percutitur, *Guid. Pap. q. 343.* M. Mantua. Bonauitus lib. 5. enchiridij rerum singularium c. 105. tradit, Paduæ esse lapidem, dictum vituperij, in quo cessio fieret ter natibus nudatis lapidem percutiendo, & toties alta voce dicendo, Cedo bonis: idque ex lege municipali quæ est ibi, sub titulo de cessio. bono. incipiente in nomine patris, quam alias, ait: factam ad postulationem beati Antonij confessoris: & habuisse ortum à Romanis habentibus leonem marmoreum ante Capitolij ianuam positum, quem sic bonis cedentes natibus percutiebant pariter, consuetudine recepta contra dispositionem iuris communis. Angelus Paduæ quoque cessionem fieri tradit à debitore publice, posteriora nuda ostendendo, & dicendo, Cedo bonis, testaturque se Perusij vidisse in columna hoc modo cedentem, *Ange. in l. omni. qui bon. ced. poss. C.* Paulus Castrensis, & in aliis locis morem esse testatur circumducendi eum qui cedere vult per ciuitatem, cum tubis & vituperio vsque ad locum in quo cedat, *Paul. Castr. in d. l. in omni.*

10 ¶ Lege † Roscia decoctoribus bonorum obæratis, quamuis fortunæ vitio, aut parentum, nec suo decoxissent, erat in theatro publice separatus ab omnibus locus, quatuordecim gradum, *Cicero Philip. 2.* ideo hanc legem vocat theatralem Plinius *li. 33. c. 2.* quæ lata à Lucio Roscio Tribun. pleb. Luc. Pisone & M. Acilio Coss. Gradus porro illis dati quatuordecim proxime equitibus in theatro, in iudibrium, vt auctor est Florus *in epitome Liuij, lib. 99.*

11 ¶ Et † certe, recte peiorem vitam, quæ in perpetua inopia est, mortem, & supplicium iuge dixit lex *l. quisquis. §. 1. ad l. Iul. maiest. C.* vtque Ecclesiasticus dicebat, Melius est mori quam indigere, *Ecclesiastici c. 40.* Supra etiam retulimus Solonis legem de decoctorib. quæ volebat huiusmodi esse *ἄτιμους*, infames, *Diog. Laert. lib. 1. de vit. philos.* & legem Adriani, quæ eosdem in amphitheatro catamidiari iubebat, *Ælius Spartian. in Adriano.*

12 Apud † Bœotios qui æs alienum non dissoluisset, in foro sedere cogebatur, & circumstante plebe, in os & ora corbem accipere, qua nulla fuit ignominia maior, *Alexan. ab Alex. lib. 6. genia. dier. c. 10.*

13 ¶ Ceterum nobis † proderit obseruasse, infamia iuris cedētes iure non notari: & ideo in his negotiis in quibus infames reiiciantur, *vt in l. 1. de infamib. li. 10. C. ti. 57. c. inter dilectos. de excus. prael. l. infamia. C. de decurio.* eos qui calamitate & infortuniis in pauperiatem inciderint, & bonis cedentes, non reiici tanquam infames.

14 ¶ Gregorius † IX. summus pontifex cessioni videtur addidisse formulam cautionis præbendæ idoneæ per cedentem, vt si ad pinguiorem fortunam peruenerit, debita persoluat, *inc. Odoardus. de solutio. c. cum constet. de pig.* Ideo autem cautio in pignorum vel fideiussorum datione consistit. *l. si mandato. 59. §. si mandato. P.* quemadmodum & placuit eum qui dilationem consequitur ad soluendum, cauere debere de soluendo. *l. vniuersa. de procib. Imper. offer. C.* Cæterum, cum hic † totius sit beneficium ob inopiam, nec propter dilationem solum concessum, consteterque ex eo quia bonis cessit, nulla eum bona cedentem habere quæ pignori dare possit, & proinde neque fideiussores vllos ei ob inopiam apertam velle accedere, idonea cautio, cum nomen hoc late pateat. *l. sanctionum. C. de verb. sig. l. plus cautionis, de reg. in. in P.* intelligetur de ea quam præstare poterit, vt caueat quantum possit, *ca. faciat, 22. q. 2.* videlicet iuret & præstet cautionem iuratoriam, *gl. in d. c. Odoardus. per c. ex parte. de verbo. sign.* se dissoluturum æs alienum, si ad pinguiorem venerit fortunam.

15 ¶ Ex † substantia cessionis censetur fateri debitum, *l. pen. & fin. de cess. bon.* id est, agnoscere debitum vel in iudicio, vel extra iudicium, *Angel. in §. fin. de actio. num. 4. per l. cum notissimi. §. sed etsi quis de præscri. 30. vel 40. annor.* quibus paria sunt, si non contradicat, si patiatur se condemnari, si fateatur coram testibus, vel notario, *c. si cautio. de fid. instru. Imola in c. Odoardus. nu. 10. de solu.* Nam si negauit à principio & fuerit condemnatus, & postea debitum confiteatur, confessio hæc, si repugnet creditor, nihil ad impetrādā cessionē prodest. Excipereq; potest eius creditor, se nō acceptare confessionē, quia ei non expediat, *iuxta l. eū qui. in prin. de iureiur.* dehinc quod vel ex eo quod in negatione vsque ad sententiam perstitit, dignus pœna est, *§. item mixta. de actio. l. conductores. C. de loca.* & amissione beneficij propter mendacium, *l. si dubitetur. 11. §. 1. de fideiuss. P.* Et in hac sententia totus est Baldus, & ita intelligendam putat legem 1. C. qui bonis cedere possunt, in qua post sententiam condemnatus, ad cessionē admittitur, videlicet, si vsque ad sententiam non fuerit debitū inficiatus, vel si is sit qui inficiatur, qui vsque ad sententiam iustam caussam habuerit, vel dubitandi, vel diffitendi, *argumento l. sciendum, de vsur. P.*

16 ¶ Cum † hac confessione debiti, debet quoque debitor bona omnia vsque ad quadrantem, vt dictum est, indicare, & indicata relinquere, aliter non admittitur. *gl. in d. l. si. de cess. bon. in P. per l. fin. §. licentiam. de iur. delib. C. facit l. 2. quan. & qui. quar. pars debea. lib. 10. C.* quia subtrahens quippiam ex bonis similis est neganti. *l. hereditatem. §. si. ad l. Fal. in P.*

Cessionis bonorum auxilium non porrigi ad fideiussores cedentium.

Cap. 12.

1 *Cessio debitoris non prodest fideiussoribus eorum.*
2 *Fideiussores debitorum cedentium, quare per eorum cessionem non liberantur. eod.*

1 AVxilium † hoc legis cessionis, tantum cedentibus & debitoribus, nō fideiussoribus prodest. *§. si. de replic. li. 4. Inst. tit. 14. facit l. heres à debitore. §. quod si stip. & ibi Bar. de fideiuss. in P. Gui. Papens q. 211. nu. 3. Ang. in §. si. nu. 13. & inibi quoque Ias. nu. 25. de act.* nam vbicunque reus ita liberatur à creditore, vt natura debitum remaneat, teneri fideiussorem respondit Scæuola. *l. vbicunque. 61. de fideiuss. li. 46. P. sit. 1.* Sic apud Verum & Antoninū damnato debitore, & bonis illis pro tertia parte fisco confiscatis, creditorem contra eum pro duabus tantum debiti partibus posse agere: at fideiussorem conueniri in solidum rescriptum est. *l. 1. de fideius. lib. 8. C. tit. 41.*

2 ¶ Quinimo † patior & aperta iam censetur ex cessione bonorum contra fideiussores via, videlicet iam satis superque ex illa cessione discusso principali debitore, postquam tantum ad fideiussores ordo iuris accedere permittit, *authen. præsente. de fideiuss. C. §. si quis igitur, & §. non solum, collat. 1. in authenticis.* Accedit & alia ratio, quod finis fideiussionis hic sit, vt creditor sibi prospiciat, vt cum debitor facultatibus lapsus fuerit, possit ab iis quos pro eo obligauit fuum consequi *§. 1. de fideiuss. §. si. de replicatio.* Item quia fidejussor non tam ex contractu principalis debitoris, quantum ex suo proprio, videlicet ex sua fideiussione conuenitur, *l. blanditus C. de fideiuss.* Et postremo, quamuis creditor sit missus in possessionem bonorum sui debitoris, nihilominus potest vltra eum prehendere, & personam in carcere detinere: vnaque via electa alteri, sibi non præiudicat, vt notat Angelus *in d. §. num. 13.* ex Bartolo *in l. consentaneam quomodo & quando. C.* & Baldo *in l. 2. de testi. minor. C.* Receptum etiam est, exceptiones quæ cohærent personæ debitoris contra creditores, non communicari fideiussoribus, *vt in l. 3. C. de exceptio. l. exceptio. quæ persona, eod.* vt in fideiussore minorum liquet, *in l. in caussa, de minor. in P.* & in reis damnatis, quorum bona fisco sunt delata, *l. 1. Cod. de fideiuss.* si illi habeant priuilegium, ne vltra quam facere possint damnentur, vel conueniantur, *l. verum, §. 1. pro socio. l. alia, §. eleganter. sol. mat. P.* quamuis contra exceptiones quæ rei vel debito adhærēt, communes sint fideiussori cum debitore vt pacti conuenti, rei iudicatæ, & similes, *l. defensiones. Cod. de excep. l. omnes. eod. titul. P. l. ex persona, 33. de fideiuss. P. §. exceptiones, de replica. l. fin. de pact. P. l. donationis, de nouatio. C. l. cum principalis. de reg. iur.*

Digitized by Google

De Fine præcipuo cessionis.

Cap. 13.

1 *Cessionis finis liberare debitores à molestiis creditorum, non à debito.*

2 *Brancharotario cessio debiti pro parte facta, num repeti possit ea facto diuite.*

1 FInis præcipuus, ob quem conceditur beneficium hoc cessionis, est liberare à carcere debitorem, & ab aliis iniuriis creditorum: non autem liberare à debito. *l.2. & l. cum & filiifami. 7. qui bon. cede. poss. C.* Quare interim suspenditur actio, donec ad pinguiorem fortunam venerit debitor: & eatenus in posterum conuenitur, in quantum facere potest. *§. fi. de actio.* vt cessio non impediat substantiam obligationis, sed effectum, durante inopia. *vt in l. ex diuerso. sol. mat. in P.* Nec probe mihi sentire videntur, qui dicunt bonis cedentem liberari à ciuili obligatione, *ita gl. in l. vbicunque, de fideiuss.* non à naturali: verum enim non est liberari à ciuili, siquidem si hoc admitteremus, sequeretur post cessionem nullo modo debitorem ditiorem factum conueniri posse: quia actio semel extincta reuiuiscere non potest, *l. qui res. §. aream, de solut. l. si vnus, §. pactus ne peteret, de pactis*, P. nec liberatus conueniri potest ex naturali sola obligatione, *l. frater à fratre, de condict. indeb. l. Stychum, §. naturalis, de solut. P. & hanc quæstionem tractat Iason in §. fin. de act. num. 2. Bal. & Salic. in l. 1. qui bon. ceder. poss. Ang. Imola, Cuma. in l. vbicunque, de fideiuss. Bal. in §. fi. de act. ap. Iustin.* Proinde, cessio bonorum non respicit elisionem sententiæ, qua damnatus est debitor, neque tollit obligationem, sed moderatur & suspendit vtriusque executionem, *a. l. ex diuerso. sol. matr.* potissimum, cum beneficia principum concessa intelligantur, quantum fieri possit, sine alterius saltē omnimoda iactura, *l. 2. §. nemo. & §. si quis à princ. ne quid in loc. pub. P. l. fi. si cõtra ius vel vtil. publ.* alioquin debitor perueniens ad secundā fortunā & prosperam, fieret ditior, contra naturæ leges, *l. nam hoc natura, de cõd. ind. P. à iure natura. de reg. iur. P. c. locupletari. eo. tit. in Sex.* cum alterius damno. Sed & receptum est in iure, remissionem pensionis factam conductori propter sterilitatē extingui, & pensionem reparari tempore aduenientē fertilitatis, *l. si vno ann. loca. in P.* ita exceptio hæc cessionis temporalis contra creditores est, vt agere vel conueniri non possint debitores, quandiu in eadem remanserint paupertate, & ne conueniantur vltra quam facere possint: & ita iura quæ de hac exceptione loquuntur, *vt l. ex contra. de bo. auctо. iudic. poss. C. l. item si vnus. 9. de receptis arbi. li. 4. P. tit. 8.* intelligi debent, id est, deducto ne egeant, *l. in condemnatione. 124. de reg. iur. in P.*

2 ¶ Sed † inutilis mea sententia, hic non erit ea inquisitio casus quotidiani: quia solent creditores fugacibus, istis & ingratis debitoribus qui bonis & foro cesserunt, modico accepto ferre: num si illi debitores ad pinguiorem fortunam peruenerint possint integrum debitum & remissum repetere. Et paucis hic moneo, & verba remissionis. & quod gestum est inspici, *l. si ita stipulatus. 126. §. Chrysogonus, in fi. & l. sine. & l. si ita stipulatus sit, de verb. obli. P. l. fideiuss. magistratuū, de fideiuss. P.* an dolo debitoris impulsus remiserit, dicendo se non habere vnde solueret integrum, partem se soluturum, si partem remitteret: & tunc remissum repeti potest, *l. si intra, de pact. P.* vt propter turpem caussam acceptum, nempe vt faceret, ad quod alioquin iure teneretur, *l. 2. §. 1. de cond. ob turp. caus. dic. l. si intra. in fi. & hoc ita notat Alex. ab Imol. & Ias. in l. fi. de cõd. ob turp. caus.* Et quia spōte aliud creditor esset facturus, nec remissurus, *vide gl. in l. apud Cels. inuicto tex. in prin. de dol. mal. excep.* P. Sic Nicol. Boerius *dec. 215. nu. 8.* ex auctoritate & sententia Lupi *in repet. rub. de dona. in antiq. nu. 15.* tradit Iustinianus decoctores bonorum, qui bonis & foro cesserunt, quos vocant *banquerotiers*, & pactum huiusmodi cum creditoribus fecerint, medietatis vel portionis lucrandæ debiti, parte alia soluta, non habere exceptionem pacti, sed si soluendo sint, ad integri debiti solutionem teneri, ad fraudem horum hominū plectendā. At si creditores miserti debitorū, partem debiti accipiendo, reliquum dimiserint, sustinenda erit hæc spontanea & pia remissio, & si petant remissum, exceptione submouebūtur pacti, *l. si intra illum diem, 42. de pact. in P.*

De Ratione inducendi beneficium, cessionis.

Cap. 14.

1 *Cessionis bonorum beneficij inducendi caussa, & auctor.*

2 *Paupertatis miseria cessionis bonorum beneficium inuexit.*

3 *σεισάχθεια lex seu alienatio debiti Solonis.*

4 *Debitorum corpora pro debitis capienda. Bocchoris legislatoris Ægyptiorum, eod.*

3 SI † causse impulsiuæ quærantur, cur hoc beneficium cessionis fuerit introductum, plures adferre possemus; verum tamē aliquot contenti erimus. Iulius ipse Cæsar, ad quē huius origo refertur, *in l. lege Iulia. 4. C. qui bonis ced. poss.* vnam ponit his verbis, Dictatore habente comitia Cæsare, consules creantur Iulius Cæsar, & P. Seruilius. is enim erat annus, quo per leges ei consulem fieri liceret. His rebus confectis, cum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ soluerentur, constituit vt arbitri darentur, per eos fierent æstimationes possessionum, & rerum, quanti quæque earum ante bellum fuissent, atque eæ creditoribus transdarentur. Hæc & ad timorem nouarum tabularum tollendum minuendumque, qui fere bella & ciuiles dissensiones sequi consueuit, & ad debitorum tuendā existimationem esse aptissimū existimauit, *Iulius Cæsar in initio 3. belli Gallici.* Hoc ipsum ferè eodem modo notauit Suetonius Tranquill. *in Iulio Cæsare, c. 42.*

¶ Alia † ratio, ob quam beneficium hoc aliis prouincialibus 2
quam ciuibus Romanis communicatum est, inopia ipsa, cuius misereri oportet, vt etiam Cæsares dicant in gratiam egenorum condi posse, & conditas emendari leges, *§. 1. de non eligend. sec. nubent. in Auth. colla. 1. l. assiduis, qui potior. in pig. hab.* potissimum cum inanis sit actio quam inopia creditoris excludit, *l. nam is, ae do. in P. ca. olim, ae resist. spol.* Expressit paucis Martialis *li. 2. Epigram. epigra. 5.*

Sexte nihil debes, nihil debes Sexte fatemur:
Debet enim si quis soluere, Sexte, potest.

Huius generis est cessor bonorum, cui omnia bona adimuntur, vt obseruauimus antea per cessionem, vt ne quicquam & temere postea detineatur carcere pro reliquo soluendo, cum vnde soluat non habeat. Nemo enim dare potest quod non habet, *l. si vniuersa. C. ad leg. Iul. repe. que fillo. de furtis, in P. ca, Dalbertum. l. q. 7.* Et qui ex integro soluere non potest, soluendo non dicitur esse, *l. obligationes vers. fin. P. §. fin. de obli. quæ ex delict. nascuntur.* Satis enim est, inquit Cicero, homines imprudentia lapsos non erigere: vrgere vero iacentes, aut præcipitantes impellere, certè est inhumanum. *Cice. pro Rabirio Posth.* Et præses prouinciæ, si mulctam quam irrogauit, ex præsentibus facultatibus eorum quibus indixit, redigi non posse deprehenderit, ob necessitatem debet moderari, reprehensa exactorum illicita auaritia, *l. illicitas. §. præses. de offi. proco. fid. in P. l. fi. de modo mulctar. lib. 1. C. tit. 54.* Deinde inops confessus debitum cedens, à iudicio videtur exemtus, & à custodia iudiciali. Ea enim ratione quod quis cedat confessus est debitū, *in l. penult. & fi. de cessio. bonor. P.* & perinde ac condemnatus, nullæque aliæ in confessum partes superstant iudicis, *l. quidam. de reb. cred. gloss. in c. dudum. 2. in verbo dicenda, de electio.* Ea autem ratione quod is inops sit, sententia ob inopiam in eū dicta inutilis remanet, *l. qui ex parte, de interro. actio. in P.* in eo in quo cogeretur reddere vel præstare amplius quam non possit, & iubeatur: tunc enim impossibile iudicis præceptum videbitur, nec sequendum, *l. Paulus, quæ sententiæ vlla appellat. rescin. l. impossibilium, de reg. iur. P.* alioquin, si perpetuis detineatur carceribus, qui præstare nec obolum potest incidimus in prohibitionem iuris ciuilis, quæ cauet ne quis perpetuis vinculis contineatur, vel perpetuo carcere. *l. incredibile, C. de pœn.* Esset enim species quædam seruitutis, quam iura quoque submouent liberis hominibus, *l. Titio centū, in 2. l. 71. §. Titio. in 2. de condi. & demonst. l. 2. de liber. hom. exhi. P.*

¶ Ab † hac lege σεισάχθεια felix initium ad ceteras leges con- 3
dendas fuisse Soloni tradit Diogenes Laertius, & cum fuisse primum qui σεισάχθειαν inuexit Athenienſibus, ἀπὸ δὲ, inquit, τῆς λύτρωσις σωμάτων τὴν κτημάτων καὶ χρεῶν δὲ αὐτῶν σεισαχθείαν ἐδώκατο τοῦτο καλοῦσι δὲ Ἕλληνες ἰσάπυον. ἐπὶ τὲ δὲ τελάντων ὀφειλομένων ἀπὸ πατρώων, συνεχώρει δὲ ἐπ' ἀμφότερα, καὶ τὰς λεγομένας τε ἑπτὰ μόνας πρόσταξιν πεφάκεν, id est, sic appellabatur corporum possessionumque redemptio, plures enim propter summam inopiam fœneratoribus corpora sua exponebant, ac super his fœnerabantur. Cum igitur septem illi, videlicet, Soloni, talenta ex patrimonij sui iure deberentur, ea primo remisit, ac reliquos idem facere exemplo suo prouocauit, *Diogenes Laert. libr. 1. de vitis philoso. in Solone*, σεισάχθεια, lex dicta ἀπὸ τοῦ κινεῖσθαι τὰ βάρη τῶν χρεῶν, vt ait Hesychius, aut ἀπὸ τοῦ σείειν τὸ ἄχθος, ab excutiendo onere: quam legem postea induxisse Romanis Iulium Cæsarem hoc capite diximus: sic enim de ea lege Plutarchus, ἡ σεισάχθεια τοῖς ἐχομένοις, & sesaehthia alia leuauit debitores, *Plutarch. in Iulio Cæsare.*

¶ Verum † non omnes nec semper: nam Varro superato, post 4
seditionem in exercitu suo iuxta Placentiam pacatam, Romam rediens, petentibus absolutiones ob bellum seditionesque peractas, ignominiamque exinde secutam, eis qui talia egissent debitorum absolutiones renuit. Censoresque rerum emptarum instituit, qui debitores creditoribus pecuniæ loco adscriberent, *Appianus Alexan. lib. 2. de bello ciuil.* Diodorus, Siculus Bocchoridem, latorem legum, quæ ad commercia pertinent, apud Ægyptios arbitratur legem tulisse quoque, vt solutio solum ex bonis debitoris fieret, nec addiceretur creditori corpus. Putabat enim, inquit, oportere bona tantum subdita esse debitis: corpora, quorum opera & bello & pace vterentur, ciuitatibus addicta esse. Non enim æquum videbatur, milites qui pro patriæ salute pericula subirent, pro vsuris in carcerem duci, aut ob vnius auaritiam in periculum agi patriæ salutem, & addit, Hanc

quoque

Digitized by Google

quoque legem videtur Solon ad Athenienſes tranſtuliſſe quam ſeiſachthiam appellauit, decernens ne ob vſuras ciuium corpora necterentur. Nec iniuria quæruntur quidam de nonnullis Græcis legum latoribus, qui arma, aut aratrū, aut aliud quiduis operi neceſſarium prohibeant ob fœnus ad dici creditori corpora vero quæ his vtuntur tradi permittant. Hæc Diodorus Siculus *lib.1. Bibliothecæ, c.3.*

Num hoc beneficium ceſſionis locum habeat, quando quis pro debitore ſe obſtrinxit carceribus, & num renuntiare ei expreſsè poſſit debitor.

Cap. 15.

1. & 2.3.4. Cedere bonis num poſſit qui ſe carceribus obligauit, in vtramque partem excuſſa quæſtio.
2 Carceribus ſe obligans quibus exceptionibus poteſt ſe tueri ne capiatur.
5 Carcerum mancipatio debitorum compendiosa via repetitorum debitis.
6 Carcerum obligatio quando ceſſionem impedit.

AGitant† quæſtionem quotidianam interpretes, num quis
1 poſſit admitti ad ceſſionem bonorum, ſi ſe obſtrinxit in obligatione debiti carceribus, & an beneficio ceſſionis renuntiari poſſit, Salicetus, Baldus *in l.1. qui bon. ced. poſſ. C.* Cynus *in ca.l.1.6. quæſtio.* Dynus, Bartolus, Innocentius Cumanus & alii, *in l. alia, §. eleganter. ſolut. matr. P.* Felinus *in c. ſi diligēti. de foro competen.* Et viſum eſt Petro Iacobi, *in pract. titu. de ceſſ. bono.* eum, qui ſe carceribus obligauit, poſſe in carcerem, non obſtante ceſſione, detrudi, ſi obligatio ad carceres conſuetudine vel alio modo comprobetur, huicque beneficio renuntiari poſſe, eiuſdem eſt etiam ſententiæ Iacobus Aretinus Fridericus *conſil.* 60. Imolenſis *in c. cum contingat. de iureiur.* niſi calamitas cedentis eſſet notoria. Ita & decisum fuiſſe ſcribitur in deciſionibus Capellæ Tholoſanæ, *deciſ.61. vbi Stepha. Auferius diuerſas refert ſententias.*

2 ¶Quia, inquit† P. Iacobi, verba in obligationis nexu poſita debent aliquid operari, *l. ſi quando, de lega.1.* Cum etiam is qui hoc nexu vinctus poſſit concludi carcere, vt idem ait, licet dicat ſolutionem factam, donec de ea liquido conſtet, & quandiu litigabitur ea de re, *citat l.3. de exacto. trib. lib.10. C.* Niſi negaret quoque ſe captioni ſeu prehenſioni obſtrinxiſſe, & clauſulam illam inſtrumento diceret falſo appoſitam: tunc enim non eſſet carcere detinēdus, *Petrus Iacob. in d. tit. de ceſſione.* niſi de veritate obligationis doceretur. Et eo magis veram eſſe hanc ſententiā fi mant, ſi iuratum eſt pactum, *iuxta c. licet. de iureiuran. in ſext. c. eam contingat. eod. titul. ap. Gregor. ea quamuis. de pac. in ſexto.* Hoc ipſum ſequitur Speculator, *tit. de renuntia. §.1. verſicul. item eſt beneficium.* Secundo, huic ſententiæ ſuffragari videretur, cuilibet eſſe liberum renuntiare priuilegio in ſui fauorem introducto, *l. penultim. Cod. de pact. l. ſi quis in conſcribendo, C. de epiſcop. & cleric.* Et Tryphonius reſpondit, licere ſui iuris perſecutionem, aut ſpem futuræ perceptionis deteriorē conſtituere, *l. pactum. 47. de pact. in P. l. ſi iudex, de minor. 25. annor. in P. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. de pact. P.* Porro expreſſam obligationem carcerum videtur tacita renuntiatio facta, ne vtatur ceſſione debitor qua liberatur à carceribus *argumento l. qui in futurum. 58. de paci.* Quemadmodum tertio loco, quis poteſt tacitè renuntiare ceſſioni, eligendo quinquennales inducias, *l. final. & ibi gloſſ. qui bo. ceder. poſſ. Cod.* vel in fraudem creditorum alienando, *l. omnes, §. Lucius qui in fraudem creditor. P.* nihil itaque prohibere videtur quin eodem modo poſſit expreſſe, & obligando, ſe carceribus, hoc beneficium eiurare. Quarto valebit hæc renuntiatio ratione cohærentiæ contractus, ſecundum ea quæ in Velleiano locum habent, *l. iubemus. ad ſenatuſconſult. Velleian.* quando & pacta quæcunque fuerint in rerum traditionibus appoſita valeant, *l. in traditionib. de pact. P. l. legem quam d. exiſti. Cod. eod. titul.* Quinto cū non inueniatur hoc pactum prohibitum expreſſe, non eſt quod dicamus ſtare non poſſe, *argumento l. ſancimus. C. de teſtam.* Sexto ſecundum Baldum *in l.1. qui bon. ceder. poſſ.* à contrariis ducto argumento, *l.1. de in qui ſunt ſui vel alien. iur. P.* pactum eſt receptū ne quis poſſit carcerari: ergo valebit vt poſſit carcerari. Septimo quemadmodum reſpuendum eſt pactum quo datur anſa delinquendi, vt mali exempli, *l. conuenior. de pact. dot. P. l. ſi quis aliquid. in 2 §. qui abortionis. de pœnis. l.3. §. qui ex ſenatuſconſul. ad l. Corneliam. de ſicar.* ita citius illud admittendum, quod anſam & occaſionem bene agendi præbet, *l. ſine, vt in poſſeſſio. le. P.* Porro, inquiunt boni exempli eſt, & dat anſam bene fideliterque contrahendi pactum ne quis vitare poſſit carceres, & diligentiores & ſolicitos magis ad ſoluendum æs alienum reddit debitores, vtolim lex illa ſeueriſſima 12. Tabularum, *de qua apud Gellium, li. 20. c.1.* Octauo aiunt, prouiſionem hominis ſuperare prouiſionem legis, *l. fin. de pact. conuen. C. l. antequam. 8. comm. de ſucceſſio. C.* & proinde pacto recte tolli beneficium ceſſionis, quod ex prouiſione legis eſt. Nono videtur hanc iuuare ſententiam, quod quis ſe ſeruituti perpetuæ pacto ſubiicere poteſt venundari ſe paſſus ad pretium participandum, maior & ſui iuris exiſtens, *§. ſerui autem de iure perſonar. l. ſi miniſterium de liberali cauſ. cum ſimil.* Licebit itaque quod minus eſt, *c. cui licet. de reg. iur. in ſex.* pretium participanti ex mutuo ſe carceribus eiurata ceſſione ſubiicere. Potiſſimum, & 10. loco, cum volenti non fiat iniuria, nec dolus, *l. cum donationis. C. de tranſact. l. non videtur. de reg. iur. l. venditor de reſein. vendit. cum ſimil.* Poſtremo & facto amitti poſſe priuilegium dicitur. *l. pen. de iur. dot. P.*

¶Quibus† argumentis firma videtur ſententia, quæ non ad- 3
mittat ceſſionem poſt obligationem carcerum, vel eiurato ceſſionis beneficio. Veruntamen & iuſtior & æquior contraria videtur mihi, vt neque huic beneficio expreſſe renuntiare poſſint debitores, neque cum iuramento. Quamobrem, & admitti renuntiantes etiam cum iuramento, & non impetrata iuramenti gratia, placuit recte Senatuſconſulto Gratianopolitanæ ſupremæ Curiæ 22. Nouembris 1459. vt ſcribit Guido Papæus *q. 211.* Et eius eſt ſententiæ Ioannes de Bellouiſu *in §. quod autem, de fideiuſſ. in Authent.* & alii quidam, *glo. in Auth. Imo. de actio.* C. *Bart. in l. alia, §. eleganter. ſolut. matri. P. Cardin. & Imola, in c. later. de pignor.* Cuius ratio reddi poteſt quod hæc renuntiatio ſit contra communem omnium hominum humanitatem naturalem: cum interſit hominis hominem affici beneficio, *l. ſeruus, ad legē. de ſeruis exportan. P.* propter illam omnium hominum coniunctionem *l. vt vim. de iuſt. & iur. P.* quare contra bonos mores conuentio tata non eſt, qua maritus tenetur, ſupra quam facere poſſit, *d. l. alia, §. eleganter*, neque idcirco iuramentum appoſitum eam firmare poteſt, *c. non eſt obligatorium, de regul. iur. in ſex, l. ſi quis inquilinos. §. fin. de leg. 1. l. non dubium. C. de ll.* Proniores ſunt ſemper leges, & iudices ad liberandum, quam ad obligādū, *l. Arrianus. de actio.* fauorabilioreſque rei debendi, *l. fauorabiliores. de regulis iur.* illiſque potius dilationes quam actoribus dantur, *l. ſi quando, de dilatio. l. petenda. de tempor. in integr. reſtitution. C.* Tertio cum pleniſſime beneficia principis interpretari opor teat, *l. ſi fin. de conſtitutio. prin. in P. §. ſi vero ſolum vſum fructum. de nupt. in auth. coll. 4. l. 4. de iure immunita. in P.* & in hoc ceſſionis auxilio benigniorem amplectimur ſententiam. Quarto hæc conuentio, vt ſine ceſſione quis poſſit carcere detineri, ex diametro aliquid repugnans iuri continere videtur, vt contra ordinem iudiciorum, prius perſona moleſtiis afficiatur, & iniuriis, quam bona diſcutiantur, contra quam iura iubent; *l. à diuo Pio. §. in venditione, de re iudic. P.* & prius cōtra iuris præcepta, *l.1. de exſecutio. rei iud. P.* incipiatur ab exſecutione quam à petitione. Et in ciuilibus præcedit captionem pignorum libelli porrectio, *l. conſentaneum, & ibi Bartol & alij. C. quomodo & quand. iudex, idem Bart. in l. cum eo. ad leg. Iul. pecul.* neque rata eſt conuentio partium, qua conuenit, vt ſi debitor non ſoluat conſtituta die, poſſit excommunicationi ſubiici, nulla præcedente vocatione, vel contumacia: *Innocent. & Hoſtien. in c.1. & 6. de offi. delega. Feli. in c. ex reſcripto, de iureiuran. numer.* 13. vtpote prætermiſſa forma iuris communis & publici, *de qua in c. ſacro, de ſent. excommun.* quod pactis priuatorum lædi non poteſt, *l. ius publicū, de pact. P. l. nō dubiū. C. de legib.* Quinto hoc ius fauore humanæ conditionis potius indultum eſt, quam ſingulorum, vt à priuatis vis illi fieri non poſſit, nec renuntiari, imo inuitis conferri poſſit. *l. ſi diligenti, de foro compet.* non ſecus quam non audiatur perire volens, & pro illo qui ad mortem damnatus eſt, etiā inuito, prouocatio admittitur, *l. ſi non tantum, de appell. in P. l. addictos, de epiſc. aud. C.* nec ratum pactum eius qui in cauſſa ſtatus promittit ſe non defenſurum, quia hoc ne tācum ſit aliorum proximorum intereſt, *l.3. & 4. de libera. cauſ. in P.* Sunt ſæpiſſimè debitoribus liberi, vxor, quibus ille alimenta debet, quoſque occidere videtur ſi non alat, *l. necare de liber. agnoſc. P.* & proindè quamuis ſui cauſſa quis indignus ſit, qui iuuetur beneficio, monent tamen iudicem illæ illi tam coniunctæ & fere inſeparabiles perſonæ, *l.2. & 4. de vſu. & habita. li.8. P. titul.8. l. reprehendenda. C. de inſtitu. & ſubſtit. ſub cond. fac. l. cum tale, §. ſi arbitrio, de additio. & demonſtr. P.* vt earum cauſſa vel illius miſereatur, vt carcere liberatus victum eis aliquem quærat. Sexto quanquam quilibet rerum ſuarum liberum habeat arbitrium, *l. in re mandata. C. manda. l. nemo externa de ludæis, C. tum ſimil.* hoc tamen verum eſt vt eatenus illud approbetur, ſi bene ſentiat, & agat: nō aliter, ſi aduerſum leges, *l. iuriſgentium, §. prætor ait, & l. contra iuris. de pact. P. l. pacta quæ contra. C. eod. titu.* leges autem prohibent ne quis ſeipſo abutatur, *l. palam, de vit. nupt. l. ſi. de eis qui mortem ſibi conſciuerūt, cum ſimil.* & ideo ſtatuunt neminem eſſe dominum membrorum ſuorum, videlicet vt illis ad natum, vt dominus abuti poſſit, *l. liber homo. 13. ad leg. Aquil. P.* Proinde mirum non eſt ſi in eam iuerim ſententiam, vt dicam, nec in hac pactione debiti poſſe hominem ſibi hanc legis benignitatem adimere. Septimo loco, nec ferenda eſt inhumanitas creditoris, qui hanc pactionē tueri deſiderat, nec malitiis indulgēdum, *l. in fundo. de rei vindica. in P.* Poteſtque octauo loco is depelli ab hac petitione, per exceptionem iure probatam, tua non intereſt, *vt in c.3. de his quæ fiunt à maior. parte capit.* Quid enim inter-

Digitized by Google

est detineri, vel absolui inopem à carceribus, qui relictis omnibus creditori quæ habet, quæve habiturus est, nudus, vt ita loquar, è carcere in publicum emittitur? quid inde lucrabitur creditor, si squalore, & pœdore carceris, & molestiis, fameque conficiatur, & vna cum eo eius liberi, & vxor, ob pecuniam vilem pereant? Quinimo magis creditorum interest hos solui debitores pauperes, vt labore & artificio vel industria, quædam alia præter dimissa comparent, ex quibus satisfieri illis possit, pinguiore redeunte fortuna. Neque enim quod differatur solutio, ideo illis aufertur debitum, *l. quoties. de precib. Imper. offer. C.* imo potius illud deperibit, si otiosi pauperes ab illis, vt par est, & vt supra notauimus, expensis propriis nutriti nihil lucrentur, & antequam alia quærant moriantur.

4 ¶ Neque † me remorantur aduersariæ paulo ante relatæ interpretum rationes: quãdoquidem, vt ordine satisfaciam, prior illa P. Iacobi quæ verba operari aliquid debere probat, vera est rebus stantibus in eodem statu quo erant tempore conuentionis, non vtique illis mutatis, *c. quemadmodum, de iureiurand.* Isti autem casus fortuiti quibus inopia misericordia digna sit, non possunt intelligi cogitari tempore conuentionis, cum non sint in potestate hominum, nec in culpam veniunt, *l. quæ fortuitis. de pigno. act. C. l. 2. §. si eo tempore. de administr. rer. ad ciuit. pertinen.* P. *l. in rebus, commo.* P. *d. l. C. eo. tit.* & aduersam liberi hominis fortunã exspectare, neque ciuile, neque naturale est, *l. inter stipulãtem. §. sacram. de verb. oblig.* Et proinde obligatio carcerum tempore contracti debiti, non poterat intelligi, neque fas erat comprehendi, vel dicere ad cessionem bonorum pertinere. Sic ad non cogitatam cessionem, *in l. tres fratres, de pact. in* P. *l. qui cum tutoribus, §. fi. de transact.* P. *l. fi. §. penul. de cond. indeb.* vel ad pessime cogitatam, *l. quoties, qui satisd. cog.* carcerum obligatio pertinebit. Reiiciuntur & 2. 4. 8. 10. 11. rationes aduersariæ, quæ cuique iuri suo & priuilegio aiunt volentibus permissum renuntiare: nam hoc verum est quando lex non vetat, vel si priuilegium illum qui renuntiat tantum respicit: at quando plures tangit, nõ licet, *l. si diligenti. de for. comp. l. eius militis, §. milit. missus. de milit. testa.* P. vt hoc casu, in quo auxilium cessionis prodest non tantum cedenti, sed liberis, & vxori eius, & creditori: & ad communem hominum societatem pertinet, vt docuimus: lex quoque statuit, ne audiatur qui sponte perire vult, *l. non tantum, de appella.* P. Et si quando denegetur cessio, vt eligenti quinquennales inducias, vt in tertio contrario proponitur, id non fit propter renuntiationem expressam, vel tacitam, sed propter pœnam quæ imponitur abutenti priuilegio moratoriæ dilationis in fraudem creditorum. Porro argumentum sextum à contrariis quod putat se conficere Baldus, nec tale est, neque concludit aliquid. Minus ad rem facit septimum, quod dicunt ansam delinquendi submoueri. si renuntiatio fiat cessionis. Nam hæc ansa satis recipit cautionem à lege, per quam & perfidi, sine fortuito casu, in paupertatem lapsi, & qui celant res suas, & qui dolose in impetranda cessione se gerunt, ab ea remouentur, vt docuimus dum de iis qui cedere possunt ageremus: quare contenti esse debemus pœnis lege comprehensis, & de his dem pacta vt superflua rata non erunt, *l. si ita stipulatus, 97. de verb. obl. P.* Quod autem proponitur de licita suiipsius venditione in ratione contraria 9. casum continet alienum ab obligatione carceris, & cessionis, in quibus quis libertatem suam non imminuit. Præterea qui se vendit, præsentem habet causam seruitutis, ideo recte ei iugum volenti imponitur nullo tempore excutiendum, quod libertatem præsentem pecunia seruili animo volens absolute à se abdicauerit. At qui mutuum accipit, & se carcerum nexui subiicit, eius non est, imo diuersi generis: nam mutuum reddere decreuit, ratione naturæ obligationis, & ita de libertate amittenda nunquam turpiter cogitauit, nec cogitasse credendus est: & quamuis se carceribus obligarit, illud tantum vt detineretur saluis facultatibus & bonis sufficientibus concessisse videtur creditori, vt illi expeditior via esset solutionis faciendæ.

5 ¶ Nam ea † via & minoribus sumtibus, quam exsecutione, & discussione bonorum, creditoribus consultum est, *vt ait* P. *Paul. Castr. in l. 1. qui bon. ced. poss. C.* & demus expresse renuntiatum cessioni, hoc vt diximus, factum est, ex conditione subintellecta, rebus sic exstantibus, vt dictum est. Cum casus fortuiti præuideri non possint, nec de iis cogitauerit qui contraxit, & renuntiauit, videlicet, quod tunc cum contraxit esset soluendo. Nam qui cum contrahit scit se non esse soluendo, postea cessione vti non potest. *Ias. in §. fi. de actio. num. 19. fac. l. pen. in fin. de iur. dot.* vt nec is qui spe cessionis contraxit, *Ioannes de Platea, & Ias. nu. 28. in §. fi. de actio.*

6 ¶ Sunt † adhuc tamen quædam distinctiones, secundum ea quæ placuerunt auditoribus Rotæ, perpendendæ. Nã inquiũt, *decisio. Rotæ 567. in antiq.* si detentio carceris posset iuuare aliquo modo creditorem, valeret eiuratio cessionis: veluti si debitor amicos habeat vel proximos, qui verisimiliter non patiãtur eum carcere detineri, sed sint pro illo potius soluturi: vel quod fugere velit debitor: vel ei paulo post sint bona obuentura, ex quibus debitum vel pars solui possit: vel forsan, quia erro & vagabundus, nec curaret quippiam sibi quærere, cum posset, vt solueret: aut si iurata esset renuntiatio cessionis: dummodo à carceribus adimatur fœuitia, nec inde tollatur libertas. Ego in istis iudicium eius qui de lite cognoscit maxime desidero, vt prouide dispiciat, num iustum sit molestari debitorem, sub spe quod alius illum adiuturus & redemturus sit: anve mala facienda sint, vt inde eueniant bona, contra decretum ecclesiasticum, *vt c. sup.* Ideo autem carcere torquendum esse debitorem, quod erro, quod acquirere sibi non procuret, minus certe ex auctoritate priuatæ obligationis mihi pendere posse videtur: cum, quod non sint singulis concedenda quæ per magistratus fieri possint, *l. non est singulis, de reg. iur. in* P. tum etiam, quod debitor in fraudem creditoris facere non videtur, si non acquirat quod quærere potest, *l. qui autem, quæ in fraudem creditor.* Satis quoque mihi non probatur vim in iuramento constituere, quando iuramentum vinculum iniquitatis non esse recte placuerit, *c. quanto. & c. Quintauallis. de iureiur. cap. inter cetera. 12. q. 4.* & singulari decisione mandatum sit iuramenta illa irrita esse, eorũ qui pollicentur iurato se humanitatis subsidia denegaturos. *ca. cum quidam. c. 12. §. 1. de iureiur. apud Grego. dicto ca. Quintauallis. eo. tit.* Ideo tutum Christiano nõ erit, his excusationibus & circũstantiis personam propter pecunias affligere. Tutius autem illis erit qui immanes ita ex professo esse decreuerint, si caueant cautius negotiari.

De Condictione indebiti. Cap. 16.

Lib. 12. P. tit. 6. Lib. 4. C. tit. 5.

1 *Condictio indebiti affinis mutuo.*
2 *Quid condictio indebiti.*
3 *Ex æquitate hæc condictio indebiti quomodo dicatur competere.*
4 *Indebitum quot modis, vel ciuili, vel naturali, vel vtroque iure: in quibus, res personæ, & modi soluendi consideranter: propter quid, & quare.*
5 *Naturaliter debitum per errorem solutum non condicitur, nec aliquo modo debitum.*
6 *Et indebitum quid dicatur, si exceptione perpetua tolli petitio possit.*
7 *Condictio indebiti quomodo differat à condictione debiti caussa dati non secuta, antinomiaque conciliata.*
8 *Indebitum 2. ex caussa inutili solutum.*
9 *3. Quomodo indebitum ratione personarum dicitur.*
10 *Ex parte modi debiti indebitum solvitur, quomodo.*
11 *Scienter indebitum soluens, non repetit.*
12 *Finis condictionis huius, repetitio indebiti, & aliorum quæ simul restituuntur.*
13 *Rationes huius condictionis.*
14 *Condictio indebiti competit pro promissione etiam soluendi indebitum, si erronee fiat.*
15 *Qui asserit indebitum, probare debet.*

A Finis † mutuo videtur tractatio condictionis indebiti, qua solutio erronea, vel mutui præsumti, vel alterius generis emendatur, & aliud ex solutione hac mutuum, vel quasi mutuum ex quasi contractu re celebrato nascitur. *§. item si cui. de oblig. quæ ex contractu nasc. §. is quoque. quib. mod. re contrah. oblig. l. 1. §. fi. de condict. indebiti.* C. Quid condictio sit, satis alibi explicatum est, & esse actionem in personam, *l. actionum genera, de actio. §. appellamus. de actio. apud Iustin.* cum agimus cum eo qui ex contractu obligatus nobis est. 1

¶ Porro † condictio indebiti est, actio personalis, qua repetimus quod indebite solutum est ignoranter: nam, vt ait Iulianus, is qui non debitam pecuniam soluit, hoc ipso aliquid negotii gerit, *l. si in area 33. de condict. indebi. P. l. si is qui. 13. commodatum. §. fi. commoda.* P. Verum illud, si certiorem rationem sequamur, potius ad distractum, quam ad contractum pertinet: nam qui soluendi animo dat, in hoc dare videtur, vt ex sua parte potius distrahat, quam contrahat: sed ex parte eius qui accipit, is perinde obligatur ac si mutuum ei daretur, & proinde condictio indebiti contra eum competit. *d. §. item si cui per errorem, de oblig. quæ ex quasi cont. & l. 4. §. is quoque. de actio. C.* 2

¶ Et † ita fictio quædam contractus, quam quasi contractum nominamus, in hac condictione intercedit ex æquitate, vt adsit actio, quæ sine aliqua obligatione esse non potest, *l. licet, §. ea obligatio, de procurat.* P. nec datur condictio pro repetitione rei propriæ, nisi contra furem. *§. sic itaque discretus, de act.* P. *& §. appellamus, eod. tit.* Atque ita in indebiti condictione oportet quodammodo, vt in mutuo pecuniæ alienæ consumtæ & confusæ, existimare solutum transisse in dominium accipientis. *l. indebiti, §. 1. de condict. indeb.* P. 3

¶ Indebitum † dicitur, vel naturali iure, vel ciuili, vel vtroque, & in his consideramus res seu obligationes & caussas soluendi: personas à quibus, & quibus fit solutio: & modos soluendi, quorum sit condictio: propter quid, & quare concedatur. Condictio indebiti soluti exigit, ex parte rerum & pro materia 4

Digitized by Google

materia, vt solutum omnino indebitum sit, quod soluitur & ciuili & naturali iure, id est, vt nullo modo debitum sit.

¶Nam † solutum debiti naturaliter tantum, per errorem nō repetitur condictione hoc, *l. naturaliter. 13. de condict. ind. P. l. frater à fratre, 38. §. quæsitum, eod. tit.* nec in diem. Nec debitum ante diem solutum, *l. in diem, 10. de condition. indeb. P.* nec ante conditionem impletam, quæ certo implenda *l. sub condit. eod. tit. P.*

6 ¶Itaque † indebitum accipitur, non solum si omnino nō debeatur, sed si per aliquam perpetuam exceptionem peti nō poterat, *in l. si non sortem, 26. §. indebitum, & §. ideo, eod. tit.* si exceptio perpetua, fauore soluentis inducta, non autem si tertij caussa, *l. qui exceptione perpetua. 40. eod. P.* vel soluētis etiam, sed iuris rigore. *l. Iulianus. 60. & l. index, 28. eod. titul. de condict. indeb.* vel si temporalis sit exceptio. *l. in diem, eo. tit. P.* Et in summa, solutio facta ex his caussis, quæ iure non valuerunt, vel effectum non sortiuntur, condictione repetitur. *l. ex his omnibus, §4. eod. tit.* Indebitum itaque primo erit, si nulla subest caussa ob quā debeatur, subesse tamen putatur: vt si quis soluat ex caussa qua si facta, quæ facta non est: vt si pœnam dupli vel quadrupli soluat ex falsa caussa, *l. eleganter, 23. §. fin. eod.* si putans se debere sortem, furas soluerit. *l. si non sortem, 26. §. si quis falso, & §. si quis quasi, eod. tit.*

¶Et † hanc condictionem indebiti, in hoc capite, puto differendā à cōdictione caussa dati, caussa non secuta: quod in hac indebiti solutio repetitur, quia facta ob id quod factum credebamus, & in ea iam factum præsupponimus: at in cōdictione caussa dati, iam datum erat, vt quid fieret, & quia factum non est, datum repetitur. *l. 1. de condictio. caussa dati, causs. non secuta, lib. 12. P. titu. 4. l. si cum exiguam. 4. & l. dictam legem, 8. de condict. ob causs. lib. 4. C. tit. eod. l. 1. ac cond. ob turp. causs. P.* nisi conditio ob quam datur, pro impleta habeatur. *vt in l. pen. & fi. de cōd. ob causs. C. l. si pecuniā 5. eod. de cōd. causs. tit. P.* Magis accedit nostræ cōdictioni solutionis indebitæ ex falsa, vel nulla caussa, ea condictio quæ sine caussa est, quæ cum hac concurrere potest, per quā condicitur, quod vel ex non iusta caussa ad aliquem peruenit, vel ex eo quod redit ad non iustam caussam, *l. 1. & 4. de condictio. sine caussa. lib. 12. P. titu. 7. l. perpetuo, 6 de condict. ob turp. causs. fact. in P.* vel si ob caussam impossibilem datum est, non turpem tamen, *l. fin. de condict. sine causs. in P.* nam ob turpem caussam datum non repetitur à dante, sed vel remanet penes accipientem, concurrente ex vtraque parte, dantis & accipientis, turpitudine, *d. l. fin. de condict. sine caus. P. lib. 2. & l. mercalem, lib. 5. de condit. indebit. ob turp. causs. C. l. 1. & pen. eo. tit. P.* qui tamen si ante solutionem peteret, recte propter turpem caussam submoueretur. *l. 1. & l. mercalem, 5. de condict. ob turp. caus. C. l. si ob turpem, 8. eod. titul. in P.*

8 ¶Item † secundo, indebitum dicitur, cum subest quidem caussa, sed inutilis: vel quia ipso iure contractus non valet, aut is postea inutilis factus est: vt si quis rem suā emerit, & pretiū solverit, *l. seruum meū, 37. de cond. indeb. P.* quia rei suæ emtio non valet, *l. sua rei, & l. si in emtione, §. rei suæ, de contrah. emt. P.* vel si quis seruum manumiserit, & ei pecuniam ex testamento dederit, & postea in genuum esse pronuntiatum est, *l. seruo manumisso, 58. de condi. inde. P.* si post solutum legatum, indebitum fuisse appareat, *l. frater à fratre, 38. §. fin. eod. tit. de condict. indeb. P.* & sic
9 de similib. ¶Tertio, † indebitum ratione personarum dicitur, cū subest caussa, eaq; iusta, ex qua debetur, sed vel is qui soluit nō debet, vel ei cui soluitur, non debetur, *l. in summa, 65. §. fi. eo. P.* itaque is qui soluit, si non debeat soluere, repetet, v: si furiosus, prodigus, pupillus sine tutoris auctoritate soluat, *Vlp. l. interdū perso. 29. eo. tit. P.* & sic in aliis. *l. si pœna, 19. §. 1. l. repetitio, 44. l. in summa, 65. de condict. indeb. P.* Notant in hac parte Tribonianum Laurentius Valla, & post illum Budæus *ad l. fin. de edict. edict. in anno. priorib. ad Pan.* dum duo loca, in consarcinatione legum, ex diametro pugnantia posuisse illis videtur. Vnus est ex Pomponio, dum ait, *in l. si pœna, 19. § quamuis, de condict. indeb. P.* Quāuis debitum quis sibi recipiat, tamen si is qui dat, non debitum dat, repetitio competit. Quod pugnare dicunt cum Paulo, dum ait, *in l. repetitio, 44. de condi. indeb.* Repetitio nulla est ab eo, qui suum recepit, tametsi ab alio quam à vero debitore solutum est. Ego tamen arbitror ibi nullam esse antinomiam: nam vtrūque verum est, & diuersum. Aliud est enim quod Pomponius ait, non debitum dare ei qui sibi recipit: & aliud suum dare, vt ait Paulus. Nam qui debitum dat, respectu dantis debitum non est, dum quantitatem creditori quidem, sed non suo, soluit: at quādo suum cuique redditur, siue à debitore, siue ab alio, nihil interest creditoris. Puta, commodasti Sēpronio librum, Caius qui librum apud se habebat, tibi reddidit: si restituat, soluit tibi tuum, & tamen ipse debitor non erat, sed quia tuum repeti isti, nihil interest à quo, nec restituere cogeris, vt indebitum. At cōtra in aliis debitis, quæ sunt ex obligatione solutionis faciendę alterius rei quam indiuidui.

¶Ext persona eius cui soluitur, si ei non debeatur, repetitionem competere docet exemplum solutionis falsō procuratori factæ, rato non habente domino, *l. si procuratori, 14. de condict. causs. dat. P. l. procuratoris, 8. & l. indebitum solutum 9. de cond. indeb. C. l. si procurator, §. Celsus, eo. tit. in P.* cui alia similia plera; occurrunt. Itē quarto, ex ratione solutionis, & quāritatis indebitū dicetur & repetitio cōpetit, vt si plus debito soluitur, *l. si pœna, 19. §. fin. & l. cum duo, 25. l. si non sortem, 26. in princ. & § si centum. l. si in qui. 45 & l. fi. §. Stychus, de condict. indebi. in P. & l. 25, de soluti. lib. 46. P. tit. 3.* si sub conditione debitum, ante eius euentum soluerit, *Pomp. in l. sub conditione. 18. de condi. indeb. P. lege quod si sub ea, 18. eod. tit. vbi distinctio obseruanda.*

¶In † solutione quoque indebiti, non sufficit solui indebitum ad effectum repetitionis, sed exigimus quoque vt ignoranter indebitum pro debito solutum sit, quippe quia indebitum sciens prudensque soluens non repetitur *in l. 1. & l. qui indebitum, de cond. indebi. in P. l. indebitum. C. eod. titu. l. cuius per errorem, de reg. iur. l. cum qui, 21. §. 1. de inoff. testam.* eo quod qui sciēs in debitum soluit, donare videtur, *l. Campanus, de oper. liber.* & proinde, qui, cum sciret se exceptione perpetua tutum, soluit, non repetit. *l. si non sortem, §. indebitum, & l. qui exceptione perpetua, de condi. indeb. in P.* Qui dubitat autem num debeat, pro ignorante habendus est, & pari modo répetit. *l. pro dubitante, de condi. indeb. C.* Verum hic ignorantia facti, non iuris, intelligenda est excusabilis. *l. si per ignorantiam, C. eod. tit. de condi. indebi. l. error. C. ad l. Falcid.*

¶Finis † propter quem inducta est conditio hæc, est repetitio eius quod solutum est, aut eius quod tantundem habeat, *Pompo l. quod indebitum, 7. de condi. indeb. P.* vel eius quod verum excedit debitum. *l. si non sortem, §. si centum & seq. de condi. indebi. P. Scæuo. d. l. tutores, 61. eo. tit. l. cum amplius, 85. de regul. iur. in P.* In frumēto indebite soluto & bonitas est, & si consumtū sit frumentum, pretium repetitur. Sic habitatione data, pecuniam condicam, non quidem quanti locare potui, sed quanti tu conductus fuisses; qui accepisti. *d. in summa. 65. §. in frumento, de condit. indeb.* Paulus quoque in condictionem venire indebiti soluti, id quod rei solutæ accedit, respondit: vt puta, partum qui ex ancilla natus sit, vel quod alluuione accessit: imo & fructus, quos is cui solutum est bona fide percepit, *in l. indebitum soluti 15. & l. si non sortem, §. sed si operas, verfic. & interdum, l. si vrbana prædia, 55. §. in summa, 65. §. ei qui, de cond. indeb. l. 7. deamus. 38. §. item si indebitum, de æstur. lib. 22. P. tit. 1.* & vsuræ, *l. fi. §. fi. de const. pecunia. lib. 13. P. tit. 5. l. 2. de condi. indeb.* deductis tamen impensis quas fecerit restituens in res conseruandas, vel excolendas, aut ad fructuum collectionem. *l. in summa sexagesima quinta, §. ei qui, de condictio. indebiti, in P. per rationem l. fundus, familiæ erciscundæ. P.*

¶Cur † autem indebiti repetitio fiat, ratio prior est, quod actus agentium, non operantur vltra illorum intentionem, *l. non omnis numeratio, de rebus credit. in P.* neque præter naturam & substantiam ipsius actus, *l. vbi ita donatur. de donac. caus. mor. P. l. cum precario, de precar. P.* soluentis autem intentio, & natura solutionis alia non est, quam vt liberatio sequatur debiti, *l. solutionis, 176. de verbo signi. l. solutionis de solut. in P.* & proinde, cum liberatio ibi dici nō possit, vbi obligatio non præcessit, cū priuatio procedatur ab habitu, *l. Iulian. de diuor. in P. l. decem, de verbor. oblig.* & cum non entis nullæ sint qualitates, *Leius qui in prouincia, de rebus creditis, P.* rectè introductum est, vt eius quod ita datum est, condictio danti daretur ex æquitate naturali, per quā quod alterius apud non dominum sine caussa repetitur, repeti, consueuit, *l. hac condictio, 66. de cond. inde. in P.* & sic recte iubet præses ab alieno abstinere, & suum cuique domino restitui. *l. si irruptione, 8. si pium regund. P.* secundum iuris commune præceptum, ius suum cuique tribuendi. *§. iuris præcepta, de iustit. & iur. apud Iustinian.* Et secundo, iure naturæ æquum non est, locupletari quenquam cum alterius iactura. *l. nam hoc natura, de condit. indeb. P. d. iure naturæ, de regul. iur. c. locupletari, eod. tit. in 6.* Item tertio qui soluit præsumtione generali præsumitur nolle iactare suum, *l. cum de indebito, de probatio. P.* & idcirco pactum tacitum subintelligi debet, si debeatur. Itaque solutum, vt indebitum repetetur.

¶Quod † & locum habet in promissione eius indebiti soluendi, quod promittens putabat errans debitum: id est, vt promissio condicatur, & conuentus ad soluendum quod vt debitum, indebitum cū esset soluere promisit, exceptione doli tutus sit, & incerti condictione agere possit, vt liberetur à promissione per errorē facta, *l. si heres testamēto. 5. de actio. empt. P. l. 2. §. aliud, de donation. in P. l. 12. 3. de condict. sine caus.* Nam dolo facit, qui petit quod statim restituturus est, *l. dolo facit, 8. de exceptio. doli.* repeteret autem solutum ex illa erronea obligatione, si solueret promissor. *l. si cum te, de pact. P.* Item dolo facit, qui petit, cū possit qualibet exceptione excludi. *l. 2. §. & generaliter, de dol. mal. except. in P.* Quare tertio loco, cum soluta ab ignorante indebita quantitas perpeti possit, multo facilius quantitatis indebitæ, interpositæ scripturæ condictio competet: veluti doli exceptione agenti interponitur. *l. 3. de condi. inde.* Nā cui damus actionē, multo facilius ei damus exceptionē. *in d. l. 1. §. in cautē, de superficieb.* Sunt & iura, quæ præter intentionē cum errore cauta condici iubēt, *l. si indebitum, & l. nec intentio, de transact. C. l. si non est de cond. ex lege, l. 2. C. de condi. indeb. l. si non trāsaction. 6. de iur. & fact. ign. C.* quod & in cautione indebitæ pecuniæ locum

Digitized by Google

habet, si quis vltra quam debuit cauerit. l. 4. de condi. indeb. C. vel uti, si quis plus, quam sit hereditaria portio creditori hereditario cauerat, l. in qui plus, 31. eod. titul. de cond. indeb. P. condicet vel hac condictione indebiti, vel condictione sine caussa. l. qui sine, de condict. sine P. caus. in P.

15 ¶ Ceterum † obseruandum, vt is qui se indebitum vel soluisse, vel promisisse asserit, teneatur probare, l. cum de indebito, c. 25. de probatio. in P. nisi mulier, minor, agricola, & aliæ simplices personæ soluerint, d. l. cum de indebito.

De Casibus exceptis à conditione indebiti.

Cap. 17.

Can. hæc imago. 83. q. 5. c. 1. de concessio. præbend. L. 1. de diuortiis in P. l. 2. de iureiurand. C.

1 *Non repetitur Solutum ex caussa iudicati vt indebitum.*
2 *Nec solutum ex iureiurando delato.*
3 *Nec ex caussa transactionis.*
4 *Nec ex caussis quæ crescunt per inficiationem.*
5 *Nec ex soluto ex pia caussa.*
Pia caussa quæ.

2 PVtant † interpretes, glos. in l. 1. C. de condict. indeb. gloss. in l. eleganter, §. fin. eod. P. casus quosdam singulari iure à conditione hac exceptos, in quibus solutum indebitum per errorem non est repetendum: quos tamen ego non pertinere ad regulam repetitionis indebiti, arbitror, & ita perperam eximi ab ea, cum exceptio debeat esse de regula. l. nam quod, §. pen. l. de leg. Verum nihilominus est, ex illis caussis solutum, occasione indebiti non repeti: proinde hos casus referam cum stricta diuersitatis ratione. Primo, ex caussa iudicati solutum hoc prætextu, tanquam fuerit indebitum, non repetitur. l. 1. de cond. inde. l. eleganter, §. 1. & l. Iulianus, eod. tit. in P. l. si fideiussor, in 2. §. in omnib. mand. Idque quia sententia quæ transit in rem iudicatam, pro veritate habetur, l. ingenuum, de stat. homi. l. res iudicata, de reg. iur. & sententia inducit obligationem, l. quoties, 7. de noxal. act. P. l. 3. §. idem scribit, de pecun. & datur actio in factum ex re iudicata. l. actori, de reb. cred. C. Nec mirum si condictio indebiti non competat hic, si forsan dolose, quod non debebatur persecutus fuerit actor, & accepit: quia & alia remedia dantur reo pro repetitione, indebito detecto, contra sententiam, vt restitutio in integrum, si non legitime quis fuerit defensus: & ex modico restituitur ad totam caussam, l. quia absentem, C. de procurat. l. si prætor. de iudic. P. l. 1. quib. ex caussis maio. l. pen. quemad. & quando iudex. si sententia contra absentem non contumacem sit lata, l. si vt propanis, 2. l. ea quæ, l. pen. C. quem. & quan. iud. l. absente, 5 de pœn. C. c. caueat 3. q. 9. si supplicatio aduersus eam proponatur, authen. quæ supplicatio de precs. impera. offer. C. si agatur crimine stellionatus, pro recepto indebite, ex caussa sententiæ. l. si fideiussor, in 1. §. in omnib. mand. P.

§ Secundus † casus, quando ex iureiurando præstito ab aduersario ei delato, indebitum solutum apparet: nam habito respectu ad iusiurandum, solutum ex eo non dicitur omnino indebitum, sed vel ex iureiurando debitum, quod controuerti nó potest, vt in l. 2. de reb. credit. C. l. admonendi, §. fin. de iureiur. in P. quod ex eo quæratur actio & exceptio, l. nam postea quam, §. §. 1. & l. si duo patroni, 13. §. si quis iurauerit, de iureiurand. in P. quia multo maioris est auctoritatis quam res iudicata. l. 2. de iureiur. in P. 2

¶ Tertius † casus est in transactione, ex qua solutum, quamuis ante videatur fuisse indebitum, tamen non repetitur, l. 2. C. de rebus credit. l. si non transactionis caussa, de iuris & facti. ign. C. quia indebitum proprie dici non potest, aut sine caussa solutum: satis enim lucratur qui à lite discedit, & ideo transactio caussam potius habet soluendi litem, quam debitum, vel indebitum præcedens. l. in summa, 65. de cond. indebit. l. fratris, C. de transact. 3

¶ Quartus † casus in soluto indebito ex caussis quæ crescit per inficiationem, quod non repetitur, l. ea quæ, de cond. inde. C. §. fin. de oblig. quæ ex quasi contract. nascunt. veluti in soluto ex caussa legis Aquiliæ, l. ea quæ, C. de l. Aquil. §. si de obl. quæ ex quasi contra. nasc. legati, §. fin. de oblig. quæ ex quasi contract. depositi ob ruinam, incendium, aut naufragium, §. in duplum, de actio. l. 2. §. merito, depos. P. & similium. Quia in his quæ crescunt per inficiationem, qui soluit, licet indebite, videtur transigere, ideo, quod supra debitum soluitur, tanquam ex transactione soluti, non repetitur. 4

¶ Quintus † casus in indebito soluto ex pia caussa, d. §. fin. de oblig. quæ ex quasi contract. facit l. cum is, §. penult. de condict. indeb. quia quæ in piam caussam erogata sunt, etsi iure ciuili non habeant obligationem, tamen natura & officio Christianæ religionis obligationem habere videntur. 5

¶ Pia † caussa dicitur, omnis actus qui ad salutem animæ principaliter pertinet, Bald. in l. 1. 4. casum. C. comm. de legat. si fiat legatum, vel donatio monasterio, vel pio loco, c. fin. de testam. si in dotandas inopes puellas collocentur solutiones, vel in alendos pauperes, & sic de similibus. Pia quoque loca, ecclesiæ, hospitalia, & alia loca vbi sunt miserabiles personæ, in l. si quis ad declinandam, & l. orphanotrophos, de episc. & cler. C. l. illud. & l. sancimus, C. de sacrosanct. eccles. C. pietas in Deum, parentes, & pueri: nam & quæ quis misericordia motus in hos expendit, non repetit, vt pote qui donare velle videatur. l. si quis, §. sed interdum, de religio. & sumpt. fun. cum distinctione ibi apposita. item si in propinquos, vxorem vel maritum. l. alimenta, C. de negot. gest. l. Nesennius Apollinaris, & l. is qui, 46. de negot. gest. P. l. 2. & l. si paterno affectu, eod. tit. C. 6

DE ALIIS CONTRACTIBVS QVI RE FIVNT.

LIBER XXIII.

De Commodato.

Cap. 1.

Ap. Iustinia. lib. 3. tit. 15. §. item is cui. P. lib. 13. tit. 6. C. lib. 4. lib. 23. in Decretal. lib. 3. tit. 15.

1 *Commodatum re celebratur, vnde dictum, & quid.*
2 *Quæ res in commodatum veniunt, alienæ, soli, mobiles.*
3 *Personæ idoneæ commodato, quæ se possunt obligare, prædones, non domini, filiifamilias, serui, &c.*
4 *Conuentiones, & modi adiecti sequendi circa periculum & alia.*
5 *Gratuitum esse debet commodatum.*
6 *Rei commodatæ vsus tantum, isque certus conceditur, quo differt à mutuo.*
7 *Commodatum non potest reuocari, nisi expleto vsu ad quem datum, & tempore concesso.*
8 *Differentia commodati, depositi, & precarij.*
9 *Qui vtitur re commodata vltra vsum certum, & tempus, inuito commodante, furtum facit.*
10 *Distinctio in periculo, vel interitu, vel damno rei cuius gratia commodata sit.*
11 *Quomodo culpa interitus, vel detrimenti rei perpendenda sit ex vsu.*
12 *De tribus actionibus commodati, directa, contraria, vtili.*
13 *Directa repetuntur commodata, & accessoria, & id quod interest, non obiecta compensatione, nisi ex caussa contraria.*
14 *Directa datur commodatario pluribus de caussis enumeratis, vltra exceptionem compensationis.*
15 *De Vtili, Directa, & Contraria.*

COmmodatum † inter contractus qui re contrahuntur annumeratur, §. item is cui as, quib. mod. re contrah. oblig. commodatum, quasi cum modo datum, modus autem dandi præscriptam habet formam, quæ sic in finitione substantiali euoluitur, Commodatum, est rei alicuius, inter idoneas personas, facta ad certum vsum, vel tempus gratuita concessio. Diffinimus hic in specie commodati, non prout potest in latissima significatione mutuum continere, *pro mutuo accipit Cicero commodatum*, 4. in Verrem, & precarium, de quo paulo post. ¶ Propriè † res quæ 1 2

commo-

Digitized by Google

commodentur, eius cui commodantur esse non debent, quia res domino non possunt commodari, *l. qui rem, 15. depos. P. l. neque pegum, de reg. iur. in P.* alienæ ergo commodantur, siue illæ sint mobiles, siue soli, sublata differentia Labeonis, qui commodatum dicebat esse rei mobilis, non etiam soli, & vtendam dari soli: nam & Iulianus ait, & habitationem commodari posse, *l. 8. §. inter commodatum, commo. in P.* id est, domum commodari gratia habitandi, verum pro implenda promissione, actio præscripris verbis non commodati, datur, *l. si gratuitam, 18. de præsc. verb. lib. 19. P. tit. 5.* sic enim habitandi ius, id est, vsus domus commodatur. Recte & seruitutes ad certum tempus concessæ alicui commodabuntur, vel melius accommodabuntur, id est, aptabuntur vsui alicuius, permittendo alicui illis vti: vnde & merces quæ pro domo alio modo soluerentur, donata videntur. In ædibus enim alienis, inquit Pomp. *l. in ædib. 9. de don. lib. 39. P. tit. 5.* habitare gratis, donatio videtur: id enim idipsum capere videtur qui habitat, quod mercedem pro habitatione non soluit. Et Cicero 4. *ad Heren.* ait cuidam ædes maximas ad nuptias accommodasse. Commodari & nostra, & res alienæ potest. *Paul. in l. commodare possumus, 15. Martia. in l. ita vt in, commo. in P.* Quare & prædoni, commodati, pro re illo data, datur. *l. non à iudice, 64. de iudi. lib. 5. P. simul. 1. & d. l. ita.* Non potest commodata res dici, id est, non potest commodari res, quæ vtendo consumuntur, *l. 3. §. fi. commo. in P.* nisi forte quis ad pompam vel ostentationem accipiat. Et sæpe etiam ad hoc commodantur pecuniæ, vt ditis gratia numerationis loco intercedant, vt numerentur, vt quis ditior appareat: vel quæ numerantur diuitis gratia qui soluendo aliunde est, in negotio in quo numerationem interuenire opus est, rationem commodati habent. ¶ Personæ † idoneæ ad contrahendum commodatum, & 3
ad obligationem eius sunt, quæ per se obligari possunt generaliter: quo fit, vt impuberes commodati actione non teneantur, quoniam non consistit commodatum in pupilli persona sine tutoris auctoritate: vsque adeo, vt etiamsi pubes factus dolum aut culpam admiserit, hac actione non teneatur, quia ab initio non constiterit. *Caius in l. 4. eo. tit.* Nec in furiosum commodati actio danda, sed ad exhibendum, vt res exhibita vindicetur, *l. 1. §. si commod.* si locupletiores tamen facti ex commodato sint, datur vtilis actio in eos commodati *in l. 2. eo. tit.* Filiofamilias maiori, & seruo commodari potest: & agitur cum patre & domino, in quantum est in peculio, cum filiofamilias directo, *l. 3. eo. P.* Et prædo, & fur, vt dictum est, commodare possunt. ¶ Inspicimus, † quod contrahitur, & modum adiectum, qui pro 4
formula & lege habetur, & sequimur quod placuerit: vt si conueniat vt dolus, casus fortuitus, & culpa præstetur ab eo qui accepit, vel contra, *l. 3. §. in filiofa commo. in P.* sit gratuito, *l. si vt certo. 5. §. nunc videndum, commo. l. 1. C. eo. tit.* aliter commodatum non est, sed locatio, *§. item is cui, in fi. quib. mod. re contrah. oblig. l. si gratuitam, 18. & l. si rem tibi inspiciendam, 19. §. si cum vnum bouem, de præscrip. verb.* ¶ Conceditur † quoque res commodata 5
ad certum vsum: & ita res quæ non possunt esse cum vsu, sed vsu consumuntur, non veniunt in mutuum, *l. 2. & l. si quis condixerit, loca. in P. §. fi. de manda. §. 2. de lex.* quia vsu dicitur esse, salua rerum, ex quibus percipitur, substantia. Quare nec pecunia commodati potest, *l. 3. §. fi. & seq. commo. P. l. 2. ad vsufruct. in P §. 1. de vsufr. & hab. tatio.* quia vsusfructus nec vsus proprie in ea esse potest. & Vlpia. vsumfructum & vsum earum rerum quæ vsu consumuntur, vocat abusum. *l. nunismatum, de vsufr. 1. & 2. de vsufr. earum rer. quæ vsu consumuntur, §. constituitur, de vsufr.* ¶ Certus † vsus est ille, qui destinatur ab eo qui commodat: sicut e- 6
nim voluntatis & officij magis est commodare, quam necessitatis, sic etiam modum commodato adscribere, *l. hoc senatusconsultum, §. 1. de vsufr. ear. rer. quæ vsu consum.* quod si incertus & indeterminatus fuerit vsus concessus, tutius erit vti actione præscriptis verbis, *l. in commodato, §. sicut. commo. P. l. si gratuitam, iuncta gl. de præscrip. verb. P.* Nec tam res, quam vsus eius conceditur in commodato, quo nomine valde differt à mutuo, in quo quod datur, fit accipientis, *§. item is cui res aliqua, qui. mo. re contrah. oblig. l. 2. de reb. cred. P. l. 1. §. 1. & §. in quoque, de act. in P.* cum tamen qui commodat, remaneat, si fit ante dominus & possessor ciuiliter rei commodatæ, detentione naturali in commodatarium tantum translata. *Pomp. l. rei commodatæ, 8. Vlp. l. nemo, 9. commo. P.*
¶ Certitudo † vsus operatur ex parte dantis, vt ante expletum 7
vsum per accipientem, res repeti non possit, cum interfit accipientis iuuari, non decipi beneficio, *in l. in commodato, §. sicut commoda. P. c. 1. §. fi. de commo. ap. Greg.* Et ideo commodans probare debet vsum impletum, quem constituit, *l. 2. C. de commoda.* idipsum in tempore probandum, vt ante tempus definitum non possit commodans, inuito commodatario, repetere. ¶ Quo
8 † nomine differt commodatum à deposito, quod arbitrio deponentis potest repeti *l. 1. §. pen. depos. in P. c. fi. §. fi. de depos.* quamquam appositum sit pactum de non repetendo. *l. 2. §. si fic deposuero, depos. in P.* Differt quoque à precario, quod qui dedit, quandocunque voluerit potest repetere. *l. 1. & l. cum precario, & l. & habet, de preca. in P. c. fi. de preca. ap. Greg.* ¶ Ex † parte porro 9
commodatarij, determinatus vsus, & definitum tempus, faciunt ne is extra concessum tempus, & vsum, vti re possit recte. Et si vtatur, veluti inuito domino rem contrectans, furtum facere rei videatur, *l. qui inuenta, de fur. in P. l. si vt certo, §. nunc videndum, in vers. plane commo. §. furtum. & §. placuit, de oblig. quæ ex delict. nascunt.* Et scribunt Valer. Max. *lib. 8. c. 2.* & Aulus Gellius *lib. 7. ca. 17.* furti aliquando eum damnatum, qui equo commodato ad eundum certum vsque locum paulo longius vsus fuisset. ¶ Fit † commodatum, *c. 1. de commo.* vt plerum commodata- 10
rii gratia, interdum & commodantis, vel vtriusque, quod maxime interest annotasse: quia qui gratia sui tantum commodatum accipit, de leuissima culpa tenetur pro rei interitu, vel deterioratione, alioquin enim sine culpa vel dolo per senectutem contingens, vel morbo, vel vi latronum ereptum, nihil est imputandum ei qui commodatum accepit: nec quod incendio, suffuina, sine culpa contigit, nisi forsan cum posset res commodatas salvas facere suas prætulit, *d. §. commodatum, & seq. eod. P.* sic de aliis fortuitis, *l. in reb. 18. commo. P.* nisi aliter conuentum sit, *d. §. commodatum, & l. 2. C. eo.* At cum commodantis gratia tantum fit commodatum, eo casu tantum commodatarius de dolo tenetur, vt si quis sponsæ suæ vel vxori commodauit, vt comtior incederet, vel si quis prætor ludos edens scenicis commodauit. &c. *d. l. si vt certo, §. interdum, commo. l. cum quo rem, 10. §. 1. si mei caussa, 12. commo. P.* Si vtriusque caussa commodatur, dolus & leuis culpa veniunt, non autem leuissima, *l. in reb. 18. iuncta glo. in verb. æstimatio. commod. P.* ¶ Perpendi- 11
tur † culpa in eo, qui sui caussa commodatum rogauit, ex modo concessionis: nam si res interest in eo vsu, ad quem commodata est, vel si deterior facta est, periisse videtur culpa potius dantis, quam rogantis, vt inquit Pompon. si commodauero tibi equum, vt eo veteris vsque ad certum locum, si nulla culpa tua interueniente, in ipso itinere deterior equus factus sit, non teneberis commodati: nam ego in culpa ero, qui in tam longum iter commodaui, qui eum laborem sustinere non potuit. *l. si. commo. P. Vlp. in l. cum qui rem, 10. eo. P.* Et Vlp. ait, eum qui rem commodatam accepit, si in eam rem vsus est, in quam accepit, nihil præstare, si eam in nulla parte deteriorem fecit sua culpa, si culpa eius fecit deteriorem, teneri, *l. 1. C. de commod. c. 1. eo. ap. Greg.* ¶ Pro † commodato tres propositæ sunt actio- 12
nes, directa, contraria, & vtilis, ex quibus in primis agitur pro his, de quibus conuentum est inter contrahentes, quia seruanda sunt: vt si rogans suscipiat in se casus fortuitos, de quibus sine pacto non tenetur, *l. in rebus, & l. si vt certo, §. nunc videndum, in 2. cum §§. seqq. commo. P. l. 1. §. is quoque de actio.* nisi culpa sua in casum se cõiecerit: vt si quod domesticis vsibus commodatum est, secum peregre quis detulerit, & ita casu perierit: vel si vsus sit alio vsu quam destinato, *l. in commodato. commo. P. l. sum à iudic. de iud. P. l. contractus, de reg. iur.* Nulla tamen pactio efficere potest, ne dolus præstetur, *l. 3. §. in hac actio, commo. P.* maxime quia & bonæ fidei hoc iudicium est, vt etiam pro eo in litem iuretur, *vt supra.* ¶ Directa actione petitur res commodata à com- 13
modatario, qui rogauit, vt ea restituatur quæ deterior facta non sit, alioquin restituta non videtur quod pertinet ad hanc actionem, nisi & quod interest præstetur, *in l. 3. §. in hac actione commo. P. & l. non à iudice, 46. de iudiciis. lib. 5. tit. 1.* & fructus quoque rei commodatæ, *Paul. l. videamus, 38. §. si possessionem, de vsur. lib. 22. P. tit. 1.* item accessoria rei commodatæ, quæ cum re commodata erant, si quidem & custodia vtriusque rei, & periculum ad commodatarium pertinet. vt si equa commodata sit, & eandem pullus sequeretur, *l. si vt certo, §. vsque adeo, commo. P.* si seruus cum lance, *d. l. si vt certo, §. si me rogaueris.* & sic de similibus. Si tamen quædam res extrinsecus rei commodatæ occasione accedant roganti, non repetuntur, à commodante: vt puta, si res commodata furto subtracta sit, & crimen commodatarius fuerit persecutus, ad cuius periculum res pertinet, pœnalis condemnatio furis ad eum, non ad dominum pertinebit. *l. fin. §. sed cum in secundam, de furt. C. lib. 6. tit. 2.* Nam & dominus extra periculum est in furto, cui ad æstimationem rei condemnatur qui accepit, per quam litis æstimatione susceptæ, res transfertur in commodatarium. *l. si vt certo, §. 1. commo. P.* & ideo cautionem illi præbet de re restituenda, si ad se peruenerit, & si reperiatur, *l. si is qui commodatum, 13. eo. P.* vel contrario iudicio commodatarius cogere potest commodantem, aut rem præstare, aut quod acceperit reddere, *l. in commodato. 17. §. fin. commo. P. l. rem mihi commodasti, 21. eo. tit. P. l. 2. §. pen. ad leg. Rhod. de iact.* Singulare est, quod notat Vlpian. in reddendæ rei interitu: Si dum refertur res ad commodantem pericrit: siquidem si commodans mandauerit per quem commodatarius remitteret, periculi mandantis est: si vero ipse cui voluit commisit, æque culpam præstabit. si sui caussa accepit, *Vlp. in l. cum qui, 10. §. fin. commo. P. l. idem, & l. fin. §. seruorum, nau. nau. stab. P. lib. 4. tit. 9.* quod non tam idoneum elegerit hominem, vt recte perferri posset, vt ait Paulus, *l. qui non tam, 21. commo. P. vide ibi Accurs.* Si mei caussa, dolã tantũ: vt idem Vlp. ait, *l. si mei. l. tu. commodat. in Pandect.* Et mala electio culpam habet. *l. si procurator. §. si tutores, mand. P. l. fin. §. seruorum nauta, caupo. stabula. in P.* Non excipit contra agentem directa commodatarius de debito quo obnoxius est illi commodãs, nec vtitur iure compensationis seu retentionis regulariter, *l. fin. C. de commo. l. fin. §. fin. C.*

Digitized by Google

de compensatio. nisi illud debitum procedat ex re commodata, quod possit petere contraria commodati actione. *l. in rebus, 18. §. fin. commo. P.* cui enim damus actionem, multo magis & exceptionem. *l. 1. vers. nam cui damus, de superficieb. in P.*

14 ¶ Contraria † actio datur commodatario: quanquam enim is ea quæ contrario iudicio à commodante consequi possit, per compensationem & retentionem rei, tamen quia iudex compensationis semper rationem non habet, aut aliquando res periit, & ita de restituenda re cum eo non agatur, aut fine iudice restituta est, dicemus necessariam esse contrariam actionem, *l. in rebus, 18. fin. commoda P.* per quam consequitur, quanti sua interest ex restitutione rei, & sine principali eam mouere poterit. *l. in commodato, §. 1. commo. P.* Vt si vsu non exploto, & ante tempus rem commodatam commodans repetat: cum non decipi beneficio, sed iuuari interfit nostra, *d. l. in commodato, §. sicut, commo. l. in rebus, §. fin. eod. tit. apud Gregor.* Item si sciens quis vitiosas res, ex quibus damnum datum est, inscio commodatori commodauerit: vt si vitiosa dolia, vel vasa, in quæ infusum vinum, vel oleum effusa sint, vel corrupta: nam eo nomine condemnandus est commodans. *l. in rebus, 18. §. item qui, & d. l. in commodato, §. sicut commod. P.* Item si commodatarius graues impensas in serui commodati morbum fecerit, vel in inquisitionem fugitiui, non tamē repetit modicas, & in quotidiana alimenta factas: quia illæ ad eum qui vtitur pertinent. *d. l. in rebus, §. possunt, & l. item si serui §. fin. de edil. edict. in P. l. diuortio, §. final. sol. matrim.* Item pro his contraria conuenietur, quæ furatus est seruus commodatario, si sciens furem eum commodauerit. *l. pen. commo. P. l. si seruus pignori datus, 31. §. fin. de pign. action. P. lib. 13. tit. 7.* Si commodans vel eius seruus, rem commodatam furentur, *l. rem mihi commodasti, 21. commo. P.* datur roganti iudicium contrarium vtile: datur & contraria, si codicem cum mihi dedisses commodato, ego debitorem meum in eo cauere fecerim, & tibi codicem restituens, tu interleueris, *l. si vt certo, §. idem denique, cui commo.*

15 ¶ Vtilis † actio est, quæ datur ex commodato alij quam commodanti, sed eius loco, & dicitur, vtilis directa, *vt in l. si res tuas, 8. ad exhibendum. lib. 3. C. tit. 42.* vel alij quam commodatario qui rogauit, sed eius loco, & dicitur, vtilis contraria.

De Precario.

Cap. 2.

Lib. 43. P. tit. 25. Lib. 8. C. tit. 5. Decretal. lib. 3. tit. 14.

1 *Precarium affine commodato.*
2 *Precariæ, precaria, precarium quid, & quomodo differant.*
3 *Renouatio precariarum expressa, vel tacita.*
4 *Precariæ & precariorum eadem causa, & diuersum tempus.*
5 *Coloni ecclesiastici qui.*
6 *Precarium quid.*
7 *Quæ res precario dari possint: possessio vna eadem apud plures esse simul nequit, eod.*
8 *Qui rogare & dare precario possint.*
9 *Forma precarij quæ.*
10 *Antinomia de tempore adiecto precario dissoluta.*
11 *De interdicto, de precario.*
12 *Precarias & precariam, esse precarium cum tempore.*
13 *Interdictum de precario, est restitutorium, & quid per illud consequamur, & contra quos competat.*
14 *Dolus tantum, non culpa, in precario consideratur.*
15 *Quibus modis soluatur vel tollatur precarium.*

1 PRecarium † est genus liberalitatis, affine commodato & donationi, *l. interdictum, 14. de preca. P.* sed per repetitionem rei datę distinguitur à donatione, *l. si precario, 17. com. prædi. P. l. 1. de precar. P.* quæ transfert dominium, *l. si quis argentum, §. fin ad.*
2 *tem, de don. in P. & tot. tit. de reuo. dona.* ¶ Antequam † autem definiatur, distinguendum est inter precarias, precariam, & precarium, quæ maxime apud iuris Pontificij auctores variantur, apud quos versus differentiam produnt. *refert & explicat Hostien. in Summa, & glo. in c. fin. de precar. apud Gregor.*

Ria, ria, rium, tria sunt quibus est caput vnum.
Riæ sunt solitæ per singula lustra renasci:
Ria sit ad mortem, nec citra vult reuocari:
Rium finitur tunc, quando auctor vult reuocari. id est,

Precariæ dicuntur concessiones, vsus vel vsusfructus rerum in lustrum, vel in 4. aut 5. annos, post quos extinguitur con-
3 cessio, nisi renouetur. ¶ Renouata † autem censetur, expresse vel tacite: quomodo expresse fiat progatione, vel alia concessione, palam est, *c. 1. de precario, ap. Greg. c. precariæ. 12. q. 2. & c. precariæ. 10. q. 2.* sed tacite fieri intelligitur, vt in precario, in quo qui rogauit ad tempus, finito tempore, etiamsi ad hoc tempus non rogauit, tamen precario possidere videtur: intelligitur enim dominus, cum patitur eum qui precario rogauerit, possidere rursus precario concedere, *Pomp. in l. sed etsi. §. 4. precar. P.* argumento etiam locationis, quæ hoc tacite admittit *Vlp. l. in reb. 4. de precar. in P.* Efficit autem ista annorum adiectio vel renouatio, ne obliuioni detur causa possidendi, & ne possint possidentes præscribere. Quanquā diutius possederint. *l. itē quæritur, §. fin. & l. qui ad certum, loca. P. l. legem quidem. C. loc.* etsi nec pro voluntate concedentiū reuocētur. *c. clerici quilibet, & c. seq. 16. q. 4.* ¶ Precaria † est cōcessio vsus vel vsusfructus, 4
facta ea lege, vt is qui rogauit, tādiu vtatur fruaturve, quamdiu vixerit qui concessit. Quæ facta ab ecclesiastica persona de bonis ecclesiæ, nō potest obstringere successores in beneficio. *c. fi. §. fi. de precar.* neqietiā de rebus ecclesiæ precariā facere ab aliqua potestate cogitur. *c. 2. de prec. 10. q. 1.* Vidēt ur mihi eadē esse precariæ & precaria, nec quicquam interesse aliud inter hæc, quam quod precaria vna sit concessio veluti ad tempus vitæ, vel concedentis, vel accipientis: precariæ aūt sint plures concessiones tēpore continuatæ. Proinde vnā speci ēdefinire: sufficit in singulari, vt precaria videlicet possessio sit cessio vsus vel vsusfructus rei immobilis, possessuro ad tempus. vel quādiu vixerit, dans vel accipiens. *c. precariæ, in 1. §. 1. 10. q. 2.* ¶ Eos † qui precarias habent, 5
aut precariam, ab ecclesia dici colonos ecclesiasticos non ambigentē, ex sententia B. Rhenani, *lib. 2, rerum Germanicarum, dum de statu Alemanorum agit.* qui originē aperit, dum ait: post victoriā illam præstitem ad Tolbiacum de Alemanis per Clodoueū obtentam, quosdam in illo recenti Christianismo, res suas ecclesiæ donasse, & rursum agros aut domum in beneficij modum recepisse ad vitæ suæ tempus, non tamen citra pensitationē, nec post mortē patris, filios aut heredes vindicare sic data potuisse, & hos colonos ecclesiasticos dictos. Sic & ex cōcilio Mediomatricis, qui res dederunt ecclesię, eas proprias & ecclesiasticas pro illis fructuario vsu tenere possunt, non aliter, *c. precariæ, in 1. 10. q. 2.* Dantur & ita res ecclesiasticæ ad vsum tantum vitę clericis, *c. huiusmodi, §. fin, 10. q. 2.* cum concilio ecclesię, & à personis legitimis, alioquin reuocātur. *c. precariæ, 12. q. 2.* Possunt & aliis dari cum aliqua pensione, in ius colonarium, quod differre à iure emphyteotico docet Iustinian. *§. lex itaque, de non alien.* 6
reb. eccles. in Auth. ¶ Precarium † est, quod precib. petenti vtendum conceditur tamdiu, quamdiu is qui concessit patitur: quod genus liberalitatis ex iure gentium descendit. *Vlpia. in l. 1. de precar. in P.* Habere precario videtur possessionem vel corporis vel iuris adeptus, ex hac folūmodo causa quod preces adhibuit, & impetrauit precibus vt sibi possidere, aut vti liceat. *Iulia. in l. 2. §. fin. de preca, in P.*

¶ Res † precario concedi possunt vtendę & immobiles & mo- 7
biles, *l. 4. l. cum precario, 21. & fi. de prec. P. l. si. C. eo.* & iura seruitum, *l. 3. & habe. l. 15. §. preca. de precario, P.* rei suę tamen precariū non cōsistit, *l. 4. vers. item, & l. certe, 6. §. quæsitum.* nisi possessionē rei suæ oppignoratæ rogat precario à creditore debitor. *d. l. §. debitor, & l. certo, eo.* ¶ Vnusquisque † autē potest rem suam, quam 8
uis nonpossideat, precario dare ei qui possideat, *l. vnusquisque, 18. de precar. P.* & potest qui ex alia causa possidet, postea precario possidere, rogando dominum vt sibi possidere liceat, mutata videlicet priore possessione, *l. fin. de precar. P. l. certe, 6. §. Iulian. eo. tit.* quia nec duæ iustæ, nec iniustæ duæ possessiones simul esse possunt, vel concurrere in eodem homine, & ad eandem rem. *l. duo in solidum, 19. eod. tit. de prec. l. 3. ex contrario, de acq. poss. P. l. si vt certo, § si duob. commod.* Potest & rogare precario seruus, & filiusfamilias, & proprio, & domini vel patris nomine, vnde si eorum nomine, in solidum tenentur, si iusserint, vel ratum precarium habuerint: si suo nomine, tantum, quantum est in peculio. *in l. 4. §. 1. & l. si seruus, 15. de precar.* Idem in procuratore, vt pro alio rogare possit qui mandauerit vel ratum habuerit. *l. certe, 6. §. si procurator meus, de prec. l. possessio. §. fina. de acquir. possess.* Rogat & pupillus precatio, sine tutoris auctoritate, *l. fin. §. fin. de preca. in P.* & qui rogat, vt precario alicubi. morari sibi liceat, & pro suis rogare videtur. *l. penultim. de precar.*

¶ Forma † substantialis in eo consistere videtur precarij, vt li- 9
beralitas precibus concessa ad nutum & arbitrium repeti possit, *l. cum precario, 12. & l. habet, 15. de precar.* est enim natura æquū tamdiu te liberalitate mea vti, quamdiu ego velim, & vt possim reuocare, quando mutauero volūtatem. *l. 2. §. 1. eo. tit. de precar. P.* Constituitur autem precaria possessio vel inter præsentes, vel inter absentes, veluti per epistolam vel nuntium. *Cainus in l. preca. 9. eo. tit.*

¶ Sed † num ad tempus fieri possit, quidam putant precario ad certum tempus rogari non posse: quod firmatur ex Celsi respō so, *in l. cum precario, 12. de precar.* Cum precario, inquit, aliquid da 10
tur, si conuenerit vt Calendas Iulias precario possideat, nunquid exceptione adiuuandus est, ne ante ei possessio auferatur? Sed nulla est vis huius conuentionis, vt rem alienam inuito domino possideat. Vlpian. tamen, *in l. 4. §. fin. de precar.* & Pōpon. *in l. sed etsi. §. eod.* ad tempus rogari, & finito tempore precarium renouari tradunt. Venuleius quoque nonnunquam in longum tempus concedi precarium respondit, *in l. quæsitum. 8. §. interdictum hoc, de precar.* P. Et Celsus etiam post verba superiora sic

sub

Digitized by Google

subiicit, *in d.l.cum precario*, 12.§. 1. Precarii rogatio ad heredem eius qui precario concessit, transit, ad heredem eius qui precario rogauit non transit: quippe ipsi duntaxat, non etiam heredi eius concessa possessio est. Quid autem ego in hac antinomia sentiam lubens explico, ad quam alios conniuere certum est. Dico igitur, ex natura precarii propria esse, certum tempus vtendi non præscribere, aut legem, vt non liceat reuocare intra illud tempus: verumtamen & posse concedi in longum tempus, & breue, sed non ideo minus in potestate
11 dantis repetere cum voluerit. ¶ Ea † de re iure ciuili nulla actio competit, sed propter æquitatem naturalem competit interdictum de precario, *Paul.l.interdictum*, 13. *de precar. l. eum qui*, §. *is qui precario, de furt. in P.* si nihil cautum est de restitutione: nam si concedendo precarium cautum fuerit de restitutione per stipulationem, ex ea agetur: si autem alio modo, cessat interdictum, *l. & habet*, 15. §. *cum quis, de preca. P.* & datur condictio incerti præscriptis verbis, quæ ex bona fide oritur. Quamobrem, quemadmodum in hoc contractu cautio de restituendo mutat actionem contractus: sic & arbitror pactionem de restituendo post certum annum tempus expressam recipiendam esse, *l. duo*, 19. §. *fin. de precar. in P. l.* 2. §. 1. *eod.* & adiicere cõtractui, vt æquum sit impleri: veluti in commodato, cui simile est precarium, interest nostra dictam legem vsus vel temporis seruari, ne decipiantur beneficio. *l.*1. §. *fin. de precar.* Neque pactione adhibita certi temporis Celsi habebit locum ratio, quæ ideo ad arbitrium concedentis reuocari precarium putat, ne inuito domino rebus quis vtatur: nam consensu, adhibito pacto, non inuitus, sed volens in id consensisse videtur, *l. in commodato*, §. *sicut, commo.* §. *fin. de commod.* vnde postea traditione secuta, liberum non erit recedere à placitis, *in l. cum*
12 *precario*, 12. *de precar.* ¶ Et † inde petitas puto precarias, & precariam Pontificii iuris, easque esse precarium verum, sed cum definito tempore, vel lustrali, vel vitæ, vel alterius generis. Et sic Gregorius IX. statuit, precarias, quæ quandoque de ecclesiarum possessionibus fieri solent, non esse pro voluntate concedentium reuocandas. *argum. l.*1. §. 1. *de pact.* ¶ Per † interdi-
13 ctum itaque restitutorium qui precarium dedit, suo tempore (& aliter quando placuerit) precarium reuocat ab eo qui possidet, vel dolo desiit possidere, *l. sicut, C. de actio. l. in traditionibus, de pactis, in P.* Item quanti sua interest non restitutum, cum re precario data, ab eo tempore à quo petitum est, & fructus consequitur, *in c. fin.* §. *de precariis.* quodve ex re natum erit, *d.l.*2. *l. interdictum, l. & habet, de precar. & l. quæsitum*, §. *eum quoque, eod.* cumque omni caussa. Nam in pristinam caussam res data, hoc interdicto restitui debet non deterior, & cum suis iuribus. *l. quæsitum*, 10. §. *ex hoc interdicto, de precar.* Experitur autem, & post annum, *Pompon. l. quamuis*, 10. *eo. titul.* & is qui precario dedit, & heres eius, ad quem & precarium transit, hoc est, à quo & qui rogauit habere precario videtur, *d.* §. *ex hoc interdicto, &* §. *seq.* & ita contra accipientem, & contra heredes quoque eius competit, *l.* 8. §. *interdictum, eod. tit.* siue habeat, siue desierit dolo habere: ex dolo autem defuncti hactenus, quatenus ad eum peruenit. *dict. l. quæsitum*, §. *quod à Titio, & l. cum precario*. 12. §. *fin. de precario.* Neque heres vsucapere poterit, quod defunctus precario possidebat, *l. fin. de precar. C.* potissimum, quia morte eius cui conceditur precarium finitur, nec continuatur in heredem eius. *l. quæsitum*, §. *fin. eod. P.* Ideo restituere alienum debet, in quo nullum ius ei est. *l. cum heres*, 11. *de diuers. & tempora. præscriptio. lib.* 44. *P. tit.* 3.

14 ¶ In † re autem restituenda si sit deterior, vel interierit qui rogauit, tantum de dolo, non de culpa, nisi ea dolo sit proxima tenetur: quia totum hoc precarium ex mera liberalitate eius descendat, qui precario concessit. *d.l. cum precario*, §. *fin.* Agitur precarii nomine quod iussu, & de in rem verso, contra dominum & patrem serui & filiifamilias qui precarium rogarunt. *l. fin. in fin. C. de pact. l.* 2. *de his qui sunt sui vel alien. iur.* Precario nomine possidens quoque ob rem illam, interdicto vti possidetis, aduersus omnes agit, præter eum quem rogauit, *l. quæsitum*, 8. §. *eum quoque, de precar. P. l. contractus, de regu. iur. in P.* siquidem ambo rem eandem possident, videlicet qui rogauit naturaliter, & qui concessit ciuiliter. *l.* 4. §. *& tenebitur, l.* 8. *& l.* 13. *eo. de precar.* Et translata videtur in dubio, hoc est, si nihil aliud cautum est, naturalis possessio, *l. qui precario*, 17. *eod. l.*1. *in fin. & l. seq. vti possid. in P.* imo aliquando translata ciuilis, & naturalis possessio, si credamus Accursio, *l. & habet*, 15. §. *eum qui, de precar.* vt aliquando ex verbis concessionis liquet neutram concessam, veluti si quis precario concesserit morari in fundo. *l. in rebus*, §. 1. *eo.* Hoc porrò ius quod in precaria re quis habet ratione subsistentis precarii, possidenti conceditur, *gl. in l. Pomponius, l.* 13. §. *si is qui, de acquir. poss. P. lib.* 4. *lib.* 41. *tit.* 2. & tamdiu vsu & vsufructu eius potitur, quamdiu non soluitur.

15 ¶ Soluitur † autem pluribus modis. Primum reuocatione facta à domino & à concedente, vt dictum iam abunde est. Item si expresse quidem non reuocet, sed tacite, vt si qui concessit rem precario datam, alienauerit: nisi voluntate noui domini res eadem permaneat penes eundem, *Vlp. in l. certe*, 6. *is qui rogauit, de precario, P. l. si quis ante*, §. *idem Pomponius, de acqui. posse. vt* & finitur precarium pignoris, soluente debitore debitum creditori, qui rem pignoratam precario dedit eidem. *l. quæsitum*, §. *quod à Titio, & §. illud, de precar. P.* Si precarium, vt in precariis fuerit concessum temporis definitione, eo adueniente finitur *l. si debitor, de precar.* Item morte concedentis, si dictum, si non dictum, non vtique, *l.* 4. *& 5. de precar. c.*1. *de precar.* quamuis morte eius cui conceditur, finiatur, quia ad eum non transit, *l.* 4. *loco. P.* vt in precaria superius annotauimus etiam. *l. cum precario*, 12. §. *fin. de precar.*

De Depositio.

Cap. 3.

Lib. Instit. tit. 15. §. præterea. Lib. Pandect. 16. tit. 3. Lib. C. 4. tit. 35. In Auth. coll. 6. ti. 14. de depositio. Lib. Decretal. 3. tit. 16. De sequestratione. Lib. 4. C. tit. 4. Lib. 2. Decretal. tit. 17. Lib. 2. Clementi. titu. 5.

1 *Depositum re contrahitur, commendatum & depositum, idem.*
2 *Depositum quid. Voculæ in iure non sunt otiosæ, eod.*
3 *Diuisio depositi.*
4 *Res deposita quæ, & quæ sequestri & depositi: & sequestri differentia.*
5 *Sequestri nomen vnde, & quid olim.*
6 *Sponsio qualis species depositi, & quando permissa.*
7 *Sponsio litis caussa, & de his quæ inde accipiebant iudices. Brytannea pecunia vnde, eod.*
8 *Quæ res deponi possunt.*
9 *Qui deponant.*
10 *Et apud quos.*
11 *Deponitur obsignatum, & non obsignatum.*
12 *Praxis sequestri committendi an vnus, vel plures sint statuendi.*
13 *Collitigans, neque sequester, neque conductor sequestri rei litigiosæ esse potest: & de aliis qui sequestres fieri non possunt, vel possunt.*
14 *Quæ res sequestrari possunt, & quid operetur sequestratio beneficij.*
15 *De sequestratione personarum.*
16 *De forma deponendi, quæ simplex, vel composita: & quomodo à mandato, locatione, & mutuo differat.*
17 *Depositarius de dolo, non de culpa tenetur.*
18 *Quo loco res controuersa depositum fieret, & faciendum sit. Depositaque olim tutius pecunias in templis.*
18 *In Cheimiliarcho ciuitatis, ecclesiarum, apud mensularios, & alibi penes primatos fide delecta.*
20 *Quare temere non fit sequestratio: & quando in sequestrum transit possessio, & possidenti antea adimitur.*
21 *Iniectio manus regiæ, id est, mettre soubz la main du Roy, & de Iustice, non adimit possidenti possessionem.*
22 *Beneficium triennio pacifice possessum sequestrari non potest, neque pecunia ex contractu debita.*
23 *Finis sequestrationis & depositi quis.*
24 *Rationes sequestri.*
25 *Satisdatio sequestrum fieri impedit, & factum reuocat, & quando.*
26 *Quæ præcedant sequestrationem faciendam.*
27 *Iudex potest inhibere, ne pendente lite fiat alienatio.*
28 *Sequestri officium quale.*
29 *Sequester impensas repetit, & salarium petere potest.*
30 *Sequester num cogi possit suscipere sequestrum.*
31 *Quæ obseruanda in sequestro possess. consumacis.*
32 *In caussam debiti pignora capta possunt sequestrari, vel, consentiente creditore, penes ipsum debitorem depositi nomine capta relinqui.*

DEpositum, † re etiam potissimum, §. *præterea, quibus mod. re* 1
contrah. obl. contrahit obligationem, idem ac commendatum, *l. Lucius*, 24. *depositi. P. l. commendare, de verb. sign.* ¶ Depositum † porro est, quod custodiæ caussa apud aliquem gratuito po- 2
situm & commendatum est, *colligitur ex l.*1. *cum suis* §§. *depo. in P.* De, præpositio, auget vim positi, vt non simpliciter positum censeatur, sed & totum fidei eius, qui capit commissum, quod ad custodiam rei pertinet. *d.l.*1. *in princ. Seruius in eclog.* 2. *Virgil. in ver. detexere.* sic enim voculas Iurisconsulti considerant, vt perperam non sint positæ, vt *in l. triplici, de verb. sign. l. re coniuncti, de lega.* 3. *l. fin. de impube. C.* aut expungant. *l.* 1. *quod met. caus. P. l. fin. C. de donatio.* ¶ Depositum † diuiditur in proprie depo- 3
situm, & sequestrum, & sponsionem: differunt autem, materia, rerum videlicet caussa, & formula.

¶ Res † proprie in depositum veniunt mobiles: in sequestra- 4
tionem proprie immobiles, *tit. de prohib. sequestr. pecuniæ, C. lib.* 4. *tit.* 4. quanquam & aliquãdo sequestrum rei mobilis, vel se mouentis, vt hominis, fit. *vt in l. si hominem*, 7. *depositi. P.* Item depositum est, quando vnus, vel plures rem deponũt, quæ est sine cõ-

Digitized by Google

troversia ex plena & libera voluntate: sequestratio, quando fit depositum ex controversia rerum ipsarum depositarum. *l. licet, 27. & l. proprie, 6. depositum P. 109. sequester, de verb. signif.* Estque sequester, medius inter litigantes, *l. si apud te, 19. de præscript. verb. P.* vt etiam in eum tamdiu transferatur possessio, solum ademta litigantibus, donec diremta fit controversia, vel solutum sequestrum: quod tamen aliter in deposito statuitur, in quo qui deponit & dominium, si habet, & possessionem sibi retinet, nec transit in depositarium, *d. l. licet.* Hocque proprium in sequestro, qui vt plerumque iudicis auctoritate quamuis ex consensu partiū, vel illis consentientibus, cōstituitur, vt is se exonerare deposito seu sequestrato nō possit, nisi ex iustissima causa, & auctore iudice. *l. ei apud quem, 5. § fi. depos.* ¶ Sequestrum † dictum putant, ab eo quod occurrenti, aut quasi sequenti eos qui contendunt, committitur. *in l. sequester, 109. de verb. sign.* Et Gellius, ab eo quod litigantes fidem eius sequantur, olimque dictum sculnam, *Aul. Gell. lib. 20. c. 10.* Sequester apud Ciceronem paulo aliter quam apud iurisconsultos accipitur, pro eo, apud quem pecunia corrumpendi iudicij caussa, aut tribuum deponebatur, vt suffragia obtinerentur: vt dum ait: *Cice. pro Cluent. Quo sequestre, in ipso iudice corrumpendo est vsus.* Et alibi, *Cic. 1. in Verr. Qui aut sequestres, aut interpretes corrumpendi iudicij solent esse.* Et in Deuteronomio sacro, sequester dicitur medius, qui dissidentes partes ad pacem reducere curat. Ego, inquit Moyses, *Deut. c. 5.* sequester & medius inter vos & Deum fui. & in iure quoque tertia persona sequester dicitur. *l. ei apud quem in fi. & l. seq. depos. in P.* De aliis differentiis inter sequestrum, & depositum, in sequentibus ex tractationis serie apparebit. ¶ Sponsio † 6
quoque depositum est, sed quæ ad certas res depositum cōtrahit. hæc habet controversiam ob quam fit, sed non rerum depositarum, vt sequestrum, sed ob alias, easque honestas, quando aliquæ res ea lege apud aliquem deponūtur, vt qui victor aliqua in re honesta fuerit, accipiat, dicunt Galli. *Gageure*: depositis enim pignoribus id fit. Cuius exemplum refertur à Plinio, cum narrat de vnionibus quos Cleopatra partim absumsit, vt sponsionem cum Antonio factam, ipsa vinceret. *Plin. lib. 7. c. 35.* Sic Damœtas apud Virgilium, *ecl. 3.*

Vis ergo inter nos quid possit vterque vicissim
Experiamur? ego hanc vitulam (ne forte recuses,
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus)
Depono: tu dic, mecum quo pignore certes?

Quod excerptum videtur à Theocrito *eidyllio* 8. apud quem Menalcas primus sic ait:

χρύσεα τὰ ἐπίδια, χρύσεος καπετᾶνος ἄβλαν,
Daphnis. χρύσεα τᾶς ἐπίδος, χρύσεα καπετᾶνος ἄβλαν.
Men. ἀμὰ τὶ θυσούμεσθ', ὄφρ' ἀμὶν ἔρις εἰν:
Da. Μοῦσαι ἐγὼ θύσω, σὺ δὲ θὴς γ' ἐσορήσεαι ἀμνόν, &c. id est,
Men. *Vis ne igitur videre, vis ne deponere præmium victoriæ?*
D. *Volo hoc videre, & volo deponere præmium.*
M. *Verum quid deponemus, quod satis dignum sit?*
D. *Vitulum ego deponam, tu vero depone agnum æqualem matri.*

Prohibebat lex Publicia, Titia, & Cornelia, vt auctor Martianus Iurisconsultus sponsionem fieri ex aliis rebus, quam pro certamine quod virt., caussa fieret, *Martian. in l. 3. de aleæ lusu, & aleator. lib. 11. P. t. 5.* Quemadmodum senatusconsultum vetuit in pecuniam ludere, præterquam si quis certet disco, vel pilo, iaciendo, currendo, saliendo, luctando, pugnando, virtutis caussa, *Paul. in l. 2. de aleator.* Ex qua sponsione victori contra depositarium datur præscriptis verbis actio, vt det: si honesta caussa, sin minus, datur depositi deponenti tantum repetitio, *l. si rem, 19. § fin. de præscript. verb. in P. 19. lib. tit. 5.* Notat Philippus Buignognius, *in legib. abrogatis*, Senatusconsulta Parisiensi sponsiones, vt inhonestas, quæ fierent super mulieribus prægnantibus, & quod ob eas suppositiones fieri partus possent, merito reiectas 29. Martii, 1563. ¶ Erat † & sponsio in litibus, pecunia vi- 7
delicet definita, apud Græcos potissimum, quæ ante actionem ab accusatore & reo deponenda erat: victus vero vtrorumque depositum persoluebat, eoque fruebantur iudices. Porro, à centum drachmarum mulcta vsque ad mille damnati, tres drachmas deponebant: qui autem à mille vsque ad decem millia, triginta. Nonnulli tamen Prytaneam pecuniam, decimam mulctæ esse arbitrantur, & hanc à subituris iudicium, in iudicum mercedem deponi. Stipulatio vero erat eorum quæ de publicis controuertebantur, quinta pars: sed illorum quæ de priuatis, decima. Epobeliaque erat sexta mulctæ pars, quam victus soluebat, sic dicta, quod obolus sexta drachmæ pars est, vt scribit Iulius Pollux, *libro 2. capit. 4.* Adstipulatur Suidas, dum de ἐπωβελία loquitur, Cum, inquit, Athenis multi forenses & in mercatu versantes, potissimum viros bonos, & quietos ciues pecuniæ caussa calumniarentur, decretum factum est, vt qui reum nō peregisset, sexta litigiosæ pecuniæ parte mulctaretur, hoc est, de singulis drachmis, quæ senos valerent obolos, singulos obolos solueret, *Suid. in verb. ἐπωβελία.* Meminerunt Latini de sponsionibus quæ inter dictorum caussa fiebant, vt Quintilianus, *lib 7.* & Cicero, *pro Cæcinna*, erat enim, inquit Cæcinna de fundo vi armata deiectus: propterea prætor interdixerat, vt vnde deiecisset, restitueret: restituisse se dicit, sponsio facta est: hac de sponsione vobis iudicandum est. C. Caligula statuit, pro litibus atque iudiciis, vbicunque conceptis, quadragesimam summæ de qua litigaretur præstari: nec sine pœna, si quis composuisse, vel donasse negotium conuinceretur, *Suetonius in Caligula, cap. 40.* Vidimus & in Gallia istas sponsiones litium caussa, pro modo summæ contentiosæ, vel pro modo æstimationis rerum, & postea, vt à regno legitimo alienas, expunctas, vocabant consignationes litium. Sed hactenus de diuersitate depositorum: persequor de rebus idoneis deposito tractationem.

¶ Ergo † deponi non possunt res propriæ depositarii apud eundem, sicut nec is proprias res commodato, vel precario ca- 8
pere potest, *l. quærem, 5. depositi. P. l. neque pignus, 46. de regul. iur.* res tamen aliena non à domino deponi potest, *l. bona fides 1. depos. in P.*

¶ Non † ideo tamen impeditur dominus rei, quin à depositario per actionem ad exhibendum, & rei vindicatione repetere possit, *l. si res tuas, 8. C. ad exhibe. lib. 3. titu. 43.* Deponimus autem non solum per nos ipsos, sed etiam & per eos quorum obligationem acquirimus, *l. 1. § non solum, depos. P.* per suos & filios familias & per alios qui nobis bona fide seruiunt: & nobis ex eorum deposito actio competit, *dicta l. 1. § non solum, & § si seruus, & l. quod seruus, depos. in P.* Deponit & dominus, & non dominus, sibique actionem quærit, vt prædo, fur, si deponant rem alienam, *dicta l. bona fides. 1. § si prædo depositi. P. l. non à iudice, 64. de iudic.* nam & horum interest rem ab illis depositam sibi restitui, quia & illi restituere coguntur, & illis fides data est, *d. l. bona fides depos.* Concurrente tamen domino cum non domino in repetitione rei, consultius fiet, si domino, dummodo talem eū esse constet, restituatur, ad euitandos circuitus, *vt in l. dominus testamentum, de condictio. in d. clem. auditor. de rescript. apud Clemen.* nam si restituatur nō domino, & cū rursum domino restituere necesse est. Et si qui depositi damnatus supplicio sit, non ei qui dem, sed fisco restituitur, *l. bona fides depos.* eadem ratione, quia fiscus dominus factus rei sit, *per l. Statius Florus. § Cornelio, de iure fisci, P.* filiusfamilias quoque deponit nomine suo, & agit recte, *l. Iulianus, 19. depo. P. l. filiusfamilias de actio. P. l. si longus, § fi. filiusfam. de iudi. in P.*

¶ Deponit † porro apud omnes potest, nisi specialiter prohi- 10
beatur, etiam apud iudicem *gloss. in l. senatusconsulto, 16. § fina. inver. deponatur, de offic. præs. P. l. si fideiussor, § fin. qui satisa. cog. P. l. sed & si, § plane, ad exhi.* non potest autem vtiliter deponi, vt inde detur actio, penes pupillum doli non capacem, & si deponatur, actio depositi in eum tantum competit, in quantum locupletior factus est, non vltra, *l. 1. § an in pupillum, depos.* Neque depositum recte fit penes seruum, neque in eum datur actio, etiamsi postea fuerit manumissus, deposito facto pendente seruitute: nisi eo tempore dolose & malitiose circa depositum se gesserit: tunc enim delictum noxam sequitur, *d. l. 1. § si apud seruum, depos. in P.* & nisi post manumissionem seruus teneat, adhuc depositum, *d. apud filiūfamil. depos. in P.* Penes filiusfamilias recte deponitur, isque pro deposito conuenitur, *d. l. 1. § filiumfa. depos. in P.* ¶ Deponitur autem vel obsignatum, vel reseratum. Ob- 11
signatæ pecuniæ vsus non conceditur depositario, non obsignatæ concedi potest, & sine vsuris: nisi moram faciat in reddendo, *l. Lucius, 24. & l. diem sponsaliorum, 25. § fin. & l. publica 26. eod.* P. si signat, deposito vtatur, furtum faciat, *l. si iacuit, 29. eod. P. § placuit, de obliga. quæ ex delict. nascunt.*

¶ In sequestro idipsum fere statuitur, paucis exceptis quæ ex 12
quotidiana praxi haurienda sunt. Postquam iudex sequestrationem fieri debere statuit, definit diem certam, intra quam litigantes de sequestro conueniant: eaque exacta ex officio ipse sequestrum constituit, nō ante, *l. in venditione, 8. § fina. de bon. auct. iudic. possiden.* & ita iudicatum in curia suprema Parisiorū, anno 1531. 25. Aprilis refert Papo, *lib. 8. Rapso. arest. tit. 10. arest. 1.* Nec tamen patietur iudex constitui plures in sequestro regendo, nec vltra tres, vt dictū eiusdē curiæ placito, 12. April. 1533. *Papo vbi sup. arest. 2. & 3.* Nisi bona sequestrata in diuersis prouinciis fita essent, nam tunc singulis præfici possunt. Vnum tātum sequestrum constitui debere voluit Ioan. Andreas, idoneum tamē fide & facultatibus, *Ioan. Andr. in addi. ad Specul. titu. de sequestr. versic. 2. quæro.* Quod clement. vnic. de sequestratio. possession. de vno in singulari loquatur, quæ si plures etiam admisisset, de illis & meminisset, *argum. c. vni. de cleric. ægro. in sex.* Idque ad vitandos sumtus, qui à pluribus quam ab vno plures fiunt, *c. fina. de concess. preb. in sex.* Contrarium tamen seruari in sacro palatio Romæ tradit Octauianus Vestrius, & duos fere semper dari, alteroque mortuo, & rursum alium in eius locum subrogari, *Octauian. Vestrius in aula Romanæ ductionem, lib. 7. c. 1.* ¶ Sequester † qui litigat, esse non potest eius rei, vt differentia inter dantem & accipientē sit, *c. fin. de Insti.* Quocirca & placuit sæpe prædictæ curiæ, *Papo. vbi sup. arest. 9.* vt ann. 1538. mense Nouēbri, & an. 1543. mēse Februarii, non licere litigantibus conducere fructus rei sequestratæ cōtentiosæ: vt euitetur occasio vim cōmittendi, & vt recta via litigantes & sine dolo litē componant, *argumen. l. aquissimum, de vsufruct.* quamquam iure ciuili forsan sustineri possit locatio, *l. si pignore 22. § si post distractum pignus,*

Digitized by Google

gibus, de pign. act. in. P. Sequestrum officij cuiusdam claustralis committitur vni ex religiosis eiusdem monasterij & regulæ, pro faciliori officii dispensatione & necessitate, *Papo vbi sup. arest. 4. tradit Parisius ita iudicatum, 29. Ian. anno 1534.* Ex constitutione regia Ludouici 12. publicata an. 1499. *constit. Lud. 12. an. 1499. art. 86.* cautum habemus, ne sequester fiat proximus vel consanguineus iudicis qui sequestri sententiam tulit, siue agatur de causa ecclesiastica beneficiaria, seu de temporali. Quo fit vt multo magis prohibeatur ipsi iudici sequestrum suscipere à se decretum. Neque etiam id honestati congruere tradit Tiraquellus, *tract. de retract. conuenti. §. 4. in glo. 7. nu. 1. & seq* quamuis posse eum esse sequestrum quibusdam placuerit, vt Baldo, Roman. Alexandro, Iasoni, *in l. fideiussor, §. fina. num. 2. qui satisda. cog. Ias. iterum, l. cum filiusfamil. col. 4. vers. tamen iudex, de lega. 1.* & Curtio, *in l. 1. q. 4. de sequestra. pecuniæ.* Sed mihi probabilior constitutio regia, & vtilior reipublicæ. Probo nihilominus quod eadem constitutione Ludouici 12. cautum alio capite, *eadem constitutio. Lud. 12. anno 1499. articu. 67.* & à Francisco primo, *in constitutione Francisc. pri. titul. de la reformation, de la iustice de Normandie, articu. 43.* vt consignationes ius pignoratitium, quod vocant *garnison de main de iustice*, depositum, committantur ciuibus insignioribus locorum, vocant Burgenses, electis communi contendentium, si fieri possit, consensu: sinminus, remanere tanquam penes simplices depositarios, penes
14 actuarios seu amanuenses iudicis. ¶ Sequestrantur † mobilia & immobilia, prædia & fructus, imo ecclesiastica ipsa beneficia, *clem. vnica, de sequest. poss. sio. & fructuum, apud Clement. & ibi glo. in verb. beneficium, Doctor. in c. examinata. de iudice.* facitque sequestratio sacerdotij, vt qui ante sequestrationem possidebat, non possit solum de fructibus non capere, sed etiam ne possit officiis diuinis eius ecclesiæ vel prædicationi se immiscere, nisi ab habente potestatem missus fuerit, *in decisione Bellamere, 419. situ. de sequestratione.* Proinde sequestrum beneficij est præficere amouibilem qui ecclesiam regat, & iura sequestratæ ecclesiæ exerceat, etiam in iure eligendi, & præsentandi, si durante sequestro vacauerit beneficium ad eam ecclesiam pertinens, *Rota decis. 323. in antiq.* Octauianus Vestrius hanc facultatem sequestri arbitratur extendi posse ad ius conferendi: vasallumque vel emphyteotam inuenienti, & alia quæuis sequæstratæ ecclesiæ iura exercendi. *Octauianus Vestrius, lib. 7. introductionis in Romanæ aulæ actionem, c. 2. num. 3. per. glo. in d. clem. vnic. in ver. beneficium, & per doctores ibidem, & in c. examinata, de iudiciis.*

15 ¶ Fit † & sequestratio personarum, si de illis, vel contra illas sit controuersia, *vt in c. literas, & cap. ex transmissa. de restitut. spoliatorum.* Paulus Castrensis quoque in praxi esse testatur: si viator transeat alicubi ducens animalia alterius, aliena videlicet, quæ à domino agnoscantur, dominum posse curare commendari, vel sequestrari penes hospitem, mandato iudicis: cum tamen, vocato & comparente coram se viatore, & satisdationem de sistendo dante in iudicio, reuocare debere sequestrum, & vindicias viatori concedere, *Paul. Cast. ad §. fi. legis, si fideiussor, qui satisda. cogat. adde Alex. consil. 63. 3. vol.* Si de personis etiã exhibẽdis, de liberis, vel vxoribus consequendis, & deducendis fiat controuersia, interim apud matremfamilias esse etiam prætor seu iudex iubet, *l. 3. §. in hoc interdicto, §. penul. de liberis exhib. libr.*
16 43. *P. situ. 29.* ¶ Forma † & substantia deponendi, vel simplex, vel ex pactis interuenientibus quæ seruari debent, *l. 1. §. si conueniat, depos.* composita. Simplex est, cum res deponitur custodiæ præstandæ caussa gratis à depositario: nam si alio animo detur, transit in alium contractum, veluti si dedero vt alii perferas, erit mandatum, *l. 1. §. si te rogauero, depos. in P.* si merces custodiæ caussa accipiatur, erit locatio, *l. 1. §. si vestimenta, & §. si quis seruum, eod. situ. depos. P.* Fit gratia dantis, non accipientis simpliciter depositum, quo & distat à mutuo, quod fit gratia accipientis vt & commodatum. Quare si rebus depositis vtatur depositarius ex consensu deponentis, vel sine consensu, degenerat in aliam speciem contractus, *l. Lucius, in 1. l. 24. depos. P.* quam depositi: aut depositarius vtendo re deposita inscio & inuito domino seu deponente, facit furtum, *l. 3. C. depos. l. si sacculum, eod. in P.* maxime si pecunia obsignata deposita vtatur: alioquin si
17 deposita non obsignata sit, videtur eo animo deposita vt vtatur depositarius, *dicta. l. Lucius. & l. si sacculum §. fina.* ¶ Ex † substantia depositi est, vt depositarius tantum de dolo teneatur, non de culpa. *§. præterea, quib. mo. re contrah. obli. l. contractus, de reg. iur. 1. §. illud, dep. l. 1. C. depo. l. quod Nerua, depo. in P.* quæ tamen dolo proxima non sit: quia sibi imputare debet qui talem amicum depositarium sibi elegerit, *d. § præterea, & §. fin. de societa. l. cum mandato, 24. de minor. 25. ann.* At si placuerit vt de casu fortuito, de culpave teneatur, id sequendum: & in summa, quod placuerit, *l. 1. C. depo. l. 1 § si conueniat, eo. tit. l. in traditionibus, de pact. P. d. l. contractus, de reg. iur.* eo excepto, ne dolus præstetur: nam hoc cum contra bonos mores pactum sit, & ad delinquendum impellens, reiicitur, *l. 1. §. illud non probandum, depos. in P. l. si vnus, §. illud, de pact.*

18 ¶ Ad † formam quoque deponendi, leges quæ de loco, in quo deponendum est præscribunt, referendæ sunt: nam incertis depositis, quæ ad liberationẽ deponentis pertinent, obseruãdum est, nũ legitime depositũ sit, *vt in l. acceptũ, C. de vsur. in l. obsignat. C. de sal.* Moris erat antiquis, pecunias mercatorũ, & fœneratorũ in foro Romano deponere, in æde Castoris, vt ex Iuuenalis verbis constat, dũ ait, *Sat. 14. aruta nullus in arca Nummus, & ad vigilem ponendi Castora nummi*, Herodianus in templo Pacis pecunias suas deponere solitos Romanos tradit, *Herod. in 1.* Iurisconsulti nostri sæpe in æde sacra deponi iubent, *l. ait prætor. 7. de mino. 25. an. P. l. ei ap. quem, §. si. de depo. in P. l. acceptam, de vsur. C. vt &* depositũ fuisse apud Iudæos ex libris Machabæorum apparet, *2. Mach. c. 3.* Athenienses ærarium primum, vbi custodienda pecunia publica deponebatur, erat Delus, in cuius templo & conuentus fiebant, vt scribunt Thucydides, *in 1.* & Æmilius Probus, *in Aristide*, qui & alicubi, *Æmil. Prob. in Annibal.* meminit de depositio Gorthynis præsẽtibus facto in tẽplo Dianæ. M. Tullius Cicero scribit, *2. de Legib.* Alexandrum in Cicilia, apud Solem in delubro deposuisse pecuniam: & Athenienses ciuem egregium Cliſtenem Iunoni Samiæ, cum rebus timeret suis, filiarum dotes deposuisse: & Plautus, *in Bacchid. Nos apud Theotimum omne autem deponimus, Qui illic sacerdos est Dianæ Ephesiæ, Quin ipsa in æde Dianæ conditum est ibi.* Et Macrobius, deponi solitas pecunias publicas in ærario, quod erat in templo Saturni Romæ tradit, *Macrob. lib. 1. Saturnal. ca. 8.* In Ceimeliarchio quoque ciuitatis aut eccl. siæ deponebantur & olim res *l. litib. de agric. & censi. li 11. C. l. 6, §. fi. de bo. auct. iud. possid.* C. Item penes nummularios, qui in foro sunt quo fit vt cum foro redũt, depositorum habeatur primum ratio, *l. si hominem, §. final. depo. in P.*

¶ Porro † in istis locis publicis deponebantur res, vt tutius 19
essent conseruatæ: prohibitum tamen non est alibi deponere & pene salios priuatos, quorum fides eligitur à deponente, *l. 1. depos. P.* Paulus etiam tradit, thesaurum esse pecuniam conditã in agro custodiæ caussa, *l. peregre. 44. de acq. poss.* & alibi pecuniã alio quin nisi ob custodiã sepeliri nõ posse, *l. at si quis, 14. §. funeris, de relig. & sumt. funerum, l. fi. §. fi. de auro & argen. lega. li. 34. P. tit. 2. l. 4. §. penult. ad leg. Iul. pecul.* quamuis alibi thesaurus distinguatur, à depositione pecuniæ custodiæ caussa, quod hæc habeat dominum, thesauri vero antiquam ob depositionem dominus ignoretur, *l. numquam 30. §. thesaurus, de acquirend. rerum dominio.*

¶ Porro † ad sequestrationem temere perueniendum non est, 20
nec cuiuscũque cõtendentes seu litigantis arbitrio & voluntate: quia reipublicæ interest, ne rerum dominia in certo maneant, *l. 1. de vsuca. P. §. 1. eo. tit. ap. Iustinia.* quod accidere propemodum videtur in sequestratione, per quam possessio transit litigantibusin sequestrum, si ea lege deponatur apud illum, vt victori detur, *l. licet depo. in P.* nõ aliter, *l. interesse de acq. poss.* Maxime quã do consensu vtriusque partis fit sequestratio: tunc enim Cardinalis notat eos priuari possessione non etiam si inuito possidente, penes quem ratus est possessionem etiam post sequestrationem manere, quod ei obseruasse prodest in vsucapione perficienda in sui fauorem contra alium. Quodque probat Henricus Boick. *in c. examinata, de iudi.*

Additque † iniectionem regiæ manus, quæ dicitur, *mise soubs* 21
la main du Roy, & de iustice, in rem contentiosam non adimere possessionem. Subscribunt Felinus, *in c. illud. colum. 12. de præscri* Gomesius, *in reg. Cancel. de annali possess. q. 40. gloss. in prag. sanct. §. item voluit, in verbo vicario, de colla.* & alii. Facit in argumentum, quod de nouatione dicimus, vt voluntaria tollat priuilegia, quæ erant ex priore obligatione, cum tamen per necessariam nouationem priora maneant, vt si per litis contestationem fiat, *l. aliam causſam, 29. de nouatio.* Neque quisquam sine caussa re sua priuari potest, *l. id quod nostrum, de regul. iu. 2. de his qui sunt sui vel alien. iur.* cum semper præsumatur pro possessore etiam iniuste, donec de iure suo actor aut petitor docuerit, vt neque rem restituere teneatur, nisi suam intentionem implenti, *l. fi. C. de rei vind. l. qui accusare, de eden. l. exstat, 25. de iure fisci, §. commodum, de interd. l. negantes*, C. *de actio. l. cogi. de petit. hered.*

Pro inde † beneficium quod quis per triennium possederit 22
pacifice, si de eo moueatur controuersia, sequestrari non debet, quamuis ante posset sequestrari, *clem. 1. de sequestra. possess. facit. c. ad nostram de regulari, l. 1.* C. *de fi. eicom.* Sic etiam iure ciuili pecunia debita ex aliquo contractu sequestrari non potest, do nec soluẽdi gratia debitor vocetur in ius & fueris de debito cõuictus, *l. vnic. de prohib. sequestr. pecuniæ*, neque enim contractus ius in re, sed ad rẽ præbet, *Bald. in l. error. ad l. Fal.* C. minusque est habere actionem, quam rem, *l. minus, de reg. iur. l. obligationum substantia. de actio. P.* Et ideo à sequestratione incipiendum non est, ne contra iuris regulas ab executione lis incipiat, *l. 1. & fin.* C. *de exsecu. rei iudic.* ¶ Quemadmodum † finis, propter quem fit 23
depositũ, est custodia, sic sequestrationis finis is esse potest: sed vltra alii quoque addendi sunt & rationes eiusdem, quarum aliquas referã. Prior erit, & præcipua possessionis rerũ sequestrũ statui, ne cõtendentes ad arma prosiliant, *l. si vsusfructus. 16. §. fi. & l. equissimum, 27. de vsufr. in P.* ¶ Iudicis † quippe partes sũt, prius 24
tentare nũ amice possit lites cõponere, & si nequeat, postea iudicare, *c. querelã, c. 15. de Symo. li. 5. Decret. tit. 3.* & curare vt pacata sit Resp. & prouincia quam regit, *l. congruit, 13. de offic. præs. l. 1.*

Digitized by Google

P. tit. 18. Quamobrem Baldus notat ad officium & arbitrium iudicis pertinere, prospicere num sequestrum decernere expediat, *Bal. in l. si fideiussor. §. fina. per illum, §. in verb. si hoc iudic. sederit, qui sat. isd. cog. in P.* durabitque sequestrum eadem ratione, donec etiam appellationis causa, sententia terminetur, *l. litibus, de agri. & censi. lib. 11. C. tit. 47.* Alia ratio sequestrationem suadet, vt obuiam fraudibus & malitiis litigantium eatur, *clem. vni. de sequest. poss. & func. facit l. in fundo, de rei vind. P.* & res in tuto sint, *l. 1. § super peculio, de assertio. tollen. lib. 7. C. tit. 17. d. l. litibus, de agri. & cens. lib. 11. C. c. literas, & c. ex transmissa, de restit. spol. l. ex senatusconsulto, §. fin. de offic. præfi. P.* & cõseruentur illæsę sine dissipatione, *l. si cum dotem, 23. §. sin autem in seniss. fid. mand. P.* Tertio, inductam sequestrationem, vt dum sub iudice lis, & in dubio ius est, ad conseruationem iuris alterutrius, interim fructus ab interitu & difficili recuperatione vindicẽtur lite & appellatione pẽdente & indecisa, *c. 2. & 3. de sequestratio. poss. ap. Grego. l. 1. §. iubet autem prætor, de collatio. bonorum, in P. l. Imperatores, 21. §. fin. de appell. lib. 49. P. tit. 1.* Hac ratione si satisdatum pro re mobili non fit, & persona suspecta sit à quo satisdatio desideratur, apud officium deponi debet, si hoc iudici sederit, donec vel satisdatio detur, vel lis finem accipiat, *l. si fideiussor, §. fin. qui sat. isd. cogan. P.* Hæc suspicio personæ suspecta in duobus potissimum: si non possideat immobilia, *l. sciendum, 15. qui satisda. cogan. P.* vel si possideat, sed pauca, *l. si creditores, 15. de priuileg. creditor. li. 42. P. tit. 6.* item si malis moribus imbutus possessor sit, *§. si. desu. pastor. 8. eo. de susp. tut. l. 26. P. tit. 10.* si antea in rebus male gesserit, *l. si cui, §. iisdem crimin. b. de accus. in P.* multumque ad suspitionem augendam, vel minuendam faciẽt peristases à personæ qualitate de-
25 promtæ, *l. si. de actio. in P. l. 1. si quis Imperator maledixerit, C.* ¶ Hoc† tamen singulariter notãdum, per dationem fideiussoris sequestrum impediri ne fiat, & si constitutum sit, reuocari, *d. §. fi. l. si fideiuss. qui satisf. cog. vbi Ias. notat exceptiones vt canonista, in c. etsi mala, de iudic. & ibi glo. 2.* nisi in casu clemẽtinæ vnicæ, de seque-
26 strat possess. ¶ Notat † autem Baldus, *in d. §. fin. l. si fideiussor.* antequam ad sequestrum perueniatur, præcedere debere quandã inquisitionem suspitionis, *quod & probat. d. l. si creditores,* in qua tamen aduersarium, id est, litigantem, vocandum esse vult, nisi de fugæ eius suspitione agatur: nam tunc vocandus non est, ne de fuga instruatur, & cum in fugæ suspitione de facto procedi possit, *Lait prætor, §. si debitorem, quæ in fraud. credit. in P. l. pen. C. de*
27 *pign. act. l. quæsitum, de pignor. P.* ¶ At † dignum scitu est, in his in quibus fine suspitione sequestrum fit, iudicem statim mora lite præceptum decernere posse, de non dilapidando, vel de non alienando, *Bal. in d. §. fi. l. si fideiussor.*

28 ¶ Sequestri † officium est, interim fructus custodire, & vendere, exemplo boni patrisfamilias, pecunias conseruare, *l. in venditione, §. si quis fructus, de bo. auctor. iudicum poss. c. 2. de sequest. poss. ele. 1 eo. titu.* deductis sumtibus: minime tamen debet eas in emptionem prædiorum conuertere, *glo. in d. cle. vni. de sequest. poss. in verb. restituat.* sed eas & reliqua victori reseruare & restitue-
29 re. ¶ In † hoc præstare tantum operas tenetur, non impensas, ex suo ne officium sit illi damnosum, *l. fin. §. fin. de bo. auctо. iudic. possiden.* Negant tamen Angelus, Imol. Romanus, Aretinus, *in l. interesse, de acquir. poss.* sequestrem posse petere stipendium laboris.

30 ¶ Veruntamen † indemnem seruari sequestrem in omnibus æquum existimo, potissimum, cum possit cogi sequestrum subire, secundum Baldum, *in l. 1. in fine, vbi pupil. educ. deb.* & Curtium, *in l. 1. de prohib. sequest. pec. quæst. 2.* quorum opinio in Gallia recepta est, cum tamen cogi non posse, Bartolus, *in l. litibus. §. fina. de agric. & censi. lib. 1. C.* Baldus alibi, *cons. 180. 4. volum.* Paulus Castrẽsis, Alexander atque Iason, *Ang. Paul. Cast. & Ias. in l. si fideiuss. §. si. qui satisf. co.* tueantur: sed & constitutio regia Francisci I. anni 1539. artic. 8 salarium dari per iudicem moderatum sequestris permittit, *vt clem. 1. de sequest. poss. Bald. in sua pract. tit. de offic. iud. facit l. in eos, de tutel.*

31 ¶ Quædam † tamen vltra in specie sequestrationis alia, quæ ob contumaciam possessoris fit, *ca. ex literis, de dolo & contumacia.* obseruanda sunt: vbi tamẽ officium iudicis potiores partes obtinet. Nam dum quis cõtumax est, & ideo fere pro conuicto & dãnato habetur, contumacia litis damno plectenda est, *l. contumacia, de re iud. P.* Fitq; interim sequestratio mulctæ causa, quãdo & in potestate iudicis sitũ sit mulctare vocatũ, & venire cõtemnentem, *l. 2. si quis in ius voc. non ier. c. fin. de dolo.* & interim iudicium preparando mittere petitorem in possessionem, rei seruandæ causa, *l. 1. ne vis fiat ei qui in posse. mit. c. 1. de dolo & contuma.* non tam vt possideat, quantum vt custodiat, *l. possideri, §. fina. de acq. poss. melius in l. cum legati, 12. quib. ex caus. in poss. eatur, libr. 24. P. cum similib. ibi notatis.* quamuis si ante annum non veniat contumax, fiat verus possessor, qui missus est in possessionem, *c. contingit, de dolo & contum.* Qua ratione ante lapsum anni adeptio possessionis illa similis est sequestrationi, & qui missus est in eã rei seruãdæ causa, vt sequester colet rem, & fructus ne dissipẽtur domino custodiet, ex iudicis auctoritate, *l. si cui, §. qui in pos-*
32 *sessionem, vt in posse. lega. P.* ¶ Quod † si in causam debiti pignora à debitore per apparitorem capiãtur, recte placuit non obstãte debitoris exceptione, re ipsa à possessione seu detẽtione debitoris eximi, & apud tertiũ, vt sequestrum, deponi, non apud eũdem depositi nomine relinqui, nisi consentiente creditore, *ita iudicatum arresto Parisiensi, 26. Febr. 1515. refert Papo li. 18. Rhapso. aresto. tit. 15. aresi. 22. facit. l. 1. §. inuo quæritur, de ope. noui nunt.*

De repetitione & Actionibus depositi.

Cap. 4.

1 *Actiones 3. pro depositо, directa, contraria, vtilis.*
2 *Directæ pro quibus datur deponenti.*
3 *Cum directa competit & actio ad exhibendum, & rei vindicatio aduersus tertium possessorem.*
4 *De perfidia depositariorum.*
5 *Quantum peccet qui inficiatur depositum, & de pœna eius diuina.*
6 *Pœna inficiantis depositum apud Pysidas, & Glauci Spartiatæ inficiantis diuina vltio.*
7 *Condemnatus depositi inficiati iure ciuili infamis: alia Caro. V. lex de eodem.*
8 *Depositum negare iniquius quam mutuum.*
9 *Actio depositi directa in simplum, & in duplum quando competat, & in quintuplum.*
10 *Depositi species: thesaurus fisco datus.*
11 *In depositi actionem quæ veniant, de vsuris & iuramento in litem dolo depositarij, & 12.*
12 *Quibus detur directa.*
13 *De actione contraria depositi.*
14 *De vtili actione depositi.*
15 *De sequestraria actione.*

ALius finis, †aliaue ratio tractationis depositi est, vt restituatur idem corpus depositum deponenti ex eius arbitrio præcedente decreto, vel sequente, *l. Lucius, 24. l. 1. §. est autem, & §. pen. depositi.* ¶ Quamobrem † si sponte non fiat, & si legi- 2
bus dictis de posito satis non fiat, proditæ sunt actiones, directa, contraria, vtilis. In primis directa datur deponenti contra depositarium, vt fidem datam custodiæ impleat, ex conuentionis lege, *l. si is qui depositum, 8. C. depositi. l. 1. §. si conueniat eodem titu. in P. l. si penes quem, 6. C. eodem §. fina. de deposito, in authen. collat. 6. tit. 14.* Dehinc secundo datur, vt cogatur depositarius restituere depositum statim, nulla compensationis etiam exceptione tutus, *l. penul. C. depositi. l. fin. §. excepta de compens. C.* ¶ Producit †hic 3
contractus actionem sui nomine, *l. 1. C. aepos. rei persequendæ* causa proditam, *§. rei persequendæ causa, de actio.* quæ, etsi dolus intercesserit, mista fit, & ad pœnæ, & ad rei persecutionem pertinet. Petuntur res depositæ à depositario, vel si is eas dolo desierit possidere, actione hac, & ad exhibendum, *l. 2. §. fin. depos. C.* Et rei vindicatione aduersus tertium possessorem, si apud alium sint: nam depositi actio non datur contra tertium, *l. si quis depositum, C. depo. l. si res tuas, C. ad exhiben.* ¶ Exigit † insida con- 4
ditio hominum sic dominis actionibus consuli, & pœnis: nam, vt loquar cum Iuuenali, *Sat. 13.*

Nunc si depositum non inficietur amicus,
Si reddat veterem cum tota ærugine follem:
Prodigiosa fides, & Thuscu digna tabellis,
Quæque coronata lustrari debeat agna.
Egregium sanctumque virum, si cerno, bimembri
Hoc monstrum puero, & niueanti iam sub aratro
Piscibus inuentu, & fœta comparo mula.

Et quo frequentior & pernitiosior hæc fallacia & deceptio, certe maiori legum cautione indiguit. ¶ Improbe † enim facit, 5
qui reddere recusat, *d. desiderium, C. depos.* tum quia fidem fefellit datam, quod graue est, *l. 1. de const. pecu. P.* tum quia cõtra æquitatem naturalẽ alienis ditari, & cũ aliena iactura desiderat, *c. locupletari, de reg. in. in sex. l. nam hoc natura, de cond. indeb. in P. l. iure naturæ, de regu iur. in P.* D. Ambrosius docet summa fide depositum omnium esse custodiendum, sex maxime viduarum, *2. Offic. cap 29.* Anima quæ peccauerit, inquit Deus ad Moysen, & contemto domino negauerit proximo suo depositum, quod fidei suæ commissum fuerat, &c. conuictus delicti reddet omnia, quæ per fraudem voluit retinere integra, & quintam insuper partẽ domino cui damnum intulit, *Lewit. c. 6.* Apud Pysidas abiurans depositum morte plectebatur, *Alexander ab Alexãdro, li. 6. Genial. dier. c. 10.* ¶ Narrat † Herodotus insignem quendam a- 6
liquando virum apud Spartiatas nomine Glaucum, hospitis cuiusdam Milesii pecuniam ingentem in depositum & custodiam receptam eidem denegasse, & ab oraculo Apollinis respõsum accepisse, nulla venia dignum fore, eumque, prolem, & domũ in posterum delenda è vita, idque accepisse, & domum eius ex Sparta radicitus extritam. ¶ Iuuenalis † quoque de eodẽm, vel 7
de simili scribit: verum addit eum depositum reddidisse, & nihilominus pœnis, propter voluntatem solam inficiandi, punitum, dum ait, Spartano cuidam respondit Pythia vates:

Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret

Depositum

Digitized by Google

Depositum retinere, & fraudem iure tueri
Iurando: quærebat enim quæ numinis esset
Mens, & an hoc illud facinus faceret Apollo.
Reddidit ergo metu, non moribus, & tamen omnem
Vocem adyti dignam templo, veramque probauit,
Exstinctus tota pariter cum prole domoque:
Et quamuis longe cæcum gente, propinquis,
Has patitur pœnas, peccati sola voluntas:
Namsce us intra se tacitum qui cogitat vllum,
Facti crimen habet. Iuuenal. Satyr. 13.

Iure ciuili, *Herod. in 6.* quoque suo nomine ob depositum reddendum & qui est inficiatus, conuentus & damnatus, infamis fit, *l. qui depositi, l. 10. depos. C. l. 1. de in qui no. infa. P.* Carolus V. Cæsar hac de causa sic statuit: Quisquis cum alterius bonis, quæ sibi bona fide conseruanda custodiendave commissa sunt aut deposita, vltro siue malitiose in præiudicium creditoris seu deponentis agit, hoc quidem scelus delictumque æque vt furtum puniatur, *in constitutionib. Caroli V. de rebus capitalibus, artic. 170.*

¶ Aristoteles †pluribus rationibus docet, iniquius esse depositum denegare quam mutuum. 8 Primum quia qui deponit confidit depositario tanquam amico, qui mutuat, facit non tanquam amico, alioquin daret. Secundo, quia maior iniuria fit: quia præter damnum depositi fides negligitur, cuius gratia depositum fit. item qui deposuit, reddendi custodiendique gratia dedit. Postremo addit necessitatem deponẽdi, qua, qui perfidiam hominum vitant vel fortuna laborant aduersa, deponere impelluntur: qui vero mutuant, fortunis abundant fortunæque degunt. Iniquius autem est, iniuriam homini infortunato, quam fortunato intuliſſe. Hæc Aristoteles, *li. Problem. sect. 29. q. 2.* Et iterum, cur, inquit depositum etiam paruum denegare turpius est, quã debitum magnum? An qui depositum negat, hominem fraudat, à quo bonus ipse existimatus est? an quoniam qui hoc facit, illud etiam facere velit? *idem eod. Aristot. quæst. 6.* Eadem fere disputat Cicero, *pro Sexto Roscio.* Ex nouella Iustiniani etiam prospectum est contra denuntiantes depositario ne restituat depositum deponenti, vt teneantur deponenti quanti sua interest non fuisse redditum depositum, & vsuram tertiam centesimæ, *nouella. de deposito. in authen. coll. 6. ti. 14.*

¶ Adiecit †lex ciuilis, vt si quidem simplex negetur depositũ, 9 in quo potuit qui deposuit eligere depositarium, actio pro repetitione in simplum esset, *l. 1. § prætor ait, & §. merito, depos. P. §. rei persequendæ, & §. in auplum, & §. sed furti, de a tio.* at si vrgẽte necessitate incendij, ruinæ, naufragij sit depositum, in duplũ in depositarium ratione pœnæ, & in heredem in simplũ, *l. quod tumultus, §. depos. P.* lex diuina & quintam partem, vt diximus, restitui iubet, *Leuit. 6.*

¶ Depositum, † cuius ignorabatur dominus propter antiquitatem, Theodoricus Gotthorum rex, per comitem rerum priuatarum iussit iungi fisco, *Cassiod. l. 6. Variar. cap. 8. in formula comitiuæ priuatarum rerum.*

¶ Bonæ †fidei hæc actio est *§. actionum, de actio. l. 1. §. est autem,* 21 *vers. hanc actionẽm, depos. in P.* ideo res cum omni causa, fructibus & partu restituenda est domino, Sed contra bonam fidem & aduersus depositi naturam est vsuras à depositario desiderare temporis ante moram eum qui beneficium in suscipienda pecunia vtendi dedit: post moram tamen veniunt, *d. vers. hanc actionem. Paul. in l. videamus, 38. §. si posse. de vsur. li. 22. P. tit. 1.* vel si pacto cautum est, vt vtens deposito præstaret, sicque ex lege contractus vsuras præstabit, *l. Lucius, 24. d. pos. P. l. die sponsaliorum, 25. §. si. eo. P. l. 2. C. eo. tit. nouella. 88. §. agnoscat insuper,* quemadmodum etiam, si inscio domino deposito vtatur, *d. l. Lucius, in 7. l. Quintus, 28. & l. Publ. Mœuia. 26. §. Lucius Titius, depos. P. d. l. 2. C. eod. & l. in bonæ fidei. C. de vsur. & l. mora. §. in bonæfidei, eod. tit. de vsur. in P.* quia & id speciem furti habet. In repetitionem etiam non veniunt res, quæ ex pecunia deposita à depositario suo nomine sunt emtæ, *l. 3. & 4. C. de posse.* si tamen pecuniæ adhuc exstant, rei vindicatione à tertio possessore vindicari poterunt, *in l. si ea pecunia, 6. de rei vindi. li. 3. C. tit. 32. l. 1. C. si quis alteri, vel sibi, l. si patronus, C. communia vtriusque iudicij,* vel, ad id quod interest depositum non fuisse in emtiones conuersum, agetur, *l. si is qui, 8. C. depos.* eaque de causa, propter perfidiam, iuratur in litem à deponente, *l. 1. §. si apud duos, depos. in P.* contra depositarium: non autem à depositario agente contraria actione depositi contra deponentem, qui non de fide rupta, sed de indemnitate agit, *d. l. 1. §. in depositi. eod. titul. P. l. 2. & l. in actionibus. de in lit. iura. in P.* & ideo non habet infamiæ notam, vt directa, *l. ei, ap. quem, 5. depos.* Deinceps per actionem directam depositi, repetitur quod datum seu extortum est à deponente per depositarium, vt depositum restitueret, tanquam turpiter acceptum, *l. furti, §. final. de in qui not. infam. in P.* vt fieret quod gratis & sponte fieri debebat: cuius nomine prodita quoque est condictio ob turpem causam, *l. si. dep. in P.*

¶ Agunt † & heredes deponentis, & maiori parti restitutio fit, videlicet iis qui maiorem habent bonorum portionem, *l. fin. de cond. ob turp. cau. P. l. fin. & pen. C. eodem.* Si plures deposuerint, restitutio fiet ex lege conuẽtionis, aut pro parte, *l. si plures 14. depos. P.* si apud duos aduersus vnumquemque: si alter tamen id quod interest præstiterit, alius quoque liberabitur. Tenetur itẽ depositarius de eo quod dolose contigit in re gratia tãtum deponentis deposita de dolo tantum, *l. 1. §. si apud duos depos. &* latiori culpa, *l. contractus, de reg. iur. l. 1. §. qui seruum custodiendum, in fine. depos. in P. l. si vt certo, §. nunc videndum commod. P. §. præterea, quib. mo. re contra. obl. l. 1. §. is quoque apud quem, de actio. P.* quæ dolo proxima est, *l. quod Nerua, depo. P.* nec pacto fieri potest vt de dolo non teneatur, *l. 1. §. non autem alias, si quis testa. libe. esse inff. fue. l. magna culpa, ae verb. sign. in P. cum simil.* Latissima hæc culpa, non adhibuisse rebus depositis eam diligentiam, quam adhibuit suis, si cum posset & suas & depositas curare, vel saluas facere, non fecit, *l. 1. §. illud, depositi, P. l. si vnus, §. illud, de pact. in P. l. conuenior, ae pact. dotal. P.* Quod si non potuerit omnes æque alienas ac suas iuuare, excusatur ordine caritatis, quo quis primum suis, deinceps alienis prospicere debet, *d. l. quod Nerua. & c. sim. depos. apud Greg.* Si tamen depositum fiat vtriusque causa, videlicet & deponentis & depositarij, de leui etiam culpa tenetur depositarius, *l. præses prouinciæ, C. ae seruitute.* Item & si depositarij tantum causa depositum fiat, *l. si vt certo, §. nunc videndum, commoda. in P.* si is se depositio obtulerit, vel se periculo illigauerit: quo casu, & dolum, & culpam præstare tenetur, non tamen casus fortuitos, *l. si quis nec causam, si cert. pet. in P.* qui ad deponentem pertinent, si non aliter specialiter cõuenit, *l. 1. §. si conueniat, & §. sæpe euenit, depos. c. si. eo. tit. apud Greg.* Hinc patet cessare actionem directam depositi pro rei repetitione, si sine dolo, & culpa depositarij res interierit: quia tunc perit domino, *l. 1. Co. dep. s. d. §. si conueniat, & d. l. si vt certo, §. nunc videndum,* post litem contestatam inficiante reddere rem depositario, periculum ad eum pertinet tanquam ex dolo, *l. si plures heredes, 14. §. sine autem, depos. 14. l. 1. C. eo. tit. c. si. eo. tit. §. præterea, quib. mo. re contrah. ob.* si æque res non erat interitura penes deponentem, non si natura æque peritura apud eum esset, *l. si in Asia, 12. §. fin. & l. seq. depos. P.*

¶ Contraria †depositi actio datur depositario, vt is indemnis 13 fiat, *l. si plures. 14. §. 1. eod.* & ratione exceptionis, si cautum fuerit ne culpa præstaretur, & eo nomine conueniatur, *in l. ei apud quem, depos. P.* Repetit & per hanc impensas in rem depositam factas, siue in rem deducendam vel deferendam, *l. si vt certo, §. interaum, commo. P.* siue in alimenta fiant, *l. si in Asia, deposit. P.* item pro furto à seruo depositio commisso, *l. actione, 23. depos. P.*

¶ Vtilis, † tam directa quam contraria, ex pacto extranei & al- 14 terius personæ, quam contrahentium, *l. si seruus, de pign. actio.* Est & vtilis, qua creditor depositam pecuniam à debitore repetit à depositario, *l. si res tuas, C. ad exhib.* item vtilis quando depositum est ea lege, vt tertio reddatur, & tertius repetit, *l. acceptam, C. de vsur.*

¶ Sequestraria † item actio, directa, contraria, vtilis. Directa 15 datur sequestranti contra sequestrum *l. ei apud quem, §. in sequestro, depos. l. si in Asia. §. cum sequestro, eod.* vt restituat sequestrata, si dictum sit, *l. propter instrumenta, 5. & l. si penes quem, 6. C. eod. lite regulariter finita. Bart. in l. si oleum, de dolo,* damnum, & culpam, & dolum resarciat. Datur & vtilis contra sequestrum, si auctoritate iudicis sequestratio facta fuit, officiumque imploratur iudicis. *Bart. in l. interesse, num. 5. de acq. poss. per l. posiquam, §. Imperator, vt lega. no. caue.* Per hanc sequestrariam opinor expediri posse quæ ad sequestrum pertinent, si ex lege præscripta per regias constitutiones non fuerint peracta omnia, qualia vt recuperatores, vocant *commissaires,* seu apparitores & sequestri, ex iudiciali auctoritate res locent licitatione peracta, atque vt conductores earum pensiones in domum sequestrorum seu commissariorum, sine fraude suoque tempore, deferant: & rebus ipsis tanquam boni patresfamilias vtantur, ex constitutione Francisci primi, *in const. Francisc. 1. publicata, 1539. art. 82.* Item vt decreto, statim intra tres dies litigantes res sequestratas eiurent, alioquin iure suo cadant, sicuti si sequestrationis possessionem impediant, *eod. art. 105. eod. art. 78. l. si quis in tantam, C. vnde vide.* tuetur enim iudex eum quem in possessionem mitti iussit, *l. 1. §. hoc interdictum, ne vis fiat ei, qui in poss. miss. est,* datur que turbato actio in factum ad interesse, & qui vim facit, amissione rei punitur. Quanquam non obstante sequestri spoliatione, sequester possidere nihilominus dicatur, *argument. l. quamuis, 13. de bo. auct. iudi. poss. lib. 42. tit. 5. & c. contingit, c. 9. de dolo & cont. lib. 2. Decret. tit. 14.* Ita & is venit ante omnia restituendus, & antequam spolians audiri possit, *iuxta canonem, reintegranda, 3. quæst. 1. c. fina. de ord. cognit. c. in literis, ca. item cum quis, c. ex quæstione, de restit. spol. l. si quis ad se fundum, ad l. Iul. de vi publica. l. si maritus, de dona. inter vir. & vxor. C.*

De Pignore & Hypotheca,

Cap. 5.

P. lib. 20. tit. 1. Lib. 8. C. tit. 4.

1 *Pignoris diuisio generalis: & antichresis quid.*

Digitized by Google

2 *Fiduciaria possessio quid, Recredentia, Vindicia.*
3 *Pignus quid, & hypotheca: & differentia.*
4 *Hypothecæ nomen omne pignus continet, & pignus hypothecam.*
5 *Pignus quid, & quæ in ipso consideranda.*
6 *Pignoris diuisio in 4. species.*

1 PIgnus † & in genere, & in specie acceptionem habet. In genere continet antichresim, fiduciariam possessionem, seu fiduciam, pignus, hypothecam. ἀντίχρησις est possessio rei vtenda data creditori, pro vsu pecuniæ ei debitæ, *in l. si is qui bona, d. l. 11. §. 1. pign. P.* mutuus vsus rei pro pecunia, vt si domum oppignoratam creditor vsurarum vice inhabitet, tamdiu quamdiu pecunia non soluitur, vt ait Constantinus Harmenopulus, *in Prochiro. legum, titulo, περὶ ἀντίχρησεως.* Exépla in iure probata sunt, *l. si ea lege, 17. l. si ea pactione, 14. C. de vsur. l. salubriter, eo. tit. ap. Gregor.* ex pacto videlicet, *l. 1. §. pact. de pig. P.* cum alioquin fructus pignoris computentur in sortem, *l. 1. de distra. pign. C. l. 2. de partu pig. C. l. si dominum, C. de pignor.*

2 § Fiduciaria † possessio, est ex iudicio litis vindiciarum petitarum possessio, non iusta vel absoluta, sed veluti depositaria, *explicat Budæus, in l. 2. dum de vindiciis agit. de orig. iu. ex Asconio Pediano in Verrinas Cicero.* quæ postea reddendis rationibus & fructibus est obnoxia: vocamus hanc fiduciariam in Gallia, recredentiam, & possessionem concessam sub manu regis, quasi fide data de ea restituenda, si dictum fuerit. Sicut scribit Liuius, Philippo visum fuisse optimum, Nabidi tyranno Corinthũ dare fiduciariam, vt victori sibi restitueret: si quid autem aduersi accidisset, vt ipse haberet, *Liuius li. 2. de bello Macedonico.* Sicut Iaboleno dictus fiduciarius heres, qui fideicommissarius, qui ex fide hereditatem acceptam restituere debet, *l. Seius ad senatus. Trebel.* Fiduciariam possessionem pignoris loco esse puto, in prima missione ex cautione de damno infecto, *l. 4. §. si intra, de dam. infect. li. 39. P. tit. 2.* quæ tamen dissimilis est pignori, *l. si finita, 15. §. si quis damni infecti, & l. his qui, 12. de damno infect. P.* idipsum patet in missione in possessionem creditorum, rerum seruandarũ causa, *l. prætor ait, 9. cum suis §§. & 4. ll. seq. de bonis auto. iudic. poss. li. 42. P. tit. 5.* Sunt & illis plura similia.

¶ Pignus † appellatum est à pugno, quia res quæ pignori dantur, manu traduntur: vnde etiam videri potest verum esse quod quidam putant, pignus rei mobilis constitui, vt notat Caius, *in l. plebs, 237. §. pignus, de verbo. signif.* Et Vlpianus, proprie, inquit, *in l. si rem alienam, 9. §. non tantum, versic. proprie, de pign. act. li. 12. P. tit. 7.* pignus dicimus quod ad creditorem transit: hypothecam autem, cum non transit possessio ad creditorem. Vnde hypothecam rerum immobilium esse proprie quoque placuit, vt pignus mobilium. Veruntamen ista differentia à nominis sono tantum pendet, vt verum sit quod Marcellus ait, nominis tantum sono differre, in aliis, potissimum in natura obligationis & actionis, propemodum similes, *Marcel. in l. res hypothecæ, 5. §. fi. de pig. §. item Seruianus, versic. inter pig. de actio.*

4 ¶ Nam † generale verbum hypothecæ est ad omnia pertinens, quæ subiiciuntur in cautionem obligationi, ὑποθήκη ἀπὸ τοῦ ὑποτίθεσθαι, quod idem est, ac supponere. Sicque vsurpant Græci hypothecæ nomen, pro omni re quæ obiicitur vel subiicitur obligationi: alio nomine apud Demosthenem, *contra Dionysodorum.* ἐνεχύρων, ἐὰν δὲ μὴ ἀφίκωνται ἐμπρὸς τὰ ἐνεχύρα καὶ ἀπόδωσι. id est, quod nisi libera exhibuerint pignora, omnique alij creditori intacta, vt alibi ait, πωλήσειν τοῖς δανείσασι τὴν ὑποθήκην ἀπάντων, ἵνα δὲ ὑποδῶσι χρυσίδιον ἀργύριον, id est, præbebuntque iis qui crediderint pecunias, pignus purum ab omni manus iniectione, *vide Budæum in Commenta. linguæ Græcæ.* Et hypothecam vertit etiã pignus Iurisconsultus Scæuola, dum explicat epistolæ quæstionem, in qua in hæc verba cautum erat, δανείσασθαι ἀφ' ὧν ἀπέδοτο ἀπὸ τῆς ἀποδόσεως τοκισμόν, ἀφεληκὼ σι μὴ βεβαίωσι, ἀλλὰ ὑποθήκην παρ' ἐμοῦ λαβεῖν, &c. id est, fœneratus à te denaria 60. rogaui te non certificatorem, sed ὑποθήκην, à me accipere, &c. an pignus, inquit Scæuola, contractum sit? cum sine die & consule sit, quia verba epistolæ post præcedentia hæc addita. διὰ τὸ δύνασθαι, ὅτι ἡ ταβέρνα, καὶ οἱ δοῦλοί μου ἐν σοὶ κατέχονται ὄντες, ὡς ἐγὼ μοι ἐνθέμην πιστεύσας, id est, *nosti enim profecto, quoniam & taberna, & serui mei à nullo detinentur, quam à te, & vt seuero homini fidem habuisti.* Et respondit Scæuola, de pignorib. conuentum fuisse, *Scæuola in l. cum tabernam, 34. §. item quæsiuit. de pign. P.* Sic legimus quoque apud Aristotelem oleum hypothecæ suppositum, & ita rem mobilem. ὑποθήκην γενομένης τῆς ἐλαίου τιμῆς, *Aristot. lib. 2. Oeconomica.* Vt contra apud Latinos, pignus pro re immobili ponitur, vt apud Terent. *in Phormio.*

Ager oppositus est pignori, ob decem minas.
Ædicula item, ob decem alias.

5 ¶ Pignus † itaque seu hypotheca, est res obligata pro debito. Ceterum quotuplex sit, res, personas, formam, cuius generis contractus, actionem, propter quid, & rationes consideremus latius. Nihil autem pro substantia interesse docuimus, num res mobiles, vel soli: vel se mouentes sint, *l. 1. de prætorio pign. C.* sed alioquin idoneas exigimus, quæ alteri obligari possint. Generaliter itaque diuisionem vel pignoris distinctionem tradamus, & postea materiam, & formam, & reliqua cuiusque.

¶ Pignus, † aut prætorium, aut testamentarium est, aut lagele, aut conuentionale, *meminit de prætori. & iudiciali, l. 2. de prætor. pign. C.* 6

De Prætorio & Iudiciali Pignore.

Cap. 6.

Liber 8. C. tit. 22.

1 *Pignus prætorium duplex, prætorium & iudiciale, prætorium quid.*
2 *Prætorium duplex, coactionis & rei seruandæ caussa, horumque exempla.*
3 *Alia species prætorij pignoris pro rebus pupillorum locatis, & ærimite qui.*
4 *Iudiciale pignus quid, & rationes eius.*
5 *Quæ bona capi possunt in pignus rei iudicatæ, & quo ordine mobilia seu mouentia, immobilia & nomina capiantur.*
6 *Quæ bona clerici possunt pro pignore iudicali capi.*
7 *Quæ præsi capi debent pignora pro debito vniuersitatis vel collegij.*
8 *Ordo & praxis capiendi pignora iudicialia & prætoria à primo, vel per viam actionis, vel per exsecutionem.*
9 *Exsecutioni facta vi sigilli regij opponuntur tantum tres exceptiones solutionis falsi pacti de non petendo, rei iudicatæ.*
10 *Mortuo debitore obligato sigillo regio, non fit exsecutio contra heredes, via exsecutionis obligationis.*
11 *Forma pignoris capiendi ex caussa iudicati, vel obligationis debiti.*
Garnir la main de l'executeur *quid.*
12 *Ex Idiochiro, seu Chirographo post verificationem, locus fit pignoribus, vide & 14.*
13 *Quis Iudex competens in recognoscendo chirographo.*
15 *Pignus in caussam iudicati captum, auctoritate iudicis vendendum.*
16 *Forma & praxis Gallicæ pignorum capiendorum & vendendorum.*
17 Opposition aux fins de distraire, & aux fins d'hypotheque *quid.*
18 *Qui in Licitatione admittuntur, prius eligere debent procuratores in sede iudicij, & domicilium, aliter actio illorum non admittitur.*

PIgnus prætorium diducitur in pignus proprie prætorium, & iudiciale, *l. 2. de præto. pigno. C.* Prætorij est, quod datur à iudice ante rem iudicatam coactionis, vel rei seruandę caussa: veluti vt cogatur dominus ædium ruinosarum cauere de damno infecto, alioquin aduersarius vicinus qui petit mittatur in possessionem, ex primo decreto pignoris caussa, *l. 4. §. si intra. de dam. infect. P. li. 39. P. tit. 2.* Si reus in ius vocatus contumax sit, captis pignoribus venire cogitur, *titu. de eo qui mittit. in possessi. bon. rei serua. causs. li. 2. Decre. tit. 15. c. contingit ca. 9. de dolo & contuma.* Sic bona P. Quintij cum absens non defenderetur, iussit Burrienus prætor à Næuio possideri, *Cicero pro Quintio.* Erat enim, & nunc est species coactionis quæ fit captis pignoribus, dicebãt antiqui coercitionem captis pignoribus. Sic Cicero, Philippus, inquit, grauiter exarsit, pignoribusque ablatis, Crassum coercere cœpit, *Cicero 3. de Orator.* Meminit & Dio Cassius, captis pignoribus, olim senatores in curiam, venire coactos, *Dion Nicæus, lib. 54.* Formulam edicti prætoris recenset Cicero hanc, his verbis conceptam: Cuius ex edicto prætoris latitantis bona, per triginta dies possessa essent, is reuersus potest, si edictum iudici postularet, & admitti ad rem defendendam, eum prius iudicatum solui satisdare oportere, *Cicero pro Quintio.* Vlpianus autem sic: Prætor ait, qui fraudationis caussa latitat, si boni viri arbitratu non defendatur, eius bona possideri vendive iubebo, *Vlpian. in l. Fulcinius, 7. §. prætor ait, qui ex causs. in possess. eat. lib. 42. P. titu. 4. vbi & per §§. seqq. explicantur verba prætoris.* 1 2

¶ Alia † forma: Prætor ait, in bona eius qui iudicio sistendi caussa fideiussores dederit, si neque potestatem sui faciat, neque defenderetur, iri iubebo, *l. 2. eod. tit. quibus ex causs. in poss. eat.* Ita caussæ sunt, ex quibus in summa, vt ait Vlpianus, *l. 1. eod. tit.* in possessionem mitti solet: rei seruandæ caussa, *vide §. si vero, de exhi. reis, l. 2. §. sed si hoc, de his qui ad eccles. confug. l. 1. & fina. de eo qui mit. in poss. causs. rei seruandæ.* legatorum seruandorum caussa, *l. certa, C. vt in possess. lega. l. quamuis, eo. ti. in P.* & ventris nomine, *titu. de vent. in possessio. mitten.* & damni infecti caussa, *d. l. 4. §. si intra, de damn. infect.* ex Carboniano, *tit. de Carbonia. edict. P.* Erat prætorium etiam aliud pignus, dum qui pupillorum rem familiarẽ à prætore conducebant, pignora locationis iis quos mittebat ille exhibebant, qui & ἐκτιμηταὶ, id est, *æstimatores* dicti, vt etiam de dote vxoribus cauebatur, ædibus aut fundis tanti pretii appositis, *Suid. in verb.* ἐκτιμηταὶ. 3

¶ Iudiciale † pignus est quod post rem iudicatã capitur exse quendæ- 4

Digitized by Google

quendæ ſententiæ cauſſa, & contumace exiſtente in ſoluendo damnato, *l.à diuo Pio,15.§.in venditione,de re iudic.in* P. Idem quę operatur in conſtituendo pignore iudicis auctoritas, quod in conuentionali contrahentium conſenſus,*l.I.C.ſi in cauſſam iudic. pignus capſit.* Nec mirum eſt, ſi magiſtratus poſſit pignus cõſtituere,cum & quilibet in teſtamento id facere poſſit, *l. non eſt mirum,26.de pig.actio.in* P. cumque nec priuatis quibuſcunque ſine iuſſu iudicis liceat capere pignora inuitorum, *l. nominatori, 11. de pign.*C.

5 ¶Capiuntur † iſtius pignoris nomine iure ciuili,primo mouentia,dehinc ſe mouentia,tertio immobilia, quæ ſoli ſunt, & his ſolutioni non ſufficientibus,nomina,*d.§.in venditione.l.à diuo Pio.* poſtquam monitio verbalis præceſſerit tamen, & iudicis iuncta fuerit auctoritas,non aliter vt ſæpe iudicatum, *Pap.li.18. Rhapſo.areſt.tit.5.areſto.23.& 25.*& vt iura quoque ſtatuunt, *l.exſtat.quod metus cauſ.in P.* In Gallia tamen mobilium non fit perquiſitio,nec ſeruatur ille ordo,ſed quibus ſibi citius putat pecuniam confici debitor,ea auctoritate iudicis per apparitorem capit,vt diſtrahantur,*conſtitut.regia Franciſci I.anno 1539. art.74.* eademque auctoritate & nomina capit,& ſequeſtrari procurat debitum debitoris ſui apud debentem,& eo vocato & confeſſo ſe eſſe debitorem,petit à iudice banniri pecuniam,& bannitam in iudicium deferri & ſibi dari.

Placuit †aliquando ex conſtitutione Philippi Pulcri,clericorum cælibum bona mobilia non poſſe venire in pignus iudiciale,vel exſecutionem in illis non fieri, ſicut nec in animalibus eorum quibus vtuntur,vel ex quibus vtilitatem quandam percipiunt,quod hæc bona annectantur eorum perſonis,& ita priuilegiata ſint,*cap.eccleſiarum ſerno.12.quæſt.2.glo.in c.ſi.de vita & honeſt.clerico.ita iudicatum areſto Pariſienſi 1543. vltima Iunij ſcribit Pap.li.18.Rhapſo.areſt.ti.5.areſto 7.* Poſſunt nihilominus eccleſiaſticarum perſonarum bona temporalia capi pro debitis illarũ, vt fructus pendentes,reditus,& prouentus ſacerdotiorum nõdum percepti,*c.olim,de reſtit.ſpol.c.peruenit,de fideiuſſ.* ſubducto eo quod alimentis illorum neceſſarium eſt, nec egeant. Et ita iudicatum ſeptimo Februarij, 1510. à ſenatu Pariſienſi: cui tamen placuit, fructus beneficiorum perceptos, inter mobilia clericorum priuilegiata, intacta à pignore debiti eſſe debere 10.Decembris,1513. *refert Papus, lib.18.Rhapſo. areſtor. titul.5. areſt.14.*

7 ¶In †debitis per corpus aliquod vniuerſitatis, puta ciuitatis aut municipij, exſecutio ordine hoc fit:vt primum adminiſtratores eius,conſules ſeu decuriones, aut exactores interpellentur & moneantur ſoluere ex bonis vel pecuniis communibus. Quod ſi inficientur,vel dicant,non eſſe huiuſmodi bona, apparitor ex auctoritate iudicis iubet & imperat per ſyndicos aut conſules imponi & exigi ſummam, petitam à ſingulis eius vniuerſitatis intra certum tempus,cum hac interminatione,vt ſi nõ impleuerint iuſſa, futurum vt propriis bonis, & perſonis ipſi luant,cum regreſſu tamen indemnitatis in reliquos,ſi viſum illis ita fuerit,*hæc praxis Galliæ hauſta ex l.ſi ſe non obtulit 4.§.actor, de re iudica.in* P.*l.1.§.quod ſi nemo,iuncta glo. in verbo procõſul. quod cuiuſque vniuerſita.in* P.*& ita iudicatum in ſenatu Pariſiorum, anno* 1525.11.*Decemb.vt refert Papus vbi ſupra,areſt.20.* Generaliter primum debitores de ſoluendo interpellandi, poſtea hypothecaria vtendum,*l.debitores,*10.C.*de pig.§.enimvero,in Nouella conſtitut.*4.monitio enim fere litem omnem præcedere debet, *l.quidam Iberus.de ſeruitu. vrb. prædio.P.*

8 ¶In †debitis perſonarum ſingularium,creditores proſequuntur repetitionem,vel per viam actionis perſonalis, interdũ per viam exſecutionis,*l.diſtractis,*14.*iun.auth.ſeq.* C.*de pign.* quæ ratione obligationis hypothecæ nomine fit, dum contrahendo quis ſe ſubiicit ſigillis regiis,ex quorum auctoritate, ſigillo impetrato, debitor interpellatus vel ſoluere debet, vel pignora dare; non habita ratione propoſitæ exceptionis, qua non obſtante, & ſine præiudicio illius, ſuo loco diſcutiendæ, teneatur dare pignora antequam audiatur, vel mobilia vel immobilia: neque aliæ obiici poſſunt exceptiones,quam ſolutionis,falſitatis inſtrumenti debiti,pacti de non petendo,*in I.parte ſtylo parlamenti,titulo de actio.perſonali,*rei iudicatæ, *Paul.Caſtr. in l.1.de re iudic.*C.

9 ¶Si †tamen moriatur debitor obligatus ſub ſigillo regio,creditor non poteſt vti via exſecutionis contra heredes eius, ſed debet actionem perſequi,via actionis perſonalis, & iudicio ordinario,*in dicto ſtylo Parlament.& tit.de actio.perſon.§.item ſi mortuus ſit,Chaſſanæus in §.3.ad verba,quand ils ſont mus,verſi.& non eſt dubium,tit.des rentes vendues à rachapt. in conſuetu. Burgundiæ.*

10 ¶Nam †nec venditis obligatis rebus exiſtentibus penes tertios poſſeſſores, non fit hypothecaria exſecutio, niſi diſcuſſo principali & interceſſore,*authen.hoc ſi debitor,de pign.C.§.ſed neque.de fideiuſſ.in authen. l. Moſchus, de iure fiſc.*P. & niſi litigioſa res ſuper hypotheca vendatur,*l.diſtractis,& auth.hoc ita,* Cod. *de pign.*

11 ¶Forma † pignora capiendi, vel propter obligationem, vel propter iudicatum fere eadem eſt:niſi quod ex lege dicta in inſtrumẽto obligationis capi oporteat:ſic enim traditum eſt,obligationis inſtrumenta authentica ſub ſigillo regio confecta, & publica habere paratam exſecutionem,vt per ea præcipi poſſit per apparitorem debitori, vel ſoluere, vel pignora, *Paulus Caſtrenſis conſilio 67.in antiquis,*dare,vocant *garnir la main de l'executeur,* non obſtantibus oppoſitionibus aut appellationibus quibuſcunque,ſine præiudicio tamen earum,*conſtitutio.Carolis octaui,artic.54.Franciſc.1.in pub.anno 1539.5.art.65.& 66. vide Rebuff. in 1.parte commentariorum,ad regias conſtitutiones,titu.de literis obligatoriis,quid authenticæ rationes,in l.Pomponius, fami.ercis.*P. 12

¶ Exigitur † autem exſequendi licentiam ex contractu ſigillatam eſſe,alioquin nulla eſt executio, ſi vi ſigilli fiat. Quod ſi de idiographo ſeu chirographo agatur, eo agnito, vel ſi pro agatur,eo agnito,vel ſi pro agnito habeatur,prima vocatione debitore non comparente,poteſt fieri iniectio manus in pignora auctore apparitore,ſi modo coram iudice competente agnitio, vel contumacia fiat:ab eo enim die qua pro agnito habetur, inducitur ius hypothecæ contra debitorem,*in conſtitutio.Franciſc. 1.edita 1539.articulo 91.& 92.& 93.& ſit verum quod dicitur, in rubr.etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri poſſe, lib.8.C. tit.27.*

Contra,† ſi fiat agnitio vel vocatio & contumacia coram iudice incompetenti, placuit ſenatui Pariſienſi 20. Nouemb.1533. quod intellige de incompetentia omnimoda, vt quod clericus vocetur coram laico iudice, vel contra: alioquin laicus coram quocunque iudice laico,ſi in eius territorio comprehendatur, vocari poteſt,vt agnoſcat,vel inficietur chirographum,*in d.conſti.Franciſ.1.art.92.* 13

¶ Chirographum †tamen quod quis coram ſuo iudice etiam eſt inficiatus,non inducit pignerandi ius,quamuis ex comparatione literarum,vel teſtibus creditor intentionem ſuam docuerit,vt dictum areſto ſenatus Pariſienſis 9.Decembris, 1539. *Notat Rebuffus in ſcholiis ad tomum 2.ordinationum titulo des recognoiſſances de ſedules,in,art.1.* quia chirographarij creditores non habent hypothecæ ius,*l.cum ibi,*10.*quis potior.in pign.habeantur,C.li. 8.tit.1.* 14

¶ Pignus † in cauſſam iudicati captum, non per creditorem, ſed per iudicem,publica licitatione venditur,nec creditoris arbitrio conceditur,*l.2.& 3.ſi in cauſſam iudica. pign.captum ſit, lib. 8.C.tit.28.l.4.ſi ex vento aga.*C. Poteſt tamen creditor cum ceteris ad licitationem admitti, & vt alius quilibet emtor addictione pretij certare,*dicta l.2.& 3.ſi in cauſ.iudicati.* quemadmodum & pignora capta ei addici poſſunt, ſi non inueniant emtorem,*l.à diuo Pio,§.ſi pignora,& §.ſi poſt.de re iudic. P.dict.l. 3.ſi in cauſ.iudic.*C. At poſt venditionem iudicialem, ſequitur iuris dominij impetratio,per decreti iudicialis interpoſitionem,data aliqua dilatione debitori, intra quam poſſit rem venditam immobilem ſoluẽdo repetere,*l.1.& 3.de iure domi.impetr.li.8.C.tit. 34.*hacque impetratione &decreto dominij fit tranſlatio in emtorem,*Vlpia.in l.magis puto,5.verſi.ſi pupillo,de rebus eorum qui ſub tutel.lib.27.P.tit.9.* Qua ſolemnitate etiam venduntur pignora conuentionalia ex auctoritate iudicis, quam nec dubitor, niſi integrum debitum ſoluat, impedire poteſt, *l.1.& 2.debitorem vendatio.pignor.imped.non poſſe.li.8.C.tit.29.* ſi tamen antea monitus fuerit,& dies debiti ceſſerit,& venerit,*l.4.& 5.de diſtract.pignor. in P.* 15

¶Exigitur † & miſſio in poſſeſſionem emtori,alioquin *l. qui prædium.13.de diſtract.pignor.* nullam in rem actionem habet. In Gallia cum plures fraudes in his vendendis pignoribus committerentur, ex conſtitutione regia Henrici ſecundi, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo, 3.Septemb.*in cõſtitutione Henrici 2. du reglement ſur le faict des criees & decrets,* forma pignorum capiendorum & vendendorum edita eſt,cuius ſumma hæc ſunt capita.Primum,vt apparitor ſeu hoſtiarius qui pignora immobilia capit, & notat in vim obligationis debiti, vel ob rem iudicatam,in locum quo ſitæ res ſunt, perueniat: & dum proclamat licitationes primas iure prioris haſtæ, nominatim & ſigillatim exprimat, in illis res proclamatas & proſcriptas,earumque limites,cenſus vicinos, clientelarij domini iura,*hæc pertinent ad rerum certitudinem, l. forma cenſnalis, de cenſibus,P.& ad bene definiendam emtionem,l.1.§.venditor,& l.2.& l.4. §.final.de actio.emti. P.libr.19.tit.1.* Secundo captis pignoribus, apparitor conſtituit adminiſtratores ſeu curatores bonis, qui ea regant, *excerptum ex l.2.de curat.bon.dan.lib.42.P.titul. 8.conſentit & conſtitutio regia Franciſci 1.anno 1539.articul. 77. quæ vult curatores dari ſtatim prehenſis,nulla habita ratione contrariarum conſuetudinum,* alioquin irrita & nulla dicenda eſt captio, & quæ poſt eam ſequuntur:ſiquidem præfecti illi ſeu curatores bonorum, excurrente ſubhaſtationis mora, donec ad decretum tranſlationis dominij faciendum emtori peruentum fuerit, ex officio fructus locant cum licitatione idoneis, quos nec domini rerum, vel creditores interim à poſſeſſione deturbare poſſunt,alioquin turbantibus pœna imminente rebellium iuſtitię, & confiſcationis bonorum, *priuationem iuris proprij, & mulctam indicit Franciſc.1.dicta conſtitut.articul.78.turbantibus ſequeſtrum, vt ſupra diximus c.3. dum de ſequeſtro egimus.* Hæc captio pignorum iure exſecutionis fit, non obſtantibus exceptionibus, vel appellationibus quibuſcunque, vt paulo ante in pignore ratione exſecutionis pro chirographi debito dictum eſt, ſine ta- 16

Digitized by Google

men earum præiudicio: quia meri apparitores seu exsecutores, causæ cognitionem non habent vllam, quæ penes mandantem exequi retinetur, *l. si vt proponis, Cod. de exsecutio. rei iudi. c. super quæstionem §. nos autem, de offi. delegati. c. pastoralis, §. si vero, eod. titul.* ideo ab hoc exsecutore non appellatur, nisi mandatum excedat, *l. ab exsecutore, C. quorum appellatio non recip.* Obseruandi itaque modi in quibus excedere dicatur, *modos quib. excedi potest, tradit gl. in c. quod ad consultationem de re iud. insr.* Ideo contra hanc exsecutionem, per viam recursus ad iudicem procedendū erit, *d. l. si vt proponis.* Et si appellatione interposita, excedente apparitore, is non desistat ab exsecutione quæ per iudicem postea, ea facta, reparari nequiret, licet exsecutori impune resistere de facto, *l. prohibitum, de iure fisc. C. li. 10. c. ex literis, de offic. de lega. c. si quando. eo.* Tertio oblatione mobilium, vel captione, vel proscriptione immobilium sic facta, proclamata & descripta, operæpretium est pro ianuis ecclesiæ parochialis eius loci vbi sitæ res sunt proponi programma seu exemplar licitationis præcedenti forma factæ: & si res in diuersis parochiis sitæ sint, præfigere & singulis, *sic olim & programmata rerum vendendarum per prouincias mittebantur, Ioan. Faber in l. si eo tempore, 6. de remiss. pig. C. li. 3. de iure domin. impet.* C. Quarto ante proclamationes seu proscriptiones, apparitor insignia liliata, seu vela regia, *apud antiquos locus æri alieno obstrictus, signabatur lapide vel columna, Iulius Pollux li. 3. Onomast. c. 9.* imponet rebus captis & proscriptis, quo proscriptio palam singulis sit, idque se feciſſe, actis suæ exsecutionis testato inferere debet, idque alij quam apparitori non licet, *l. 1. & 2. & rubr. vt nemini liceat sine iudicis auctorit. signa reb. alien. imponere li. 2. C. tit. 17. l. 1. & 2. vt nem. priuat. tit. præd. suis, eo. li. d. C. tit. 16. l. si vitem, in fi. §. si ad ianuā, quod vi aut clam, in P. li. 43. tit. 23.* Quinto subinde singulis diebus dominicis, dum è sacris, solemnibus abeunt parochiani, in atrio vel in valuis ecclesiæ repetuntur per præconem licitationes, pro more regionū, *Ioa. Fabr. in l. 1. de sacrosan. eccles.* Sexto suo ordine, & ex more, probe decursis & peractis hastis, *l. 1. & 2. de fide inst. li. 10. C. tit. 3.* cum auctionibus postremis, quæ gesta recte in his sunt, seu certificatio proscriptionum apud iudicem, in cuius territorio fiūt, eo sedente pro tribunali palam perleguntur & homologatio fit *homologatio seu certificatio quod subhastationes factæ sunt secundum mores regionis, fiunt coram loci iudice, qui pro tribunali examinat præsentes aduocatos, num ex consuetudine recte factæ sint, & postea id testatur vel certificat sumtum ex l. in sacris, §. exceptorib. de proximis sacro. scriniis, li. 12. C. Bar. in l. 3. de testib. in P.* Dehinc vocatur dominus & proprietarius rerum, vt interfit decreto interponendo, postulato per creditorem, lectione apud mandantem iudicem, *argum. l. de vnoquoque, de re iudic. P.* peracta.

17 ¶ Et † tunc intercessiones, seu oppositiones, vel exceptiones aduersus proscriptiones examinantur, quarum fines docere, aut res distrahi non posse, intercedente excipiente pro dominio & proprietate vocant *oppositions aux fins de distraire, iuxta l. si eo tem-*
18 *pore, de remiss. pig. C.* id est, quibus obiiciuntur causſæ, † per quas res distrahi, etsi proscriptæ, non possunt: vel vt doceant prædia obnoxia censibus & reliquis, *iuxta tit. sine cens. & reliq. fun. compara. non poss.* vel peccatum in forma proscriptionis, vocant *nullités d'incantz.* Quæ intercessiones ante decreti interpositionē decidūtur vt præiudiciales. Septimo his exceptionibus proprietatis census & nullitatis compositis, eodem iudicio quo componuntur, statuitur futurum post quatriduum proximum decretū ad iudicandum, ea lege & exceptione quod notio erit, iusque reddetur & discussio fiet de aliis exceptionibus oppositis, seu de aliis oppositionibus, vt dicunt pragmatici, ratione hypothecæ prioris, si qua sit, vel alterius debiti actionis personalis. Octauo postquam omnia, iudice sedente pro tribunali, tempore actionum forensium perlecta fuerint, quæ in proscriptione, subhastatione & addictione continentur, eadem debent pro foribus auditorij eius curiæ figi, & inibi per quindecim dies continuos remanere immota, *in rebus ecclesiæ, iure per dies 20. res debent palam proscribi venales auth. hoc ius porrectum, de sacros. eccl. C.* vt pateat cuilibet adhuc licitandi & adiiciendi pretio licentia: nam potest qui amplius adiicere cupit, in officina actuarij vel amanuensis eius curiæ qui adiudicauit pretium augere, isque præfertur vltimo antea licitanti, dummodo ei suam auctionem significauerit: vel eius procuratori, *addictio quippe, antequā programma proponatur publice pro foribus curiæ in diem adiectio videtur, & cum conditione nisi alius intra 15 dies meliorem conditionem obtulerit, l. 1. de in diem addictio. li. 8. P. tit. 1.* Atque qui intra hoc tempus licitatione & addictione vicerit emtor, pretium tenetur deponere & cōsignare penes eum quem creditores qui proscriptionem & diuenditionem prosequuntur, vel maior pars eorū, pro modo quantitatis, *iuxta l. 2. de curator. bon. dand. in P.* debiti, elegerint.

19 ¶ Nono † ea ratione, licitatores, licitando eligere tenentur procuratorem in sede iudicij, apud quem domicilium eligant, aliter illorum non recipitur licitatio vel auctio, *res enim per oblationem secundi adiicientis liberatur qui primus obtulit. Bart. in l. licitatio. 9. de publica. P. per l. Sabinus, 12. de in diem addict. nisi secundus procuratorem dederit: puto enim tunc primum liberatum, si illi significatum fuerit, per l. Valerianus, 10. de prator. stipul. l. stipulatus es opus, de fideiuss. l. cum plures, §. lege dicta loca. si venditio perfecta fuerit, perfectis subhastationibus per addictionem in diem: nam ante addictionē æquius puto secunda adiectione pretij inter licitandum primam tolli, etsi secundus non sit soluendo, postquam ad licitationem admissus fuerit secundus.* Decimo statutum est, vt res diuenditæ addicantur vltimo licitatori, *l. si tempora, C. de fide instrumen. & iure hasta fiscal. li. 10. C.* cū onere census, *sic res transit cum onere census, l. nemo, & toto titul. sine cens. & reli. fun. compar. non poss. C. l. alienatio. 67. de contrah. emt. in P. l. traditio. de acquir. rer. dom. P. l. nemo, de reg. iur. P.* Vndecimo vt qui sibi ius reliquorum prætendit in censu, esse ex rebus sub hasta diuenditis, vel aliud (præter dominicale quod vocant *foncier*, vel patronatum, quib. nullum fit venditione præiudicium, *d. l. nemo,*) teneatur se venditioni obiicere, *duabus enim maxime rationibus libelli proponuntur rerum diuendendarum publico loco, cum vt facilius inueniatur emtor, tum etiam, vt si res quæ vendi debet, fuerit alicui adstricta, cognoscatur, isque venire admoneatur exceptiones suas allegat urus, sunt enim exceptiones arma reorum, l. 1. & 2. de excep. §. 1. eo. ap. Iustin. quib. primari non debent, vtpote iure naturali concessa defensione, l. vt vim, de iust. & iur. P. l. 1. C. vnde vi.* Duodecimo cautum, vt qui intercedunt pro impedienda distractione, quod suā rem dicant, vel censum sibi deberi, vel nullas esse subhastationes, probent de iure suo instrumentis authenticis, vel, si vti volint testibus, intra tempus illis constitutum faciant, (*opponens executioni sententiæ, non differt exsecutionem, nisi statim doceat de iure suo, capi. veniens, extra, de testibus, l. si in fi. C. de compensationibus, l. fi. in fi. de ordine cognitionum.*) alioquin interposito ex præcedenti formula decreto, non admittuntur. Et si in probatione propositæ exceptionis defecerint, ob moratum decretum, mulcta 30. librarum Parisiensium erga fiscum damnandi erunt, *Constitutio regia Francisci I. anno 1539. ar. 80. statuit ijs mulctam similem ei, qua iudicitur temere appellantibus in curiis supremis, & inferioribus subsellijs, 20. librarum, vel maiores arbitrio iudicum.* Qui se obiicit exsecutioni, dicens rem suam esse, si non possideat, tenetur probare, *glo. in l. 1. de primi. fisc. C. l. 2. C. ne vxor pro mari.* quod si possideat, exsequentis probationi est onus. *glo. in d. l. 1. de primi. fisc. & d. l. 2. ne vxor pro marit. l. à diuo Pio, §. si super rebus, & ibi Bar. de re iud. P.*

De pignore testamentario.

Cap. 7.

1 *Res testamento in pignus dari potest.*
2 *Legatarij & fideicommissarij habent hypothecariam in bona defuncti.*

REm † in pignus testamento dari posse, dubium non est, *l. nec* 1 *mirum de pig. act. P.* vt si testator leget annua alimenta, & statuat, vt pro illis sint obligata certa prædia, *l. Lucius Titius, 12. de alimen. & cibar. lega.* Nec dubium est, heredem ea oppignoratione constringi, quando aditione hereditatis videatur contrahi cum defuncto, *l. 3. §. fin. & l. 4. qui. ex caus. in possessio. ea. P. §. heres quoque, de oblig. quæ ex quasi contract.* & contractu pignus recte fiat, vt postea, Deo fauente, dicemus. Hinc † sit etiam, vt legatarij & fideicommissarij possint quoque vti actione Seruiana & hypothecaria, pro his quæ testamento illis fuerunt relicta, ex tacita hypotheca, quæ potuit à lege induci, vt expressa in testamento, *l. 1. C. commu. de lega.*

De Pignore legali, & de tacite in pignus venientibus.

Cap. 8.

Lib. 20. P. tit. 2. Lib. 8. C. tit. 15.

1 *Lege statuente quædam tacite obligantur: pro censibus obligatur res, eod.*
2 *Inuecta in prædium pro pensione.*
3 *Tacite obligata est domus pro pretio refectionis eiusdem.*
4 *Qui vxorem secundo matrimonio ducit, non redditis tutelæ filiorū rationibus, sua hypotheca subijcit pro eadem.*
5 *Vxoris bona obligata pro primipilo mariti.*
6 *Obligantur tacitæ hypothecæ nomine, & pro dote, tutela, pro contractu fisci.*
7 *Clausula obligationis præsentium & futurorum bonorum omissa, pro expressa habetur.*
8 *Alij casus in quibus fit tacita rerum obligatio, quindecim numero.*

TAcite, † id est, sine expresso consensu, quædam in obligatio- 1
nem pignoris aliquando veniunt, lege sic decernente. *l. 1. commu. de lega. C.* vt primum, pro censibus & tributis bona debitorum

Digitized by Google

torum censentur tacite obligata, *l.2. in quib.cau. pign. vel hypoth. tac. contrah. C. l.1. C. si prop. publ. e. pensitatio. vend. fuc. celeb. lib. 4. C.*
2 *tit. 46.* Secundo † illata in fundum vrbanum, tacite obligantur pro pensione hypothecæ nomine, & pro rei damno, *l.4. ae pact. P. l.2.3.4. in qui. cauf. pign. vel hypoth. ta. contrah. in P. l si non inuecta, & l. ſi. C. eo. ti.* videlicet quæ vſus perpetui cauſſa illata ſunt, non alia *l. ſolutum non videtur, ti. §. plane, de pign. actio. P. l. aebitor pactus eſt, 32. de pig. P.* nec ea quæ inuecta ſunt in prædium ruſticũ, quæ hypothecam tacitam pro penſione locationis prædij eius nõ admittunt, *l.1. in quibus cauſ. pign. vel hypoth. tac. contrah. in P.* niſi cũ
3 diſtinctione leg. certi iuris *l.15. de loca. C.* Tertio † qui mutuat in refectionem domus, ea m ſibi tacite hypothecæ nomine obli-
4 gatam habet *l.1. in quib. cauſ. pig. vel hypoth. tac. contrah. P.* Quarto † qui vxorem ducit tutricem filiorum prioris matrimonij, non redditis rationib. eorum, pro ratiocinijs eius hypothecæ bona ſua ſubiicit tacite, *l. ſi mater legitima, 6. C. in quib. cauſ. pign. vel hy-*
5 *poth. tac. contra. l. omnem matri. ad ſena. Tertu. C.* Vt † quinto contra, vxoris bona pro obligatione primipili mariti hypothecã tacitã ſubeũt, *l. ſatis notũ, C. in quib. cau. pig. vel hypo. C. l. ſi. de primipil. 12. C.* Et item ſexto, res mariti tacite lege obligata pro dote vxoris, *l. aſſiduus, qui potior. in pig. habean. C. l. vnica, §. de rei vxoriæ acti. C.* Septimo hypotheca tacita in tutelis, *l. pro officio, 20. de admi-*
6 *niſtrat. tut. li. 5. C. tit. 37.* Octauo † qui cum fiſco contrahit, bona veluti pignoris titulo obligat, quamuis ſpecialiter id nõ exprimatur, *in l. 2. C. in quib. cauſ. pig. vel hypo. taci. contrah. l. 2. & 3. ae priuil. fiſc. C.* non idem tamen, ſi quis contrahat cum ciuitate, vel municipio, *l. ſimile, 10. ad municip. P.*

7 ¶ Hoc † tamen notandum eſt nono loco, conſuetudinem eſſe in omni inſtrumento obligatorio, apponi clauſulam hypothecę omnium bonorum, præſentium & futurorum: quamobrẽ & hodie ſi incuria omiſſa fuerit tabellionis, pro expreſſa habetur, *Capoll. in l. quod ſi n lit, §. quia aſſ. dua. per illum tex. column. 3. verſ. vltimo. per iſtum text. de edil. edi. latius & de hoc Nicolaus Boerius, q.* 18. *nu. 54.*

8 ¶ Decimo † in prædiis ruſticis fructus qui ibi naſcuntur, tacite intelliguntur pignori eſſe domino fundi locati, etiamſi nominatim id non conuenerit, *l. in prædiis, 7. in quib. cau. pign. vel hypo. tac. cont. P. l. ſi in lege locationis, 27. §. pri. & l. qui fideiuſſor. 55. loca. in P. li. 19. tit. 2.* Vndecimo venditor pignoris loco quod vendidit retinet, quoad emtor ſatisfaciat, *l. quod ſi nolit, 31. §. ae Marcellus, & l. illud, 29. de edil. edict. P. l. ſi. Iulianus §. offerri, ae act. emt. P.* Duodecimo pignoris quoque loco rem commodatam commodatarius retinet, pro impenſis in eam factis, *l. creditorus, 15. § fin. de furt. li. 47. P. tit. 2.* Decimotertio qui obligat inſtrumenta emtionis, ipſas res emtas obligare videtur, *l. 2. C. quæ res pig. oblig. poſſ. tit. 17. li. 8. l. 1. C. ae de.* Decimoquarto in pacto quod liceat rem vendere, intelligitur facta obligatio hypothecæ. *l. creditor, 3. §. ſi. qui potio. in pig. habe. li. 20. P. tit. 4.* Decimoquinto bona patris tacite obligantur pro aduentitijs filiorum, & eorum pretijs: quãuis ei non imputetur ſi male illis vſus fuerit, *l. antepen. §. ſi. & l. ſi. vbi antẽ l. pen. §. non autẽ de bon. qua liber. C.* Decimoſexto tacite obligãtur bona prælati vel præpoſiti pro male adminiſtratis Eccleſiæ *can. illud, 12. q. 2. ca. latores. 2. q. 7. c. 1. ex præſentium, de pig.* Decimoſeptimo ſi alicuius bona pro debito alieno eo inſcio obligata ſint, & poſtea is fideiuſſit, tacite videtur ratam habere obligationem: diuerſum autem, ſi poſtquam fideiuſſit, eo inſcio res eius obligentur, *Marcel. in l. Pomponius. §. in quib. cau. pig. vel hypo. tac. contrah. P.* Decimooctauo pro bonis paternis quæ reſtitui debent filiis prioris matrimonij, tranſeunte matre ad ſecundas nuptias, bona propria matris ſunt per legem ſuppoſita hypothecæ, *l. hac edictali, §. omnib. de ſecun. nup. C.*

De pignore conuentionali.

Cap. 9.

Lib. 20. P. tit. 1. Lib. 8. C. tit. 14.

1 *Pignus conuentionale quid.*
2 *Pignus hoc duplex, t. tacitum & expreſſum.*
3 *Pignus expreſſum generale omnium bonorum: & ſpeciale aliquorum.*
4 *Res quæ hypothecæ ſubijci poſſint, & quæ non.*
5 *Pignorari quando poſſint res Eccleſiaſticæ.*
6 *Pignorari non poſſunt homines liberi pro debito.*
7 *Obſides tamen dari poſſunt.*
8 *Seruitutes oppignorari nequeunt vrbanæ, aliæ poſſunt.*
9 *Res alienæ oppignorari nequeunt, niſi conditionaliter, ſi non ſuæ fiant, vel ſi dominus damnum patiatur & permittat obligari.*
10 *Pignorari non debent, nec in pignus iudiciale capi poſſunt res agriculturæ deſtinatæ.*
11 *In generali omnium bonorum hypotheca quæ excepta cenſentur, arma non poſſunt obligari, eod.*
12 *Perſonæ quæ poſſunt hypothecæ nomine obligare, vel in pignus dare.*
13 *Pignus quomodo contrahatur re.*
14 *In pignoris conſtitutione pactum admitti, vt ſi intra tempus debitum non ſit ſolutum, iure emtionis poſſideatur.*
15 *Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus improbatum.*
16 *Pure & ſub conditione pignus conſtitutum omnium, & aliquorum bonorum.*
17 *Finis & rationes conſtitutionis pignoris.*

¶ Conuentionale † pignus, res de qua inter debitorem & creditorem conuenit, vt ſit pro debito obligata. *l.2. quæ res pig. obl. poſſ. C. l. pen. §. 1. & l. contrahitur. 4. de pig. in P.* niſi enim cautũ de hypotheca ſit in obligatione, vel pro cauto habeatur lege, vel tacite, nõ venit hypotheca vel pignus: quemadmodum nec chirographarij creditores, ob ſolam illam obligationem habere dicuntur hypothecam. *l. cum tibi. 10. qui potior. in pig. habe. C.* vt ſupra monuimus, *ſupra c. 6. nu. 12. in forma pignor. iuc. c.* ¶ Diuiditur à † hoc pignus in tacitum, & expreſſum. Tacitum à lege ſubauditur, vel ex eo quod agitur inter contrahentes, vel ex eo quod à iure definitum eſt, vt ſuperiori capite docuimus. ¶ Expreſſum, † verbis contrahentium declaratur, illudque vel generale omnium bonorum, præſentium & futurorum. *l. 1. de pign. P. & l. & quæ nondum. eo. tit. l. ſi. C. quæ res pig. obl. poſſ.* vel ſpeciale aliquorũ, vt tractat. l. ſi. quæ res pign. obl. poſſ. C.

¶ Ideoque † in primis res contemplabimur, quæ in obligationem pignoris ſeu hypothecæ veniunt. Et generaliter affirmatiue omnes res quæ emi vendive poſſunt, pignori & hypothecæ ſubiici poſſunt, *l. ſed & quod ad eas res. 9. de pign. P.* Quod negatiue verum non eſt: nam & res quæ vendi non poſſunt pignori & hypothecæ obligari poſſunt aliquando: & in quorum finibus quis ratione prohibitionis emere prohibetur, non prohibetur pignori accipere *l. in quorum 24. de pig. in f.* quando videlicet prohibitio alienationis aliam cauſſam quam rem ipſam reſpicit, nam ceſſante illa cauſſa ceſſat prohibitio. *c. cum ceſſante, de appe.* Aliter autem, quando prohibitio rem ipſam conſiderat, ſtatuendum eſt: nam tunc prohibitio venditionis ad pignorationem quoque pertinet. *l. ſi. de reb. alien non alien. C.* item ſi prohibitionis cauſſa quæ habet locum in emtione, locum etiam habere poſſit in pignore. *l. non licet, de contrah. emt. P. iuncta l. 1. §. eam rem, quæ res pign. oblig. poſſ. P.* Proinde res quæ à commercio hominum exemtæ ſunt, vendique ideo nequeũt, neque etiam pignorari poſſunt, veluti ſacræ. *l. 1. §. eam rem. & §. ſi. quæ res pig. obli. poſſ. l inter ſtipulantem. §. ſacram. de verb oblig. l. ſancimus. de ſacroſan. eccle § ſacræ. de rer. diu.* Et ex concilio Remenſi cautum, ne quis calicem, pateram, veſtem ſacerdotalem, vel libros eccleſiæ, pignori ſubiicere poſſit laico vel mulieri. *c. 1. de pig. li. 3. Decretal. tit. 21. ca. 6. adam. 10. q. 2.* vt iure ciuili prohibetur oppignoratio rerum eccleſiaſticarum. *l. iubemus. & l. ſancimus. & authen. hoc ius porrectum, C. de ſacroſ. eccle. d. § ſacræ, de rerũ diui.* excepta cauſſa neceſſitatis ipſius perſonæ quæ eccleſiæ præficitur, ob quem poſſunt oppignorari eadem: & redimi debent de fructibus eccleſiæ vel à ſucceſſore in beneficio, vt notant Ioan. And. & Panor. *in c. 1. de pignorib.* vel ab ipſo curione, vel alia eccleſiaſtica perſona quæ oppignorauit, vel ab eius heredibus, ſi ſoluendo ſint, *c. 3. de pig.* Quin & ob vrgentem neceſſitatem pauperum, & adminiſtrorum, & captiuorum, non ſolum pignori dari, ſed etiã vendi poſſunt, *c. aurum, 12. q. 2. l. ſancimus, de ſacr. eccl.* cum perſonæ ſint vaſa Deo ſacra quoque, *2. ad Tim. 2. & ad Ro. 9.* & pretioſiora vaſis inanimatis, *d. l. ſancimus*, templa Spiritus ſancti, *1. ad Cor. 3.* portantes theſaurum in vaſis fictilibus, *2. ad Cor. 4.* Et ita iudicatum ſolemni ſenatuſconſulto, conuocatis in vnum decuriis ſenatus Pariſiis 7. Septemb. 1548. in pignore calicis etiam à monacho dato ſorori ratione mutui centum aureorum, quod abbas, mortuo monacho, qui exuuias monachorum iure percipiebat, non reſtituto mutuo repetere volebat: placuit autem, nõ prius calicem reſtituendum, quam mutuum exſolueretur, *refert Papus, li. 1. Rhapſo. areſto. tit. 1. areſt. 8.*

¶ Et † quia in commercio liberi homines non ſunt, *d. l. inter ſtipulantem, §. ſacram. de ver. obli. P.* neque illos in pignus dari poſſe manifeſtum eſt, vt creditorib. ſeruiant, *c. 2. de pign. l. qui filios, quæ res pign. oblig. poſſ. C. l. ob æs alienum, 12. de actio. C.* & qui ſcienter in pignus eos acceperit, debito cadit, *Authen. imo. C. ae actio.* & relegatur, *l. ſi. quæ res pign obl. poſſ P.* Solon etiam prohibuit apud Athenienſes, ne corpora pro debitis in pignus darentur, ne tandem omnes in ſeruitutem redgerentur, propter improbitatem fœneratorum *Plutarch. in Solone.*

¶ Plura † autem de obligatione carcerum ſupra v. debis explicata c. 6. li. 32. Receptum tamen, obſides dari poſſe pro pignore fidei ſeruandæ. *c. ex reſcrip. c. 9. de iureiur. li. 2. Decret. tit. 24.* ſed illi, non vt ſeruiant, ſed vt liberi detinentur, *ca. expoſita. de arb.* & ſublatum quoque hodie erit quod iure permittitur, ob inopiam & famem poſſe patrem filium diuendere, *l. 1. de patri. qui filios diſtr.* quod extra commercium eius eſt.

¶ Quia † etiam iura ſeruitutum vrbanorum prædiorum non ſunt in bonis, nec extra bona. *l. 1. de vſuf. lega.* oppignorari non poſſunt: tum etiam quia nullius vſus ea poſſint eſſe alij, quam ei qui ædificium habet proximum, ex ea parte qua debetur, qui alius, præter eum cui conſtituta eſt, eſſe non poteſt, *in l. ſi quis bona reip. 11. §. ſi. de pig. P.* In ruſticis autẽ prædiis ſeruitus cõ-

Digitized by Google

ſtituta obligari poterit alteri vicino vtilitatis cauſſa, quia & alij vendi poteſt, *l. ſed an viæ, 12. eod. tit.* quamuis corpus quod debet ſeruitutem, alienum prædium ſit, *l. loci corpus, ſi ſeruit. vendi.* multo magis & vſus, & vſusfructus, *l. & quæ nondum, de pignorib. P. d. l. ſi is qui, §. penult.*

9 ¶Deinc placuit, oppignorari non poſſe res alienas, *l. 1. ſi com. res pignori da. ſit, C. l. quæ prædium, §. ſi aliena res pig. da. ſit. nouella cõſtit. 52, & 134. §. quoniam,* ſi illæ nobis aliquo modo obligatæ non ſint: quippe quia aliena res quæ nobis aliquo modo obligata eſt, dari in pignus ratione eius obligationis per nos aliis poteſt, *l. grege pign. obl. 13. §. 1. de pign. P. l. 1. & 2. ſi pignus pignori datum ſit, C. li. 8. tit. 24 l. tutor §. fi. de pign. act. P.* Si tamen tollatur obligatio eius, qui pignus pignori dedit, & ſoluitur pignus ſecundum reſoluto iure dantis, *l. lex vectigali fundo, de pign. P.* Poſſumus & aliena oppignorare ea lege, ſi noſtra, vel cum noſtra erunt, *l. ſi fundus, 6. §. aliena. de pig.* Quia & quæ nondum ſunt, tamen futura ſunt, poſſunt obligari, vt fœtus & fructus futuri, *l. 1. & l. & quæ nondum, de pig. P. l. ſi, quæ res pigno. obliga. poſſ. C.* quamuis quæ in incerto futura ſunt, vt præmium futuræ victoriæ, ab hac obligatione reiiciãtur, *l. ſpem eorũ, quæ res pigno. obl. poſſ.* Singulare autẽ illud eſt, rem alienam recte hypothecæ nomine teneri, ſi dominus ſciens prudenſq; diſſimulet in fraudẽ alterius, rem non eſſe ſuam, quæ datur in pignus, *l. 2. C. ſi alie. res pign. da. ſit.* Nam & volente, aut ratum habente domino aliena obligantur, *l. aliena, de pign. actio.* expreſſe vel tacite, vt & ſi inſtrumentum alterius obligationis ſcribens, rem ibi ſuam obligatam videns nõ reclamet, *l. fideiuſſ. §. 1. de pignori.*

10 ¶ Porro † res agriculturæ deſtinatæ obligari pignore multis debitoribus nequeunt, vel capi in pignus iudicati, *l. pignorum. & l. antepe. & authen. agricultores, quæ res pign. oblig. neque.* C. quanquã pro penſione prædij ruſtici, quæ inuehuntur in prædium præſente domino, tacite obligata cenſeantur, vtpote priuilegiata cauſſa, *l. certi, C. loca.* vel ſi placuerit pacto conuento, vt etiam agriculturæ cauſſa parata eſſent obligata *l. debitor pactus, de pigno.* Cautum & eſt, non licere fœnerari ſuper terram agricolæ, id eſt, eam in pignus dari non poſſe, *tit. vt nullus mutuans agricolæ teneat eius terram, in Authent. coll. 4. tit. 4. & poſtea tit. 5. nullum credentem agricolæ tenere illius terram.*

11 ¶In † generali omnium bonorum hypotheca quædam nõ veniunt iure, de quibus veriſimile non eſt cogitaſſe debitorem: ideo & debitori relinquuntur libera, ſupellex, veſtis, & alia quæ in vſum habet quotidiana, *l. obligatione generali, l. vel quæ in vſum, & l. denique, de pigno. P. l. 1. C. quæ res pig. obl. poſſ.* Prohibuit quoq; Deus, ne veſtis pauperis in pignus acciperetur, ne retineretur vltra Solis occaſum, *Exodi c. 22.* Non admittunt pignus etiã res litigioſa, *l. 1. § quid ergo, quæ res pigno. oblig. non poſſ. P.* arma ſecundum Suidam, *in verbo enechyron. ſa. l. 3. §. miles, de re mil. P. l. 2. de cap. & poſtlim. reuer.* res propriæ apud dominum, *l. neque pignus, 46. de reg. iur.* nec pro matrimonio contrahẽdo pignus dari poteſt, *Auſperius in additionib. ad deciſio. Capellæ Tholoſanæ, 291. poſt alios quos ibi citat* In ſumma, ſi non ſpeciali prohibitione res remoueantur ab obligatione pignoris, in eam venire poſſe putamus, vel ipſa nomina debitorum, *l. grege. 13. §. ſed poteſt dubitari, de pign.* P. *l. nomen, 4. quæ res pign. obti. poſſ. P.*

12 ¶In † perſonis, & dantes, & quibus datur pignus conſideramus, vt illis id liceat: licebit autem omnibus quib. non eſt prohibitum. Veluti prohibetur non dominis aliena pignori obiicere, vt proxime diximus: niſi ſit procurator, ex mandato domini de pignore conueniens, vel ratam eius cõuentionem habuerit dominus, *l. ſi inter colonum, 21. de pig. in* P. *Vlpia. l. ſolutum, 11. §. ſi. & Caius in l. vel vniuerſorum, 12. de pign. act. li. 13.* P. *tit. 7.* vel vniuerſorum bonorum ſit procurator. Sic tutor ſi lege non refragante dederit rem pupilli pignori, tuendus erit: ſcilicet ſi in rẽ pupilli pecuniam accipiat: idemque eſt in curatore adoleſcentis & furioſi, vt Paulus reſpondit, *in l. tuto. 16. de pig. act. in* P. *idem in l. curator. 3. & 7. ſi aliena res pignor. data ſit. C.* Reſiſtit autem lex pignorationi rerum mobilium eorundem, *l. quæ tutores, C. de adminiſt. tutor. li. 5. tit. 47.* & quibuſdam aliis, *de quib. vide gloſſam in d. l. tutor.* Qui bona quoque reipublicæ adminiſtrat, ſi is mutuã pro ea pecuniam accipiat, poteſt rem eius obligare, *Marcell. in l. ſi is qui. 11. de pig.* P. ſi in rem eius conuerſa pecunia ſit, *l. ciuitas, de reb. cred. P* idipſum pro negotiis eccleſiæ prælato licet in eius bonis, *authẽ. hoc. ius porrectum, C. de ſacroſ. eccl.* Pupillus ſine tutoris auctoritate hypothecam dare non poteſt, *l. 1. quæ res pignori vel hypoth. obligari non poſſ. li. 20. P. ti. 3.* nec cum tutoris auctoritate, ſine decreto, *l. 1. de rebus eorum qui ſub tute. vel cura. ſunt.* P. *l. lex quæ tutores, de admin. tut.* C. Filiusfamilias autem, cui peculij adminiſtratio conceſſa eſt, in vtilitatem quidem peculij res eius obligare poteſt, *l. ſi conuenerit, 18. §. fi. & l. ſeq. de pig. act. P.* non aliter, *l. 1. § 2. quæ res pign. obl. poſſ. in* P. Et filiusfamilias poteſt in cauſſam patris mutuum accipere, ſed eius rem pignori non poteſt obligare: ſi tamen obliget, & ei ſuccedat, non poteſt reuocare, exceptione doli mali ſubmotus, *Vlp. in l. ſed Iulianus, 9. §. 1. ad ſenatuſc. Maced. in P. l. nec ſi maior. 4. & 5. C. ſi alien res pigno. data ſit.* Et in ſumma, nexum non facit prædiorum, niſi perſona quæ iure potuit obligare, per ſeruum autem, *l. ſi ſeruus, quod cum eo, qui in alien. poteſta. C. excipitur, l. ſi conuenerit, 2. §. fi. de pig. act. l. peregre, §. pen. & l. 3. §. quod ſi ſeruus, de acq. poſſ. P. quando ſeruus habeat peculij adminiſtrationem,* aut per procuratorem, *l. fi. C. de acqu. poſſ. l. procuratorum, de procur.* P. colonum, *l. ſi probatum, communi dini. l. per colonum, de agric. & cenſi.* vel actorem, ſeu conductorem, *proxime citata l. fi. de acq. poſſ. C. l. fi. ſi aliena res pign. oblig. ſit,* vllum præiudicium poſſeſſioni, inuito vel inſcio domino, imponi nõ poſſe, & iure & legum auctoritatibus declaratur, vt iiſdem verbis reſcripſere Honorius & Theodoſius Cæſares, *d. l. fi. ſi aliena res pig. data ſit, C. & l. fi. de acq. poſſ. C.* non poteſt etiam mulier res ſuas pro alterius debito pignori ſubiicere, quia iuuatur Velleiano, *l. ſi ſciens, 7. & l. ſeq. ad Velleia. C. lib. 9. ti. 19.* Porro per liberã perſonam pignoris obligatio nobis non acquiritur ſemper iure P. neque plerunque per procuratorem, vel tutorem: & ideo ipſi actione pignoratitia conuenientur, *Vlpia. in l. ſolutum 11. §. per liberam, de pig. act.* P. niſi ceſſiſſent actiones hodie, ex conſtitutione Iuſtiniani, ſicuti per procuratorem mutuantem pecuniã domini quærebatur & quæritur actio domino mutui, ita & pignoratitia & hypothecaria ipſo iure ſine ceſſione, *in l. 2. per quas perſonas nob. acq. li. 4. C. ti. 27.* At pupillo capienti pignus, propter metum pignoratitiæ actionis neceſſaria eſt tutoris auctoritas, vt reſpondit Modeſtinus, *in l. pupillo, 18. de pigno. actio.* P. nec ſi adiectus alius ſolutioni faciendæ, ei pignus dari poteſt, *l. is qui promiſit. 33. de pignor.*

¶Pignus † re contrahitur, rei traditione facta, vel ſine traditione conſenſu, *l. 1. §. credito. & ibi glo. de act. §. fi. quib. mod. re contrah. obl. & ibi glo.* & conuentione pro aliqua obligatione, re obligationi hypothecæ ſuppoſita conſenſu debitoris & creditoris, vel eius qui rem oppignorat inter præſentes, vel abſentes, *l. contrahitur, 4. de pign. P. & l. creditor, 23. eo. tit.* P. *l. 1. de pigno. actio. P.* per literas, *l. pen. §. pen. de pig. P. res hypot. eo. tit.* Ex quibus conuentionale differt à iudiciali, quod non cenſetur conſtitutum, priuſquam poſſeſſio corporalis ſequatur, *l. non eſt, de pign. actio.* dicitur & conuentionale pignus, quod conſtituitur, id eſt, quod ex expreſſa determinatione contrahentium fit, quo nomine & à tacito ſecernitur, *de vtroque, in l. ſi non inducta, 5. C. in quib. cau. pig. vel hypo. tac. contr.* Nihil autem refert in hoc contractu, quibus verbis fiat, ſicuti eſt in illis obligationibus, quæ verbis contrahuntur, neque ſcriptura neceſſaria eſt, niſi ea accedat ad faciliorem geſtæ probationem, *l. 4. de pign. P. l. 4. de fide inſtrum. P. lib. 22. P. tit. 4.* ſi vitioſe tamen vel inutiliter cõtractus pignoris intercedat, retentioni locus non eſt, vel ſi bona creditoris ad fiſcum pertineant, *l. cum vitioſe, 25. de pignor.* 13

¶Admittuntut † in pignoris conſtitutione pacta, quorũ illud inſigne & validum, vt ſi intra certum tempus non ſit ſoluta mutuata pecunia, iure emtionis poſſideat rem hypothecatam tunc iuſto pretio æſtimandam creditor, quo caſu videtur conditionalis eſſe venditio, *Martian. in l. ſi fundus hypothecæ, 16. §. ſi. de pign. P. l. ſi. de contrah. emt.* P. & ita iudicatum à ſenatu Pariſienſi, 19. Maij 1552. *Papus in Rhapſodia arreſtor. li. 11. titul. 3. arreſt. 2.* refert Dio Caſſius, olim more antiquo licitum fuiſſe creditoribus cedere pignora debitorum, & nihilominus petere argento ſibi de ſumma ſatisfieri. Iulium tamen Cæſarem dictatorem, oppignorata in ſolutionem ſtatuiſſe cedere æſtimatione facta, atque iudices qui ea æſtimarent forte deligi, *Dion Caſſius, li. 41.* 14

¶Alexãder † Cæſar quoque hanc ceſſionẽ nihil iuris creditori dare ſupra ius commune ſtatuit, *l. 1. de pact. pign.* C. alioquin nãque pactum legis commiſſoriæ in pignoribus reprobatur, quo cauetur, vt ſi intra certum tempus pecunia debita creditori nõ ſoluatur, pignus creditoris ſit, *l. ſi. de pact. pig. li. 8. C. tit. 35. c. ſignificante, de pigno.* videlicet & adhuc debitum debeatur: alioquin enim iure communi vtimur, vt liceat creditori, debitore ſtato tẽpore non ſoluente, pignus vendere, niſi contrarium cautum ſit, & adhuc ſi cautum ſit, ne liceat: tamen ſi ter denuntiauerit debitori vt ſoluat, poteſt vendere, non autem ante trinam denuntiationem, quia contra pactum vendens, tunc furtum faceret, *Vlpian. in l. ſi conuenerit, de diſtractione, 4. de pign. actio.* P. *§. contra autem quib. alien. licet vel non, ap. Iuſtinian. & vide ibi glo. & in l. ſi. §. 1. de iure dom. impetran.* C. *eo.* 15

¶Poteſt † pure & ſub conditione conſtitui pignus: quomodo pure, patet ſub conditione, etiam de re aliena, ſi debitoris facta fuerit, *Martianus l. ſi fundus, 16. §. aliena res, de pign. P.* Fit & generalis omnium bonorum iis omnibus obligatis, vel ſpecialis aliquarum rerum, *l. 1. & l. obligatione generali de pign. l. qui generaliter, 2. qui potior. P. l. ſi generaliter. C. eo. tit. qui potior.* vt dictum antea. 16

¶Finis † hypothecæ & pignorum duplex eſt, videlicet quod facilius & promptius debitum accipit, qui pignus ſubiicit obligationi, & creditor debitum in tuto ponit, & ſic vtriuſq; gratia fit, *§. ſi. quib. mo. re contra. obli. l. 1. §. creditor. de actio.* Et plus cautionis eſt in rem, quam in perſonam, *l. plus cautionis, de reg. iur. in P.* actio hypothecaria in rem, *Vlpia. in l. pignoris perſecutio. 17. de pigno. P.* quo fit vt creditor qui pignoris cautionem habet, præferatur in debiti repetitione ei, qui habet tantum actionem perſonalem, *l. eos qui. 9. potior. in pig. habean. li. 8. C. tit. 18.* experiturq; aduerſus quoſcunque pignoris detentores, *l. ſi fundus, 16. §. in vindicatione, de pigno.* Et proinde hæc cautio ſolet adhiberi non tantum in mutui debito, ſed in aliis conuentionibus, *l. ſi rem alienam,* 17

Digitized by Google

nan,9.§ non tant um,de pign.actio.& l.res hypothecæ,de pign. Et non tantum res eius, qui principaliter contrahit hypothecæ nomine veniunt,sed & alterius,pro contrahentis nomine, ab alio obligari possunt,*l.res hypothecæ, §.i. de pign.* Et pro quacunque obligatione ciuili,aut naturali:*l.quæstum,14.§.si. de pign.* vel altera illarum conditionali,aut pura,in diem,*d.l.res hypothecæ.* Accedit & obligationi serui,*naturaliter,13.de condict.indeb.*P. mulieris,*l.2.quæ res pign.vel hypothec.obl.non poss.in* P.non autem pro mutuo filiifamilias, nisi is qui hypothecam subiicit eius nomine animo donandi fecerit, sicuti in fideiussore eius responsum est,*d.l.2.quæ res pign.obl.non poss.iunct.l.sed & si pater,§.pen.& si. ad senatusc. Macedon* P.

De Hypothecaria, & Pignoratitia.

Cap. 10.

§.fi.quib.mo.re contra.obl. Lib.13.P.tit.7. Lib.4. C.tit.24.

1 *Actionum quæ pro pignore,aliæ ciuiles,aliæ prætoriæ: ciuilium alia directa, alia contraria, alia vtilis.*
2 *Pignoris interitus cuius periculosi.*
3 *Pactum,vt pignoris interitus liberet debitorem,valet.*
4 *Creditor non facit fructus suos pignoris, sed restituit, vel reputat debitor.*
5 *Contraria ex quibus agat creditor pignoratitia,& 7.*
6 *Creditor antequam hypothecaria agat contra tertios possessores,debet discutere facultates debitoris.*
8 *Vtilis pignoratitia cui & quando detur.*
9 *Prætoriæ actiones pignoratitiæ,Seruiana qualis.*
10 *Quasi Seruiana,& vtilis actio Seruiana, quales.*
11 *Saluianum interdictum quid & quale.*
12 *Interdictum de migrando,directum & vtile.*
13 *Morientibus debitore aut creditore, heredibus pignus obligatum quomodo remaneat.*

1 INter † actiones quæ pro rebus pignoratis competunt, quædã sunt ciuiles,quædam prætoriæ.Actio hypothecaria, directa, contraria,& vtilis est.Directa pignoratitia datur debitori solutione debiti,aut satisfactione alia creditori facta, pro repetitione pignoris,*l.petenti.27.& l.si rem alienam,6.§.omnis, de pignor.actio.*P.*l.pignoris caussa,*10.C.*eo.* Secundo pro damno reparãdo,si pignus deterius factum fuerit redditum,*l.2.& l.creditor qui fundos,6.C.de pigno.actio.l.eleganter,24.§.fi.eo.tit.in P.* Tertio si creditor pignus vendidit,& pretium acceptum debitum excedat, vt reddat superfluum pignoratitio iudicio conuenietur,*d.l.eleganter,24.§.si vendiderit,de pigno. actio.*

2 ¶Quarto † si res interierit,sed distinctio adhibenda est.Nam generaliter exacta diligentia adhibenda est per creditorem in custodienda re oppignorata, quam si adhibuerit, pereunte re casu fortuito,sine culpa eius, securus est,nec tenetur, & nihilominus debitum suum reposcere suo tempore potest,*§.fi.qui.modo re contra.obli.l.4.& l.quæ fortuita,5.& l.si nulla culpa,7.de pig. act. C.* Venitque tantum in hanc actionem dolus & culpa, & custodia,vt in commodato:vis maior non venit,nec alia quã ea quæ diligens paterfamilias in rebus suis curandis præstare solet, *l. si cum venderet,13.§.fi.l.ea igitur,14.de pigno.act.in P.l.sicut vim,C.de pign.* Quia pignus etsi detineatur à creditore,tamen in dominio debitoris remanet,& ideo illi perit,*l.pignus in bonis,8.C. de pign. actio.l.quis sit fugitivus,§.pignori,de ædil.edict.*sicuti & sine dolo & culpa creditoris decrementum accedens domini est,vt & incrementum,*l.si inter.21.§.quicquid, de pig.*

3 ¶Potest †tamen pacto caueri,vt amissio pignorum liberet debitorem,*l.quæ fortuitis,de pig.act.*

4 ¶ Restituitur † itaque pignus hac actione cum fructibus domino,solutione debiti facta,*l.si pignore,22.§. si prædo.de pig. act. P.l.2.C.de partu pig.* vel si debitor velit fructus percepti à creditore computabuntur in sortem principalem. & attenuabũt debitum,*c.cum contra.de pig.l.1.de distractio.pign.li.8. C.tit. 28.l.2. de par.pign.li.8.C.tit.25.l.si dominum,C.de pign.l.cum debitor. in quib. caus.pign.tac.contra.P.l.1.& 2.C.de pign.act.l.rescriptum. §.1.de distract.pign.in 2,l.ex prædiis, C.de vsur.*exceptis fructibus prædiorum,in quorum possessionem missus est creditor ex decreto iudicis,qui non repetuntur,nec reputantur,*l.Fulcinius,§.fi.e. qui. caus.in poss.ea.P.Constantinus Harmenop.li.1.Promt.iur.tit. 3.* Sicuti quando pactum fit in antichresi de lucrandis fructibus vsuratum nomine,quandiu non exsoluetur debitum, *in l. si ea lege,& l.ex prædiis,C.de vsur.l.si is qui bona reip.11.§ 1. de pig.P.& supra c.21.* Quinto,debitor qui spe accipiendæ pecuniæ pignus dedit,si numeratio secuta non fuerit, potest agere pro restitutione actione in rem, *l. 1. & 2.si pignoris conuentionem numerat.secuta non fuerit,li.8.C.ti.33.*

¶ Contraria †hypothecaria agit creditor pluribus quoque de caussis.Primo si debitor quasi soluturus pignus abstulerit, & nõ soluerit:tenetur enim tunc hac actione contraria, & de dolo, & ad exhibendum,& furti, *.3.de pign.act.* P. Secundo & si debitor deceperit creditorem in pignore, agetur contraria, in quã veniet quanti interest non esse deceptum, *l.si in pignore contrahẽdo,55.de fideiuss.*Decipit autem,si pro pignore auri æs dederit. *l.1. §.fi.de pign.act.P.*vel rem alij obligatam sciens,*l.tutor.§.contrariam,de pig.act.P.*Tertio est etiam crimen stellionatus reus,qui alienam rem pignori dedit sciens,prudensque, *d. l.tutor, §.1.l.si quis in pignore,de pig.act.l.fi.de crimi.stellio.*P. & nihilominus hac contraria tenetur:vt si alio modo male in pignore versatus fuerit,*l.si rem alienam,in 1.l.9.de pigno.act.l.cum debitore,32.eo. tit.* P.*l. quæ prædium,C.si aliena res pigno. da.sit.*

¶Quarto † agit hypothecaria creditor pro persecutione pignoris,vt solutionem persequatur,potestque eligere hypothecariam, hoc est,rem obligatam persequi, omissa personali, nisi res obligata ab alio tertio possideatur. Nam tunc debent discuti facultates debitorum antequam ad tertium hypothecæ possessorem perueniatur:siue hypotheca fuerit generalis, siue specialis,*l.persecutione,iuncta Authen.hoc si debitor,C.de pignor. l. Moschis, & ibi glo.de iure fisc.in P.* imo fideiussor debitoris, ante tertium possessorem rei hypothecæ obligatæ conueniendus erit,*glo.in d. Auth.hoc si debitor,in verb.quæsit,* venditæ enim rei pignoratæ ius transit in emtorem,*l.obligatis, 15.de destractio.pig.li. 8.C.tit.88. l.eleganter,24.de pign.act.P.* 6

¶Quinto † si debitor pignus deterius fecit dolo malo,tenebitur quanti interierit creditoris,vt si eluscauerit seruum pignoratum;& sic de similib.*l.seruum,quem quis,27.de pig. P.* Sexto si post distractum pignus,debitor qui precario rogauit, vel conduxit, pignoris possessionem non restituat, contrario iudicio tenetur,*l.si pignore.22.§.si post de pig.act.* Septimo si debitor sciẽter &ignorante creditore furem seruum,pignori dederit,propter furtum aget creditor, pignoratitia videlicet contraria, vt aut damnum restituatur,aut pro noxæ deditione hominem relinquat,*in l.si seruus pignori,31.de pign.act.*P.*l.si seruus communis,63. §.hu etiam,de fur.*P.Octauo si sumtus in rem,vel ob rem pignori datam creditor fecerit,hac actione repeteret, *Pomponius in l. necessarias,8.& Vlpia.in l.si seruus,25.de pig.act.l.creditor,6.C.eo.ti.* Nam & expensæ istæ in summam debiti principalis reducũtur, *l.in summa, 6.de pign.C.* 7

¶Actio † vtilis in quibusdam casibus datur, vt quando res aliena obligatur sciẽti: tunc enim non datur directa vel cõtraria,sed ex æquitate vtilis,*l.1.in prin.de pig.in* P.datur & ei qui rẽ pignori obligatam pignori accepit,*l.grege,§.cum pignori.de pign.* Item contra eum contraria vtilis datur,non ordinaria,qui rem alienam sciens prudensque obligauit,quæ postea eius facta est, *l.cum res si a' en.res pign.dat.sit* C. 8

¶ Prætoriæ † porro seu honorariæ actiones sunt,quæ dantur quoque pro hypothecis,vt primum Seruiana,quæ cõseruat ius domino fundi,& competit pro rebus coloni inductis in fundũ, ex pacto pro pensione obligatis.Seruiana dicta est, *§. item Seruiana,de actio.*quod à Seruio prætore inducta: quæ datur creditori,pignoratitia Seruiana dicta,*d.§.item Seruiana,& l. 3 §.est autem,ad exhiben.li.10. P.tit.4.interdictum,de inter.in Institut. iur. ciuil.Theophili.* ad cuius exemplum quasi Seruiana data est, qua creditores pignora hypothecasque persequuntur, *d.§. item Seruiana.* 9

¶Est † & vtilis actio Seruiana,quæ datur ei qui negotia amici debitoris gerens, & pignora eius citra emtionem pecunia sua liberauit,*l.1.qui mod.pig.vel hypoth.sol.glo.2.inibi.* Oportet autem eum,qui vti Seruiana, vel quasi desiderat, probare rem pertinuisse ad ipsum inquilinum vel colonum datur enim hypothecaria aduersus eum qui possidet,vt actio in rem,*l.si fundus, 16, §.in vindicatione,& l.pignoris,17.de pign.P.* 10

¶Saluianum interdictum aliud est remedium prætorium, si fundi dominus res illatas coloni pro mercede pignori sibi esse pepegisset,quod tantum possessionem respicit nudam: competitque contra tertios possessores ei qui probat colonum, vel inquilinum,cũcta quæ alius possidet dũ agitur,tunc possediſſe, id est,tempore obligationis,aque inuecta fuisse. Hocque interdictum vtile ex mente prætoris,non ex verbis competit quo que pro partu,& fructibus perceptis ex re quam quis sibi obligatam per inuectionem inquilini, vel pacto coloni contendit, *l.1.de Saluiano interdicto,lib.43. P.tit.23.§.adispicendæ,vers.interdictum,de interdict.*In Saluiano interdicto,inquit Vlpianus, si in fundum communem duorum pignora, sunt ab aliquo inuecta, possessor vincet,& erit eis descendendum ad Saluianum interdictum,*l.2.de Saluiano interd.*P. 11

¶Proximum† his est aliud interdictum de migrando, quod directũm & vtile est. Directum competit inquilino aduersus locantem,si soluta pensione vult migrare, vel si per locantem stat quominus soluat,vt eo nomine obligata pignora inuecta, nata,factaue inibi recipiat,*l.1.de migrando,lib.43.P.tit. 31.* Vtile, vt eadem repetat inuecta natave,sed quæ non fuerunt obligata,& tamen retinentur,*d.l.1.de migran.* 12

¶Defuncto † creditore multis relictis heredibus,actio quidẽ personalis inter eos lege duodecim tabularum diuiditur, *l. ea.* 13

Digitized by Google

C. *fami. ercis. l. pacto. C. de pactis, l. 1. C. de except.* pignus vero vnicui que in solidum obligatum est, *l. 1. C. si vnus ex plurib. cred. vel debit. pa-t suam debi. sol. li. 8. tit. 32. l. solutum. §. si creditor, de pig. act. in P. l. vnus. C. de distr. pignor.* Et contra, si debitor decedat, pluribus rei & s heredibus, personalis actio qua tenebatur diuiditur inter ill os, sed hypothecaria quilibet conuenitur, non pro modo singularum rerum, sed in solidum vt vel totum debitum reddat, vel eo quod detinent, cedant, *l. 2. de hered. actic. Cod. l. 2. si vnus ex plurib. credit. &c.* C. *l. heredes, §. an ea. fam. ercis.* P. Qui prædium obligatum à creditore comparauit, si in vacuam possessionem inductus non est, nullam in rem actionem habet neque directam, neque vtilem, *l. qui prædium, 13. de distra. pigno. Cod. l. seruum, de rei vindic.*

De Prioritate hypothecarum, seu de iure πρωτοκτησίας.

Cap. II.

Lib. 20. P. tit. 4. Qui potior. in pig. habeant.
Lib. 8. C. tit. 18.

1 *Hypothecariam habentes, præferuntur non habentibus creditoribus.*
2 *Quis creditorum hypothecam habentium præferatur.*
3 *Mobilia primo creditori occupanti in Gallia cedunt.*
4 *In immobilibus creditores potiores tempore, potiores sunt iure regulariter.*
5 *Videlicet nisi disparitas sit priuilegiorum, idem 6.*
7 *De Fisci & priuati concursu circa prioritatem hypothecæ.*
8 *Princeps & Romana ciuitas iure donantur prælationis.*
9 *Qui ad totius pignoris conseruationem Mutuauit, posterior quamuis, præferur.*
10 *Præferantur & in caussam Pietatis impendentes, vt si in morbum, in funus, &c. impendant.*
11 *Digniori priuilegio fulciti quoque, quorum exempla subiiciuntur.*
12 *Depositarij in repetendis pecuniis, ceteris non priuilegiatis præferendi.*

1 CVm † pignoratitia actione creditor repetat debitum per pignoris vel hypothecæ persecutionem, scire expedit aliquando per viam exsecutionis contra debitorem procedi, captis mobilib. vel immob libus. Qui hypothecariam habet, primum is his præferuntur habentib. solum personalem actione, *l. eos, 9. qui potior. in pig. habeant.* C. & persecutionem rei hypothecæ supposi æ habent, *l. pignoris, 17. de pign. in* P. *l. pignoris, 18.* C. *eo.* &, si non fiat solutio distrahere possunt, *l. 1. & tot. tit. de distra. pign.* P. *& C. eod. tit.*

2 ¶ Verum tamen † si plures creditores sint concurrentes iure hypothecæ vtentes, quis præferatur quæritur. Quare & hic res, & personas quoque, & caussas obligationis distinguere oportet.

¶ Etenim † in mobilibus regula erit generalis, in Gallia trita:
3 bona mobilia, primo creditori occupanti vel capienti cedere. Sic enim in his comparatum est, vt creditor qui primus in suum debitum cœperit, auctoritate publica, præferatur aliis etiã priuilegiatis, vel anteriorem habentibus hypothecam. Galli dicũt, *biens meubles n'ont point de suitte en hypotheque, quand ils sont mis hors la puissance du debteur, de qui estoient leuez & meubles: si non en tant qu'ils seroient de plus grand valeur que la debte du creancier qui les auoit faict prenare, non obstant priorité ou posteriorité d'hypotheque, in consuet. Burgund. §. 3. tit. des rentes vendues à rachapt. Idem consuet. Aluerniæ tit. des executions, artic. 53. du Maine, tit. des prescriptions, artic. 436. Anjou eod. ti. art. 421. Paris, titu. des actions personnelles, & hypo. art. 77. Bourges, titu. d'hypoth art. 2. &c.* quia rerum mobilium vius & abiecta est possessio, & ideo facilius amittitur, & facilius quæritur quam immobilium. *l. si rẽ mobilem, 47. l. peregre. 44. de acq. poss.* Quod verũ etiam arbitratur esse Chassaneus, quamuis expressa hypotheca alteri res mobilis pignori supposita fuisset, *Chassan. in a. §. 3. des rentes vendues à rachapt, versicu. intelligenda.* Excipitur tamen caussa locationis, ratione cuius inuecta mobilia, vt in tacita diximus obligatione, censentur obligata pro mercedem: nam in illis præfertur dominus prædij, si ab alio creditore conductoris capiantur: si modo se obiiciat captioni ante vẽditionem pignorum, nam post eam nullam mouere potest emtori controuersiam, vt ex consuetudine Blesensium apparet, *coustume de Blois, titu. des debtes, personnelles, art. 258. facit l. si eo tempore C. de remi. pign.*

¶ In † immobilibus, si eadem res sit pluribus obligata diuersis
4 temporibus, cui potior est tẽpore, potior est iure: id est, is præfertur in hypotheca & prior debitum ex ea repetit, qui prius sibi hypothecam acquisiuit *l. 2 & 4. & l. diuersis, qui potior. in pig. hab. C. l. 2. & l. potior, 11. cod. P. l. qui balneum, 9. cod. de regu. iuris in 6. qui potior.* Neque interest cuius speciei pignus sit, an fuerit conuentionale, an iudiciale, an prætorium, *l. 2. C. qui potior. Negus in tracta. pign. 2. 2. memb. 5. partis, nu. 6. facit l. si ex iure iudicatũ, 10. in illis verbis, priui legiis temporum qui potio.* P. siue res generaliter, siue specialiter fuerit obligata, *l. 2. & 3. §. 1. qui potior.* P. *l. 2. C. eod.* siue tacite, *Dynus, in c. qui prior, num. 12. de reg. iur. in 6.* & si duobus vel pluribus eodem die fuerit obligata, quisque aget in solidum, vel pro modo debiti, si sufficiat vtrique, *in l. si fundus, 16. §. si duo. de pig.* C.

¶ Verum † tamen hæc regula intelligenda est, cum in aliis quã 5
in tempore creditores pares sunt, tunc enim ea obligatio quę prior tempore est, dat ius potius. Et inspicimus tempus cõuentionis etiam conditionalis, si extra potestatem debitoris est, an debitum contrahatur, vel conditio impleatur, *l. qui balneum. 9. qui potior. in pigno. hab.* P. Hoc explicat Caius, potior, inquit, in pignore qui prius credidit pecuniam, & accepit hypothecam, quamuis cum alio ante conuenerat, vt si ab eo pecuniam accepisset, esset ei res obligata. Contrarium tamen, si sub stipulatione facta, hypotheca data sit: cum enim semel conditio exstitit, perinde habetur ac si illo tempore quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset, *Caius in l. potior. 11. qui potior. idem in l. eo. P. Paulus, l. necessario,* & conditione exsistente refertur hypotheca ad tempus contractus, *§. quod si pendente, in prin. de peric. & commo. rei ven.* P. *l. nec emtio. 8. de contra. emt.* P. *cum sim.* Cur autẽ diuersum in mutuo ratio esse potest, quod mutuum ex genere contractuum est, qui re celebrantur, *l. 1. §. re, de act.* P. *§. 1. quibus mod. re contrah. oblig.* & proinde antequam res interuenerit non videtur contractum, nec obligatio est principalis, ideo nec accessoria hypothecaria, *c. cum principalis, de reg. iur.* Sed & si quis prior sine hypotheca credidit, & post secundum, qui cum hypotheca dedit, hypothecam acceperit, quamuis prior sit in debito, tamẽ posterior in hypotheca est, nisi ante de hypotheca in diem conuenerit, *l. creditor, 12. §. si primus, qui potior.* P. Item si idẽ bis eidem credidit, cum hypotheca ante secundum, & post, in prima pecunia credita potior, in secunda tertius est, *d. l. creditor. §. si idem bis.*

¶ At † extra temporis rationem alia concurrere possunt, ex 6
personis & caussis. quæ suadent potiorem esse, etiam tempore, posteriorem. Veluti ex priuilegio personæ: si ex pupilli pecunia, res alteri obligata iure hypothecæ compararetur, potior est pupillus, etsi tempore posterior, etiam ex tacita hypotheca, *l. idemque, 7. qui potio.* P. Sicuti & mulier pro dotis repetitione præfertur, etsi posterior sit, *l. assiduis, cum auth. seq. C. qui potior. l. 2. §. fi. & l. 3. 4. de priui. cred.* P. vt & abunde explicauimus libro nono, proprio capit. 24. Contra bona tutoris & curatoris, pro eorum administratione, & eorum qui pro tutore se gesserunt, pupillus super ceteros creditores habet priuilegium, quod non trãsmittitur in heredes, *vt ait Vlpia. in l. 4. §. fi. de priuileg. cred.* P. Idem in curatoribus debiliũ, prodigorum, furdorum & aliorum, *de quibus in l. 5. 6. 7. cod. tit.*

¶ De † fisco placuit ceteris paribus, & fiscum, & priuatum, & 7
rempublicam concurrere, & potiorem, priore tempore esse, *l. 1. si pignus, 8. qui potior. in pign. hab.* P. *l. 14. C. qui pot. l. 1. de iure fisc. li. 10. C.* & priuatum ambobus præferri, primum contrahentem cum generali etiam hypotheca, *l. si ignorante, 3. C. de remis. pign. li. 8. tit. 26.* notat tamen Vlpianus, vt si is qui mihi obligauerat quę habet habituruve esset cum fisco contraxerit, fiscum in re postea acquisita potiorem esse ex responso Papiniani, *præcnite enim,* inquit, *caussam pignoris fiscus, l. is qui, 28. de iur. fisc. in P. li. 49. tit. 14.* Intelligimus autem illa verba postea acquisita, referenda esse ad tempus quod secutum est obligationem fisci, non ad tẽpus quod interuenit post obligationem prioris, ante obligationem fisci: nam illa quæ medio illo tempore quæruntur & ante fisci obligationem, priori potius creditori, quam fisco obligata censentur, & is in his præferendus fisco, *l. si. qui potio. in pign. hab.* P. post obligationem autem fisci quæsita, fisco, vt priori censentur obligata, nisi de pœna agat aduersus priuatum fiscus: nam tunc in debito pœnali fiscus postponitur creditoribus, *l. 1. pœnis, fisca. cred. præ. lib. 10. C. titu. 7. Modestinus, l. in summa, 17. Papinian. l. quod placuit, 37. Paulus in l. Statius Florus, 49. §. Cornelio, de iure fisc.* P. Ita priuilegia non ex tempore æstimantur, sed ex caussa, & si eiusdem tituli sint, concurrunt, licet diuersitates temporis in his fuerint, vt respondit Paulus Iurisconsultus *in l. priuilegia, 16. de priuileg. credit. li. 42. tit. 1.* Pœna autem caussam habet odiosam, & creditorum debiti persecutio, suorum repetitionem fauorabilem. Atque fiscus in pœna loco debitoris succedere videtur, ideo nec plus iuris vel bonorum habebit, quam is in cuius locũ succedit, *l. Statius Florus, §. Cornelio, de iure fisc.* P.

¶ Nec † bona dicuntur nisi deducto ære alieno, *l. subsignatum, §.* 8
bona, de verbor. signif. Vtitur priuilegio prælationis princeps, & respublica Romanorum, & illi qui principis locum tenẽt, qualis fiscus, ærarium, quibus ad communem omnium vtilitatẽ hoc indultum singulari iure est. Neque hoc ius dictum πρωτοκτησίας, ciuitatibus aliis quam Romæ competere iudicatum est, contra ciuitates Bithynas & Ponticas, per C. Plinium, ex sententia Traiani Cæsaris, pronuntiauitque vsum in his rebus ac consuetudinem, citra legem totius Reipubl. aut principale beneficium

non

non valere, *Plin. Secundus, li. 10. epist.*

9 ¶Item † posterior ob causſam præfertur, qui ad totius pignoris ipsius conseruationem mutuo dedit vel impendit, *l. interdū, 5. & l. huius enim, 6. qui potio. in pig. P.* vt si in refectionem, *dicta legib. & l. qui in nauem, & l. quod quis, de priuil. credi. P. l. 1. de cessio. bono. P. li. 42. tit. 3.* vel in redemtionem serui, *l. in bello, 12. §. si pignori seruum, de cap. & postl. reuers.* pignorati, vel si propriis pecuniis procurauerit agrum emi, *d. §. his consequens*, videlicet si emēdo sibi nominatim eum obligauit, *l. licet. qui potior.* C. aliter enim statuendum si pactum obligationis non interuenerit, *l. quamuis*, C. *de pigno.* nisi pupilli pecunia sit, ex qua emta res sit, cuius priuilegio res hypothecæ obligata censetur, *Lidemque, qui potio. P.* & qui in causam pietatis impendunt, solent præferri anterioribus creditoribus anteriorem habentibus hypothecam, vt si in morbum, funus, exsequias, crediderint, *Iason & interpretes, in l. si §. in computatione, de iur. deliber.* C. *est textus in l. si quis, 14. §. 1. & l. pen. de religio. & sumt. fune. in l. 2. de priui. cred. P.*

10 ¶ Præferuntur † & inter priuilegiatos qui dignius & potius habent priuilegium.

11 ¶Sicut † mulier pro dotis repetitione præfertur priuilegiatis qui aliis præferuntur, & qui crediderint in refectionem rerum, vel emtionem, & mulieri præfertur qui credidit in emtionem militiæ, *d. §. his consequens, & authen. quo iure, qui potior. C.* & olim fiscus præferebatur mulieri tacitam hypothecam habenti, non autem si expressam habuisset, *l. 2. C. de priuil. fisci.* hodie tamē & cum tacita ea fisco præfertur pro dote, veluti res proprias repetens, *in l. assiduis, qui potior. C.* Excepta causſa primipilari, pro qua non solum bona mariti, qui primipili officium gessit, obligata censentur, sed etiam obligata pro dote, id est, dos data ei ab vxore, *l. satis notum, in quibus causis pignus vel hypoth. tac. contr. lib. 8. C. tit. 15. l. si. de primip. libro duodecimo, C.* & bona filiorum, quāuis heredes patris non exstiterint discussione fideiussorum & nominatorum prius facta, *l. si. eod. tit. de primip. li. 12. C. tit. 63. & d. l. satis notum*, quod vtilitatis publicæ ratio suasit, *l. tertia, de primipi. libro, duodecimo*, C. Si tamen liquido constet res & corpora dotis esse, illæ vt propriæ pro primipilari causſa mariti nō possunt à fisco capi, sed mulieri restituuntur, *l. 1. de iur. fisc.* C. Sic aliud est hypothecam pro repetitione datorum in dotem mulierem amittere, aliud, res proprias mulieris capi pro mariti debito, quod iniquissimum esset. *l. 2. ne vxor pro mari. l. res, C. de dona. inter vir. & vxor.* Præfertur etiam qui credidit pecuniam, vt militia emeretur, quæ emi solet, mulieris hypothecæ quæ datur pro dotis repetitione: alioquin, si eo nomine, vt militia emeretur credita non est, etsi emta fuisset, vxor aut filij defuncti omnibus præponerentur, *l. si. iuncta auth. quod obtinet, pign.* C. nisi ageretur de simili priuilegio dotis, quæ tempore prior, potiori iure vtitur. *d. l. si. §. exceptus, de pignorib.* C.

12 ¶Dehinc † Vlpianus in bonis mensularij vendendis, post priuilegiatos, potiorem causſam eorum esse tradit, qui pecunias apud mensam, fidem publicam secuti deposuerunt, *l. si ventri, 8. §. in bonis, de priuil. cred.* P. Et iterum, quoties foro cedunt nummularij, solet primo haberi ratio depositariorum, hoc est, eorum qui depositas pecunias habuerint (non quas fœnori apud nummularios, vel cum nummulariis, vel per ipsos exerceant) & ante priuilegia. Igitur si bona venierint, depositariorum ratio habetur, dummodo eorum qui postea vsuras acceperunt, ratio nō habeatur, quasi renuntiauerint deposito, *l. si hominem, 7. §. quoties deposit. in P.* Is etiam qui prior tempore passus est, & voluit secundo obligari rem sibi obligatam, efficitur ei posterior: vtpote qui suo iuri censeatur renuntiasse. *l. quæsitum, 14. qui potio. in P.* Et sublata causſa primi, quæ pluribus modis euanescit, locum facit aliis, vt sequenti capite explicandum est.

Quibus modis tollatur vel mutetur hypothecaria seu pignoratitia actio.

Cap. 12.

Lib. 20. P. tit. 6.

1 *Hypotheca tollitur mutata obligatione, solutione, remissione, oblatione, consignationeque.*
2 *Quando qui soluit priori creditori, in locum eius succedere dicatur.*
3 *Tollitur hypotheca oblatione & consignatione debiti integri.*
4 *Hypotheca tollitur, si pecunia credita non est, ob quam facta est.*
5 *Item remissione expressa & tacita.*
6 *Exsting. hypotheca, re acquisita per creditorem, per sententiam, per sacramentum.*
7 *Item abusu pignoris, resoluto iure dantis.*
8 *Resoluto contractu, interitu rei, mutata & nouata obligatione.*

SI † hypothecaria prima obligatio tollatur, aut mutetur, placuit & mutari effectum, & fieri creditores sequentes potiores. Veluti solutione debiti tolli hypothecariam dubium non est, vel si recedatur volente creditore à pignore, *l. 1. quib. mod. pig. vel hypoth. solu. P. l. si rem alienam. 9. §. omnis, de pig. actio. P. l. item liberatur pignus, cum sim. ibi notatis, quib. mod. pig. vel hypoth. sol.* nec tantum solutione debiti, sed etiam eius legitima consignatione & depositione post oblationem, per quæ impeditur ius pignoratitium, ne recte distrahi possit pignus. *l. si priusquam, 8. de distract. pign. C. l. 2. C. debitorem vend. pig. impe. non poss. l. 1. C. de luitio. pign.* C. 1

¶Verumtamen † hic annotandum est, soluentem pecuniam priori & priuilegiato, interdum in locum eius succedere, interdum minime, sed effici secundum priorem. Sic creditor nō succedit in ius prioris, etiamsi ita contractum est, vt antecedens dimitteretur, nisi conuenerit, vt sibi eadem res esset obligata, quando videlicet alius, quam secundus, vel tertius, vel vlterior, soluit pro debitore sine retentione pignoris, *l. 3. quæ res pign. vel hypoth. obl. non pos. P.* quamuis in priuilegium eius personale succedat, *l. 2. de cessio. bono. P.* alioquin si is, qui soluit creditori, primo pro debitore pactum ineat, vt in ius hypothecæ eius succedat præferetur, vt prior, *l. si prior, 13. §. à Titio, qui potior. in pign. hab. P. l. pen. & l. 1. de iu qui in prior. cred. loc. su. C. l. si eum, de priui. fisc. C.* & sine pacto secūdus creditor succedit loco primi, si modo ei soluat pecuniam debitam ante venditionem pignoris, vel eo recusante offerat & deponat. *l. potior, §. si. qui potior. in pig. P. l. 1. C. eo. l. si. C. de his qui in prio. credit. loc. succed.* Verumtamen qui à priore creditore emit rem oppignoratam, ceteris etiam præfertur, veluti in locum eius substitutus & ad priuilegiatos pecunia illius perueniente. *l. si prior creditor, §. simpliciter, qui potior. in pig. P. l. si ventri, 8. §. eorum, de priuil. credit. P. l. 2. de iu qui in prior. credit. loc. suc. C. li. 8. tit. 19. l. si generaliter, 6. qui potior. C.* cessa illi à creditore actione. *in l. 3. & si. de priuil. fisc. C. lb. 7. tit. 75. l. 2. si antiquior credit. pig. vend. li. 8 C. tit 20. l. si Titio, & l. creditor, de pign. l. qui à creditore. C. de dist. pig. l. si in solutum, 6. de act. li. 4. C. tit. 20.* si modo sine dolo & gratia væneat legitime pignus, non aliter. *l. 2. 3. 4. 5. si vend. pign. agat. li. 8. C. tit. 30.* Nec qui emit à creditore antiquiori persecutione hypothecaria aliis tenetur: quamuis creditor, si in solutum pignus acceperit, vel iure venditionis à debitore habuerit, persecutione nihilominus teneatur, ac si debitor aliis eadem res vendidisset: sed ita qui persequitur res obligatas audietur, si quod eidem possessori propter præcedētis contractus auctoritatem debitum est, obtulerit, *l. 1. si antiq. credi. pig. vendider. C.* cum & vendente primo creditore pignus, possit posterior, offerendo & consignando debitum priori, impedire *l. si. C. eo. si antiquior. cred. pig. vena. l. 1. debitorem vend. pign. imp. non poss. C.* venditionem. Receptum etiam est pactum inter creditorem & emtorem, vt si debitor solueret pecuniam pretij emtori, liceret ei recipere rem suam. *l. si cum venderet, 13. de pign. actio. P. l. si creditor, 7. in pri. & §. illud, de distract. pign.* Sicuti potest rescindi venditio pignoris, ex causſa personæ pupilli, vel minoris viginti quinque annis, vel absentiæ reipublicæ causſa, *Marcellus in d. §. illud.* vel si à debitore vendatur contra pactum cum creditore factum ne venderetur. *dict. l. si creditor. §. si. de distract. pign. P.* Quemadmodum autem secundus creditor offerēdo primo, & soluendo, sibi ius hypothecæ facit, *l. cum secundus, §. de distr. pign. P.* & veram emtionem emendo, sic non obstāte emtione, tertius secundo offerre poterit, & debitor ipse, & ita poterit liberare pignus. Quia posterior creditor qui à priore pignus emit, non tam acquirendi dominij, quam seruandi pignoris sui causſa intelligitur pecuniam suam dedisse, *d. l. cum secundus, §. si. & l. cum posterior, 6. de distr. pig. l. 2. qui. mod. pig. vel hypoth. sol. P.* etsi venditione à creditore facta extraneo aliter statuatur, & sic irreuocabilis emtio, paucis exceptis. *l. si creditor, de distr. pign.* vt monuimus. Ergo ex superioribus constat solutione seu satisdatione primum hypothecam tolli. Non idem tamen statuendum in satisdatione, quæ hypothecam non liberat. *l. item liberatur, 6. § si. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. P.* 2

¶Deinceps † tollitur & facta legitime oblatione & consignatione, *l. si priusquam, C. de distract. pign. l. 2. C. debitorem vend. pign. impe. non poss. l. si. C. de luitio. pig.* totius debiti: nam pro parte, siue actiue, siue passiue diuisio pignoris non fit. *l. 1. de luitio. pig. C. l. 1. C. si vnus ex plurib. here. debitor. vel credit. partem suam debit. sol. vel accep. C. l. qui pignori, 19. de pignor. P. l. quamdiu, de distract. pig. C. l. in exsecutione, 8. §. pen. de ver. obli. P.* 3

¶Tertio, † si pecunia non fuerit credita, ob quam pignus obligatur, desinit hypotheca vel ius pignoris. *l. 1. & 2. si pignus cōuent. pecun. numer. seq. non fuer.* 4

¶Quarto † remissione tacita vel expressa: tacita, veluti si præsens creditor nec repugnans, permittat debitorem suum rem pignori obligatam distrahere, *l. 1. 2. 4. 8. C. de remis. pign.* Vel pignori alij date, *l. Lucius Titius, & l. Paul. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. P.* Qui tamen non succedit in locum eius. *d. l. Paulus.* Si reddat chirographum obligationis, *l. creditricem. 7. C. de remiss. pign.* vt nec redeunte postea re alienata in potestatem distrahēdis debitoris, recidat in obligationem pignoris. *l. fin. C. de remiss. pig. l. 4. §. si in vend. tione, quib. mod. pig. vel hypoth. sol. P. l. 5. & 6. ec.* 5

Digitized by Google

tit. nisi aut dolus debitori obiiciatur, *l. sicut, 8. §. superuacuũ, quib. mod. pig. vel hypoth. solut.* P. aut resoluatur venditio, *l. voluntate, 10. cod. tit.* cum tamen diuersum statuendum sit, si inscio creditore debitor rem pignori obligatam alienauerit, tunc enim alienatio pignori non obest. *l. pen. de remiss. pig.* C. Expressa autem pignoris remissio proculdubio creditori remittenti nocet, qui ius habebat, sicuti in aliorum iurium remissionibus recte placuit, *l. 1. de remiss. li. 43. P. tit. 14. l. si quis in conscribendo, C. de pact. & de epis. & cler.* C. neque remittentib. actiones suas, ad easdem datur egressus. *l. si res §. aream, de sol.* P. *l. quaeritur, 14. §. si venditor, de edi. edict. in* P. Item quinto si pignus fiat creditoris, exstinguitur hypotheca. *l. si rem alienam, in 2. de pig. actio. in P.*

6 ¶Sexto † fit absolutio pignoris & per sententiam, & per iuramentum non deberi, si deferatur ab aduersario. *Tryp. in l. si deferente, 13. & l. 5. §. si quib. mod. pig. vel hypoth. sol.* P.

7 ¶Septimo † si creditor abutatur ancilla oppignorata, vel prostituendo, vel aliud turpe agere cogendo. *l. eleganter, 24. §. fin. de pig. act.* Item octauo resoluto iure dantis, resoluitur ius accipientis. *l. 3. & 4. quib. mod. pig. vel hypoth. sol.* P. *l. lex vectigali, de pig. in* P. Et nono, si resoluatur obligatio contractus principalis cui accessit. *l. voluntate, quib. modis pign. vel hypoth. sol.* P. Et decimo, si res intereat. *l sicut, eod. tit.*

¶Vndecimo, † si mutetur obligatio à re in rem, nulla mentione facta hypothecæ, & si fiat nouatio, *l. creditor, 3. qui potior. in pig. hab. in* P. vel à persona in personam, *l. 1. §. si. quibus modis pignus vel hypothec. soluitur.* P. vt si quis mendo à priore creditore, vt paulo ante explicauimus, in ius eius succedat, *l. 1. si antiq. cred. pign. vend.* C. nam tunc soluitur prioris obligatio, & alius succedit, vel si alius quam creditor vendat: vel debitor soluat: vel alius pro eo, non retenta nominatim hypotheca, soluitur eadem. *l. 2. 3. & fi. de his qui in prior. cred. loc. succ. l. 1. quib. mod. pign. vel hypoth. sol.* P. 8

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS

LIBER XXIIII.

De Stipulationibus.

Cap. 1.

Lib. 3. Inst. tit. 16. Lib. 45. P. tit. 1. Lib. 8. C. tit. 38.

1 *Oratio imago mentis, vnde consensus certior significatio & obligatio.*
2 *Sponsio quid, & ab sponte dicta.*
3 *Stipulatio quare verborum dicta obligatio, quid stipes, stipendiare.*
4 *Stipulationis definitio: & num contractus.*
5 *Stipulationum diuisio, in conuentionales, & non conuentionales.*
6 *Rursus non conuentionales, praetoriae, iudiciales, communes, & quae.*
7 *Praetoriae iudiciales, iudicatum solui, rem ratam haberi, &c.*
8 *Procurator ad lites quando satisdare tenetur, & quid satisdatio.*
9 *De satisdationibus iudicialibus.*
10 *Cautiones stipulationes quae.*
11 *Communes quae.*
12 *Duplae stipulationes & edilitiae.*
13 *Communia praetoriis stipulationibus.*
14 *Stipulationum conuentionalium subdiuisio, in principales & accessorias: & quae sint, quidque in illis considerandum, resque primum quae in stipulationem veniunt.*
15 *Res stipulata quid producat, si in commercio non sit.*
16 *Stipulari non possunt res propriae, possunt facta, sed possibilia, nec turpia.*
17 *Consensus in re stipulata adesse debet.*
18 *Personae quae idoneae sunt stipulandi, &* 20.
19 *Stipulatio iuris ciuilis est.*
20 *Alteri facta stipulatio, quando valet etiam absenti. iung. 26.*
21 *Reus stipulandi, & reus promittendi quis dicatur.*
22 *Stipulandi quae formae inter absentes, per epistolam, nutu, sed vtroque loquente, & praesente in continenti fiat.*
23 *Verborum stipulandi antiquae formulae, illaeque sublatae.*
24 *Stipulatio quando, & in quibus pro facta suppletur.*
25 *Stipulationum vtilitas.*
26 *Stipulatio absenti an fiat.*
27 *Stipulationes transeunt in heredes.*
28 *Stipulationum duo fines, ad dandum, aut faciendum, aut vtrumque: vnde stipulationum alia diuisio, in dando, & faciendo consistentium.*
29 *Agere, facere, gerere, differunt.*
30 *Verborum obligatio habet actionem praestationis fidei, quare.*
31 *Stipulationes sua natura sunt omnes cautionales.*

1 ORATIO † mentis & animi cuiusque, vt ait Dionysius Halicarnassæus, est oratio, *in praefat. histor.* Et Aristoteles, ἐστὶ μὲν οὖν αὐτὰ τὰ ἐν τῇ φωνῇ σημεῖα τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα, καὶ τὰ γραφόμενα τῶν ἐν τῇ φωνῇ. Sunt igitur voces, eorum quae in anima sunt symbola: & scripta, eorum quae in voce. Et proinde ex verbis consensus indicium certius habitum est, quam ex rei interuentu, cum homo animal sit λογικὸν, quod Græcis & rationale & loquens dicitur: quare & D. Basilius ait, ἐνυπόστατον ἔχειν τὸν λόγον, *indicium quod vtamur, orationem esse vtrum. D. Basilius epist. 176.* Traditque idem auctor, sermonem seu locutionem Deum hominibus largitum, propter conseruationem communionis societatis humanæ, & ad communicationem secretorum mentis, quæ alius nisi eo modo cognoscere queat, *idem D. Basil. in homil. ad illa verba, Moses attendet tibi.* neq; quicquam aliud voluisse præsumitur, quam dixerit: nec dixisse, quam quod prius mente agitauerit. *l. in ambiguis, de rebus dub. in P. l. Labeo, de supell. legat.* Et cum in verbis nulla est ambiguitas, frustra voluntatis quæstio mouetur. *l. ille aut ille, & l. non aliter, de legat. 3.* Si igitur quis verbis promiserit, placuit inde, veluti ex consensu expresso nasci obligationem. Et cornu bos capitur, verbis ligatur homo: aut vt alij notant,

Verba ligant homines, taurorum cornua funes. gloss. in §. 1. de oblig.

Concipiuntur autem verba eo modo, quo mens obstringendi constet, quibus de voluntate sua propria sponte testantur contrahentes, vt certum quid libere constituant.

2 ¶Hoc † enim verbum sponsionis auctore Varrone, significat: *Despondisse*, inquit, *Varro 5. de ling. Lat. cui filiam dicebatur, quod de sponte eius, id est, voluntate exierat.* Et postea, *Sic despondisse animum quoque dicitur, vt despondisse filiam, quod suae sponti statuerat finem.* à qua sponte dicere, consspondere quoque dixerunt, cum à sponte responderetur, id est, ad voluntatem rogantis. *§. 1. de ver. oblig.*

3 ¶Verborum † obligationem, stipulationem dicimus, quod stipulum apud veteres firmum appellabatur, forte ab stipite: non vt voluit Varro, ab stipe, pecunia scilicet quam stipulari solemus; *Varr. 4. de ling. Lat.* quamuis secundum eundem, qui pecuniam alligat, stipulari & restipulari dicatur, & inde stipendia, quod æs antiqui stipem dicerent, ab stipando, id est, componendo, quo minus loci contineret pecunia. Est & sponsio stipulatio, iuxta Varronem, à voluntario & sponte, vnde & spondere & respondere, cum ad voluntatem rogantis dicitur & spondetur, id est, inquit, respondetur, *Varro in 5. de ling. Lat.* quod & probant iura. *l. 2. de sponsa.* P. *l. sponsio appellatur, de verb. signif.*

4 ¶Stipulatio † est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum, facturumve se id quod interrogatus est, respondet. *l. 5. §. stipulatio, de verb. obl. l. 1. §. verbis, & l. obligamur aut re, de actio. §. 1. de verb. obl.* Stipulor secundum Priscianum idem quod interrogo, *glossa in §. praterea, in verbo stipulatus, quib. mod. tol. obli.* P. atque inde stipulatus, interrogans: in finitione non memini contractus, cum omnis stipulatio contractus non sit nisi conuentionalis, & potius refertur ad actum: vt quod sine verbis sit ad gestum: & ad contractum συναλλαγμα, *l. si non sortem, 26. §. si decem, de vsur. in P.*

5 ¶Stipulationum † aliæ conuentionales sunt, aliæ non conuentionales, *l. stipulationum alia, 5. §. conuentionales, de ver. obl.* P. Conuentionales vocat Pomponius, quæ ex conuentione reorum fiunt: quarum totidem genera sunt, quot pene dixerim rerum contrahendarum. Nam & ipsæ ex verborum obligatione fiunt,

& pen-

Digitized by Google

& pendẽte ex negotio contracto. *l. Labeo, 29. de verb. sig. in P.* Iustinianus conuentionales dicit, quæ ex conuentione vtriusque partis cõcipiuntur, hoc est, neque iussu iudicis, neque iussu prætoris. *§. conuentionales, de diuis. stipulat. ap. Iustin. li. 3. tit. 19.* Sic liberæ sunt conuentionalium formulæ, quia contrahentibus pactum temperare pro arbitrio liberum est, *l. 1. §. si conueniat, depos. P. l. in conuentionali lib. 52. de verb. obli.* cum diuersum sit in prætoriis, ex quibus nihil immutandum est. *d. l. in conuentionalibus, & l. nec ex prætorio, de reg. iur. in P.*

6 ¶Non † cõuentionales sunt, aut duntaxat iudiciales, aut prætoriæ, aut communes. *d. l. 5. de verb. oblig. P. §. 1. de diuis. stipul.* Prætoriæ rursum, aut iudiciales, aut cautionales, aut communes *l. 1. de præt. stipul. 46. P. tit. 5.* Iudiciales sunt duntaxat, quæ à mero iudicis officio proficiscuntur. *d. l. 5. §. iudiciales, de verb. oblig. & §. 1. vers. iudiciales, ac diuis. stipulationum.* Prætoriæ quæ à mero prætoris officio proficiscuntur. *d. l. 5. §. prætoria, & in §. prætoriæ, de diuis. stipu.* Inter iudiciales sunt, *d. §. 1. de diuis. stipulat.* de dolo cautio, *l. §. 1. & §. iudiciales, l. 5. exempl. sub l. creditor, de pign. actio. P.* de persequendo seruo, qui in fuga est, & de eius restituendo pretio. *d. §. 1. & l. si. cum exceptione, §. quod si homo, l. redhibere, §. si. de ædil. edict. P.*

7 ¶Differunt † autem in pluribus iudiciales quæ prætoriæ non sunt, à prætoriis, quod prætoriæ ex prætoris auctoritate seu edicto proponantur, & possint sine iudicio præcedente peti. Iudiciales porro, ex aliorum quam prætorum auctoritate, puta, Cæsarum vel aliorum nomothetarum, habent definitam naturam ob iudicia iam cœpta per consequentiam præstanda. *notat gloss. in §. prætoria, ad verbum veniunt, de diuis. stipulationum.* Habent tamen prætoriæ & suas iudiciales, quæ propter iudicium interponuntur, quales ratum iudicium haberi, *l. 1. §. iudiciales, de præt. stipula. P. tot. titul. rem ratam haber. libr. 46. P. tit. 8.* iudicatum solui *d. §. iudiciales, & tot. titul. iudic. sol. lib. 46. P. tit. 7.* de operis noui nuntiatione, de opere demoliendo, si iudicatum sit. *l. stipulatio, de operis noui nuntiat. in P.* Per iudicatum solui stipulationem olim quis antequam litem contestaretur, tria promittebat. Primum quid defenderet, quod dolus abesset, quod iudicatum solueret. Atque qui suo vel alieno nomine conueniebatur, hac stipulatione cauebat: & si alieno, adhuc, ratum habiturum dominum. At hodie qui nomine suo agit vel defendit, nullam satisdationem pro re reddenda, an pro litis æstimatione præstat, sed pro sua tantum persona, quod in iudicio permaneat, cum iureiurando, vocantque hanc cautionem iuratoriam, *§. 1. & §. sed hodie, de satisdatio. apud Iustinian. libr. 4. Instit. tit. 11.*

8 ¶Alienæ † autem litis defensor siue procurator, siue alius, non nisi cum satisdatione & stipulatione idoneus est: ideo promittere debet iudicatum solui, vel defendere, vel in iudicio, vel extra, eaque stipulatione se & heredes obstringit. *§. sin autem per procuratorem, & §. seq. eod. titul. de satisdationib.* Et si non doceat procurator de mandato, de rato quoque cauere debet, per titul. rem ratam haberi, P. Nisi apud acta datus sit: quia tunc non de rato, sed tantum de defendendo cauere debet. *l. 1. C. de satisdat.*

9 ¶ Satisdare † porro nihil aliud est, quam quando aduersario, pro eo quod à nobis petit, ita cauemus, vt eum secum reddamus, *l. 1. qui satisdar. cogant. in P.* Quo titulo & traditum de satisdatione iudicio sisti, iudicatum solui, & quæ personæ satisdent, vt quæ per se iudicio interesse nequeunt, condemnationis subeundæ causa: tractatur autem de effectu cautionum iudicij sistendi causa factarum, *titul. si quis caution. & in eius l. 2.* de impedimentis legitimis quæ committi stipulationem non sinunt. Sicut & in toto titulo, de eo per quem fact. erit.

10 ¶Cautionales † stipulationes prætoriæ, quamuis omnes dici possint generaliter, quod per eas omnes nobis prospicimus & caueamus. tamen singulariter illæ huiusmodi dicuntur, quæ ad instar actionis nobis caueri prospiciunt: vt quæ nouando robur debito addunt, qualis est stipulatio de legato præstando, rem ratam haberi, de damno infecto. *in l. 1. §. cautionales, de præt. stipulat. P.*

11 ¶Communes † sunt quæ & à prætoris auctoritate nullo præcedente iudicio, vel eo intercedente ex iudicis alterius officio, si expedire illi videatur, interponi possunt: qualis, rem ratam haberi, & rem pupilli saluam fore, *§. final. de diuis. stip. ap. Iustin. l. 1. §. communes, de prætor. stip. P. l. 5. §. communes, de verb. obl. P.*

12 ¶Addit † Pomponius stipulationem duplæ, quæ & à iudice, & ab ædilitio edicto venit, *d. l. 5. §. communes, l. emtori, de euict. in P.* ædilitiæ namque stipulationes, iuris prætorij censentur. *§. prætoriæ, de diuis. stip. §. proponebant, de iur. nat.*

13 ¶Commune † prætoriis stipulationibus vt satisdetur, Paul. *l. 3. de præt. stip.* id est, dentur fideiussores, non pignora, *l. prætoriæ stipulationes, l. 7. eod. tit.* & procurator per eas quærat domino, *l. in omnib. 5. eod.* pœnaque illis inferri, *l. in omnib. 6. eod.* possit, & repeti possint, siue culpa stipulatoris, cautum esse desinat. *l. prætoriæ autem, 4. eod. P.* Sunt aliæ diuisiones stipulationum, de quibus in actione earum postea.

¶ Alia † diuisio stipulationum conuentionalium, vt aliæ fiant per se principaliter, aliæ sint cum aliis. Principaliter fiunt, quæ sine alio contractu fiunt: aliæ ad alios contractus referuntur, vt fideiussio, expromissio, adpromissio, constitutum, adicitur & pollicitatio. In omnibus, cuiuscunque sint speciei, res contemplabimur, quæ in stipulationem veniunt, personas stipulantium, quid geritur, seu formulam contrahendi vel stipulandi, & reliqua quæ in aliis contractibus. Res omnes quæ dominio nostro subiiciuntur, siue mobiles, siue soli sint, in stipulationem deduci possunt. Sicuti contra, quæ non sunt in commercio nostro, excluduntur, *§. 1. de inuti. stip.* vt sacræ, religiosæ, liber homo, &c. *l. inter stipulantem, §. sacram, de verb. oblig. §. idem iuris, de inutil. stip.* 14

¶. Si † tamen res in commercio promittentis non est, sed tamen in alterius, & in suo etiam aliquo modo esse possit recte stipulationem admittet, *l. multum interest, 34. de verb. obl. P.* nam etsi præstare non possit facto alienam rem stipulator, nihilominus tenetur ad id quod interest, *l. mortuo bouc, §. Labeo, de leg. 2.* Item erit inutilis stipulatio, si quis stipuletur dari vel fieri, quod natura non concedit, vel si lex fieri prohibeat, idque habeat perpetuam prohibitionis causam. *l. si stipuler. 35. de verb. obig.* 15

¶ Res † suas nemo stipulari dari sibi non potest, nisi in eum casum quo res sua esse desinere potest. *l. nemo rem suam, in 1. & 2. & l. si rem meam, de verb. obl. §. item nemo, de inut. stip.* Quia scilicet dari cuiquam id intelligitur. quod ita datur vt eius fiat: nec res quæ iam domini est, magis eius fieri potest, *§. sic itaque discretis, de acti. l. 3. §. ex plurimis, de acquir. possess. §. sed etsi rem legatarij, de leg.* quamuis recte rem suam sibi tradi stipuletur seu restitui. *l. nemo, in 1. respons. de verb. oblig.* In stipulationem veniunt & facta, *§. fin. de verb. oblig. l. 1. eo. tit. P.* non tamen facta impossibilia, iure, aut natura, *l. si stipuler. l. generaliter, l. veluti, de verb. oblig. P.* potissimum si impossibile affirmatiuè concipiatur, vt si cœlum digito tetigeris. Quia si negatiue, nõ vitiatur stipulatio: vt si digito cœlũ nõ tetigeris. *l. impossibilis, & l. si homo mortuus, de verb. obliga. P. l. impossibilium, de regul. iur.* Turpis itaque causa, vt iure impossibilis, *l. filium qui, de condit. inst. P. §. item contra, de inutil. stipul.* & contra bonos mores, stipulatione non re comprehenderetur: veluti si de futura sit successione. *l. stipulatio hoc modo, de verb. oblig. l. ex eo, de inutilib. stip. C.* Et iure submota est Octacilia Lateranensis, quæ commertium libidinis habebat cum Visellio Varrone, à petitione trecentum millium nummũm, quos stipulata erat, & spoponderat Caius Visellius Varro, dum graui morbo laborabat, sed eo consilio & animo, vt si quid humanitus ei contigisset, tum à suis heredibus Octacilia peteret, velut genus aliquod legati, ita sub titulo creditæ pecuniæ tecta inhonesta liberalitate, *Valer. Maximus lib. 8. c. 2.* Consentire autem debent, qui contrahunt de re seu materia, cuius error & dissensus vitiat stipulationem. *§. si de alia, de inut. stipul.* 16

¶Personæ, † quæ huic stipulationi idoneæ, illæ erunt quæ paciscí libere possunt, si modo loqui possint, & nisi expresse prohibeantur. Et proinde excipimus mutos, surdos. *§. mutum, de inutilib. stipul. l. 1. de ver. oblig. §. fi. de act. P.* furiosos, *§. furiosus, de inutil. stip. l. si à reo, 70. §. 3. de fideiuss. P. l. in negotiis, §. l. furiosi, 40. de regul. iur.* Neque enim verba obligant, nisi adsit voluntas obligandi, *l. omnes, 10. de contrah. stipul. C. & in l. non solum, 31. de actio. P.* quæ nulla inest furiosis *l. furiosi, 40. de reg. iur. l. 2. §. 2. de in. co. P.* ita & infans reiicitur ab stipulatione. *§. pupillus, vers. nam quod diximus, de inuti. stip.* 17

¶Pupillus † autem sine auctoritate tutoris non obligatur stipulatione, alios tamen sibi obligat. *l. in tutelæ, & l. si pupillus, de verb. oblig. l. final. §. 1. Cod. de inutil. stip. lib. 8. tit. 39.* Pubes tamen sine curatoris auctoritate obligatur ex stipulatu, *l. puberes, 101. de verb. oblig. l. neque tutorib. l. 7. de contrah. & com. stip. C.* quamuis & huic si læsus sit per restitutionem subueniatur. *l. si curatorem, de in integ. rest.* Sic cui bonis interdictum est stipulando sibi acquirit, aliis non obligatur. *l. in cui bonis, 6. de verb. oblig.* At qui in aliena potestate sunt, vt serui, suo nomine recte sibi non stipulantur, quæ iuris sunt, sed quæ facti. *l. stipulatio ista habere licere, 38. §. ij qui sunt, de verb. oblig. §. 1. de stip. seruor.* 18

Exstant tituli de stipulatione seruorum, *li. 45. P. tit. 3. & lib. 3. Instit. iur. ciuil. tit. 17.* qui hac de re plenius docere possunt: stipulatio quippe iuris ciuilis est, *§. const. de act. l. fin. de duob. reis. P. l. si debitori, 47. de fideiussor.* cuius incapaces sunt serui, *l. quod attinet. de reg. iur.* Filiusfamilias si pupillus, nec cum patris auctoritate obligatur: si impubes cum eo recte stipulatur sibi. *l. fi. §. 1. de verb. oblig.* at sine patre recte stipulatur cum patri acquirat, & seruus domino. *d. l. stipul. ista, §. 1. qui.*

¶Estque † hic casus, quo licet alteri stipulari, videlicet ei cuius iuris qui subiectus est, non alij nisi nostra interest, *l. stipulatio ista, §. alteri. de ver. oblig. §. alteri, & §. si quis alteri, §. si quis alium, de inut. stip. l. 38. C. eod. titul.* vel procuratorio, *l. si procuratori præsenti, de verb. oblig. P.* nomine, vel nobis subditis fiat. *l. 2. de contrah.* & 19

Digitized by Google

com. stip. Cod. l. final. C. de inut. stipul. Iure tamen canonico valet stipulatio in alterius fauorem facta, potissimum si adiiciatur iuramentum *glo. in c. quoties, in 1. in verbo, part. 1. q. 7. arg. c. iuramenti, 22. q. 5. l. 1. de constituta pecunia.* Soletque hodie stipulatio alteri absenti facta valere, propter sponsionem & acceptationem, quam tabellio vel alius absentis nomine facit. Inutilis porro illa stipulatio, si vel ab eo stipuleris qui tuo iuri subiectus est, vel si is à te stipuletur. *§. item inutilis, de inutil. stipul. l. de contrab. emt. Cod.* Filiusfamilias maior recte aliis stipulatur & obligatur, *l. cum filiusfamilias, 49. & l. si seruus, 141. §. 1. de verb. oblig. §. item inutilis, de inutil. stipul. l. si quis, 44. de pecul.* nisi quatenus facessit Senatusc. Macedonianum. *l. 1. ad Senatusconsc. Macedon.*

21 ¶ Qui † stipulatur reus stipulandi dicitur: qui promittit, reus promittendi habetur, vt notat Modestinus, *l. 1. de duobus reis, lib. 45. P. titul. 2.* & vnus, & duo, & plures rei promittendi & stipulandi esse possunt, *l. 3. 4. de duobus reis, l. nemo, 5. eodem.* Reus à re dicitur, dum de re eius agitur, *c. forus, de verborum significationib. Cicero 2. de Orator.* Plurium autem cum res stipulando & promittendo agatur illi & rei promittendi & stipulandi dicentur, *l. duos reos, in princip. & §. 1. de duobus reis, l. si ex duobus, l. 12. eod.* si plures simul interrogent, simulque plures promittant: quamuis sit disparitas modi promittendi, vt si alter pure, alter cum conditione promiserit, *l. ex duobus, l. 7. eod.* vel quamuis adsit disparitas locorum, *l. eandem rem, 9. §. final. eodem titul.* vel personarum, *l. si ex duobus, l. 12. §. si à Titio, eodem titul.* & quamuis alius sit contractus quam stipulationis, cum in aliis quoque constitui possint duo rei vel plures, vt in emtione, venditione, dispositio, commodato, locatione, *l. eandem rem, 9. eod. l. item quæritur, §. duob. & l. cum apparebit, loca. P. l. si duo, de constitut. pecunia.* P. disparitas tamen rei debitæ vel caussæ debendi duorum reorum constitutionem. *l. si id quod, l. 15. de duobus reis, P.*

22 ¶ Forma † substantialis stipulationis habet expressionem serio factam consensus, *l. Varro, 5. de ling. Latin.* per verba vtriusque contrahentium, *l. 3. §. final. de actio. P. l. non solum, 30. eodem titul.* & vtroque loquente, præsente, & vocem intelligente, *l. 1. de verbor. obligationib.* metu & dolo non interuenientibus, *l. si quidem, 9. de contrab. stipulat. Cod. l. dolo, ca. de inutil. stipulat.* interrogatione præcedente, & ratione subsequente, quæ interrogationi conueniat, *l. item inutilis, & §. præterea, de inutil. stipulat. l. 1. §. si quis simpliciter, de verborum obligation. §. 1. de verbor. obligat.* vnico contextu fiat, non diuertentibus contrahentibus ad extraneos actus, nec aliis interuenientibus negotiis mediis, nisi exigua quædam obiter interponantur modico interuallo, quæ non nocent. *dict. l. 1. in princip. & §. qui præsens, & l. qua extrinsecus, & l. continuus, l. 137. de verborum obligat.* Nec modicum tempus interrumpit continuitatem stipulationis, quemadmodum longius interuallum, *l. duos reos, §. duo rei, de duob. reis. P. l. si ex duobus, eodem titul.* sicuti in aliis, in quibus forma ex vnico contextu pendet, & diuidi non potest. *l. heredes palam, 11. §. vnic. de testam. P.* Inter absentes autem fieri non potest: quia se illi mutuo exaudire non possunt, neque idcirco per epistolam, vel literas. *l. 3. Cod. de inutil. stipulat. §. item verbo. eod. apud Iustinia. l. 1. de verbor. obliga. l. his verbis, de duobus reis,* vel nutu, *l. 1. §. si quis ita, de verb. oblig.*

23 ¶ Verba † solemnia olim erant, quibus concipiebantur stipulationes, spondes? spondeo: promittes? promitto: fideiubes? fideiubeo: fide promittis? fide promitto: dabis? dabo: facies? faciam. *§. in hac re, de verbor. obligat.* Erat & alia formula promittendi, proba dari, *l. lecta, si certum petat. P. l. si ita, 126. §. 1. de verbor. obligat.* apud Varronem, *libr. 2. de re rustic. c. 2.* & alia prisca formula de qua his agit verbis, cum de quibus mercandis tractat. De reliquo, antiqua fere formula vtuntur: cum emtor dixit tanti sint mihi emtæ? & ille respondit, sunt, & expromisit nummos: Emtor stipulatur prisca forma sic, illasce oues, qua de re agitur sanas recte esse vt pecus ouillum, quod recte sanum est, extra luscam, surdam, minam, id est, ventre glabro: neque de pecore morboso esse, habereque licere, hæc sic recte fieri spondes? Hodie verborum formulæ sublatæ sunt, lege Leonis, quæ tantum sensum & consonantem verborum intellectum ab vtraque parte solum desiderat, quibuscunque verbis expressus sit, *§. in hac re, de verb. oblig. l. omnes stipulationes, 10. Cod. de contrab. & commit. stipul.* siue Latinis aut Græcis, aut quibuscunque aliis, dummodo à contrahentibus intelligatur quid dicatur siue per se, siue per interpretem, *in l. 1. §. fi. de verb. obliga. P. §. vtrum, eod. tit. apud Iustin. l. Græce, de fideiussor. in P.* Liberumque est interroganti verba stipulationis ex arbitrio componere. Ideo verba si dubia sunt, contra eum, vt qui potuerit componere & dictare, interpretantur auctore Celso. *l. quicquid astringendæ, de verb. oblig.* Sic apud Plautum, *in Pseudolo.* Bal. *Rogato obsecro, hercle gestio promittere.* Sim. *Nullum periculum est, quod sciam stipulari vt concepisti verba. Viginti minæ dabin'?* Bal. *dabuntur.* Fiunt itaque stipulationes ex mente contrahentium, pure, in diem, sub conditione, sub modo, cum accessione personarum & rerum. *§. omnis stipulatio, de verb. oblig. l. obligationum fere, de actio. P.* Imo si quis interrogatus num spondeat, & respondeat, quod vis faciam verbis obligatus censetur, *l. blanditus, C. de fideiussor.* adiicitur & pœna aliquando, & plerumque sine pœna, *l. cum quid, de verb. oblig.* fiunt stipulationes.

¶ Ceterum † ignorandum non est, ex legis auctoritate in 24
liquibus stipulationem fingi interuenisse, si omissa fuerit, & hæc fit sine verbis: vel melius verba supplentur, dum effectum stipulationis, perinde ac si interposita esset, lex indulget, vel præsumit. Estque tacita stipulatio, qualis intelligitur in dotis datione, de ea restituenda, *l. vnic. Cod. de rei vxor. action.* & in arrogatione, de bonis arrogati post eius mortem restituendis, *l. non enim aliter, & l. his verbis, de adopt. in P.* & in caussa fideiussorum tutorum, qui nomina sua in acta redigi passi sunt. *l. cum ostendimus, 4. §. 1. de fideiussor. tut. in P.* Præsumit & lex stipulationem vere interuenisse, si instrumentum de ea compositum id referat, *l. optimam, 14. de contra. & commi. stipulat. Cod. l. 1. Cod. eodem.* item si quis literis se præstaturum cauerit, id est, promiserit, si inter præsentes actum est, intelligi vult lex verba præcessisse stipulationis, *l. Titia, 134. §. idem respondit, in 2. de verb. oblig. P.* & omnia præsumuntur solemniter acta, si de contrario non constat. *l. sciendum, de verb. obli. l. ex hac, de dolo, in P.*

¶ Vtilitas † huius stipulationis, stipulantis est, si is qui stipu- 25
latur sibi qu ærere possit: sin minus, domini, si per seruum, *l. 1. de stipulat. seruor. l. §. si. eo. tit. ap. Iustin.* & patris. si per filiumfamilias fiat. *l. si. de inut. stip. C.* Pater stipulando filio qui est in sua potestate, sibi stipulari videtur. *l. 2. C. de contrab. stipul.* Qui stipulatur cum morietur, sibi & heredi stipulari videtur. *l. 4. de contrab. stip. C. l. si. C. eod.*

¶ Si † sibi & alteri quis stipuletur absenti iure ciuili, in perso- 26
na absentis est stipulatio inutilis, pro parte autem stipulantis valet: & in totum si sua interfit, *l. si mihi & Titio, & l. cum qui ita, de verb. obli. §. quod si quis sibi, ac inut. stip.* vt si stipulando pecuniam suam crediderit, *l. inter stipulantem, §. alteri. de verb. oblig. l. 3. C. de inut. stipul.* habetur namque rario tunc contractus bonæfidei mutui, in quo vt in similibus adiectio personæ alterius non obest quin ex integro quæratur contrahenti. *L. 3. C. de contrab. stip. l. si. C. de inuti. stip.*

¶ Transit † & omnis stipulatio quæ in dando vel in faciendo, 27
vel in vtroque consistit. *l. fundus, de contrab. emt. P.* in heredes, siue heredum specialis mentio fiat, siue non, cum factum per alios quam contrahentes impleri possit. *l. veteris iuris, 13. C. de contrab. stipu.*

¶ Porro † stipulationes duos fines habent, vt obligent ad dan- 28
dum, aut ad faciendum quippiam, vel ad vtrumque, *l. veteris, 13. de contra. stip.* C. ita, quædam in dando, quædam in faciendo consistunt, *l. 2. de verb. obl.* P. & sub his, & non dare, & non facere continentur: qualis illa, per te non fieri, quominus mihi ire agereve liceat, *l. 2. §. fi. & l. 3. de ver. obl.* ne dolus fiat, vel dolum abesse, *l. 4. de verb. obli.*

¶ M. Terentius † Varro constituit differentiam inter facere, a- 29
gere, & gerere: vt poeta facit fabulam, non agit: actor agit non facit: & imperator dicitur res gerere, id est sustinere, nec tamen facit, nec agit, & proprio nomine dicitur facere, à facie, quod rei quam facit imponit faciem, à qua facie illud quod fit discernitur; verum hæc aliquando translatitiis confundi verbis. *Varro 5. de ling. Latin.* Quemadmodum & Papinian. *in l. verbum facere, 218. de verb. sign.* verbum facere tradit, omnem omnino faciendi caussam complecti, dandi, soluendi, iudicandi & ambulandi. Sic etiam & Caius, *l. licet, 58. eodem.* hæc promiscue vsurpari notauit.

¶ Placuit † autem pluribus de caussis, verborum promissio- 30
nem efficacem ad coactionem præstationis fidei pertinere. Nam & verbum à veritate dictum autumat Varro, *de ling. Latin. 5.* & mentiri visum turpissimum, imo delictum animaduersione apud Persas dignum, *Herodo. libr. 1.* & Antigonus Monoculus mendacij ab Alexandro Magno conuictus, aula pulsus, præfecturaque priuatus, *Plutarch. in Alex. vita.* vt & in iure pœna mendacio plerumque indicta. *Vlpian. in l. 4. §. 1. quod cum eod. qui in alien. potest. ibique gloss. in verb. propter mendacium notat iura similia.* Cicero verborum promissionem iure 12. Tabularum firmitatem habuisse, & deceptionem in his iure ciuili punitam tradit. Et cum lege duodecim Tabul. satis esset, inquit, *Cicer. 3. Officior.* præstari quæ lingua nuncupata essent, vt qui inficiatus esset, dupli pœnam subiret, à Iurisconsultis etiam pœna reticentiæ est statuta. Et inde iure ciuili verborum conceptiones inuentæ, & definitæ. *§. de constituta, de act.* ad fulciendam innominatarum, & alioquin debilium conuentionum caussam, & vt vberius & tutius nobis consuleremus. *Iason in l. cum mota. Cod. de transact.* Et verbis credimus, quodam actu ad obligationem comparandam interposito, veluti stipulatione, *l. 2. §. final. de reb. credit. P.* Fuitque necessaria hæc contrahendi per verba formula, firmandaque fuit iuris auctoritate & vinculo, cum res ad manum perpetuo non sint, quibus quando volumus possimus transferre dominium traditione, quod nec nuda pacta efficiunt. *l. traditionibus, Cod. de pact.* nec nuda pollicitatio: nisi & promissio

Digitized by Google

missio interceſſerit, *l. nuda, §. de contrahen. ſtipulatio. C.* & cum promissione ſtipulatio, id eſt, interrogatio & reſponſio, *l. 1. §. qui præſens, de verb. oblig.*

31 ¶ Quamobrem † omnes ſtipulationes, ſui natura cautionales ſunt, hoc enim agitur in ſtipulationibus, vt quis cautior ſit & ſecurior, interpoſita ſtipulatione. *Vlpian. in l. 1. §. communes ſunt, de prætoris ſtip. P.* Sic enim oritur inde actio perſonalis.

De Actionibus obligationis verborum. Cap. 2.

1 *Actiones vim obligationum oſtendunt.*
2 *In actione ſtipulationis res num certa vel incerta perpenditur, & quæ ſtipulationes certæ, vel incertæ.*
3 *Certi condictio pro certa, pro incerta ex ſtipulatu actio.*
4 *Incerta res hic, quomodo accipienda.*
5 *Actio hæc ex ſtipulatione, pro quibus, & quibus datur: & contra quos.*
6 *Quando ex ſtipulatione agi poteſt, & quando ex forma.*
7 *Id quod intereſt venit in ſtipulationem, poſt moram.*
8 *Stipulatio contractus ſtricti iuris.*
Pœnam ſoluendo quando liberatur promiſſor, eodem.
9 *Fructus quando ex ſtipulatione rei petitæ ſoluantur.*
10 *Stipulationum formulæ, & pacta obſeruari debent.*
Et quæ clauſulæ obſeruari debeant, eod.
11 *Stipulationum aliæ puræ, aliæ ſub conditione, aliæ in diem ſunt: De earum effectu, eod.*
12 *Faciendæ ſtipulationes quomodo examinandæ.*
13 *Dandi ſtipulationes, quomodo producant effectum.*
14 *Stipulationum aliæ diuiduæ, aliæ indiuidæ quomodo.*

1 ACtiones † vim ineſſe conuentionibus indicant, & propter illas vinculum quoq; iure firmatum fuiſſe apparet. *Si quis*, inquit Cicero, *quod ſpopondit, quæ in re verbo vno ſe obligauit, id non facit, maturo iudicio ſine vlla religione iudicis condemnatur. pro Cæcinna, paulo poſt principium.*

2 ¶ In † actione itaque res primum perpendendæ, quæ in ſtipulationẽ veniunt, ex quibus certa vel incerta ſit ſtipulatio. Certa dicitur ſtipulatio, quando id quod in eã deductũ eſt, quid, quale quantumve conſtat: & contra, incerta, ſi non appareat quid, quale, quantum. *l. ſtipulationum quædam, 74. & l. vbi autem, 75. de verbor. oblig. facit l. certum, de reb. cred. P.* Incertæ quoque ſunt ſtipulationes, vel ratione futuri temporis, ad quod referuntur: vt, promittis mihi in annos ſingulos quoad viuam, *l. ſi Stychum aut Pamphilum, de verb. oblig.* quamuis enim moriendum eſſe certiſſimum ſit, mortis tamen dies incertus eſt, *l. 1. de condit. & demonſtrat. P.* aut ratione quantitatis: vt, promittis te mihi pecuniam crediturum: petam enim ſi non credas quanti mea interfuerit. *l. ſi 3 pœnam ſtipulatus fuero, 58. de verborum obligation.* ¶ Si † certa res in ſtipulationem venit, datur certi condictio ſpecialis, ex ſtipulatione: ſi autem incerta, ex ſtipulatu, ſi non fiat, vel ſi non detur quod conuentum eſt: vel ſi aliter fiat, vel contra quam fie- 4 ri potuit. *§. 1. de verb. oblig.* ¶ Incerta † porro res hic accipietur, non quidẽ omnino incerta ex genere ſuo toto, quod definiri non poſſit: nam eius generis ſtipulationes inutiles omnino ſunt, ſed tãtum eã hic incertã dico ratione ſpeciei, in qua quãuis quid, quale, quantũve contineatur, non appareat ſtatim: declarari & apparere poſtea tamẽ poſſit. Vt ſi quis boni vini Cãpani amphoras decem ſtipuletur, vel quid ſimile, *l. ita ſtipulatus, 115. l. tricicum, 93. de verb. oblig.* vt fructuum prouentus, *l. vbi autem, §. fundi, de verb. oblig.* & ea quæ in faciendo conſiſtunt, *d. l. vbi autem, & l. quoties, & l. ſtipulatio iſta, de verb. oblig.*

5 ¶ In † ſumma actio datur, ſi contra fidem datam fiat, vel ſi fiat aliter quam promiſſum ſit, quod pluribus exemplis fuſiſſime in titulo de verborum obligationibus explicatur. Datur ei qui ſibi ſtipulatur, non abſenti, cui ſtipulatio ab alio quam procuratore, vel ſeruo facta eſt. *l. ſi ita ſtipulatus, 126. §. Chryſogonus, de verb. obli. l. fin. §. fin. eod. tit. l. 3. C. de contrah. ſtipul. in l. ſi vero, 8. de conſtitut. pecunia. lib. 13. P. tit. 5. l. quod ſtipulatus, 10. de ſolut. lib. 46. P. tit. 3.* Et ſi quis ſibi & Titio ſtipulatus eſt, ſibi non Titio actio competit, *Paul. filius. 11. & Vlp. l. quodcunque, 45. in princip. & § fin de verb. oblig.* ex ſtipulatione filiifamilias actio quæritur patri habita ratione tẽporis quo filius contraxit: quamuis poſtea fuerit emancipatus, cum in ſtipulationibus inſpiciamus tẽpus quo contrahimus, quod ad acquiſitionem paternã pertinet, ſi vires accipiat eo tempore ſtipulatio, *l. ſi filiusfamilias. 78. de verb. oblig.* nõ quando tempore emancipationis vires capit, vt in illa, quãtam pecuniam Titio credidero, *l. quidam cum filium. 132. §. fi. de verb. oblig.* quę omnia & conuenit in ſerui ſtipulatione obſeruare, qui ſtipulãdo extra factum domino quærit actionem, *l. fin. de ſtipul. ſeruorum, P. l. quæ legata. 18. de regul. iur. §. ſiue autem, de ſtip. ſeruor.* vt procurator domino vtilem. *l. ſi procuratori, 79. de verb. obligat. P.* Heredibus & contra heredes contrahentium datur etiam actio ex ſtipulatione, ſi facti & realis ſit, *l. ſi ſtipulatio iſta, 38. in princ. & §. ſicut autem. & §. ſed ſi quis, de verb. obli. P. l. ſi ita ſtipuler. 92. eod. l. veteris. 13. de contrah. ſtip. C.* non etiam ſi perſonalis: niſi de herede nominatim caueatur. *§. at ſi ita, de verb. oblig. d. l. ſtipulatio iſta. §. quis ita, & l. cum qui. 56. §. qui ita, de verb. oblig.*

¶ Qui † agere vult vtiliter, exſpectare tempus quo agi poteſt; 6 *§. omnis, de verb. obl. l. cum qui calendis, & l. qui hoc anno. cum fim. eo tit. in P.* & petere loco debito, & deſtinato ſolutioni nõ alibi, *l. 2. & 2. §. fi. de eo quod cert. loc. P.* alioquin plus tempore & loco peteretur, *§. plus autem. & §. loco plus, de actio. c. 1. de plus petit. ap. Gregor.* Sicut & contra, *minus ſoluitur*, quando non ſuo tẽpore, & loco ſoluitur: quare ratione eius quod intereſt alibi peti vel ſolui, quam vbi placuerit, prodita eſt arbitraria actio vtilis. *l. 1. §. fi. & l. 2. de eo quod cert. loc.* Etdatur quidẽ in bonęfidei iudiciis actio ex eo contractu quo cõuenit certo loco præſtari, veluti ex emtione, & locatione, ſi in his placuerit idipſum, ſed ſi ſtipulatio interuenerit, ex ſtipulatu dabitur actio quod certo loco. *l. in bonæfidei iudiciis, de eo quod cert. loc.* ¶ Venit † & in ſtipulationem 7 quantũ mea intereſt, fidem non fuiſſe impletam ſtipulationis, poſt moram. *l. ſi pœnam, 68. l. quoties. 81. l. cum ſtipulatus. 113. §. fin. & l. ſi fundum certa die, 114. l. ſi ita quis promiſerit, 135. §. ea lege, de verb. oblig. P. l. ſi quis ab alio, 13. §. fin. de re iud. P. l. fi. ſi quis in ius voc. non ier. lib. 3. P. tit. 6.* Si tamen pœna adiecta fuiſſet, de ea primum agendum erit, *d. l. quoties, 81 de verb oblig. & l. qui Romæ, 122. §. Flauius Hermes, ae.* & eius præſtatione liberabitur, qui promiſit: quia ſola pœna in ſtipulatione eſt, *l. obligationum fere. 43. §. ſi ita, & §. ſed ſi nauem, de verb. oblig. l. 4. §. Labeo ait, de doli exceptio. libr. 44. P. tit. 4.* niſi ſi quid aliud dictum ſit, quod palam exprimi debet. ¶ Vtpote † exiſtente contractu hoc ſtricti iuris, *l. quicquid ad-* 8 *ſtringendæ, de verb. obl. in P.* vel niſi pœna pro ſolutione facienda debiti adiecta: nam tunc debetur ſemper debitum, ſed mora facta ſoluẽdi die dicta, pœna vltra debetur, *l. traiectitia, 22. de actio. P.* Et duæ ſtipulationes cenſentur, & vna alteram non cenſetur nouare. *vt in l. cum ſtipulati ſumus, 90. de verb. oblig. P. iuncta l. obligationum fere, § ſin. de act. in P.* Qui vacuam ſibi poſſeſſionem tradi ſtipulatus eſt in venditione, fructus ex ſtipulatione petere non poterit, quamuis ex emto conſequatur, *l. 3. §. ſi emtor, de actio emt. lib. 19. P. tit. 1.* Sic & Paulus reſpondit, *in l. videamus, 38. §. ſi actionem, de vſur. lib. 22. P. tit. 1.* Si actionem, inquit, *habeam ad id conſequendum, quod meum non fuit, veluti ex ſtipulatu fructus non conſequar, etiamſi mora facta ſit, niſi acceptum ſit iudicium, & poſt acceptum.* ¶ Vlpianus † tamen eum qui ſtipulatus ſit rem da- 9 ri & vacuam poſſeſſionem tradi, fructus poſtea captos, incerti actione ex ſtipulatu petere poſſe tradit, & partus, *Vlp. in l. 4. de vſur. in P.* quia qui vacuam poſſeſſionem tradi promiſerit, non nudum factum ſtipulatur, ſed cauſſam bonorum, *l. in conuentionalib. 53. §. ſi. de verb. oblig.* id eſt, præſtari rem in eo ſtatu quo erat, cum ſtipulatio facta eſt: vnde recte acceſſiones quæ poſtea aduenerint, petentur.

¶ Perpetuo † tamen obſeruãdæ ſunt conceptiones ſtipulatio- 10 num, & quæ in illis placita fuerint: quia cõtrahentes illis formã dant: vt prætoriis, prætor, *d. l. in conuentionalibus, l. 1. §. ſi conuenerit, depoſit. in P. l. 1. de pact. in P.* Et clauſulæ nominatim appoſitę ſequendæ ſunt. Et plerumque in præfationibus conuenta cenſentur in ſtipulationibus repetita, *l Titia quæ ex alio, 134. §. 1. de verb. obl.* Sed & doli clauſula generalis ad ea quæ nominatim cauta non ſunt pertinet, *l. ſtipulationis cõmodiſſimum, 53. §. de verb. oblig.* nec ſolum ad ea quæ per ſe ante definita, quæ ex propria definitione intelligenda ſunt, *l. doli clauſula, 119. & l. ſi ita quis, 153. §. fin. eo. tit. de verb. oblig.*

¶ In † actione, vel agendi tempore, rurſum alia diuiſio ſeu di- 11 ſtinctio obligationis verborũ obſeruanda eſt: vt aliæ puræ ſint ſtipulationes, aut in diem, aut ſub conditione fiant. *§. omnis, de verb. oblig. P. l. obligationum fere, de act. in P.* Quod pure ſtipulatione concipitur, ſtatim peti poteſt, *d. §. omnis, l. cum qui calendis, 41. §. ſi de verb. oblig. P.* cum aliquo tamen temperamento: non enim venire debet creditor cum ſacco paratus. *l. quod dicimus, de ſolutio. P. l. in omnibus, de reg. iur.* Niſi etiã locus adiectus ſtipulationi, ſpatiũ tẽporis inducant, *d. l. cum qui, §. fin.* nam adiectio loci quo dandũ ſit, tempus tacite inducit quod exſpectandũ eſt, donec eo venire poſſit arbitratu iudicis, id eſt, boni viri decernendum, qui æſtimet, quanto tempore bonus paterfamilias efficere poſſet id quod aliquis ſe facturum promiſit, *l. interdum, 17. l. continuus, 137. §. cum ita, de verb. obli. §. loca. eo. tit. ap. Iuſtin.* Sic & ſi ex diuerſis locis, aliquis vel plures Capuæ dare promiſerint, ex perſona cuiuſque ratio temporis habebitur, *l. eandem rem, 9. §. ſi. de duob. reis, lib. 45. P. tit. 2.* & vocabitur hæc conditio taciti temporis, *l. ſi teſtamento, 50. §. quæſitum, de fideiuſſo. libr. 46. P. tit. 1.*

¶ Eadem † in faciendo obſeruando, vt tempus puræ quantũ- 12 uis ſtipulationis exſpectãdũ ſit, quo opus perfici poſſit. Et modus adhibendus eſt ſecundum rationẽ diligentis ædificatoris, & temporum locorumque. Item ſi non incœtur opus, id tantum æſtimatur, quod in illo interuallo effici poſſit, trãſactoque tempore quo opus cõſummari oportuerit, ſi poſtea ædificetur, liberatur reus: ſicuti liberatur qui ſe daturum ſpopondit, ſi quãdo tradiderit, *Vennleius in l. continuus, 137. §. item qui inſulam, de verb. oblig.* videlicet, ſi ſtipulatoris non interfuerit, *l. ſi ita quis*

Digitized by Google

§.1.de verb.oblig.& nisi lis contestata sit,l.si insulam, eo. tit. P. &
13 mora commissa. ¶ Nam † qui fundum dari stipulatur, vel hominem,non poterit continuo agere,nisi tantum spatium præterierit, quo traditio fieri possit §.fi.de inuti.stipu.l.si ita stipulatus,14.& l.& ideo,l.15.Lexissimo,208.§.fin.de verbo.oblig. Verumtamen vbi iam cœperit mora faciendæ insulæ fieri,tunc agetur, diesque obligationis cedit,l.stipulationes non diuiduntur,72.§.fin. de verb.oblig. Si in diem quis stipulatus sit,statim quidem debetur,sed ante diem peti non potest,§.omnis,de verb.oblig.l. cum qui calendis,41.& l.centesimi, 46.l.qui hoc anno, eo. tit. P. quia dies in gratiam promissoris appositus est, d.l. cum qui,41.§.fin.l.cum tempus,17.de regu.iur.in P.l.quod in diem,de solut.in P. Et ideo medio tempore soluere quidem,si velit,potest,sed non cogitur:neque ea die vel mense quo dari stipulatus est, tota namque dies & mensis arbitrio debitoris tribui debet,d.§.omnis stipulatio.de verb. obli.§.qui hoc anno,de inutil.stipul.l.qui hoc anno,42.l.veluti,27.§.fin. l.quicquid,99.§.fin.l.cum qui certarum,138.de verb.oblig. Quo fit vt stipulatio faciendi in diem concepta,non cõmittatur nisi transacta die, quamuis antea constet intra breue residuum tempus impleri non posse promissionem,l.insulam, 124. l.in illa stipulatione,8.d.l.veluti,27.§.fi.de verb.obli. Conditiones de futuro euẽtum exspectant ad actionẽ proponendam, & ex cõditionali stipulatione tantum spes est debitum iri , & ea in heredes transmittitur,si priusquam exstet conditio mors contigerit stipulãtis.§.ex conditionali,de verb.oblig.l.is cui,l.41.de act.in P. Si in præteritum vel præsens fuerit collata conditio,aut statim infirmat obligationem,aut omnino non deferunt.§.conditiones, de verb. oblig.l.condictio.100.eo.P. Ex his mora perditur & interitus periculum. Sic enim respondit Pompo.in l.si ex legati caussa. 23. de verb.oblig.faciunt,l.cum filiusfamilias,eo.tit.l.quod te,si cert.petat. Si ex legati caussa, vel ex stipulatu hominem certum mihi debeas , non aliter post mortem eius teneberis mihi,quam si per te steterit,quominus mihi eo, eum mihi dares. Quod ita fit, si aut interpellatus non dedisti, aut occidisti eum. Porro de mora iam lib. superiore copiose egimus,supra lib.de generali consentio.cap.14.libr.21. nec repetere dicta expedit.

14 ¶ Conuenit † & in actione proponenda obligationis verba expendere, num illæ diuiduæ vel indiuiduæ sint obligatione vel solutione,& quæ partis præstantionem recipiunt,quæ non, vt explicat Paulus,in l.2.§. & harum,& §.Cato , de verb.oblig. & Vlpian.in l.in executione , 85. cum suis §§. à quibus quis cognoscet quando diuisim,vel coniunctim possint agere heredes vel correi. Tractauimus & nos alibi diuidui & indiuidui strictim distinctionem. diximus in rebus,titulo de communium rerum diuisione lib.5.c.2.

De Fideiussoribus.

Cap. 3.

Institutio. Lib.3.tit.21. Lib.8.C.tit.41. Lib.46.P.tit.1. Lib.3.Decretal.22.

1 *Fideiussio, accessorius contractus verbis fit.*
2 *Fideiubere quid.*
Fideiussionis comes miseria,eod.
3 *Fideiussor ne in maiorem summam, vel duriorem,quam sit obligatio principalis non tenetur.*
4 *Fideiubens pro eo qui non potest contrahere tenetur , tanquam ex proprio debito.*
5 *Fideiussoris nomen continet mandatores , sponsores, constituentes, expromissores , adpromissores , correos.*
Fideiussor proprie quis sit,eod.
Mandatores qui dicantur, eod.
6 *Sponsor quis dicatur.*
Vtilis actio, est actio efficax, eod.
7 *Constituens quis dicatur.*
Constitutum,eod.
8 *Expromissor quis.*
9 *Adpromissor quis.*
10 *Correi qui.*
11 *Fideiussores principales,& subsidiarij.*
12 *Obsides qui.*
13 *Prædes.*
Vades qui, eod.
14 *Vadimonium quid.*
Cautions de soy mesmes *quid,eod.*
15 *Auctor quis.*
Confirmator quis.
16 *Fideiussor pro quibus fieri potest.*
Fideiussor criminalibus negotiis in quantum accedat, eod.
17 *Fideiussor & pro parte, & pro toto debito accipitur: & pro fideiussore,& pro omne obligatione:& pro præsenti & futuro.*
Megaleas dux Philippi,eod.
18 *Fideiussor non accipitur à meretrice,quæ meretriciam vitam polliceatur, pro debito impossibili, pro facto indiuiduo.*
19 *Pro dote reddenda.*
Factum alienum in quantum quis efficaciter promittere potest, eodem.
20 *Fideiubere qui possunt.*
21 *Fideiussor idoneus quis.*
22 *Fideiubere miles non possit.*
23 *Et ecclesiasticæ personæ.*
24 *Qui non habet bona in loco vbi fideiubendum.*
25 *Mulieres.*
Velleianum Senatusconsultum in quibus mulieribus subueniat,in quibus non, & quod Tholosæ non seruetur,eod.
Fideiussores dare promittens,vbi, & quos dare tenetur,eod.
26 *Serui, filiisfamilias.*
27 *Fideiussores non idonei ratione malæfidei.*
28 *Fideiussores repelluntur ob malam fidem,& vitia.*
29 *Fideiussores pro quibus obligari nequeunt.*
30 *Fideiussor minoris non restituatur in integrum restituto minore.*
31 *Aquæ & igni interdicto non accedat fideiussor.*
32 *Fideiubendi forma legitima.*
Curaturum se fieri aut dari promittens, fideiussor non est , & ad quia tenetur,eod.
33 *Fideiussio ad sistendo vel exhibendo duplex.*
34 *Fideiubens sub conditione quando obligetur.*
35 *Fideiussio quibus verbis fiat.*
36 *Fideiubendi formula ex Platone.*
37 *Fideiussio naturam induit contractus cui accedit.*
38 *Fideiussores stipulationum iudicialium.*
39 *Fideiussoris accipiendi caussa.*

STipulationum,† vt diximus, quædam principales sunt,quædam aliis contractibus accedunt,&eos firmiores reddũt. Sed maxime illæ per quas aliæ personæ pro aliis obligantur , & fidem suam obstringunt,& repromittunt: satis enim datum creditori videtur per repromissionem.l.satisdationis. 61. de verb.signif. Fiunt autem per stipulationem fideiussiones, quibus satisdatur etiam.§.si quis autem,de fideiuss.l.Grace,eod.tit.in P. l.blanditus,C.eo.l.§.1.eod.tit.apud Iustin. 1

¶ Neque † aliud est fideiubere, quam pro alio alterius obligatione fidem suam obstringere: & fideiussor est,qui alieno nomine obligatur , l. 1. §. qui autem , & §. sed aut proprio, de act.§. 1.de fideiuss. pro se enim fideiubere nemo dicitur nec potest , l. heres à debitore, 12. §. seruo , & §. retro , de fideiuss. P. ita vt recte Thales vnus ex septem habitis sapientibus dixit, idque exaratum in templo Apollinis:*Comitem aeris alieni,& sponsionis esse miseriam, Plato in Carm.* vt & Salomon: *Fili mi, si sponderis pro amico tuo , defixisti apud extraneum animam tuam illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus tuis: fac ergo quod dico , fili mi, & temetipsum libera,quia incidisti in manum proximi tui, discurre, festina, suscita amicum, &c. Prou.c.6.* Et alibi, *Prou.c.22. noli esse cum illis qui defigunt animas suas , & qui vades se offerunt pro debitis.* ¶ Et † proinde fideiussio accessoria dicetur obligationibus aliis , & sine illis esse non poterit *l.qui contra, 12. & l.fideiussor, 17. de fideiuss.P.§.fideiussores, eod. tit.apud Iustin.* Et eiusdem naturæ erit cum illis principalibus. Nec fideiussor in duriorem caussam quam fuerit obligatus debitor pro quo intercedit , obstringitur : quanquam obstringi in leuiorem possit,*l. Grace,§.9.illud commune,de fideiuss.P.l.is qui accessioni loco. 35 l.fideiussor,17.§.1.& §.fideiussores,eod.tit.* vt in partem tantum pecuniæ, *l.fideiussores,30.eod.tit.de fideiuss.* Et principali contractu infirmato & ruente omnino,corruit & fideiussio: vt si sub impossibili conditione contractum sit, *in l.si sub impossibili.30. de fideiuss.P.* Atque exceptio liberationis sine priuilegio debitori concessa , vel acquisita, & ad fideiussorem pertinet, *l.fi.de pac.P.* nisi is animo donandi fideiusserit , quia tunc etiam non obstricto debitore teneretur,videlicet alia ratione,quam fideiussionis,*l. quod dictum,de pac.P.l.nouatione,C.de fideiussor.* alioquin fideiussor, antequam reus debeat, conueniri nequit , *l. fideiussor antequam, 48.de fideiuss.in P.* 2

¶ Quare † fideiussor,qui pro minore & pupillo,qui obligare se nequit,interuenit, ex suo facto & propria obligatione videtur se obligare principaliter: non tanquam fideiussor,*l.1.de fideiuss.minor.le.2.C.tit.24.* quod & in fideiussore serui prodigi & furiosi receptum est,*l.Marcellus,26.& l.cum fideiubebat,36. de fideiuss.P.* Et qui contra senatusconsultum Macedonianum filiofamilias crediderit,mortuo eo, fideiussorem à patre accipere nõ potest: quia neque ciuilem,neque honorariam actionem aduersus eum habet.*l.qui contra,12.eod.tit.P.* Nec fideiussor hoc nomine obligari potest ei,cui reus promittendi obligatus non, est *l. fideiussor obligari.17.eo.* 4

¶ Fideiussorum † nomine aliquo modo dici possunt mandatores,sponsores,constituentes expromissores , adpromissores, *horum differentiæ adfert glos.in §.1.in verb.fideiussorum , de fideiuss.in auth.* correi. Fideiussor is proprie , qui ante & post obligationẽ principalem accipi potest.§.2.*de fideiuss.* Mandatores illi, qui tantum ante rogati & ex mandato fideiubent,qui si soluant,à mandantibus 5

Digitized by Google

dantibus repetunt actione mandati, §. *si quid, de fideiuss.* etsi pro præsente soluant, vel pro mandante, *l. qui fidem alterius, mand. in P.* vno tantum casu excepto, quo etiam post obligationem mãdator accedit, *qui ponitur, in l. si vero remunerandi, §. si post, & §. plane si post, mand. P.* Estque mandator quasi affirmator & suasor
6 vt contrahatur, *l. in caussa, 14. §. 1. de min. 25. ann.* ¶ Sponsor † est qui sine rogatione pro alio intercedit, qui si accedat præsente debitore, habet quoque actionem mandati, cum is qui passus est eum fideiubere, mandasse videatur, *l. si remunerandi, §. si passus, l. si. pro te, & l. qui patitur, mand. P.* Contra si inuito reo debẽdi fideiubeat, *d. l. qui fidem, 53. manda.* vt si quis pro absente fideiusserit, non mandati actione, sed negotiorum gestorum actione experitur, *Paulus l. ex mandato, 20. §. fin. mand. P.* si tamen quis pacta mercede pro alio fideiubeat, distinctio adhibenda, num actum sit, vt suo periculo fideiuberet: & tunc non datur actio mandati, nec alia: si actum non est, datur actio vtilis, id est, effi-
7 cax, *d. l. si remunerandi, §. fin. mandat. P.* ¶ Constituens † est, qui post obligationem tantum accedit, *l. 1. de const. pec. P. lib. 13. tit. 6.* ad similitudinem fideiussoris, *l. fi. C. de constit. pec. l. 4. C. ti. 18.* ficuti constituere, est denuo pacisci, & sine solemnitate vel stipulatione, *§. de constituta, de action.* statuere & conuenire de pecunia soluenda, quæ antea ex aliqua obligatione debebatur, *l. hactenus 11. in prin. & §. 1. & l. item illa, 18. §. quod adiicitur, de constit. pec. in P.* de quo postea Deo fauente, agetur proprio capite. Verum non in omnibus simile constitutũ est fideiussioni, quia vt paulo ante diximus, nemo pro seipso fideiubere potest, *l. heres à debitore, §. seruo, de fideiuss. P.* constituere tamen, & pro se, & pro alio quis
8 potest, *§. ad hoc aliud, vt cum de appell. cognos. in auth. si quando, de constit. pec. C.* ¶ Expromissor † est, qui promittit pro eo, qui efficaciter obligatus non est: veluti si quis domino pro seruo, si eum manumiserit, promittat: nõ enim potest cum seruo vera ciuilis nasci obligatio, *ita intelligen. eleganter, §. seruus, de dolo, l. hoc iure, §. si quis a seruo, de donat.* Hunc quidam & constituentem esse di-
9 cunt, & *aeirpomerlw*, vt Budæus. ¶ Adpromissor † is est, qui idem cum alio promittit, cum satis acceptio fit, *l. 5. §. satis acceptio, de verb. obli. quo loci Alciatus lib. 1. pareg. ca. 2. pro verb. expromissores, contendit legi debere adpromissores.* ¶ Correi † quoque fideiussores
10 ad inuicem videntur, *l. reos. 11. de duob. reis, P.* de quibus & Deo fauente paulo post. Rursum fideiussorum, alii principales, alii subsidiarii. Principales, † qui se obstringunt expresse: subsidiarii iis
11 non exsistentibus soluendo, qui eos nominarunt, *l. cum ostendimus, de fideiuss. tut. in P.* & nominatoribus non idoneis, in tutelis magistratus, qui admiserunt, *l. 1. de magist. comun. in P.* eodem fi-
12 deiussores. ¶ Inter † fideiussores quoque & obsides sunt, potius quam inter pignora: pendet enim ex voluntate & promissione, vt tandiu retineatur quandiu fides ab aliis data impleatur, *c. ex*
13 *rescripto, cap. 9. de iureiur. libr. 2. Decretal.* ¶ Sunt † & prædes & vades, de quorum differentia sic tradit M. Terentius Varro *lib. 6. de lingua Latin. Spõsor & pres & vas, neque idem neque res à quibus ii, sed dissimiles. Itaque pres qui à magistratu interrogatus in publicum, vt præstet, à quo, & cum respondet dicit, pres: vas appellatus, qui pro altero vadimonium promittebat.* Consuetudo erat, cum reus esset parum idoneus, inceptis rebus, vt pro se alterum daret, à quo caueri postea lege cœptum est ab his, qui prædia vẽderent, vades ne darent: ab eo scribi cœptum in lege mãcupiorũ, vadem ne poscerent, nec dabitur. Et Festus, præs est is, cui populo se obligat, interrogatus à magistratu si præsit, ille respondet, præs. Prædes hodie sunt, qui sponsores reipublicæ vel principi facti sunt pro iis, qui pecuniam publicam dispensant, quos receptores vocant, eorumque bona prędia dici possunt, id est, *ὑπέγγυα*, vt explicat Budæus *in l. 2. de origin. iur. dum de vindiciis agit.* Ii etiam qui publicanos aut eorũ fideiussores locupletes esse affirmant. Supprædes & dici possunt, quos contra plegios vocant. Ad caussam pecuniariam prædes pertinere satis exploratum est, sicut & vades, vt plerumque ad criminales, & aliis, in quibus oportet sisti aliquem iudicio, & quando fideiussores dantur, ratione personæ sistendæ. Concludit vtrumque duobus versibus Ausonius *in edilio.*

Qui subit in pœnam capitali iudicio? vas.
Quis cum lis fuerit nummaria? quis dabitur? pres.

14 ¶ Et † Constantinus Cæsar fideiussores pro responsione personæ adhibendos, vades nuncupat, *in l. final. de castrens. & mili. li. 12. Cod. titul. 26.* Hinc vadimonium præbere, cauere per se sua fide, vel adhibito fideiussore se interfuturũ iudicio die certa, aut quandocunque iudici vsum fuerit, & vadimonio obstricti, qui in iudicium vocati ob crimina, ea lege dimissi sunt, võcamus *ostargis auec cautions.* Quia pius Imperator ad epistolam Antiochensium rescripsit, non esse in vincula coniiciendum eum, qui fideiussores dare paratus sit: nisi tam graue scelus admisisset, vt neque fideiussoribus committi debeat: verum hanc ipsam carceris pœnam, ante supplicium sustinere debere, ita *l. 3. de custod. & exhib. reor. lib. 48. P. titul. 3.* In criminibus pro qualitate eorũdem & personarũ, interdum carcere recipitur reus, alias militi traditur, vel fideiussoribus committitur vel etiam sibi, *l. 1. eod. de custod. reor.* quæ fideiussio sui ipsius dicitur *caution de soy mesmes, de qua & in l. cum clericis, §. 1. de episcop. & cleric. Cod.* Liuius vades pro liberatione à carcere dari docet etiam dum ait: *Tribuni omissa multæ certatione rei capitalis, diem posthumio dixerunt, ac ni vades daret prehendi à viatore, atque in carcerem duci iusserunt, Liuius lib. 5. secundi belli Punici.* Idem Liuius scribit Cæsonẽ Quintium vades publicos dedisse. Sic enim in caussa eius appellati tribuni, medio decreto ius auxilii sui expedierunt, in vincula coniici vetarunt, sisti reum, pecuniamque nisi sistatur populo promitti placere promittant, &c. *Liuius libr. 3. decad. 1.* ¶ Auctor secundus † etiam inter fideiussores ponitur, videlicet is qui cum 15
vendente, de euictione cauet, *l. illud, 4. de euiction. lib. 21. P. titul. 2.* qui & alibi confirmator dicitur, *§. non solum, de fideiussorib. in authent.*

¶ Res † quæ pro materia fideiussionis, obligationes naturales ciuiles, prætoriæ & cuiuscunque classis sint, erunt, *l. 1. & 2.* 16
de fideiuss. l. quod enim, 8. l. Grace, 9. §. præterea, & seq. & §. sed etsi, l. fideiussor obligari. 17. §. fideiussor accipi, de fideiuss. P. §. 1. eod. tit. apud Iustin. pro criminis tamen pœna corporali exsoluenda d ari nõ potest, *l. si à reo, 71. §. illud quod vulgo, de fideiuss.* Dari non potest fideiussor quia personalis est, & ad castigandos tantum nocentes inuenta & imposita, *l. si pœna. 20. & l. crimen paternum, 26. de pœn. P. l. sancimus, Cod. eod. tit. ne filius pro patre, Cod. cum simil.* & pœnas exsolui à sontibus ob maleficia magna ratio suadet, *d. l. si à reo, §. illud quod vulgo, l. si vnus, §. pacta quæ turpem, de pac. P. l. illud ad leg. Aquil. P.* At pro actione quæ ex delicto oritur, teneri fideiussorem receptum est, & pro pœna pecuniaria, *l. Grace, 9. §. sed etsi ex delicto, de fideiussor. l. si quis pro eo, 57. eod. titu. l. 1. de custod. reor. P.* Et si quis promittat sistere reum seu repræsentare, nõ vt pœnam pro eo non repræsentato corporalem patiatur, sed tantum pecuniariam, vel si dolo malo fecerit, quo minus exhibeat, extraordinariam, *l. si quis reum, 4. de custod. reor. P. can. cum homo, & ibi gloss. in verbo, supplicium, 23. quæstion. 5. Angel in tractat. maleficio. in verbo. fideiussit, in princip.* quanquã ex Diuo Hieronymo videatur posse colligi, aliquando fuisse sumtum supplicium de fideiussore rei, eo non comparente, *in canon. cum homo. 23. quæstion. 5.* Fidem facit historia Pythagoreorum amicorum Damonis & Pythiæ, quorum alter pro reditu alterius qui morti erat addictus, vadem se tyranno Dionysio dare non dubitauit, vt gladio caput suum subiiceret, is cui secure viuere non licebat, *Val. Max. lib. 4. c. 7. Lactantius lib. 5. diuin. institut. fine de iustit. ca. 19. Cicer. 3. Offic.* ¶ Potest † & accipi fideiussor & in partem rei, 17
& in partem pecuniæ, quæ est in obligatione principali, *l. fideiussores, 10. de fideiusso. P. l. quæro, loc. in P.* Et pro fideiussore iterũ fideiussor accipi potest, *l. Grace, 9. §. fi. de fide. P.* & tam pro futura quam pro præcedente obligatione: dummodo sit aliqua vel naturalis futura obligatio, *l. stipulatus sum, 7. & l. 4. de fideiuss. P. & l. non quemadmodum, de iudi. P. §. fideiussor, de fideiuss. ap. Iustin. l. eo tempore, de pec. P.* Et pro mulcta seu æstimatione litis criminalis, quẽ admodum cum Megaleas dux Philippi regis Macedonum, ab eo mulctatus 20. talentis, & in vincula coniectus, propter iniuriam illatam cum seditione Arato fidelissimo etiam regis duci, fideiussione debiti Leontij alterius ducis dimissus est, *Polyb. in 5.*

¶ Fideiussor † rursum exigi non potest ab iis quæ se prostituunt, quod hoc genus vitæ deserturæ non sint, *in const. 51. Novellarum*, nec pro debito sub impossibili conditione, *l. si sub impossibili, l. 30. de fideiuss.* pro facto indiuiduo promisso non potest accedere fideiussor: veluti si reus principalis promiserit, per illum non fieri quo minus ire, agereue liceat: quia nemo promittere potest factum alienum, nisi pœnam promitteret, pro qua obligaretur, *l. sicut res, de fideiuss. P. l. stipulatio ista, in 1. resp. & §. sed si quis promittat, de verbor. obligat. P. versa vice, de inutil. stipula.* vel nisi promittat fideiusor, se effecturum vel curaturum, vt alius faciat, *§. si quis alium de inutil. stipulat. l. eius qui de reb. cred. P.* Quinimo si quis fide sua factum alienum susceperit, ad interesse obligari potest, *per l. si quis ab alio, § fin. de reiud.* ¶ Item † cau- 19
tum, ne fideiusores dotium reddendarum post solutum matrimonium petantur vel dentur, *l. 1. & 2. ne fideiuss. do. dent. C. libr. 5. titul. 20.*

¶ Personæ idoneæ, à quibus fideiussio perfici poterit, erunt 20
omnes, quæ aliorum contractuum capaces sunt, exceptis quibusdam, quæ ratione priuilegij, si eidem non renuntiauerint, non admittuntur, vel recipi non debent in fideiussores, & quilibet potest pro alio, quamuis absente, fideiubere, *l. fideiubere, 36. de fideiu. P.* ¶ Item † idoneus etiam existimandus est fideiussor, 21
qui quamuis talis non esset, attamen tanquam idoneus à creditore admissus est. *l. 3. de fideiu. in P.* maxime si cum talem, id est, non idoneum sciuit, comprobauit: quia bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatũ, *Paul. in l. inter caussas 26. §. abesse, man. P. l. qui debitorem, 19. de fideiu. P. l. si ab arbitro, 10. qui satisda. cog. P. l. 1. §. illud, de separ. P.* & periculum ad eum debitoris non idonei pertinet, *l. promittendo, 47. de iure dot. P.* Dũ autem idoneus fideiussor exigitur, & facultatibus, & facilitate conueniendi esse idoneus debet, præcipue in iudicio sistendi caussa datus, *l. 2. qui satisd. cogant. li. 2. tit. 8.* Locuples porro est, qui satis & idonee habet pro magitudine rei quam creditor petit, *Caius in l. quos nos. 234. §. 1. de verbor. significa.* id est, qui pro rei qualitate satis habeat, exceptis fideiusoribus, qui in iudicio desistendo dati pro necessariis personis, quos qualescunque recipi iubet lex, vt pro parente, patrono, & aliis personis quibusdã, *l.*

Digitized by Google

1. & 2. in iuu voc. vt eat. vel satis, vel caut. det. libr. 2. in P. tit. 6. l. 1. si quis voc. non ier. lib. 2. P. titul. 5. Difficultas conueniendi vel ex priuilegio personæ fideiussoris pendet, vel mala fide, vel vitio eiusdem. Ex priuilegio personæ, veluti si sit alterius fori quã sit is pro quo fideiussit, *l. omnem. & l. cum furiosus, §. 1. de iudic. l. contraxisse, de actio. P.* nam citra priuilegiũ, nihil interesse puto cuius sit fori, eo quod conueniri possit in loco vbi cõtraxit. ¶ Fa-
22 uore quoque †militiæ ne auocentur ab armorum meditatione milites prohibetur militibus fideiubere, *l. milites, C. de loca.* quãuis priuilegio renũtiare possint, *l. si quis in conscribendo, C. de pact.*
23 *& de epis. & cler. C.* ¶ Atque prohibitum † clericis & ecclesiasticis personis ne possint fideiubere, *in cano. Apostol. tan. 20. ca. te quidem, 11. quæ. 1. c. 1. de fideiuss. in Decret. §. aliud de sanctiss. epis. P.* Si tamen ex pietate aliis subuenire desiderent, & fideiubeant, tenentur obligati, *can. non satis, 82. dist. c. 2. de fideiu. & c. constitutus, eo. tit.* vt & si fideiubeant pro ecclesiis suis, *§. alium autem, de sanctiss. episco. in auth.* Regularibus etiam fideiussiones sunt ademtæ *c. quod quibusdam, de fideiussor.* qui tamen & pro monasterii facto obsides esse possunt, & fideiussores, *ca. ex re scripto, de iureiur.*
24 ¶ Qui † non habet bona immobilia, vbi fideiubendum est, tanquam non idoneus difficultate conueniendi reiici à creditore
25 etiam potest, *in §. sancimus, de exhibend. reis, in authentic.* ¶ Sic † ex SC. Velleiani priuilegio mulieres à fideiussionis nexu immunes sunt, *l. 3. & l. si Titius, 49. de fideiusso. in P. & l. mulierem, & l. antiquæ, & toto ti. C. ad SC. Velleia. & P. & apud Iustin.* nisi priuilegio renuntient, *l. fi. §. fi. eo. in P. l. fi. quando mul. offic. tut. fung. pot. C. §. quia vero, vt matres debitri. in authen.* aut post biennium fideiussionem confirment, *l. si mulier, in 2. C. ad SC. Velleia.* vel in rem illarum alienum debitum conuertatur, *Auth. si qua mulier, C. ad Velleian.* Quemadmodũ nec illis subuenitur, cum ex promissione suo nomine facta periclitantur, *l. Stychum aut Pamphilum. 95. §. additio. de solu. lib. 46. P. si. 3. l. quamuis, 8. §. si mulier ad Velleia.* cautius enim se gerunt, cum de suis rebus agunt, quam cum de obligatione alterius: & facilius se obligat mulier quam alicui donet, *l. sed si ego, 4. ad Velleia. P.* vt auarissimum est genus mulierũ, *l. si ab sponso, §. quod si sponsa, de don. ante nupt. C. l. si stipulata, de donat. inter virum & vxorem, P.* neque quilibet etiã alius præsumatur iactare suum, *l. cum de indebito, de probat. in P.* Senatusconsultum itaque Velleianum mulieribus subuenit, in negotiis vbi cum ministerio earum versaretur quoque periculum rei familiaris, *l. 1. ad SC. Velleianum. P. lib. 16. tit. 1.* & cum edictis sub Augusto & Claudio CC. interdictum esset ãtea, ne pro viris intercederẽt, Senatusconsultum postea factum est auctoribus & consulibus M. Syllano & Velleio, quo & in aliis quã viris idipsum statuum est: dummodo dolose mulieres non intercederent, infirmitati non calliditati auxilium præbendo, *l. 2. eod. in P.* Quamobrem quoties pro debitore intercesserit mulier, datur in eum pristina actio, etsi ille prius acceptilatione liberatus sit quam mulier intercesserit, *in l. 1. & l. quamuis, l. 8. §. quoties ad Velleia. P. Paul. l. sed si pro alieno, 9. eod. tit.* Et proinde habetur ac si fideiussor non esset datus, *d. l. quamuis, §. si conuenerit.* Inhonestum quoque visum, mulieres aliorum sumere defensiones, *l. alienam, C. de procur. §. patitur, de iniur.* Placuit tamen Tholosanæ ciuitati, ne locus esset inter ciues, ex lege municipali, senatusconsulto Velleiano, *§. 2. de debitis, & §. 1. de fideiuss. in consuetudinib. Tholos.* Sũt & iure ciuili casus vltra prædictos, quib. mulier Velleiano non iuuatur, quos colligit Hostiensis *in summa, tit. de fideiusso. §. & quis.* ¶ Fideiussores †idonei quoque non sunt seruus,
26 aut filiusfamilias, ex quibus caussis actio de peculio non datur, *d. l. 3. de fideiuss. P. l. licet, §. si filius, de pec.* Verum serui interceptio, si peculiarem rem non agat, non obligat dominum: contra, si agat, *l. 3 §. si filius familias de pecul. li. 15. P. ti. 1. l. seruus inscio domino, 20. de fideiu. P.* Filiusfamilias, qui pro patre fideiussit tenetur, *l. filiusfamilias, 8. C. de fideiuss.* si minor tamen vigintiquinque annis pro extraneo fideiussit, restitutione in integrum vtitur, *l. 1. de filiofami. minor. li. 2. C. tit. 23.* Item & si pro patre si non ei successerit, *d. l. 1. eod. tit. de filiofa. min.* Maior recte obligatur, quia potest habere peculium castrense vel quasi, item bona aduentitia, quibus conueniri possit, & sui iuris effectus potest teneri & cõueniri in id, quod facere potest, *l. si dubitetur, l. 11. §. fi. de fideiuss. P. l. si ex alio, 9. quod cum eo qui in alie. pot. & c. C. lib. 4. tit. 26.* Minor autem paterfam. restitutione quoque iuuabitur contra fideiussionem, *l. si Titius, & Seia, 49. de fideiuss. in P.* Legatione fungens nõ impeditur fideiubere *l. cum furiosus, 29. §. fi. de iud. in P.* Neque duo rei pro inuicem, *l. reos promittendi, 11. de duob. reis, lib. 45. P. ti. 2.* Notant & interpretes eum qui voluntarie fideiussorem promittit, *l. si fideiussor, §. si necessaria, & ibi Bartol. Bal. Castren. qui satisd. cog. in P. Boer. dec. 99. nu. 4.* intelligi promisisse dare in ea ciuitate, vel loco vbi promisit, & de personis eius loci, &c. ¶ Ratio
27 ne malæfidei, † vel vitii, fideiussores quoq; idonei non censentur, cauillatores, litigatores, vt notat Bartolus *in l. 2. qui satisd. cog.*
28 ¶ In † fideiussione etiam personæ considerandæ, non solum fideiussorum, sed & eorum, pro quibus fideiussor interuenit, vt i-
29 donæ sint. ¶ Quædam † namque sunt, quæ quia se efficaciter non obligant, ita neque fideiussores suos obligant: veluti ii quibus bonis interdictum est, seu prodigi & furiosi, qui se obligare non possunt, *l. in cui bonis 6. de verb. obl.* in quibus autem obligantur, aliunde quam ex sua mente, puta, re ipsa, *l. si à furio. 3. & l. furiosus, de act. emt. P.* vel quod obligato successerint, vel auctoritate curatorum, consequens est fideiussores quoque obligari acceptos, neq; eis, videlicet fideiussoribus eorum, nec pupillis recte obligatis, subueniẽdum esse respondit optime Vlpianus, *in leg. Marcellus, 26. de fideiuss. P.* & Caius *leg. si à reo, 71. §. si à furioso, de fideiuss.* Pro pupillo quoque promittente si naturaliter is non obligetur, sine auctoritate tutoris, vt si proximus infantiæ, *l. quod pupillus, de condic. indeb. P. l. pupillus, de actio.* neque fideiussor eius obligabitur. Si autem naturaliter obligetur, tenebitur, *d. l. Marcellus, & l. si pupillus. 127. de verb. oblig.* Sicut & pro debito à seruo naturali obligatione potest accedere fideiussor, *§. in omnib. de fideiussor. l. cum fideiussor. 35. & l. si à reo. 61. §. adeo, eo. tit. P.* ¶ Minoris † 25. annis fideiussor iure obligatur, etsi is re- 30
stituatur in integrum aduersus contractum, si sciens prudensque pro eo fideiusserit creditori, qui alioquin cum minore cõtrahere nolebat, *l. in caussa. 4. in princ. & §. 1. de min. 25. an. l. 1. de fideiuss. minor. lib. 2. C. tit. 24.* nisi dolo malo inductus sit minor ad contrahendum; nam tunc verque & minor & fideiussor restitutione iuuantur, *l. 2. de fideiuss. minor. C. eod. l. si Titius. 49. §. 1. de fideiusso. P. l. exceptio. §. rei autem, de exceptio. P.* imo si pupillus nollet restitui, posset & impetrare sui caussa restitutionem fideiussor, *l. si post mortem. §. fi. de bonor. poss. contra tab. C.* vt etiam restituatur, restituto minore, si per restitutionem minoris creditori detur in alium regressus nec iniuriam patitur creditor, *notæ glo. in l. minor. 51. in verb. succurritur. per illam l. de procur. P.* Qui contra SC. Macedonianum filiofamilias crediderit, mortuo eo, fideiussorem accipere non potest: quia ante nulla obligatio nata fuit, *l. qui contra, 12. de fideiuss. in P. l. creditorem. 20. ad SC. Maced.* Si quis tamen non credenti filiofamilias contra SC. fideiussor accesserit, vel si dum creditor dubitaret num cõtra SC. crederet, quidam asseuerit nõ esse contra SC. & dixerit meo periculo crede, efficaciter fideiussione tenetur, *l. si vero non remunerandi, 12. §. si quis mandauerit, mand. P. lib. 7.* ¶ Potest † & dari fideiussor 31
ab eo, cui aqua & igni interdictum est, si remaneat adhuc is in obligatione iam facta, pro qua dedit fideiussorem, *l. si. de duob. reis. lib. 45. P. tit. 3.* diuersum tamen si obligatio in eius persona exstincta est, & in fiscum deuoluta, *Papin. in l. si debitori. 48. de fideiussor.* ¶ In † negotio quod geritur fideiusionis, forma debet 32
adesse legitima, per quam qui fideiubet, daturum facturumve se, non alium promittat, *l. sicut reus. 66. de fideiu. P.* quia factum suum nõ etiam alienum quis vtiliter stipulatur, *l. si stipulatio ista, & l. inter stipulantem, de verb. oblig.* Et proinde qui se curaturum tantum, vt fiat vel detur, promittit, non est fideiussor: quia promittit diligentiam se daturum, & ea data liberatur, etsi non fiat ab alio, *§. si quis alium, de inut. stip.* Estque obseruandum, quid, & quantum in formulam sponsionis venerit, ne præter eam teneantur fideiubentes, *l. fideiussores magistratuum. 69. in princ. & §. 1. de fideiuss. P. l. fideiusso. 17. §. cum fideiussor, eo. P.* ¶ Forma † fideius- 33
sionis qua quis promittit aliũ exhibere, vel sistere iudicio, duplex est: cum scriptura, quæ in perpetuum obligat, & sine scriptura, quæ vsque ad duos menses efficax est, *l. si fideiussor. 27. C. de fideiussor.* ¶ Sub † conditione comprehendi fideiussio potest, ea- 34
que contingere debet antequam obliget. *l. fideiussor. 17. §. stipulatione, eod. tit. P. l. si à reo. 70. eod.* ¶ Nec † interest quibus verbis 35
fiat, sicuti in verborum obligatione dictum est, dummodo qui contrahũt se intelligant, an Græcis vel Latinis, *§. Græce, de fideiuss. l. Græce, 9. eod. P.* Fideiubet & qui interrogatus num fideiuberet, responderit, quod vis faciam, *l. blanditus, 12. C. eod.* Voluntas namque expressa per interrogationem, illa responsione fideiussionem constituit. Ex subscriptione tamen tabularum principalis obligationis, quam quis adhibet vt testis, non nascitur obligatio fideiussionis, *l. si pater tuus. 6. de fideiuss. C. l. si non, C. de admin. tuto. l. mutuæ. C. si cert. pet.* Si quem tamen fideiussisse scriptum est, omnia præsumuntur solemniter acta, *l. in stipulationib. de fideiuss.*

¶ Plato † formam fideiubendi statuit hanc, *libr. 12. de legib.* 36
fideiussor quilibet palam fideiubeat, eorumque negotium conscriptum, coram tribus, nec paucioribus testibus fateatur, si citra mille drachmas fideiussio fiat: sin vltra mille, quinque ad minus testes adhibeantur, fideiussor autem sit, qui prius vendidit, eius de quo an iure possit vendere dubitatur, atque eius qui videtur minus ad promissa sufficere, similiterque tam qui præuendidit, quam qui vendit, tanquam obnoxius iudicio subiiciatur. ¶ Cui † autem naturæ fideiusionis forma tribuatur iam ab 37
initio in summa monuimus, neque alterius esse posse, quã fuerit præcedens obligatio cui accedit, nec in dutiorem posse caussam fideiusorem eo nomine obligari.

¶ Solet † ex natura stipulationum iudicialium, iudicio sisti, 38
iudicatum solui, & similium fideiusores interuenire, *in l. generaliter, de præto. stipul. P. l. 3. §. 1. rem rat. hab. P.* nisi forsan lex remitti permittat, propter qualitatem personarum, de quibus agitur, vt si illustres, *l. quoties. C. de dignit.* clerici, *l. cum clericis. de episc. & cler. C.* proximi sacrorum scriniorum, *l. 1. de proximis sacr. scrin. lib. 12. C.* & his similes.

¶ Caussa † finalis & ratio fideiusionis est, vt fideiusores accipiant homines, dum curant diligentius sibi caueri, *§. 1. de fideiuss.* 39
lib. 1.

Digitized by Google

lib.1.§. verbis,2. de action. & ſicuti ſatisfacere dicimur ei, cuius deſiderium adimplemus: ita ſatisdare dicimur aduerſario noſtro, cui pro eo, quod à nobis petiit ita cauemus, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus, datis fideiuſſoribus, *Caius in l. 1. qui ſatisd. cog. lib. 2. P. tit.* 8. At creditores ea ratione alios pro debitoribus ſuis ſibi obligant, vt cum lapſi facultatibus erũt debitores, poſſint ab illis quos obligant conſequi debitum. *§. ſi. de repli.*

De Actionibus ex fideiuſſione: & primum contra fideiuſſores.

Cap. 4.

1 *Fideiuſſionis actio data contra fideiuſſores, & fideiuſſori contra debitorem.*
Quando detur contra fideiuſſores, & ordo executionis, eod.
2 *Fideiuſſor quando conueniri poteſt ſine diſcuſſione principalis debitoris.*
3 *& 4. Fideiuſſores plures vnius debiti, quo ordine, & quomodo conueniantur.*
4 *Adriani beneficium diuiſionis inter fideiuſſores.*
5 *Correorum & confideiuſſorum ſimilitudo, & cauſſa diuerſa.*
6 *Confideiuſſor quis dicatur.*
7 *Quando non detur.*
8 *Fideiuſſor ſe & heredes ſuos obligat.*
9 *Fideiuſſores pro quo & quantum teneantur.*
10 *Fideiuſſor quando teneatur pro vſuris.*
11 *Mora debitoris quando noceat fideiuſſori.*
12 *Fideiuſſor iudicatum ſolui in ciuili negotio in quantum teneatur.*
13 *Fideiuſſor in cauſſa criminali de iudicato ſoluendo in quantum teneatur.*
14 *Iudicatum ſoluti, fideiuſſio quid contineat, & ad quid obliget.*
15 *Fideiuſſores de iudicato ſoluendo mutatur foro, & iudice.*

1 ACtio † ex fideiuſſione dari poteſt creditori contra fideiuſſores: fideiuſſori contra debitorem principalem, & contra cõ fideiuſſores. Contra confideiuſſores iure ordinario agunt creditores, quando debitor præſens apparet eſſe non ſoluendo, diſcuſſis & perquiſitis eius rebus, neque ſufficientibus inuentis. Hoc enim primum expedit periclitari, *auth. præſente, de fideiuſſ. C. l. 1. de ſecu. lib. 10. C. §. ſi quis igitur, & §. non ſolum. de fideiuſſ. in auth. lib. 1. ibi bonis eius excuſſis*, C. *de reuoc. his quæ in fraud. credi. lib. 7. C. tit. 75. l. Moſchus, de iur. fiſc.* ſicque ordinem exſequendi his verbis tradit Iuſtinian. *Sed neque ad res debitorum, quæ ab aliis detinentur veniat prius (ſcilicet creditor) antequam tranſeat viam ſuper perſonalibus contra mandatores & fideiuſſores & ſponſores, ſicque ad res veniens principalis debitoris, ſiue ab alio detineantur, & detinentes eas conueniens. Si neque inde habuerit ſatisfactionem, tunc veniat aduerſus res fideiuſſorum, & mandatorum & ſponſorum, &c. in §. ſed neque, de fideiuſſ. coll. 1. tit. 4. facit l. 1. §. ſi intra de magiſtrat. conuen. in P.* Extat & nouella 4. Iuſtiniani, qua expreſſe cauetur, vt creditores aggrediantur primum principales debitores: mox illis ſoluendo non exſiſtentibus, ſecundo loco mandatores etiam, aut conſtitutæ pecuniæ reos, aut fideiuſſores. Idipſum & cautum, §. 1. & 2. conſtitutio. nouell. 136. quæ eſt de argentariorum contractibus, cogere poterit iudex debitorem in hac diſcuſſione indicare bona mobilia & immobilia, quæ habet, *l. ſancimus, §. licentia. de iure deliber. C. l. 2. §. in exigendis, quando & qui. quar. pars deb. li. 10. C. quomodo diſcuſſio fiat, tradit Lucas de Penna. in l. 1. de decur. lib. 10. C.* Cum autem conſtat debitorem non eſſe ſoluendo, ad interceſſores peruenitur actione perſonali, priuſquã ad hypothecariam & ad tertios poſſeſſores experiri liceat, *authent. hoc ſi debitor, de pign. C.* præſentibus videlicet vtriſque: nam abſentibus debitoribus ad hypothecariam recte fit tranſitus, *§. 1. §. 2. §. eadem, de fideiuſſ. in authen.*

2 ¶ Ceterum † ſine diſcuſſione principalis debitoris conuenitur fideiuſſor, quando is debitor diſcuti non poteſt, vt ſi ſit ſeruus, *l. Marcellus, de fideiuſſ. P.* ſi notoriè ſit non ſoluendo, & apparitor vel nuntius cui mandata eſt exſecutio, & pignorum captio, refert ſe non inueniſſe bona debitoris, cui creditur. *Bart. in l. ſtipulatio, §. habet, de no. ope. nunt. per l. ſancimus, §. ſi. ad Treb. C. & Boerius deciſ. 277. nu. 1. ſuſe docet Iaſon, Alex. Paul. Caſtrenſ. in l. decem, de verbor. obl.* ſi bona eius ſint penes fideiuſſorem, & alias ob cauſſas, quas excipit Andreas Barbatia, *ad cap. peruenit, de fideiuſſ.* & deciſio vna capellæ Tholoſanæ, *in deciſion. capel. Tholoſan. 196.* Item ſi debitor noluerit domum aperire exſecutori. *Boerius deciſion. 277. num. 1. & 2.* itéque abſente reo principali fideiuſſor priori loco conueniri poteſt. Ipſo tamen deſiderato iudex definiet tempus, intra quod deducat reum primo conueniendum, ipſo in ſubſidium reſeruando: nam tranſacto tempore, cogitur interceſſor ſoluere, ceſſis ſibi à creditore actionibus, abſque diſtinctione contractus ſiue interceſſionis, *authent. præſente. Cod. de fideiuſſ.* Inquo antiquatum eſt ius codicis per nouellam Iuſtiniani, *§. ſi quis igitur, & §. non ſolum, de fideiuſſ. in authent.* nec liberum eſt conuenire prius fideiuſſorem quam reum, vt licebat antea, *l. 2. & 3. & l. iure noſtro, 5. de fideiuſſ.* niſi inter contrahentes aliter placitũ eſſet, *d. l. iure nouo*, quod hodie pro placito habetur, præſente debitore & eo exſiſtente ſoluendo: non eo abſente vel latitante: quia & qui latitat pro abſente habetur, *l. Fulcinius, ex quibus cauſſis in poſſeſſion. eat.* Si fideiuſſor quoque renuntiauerit huic priuilegio ordinis, recte prior conueniri poterit, vel ſi ſe obliget, tãquam principalis, ſine diſcuſſione præcedente, quod renuntiationi ſimile eſt, *§. ſancimus, nouell. 136. ita iudicatum refert Papus, lib. 10. Rhapſo. areſtor. titul. 4. areſt. 24.* Item fideiuſſor fictus poteſt æque cito conueniri ac principalis debitor, *Nicolaus Boerius, deciſion. 217. nu. 13.* Fideiuſſores quoque de iudicato ſoluendo, vt in criminalibus accidit, poſſunt diſcuti, non diſcuſſo principali, *idem Boerius deciſion. 277. numer. 3. per gloſſ. in l. final. §. final. in verb. perſoluere, quã ibi ſequuntur Martin. Oaoſr. Cynus, Faber, Bartol. Paul. Caſtrenſ. Cod. de vſu. rei iud.* videlicet quando reus principalis debere cœpit, non ante, *l. fideiuſſor, 58. de fideiuſſ. P.*

¶ Quando † autem ordo poſtulat conueniri fideiuſſores, alia opus eſt diſtinctione: vt ſi plures pro vno interuenerint, ſinguli quidem teneantur in ſolidum, etſi expreſsè id dictum non ſit, ſi alter eorum non ſit ſoluendo: ſi vterque tamen ſit ſoluendo, & ſint omnes idonei in portiones obligatio diuiditur, *l. 3. C. de fideiuſſ.* 3

¶ Beneficium † namque diuiſionis ex epiſtola Adriani illis cõceditur, *§. ſi plures, de fideiuſſ. l. ſi plures, eo. tit. P. l. ſi. C. de conſti. pecun.* Si confideiuſſores ſint eiuſdem ſtipulationis: non ſi diuerſarum, *l. ſi à Titio, 64. de fid eiuſſor.* Secundo idipſum in pluribus mandantibus vel iubentibus, *l. final. quod iuſſ. in P.* & in heredibus fideiuſſorum, *l. inter eos, 52. §. ſi. di fideiuſſ. l. ſi plures, 2. P. §. 1. & §. ſicut ſi. & l. ſi teſtamento, 50. §. quod ſi duo, eo. tit. P.* & fiſco ſuccedente ob bonorum præſcriptionem fideiuſſori, *dict. l. inter eos, §. ſi. P. l. 3. C. eo.* Non tamen ſit diuiſio ipſo iure, niſi petatur per exceptionem, *l. ſi conueniat, 29. de fideiuſſ. P. l. ſi fideiuſſor, 10. C. eod.* Quo fit vt ſi vnus ex fideiuſſoribus moriatur ante diuiſionem, ceteri pro illo teneantur *l. inter fideiuſſores, 27. & l. inter eos. 51. de fideiuſſ. P.* niſi dũ fideiuberetur, dictũ fuerit expreſſe, quoſdam fideiubere in ſolidum, vel in partes viriles: nã ab initio fideiuſſio cenſebitur diuiſa, *d. l. inter fideiuſſores, 27.* 4

¶ Summam † autem æquitatem habere videtur diuiſio ex epiſtola Adriani vt videlicet, quod aliis correis debẽdi quã fideiuſſoribus iure communi indultum erat, vt liceret illis diuiſione æris vti, *leg. reos, de duo. reis in P.* liceret quoque fideiuſſoribus, qui intuitu debiti quo premuntur nomine alieno, correi recte dicũtur, quãuis aliqua ratio diſtinguendum inter iſtos ſuadeat, nẽpe quod rei principales ſint debitores, fideiuſſores vero ſecuritati debiti addantur. Obſeruandum autem eſt, pluribus fideiuſſoribus in ſolidum obligatis liberum quidem eſſe ante litem cõteſtatam creditori alterum illorum eligere, ſi modo ceteros minus idoneos exiſtimaret, neque impediri, quominus poſtea cõtra alium confideiuſſorem habeat regreſſum: verum ſi ab initio litis diuiſerit in ſingulos pro rata actionem, non poteſt poſt litem cõteſtatam, petitionem reintegrare, *l. liberum, 16. & l. reos, 23. & l. ſi. de fideiuſſ. C.* 5

¶ Confideiuſſores † porro dicuntur, qui pro eodem reo debendi, & eodem debito, & eadem ſtipulatione interueniunt: non ſi pro diuerſis reis, quamuis pro eadem ſumma, *l. ſiã Titio, 44.* 6

¶ Sed † & annotandi ſunt caſus, in quibus diuiſio ex epiſtola Adriani, non competit fideiuſſoribus veluti ſi vnus iam ſolidũ debitum ſoluerit. nam quamuis is partem à confideiuſſoribus repetere poſſit: tamen ſolutione facta. vti non poteſt epiſtola Adriani contra creditorem, vt ab eo repetat ſupra partem ſuã ſolutũ, *l. ſi teſtamento. 50. §. quod ſi duo, de fideiuſſ. in P. §. ſed ſi ab vno, eo. tit. ap. Iuſtin.* Non competit etiam fideiuſſoribus inficiantibus fideiuſſionem, *l. ſi dubitetur, 11. de fideiuſſ. P.* in fideiuſſoribus vnius tutoris agente pupillo, *l. ſi. rem pup. ſal. ſor. libr. 46. P. titul. 6.* quamuis inter fideiuſſores diuerſorum tutorum locum habeat, *l. pupillus, 6. de fideiuſſ. tut. P. lib. 27. tit. 7.* quia & plures pupilli vnius tutores diuidere inter ſe poſſunt, & implorare beneficium Adriani, *l. 1. §. nunc tractemus, de tutel. & ration. diſtrah. lib. 27. P. ti. 3.* Fruſtra etiã impetratur diuiſio contra alios confideiuſſores, qui ſoluendo nõ ſunt: nã ſiquis ex fideiuſſoribus litis cõteſtatæ tẽpore ſoluẽdo nõ eſt, ceteros onerat *§. ſi plures, verſi. ideoque, de fideiuſſ. P. Caius, l. inter fideiuſſores, 27. & leg. ſi plures ſint, 28. in princ. & §. præterea, & l. ſi contendat, 29.* Si tamẽ diuiſione facta lite cõteſtata aliquis confideiuſſorũ deſinat eſſe, vel non inueniatur idoneus, cõfideiuſſoris nõ eſt periculũ, ſed creditoris, *l. inter eos, 52. §. cũ inter, de fideiuſſ. l. amiſſi, 53. §. 1. eod. P. l. liberũ, 16. eod. C. §. ſi vero minus idonei, in nouella. conſtitut. 90.* Præterea ſi duo rei promittendi ſeparatim fideiuſſores dederũt, inuitus creditor inter eos fideiuſſores actiones diuidere nõ cogitur, ſed inter eos dũtaxat, qui pro ſingulis interuenerũt, *l. inter eos, 52. §. duo rei, de fideiuſſ. P.* id eſt, inter cõfideiuſſores. Et rurſũ inter cõfideiuſſores diuiſioni locus eſt, ſi omnes poſſent fideiubere: alioquin, ſi quis cũ eo qui fideiubere iure nõ poterat, ſciẽs prudẽſque fideiuſſerit, vt cũ muliere, vel cũ minore, ſubductis perſonis horũ, in ſolidũ tenebitur, *l. ſi Titius & Seia, 49. de fideiuſſ. Africanus in l. vir vxori, 17. §. fi. & l. ſeq. ad ſenatuſc. Velle. li. 16. P. tit. 1. l. ſi paternã, 8. eo. tit. lib. 4. tit. 29.* Si tamen vnus ex fideiuſſoribus paciſcatur cum

Digitized by Google

creditore, ne à se petatur, non prohibetur creditor aduersus alios ex integro experiri, imputato tamen eo quod ab eo cùm quo depactus est, acceperit. *Iulian. in l. si stipulatus esses, 16. §. 1. de fideiuss.* Poterit & debitor partem debiti soluendo, ita soluere, vt vnum ex fideiussoribus suis volente creditore liberet, *Vlpian. l. in his. § si duos, de solution. P. vide late Bald. in l. si paternam, C. ad senatus. Velleia.* Verum quando fideiussor fideiussoris est, hic fideiussor non potest petere diuidi causam debiti, ex epistola Adriani, cum eo fideiussore cuius fideiussor est. quia fideiussor principalis reus debendi eius respectu est, *l. si plures, 28. §. final. de fideiuss.*

8 ¶ Ceterum † cum non tantum fideiussor seipsum obliget, sed etiam heredes, *leg. potest, 4. §. fi. de fideiussor. P. l. fideiussores, 24. C. de fideiussor. 24. C. de fideiuss.* ideo & in eos agitur quoque. ¶ Tenen-
9 tur † autem fideiussores creditoribus, in id pro quo fidem suam astrinxerunt expresse, non vltra, etsi in obligatione rei principalis plura sint, *l. si vltra, 22. de fideiussor. C.* quia fideiussio stricti iuris est, *Decius consil. 107. num. 2.* Et proinde quæ palam in illa expressa non fuerint, omissa censentur: nec veniunt tacite, *l.*
10 *quicquid astringendæ, de verbor. obliga. P.* ¶ Quare † si simpliciter accedat fideiussor obligationi cuidam, peræque quidem obligatur ac principalis debitor, videlicet ad id quod tempore fideiussionis erat in obligatione, pro sorte videlicet, non ad vsuras, quæ postea inde nascuntur, *l. fideiussores, 69. §. pro Aurelio, de fideiuss.* nisi pro vsuris quoque fideiusserit, *l. fideiussor, 10. C. de fideiuss. l. si mandator, 8. quod cum alio, & c. libr. 4. C. tit. 26.* vel in omnem caussam, *d. l. fideiussores, §. 1. & l. instio 5. de pact. inter emtio. libr. 4. C. titu. 54. Paul. l. quero, 56. loca. in P. libr. 19. tit. 2.* Qui tamen se obligat pro liberando à carceribus sub fideiussione, simpliciter accedendo in omnem caussam videtur accedere, *Boerius decision. 314. nu. 3. & 4. per l. si quis pro eo, §. si nummos, & ibi Alber. & Paul.*
11 *Castrens. de fideiussor. P.* ¶ Citra † quam promissionem nec fideiussor tenetur pro mora debitoris, *l. centum Capuæ, de eo quod cert. loc. l. cum quis, 21. de action. P.* Nec fideiussores magistratuum in pœnam, vel in mulctam quam non spopondissent, debere conueniri Imperator decreuit, *l. fideiussores, 69. de fideiuss. P. l. fi. eo. P.* nisi in stipulationis fideiussione, per te non fieri in quo ex mora ad interesse condemnatur fideiussor, *l. cum filius fam. 49. §. 1. de verb. obli. & ibi Barth.* mora quoque rei fideiussori obest, *l. mora, 88. de verb. oblig. P. l. si libertus moram, 44. de oper. liber. 38. P. tit. 1.* in eo vt pro reis teneatur quæ interiit, nam perpetuatio obligationis, sine incremento & ad fideiussorem pertinet, *l. cum filius familias, 94. l. si seruum, 91. §. nunc videamus, de verb. oblig. P.*
12 non quod interest ex ea, *l. fi. d. eo quod certo loco.* ¶ In † hac etiam quæstione in quantum teneatur fideiussor, distinguere oportet causas ciuiles à criminalibus: siquidem qui fideiussit de iudicato soluendo sub obligatione bonorum, & personæ in caussa ciuili, post condemnationem rei principalis, potest sine alia condemnatione, & absque discussione alia bonorum cogi per prehensionem & ductionem in carcerem ad solutionem transacto tempore solutioni & executioni concesso. Quia statim atque iudicatū est, id est, quando sententia transiit in rem iudicatam, stipulatio iudicatum solui committitur, *l. 1. iudica. solui, lib. 46. P. tit. 7. l. fi. de exsecu. rei ind. lib. 7. C. tit. 53. l. si à colono, 59. §. fi. de fideiuss. in P.* Et ita alias iudicauit senatus Parisiensis in comitiis Turonensibus anno Domini 1533. *refert Papus, lib. 10. Rhapso. arestor. tit. 4. arest. 1.* Prospexit autem constitutio Iustinianea, fideiussoribus & mandatoribus debitorum, vt eadem dilatio quæ post rem iudicatam conceditur debitoribus principalibus damnatis, & porrigeretur ad fideiussores & mandatores, sublato iure antiquo, quo inducie nullæ illis dabantur, post iudicatos reos, quitamen his fruebantur, *l. fi. §. fi. de vsur. rei ind. lib. 7. C. tit. 54.* Disputat Guido Papæ *q. 26.* sententiam latam contra principalem debitorem, exsecutionem paratam habere contra eius fideiussorem datum in iudicio, de iudicio soluendo, sine alia lite, seu processu, vt loquitur, nouo, *per gl. in l. fi. §. fi. C. de vsur. rei iud. quam sequitur Laco. de Aret. per l. si quis, §. nummos, de fideiuss. P.* diuersum autem in fideiusore contractus,
13 *per l. grege, §. 2. de pign. & l. à sententia, in princ. de appell.* ¶ Ceterum † in caussa criminali, qui vadem pro alio se præbuit, quia placuit neminem se posse pro alio obligare in omnem caussam iudicati, cum personales sint pœnæ, *sup. in precedent. c. in personis.* (vt ante diximus) non potest in carcerem duci pro mulcta ex damnatione criminis imposita, sed patitur exsecutionem in bonis tantum: vt iudicatum in capitalium caussarū summæ curiæ Parisiensis Tholos. 26. Februarii, 1546. *Papus, vbi supra in 10. Rhapso. arest. tit. 4. arest. 1.* Quamobrem contra fideiussores seu vades cautionis iudicio sisti, via duplici proceditur. Nam, aut promiserunt sub certa pœna accusatum sistere, & tunc ad pœnam promissam agetur, *vt dictum ex l. si quis reum, de exhib. reis, P. l. 1. si quis cautio. P.* aut promiserunt simpliciter exhibere, & in hoc casu si non exhibeant, vt non obtemperantes iudici, pecunia mulctari possunt, *l. 2. si quis ius dicen. non obtem. in P.* in fiscum vel æratium deferenda *l. mulctarum, Cod. de mod. mulct. r.* Et si dolo malo factum per eos fuerit, quo minus exhibeant, extra ordinem iudex vel punire, vel relegare ad tempus, aliove modo acerbius plectere contumaciam poterit & dolum, *dict. l. quis reum, de exhib. reis, P. l. si quis Barsatorum, C. de fideiuss.*

¶ Forma † tamen qua quis se obligauit sequenda est, nec præ- 14
ter illam cogi fideiussor potest: vt si aliquis apud aliquem iudicem iturus, stipulatus est iudicatum solui, & egit apud alterum, non committitur stipulatio: quia nō huiusmodi iudicis sententiæ fideiussores se subdiderunt, *l. 5. iudicat. solui, lib. 46. P. tit. 7.*
¶ Sicuti † & mutatio actionis, & rei, impedit ne committatur 15
stipulatio iudicatum solui, *l. cum quærebatur. 13. eo. ti. iudic. sol. P.* nec fideiussor huiusmodi acceptus in caussa, si de ea iudicatum sit & appellatum, non censetur obligatus in caussa appellationis per eam clausulam quod talis primus iudex iudicaiset, nisi & adiectum stipulationi, quive in eius locum substitutus erit, *l. penul. ind. sol. P.*

De Actione quæ datur ex fideiussione Fideiussori contra debitorem principalem.

Cap. 5.

1 *Fideiussor, ex quo obligatur reus principalis.*
2 *& 5. 6. 7. 8. Fideiussor experiri potest contra debitorē vt se liberet.*
3 *Fideiussor num liberetur inopē facto debitore, si antea denunciauerit creditori vt ageret.*
4 *Fideiussor qui accedit mutuo faciendo, num teneatur si ante numerationem denuntiet creditori, nolle se fideiubere, quod debitor dissipet bona sua.*
8 *Fideiussor condemnatus quando non potest agere contra reum debendi.*
9 *Euictionis caussam quando auctor damnato possessore non tenetur suscipere.*
Fideiussor quando egit contra reum debendi, vel mandatorem, eod.
10 *Remuneratio habet caussam obligationis precedentem aliquam.*
11 *Fideiussor vltra debitum principale, & alia in rem debitoris impensa repetit.*
12 *Fideiussor soluendo pro reo melius, cum pessimo soluto, reus se potuisset liberare, illud quod plus est non repetit.*
13 *Fideiussionis actio heredibus & in heredes datur.*
14 *Fideiussor ex quibus casibus non potest agere contra reum debitorem soluendo pro eo.*

IMpleto mandato † de fideiussione facienda, siue mandan- 1
do, siue fideiubendo, obligatur reus principalis, *l. fi. §. fi. mandat. P.* ¶ Agere † potest fideiusor aduersus reum principalem an- 2
tequam soluerit, & post: ante, in quatuor casibus, *c. fi. de fideiuss. potissimum.* Primus si incipiat post diuisionem debitor bona dilapidare & dissipare & ad inopiam declinet, *d. c. fi. & l. si pro ea. 10. manda. lib. 4. C. tit. 35.* Contra si ante fideiussionem cœperat bona perdere, & postea perseueret, & inopinata non superuenerit caussa. *l. 3. §. fi. & l. 4. vt in possess. legat. lib. 36. P. tit. 4. l. pen. §. fi. de vacu. mune. P.* Recte tamen in hac quæstione facturum arbitror iudicem, si prospiciat fideiusori ex æquo, prohibendo debitori abusum rerum suarum, iuxta alia iuris capita, *vt in l. 2. de iis qui sunt sui vel alieni iuris, in P.*

¶ Et † cui affinis quæstio, num si fideiusor denuntiauerit cre- 3
ditori vt agat vel compellat debitorem aut pignus distrahat, antequam dissipet debitor bona, reddito debitore non soluendo, fideiusor possit agentem creditorem submouere, veluti actione de dolo. Ad quam respondit Scęuola non posse, *in l. si fideiussor. 63. de fideiuss. P.* Quia non videatur dolo facere qui iure suo vtitur, *l. nullus videtur, 15. de regul. iur. P. l. 4. §. is tamen de liber. homine exhib. l. iniur. §. 2. de iniur. P.* Scęuolæ responsum intelligunt quidam quando simpliciter fideiusor accessit obligationi, quia tunc nulla fuit consideratio, num principalis esset vel non idoneus, & ideo imputari non posse creditori, quod non egerit: diuersum autem si fideiusores accepti rātum fuerint in id, quod à principali exigi non posset, *l. si fideiussores, 42. de fideiuss. & ibi Paul. Castr. facit l. si cum venditor. de euict. in P.* Et proinde cum ordo iuris conueniendi fideiusores hodie is sit, vt si aliter cautū non sit, conueniantur prius debitores præsentes, & excutiātur eorum facultates, *§. 1. de fideiuss. in P. & authen. præsente, eod. tit. C. cum simil. sup. cita.* arbitratur Bartolus responsum Scęuolæ esse antiquatum idipsum, & locum habere, si in necem ipsius fideiusoris creditor nolit experiri contra debitorē, qui dissipat patrimonium, monitus à fideiusore, ne malitiis hominum indulgeatur, *Bart. in d. l. si fideiussor, 63. num. 1.* quod & Accursius & Castrensis probant, *Accurs. Paul. Castr. & Bart. num. 2. in d. l. si fideiussor creditori, 63.* Sed vltra Bartol. tutius fideiusori suadet, *Bart. in d. l. 13. nu. 2.* elidendam excusationem creditoris, quod non agendo vti se iure suo dicit, vt offerat creditori debitū, & petat sibi actiones cedi. Nam fideiusor qui creditori pecuniam obtulit & consignauit, confestim agere aduersus mandantē potest, vt respondit Hermogenianus, *l. fideiuss. qui minor. 65. de fideiuss. P.* Et cum hoc Iulianus quoque respondit fideiusoribus succurri solere, vt stipulator cōpellatur, ei qui solidum soluere paratus est, ven-

Digitized by Google

est, vendere ceterorum nomina. *l. fideiuss. 18. de fideiusso.* P. *facit l. Modestinus, de solut.* P.

4 ¶ Huic † succedit alia controuersia, si spe numerationis futuræ debitor se obligauit, dato fideiussore, & is fideiussor ante numerationem denuntiet creditori ne numeret, eo quod soluendo non sit debitor & dissipet bona, num fideiussorem conuenire possit, si postea numeret. In qua probabilior videtur sententia Castrensis, & Panormitan. distinguentium, *Paul. Castr. in l. si fideiussor creditori, & Bart. num. 3. de fideiuss. Panorm. in c. cum pro quo, eod. tit. ap. Greg.* vt si causa superuenit de nouo ante numerationem, & post fideiussionem: creditor qui post denuntiationem illius causæ numerat pecunias, suo periculo numeret, non fideiussoris: nam monitus de causa illa superueniente de nouo, cur fideiussor nolit postea stare promissioni, videtur numerando dolo facere. *l. cum Cornelius. & l. cum quis, de solut. in P.* Et si noua non fuerit causa, recte etiam respondetur eundem creditorem debere abstinere à numeratione, si honeste à promissione possit resilire: quia promissio de mutuando ante numerationem, non constituit obligationem. *l. qui pecuniam, de rebus cred. P. nisi ratione eius si quid interfit non dari l. qui Romæ, de ver. obl.* P.

5 ¶ Alius & † secundus casus quo antequam soluerit fideiussor potest agere contra debitorem vt se liberet est, si diu in solutionem obligationis cessauit. *d. c. fi. de fideiuss. l. Lucius. 8. manda.* P. Illud diu, biennium intelligi potest, vt docet Guido Papæ, *q.* 117. Verum rectius quod pertinet ad præsentem tractationem, temporis huius determinatio relinquenda est arbitrio iudicis, *Guid. Pap. in d. q.* 117.

6 ¶ Tertius, † si ea lege quis fideiussit pro aliquo, vt possit ante solutionem eundem debitorem conuenire, *l. si pro ea cõtra quam, 10. manda. li. 4. C. tit. 35.*

7 ¶ Quartus, † si fideiussor velit in longinquas regiones proficisci, agere poterit contra debitorem vt liberetur ab obligatione, *Panor. in ca. si. de fideiusso. Chassanæus ad §. 2. in verb. le creancier peult, versic. sed iterum quæro, tet. des rantes vendues à rachapt, in consuet. Burg.* quemadmodum præter iuris communis regulas, reus qui dedit procuratorem, post litem contestatam eum mutare potest, ex ea causa quod longam peregrinationem instituerit, *Vlpian. in l. post litem, 17. iunct. l. aut longa 23. de procurat. li. 3. P. tit.*

8 1. ¶ Quintus † si condemnatus est fideiussor, agere potest, aut vt defendatur aut vt liberetur, *Scæuola, in l. si fideiussor pro venditore, 46. de fideiussor. l. si pro ea, C. mandat.* Verumtamen condemnatio legitima esse debet sine fideiussoris culpa, ratione fideiussionis. Nam si fideiussor vel mandator exceptione munitus, iniuria iudicis damnatus est, neque is vsus fuerit prouocatione, non posse mandati agere contra debitorem manifestum est, *l. si pro ea, §. si. manda. C. l. exceptione, 68. de fideiuss. P.*

9 ¶ Sicuti † in euictionis causa decretum est, vt non teneatur venditor pro euicta re iniustitia iudicis, vel per errorem lata sententia, *Vlpian. in l. si per imprudentiam 51. de euict. lib. 21. P. tit. 2.* si non denuntiauit ei qui opponere potuisset exceptionem: *l. si procuratorem, 8. § si ignorantes, manda. P.* vel si oppositam legitime non probauit. *Item § generaliter, manda. P.* Quæ intelligenda sunt de exceptione, quæ competere poterat reo principali; alioquin omissa exceptio, quæ competere poterat reo principali, alioquin omissa exceptio, quæ competere poterat ex persona sua fideiussori, non officit quin agere is possit, damnatus contra debitorem principalem. *d. §. generaliter, & l. si fideiuss. 29. in prin. & §. quædam, manda.* idipsumque verum si omiserit proponere actionem parum honestam, quæ proposita pudori ei foret, *d. §. generaliter, & l. Quintus Mutius, 48. §. si reus, manda.* P. Item si ei cui damnatus ex causa fideiussoria fueram, heres postea exstitero, habebo mandati actionem, *Pompo. l. si ei cui, 11. manda. P.* Qui tamen cum adhuc damnatus non fuerit creditori successit, non mandati, sed principali experitur. *l. heres à debitore, §. fin. de fideiuss.* Postquam fideiussor soluit, habet etiam actionem contra mandantem, vel reum debendi principalem, vt solutum consequatur, *§. si quid autem, de fideiuss. apud Iustin. l. inter causas, 26. §. præterea, manda.* P. si deposuit post oblationem factam creditori. *l. fideiussor, qui minor 65. de fideiussor.* P. *leg. qui mutuam, 56. manda. P.* vel aliud egit quo debitorem à creditore liberauerit: vt si debitorem suum, etiam qui soluendo non est, volenti creditori delegauerit. *Paul. l. inter causas, 26. §. abesse, manda. P. Iulian. l. quo debitorem, 29. de fideiussor. in P.* Si fideiussor creditorem, qui debitor sibi erat, liberauit, *d. l. inter causas. §. si is qui fideiussori*, si creditor accepto tulerit fideiussori debitum, vel ei donauit, vel legauit remunerationis causa, *d. l. idemque, 10. §. si. manda.* P. non autem si simpliciter donauit fideiussori actionem, *l. si vero non remunerandi, 12. mand.* P. quia remuneratio habet vim solutionis potius, quam simplicis donationis, & qui ad remunerationem tenetur, vinctus est naturali obligatione, *l. Attilius Regulus, de donation. in P. leg. sed etsi lege, §. consuluit. de petitione hereditat. P.*

10 ¶ Et † ita remuneratio solutionis causam habet: & solutione facta agere potest in mandantem, etiam si sine iudice soluerit, *l. idemque, §. fideiussores, manda.* P.

11 ¶ Vltra † principalẽ causã pro qua accessit fideiussio, si fideiussor multiplicauerit summã, in quã fideiussit, sumptib. ex iusta ratione factis, totam eam præstabit is pro quo fideiussit. *l. si mandato meo, 45. §. si fideiuss. manda. P. l. si fideiussor manda. P. l. si is qui, 50. §. si. eo. tit.* Veluti & sumtus in litem factos, *l. qui proprio, §. lites, de procurat. in P.* in collectionem fructuum, *d. l. idemque, c. idem Labeo, manda.* P. & similes.

12 ¶ Si tamen † fideiussor meliorem rem, quam obligatio posceret, soluerit, à reo non amplius repetet quam pessimum quod dando à creditore se liberare poterat, *l. si fideiussor sine adiectione bonitatis, 52. mand.* P. Nec similiter repetet vsuras, quas soluit pro reo, reo contendente debitas non esse, nec adhuc eo damnato, *l. Quintus Mutius, 48. manda.* P. At repetet recte æstimationẽ rei à se solutæ nomine fideiussorio habita ratione temporis solutionis, etsi postea res deterior facta fuerit, vel interierit, *l. hominem, manda. P.* Et quamuis fideiussor non teneatur pro vsuris rei principalis, si pro illis nominatim non fideiusserit, vtpote contractu exsistente stricti iuris vt ante monuimus, tamen aduersus mandantem & debitorem principalem, si pro eo soluit, veluti ex contractu bonæ fidei, si cessauerit in solutione aget vsurarũ quoque nomine, *in l. 1. & in l. post solutionem, 18. manda. C. d. l. si vero non remunerandi. §. si mihi, eo. tit. manda.* P. & pignorum in obligationem deductorum, *l. 2. C. mand.*

13 ¶ Dabitur † autem & hęc actio non tantum fideiussori qui soluerit, sed & heredi eius. *l. heredem, 14. manda. P.* & aduersus mandantem & eius heredes, *l. post solutionem, 18. man. C.* Si quis mandauit, vt pro alio fideiuberem, datur actio mandati contra mandantem tantum, nisi & vterque mandauit, aut & reus, alio mandante fideiuberi patiatur vel mandari pro se, *l. cum mandati, 71. l. qui si de alterius, 53. manda. P.* vel pro absente nec mandante fideiubens, negotiorum gestorum experietur actione, *l. ex mandato, §. final. manda. in P. l. quanquam, 7. ad Senatusc. Velleian.*

14 ¶ Excipiuntur † casus, quibus fideiussor non experitur contra reum principalem, mandati vel actione alia. Si pro inuito fideiussit, *l. si remunerandi, 6. §. si passus, manda. l. fi. C. de neg. gest.* aut animo donandi, *d. §. si passus, l. quod dictum, de pactis, in P.* aut negotium suum gerens vt procurator in rem suam *d. §. si passus, & l. de die, §. 1. qui satisd. cog. in P.* si pecunia accepta spopondit suo periculo fideiussor, *d. l. si remunerandi, 6. §. fi. manda. P.* si pro absente fideiusserit, negotiorum gestorum, non mandati datur actio, *Lex manda. 20. §. si mand.* P. Qui mandante muliere fideiussit, ob Velleianum, in eam actionem non habet, *Papinian. l. quanquam igitur 7. & l. si mulier, 32. §. 1. ad Senatusc. Vell.* P. Qui spondet aut soluit plus quam mandatum ei sit, non habet actionem mandati in eo, quod plus est quam mandatum est, *§. is qui exsequitur, de manda. ap. Iustinia. lib. 3. Instit. tit. 27.* quod fines mandati excedere nõ liceat. *l. diligenter, manda. in P.* Si fideiussor, vel alius quis pro reo ante diem creditori soluerit, exspectare diem debebit quo ei soluere oportuit. *d. si fideiussor 32. de fideiussor. P. l. si mandatario, 22. manda. P.* Nec agit fideiusor minoris contra eundem, si is minor restitutionem in integrum aduersus quoque fideiussorem petierit: diuersum tamen si non petierit contra eum restitutus in integrum, *in l. 1. & 2. de fideiuss. mino. lib. 2. C. titu. 24.* Nec agit etiam qui pro pupillo, sine tutoris auctoritate obligato, vel prodigo vel furioso fideiusserit. *d. Marcellus, 22. de fideiuss.* Vlpianus alios addit his verbis casus, *Vlpian. in l. si vero non remunerandi, 12. §. si adolescens, manda. P. Si adolescens luxuriosus mandes tibi vt pro meretrice fideiubeas, idque tu sciens mandatum susceperis, non habebis mandati actionem: quia similis est, quasi parituro pecuniam sciens credideris. Sed & si vlterius dixerit mandaverit tibi, vt meretrici pecuniam credas, non obligabitur mandati: quia aduersus bonam fidem mandatum sit.* Nec Iulianus bonæfidei emtorem eum esse dicebat, qui emit à luxurioso, quem sciebat, pretium statim scorto pecuniam daturum: & ideo non vsucapere posse. *leg. si quis cum sciret, 8. pro emtore, lib. 41. P. tit. 5.*

De Actione, quæ datur fideiussori soluenti contra alios fideiussores.

Cap. 6.

1 *Fideiussori vni ex pluribus soluenti creditor tenetur cedere nomina.*

Fideiusoribus, inquit Iulianus, † succurri solet, vt stipulator, † id est, creditor, compellatur ei qui solidum soluere paratus est, vendere ceterorum nomina. *l. fideiussoribus, 18. de fideiuss. P.* nam nisi ei cessæ sint à creditore actiones, iure ciuili nec à debitore, nec à confideiusore petere poterit. *l. vt fideiussor, 40. & l. si fideiussores, 42. eo. tit. de fide. P. §. plures, versi. si ab vno, eod. tit. apud Iustin. l. cum alter, 11. eod. tit. C.*

De Constituto. Cap. 7.

§. de constituta, de actio. Lib. 13. P. tit. 5. Lib. 4. C. tit. 18.

Digitized by Google

1 *Constitutum dupliciter sit: & quod est quando alieno nomine se constituit possidere.*
2 *Constitutum aliter quid, & antiphonesis.*
3 *Constitutum, & de constituta pecunia actio ex nudo pacto.*
Nuda pactio in constituta pecunia efficax ad actionem, eod.
4 *Constituti & fideiussionis differentia.*
5 *Constitutum pro debito & indebito.*
Actio receptitia quæ, eod.
Constitutum de quibus, quomodo fit, eod.
6 *Constitutum facere quæ possint personæ.*
7 *Constituendi quæ formula.*
Satisfiet à me vel ab alio, clausula quomodo obligat, eod.
8 *Constitutum cuius nomine fieri possit.*
9 *Constituens sine die & quantitate, quando & in quantum tenetur.*
10 *Constituti finis.*
Constituti & nouationis differentia, eod.
11 *Constituens pro alio conuenitur tanquam fideiussor post reum principalem debendi.*
12 *Constituens quo ordine conueniatur pro constituto.*
13 *Constituta actiones quibus dantur, & in quos dirigantur.*
14 *Constituti actio quæ, & quid contineat.*
15 *Constituto quare opiatur actio, rationes.*

1 OMne æquiuocum † prius distinguendum est quam definiendum. Quamobrem constitutum duplici significatione vsurpari admonendi sumus. Primum constitutum est factus modus transferendæ possessionis: cum scilicet vendens, donans, aut aliter concedens, rem quam vendit, donat, aut aliter concedit, seseque constituit possidere, vel simpliciter, vel precario eius nomine, cui ea conceditur. Siquidem per eam constitutionem transfertur possessio sine alia traditione, *citatur l. quædam mulier, & ibi gl. Bart. & alij de rei vind. in P. & l. quamuis, & ibi Ang. leg. quod meo, & ibi Bar. de acqui. poss. & inter modos fictos transferendæ possessionis ponitur, & constitutum à glo. in l. 3. & ibi interpretes, de acquir. poss. & in c. 2. de consuet. ap. Greg. & exstat de iure constituti possessoris peculiaris tractatus Andreæ Tiraq. eruditus & copiosus.* De hoc † constituto non est nunc instituta tractatio. Alio modo constitutum de quo hic locuturi sumus, est, cum quis constituit se id quod debetur, daturum, facturumve, pro se vel pro aliis, quod Græci κατάξιωσιν dicunt, *vt apud Demosth. in Orat. κατὰ Θεοκρίνου.* Iustinianus vocat in Nouellis ἀπῴμοσιν, *nouell. 136. §. Διορίζομεν τοίνυν, sancimus igitur, & §. 1. nouell. 4. & nouell. 115. §. fin.* atque constituentem ἀπομοσάντα.

2

3 ¶ Affinis † tractatio fideiussioni, est hæc de constituta pecunia: pro qua, cum omnibus agitur, quicũque pro se vel pro alio soluturos se constituerint, *auth. si quando, de const. pecun. C. & §. de constituta de act. ap. Iustin.* verbis simplicibus, constituo me soluturum, quod ego vel ille debet, prodita obligatione & actione singulari & prætorio iure, *l. 1. & leg. qui autem 14. de const. pecu. P. d. §. de consti. pecun* ex nudo, vt dicunt, pacto, quod iure ciuili communi ad hoc inefficax est, *l. iurisgentium, §. quinimo, §. sed cum nulla, de pact. l. legem quam dixisti, & l. traditionib. C. eo tit.*

4 ¶ Quia † tamen differt in multis à fideiussione separatim tractari oportet, quæ eius sunt. Siquidem qui constituit se soluturum, pro se & pro alio potest constituere, *d. §. de constitut. & auth. sigillo.* Fideiussor non nisi pro alio intercedit, *§. 1. de fideiuss.* & constitui aliud pro alio potest, *l. 1. §. an possit, de constit. pec. in P.* non ita in fideiussione, *l. si ita, de fideiuss. P.* Constitutum consensu, quibuscunque verbis fit, *l. 1. de const. pec.* fideiussio non nisi per stipulationem, vt ante diximus. Et fit constitutum nulla stipulatione interposita, & ideo actio prætoria est, *d. l. 1. de const. pec.* Alioquin si stipulanti constituens promiserit, iure ciuili tenetur, *d. §. de constit. pecun. de actio.*

5 ¶ Duplex † caussa olim constitutum bifariam variabat, debitum videlicet & indebitum. Pro debito constituto, dabatur tantum de constituta actio: pro indebiti constitutione, receptitia, *l. 2. C. de constit. pec. §. in personam quoque, de actio.* hodie sublata receptitia & materia, quæ olim tantum erat debitorum consistentium in numero, pondere & mensura, prorogata est ad omnes res debitas, ex quacunque caussa & dummodo debitæ aliqua obligatione vel ciuili vel naturali sint, *l. 1. §. debitum, de const. pec. P.* pro quibus tantum constitui potest, & pro omni debito aut pure aut in diem, *l. 3. §. fi. eo. P. & in d. l. 2. de constit. pec.* C. aut sub conditione, aut alio modo, *l. id quod sub conditione 19. de const. pec. P. d. l. 2. C. eod.* & pro omni re quæ pecuniæ nomine continetur, *d. l. 2. §. & neminem moueat, de constit. pec. C. l. pecuniæ verbum, de verb. sign.* Pro non debito ex aliqua præcedenti obligatione constitutum non potest fieri, *l. 3. §. si quis, & l. hactenus 11. de constitu. pec. P. l. 2. C. eod.* Sic enim prætor ait: Qui pecuniam debitam constituerit, *l. 1. eo. P.* Sufficit autem debitam fuisse pecuniam tunc cum constituebatur, quamuis postea & nunc debita non sit, vt teneat constitutum. Quia rerorsum se hæc actio refert, *l. item illa 18. §. quod adiicitur, eod. tit. P.* Sic quia mora perpetuat obligationem, *l. si seruum, §. nunc videamus, §. & sequitur, de verb. oblig.* post morã quod petiit, seu æstimatio eius in constitutum deduci potest, *l. promissor Stychi, 21. & l. promissor hominis, 23. de constit. pecun.* Fit etiam recte constitutum, si quis pignus se daturum, *l. si autem 14. §. si quis constituerit,* aliquem pro se fideiusurum, *d. l. quia autem, versic. sed etsi quis.* & aliud dicat pro alio quod debetur soluendum, *l. 1. §. an possit eo. P.* non tamẽ plus quã debeatur, & si in amplius fiat cõstitutum, non tenetur constituens vltra summam debitam, *l. hactenus 11. §. si quis centum, & l. sed etsi, 12. eod. P.* in minorem tamen summam quam debeatur, potest fieri constitutum, *l. sed etsi qui, 13. eod. tit.* In maiorem quoque quam is pro quo constitutio fit, soluere possit, sed quæ debita est, & exigi non potest tunc, quis se constituto obligare potest: vt pater pro filio, qui tantum in peculio quinque habet, in decem se obligare potest, *l. 2. de constit. pecu. in P.* Et maritus pro dote in plus quam facere cogi nõ poterat, *l. 3. eod. P.* Fit & constitutum, pro iniuriarum, furti, vi bonorum raptorum actione, *l. Paul. l. qui iniuriarum, 29. eod. P.*

6 ¶ Personæ † idoneæ huic constituto, sunt omnes quæ se obligare possunt: nam & mulieres obligantur, *l. 1. §. 1. de constit. pec. P.* & pupilli proximi pubertati sine tutoris auctoritate, *d. l. 1. §. de pupillo.* & filiusfamilias, & pater pro eo, in quãtũ est in peculio, *d. §. 1. de pupillo, versic. sed si filiusfam.* Et constituitur alii quam creditori, & ab alio quam à debitore. Nã vt ait Vlp. quod ego debeo, tu de eo constituendo teneris: & quod tibi debetur, si mihi constituatur, debetur, *l. cum qui 5. §. quod exigimus, eod.* Constituitur itaque recte, & actori reipublicæ tutori pupilli, curatori furiosi, vel adolescentis, & procuratori ita, recte municipibus soluitur, pupillo, furioso, adolescenti, seruo quoque, ratione cuius constituti, datur illis & domino serui actio de constituta vtilis, *d. l. eum qui, §. fi.* Idipsum si constituatur ei, qui bona fide nobis seruit, *l. idem est, 6. leg. & licet, 15. eod.* & filiofamilias, *l. sed etsi, 7. eod.* Non valet autem, si quis constituerit alium pro se soluturum, non se pro alio, *dict. leg. eum qui, §. Iulianus quoque.*

7 Quod † pertinet ad formulam constituendi, olim quidem certis erat definita cancellis & terminis, hodie minime, *d. l. 2. C. de constit. pec.* Sed ea ex placito & lege conueniendi libera est: & inter absentes, per nuntium vel epistolam constituere possumus, & inter præsentes. Et per nosmetipsos & per alios, *l. qui autem, 14. §. fin. leg. & licet, 15. eod. in P.* & quibuscunque verbis, quæ tamen voluntatem constituentis exprimant: vt si dicatur satis tibi faciam, & si dicat satisfiet, aut à me aut ab illo: nam & alio nolente satisfacere, is solus tenetur. Et si dixerit & à me & ab illo, illo quem nominauit recusante, pro parte tenebitur. Si autem dixerit impersonali verbo, satisfiet, non tenetur, *authen. si quando, de const. pecun. C. §. ad hæc, & aliud & seq. in nouell. constit. 215.* Tenebitur & de constituto, qui hac forma epistolam misit: remanserunt apud me quinquaginta ex credito tuo: ex contractu pupillorum meorum &c. *l. Titius Seio 24. de constit. pecun. P.* vel ita decem quæ Lucius Titius ex arca tua mutuo accepit, salua ratione vsurarum apud me habes, *l. quidam ad creditorem, 26. eod. P.* Legitime etiam fit constitutio, & præsente, & absente, imo & inuito debitore, *l. virum 27. eod.*

8 ¶ Cuius autem † nomine quis constituere possit, satis ex superioribus manifestum, & pro se & pro alio, *d. §. de constituta, & auth. si quando* absente & præsente, & inuito, *l. 27. eod. tit.* pro omni debito antea ex aliqua obligatione: & pro debito hereditario, & eius qui captus est ab hostibus, *l. hactenus, 11. eo. l. si ita stipulatus 97. §. possum, de ver. obli.* Dummodo error absit, vt si cõstituens quod alius debet, tanquam ipse deberet, constituat se soluturum, quod non valet. *l. si. de constit. pec.*

9 ¶ Qui † constituit, potest simpliciter id facere, non adiecta quantitate: nam & pro ea quæ debito continetur, de quo agebatur constituisse intelligitur. *l. qui autem, 14. de constit. pec. P.* at si sine die constituat, statim quidem debet, sed statim peti nõ potest, & modicum tempus statuendum est non minus decem dierum, vt exactio celebretur, *l. promissor. 21. §. si sine die, eo. tit.* Non enim venire debet creditor cum sacco statim paratus accipere debitum, *l. quod dicimus de solu. P.*

10 ¶ Finalis † caussa constituti esse videtur, vt alius liberetur debitor, per eum qui constituendo recepit alienum debitum soluendum: vel si pro se constituat, vt actio securior & firmior creditori reddatur. Notandum tamen ex Caio, quod vbi quis constituit pro alio se soluturum, adhuc eum pro quo constituit obligatum manere. *l. vbi quis, 28. de constitu. pecun. P.* Et qui constituit, se quidem obligat, sed obligatum non liberat, *Vlpian. l. si filiusfam. 15. de in rem verso. li. 15. P. tit. 3. l. Papinianus, 28. manda. P.* nisi nouandi animo fiat constitutum, & tunc degenerat constitutum in nouationem.

11 ¶ Proinde † in constituti exactione prius conueniri & excuti debet reus debendi principalis, vt in fideiussione, si præsens sit & eo absente fideiusor, mandator, constituens, qui & dilationem monendi absentem reum consequitur à iudice, coram quo res agitur, nisi ipse obligando & constituendo huic ordini renuniauerit, *§. 1. de fideiussor. §. sanctimus, constitut. 136. nouellarum.* Et si plures rei constituti sint, datur quoque illis epi-

stolæ

Digitized by Google

stolæ Adriani Cæsaris beneficium, vt fideiussoribus, *l. fin. C. de const. pec.* Et si alter illorum soluit, ei datur & contra alios, & contra reum principalem debendi actio cessa à creditore, *§. si vero intercessor, versi. si vero tempus. de fideiuss. nouell. constit. 4. dict. l. Papinianus, 28. mand. P.* alioquin si duo rei constituendi sint, vel cum altero in solidum agi potest, *l. si duo 16. de const. pec. P.*

¶ Conueniuntur † autem constituentes isti, siue expromissores, & excutiuntur, antequam ad tertios possessores rerum distractarum per debitores principales deueniatur, *§. sed neque ad res, de fideiussor. in authen.* Creditore ergo petente nullam pati exceptionem placet, quia petitione non tollitur actio prima, quæ remansit constitutione facta: solutione tamen, vtraque, & principalis videlicet, & de constituta tollitur, quod pertinet ad creditorem, *l. item illa, 18. de constit. pec. P.*

¶ Agit † hac actione is cui constitutum est in constituentem directa, *l. 1. C. de constit. pecu. §. de constituta, do actio.* & heredibus & in heredes per spatium 30. annorum, *d. l. 1. & 2. C. de constit.* Si vero mihi aut Titio constitueris te soluturum, mihi non Titio datur actio, nec si Titio solueris, quia is tantum adiectus est, liberaberis, *Paul. l. si vero mihi, 8. de constit. pec. P.* Si municipum actori, tutori pupillorum, curatori minorum, vel furiosorum, seruo constitutum est, quia isti nomine alieno recte contrahũt, datur actio municipibus, pupillo, minori, furioso, non directa, sed vtilis: seruo autem & solui & domino potest, *l. eum qui Ephesum 5. §. fin. de constit. pec. P.*

¶ Habet † hæc actio rei persecutionem, non autem pœnæ, *l. item illa 18. §. penult. de constit. pec.* & prætoria est, & in personam, *§. in personam, de actio.* Venit tamen in eam, vt quod constitutum est fiat, aut in id quod interest promissor cõdemnetur, *l. qui autem, §. 1. de constit. pec. P.*

¶ Satis † autem per se apparere ratio videtur, quare ex constituto obligationem nasci placuerit, ex eo quod primum accedat naturæ vel substantiæ fideiussionis: & quemadmodum in obligatione fideiussionis vterque contractus principalis, & accessorius vim accipit, sic & in cõstituto recipiatur, vtpote quod ex diuersis caussis oriatur obligatio, *l. item illa, §. fin. de constit. pecun.* Altera ratio quod contra naturalem æquitatem visum est prætori esse fidem datam fallere, & ideo ea quæ nudo pacto antea debebantur, fide data rursum per constitutum iterum promissa præstanda esse, *in l. 1. de constit. pec. P.* Sed tertio loco mihi videtur duplex vinculum firmius vno esse debere, *l. re coniuncti, de lega. 3. auth. cessante, de suis & legit. hered. C. §. sed hodie, de adopt. & similib.* Et consensu nouo constituti, inefficax iure ciuili adagendum pactum vestiri seu firmari, sicuti consensu firmari dicuntur generaliter conuentiones, *l. 2. de actionib. in P.* Quod Vlpianus indicat, dum ait: Hoc edicto prætor fauet naturali æquitati, qui constituta ex consensu facta custodit, *l. 1. de constit. pecu. P.* Sic Iustinianus recte voluit obligari mulierem in intercessione, si secundum priorem intercessionem quam eludere poterat beneficio Velleiani, confirmauerit: sibi enim, inquit, imputet, si quod sæpius cogitare poterat & euitare, non fecit, & vltro firmauit. *l. si mulier perfecta ætatis, 22. ad Senat. Velle. C. lib. 4. tit. 29.* Et fortiores debent esse duæ cautiones quam vna, *l. 1. de plus petit. C. l. cum notissimi, §. sed etsi quis. de præscript. 30. vel quadr. annor. C. l. in contractib. de non num. pec. C.*

De duobus reis constituendis.

Cap. 8.

Instit. Lib. 3. tit. 17. Lib. 45. P. tit. 2.
Lib. 8. C. tit. 40. Constitut. nouell. 99.

1 *Duorum reorum tractatio ad quæ pertinet.*
2 *Reus vnde dictus.*
3 *Duorum reorum vel plurium constitutio quomodo fit.*
4 *Constitutionis duorum vel plurium reorum vtilitas & finis.*
4. & 6. *Correi debendi quando, & quomodo pro inuicem teneantur.*
5 *Correi stipulandi quid, & quantum petere possunt.*
7 *Correorum adiiciendorum rationes.*

1 AD † stipulationes *passim in omnibus legibus, de duo. reis, P.* fideiussiones, *l. reos promittendi, 11. de duob. reis, P.* cõstitutum, *l. idem est, 10. de constit. pec. P.* aliasque conuentiones, *l. eandem rem, 9. de duob. reis, P. §. 1. constit. nouell. 99.* pertinet duorum reorum tractatio: ideo ante pollicitationem de illa pauca explanabo. Rei à re dicti sunt, quorum res agitur, *Cicero 2. de Orat. c. rursus, de verbor. signif. vide Sextum Pompeium Festum in verbo, reos.* vel promittendo, vel stipulando, vel patiendo accusationem: qui sibi stipulantur, rei stipulandi: qui promittunt, rei debendi dicti, *l. 1. de duob. reis.*

2 ¶ At † qui accusantur, rei criminis: qui conueniuntur rei, *l. properandum, §. etsi quidem, de iudic. C. l. 2. de iur. calum.* vt qui agunt vel petunt actores: vt dicimus iudicium constare tribus saltem personis, actore, iudice & reo, *l. inter litigantes, & l. Iulianus, de iudi. P.* Sunt & alia exempla, vnde & iudicium quoque controuersiæ dicitur, res iudicata, vt liquet ex proprio titulo in iure ciuili & pontificio: rei quoque appellatione & caussæ & iura continentur, *l. rei appellatione 23. de verb. signif.* Hic plures rei credendi sunt, quãdo pluribus in solidum idem debetur, vere, vel ficte ex vna eademque caussa principaliter. Sic rei debendi contra qui ex pluribus in solidum singuli debent idem, vere vel ficte, ex eadem caussa principaliter.

¶ Constitutio † duorum pluriumve reorum est, *§. 1. de duob. reis, ap. Iustid. l. 1. eod. in P.* sed numerus distinctionem non facit. Item alia constitutio reorum promittendi, alia stipulandi, vt monuimus. Materia porro & res de quibus constitui rei possunt, erunt omnes quæ in obligationem veniunt, & quarũ contrahentibus est commercium: quæ autem eiusmodi sunt, superioribus libris tradidimus *superiori lib. 22. c. 4.* At personæ idoneæ huic constitutioni, & illæ erunt, quæ se obligare, & quæ sibi acquirere possunt, de quibus quoque antea diximus, *superiori. lib. 22. c. 5.* Quare vt vterque vel omnes rei obligentur, operæpretium est esse idoneos, alioquin altera, vel aliqua eorum persona obligationis incapace, alter vel alius, seu alij capaces subductis incapacibus soli obligantur, *vt in l. si ex duob. 12. §. 1. & l. hi verbis, 8. de duob. reis, P. l. vir vxori, 27. §. si. & l. idem est 28. ad Senatusc. Vell. P.* Formulæ constituendi duos vel plures reos stipulandi hæ, si post omnium interrogationem promissor spondeat: vt puta cum duobus seperatim stipulantibus ita promissor respondeat, vtrique vestrum dare spondeo. Nam si Titio spopõderit, deinde alio interrogante spondeat, alia atque alia erit obligatio, nec creduntur duo rei stipulandi esse, *§. 1. de duob. reis.* In promissione autem Pomponius respondit, duos reos promittendi recte obligari, siue ita interrogati, spondetis? respondeant, spõdeo aut spõdemus: siue ita interrogati, spõdes? respõdeant, spondemus, *l. duo rei 4. & l. duos reos 6. §. duo rei, eod. tit. §. duo plures ve, eo. ap. Iustin.* Neque etiam interest ex sententia Vlpiani, in duobus istis reis promittendi, an alter post alterum responderit, seu separatim, dummodo respondeant in vno contextu, & antequam ad alia diuertant: an vterque simul. Non enim in illa constitutione timendum est de nouatione, videlicet, vt tunc accedente secundi correi responsione, prioris nouatio fiat: cum hoc actum inter eos sit, vt duo rei constituantur; neque vlla nouatio fiat, *l. 3. de duob. reis. P.* Quocirca nihil prohibet, quo minus rei duo dicantur, quamuis alius pure, alius in diem se obligauerit, vt ait Florentinus Iurisconsul. *in l. ex duobus, 7. de duobus reis, P. § fin. eod. tit. apud Iustin.* vel quamuis ab vno tantum fideiussor acceptus fuerit, *d. l. duos reos, 6. de duobus reis. P.* Procul dubio enim duo rei debendi erunt, si actum ita sit, *l. reos, 11. § cum tabulis, de duob. reis, P. authen. hoc ita, eo. C.* Quod si actum non sit, si tamen se obligarint alternatiue, idem erit dicendum: vel si testator alternatiue plures obligauit. *l. si ex toto. §. 1. de lega. 1. l. sine, de duob. reis. P. auth. si quando. de constit. pec.* At si copulatiue, in vno actu quidem duæ reorum promissiones constituunt duos reos debendi. *l. stipulatio ista. § cum qui. de verb. oblig.* si duo actus per verba diuersa, efficiuntur duæ obligationes. *§. 1. de duob. reis.* sic fere in reis stipulandi seu credendi, vt si dictum sit, id seruetur: sin minus, vt si alternatiue, inspiciamus num vterque possit acquirere, & in personam debitoris sit collata electio & duo correi fiunt. *l. si Titio aut Seio de leg. 2.* Quod si non fuit collata, idipsum hodie receptum, cum alternatiua inter personas posita resoluatur in copulatiuam. *l. cum quidam de verb. oblig. C.* quanquam olim antiquum ius aliter decideritl. 1. §. *si fructuarius. & l. item seruus. § fin. & l. seq. & l. seruus. de stipul. seruor. P.* In copulatiua eadem ac in reis debendi dicit Barth. *in l. cum duo. nu. 3. de duob. reis. P.* Disparitas tamen rerum, pro quibus fiunt rei vtriusque generis debendi & credendi seperatim impedit duorum reorum constitutionem. *l. si id quod ego 15. de duo. reis. P. sunt & alia quæ impediunt constitutionem pluriũ reorum, quæ videre ap. Barth. ad l. cum duo. num. 1. de duob. reis. in P.* Per constitutionem seu stipulationem hanc reorum, non solũ quis sibi, sed aliis quandoque etiam, vt dominis seruus, quærit obligationes: & totidem reos stipulandi facere dicitur, quot adiecerit dominos quibus dari stipulatus est, *Paulus, in l. si seruus communis 19. de stip. seruo. lib. 45. P. tit. 3.* 4

¶ Vtilitas † & finis istius constitutionis plurium reorum est, vt ait Labolenus, vt cum duo eandem pecuniam aut promiserunt, aut stipulati sunt, ipso iure & singulis debeatur, & singuli in solidum debeant: ideoque petitione & acceptilatione vnius, tota soluatur obligatio. *l. 2. & l. 3. §. fin. de duob. reis. P. §. ex hoc. eod. tit. ap. Iustin.* partes autem à singulis peti posse nemini dubium est. *d. l. 3. §. si. de duob. reis. l. si ex toto. §. 1. de lega. 1. l. inter. §. duo rei, de fideiuss. l. ancillarum. §. illud. de pecul. cum simil.* Et potest actor aduersus correos debendi agens, quod pertinet ad quantitatem, actionem diuidere, si velit, non enim diuidere cogendus est. *l. reos promittendi 11. de duob. reis. P. l. 2. C. eod. titu.* Hodie quædam in hac re innouata sunt, & placuit ex duobus reis promittõdi, ita demum quemque teneri in solidum, si pactũ fuerit

Digitized by Google

speciale: & si alter inops sit, in solidũ, vel in partem, vt id saltem ab altero petatur, vel si absens sit: sin autem non fuerit conuentum specialiter, ex æquo sustinebunt onus: & si conuenerint, vt vterque eorum sit obligatus, si ambo præsentes sint & idonei, simul cogendi sunt soluere, *auth. hoc ita, de duob. reis. C. & §. 1. & 2. eod. tit. in auth. collat. 7. cõfit. 9.* Et ita correi habẽt beneficiũ diuisionis, exẽplo fideiussorũ, *auth. præsente, de fideiuss.* Solutione tamen aut nouatione vnius ex correis, tota tollitur obligatio: cum enim vna res tantum in stipulationem vel constitutionem deducta fuerit, eius vnica solutione tollitur obligatio, *leg. 2. & 3. de duob reis, P.* quia semel soluti, amplius solui non potest, nõ secus quãm quæ semel mea est, amplius mea fieri non potest, *§. sic itaque, de actio. l. & eadem 13. §. penul. de excep. rei iud.* P. cum ex pluribus caussis dominium quæri non possit, *l. 3. §. ex plurib. de acq. poss.* Qui autem ex correis solidum soluerit habet regressum pro parte aduersus correos promittendi: nisi illi exemti sint ab obligatione.

5 ¶ In stipulandi† reis, antequam contestatio litis facta sit, locus est electioni, vt debitor possit cui voluerit ex pluribus soluere: vbi autem vnus ex correis primum in iudicium venit, & petiit debitum, intercipitur illa præuentione libertas debitori soluendi alteri, cui si offerat pecuniam, minimè liberatur, *in l. 2. C. de duob. reis.*

6 ¶ Duo rei debendi respectu quidem creditoris, vt fideiussores pro inuicem conueniuntur, si actum sit expresse, *l. reos, de duob. reis, P.* vel si color est quæsitus, *l. sed Iulianus, §. 1. ad Maced. P.* & tunc habent beneficium fideiussorum, At habita ratione actionis, quæ inter ipsos reos exigitur, si ex mera liberalitate se reos constituãt, & socii sint, videtur mutuo fideiussisse, *l. 3. & l. in lege Falcid. ad l. Falcid.* P. non socii, nequaquam, *d. l. in l. Falc.* Extra liberalitatem vero promittentes, tunc eatenus pro inuicem tenentur fideiubere, quatenus negotium ad alterum in rei veritate pertinet, *l. vir vxori, ad senatusc. Vell. in* P. Quo casu habent beneficium authenticæ de duobus reis. Sententia lata pro vno ex correis debendi, ita demũ aliis prodest: si pronuntiatum sit in facto, non debitum, vel non contractum. *arg. l. duob. §. à fideiussore, de iureiur.* P. Si tamen in iurè, vel ex persona sua correus absolutus sit, non prodest, si socii non sint, *l. si ex duobus. §. 1. de duobus reis, P. l. 1. rẽ. rat. hab. P.* Quia exceptiones personales ad aliũ, nec ad ipsum fideiussorem porriguntur, *l. exceptiones, de except. P. cum simil. l. si duo rei, de duob. reis. P. vide hac de re Barthol. in l. ex duob. num. 22. de duob. reis.*

7 ¶ Rationes† quorsum pro vna & eadem obligatione, plures correi adhiberi possint, possint eædem esse ac quæ fideiussi onẽ firmant: & vltra, quod egredi contractus fidem non liceat, etiã ex rescripto principis, *leg. exprimere 3. de duob. reis, C. l. quoties, de precib. Imper. offeren.*

De Pollicitatione.

Cap. 9.
Lib. 50. P. tit. 12.

1 *Pollicitatio verbis fit, & per epistolam.*
2 *Pollicitationis nomen generale & speciale.*
Pollicitatio quid, & quomodo à pacto differt. eod.
3 *Pollicitationum distinctio.*
4 *Polliceri quæ res possunt.*
5 *Pollicitatio quando obliget.*

1 QVia pollicitatio† verbis fit, vt & alias inter absentes, epistola *l. Charidemus 5. de pollic.* P. ne quid intactum quod ad cõtrahendi seu obligandi verbis formulam relinquamus pauca de illa agemus.

¶ Nomen† pollicitationis aliquando generale est, ad omnes
3 promissiones pertinens, *vt in l. pollicitatione. C. de don. ante nupt. l. pen. C. de dot. promiss. l. fin. C. ad Velleian.* Proprie tamen pro vltro facta, & spontanea promissione accipitur, & vt Vlpian. ait, pollicitatio est solius offerentis promissum, cum tamen pactum à quo differt, si duo pluriumve in idem placitum & consensus, *l. 3. de pollicit. in* P. *l. 1. de pact. in P. l. non minorem*, C. *de transact.*

3 ¶ Pollicitatio distinguitur ratione eius cui fit: nam fit publicæ, vel priuatæ personæ, vel Deo, quæ & votum dicitur. Item alia cum caussa iusta, alia sine caussa impulsiua vel finali fit.

4 ¶ Res† quæ in pollicitationem venire possũt, illæ erũt quæ in conuentionem aliam deduci possunt. Quæ non possunt, nec rectè in pollicitationem veniunt, nec in votum. At personæ idoneæ quoque debent contractui, neque sexum distinguimus *l. toties 6, de pollic.*

5 ¶ Quando† autem obliget pollicitatio, caussa propter quam fit, docere poterit. Qui sine iusta caussa pollicetur, non obligatur, contra si ob iustã caussã. *l. 1. §. nõ sẽper, de pollic. l. in rigentiũ, §. sed cum nulla. de pact. P. l. 1. & tot. tit. de cõd. sine caussa.* veluti ob honorem sibi vel alij decretum vel decernendum, *d. §. non semper, & l. ex pollicitatione 9.* vsque adeo vt transeat ad heredẽ obligatio, *l. toties 6. §. 1. de pollic. P. & l. pen. eo. tit.* Et videtur hic esse contractus innominatus do vel facio vt des. Et proinde si quis ob honorem aut sacerdotium promiserit opus aut pecuniam, & antequam sacerdotium vel magistratũ ineat, decedat, heredes, in pecuniam promissam, vel opus pollicitum non possunt conueniri: nisi fortè ab eo vel à republ. opus ipsum fuerit incoatum, *l. si quis ob honorem, eo. de. pollic. & l. pen. eo. Pap. in l. æstimationẽ, 16. §. 1. de muner.* P. Siquidem qui pollicitus est, si cœperit opus vel solutionem polliciti adigi ad implementum iure ciuili potest: vtpote qui deliberatam mentem præcessisse facto ipso cõprobauerit, nec licet pœnitere, *l. 1. §. non semper. & seq. & l. 3 & penult. de pollic. P.* Tum quod iam rei interuentu videatur contractum efficaciter, non nude, *vt in l. legem quã dixisti*, C. *de pact. l. diuisionis placitum, eo. titul. P.* Quemadmodum & accidit in donatione, quæ quanquam non esset iure Pandectarum efficax, ex nuda ratione & constitutione volentis largiri, tamen si accepta esset à donatore, rata erat, *l. nuda ratio. de dona. in P.* Sicque Papyrius à donationib. ad pollicitationes argumentatur, vt in vtrisque quæ in rempubl. fiunt, conditiones appositæ, ita demũ ratæ sunt, si reipub. vtilitatis interest, si damnosa non seruẽtur, *l. Imperatores, 13. de pollic. in P.* Ad hæc caussa legitima efficacis pollicitationis censetur, propter incendium, vel terræ motum, vel aliquam ruinam quæ reipublicæ contigit, *Marcell. in l. propter incendiũ. 4. de pollic. P.* isti enim casus miserationedigni visi sunt, & donatio quæ alioquin prohibita, ob illos permissa, *l. quod si vir, de don. inter vir. & vxor. P. l. pen. §. 1. C. de dona.* Sic & Paulus generaliter respondit: ob casum quem ciuitas passa est, si quis promiserit se aliquid facturum, etsi non incoauerit omnino teneri, *l. ob casum 7. de Pollic.* Siquis autem ne honoribus fungeretur opus promisisset, tam honores subire cogendum, quam operis institutionem, Antonius rescripsit, *l. in primatu 12. §. si. de pollic. P.* si idoneus honoribus esset, Etenim dignus pœna est, qui patriæ munera subterfugere, etiam pretio tentauit, & eos qui idoneos eligunt, à procuratione vtilitatis reipubl. auocare, *l. quo cũ vno, §. qui post desertionem, de re mili. l. 1. §. stẽ de offi. præfect. vrb.* P. Et Papin. æstimationem, inquit, honoris aut muneris, pro administratione offerentes audiendi non sunt, *l. æstimationem, 6. de munerib. & hon. P. l. illud, 10. de excus. mun. lib. 10. C. tit. 47.* Quæ per se rationes docent pollicitationis efficacis, quod ea non tã meæ liberalitatis quã iustæ & penè necessariæ finalis caussæ sit, qua cessante & ipsa corruat, *l. 2. §. fin. de dona. in P. c. cum cessante, de appellat. in Sex.* quod in impulsiua verum vtique non esset, *l. 6. & 8. de pollic. gl. in l. 1. §. secundo loco, de postulan.* Illud autem erit constituendum, vt in pollicitatione licita, forma ei data sit sequenda, nec alio modo à republ. acceptari, vel peti possit, *l. Septitia 10. de pollicit. P. l. 2. de iure immunitatis*, P.

De Voto.

Cap. 10.
Lib. 3. Decret. tit. 34. Lib. 3. Sext. tit. 15.

1 *Votum quid.*
2. & 3. *Voueri quæ res possunt.*
2 *Enocatio deorum vt dicebant tutelarium.*
5 *Deuouentes seipsos pro salute populi.*
5 *Voti diuisio in bonum, malum, simplex, solemne.*
6 *Purum conditionale, commutabile, incommutabile.*
7 *Votum ordines sacros suscipientium & religionis.*
Votum tacitum religionis eod.
8 *Vouere quæ persona possunt.*
9 *Votum filii intra quod tempus reuocari possit à patre.*
10 *Vota pupillorum reuocare possunt tutores monachorum abbates vxorum mariti.*
11 *Filiifamilias quæ possunt vouere.*
12 *Vouendi formulæ.*
13 *Voti finis.*
14 *Vota plura enumerata Paganorum pro re familiari & publica.*
15 *Votum quare obligat personam.*
16 *Vota reddi debere omni iure probatur.*
17 *Votorum excludendorum modus.*
18 *Voti commutatio seu dispensatio quid, & à quõ, & in quod fiat.*

VOtum, † voluntas est spontanea, *l. 11. de oblatio votor. C.* Et ideo & consensus votum dicitur, *l. 2. de elect. in sex.* Votum inter pollicitationes annumeratur, *l. 2. de pollicit. P.* Votum est promissio aliquid faciendi, dandi, aut non faciendi vel non dandi, Deo facta, apud Theologos est, *Ricard. in 41. Senten. 36. distinctio. art. 2. 3. q. 2. Angel. de Clauas. in Summa in verbo votum*, propositi supererogantis promissio Deo facta, propter bonum finem

Digitized by Google

finem, ex deliberatione firmata. Ioannes Viguerius, *in Institutio. theologic. c. 5. §. 65. versic. 14. de voto.* alio modo definit, & plenius vt sit deliberata, & discreta ac possibilis promissio, ab existente in libertate, Deo facta, de bono consilij vel præcepti, cum proposito seu intentione seruandi, & ad id se obligandi. Marsilius Ficinus ex Orpheo & Platone votum definit, vt sit arduus affectus casti animi, Deo deditus, & quod bonum videtur exoptans, *Marsil. Ficin. in commentar. ad 2. Platonis Alcibiadem.* Plato, vouere esse à Diis, vt ait, petere *in Eutyphrone.*

2 ¶ Res † quæ vouerí possunt, & facta sunt, & dicta, & res aliæ: exempla facti patent in Iepte, qui vouit, se præsturum & oblaturum quod prius è victoria redeunti sibi occurrisset, *Iudicum* 15. Sic Iacob post visionem scalæ, vouit votum, dicens, si fuerit Dominus mecum, & custodierit me per viam, per quam ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induēdum, reuersusque fuero prospere ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis hic, quem erexi, in titulū vocabitur domus Dei: cunctorumque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi, *Genes. cap.* 28. Et probāt iura ciuilia votum decimarum, & obligationem etiam eius in heredem transire statuunt. *l. 2. de pollicitat.*

3 ¶ Inter † ea quæ vouentur sunt peregrinationes, subuentio seu transitio in Hierosolymitanam expeditionem, ad liberandam Syriam ab infidelium occupatione, *c. 2. c. non est vetitum, l. 5. c. magna 7. c. 1. quod super 8. & c. 5.* ob quam principum & populorum olim facta vota frequentius recente clade. Vouentur & animalia, domus, ager, anima propria, id est, personæ, siue masculi, siue fœminæ, siue pauperes aut diuites, *Leuitic. 27.* & alia quę præstari possunt, alioquin quę possibilia non sunt, nec promitti queunt, nec obligant. *l. quemadmodum, de iureiuran.* In euocatione tutelarium, vt vocabant, deorum, olim qui obsidebant ciuitates in carmine euocationis, quo relinquere eos rogabant quos obsidebant, & transire ad se, vouebant illis templa sæ ædificaturos, *vt apud Liuium in 5. ab vrb. cond.*

4 ¶ Seipsos † etiam aliqui apud gentiles pro salute & victoria Romani populi deuouerunt Deo & manibus, vt duo Decij, pater & filius, *Liuius, lib. 8. ab vrbe, deuotionis Decij formulam ponit præeunte vrbis Pontifice publico popul. Roman.* Quintus Curtius: & apud Græcos pro Athenienſibus Codrus: Menæceus pro Thebanis: pro Celæneis Anchurus.

5 ¶ Votum † aut malum, aut bonum. Malum non est obligatorium sed rescindendum, *ca. in malis 22. q. 4. can. vna sola, 34. q. 5.* Bonum votum generaliter duplex dicitur esse simplex, & solemne. Simplex, quod priuatim promittitur nulla extrinsec. adhibita solemnitate, aut persona publica nulla recipiente vel acceptante. Solemne, contra quod professionem habet publicam, *ca. omnes, 27. q. 1.* Et sunt quidam actus, qui dum fiunt, habent votorum expressam confessionem.

6 ¶ Quemadmodum † tria, paupertas, obedientia, castitas, promitti censentur in susceptione ordinum maiorum, *cap. vnic. de vot. in Sext.* & professione solemni alicuius religionis, *c. vnic. de voto, in Sexto,* vel tacita, quæ tacita tripliciter. I. Si nouitius se ingerit actibus ex certa scientia professorum, *Io. Andreas & Pan. in c. viuda, de regula, de reg. in Sext.* II. Si deferat habitum professorum in eo monasterio vbi habitus professorum & nouitiorum distinctus est, *Panor. in d. c. vidua, ca. vt clerici, de regular.* III. Per latorem habitus nouitij vltra annum in eo monasterio, vbi nō distinguitur à professorum habitu, *ca. 1. de reg. iur. in Sext.* In Baptismo emittitur votum solemne legis Euangelicæ obseruandæ, necessarium ad salutem æternam consequendam, *ca. sunt quidam, 17. q. 1. ca. prim. de consecrat. dist. 4.*

7 ¶ Quædam etiam vota sunt pura, statim obligantia, quædam sub conditione, quæ non obligant nisi existente conditione, *c. verum, de conditio. appos. can. vnic. 32. qu. fin. sumpt. à contra. sensu.* Item votum quoddam commutabile in aliud pro eo, quod quis vouit, redemtione facta: aliud incommutabile, *cap. 1. 2. & seq. de voto apud Gregor.*

8 ¶ Personæ † omnes vouere possunt, cuiuscunque sint generis, qualitatis, aut sexus, nisi nominatim prohibeantur. Et voto obligantur patresfamilias, puberes, *l. 2. de polli. c. 1. ca. nullus, c. ad nostram, ca. fin. de regulari, c. si quis laicus 16. q. 1.* sui iuris: non autem filiusfamilias, aut seruus, sine patris dominive auctoritate, *dict. l. 2. de pollicita. ca. si quis seruum 17. q. 4. cap. ex antiquis, 54. distinct. ca. 1. & 2. 20. q. 2.* De muliere sic cautum in lege diuina: Mulier si quidpiam vouerit & & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cognouerit pater votum quod pollicita est & iuramentum quo obligauit animā suam, & tacuerit, voti rea erit. Quod pollicita est & iurauit, opere complebit. Sin autem statim vt audierit contradixerit pater, & vota & iuramentum eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quod contradixerit pater. Si maritum habuerit & vouerit aliquid & semel de ore eius verbum egrediens, animam eius obligauerit, iuramento quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddetque quodcunque promiserat: sin autem audiens contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, verbaque quibus constrinxerat animam suam, propitius ei erit Dominus. Vidua & repudiata, quicquid vouerint reddent, *Numer. 30. vide Philonem Iudæum, lib. de iureiurand. si vnus coniugum sine alio continentiam voueat, non tenet votum, c. si tu. 27. quæst. 2. idem in abstinentia voto, c. manifestum, 33. quæst. 5.*

¶ Hodie † pater reuocare votum filiæ potest intra annum & diem tantum, *ca. puella 20. q. 2. c. nullus 32. q. 2.* neque peccat pater reuocando intra illud tempus, nec filius patri reuocanti consentiendo, eo quod pater faciat auctoritate canonis, *glo. in Summa 20. q. 2.* 9

¶ Sic † & tuentur posse tutores suorum pupillorum vota reuocare, *d. c. puella, & Panor. in c. 2. de regul.* Et Abbates suorum monachorum, etiam facta ante monachatum, vt & maritus potest omnia vota abstinentiæ & continentiæ ab vxore facta reuocare, etiamsi ante contractum matrimonium fuerint emissa, *glo. 1. in c. noluit lex, 33. q. 5.* Potissimum cum illorum interest, nec consenserunt. Proinde quoque præpositi ecclesiarum administrationibus & curis, antistites, curiones, abbates, & non possunt in præiudicium suarum ecclesiarum vouere. *d. c. noluit lex.* sine licentia summi pontificis, id quod vinculum, quod inter ipsos & ecclesias est dissoluere possit, vel ob quod diu ab ecclesiis abesse possent, *c. Clemens 8. q. 1.* Nec prælati, episcopi, & iis superiores, absque summi pontif. licentia votum religionis faciunt, nec se monasteriis deuouent, *c. magnæ, de voto. c. nisi cum pridem, de renuntia. ca. non oportet, in 2. de consecra. distin. 5.* quamuis inferiores, vt decani, præpositi, archidiaconi, archipresbyteri & curiones possint, *c. licet, de reg. ca. duæ, 19. q. 2.* etiam inuitis suis episcopis, *c. monacho 20. quæst. 4.* Monachi sine consensu abbatis non vouent, neque ipsi abbates sine licentia superiorum, *c. abbates 18. q. 2.* 10

¶ Putant autem, † quod & verum est, seruum vel filiumf. qui temporalia vouere nō possunt, posse spiritualia vouere, quibus nullum fit præiudicium iis, quorū in potestate sunt: puta quod certas preces dicent, vel alia similia, *Angelus de Clauasio in summa §. votum, 2. num. 7. arg. c. relatum, de sent. excom. ca. si seruus sciente, 54. dist.* voueant. Ita filiusfam. qui habet peculium castrense, vel quasi, de illis, in quibus habetur, ac si sui iuris esset, recte poterit vouere vt & testari. 11

¶ Forma † vouendi efficaciter est, vt diximus, simplex, aut solemnis, verbis conceptis pure, vel cum conditione expressa, deliberate & mature, *c. de viduis 27. q. 1.* Etenim quod sine discretione vel temere emittitur, obligatorium non est, *c. Venientibus de vot. ap. Gregor. c. carissimus, & c. veniens, de conuer. coniug. c. ad nostram, de reg.* neque sola deliberatio sine animo obligandi, nisi vltra fuerit processum, obligationem voti constituit. *ca. literaturam, de voto, arg. l. obligationum, de action. P. l. si ego, de rebus cred.* Proinde omnia ex voto excusare debent quæ solent voluntati liberæ obesse & pactiones & consensum impedire, veluti, error, metus, deceptio, dolus & similia. *per totam 22. q. 4.* de quibus suis locis dictum est. Accedit formæ aliquando & promissioni voti iuramentum promissorium, quod certe efficacius reddit promissum inter homines. Nam quod ad Deum pertinet, inter simplicem loquelam & iuramentum Deus non constituit differentiam. *c. iuramenti 22. q. 5.* Apud Liuium vouendi formula præscripta dum de bello decreto à Romanis contra Antiochū agit, vtique M. Attilius inquit, consul ludos magnos Ioui vt voueret, placuit (scilicet senatui) id votum præeunte P. Licinio pontifice Maximo, consul nuncupauit: si duellum, quod cum Antiocho rege sumi populus iussit: id ex sententia senatus populique Romani confectum erit, tum tibi, Iupiter, populus Romanus ludos magnos dies 10. continuos faciet: donaque ad omnia puluinaria dabuntur de pecunia, quantam senatus decreuerit, &c. *Liuius lib. 6. deca. 4. in prin.* Perpendimus hic quoque Dei maiestatem cui fit promissio & votum, *c. magnæ, de voto.* 12

¶ Item † & finem propter quem quis emittit votum, qui est vel salus æterna, vel temporalis, aut alius bonus, & vtilis, nec damnosus proximo, vel superstitiosus, quo fit, vt conceptio votorum seu promissio facta in perniciem alicuius, vt Deus occidat inimicum, vt adultera quis, vel aliqua adultero potiri possit, & ob similia impia & vana, sacrilegia potius & superstitiosæ preces haberi debent. Mores antiquorum Gentilium, & votorum religionem, & causas docent: tum etiam eorum qui verum Deum colebant. 13

¶ Refert † Cato verba concepta quibus vota fiebant pro bobus, *de re rust. c. 83.* & quomodo ante messem porcam præcidaneam vouebant & sacrificabant, *idem Cato. eod. c. 134.* Suetonius tradit omnes ordines Romanorum, in lacum Curtij, pro salute Octauij Cæsaris, quotannis ex voto stipem iecisse, *Suetonius in Octauio, c. 57. Dio Cassius lib. 50.* Sicuti & postea pro salute principis vota fuerunt præstita summa cum populi iucunditate, vt Adrianus Imperator non luxerit Ætium Verum adoptatum mortuum Calendis Ianuariis, quod vota præstarentur pro salute principis, *Plinius in Panegyrico Traian.* Etenim post Calendas Ianuarias pro salute principis vota suscipiebantur, *Caius in l. si calumnietur. 233. de verbor. signific. P. Dio Cassius lib. 44.* nuncupabantur autem à consulibus & reliquis magistratibus, vt narrat Plutarchus, in Cicer. & meminit Plinius Iunior se ita fe- 14

Digitized by Google

ciſſe, *d. Panegyrico.* Exegit votum Caligula Cæſ. ab eo qui pro ſalute ſua gladiatoriam operam promiſerat, *Suetom. Tranquill. in Caligul. capit. 27.*

15 ¶ Tum † præcipuus votorum locus eſt, cum ſpei nullus eſt, *Plinius, lib. 8. Natural. hiſtor. cap. 16.* & ad Dei opem tum maxime cogimur peruenire, cum humanum deſperamus auxilium. Proinde vota rite facta Deo exſoluenda eſſe, & habere obligationem perſonalem vouentis, non rei quæ vouetur, placuit, atque ad heredem tranſire, *l. 2. de pollic.* Potiſſimum ſi iuſſerit, qui vouit heredi illud exſequi, *ca. licet, ca. 6. de vot.* vel ſi votum reale ſit, cuius exſecutio non pendeat ab ipſiſſima perſona vouentis, *d. c. licet, & c. quod ſuper. eod. l. veteres, de contra. & commi. ſtipul. C. l. vni. vt actio ab here. & contra here.* In lege duodecim Tabularum ſcriptum refert Cicer. 2. de Legibus ſancte vota reddunto, quare & voti cauſſa ſoluendi magiſtratui licuit fines prouinciæ exire, quos alioquin non licebat tranſilire, dum tamen non abnoctaret, *l. illud, 15. de offic. præſid. in* P.

16 ¶ Iubet † ius naturæ primum reddere Deo vota, quia naturæ iure æquum eſt, quæ placita ſunt ſeruari, *l. 1. de pact. P. l. non minorem, de tranſact. C.* & graue fidem fallere, *l. 1. de conſtit. pecun.* & multo magis impium, Deo fidem datam irridere: eædemque rationes quas paulo ante docuimus firmare pollicitationem, accedunt votis, ſed firmius ius diuinum ad votorum exſolutionem adigit. Eccleſiaſticus, *ſi quid vouiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet enim & infidelis & ſtulta promiſſio, Eccleſiaſt. cap. 5.* Et in libro Numerorum. *Si quis votum Domino vouerit, aut ſe conſtrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum ſuum, ſed omne quod promiſit implebit, Num. 30.* Et in Deuteronomio 21. *cum votum voueris Domino Deo tuo non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus. Et ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, abſque peccato eris: quod autem ſemel egreſſum erit de labiis tuis, obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Domino Deo tuo, & propria voluntate, & ore tuo locutus es.* Et Dauid. *Pſalm. 75. vouete & reddite Domino Deo veſtro, omnes qui in circuitu eius offertis munera.* Iure quoque pontificio vota præſtanda, fidem faciunt, quæ propriis integris titulis de voto traduntur *potiſſimum in c. licet, eod. ap. Greg. & tot. 17. quæſt. 1.* Quibus & ius ciuile conſentit, *l. 2. de pollicit.* P.

17 ¶ Obſeruandus † tamen in votorum ſolutione modus, quo quis vouerit, an pure. Et tunc ſtatim tenetur, ſi poſſit ſoluere, aliter dilatio permiſſa, *ca. non eſt de voto*: an ſub conditione, quo caſu non obligatur, niſi prius conditio exſtiterit, *ca. non ſolum 32. q. 3. ca. verum, de conditio. appoſ. ca. olim cauſſam, de reſt. ſpoliator. ca. non ſolum 32. q. 8.* Rurſum, qui ſimpliciter ſe daturum vouerit, in ſpecie, non debet deterius indiuiduum ſoluere. Maledictus enim doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino, *Malachiæ 1.* Et quamuis in indefinitis, quod minimum eſt, veniat ex interpretatione, fauore promittentis, *l. ſi ita, in fi. de leg. 1. l. nummis, de leg. 3.* tamen fauore religionis de melioribus eſt offerendum, *argum. l. ſunt perſonæ, de religioſ. & ſum. fun. in P.* Sic enim qui ſe voto obligauit, teſtabitur ſuam erga Deum piam voluntatem. Vel ſi iudicio cogendus ſit, quod inter melius & peius eiuſdem ſpeciei eſt, præſtabit, *l. Titia, §. fin. de auro & argen. lega.* Et quod conſuetum eſt in præſtatione ſimili, ſeruabitur, *l. ex parte, de cenſi.*

18 ¶ Interdum † in pollicitatione voti exſequenda accedit diſpenſatio, vel commutatio, ſeu redemtio voti. Diſpenſatio de non implendo voto fit, dum quod vouetur, vel malum eſt, vel inutile, vel impedimentum eſt maioris boni, remittitur ab eo, qui auctoritatem habet propter iuſtam cauſam, *c. 1. & c. magnæ, de vot. glo. in c. non eſt, eo. tit.* Diſpenſare creditur ſolus ſummus pontifex in quatuor generibus votorum, religionis, profectionis Hieroſolymitanæ pro ſubſidio, & ad ſanctum Iacobum, & viſitationis liminum SS. apoſtolorum, Petri & Pauli: in aliis diſpenſat epiſcopus, *Angelus de Clauaſio, in ſumma. in verbo votum 4. num. 6.* Commutatio eſt, quando pro voto aliud imponitur vouenti, eſtque dicta redemptio: nam ſolutione impoſiti, liberatio fit ab eo quod quis vouit, etiam iure diuino recepta, *Leuitic. 27.* Et hodie quoque pontificio iure permiſſa ſuperioris auctoritate, inſpecta qualitate perſonarum & cauſſa, *cap. 1. & 2. & ſeq. de voto.* Commutatio porro in melius ſemper fieri debet. Vnde quia creditur religionis ingreſſum vt obſequiũ, perpetuum, at ctius eſſe votum, placuit in eum omnia vota temporalia conuerti poſſe. *ca. ſcripturæ 4. de vot. c. admonere 35. q. 2.* Nec videtur votum & propoſitum infringere, qui in melius commutet, *c. peruenit, de iureiurand.* Hic conſidera quoque res, perſonas, & propter quid votum factum ſit. Res promiſſæ enim voto interdum non poſſunt redimi, interdum poſſunt, ſecundum finem diuerſum: quod enim magis Deo acceptum eſt, id tenendum, *c. 1. de voto.* Et non commutat ſummus pontifex votum quod emiſſum eſt in baptiſmo, neceſſarium videlicet ad ſalutem conſequendam, vt in baptiſmo diximus: nec enim diſpenſatio, vel gratia fieri poteſt contra Deum & ſalutem, ſed potius eſſet diſſipatio, *c. ſunt quidem, 25. q. 1.* Perſonæ vouentium quoque cum votis conferendæ ſunt, vt ſi vouerint auxiliarem manum propriam, pro repetitione terræ ſanctæ, ſi ſint debiles, infirmi, ſeniores, laboribus bellicis impares, peregrinationi inhabiles, iure, vel facto, in alias res perſonalis deuotio recte à ſummo pontifice conuerti poſſit: nempe in expenſas quas facturus fuiſſet in vigilias, orationes, ieiunia, & ſimilia, *ca. magnæ 7. & ca. quod ſuper his 8. & ca. ex multa 9. in prin. & §. fin. de vot. ap. Greg.* Et in ſumma tria in hoc negotio Innocentius 3. iubet obſeruari, quid liceat ſecundum æquitatem: quid deceat ſecundum honeſtatem: quid expediat ſecundum vtilitatem, *d. c. magnæ, & c. alind. 11. q. 1. & c. denique, 4. diſt.*

De Nouationibus, & Delegationibus, & Ceſſionibus actionum.

Cap. 11.

1 *De Nouationibus & Ceſſionibus actionum remiſſiue.*

IVris † ciuilis acquirendi modus eſt per ſtipulationem, nouatio, *l. ea quæ ciuiliter 53. de acquir. rer. domi. in P. lib. 41. titul. 1.* & ideo de illa dicendum hic eſſet inter conuentiones quæ ſtipulatione fieri ſolent: verum quia hæc quoque ad ſolutionem & diſtractum magis mihi pertinere viſa, alibi de ea, & de delegatione, & ceſſione actionum, poſt caput de ſolutionibus tractauimus nempe *in lib. 21. obligationum, cap. 20.* 1

De Acceptilationibus, & de Aquiliana ſtipulatione. Cap. 12.

1 *Acceptilationis, & Aquilianæ ſtipulationis tractatio remiſſiue.*

DE iſtis etiam † copioſe alibi dictum eſt, *ſuperiore lib. 21. c. 19.* ideo nec verbum amplius addam.

De Literarum obligationibus, & de Exceptione non numeratæ pecuniæ.

Cap. 13.

Lib. 4. C. tit. 30.

1 *Literarum figura ad quid adhibita conuentionibus.*
2 *Notæ ſcribendi prohibitæ ob fraudes.*
3 *Literarum obligatio vnica eſt, & quid ſit.*
4 *Calendarij mercatorum fidem faciunt.*
5 *Literarum obligatio, materia, perſonæ, vt conſiderentur.*
6 *Forma.*
Nomina quæ debita dicantur. eod.
7 *Mutuum ciuile quid.*
8. & 4. *Non numerata pecunia exceptiones quæ, & quanto durent.*
9 *Literarum obligationis rationes.*
10 *Mutuum fictitium improbatur.*
11 *Non numerata pecunia exceptio poſt biennium obiici poteſt, quando.*
12 *Chirographum quando probet mutuum, & quando habeat ius hypotheca. eod.*
13 *Chirographi vir vxor & heredes, abbatis monachi, beneficiati mortui ſucceſſor coguntur agnoſcere vel negare.*
14 *Dotis non numeratæ exceptio quandiu competat, & nu. 15.*
16 *Pecuniæ non numeratæ exceptio non datur conſtituenti ſe debitorem pro alio.*
17 *Pecuniæ non numeratæ exceptio in quibus caſibus non admittitur.*
18 *Probatio cui incumbat in hac actione & exceptione.*

PAlam † omnibus eſt, pleraque eſſe negotia, & hominum varios actus, quæ ſcripturæ adminiculo ad ſui robur & firmamentum indigent. *glo. in c. 1. §. poſtquam autem, de cenſib. in ſex. enumerat 34. caſus, videnda gloſſa cum textu, in ca. fin. de loca. apud Gregor.* Literæ autem, & figuræ earum non tam ad obligationem, quantum ad fidem & ſolemnitatem rerum geſtarum pertinẽt, *l. contrahitur, de pignor. l. non figura. de actio.* vt fraudibus & perfidiæ obuiam facilius iretur. ¶ Vt alias † Baſilius Imperator orientis aduertens occaſionem malefici) prauis hominibus eo dari, quod numeri, quibus, verbi gratia, ſemis, ſextans, vncia, & ſimilia deſignantur per notas, recepta antiquitus cõſuetudine, ſcriberentur, loco notarũ literis vti iuſſit, quas etiam ruſtici legere poſſent, & de ſuo, ſumtus in chartas, literas, atque ſcribas ipſe ſuppeditauit, *lib. 1. iuris Orientalis, conſtitutione 2. Baſilij. περὶ συμβίων καὶ ἐγγράφων.* Iuſtinianus quoque cauit, ne, imminente pœna ciuili & criminali, quiſquã poſthac librarius libros iuriſprudẽtiæ per notas ſeu abbreuiaturas, & cõpendioſa ænigmata, quæ multas per ſe & vitio ſuo antinomias induxerunt, ſcriberet, ſed per literarum conſequentiam, *in proœm. P. §. illud autem, quod iam, l. 1. §. pen. §. ne autem, & l. 2. §. ſi quid vero, de veteri iur. enuclea. C.* 2

¶ Ceterum

Digitized by Google

¶ Ceterum † placuit vnicam esse obligationem, quæ ex sola
3 scriptura pendeat, nullo alio auxilio iuuata, non expresso consensu, non verbis, non re, non auctoritate alia quam legis: videlicet cum quis fatetur scriptura accepisse se certam pecuniam, quam tamen non accepit: nec intra biennium cõfessionem eam reuocauit, vel de ea conquestus non est, §. 1. *de literar. oblig.* Hinc enim nascitur obligatio, etiam si causa debiti ignoretur: si ea scriptura fiat ab ipso contra quem profertur, tunc enim propria scriptura contra scribentem probat, non in eius fauorẽ aut commodum, *l. fideiussor, §. pater, & seq. de pign.* P. *l. instrumenta, 5. & exemplo, P. & l. rationes, C. de probat.* multo magis si auctoritate publica fieret, quia fide publica firma manet, *l. optima, de contrahe. & comm. stip. C. l. cum precibus, C. de probat. l. antiqua, C. ad senat. Velleia. l. fi. C. arbitrium tutelæ, vide glo. in l. 1. de non numer. pec. C.* vel si ab iis fiat & inter eos, qui fide eadem vtuntur, vel vti debent, quales sunt, probi si sint, mercatores, qui quasi publicum gerũt officium, *Bald. in l. quædam, §. numularios, de edendo*, P. item argentarij, qui nihil in calendariis suis aliud quam ex partium consensu annotasse censentur, *arg. l. si quis ex argentariis, §. rationes, de edẽ.* P. ¶ Excipio, † vt dixi, alias scripturas, quę causam habent,
4 vel præsumuntur habere aliam, quam mutui: quę si admittantur, seu vt dicunt confessentur ab iis qui obligati inde dicũtur, statim non exspectato biennio obligant, *l. in contractib. & l. generaliter, C. de non num. pecun. l. nec non, §. si quis, ex quibus caus. maior.* P. *l. aduersus, §. fin. C. de non num. pecun.* aduersus illas tamen perapertissima adhuc argumenta scriptis inserta religio iudicis potest instrui, quod in alium quemquam modum, & non in eum quem cautio prohibet, negotium subsecutum sit, *l. generaliter, C. de non num. pec.* Sunt & dispositiõe conceptæ scripturæ, quæ huc non pertinent, quę si contineant verba obligatoria, alia ratione, videlicet ex consensu vel stipulatione, pariunt obligationẽ: vt si per epistolam quis polliceatur se centum amphoras vini daturum, vel aliud quippiam *l. Titius Sæio, de condit. spec.* P.

¶ Materia † namque propria istius obligationis circa quam
5 versatur est mutui non recepti, vel non soluti confessio: vnde literarum obligatio bifariam consideratur, vel quando quis se recepisse mutuo, quod non recepit fatetur, quod fit per syngrapham: vel quando is qui vere mutuo dedit, scribit sibi solutũ fuisse, quod tamen solutum non est: quod fit per apocham: vnde sequitur liberatio, vt ex syngrapha obligatio, *l. in contractibus, 14. §. super ceterii, de non numer. pec.* Materia porro ex qua conflatur obligatio hæc, sunt literæ per debitorem scriptæ: in his cõfessio mutui accepti vel redditi: quamuis alij extendant ad alia quam ad mutuũ, exceptis tantum casibus, in quibus locum non habet exceptio, *glos. in d. l. in contractibus, §. sed quoniam, in verbo penitus, in fine.* Personæ autem hic eius generis esse debent, cuiusmodi exiguntur in mutuo cõstituendo, & in liberatione facienda, de quibus in mutuo, & titulo de solutionibus, & de acceptilationibus, dictum est.

¶ At forma † obligationis literarum hodie alia est à prisca, per
6 quam teste Theophilo, *in §. 1. de litera. oblig. lib. 3. Instit. Iur. ciuil. tit. 21.* quod ex aliis contractibus debebatur in hanc literarum transfundebatur obligationem, acceptis nominibus. Quo factum est, vt & nunc nomina dicantur debita omnia, *l. nominis & rei, de verb. signif.* antea non nisi literis consignata, & forma certa præscripta, vt apud Ciceronem: *Hæc pactio non verbis, sed & nominibus & præscriptionibus multorum tabulis cum esse facta diceretur, prolata à Manio est nominibus iuduciis auctore Pompeio, Cic. lib. 4. Epistol. ad Attic. epist. vltim. in hac etiam acceptione alibi idem Cicero accipit, & pro Cluentio. & alibi.* Et Pomponius Iurisconsult. nomina ex hac literarum obligatione orta subindicat. *Si vero, inquit, nomina ita fecerit dominus, vt quasi debitorem se seruo fecerit, tanquam debitor non esset, contra puto.* Re enim non verbis peculium augendum est *l. 4. de pecul. lib. 15.* P. *tit. 1.* Separat Vlp. ex stipulatu debitum & debitum nomine facto, *in l. 1. de annuis & mensuis cibar. lega. lib. 33. P. tit. 1.* vt & Iustinianus & alij verborum, & literarũ obligationem, *§. 1. de litera. oblig. l. non figurã, 38. de actio. P. l. 7. §. quod fere, de pact. in P.* Solebant debitores in calendariis creditorum obsignare, & nomina ita facere dicebantur. Alia nunc obligationis literarum forma, quæ quidem verborum delectum & conceptionem certam non habet à iure impositam, cum leges non verbis, sed rebus imponi debeant, *l. 3. C. commun. de lega.* Et sufficit talia esse quæ obligationem arguãt, vel obligandi animum: veluti si quis mutuo accepturus ita scribit in schedula seu syngrapha. Ego ab illo mutuo accipio, & hæc debeo: vel si alia similia, eiusdem tamen substantiæ scribat & subscribat, nihil interest. Pro nominum constitutione, syngraphis vti cœperunt, postea mutuum accipientes, *l. plures 13. de fide instrum. C. & apoch. li. 10. C.* Et secundũ harum conceptionem quæritur obligatio eũ qui credidisse dicitur. ¶ Iam autem † in mutuo dicimus in hac literarum obligatio-
7 ne, ciuile mutuum constitui, *Ioannes de Ferrarin, in tit. de forma libelli, in actio. hypoth. in verbo mutuo.* quod per simplicem oris cõfessionem contrahitur: vt, talis fuit confessus se habuisse & recepisse centum mutuo, *de qua intelligenda, leg. 3. de non num. pecun. C. §. 1. de liter. oblig.*

8 ¶ In hac † specie conuentionis, est prodita exceptio non numeratæ pecuniæ: si quis contendat ita quidem se cautisse, sed pecuniam seu rem ea cautione, & illis literis cõprehensam non recepisse: competebat autem olim hęc vsque ad quinquennium principalibus constitutionibus, ante Iustinianum editis, *d. §. 1. de oblig.* vt constitutio Aurelij, *quæ scripta est in fragmento Codicis Gregoriani, tit. de cauta & non num. pecun.* Erat & ex iurisconsultorum responsis protinus perpetua: cum apud illos nulla ad obligandum sola literarũ scriptura reperiatur sufficiens, *d. l. nõ figura.* nisi vel verborum, vel cõsensus fulciatur adminiculo, *l. 1. de actio. P. l. 1. de nouat. P. l. Græce de fideiussor.* At tempore Iustiniani facta est temporaria ad biennium vsque tantum permissa, *d. §. 1. de litera. oblig & l. in contractibus 14. de non numer. pecun. C.*

¶ Quia † propter silentium biennij præsumitur secundũ scri- 9
pturam & numerationem sequutam, & nisi numerata fuisset, nõ ita fuisse stolidum qui scripsit, quin eam repetiisset: quia nemo præsumitur velle iactare suum, *l. cum de indebito, de probat.* Addit Iustinianus metam huic præscriptioni appositã, ne creditores diutius possint suis pecuniis forsitan defraudari, *§. 1. de liter. oblig.* Sed & tertio loco qui sciens prudensque fassus est, se accepisse mutuo quod nõ acceperit, donasse videtur, *leg. Campanus, de oper. libert.* P. quia nullo iure cogente fassus est se debere, *l. donari, de regul. iur. l. donari, de donat.* P. Quare in hac obligatione non potest agi, vt ex mutuo, quia in eo amplius quam datum sit non redditur, *l. si tibi decem de pac.* P. sed ex literarum obligatione, veluti ex promissione: verbis enim etiam credimus & literis, *l. 2. si cert. peta.* P.

¶ Verumtamen † si spe futuræ numerationis facta fuerit de- 10
biti recepti confessio, recte dicemus creditorem satisfacere debere promissioni, & si non satisfecerit, iniquum esse eum quod non tradiderit velle repetere, quantũuis prætextu mutui fraudem tegere velit, & fictitius iste contractus iustissime reiicietur. Et plus valet quod agitur, quam quod simulate cõcipitur, *& ita Odofredus notat in l. quamuis, si certum pet.* Quamobrem si in hac confessione acceptæ pecuniæ literis comprehensa interuenerit error, scriptura non sufficit, si de errore doceatur, etiã post tempus biennii, nec ex ea nascetur literarum obligatio, per iuris vtriusque regulam: iure naturæ æquum non esse quẽquam locupletari cum alterius iactura, *c. locupletari, de regul. iur. in Sexto, l. iure naturæ, eod. tit. in* P. *l. nam hoc natura, de condiction. indeb. in* P.

Qua ratione † Dynus tuetur *in d. c. locupletari*, ex æquitate ca- 11
nonica, debitorem posse obiicere hanc exceptionem non numeratæ pecuniæ post biennium. Notat tamen Baldus, & glossa ex quorundam interpretum mente, nec audiendum eum esse, qui velit post biennium probare non fuisse numeratam pecuniam: quam sententiam Salycetus & Castrensis sequuntur, *Bald. in l. si ex cautione, quæst. 9. & in l. in contractibus, & ibi gloss. in verbo nullo modo. Cynus, Castrens. & Salycetus, C. de non num. pec.* Quod verum credo, quando in scriptura dictum fuit, fateri debitorem tunc se accepisse, numerationemque tunc factam: diuersum autem, quando quis in scriptura indefinitè dicit fateri seu confiteri sẽ accepisse, *gloss. iuncta textu, in l. si ex caution. C. de non num pecun.*

¶ Ceterum † hodie cautum est, chirographarias scripturas, 12
quibus quis fatetur se mutuas accepisse pecunias, non probare mutuum supra quinquaginta libras auri, sanctione Iustiniani, *l. super Chirographaria, l. fin. C. si cert. peta.* & ex nouella constitutione supra libram auri, *auth. sed nouo iure, cod. tit. si cert. peta. §. oportet, de instrumentor. fide & cautela, in Authen.* nisi simul adhibeatur scripturæ maioris summæ tres testes ex lege Codicis, probatæ opinionis, & si fiat in ciuitate ab imperito literatum, quinque ex nouella Iustiniani, *dict. leg. fin. & authentica, sed nouo iure.* In minoribus igitur summis idiocherta, seu priuata scriptura cõfessata seu agnita, vel si trium testium habeat subscriptionem in maioribus, probabit debitum. Et si debitor inficietur, potest scriptura conuinci per comparationem literarum in præiudicium scribentis, *l. scripturas, & authen. si quis vult cauto, qui pot. or. in pignor. habeant. C.* Atque in Gall. a debitore inficiante idiocheton, in ius vocari potest coram quolibet iudice eius loci, vbi is debitor cõpertus fuerit: vt imbi per seipsum vel procuratorem cum speciali mandato cogatur vel agnoscere, vel negare scripturam: quod si non fecerit ex prima dilatione vel vocatione contumax, scriptura pro confessata habetur, & eius generis & efficaciæ renuntiatur per iudicem eiusque sententiam, à cuius prolationis die idiocheiron hypothecam contrahit, ex constitutione regia Francisci primi, anno 1539. *in constit. Francisci 1. anno 1539. art. 92.* quamuis iure Nouellarum ex scriptura debiti, vel syngraphio, actio quidem personalis nascatur, non hypothecaria, *§. insuper nouell. 136.* Item si vocatus debitor & inficiatus fuerit, & actor, creditor videlicet probauerit, à tempore denegationis hypothecæ incipiet, *in eadem constitutione Francisc. 1. artic. 93.* & ex nouella Iustiniani damnandus erit in duplum *nouella. 18. §. studium vero, vide l. 4. C. de non num. pecun.* Nec hic præscriptio seu exceptio fori, vel non sui iudicis obtici poterit, dum agitur de agnitione chirographi, eo quod res est peritura tempore: quare necessitas exceptionis ius superat, vt in aliis, *Alexand. in l. 2. de iurisdict. omnium iudic. P. facit. l. 1. de eo quod certo loco. P. l. vlt.*

Digitized by Google

13 *C. vbi conuenia. qui cert. dar. promisit.* ¶ Placuit † autem non tantum debitorem cogendum agnoscere, vel inficiari proprium chirographum, verumetiam & eius heredem, & vxorem viri, *Ioannes Gallus in Decisio. dec. per arestа. Parlamenti, aresto.* 157. monachorum collegium abbatis mortui: & successorem in beneficio mortui antecessoris, *apud eundem Gallum eod. lib. aresto.* 172.

14 ¶ Agetur † itaque intra biennium ad summouendam scripturam eius quod quis fassus est falso, se debere, condictione, *l. in contractibus. C. de non numerata pecunia*: nam condictio ex lege competit, vbi alia non datur actio quam ex ipsa lege, *l. 1. de condictio. ex l. P.* poteritque per condictionem sine caussa, obligationem, id est, instrumentum cautionis condicere, *l. si quasi accepturi 7. de non numer. pecun. C. l. qui sine, de condict. sine caussa, l. cum & soluta, de condict. indeb. C. l. fin. de solut. C. cum simil.* vel si creditor agat, exceptione non numeratæ pecuniæ vti, *d. l. si quasi, & l. 3. & l. aduersus, 5. C. de non numera. pecun.* Competit & actio in rem pro repetitione pignoris, si pignore cautum sit, *l. 1. C. de non numer. pecun. l. solutum, §. si quasi, de pignora. actio. P.* item & exceptione doli aduersus agentem, *l. 3. C. de non numer. pecun.* & ipse actione in factum quoque agere poterit, si cauta fuerit quantitas cũ stipulatione: nam sine stipulatione promissione facta, nõ numeratæ pecuniæ remedium datur, *l. cum vltra 9. iuncta gloss. penult. C. de non numer. pecun.* quod & querela non numeratæ pecuniæ dictum, *in l. in contractibus 14. §. in omni enim tempore, de non numera. pecun. C.* Atque intra tempus concessum biennij, licet ei, cui hæc exceptio competit, vel denuntiationibus scripto missis, querelam non numeratę pecuniæ manifestare ei, qui numerasse eam, vel alias res dedisse instrumento scriptas, vel si abesse cum his locis, in quibus contractus factus est, contigerit. Constantinopoli apud quemlibet ordinarium iudicem: in prouinciis apud viros clarissimos rectores earum, vel defensores locorum eandem querelam manifestare, eoque modo perpetuam sibi exceptionem efficere licere, sancitum est, *d. §. in omni quidem*, dummodo in scriptis querela fiat, aut si quis eam in iudicio proponat, etiamsi agatur de exceptione non numeratæ dotis, in qua hæc locum habent, *l. 1. & fin. de dot. cant. non numer. C.* oporteatque mulieri & ei qui dotem conscripsit, querelam innotescere, *d. l. in contractibus, §. fi. & auth. hanc autem, de non numer. pecun. C. & nouella. 100.*

15 ¶ Adhibenda † tamen in non numerata dote circa tempus alia distinctio. vt intra biennium soluto matrimonio, siue morte, siue diuortio, tam ipsi marito de dote non numerata queri liceat, quam eius insuper heredi intra alterum annum. Si vero matrimonium vltra biennium vsque ad decimum annum extendatur, & marito eiusque insuper heredi intra menses tres querela concedatur. Si autem decennium decurrat, tunc neque marito, neque eius heredibus querelæ mouendæ potestas est, ex nouella 100. *inde desumpta authen. quod locum de dote cant. non numera. lib. 5. C. tit. 15.* Iustiniani. Sed & adhuc post decennium ad duos annos facultas extendetur, si minor fuerit maritus, vel heres eius, per auxilium restitutionis in integrum, *proxime citatis iuribus, & authen. si minor. de tempo. in integ. restitutio. C. lib. 2. tit. 53.* Hinc casum demit lex, vt in illis securitatibus, vt ait, seu confessionibus, quę post confectionem dotalium instrumentorum de soluta dote ex parte, vel in solidum exponuntur, nulla exceptio non numeratæ pecuniæ locum habeat, *d. l. in contractibus §. sed quoniam.* Idque ob geminatam & præmeditatam eiusdem solutionis confessionem, quæ proculdubio vel donandi iudicium consultum, vel solutionem arguit, saltem quæ efficaciores vna sunt, *l. 1. de plus petit. C. authen. siue à me, & l. si mulier, 22. C. ad Senatusc. Velleia.*

¶ Vnde † & tracta videtur ratio, cur is qui se constituit debitorem in locum alterius non obiiciat hanc exceptionem, *l. fin. 6. C. de non nu. pec.* quamuis hæc exceptio quæ competit reo, competat & fideiussori, si reo debendi numerata non sit, *l. tam mandatori 12. C. eod.* 16

¶ Alius † casus, in quo non numeratæ pecuniæ exceptio obiicitur, in instrumento securitatis depositionis rerum certarum, vel pecuniæ. Item tertius, quando publicus officialis fatetur se recepisse publicas functiones, *d. l. in contractibus, §. sed quoniam. vers. sideoque.* Quo pertinet 4. quando procurator fisci, rerum venditarum pretia se recepisse, scriptura profitetur, *l. omnes, §. fin. de quadrien. præscript. C. §.* in caussa transactionis quoque cessabit, *l. si transactionis, 11. C. de non numer. pecun.* vt & sexto loco, si quis partem pecuniæ, quam numeratam fuisse diffitetur, persoluerit, *l. 4. C. de non num. pec.* Septimo, si creditor asseueret se pecuniam dedisse, ob cuius petitionem debitor obiicit exceptionem non numeratæ pecuniæ, potest probare vsque ad 30. annos, nec ei nocebit exceptio illa, *l. asseueratio 10. C. de non num. pecun.* 17

¶ Actione † vel exceptione non numeratæ pecuniæ proposita, opus est probatione: proinde illa solet expediri, vt si agente creditore neget debitor numeratam fuisse, probare debeat creditor numeratam biennio nondum exceptionis elapso, *l. 1. & 3. C. de non numer. pecun.* postea nequaquam, quin nec de eo iuramentum subire cogitur, *l. in contractibus, §. super cæteris, in fine, iuncto §. illo videlicet.* 18

DE OBLIGATIONIBVS, ET CONVENTIONIBVS CONSENSV INITIS.

LIBER XXV.

De emtione & de distinctione nominis emtionis. Cap. I.

Apud Iustin. Lib. 3. tit. 24. P. lib. 18. tit. 1. C. lib. 4. tit. 36.

1 *Emtionis nomen in genere & specie quid contineat.*
2 *Emtionis formula omnibus conuentionibus adhibebatur.*
3 *Mancipi res quæ, & quomodo transferantur.*
Ære & libra quomodo fiebat venditio. eod.
4 *Emere & vendere quãdo promiscue, & quãdo distincte accipiãtur.*

1 Requens † vsus emtionis cum sit, operæpretium esse duco diutius in ea pertractanda immorari. Et quomodoque tractanda sit inter probos viros, admonere: & qua ratione cauẽdum, ne contractus, qui non ob aliam caussam, quam vt necessitati hominum mederetur, in gentium vsum venit, in luxum libidinemque fœneratorũ conuertatur. Sic etiam & Tiberius apud Cornel. Tacit. *lib. 6. annalium*, prospexisse fertur. Ne quæ remedio quæsita est emtio & venditio, in contrarium mutaretur, cum fœneratores omnem pecuniam mercandis agris necessariam, condidissent. Proinde prius monendi sumus, emtionis appellatione, omnis contractus, ex ex quo dominium transfertur, cõtinetur, & ita in lege 12. Tabularum vsurpatum nomen notat Pomponius, *l. statu liberi 29. §. 1. de stat. liber. lib. 40. P. tit. 7.* Quare & alibi in iuris corpore, in ea lata significatione competitur, *§. 1. de contentio. inter domi. & emtorem fundi, lib. 2. Feudorum. tit. 42.* vt & legatum contineat, *leg. ficus 8. §. venditionis autem, quib. mod. pign. vel hypothec. solui. lib. 2. P. tit. 6.* Sic apud Varronem. *In emtionibus*, inquit, *dominium legitimum, sex fere res perficiunt: si hereditatem iustam adiit: si, vt debuit mancipio accepit, à quo iure ciuili potuit: aut si iure cessit cui potuit iure cedere, & id vbi oportuit: aut si vsu capit: aut si è præda sub corona emit: tum ve, cum in bonis sectioneve cuius publice emit. In horum emtione solet accedere peculiũ, aut si excipiet stipulatio, intercedere, sanũ eum esse, fanis noxiis q; solutũ: aut si mãcipio nõ datur dupla promitti: aut si ita pacti, simpla.* ¶ Hæc † Varro *lib. 2. de re Rustica. c. 10.* Porro hæc appellatio per extensionẽ ad alia, quã quæ vere emũtur, extẽditur, vel quod firmissimus trãsferẽdi dominij modus sit emtio vera: vel quod nullus fere translatitius dominij olim titulus esset, cui non adhiberetur emtio, vtrisque summo digito indico. Primum ostendit Horatius *2. epist. ad Iulium Florum.*

Si proprium est quod quis libra mercatur & ære,
Quædam, si credis consultis, mancipat vsus.

Et Martialis, *lib. 2. Epigram. epig. 20.*

Carmina Paulus emit, recitat sua carmina Paulus.
Nam quod emas possis dicere iure tuum.

Neque quisquam eam rem videtur vendere, de cuius dominio agitur, ne ad emtorem transeat: sed hoc locatio est, vel genus alterius contractus, *Labeonus in l. eum manu sata 80. §. fin. de contrahen. emt. P.* Et Phœnicides cum apponebat pisces in conuiuio, sed iis dumtaxat qui symbolum dedissent, dicebat, mare quidẽ esse commune, sed pisces in eo natos, eorum qui emissent, *in Apoph. Erasmi. lib. 6. in variorum Apoth.* Quocirca in emtorem, inita semel emtione omne periculum, vt in dominum transit, *l. necessario, & l. id quod post semel perfectam, de pericu. & commo. rei vend. P.* Alterum autem quod diximus, antiquis placuisse titu-

Digitized by Google

los transferendi dominij habuisse, vt plerumque additum emtionem, quod fiebat adhibitio libripende, ære & libra, §. *sed vt nihil antiquitatis, de testam. apud Iustinian.*

¶ Vndetius mancipi & dominii. Sic etenim Plinius consuetudinē fuisse seruatā in emtionibus quæ mancipi sunt, librā interponere, *Pli. li. 33. hist. Na. ca. 3.* Mancipatio χείροσις, Græcis est in manu positio: qua ratione res inalienabiles nostræ, mancipi dictæ: aliæ non mancipi, liberæ & nullius, *Cicero in Topyc.* *Mancipatio*, inquit Boerius, *libr. 3. Topic.* imaginaria quædam vēditio est: quod ipsum ius, proprium est ciuium Romanorum: & res ita agitur, adhibitis non minus quam quinque testibus ciuibus Romanis puberibus, & eo qui libripens dicitur, is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit: hunc ego hominem ex iure Quiritum meum esse aio, isque mihi emtus est hoc ære, æneaque libra: deinde ære percutit, idque æs dat, ei à quo mancipiū accipit, quasi pretij loco. Inde mancipare pro vendere, imo emphaticōs, plus quam vendere, & maiori solemnitate. Quem admodum apud Ciceronē, *Philip. 2.* Tū ipse venditū atque mancipatum tribunatū consiliis nostris oppositi. Iulius Paulus rē emptam mancipatione & traditione perfecta, si euincatur, auctoritatis venditorem duplo tenus obligari tradit, *Iulius Paulus, lib. 2. recept sententia. tit. 17. de emto. & vendito.*

¶ In specie, † emtionis nomen accipitur prout est contractus nominatus ab aliis, proprius & separatus, de quo nunc agimus. Relatiuum porro emtionis, venditio est, quibus promiscue aliquando vsi sunt veteres, *Caius, in l. veteres 20. de actio. emt. lib. 19. P. tit. 1. l. ex conuentione, C. de pact. l. cum apparebit 50. loca. lib. 9. P. tit. 2.* *Emtor* tamen proprie is qui comparat vel acquirit: venditor is qui distrahit: sic in veteri verbo rusticorum, bonum patrem familias, dictum est, esse debere venditacem, non emacem, *Cato de re rustic. cap. 2. Plinius l. b. 18. ca. 5.* inter quæ multum interest, cum plerumque alicui vendere prohibitum sit, non autem emere, *vt in personis docebitur, & l. in quorum, de pigno. P. leg. multum interest, ne verbor. oblig. P. l. suæ rei, l. non licet, de contrahend. emt. P.* Et vt ait Paulus, aliud vendere, aliud emere, alius emtor, alius venditor, sicuti aliud pretium, aliud merx, *l. 1. §. penul. de contrahen. empt. P. l. 1. de rerum permut. li. 19. P. tit. 4.*

De Definitione emtionis, & de re vendibili, & distinctione mercaturæ & negotiationis.

Cap. 2.

1 *Emtionis definitio.*
2 *Bona fides quo tempore in emtione adesse debet.*
3 *Emtionis diuisio, in imaginariam veram, & litis æstimationem.*
4 *Emtionis substantialia tria, res, pretium, consensus.*
Emtio scriptura quando perficiatur, cod.
5 *Emi vendive quæ res possunt.*
5 & 6 *Merx, Mercatus quid.*
5 *Commercium quid.*
6 *Emtio sine re existente vel futura esse non potest.*
7 *Mercator & mercaturæ quid.*
Negotiatio quid, & Negotiator quis. eo.
8 9 & 10 *Mercaturæ duæ species, & subdiuisio.*
8 *Commerciorum species.*
9 *Camponaria ars quæ.*
Præceptoribus mercedes soluenda, eod.
11 *Nauigationem & eius negotiationem qui inuenerunt.*
Nauis, nauarchi, nauicularij, quid. eod.
12 *Ratis quid.*
13 *Mercaturæ inuentum refertur ad Pœnos.*

1 OMissis † aliorum finitionibus, quæ de emtione fiunt, vel nimium angustæ vel latiores quam substantia postulet, nostram exhibemus, vt Emtio sit contractus, *l. Labeo, §. contractus, de verbor. signifi.* nominatus: *l. iusrisgentium, de pact. P.* bonæ fidei, *l. si dolo aduersarii §. de rescind. vena. C. l. ex ēt. 11. de actio. ex ēt, P.* iurisgentium. *d. l. iurisgentium, de pact. l. 1. §. fi. de contra. emtio. P. l. ex hoc iure, de iust. & iur. §. ius autem gentium, de iur. natur.* per quē fit commutatio rei cum certo pretio, *l. 1. de ver. permutat. in P. §. 1. de emtio. apud Iustin. l. 1. §. fi. de contra. emt. P.* ex consensu, *l. 1. de contra. emt. P. l. 2. de actio. §. 1. de actio. §. 1. de obligat. quæ ex consen. l. 2. C. de contrahend. empt.*

2 ¶ Bona † fides exigitur in emtione & tempore cōuentionis, *l. 2. §. 1. pro emt. l. 3. pro soluto. in P. l. si cum aliena, in princ. de vsu. P.* Imo dolus abesse debet à venditore, non tantum tempore venditionis, sed omnino, & omni tempore sequenti, vt notat Cynus, *in authentica sacramenta puberum, quæstio. 17. si aduers. vend. C.* & Baldus, *in l. si cum fundum, per eum textum, §. 1. de contrahen. emt. P.* Dolusque venditoris nocet emtori. *l. cum qui §. prætor, de public. in rem actio. P.* Quia emtor non potest esse melioris conditionis in re emta quam venditor, *in l. in hu. §. non debeo, de regul. iur.* & eadem causa debet esse emtoris in agēdo, quæ fuerit vēditoris, *l. inuitus, §. plerumque, de reg. iur. P. l. si quando, §. heres, de legat. 1.* cum in locum eius succedat, *l. 2. §. si. de hered. vel actio. vendi* & ab eius persona, omnes exceptiones in personam emtoris transeant, *l. si à te, §. si. & l. si mater, in si. de excep. rei iudi.*

¶ Distinguunt iter veram & imaginariam venditionem, quod illi res & pretium accedat: imaginaria autem fit, pretio non accedente, quæ pro non facta est, & ideo nec alienatio intelligitur rei, *Paul. l. nuda 55. de contr. emt. l. contractus 53. de act. P. cum simil. ibi nota.* Potest etiam diuidi emtio in eam, quæ consensu solo fit, de qua loquimur: & in eam quæ per mancipationem fiebat, per æs & libram, quam etiam imaginariam, ratione aliorum negotiorum cui adhibebatur extra contractus, dixere. §. *sed vt nihil antiquitatis, de testam.* de qua superiore capite dictum est. Litis æstimationem, inter species venditionis poni non ambigitur, *l. pro emto. li. 41. P. tit. 5. l. plerumque 11. §. si ante matrimonium, de iure dot. P.* vel saltem similem emtioni esse in aliquibus, *l. 3. pro emto. in P. l. eius, & l. seq. de rei vin. P.* non enim vere simplex venditio est, *l. quoties 17. solu. mat. P.*

3

¶ In emtionibus † tria substantiam constituunt, quæ necessario requiruntur, res, pretium, & consensus, *§. 1. 2. 3. de emtio. ap. Iustin. d. in venditionibus, l. 2. Cod. co. l. 2. de actio.* nam quod relatum est de necessitate scripturæ, non prius emtionem esse, quam ea perfecta sit, intelligitur si ita lex emtioni dicta sit, vt de ea fieret scriptura, *vt in l. contractus, de fide instrum. C. §. 1. de emt. ap. Iustin.* non aliter: quia sine instrumentis alioquin valent, quæ consensu peraguntur, *l. cum instrumentis, C. de fide instrument. l. cum res, C. de probatio. l. non figura, de actio. P.* Et de illis soleant tantum instrumenta, probationis facilioris causa conscribi, *l. contrahitur, de pign. P. l. pactum, C. de pact.*

4

¶ Res, † in materia, merx dicitur etiam, *l. 1. de contra. emt. P.* id est, res vendibilis, vnde & meretrices mercales dicuntur, quæ pretio prostituunt & vendunt pudicitiam, *l. mercalem, de condiction. ob tur. cau. C.* Inde & mercatus & nundinæ, *l. 1. de nund. Cod.* Commercia etiam, quorum quoque appellatio ad alios cōtractus extendi à commutatione mercium potest. *glo. in §. idem iuris, de inuti. stip. in verbo commercium, rubr. de commerc. & mercator, in l. 3. quæ res vendi nequeant, C. l. 1. quæ res exporta. neq. C. l. 2. de Eunuchis, C.* commercium quippe est libera communicandi, contrahendi & commercandi facultas, Græcis συνάλλαγμα, ἀλλαγὴ, ἐπιμιξία: vt nundinatio per emtionem ἐμπορία.

5

¶ Sine † re quæ væneat, nec emtio, nec venditio contrahitur, *Pomp. leg. nec emtio, 8. de contrahen. emt.* Sufficit autem rem esse, etsi ea præsens non sit, attamen quæ esse possit, vt & alia seu euentus dubius, *dict. leg. nec emtio, & l. si iactum retu. de actio. emt. P. de iactu retis emt. Valer. Maxim. li. 4. ca. Suetonius, li. de illustr. Rhetorib. Diogen. Laert. in 1.* & spes emi possit futuræ rei, *in l. spem. C. de dona.* & fructus futuri, *l. si debitor 39. de contrah. emt. P. dict. l. nec emtio.* Generaliter regulari iure, res omnis quæ non habet prohibitionem alienationis, vendi potest, & emi, quam quis possit habere & possidere, quæve à commercio non eximatur, vel à natura vel iure gentium, vel iure ciuili, *l. si emtione, §. omnium rer. de contra. emt.* hue mobiles siue immobiles, siue corporales, siue iura sint, *toto tit. de hered. vel act. ven. C.* Nec tamen me præteriit mercis nomen ad res tantum mobiles pertinere, ex sententia Vlpiani, *in l. mercis appellatio, 66. de verb. signifi.* neque adhuc omnes venire eo nomine, cum nec mercis contineri seruos Aphricano placuerit: ex Melæ sententia. Quamobrem non mercatores, sed venalitios dici eos, qui vendunt, *l. mercis appellatione, 209. de verb. signifi. l. 1. §. licet, de tributor. actio.* Verumtamen ex nominis extensione venalitiariam vitam exercentes, & mercatores dici posse receptum est: & seruos venales ex interpretatione in merce esse, *l. seruos 71. §. fin. de legat. 3. d. l. 1. §. licet. de tributor. actio.*

6

¶ Mercatorem † tamen existimamus & mercaturam circa res mobiles. Mercatorem videlicet, qui plures facit emtiones vt vendat. Non enim qui semel aut aliquando emit, vt lucretur, & vt aliquando vendat, mercator dicitur, sed qui ei rei omni studio & potissimum incumbit, *l. 1. iuncta glo. in verbo omnes, de tribut. act. P. l. legatis seruis, & ibi Barth. & alij interpret. de lega. 3. Angel. Aret. in §. introducit, in glo. negotietur quod cum eo qui in alien. potest. ap. Iustinia.* Vt apud Callistratum negotiator dicitur, qui maiorem partem facultatum in negotiationibus adhibet, non qui aliquam particulam. *Callistra. l. semper 5. §. negotiatio, de iur. immunita.* Quanquam & iterum negotiator paulo aliter quā mercator dicatur, à negotio: negotium autem quod negat otium, vt is negotiator vere dicatur, qui omni genere lucri laborioſe vitam exercet siue emendo, siue vendendo, aut locando, aut conducendo, teste Martiano ICto, *l. legatis seruis 63. de leg. 3. l. b. 22. P. tit. 1.*

7

¶ Plato, † mercaturæ species alias hoc modo & commerciorum explanat. *Commercij*, inquit, *Plato li. de ente siue in Sophista, duæ species: vna in largitione: altera in emtione & venditione consistit. Eam rursum, quæ ad emendum vendendumque pertinet bifariam diuidimus. Qui opera sua venalia facit, proprietorum venditor nominatur: qui aliena vendit, commutator.*

8

¶ Commutatio † autem, aut inter eiusdem ciuitatis ciues conficitur, quam cauponariam καπηλικὴν, vocamus: aut inter ciues

9

Digitized by Google

& peregrinos, emendo vel vendendo, res ex vibe alia in aliam permutatur. & mercaturam dicimus. Mercatura præterea duplex, altera ad victum corporis spectat: altera ad animi disciplinam, commutatque nummis eruditionem, si quis ea quæ didicit ære doceat, atque hunc mercatorem scientiæ vocat sophistam. Quo loci arguere videtur & reprehendere, vendentes eruditionem: non tamen eos qui honorarij loco mercedem laborum, qua digni sunt capiunt licite, & ideo annonæ illis qui publice eruditi, ex ecclesiasticis prouentibus per sacra concilia, & comitia Gallica assignata sunt, vt gratis pauperes potissimum erudirent, *c. quia nonnulli, de magistris ap. Greg. & in constitution. comitiorum generalium, artic. 9.* Et Paulus Iurisconsul. mercedes præceptoribus soluendas à tutore tradit, nō quas minimas poterit, sed pro facultate patrimonij, & pro dignitate natalium, *l. cum plures 13. §. cum tutor, de admin. tutor. lib. 26. P. tit. 7.* Neque tamen ideo recte dicetur venalis scientia, sed potius remuneratio debita præceptoribus, *vt in l. Attilius, de don. P. l. qui filium, vbi pupill. educa. deb. P. l. fin. de aliment. pup. præst. C.* illis maxime qui iura docent. Est enim sanctissima ciuilis sapientia, sed quæ pretio nummario non sit æstimanda, nec dehonestanda, dum in iudicio honor, id est, salarium petitur, qui ingressu sacramenti offerri debuit, *l. 1. §. proinde, de variis & extraord. cog.*

10 ¶ Mercaturæ † rursum, quæ ad victum corporis spectat apud Aristotelem tres species ponuntur: nauigatio, deuectio, negotiatio, *1. Politicor. cap. 7. Aristot.* ¶ Tradit † Dionysius, *lib. de situ orbis.* Phœnicum mercaturam nauigationis esse inuentum: de illis enim ait:

11

Οἱ δ' ἄλεχ' ὅσσοι ἔασιν ἐπιπρωμῆες φοίνικες
Τῶν δ' αὐδρῶν γένος ἐκ οἱ ἐρυθρὴν ναιετάασκον,
Οἱ πρῶτοι νήεσσιν ἐπέφραδον θαλάσσας,
Πρῶτοι δ' ἐμπορίην ἀλιδινέα ἐμήσαντο, &c.

Id est:

Ii vero mari vicinè exsistentes Phœnices,
Eorum hominum origines qui Erythrei nati sunt.
Qui primum nauibus periculum fecerunt maris,
Primi item negotiationem mariuagam fecerunt, &c.

Inde naualia commercia, & leges nauales, quæ de eis dictæ aliter & Rhodiæ, *c. Rhodiæ leges, 2. distinct. exstant & leges nauales Iustiniani Græce excusæ.* A naui nauigatio, nauigans, *ea. nauiganti, de vsur.* & nauicularij *toto tit. de naui. & naucleru, lib. 11. C.* qui nauium sunt domini. Et nauicularij quoque, teste Vegetio, qui Græcis nauarchi, qui in classe singulis nauibus præsunt, *Vegetius lib. 4 de re mil. & de illis intelligi debent rubrica, & l. 1. de hered. decurio. & naucular. lib 6. C. & l. semper, §. negotiatores, de iure immunita.* P. Nauis porro hic erit, siue sit fluuiatilis, siue marina, siue in aliquo stagno nauiget, siue σωσίδια, *in l. 1. §. nauem, de exercitoria actio.* id est, quæ in portu seu in statione consistat.

12 ¶ Continetur † & nauis nomine ratis, quæ Græcis σχεδία quæ est, compago connexarum trabium, qua vtebantur antiqui ante nauium inuentionem, quæ tamen accedere tuto mare ob fluctus non potest, *l. solet, de ferijs, P.*

13 ¶ Mercaturas † ad inuentum Pœnorum refert Plinius, *lib. 7. histor. Nat. c. 56.* cui & consentire videtur illud Ezechiæ, *Carthaginenses negotiatores tui à multitudine cunctarum diuitiarum, argento, ferro, stanno, plumboque implenerunt nundinas tuas, Ezech. 27.*

De Mercatibus & Nundinis.

Cap. 3.

Lib. 50. P. tit. 11. Lib. 4. C. tit. 60.

1 *Nundinæ feriæ Paganorum ethnicis.*
2 *Mercatus & mercatorum vtilitas.*
3 *Mercatuum institutor primus Iphitus Elius.*
4 *Nundinarum ius & mercatus quis concedere possit.*
5 *Mercatus & nundinarum differentia.*
6 *Nundinarum & mercatuum priuilegia.*
Anglis nundinarum Lugdunensium priuilegia negata. eod.
7 *Nundinarum priuilegia quæ res afficiunt.*
8 *Nundinæ & mercatus ne fiant diebus & in locis sacris.*
9 *Nundinarum introducendarum finis & vtilitas*
10 & 11. *Rationes.*
Nundinarum priuilegia decennio vel triginta annis exstinguuntur.
11 *Collegium mercatorum imperialium.*

1 NVndinæ † feriæ Paganorum, id est rusticorum apud Romanos erant: quibus conueniebant negotiis propriis vel mercibus prouisuri, *Macrob. lib. 1. Saturnal. ca. 16.* Fiebant autem nono quoque die, vnde etiam nomen habuerunt, *Plutarch. in Coriolani vita, & Dionys. Halicar. lib. 2.* Mercatus & pro nundinis, seu loco & tempore nundinarum, ἀγορεύων, vbi conueniunt mercatores. Nundinæ, inquit Dionys. Halicar. nono quoq; die celebrabantur, vt nunc etiam, quo plebs agrestis in vrbem ad mercatum conueniebat, finiendisque litibus, & ad si qui agi faciendi de negotiis publicis, quorum ius erat penes populum, aut de quibus senatus retulisset ad eum. Reliquis septē diebus ruri degebant, quod magna pars operaretur ob paupertatem suis manibus, *Dionys. Halicar. lib. 7 histor. Rom.*

¶ Et † Callistratus, *l. 2. de nundinis, lib. 50. P. tit. 11.* ex sententia 2
Platonis, *lib. 32. dialogo 2. de repub.* duo genera personarum in mercatibus, & nundinis constituit: vnum rusticorum & habitantium, aliud eorum qui illis ministrant, qui euehunt & inuehunt singula, vel vtilia & necessaria: (ἐπὶ τοῦτον ἐμπορία, inquit, *isti sunt negotiatores seu mercatores:*) afferentem autem agricolam aliquid eorum quæ facit, vel alium conductorum illis distrahere cito, & ad opera redire debere, quod non fieret nisi statis certis locis & temporibus adessent mercatores huius rei administri. Qua & ratione si cupiditas lucri nimia à mercatoribus absit mercatura erit vtilissima commerciorum causa, & vt Cic. scribit 1. de Offic. *Mercatura si tenuis est, sordida putanda est: si magna & copiosa, multaque vndique apportans, multisque sine vanitate impartiens, non est admodum vituperanda: atque etiam si satiata quæstu, vel contenta potius, vt sæpe ex alto in portum, ex ipso portu se in agros possessionesve contulerit, videtur iure optimo posse laudari.*

¶ Genus † emtionis celebre ait Velleius Paterculus, *in priore* 3
lib. Romanæ historiæ circa principium. negotiationem, & mercatum quidem prius constituisse apud Græcos, sicut & certamē primum Olympicum, Iphitum Elium.

¶ Ius † concedendi nundinas, olim ad senatum pertinebat 4
Romanum, *Plinius, lib. 5. epist. ad Valerianum, scribens*, à consulibus quoque petitum innuit Suetonius, cum ait, *Claudium Imperatorem legibus seipsum subiicientem publicis, à consulibus petisse ius nundinarum in sua prædia, Suetonius in vita Claud.* Petitæ & à principe postea, *l. 1. de nundinis. P. l. 1. C. eod. tit.* vt & hodie in Gallia mercatus, nundinas & legitimationes, non concedunt alij quam solus Rex, *in constitutione Ludouici 12. publicata anno 1512. ca. seu artic. 12.* Hispanica etiam lege, sola consuetudo, vel regis priuilegium nundinas concedit, & tributum in eis maius exigi non potest quam à rege permissum. Nec aliud peti à territorij domino vel alio quam nundinarum ius, vel æs alienum in nundinis conflatum, *in legib. Alfonsi, 5. par. tit. 3.*

¶ Non † omnis mercatus nundinalis est, sed omnes nundinæ 5
mercatum habent. Etenim mercatus est locus & dies destinatus vendendis rebus, forum venale certis diebus deseruiens cum modico priuilegio. At nundinæ hodie dicuntur stati dies in locis vel ciuitatibus certis, mercandi causa libere concessi cum immunitate à principe donata vectigalium seu gabellarum, & pedagiorum. *l. vnic. C. de nund.*

¶ Forma † mercatus & nundinarum ex lege concessionis 6
pendet: priuilegia enim alia aliis irrogari solent, quæ communia non sunt. Valens & Valenti CC. beneficij huius vtilitatem indulgent, vt nullum in mercatibus atque nundinis ex mercium negotiatoribus conueniant, vel in venalitijs, aut locorum temporali quæstu, & commodo priuata ex actione sectentur, vel sub prætextu priuati debiti, aliquam ibidem concurrentibus molestiam possint inferre, *l. 1. de nundin. C.* Anno 1480. lata lex à Ferdinando & Isabella regni Hispaniarum consortibus, vt commeantium ad nundinas priuilegiatas nullus comprehendi possit iure oppignorationis, seu repressaliarum, seu clarigationis. Et alia lege cautum ne regnum adeuntibus seu nundinas, aliisque mercatoribus bona per vim auferrentur, rerum alioqui restitutione summatim iureiurando in litem decidenda, *in codice legum Hispaniarum, in 5. par. tit. 7. l. 4.* Negotiatoribus, vt Romam volentes concurrerent, maximam dedit immunitatem Alexander Seuerus Imperator, *Ælius Lampridius in eius vita.* Quatuor nundinis Lugdunensibus, immunitates quoque reges Galliæ plures præbuerunt, ab omnibus vectigalibus, prout priuilegiorum rescriptis & edictis principum confirmatorum exstat iustum volumen quod priuilegia docere poterit, *hic liber excussus ab Antonio Gryphio Lugduni 1574. in folio, titul. edictz & ordonnances. & c. des Foyres de Lyon.* in quibus libera omnium nationum, & populorum datur his temporibus Lugduni negotiandi licentia publica adhibita fide, & securitate: exceptis nominatim à Ludouico 11. Anglis seu Britannis, vt antiquis Galliæ hostibus quibus non temere fidendū censebat, hocque ita sanciuit edicto quo transtulit nundinas Geneua Lugdunum, 25. Octob. 1462. *exstat hoc edictum in prædicto volumine priuilegiorum nundinarum Lugdunensium, p. 38. & 42.* Sicuti & Honorius & Theodos. Cæsares, inhibuerunt nundinas frequentari gentium cum Romanis dissidentium, vel non confœderatorum: ne alieni regni, quod non conuenit, scrutentur arcana, & ad nundinas quoque Romanorum extraneos venire eadem ratione prohibent, *l. mercatores 4. & l. fin. de commer. & merca. C. l. 1. quæ res exportari nequeant, C. lib. 4. tit. 51. l. 2. quæ res vend. non poss.*

¶ Priuilegia nundinarum, res afficiunt in nundinis earum 7
tempore durante emtas, etsi non tempore nundinarum, sed paulo post efferantur, vel longo postea interuallo, *Bal. in l. vnic. C. de nundinis, argumento, l. 3. §. scio, de min.* P. Et, contra si ante nundinas res vendita sit, quamuis tempore nundinarum

tradita,

Digitized by Google

rtadita, priuilegium locum non dat, nisi intuitu & caussa nundinarum contractum fuerit, vel ea lege vt nundinis solueretur. Exstat placitum concilij sanctioris iudicio contradictorio latum 27. Septemb. 1553. quod declaratur, priuilegium immunitatis vectigalium concessum rebus emtis in mercatibus nundinalibus Lugduni, durare à nundinis ad proximas nundinas; nisi longius tempus suadeat necessitas, quæ intercepit occasionem intra prædicta tempora euehendi.

8 ¶ Locus † negotiandi, & mercatus, & tempus, à sacris secerni debent locis, & festis, in quibus orationibus vacandum est. *D. Matthæi, c. 21. c. & hoc diximus 16. q. 7. c. eiiciens 88. dist.* Et apud Esdram prohibitum vendere sabbati die, *ca. fin.* Carolus Mag. Imp. prohibet mercatum & nundinas haberi diebus dominicis, *lib. 2. legum Longobar. l. 1. de feriis.* Et in Gallia nostri reges repetitis constitutionibus vetant.

9 ¶ Finis † præcipuus nundinarum priuilegiatarum est, vtilitas societatis humanæ, cui facilius consulitur, data immunitate, & releuatis oneribus vectigalium, quæ sæpe deterrent à commercio mercatores, dataque securitate, & sub tutela publica extraneis receptis qui alioquin sibi metuentes, nobis nequaquam sua communicarent. Ideo si earum vsus omittatur per decennium, iure ciuili exstinguuntur, veluti inutiles, *l. 1. de nundinis* P. aliquando & per 30. annos.

10 ¶ Sed † & rationes aliæ possunt addi priuilegiorum nundinarum & delectus locorum. Prior, quia inde barbarorum necessitudines, regumque amicitias comparemus, mores ritusque gentium addiscamus, hisque si meliores sint nostras emendemus, si peiores nostros, vt emendentur communicamus. adde secundo vtilitatem, quam magni facit Cicero publicam. *Nam, inquit, cum vectigalia sint nerui reipub. & ea ex vectionibus mercatorum sumantur, constat hunc ordinem esse negotiatorum fauore dignum. Cicer. pro lege Manilia.* Et Valens & Valentinia. CC. etiam à mercatoribus seu negotiatoribus, quæ ad domum imperialem pertinent exigi necessitatem debitam pensionum ex emolumentis negotiationum volunt, *l. 1. de commer. & mercat. C.* Erant quippe in collegio negotiatorum qui ad domũ principis pertinebant, 563. *l. cessante 5. eod. tit. de commer.*

11 ¶ Subinde † ex loci & temporis certitudine, & ordine qui adhibetur circa vænalia, fraudes multæ extruduntur: & ne veritas væneant, vel transferantur, prohibetur: neve vagi sint mercatores, & ne pecunias in conquirendis ciuitatum mercibus, temere perdantur prospicitur, conuenientibus vnum in locum diebus decretis ementibus & vendentibus. Quare & proba lex illa Caroli Magni, ne mercatus vllo alio loco habeatur quam vbi antiquitus fuerit, vtque legitimus sit, *lib. 3. legum Longobar. tit. vbi merca. haben. sit d. vnica.*

De rebus quæ vendi vel emi nequeunt.

Cap. 4.

1 *Vendi emive res quid prohibeat.*
2 *Emere & vendere aliquando lege apud Spartiatas inhonestum.*
3. *& seq. Vendi num possit res subiecta restitutioni.*
4 *Restitutioni subiecta quando eotu causa vendi possunt à grauato.*
5 *Pie causæ gratia restitutioni subiecta alienari possunt.*
6 *Funeris testatoris causa res subiecta restitutioni alienari potest.*
eodem.

1 PRohibentur † res emi & vendi, vel absolute, vel cum aliquo temperamento, vel à natura, aut à lege, vel ab hominis cõtractu, vel vltima voluntate, vt alibi annotauimus, *in libr. 21. ad generalis tractatione conuentionum, c. de rebus 4.* Hic tamen latius res vendi & emi prohibitas percurremus.

2 ¶ I. Lycurgus † lege sanciit apud Spartiatas, emere & vendere esse inhonestum: donare autem, vel testamento relinquere licere. Quæ lex quia inæqualitatem magnam genuerat in ciuitate, aliis opulentis, aliis paupertibus ob commercia vetita, abolita est, vt cuique, & cuicunque, & quomodocunque res suas dare permissum esset, *Arist. lib. 2. Politico. c. 7.*

3 ¶ II. Res † quæ subiecta est restitutioni, vendi non potest in præiudicium eius, cui facienda est restitutio: vt in fideicommisso apparet, *l. fi. §. sed quia nostra maiestas, C. commun. de lega.* siue pure, siue sub conditione impositum sit restitue di onus, §. 1. *ae restitutio. & ea quæ pari in 11. mense, coll. 4. vide gloss. cum textu, in l. Marcellus, §. res quæ, ad senat. Trebell.* Notatur tamen, vt si emtor & venditor ignorauerint restituendi onus, non reuocetur venditio, sed is cui restitutio facienda erat, repetat legitimam eius rei æstimationem, *l. si. §. fi. de lega. 2. Baldus, Cynus, in auth. res quæ, communia, de legat. C. Fabianus de monte Sabino, in tract. de emtione, quæstio. 12. quæstionis 4. principalis.* si tamen ipsa ignorantia caussam habet à facto testatoris. Similiter quoque receptum, vt si propter dotes filiarum testatoris, vel ob donationes propter nuptias, vel alimentorum earum caussa fiat venditio, tanquam licita probetur, *authentica res quæ, C. comm. de legat. authen. contra rogatus, C. ad senatu. Trebell. l. mulier 21. §. cum proponeretur, vsq. tit. ad Trebellia. l. sed etsi lega. §. quod autem tot. ad Trebell.*

4 ¶ Quod † locum non obtinet in dote constituenda liberis descendentibus ex fœminis præmortuis, & onus restituendi imponentibus, quia regulariter officium maternum non est, dotare filias, *l. neque mater, C. de iure dot.* Sicque notant interpretes *in l. si dotale, C. ad senatusc. Velleia.* Ita filia grauata à patre de restituendo, non poterit pro filia sua, ex bonis subiectis restitutioni dotem constituere, vt ait Bartolus, *in l. à filia 62. ad Trebel. P.* quia non sequitur matris sed patris familiam, *l. sine autem agnati, de legitima agna. tutel.* Atque quod dictum est licere subiecta restitutione, per filium in dote constituere, adhuc verum tantum est, quando prohibitio fit à patre in vltima voluntate; vbi latius placita explicantur, & extensionem verba seu interpretationem accipiunt: non autem si res restituenda esset ex contractu, in quo nec fauore dotis admitteretur ea interpretatio, *Bald. in l. nulla lege, per glo. ibi positam, de iur. dot. C.* quod contractus ex conuentione legem accipiant, *l. 1. §. conueniat depos. P.* & ex duorum vel plurium consensu quæ ex pactione restituendi sunt, habent prohibitionem, *arg. l. 1. de pact. l. pactum, de pollic. in P.* vt in præiudicium alterius illorum, inuitis aliquibus non possint immutari, *l. nihil tam naturale, de reg. iur.* Cum tamen vltima voluntas ex vnius pendeat arbitrio, *l. illa institutio, & l. captatoriæ, de hered. instit. in P. cum simil.* & ex mente illius præsumtionem admittat, testantem semper dilexisse descendentes: & si illorum inopiam cogitasset: illis prospexisse, potissimum substitutis extraneis, quos verisimiliter non prætulisset, *l. cum acutissimi, C. de fideicommissis, l. cum anus, de condit. & demonstr. l. generaliter, §. cum autem, de Instit. sub condit. facti.*

5 ¶ Proinde † eadem presumtione, fauore piæ caussæ, & vt impleri possit voluntas testatoris in ea, placuit restitutioni subiecta alienari posse, *l. quidam 25. §. fin. ad senatusc. Treb.* quia hæc caussa ad testatorem pertinet, siue salutem animæ, siue implementum mandatorum testamento contemplemur, cum interfit defunctorum supremum eorum iudicium impleri, *l. vel negare, quemad. testa. aperian.*

6 ¶ Vt & funeris caussa permissa est diminutio & distractio hereditatis, quæ habet restitutionem, etiam non præbita cautione, *l. diuus Pius, de petitio. hered. l. scriptus heres, de religio. & sumti. funer. P.* Atque res quæ ex necessitate precedenti alienatur, non imputatur in quartam: nisi conuersum sit quod prouenit, ex illa alienatione in vtilitatem heredis, tunc enim alienatio redderetur iniusta. *glo. in l. Marcellus, §. res quæ, & ibi Bart. Paul. Alex. Ias. ad Senatusc. Treb.* Hac ratione ex necessaria caussa, & fauore ipsius testatoris, res suppositæ per eum restitutioni, vendi per creditores eius possunt, seruato iuris ordine, ad dissoluendum æs alienum in præiudicium fideicommissi, *l. filius familias, §. diui, de lega. 2. l. si fundum per fideicommissum, de lega. 1. l. 1. & 2. C. debitorem venditionem pigno. impedire non poss. Bald. in leg. voluntatis, C. de fideicom.* Tantum enim solum *in bonis habere* videtur testator, quantum supereest deducto ære alieno, & in illis solis legem dicere potest. *l. subsignatum, §. bona, P. de verb. sign.* Vt & ob æs alienum patris minorum bona, alioquin inalienabilia, recte vendi possunt, *l. ob æs alienum 20. de prab. & alie. reb. minor. C. lib. 5. tit. 8.* Quin & is, cui restitutio facienda est, pro parte eius quod ex hereditate consequitur, ad æs alienum testatoris dissoluendum tenetur, *l. 2. ad Trebellia. C. l. 1. §. si. eod. in P.* Ceterum obseruandum est, prohibitionem alienationis ob fideicommissi restitutionem, intelligi debere venditionem vel alienationem ita demum impedire, si tempore restitutionis faciendæ valere possit. Nam si sub conditione fiduciaria fiat institutio, pendente conditione, valebit alienatio & emtio, ratione fructuum, qui non sunt restituendi, medio tempore percepti, *leg. 1. §. fin. autem sub conditione, commun. de legat. C. §. quamobrem, de restitutio. & ea quæ par. in 11. mens. n Authen.* adueniente autem tempore restitutionis, alienatum restituendum in pristinum redit statum, *l. si fundum 104. de conditio. & demonstratio. P. leg. si in cui. 11. §. fin. quemadmo. serui. amitta. l. seruo legato 72. §. 1. de lega. 1. l. Marcellus §. res quæ, ad Senatusconsultum Trebellian.* Sit resoluto iure dantis, resoluitur ius accipientis, *in leg. lex vectigal fundo, de pignor.* Neque tamen prohibita rei alienatione, censetur prohibita fructuum eius rei distractio. *leg. codicillis, 91. §. cum instituto, de legat. secundo, leg. in adibus, §. ex rebus, de donatio. P.* nisi si fine temporis præfinitione, vel in perpetuum fructus alienati essent: quia illa censetur rei alienatio. *l. 1. §. quod autem ait, de superficieb.* Alioquin autem res poterit alij quoque obnoxia, alienari cum onere suo, & saluo iure aliorum, *l. 1. C. rem alien. gerentibus non, interdici, rerum suar. alien. l. mihi proponi, 123. de lega. 1. l. item Labeo, §. 1. famil. erciscund. P. l. 1. de fund. patrim. lib. 11. C. ex litera, cum simil. ibi nota. de pign.* Res quoque aliquando postea restituendæ mobiles, quæ seruando seruari non possunt, vendi possunt, nec prohibitione generaliter alienãdi facta continentur, *l. diuus, de petit. hered. l. pro herede, §. 1. vers. proinde, de acquiren. hereditat.* Huius generis sunt res, quæ tempore pereunt & facile corrumpuntur, vt fructus & similia, quæ etiam procurator sine speciali mandato potest distrahere, *leg. procurator tutorum, de procurator. in P. l. 1. si aduer. vend. C.* Item res attritæ, & su-

Digitized by Google

perfluxæ, *l. lex quæ tutores de admin. tut.* C. *l. fin. quando decreto opus non est.* Possunt & res fideicommisso oneratæ, immobiles, alienari, vendi & distrahi, consentientibus his, quorum fauore fideicommissum factum est, *l. cum pater, §. liberis, de lega. 2. l. nihil, §. omnib. de lega. 1. l. quoties* 11. *C. de fid. icommiss.* cum cuique suum beneficium ciurare liceat, *l. si quis in conscribendo*, C. *de pact.* siue expresè, siue tacitè, distinctione legis adhibita, *de qua in l. si fundum 94. de leg. 1.*

De Prohibitione alienationis rerum Dotalium.

Cap. 5.

1 *& seq. Dotales res mobiles, aut immobiles quando alienari possint.*
2 *& seq. Maritus pauper an possit res dotales mobiles distrahere sine cautione.*
3 *Dotales res inæstimata marito datæ, cuius periculo intereant, an mariti aut vxoris.*
4 *Vestis æstimata data vxori, in dotem est, & teritur periculo mariti.*
5 *Dotales immobiles res, inæstimatæ, non possunt à maritis vendi, sed vnum consentientibus vxoribus possint.*
6 *Dot alis res alienata à marito & vxore repeti potest.*
7 *Dotales res quibus casibus, pendente matrimonio, alienari & repeti possint.*
8 *Dotales res æstimatæ à marito quomodo vendi possunt.*
9 *Donata propter nuptias immobilia an alienari à marito consentiente etiam vxore, possint.*

1 IN quæstione quotidiana, an res dotales quæ subiectæ sunt restitutioni, possint alienari, distinguendum censeo: an illæ sunt mobiles, an immobiles. Rursum num immobiles datæ æstimatæ, an sine æstimatione. Et iterum si mobiles in dotē dātur, an ex earum genere sint, quæ functionem in specie accipiant, id est, quæ constent numero, pondere, aut mensura, an contra. De mobilibus igitur primum.

2 ¶ Mobiles res, quæ functionem in sua specie recipiunt, in dotē datæ, periculo mariti sunt: & ea lege ei datæ censentur, vt eas si velit distrahat, & soluto matrimonio, ipse vel heres eius, eiusdem generis & qualitatis alias reddat, vt tradit Caius, *l. res in dotem 43. de iure do. in P. lib. 23. P. tit. 3.* Neque arbitror posse prohiberi marito, quāuis inopi, harum rerum distractionem. Quia neque pro his fideiusor ab eo peti potest, *l. 1. ne fideiussor. dot. &c.* nisi forsan constante matrimonio, vergēte marito ad inopiam, res dotales repetere velit, ex legis auctoritate, *l. vbi adhuc*, C. *de iure dotium, ea. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. apud Gregorium.* Quod si mobiles alterius generis sint, distinguitur, an æstimatæ datæ fuerint simpliciter: an æstimatæ ea lege, vt illæ ipsæ reddantur: an inæstimatæ.

3 ¶ Inæstimatæ † namque, cum attritæ, vel consumtæ periculo vxoris sint, vt vestimenta, animalia & similia, *l. plerumque* 11. *de iure dot.* vendi non possunt à marito inuita vxore. Si tamen ea consentiente vendantur, valet venditio: dummodo soluendo sit maritus, *l. seruum dotalem* 11. *de manumissionibus, lib. 40. P. tit. 1. l. 3. de iure dot.* C. *l. si ex lapidicinis, eo. tit. P. l. 1. & fin. de seruo. pign. dat. manumiss.* Quia & res dotales meliores facere tenetur maritus, *l. etiam* 19. *§. 1. ibi ratione sui solut. matrim. in* P. Si dotales res mobiles æstimatæ simpliciter sunt mobiles, liber & in illarum venditione est maritus: quia ab vxore liberatur, vel à repetitione, soluendo æstimationē: nisi vxori relicta sit electio, num potius res quam æstimationem velit repetitionem intentans, tum enim libera non est venditio marito, *leg. plerumque, §. final. de iure dot. P. l. si æstimatis* 51. *solut. matrim. P.* In dubio æstimatio rerum datarum facit emtionem, *gl. in l. si inter virum*, C. *de iur. dot.* ideo vt emtor maritus rectè & liberè, vt dominus solus vendet.

4 ¶ Etenim † res mobiles ita æstimatæ, periculo sunt mariti, etiamsi vsu mulieris deteriores fiant, *l. æstimata* 52. *sol. matr. P.* vt si panni in dotem dati æstimati sint, & mulier eos consumserit, ad æstimationem maritus tenebitur, *gl. in d. l. æstimata.*

5 ¶ Ceterum † immobilis res in dotem simpliciter sine æstimatione data, vendi non potest, nec alio modo à marito alienari, etiam mulieribus hodie, iure ciuili, consentientibus, quamuis per legem Iuliam de fundo dotali olim liceret, illis volentibus, *in l. vni. §. & cum lex Iulia de rei vxor. actio. C. §. 1. quib. alien. lic. vel non, l. lex Iulia, de fundo dotali, in* P. Nec potest renuntiare huic priuilegio vxor consentiens, *l. de die, de pact. dot. in P.* cum non tā tum in sui, quantum in reipublicæ fauorem inductum sit, cuius interest mulieribus dotes conseruari, & dotatas esse fœminas, quo facilius nubant, sobolem relinquant, & ciuitates liberis hominibus repleant, *l. 1. solut. matrim. P. l. 2. de iure dot. P. l. 2. & 3. de priuileg. creditor. l. pater, de dote prælega. P. l. 2. de pact. dotal. P.* Melius enim nubunt cum dote, quam sine ea. *§. quia vero de æqualita. dotis in Authent. d. l. 2. de iure dot. l. qui nupt. P.* Sed & arcet maritos ab harum dotaliū immobiliū vēditione, C. *l. in reb. C. de iure dot.* alia ratio, quod dos naturaliter dicatur esse in dominio vxoris, & ideo libere non distrahatur à marito, tanquam à non domino, quare & pro oneribus matrimonii subeundis, ab vxore, tanquàm à domina repetitur aliquoties, *dict. l. vbi adhuc, Cod. de iure dot. l. si dos constante matr. sol. fuer.* C. Etsi dotis causa ciuili modo in dominio mariti dicatur. §. 1. *quib. alien. licet vel non, l. docet ancillam.* C. *de rei vindic.* Subinde neque res immobiles inæstimatæ dotales in nostro commercio esse dicuntur, *gl. in l. dotali, de milita. testam. l. mortuo bouc, §. Labeo refert, de lega. 2.* & ideo inalienabiles.

6 ¶ Quinimo † tradunt, maritum ipsum vendentem dotalem rem, eandem iterum posse vindicare, nullo existente præcedente contractu eius qui contra leges, vel earum prohibitionem mercatus fuerit, *l. quemadmodum de agric. & censit. libr. 11. C. l. non dubium*, C. *de legibus*, videlicet pendente matrimonio: & ipsam mulierem etiam ipso soluto, *l. in reb.* C. *solu. matrim.* Notabile tamen arbitror, vt muliere defuncta, in matrimonio, si tota dos lucro mariti cedat, vt fit vel ex pacto, vel consuetudine, vēditionem dotalium rerum à marito factam confirmari. Quemadmodum qui emit à non domino, si venditor cœperit fieri dominus, vel domino successerit ratam habet ius venditionem & efficacem, *leg. cum vir 4. de vsucap. in P. lib. 41. P. tit. 3.* neque maritus ex mulieris mortuæ persona venditionem rescindet: quia obstrictus iam euictionis nomine est, *l. vindicantem de euict. in P. l. nec nos de captiuis*, C. neque ex sua, vtpote improbus qui factum suum impugnet, *l. cum professaris*, C. *de reuoca. donat.*

7 ¶ Huc † tamen referri oportet exceptiones, & quosdam casus, in quibus, & quemadmodum ante solutum matrimonium à marito restitui potest dos, ita & alienari possunt dotalia: vt si pro nocetur ad diuisionem fundi dotalis maritus, *l. communi diuidundo, §. si debitor, communi. diuid. P. & fin. C. de fundo dotali, l. cum in fundo 81. §. pen. de iur. dot.* quod pendet potius ex necessitate cogente extranei, quam ex voluntate mariti, cum inuitus in communione nemo cogatur manere, *l. fi.* C. *commu. diuidun.* etiamsi cum pupillo rem habeat communem, à qua velit discedere, *l. inter omnes, de prad. & aliis rebus minor. C.* Estque hæc, vt necessaria alienatio, per missa, *l. & ideo, & l. elegantes, de condict. fur. P.* vt in aliis piis & honestis caussis, *de quibus in l. quamuis, 21. solut. matrim. P. & in l. Mutius. 76. §. manente, de iure dot. P.* Permutari etiam posse res dotales, sine præiudicio vxoris in confesso est, *l. fin. de iure dot. in P. l. ita constante*, 27. & *seq. 28. l. minutis, §. manente, eodem titul.* cuius nihil interest, sicuti quando per vniuersitatem transeunt in heredem mariti, *l. prima de fund. dotal. P.* vel vsucapiuntur sine eius incommodo. Neque etiam negandum est, ex iuris pontificij placitis, vxores consentientes alienationi rerum dotalium, & reuocationi cum iuramento renuntiantes, non posse vendicionem ex eo capite, quod dotales fuerint, rescindere, *c. licet mulieres, de iureiuran, in Sex. ca. cum contingat, eod. tit. ap. Gregor.* Nisi cautela adhibeatur, ad euitanduim alienationis effectum, vt iuret mulier in datione dotis, quod postea non consentiet alienationi: iuramentum namque post modum adhibitum non valebit, vt contrarium primo *glo. in d. c. licet. Imola, in l. si æstimatis, de solut. P.* Et primo iuramento standum erit, *c. intellecto, de iureiur.* Valebit quoque alienatio rerum dotalium, in eius præiudicium, qui se pro ea venditione obligat, vt pro euictione teneatur, *l. cum vir, de vsucap.* non autem in vxoris præiudicium.

8 ¶ Quod † si prædiū, vel aliæ res cum æstimatione dentur, distinctio quoque adhibenda, cū simpliciter æstimatę datæ, & tūc à morito libere vendi possunt: *l. quod si fundus* 11, *de fundo dotal. P.* quia emtor & dominus censetur, quod in dubio, vt dixi, æstimatio faciat emptionem *glo. in l. si inter virum*, C. *de iure dot. l. cum fundus, loca.* P. & maritus tantum ad solam tenetur æstimationem, *l. quoties & l. cum dotem.* C. *de iur dot.* videlicet quando post æstimationem matrimoniū sequutū fuerit, alioquin enim nō sequuto matrimonio, res ipsa, non pretiū restitui debet, *l. in reb. §. fin. de iure dot.* P. in omni enim dotis constitutione & promissione, tacita pactio subintelligitur, si matrimonium subsequutū fuerit, *l. 4. §. 1. de pact. P. l. stipulationē de iur. dot. in P.* quod dos sine eo dici non possit, *l. cum multæ. 20. de donat. ant. nupt. lib. 5. C. tit. 3.* Quod si æstimatio rerum dotalium facta fuerit, ea mente vt intelligatur quantum valeat prædium, alienatio libertatis mariti non erit. Similiter si æstimatione facta electio reseruetur vxori, num potius fundum, aut pretium velit: quo casu & eius consensus venditioni adhibendus, & lex Iulia locum habet. *l. 1. de fund. dota. C. l. si fundum, eod. tit. P.* quippe quod pro non æstimato habeatur, *l. plerumque. §. fin. de iure dot. P.*

9 ¶ In rebus † immobilibus porro, quæ titulo donationis propter nuptias sunt alienationem quoque marito interdictam esse constat, & consensum mulieris nihil eam iuuare, nec officere quominus soluto matrimonio detur ei pro sponsalitia largitione in rem actio, nisi ea post biennium iterum eidem alienationi consensum adhibuerit ex iure Codicis, & viro aliæ res supersint quibus indemnis reddi possit. *authent. sine à me, ad Vellcian. §. si quis igitur vt immobilia, nuptialis donat. &c. collat. 5. constit.*

Digitized by Google

consti..14. sitque perfectæ ætatis mulier, *l.si mulier, 22. ad Senatusconsl. Velleian. C.* id est, 25. annorum, *l. fin. de in qui veniam ætat. impetra.* In rebus aliis vxoris vendendis quæ paraphernales dicuntur, consentire posse mulierem tradit Harmenopulus, *lib. 3. promtua iuris, titu. 3. firmat l.si ego, §. dotis, de iure dotium, l. hac lege, C. de pac. convent.*

De Fructuum futurorum venditione.

Cap. 6.

1 *Vsufructuarius non ius vtendi, sed fructus potest alienare.*
2 *Fructus herbacei, vel antequam sint maturi, an vendi possint.*

1 IVs † vsusfructus, & quod alimentorum nomine debetur, vēdi omnino non potest, *Bald. in l. cum Titio, ad leg. Falcid. per l. si vsusfructus, 67. de iure dot. P.* quia hoc ius personæ adhæret, & cum persona exstinguitur, *§. finitur, de vsufruct. l. stipulatio ista. §. si quis ita, de verbor. oblig. l. 3. §. morte, quib. mod. vsusfruct. amitta. l. non solum, §. tale, de liber. leg. P.* quamuis contra proprietarius rem debētem vsumfructum possit libere distrahere, *l. fundi Trebatiani, de vsufru. lega. l. fi. de contrah. emt. l. nihil in pr. de leg. 1. l. liberto de annuis lega.* licet tamen vsufructuario, vendere fruendi commoditatem, & fructus quos ipse percepturus esset, *l. necessario, §. fin. de peric. & commod. rei vend. P. l. arboribus, §. vsufructuarius, de vsufruct. P.* Sic & annuus reditus emi potest, *l. habemus, in 2. quæst. 14. in fi. C. de sacrosa. eccles. §. vult enim, de non aliena. reb. eccles. in Authent.* non autem fructus personalis vsuum, qui nec cedi, nec legari alteri quam domino, seu proprietario, potest, *d. l. si vsusfructus, de iure dotis, l. si vsufructuarius, de nouat. §. item si de vsu, & habitatio. l. si nec locabunt, & l. plene, §. si vsus, eo. tit. P. l. corruptionem, C. de vsufruct.* qui & fructus rei suæ ad certum vsque tempus vendere potest, *Petrus Iacobi in praxi titulo de gargeria, lex in l. si debitor, 39. de contrahend. emt. in P.* Sicuti & promittere alicuius rei futuros, pro quibus tunc incipiet deberi actio, cum per rerum naturam præstari poterunt, *l. interdū pure, 73. & l. vbi autem, 75. §. illud, de verb. oblig.* ¶ Permittit † & eius vendere fructus herbaceos, *l. qui fistulas, 68. §. frumenta, qua in herba, de contrah. emt. P.* 2 dicunt Galli, *le seme & la cueillete*, vel fructus in herba. Effecit tamen nimia habendi cupiditas aliquorum, vt lex fieret ad intercipiendas fraudes negotiatorum, ne fructus in herba, antequam matureſcerent, emerentur, quæ à Carolo Magno, *tit. de prohibitione alienationis futurorum fructuum, lib. 2. legum Longobardorum*, primum lata, deinceps à Ludouico vnde imo, *constitutio. Ludo. II. anno 148. 2. artic. 1.* & subinde à Francisco primo huius nominis Rege, *constitutio. Francisci 1. tit. de la traicte de bled* ✕ repetita.

De rebus quæ vendi non possunt, ob prohibitum earum commercium.

Cap. 7.

1 *Vendi, quæ non sunt in commercio, non possunt*
Hominis liberi venditio non valet & quando sustineatur, eod.
2 *Pater filium tempore famis licite vendit: non etiam mater.*
3 *Vendi non possunt res diuina & sacra.*
4 *Sacra quibus modis profana reddantur.*
5 *Publice res à priuatis vendi nequeunt impune.*

1 NAtura † liber homo ab emtione eximitur, *§. final. de emt. l. si in emtione, §. liberum, de contrahend. emtion.* Sustinetur tamen inter ignorantes liberum esse venditum, eatenus vt emtor consequatur quanti sua interest non emisse talem, *l. liberi hominis, 70. & l. liberi, 3. & l. 4. & l. sed Celsus. 6. de contrahend. emtion.* quod pertinet autem ad liberum venditum corruit, eo quod pretio res vendita æstimatur legitime in emtione, *l. 1. de contrahend. emtion. P.* libertas autem inæstimabilis est, *l. libertas, de regulis iuris, cum simil. ib. ibi nota.* vt & liber homo, *l. 1. §. sed cum homo, de iis qui deiecer. P.* Qui tamen, si seipsum vendi patiatur, maior viginti annis, *l. si ministerium, de liber. causs.* ad pretium participandum, *l. non ideo, eod. titu. de liber. causs.* sciens conditionem suam libertam, *l. si quis sciens, §. liberis, de liberal. can. P.* ignorante emetore, priuatur libertate, & vt seruus perpetuæ mancipatur ex illa venditione seruituti, sine spe redeundi ad libertatem, *§. serui autem aut nascuntur, de iure personarum, l. & seruorum, & l. homo liber, de stat. homin. Hermogen. l. cum pacto, 40. de liberal. causs. libr. 40. P. titu. 12.* velut indignus qui abusus eadem ita sordide, *ea. priuilegium, 11. quæst. 3.* vt neque proximi eius qui hoc admisit, quamuis, ignominia seruitutis, labem illis inferat, reuocare possint libertatem officio iudicis, nec alio modo rei vindicationis remedio, *in l. tutelæ, §. si libertate, de capit. diminution.* quod alioquin possent, si non interuenisset pretij participatio, *l. 1. à. 3. 4. & 5. de libera. caus. P. de rei vindication. P.* Locuti autem nos sumus de plagiariis in criminibus proprio titulo, quocirca de illis nec verbum aliud adiiciam, sed eo lectorem reiiciam.

¶ Licuit aliquando iure ciuili, † patri filios vrgente necessitate famis vendere, conseruata redimendi potestate; *l. 2. de patribus qui filios distrax. Cod. vide Azon. in Summa. de contrahend. emtion.* C. Et iure antiquiori ter vendere licebat, imo & occidere, quæ fusè alibi tractauimus in effectibus patriæ potestatis, vbi ea videbis, in personarum explanatione. Sed num matri tempore famis liceat quoque filium vendere, ex peditum est non licere, *Hostiens. in Summa. & fac. d. l. 2. de patri. qui fil. distrax. Cod.* quia nec transactione matris serui filij fiunt, *l. transactione matris, 26. Cod. de transact.* nec in iure concessum inuenitur, nec habent liberos in potestate; *§. fœmina, de adop. l. nulla, de suis & legitim. in P.*

¶ Natura † quoque non patitur res diuinas, & sacras venire in venditionis commercium, *sacra loca. §. final. de rerum diuision. l. inter stipulantem, §. sacram rem, de verborum obligation.* Qui emit Simoniacus qui vendit Giezita dicitur à duobus huius sceleris auctoribus, Simone Mago & Giezi, de quibus & de simonia copiosè dictum à nobis est in criminibus, inter crimina læsæ maiestatis diuinæ proprio titulo de simonia. Quare nec sacerdotia, nec sacramenta, nec imperium vendi potuerunt: maxima enim sunt dona Dei, sacerdotium & imperium, illud diuinis ministrans, hoc humanis, *§. 1. quomodo oporteat episcop. & ceteros cleri. & c. in Authent. cap. ex insinuatione, de simo. l. si quemquam, 29. de episcop. & cleric. Cod.* Nemo sanctorum reliquias distrahat, *l. 3. de sacrosanct. eccles.* Et Gordianus statuit, non solum sacrarum, vel destinatarum religioni rerum venditionem nullam esse, verum etiam quoque eas scienter ementes & vendentes, reos esse læsæ religionis, *l. 1. de sepult. violat. lib. 9. Cod. tit. 19.* Iusgentiū quippe ea nullius esse voluit quæ sacra, religiosa, Deove dicata sunt, sed diuini iuris. *§. nullius, de rerum diuision.* nec loca sacra aut religiosa quasi nostra in rē actione peti possunt, *Paul. in l. in rem actio. 24. §. de rei vindic.* Si tamen aliquod sacrum modicum cum rebus prophanis veneat, non rescinditur venditio, sed pro eo quod per se non poterat vendi, agitur per consequentiam ex vendito, *Vlpian. in l. hanc legem, 22. & l. in modicis, de contrahend. emtion. P.* Quædam enim spiritualia & religiosa per se separatim vendi nequeunt, quæ tamen ex consequentia in emtorem puri loci, vel rerū profanarū, per vniuersitatē transeunt, *l. ade sacra, 73. §. 1. de contrahend. emtion. P.* vt & ius patronatus ecclesiasticum, quod cum per se vendibile non sit, *c. quia clerici, c. 16. de iure patronat. ap. Greg.* transit tamen cum venditione vniuersorū, *c. cum Bertoldus, de sentent. & re iudicat. c. ex literis, de iure patron. c. cum studium, eod. titu.* vt pleraque alia quæ per se inalienabilia sunt, cum vniuersitate transeunt, *l. quadam, de acquir. rerum dom. P. l. si mercedem, §. 1. de action. emt. l. si sepulchrum, §. 1. de religios. Cod.*

¶ Cessabit † autem ratio prohibitionis, si res sacra profanata: 4
quod quamuis fieri non debeat, *l. in tantum, §. quod semel, de verborum signi. §. sacra, eo. ap. Iustinia. c. quæ semel, 19. q. 3.* & semel Deo consecratum, non debeat ad vsus hominum transferri, tamen aliquando contingere posse creditum est: vt si capiantur res ab hostibus, *l. cum loca, 36. de religio. & sumptuos. P. sanctorum, 7. q. 1. vide quæ diximus de modis ex stinctionis beneficiorum, in personis ecclesiasticis, dum de beneficiis egimus*, conflatione, vel confractione vasorum sacrorum, *Authentica præterea, C. de sacrosanct. ecclesiis*, ademptione sacrorum, *vt si caput hominis sepulti adimatur sepulcro, l. cum in diuersis, & l. antepen. de relig. & sumptuos.* & euocatione, qua loca særa liberari à sanctitate solent, & pura sunt & profana. *l. sacra loca. §. sacer, de rerum diuis.* P. Erant & apud antiquos constituti senes ad concriones sacrorum faciendas, inuerimendorum sacrorum gratia, vt ait Cicero *pro Murena.* ¶ Res quæ 5
sunt † in publico vsu, vendi quoque non possunt. *§. fin. de emtio. apud Iustin. l. si in emtione, §. comm. eod. P.* potissimum à singulis: quia singulorum non sunt, *l. 1. §. ea autem, de rerum diuis. P. cum simil.* sed vniuersorum. Quare P. Scipio Numantia deleta, cum domum reperi decreuisset Iugurthæ secreto monuit, vt potius publice quam priuatim, amicitiam populi Romani coleret, néve aliquibus largiri, insuesceret: periculose à paucis emi, quod multorum esset. *Sallustius in principio belli Iugurthini.* Puniuitque aliquando publicas res vendentes vltimo supplicio, *vide l. 3. & 4. quæ res vendi non poss.* C. verum illam legem emendauit Leo constitutione nouella. 62. *tit.* αἱ τῶν ἀναισθήτων τῶν τι ἱερᾶς κειμένων τῶν τι ἁγίων ἀναθέσεων, & ad quadruplicem pœnam reduxit.

De Venditione & Alienatione rerum temporalium, ecclesiasticarum prohibita.

Cap. 10.

De non alienan. reb. ecclesiast. in Authen. collat. 2. tit. 1. Lib. 5. Decretal. tit. 13. Lib. 3. Sexti, tit. 9. In Clement. Lib. 3. tit. 4. 11. q. 2. in decreto Gratiani.

Digitized by Google

1. & 2. *Ecclesia res immobiles, iure communi inalienabiles, & alienantium pœna, eod.*
2. *Manus mortua ecclesia cur dicatur.*
Collegiorum bona inalienabilia, eod.
3. & *seq. Ecclesia res quibus concurrentibus, & quomodo alienari possint.*
4. & 5. *Alienationis rerum ecclesiasticarum causa debet esse necessaria & vtilis.*
6. *Vtilitatis causa alienata quando, & quomodo vtilitatem considerantem habeant.*
7. *Redemtio captiuorum, & piæ causæ permittunt ecclesiasticarum rerum alienationem.*
8. *Reipublicæ ciuitatis, minorum, ecclesia rebus vendendis, eadem requiritur solemnitas.*
Minorum res quæ solemnitate & consultatione vendantur, eod. & 10.
9. *Tractatus præcedens alienationem rerum ecclesiasticarum quid, & modus tractatus habendi.*
10. *Tractatum facientes de quibus consulere debent.*
11. *Tractatus rerum ecclesiasticarum vendendarum in quibus ecclesiis non fit.*
12. *Tractatus instrumentum quomodo confici debeat.*
13. *Ratificatio non prodest, quando consensus exigitur pro forma.*
14. 16. & 17. *Ecclesiasticis rebus vendendis igitur præcedens inquisitio vtilitatis & incommodi, & postea auctoritas superiorum.*
15. *Patroni consensus in vendendis rebus ecclesiasticis necessarius.*
18. *Ecclesiasticis rebus vendendis, solemnitates iure ciuili requisitæ.*
19. *Ecclesiastica res quæ vendi sine solemnitate possunt.*

1 REs temporales † immobiles, vel quæ pro immobilibus habentur, ecclesiis donatæ ad cultum diuinum exsequendum, alienari aut vendi nequeunt regulari iure, *c. nulli liceat, de reb. eccles. non alien. l. iubemus, C. de sacros. eccles.* non à prælatis, nec ab ipso summo pontifice, *cano. non licet Papæ, 12. q. 2.* imo & si ipsi alienauerint, poterunt rerum reuocare, *c. si quis presbyterorum, de reb. eccles. non alie.* vt maritus prædium quod alienauit dotare, *gl. in §. 1. quib. aliena. non lic. in verb. interdicta.* ¶ Et † idcirco vocamus manum mortuam ecclesiam: quia sicuti mortui non alienant, sic & bona, quæ ad eam peruenerunt, sunt inalienabilia, vt notat Polydorus Virgilius *lib. 17. histo. Anglicæ, in Edoardo*, rediitque res ad ecclesiam, nullo per eam etiam restituto pretio, *c. 1. de schismatic. c. sinu. de reb. eccles. non alien.* Et qui emit retentione non vtetur, aget tamen, si velit, contra venditorem pro repetitione pretii: & in hoc punietur qui vendidit. Et hanc pœnam aliæ comitantur nempe depositio ab ordine, *c. quicunque. in 1. 17. q. 4. ca. diaconi, 12. de ca. si quis presbyterorum, & c. grauis, de restit. spoliat.* suspensio, *x lem. vnic. de reb. eccles. non alie.* Quibus additæ aliæ ciuiles, *de quibus in l. iubemus nulli, 14. C. de sacrosancta eccles.* Sed & emtio ipso iure irrita fit, *d. c. sine exceptione*, & emtor idcirco tenetur ecclesiæ perceptos fructus restituere, *d. c. si quis presbyterorum, & d. c. grauis*, qui enim contrahit, lege prohibente contrahere, malæ fidei possessor fit, *l. quemadmodum de agri. & cens. li. 11. C.* Quare nec facit suos, quos percipit, fructus, *l. cum fundus si certum pe. P.* imo & pro sacrilego habetur, *can. omnes ecclesiæ, 17. q. 4.* & periuro, quod ecclesiæ præfectus, iurauerit se non alienaturū vel imminuturū res suæ ecclesiæ, *cap. prohibemus, de censib. d. c. si quis presbyterorum.* Quæ omnia extenduntur ad omnes ecclesiarum præpositos, episcopos, abbates, curiones, vicarios, œconomos: ad hospitalium, monasteriorum, leprosariarum, curatores seu rectores, aut præfectos, & prædictorum locorum, & aliorum piorum res, *§. eos igitur, de non alienan. rebus eccles. in authen.* & collegiorum, & ad eorū œconomos, & collegiatos, *Rebuffus, in repetition. can. sine exceptione, numer. 51. 12. q. 2.* Leo Cæsar rationem huius prohibitionis addit: ea enim, inquit, quæ ad ecclesiæ iura pertinent, vel postea peruenerint, tanquam ipsam sacrosanctam ecclesiam, intacta conuenit custodiri: vt sicut ipsa religionis & fidei mater perpetua est, ita ingiter patrimonium eius perpetuum seruetur, *leg. iubemus nulli, 14. de sacrosanct. eccle. C.* Ecclesia nunquam moritur, *ca. libertatis eccles. 12. q. 2. ca. cum venissent, de iudic.* & bona ecclesiæ, non personis singularibus dantur: & caput ecclesiæ Christus, cuius vices agit prælatus, *cano. mulier, 33. q. 5.* Quare bona ecclesiæ potius Dei sunt, vt Deo consecrata, quam administrantium eadem. Proinde alia ratione vetanda alienatio, quod sacrilegium graue inde sequatur, suberahendo alimenta illis qui Dei cultui deseruiunt: cum sanctum sit, altari ministrantem de altaris reditibus viuere, *cap. exstirpanda, & cap. cum secundum apostolum, de præbend. c. cum sit Romana de symonia. non alligabis os, &c. Deuteron. 25. ad Galat. cap. 6. D. Matthæi, cap. 10. D. Marc. cap. 6. D. Luc. 9.* Postremo dominium rerum ecclesiæ penes Christum dominum est: vsuarius tantum est clericus eis præpositus, vel ad summum, vt sibi vsurparunt, fructuarius, *ca. cum ex eo, de elect. ca. expedit, 12. quæst. 1. ca. qui abstulerit, 12. quæst. 2.* & vt de sacerdotiis & rebus eorum, non possit disponere, nisi quandiu vixerint, *c. 1. 2. & c. cum in officiis, de testament. c. 1. de pleb. cleric. authent. licentiam, de episcop. & cleric.* Et quamuis ex permissa licentia Gallica, innixa opinioni Ioannis Andreæ *in glossella ca. præsenti, in offic. ordinar. in 6.* aduersus quam merito stat Panormitanicus, *in eod. & fin. de pœn. cleric. & in c. cum esset, de testamen.* testetur de fructibus sacerdotiorum curiones & beneficiati: hoc tamen semper remanet verissimū, saluam & intactam remanere debere rerum substantiā & proprietatem ecclesiæ: quam contemerare non potest vsufructuarius, *l. 1. de vsufruct. P. §. 1. eo. tit. ap. Iustinia.* cum hic adhuc præpositus ecclesiæ minus iuris habeat vsufructuario, si onus suū exsequatur, vt sit procurator tantum, in superfluis victui suo, pauperum, *c. aurum, 12. q. 2.* vnde nec alienare res ecclesiasticas potest, sicuti nec procurator alienat eas res, quarū habet administrationem, *in l. procurator tutorum, de procurat. P.* ¶ Ceterum permittunt † iura, quæ prohibuerunt venditionem & alienationem rerum ecclesiasticarum, certis ex caussis, certaue adhibita forma, easdem distrahi, interuenientibus & concurrentibus quinque peristasibus. 1. caussa legitima alienandi, 2. tractatu capituli, & 3. consensu interueniente eorum, qui capitulum faciunt, vel clericorum deseruientiū ei ecclesiæ, cuius res alienādæ erunt: item 4. accedente instrumento alienationis, cum subscriptione canonicorum vel clericorum: & 5. adhibita licentia seu consensu episcopi, *in c. sine exceptione. 12. q. 2. clementi. 1. de reb. eccles. non alien. in clem. c. 1. eod. titu. in 6. §. 1. de ecclesiastic. rerum alien. collat. 5. tit. 1.* ¶ Caussa † alienandi debet adesse vel necessaria, vel vtilis ecclesiæ, *c. sicut, §. fin. 12. 2.* Necessitas interdum ratione qualitatis personarum ecclesiasticarum cogit alienare & vendere: veluti si res immobilis sacris sodalitiis mendicantium vendere: veluti si res immobilis sacris sodalitiis mendicantium in Gallia donetur: non enim licet in hoc regno illis immobilia possidere, *Bart. tractat. minorit. 1. parte, Bart. Bal. Areti. l. apud Iulianum, §. fi. de lega. 1.* nec alia præter petā & eleemosynas, à quibus nomen & appellationem retinent mendicantium. Idcirco relicta immobilia intrà annum & diem coguntur vendere, & pretium recipiunt, vt fiebat olim nascente ecclesia, *Actorum 4.* Quamborem & isti hæc sine solemnitate rerum ecclesiarum aliarum vendunt, *glo. in c. vnic. in verb. domum, de relig. dom. in 6. Bal. in authen. si qua mulier. num. 4. de sacros. eccl. C.* Quod & receptum est, quando ecclesia, cui relictum est, grauata est, de alienando & vendendo relicto, quo casu à solemnitate seruanda immunis est, *Lapsus alleg. 26. Hippolytus de Mar. sing. 132.* Iustissimam quoque alienandi necessitatem præbet debitum, & creditorum æs quod debet ecclesia, *c. 1. de pig. ca. hoc ius 10. q. 2. auth. hoc ius porrectum, de sacros. eccl. §. hoc igitur, de non alien. aut permut. reb. eccl. collat. 2. tit. 1.* Sic & alicubi scriptum, *§. hoc etiam, de alienatione & emphyt. in auth. collat. 9. tit. 3.* si debitum vrget in rebus ecclesiasticis immobilibus, aliunde quam ex liberalitate regis prouenientibus, si ex mobilib. solui non possit, nec ex fructibus immobilium, vendantur, sed pretium in illud conuertererur, & ante proponetur per viginti dies, rem ecclesiæ esse venalem, vt plus offerenti detur: & si non inueniat emtorem, in solutum dabitur æstimatione districte facta. ¶ Caussa vtilitatis † ecclesiæ in alienatione esse potest: si res penes ecclesiam exsistes sterilis sit, plus sumtuum quam prouentuum habens, quare & vendi & tradi culturæ caussa sub anno censu possunt, *c. ad aures, 7. de reb. eccles. non alien.* Sic minus vtiles, vtilioribus ex consensu quorum interest permutari ab ecclesia possunt, *c. vt super, §. fi. eo. ti. de reb. eccle. non alie.* vt semper vtili caussa, vt prospiciatur ecclesiæ in melius, *c. cū apostolica, 7. & c. tua nuper, 8. de his quæ fiunt à præla. sine consen. capitu. d. c. sine exceptione, 12. q. 2.* Sufficit autem vt tum temporis cum fit alienatio, videatur ea profutura ecclesiæ iis quib. potestas alienandi forma seruata conceditur, etsi reipsa non profit, *l. tutor qui, 18. §. competit, de admin. tut.*

¶ Atque vbi † forma alienandi seruata fuerit, & decretum superioris interpositum, præsumitur alienatio facta semper in vtilitatem ecclesiæ, *Bald. in §. 1. in vers. quærit, qui feud. dare poss. in vsib. feu.* Potissimum si iam emtor longo tempore possederit, *ca. nosc. tur, de his quæ fiunt à præla. sine consen. capit.* alioquin non præsumitur, & debet vtilitas exprimi in venditione, vel alio modo probari, *c. 1. inclita gl. & ibi Domini. de Sanct. Gem. de reb. ecclesiæ non alien. in 6. Guid. Pap. qu. 151.* Quin & solemnibus adhibitis, si probet ecclesia se læsam, restituetur, *c. 1. de in integr. restit. mor. gla. in d. c. apostolica, in verb. profuturum, de his quæ fiunt à præla. &c.* Verumtamen in iudicio num læsio adfuerit, habebitur ratio qualitatis rei, secundum tempus contractus, neque enim si opo & industria & labore emtoris, vel temporis incremento, melior fuerit facta res & vtilior, considerabitur, *c. cum dilecti, de emtio. l. ex mille, 65. §. 1. de euictio. l. fi. C. de alluui. l. fi. de omni agro deserto, lib. 11. C.* Vt contra, si tempore contractus res alienata fertilior esset, & incuria emtoris sterilis facta fuerit, emtoris damnum resarciet ecclesiæ, *c. ad nostram, de rebus eccles. non alie. l. si voluntate, de rescind. vendit. C.* Subinde res magis damnosa, quam vtilis ecclesiæ, alienari debet, *c. non licet, & c. sine exceptione, 12. q. 2.* Sicuti enim alienatio rerum ecclesiæ interdicitur, ita & prohibetur ne qua sterilis ei detur, *auth. sicut alienato, de sacros. eccles. §. sicut autem de non alienand. aut permutan. reb. eccles. in authen.* Quamobrem ædes quæ ruinam minantur, quas non potest reficere ecclesia, in perpetuam emphyteosim dare potest, *auth. si quas ruinas, de sacrosanct. eccles. C. §. si vero quædam sine, de lian. & emphyteo. in auth. col. 9. tit. 3.* ¶ Recensenda † inter causſas

Digitized by Google

cauſſas iuſtas eſt pia cauſſa, *l. ſancimus, C. de epiſco. & cler. c. caſellas*, 10. *q.* 2. vt pro redemptione captiuorum parrochianorum, res parrochiæ diſtrahi poſſint, *c. ſi aut omnino*, 12. *q.* 2. *& c. ſacrus, eod.* & pro alendis fame pereuntibus pauperibus, *c. aurum, & c. apoſtolicos* 12. *q.* 2. Adduntur & nunc cauſſæ aliæ, vt bellorum in hæreticos ſumtus, releuatio æris principis, & ſimiles, quibus Gallia
8 noſtra premitur. ¶ In † cauſſæ legitimæ vtilis & neceſſariæ conſideratione, vt in ſolemnitate alienationis ſeruanda, affines ſibi ſunt, eccleſia, reſpublica, *c. quid ergo*, 23. *q.* 4. & minores. *gl.* 1. *in l.* 1. *de ſenten. aduerſus fiſc. latis retract. lib.* 10. *Cod. tit.* 9. *leg. Imperatores, de re iudic. capit.* 1. *& 2. de reſtitutio. in integrum.* Quippe quod in rebus immobilibus reipublicæ, vel ciuitatis diſtrahendis, commodum & vtilitas eius inſpicitur, & vt pretium ex venditione conflatum in eius vtilitatem conuertatur, *l. fin. de venden. reb. ciuitat. lib.* 11. *C. tit.* 31. In rebus fiſci diſtrahendis, ordo & ſolemnitas hæc, *de qua in gl. in l.* 1. *in verb. omni ordine, de fide inſtr. & iure haſtæ fiſc. lib.* 10. *C.* vt debitum ſubſit, ſit ceſſatum in ſolutione, fiat interpellatio coram, *l.* 2. *& 3. ſi propter pub. penſitatio. C.* iudice, fiat ſubhaſtatio, *l.* 12. *& fi. de fide inſtrument. libr.* 10. *C.* res proſcribatur, & libelli proponantur publicè per viginti dies, rem venalem eſſe declarantes, *iuſta authentic. hoc ius porrectum, de ſacroſanct. eccleſ.* iuſto pretio vendatur, *l* 2. *de fide inſtrumen. & iure haſtæ fiſc. li.* 10. *C.* & procurator fiſci adſit, *l.* 1. *eod. de fide inſtrum. lib.* 10. *C.* In minorum rebus, ferme eadem veniunt conſideranda, *iuxta formam l. magis puto, §. non paſſim, de rebus eorum qui ſub tutel. vel cura ſunt, in P. & titul. Cod. de prædiis & aliis rebus minor.*

9 ¶ Sed † hactenus de cauſſa vendendi dictum ſit, dicamus pauca de tractatu capituli & clericorum, qui interuenire debet in eccleſiæ rebus, *dict. cap. cum apoſtolica, & cap. tua nuper, de his quæ fiunt à prælat. ſine conſen. ca.* vendendis. Eo quod in negotio quolibet vocâdi ſunt illi quorum intereſt, *l. de vnoquoque, de re iudi. P.* Tractatus eſt conſultatio de facienda alienatione, & num ea expediat, & quæ res potius alienari debeant: & proinde tractatum præcedit vocatio ſeu congregatio capituli, vel clericorum, & tractatus eorum conſenſum, *vt conſtat ex ordine literæ c. non. ſine exceptione.* Conuocatur capitulum huius rei cauſſa ad ſonitum campanæ, vel modo alio, quo ſolet conuocari in aliis capitularibus negotiis. Et quemadmodum rector ciuitatis vel magiſtratus, ius cogendi concilium habent, & conuocandi decuriones in curiam, vt vocati ad certa munera nominent, *l.* 2. *de decurio. libr.* 10. *Cod. titul.* 31. ſic conuocabit epiſcopus vel maior capitulum. Conuocatos ſacramentum illud præſtare non erit alienum à ſolemnitate legitima, quod præſtare ſolent ſinguli in vendendis rebus ciuitatis in prouinciis curiales, habitatores, & poſſeſſores rerum ſacroſanctis tactis Euangeliis: videlicet ſe ſententiam quam putent vtiliorem patriæ ſuæ dicturos: itaque dicere debent, vt poſtea decreti venditionis recitatione in prouinciali iudicio interueniente, emtor competentem poſſit habere cautelam, & ita contractus ſit ſtabilis, *l. final. de vendend. reb. ciuitat. libr.* 11. *Cod.* Capitulo, vniuerſitate vel collegio legitime congregatis. per eum qui eis præeſt: vel alium habentem poteſtatem, qui venerint vel interfuerint, etiamſi maiorem non faciant numerum, vel partem totius, ſed longe minorem, poſſunt explicare ea quæ propoſita tunc ſunt, *Innoc. in c.* 2. *de oper. nou. nuntiat. & in c.* 1. *de maio. & obed. argum. ca. cum nobis, de elect.* abſurdum enim eſt in numero computare eos, qui vocati noluerunt venire, *dict. cap. cum nobis, & clemen. quod circa, de elect. ap. Clement.* Aliter ſi per ſe non per alium conuocetur vniuerſitas vel collegium, tunc exigitur ad auctoritatem conſtituendam decretorum, ſaltem duas partes vniuerſitatis conuenire in vnum, *l. nominationum, de decurionib. libr.* 10. *C.*

10 ¶ Inquiritur † autem in hoc tractatu inter conuenientes, quod in bonis minoris alienandis conſultatur: an aliunde pecunia quam ex venditione ad extenuandum æs alienum poſſit expediri: num pecunia ſit eccleſiæ in numerato, vel in nominibus quæ conueniri poſſint, an in fructibus cõditis, an etiam in redituum aut obuentorum ſpe: an res aliæ ſint præter prædia, quarum pretio ſatisfieri poſſit: quibus ceſſantibus prætor permittit, ſi modo vrgeat creditor, & vſurarum modus, æſtimabitque an vendere potius aut obligare permittat, neve poſſeſſio magna ob modicum æs alienum diſtrahatur, *l. magis puto*, 15. *§. non paſſim, de prædiis & aliis reb. minor. P.*

11 ¶ Quod † ſi eccleſia cuius res alienandæ ſunt, non habeat conuentum clericorum vel capituli, rector eius non adhibebit tractatum ſeu conſultationem hanc, ſed ſufficit ſi adhibeat conſenſum prælati ſui, *clemen.* 1. *de reb. eccleſ. non alien. c. ceterum, de donat. Gemma. conſil.* 48. *incip. Presbyter, col.* 2. Niſi eccleſiæ cathedralis ſedes vacaret: quia tunc, defenſore ſeu œconomo ei dato, ſufficit conſenſus capituli eius, & tractatus, *c.* 1. *de reb. eccleſ. non alien. in* 6.

12 ¶ Tractatu † habito, excuſſis omnibus quæ deliberationem mereri viſa ſunt, inſtrumentum horum omnium geſtorum cõfici debet, formula hac cõmuni: *Epiſcopus vel Abbas, vel Prior, vel Præpoſitus talis, congregato capitulo ad ſonum cãpanæ, vel alio modo ſolito, præſentibus P. Pau. & c. canonicis: talis canonicus, & c. propoſuit debitum vrgens, & c. Viſum eſt expedire capitulo, talem rem vendi. minus vtilem, &c.* ¶ Hoc † modo conſenſus exprimitur capi- 13
tuli, vel clericorum neceſſarius, *c. cum vos, de his quæ fiunt à prælat. ſine conſen. cap.* & exprimendus in conuocatione illa, non enim poſt alienationem prodeſt ratificatio. Videlicet quod cõſenſus requiratur pro modo ſolemnitatis, & ita ſit pro forma, & ideo niſi is in actu interueniat, actus nullus eſt. ¶ Tradunt † tamen 14
Bart. in l. Gallus Aquilius, in princ. de liber. & poſthu. Imo. in d. c. cum vos, non exigi conſenſum inferioris prælati, vel capituli in alienatione, ſi ei ſuam auctoritatem ſummus pontifex impertiat, *gl. & interpretes in c. potuit, locat. Decius conſ.* 142. nam æquiparatur ea ſolemnitatibus, *l.* 1. *quando decret. op. non eſt, C.* debet tamen præcedere inquiſitio facta per delegatum ſeu commiſſarium huic negotio datum à ſum. Pontif. num expediat eccleſiæ illam alienationem fieri, eiuſque rei, num ea minus vtilis: alioquin inutiliter venderetur, *c. non loceat Pape*, 12. *q.* 2. Apparere deinceps debet de clericorum ſeu canonicorum conſenſu, qui interfuerunt: quod fiet ſi nomina eorum inſtrumento conſultationis inſcribantur, cui & ſe ſubſcribere debent, *c. tua nuper, de his quæ fiunt à prælat. ſine conſen. cap.* Si enim hic, vt in aliis ſubſcriptione fraudes vitabuntur. *l. pen. de diuer. offic. li.* 12. *C. l. ſacri affatus, de diuer. reſcr. C.* Hodie tamẽ clerici, aut canonici, aut collegiati non ſubſcribunt, ſed omnibus præſentibus, tabellio publicus, vel illorum ſcriba inſtrumenta capitularia, & alienationis ſcribit & perlegit: & ſe ſubſcribit fide publica, hæcque forma pro ſingulorum habetur ſubſcriptione, *Soc. conſ.* 15. *inc. p. Viſus, col.* 14. 1. *vol. Rebuff. in repet. c. ſine exceptione*, 12. *q. numer.* 17.
¶ Verum † cum iſtis nunquam omittendus conſenſus patroni, 15
ſi agatur de alienatione rei patronatæ, *Decius conſ.* 174. *in fi. gl. in c. conſtitutum*, 16. *q.* 3. *Cardin. in cle.* 1. *col.* 2. *de decimis*, quia eius maxime intereſt res eccleſiæ conſeruari, *c. filius, & ea. quæcunque*, 16. *q.* 7. ¶ His † omibus poſtremo loco accedere debe- 16
re epiſcopi proprii vel ſuperioris auctoritatem, licentiam aut conſenſum, *authent. hoc ius porrectum, de ſacroſanctis eccleſ. item. ſi. in verb. conſentiente de reb. eccle. non alie. ap. Clement.* Et ſi eccleſia illa de cuius rebus agitur exemta ſit priuilegio à poteſtate epiſcopi loci, ad ſummum pontif. recurritur *gl. in d. cle.* 1. *in ver. proprij, de reb. ecl non ali.* Si tamen eccleſia, quæ eximitur à ſui diœceſani poteſtate, ſubiiciatur abbati cuidam vel alteri ſuperiori, vt quibuſdam alcereriis & monaſteriis conceſſum eſt, illi, veluti etiam in ſacris ſodalitiis mendicantium ordinis minorum vel prædicatorum, miniſtri, generaleſque & alij qui prope epiſcopalem habent in ſuos iuriſdictionem, cõſulendi ſunt, vt conſenſum & robur alienationi præbeant, *Barbat. conſ.* 40. *incip. præclari, col.* 3. *vol.* 1. *& conſ.* 14 *incip. clementiſſimi, col.* 1. *vol.* 2. *Rebuff. in d. can. ſine exceptione*, 12. *q.* 2. *num.* 87. videlicet expreſſe, *l. negotium, de neg. geſt. C.* adhibita cognitione antea cauſſæ, ſine qua conſenſus vel auctoritas ſuperioris perperam impetratur. Hic, *Gemma. conſ.* 48. *incip. presbyteror. col.* 3. quemadmodum de auctoritate prætoris interponenda tranſactioni, de alimentis reſponſum eſt, vt ſi prætor aditus ſine cauſſæ cognitione tranſigi permiſerit, tranſactio nullius erit momenti. Prætori enim ea res quærenda commiſſa eſt, non negligenda, neque donanda. Sed etſi de omnibus non inquiſierit, quæ oratio (Marci Cæſar. ſcilicet) mandat, hoc eſt de cauſſa, de modis, de perſonis tranſigentium, dicendum eſt: quamuis de quibuſdam quæſierit, tranſactionem eſſe irritam, *l. cum hi, §.* 1. *prætor aditus, de tranſact. P.* Et cum de rebus minorum vendendis agitur, non ſufficit adire prætorem libello, niſi apud acta vendendi deferatur, & probetur, *l. minorum, 6. de præd. & aliis reb. minorum, C.* Nec procurator Cæſaris res Cæſaris conſenſu ſuo ſolo transfert, cum illæ commiſſæ illi ſint diligenter tractandæ, *l.* 1. *de offi. proc. Cæſ. li.* 1. *P. ti.* 19. ¶ Si † epiſcopus velit res ſuæ eccleſiæ alienare, 17
eadẽ obſeruare debet, & petere auctoritatem vel à ſuo archiepiſcopo, vel à ſummo pontifice, ſecundum ſententiam quorũdam, *Bald. Ang. in auth. hoc ius porrectum, de ſacroſ. eccle. gl. in ca.* 1. *in verb. defenſore, de reb. eccleſ. non alien. in* 6. Ioannes tamen Andreas *in d. c.* 1. *de reb. eccle. non alie.* diſtinguit, an epiſcopus iurauerit ſe non alienaturũ, vt tunc requiratur ſuperioris auctoritas: aut non iurauerit, vt non requiratur. Et hoc ipſum probant Innocentius & Hoſtienſis *in c.* 1. *de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu cap.* & ſecundum horum ſententiam iudicatum tradit Guido Pap. *qu.* 149. Cuius autem epiſcopi conſenſus ſit adhibendus, quando eccleſia, & eius præfectus & clerici ſunt vnius diœceſeos, & res alienanda alterius, pugnant interpretes. Et videtur Authent. hoc ius porrectũ, de ſacroſancta eccleſia C. decidere. ſequendam auctoritatem eius cui perſonæ ſubiiciuntur non epiſcopi in cuius ditione res ſita, ex illis verbis, accedente cõſenſu ordinatoris & maioris partis ibidem ſeruientium, &c. Et in eam authenticam notat Baldus *col.* 4. & alii alibi, *gl. in c. ea enim huiuſmodi, in verb. dues*, 10. *q.* 2. *facit c. ſi.* 16. *q.* 5. *Felin. in c. dilectus*, 2. *col.* 6. *verſ.* 7. *de reſc.* In contraria tamen ſententia alii, & adhibendum conſenſum epiſcopi, cui res ſubeſt, defendunt, *glo. in can. in venditionib.* 17. *q.* 4. *facit l. ſtipendium, de prædi. & aliis reb. minor. C. Roma. conſ.* 250. Tutius autem & conſultius facturos qui diſtrahunt ego arbitror, ſi vtriuſque adhibeant. ¶ Et † hæc dicta cen- 18
ſenda ſunt, de ſolemnitatibus iure pontificio requiſitis: ſiqui-

Digitized by Google

dem ex iure ciuili aliæ exigantur, quæ referuntur in dicta authentica, hoc ius porrectũ, videlicet, vt contractus scriptis fiat, & sequatur subhastatio, antequam vendatur res iuret vẽditor, nihil in præiudicium ecclesiæ se facturum, fiat vendendorum proscriptio publice libellis perviginti dies ante propositis: quę tamen omnia non exigi tradunt Cynus, Bartolus, Baldus, Angelus, *in d. authen. hoc ius porrec.* Qui nec facessere aiunt, quod dicta authentica sit inter decreta per Gratianum translata, nempe, quod dicant ideo translatam, non vt ius faceret, sed vt ostenderetur solicitudo Imperatorum in defendẽdis rebus ecclesiasticis, quod & alii admittunt, *gl. & Innoc. in ca. dudum, de reb. eccles. non alie. Guid. Pap. q. 149.* Imo Gofredus ait, in rebus ecclesiæ alienandis sufficere consensum episcopi & capituli, *Gofredus in*
19 *Summa, tit. de reb. eccles. non alien.* ¶ Et † proculdubio in rebus pene nullius momenti, vel minimæ vtilitatis, remittuntur in alienatione solemnitates, *c. sine exceptione, & c. sequen. & c. fugitiuum, 12. q. 2. Gui. Pap. q. 156. c. vt super, §. fi. de reb. eccles. non alien. in sex. argum. l. lex quæ tutores de administr. tut. C. sic intellig. cap. terrulas, 12. q. 2.* at in aliis quæ etiam modicę vtilitatis sunt, nõ sunt omittendæ, præcipue causa necessitatis, sine qua infirma alienatio, & inutilis, etiam rerum exiguarum, *ca. casellas, 10. q. 2. ca. quicunque, 17. q. 4.* Remittuntur etiam solemnitates in rebus quæ seruando nequeunt ab interitu vindicari, *gl. in Summ. 12. q. 2. c. 2. de reb. eccles. non alie. in sex. arg. d. l. lex quæ tutores.* item & in distrahendis rebus acquirendis, & quæ nondum quæsitæ sunt, quales quæ præscribuntur, ante præscriptionem completam, *c. fin. de præscrip. per l. si sponsus, §. 1. de donat. inter vir. & vxor.* res legatæ non traditæ. Subinde solutæ à solemnitatibus res alienandæ, si consuetudo loci remittat, aut illis deroget, *ca. ceterum, de donat. gl. in ca. abbatibus, 12. q. 2.* si bona ecclesiastica, quæ solent distrahi vel infeudari, redierint ad ecclesiam, *c. vt super. de reb. eccles. non alien.* si liquido constet in vtilitatem ecclesiæ factam alienationem, *gl. in l. 2. de acceptilat. in P. l. 1. qui legitimam perso. stand. in iud. c. non haberent, C. l. alta, de re iudic. P. l. non eo minus C. de procur. Bal. in l. cum ii. §. causa, de transact. P. l. quicunque, de bon. quæ liber. C. arg. l. quod fauore. C. de legib.* Quibus addere poteris alios casus, quos ex professo pertractat Rebuffus *in compendio alienationis rerum ecclesiasticarum, num. 24. & seq.*

De rebus in titulum clericis ad ordines sacros promotis, num vendi possint & quomodo.

Cap. 9.

1 *Ordinandus in clero nemo sine titulo.*
2 *Titulus clericalis, vel præsbyteralis num vendi possit.*

1 CVm † exploratum sit, iure cautum fuisse antiquo, clericos non potuisse ordinari vel promoueri in sacrum ordinem, nisi beneficio seu titulo aliquo ecclesiastico ab episcopo, vt digni tam sacro cœtu, donati fuissent, vnde commode viuere possent, *ca. 1. & 2. 70. dist. c. cum secundum apostolum, ca. 16. de præben.* placuit optima ratione etiam postea, vt episcopus eos in ordines sacros non scriberet, quibus, vel sacerdotium seu aliud beneficium non esset, vel nisi sufficiens haberent patrimonium, quo ali possent, quod tituli loco episcopo proferrent: aut si ordinasset inopes, de suo aleret, *ca. 2. & 4. de præb ap. Greg. & ca. tuis quæstioni. c. 23. eo. tit.* ne paupertas seu mendicitas in opprobrium ordinis clericalis conuertatur, *c. diaconi, 93. dist.* ¶ Quamobrem
2 vtiliter † quæritur, nũ clericus bona, quæ à seipso vel ab alio eius nomine suppposita sunt, titulo clericali, possit alienare seu vendere. In qua ordinarius Decretalium interpres, hoc patrimonium vendi posse absolute respõdit, *gl. in d. c. tuis quæsti onib. ad verb. sustentare.* Quod qui pretium habet, rem habere videatur, *Caius in l. quia qui pretio, 46. de vsufruct.* posse & donare: quemadmodum vero titulo, sacerdotij videlicet, seu beneficio ecclesiastico renuntiari potest. Hanc tamen quęstionem latius Panormitanus tractat, & inquirit, *in d. c. tuis, nu. 8.* num. & in hac alienatione huius tituli, exiguntur solemnitates requisitæ in distrahendis rebus ecclesiasticis, *quæ ponuntur in cap. sine exceptione. 12. q. 2.* de quibus proximo capite diximus. In quo Ioannes & Gofredus sequuntur Vincentij opinionem, & requiri, quamuis illis non inhęreat ius spirituale, & quamuis prohibitio non extendatur vltra vitam clerici, & post mortẽ eius, res titulares liberæ, vt reliquæ, dominis sint. Hostiensis autem distinguit, an patrimonium expresse in titulum assignatum sit, & tunc veram esse sententiam Vincentij, *de qua in d. gl. c. tuis quæstionib.* non habita ratione quod pretium succedat loco rei, quia facilius consumitur pretium quam res immobilis: cum & pecunia sit inter res, quę seruando conseruari nequeunt. *l. 1. §. finit quæsitum, ad Trebellian.* At si clericus sine determinatione tituli fuerit ordinatus, existimat clericum bona sua & patrimonium posse vendere. Addit insuper, videri sibi opinionem meliorem Innocentij *in c. cum episcopus, de præben.* vt in venditione patrimonij assignati etiam in titulum, non requiratur consensus episcopi. Nec obesse quod eo vendito, nihil habituri sint clerici vnde viuant: quia quod ad episcopum pertinet, sufficit si tempore ordinationis haberent sufficiens patrimonium, *facit l. 2. §. si eo tempore. de administr. rer. ad ciuita. p. rti. P.* & quod clericum tangit, non improbari in clericis voluntariam paupertatem, imo illis necessariam *Actorum 1. & 2.* Imola quoque tradit *in d. c. tuis num. 8.* patrimonium expresse in titulum assignatum non posse vendi simpliciter sine consensu episcopi, vendi autem posse exẽplo fundi dotalis, & transire in heredes, *vt ip leg. 1. de fundo dota.* Ioannes Andreas etiam id tuetur, exemplo fundi dotalis. Quare & iisdem casibus quibus fundus dotalis alienari posse cõuenit inter omnes, & hunc titulũ alienari posse constabit. Itẽ pro oneribus ecclesiæ administratæ. Et nũc in Gallia constitutione regia, lata in Aurelianensibus comitiis, cautum est. hæc bona titularia clericorum inalienabilia esse, & reditum eorum: neque obligationibus vel hypothecis obnoxia à tempore promotionis presbyteri, *in constitut. reg. Aurel. hab. artic. 12.*

De rerum alienarum venditione.

Cap. 10.

1 *Principis ius, de rebus subditorum disponere.*
2 *Vendi non potest res Aliena in præiudicium domini.*
2. & 3. *Aliena rei venditio in quantum, & quando valet.*
3 *Emens rem alienam scienter, non agit contra vendentem.*
4 *Præsens alienationi rei suæ, nec contradicens, consentire videtur.*
5 *Aliena mobilia vendens furtum committit.*
6 *Furtiuam rem in publico loco emens, an teneatur restituere, non restituto pretio.*

IVs † proprie Imperatoris est, res aliorum pro ornatu & arbi 1
trio distrahere: vel nullo, *l. Lucius, de euict. in P.* vel modico dato pretio, *l. ita verberatus, §. 1. de rei ven. in P.* Is enim & pupilli causam seu publicam agit, *l. Barbarius. de offic. præt. §. sed & quod principi de iure nat. cum simil.* quæ præferendo priuatorum commodis, *l. vtilitas, de primipil. lib. 12. C. l. actione, §. Labeo, pro soc. P. cum simil.* Atque huius auctoritate, & dominia rerum distributa singulis & conseruata, *ca. quo iure, 8. dist.* Vnde & dominus omnium dicitur, & pro sententia sua disponit cuiusque, *l. bene à Zenone, de quadrien. præscr. C.* At priuati hoc iure non vruntur. Quamobrem res aliena siue mobilis aut immobilis sit, † vendi 2
non potest, inscio & inuito domino, in præiudicium eiusdem, quanquam in præiudicium venditoris sustineatur, vt obligatione & actione ex emto teneatur emtori ignoranti alienam, dãnum omne resarcire, *l. rem alienam, de contrah. em. P. l. nemo. de reb. alie. non ali. C.* tenetur quippe de euictione venditori pro re immoli proculdubio, *l. si fundum, C. de euict.* vsque adeo vt si is qui vendidit alienam efficiatur aliquo modo rei venditæ dominus, firmetur venditio omnino, *l. cum vir, de vsur. l. si à Titio, de rei vendic. l. cum mater. C. eo.* Scribit Gellius lib. 11. c. 18. colonum fundum quem à domino, conduxerat vendentem, furti nomine condemnatum. ¶ Si † tamen venditore ignorante rem alienam, 3
emptor sciens prudensque eam emerit, nullo modo experiri poterit aduersus venditorem, quanti sua interest, nec meliorationum aut refectionis nomine, vt malæ fidei possessor, *l. cum querebatur, C. vnde vi, l. fina. §. emtor, comm. de lega. C. vide de his quæ scionib. Fabia. de monte Sauino, in tracta. de emt. q. 4.* nisi emtor stipulatione sibi prospexerit, *d. l. si fundum sciens, C. de euict.* Quod si vterque sciẽs rem alienam contraxerit, venditor tenetur pretium restituere, secundum Bart. *in l. continuus, §. cum quis, de verb. obli. & in l. cum lex occurrit, de fideiuss. in P.* secundum alios nequa quam: nisi is qui sciens alienam emit, cautionem acceperit de euictione, quo casu purgata videtur mala fides, *arg. d. l. si fundum, de euict. C. à contrario sensu, Cynus in l. si fratres C. com. vtriusq. iudicij, C. vt in l. quemadmodum, de agric. & censi. lib. 11. C. tit. 47.* aliquin minime. Quia inprimis qui mercatur rem alienam, cuius scit distractionem iure prohiberi, nõ emere se recte arbitratur, lege contrahere prohibente, nullo exsistente contractu, *l. non dubium, C. de legib. l. fi. C. de pact.* proinde soluens scienter indebitum, repetere non debet, *l. 1. de condict. indeb. P. l. cuius per errorem, de reg. iur.* quia donasse videtur, *l. Campanus, de oper. lib. P.* Deinde cum vterque sciat, rem alienam non esse in commercio illorum, mutuo se decipere videntur, nec valet venditio, *in l. domum. 57. de contrah. emt. P. l. si in emtione, §. item si emtor, & ibi gl. eo. P.* & ita dolus dolo compensabitur, *d. l. seruus, & l. si duo, de dolo.* vt vterque male in eo versatus in aliena re statuendo, *l. 1. C. de vsuca. pro empt.* Quare iniquũ esset emtorem ex sua improbitate consequi actionẽ, *l. itaque sullo. 12. de furt. in P. cum simil. ibi no.* & in pari causa turpitudinis, melior est causa possidentis, *l. si seruum, §. sequitur, de verbo. oblig. P. l. 3. & 4. de condict. ob turp. caus. in P. cum similib. ibi not.* Neque aliter tertio loco quis agit ad repetitionẽ pretij, quam si ignoranter deceptus fuerit, *§. fi. de contrah. em. l. 1 in emtione §. item si emtor, eod. tit. P.* vt neque malæ fidei possessor agat pro repetitione pretij, *l. 1. de præscrip. 30. vel 40. an. C.* Cuius generis est qui rem sciens alienam emit, *d. l. cum quæ rebatur c. fi. de præscri. c. qui contra iura, de reg. iur. in sex. arg. à cõtra-*

Digitized by Google

uō sensu, *l. à quolibet, 27. de contrah. emt. P.* Hoc tamen nullum incommodum adferre potest domino rei. Quia nemo vendere rem suam inuitus cogitur, *l. nec emere, de iured. lib. C. l. inuitum, & l. dudum, C. de contrahen. emt. l. inuitos, C. loca. l. sicut ab initio, C. de actio. l. nec ab initio, C. de nupt.* cum liber quilibet sit in rebus suis pertranctandis, *l. nemo externus, C. de iud. l. in re mandata, C. manda.*

4 ¶ Obseruandum autem, † dominum qui viderit rem suam ab alio vendi, non repugnantem, consentire videri, vt scribit Constantinus Harmenopulus, *libr. 3. c. 3. vbi de tutore agit.* Qui tacet, non vtique consentit: sed tamen verum est, eum non negare, *l. qui tacet, 1851 de reg. iu. l. item quæritur, §. qui impleto, loca. P.* Et consensisse videtur pater filii decurionatui, si præsens nominationi eius non contradixit, *l. 2. ad municipales, lib. 50. P. tit. 1. facit l. quidam, 12. de euictio. P.* Quando videlicet potuit reclamare & aduersari venditioni non aliter, *l. sæpe constitutum, 63. §. cur autem de re iud. P.* Nam qui patitur, se præsente rem suam obligari, si non restitit, videtur velle decipere emētem, ideo indignus qui rem suam repetat, *leg. si sine voluntate, 5. ad senatusconsult. Velleian. Cod.*

5 *leg. 2. si aliena res pigno. data est.* ¶ Et † hæc quæ diximus maxime locum habent in rebus immobilibus alienis venditis, in mobilibus autem quædam alia singularia quoq; locum habent: siquidem alienatio mobilium alterius, eo inuito, furtum cōstituit, *l. 1. de vsucap. pro emtor. lib. 7. C. tit. 26.* si sciat qui emit potissimum, vnde nunquam horum fit vsucapio, *in l. sciens, pro emtore, C. §. furtiuæ, de vsuca. l. si liberam, C. quod cum eo, l. si seruum, & l. alienum, C. de furtis, l. 2. C. eod. de vsucap. pro dona. ti. 27.* & qui sciens rem alienam vendidit, fur est, *d. l. alienum, C. de fur. l. si emtione, §. item si emtor de contrah. em. l. 4. §. si. de pig. action. P.* & qui emit à fure, incidit in criminis suspicionem, *l. ciuile, & l. in ciuile, C. de fur.* Quinimo & placuit ementem res peculii, ab eo qui non habet eius liberam administrationem, etiam furti actione teneri, *d. §. furtiuæ, & l. interdum, §. si res, de furt. l. 2. C. de seruis furtiuis*, & qui rem furtiuam accipit à fure pignore, suspectum quoque furti, *l. si seruus eius, 13. de condict. indeb.* contra tamen si ignoranter. ¶ Im-

6 probata, † & merito, consuetudo nostræ ciuitatis Tholosæ qua qui emisset à furo in loco publico, & palam, non tenebatur domino rei eam restituere, nisi restituto pretio, *decision. capel. Thol. sam. 151.* quod aduersabatur iuris communis depositioni, *l. 2. C. de furtis, & ibi Ioan. Faber, Hostiens. in Summa tit. de paniten. & remissio. §. fin. vers. quid si quis emat rem furtiuam, facit l. si seruus, de condict. indeb.* Cęterum quæstio illa, num is apud quem res aliena, vel furtiua reperta est, qui dicit se ab alio cōparasse, furti dicatur esse particeps, distinctionem accipit ab Aufrerio, *q. 151. Tholosa.* an is improbæ famæ sit: apud quem enim res inuenitur furtiua, nisi venditorem demonstrauerit, fur præsumitur, *l. ciuile, C. de furt. Bald. in l. si. C. de heredib. instituen.* Contra si is fuerit bonæ & hilaris famæ, *l. non omnes, §. si. de re mili. P.* Suspectus quoque & is, qui cōsueuit res furtiuas emere, si clam emit, si modico pretio, *Bart. in l. inciuile, C. de furt.* non etiam, si palam & iusto pretio, *Imol. in d. l. si. de hered. instituen. Alberi. de Rosa. in d. l. in ciuile.* Albericus autem scribit ob rem alienam etiam inuētam, absconditā apud aliquem, licet ea persona alias consueta fuerit furari: non tamen inde colligi posse necessario, probationē esse sufficientem furti, ad subeundam condemnationem: sufficere tamen ad torturam, si malæ famæ is alias sit, & vitæ culpabilis, nec ostendat à quo emerit, *Barth. in l. si. de quæstion.*

De Emtione rei suæ, & aliarum quarundam. Cap. II.

1 *Emtio rei suæ non valet.*
2 *Ciuitates non debent ruinis ædificiorum deformari.*
Ædificiorum ciuitatis res vendi quæ non possint, eod.
3 *& seq. Vendi res quæ non possint.*
4 *Acquisitio prædiorum certo modo limitata.*
Stolonis lex, & Licinia de agris comparandis, eod.
Lege sua damnatus Stolo, eod.
5 *Feudi quomodo permissa venditio.*
6 *Emphiteoticariæ rei quomodo permissa venditio.*
Laudimium quid, eod.
Prælationis ius, domino vendente clientę emponemata, quando competit, eod.
7 *Iurisdictiones an recte vendantur.*
8 *Pisces squamosi ne venderentur lex.*
Pollinctura cœna quæ.
Seruos vendere non licebat, vt ad bestias depugnarent, eod.

1 EMtio eius, † qui rem suam siue sciēter siue ignorāter emit, nō valet, *l. suæ rei, 16. & l. si emtione, 9. rei suæ, de contrah. emt. P. l. seruum, C. eod. ti. l. seruum, de condict. indeb. P. l. debitor, de pignor. act. P.* nisi ratione partis sociorū, *l. si fundum, qui ex parte manda. P. l. si communi, 18. de act. emt. P.* vel vsusfructus qui alterius est, *d. l. suæ rei*, & nisi in eum casum, vel tempus aut conditionem cōferatur emtio, quibus res esse sua desierit, *l. nemo rem suam in vtraque, & l. si rem meam, de verb. oblig. l. cetera, de lega. 1. l. sexissimo, de contrahen. emt.* Alioquin quod semel meum est, amplius meum fieri non potest, *§. sic itaque discretu, de actio. l. in bello. §. si quis seruum, de captiuis, P.* Neque dominium ad nos nisi ex vna causa pertinere potest, *l. non vt ex pluribus, de reg. iur. l. 3. §. ex pluribus, de acquir. poss. P.* Vnde notat Angelus, eum qui scienter rem suam emit, vel conducit, videri iuri suo renuntiare, & tenere contractum, pretiumque soluendo scienter indebitum, non posse repeti *l. 1. de condi. indeb.* contra si ignoranter.

¶ Per † senatusconsultum factum Aviola & Pansa coss. pro- 2
hibentur venditiones rerum, quæ ædificiis ciuitatum adhærēt, quibus sublatis corruunt domus, vel deformatur vrbis aspectus, pœna dupli pretii imposita, *leg. cetera, 43. in princip. de legat. 1. l. senatus, 52. de contrahen. emt.* Cautum & edicto Vespasiani, ne negotiationis causa ædificia demoliri liceret, nō marmora distrahere & transferre, *l. 2. de ædifi. privat. lib. 8. C. tit. 10. idipsum probatur, l. fin. ne quid in loc. publi. P. l. 12. §. si quis, l. neminem, eod. titu. l. prætor, §. hoc interdictum, de damno. infect. P.*

¶ Prohibentur † etiam vendi mala venena, *in l. quod sæpe, §. 3*
venenum, de contrahen. em. P. libri improbatæ scientiæ & lectionis, *l. ceteræ famil. erciscund. P.* purpuratæ vestes alij quam principi, *l. si. de vesti. holobar. li. 11. C. tit. 8. l. 1. quæ res vendi. non poss. lib. 4. C. tit. 40.* ne vinum oleumve barbaris, *l. 1. quæ res exportari non debent libr. 4. C. tit. 41.* ne arma hostibus, *l. 2. C. eo. quæ res exportineq. & nouella 85.* distrahantur: ne frumētum publici canonis, nisi in locis destinatis, *l. 3. C. eo quæ res vend. non poss.* ¶ Sancit † lege Basi- 4
lius Iunior Porphirogenetā Cæsar Oriētis, ne prædiis acquirēdis diuites incumberent, modumque illis imposuit. Quod & à Constantino auo eius, & ab eius socero Romano cautum, *lib. 1. iuris Orientalis, constitutione, 3. περὶ χωρίων τῶν δυνατῶν.* Et Romæ lege Stolonis prohibitum, ne ciuis Romanus vltra quingenta iugera agri cōpararet. Fuit enim lex Licinia ea quoque dicta, à C. Licinio tribuno ple. qui eius auctor fertur post exactos reges, anno 365. *Varro, lib. 1. de re rusti. cap. 2.* Definitus etiam eadem lege fertur seruorum & liberorū numerus, per quos ea iugera custodirentur. De numero tamē iugerum Plinius Iunior dissidet, *Plin. lib. de viris illustrib. dum de Stolone agit.* Nec ita multo post Stolo ipse lege sua damnatus est, quod mille iugerum agri cum filio possideret. ¶ Sunt † singulis regnis, & prouinciis, & ci- 5
uitatibus impositi modi certi vendendarum rerum, quos transgredi impune non licet, & quibus non obseruatis, irritæ venditiones sunt, de quibus latius agere fastidiosum esset. Sunt etiā & iure ciuili venditiones quædam, quæ quidem absolutæ non prohibentur, sed quæ non nisi certa forma permittuntur: veluti iure feudorum, non potest feudum à cliente vendi, sine auctoritate domini patroni, *§. 1. de controuers. feud. inter domi. & emtorem. §. Imperialem. & §. callidis, de prohibita feud. alie. per Lothar. in vsibus feud.* nisi inter agnatos, *§. 1. de alien. feudi paterni, in vsibus feudor.* qua de re nos proprio loco in rebus cum de feudo agimus, tractamus. Ex generali tamen Galliarum consuetudine feudalia redacta sunt ad formam, & naturam patrimonialium, quod pertinet ad ius successionis particularis & vniuersalis paucis exceptis, *Ioannes Faber, in proœmio Institut. Iacob. de Bello Viso, ti. in quibus causis feudum amittat. in praxi, Guido Papæ. decisio. 59. & 297. Petrus Iacob. in praxi, titulo, de conditione ex lege, Imperialem, §. callidis.* ¶ Iure † quoque ciuili emphyteota non potest 6
vendere ἐμφυτεύματα sua, id est, meliorationes, seu prædium clientelare, nisi consulto domino, & denuntiatione ei prius facta, vt vel emat, vel aliis emere permittat, & alterutrum eligat intra duos menses: quibus elapsis soluta quinquagesima parte pretij venditionis, iure cliens libere vendit, *l. fin. de iure emphyt.* vocant hanc quinquagesimam, laudimium, quod quamuis iure ciuili 50. pars pretij sit, tamen hodie secundum consuetudinem locorum, vel ex lege traditionis exigitur, prælationis iure tantū locum habente, si sibi dominus clientelaris, non si pro alio, quantumuis amico retinere velit, nomine suo fucū faciens, *l. fi. §. sed res hac occasione, de iure emph.* & ita iudicatum, *Guido Papæ, quæstione 411.* vt nec prælatio, post laudimia probata & electa habet locum, *dict. quæst. 411.* ¶ Iurisdictiones † propria natura quoque, 7
nec vendi nec emi possunt. Quia personæ, in quas exercētur, liberæ æstimationem nullam subeunt, *leg. liber homo, ad legem Aquiliam.* & cum omnis iurisdictio, & magistratus, à lege, vel à principis manu pendeat, *leg. 2 §. nouissime, de origine iur. leg. 1. ad legem Iuliam, de ambitu*, non ausim asserere honestum esse, si non dicam iniustum, hoc munus iudicandi publicum, *in l. quippe, de iudic. l. fin. §. iudicandi, de numer. & honor.* & diuinum, à quo iudices Dii, mercatoribus & propolis pretio distrahere, quibus occasio delinquēdi porrigitur, vt, dum ea quæ emerint, carius distrahere & vendere lucri causa, & damni resarciendi, quod ex emtione passi sunt, conantur, promiscue aliena à boni iudicis officio, & indigna dictu amoliuntur, & sedem iustitiæ sordibus polluunt, in magnum dedecus eius, qui clauum istis committit, atque in perniciem totius populi. Sed cū res ipsa satis de se loquatur, omittamus istam iustissimam, & alibi à nobis relatam, querelam, quæ tandiu despectui erit, quandiu pecunia oculos principum & aures fascinauerit. Iam enim receptum est cōsuetudine, vt dicunt, Gallię iurisdictiones reductas ad rem & naturam patrimonii, vt & feuda: & exemplo aliarum rerum à priua-

Digitized by Google

tis emi & vendi, *Petrus Iacobi, titul. de succeſſ. feud. & de cauſſis ex quib. inf. feudum amit.* Rectius tamen Zoa Imperatrix Orientis, cū ſorore Theodora cōſorte, ſtatuit, ne magiſtratus vel principatus venderentur, vt antea factitatum, *lib. 1. iuris Orientalu ex eius conſtitutionibus ex Cedreno, titulo, περὶ τοῦ μὴ πωλεῖν τὰς ἀρχὰς γίνεσθαι, id eſt, de non vendendis magiſtratibus*, ſicut & Alexander Seuerus Imperator honorem iuris & gladij nunquam vēdidit, dicēs: *Neceſſe eſſe vt qui emit, vendat: & ego non patiar mercatores poteſtatum, quos ſi patiar, damnare non poſſum: erubeſco enim punire eum hominem qui emit & vendit, Ælius Lamprid. in vita Alexan.* 8 *Seueri.* ¶ Fertur † Numæ edictum, ne piſces qui ſquamoſi emerentur, ad pollinctum emere fas foret, ſcilicet ne nimis magno in funeralibus cœnis mercarentur obſonia: quam cœnam pollincturam dixere: in qua etſi nihil deeſſet, omniaq; affatim ſuppeterent, lætari tamē minime decebat, *Alex. ab Alexan. Genial. dier. li. 3. c. 7.* Martianus etiā reſpondit dominos ſeruos ſuos, quātumuis criminoſos, ea lege vt cum beſtiis depugnent, *l. domini, 42. de contrahen. em. in P.* vendere non poſſe. Rei litigioſæ quoq; odioſa venditio eſt & improbata, *l. cenſemus, de litigioſ. C. vide de ea venditione, Guid. Pap. q. 337. Bar. in l. quod ſæpe, §. ſi quis amico, de contrahen. P. Petrum Iacob. in tit. de re litig.*

De Pretio.

Cap. 12.

1 *Pretium pro ſubſtantia in emtione.*
2 *Pretij nomen & generaliter æſtimatio eſt, & proprie emtionem indicat.*
3 *Pretium in pecunia conſiſtit numerata in emtione.*
Emtionis & permutationis differentia, & ſimilitudines, eod.
4 *Pretium in emtione quid faciat.*
Emtionis & locationis differentia, eod.
5 *Fidem haberi de pretio quid eſt.*
6 *Emtio quando transferat dominium.*
7 *Procurator vendens, an poſſit habere fidem de pretio.*

1 IAm dictum eſt de rebus, †quæ ex parte venditoris in emtionem veniunt, pro merce: dicendum nunc de pretio, quod accedit loco rei, *l. ſi & rem, de petit. hered. l. quia pretio, de vſufruct.* veluti per contributionem, ex parte emtoris, ad æqualitatem materiæ conſtituendam, *l. 1. de contrah. em. P.* Sine pretij itaque conuentione, emtio non poterit conſiſtere, *l. 2. §. ſine pretio, & l. in venditionib. de contrah. em. in P. §. pretium autem, eo. ap. Iuſtin. in l. emti. C. eod. titul. §. 1. de locat. & conduct.* eſtque imaginaria, & nulla venditio, quæ pretium non habet, *l. nuda, 55. de contrahen. emtio. P.* Et proprium ſymbolum emtionis, pretium, vt Iulius Pollux inter eius ſynonyma annumeret, argento commutare, pecunia amittere. *Iulius Pollux libr. 3. Onomaſtic. cap. 6.* ita proprie emtionem pretium arguit, *l. 3. de prædiis curialib. libr. 10. C. l. pretium, de reſcindend. venditio.* Latius tamen vſurpata acceptione nominis pretij eo omnem æſtimationem contineri placet, *vt apud Paul. in l. cum emtor, 38. §. final. de damn. infect. P. & in l. in ſumma, §. inſtrumento, de condiction. indebit. P.* & pro præmio apud Vlpianum *in l. lex Cornelia, 5. §. final. de iniur. in P.* pro mercede locationis, ſiue pro penſione, *& l. hac diſtinctio, §. cum fundus, l. quod ſi domus, & l. inſulam loca. P.* Pro pœna, vt quidam volunt, *l. verum, in fin. de petit. hered. P.* Sed id metaphoricōs potius, vt & pro alia qualibet æſtimatione quæ pecunia fit. Omnia enim pecunia æſtimari poſſe in dubium non venit, & ideo pecuniæ nomine res alias contineri, *c. totum, 1. q. 3. l. 2. C. de conſtit. pecunia, l. pecuniæ* 2 *verbum, 178. de verb. ſignif. P.* Hic † tamen pretium dicitur nummis facta æſtimatio, nec ſine numis facta emtio proprie dicitur, ex Neruę & Proculi ſententia, quæ vt verior probatur à Paulo Iuriſconſul. *in l. 1. §. ſed an ſine nummis, de contrab. emtio.* Pretium 3 in pecunia † numerata conſtitui debet, *gl. in l. naturalia, §. & cum de. de præſcri. ver. P. Bart. in l. quoties, de iure dot. textus in l. emti. de contrahen. emtio.* vel quæ numerari poſſit. Qua nota à permutationis contractu, cui valde affinis eſt, *l. 2. C. de rerum permutata. l. fin. eo. P. l. ſi. ex quib. cau. in poſſeſſio. aat. li. 42. P. tit. 4.* emtio diſtinguitur: cū in permutatione res pro re detur, at in emtione pretium pro re, *l. 1. de rerum permut. P. l. 1. §. penul. de contrab. em. P.* Et alio modo, quod emtio conſenſu fiat, *dicta l. 1. de contrahen. em. P.* vt poſtea, Deo fauente, dicetur, permutatio, rei traditione, *l. ex placito. de rerum permuta.* & in permutatione contrahentium vterque permutator: cum in emptione alius emtor, alius venditor ſit: in aliis fere pares. Nam vtraque cōuentio eſt bonæfidei *l. actionum, de actio. 2. C. de rerum permuta.* Ex vtraque vſucapiendi paratur cauſſa, *l. 1. de rerum permuta. C.* Ex vtraque euictio, *l. 1 de rerum permu. C.* redhibitio, *l. ſciendum, §. penult. de ædilit. edict.* quia in vtraque ſanitas promittitur, *l. 2. de rerum permuta. & l. ex emto, §. animalium, de actio. emt. P.* Atque Plinius permutationem emtionem dixit, *lib. 33. capit. 1.* his verbis: *Commercia vſus gratia inuenta, alios corium bouis, alios ferro, captiuiſque rebus emtitaſſe prodidit Homerus*, de quo & nos alibi, dum in cumbus agitur de falſa moneta, & dum de charactere, materia & pōdere numi. Ex illa enim communi, & rerum commutatione, qua inutilia vtilibus tantum permutabantur, nata permutatio emtionis, electa materia quæ ex conſenſu fieret rerum æſtimatio, *d. l. 1. de rerum permuta. & l. 1. d. contrah. em. P.* Sic enim Plato *2. de Legib. ἕνεκα τοῦ ἀμοιβὰς καὶ ἀλλαγὰς ἀλλήλων γίνεσθαι*, id eſt, *forum & pecuniæ erit commutationis cauſſa.* Et Ariſtoteles *5. Ethicorum, capit. 5. ὑποκάλυμμα τὸ νόμισμα*, *ſubſidiaria commutatio nummus.* ¶ Pretium, † in emtione, eſt æſtimatio valoris rei venditæ, quo nomine pretium emtionis differt à loca- 4
tione, in qua & datur pecunia pro mercede ſeu penſione, *l. 1. §. ſi quis ſeruum depoſ. in P. gl. in l. qui quatuor, §. qui hortos de. leg. 3. l. 1, loca. in P.* non pro æſtimatione rei, *glo. in l. 1. §. 1. in verb. in agendo, de ſuperficie.* pro vſu vel vſufructu, & commodirate: quamquā & catachreſticos locationis merces, dicatur pretiū. *vt in l. ſi quis ante, in fin. de acquirend. poſſeſſi. l. qui inſulam, §. qui edem, & l. ea lege, 53. §. loca. & l. inſul. 60. locat.* Sicuti & aliquoties magis improprie emere & vendere, pro conducere & locare *l. vt in l. 2. qui C. locatio l. inſulam, §. qui autem, & in l. ea lege, §. qui ædē, eod. ti. in P. l. cottem, §. Cæſar, de pub.* cum tamen longe lateque inter ſe hæc differant & diſtent: vel eo maxime quod per locationē res non mutet dominum, vt in emtione. *l. conuenit, de contrah. em. i. P. l. nō ſolet, loc. P.* Et proinde diuerſo modo ſiunt. *l. ſciendum, de ædil. edict. P.* Fit & penſio locationis cauſſa alio modo, quam pecunia, vel tritico, vel aliis rebus: ſine pretio tamen emtio non eſt. ¶ Et 5
† ita in ea vel pecunia numeranda eſt, vel fides de pretio haberi debet, id eſt, debet emtor credere quod ſoluet, ſi præſentē non habet pecuniam. *§. 1. de emtio.* Datur & interdum res pro pretio venditore volente in ſolutum, *l. cum pro pecunia, & l. manifeſtum, & auth. hoc miſi, de ſoluti. C. auth. hoc ius porrectum, de ſacroſan. eccle. l. pretij cauſſa, C. de reſcin. ven.* vt & quandoque pactū pro pretio, *Iabol. in l. fundi partem, 79. de contrah. emt.* Et Pomponius Iuriſc. *Quod vendidi, inquit, aut tradidi, non aliter fit accipientis, quam ſi aut pretium nobis ſolutum ſit, aut ſatis eo nomine factum, vel etiam fidem habuerimus emtori ſine vlla ſatisdatione. l. quod vendendi, 19. de contrahenda emtio. iam in l. procuratoris, 5. §. penultimo, de tributor. actio. lib. 14. P. titu. 4.* Videtur autem fidem ſequi emtoris, qui & diem ad ſoluendum debitori conſtituit. *l. ea ſolutionem, de re iudic. C.* Alioquin venditor rem vendicat venditam, ſi is qui emit, dicebat ſe paratam habere pecuniam, nec dedit, *d. §. penultim. l. procuratoris, 3. de pignora. actio.* niſi & paratus ſit dare pretium, *l. diligenter, manda. in P. l. ſi ventri, §. in bonis, de priuil. creditor.* Si tamen tum emtio facta eſt, emtor non dixit ſe paratam habere pecuniam, videtur emtor pecuniam præſentem non petendo, fidem habuiſſe de pretio, nec rem ideo repetit, *§. vendita, de rerum diuiſ. ex emto, de actio. emt. l. vt res, de contrah. emt. P.* nec retractatur venditio, ſed agitur rata manente emtione ad pretium. *l. inciuile 12. de rei vindic. lib. 3. C. tit. 32. d. non ideo co, 12. de contrahen. emt. C. l. 1. C. de actio. emt.*

¶ Si tamen antequam emtæ rei dominium traditione, vt ſit, 6
l. quoties, C. de rei vindic. non fuerit tranſlatum, ante numerationem pretij, venditor non tenetur rem tradere, nec poteſt dici in mora tradendi, minuſque conueniri poteſt ad tradendum, niſi dato pretio, ſi ea lege, vt pecunia traderetur emtio fiat, vt ſolet, id eſt, non habita fide de pretio: imo hoc caſu partē pretij numerādo nō poteſt partē rei petere: quia ita cōtractū æs alienū diuidi nō poteſt, *l. ſiſtulas, 78. §. qui fundum, de contrah. emt. P. l. Iulianus, 14. §. offerri, de actio. emt. P.* & venditor vſque ad integrā ſummæ ſolutionem, retinere poteſt rem venditā in pignus, *d. §. offerri, l. quod ſi nolit, 31. §. idem Marcellus, de ædil. edict. lib. 21. P. tit. 1. l. hereditatis venditæ, de hereditat. vel actio. vend.* neque enim dominium pro parte quæritur, neque pro parte, & niſi totum venditor alienaſſet *l. ſi rem de ſolut. P.* Æquius tamen viſum eſt, vt pro parte ſoluti & admiſſi pretij, fructus pertineant ad emtorē. *vt in l. ſi. de fund. dota. C. in P. Bartho. in d. l. qui fundū, l. ſiſtulas.* Sicut tradita re, emtor qui percepit fructus, qui pretium integrū nō ſoluit, tenetur ad vſuras pretii. *l. curabit præſes, §. de actio. emt. C. l. Iulianus, §. ex vendito, de actio. emt. P.* Obſeruandum hic ita demum ſine pecunia præſenti, fide habita pretii vel expreſſe, vel tacite, transferri dominium rei traditione, quando à domino venditio fit & traditio. At ſi mandato domini veniat res dubio non caret quæſtio. Quare diſtinguendum: vt ſi officio iudicis vendantur pignora, ea oporteat præſente pecunia diſtrahi, non ea lege, vt poſt tempus pecunia ſoluatur, *l. à diuo Pio, 15. §. ſed etſi emtor, de re iudica. in P. l. ſi procurator. 5. §. 1. de iur. fiſc. P. l. 2. C. eod. tit.* nec enim diſtractio pignoris conceſſa alia ratione eſt, quam vt ex illa pecunia conflетur: definitaque eſt poteſtas vendendi.

¶ Si † tamen procurator ſit qui vendit, qui mandatum habeat 7
cum libera adminiſtratione, poterit vendendo habere fidem de pretio, niſi nominatim à domino prohibeatur, *Bartho. in d. §. ſed etſi emtor, l. à diuo. & in l. cuicunque §. fin. de inſtitor. actio.* vel colludat in fraudem domini cum emtore. *d. qui fundum. 7. §. procurator, pro emt. leg. 42. P. tit. 5.* Lex Platonis de pretio ſtatim ſoluendo hæc: *Quæcunque emendo, aut vendendo commutantur, in ſtatuto ſuo loco permutentur, dando accipiendoque vltro citroque rem, & rei pretiū illico nec alicubi. Nulla vero emtio, aut venditio ad terminum fiat: quod*

ſi alter

Digitized by Google

si aliter, aut in aliis locis permutatio facta fuerit, nullum sit secundum legem, de ipsa iudicium. Plato, li. 11. de Legibus.

Quomodo Pretium emtionis certum esse debeat.

Cap. 13.

1 *Pretium emtionis certum esse debet, quomodo.*
Certum quid dici possit, eod.
2 *Pretium certum & definitum statuitur, à contrahentibus, magistratibus, & lege.*

1 PRetium in emtione † constitui debet certum, §. *pretium autem, de emtio. & vendit.* videlicet de quo inter contrahentes conuentum sit. Ideo non valet emtio, cuius pretium in ementis, aut vendentis relatum est arbitrium, *l. in ementis*, C. *de contrahend. emt, l. quod sæpe*, §. 1. *eo. tit.* P. quamuis in arbitrium tertij possit conferri, vt quanti is æstimauerit, tanti vendita sit, qui tum si noluerit, vel non potuerit æstimare, irrita fit emtio, vt pretio destituta. *l. fi.* C. *de contrah. emt.* §. *pretium, & seq. eo. ap. Iustinian.* Sic relatione facta ad æstimationem alicuius, eius æstimatione in certum pretium certum erit. Sicuti quando relatio fit ad aliam emtionem, vt quanti eum tu emisti, aut quantum pecuniæ habeo in arca, tanti emo. *l. hæc venditio*, 7. §. *huiusmodi, de contrah. emt. P.* Huius rei fortissimum argumentum à sententia, quæ cum certa dici debeat à iudice, §. *curare, de actio. l. 3. de senten. quæ sine cert. quant. li. 7. C. tit. 36. l. quid tamen*, §. *Pomponius, de arbit.* P. certa dicitur, relatione ad petitionem certam facta, *d. l. 3. de senten. quæ sine cert. quant. l. 1. in fine, si pars hered. peta. l. ait prætor*, §. 1. *de re iudicata, l. quæ de tota*, §. *fi. de rei vin. P.* §. *si quis agens, de actio.* vel ad aliud certum, vt ad solutum. *l. ait prætor*, §. 1. & *l. in summa, de re iudic. in P.* Eiusmodi quoque ea erit valida relatiua venditio certa: esto mihi emtus fundus centum, & quanti eum pluris vendidero: augeturque pretiũ, si pluris emtor vendiderit, *Vlp. in d. l. si hæc vẽditio*, §. *fi. de contrah. emt. Paul. l. si pater*, 12. §. *pen. de pact. dotalib.* P. Certum quoque pretium dicetur, cuius species, qualitas & quantitas apparet, aut nomine suo, aut demonstratione, quæ vice nominis fungitur. *Paul. l. certum est*, 6. *de reb. credit. in P. l. stipulationum. & l. seq. de ver. oblig.*

2 ¶ Certum † porro pretium debet esse, vel auctoritate conuẽtionis, eorum qui contrahunt, vel auctoritate magistratus, vel auctoritate legis. Contrahentes ad certitudinem & placitum reducunt pretij causſam, minutis interrogationibus. *l. si voluntate*, C. *de rescind. vend.* Sic enim dominis rerum tantum concessum est, iure communi, rebus suis pretia statuere. *l. nemo externus, de Iudæis*, C. neque cogi alio quam quo voluerint pretio ad arbitrium ementis distrahere. *Paul. in l. non enim æquum est, 9. rerum amotar. li. 25. P. tit. 3. l. si tutor*, 8. *de in litem iuran. li. 12. P. tit. 3.* Quod inuitis nobis, nemo res nostras retinere debeat, *l. si filius familias. 25. §. 1. solut. matrimon.* P, neque in alienis rebus, quid fieri, vel paciſci contra domini voluntatem, secta nostrorum temporũ patitur, *l. si. C. de pactis 2. de ijs qui sunt sui vel alien. iur. P. l. in diem, de aqua plu. arcend. P.* vti neque emere, vel vendere quisquam cogendus est, *l. nec emere, de iure deliber. C. l. inuitum, Cod. de contrahen. emt.* si de non venalibus, placuit Seuero & Antonino CC. ius non esse ordini cuiusque ciuitatis pretium grani quod inuenitur statuere ciuibus. *l. 3. §. 1. ad legem Iul. de anno. P.* Lex & magistratus etiam certum pretium constituunt, lex Platonis de pretio certo hæc: *Qui vendit in foro aliquid, nunquam rei suæ venalis duo pretia dicat, sed cum simplex imposuerit pretium, si non vendiderit, referat: iterum & eadem die nec maius, nec minus pretium petat. Plato libro* 11. *de Legibus.* Athenæus, ex Alexide in Pyleis, similem legem Aristonici refert his verbis, *libr. 6. diphnoso. capit. 2.*

Aristonico nullus fuit prudentior,
Latore legum: ponit hic legem quoque.
Nunc, venditor si piscium quis vendidit
Pretio minore quam petiuit, illico
In carcerem vt ducatur: æquo sint vti
Pretioque contenti, domum vel putridos
Pisces ferant hi vesperi, Mittas annum,
Mittatur aut puer, senexve, protinus
Omnes ement ex lege.

De pretio iusto.

Cap. 14.

Pretium iustum quod est.
Monetæ valor quomodo perpendendus, si in diuersis locis & temporibus variet.
Pretium emtionis legitimum triplex, commune, formale, seu conuentionale, & legale.
4. & 7. *Pretium rei verum & iustum quomodo metiendum.*
5 *Pretium venalibus rebus iustum statuendum à quibus.*
6 *Monopolia vendentium improbata & punita.*

PRetium certum, † iustum quoque esse debet, æquum & legitimum, id est, congruum & valori rei accommodum. *l. & si æquo pretio, & l. si feudum, de legat. 1.* Nam si quis vilissimo vendat pretio, alius censetur contractus, quam emtionis: videlicet aut donatio, *l. si quis ante, de acquiren. poss. P. l. si quis conduxerit, loca. P.* aut contractus simulatus, *vt in c. ad nostram, de emti. ap. Gregor. l. per diuersas, 22. mandata. lib. 4. C. tit. 35.* Pretium quippe ad æquandum valorem mercis adiectum est emtioni, *l. 1. de contrah. emt. P.* & ad magnam rem comparandam pretium modicum non sufficit. *l. ita autem, in princip. de administratio. tutor. P.* Quo fit vt si ex pluribus rebus, non constat quantum venditum sit, recurrendũ est ad quantitatem, *gloss. in l. 1. §. de superfic.* Sic quantitas pretij & rei eiusque qualitas, declarãt qualis fuerit contrahentium mẽs, & ex quantitate pretij plus minusve venditum præsumitur. *l. cum in fundo*, §. *vxor, de iure dot. P. facit l. 1. de reb. dub. P. l. quoties ad Trebel. P.* 1

¶ Iustum † itaque pretium dicetur, ratione habita æstimationis, & valoris monetæ, secundum vsum loci, eius in quo soluitur, *l. ideo in arbitrium, de eo quod cert. loc. P.* vel vbi contractus fit, *gloss. in l. semper in stipulationibus, de regul. iur. P. ibi, in regione in qua actum est, frequentatur in l. Imperator, de contrahen. emt. in P. ibi præsertim si nihil contra consuetudinem*, si tamen locus, vbi solutio facienda exprimatur, habenda est ratio valoris & monetæ, quæ ibi ex vsu fit. *gloss. in l. sed etsi susceperit*, §. *libertus, de indic. in verb. ex genere comparationis.* Sicuti in dubio, eius loci vbi certa res tradi debet, pondera, & moneta seu pecunia considerari, *l. ratio, in fin. de action. emt. P. l. contraxisse, de action. in P. 2. de bonis auctо. iudic. possiden. l. venum, si cert. petat. in P.* debet: si quid de numorum qualitate inter contrahendum placuerit, id in primis, vt in aliis conuentionibus, vt placitum seruandum est: sin minus, venditor ex omni genere monetæ, quam obtulerit emtor, sumere pretium cogitur, dummodo sit auctoritate donata à principe, & iusti ponderis. *l. 1. & fi. de veteris numismata. potestа. lib. 11. C. tit. 10.* nam eam quæ ab vsu recessit, non tenetur accipere, quia in vsuali contractum fuisse videtur. *l. si seruus plurium, ex leg. 1. l. Imperator, de contra. emt. Clem. beneficiorum, in ver. moneta currentem, de decim. facit l. numis, de leg. 3. l. cum de lanionis*, §. *asinam, de fundo instr.* 2

¶ Pretium † emtionis legitimum triplex, commune, formale, seu conuentionale, & legale. Commune, quale est illud, quo similes res in eodem loco venduntur, & æstimantur, *l. 1 §. 1. de flumini. l. pretia rerum, ad leg. Falcid. in P. l. fi. de admin. tut. Cod. l. mortis causſa*, §. *fi. de dona. caus. mort. P.* formale ex conuentione contrahentium formam accipit, quod pretium differt ab æstimatione facta, secundum rei veritatem, apud Vlpianum, *in l. in lege Falc. 62. ad legem Falci. in P.* possunt enim contrahentes se mutuo circumuenire, id est, minus pluſve circa æstimationem veram pretio adiicere, *l. in causſa*. §. *ad m Pomp. de mino. P. l. item pretio*, §. *fi. loca. P.* plura enim sunt, quæ possunt ratione personarum, vel rerum contrahentium, pretium minuere vel augere licere extra communem functionem, *vt in l. pretia rerum, ad l. Falcid.* vel quia res majorum fuit emtoris, qua de causſa etiam pluris, quam valeat interest sua à se emi, *l. si in emtione, de minori. P. l. lex quæ tutores, de administr. tutor.* vel quia res nobis confines sunt, & nobis accommodæ. *l. si cui fundus, de lega. 2. l. etsi æquo pretio, de lega. 1.* 3

¶ Legale † seu proprie legitimum pretium dicitur, quod à lege iustum dicitur, & vera cuiusque rei, semota omni affectione, æstimatio, quando iuxta reditum fit pretium. *vt l. si quos arbitrũ, 16. de rescinden. vẽdit. C. l. pen. de rebus eorum, qui sub tu. vel cura sunt, P. l. Caius*, §. *Titius, de leg. 2.* Iustinianus verum pretium rei putat rerum ecclesiasticarum, quantum de reditibus in quinquaginta annis colligitur, §. *sanctissimus, de alienation. & emphyteusi collatione, 9. tit. 3. nouella 120.* & alibi. §. *quia vero Leonis, versiculo si vero alicuius, de non alienand. rebus eccleſiast. colla. 2. tit. 1. in Authentica, est in Nouellis ordine 7.* in viginti. 4

¶ In † ciuitatibus bene gubernatis, rebus quotidiani & necessarij vsus, pretiũ iustum taxari & definiri solet, rebus venum expositis: neque debet permitti arbitrio mercatorum, vel propolarum. *L. 1. de monopol. C. li. 4. tit. 59.* Agoronomorum, ædilium vel aliorum, qui præpositi sunt politicis negotiis, cura est, vt statuãt rebus venalibus iustũ pretium, habita ratione temporum & locorum, efficiantque ne fraus legi horum fiat. *l. 1. l. 4. §. cura carius, de offic. præfect. vrb. in P. l. 1. C. de episcop. audien.* Huius rei etiam cura ad decuriones, & ad eos quos episcopos vocatos constat. *l. munerum*, §. *item episcopi de muneric. & honor. P.* Sic enim & auaritiæ, & fraudibus via præcludetur, & commercia faciliora erunt, alioquin futurum, pretia in immensum excrescere, vt remedio subueniri opportune, *l. de ætate*, §. *ex causſa, de interrog. act. P.* satius sit. Quare rectissime, Caroli noni constitutione apud Molineos lata, anno Domini 1566. statuitur, *articulo* 82. vt pretium imponatur à iudicibus rebus venalibus, potissimum edulijs: & vt 5 6

Digitized by Google

caupones, seu hospites, tabellis palam suspensis singularum æstimationem continentibus, fraudem ne faciant. Et hoc ipsum lege alia edictali nuperrime renouatum est à rege nostro Henrico eius nominis 3. Galliarum, & Poloniæ seu Sarmatiæ rege, latiusque de singulis taxandis decretum.

6 ¶Quas † vtinam tam bene exsecutioni mandarent magistratus, quantum videmus hanc turbam sordidam mercatorum, & dardaniorum & artificum, lucris intentam ex arbitrio vendentem, monopoliis tam iniquis & frequentibus, vt ipsa non legem accipere velle à superioribus, sed regi ipsi dare videatur. Sed in curia magistratuum, regum imminuit semper auctoritatem in omnibus. Exstant iura ciuilia & regni, qui illos officij admoneant, & tamen sine lege viuitur, & nihil vanæ proficiunt leges sine moribus: improbant & iura Imperatorum monopolia, & seuere puniūt, spoliatione omnium bonorum & perpetuo exsilio. *d. l. vnic. de monopol. lib. 4. C. titul. 59. vide Ioannem Berbexium in Viatorio iuris, titu. de collegiis illicitis, & monopoliis, Francisc. Lucanum in sue tractat. celeberrimo, in 2. parte principali, de casibus bonorum publicandorum, numer. 5. & 6. Iodochum Damhauderium* Brugensem, *in Enchiridio praxeos rerum criminalium.* Castigant & Imperatoriæ nouissimæ latæ in Germania leges, tempore Caroli V. in comitiis Augustę Vindeliciorum habitis, anno 1548. *cap. seu articulo* 18. eadem pœna publicationis bonorum & exsilij. Franciscus quoque primus Galliarum rex, prohibuit artificum monopolia, neve ex composito res artificij sui vna pertractarent: pœna confiscationis corporis & bonorum indicta. *in constitut. Francisci 1. de abbrevia. litium, art. 191.*

7 ¶ In † iusto deinceps pretio iudicando, consideratur valor rei, & monetæ ex tempore quo emtio facta est, & loci vbi facta, non habita ratione status, aut qualitatis rei, anterioris vel sequentis. *c. cum causa, 42. de testib. & c. cum dilecti, de emtio. cap. duum, de elect. apud Gregor. l. 2. & l. si voluntate, in fine, de rescind. vena. Cod. l. ex mille, §. 1. de euictio. P. cum simil.* Sicuti enim pretia ex diligenti cultura prædiorum augentur: ita si negligentius habita sint, minui ea necesse est. *l. 3. §. diuus fratres, de iure fisc. in P. l. ad rescindendam, de rescindend. vendi. Cod. l. final. Cod. de alluuion.* Sed inspicimus generaliter in conuentionibus, tempus quo contrahimus. Sic habita eius ratione, facile erit statuere num deceptio in pretio fuerit. Ex his enim variant rebus pretia legitima, vt & ex aliis quæ ex commoditate, fertilitate, vel sterilitate rerum contingere possunt, vt his verbis Plinius paucis admonet. *Pretia rerum quæ vsquam posuimus, non ignoramus alia in aliis locis esse, & omnibus pene annis mutari, prout nauigationes constiterint, aut vt quisque mercatus sit, aut aliquis præualens manceps annonam flagellet, non obliti Demetrium à tota Seplasia Neronis principatu accusatum apud consules.* Plinius *libr. 33. histor. natur. 13.*

De Consensu, & de Personis quæ emtionem, vel venditionem perficiunt.

Cap. 15.

1 *Vendi cur res in solidum eadem duobus possit.*
2 *Consensus emtionem perficit.*
Emtionis cum permutatione. & locatione distinctio. eod.
3 *Emtio dissensu vitiatur.*
4 *Vendens aliud pro alio, quomodo teneatur.*
5 *Mendacium in emtionibus & in venditionibus puniendum.*
6 *Adulterantis res venales ex Platonis lege pœna.*
7. & 13. *Emere aut vendere qui non possunt.*
8 *Negotiatio quare nobilioribus, & palatinis inhibita.*
Mercatura sordida est, & remouet à Reipublicæ administratione, & inibi mercaturæ detestatio, & de mercatorum vili ingenio & auaro, eod.
9 *Negotiatio prohibita ciuibus Romanis.*
10 *Clericis.*
11 *Cum barbaris & hostibus.*
12 *Emere non licere nisi à cognitis venditoribus.*

1 MIrum certe videri posset, † cur plutibus separatim vna eademque res vendi in solidum possit, *l. quoties, de rei vind. C.* & vtrique emtori in solidum obligatum vnum censeri, *l. si venditor, 17. de in diem addict.* nisi nobis rationem suggerat consensus, & obligationum eius substantia, quæ res nostras non faciūt, nec in nos transferunt, sed tantum obligant ad dandum, vel faciendum. *l. obligationum substantia, de ver. oblig.*

2 ¶Proinde † rectè tertium, quod substantiale esse dicebamus, emtionis consensus erat, quo, veluti instrumento, forma adhibetur, & res, & pretium, certitudinem, distinctionem, & pacta suscipiunt, *l. 1. §. si. & l. in venditionibus, 9. de contrah. emt. in P. l. 2. de action. cum simil.* inuitus quippe & non consentiens, vendere non cogitur sua, vt diximus. *l. inuitum, & l. in vendendis, & l. dudum, de contrah. emt. C. l. sicut, C. de actio. l. nec emere, C. de iure deliberan. l. nemo externus, de Iudæis, C.* Et grauis videtur iniuria, quæ inanti honestatis colore velatur, vt aliquid de rebus sui homines cogantur facere inuiti. *d. l. dudum*, 14. Itaque & inter absentes per nuntium, per epistolam, & alia mediante persona, ex consensu fieri poterit. *l. 1. §. si. de contrah. emt. in P. l. fin. C. si quis alteri vel sibi.* Hacque essentiali differentia abest à permutatione emtio, quæ rei interuentu tantum perficitur, *l. ex placito, de rerum permut.* & consensus in pretio, eam distinguit à locatione, *l. si quis ante, §. si. de acqui. possessio.*

¶Quare † dissensu vitiabitur emtio, siue is in corpore sit, vt si 3
vna res pro alia vendatur: secundum eam quam adfert distinctionem Vlpianus, num præsens sit & demonstratum corpus, vt tunc error in substantia non vitiet emtionem: si non certum sit, vitiet, *d. l. in venditionibus, 9. de contrah. emt. Paulus in l. aliter, 10. & l. quid tamen, 14. eo. tit.* vel si demonstratum sit cæco, qui nō videt: nec consentire videtur, si ei æs demonstratum pro auro vendatur. *l. alioquin, 11. de contrah. emt.*

¶ Idipsum, † si mensam argento coopertam mihi ignoranti, 4
pro solida imprudens vendidisti, nulla est emtio, pecuniaque eo nomine data condicetur, *l. cum ab eo. 41. §. fin. de contrah. emt.* vel si partem argenti retinere velit, quanti sua interest non fuisse deceptum, actione ex emto consequetur. *§. fi. de emt. apud Iustin. Paul. in l. si sterilis, 22. §. quamuis, de actio. emt. P.* Quod latius explicat alio exemplo Marcellus ex Labeonis responsis, in eo qui interpolata vestimenta pro nouis emerit, cui ex Trebatij sententia, quam Pomponius probat, præstandum id quod interest: si ignorans emerit, etiam si ignoraret venditor: & si sciebat, ad damnum quod ex eo contigit teneri. Quemadmodum, si vas aurichalci pro aureo vendidisset, præstari debere aurum. *in l. Labeo, 45. de contrah. emt. P. l. Iulianus, de actio. emt. P.* quod vendidit. Hic enim & inæqualitas pretij cum minoris valoris re, & fraus resiliri à conuentione suadet, dolique mali exceptio, quæ contractus infirmat, *l. eleganter, de dolo,* vt latius alibi proprio loco traditum est.

¶ Et † consensum liberum impedire mendacium ignotum 5
non est: quamobrem iusta lex fuit, qua ædiles, seu fori curatores, duas res curare debent: cum vt in foro modestia seruetur, tum vt mendaciis abstineant, non vendentes modo, sed etiam ementes, vt ait Theophrastus de Legibus, quem citat Suidas, *in dictione* κατὰ dum explicat illud, κατὰ τὸν ἀγορᾶς ἀψευδίαν ὅρκια.

¶ Plato ad † vitandum mendacium, & ne quis verbis ad e- 6
mendum carius falso alliciatur, legem præstantem condidit, quæ in nostris mercatoribus desideratur. *Lanx*, inquit, 11. *de Legib. rei venalis, & iuramentum longe absint. Eum vero qui hanc legem transgreditur, quilibet ciuis non pauciores quam triginta natus annos cum iurantem audierit, impune verberibus cedat: quod si non fecerit, legum proditor habeatur. Eum vero qui legi non obtemperauerit, remque adulteratam vendiderit, quicunque aduertit, potestque, arguat: & qui coram magistratibus redarguerit, seruus quidem aut inquilinus, rem adulteratam secum asportet. Ciuis vero, si accusare neglexerit, improbus habeatur: sin accusauerit conuicerit que, diis qui foro præsunt, dedicet. Huius autem rei qui manifeste deprehensus fuerit venditor, non solum reipsa priuetur, verum etiam tot verberibus publice cædatur, quot drachmis vendebat, præconum verbo, caussa cur verberetur declarata.* Valet nihilominus & emtio, si ego me virginem emere putarem, cum esset iam mulier, in sexu enim non est erratum, *l. alioquin, 11. quod si, de contrahend. emtio.* sed valet eatenus, vt actione ex emto agatur ad resoluendam emtionem, *l. ex emto, §. si quis virginem, de actio. emt. P.* Ignorantia tamen emtori prodest, quæ non in supinum hominem cadat. *Paul. l. etsi consensum, 15. §. ignorantia, de contrah. emt. P.*

¶ Quia † itaque consensus exigitur, furiosi nulla erit vendi- 7
tio, vel emtio: quia nec is consentire dicitur nisi in dilucidis furoris interuallis, *l. 2. Cod. de contrahen. emt. §. 1. eod. titul. apud Iustinia.* non vendit pupillus sine auctoritate tutoris, *l. pupillus, 5. §. pupillus, de auctorit. tutor. P. l. quacunque, 18. §. final. de pub. in rem actio. P. libr. 6. titul. 2. quis à quolibet, l. 27. de contrahen. emt. P. l. si id quod, 7. §. si pupelli, de rescind. vend. P. libr. 18. titul. 5.* nec emit, cum suo incommodo: alios namque in hac emtione, vel venditione sibi obligat, ipse autem aliis non obligatur. *l. Iulianus, 14. §. si quis à pupillo, de action. emt. P. libr. 19. P. titul. 1.* Idipsum si quis emat ab eo, cui sit bonis interdictum, *Pomponius l. si sciens, 26. de contrahen. emt. in P. l. is cui bonis, 6. de verbor. obligat.* iltius namque nulla veluti furiosi voluntas est. *l. furiosi, 41. de reg. l. iur. in P.* Neque tutor à pupillo suo, seu auctore, emere potest: alio auctore, potest. *dict. l. pupillus, §. item ipse tutor, de administr. tutor. l. non existimo, de administra. tuto. in P. l. si in emt. §. final de contrah. emt. P.* Sicuti & aliis administratoribus publicis temporalibus recte interdictum est, emere à subditis. *in l. qui officij, & l. non licet, de contrahen. emt. P. l. auferetur. §. quod à præside, de iure fisc.* Notantur & casus aliqui similes, à gloss. l. dudum, in verbo, nisi lex, de contrah. emt. C.

¶Nobiliores † natalibus, & illustres, non quidem ab emtioni- 8
bus ne-

Digitized by Google

bus neceſſariorum,vel immobilium arcentur, ſed à vili negotiandi exercitio,vt tenuioris vitæ homines facilius commercia exerceant,*l.3.C.de commerc.& mercat.* neve dignitatis impreſſione voluntates contrahentium intercipiant:quare & militibus,*l. milites,C.de loca.l.milites,de re milit.li.12.C.l.vni.titu.negotiator.ne militent,li.12.C.*& palatinis,*l.ſi.de reſcinden.vend.C.l.ſcriniarios,de numerariis & actuariis,lib.12.C.*negotiatio inhibetur.Et generaliter indigna & à probis honeſtiſque viris ſemper aliena viſa eſt negotiatio, quæ lucri cauſſa exercetur. Et proinde lex negotiatores hos ſummouit ab officiis prouincialibus,*l.ſi cohortalis,de cohortali,lib.12.C.*à militiæ ſacramento,*l.1.negotia.ne milit.* ab omni fere dignitate,*l.ne quis,de dignitati.li.12.* Et apud Thebanos quoq; lex,vt nemo habilis eſſet ad reipubl. munera ſuſcipienda,niſi per decem annos à mercatura deſtitiſſet. *Ariſtot. 3.Politic.c.3.* Cicero ſordidos exiſtimat eos, qui mercantur à mercatoribus:nihil enim proficiunt,niſi admodum mentiãtur. *Cicero 1.Officior.*D. Chryſoſtomus ſcribit,nullum Chriſtianum eſſe debere mercatorem:quod nullus mercator Deo poſſit placere,&c.*cap.ejiciens,18.diſtinct.c.quid aliud,eo.* Etenim mercator, ex diametro peccat in illud quod monet D.Paul.*1.ad Theſſal.4.* inquiens,*ne quis in iudicio circumueniat fratrem ſuum.* Et Plato genus mercatorum maxime vitioſum eſſe docet,dum ſcribit longe à portu maris ciuitates eſſe ædificandas:ne commerciis ciues ſe dedant: quod ciuitas cauponando cum mercibus & diuitiis, repleatur morib. infidis & inteſtabilibus, fiantque ciues doloſi animis. *Plato in princ.li.4.de Legib.* Annotauit & Cicero Phœniſſes primos mercatores,mercibus ſuis auaritiam,magnificentiã, & inexplebiles cupiditates primum in Græciam intuliſſe,*Cicer. 3.de Republ.* Vilem & virtuti aduerſam mercatorum & artificum vitam,dixit &Ariſtoteles.*7.Politicor.cap.9.* Et Leo ſummus Pontifex, melius ait eſſe diſpendia pati, quam negotiationis periculis adſtringi:quia difficile ſit inter ementis vendentiſque cõmercium, non interuenire peccatum. *cap.qualitas lucri,de pœnit.diſtin.5.* Heſiodus imprudentem animum vocat, qui ad mercaturam conuertitur,his verbis, *Heſiod.libr.1.operum & dierum.*

ἔνθ' ἂν ἐπ' ἰμπορίην τρέψας ἀκέσπορα θυμὸν,
βίλλαν χρήιατ' ὀφείλων, ἐπὶ χρέμα πεῖρα, &c.

id eſt,

Quando ad mercaturam,verſo imprudente animo,
Volueris & debita effugere,& famem inamœnam, &c.

Et Demoſthenes,*pro Phormione.* ἔστι δ' ἐν ἰμπορίᾳ καὶ χρήμασιν ἐργαζομένοις ἀνθρώποις, φαίνεται δίκαια καὶ χρήσιμα τὰ αὐτὰ, θαυμαστὸν ἰδεῖν,id eſt,*eſt autem in mercatu,& inter homines pecuniarum quæſtũ facientes,eundem induſtrium videri & probum eſſe ingens miraculum.* Nec ad rem facit,quod ij ſint valde vtiles reipublicæ, quod neceſſaria vt vendant egentibus comparent:hoc enim verum eſt, ſed ideo non illi meliores,quod nobis vtilia adferant,& diſtrahant:id enim potius ſui lucri quam noſtri cauſſa actitant. Licetque de mercatoribus dicere, quod Iſocrates Rhetor de Athenienſium ciuitate,*eos ſcortis ſimiles eſſe;etenim qui illarum venuſtate caperentur, vellequidem omnes rem cum ipſis habere : neminem tamen eſſe tam ſui ipſius contemtorem,qui matrimonium cum ipſis iungere dignetur,*vt refert Ælianus *li.12.de varia.hiſtoria.c.3.P.* Cauſſas quę ad mercaturam hos homines compellunt recte expreſſit Horatius *li.1.carm.Ode.1.*

Luctantem Icarijs fluctibus Africum.
Mercator metuens,otium,& oppidi
Laudat rura ſui:mox reficit rates
Quaſſas,indocilis pauperiem pati.

Et alibi,*Horat.1.Epiſt.epiſt.1.*

Impiger extremos curris mercator ad Indos
Per mare,pauperiem fugiens,per ſaxa, per ignes.

Dauid. *Quoniam,* inquit,*non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini: Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius. Pſal.70.* Et Eccleſiaſticus,*difficile exuitur negotians à negligentia,& non iuſtificabitur caupo à peccatis labiorum. Eccleſ.c.26.*

9 ¶ Aliquando † Romæ nemini ciuium Romanorum licebat comparare,aut ſordida opificia exercere:ſed qui Romæ hęc faciebant, inquilini erant. *Dionyſ. Halicarn, libr. 9. antiquit. Roman.*

10 ¶ D.Hieronymus,† *mercatorem clericum quaſi peſtem fuge.c.negotiatorum,88.diſt.* Prohibitum & in concilio Tarraconenſi clericis,ne negotientur,& ſi ſint,cohibeantur à clero.*ca.canonum ſtatuta,14.q.4.c.1.ne cler.vel monach.ſecul.negot.ſe immiſce.2.ad Timotheum 2.Nolite,* ait Dominus,*facere domum patris mei,domum negotiationis,diui Ioan.Euangeliſt.c.2.Zachar.c.14.* Zacharias prædixit, *Non erit mercator vltra in domo domini exercituum in die illa.l.2.& 4.de commer.& mercat.l.2.quæres vend. non poſſ.C.*

11 ¶ Prohibentur commercia & emtiones cum barbaris , & hoſtibus:ne ematur publica annona à priuatis,niſi in locis deſtinatis.*l.pen.quæres vend.non poſſ.*

12 Lex †Caroli Magni:Nullus comparet caballum,bouem &iumentum,vel alia,niſi hominem agnoſcat,qui vendidit , aut de quo pago eſt,aut vbi manet,aut quis eſt eius ſenior , *in capitularibus Caroli Magni, capitulari quod de niumacz , d.c.penult.* quod iuri ciuili accedit,*l.in ſimile, C.de furt.*

¶ Qui † domini non ſunt, ſuo nomine vendere nequeunt, vt 13
in rebus alienis non alienandis paulo ante diximus , *& titul. de re.alien.non alienan.C.etſi quis alteri vel ſibi,*C. niſi vel procuratorio nomine pro aliis vendant , *l.Iulianus, §.ſi procurator, & §.ſi quis colludente,de act.emt.li.19. P.tit.1.*vel emant,*l.1.3. l.multum intereſt,&. l.ſi.C.ſi quis alteri vel ſibi,& c.li.4. C.tit.50 .* vel iuſſu aliorum,*vt in l.ſi liberam 10.& l.dominum,12. quod cum eo qui in alien.poteſt.&c.lib.4. C.tit.26.toto titulo quod iuſſu.* Et generaliter domino cui licet donare,& de rebus ſuis libere diſponere,licet & vendere,*l.cui ius eſt,124.de reg.iur.* paucis exceptis,*de quib. glo. in d.l.cui ius eſt.*

De Laudimiis,ſeu de Obuentionibus aduentitiis fundi cenſualis ſeu beneficiarij.

Cap.16.

1 *Clientelare prædium non poteſt vendi ſine conſenſu ſuperioris domini.*
1.& 2.*Laudimiorum iure quantum præſtetur.*
2 *Venditio,*à prix d'argent,& à franz deniers,*quid.*
3 Quintz & requintz *in laudimiis quid.*
4 *Laudimia debita tantum ex vera venditione.*
5 *Laudimia ex quibus non debentur.*
6 *Laudimia num debeantur ex redhibitione gentilitia, vel pactitia.*
7 *Num ex Donatione.*
8 *Permutatione.*
9 *Re feudali.*
10 *Precarij conſtitutione.*
11 *Venditioni prædij, debet apponi in inſtrumento,cuius dominij ſit cenſualis.*
12 *Ex tranſactione.*

QVia de conſenſu †perſonarum præcedenti capite actũ eſt, ordo poſtulat, vt de conſenſu dominorum agamus. *Quid emphyteoſis,docet §.adeo,loca.& l.1.de iur.emphyt.Cod.l.1. ſi ager vectiga.vel emphyt.peta.P.*qui prædia ſub cenſu ſeu penſione annua in emphyteoſin dederunt agricolis,vel aliis, vt per ſe, vel alterius induſtria,ſuis tamen ſumtibus excolerent.Et proinde quãdo hæc prædia,quæ in ſuperioris clientela ſunt, veneunt, conſenſus patroni clientelaris beneficiarij habendus eſt : iſque interpellandus,num velit iure ſibi retinere,vel probare alteri factam venditionem.Huiuſque auctoramenti gratia,partem pretij rei venditæ quinquageſimam ab emtore recipit iure ciuili.*l.ſi. C. de iure emphyt.* Cui tamen hodie conſuetudo longiſſimo tempore vſurpata, vel priuilegium,vel pactum, derogat, vt plus, minuſve ſoluatur, *l.1.& argumento,l.2. Cod.de iure emphyt.* & ita quod obtinuit ſingulari iure inſpicimus : conſuetudine namque Turonum duodecima pars pretij , vt viginti denarioli pro libra laudimiorum nomine,ſeu,vt dicunt,ventarum, ſoluitur, *in conſuetud. Turonenſ. c. des vachapiz & ventes , articul. 6. cap.15.*receptum idipſum apud Bleſios,*in conſuetu. Bleſiorum, titul.de la matiere cenſ.articul.36.37.*apud Bituricenſes in laicorum cenſualibus, nam in eccleſiæ fundis beneficiariis debentur duo ſolidi pro libra. *in conſuetu. Biturig. titul. des couſtumes des fiefz §.18.* In aliis locis hoc quoque ſeruatur, alibi tamen diuerſo modo.Et longum eſſet me ſingula perſequi,quæ etiam abunde ſubminiſtrabit liber qui inſcribitur , *Le grand couſtumier de France.* 1 2

¶Monebo †ſolum in iſtis cenſendis laudimiis,diſtingui inter 2
iura debita laudimiorum ex venditione facta *à pris d'argent,* & debita,ex venditione facta *à francs deniers.* Nam quando fit *à pris d'argent ,* ſoluuntur laudimia ab emtore iure communi , ſeu ex conſuetudine communi:at quando fit *à francs deniers,* id eſt,pecunia libera & non onerata laudimiis.

¶ Quando † videlicet venditor ſuſcipit onus ſoluendorum 3
laudimiorum,& vendit liberam rem à præſtatione laudimiorũ, tunc dicunt ſolui *Quintum,*& *Subquintum,* nomine laudimiorum domino cenſuali,id eſt,*quint & requint du pris:*vt in hoc exẽplo explanatum habet:veluti ſi res veneat mille lib.liberis pecuniis,ſeu *à francs deniers,* quinta pars pretij , erunt ducentæ libræ:harum autem ducentarum quinta pars erunt quadraginta. Sic habes pro quinto & ſubquinto 240.libras, & ita ſi occurrãt hæc verba intellige,in conſuetudinibus,*in conſuetudinibus de Paris,tit.des cenſiues & droictz ſeigneuriaux,artic.24.53.55.& aux couſtumes d'Orleans, Meaux,* Blois,*&c.*& regiis conſtitutionibus,& in feudorum alienatione.

¶Aduertendum igitur hæc laudimia integra, ſecundum con- 4
ſuetudinem locorum , deberi tantum ex vera venditione , quæ conſtat pretio, & merce:non autem in aliis alienationibus, niſi

Digitized by Google

quatenus accedunt emtioni, & pretium referunt, & vere alienationem faciunt.

5 ¶Proinde † non debentur laudimia ex remissione, quæ fit inter socios coheredes, *Barth. in l. fin. de condictio. furti. in P. Guido Papæus, in decis. 411.* hæc ex emtione necessaria, *ita iudicatum dicit Ioannes Papus, l. 13. Rhapso. Arestor. tit. 2. aresto. 22. argumen. l. Cæsar, de public. P. l. magna, C. de furt.* qualis accidit in diuisione rei communis, quæ nonnisi ex licitatione fit, § *eadem, de officio iudic. apud Iustin.* & in datione rei in dotem filiæ, etiam si res æstimata sit, *Auferius in quæst. Tholos. 278. & ita iudicatum vt non debeantur ex illa datione, refert Papus d. li. 13. tit. 2. aresto 24.*

6 ¶Et † in redhibitione seu retractu rei venditæ, si cum contractum est, eodem instrumento & tempore, pactitia redhibitio adiecta est, quia vna est venditio conditionalis, & ideo semel tantum laudimia debentur, *Papus dicto tit. 2. arest. 23. arg. l. si pro fundo, C. de transacti.* cõtra si postea & pretio soluto redhibitio permissa. *l. si à me, ad leg. Falcid. in P. Tiraquell. §. 6. de retract. conuentio. num. 4. 7. 12. 19.* Quod & arbitror locum habere in redhibitione gentilitia: Nam si laudimia soluerit emtor, à quo proximus venditoris retrahit, tenetur emtori rependere, & rursum ex retractu alia laudimia persoluere: qui hæc retractio noua censetur venditio. *Albericus de Rosato in 1. parte statutor. q. 95. & 96.* Et ita de consuetudine seruari tradit Boerius *in glo. 1. §. 5. de retract.* Imo & placuit eundem emtorem rursum teneri ad alia laudimia, si proximus cessit emtori ius retractus, accepta pecunia, quod noua venditio censeatur per supplementum pretij. *notæ Cyn. de Pistorio, in l. 1. §. secundo quæritur. de fideiussor. minor. C.* Et ita seruari idem Bocrius de consuetudine vult, *in d. glo. 1.*

7 ¶Num † autem pro donatione rei censualis debeantur laudimia, controuersum aliquando, nec deberi voluit Speculator, *titu. de locato. §. 107. & 110.* & Petrus Iacobi *in praxi titu. de action. quæ pro re emphyteotica, quæ cadst in commissum, competit.* consuetudine tamen Delphinali receptum est, dimidiata laudimia pro donatione deberi, & ita iudicatum. *Guido Pap. q. 48. Papus li. 13. Rhapsodiæ Aresto. tit. 2. arest. 19.*

8 ¶Idipsum † & in permutatione traditur, vt iure ciuili non debeantur, sed tantum ex consuetudine Delphinali, media. *Guid. Pap. in d. q. 48.* Et ita in capel. Tholosana conclusum, citra consuetudinem non deberi ex permutatione simplici, vbi pretium non adest, laudimium. *disput. Guid. Pap. decis. 92. & consil. 46. Petr. Iacob. in praxi, tit. de libello actionis in rem, pro re emphyteoticaria, in fine. Iason tractat. de iure emphyteotico. in l. final. Cod. de iur. emphyt. q. 60.*

9 ¶In † regno Galliæ etiam, pro rei feudalis venditione, & pro inuestitura non accipiuntur laudimia à domino directo, exceptis patria Delphinali, & aliis quibusdam singularibus locis. *Guido Pap. decisio 415. num. 3. Petrus Iacob. titul. de actio. in rem quæ pro re feudali competit.*

10 ¶Item † placuit, vt ex simplici constitutione precarij, aut alia ficta traditione, dominus directus non possit petere laudimia, antequam emtor adipiscatur realem possessionem, cum laudimia de iure debeantur domino directo pro labore inuestiturę, & vt in possessionem emtorem inducat realem, *Guid. Pap. qu. 101. num. 3. per l. fin. C. de iur. emph.* & ante eam, poterit pro canone & pensione agere contra venditorem.

11 ¶Cautum † constitutione regia, vt tabelliones, qui scripturas venditionum conficiunt, in illis exprimant cuius dominiue directi clientela sit quantumve census nomine penditur, imminēte commisso, *Guid. Pap. q. 24. num. 1.* à quo tamen venditor liberam rem existimans, & pro tali vendens expresse liberam, excusatur ignorantia, quod dolose non fit inficiatus dominium.

12 ¶Non † debentur etiam ex Transactione, per quam res controuersa relinquitur aliquo, quamuis dato penes antea possidentem, *Saxonius in consuetudine Turoniæ titu. comme le fief se doit offrir au seigneur, §. fi. colum. 1. Tiraquell. tract. de retract. gentilitio, §. 1. glo. 14. num. 63.* contra si à possidente in non possidentem transeat. *prædicto loco Tiraquell. & expresse in conjuct. Andegauensium, art. 360. Petrus Iacob. in tit. de action. in rem, pro re emphyteo. colum. 12. vers. si res detur ex causa transact.*

De Forma quæ consensu per pacta accedit emtionibus, & venditionibus, de arrha, scriptura, de in diem addictione, de lege commissoria, & aliis quibusdam.

Cap. 17.

1 *Arrhæ datio quid efficiat in contractu emtionis, annulus pro arrha.*
2 *Scriptura de emtione consensu facienda suspendit emtionem.*
3 *Addictionis in diem, pacti natura & forma.*
4 *Venditio per addictionem in diem, quid differat à conditionali.*
5 *Conditio melior in pacto addictionis in diem quæ sit. Et quis possit offerre. num. eod.*
6 *Addictionis in diem duo singularia.*
7 *Venditio per addictionem in diem quando resoluatur.*
8 *Fructus percepti, pendente addictione in diem cuius sunt.*
9 *Commissoriæ legis pactum in emtione, quid.*
10 *Fructus percepti resoluta emtione, per legem commissoriam, cuius sint.*
11 *Commissoriæ legis pacto, quando vti non possit venditor.*
12 *Commissoria lex reprobata in pignoribus.*
13 *Pactum, si res displiceat sit inemta, validum.*
14 *Redhibitionis pactum in emtione validum.*
15 *Pacta, quæ adijci emtionibus possunt, seruanda.*
16 *Seruus venditus ne certo loco maneat, num pacto fieri possit. Aliaque pacta seruorum venditorum, eod.*
17 *Simplæ & duplæ pro euictione pacta in emtione.*
18 *Habere licere promissio quid contineat.*

QVanquam consensu solo perficiantur emtiones & venditiones, vt monuimus, nihilominus ex consensu alia accedunt, quæ vel emtionem factam docent, vel modum adiiciunt, & vberiorem formam cõtractui. Et ex placito datur extra substantiam contractus arrha, quæ addit probationem futuræ emtionis, vel contractæ, & conueniſſe de pretio. *l. quod sæpe, 35. de contrah. emt. P. §. 1. eod. apud Iustinia.* Verum hoc efficit arrhæ datio, vt liceat pœnitere post factam emtionem, antequam pretiũ & res tradantur: cum pœna tamen, vt si emtor pœniteat, arrhas datas perdat: si venditor, duplicet easdem emtori, *d. §. 1. de emtio. apud Iustinia. de pacto arrharum, in l. 1. de pact. inter emtor. C. l. de lege commissoria, 6. & l. fi. de leg. commisso. P.* nulla tamen alia fit petitio eius quod interest, quando quis resiliit arrhis datis: nam accipiendo, vel dando arrhis, hoc conuentum videtur, vt liceat pœnitere tantummodo cum iactura, vel duplicatione arrharũ, etsi nihil de hoc in arrharum traditione dictum sit. *d. §. 1. & ibi gloss. in verb. compellitur.* Sic qui emtionem tueri vult, non potest actione ex emto: quia eligendo sibi præiudicium fecit, & sibi viã præclusit, *argum. l. quod in heredem, de tributoria in rem actio. P.* videtur enim arrha tantum spõsionis perficiendæ pignus: quod & Plinius iudicare videtur de annulis loquens. *Celebratior,* inquit, *quidem vsus, scilicet annulorum, cum fœnore cœpisse debet argumento est consuetudo vulgi ad sponsiones etiamnum annulo exsiliente, tracta ab eo tempore, quo nondum erat arrha velocior: vt plane affirmare possimus, nummos ante apud nos non cœpisse annulos. Plinius li. 33. c. 1.* 1

¶ Affinis † est consensus de scriptura emtionis facienda, ante cuius perfectionem, antequam videlicet tabellione fuerit recepta, & in mundũ translata, non dicitur emtio perfecta: nõ quod ex scriptura pendeat emtionis substantia, sed quod de ea consensus placitus fuit. *§. in his autem, de emtio. l. contractus, de fide instrumentor. C.* 2

¶Tertio † ex consensu additur forma pacti addictionis in diẽ, cui modus non conditio inest, quamuis illud sub conditione resoluatur *l. 2. de in diem addictio. li. 18. P. tit. 2.* Eius pacti exemplar est: ille fundus centum esto tibi emtus, nisi quis intra calendas Ianuarias proximas meliorem conditionem fecerit, quo res à domino abeat. *l. 1. de in diem addict. P.* Emtor qui hoc modo emit, ante oblatam conditionem meliorem, dominus rei est, rẽ vindicare, & pignori dare potest: meliori tamen conditione oblata, pignoris causſa desinit. *l. si ex duobus, 6. P. §. sed & Marcellus, de in diem addict.* item & interdicto quod vi, aut clam vti potest. Et in summa, commodum & incommodum omne ad eum interim pertinet, quamdiu nullus exsistat, qui meliorem cõditionem adferat, vel falsus, qui offerat, exsistat. *l. eum qui emit, 7. l. item quod dictum, 9. eo. tit. P.* Verum exsistente offerente meliorẽ, fructus refundere debet venditori emtor, quos perceperit ex re, eique omnes cedere actiones, *proxime citatis ll. item, & item quod,* à quo tamẽ repetet pretium solutum, *l. si. de in diem addict.* & quæ legitime in rem impenderit, *l. Imperator Seuerus, eo. tit.* & ex Iuliani sententia, is cui res in diem addicta est, vsucapere potest, & fructus, & accessiones lucrari, cum periculum ad eũ pertineat, si res interierit, *l. 2. eo. tit.* 3

¶Quoniam † post interitum rei, iam nec adferri melior conditio potest. *l. 3. eo.* Quod longe diuersum in conditionali venditione, in qua vsucapere emtor non potest, nec fructus ad eum pertinent. *l. 4. eo. l. 2. §. si sub conditione, pro emtore.* 4

¶Porro † melior conditio offerri videtur, si pretio fuerit adiectum, aut si fiat ex secũda emtione locus opportuniot, vel solutio facilior, vel persona magis idonea emtoris secundi, si leuioribus ematur conditionibus: & breuiter, si quid vltra priorẽ venditionem ad vtilitatem venditoris in secunda fiat, melior dicetur conditio, *l. eum qui emit, §. fin. & quicquid enim, de in diem addi. facit §. plus, de actio. c. 1. de petitio.* idoneusque emtor nõ tam ex patrimonio, quam ex fide existimatur. *l. si quis ita stipulatus, §. fi. de ver. obli. l. fideiussor locuples, qui satisda. cog. P.* 5

¶ In † hoc pacto duo singulariter obseruanda sunt. Primum, quod venditor qui dicit se inueniſſe meliorem venditionẽ secundi emtoris, certiorem faciat priorem emtorem: Eo quod in pote- 6

Digitized by Google

potestate prioris situm est, tantundem offerre, vt ita secundo præferatur, pari oblata conditione. *l. Imponius, in l. licet, 10. & l. in l. necesse est, 11. de in diem addict.* Alterum, quod resoluta priore venditione, per meliorem oblatam conditionem secundæ, addictione, fructus qui percepti sunt à priore emtore, qui restitui debent, venditoris sunt, neque transeunt in secundum emtorem, nisi aliter cautum sit *l. si venditor, 17. §. fi. de in diem addict. l. item quid dictum, 9. eod. l. Valerius Patronus, 50 de iure fisc, lib. 49. P. tit. 14.* Item & illud singulare, vt exstincta vel interemta re vendita principali, fructuum nomine vel accessionum, addictio fieri non possit: quia alterius rei, quam eius quæ distracta est, non solet addictio admitti. *l. si res, 5. de in diem addict.* nisi ex duabus rebus venditis, altera adhuc supersit, *l. si ex duobus, 6. eod.* pro parte denegata quoque addictione. *l. quod autem, §. final. cum 3. ll. sequ. eod.*

7 ¶Personæ † quæ meliorem conditionem offerre possunt, & quibus addicere potest venditor, distinctionem non habent, si modo sint ad contrahendum alioquin idoneæ, & subsistat emtio secunda. *l. si venditor, 17. §. sed etsi, eo* & vere offerant: nam falsus emtor subiectus priori, non nocet. *l. eum qui, §. cum igitur, de in diem addict.* Itaque & ipse emtor, licitatione vincere potest, & seipsum, & secundum emtorem. & ita vti in diem addictione: & si duo eo pacto emerint, alter illorum offerre meliorem cõditionem potest, & addictione vincere, *l. quod si vno, 16. §. verum est, eo. tit.* & resoluitur venditio prior, videlicet si venditor oblatam meliorem conditionem admittat, non aliter: quia in eius potestate est rencere, nisi actum quoque sit in pacto, vt oblata meliori conditione liberum sit priori emtori resilire. Nam tunc oblata meliore, volente emtore, etiam repugnante venditore dissoluta erit emtio prior. *l. Sabinus, 12. de in diem addict.* Cauendũ tamen est, vt notat Paulus, ne emtor alium non idoneum emtorem, qui soluendo non est, subiecerit, cui maiori pretio res addicta est. Nam tunc datur actio venditori aduersus priorem emtorem, & pro fructibus, & quanti sua interest non esse id factum, vt & si deterior res facta est. Si autem nec emtor, nec venditor subiecerint eum, qui eum idoneus non esset, tamen pluris ei addicta est res, abitum est à priore emtione. *Paulus in l. si venditor, 17. de in diem addict.*

8 ¶Quod † si emtor ipse primus licitatione secundum offerentem meliorem conditionem vicerit, & tantundem obtulerit, illud dignum obseruatione est, vt ex noua emtione censeatur dominus: & ita fructus ante perceptos restituere cogatur à priore emtione venditori. & *l. Sabinus, 12. de in diem addict. P.* præter corpus, nihil sequitur quod venierit, *l. si venditor, 17. §. præter, eo.* Si autem intra certum tempus pacto placitum non offeratur, melior conditio, pura emtio censetur: & à tempore emtionis facit fructus suos. *l. 2. de in diem addict.*

9 ¶Quarto † loco, ex consensu forma emtioni datur, per pactũ legis commissoriæ. Lex, *lex, id est, pactum l. 1. §. si conueniat, de postit, l. legem quã dixisti, C. de pact.* commissoria est pactum in pura vẽditione quæ tamen sub conditione resolui potest, *l. 1. de lege commissor. lib. 18. P. titul. 3.* ea lege factũm, vt si ad diem dictam pecunia soluta non sit, res sit inemta, *l. 2. eod. tit.* scilicet si venditor, in cuius fauorem hoc pactum fit, inemtam esse velit, non aliter. *d. l. 2. & 3. eod.*

10 ¶In † qua lege hoc agi intelligendum est, vt emtor rei emtæ sibi, suoque iure fructus percipiat. Sed si res reuenisset, vt vtar verbis Neratij Iurisconsul. id est, per conditionem redeat ad venditorem, non soluto, intra tempus constitutum, pretio, de his datur iudicium in emtorem. Quod nihil penes eum residere oporteret ex re, in qua fidem fefellisset, *Neratius in l. fundo, d. l. 5. de leg. commiss.* nisi partem pretij emtor iam soluisset, & illud perdat, nõ ex soluta fide. quemadmodum fit de arrhis. *§. 1. de emt. apud Iustin.* Nam tunc Neratij humanior sententia visa est, vt qui ita perdidit, fructus interdum lucretur. *l. 4. §. 1. eo.* siquidem plerunque in emtionibus dantur arrhæ, vt dixi, quæ, si intra definitum tempus non soluatur pretium, resoluta emtione, remanent penes venditorem. *l. de lege commissoria, 6. eod. l. 1. de pact. inter emt. & vend. C. li. 4. tit. 54.*

11 ¶Ceterum † cum in solius venditoris potestate sit, vti effectu huius pacti, *d. l. 2. & 3. de in diem addict.* eleganter respondit Papinianus, statim vt commissa lex est, hoc est, vbi aduenit dies constituta solutioni, & ea facta non est, statuere venditorem debere, vtrum commissoriam velit exercere, an potius pretiũ petere: nec posse, si commissoriam elegerit, postea variare. *l. si fundus, 4. §. eleganter, eodem.* Quamobrem, si post diem lege commissoria comprehensum venditor legem dictam non exercuit, seu partem reliquæ pecuniæ accepit, videtur recessisse à commissoria. *in dict. l. de lege commissoria, §. fin.* Idipsum quoque si post diem debitum *l. penult. eod.* pretium, vel vsuras pretij. *l. 4. C. de pact. inter emt.* petiit, nec postea ad eam redire potest. Simili modo, si die statuta, vel ante, emtor obtulit pretium, vel ablente venditore, se solutioni faciendæ paratum esse contestatus est, & pecuniam consignatam deposuit, euitabit legem commissoriam. *l. 4. §. fin. & l. fin. eo.* Cui rei ea quæ de mora anteuertenda dicuntur, conuenire possunt. *ex l. traiectitia, de actio. P. l. acceptam, de vsur. C. l. obsignatione, C. de solut.* Quod & in aliis similibus casibus statuendum, quibus constabit per emtorem factum nõ esse, seu non stetisse, quominus solutio fieret: nam quemadmodum factũ eius, mortuo venditore, si cum posset soluere tutor pupillis vẽditoris datus, non soluit, ei nocet, quia per eum stetit, *l. Scius, 10. de rescinden. vendi. lib. 18. P. tit. 5.* nec moram purgat, *l. traiectitia, 12. §. fin. de act. P.* ita contra, si per eum non stetit, nocere ei lapsus temporis non debet. Dissoluta per legem commissoriam emtione agit venditor actione ex vendito pro repetitione rei vẽditæ & traditæ, item & rei vindicatione *l. 3. & 4. C. de pact. inter emtor. l. si quis hac, de rei vindic. P. l. ea lege, de condict. ob caus.* Eademque actione ex vendito repetit fructus ex re perceptos, & in quantum deterior facta sit res. *l. 4. de lege commiss. P.* Item si conuentum sit in eo pacto, vt si eandem rem alij venderet venditor, quanto minoris à priori repetat. *d. l. 4. §. in commissoria, l. sed Ce sus, 6. §. si fundus, de contrah. emt. in P.*

12 ¶Hoc † pactum legis commissoriæ in emtionibus probatum est, at in pignorum constitutione reprobatum, vt impium: vt si quis ita pignus ob pecuniam datam mutuo acceperit, si intra certum tempus pecunia soluta non sit, pignus repeti non possit. *l. fi. de dictis pignorum, & de lege commissoria in pignorib. rescindẽda, li. 8. C. tit. 35. c. significante, c. 7. de pignor. li. 3. Decretalium, titul. 21.* Quinto, † aliud pactum adiici potest emtioni, vt si res vendita, displicuisset emtori intra certum tempus, redderetur: ratione cuius, actio ex emtõ est, vel proxima in factum datur. *l. si conuenit, 6. de rescind. vend. P.* Si enim res displicuerit, sub conditione vẽditum resoluitur, & redhibitoria actio aduersus venditorem competit, *l. pen. de edil. act. C. li. 4. tit. 58.* valetque hoc pactum & ad tempus certum conceptum, si intra diem certum displicuerit: & in perpetuum, si in perpetuum displicuerit: & sine tempore quo casu num displiceat intra sexaginta dies exprimendũ est. *l. quod si nolit, 3. §. si quid ita venierit, de edil. edict. li. 21. P. tit. 1.*

13 ¶Sexto, † aliud pactum redhibitionis adiicitur, quod vocant pactum de retrouendendo, vel reemere, de quo postea, Deo fauente, dum de redhibitione agetur. Eius forma est, vt emtor rem restituat, si intra certum tempus ei pretium restituatur, vel quandocunque restituemus. *l. 2. de pact. inter emtor. & vendi. C.*

14 ¶In † summa alia pleraque pacta, tempore contractus inter emtorem & venditorem possunt fieri, quæ seruanda sunt, si iure non reiiciantur, & ab emtione posteriore pacto non recedatur, *l. pen. de pact. inter emt. & venditor. C.* obseruatis pactis quæ addunt, vel detrahunt emtioni ex distinctione Papiniani, *in l. pacta conuenta, 72. de contrah. emt. C.* Meminit ius singulariter de pacto valido in vẽditione serui, ne aliquo loci maneat propter securitatem domini, *in l. 1. de seruis export and. li. 18. P. tit. 7. l. 13. & fi. C. eo. tit. li. 4. tit. 55.* vtque exportetur, *l. 2. eod. tit.* si interfit vendentis, non aliter, *l. seruus ea lege, 7. eo. titu. P.* Si ita veneat vt manumittatur *l. quæsitum, 8. & l. fi. eo. toto tit. si manci. ita fuer. alien. vel manumitta. li. 4. C. tit. 57.* si mancipium veneat ea lege ne prostituatur. *l. 1. & toto tit. si manci. ita veneat ne prostituat. lib. 4. C. titul. 56.* Item de cautione seu stipulatione simplæ, quæ euictionis nomine simplum pretium venditor restituere promittebat. *l. euicta, 16. de euictio. P. & l. euicta, 70. & l. si in venditione, 60. eodem titul.*

16 ¶Et † de dupla re, seu pretio rei restituendo in causa euictionis, quando res pretiosiores venduntur, non in aliis. *l. emtor, 37. de euictio. li. 21. P. tit. 2.* pro qua etiam conueniri potest vt simpla, & duplum, & triplum, aut quadruplum promittatur, agaturque eius nomine ex emtõ, etiam sine satisdatione, ex nuda promissione, nisi aliud conuenerit, vt vtrumque docuit Paulus, *in l. si dictum, 56. eod. titul. de euict.* & Herennius, *l. si plus, 74. eodem titul.*

17 ¶Sed † & hæc cautio pro euictione, vbi nihil dictum de ea est, ex consuetudine locorum, vbi fiunt contractus, legem accipit, ex responso Caij. *l. si fundus, c. eo. tit.* Qua in re etiam distinguitur, d modo stipulationis, num sit habere licere per venditorem & heredem eius: quo casu non tenetur, nisi pro pretio, si ab alio, quam à se, vel herede suo euincatur: si tamen & per se, & per alias personas omnes non fieri, quominus rem habere liceat promiserit, quanti emtoris interest non habere, etiam ex facto alterius, vltra pretium tenetur. *l. emtorem, 12. §. qui autem, de actio. emt. P. l. stipulatio ista, de verb. oblig. P.* Accedit & emtioni seruitutum, in quibus vacuæ possessionis traditio, vt incorporaliũ, nulla est, cautio illa patientiæ, quæ instar est traditionis per vẽditorem seruitutis per suum prædium eundi, quominus emtori ire agereque liceat. *l. 3. §. si iter, de act. emt. P.*

Cuius sit naturæ, superioribus legibus definita emtio & venditio, & de fine eius.

Cap. 18.

1 *Synallagma contractum quid.*
2 *Duo genera eius.*

Digitized by Google

3 *Emtionis vis, & quomodo differat à donatione.*
4 *Emtionis contrahendæ finis.*
Emtio quomodo dominium transferat, & cæt.
5 *Venditione duobus eiusdem rei facta, an traditio in secundum dominium transferat.*
6 *Constitutum eius est naturæ contractus cui accedit.*
7 *Clausulæ, &c. notariorum quas clausulas contineat.*
8 *Emtæ rei cuius periculum, vel commodum.*

1 NOn dubium † est, emtionem esse ex contractuum numero qui συνάλλαγμα habent, id est, vtrinque obligationem. *l. Labeo, §. contractus, de verb. sign.* συνάλλαγμα porro Græcis, proprie, quãdo permutatione exercetur commercium, vt & illis ἀλλάσσω, & Attice ἀλλάττω, muto & ἀλλάττομαι, permuto, commuto, vnde τὸ ἄλλαγμα, & ἀλλαγὴ & ἄλλαξις commutatio: & compositum συναλλάττω paciscor, scilicet intercedente commutatione, & συνάλλαγμα.

2 ¶Sic † Aristot. 5. Ethic. ad Eudemum, duo genera facit συναλλαγμάτων, ἑκουσίων & ἀκουσίων, voluntariorum, & non voluntariorum. Voluntaria esse dicens, emtionem, venditionem, fœnerationem, &c. quæ inter volentes fiunt. Inuoluntaria autem, vt, furtum, veneficium, adulterium: quæ quidem fiunt à volentibus, sed quæ inuitos obligant ad pœnam dum contrahunt.

3 ¶Emtio † itaque maxime συνάλλαγμα est, quia ea res fit emtoris, pretium venditoris. Quo nomine distat à locatione, in qua non transit dominium in conducentem. *l. conuenit, 65. de contrah. emt.* Distat & ab aliis contractibus, quibus ex altera tantum parte obligatio nascitur. vt in donatione, in qua qui donat, obligatur ad dandum. *l. Arist. §. si. de donatio. l. si quis argentum, §. sin autẽ, C. eo. tit. l. ad res donatas, de ædil. edict. cap. si tibi absenti, de præben. in Sex.* at is cui donatur, si nolit, non cogitur accipere, *l. inuito, de reg. iur. P.* Proinde cum quis pretium rei ponit, non exacturus, donationis causa, non videtur vendere, *Vlp. in l. cum quis, 36. de contrahen. emt. l. 3. & l. emtis fides, 9. §. fi. C. eod. tit.* non eo tamen inficias, commisceri posse donationem & emtionem, *Vlpia. in l. si quis donationis causa, 38. de contrah. emt. P.* Item emtionis cõtractus est, nominatus, habens nomen elegans & proprium, prout ab aliis emtionibus generali nomine intellectis explicatur, *l. iurisgentium, de pact. P.* bonæfidei, *Vlpia. in l. ex emto. 11. de act. emt. P.* vt valde & ei ad interitum vsque officiat dolus, *l. si dolo aduersarij, 5. de rescindan. ven. C. l. eleganter, de dolo, vide quæ in libro generali cõuentionum de dolo diximus.* † Finis ad quem dirigunt actum cõtrahentes in emtione, est, vt emtor det pretium, & faciat eius dominum venditorem, *l. ex emto, de contrahen. emt. §. 1. de auctor. tuto.* & venditor faciat dominum emtorem rei, eamque tradat ideo eaque est intentio, *l. cum manufata. §. fi. de contrah. emt. l. contractus, de fide instrumentorum, §. 1. de emt. apud Iust.* Tale autem ius transferre venditor debet, quale vendit: non tamen rem emtoris præcise facere tenetur, *l. si ita. 25. de contrah. emt. P. l. etsi, 15. eod. tit.* ne propter difficultatem, quæ est in probatione dominij, *l. 3. C. de sponsal. l.* impediatur hic contractus, maxime commerciis vtilis. Quare & res aliena vendi potest: quamuis res auferri emtori à domino possit, *Vlpia. l. rem alienam, 28. de contrah. emt.* Neque ideo emtio corruit, quod euincatur res: nam ex eadem agitur pro euictione, per quam prospectum emtori pro repetitione, in quantum sua interest, *l. in vendendo, 66. de contrahen. emt. P. l. ex emto 11. de act. emt. P.* Sic qui vendit se obligat ad tradendum: & si dominus est, rem tradendo statim dominum emtorem efficit, *d. l. ex emto.* si pure vendat nec iure communi licet pœnitere impune: & necessitatem habet implementi perfecta venditio, *l. si-*
5 *cut de actio. C. l. 3. de rescin. ven. C.* Veruntamen † venditor ante traditionem dominus remanet, & quamuis per actionẽ ex emto cogi possit, præcise, si possit, tradere: tamen interim alij potest vendere, & dominium in eum tradendo transferre: & sic ex emto actione à priore emtore cogetur quanti sua interest præstare, *l. qui tibi, 6. de hered. vel actio. ven. C. l. quoties, de rei vin. C. l. si ancillam, 11. & l. si pater 8. de actio. emt. C. l. si tibi, Cod. de iis qui à non dom. manumissi sunt, l. Quintus de actio. emt. P.* aliisque pœnis, vt lege Cornelia de falsis, *l. qui duob. ad leg. Cornel. de fals.* Attamen dura hæc mihi videtur sententia, vt non obstante prima venditione, liceat domino rem vendere alteri, & tradendo dominiũ transferre. Duram porro arbitror, quod non liceat, vt fatentur omnes, perfecta emtione pœnitere, nisi arrhis datis, & amissis: & iam videatur perfecta emtione desiisse dominus, nec amplius possidere ciuiliter. Sed huic morbo remedium facile adhibitũ est, vt in prima venditione, in qua traditio realis non est, fiat ficta, & constitutum, quo venditor transferat possessionem per traditionem instrumenti, vel alterius rei, & constituat se precario & nomine ementis possidere: quo casu aduersus hanc venditionem ita factam primam, nihil obest, pactum aliud, vel venditio vel traditio alteri à venditore facta, *in l. si per fundum, quemadmod. seruit. amit. l. si quis, §. sin autem, de donat. C.* & sic constitutũ transfert possessionem, *l. quædam mulier, & ibi glo. Bartho. Angel. & alij de rei vindic. P. l. quamuis. §. 1. & ibi Angelus, de acq. poss. l. quod meo, & ibi Barth. eo. tit. l. certe, §. 1. de preca. ca. cum venissent, & ibi glo. & doctor. de restitut. spolia.* & dominium, & alia quæ suo loco diximus, pro traditione haberi. Et fortius constitutum est pacto de non alienando: nam per illud non impeditur dominij in aliũ translatio, *l. ea lege, de condict. oblig. ccu. C.* etiam si dictum fuerit, vt re alienata redeat dominium ad priorem dominum, tametsi vltra dictum fuerit, vt is in quem res ea lege, transfertur, constituit se nomine cedentis possidere, & alienauerit, continuo dominium ad priorem rediit, *Odofredus, Dynus, Paulus Castrensis, Bartholomeus, Alexander, in d. l. qui absenti. §. 1. de acq. possess.* Singulare † itaque, quod notat Oldradus, *cons. 139. incip. ad habendã aliquam notitiam, &c.* Constitutum esse de natura contractus, per quem quis intendit transferre dominium: & consuetum quoq; apponi id, per quod mens efficacius assequitur suum finem seu effectum, *l. si quis locuples, de manumiss. testamen. l. quisquis de lega. 3. l. 1. circ. med. com. de lega.* Ideo † omissum pro appositio haberi & 7
contineri sub illa abbreuiatione notarij, & cetera, qua omnes consuetæ clausulæ continentur: etiamsi à contrahentibus non fit expressum, vt ait Socinus, *consil. 239. incipiente. sed ad hanc, li. 2. & cons. 231. lib. 4. incip. præsentis consultationis, vide hac de quæstione latè Tiraquellum, tracta. de iure constituti, parte 3. limita. 31. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.*

¶Hæc † sententia vel ex eo præter interpretum rationes, vi- 8
detur æquissima, quod natura emtionis sit: vt postquam perfecta est, si ea pura sit, periculum rei & commodum ad emtorem pertineat, *l. 1. 2. pen. & fin. de peric. & commo. rei ven. C. l. fructus, Co. de actio. emt. §. cum autem, de emtio. ap. Iustinia.* si res certa & in individuo vendita sit, non si in genere, seu in specie, nondum per individua distincta, per mensurationem, vel alia certitudine, *l. si in venditione, 10. §. 1. de pericul. & commo. rei ven.* quãquam res emtori tradita non fuerit, *d. §. cum autem, l. fi. C. de pericul. & commod. rei vend. li. 4. tit. C. 48.* vt eius interitus pro traditione habeatur in præiudicium emtoris, *l. cum emt. l. 5. §. mortuo, de rescinden. vend. P.* dummodo custodiam ante traditionem venditor præstet, *l. eum qui emit, 14. de fur. P. l. venditor domus, 37. & sequ. de act. emt. P.* nec sit in culpa, dolo, morave tradendi, *l. cum inter emtorem, 4. C. de peric. & commo. rei ven. l. illud, & l. custodiam, & l. si vendita, eod. tit. P.* vel delicto suo non adimatur, *l. si fundum loca. P.* Quorsum igitur iuste dici poterit eum dominum non esse, cui res perit? & si fit, qua fronte admittemus venditionem rei alienæ, si qui vendit antea, vendita eadẽ iam defierit suo periculo tenere? Quid interesset inter puram & conditionalem venditionem, in qua, si res sub conditione vendita pereat ante conditionis implementum, damnum, sicut & fructus pertinent ad vẽditorem? *l. necessario, §. quod si pendente, de periculo & commo. rei vend. in P.* nisi emtor periculum in se, huius temporis, susceperit, *l. si in venditione, eo. tit. de peric. & commo. P.*

De Actione emti, & venditi.

Cap. 19.

Lib. 19. P. tit. 1. Lib. C. tit. 49.

1 *Emtionis & venditionis actiones ciuiles & prætoriæ.*
2 *Emti & venditi actiones pro quibus competunt.*
3 *Accessiones quæ sint rebus venditis.*
4 *Emti & venditi actio, quibus personis datur, aduersus quos, & ad quid.*
5 *Æstimatoria actio quæ, & pro quo detur.*

Actiones † ex emtione, ciuiles & prætoriæ proditæ sunt. ci- 1
uiles emti, venditi, *l. proinde, l. 33. de ædil. edict.* & vtiles. Prætoriæ redhibitoria, æstimatoria quanto minoris, ædilitia in factum.

¶Actiones † emti & venditi primum competunt, vt fides con- 2
uentionis, & lex impleatur: quod si nihil conuenit, tunc ea præstabuntur, quæ naturaliter insunt huius iudicij potestate: vt res emtori tradatur, pretium venditori, *l. ex emto, 11. l. 1. & 2. de act. emt. Paul. l. in emtionibus, 44. de pact. P.* vt habere, licere emtori caueatur, & possessio detur, vel in id quanti interfit condemnetur, *d. l. ex emto, §. ex emto, & l. 1. eod.* à tempore moræ, id est, ab ea die qua sine difficultate tradere potuisset, *l. 3. §. fi. de actio. emt. P.* Siquid circa venditionem celauit emtorem ignorantem, & improbato more in eo versatus, *d. l. 1. §. 1. eod.* vt præstet quanti interest emtoris: vt si celauerit fundum vendens, seruitutem, *d. l. 1. §. 1. & l. quæro, 40. §. cum hoc, l. in vendendo. 66. de contrah. emt. P.* si vas non integrum pro integro, vnde effusum quid sit, vendidit, *l. tenetur, 6. §. sed si vas, de actio. emt.* si seruitutem deberi mentitur, *l. si quis fundum emerit, 36. de actio. emt. P.* vel qualitatem iugerum, *l. si fundo, 35. eo.* Et breuiter, ne exemplorum obruamur turba, si dissimulet venditor rei conditionem, onus, vel vitium, vel obscure loquatur, hac actione conuenietur, *l. ea quæ commendandi, 43. de contrahen. emt. P. l. Iulianus, 14. §. idem Iulianus, de actio. emt. P. l. si sterilis, §. 1. & l. quæro, 40. eod. tit. l. quod si nolit, 31. §. qui mancipia, de ædilit. edict.* Repetitur & per hanc actionem ex emto ab emtore, omnis accessio rei venditæ, & fructus etiam, si pretium non fuerit numeratum, secundum nostros, si modo cõstitutum,

& fides

& fides de pretio fiatæ ſecundum Paulum, à tempore tantum pretij numerati, *Paul.li.2.Receptar.ſententiarum,tit.17.l.3.§.1.& l. ex emto,§.ſi quis,de actio.emt.*P.*l.pen.C.eo.facit l.Iulianus,§. offerri, de actio.emt.*

3 ¶ Acceſſiones † ſunt quæ accedunt rebus venditis communiter,*l.qui fundum,40.§.qui agrum,de contrahen.emt. l.l.ade ſacra, 37.§.ſi,& l.in lege fun.77.& l.cum manu ſata,80. eo.de contrah. emt. cum ſim.*& ſi nihil dictum ſit, propterea quod ſit hoc iudicium bonæ fidei:niſi nominatim quædam excipiantur,vt ædibus venditis, veniunt putealia,& partes earum, funes, labra, fiſtulæ ſalientes,ſeræ,claues, clauſtra,&c. *in l.Iulian.14.§.ſi.cum 4.ſeq. de act.emt.P.l.qui fundum,40.§.ſi.& l.& quanquam,49.de contrahen. emt.cum ſimil.*vendita piſcina,piſces,*l.ſunes,16.eod.tit.* fundo vendito,ſterquilinia,ſi eius cauſſa parata ſtramenta,& quod intra ſe tenet,*l.fundi,in prin.& § 1.eo.*aqua & iter ad aquam, *l.qui fundũ, 40.§.in lege fundi,de contrah.emt.*P. & ſic de ſimilibus,& ſi quid aliud acceſſurum præter naturam rerum, dixerit venditor, *l.ſi in emt.34.l.qui fundum,40.§.in l.lege,compre.60.l.ſi. cum fundum, 68.de contrah.emt.* P.*l.teneatur,6.§.ſi tibi iter,l.ſi quis cum fundum,27. & l.quicquid,28.de actio.emt.P. cum ſimil.* Petitur & per hanc actionem ab emtore,omne commodum quod poſt venditionem rei venditæ acceſſit,vt partus,& alia,*l.ſed etſi quid,* 31. *de contrah. emt.*P.*l.Iulianus,14.§.ſi quid,de act.emt.P.l.pen.C.eo.tit.l.ſi ſtipulatus,4.§.ſi vero poſt,de vſur.22.P.tit.1.l.Thais* 41.§.*Lucia Titia de fideicommiſſ.libertà.li.40.P.tit.5.*fructus,medio tempore poſt emtionem & ante traditionem à venditore percepti,*l.fructus,13.de actio.emt.C.cum l.manu ſata.80.§.ſylua, de contrah. emt. l. videamus* 38.§.*ex cauſſa emtio.de vſur.in P.cum ſimil.* vel pendentes, niſi aliud excipiatur,*l.Iulianus,14.§.ſi fructib.de actio.emt.*

4 ¶ Datur † emtori proculdubio, *l.3.& l.qui alien. pecunia,8.ſi quis alteri vel ſibi,li.4.C.tit.50.* & dominis quoque communis ſerui ementis,non tamen alteri illorum volenti agere pro parte,*l.quod ſi nolit,31.§.idem Marcellus,de edilit.edict.P. & l. bouem, 43.§.ſi.eo.tit.l.cum fundus,31.§.ſeruum,de reb.cred.in P.*Agunt &ex emto domini,& patres,pro emtione facta ab iis,qui eis iurique illorum ſubiecti ſunt,*l.cum per eos,7.ſi quis alteri vel ſibi, C.* datur & emtori cui inſcio res aliena vendita,*l.ſeruus quem,31.§ final. de act.emt.*P.Datur &aduerſus ipſos contrahentes,& eius heredes, *l.ex contractu,19.l.creditor.54.§.prædium,de actio.emt.* Et ſi procuratorio nomine alius quam dominus vendidit, & actione vtili in dominum agi poteſt,*l Iulianus,§.ſi procurator,eo.tit.P.*agitur & pro euictione,de qua paulo poſt, Deo fauente : & pro dolo, *l. emtorem,l.12.§.denique,& §.ſeq.de act.emt. in P.* Actione venditi experitur venditor, vt conſequatur quæ ei emtorem præſtari oportet,vt pretium quanti res emit,item vſuras pretij poſt diẽ traditionis. Æquum enim eſt cum re emtor fruatur,vſuras pretij pendere,*d.l.Iulianus.§.ex vendito,§.pretium de emt. apud Iuſtinianum.l.libertatis,§.1.de vſur.P.l.2.C.eo.tit.*vel fructus,ſi percepti nõ ſint,cum vſuris pretij compenſabuntur, *l.curabit,5. de act.emt.*C. Tradita namque re vendita,quamuis ſolutum non ſit pretium, non datur condictio,vel repetitio rei, ſed agitur vt pretiũ ſolvatur,*l.ſi non donationis cauſſa,8.C.de contrahen.emt.*quia non in re actio eſt ex vendito,ſed perſonalis,*l.1.C.de actio.emt.* Neq; ideo reſcinditur emtio,cum actio ſuperſit pro pretio repetendo, *in l.venditi actio.6.de actio.emt.C.*& pro vſuris poſt moram repetẽdis,officio iudicis,*l.fructus,13.§.venditor,C.de actio. emt.* niſi emtor obiiciat compenſationem,*l.2.C.eod. de act.emt.* Imo ſi dolus factus eſt ab emtore in emendo, & is alij vendiderit, non aduerſus eum,in quem emtor dominium tranſtulit,rei vindicatio venditori,ſed contra illum, cum quo contraxerat, in integrum reſtitutio competit,*l.dolus emtoris,10.de reſcind.vend.*C. ſic enim de dolo emtoris quæri poteſt.Si venditor in rem vẽditam poſt perfectam emtionem fructus fecerit, repetet hac actione venditi,*l.venditor,11.de reſcinden. vend.*C. & damnum pariter, quod ex illa re ſentit,*l.Iulianus,§.præterea,l.ſi venditor,39.§.per emtorẽ, de actio.emt.P.l.pen.C.eod.tit.*vt ſi ſeruus venditus ei furtum fecerit,*l.ſeruus quem,31.de actio.emt.*P.*l.quoties ſeruus, 29.de contrahen. emt.*P.item ſi emtor fructus ad venditorem pertinentes inuaſerit,*l.2.§.ſi.de actio.emt.*C.ſi per emtorem ſteterit quominus conditio emtionis impleatur, *l.Labeo ſcribit,* 50.*de contrahen.emt.P.* Datur & generaliter actio ex vendito,pro eo quod conuenit in pacto emtionis,in continenti appoſito,*l.qui fundum vendidit,75. de contrahen emt.P.*& ſi ei non ſatisfiat,vt in pacto legis commiſſoriæ,*l.ſed Celſus.6.§.1.de contrahen.emt.P.l.4.de lege commiſſor.P.* pacto de arrarum amiſſione, ſi emtor die dicta non ſoluat pecuniam,*l.1.de pact.inter emt.*C.*li.4.tit.*54. Et ſic de ſimilibus pactis iudicaritem vt emta emtor tollat,*l.ſi is qui lapides,19.de actio. emt.*& aduerſus eum qui venditori perſuaſit rem minus, quam valeret,valere,in tantum quanto pluris eſſet,*l.Iulianus.§.per cõtrarium,de act.emt.P.*Si ab emtore,adhibitis iniquis ponderibus, circumſcriptus fuerit in modo rei venditæ venditor : vt contra ſi emtor in eo à venditore circumſcriptus,aget ex emto,*l.ſi quis à me,13.de act.emt.*

5 ¶ Aliquando † autem dubitatum fuit, num quando res æſtimata,vendenda alicui datur,vtrum ex vendito ſit actio propter æſtimationem:an ex locato, quaſi rem vendendam locaſſe videar:an ex conducto: quaſi operas conduxiſſe: an mandati? Et tandem melius viſum eſt actionem propriam proponi,quæ dicta eſt æſtimatoria actio,per quam qui accipit, vel tenetur rem quam accepit incorruptam reddere, aut pretium quod conuenit,*l.1.in prin.& §.ſi.de æſtimator.act.li.19. P.tit.3.*

De Redhibitoriis actionibus, & quam diuerſa *aruncium* ſeu redhibitio.

Cap.20.

1 *Redhibere quid.*
2 *Redhibitionis ſpecies.*
Redhibitio pactitia,temporalis,& perpetua:id eſt, 30. annorum in heredes transfunditur.
4 *Redhibitio pactitia non eſt pactum vſurarium.*
5 *Redhibere ne liceat,niſi poſt certum tempus,quando facit pactum vſurarium.*
6 *Redhibitio legis duplex,emphyteuta vna, &c.*
Prælationis iure quando,& quandiu vti poteſt dominus in re clientelarij eod.
7 *Prælationis ius re vendita quando non conceditur.*
8 *Redhibitio proximitatis præfertur redhibitioni, & prælationi domini.*
9 *Prælationis iure dominus clientelaris non vtitur,niſi ipſe velit rem venditam,non ſi aliis velit dare.*

REdhibere †ſecundum Vlpianum eſt facere,vt rurſus habeat venditor quod habuerat.Et quia reddendo id fiebat,idcirco redhibitio eſt appellata,quaſi redditio,*l.redhibere,21.de ædilit.edic.li.21.P.tit.1.* quia redhibitione omnia retro aguntur,*L. quia redhibe.10.de alien.iudic.mutand.cauſ.facti.* P.cum res in priſtinam cauſſam redeat,reſoluta venditione, *l.voluntate,10. quibus modis pig.vel hypothe.ſol.li.20.P.tit.6.l.Pomponius,12.§.præterea,de acquiren.poſſeſſio.in* P.perinde ac ſi nulla venditio facta fuiſſet, *l.ſacta, 60.de ædil.edict.P.l.ſi hominem,19.de vſura,*P.*Iulius li.2.ſenten. tit. 17.* Apud Plautum redhibeo, pro reddo ſimpliciter accipitur, *Plautus in Manech.* Ἀποδίδωμι. *Saluum tibi vt mihi dediſti redhibeo marſupium. Redhibitum,* inquit Sextus Pompeius Feſtus libr.de verbo.ſign. *id proprie dicitur,quod redditum eſt,improbatumque, & qui dedit rurſus coactus eſt habere quod ante habuit.*

¶Redhibitio,† vel ex conuentione fit, vel auctoritate legis, ſeu conſuetudinis,vel ex ædilitio edicto, ſeu auctoritate magiſtratus. Conuentione fit pactitia redhibitio, quæ dicta Budæo, *ad leg.2.vbi de vindiciis agit,de orig.iur.in* P. fiduciaria venditio, aut mancipatio, quæ pactum de retro vendendo vel reuendendo,aut reemendi nominatur,perpetuum aut temporale. 2

¶Perpetuum † vt quandocunque venditor, in cuius fauorem fit,pretium rei venditæ refuderit,retrahere rem ei liceat, *l.2.de pact.inter emt.*C. perpetuum ideo, quod vt perſonalis omnis actio,*l.ſicut,3.C.de præſcript.30.vel 40.annorum,* vſque ad triginta annos viuit,non vltra,*Ioannes Faber,in l.cum notiſſimi,colum. 2. de præſcript.30.vel 40.annorum,Bald.conſi.253.colum.2.verſic.quæro vtrum,volum.3.Anchara.conſ.327.incipiente,viſis diligenter,Felinus in c.cum acceſſiſſent,colum.17.verſic.ſecundo declaratur,de conſtitut.Boerius ad conſuetudines Biturigum,in glo.1.circa fin.§.1. de præſcriptionib.*quo tamen pendente tempore facultas redhibendi non tãtum venditori,ſed etiam eius heredibus competit,in quos trãſfunditur:ſiue de iis nominatim fuerit habita mentio,ſiue omiſſi fuerint inter conueniendum,*glo.& Ioan.Faber,Salyce.Cynus,& Bald.in l.2.de pact.inter emtor.C.Bartholom.Bal.Ang.& Iaſon,in l.ſi decem cum petiero,de ver.obli.*P.Temporale eſt, quando conuentũ eſt,*vt* ſi intra certa tempora venditor, vel heredes eius, emtori pretium obtuliſſent,reſtitueretur res,*l.ſi fundum, l.2.de pact. inter emt.*C.qua in pactione,oblatio,conſignatio,&depoſitio pretij per venditorem facta, etiam ab inuito emtore rem retrahit, *d.l.2.& ibi glo.& l.ſi à te,7.de pact.inter emto.C.l.ſi. de lege commiſſor.*P.Huic pacto,affinis illa redhibitio ex alio pacto, vt ſi intra certum tempus pecunia reſtituatur emtori, res ſit inemta, ex quo pecuniæ quoque oblatione, & conſignatione cum depoſitione,res redhibetur, *d. l.ſi à te.*

¶Et †quia fuerunt quidam, qui abhorrebant pactitiam redhibitionem,tanquam vſuriam, Martinus 5.eius nominis ſummus pontifex, licitam pronuntiauit, *in extrauag. regimin. de emt.* 4

¶Eſt † tamen pactum tanquam vſurarium,valde improbum, vt non liceat niſi poſt aliquod tempus,redhibere, *de quo in c. ad noſtram,ae emtio.apud Gregor.*Facit enim ſimulatam venditionem, & quod venditur, in pignus datum videtur, ea lege vt fructus illius temporis,ſint pro vſuris pretij in fraudem prohibitionis vſurarum,titulo venditionis fuco facto: cum lex commiſſoria non poſſit approbari in pignoribus,ne fœnerandi occaſio permittatur,*l.2.de pact.pign.*C.*l.1.& 2.de pignor,actionib.*C.*ſignificante,de pign.apud Greg.l.ſi eorum, C. eodem tit.l.1.de diſtract.pign.* 5

Digitized by Google

cum & fructus pignorum imputari debeant creditori ad solutionem debiti, *proxime citatis iuribus.* Ex pacto etiam, vt, si displiceat, res sit inemta, competit redhibitio, si non placeat intra certum diem, vel tẽpus, *l. penult. de edilit. actio, cum simil.* C. concessum. Item in pacto addictionis in diem, si melior oblata conditio fuerit, *l. 2. 4. & 5. de in diem addict.* P. & legis commissoriæ, si solutum pretium stata die non sit, *l. 1. 2. & 4. de lege commiss.* P.

6 ¶ Exempla † redhibitionis, quæ auctoritate legis seu consuetudinis fit, duo proponam. Vnum de redhibitione seu retractione rei emphyteoticariæ, venditæ per emphyteotam, quam dominus directus eiusdem, iure prælationis potest sibi retinere, vel laudimia, seu obuentiones illius aduentitias recipere, *l. 3. versic. siquidem dominus, C. de iure emphyt. c. fi. de loca. apud Grego. §. porro, qualit. olim feud. pot. alien.* quemadmodum & metallarij, & qui reipublicæ inseruiunt, si quid extra pensionem ordinariam haberent & colligerent, tenebantur potius fisco distrahere. *l. 1. de metallar. lib. 11. C. titul. 6.* Sicque & consuetudine fere generali totius Francogalliæ receptum est ius hoc prælationis domini censualis. Neque præscribitur hoc ius aduersus eum, priusquam venditio ei nota fiat, vero explicato pretio, & nisi fuerint oblatæ obuentiones, seu laudimia: nam à nuntiationis tempore, dantur ei, electionis faciendæ causa, num malit præferri, an laudimia, duo menses, *d. l. 3. vbi & Imola & Castrensis, C. de iure emphyt. facit l. qui Romæ, §. coheredes, ibi sæpius testato conuenerit, de verbor. obligat.* P. ex consuetudine 40. tãtum dies, *Boerius in commenta. ad consuetudines Biturigum, in §. 1. de consuetu. retentionis rerum feudalium.*

7 ¶ Inhibita † tamen hæc redhibitio, seu retentio, quæ iure fit prælationis in duobus casibus: prior quando ecclesia habet hoc dominij censualis & directi ius: nam ea non potest retinere prælationis iure hodie, vt notat Baldus, *consil. 250. volum. 3. Boerius in proxime citato §. 1.* ex cuius sententia senatus Tholosanus aliquando ex tempore, me præsente iudicauit, propter morticinij causam, quamuis iure pontificio contrarium rescriptum sit, *in c. potuit, de locat.*

8 ¶ Alius † casus, quando iure proximitatis, seu protomiseos, redhibitione gentilitia, aliquis retrahere desiderat, qui præfertur domino censuali, *§. porro, qualiter olim feu. poter. aliena.* vt suo loco latius, Deo fauente, sequente libro.

9 ¶ Sed † nec censualis dominus huius iuris occasione pro alio, quantumuis affini, vel amico, vel pro alio, quam pro seipso, retrahere potest, *dict. l. 3. §. sed hac occasione, de iure emphyteo. Guid. Papæus, decis.* 411. Alterum exemplum redhibitionis ex consuetudine, est in redhibitione gentilitia, *ca. constitutus, de restitut. in integr. ap. Gregor.* de qua, Deo fauente, proximo libro agemus fusè.

De Redhibitione quæ fit auctoritate magistratus.

Cap. 21.

1 *Redhibitio edilitia, seu magistratus auctoritate facta quæ.*
2 *Ædilitium edictum morbos & vitia exprimi in venditione iubet.*
3 *Morbus, & vitium quid, quidve perpetuum, & temporale.*
4 *Morbi & vitia quæ redhibitioni edilitiæ viam parant.*
5 *Vitia rerum quæ redhibitioni locum faciunt.*
6 *Vitium loci duplex, accidentale, & naturale.*
7 *Simplariæ res quæ, & non redhibentur.*
8 *Redhibitoria edilitia quis agere, & contra quos potest.*
9 *Redhiberi vitiosa duo maxime suadent.*
10 *Vitia apparentia exprimenda non sunt.*
11 *Commendandi animo dicta non obligant. Quanto minoris iudicium æstimatorium est. eod.*
12 & 16 *Æstimatorium iudicium quid.*
13 *Redhibitoria edilitia habet locum tantum in emtione, & permutatione, non in aliis contractibus.*
14 *Redhibitoria, & quanto minoris actiones concurrunt.*
15 *Vitium in redhibitoria debet probari fuisse tempore emtionis.*
16 *Redhibitoriæ actionis finis.*
17 *Redhibendi tempus sex menses.*

1 QVod ait † Festus redhiberi, id dicitur, quod redditum est improbatumque: & qui dedit rursum coactus est habere, id quod ante habuit, docet coactionem fieri iure magistratus: cum actio intentatur in eum, qui quid vitio corruptum commutauerit vendideritve, vt eogatur & restituere pretium, & quod tradiderat accipere: si pro sano & integro vendat, *l. 1. de ædil. edict.* P.

2 ¶ Sic † enim edicto ædilium cautum est, vt qui vendunt, teneantur palam vitia & morbos exprimere, *d. l. 1. & l. ædiles aiunt, de ædil. edict.* P. & in ea parte qua agitur de mancipiis vendundis scriptum sic fuit, *Titulus seruorum singulorum, vt scriptus sit curato, ita vt intelligi recte possit, quid morbi vitiique cuique sit: quis fugitiuus, errove sit, noxaue soluatur non sit, Gellius li. 4. cap. 2.* Rursum ædiles aiunt, qui iumenta vendunt, palam recte dicant, quid in vnoquoque eorum morbi vitiique sit, vtique optime ornata vendendi caussa fuerint, ita emtoribus tradantur, *d. l. ædiles aiunt, 38.* Pro caussa in animalibus, seu brutis aut rationalibus, cui redhibitoria competat, vitium & morbus sunt, *d. l. ædiles aiunt, §. loquuntur, ver. caussa.*

¶ Morbum † Sabinus definit, habitum cuiusque corporis contra naturam, qui vsum eius ad id faciat deteriorem, caussa cuius natura nobis eius corporis sanitatem dedit, *l. 1. §. si intelligatur, vers. sed sciendum, de edilit. edict. P.* Vlpianus parum, aut nihil differre vitium & morbum ratus est, & ædiles tollendæ dubitationis gratia κ) † *iuni* bis dixisse, ne qua dubitatio superesset. Et vitium, & morbum corporis & animi perpetuum aliquem constituit, alium temporalem, *d. §. sciendum, & sequent. §§.* Gellius in libris veterum Iurisperitorum scriptum esse ait, vitium perpetuum, morbum cum accessu discessuque esse, *Aul. Gellius, lib. 4. cap. 2.* Morbum, inquit Cicero, appellant totius corporis corruptionem: ægrotationem, morbum cum imbecillitate: vitium, cũ partes corporis inter se dissident, ex quo prauitas membrorum, distortio, deformitas, *Cicero 4. Tuscu.* Venuleius Iurisconsultus animi potius quam corporis vitium, hominumq; esse dixit, veluti si quis velit ludos assidue spectare, aut tabulas pictas studiose intueatur, sitve etiam mendax, aut similibus vitiis teneatur, *l. si. de adils. edict.* Idipsum quod seruus erro sit, quod obseruare Pomponium video, vt velit animi vitia non pertinere ad bruta, quæ rationis expertia sunt, quamuis eadem faciant, quæ homo non nisi ex animo facit, veluti in iumento docet, quod quamuis errare & fugere possit, tamen non ideo erro dicitur, aut fugitiuum, *l. pen. §. si. de edilit. edict.* P. Eoque erro non dicitur nec fugitiuus sine mente, & proposito, *l. quis est fugitiuus, 17. in princ. & §. idem ait, & §. erronem, de edil. edict. P. l. fugitiuus, 225. §. si. de verb. signif. in P.* 3

¶ Vitiorum † & morborum species plures sunt in homine, attamen omnes non faciunt redhibitioni locum, nisi ministerium vsumque hominis impediant, *in l. 1. vers. proinde, de edilit. edict.* eaque sint corporis vitia vel morbi, non autem animi solius, pro quibus non redhibitoria, sed ex emto dabitur actio, *l. 1. §. penult. & fin. & l. 4. eodem, l. cum mancipium, eo. tit.* Qui sint morbi quæue vitia quæ redhibitionem suadent non persequar, quando Iurisconsulti copiose explicauerint, *in titul. de edilit. edict.* P. *à l. 1. vsque ad 15. & postea 50. 51. 63. vsque ad §. si seruus,* & eosdem erudite Budæus, *commentar in ad P.* vitia quoque iumentorum, pecorum & morbos, *l. ædiles aiunt, 38. §. loquuntur, & sequentib. l. bouem, 43.* nosque de morbis animalium alibi, *libr. 28. Syntaxeon artis mirabi.* 4

¶ Vitia † ad res quoque inanimatas corporales pertinentia edilitio edicto subiiciuntur, siue mobiles sint, siue soli, vt & ad se mouentes, *l. 1. in prin. de edilit. edict. P. l. sciendum est, 63. eod. P.* veluti si fundo sint pestilentes herbæ, & celatum fuerit emtori, *l. etiam in fundo, 49. de edilit. edict. P. l. si prædium, 4. §. fin. C. de edilit. act.* 5

¶ Vitium † loci duplex, accidentale, & naturale. Accidentale, quod accidens extrinsecus infirmiores res facit. Naturale, quod ita natura perpetuo rei hæret: vt quod locus sit palustris, vel arenosus, *l. fluminum, 24. §. vitium, de dam. infect. P.* Quæ redhiberi possint Plato exprimit, *li. 11. de Legibus.* 6

¶ Simplarium † venditionum caussa, ne sit redhibitio in vsu est, *l. si tamen, 48. §. fi. de edil. edict.* Simplarias res, quidam arbitrãtur dictas minutas, & nullius prope pretij, pro quibus tantum in simplum venditori cauendum est, *Budæus in d. l. si tamen, annota. in P. per l. emtori, de euictio. P.* 7

¶ Agunt † redhibitoria non tantum emtores, sed etiam successores eius, ad quos res pertinent, *l. 1. §. 1. l. sciendum tamen, 19 §. deinde aiunt ædiles, de edict. P. l. si tamen, 48. §. edilitia, eo. tit. de ædil. edict.* Et si plures heredes sint emtoris, omnes consentire ad redhibendum, dareque vnum procuratorem eius rei gratia debent: ne forte venditor iniuriam patiatur, dum ab alio partem hominis seu rei recipit, alij non in partem pretij condemnatur, sed quanto minoris is homo sit, *l. quod si nolit, 31. §. si plures, eod. tit. de edil. edict.* Idipsum statuendum, si seruus communis emerit, vt vnus dominorum sine alio, vel aliis redhibere non possit, *d. l. quod si nolit, §. Marcellus.* Agit & redhibitoria procurator qui mandato domini rem emit: si tamen dominus rem vitiosam sciuerit, & mandauerit nihilominus emi, exceptione vtili agens procurator submouetur, *l. cum mancipium, 51. de edilitio.* Contra, competit hæc actio non tantum aduersum venditorem, sed etiam aduersus eius successores, *l. cum autem. 23. §. hæ actiones, & d. l. si tamen, 48. §. edilitio, de edil. edict.* Atque secus quam dictum est in heredibus emtoris: si venditori plures exstiterint heredes, singulis pro portione hereditaria poterit redhiberi, *l. quod si nolit, 31. §. si venditori, de edil. edict.* quia venditoris coheredes conueniuntur pro re diuisibili, videlicet, pro pretio & parte ea quã consecuti sunt. Idipsum dicendum, si res plurium vendita sit, pro qua redhibitoria conueniantur, *d. l. quod si nolit, §. si venditori.* 8

Si

Digitized by Google

ri. Si ſeruus ſit qui vendidit, vel filiusfamilias, in dominum vel partem de peculio ædilitia actio competit, *l. cum autem redhibitio, 23. §. ſi ſeruus, eod. titul. de ædilit. edict.* P. aduerſus fiscum, res fiscales vendentem, locum tamen non habet, quamuis & aduerſum rempublicam, & pupillos agi poſſit, *l. 1. §. illud ſciendum, eodem tit.*

9 ¶ Duo † autem potiſſimum, vt vitioſa & morboſa redhibeantur faciunt, videlicet ſi ignorante emtore, vitium venditor tacuerit, pro ſano & ſine vitio vendens, *l. 1. de ædil. edict.* P. *l. quæritur, 14. §. ſi venditor, eod. tit.* Sic M. Porcius Cato cum Claudio arbiter, Calpurnio Lanario Claudium Centimalum damnauit, quod Claudius ab auguribus iuſſus altitudinē domus ſuæ quam in Cœlio monte habebat, ſubmittere, quia iis ex arce augurium capientibus officiebat, vendiderat Calpurnio, de induſtria edictum ſacerdotum ſupprimens. Probatque Valerius Maximus vt æquiſſimum hoc arbitrium, quod bonæ fidei venditorem, nec commodorum ſpem augere, nec incommodorum cognitionem obſcurare oporteat, *Valer. Max. lib. 8. c. 2. Cicero Offic. 3.* Placuit quoque venditorem, etiamſi ignorauit ea, quæ ædiles præſtari volunt, tamen teneri debere. Neque hoc eſſe iniquum ait Vlpianus: potuit enim ea nota habere venditor. Neq; intereſt emtoris, cur fallatur, an ignorantia venditoris, an calliditate, *a. l. 1. §. cauſſa huius, de ædil. edict. P. l. ex emto, 11. §. etiam ſi ignorauit, de actio. emt. P.*

10 ¶ Si † tamen vitium intelligatur, morbuſve rei venditæ, vt plerumque ſignis quibuſdam demonſtrari ſolent vitia, poteſt dici edictum ædilium ceſſare: hoc enim tantum inuendum eſt, ne emtor decipiatur, *l. 1. §. ſi intelligatur, de ædil. edict.* P. *l. ſi tamen ſine culpa, 48. §. in ædilitio, l. cum mancipium, 51. eod. tit. l. ſed ſi ſeruo, 13. de contrahen. emt.* Quæ enim apparent, perinde habentur ac ſi expreſſa & excepta nominatim eſſent, vt puta, ſi cæcus homo veniebat, aut qui cicatricem euidentem & periculoſam habebat in capite, vel alibi: nec eius nomine idcirco tenebitur venditor, *l. quæritur, 14. §. final.* Scienti enim & volenti non infertur dolus, vel fraus, *l. 1. §. final. de act. empt. l. cum donationis, C. de tranſact.* Aliud, quod redhibitoriam quoque dat, ſi actu & fraude quædam ineſſe rei, quæ non ſunt, affirmauerit: idipſum ſi temere ignorans vitium, idipſum non ineſſe indicauerit. Quia non debuit facile quæ ignorabat aſſeuerare, *l. Iulianus, 14. §. quod autem diximus, de act. emt.* P. Quia, vt ait Horat. *lib. 2. epiſtol. epiſt. ad Lucium Florum.*

Multa fidem promiſſa leuant, vbi plenius æquo
Laudat venales qui vult extrudere merces.

11 ¶ Attamen † regulari iure, quæ commendandi rei venalis cauſſa venditor dixerit, præſtare non tenetur, ſi ea eius generis ſint: quæ palam apparere poſſint, num talia ſint: veluti ſi dicat ſeruum ſpecioſum, domum bene ædificatam, ſi cæcum bene videntem: at de his quæ non apparent locutus, tenetur: veluti ſi dixerit hominem bene literatum, & artificem, *l. ea quæ commendandi, 43. de contrahen. emt.* ſi conſtantem aut laboriosum, aut curatorem, aut vigilacem, &c. pro quibus redhibitorio aut æſtimatorio, id eſt, quanto minoris iudicio, agere poteſt emtor. *Caius in l. ſi quid venditor, 19. de ædilit. edict. P.* Vlpianus ea quæ ad mendam laudem dicta ſunt, non præſtare venditorem ait, vt ſi dixerit, frugi ſeruum, probum, dicto audientem. Si vero ea ſe præſtaturum promiſerit, teneri ex ſententia Pedij Iuriſconſul. Similiter ſi dixerit aleatorem non eſſe, non furem, ad ſtatuam nūquam confugiſſe, *in l. ſciendum, 19. de ædil. edict.* Commendatoria verba quoque idem Vlpianus à venditore dicta, pro non dictis haberi cenſet, niſi decipiendi emtoris cauſſa dicta ſint, quo caſu de dolo agi in venditorem etiam poſſe, *l. quod venditor, 38. de dolo malo, lib. 4. P. titul. 3.* Florentinus adſtipulatur, *Dolum malum*, inquit, *à ſe abeſſe præſtare venditor debet: qui non tantum in eo eſt qui obſcure loquitur, ſed etiam qui inſidioſe, obſcure diſſimulat: in dicta l. ea quæ, §. final. l. 1. §. ſed ſcire venditorem, de act. emt.* Vt ſi dicat, vt explanat Accurſius, equum quem vendit, non aſcendere arborem, intelligens per pontes, vel ponticulos non tranſire equum, *Accurſ. in d. §. final. l. ea quæ in ver. fallendi.* Quare venditoris partes ſunt, ſi vitare velit redhibitionem, palam morbos, & vitia, ſi rebus inſint, excipere nominatim, & de cetero ſanum promittere: nam de expreſſis liberatur, vtpote renuntiante emtore ſilente redhibitioni, *l. quæritur, 14. §. ſi venditor, de ædil. edict. P.* Conſequenter, ei qui ſeruum vinctum vendiderit, ædilitium edictum remitti æquum eſt. Multo enim amplius eſt id facere, quam pronuntiare in vinculis fuiſſe, *in l. ſi tamen, 48. §. ei qui, eodem titul. P.*

12 ¶ Obſeruandum † eius eſſe hanc redhibendi facultatem, qui emit, ob pretium datum pro re, vt non liceat idcirco redhibitoria ei, cui fuit donatum, *l. ad res donatas, 61. de ædil. edict.* vel locatum, *l. ſciendum, 63. eodem, P.* In permutatione autem vtrique cōpermutantium ædilitia licet vti redhibitione, *l. ſciendum tamen, 39. eodem*, quod ratione rerum & commutationis, valde emtioni affinis eſt *l. 1. de contrah. emt. P. l. 1. de rerum per. P.* permutatio: & æqualitas in vtraque rerum, vel pretij & rei intercedit: & quod de vitiis & morbis in permutatione quoque, vt in emtione, caueatur, *l. §. de rer. permut.* P.

13 ¶ In † arbitrio quoque emtoris ſtum eſt, num velit redhibitoria, aut æſtimatoria actione, quanto minoris, agere: videlicet, vt ei reſtituatur pretij pars à venditore, quam non fuiſſet daturus, id eſt, minoris emiſſet, ſi ſciuiſſet fuiſſe vitioſam, *l. quod ſi nolit, 31. §. ſi quis egerit, & l. ſi quid venditor, de ædil. edict. P.* Ceterum, †quia propter vitium emtioni vis ſit per redhibitionem, & de 14
fraude conqueritur emtor, operæpretium eſt docere agentem, *l. fin. C. de ædil. actio.* tempore venditionis rem fuiſſe vitioſam, aut morboſam. Nam non habetur ratio morbi, vel vitij, quod antea fuit: ſi modo ſanatum tunc fuiſſet, *l. 1. §. fin. & l. quod ita ſanatum, 16. de ædil. edict. P. l. imperialis, §. ſimiles, C. de nupt. cap. ſeruum, 50. diſtin.* vt nec ſuperueniens nocet venditori ſed emtori ita exiſtens tempore venditionis, venditori officit, *l. ſi apud priorem, C. de ædil. act. l. actioni, 54. eo. tit.* P.

¶ Finis † huius redhibitoriæ actionis, vt omnia in integrum re- 15
ſtituantur, perinde ac ſi emtio, vel venditio non interueniſſet, *l. facta redhibitione, 60. de ædil. edict.* P. *l. cum autem, 23. §. Iulianus, eod.* quamuis in ea cauſſa non ſit, vt perinde habeatur atque ſi res tradita non fuiſſet *l. ſeruus & filij, 17. §. cum autem, de furtis.* Et proinde qui agit emtor, rem reſtituendo tenetur, & omne id quod venditum acceſſit reſtituere, & quod occaſione rei percepit, vel dolo eius factum eſt, quominus perciperet, *l. 1. §. ſi quid autem, & dicta l. cum autem, 23. §. cum redhibetur, l. & generaliter, 24. l. quod ſi nolit, 31. §. ſi ancilla, §. ſi peculium, §. reſtitui, §. in his autem, l. proinde, 33. §. fi. de ædil. edict. P. l. item Mela, 11. §. ſi in eo. de ædilit. edict. in l.* Et ſi res deterior facta eſt eius culpa, & totam etiam cauſſam poſt iudicium acceptum, *l. ædiles etiam, 25. in princip. & §. item ſciendum, de ædil. edict. & d. l. 1. §. ſi quid autem, eod. cum ſimilib.* Et contra venditor reſtituere pretium debet quod ab emtore accepit, *l. debet autem, 27. l. illud ſciendum, 29. l. ſi plura, 36. l. cūm in ea cauſſa, 59. de ædil. edict. P.* Ordine tamen fecerunt edicto ædiles, vt ea omnia, quæ ſupra ſcripta ſunt, venditori antea reſtituat & præſtet, ſic deinceps pretium conſequatur, *l. ædiles etiam, 25. §. final. de ædil. edict.* Præſtabit & vltra venditor emtori omne damnum, quod contingit emtori ex re vitioſa, *l. 1. C. de ædil. act. l. cum autem, 23. §. Iulianus ait, eod. P. l. ſerui, & filij, 17. §. cum autem, & l. ſeruus, 63. de furtis in P.* vſuras pretij, & ſumtus, quos rei venditæ cauſſa fecit, maxime cum ipſe fructus reſtituat. Tamen ſi quid damni inde ſenſit, aut ſi quid impendit pro re, conſequetur officio iudicis, *l. illud ſciendum, 29. eodem l. quæro, 58. eodem titul. P.* Harum omnium præſtationum faciendarum cauſſa cautiones vtrinque dantur, vel in præteritum, vel in futurum conceptæ. Et cum redditur mancipium ab emtore venditori, de dolo malo repromitti oportet: & ideo cautio neceſſaria, inquit Pomponius, ne forte, aut pignori datus ſit ab emtore, aut iuſſu eius damnum, ſiue furtum alicui datum ſit, vt hæc reddantur, ſi expediat. Item ſi ſeruus ſine culpa emtoris in fuga eſt, nihilominus condemnetur venditor, ſed cautione interpoſita, vt emtor hominem perſequatur, & in ſuam poteſtatem redactum venditori reddat, *l. redhibere, 21. §. cum redditur, & §. final. eodem titu. de ædil. edict.* & neque per ſe, neque per heredem eius fieri, quominus eum venditor habeat, *l. & neque, 22. eodem.* Cauendumque ex vtraque parte vt ſiquidem ſine dolo malo condemnatus ſit, vel ſi quid ex eo quod egerit ad eum peruenerit, dolove malo eius factum ſit, quominus ad eum perueniret, id reddat, *l. item ſi ſeruus, 30. eod.*

¶ Affine † actioni redhibitoriæ, eſt æſtimatorium iudicium, 16
ſeu quanto minoris, vt quanto minoris emiſſet, ſi ſciuiſſet vitiū, pretium ei reſtituatur, *l. quoties, de ſeruitute, 61. eodem.* Idcirco enim æſtimatio rei fit, & ſæpius pro eadem re agi poterit, quanto minoris, dummodo caueatur, ne bis eiuſdem rei æſtimationem, qui agit conſequatur, *l. quod ſi nolit, 31. §. ſi quis egerit eod. l. quia dicitur, 32. de euict. in P.* Atque in hac æſtimatione facienda, inſpicimus num duo, plurave animalia, vel duæ, pluresve res certo vſui æque neceſſariæ veneant vno pretio, an vero plura ſimpliciter. Nam in primo caſu, ſi vnum animal vitioſum ſit, nō ex pretio vitioſi tantum pretium erit componendum, ſed ex omnibus quanto minoris ſit: in alio contra, prout Vlpian. adfert exempla, *in l. ædiles aiunt, 38. §. ſi forte iugum mularum, de ædil. edict. P.* Et Pompon. *in l. Labeo ſcribit, 64. eo. ti.* Et ſi vnum ex pluribus redhibeatur, vt ſimul alia redhibeantur iudicium pollicentur ædiles, *l. ædiles aiunt, 38. eo. tit.* Tempus redhibitionis ſex menſes vtiles ad agendum habet: ſi autem res nō redhibeatur, at agatur quanto minoris, annus vtilis eſt: ſed tempus redhibitionis ex die venditionis currit: aut ſi dictum, promiſſumve quid ſit, ex eo, ex quo dictum promiſſumve quid eſt, *l. ſi ſciendum tamen, l. 19. §. ſi. l. ædiles aiunt, 28. de ædil. edict. l. 2. C. eo. tit.* Verumtamen cum ſex menſes vtiles quibus experiundi poteſtas fuit, redhibitoriæ actioni præſtantur, non videbitur poteſtatem experiundi habuiſſe, qui vitium fugitiui latens ignorauit: non idcirco tamen diſſolutam ignorantiam emtoris excuſare oportebit, *Papi. in l. cum ſex menſes, 55. de ædi. edic.* P. Sic non valenti agere, non currit vtile agendum tempus, *l. annus vtilis, de calumnia. in P.* Propter edicti ædilium etiam caput de iumentis vendendis vti optime ornata fuerint vendendi cauſſa, ita emtoribus tradantur: ſi quid ita factum non erit, de ornamentis reſtituendis, iumentiſve ornamentorum nomine redhibendis, dies ſexaginta conſtituti ſunt, *l. ædiles aiunt, 38. de ædil. edic.* P.

Digitized by Google

17 ¶ Est † in factum ædilitia actio huic proxima, si quid ita venierit, vt si res displicuerit, non adiecto tempore, rehibeatur: ob quam dantur sexaginta quoque dies vtiles emtori ad rehibendum, non vltra: nisi caussa cognita aliud iudici videatur, veluti si mora facta sit per venditorem, aut non fuit præsens cui redderetur: aut iusta caussa interceſſit cur intra diem redhibitio facta non fuit eius quod ei displicuerit, *l. quod si nolit, 31. §. si quid ita venierit, de ædil. edict.* Si venditor quoque non caueat de his quæ edicto ædilium curulium continentur, pollicentur aduersus eum edictum redhibitorium intra duos menses, vel, quanti emtoris interfit, intra sex menses, *Caius in l. si venditor. 28. eo. tit.* Datur & actio in factum re redhibita ad recipiendum pretium, nec amplius controuertitur tunc: an in ea caussa res fuerit: an redhiberi debuerit, vel num ante legitima tempora redhibita sit, *l. l. quod si nolit. §. in factum & seq.* Aliquando etiam redhiberi mancipium debebit, licet æstimatoria, id est, quanto minoris agamus: veluti, ex responso Pauli, si adeo nullius sit pretij mancipium, vt ne expediat quidem tale habere domino: veluti si furio sum, aut lunaticum sit: licet æstimatoria actum fuerit, officio tamen iudicis continetur, vt reddito mancipio, pretium recipiatur, *in l. bouem, 43. §. aliquando, de ædil. edict. P.*

De Euictionibus.

Cap. 22.

Lib. 21. P. tit. 2. Lib. 8. C. tit. 35.

1 *Euictionis actio quid, & Græcis.*
2 *Euictio, quamuis nihil fuerit de ea actum, venit in venditione.*
Mancipio dare quid, eod.
3 *Euincere quid.*
4 *Euictionis distinctio.*
Euictio in alio quam emtis locum habet. eod.
5 *Euictionis materia & persona.*
6 *Euictio pro parte, & pro tota re vendita quomodo intelligatur.*
7 *Euicta res quando vere dicitur. eod.*
Euictione obligatus non agit. eod.
8 *Auctor primus & secundus in emtione.*
9 *Euictionis petitio quid contineat, duplum, vel simplum.*
10 *Euictio in quibus caussis non competat.*
11 *Alienum vendens in quantum Bosoariorum lege teneatur.*

1 GRæci appellant † actionem βεβαίωσιν quam intendunt emtores venditori, si alio quopiam rem sibi venditam vindicante venditionem non confirmet venditor, vt scribit Suidas, *in dicto verbo βεβαίωσις.* Actionem ex emto pro euicta re decernit leges emtori contra venditorem, per quam emtoris rem facere teneatur venditor, si dominus est, sicut emtor pretium venditori.

2 ¶ Quod † si dominus non fuerit qui vendit, qui emit euictionis nomine venditorem obligat, *l. ex emto, 11. de actio. emt.* ex natura contractus emtionis: quamuis de ea nihil nominatim cautum est, *l. non dubitatur, de euict. C. Pompon. in l. in vend. 66. de contrahen. emt. P.* vt neque pacto generaliter fieri possit, ne emtor de euictione teneatur, propter doli suspicionem: cumque emtio bonæ fidei iudicium sit, *l. tenetur. §. si. de actio. emt. P. cum simil. ibi nota. vt l. Iulianus, 14 §. idem Iulianus, eod. titul.* Erat antiquitus etiam hoc ex substantia mancipationis. Nam mancipio dare rem, nihil aliud erat, quam euictionem promittere. Mancipium enim dominium & possessionem significat, vel dominij traditionem: & mancipio accipere ea lege emere, quod pluribus illustrat probatum auctorum exemplis Budæus, *in annotat. ad Pandectas, in l. 2 vbi de vindicijs agit, de orig. iur.* vt repetitione hic non censeam vtendum.

3 ¶ Euincere † in genere est, rem auferre. Sed in iure cum de euictione agitur efficaciter, intelligi par est, euictam & ablatam rem à venditore, auctore iudice, *l. non tamen, 24. de euict. P.*

4 ¶ Sic † constituemus euictionem ex qua agi non potest: & euictionem ex qua recte, & efficaciter agitur. Item efficacem aliam, quæ ex aliis contractibus, quam ex emtionis alienatione datur, siue eius nomine cautum est, *l. sciendum est, 52. de euict. P.* vt pro fundo dato in dotem. *l. non solum, 53. de iur. dot. P.* vel si ex natura negotij legis auctoritate detur, veluti ex permutatione, ex qua pro euictione dabitur actio in factum, *l. 1. §. vnde si ea res, de rerum permuta. li. 19. P. tit. 4.* Et si res in solutum data creditori euicta, vtilis ex emto pro euictione competit, *l. 4. C. ae euictio.* Porro in donatione simplici, euictionem non deberi placuit, si res aliena donetur, & euincatur, sumtusve in eam facti sint: nisi vel pacto, seu stipulatione placuerit de euictione teneri donatem, *l. 2. C. de euictio.* vel si dolose versatus est qui donauit: quo casu & de dolo agitur, *l. Arist. 18 §. final. de don. lib. 30. P. tit. 5.* item & nisi donatio esset remuneratoria, *disputat & probat late Boerius decisio. 67. num. 2.* nec tamen in donatione omnium bonorum habet locum euictio, *idem Boerius decisio. 33. num. 16. per l. 2. de hered. vend. P.*

5 ¶ Aliam † autem ponimus euictionis caussam ex emtione, quando res vendita, aliquo & certo modo, iudice auctore euincitur, vel aufertur emtori. & ita hic emta res, propria est materia euictionis de qua agimus: personæ, emtor, venditor, & dominus qui rem suam ab emtore euicit.

6 ¶ Siue † enim pars rei venditæ euincatur, siue tota, habet regressum emtor in venditorem, cum distinctione: siquidem pars pro indiuiso euincatur, regressum habet pro quantitate euictæ partis. Quod si certus locus euictus sit, non pro indiuiso portio fundi, pro bonitate loci erit regressus: videlicet habita ratione num vilissimus, vel pretiosissimus fuerit euictus, *l. 1. de euict. P.* quod maxime in his, quæ citra corruptionem formæ substantialis diuidi possunt. In aliis autem corporibus, quæ formæ non patiuntur sectionem in formas similes, pro parte euictio fieri non potest, sicuti in stipulatione duplæ. Cum homo venditur, partis adictio inquit Vlpianus, necessaria est: quia non potest videri homo euictus, cum pars eius euicta est, *l. si dictum, 56. §. in stipulatione. de euict. P. vide Boer. decis. 46. nu. 8.* Item Paulus de reb. diuiduis distinguit: si fundo vendito pars euincatur, si singula venierint certo pretio, tunc non pro bonitate, sed quantum singula venierint, quæ euicta fuerint præstandum: etiamsi ea quæ meliora fuerint, euicta sint, *l. si fundo vendito, 53. de euictio.*

7 ¶ Tunc † autem res euicta esse videtur, si ita amittatur, vt eam emtori habere non liceat, vt spes habendi sit abscisa, *Vlp. in l. si seruum, 21 §. sin minus, Paul. in l. euictus, 35. ae euict. P.* Quod enim euincitur in bonis nostris non est, *in l. quod enim, 150. de reg. iur.* si quidem res aliena vendita sine consensu domini per dominum emtori auferri potest, *l. rem alienam, 28. de contrah. emt. in P. l. si filio, §. 1. solu. matri. in P. l. si fundum tuum, 5. de reb. alien. non alien. li. 4. C. tit. 51.* nisi dominus postea ratam habuerit alienationem *l. venditioni, 4. de vsuca. pro emtor. li. 7. C. tit. 26. l. exceptione, C. ae euictio. l. iusto errore. 44. §. conflat, de vsucap. li. 41. P. tit. 3.* vel nisi res quæ aliena vendita est, peruenerit in dominium venditoris, quo casu firmatur venditio, neque potest eandem, tanquam alienam venditam ab emtore petere. Vnde nata regula, eum quem tenet de euictione actio, agentem repellere exceptione: quod is qui alienam rem vendidit, si adeptus rem fuerit, teneatur implere emtionem *l. vendicantem, 17. & l. sed etsi, de euict. in P. l. & l. 2 de exceptione rei ven. li. 21. P. tit. 2. l. si quis alienam, 47. de act. emt. l. apud Celsum, 4. §. si à Titio, de dol. mal. exceptio. li. 44. P. tit. 4. l. cum vir, 42. de vsuca. 41. P. tit. 3. d. sine; ossesio. 14. C. de euictio.* Quæ me hercle hinc constat, venditorem euincere rem non posse: nec etiam eius heredem eo nomine, quod heres sit: proprio tamen nomine poterit: verum si obtineat nomine heredis, de euictione tenetur, *l. Seia fundos, 73. de euictio. P. d. l. sine possessio. C. eo. l. 1. de exceptio. rei ven. in P. l. venditri. 3. C. de reb. alie. non alien. li. 4. C. tit. 51.* Idem fere dicendum in persona fideiussoris venditoris, qui non potest rem euincere: quia per fideiussionem de euictione se obligauit, *l. exceptione doli, 11. C. de euict.* dolo quippe facit, qui petit quod statim restituturus est, *l. dolo, de except. dol. P. c. l. fin. Co. de euict.* in herede tamen fideiussoris, quamuis de euictione possit teneri, tamen singulare est, vt possit suo nomine euincere.

8 ¶ Auctorem † leges eum dicunt, qui de euictione tenetur, *l. 1. de pericul & commo. rei vend. l. auctor. & l. emtor. C. de euict.* item & eum qui pro venditore fideiussit auctorem secundum, *l. 4. ae euictio. P.*

9 ¶ Petitio † autem sit euictionis caussa, secundum ea quæ præscripta sunt in venditione. vt si in simplo eius nomine in ea promissum sit, pretium tantum restituatur, *l. euicta, 16. de euict. P.* Quod etsi dictum non sit, tamen ex natura emtionis præstatur, *l. si in venditione, 60. & seq. eo. tit. P. l. ex emto, de actio. emt. P.* Pari modo agitur ad duplum, triplum, quadruplum, si ita conuentum sit. videlicet pretij cõuenti, non bonitatis rei, *l. si fundo, 53. & l. cum fundus, 48. l. vindicantem, 17. de euictio.* Si nihil stipulatione conuentum est, agitur ex emto ad id quod interest, quamuis de euictione nominatim non fuerit promissum, *l. non dubitatur, 6. & l. si tibi libertam, C. de euictio. l. in vendendo, 66. de contrah. emt. P. l. euicta re, 2. l. si dictum. l. si plus, de euictio. P.* Sic iudicatum olim referunt, Valerius Max. & Cicero, in caussa venditionis ædium Claudij Centimali, quas in Cœlio monte habens, vendiderat P. Calpurnio Lunario: cui tacuit se iussum ab auguribus eas demoliri: quare & Catone iudice damnatus emtori damnum præstare, *Cicero 3. Officior. Valer. Max. lib. 3. c. 2.*

10 ¶ Sunt † tamen casus, pro quibus non competit euictionis actio. 1. Si scienter quis alienam rem emerit, *l. si fundum, Cod. de euict. 2.* Si emtor ab eo qui rem repetit, in ius vocatus venditore in initio litis non vocauerit vt defenderet, qua ratione auctore non defendente, in defectum probationum, euicta fit res, *l. emtor, & l. auctore, C. de euict. l. si rem, & l. si fundo. §. fi. eod. tit. P. 3.* Si ob contumaciam emtoris res ei adimatur. *l. si ideo, 55. de euict. P. 4.* Si venditore absente emtor condemnatus non appellauit, *l. Herennius, 163. eo. tit. P. 5.* Si per imprudentiam & iniuriam iudicis, res euincatur, *l. si per imprudentiam, 51. eo. tit. 6.* Si sponte emtor cum euincente compromiserit, *l. si dictum, 56. §. si compromisero, eod. tit.* & eo arbitrio se priuatus fuerit: diuersum tamen si coactus

Digitized by Google

coactus compromittat, *Bartol. in d. §. si cum promisero, & Bald. in l. 1. de peric. & commod. rei vend.* P. 7. Si cum emtor potuisset rem vsucapere, non vsuceperit, *d. l. si dictum, §. si cum posset.* Nam qui alienam rem vendidit, desinit post longi temporis præscriptionem emtori teneri, *l. qui alienam, 54. de euictio.* P. 8. venditor vendens pignus, de euictione, eius nomine non tenetur: nisi aliter conuentum sit, *l. 1. & 2. creditorem euictio. pign. non debere.* 9. Qui vendit hereditatem, non tenetur pro rebus singularibus: nisi aliud dictum sit, *l. 2. C. de euict.* 10. Placuit etiam, in ius vocatum euictionis nomine, quod Galli dicunt, *à prendre le garand*, non posse de euictione in alium agere, quin prius ipse euictionis defensionem in se susceperit, vt decisum placito curiæ supremæ Lutetianæ 12. Ianuarij 1538. *Ioannes Gallus, in quæstionibus decisis per arestа, quæst. 318. in 5. parte styli parlamenti Austreriæ, secundum ordinem Molinei.*

41 ¶ Lex †Boioariorum est, vt qui alienum sine voluntate domini vendiderit, ipsam rem reddat per legem, & consimilem aliã: & si illam rem inuenire non poterit, alias duas res consimiles. *in legibus Boioariorum, c. 20. de venditionibus, titul. 1.* Qui vendiderit hominem liberum, si ille suam probat libertatem, vẽditor emtori reddat, *eod. li. & cap. titu. 5.* & similiter in aliena re vendita, *eod. tit. c. 4.*

De Rescindenda venditione.

Cap. 23.

Lib. 8. P. tit. 5. Lib. 4. C. tit. 44.

1 & 2 *Emtio aut nulla, aut rescindenda, & nulla quæ.*
2 *Venditiones quæ, & quibus causis rescinduntur. Volentibus, aut inuitis contrahentibus, eod.*
3 *Venditionis rescisio quid efficiat.*

1 EMtio nulla est † aut rescindenda. Nulla ipso iure corruit, nec eget rescissione, sed interdum exigit vt talis à iudice declaretur: tum propter pertinaciam contrahentium, tum ob repetitionem traditorum. Si imaginaria venditio nulla est, *l. nuda, 55. de contrah. emt.* P. quæ contra legum prohibitionem fit, *l. quemadmodum, ac agrico. & censi. li. 11. C. l. non dubium*, C. *de legib.* vel si ei dolus venditoris causam dederit, *l. & eleganter. de dol. in P. l. si dolo, C. de rescin. vend.* vel errore fiat, *l. nihil, 116. de reg. iur.* si vsuraria sit, cuius generis species declarauit Carolus 5. Cæsar in comitiis Augustæ Vindeliciorum habitis 1548. cum merces pluris, quam valeant, in contractu venditionis æstimentur, &c. *in dictis comitiis, cap. 17.*

2 ¶ Rescinduntur †autem venditiones quæ aliquo modo subsistere poterant: verum ab illis discedi, ratio maior quædam suadet. Et quia plures possunt occurrere causæ iustæ, plures etiam rescindendi erunt modi: quorum insigniores aliquos explanabimus, Deo volente. Et in summa, aut volentibus, interdum & inuitis contrahentibus abitur ab emtione: id tamen regulari iure obtinet, vt ab ea non discedatur, altera partium inuita: quia non est huic contractui, sicut nec in ceteris nominatis, locus pœnitentiæ, *l. 3. de rescinden. vendit. l. sicut, de actio. C. l. in commodato, §. sicut commoda.* P. Rescindetur itaque emtio vtriusque contrahentium consensu solo exsistente re integra, *l. 1. & 2. quan. loce. ab emt. recede. C. l. 3. de rescinden. vend. §. fina. qui. mo. toll. obl. l. nihil tam naturale, de reg. iur. l. sed Celsus, §. fin. de contrah. emt.* Quod si non sit integra, pretio soluto, vel re tradita, cum consensu & res restitui, vel pretium debet, *l. 2. de rescinden. vendi. P. l. ab emtione, de pact. P.* Fit & per acceptilationem hæc rescissio, *l. final. de acceptilatio. P. l. cum emtor, de rescind. vend.* P. sed & pacto addictionis in diem, *l. si debitor, de in diem addict. P.* & legis commissoriæ, *l. sed Celsus, §. 1. de contrahen. emt.* P. redhibitione pactitia: de quibus paulo ante diximus. Ceterum redhibitio pactitia nouam venditionem continere videtur, priore resoluta, vt etiam à rescissione simplici ex consensu facta, aliquo modo separari mereatur, in qua sine reuenditione resoluitur consensu contractus. *glo. in l. fin. quando liceat ab emtio. disce. l. ab emtione, de pact.* P. Inuito altero rescinditur, ædilitia actione, de qua etiam iam tractatum: item & ob defectum legitimi pretij, redhibitione gentilitia, de quibus mox, Dei cum auxilio: item si metu sit facta.

3 ¶ Rescissio †restituit conuenientes seu contrahentes in pristinum ius, quod illis erat antequam contraherent, *l. cum autem, §. 1. de ædi. edicto, l. si hominem, de vsuca. P. l. voluntate, §. 1. quibus mod. pign. vel hypoth. sol.* & proinde res, & pretium restituuntur, si datum fuerit, *l. edictio, l. si aduer. ven.* C. etiam si minor velit improbare vẽditionem rerum suarum sine solemnitate factam, & pretium acceperit, quod in sui vtilitatem sit conuersum: nam illud restituet, non aliter, *l. vti re, 14. l. prædiorum 10. l. si prædium, 16. de præd. & alijs reb. minor. lib. 5. Cod. titul. 71. l. vni. de reputa. lib. 2. Cod. tit. 48. l. quod minor. §. restituto, l. patri §. si pecunia, & l. si index, circumuento, & l. tutor, §. 1. de minors. 25. ann.* Restituuntur & pretij & rerum accessiones, *dicto §. 1. l. cum autem, de ædi. edict. P.* Sed & emtor qui rem restituit, repetit quanto plurimi res meliorationibus aucta est, *l. 1. & 2. de alluuio. l. intra vtile, §. vendentibus, de mino. l. in fundo, de rei vindic.* nisi illicito alienatione prohibita, facta fuisset venditio quæ rescinditur, *l. chirographus, §. 1. de admnist. tut.*

De Rescissione venditionis ob Pretij modicam quantitatem.

Cap. 24.

1 *Venditio rescinditur ex modico pretio, vel illud suppletur.*
2 *Pretium modicum, & vile quod.*
3 *Deceptio re ipsa, & dolus re ipsa quid.*
4 *Rescissione l. 2. de rescind. vend. C. qui vtantur.*
5 *Emtor supra verum pretium, plus dimidia parte soluens, num possit rescissionem, aut supplementum petere pretij.*
6 *Rescisio l. 2. C. de rescind. venditio. non fit auctoritate propria, sed iudicis.*
7 *Rescisio l. 2. præscribitur 30. annis. Officium iudicis intra quadriennium tantum imploratur, eodem.*
8 *Vendti actio datur etiam pro pretio, & lege commissoria, &c. & num. 9.*
10 *Rescisio emtionis iure singulari & communi petitur, varie modo.*
11 *Rescisio contractuum ex quacunque causa, in Gallia, proponi debet intra decennium, aliter reijcitur.*
12 *Pretium in rescisione l. 2. Cod. de rescind. vendi. definiri debet à iudice.*
13 *Pretij læsio supra dimidiam iusti pretij in rescissione, l. 2. de rescinden. vendi. C. quomodo computanda in læsione emtoris & venditoris.*
14 *Rescissio læsionis vltra dimidiam iusti pretij, pro quibus non datur.*
15 *Rescissioni l. 2. de rescind. vendi. renuntiari potest expresse & tacite, & num. 16. Sed num censeatur renuntiasse per clausulam generalem donauit pluris valorem, eod.*
17 *Non dari contra venditionem iudicialem.*
18 *Item re interemta.*
19 *Rescissionis l. 2. de rescin. vend. C. rationem.*
20 *Et finis.*
21 *Rescissionem l. 2. num impediat iuramentum de contractu seruando.*

SI venditor circumueniatur † in pretio, vltra dimidiam partem iusti pretij, constat quidem emtio, *nec ob vtilitatem pretij irritari tradit lex Boioariorum, c. 20. titul. 19.* sed subuenitur ei ex humanitate, vt, vel pretium eo restituente emtori, rem recipiat auctoritate iudicis intercedente: vel, si emtor elegerit, quod deest iusto pretio, recipiat, *l. 2. de rescind. vend. C.* 1

¶ Minus †autem pretium esse videtur, si nec dimidia pars veri pretij soluta sit: sic Diocletianus & Maximin. rescripserunt, *d. l. 2.* Exstat constitutio Græca Romani Cæsaris Orientis, qua cauetur, vt si quis ad iudicium prouocauerit pro rescindenda venditione, ei non restituatur res, si emtor iustum pretium suppleat ac persoluat: & si nolit supplere, vt recipiat rem venditor, sed pecuniam restituat, vna cum eius caussis & vsuris, *libr. 2. iuris Orientalis, titu. περὶ ῥαιδίων τ ἀγορασίων, de rescind. vendit.* Hæc rescissio species alias quam vnius modi non habet. Rescissionis huius materia est vilitas pretij, dum illud non est media pars veri & iusti pretij, *dicta l. 2. §. fin. sic & inuit. l. 1. si maior fact. alien. rat. habuer. lib. 5. Cod. tit. 74.* quod autem sit iustum pretium, paulo ante tradidimus. 2

¶ Licet †autem contrahentibus se mutuo in pretio circumuenire, id est, præter vel citra verum pretium, statuere ex consensu rei æstimationem, *l. in causse §. Pomponius, de minori. 25. annis, l. item pretio. §. fin. loca. P.* at minus dimidia constituti æquum non est: & dicitur deceptio hac in re, seu pretio, & dolus reipsa commissus: nam verus dolus emtoris qualitate facti, non quantitate pretij æstimatur, *l. dolus emtoris 10. de rescin. vend. C.* & hic ex calliditate & insidiis emtoris argui debet, *l. si voluntate, 8. eod. tit. de rescin. ven. C.* 3

¶ Personæ † quæ possunt vti hac rescissione sunt, emtor & venditor, & eorum heredes, *d. l. 2. de rescin. ven. C.* nam sicuti venditor vtitur hoc remedio, si infra dimidiam veri pretij æstimationem tantum acceperit: sic & emtor, si supra veram æstimationem dimidiam partem addiderit pretio, potest petere ad verum pretium reduci, & restitui quod plus dedit, vel rescindi emtionem *glo. fi. & pen. in d. l. 2.* 4

¶ Qua † in quæstione si in pretio circumuentus venditor sit, in electione emtoris est vel rem restituere, vel supplere pretium: & si emtor supra dimidiam veri pretij soluerit, & agat, 5

Digitized by Google

venditoris electio quod supra verum est pretium restituere, vel ab emtione recedendum est, *glo. iuncta l. 2. de rescinden. ven. C. facit l. cum scripta, solut. matrim. P. l. 1. §. si quis, de iure patron. P.* Porro secundum æqualitatem veri & iusti pretij, supplendum venditori, vel minuendum emtori pretium est, vt summa captio euitetur, *vt in l. si vxori, de auro & argen. leg. in P.* potissimum quia agitur de contractu bonæfidei, in quo, vt in ceteris id genus, iura etiam maioribus per officium iudicis subueniri volunt, *l. in contractibus, 3. quib. ex caus. maior. in P. l. maioribus, communia vtriusq. iudic. C. Ioannes Andreas, in c. cum dilecti, de emtio. glo. in l. si olei, Cod. de loc.*

6 ¶Igitur †non auctoritate cõtrahentium liquido apparet posse cogi reluctantem, pretium supplere vel reddere, aut emtionem rescindere, sed iudicis, *d. Ct. l. 2. de rescind. vend.* cum in causa propria nemo ius sibi in præiudicium alterius statuat impune, *l. 1. ne quis in sua caus. iudic. C. l. 1. C. de suffra. l. exstat, quod met. cau. in P.* nec singulis concedendum est, quod per magistratus expediri solet, *l. non est singulis, de reg. iur. P.*

7 ¶Eius †autem notio in pluribus necessaria: videlicet num intra tempus legitimum qui experitur, agat, qui se læsum emtione conqueritur, quod est triginta annorum, *glo. in d. l. 2. de rescind. ven. & glo. in l. in contractibus, quib. ex cau. maiores,* C. quia vi & ratione actionis ex emto agitur, ad supplementum, vel ad æqualitatem iusti pretij, vel ad emtionis resolutionem, *l. sed Celsus §. si fundus, de contrahen. emt.* in qua & prætor officium exercet, *l. metum autem præsentem, §. ex hoc edicto, quod met. caus. P.* quare hæc actio personalis, *l. 1. C. de action. emt.* ex aliarum personaliũ communi natura triginta annorum curriculo concludetur, *l. sicut, de præscri. 30. vel 40. annorum, C. l. 2. de const. pecu. C.* Et in hac ego sum sententia, quando de iure ciuili disputatur. Nec me latet tamen aliquos, ad quadriennium vsque tantummodo hanc rescissionis actionem retulisse, eo quod officio iudicis agenti succurratur, *per l. in contractibus, quibus ex caus. maior. C.* & officiũ iudicis non possit lapso quadriennio implorari, *l. supernacuum, de tempor. in integr. restitut.* Quæ tamen ratio non plane probat, quando officium iudicis hæret alteri actioni, cuius vitam ipsum sequitur, illudque officium pro iudicis auctoritate accipitur, *de quo officio quod hæret actioni, in l. officium, & fere toto titulo, de rei vindica. C. l. 2. de rescind. vend. l. cum ij, de transact. P.* Quæ longe distat à simplici officio iudicis, quod sine alia tractatione restituit negotium, veluti iure quodam extraordinario, *vt in l. quod si minor. §. si. de minor. 25. annis, in P.*

8 ¶Minus †etiam me mouet, quod actio venditi, si non aliud ab initio conuenit, non facile ad rescindendam venditionem perfectam, sed ad pretium competat exigendum, vt rescripserunt Diocletianus & Maximianus CC. *l. venditi, 6. de actio. emt. C.* Si quidem quod non facile detur, idcirco non sequitur, aliquando ex iusta causa non dari: nam & dari constat interdum ad subuertendam emtionem ex pacto legis commissoriæ, vel legis additionis in diem, in contractu appositio, *l. si fundus, de lege commissor. P. l. 1. & 2. de pact. inter emtor. C. l. cum te, eod. titul. l. ex emto, §. is qui de actio. emt. l. sed Celsus, §. si fundus, de contrahen. emt. P.* Sed & præter conuentionem aliquoties ea actione ad rescindendum agitur, *d. l. ex emto, §. si quis virginem.* Possunt & verba illa Cæsarum, *dicta l. venditi*, ad pretium exigendum competere venditi actionem, accommodari huic rescissioni deceptionis circa pretium, in qua & de exactione pretij iusti agitur alternatiue, rescissionis petitione, *d. l. 2. de rescin. vend. Cod. l. si voluntate, in fi. eo. tit. l. §. sed si rem, vers. si forte, si quid in frau. pat. P. li. 38. titul. 5.*

9 ¶ Quorum † & gratia dignam censeo obseruatione Angeli Perusini, *in l. 2. de rescin. ven.* distinctionem, dum ait ad rescissionem contractus, quandoque agi ipso iure quod contractus ab initio nullus fuerit: quo casu petitur rescissio, quatenus de facto fuit factus vt si dolus det causam contractui bonæ fidei, & traditio ex eo fuerit secuta: quamobrem agitur actione de dolo, *l. si dolo, de rescin. vend. c. quamquam glo. ibi repugnet.* Aliquando autem ab initio contractus fuit aliquis, id est, potuit aliquando probari: sed ex alia causa eiusdem rescissio petitur, ex contrahentium dispositione: quo casu agitur ex eo contractu, *dicta l. exempto, §. si quis vina, & §. si quis virginem, de actio. emt. & d. l. sed Celsus, §. si fundus, de contrah. emt. P.*

10 ¶Interdum †petitur eadem rescissio propter dispositionem contrahentium, vel fauore personæ: & tunc iure singulari agitur, vt si minor ecclesia, & similes petant rescissionem: quibus succurritur per restitutionem in integrum, *l. 1. & 2. si aduer. vendit. C. l. 1. si aduersus transact. C.* Multoties etiam petitur rescissio, non iure singulari, sed communi. Quo casu quærendum, an prodita sit eius rei gratia specialis, & propria actio à iure, qua exprimendum est, eiusmodi quod metus causa, *l. 2. qui. met. caus. l. 1. C. de rescind. vend. C.* Quod si nulla sit propria, tunc agendum est actione contractus eius, qui rescindi postulatur, vt in nostra rescissione, quæ proponitur pro iniusto pretio ad æqualitatem reducendo, vel pro resoluenda emtione, *d. l. 2. de rescind. vend. C. & d. §. si quis virginem.*

11 ¶Ceterum †iure nostro Gallico, nemo potest vti rescissoria actione prætextu læsionis, doli, fraudisve, vel alio modo post decennium, quo vita eius actionis concluditur. Nisi forte quis reipub. causa absit, computata præscriptione à die contractus, ex constitutione Ludouici 12. eius nominis regis, lata anno 1512. articulo 46. quæ inuiolabile ius facit.

12 ¶Hæc †itaque digna sunt primum notione, & discussione iudicis. Sed deinceps iudicis auctoritas necessaria erit, in definienda pretij iusti petiti quantitate, & in iudicandis probationibus, quanti vere, vel vero proxime res fuerit tempore venditionis, *l. 1. si ma. fac. alien. ra. habue. Cod. l. si voluntate, in fine, C. de rescinden. vend.* Æstimationem porro faciet, iuxta ea quæ de iusto pretio diximus, habita ratione temporis & locorum: nam ea augent, vel minuunt pretia rerum, *l. spadonem, §. qui absolutus, de excusat. P. l. pretia rerum, ad l. Falc. P.* Sunt & rebus interdum definita singulis pagis, & diebus pretia, publica auctoritate, & actis publicis, quæ agoranomi, siue ædiles, aut consules conficiunt, ex quibus quanti res tunc fuerit, potest facile probari, quanti tunc vendi res potuisset. Et si res definitum non habuerit pretium, poterit idem iudex rem subiicere propriis oculis & ita æstimare, *l. final. de iure domi. impet. Cod.* vel per se, vel adhibitis peritis æstimatoribus, *l. hac edictali, §. is illo, & §. quia vero in Leonis, & §. illud, de secund. nupt. C.* Cum enim intellectu percipitur æstimatio, peritorum in arte creditur iudicio, *l. comparationes, C. de fide instrumen. l. 1. & l. final. de ventre inspicien. P. l. semel, de re milita. lib. 12. Cod.* videlicet quando secundum præsens tempus faciendæ æstimatio, quæ tamen in hac rescissione referenda est ad tempus emtionis, vt monui: probi tamen æstimatores ex præsentibus temporibus, facile argumentabuntur quanti tunc esse potuerit, subductis eorum, quæ præterierunt, rationibus.

13 ¶Lex †modum huic iudicio hunc ponit, vt deceptio debeat esse vltra dimidiam iusti pretij, cuius definitione iudex contentus esse debet, *glo. in l. si non fuerit, pro socio. P.* ideo si vno numo tantum supra mediam iusti pretij partem læsio sit, rescindi debet emtio, vel æqualitas pretio statui: nec licet iudici pretium statuere supra verum pretium, & ita reformare pretium ad eam quantitatem, quæ non excedit dimidiam vel pretij partem: quanquam contrahentibus, dum contraherent, licuerit, se in pretio circumuenire, dummodo supra dimidiam iusti pretij non se lædant. Exemplum cape in venditore læso. Res vendita valebat vere viginti aureos, vendita fuit nouem tantum aureis: ecce deceptionem vltra dimidiam iusti pretij: nam media pars est 10. aureorum, vltra quam adhuc vnus aureus, & deceptio est vndecim aureorum. Potuit emtor sine metu rescissionis lædere, in dimidia parte pretij, & emere tantum decem aureis, vel duodecim vel quindecim, nec ob id rescinderetur venditio, neque ob id ad supplendum verum 20. aureorum pretium agi posset: quia non est deceptio vltra dimidiam partẽ iusti pretij, sed intra dimidiam. Et si vltra dimidiam deceptio est, agitur à venditore, vel, vt emtor totum pretium 20. aureorũ suppleat, vel rescindatur venditio: nec liberatur emtor tunc addendo supra mediam partem, veluti dando duos aureos, vel tres, vel quinque: sed aut viginti aureos complere debet, aut ab emtione omnino abire, *Cynus in l. 2. q. 8. de rescin. ven. C. facit & l. si voluntate, de rescin. vend. C. l. si res, §. mulier, de iure dot. in P.* Ratio mea hæc esse videtur, quia non potest addi vel minui pretio emtionis, quin non muretur ipsa emtio: cum substantialis eius pars sit pretium, vt me docuit Papinianus, *l. pacta conuenta, 72. de contrah. emt. in P.* Et proinde, quamuis liceat in cõtrahenda emtione circa verum pretium se circumuenire: tamẽ vbi supra dimidiam pretij partem læsio in emtione interuenit, & dum agitur de supplemento, vel rescissione eius, non potuit addi ab emtore aliquid ad pretium supplendum vt dimidiam suppleat: nã hoc esset nouam constituere emtionem, cum tamen de prima quæstio sit reparanda integre, vel de rescindenda. Quia etiam in toto ab initio deceptus, *ita tradit Odofre. tus in l. 2. de resci. ven. C. in fine, ibidem & Paul. Castrens. nu. 2. & Bal. facit in argumentum, l. quid tamen, si quis cautio. in P. l. 3. §. 1. in fine, de minor. P.* Hæc eadẽ in emtore decepto concedenda sunt, dummodo exemplum in quo variant interpretes, composuerimus deceptionis. Res vendita vera æstimatione, decem aureorum erat: emi eam sexdecim aureis: dico me deceptum supra dimidiam iusti pretij: nam media pars quinque erant: decipior itaque vno plus dimidia, videlicet sex aureis. Quod est exemplum glossæ, quod sequuntur Azo & Odofredus, *glo. & Odofr. in d. l. 2. de resc. ven. C.* improbato exẽplo Cyni, *in d. l. 2.* qui ratus est in valore rei decem aureorum deceptionem emtoris esse, si emat 21. aureis, quod tamẽ aperte docet deceptione supra mediam partem iusti pretij, quæ est quinque aureorum, sed supra totam æstimationem, vt esset æstimatio potius supra duplam, quam partem mediam. Igitur & emtore decepto in re valente 10. aureos, qui emerit 16. vel amplius, secundum glossam, Azonem & Odofre. vel restituetur pretium à venditore, vsque ad verum 10. aureorum, vel omni pretio restituto, rescindetur emtio. Siquidem in cõtractibus seruanda est æqualitas, *l. si socius pro filia, pro soc. P. arg. l. fina. de constit. Prin. C.* & quod vni contrahentium licet, alteri quoque licere debet, *l. 1. de cupress. li. 12. C.* Sed mihi probatur verior cõputatio Cyni, & aliam reijcio.

¶ Ter-

Digitized by Google

14 ¶ Tertio † iudicis partes hic sunt, num negotium rescissioni obnoxium sit. Quippe quod non semper defectus pretii, vel excessus supra dimidiam iustæ æstimationis rescissionem permittit: veluti primum, si casus dubius sit, *l. habitationem, de peric. & commo. rei ven. P.* Secundo si agatur de transactione, quæ non poterit prætextu læsionis supra veram æstimationem dimidiæ partis iusti pretii, retractari, *Bal. in rub. de transact. apud Greg. num. 7. Ias. in l. fratris, C. eod. Panor. in c. 1. eod. tit. ap. Greg. Alex. Imo. in tom. 1 cons. 42. Innoc. Iua. Anar. Petr. de Anchar. in c. peruenit, de emt. Speculator, in titu. de emt. §. nunc dicendum est, vers. quod de transact.* Tertio in æstimatione rei datæ in dotem, hoc remedium rescissionis cessat si tempore restitutionis faciendæ non exstat, sed statur æstimationi factæ, *l. si circumscripta, C. solut. matrim.* Quarto qui prudens scienſque valorem rei esse supra dimidiam pretii quod accepit, eiurauit hoc remedium expresse, vel tacite: cum suo priuilegio sponte & libere cedere cuique liceat, *l. si quis in conscrib. det. de episcop. & cler. C. l. pen. C. de pact. cum simil.*

15 ¶ Expresse † potest quis scienter, rem quam nouit maioris pretii, viliori vendere, & reliquum pretium expresse donare, *l. si quis donationis, 38. de contr. emt. in P.* vel si nominatim dicat, se cedere beneficio, *l. 2. de rescinden. vendit. C.* nam remittendi nō datur regressus, *l. queritur, §. si venditor, de edil. edict. in P. l. si quis, de iureiuran. C. l. qui res, §. aream, de sol. P.* Nisi tamē rusticus esset venditor, vel mulier improuida, qui nescirent quid, qualeve esset illud beneficium vel remedium, vt potius facilitate, quam consulto & ex liberalitate remittere videantur: & ita rusticitas, vt in aliis, excusat, *l. athletæ, §. de rusticis, de excusa. tutor. l. fin. C. de test.* Alioquin scienti, & volenti nō videtur inferri dolus, vel læsio, *l. cum donationis, C. de transact. 1. si. de actio. emt. P.* tum maxime, si is qui vendit, nominatim expresserit, vel instrumēto inseruerit, se rem quam decem scit valere, quatuor vel tribus, vel minori pretio vendere, & remittere remedium; *l. 2. de rescinden. vend.* donareque quanti pluris vendi potest. Speculator, *in titu. de emt: o. §. nunc dicendum, vers. quid si aliquis*, quoque tacite remissum hoc remedium scribit, si constet venditorem scire valorem verum rei venditæ, & nihilominus minoris vendidit, neque iuuandum hunc remedio postea. Et subscribit Baldus, *in l. 1. in fine, de act. emt. P. per l. dotem, de contraben. emt. P. facit, l. si quis eum aliter, de verbo. obli. P.* quia sciens æquiparatur remittenti, *dicta l. queritur, §. si venditor, de edilit. edict. P.* Atque excepta rudi simplicitate, & rusticitate, nemo præsumitur velle iactare suum, *l. cum de indebito, de probat. P.* Partim autem tacite, & partim expresse quis videtur remittere remediū, si ignorans veram æstimationē rei suæ, speciali nomine remiserit omnē fraudem veri pretii, & deceptionē vltra dimidiam eius: cogitauit enim fraudē in genere iusti pretii, sed non in specie, *vt in l. sub prætextu, in 2. ae transactio, C. & Paul. Castrens. in l. 2. de rescind. vendi.* Quo fit, vt heres à testatore damnatus, vendere alicui rem certo pretio, *vt in l. si æquo pretio, 69. de lega. 1. l. si cui fundus, de lega. 2.* non possit vti hoc remedio rescissionis, re vendita: quod testator partim donare voluerit legato, partim vendere, & ita notat Baldus, *in l. fideiussor, §. meminisse, de lega. 1. facit textus, l. Imperator, 72. §. si centum, de lega. 2.*

16 ¶ Sed † inutilis quæstio nō est. Non ex clausula illa quæ frequens in instrumētis, & fere semper adiicitur, si quid pluris valeat, donauit vēditor, &c. censeatur remissum remedium, l. 2. de rescinden. venditio. Cui respondendum censeo cum distinctione Bartoli, an sciuerit iustū valorem rei vēditor, an vero ignorauerit, *Barth. in l. si quis cum aliter, de verborum obligat.* Nam sciens certo valorem, arcetur à recessione. Quia scienti vt dictū antea, dolus non fit, *l. 1. de actio, emt. in P. cum similib.* nec scienti remedium datur, *l. si libertus, & l. Campanus, de o er. liber. P.* Contra si ignorauerit: quia si sciuisset, non contraxisset, *d. l. si quis tum aliter*, neque captiosæ donationes ratæ sunt, *l cum Aquiliana, de transact.* & tunc donationis nomen ab hoc ignorante prolatum, de modica re intelligi debet, *l. hæc adiectio, de verborum significat. P. l. si de meis, §. recepisse, de arbitr. in P. d. l. si libertus.* Potissimum cum clausula prædicta non inducat veram donationem, ex facillitate potius prolata, *Angelus in l. si tibi decem, de pact. in P.* ob illam facultatē, qua licet intra dimidiam iusti pretii cōtrahentibus meliorem suam conditionem facere, *l. si voluntate; de rescin. ven.* Si tamen adiiciatur eidem clausulæ, venditorem donare, quanti plurimi res est, siue magna, siue sit exigua quantitas, pro rogatur intentio, & ad quantitatem supra dimidiam iusti pretii existentem, & donatio sit maioris partis præter pretium, *l. si donationis, de contrahen. emt.* præsertim quod in dubio quilibet præsumitur scire vires sui patrimonii, *l. quisquis, C. de rescind. vendit.* Et res pro parte vendi potest, *d. l. si quis donationis, de contrah. emt. P. l. sponsus, §. area, de dona inter vir. & vxor. P.* exceptis incorporalibus, quæ huiusmodi sectionem non admittunt, & in solidum aut vendi, aut donari debent, *l. ab Anastasio, C. mandat. Odofredus in d. l. 2. de rescin. ven.*

17 ¶ Quinto † non competit hoc remedium, l. 2. de rescind. vend. C. in venditione facta iudicis decreto, seruatis subhastationis solēnitatibus. lege & edictis principum statutis. *l. 1. de prædiis decurio. lib. 10. C. tit. 3.* Nam si iudex abutatur facultate, vel excedat eandem in aliquo, salū prouocationis venditori ius est, *l. ab executore, quorum appellatio non recipiatur, l. ait Prætor §. permittitur, de minor. 25. an. P.* maxime si debitor cuius res venditur, contumax fuerit, qui absens pro præsente habetur; *authen. qua in prouincia, vbi de crimi. ag. oportet.* Subinde, si creditor additione dominij deceptus, vel venditione læsus, non possit conqueri, *l. à diuo Pio. §. si pignora, de re iudic. P.* non erit etiam audiendus læsus eadem debitor, vt æqualitas debita vtrique contrahentium cōseruetur, *l. in sacris, de proximis sacror. scrinior. lib. 12. C.* tū etiam quod inter solemnia alienationis rerum debitoris, nō adiicitur mentio, vt iustum pretium adsit, *l. Fulcinius, §. cum hoc edictum, ex quib. caus. in possessio, ea P.* Firmant autem istæ solemnitates vēditiones iudiciales, vt vix conuelli possint, *glo. in l. 3. §. fin. de adimen. le. P.* & interest reipublicæ decreta iudicū non esse eluſoria, *l. si Prætor, de iudic. P.* nisi ex iusta causa debitor esset absens, vel minor, *l. ignorare, de restitutio. mili. C. l. si finita, §. si forte, de dāno infect. P.* Non imus tamen inficias, cauendum esse, ne sub nomine subhastationis, fraus fiat priuatis debitoribus, reb viliore pretio distractis, neve plus exactor ex gratia, quā debitor ex pretio consequatur: neve gratiosæ auctiones fiant, & totum pereat debitori: nam certe efficax ea ratione erit, refuso pretio, rescissio, *l. si quos debitorum, 16. C. de rescin. ven. l. fundus, qui Lucii Titii, l. 9. iuncta glo. eo. tit. P.* Oportet enim bona fide emi, & auctiones & hastæ legitime & sine fraude decurrere: ne iniuriarū occasio oriatur, vnde iura nasci solēt, *l. meminerint. C. vnde vi.* Neq; etiā æquū est tueri emtiones, in quibus per obreptionē iudici impositum est, *l. 1 §. hæc verba, ne vn fiat et, &c. P.* Cetērū nisi probationibus liquidis impostura vēditionis iudicialis ostēdatur, vix aut nunquam à venditione iudiciali obsignata decreto, recedere licet: quia omnia præsumūtur solēniter acta, *Speculator in titu. de emtione. §. nunc videndū, in 1. vers. nunc breuiter scias*, & pro veritate res iudicata habebitur, *l. ingenuum, de stat. hom. lires manumissa, de reg. iur.* Quamuis iustum pretiū requiri in venditionibus iudicialibus admittamus, *l. si. de fide instr. & iure hasta, lib. 10. C. l. minori, de iure fisc. eo. lib. 10. C. l. §. diuus, eo. tit. in P.* tamen nihil prohibet verum & iustū pretiū illud dici, q tot proscriptionibus, tot diebus palā expositis, conquisitum est, & tantū inuentum. Si enim minoris, & supra dimidiā iusti pretii læsione interueniēte venibilis fuisset, verisimile & certo certius ab aliquo pluris emta fuisset. Quare recte iustū pretium erit, quod in loco maius nō potuit inueniri, *l. si. C. de admin. tut. l. pretia rerum, ad leg. Falc. in P.* Quod si quis conqueratur de fraude, de solēnitatibus omissis, illi prospectum est, vt liceat ei proponere, antequam decretalis fiat vēditio: quod si nō fecerit, mora sibi nocere debet *l. mora de reg. iur.* via enim post decretum, seruatis omnib. solemnitatibus agendi, præcluditur ex capite iniusti pretii.

¶ Sexto † non habet locum remedium dictæ l. 2. de rescin. ven. C. si res vendita perierit sine culpa possessoris. *gl. in l. 2. & in eam Cyn. q. 10. de rescin. ven.* quia hoc remediū tantum competit pro re repetenda, vel pretio supplendo, si elegerit emtor, *d. l. 2, de rescin. ven.* At re ante morā peremta, liberatur debitor ab eius præstatione, *in l. quod te si cer. pet. in P. l. si ex legati causa, de ver. obl. P.* nā æque erat peritura apud ipsum petentem si habuisset, imo & modico pretio accepto iustissimum est peremta re esse contentum, & lucro sibi assignare: quoniam si restituta fuisset illi res, restituisset pretium, & ita tunc & re & pretio priuaretur, *l. si res, §. si mulier, de iure dot. in P.* Neq; in repetitionem veniunt, quæ à fortuitis contingunt casib. *l. quæ fortuitis, de pig. act. C.* Dehinc res tantum erat in petitione, supplementum autem in electione emtoris cōuenti, quare re peremta, recte pretium nō petitur, *l. electio, §. si is, de noxal. act. P.* Si tamen qui emit minori pretio, iusto pretio eandem rem alii vendiderit, æquum est vt prior venditor eum primo emtore possit agere: quamuis res apud eum nō sit, & deserit possidere, vel quamuis pericrit. Quod, qui pretium habet, rem habere videtur, *l. qui pretio, de vsufruct. in P.* vt & qui dolo desiit possidere, perinde est ac si possideret: quia per eum factum, quominus possideat, *l. si hominem, de rei vind. P. l. seruum, §. ideo, de verb. obl. P.*

¶ Actionis † rescissoriæ huius Cæsares Diocle. & Maximia. fun- 19
damentum in humanitate cōstituisse videntur, dum aiūt, *d. l. 2. de rescin. vend. C. Humanum, vel pretium te restituente emtoribus fundum vendatum recipiat, &c.* Scilicet, quod labi, errare, & falli in negotiorum tractatione humanū sit: & proinde expedire deceptis communi fragilitate, subueniri, *l. 2. de actio. emt. C. l. 1. ibi inconsulto errore, &c. si maior fact. alie. rat. habue. li. 5. C. ti. 74.* Facile decipiūtur in rerum suarū æstimatione venditores. qui nō emerūt, sed aliunde gratis vel successione acceperūt: & habent iustam ignorandi causam, *l. cui in alterius, de reg. iur.* qui alibi quam vbi degūt bona sita habent, *l. in fraudem, qui & à quib. &c. P.* qui labore & sudore acquirunt, res pluris æstimant, quam qui relictis potiūtur. Est & vitium commune, vt amplius, quā in his sit, de facultatibus suis sperent homines, *§. præcaluisse, quib. man. non lic. l. qui non dum, de h. red. vel act. ven. in C. l. milites, §. à barbaris, de re milit. in P.* quo fit, vt qui sibi hoc modo plaudunt, vilius sæpe vendāt, dum plura sibi superesse arbitrātur. Sūt & aliqui, qui dū modico præsenti indigēt, rerum valorem verum, vt id consequantur, nō obsiderēt, quod & remedio dignum est, *l. cum ij, de transact. in P.* vi-

Digitized by Google

delicet si læsio excedat dimidiam veri pretij partem: alioquin enim, nō sufficit ad rescindendam actionem, obijcere quod vrgente debito, viliore pretio quis coactus fuerit, vel negotiis dictātibus familiaribus, vendere, *l. non idcirco, 12. de rescin. vend. C. l. cū te, de p. g C.* Quia enim sibi necessitatem imposuit, restitui nō debet, *l. si mulier, quod metus causa, P. l. si fideiussor, §. pen. qui satisd. cog. in P. l. 3 §. subuenitur. ad Senatusc. Syllania.* ¶ Finis †propter quē huic remedio locus, est æqualitas ad quam reducitur pretiū, in emtione proba, *l. 1. de contrah. emt.* iustis rationibus, ne quisquā cum alterius iactura locupletetur, *l. nam hoc natura, de condict. indeb. l. iure naturæ, de reg. iu. P. c* locupletari, *eo. in Sex.* nec tamen modica inæqualitas quę mediā partem iusto pretij rationem nō excedat, cōsiderabitur propter vtilitatem & frequentē vsum contractus emtionis, in quo propter minimā causſam, bona fide res vēdita, inemta fieri non debet, *l. res bona fide. §4. de contrah. emt. P. l. scio, de in int. g. restit. P.* Remanet †tamē adhuc tollendus scrupulus, num si contrahentes emtionem, iurent se non recessuros à cōtractu, & illum inuiolate seruaturos, locus sit huic remedio, ob lesionē supra dimidiam iusti pretii partē. In quo Odofredus, *in d. l. 2. de rescin. ven. C.* tradit iuramento excludi remedium, nec iurātem exspectare debere principem, vel legē sibi fore auctorem periurii, *per l. 1. & 2. si aduer. ven. C. l. 2. de indict. viduit. toll. C.* quē aliqui sequuntur, *Paul. C. ist. in l. 2. in 7. concluſ. nu. 15. & 20. de rescind. vend. Archid. & Ioan. And. in c. 2. de pact. in Sex. gl. in d. l. 2. de rescin. ven. & ibi Bar. nu. 9. & 10. nisi inquiunt, dolus vel metus adsint.* Cōtraria tamē mihi verior videtur sentētia, nec ad supplemēti iusti pretii petitionē iuramētum pertinere, nec ex generali clausula iuramēti firmari quod legibus improbatur, *l. non dubium, C. de legib. l. iuris gentium, §. generaliter, de pact. P.* Et cum iuramentū hoc sit contractus confirmatio, non potest cōfirmatio impedire quominus agatur ad supplemētum, *l. 1. si maior fact. alie. sine decre. fac. ratam habue. C.* quia & remanet contractus. Eadem enim leuitate, qua circumuenti vltra dimidiā partem pretij inducti sunt ad contrahendum, & iurarunt, & remiserunt generaliter facultatē remedii huius: parque ius introduci debet, *l. doli, §. diuersum, de noua. P. Iaco. Butrigarius in auth. sacramenta puberum, si aduer. ven. C.* Cum neq; ad incognita trahi possit conuentio, *l. tres fratres, de pact. P. l. tutela, de in interg. restit. mino. C. l. si. de non num. pecunia, C. l. si. qui satisda. cog. P. l. si. ad municip. l. mater. de inoffi. test. in P.* nec cēsetur periurus qui ex causſa legitima à iuramēto recedit, *d. l. si. qui satisd. cog. P.* nisi nominatim contrahentes fuerint certiores facti de vi remedii huius rescissionis, & postea iurauerint, vt diximus paulo ante, alioquin generalis clausula remissionis supplemēti. petēdi, de modico intelligitur, *l. hac adiectio, de verb. sign. l. cum furti, de in litem iura. P.* Suadeo tamen, vt tutius alea iudicii procedat, postulari ab episcopo gratiam iuramenti, antequam qui iurauit agat: quod & melius esse ait Cynus, *in d. l. 2. q. 14. de rescind. vend. C. propter cap. cum contingat, de iureiur.*

DE REDHIBITIONE GENTILITIA, LIBER XXVI.

De frequenti inter nationes plures consuetudine redhibendi, & de redhibitionis finitione.

Cap. I.

1 & 2 *Retractus gentilitius apud Romanos aliquando probatus iure pontificio, & Gallico, & aliarum nationum.*
2 *Iubileus Hebræorum.*
Vicinis ius prælationis in emtionibus rerum vicinarum, quo ordine olim, eod.
3 *Retractus gentilitij synonyma.*
4 *Retractus gentilitius, quid.*

1 MEminerunt Cæsares † Valentinus, Theodosius, & Arcadius, dudum concessum fuisse proximis, consortibusque, vt ab emtione extraneos remouerent, vt homines suo arbitratu vendenda non distraherent, *l. dudum, 14. de contrahen. emt. C.* Id ficbat offerendo, & soluendo venditori, vel restituendo emtori pretium venditionis per proximiorem, intra annum & diē, *ca. constitutus, de in integ. restitutio.* Hanc consuetudinem in Gallia fere tota seruari, tradunt Cassanæus, *in commentarijs ad consuetudines Burgundiæ, tit. des retraicts §. 1.* & Guillelmus Benedictus, *in repetitio. c. Raynutius, ad verba, & vxorem nomine, decisio. 1. num. 156. & decis. 5. num. 44.* potiss mum in Aquitania. Et in Feudorum legibus quoque obtinuisse, fidē quæ de ijs scripta iura sunt, faciunt, *§. sed etiam res, per quos fiat inuestitura, lib. 2. Feud. tit. 3. fina. qualiter poterat olim feudum alienari.* receptam & in patria Briansonii tradit Guido Papæus, *quæst 257.* in Picardia, Odofredus, *in l. dudum, de contrah. emt. C.* Lutetiæ, Aquitaniæ, & in Germania Nicolaus Boer. *in commenta. ad consuet. Biturigum, tit. de retraict linager. §. 1.* ¶ Apud †Hebræos redhibitio, vel redemtio rērū venditarum duplex. Vna quam imitatur Solonis lex σεισάχθεια, seu releuatio debiti, *de qua Plutarch. in politic.* Hebræi iubilēum vocānt. *Sanctificabis*, inquit, Dominus, *annum quinquagesimum, & vocabis redemtionibus omnibus habitatoribus terra vestra: ipse enim est iubileus: reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque ad familiam pristinam, Leuit. 25.* & *Numero. c. fin.* Alia rehibitio fiebat iure proximitatis, quo proximior in emtione, remotioribus & extraneis præferebatur, *dicto cap. 25. Leuit. Ruth. 4. Hierem. 32.* de hac nos loquimur. Exstat Romani, & Michaelis, Imperatorū Orientis, constitutio nouella, *in iure Orientali, lib. 1. in constitutione Romani & Michaelis, titulo, περὶ τῶν πρωτοκτισιῶν, id est, de iure prælationis, meminit & Constantinus Harmenopulus, lib. 3. promtua. iur. titu. 3.* qua cauetur, vt in vēditione rerum immobilium, primū moneantur testato cognati, quos succedere inquit, diximus κατὰ τάξιν, id est, ordine, deinceps & illi, cum quibus res communes erant, etsi extranei sint: postremo & vicini vniti aliqua ex parte rei: cum his moneri eosdem, vt intra triginta dies verū pretium, si velint, quod verus emtor daret, præstent. Ex post hæc libere aliis posse alienare. Exstat & Imperatoris alterius Orientis, Phocæ alia constitutio, quæ hoc ius prælationis sustulit proximis & vicinis pauperibus, *dicto libr. 1. iur. Orient.* ¶ Redhibitio † gentilitia variis nominibus ab interpretibus, & 3 iure dicitur: vt redemtio, ius πρωτοκτισιῶν, id est, prælationis ius, ius retractus, *iuxta l. 1. de natur. lib. C. l. 1. de fundis rei priuat. lib. 11. C.* ius congrui, Gallis, *retraict. linager.* ¶ Finitio † autem substantiam omnem redhibitionis huius euoluens hæc erit: vt sit facultas redimendi rem immobilem venditam, æquali pretio, iure proximitatis, intra certum tempus competens. Quæ nostra methodo tunc explicanda per singula copiosius est. quod frequens eius sit in vsu quæstio: considerantes ordine, res. personas, & reliqua negotii propositi per nostram artem Syntaxeos. Diuisionem huic huius retractus substantialem nullam apposuimus, cum de vnica tantum specie eius sermo sit instituendus quamobrem & ad res properamus. 4

De Rebus pro quibus locum habet Redhibitio gentilitia.

Cap. 2.

1 *Redhibitio gentilitia quare tantum habet locum in immobilibus.*
2 *Mouentia esse inter mobilia sunt.*
Mobilia non dicuntur, nec immobilia nomina, eod.
3 *Reditus annui, & pensiones, quando inter mobilia, & immobilia.*
2 & 3 *Immobilia quæ dicantur.*
4 *Redhibitio gentilitia locum habet in vsufructu vendito.*
5 *Vectigalibus & portorijs.*
6 *Retrahi à proximis nequeunt, quæ venditor nuper quæsiit.*
Biens de l'estoc *quid. eod.*
7 Nouueaux acquestz *quid.*
8 *Limitanea regni.*
9 *Fines regni maxime à regibus obseruandum, ne à priuatis pericloſe teneantur.*
10 *Vendita regi.*
Regum admonitio de non vsurpandis priuatorum bonis. eodem.
11 *Num confiscata.*
12 *Non vendita ab ecclesia: contrasi ei vendantur.*
Ecclesia quomodo consuetudine laicorum, & statutis obligetur, eod.
13 *Decimæ venditæ ecclesiæ, an retrahi à proximis possint.*
14 *Non heredibus vendita.*
15 *Non vna ex pluribus rebus venditis, vel pars ex toto.*

16 Non

Digitized by Google

16 *Non venditæ ecclesiis, vel scholis ædificandis.*
17 *Non feuda.*

1 RES quæ retrahi †possunt hoc iure, immobiles tantum sunt: non autem mobiles, *ita iudicatum refert Ioannes Lucius, li. 9. placitor. curiæ, tit. 3. placito 1. 1. tradit & Maſſuerus in præiudicio 19. de retract.* Mobilium rerum, vilis & abiecta est possessio, *l. si rem immobilem, 47. de acqu. rer. poſſ. P. l. peregrè, 24. eod. titul.* Vt & facile ab ignorante amittatur. *gio. in l. proxime citatis legibus. & in l. si post acceptum, 18. de rei vind. P.* Et in his non cadit affectionis consideratio, cum natura illarum fluxa & mutabilis sit, vt vestigia maiorum, virtutisque memoria illorum retineri non possit. Et proinde sine solemnitate alienari possunt: diuersum immobilibus *l. lex quæ tutores de administra. tut. C. l. fi. C. quan. decre. opus non est. l. & si sine, §. quæsitum, de minor. P.* Quo fit, vt neque bona mobilia, hypothecæ nomine data, retrahi possint iure prioritatis, quod regula Gallica dicimus, *que biens meubles n'ont point de ſuite, in conſuet. Burgun. tit. des rentes vendues à rachapt, & inibi Chaſſa. §. 3.*

2 ¶ Inter †mobilia, mouentia sese annumerari possunt vt animalia, *l. mouentium, de verb. ſignif. l. à diuo Pio, §. 2. de reſtud. P.* At nomina neque mobiliũ neque immobiliũ nomine cõtinentur, sed tertium quoddam genus faciunt, *d. §. 2. l. à diuo Pio, & l. quã Tuberonis, §. in peculio, de peculio, Aufrerius quæſtio. Tho. 315. Bald. in c. fin. de feud. cogn. Alexan. conſil. 52. vol. 1.* si tamen ius consideretur quod ex illis pendet, pro immobilibus inter immobilia non dubitandum annumeranda. *Alberic. in dictionario iuris, in verb. mobilibus.*

¶ Annui †quoque reditus, si illi perpetui sint, & inter mobilia sunt: si breui tempore duraturi inter mobilia, *Alexa. in l. mouentia. de verb. ſign. per c. quæreiam, de electio.* Quare pensiones perpetuæ debitæ ecclesiæ, easdem solemnitates exigunt, si alienentur, quas res aliæ immobiles, *in l. iubemus & auth. hoc ius porrectum, de ſacroſ. eccleſ. §. vult enim, ae nõ alien. reb. eccleſ. col. 2. in Auth. l. fin. §. præterea de iur. dot. C. clementina exiui, §. cumque, de verb. ſignif.* ita reditus, census, pensiones, inter immobilia annumerantur. Et sancitum in Burgundiæ consuetudinibus, retractum hũc locũ habere in censibus perpetuis venditis, *in conſuetud. Burgũd. ti. de retraictz §. 8.* ¶ In fructibus tamen semel venditis, *in conſuet. Turonen. c. 31.* vel certo tantum tempore percipiendis, vel post aliquod tempus redimendis, redhibitio gentilitia non admittitur, *gloſſ. iuncto textu, in tit. de non alien. reb. eccleſ. col. 2. cle. 1. de reb. eccleſ. non alien. l. fin. de requirend. reis*, si vsusfructus fundi vendatur, quia inter res immobiles cõputatur. vt pars fũdi. *l. 2. & 4. de vſufruct. lib. 7. P. tit. 1.* facit locum huic redhibitioni, *Matthæus de Afflict. in commentar. ſupra ius protomiſeos. Chaſſaneus in commen. ad conſuet. Burgund. tit. des retraicts, in §. in verbo heritage, verſ. quæritur.* ¶ Idipsum † censendum in vectigalibus, & portoriis, quæ vocant guidagia, portoria, pedagia, & in similibus, quæ vendita subiiciuntur redhibitioni, *Chaſſa. in proxime citato loco*, quia hæc inter immobilia venire notat Baldus, *in cap. 2. de feud. cognitio. & in c. 1. quæ ſunt reg. in vſib. feud.* Placet etiam, si mobilibus pretiosis accedant quædam immobilia ne prætextu immobilium, mobilia redhibeantur, neque etiam immobilia. Ridiculum enim est, vt pretiosius viliori cedat. *§. ſi quis in aliena tabula, de rerum diuiſio. P. l. qua ratione, §. ſed non vt litteræ, de acq. rerum domin. l. iuſtiſſimæ, de adilit. edict. vide Boerium ad conſuet. Biturig. tit. de conſuetud. retract. §. 1. verſ. quid ſi permutans.* vt sæpe in permutationibus fit, *c. ad quæſtiones, de rerum permut.* ¶ Sed †latius adhuc percurramus res immobiles, quæ venditæ non possunt redhiberi à proximis, vel ob naturam rerum, vel ob priuilegium personarum, quibus væneunt, vnde & dulcidior erit notio rerũ quæ retrahi possunt. Primũ itaque locũ non habet hæc redhibitio, si venditor eas res, quas vendidit, nuperrime quæsiuit. Quia tunc verum est eas non esse de genere, vel familia, vel e bonis maiorũ, antiquæ hereditatis, aut, vt cũ consuetudinibus loquar, *ae l'eſtoc. Boerius in commẽt. ad conſuetudines Biturigum, tit. de retraict. §. 2. gloſſ. 1. verſic. quid ſi permutans, & in deciſ. 76. n. 1. & conſil. 42. nu. 9. Bald. conſil. 369. incipien. in præmiſſis, vol. 2. Maſſuer. in Praxi iudicio ti. de retract. §. 1. Chaſſa. in conſue. Burg. in tit. de retract. in 1. verbo ancien.* Quod liberior sit distractio rerum à nobis acquisitarum, quam aliunde relictarũ, *auth. præſbyteros, in 1. de epiſc. & cler.* nec proximioribus in illis dicatur affectio esse, cum maiorum non fuerint, quorum ratione redhibitio videtur inducta, *l. ſi in emtione, de minor. P.* Contrariũ tamen seruari apud suos, & in Germania scribit Massuerius, *in praxi ti. de retract. §. 1.* sed communis vius firmatur consuetudine feudorum, in quibus alienatio, aliis quam proximis fieri nõ potest, si feudũ sit paternũ, vel antiquũ: contra si feudum nouum, aut de

7 nouo quæsitum, *§. vnic. de ſucceſſio. frat. lib. 2. Feud. tit. 11.* ¶ Notandum † tamen nouam acquisitionem, & vt dicunt consuetudines, *nouueaux conquestz*, non dici si aliquando rem venditam per proximum, retraxerit: nam ea tunc maiorum censetur, quare si vẽdatur ab eo, huic iuri subiicietur, *Boer. in d. §. 1. de retracti. verſ. ſciendum quod ſi quis.* Item singulare quod obtemat Boerius & alii, rem quæ diu possessa fuerit, à venditore qui eam acquisiuit, posse retrahi per filios vltimi venditoris, *Boerius deci. 76. nu. 10. per tap. conqueſtus, & ibi Henricus Bollst. de in integ. reſtitut. Chaſſaneus ad conſue. Burg. in ti. de retra. §. 1. ad verbum, le plus prochain, verſic. aduerte. Baldus conſil. 310. volum. 4. Ludou. Bolognin. conſil. 3.*

¶ 2. Liberum † non est ius retractus proximioribus venden- 8
tis, si fundi, castrum, aliæve res in regni liminibus constitutæ vendantur & proximior, cui parum fidit princeps, aut res, velit retrahere, *l. quicunque, & l. fin. de fund. limit. lib. 11. C. l. 1. non licet habitator. metroco. eod. lib. 11. C.* quia fines publicos detineri à priuatis temere non oportet, cum suspicio mali imminet in rempublicam, *l. ſi legatum, 5. de operibus pub. lib. 50. P. ſet. 20. opus nouum, 3. de operibus pub. in P.* ¶ Narrat † Ammianus Marcellinus, *lib. 18.* 9
belli & cladis Romanæ à Persis susceptis susceptæ, causſam prodisse ex Antonio quodam, qui ex opulento mercatore euaserat rationarius apparitor, vexatus potentũ iniustitia, & oneratus fisci rationibus, fundum pretio in Hiaspide, quia locus vicinus Tigridis fluentis, magno mercatus est iuxta oras Persicas: vnde proditionem à nullo animaduersus molitus cum sapore, qui pro Persis oras circa Tigridem obseruabat regni. Fuerunt, prõ finibus agrorum inter priuatos, aliquando à partis initiis atrocia bella: vt inter Iapygas & Tarentinos in Italia, *Diodo. Siculi li. 11. Biblioth.* inter Corinthios & Megalẽſes, *eod. Diod.* inter Egesteos & Selinuntios, *iaẽ Dioa. in 12.* multo magis inter principes de finibus regni conseruandis curandum est, quos obseruant diligentius & pertinacius hostes, vt via sit facta regni potiora inuadant. ¶ Tertio † cessat retractus in rebus venditis regi, vt iudi- 10
catum in suprema Parisiorum curia, in vigilia omnium Sanctorum, anno domini 1283. in causſa comitatus Guinensis venditi Principi, *refert Papon. libr. 11. Rhapſo. areſt. titu. 7. areſt. 11.* iura quippe regum & eo extenduntur, vt consuetudines possint abrogare lege, *Bald. in auth. hoc amplius, col. 2. verſic. quæro an filij regis, C. de fideicom.* & res possessoribus nullo, aut modico pretiõ dato, adimere, *l. ita verberatus, de rei vindic. P. l. Lucius, de euict. 2. Reg. c. 8.* vtpote domini rerum regni, *l. à Zenone, de quadrien. præſcript. C. l. deprecatio ad leg. Rhod. de iac. P.* Et quod principi placuit, legis habet vigorem, *l. 1. de conſtitutio. princip. §. ſed & quod princi. de iure naturæ. apud Iuſtinia.* quatenus quam aliquando verum sit, alii quos principes hac licentia abuti, degenerante imperio patet nõ in tyrannidem: ipsi tamen viderint, & sciant, non omne quod licet honestum esse, nec semper iusti: proponantque: sibi exemplum Achabi regis, & quid illi acciderit, ob vineã ereptã Nabotho, præter illius voluntatem, *3. Reg. c. 21. & t. Achab. de pœnit. diſt. 3.* qualeve iudicium D. Chrysostomus tulerit de vinea ab Augusta viduæ erepta. Meminerint dignam esse vocem in maiestate regnantis, se profiteri subditum esse legibus, *l. digna vox, C. de leg.* ¶ In † bonis porro delatis ad fiscum per con- 11
tractum, certe iustior est opinio, redhibitionem gentilitiam locum habere, *Boerius in deciſ. 279.* quod in contractibus instar priuati sit, *l. 1. de iure fiſc. lib. 10. C.* & succedens priuato eius iure vtitur, *lib. 2. de fiſcal. vſur. lib. 10. C. l. cum quidam, §. fiſcus, de vſur. P.* neque priuilegio vtitur, nisi quatenus expresse illi priuilegiũ concessum reperitur, *gl. in l. item veniũt. §. in publicorum, in verb. publica. de pet. here. in P.* & proinde si ratione pecuniariæ mulctæ, quæ in ærariũ, vel fiscum exsoluẽda est, res alicuius distrahantur, vel fisco addicantur, redhiberi à proximo poterunt: cũ rem suam persequentibus pœnæ fiscales postponãtur. *l. Vni. pœnis fiſcali, creditores præferri, lib. 10. C.* Ceterum si alia ratone ob crimen fisco bona rei adiudicentur, cessabit redhibitio: quia nulla ibi emtio, ex qua ius retractus oritur, *c. conſtitutus, de reſtit. in integ.* & quia fiscus tunc succedat, & teneat locum, non alterius possessoris, sed rei ipsius, *l. Statius Florus. §. Cornelio, de iure fiſc. P.* veluti heres etiam eiusdẽ aliquando, si cũ filius rei bona partiatur, *l. ſi deportatus, 8. de bonis proſcript. li. 9. C. tit. 49.* & vltra, delatis bonas in fiscũ, mutatur eorũ qualitas, & ex priuatis publica fiũt, vt notauit Speculator, *in tit. de obligat. & ſolut. §. 2. verſ. illud autẽ.* Quod pertinet autẽ ad bona quæ vt vacantia, ad fiscum perueniunt, perperam disputatur, num proximis liceat à fisco redhibere: nam si proximi sint, vacantia non dicuntur, *l. 1. & l. vacã. de bo. vac. li. 10. C. l. 1. §. diuus, de iure fiſ. in P. l. 1. C. vnde vir & vxo. l. fi. quorum bonor. C.* ¶ Quarto, † extra aleam quidem est, res ven- 12
ditas ab ecclesia non esse obnoxias redhibitioni, eo quod ecclesia nõ habeat proximos, nec eius bona iure hereditario deferãtur, *ca. 1. de conceſſ. præb.* Verũ nõ caret dubio, an dũ ipsa emit, possit res à proximis venditoris redhiberi. Et tandẽ pluribus placuit posse, *Matth. de Afflic. in tracta. protomiſeos, verſ. quæro an iſtud ius congruit. Barth. Chaſſa. ad conſuet. Burgũ. ti. de retract. §. 1. in verb. l'homme ou femme, verſ. quæro quid ſi eccleſia. Boerius deciſ. 331.* Videtur nãque ecclesia huic iuri se submisisse, eoque in sãciẽdis statutis, solẽt interesse vna cũ populo & nobilibus personæ ecclesiasticæ. Neque etiã ignoratur consuetudines efficaces, quod à principe firmatæ, vel expresse, vel silentio tacite sint. Proinde, vt princeps ius habet sãciendi de bonis tẽporalibus ecclesiarũ, sine que ea ratione iurisdictionis principis, vt ait Baldus, *in c. cũ venisſent, de eo qui mittit. in poſſ. cauſſ. rei ſeruã. col. 3.* & consuetudines obligabunt in his ecclesias: præsertim cũ vis nõ fiat ideo priuilegiis ecclesiasticis, *ca. 1. & 2. 10. diſt. can. ſi quidam. 37. diſt. c. 2. de primi. c. 1. de ope, no. nun. facit glo. in c. ceterum. ae oper. noui. nun.* Imo & personæ ecclesiasticæ in rebus à proximis venditis, hoc iure vti pos-

Digitized by Google

13 sint. ¶Singulare tamen hoc est, in decimis ecclesiasticis ecclesiæ venditis per laicos proximos non posse retrahere, nisi antè cõcilium Lateranense permissum laicis decimas illas retinere. Et ita decisum alias, *Ioannes Lucius in placit. curiæ*, & *Papus lib. 11. Rhapsod. Arestor. tit. 7. arest. 13.* Decimæ quippe propriè sunt in bonis, ecclesiæ, & eorum qui inseruiunt, *Leuit. 27. Num. 18. c. causſa, Carpensis 14. de verb. sign. c. Saluator, 1. q. 3. c. tua, in 2. de decimis cũ sim.* ¶ Quinto, in hereditate, vel parte hereditatis vẽditę
14 non datur proximiori venditoris redhibitio gentilitia, *Maſſuer. in praxi, tit. de retractu, §. itẽ si heres vendiderit*, quod in hereditatis venditionem veniãt simul mobilia cum immobilibus, & mobilia non redhibentur, vt diximus: proinde neque immobilia: quia hereditas sectionem non patitur, *l. 1. & l. si solus, §. item puto, & l. si ex asse, de acquir. hered. l. quidã, in fi. de iure delib. C. l. quidam, in fi. de omni agro deser. lib. 11. C. tit. 58.* Neque hereditate vẽdita, res singulares censentur venditæ, *l. 1. C. de euictio.* quia ius hereditas est, *in l. nihil aliud, de verb. sign. l. hereditas de reg. iur. &* iura indiuidua sunt, *l. stipulationes non diuiduntur, de verbor. oblig. l. 1. §. incorporales, de rer. diuiſ. in P.* Sed & hereditas vices defuncti gerit, & personam defuncti repræsentat: & proinde per hereditatis venditionem omnino ius familiæ non videtur immutatum, *l. cum hereditas, 9. C. depoſ. li. 4. tit. 34. l. de hereditas, de acquir. rerum dom. §. 1. de ſtipu. ſeruor. l. nouatio, in 2. in fi. de nouatio. P.*
15 ¶Ex quibus, sexto, sequitur, vt vna re, vel pluribus, vna emtione & simul distractis, proximus partẽ rei, vel vniã vel aliquas tantum ex pluribus, redhibere non possit: quod & in dominio feudi, & dominio directo statuitur, *Maſſuerius in d. tit. de retractu, §. item vna vel plurib. huc pertinere poſſunt quæ de redhibitione ædilitia diximus.* Neque totius rei dominus efficere potest, vt partem rei pro derelicto habeat, partem vero retineat dominij, *l. an pars, pro derelict. in P.* neque minor pro patre agnoscere potest quod tutor gessit in contrahendis nominibus: sed in totum, aut à toto recedere debet, *l. cum quæreretur, de admi. tut. P.* Idipsũ in procuratoris amotione responsum, *Vlp. in l. in cauſſe, 28. de procurator. P.* & pluribus rebus venditis addictione in diem, non auditur, qui partem pretij, & partem rerum offert, *l. quod ſi vno, de in diem addic. P. facit l. ſi duos, de contrah. emt. P. l. ſi quis alienã rẽ, 46. de ſolutio. in P. l. ſcire debemus, 28. de verbo. oblig. P. expreſſe l. ſiſtulas, 78. §. qui fundum, de contrah. emt. P.* Scio tamen antiquum Anonymum interpretem in 2. consideratione retractus, quæst. 9. existimasse veriorem contrariam sententiam, propter l. vxorem, l. 39. §. agri plagã, de legat. 3. vbi diuisio rei fit. Sed nihil ad ius hæc pertinent, quæ ibi traduntur: nec l. legatarius, 38. de legã. 2. nec alia quæ ille perperam, vt mihi videtur, adiicit: neque animaduertit in redhibitione ædilitia priorem sententiam expresse firmari, *l. ædiles aiunt, §. ſi. l. pen. de ædil. edict.* & facultatem in dando vel faciendo consistentem, non posse pro parte impleri, *l. ſi ita fuerit, 13. §. quæſtio. de manu. teſt. in P. l. ſi plures pen. de conditio. inſertis. C.* qualis est redhibitio hæc, *gl. in l. certi condictio, ſi certum petã. P.* Nam & exemto actio continet rem tradi, *l. exemto, 11. de actio. emt. P. l. ſi traditio, C. eo. l. in cõuentionalib. in fi. de verb. oblig.* contractusque vt in facto consistentia, indiuiduus, *l. conſilio, de curator. furioſ. C. l. qui quadraginta, ad l. Falcid. l. 2. §. item ſi in facto, 4. §. Cato, de verb. oblig. l. nam abſurdum, de bon. liber. l. quidã elogio. 20. C. iure delib.* Prohibet & lex in fundis vna concessis, retrahi fertiles sine sterilibus, *l. quiſquis, & l. qui vtilia, de omni agro deſert. lib. 11. C. & l. 1. de fund. rei priuã.* Meminit Ioannes Lucius, placuisse Parisiorum curiæ supremæ pridie Calendas Iulij, 1550. in vẽditione prędii cum debitis aliquot annorum fructibus venditis, eum qui prædium sibi gentilitio iure redhiberi petebat, cum de fructibus controuerteretur, qui mobilium appellatione censentur, non posse prædium sine fructibus redhibere, quia fundus, & prædium vno pretio emti essent, *Ioan. Lucius li. 9. Placitor. curiæ. tit. 3. placito 4.* Receptum quoque vt quãdo res in parte sit deterior, habeatur, ratio nõ partis, sed totius, *in l. Mœuius. 68. §. in fundo. de lega. 2.* Ceterum si vno instrumento, vel diuersis, diuersæ res distinctim certo pretio venduntur: vt vendo prædiũ centum aureis, domum quinquaginta, poterit proximus quam voluerit harum retrahere, *Tiraquellus tract. de de retractu, §. 23. gl. 2. nu. 20.* quia diuersæ venditiones cẽsentur, *l. ædiles autem, & l. plura, de ædi. edict. l. quod ſæpe, §. in his. de contrah. emt. l. in bello, §. viri, de capti.* Idipsum si vno pretio væneant, quod postea diuidatur, vt vendo tibi centum aureis prædium & domum, videlicet prædium 50. domum quinquaginta, *gl. in d. l. ædiles, autem, §. ſi plura, verſ. ſi fortè, de edil. edict. & l. ſcire debemus, eod. tit.* nisi constiterit emtorem non aliter emturum fuisse alteram rem sine altera: tunc enim non officiet diuisio pretij: quare vel vtramque redhibendam, vel ab altera abstinendũ esse satius est dicere, *l. cum eiusdẽ, §. interdũ de ædi. edict. P.* ¶Septimo nõ re-
16 trahuntur res pro ædificandis vel augendis scholis, *Ioannes de Platea, ad leg. vnicam, per illum text. in fi. de ſtud. libera. vrb. Rom. li. 11. C. tit. 18. poſt Guiliel. de Cuneo in l. decreuimus, de epiſc. & cler. facit l. ædificia, 13. de op. pub. lib. 8. C. tit. 12. l. ſi cui locs. 9. de ædiſi. priuatis. lib. 8. C. tit. 10.* vel ecclesiis venditæ: & vtilitas publica, priuatorum præfertur commodis: & quod pluribus expedit, quam quod paucioribus, *l. vtilitas, de primi. lib. 12. C. l. acti one. §. Labeo pro ſocio, P. l. vnica, §. pen. decad. tollend.* nec quisquam dubitat ea loca, & personas earum, militari iure vti & priuilegio, *l. ſiliusfamilias, de milit. teſtam. P.* in militiæ autẽ fauorẽ, certũ est & à dominis propria in milites transferri, *gl. in l. nepos Proculo, de verb. ſign. in l. aduocati, de adu. diuer. iud.* ¶Octauo, quando iura vasalli 17
venduntur, cessat retractus, *l. Lucius de eui. §. ita verberatum, §. 1. de rei vind. P. Anonymus antiquus auctor, de iure retract. in 12. reg. 7. limitatione*, ne cogantur vassi seu vasalli, inuiti habere quem nolint dominum. *arg. l. inuitus, 34. de fideicommiſſ. liber. lib. 40. P. tit. 5. & ibi gl. iunge l. generaliter, 24. §. fin. eod. tit. l. Titius cum decederet, 44. de actio. emt. P. §. præterea, in 2. de prohibita feud. alien. per Federicum vſib. feud.* Videtur enim electa persona domini, seu patroni à subditis, & eius fides, cui forsan similis futura retrahentis esse non posset, cum variæ sint hominum voluntates, *l. quia poterat, ad Trebell. c. quia diuersitatem, de conceſſ. præb.* & electa alicuius industria, per alium præstari non potest, inuito stipulante: cum inter artifices magna sit differentia, *l. inter artifices de verb. oblig. in P.* Ceterum in Gallia hoc non existimo verum, quod feuda patrimonialia facta sint, ex beneficio principis distributa in perpetuum possidenda, vt quolibet titulo in alios instar patrimonii alterius generis, alienari possint. *Bald. in l. final. de consti. princip. Guliel. Benedict. ad verba & vxorem nomine 3. deciſ. mercer. 6.*

De Rebus ex alijs contractibus, quam per venditionem simplicem distractis, in quibus non admittitur redhibitio gentilitia.

Cap. 3.

1 *Redhibitio gentilitia sit de rebus tantum venditis.*
Redhibitio gentilitia an locum habeat in venditione conditionali, eod.

1 NOno regula generalis est, res venditas tantum retrahi, nõ alio titulo distractas. In quo dubium tamen adhuc est, an venditæ res sub conditione possint retrahi. Quã quæstionẽ plurib. vtrinq; deprõptis rationibus problematice tractaui aliquando Caduroi, explicans huius potestatis redhibendi quæstiones, quas si vellem huc transferre, in immensum libellus hic augeretur: & sufficere mihi videtur indicare Tiraquellum, virum certe multæ electionis & eruditionis diligentissimum, scriptis mandasse, locum esse redhibitioni in conditionali de futuro, venditione, & ita iudicatum in suprema curia Luteriæ, *Tiraq. in tract. de retractu glo. 2. in verbo, a venda, num. 29. & in gloſſ. 1. eius verba numero 12. vſque ad 34. hoc explic.* Quia in contractibus conditionalibus, inspicitur tempus contractus: non tempus impletæ conditionis, *l. ſi filiusfamilias, de verbor. obligat. & de regul. iur. l. 2. §. id quoque, de collat. bonor. P. l. vltima, ae ſtipulat. ſerui. lib. 45. P. tit. 3. l. quæ legato, & l. ſeq. de reg. iur. P.* Quamobrem creditor, cui sub conditione, debetur, de iure suo excipere debet, & vt nostri loquuntur pragmatici, *eſt tenu s'oppoſer*, licitationibus, seu subhastationibus, vel subscriptionibus bonorum debitoris, intra tempora præstituta ab statuto, exceptionibus proponendis, etiam pendente conditione: alioquin aduenientе conditione, postea excluderetur, lapso termino, vt ait Iason, *in l. ſi ſtipulatus fuerim, §. cum ſtipulamur, de verb. oblig.* videlicet, si certum sit conditionem exstituram, non aliter. Hac ratione & creditores sub conditione mittuntur quoque in possessionem, *l. in poſſeſſionem, 6. & ibi gl. ex quibus cauſſ. in poſſeſſ. eat. P. lib. 42. ti. 5.* Et hæc præsertim vera sunt, vbi traditio rei venditæ, pendente conditione fit, *l. dotis fructus, §. ſi. & l. ſeq. de iur. dot. P. l. in ſimile, 12. de rei vind. lib. 3. C. tit. 32. l. ſub conditione, 16. de ſol. P.* nã tũc ante implementum dominium transfertur: nisi etiam esset traditio conditionalis, vt notat Tiraquel. *in dicta verba, a venda. gl. 1. nu. 55. & 56.* Sed & nihil interest emtoris, vel venditoris, si exsistente etiam conditione incerta proximus, si velit, possit retrahere, oblato pretio cum onere conditionis, & qualitatis venditionis. Interesse autem poterit proximi retrahentis, qui à pendente conditione, forsan habet in numerato pecunias, quas tẽpore impletæ conditionis non est habiturus, *Tiraq. vbi ſupra gl. 2. nu. 28.* Erit itaque in arbitrio proximi, pendente conditione, nu m velit retrahere: siquidem nõ cogitur, nec currit præscriptio temporis anni & diei, nisi à tempore impletæ cõditionis, *Guillel. de Cuneo, & Alber. in l. 1. §. annus, per illum textum quando actio de pecul. in P. l. Titius, 49. §. procedit autem, de excuſæ. tut. item Alber. in 1. parte Statutorũ quæſt. 97. verſi. ſed nunquid proximior. in fi. facit l. tali, de iure dot. P. l. bonum, §. ſi ſub conditione, de ædil. edict. l. Caius, de excuſ. tut. l. fi. §. fin autem, C. de leg. 1.*

Num retrahatur res vendita cum Redhibitione temporali pactitia, vel pacto legis commissoriæ, vel addictionis in diem.

Cap. 4.

1 *Retrahi non potest à proximis res vendita cum pacto de retrodẽn-*

Digitized by Google

dendi, vel legis commissoriæ, vel addictionis in diem.
2 *Dummodo fiant in ipsa venditione, non si postea.*

IN hac quæstione duæ sunt pugnantes sententiæ, verior tamen est, venditam rem pactis his de reuendendo, vel sub lege cõmissoria, vel addictionis in diem, non posse retrahi iure gentilitio, priusquã tẽpus pacto appositũ elabitur, post quod etiam tantum tempus vtile anni & dici incipit currere contra proximum. Et ita iudicatum, *Ioannes Papæ, lib. 11. Rhapsodiæ Arresto. 13. arrest. 8.* secundum sententiam Baldi & Cyni *in l. contra maiores, C. de inofficioso testa.* Vbi Cynus in versi. vltimo, tradit posse agi etiam aduersus debitorem post triginta annos, sine metu præscriptionis, si pactum antea appositum fuisset de non petendo per triginta annos. Ratio quia per hæc pacta resoluitur venditio ipso iure, & redit res sine alia traditione ad venditorem, modo impleto, *l. si quis hac lege, 42. de rei vind. P. l. fi. de leg. commiss.* Sic nec currit tempus adipiscendæ possessionis, quandiu dubiũ est, ex quo capite delata est, *l. quandiu, §. qui admin. ad bon. possess. possint, libro 6. C. tit. 9. l. 1. C. de bon. possess. secund. tabu. lib. 6. tit. 11.* Estque in prædictis conuentionibus, pendente potestate, concessa retrahendi ipsi venditori, potius res penes emtorem commodati vel precarij nomine, quam alienationi perfectæ titulo. Ioannes Faber autem in plerisque locis refert, ex consuetudine seruari, vt præferatur consanguineus pacto de retrouendendo: iure communi autem diuersum, si semel venditor rem vendiderit. Quia, inquit, ex eo ius est quæsitum consanguineo, *Ioannes Faber, in §. 1. de emtic. apud Iustinia.* Idipsum tuetur Matthæus de Afflictis, *in tracta. protomiseos, in verbo, licet enim supra diximus, colum. antepenul. versic. item quæro. de alia quæstio.* cuius ratio, quod contrahentes expresse pactum nequeunt facere inter se, ne proximus retrahere possit, igitur nec tacitè, per pactum redhibitionis, vel legis cõmissoriæ, vel modi alterius. *per l. cum quid, si cert. pet. Mat. de Afflictis, decis. 358. Tiraquell. in tracta. de retract. conuentionali, §. 1. glo. 7. num. 2.* Quæ tamen rationes parum accommodæ videntur: cum traditio quidem simpliciter pura dominium transferat, at non ea quæ cum modo, vel sub conditione fit. Et aliud est pactum expressum, quo non potest præiudicium fieri proximo retrahenti, aliud sibi prospicere, vt res aliquando ad se redeat. Quemadmodum neque obiici potest, quod in conditionalibus venditionibus locus sit retractui, vt dictum proxime est: nam aliud est conditionem, aliud modum adiicere venditionibus, vt in aliis. *l. 1. de his quæ sub modo lega. vel fiacicommiss. relinq.*

¶ Verum sciendum est pactum redhibitionis, vel, vt interpretes loquuntur: de retrouendendo, ita demum redhibitioni impedire gentilitiam, si in ipso venditionis contractu fiat. Idipsum & in pactis aliis legis cõmissoriæ, & addictionis in diem & similibus: tunc enim pactum rei pars & emtionis censetur, *l. fundi partem, de contrab. emt. P. l. pacta conuenta, eod. titu. P.* & pacta conuenta insunt bonæ fidei iudiciis: si ex continenti subiecuta sint. non si ex interuallo. *l. iurisgentium. §. quinimo, de pact. P. cum similib. in ibi not.* Nam si ex interuallo fierent, ipso iure resoluerentur venditiones, non secus, quam ex nouatione, & pacto sequente, *glos. in l. ab emtione, in verbo cogatis, de pact. in P.* neque posset pactus huiusmodi semel antea perfecta venditione pura, ex qua iam ius quæsitum est proximo, pactum in præiudicium eiusdem efficax esse, *l. si vnus. §. ante omnia de pact. in P.* & perfecta ita venditio, in damnum alterius nec diem neque conditionem accipit, *l. perfecta C. de don. quæ sub mod. sic* & animaduertit Tiraquell. *in tracta. de retractu conuentionali, 6. 1. glos. 7. num. 4.*

De re vendita in venditione nulla, an retrahi possit.

Cap. 5.

1 *Redhibitio gentilitia non habet locum in venditione nulla.*

NOn potest agi iure hoc redhibitionis gentilitiæ ex venditione nulla, veluti si ea facta contra iuris communis vel municipalis prohibitionem, veluti si minor vendidit, *Tiraquell. tract. de retractu gentilitio, §. 1. glos. 2. num. 5. Capella consilio causar. ciuil. 44. quæst. de præsentatione, colu. 2. versi. de prima quæstione.* quia appellatione venditionis venit propriè valida. *l. 4. §. condemnatiõ, de re iudic. l. 3. §. hac verba. de negot. gest. P.* Neque ex inutili, & nulla iura, accessionis fundi, clientelaris, seu laudemia debentur, *Ioan. Faber in l. 1. quando licet ab emt. disced. in C. & in l. fi. colum. 1. in verbo irritum, comm. de leg. C. & ibi Barthol. & Paul. Castrens. ad §. sed cum nulla, eius. l. fin.* Ex nullo nihil sequitur, *l. eius qui in prouincia, de reb. cred.* & pro pretio reperendo condictio indebiti competit ex emtione nulla. *l. scriptum meum. 37. de condict. indebi. li. 12. P. tit. 6.* Obseruãdũ tamen, emtorem obiicientem proximo ex redhibitoria agenti nullitatẽ, non audiri: cum illius nõ interfuerit recepto pretio: & qui excipit, potest repelli per repplicationem quod sua nihil interfuit, *§. ille à quo. §. 1. ad Senatusc. Trebell. fuse Carol. Molinæus in consuetudines Parisiens. titu. 1. §. 13. gl. 5. in verbo. vendi, in 11. quæst. & Tiraquellus de retract. gentilitio, §. 1. gloss. 2. num. 11.*

De re quæ redit ad dominum iure commissi, an à proximo redhiberi possit.

Cap. 6.

1 *In commissum quando iure scripto, & Gallico incidit res.*
2 *Redhibitioni rei venditæ quis præferatur, dominus ne censualis, an proximus.*
In commissum re incidente, quis præferatur, an proximior alienationis, an is cui commissum debetur. eod.
3 *Feudo incidente in commissum quis præferatur, proximus agnatus an dominus.*
Feudum quibus modis incidat in commissum. eod.
4 *Commissum ob inficiationem domini, in Gallia.*

CVm census domino directo non soluitur, vel iura fisco non penduntur, res cadit in cõmissum, id est, res adimitur possessori, *l. cõmissa, 14. & l. fin. dini quoque de publ. & vectig. vide ac commissione rei, vel ac publicatione debits non soluts glos. an l. 1. & 2. de vectigal. & commiss. lib. 4. C. tit. 61. & interpret. in d. commissa, & in d. §. dini.* & redit ad dominum: vt & quando emphyteota, alterius quàm ecclesiæ, per triennium cessauit in solutione pensionis, *l. 2. de iur. emphyt. C.* si ecclesiasticus, si per biennium. *e. post tuos, de loca. ambitus. qui vend. de sacros. eccles. C.* Quæ in publicis pensionibus, quibus res onerantur, locum habent, *l. obsistere, 9. de anno. & tribu. lib. 10. C. tit. 16.* extra ius Gallicum, quo non est locus cõmisso, ob moràm quis solutionis, nisi inficiatur dominũ petentem. ¶ In hac itaque causa quæritur, num proximior, qui vult redhibere rẽ hanc, quæ in cõmissum cadit, potior sit domino censuali, vel alio, cui res iure cõmissi cõpetit. Et distinguunt aliqui proximior nomine suo, an eius qui cecidit in commissum soluat: si pro suo, non prosit solutio debitori: si eius debitoris audiatur, vt eum liberans, cum inuitum quis liberare possit pro eo soluens. *Bart. & Bald. in l. arborib §. quod tamen de vsufru. in* P. Quod tamen respuit Ludouicus Romanus *sing. 558.* qui scribit solutionem factam censûs à tertio, etiam suo nomine liberare debitorem, & prodesse emphyteotæ. *per l. fama censuali, §. si cum ego, de censib.* Quamobrem dicemus in specie proposita dum cõmissum fit: & locũ habere redhibitionẽ gentilitiã, & proximiorem reddito, vel oblato debito census, retrahere. Quod est ex sententia Boerij. *decisi. 279. nu. 1.* Quia & concurrẽte domino, & proximiore, in iure redhibitionis, præfertur proximior. *in consuet. Burgund. tit. de retractu, §. 10. quam consuetudinem, communem esse ibi tradit Chassan.*

¶ Quanquã Albericus in contraria videatur esse sententia *in l. Imperator. in 2. de pact. in P.* & Iason, *in l. 3. colum. 4. ibi iuxta supradictum notabile, C. de iure emphyt.* In feudo tamen quo priuatur vasallus, num ei præferatur dominus, distinctio adhibenda ex modis, quibus feudo quis priuatur. Feudum quippe in cõmissũ incidit, vel ex negligentia recognitionis domini, vel ob delictum inhonestum cõmissum, vel ex inficiatione domini, *§. 1. & 2. qua fiunt prima causa bene. amitt.* Negligitur dominus, quando nõ negatur quidẽ, verumtamen ius illi debitum, quando, & modo quo oportuit nõ præstatur: vel si inuestitura seu adeptio possessionis ab eo nõ petitur, intra annum & diem, vel aliud tempus à consuetudine, vel lege feudi definitum, quo casu fidelitatis prætermissio professione, vt ingratus beneficio priuatur. Ex delicto priuatur quis feudo, plurib⁹ de causis, vel delicto cõmisso contra ipsum dominum, vt si periclitantem dominũ in prælio non iuuerit, si eum aggrediatur: si filias eius corruperit, & ob alias similes causas feudorũ vsib. explicatas. *§. item qui dominum fœnerem. §§. seqq. quæ fit. 2. bene. amit. in vsib. feud.* Vel etiã ex delicto in alium, quam in dominũ cõmisso. Cũ autẽ quis priuatur feudo, delicti in dominũ cõmissi causa, præfertur dominus proximioribus: in aliis proximiores ei præferuntur, *§. si. qua sit prima causa bene. amitt.* redit enim facile ob ingratitudinẽ donatoris, res ad pristinum donantem dominũ. *l. fi. de renoc. do. C. cf. §. apud Gregor. l. 2. de ingratis hæred. octauus. 4. 2. l. 1. de liber. & eor. liber.* Casu tamen, quo quis fratrem domini occidit, proximiores tantum post tertium gradum, non intra, admittuntur, propter vicinitatem conjunctionis. *§. fin. si vasallus feudo priuet. cui defera. lib. 2. Feud. tit. 31.*

¶ In inficiatione porro domini ademtio prædij clientelaris, proculdubio ad dominũ, vt ab ingrato erepti. *§. si. vasallus si feudum, & §. penult. vers. vasallus feudum, quod sciens tit. si de feudo defunct. controuers. fuerit inter domi. & agna. defunct. lib. 1. de Feudo. titu. 26.* pertinet, expulsis proximioribus. Quod arbitrabãtur, & verum esse plerique in inficiatione domini tacita, puta, quia vasallus, cliens dominum patronum non conuenerit, nec professus est apud illum acquisitionem, id est, recognouit, vt dicit, dominum, quo casu & priuari tradunt feudo, *vt in §. 1. & 2. qua*

Digitized by Google

fuit prima causa bonif. amittẽd. & ita tradit Ioan. Andreas, in additionib. ad Speculatorem, tit. de feudis, §. quoniam, & in additio. directa Baldus, Alexander, in 3. volumine consiliorum, consilio, 10. col. ultima tertia, versicu. denique si reperiatur, Laurentius Sylvanus libr. de feudo recognitione, cap. 87. Hodie tamen in Gallia generali vsu receptum est, ne ob inuestituram non petitam vasallus feudo priuetur. Sed remedio alio subuenitur dominis, vt possit sui mancipii res facere, & in eas manus iniicere, veluti rebus vacantibus, & à nullo vasallo occupatis, donec vasallus fidelitatis se adstringat sacramento, *Boerius in consuetudines Biturigum, tit. de consuetud. feudi, §. 6. & 15. Ioannes Samson, in consuetudines Turonia, tit. comment. hommage se doibt offrir à son seigneur, in princip. & artic. 3. Chassanæus, titu. des fiefz, in princip. & in gloss. dodans l'an, num. 12.*

Num Redhibitio hæc fiat in donatis, & de relictis titulo generali, vel particulari institutionis.

Cap. 7.

1 *Redhibitio gentilitia in donatis locum non habet.*
2 *Proximus quis.*
Fraterna amicitia, eod.
3 *Redhibitio gentilitia non fit de relictis institutione, vel legato.*

1 IN summa, † redhibitio gentilitia in donatis locum nõ habet: quemadmodum ædilium curulium redhibitio, ad res donatas quoque non pertinet. Ne quod quis benigne in alium contulit, fraudis consilio reuocet, vt ait Modestinus, *l. ad res donatas, 62. de ædil. edict. P.* Præfertur emtori proximus venditoris, quod pretium restituendo, & satisfactum est emtori & venditori: at in donatione id consequi non possumus, nec proximus qui vult redhibere, potest præstare, quæ donans à donatore accepit bene merita, sine detrimento donatoris, *l. affectionis & l. donari, de donati. P. ca. 1. eod. tit. apud Gregor.* qui præstitit: affectionis quippe gratia fiunt donationes, & liberalitates, nec decipi, sed iuuari beneficio nos oportet, *l. in commodato, §. sicut comm. P.* ¶ Isque † verius dicitur proximus, à quo auxilium & gratiam suscipimus, potius quam cognati, à quibus contemnimur: vt Dominus noster Iesus Christus, per parabolam eius qui inciderat in latrones, docuit. *Luca, c. 10.*

2 *ἐστὶ δ' οὐδὲ τοι κασιγνήτου χρεὼν*
γίνεται ἐς κὰν ἐ πατρὸς ἐὼν πεπνυμένα εἰδῇ, Homer. in fine libr. 8. Odyssea.

id est,

Quoniam non sane frater inferior
Est qui socius exsistere prudentia sciat.

Quanquam Sotion, *apud Stobæum*, recte dixerit, *οἱ ἀδελφοὶ τοιοῦτοι, ἡ φίλοι φίλοις ζητοῦσι, φύσεως οὐκ οὖσι τοῖς ἑαυτῶν· τοὺς δ' ἀπ' ἀρετῆς γεγονότας*, id est, *Qui relictis fratribus alios amicos quærunt, similes illis sunt, qui suum ius inculcum sinunt, & alienum excolunt.* Concludunt itaque Fridericus, *in constitutione sua contractus protomiseos*, Matthæus de Afflictis, *eodem tractat. protomiseos, §. licet enim, 4. colum.* Chassanæus, *in §. 9. §. sed quid in donatione titu. de retract.* & alii, donationem huic redhibitioni non subiici: neque prohibita venditione, censetur prohibita donatio, *l. 1. & fin. de prædiis decur. lib. 10. C. l. 1. de fundo patrimoniali. lib. 11. C. Cynus & Bald. in l. volumus, C. de fideicom.* ¶ Quamobrem † neque in relictis titulo institutionis generalis, vel particularis, erit locus redhibitioni gentilitiæ: quia in illis donatio & propter bene merita, & legata, & hereditates testamento, *l. nec adiecit, pro socio, in P. l. rem legatam, de adimen. leg. in P.* relinquuntur. Estque legatum, donatio à testatore facta, ab herede præstanda. *§. legatum, de lega. apud Iustinia. l. legatum, de lega. 2.* Sæpius quoque dictum est, & hereditatem & heredem, defuncti personam referre, *l. denique, quod vi aut clam, in P. §. 1. de iureiuran. à moriente præstit. coll. 5. in Auth. l. fin. C. de impuber.* quam bonis propriis non priuaret proximus.

Num in datis caussa transactionis redhibitio hæc admittatur.

Cap. 8.

1 *Redhibitio gentilitia locum non habet in datis ex transactione.*
2 *Laudemia quando debeantur ex transactione.*
3 *Redhibitio num locum habeat in litis æstimatione.*

1 CLassici † omnes consuetudinum fere interpretes defendũt, in datis ex caussa transactionis, vel remissis retractui locũ non esse. *Matthæus de Afflict. in tracta. protomiseos, §. licet, 8. columna, Chassan. ad consuetudines Burgundiæ, titu. de retraictz, §. 1. in verba, a vendre, versic. quid in transactione, Arnol. Ferro. in titul. de retractu, §. 25. & 28. in consuetudin. Burdegalen.* Quemadmodum feudum, quod per se alienabile est, sine consensu domini, iure feudorum, *§. 1. de controuers. feudor. inter vasall. & alium, de beneficio, in vsib. feud.* potest libere, dummodo abfit fraus, transactione remitti. *§. penult. versic. si vasallus, de beneficio, tit. si de feudo defuncti contentio sit inter domin. & cognat. vasall.* Transactio quippe refert caussam dubiam, & dominium incertum, qua de controuertitur, dubiusve litis euentus, *l. 1. de transa. P. l. 2. C. eo. tit. c. super eo, 20. tit. ap. Greg.* Quamobrem ex transactione datũ, vel acceptũ, incertum remanet, num accipientis vel dantis esset, *l. quod dicitur, de peculio, in P.* vt proximus inde non possit cõqueri fuisse maiorum. Atq; hic nõ mouendam esse camarinam recte Iurisprudentes censent: ne lites sint immortales, quas tollit trãsactionis auctoritas, *l. fratris, C. de transact.* Tiraquellus *in §. 1. de retractu gentili, glo. 14. nu. 63.* temperamentum huic quæstioni cum distinctione adfert, inspiciendum esse, num per transactionem fundus, vel res immobilis relinquatur ei, qui ante nõ possidebat, dato ab illo aliquo pretio: an vero apud eum qui ante possidebat: inter quæ multum interest. *l. si pro fundo, & ibi Barto. & Bald. C. de transact. glos. Barth. & alij in rubr. pro emtore, glo. Bart. & Alberic. in l. 1. eo. titu. P.* Et quãdo relinquitur penes antea possidentem, non esse locum retractationi: sin contra, esse, *in consuetu. Andegauensium, artic. 360.* & ita intelligendam esse Chassanæi sententiam, *in d. §. 1. de retractu in consuet. Burgun.* quam & idem Chassanæus alibi apertius explicat, *in titu. des fiefz, §. 8. ad verba, alienation & transport, versic. nunquid autem vasallus possit super feudo transigere.*

¶ Sicuti † nec debentur laudemia ex transactione, per quam 2
res remanet penes antea possidentem, non contra. *Sanxonius in consuetu. Turonia, titu. comme le fiefz se doibt offrir au seigneur, §. finicolum. 1.* ¶ Quamobrem † & in transactione, quæ propter suscipiendam litis æstimationem fit, locus erit redhibitioni gentilitiæ, 3
vt tradit antiquus interpres Anonymus, *in tractatu de retractu, penultim. consideratione, quæstion. 10.* Quod dicit obseruari contra sententiam Ludouici Romani, qui arbitratus, *consilio, 107.* ex necessaria alienatione non esse locum iuri retractus. Ratio, quod litis æstimatio, similis sit emtioni, *l. 3. pro emt. in P. Cicero late pro Cluentio, quid sit litis æstim.* Quamobrem & Tiraquellus ratus est, ius retractus habere locum in transactione, etiam quando res remanet per eam penes possidentem antea, dato aliquo pretio, non ipsius quidem rei, sed iuris ipsius. *Tiraquellus tract. de retractu gentilitio, §. 1. glo. 14. nu. 64. & 74.* Quod ea transactio habeat speciem venditionis, *citat glo. in l. cum ij, §. si vni, in verbo transactionis.*

De datis ex compensatione, & acceptilatione, num hoc iure retrahantur.

Cap. 9.

1 *Redhibitio gentilitia, quando locum habeat in datis ob compensationem.*
Et in acceptilatione, eod.

IN hac quæstione, † distinctione adhibita, respondet Chassa- 1
næus, *in consuet. Burgundiæ, titu. des retraictz §. 9. versic. item quæritur, Matthæus de Afflictu.* an contractus, in quo ius retractus præcedat compensationem, & tunc in compensatione ius congrui, seu redhibitionis vtilis tantum locum habere, *Leussa, de libera lega. P.* an vero nullus præcesserit: & tunc locum non habere: quia compensare fit donare, *l. Iulianus, de condict. & demonstra. l. si fundum, 83. §. si tibi fundum, de lega. 1.* Imo potius & habeat speciem permutationis, quæ respuit ius retractus, cum liquidi ad liquidum fiat tantum compensatio, *l. 1. de compensa. P. l. si constat, C. eod. titu.* Proinde etiam ex accepto latis non erit danda redhibitio, eo quod ex parte remittentis censeatur esse donatio, in qua iam diximus non habere locum redhibitionem hanc gentilitiam.

De remissis in diuisione.

Cap. 10.

1 *Redhibitio gentilitia non fit de rebus diuisis.*
2 *Adiudicatio in diuisione facta, similis emtioni, verum alia ab emtione.*

PLacuit † etiam in diuisis nõ esse locum redhibitioni gentili- 2
tiæ, *Chassanæus, in consuetud. Burgund. titu. de retract. §. 9. versic. item in diuisione.* Diuisio namque nullum tribuit ius nouum, sed quæsitum ante distinguit, *l. 2. commun. prædior.* quod commune

quippe

Digitized by Google

quippe est, meum est. *l. sorti electione. §. fin. de lega. 1. l. illud, de vit. mort. P. l. 2. de condit. institutio. l. 1. §. si dominici, ad Senatusconsul. Syllan. in P. cum similib. l. merito pro soc. P.* Sed ne quis in communione contra iuris regulas remanere cogatur, *l. fin. in fine, de litigios. C. l. fin. C. commun. diuidun. l. si non sortem, §. si certum, de condict. indeb. P. cum similib.* libere partem suam ab aliena separare poterit, ne communio pariat discordias. *l. cum pater, § dulcissimis, de lega. 2. l. 2. quando non potentium partes, lib. 10. C.* Et constat ex his, quæ paulo post, Deo fauente, dicentur ex permutatione redhibitionem non dari, cui proxima & similis est diuisio. *l. cum pater, §. hereditatem, in 2. de lega. 2. gloss. in l. 1. commun. vtriusq. iud. C. in verb. placuit.*

2 ¶ Nec † nos mouet, quod inter diuidendum interdum iudex adiudicatione vtitur, & eius remunerationis caussa, pretio alteri sociorum adiudicato, vt emtioni tunc diuisio accedere videatur. *l. 1. l. diuisionem, commun. vtriusque iud. C.* Siquidem imitatur quidem emtionem in eo diuisio, facilioris diuisionis ratione. *l. 1. 2. 3. §. cum autem, commun. diuidun. C. §. quod si commode, de offic. iudic. apud Iustin.* sicut & similis, quod vtraque sit bonæfidei. *§. actionem, de act.* vtraque habeat euictionem, *l. si fratres, C. communia, vtriusq. iud. & titu. de euict.* at nullum simile idem est, *l. si idem, C. de codicil.*

De rebus mutuatis, locatis, in solutum datis, num redhiberi possint.

Cap. 11.

1 *l. & 2. Redhibitio gentilitia non habet locum in mutuatio, commodatu.*
In locatis. eod.
3 *Redhibitio gentilitia habet locum, in datis in solutum.*

1 DVbium † potuit esse in mutuo, num retrahi posset, quod mutui dominium trãsit in eum, qui mutuatur, & fiat, quod mutuo, de meo suum. *l. 3. §. appellat, de reb. cred. in P. §. 1. quib. mod. re contrah. obliga.* Minus autem in commodato vrget quæstio, quod per illud non fiat rei alienatio, vel dominij mutatio, *l. res commodata, commo. P.* eademque res expleto vsu, in quem commodatur, reuocatur ad dominum, *l. in commodato. §. sicut commoda. P. c. vbic. eod. sit. apud Greg.* multo minus quoque dubium in precario, quod ex arbitrio dantis repetitur. *l. 1. & l. 2. & l. cum precario, de precar. in P.*

4 ¶ Sic † & in locatione retractationem gentilitiam cessare palam est, quia nec ex ea censetur alienata res, *l. non solæ loca. P. l. qui rem suam, 20. eod. tit. C. l. codicillis, 9 1. §. instituto filio, de lega. 2.* etsi locatio fieret in longum tempus per contractum libellarium. Ceterum neque etiam mutuum retrahi posse, verius est. *Franciscus Mignon in commentar. consuetu. Andegauensi. in articu. 345. consuetudinum, 12. parte, vbi agitur de retract.* Quia tantum, vt monuimus, in rebus soli, non in mobilibus, in quibus cessat affectio, retractus gentilitius locum habet. Consistit autem in mobilibus tantum mutuum. *l. 1. §. mutui datio, de reb. cred. P. §. 1. quib. mod. re contrab. obliga.* Sed & gratia, quę in mutuo est, affectionis est, & veluti liberalitatis, quę personam egredi non debet debitoris. *vt in donationis retractu paulo ante diximus.* Insuper non videtur res alienari, quę ea conditione datur, vt eodem numero, pondere, & mensura, & bonitate restituatur, quemadmodum fit in mutuo. *l. 2. & l. cum quid, si cert. pet. P.*

3 ¶ Sed † quid statuendum in rebus, quæ in solutum dantur videamus. Verior certe est sententia, qua asseritur in his rebus, locum fore iuri retractui, & in decretali venditione. *consuet. Biturigum, in tit. de retract. §. 9. in additione 3. ad §. 1. tituli de retractu ep. Masuerium, in praxi, Ioan. Faber in l. si prædium, C. de euict. facit l. Senatus, 45. de lega. 1.* Neque interest emtoris, si numos quos tantum credidit, recipiat cum accessionibus legitimis: cum in numis non cadat affectio. *l. numis, de in litem iuran. P.* Estque datio in solutum, instar emtionis, *l. 3. pro emtore, P. l. fin. ex quib. caus. in possess. eat. P. l. si prædium, 4. C. de euict.* sed vltra, res quæ in solutũ datur alienari censetur cum onere suo, *in l. alienatio. & l. qui tabernas, de contrab. emt. in P. l. Statius Florus, de iure fisc.* quale est, vt res possit à proximiore redimi: accideret alioquin, vt quod via vna prohibetur, videlicet per emtionem, ne fiat fraus proximo, id per obliquum permitteretur. *contra l. cum quid, de reg. iur. cautum, de procura. l. fin. C. si mancipia venent, ne profitetur. l. scire oportet. §. mater, de testa. l. 1. oratio, de sponsalib. P.* Et hanc quæstionẽ quoque alias in publicis prælectionibus problematice disputani: sed nunc sufficiat, si quod verius mihi videtur explicauerim breuius.

De rebus permutatis, num subiiciantur retractui. Cap. 12.

1 *Redhibitio gentilitia non habet locum in permutatio.*
2 *Nisi in fraudem fiat.*

NOn † habere locum retractum in permutatione notant cõsuetudinum enarratores. *Chassanæus in §. 9. des retraict. in consuetu. Burg. versic. quid autem. Matth. de Afflict. in commentar. iuris protomiseos, in gl. licet enim Boeri. in §. 1. de retract. in consuetu. Biturig. Ioan. de Plat. in l. fi. de pradiis decurio. sine decret. non alien. li. 10. C. vers. & facit hæc lex.* Quia qui prohibetur vendere, non prohibetur permutare. *vt in leg. 3. de prædiis curial. lib. 10. ca. ad quæstiones, de rerum permut. ap. Greg.* Dehinc permutatio non videtur omnino alienatio, eo quod alia res in locum datę subrogatur, quæ naturam prioris referre videtur, *l. si cum iudicio sisti, §. qui iniuriarum, l. si quis cautio, P. l. parabolam. C. de episc. & cleri. §. fuerat, de actio.* Quod tamen ita accipi debet, si res permutata sit eiusdem qualitatis, vt si immobilis cum immobili permutetur. *Boerius in d. §. 1. de retract.* Quamobrem si ex vno latere res immobilis vna, ex alio res alia, & pretium permutentur, dubium est, an tanquam emtio censeatur contractus: an tanquam permutatio. Proinde Ioannes Andreas, *in cap. ad quæstiones, de rerum permut.* inspiciendam arbitratur esse mentem eorum qui agunt: num velint permutare, an vendere. At cum de ea non constet, inspiciendum est, num pretium excedat valorem rei, cum quâ pretium pro vna re datur, & an ei res accedat, & tunc dicetur emtio: tunc que erit locus retractui, quia quod præpollet inspicitur, *l. maiorem, de pact. P. l. quod in dubiis, de consecra. ecclesiar. l. quæritur, de statu homi. c. Hermaphroditus, 4. q. 3. l. tenetur, §. 1. de actio.* an vero pretium rei accedat ad perficiendam æqualitatem, quo casu censetur permutatio. *d. c. ad quæstiones, de rerum permut. l. item si pretio. §. 1. locati.* Quod si nec de hoc quoque constat, dicẽdum arbitratur Bartolus, esse contractum innominatum, *in l. 1. n. 7. de rerum permut.* & agendum esse præscriptis verbis actione. *Bartol. in l. 1. §. at cum loca. facit l. 1. §. at cum, de præscri. verb. in P.*

¶ Et † hęc vera sunt, quando sine fraude permutatio fit. *prædicti interpretes citati in hoc cap.* In fraudem tamen feciſſe non videtur is, qui cum vellet ius protomiseos declinare, & vellet prædium emere, aliud prædium dedit, quod pro pretio, nomine permutationis, tradidit: quod is cum quo permutauit statim vendidit, vtroque sibi ita prospiciente: *Tiraquell. in proœmio retract. num. 71. & seq. l. si cum alienum, 70. §. sed prætor, de acquirend. hered. P.* Hoc quippe non fraudi, sed prudentiæ adscribitur, *l. si pupillus, 42. in 1. de acquir. hered.* vt non reprehenditur is, qui sibi prospiciens, subiiciat aliquem, qui à se procuratore rem emtam nomine dominij petat. *l. atqui mutua, 20. §. cum me absente, de negot. gest. P. l. servus dotalis, 59. solut. matrim. in P. l. cum pater, §. Titio, de lega. 2.* Et sic consilium fraudandi potius, quam euentum consideramus, *vt in l. 4. §. si quis autem, de fideicommiss. libera.* cum in fraude vtrumque consideretur, animus, & euentus. *in leg. ait prætor, §. 1. qui in fraud. credit. in P. l. si servus, in 2. 81. de acquir. hered. l. quia autem §. si patronus, in fine, si quis omiss. caus. testa. in P.* Neque nos mouere debet, quod permutatio vicina sit emtioni, *l. permutationis, C. de rerum permut.* & ideo admittere videatur eandem redhibitionem: quandoquidem & verum est in aliquibus cum ea, vt cum ceteris conuentionibus, conuenire: veruntamen diuersam habere naturam, *l. 1. de rerum permu. P. l. 1. in fin. de contra. emt. in P. l. naturalis, §. 1. de præscri. verb. P.* vt in redhibitione, & aliis quibusdam.

De Personis, quæ retrahere possint.

Cap. 13.

1 *Retrahit proximior venditori.*
2 *Propinquus & proximior quis dicatur.*
3 *Redhibendi facultas, ad quem gradum extendi possit personarum.*
4 *Redhibendi facultas à tempore venditionis incipit quari tunc proximo.*
5 *Redhibere num possit proximus, qui ex mandato venditoris vendidit.*
6 *Redhibent proximi omnes, si velint, si sint in eodem gradu, alioquin ordine proximiores.*
7 *Redhibitio num fiat à proximiore, facta venditione vni de genere.*
8 *Redhibent proximiores, si velint, ab emtore: non tamen togi possunt ab emtore redhibere, si nolint.*

HActenus † de rebus, vt de materia: nunc de personis quæ retrahant agamus. Constat itaque proximum esse debere retrahentem, qualis dicetur is, quem nemo in gradu cognationis anteceedit. *l. ex duobus de vulg. P. di proximi, de verb. sig. P. l. 1. §. proximus, vnde cog.*

¶ Fluctuant † tamẽ interpretes in definiẽdo propinquo, seu proximiore. Nam aliqui rati sunt proximos cõsiderari debere, respectu eius à quo processerunt res, non habita ratione vendi-

Digitized by Google

toris. *Bartholomæus Chassanæus in §. 1. ad verba. d'un ensuyst. l'heritage, de retract. in consuetu. Burgun. Tiraquell.* adfert rationes in *tract. de retractu gentilitio, in §. 11. glo. 1. num. 12. 13. 14. 15. 16. 17.* At Tiraquellus melius refert proximitatem ad vendentem, *Tiraquel. in d. §. 11. gl. 1. num. 18. 19. 20. quia ille, §. 11. loquitur nominatim de proximo vendentis.* non ad eum à quo prius bona descenderunt, vel ad stipitem: dum enim moritur possessor, non eis bonis, proximi eorum à quibus bona processerunt, succederent, sed proximi possessoris, vtpote mutata iam familia per acquisitionem, vt per additionem bonorum defuncti fiunt heredes. *l. sed si plures, §. filio impuberi, de vulg. in P.* Sicuti & in successione feudorum, in quibus & ius retractus locum habet, persona vltimi vasalli, non primi acquirentis inspicienda. *§. 1. & ibi Andreas Isern. de natura succes. feudi, in vsib. feudo. & Bald. consil. 200. vol. 15.*

3 ¶ Verumtamen† quæritur vsque ad quem gradum porrigitur facultas redhibitionis. Et certe si ius successionis sequamur, ad decimum vsque gradum prorogabimus nomen agnationis: si autem consideremus proximitatis nomē, vsque ad sextum, & septimum à sobrino sobrinaque natum. *§. fin. de success. cognator. vide Theophil. in d. §. fin. edidit.* Hancque postremam sexti gradus & septimi proximitatem in retractu admitterem tantum, propter affectionem rerum, quæ in eo considerantur, quæ certe affectio, neque in personis vltra septimum gradum conseruatur, *c. ad sedem, 35. q. 5.* attamen sequor graduum computationem Pontificiam, iuxta canonem, ad sedem, 35. q. 5. cuius gradus 7. est in iure ciuili 12.

4 ¶ Obseruandum† autem proximum hunc venditoris, tempore venditionis sibi quærere ius, facta venditione, vsque adeo vt si emtor, pendente tempore anni & diei, quod indultum est proximo ad redhibendum, *c. constitutus, de restitut. in integr.* rem alii vendiderit, & secundus venditor alij, & quamuis per mille manus, vt dicunt, alienatione res peruenerit: nihilominus tamen 1 proximus prioris emtoris à quocunque potest intra tempus repetere, & præfertur proximis 2. & 3. & vlterioris venditoris: semel enim ei ius quæsitum, ab emtore vendente, auferri sine facto eius non potuit, *l. id quod nostrum, de reg. iur. c. satis peruersum, 16. dist. c. conquerente, de restitut. spolia. l. fin. de pact. P. l. nouatione, de fideiuss. l. si cum, C. de loc.* Et pendente concesso tempore redemtionis, res alienata censetur cum suo onere ab emtore primo distracta, *l. vnic. rem alienam gerent. non interd. rerum suarum alien. C. l. 1. & 2. fine censu & reliq. fundum comparan. non poss. C. l. nihil proponi, 123. de legat. 1.* & cum iure tantum vendentis, *l. qui tabernas, de contrahen. emt. P. l. via, 21 §. si fundus, de seruitu. rusticor. prædior.* cumque causa rei, *l. alienatio cum sit, de contralien. emt. P.* Quamobrem proximus, durante sua facultate, aget non tantum aduersus emtorem primum, sed aduersus quoscunque possessores rei: quia hæc actio personalis est in rem scripta, rei persecutoria, quæ nascitur ex contractu, & semper dicitur esse possessoris comes, & veluti inhærens, vt realis naturam assumat. *Barthol. post glo. in l. si tertius, §. si quis prius, de aqua pluuia arcend. P. Iason in §. quæram, de actio.* Quamobrem & euitandi circuitus gratia, datur tantum aduersus vltimum possessorem, ex lege municipali directe, *argumento, l. dominus testamento ad finem, de condict. indebi. P. in l. cum fundus, §. si seruum tuum.*

5 ¶ Sed† agitata quæstio est, num proximus, qui ex mandato venditoris rem vendidit, possit iure propinquitatis redhibere. In qua dicendum videretur cum Matthæo de Afflictis, non posse: quod is qui se alterius facto subscripserit, videatur non sentire, & iuri suo cedere, *l. 1. §. sed etsi, quod iussu. in P. l. [illegible] de in rem verso. c. non liceat, in 1. cap. cum redemtor, 12. quæst. 1. l. Titius Seiu procurator, 8. de rescind. vend. l. fin. de inoffic. testament. in P. cum similib.* Verior tamen est contraria sententia, vt qui alterius facit mandato, sibi non præiudicet, *Chassanæus ad consue. Burgund. §. 10. in vltima gl. ibi sed quæro, pone quod consanguineus.* Neque enim potest videri remisisse alterius nomine cōtrahens ius retractus, quod adhuc sibi non competebat, cum fieret emtio, vt ius non competens, *l. qui superstitis, & l. in qui heres, §. si quis de acquir. heredi. l. si ita scriptum, §. si sub conditione, de legat. 2. l. spem eorum præmiorum, l. C. quæ res pign. ob. poss. l. 1. §. quod ait prætor, in 2. quorum legat. in P.* Et qui mandato alterius quippiam agit, nudum ministerium præstat, eiusque negotii, sicut nec commodum, ita nec incommodum ad eum pertinere potest, *l. qui procurio, 46. §. procurator, de procura. in P.* & nemini officium suum debet esse damnosum, *ca. cum non debeat, de electio. in 6. l. seruus communis, §. quod vero, de furt. l. sed si quis, ex signatoribus, quib. mod. testam. aperiant. P.* Nam qui mandato vendit, facere id videtur; non tanquam proximus, sed tanquam extraneus, & proinde non nocebit actus, tanquam à proximo factus, *argum. l. si paterfamilias 8. §. qui duas, de adop. P. locum quidam, de administr. tut. & item eorum, quod cuius. vniuer. P.*

6 ¶ Quando† plures proximi sunt in eodem gradu, omnes admittuntur, si velint, vt in iure successionis, omissa tamē differētia fratrum consanguineorum, & vtrinque coniunctorum, quam paulo aliter consuetudines hic, quā in successionibus obseruant. *Chassanæus in §. 4. vltima annota. de retract. in consuet. Burgund. Ioan. Faber, §. si plures, de legitima agna. success.* Vocantur autem proximiores, sed ordine prioritatis, nisi si quid priores impediat, *l. vt gradatim, de munerib. & hono. in P.* Sed rursum hic obseruandum absolute verum esse, extraneo facta venditione, proximiorem idoneum retrahere posse.

¶ Porro† si alicui de genere, & proximitate vendatur res, variant consuetudines: nam ex consuetudine Campaniæ & communi, admittitur proximior ad retrahendam rē remotiori vēditam, vt annotat Ancharanus, *consil. 307. & seq.* & Baldus, *cons. 28. volum. 3. incip. dominus Thomas.* Talisque consuetudo est Engolimensis, Xantonensis, Pictauiensis, *Ioannes Faber in §. ita demum, de hæredita. quæ ab intestat. deferunt. Boerius decis. 76. num. 7.* At ex consuetudine Biturigum, emente remotiori, non retrahit proximior. *in tit. de retract. §. 3. in consuet. Bitur.* 7

¶ Item† regula de proximiori intelligenda est, si ipse proximus vel proximiores agant: alioquin tacentibus illis, emtor nō potest conqueri. *Iacob. de S. Georgio in l. si mulier, §. ex asse, de inoffic. testam. argum. l. fin. ad le. Fab. de plag.* 8

Sed num is qui vendidit, aut filius eius possint retrahere.

Cap. 14.

1 *Retrahere non potest, tanquam proximus, qui vendidit ex nouo etiam iure.*

2 *Retrahere rem venditam à patre num filiusfamilias possit.*

IN quæstionem† venit, num is qui vendiderit, possit retrahere si post venditionem intra tempus quo retrahi possit, decedant proximi, ita vt is solus remaneat. Et quidem Franciscus Mignon posse sensisse videtur, *in comment. ad consuetud. Andegauēsium in 12. parte, vbi agitur de retractu artic. 346. numero commen. 16. videtur id probare. l. si in emtionem, de minor. 25. anno.* quod receptū etiam sit patrem instituere posse petitionem, vt procuratorem filiorum, vt retracterur venditio per illum facta, *l. 1. de libera. caus. C.* etiam filiis inuitis. *l. 1. & 2. eod. titul. de libera. caus. P.* vt nec is præiudicium sibi facit, qui tutorio nomine & pro pupillo hereditatem adiit, quo minus suo nomine contra testamentum eius qui pupillum, heredem instituit, possit mouere actionem. *l. cum quidam C. de administr. tuto.* At diuersas partes lubentius sequor, & eundem venditorem etiam solum reiici à redemtione rei: ægre enim iura patiuntur improbare, quæ quis iam approbauerit, & contra, *l. Pomponius, 10. de neg. gest. P. l. si vxor, de adulteriis. in P. ca. cum Vintonien. de electio. can. dilectissimis, 8. q. 2. cap. horrendum, 32. q. 2.* & qui vendidit, iam remisit affectionem rerum maiorum, vt recursus eo iterum redimendi non debeat patere, *l. quæritur, §. si venditor, de edil. edict. l. postquam liti. C. de transact.* præsertim cum liceat proximo vel expresse, vel tacite, per lapsum anni & diei, remittere hoc ius emtori, *§. porro quibus modis poterunt olim feu. alien. in vsi. feudor.* facesserequehuius intentioni ex diametro videtur, eum quem de euictione tenet actio, agentem repellere exceptionem, *l. vindicantem, 17. de euictio. P. l. 2. de reb. alien. non alien. C.* iusque superueniens vēditori, cōfirmat venditionem emtori. *l. si quis alienam rem, 47. de actio. emt. P. l. cum vir prædium, de vsucap. P.* Sed & valida & efficax erat venditio, quam retractare conatur. Qua ratione hæc prohibitio constituit differentiam cum redemtione, quæ fit à vendente, quando facta fuit lege contrahere prohibente, & contractus ideo nullus est, *vt in l. quemadmodum, de agric. & censit. lib. 11. & in fi. si seruo, qui & à quibus manumissi liberi non fiant. P.* Et quamuis verum sit, eū qui alieno nomine quid gessit proprio posse retractare, vt dictum est: tamen non sequitur, vt quod quis proprio gessit, idem possit dissoluere in alienum alterius. Et quāuis proximus de vno dicatur, eoque solo, *l. proximi, de verb. signific. P.* tamen id improprie, *l. in vulgari, eod. titu.* Et vltra, quamuis retrahere volentis esse debeat proximus: tamen non omnes proximi, eo nomine contemnentur, sed idonei & capaces, *argum. l. vt gradatim, de mun. & honor. P.* hic autem qui vendidit idoneus non est, nec proximus sibi tanquam proximus venditoris dici potest: cum inter dantem & recipientem debeat esse differentia. *c. fin. de institut. ap. Greg.* nec sibi quis imperare potest, *in l. 11. de reiud. de recuper. arbit. P.*

¶ Admittunt† tamen, filium venditoris, vt proximiorem, retrahere posse venditam rem à patre. *Boerius decisio 76. numer. 10. per ca. conquestus, & ibi Henricus Bohic. de restitu. in integ. Bal. consil. 310. vol. 4. Lud. Bologninus consil. 43. Chassanæus in consuetu. Burgund. tit. 1. de retract. §. 2. ad verba, le plus prochain, versiculum:* verumtamen in eo remanet gryphus, num filiusfamilias, vt emancipatus, rē à patre venditam possit retrahere. Quandoquidem filiusfamilias non potest in venditione addictionis in diem, emtorem excludere. *l. si venditor, §. sed & si pupillus, de in diem addict. P.* cūque eadem persona patris & filiifamilias videatur, *§. ei vero, de inutil. stip. l. fin. C. de impuber.* & quæsita filio per patrem, acquiri patri, *dicto §. ei vero, & l. plures, de acquir. hered.* absurdum videtur

non

non bene cõsiderãti, redhiberi à patre vendita per filium, vt rursum in patris redeant potestatem: & quod vna via prohibitum sit, alia permittatur aduersus iuris regulas. *ea. cum quid, 39. de reg. iur. in 6. l. scire oportet, 21. § si mater, de tuto. & curat. ab in, vt. libr. 26. P. tit. 5. c. 1. de cleric. coniug. in 6.* Verior tamen est sententia, quæ permittit etiam filiofamilias retrahere, si res sit de rebus maiorum, vel diu à patre post acquisitionem nouam possessa. Maxime cum hodie quæsita per filiumfamilias patri non quærantur, nisi ratione vsusfructus *l. non solum, § 1. de bono. quæ liber. C. iuncta ibi auth. posita Ioan. Fab. in l 1. de bonis matern. C. Massuerius in praxi, titulo de retractu, § item filiusfamilias petens, & 6. seq.* Et hoc verum esse Massuerius ait, quanquam filiusfamilias fiat hæres patris, *Massuer. in prox. cit. §§. et l. Seia, 73. de euictio.* nec in eo habere locum arbitror regulam: Quem de euictione tenet actio, eũdem agentem repellit exceptio: quia hoc ius ex lege consuetudinis competat: nisi, inquit, pater pro euictione se obligarit: quia tunc heres factum defuncti præstare cogeretur, *sit. vt actio. ab hered. & contra hered.*

Num in heredem ius redhibendi transeat.

Cap. 15.

1 *Retrahere rem venditam non potest heres venditoris.*
2 *Retrahere debet proximiore mortuo.*
Num transmittatur ius redhibendi in heredes eius, in præiudicium aliorum proximiorum, eod.

1 QVæstio † num in heredes transeat ius retractus, duplici ratione explicationem posci: videlicet, num hæres venditoris possit retrahere: & an heres quoque proximioris retrahere possit. Quod ad primum caput pertinet, expedita solutio est, heredem vendentis non posse retrahere: quia quem tenet de euictione actio, &c. *l. vindicantem, de euict. P.* Et ex qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare quoque debet. *l. ex qua pers na, 192. de regu. iur. facit, l. vend trici, 3 C. de reb. alien. non alienan. l. cum à matre, 14. C. de rei vindic.* Et Ioannes Faber in ea sententia est, vt heres nequeat redimere: quod res peruenerit ad eum casum à quo incipere non potuit, *Ioannes Faber, in § econtrario, in fine de legat.* nisi heres qui successit esset proximior, vt diximus proximo capite, & ex sua persona, non heredis nomine, vellet retrahere. *& hæc est quæst. formal. Boeri, in § 3 gl. fi. de retract. in consuet. Biturigum.*

2 ¶ Ceterum † in secundo capite num proximior decedens transmittat ius retractus ad heredes, distinguitur: an heres qui succedit proximiori, sit de suis, vel extraneus. In suis transmissio locum habet, secundum Ioannem Fabrum *in d. § econtrario, facit l. ventre præterito, de acquirend. hæredita. l. uncia, de in, qui ante aper. tabulas. l. vnic. § in nouissimo, de cad. tollen. C.* quia si pater proximior sit, erit & filius proximior. In extraneis distinguitur, num defunctus cœpit retrahere, vel meminit se velle retrahere: an vero nihil horum fecerit. Et in duobus prioribus casibus, actiones vtiles petitionis hereditatis, si quis impediatur aliquo modo petere, transmittuntur ad heredes, siue illi sint sui, siue extranei, *l. 3. § fin. ad Senatusconsul. Syllanian.* Quemadmodum petitio bonorum possessionis, siue secundum, siue contra tabulas, transmittitur, *l. sed etsi decesserit, 8. de bonor. possessio, contra tab. lib. 37. tit. 4.* videlicet quando intra tempora petendi retractum, proximior moritur, relicto vel instituto herede: alioquin si tacuit per annum & diem, etiam præparata actio vtilis non transmittitur, exemplo querelæ inofficiosi testamenti, quæ tantum intra quadriennium transmittitur, *l. si quis filium, in 2. lex 34. de inoffic testam. C.* & ius deliberandi intra annum, *l. cum antiquioribus, 19. de iure deliber. C.*

Sed in tempore propinquitatis quæritur, si post venditionem factam, & ante retractum, intra tempus retrahendi, si alius nascatur proximior, an excludat eum, qui tempore venditionis erat proximior.

Cap. 16.

1 *Retrahendi in facultate proximior dicitur, qui tempore venditionis proximior erat, etiamsi alius nascatur postea proximior.*
Nisi conceptus fuerit tempore venditionis, eod.

2 IN hac quæstione Chassanæus tradit, *in tit. de retract. § 2. ad verba, le plus prochain. vltima annotatione, de consuetud. Burgund.* potiorem eum esse, qui tẽpore vẽditionis proximior erat: neque excludi à proximiore, postea nato: quia ante natiuitatem proximioris nati, ius nato quæsitum fuerat. *per l. si cui sub conditione, de actio. P. l. fin. de stipulat. seruo. in P.* Et ita actio quæ ab initio nata non erat, oriri nequit, *l. seruo & filij, in princip. de furt. l. si tutorem § fina. quod iuss. in P.* Et hanc sententiam iuuare videtur, § proximus, de legitima agnator. success. Alii arbitrantur temperamentum adhibendum, vt si natus postea conceptus fuerit tempore venditionis, præferatur, non autem si conceptus non erat: argumento iure succedendi ducto, in quo hoc ipsum admittitur. *§ cum autem. de hereditat. quæ ab intesta. defer.* Et qui in vtero est, pro nato habetur, in his quæ ad eius vtilitatem pertinent, *l. qui in vtero, de stat. homin. l. cum inter, C. de fideicommissa. liber. l. antiqui, si pars hereditat. pet.* Ita Boerius tuetur, natum & & conceptum proximiorem intra tempus contractus admittit & ita iudicatum fuisse, annotat, *decisio. 12. num. 3. & ad § 3. colum. 6. de retract. in consuet. Biturigum.* Quemadmodum exstante testatoris prohibitione, ne res alienetur extra familiam, quando cõsentientibus proximis alienatio fit, efficax ea quidem, sed si filii ex illis nascantur, reuocare possunt alienationem. *l. peto, § fratre, & ibi gl. in verbo, ex familia, de lega. 2. & l. si cognatus, de reb. dub.* & sunt iura expressa, quæ dũ de deferenda successione loquuntur, & conceptos, viuo eo de cuius successione agitur, proximiores, quamuis postea nascantur præferri natis velint, *l. 1. § si quis proximior vnde cognat. P. lib. 38. titu. 9. l. Titius, 6. de suis & legit. hered. lib. 38. P. tit. 17.* Cautum in consuetudine Turonens. *titu. de retract. artic. 5.* ius retractus, quod pertinet ad ordinem proximitatis, iisdem legibus regi, quibus successio ab intestato.

Qui non sint idonei ad retrahendum, quamuis sint proximi.

Cap. 17.

1 *Redimere vendita possunt proximiores tantum, qui emere possunt.*
1 *Famina an feudorum. & vbi capaces.*
3 *Feudum an personæ ecclesiastica tenere possint.*
4 *Monasteria in Gallia, quæ bona temporalia non possident.*
Monachi num iure retractus proximitatis vti possint, eod.
Retrahere iure proximitatis num possint ecclesiasticæ personæ. eodem.
5 *Retrahere iure proximitatis nequeunt, qui pro mortuis habentur.*
6 *Retractus gentilitius impeditur, interitu rei.*
7 *Retractio nam negetur proximis, si pactum appositum sit, ne res veniat extra rectam lineam.*
8 *Retrahere qui possint ex pluribus, quibus ius est.*
9 *Proximitas in retractu gentilitio, ciuilis & naturalis esse debet.*
Bastardi non retrahunt vendita iure proximitatis. eod.
Retrahere non possunt iure proximitatis affines, nec legitimi tantum, aut naturales tantum filij. eod.
10 *Nisi bona matru.*
Possunt legitimati per subsequens matrimonium, non alij, eodem.
11 *Nec filij eorum legitimi.*

NOn omnes † qui proximi sunt idonei censentur ad redimendam venditionem: sed tantummodo, qui emere possint. Et proinde prohibitis iis ex capite personarum, vel rerum retrahendarum, retractus intercipitur: veluti si proximus non est idoneus ad præstanda officia vel munera, quæ redhibendis rebus hærent. *§ fin. an mutus feud. reti. poss. libr. 2. feuaor. titul. 36. § fin. episcop. vel Abb. vel abbatissam feudum dare non poss. lib. 2. feud. tit. 6.* 1

¶ Ea † ratione proximus à feudi venditi retractatione arcetur, & facit locum habili: vt fœmina cum feudum, non fœmineũ, habere non possit, *§ 1. de natura, success. feud. § 2. de filiis mat. ex matrimon. ad morbana. contract. in lib. Feud.* alienatum à proximo nõ redimet iure proximitatis, propter defectum qualitatis personæ legitimæ, *§ final. an mutus feudum retiner. possess.* nisi agatur de consuetudine Galliæ generali, qua mulieres feudorum capaces sunt, & per alios illis inseruire possunt, nisi si qua alia lex specialis inhibeat. *Guillielm. Benedict. in verb. duas habens filias, num. 67. & 69. in cap. Raymundus, de test.* 2

¶ Simili † exemplo obseruato in personis ecclesiasticis, quæ feuda temporalia iure communi possidere nequeunt, *rationes adfert Guillielm. Benedict. in verba & vxorem nomine, decisio. numer. 1. & 10. & seq.* tamen regni nostri consuetudine, approbante principe possunt: & monachi quoque, vt in minoribus feudis monasteria, agnatis monachorum succedere possint. *idem Guillielm. Benedict. in dict. cap. Raymundus, in verba & vxorem, decisio. 3. numer. 2. Angel. in § 2. de succes.*

Digitized by Google

cognat. numer. 2. gloss. in §. nullam, de sanctiss. episcop. in verb. ingratos.

4 ¶ Exceptis † quibusdam sacris familiis monasticis, quibus nec in Gallia immobilia possidere licet, nec ex ordinis sui institutione, ca. exist qui seminat, §. porro. de verb. sign. in 6. Putarem tamen monasticas personas, quæ per monasterium proximis succedunt, vt nec potest pater per filium, dominus per seruum, non posse retrahere iure proximitatis, cum ob paupertatem, quam professi sunt: tum etiam, quod nulla in eos affectio rerum, quod maiorum fuerint, cadere possit. Dixerunt namque vltimum vale rebus temporalibus, & reliquerunt omnia, exuentes affectionem omnem temporalium, vt se liberius obsequio diuino manciparent, vt pro mortuis habeantur seculo, l. Deo nobis, ac epis. & cler. Barth. in l. patre furioso, de his qui sunt sui vel alien. iur. & eorum cognatio sit in cœlis, glo. in §. nullam, de sanctiss. episc. in Auth. in verbo ingratos, D. Paulus ad Philip. 3. nostra conuersat. est in cœlis. ciuratis propriis, ca. non dicatis. 12. quæst. 1. c. cum ad monasterium de regula. Auctor tamen antiquus tractatus de iure retractus, Anonymus, seculares clericos ecclesiasticos, capaces esse retractus aliarum rerum, quam feudorum ait, Anonym. interpres in 1. part. de retractu, regul. 5.

5 ¶ Subinde † personæ incapaces sunt retractus quæ iure ciuili pro mortuis habentur, veluti deportati, l. verum, de procur. P. §. 1. 2. & 3. de capit. dimi. apud Iustin. l. fin. eod. tit. in P. l. ex facto, ad Trebel. P. quibus quæ iuris ciuilis sunt adimuntur, l. quidam sunt serui. 17. de pact. in P. & quamuis agnationem naturalem retineant proximitatis, habeantque agnatos, vt in l. metallum, 22. de pœn. P. tamen succedendi agnatis ius non habent. Neque etiam honestum esset vt bona, quæ ad testandam amplitudinem, & nobilitatem maiorum in familiam per retractum reducuntur à deportatis & sceleratis hominibus possiderentur, qui potius titulos maiorum hoc modo dehonestarent. Ne quod fauore inductum aliquorum est, in odium conuertatur eorundem, contra le. quod fauore, C. de legib. cum & reatus omnem dignitatem excludat. l. 2. vbi Senator. vel clarissimi.

6 ¶ Ratione † rerum impeditur retractus, vt diximus supra in rebus, si res interierit; vel in totum, vel pro parte, vt si domo vendita, ea combusta sit, area retrahi non possit. Boerius in §. 4. de retract. in consuetu. Biturigum, versicu. sed quæro. Quia domus destructa, amplius nō est domus, nec pars eius, §. fin. de vsufruct. etsi ex iisdem cæmentis & materia fuerit refecta. l. qui item, §. aream, de solut. P. l. inter stipulantem, §. sacram, de verb. oblig. P. l. repe. §. pœn. quib. mo. vsufru. amittat. Item, si res, vt monui, non possit possideri per personas, quæ ius habent.

7 ¶ Sed † & pactum rebus in principio appositum, in prima traditione, ne vllus extra lineam rectam possit retrahere, impedit ex latere proximiores ne retrahant, vt in feudo receptum est, §. vnic. de feudo matchia in vsib. feud. pacta namque in traditionibus rerum apposita seruanda sunt, l. in traditionibus de pact. in P. l. si ea lege, C. de condict. ob caus. dat. dummodo in ipsa venditione prima fiat. Quia si post venditionem pactum fieret, iuri retractus vis fieri non posset per contrahentes, §. 10. des retraicts. in consuet. Burg.

8 ¶ Item † si plures proximi venditoris agant pro retractu, si in æquali gradu, omnib. pro virili datur, si in diuersis proximiorib. si tamē proximior pretio non satisfaciat emtori remotior, qui satisfacit præfertur, in consue. Turonens. tit. de retract. art. 6. & 7. Præferūtur quoq; remotiores, si illi intra tempus retractus agāt, & proximiores nō nisi post tēpus, in consuetu. Burdegal. d. artic. 7. Parisiens. eod. titu. artic. 178. & fin. inter agnatos tamen ex cōsuetudine Parisiensi ille præfertur solū, qui primus emtorem in ius vocauerit, licet alij fuerint proximiores, in consuetu. Parisiens. titu. de materia retractus, §. item le parant. Guillel. Benedict. in repetit. c. Raynutius, in verba & vxorem nomine, decis. 5. num. 45. communi tamen vsu vlteriores non excludunt proximiores, Benedict. vbi proxime. num. 44. Ioannes Faber, in §. ita tamen, de heredi. quæ ab intest. defer. Baldus consil. 28. 3. parte cons. & idem, in §. 1. de vassallo qui contra constitutio. Lothar. textus in §. Titius si de feudo controuersia fuerit inter domi. & agna. def. Ancharani, lib. 2. feudo. titu. 26. facit l. peto, 71. §. fratre, & l. cum ita, 33. §. fin. de legat. 2. vide Ratum in commentar. in consuetud. Pictauiens. §. 246.

9 ¶ Proximitas † quoque in retractu personarum, ex naturali & ciuili simul vinculo pendet: neque proximi, ciuili vel legali vinculo tantum, vel naturali tantum, retrahunt. Proinde legitimi tantum filii: adoptati, vel arrogati, non possent retrahere, Guillel. Benedict. in repet. c. Raynutius, ad verba, & vxorem nomine, decisione 5. numer. 198 text. in §. adoptiuus, si de fundo fuerit conten. inter domin. & agnat. defuncti. non etiam filii ex spirituali regeneratione nati, affines: item nec spurii, qui patrem certum non habent, l. vulgo concepti, de statu homi. & ideo se illorum familiæ non possunt inscribere, vel eis succedere, §. vulgo concepti, ac success. cog. l. 1. de natural. libr. C. non possunt retrahere, §. naturalis, si de feud. fuer. controuer. inter dominum & cogna. def. esset enim dedecori potius familiæ, si spurii legitimis & naturalibus proximis anteferrentur. Neque hic immorabor diutius in distinctione naturalium & spuriorum, cum nullo modo hodie inter Christianos concubinatus permissus sit, & similes sint concubinę meretricibus, & naturales spuriis, & turpitudo & delictum in vtrisque, vt alibi ex professo docuimus.

¶ Ceterum † spurij, quod pertinet ad matrem, certo sunt eius filij: ideo si de retrahendis maternis bonis & familiæ eius agatur, proximitatis ius retinent cum proximis matris, & successionis capaces sunt, l. hac parte, vnde cogna. §. vulgo quæsitos, de success. cogna. nisi, siquidē de iure Rom. agatur, tā illustris mater sit, quæ hunc spurium genuerit, qui ad contumeliam familiæ vindictam repellitur à successione, auth. si qua illustris, ad Senatusc. Orphi. C. l. 1. §. quamuis, de vent. inspicien. quod tamen in Gallia nō obseruatur. Succedent autem patri etiam & retrahent legitimati per subsequens matrimonium, non aliter, Matthæus de Afflictis tractatu protomiseos, §. 1. pen. colum. quia tantum ea legitimatione, non alia eluitur criminis macula tota, ca. tanta, qui filij sint legit. l. cum quis, & l. super, de natura. liber. C. §. 1. quib. mod. natur. efficiant. legit. & capax fit filius successionis proximorum patris: cum tamen per alias legitimationes habilis fiat tantum ad succedendum patri, non proximis, §. filium vero, quib. mod. natu. effi-ciant. sui, in auth. colla. 7. l. communium rerum 6. de natu. libe. not. glo. in §. 1. de natu. successio. feud. in 2. lib. Feud. tit. 50. in verb. succed. vt nec in feudo paterno succedat, nisi expresse dictum fuerit in reseri pto legitimationis. gl. in §. naturalis, si de feud. fuerit contentio inter dominum & agn. def.

¶ Quia † igitur filij spurij à retractu excluduntur, necessariū est & liberos eorum etiam legitimos, & naturales excludi: quia nulla est filiorum proximitas, quæ patris eorum esse nō potuit, in l. fin. de natur. liber. C. Chassa. in consuet. Burg. titu. de retract. §. 1. ad verba, le plus prochain, vers. sed quid de legitimis. ita persona media, non idonea, vt fœmina quę feudum, non fœmineum, non potest possidere, impedit ius sequentium, & filiorum: vt prædiū mediū inter seruiens & quod dominatur: impedit seruitutem l. qui solla. §. fin. de seruit. rusticorum prad. P. not. Guill. Benedict. in cap. Raynutius. ad verba, duas habens filias, num. 32. de testam. est quę locus regulę, si vinco vincentem te, à fortiori vinco te. l. de cessionib. de diuers. & tempora. præscrip.

An ius retrahendi possit cedi.

Cap. 18.

1 *Retrahendi potestas nunc cedi, aut vendi extraneo, vel proximiori potest.*

2 *Redhibendi facultas pactitia extraneo etiam cedi potest.*

IN quæstionem venit sæpe, num proximus hoc ius retractus alteri possit cedere, vel vendere alij quam proximo: placuit autem non posse. in §. 6. consuetud. Burgund. titu. de rurali. Paulus Castrens. in l. 3. in fin. commun. diuidun. C. & consil. 45. Bald. Cyn. in dicta l. 2. commun. diuidund. Boerius in consuetud. Bitur. titu. de retractu, §. 6. versic. sed an ius retractus, & decis. 139. ita & indistinctum tradit Parisius Tiraquel. tracta. de retractu gentil. §. 26. gl. 3. num. 45. Etenim propter affectionem in res maiorum, & vt conseruetur integræ familię, & res in familia, priuilegium hoc indultum est proximis: & proinde per cessionem ad extraneos extendi non debet, sicut in l. si plures, de administr. tutor. P. & in l. vnic. si. quib. munerib. excusent. ij, qui post impletam militiam. vel administr. &c. li. 10. C. l. si nemo, de testam. tutela. vt neque alia personalia, l. quia tale, solut. matrim. P. l. pater, de seruit. lega. in P. Lauriſgentinum, §. pactorū, de pact. in P. Quemadmodum nec ius prælationis, quod competit dominis directis, vendentibus clientibus res emphyteoticarias, vel censuales, non potest cedi extraneis, nec pro alio, quā pro seipsis ab illis retineri, Boerius in commenta. ad consuet. Bituristi. de la retenue des choses vendues en fief. §. 2. ver. & intellige per l. 3. §. sed ne hac occasione de iure emphyth. C. Guid. Papæus, decisi. 411. nec dotis priuilegium ad alios transit ab illis quibus nominatim datur, l. 1. de priuileg. dot. in quo lapsus est Franciscus Mignonus, ratus hoc ius cedi posse, in comment. ad consuet. Andegaven. part. 12. artic. 547.

¶ Quod † intelligendum est, quando proximi alii supersunt: nā si nullus alius, quam is, qui potest redhibere, supereſt, is potuerit extraneo hoc ius vendere & cedere, aliter nequaquā. In quo differt hæc redhibitio gentilitia à pactitia, quæ cedi libere potest extraneo & cuilibet, Barbatia. consil. 51. 1. vol. col. 24. Quia ex sententia Bartoli, qui habet ius ingrediendi fundum debitoris propria auctoritate, potest illud cui libuerit libere cedere, Barto. in l. 1. §. vsufructuarius per eum textum, nu. 20. de ope. non nunt. Notat & Ioannes Faber, axioma hoc, cedi non posse ius accrescendi, interpretandum, vt nō possit cedi ante obsignationē & oblationem pretij: verum postea possit, & intra annum & diē, Ioannes Faber in §. ex non scripto. de iure natural. atque secundum hanc sententiam iudicatum fuit, Ioannes Papus lib. 11. Rhapso. arresto tit. 7. aresto 4.

De Legibus, secundum quas retractus fieri debet. Cap. 19.

Retractus

1 *Retractus gentilitius consuetudinibus regitur locorum, vbi res sita sunt.*
2 *Et lege conuentionis.*

1 IN † forma præscribenda retractui, sequendæ sunt consuetudines locorum, in quibus res sitæ sint, quæ væneunt: non autem locorum, quæ incolunt vendentes aut retrahentes. Quia hoc ius maxime res ipsas considerat: ideo si alienigena vendat rem in loco consuetudinario, vbi retractus fit, sitam, retractui subiicitur: & contra, si is qui in loco retractus habitat, alibi sitã rem, vbi retractus non est consuetudo, vendat, illa libera à retractu erit, *Tiraquel. in tract. de retra. gentil. §. 1. gloss. 1. num. 1. 2. 3. Ioannes Faber in l. cunctos populos, collat. 5. de summa trin.* Sic enim generaliter, dum de rebus agitur, sequimur consuetudinem locorum vbi sitæ sunt, *l. si sine herede, §. Lucius, de administra. tutor. P. l. venditor, §. si constat commun. prædior. l. forma censuali, de censib. in P.*

2 ¶ Adhibenda † tamen vendicionis formula, & perpendendum num conditionalis, an cum pacto redhibitionis, vel alio modo facta, vnde gentilitia redhibitio, vt supra docui, distinctionem recipit.

Praxis & modus constituendi & prosequendi actionem in retractu, cuius sit generis.

Cap. 20.

1 *& seq. Retrahendi res venditas per proximiorem praxis & methodus.*

1 NVnc, † explicata fere omni substantia retractus, de methodo agendi pauca subiiciamus. Primum itaque proximus extra iudicium debet interpellare emtorem, vt secundum consuetudinem iuri huic satisfaciat, *vt Ruth. c. 2. l. quidam Iberus de seruitu. vrba. prad.* Sic enim olim proponebãtur omnes actiones personales, denuntiatione præcedente, vnde condictiones dictæ, *§. appellamus, de actio.* Quod si extra iudicium amice non possit consequi quod petit, instituit actionẽ personalẽ in rem scriptam, quæ & comitatur rei detentorem, sicut & realis, & quæ ad exhibendum intentatur, *l. 3. §. est autem, & ibi gloss. ad exhib. in P. l. si. §. si. de contrah. em. in P. l. metum, 9. §. fin. de eo quod met. caus.* Et exemplo restitutionis in integrum proximus experietur, non solum aduersus emtorem, sed & ad eum, qui ab emente emit, *l. minor 25. annis, 39. de evict. in P.* quod nõ proprie actioni personali sed petitioni in rem competit, *l. actionum, de actio. in P. l. cum qui, C. eo. tit. l. cogi, §. vnde quaritur, ad Trebell.* Atque quãdo consuetudo tribuit ius in re, agi actione reali tradit Ioãnes Faber *in l. 2. 4. capite, qui sit longa consuetud. Cod.* & posse etiam in hac retractus causa agi reali defendit, *Ioannes Faber in §. ex non scripto, versicu. circa 4. column. 3. de iure natural.* Ego lubens huic sententiæ accedo, quanquam sciam alios opinari agi oportere condictione ex lege statuti: & Chassanæum in definienda hac actione variasse, modo personalem nominans, *Chassaneus in titulum de retractu, §. 1. ad verba leg. penultim. rachepter, in consuetud. Burgund.* modo non pure personalem, sed personalem in rem, *idem Chassan. in dict. titul. §. 11. ad verba, le detenteur, versicul. sed qua actione.* Alios scio personalem tantum arbitratos, vt Catonem Ruinensem, *consil. 76. column. 3. num. 9. lib. 1.* Bartholomæum, Cæpollam *consil. 43. caussar. ciuil. incipiente clarissime, column. 3. versicu. 2. & consi. 65. versic. primum quod dominus,* Arnoldum Ferronum, *ad consuetud. Burdegal. titul. de retractu, §. 1.* qui ideo conueniendũ à proximo emtorem putat, in loco domicilij tantum: cum tamen alij dicant posse conueniri emtorem ad redhibitionem faciendam, non tantum in loco domicilij, sed etiam vbi res sita est, realium actionum exemplo, *vt in l. final. Cod. vbi in rem actio. l. 1 Cod. vbi de hereditat. agi oporteat, gloss. & Docto. in ca. final. de foro competenti.* Secundum quam sententiam, vt æquiorem, iudicatũ fuisse in curia suprema Lutetiæ Parisiorum, 22. Decembr. 1545. refert Papo *in Rhapso. arestorum, lib. 11. titu. 7. aresto. 24.* vtroque enim in loco, in actione personali in rem scripta, sicut in actione in rem conueniri reus poterit, *cap. ex parte, & ibi Innocen. de foro competent. & post eum Hostiens. & ceteri.* Atque consuetudines quædam de retractu agentes, nominatim iubent adiri iudices locorum, vbi res sitæ sint, *in consuetu. Barbonens. ca. 527. Cenomanens. c. 392. Andegauens. 382. &c.*

Quid præstare vel offerre debeat proximus emtori, & emtor proximo.

Cap. 21.

1 *& seq. Redhibere volens quid iure proximitatis, quid præstare debeat emtori.*
2 *In Redhibitione ædilitia quid restituendum vtrinque.*
3 *Damnum vnde dictum.*
4 *Proximus quale pretium emtori secundo, redhibendo restituat.*
5 *Impensæ quæ repetuntur, quando retrahitur res.*
6 *Fructus perceptos emtor à quo redhibetur, non tenetur restituere.*
7 *Redhibitionis gentilitiæ & edilitiæ differentia.*

STatuunt † vno consensu consuetudines omnes, partes proximi in retractu esse, vt pretium emtori restituat, cum impensis legitimis in rem factis. Pretium æquale dato ab emtore esse debet, *ca. constitutus, de restitu. in integr. §. pe. qualiter olim poterat feudum alienari, l. si in emtionem, in fine, de minorib. 25. ann. l. intra vtile. §. fin. eod. titu. §. 2. per quos fiat innuestit. in vsib. feud. l. ad officium. C. com. dimid.* Et pretij quoque nomine intelligitur, quodcunque pretij caussa additum est emtioni, *l. fundi partem, de contr. emt. P.* 1

¶ Ordo † namque redhibitionis ædilitiæ etiam est, vt qui petit aliud aliquid dare, vel facere, vt ipse faciat, vel det primũ ex suo præstare, quam recipere, *Vlpia. in l. ædiles etiam, 25. §. fin. & Paul. in l. videamus, 26. l. cum autem, §. Iulianus, de ædilit. edict. P. facit leg. Iulianus, §. offerri, de actio. emt. P. l. venditor, §. fin. commun. prædiorum, P.* Et notant interpretes, pretium statim ei soluendum, qui vendere cogitur, *gloss. in l. 1. ad verb. necessitatem, & ibi Bal. de comm. seruo. manumiss.* Quia si ipse libere vendidisset, non teneretur habere, si nollet fidem de pretio; *§. item pretium, de emt. ap. Iust.* Quæ pretio accedunt quoque, emtori soluenda, vt vsurę & si quid emtionis nomine erogatum est: si tamen propter necessitatem, contractus dederit, non autem si sponte, vt recte docet Vlpianus *in l. debet, 27. & in l. illud, 29. de ædilit. edict. P.* Item omnia reliqua præstantur, quæ indemnem reddant: si quid propter rem condemnationis emtor subierit, *l. item si seruus, 30. de ædil. edict. P.* 2

¶ Damnum † porro cum dicatur à diminutione patrimonij, *l. 3. de damno infect. P.* intelligitur deducto omni lucro, vt lucrum deducto omni damno, *l. Mutius, pro soc.* 3

¶ Si † tamen prior emtor, alteri pluris vendiderit, quam emerit proximus, qui ratione prioris emtionis retrahit, pretium tantum prius, non quod pluris vendita res est, tenetur exsoluere possessori, *Chassaneus in titul. de retract. §. 11. ad verba le detenteur gloss. 1. ad consuetud. Burgund. accedit Paul. Iurisconsul. in l. post limitum, 19. §. si is qui emerat, de capti. lib. 49. P. tit. 15.* At impensæ necessariæ in rei conseruationem factę augent pretium, *in l. in summa. 6. de pign. C. lib. 8. tit. 4. Pompon. in l. si necessarias, 8. de pignor: actio. lib. 13. P. tit. 7. l. creditor, qui in 2. eo. tit.* Vtiles autem ex arbitrio iudicis temperamentum accipient, vt neque delicatus retrahens, neque onerosus creditor seu emtor, audiatur, vt ait Vlpianus, *l. si in seruos pignoratos, 25. de pign. act. P.* Et vt Celsus, *in l. in fundo, 39. de rei vin. in P.* ne plus in rem versum videatur, quam res sit, etsi plus expensum sit, *Caius in l. si fundum, 12. de in rem versa. P. lib. 15. tit. 3.* 4

¶ Est † tamen aurea, vt opinor, glossella, *gloss. in l. in fundo, in verbo plus pretio, de rei vin. in P.* quæ tradit ex mente Azonis, quod si diues sit qui repetit, vel retrahit rem, exceptione submoueri potest, nisi impensas quoque vtiles cum necessariis soluat. Cui subscribit Angelus Aretinus, *in §. certe illud, vers. sed est adhibenda distin. de rer. divis.* cum æquum non sit aliquem locupletari cum alterius iactura, *ca. locupletari, de regu. iur. in Sex. l. iure naturæ, eo. tit. in P. & l. nam hoc natura, de condict. indeb. P.* Et quilibet bonæ fidei possessor, necessarias semper recipit impẽsas, *l. domum quam, 5. de rei vindi. lib. 3. C. tit. 32.* & earum nomine ius retentionis rerum habet, *l. si in area tua, de condict. indeb. lib. 12. P. tit. 6. §. certe illud, de rer. divis.* Vtiles autem eatenus repetit, aut subducit, quatenus locupletior est futurus dominus: nisi paratus sit petitor, pati factum in re tolli, si fieri possit, *l. sin autem, 28. §. in repetita, & d. l. in fundo, de rei vindic. P.* Malæfidei quoque possessor interdum etiam vtiles repetit, sed non exceptione doli, vt bonæfidei possessor, sed officio iudicis. *glo. in d. §. in repetita, in verb. si possessor, per dictam l. in fundo, & per l. plane, 42. de petitio. hered. lib. 5. P. tit. 31. Vlp. in l. Iulianus, in 2. 38. de rei vindi. P.* Et sic ante litem contestatam, per exceptionem doli repetit vtiles: post litem contestatam, vt effectus malæfidei possessor, officio iudicis, *l. ædiles, in 1. §. item sciendum, de ædil. edict. & l. plane.* Et proin de hic proximus, qui retrahere rem desiderat, ad eas omnes emtori, qui est bonæfidei possessor, tenetur, vtpote qui mercatus est nulla lege prohibente, *argum. l. quemadmodum, de agric. & censi. lib. 11. C.* Et hoc expresse respondit Angelus Aretinus *in l. 1. §. fi. de oper. no. nuntia.* quem refert Guido Papæ. *quæst. 57. nu. 3.* & Baldus probat, *consil. 250. volum. 3.* Succurrit huic sententiæ Scæuolæ responsum, quo idipsum in restitutione in integrum minorum cauetur, *l. intra vtile, 46. §. vendentibus de minor. 25 annis, P. facit l. 1. C. de reputat.* maxime quia emtor habet titulum à vero domino, *l. si cum aurum. de donat.* & quando factum transit in retrahentem. Quo fit, vt existimet Chassanæus, reddi debere emtori, quæ impetit circa confectionem instrumenti venditionis: quia & tenetur ipsum cedere redhibenti, *Chassaneus in consuet. Burgun. titu. de retract. §. 1. ad verba, les frais raisonnables.* Por- 5 6 7

Digitized by Google

ro quod ad voluptarias impensas pertinet, proximus ad eas non tenetur. si tamen facta commode euelli à re possint, debet pati ea tolli, *l. voluptarijs, de impens. in rem dot. fact.* quæ auferri nequeunt, donata videntur, *§. ex diuerso, de rer. diuis.* Quare emtor non petet recte quæ impendit voluntarie in proxenetam, qui curauit, vt res venderetur, *gl. in l. debet, de ædil. edict.* Nisi communi consensu emtoris & venditoris ad proxenetam, vt ad medium & arbitrum precij itum fuerit, *Az. in summa tituli de ædil. act. num. 12.*

6 ¶ Emtori † hæc itaque præstari quæ diximus, proximum retrahentem debere constat. At emtor contra restituit rem his acceptis. Ceterum num fructus ex re emta susceptos restituere, aut saltem compensare cum impensis factis teneatur, quæstionis est. In qua breuiter respondeo, emtorem pendente tempore, quo non retraxit proximus, fructus suos facere quos percepit; deo eos nec compensare, nec restituere teneri, *Ioannes Faber in §. actionum, collat. 3. vers. & ista faciunt, de actio. Alberi. de Rosato, in 1. parte statuter. q. 97.* Quia hic fuit bonæfidei emtor & possessor, qui facit fructus suos: & tenetur tantum ante litis cõtestationem ad exstantes, postea ad consumtos, *l. certum, 22. C. de rei vindic. l. qui scit, 25. de vsur. in P. l. si apes, in fine de furtis, P. l. bonæfidei, 48. iuncta glossel. in verbo pene, de acq. rer. domi.* vti à tempore more, quæ tantum à tempore consignationis, & depositionis pretij per proximum factæ committitur, *l. hæc conditio, de condit. & demonstrat. P. l. 2. de fruct. & lit. expens. lib. 7. C. tit. 51.* Quia neque rẽ habere, vel sibi deberi dicere potest proximus, eo quod ius habeat tantum acquirendi, si velit: nam inter acquisita & acquirenda multum interest. Quemadmodum neque is cui adeũdi ius est, ideo heres dicetur, nisi adierit. Et præposterum est, nos ante locupletiores dici, quam acquisierimus, *l. pretia rerum, 63. ad leg. Falc. l. b. 35. P. tit. 2.* Sic in pacto redhibitionis, seu de retrouendendo, emtor medij temporis fructus percepeos suos facit, *Bald. Paul. & Castren. in l. 2. de pact. inter emt. Angelus consi. 51.* Et maritus qui fundum habet æstimatum, quandiu pretium nõ soluitur à muliere, fructus facit suos. *l. fin. §. fin. de fun. dot. in P.*

7 ¶ In quo † nostra gentilitia redhibitio, differt ab ædilitia, in qua restituit emtor fructus, recipiendo pretium, *l. illud sciendũ, 29. & l. cum autem, 23. §. cum autem redhibetur, de ædilit. edict.* eo quod emtio omnino per illam redhibitionem resoluitur: quod aliter in gentilitia obseruatur, in qua ea non potest competere proximo, nisi firma manente prima, veluti iure prælationis in valida emtione, concurrente proximo cum extraneo, vel remotiore. Eadem quoque distinctione resolutionis distat à pacto addictionis in diem, quo locum habente, fructus restituuntur ab emtore primo, *l. si venditor, §. si de in diem addict. P.* quia resoluatur omnino emtio, *l. 1. & 2. eod. titu.* Idipsum lege commissoria dicendum, *l. leg. fundo, 5. & l. 1. de lege commiss. in P.*

Quantum pro iusto pretio solui in redhibitione debet à proximo emtori.

Cap. 22.

1 *Pretium iustum in redhibitione est, quod solutum est.*
2 *Idem in retentione iure prælationis dominicæ.*
3 *Proximus creditor quomodo ceteris præferatur.*
4 *Retractio proximi non mutat formam emtionis.*

1 PRetium † solui, vel offerri debet emtori, non quod iustum videbitur proximo retrahere volenti: sed illud ipsum quod extraneus, vel remotior paratus est dare, vel dedit pro re: alioquin proximus non admittitur, tanquam non offerens iustum pretium, *l. ad officium, commu. diuid. in P. Alvarotus in §. sed & res, per illum textum, col. 2. ver. quid autem si agnatus, per quos fiat inuestitura feud. in Feud. Bal. in l. 2. in fin. quæst. de rescin. vend.* Et quanquam illud vere excedat iustum pretium, quod datum est: tamen restituendum est, *Ioannes Andreas, titul. de emtione, §. nunc videndum, in additionibus ad Speculatorem, Tiraquel. in titul. de retract. gentil. §. 1. gl. 18. num. 4. & 5. & 10.* vt contra, emtor non potest maius pretium, quam cum venditore conuenerit, petere, *Arno. Fernonus, titu. de retractu, §. 7. in consue. Burdegalens.* Resque tanti est, quanti vendi potuit, *l. pretia rerum, ad l. Falcid. P. l. fi. §. fi. C. de administ. tutor.* tantumque reddendum emtori: vel contra naturam emtionis esset, vt ea ex vnius penderet arbitrio; *l. in vendentis, de contrah. emt. C. l. quod sæpe, §. 1. eo. tit. in P.* & vt gratiose quis cogeretur contrahere.

2 ¶ Facit † quod dominus, emphyteota vendente suas meliorationes, non vtitur iure prælationis, nisi quanti plurimi alius obtulerit, ipse offerat, *l. fin. C. de iure emphyteo. e. potuit, de loca. ap. Grego.*

3 ¶ Similiter † antiquior fiscalium rerum conductor, debet præferri extraneis in noua conductione, dummodo idem pretium, quod ceteri, offerat, *l. fin. de loca. fundorum ciuita. lib. 12 C.* Neque præferuntur cognati creditores, ratione sanguinis ceteris creditoribus, in rerum debitoris emtione: nisi tantundem ac ceteri offerendo, *l. 1. de priuileg. creditor. in P.* ¶ Atque † hic per- 4
pendendum est, proximum nõ alio modo postulare retractum, quam per viam subrogationis, vt in locum emtoris veniat: & proinde eodem iure vti debere, *ca. ecclesia, vt lite pendente, l. Imperator, 72. §. final. & l. seq. ent. de legat. 2.* rata manente conuentione, quam vel amplecti cum suis conditionibus debet, vel eam prætermittere.

De Oblatione & Consignatione pretij & impensarum.

Cap. 23.

1 *Oblatio & consignatio pretij & aliarum rerum qualis fieri debet in retractu.*
Retrahens iure proximitatis quomodo debeat offerre, & consignare, eod.
2 *Oblatio realis esse debet, & in numerato, nec verbalis sufficit, nisi in iudicio.*
3 *Oblatio pecuniæ recte noctu non fit.*
4 *Oblatio legitima debiti vbi, & quomodo facienda est.*
5 *Depositio legitima debiti oblationem sequitur, & vbi fiat.*
6 *Depositæ pecuniæ debita periculum ad quem pertineat.*

PRoximus, † qui retrahere desiderat, debet pretium offerre 1
cum impensis omnibus, ad quas diximus eum teneri: nec exspectare debet peti ab emtore, cum oblatio sit vltronea & sine petitione, *glo. in clem. sæpe, in verbo necessario, post principium de verbo. signific. l. fuit commissa, §. si res, de leg. 3. vnde hac de re fuse tractantem Tiraquellum in retract. gentilitio §. 1. gloss. 17. num. 2. & 5.* Pretium integrum offerri debet, *l. Iulianus, §. offerre, de acti. emti. P. l. si plures, Cod. de condit. insert.*, cum eo quod interest, *leg. acceptam, & ibi Baldus quæstion. 8. de vsur. Bartol. in leg. sed si alia, de condit. pecuniæ*, realiter, non verbo tenus. Nam qui aliquid facere tenetur, vt quippiam aliud consequatur, vel facere vel offerre tenetur; *Bald. in §. licet, si de feudo defuncti fuerit contentio inter domin. & cogna. defun. per l. si residuum, l. 5. de distract. pignor. C. subscribit Iason in præludiis Feudorum, col. 22. vers. quarto ad id adduco.* Si constet proximiori quale, quantumque sit pretium, illud debet offerre: si ex parte constet, id quod liquidum est soluat, vel deponat, & pro parte non liquida se paratum esse offerat, *iuxta l. quidam, de reb. credit. in P. l. statu. liber. & l. seruus, de statu. lib 1. P.* Ratione enim non liquidi, non soluti, in moram nõ potest incidere, *l. in fideicommissi, de vsur. in P. l. cum fideicommissio, de confessio. l. 2. C. de vsur.* Si ignoret pretium emtionis proximus, sufficit si aliquam certam pecuniam offerat, consignet & deponat pro pretio, & impensis legitimis, cum protestatione & oblatione, se paratum esse restituere, si quid amplius exsolutum doceatur, *Boerius in §. 4. de retract. in consuetu. Burgun.* ¶ Verum, † quod liquidum esse debet re ipsa offerre, & præsente pecunia: aliter nihil prodest oblatio, *l. qui decem, §. idem responsum, de solut. in P. Matthæus Matheſilanus sing. 129. post Bart. in l. prætor ait, §. si quis alias, l. si quis, de oper. noui nuntia.* nam in illa ad effectum cõsequendum exigitur, vel solutio, si emtor acceptet, & se paratum accipere dicat, & tunc nihil verbo opus est offerre, & se paratum dicere soluere, sed facto & numeratione, *l. qui decem, §. 1. vers. c. idem responsum, de solutio. P. ca. 1. & ibi gloss. de eo, qui mittit in possess. caus. rei seruandæ*, vel si nolit, depositio & consignatio realis exigitur, aliter inefficax eius interpellatio, qui verbis offert, *l. obsignatione, C. de solut. leg. fundus qui Lucij Titij, 9. de rescin. vend. P. l. si residuum, de distract. pign. & l. si prius. C. eo. l. si à te. C. de pact. l. dos data C. ae donat. ant. nup.* nisi forte verbalis oblatio in iudicio facta fuerit. *in l. si rem. in 1. §. fi. de pigno. act. P.* Quamobrem cauere sibi debent emtores & diligentius prospicere, ne temere credant offerenti, & dicenti proximo se pecuniam in præsenti habere in sacculo, vel loculis paratam & integrã. Etenim non sufficit emtori eam consignatam loculis offerre, aut palam effundere in mensa, vel alibi, nisi ea numerata fit præsente emtore, & præsente creditore, aut testibus. *Ludoui. Roma. consil. 352.* cum alioquin non constaret, quid offerretur, & quantum. *l. 1. §. si cista. depos. in P. Bal. in l. si seruus. de vulga. in 11. q. & Bart. in leg. acceptam. C. de vsur.* Constituitque Papinianus differentiam, inter pecuniam debitam numeratam & pecuniam demonstratam debitoris, propter numerationem, *in leg. sed si certos numos. 5. de lega. 1. leg. hæc venditio. §. 1. de contra. emt.* Sufficiet tamen, recusante pecuniam emtore, proximum offerre pecuniam conclusam marsupio, quam tamen antea numerauerit præsentibus testibus, *gloss. in §. illud. in verbo contestetur. tit. vt ex actio. instante dotis, &c. in Authenticis, Bart. in l. cum seruus, de condit. & demonstr.* Sed etsi parato numerare offerente emtor non fuerit passus, vt pura recusans & pretium & retractum, sufficiet obtulisse & deposuisse sine numeratione, *Alexand. in l. si mora, column. 4. solut. matrimon.*

¶ Vitiosa † est tamen oblatio quæ clam fit, *l. fi. de ritu nupt. P.* 2
nec sufficiens: non secus, quam ea quæ noctu fit, quæ merito ve

non

Digitized by Google

non probe facta reiici poteſt, gl. in l. nunc. & l. ſi ſoluturus. de ſolut. P. Si ſolidum quoque non contineat, cum ſolutio partium, non
4 minima incommoda habeat, l. 3. famil. erciſcun. ¶ Atque † oblatio proba, debet fieri in domo creditoris, ſi ſit eiuſdem fori cũ offerente, non aliter. *Baldus in l. acceptam. q. 12. & ibi gloſſ. de vſur. facit l. fin. de conditio. inſertu, & l. pen. § fin. de conditio. & demonſtra.* ni ſi alibi de ſolutione facienda conuentum eſſet: nam ibi offerendum vbi ſoluendum. Et ſatius etiam erit, ſi proximus curet oblationem fieri in loco vbi reſidet emtor, vel ſi alibi eum repererit cõmode: neque hic cum diuerſi eſt fori exſpectare debet, vt creditor, emtor, eum interpellet, vt in ceteris creditoribus & debitoribus paratis ſi interpellentur, receptum eſt, *l. Maſia, §. fin. de annuis lega. in P. in l. item illam,* 18. *in verbis petitor non venit, & ibi gl. de conſti. pecu. P. l. mediterranea, de ann. & tribut. lib.*
10. *C. tit. 16. l. pro locis, § eo. tit.* Quia proximi cauſſa agitur, vt intra tempus præſtitum redimat, & elapſo offerre non poſſit. Abſente emtore, aditur iudex, qui ea de cauſſa ſtatuit, de oblatione. *l.*
5 *ſi creditori, de vſu. C. l. in pignoribus § pen. de non num. pec.* ¶ Si † emtor interpellatus de retractu reiiciat oblationem factam à proximo, conteſtatione facta, proximus conſignabit & deponet pecuniam oblatam, *in l. ſi priuſquam, de diſtra. pig. C. d. § illud, vt exactio inſtante prime dot. &c.* & ita ius ſibi acquiret, *l. 1. § fin autem, de commu. ſeruor. manumiſſ. C. leg. ait prætor, § ſed etſi pecunia, de min. 25. ann. l. 1. § ſi pecuniam, depoſ. P. l. 1. § fin autem ſocius, de commu. ſeruor. manumiſſ.* non aliter, *l. 2. debitorem vendit. pignor. impedire non poſſ. lib. 8. C. tit. 29. l. obſignatione, C. de ſolut. l. acceptam, C. de vſu. l. fin. C. de tuitio. pig. l. fin. de leg. commiſſ. P. l. qui potior. in pig. C.* Oblatio depoſitionem præcedit, non contra: quanquam aliquando depoſitam ſufficiat indicare aduerſario, qui rem dare debet, vbi poſſeſſio non eſt tradita, *gl. in l. 2. C de vſur. l. curabit. de actio. emt. C. l. Iulianus, § ex vendito, & l. liberalitatis, § fi. eo. tit. in P.* Deponitur pecunia, vel apud ædem ſacram, vt plerumque olim *l. 1. § fin autem ſocius, de commu. ſeruo. manumiſſ. C.* vel alio loco publico tuto, *l. acceptam, de vſur.* vel apud quem iudex iubebit, *l. fin. de lege commiſſ. P. l. ſi ſtipulatus, § ſi locum, de ſolut. in P. l. ait prætor, § permittitur. de minor. in P.*
6 ¶ Tutiuſque † ſibi proximus conſulet, ſi, auctore iudice, locus vel depoſitarius oblatæ pecuniæ eligatur, eoque à periculo pecuniæ omni ei electioni ſatisfaciens proximus deponens liberatur, ſi loco minus tuto committatur pecunia: cuius tamen eſſet obſtrictus ſi ipſe deponeret ex arbitrio, *Bal. in d. l. acceptam,* 10. *de vſur. facit l. ſi ſoluturus,* 39. *de ſolu. lib.* 46. *P. tit. 3. & ibi Bart.*

De Tempore ad retrahendum conceſſo.

Cap. 24.

1 *Retrahendi tẽpus datum iure proximis. annus & dies à die ſaiſinæ. Conſuetudines tamen locales potiores, eod.*

1 IVs † pontificium refert retrahendi tempus datum proximis, eſſe annum & diem, *l. conſtitutus, de reſtitut. in integr.* Ioannes Gallus meminit, curiæ ſupremæ Pariſiorum placito, anni 129 pronuntiatum, retrahentem venire debere intra annum & diẽ, à die inueſtituræ & ſaiſinæ, id eſt, ademtionis poſſeſſionis emtoris, *Ioannes Gallus in quæſtio. deciſis, per areſta parlament. areſto incipiente, cum domina Iſabella.* Quod intelligendum, ſi localis cõſtitutio aliud, vel breuius, vel longius definierit tempus, quod ſequendum eſt, nec dubium quidem eſt, elapſo termino ſcientibus non dari regreſſum, *Paul. Caſtr. conſil. 350. incipiente præfata reformatio, & conſil. 429. incipiente, circa primum volum. 1. probat §. porro, qualiter olim feudum poterat aliena. in lib. Feud.* veluti ſequuta ex lapſu termini tacita, & irreuocabili iuris conceſſi repudiatione, quæ nec prætextu ignorantiæ iuris redintegratur. *l. ſi emancipata, 3. de iur. & fact. igno. lib. 1. C. titu. 21. l. 2. quis ordo in bonor. poſſeſſ. ſeruo. in P. l. 4. qui admit. au bonor. poſſeſſ. poſſ. C. l. 1. largius, de ſucceſ. edict. l. facta, § ſi quis bonorum, ad Senatuſ. Trebellian. l. 1. de vſuca. transfor. C. l. annus, de calumnia. in P.* Currit & præſcriptio hæc annalis vt & triennalis contra minores etiam, ex ſententia Franciſci Mignonis *in commenta. ad conſuetu. Andegauenſium, part. 12. in artic. 346. num. 20.* Quia conſuetudines ſunt ſtricti iuris, *l. 1. § ſi is qui nauem, de exercit. actio.* & conſtringunt etiam minores, *l. ſi ſine herede, § Lucius, de admi. tut. l. Æmylius Largianus, de minorib. P.* Sed num poſſint aduerſus hanc moram reſtitui, ſubſiſto, & ſi liceat ſententiam proferre, puto reſtituendos, *per leg. ſi emtionem, de minor. c. conſtitutus, de reſtit. in integr. Boerius ad §. 1. de retract. in conſuetud. Biturig. Guido Pape. dec. 257.* Sed num venditione facta cum pacto redhibitionis, ſeu, vt dicunt, de retrouendendo, tempus redhibendi proximis conceſſum, incipiat à tempore contractus, aut à tempore diei appoſiti venditioni, non explicabo: cum hanc quæſtionem docte & fuſe Tiraquellus explicauerit, quem conſules, *Tiraquell. in tract. de retractu conuentionali, in §. 2. glo. 1. num. 32.* Sunt hic namque & interpretum contrariæ ſententiæ: quia & conſuetudinum varij vſus, quibus potius adhærendum cenſeo.

Finis, Rationes & Cauſſæ iuris retractus gentilitij.

Cap. 25.

1 *Redhibitionis gentilitiæ finis præcipuus conſeruatio familiarum.*
Hereditaria maiorum vendere, turpe Lacedæmoniis, eod.
Familiarum ſplendorem conſeruari Reipublicæ intereſt, eod.
2 *Conſuetudo cur ſeruanda.*
3 *Et quid.*
Proximitatis ius dæ cauſſam ſucceſſioni, & retractui, eodem.
Et gradus affectionem auget, quo proximior, eod.

FInis, † vt opinor redhibitionis gentilitiæ præcipuus eſt, con- 1
ſeruatio bonorum in familia, ne maiorum ſplendor, & eorum inſignia in extraneos tranſeant: & ne miſceantur familiaria, *Num. c. fin. Leuit.* 35. Quare apud Lacedæmonios aut prædia, aut tertam vendere de vetuſta maiorum hereditate, turpitudo non exigua putabatur: neque vero licebat, vt refert Heraclides *lib. de politiis, in republi. Lacedæm.* Et Menander dicebat:

Ὁ θνήσκων ἐστὶν ὅστις χώραν τοῖς ἔχει
Κ' ἔχων ἐρημον οἶκον τὸν αὑτοῦ οἰκίαν.

Id eſt:

Res eſt plena doloris, ei qui vixit beatus, ſucceſſore deſertam domum relinquere. Reipublicæ quoque intereſt, vt ordinum & familiarũ dignitas ſalua ſit. *l. 1. § quamuis. & §. ſed etſi ſeruus, de ventre inſpiciend. in P.* & ne ſordidæ ſtirpes ſplendidiſſimis & ingenuis natalibus ſubrogentur. *l. ſuper ſtatu. de quæſt. C.* Et Auguſtus ad populum: nec domum, inquit, pupillorum, tutoribus vendere liceat, in qua defecit, minor creuit, in qua maiorum imagines, aut non videre fixas, aut reuulſas videre, ſatis eſt lugubre, *l. lex quæ tutores. 22. § & tolerabilius. de adminiſtra. tutor. lib. 5. C. titu. 37.* Atque proculdubio valet lex impoſita rebus à priuatis, ne extra familiam res alienetur. *l. cum pater, § libertis. de l. 3. l. peto, 71. § fratre herede inſtituto, eod. titu.*

¶ Rationes † porro, quæ conſuetudines fulciunt retractus, 2
plures ſunt: ſed potiſſimum quod mores recepti, ſunt legum nerui, *l. de quibus. l. ſed & ea quæ, l. ergo, de lega. in P. § ſine ſcripto, de iure natu. in P.* veluti ex conuentione ſeruantibus morem incolis: ſiquidem & conuentionem ineſſe conſuetudini dixit Plato *in Cratylo.*

¶ Facit † & cauſſa proximitatis locum retractui proximio- 3
rem, quæ & cauſſam potiorem habet ſuccedendi ab inteſtato deficientibus, *Maſuerius in ſua practica iudicior. in princip. verſ. ille tamen. tit de retract. Boerius quæſt. 13. numer 22.* Et quia poteſt efficere lex ne res ad extraneos alienatione perueniat, *l. 1. non licere habitator. metroc. & c. lib. 11. C. titu. 55. l. dudum. in fin. de contr. emt. leg. vnic. ne Chriſtian. manci. p. hæretico. vel iud. hab. C.* poterit & idipſum conſuetudo, quæ vim legis habet, *l. diutina, l. homo. l. ſi de interpretatione, & l. nam Imperator, de legib. P. ca. cum dilectus. cap. cum olim, de conſuetud. c. certificari, de ſepult.* Et Cicero vel alius ad Herennium, *Conſuetudo eſt,* inquit, *id quod ſine lege, aque ac ſi legitimum ſit, vſitatum eſt. Ius videlicet moribus inſtitutum quod pro lege ſuſcipitur, can. conſuetu. 1. diſtinct.* Proximitas affectionem auget ſecundum gradum eius propinquiorem, de quo & reſponſum eſt, pacto fieri non poſſe, vt vlterior agnatus præferatur in bonis. *l. ſi fratres. 53. § idem reſpondit, pro ſoc. P.* paciſcentis, omitto reliquas rationes, quæ communes ſunt cum ſucceſſione inteſtati proximiorum, ad quos ordine peruenit ſuccedendi facultas. Neque optio eſt hac conſuetudine reſeruata vendenti, vt poſſit remotiorem præponere, ratione eiuſdem ordinis præſcripti. Neque rigor iuris ſcripti, *l. dudum. C. de contrahen. emt. l. 1. commun. diuid.* qui improbare videtur has conſuetudines, conſideratur nunc, cum leges poſteriores derogent prioribus etiam ex tacito vtentium contrario vſu, *l. de quibus, de legib.*

Digitized by Google

DE CONTRACTIBVS RELIQVIS, QVI CONSENSV FIVNT.

LIBER XXVII.

De Locatione & Conductione.

Cap. I.

Institutio lib. 3. tit. 25. P. Lib. 19. tit. 2. C. Lib. 4. tit. 65. Decretal. 3. tit. 18.

1 *Locationis & conductionis nomine olim promiscue vsi veteres, vt emtionis & venditionis.*
2 *Locatio vnde dicta.*
Locator & conductor qui, eod.
3 *Locationis definitio.*
Res quæ locari possunt, eod.
4 *Emphyteosis quid.*
5 *Commissum ob defectum solutionis, pensionis, emphyteoseos, an habeat locum in Gallia.*
6 *Libellarius contractus quid.*
7 *Emphyteosis & locationis differentia.*
8 *Operæ locari possunt.*
Redemtores qui dicantur, eod.
9 *Mercenarij qui.*
10 *Merces locationis certa esse debet.*
11. & 12. *Locare & conducere quæ personæ possint vel non*
12 *Milites conducere bona aliorum prohibentur.*
13 *Ecclesiasticæ personæ non possunt esse conductores bonorum secularium.*
14 *Magistratus conductores esse non possunt.*
15 *Tutores curatoresve conducere non possunt.*
16 *Famuli non possunt relinquere temere dominos, sine illorum assensu.*
17 *Locationi consensus dat legem.*
Locatio tacito consensu quando, & quomodo renouatur, eodem.
18 *& seq. Locati & conducti actiones quæ.*
Locati actio pro quibus datur, eod.
19 *Colonus vendens rem quam colit, furti damnandus.*
Locare inuitus non cogitur dominus suam rem, eod.
20 *Iuratur in litem pro locatione quando.*
21 *Conductor non soluens mercedem expelli potest à re locata.*
22 *Conductor mercedis, vel pensionis remissionem quando, & pro quibus petit.*
23 *Sterilitate quando remittatur pensio conductori.*
Sterilitas fructuum quomodo metienda, eod.
24 *Animalia varia quæ vastarunt ciuitates & oppida, & depopulata sunt fructus.*
25 *Pestis caussa migrans, num renuntiet conductioni, vel soluat mercedem.*
26 *Domus à laruis vel strigibus agitata, an renuntiari possit à conductore sine mercede.*
27 *Locatorum quæ reparanda vel restituenda vtrinque.*
28 *Locator operis quandiu de vitio eius teneatur.*
Operis vitium quandiu obliget eum qui fecit, eod.
27. & 29. *Operis aduersi periculum quid & ad quem pertinet.*
30 *Nauta de iactu mercium quando teneatur.*
31 *Ex conducto actio cui detur, & pro quibus.*
32 *Conductor rei, si frui vel vti ea non possit, ad quid agat.*
33 *Locans prædium, vbi mala herba, ad quid teneatur.*
34 *Conductor quibus ex caussis, tempore conductionis re conducta expelli potest.*
35 *Conductor nulla quantumuis longæua possessione, præscribere rem locatam contra dominum potest.*

1 LOcationis† & conductionis nomine promiscuè, & pro eodem antiqui vsi sunt, *l. itèque de actionib. P.* sicut & emtionis & venditionis, *l. veteres, eo. tit.* Affinis autem cum sit emtioni locatio. & in bona fide, *l. 2. C. de loca. §. actionum de actio.* & origine iurisgentium, *l. iurisgentium, de pact. P. l. 1. loca* P. & in aliis, *l. 2. loca. P. §. 1. eod. dit. ap. Iustinia.* subiicienda eius emtioni tractatio: & ea percurrenda, quæ ab emtione etiã discendunt & propriã huic contractui substantiam constituunt.

A† loco locationem & collocationem fieri, tradit Varro *li. 4. de lingua Latina*, vbi quicquam consistit locus, inquit. Ab eo præco dicitur locare, quo adusque id emitur, quoad in aliquo cõsistit pretium: inde locariũ, quod datur in stabulo & taberna vbi consistant. Sic loci mulierbres, vbi nascendi initia consistũt, &c. Vt certe ratione definitæ mercedis, quia in definitione locatũ sit pretium, videatur dicta locatio, *l. 2. loca. P.* qui rẽ vtendã interuentu pretij dat locator dicitur: qui accipit pretio dato, conductor, *viae Budæum, in annotationibus priori. ad Pand. in l. 2. ad leg. Rhod. de iac.* 2

¶ Erit† autem eius substantialis finitio, vt sit, vsus rerum vel operum, mediante mercede certa ex consensu, concessio. Ex rebus pendet diuisio locationis. Res porro quæ in ea considerantur, sunt res ipsæ, quarum vsus locatur, & merces. Res omnis quæ vendi potest, & locari potest: exceptis seruituribus realibus, *l. locare, 47. locat.* P. cum tamen mixtæ locantur, & vsusfructus, *l. arboribus, de vsufruct.* P. demto vsu qui personæ adhæret, *§. item si cui, & §. sed si cui, de vsu & hab.* Locare possunt ideo ecclesiasticæ personæ fructus beneficiorum, vsque ad decem annos, *c. 2. de loca. apud Gregorium*, quia illæ se fructuarias esse arbitrantur, *per gloss. in c. præsenti de offic. ordin. in Sext. vide* Boer. *quæst. 255.* 3

¶ Possunt res alienæ locari, *l. si quis domum 9. & l. si tibi aliena, 7. loc.* P. sed maximè si quod ius in illis locanti sit: nisi aliud conuenit, *l. nemo. C. de loca.* Quare nemo prohibetur rem quam conduxit fruendam alii locare, si nihil aliud conuenit, *l. nemo prohibetur, 6. C. loc. l. Moschis §. fin. de in. fisci*, æque tamen idoneo *l. æquissimum, §. fin. & l. sed & si quid, §. mancipiorum, de vsufru. l. non aliter, de vsu & habita.* Res propria conduci non potest, *l. qui rem proprium, 20. de loc. C. l. ad probationem, 23. C. eod. tit.* Quare si locatares incipit esse conductoris, cessat locatio, *l. si quis fundũ 10. §. fi. locat. in P.* potest tamen emtor fundum, quem emit, conducere à vendente, donec pretium exsoluat, veluti celebrata emtione & locatione sub conditione, *l. sicut emt. 25. §. fin. cum 2. ll. sequent. locat. P.* locantur & fructus decimarum, *cap. 2. de loc. P.* 4

¶ Locantur res† mobiles & in perpetuum & ad tempus, *l. 1. si ager vectigal. vel emphytheo. pet.* P. Dum in perpetuum sit contractus medius inter emtionem & locationem, videlicet emphyteosis, *l. 1. de iure emphytheos C. vide Boerium de longi temporis locatione, dec. 234.* datur enim re per eam perpetuo fruenda retenta certa annua pensione, & iuribus prælationis, vel præstationis quinquagesimæ partis, iure ciuili, vel alterius partis pretii. Iure consuetudinis definitæ, dum res ab emphyteuta distrahitur, *l. 3. & fin. C. de iure emphy.* legibus quoque traditioni rerũ appositis conseruandis, cum necessitate præstanda pensionem annis singulis: imminente alioquin cessatione solutionis per triennium in rebus secularibus, *l. 2. de iure empt. C.* & per biennium in ecclesiasticis, *ca. potuit, de loc. §. scire autem oportet, de non alien. reb. ecclesiastic. in Auth. col. 2.* rerum datarum ab emtione, quæ vocatur ius commissi. 5

¶ Quanquam † in Gallia defectus solutionis, census vel pensionis non inducat ius hoc commissi nisi nominatim in traditione fuerit cautum, *Philib. Buignon. in legibus abrogatis.* 6

¶ Emphyteosis† quoque accedit locatio rei immobilis ex contractu vt dicunt, libellario, quo res datur vtenda sub annũ mercede, à viginti nouem annis vsque ad viginti nouem annos, & sic in perpetuum. 7

¶ Notandum † autem in multis differre, *quod & not. Bart. consil. 161.* emphytheosin à locatione: sed maxime quod emphyteotæ non, *l. quicunque, de fund. patrimon. lib. 11. C.* fit rem sibi pensionis ob sterilitatem. 8

¶ Locantur† etiam operæ sed non in perpetuum, *l. 3. de liber. homi. exhib. P. l. Titio centum §. 2. de condit. & de monst. vide Domi. Boer. in additio. ad tractatum de auctori. magni consil. nu. 4.* quoties quid mediãte mercede faciendũ datur, *in l. item si pretio nõ soluto, 25. vers. quoties, locat. P. l. naturalis, §. at cũ do. de præscript. P. §. item quæritur, de locat. apud Iustin.* dicebantur redemtores, qui certa mer- 9

Digitized by Google

ta mercede aliquod opus susciperent certo pretio faciendum, cuiusmodi plures hodie sunt artifices lignarij, materiarij, architecti, & id genus alij, qui vulgo, *entrepreneurs de l'esogne, ipparacitores*, vt *in l. item si pretio, §. 2. & l. ea lege, §. 1. locat.* Sunt & redemptores vectigalium conductores, *l. Cæsar, de publ. & vectig.* P. vocant, *fermiers*. Festus libris de verborum significatione: *Redemtores proprie*, inquit, *atque antiqua consuetudine dicebantur, qui quid publice faciendum aut præbendum condixerant, effecerantque vt cum demum pecunias acciperent. Nam antiquitus emere pro accipere ponebatur. At nunc ij dicuntur redemtores, qui quid conduxerunt vtendũ præbendumque.* Hæc Festus. Salaria mercedes operum esse conductorum videntur: qualia constituuntur nautis, *l. hoc ita, §. sed si tota, nau. caupon. stab. &c.* P. & aliis personis, vel conuentione, vel lege, vel consuetudine, *Bart. in l. 1. de var. & extraord. cogn. l. excepto, C. locat.* vel officio iudicis, *in dict. l. 1. de variis & extraord. cogn. l. 3. de proxeneticis*, P. ¶ Cicero † eos qui suas operas locant, mercenarios vocat *Cicer. 1. Officior.* Græci Θῆτας vocant, postremi ordinis in populo homines, secundum Plutarch. *in Solone & Suida.* Quamuis Dionysius Halicarnassæus scribat, Θῆτας Athenis appellatos, quos Romani dicunt clientes, Plutarchus nominat πελάτας. Plato, eos qui pretio roboris vim vendunt, & exercent præmio, à mercede mercenarios dictos tradit, & complementum esse ciuitatis, paucis contentos, & deos, vt loquitur, inter paucula obsonia venerantes, *Plato 2. de repub.* Merces, vt notat M. Terentius Varro, à merendo, quod manufactum erat, & datum pro eo manu pretium, à manu & pretio, *Varro 4. de ling. Lati.* Marcellus dicit mercenarium, eum qui operas suas locauerat, *in l. respiciendum, §. furta domestica, de pœn. in P.* Idipsum Paulus *in l. si libertus 91. de fur. in P.* Ex parte eius qui locat, res vel opera datur in locatione: ex parte conductoris, merces.

10 ¶ Itaque † merces etiam pro substantiali consideratur in locatione, qua non interueniente locatio non est, *l. 2. loca. P. l. naturalis. §. at cum do, de præscri. verb.* P. l. 1. §. *si quis seruum, depos. P. §. 2. de loca.* debetque esse ea certa, *l. si vir vxori, de donat. inter vir. & vxor.* P. *l. si conuenerit communi dividun.* idonea & satis magna, vt contractus hic distinguatur à donatione, *leg. si quis conduxerit, 49. loca. in P. l. sicus emtio, 25. eod.* quæ gratis fit: licet tamen in mercede definienda maiore vel minore contrahentibus, vt in emtionibus, se circumscribere, *l. item si pretio, 25. §. fin. loca. in* P. *leg. in causs. c. §. idem Pomponius, de minor. 25. an. P.* At alieno arbitrio generaliter promissa non constat: si tamen in alicuius arbitrium definitio deferatur, si ipse statuat, stabis locatio, si non definierit, nequaquam. *l. si merces, 28. loc. P.* Merces in pecunia, vt in pretio consistit, *§. præterea, de loca. gloss. & Doctores, in l. 1. §. si quis seruum, depos. P. & in §. 1. de loca. l. naturalis. §. §. at cum do, de præscrip. verb. P.* verum & eius nomine aliæ res dari possunt, *Africanus in l. & hæc distinctio, 38. §. fin. loca. P. l. si olei, C. eodem tit.* Exstat formula edicti in Nouellis de mercede hæc: *Omnis artifex, aut mercenarius, aut mercator, secundum formulam operas locato, mercesve vendito: nam si quid amplius locauerit, pœna tripli subiacebit, in Novell. Iustin. 122.*

11 ¶ Personæ † à quibus locatio & conductio fiat, considerari subinde debent, vt instrumenta quæ materiam ad formam reducunt. Capaces erunt itaque generaliter locationis & conductionis qui emere, vendere & contrahere possint: quamuis aliquando, qui vendere res prohibitas alienatione non possunt, possint tamen locare easdem, vt in vsufructuario constat, *l. arboribus, de vsufruct. P.* & decimis. Transit & in heredes locatio fructuum & rerum vtrinque, *l. viam veritatis, C. de loc. §. fin. eo. tit. ap. Iustinia.*

12 ¶ Prohibentur † tamen conducere reditus bonorum aliorum milites, ne auocentur à meditatione artis militaris, rusticis operibus, nundinationibus, & quæstui intentis permissa tamen rerum conductione, quæ ad vitæ subsidia quotidiana, & militiæ necessaria sunt, *in l. milites, 31. & ibi gl. C. de loc.* alioquin & miles qui conduxit, & qui illi locauit, pœnis à Iustiniano subiiciuntur, irrita locatione, *l. fin. C. eod.* nisi forsan locator ignorauerit conductorem esse, *l. si ignorans, 52. eo. tit. in P.* militem. Interdictũ quoque curialibus aliena prædia conducere, *l. curialis, 30. C. loc.* permissum tamen succedentibus in conductione ab aliis facta conductionem retinere, *l. 4. de decurion.* P.

13 ¶ Quanto † magis clericis hæc conductio interdicta esse debeat, qui eiuratis rebus & negotiationibus secularibus omnino Dei obsequio se manciparunt, nemo est qui non norit, ne à militia ecclesiastica auocentur. Sic in consilio Maguntino inter negotia secularia, à quibus abstinere iubetur persona ecclesiastica, & illud est, conductores secularium rerum, aut procuratores esse, *in c. 1. ne cler. vel monach. secula. negot. se immisce. facit can. negotiatorem, & can. fornicari, 88. dist.* Carolus 9. rex noster, mense Ianuarij, anno 1572. *in constitutione eius anni., du faict de la iustice, & rebelles aux officiers d'icelle, arti. 8.* edicto cauit, ne posthac nobiles, vel magistratus regij, vel eius officiales recta via, vel oblique per alios, fructus sacerdotiorum conducerent, neve locationem aliis faciendam impedirent: quod si amoliti fuissent, vel feciſſent, adimit nobilibus priuilegia & insignia nobilitatis, & immunitatem à vectigalibus & censibus, & vt pagani censibus inscribantur, eorumque res statuit.

¶ Officialibus † autem seu magistratibus regiis, inditit pœnam, ne posthac vllo regio officio fungi possint, irritas & nullas renuntians illis factas conductiones. Principalibus etiam constitutionibus cauetur, ne ij, qui prouincias regunt, quive circa eos sunt, negotientur. *l. principalibus 33. de reb. cred. l. 1. de contract. iudi. C. l. scriniarios, de numerar. & actuar. lib. 12. C.* 14

¶ Rursum † qui tutores facti sunt, aut curatores, priusquam officio fungantur, conducere aliquid à Cæsare prohibentur. *l. si cui locauero. 51. §. Modestinus. loca. P. l. vnic. ne tutor. vel cur. reipub. vel cond. C.* Neque etiam idoneus conductor, vt diximus, rei suæ quisquam est, *l. qui rem suam loca.* 15

¶ Sed † & exstat constitutio Caroli 5. Imperatoris, edita anno 1548. in comitiis habitis Augustæ Vindelicorum, quę statuit *in c. 23.* ne famuli qui nobilibus & equitibus inseruiunt, possint ab alio conduci, neue illi heros possint relinquere, vt solent leui negotio ab aliis corrupti, nisi illi testimonium prius habeant honestæ dominicæ missionis, quod testimonium si heros testato interpellatus recusauerit concedere, tunc liceat postulare à magistratu eius loci. Quod & in constitutione pacis publicæ Cæsaris repetitum est, *ea. 24. & 25.* Simile edictum aliquando à nostro rege Gallorum promulgatum iustissimis de caussis, hocque obseruari expediret ob artes & malitiam famulorum & ancillarum. 16

¶ Consensus † insuper huic conuentioni formam præscribit, secundum quam vel experiri vel excipere oportet. Cõsensus, & vsus, qualitatem & modum, & mercedis quantitatem determinat, nulla verborum solemnitate requisita, *l. 1. locat. P. §. 1. ap. Iustin.* & sine scriptura, *c. contractus locationis, 24. eo. tit. C. l. qui in perpetuum. eod. tit.* Consensus porro, vel expressus est, si quid nominatim conuenit: vel tacitus, veluti quando censetur renouata conductio, si locator patiatur in rustico prædio, vel vibano esse vltra priorem temporis locationis constitutionem conductorem aut inquilinum, aliqua tamen inter hæc prædia distinctione adhibita, *iuxta l. item quæritur. 14. §. qui implere, & §. in vrbanis. & l. qui ad certum. 15. loca. in P. l. legem quidem. 16. eo. C.* Consensu vel pure, vel sub conditione locatio fit. *l. sicut emtio, 23. eod. tit. P.* vel pacta adhibentur, vt quando opus aduersione locarũ, quod donec approbetur, conductoris periculo est. *l. opus quod auersione. 36. & seq. loc. P.* si dictum locando conductori, ignem ne habeto, vel ignem innocentem habeto, *l. videamus 12. §. 1. locati, P.* ne in villa vrbana fœnum componeretur, *d. l. videamus. §. fin.* ne mulæ locatæ vltra certum pondus onerentur. *l. qui insulam 33. §. qui mulas. locat. P.* Sunt his aliæ similes conuentiones quæ obseruandæ, in locatione decidenda sunt. 17

¶ Ex † quibus actionis modulus & iudicium colligitur, ex locato, vel conducto: sunt enim duæ istæ actiones priore locanti, altera conductori data, *l. lex conducto, 16. eo. P. §. de locat. ap. Iustin.* Primum enim quod conuenit inter contrahẽtes dehinc mos regionis inspicitur. *l. circa locationes. 19. & l. legem. 16. C. loca. §. conductor, eo.* Et dictum, non propositum in mente retentum. *l. cum in plures. 62. §. locator, eod. tit. P.* & si conductor omnia secundum legem conuentionis non agat, vel si id quod prætermissum est ex æquo & bono non præstat, ex locato actione conuenitur. *d. l. circa. & l. si merces. 28. §. conductor, l. videamus. §. fin. eod. ap. Iust.* Item, vt accepta mercede teneatur operas, quas locauit, præstare. *l. si ij qui à vobis. C. de locat. P.* & vt finita locatione rem restituat liberam, vt accepit, & ab omni alterius controuersia solutam. *l. videamus. 12. §. qui vinum de Campania, eo. P.* 18

¶ Meminit † Gellius, colonum per quem possidemus, qui à domino fundum conduxerat, & vendiderat, & ita possessionem fundi interuerterat domini, furti condemnatum: quia furripi & condici possessio possit, quemadmodũ re mobili surrepta, *Aulus Gellius, lib. 11. c. 18.* Nullum enim ius retentionis prętextu dominij, & proprietatis conductori est, cum nec de proprietate agere possit, nisi restituta possessione. *l. si quis conductionis. 25. C. loca* Neque etiam dominus, nisi conuentione aliqua astringente, alicui inuitus rem suam locare cogitur. *l. ne cui, 32. C. eod. tit.* exceptis prædiis fiscalibus. *l. congruit. & l. prædia, §. fin. de locat. fiscal. prædio. lib. 11. C.* Sicuti & pro re mobili locata si conductor furripiat, & locati & furti actio competit. *Paul. in l. si locatum. de locat. P.* 19

¶ Atque † si recuset conductor locatam rem reddere, in litem iurat locator, vt secundum iuramentum damnetur conducto: agit & pendente locatione. *l. si cui locauero. 51. §. j. eod. tit. P. l. in actionibus. de in lit. iuran. P.* si seruum locatum conductor vulnerauerit & nolit vti Aquilia, *l. si vulneratus. 46 eo. P.* si deteriorem rem reddat, vel deteriorem ab alio reddi patiatur. *l. videamus. 12. §. item prospicere, leg. si merces. 28. §. conductor, l. in lege locationis. 32. l. sed addes. 21. §. illud. & §. si inquilinus. eod. tit. P.* si destruxerit ædificir, vt reædificet. *l. cum conduct. rem. 29. C. eod.* si arbores exciderit vicinus, ob inimicitias conductoris, vel ipse conductor conueniri potest ex locato, ex lege Aquilia, ex lege duodecim tabularum arborum furtim cæsarum, & interdicto quod vi, aut clam, cum electione tamen vnius tantum. *l. si merces. 28. §. culpæ, eo. tit.* 20

¶ Potest † & conductor cogi mercedem placitam sõluere. & non soluens expelli à re locata, etiam propria auctoritate. *l. penul. & l. si in lege locationis. §. colonus loca. P.* si cessauerit in solutio- 21

Digitized by Google

ne per duos annos, *l. quæro, §. inter locatorem. eod. P. facit ea. potuit de loca. l. 2. de iure emphyteo.* Quamquam de expulsione nihil nominatim fuerit conuentum, *dict. l. quæro, §. interdum.*

¶ Tuetur tamen se exceptione aduersus hanc petitionem mercedis conductor si re locata vti non potuit sine culpa sua: vt si domus, vel alia res conducta euicta sit, in quo casu sit subductio mercedis pro tempore, quo vti re quis non potuit, *l. si domum, §. fin. loca. P.* si vi tempestatis fructus consumti sunt: si labes contigerit illis, si vredo, si vis fluminum, fulgurum, graculorum incendij, terræ motus incursus hostium, *in l. ex conducto, §. si vis, eod.* locustarum exesio, *l. excepto. 18. C. eod.* & id genus similia si acciderint, quibus plus quam tolerabile sit, læsi fuerint
23 fructus, *l. si merces, 28. §. hu maior. loca. in P.*

¶ Fit & propter summam sterilitatem remissio, non etiam si eum vbertate possit compensari, *l. licet certa, 8. de locat. C. l. ex conducto §. sed etsi, & l. si vno anno in princi. & §. vbicunque, eod. in P. cap. propter sterilitatem, 3. eodem ap. Gregorium.* Sterilitatem porro fructuum, quidam ad morem loquendi, & consuetudinem referunt, quidã, dũ nec semen colligitur, *glo. in d. l. licet per dictos, §. sed etsi, & §. vbicunque*, quod postremum magis probarem, cum nec exiguitas fructuum ad remissionem pensionis pertineat, *d. l. si vno, §. cum quidam*, cui accedit Panormita. dum ait, sterilitatem fructuum dici, dum conductori fructus percepti, soluta pensione non sufficiunt, vt deceptus non videatur vltra dimidiam iusti pretij, *Panormitan. in c. si propter sterilitatẽ, de locat.* Et certè sterile dicitur παρ' ἀροτον, quod nullum fructum fert.

24 ¶ Ceterum exempla minutorum animalium, quę subuerterunt, vel vastarunt oppida & fructus aliquando, lege Plinium, lib. 11. cap. 29. & c. 40. & de cœli & tempestatibus eundem, lib. 18. c. 28. circa fin. Subinde si non possit commode habitari in domo locata, remissio, non petitio fit mercedis, vel si iusto timore inde conductor migrat, *l. habitatores, in princip & §. fin. eod. P.*

¶ Num autem si pestis superueniat in loco eius pagi, in quo
25 conducta domus, possit repudiari locatio, & peti remissio pensionis. ¶ Vel si domus infestetur à laruis & strigibus non expli-
26 co, quãdo iam abunde & elegantissime Arnoldus Ferronus, ad §. 3. cõsuetu. Burdegalen. titulo de locato, explicauerit: & Christophorus Porcius *in §. si. de loca.* & Guido Papæ *decis. 630.* ¶ In
27 summa tamen in contractu locationis, veniunt reparanda & considerandæ, quæ dolo vel culpa alterutrius contrahentium contingunt, non autem quę ex casu, cui resisti non potest, *l. iudicio, 28. C. locat. l. qui mercedem. 43. & l. seq. eod. in P.* culpa & negligentia ex facto conductoris circa rem, & re custodienda, *vt in l. nauta nauta coupo. stabula &c. P.* vt ex parte locatoris, si alienã rem vel vitiosam locauit, *l. sed addes, §. 1. & l. cum in plures, §. seruũ meum locat. P.* & sic de similibus: remittitur & pensio, si vti frui fundo non potest locato conductor, *l. si fundus, 36. §. fi. & ll. sequen, eo. loc. P.*

28 ¶ Agitur & ex locato contra eum, qui opus faciendum conduxit, vt faciat, & si fecit, de operis vitio teneatur, videlicet si opus perficiendum conduxit, non etiam si diariam operam conduxit, *l. ea lege, §. locaui, loca. in P.* Et in operibus publicis, qui ædificat heredesque eius vsque in quindecimum ab opere perfecto annum, tenetur de vitio resarciendo, si quod in opere ratione ędificij vitiosum acciderit, *l. omnes, in 1. de operibus pub. P.* Distinctionem aliam quoq; huic rei addit Florentinus. ¶ Opus,
29 inquit, quod aduersione, *alias auersiones: & ita habet textus Florentin. sic etiam legitur in l. qui officij, 62. §. 2. ff. de contra. em. res in auersione emta. Br eder.* locatum est, donec approbetur conductoris periculo est: quod vero ita conductum est, vt in pedes mensuraue præstetur, eatenus conductoris periculum est, quatenus admensum nõ sit, & in vtraque causa nociturum locatori, si per eum steterit, quo minus opus approbetur, vel admetiatur, si tamen vi maiore, opus prius interciderit, quam approbatur, locatoris periculum est, nisi aliud actum sit, *in l. opus, 36. & l. sequ. & de fortuito casu, in l. Martius, 81. & l. si loca. P.* Lex est apud Platonem, *Si artificum aliquis in tempore statuto opus per malitiam non perfecerit primum Deo pœnas dabit: deinde hac lege reus factus; operis quod tempore non fecit, mercedem persoluat: ac ab initio rursum in eodem spatio temporis opus gratis efficax, Plato 11. de Leg.*

¶ Ex locato quoque agitur contra magistrum nauis, pro
30 mercibus amissis ex iactu facto, laborante naue, si merces vehendas locauerit, denique cum reliquis quorum merces saluæ sunt, vt contribuant ex lege Rhodiorum, *l. 2. in princ. & §. cum in eadem naue. & l. deprecatio, 9. ad leg. Rhod. de iac. libr. 14. P. tit. 2.*

¶ Ex conducto datur actio conductori, si quid sua interfit
31 vel si damnum ex locatione sentiat, ex re locata: vt quia vitiosa dolia locata sint, vnde vini sui iacturam sit passus, *l. sed addes, 21. si quis dolia, locat. P.*

¶ Si res locata aliena euicta sine dolo malo & culpa locato-
32 ris sit, vel perierit ex conducto repetitur merces, si data sit, *l. si fundum loca. P. l. si quis domum, 9. eo.* vel vt ei præstetur, frui quod conduxit licere, Et si dominus non patiatur, vt teneatur dominus æque commoda m habitationem, vel rem præstare, *l. si quis domum, 9. loc. P.* vel si culpa locatoris non possit frui, quod rem alienã scienter locauerit, ad id quod interest cõdemnetur, *l. si tibi alienam, 7. eo. P.* Idipsum fit, si vendiderit ædes locatas, vel fundum & emtor expulerit conductorem, *l. si merces, 28. §. qui fundum loc. eo.* P. non enim tenetur colonum, vel inquilinum pati & retinere emtor prædij: nisi pactũ cũ venditore factũ fuerit, *d. §. qui fundum l. emtore, C. de locat. l. qui fundum, eo. P.* Si commode non possit habitare in domo conducta, conductor hac actione etiã aget, vel ad mercedis reputationem & imminutionem, vel licebit illi relinquere habitationem, *d. l. si merces, §. si vicino, & l. habitatores ex conducto, 16. loca. P.*

¶ Si pascuũ locasti, in quo mala herba nascebatur, si inde pe- 33
cora demortua vel deteriora facta sint, quantum interest, petet conductor, si sciens locator ita locauerit: si inscius autem mercedem non petet. *l. sea addes, 21. si aolsa. eo. l. penul. de adil. actio. C.* Agit & conductor, vt ei liceat efferre commode quod intulit, *d. l. sed addes. §. si inquilinus.* Agit & si à locatore indebite à fundo, vel re locata expulsus est: & pœnam, si qua est adiecta, vt rupta fide contractus, consequatur, *l. si ae fundo 15. C. de loc.*

¶ Non enim à locatore soluta mercede expelli po- 34
test, nisi aut domini propriis vsibus domum necessariam sibi esse probauerit, aut corrigere domum maluerit: aut conductor male in re locata versatus sit. *l. ade 3. C. loca.* Obseruato tamen, vt si necessitas proprii vsus superuenerit locanti post conductionem, & tempore conductionis non fuerit præuisa, vt si domus alia corruit, vel vxorem duxerit postea, aliter non habetur ratio necessitatis propriæ quæ præuideri potuit, *gl. & Doct. in d. l. ade, per l. si is à quo §. fin. & l. seq. vt in poss. legat. P. de etate, §. ex causa, de interrog. actio.* Sicut & in refectione non licet, nisi necessaria fuerit refectio, alioquin ad omne damnum, & quanti interest inquilini tenetur dominus *gl. in d. l. ade. per l. qui insulam, & l. hac distinctio loca. in P.* & remittit mercedem, *l. habitatores, eod. tit.* aut si velit conductor impune eiicere, volenti domino poterit resistere, *gl. in d. l. ade, per l. colonus, de vi & vi arma. l. si duo. §. si inquilinus vti possit.* vt in aliis casibus, extra prædictos, & extra casum, l. emtorem. C. de locat. Nullo modo tamen colonus perpetuus expelli potest, cum habeat ius in re, & naturalem possessionem, *l. 1. si ager vectigal. vel emphyteos, petat. l. 1. de superfici. in P.*

¶ Cum tamen conductor alius temporalis vere non possi- 35
deat, *l. cum in plures §. heredem, loca. P. l. emtorem, C. eod.* sed nomine alterius, nempe domini & locatoris, *leg. quo vniuersas 31. §. quod per colonum, de acq. possess. P.* & proinde, quia non possidet suo nomine, nullo quantumuis longæuo, contra eum, cuius nomine possidet, præscribere potest, *l. male agitur. 2. de præscrip. 30. vel 40. an. C.*

De Mercede laborum.

Cap. 2.

1 Merces quid.
Merces quid, eod.
2 Honorarium quid. eod.
2 Premium quid.
Salarium quid, & vnde dictum, eod.
Stipendium vnde. eod.
3 Salaria quomodo debeantur, & peti possint.
4 Præceptorum salaria, & donationes sunt remunerationes.
5 Præceptoribus & doctis viris quibusdam salaria, & qualia, & quare constituta.
6 Præceptoribus salaria ex publico constituere licet municipibus, inconsulto principe.
7 Magistratibus ab Octauia salaria constituta.
8 Salaria & in pecunia & aliis rebus constitui possunt.
9 Salarium promissum, debitum etiam in agritudinem incidenti seruiendo & heredibus officiary morientis intra annum.
10 Salarium ex pacto, vel more regionis præstandum.
11 Merces laborantis, seu salarium non est intercipiendum.
12 Mercedem laborantium retinentium exsecratio.
13 Præceptorum seu doctorum salarium, quando & quomodo soluendum.
14 Salarium, vel stipendia retinere, vel minuere ad ignominiam aliquando laborantis pertinet.
Aere diruti qui. eod.

Μισθὸς, inquit Vlpian. Demosthenis enarrator, *in 8. Olynthi. Demosthenis, μισθὸς ἐστὶ ὁ ἐπὶ χρήμασι.* id est, merces pecunia est, quæ quotidie numeratur. Istque proprie hic auctoramentum seruitutis. Et proinde primum, salaria, & stipendia, quæ iuris professoribus debentur, honorarium dici placuit Vlpiano, cum sanctissima sit ciuilis sapientia, nec pretio numario æstimanda vel dehonestanda: ius tamen de his dici vt de mercedibus præceptorum artium liberalium respondit.

Vlpian.

Digitized by Google

Vlpian. in l. 1. de variis, & extra. cognitio. lib. 50. P. titu. 12. ¶ Præ-
2 mium † inquit Marc. Terentius Varro à præda, quod ob recte quid factum conceſſum *lib. 4. de lingua Latin.* Salarium quoque laboris remunerationem iuſta ratione ſalis dici tradit Plinius. Nam, inquit, ita ſales appellantur, omniſque vitæ lepos & ſumma hilaritas, laborumque requies non alio magis vocabulo cõſtat. Honoribus etiam, militiæque interponitur, ſalariis inde dictis, magna apud antiquos auctoritate, &c. *Plinius lib. 21. cap. 7.* ſtipendia quoque ab ſtipe erogata, *leg. ager. de verb. ſignifie.* ſiue ære graui dicta ſunt.

3 ¶ Salaria ſeu mercedes, vel ex conuentione locationis debentur, vel ſine conuentione: quædam enim ſalaria præbentur extra conuentionem, remunerandorum laborum gratia, quæ aliquando conuentione non poſſunt honeſte vel licite promitti, vt in ſalario procuratoris receptum quod in euentum litiũ maioris pecuniæ præmio non permittitur, contra bonos mores redemtione procuratoris facta, quanquam remunerandi cauſſa, & conſtitui ei honor, & peti extra ordinem ab eo poſſit, *l. ſi remunerandi 6. in prin. & §. monemus, & l. ſalarium 7. manda.* P. *l. C. eod. l. ſi quis, de poſtulan.* C. dummodo ſalarium procuratoris vel aduocati non excedat ſummam centum aureorum, *l. 1. §. aduocatos, & §. licita, de Variis & extraord. cog. P.* conſtitutio tamẽ ſalarij procuratoris, non locationis titulo recte fieri poteſt, cũ hoc officium gratuitum ſit, *l. 1. §. ſi manda. P.*

4 ¶ Sed † honoris & remunerationis cauſſa, & donationis forma, vt cum etiam donatur præceptoribus: remunerationis namque & ea donatio cauſſam iuſtam habet, *l. Attilius Regulus, de donat. in* P. cum in docendo & labor ingens verſetur, & inde diſcenti à perito & bono præſtantiſſima accedat vtilitas, & multum informatio, & vitæ agendæ peritia, quæ ſatis non poſſunt remunerari, quando ſpiritualia corporalibus omnibus præſtantiora, *in l. ſancimus 17. de ſacroſan. eccleſ. C.* ſint.

5 ¶ Et † Prodicus Sapiens, gratis nullum erudit, & ſemper habebat in ore Epicharmi illud, manus manſi lauat: dans aliquid, aliquid accipe, vt ſcribit Xenocrates Philoſophus Platonicus, *lib. de morte.* Veſpaſianus ingenia maxime fouit, & primus è fiſco Latinis Græciſque rhetoribus, annua centena ſeſtertia cõſtituit, *Sueton. in Veſpaſian.* id eſt, bis mille quingentos noſtri temporis aureos, *Aliat. lib 6 Parer. c. 27.* vt Antonius, ſingulis philoſophorũ cuiuſque ſectæ primoribus pro ſalario, μύριας δραχμὰς, id eſt, decem mille denarium, noſtræ monetæ mille aureos conſtituit, *Lucia. in Eunucho.* Et leges ſtatuunt præceptoribus danda ſalaria & mercedes non quam minimas, ſed pro facultatibus diſcentium, & dignitate natalium eorundem, vt ſcribit Paulus Iuriſconſultus, *l. cum plures 23. §. fin. de adminiſtra. tutor. lib. 26. P. tit. 7. fac. t Iulia.* nec præceptor ſine mercede eſſe debet, *l. qui filium 4. vbi pupill educa. deb. lib. 27. P. tit. 2.* ſtudiorum quippe labor ſecundum ſententiam Diocletiani & Maximiani, meretur, vt ij, qui in publicis adminiſtrationibus conſtituti, ſociari ſibi conſiliorum participes cupiant, ſpe præmiorum atque honorificentia ſua promouent eos, quorum prudentiam putant ſibi eſſe neceſſariam, non metu terribili, & neceſſitate incõgrua libertati, *l. 1. de aſſeſſor. lib. 1. C. titu. 52.* Sapientiores habiti & qui docendi artem profeſſi ſunt, re ipſa ſatis non poſſe mercedem rependi docuerunt, vt Abderites Protagoras ipſe, qui præſtantiſſimus in omni philoſophia habitus eſt, artem dicendi docuit Euathlum cum mercede & ſalario decem millium, *Quintilian. lib. 3. Inſtitu.* De quo & Ariſtoteles refert eum diſcipulos interrogare ſolitum, quanti putarent diſciplinam quam ab eo petiiſſent, & ab eis tantum accipere, *Ariſtoteles 9. Ethico.* inſectatur illiberales erga literatos, potiſſimum qui eos immortalitati conſecrant, laudat vero liberales Theocritus, *Eidyllio 17.* Dabãtur & à priuatis antiquitus ſtipendia doctis, etſi non docerentur ab illis, *Scæuola in l. Titia herede 19. §. qui Marco, de annuis lega.* in gratiam eruditionis, & vt mecœnatibus pluribus exſiſtentibus, plures ad bonas artes impellerentur. Non eſt, inquit diuus Paulus magnum, cum ſpiritualia vobis ſeminauerimus, ſi temporalia metamus, *1. ad Corinth. 9.* Conſtantinus Cæſar, profeſſoribus bonarum artium, & legum doctoribus, mercedes & ſalaria reddi iubet, quo facilius liberalibus & aliis ſtudiis multos inſti-
6 tuant, *l. medicos, 6. de profeſſo. & Medic. lib. 10. C. tit. 52.*

¶ Et † hic eſt caſus, in quo præter iuris illam regulam, qua nemini licet conſtituere ſalarium ex iuribus reipublicæ, niſi cui ſpeciali nota iuſſerit conſtitui princeps. *l. 1. de præb. ſalar. lib. 10. C. tit. 37.* liceat tamen in gratiam bonarum artium ſine principe ſtipendia ſtatuere à municipibus ex publico, *gloſſ. in l. 1. de*
7 *præbe. ſalario, l. ambitioſa, de decret. ab ordine facien. P.*

¶ Accedit † his ratio, quam in magiſtratibus honorandis Mecœnas protulit: ſuadebat enim is grauis vir Octauiano Cæſari, vt inſtitutione ſuæ reipublicæ præmium conſtitueret magiſtratibus, tum laborum, tum dignitatis nomine. Neque eſſe conſentaneum in aliis locis eos ſuis facultatibus viuere, *Dio Caſſius, lib. 52.* Quod & exſecutus eſt Octauianus, atque primum ſub eo acceperunt ſtipendia magiſtratus, cum antea propriis
8 ſtipendiis reipublic. munera obirent, *idem Dio lib. 53.*

¶ Salaria poſſunt & in annonis, & eduliis, & pecunia conſti-
9 tui. ¶ Perſonæ † quibus ſalaria debentur, ſunt qui operã ſuã impendunt, vel per eos non ſtat, quo minus impendant, vel præſtent, & eodem tempore alteri non locauerint, *l. qui operas 41. & l. ſed addes 21. §. fin. loca. P. l. diem functo 4. de offic. aſſeſſor. P. libr. 1. titu. fin. l. diem functo 22. loca. P. l. penult. de condictio. cauſ. dat. cauſ. non ſec. l. legatum §. 1. de lega. 1. l. 1. de var. & extraord. cog.* Quare & famulis, quorum operæ per annos locantur, debentur, ſi ſine dolo, vel culpa potiſſimum dominorum negotiis inſudantes, in ægritudinem inciderint, *d. l. cum plures. §. fin. de adminiſtrat. tutor. P.* Atque ita iis præſtantur. Sunt qui pacti ſibi dari ſunt, vel qui operas ſuſcipiunt, vel eorum curam gerunt, vel ſuſcipiunt, quales tutores, curatores. Mortuo officiali in adminiſtratione heredibus datur etiam eius anni, quo adminiſtrauit, integrum ſalarium, *l. poſt duos 15. de aduocat. diuerſorum iudicum, C. l. ſi quis in ſacris, de proximis ſacru ſcri. lib. 11. C.* Sed & mortuo officiali domeſtico, & protectore principis, heres eius non tãtum ſalarium anni intra quod moritur, & præcedentia debita conſequitur, ſed & alterius poſt mortem anni, *l. lege pragmatica, de domeſti. & protector. lib. 12. C.*

¶ In præſtatione † & forma præſtandi, obſeruare oportet 10
contractus legem, ſi certa eſt: nam incerti ſalarij pollicitatio nõ obligat, *l. ſalarium, C. mandat.* Si nihil pactum ſit, conſuetudo loci ſpectanda, operæ ipſæ, & perſonarum qualitas, *l. 1. de variis, & extra. cog.*

¶ Et † in ſumma nunquam merces laboris retinenda. *Non* 11
negabis, inquit Deus, *mercedem mercenarii, & pauperis fratris tui, vel aduenæ, qui moratur tecum in terra tua, & intra portas tuas eſt. Sed eadem die reddes ei pretium laboris ſui, ante ſolis occaſum: quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam ſuam: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum. Deuter. 24. Lenit. 19.* Rurſum apud Thobiam, *quicumque tibi aliquid operis fecerit, ſtatim ei mercedem reſtitues, & merces mercenarij tui apud te omnino non maneat, Thobiæ 4.* Et apud Malachiam, *Ero*, inquit Dominus, *teſtis velox maleficis, adulteris, periuris, & iis, qui calumniantur mercedem mercenarij ſui, Malach. c. 3.* Et Dominus noſter Ieſus Chriſtus, voca mercenarios, & redde eis mercedem ſuam, *Matth. 10.* Quia, vt Diuus Paulus ait, dignus eſt mercenarius mercede ſua, *1. ad Timot. 5. c. quicunque ſuffragio, 12. quæſt. 2.* & iniuſte denegatur, *ca. non ſane 14. quæſt. 5.* vt, qui effuderit ſanguinem fratris ſui, & qui fraudem facit mercenario fratres dicantur, *Eccleſ. c. 34. c. immolatus 14. quæſt. 5.*

¶ Non enim † minus occidere videtur qui alimenta dene- 12
gat, quæ ſibi mercenarius tantum labore parat, quam qui alio modo occidit, *l. 4. de liber. agno. in P.* quare vterque impiiſſimus, & vt Mero ſcribit, ὁ τὰς ἐργασίας, in exſecrationibus. Alcinoes ira Mineruæ periiſſe fertur, quam inuocauit Nicandra, quod cum ei deſeruiſſet Alcinoæ in arte textrici, qua docta erat, illamque domo expuliſſet, neque integram mercedem exſoluiſſet. Cuius ob vltionem, ipſa in tantam inſaniam peruenit, vt hoſpitis peregrini Xanti nauem ſequeretur, relicto patre Polybio Corinthio, & Amphylocho Driantis filio marito, & liberis, cuius conſcientia ſe poſtea in mare præcipitauit, *Parthenius in Eroticis, cap. 27.* Lex Platonis, *Qui pauperis accepti mercedem, tempore quo pactus eſt, non obtulerit, duplum reddat, & ſi annus præterierit, quamuis pecuniæ acceptæ mutuo ſine vſura reddi debeant, huic tamen pro ſingulis drachmis ſingulas drachmæ ſextas partes ſingulis menſibus dato. Si quis opifici mercedem, ſecundum pacta non dederit, vt ſocietatem hominum diſſoluens lex ciuitatis vnioni patrocinetur, tribuum iudices de his cognoſcant, Plato 11. de legib.*

¶ Salarium † lectionis doctoris debet ſolui in principio an- 13
ni, vt ait Baldus, *in leg. 1. de ſuffr. C.* vel in medio anni, *Bal. in l. per hanc, de aduo. diuerſo. ind. C. Alexan. in leg. diem functo, de aſſeſſor. P.* Et ſi iuſta cauſſa impediatur lectiones peficere, nihilominus integrum accipit ſalarium: *Bald. in rubric. de magiſtru.* contra ſi negligentia officium prætermittat: nam tempus tunc ceſſationis ſubducendum, veluti in aliis locationibus conductor ſubducit mercedem, pro eo quo culpa locantis non licuit frui fructibus rei conductæ. *leg. ſi fundus locat. P. leg. ædiles, in fin. de ædil. edict. Panormitan. in c. peruenit, in 2. in 3. column. de iureiuran. Felin. in c. quia. de magiſtris.* Si tamen ob non ſoluta ſtipendia omittat lectiones, vel officium alius qui operas præſtat, diſtinguitur, an potuerit eo loco viuere pendente mora ſolutionis, & agere locati nomine pro mercede, vt tunc non poſſit petere ceſſationis pecuniam: ſi autem non potuit ibi, ob inopiam pecuniæ, fungi officio, repetet, quia per illum non ſtetit. *Panormitan. in dict. cap. peruenit, per l. qui operas. & l. ſi in lege. §. colonus. loca. in P.* Inſuper ſi in defectum ſolutionis ipſius, cui mandata ſoluendi prouincia eſt, mutuum cum vſuris doctor ſumat, oportet eaſdem vſuras eum quoque refundere. *arg. l. per hanc. de erog. militar. anno. lib. 12. C.*

¶ Retinere † ſtipendia laboris alicuius, non tantum ad ia- 14
cturam pecuniæ laborantis pertinere, quantum ad ignominiam eiuſdem aliquando videtur: quemadmodum, teſte Nonio, ære diruti appellabantur milites, quibus propter ignominiam ſtipendium, id eſt merces menſtrualis, vel annua quę eſſet in numis æreis, ſubtrahebatur. Vnde Varro lib. de vita populi Romani 2. *ſtipendium appellabatur, quod ea militi ſemeſtre aut an-*

Digitized by Google

num dabatur, cui datum non est propter ignominiam, ære diruptus esset. Ære diruptum militem etiam tradit. Festus ab antiquis dictum cui ignominiæ caussa stipendium non esset datum. Quod æs diruebatur in fiscum, non in militis sacculum: alioquin non erat licitum, nec esse debet mutare, vel subtrahere, vel minuere, vt quæstores solutioni præpositi solent, sudoris & laboris meritum. Et sic etiam Theodoricus Gotthorum rex respondit, cum conquerentur domestici milites, equites & pedites excubias agentes, quod ab arcario præfectorum, nõ integros solidos, sed imminutos acciperent, curãs vt emendarentur, dicensque, *Mutari certè non debet: quod laborantibus datur: sed à quo fidelis actus exigitur, compensatio imminuta præstetur*, lib. 1. *epistolarum variarum Cassiodor. epist. 10. Theod. Boerio.*

De reliquis quæ pertinent ad locationem & conductionem.

Cap. 3.

1 *Locatio non transfert dominium, sed vsum.*
2 *Furti actio pro re conducta cui competat, domino an conductori.*
3 *Locationis finis, quod sit contractus iuris gentium, & bonæ fidei.*
4 *Locatio habet latam, leuem & leuissimam culpam.*
5 *Sarcinator tenetur pro veste ei data sarciendа, si mures corroserint, vel si permutauerit.*
6 *Casum fortuitum præstat, qui se ei exposuerit.*
7 *Iuramentum in litem pro bonæ fidei actionibus.*
8 *Vsuræ debentur pro mercede suo tempore non solutæ.*
9 *Conductor inficiatus rem locatam restituere, quomodo condemnetur.*
10 *Locatio quomodo finiatur.*

LOcatio† non censetur esse translatio rei, sed concessio tantum vsus, fructuum, operum, remanente dominio rei penes locantem, *l. 2. loca. P.* nec solet locatio dominium mutare, *l. non solet 42. loc. P. l. qui rem, C. eo.*

2 ¶Et proinde, si quis messem, id est, fructus pendentes inspiciente partiario colono furetur, condictio furtiua domino tantum competit, & colonus cum domino ex conducto, vt id faciat agere potest, *l. cum in plures, §. messem loca. in P.* neque enim colonus antequam fructus perceperit, eorum fit dominus, *l. fullo, vel sarcinator 84. §. frugibus, de fur.* Potest tamẽ furti agere quoque in quantum sua interest furatos fructus non fuisse, sicuti & fullo actione furti experitur quanti sua interest rem recipere, quam restituere cogitur domino, *d. l. fullo, §. frugibus, & l. fullo 92. de furt. P.* Colonus tamen qui suis numis colit, qui vniuersos fructus rei sibi percipiendos conduxit, cum eo quoque qui fructus stantes surripuit, agere furti potest: quia vt primum decerpti essent, eius esse cœpissent, *l. si apes 26. §. fin. eo. tit. de furt. P.* Itaque etiam fullo qui pollienda sarciendave vestimenta accepit, semper agit: præstare enim debet semper custodiam, *l. itaque fullo 12. de furtiu. P.* Itaque vt is cuius interest non surripi, furti agere potest, *l. cuius 10. & 16. eodem.* Si autem soluendo fullo non est, ad dominum redit actio, *dict. l. itaque fullo.*

3 ¶Finis† itaque locationis erit, vt communicatione vsus, societas hominum conseruetur, & facilius volentibus dominis homines inter se res communicẽt. Quare recto placuit, vt qui beneficium ex re alterius suscipit, quive mercedem capit, tenea tur pro rei interitu, vel deterioratione ex dolo & culpa sua, seu negligentia, non etiam ex casu, *l. in iudicio, & l. 1. C. de loca. l. videamus, in princip. cum duab. sequentibus, eod. ti. P. l. contractus 24. de reg. iur. P.* quia contractus iste est bonæ fidei, *in l. 2. & 17. C. de locat. §. actionum. de actio.* & naturalis & iurisgentiũ, *l. 1. eod. tit. P.* Et proinde in eo omnia iuste, & sine damno contrahentium cõ seruari debent tanquam contractu necessitate vrgente inducto, vt in ceteris similibus, *l. ex hoc iure, de iustit. & iur. §. ius autem gentium, de iure natur.*

4 ¶Multo† magis qui expresse operam suam in custodia locauit, de negligentia tenetur, de lata, leui, & leuissima culpa, si quid sinistri rebus contingat, quas vel vehere, vel custodire promiserat, *d. l. in iudicio, 28. & l. si vt certo, §. nunc videndum, commo. P. §. qui pro vsu, de loc. ap. Iustin. l. 4. C. eod.* de leuissima videlicet tenetur, si damnũ ex eius culpa qui promisit contingat, *gl. in l. qui mercedem cum l. seq. loc. P.* non item, si alterius culpa: nam eo casu excusaretur per diligentem custodiam, *Berberius, in 2. parte Viatorij iuris. tit. de loc.*

5 ¶Ad† culpam pertinet imperitia, *l. item quæritur 14. in princ. & §. si gemma, locat. P.* si quis errauerit putans domino vestem reddere, quam pretio polliendam, vel sarciendam susceperat, reddiderit alii, vel insçius cũ alio permutauerit, *d. l. item quæritur, §. etsi pallium*, vel si eam à muribus corrodi permiserit, *dict. l. item, §. si fullo, sunt his casus alij plures similes in d. l. item quæritur.*

¶Culpa† quoque præcedens casum fortuitum, vel quando 6
quis casui fortuito se commiserit, facit vt ex casu quoque quis teneatur, non aliter, *l. si merces, §. vis maior, & l. videamus. §. si hoc loc. P.* Hinc accidit, vt si non restituatur res locata, vel id ad quod propter culpam quis tenetur, in id quod interest communi æstimatione condemnatur, *leg. videamus. §. qui vnum, loca. P.*

¶Et† si contumaciter adhuc se gerat, quãtum singulariter in 7
terfuerit per in litem iuramentum damnabitur, *l. si cui. §. 1. eod.* exemplo aliarum actionum bonæ fidei, in quibus iuramentum in litem locum habet, *l. in actionibus, de in litem iur.*

¶Et† si merces suo tempore non soluatur, vt in iudiciis aliis 8
quoque bonæ fidei, vsuræ debentur cum mercede. *l. præses provincia 17. C. locat.*

¶Et† si pertinaciter conductor vsque ad sententiam perse- 9
ueret inficiatione restitutionis possessionis, seu detentionis relocatæ, petente domino, exemplo inuasoris rem locatam, & æstimationem insuper eius cogetur persoluere, *l. penult. C. de loca.*

¶Finitur† namque locatio adueniente tempore dicto con- 10
ductioni: post quod impletum. inuitos conductores, *in l. inuites, 11. C. de loc.* seu heredes eorum non esse retinendos, sæpe rescriptum est, neque fideiussores eorum. *l. si cum Hermes 7. C. eod.* neque locatores iterum relocare cogi eidem, vel alij, *l. nec cui. 32. C. eod.* nisi tacito consensu renouetur locatio conductori, quem locator in possessione rei locatæ esse patitur, *l. legem 16. C. eod. l. item quæritur 14. §. qui impleto, & l. qui in perpetuum 15. loc. P.* Quibus modis autem aliis finiatur locatio, iam ante dictum est, dũ de actione ex conducto egimus, *per l. ade. & l. emtorem, C. de loca.* quibus & adde consensum quo dissolui posse omnes contractus, qui consensu transacti sunt, liquet, *l. nihil tam natura deru. iur. P.*

De Societate.

Cap. 4.

Instit. lib. 3. tit. 26. P. lib. 17. tit. 2. C. lib. 4. tit. 37.

1 *Societas quid.*
2 *Diuisio bonarum & malarum rerum.*
3 *Alia diuisio ex contractu & sine contractu.*
4 *Communi dividundo, & actionis pro socio familiæ erciscundæ differentia.*
5. 6. *Societas personarum, vt in matrimonio, & rerum.*
7 *Affrayamenta coniugum.*
8 *Societas conuentionalis.*
9 *Vel rerum singularium, vel bonorum vniuersorum.*
10 *Societas damni, & lucri, industria, & pecuniæ.*
Industria interdum præponderat rebus & pecuniis, eod.
11 *Societatem quæ personæ inire possint.*
12 *Socij heres in societate non remanet, nisi in locatione negligentium.*
13 *Societas quibus modis contrahitur, & vsque ad quod tempus.*
14 *Societas simpliciter coita quæ requirit communicari, & quæ non.*
15. 25. *Societatis lucra & damna quomodo diuidantur.*
Lucrum & damnum quid. eod. 15.
16 *Societatis contrahendæ finis quæstus est.*
17 *Societas quibus modis soluitur.*
18 *Societatis fraudulenta renuntiatio non officit socio.*
19 *Societatis intempestiua renuntiatio æstimationem habet.*
20 *Societatis dissolvendæ iustæ causæ.*
21 *Societatis pactum non valet, ne omnino diuisio fiat.*
22 *Pro Socio actio quando, & pro quibus detur.*
23 *Socium fallere turpissimum.*
Ideo actio famosa. eod.
24 *Sociorum quæ culpa consideranda.*
25 *Societati vniuersarum fortunarum quæ conferantur.*
26 *Societatis actio cum aliis quibusdam concurrit aliquando.*
27 *Sociorum condemnatio, in quantum facere possunt.*
Fideiussor socij gaudet priuilegio socij, ne vltra quam facere possit, condemnetur.

SOcietas† generaliter, est aliquorum in aliquo negotio for- 1
tunæ, periculorum & spei communicatio seu communio.

¶Quo fit, †vt ferè infinitæ sint species societatis & sociorum 2
& bonarum & malarum rerum: spiritualium, & corporalium cum socij sint, inter quos res aliqua communicata est, *Cic. 5. in Verrem Oratio.* Eius itaque appellatio, & ad omnem communionem, coniunctionem, communitatem, commercium, comitatum, pactionem, fœdus conuictum, cohabitationem, ordinem

&amici-

Digitized by Google

& amicitiam referri potèrit: in his enim omnibus quædam res communis aliquo modo fit. Et longum esset de his omnibus singulariter loqui, dissuta & aliena cum sit tractatio omnium ab ea quæ in manu est, contractuum.

3 ¶ Proinde † vt conueniat & intelligatur de qua societate dicturi sumus, paucis societatum speciebus duobus capitibus secerno: vt alia societas sine contractu contrahatur, alia ex conuentione & consensu fiat. Sine consensu & pactione in societatem homines incidunt, si res vna pluribus aut duobus adueniat aliquo titulo emtionis, donationis, legati, institutionis, *l. vt sit, cum 2. ll seq. pro socio, l fi. C. eod.* seruitutis constitutione, *l. vnus ex socijs, de seruit. P. l. Sabinus, com nu. diuid.* vel ex similibus. Res enim sunt omnes quæ possidentur, aut propriæ aut communes, aut confusæ. Propriæ dominorum singularium sunt: communes, plurium confusæ incertorum, harum diuersa natura: propriæ in libera dispositione dominorum sunt, *l. in re mandata, C. mand. l. nemo externus, C. de Iudæ. leg. 2. de his qui sunt sui vel alieni iur.* Pro confusis prædiorum finibus, finium regundorum, non etiam communi diuidundo datur iudicium, *l. 2. 4. & l. eos, finium regun. P.*

4 ¶ Pro rebus † sine conuentione sociorum communibus, datur communi diuidundo remedium diuidere, & à communione abire volentibus, *leg. iudicium, in 2. finium reg. P. l. inter coheredes, §. si familiæ, famil. erciſc. l. 2. commu. diuid. P.* si de corporalibus agatur: si autem de iuribus, vel de hereditate familiæ erciscundæ, non communi diuidundo, *l. 3. commu. diuid. P. l. 1. & 2. fam. erciſc. P.* neque pro socio, *l. nam cum 32. & seq. & l. quibus casibus, 34. pro soc.* quia actio pro socio magis ad personales præstationes pertinet, quam ad communium rerum diuisionem, *l. 1. commun. diuid. P.* Et quamuis in communi diuidundo contendentes socij, *l. 1. finium regun. P.* dicantur: tamen non omnis communio societatem habet, *l. 2. commun. diuid. P.* neque actio pro socio communi diuidundo tollitur, *in l. si actum sit 43. pro soc. P.* De his omnibus iudiciis finium regundorum, communi diuidundo cum iam alibi dixerim, nunc plura non adiiciam.

5 ¶ Porro † societatis conuentio personas magis quam res respicit, vnde & ius quoddam fraternitatis dicitur in ea esse, vt ne vltra quam facere possint socij ad inuicem damnentur, *l. verum est, pro soc.* Sed ea non tantum personarum, sed & rerum est.

¶ Est † itaque hæc societas contractus iurisgentium, *l. ex hoc iure, de iustit. & iur. P.* nominatus, *l. iurisgentium, de pac. P.* quo rerum, vel operarum lucri & damni, *l. si vnus pro soc.* cõmunicatio fit, ad commodiorem vsum, vel faciliorem quæstum ex consensu, *l. qui amittitur 19. l. vt sic 31. cum l. sequen. l. plane 37. l. si margaritam 44. pro socio P. de quæstu, in l. quæstus 8. & in l. sed nec, eod. tit.* Conuentionalis societas alia est, in qua fit præcipue communicatio personarum, quamdiu vixerint, & consequenter aliquomodo, non tamen omnino, rerum quæ personarum sunt. Quæ societas ineſt matrimonii coniunctioni: sunt enim coniuges socii diuinæ & humanæ domus, & consortes omnis vitæ, *l. 1. de rit. nuptiarum. lib. 23. P. tit. 2.* ob quam bonorum propriorum mutuo dicuntur domini quodammodo, *l. 1. rerum amota. libr. 25. P. tit. P. l. aduersus, C. eod. tit.* ob commixtam familiam facientes vnam domum, *leg. 1. §. si vir aut vxor, ad Senatusc. Syllan. in P.*

7 ¶ Quamuis † vere, potissimum prohibente vxore, in bonis vxoris maritus ius non habeat, & contra, *l. hac lege 8. de pact. conuentis, lib. 5. C. tit. 14. l. si ego, §. dotis, de iur. dot.* nisi ex pacto inter coniuges fiant societates rerum, quæ dicuntur affrayramenta, quæ etiam ex consuetudinibus quorundam locorum matrimonio inito, censentur fieri, vt Lutetiæ & alibi, *materiam affrayramenti tractat Boerius in consuet. Bitur. tic. de consuetudine Boeris, tit. 2. Io. Berber. in Viator. iuris, de societate*, quibus acquisitiones inter coniuges communicantur & onera. Sed de societate nuptiali nihil amplius repetam cum de nuptiis in personis vberrime dictum à nobis sit.

8 ¶ Alia † conuentionalis societas est, quæ vtilitatem potius, quam personarum amicitiam respicit, personas tamen considerat, *§. soluitur, de societ.* & industriam illarum, vt plerumque commerciorum causa inita, de qua nunc agendum.

9 ¶ Res † seu materia quæ communicatur, est res singularis vel certa species negotiationis, aut vniuersa bona sociorum, *§. 1. de societa. l. societas contrahi. 3. eod. P.*

10 ¶ Aliquando † societas tantum initur operarum & industriæ, & damni & lucri inde aduenturi, *l. cum duobus, 52. §. quidam sagariam, pro soc. P.* dummodo rerum honestarum nec maleficij fiat societas. Quia generaliter traditur rerum inhonestarum nullam esse societatem, *l. nec prætermittendum 58. pro soc. P. l. si remunerandi, §. rei turpis, man. P. l. quod sæpe 35. §. veneni. de contrahen. emt. P.* Aliquando qui minus habet communicat recte, & cum æqualitate plus habenti: cum pauperior plerunque opera sua suppleat, quantum ei per comparationem patrimonii deest, *l. societas 5. §. societas, pro soc. P.* Fit & interdum solius industriæ vnius, cum pecunia alterius societas efficaciter, quia interdum industria præponderat rebus, & lucrum accelerat, *l. si fratres, 53. §. idem ex facto, & l. si non fuerint, 29. pro soc. P. §. de illo, eo. ap. Iustin. in l. 1. C. eod. tit.*

¶ Personæ † quæ societatem inire possunt hanc, erunt illæ, quæ contrahere possunt, & se obligare. Ideo pupillus sine tutoris auctoritate ex societate coita, non tenetur: attamen de cõmuniter gesto negotio tenetur, *l. vt in conductionibus, 33. pro soc. P. l. furiosus, de act. l. 2. com. diuid.* Cum filiofamilias initi potest societas, *l. si id quod 59. §. si filiusfam. pro soc.* & cum seruo, *d. l. si id quod §. si seruus*, socius tamen socii mei, cum quo non contraxi, meus socius dici non potest, *l. qui admittitur 19. & l. nam socius 2. pro soc. cano. legitur 81. dist. c. act. 66. §. societas pro soc. P.* 11

¶ Neque † ita quis heredi societatem parare, vt ipse socius sit: quamuis in heredem actio transmittatur, *l. nemo potest, 3 5. & l. & actio, 36. & l. heres socius, 40. pro soc. P. l. verum, §. in heredes eod. tit.* & cum herede, nouo tamen consensu renouari possit societas, *l. plane 37. eod.* Exceptis publicis vectigalium locationibus, in quibus ratione locationis, heres socij, & socius remanet, *l. adeo, & l. verum pro soc. P.* 12

¶ Forma † societatis ex consensu nascitur, *l. qui admittitur 19. pro soc. l. 2. de act. P.* & secundum ea quæ placita sunt. Et coitur re, verbis, & per nuntium, *l. 4. pro soc. P.* in perpetuũ, id est, quoad vixerint contrahentes, *l. 1. pro soc.* non vltra, *in l. nulla 71. & l. si fratres, 5 3. §. idem respondit, eo. tit.* ad tempus: ex tempore, sub conditione *d. l. 1. pro soc. P.* & tamdiu societas durat, quandiu consensus partium integer perseuerat, *l. tandiu 5. pro soc. C.* Et quia voluntates legitimæ contrahentiũ omnimodo conseruandæ sunt, societas & pure & sub conditione fit, *l. 1. de societate, C. eo. l. 1. eo. tit. in P.* & simpliciter, & pactionibus adhibitis. 13

¶ Simpliciter facta, nulla adhibita distinctione, videtur coita vniuersorum, quæ ex quæstu aliquo veniunt, *l. si societatẽ 6. & l. coiri 7. eo. P.* hoc est, si quod lucrum ex emtione, vel venditione, locatione, conductione descendit, ex opera cuiusque, non quæ aliunde proueniunt, *dict. l. coiri, & l. quæstus 2. eod.* Quare non communicantur aduenientes hereditas, legata, donationes causa mortis, debita successio à parente, vel liberto, æs, alienum, *l. nec adiecit 9. cum 3. seq.* nisi omnium bonorum fiat societas, præsentium & futurorum, *l. 1. §. si. & l. 3. §. fin. pro soc.* & præterquam si pactum nominatim adiiciatur, vt si qua iusta hereditas contigerit, communicetur: nam tunc hereditas ab intestato obueniens, non si ex testamento, communicabitur, *l. 3. §. de illo pro soc.* Quod communicatur donationis causa, non constituit societatem, *l. societas 5. §. donat. eod. tit.* si dolo malo aut fraudandi causa coita sit, ipso iure nullius momenti est. *l. 3. §. si. eod. P.* 14

¶ Fiunt † & pacta circa partes societatis diuidendas, pro modulo industriæ, & bonorum communicatorum, quæ ex arbitrio interdum boni viri diuiduntur, si de diuisione cautum in specie non est, *l. si societatem 6. pro soc.* & si cautum, secundum legem cõtractus, *§. etsi quidem, & §. nec enim, de societa. l. si non fuerint 29. eod. P.* si nihil de partibus lucri & damni cõuenerit, æquales partes, in lucro & damno spectantur: si expressæ fuerint partes, seruari oportet, nec dubium valere conuentionem: si duo pacti sunt, vt ad vnum quidem duæ partes lucri & damni pertineant, ad alium tertia, *§. de illa sane, eod. de societa.* Item, vt quis lucri partem ferat, & de damno non teneatur, eo adhibito temperamento, vt si in aliqua re damnum, in alia lucrum illatum sit, compẽsatione facta solũ quod supereſt intelligatur lucri esse, *l. mutatis pro soc. P.* Lucrum enim dicitur, deducto omni damno, vt & damnum, deducto omni lucro, *l. si nõ fuerint, §. si. & l. si vnus, §. sed si pretium pro soc. P.* Quare pactũ illud contra naturã societatis erit & inutile, vt alter omne damnum sentiat, alter omne lucrum societate ferat, *l. vt sit, pro socio 31. pro soc. P.* In societate non sufficit rem esse communem, nisi societas intercedat, *l. nam tum tractatu, 32. & l. sed. eod. tit.* quæ fit & tractatu seu contractu habito. *l. coiri 7. eod. P.* 15

¶ Finis † propter quem solet hæc contrahi societas, est quæstus, qui ex constituta opera, vel pecunia venit, *l. verũ 64. §. societas. eod. P. §. soluitur, eo. tit. ap. Iusti.* Et quia quæstus ille duo fundamenta habet res, & operam, subrutis illis corruit societas & soluitur, ex personis, ex rebus, ex volũtate, ex actione. ¶ Itaq; siue homines, † siue res, siue voluntas, siue actio interierit, distrahi videtur societas, vt ait Vlp. *d. §. societas, tit. de cap. diminu. In P. ap. Iust.* Intereũt homines maxima, media, capitis diminutione, aut morte, *l. stipulationes non diuiduntur, §. sacram rem, de ver. oblig.* res, si fiant ex profanis sacræ: & Modestinus, dissociamur, inquit, *l. 4. §. 1. pro soc. P. vide l. actiones, §. renuntiare, & §. morte, eo.* renuntiatione, morte, capitis diminutione, & egestate, videlicet incidente, seu superueniente: puta, cessione bonorũ, vel eorũdem publicatione, *§. item si, de soc.* Rei quæ iam nulla sit, nec quisquam socius est *l. actione 65. §. publicatione, pro socio, P. §. publicatione, eo. tit. ap. Iustin.* si finis negotio societatis impositus sit, *d. l. verum, §. societas, & d. l. verum, §. fi. §. manet autem, eod. ap. Iustin. l. 5. C. eod.* voluntarie quoque distrahitur societas & renuntiatione, *l. actione, §. itẽ si alicuius, l. si id quod eo tit. P.* verumtamẽ dissensu soluitur societas, si omnes socij dissentiant. Nam si alter inuitis aliis renuntiet societati, à se quidem liberat socios suos, se autem ab illis non liberat. 16

¶ Sed & si dolo malo renuntiatum est vt qui renuntiat, bonorum obuenientium lucrum solus haberet & damnum post illam dolosam renũtiationem bonorum ad illum quidem per- 18

Digitized by Google

tinebit: attamen, si quod lucrum sit ex illis, communicare tenebitur. Et ita qui post initam societatem pro re aliqua emenda, solus voluerit emere, renuntians societati, in id quod interest sociorum damnabitur: non ita, si sine fraude renuntiauerit, *dict. l. actione. §. d. ximus, & §. item si societatem, & l. sed & socius, pro socio, § sed plane si quis, eod. tit. ap. Iustin.*

19 ¶ Porro † in societate coeunda nihil attinet, de renuntiatione cauere: quia ipso iure societatis, interim pestiua renuntiatio in æstimationem venit, *l. sed & socius 17. §. fin. pro soc. P. l. idemque 16. §. fin. l. actione, 66. §. Labeo, eod. tit.* Si tamen conuenerit, ne intra certum tempus diuidatur, non videtur conuenisse, ne à societate abeatur.

20 ¶ Verum † si conuenerit, potest aliquando quis iuste à societate abire, & potest rationem habere renuntiatio, ne ideo quis teneatur actione pro socio, puta quia conditio forte sub qua coita societas erat, non præstatur: aut quia damnosus, & iniuriosus socius sit, vt non expediat eum pati, *l. si conuenerit, 14. in prin. & §. 1. pro soc. P.* vel quod ea re frui non liceat, cuius gratia negotiatio suscepta est, *l. vel quod 15. eod.* si socius reipub. caussa diu sit abiturus, quamuis nonnunquam obiici potest, quod potuit & per alium societatem administrare, vel socio committere, si is sit valde idoneus: non alias: nisi aut facilis per alium administratio, *l. idemque 16. § fin. eod.* Sine dubio etiam ius societatis soluitur, si vnus quisq; sociorũ sibi negotietur, & agere pro socio cœperit, *Callistratus, in l. itaque 65. eo. tit. P.* non secus quam si pacisceatur socius, ne suam partem petat: quo casu & effectu societas, tollitur, *l. in hoc iudicium, 4. §. fin. commun. diuid. libr. 10. P. tit. 3.*

21 ¶ Pactum † tamen in societate factum non valet, ne omnino diuisio fiat, sed ne intra certum tempus diuidatur: quod etiam ipsius rei qualitati prodest, valet, *in d. l. in hoc iudicium, §. si conueniat, l. si fratres 53. §. idem respondit, pro soc.* Quo etiam casu, permissa quidem est rerum communium venditio intra tempus, sed & emtori obiici potest exceptio de non diuidendo pacto per exceptionem, *d. l. in hoc iudicium, §. si inter socios, l. idemque 16. §. fi. pro socio.* Sic ratione pacti in communione quis esse cogitur, præter iuris communis regulam, *quæ ponitur, l. fin. comm. diuid. C. libr. 3. tit. 37. cum sim.* nisi mors, vt diximus, interuenerit vel furere socius cœperit, *in l. fi. pro soc. C.* distracta autem societate diuisio rerum superest, *d. l. actione, §. si post distractam, vers. nam etsi.*

22 ¶ Sed † videamus de actione, quare, & quatenus, & pro quibus actione pro socio experiamur. Ex hoc igitur contractu oritur actio directa, vtrique sociorum competens, *§. ex quibusdam, de pœna temere litigant. ap. Iustin.* & pendente, & dissoluta societate. Pendente, veluti si agatur ne recedatur à societate: quia non expediat, propter varios contractus: item vt communicetur, vel referatur in medium quod ad alterum peruenit, *d. l. actione, §. pen. & l. si quis vniuersorum, eo, pro soc. P.* vt pacta seruentur, *l. si fratres 53. §. 1. eod. tit. P. l. cum societas, 70. eo.* Post solutam societatem, variæ sunt etiam caussæ agendi: & in primis, quia hoc iudicium, bonæ fidei est, *l. in proposita, 79. pro socio P.* & in eo venit bona fides, & dolus, & culpa, præstatur à sociis inter se, *in l. cum duobus, 52. §. venit autem, & §. 2. in coeunda, pro soc. P.* & pro eo quod factum non est dolo socii, vel pro eo quod impensum est, datur, *leg. si fratres, §. idem respondit, & §. si quis vel sociis.*

23 ¶ Cicero † *pro Sex. Rosc.* socium fallere turpissimum esse dicit, etiam in rebus minoribus, eo quod quis lædatur per eum cuius fidei se commisit, nec satis hunc puniri posse. Et alibi, *Cic. pro Sex. Rosc. Comœdo. si quæsint,* inquit, *priuata iudicia summæ existimationis, & pene dicam capitis, tria hæc sunt, fiduciæ, tutelæ, societatis.* Et Iustinian. actione pro socio damnatum, ignominia affici tradit, *d. §. ex quibusdam, de pœna tem. litig.* Iulianus quoque I. C. idipsum responderat, *in l. 1. de iis qui not. infam. libr. 3. P. tit. 2.* videlicet si ratione doli, non etiam culpæ damnetur, *gl. in d. l. 1. in verba quod pro socio.*

24 ¶ Et † culpa itaque damnum datum à se socius præstabit socio, nulla compensatione facta lucri per eum societati facti in aliis, *l. de illo sane 23. & l. non ob eam rem 25.* tamen hic exactissimam diligentiam non consideramus, sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere socium, qualem suis rebus solet adhibere: nam de se queri debet, qui parum diligentem socium sibi adhibuit, *l. fin. de societ. apud Iustinian. l. socius socio 73. pre socio, in P.* De casu fortuito non tenetur socius, sed periculum & damnum commune est societati omnium, *l. cum duobus, 25. §. damna fatalia, pro soc. in P.* nisi culpa sua in casum incidat. Hac actione quoque cogitur socius omnium bonorum, conferre in medium vniuersa quæ quæsiuit, *l. 1. §. 1. & l. actione, 6. socium, pro soc. P.* nisi ex prohibitis caussis acquisierit, *d. §. socium, & l. quod autem 54. & l. quod eum 55. & 3. seq. eod.* si socius certarum rerum, ea quæ inde quæsita tantum sunt, *l. cum duob. 52 §. cum duo. eod.* Societas coita vniuersarum fortunarum, coita censetur & de his quæ postea obuenient, cui inest, vt quicquid erogandum erit, quodcunque etiam lucrum obueniet commune sit, *l. si societatem 74. eo.* vt etiam si quis exceperit, vt si quid emeret ipsius sit, non commune, tamen actione pro socio cogatur communicare, *l. si quis facietatem, 75. eod.* Et fructus quoque, *l. videamus 38. §. ex caussa, de vsur. lib. 22. P. tit. 1.* dotes, *l. si socius pro filia 82. pro socio.* cum onere, *l. actione, §. si vnus eod.* omne id quod impensum est occasione societatis, vel damnum accedens sine culpa alicuius quoque communicandum, ad modulum lucri, *l. si vnus ex socius 68. §. si vnus, l. si fratres 53. §. si quis ex sociis, l. cum duobus, §. quidam sagariam, l. omnes alienum 27. l. pro socio 38. pro soc. P.*

¶ Illud & † potest esse conueniens boni viri arbitrio, vt non 25
vtique ex æquis partibus socii simus, si alter plus operæ, industriæ, gratiæ, pecuniæ in societatem collaturus est. *l. 1. quid enim 81. §. pro soc.* ¶ Concurrere possunt cum hac actione & aliæ 26
aliquando, ex eo quod pactum, factumue est, vt præscriptis verbis, *leg. si margaritam, 54. pro soc.* actio furti, *l. rei communis 45. cum 2. seq. pro soc. P.* legis Aquiliæ, *l. sed etsi, 47. cum 2. seq. eod.* si plagium fiat Fauia, *l. merito, 51. eod.* est hæc actio pro socio rei quoque persecutoria, *l. sed actione; 50. eod.* ¶ Condemnatio 27
porro hic fit inter socios, siue vniuersorum bonorum sint, siue alicuius tantum rei, in id quod facere possunt, id est omni ære deducto alio, quodve dolo malo fecerint quominus possint propter fraternitatis speciem, quæ versatur in societate, *l. verum 64. in prin. & §. id quod socius pro soc. P.* Hocque beneficium datur fideiussori, defensori socii, non autem heredibus, neque patri aut domino, iussu quorum societas contracta sit, cum filio aut seruo, *d. l. verum, §. sed si fideiussor, & l. fi. pro soc. P.* sed ita demum priuilegio socius vtetur, si se socium fuisse fateatur, non aliter *l. si vnus 68. §. fin. pro soc. P.*

De Mandato & Procuratore.

Cap. 5.

Institut. Lib. 3. tit. 27. P. 17. tit. 1. C. 4. tit. 35. Lib. 3. P. tit. 3. Lib. 2. C. tit. 13. Lib. 1. Decret. tit. 38. Lib. 1. Sex. tit. 19. Lib. 1. Clemen. tit. 11.

1 *Mandati diuisio, in coactum & spontaneum.*
2 *Mandati & iussus distinctio.*
3 *Mandatum vt contractus quid.*
4 *Mandatum gratuitum sit proprie.*
5 *Improprie mercenarium.*
6 *Mandatorum tot species, quot res mandata, vt ad lites, negotia, beneficia, &c.*
7 *Mandati diuisio ex conceptione, generale, speciale, cum libera potestate.*
Procuratorum distinctio, ex distinctione mandatorum, eod.
Tituli de procuratoribus, & mandati differentia. eod.
8 *Procurator cum libera. totorum bonorum, & specialis qui, & potestas.*
9 *Procurator ad lites de mandato fidem facere debet.*
10 *Syndicus quis dicatur, & quomodo differat à procuratore.*
Actor quis. eod.
Procurator quis. eod.
Oeconomus quis. eod.
11 *Mandati materia, & res.*
11. 12. *Mandatum sit de futuro, & re honesta.*
12 *Meretrici dans, vel pro ea fideiubens alterius mandato, non habet mandantem obligatum.*
13 *Euictio in delictis locum non habet, etiamsi mandato alterius delinquat.*
14 *Famulos delinquentes iussus domini non excusat.*
15 *Mandatum quibus & à quibus fieri potest.*
16 *Mandati forma diligenter seruanda & sequenda, etiamsi vtilior alia procuratori videatur.*
17 *Negotiorum gestorum actio affinis mandato.*
18 *Mandatum expresse & tacite fit, quomodo.*
19 *Mandati tenetur qui mandatum susceperit non aliter.*
20 *Mandatum quando reuocari non possit à mandante.*
21 *Mandatum quomodo morte mandantis, vel procuratoris tenetur.*
22 *Procuratoris reuocandi iustæ caussæ.*
23 *Mandati actiones, directa, contraria, vtilis.*
Et pro quibus, & quibus dentur. eod.
24 *Procurator pro quibus tenetur actione mandati domino.*
25 *Procurator non tenetur de casu fortuito, nisi se ad illum obliget.*
26 *Procurator ex dolo condemnatus infamis est, & num. 27.*
28 *Procurator actione contraria mandati pro quibus dominum conueniat.*
29 *Procuratoris impensæ quomodo sunt taxandæ*
30 *Procurator conuenit dominum, vt eum indemnem præstet.*
31 *Procuratoris damna, & ægritudinis impensas, an restituere teneatur mandans.*
32 *Salarium procurator quando, & quale petere possit.*

33 *Mandat-*

Digitized by Google

33 *Mandati vtilis actio cui detur, & pro quibus.*
34 *Mandati finis, & cuius gratia fieri possit.*
35 *Mandati ratio dat actionem producat.*

1 MAndatum † aliud cui coactio inest, quod pro iussu à superiore factum sumitur, cui parere necesse est, *l. non videntur, 128. §. qui iussu, & l. vlt. 4. de reg. iur. ca. quod quis, eod. tit. in Sex.* aliud spontaneum, quod à volente tantum suscipitur ex conuentione, de quo omisso priore, instituta tractatio. Alia species cõtractuum, qui consensu fiunt mandatum est, *l. 1. mand. P.* quo & operam nostram alijs vt in societate, accommodamus. ¶ Longeque † aliud mandatum, aliud iussus, ex quo specialis prodita
2 3 actio, *l. 1. quod iussu. P.* ¶ Mandatum † est contractus nominatus, *l. iuris gentium. de pac. iuris gentiũ*, bonæfidei, quo alter alteri negotium alterius gerendum committit: alter autem consentiens suscipit, qui procurator dicitur, à cura suscepta ex mandato do-
4 mini, *l. de procur. lib. 3. P.* ¶ Hoc mandatum, † proprie & improprie sumitur. Proprie est quod gratis suscipitur. Nam mãdatum nisi gratuitum nullum est: nam originem ex officio atque amicitia trahit: contrarium porro officio merces: & interueniente pecunia, res ad locationem & conductionem potius respicit, *l.*
5 *1. §. fi. manda. P. §. fin. eod. tit. ap. Iustin.* ¶ Aliud † impropriè mandatum dicitur, quod est mercenarium, dum salarium vel debetur, vel promittitur, vel à iudice taxatur procuratori, *l. si remunerandi 6. l. salarium 7. mand. P. l. 1. eo. tit. C.* Alia mandati distinctio fertur à fine, *in l. 2. mand. P. §. 1. eod. ap. Iustin.* de qua, Deo
6 fauente, mox. ¶ Et rursum † tot mandatorum constitui possunt distinctiones, seu diuisiones, quot sunt negotiorum diuersitates vt ad lites, ad negotia, ad conferenda beneficia, *ca. mandatum, de rescript. apud Gregorium titul. de mandat. apostolicis, in conuentionis-*
7 *bus, Gallicis summis pontifi. &c.* ¶ Et † iterum alia ratione mandati, conceptionis mandati: mandatum aliud generale, aliud speciale, aliud cum libera potestate. Hinc & procuratores vel ad relationem faciendam ad mandatum, distincti, vt ad lites, quibus mandatur litis persecutio, seu defensio ad negotia administranda, de quibus potissimum agitur in titulo mandati, vt de procuratoribus ad lites maxime in titulo de procuratoribus, *l. 3. l. ante litem. l. 11. l. post litem. & 17. cum simil. de procur. P.* Sic dicimus constitui procuratores omnium rerum, & vnius rei, *leg.*
8 *1. de procur. P.* ¶ Procuratorem † generalem, vel cum generali mã dato, quã do fine vlla definitione negotium alicui cõmittitur, vel mandatur, *l. procurator totorum bonorum 63. de proc. in P.* Hic & procurator totorum dicitur bonorũ, cui eatenus concessa videtur potestas, vt tantum administrare possit, & fructus: tãtum alienare bonorum qui seruando corrumpuntur: non autem res mobiles, vel immobiles, vt nec trãsigere possit ex vi mandati generalis, nisi approbante, vel specialiter mandante domino, *l. mandato generali, 60 de procurat. P. l. transactionis placitum, C. de transact.* Procurator tamen qui generaliter constituitur, cum libera administratione rerũ, potest nouare, exigere, aliud pro alio permutare, *l. procurator cui generaliter 58. & seq. eod. tit. de procurat. in P.* procurator contra cũ mandato speciali, cuius solicitudo certis limitibus circunscripta est, commissa egredi efficaciter non potest, *ca. qui ad agendum, de procurator. in Sex. l. diligenti mandu. P.* Sed & id notabile, nõ licere quoque procuratori cui data est administratio libera, id agere, quod dominus non fuisset verisimiliter facturus, *l. fa fus procurator, C. de furt.* quodve fraudẽ ha-
9 bet, *l. creditor 60. §. Lucius mand. P.* ¶ Procurator † ad lites maxime & ex mandato fit, & ideo debet antequam ad litem admittatur docere de mandato, & procuratione solemniter testata, &c.
10 *l. de proc. ap. Greg. litet eo. tit. C. eo. tit.* ¶ Procurator † proprie priuatorum dicitur: at qui tractat negotia vniuersitatis, reipub. ecclesiarum, aut collegii, syndicus dicitur, & actor & defensor, *leg. 1. §. quibus permissum est quod cuius. vniuer. nom. l. item eorum, §. sed si ita decreuerit, eo. tit. l. munerum, §. defensores, de mun. & honor. in P. adde c. 1. ex ibi glo. de syndico, lib. 1. Decret. tit. 39.* Qui autem eorundem bona administrat, œconomus dicitur *l. iubemus, de sacrosanct. eccl. C. l. omnes, §. præter, & §. hoc nihilomin. de epis. & cle. C.* neque
11 *proc. P.* ¶ Materia, † & res quæ in mandatum veniunt, sunt lites, & negotia, persecutio, defensio, *vt diximus ex tit. de proc.* administratio, *l. si remunerandi 6. §. si cui mand. P.* factum: vt si mandetur pollienda, sarciendave vestimenta *§. fi. mand. ap. Iustin.* vt fide iubeat quis, emat aut vendat, & sic de similibus: hoc tamen obseruato, vt mandatum de facto futuro, non de præterito sit: quia mandatum non potest interuenire de eo quod iam factum est, *l. si vero non remunerandi 12. §. si post creditam, mand. P. l. qui mande-*
12 *to 20. eo.* ¶ Et † rursum quod mandatur honestũ esse debet: quod mandatum obligatorium non sit contra bonos mores, *§. illud, de mand. ap. Iustin.* aut rei turpis, *l. si remunerandi 6. §. rei turpis, man. P. l. quod supra, §. veneni, de contrah. emt. P.* veluti si adolescens luxuriosus mandet tibi, vt pro meretrice fideiubeas, & tu sciens mandatum susceperis, non habebis mandati actionem. Idipsum quoque obtinet, si mandauerit tibi, vt meretrici pecuniam credas: quia simile est, ac si perdituro sciens crediderit, & aduersus bonã fidem, *l. l. si vero non remunerandi 12. §. fi adolescens, l. si quis eũ pro emt. in P.* Eodem modo, qui ædem sacram spoliandam, hominem vulnerandum vel occidendum, mandatum susceperit, nihil iudicio mandati consequi potest, propter turpitudinem mandati, *l. si mandauero tibi, vt pro me 22. §. qui ædem sacram mand.* 13
P. ¶ Quod † intelligi potest, videlicet ne possit experiri contra mandantem, vt à delicto, qui mandatum exsecutus est liberetur à pœna, vt in alijs fit, *Paul. l. ex mandato 20. eo. P.* Siquidem vterque qui mandat delictum fieri, & qui exsequitur, reus est criminis & pœnæ obnoxius. *c. 1. & fin. de homicid. in Sexto.* quia obligatio nascitur ex maleficio, & ex reipsa quæ fit, *l. ex maleficio 4. de actio. in P.*

¶ Et in delictis non est locus euictioni, vt nec immunis à pœ- 14
na seruus sit, si iussu domini vel furtum, vel homicidium, vel aliud delictum commiserit: nec in omnibus rebus sine pœna domini dicto obediens esse solet, *leg. seruus non in omnibus, eodem titul. de actio.*

¶ Personæ † à quibus mandatum fieri potest, & à quibus su- 15
scipitur, sunt, in summa quæ se obligare efficaciter possunt, & quibus non est prohibitum *l. mutuus & surdus 41. de procurat. in P.* de quibus in vniuersali libro contractuum tradidimus: potest & procurator, qui administrationem suscepit, & alteri mandare, vel alium subdelegare, & in lite prosequenda lite contestata, non ante, *l. si procurator 8. §. si quis, manda. l. neque, C. de procura. l. seruum, & l. mutuo, de proc. P.* Et tutores mandare contutori possunt, vt seruum emat pupillo, nascitur que obligatio inde, *d. l. si procuratorem 8. §. si tutores.* Mandat absens, *l. si hereditatẽ, §. fin. l. 1. mand. P.* absenti, & dominus libero homini, qui sibi bona fide seruit, *Pompon. l. si is qui 13. §. fin. commoda. lib. 13. P. tit. 5.* dummodo sciret se liberum: alioquin enim, si putaret se seruum, nõ nascitur actio mandati, quod non habeat seruus actionem, & voluntatem liberam, sed negotiorum gestorum, apparente postea eũ esse liberum, *Paul. l. at qui natura 20. §. si libero, de negot. gest. lib. 3. P. tit. 5.* mandat tamen recte seruus alteri, verumtamen non sibi, sed domino acquirit actionem, *Paul. l. si mandauero 22. §. fugitiuus, mand. P.* Et si seruus extero se mandat emendum, nullum mandatum est, *Vlpian. in l. seruus 19. §. Papinian. in l. cum seruus 54. mand. P.* Possunt vnus & plures mandare, *Vlpianus, in l. cum mandato 21. mand. P. l. 3. de neg. gest. P.* vni & pluribus, *Scæuola, l. creditor 60. §. duobus mand. P.* filiofamilias quoque mandatur recte, *Paul. l. quod filiofamilias 62. mandati P. l. mandati, de negot. gest. P. Vlpianus in l. filiusfamilias 8. §. ipse quoque, de proc. P.* & ipse quoque mandare potest in negotijs, in quibus datur ei suo nomine actio, *d. l. filiusfamil. in princip.* Similiter & in seruis in his quæ facere possunt, dicendum, *l. seruum quoque de procurat. P.* Plura de iis qui constituere procuratores, quive constitui possint, tradit Hostiensis de procuratoribus in Summa, videtur.

¶ Forma † mandati autem inspicienda est, vt secundum eam 16
probe exsequatur procurator mandatũ: nam qui excessit, aliud quam mandatum est facere videtur, vt respondit Paulus. Et si susceptum non impleuerit tenetur, *l. diligenter 5. mand. P.* cui adstipulatur Iulianus, *l. si quis pro eo 46. eod. tit. P.* & alij. *ll. cum mandati 12. eod. tit. C.* Consensus porro huic formam dat, ideo per nuntium quoque, vel per epistolam mandatum suscipi potest: item siue per rogo, siue volo, siue mando, siue alio quocunque verbo scripserit, mandati actio est. Et in diem differri & sub cõditione contrahi potest. *Vlpia. l. 1. mandu. P. §. mandatum 2. eod. tit. apud Iustinianum Iulianum, l. 2. hereditatem 32. eod. l. 1. §. fin. de procur. P. l. 3. & 4. eod. tit. P.* dummodo animus obligandi adsit, & consensus: & verba quodammodo mandatum referant. ¶ Nam 17
si aliunde † sine mandato quis gerat, negotia absentis, non dãtur actiones mandati, sed negotiorum gestorum, *l. ex maleficijs 4. §. 1. de act. P.* Quare neque verba alia mente prolata, quã mandanti, inducant obligationem hanc, veluti exhortatoria, *ob hoc de his qui notantur infam. P.* persuasoria, *l. 1. §. idem Pomponius, depos. P.* commendatitia *l. idem §. si quis ea que, l. si vero non remunerandi 5. cum quidam mand. P. l. item si seruus, §. non commendando tantum, de negot. gest. P.*

¶ Fit & † mandatum, vt quid fiat post mortem mandantis 18
si vero non remunerandi 12. & l. seq. mandati. P. l. si quis alicui 27. §. 1. eod. l. fin. de solut. in P. lib. 46. tit. 3. Et expresse & tacite mandatur: expresse quomodo hæc dictum: cui ratihabitio iungi potest eius quod factum est, *doctores in l. Fabian. qui satisd. cogan. P.* tacite autem qui patitur ab alio mandari vt sibi mandetur, mandasse videtur, *Vlpianus in leg. qui patitur 18. & l. qui fide 53. mandi P. l. si fideiussor, C. eod. tit.*

¶ Ceterum † sciendum est, ita demum obligationem ex hoc 19
contractu oriri, si is cui mandatur, susceperit, vel acceptauerit mandatum, non aliter. Sicut enim, inquit Paulus, liberum est mandatum non suscipere: ita susceptũ consummari oportet, nisi renuntiatio sit. Renuntiari autẽ ita oportet, vt integrũ ius mãdatori referatur, per se, vel per alium eandem rẽ integre explicãdi aut si non, reddi deinde ei captio, qui susceperit mandatũ, *Paul.*

Digitized by Google

in l. si mãdauero, §. sicut autem mandatum eo. tit. ff. Iustin.

20 ¶ Item exigitur † vt perseuerauerit mandator in voluntate mãdata vsque ad exsecutionem mandati: nam ante quã procurator cõstitutus exsequatur, mandatũ potest reuocare, & cessat mãdati actio, quia extinctũ est mandatum finita voluntate, *leg. si vero non remunerandi, 12. §. si mandauero mand. P.* re enim integra, si reuocatum fuerit, euanescit, *§. recte quoque eod. tit. ap. Iustin. cap. in causis, & ibi gl. de elect. l. iudicium soluitur, de iudic.* ¶ Idipsum

21 accidit † si integro mandato, mors alterius interueniat, vel eius qui mandauerit, vel eius qui mandatum susceperit, *§. item, si ad hæc, de manda. ap. Iustin. Paulus in l. & quia 6. de iurisd. omn. iudic. lib. 2 P. tit. 1. Paul. l. inter causas 26. Cains, l. si quis 27. §. morte, manda. P. l. mandatum 57. eo. P. & l. man. 15. C. eod.* ita est locus in hoc contractu pœnitentiæ, eo tamen obseruato, vt qui mandatum reuocat, significet procuratori, alioquin non officiat reuocatio, re integra, quo minus gestum per procuratorem cum non obliget. *Paul. in l. si mandassem, 15. manda. P. l. pater, de manu. vind. P. c. ex parte, decreui, 33. de rescript.* Et vtilitatis quoque caussa receptum est, vt iusta ignorantia mortis mandatoris interueniente, quod gestum est à procuratore eius post mortem eiusdem non reuocetur, *4. § item si adhuc & d. l. inter causas, & l. si precedente mandato, 58. mand. P.* Ex parte etiã eius, qui susceperit mandatũ, si potest id explere, deserere officium non debet, alioquin quãti interfit mandatoris damnabitur. Si vero intelligat se id officium implere non posse, idipsum cum primum poterit debet mandatori denũtiare, vt is, si velit, alterius opera vtatur. Quod si, cum posset denuntiare, cessauerit, quanti mandatoris interfit tenetur. Sed si aliena ex caussa non poterit renũtiare, securus e-

22 rit, *leg. si quis alicui 27. §. qui suscepit, mand.* ¶ Liberam † esse renocationem mandati constat, vt, secundum Bartolum, huic faculcati pacto renuntiari non possit, *Bart. in leg. cum precario. de precar. in P.* Nam iustæ caussæ oriri possunt, ex quibus etiam is, qui cœpit mãdatum exsequi, reuocari potest, vt si is futere cœpit, *l. qui seruum 47. & l. si quis alicui 48. de acquir. her. P.* si inimicitiæ capitales inter dominum & procuratorem interuenerint, vel dignitas accesserit procuratori, vel reipublicę caussa affuturus sit, *Vlpian. in l. filiusfamilias 8. §. fin. de procurat. P.* aut si valetudinem, aut si necessariam peregrinationem alleget, *Cains l. aut si valetudinem 9. eod. tit. de procur. P.* vel hereditas superueniens eum occupet, vel ex alia iusta caussa, *Vlpian. in l. vel hereditas 10. eodem tit.*

23 ¶ Ex † hoc mandato dantur actiones, directa, contraria, vtilis. Directa personalis est, *l. mandati 4. de fideiussor. lib. 8. C. tit. 41.* quæ datur mandatori, *l. si vero 12. §. fin. mand. P.* & eius heredibus, *l. si mandauero, 22. §. fin. mand. P. l. si mandato Titij 59. eod. P.* & ei qui mandatum suscepit, in eum cui iterum mandauit, *l. si procuratorem 8. §. si quis mandauerit, mand. P.* agit: & dominus ex mandato serui, *d. l. si mandauero, §. fugitiuus*, videlicet contra procuratorem, & heredes eius, *videlicet vtili actione, vt paulo post dicemus.* Nam etsi extinguatur, vt antea diximus, mandatum morte alterutrius, tamen obligatio aliquando durat, *l. inter causas 26. mandat. P.* Filiofamilias mandato facto, eoque emancipato, & in eum, & patrem de peculio intra annum agitur, vt ait Paulus, *l. quod filiofamilias 61. mand. P.*

24 ¶ Agitur † directa, si procurator fines mandati non seruauerit, si interfit mandatoris, alio modo quam mandatum erat, non fuisse factam, non aliter: non enim datur, nisi quatenus interest mandatoris, non etiam si non interfit, *Vlpian. in leg. si procuratorem 8. mand. in P. l. ad comparandas. C. eod.* Bona fides maxime in hoc mandato quoque consideratur: nam & electio sit fidei certi hominis in hoc contractu, *Papin. in l. mandatũ 57. mand.* Et proinde, si mandatarius mã datorem in aliquo decipit, vel si quid dolo malo gerat hoc iudicio mandati resarciet, vt si mãdauero tibi vt excuteres vires hereditatis, & tu, quasi minoris sit eam à me emeris, vel si vt excuteres vires eius cui erã creditурus, & tu ideneum esse renuntiaueris, *Vlpian. in l. si mandauero, 42. eod. P.* si nolit persequi procurator quod persequi potest, aut nõ exegerit quod exigere potest aut nolit soluere quod exegerit, in quo dolose versari dicitur ab Vlpiano, *in l. dolus est, 44. l. si procuratorem, §. dolo, eod. tit. leg. 1. in fin. deposit. P.* Restituere quoque cogitur procurator omne emolumentum, quod ex mandato suscepit: quia bonæfidei hoc cõgruit, ne de alieno lucrum sentiat, & si pecuniam mandantis habeat, ex mora vsuras dependet, & ab illis acceptas, *Vlpian. in l. idemque 10. §. si procurato. & seq. Paul. in l. ex mandato 20. l. si vero non remunerandi, 12. §. dedi tibi, Africanus, in l. qui negotia 34. manda. P.* si tamen sine mora gestor apud se pecunias domini habuit otiõsas. Scæuolæ distinctio sequenda: nam dominus fœnerari solitus fuisset, vt teneatur ad vsuras, cõtra, si non solitus esset fœnerari, *l. qui semisses 13 §. fin. de vsur. in P.* Et adhuc adhibita, cum debentur vsuræ, legitima taxatione, *l. pretij rerum 19. C. mand.* Si culpa sua non fecerit emens procurator fundum domino vt oportuit, condemnabitur: & si fructus ex fundo emto perceperit, restituet, *d. l. idemque 10. & leg. si mandato Titij 59. eo. tit. P.* Item cum per procuratorem caussa læsa est mandatoris, mandati actio aduersus eum competit, *l. cum per proc. 11. C. eod.* Et in summa, vt aiunt Diocletianus & Maximianus, *l. si remunerandi, §. 1. eo. P.* procurator non tantum de his quæ gessit, sed etiam de his quæ gerenda suscepit, tenetur. Et tam propter exactam ex mandato pecuniam, quam non exactam, tamque dolum, quam omnem culpam, sumtuum ratione bona fide habita, præstare nec esse est. Sic de dolo & lata culpa, & de eo quod ad eum peruenit tenetur, *l. contract, 24. de reg. iur. l. à procuratore 13. C. mand. l. si procuratorem 8. §. fin. mand. P.* & vltra, si non præstat quod inde aduenit, tenetur ad id quod mandatoris interest, *d. l. si procuratorem, §. mandati actio, & l. si mandauero 22. §. Iulia. & l. si quis alicui, 27. §. qui suscepit, mand. P.*

¶ Porro † de casu fortuito non tenetur procurator, *d. l. procu-* 25
ratore, & d. l. contractum, nisi ad illũ se obligauerit, vt licet. in hoc contractu, *Neratius, in l. Aristoni 39. mand. P. d. l. contractus.* & similibus, *de pig. actio. C. l. qui fortuitu, & in l. 1. depos. C. l. negotium, de negot. gest. l. 1. C. cum mu.* ¶ Qui † iudicio hoc cõdemnatur procu- 26
rator, infamis fit, *l. in re manata 21. C. mandat. l. 1. §. qui pro socio, & l. furti, §. manda. de iis qui not infam. in P.* si propter dolum suum damnetur, non etiam si propter culpam, *gloss. in d. §. qui pro socio.* & Cicero pro Sexto Roscio, mandati nõ minus turpe esse iudicũ, quam furti tradit. Si omnia autem procurator ex leg. mandati fecerit, nihil est quod illi possit imputari, si quid in præiudiciũ domini, secus quam arbitratur, reciderit. Nam qui propria negotia facit, pleraque, vt rerum suarum arbiter & moderator, ex animo facit & arbitrio, aliena vero negotia exacto officio gerũtur: nec quicquam in eorum administratione neglectũ, aut declinatum, culpa vacuũ est, *d. l. in re mandata.* ¶ Et † quæ- 27
situm in philosophia, quidnam foret in recepto mandato rectius, id ne omnino facere quod mandatum est, an nõnunquam etiam contra: si id speres ei qui mandauit vtilius fore. Quã quæstionem variis argumentis problematice illustrauit Aulus Gellius, apud quem per leges, si egeas, *lib. 1. cap. 13.* Graue quidem est falli & decipi, sed grauius & pernicioſi valde exempli, ab eo qui fidem dedit, & nominatim pollicitus est supplantari, etsi hostis is sit, *l. 1. de constit. pecunia, in P. d. l. de pact. in P.* proditionis enim crimen huic facto ineſſe videtur.

¶ Contrario † iudicio seu actione mandati agit procuratori, 28
seu mandatarius, *d. l. si vero non remunerandi, §. contrario, mand. P.* exsecutus mandatum, non ante, *Paul. l. si mandato 45. eo. tit.* Atque illa contraria dominum mandatorem cõuenit, vt deducat, impuret, vel recipiat ab eo, quos eius nomine in sortẽ & vsuras impendit, *l. 1. C. man.* aliosque sumtus legitimos, quæ in negotia, vel lites exposuit, vel ad fructus percipiendos, *cap. cum pro caussa, de procurat. ap. Gregor. l. qui proprio, §. ditis impendia, eod. tit. de procur. P. l. idemque 10. §. idem Labeo, l. si vero non remunerandi 12. §. si mandauero, & l. si quis mihi mandauerit 16. manda. P. l. procuratorem 11. l. si secundum mandatum 14. & l. si contra 20. C. eod. tit.* etsi procurator negotio finem adhibere non potuerit, *Papin. in l. qui mutuam 56. fin. man. P.* & quamuis in iudicio non obtinuerit, dummodo ex mandato prosequantur litem non aliter, *l. etiam, C. mand. l. ita tamen, §. in hac ind. sol. in P.* ¶ Ita † omnia impendia, 29
exsequendi mandati gratia facta, si bona fide facta sunt, refundi omnino debent. Neque ad rem pertinet, inquit Cains, quod is qui mandasset, potuisset, si ipse negotiũ gereret minus impendere, *l. si quis alicui 27. §. impendia mand. in P.* Nisi forsan salarium procuratori ea lege datum fuisset, & hoc conuenit, vt suarum de suo faceret, id est, de salario, *d. l. idemque 10. §. idem Labeo, mand. P.* & nisi persona procuratoris, & qualitas impensis minor esset, vt puta, si rusticus qui pedes ire debet voluerit sibi reputari equi impẽsas. *glo. in d. §. idem Labeo, ad verba eum oportere*, vel si fiat ad voluptatem, *d. l. idemque, versi. idemque ait*, vel procurator litis sit in rem suam datus, *Vlpian. in l. si seruus 21. §. 1. & leg. si cum venditor. 66. §. si secundus, de evict. P. lib. 21. tit. 2.* aut fines mandati excesserit, & deteriorem domini caussam fecerit: si determinata forma sit mandati, nã si indefinita & incerta, sufficit vtiliter negotium gestum esse, nec meliorem fieri desideramus pro hac actione, sed ne deterior fiat, *Paul. l. præterea, §. 4. §. Cains l. potest, 41. Iulian. in l. si quis pro eod. 46. manda. P. l. cum manditi, 32. C. eod.*

¶ Agit † insuper hoc iudicio mandatarius, vt mandator eũ li- 30
beret ab obligatione, quam hoc nomine cõtraxit, & suscipiat in se obligationem, *l, Lucius Titius 28. & l. si mandato 25. & §. 1. & seq. manda. P.* indemnemq; in summa præstet, si quid ex re emta hoc nomine damni passus est: si sine culpa sua passus sit, *leg. inter caussas, 26. §. sed cum seruus, mandat. P. l. si seruus 61. §. quod vero ad, mand. de furt. P.* ¶ Ceterum non omnia quæ impensurus nõ fuit 31
mandator, ei imputabit, veluti quod spoliatus sit à latronibus, aut naufragio res amiserit, vel langore suo suorumque apprehensus quædam erogauerit. Nam hæc magis casibus, quã mandatori imputari oportet, *d. l. inter caussas, §. non omnia.* Tradit tamen Accursius hoc de curialitate nõ debere seruari, *glo. in d. §. non omnia, in vers. mandato, in fin.* quũ enim est, vt qui amice pro aliorum negotiis se periculis sine culpa exposuit, damnũ ex officio non sentiat, *in l. si quis ex signatoribus, quemadmodũ testamentum aperiri. P.* Potest & ante exsecutionem mandati, eo tamen suscepto, mandatarius agere cum eo, qui mandabit facere quippiam, vt sibi pecuniam det ad faciendum, maxime si iam quædam ad faciendum parauit, *l. si vero, 12. §. fin. & l. idem est 13. manda. P.*

¶ Petit

Digitized by Google

31 ¶ Petit † & constituit salarium, vel constitutum ex soluit procurator, adhibito officio iudicis interdum, non ex mandato, *l. salarium 7. & l. qui mutuam, 56. §. fin. mand. P. l. 1. C. eod. tit.* Et petitur promissum, dummodo non sit constitutū pacto aduersante bonis moribus, vt sit de litis quota vel parte lucranda per procuratorem, quod improbum, *l. salarium 7. de procurat. C. l. si contrà. 20. mand. C. l. item de procu.*

33 ¶ Vtilis † actio directa domino datur ex negotio gesto per procuratorem, aduersus eum qui cum procuratore cōtraxit, *l. in causa cognitione 37. & l. si procurator meus, 38. de procurator. P. l. quod procurat. eod. tit.* Quia & is in dominum, qui pro procuratore fideiussit, agit, *l. idemque, §. item Papinianus, mand. P.* Vtili, contraria etiā experitur heres mandatarii, qui directa agere nō potest in mandatorem, *l. si quis alicui, 27. §. morte, mand. a. P. ita intellige, l. si precedente 58. eod. P.* sicut nec directa mādator in heredem mandatarij, *l. mandatum 57. eo. tit. P.* Est enim hæc actio personalis, & in ea de fide certi tātum hominis agitur. & post mortem tamē durat obligatio. Ita M. Drusus prætor. Vlpianus iudicium reddidit. Et quanquam subtilitas iuris hoc nō admittat, propter quā Sextus Iulius prætor ei, qui cum here de agere vellet mandati iudicium non reddidit, tamē id causa vtilitatis admittere debet, vt refert auctor Rhetoricæ ad Herennium, lib. 2.

¶ Fines † propter quos mandatum fiat, sunt sex. Nam interdum mandatum sit à nobis: vel nostra tantum causa, vel aliena tantum: vel nostra & aliena simul: vel nostra & mandatarii: vel mandatarii & alterius cuiusdam: vel sola mandatarii, quod vltimum non parit obligationem, sed proprie initiat consilii est *l. 2. mandat P. § 1. eod. tit. apud Iustinian.* cuius nulla est obligatio, si fraudulentum non sit, *l. consilij 47. de reg. iur. ca. nullius, eod. tit. in Sex.* cum liceat cuique apud se explorare, num consilium illi conueniat. Verum tamen si quis aliquid non fuisset aliter facturus, nisi mandatum illi fuisset, nec illi denegandam actionem mandati contrariam placuit, *leg. si remunerandi 6. §. si tibi, mand. P.* 34

¶ Ratio † istius contractus eadem quæ procuratorum est, quorum vsus per quam necessarius est, vt qui rebus suis ipsi superesse vel nolunt, vel non possunt, saltem per alios possint vel agere, vel conueniri, *Vlpianus, in leg. 1. §. versus, ae procur. P.* Ita, vt ait Cicero, *pro Sex. Rosc.* in mandatis operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur. Nam & officium amici est mandatum suscipere gratis, *l. 1. mandat a. P.* Quare & voluntatis dicitur esse suscipere mandatum, necessitatis consummare: suscepisset enim forsan alius, si is non suscepisset, *l. in commodato, §. sicut commod. P. 17.* 35

DE CONTRACTIBVS ANOMALIS LIBER XXVIII.

De Contractibus innominatis, & de specie illorum, do vt des.

Cap. 1.

1 *Contractus innominatus quare dictus sit.*
2 *Contractuum innominatorum quatuor species.*
3 *Permutatio an sit contractus innominatus.*
4 *Permutatio tripliciter fit.*
3. 4. *Præscriptu verbo actio.*

HActenus † de nominatis contractibus egimus, nunc vt de innominatis pauca agamus, operæ precium est. Porro innominati dicti, non quidem quod nomine aliquo omnino careāt, sed quod vnius nominis negotium tantum nō habeant, & ad multa negotia vnica appellatione pertineant, & ad plura extendantur nulla data vel prodita vulgari, vel singulari à iure pro negotio, actione. Quo fit, vt cessantibus iudiciis proditis, & vulgaribus actionibus, cum proprium nomen inuenire non possumus, facile descendamus ad eas, quas in factum appellamus, *l. 1. de præscr. verbis, l. b. 19. P. tit. 5.* & præscriptis verbis, *l. 2. & l. si tibi aree, 14. §. fi. eod. tit.* 1

¶ Generale † nomen tractationis horum contractuum, ob rem dati dicitur, quod diuiditur in quatuor species: aut enim do tibi, vt des: aut facio, vt des: aut do, vt facias: aut facio, vt facias, *l. naturalis 5. §. eo. P.* Simplices hic duæ species, do vt des: facio vt facias: ex quibus aliæ mistione nascuntur. Pertinere autem istæ formulæ contrahendi possunt ad alias nominatas conuentiones: verumtamen tunc illæ proprium nomen accipiunt, omisso communi, *l. iurisgent. de pac. in P.* quare generale non consideratur, nec genus, sed species. Hoc planum fiat exemplis: si do pecuniam vt rem accipiam, est contractus, do vt des, *leg. fin. de condict. ob caus. da. P.* tamen transit in nomen emtionis, *leg. naturalis 5. §. eo. P.* Simplices hic duæ species, do vt des: facio vt facias: ex quibus aliæ mistione nascuntur. Pertinere autem istæ formulæ contrahendi possunt ad alias nominatas conuentiones: verumtamen tunc illæ proprium nomen accipiunt, omisso communi, *l. iurisgent. de pac. in P.* quare generale non consideratur, nec genus, sed species. Hoc planum fiat exemplis: si do pecuniam vt rem accipiam, est contractus, do vt des, *leg. fin. de condict. ob caus. da. P.* tamen transit in nomen emtionis, *leg. naturalis 5. §. etsi quidem de præscri. verb.* videlicet si in quantitate, & ratione æstimationis & pretii rei detur ea pecunia, non aliter, *leg. 1. de contrab. emt. P.* Rursum qui rem dat, vt rem accipiat, permutare videtur, & re ipsa contrahere, *leg. 1. de rerum permutation.* 2

¶ Et ita permutationem quidam connumerant inter contractus innominatos, *leg. glass. in epigram. tit. de rerum permut. C.* eoque officia hominum & actiones & res mutuo commutantur. Et iterum Paulus permutationem restringit ad speciem contractus, do vt des specialis: ibi, *& siquidem pecuniam dem vt rem accipiam, quia non placet permutationem rerum emtionem esse, &c. non dubium est nasci ciuilem actionem. dict. leg. naturalis, §. etsi quidem.* Quamobrem rubricæ de rerum permutatione, in Codice Iustinianeo, statim annectitur, & de præscriptis verbis, *lib. 4 C. Iustin. ti. 6.* quod ea actio detur pro permutatione. Et in Pandectis eadē ratione subiicitur titulus de præscriptis verbis, titulo de rerum permutatione. Veluti actione generali exsistente præscriptis verbis, quæ & datur pro permutatione aliquando, *l. rebus certa lege traditis 16. de rerum permut.* 3

¶ Tripliciter namque fieri potest permutatio. Primum nuda & sola promissione, quo casu non oritur actio, *l. ex placito, 3. C. de rerum permuta. l. 1. §. permuta. autem, eod. tit. in P.* Secundo interueniente stipulatione, ex qua datur actio ex stipulatu, *d. l. ex placito.* Tertio intercedēte ex vtraque parte rerū traditione *d. l. 1. §. permutat. autem.* in qua si ex altera parte si res aliena trad ita permutationis nomine sit, agitur condictione tātum ab eo, qui rem suam tradidit vt repetat, quasi re nō ecuta, nō ad id quod interest, *dict. leg. prima. §. fin. de rerum permut. P. l. quoniam assecuras 5 l. emtio. 7. C.* præscriptis tamen verbis actione id quod interest petitur, *l. naturalis. §. etsi quidem, de præscript. verb. P. l. cum precib. 4. §. final. & l. fin. C. de rerum permuta.* vt in reliquis contractibus innominatis do vt des obseruandum est. 4

De Transactione.

Cap. 2.

Lib. 2. P. tit. 15. Lib. 3. C. tit. 4. Lib. 1. Decret. tit. 36.

1 *Transactio quid.*
2 *Num Contractus innominatus.*
3 *Quod seruari debeat vt res inuicata.*
4 *Transactio generalis, & specialis.*
5 *Transactio generalis, vniuersalis, indefinita, ad quæ extendatur.*
6 *Transactio specialis quæ, & quomodo transactio concipienda sit.*
7 *Transactio de quibus fieri possit rebus.*
Lis dubia semper. eo. l.
8 *Transactio de iudicato non fit.*
9 *Transactio de crimine quomodo valeat.*
10 *Adultery de crimine transigi nequit, quare.*
10. 11. *Transactio de raptu, vt nec de transactione, valet.*
12 *Transigere non licet ae criminibus quæ non habent pœnam sanguinis, excepto crimine falsi.*
13 *Transigere de vllo crimine non licet, iure pontificio, & contra* 14.
15 *Transactio de criminibus quæ infamiam habent infamat.*
De iniuriis transactio quando infamet. eod.
16 *Transigere non licet de beneficio & re spirituali, sed componere licet.*
17 *De Matrimonio & contra illud nec transigere, nec componere licet.*
18 *Non de iure subiectionis, vel præsentationis.*
Et de quibus licet, in seq. num.
Compositio, & transactio differunt. eod.
19 *De Fideicommisso transigere quomodo liceat.*
20 *Alimenta quæ transactionem recipiunt.*

Digitized by Google

21 *Acquisita per nos magis diligimus & conseruamus, quam relicta.*
22 *Transigere quæ personæ possint.*
23 *Administrator Reipublicæ de quibus transigere potest.*
24 *Procurator res qui & quanto transigere de re domini possint.*
25 *Mandati fines excedit efficaciter, qui excedit præsentibus iis, qui rem amare possunt.*
26 *Transactio inter virum & vxorem prohibita.*
27 *Consensus perficit legem transactionis.*
28 *Transactio quo tempore, & quando vitietur.*
Remedium leg. 2. ad rescindenda venditio. non habet locum in transactione. eod.
29 *Calculi error quo tempore præscribatur.*
30 *Transactio quibus modis concipi potest.*
31 *Transactio sine datione, aut retentione non fit.*
32 *Transactio quibus extra contrahentes obest, vel prodest.*

1 HÆc † formula do vt des, videtur quoque transactionibus inesse: non enim illa fit nisi aliquo dato & retento, *l. transactio nullo dato. C. de transact.* Transactio est conuentio, *l. cum mota, C. de transact. l. 1. §. conuentionis, ad pact. in P.* de re dubia, & lite incerta, *l. 1. de transact. P.* non gratuito facta, *in d. l. transact. C. de transact. l. 3. C. de repudiat. hered. lib. 6. titul. 31.*

2 ¶ Alexander † *in l. cum proponas, C. de pact. l. 4. C. de transactio.* Immolensis arbitratur, tranlactionē contractum innominatum esse. Quia ei qui ex ea causa possidet, datur tātū exceptio pacti conuenti, neque non possidenti datur actio ad implendam traditionem, *d. l. cum proponas 2. C. de pact. l. sane apud acta. C. de transact.* Quamobrem iuuari dicitur, vel vt dicūt nostri, vestitur hęc nuda pactio, vel rei traditione, vel Aquiliana stipulatione, *l. age cum Geminiano 3. & l. vbi pactum transact. 2. eod. P.* Et pacto conuento transactionis Aquiliana stipulatio subiici solet, & adhuc consultius pœnalis stipulatio, vt rescisso pacto, pœna ex stipulatione peti possit, *Paul. l. pacto conuento 15. de transactio. P. & Hermoge. l. qui fidem 16. eo tit.* Aquiliana stipulatio omnes præcedentes stipulationes nouat & perimit, ipsa autem per acceptilationem perimitur, *l. Aquiliana, l. 4. de transact. P. §. est autem prodita, & §. item per acceptilationem, quib. mod. toll. oblig. P.* Neque nominatum contractum esse persuaderi potest, eo quod nullā sui nominis transactio producat actionem, *l. imprigentium, de pac. in P. l. fine apud acta 28. de transact. P.* sed vel ratione adiectæ stipulationis, actionem ex stipulatu: vel quemadmodum anonymi alii cōtractus, actionem generalem, præscriptis verbis, *l. si profundo 33. C. de transact. l. cum mota, C. eo.* vel ex certa stipulatione, certi cōdictionem, *l. si pact. quo pœnam, C. de pact. §. 1. de verb. obl.* ¶ Quam-

3 uis † exemplo contractuum nominatorum, *d. l. sicut, C. ae act.* nō liceat pœnitere, *l. quamuis 39. de transact. C.* non minore vi transactionibus, quam rei iudicatæ concessa, *l. non minorem, & l. 2. C. de transact. totus & in hoc docendo, Demosthenes in paragraph. seu exceptione ὑπὲρ παραίνου* & placitis transactionem stare necessarium sit, siue scriptura fiant: & siue in acta publica redigantur, siue priuatim tantum fiant: *l. si maiores 25. & l. sine apud acta 28. leg. cum te transegisse, de transact.* neque etiam rescripto principis tollantur, *l. causas vel lites 16. eo. tit.* Acutius tamen indagantibus visum est proprie distractum potius, quam contractum transactionem dici, *Bald. in rub. de transact. num. 10. & 11.* vt Baldo, qui & simul contractum, habita ratione obligationis dici admittit, & nominatum, si acceptilatio interueniat, *per l. vbi pactum, C. de transact.* In his tamen valde non immorabor, cum hodie ex æquitate pacta nuda in curiis supremis vim habēt, sublatis scrupulosis illis antiquorum solemnibus, cum circa nomina actionum, tum

4 etiam circa nuditatis causam. ¶ Diuiditur † porro transactio, sicut petitio cui accedit, dum eā summouet, vt alia sit generalis, alia specialis. Generalis est, quæ sopit cōtrouersiam iuris alicuius vniuersi, vt si de testamētaria fiat successione, quæ in omnes partes vniuersi diffunditur, *l. non est ferendus 12. de transact. P.* & ad omnia, quæ mala fide tamen suppressa non sunt, non expressa extenditur, *ca. 1. de transact. apud Gregor. c. inter monasterium, & c. seq. de re iudi. l. sub pretextu, in vtraque, C. de transact. l. pluribus, de accep. P.* nisi quædam, veluti instrumenta, aut alia dolo supprimantur alterutrius transigentium, *in leg. tres fratres, de pact. P.* Non potest enim referri transactio ad incognita transigenti: quippe quod ignorans non remittit, *l. nec ignorans, C. de do.* in odium tamen supprimentis generalis trāsactio recte poterit cōprobari, ex mente Scævolæ, *in l. de reb. de recept. arbitru. P.* ¶ An-

5 notatu † tamen dignum, petitione generali in lite proposita, in qua solum fuerit prosecutio certarum rerum, transactionē de ea lite factam, tantum ad prosecuta capita, non ad generalē pertinet petitionem, *l. qui cum tutoribus, 19. §. 1. & fin. de transact. in P.* quemadmodum & iudicis, si lata fuisset sententia, *l. licet, C. de iudic.* Atque eadem, quæ de generali, vel vniuersali petitione dicta sunt, in indefinita intelligenda sunt transactione: postquam receptum est, indefinitam æquipollere vniuersali, *ea. vt circa. de elect. in Sex. l. fi. §. fi. de tritico, vino oleoque leg. P. l. si is qui ducenta,*

6 *§. vtrum, de reb. dub. P. l. si pluribus, & l. si ita. de leg. 2.* ¶ † Specialis trāsactio est, quæ de re aliqua certa, & singulari lite nominatim fit, & ideo ad alia quam expressa nunquam porrigitur, *l. age cum Geminiano 3. & leg. penultim. C. de transact. leg. si ita quis, §. fin. de verborum obligatione. P.* Quamobrem commode monet Panormitanus contrahentes, ne inter transigendum parcant verbis, & ita componant transactionem, quod partes venerint ad transactionem, compositionem & conuentionem: & quod conuenerint & transigerint super omnibus actionibus, & super omnibus rebus cognitis, competentibus, & incognitis, tam in hac re, quam in quacunque alia. ¶ Res, † quæ veniunt in transactionem 7
sunt lites indecisæ, res dubiæ, *l. 1. de transact. P. l. causas, leg. præses, C. eod. tit.* quæ pro dubiis habentur motæ, aut mouendæ, *l. 2. C. de transact.* dubius litis euentus, *l. quod debetur, de pecul.* dones res iudicata sequatur, quæ absolutione vel condemnatione, decidit omne ambiguum, *l. 1. de re iudic. P.* & pro veritate habetur, *l. ingenuum, de stat. hom. in P. l. res iudicata, de regul. iur. P.* Quare si post sentētiam appellatum ab ea sit, adhuc pēdere lis dicitur, & dubia, vt de ea recte transigi possit, *l. etsi post rem iudicatam, & l. post rem iudicatam 11. eod. de transact. P. l. si causa cognita, 32. C. eod. tit.* ¶ Post † sententiam autem à qua prouocatum non est, 8
vel à qua prouocari nequit, reiicietur transactio, & si fiat eo nomine datum repeti potest, *l. eleganter 23. §. si post rem iudicatam. de condict. indeb. P. l. cum post eaquam, de pact. C. ca. exposuit. de arbitr.* Ita Iulius Paulus scribit, post rem iudicam, pactum, nisi donationis causa interponatur, seruari nō posse, *lib. 1. receptarum sententiarum. tit. num. 3.* Superfluum enim est iam terminatum auctoritate publica priuata componi transactione: vel ignorātem sententiam, ab aduersario dolose, vt lite pendēte, transactione decipi. ¶ Reus † criminis publici capitalis, de criminis lite licite 9
transigit, *l. transigere 18. C. de transact. l. fi. de præua. P.* & ipse accusator quoque cum eo, secundū Bartol. & alios interpretes: demto Accursio, qui in contraria est sententia, *Barth. & alij, & glo. in d. l. transigere.* licet enim cuique quomodocunque sanguinem suum, id est, vitam, *l. fin. de iud. C. Genes. 4.* redimere, *in l. 1. de his, qui mort. sibi conscier.* Et pendente iudicio, & reus & accusator in periculo pœnæ sanguinis sunt: reus vt damnetur, si peractus reus fuerit: accusator quoque, si non peregerit, tanquam calumniator, simili pœna afficiendus, *l. fin. C. de accusat.* Atque satius est accusatori, in præuaricatoris, & Turpilliani senatusconsulti pœnam de præuaricatoribus incedere, quæ pecuniaria est, *l. 3. & in l. ab accusatione, ad senatusconsul. Turpil. P. l. si famosa. C. eod. tit.* quam reo non peracto, talione affici ob calumniam. Sic transigentium quisque eadem tutela defenditur, redemtionis sanguinis, sine præiudicio tamen reipublicæ, & iudicii publici, ad quæ non extenditur transactio, nec ea impedit quominus triumuiri capitales detecta vel collusione, vel impostura, & veritate criminis sufficienter probata, possint reos ad supplicii vocare: quia interest reipublicę puniri delicta, *leg. ita vulneratum, ad leg. Aquil. P. d. si longius, §. 1. vbi quis, ag. vel intro. deb. P. l. in delictis, §. cum dominus, de nox. actio.* Fert autem & patitur respublica incerta adhuc probatione delicti redemtionem hanc ab accusatione, ne in discrimen capitis & vitæ homines sint, qui nascuntur, vt sint & inseruiant publicis vsibus potius, quam tollātur è vita, *lega. ad bestiae, de pœnitent. in P. leg. 1. §. & generaliter, de ventre in possessio. mitten. libr. 37. P. tit. 8. l. 1. §. sed etsi, de vent. inspicien. P. leg. post liminium, 19. §. filius, de cap. & postlimin. reuer. P.* retenta communi de omnibus præsumtione, vt boni potius, quam mali semper præsumantur, *l. merito, pro soc. P. c. fin. de præsumpt.* donec liquido & probationibus luce meridiana clarioribus de crimine appareat, *l. fin. C. de probat.* Quo fit vt ad mortis pœnam imponendam maturius deliberandum sit, cum ea demandata executioni, non reuocetur, & non liceat bis peccare. Et vt ait Iuuenalis, *Satyr. 6. vide l. si vindicari, C. de pœn. Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa est.*

¶ Ab hac † tamen regula excipitur crimen adulterii, de quo 10
transigere prohibitum sit, *dict. leg. transigere, l. de crimine, ad leg. Iuliam. de adult. C. l. miles, 11. eod. tit. P.* Forsan quod probo, quia non semper pœna sanguinis pro adulterio imposita fuerit, *leg. si quis viduam 5. de q. lib. 48. P. tit. 18.* & vt nostro sęculo, quod abominandum, ludibrio pœna habeatur mortis, à Deo etiam imposita, *Deuter. 22. Daniel. cap. 13. D. Ioan. Euang. cap. 8.* vt abunde locis propriis docuimus, *lib. 2. præludior. c. 17. & in criminibus, infra tit. de adulteriis.* Sed potuit quoque monere nomothetam, vt prohiberet adulterium transactione sopiri, delicti grauitas & pondus, quod grauius homicidio ducatur, *l. codicillos 91. §. matre de legat. 2. iuncta annotatio. marginali.* vt nos & alibi docuimus, *in prædictis proxime citatis locis.* Incideret quoq; in lenocinii crimen maritus, vel alius, qui pro comperto adulterio aliquid caperet, & ita præmium ex eo, ex quo pœnam meretur, non secus quam is qui detexit pactionem, vel transactionem de adulterio factam, dignus publico præmio habitus est, *l. si quis seruus, C. quibus ex caus. serui pro libe, præmium accip.* à legibus, quæ castitatem Deo quoque acceptam, summopere amplectuntur, *§. primo, de lenoci. in auth.*

¶ Quod † & in raptu locum habere arbitror, qui per eaput 11
vnum legis Iuliæ de adulteriis prohibetur, & sub lege Iulia cōtinetur, *l. vnic. §. fin. de raptor. vir. C.* atrociusque est adulterio, & sæpe adulterium habet, *l. qui cætu, §. qui vacātem, ad leg. Iul. de vi pub. P.* Hanc quæstionem late vide apud Boerium, *quæst. 91. num. 1. 2. & 3.* ¶ Porro † crimina quibus non imponitur pœna sangui- 12

nis, in

Digitized by Google

nis,in transactionem venire non possunt, *d.l.transigere,de transf. act.C.l.si quidem 9.§.fi.de contra.commi.stipul.C.lib.8.tit. 37.l.an fisci 4.§.fi.& l.eius qui delatorem 29.de iure fisci.l.fina.de prænaric.* P. cessat enim prior ratio redemtionis sanguinis, cui & alia adiicitur, ne detur occasio delinquendi facilitate redemtionis delicti per pecuniam sperata,*contra l.conuenimi,de pact.dota.* & pœnas ob maleficia solui magna ratio suadet, *in l.si à reo, §.final.de noxal.act.*

13 ¶ Quo †fit, vt vllo modo iure pontificio, nunquam criminis transactio admittatur:quia nullum crimen iure pontificio pœnam mortis, seu sanguinis habeat : & illud manifestum ex eo axiomate,quod ecclesia non nouerit sanguinem, *ca.clericus, & ca.sententiam sanguinis, ne cleric. vel monach. ca. in archiepiscopatu, de raptor. apud Gregorium.* quanquam iura pontificia referant pœnas mortis, sed aliud est referre,aliud statuere & condemnare.

14 ¶ De crimine † falsi tamen licet iure ciuili transigere, *dict. l. transigere, & ibi interpretes.* quamuis aliter explicet Alciatus, *ad dictam l. transigere*, contra cuius tamen sententiam iudicari scribit Imbertus *in Enchiridio, dum agit de transactione.* & merito.

15 ¶ Transigere † tamen de actione iniuriarum pecuniis datis infamiam inurit danti, *l. non damnatos, ex quibus caus. infam. irroget.*si ex criminibus famosis iniuria pendeat,qualia, iniuriatum,de dolo malo,rapina.*§.ex quibusdam, de pœna temere litig. l. athletas, §.final.de iis qui notant.infam.*P. non etiam in actionibus famosis ex contractu ortis, *l. in actionibus, eod. titul.de iis qui not. infam.P.* Quia crimen intelligitur fateri, qui de eo paciscitur, *l. 4. de iure fisci.*P. in l. si quis maior. C. de transact. duo sunt casus excepti quorum prior receptus est, alterum non admittit vsus,vt notat Carol. Molinæus *in 2. par. tract. diuidui, & indiuidui.num.578.*

16 ¶Reiicitur transactio † de beneficio litigioso: quia inest species simoniæ huic conuentioni,cum transactio non fiat,nisi aliquo dato,vel retento &aliquid pro spiritualibus dare simoniacum sit,*ca.constitutus 4. & ca. super eodem, ca. 7. de transact. apud Gregorium,can.quam pio.1.quæst. 2.ca. cum pridem. & ca. pactiones, de pact.*Gratis tamen,& amice litigantes inter se recte componere negotium possunt,*dict.cap. super eod. c.ad quæstiones, de rerum permut.*vt receptum est in aliis controuersiis rerum spiritualium, vt possit de illis gratis tantum compositio fieri : vt in decimis,& aliis,*in ca.statuimus,ca.2.de cetero, 5.de transactio. ca. generalis,ca.ex antiquis,54.dist.casellas,* 10. *qu.2. ca. ad quæstiones, de rerum permut.*

17 ¶ Contra † matrimonium tamen transactio, vel compositio non admittitur,*ca.fi.de transactio.*propter indissolubile eius vinculum,*ca.an quod,&c.quos Deus,33.quæst. 2.ca.inter corporalia, de transactio.episcop.ca.deinde opponitur.26.distinct.*

18 ¶De spirituali † quoque subiectione non licet transigere, *cap.præterea, ca.* 10. *de transactio.* nec de iure præsentationis, *ca.*
19 *præterea,in 9.eod.titul.* ¶ Transigitur †etiam inter fratres de fideicommisso relicto,ea conditione, si alter illorum sine liberis decederet,in superstitem deuoluendo, *l.de fideicommisso, Cod. de transact.leg.1.C.de pact.*

20 ¶ At † de alimentis testamento relictis, aut alia voluntate, quæ speciem habet vltimæ voluntatis, temere transigere non licet.Etenim libere quidem licet de præteritis debitis transigere ex caussa,de futuris autem,non nisi consulto prætore, & ab eo prius caussa cognita,licet,*l.cum ij,de transactio. & ibi Paul. Castrens.l.de alimentis,*C.*eod.tit.* In aliis porro alimentis aliunde quam ex voluntate vltima debitis,libera est transactio, *d. l.cum ij,* in legatis enim duplex fauor versatur, alimentorum & vltimæ voluntatis,quam sortiri effectum reipublicæ expedit, *in l. vel negare,quemod.testam.aper.*

21 ¶Quocirca † ne alimenta ita debita remittantur modico accepto,lex cauet:tum etiam quod hominum sit natura, vt leuius & minori negotio cedant, quæ sine labore relicta sunt, vtpote ignari quanti facienda est acquisitio, quam ea quæ summo sudore compararunt, quæ ideo tenacius retinent, *facit quod tradit Barth. in tract. alim.*magisque diligunt,& non nisi iustis conditionibus præsumuntur cedere. Fidemque nobis horum faciunt, nepotum seu prodigorum quotidiana exempla, qui hereditaria maximis laboribus conquisita,&conseruata multis annis exiguo tempore abliguriunt, & modico ære distrahunt: transigitur & de statu & conditione personæ,*l.final. & l.fratris* 10.C.*de transact.*

22 ¶Personæ †huic conuentioni transactionis perficiendæ, idoneæ erunt,quibus paciscí licet,& quo nomine licet,vel suo, vel alieno:si mentis compotes,*l.sanum* 28.C.*de transact.* maiores,*l. si quis maior* 41.*eo.l.si maior,eod.tit.*non nobis subditi, *l. interposit. §.final.*C.*eod.*

23 ¶Alieno,† si sint aut tutores, *l.*1.C.*de transactio.* aut administratores reipublicæ, aut fisci procuratores : ij enim dubiam litem, o nomine,non ambitiosa rei indubitatæ remissione, sopire & transigere possunt, *l.præses prouinciæ* 12. *& ibi interpr. C. eodem,l.cum qui §. in popularibus, & l. tutor, & leg. iusiurandum, quod ex conuentione, §.*1.*de iureiu.in P.l.ambitiosa, de decret. ab ordi.faciem.* P.

¶ Nulli autem † procuratori principis, inconsulto principe 24
transigere licet.*l.nulli* 13.*de transact.*P. nisi transigendo rem retineat, quia meliorem conditionem eius facere potest, *glos. in dict.l.nulli, per l.*2.*§.si rem, de offic.procurat.Cæsar.* Procuratores quoque priuatorum etiam cum mandato generali nequeunt transigere,*l.non abstulit.*C.*de nouatio.& de procurat.P. l. mandato generali* 60.*l.transactionis placitum* 7.*Cod.de transactio,l.qui Romæ* 122. *§. Calimachus, de verb. oblig.* nisi aut expresse hoc mandatum,vel in rem suam sint constituti,vel habuerint omnium bonorum administrandorum mandatum, cum libera administratione *glo.in dict.l.transacti. per l.procurator, cui generaliter* 58. *de procur.P.l.iusiurandum,quod ex conuentione,§.final.& l.seq. de iureiur.l.rescriptum,in fin.cum 3.libr.seqq.de pact.P.c.qui ad agendum, §. final.de procura.in Sex.*Si tamen aliis à procuratore speciali sine mandato transactis,dominus ratihabitione consenserit. valebit transactio,*dict.l.mandato generali, de procurat.*P. Vel si præsente domino procurator sine mandato transegerit:eo enim non reclamante præsente,rata erit transactio. *glo.in c.cum olim, in 1. in verba protinus contradixit,de off. & pote.iud. deleg. Franc. Curt. in additionibus ad Alexandrum, in leg. transactionis placitum, de transact.*

¶Quia † si procurator excedit,præsente domino, fines man- 25
dati,si is non contradicat,statim præiudicat eidem, *can.si seruus sciente,*54.*distin.c.2.de his quæ fiunt,à prælat.sine consen.ca.l.2.quod cum eo qui in alien.pote.*P. *l.si filiusfamilias, ad Senatusconsul. Maced.P.l.si vt proponis,*C.*de nupt.* Quemadmodum iudex qui præsentibus, nec contradicentibus litigantibus fines mandati sui excedit,proculdubio præiudicium eisdem facit, *l.*2. C. *communia vtriusiud.* ¶ Prohibetur † & transactio inter virum & vxo- 26
rem aliquando,*vt in §.illud,tit.neque virum quod ex dote est, &c. in auth.coll.* 8.

¶Forma, † secundum contrahentium consensum imponitur 27
transactionibus.¶Et † proinde reiicitur transactio facta,vbi nõ 28
est consensus liber,quæ vi metuve fit:vel errore,vel dolo, *leg. interpositas* 13.*leg.sub prætextu* 19.*§.final.leg.*4.*de transactio.* C. *leg. non interest* 5.*de his quæ vi metusue caus.fiunt,libro secundo,* C. *titul.* 20.*l.qui cum tutoribus* 9.*§.qui per fallaciam,de transact.* P. Verumtamen non sufficit dolum obiicere nisi probetur,*l.si maior* 22.*C. de transact.l.interpositas,eod.titul.l.dolum,de dol.*C. & fiat nolenti, *l.cum donationis* 34.*C.de transact.*consilio,non re ipsa solum:quia deceptio vltra dimidiam iusti pretij,quæ dolus reipsa dicitur, non habet locum in transactione,*l.de fideicommisso* 11.*l.nec interuentio* 23.*C.de transact.glos.& Doctor.in l.*2.*de rescin.ven. Cod. Bald.in rub.de transact.ap. Greg. Panorm.ad c.*1.*eod.tit. Alexand.Imol. tom.*1. *consiliorum,consi.*42 *Innoc. Anchar.Ioan.And.in c.peruenit,de emt.*neque dolus,vel deceptio in transactione præsumitur interuenisse,quæ præsentibus communibus amicis facta est,*l.transactionem quæ.*3.C. *de transactio.*

¶Non †nocet tamen quod errore calculi factum est, nec vi- 29
tiat transactionem,*l.vnic.de erro.calcul.li.*2.C.*titul.*5. nisi præscriptio 20.annorum,aduersus eum cuius interest,& aduersus eius heredem 10.annorum obiiciatur,*l.in omnibus* 13. *§.fi.de diuer. & tempor præscrip.li.*44.*P.tit.*3. per gratiam expunctis rationibus; aliter autem calculi error vltra 20.annos reparari potest vsque ad trigesimum,*l.calculi 9.de administrat.rerum ad ciui.pertinent.li.* 50.*P.tit.*8.

¶Concipi †potest transactio & pure,& sub conditione,*l.si su-* 30
per possessione 9.C.*de transact.*sub Aquiliana stipulatione,& pœnali pacto,& stipulatione,*l.*4.*l.vt responsum* 15.*l.vbi pactum,* 9.C. *de transact.l.*2.*l.Aquiliana* 4.*& seq.l.pacto conuento* 15.*eod.P.* cum iuramento sine iuramento,*l.si quis maior* 41.C.*de transact.* cum iuramento & sine eo,*l.cum te transegisse,& l.siue apud acta,*Cod.*de transact.l.pactum,quod bona fide,*C.*de pac.l.non ideo, famil. ercisc.* C. *l.*1.*de fide instrum.*in controuersiis testamentariis forma quædã, vt legantur,videantur verba testamenti,prius quam valere possit transactio de his,*l.de his* 6.*de transact.* Alia forma,de alimentorum transactione auctore prætore faciẽda, præscripta etiam, *l.cum hi* 8.*de transact. P.*

¶In omnibus †aliquid dari,vel retineri necessarium est, ali- 31
ter non dicitur transactio,*l.transactio,*C.*de transact. l.* 3. *de repud. her.*C.*l.constit.de transact.*sed pactum,*l.*1.*de transact.*P. aut donatio,*c.*1.*de transact.l.donare,de reg.iur.cap.veniens,de testi. l.si maiores* 25.*Co. de transact.*

¶Ei †autem prodest vel nocet transactio,qui transegit, nõ a- 32
liis:ideo transactio facta cum putatiuo herede, non porripitur ad verum heredem,*l.*3.*§.fi.de transact.P.* cum vero herede facta à debitore hereditatis vendita hereditate nocet emtori, *l.si.eod. tit.*& facta cum principali debitore,prodest fideiussori,*l.& post rem,* 7.*§.*1.*eod.P.*at facta cum quibusdam tutoribus, vel curatoribus seperatim administrantibus,aliis non prodest, *l.*1.C.*eo.tit.l. 1.si tutor vel curator interuenerit,li.*2.*Cod.tit.*25. sicuti nec aliis obest,*l.si maiores* 25. *& l.transactione matris* 26.*Cod.de transact.*

Digitized by Google

De Fine & Rationibus Transactionis.

Cap. 3.

1 *Transactionum inuiolabilium finis lites sopire.*
2 *Litium finiendarum causſa pleraque ſtatuta, & litium exſecratio.*
3 *Camarinam mouere quid eſt.*
2.3. *Transactione facta, cur non licet pœnitere.*
Transactionis seruandæ cauſſa, quæ datur actio. eo. 3.
4 *Transactionis dolo inita remedium.*
5 *Dolus in transactione tripliciter conſideratur.*
6 *Condictio dati in contractibus innominatis non impletis.*

1 FInis † propter quam transactio vim & auctoritatem inuiolabilem, & æqualem ſententiæ, *l. non minorem, de transaction.* C. obtinet, eſt litium determinatio, & vt ab illis diſcedatur, *l. fratris, 10. de tranſact.* C. & *l. 1. eod. tit* ſicuti pleraque non alia ratione à legibus recepta, quam vt lites ſopiantur, quibus omni ſtudio finem imponere properant, *l. properandum, de iudic.* C. *l. 2. de aqua plu. arc. P. ca. finem litibus, de dol. & contum. l. 1. de nouo ea. facien.* C. *clement. diſpendioſæ, de iud.*

2 ¶Et nunquam † eſſet litium finis, ſi à transactionibus bona fide interpoſitis, liceret recedere, *d. l. fratris.* Et verecunda cogitatio eius qui lites exſecratur non eſt vituperanda: neque eius factum improbat prætor, qui aliquando maluit re carere, quam ſæpius pro ea litigare, *leg. 4. §. fin. de alien. iudic. muta. ca. fac. P. lib. 4. tit. 7.* Litem incipere temerarii eſt: perſequi oneroſum, ſolicitudinibus & ſumtibus refertiſſimum opus: & cum poſſis nolle pedem inde retrahere ſtultiſſimum, aut impium. Nam, ut ait Heſiodus, *in Ergis*, πάθων ϑ νήπιος ἔγνω *Stultus & poſtquam paſſus eſt, cognoſcit*, & reſipiſcit quamuis ſero litigioſus homo, vt ſcribit Plato, varium eſt animal: atque vt fertur prouerbio, non altera manu dumtaxat, ſed vtraque apprehendendum, *Plato lib. de Ente ſiue in Sophiſta.* Ideo quamuis contractus ſit innominatus, in quibus licet pœnitere, *l. ſi cum fundum, de pac.* P. transactio, tamen ab ea non licet recedere, nec pœnitere, nec lites ſopitas reſtaurare, *l. cum te, & l. quamuis, C. de tranſact. c. contingit, eod. titul. apud Gregor.*

3 ¶Et †vt aiunt Græci, expedit μὴ κινεῖν καμαρίνα, ἀείνηστος γὸ ἀμείνων, id eſt, μὰ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον. Scilicet, *non mouendam eſſe camarinam, non enim tangere præſtat: nec mouendum eſſe malum bene conditum.* Quemadmodum enim camarinæ fruticis rami commoti, & concuſſi tetrum quendam odorem edunt, vt notant Stephanus & Suidas: ſic ex litibus quo magis agitantur, eo maiores inimicitiæ, & odium capitale, & ſæpe cædes naſcuntur, *d. l. properandum, de iud. C.* multumque lucratur, qui à lite diſcedit, vt Deo fauente, cum de iudiciis tractabimus, apertius explicabitur. Subinde per transactionem receditur à priore actione, ex qua lis introducta fuerat, accedente Aquiliana ſtipulatione & acceptilatione. *l. 4. C. de tranſactio. l. cum mota, l. ſub prætextu. C. eod. l. cum poſteaquam, 9. C. de pact.* Ita actio ſemel exſtincta non poteſt reuiuiſcere, *l. qui res. §. aream, de ſolutio. P. l. quæritur, §. penult. de edil. edict. P. l. poſtquam liti, C. de pact.* Et iterum ſatis ſuperque cõſtat, ſententiæ æquatam & rei iudicatæ transactionem, *l. non minorẽ. C. de tranſact.* & poſt rem iudicatam litem non reſurgere, *l. 1. de re iudica. l. res iudicata, de reg. iur.* ne lis ex lite oriatur, *l. terminato, de fruct. & lit. expenſ.* propterque auctoritatem rerum iudicatarum, ob quam conſeruandam, etiam conuenit male iudicata mandari exſecutioni, *l. cum prætor, §. ſeruo inuito ad ſenatuſconſul. Trebel.* P. Poſſunt huc accedere rationes, quæ in libro generali conuentionum in primo capite tradidimus, de fide ſeruanda ob neceſſitatem commerciorum. Exſtat Caroli 9. Regis edictum, de transactionibus ſeruandis, promulgatum anno 1561. menſe Ianuarij, *donné à S. Germain en l'haye, menſe Ianuarij* 1561. quo ſtatuitur, transactiones ſine dolo, & fraude initas inter maiores, de rebus, quæ in illorum commercio & poteſtate ſunt, firmas ratasque eſſe, nec quemquam aduerſus eas conqueri poſſe, prætextu deceptionis vltra dimidiam iuſti pretij, quæ dolus reipſa dicitur. *de hoc ſuperiori capite*, neque admittendos codicillos regios ab officina æquitatis ſeu cancellaria impetratos, per iudices illis, ne admitterent: & cancellariæ, ne hæc reſcripta concedant inhibens, *ſimile, in l. cauſſas*, C. *de tranſact.* Dari itaque actionem, & exceptionem ex transactione, indubitati iuris erit, cum efficacem obligationem habeat. Sed quæ detur, ratione eorum quæ adiiciuntur, venari oportet: ſi Aquiliana vel alia ſtipulatio, vel acceptilatio, vel pactum conuentũ adiiciatur, vt in ſuperiori capite ab initio notauimus. Parum autem in nominandis actionibus laborandum nunc eſt, formulis ſublatis, & donata vi indubitate transactioni, ob quam ſufficit intentionem iudici vel oratione, vel libello exponere, *l. 2. de formu. & impetrat. ſublat. C. cum ſim.*

4 ¶Cauendum † tamen, ne dolus interueniat, transactioni faciẽdæ cauſſam dans: nam tunc quanquam prior actio non reuiuiſcat: tamen ſubſidiaria actio de dolo ſubueniret, vel exceptio, *l. 4. de tranſact. C.* Nemo enim ex dolo ſuo lucrum percipere debet, *l. 1. & l. nec ex dolo, de dol. in* P. potiſſimum in contractibus, qui bonam fidem exigunt, *l. bonam fidem, C. de act. l. bona fides, depoſi.* ſemper enim intelligitur in remiſſione omni, exceptio vel excluſio doli, *l. tres fratres 36. de pactis, in P. l. Pomponi. 10. de neg. geſt. l. Aurelio 21. §. Caius, de libera. leg. P.* Et ſi acceptilatione prior actio non fuit extincta, ipſo iure erit propter doloſam conuentionem, nulla transactio, *in ſumma, de condict. indeb. l. ſi quis cum aliter, de verb. obli.* & reditur ad actionem primam, *l. cum proponas, C. de pact.*

5 ¶Verum † hic aduertendum, dolum in transactione triplici modo conſiderari poſſe: primum, quando dolus dedit cauſſam transactioni, & de hoc locuti ſumus: ſecundo, prout erat iam commiſſus in negotio, de quo tranſigitur: tertio quando dolus verſatur in non ſeruanda transactione. Dolus iam commiſſus, admittit quidem transactionem: quia dolus præteritus, non futurus, pacto remitti poteſt, *l. ſi vnus, §. illud nulla, de pact. P. l. quidam decedens, de adminiſtra. tutor. in* P. qui enim de negotio tranſigit, in quo aduerſarium doloſe verſatum ſcit, remittere videtur dolum. Nec ei ſcienti hoc modo dolus fit, & proinde tunc vt deceptus non poteſt abire à transactione, *l. cum donationis 34. C. de tranſact. l. nemo videtur, de regu. iur. in P. l. Vendito, de reſcind. ven. C.* Sicuti neque is qui doloſe contrahere impulit deceptũ, etiam prætextu ſui doli transactionem reuocare poteſt, vt propriam allegans turpitudinem, *l. tranſactione finita, 30. Co. de tranſ. l. cum profitearis, C. de reuoc. donat.* At quando dolus dicitur ineſſe transactioni, vel trãſigentibus, quod alter illorum noluerit mala fide tranſactionem implere, tunc certe non reſcinditur, nec vlla fit transactio, nec agitur actione de dolo: etſi doloſe faciat, qui non facit quod facere debet, *l. dolo, de dol. P.* Eo quod contra non implentem proditæ ſunt actiones, vt cogatur, veluti actio præſcriptis verbis, non de dolo, *in leg. ſolent, de præſcript. verb.* & condictio ob cauſſam, vt reſtituatur priſtina actio, *l. ſi quis accepto tulerit. de condict. cauſ. dat.* agiturque vel ex ſtipulatu, vel intereſt non impletam fuiſſe transactionem, *l. cum mora 6. Cod. de tranſact.*

6 ¶Et naſcetur ea ratione ex contractu ſtricti iuris arbitraria actio, *l. in bonæ fidei, de eo quod cert. loc. in P.* ob pactum non ſequatum, *l. centum Capuæ, eodem titul.* ſicuti etiam in contractibus innominatis, vbi non ſubſiſtunt, quia non implentur, ſi interſit, agitur ex eo, conditione dati, *l. ſi tibi decem dedero 7. de præſcript. verb.*

De alia ſpecie Contractuum innominatorum, do vt facias.

Cap. 4.

1 *Do vt facias, contractus innominatus, quos contractus contineat.*
2 *Condictio dati, ſi non fiat quod dictum eſt, competit.*
3. 2. *Contractus do vt des actiones.*
Caſus fortuiti interitus in contractibus innominatis, ad quem pertineant. eod. 3.

1 HÆc † ſpecies innominatorum contractuum, do vt facias, continet contractus in quibus aliquid datur, vt aliud fiat: ſi modo in propriam formam nominatam non veniant: nam tunc eius nominis non generalis cenſebuntur. Exemplum Paulus adfert, cum do vt facias, ſi tale ſit factum, quod locari ſoleat, & pecuniam dem, erit locatio, ſi non dem pecuniæ quantitatem, vt facias, ſed rem aliam, quamuis locari ſoleat factum, non erit locatio, ſed contractus, ſine nomine: item ſi factum eſt eius naturę, quod locari non poſſit: quamuis pecuniam pro eodem, non erit locatio, ſed anonymus contractus, *l. naturalis, §. at cum do vt facias, de præſcrip. verb.* Aliud à Papiniano relatum, ſi quis pretij explorandi cauſſa rem tradat: neque depoſitum, neque commodatum erit, ſed non exhibita fide in factum ciuilis actio competit, vel ex contractu anonymo, *l. 1. §. ſi. eo.* Idipſum obtinet, ſi mulas experiundas dedero, aliquo ſingulis diebus accepto, donec reddidiſſes, imperfecta emtione, *l. apud Labeonem 22. eo.* P. ſi veſtimenta cum velles vendere, te rogauero, vt ea apud me relinqueres, vt peritioribus oſtenderem, eaque apud me perierint, *l. ſi rem tibi 19. §. ſi cum mihi, eodem.* Sunt his plura ſimilia, quę à cõtractibus nominatis diuerſas notas habent, retentis duobus illis extremis, do vt facias.

2 ¶Si † non fiat quod dictum eſt, qui dedit condicere poterit, vel præſcriptis verbis agere vt fiat, *dict. l. naturalis, §. at cum do, & l. ſi dominus ſeruum 8. de præſcr. verb.* quod ſi is qui facere tenebatur, fecerit quidem, ſed quod ei datum eſt eo nomine euictum ſit, ſi ſciens alienum dedit, de dolo actione tenetur: ſi ignorans in factum ciuili actione, *dict. l. naturalis, §. at cum do, vide l. iuriſgentium, §. 1. de pact. P.* Et Papinianus, eum qui dedit vt quid fieret, ſi alter ceſſet facere confeſtim; tradit poſſe agere præſcriptis verbis, vt ſoluat, quanti ſua intereſt: aut ſi nihil intereſt cõdicere poſſe, vt datum reddat, *l. ſi tibi decem 7. de præſcript. verb.*

lit rur-

Digitized by Google

Et rursum,ob eam,inquit,*l.ob eam causſam, 9. eod.tit. P.* causſam accepto liberatus, vt nomen Titij debitoris delegaret: si fidem contractus non impleat,incerti action: tenebitur. Iraque iudicis officio non vetus actio restaurabitur, sed promissa præstabuntur,vt condemnatio sequatur.

3 ¶Casus†fortuitus qui circa interitum rei accidit,si dum apud me inspiciendi causſa reliquisses, interierit, pertinet ad dominum:*leg.si rem tibi,19.§.si cum mihi,de præscript.verb.* P. & si margaritas vel alias res tibi dedero, vt easdem mihi adferres, aut pretium earum si quidem ego te venditorem rogaui meum est periculum,si tu me rogasti,tuum, si perierint ante venditionē, *l.si gratuitam 18.§.1.de præscript.verb.* P. Sed si neuter nostrum,sed dumtaxat consensimus, teneri te hactenus vt dolum & culpam mihi præstes: & ex hac causſa erit vtique præscriptis verbis actio.

De Contractu innominato, facio vt des.

Cap. 5.

1 *Contractus innominatus facio vt des,quas actiones producit.*

1 QVod †si faciam, inquit Paulus,vt des,& posteaquam feci cessas dare,nulla erit ciuilis actio,& ideo de dolo dabitur, *dict.leg.naturalis,§.quod si faciam & Pompon.in leg.permisisti 17. §. fi.eod.* Dolose enim,vel callide versatus est, qui passus est alium facere,facto irreuocabili,quod pro infecto haberi nequit, *l. in bello,§.factæ,de captiuis,in* P. & postea non vult ex sua parte implere fidem: si tamen facto opere, quiddam, quod dandum sit, ex eo supersit,recte Pomponius experiri posse ad exhibendum respondit,*dict.l.g.si permisisti, §.1.* Et hodie si permittatur aliquid fieri,vt inde commodum detur facienti, condictione donationis factum tolli petiue potest:*l.si quis argentum,§.penultim. de donat,C.* cessabitque subsidiaria de dolo,*glo. fin.in §.final. l.permisisti.* Posset tamen dari actio ciuilis præscriptis verbis, vt cogatur dare ei qui fecit promissum,si pactio intercessit: vt apud Iulianum, si promissum aliquid sit, si furatum detegat, *l. solent, 11.de præscript.verb.* quod tamen potius addo vt facias: quam ad facio vt des,quidam referri dicunt, & ideo actionem præscriptis verbis dari autumant,vt in transactione quoque,*l. cum mota,de transact.* C.

Do Facio vt Facias, & de rationibus contractuum innominatorum.

Cap. 6.

1 *Contractus innominati facio vt facias natura & actiones.*
2 *Contractuum innominatorum finis,idem ac nominatorum,implementum fidei datæ.*
3 *Præscriptis verbis actio qua, & quare prodita, & pro quibus.*
In factum actio generalis qua, & pro quibus.

1 IN †hac specie, facio vt facias, prospiciendum est similiter ac in prioribus,ne innominati contractus formam incidat: nam tunc ex eo contractu non præscriptis verbis agendum esset, *d. l.naturalis §.sed si facio,eo.de præscript.verb.P.l.rogasti 21.§.fi. eodem tit.* Vbi autem præscriptis verbis agitur,& ex altera parte, factū sit,ex altera non fuerit factum conuentum,sit cōdemnatio quoque,quanti interest factum non esse,*d.l.naturalis, in princ.iuncto, §. final.*

2 ¶Finis †tractationis contractuum innominatorū est idem,qui & nominatorum, vt fides seruetur: ne prætextu nominis contractus promissum fraudetur. Nec enim oportuit tam curiose nomina inquirere,quantum præstandæ fidei æquitatem, *l. 1.de pact.* P. Plura enim sunt negotia,quam rerum vocabula, *l. 4.de præscrip.verb.*P.

3 ¶Quare †sufficit Iurisconsultis quædam nomina, vel communia præscribere,quibus admonerentur contrahentes, etiam ea quæ sine proprio contractus nomine venirent in placitum, præstanda esse. Et ita etiam actiones, quibus ad effectum promissa duci possent,generales in factū,& præscriptis verbis proposuerunt,aliis deficientibus actionibus. *l.1.2.3. de præscri. verb.* P.Actio dicta præscriptis verbis à iure ciuili concessa, & ciuilis dicta,si quicquam verbis fieri darive placuisse expressum sit, & non possit in formam propriam nominatam reduci, vt si rem inspiciendam dem,& tu eam amiseris,*l.si rem inspiciendam,eodem titul.* Et sic de similibus. Quod si nihil dictum sit, vel nihil expresse conuentum sit,tamen factum quoddam interuenerit, ex quo nominata non detur actio,pro eo facto in factum dabitur actio: vt si cum ostenderem tibi annulum dum ambularemus circa Tyberim,in Tyberim is deciderit à manu tua,agam in factum contra te, *l.duo secundum Tyberim. de præscription. verb.P.* Et generaliter quoties deficit actio, vel exceptio ex eo negotio,propter quod agi æquum est,datur actio vtilis in factum, *l. quoties eod.l.rebus,de rerum permut.* Videto autem latius in gloss. l.ex placito, de rerum permutatione, in quibus locum habet actio in factum,& actio præscriptis verbis. Porro, res, personæ,quæ idoneæ sunt his innominatis conuentionibus, reliquaque fere omnia, quæ consideranda sunt,affinem & similem fere in omnibus habent tractationem cum nominatis contractibus.

De Donationibus, & primum de finitione.

Cap. 7.

Institutio. Lib.2.tit.7. P.lib.39.tit.5. C.Lib.8.tit.24.

1 *Donatio inter anomalos contractus.*
2 *Donatio etiam hodie nudo pacto fit valide, olim minime.*
3 *Donationis nomen vnde declinatum.*
4 *Munus,& donum quomodo differunt.*
5 *Donationis finitio.*
6 *Diuisio in proprie liberalitatis puram,& improprie donationem.*
7 *Donationes improprie,conditionalis,cuiusſa mortis,ob causſam, &c.*
8 *Donationum aliæ obliquæ,aliæ directæ,& quæ.*
9 *Donatio alia inter viuos: & modi varij quibus concipiatur puras non pura,conditionalis,& cum modo,&c.*
10 *Donationes ob causſam quomodo perpendendæ.*
11 *Donatio propter nuptias quæ, & an, & quando reuocabilis, & de differentia cum sponsalitia largitate.*
Sponsalitia largitas quæ,&c.
12 *Donationis causſa propter quam sit consideranda pro reuocatione.*
Causſæ finalis & impulsiuæ distinctio, eod.
13 *Donationis ob causſam differentia cum datione ob causſam contractuum innominatorum.*

CVm †iam locuti simus de contractibus nominatis, & innominatis,habentibus synallagma, vtrinque videlicet obligātibus:& *l.Labeo,§.contractus de verbor. sign.* de formis eorum, re, verbis,literis, consensu perfectis:series postulat,vt de donatione agamus,quam in hunc locum anomalium conuentionum reiecimus,quod non potuerit sub aliqua prædictarum formarum absolute reponi:quia nec vtrinque obligationem habeat, videlicet liberum existente ei cui donatur,repudiare donationem, *c.si tib: absenti.de præb.in sex.l.inuito,de reg.iur.l.hoc iure,15. §. non potest,de don.cau gesta.84.Iustin.* 1

¶Fiatque †interdum nudo pacto hodie,olim tantum stipulatione *l.perficiuntur,de dona.ap.Iust.in.l.sancimus,§.si quis argentum, C.eo.tit.* vel traditione,*l.si quis alienam,C.ae act.l. traditionib. C. eod.tit.* interueniente. 2

¶Donatio †itaque secundum M.Terentium Varronem,à Siculo nomine δωτινη,vt donum declinatur: & à Græco nomine δῶρον,aliis δῶμα,Atticis dosis,traditio,datio,*Varro 4.de lin.Lat. consentit Festus,de verb.sign.* Subscribit Paulus,*l.senatus censuit,35. §.donatio,de mort.caus.dona.*P.qui κατ' ἐξοχὴν,ait donationem doni dationem.Plinius quoque in præsenti rerum traditione,donationem ea ratione constituisse videtur,dum ait,*Græci antiqui doron palmum vocabant, & ideo dora munera, quia manu donantur, Plinius lib.35.c.14.* 3

¶Labeo †donum à donando trahi vult,& genus esse:ciusque speciem munus,quod est donum cum causſa, *Paul. in l.inter donum 194.de verb.sign.* Illud dixit antiquorum Vlpianus,*l.sex esse lege,28.§.consuluit,ae peti.here.in* P. quanquam munus in latiori, aliaque significatione,& pro onere,& officio accipiatur, *l. munus tribus modis,de verb.sign.titul. de muneribus & honoribus*: & vtrumque etiam hoc nomine contineri Aristoteles notat: *Munus, inquit, est rei alicuius donatio, ac honoris signum. Quam ob rem, tam ærumnosi,quam ambitiosi donari cupiunt. Cum id donatio habeat, quod vtrique appetunt. Nam & res est quam auari desiderant, & honorem adfert,quem ambitiosi expetunt, l.Aristotel. 1. Rhetoricorum ad Theodecten,cap.5.* 4

¶Quod †pertinet autem ad substantiæ donationis finitionem,Donatio est contractus, *sic vocant donationem contractum, l. si donationis, quod met. caus. l.si quis emtionis, de præscript. 30. vel quadraginta annor.Cod.l.contractus,4.de fide instru.C.c.præterea, de iure patro.Iuncti iuris,l.eum qui donationis, 22.de donat.* P. *§. actionum, de action. est tamen contractus nominatus secundum Bartolum in leg. in risgentium,de pact.& Alexan.in l.fin. de condict.ob caus. dat.* quo quid transfertur,*dominij translatiuus est titulus in l.adibus, 9.§.si. de dona.*P. *l.senatus,35.§.1.donatio,de donatione caus.mortis, P.l.cum qui,l.8.§.1.de pub.in rem actio.P.* in alterum,*l.quia nemo sibi dat.c.* 5

Digitized by Google

*si .de institutio.ap.Grego.*gratis,*c.1.de dona.l.1. & l. donari, de donat. P.l.donari,de reg.iur.l.Attilius,& l.si pater,§.si.l.in edibus,de donat.* P.& irreuocabiliter,*l.1.de donat.l.1.de preca.*P.*l.si.C.de vsucapio.pro dona.l.vede,& l.possessionem,*C.*de reuoca.dona. l.Aristo.de dona. P. l.vbi ita donatur,de don.caus. mort. P.*

6 ¶Vlpianus †*in l.1.de don.P.* diuidit donationem, in eam quæ proprie donatio est, & in eam, quæ proprie non est. Proprie donationem esse dicit,cum quis dat ea mente,vt statim velit accipientis fieri,nec vllo casu ad se reuerti: & propter nullã caussam facit,quam vt liberalitatem & munificentiam exerceat. Nõ proprie donatio,si quis dat,vt tum demum accipientis fiat, cum aliquid secutum fuerit:quæ tota sub conditione donatio est:itẽ cum ipse ea mente dat,vt statim quidem fiat accipientis,si tamẽ aliquid factum fuerit,aut non fuerit:veluti, si cum conualuerit, vel tad se reuertinam & hæc donatio sub conditione resoluitur.

7 ¶Quamobrem quæ dantur,† necessitate cogente sub impropriæ donationis appellatione continentur:cum in necessitatibus nemo liberalis dici possit,*l.rẽ legatam,de adimend.lega.*P.Huius generis erunt ob causam data, *l.hoc iure, §. fi.de donat.in* P.*l.* Campanus,*de oper.liber.* remunerationes, quæ ideo vt alienæ à donatione,ab in sinuatione liberæ sunt,iure ciuili,*l.si pater,§.1. iuncta l.Attilius,de dona.*P. contractus innominato do vt des, *in l.naturalis,cum suis §§.de præscr.verb.* Docet & id titulus de conditione ob causam datorum,*vt in l.si donationis, de condi. ob caus. da.* Simili censura & donatio caussa mortis impropria donatio dicit,*l.senatus,§.1.de don.caus.mort.*idem in dote.Receptum tamẽ est,& modum posse apponi donationi,& conditionem,ne ideo minus puram,& vere donationem dici,dummodo ex illa commodum non accedat donanti,*l.donatio,de donatio.quæ sub mo.&c.* C.*li.8.tit.55.*

8 ¶Rursum †donationum aliæ obliquæ,aliæ directæ, *l. donatio sine directa,*C.*de donat.* Obliqua donatio est, quæ præstatur ab alio,quam à donante post mortem eiusdem,qualis legatum,quod est donatio ab herede præstanda à testatore relicta,*§.legatum,de lega.l.legatum,de lega.2.l.2.de public.in rem act.*Item donatio caussa mortis,*l.1.de mortis can.dona.*P.*§.1.de dona.*æqualis legatis fere, *l.fi.*C.*de dona.caus.mor.*

9 ¶Alia †quoque diuisio,in donationem quæ fit inter viuos,& eam quæ caussa mortis,vel occasione mortis.*l.vbi ita donatur,de donat.caus.mort.*P.Donatio inter viuos ea est,quæ sine mortis aliqua cogitatione fit,& est irreuocabilis. *§.alia autem , de donat. apud Iust.d.l.vbi ita donatur:* de qua primum dicetur. Donationum inter viuos, alia pure concipitur , alia non pure. Pura & simplex dicitur : Non pura cui adiicitur aliqua caussa , vel modus vel tempus vel conditio , hæc enim licet in traditionibus rerum adiicere , *l. in traditionibus , de pact.* P. *titul. de donat. quæ sub mod.&c.l.ea lege,de condi. ob can. da. l. 1. §. 1.de dona.P.l.2.§.final.eod.*P. caussæ adiectæ & expressæ,nota, dictio Quia : modi, vt conditionis, Si. *l.demonstratio falsa, 17.§.final.de cond. & demonst. in P.*

10 ¶ Caussa †ob quam donatio fit , consideratur aut vera , aut falsa,id videlicet,per quod,vel à quo,vel propter quod aliquid sit. Et diuersæ tot sunt donationes caussales , quot possunt esse diuersæ caussæ, & proinde per singula eas persequi tædiosum esset.

11 ¶Inter †insigniores porro donationes ob caussam est donatio propter nuptias,quæ caussam præsupponit nuptiarum,propter æqualitatem dotis.quemadmodum & dotis donatio, pro caussa habet matrimonium,*auth.dos data,& l.cum multæ, in prin. &* §. 1. *de dona.ant.nup.*C.Quocirca cessantibus his caussis reuocantur, nisi pactum de lucranda dote, præmoriente vxore , vel de lucranda donatione ante nuptias præmoriente marito adiectum sit,*auth.æqualitas,& auth.sed quæ nihil,de pact.conuent.* C.*§.1.de æquali.dot.in auth.*Quod paulo diuerso modo in sponsalitia largitione perpenditur : nam si ex mera liberalitate fieri eam dictũ sit , non redit ad donantem , *l.1.de do.in P.l.si mater,de dona. ante nupt.*& si nihil de eo expressum,iure quidem antiquo præsumebatur ex mera liberalitate facta,*l.si filiæ,& l.si tibi,&* l.2.C. *de donat.ante nupt.*hodie autem tantum ob caussam futuri matrimonij.*l.cum veterum,*C.*eo.tit.de dona.ant.nup.* Quamobrem in repetitione nunc adhibetur distinctio , num matrimonium secutum non fuerit,casu aliquo interueniente & tunc seruatur:*l. si ab sponso,de donat.ante nupt.*C.aut num steterit per alterum cõtrahentium , quo minus sequutum sit : qua in caussa si per donantem steterit,is amittit donatum,nec reuocat: si quid autem ab alio acceperit restituit,*d.l.cum veterum,*aut consensu vtriusq; abitum à contractu est,tumque erit repetitioni locus,*l.si diuersa,*C.*de transact.*

12 ¶Caussa †finalis generaliter propter quam donatur,considerandæ est præcipue:vt si non impleatur,vel si non sequatur, reuocetur donatio:quæ autem sit finalis,facile est cognoscere:nẽpe cum aliter donatum non fuisset, nisi illud factum fuisset, *l.2. §.fi.& l.3.de dona.in* P.*l.si militem,& l.dictam legem,l.si cum exiguã, & l.cum ancillam,C.de condict.ob caus.dat.* Idipsum tamen obtinet in caussa impulsiua,vt si donaui quod arbitrarer me posse repetere & ita facere decreuisse, *l.si repetendi,Cod.de condi.ob can.dat.* Nec enim cessante illa caussa , reuocatur donatum, dummodo non steterit per accipientem,sed per casum fortuitum,vel alio modo,quo minus impleatur *l.pen.& fi.de condi.ob can.dat.C.l.quæ operas loca. P.l.1.§.pen.de var.& extra.cogni.l.3.&* 4.*de cond.insert. li.6.*C.*tit.*46.quod & in modo placet obseruari, *in l.1. de his quæ sub mo.legati vel fideic.reling.*C.*li.6.tit.*45. Neque existimo pendente conditione, & modo, & caussa, interim posse donantem abire ante moram donatoris à donatione:quia contractu inito, obligatio perfecta est,quamuis pendeat exsecutio, *l.sicut,* C. *de actio.l.in cui sub conditione,*41.*eo.in P.l.ex conditionali, de verb. obl. l.non omne,de regu.iur.l.si filiusfamil.de verb.obl.l.potior,§.qui potio. in pigno. hab.* P.

13 ¶Ceterum †hic annotandum est,donationem ob caussam diuersam esse à datione ob caussam, *l.hoc iure ,* 19.*§.Labeo,& §.final.de don.*P. quæ potest interuenire contractibus innominatis do vt des,& do vt facias:in quibus tamen non prius translatum est dominium rei datæ,quam fuerit impleta conuentio ex vtroque latere,vel per acceptantem steterit , *l.si pecuniam cum suis §§.&l.3.§.1.de cond.ob can.da.can.non sec.l.naturalis,§.etsi quidem,de præscriben.*

De Rebus quæ in donationem veniunt.

Cap. 8.

1 *Donari possunt res , quarum dominia transferri possunt , non aliæ.*
2 *Hereditas viuentis quare donari non potest à successore.*
3 *Iura certo aduentura donari possunt.*
4 *Dominium bonorum donatio præsentium & futurorum , sine vlla reseruatione non valet.*
5 *Si fiat , aliter valet.*
6 *Donator an teneatur creditoribus donantis.*

RES, † quæ donari possunt,illæ erunt, quæ in commercia libere venire possunt hominum: quare donari non potest, quod fieri non potest accipientis,*l.in ædibus,*5.*§.fi.de don.P.* vt res aliena,*l.si filius,*14.*C.eo.l.constante,*21. *eo.* res quæ eius est, cui donatur,*Paul.l.cesi consensum,*15.*§.fin.de contrah. emt.*P. *§.sic itaque discretus,de acti.* quod pertinet tamen ad vsucapiendi facultatẽ, donationis rei alienæ titulus prodest,*l.1.§* 2.*pro dona.*P. Sed id non facit sola donatio,sed & temporis lapsus, ex negligẽtia domini.Quę in commercio hominum non sunt,vt res sacræ, religiosæ,donari nequeũt,*l.inter stipulantem,§.sacram,de verb.obl. l.si in emtione,§.omnium,de contrah.emt.*P. nec à personis, & prælatis ecclesiasticis res ecclesiæ in præiudicium eius donari possunt, *c.2.de dona.c.ea enim,§.sui vero res,*10.*q.2.ca.exceptione,*12.*q.2.titu. de reb.eccles.non alien.apud Gregor.in Sexto,& clem, 1. de non alien. reb.eccles.in Auth.l.iubemus,cum suis authenticis,Cod.de sacrosanctis eccles.*

2 ¶Non †valet quoque donatio hereditatis viuentis ab eo facta,qui se successurum viuenti sperat,*l.quidam in iure.*30.*§.fi.de don.P.* Quia pactum futuræ successionis viuentis reprobatur, *l.pactum quod dotali,& l.fi.*C.*de pact. l.stipulatio hoc modo concepta, de verb.obli.l. ex eo,*C.*de inutili stip.cum simil.*tum quod indignus hereditate censetur,qui ad eam viuente domino aspirauit , *d.l. quidam in iure,§.fi.& l.nam vt indigno,de don.P.l.2.§.fi.de in quibus vt indignis,*tum quod eius quod non est,nullæ sint qualitates , *l. eius qui in prouincia,de reb cred.P.* viuentis autem nulla est hereditas. Quare autem nihilominus retineantur donationes , quæ in conuentionibus matrimonij fiunt de hereditate futura , suo loco,Deo fauente,in vltimis voluntatibus,& testamentis explicabimus.

3 ¶Iura †tamen quæ nobis competunt, habent suspensam ex tempore exsecutionem, *l.1.pro herede,*'*P.l.1. de heredit. vel actio. ven.P.*& in spe quæ sunt certa,possunt donari,*l.spem,* C.*de don.* non secus,quam fideicommissum à nobis relictum, & præstandum sub dubia conditione , *l.1.Cod.de pac.l.de fideicommisso , de transactio. C.*

4 ¶Omnium †bonorum donationem,præsentium & futurorũ, nulla reseruatione facta,verius est non valere,*Barth. in l. stipulatio ista,*n.6.*de verb.obl.idem in l.si quis,in principio,de lega. 3. & in l.fi.& ibi Cynus,C.de pact.Pan.in 2.parte consiliorum, cons.* 48.*Bal. in l.fi.*C.*de pact.* Quia per illam clausulam,præsentium & futurorum, præcluditur via donanti habendi heredis , qui non nisi aliquo lucro non præsumitur velle defuncti adire hereditatem,*§.1.de lege Falcid.l.quod de bonis.eod.titul.P.* ita hoc donationis placitum , vt reliqua quæ adimunt testandi facultatem improbatur,*l.si fratres,§.idem respo.pro soc. P.d.l.stipu.hoc modo cõcepta,de verb.obl.*Sed & inde votum improbatum capiendę mortis viuentis,vt mox dixi,induceretur, *d.l.fin.C.de pact.c.detestandæ,de præb.in Sex.c.2.de cõcess.præb.ap.Greg.* instarque prodigi hic videtur,qui profusa liberalitate, omnia sibi ademit: & proinde exem-

Digitized by Google

exemplo prodigi, tata non erit eius alienatio, l. 1. de cura. furio. l. is cui bonis, de verb. obl. P. nec audiatur, ita petere volens, l. non tantum de appellationibus, qui de omnibus bonis & vitæ præsidiis exuit, & petuat, vt nec [illegible] modum inconsiderate onerat p omissione operarum libertatem, l. 1. §. quæ onerandæ, quarum rerum act. non dat. l. 2. de oper. liber. in P.

5 ¶ Si tamen fiat † donatio omnium bonorum præsentium, non tamen futurorum, vel bessis, vel alterius partis, recepta erit dumodo querela inofficiosæ donationis non expugnetur, vel ne supra legitimum modum fiat, l. si quis argentum, §. sed etsi quis, C. de donatio. l. vt mihi donares, 21. & l. sed iusserit, eo. tit. l. pure, 1. §. si domui, §. sed cum de dol. ma. excep. in P. li. 44. tit. 4. toto tit. de inoff. don. C. l. si vnquam, de reuoc. C. Sic enim potestas quærendi donanti in posterum relinquitur, largitis omnibus facultatibus: & sic videtur hic donator omnium bonorum alicuius tantum partis successor, habita ratione futuri temporis, & quærendorum, vt nō possit conueniri à creditoribus donantis, vt communis est sententia interpretum, Gutier. Benedict. in c. Raynutius, in verb. cetera bona, num. 46. de testament. gloss. in l. hereditatem, faciunt leges proxime citatæ. Quia actio personalis non sequitur fundum, nec bona, l. 1. §. si heres. ad Trebellian. l. eris, C. de donat. facit l. 2. C. ad. de hered. vel act. vend. Et ita à curia suprema Aufrerius refert iudicatum, in tr. de stu aresior. cap. 12.

6 ¶ Nisi † agatur à creditoribus, primum contra donantem reuocatoria, veluti in fraudem creditorum facta donatione, l. vt mihi donares, 21. de donat. in P. gloss. in l. eris, ibi Bald. Salic. & Angel. §. item si quis in fraudem, de act. Ita si donator est soluendo, vel heres eius prius bona eius, quæ possident excutienda sunt, quam perueniatur ad tertios possessores, l. Moschus, 47. de iure fisc. P. si autem soluendo non sit, vel si nullus eius heres sit, ex æquitate agi posset directe contra donatarium etiam directa personali, nulla intentata reuocatoria, arg. l. si maritus, de fundo dota. in P. gl. in l. 2. de re vel actio. ven. C. Et ita seruari testatur in curia suprema Gratianopolitana Guido Papæ. quæstion. 105. vt euitetur cōuentionem citeratus, quod in aliis recetum, l. dominus, de condiction. indebit. P. Potissimum, vt scribit Guilielm. Benedictus, quod in Gallia parui faciamus iuris solemnia, quæ vocat ceremonias, nec inspiciamus actionum ineptam conceptionem. Et conceduntur hodie literæ, seu codicilli vocatioque in ius in regno, contra heredes, & contra eos, qui bona possident debitoris, quōcunque titulo possideant, si alius non sit, qui eius nomine non soluat, Guiliel. Bened. ad dicta verba, cetera bona, num. 46. & 47. Alibi Aufrerius decis. capell. Tholos. 386. post Cynum in l. 2. ad leg. Iul. de vi pub. donatorem non teneri respondere creditoribus donantis tradit, quando videlicet sub nomine quotitatis, ex conuentione partium fit donatio, vt in l. cum res, C. de don. in l. omnes, §. Lucius, quæ in fraud. credit. contra, si bona ad alium deferantur, per modum quotitatis, ex dispositione iuris, dict. l. 2. ad leg. Iul. de vi pub. vel sub nomine hereditatis, l. hereditatem, de don. P. l. mulier bona, de iure fisc. P. aut ex rescripto principis, l. princeps bona, & ibi Barth. de iure fisc. Idem Aufrerius tamen fatetur donatorem teneri pro donatariis, si illi debitores inueniantur non soluendo, Auss. in d. q. 36. per l. plane si filium, §. 1. de leg. 1. & per l. 1. & 2. de here. vel actio. ven. Verum nihilominus erit, perpetuo onus æris alieni, singularis rei donatorem non sequi, si alia bona debitoris sint, vel si ante contractum debitum donatio fiat, d. l. eris. 15. C. de dona. & res donata, non erat obligata, l. 1 §. si heres, ad senatus. Trebel. l. si fideicommissum, §. tractatum, de iud. Donantur & remittuntur iura actionesque, l. si donationis, 8. C. de dona.

De Personis quæ donare possunt, & quibus donari licet; & de donationibus filiisfamilias factis.

Cap. 9.

1 *Donantes domini esse debent rerum donatarum.*
Donare quæ persona possunt, & quæ non, eod.
2 *Reus criminis quis donare, & de rebus suis disponere possit.*
3 *Debitor quando donare possit, & quando Donatio in fraudem fisci, & creditorum censeatur facta.*
In fraudem creditorum quando censeatur donatum, eod.
4 *Donare possunt Mutus, Surdus, Senex, &c.*
5 *Per se, per alios per epistolam, per nuntium, &c.*
6 *Meretricibus donatio num fieri possit valide.*
Donari quibus personis possit, eod.
7 *Absenti facta donatio quomodo valeat.*
8 *Donare sibi nemo potest.*
9 *Donatio filiofamilias fieri non potest.*
10 *Aduenticiorum vsus fructus patri quæsitus etiam hodie, profectitia bona etiam hodie, quod pertinet ad proprietatem, à filiosam. patri quæruntur, eod.*
11 *Donatio filiosam. facta à patre, cur non valeat.*
12 *Valeat autem facta Emancipatis.*
12. & 13. *Donatio filiosam. facta à patre; morte & emancipatione firmatur.*
14 *Dotis & donationis in filiumfam. distinctio.*
15 *Donatio caussa militiæ & studiorum caussa filiosa. facta, non imputatur filio in legitima, & valet vt irreuocabilis.*
16 *Donatio filiosamilias recte à patre fit ob bene merita, & quæ sint illa.*
17 *Donatio filiosam. facta fauore matrimonij valet vt inter viuos: sed conf. rendā, si succedere velit patri.*
18 *Donationes caussa mortis non conferuntur.*

PErsonæ † quibus licet munificentiam exercere, proculdubio domini rerum donatarum esse debent, l. portionem propriam, 12. C. de dona. mentis compotes, l. Modestinus, 23. §. fi. eo. tit. P. suorum bonorum legitimi moderatores, sine interdictione, l. is cui bonis, de verb. obli. l. 1. C. de cura. furios. non filiisfamilias, qui nisi patris permissu donare non possunt, etiam si peculij habeant administrationem, l. 2. & l. filiusfam. 7. & l. in ædib. §. §. quod filiusfamilias, de dona. in P. l. si filiusfami. ad senatusc. Macedon. P. l. contra iuris ciuilis regulas, §. si filiusfa. de pact. P. non minor 25 annis, l. si. si maior fact. alienaria. hab. C. non qui crimen maiestatis humanæ imminutæ admisit, etsi adhuc damnatus non fuerit, vel accusatus adhuc, l. post contractum, & l. donationes, 32. §. fi. de don. P. l. 1. ad l. Iul. maiest. C. 1 Idem † & in reo diuinæ maiestatis, seu in hæretico, l. auth. Gazaros, C. de hæret. c. cum secundum leges, eo. tit. in Sex. aliquin post contractum aliud capitale crimen, donatio facta ante rem iudicatam, irreuocabilis est, l. post contractum, 15. de don. & l. si aliquis, 7. de mor. cau. don. maxime si moriatur reus ante condemnationem. Quia mors omnem ratus accusationem, paucis exceptis, exstinguit, l. 1. & l. defunctus, si reus vel act. mort. fuer. C. vel si reus factus absoluatur, l. licet, §. 1. nautæ caupo. stab. P. Neq; ex eo quod crimen quispiam admisit, statim administratione & dominio rerum priuatus est, vel interdicta censetur ei rerum suarum tractatio, in l. reo criminis, de solution. P. l. si sorte, §. quia ergo, eod. titul. quia ante condemnationem præsumitur innocens, l. quoties, §. qui dolo, de dolo, & quilibet bonus, nisi contrarium appareat, habetur, l. merito, pro soc. P. c. fi. de præscri. per rationem, l. fi. C. de proba. Nisi constiterit reum, veluti conscientia sceleris tortum, cum supplicium sibi instare & parare videret, in fraudem fisci, in quem bona perueniunt, donasse: tunc enim donata reuocantur, l. si in fraudem, de iure fisc. P. l. sed si maritus, §. fin. qui & à quib. manu. libe. non fiant, §. in fraudem, de actio. non enim malitiis hominum indulgendum, l. in fundo, de rei vin.

¶ Ceterum † in fraudem præsumitur donasse, 1. si omnia bona sua donet, l. omnes, §. Lucius, quæ in fraudem creditor. 2. si donet cōiunctæ personæ, l. data, C. de dona. 3. si debitor reperiatur possessor postea rerum donatarum, l. pignus, §. superuacuum, quibus mo. pign. vel hypo. sol. 4. Si clam fiat, vicinis ignorantibus, l. non existimo, de administra. tuto. l. fi. de vit. nup. P. 5. Si statim post donationem crimen fieret, l. ventre, §. fi. de priui. credit. P. 6. Si donatio fiat sub conditione, si bona publicentur, arg. l. si. de stip. seruor. Cessat tamē fraudis præsumtio, si is qui dedit, & sine crimine fuisset donaturus, l. si. iuncta l. 1. de requiren. reis. Condemnatione autem facta, per quam bona deferuntur fisco, non valebit donatio; quia iam tunc bonorum ademta est reo administratio, l. ex publicorum, de accusatio. l. vni. pœn. fiscal. cred. anteferr. lib. 10. C. scilicet si condemnatio sit ex sententia, quæ transit in rem iudicatam, in l. chirographis, §. fi. de admin. tutor. alioquin si appellatum à sententia sit, à condemnatione, interim donec supremo decidatur caussa iudicio, donatio potest fieri. l. 1. §. fi. ad senatusc. Turpil. quia appellatio suspendit iudicatum, l. furti, §. fi. de iis qui notantur infam. P. Et quamuis prouocatum à sententia condemnationis non sit, placuit & interpretibus, intra decem dies, qui concessi sunt ad appellandum, posse donationem fieri gl. in d. l. ex pœnarum, in verbo secuta. Antonius Corsetus, in sing. appellatio. [illegible], & ibi Philip. Franc. de appell. & l. si quis filio, §. [illegible] omnes, de inoff. testam.

¶ Mutus † & surdus donare non prohibentur, l. qui id quod, 34. §. mutus, de dona. P. l. in quibusdam [illegible] P. quia consensu donatio fit: nisi à natura quis mutus & surdus simul esset, nec intelligere posset quod fieret, gl. in l. §. mutus, in verb. nouare cum prohibetur, per l. discretis, C. de [illegible]. Idipsum in Senc considera, vt is qui mente constat donare possit, qui autem delirat & desipere incipit, non possit [illegible] 16. C. de dona. [illegible] de transact. C. l. senium, qui testa. fac. p. fi. C.

¶ Subinde † & per nos ipsos, & per interpositam personam donatio consummari potest, Pomponius [illegible] de don. in P. per nuntium, & inter absentes, & per epistolam [illegible] ambigi, 6. & l. si aliquid, 33. C. eo. tit. de dona. nemo tamen vel mutus, donare dicitur, l. nec ignorans 10. C. eod.

¶ Considerantur † quoque personæ in donatione, quibus datur, cum non omnes capaces sint [illegible] sine speciali prohibitione excipiantur. Itaque donationis caussa factæ, neque bonæ [illegible] neque inhonestæ habitæ. Honestæ, erga [illegible] amicos, vt [illegible]

Digitized by Google

honestæ, circa meretrices, *l. affectionis, 5. de donat.* *l. donationes*, 32. *eo. tit.* in extraneos: & sæpe ignotos, *l. in extraneos, 29. C. de don.* Et affectio dantis potius, quam persona cui datur consideratur. Neque meretrices, quia turpiter viuant, turpiter ideo accipere videntur, *l. 4. §. sed quod meretrici, de cond. ob turp. caus.* Si tamen donationes in meretrices conferantur, vt copiam sui corporis faciant, vel vt luxurioſe viuant, Christianum esse non arbitror has probare donationes, veluti ab omni virtute & iustitia alienas: & à meretricibus, vt pauperibus vel fisco describantur, esse extorquendas. vt turpitudinis fomitem & incendium. Quemadmodum traditum quoq; iure ciuili, eum mandati agere non posse, qui meretrici ex mandato dedit, *l. si vero non remunerandi, §. si adolescens, mand.* & à minore factam huiusmodi donationem inutilem, *l. si quis cum sciret, pro emtor. in P.* vt à milite in focariam, *l. 2. de dona. inter vir. & vxor. Cod. l. miles ita heredem, §. mulier, de milit. testa. l. mulierem, ca. de his quib. vt indig.* nec spurio, *l. 1. Cod. de naturali*. Multo magis etiam prohibebitur personis ecclesiasticis quæ militant sub nobilioribus signis, in exercitu Dei bona ecclesiæ pauperum alimentis derelicta, in scorta, & nefarios filios profundere, maximo cum religionis scandalo, quo summopere hodie concutitur ecclesia Dei, quæ huiusmodi hominibus illegitimis regitur, & quos tulit ætas patribus vitiosiores, vt digni duplici & maximo honore sint viri pij catholici, præfecti sacris, quod possint, inter tot indignos, & inter tot tenebras lumen suum incontaminatum præferre nobis.

7 ¶Donatur †recte & absenti, *l. nec ambigi, 6. C. de dona. c. si tibi absenti, de preb. in Sex.* & pupillo seu infanti, alio pro illis acceptante, *l. si quis, 26. C. de don.*

8 ¶Sibi †tamen nemo donare potest, cum debeat esse distinctio inter dantem & accipientem, *l. fi. de institutio. ap. Grego. l. 1. de auctoritate tutor.* quodque semel meum est, amplius meum fieri nō potest, *§. sic itaque discretis, de actio. l. nemo rem suam, de verb. oblig.* vt neque in ciuili, aut naturali obligatione, quis pro seipso fideiubendo obligari potest, *l. heres à debitore, §. seruo tuo, & §. quod si stipulator, de fideiuss.* P.

9 ¶Proinde cum †filius & pater pro eadem habeantur persona, durante patria potestate, *l. final. Cod. de impub. §. ei vero, de inutil. stipul. l. cum scimus, de agric. & censit. libr. 11. Cod.* non valet donatio, quam pater filio in sacris constituto facit, *l. donationes quas parentes, 25. de don. inter vir. & vxor. libr. 5. Cod. titul. 16. l. 2. Cod. de inoffic. testa.* redit enim quod huic dedit ad ipsum recta via, quicquid enim filius familias quærit, patri statim quæritur, *l. placet, de acquir. hered.* P.

10 ¶Sic † qui sic soluit, vt statim repetat, non videtur soluisse, *l. qui sic solvit de solut. in P. l. non videtur, 51. de reg. iur. in* P. Siquidem vt eximie Paulus Castrensis annotat, *in l. 2. C. de inof. don. num. 2.* quanquam hodie ius antiquum sit mutatum in acquisitione aduentitiorum, vt ea non quærantur vltra vsumfructum patri, *in l. cum oportet, de bo. quæ liber.* C. tamen quod pertinet ad profectitia, id quod ex re patris filiis aduenit in potestate constitutis, ex integro patri quærunt, & antiquum ius incorrectum remanet.

11 ¶Quæ †enim, inquit Iustinianus, inuidia est, vt si quid ex re patris obueniat hoc secundum antiquam obseruationem totum patenti acquiratur, *§. igitur, vers. sancitum, per quas pers. nob. acq.* neque quicquam magis profectitium dici potest, quam quod ab ipso patre procedit, *l. profectitia dos, de in. dot.* vt certe hac ratione pater non donasse filiofamilias inter viuos, sed post mortem suam destinasse possidenda videatur, *l. eum de bonis tuis, 11. Cod. de don.* Antoninus Cæsar nec inter eas quidem personas, quarum iuri subiecti sunt vir & vxor, qui, quæve in eorum potestate sunt, donationes iure ciuili fieri posse rescripsit, *l. nec inter, 4. C. de don. inter virum & vxor.* quod & firmat Alexander, *l. si vt proponis, 5. C. eod.*

12 ¶In † emancipatos autem posse fieri donationes non ambigitur, *l. si quis in emancipatum, C. de don.* Nec interest emancipatus ne fuerit filius, cui donatur, quando fit donatio, an suus: dummodo si facta fit suo, antequam eum emancipauerit, in donatione perseueret, *l. siue emancipatis, Cod. de donatio.* Sicuti enim
13 †morte patris firmatur donatio filiofamilias facta, eo vsque ad finem perseuerante *dicta l. donationes quas parentes, C. de donatio. inter virum & vxor. & l. cum oportet, §. sin autem, de bonis quæ liber.* C. eodem modo & emancipatione, quæ pro morte habetur, quod ad effectum solutionis potestatis paternæ pertinet, vt liquet ex Galli Aquilij formula, *in l. Gallus, §. & quid si tantum, de liber. & posthumis, P. & §. præterea, quibus mod. ius patr. potesta. sol.* Si voluntate patris emancipatus possideat rem: consensus quippe inducere videtur nouam donationem eiusdem rei, *l. consulis professio, § 1. C. de don. l. donationes in concubinam, §. pater de donat. P.*

14 ¶Sic opinor †in l. Pomponius Philadelphus, familiæ erciscundæ iure illo filiam habere præcipuam dotem à patre acceptam vt donatam. quod pater decedens iure legati id statuerit, mandans reditus prædiorum in dotem datorum genero solui. Et liquet etiam dotis causam aliam à donatione esse. Siquidem, vt monui donatio nullo iure cogente fit. *l. 1. & l. donari, de dona.* P. *l. donari de reg. in.* at dos à patre, etiam inuito, filiæfamilias constituenda est, *l. qui liberos, de rit. nup. P.* vt non videam cur voluerint interpretes causam hanc dotis excipiendam à regula, quæ prohibet donationem fieri filio filiæve familias: cum hæc exceptio non fit à regula, sed casus proculdubio diuersus: potissimū cum dos non tam filiæ, quam marito, qui extraneus patri est, concedatur, pro oneribus matrimonij, *l. dotis fructus, & l. quamuis de iure dotium, P. l. pro onerib. C. eod. l. doce ancillam, de rei vind.* quæ sustinet, patrisque loco qui filiam alere cogitur, *l. si quis à liberis, de liber. ag.* nutrit, vt is dotem possidere adhuc videatur cum filia, non titulo donationis, sed cum onere, & pro mercede & expensis.

¶Iisdem † fere de caussis, ad exceptionem regulæ reuocādum 15
non censeo, militiæ causa data à patre, quæ non infirmantur, *l. si filius familias, C. fam. ercisc. l. 1. C. de castrens. pecu. mili. li. 12. l. 4. de castrens. pecu. P.* vt nec ea, quæ studiorum causa subministrauit, *l. quæ pater, 2. famil. ercisc. P.* nam hæc æquum non est imputari filio, quod ex officio & debito paterno facta sint. Debet enim pater filiis, non tantum alimenta corporalia, verum etiam & spiritualia, & artem modumque viuendi, vt alibi docuimus, *lib. 2. præludiorum optimi Iurisconsulti. ca. 40. & 41.*

¶Et †placuit etiam interpretibus, donationem liberis in po- 16
testate constitutis, valide nec exspectata donantis morte, fieri posse propter benemerita: quia illi tunc considerantur vt extranei, non vt filij, *gl. in l. si donatione, §. postulas, de coll. C. Pau. Castren. in l. 2. C. de inoff. don.* Benemerita legitima esse possunt, quæ iustæ manumittendi causæ putantur, vt si patrem iuuerit in vitæ discrimine, contra latrones, in bello: si insidias in eum detexerit: si sanauerit, & his similes, *l. etiam, vers. 1. & l. iusta, de manumiss. vin.* Potest & pater asserere donando, filium bene de se meritum, etsi causam non exprimat, eique creditur, *l. seruos, de manumiss. testament.*

¶Rursum †receptum est, donationem filiofamilias factam, fa- 17
uore matrimonij, valere statim, vt donationes aliis factas, *explicat & ita iudicari docet Guido Pap. decis. 145. Bart. Chassa. ad rub. des biens appartenant à gens marié, versicu. quinto, quiæ licet donati, &c. ad consuetudin. Burgund.* Veruntamen debet hæc donatio cōferri cum fratribus, post mortem patris, si velit vna cum illis patri succedere, *Barth. Chassan. ad §. 5. ad verba, le testateur par testament, in 4. regu. vers. aduertendum est, tit. des successions, in consuetudi. Burg.*

¶Cum † tamen donatio causa mortis, vel alia quæ filiofami- 18
lias fit, & confirmatur morte tantum, & silentio patris, non debeat conferri, quia habeat vim relicti, *Chassan. in d. 4. reg.*

De Donationibus inter virum & vxorem.

Cap. 10.

Lib. 5. C. tit. 16. 24. P. tit. 1. Decretal. libr. 4. tit. 20.

1 *Donationes inter coniuges cur non valeant.*
2 *Amor nimius spoliat facultatibus amantes.*
Amoris vis, eod.
3 *Coniugum contractus præter donationes valent.*
4 *Matrimonia venalia esse non debent.*
5 *Fœminæ facile decipi possunt.*
6 *Liberorum educatio iussa coniugibus.*
7 *Amor verus solis animis constat.*
8 *Donatio facta à plebeio vxori nobili, vel à sene vxori iuueni, quare valeat.*
9 *Vxoris iuuenis cum sene viro periculum.*
Vxorem licebat mutuo dare ad sobolem concipiendam senibus lege Lycurgi, eod.
10. 11. 12. 13. 14. & 15. *Donatio inter coniuges in quibus casibus valet.*
10. & 11. *Monilia, & xenia seu strenæ recte vxori maritus donat.*
10. & 12. *Donatio marito ab vxore facta dignitatis habendæ causa, cur valet.*
16 *Donationem à principe factarum priuilegia.*
17 *Donatio ob reparationem exustæ domus vxoris valet.*
18 *Lana vnde vestes conficiat vxor recte vxori à marito donatur.*
19 *Vestes quas vxor accepit à marito viuo, an relinquantur eidem post mortem mariti.*
20 *Donatio inter coniuges, quomodo morte secuta, traditione confirmetur.*
21 *Donatio propter nuptias, pendente matrimonio inter coniuges facta, cur valeat, & num. 22.*
23 *Donatio inter sponsos de præsenti, an valeat.*
24 *Dotem nam lucretur maritus, moriente vxore ante consummationem matrimonij: aut vxor incrementum dotis, moriente marito.*

RAtione † personarum quoque prohibetur donatio inter 1
coniuges, pendente matrimonio, *l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor.*

Digitized by Google

& vxo.C.l.1.2.3.10.tit.P.ff.eod.& directe, & per obliquũ, *l. creditor,C.eod. tit.l.ſi vir vxori,eod. P.* Atque quo tempore coniuges non ſunt,donatio facta,in tempus nuptiarum relata, non valet, *l.1.& l.quod ſponſæ,de donat.ante nupt.C.li.5.tit. 3. l.cum hic ſtatus, §.ſponſus,de donat.inter vir.& vxor.* Hoc autem receptum eſt,inquit Vlpianus,ne mutuo amore inuicem ſpoliarentur donationibus non impetrantes,ſed profuſa erga ſe facilitate abutentes, *l.de don.int.vir.& vxo.P.* In qua ratione videntur contraria cõtineri,nempe profuſa liberalitas,quæ ex amore nimio eſt,& amore ſe ſpoliare: quæ tamen vera ſunt, & non ſimul quidem concurrunt,ſed ſe conſequuntur: nam primum amor nimius profuſam facit liberalitatem:inde autem paupertas & inopia:ex inopia demum amicitiæ deliquium.

2 ¶Inprimis †enim,vt vulgari prouerbio dicitur, *σαθρου φυλλο τὸ φόρτιον διὰ τοῦτο βαστάζεται*,id eſt,*porrifolio ligantur marſupia amantium.* Sic Imperator Antoninus,milites meos, inquit, à fiſcariis ſuis, fictis adulationibus,facultatibus ſuis ſpoliari nolo, *l.2.de donat. inter vir.& vx.C.*& ſæpe vxoria delinimenta,mutant: imo vero corrumpunt vſque adeo mentem & voluntatem maritorum,vt adigant eos iudicium ferre contra proprium ſanguinem, teſte Caio,*in l.non eſt conſentiendum.4.de inoffi. teſta.in P.* Et contra, ſermone maritali,& blanditiis facile procuratur vxoris liberalitas,*l.final.ſi quis aliq. teſt. prohibuer. C. l.final.eod.tit.in P. Nihil eſt*,inquit Iuſtinianus,*furore amoris vehementius, quem vetuere & Philoſophiæ perfectæ monentis,§.illud quoque,qui. mod. natu. efficiant. leg.coll.6.Me tamen vrit amor, quis enim modus adſit amori?* inquit alius, *Virg.eclog.2.* Infelix certe cupiditatis captio,quæ & propriam perſonam,omni ſubſtantia cariorem,proſtituere ſuadet, vt miſericordia factum viſum fuerit dignum, *l.1.de ſenatuſconſ. Claud.C.§.fin.de ſucceſſio.ſub.quæ fieb.per bonorum vendi.* & quo ardentius quis diligit,eo profuſior in amatum eſt: & ita, non vt inter maleuolos & infeſtos prohibita hæc donatio, ſed vt inter coniunctos, ne nimio affectu alter fiat pauperior, *in l.ſi id quod,§.ſi quis,& l.ſed ſi vir,§.quod legitur,de dona.int.vir.& vx. P.* Quia amoris profuſi,potiſſimum venerei,filia eſt inopia,ſecundum Plautum *in proœm. Triumm.* Et vt canit Ouidius *1. de Arte*:

——*inuenit artem*
Fœmina,quæ cupidi captat amantis opes.

Plautus rurſum ſignificantius explicat *in Turculento*:

Velut meretrix meum herum ſua blanditia intulit
In pauperiem,primum bonis,luce,honore,atque amicis.
*Diuitiis alitur luxurioſus amor,Ouid.2.de rem. Amor.*Et,
Diligitur nemo niſi cui fortuna ſecunda eſt,Ouid.1.de Ponto.

Et proinde diruto fundamento facultatum,amore ſe ſpoliat.

At vulgus infidum,& meretrix retro
Perjura cedit:diffugiunt cadis
Cum face ſiccatis amici,
Ferre iugum pariter doloſi,Horatius li.1.carm.Ode 35.

Quamobrem & diſſolueretur his liberalitatibus, ſuccedente inopia,coniugum affectio,quæ vix coire poteſt, ſi ea adſit. Notum enim,

Cur nemo eſt Hecalem,nulla quæ cœperit Irum?
Nempe quod alter egens,altera pauper erat,Ouid.2.de reme. Amor.

3 ¶Sic †omnes contractus alios inter coniuges hoc excepto,permiſſos non ignoramus, ſi in fraudem prohibitionis donationum non fiant,quod illis non reddantur pauperiores.*l.ſi ſi õſus, §.circa,de donat.inter vir.& vxor. P.l.ſi vir vxori,eod.titul.* Satiſque viſum inuenires mature coercere calores,ne cupiditati dediti coniuges,triſtem exitum ſentiant, *l.fina. §.filius autem.de bo. quæ lib. C.*

4 ¶Accedit †ratio Sexti Cæcilij, quia ſæpe futurum eſſet, vt diſcuterentur matrimonia, ſi non daret is qui poſſet: atque ea ratione euenturum,vt venalia matrimonia eſſent.*l.2.de dona. inter vir.& vxor.*P.nec libera contra iuris regulas,*c.gemma,de ſponſa.l.2.C. de inut.ſtip.l.ſi ita ſtipulatio.9.& l.Titia,13. 4.de verb.obl.* quanquam pro reparando diuortio matrimonij, donatio non fuerit improbata.*l.vir mulieri,75.de don.int.vir. & vx.P.*

5 ¶Forſan †& alia efficax ratio prohibitionis, propter fragile conſilium quod facile ad donandum à maritis allici poſſent,*§. 1.verſi.etſi conſentiat,vt immob.ante nup.dona.inv.hypoth. dent. col.5.* facilis enim ad decipiendum mulier.*l.quæſitum, de aqual. dot. in Auth.col.7.Ariſtote.li.9.de animal.in princip.l.cum multa,de don.ante nup.*C. Et vt Hero Ouidiana ſcribit,

Vt corpus tenerum,ſic mens infirma puellis,
Fortius ingenium ſuſpicor eſſe virũ.

Et Fauſtus *in 4. Liuiæ*:

Scilicet iſta fuit veterum natura virorum,
Fallere fœmineum,credula corda genus.

Quia vt ſcribit de Neæra Tibullus *li. 4.*

Sed flecti poterit: mens eſt mutabilis illi.

vt certe eſt varium & mutabile ſemper fœmina, *Virgil. lib. 4. Æneï.c.forma,de verbo.ſign.can.de vidua,in 2.27.quæſt.1.l.fin.C.de inoffi.teſta.*

6 ¶Paulus †adhuc & aliam rationem,huic prohibitioni donandi coniugibus adfert,ne ſi permitteretur,adimatur coniugibus ſtudium liberos potius educandi,*in l.2.de donat.inter vir. & vx.* P. Vlpianus & moribus receptum eſſe, ne donatio hæc valeat inter viuos coniuges ſcribit,*Vlpia.in l.1.eo.tit.*

7 ¶Et †iterum ex Antonini Auguſti oratione ſubiicit,*in l.3.eo.* P.maiores noſtros inter virum & vxorem donationes prohibuiſſe,quod amorem honeſtum ſolis animis æſtimarent,famæ etiam coniunctorum conſulerent, ne concordia pretio conciliari videretur,neve melior in paupertatem incideret, & deterior ditior fieret.Equidem & ratione iſtius famæ coniunctorũ opinor,propter futurum matrimonium coniungendum donatum ab alterutro coniugum,non habere vim donationis, *l.ſi ita ſtipulatus fuero,97.§.ſi tibi,de verb. oblig.*

8 ¶Niſi †vxor eſſet nobilis & inops,maritus autem qui ei donat, eſſet plebeius & diues: aut illa iuuenis, hic autem ſenex, *Franciſ. Curtius conſilio 6. Boerius ad §.1. de conſuetud. matrimonij & dotis,in conſuetud. Biturigum, Bart. Bal. & Iaſon in l.ſi ita ſtipulatus,§.ſi tibi nupſero,de verb. obli.* tunc enim non eſſet ſimplex donatio,quæ hic prohibetur,ſed remuneratoria, quæ admittitur etiam erga perſonas,quibus alioquin donari non poteſt,*l.ſi pater §.ſi.& l.Attilius,de don.in P.* Porro nobilitatis cauſſa nõ eo pertinet,vt propter matrimonium nobilis plebeius fiat,ſed propter affinitatem coniunctarum perſonarum nobilium, quæ ex matrimonio naſcitur,*l.4.de gradib. affini.* alioquin tantum abeſt, vt nobilitatem ſuam viro mulier communicet,quin cõtra iuncta plebeio:plebeia fit,quandiu mariti vtitur vinculo &lege,*l.1. de dign.li.11.C.l.mulieris,eo.l.ſi.de incolis,li.10.C.§.ſin autem,de conſul.in Authent.*& ratione ſexus maior eſt quilibet homo, cuiuſcunque dignitatis mulieribus,*l.1.de ſenator.in* P. Porro quod de iuuene vxore dicitur, quod ſenis viri in eam admittatur largitio,exemplo iuuari poſſet Sunamitidis, dictæ Abiſag, quæ ſpecioſa conquiſita curioſe fuit,iuuenis, vt dormiret cum Dauide rege,vt frigiditatem ſenectutis calefaceret *2. Reg.c.1.* Et donatio hæc,huius rei cauſſa, potius ad retinendum matrimonium videtur admittenda, ac illæ quæ fiunt, diuortij ſubterfugiendi gratia, *Hermog.in l.vitricus,§.ſi.& Caius in l.vel propter,de don.inter vir.& vx.*

9 ¶Veruntamen † putarem conſultius facturos ſenes, ſi à iuuenibus ducendis abſtinerent: res enim habet periculum caſtitatis.Et verendum,ne illæ ſibi contra præceptum,non mœchaberis,Lycurgi legem amplectantur,qua permiſſum aliquando ſeniori viro, vxori iuueni probum & honeſtum adoleſcentẽ admiſcere, & vbi eam generoſo illius ſemine compleſſet, ſuum ipſius quod natum eſſet efficere, vt narrat Plutarchus *in vita Licurgi.* Abhorrere autem debet ab hac ſententia ingenuus & Chriſtianus vir:cum neque concubinos, neque iſtos emiſſarios fides noſtra patiatur.

10 ¶Sed †prætermittendi caſus non ſunt,quibus donatio inter coniuges procedere poteſt,*l.ſi quidem,13.§.1.de don.int.vir.& vx.* C.in quibus tamen,ſi ſerio cauſſa perpendatur, apparebit, non tam iure donationis inter viuos,quantum alia ratione fitmari. Et inprimis ſi maritus in annos ſingulos,vel menſes vxori proprij vſus gratia promittit, ſi ex ea cauſſa numi ſoluti erogati ſunt,non datur repetitio *in l.ſicut ceſſat, 11. C.de don. inter vir.& vx.l.ex annuo,16.cum 2.ll.ſeqq.eo.ti.*P. Non quidem quod promiſſio & donatio ſit valida inter viuos:nam hoc falſum eſt,etenim pro ea promiſſione mulieri non competit petitio, *d.l.ſicut*, quæ tamen competit ex valida donatione,*l.ſi quis argentum, §. ſin autem,de don.l.quis ex donatione,eod.*P. ſed non competit repetitio conſumtorum,quod mulier in vſus ſuos conuerterit,& ita impenſa marito reputantur,qui onera matrimonij ſubire cogitur,*l.quod in vxorem,de neg.geſt.C.l.quod nulla,de relig.& ſumti funer.P.*

11 ¶Et quæ †maritus vxori tradit,vt comptior ornatiorve eſſet ſua cauſſa potius,quam vxoris,tradidiſſe dicitur,*l.ſi vt certo,§.interdum,commoda.P.* Si ex annuo donato vxori ea ratione quid ſupereſt,anno elapſo,reuocatur,*d.l.ex annuo.* Quamobrem hæc donatio,nec proprie liberalitatem habet,nec inde alter coniugum pauperior redditur: neque etiam improbat lex xenia & ſtrenas,quas Calendis Ianuariis vxoribus donant mariti:ſi quid autem donatur vt in vſus ſuos conuertat contra, *l.ſed ſi vir,§.ſi vir vxori nummos,de donat.int.vir. & vx.*P.

12 ¶Secundo,†probant iura donationem,quam in maritum vxor facit obtinendæ dignitatis cauſſa, *l.quod adipiſcenda, 41. cum 2.ll. ſeqq.de donat.inter vir.& vx.* P.*Vlpia.in titulis tit.7.* qua donatione vxor pauperior non cenſetur facta, imo ditior: quia ex dignitate mariti ſplendor,& honor vxori accedit, *§.ſi.de conſulib. in Auth.l.fœmina de ſenator.P.l.1.& l.mulieres,de dignit.li.11.C.l.ſi. de inco.li.10.C.* quo magis ſæpius,quam mariti delectantur, vt quæ ceteris præferri natura deſiderent,vt honore ſolo potiantur,onere interim maritum dure premẽte, propter onus quod ſuſtinent,qui habent dignitatem *l.1.§.ne caſtrenſe,de col.bonor.* Et ita ſatis compenſata videtur mulieris pecunia,cum honore, viro induſtriam,illi pecuniam contribuente ſocietati,*l.ſi non ſuerint pro ſocio, in P.*

13 ¶3. Caſus notatur †in donatione ſerui, facta vxori,ea lege vt manumittatur,*l.quod autem, §.fin.de don.inter vir.& vxor. P.Iul. Paul.li.2.recept.ſententia.titul.24.* quæ probatur: quia non indẽ

Digitized by Google

mulier ditior fiat, quæ tamen nudum ministerium manumittẽdi habet, ut *Sulpitius Marcellus, de dona. inter vir. & vx.*

14 ¶ 4. In †donatione ad sepulcrum coniugis, *l. si sponsus, 5. §. concessit. de do. inter vir. & vx.* quæ tamen species donationis ad pietatem & tempus post mortem referenda est quo non fiet locupletior coniunx, *in d. l. si sponsus, §. fi.*

15 ¶ 5. Constituitur †in marito, qui rogatus de restituenda hereditate certa summa retenta vxori restituit, nullo retento, vt id donationis iure valere dicatur: Quod tamen Vlpianus magis ad plenam fidem restitutionis pertinere, quam ad donationem arbitratur. Quia, inquit, sæpe credimus aliquid defunctum voluisse, & tamen non rogasse. *l. siue vxor, de donat. inter vir. & vx.* Sextus, vt valeat donatio facta marito ea lege, vt filiæ communi in dotem det: verum tunc tantum valeat, quando in dotem dederit, non ante. Et sic causa dotis illam sustinet, *l. profectitia, §. si quis cert. & l. cum vxor, de iure dot. P.* Et nullum lucrum ex ea apud maritum remanet, *l. si constante, 10. de don. int. vir. & vxo.* C. neque prohibita est donatio quæ fit à matre, constante matrimonio, in filium vel filiam, sed permissa, *l. pen. Cod. de dona. inter vir. & vxor.*

16 ¶ Septimus, †in donationibus quæ inter Augustum & Augustam fiunt concessis, *l. princeps, de legib. P.* neque illud rationem obscuram habet: quod princeps solutus sit legibus, *l. omnium, de testam. C.* & quod eius præsentia iuris solemnia suppleat, *l. cum multa, de bon. quæ liber. C.* Habentque alia priuilegia donationes à principe factæ etiam in priuatos, vt non quærantur vllo modo patri: vt enim principalis fortuna supereminet omnes alias, ita oportet principales liberalitates culmen habere præcipuũ, *l. sancimus, §. 1. C. de don.* Quare recte Cæsares, quæ sibi vindicant in his donationibus, dicũt esse merito priuilegia. Qui enim suis consiliis, suisque laboribus, pro toto orbe terrarum diu noctuque laborant, quare non habeant dignam sua prærogatiua fortunam, *l. fi. §. fi. de quadrien. præscrip. C.*

17 ¶ Octauus, † valere donationem pecuniæ probatur quę in domum vxoris exustæ refectionem impensa est, *l. quod si vir, 15. de dona. inter vir. & vxo.* in hoc enim casu cessare omnes prohibitionis rationes videntur: & summa æquitas suadet, coniuges, superuenientibus aduersis casibus, compati, vt iura maritum improbant, qui spernit nec curat infelicitatem vxoris, *l. si cum dotem, §. sin autem in sæuissimo furore solut. matrimo. P.*

18 ¶ Nonus casus, † in lana data vxori à marito, ex qua vestimenta facta, vxoris sunt, *l. si mulier ex pecu. 30. §. fi. de donat. inter vir. & vxo. P.* Cuius ratio, quod hæc officio & debito quoque maritali impensa videntur, non iure donationis: sicut & licet dotem reddere vxori, quæ eam peraitura non est, vt se & suos alat, *l. mutus, §. fi. de iure dot. P.* quod & muneris est mariti dote penes illum exsistente, *l. pro onerib. de iure dot. C.* sunt autem inter onera mariti vxoris alimenta, *l. vbi adhuc, C. eod.* quanquam etiam eam indotatam acceperit, *ca. omnino, 31. distin.* Nam & ei, eorum saltem nomine, post mortem quippiam tenetur relinquere, *l. 1. & auth. præterea, C. vnde vir & vxor.* Porro alimentorum appellatione & vestes veniunt, *l. legatis alimentis, de aliment. & cibar. le. l. verbo victus, de verbo. sign.* Quare, quia maritus tenetur viuus vxori præbere alimenta, mortuo marito, vidua per annũ luctus, quo maritum luget, & pendente tempore quo eius dotem heredes retinent & vestes & vnde viuat suppeditare tenentur, *in l. si. §. 1. Dua, ad municip. Accur. & alij interp. in l. vn. §. cum autem, & §. exactio, de rei vx. act. C. l. 1. §. mulier, & l. curator, de vent. in poss. mitt.* heredes.

19 ¶ Frequens †tamen, nec inutilis quæstio est. Num vestes, quas viuens maritus vxori reliquit, vxori relinquantur, eo mortuo, an vero repeti possint ab heredib. mariti, vel illa præmortua penes suos heredes sint. In qua Bar. *in l. pen. §. seruis vxor. sol. mat.* ratus est, vestes pretiosas restitui marito vel eius heredibus, quotidianas minime. Et hunc sequuntur reliqui fere omnes interpretes, vt Angelus *cons. 101.* Paulus Castrensis 184. Baldus *in l. cum te, de nupt. nu. 3. & 4.* Boerius *ad consuetudines Biturigum, tit. de consuetudine matrimonij,* & alij, *decis. q. Tholos. 336.* Quod intelligi par est, quando simpliciter tantum, & in vsum concessæ sunt pretiosæ vestes: diuersum si eo animo concedantur, vt perpetuo vxorum & heredum earum sint, *arg. l. id vestimentum, 26. de peculio.* Aliter non omnia quæ vxoris causa parata sunt, vxoris sunt. Quamobrem ad maritum vel eius heredes redeũt, & legari secundæ vxori possunt, *l. si quod earum, 45. in princ. & §. 1. de leg. 3. l. qui concubinam, 29. eo. tit.* vel ipsi primæ, *l. hoc legatum, 43. de leg. 3.* quod non fieret si eius essent, cum nemini res omnino propria legari possit, *l. proprias tuas res, C. de lega.*

20 ¶ Vbi †porro donatio facta expresse horum est à marito, pendente matrimonio, & secuta fuerit traditio, & in ea voluntate sine reuocatione perseuerauerit, recte dicemus hanc donationem, vt reliquas inter coniuges morte firmari, *l. donationes quas parentes, & l. res vxoris, C. de donat. inter vir. & vxo. l. cum hic status, §. oratio, & l. si stipulata fuerit, eo. tit. in P.* Obserua tamen singulari nota, vt res tradita sit, alioquin enim nulla traditione secuta, non confirmaretur donatio hæc silentio & morte, *l. Papinia. de donat. inter vir. & vxor. P.* Item obserua morte confirmari hanc donationem re tradita, morte videlicet donantis, non autem morte coniugis cui donatum est eo mortuo reuocatur tacite. Sicut & tacite quoque reuocata censetur, si res tradita coniugi, alij postea tradatur, *l. si maritus tibi, C. de do. int. vir. & vx.* Et hæc eadem obseruari debere existimo, in mundo omni muliebri, ter quibus bullis, ceteri sque omnibus vxoris gratia paratis, nisi contraria sit consuetudo, vel municipalis lex alia, aut conuentione nuptiali aliter placuerit. Attamen vbi municipij iure iure ornamenta, & mundus vxori relinquuntur, voluerunt interpretes, ties & monilia magni pretij non contineri, *Bar. in l. quamuis, de auro & arg. legat. P. ita iudicatum tradit Boerius tit. de consue. Biturig.*

21 ¶ Decimus † casus validæ donationis inter coniuges, est in dote & donatione propter nuptias, quæ augeri possunt pendente matrimonio, *l. si constante, 19. de donation. ante nup. Cod.* Cum tamen donatio propter nuptias potius remuneratio dotis, & æqualitas eiusdem dici possit, non ex voluntate, sed necessitate orta, *Authentica sed tum necesse est, eo. tit. de do. ante nupt. C.* Et rursus aliena à vera donatitione, quæ irreuocabilis est, cum tamen donatio propter nuptias soluto matrimonio reuocetur secundum modum reuocationis dotis, *l. final. de don. ante nupt. Cod.*

22 ¶ Vndecimo, † valet donatio coniugi facta ea lege, vt pro cognato expendatur, vel pro alio, *l. si mulier, 6. de don. int. vir. & vxor.* quia tunc potius extraneo, quam vxori facta videtur donatio. 11. vt valeat donatio inter coniuges vsusfructus, *Francisc. de Curte. cons. 6. & 7. Feud. Boer. cons. 44. num. 11. & in §. 1. de consue. matri. in si consuet. Biturig.* Item 12. proprietatis si mutuo fiat inter coniuges, ea quæ inter viuos est, *Boerius q. 355. num. 4.* Nec hoc loco oportet donationes ante nuptias, quæ in nuptialibus instrumentis, vel ante sunt, miscere: cum nos loquamur tantum de donationibus, quæ inter coniuges & constante matrimonio fiunt.

23 ¶ Ceterum †dubium est, num donatio facta inter sponsos, qui per verba de præsenti contraxerunt, & tamen publice adhuc non celebrarunt nuptias, valeat. Et Cyprus, & Baldus, & Salicetus nati sunt non valere, *Bal. & Cy. in Cum in te, de don. ante nup. Bal. & Sal. in l. cum te, eo. tit.* In contraria sententia sunt Oldradus, *cons. 5.* Ludouicus Romanus, post Imola, *Lud. Rom. in l. si socer. §. Lucius, sol. matr.* Azo *in sum. de do. ante nup.* quanquam matrimonium esse consensum per verba de præsenti perfectum dicat, tamen quod pertinet ad prohibitionem donationis, antequam sponsa in domum mariti ducta fuerit, non esse perfectum arbitratur. Et ideo, inquit, cum vxor deducitur, poterit in itinere recte donari. Quod tamen Cynus ait per Doctores improbari, *d. l. cum in te.* Et ego sequor sententiam, vt improbetur donatio, veluti matrimonio per consensum sine traductione perfecto, per verba de præsenti, *cap. de illis, de despon. impub. cap. de illis, de condit. appos.* & nuptias non concubitus, sed consensus facit, *l. nuptias, de reg. iur.* & Scæuola etiam expresse secundum hanc sententiam respondisse mihi videtur, *l. penult. de don. int. vir. & vxor.* Biturigum consuetudo est vt matrimonio consummato, vir non possit inter viuos, vel vltima voluntate donare, directo, aut per obliquum, *Boerius cons. 46. & in §. 1. de consuet. matri. in consuet. Ber.*

24 ¶ Sed †illa perdifficilis quæstio est, disponente consuetudine, vel lege municipali, vt si vxor decedat sine liberis, vir superstes lucretur dotem aut partem eius: & contra si præcedat maritus, vxor lucretur incrementum dotis vel donationem propter nuptias, num decedente altero desponsatorum, per verba de præsenti, ante consummationem, seu ante celebrationem nuptiarum, lucrum illud obtineant, *hanc quæst. plene explicat Ange. in §. fuerat, de action. nu. 24. Feli. in rubri. de sponsal. Boer. in §. 1. de cons. mat. in consuet. Biturigum.* Qua in quæstione tres sunt sententiæ, alij affirmant lucrari: alij negant: alij medium secuti, ita lucrari maritum dicunt, si onera matrimonij inceperit sustinere, non aliter. Qui affirmant, sunt Bartolus, *in l. nihil rerum amotarum, adducitque glo. in l. ea quæ in 2. ad municipales,* Baldus, *per l. Deo nobis, de episcop. & cler. & ibi illo. & in l. fi. de do. promiss.* Matthæus Matheselaus *in ca. si vero in 1. de sententia excommunica.* Atque Angelus *in dict. §. fuerat,* ait, hanc sententiam in praxi seruari posse, potissimum si sponsus de præsenti fuit inuisset onera, & ita tamen succesurum pro media parte lucri. Accedit quod appellatione vxoris, venit sponsa de præsenti, *l. cum pater, de pact. l. non sine, C. de bo. quæ liber.* non extensiue, sed ex propria significatione, etsi in cubiculum ducta non fuerit, *l. cum fuerit, de cond. & demonstr. c. fi. de desponsa. duorum, can. sufficiat, & cano. cum renuntiatur 27. quæst. 2.* Item neque matrimonium ideo minus cõsistit, quod seorsum coniuges habitent, *l. nihil interest, rerum amotarum, l. mulierem absenti, l. denique, & l. seq. de ritu nuptiar. P.* In sponsa adulterium, ac in nupta vindicatur, *l. si vxor, ad legem Iul. de adulter. P.* adulterium autem nihil aliud est, quam alieni thori violatio, *cap. 1. §. cum ergo, 36. quæst. 1.* Et lex Iulia quæ prohibet marito alienare fundum dotalem, & in sponso locum habet, *in l. lex Iulia, de fundo dotali, in P.* Ceterum Baldus, vt plerunque sibiipsi in aliis etiam contrarius est, & in hac quæstione sibi repugnat, & contrariam aliquando secutus est sententiam, *Baldus in l. non sane, de bonis quæ liberis, & in authentica dos data, de dona. ante nupt. P.* vt &

Petrus

Petrus Ancharanus *in repetition.c.1. fol.47. versicul.quæro de quæstione quæ mihi occurrit, de constitution.* Quod statuum vel lex, quæ de matrimonio loquitur, debeat intelligi de consummato, *l.ex publico, §.fin. de conuers coniuga.* alioquin initiatum tantum per sponsalia, non consummatum dici, *can.institutum, §.1. & can. cum initiatur, 27.quæst.2.* & statutorum verba sunt stricte accipienda, & propria significatione, *Panormit.in ca.si quis contra, de for. competent. fin. text.cum gloss. in c.si super gratia, de offic. deleg. in Sex.* Aliqui causam dicunt lucri onera matrimonij, quibus cessantibus, neque susceptis, non habere locum lucrum tradunt, *l.cum cessante, de appell. l.2. §.fi. de don. in P.* neque ad rem facere, quod onera quædam ante copulam suscepta fuerint, quod illa sint voluntaria, & impensæ voluntariæ non minuant dotem, *l.1. & l.quod dicitur, & l.voluptuariæ, de impens. in reb. dotal. fact.* Sed plura in facienda vxore, quam in ducenda sponsa requiruntur, maiorque ratio viri quam sponsi in luctu *l.vxores, §.1. & l. solet, de his qui not. infam. l.1. C. de secun. nup.* & ecclesia vix probat illa sponsalia, vt matrimonium clandestinum, si non fiant publice in ecclesia, cum sacerdotis benedictione, *c.non aliter. & ca nullus fidelis, 30. quæstione 5.* & proinde illa sponsalia etiam per verba de præsenti inita, sine sacerdote, indigna videntur præmio nuptiarum, vt contra legem inita, *l.qui contra, de incest. nup. C. §. si quis aduersus, de nup. apud Iustinia. l.auxilium, de minor.* Tertia sententia fuit Raphaelis, & aliorum quorundam, qui arbitrantur sponsum pro ratione temporis, quo subit onera ante nuptias, habere debere lucrum, non vltra, *pro hac sententia facere videtur, l.creditor, §.si inter maritum, manda & l.diuortio facto, solut. matrim.* Verior tamen habita est sententia, & iustior, qua sponsus de præsenti excluditur à lucro, donec publice nuptias celebrauerit, & deducta fuerit vxor in domum eius. Idipsum & in sponsa, præmoriente sponso ante nuptias, seruandum: & ita iudicatum in curia suprema Parisiis refert Nicol. Boerius *ad §. 1. de consuetu. Biturig.* Et notabile tamen adhuc quod scribit Felinus *in rub. de sponsal. n.3.* & Salycetus *in l.cum te, de dona. ante nup. C.* virum lucrari dotem traducta in domum vxore, si ea moriatur etiam, antequam cognita fuerit, Quia de proximo cognoscenda, pro cognita habetur, *Ilpen. de militar. testament.* & præsumitur cognita, aut casu superueniente, per eum non stetit, quo minus fuerit cognita, & idcirco conditio pro impleta habenda sit, *l.2. & l.si quis heredem, Cod. de instit. sub condition. facti.* dummodo, inquit Felinus, traducta sponsa de præsenti, dos quoque data sit, non aliter, videlicet si sit tantum promissa, *Felinus in dict. rubric. de sponsalib. numer.2.* cui adstipuletur Salycetus *in l.g. si constante, C. de donatio. ante nuptias, facit authen. sed quæ, do pact. conuen. C.* Baldus tamen simpliciter sine hac exceptione pro lucro pugnat, cui accedo. Ea ratione, quod idem statuendum sit in lucro vxoris nuper traductæ, præmoriente marito: & ideo propter ancipitē & cōmunem aleam fata non erunt & fortuita consideranda, *l.2. de condit. & demonstra. in P.* neque damnum quod accidere potest, cum & lucrum quoque eadem causa possit contingere, *l.si pater puellæ, 12. de inofficios. testament. C. lege. si ea lege, C. de vsur. l. penultim. de solut. C.* Et vnicus tantum mihi videtur textus qui probare videbatur in sponso de præsenti lucri causam locum habere, causa mortis, in l. Deo nobis, in §. nam & maritus, de episcop. & cleric. C. quē intelligi volunt de sponso, per verba de præsenti, non de marito, qui cognouit vxorem, idque adstruunt, propter ingressum religionis, de quo ibi tractatur. Veruntamen textus de eo non potest intelligi necessario, cum etiam coniuges, consummato matrimonio, ex consensu possint, vtrinque castitate promissa, religionem ingredi, *cap.1. & c. cum sis coniugatus, & c. sane, de conuers. coniug.*

Quomodo Confirmentur donationes inter patrem & filiumfamilias, & inter coniuges factæ.

Cap. II.

1 *& seq. Donationes inter patrem & filiumfam. & coniuges, morte & silentio confirmantur, quomodo.*
2 *Quomodo differant à legatis, & causa mortis donationibus.*
3 *Constitutum num aque firmet donationes inter coniuges & filiosfami. factum, ac traditio.*
4 *Donatio filiisfamilias facta iuramento infirmatur, si insinuata pendente vita patris.*
5 *Donatio inter coniuges num iuramento firmetur.*

1 DOnationes † quæ filiisfamilias fiunt à parentibus, & inter coniuges, firmantur iure ciuili, silentio, & morte donantis: si vsque ad quantitatem legitimam fiant, vel eam excedentes actis fuerint insinuatæ, vel si specialiter in suprema voluntate donator vel donatrix confirmauerit, quo casu sine illa distinctione ratæ habebuntur: siue intra summam non insinuandam, siue supra eam sint. Sed in ea distinctio adhibenda, vt si supra summam insinuandam sint, nulla insinuatione præcedente, tunc ratæ tantum censeantur à tempore confirmationis: si autem insinuatæ sint, retrahatur confirmatio ad tempus quo factæ sunt & conscriptæ, *hæc in l.donationes quas parentes, de donat. inter vir. & vxor.* C. videlicet ratione fructuum & partuum, vt censeantur fuisse eius cui donatum est, & vt de damno dato in re non teneantur, *l.cum pater, §. pater filiæ, de leg. 2. l.si mortis causa. inter vir. & vxor. de don. cau. mor. in* P. videlicet, quando is qui donat præmoritur, alioquin si superuiuat ei cui datū est, exstinguitur omnino donatio, *l.cum hic status, §.si ambo, de don. int. vir. & vxor. l.2. de bon. quæ libe.*

¶ †Nec ideo hæc donatio legatum, vel donatio causa mortis dicenda est, sed inter viuos: nam silentium, vel expressio testatoris, qui donarit, est tātum confirmatio, *l.ex verbis, 14. de do. inter vir. & vxor.* eius, quod prorsus non erat inutile, sed ratione aliqua impediebatur sortiri effectum, vt inter coniuges, matrimonium, quo diremto impedimentum cessat, & perseuerante voluntate rata fit donatio, *l.2. C. de dote, can. non numera. l.quia in hoc tempus, l.si quis vxori, & l.quia interim, de donat. inter vir. & vxor.* veluti ex noua causa priori addita: quod & de potestate cōstituendum in filiosam. Obseruandum autem hic hanc donationem intelligendam esse, de ea quæ pure fit filiisfa. vel coniugi, non etiam de ea, quæ conditionem habet, aut modum, in qua lex sequenda contractus: veluti, si fiat donatio peculij profectitij nomine: nam donatum non confirmatur vt præcipuum filio morte patris, sed vt peculium communicatur, *l. si donatione, C. de collat.*

¶ † Subinde silentium ita demum has donationes firmat, si antea fuerit traditio rerum donatarum, non aliter, *l. Papinianus, de don. inter vir. & vx. in P. l.2. & ibi Bart. si quis alteri vel sibi. C. l.1. §. si vir vxori, de acq. poss. P.* Remanet tamen dubium, num ficta traditio constituti pro vera possessione hic habeatur: veluti si pater dans filiofam. aut coniunx coniugi, se constituat nomine filij, aut coniugis quibus donatur, possidere. Et certe placuit Angelo illam sufficere fictam traditionem in donatione coniugi facta, *Ange. in l.2. in 1. notab. C. de inoffi. testa.* Et in eadem sententia, sunt, Ioannes Berberius, *in Viatorio iuris, tit. de don. inter vir. & vx.* Socinus, *in l.1. §. si vir vxori, in vltima concl. de acq. poss.* Philippus Decius, *cons. 202. col. 4. 3. fundam. & alij, Alex. cons. 7. col. 1. libr. 6. gl. Bart. Bald. Alber. in l.2. de dote cauta. C.* Et Alexander idipsum statuit, si retineatur donando vsusfructus, *Alexand. d. cons. 7.* Idem in filiorumfam. donationibus obseruari tradidit Baldus, *430. cons.* Paulus Castrensis, *cons. 345. 1. volum. si pater præmoriatur filio.* Cæpolla, *in l.si. col. 18. item hoc procedit, de vsur.* Socinus, *li. 4. cons. 115.* Ceterum Massuerius scribit, solam fictam traditionem factam per patrem, non sufficere: nisi huiusmodi donatio fiat in contractu & fauore matrimonij, *Massuerius in prax. iudicior. §. item donatio facta, §. per patrem, de donat.* Quia possessio, est corporis non iuris, *l. possessio, 49. §. qui in aliena, de acq. possess. P. l. cum heredes, 23. eo. tit.* Huius sententiæ fuit etiam, etsi obscure, Paulus Castrensis, *in l.1. si vir vxori, de acq. poss.* Quia ficta, inquit, possessio exigat causam legitimam præcedentem, *l. quod seruus tuus, de acq. possess. P. l. nunquam nuda. de acq. rer. dona.* In hac autem donatione in filiumfam. vel coniugem nulla est præcedens legitima causa, imo, nec probata ad vsucapiendi facultatē adipiscendam, *l.1 §.1. pro don. in* P. Et superuacuum esse videtur credere agrum venisse, aut alienatum fuisse, cum ipse debitor reperiatur possessor, *l. ficus, §. supernacuum, quibus mod. pign. vel hypo. solu.* Admittam tamen, vt si translatione facta rei, iterum precario acceperit eandem qui dedit, non esse fictam traditionem nec obesse precarium confirmationi, *l.cum hic status, §. si maritus, de do. int. vir. & vxor. P.*

¶ †Sed vlterius inquiramus, num donatio filiisfam. aut coniugi facta, firmetur iuramento ante mortem donantis. Et placuit iuramento firmari eam quæ filiisfam. fit. Eo quod impedimentū donationis ex arbitrio patris pendet, qui potest emancipare quandocunque voluerit. *l.fi. C. de emancip. liber.* Et proinde iuramentum supplere poterit hanc solemnitatem, vt alias supplet, *authentica sacramenta puberum, si aduers. vend. C.* Et iuramentum validos efficit contractus, alioquin inter patrem & filium inualidos, *ca. quamuis pactum, de pact. in Sex. cap. cum contingat, in fin. de iureiur.* Et secundum hanc sententiam iudicatum fuisse tradit Guido Papæus, *q.146.* Quod ego ita demum verum puto, si fuerit insinuata donatio propter constitutionem regiam Molineis latam anno 1566. quæ id cauet artic. 58.

¶ †Veruntamen num donatio inter coniuges facta, iuramento firmetur, & sit irreuocabilis, valde difficilem habet quæstionem: siquidem confirmari placuit Bartolo, *in l.si quis pro eod. num. 17. de fideiuss. in l. Seius & Augerius, num. 7. ad leg. Falc.* Guillelmo de Cuneo, *in l.1. de donat. inter vir. & vxor.* Cardinali, *in clem. 1. §. porro, in 5. q. de iureiuran.* Guillelmo de monte Lauduno, *ad clem. ne Romani. de iureiur.* Ioanni ab Imola, *ad cap. cum contingat de iureiur.* Panormitano, *Pan. in consi. 95. in 2. volum.* Alexandro, *in l.si donante, de collat.* refert & id Nicolaus Boerius, *decis. 92. numer. 6.* Et ita conclusum fuisse in capella Tholosana scribit Aufrerius, *in decisio. capellæ Tholos. 261.* Contraria tamen mihi & iustior, &

Digitized by Google

melior videretur sententia, ob rationes quibus diximus merito inhiberi donationes has, pendente matrimonio, quarum aliquæ naturalem causſam habent, quia contra bonos mores, quia tollant vinculum matrimonij, amorem, contemnatur liberorum cura. quæ iuris naturæ est, §.1. *de iure natur. l.1. §. fi. de iust. & iur. in P. &c.* Et procul à cõtrouersia est, iuramentum non esse vinculum iniquitatis, *cap. inter cetera. 22. q.4. cap. quanto, de iureiur.* Hoc enim impium & sceleſtum esset, vt ait Demoſthenes, vt quæ nullo pacto demonſtrare possunt, æquum esse eripere, ea prætextu religionis perficere: an non facinus atrociſſimum & impiſſimum ſuſcipiunt? decet enim, mea quidem sententia, quæcunque diuino nomine geruntur, talia videri, vt nec ab homine facta improbarentur, *Demoſthenes oratio. in Leptinem.* Dehinc nominatim cautum est, non valere iuramentum, per quod promiſſum est abalienatio vxoris, vel exheredatio liberorũ, *ca. Quintauallis. de iureiur. cap. quemadmodum, eod.* quod ſequeretur ex hac firmata donatione, prohibita, ne mutuo amore ſe ſpolient, *l.1. de donat. inter virum & vxor.* P. Et 3. cum dixerimus contra bonos mores esse donationem hanc, *l.1. de donat. inter virum & vxor. P.* non erit obligatorium contra bonos mores præſtitũ iuramentum, *cap. non est obligatorium, de reg. iur. l. ſi quis inquilinos, §. fi. de legat. 1. cap. ſi diligenti, §. 1. de foro compet. 4.* Iuramenti tres comites ſunt, ſine quibus non ſubſiſtit veritas, iudicium, & iuſtitia, *c. etſi Chriſtus, de iureiuran.* Hic autem obest iuſtitia, ex qua donatione alter inops blanditiis alterius, qui ditior fit, redditur. Iuſtitia, quod æquum & bonum est, dicitur, *L.1. de iuſt. & iure.* æquum, quod æqualitatem conſeruat, *Ariſtot. 5. Ethic.* Neque me mouet quod Panormitanus occurrens, vt illi videbatur recte, rationibus, dicat liberorum causſam in hac donationis prohibitione esse causſam remotam, & ideo non esse conſiderandã, *gl. in c. de occidendus, 23. quæſt. 5.* Potiſſimum, inquit, quia bona donatione perueniunt ad patrem, aut matrem, quibus maxima cura liberorum, vtpote qui in illorum torqueãtur magis iniuriis, quam in propriis, *l. iſti quidem, quod me. cau. l. fi. C. de cura. fur. de donat. int. vir. & vxor.* & præcipua, quemadmodũ & matrimonij est finis proles, *c. omne, 27. q. 2. c. ſicut, in fi. 32. q. 2.* & ob eam nuptiis donatus fauor, *l.1. ſol. matr. l. 2. de indict. viduit. tollen. C. §. 1. de nupt. apud Iuſt.* neque est inſpiciendus hic communis amor in liberos, cum iam videamus ex hac aucupata donatione, affectionem in liberos ſublatam, & vxorem vel coniugem prælatos liberis, vt veriſſimum ſæpe experimur delinimẽtis muliebribus corrumpi iudicium patris circa filios, & contra proprium ſanguinem iudicium iniuſtæ exheredationis conſtituere, *l. 4. de inoffi. teſta. C. in P.* vt contra fœminas omni mobilitate leuiores, & feris omnibus crudeliores, prurientes libidinis ardore, nouis maritis, non ſolum filiorum res proprias, ſed etiam vitam addicere, *l. lex quæ tutores, de admi. tutor.* tantum abeſt vt illis ſua conſeruent. Minus 2. loco diffugium Panor. facit, dicens, verendum non esse hodie ob donationem diuortium fieri, cum diuertere nõ liceat, *ca. 1. 2. 3. 12. q. 7. cap. gaudemus, de diuor. ca. ex publico, de conuerſ. coniuga.* Nam quanquam diuertere non liceat, tamen quod grauiſſimum est, remanent perpetuæ domeſticæ querelæ, & intolerabiles fere causſæ diuortij. Et proinde præcauendum nunc magis est, vt cum diuertere non liceat, ſedatum & bene conueniẽs perpetuum retineatur matrimonium. Tertio loco quoque leue videtur argumentum, quod donatio firmari poſſit morte, ergo iuramento. Diſtant enim firmari iuramento inter viuos irreuocabiliter, *l. vbi ita donatur, de don. cau. mor. P.* & teſtamento, vel vltima voluntate firmari, libera ſemper remanente reuocatione vſque ad vltimam vitæ periodum, *c. cum Marthæ, de celebra. miſſ. l. 4. de adimen. lega. l. cum hic ſtatus, §. ſi maritus, de donat. int. vir. & vxor.* Quare 4. loco non faceſſit, quod iuramentum debeat ſeruari, ſi non vergat in detrimentum ſalutis æternæ, *c. ſi vero, & c. cum contingat, de iureiur. c. debitores, de vſur.* quod tutius ſit in dubiis animæ, quam bonis conſulere, *c. iuuenis, de ſponſal. c. venerabilem, de electio.* Nam hoc quidem verum est, ſi legitimum iuramẽtum, ſi non contra bonos mores: vt ante diximus. Neque quicquam prohibet, quin etſi ſeruandum ſit iuramentum, cogi poſſit qui exegit remittere, & datum reſtituere, *d. c. debitores, & c. 1. de vſur.* Et actus contra iuramentum tenet regulariter, licet qui iurauerit ſit periurus, niſi gratia iuramenti ei fiat, *c. dilectus, 1. de præb.* Neque §. loco validum iuramentum capitis, quamuis pactum de pactis in Sexto ſimili negotio adiectum dicetur in donatione inter coniuges: neque enim ſimiles ſunt prohibitionis rationes.

De aliis Perſonis Donatariorum.

Cap. 12.

1 *Iudices munera accipere in Gallia edicto vetantur.*
Munera quæ iudices non poſſunt accipere. eod.
2 *Donare non poſſunt iudicibus litigantes, nec ob iudicandum, nec aliis ob magiſtratum conſequendum.*
3 *Donatio quibus facienda non est.*
4 *Donatio non valet facta Tutori, vel Curatori ſuo à minore.*
5 *Miſſilia in vulgus quando permiſſa & prohibita.*
6 *Donationem pro rebus ſacris accipere ſimonia.*
7 *Munera prohibita accipere & dare, quæ corrumpunt animos.*

REgiis † conſtitutionibus noſtris inhibitum est, ne iudices à quocunque ſubdito, vel litigante accipiant cuiuſcunq; ordinis ſint, ſeu inferioris, aut curiæ ſuperioris munera, quibus deprauari iudicia eorum poſſint, *conſtitutio. Phili. Pulcri, in primo artic. 13. Caroli 7. artic. 118. & 119. Carol. 8. artic. 16. & 18. Ludo. 12. in publica. 249. art. 140.* Atque pragmatici, patroni cauſsarum, procuratores, qui in largitionibus his interuenerint, & ſubſelliis remouent, & omni officio iudicandi indignos in poſterum declarant. *in conſt. Carol. 7. art. 120.* Inhibetur quoque triumuiris capitalibus, ne à litigantibus munera vel penſiones capiant, *cõſt. Aureliacenſi arti. 43.* Samuel & ab hoc crimine abiturus magiſtratu, ſe immunem eſse, inter cetera, voluit palam populum docere, 1. *Reg. c. 8.* Proconſulibus, quibus prouinciæ regendæ demandatæ erant, iuſum etiam erat, neque in totum à xeniis capiendis abſtinere debere, neque auare modum xeniorum excedere. Quod valde inhumanum eſset à nemine accipere: ſed paſſim, viliſſimum: & per omnia auariſſimum. Mandatiſque continebatur, ne domum, vel munus ipſe proconſul, vel qui in aliquo officio est accipiat. emative quid: niſi vſus quotidiani cauſſa, quæ non pertinere Vlpianus ait ad xenia, ſed ad ea quæ eduliorum excedant vſum, *Vlp. in l. ſolet, 6. de offic. proconſ. lib. 1. P. tit. 16.* Et Modeſtinus, plebiſcito continetur ne quis præſidum, munus, donumve caperet: niſi eſculentum poculentum ve, quod inter dies proximos prodigatur, *l. plebiſci. 18. de offi. præ. lib. 1. P. tit. 19.* Claudius Cæſar præfectum quendam prouinciæ, propter dona capta exſilio puniuit, omniaque eius bona præfecturæ tẽpore acquiſita, in publicum redegit, *Dio Caſſ. li. 60. hiſt.* Ob iudicandum ne quid acciperetur prohibitum, & caſtigatum lege Iulia repetundarum, in proprio capite in criminibus explicauimus, nam aiunt *πείθειν δῶρα θεοὺς λόγοις, dona perſuadere Deo ſermones.* 1

¶ † Prohibitum etiam olim pro conſequendis magiſtratibus largitiones facere, *l. ſi. ad leg. Iul. repetund.* alioquin lege Iulia de ambitu locum habente, de qua in criminibus diximus proprio capite de ambitu. Exſtat & titulus in li. 12. C. publicæ lætitiæ, vel confulum nuntiatores, vel inſinuatores conſtitutionum, vel aliarum ſacrarum, vel iudicialium literarum, ex deſcriptione, vel ab inuitis, ne quid immodicum accipiant. 2

¶ † Malis largiendum non eſse antiqui Ethnici quoque rati ſunt. Bonis, inquit Iſocrates, benefac. Nam bonus theſaurus apud hominem virtutibus præditum, debitum beneficium eſt. Qui in malos beneficium confert, idem patitur cum eis qui alienas carnes cibant: illæ namque perinde dantes ac occurrentes allatrant. Sic mali commodantibus æque ac lædentibus vim faciunt, *Iſocrates, in Pyraneſi. ora. 1.* Suidas autem, ne benefacias, inquit, ſeni, nec puero inuido, nec loquaci mulierculæ, ne vicini cani, ne garrulo remigi, *Suid. in verb. ἄχρυσα.* 3

¶ † Sancitum conſtitutione regia Franciſci primi, omnes donationes nullas & inutiles eſſe, quæ fiunt à minoribus tutoribus, aut curatoribus ſuis, aut adminiſtratoribus ſeu cuſtodibus ſuis, *conſtitut. Franciſ. 1. anni 1539. art. 131.* Eo quod nec iure ciuili contractus inter has perſonas initi efficaces ſint, *l. 1. & l. pupillus, §. item ipſe, de auct. præſt. P. facit l. 1. de contract. iud. C.* 4

¶ Solebant conſules, vbi erant deſignati, vel renuntiati, miſſilia in vulgus ſpargere, habendæ gratiæ populo cauſſa, vt ait Leo Imperator, conſtitut. 14. in nouellis Iuſtiniani, *l. 2. de conſul. & nõ ſpargendis pecun. & c. li. 12. C.* At poſtea prohibuit Martianus Imperator, ne quid æris in populum ſpargerent: ſed ſtatutam pecuniam ad reparandum vrbis aquæductum dependerent, *nouella 105. de conſulib.* quam legem rurſus abrogauit Iuſtinianus, *tota 1. quæſt. 1.* 5

¶ † Pro rebus ſacris, vel pro ſacramentis munera accipere, vel petere, iam non eſt quod moneam eſse prohibitum, *can. etſi quæſtiones, §. in hoc itaque, de ſimonia.* quia ſimonia ſit, de qua proprio titulo in criminibus diuinæ imminutæ maieſtatis, dictum eſt. 6

¶ † In ſumma quandocunque ſuſpicio eſt deprauationis animi, per munerum largitionem, inſpecta qualitate perſonarum, & rerum, & quantitate, *Deute. 16. Exod. 23.* improbantur donationes. Munera namque excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum, *Eccleſiaſt. c. 20.* impios & viros ſanguinũ, Dauid dixit habere dexteras repletas muneribus, *Pſalm. 25.* Qui proiicit, inquit Ieſaias, auaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere, ipſe in excelſis habitabit, *Eſa. cap. 33.* Quia munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicij, *Proverb. ca. 17.* 7

Et diffidit portas
Vrbium, vir Macedo & ſubruit æmulos
Reges, muneribus: munera nauium
Sæuos illa queant duces. *Horat. in Odn.*

De For-

Digitized by Google

De Forma donationis.

Cap. 13.

1 *Donatio consensu & dantis & accipientis perficitur, inter præsentes & absentes.*
. *Quibus verbis. eod.*
2 *Et ex Conuentione legem accipiunt, & quæ pacta eis apponi soleant.*
3 *Donationis insinuatio quæ, & quando requiritur.*
4 *Coram quo fiat iudice.*
5 *Et quare inuenta.*
6 *Quæ donationes insinuari debeant.*
7 *Solidus in iure quid.*
Libra auri quot aureas nummos recipiebat. eod.
8 *Marca artificum & aurificum quot vncias habeat, & quid vncia.*
9 *Et quando aurei solidi.*
10 *Donationes quæ insinuationem non egebant.*
11.12.13.14.15.& 16. *Militibus facta aliqua, & quando, largitiones.*
17 *Insinuandæ sunt omnes donationes iure Gallico.*
18 *Insinuationi faciendæ num iuramento renuntiari possit.*
19 *Insinuationi donaps quando cogitur consentire.*
20 *Donationis faciendæ ex diuersis rationibus formulæ.*
21 *Thingare Longobardis quid.*
Donatio à la Pareille, *Longobardis tamechil. eod.*
22 *Donandi formulæ in iure ciuili.*

1 CONsensus †requiritur in donationibus, & dantis, & eius qui acceptat donationem: ideo fieri potest inter absentes, *ca. si tibi absenti, de præb. in Sex.* per nuntium, & per epistolam, & acceptante, *l. absenti, de dona. P. l. absente, & si aliquid, & l. don. C. eo.* tabellione pro alio, *l. si quis in emancipatum*, C. *eod.* Nuda enim traditio donationem non cõstituit, *l. nuda ratio, de don. P.* Et perficitur cum donator suam volũtatem scriptis, aut sine scriptis manifestauerit, *§. perficiuntur de don. ap. Iust.* per verba præsentis tẽporis, vt dono, do: fitque nunc & nudo pacto, & sine stipulatione, aut traditione, quæ olim requirebantur, *§. & ad exemplum, eo. tit. & l. si quis argentum, §. fi. de don.* nec tamen prætextu absentiæ eius cui donatur, reuocabilis efficitur, *d. cap. si tibi absenti; & l. velles nec ne, 6. de revoc. don.* C.

2 ¶ †Donationes vt reliquæ pactiones, ex conuentione legem accipiunt, *l. 1 §. si conueniat, depos. in P.* quamobrem quid placuerit inspiciendum est: interdum enim ea lege donatur, vt alimerit inspiciendum est: interdum enim ea lege donatur, vt alimerit inspiciendum est: interdum enim ea lege donatur, vt alim

fiebat, ob res bene gestas. Fiebat & in aliis publicis largitionibus *donativum* militi, sicut & congiarium plebi, *vide Tacitum 12. & 14. Herodot. in 3. & 4. Lampridium in vita Alexandri.* Dona amplissima imperatorum, ac fortium ciuium, vt scribit Plinius, *lib. 18. hist. Nat. c. 3.* quantum quis vno die plurimum circumarauisset: item quartarij farris, aut heminæ, conferente populo.

12 ¶† Quarto, insinuatione non egent cuiuscunque quantatis sint donata, iis quorum domus incendio, vel ruina corruptæ sunt: ita tamen ne pecuniæ in aliam rem, quam in refectionem conuersæ earum fuerint, *d. l. pen. de dona.* C.

13 ¶† Quinto, non insinuantur donationes imperiales: siue illæ fiant à principe priuatis, *d. l. sancimus, Cod. de don.* siue à priuatis principi, *authen. item à priuatis*, C. *eo. de dona.* vel inter Augustum & Augustam, *l. pen. C. de don. inter vir. & vxor.*

14 ¶† 6. Nec donationes ante nuptias iure Codicis: si ipsæ sponsæ, quibus donatum est, minores sint, & patre destitutæ, *l. minoribus, ae donat. ante nup.* C. contra si maiores essent, *l. fin. §. similique modo, de don. ante nup.* Quamuis iure Nouellarum promiscue, quod pertinet ad lucrum vxoris donationes ante nuptias valeant, sine vlla insinuatione, non etiam quod ad maritum pertinet, *§. 1. vt sponsalitia largit. prop. sit contractus, col. 9. authe. eo. decursum* C. *de do. ante nup.*

15 ¶† 7. Donatio quæ ad remunerationem fit, vel ob defensam salutem, non eget insinuatione, *l. si pater. §. fi. & l. Attilius, de don. P.* Quia ea quæ remunerationis caussa, vel ob caussam fiùt, proprie liberalitatis nomine, & donationis proprie non continentur, *l. hoc iure, §. perfici, de donat. in P.* nec ea quæ quis in alieni fundi, vel rei cultura scienter impendit, quæ donare videtur, at non voluntate, sed iure ipso cogente, & ita statuente, *l. in fundo, & l. redemtores, de rei vind. P.* Idipsum in indebito soluto, in pacto quoque de non petendo, etiam ex caussa lucrativa, *l. si donationis*, C. *de don. gl. in l. fi. C. ad Maced. facit l. quidam in iure, in princ. de dona. P.*

16 ¶† Octauo, non egent etiam insinuatione, ea quæ mortis caussa donantur, quæ vicem relicti caussa mortis habent, & quæ transeunt in vim legati, *l. donationes quas parentes, §. 1. de don. int. vir. & vxor. l. final. Cod. de don. cau. mort. nouella.* 87. *§. nam cum sciant.*

17 ¶† At iure Gallico ex constitutione Francisci primi, *in const. Fran. prim. publica. anno 1539. art. 132. & 133.* statuitur, omnes donationes insinuari debere apud acta iudicum ordinariorum locorum, vbi sitæ res donatæ sunt, vel vbi degunt contrahentes, alioquin declaratis nullis donationibus, nisi à tempore insinuationis, nulla distinctione minoris, vel maioris summæ adhibita. Et quia plerique ambiguis interpretationibus mentem constitutionis distrahebant, liteseque veluti ex equo Troiano inde egrediebantur, placuit principi Carolo 9. *in constitutionib. Molinensib. latis anno 1566. ar. 58.* apud Molinenses statuere, & interpretari edictum aui: necessitatem insinuandi esse impositam omnibus quibuscunque donationibus, siue illæ essent inter viuos, siue mutuæ, seu reciprocæ, siue in fauorem matrimonij, siue ob caussam onerosam, & cuiuscunque alterius generis, videlicet à die quo fiunt, intra quatuor menses, si res & personæ contrahentium regni sint: etsi extra regnum, intra sex menses, alioquin eas renuntiat inutiles, & sine effectu, & actione. Et proinde, & donatio facta in præmium emancipationis filio, in quantum legitimæ summam & modum excedit, egebit insinuatione, *iuxta l. si quis emancipatus, C. de do. notatur late q. Tholo.* 460.

18 ¶† Ceterum scrupulus remouendus est, num iuramento possit renuntiari insinuationi, iuramento adhibito, vt quamuis insinuata non sit, nequeat reuocari? In quo Guido Papæ tradit posse iuramento remitti insinuationem, & ita fuisse iudicatum in curia suprema Gratianopolitana, *Guid. Papæ, decisio. 351. & 341.* Is tamen contrarius sibi est in Singularibus suis, *Singula. 346. §. ex his.* Videtur & sententiam priorem sequi Ioannes Faber, *in §. alias, de simo.* Ioannes Andreas in additionibus ad Speculatorem, *tit. de instrumentor. editio. §. porro.* dummodo dolo, vel metu non fuerit iuratum. Quemadmodum, inquiunt, quando quis nequit eiurare priuilegium sibi concessum, tamen si renuntiationi adiiciat iuramentum, sequimur iuramentum, vt in mulierum cõtractibus alienationum apparet, *c. cum contingat, de iureiur. apud Gregor. c. licet, eo. tit. in Sex.* Et videtur insinuatio inuenta in fauorem dantis, ne decipiatur: & proinde, vt putant, poterit ab illo iurante remitti, cum prouisio hominis tollat prouisionem legis *l. si. de pact. conuen.* C. Contraria tamen sententia verior mihi videtur, vt non valeat donatio sine insinuatione, quantumuis fuerit iurato insinuationi renuntiatum: vt Paulus Castrensis quoque ratus est, *in 1. parte consilior. consil. 91.* & Ioannes Andreas, *in addit. ad Specul. §. porro, in fi. de instrumentorum editione.* Baldus, *in l. illud, de sacros. eccle. C. & in l. 2. C. vt in possessio. legat. & in l. data*, C. *de donat.* Bartolus, *in l. Modestinus, de don. in P. & in l. sancimus, §. fi. C. eo. tit.* & alij. *vide Cyn. in l. si quis pro redemtione*, C. *de donatio.* Quia enim hæc solemnitas insinuationis est de substãtia actus, non poterit ea remissa actus subsistere, *l. cum hi, §. si prætor aditus, de transact. P. l. vbi ita donatur, de do. cau. mor. P. l. cum precario, de precario. P.* Et cum hæc insinuatio non tam in fauorem donantium inducta fit, quantum in odium fallentium, quibus vsucupantur bona aliena illicitis artibus, *d. l. data*, C. *de dona.* ideo nec poterit remitti iuramento, ne illud fiat vinculum iniquitatis, *c. quapropter, de iureiur.* Non secus quam inutilis est remissio senatusconsulti Macedoniani, quam facit filiusfamilias mutuum accipiens: cum non tam in fauorem filiorumfamilias, quantum in odium fœneratorum senatusconsultum factum fuerit, *l. tamen si non opposita, & l. 1. ad senatusconsult. Maced.* neque malitiis hominum indulgẽdum est, *l. in fundo, de rei vind. P.* & interest reipublicæ, ne quis etiam volens, re sua male vtatur, *l. 2. de iis qui sunt sui vel alie. iur. P.* atque ideo ei qui voluerit à donatione nõ insinuata & iurata abire, facile gratiam iuramenti faciendam arbitror. Et proinde etiam non sufficit in donatione insertum fuisse, eam insinuatã: sed oportet de insinuatione, fidem facere: quia quod de solemnitate est, oportet probare interuenisse, *l. cum satis, de agri. & censi. l. tutores, de admi. tutor.* C.

19 ¶† Puto tamen intra tempora insinuandi, donatorem posse cogere donantem, vt consensum præstet insinuationi, si pollicitus est in donatione.

20 ¶† Formæ aliæ donationibus faciendis, ex more regionum vbi fiunt, impositæ sunt, vt apud Longobarbos Caroli Magni lex: *Si quis Longobardus statum humanæ fragilitatis præcogitans, de rebus suis pro salute animæ chartam donationis quamlibet facere voluerit, non sicut hactenus fieri solebat, ius sibi eandem rem vendendi, cõmutandi, & per aliam chartam alienandi reseruet: sed absolute vnusquisque de rebus suis faciat quod velit, & noueris à nostra auctoritate sibi penitus interdictum, duas de eadem re facere donationes, &c. possit tamen vsumfructum per precarium retinere, in capitulo additus ad leges Longobardorum per Carol. Magn. c. 1.* Alia eorundẽ rex à rege Lothario lata. *Si quis res suas alij thingare voluerit, non absconse, sed ante liberos homines ipsum garantix,* (id est, claram donationem,) *faciat, quatenus qui thingat,* (id est, donat vniuersa, vel simpliciter,) *& qui gisiles* (id est, testes) *liberi sint, vt nulla in posterum oriatur contentio. l. 1. de donationib. quæ cum thingatione, id est cum donatione vniuersorum seu simpliciter fiunt, vel cum lannechild, id est, specialiter, vel ob remunerationem, li. 2. legum Longob.*

21 ¶† Habent Longobardi speciem donationis remuneratoriæ, quam vocant lannechild, Galli vocant, (*vne pareille.*) In legibus Longobardorum, de ea lex hæc. *Si quis res suas cuicunque donauerit, & postea qui donauerit, lannechild requisierit, tunc ille qui acceperit, aut heredes eius, iurent quod lannechild redditum sit. Et si ausus non fuerit iurare, quod compositum, reddat ei ferquidium,* (id est, simile quantum in illa die fuit, qua datum est) *& si iurauerit, sit absolutus, l. si quis res suas, 3. eo. tit. de don. li. 2. Long b.*

22 ¶† Forma donandi in iure recepta est, vt donatis & traditis instrumentis emtionum rerum, res illæ donatæ censeantur, *l. 1. C. de do.* Item si quis patiatur sciens res suas, ab alio veluti proprias in censum deferri, donasse videtur, *l. censualis, 7. & l. si præses. 8. C. eo.*

De Donatione caussa Mortis.

Cap. 14.

Lib. 2. Instit. tit. 7. Lib. 39. P. tit. 6.
Lib. 8. C. tit. 57.

1 *Donatio caussa mortis quid.*
2 *Differentia eius, & mortis caussa capionis.*
Mortis caussa captio quid, eod.
3 *Eius tres species.*
4 *Donare quæ persona caussa mortis, & quibus possint.*
5 *Forma.*
6 *Donationis caussa mortis finis, & caussæ.*
7 *Donationis caussa mortis effectus perpendit mortis tempus, non donationis factæ.*
8 *Donatio caussa mortis quot modis reuocari potest.*
9 *Et quando irreuocabilis.*
10 *Quod in ea substitui potest.*
11 *Eiusdem formula substantialis.*

1 DOnatio † caussa mortis, aliam à donatione, quæ inter viuos valet, formam recipit. Et ea est, quæ propter mortis instantis fit suspicionem: cum quis ita donat, vt si quid humanitus cõtigisset, haberet is qui accepit: sin autem superuixisset, is qui donauit acciperet, aut si eum donationis pœnituisset, aut prior decesserit is cui donatum sit, *§. mortis caussa, de dona. ap. Iustin. l. 2. 3. 4. 5. 6. de donat. cau. mor. P.* Et in summa hæc donatio continet, vt is qui donat, malit habere, quam eum cui donat, & eum cui donat, quam heredem suum, *l. 1. & l. senatus, 35. de mor. causs. dona. §. & in summa, de dona. ap. Iust.* Ita imperfecta hæc erit donatio, pendens ex euentu mortis, quo perficitur. *l. non videtur perfecta, de don. cau. mor.*

2 ¶† Differt à mortis caussa capione donatio caussa mortis, vt species à genere. Quia quicquid occasione mortis alterius capitur,

Digitized by Google

ctur, mortis cauſſa capio dicitur etſi donatio non ſit: veluti quæ capiuntur legati iure, vel conditionis implendæ gratia, *l. qui pretio accepto, 8. de mortis cau. donat. P. l. inter mortis cau. 38. eo. titu.* Quo fit, vt quamuis mortis cauſſa donationes ad exemplum legatorum dicantur reductæ per omnia, *§. hæ mortis cauſſa donationes, de adimati. illud, 57. l. 4. l. Marcellus, 15. §. fi. & l. ſeq. & l. ſi debitor conſilium, de mor. cau. dona. P. §. nam cum ſciret, nouell. 87.* tamen legatum non eſt donatio cauſſa mortis, ſed in multis differunt: quæ colligit & probat Accurſ. fuſe, *in §. nam cum prudentibus, in verbo fere, de dona. ap. Iuſtit.* vt non opus ſit hic tranſcribere. Item mortis cauſſa capimus, & alterius quam donantis mortis occaſione, & eo modo donatio cauſſa mortis ſub ea continebitur, ſi occaſione mortis alterius donetur, *d. l. qui pretio, 8. & l. ſi mulier, 12. & l. mortis cauſſa capimus, 18. & 31. de mortis cau. donat. l. 3. C. eod. tit.*

3 ¶ † Vlpianus ex Iuliani ſententia, *in l. 2. de dona. cau. mor.* tres ſpecies donationum mortis cauſſa ponit: vnam, cum quis nullo præſentis periculi metu conterritus, ſed ſola cogitatione mortalitatis donat. Aliam, cum quis imminente periculo commotus ita donat, vt ſtatim fiat accipientis, *ſed reuocatur conualeſcente donante, l. 1. § item cum ipſe, de donat. P.* Tertiam, ſi quis in periculo mortis, non ſic det vt ſtatim fiat accipientis, ſed tum demum, cum mors fuerit ſecuta.

4 ¶ † Res quæ veniunt in hanc donationẽ, & perſonæ illę ſunt, quæ & alias donationes facere, & capere poſſunt. Et vltra filiusfamilias & cõiunx, quibus inter viuos nõ poſſe donari diximus, iſtius capaces ſunt, *l. donationes quas parentes, de donac. inter vir. & vxo. C. & l. pen. de don. cau. mort. P.* Cui permittitur teſtari, & mortis cauſſa donare permiſſum eſt, *l. Marcellus, 15. de don. cau. mor. P. l. cum hic ſtatus, 33. §. ſi miles, de dona. int. vir. & vxo. P.* quanquã de facto teſtamentum non condiderit, cum facere tamẽ poſſet, *l. tam is 25. de don. caſſ. mor. P. l. confiſcentur, §. ... & l. diuus Seuerus, §. pen. de iur. codic. P.* excepto filiofamilias, qui cum recte teſtamentũ non faciat, tamẽ recte, permittente patre, donare cauſſa mortis poteſt, *l. qui in poteſtate, de teſta. P. l. 3. qui teſta. fa. poſ. C. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* & quibus legari poteſt, iiſdem mortis cauſſa, relinquere licet, *dict. l. ramn. §. fin.*

5 ¶ † Forma ſecundum quam actio poſtea, & effectus huius ſequatur donationis, ex conſenſu & auctoritate legum pẽdet. Olim præſenti tantum fiebat, *l. omnib. & l. ſenatus, de don. cau. mortis. P.* & ſtipulãti tantum, aut interueniẽte traditione, *l. inter mortis, 38. de mor. cau. dona.* hodie exemplo aliarum donationum fieri poteſt. *l. mort. cauſſa donatio, 34. & l. ſenatus, 35. de donat. cauſ. mort. P.* nec actis tamẽ publicis indigere eas, ſeu inſinuatione reſcriptum eſt: ſed tantum exemplo vltimarum voluntatum, ſi fiãt extrancis, præſentia quinque teſtium: ſi fiant liberis, duorũ, *per l. ſi quis argentum, §. fi. de dona. C.* Poteſtque in ea fideicommiſſum inſeri, vt altero defuncto, ad alterum portio earũ rerum, quę donabantur pertineret, *l. ſi. C. de dona. cau. mor. l. ſi. C. de iur. codicill.* Oportet autem in omni ſpecie donationis mortis cauſſa, mortis mentionẽ interuenire, alioquin ex eo ſolo, quod quis moriturus donat, non videtur ea cauſſa mortis, niſi ádiciat, donare ita, *in l. 1. C. de don. cau. mor. C.* neque etiam mortis mentio donationem cauſſa mortis facit, niſi expreſſe dicatur. *l. Seia, 42. §. fi. de mor. cau. dona. P.* Atque aliud eſt morientem abſolute donare, aliud mortis cauſſa donare, *Barth. per l. nam ſi cum moriar. de condi. indeb. Bal. in l. pro hereditario, de hereditа. actio. C.*

6 ¶ † Eſt enim ea cauſſa mortis, propter quam fiat donatio, videlicet mortalitatis cogitatio, intuitu præſentis, vel inſtãtis periculi mortis, *l. Seia, § ſi. de don. cauſſ. mor. P.* Inſtans periculum continet hoſtes, prædones, potentis hominis imminentem crudelitatem, nauigationem, iter per inſidioſa loca, ſenium, infirmam valetudinem, *l. 2. de dona. cau. mor. P.* ex quibus mors poſſit ſubito ſequi, interim volente donante ante mortem, potiri rebus donatis, *l. 3. 4. §. 6. eo. titu.*

7 ¶ † Quamobrem inſpicimus ad perfectum huius donationis effectum, mortis tempus, *l. 1. eo. titu.* quod pertinet videlicet ad tranſlationem dominii rei donatæ, & ad exſecutionem donationis, veluti tunc veniente & cedente die, & implemento conditionis, *l. in mortis cauſſa donationibus, eo. tit.*

8 ¶ † Reuocari itaque poterit hæc donatio, quæ morte tantum confirmatur, *l. ſi. de dona. int. vir. & vxo.* Primum, ſi ante pœniteat donantem, *l. cum hic ſtatus § pœnitentia, de don. int. vir. & vxor. l. qui mortis cauſſa. l. 10. & l. ſenatus, §. 1. de mortis cau. dona. P. §. 1. de donatio. apud Iuſtin. l. 3. C. de mort. cauſ. donatio. nouell. conſti. 87. §. ceterum. 2.* Si is cui donatur ante donantẽ moriatur, *l. Seia. l. 42. & l. ſi is qui inuicẽ, 26. l. ſi mortis cauſſa, 29. de donatione cauſſa mortis. P. 3.* Si ob imminens periculum facta ſit, & tamen periculum non ſit mors ſecuta, *l. mortis cauſſa capitur, §. ſi donaturus, de don. cau. mort. P.* Nam actus fiebat eo animo, qui non operatur vltra eius intentionem, *l. non omnis numeratio, de reb. cred. P.* & ceſſante cauſſa ceſſat effectus, *c. cum ceſſante, de appella. l. adigere, §. quamuis, de iure patro. in P.* Quę intelligenda ſunt, quando donatio cauſſa
9 mortis ſimpliciter facta eſt. ¶ † Nam ſi in ea adiectũ ſit, ne reuocari poſſit, lex ſequẽda eſt. Quia & iura ſtatuũt, ita fieri poſſe donationes cauſſa mortis, vt irreuocabiles ſint, *Iulia. in l. ſi alienam.*
10 *§. Marcellus, & l. ſenatus, §. ſi ſic, de mort cauſ. don. P.* Alioquin enim reuocabiles ſunt natura, per cõdictionem cauſſa data, cauſſa non ſecuta, aut actione in factum, *l. mortis cau. capitur, § ſi donaturus, de mor. cau. don. P.* vel vtili in rem, vel cõdictione, *l. qui mortis cauſſa 30. eo. ti.* Quando autem reuocatur, reſtitui debent vna cũ re fructus, *l. cum quis mortis cauſſa, de condictio. cauſ. P.* ¶ † Poteſt 10
& ſubſtitui ei, cui mortis cauſſa donatũ eſt, *l. ei cui, 10. de mor. cauſ. don. P. l. vt heredib. 51. de lega. 1.* At in petitione, detrahi poteſt à donatione cauſſa mortis per heredem donãtis quarta Falcidiæ ex ea, *l. vbi ita donatur, 27. & l. Seia, 42. de do. cau. mortis, l. 2. & l. penul. & l. in donationib. C. ad l. Falcid.* Quamobrem in hoc, vt & in reuocatione, conſentit legatis & in aliis.

¶ † Quocirca animaduertendum iterum moneo, bene conſi- 11
deremus hoc ſubſtãiale eſſe, huic donationi, vt nominatim fiat propter periculum mortis aliquod, quod timeatur: alioquin ſi de eo nihil expreſe dictum, exiſtimatur eſſe ſimplex inter viuos, & irreuocabilis donatio, quanquam is qui donat ſit morti proximus. Nam infirmus ſimpliciter donans, donare videtur inter viuos, *l. Seia, §. fin. de donat. cauſſ. mor.* etiam ſi mentio mortis fiat, quæ pro hac donatione non ſufficit: niſi & cauſſa mortis fiat. Nam poteſt eſſe adiectio mortis, taxatio tẽporis donationis inter viuos: veluti ſi dicatur, vt poſt mortẽ donata perueniant ad eũ cui donatur. in quo tamen donatio ſimplex & inter viuos, cum modo conſtituitur, *Bal. poſt Petrum & Cyn. in l. quæ dotis, ſolut. matr. Franciſ. Aret. conſi. 41. & 64. Petr. de Ferra. in libello pro don. in verbo, ex cauſſa donationis inter viuos, Oldr. conſ. 139.* Quo caſu differtur actio tantum poſt mortem donantis, *l. 1. vt actio. ad her. & contra hered.* Cuius exemplum exſtat apud Tobiam, 8. *in fi.* quando Raguel ſocer Tobiæ iunioris, eidem dimidiam partem bonorũ omniũ, quæ poſſidebat, dedit, fecitq; ſcripturã, pars dimidia, quæ ſupererat, poſt obitum eius, ad eundẽ Tobiã peruueniret. Notat & Alexãder, nõ ſufficere in donatione cauſſa mortis, mentionẽ facere in genere mortis, niſi in ſpecie fiat, *Alex. in d. l. quæ dotis per illum text. ſolus. matrim.* Poſſumus tamẽ aliquãdo ſine expreſſione mortis, cauſſã mortis colligere: veluti ſi iturus peregre, vel mare intraturus, aut in expeditionem militarẽ profecturus eſſet, aut graui infirmitate detentus: nam tũc cauſſa & metu mortis donatio facta colligitur, & ideo erit reuocabilis, *late Guillel. Bened. in c. Raynutius, in verb. teſtamentum, 4. nu. 23. & 24. de teſta.* Videntur Longobardi eam donationem ſimplicem inter viuos, cuius exſecutio poſt mortẽ differtur donantis, nominare *idolaip.* cuius lex illorũ hæc eſt. *Si quis res ſuas alÿ thing auerit, & dixerit in ipſo thinx, ia olaip:* id eſt, quod in ipſo die ſui obitus ei relinquet, *non diſpergat poſtea ipſas res doloſo animo. Et ſi talu aduenerit neceſſitas, vt terram mancipium vendere, aut hoc pignoris ponere debeat, aut ſine mãcipiũ, dicat primo ei cui thing auerit. Ecce vides, quia neceſſitate compulſus res iſtas volo vendere, ſi tibi videtur ſubueni mihi, & res iſtas conſerua in tua proprietate: tunc ſi noluerit illi ſubuenire, quod alÿ dederit, ſit illi ſtabile & firmum quod acceperit, lib. 8. legum Longo. tit. de donat. l. 1.*

De Fine, Cauſſis, & Actione donationis.

Cap. 15.

1 *Donationis conſtituendæ finis ſocietatis humanæ conſeruatio.*
2 *Dominia rerum tribus modis primum poſt diuiſionem tranſlata, permutatione, donatione, ſucceſſione.*
3 *Donatio quare irreuocab. ſit.*
4 *Donatarius quomodo agat, & pro quibus in donantem.*
5 *Euictio num locum habeat contra donantem rem alienam.*
6 *Donans qua actione, & pro quibus agit contra eum, cui dedit.*
7 *Donatio quibus ex cauſis reuocetur.*
Ingratitudinis cauſſa quando, & quæ reuocat donationes. eod.
8 *Ingratitudinis cauſſa heres defuncti non conqueſti donationes non reuocat.*
Vel ſi præmoriatur ingratus ante querelam. eod.
9 *Donatio inofficioſa quando, & quatenus reuocatur: & quando ex ſuſceptione liberorum.*

FInis † propter quẽ donationes inductæ firmæ ſunt ſocietatis humanæ conciliatio videtur, & conſeruatio, vt virtutẽ illam liberalitatis exercentes, & multos nobis amicos comparemus, & comparatos retineamus: inimicos conciliemus, *Prouerb. 21. & 22.* Atque hanc quodammodo ſibi nobilitas legem imponit, vt debere ſe, quod ſponte tribuit, exiſtimet, & niſi beneficiis creuerit conferendis, nihil ſe præſtitiſſe putet. *cap. 1. de dona. ap. Grego.* donatio liberalitas dicta ideo, *l. hoc iure, l. non poteſt, de don. Et, Beneficium eſt,* inquit Seneca, *3. de benef. l. donari, de reg. iur. l. donari, de don. P. quod quis dedit, cum ei liceret non dare.* Et ad excellentiam pertinere dicitur, aliis in neceſſitatibus liberaliter prouidere, *c. grandi, de ſupplen. negligen. prælа. lib. Sexto.* Et in Poſſidippi fragmentis, ὁ διδὺς ἔνδοξός ἐστιν ὁ λαμβάνων, *qui dat illuſtris eſt, & qui accepit illuſtris quoque,* quanquam vt ſcribit Suidas, ὁ λαβὼν,

Digitized by Google

πάντα ὁ Cicer. λέγει δὲ δεῖ τοῦτο δοῦναι, id est, da, omnia vita est: cape autem, neque in nauibus audiuerit, *Suid. in verb.* δός, quod tamen ad ingratos omnino pertinet. Nam alioquin vt Phallaris ἀσυμβλήτως scribit, *epistola.* 101. τίς γὰρ ἂν ἀγνοήσειεν, ὅτι ἡ τῶν χαρίσασθαι τοῖς δεομένοις ἐπιστήμη ἐστί: ἡ δὲ χαρίσασθαι τοῖς δεῖσθαι μὴ ἐπιστῶσιν αὐτὸ ἀφορῶσα τοῖς τοῦ λαβόντος ὠφελήμασι: id est, *largiendi curam pertinere ad laudem donantis, vsum autem donatorum, vt oportet, esse accipientis, & rationis bene compositæ.*

¶† Tres, vt opinor, modi fuerunt transferendi dominii præcipui, & primi post rerum diuisionem: quorū vnus permutatio fuit, inter eos qui superflua, vel minus vtilia, vtilioribus & necessariis commutabant. Alter fuit hominum ingenuorū & præstantiorum donatio. Tertius fuit omnibus communis, successio ab intestato proximiorum: ex quibus alii nati breui tẽpore, & vrgente commerciorum necessitate sunt. Aristoteles largitionum causſas duas generales sic exprimit. *Largitionibus vtuntur omnes, aut quoniam aliquid inde sperant, aut quod susceptorum beneficiorum gratiam referant. Aristot. in fine Rhetoricorum ad Alexand. Qui dat considerate, nihil ex dono sperans, & nihil antea acceperit, vere liberalis, qui accepit & remunerat laudabilis. At qui accipit semper, & nihil dat, vere auarus,* de quo Iob scribit, *ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera lubenter, Iob cap. 15. in fine. accipiunt.*

3 ¶† Ceterum quia nos iuuari, non decipi oportet beneficio, *l. in commodato, §. ficut, commodati. P. c. si. eo. tit. n. ap. Grego.* voluerunt Iurisconsulti donationes effectum sortiri. Et si quidem donatio cœperit à traditione, nulla supereſt actio, eoque nulla relinquitur obligatio, ea euacuata solutione eius quod debetur. *§. 1. quibus mod. toll. oblig.* Cõtra, si à promissione cœperit, quia ex promissione obligatio, etiam si nuda sit, & sine traditione, ex lege seu constitutione Iustiniani, *l. si quis argentum, §. fin. C. de don.* ex obligatione autem legitima actio, *l. 1. set. §. ea. obligatio, de procura.*

4 ¶† Agit igitur donatarius contra donatorem, vt donatam rem consequatur, ex stipulatu videlicet, si res per stipulationẽ incerta donetur, aut actione certi, si certũ donetur, *l. si quid certi, si cert. petatur, P. l. si quis argentum, 35. C. de donat. in prin. & §. 1.* At si sine stipulatione facta fuerit donatio, agetur ex condictione legis, si quis argentum *§. fin. de donatio. C. l. 1. de condict. ex leg. P.* Interdum si quis cõstituat pro alio se soluturum, actione de cõstituta pecunia agitur *l. qui id quod, 34. de don. P.* vt & is aget contra eum qui dare iussit suo nomine, actione mandati Qui fundũ vel aliam rem fructuosam donauerit, si nõ restituat vt possessor damnandus est, & fructuum nomine, si non consumserit in solidum, condemnandus, *l. hoc iure, 19. §. si quis dederit, de do. in P.* potuit enim nõ periclitari, inquit Paulus, si statim restituisset: si dolo malo desiit possidere in litem iurabitur, & tãti sequetur cõdemnatio, *l. Nesennius, 41. §. fundum, de re indic. P.* Veruntamen non teneri donatorem ob moram solutionis ad vsuras, summæ æquitatis esse dixit Modestinus, cum inter contractus bonæfidei non numeretur donatio, *l. cum qui, 22. de don. P.* Imo & placuit damnatum in solidum donatorem, tamen non teneri vltra, quã facere possit, deducto ~~aere alieno~~, *d. l. Nesennius, §. fi. de re iudi & l. diuus, eo. tit. l. qui ex donatione, 12. & l. qui id quod 34. §. fin.* & deducto ne egeat, *l. in condemnatione, de reg. iur. & l. cum ex causſa, de re iud. P.* Vtitur & hoc priuilegio, qui constituit se soluturum pro eo qui ex causſa donationis stipulanti spoponderat, *dict. l. qui id quod, 34.* At, vt notat Tryphonius, si Titius mihi volens donare, delegatus à me creditori meo stipulanti spoponderit, nõ habebit aduersus eum illam exceptionem, vt quatenus facere posset cõdemnetur. Nam aduersum me tali defensione merito vtebatur: quia donatum petebam: creditor autem debitum persequitur, *l. si Titius, 33. de donat. li. 46. P. tit. 2.* Hocque fit, quia qui donat delegationem accipiens debiti eius, cui donauit, stipulando creditori donatarii nouam obligationem cum creditore cõtraxit, & ideo ei nõ vt donator debitoris, sed vt debitor ex promis-

5 sione conuenitur à creditore. ¶† Sed quæritur, num donatarius possit etiam experiri de euictione cõtra donatorem, si is alienã rem donauerit, & ea euicta sit? & Labeo respondit, si quis mihi rem alienam donauerit, inque eam sumtus magnos fecero, si ea mihi euincatur nullam mihi actionem contra donatorem competere: & plane de dolo posse me aduersus eũ habere actionẽ, si dolo fecit, *l. Aristo. 18. §. fin. de do. P. vid. ibi Castrens.* Sed hanc sententiam Labeonis veteris fuisse iurisprudẽtiæ Azo putat, & hodie teneri donatorem de euictione. Alii melius distinguũt *gl. in d. §. fi. l. Aristo.* num donando nominatim de euictione cautum sit: & tunc teneri, si dictum, *l. 2. C. de eui.* aut si cautum nõ sit, quæritur an à traditione ineeperit donatio: an vero à promissione seu stipulatione, vt in traditione non sit locus euictioni, sed actioni de dolo si adsit, vt cõsequatur sumtus, *d. l. Arist. §. fi. nisi in casu, l. 3. ni alienum, 14. eo. tit. P.* ne quod benigne contulit, fraudis confessio reuocet, *l. ad res, de edil. edict.* Quod si à promissione cœperit, locus erit euictioni, *per l. 1. de iure dot. C.* quia similis donatio emtioni, *§. alia, de donat.* in qua euictio locum habet, *tot. tit. de euict.* Et qui tenetur ad dandum, præcise ad dominium transferedũ se obligat, *l. vbi autem non apparet, §. fi. de verb obl.* nec ante ab obligatione se liberat, quam dominium transtulerit, quod alienã rem tradendo implere nequit, *l. cum quis, §. si hominem, de solutio.*

6 *l. si rem meam, eo. tit. P.* ¶† Datur contra etiam actio ex donatione donatori, contra donatarium, pluribus ex causſis: veluti ad implendam donationem, si donatarius non impleat ad quod cogi potest, & actione præscriptis verbis, *in l. hereditatem. 28. de donat. in P. l. legem quam dixisti, 9. C. eod. titul.* vel incerta ciuili actione, *leg. cum res 22. C. de donationibus*, vel ex stipulatu, si stipulatio interuenerit, *dict. l. legem quam dixisti.* Licet etiam in hac causſa donatori agere actione vtili rei vindicationis, vt dominium priſtinum non implente donatario legem donationis, ei restituatur: & potest quoque condictione, id est actione in personam vti, *l. 1. de donation. quæ sub mo. li. 8. C. tit.* ¶§ Quatenus autem repetat, Marcellus paucis præscripsit. *l. si mulier, 6. de don. int. vir. & vxor. P.* In donationibus, inquit, iure ciuili impeditis, hactenus reuocatur donum ab eo, vel ab ea cui donatum est, vt si quidem exstet res, vindicetur: si consumta sit, cõdicatur, eatenus, quatenus quis locupletior factus est. Quia, inquit Caius, *l. quia quod 7. eod. tit. P.* quod ex non concessa donatione retinetur, id aut sine causſa, aut iusta causſa retineri intelligitur: ex quibus causſis condictio nasci solet. ¶† Agit & ex 7 certis causſis tantum reuocatoria donator: non tamen ex arbitrio, quia pœnitentia nõ reuocatur, *l. 2. 3. 4. & l. velis necne, l. 6. C. de reuoc. don. li. 8. C. tit. 56.* nec rescripto etiam principis, *l. si donationem, §. C. eod. tit.* Causſæ porro sunt, ingratitudo liberti, vel si lii, quibus donatum est, *l. 1. eo. tit.* videlicet, si de donatione simplici agatur. Nam si agatur de donatione ob causſam, vel de remuneratoria, illæ non reuocantur propter ingratitudinẽ, *Boer. decis. 27. gl. ff. 2. in l. fin. & ibi Bald. Salyc. de Ripa. de reuoc. don.* Parum autem in aliis pactum de non reuocanda donatione prodest, ne reuocetur ingratitudine commissa, *Idem Boerius consil. 48. numer. 11. & 10.* Ingratitudinis causſæ, atroces iacturæ, molẽ substantiæ eius ingerere, vitæque discrimen, conditiones donationis non implere, *l. si. C. eod. de reuoc. don.* Mater tamen quæ donauit filiis, non potest iure Codicis reuocare, propter ingratitudinem filiorum, donationem, si ea turpiter vixerit & luxurioſe post mortem mariti, vel ad secundas peruenerit nuptias, *l. hu solu, 7. de reuoc. don.* Quod hodie iure nouiſſimo tẽperamẽtũ habuit, vt liceat reuocare in tribus tantum casibus: si eius vitæ filius insidietur, si manus impias ei intulerit, si totius substantiæ molitus sit ei iacturã, *§. mater tamẽ. de nupt. colla. 4. & Auth. vnde sumta auth. quod si mater, C. de reuo. dona.* ¶† Obseruandũ tamen, cũ 8 de reuocatione ob ingratitudinẽ agitur, quæri posse tamen de ea donatorem, qui siluerit, & non fuerit conquestus: post eius mortem non licet propter ingratitudinem agere reuocatoria eius heredibus. Idipsum statuendum, si donatarius ingratus moriatur, antequam contra eum superstes donator conquestus fuerit, vt non liceat donatori contra eius successores conqueri, vel reuocare, donatum, *l. 1. l. hu solis, l. fi na C. de reuo. do. l. omnimodo, de inoff. test. C. l. quæ à patre, de testi. milit.* C. quia, delicta sint personalia, *l. si pa. in P. l. sancimus, C. eod.* & remissa videatur dissimulatione iniuria, *§. fi. de iniu. ap. Iust.* cum viuens non fuerit cõquestus de iam facta: nam si post morte donatoris ingratitudo committeretur in defunctum, æquũ puto priuari donato, persequentibus heredibus, *l. 1. de his quib. vt indig. P.* ¶† Alia causſa re- 9 uocationis donationis est, si ea inofficiosa sit: interdũ enim & ipse donator reuocat totũ. vt si libertis vel extraneis nulla cogitatione liberorum futurorũ tactus donasset liberto, *l. si vnquam, 8. C. de reuoc. don.* Præsumit enim lex donatorem, si cogitasset de liberis, immensã hanc donationẽ vel nullã liberto feciſſe: nemo enim præsumitur alienã sobolẽ suæ anteposuiſſe, *l. cũ accessimi, C. de fideicomm. l. cum auus, de cõd. & demonstr. l. tale pactũ. §. fi. de pact.* vel ita præsumitur donasse ex illa legis prouisione, si liberos non susceperit. Et proinde eadem locum non habent in donatione facta ab eo, qui iam habebat liberos, vel qui in negotio quod agit mentionẽ fecit de liberis, vt non possit ea ratione, quod nõ cogitarit, defendi, *vt in l. si Titia, §. Imperator, de leg. 2. l. si liqueat, de inoff. don. l. 1. C. de pact.* vel si donauerit ecclesiæ, fauorabilior est liberis, *can. fin. 17. q. 4.* & loco librorum est, *cap. in præsentia, de probat.* Tradunt etiam interpretes, donationẽ ex traneo factam, susceptione liberorum non reuocari, si ea facta sit in remunerationem beneficiorũ à donatario acceptorũ, *Ang. in d. l. si vnquam, Lud. Rom. cons. 26.* Item Socinus notat, non reuocari natiuitate liberorum donationem factam in contractu matrimonii donantis, quem alii plures sequuntur, *Soc. cons. 53. vol. 4. & cons. 147. vol. 1. & in l. 2. & ibi alij quoque interpretes solus. mat. P. Tiraq. in l. si vnquam, in verb. prius, nu. 67. & seq. vide Boer. decis. 159. nu. 8. 9. & 16.* quia tunc de liberis procreandis cogitasse videtur. Quamobrem idipsum verum non erit, si in cõtractu matrimonij alterius, quam sui donauerit, quia tunc non præsumitur de suis liberis cogitasse, *vt aiunt proxime citati Tiraq. Stepha. & Bertra. d. cons. 157. incipi. sine donatio. & consil. 383. incip. visa casu superius volum. 2.* Placuit etiam liberos naturales tantum natos tempore donationis non esse impedimento, quominus natis naturalibus, & legitimis, reuocetur donatio per l. si vnquam: Imo legitimatione eorundem secuta, tamen per subsequens matrimonium reuocari. *disputat Boerius in decisio. 59. num. 8.* De filiis autem naturalibus, & legitimis iam natis, quando donatio fit, num illis cogitationem inferant futurorum liberorum, & num postea susceptι reuocent ex integro, distinctio adhibetur: an

Digitized by Google

sur: an pater habeat exosum filium iam natum, & tunc reuocecetur donatio tantum vsque ad legitimam natorum, querela inofficiosi, *Bal. in l. 1. de inofficios. dom. & ibi Paul. Castrens.* aut non haberet exosum, & tunc non reuocet: quia cogitasse videtur de liberis, nec maiorem, imo minorem videatur habuisse in nascitaros, quam natos affectionem. *Iaco. Butrigar. in d. l. 1. de in ffi. dona.* Alio autem modo distinguit Ioannes de Ripa: aut pater, inquit, donando partem facultatum, pluta retinuit pro se, filio iam nato, quam donauerit: quo casu constat filium iam natum dilexisse, & consequenter nascituros prædilexisse, si de iis cogitasset. Aut plus donauit, quam pro se, vel filio nato retinuerit, & tunc debeat natiuitate filii reuocari, videlicet si pater filium natũ habebat exosum, pro portionibus filiorum supernascentium, *Ioan. de Ripa. & Boerius decis. 259. nu. 16.* Si vero exosum non habuisset, natiuitate filiorum, in totum reuocari donationem. & habere locum decisionem legis, si vnquam. Sic ex persona donatoris, & eius præsumta voluntate de liberis, reuocatio fiet donationis, illis susceptis: neque prius ad inofficiosæ donationis querelam peruenientum est, quamdiu ex persona donatoris, vel restitutione eius in integrum reuocari poterit datum. *arg. l. si in qui, de iure codicil. P.* cum hæc querela, exemplo inofficiosi testamenti, sit tantum subsidiaria, *l. si filius tuus. 4. & l. cum donationibus. 6. & l. fina. de inofficio. do. libr. 3. C. tit. 29.* At vbi restitutio illa deficit, tunc per querelam inofficiosæ donationis reuocabuntur donationes immensæ, liberis vel extraneis factæ, per liberos alios, vel per natos postea, quatenus pars quarta, & legitima illis suppleatur, *l. 1. & 2. & l. si tot. tus. 5. & l. si mater, 7. & l. si licuerit. 8. de inofficios. donat. Cod. l. authe. vnde etsi parens, C. de inofficios. test.* siue parens testatus, siue intestatus decesserit, *l. 3. C. de inofficios. dona.* dummodo, qui conqueri vult, non agnouerit iudicium defuncti, *l. cum donationibus. C. de inofficios. dona.* aut non sit ingratus, *§. hac itaque, de inoff. donat.* & intra tempora constituta huic querelæ, id est, intra quinquennium experiatur, *l. fin. eod. de inoff. donat.*

DE OBLIGATINIBVS QVÆ, EX QVASI CONTRACTV.

LIBER XXIX.

De Obligationibus quæ ex quasi contractu.

Cap. 1.

1 *Obligatio ex quasi contractu vnde.*
2 *Obligatio ex quasi contractu quinque habet species, & quæ.*
3 *Negotiorum species, vel viuorum, vel mortuorum.*
4 *Negotiorum gestor quis proprie.*
Et quot species eorum, qui negotia viuorum gerunt. eo.
5 *Negotiorum mortuorum gestores, quot species.*

1 EXpediti † ab explicatione contractuum nominatorum, & innominatorum, pauca de quasi contractibus persequamur, operæ pretium esse duxi. Ex his enim quæ gerimus, aliis nos teneri, & alios nobis obstringi aliquando æquum est, idque quia non ex contractu accidit. quia nullum fecimus contractum, neque ex delicto tenemur: quia nullum crimen adest, ex quasi contractu obligari dicimur. *§. 1. de obligatio. quæ ex qua. con. nasc. lib. 3. Instit. tit. 28.*

2 ¶ † Obligationum ex quasi contractu species quinque, orta, Lex negotiorum gestione, *§. igitur, eo. tit.* 2. ex tutelæ iudicio, *§. tutores, eod.* 3. ex communione rerum aliunde quam ex sociatate, *§. item si, eod.* 4. ex additione hereditatis. 5. ex indebiti solutione, *§. item si cui & seq. eo. tit.*

3 ¶ † Et hac diuisione vtitur Iustinianus. Ego memoriæ facilioris caussa, omnia sub negotiorum gestorum nomine contineri dico. Negotia porro alterius geruntur, vel viui, vel mortui, *l. 3. de negot. gest. P.* Rursum qui aliena negotia viuentis gerunt, vel cum mandato, vel sine mandato gerunt: cum mandato, procuratores, quorum consideratio in proprium tractatum mandati reiicitur, vtpote à generali nomine in proprium nomen conuentione transeuntes; *t. item si cum pecunia; de neg. gest. d. §. igitur, de oblig. quæ ex quasi delict.*

4 ¶ † Qui sine mandato gerunt, sunt proprie negotiorum gestores: & ij vel obligatos in solidum habent dominos, quorum negotia gerunt, vt rerum administratores, absentium tutelæ, & curæ, & reipublicæ: vel ob communionem rerum, per actionem communi diuidendo, vel familiæ erciscundæ, vel finium regundorum, vel obiolutionem indebiti: aut ad exhibendum. Aliquando gerentes negotia cum personis, quæ in potestate alterius sunt, vel quibus res quædam commissæ sunt, habent dominos obligatos, non in solidum, sed aliquatenus, pro varietate caussarum titulorum. Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicatur: Quod iussu, De exercitoria, De institoria, Tributoria caussa, De peculio, De in rem verso.

5 ¶ † Morientium, vel mortuorum negotia, procuratores interdum gerunt, & alii, & qui adeunt hereditatem eorum, qui funeraria vti possunt.

De obligatione ex Negotiis gestis, eiusque actionibus in genere.

Cap. 2.

Lib. 3. P. tit. 5. Lib. 2. C. tit. 19.

1 *Negotiorum gestor proximus procuratori.*
2 *Negotia alterius quis gerit, vel sua tantum, vel alterius, vel vtriusque caussa, vnde diuersa nascuntur actiones.*
3 *Negotiorum gestorum actiones mutuæ ob absentia negotia gesta.*
4 *Negotiorum gestor exactissimam debet negotiis diligentiam, dolum & culpam latam, non casum: & pro quibus tenetur.*
5 *Negotiorum gestor ibi conueniendus, vbi gessit, non obstante fori priuilegio.*
6 *Negotiorum gestorum actio directa cui detur.*
7 *Quamdiu duret.*
8 *de Contraria cui detur. eod.*
9 *Negotiorum gestor quando non repetit impensas in negotia.*
10 *Negotiorum gestorum actio vtilis, directa, & contraria.*
11 *Negotiorum gestorum actionis finis, & ratio.*

QVi † negotia alterius gerit sine mandato, similis propemodum est procuratori: ideo & res, & personæ eadem fere 1
ti utrina, qua in mandato dictum est, examinari debent.

§ † Interdum autem negotia aliena geruntur, gerentis tantum, aut domini caussa, aut sui & gerentis caussa. Qui sui tantum lucri caussa gerit aliena negotia, puta prædandi, ipse quidem actione negotiorum gestorum conuenirí potest, at ipse conuenire non potest dominum, nisi quatenus locupletior factus est, *l. si pupilli, 6. §. sed etsi quis, de negot. gest. P.* animusque inspicitur, qua mente quis aliena tractet, & quas res, & num animo repetendi sumtus, negotia gerens faciat, quod vel ex expressa voluntate gerentis, vel qualitate rerum, personarum, *l. Pomponius, 16. eod.* & negotiorum distinctionem accipit, vt in actionibus apparebit. Contemplatione quoque personæ alterius, quam luæ, gerit quis aliena negotia, vt si contemplatione domini, vel patris, quispiam negotia peculiaria serui, aut filiifamilias gerat: nam patrem, aut dominum tantum obligatum habet de peculio, *d. l. si pupilli §. sed si ego.* vel si pupilli negotia gesserit mandato tutoris, vel minoris, mandato curatoris: nam hic ex mandato habet obligatum tutorem vel curatorem: sed negotiorum gestorum caussa, etiam pupillum & minorem, *l. qui pupillæ, 4. Cod. de negot. gest. d. l. si pupilli.* Quare quando quis alienum negotium, vt suum tractauerit, non nascetur vtrimque negotiorum gestorum obligatio: si tamen, vt alienum & suum, contra. *l. si pupilli tui, 6. §. si quis ita simpliciter, de neg. gest. P.* Nec interest sciente, vel ignorante domino, negotia eius quis administrauerit. *l. ignorante, 50. de neg. gest. P. l. 2. & l. si negotia. 12. eo. tit. P.*

Digitized by Google

3 ¶ † Cum quis itaque absentis negotia gessit, nascuntur vltro citroque actiones intergerentem, & eũ cuius sunt negotia, Directa competit domino aduersus eum qui gessit, & cõtraria gestori, aduersus dominum, *§. igitur, de obligat. quæ ex qua. contr. l. 2. de neg. gest.* P. nec interest cuius sexus fuerint hæ personæ. *l. 3. eo.* P. Directa agit dominus vt gestor actus sui rationem reddat, & eo nomine condemnetur, si quid vel vt non oportuit gessit, vel ex his negotiis retinet. *d. 2. de neg. gest.*

4 ¶ † Non gessisse autem videtur vt oportuit, si exactissimam diligentiã non adhibuit: nec enim sufficit talem adhibere, qualem rebus suis adhibere solet: si modo alius diligentior eo cõmodius administraturus esset negotia, *arg. §. igitur. versi. sic autem*, si neglexit ea agere, quæ alius fuisset gesturus, *l. si pupilli, 6. §. vide. mms, de neg. gest.* P. *l. Proculus, 19. eod.* & præstat dolum, latam & leuem culpam. *d. tutori, 22 de neg. gest.* C. Tamen alienum negotium gerentes casum fortuitũ non tenentur præstare: nisi speciali pacto fuerit conuentum, *l. negotium, 22. de neg. gest. C. l. 1. commo. C. l. quæ fortuita, de p. g. act. C.* vel culpa sua in casum inciderint, iuxta l. debitor 14. de neg. gest. P. & l. si negotia 12. eo. Hic tamen considerandus animus eius, qui gessit, an tanquam omnia negotia alicuius gesturus ad administrationem accesserit, *l. sed & cu, 17. de neg. gest in P.* & ita omnia tractauerit, sed ita quædam segnius, quam oportuerat, & tunc tenetur pro omissis & negligentia: aut vero, tantum quædam voluerit gerere, & tũc de illis tantum, quæ circa ea commissa segniter, vel male sunt, tenetur, *l. Põponius, 2. & l. seq. & l. nam & seruus, §. si vsus, de neg. gest. P.* Nã satis abũdeq; sufficit, si cui vel in paucis amici labore cõsulatur, *l. ait prætor, 3 §. interdum, de neg. gest. P.* Potissimum si rem desertã & derelictam amici curauerit, quo casu tantũ de dolo tenetur, *d. l. tutori, C. eo. l. tutores qui, 40. curator qui, de admin. tut. li. 6. P. ti. 7. l. qui proprio. §. 1. de procura. P.* Verum arguitur culpa, si quod cœperit, legitime non impleuerit: quia iuuari, non decipi bene ficio nos oportet: quod in hac specie in hãc sententiam respõdit Paulus iurisconsultus de cõmodato: geritur negotiũ, inquit, inuicem, & ideo inuicem propositæ sunt actiones, vt appareat quod in principio beneficij, ac nudæ voluntatis fuerat, cõuerti in mutuas prestationes actiones quæ ciuiles, vt accidit in eo, qui absentis negotia gerere incoauit. Neque enim impune peritura deseret. Suscepisset enim fortassis alius, si is nõ suscepisset: voluntatis enim est, suscipere mandatum, necessitatis consummare, &c. *l. in cõmodato, 17. commo. P.* alioquin culpa est se immiscere rei ad se non pertinenti, *l. culpa est. 36. de reg. iur.* neque excusatur quod nõ impleuerit negotium imperitia, cum imperitia quoq; culpę, *l. imperitia, 132. de reg. iur.* annumeretur, neque quisquam affectare negotium debeat, in quo sciat operam suam alii fore damnosam, *l. idem iuris, 8. §. fi. ad leg. Aquil. P. §. iniuria, eod. tit. ap. Iustinianum l. final. de assessor.* C. Insuper & quicquid negotiorum gestor ex negotio gesto recipit, hac actione cogitur restituere, *d. l. 2. de neg. gest. P. & l. si autẽ, 8. §. 1. eo. si* .vt si pecuniã, vel aliam rem perferendam acceperit, restituat, *l. si pupilli, §. si quis pecuniam, de nego. gest. P.* vt pecuniam exactam nomine domini ratam exactionem habentis exsoluat, *l. si pecuniam 9. C. eo.* & non tantum sortem, verumetiam vsuras ex pecunia aliena perceptas, vel quæ percipi potuissent, *l. at qui natura, 20. §. non tantum, & l. qui aliena, 33 & l. Titius, 32. §. 1. de nego. gest. P.* nisi dominus non consueuisset fœnerari otiosas pecunias, *l. qui semisses, 13. §. fin. de vsur. P.* Sed in his, & similibus, ,,persona quæ gessit cõsideranda nam si pupillus gesserit, conueniri quidẽ potest, sed in id quo factus est locupletior, *l. 3. §. pupillus, P. l. 2. C. eod. tit.* Sic seruus ex eo quod in seruitute gessit, manumissus etiã non conuenitur, nisi gestio connexa sit actui qui post manumissionem duret. *l. cum actum 15. eo. P. l. si cognat. tut. 21. C. eo. tit.* ¶ † Attamen priuilegium personale gerentis, & fori præscriptio non obiicitur: sed ibi respondere, & conueniri debet gestor, vbi negotiũ gesserit. *l. interdum, 36. §. si. de iud. in P.* ¶¶ Datur autem hæc actio negotiorũ gestorũ, non tantũ domino, sed & illi cuius interest experiri: nec interest directa quis, vel vtili actione agat, vel conueniatur, sublatis formularum conceptionibus, *Paulus l. actione 49. de neg. gest.* P. admissis ad agendum successoribus. *l. successori 13. de neg. gest.* P. *l. sin autem 21. eo.* P. etsi personalis hæc actio sit, *l. negotiis gestis, 23. C. eod. tit. de neg. gest.* & aliquando in rem, vt quando pro officio administrationis tutoris, vel curatoris bona, si debitores exsistant, tanquam pignoris titulo, minores sibi vindicare non prohibentur, idem est, si tutores vel curatores constituti non administrauerint. *l. pro officio, 20. de admini. tut. C. l. 3. arbi. tutel. C. cum simil.* ¶ † Verum obseruandum est, vt tempus agendi duret, quod non finitur spatio longi temporis, sed tantum triginta annorum. *l. aduersus eos, §. de nego. gest. C.* ¶ † Contraria actione negotiorũ gestor agit & eius successor, *l. 3. §. hac actio. & l. sin autem. 21. de nego. gest. P.* & is cuius interest, *l. actio, 49. eod.* si vtiliter negotia gessit. Is autem vtiliter negotia non gerit, qui non necessariam rem, vel quæ oneratura est patremfamilias, aggreditur, *l. sed an vltro, 1. §. 2. de neg. gest. P.* Æquum autẽ est, ei qui vtiliter gessit, præstare quicquid eo nomine vel abest ei, vel abfuturum est: sufficit autem vtiliter negotium esse gestum, *l. 2. §. si. eo. tit. P. §. igitur, de obl. quæ ex quasi contra. nasc.* quamuis ex sententia domini res nõ successerit, aut quãuis interierit: dummodo culpa nulla adsit gestoris, *d. l. sed an vltro, §. 1. & l. qui mutuam, 56. §. fi. mand. P.* Repetet itaque quæ impendit in negotia, & sumtus honeste per gradus pertinẽtes factos, *l. qui vtiliter, 47. de negot. gest. P.* si se alterius nomine obligauit, non donandi animo, *l. 3. §. fin. & l. 4. eo. P.* vel soluit, *l. cum pecuniam, 45. & l. fin. de neg. gest. P. l. 3. C. eo. tit.* Et qui seruum nõ inutilem domino curat, sumtus à domino hac actione repetit, *l. si seruum alienum, 10. de neg. gest. C.* repetit & vsuras, quas exsoluit pro pecunia in aliena negotia impẽsa, quasve ex sua pecunia percipere potuit, *d. l. atqui natura, 20. §. non tantum, eo. P. l. ob negotium, 18. C. eod. tit.* Agentique domino pro his exceptionem proponere poterit de eo, quod sibi debetur, *l. 3. de tutel. & ratio. distra. li. 27. P. tit. 3.* imo & compensationem, *l. qui aliena, 33. de neg. gest. P.* Æquum enim est, gerentem in damno non versari, *l. quæ vtiliter, 47. §. si. eo. in P.* & quæ in rei conseruationem facta sunt repetere, *l. si pupilli, 6. §. si Titij, eo.* æquum quoque nemini officium suum esse damnosum, *l. quæ vtiliter, 7. §. fin. quemad. test. aper.*

9 ¶ † Sunt tamen casus, quibus quis non repetit, quod in res alienas fecit. 1. si supra summam, quã destinauerat testator, *l. qui aliena, 33. §. libertos, de neg. gest. P.* aliquod opus erogauerit. Et qui plus quam debuit, impendit, recuperat tãtum id quod præstare debuerit, *l. si quis negotia, 26. eo. l. qui proprio, §. quo procurator, de procura. 2.* qui male gessit, seu non vtiliter, non repetit impensas nisi ratum habuerit dominus gestum, *l. Pomponius, 10. de neg. gest.* Item nec si condemnatus non appellauerit, *l. liberto, 32. §. fi. de ne. gest. l. quotics, §. illud, de admin. tut. in P.* si impensas voluptatis causa fecerit, *l. ex duobus, 28. de negot. gest. P.* vel aliud gesserit, quod non expediat domino, *l. sed an vltro. 11. §. is autem, de neg. gest. P.* si indebitum soluit, *l. si quis negotia aliena, 24. eod.* nisi quoque ratũ habitum sit negotium, *l. si pupilli, 6. §. stem quæritur, eo.* Tertio, nõ repetit negotia gerens, quæ impendit alio animo quam repetẽdi, vt si donandi animo expendat, *l. si filius, 12. C. de neg. gest. l. 4. eo. tit. P.* vel affectionis & amicitiæ causa eius, cuius negotia sit, vel patris eius, *l. si is qui amicitia, 46. eod. P. l. si remunerandi, §. si passus, manda. P.* si pietatis causa, veluti alẽdo sororis filiã, *l. ex duobus, 28. §. fin. eo. P.* si mater, auia, nutriant, descendentes sine protestatione repetendi, vel nulla facta, dum viuerent, reputatione sumtuum, *l. Nec tenuius, 36. eo. P. l. alimenta, 11. C. eod.* si vitricus paterno affectu priuignas aluerit: & pro eis mercedes aliquas magistris fecerit: nisi habuerit animum repetẽdi, *l. si paterno affectu, c. 15. eod. C.* Item nec quæ affectione aliqua in vxorem impẽduntur ęgram, repetuntur, *l. quod in vxorem*, sicut nec quæ affectione domestica, vel materna fiũt, *l. 1. C. eod. tit. u.* si quis officio, & obsequio liberti functus sit, & impenderit, non repetit, *l. officio, 5. C. eo. de neg. gest.* At quæ mater circa res filij impendit, recte etiam, si non in rationes retulerit, ab ea, vel successoribus eius petentur. *l. alimenta, 12. C. eod.* & quæ filius pro patre, *l. si filius pro patre, 12. eo. C.* & frater pro sorore, *l. si negotium, 16. eo. C.* Quarto, non potest agere contraria negotiorum gestor, si gesserit, postquam dominus ei interdixit ne gereret, *l. si. C. de neg. gest. l. si eo duobus, 9. eo. tit. P. l. si remunerandi, 6. §. si passus, & l. si pro te, 40. & l. qui filio alterius, 53. mand. P. Aulus Gellius, lib. 1. ca. 13.*

10 ¶† Actio etiam ex negotiorum gestione vtilis, esse potest directa, vel contraria, quæ datur aliis, quam prædictis personis ex iure illorum, *l. curatoris, 17. & ibi gl. C. de neg. gest.* quod non pluribus persequar, submota, vt monui, formularum actionum differentia. ¶ † Finis, & causa cur iure prætorio hæc negotiorũ gestorum formula, & actiones inducũtur, est absentium vtilitas, ne indefensi rerum possessionem, aut venditionem patiantur, vel pignoris distractionem, vel pœnæ committendæ actionem, vel iniuria rem suam amittant, vt scripsit Vlpianus, *l. actio. 49. de neg. gest. in P.* & Iustinianus, *l. 1. de negot. gest. in P. l. ex maleficiis, 4. §. si quis absentis, de act. in P.* Sic alibi placuit Imperatori Constantio pro recuperanda possessione, quia absens spoliatus est, admitti etiam sine mandato amicum, colonum, libertum, seruum, propinquum, *l. 1. si per vim, vel alio mo. li. 8. C. tit. 5.* 11

De actionibus Tutelæ, & curæ directis, contrariis, & vtilibus, & subsidiariis in contutores, fideiussores, & magistratus.

Cap 3.

1 *Tutelæ & curæ actiones directæ, contrariæ, & viles, remissiue.*

DE his copiose diximus in personis, dum de potestate in liberas personas egimus, post tutorum & curatorum tractationem. Et proinde nihil de his in hoc caput transferam. 1

De Cautione, & Actionibus reipublicæ, & aliorum contra gerentes munera & honores, & de iis qui pro illis tenentur.

Cap. 4.

Digitized by Google

Cap. 4.

1 *Administratores reipubl. pro quibus tenentur.*
2 *Calculi error retractari potest vsque ad 20. annos.*
Magistratus & reipubl. administratores vsque ad 20. annos conueniuntur de gestu, & eorum heredes, eod.
3 *Index faciens litem suam non obligat heredes suos.*
4 *Illudo actio in gubernatores reipubl. quæ.*
5 *Fideiussores magistratuum pro illis tenentur.*
Pater quando pro filiofamilias decurionatu, vel honore obligare se videatur expresse, vel tacite.
6 *Magistratibus conueniendis, & eorum fideiussoribus, & nominatoribus ordo.*

1 INdubitati †primum iuris est, eos qui gerunt honores & reipub. munera, pro sua administratione, quam gesserint, vel exercere debuerint, teneri ex dolo, lata negligentia, *Pau. l. magistratus, 7. de administrat. rerum ad ciuita. pert. lib. 50. tit. 8.* ii enim rempublicam saluam fore promittunt, *l. 2. de magistrat. conueniend. lib. 27. P. tit. 8.*

2 ¶ † Tenetur etiam magistratus municipales, Aquilia lege, si damnum iniuria dederint, *Vlp. l. quemadmodum. 39. §. magistratus, ad l. Aquil. P.* viuitque hæc obligatio etiam post decennii & viceanii tempora, post quę calculi erroris retractatio admittitur: nisi gratiosè expunctæ dicantur rationes, quia tunc nō retractāntur, *Modestin. in l. calculi, 9. de administr. rer. ad ciuita. part. P. lib. 50. tit. 8. in l. omnib. de diuers. prædiis decurio.* Et proinde heredes quoque eius magistratus, qui conueniri potuit pro eius debitis, non pro pœnali iudicio conueniuntur. Et ita demum conueniuntur heredes, si post creationem defūcti administrauerint, & die administrationis faciendæ non gesserint, prout tenentur, *l. quamquam, de excus. tuto. C. l. 1. 2. si tutor vel cur. &c. P. l. 2. in fin. si pendente appella. mors interue. P.* Alioquin si ante diem subeundi muneris, seu honoris mortui fuerint, non tenentur, *l. nec. si post creationē quis decess. lib. 10. C. tit. 69. l. si ad decurionatum, si pendente appell. mors* 3 *interu. P.* ¶ † Atque in heredes iudicis qui litem suam fecit, actionem dari Iulianus dixit, sed verum non esse Vlpianus notat, *l. Iulianus autem, 16. de iud. li. 5. P. tit. 1.* quia nec pœnales in heredem transeant, *l. 1. de prima. delict. in P.*

4 ¶ † *Actio*, inquit Suidas, *in verb. actio*, actio fuit in eos, qui aut vrbem nō recte gubernasse, aut legationem perperam obiisse, aut publicū aliquod munus male administrasse viderētur. Ac iudicia quidem decemuiri logistæ, seu ratiocinatores dicti sortiuntur: accusat autē eos, qui vult, & iudicibus permissum est 5 mulctam irrogare. ¶ † Tenentur & pro iis, qui gerūt munera & honores, qui pro illis fideiusserint tacite, vel expresse. Exstat Vlpiani huiusmodi hac de re responsum, *in l. 2. ad municipal. lib. 50. P. tit. 1.* Quoties filiusfamilias volūtate patris decurio creatur, vniuersis muneribus, quæ decurioni filio iniunguntur, obstrictus est pater, quasi fideiussor pro filio *l. 2. ne filius fam. & quemad. pater pro hu tenea. l. 10. C. tit. 60. l. si filius, de administra. rer. ad ciu. pertinēt.* Consensisse autē pater decurionatui filii videtur, si præsens nominationi filii, non contradixit, *d. l. 2. §. consentire, ad municipa. & d. l. 1. §. fin. de filiusfa. quem. pa. & c. li. 10. C. l. honores, 8 §. fin. de decurio. in P.* Proinde quicquid in republica filius gesserit, pater, vt fideiussor, præstabit. Gestum autem in republica sic accipere debemus: pecuniam habere, debitam tractare, siue erogādam decernere. Sed & si curatores operum, vel alterius alicuius negotii creuerit, tenebitur: sed etsi sibi successorem nominauerit, patrem obstringet: sed etsi publica vectigalia locauerit, pater erit obstrictus: sed etsi filius tutores dare non curauerit, vel minus idoneos elegerit, nec pupilli rem saluam fore satis exegerit, vel non idoneū acceperit, ipse quidem, quin sit obstrictus nulla dubitatio est: pater vero ita demum obligatur sicut fideiussores hoc nomine obligari solent: obligantur tacite etiam, qui filium decurionem adoptauerint. At si non consentiat, sed proclamet, vel appellet super nomine, non tenatur, *l. Lucius Titius, 21. §. idem respondit, cum qui de muner. & honor. l. penul. de adopt. P. l si adoptauero, de preca. in P.* nisi de peculio, *l. 1. & 2. de filiusfam. & quemad. & c. lib. 10. C. l. spurii, 6. §. pater, de decur. P. l. si pater quand. primo. non est necess. l. 3. ne filius pro patre, lib. 4. C. tit. 13. l. filios, 5. de decurion. libr. 10. C. l. quod cum eo qui in alie. pot. 3. §. fin. & l. fin. de pecul. P.* vel si filius sit emancipatus, *d. l. 1. de filiusfam. & c. lib. 10. C.* vel quia filiusfamilias non sit idoneus ex sua ætate, vt infans, *Paul. l. Lucius Titius, 21. §. pro infante, de muner. & hono. in P.* Ceterum in quibus caussis obligatur pater pro filiofamilias, honores vel munera publica obeunte, obseruandum est ita demum ex tacito consensu eum, & heredes eius conueniri, si viuo eo filiusfamil. munera susceperit: non si post mortem patris, *Paul. d. l. Lucius Titius, 21. §. idem respondit, heredes, & §. seq. de muneri. & l. 2. de decurionibus lib. 10. C.* Nisi expresse fideiusserit: tunc enim iure communi fideiussoris constringitur: accedit namque huic functioni munerum & honorum fideiussio.

6 ¶ † Verum in conueniendis istis, qui debitores sunt, ex administratione munerum publicorum, ordo seruandus est: vt, primum, si collegæ sint, quilibet eorum pro administratis à se teneatur, etsi magistratus indiuiduus sit, & heredes eius. Dehinc illi qui pro male gerente interuenerūt: & si cautio eorum depositi muneris tempore non sit idonea, tunc tantum collega vel nominator ex negligentia & pœnæ caussa tenetur, *Pau. l. Imper. 12. & l. quod ergo, 11. ad municip. l. 2. de decu. lib. 10. C. l. 2. & 4. in prin. & §. antepe. & §. de admi. rerum ad ciuita. pertinent. P. l. 1. de conueniend. fisc. debitor. lib. 10. Cod. situ. 2. l. 1. 2. & fin. quo quisque ordine conueniatur, lib. 11. C. situ. 35.* Dehinc & hæc vera sunt, vt & nominatores, & fideiussores magistratuum subsidiaria actione teneantur, quando de conseruanda indemni repub. agitur: si enim agatur de damno contingenti particularibus, vel vti pupillis, ex negligentia magistratuum, quod non satis idoneos tutores dederint, subsidiaria quidem actione ipsi tenentur nominatores vero eorum, vt ordo decurionum, nisi id nominatim polliceantur, nec eorum pro magistratu fideiussores, qui rempublicam, non pupilli, saluam fore promiserunt, *l. 1. de magistrat. conueniendis, lib. 27. P. tit. 8.* neque ob culpam, nec ob delictum, conueniri possunt, *l. vnic. de periculo eorum qui pro magistratu interuener. lib. 11. C. tit. 34.*

De Negotiorum gestione rerum communium.

Cap. 5.

1 *De iudiciis familiæ erciscundæ, communi dividundo, finium regundorum remissiue.*

DE † iudiciis familiæ erciscundæ, communi diuidundo, finiū 2 regundorum, diximus in rebus post nuntiationem noui operis, de rebus communibus agentes: & de falso modo renuntiatio pauca in criminibus priuatis, titu. de termino moto.

De quasi contractu indebiti soluti.

Cap. 6.

1 *De condictione indebiti remissiue.*

DE † hoc etiam iam diximus in contractibus, post mutuum, 2 & cessionem bonorum.

De obligatione, velut ex quasi contractu, vnde actio ad exhibendum.

Cap. 7.

Ad exhibendum. Lib. 10. P. tit. 4. Lib. 3. C. tit. 42.
De libero homi. exhi. P. 43. tit. 28.
De liberis exhib. eo. lib. tit. 29. & C. lib. 8. tit. 8.
De tabul. exhib. P. lib. 43. tit. 5. C. lib. 8. tit. 7.

1 *Ad exhibendum actio vnde nata, & natura eius.*
2 *Exhibere quid.*
Et cum restitutione differentia. eod.
3 *Exhiberi petuntur res mobiles, non immobiles.*
4 *Interdictum de libero homine exhibendo cur introductum, & in quos detur. eod.*
5 *Interdictum de liberis exhibendis & deducendis pro quibus, quibus, & in quos detur.*
6 *Maritus interdicto repetere potest vxorem, etiam à patre detentam.*
7 *Interdictum de tabulis exhibendis cui, & pro quo detur.*
Seruis. eod.
8 *Ad exhibendum actio, tentatur aliquando in actionem in factum.*
9 *Signum inuinctum alienum non petitur, vt soluatur, quare, & alia, eod.*
10 *Exhiberi res etiam non stantes, & non possessæ quare petantur.*
11 *Ad exhibendum actione qui agere possunt.*
12 *Et contra quos.*
13 *Ad exhibendum agens rem plane describere debet, vt in rei vindicatione.*
14 *Ad exhibendum conuenti quæ sunt partes: & in quantum condemnetur, eod. & num. 15.*
16 *Ad exhibendum actionis finis vt agatur vel vindicatione.*
17 *Exhiberi vbi debeat res petita, & eius expensis.*

ACtio † ad exhibendum personalis est, *l. 3. §. hæc actio. Ad exhi. P.* competens aduersus rei detentorem, qui tamen obliga-

Digitized by Google

tus nobis expresse ex aliquo contractu esse non potest: ita nata, ex quasi contractu, *gl. in d. §. hac actio, in verbo personalis, arg. §. 1. de ob. que ex qua. cont.* in rem scripta, quæ semper detentorem comitatur, *l. 3. §. fin. ad exhib. P.*

2 ¶ †† Exhibere, est facere in publico potestatem, vt ei qui agit experiundi sit copia, *Paul. l. 2. ad exhib. P.* Ita minus est in exhibitione, quam in restitutione. Nam restituere, est etiam possessorem facere, fructusq; reddere: pluraque præterea restitutionis verbo continentur, *l. plus est, 22. & l. fin. de verb. sig. P. & l. restituere, eod. l. videamus. §. in Fabiana, de vsur.* Exhibere vero, est præsentiam corporis præbere, *d. l. plus est, & l. locum. 3. §. hoc interdictum de tab. exhi.* tangendi, vēdendique facultatem facere: & proprie exhibere, est extra secretum habere, *l. quod & lex. §. ait prætor de liber. homine exhib. P.* Et in criminibus exhibitio reorum, est reos sistere iudicio, *l. si quis, & toto tit. de exhibitio. reorum.* omissa exhibitionis alia acceptione, quæ ad educationem refertur, *l. si quis à liberis. 5. de liberis agnosc. P. li. 25. tit. 3. l. Nec Zennius. de nego. gest.* Exhiberi petimus, vel res nobis ex aliqua obligatione, aut pacto, aut cōtractu debitas & tradendas, *vt in instrumenta. 24. C. de fideicom.* aut sine illis. In prioribus non actione ad exhibendū agimus, sed ex actionibus, quæ oriuntur ex caussis seu pactis, & obligationibus dandi, puta ex stipulatu, ex emto, societate, mādato, negotiorum gestorum, tutelæ, *vt in l. Titius heres. 30. de action. emt. P. l. quædam. 9. de eden. P. cum sim.* & similium. Quando autem rem nobis exhiberi desideramus, non certi omnino, an ea de re cum quopiam agere expediat, nisi prius eam viderimus, tunc actione hac ad exhibendum agimus, *l. meminimus. §. sed vbi, quando & quibus quar. pars debea. li. 10. C. ad rem mobilem. 56. & ibi gl. de procur. P.*

3 ¶ †† Res, quæ exhiberi petuntur, mobiles esse debent: immobiles quippe exhiberi frustra petimus, cum latere facile non possint: quamuis & res immobiles demonstrare interdum, & oculis subiicere necessarium sit, *vt in l. si irruptione. 8. finium regun. P.* sed aliis de caussis & actionibus, quam per ad exhibendum iudicium.

4 ¶ †† Neque etiam pro omnibus rebus mobilibus agitur ad exhibendum: nam hæc actio ad eam rem inutilis est, si liber homo retinetur, creditur enim tantum competere ei, cuius pecuniariter interest, *l. si liber homo. 13. ad exhiben. P.* homo autem liber non recipit æstimationem, *l. 1. §. sed cum homo, de in ius qui deiecer. P.* Proinde ad æquitatis prætoriæ officinam itum est, & prospectum per interdictum de libero homine exhibendo, qui dolo malo retinetur, ab eo qui ius in personam retenti non habet, *l. 1. & 3. §. in tamen. de liber. homi. exhib. P. d. l. si liber homo, ad exhibi. P.* Hocque interdictum propositum tuendæ libertatis caussa, *d. l. 1. §. fi. eo. de liber. homi. exhib.* Nihil enim multum à specie seruientium differunt, quibus non datur recedendi facultas, *l. 2. eo. titu. P. l. antiquitas, C. de vsufruct. cum simil.* Quo fit, vt omnibus competat: cum nemo prohibeatur libertati fauere, *l. 3. §. hoc interdictum omnibus, de libe. hom. exh. P.* remanente etiā pœna legis Fabiæ, *d. l. 3.* quæ acerrime punit eos, qui liberas personas concludunt, & inuitas retinent, *l. non statim. §. si. ad leg. Fabiam. de plagi. P. l. si fratrem 6. eo. tit.* vt latius diximus in plagio, inter crimina, vt nec tempus modicum pro exhibitione liberi hominis concedatur ei, qui dolo malo inuitum retinet: quoniam præteriti facti pœna est, *d. l. 4. §. 1. de liber. hom. exhib. P.* volentem autem retinens, non tenetur hoc interdicto: nisi calliditate prius circumuentum, vel seductum, vel sollicitatum antea retineat, aut si non bona fide, vel probabili ratione hoc faciat, *l. 3. §. si quis volentem. eo. titu. P.* Nec debitorem latitantem quisquam exhibere cogitur: quia sponte videtur latitare, & retineri, & in bona eius à prætore fieri potest missio, *l. si. §. si. de liber. hom. exhi. l. plerisque. & satisque. de in ius voc. P.* Qui etiam bona fide hominem liberum emit, quem putat esse seruum, vel dubitat esse seruum, antequam certior fiat, dolo malo possidere vel retinere non videtur, nec hoc interdicto tenetur, *l. 3. §. is qui nescit. & l. fin. de liber. homi. exhib.* Neque is quoque qui nescit hominem liberum apud se retineri, *d. §. is qui nescit.*

5 ¶ †† Ad hoc interdictum, de libero homine exhibendo, pertinet aliud interdictum de liberis exhibēdis & deducendis, *l. 1. §. in hoc interdicto. de liber. exhi. P.* sed hoc interest inter hæc duo: quod interdictum prius de libero homine, sit cuique permissum, & possit is qui nō detinet dolo malo, obiicere exceptionē: at in hoc, in quo agit qui in potestate habet, contra detinentem eū qui sub sua est potestate, omnimodo sine exceptione debet fieri exhibitio: nisi mater possideat, agente patre: vel maritus, agente eodem de filia, *d. l. 1. §. pen. & fi. P. & l. 2. C. eo. titu.* Quia & apud matrem quoque debet sæpe potius morari, quā apud patrem filius, *d. l. 1. §. si vero mater. l. 1. & 2. C. de dinor. l. pen. C. de pat. potest.* Et obtinuit aliquando ob nequitiam patris, vt apud matrem sine diminutione patriæ potestatis moraretur, *l. 3. §. etiam si de liberis exhibend. P.* Inuitus alioquin filiusfamilias detētus, patre agente interdicto hoc, & de liberis deducendis, non solum exhibendus, sed etiam deducēdus: vel quin deducatur ab eo exhibitus, prohibere non potest is aduersus quem actum est: nulla habita ratione voluntatis filiifamilias: neq; exigitur ea de re alia notio prætoris, præterquam si is qui conuenitur contendat se patrem esse, *d. l. 3. §. hoc autem. eod. tit.* vel si filiusfamilias dicat se patrem familias, *l. pen. & fin. eod.*

6 ¶. †Maritus recte etiam cū patre vxoris edicto de liberis exhibendis & deducendis, videlicet de vxore retenta à patre exhibenda, & deducenda, contendit, & potior est. *l. 2. de liberis exhi. P. l. fi. C. eo. tit. l. si inuita. C. de nup.* Quia scriptum, relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori: & quos Deus coniunxit, homo non separet, *Genes. 3. D. Matth. 19.* In personis quæ seruituti obnoxiæ sunt, & pretio æstimantur, non egemus alio remedio, quam ad exhibendum actione, vt si criminis alicuius reus seruus postulatur. *l. 2. C. ad exhiben. l. fi. eo. tit. in P.*

7 ¶ †Non datur autem actio ad exhibendum, pro tabulis exhibendis, si quis extra heredem, tabulas testamenti, aut codicillos, vel quid aliud ad testamentum pertinēs exhiberi velit: sed datur interdictum de tabulis exhibendis. *l. 3. §. si quis extra heredem, ad exhiben. in P. l. 3. §. solent. & §. condemnatio. de tabu. exhib. P.* heredi tamen datur. *l. 2. & 3. quemadmod. testam. aperia. P.* Præparatorium nihilominus hoc interdictum de tabulis exhibendis, ad alias actiones est. *l. de his. 6. de transact. P. l. 1. quemad. testa. ap. P.* vt actio ad exhibendum, cui & affine, *l. de eod. 12. §. fi. ad exhib. P.* Quinimo Vallerius & Galienus pupillari substituto, mortuo pupillo, hoc interdicto experiri permittunt. *l. vnic. de tab. exhib. C.* cum tamen, quia heres posset, vt dixi, mox, experiri actione ad exhibendum. Datur porro hoc interdictum, non aduersus quēlibet possidentem tabulas testamenti, vel ad testamenti caussam pertinentes: sed aduersus detētorem, qui negat se tabulas possidere, vel exhibere ob certam probabilem caussam oportere, *l. 1. §. 1. & l. 3. §. 1. de tabu. exhib. P.* vt cogatur exhibere. Experiuntur autem eo interdicto, omnes quorum interest exhiberi, *l. 3. §. interdictum. vers. solum. de tabu. exhib. P.* vel quia quippiam in illis sibi relictum putant, vel impugnare tabulas decreuerunt, vel alio modo sua interest exhiberi.

8 ¶ †† Facit & æquitas exhibitionis, vt quamuis ad exhibendum agi non possit, tamen in factum actio detur, vt Iulianus tractat, *l. 3. §. interdum. ad exhib. P.* Et quandoque ad exhibendum actio in actionem, in factum mutatur: vt si exhibeatur res detērior facta, & mutata priore specie. Dioclet. & Maxima. dicunt dari actionē in factum. *l. exhibitionis, 7. ad exhi. C.* quam tamē Vlpianus ad exhibendum in eadem fere quæstione dixit, *l. Iulianus. 9. §. si quis rem eo. tit. P.* ¶ †Prohibet lex duodecim Tabularum, tignum ædificio insertum, solui, & ideo tignū non potest per adexhibendū peti, *l. gemma. 6. ad exhi. P.* ne vbis facies deformetur, *l. prætor. §. hoc interdictum. de oper. no. nunt. P. l. 2. §. si quis nemmem, ne quid in loc. publi. P.* & quia proprie non dicitur possideri, *l. qui vniuersas de acq. poss.* Diuersum tamen in gemma auro, *d. l. gemma.* alieno inclusa, quæ etsi vindicari nequeat, tamen per ad exhibendū, vt separetur petitur. Idipsum in rota vehiculo alterius iuncta statuendū censet Vlpianus, ex sentētia Pōponij: & in tabula mea, armario tuo, vel naui iūcta, vel ansascypho vel emblemate phialæ, vel purpura vestimento vel brachio statuæ iunctis, *l. signi ap pellatione, 7. §. 1. & 2. ad exhi. P.*

9 ¶ †Agitur & ad exhibendū pro rebus exstantibus, & pro nō exstantibus, & non possessis, si is qui conuenitur dolo desiit possidere, vt si hominem quem possidebat occiderit, siue in alium transtulerit: si ita rem corruperit, ne haberi possit: si vinum, vel oleum, vel aliud quippiam effuderit: si glādem ex arbore tua in fundum meum decidentem, immisso pecore depasco dolo malo, *l. Iulianus 19. cum suis §§. eo. P.* videlicet, ratione æstimationis faciendæ litis.

10 ¶ †† Personæ quibus licet hac actione experiri, generaliter omnes sunt, quarum exhiberi rem aliquam interesse videtur, *l. si liber homo. 13. & l. 3. §. sciendum est autem. & l. ad exhibendum. 15. ad exhib. in P.* iuste & probabiliter. *l. 3. §. si mecum. & l. pen. ad exhib. P.* tēpore videlicet, quo fit litis contestatio, quo fit condēnatio, *l. signi appellatione. 7. §. fi. eo. ti.* Quamobrem & iudex hac de actione aditus, hactenus cognoscet, an iustam & probabilem habeat caussā actor actionis, propter quam sibi exhiberi desideret, *in d. l. 3. §. si mecum, versic. eleganter.* Et si pluriū vna de caussa vel expluribus interfit rē exhiberi, & illi agere omnes possunt, *d. l. 3. §. Pomponius scribit.* Neq; qui ad exhibendum agit vtique dominū se dicit, nec debet ostendere, cum multæ caussæ agendi sint.

11 ¶ †Et contra possidentes ex his caussis, vel qui dolo desierint possidere dentur, vt contra creditorē in rē pignoratā possidentē, cōtra depositariū, commodatarium, conductorem, & heredes eorum, *l. 3. §. fin. & l. 4. & §. ad exhi. P. l. si ad exhibendū. 8. l. si vir nunos. 14. eo. l. ad exhibendum. 5. C. eo. tit.* municipesque, *l. signi. §. item municipes. eo. P.* Heres non quasi heres, sed suo nomine vti hac actione potest, item heres possessoris, suo nomine tenetur. Igitur non procedit quærere, an heredi & in heredē danda sit ex dolo tamen defuncti in heredē datur actio, si hereditas eo nomine locuplior sit, *l. de eo. 12. §. heres. eo. ti. P.* ¶ † In hac actione actor omnia nōscere debet, & dicere argumenta rei, de qua agitur, *l. 2. ad exhi. P.* id est, ita describere & demōstrare rem petitā, vt quam petat intelligatur, vt & in rei vindicatione receptū est: *l. si in rem. de rei vind. P.* Et si de stercore congesto in areā alicuius ea actione agatur, de toto, nū de parte exhibendo agēdū: *l.*

Celsus

Digitized by Google

l.Celsus.5.§.item Celsus.20. & si de rate, vel nave delata vi fluminis in agrum alterius agatur exhibenda, prius cauendum est de damno dato, & futuro, *d.l. Celsus, §. sed etsi ratis. & l. thesaurum eum.15. ad exhibi. P.*

14 ¶† Contra qui conuentus ad exhibendum est, vel exhibere debet, vel si dolo desiit possidere, cauere debet se exhibiturũ si in potestatem eius peruenerit, *d.l. Celsus. §. item si quis. & l. de eo.§. si ista causa. eo. tit.* Quod si non restituerit, cum posset, vel si dolo desierit possidere, tenetur in quantum in litem iurabitur ab actore eius interesse non fuisse rem ei exhibitam, iudice quantitatem taxante, *l.1.§. praterea & l. Celsus.5.§. idem Iulianus eo. ti. l.4. C. eo.* nec absolui conuentus debet nisi paratus sit repetita die intentionem fuscipere, ita vt fructus secundum legem æstimentur, & ideo restituuntur partus vtilitates, si quæ amissæ sunt ob hoc, quod non exhiberetur, vel tardius quidem restitueretur: quæ æstimandæ sunt à iudice non quanti res sit, quia vtilitas actoris interdum maior est, quam res.

¶† Nam quantum ad hanc actionem attinet, exhibere, est in 15 eadem causa præstare in qua fuit cum iudicium acciperetur, vt quis copiam rei habens, possit exsequi actione, quod destinauit, *hæc omnia in l. Iulianus 9.§. quantum vsque ad fin. legis, ad exhib. P. l. si optione. 10. & l. sed etsi. 11. eo. P.*

16 ¶† Finis propter quem hæc actio introducta est. rei vindicatio est, quia maxime propter vindicationes inducta, *l.1. ad exhi. P. l.1. C. eod.* quamuis & alii possint ex superioribus colligi. Et ita in gratiam actoris etiam datur.

17 ¶†† Et proinde eius periculo, & impendiis perferenda, perducendave eo loci vbi actum sit, alioquin ibi exhibenda, vbi fuerit, dum lis contestaretur, *l. sed etsi. 11. §. quo autem loco, ad exhibend. P.*

De Negotiis gestis cum iis qui in aliena potestate esse dicuntur. & de actione quod iussu.

Cap. 8.

Institut. Lib.4.tit.6. P. Lib.14.tit.5. C. lib.4.tit.26.

1 *Negotiorum gestio cum personis, quæ aliena sunt potestate, quam producat obligationem.*
2 *Filiusfamilias in quantum teneatur emancipatus pro gestis in potestate existens.*
3 *Iussu patris, vel domini cum filiofam. & seruo contractum, quam producat actionem.*
4 *Iussus quid, & quomodo à mandato differt.*
Liber generalis specialisque, eod.
5 *Iuberi quæ res possint fieri, qui iubeant, & quibus.*
Quod iussu actio pro quibus, datur. eod.
6 *Iussus obligatori forma.*
7 *Commendatitiæ literæ patris, vel domini pro filio, vel seruo, non faciunt. Quod iussu obligationem si quis contrahat cum illo.*
8 *Est honoraria eius actio.*

1 SVnt † personæ quæ in alterius potestate esse dicuntur, vel quæ alterius nomine gerunt, cum quibus negotia tractata, parunt actionem, non tantum contra ipsas, sed & contra eos quorum potestati subiici dicuntur. Sed diuerso modo, ratione personarum seruorum, & filiorumfa. diuersa & ratione mutationis status earundẽ, & aliarum peristasiũ annotatione. Siquidẽ cum constet iure ciuili, seruos omnino esse incapaces conuentionũ *l. serui.13. de act. in P. cõsim. l. quod attinet. de reg. iur.* procul dubio neque tenentur manumissi ex eo quod nomine proprio contraxerunt, ademto illis peculio, si mutuum acceperint, *l.2. eo seruus pro suo fact. post manumiss. teneat. li. 4. C. ti. 14.* si fundum domini quis coluerit, & sit ei reliquatarius. *l. si vt alleg. 5. eod. ti.* quamuis aliquando dominus per actionem in factum possit petere, quod ei seruus in seruitute promisit, vt eũ manumitteret, *l. 3. C. eod. tit.*

¶†† At filiusfamilias, cum recte obligetur, dummodo minor 2 non sit, *l. tam ex contractib. de ind. S. l. filiusfamil. 38. de act. P. l. nulla re. quod cum eo.* Co. de eo quoque quod eo tempore quis cum illo gessit, tenebitur. Non tamen in solidum, sed in quantũ facere possit, *l.2. & l. pater. 7. quod cum eo qui in alie. potest. P.* Heres tamen filij hoc beneficium non habet, sed ipse tantum, *l. sed si ex parte. 4. §. soli autem, eod. tit. l. sciendum, de re iudi. P. l. maritũ, & seq. solu. matr.* P. neque adhuc ipse, si sit mentitus se esse patrẽfa. *Leum qui se. 6. quod cum eo &c. in P.* Proinde in iis personis seruorum, & filiorumfa. si quis cum illis negotia gesserit, non inutiliter quæritur, quomodo ei consulatur.

¶† Quare si iussu domini cũ seruo negotiũ gestum erit vel cum 3 filiofa. in solidum aduersus dominum & patrem actionem prætor pollicetur, scilicet quia is ita contrahit, fidem domini, vel patris secutus videtur, *§.1. & §. si igitur, quod cum eo apud Iustinia. l.1. quod iussu. in P. li.15 tit.4*

4 ¶†† Iussus, est mandati species: verumtamen personæ, quæ in potestate sunt, faciunt differre iussum à mandato, *l.1.§. sed si. eod. P.* ideo, vt mandatum, iussus erit generalis, & specialis, & liber, ideo si sic quis contestatus sit, quod voles cum Stycho seruo meo negotium gerere, potes periculo meo, videtur ad omnia iussisse, ni certa lex aliud prohibeat, *d. l.1.§. iussum autem.* Specialis autem iussus, si certam seruo, actoriue dominus vel pater iusserit numerare pecuniam, *l. final. quod cum eo qui in alie. potest. P.* vel aliter contrahere, *l. si domina, ad senatusconsul. Velleian. P.*

¶ Res quæ geri iubentur, sunt quælibet negotia, quæ aliis, 5 quam potestati subditis mandari possunt. Personæ quæ iubent, sunt pater & dominus, quibus potestas permittitur, *l. potestatis, de ver. sign. P.* Itẽ si tutoris iussu seruo pupilli creditũ sit, si ex vtilitate pupilli sit, in pupillum datur actio quod iussu, vt si iussu domini, ancillæ, & iussu patris filiæ creditum sit, *l.2. quod iussu. P. l si domina. 25. ad senatusc. Velleia. P.* Item si iussu eius qui administrationi præpositus est, cum seruo ciuitatis contractum est, quod iussu cum eo agi potest, *l.4, quod iussu. P.* Si iussu fructuarii erit cum seruo contractum, item eius cui bona fide seruit, Marcellus putat in eos dandam, quod iussu actionem, quod Vlpianus probat, *in l.1.§. si iussu, quod iuss. P.* Item si curatore adolescentis, vel furiosi, vel prodigi iubente, cum seruo contractum sit, putat Labeo quod iussu dandam actionem, in eos quorum seruus fuerit. Idem est & in vero procuratore: sed si verus procurator non sit, in ipsum potius dandam actionem, idem Labeo ait, *d. l.1.§. si.* Si pupillus iusserit, vtique nõ tenetur, nisi auctore tutore iusserit, *d.l.1.§. si pup. quod iuss. P.* sicuti nec obligatur quod iussu, qui iussit cum alieno seruo contrahere, quamuis ille seruus in potestatem iubentis postea venerit, *l.2. §. final. quod iuss. l.3.§. quod si quod admisit. ae suspecti tuto. P. §. si extraneus. de noxa. iact.* mandati tamen nomine obligatur iubens. Si vnus ex dominis serui iussit contrahi cũ eo, is solus tenebitur: sed si duo iusserint, cum quouis in solidum agi potest, quia similes sunt duobus mandantibus, *l. si. §. si. quod iuss. P.*

¶†† Forma iubendi in mente consistit, & voluntate, neque in- 6 teresse quis testato, siue per epistolam, siue verbis, aut per nuntium, siue specialiter in vno contractu iusserit, *l.1. §. iussum autem, quod iuss. P.* siue mandauerit dominus, *d.l.1. §. sed etsi mandauerit. l. si mandator. 8. quod cum eo. C.* aut serui chirographo subscripserit, *d.l.1.§. sed etsi serui.* vel ratum habuerit quod seruus eius gesserit, vel filius, *arg. l.1.§. si ratum. l. hoc iure. §.1. de regul. iur. P.*

¶†† Commendatitiæ literæ domini, vel patris, pro seruo & 7 filiofam. non dant actionem, quod iussu, si ii quibus commendantur harum intuitu contraxerint cum illis, *l. si. C. quod cum eo qui in alie. pot. &c.* quia ea non fuit mens scribentis. Quæ inspicitur, quomadmodum si dominus, vel pater esset principaliter contracturus, puta pecuniã mutuaturus, iusserit seruo, vel filio numerari cessat actio quod iussu, & datur in dominum aut patrem certi condictio, *l. fin. quod iuss. P.*

¶ Est enim hæc prætoria actio quod iussu, *d. l. fin. quod cum eo* 8 *qui in al. pot. C.* vnde & absolute dicitur honoraria, *l. si domina. 25. ad senatusc. Velleia.* P. & cessat vt plerunque vbi ciuilis locum habet. Finis eius actionis, consequi quod fide alterius gestum vtiliter est: vnde & diligenter fines eius quod iubetur seruandi quia non tenetur ex hac quis, nisi quatenus iussit, *l.3. quod iussu P.* vt & in commodato placuit, *l. diligenter mand. P. cum simil. ibi: nota.*

De Exercitoria actione.

Cap. 9.

P. lib.14.tit.1. C. lib.4.tit.25.

1 *Exercitoria actio qua.*
Exercitoria in dominum nauis, pro præposito in solidum datur. eod.
2 *Res de quibus in ea contrahitur.*
3 *Nauis quid.*
4 *Exercitoria causa persona.*
5 & 9. *Exercitor nauis quis est.*
6 *Aduersione nauem conducere quid.*
7 *Magister nauis quis.*
8 *Nauta quis.*
9 *Nauta, & campones, stabularij, &c. edictum quando competat.*
10 *Campones, nauta, & stabularij suorum famulorum præstant factum male.*
11 *in Nautas pro rebus illatis actionis vltra prætoriam, nauta campones, &c.*
12 & 14 *Nauta, & campo, aut stabularius, quando pro rebus illatis non teneantur.*
13 *Campo hospites non potest recusare.*
Nauta non potest nauigare volentes recipere, sed cogitur suscipere eod.

Digitized by Google

15 *Nauta, caupones, stab. &c. actio rei persecutoria est, & in heredem, heredi datur inibi, & reliqua quæ huius actionis sunt.*
16 *Exercitoria actione quid consequamur, & eius differentia cum ea quæ nauta, caupones, stabu. &c.*
17 *Exercitor quando non tenetur de facto magistri nauis.*
18 *Exercitor a quomodo teneatur exercitor pro præposito nauis.*
19 *Exercitor tenetur de contractu facto cum magistro, non si cum remigibus nauis, quamuis de eorum delicto teneatur.*
20 *Exercitoriæ actionis finis, & nautæ caupones &c.*
21 *Rationes.*

1 IVstinianus † exemplo actionis quod iussu, & eadem ratione, prætorem pollicitum duas alias actiones in solidum, exercitoriam, & institoriam, tradit, *§. eadem ratione, quod cum eo, & ca. apud Iust. idipsi. in l. fin. de institor. act.* C. Exercitoria tunc habet locum, cum quis seruum suum, vel alium magistrum naui præposuit: & quid cum eo eius rei gratia cui præpositus erit contractus fuit, *d. §. 1. eodem. & l. 1 de exerc. act.* P. *l. 1.* C. *de inst. act.*

2 ¶ † Res quæ huic actioni dant causſam, & de quibus contrahitur, sunt nauis, merces emendæ vel vendendæ, conductio vectorum, armamenta, *l. 1. §. magistri autem. de exerc. actio.* onus vehendum locarum, aliæque res vtiles nauiganti emtæ, vel ad refectionem, vel mercedes vectorum. Si quid enim extra vsum nauigij vel nauis contractum est, hac actione à domino præponente non repetitur, nisi & ad aliud expresse mandatum fiat, *d. l. 1. §. non autem ex omni causſa.*

3 ¶ † Nauem accipere debemus, siue marinam, siue fluuialem, siue in aliquo stagno nauiget, siue synedria sit, *d. l. 1. §. nauem autem.*

4 ¶ † Personæ quæ interueniunt in hac causſa, sunt dominus præponens, seruus, vel alius præpositus institor, exercitor, magister, nauta, remiges. Dominus qui præponit aliquem naui, & dominus nauis est, & aliquando non est dominus, *d. l. 1. §. magistri autem. & §. exercitorem.* nihil autem interest cuius sit sexus, *d. l. 1. §§. magistrum autem, & exsecutorem. §. in potestate. l. etsi à muliere. 4. C. de inst. actio.*

5 ¶ † Exercitor is est, qui præpositus est naui regendæ, ad quem obuentiones & reditus omnes nauigationis perueniunt: siue is dominus sit, siue à domino nauem per auersionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum. Neque interest, is ne fuerit masculus, fœmina, seruus, liber, paterfamilias, an filiusfamilias. In pupillo tamen exigimus tutoris auctoritatem, *d. l. 1. §. exercitorem.*

6 ¶ † Auersione nauem conduci dicunt, quando non ad numerum certarum amphorarum, *l. fi. §. si. ad leg. Rhod. de iact.* P. sed vniuersa nauis quicquid potuerit deferre, conducitur, periculo conducentis, *l. 4. §. fin. l. si quis vina. §. auersione. de peric. & commo. rei vend.* P. *l. quod sæpe. §. in his. de contra. emtio.* P. *l. opus quod. 36. loca.* P.

7 ¶ † Magister nauis is, cui totius nauis anchora, id est, administratio mandata est, *l. 1. §. magistrum nauis. de exercit.* P. siue is præpositus sit ab exercitore, siue ab alio magistro, *d. l. 1. §. magistrum autem.* Magistri porro imponuntur, vel locandis nauibus, vel ad merces, vel vectoribus conducendis, armamentisve emendis. *d. l. 1. §. magistri autem.* de institore proximo dicemus capite, Deo fauente.

8 ¶ † Nautam accipere debemus, inquit Vlpianus, eum qui nauim exercet, quamuis nautæ appellentur omnes, qui nauis nauigandæ causſa, in naui sunt: sed de exercitore solummodo prætor sensit, *l. 1. §. 1. nauta, campo. stabula. vt recep. resti. di. 4.* P. *tit. 9.* Neque enim debet, inquit Pomponius, per regimen, aut mesonautam obligari, sed per se, vel nauis magistros. Nautarum quoque nomine venient exercitores ratium, lintrarij, nauicularij, nauphylaces, præpositi custodiendis nauibus per exercitorem, qui & horum nomine tenetur, *l. 1. §. & sunt quidam. & §. seq. eod. tit. nauta caupo.*

9 ¶ † In forma exercitoriæ actionis, distinguendæ sunt formulæ contrahendi: nam aut nautæ (quod & in cauponibus, & stabulariis receptum est) recipiunt quod cuiusque saluum fore. Et tunc si non restituant, datur actio prætoria ex edicto nautæ, caupones, stabularij, & in eos, qui nauim, cauponam, aut stabulum exercent, ad quos videlicet quæstus, & reditus nauis, cauponæ, aut stabuli peruenit. Ex eo enim, quod exercent nauim & cauponam, stabulum, videntur polliceri securitatem & custodiam rerum nauigantium, viatorum, & iumentorum: & ideo æquum est ipsos de eorum periculo & damno teneri, quod ibi per se, vel suos datum fuerit: quia necesse est plerunque eorum fidem sequi, res custodiæ eorum committere. Nec putet quispiam, ait Vlpianus, aduersus eos grauiter hoc constitutum: nam est in ipsorum arbitrio, ne quem recipiant, *d. l. 1. §. nauta, campo.* id est, liberum eis est, num velint cauponam, vel nauim exercere, vel habere stabulum: at cum semel cauponam habent, non est eis liberum. Nautæ periculo sunt omnes res in nauim missæ, assignatæ, & non assignatæ, & eo ipso quod in nauim missæ sint, receptæ videntur. Recipit itaque omnium custodiam, quæ in nauem illata sunt, & factum non tantum nautarum, sed etiam vectorum, id est, eorum qui vehuntur exercitor debet. *l. 1. §. fin. & 3. & l. debet. 7. nauta caupo.* Sicut & caupo viatorum, *l. 2. eodem titu.* P. sed & merces non receptæ in nauim, quæ in littore perierint, ad periculum eiusdem pertinent. *l. 3. §. idem ait nauta, caupo. stab.* P.

¶ Factum † & præstant isti exercitores suorum nautarum, & famulorum: quia ipsi eos suo periculo adhibuerint. *l. fin. in princ.* culpæ videlicet nomine, quia tales qui nocuerunt, vel damnum fecerunt, adhibuerint: ideo si illi decesserint, non releuabuntur *d. l. fin. §. hac autem actione.* At distinctio tamen de seruis adhibenda, in condemnatione: nam suorum nomine noxali duntaxat tenentur, in solidum pro alienis. Nam cum alienos adhibent, explorare eos oportet, cuius fidei, cuius innocentiæ sint. In suis venia digni sunt, si qualescunque ad instruendam nauim adhibuerunt, *d. l. fin. §. seruorum. l. 1. §. serui furti aduers. nautas, lib. 47.* P. *tit. 5.* nec tamen immunes ab edicto sunt: ne materia daretur, cum furibus aduersus eos, quos recipiunt coeundi, cum ne nunc quidem abstineant ab huiusmodi fraudibus. *leg. 1. §. 1. nauta caup.* P. 10

¶ Pomponius † etiam hanc honorariam actionem inductam esse putat, vt innotescerct curam prætorum agere reprimendæ improbitatis huius generis hominum: quamuis actiones ciuiles pro iisdem causſis dentur: vt si perferendas res nauta conduxerit, ex locato, si gratis res susceperit, ex depositi: eo quod in locato, & conducto culpa: in depositi dumtaxat dolus præstatur. 11

¶ At † hoc edicto omnimodo qui cœperit, tenetur, etiam si sine culpa eius res perierit, vel damnum datum est: nisi si quid damno fatali contigerit, vel naufragio, vel vi pyratarum: aut si in stabulo, aut caupona, vis maior contigerit. *l. 3. §. sed si tota eum §§. seq. eod. nauta caupo. stab.* teneturque de incendio, *leg. si vendita 11. de peric. rei vend.* P. furto, & similibus. *l. cum duobus 42. §. damno, pro soc. l. nauta. 5. fin. naut. caup. sta.* Et licet gratis nauigaueris, vel in caupona gratis diuerteris, non tamen actiones tibi denegabuntur, si damnum iniuria, *l. licet. 6. eod. titu.* passus es. Obseruatur tamen in factum actione cauponem teneri, pro iis qui habitandi causſa in caupona sunt, non etiam pro eo, qui hospitio repentino recipitur, vt viator est, *dict. l. licet. §. in facti. & l. 1. §. caup. auth. fur. adue. nau.* P. si ex maleficio eius agatur per eum commisso: contra si de illatis agatur receptis. *gloss. in d. l. licet, §. in factum.* 12

¶ Sic † etiam nauta, vectorum in naui factum non præstat, quia quemadmodum caupo non potest repellere inter agentes, sic nec nauta nauigaturos, seu vehendos eligere vel reiicere potest. *d. l. 1. §. si fur. adu. nau.* P. In electione autem est eius, qui furtum passus est in naui, caupona, aut stabulo experiri actione honoraria aduersus nautam, cauponem, aut stabularium: aut ciuili contra furem. *d. l. 1. §. 1. furti aduers. naut.* P. *l. pen. §. plusquam. nautæ, caupones, l. 3. §. fin. eod. titu. in l. fin. §. item si prædixerit, nautæ, caup. sta.* P. *art.* 13

¶ Excipit † Vlpianus casum, vt si prædixerit nauta, caupo, stabularius, vt vnusquisque vectorum, aut viatorum res suas seruet, neque damnum se præstiturum, & consenserint vectores prædictioni, vt tunc non conueniantur. *l. staque. 32. de ædil. edict. in* P. Item 2. Si extra nauim damnum datum sit, *d. l. fin. in prin. & 3.* si damnum sibi nautæ dederint, non teneatur exercitor. *eo. d. l. fin. §. hac actio.* 4. si extra negotium quod gerendum susceperim, nauta, caupo, stabularius aliquid susceperint, non tenetur dominus, aut qui præposuit. *l. 3. §. eo modo, naut. caup. sta.* 14

¶ Actio † edicti nautæ, caupones, stabularij, &c. rei persecutionem, vt Pomponius ait, continet, & ideo heredi & in heredem, & perpetuo datur. *l. 2. hac autem actio naut. caup.* P. Et in duplum, *l. fin. §. hac actio, hoc duplum omne, pœnam gloss. in rubr. naut. caup. sta.* vtpote ex quasi maleficio, quando datur ob furtum, vel damnum admissum à præpositis contra præponentem, vtpote quod à suspicione maleficij alienus non sit, qui malefícos præposuit. *§. penult. de oblig. quæ ex qua. delict.* Veruntamen in quantum pœnalis est, & extra rerum persecutionem in heredem nō datur. *l. fin. hac iudicia, naut. caup. sta.* P. Si plures nauem exerceant, vnusquisque pro parte, qua nauem exercet conuenitur. *d. l. fin. si plures.* Quod tamen verum tantum est, in hac formula nautæ caupones &c. dum de receptione rerum per has personas, & postea de earum amissione quæritur. 15

¶ At † paulo aliter in alia formula directæ exercitoriæ actionis: in qua agitur de contractu inito cum præposito, vel magistro nauis: in qua si plures nauem exerceant cum quolibet eorum in solidum agi potest. *l. 1. §. fin. & l. 2. & l. si tamen. 4. de exerc. actio.* P. remanente tamen facultate soluendi, agendi contra alios iudicio societatis. *l. 3. eod.* daturque heredibus, & in heredes, & perpetuo. *l. si tamen. 4. §. fin. eo. tit.* Est autem electio actoris, qui contraxit cum magistro nauis, num contra magistrum, seu institorem, an contra exercitorem velit ex persona magistri agere: ita tamen, vt electione facta vnius, ad alium nō possit redire. *l. 1. §. est autem nobis, & §. hac actio. eo. tit.* 16

Potest † se tamen tueri exercitor contra factum magistri, si is modum cui præpositus fuit egressus est. *l. 1. §. igitur præpositus. & §. sed ait si certis. de exerc. act.* P. & si in aliā rē, quam esset præpositus mutauit est. *in d. l. 1. §. non autem. & l. fin. eo. tit.* † Veruntamen 17 18

Digitized by Google

men † non ideo creditor onerandus probatione est, quod pecunia mutuata sit erogata in rem, cui institor vel magister fuit præpositus: sed sufficit exigere, vt sciat in hoc se credere, cui rei magister sit præpositus: & in eo aliquam diligentiam creditor debet præstare contrahendo cum institore, vt sciat institorem in eo quod contrahit præpositum, & ne mutuet amplius, quam necessarium sit rei: non enim illud quod supra necessitatem negotij commissi impenderet, & mutuaret, repetere ab exercitore, vel domino posset: *d. l. si.* quamuis recte cum institore vel magistro, ex eo quod cum eo contraxit agere posset. *l. si cum 5. §. item si seruus, eo.*

19 ¶ Diuersa † quoque ratio in eo quod exercitor tenetur solũ de contractu facto cum præposito, seu magistro nauis: non autem de contractu facto cum nautis seu remigibus: quanquam ex delicto cuiusuis eorum, qui nauis nauigandæ caussa in naui sunt, detur actio in exercitorem. Alia enim est contrahendi caussa, alia delinquendi. Siquidem qui magistrum præponit, cõtrahi cum eo, permittit, qui nautas habet, non contrahi cũ eis, permittit, sed culpa & dolo carere eos curare debet. *l. 1. §. sed si cum quolibet nautarum, de exercit. actio.* Estque naualia lex ea de re Iustiniani hæc, ὁι ναυκληροι δὲν τῶν συναλλαγμάτων τῶν ναυτῶν ὑπεύθυνοι, ἀλλὰ δὲ τῶν ἁμαρτημάτων ὑπεύθυνοι, id est, *Nautæ, ex contractibus nautarum non obligantur, ex delictis tamen eorum, qui nauis nauigandæ caussa in naue sunt tenentur. Ita in legibus Gracis Iustiniani* 16.

20 ¶ Finis † istius actionis, vt ceterarum est, vt tuta sint ab omni damno nauigantium, vt in edicto nautæ, caupones, stabularij, viatorum res. ¶ Atque 21 cur exercitor tenetur de nautis, & magistro, & caupones, & stabularii de præpositis & seruis suis, iam ratio tradita est, quod participes videantur scelerum, qui tales præposuerunt. *§. fin. de obli. quæ ex quasi de.* Alia necessitas, quæ sæpe nauigare vrget, & quia locus, nec tempus patitur deliberãdi consilium, & ita cum ignari interdum cuius sint conditionis, vel quales sint magistri propter necessitatẽ nauigandi, cum illis contrahamus. æquum fuit eum, qui magistrum naui præposuit teneri, *l. 1. de exerc. act.* alioquin contrahentes deciperentur, *d. l. 1. §. magistrum autem.* Quo fit, vt ex contrario nauem exercenti, aduersus eos qui cum magistro contraxerunt, actionem prætor eandem non polliceatur: quia non eodem auxilio indigeant, *l. 1. §. sed ex contrario, eo. tit.* sed datur in eos alia actio, mandati cessione facta actionum à magistro exercitori, *l. si eum qui, 5. eo. titul.* quod tamen diuersum est in institoria actione. *l. 1. §. fi. & l. 2. de inst. act. P.*

Ad legem Rhodiam de iactu, & de quibusdam aliis legibus nauticis.

Cap. 10.

Tit. 2. Lib. 14. P.

1 *Rhodiensis leges vnde dicta.*
Nauticas leges Rhodos constituit.
2 *Nauales leges potius locorum, quam communes sequendæ.*
3 *Nauales leges de rebus nauigationis quæ.*
4 & 5. *Naues facere & fabricare, & nauigare quibus permissum, aut prohibitum.*
5 *Claudia lex de nauibus Senatorum.*
Negotiatio interdicta Senatoribus. eod.
6 *Nauis in refectionem, armamentum, & constructionem mutuans habet priuilegium prælationis.*
7 *Nauta ne concredat in negotiationem vecta.*
Ne oneri publico aliud adiiciat priuatorum. eod.
Nauem habens in flumine publico, subire cogatur onus publicum. eod.
8 *De onerandis nauibus lex Rhodia.*
9 *Ne naui veteri pretiosa imponat.*
In naui re perdita quis teneatur, lex alia Rhod.
10. & 14. & 16. & 18. *Iactus naufragij vt resarciendus à vectoribus & nautis.*
11 *Nauigationi quod est idoneum tempus.*
12 *Nauta commodo tempore, vel itinere non nauigans in culpa est.*
13 *Nauta portum tenens tempore commodæ nauigationis punitur.*
14 *Iactus periculum pertinet ad nautam, si plus æquo nauem onerauerit.*
15 *Nauta aduersa tempestate ne nauem derelinquat.*
17 *Instrumentorum fractio, quibus vtitur qui locauit operas, pertinet ad eum qui locauit suas operas.*
18 *Naue incurrente in aliam nauem damnum datum, quomodo, & à quo resarciendum sit,*
19 *Nauis à piratis spoliata an contributioni locus sit.*
20 *Nauis damnum ad quem pertineat.*

1 QVia † nauium exercitium ad summam reip. vtilitatẽ pertinet, *l. 1. §. licet autem, de exercitor. actio.* de nauticis legib. pauca percurrere alienum ab instituto sermone non erit. Dictæ porro leges istæ Rhodienses, à ciuitate & insula Rhodiensi, quæ est in mari Carpathio, Cariæ adiacens, in Asia, quæ legum præstantia, & naualis rei peritia adeo valuit, vt annis multis maris imperio potiretur, & pyratarum latrocinia sustulerit: ita nauigandi solertia, naualibusque victoriis celebrata. *li. 7. Aulus Gell. cap. 3.* Proinde, illa, aliquando & leges mari, & nauticis rebus constituit, secundum quas & reliquæ nationes, nisi si quas contrarias haberent iudicabant. *in l. de precario, 9. ad legem Rhodiã de iact. ca. Rhodiæ leges, 2. dist.*

2 ¶ Solent † enim littora & maria eius adiacentia leges quasdã iure suo constituere: quales pleræque & vtilissimæ in Amorica, seu in Britannia: & nullus fere fluuius nauigabilis, nullumve pelagus, quibus non quædam ex consuetudine vsurpata lex à iure communi, & Rhodiensium diuersa. Quare illæ potius in locis quibus dictæ sunt, seruandæ erunt. Porro leges omnes respiciunt aut res, aut personas, aut negotia nautica. 3 ¶ Ad † res pertinẽt leges, quæ de ipsis nauibus & armamentis, & rebus vehendis, vel transferendis statuunt, & de iactatis & conseruatis.

4 ¶ Qualis † illa, vt priuatis etiam naues habere, & nauigia exercere sit permissum: dummodo id fiat sine fraude reipublicæ, *l. 1. de nauic. non excusand. lib. 11. C. tit. 3.* exceptis senatoribus, quibus interdictum erat naues habere. *l. 3. de vacan. muner. P.*

5 ¶ Liuius † scribit illam legem fuisse Romanis antiquissimam Tribunitiam Claudiam, P. Cornelio, & Ti. Sempronio Coss. ne quis Senator, quive senatoris pater fuisset, maritimam nauem, quæ plus trecentarum amphorarum esset, haberet: id satis habitum ad fructus ex agris vectandos, quæstusque omnis patribus indecorus visus est.

6 ¶ Vtitur † & ea lege Cicero oratione de suppli. Quod quis nauis fabricandæ, vel instruendæ quoque modo creciderit, vel ob nauem venditam petat, habet priuilegium post fiscum. *Marcellum l. quod quis, 18. & Paul. in l. qui nauem, 10. de priuil. creditor. li. 42. P. tit. 6.* Priuilegio quoque prælationis vtuntur, ea, quæ in cibaria nautarum fuerint credita, sine quibus nauis salua in portũ peruenire non poterat: item si quis in merces sibi obligatas crediderit, vel naulum exsoluatur. *quæ potio. in pig. ha. P. l. huius enim. 6.*

7 ¶ Alia † lex mercium euectarum est, ne susceptas species vehendas in negotiationi emolumenta conuertant. *l. 2. de naucular. seu naucler. public. species transportanti. lib. 11. C. tit. 1.* Item nequid oneri publico à priuatis imponatur: alioquin & dispendio naufragii, & publicæ coercionis experitur condemnationem. *l. vni. ne quid oner. publ. impon. lib. 11. C. titu. 4.* Et quia naues habet in Tyberi, publica subire cogatur. *in legit. naualib. Gracis Rhodiens. c. 11.*

8 ¶ Det † onerandis quoque nauibus sic in Rhodiis naualibus legibus cautũ: φορτία μεγάλα, καὶ πολύτιμα μὴ ἐμβαλλέσθωσαν ἐς μικρὰ πλοῖα, καὶ ἐὰν ὀπτάκις ἐς πλοῖον παλαιὸν, *l. vni. de nautis Tiberinis, C. lib. 11. titul. 26.* &c. id est, *merces ponderosas ac pretiosas, mercatores & vectores, nauigio veteri ne imponunto.* Iubet & eadem, conducentes naues antequam eas onerent exquirere: an nauigium integra armenta habeat, malum antennas validas, vela, & celicia, anchoras, funes canabinos, eosque varii generis, scaphas nauigiũ affectantes, temones necessarios, nautas sufficientes, socios natales, vigiles, latera nauis minime dissoluta.

9 ¶ Iubet † lex alia Rhodia etiam, *l. 13. Rhodiensium, leg. 3.* ἐὰν εἰσέλθῃ ἐπιβάτης εἰς πλοῖον, καὶ ἔχῃ χρυσίον ἢ ἀργύριον, ἀφανιζέσθω ὑπὸ τοῦ ναυκλήρου, εἰ δὲ μὴ ἀφανίζοιτο, εἶπεν ὅτι χρυσίον ἢ ἄργυρον, καὶ ἐὰν ὀμόσῃ τοῦτο, ἀποτινέτω ὁ ναύκληρος, καὶ οἱ ἐμπλέοντες τὸν ὅρκον παραχέσωσιν, i. *si vector nauigiũ ingressus, pecuniam, aut aliud quid habet, apud nauclerum deponito, si vero re non deposita dixerit se aurum perdidisse, aut argentum, dicta ipsius inualida irrita sunto. Nauclerus tamen & nautæ, aliique vna nauigantes, iuramento se purganto.*

10 ¶ Legẽ † Rhodia etiam cauetur, vt si leuandæ nauis gratia, iactus mercium factus est, (videlicet vrgente periculo, & imminente naufragio,) omnium contributione sarcitur, quod pro omnibus datum est, *Papin. in l. 1.* Verba legis Rhodiæ, *in legi. naualib. Rhodiensium, 43. & in l. 31. 32. & 35.* ἐὰν πλοῖον διὰ χειμῶνα ναυαλφθῇ καὶ ἐκβαλεῖν ποιήσῃ τὸν γόμον, καὶ ἀγορᾶσαι πλοῖα καὶ καταρτία, καὶ αὐχένας, καὶ ἐγκύρους, καὶ ἱστολίσαι, πάντα εἰς συμβολὴν ἐγχωθῆναι ἅμα τῆς τιμῆς τοῦ πλοίου, καὶ τῶν σωθέντων φορτίων, id est, *si nauigiũ tempestate oppressum fuerit, & vna cum mercium iactu antennæ cornua, malus, gubernacula, anchoræ, epholtiaque fracta sint: hæc omnia in consortium contributionis veniunto, vna cum nauis & saluatarum mercium æstimatione.* Iactu facto, leborante naue, amissarum mercium domini, si merces vehendas locauerint, ex locato cum magistro nauis agere debent. Is deinde cum reliquis quorum merces saluæ factæ sunt, ex conducto, vt detrimentum pro portione communicetur, agere potest. Æquissimum enim est, commune detrimentum fieri eorum, qui propter amissas res aliorum, consecuti sunt vt merces suas saluas haberent. Et ideo eius rei caussa, potest vti magister nauis donec satisfiat, iure retentionis sarcinarum & mercium, si quas ibi vectores habeant. *leg. 2. ad leg. Rhod. de iact. P.* Excutiendum autem

Digitized by Google

est hic, num magister nauis in culpa sit, aut dolo: quia tunc omne in eum periculum conuertitur, veluti si in alia naue, deteriore, nauta nulla coactus necessitate merces posuerit, vel traduxerit, cum id fieri nolle sciret dominum, dummodo eadem nauigatione vtraque nauis non petierit: cumque id sine dolo & culpa nautarum factum est. *l. fin. §. si ea conditione, ad leg. Rhod. de iact. P.* Tenetur etiam si imperite vel temere in periculum nauigationis, extra tempora conuenientia se coniecerit, aut si minus idoneis nauigationem commiserit, vt ait Paulus, *l. vtique, 16. §. 1. de rei vind. P. l. item quæritur, §. 1. loca. P.* Caius, *l. qui petitorio, 37. §. 1. eod. tit. de rei vindic. P.* & Vlpianus, *l. item quæritur, 14. §. si magister nauis loca. P.*

11 ¶ Sane, † vt scribunt Gratianus, Valentinianus, & Theodosius, CCC. placuit, vt Nouembri mense nauigatione subtracta, Aprilis, qui æstati est proximus, susceptionibus scilicet nauigiorum, applicetur: cuius susceptionis necessitas, ex kalendis Aprilibus, in diem calend. Octobr. mensura seruetur. *l. 3. de naufragiis. lib. 11. C. Theodosia. titu. 9. l. 3. de naufragiis, lib. 11. C. Iust. titu. 5.* Hyemis nauigatio sæpe periculosa est, & semper incerta. *l. ciuitas Rhodiorum, 6. de offic. rector. prouin. lib. 1. C. titu. 44. Actum 26.* Et Vegetius, de mensibus loquens: *Ex die*, inquit, *lib. 4. tertio Iduum Nouembris, vsque ad diem sextum Iduum Martij, maria claudantur. Nam lux minima, noxque prolixa, nubium densitas, aeris obscuritas ventorum, imbrium vel niuium geminata saeuitia, non solum classes à pelago, sed etiam commeante, à terrestri itinere deturbat.*

12 ¶ Nauta † itaque aut magister, qui pelago non idoneo tempore commisit, siue imprudentia fecerit, in culpa est, *l. 2. §. quod diximus, si quis cautio. lib. P. 2. tit. 11.* & si per insidiosa loca miserit. *a. l. qui petitorio. 37. §. qui in rem, de rei vin. P. & l. item quæritur, §. si quis seruum, loca. P.*

13 ¶ Non † effugit etiam damnum, imo deportationis pœnam sustinere debet nauta, qui publicas species defert, si & conueniente flante vento portum tenet, pœna etiam ad iudices, & municipes prorogata, qui in portu tunc esse passi sunt. *l. fin. de nauicula. lib. 11. C.*

14 ¶ Sed † & ad culpam pertinebit nautarum solum iactus, si plus æquo naues onerarias, quæ Græcis φορτηγοὶ & φορταγωγοὶ, onerauerint, *in l. 49. Rhodiensium, & l. 1. ne quid oners publ. impon. lib. 11. C. titu. 4.* & ita qui oneri publico sarcinam adhuc priuatam superimposuerint, dispendio periculi &, naufragij tenentur, *l. si seruus seruum, 27. §. si quis de manu. vers. sed etsi multum, ad leg. Aquil. l. qui in insulam. §. qui mulas loca. P. meminit de modiatione.* non enim audiuntur, si se ignorare dicant post damnum acceptum calculum modiationis nauis, id est, quantæ mensuræ & capacitatis esset. *l. cum nauarchorum, 32. de nauicularijs, in C. Theod. lib. 13, tit. 5.* Sic enim olim modiorum numero amplitudo oneris nauis mensurabatur, vel ex culeis, vt hodie ex doliis seu tonellis, *l. iubemus nullam, 10. de sacrosan. eccl. l. 2. de nauib. non excusa. lib. 11. C. tit. 3.* Et mandatum erat, nauicularie functioni obnoxiis, ad necessarium, & constitutum modum ædificare naues. *l. prouideatur, 28. de nauicula. lib. 13. Theodosia.*

15 ¶ Item † in culpa esse videtur is nauta & magister, si aduersa tempestate nauem dereliquerint: nam & eadem culpa ceteri vectores puniuntur, ea lege, quam refert Cicero, *Lex est*, inquit, *de Inuentio. qui in aduersa tempestate nauem reliquerint, omnia amittunto: eorum nauis & onera sunto, qui in naui remanserint.*

16 ¶ Sunt † alia his similia: quibus & fraus & dolus nautarum, & imperitia, & culpa iactatum, & iacturam in magistros recte solos retorquet. At quando his cessantibus, casu fortuito, vel superiori vi & tempestate exoneranda nauis est, iustum non est, vt qui in eadem naui periclitatur magister damnum omne subeat: proinde contributio facienda est, habita ratione rerum, & personarum.

17 ¶ Nam, † si laborante naue, conseruatis mercibus deterior facta sit nauis, aut si quid exarmauerit, nulla facienda est collatio: pro his enim mercedem capit magister, non secus, quam si faber incudem aut malleum fregerit, non imputatur ei, qui locauerit opus. Nisi voluntate vectorum, vel propter aliquem metum hoc detrimentum factum est: hoc enim sarciri oportet. *l. 2. §. si conseruatu, 3. ad leg. Rhod. de iact. l. amissa, §. fin. eod. in legib. Rhodiensib. l. 36.* Oportet autem omnes qui remanserunt, iactu facto in naui, quorum interfuit iacturam fieri, conferre qui res haberent, cuiuscunque ponderis, maioris vel minoris sint, pro rerum, pretio, corporum, liberorum excepta æstimatione, quæ nulla fit, vt & dominus etiam nauis pro portione sit obligatus, *l. 3. §. cum in eadem naue, ad leg. Rhod. de iact. l. 40. Rhodiensium.* portione mensurata pro æstimatione rerum, quæ saluæ sunt, & earum quæ amissæ sunt, obseruato & eo, vt in æstimatione faciendæ rerum amissarum habeatur ratio damni, non lucri, id est, æstimentur quanti emtæ sunt, non quantum vendi potuissent. At in his rebus, quarum nomine conferendum est, æstimatio haberi debet, non quanti emtæ sunt, sed quanti venire possunt. *d. l. 2. §. portio, & seq.* Non computantur inter iactum serui, qui se præcipitarint, qui morbo interierint, *d. l. 2. §. seruorum*, nec res, quæ postquam iam iactæ sunt apparuerunt: hæ enim exonerant collationem, & quod earum nomine exactum est, repetitur, *d. l. 2. §. 1.* res tamen iacta domini manet, nec pro derelicto habetur. *d. l. 2. §. fin. l. qui leuandæ, eo. §. fi. de rerum diuis.* Si tamen res quæ remanserint, deteriores factæ sunt, æstimandæ sunt secundum præsens pretium, ne in contributionem, vt meliores veniant. *l. nauis, 4. §. cum autem, & §. final. ad leg. Rhod. de iact.* Est & hic annectenda Callistrati suis verbis decisio. *Sed si nauis*, inquit, *quæ in tempestate iactus mercium vnius mercatoris leuata est, in alio loco submersa est, & aliquorum mercatorum merces per vrinatores extractæ sunt, data mercede, rationem haberi debere eius, cuius merces in nauigatio. leuandæ nauis causa iactæ sunt, ab iis qui postea suas per vrinatores seruarunt.* Sabinus æque respondit. Eorum vero, qui ita seruauerint, inuicem rationem haberi non debere, ab eo qui in nauigatione iactum fecit, si quædam ex his mercibus per vrinatores extractæ sunt. Eorum enim merces non possunt videri seruandæ nauis causa, quæ periit. *d. l. 4. §. sed si nauis, eo.* Neque nauis amissæ damnum collationis consortio sarcitur, per eos qui merces suas ex naufragio liberauerint. *l. amissa, 5. eod.* Et cum depressa, aut deiecta nauis est, quod quisque ex ea suum seruauit, sibi seruare respondit Paulus, tanquam ex incendio, *leg. cum depressa, 7. eod. ad l. Rhod. de iact.* videlicet, vt naue naufraga non teneatur ad contributionem.

¶ Sic † quisque suum periculum sentiet: immunis erit quoque à pœna magister: si casus sit fortuitus, & si sine culpa & dolo suo nauis eius vitium, vt ait Labeo, fecerit. *in l. fin. §. idem dicemus, ad l. Rhod. de iact. P.* 18

Optime autem Vlpianus notat, vt si nauis impacta in nauem, vel in scapham alterius, damnum dederit, distinguendum ex Proculo: si in potestate nautarum fuisset: ne id accideret, & culpa eorum factum sit, & tunc teneri ex lege Aquilia aduersum nautas: sed si fune rupto, aut cum à nemine regeretur nauis incurrisset, cum domino agendum non esse. *l. quemadmodum. 39. §. si nauis. ad l. Aquil. P.* Item Labeo scribit, si cum vi ventorum nauis impulsa esset, in funes anchorarij alterius, & nautæ funes præcidissent, si nullo alio modo, nisi præcisis funibus explicare se potuerint, nullam actionem dandam. *d. l. quemadmodum, §. item Labeo.* Si autem nauis alteram contra se venientem obruisset, aut in gubernatorem, aut in ductorem actionem competere damni iniuriæ, Alphenus ait: nisi tanta vis fuit nauis, quæ temperari non potuit: quia tunc nulla in dominum danda actio. Si culpa nautarum fiat, Aquilia sufficit. Sed si funem quis, quo religata erat nauis, præciderit, in factum actio erit. *d. l. quemadmodum, §. si nauis alteram, & §. seq.* In lege Rhodia, *l. 39. Rhodiensium naualium.* si nauigium passis velis prouectum, in aliud nauigium in statione agens, aut vela dimittens interdiu incurrerit omne damnum collisionis nauclerus, & vectores resarcire iubentur. Si noctu acciderit, qui vela subduxerit, ignem accendere debere: aut si non habeat ignem, clamorem edere. Et si his neglectis damnum ei inferre contigerit, hisce per testes probatis, exitij sui sibi esse causam, & indemnem aliam esse nauem.

¶ Veniunt † & in contributionem nautarum, & vectorum, si pecuniæ vel res aliæ ex naui diripiantur ab hostibus, aut latronibus, aut ab exercitu publico, ex lege Rhodia. *in l. 9. legum Rhodiorum.* At Seruius Offilius, & Labeo, si nauis quidem à pyratis redemta sit, omnes quidem conferre debere aiunt. Quod vero prædones abstulerint, eum perdere, cuius fuerit: nec conferendum eis, qui suas merces redemerint. *l. 2. §. si nauis, ad leg. Rhod. de iact.* 19

¶ Iulianus † quoque, naui aduersa tempestate depressa, 20 ictu fulminis deiectis armamentis, & arbore, & antenna, quæ onus integrum retulit, non teneri eos, quorum onus fuit nautæ pro damno conferre respondit. Quia hic sumtus instruendæ magis nauis, quam seruandorum mercium gratia factus sit. *leg. nauis, 6. eod. tit. ad l. Rhod. de iact.* Exstat iudicium nauticum huius seculi, vt si magister nauis imperitia in agenda naui erret, & ea ratione deterior fiat, mercatoribus damno inde affectis, teneatur damnum resarcire, si soluendo sit: si autem non sit, capite plecti debet: si prius constiterit eum non esse soluendo. *au liure du grand. Roturier & pilotage de Pierre Garcie aux iugements D'Olleron touchant les faicts des nauires.*

Aliæ leges nauales circa Personas.

Cap. II.

1 *Nauigantium tres species.*
2 *Nauta tenetur de damno, si inuitis vectoribus in locum periculosum nauim deduxerit.*
3 *Nauta pernoctans extra nauem de damno aduenient mercibus tenetur.*
4 *Nautarum merces & victus.*
Vinum nautæ non semper bibunt. eod.
5 *Nauigantium nauis, quantum spatij occupare debet.*
6 *In naui non licet piscem frigere, vel lignum findere.*
7 *Nautica quæstiones quædam.*
8 *Furta in naui facta vt plectantur.*
9 *Nautarum in naui contendentium, & contumeliam inferentium punitio.*

10 *Inuenta*

Digitized by Google

10 *Inuenta in mari cuius sint:*
11 *Nauigationis mora quando nautæ non imputatur.*

1 TRia sunt genera † personarum nauigantium, nempe magistrorum, nautarum seu remigum & vectorum, qui vel mercatores, vel viatores sunt. De exercitore, nauclero, & nautis satis in exercitoria dictum est.

2 ¶ In † legibus Rhodiis, *l. 4.* si nauicularius in locum furtis obnoxium, aut latronibus infestum applicuerit, vectoribus testato ei loci vitium denuntiantibus, furto facto, ad rerum ablatarum restitutionē nauclerus adstringitur. Si vero nauclero prædicente, vectores eo nauem appulerint, de damno, quod ibi acciderit, ipse teneatur.

3 ¶ Alia † 26. ἐὰν πρὸς τῶν ναυτῶν ἢ ναυκλήρου ἐπιτεταγμένος ἐν τῷ πλοίῳ, συμβῇ ἐπιβουλίαν γενέσθαι τῷ πλοίῳ τινὰς, ἢ ἡμέρας, πᾶσαν τὴν ζημίαν ἐφορᾶν τοὺς ἔξω καθεύδοντας τῶν ναυτῶν ἢ ναυκλήρου, τοὺς δὲ ἐν τῷ πλοίῳ μενοντας ἀζημίους μένειν, τοὺς δὲ ἀμελήσαντας ; συμφέρειν τῷ δεσπότῃ τοῦ πλοίου τὴν ἀμέλειαν αὐτῶν συγγινώσκειν ζημίαν, id est, *si quo nautarum aut nauclero extra nauim dormiente, nauigij iactura noctu aut interdiu acciderit, omne damnum nautæ atque nauclero extra nauim dormientes præstanto. Qui vero in nauigio manserint, indemnes sunto. Qui autem negligentes, aut oscitantes inuenti fuerint, omne, quod per negligentiam illorum damnum illatum est, magistro nauis pendunto.*

4 ¶ De † mercedibus personarum nauis, vt naucleri, gubernatoris, pro vectæ, naupagi, carabitæ, tractant leges nauales Iustiniani rex priores, quas nō refero, cū mercedes ex cōuentione fere, vel ex regionum consuetudine constituantur, sicuti quæ ad victum pertinent, & alimenta: siquidem & hæc moribus regūtur: vt Britanniæ nautæ vnico ferculo cocto semel in die contenti esse debent: eo quod potionibus quibusdam præter aquam nauigantes fruantur. Nortmāniæ vero nautæ, duobus & bis in die ferculis pascuntur, quod potione alia, quam aquæ non vtantur, donec portum appulerint: quo tēpore vinum magister eis præbere tenetur. *au liure du grand roturier & pilotage, au iugement, de l'Orron touchant les nauires.*

5 ¶ De † rectoribus sic statuit lex Iustiniani, *Mercatori locum in naui duorum pedum habere licitum esto, vecturam tamen persoluito, in naualibus legibus Iustin. l. 6 Vectoris locus in naui in longitudine cubitorum trium in latitudine cubiti vnius esto l. 7. eod. Mulier in naui locum cubiti vnius capito: puer vero nondum adultus, cubiti dimidij. l.* 6 *11. eodem.*

¶ *Vector † in naui piscem ne frigito. l. 8. eod. lignum ne findito, l. 9 eod. aquam ad mensuram sumito. l. 10. eod. pecuniam si habeat apud nauclerum deponito, l. 12. eod. vna cum nauclero nauis simul nauigantibus iuramentum præstato. l. 13. eod.* ¶ Int negotiis nauticis conuentiones exercentur, vsuræ quoque nauticæ, & contractus cum nautis & magistris initi, de quibus suo loco. Item nauli solutio, mercedes nautarum, & vectionum num pro mortuis mancipiis in naue debeatur vectura, *vt in l. si. ad leg. Rhod. de iact.* vt non debeatur quippiam pro infante nato in naui, ex muliere, quā quis vehendam naui conduxisset prægnantem; cum neque vectura eius magna sit, neque his omnibus vtatur, quæ ad nauigantium vsum parantur. *l. sed addes, 21. § si quis mulierem, loca.* P. Sunt hic quæstiones de criminibus intra nauim commissis, ad quæ pertinet prætoris edictum nautæ caupones stabularii, de quo paulo 8 ximus.

¶ In † selectis legibus Rhodiis, tormentis subiici iubetur, qui anchoras furto è naui, quæ in portu est, subtraxit, & damnum quod inde accidit in duplum sarcire, *l. 1. Rhodiensium.* sicuti & eum qui armamenta nauis subduxerit, aut aliquid aliud à naui, veluti funes canabinos, aut vela, aut cilicia, aut simile quid, *in l. earundem legum*, at ἐὰν ἅψηται τῶν ναυκλήρου, παρὰ τοῖς Ῥοδίοις νόμοις. *l. 48. eo. l. 3. de nauicula. lib. 11. C.* Id est, *Si quis quid ex rebus nauicularium rapuerit, quadruplum reddito.* Et nos alibi in furti tractatione, dum res considerabamus, explicauimus latius. 9

¶ Inhibetur & Rhodiensibus legibus, ne nautæ aliter inter se contendant, quam verbis, si vulnus infligatur, mercedes medicorum, & operæ neglectæ æstimationem præstari, *in l. 5. Rhodiensium, & 7.* Et sit impunita cædes eius, qui occisus ab eo est, qui primus vulnerauerat, vel ligno, vel lapide percusserat; *l.* 10 *6. eod.*

¶ Sunt † & quæstiones de inuentis in mari, quibus acquirantur, quę si iactata fuit in mare, & habita sint pro derelicto, quærūtur inuentori sin minus, nempe sint necessitate iactata cum spe repetendi, vel naufragio appellantia portum, salua mercede capientium, redeunt ad dominos, *auth. nauigia, de furt. C. Pan. in ca. cum dilecti. de accus. l. qua ratione, 9. § fin. de acq. rer. do. P. l. falsus, § si iactum. de fur. P. § si. de rer. diuis. l. 1. & l. quæ leuandæ, ad l.* 11 *Rhod. de iact.*

¶ Tractatur † & de excusanda mora nauigii si publice nauigare prohibitus fuerit nauta, si per eum non stetit, quominus nauigaret, vel stata die merces certo loco non reddantur: si morbo impeditus, si nauis sine dolo malo eius vitium fecerit, *l. fin. § idem iuris cum 4. §§. seq. ad l. Rhod. de iact.* P.

De institoria obligatione & actione.

Cap. 12.

Lib. 14. P. tit. 3. Lib. 4. C. tit. 25.

1 *Institoria actio quando locum habet:*
Institor quis. eod.
2 *Institoria vtilis actio qua.*
3 *Institores qui possunt præponere & præponi.*
4 *Institoria actio ex forma præponendi metiend a est.*
5 *Institoria actio datur in eum, qui institorem præposuit, pro gesto ab institore.*
6 *Institoria potestas, morte præponentis num exspiret siue reuocatione.*
7 *Institoria quasi actio qua, & quibus competit.*
8 *Institoria non datur domino præponenti contra alios, sed alio contra.*
9 *Institoriæ actionis rationes & finis.*

INstitoria † tunc locum habet, cum quis tabernæ forte, 1
aut cuilibet negotiationi seruum suum præposuit, & quid cū eo, eius rei causa, cui præpositus erit contractum fuit. *§. eadem ratione, quod cum eo qui in alie. potest. est. &c.* Ideo autem institoria appellatur: quia qui negotiationibus præponūtur, institores vocātur. Institor à Paulo dicitur qui tabernæ, locove ad emendum vendendumve præponitur: quique sine loco ad eundem actum præponitur. *l. institor est, 18. de institor. act. P.* Appellatus, vt ait Vlpianus. *l. 3. eod.* P. ex eo, quod negotio gerendo instet: nec interest cui negotio præpositus sit, siue ædificio faciundo, siue emēdo frumento, siue agris colendis seu mercaturis, seu redemptionibus, aut aliis quibuscunque ; *l. cuicunque, 5. eod. Institor.* propter quæstum videlicet, non aliter; *l. si cum villico, 16. eod. tit.* Et dummodo negotiationes sint terrestres: vt magister nauis dicitur, qui maritimis & nauticis instat, *l. 1. de exercito actio.* quanquam nec improprie putarem quoque dici institorem, cum qui mercaturis etiam naualibus instat: si modo vterque negotiationem generaliter sibi cōmissam habeat, alioquin enim, si res indiuiduo tractanda alicui detur, non institor dicetur, vt si res aliqua emenda, vel vendenda committatur.

¶ Neque † institoria cum huiusmodi aut cum domino directa agi potest, sed vtili institoria, id est, ad exemplum institoriæ, *l. Iulianus. 14. § si procurator rem. de actio. emt.* P. *l. in eum 19. de insti. act. l. si mutuam, 5. C. eod.* Species itaque duæ institoriæ actionis directa, cum verus institor contraxit: & vtilis, quæ exemplo institoriæ directæ datur. 2

¶ Personæ † quæ institores præponere possunt, & institores 3
esse, seu præponi, parui refert quales sint, num masculus, fœmina, liber, seruus proprius, aut alienus, filius filiave familias, *l. sed si quis. 7. §. parui refert. de instito. act. l. 4. C. eod.* minor viginti quinque annis, qui auxilio tamen ætatis, sed nō sine causæ cognitione vti potest, *l. sed etsi pupill. 11. de inst. act.* P. nisi cū curatore præposuerit, *l. 3. de in integ. restit. mino. lib. 2. C. tit. 22.* Sicuti pupillus non potest sine tutoris auctoritate præponere, neque obligari, nec datur tunc in eum ex facto institoris actio, nisi quatenus factus est locupletior: cum auctoritate tamen tutoris posset. *l. verum. 9. & l. eatenus, 10. de instit. act.* P. Et tenetur: vt quoque tenetur, si patri qui institores iam præposuit heres fiat, *in l. si quis mancipium, 17. §. si impubes. eod. tit.* Pupillus tamen præpositus, obligat eum qui præposuit institoria: quoniam sibi imputare debet qui eum præposuit. *l. sed etsi quis. 7. de instit. actio.* Et plerique pueros puellasque tabernis præponunt. *l. nam plerique, 8. eod.* ¶ Hic † tamen forma præponendi inspicienda, quādo de actione mo- 4
uenda agetur: etenim conditio præpositionis obseruanda, si certa lege, si in certis rebus, certoue tempore quis velit, cum institore tantum contrahi. *l. sed etsi pupillus, 11. §. conditio, de institor* P. Si quis quasi procurator fuerit præpositus, an quasi institor. *l. cuicunque, 5. §. sed & eum fullo, eod.* Neque enim omne quod est institore gestum est, obligat eum, qui præposuit, sed ita, si eius rei gratia, cui præpositus fuerat contractum est, id est, duntaxat ad id, ad quod eum præposuit, *d. l. cuicunque, §. non tamen, & l. in eum. 19. § seruus, eo.* P. *l. 3. C. eod.* atque in ea causa, sicuti in mandato, diligenter fines sunt seruandi: quia institor non suo nomine, sed eius qui præposuit se obligat. *l. fin. de institor.* P. Et ex facto institoris dominus tenetur, si ei hoc gerere permisit, alioquin in quantum in rem suam erit conuersum. *l. 1. de institor. act.* P. quamdiu tamen gerit institor suo nomine conueniri poterit, ab his cum quibus contraxit. *d. l. final. & ibi interpretes, de institor. Paul. de Castro, in l. 1. & 7. §. exercitorem, numero 4. de exercit. action. Ias. in l. si institorem, 29. numer. 2. si certum petatur.* P.

¶ Verum † institoria actio proprie datur in eum, qui præpo- 5
suit institorem, ex prætoris auctoritate, *Paul. l. 3. receptar. sententiar. tit. 8. l. si quis mancipium, 17. de institor. act.* P. quia iure ciuili receptum non est personali agere contra eum, qui nobis non est

Digitized by Google

obligatus,vel qui nobiscum non contraxit.§.1.*de act.l.si vnus*,§. *ante omnia,de pact.*P. Quod si plures præposuerint,datur quoque in omnes, vel in alterum in solidum, exemplo exercitorum,& de peculio,*in l.habebat.13.§.fin. & l.idem erit,14.de institor. P.l.2.& 6.C eod.* nisi dominus, qui præposuit nouauerit contractum institoris,*l.habebat,§.meminisse,eod.P.* vel deinceps contrahere prohibuerit cum institore, & ne cum illo posthac contraheretur denuntiauit: quo casu non tenuenitur institoria, *l. sed etsi pupillus,11.§.de quo.& l.si quis municipius,17. §.fin.eod.* sed ipse institor *d.l.si quis cum filiofam.45.& l.sequen.de pecul.P. d.l.si quis,§.fin.de institor.P.*vel alia actione dominus, de in rem verso, vel quod iussu,vel de peculio, *l.inter ca ſſas,mandat.*P.*§.recte,eo. titu.apud Iustin.*

6 ¶ Alioquin † nulla interueniente prohibitione, & sine reuocatione, durat facultas semper conueniendi præponentem, vt neque eius morte censeatur institor reuocatus, quamquam in aliis mandatis aliter statuatur, *l. nouissime,15. de institor.in P.* Quare & actiones hæ perpetuæ, & heredibus & in heredem dantur.*vt in specie,l.cuiuscunque,5.§.idem ait,de institor.P.*

7 ¶ Accedit † actioni institoriæ, actio quæ quasi institoria & vtilis dicitur, quæ datur contrahenti cum eo quem institorem credebat,cum is institor vere non esset,aduersus eum cuius ipse negotia gerebat. *l.1.& 2.de institor. act.P.* Domino porro qui præposuit, nulla institoria ex edicto prætoris data est actio. Nam satis iure ciuili ei subuenitur.

8 ¶ Quia † si præposuit seruum vel filiumfamilias, iam ratione potestatis habet sibi quæsitas actiones ciuiles ex eorum contractibus Si alienum seruum, vel liberum præponit, potest cõuenire vel dominum institorem actione mandati, vel negotiorum gestorum. Potest & sibi cessis actionibus agere cum illis, qui cum institore contraxerunt, vel vtilibus. *l.si quis mancipio, 17.§.si impubes, eod.tit.P.* Finis autem & ratio huius prætoriæ actionis est,vtilitas promiscui vsus. *l.ex qua persona, de regul.iur. P.l.1.de institor.actio.P.*

9 ¶ Et † æquum est,præponentem ex ea persona institoris actiones pati,ex qua commoda sequitur. *l.sed etsi pupillus, 11.§.si institoria,de institor.act.P.*

De tributoria actione.

Cap. 13.

Lib.24.P.tit.4.

1 *Institoria & tributoria actionis differentia.*
2 *Tributoria vnde dicta actio.*
3 *Peculij & mercis peculiaris differentia.*
4 *Tributoriæ actionis qua sunt personæ considerandæ.*
5 *Tributoriæ actionis,& de peculio differentiæ. Alia 7.*
6 *Tributoriæ actionis forma,& obligatio vnde.*
7 *Tributoriæ actionis contribuendi formula.*
8 *Ratio & finis.*

1 Accedit † proxime actioni institoriæ tributoria: verum differunt, quod seruus si præponitur institor in merce dominica, institoria cõpetat: sin autem in merce,quæ peculiaris, seu peculij est,permittatur, vel iubeatur à domino negotiari, videlicet proprio nomine,tributoria datur. *hæc Iustin. in §. introduxit,quod cum eo qui in alien.pot.*

2 ¶ Introduxit † prætor aliam actionem, inquit Iustinianus, quæ tributoria vocatur. Namque si seruus in peculiari merce scientre domino negotietur,& quid cum eo eius rei caussa contractum erit: ita prætor ius dicit, vt quicquid in his mercibus erit,quodque inde receptum erit,id inter dominum,si quid ei debeatur,& ceteros creditores pro rata portione tribuatur. Et quia ipsi domino distributionem prætor permittit, si quis ex creditoribus queratur,quasi minus ei tributum sit,quam oportuerit,hanc ei actionem accommodat, quæ ideo tributoria appellatur.*l.1.& fi.de tribut.act.P.* Ex quibus verbis apparet primum,tributoriam à distributione crediti inter dominum, vt inter extraneum,& alios creditores, dictam. *l. 1. peculiarem autem,de tributor.P.*

3 ¶ Deinde † apparet, rem ex cuius tractatione nascitur cum domino actio tributoria,esse peculiarem mercem,quæ alia est, quam peculium. Peculiarem enim mercem,inquit Vlpianus, non sicut peculium accipimus. Quippe peculium,deducto eo quod domino debetur,accipitur.Merx peculiaris, etiamsi nihil sit in peculio,dominum tributoria obligat,ita demum si sciente eo seruus negotiabitur: si dominus sciat,vel patiatur,nec de contraria voluntate protestetur.*l.fin.eo.*P. Et extra mercem aliquando peculium est.*l.2.eod.tit.P.* Oportet autem mercem ad dominum serui pertinere, in qua peculiariter negotietur. *l.1.de tribut.P.*

4 ¶ Quod † ad personas pertinet, illæ sunt dominus & seruus, quem finit is peculiari merce negotiari,*d.l.1.§.fin.* & non solum ad seruos nostros pertinebit tributoria actio, verum ad eos quoque, qui nobis bona fide seruiunt, siue liberi, siue serui alieni sint,vel in quibus vsumfructum habemus. *l. procuratoris, 5.§.si vicarius.eo.*Et si vicarius mei serui negotietur me sciente, tributoria tenebor:si me ignorante,de peculio. *d.l.procuratoris, §.sed etsi ancillam,l.1.& ancillarum, 28.de pecul.P.* Sed etsi ancilla negotiabitur,admittendam tributoriam dicimus, *dict. §.sed etsi ancillam.* & parui refert, an cum seruo contrahatur, an cum institore eius.*d.l.procuratoris,§.in tributum.* Quare datur actio tributoria contra eum,qui in potestate habet negotiantem in peculiari merce creditoribus mercis, *l. 3. eod. P.* & si plures sint domini, contra omnes,*l.illud,7.§.fin.eod.*Datur heredi & in heredem,de eo duntaxat,quod ad eum peruenit. *l.quia non de dolo,8.eod.tit.*

¶ Et † post mortem serui perpetuo in dominum,& eius heredem,*l.quod in herede,9.eod.*contraque alios eius successores,*l. de peculio,10.eod.* non tamen contra emtorem serui, in quo & differt actio hæc ab ea, quæ de peculio. *l.1.§.scientiam,& l.3.in princ.de tribut.P.* 5

¶ In † forma obligationis tributoriæ, inspicienda est mens domini,& modus contribuendi: nam dominus non alio modo tenetur,quam si patiatur negotiari in merce peculiari, id est, si sciat,& velit.*d.l.3.§.pen.& fin.*Datur & tributoria in pupillos:& furiosos,& minores,ex scientia tutorum & curatorum,qui passi sunt in peculiari merce seruum eorum negotiari, si tamen dolose perti actauerint & permiserint eum negotiari,non amplius actio hæc in pupillos,& minores,& furiosos dabitur, quã fuerint facti locupletiores.*d.l.3.§.fin.& l.4.de tribu.*P. Et si pupillus doli capax sit,& dolum admittat: ita si pupillus cuius tutor scierit,pubes factus, vel furiosus sanæ mentis, dolum admittant,tenentur ex hoc edicto.*l.procuratoris,5.eod. l. cuicunque, §.fi.de institoria acti.*P. Procuratoris autem scientiam & dolum nocere debere domino,constat,*l.procurator cui libera,de procura.* dummodo is fuerit generalis,& cum libera administratione.*l.si procurator,de dol.mal.except.*non alter. Si duo sunt domini, alter sciat, alter ignoret negotiationem, quod debebitur ignoranti deducitur in solidum,nec venit in tributum. *l.3.§.1.de tribut.P.* 6

¶ Contribuendi † formula est, vt quicquid in merce peculiari erit,quodque inde receptum erit, non quicquid in peculio,id inter dominum,si quid ei deberur,& ceteros creditores pro rata portione,*§. introduxit,quod cum eo qui in alien.&c. apud Iustin. l.procuratoris.5 §.per hanc actionem, & §.non autem, & l.penult.de tribut.P.* distribuatur,sine vllo occupationis priuilegio, æquali conditione exsistente agentium: quamuis in peculij actione aliter,*l.non enim.6.de tribut,* in quo actio de peculio & tributoria inter se quoque differunt, quemadmodum & in hac contributione,dominus priuilegium deductionis perdidit, ob permissionem negotiandi.*d.l.procuratoris,5.§.in tributum.* Præfertur tamen is,qui contraxit cum seruo in hac caussa, & mercem pignori accepit, etiam domini debito, propter pignoris ius.*d.l.procuratoris, §.in tributum, vers.quid tamen.* Ex contributione seu distributione dominus deducit, & pro parte accipit quodcumque debet ei,& ex quacunque caussa seruus,paruique refert an ante mercem,an postea ei debere cœperit seruus.*d.l. procuratoris.§.in tributum.vers.sed est quæsitum.* In distributione quoque aduertendum, vt si seruus plures habuerit creditores, sed diuersos in mercibus certis: quia duas negotiationes exerceret,puta sagariam & lintearium, ne confundantur hæc. Sed qui crediderunt in sagariam rem, illi tantum in illa merce sibi contribuant,& alij in alia: sic si duas tabernas eiusdem negotiationis exercuit,sed in diuersis locis, merces locorum eis tantũ creditoribus, qui in eo loco vel ratione eius tabernæ contraxerunt,in tributum venient.*d.l.procuratoris. §.si plures.* Si omnes autem merces in vnam tabernam deferebantur, & aliquæ exstent tantum,quæ vnius creditoris pecunia fuerint comparatæ, dicendum est tamen,omnes in tributum venire,nisi fuerint creditori pignoratæ.*d. l.procuratoris.§.plane.* Et si res exstat creditoris vnius,si quidem illa in creditum abiit,in tributum venit:si non abiit,puta,quia res venditæ seruo,vel alteri, non prius desinunt esse meæ,quamuis vendidero, nisi ære soluto, vel fideiussore dato, vel satisfacto,dicendum est rem vindicari posse. *d. l.procuratoris.§.sed si.* Videlicet si fides habita non sit de pretio, in quo exquiri oportet, quando censeatur traditione habita. *iuxta §.venditæ.de rerum diuis.& l.3.de pign.actio.*P. Cauere quoque debent qui pro rata debiti merces inter se distribuunt, vt si alij creditores eiusdem caussæ suboriãtur & emerserint,pro rata se illis debita refusuros.*d.l.procuratoris.& l.non eum.6. & l. illud.7.de tributor.*P. Munus autem distribuendi has partes incumbit domino; & si nolit,arbitrium in hanc rem dat prætor. *d. l. illud.*Idcirco si dominus,vel alius dolo malo fecerit, quominus in tributum veniant omnes res,vel pro rata,prout expedit, nõ distribuantur,ei qui conqueritur in eum datur actio, vt cogatur,tributoria. Eademque tenetur dominus, si mercem perire passus est,aut eam euertit,aut vilioris data opera distraxit, vel ab emtoribus pretium non exegit dolo, si negauerit cuiquam deberi.*d.l.illud,§.si cuius dolo.*

8 ¶ Finis

8 ¶ Finis † est æqualitas damni & lucri pro rata, *l. non eum, de tribut.* causſa autem & ratio cur non in ſolidum dominus conſequatur ſibi debitum, ſed pro rata mercis, eſt quod tanquam extraneus in hoc ſit, *l.1.eod.* & quemadmodum alij creditores aliquantum ſibi imputare debeant, quod cum ſeruo contraxerint, qui iure ciuili per ſe & ſuo nomine obligari nequit, *in l. ſerui, & l.ſeruus, de actio. l.quod attinet, de regul.iur. P.* æquitas autem ſuaſit edictum prætoris, vt qui iure ciuili nihil ab eo petere poſſint, ſaltem in quantum merces comparatæ ex eorum pecunia exſtantes inueniũtur, inter omnes pro rata debiti diſtribuantur. Quamobrem, cũ ex eadem cauſſa poſſit eſſe actio creditori de peculio, & tributoria contra dominum, nempe quod in parte peculij mercem peculiarem exercuit ſeruus, eligere debet, qua experiri velit: nam altera electa ad aliam redire nõ poteſt. *l.quod in herede, §. eligere, de tribut.* Plane ſi quis velit ex alia cauſſa de peculio, & ex alia de tributoria agere, audiendus erit. *d. §. eligere.*

De Peculio.

Cap. 14.

Lib. 15. P. tit. 1.

1 *Peculium & pecunia quid, & vnde.*
2 *Diuiſio in illud quod eorum eſt, qui ſui iuris, & eorum qui alieni iuris.*
Rurſum quod eorum qui alieni iuris, vel ſeruorum, vel liberorum: & hoc Profectitium, Aduentitium, Caſtrenſe vel quaſi, &c. eod.
3 *Peculium hominis ſui iuris quid.*
4 *Peculium profectitium quid.*
5 *Aduentitium quod.*
6 *Caſtrenſe.*
7 *Quaſi caſtrenſe.*
8 *De peculio in patrem actio, intelligitur de peculio profectitio, vel ſerui.*
9 *Peculium ſeruorum & filiorumfam. cum libera & ſine libera adminiſtratione.*
10 *De peculio actio contra quem, & pro quibus detur. De peculio pro ſeruis & filiisfamil. datur actio in quantum eſt in peculio, non in ſolidum, & pro quibus, eod.*
11 *In peculio quæ res eſſe poſſint.*
12 *Peculium ſeruis & filiisfam. expreſſe vel tacite conceditur.*
13 *Peculium qui concedere poſſunt & capere, & quibus, & in quos detur actio, eod.*
14 *Peculij conceſſio diuerſa cum libera, & ſine ea quid contineat.*
15 *In peculij actione & condemnatione, quæ prius deducenda ſunt.*
16 *De peculio actionis finis & rationes.*
17 *Peculium minuere quando domino, vel patri non licet.*

1 PEculium & peculatus † à pecunia dicitur, *Varro 4. de lingua Latin.* quaſi puſilla pecunia, ſiue patrimonium puſillum. *l. depoſiti, 5. §. peculium dictum, de pecul. in P.* Pecuniæ nomen omnes res, quæ in patrimonio noſtro ſunt, complectitur: & omnia corpora. *l. pecuniæ appellatio, 4. & l. ſeq. & l. pecuniæ verbum, 178. de verbo. ſignif. P. l. fin. de conſtit. pecun.* Sic Cicero. *Is*, inquit, *à vobis iudices expoſtulat, vt quoniam in alienam pecuniam, tam plenam atque præclaram nullo iure inuaſerit, cumque ea pecunia vitam Sexti Roſcij obſtare atque officere videatur, deleatis ex animo omnem ſuſpicionem, omnemque metum tollatis.* Cicero pro *Roſc. Amerino.* Et paulo poſt, quod plenam pecuniam dixerat, vocat amplum patrimonium. Pecunia porro à pecudibus, quod antiquis omne patrimonium fere pecudibus conſtaret, vnde & numus ſignatus primum pecuniæ nota. *Plutarch. in vita Publicol. Plinius lib. 33. cap. 3.* Sic Plinius pecunia ipſa à pecore appellabatur. Et etiam nunc in tabulis Cenſoriis, paſcua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet: quia diu ſolum hoc vectigal. *Plinius lib. 18. c. 3.* Peculium autem Tubero ſic definiuit, quod ſeruus domini permiſſu, ſeparatim à rationibus dominicis habet, deducto eo, ſi quid domino debetur. *l. depoſiti, 5. §. fin. de pecu. P.* Et Pomponius, peculium eſt, non id cuius ſeruus ſeorſum à domino rationem habuerit, ſed quod dominus ipſe ſeparauerit, ſuam ſubſtantiam à ſerui ratione diſcernens. *l. peculium, 4. in princ. & §. ex his, de pecul.* Ceterum hæc finitio ad vnam ſpeciem peculij pertinet ſeruorum.

2 ¶ Etenim † diuidendum eſt peculium in peculium eorum qui ſui iuris ſunt, & eorum qui alterius ſunt poteſtatis. Rurſus peculium eorum qui alterius ſunt poteſtatis in peculium liberorum & ſeruorum. Seruorum vnius generis eſt, liberorum multiplex, videlicet profectitium, aduentitium: & hæc vel caſtrenſia, vel quaſi. *leg. ſi n. Cod. de inoffic. teſtament.*

¶ Cuiuſlibet † hominis liberi patrisfamilias poteſt dici exiguum patrimonium, peculium, *l. cogi. 16. ad Senat. Trebellian.* P. vel quod ipſe ſeorſum à facultatibus ſuis aliis ſeiunxit, præſidij cauſſa, vt ſi quando egeret in ſubſidium eſſet, vt eſt apud Celſum. *l. ſi chorus, 77. §. 1. de legat. 3.* Gallos quoque teſtatur Vlpianus, peculium dicere, quæ Græci parapherna vocant, bona mulierum ſeparata à dote, quæ datur maritis. *l. ſi ego, 10. §. dotis autem cauſſa, de iure dot.* 3

¶ Peculium † profectitium dicitur, quod à patre, vel parente profectum eſt de bonis, vel facto eius: ſiue pater dederit, ſiue procurator eius, vel alius eius iuſſu, vel alius contemplatione patris, *l. profectitia, 5. de iure dot. P. l. ſed ſi plures, 10. §. in arrogato, de vulg. P. l. aditio, 45. § præterea de acquir. hered. P.* 4

¶ Aduentitium † dicitur id, quod aliunde, quam ex præcedenti cauſſa ad filiosfam. venit, quod parentibus, niſi quod pertinet ad vſumfructum, nõ acquiritur: cuiuſmodi ſunt bona materna, & quæ ex maritali lucro ad eos perueniunt. *l. cum oportet, 6. de bonis quæ liber.* C. 5

¶ Caſtrenſe † peculium eſt, quod à parentibus, vel cognatis, vel vxore in militia degenti donatum eſt: vel quod ipſe filiusfam. in militia acquiſiuit: alioquin, niſi militaret, non acquiſiturus. *l. caſtrenſe, 11. & l. ſi milite, 6. de caſtrenſ. pec. P. de caſtrenſi peculio nos plura in perſonis, dum de militum priuilegiis agimus.* 6

¶ Quaſi † caſtrenſe dicitur, quod exemplo militiæ armatæ & militum dicitur eſſe illis, qui quodammodo militare credũtur: cuiuſmodi ſunt ea, quæ ab aduocatis quæruntur, ex cauſſarum patrocinio, illis propria, & quæ patri non quæruntur, exemplo caſtrenſis peculij. *l. ſorti tui culmina, 4. & l. aduocati, 14. de aduoc. diuerſo. iudiciorum, lib. 2. C. titu. 7.* Sic & quæ clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ acquirunt, peculiaria, & ſeorſum à patre quaſi caſtrenſia habent. *l. ſacroſancta, 31. de epiſc. & cler. C.* vtpote militiam cœleſtem exercentes. 7

¶ Porro † quando agimus de actione, de peculio, in patrem dando, proprie ſubintelligimus de peculio profectitio filiifamilias, quod omnino quæritur patri, *§. 1. per quas perſonas nob. acq. lib. 2. Inſt. titu. 9.* vel de peculio ſeruorum ſeu liberatorum nobis bona fide ſeruientium. *l. 1. §. poteſtatis, de pec. P. l. 2. eod. P.* antiquitus enim vna erat propemodum conditio poteſtatis in filios & ſeruos, & filius inſtar ſerui aliquando in patria fuit poteſtate. *l. ſi. C. de pat. poteſta. l. in ſum, 11. de lib. & poſth. C. Dion. Hulic. in 8. & 2. nos in perſonis, dum de poteſtate in liberos agimus.* 8

¶ Peculium † hoc duplex, cum libera adminiſtratione, & ſine libera. *leg. quam Tuberonis, 7. §. ſunt quidam, & §. alia, de pecul. P.* 9

¶ Res † ex qua naſcitur hæc actio, eſt contractus filiifamilias, ſeruive, pro cuius obligatione pater, dominusve tenentur, non in ſolidum, ſed in quantum eſt in peculio, *§. præterea quod cum eo qui in alien. poteſta. apud Iuſtinian. l. 2. de pecul.* P. Habemus autem hic rationem facti, nam quod pertinet ad ius ciuile, nec ſeruus quicquam deberi poteſt, nec quicquam ei deberi. *l. nec ſeruus, 42. eodem titul. P.* Ita, tantum ſi ratione rei peculiaris contractum ſit, de peculio agitur, vt ſi fideiuſſerit filiusfamilias, vel ſereus, vel mandauerit rem peculiarem gerens, vel alius pro illo ſoluerit, vel fideiuſſerit. *l. 1. §. ſi filiusfamilias, & §§. ſequentibus, & §. ſed ſi filius, & l. quoties, 48. §. Sabinus, de pecul. P.* ſi filiusfamilias iuſſurandum detulerit, & iuratum ſit. Sed tamen in ſeruo diuerſum eſt, *in l. depoſiti. 5. §. 1. eod.* niſi & is extra iudicium, vel liberam habens peculij adminiſtrationem iurauerit, *l. quidam. de iureiurand. P.* ſi depoſitum ſuſceperit: ſi precario acceperit, *l. depoſiti, 5. de pecul.* ſi dolo malo ſerui, vel filiifamilias, depoſiti cauſſa agatur: alioquin ſi de dolo malo domini, vel patris agatur, in ſolidum pro filiisfamilias & ſeruis tenentur, *l. 1. §. filiusfamilias, depoſiti. P.* vt & in aliis contractibus bonæ fidei, in quibus dolo malo pater, vel dominus aliquid geſſerit: vt ſi agatur de dote, vel pignore, vel commodato reſtituendo per dominum, vel patrem retinentem, ex contractu ſerui, vel filiifamilias. *l. in bona fide, 37. de pecul. l. 3. §. ſi filiofamilias, com. P.* Ex compromiſſo tamen ſerui non datur actio de peculio in dominum, quia nec ſi iudicio condemnetur, datur in eum actio. *l. 3. §. ſi ſeruus, de pecul. P.* Ex condemnatione tamen filij, & iudicato, in quo quaſi contrahitur cum illo, in patrem datur actio de peculio. *dict. l. 3. §. idem ſcribit, de pecul. P.* cum filiofamilias quippe iudicium eſſe poteſt. *l. quanto magis, de iureiurand. in P. l. quoties, ſi quis cautio.* Ex contractu quoque delicti, filiifamilias vel ſerui, vt ex cauſſa furtiua non obligantur dominus aut pater, nec ex peculio, niſi in quantum locupletiores fiunt. *dict. l. 3. §. ex furtiua, de pecul.* Et generaliter, ex pœnalibus actionibus non ſolet in patrem dari actio de peculio, *leg. ex pœnalibus. 59. de regulis iuris. P. l. 1. §. ſi filiusfamilias, & §. fin. de vi & vi arma. P. l. 1. §. cum ſeruus de his, qui deiecer.* ex aliis peculij cauſſa geſtis datur: quamuis dominus prohibuerit cum ſeruo contrahi, cui tamen peculium permiſit. *l. ſi quis ſeruum, 30. §. fin. & l. quoties. 48. de pecul.* 10

Digitized by Google

12 ¶Res† in peculio esse possũt mobiles,& soli, vicarij,& vicario rũ peculia,nomina debitorũ,hereditas,legata:si quid ex actione furti seruo debetur, vel alia actione: quod dominus seruo debet, si forte in rationes eius impendit,& dominus eius debitor manere voluerit,nec in peculium voluerit conuerti. Item si quid conseruus ei debet,erit peculij,*l.quam Tuberonis,7.§.fin. & l.seruus,18.eod.tit.* quod parsimonia sua seruus parauit, vel officio suo promeruit sibi donari,*l.peculium 40. eod.P.* Et in summa peculij erit,non id cuius seruus seorsum à domino rationẽ habuerit,sed quod dominus ipse separauerit, suam substantiam à serui ratione discernens. Quia in arbitrio domini est,peculiũ totum adimere,vel augere,*l.4.de pec.* Sic tempora in peculio inspicienda sunt, *l. eo tempore,51. eod.* Quia peculium nascitur, crescit,decrescit,moritur,non secus ac homo. Crescit cum auctum fuerit:decrescit,cum serui vicarii moriuntur, resve interciderint,moritur cum ademtum est,*l.peculium nascitur,41. eod. tit.*

12 ¶Concedit† dominus vel pater seruo & filiof. habere peculiũ, vel expressa voluntate, vel tacita, vt si sciens eum habere non ei adimit,*l.quam Tuberonis,7.§.sunt quidam,eod.tit. P.* Nisi agatur de peculio cum libera administratione,quæ non nisi expresse conceditur,*d.§.sunt quidam,vers.alia est causa.*

13 ¶In† personis considerandis dominorum, qui obligentur ex peculio serui,parui refert,masculi aut mulieris quis seruus fuerit,nam &impuberes dominas de peculio obligari Seruius ait. quia non contrahitur cum illis, vt tutoris auctoritatem spectes,*l.3.§.parui autem refert,de pecul.l.ap.Iulia.l.3.§.ex quib. causs. in possess.ea. lib.42. P.tit.3.* Attamen pupillus non potest vel cũ tutoris auctoritate,seruo peculium constituere, *d.§.parui.* Furiosus quoque seruum habentem peculium potest habere, sed nõ illi constituere: quare & in curatorem eius datur actio de peculio,*d.§.parui,* & in venditorem aut in emtorem serui, qui peculium habet electione relicta actori,in quem horum vult experiri.*l.si noxali iudicio,12.§.idem scribit,versic.nam etsi alius, de pecul.* Cum distinctione tamen primum Vlpiani:nam venditor serui si cum peculio seruum vendiderit,& tradiderit peculiũ,ne intra annum quidem de peculio conuenietur: neque enim hoc pretium serui,peculium est,vt Neratius scripsit,*l. si ex duob. 33. §.fin.de pecul.* Sed si quis ita seruum vendiderit, vt pretium pro peculio acciperet, penes eum videtur esse peculium, ad quem peculii pretium peruenerit.*Iabolenus,l.sed si quis,34.eod* non penes quem res peculiaris sit.*Pomponius in l.non penes,35.eod.* Alioquin generaliter vt morte filiifamilias,vel emancipatione,ita manumissione,vel alienatione serui,exstinguitur ipso iure peculium, *l.1.in princ.& §.merito.& l.si quando de pecu. actio.annal sit,lib.15.P.tit.2.* Et idcirco æquitate & remedio prætoris opus fuit,vt quia cessat perpetua in dominum & patrem actio,sit facultas agendi contra patrem emancipantem, vel dominũ manumittentem,de peculio:& quandocunque desinunt serui,vel filii esse in potestate, *d.l.1.& toto tit.ac pec.act.annal.sit,P. l. 1.& ancillarum,28. §.si seruus,de pecul.l.quoties,48.§.fin.eod.P.* computato anno vtili,ex quo petiti potuit cõditione exsistente,vel si pure debitũ à tẽpore emancipationis,vel alienationis,*d.l.1.§.annus autẽ,quando act.de pec.ann.sit.* Interest autẽ hoc obseruari, quia si agatur contra emtorem vel contra eum in quem translatus alienatione aliqua seruus, post annum agi postea non potest cõtra alienantẽ:contra si intra annum agatur,*l.si creditor,38.§.seruum de pecul.P.l.1.§.in alienatione,quando act.de pecul. annal.sit l.de peculio 10.de tributo.act.P.* nam potest postea experiri contra alienantẽ,in quantum minus consecutus ab eo,in quẽ alienatio facta est,*l.quoties,48. §.si creditor, de pecul.* Datur & hæc actio de peculio,in dominũ liberi hominis,bona fide ei seruientis,*l.1.§.potestatis,de pecul.*in vsufructuariũ serui,*l.2.eod.tit. P. l.1. §.vsufructu,quando,act.de pecu.anna.sit.*in maritum pro seruo dotali,*l.hinc quæritur,20.de pecu* in hæredes dominorum,*l.1.§.item eius heres,quan. actio.de pecu.anna sit,l.quoties,§.1.de pecul. P. l.itẽ eum 15.* in arrogatorem filifam.*in l.arrogatorem,43.de porrig.* P. Datur autem interdum fructuario aduersus proprietarium de peculio actio,vt puta,si apud eundem habeat peculium,apud ipsũ autem,aut nihil,aut minus,quam fructuario debetur: & contra, *Vlpianus in l.hinc quæritur 20.§ fin. & l.si creditor,38.§ fi.eo.ti.* Inter se tamen socij de peculio agere non possunt,*in l.nam inter se, eodem.titul.* Si quis etiam crediderit seruo suo,vel seruus conseruo,alienato seruo,in emtorem non cõpetit actio,*l.& ancillarũ,28. §.sicut autem,eod.de pecul.in P.* In summa,plures creditores concurrere possunt actione de peculio:sed occupantis melior erit conditio *l.non enim,c. de tribut.actio.P.* Si plures sint domini,creditoribus liberum est,vel cum singulis agere in partes,vel cum vno in solidum,*l.& ancillarum.l 28.§. illud.& §.fin.de pecu.* si tamen plures vnius sunt heredes,seorsum in solidum conueniri nequeunt *l quæsitum.l.31.§ si cum ex parte eo.*

14 ¶Forma† peculii in concessione consistit,vt monui,quæ considerandum,num ea cum libera administratione fuerit.*l. si liberam 10.quod cum eo.C.* an simpliciter. Nam libera non consistit in fugitiuo seruo,neque in subrepto neque in eo de quo viuatne, an mortuus sit quis nesciat,*l.libera,49.de pecul.in P.* ¶Forma† etiam in deductione facienda de peculio seruanda:nã de peculio cuius nomine obnoxius pater vel dominus est creditoribus, deducendum primum est,quod patri & domino deberetur. Quia illi præuenisse videntur,& cum seruo & filio egisse creduntur. *l.peculium,10.in princ.& §. sive autem,de pec.l. si noxali,12. l. ex facto,53.§.nam etsi Titij,& l.quod seruus,57.eod.* Ideoque si quid furati fuerint domino vel patri,deducetur,*l.4.§.si opem, eod. de pec.& d. §.sive autem,* deducitur, & si quid iis debeatur,qui sũt in potestate patris vel domini:si ii in tutela vel cura domini vel patris sunt,vel quorum illi negotia administrant:dummodo illi dolo careant, & dolo non ademerint,vel non minuerint peculium,*d.l.peculium,10.in princip. & §.præterea,* item quod debetur heredi patris,vel domini,*dict.l.peculium,10. §. sed & creditor serui.* Sed deductiones istæ ita demum ex peculio faciendæ sunt, si aliunde pater,vel dominus consequi non possint, *l.si noxali, 12.§.quod autem.de pec.& l.hinc queritur,§.1.eod.* Atque si pater vel dominus constituerit se soluturum quod fuit in peculio,nõ minuetur peculium:eo quod ex ea causa obstrictus esse cœperit:& licet interierit peculium,non tamẽ liberabitur,*l.id quod, 19. de consti u.pecunia lib.13.P.titu.5.* Neque enim quod crescit peculium aut decrescit, pertinet ad constitutoriam actionem, *l.nec enim,10.eod.tit.de constit.pec.*

¶Finis† huius actionis est,vt creditores suum consequantur, iuxta præceptum iuris,ius suum tribuere cuique statuens, *l.iustitia §.iuris præcepta,de iusti.& iur.§.iuris præcepta, eod. tit. apud Iustin.* Ratio autem naturalis in dominum,vel patrem in quãtum est in peculio, ne contra naturæ ius,acquisitione eorũ qui in potestate nostra sunt,in præiudicium & cum damno alterius locupletemur,*l.nam hoc natura,de condict.indeb.l.iure naturæ,de regul.iur.in P.ca.locupletari.eod.tit.in fex.* ¶Quare† non licet domino in fraudem creditorum,facta deductione eius quod sibi debetur, per dolum vel fraudem adimere, vel minuere peculium,*§.præterea.quod cum eo,* quamuis sine fraude possit,*l.peculiũ, 40.de pecul.*

16

17

De in rem verso.

Cap. 15.

Lib.15.P.tit.3.

1 *De in Rem verso actione quando agitur.*
2 *Versum in rem verso actione quando quid dicatur.*
3 *Inde in rem alicuius quæ personæ veniunt,& forma, & substantia eius actionis.*
4 *Finis.*
5 *Rationes.*

1 LIcet† vna sit actio,qua de peculio,deque eo quod in rẽ domini,vel patris versum sit,agitur:tamen duas habet condẽnationes. Itaque iudex apud quem de ea actione agitur, ante dispiscere solet,an in rẽ domini versum sit:neque aliter ad peculij æstimationem transit,quam si aut nihil in rem domini versum intelligatur,aut non totum, *§.præterea,quod eum eo,qui in alien.pot.& l.1.& l.si res,5.§ quod seruus,de pecul.P.l.1.de in rẽ vers. P.l.cum ancilla.11.& l.penul.& l.ei qui seruo,7.& l.3.& 1. C. quod cum eo,qui in alien.potest.&c.* Et regulariter,ait Vlpianus, toties de in rem verso est actio,quibus casibus procurator mãdati,vel qui negotia gessit, negotiorum gestorum haberet actionem. Quoties aliquid consumsit seruus,vt aut meliorem non dominus haberet,aut non deteriorem,*l.3.§.in rem vers. & regulariter, de in rem vers.in P.* si necessario impenderit in rem dominicam, si mutuatus pecunias, creditoribus eius soluerit,aut ædificia ruentia fulserit,aut familiæ frumentum emerit, aut fundum, aut quamlibet aliam rem necessariam,*dicto §.præterea,& l.3.in principio.& §.1.& l.si res de in rem vers. P.* Nec interest dominus ratumne habuerit contractum serui,qui in rem eius vertit,an nõ: tenetur enim vtiq;*d.l.si res,§.1.* Res enim cõsideratur,quę vtiliter fiat,& in rem vertatur domini,sufficitque ad hanc actionẽ intẽtandã,negotiũ vtiliter cœptũ in vtilitatẽ domini,vt in mãdato dicitur:quamuis vtilem exitum non sortiatur, vt si seruus vtiliter in rem domini pecuniam mutuatus,sine culpa eius perierit,*l.seruus si in rem,17.de in rem ver.l.quod si seruus,3.§. sed etsi seruum, eod.* ¶Versũ† tamẽ sic accipimus,vt duret versum, id est, vt factum remaneat in eadẽ qualitate. Et ita demum de in rem verso competit actio,si non sit à domino seruo solutũ, vel filio. Si tamẽ in necẽ creditoris,id est,perditurο filio, vel seruo solutum sit,desinit quidẽ esse versum:sed æquissimum est in patrẽ vel dominũ dari actionẽ.*l.si pro patre,10.§.versum.& §§.seq. eod.de in rem vers.* Quod tamen pertinet ad patrẽ & dominũ,si ex eadem causa pluribus adstricti sint,& cõueniantur de in rẽ verso,præoccupãti agere tenentur tãtũ,*l.3.§.fi.& l.4.de in rem vers.P.* Filiusfamilias pro patre fideiubens & soluens, in rẽ patris vertisse videtur:si iudicio suscepto pro eo, cõdemnatus esset liberauit,*l.si pro patre 10.eo.* Si filia mutuum acceptum in alimẽta conuertit,pater qui non soluit dotẽ,tenetur de in rẽ verso *l.pater pro filia,20.& l.fin.eo.tit.* item si pater togam filio mutuatam,

Digitized by Google

tam in vſus ſuos conuertat, ſed tamen filio emere debuerat, *l. filiusfamilias, 19. eod.*

3 ¶ Perſonæ † quæ conſiderantur hic, ſunt pater, filiusfamil. dominus, & qui contrahunt principaliter cum ſeruis & filiisfamilias, *l. quamuis, 18. eod.* ¶ Forma & ſubſtantia iſtius actionis eſt, ſecundum quam experimur, vt doceatur in rem verſum domini, aut patris, vel ea ratione vtiliter contractum.

4 ¶ Finis, † vt proſpiciatur creditoribus, qui bona fide contrahunt cum filiisfamilias, vel ſeruis, intuitu peculij, vel parentum, vel dominorum: ne cum deficiat ſæpe actio de peculio, videlicet ademto ſiue fraude peculio, vel diminuto, credito ſuo priuentur, vel more ſeruj, vel emãcipatione, vel alio modo deficiente actione peculij. Et proinde hæc actio perpetua eſt, contra dominum, & patrem, quorum negotia geſta ſunt, *l. 1. §. 1. de in rem verſ. l. ei qui ſeruo, 7. quid cum eo qui in alien. poteſt. C.*

5 ¶ Eadem † autem ratio, quæ de peculij actione eſt, ne locupletentur domini, aut patres ex alterius iactura, *c. locupletari, de regu. iur. in Sex. l. iure naturæ, eod. in P. cum ſimilib.* Et vltra, quia quando contractus in rem vertitur eorum, potius cum illis, quam cum ſeruo & filiofamil. videtur contractum, *l. 1. de in rem verſ. P.* quemadmodum in obligatione furioſi reſponſum eſt, ratione impenſi in rem illius, *l. furioſus, 45. de act. in P.*

De his qui mortuorum negotia gerentes quaſi contrahunt.

Cap. 16.

1 *Negotiorum mortuorum geſtor habet pro eo actionem.*
2 *Heres cum defuncto adeundo quaſi contrahit, & obligatur legatario.*
3 *In Funus impendens defuncti, defunctum non heredem ſibi obligat.*
Funeraria actio quæ, & quare detur, eod.

1 IN † edicto prætoris negotiorum geſtorum eſt. *Si quis negotia alterius ſiue quis negotia, quæ cuiuſque, cum is moritur, fuerint, geſſerit iudicium eo nomine dabo, l. 3. de negot. geſt. P.* Quæ verba ſignificant illud tempus, quo quis poſt mortem alicuius negotia geſſerit, videlicet, vt pro tali etiam geſto detur actio: hæc negot. geſtorum, *d. l. 3. §. hac verba, & l. ſucceſſori, 13. eod.* directa & contraria heredibus & in heredes, *l. ſin autem, 21. eod.* Et qui negotia hereditaria gerit, quodammodo ſibi hereditatem, ſeque ei obligat, *l. nam & Servius, 12.* Suntque hic & res, perſonæ, negotia, & forma, finis & cauſſæ conſiderandæ, quæ in negotiis viuentium pertractatis excuſſimus, vt & ſicut in negotiis viuentium ſufficit vtiliter fuiſſe geſtum, ita & in bonis mortuorum, licet diuerſus exitus ſit ſecutus, *d. l. ſucceſſori, § fin.* neque in vtriſque geſtor tenebitur de caſu, niſi præceſſerit caſum eius culpa; *l. debitor meus, 14. & l. ſiue hereditaria, 23. de negot. geſtis, in P.*

¶ Heres † quoque legatorum nomine non proprie ex contractu obligatus intelligitur: neque enim cum herede, neque cum defuncto vllum negotium geſſiſſe legatarius proprie dici poteſt. Et tamen quia ex maleficio non eſt obligatus, quaſi ex contractu debere intelligitur, *§. heres quoque, de obliga. quæ ex quaſ. contract. l. ex maleficiis, 4. §. heres quoque, de actio. in P.* Illud tamen veriſſimum eſt, adeuntem hereditatem defuncti videri cum illo contrahere, *l. 3. §. fin. ex quibus cauſſ. in poſſeſſ. ea. lib. 42. P. tit. 4.* item ſi filius ſe paternæ hereditati immiſceat, *l. 4. eo. tit. ex quib. cauſſ. in poſſ. ea.* tacita voluntate & conſenſu quaſi inter abſentes præſtito, firmans teſtatoris mentem. Idipſum ſi pro herede aliquo modo ſe gerat, agnoſcendo voluntatem defuncti, *l. pro herede, de acquir. here. P. §. pen. & fin. de hered. qualit. & differen.* Et proinde obligatur legatariis quibus præſtari iuſſit quippiã teſtator: & inſuper omnibus oneribus hereditatis obſtrictus remanet. 2

¶ At † qui propter funus defuncti aliquid impendit cum defuncto, non cum herede contrahere creditur. *Vlp. in l. 1. de reli. & ſum. funer. P. lib. 11. titu. 7.* quod pro ſeparatione bonorum quæ fit inter creditores defuncti & heredum, annotandum eſt, *iuxta l. 1. de bon. ſeparatio. lib. 42. P. tit. 7.* Eſt itaque hereditaria actio hæc, quæ funeraria dicta, *l. at ſi quis, 14. §. hæc actio, de relig. & ſumt. funer.* quæ datur quoties nulla alia actio de funeris impenſa conſequenda competit, *d. l. at ſi quis, §. Labeo.* ex iuſta & æqua cauſſa, ne inſepulta corpora remaneant, neve quis de alieno funeretur, *dict. l. at ſi quis, §. hæc actio. & l. ſi quis, 12. §. prætor ait, eod. tit.* Sed de hac actione nihil amplius addam, eo quod plura alibi tractauerimus, *diximus in lib. de rebus ſacris, c. 15.* 3

DE CRIMINIBVS IN GENERE.

LIBER XXX.

De Similitudine Conuentionum & Delictorum.

Cap. 1.

1 *Conuentionum, & delictorum ſimilitudo.*
2 *In Delictis quomodo obligamur, & cum lege contrahatur.*
3 *In Contractibus quæ perpendenda.*
4 *In Criminibus quæ perpendenda.*
5 *Maleficij nomine quid complectatur.*
Criminis nomen quid contineat, eod.
6 *Delicti & peccati diſtinctio.*
Peccare quid apud Ariſtotelem, & alios, eod.
7 *Crimina, morbi Reipublicæ.*

1 PArs † alia contractuum, ſed alterius generis, in delictis conſiſtit: nam delicta contrahi dicuntur ſponte, & ignorantia, *l. 1. de legib. lib. 1. P.* quemadmodum & expreſſe, & tacite conuentiones contrahi citra delicta diximus, *l. 2. & 4. de pact. in P.*

2 ¶ In † leges, omnes æque iurare cenſentur: quia illæ, veluti ex ſponſione, omnes tenent, *l. 1. & 2. de legib. in P. l. leges ſacratiſſimæ, & l. leges vt generales, C. eod. l. Iud. in 1. C. de Iud.* illæ imperant, prohibent, & conſulunt, & puniunt, *l. legis virtus, de legib. in P.* quia quid peccatum, quid iuſtum & iniuſtum ſit, monuerint, *c. nam concupiſcentiam, c. 4. de conſti. ap. Greg.* alterum non lædendum, honeſte viuendum, ius ſuum cuique tribuendum, *§. iuris præcepta, de iuſt. & iur. l. iuſtitia, 10. §. 1. eo. ti. in P.* Proinde cum omittimus quæ iubentur, vel admittimus quæ prohibentur, in leges incidimus, & obligamur & legi, *l. obligamur autre, §. fi. de act. in P. Lſi quis homicidij, 11. de accuſ. C.* & proximo læſo: nam & lex & læſus reſarciri damnum poſtulant à nobis ita commiſſum, & pœnam repoſcunt. Obligamur itaque ex maleficiis, & delictis, *l. ex maleficiis, 4. de act. in P. §. ſequens diuiſio, de obliga. quæ ex del. naſc. & §. 1. de oblig. quæ ex qua. del.* Et conſequitur neceſſario inde quædam coacta ſolutio, cùm obligatio ſit iuris vinculum quo neceſſitate adſtringimur alicuius ſoluendæ rei, ſecundum noſtræ ciuitatis iura. *§. 1. de obliga. ap. Iuſtin. l. obligationum ſubſtantia, de act. in P.* & cum ex contractu naſcatur obligatio, *l. 2. mand. in P.* Quod ſolui ergo debet, pœna vel mulcta eſt. Sic enim & Caius ait, *l. ſi à reo, 71. §. fin. de fideiuſſ. in P. Pœnas ob maleficia ſolui magnam rationem ſuadere.* Solutio autem hæc, quæ petitur accuſatione, ad modum contractus, & delicti referẽda erit: quemadmodum ex conuentionum diuerſa formula, diuerſæ naſcuntur actiones, quibus quis repetit in iudicio quid ſibi debetur, *§. 1. de act. l. actio, eod. tit. in P.* Quod enim in conuentionibus actio, in criminibus accuſatio erit proprie: quanquam interdũ & actio ac cuſationis nomen non reſpuat, vt dicemus, Deo fauente, paulo poſt.

¶ Conſideras † in conuentionibus idoneis & aptis ad effectum aliquem, voluntatem primum liberam ab errore, metu, ſeu vi & dolo alienam: ſecundo, conuenta & modum contractus, ſeu formulas quatuor illas generales, rei, literarum, verborum conſenſus: tertio, obligationem ad quid is teneatur & vinciatur: quarto, actionem propoſitam: quinto, iudicium: ſexto, ſolutionem, vt docuimus in contractibus. 3

¶ Ad † eum modum in criminibus, animaduerte primo voluntatem delinquentis: dehinc actum, & delicti ſpeciem, *de quo tracta. infra in diuiſione criminum*, tertio pœnam, ad quam obligatur: quarto, accuſationem: quinto, iudicium: poſtremo, exſecutionem pœnæ. Et in his perpetuo res, perſonæ, & negotia quæ geruntur obſeruanda: & adhæc referemus quæ alia methodo tradit conſideranda Claudianus, *l. aut facta, 16. de pœ. in P.* nempe cauſſas, perſonas, locum, tempus, qualitatem, quantitatem, euentum. 4

¶ Quæ † breuiter explicabimus, dummodo antea monuerimus, in hac tractatione maleficiũ, ſcelus facinusque omne cõtinere, vt alibi, *l. 1. ſi famil. furt. fec. dica. in P.* κακούργημα male actum: etſi κατ' ἐξοχὴν aliquando pro inſigni ſcelere veneficij, & ſortilegij maleficiũ accipiatur, *vt in tit. de maleſi. & Mathemat. C.* Criminis etiam appellatione hic complectimur omne id, quod 5

Digitized by Google

accusatione & reprehensione dignum est, omne scilicet peccatum, vt decisum quoque in concilio Toletano, *c. vnum vrarium, §. nomine autem crimine, & §. criminis. 25. dist. ca. 1. & ca. apostolus. 18. dist.* atque promiscue hæc vsurpantur, delictum, crimen, peccatum, *l. 1. C. aduers. delict. C.* ¶Omissa † illa subtili distinctione,
5 qua proprie delictum in omissione, quasi derelictum dicitur: peccatum autem in committendo, *glo. in ca. peccatū, de reg. iur. in 6.* Atque peccare nihil aliud est Aristoteli, *lib. Problem. sectio 19. q. 26* quam rem reddere deteriorem: & vt ait Cicero, *in Paradoxis*, transilire æqui bonique lineam, vel excessu vel defectu. Cui adstipulatur Aristoteles, *περὶ ἀρετῶν*. Crimen autē hic dicemus graue peccatum, accusatione & damnatione dignum, *ca. Apostolus, 81. dist.* ¶Et vt significantius substantiam exprimam. *Crimen omne, est morbus quidam, qui subrepit in republica, ab rationis temperamento deflectens, à bono auersio.* Sunt enim crimina inter homines, veluti morbi, ex quibus, nisi obuiam eatur cito, pernicies,
7. & tandem interitus reipublicæ imminet. Proinde sicut medicus optimus morbi est, qui iam methodum eius curandi nouit, & causas & propria remedia, vt ait Galenus, *lib. 3. Methodi medend.* & Hippocrates, *lib. de arte, & lib. de prisc. medic.* ad eum modum de criminibus ita agendum est, vt primo crimina, & quæ in illis obseruanda sunt generaliter, & deinceps in specie cognoscamus, methodumque puniendi, & remedia, pœnas inquam generaliter, & in specie. Sic facile erit hoc reipub. corpus integrum conseruari, & morbosum curare.

De Caussa, & Voluntate in delictis perpendenda.

Cap. 2.

1 *Crimina circa inæqualitatem, & extra temperamentum, vt morbi.*
2 *Delinquunt homines proposito, impetu, casu, quomodo.*
3 *Voluntas quid. Et caussa delictorum. Et de Voluntate coacta, num. seq. 4. 5. & 6.*
4 *Ex proposito quæ dicantur fieri. Et quid propositum. Cur origo bonarum vel malarum actionum, eod.*
5 *Voluntarium, consulto & inconsulte factum quomodo.*
6 *Crimina inuoluntaria quando puniendæ, eod.*
7 *Cogitationis solius pœna cur nulla apud Iurisconsultos: & contra, cur puniatur in lege diuina.*
8 *Purgatio canonica cur reis indicitur.*
9 *Voluntas & cogitatio quando puniatur.*
10 *Voluntaria crimina ex tacita voluntate quædam.*
11 *Delinquere iubens quatenus ex mandato teneatur.*
12 *Libertas arbitrij non excusat delicta.*

1 SIcut† in morbis nullum temperatum inuenias, sed intemperatum plus, minusve, secundum gradus descisentes à salubri, *Galen. lib. de constitu. artis medicæ*, sic in criminibus abest illud medium æquum, quod aginæ stateræ iusti insidet, & iustitiæ, quæ
2 ars boni & æqui, *l. de iust. & iur.* Quocirca †laborant hominib. regendis præpositi in statera dirigenda, & emendando quod ab eo declinat, causas inæqualis vitæ corrigendo. Delinquūt homines aut proposito, aut impetu, aut casu. Ex proposito, latrones, qui factionem habent: impetu, veluti cum propter ebrietatem ad manus, vel ferrum itur: casu, vt si venando in feram, emissum fortuito hominem necauerit, *l. respiciendum. 11. de pœn. in P. l. absentem, §. fin. eod. tit.* ¶*Voluntas* † *est animi motus liber ad aliquid*
3 *inuitandum, vel adipiscēdum, vel in contrarium, c. 1. 15. quæst. 1. virtutis, & vitij caussa, ca. nasci 36. dist. ca. sciendum. 3. q. 1.* ¶Proposito † ea
4 fiunt, quæ secundum voluntatem agentium, sponte & libertate mentis fiunt, vt tradunt Damascenus, *lib. 2. de orthod. fid. cap. 25.* & Nemesius, *lib. de natu. homi. c. 39.* Propositum hoc, & intentio maleficia distinguunt, *l. qui iniuriæ, 5. de iur. in P. § sed placuit, de oblig. quæ ex del. vas. l. fidissimam, ad leg. Iul. de adul. C. Callist. l. diuus Adrianus, & l. 1. §. diuus, ad l. Cornel. de sicar. li. 48. P. tit. 8.* si ex corde exeunt cogitationes prauæ, immunditia, adulteriū, &c. *Matt. cap. 15.* Et verbum nequam immutabit cor: ex quo bonum & malum, vita & mors, *Eccles. cap. 36.* Et ideo Sapiens iubet, *Prouer. 4.* ōni custodia cōseruari cor, quod ex eo vita procedat, Deusque illud interroget, non manum, *c. si quid inueniſti, 14. q. 5. can. si propterea, de pœnit. distin. 1.* Et re vera non polluitur caro, nisi antea mens fuerit corrupta, *can. non potes, & tota 23. q. 5. can. non est, 15. qu. est. 1.* Aristoteles, *li. 3. Ethic. c. 1.* περὶ ἑκουσίου, constituere videsur, propositū, scilicet, in eo quod præmeditate fit à sciēte, prudenteque. *ἑκούσια* voluntaria inuoluntaria, autem, *ἀκούσια* dicunt Græci. Voluntarie scienter prudēterque delinquere ait Caius, *in l. qui ædes, 9. de incend. ruin. & naufra. li. 46. P. ti. 9.* Aristoteles, *6. Ethic.* propositum & cōsilium, omnis actionis principiū dixit: ex quo motio sequitur, non finis, vt extremum. Atque idē *Arist. 5. Ethic.* post multa disputata concludit, nullum facinus malum
5 esse, nisi voluntarium. ¶Cetertū † tamen illud *ἑκούσιον*, seu voluntariū, habere ait, & quod cōsilio & quod incōsulte seu temere facimus. Et alibi, *Arist. 3. Ethic.* etiā, id quod per vim vel per ignorātiam fit, scilicet quia voluntas quædam, non pura tamen, si quis vult coactus: nam coactioni potest accedere voluntas, & tunc verum est voluntatem coactam esse voluntatem, *vt in l. si mulier, §. si metu, de eo quod met. caus. in P.* Potest tamen & aliquid vi cogente ab aliquo fieri, in quo voluntas nulla eius est, neque ex voluntate aliquid is qui agit, confert, quando vis extrinsecus accidit: veluti si quis alium habentem gladium impulerit, illeque gladio necauerit alium. Si vi stuprū patiatur, nec probet, sed cōtra dicat, *l. vim passam, 39. ad l. Iul. de adult. in P.* In quibus delictum admissum hoc pacto sine vllo consensu, peccatum non est eius qui fecit: quemadmodum si quid coacte bene factum fit, non habet meritum, *tota 15. quæstio 1.* Et ita hoc genus facti peccari pœnam nullam habet, si culpa non præcedat in hac violentia, cui nihil mens contribuit. Est autem alia violentiæ species, quæ mixtam habet caussam, voluntarii, & inuoluntarii: quemadmodum iussus es à tyranno occidi, ne parentem occideris: item iussus es à domino delinquere, vel metu alicuius deliquisti, vel ebrius factus culpa tua. Et hæc inuoluntaria crimina puniri non obstante vi, & metu constat, *l. seruus, non in omnibus, 19. de actio. in P. l. 1. de leg. P. ca. sacris, de his, quæ vi met. caus. fiunt, c. quisquis metu, 11. q. 3.* mitius aliquando tamen, quam sponte commissa, *ca. sacris, ca. in primis. 24. 1. cano. fin. 11. q. 3.* Potius enim moriendum, quam delinquendum, vt bonus ille Eleazar dicebat, *3. Machab. cap. 6. & 7.*

¶Caussa itaque delictorum vna erit, voluntas ita distincta, 6
an spontanea, vt tunc magis puniendam an coacta, & tunc, quia consentiat, aliquo modo puniendā: sed mitius. Si autem voluntas alia sit agentis vel delinquentis, quam delinquendi, alia sit consideratio, quam delicti, veluti si quis verberet disciplinæ & emendationis gratia, alia caussa erit, quam in verberibus iniuriæ caussa illatis, *cap. presbyterum, de homicid. li. sext. fact. a. §. caussa, de pœn. P. l. 1. de emenda. proping. C. l. sed & si quemcunque, §. final. ad leg. Aquil. d. quæritur, §. idem Iustin. locatis* P. d. 3. §. si eum, *de lib. hom. exhib. cum simili. l. si constante. §. si maritus, solu. matrimo.* Et si ex bonis, quæ licite fiunt, mala contigerint, non imputantur, *can. de audendis, 23. quæst. 5.*

¶Rursum † hic obseruo, voluntatem aliam esse simplicem, & 7
nudam ab omni actu extrinseco: aliam, quæ actu aliquo expressa est. Nuda cogitatio dicetur sola, quæ apud IC. non punitur, si non exierit voluntas fines cogitationis, *l cogitationis, de pœn. in P. l. 1. §. fin. quod quisque iur. in P.* Quia lex ciuilis, & eius administri, actus tantum sua politia dirigit & emendant, & quæ probata sunt, iudicant, *c. si quis, 15. q. 1. l. illicitas, §. veritas, de offic. præsi.* nec nisi probationibus luce meridiana clarioribus crimina colligunt, *l. si. C. de probat.* Nequē cordis cōgitationes sunt fori, vel iurisdictionis secularium magistratuum, sed Dei, qui illud solus scrutatur, *1. Reg. c. 16. & Psalm. 43. Hierem. c. 17.* quive punit & remunerat secretam mentis intentionem, *can. cogitatio, & c. cogitationis cano. homicidium, & fere tota. de pœni. distin. 1.* præceptaque cogitationis solius adiecit, vt *Non concupisces: non desiderabis proximi tui res*, &c. *Exodi 20.* Homo videt ea quæ patet. Deus autem intuetur cor. Nec potest humano examinari iudicio, vel præsūtione, quē Deus suo reseruat iudicio, *ca. si quādoque, 15. qua 6. can. si omnia, 6. quæst. 1.* nec hic de suspicione quisquā damnandus, *l. absentem, de pœn. in P.* Nec contra, quia quis accusatus nō est, vel quia delictum non est cognitum, ideo innocens est, sed is, cuius latent peccata, timere Deū debet, propria cōscientia accusatus. Nā vt ait Lucianus ait, *ἀνθρώπους μὲν ἴσως λήσεις, ἑαυτὸν οὐ πάντως, ὃ λήσεις δὲ θεὸς οὐδὲ λογιζόμενος*, id est, *homines quidem celabis aliquid insolens faciendo, at non celabis Deum etiam cogitans.* ¶Quo 8
fit, vt in his, in quibus animi solius, & cogitationis est suspicio, & cōtrouersia nō potest factū docere recipiatur iuramētū eius, de cuius intētione quæritur: eique credatur, quia aliter sciri ne queat, *Hostiē. in ca. licet, de reg. iur. glo. magna in §. sed ista, de actio.* Hucque pertinet purgatio canonica, quæ per iuramentū infamati de crimine fit, *c. 1. de purgat. can. tota. 2. q. 5. & 15. q. 5.* crimen quippe probabile, hoc iuramentum respuit, *c. si quis, de grad. ca. 4. de purg. can.* ¶Si † tamen cogitatio eruperit, & ex secreto appa- 9
ruerit, nempe quod quis moliatur illā exsequi, & cœperit, nec per illum steterit, sed aliunde quominus exsequatur eandem, in criminibus potissimum maioribus, pœnā habet voluntas ita cognita, *l. si quis non dicam. de episc. & cler. l. si quis, C. de fur. l. generaliter, de calumnia. P. l. si à seruo, de cond. ob turp. cau. in P.* Proinde hinc aliam conficimus regulam, voluntatem (scilicet iam decretā & in lucem editam) in maleficiis spectari, non exitum, *l. D. Adrianus, ad l. Cor. de sicar. l. is qui cū telo, C. eod. tit. l. 1. extraord. crim. in P.* Et quamuis scelus imperfectum minori pœna puniatur, quam perfectum aliquando, *l. qui falsam monetam. 19. de falsi. in P.* vt in Gallia, puniēdū tamē est: quia volūtas pro factore putatur, cū per volentē non stetit, quominus fieret, *ca. qui peierare, 22. q. 5. ca. nuptiarum. 27. q. 1. ca. si Paulus, 33. q. 5.* ¶Volūtaria † crimina cen- 10
sentur ex cōsilio & cōsulto facta, vel consensu expresso, vel tacito: veluti in senatusconsulto Syllaniano liquet, *li. 29. P. ti. 5.* Itē, si quis refugio fit delinquēti: vt ex tit. de receptatorib. in P. *li. 47. P. ti. 16.* & de iis qui latrones vel alterius criminis reos occultarūt. C. *li. 9. C.* Si quis indulgeat nimiū delinquētibus, nec corrigat, dū potest, *c. licet hely, de sim.* Si laudet delictū alterius, *l. 1. de ser-*

Digitized by Google

corrup. si irritet innoxium, *vt in lege Aquilia.* si iubeat delinquere aliquem.

11 ¶ Quomodo † autem, & quatenus quis ex mandato, *l. cum ratio. §. fin. de bon. damnato.* delinquendi dato teneatur late tractet Bartolus, *in l. non solum, §. si mandato, de iniur. in P.* & ideo hic nō immorabor. Cæterum vt ait Demosthenes, *orat. contra Midiam.* τοῖς ἐκ περιουσίας ὑβρίζουσι, χαλεπὸν ὅπως οἰκεῖοι ἔσονται τοῖς πολίταις, id est, *Iis qui de industria contumelios i sunt, leges acerbas esse cernere licet.* Et rursum, *Demosth. de Coro.* ἀδικεῖ τις ἑκών, ἀρχὴ δέ πραγμάτων οὗτος ἐξήμαρτε πρῶτος, συγγνώμην οὐκ ἔχει τοῦτο δὲ πάσχει, id est, *Iniuriam infert aliquis sua voluntate: ira & supplicium contra ipsum peccanti quispiam inconsulto: venia pro pœna huic datur.*

12 ¶ Nec † nos remoretur vllo modo, quod quidam sibi licere putant peccare impune, cum à Deo data sit arbitrij libertas: nā vt prorsus stolida hæc sententia est impia, ita luce clarius est, quod vt Deus & lex bonam remunerant voluntatem, & actus eius bonos, ita proculdubio puniendam malam merito, & eius scelera, *D. Matth. ca. 24. l. 2. de inst. & iur.* Et quamuis voluntas liberi arbitrij sit, tamen mala voluntas libertati non conceditur, sed & iuste ad bonum cogitur, *c. displicet, & ca. ad fidem, & fere tota 23. q. 4.* Est enim libertas, naturalis facultas agendi quæ velis, nisi si quid iure prohibeatur, aut vi, *l. libertas, de stat. ho. in P.*

De Criminibus, quæ Impetu animi committuntur.

Cap. 3.

1 *Phantasia quid, & non esse voluntatis.*
2 *Motus primi animi non sunt in potestate hominum.*
3 *Impetus animi excusabilis, & qualis is sit.*
4 *Vini præter modum epoti vis habet impetum.*
Ebrietas consilium animi adimit. Et vt eius delictum puniatur, eod.
5 *Lasciuia commissa peccata, vt leuius puniantur.*
6 *Ira impetus quatenus, & quando puniendus. Et 8.*
7 *Damnati morte sententia principis, suspendendi in 30. diem.*
9 *Amoris violentes impetus.*
Amicus quis dicitur, eod.
Voluptas & libido temere, impetuque mouet mentes, eod.
10 *Amicitiæ veræ, & bonæ leges: non peccandum amicorum caussa.*

1 EPictetus, † & post eum Gellius, *lib. 19. Noct. cap. 1.* & D. Augustinus, *lib. 9. de ciuit. Dei, cap. 4.* Diogenes Laertius, *in vita Aristippi,* referunt visiones animi, quas Græci philosophi φαντασίας, vocant, quibus mens hominis, prima statim specie accidentis ad animum rei pellitur, non voluntatis esse, sed vi quadam se inferre hominibus. Quare & sapientis animum ex subitis paulisper moueri, quibusdam motibus rapidis, & inconsultis officium mentis atque rationis præuertentibus.

2 ¶ Neque † enim primi illi motus in potestate nostra sunt, vt ait Quintilianus, *in 6.* Et hos moderari non mediocris ingenij, sed perfectæ sapientiæ putat Cicero, *ad Q. fratrem,* vt etiam inde, quæ voluntaria sunt, necessaria interdum, aut ignorata videantur, *id. in Topi.*

3 ¶ Declinant à voluntate libera, quæ impetu fiunt, & ex perturbationibus mentis, quas Græci dicunt πάθη. Est enim impetus, perturbatus animi motus rationi non obtemperans: cum quis inconsiderate in aliquid fertur, commotus subito, veluti ebrietate, vel calore iracundiæ, vel lasciuia. Aristoteles, *lib. 3. Ethicor.* ἁμαρτάνειν δὲ δύναται, peccare per imprudentiam, ex impetu ait: subitaneo namque quoddam irrationali motu irrationalis partis obsidetur ratio, & incursione quadam facta eam temere animæ partem, mentem mouet, vt prius effectum partu erit, quam consultauerit. Cicero impetum opponit iudicio, his verbis, *Cic. 1. Offic. dum de iustitia disputat. Multi faciunt multa temeritate quadam, sine iudicio, vel modo in omnes, vel repentino quodam, quasi vento, impetu animi incitati, quæ beneficia aeque magna non sunt habenda, atque ea quæ iudicio, considerate constanterque delata sunt.* Et rursum, *idem, 1. Offi. Leuiora sunt quæ repentino, & motu aliquo accidunt, quam ea quæ meditata & præparata inferuntur, hoc & iustum, quod sit voluntarium.* Et Demosthenes, *con. Midiam. Seuerius & grauius eos puniendos esse leges statuerunt, qui data opera, consulto, & per contumeliam delinquunt, quam reliquos, qui alio quopiam modo delinquunt.*

4 ¶ Vis † vini præter modum sumti, sæpe pacatas mentes sui impetu inuadit, & rationem intercipit, & delictorum caussa est quamplurimum. Vinum namque, & mulieres, seu fornicatio excæcant cor, *Esdræ 4. Eccles. 19. Vino namque modo vina, Venusq; nocent, Virgil. in Epigram.* Et pari modo mentem funestant & decipiunt, *glo. in §. erat, de successio. sublat. quæ sieb. per bono. vendit. apud Iustinia. lib. 3. tit. 13.* Ebrietas suscitat vitia, *c. sexto die, & c. tumultuoso, 35. distin.* Sicque ex Hesiodo, *in Diebus,* Athenæus, *lib. 10. cap. 10.*

Gaudia quanta viris Bacchus dedit atque labores,
Si quis multa bibit, stantque lusanda vidi.
Illa pedes, mentemq; ligant, linguamq;, manusq;.

Et Theognis:

Nam quicunque modum supergrederit (scilicet bibendi) ille nec vltra
Consilij compos, in neque mentis erit.
Plurima nugatur itidem turpia, & idem
Turpe nihil cernit, quod temulentus agit.

In summa vinum non habet gubernacula.

Ebrius ignoranti similis, ideo mitius punitur eius delictum, propter culpam potius, quod nimium biberit, *l. respiciendum, de pœn. in P. l. omne delictum, §. per vinum, de re milit. in P.* vt in criminibus extraordinariis docemus, dū de ebrietate agimus. Ebriisq; ideo sæpe manus sibi iniiciunt, vt ait Aristoteles, *c. sane, & c. inebriauerunt, 15. quæst. 1.* facit tamen iis differentiam inter eos, qui leuiter à vino tenentur. *Qui,* inquit, *Aristot. problema. sectio. 30. q. 1. magis peccant & deliraut, & eos qui grauiter se inebriarint, & sobrium quia sobrius vere iudicat: qui autem penitus vinolentus est, quod sensibus interceptis omus sustinere non potest, nihil diudicat. At vero qui leuiter se inebriauerit, iudicat quidem, quia non multum hauserit: sed quoniam à vino aliquatenus detentus est, & potestatem recte iudicandi amisit, peccet necesse est.*

¶ Per † lasciuiam commissa habent fontem quoque, animum impetu irrationali commotum, dum nimia iocandi vel ioculandi voluptate, nimiumve exsultando, vel intempestiue dicacitatem exercent & mordent, vel aliud temere procaciter faciunt, quod crimen habeat. Non enim cogitat nocere animus, sed tamen dum habenas nimium laxamus, non iocus, sed culpa punitur: mitiusque in eos, qui per lasciuiā delinquunt, animaduertitur, *d. l. omne delictum, §. per vinum, de re milit. in P.* Et lubricum linguæ quoque ita veniam quodammodo habet, *l. 1. si quis Impera. maledix. Cod.*

¶ Ira † deinde impetum animi habet, & acerbum, nisi studiose deuitetur. Ira furor breuis est: sibi enim statim quod concipit, iustum persuadet, *can. illa, 11. q. 1.* ideo si potest, intrepide exsequitur. Proinde quæ reuocari possunt, per iram facta, non prius rata habentur, quam si quis in mente deferuente ira perseuerauerit, *l. quicquid, de reg. iur. P. l. diuortium non est, de diuor. in P. l. 1. si quis Impera. maledix. C.* Hinc ex rixa oriuntur sæpe inconsulta delicta, eius impetu concitatis animis, *l. si in rixa, ad l. Corne. de sicar. in P. l. aut facta, §. qualitate, de pœn. in P.* Commouet iram, & quodammodo delictum admissum excusat iniuria illata, & iustus dolor: vt si quis vxorē, *l. Gracchus, ad l. Iul. de adult. C.* in adulterio repertam necauerit, vel pater filiam, *Pap. l. nec in ea lege, 21. & l. quod ait lex, 22. cum §. seq. eod. situ. in P. lib. 48. tit. 5.* Animus perturbatus & commotus nec se cohibere potest, nec quo loco vult, vt ait Cicero, *3. Tusc.* Et vt ait Philemon:

μικρόμυθα πάντες ἐσμὲν ὀργίζεσθαι.
Id est,
Insanimus omnes quando irascimur.

Et Iason apud Euripidem, *in Medea, actu 3. in princip.*

ὦ παῖ πατρῴου σοῦ τε, δεινὰ τὰ στόματα,
τραχεῖαι ἐρχὼν, εἰς ἀμήχανον κακόν.
Id est,
Nunc non primum vidi, sed sæpius,
Iram asperam, quam sit verum malum.

Ira, inquit D. Ambrosius, *de sancto Ioseph, & in cap. ira, 11. q. 3.* etiam innocentes ad crimen adducit: quia dum iustò amplius irascimur, & volumus aliena coercere peccata, grauiora committimus. Et lex monet ideo iudices, ne corripiantur ira, *Lob. seruandum, de offic. præsid. P. can. summopere, 11. q. 3.* nam ira perturbat maxime iudicium animi.

¶ Vt † exemplo Theodosij constat: quo ipsemet in posterum cautior factus, postquam furoris illati in Thessalonicenses pœnituit, statuit, vt sententiæ principum super animaduersione prolatæ, in diem trigesimum ab executore differrentur, *c. cum apud Thessalonicen. 11. q. 3.*

¶ Demosthenes, † *con. Timocra.* ἐστὶ ὀργὴ μέθη τις, inquit, ἔξεστι γὰρ καὶ τὸν λελουκότα ὀργὰς ἔχειν. id est, *iratum esse, cum à quo molestiis affecti sunt, subito impetu vlciscimur.*

πολλαὶ, Suidas in verbo, πολλαχῶς. λέγεται δὲ πολλαὶ, πολλαὶ δὲ μάταιαι ἐν θύμῳ κατατείλουσιν, ἀλλ' ὁ τοῦ ἔτους ἀνὴρ γένυσι, φρονέει τ' ἀπαλάμνια.
id est,
Multæ sunt minæ, multaq; inania verba
Per iracundiam effutiuntur: sed mente
In integrum restituta commutationes euanescunt.

¶ Impetus † suos valde animi oculos perstringentes, habet etiam amor, siue is bonus sit, siue malus, cogitque quodammodo mentem ea facere, quæ alioquin quis non esset admissurus. Amicos autem bonos scilicet appellare debemus, vt ait Paulus, *l. latæ culpæ. 223. §. primo, de verborum significa. in P.* non leui notitia coniunctos, sed quibus fuerint iura cum patrefamil. honestis familiaritatis quæsita rationibus: In malo voluptas præsens mouet impetu suo animum, vt in belluis, quæ nihil, vt ait Cicero, *in Offic.* sentiunt, nisi voluptatem, ad quam feruntur toto impetu. Et is etiam, *idem, de*

Digitized by Google

Orato. definit libidinem esse impetum quendam animi non rectum. Cælius Aurelianus ex Platone duplicem furiosorũ speciem constituens in vna eum collocauit, qui ἐρωτικὸς est, id est, amatorius. Eoque pertinet fabula Alexãdri Aphrodisei, qua proditum est Erynnim furiam à cupidine adamatam, quod videlicet amantes furiosis quibusdam affectibus agitentur. Amoris furore nihil esse vehementius dicebat Iustinianus, §. *illud quoque, quib. mod. natur. effic. legi. in Auth.* & perfectæ philosophiæ eũ cohibere: hocque amore correptos, bacchantes veluti furore vini affectos dixit, §. *at, de succes. quæ fiebant per bono. vind.* Domat enim omnia, vt his verbis scribit Hesiodus, *in Theog.*

ἠδ' ἔρος, ὅς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
Λυσιμελὴς, πάντων τε θεῶν, πάντων τ' ἀνθρώπων
Δάμναται ἐν στήθεσσι νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν.
Atque amor, qui pulcerrimus inter immortales Deos,
Soluens curas & omnium Deorum, & omnium hominum.
Domat in pectoribus animum & prudens consilium.

Paulus etiã Ægineta eos, qui hoc amore detinẽtur, perinde ac insanos pharmacis curat, eisque obliuionem vel nouam solicitudinem ratione victus inducit. *Paul. Ægineta. lib. 3.* Iracundis si parcendum est aliqua ex parte, & mente captis, certe & amantibus: iracundos enim esse, qui ament, docuit Lucianus, *in dialo. Maie. & Mercury.* Non dubitauit Timagoras iussu Melotis, quẽ amabat valde, ex altissimo saxo, se præcipitem dare, vt ait Pausanias, *lib. 1. Atticar.* Fiunt plura per sordes pecuniarum, plura amicorum causſa aliena à iustitia, quæ certè alioquin non fierẽt, si extra impetum amicitiæ adhiberetur rationis consiliũ. Quod viri probi adhibere & sapientes solent. Sic eum Periclẽ amicus quispiam rogaret, vt in causſa quadam sua gratia deieraret: respondit, οὐκ συμπεριοίσειν· ἀλλὰ μηχεὶ βωμῶν, περὶ δικαίων. ¶ Quia † in amicitia vera leges quidem sunt positæ, non oportere vltra id, quod fas est opitulari amicis, neque eorum gratia male agẽdum. Sed quis eas studiose possit obseruare quæritur, dum amicitiæ vis vrget. Vt non immerito dubitauerit Chilo eximiæ sapientiæ vir, quonam vsque debuerit contra legem, contraque ius pro amico progredi, eaque res in fine quoque vitæ ipso animum eius auxit. Eaque quæstio à philosophis posteris examinata, vt late ostendit Gellius, *lib. 1. cap. 3.* apud quem videto. Disseruit & de ea copiose Cicero, *in Lælio, seu de amicitia.* Et non tãtum timore, cupiditate, odiove: sed etiam amicitia humanum peruertitur iudiciũ, *ca. quatuor modis cum 2. can. seq. 11. q. 3.* Et amicitiæ affectio solet ad blasphemias, seu mala in hostes amicorũ concitare, *ca. repellantur, ca. 7. de accus. lib. 5. Decret. ti. 1. can. accusatores, & ca. 1. 2. 3. & fere tota 3. q. 5.* ideo & reddit testem suspectũ de fide. *l. 4. de test. in P.* Eoque referendæ affinitates, proximitates sanguinis, quæ quo gradu sunt sibi proximiores, eo sũt vehemẽtiores, *l. isti quidẽ, quod met. can. in P.* Proinde si ex ipso impetu amoris subito quid cõmissum est, tẽperanda pœna est, *l. verum, 4. de furt. P. l. 2. de recepta. lib. 47. P. ti. 16. l. 4. §. fin. de re milit. lib. 49. P. ti. 16. l. 3 §. si. eum, de liber. hom. exhib. P.* Attamen si quid pro amicis extra impetum male patratũ sit, non est amicitiæ vlla excusatio, *l. etsi amicis, ad leg. Iul. de adulter. in P.* veluti si tẽpus deliberandi adfuerit, si adulterium vel stuprũ amoris turpis illecebris factũ, quod nõ nisi consulto inferri, & sine colloquio præcedente vix potest, *l. qui domũ, & l. etsi amicis. ad leg. Iul. de adul. in P.*

De Casu Fortuito & Euentu.

Cap. 4.

1 *Euentus in crimi nibus quid.*
2 *Casu commissa crimina vt puniatur. Et 3.*
Vrbes refugij Hebraïs, eod.

1 QVod † nascitur ex eo quod delinquitur, euẽtus dicitur, vel ex volũtate, vt diximus, vel præter voluntatem, vel cõtra voluntatem. Sine voluntate furiosus necare potest, & infans, ideo sine pœna, *l. infans, ad leg. Corn. de sica. in P. l. pœn. ad l. Pomp. de patric. in P. d. dimus, de offi. præsid. in P.* Præter voluntatẽ si ex intẽtione alicuius non illiciti actus, delictũ oriatur, veluti vt si pila ludens alium occiderit, *vt in l. item Mela, ad l. Aquil.* In quo ad pœnam imponendam inspicimus, an quis in culpa sit, *d. l. itẽ Mela, & l. si putator, ad le. Aquil. P.* an dederit operam rei licitæ, *eo. ti. de homicid. cas. & volum. & dicemus postea, Deo fauente, in crimine homicidij.* Solius euentus nulla, vel leuior est pœna, *l. aut facta §. euentus, vbi versus ex 23. Ilia. Hom. de pœ. in P.* veluti exsiliũ voluntarium. Erant & ea de causſa apud Hebræos ciuitates refugij, *Deut. 19. vt infra latius in homicidio, Deo fauente.* Quod sine proposito fit, fortuitum erit. *l. qui ædes, de incend. rui. & naufra. in P.* Et casus in euentu erit, vt ait Aristot. *lib. 3. Ethic. cap. 7.* Hicque confundunt iurisconsulti casum & fortuitum, de quibus alias. Multũ autẽ refert in maioribus delictis, an quid consulto admittatur, an casu & fortuito: ibi enim venia locũ nõ habet: in his contra, *l. absentem, 5. §. si. de pœn. in P. l. 1. & l. eum, ad l. Corn. l. de sicar. C. l. 2. §. final. de termi. mot.* Et casus fortuitus neminem imputãdus, *l. Iulianus, qui & à quib. manu. libe. non fiant* quia nullum hominis consilium potest præuidere, *l. 2. §. si eo tempore, de admin. rer. ad ciuit. perti. in P. ca. final. in fine, de homici.* Tot enim sunt, quot numerari nequeant, *l. pen. de vsufru. C. l. fin. de præscr. 30. vel 40. ann. C. l. 2. §. 2. & 3. si quis caut. in P.*

Sic tanta homines rerum inconstantia versat,
vt ait Ouid. 15. *Metam.*

Et Cleon apud Thucydidem, *in 3.* dicebat, id dignum esse venia: quod citra voluntatem fit. Idemque Thucydides, *in 4.* arbitratur omnia licere bello, & necessitate aliqua circumuentis: & veniã etiã esse apud Deum: etenim delictis nõ voluntariis, refugium esse aras (vt & nos in sacrilegio, dum de asylo agimus.) Sceluſque eorum vocari, qui nulla necessitate sunt mali: non autem eorum qui propter aduersa aliquid audent. ¶ Verumtamen † si quis voluerit, delinquere, verum euenit, vt plus quam voluerit, peccarit, distinguendum est cum Bartolo, *in l. dimus, ad leg. Cor. de sicar.* an plus deliquerit in specie delicti sibi proposita, an in aliã transierit. Et si in eadem specie, aut deliquit circa res, aut circa personas. Si circa res aut delictum, quod exsequi proposuerat, tẽdebat ad id quod cõmissum est: tũc inspicitur, delictũ seu euẽtus, non animus, vt qui vim fecerit non cogitans de homicidio, quod facile in vi illata interuenit, punitur ac si occidere voluisſet, *l. quoniam, C. ad leg. Iul. de vi.* Et qui decreuit tantum incendere domum vnam, & pro combustis vicinis tenetur: hoc enim natura incendij habet, vt ad vicinia transeat, *l. 1. §. incendio, de incendio rui. & naufr.* Si autem delictum non tendebat ad id, quod euenit, aut plus delinquitur circa eãdem rẽ & tũc inspicitur euẽtus, *l. vulgaris est quæst. §. siquis, de furt.* vt si quis consecratum vas furetur, putans esse profanum, punitur pro sacrilegio quod si circa diuersas res plus delinquatur, inspicitur animus nõ euentus. Si aũt circa personas plus delinquatur, inspiciẽdũ an ex proposito, vel sine eo cõtingat delictũ: si ex proposito, pœna quidẽ spiritualis, vt excõmunicatio, & similes ad cogitationem magis pertinent *glo. in l. si ignorans, locat.* In temporali autem aut plus delinquitur circa eandem personam, & tunc inspicitur euentus, *l. eum qui nocentem. §. pen. & §. pẽ. de iniur. in P.* aut plus illud circa alias personas per accessiones & consequentiam, si aliam personam & quam offendere volebat, percutiat, vel lædat, pro vtraque tenetur: & euentus, non animus inspicitur, *l. scientiam, §. qui cum aliter, ad l. Aquil.* Si autẽ realiter non lædat aliam personam, sed tantum per consequẽtiam, animus inspicietur, non euentus, *l. eum qui nocentem. §. pen. de iniur.* Quod si non ex proposito delinquatur illud plus ad animũ, non ad euentum referendum, *l. apud Labeonem. §. si quis virgines, eod.* Cæterum si illud plus tendit in aliam speciem delicti, quam quod facere quis decreuerat, si vtrumque crimen habet eundẽ finẽ, euentus, non animus inspicitur, *l. si. de crimi. expi. hered. C. c. fin. de homicid. in 6.* sin minus pro proposito, non pro euentu, *l. vtrum, de furt. in P. l. qui iniuria, eod. tit.*

De personis considerandis in delictis.

Cap. 5.

1 *Personarum acceptio, an sit habenda in iudicio, explicata quæstio, & 2.*
2 *Proportio geometrica, non arithmetica seruanda in pœnis, & qua sit vtraque.*
3 *Vitia personarum in dignitate positarum maiori pœna quare digna sint.*
4 *Paupertas quando partim à crimine excusat, & quando grauius punitur, & 5.*
5 *Punitur ignobilis grauius nobili.*
6 *Ætatis in delictis distinctio adhibenda, & 7. & 8.*
7 *Puer punitus coturnicibus oculos eruens.*
8 *Puerorum delicta non punienda.*
9 *Personæ læsæ in crimi nibus considerandæ.*
10 *Mulierum delicta quælibet argentea multa vbi redemta.*

1 GRauissima quæstio illa, num in iudiciis ratio personarũ habenda sit. Siquidem iura sunt, quæ vtramque partem fouẽt, quædam enim diuina, *Leuit. 19. Deuter. 1. 2. Paralip. 19. C. Iacob. 2.* & humana, *ca. in iudiciis, cap. 12. de regul. iur. in 6. conc. Laod. in c. nouit. de iudi. c. statutum. §. insuper, de rescript. in 6.* negant esse acceptionem faciendam personarum: quædam non tantum suadent, sed & considerari iubent, *Callistr. in l. 2. de termi. mo. lib. 47. P. ti 21. Paul. l. prædium, 4. §. fin. de incend. rui. & naufra. eo. li. tit. 9. can. qui contra, 24. q. 1. Modest. l. qui ædes, de incend. 16. ad l. Corn. de sicar. li. 48. P. tit. 8.* & delinquentium, & eorum qui læduntur, *l. aut facta, §. persona, de pœn. in P. pulcre in l. famosi. ad l. Iul. maiest. in P. l. penult. ad l. Cor. de sicar. P. l. prator ait. §. præterea. cum §§. seq. de iniur. l. atrocẽ, C. eod. §. atrox, eo. tit. apud Iustin. ca. 1. 40. distin. can. cum beatus, 45. dist. c. nobilissimus. 97. dist. ca. qui contra pacem, 24. q. 1. cap. sane, in 2. de electio. c. 2. de offic. deleg. ca. quam periculosum, de sen. excom. l. mortuo, 9.*

Digitized by Google

tit.9.§.similiter,& seq.de pen.in P.l.1.& 3.de priuil.veter.lib.49.P. tit.18.cap. 1. de calum. Proinde quomodo hæc explicanda sunt, paucis meo sensu explicabo, Deo volente. Iura, quæ volunt nō accipiendam esse personam, intelligi debēt, non esse detrahendum iustitiæ in fauorem vel odium personarum, nec parcēdum diuiti, vel in dignitate posito, quod talis sit: vel pauperem ob id non opprimendum, neque illum iusta petentem ab aduersario respuendum, vel contemnendum: vtrosque audiendos, omnes puniendos, omnes iudicandos secundum legum præscripta. Neque aduersari arbitramur, quod iubeāt personarum qualitates inspici, non quidem ad corrumpendum iudiciū prout iura aduersantia cauent, sed ad illud intruendum & temperandū. aliud enim est personas considerare ad subuertendum iudiciū, aliud easdem obseruare, vt iustum fiat iudiciū. Sic reatus grauior quidem omnem dignitatem excludit, l.1.C.vbi senat.vel clar.cum simul.ibi nota. Extraptores, C.de epis.& cler. nihilominus & dignitas in pœnæ considerationem quoque venire debet, nō vt tollat reatum, vel vt à pœna eximat, sed vt eam legitimam & aptā delicto iudex exigat. Non enim omnibus personis, etsi eodē morbo laborēt, eadē omnino medicina exhibetur, sed pro corporis ęgri temperamēto iusta & salubris dicitur, quæ per cōuenientia miscetur, & propinatur. Sic verum est quod ait Demosthenes, con. Midium, delicta sine discrimine personarū diuitis & pauperis pari seueritate vindicanda. ¶ Ceterum † par seueritas non consistit in æqualitate Arithmetica, veluti vt omnes, qui homicidiū fecerint, capite priuētur: sed in æqualitate Geometrica, vt secūdum id, quod iustum videbitur, puniantur æquali seueritate. Sicut enim Geometrę proportionem metiūtur ex æqualitate vel inæqualitate figurarum, non inspecta quātitate, vt Arithmetici, sed qualitate: sic Iurisconsulti in distributione quod cuiusq; est, vide Arist.de hac proportion. iusta geometrica, libr. 1. mag. Mora.c. 34.& 5.Ethic.c.3.& 4. & pœnarum, secundum qualitatem delinquentium, & delicti pœnas statuunt. Cū enim ratione personarum, & circumstantiarum qualitatum earundem, minus vel magis peccetur, non potest esse legitima pœna, nisi eiusdem quantus crimis, ratione earūdem, vel minor vel maior statuatur. Exemplis probatio apparebit, quædam sunt delicta pagano nulla, vel leuia, quæ militi grauiora: vt si is artem ludicram exerceat, a Mascell.l.quædam delicta, 14.ae pœn.l.2.de re mili. ¶ Qui† in exemplum aliorum præpositi sunt, qui sedent in conspicuis locis & summis, maiori aliorum pernicie & sui labuntur & peccant, & pœna exemplari digni sunt, l.2.& ibi glos.ad verb. ceteris, de petit. bono. Iubl.lib.10.C.

Celsa grauiore casu
Decidunt turres. Horat.lib.2.car.ode 10.

Et, Iuuenal.Satyr.8.

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior, qui peccat habetur.

Scilicet, Claudia. in vulgus manant exempla regentum,
Vtque ducum lituos, sic mores, castra sequuntur.

Et Demosthenes, statim in princip.2.oratio.con. Aristogito. omnes legum violatores coercendos quidē esse docet, sed maxime qui magistratu funguntur, & in repub. versantur. διὰ γὰρ τύτυς τὰ κοινὰ ἐξ ἁπάντων πέφυκεν, ἂν ὦσι φαῦλοι: ἢ τὰ μέγιστα πάλιν ὠφελεῖσθαι, ἐὰν ὦσιν ἐπιεικεῖς, ἢ διὰ σωτηρίαν ἐμπεσεῖν τοῖς νόμοις, id est, per hos enim & maximas clades respub. accipit, si mali sint, & vicissim iuuatur plurimū, si sint boni viri, & legum studiosi. Horribile iudicium fiet in eos, qui præsunt, Sapien.6. Et, potentes tormenta acerba patientur, Sapien.6. Is enim, cui maior dignitas cōcessa est, si ea abutatur, grauius quā plebeius coercēdus, l.presbyter, de episc.& cler.C.c.præcipue.11.q.3. & aliis pœnis, l.limites, C.de quæstio. Sunt propria etiam dignitatum crimina, & quælibet personarum qualitas habere quoddā peculiare crimen præter communia potest. Peccata regum alia, alia populi. Atq; aliter liberi, aliter serui puniendi sunt. l.in seruorum, & l.capitalium, §.1. & fin.de pœn.in P. Imo & cū ad dignitatē personæ pœnæ referuntur, non tā habetur ratio delinquētium, quantū & aliorum innocentiū, qui in eadē dignitate sunt, vel dignitate reguntur. Sic clerici secundum ordinē, quē tenēt, vel minorē vel maiorem, nō ęque puniūtur, c.contumaces, 50.distinct.ca.ante omnia, 35.dist.c.si qui clericorum, 11.q.1.c. fraternitatis, 12.q.1.c.quisquis, 2.q.8. Nec incognitum est, sæpe à viris illustri familia ortis, delictis impiis supplicium clam vel in carcere sumtum, ne eius generis clari viri notam aliquam incurrerent.

4 ¶ Paupertas † interdum pro parte crimina excusat, vt si famis tempore quis edulia ad leuandam famem rapiat, c.3. & ibi gl. de furt. ca. fraternitatis. 12.q.2.c.discipulos, de consec. dist. 5. ca. quod non est licitum, de reg. iur. Si necessitas nimia non vrgeat.

Magnum pauperies opprobrium
Iubet quiduis & facere & pati,
Virtutisque viam deserit arduæ.

vt ait Horatius, lib.3.ode.24.

5 ¶ Et † aliquando omnino adimit pœnam, si nimium vrgeat, vt in c.discipulos, de consec. dist 3. Matth. 12 Luce 6. Mar. 2.& 1. Reg.21.c.dilectissimus, 12.q.1. At quando necessitas nulla impellit, interdum grauius supplicium paupertas patitur, dum quis luit corporali pœna æs, quod nō potest diluere, l.1.§.fina.de pœn.in P. l.quicunque, de seru.fug.C.l.fin.de sepul.viol.C.l.qui ædes, 9.de incen. rui.& nau.lib.47.P.tit.9. quando debitum contahitur ex multa criminali: alioquin enim ciuilis solet ob inopiā potius remitti, quam in corporalem pœnam transferri, l.fin.§.fi.ae mod.mult.lib. 1.C.tit.55 .l.fin.de in ius voc.P.illicitas.§.fi.de ff.præs. P. Et vbi nobilis suorum bonorum proscriptione mulctatur, ignobiles corporali supplicio castigantur, c.qui contra, 24.q.2.d.l.fi.ae in ius voc. c.si res aliena.14.q.6. si nihil habeant scilicet. ¶ Distinguit † etiam personam infantis ab adulto iudex. Infantes omnino doli incapaces, delinquentes ob consilij infirmitatem absoluit: vt & furiosos, l.infans, ad l.Cor.de sicar.c.l.illud relatum, 15, q.1.l.illud, de iniur.in P. Si aliquo modo capaces sint doli, non omnino excusat. Nec malorum morum infirmitas animi defendit, l. 1. & 2. si aduer.delict.li.2.C.ti.36.l.si quis, ad l.Corn.de sicar.C.l.impunitas, C.de pœn.c.ex literarum.de apostat. Sic malitia supplet ætatem illis, l.3.C.si mi.se maio.dix.lib.2.C.tit.43. ca.de illu.in 2.c. 9.de despō. impu.lib.4. Decret.tit.2. Mitius tamen cum istis agitur, quam cū senioribus, c.1.de delict.puero. l.impunitas, C.de pœ.l.si fratres, 20. de his qui no.infa.li.2.C.tit.12. si modo iuuenili calore delinquāt. Alioquin existimarunt aliqui iuuentutem præmature corruptā citius exterminandam, si immane sc elus aliqua malitia admittat: ne seminarium malorum in illis nutriatur. ¶ Sicque † malitia punitur, non ætas innocens. Refert iudicium Areopagitarum M. Fabius Quintilianus, lib.5.Institit.c.9. quo fertur damnatus puer, quod inuentus esset oculos cothurnicum omnium eruens, quas posset comprehendere, quod signum id eis videretur perniciosissimæ mentis, multisque malo futuræ, si adoleuisset. Sine malitia delinquentes pueros non puniendos quoque, est exemplum apud Pausaniam, li.8. Arca. is enim narrat pueros circa templum Dianæ ludentes in funiculum incidisse, quo collo Dianæ iniecto strangulatā Dianā conclamarūt: hocque deprehenso facinore, Caphyenses pueros lapidibus obruisse. Verum eorum liberos morbum inuasisse vt abortū vxores facerent, donec sepeliendos eos pueros Apollo respondit eisque quotannis esse sacrificandum. Et Neratius Iurisconsul. dixit, in paruulis nullam deprehendi culpam, in leg. penal. 55. de fideicom. liber. lib. 40. P. ti. 6. Callistrat. in l. 2. de termin. mo. libr. 47. P. tit. 21. ¶ De senibus autem, qui iterum pueri sunt, non æque sumitur supplicium, ac de aliis ætatibus, sed indulgentia quædā lenitur pœna aliquando, c.tanta, 1.q.7. Et in summa, vt loquar cum lege Vuisigothorum, nomotheta & iudex erit indagando viuax in præueniendo fixus, in decernendo non anxius, in percutiendo parcus, in parcendo assiduus, in innocente vindex, in noxio temperatus, in aduena solicitus, in indigena mansuetus, personam tanto nesciat accipere, quanto & contemnat eligere, l.7.tit.1.lib.1.C.l.Visigoth. ¶ Circa † personas læsas, qualitas etiam consideranda, vt in adulterio, in stupro, in incestu, in iniuria, & aliis, de quibus suis locis. Vtique, inquit Paulus, l. 3. de accusa. lib. 48. P. tit. 2. in accusatione criminis locus designandus est, in quo adulterium commissum est, & cum qua persona admissum dicitur, & mensis: hoc enim lege Iulia publicorum iudiciorum cauetur, & generaliter præcipitur, omnibus qui reum aliquem deferunt. Refert † & Diodorus Siculus, lib.12. Biblioth. apud ceteras, quam Thurios, gentes, mulieribus cunctis argentea mulctare dimendis ius fuisse: hoc tamen non receptum in viris.

De Loci obseruatione in delictis.

Cap. 6.

1 *Loci diuisio.*
2 *Locus quid. Quod in delictis considerandus, quia auget vel minuit delictum,* 3.
3 *Vindictæ secundū leges, & mores regionum, ad quas peruenerimus.*

ARistoteles, lib.4. Phys.c.2. diuidit † locum, in communem, & propriū. Proprius dicitur proximus cuique rei, inane, quo quid proxime continetur: communis, qui & hunc & alia cōtinet. ¶ Locus † pro communi comprehensione fundorum vrbanorum, & rusticorum. l.locus, & l.fundi, de verb.sign. aliquando pro loco proprio, non communi accipitur. l.2 §.1.& l.ossa, §. in hac autem, de relig.& sumt.fun.in P. Considerandus ausem iudici quoque is locus ad distinctionem criminis. & pœnæ constitutionem. ¶ Locus † sacer, sacrilegum facit. l.aut facta.§.locum, de pœn. in P. l.sacrilegij, ad leg. Iu.pec.in l. quis sit fugitiuus, §.pen. de ad.l.edic. profanus furem: & alio modo ille, alio hic puniendus. vt dicemus, Deo fauente, propriis titulis. Maior iniuria verberati in theatro & publice, quam priuatim, l.sed est quæstionis, §.1.de iniur. in P. Grauius adulterū in domo mariti, & patris ideoq; ibi occidere adulterū marito, & patri licet, alibi non licet, l quod ait lex, & seq.ad l.Iul.de adu.P.cū fim.ibi not. Proinde Daniel ab accusantibus de adulterio Susannam, quærebat de loco, Daniel c. 13. Loca conferunt & adimūt dignitatem veluti prætor sua vtitur cōcessa potestate in prouincia ei decreta, & ibi vtitur insignib. l.1.de offic.procons.in P. Sicus & de insignib. pallii archiepiscopa-

Digitized by Google

lis alibi, *c. cum sis, de auctorit. & vsu pall.* scriptum. Consideratur & locus, in quo erat qui deliquit: vt si quis pilâ proiecerit, qua homo occisus, inspicitur, an ibi esset ludêdi consuetudo, nû vero quis periculoso in loco temere periculo se exposuerit, *l. item Mela, ad l. Aquil.* Item locus ex quo quid raptum, num sit ex incendio, ruina, vel naufragio, vt ait Bartol. *in l. libellorum, nu. 6. & 7. de accusatio.* & Cynus, *l. qui de crimine, de accusatio.* Et quædam commissa pro crimine habentur alicubi grauia, quæ alibi leuia, vel nulla sût: veluti in Ægypto dissoluere aggeres cõtinentes aquam Nili, vel chomata rumpere, *Sycomorum* succidere. In Arabia *scopelismum* committere, *l. sunt quædam, & l. seq. de extraor. crimin.* In Africa grauius puniti messium incẽsores: in Misia vitiũ: & vbi metalla sunt, adulterãtes monetam, *l. aut facta, §. euenit, de pœ.* In summa, vt ait & docet Æmilius Probus, *in princ. lib. de vit. Imperat.* non eadem omnibus sunt honesta, & turpia: sed omnia maiorum institutis iudicãtur pro morum & locorũ diuersa ratione. Sic & Plutarchus, *in vita Themistoc.* ὦ ξεῖν, νόμοι διαφέρουσιν ἀνθρώπων· ἄλλα ἄλλοις κρεῖττον ἐστὶ καὶ ἡδίω τοῖς ἐπιχωρίοις ἕκαστα, id est, *o hospes, leges hominum inter se differunt: alia autem aliis pulcra, & honesta. Honestum porro omnibus est, quæ propria sunt seruare, & ornare.* Sic vitio non datur vti moribus locorum. Cretizandũ enim, inquit Polybius, 8. *histor.* cum Cretensibus. Quinimo statutũ est, ne quis peregrinus violet mores regionis vel loci, ad quẽ peruenerit, *c. quæ contra, 8. dist. c. illa, 12. dist.* alioquin enim delinquit. Humanæ leges moribus constant, ideoque hæ discrepant: quoniam alii aliis gentibus placent, *can. omnes leges, 1. dist. c. illa, 12. dist. ca. placuit, 32. dist. incl.* Si agatur quoque de notione iudicis, cuius sit, de loco fit quæstio, vt puniatur in eo loco, in quo deliquit, *l. desertorem, de re milit. in P. l. si cui, §. pen. de accus.* Et in summa leges ipsas & negotia, locorum diuersitas distinguit, *ca. 1. 2. 3. 29. dist.* vt tempus, & persona. Et quædam cõstitutiones locales sunt, quædam generales, quædã ratione propinquitatis loci receptæ tantum, vel ob intercapedinem, *c. cum longe. 63. dist. 6. pudenda, 24. q. 1. c. erit autem, dist. 4.* diuersæ. Inspicimus & ad delictũ perpendẽdum locum personæ, cui vulnus illatum, num oculus, num facies, crus, vel aliud membrum nobile necessarium artificio, vel ignobile, & minus necessarium, *in legib. Boiariorum, toto tit. 5. in legib. Anglo. tit. 2. & seq. vsque ad 8. lege Saxonum, toto tit. 1. de vulnerib. in lege Salica, tit. 20. & Frisionum, tit. 22. de dolo, l. vulneris magnitudo, de iniu. in P. §. atrox, eod. tit. ap. Iusti.* Facies nobilissima hominis pars censetur: quia ex ea, qui simus, cognoscitur, *Arist. li. Problema sect. 36. q. 1.* & similitudinẽ habet diuinæ imaginis, *l. si quis in metallum, de pœ. C.* & in ea pupilla oculi læsa, crimẽ habet grauius, *l. aut facta, §. qualitate, de pœ. P.* Et in lege Burgũdiorum, *tit. 11. §. si. lex. Si quis cuicunque in faciem vulnus infixerit, in triplũ soluat vulneri, quod veste tegitur.* Non negamus autem interdum crimina sine loci cõsideratione posse decidi, quemadmodum alia quædã, quando substantia negotii sine loco constat: tũc quippe absurdum videtur ex differẽtia locorum, aliquid induci, *l. si. de temp. in integ. restit. in P. l. vni. de vsuc. transfor. C. l. cum interdum, de instit. actio.* Aliter non inde sequitur, in aliis non cõsiderari, in quibus locus addit, vel minuit peristases: veluti si dicas, in carcere contractũ cum eo qui detrusit initum, improbari recte dices ratione loci, qui metum infert, *l. qui in carcerem, de eo quod met. can. lib. 4. P. tit. 2.* In vrbe autem libera, vbi quis iuris publici tutores cõtra vim inuocare potest, metum veri similiter non fuisse illatum concludes, *l. si. eo.* Sic etiam habendam rationem rerum pro more locorum, *l. pretia rerum, §. fin. ad l. Falci. P. l. ideo in arbitrium, de eo quod certo loc. P.*

De tempore commissi delicti perpendendo.

Cap. 7.

1 *Tempus iudicibus, & aliis obseruandum quomodo sit.*
2 *Tempus in criminibus, & pœnis distinguendis vt est considerandum.*
3 *Tempus quid, & vnde constituatur.*
4 *Quare in criminibus considerandum, & §.*
5 *Criminum accusatio quo tempore præscribatur.*
6 *Accusationis libellus tempus, diem, & horam complecti debet.*
7 *Tempus quare in plerisque considerandum, & discutiendum.*

1 DEbemus, † inquit Cicero, *orat. ad Brut. considerare in omni re, quid aptum sit & consentaneum temporibus, & personæ, quid in dictis factisque deceat.*

Iudicis officium est, vt res, ita tempora rerum
Quærere: quæsito tempore tutus eris. Ouid. de Trist. 1.

2 ¶ Regulæ † enim, & iura loco, persona, tẽpore, & negotio distinguuntur, *c. reg. ca. necesse, 29. dist.* Tempus distinguit, crimina, vt emẽsorem à desertore, furem nocturnum à diurno, *l. aut facta, §. tempus, de pœn. in P. qui emansor, quisve desertor traditur, l. 3. §. fin. de re milit. in P.* Lex 12. Tabularum furem nocturnum deprehẽsum cum clamore te stificatum impune permittit occidere, diurnum nequaquam: nisi se telo defendat, *l. 4. ad l. Aquil. cum simil.* vt dicemus in furto, Deo iuuante. Legis eius verba hæc: *Si nox* (pro noctu) *furtum factum sit, si im* (pro eum) *quis occidit, iure cæsus esto, Macrob. lib. 1. Satur. c. 4.* Quod & iure diuino antea statutum, *Exo. c. 23. & c. 3. de homici.* Demosthenes etiam, *con. Timocra.* grauiorem pœnam nocturno tempore delinquentibus deberi testatur. Ad quem Vlpianus Sophista, *in can. oratio. contra Timocratem*, eius interpretes sic addit, ὁ νυκτὶ ἢ μείζονα τὴν τιμωρίαν ἐπιθεὶς ἀνεῖδεν· πρὸς μείζονα γὰρ ἐστὶ τὰ ἁμαρτήματα τῆς νυκτός· ὁ γὰρ ἡμέρᾳ ἐπιὼν τοῦτο κρείττων ἐστὶ τοῦ κωλύοντος αὐτόν, ὁ δὲ νυκτὶ ἄπιστος, id est, *Noctu autem maiorem esse pœnam ostendit, quia noctu enim crimen grauius: interdiu enim adiutores licet accersere, noctu non item.* Angustiæ quoque temporis excusant à crimine, vt si quis necessitate hostis instantis pressus, non possit aliter euadere mortis periculum, quam eum occidendo, *l. scientiam, §. qui cum aliter, ad l. Aquil. cum similib. in homicid. citandis, Cicer. pro Milon.* Et grauius crimen ducitur, tempore cultus diuini excitare tumultum in ecclesia, quam alio tempore, *l. si quis in hoc graui, C. de epis. & cler.* Licent quædam aliquo tempore, quæ alio prohibentur: veluti licet mercatores debitores conuenire, excepto nundinarum tempore, vbi nundinæ exercentur, *l. vni. C. de nundi.* Quod fieri certo tempore debet: postea si fiat, non prodest *l. Thais, 41. §. intra certa, de fideicom. liber. P. cum simil.* Incertæ sunt, quæ tempus determinatum non habent, & ac si non essent, habentur. Sic enim cecinit Lucretius, *1. de rer. Natu.*

Tempus item per se non est, sed rebus ab ipsis
Consequitur sensus, transactum quid sit in ævo,
Tum quæ res instet, tum porro quid inde sequatur.
Nec per se quemquam tempus sentire fatendum est.

¶ Mensura † motus namque tẽpus est, vt ait Eusebius, *de præpara. Euangel. lib. 11. c. 12.* Et Luna, & Sol in signa & tempora constituta sunt, *Genes. c. 1.* vt opera stata & certa essent, & dispositа cõmode. Et fere solet omnia tempus ostendere, vt ait Iustinianus, *§. 1. de rest. & ea quæ par. in 11. men. Auth.* Et Æschyllus, *in tragæd. Promethei*, ἀλλ' ἐκδιδάσκει πάντ' ὁ γηράσκων χρόνος, id est, 3

Sed omnia docet senescens tempus.

¶ Mutantur † & leges & mores cum tempore, & secundum eius necessitatem oportet eas ferri, *c. ab exordio, 35. dist. ca. pascit, & c. seq. 10. q. 3.* Et idcirco habita ratione tẽporis, iudicem cõsiderare oportet, num crimẽ sit, & quale, quave pœna cum commissum, qua cum iudicat puniendum. Si tunc cũ illatum vulnus lethale, num diu superuixerit vulneratus, *vt in l. nihil interest, ad l. Iul. de adulter. P. l. huic scripturæ, §. 1. & l. ita vulneratus, ad l. Aquil. in P. c. 2. de cler. percus. c. significasti nobis, in 2. §. & quidem si hoc ita se habet, de homicid.* & similia, quæ mouere calculum possunt. ¶ Sed † alia 5
de causa tempus obseruandum in criminibus, propter præscriptiones, quæ accusantibus obiici possunt, vel crimine tempore ipso abolito. Generalis enim regula est, crimina non posse accusari post viginti annos, à tempore, quo commissa sunt elapsos, *l. querela, ad l. Corn. de falsi. C. l. 2. & 3. de requir. reis, in P. c. cum venerabilis, §. intelleximus. de excep.* Minori etiã spatio temporis quẽdam præscribuntur, vt adulterium quinquennio, *l. mariti leuocinium, §. hoc quinquennium, & §. quinquennium, ad l. Iul. de adult. in P. l. adulter. C. eod.* nisi misceatur incestus adulterio, quo casu exigunt quoque iura viginti annos, *l. vim passam, §. inscriptione, eod. in P.* Et ita quoq; obseruatur in supremis istius Galliæ curiis, *Papo. lib. 24. Rhapsi. arresto. tit. 2. ar. 1. & 2.* Sunt & leges proprio titulo insertæ, ne de statu defunctorum: post quinquennium quæratur.

¶ Proinde † voluerunt Iurisconsulti inseri libello accusationis 6
tempus quoque delicti, *l. libellorum, de accusa. in P.* Imo & diem & horam aliquando, si inde delicti possit esse peristasis necessaria iudicio, vt notat Bartolus, *ad d. l. libellorũ, nu. 12. & in l. non solum, §. sed vt prohiberi, nu. 3. de oper. nou. nuntia.* ¶ Veluti † quando quis 7
in ius vocauit eum ea hora, qua ius dicit, vel funus ducit, vel vxorem, &c. quod non licet, *l. 2. de in ius voc.* Si quis cum esset in sacerdotio, & dignitatis habitum & ornamenta præferret, iniuria afficiatur, sine dubio atrocior iniuria, *l. atrocem, 4. de iniur. libr. 9. C. tit. 34.* vel si sedente iudice pro tribunali, *§. atrox, eod. apud Iustin. l. prætor edixit, §. at in actione, & §. fin. eod. in P.* Alioquin autẽ si aliunde certitudo negotii cõstare potest, nõ exigimus diei vel horæ expressionem, *l. libellorum, de accusat.* Vt nec instrumenta ideo vitiari quis dixerit, quod hora trãsacti negotii nõ sit apposita: hoc enim iure cautum non reperitur, *Ioan. Andr. in additio. ad Specul. de instrum. editio. in princ. 3. col. Bald. in l. Imperator, si cum. ius vel vtil. pub. & in l. fin. de edict. diui. Adria. toll.* Si tamen expediat negotii determinationi, & illud coarctari debere placuit, *Vlp. in l. cum actum, de neg. gest. in P. l. 2. §. editionis, de eden. in P.* veluti in ciuilibus negotiis, cũ cõcursus est rescriptorum ad beneficia horæ prioritas multum prodest, *c. si à sede, 31. de præb. in 6.* Et in legibus Alemannorum titu. 44. lex est, vt scriptura nõ valeat, nisi in qua annus & dies euidenter ostenditur. Sed & habenda ratio temporis, in dissimulandis, vel non grauiter puniendis delictis, si necessitas quædam vrgens viuere delinquentes suadeat, *c. requiritis, cum 2. seq. 1. q. 7. cum simil. ibi nota. Semper*, inquit Cicero, *3. Offic. tempore fit, vt quod plerumque turpe haberi soleat, inueniatur non esse turpe.* Et alibi, *Cic. 2. de inuent. In omnibus quid tempora*

Digitized by Google

gora petant, aut quid personis dignum sit, semper considerandum est.

De Qualitate delictorum obseruanda.

Cap. 8.

1 *Peccata non omnia esse æqualia, vt dicunt Stoici.*
2 *Delictorum qualitas, & atrocitas distinguenda pro pœna imponenda.*

1 IAmdiu explosa est, & merito, † Stoicorum sententia, peccata esse æqualia existimantium *Cic. in Paradox.* Proinde & peccatorum varia qualitate pœnas esse debere diuersas. Et, vt ait Horatius, *lib. 1. Saty. 3.*

Nec vincet ratio hoc, tamendem vt peccet idemque,
Qui teneros caules alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus sacra diuum legerit: adsit
Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas,
Nec scutica dignum horribili sectere flagello.

2 ¶ Distinguenda † sunt crimina atrocia a leuioribus, *l. aut facta, §. qualitates, de pœn.* Hinc cauendũ iudici, ne quid remissius, vel durius statuat, quam crimina, vel eorum causa exigant, *l. respiciendum, cod. l. Pedius, de incen. rui. & naufr. in P. l. 1. §. diuus, de quæst. P. l. qui sententiam, C. de pœn.* veluti, cum intelligimus amplius puniendum esse grassatorem, quam furem, *l. capitalium, §. famosos, de pœn.* & sic de similibus quæ facile colligi possunt ex his, quæ Deo fauente, in singulis criminibus seorsum castigandis, obseruabimus. Nec tamen, vbi pœna certa certis criminibus præscripta à lege est concurrentibus in crimine omnibus legis circumstantiis, iudex potest mitior esse lege, *§. oportet, de inof. in Auth. l. fin. ne mancip. Christ. ven. C. d. l. respiciendum*, ex causa tamen potest augere, vel minuere pœnam, *l. hodie, de pœn. in P. l. quid ergo, §. pœna grauior, de in ius qui no. insam. P. vide Hippo. de Marsi. sing. 182.*

De Quantitate obseruanda in criminibus.

Cap. 9.

1 *Quantitas in criminibus puniendis consideranda.*
2 *Puniuntur grauius qui in crimen recidunt, quam cum primo commiserunt.*

1 QVantitas † crimina quoque, & pœnas distinguit: qui vnam ouem surripuit fur, qui gregem abigens, *l. aut facta, §. quantitas, de pœn. in P. l. 1. & fin. de obs. in P.* Sic qui supra vel quinque solidorum valorem surripuerit, suspenditur: sin minus scopis & forcipibus excoriatur, & tunditur, *§. si quis quinque solidos, de pace tenen. & eius violato. in vsib. feud.* ¶ Ad † quantitatem pertinet consideratio, num semel quis aut pluries deliquerit: nam qui recidunt in crimina, grauius plecti debent, *l. capitalium, §. solet, de pœn. in P. l. seruos, 8. ad leg. Iul. de vi publ. lib. 9. tit. 12. l. 3. §. fin. de epis. aud. C.* Item si plura concurrant crimina, in eodem actu, *l. 1. §. quæ multo magis, de rapt. virg. C.* Sic Phalaris, *in epist. ad Zeuxippum.* Zeuxippo vtrique patri & filio, quibus ante pepercerat, scribit, se posthac non parcituum, sed grauius in illos animaduersurum, εἰ δυοῖν τούτοιν καὶ μᾶλλον κολασθήσεσθε ἐφ' ἑνὶ συγγνώμης ἀξίῳ δυοῖν, eo vos grauiori supplicio afficiemus, quo maioris veniæ nunc dignos existimauimus.

De Ignorantia, quæ & quando in delictis excuset.

Cap. 10.

Lib. 22. P. tit. 6. Lib. 1. C. tit. 22.

1 *Ignorantes triplicis differentiæ.*
2 *Ignorantia, error, & titubatio in quo differant.*
Errare quid, & titubare, eod.
3 *Ignorantia iuris & facti Iurisconsultis quid.*
Facti, proprii & alieni iuris, naturalis vel ciuilis quid, & quando excusationem admittunt, eod.

1 IGnorantia † triplex est: prima eorum, qui scire nolũt, cũ possunt, quæ nõ excusat: quia & ipsa peccatum est. Alia est eorũ, qui volunt scire, sed nõ possunt: & est pœna peccati non peccatum. Tertia eorum, qui quasi simpliciter nesciunt, nõ renuẽtes vel proponentes scire, quę neminẽ plene excusat, sed sic forsasse, vt minus quis puniatur, vt cõsentiunt patres sancti in Séntiis, *li. 2. Sentem. dist. 22. in lit.* Vlpianus, *in enarr. oratio. Demosth. de fal. legat.* enarrator Demosthenis, ὅτι, inquit, ἀνθρώπους ἀγνοεῖν τὸ δὲ εἰδέναι τοῦτον ἐστὶν οὗ ἀγνοεῖν οὐ δίκαιον τοὺς ὑπὸ ῥητόρων πεπαιδευμένους, &c. id est, *humanum quidem est quædam ignorare: illud autem non oportet, eiusmodi est: non oportere ignorare ab oratore edoctos.* ¶ Facilius, † vt hæc explicem, monebo, primum Azonem, *in Sum. C. tit. de iur. & facti ignor.* inter ignorantiam, errorem, & titubationem discrimen posuisse, Ignorare est, nescire nec cognitum habere. Errare, in inscitia aliud pro alio putare: titubare seu dubitare, cum aliqua sed obscura notione, circa electionẽ in vtramque partem animi inflexio.

¶ Ignorantia † duplex apud Iurisconsultos, facti, & iuris, *sic enim concepti titu. P. & C.* Facti, quando id quod casu, vel natura aduenit accidisse nescitur, vt quando ignoramus mortem eius, cuius ad nos pertinet hereditas, *l. 1. & 3. eod.* P. Iuris, quando id quod iure cauetur, ignoratur. Rursum facti est ignorantia, vel proprii, vel alieni. Iuris autem, vel ciuilis, vel naturalis. Itaque in facto proprio error, vel ignorantia crassa est, & stolidi hominis, quæ nullo modo excusatur, *l. quanquam, 7. ad Senatusc. Velleia. l. item quæritur, §. si fullo, & l. sed addes, §. 1. loc. l. cum falsum, de acq. hered. l. in furti, 51. de furt. P. l. 3. l. supin. de iure & facti ign. r.* potissimum si agatur de lucro captando, vel de damno euitando cum alterius iniuria, *d. l. quanquam, ad Velleian. Dynus, ad c. ignorantia. de reg. iu. in 6. num. 18.* Posset namque excusare in facto proprio error, si alterius non esset iniuria, *l. sed etsi me putẽ, 22. de cond. indeb. P. l. si tibi liberum, de actio. emt. in P. Bart. l. cum de indebito, de probat.* vt suum indebite solutum repetendo vel etiam si factum nimium esset antiquum: cum memoria sit labilis, *l. peregre. 44. de acq. poss. Bart. in l. si quis dele gauerit, de noua. in P.* Aliẽni autem facti ignorantia excusat, si illud publice non sit notũ, *l. fin. pro suo, P. l. cum putarem, fam. ercis. P. l. error, C. de iur. & facti. igno. l. regula, eod. P.* aliter si publice notum sit, *l. sed etsi. §. præsertim, de instito. act. l. pen. de iur. & facti ign. P. c. quando & ea. quãdo alio de præsum. c. cũ in tua. de accus.* In alius diuinare nemo tenetur, *l. si fideiussor, mand. l. si putator, ad leg. Aqui. P. c. vt nostram, vt eccla. benefic. sine qua. dimin. confer.* Proinde ignorantia facti alieni delictum excusat, nisi culpa præcessit in delinquente, *Bald. in c. 1. §. si vasallus, si de feu. defunct. in vsib. feud. & l. error, de iur. & facti ign. C.* vt si daret operã rei illicitæ, *Bart. in l. cum qui §. pen. de iniur. P. facit l. 2. C. de in ius voc.* Ignorantia iuris naturalis, & diuini neminem excusat, *d. l. 2. & l. si adulterium, 38. §. nonnunquam ad leg. Iul. de adul. P.* non sexum, non milites, non ætatem, rationis cõpotem. Signatum enim est super nos lumen vultus domini, ratio, conscientia, quibus quæ bona, quæve mala sint, docetur. In iuris autẽ positiui ignorãtia distinguendum, an error seu ignorantia iuris huius in iudicio interueniat, an extra: si in iudicio ante litẽ contestatam, tunc excusat probata causa legitima erroris, *l. de ætate, §. qui iusto, de interrog. act. non. P.* si postea, non excusat, *l. non fatetur, de confessio. P.* exceptis militibus, quibus indulgetur propter simplicitatem armatæ militiæ, vt possint errorem ignorantiæ iuris competentis, non propositi in iudicio ante excusationem rei iudicatæ, non postea, opponere *l. 1. de iur. & facti. ign. C.* In errore iuris extra iudicium, vel agitur de damno euitando, vel de lucro captando: si de damno euitando, aut erratur in eo, in quo requiritur verus dolus, & tunc iuris ignorantia excusat, *d. si quis in graui, §. si quis ignorans, ad Senatusc. Syllan.* Aut in eo erratur, in quo nocet dolus præsũtus, lata culpa, vel leuis, vel leuissima: tunc vide an ius illud positiuum alijs fuerit publice notum, vt qui iam duo menses transierunt à tempore publicationis, & tũc non excusat, *l. leges sacratissimæ, C. de leg. l. diuus Claudius, ad l. Cornel. de falsi. l. vlt. §. licet, de publica.* Sic qui peccant aduersus ea, quæ legibus prohibentur, non excusantur eo prætextu ignorantiæ. Aut ius illud positiuũ non erat adhuc publice notum vere, vel præsumtiue: & tunc ignorantia excusat, *l. si. de decre. ab ordi. fac.* si delictum vel ius ex iis tantum constitutionibus censendum sit. Quod si ius illud ignoratum versetur in lucro captando, distingue adhuc, an illud accedat cum alterius iniuria seu damno si repetatur, & tunc nõ excusat ignorantia, *l. iuris ignorãtia, de iur. & facti. ign. P. l. si fur, & l. si nunquam, de vsuc. P.* veluti si de vsucapione agatur perfecta. Aut agitur de lucro captando, sine tamen alterius iniuria: tunc qui de ignorantia labitur iuris positiui, si potuit peritiores cõsulere, nec fecit, non excusatur ignorantia, *l. regula, §. sed iuris, de iur. & facti. ign. in P. l. iuris. 6. C. qui admi. ad bon. poss.* Si tamẽ nõ potuit copia peritorum, excusatur singulari priuilegio ab hac ignorantia iuris. Minores vigintiquinque annorum, *l. pen. de iur. & facti. ign. P. l. 2. C. eo.* milites, *l. 1. C. eo. ti.* mulieres, *l. pen. P. eo, l. si. C. eo.* rustici, *l. si quis, 7. & ibi gl. in ver. rusticitatem, de iurisd. omn. iud. P.* in casibus iure expressis, *l. si. C. de iur. & facti. ign. & ibi gl. vide Negus. Zan. in tract. p. 3. par. 5. membro 2.* illæsi manent.

De diuisione seu generali distinctione criminum.

Cap. 11.

Digitized by Google

1 *Delictorum in Repub. & morborum in corpore similitudo, & varia species.*
Morborum in corpore humano genera, & causse, eod.
2 *Criminum prima diuisio, in peccata, & delicta, & quomodo ea differant.*
3 *Maleficia, & quasi maleficia quæ crimina.*
4 *Delinquitur quatuor modis, re, verbis, literis, consensu.*
Re commissa delicta quæ, eod.
5 *Verborum delicta.*
6 *Consensu commissa delicta quæ.*
Consilium delinquendi dans quando, & quatenus teneatur, eod.
7 *Criminum 4. diuisio, in voluntaria, & inuoluntaria. Et alia 5. in elancularia & violenta. Et alia 6. in publica, & priuata: capitalia, non capitalia, 8. 9. 11.*
8 *Clam delinquentes grauius quando puniantur.*
10 *Accusator legitimus in Gallia procurator regius, non priuatus.*
11 *Capitalia crimina, & non capitalia quæ dicantur.*
12 *Priuata crimina in duo capita reducta, iniuriarum, & furti.*
13 *Criminum alia diuisio, in maiora & minora, seu graviora & leviora.*
14 *Criminum diuisio secundum theologos, in originale, & actuale: & rursum actualu subdiuisio.*
Peccatum mortale, & veniale quid, eod.
15 *Venialia peccata quæ, & quomodo fiant mortalia, vel tollantur.*
16 *Originale peccatum quid.*
17 *Crimina quædam pœnitentia aboleri possunt, quædam non, & quæ.*
18 *Crimina priuilegiata, & communia.*
Clericalia priuilegia quibus modis quis amittat, eod.
19 *Criminum diuisio, in regia, & non regia.*

SIcut † in corpore humano morborũ prope infinitæ sunt species, & tot, quot intemperaturæ, *Gale. lib. de constitut. art. meui.* quos ad quatuor classes tamen generales reducunt, nẽpe in eos, qui ex calore, frigore, humiditate, siccitate inter se dissidẽt, *idem lib. 2. de natur. facul.* Quibus alias differentias adnectunt, ratione partium, quibus insunt, similiarium, vel dissimilarium: perpensa rursum intemperie, num ibi simplex vel cõposita, *idem li. 9. Metho. meden.* Constituuntq; alias subdiuisiones morborum acutorum, chronicorum, simplicium, grauium, & iis similes. Sic operę pretũ est & in criminibus, vtpote morbis reipublicæ, adhiberi quasdam distinctiones pro pœnarum seu remediorum constitutione. Quia igitur multæ sunt species diuidendi, plures etiam adferri possent criminum diuisiones: verumtamẽ eas tantũ hic adferemus, quæ vsui quotidiano inseruire possunt, reliquas silebo. Nam, vt cum Virgilio dicam, 6. Æne.

Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas
Datum esse.

2 ¶ Prior † itaq; huiusmodi est, vt criminũ alia peccata, alia delicta dicantur: Peccatum dicunt prauum actum, cum quis agẽdo male operatur. Delictum omissio actus boni, à delinquendo dictum, *gl. in c. peccatum, de reg. iur. in 6. glo. in 6. si peccatum, de pœnit. dist. 1. D. August. in q. in Lewit. Scienti bonum & non facienti, peccatum est illi, D. Iac. c. 4.* In hac non immorabor, cum sæpissime cõ-
3 fundantur, *d. can. si peccatum de pœnit. dist. 1.* ¶ Dehinc † quædam maleficia, quædam quasi maleficia dicũtur, seu delicta, vel quasi delicta, *§. sequens, de obligat. & actu. de obliga. quæ ex del. vel qua. del. nasc. l. 1. de act. in P.* Exẽpla aliqua quasi delicti enumerata videbis apud Iustinianum, *in d. tit. de oblig. quæ ex qua. delict. nasc. cum simi. ibi not.* & pro his actionẽ in factum heredi eius, qui lęsus est, non autem in heredẽ eius, qui ea tenetur, dari reperies, *§. fin. eo.*
4 *tit.* ¶ Tertia † distinctio quatuor habet capita, ad quę crimina referri omnia possunt, ratione modi quo fiunt, vel accidũt. Sicuti enim diximus in conuentionibus humanis formulas contrahẽdi quatuor esse, vt quis obligetur aut re, aut verbis, aut literis, aut consensu, *§. fin. de oblig. ap. Iustin.* sic quoque crimina cõtrahi dicemus totidẽ modis, re, verbis, literis, cõsensu. Sic aut facta puniũtur, vt furta, cædes: aut dicta, vt conuitia: aut scripta, vt libelli famosi, & scriptura falsa: cur cõsilia, vt cõiurationes, vt ait Claudinianus, *l. aut facta, 16. de pœ. in P.* Sed latius re ipsa potest delinqui solum, vt si gnorantia quid fiat, *l. 1. de legib.* si casu fortuito, si errore, vt diximus paulo ante: cõtrahitur nãque delictum, quãuis semper pœna nõ imponatur. Potest enim esse delictum sine pœna, veluti si furiosus, si infans occiderint, vel damnum dederint, *l. infans, ad l. Cor. de sicar. in P. l. pen. ad l. Pomp. de parricid. in P. cum simi.* & tamen pœna sine crimine, legitima saltem, esse non potest, *c. 2. de constit. ap. Greg. l. sancimus, C. de pœn. l. Gracchus, ad l. Iul. de adul. C. cum simi.* Scio tamen Caium voluisse, *in l. ex maleficiis, 4. de actio. in P.* omnes ex maleficio natas obligationes vnius generis esse, & tantum re cõsistere, id est, ex ipso maleficio, *Cum alioquin* inquit, *obligationes ex contractu non tantum re consistant. sed etiam verbis & consensu.* Ceterum, ibi res latius accipitur pro omni facto, vt & rei appellatio alicubi latissima est, omnẽ caussam continens & iura, *l. rei. §. & l. rei appellatione. 23. de verb. sign. in P.* nos autem hic facilioris explicationis caussa aliter diuidimus.

¶ Verborũ † seu linguę peccata, seu delicta, varia sũt, vt blasphemiæ, maledicta, exprobationes, contumelię, mẽdacia, falsa testimonia, periuria, de quibus suis locis: item arcanorum proditio seu detectio. ¶ Consensu † crimina contrahuntur, expresso, vel 6
tacito: expresso, veluti quãdo quis iubet, *l. cum ratio. §. fin. de bon. damnat.* mandat, suadet, & hortatur delinquere, *l. 1. §. persuadere, & §. sed vtrum, de ser. cor. l. qui seruo, 36. de furt. in P.* ij enim principes delictorum admissorum sunt, & ita merito tenẽtur, *l. in hoc delictum, 10. & l. Neratius, 11. de ser. corr. l. quoniam multa facinora, ad l. Iul. de vi publi.* Et sicuti consilii non fraudulẽti nulla est obligatio, *l. consilij, 48. de regu. iur. §. tua gratia, mandata. ap. Iustin. l. si re munerandi, §. si tibi, eod. t. stu. in P. c. nullus, ca. 62. de regu. iur. in 6.* ita fraudulenti obligatio & pœna est, *d. l. consilij, c. cum quis, de testi. pol.* Verum hic obseruare expedit distinctiones piures adhibẽ-
das: num is, cui consilium criminis admittendi datum, aliter nõ erat commissurus, vt tamen consulens pari pœna puniẽdus sit: si autem erat facturus, etiam sine consilio, mitius puniatur, *ca. si quis dignum, §. qui vero, de homici. l. non solum, § si mandato, de iniur. in P. glo. in §. ope, in ver. certe, de obli. quæ ex del. nasc.* Si tamen maleficij pœna, mors sit, illud obseruãdum est, mitius adhuc puniri debere consulentem, non cooperantem quam committentem, hoc est, non esse morte plectendũ, vt placuit Rocho de Curte, *in repe. c. fin. de consue. col. 2. vers. contra tamen.* Si tamen atrociora sunt crimina, verior erit sententia dicentiũ, pari pœna agẽtes & cõsentientes esse puniendos, vt in criminibus maiestatis, *c. fulcius, de pœn. in 6. Clem. 1. eod. Cel. leg. quisquis, ad l. Iul. maiest. C. & nos in hoc crimine latius*, parricidij, *Virum, 6. ad l. l. ump. de parricid.* Sodomiæ, *D. Paul. ad Rom. 1.* raptus, *l. 1. de rap. virg. C.* Tacite etiam dicto consentire videtur, qui cum posset impedire ne cõmitteretur, non prohibuit, *l. 1. §. occisorum, de senatusc. Syllania. lib. 29. P. tit. 5. l. 3 §. si maritus, eod. tit. Vlpian. in l. Aquilia, 45. & Paul. d. sententiam, 46. ad l. Aquil. lib. 9. P. tit 2. l. si seruus, C. de noxa. act. l. in omnibus. eo. tit. in P.* Quique defendit malefactorem sciens prudensq; dolo malo, obnoxius videtur quoque crimnis, *l. 3. si quę, ad senat. Sylla. in P. l. 1. de recepta. P. l. 1. C. de is qui latr. vel alter. crim. reos occul.* Et patiẽtia pro sciẽtia habetur, & arguit cõsensum, *d. scientiam, ad leg. Aqui.* ¶ Quarta † diuisio ratione voluntatis vt alia sint voluntaria, vt diximus, *sup. c. 2. & docet adhuc Aristo. lib. 4.* 7
Ethic ad Eudemum, alia inuoluntaria, quæ vel impetu, vel casu fiũt, vt paulo ante docuimus in c. 3. huius libri. ¶ Quinta † ex Ari 8
stotele, *lib. eo. Ethic.* alia sunt clãcularia, alia violenta: clancularia, vt furtum, adulterium, veneficium, stuprum, occultæ cædes, falsum testimonium. Violenta & coacta, vt flagella, vincula, mors, rapina, mutilatio, accusatio. In quibus hæc singularis notanda regula, delinquentes, quorum ignorantia aliqua ex parte releuare potest vindictam, si clam delinquant, grauius quam si palam committant, puniendos. ¶ Sexta † diuisio est ratione pro- 9
secutionis criminis, vt alia sint publica, alia priuata, alia neutralia, vt stellionatus, *l. 1. de crim. stellio. in P.* Publica, quasi populica dicta, *§. consequens, de susp. tut. ap. Iust.* quorum accusatio, seu prosecutio cuilibet de populo concedi potest, *§. 1. de publi. iud. ap. eundem. l. 1. eo. tit. P.* scilicet non expresse lege ab accusatione remoto, *l. qui accusare. de accus.* Sicuti in popularibus actionibus, quilibet ex populo idoneus actor fit. *l. 1. & 2. de pop. act. li. 47. P. tit. 23.* ¶ Quamuis † hodie in Gallia receptum sit, neminem 10
præter triumuiros regios, seu procuratores fisci, posse accusare, ne potentioribus opprimantur innocentes, & calumniandi detur occasio: vtque concordia inter regnicolas conseruetur, vt ait Guillelmus Benedictus, *in repet. c. Raynutius, in ver. mortuo itaque testatore, num. 200. de testa.* Neque enim ad quenquam magis pertinet, quã ad principem, salutem reipub. tueri: nec quisquam alius videtur ei rei sufficiens, *Paul. l. 3. de offic. præf. vigi.* Aliter & potentium impunita delicta, & tenuiores oppressi erunt, quod fieri non debet. *l. illicitas, de offic. præsid.* (nemine accusante.) Solet tamen in Gallia priuatus iungi procuratori regio, vt in lite non vindictam publicam, sed quanti sua interest, persequatur. ¶ Publicorum † hinc septima diuisio ratione pœnæ, vt 11
alia sint capitalia, alia non capitalia, *Paul. l. 2. de pub. iud. lib. 48. P. ti. 1.* Capitalia sunt, quibus pœna capitis, seu periculũ capitis imminet: non capitalia quorum pœnæ non ad periculum capitis, sed ad existimationem pertinent, *l. capitalium, 28. de pœ. in P.* Vlpianus, *in l. 2. eod.* rei capitalis damnatum sit accipi debere tradit, ex qua caussa damnato vel mors, vel ciuitatis amissio, vel seruitus contingit. Et ab Africano, *l. edicto prætoris, 13. de bonor. pos. lib. 37. P. ti. 1.* rei capitalis damnatus intelligitur is, cui pœna, mors, aut aquæ & ignis interdictio sit. Per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. Quod & Paulus probat, *l. 2. de publ. iud.* qui & non capitaliã dixit, quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio, pœna est. Nota alia publicorum delictorum est certissima, si ad statum reipub. faciunt, si illum conturbent potissimum, & dissipent: hoc enim publicum ius dicitur, quod ad statum reipublicæ principaliter pertinet: vt priuatum, quod ad singulorum *§. huius studij, de iusti. & iure, ap. Iustin. l. 1. §. huius studij, eod. P.* Et priuata erunt crimina, quibus priuatæ vitæ affligitur commoditas, vt iniuria, furtum. Publica iudicia seu delicta enumerantur in legibus publicorum iudiciorum ab Vlpiano, *l. 1. de pub. iud. in P.* Iuliæ maiestatis de adulteriis, peculatus, de vi publica,

Digitized by Google

publica, de vi priuata, de ambitu, repetundarum, de annona, legis Corneliæ de sicariis, de veneficiis, de testamentis, legis Pō-
12 peiæ de parricidiis. ¶ Priuata delicta plura sunt, quæ ad furtum & iniuriam referuntur, quorum plures sunt species, de quibus suo loco, quorum persecutio ad priuatos etiam pertinet, quorum interest, *gl. rubr. in tit. de popu. actio. in P.*

13 ¶ Octaua † diuisio Bartoli est, *in §. si mandato meo, l. non solum. de iniur. in P.* alia esse fere prope nulla, leuia, grauia, grauiora, grauissima. Fere nulla, quæ & leuissima dici possunt: in quibus dolus non interuenit, nec inquiritur, vt damnum iniuria datum, *d. l. non solum, §. si mandato, & ibi gl. l. liber homo, & ibi nota. de iniur. in P.* Leuia, in quibus dolus requiritur: verum circa rem modicam versantur, *vide l. leuia, cum gl. de accusatio. in P. l. ad ea, de reg. iur. l. si liberti, de furt. in l. rescipiendum, §. furta domestica, de pœ. in P.* Grauia, quæ admittuntur cum dolo in re magni prę-
iudicii, quorum & pœna grauis statuitur, vt si furtum rei eximiæ, *l. auxilium, §. in delictis. de minor. 25. ann. in P. l. respiciendum §. furta, de pœn. d. l. ad ea, de reg. iur.* si iniuria personæ inferatur, *d. l. non solum §. si mandatu*, est enim iniuria personalis grauior reali, *l. in seruorum, de pœn.* Grauiora sunt, delicta publica, quibus tamen pœna mortis naturalis non est imposita, *gl. in l. auxilium. §. in delictis. de minor. P.* Grauissima seu atrociora, ex pœna mortis
/ censentur, *glo. in d. §. in delictis.* Grauissimum enim esse debet scelus, vt delinquens incorrigibilis iudicandus, cuius pœna opus illud diuinum vitæ dissolui iubet, *ca. cum non ab homine, de*
14 *iu. ap. Greg.* ¶ Diuidunt † nono & Theologi crimen, *vide V gue. in instit. Theolog. ca.* 18. *vers.* 1. in actuale & originale, *tota fere 4. dist. de pœn. in vers.* Rursum subdiuidunt actuale, scilicet quod quis agit ratione triplicis obiecti in quod peccatur: in peccatum in Deum, in proximum, & in seipsum. Per modum autem agendi quædam cogitationis, quædam sermonis, quædam operis dicuntur. Item commissionis, & omissionis. Distinguunt & actuale per peccatum veniale, & mortale: mortale dicitur, quando anima per peccatum venit vsque ad auersionem ab vltimo fine, scilicet Deo: quia enim ille lapsus naturaliter est irreparabilis sine medio, dicitur peccatum mortale, quod vita animæ, gratia Dei fit, in ipso enim viuimus & sumus, sicut ait D. Paulus, *Decret. Gratiani, D. Paul.* Et D Ioannes, *in ipso vita erat, D. Ioan. Euang. c.* 1. Et Aratus, πάντων δ' ἀρχώμεθα Διὸς. *vbique autem omnes Deo indigemus.* Quando autem fit de ordinario circa auersionem à Deo, & circa media, de ordinatio reparari potest, dicturque veniale. Sic stipendia peccati mors: gratia autem Dei, vita æterna, *D. Paulus ad Rom. 6. c.* Mortale aliter dicitur, voluntas retinendi aut consequendi quod iustitia vetat, *c. 1. 15. q. 1.* Dicuntur mortalia peccata, criminalia, & capitalia, *c. vnum orarium, §. alias, 25. dist.* nam peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem, *D. Iac. c.* 1. Et est, inquit D. Ioannes, *peccatum ad mortem, aliud non ad mortem, epist. cap.* 5. Septem mortalia peccata esse inter Christianos, nullus, vt opinor, ignorat: ideo de his nihil vltra, cum eo modo non tractentur in foro contentioso, ac in foro conscientiæ, & exomo-
15 logeseos. ¶ Venialia † peccata sunt quæ ex fragilitate hominis contingunt, quæ nullus homo vitare potest, *c. medicina, §. tres sunt, de pœnit. dist.* 1. non enim est homo, qui non peccet, 2. *Paralip. 6. ad Roma. 3 D. Ioan. epist. 1. c. 1. c vt cognouerunt. § opponitur, de pœnit. dist.* Quæ si negligantur, etsi minima, tamen consuetudine disponunt hominem ad mortalia, *c. vnum orarium, §. criminis, 25. dist.* veluti cum per rimulas aqua nauim ingreditur, si non prospiciatur, tandem naui submersionem minatur, *d. c. vnum orarium, §. alias. 25. dist.* Et veniale dum placet, mortale fit. Venialia peccata. *D. August. ad Seleucianum, epist.* 108. D. Augustinus enumerat, ideo non repeto. Venialia arbitror dici, ob facilem viam veniæ impetrandæ: nam illa delentur facile modis in iure pontificio relatis, oratione dominica, eleemosynis, *c. medicina, §. proximo. de pœn. dist. in.* 1. ieiuniis, eucharistia sacrosancta, *c. ante finem. sa panem. de altari. de pœn. dist.* 2. presbyteri benedictione, *can presbyterum, 28. dist.*

16 ¶ Originale † peccatum est, quod ex traductione nascitur Adæ in omnes posteros, qui ab eo per rationem seminalem processerunt, in primo instanti creationis & transfusionis animæ rationalis. Quod in Adamo quidem actuale fuit: nam per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors. Et ita in Adamo omnes peccauerunt, *ad Rom. c. 5. vide ca. quæris, de consec. dist. 4. & ca. placuit vt quicunque, ead. dist. Mag ist. sent. libr. 2. dist. 30. videndus D. Thom. 1. 2. q. 81. ar. 1.* Originale peccatum dicitur, infirmitas carnis, languor naturæ, & concupiscentia carnis, *c. illud relatum, §. itaque, 15. q. 2.* cuius particeps omnis, qui ex coniunctione humana in lucem editur, *Psal. 50. ecce in iniquitatib. &c. can. firmissime, de consec. dist. 3.* Quodque olim in lege, & tempore Abraami circumcisione, in Euangelica nunc baptismo eluitur, *c. ex quo, &c.*

¶ Decima † diuisio, vt quædam sint delicta, in quibus est locus 17
pœnitentiæ: quædam quæ non admittant. Quæ vt intelligamus apertius, distinguimus hic forum conscientiæ à foro ciuili, & controuersiarum. In foro namque conscientiæ perpetuo pœnitentiæ locus est, *l. inter claras de sum. trim.* C. Venit enim Deus vocare peccatores, & eos saluos facere, si pœniteant, *Sap. 11. Eccles. 1. ad Roman. 2. Apocal. 2. ca. diaconi, 93. distin.* quia in perfecta pœnitentia Deus intuetur contritionem, confessionem, & satisfactionem, & misericordia sua gratiam suppeditat & facit, *c. non sufficit, dist. 1. de pœnit. distinct. 3.* At in ciuili foro contentioso distinguitur, an possit fieri declaratio, in præteritum non fuisse delictum: & tunc illud admittit pœnitentiam, *vt in l. 1. de crimine sacrilegii. C. & in l. si adulterium cum incestu, §. 1. de adulter.* Aut delictum non potest reduci in pristinum statum, sed remanet actus, vt homicidium, falsum, & similia, & tunc crimina illa non admittunt pœnitentiam. *l. hi qui sanctam, de apost. C.* Aut si possit in pristinum actum reduci iterum quæritur, an is qui deliquit concitatus vel commotus à re, in quam deliquit, fuerit: & tunc admittitur pœnitentia, *l. 1. §. 1. de ser. fug. in P.* Vel an aliunde, quã à re ea commotus deliquerit: & tunc si ex eo delicto datur actio ad consequendum quantum interfit, admittitur pœnitentia, si ex ea desinat interesse, *l. ex hoc edicto, §. pen. de alien. iud. can. fact. in P.* Si vero actio datur ad pœnam, & actio est pœnalis ex origine non admittitur pœnitentia, *l. qui ea mente, de furt. in P.*

¶ Vndecima † diuisio, vt quædam crimina sint priuilegiata, a- 18
lia quædam communia. Quæ diuisio obseruanda est in Gallia, vbi magistratus regii seculares habent potestatem iudicandi & condemnandi ecclesiasticas personas criminali iudicio, in casibus priuilegiatis, *Chass. in tit. des suffices & droict d'icelle, §. 5. ad verb. s'il n'a grace, in consuet. Burgund. Boerius decis. 297. nu. 1. Guill. Bened. in repe. c. Raynuntius, ad verb. & vxorem decis. 2. nu. 143. & seq.* Alioquin enim iure communi nullo modo ecclesiasticæ personæ de crimin nibus coram iudicibus secularibus accusari, vel damnari possunt: quantumuis contraria sit consuetudo, quæ improba est, *ca. 1. & 2. 11. q. 1. c. at si clerici, de iudi. c. si diligenti, de for. com. c. si iudex laicus, de sent. excomm. §. item statuimus, de stat. & consuet. coll. 10. in Authen. auth. statuimus. de epis. & cler.* C. In stylo parlamenti, *tit, quor. cogn. special. pertin. ad regem,* casus priuilegiati & regii ponuntur, de quibus principis magistratus contra clericos etiam cognoscunt, quod firmauit regia iussio, *Guill. Bened. vbi sup. nu. 144.* Delatio armorum vetita, & crimina, quæ ex ea sequuntur. Quando postquam iniecit manum rex bonis, contra tutelam vel clientelam regiam, quam vocant saluagardiam, quippiam fuerit quis amolitus quod pluribus senatusconsultis ratum est. Addit Boerius, *Boerius decisio 297. nu. 14.* crimen falsæ monetæ, læsæ maiestatis, seditionis. Guido Papæ, *decis. 139. facit c. ex parte, de priui. ca. perpendimus, de sentent. ex com. dummodo monitio præcedat, ca. si iudex. eo in* 6. late etiam disputat aduersus ecclesiasticas personas, de crimine per illas commisso, notionem temporalis iudicis esse, si easdem in ipso crimine etiam communi deprehendat in habitu, vel cum vestibus non clericalibus. Inter crimina etiam priuilegiata, quibus ratio ecclesiasticæ qualitatis non habetur, eo quod ex his priuilegium clericale perimitur, sunt assassinatus, *c. 1. de homicid. in* 6. apostasia *c. 1. de apost.* ab armato clerico vt dictum cõmissum, quia is priuilegium amittit fori, *c. in audientia. de sent. ex com.* Si clericus sit histrio, mimus, nec tertio monitus destiterit, *c. 1. de vit. & honest. cler.* Si de gradu dejectus, exauctoratus clericus delinquat: mutat enim foro amisso priuilegium, *c. neminem, de verb. sign. c. 2. de pœn. in* 6. Veluti si tanquam incorrigibilis antea fuerit depositus, *ca. cum non ab homine, de iudi.* Si clericus sit coniugatus, non deferens tonsuram, *c. 1. de cleric. coniug. in* 6. Item si non sit forum ecclesiasticum cuius defectu secularis de ecclesiastica persona delinquente cognoscet, *ca. princeps seculi, & ibi glo. 24. q. 1.* Si clericus carnifex, lanio, caupove factus fit, nec monitus abstinuerit ab his, *cle. 1. de vita & hõ. cler.* Si bigamus, *c. 1. de biga. in* 6. si post admissum crimen fiat clericus, *Bart. in l. 1. de pœn. P. Iason. in l. cum quædam puella, col. 34. de iurisdict. om. iud.* Communia crimina dicuntur itaque, de quibus iure cõmuni potest iudex ecclesiasticus inter personas sui fori cognoscere, non autem temporalis. ¶ Duodecima † diuisio, alia 19
esse regia crimina, alia non vtique. Regia illa sunt, quorum notio ad magistratus regios, non autem ad magistratus iuridicos dominorum locorũ pertinet: nisi ex indulgentia illis à rege permittatur. Inter hæc, regia crimina sunt, delatio armorum, si cõturba, & hominum collectione fit. *in styl. curiæ parla. tit. quor. cog. pert. ad regem, §. 1. de armis, in Auth. l. 1. vt armo. vsus inscio. prin. interd. sit, lib. 11. C. clerici, de vita & honest. cler.* crimina, quæ admittuntur contra tutelam regiam seu saluagardiam, seu fidem publicam, vel aduersus manus regiæ iniectionem, *dict. titul. styl. parlam.* notio de falsa moneta, de hæresi.

Digitized by Google

DE POENIS.

LIBER XXXI.

Quid sit Pœna.

Cap. 1.

Lib. 48. P. tit. 19. Lib. 9. C. titu. 47.
In Decret. & in Sex.

1 *Pœna synonyma, supplicium, vindicta, vltio.*
2 *Pœna vnde declinatum nomen habet.*
3 *Quid sit.*

1 SEquitur † nunc vt in vniuersum de pœnis tractemus, & generali quadam consideratione quæ ad illas pertinent annotemus. Et primum quid pœna, & quare imposita sit, & dehinc de diuersitate pœnarum. Pro eodem ponuntur pœna, vindicta, supplicium
2 vltio. ¶ Pœna, † inquit Varro, 4. *de ling. Lat.* à puniendo, vel ponendo. aut quod peccatum sequitur, quasi pone peccatum. Adrianus Turnebus, *in commen. in Varro. annot.* 42. notat in vetere codice Varronis legi. à pœnitendo, pœnam dictam. Item legit & pœnam à pone, quod est post, declinari. Arbitror autem punio esse à pœna potius deriuatum: vt enim dicebant antiqui pro munio mœnio, sic pro punio pœnio. Vtrumque autem à Græcis defluxit à ποινὴ, ἧς, pœna, ποινὴ autem πόνος, teste Gaza, vt annotat Iacobus Tusanus, *in lexico.* ποινὴ δὲ ἁμαρτήματος ἐκδίκησις. id est, *pœna est peccati vltio.* Nam vt ait Pausanias, *in Laconicis.* τὰς πρωτείας δὲ παλαιοὶ τῶν ἀθράστων, ἀνόμαζον ποινάς. id est, *vltiones seu punitiones hominum antiqui dixere pœnas.*
3 ¶ Pœnæ † itaque appellatio generalis est, ad omnia delicta pertinens. *Pœna*, inquit Vlpianus, *in l. aliud est fraus*, 131. *de verb. sig. P. est noxæ vindicta: & pœna fraus, & ipsa noxa dicitur, quasi pœna quædam præparatio.* Et Labeo pœnas esse singulorum peccatorum ait, *in l. si quæ pœn.* 244. *eod.* Et volunt interpretes Homeri, *Iliad.* 1. in Iliade 1. ibi,

——ἔτισε ποινὴν
Ἀνδρὸς ἀποφθιμένοιο, &c. Pœnæ nomine significari cædis redemtionem. Iliade etiam 9. ibi,

——δοίδυκα λίξατο κύρτε.
Ποινὴν πυκνὸν ἑλόντα Μενοιτιάδαο θανόντος.

Iustam vltionem, & vindictam. Et proprie ποινὴ, esse quasi φοινὴ, id quod ob patratam cædem persoluitur, vt,

——καί μοι τίς τε χαροπὸν τίσιν φόνοιο
Ποινὴν ὃς παιδὸς ἐδίξατο τεθνειῶτος.

Quanquam apud eundem Homerum frequentius per ποινὴν, mulcta, & quod mulctæ nomine rependitur, significetur, nec solum impensæ in cædem, sed qualescunque. Idem Eustachius, *Iliade* 9. pœnam ἀποτίσιν, id est, compensationem simpliciter, interpretatur.

De Distinctione Pœnarum ex causis puniendi.

Cap. 2.

1 *Pœnarum tres appellationes ex diuersis causis puniendi.*
Κόλασις pœna quid, eod. νουθεσία pœna. eod.
Ἔλεγχος pœna quid. eod.
2 *Castigationis pœna qua.*
3 *Pœnæ inuentæ ad emendationem delinquentium: & aliorum, qui eorum exemplo delinquere possent.*
Veniæ facilitas dat delinquendi occasionem eod.
4 *Mala impunita diuturnitate temporis crescunt.*
5 *Puniendæ quare cito delicta.*
6 *Peccatum ob vnius sæpe affligitur ciuitas.*
7 πρωτεία species pœnæ quid.
8 *Pœnæ imponendæ ratio alia, conseruatio dignitatis lasi.*
9 Amande honorable *quid.*
10 ἔλεγχος quæ pœna.
11 *Pœnæ alia ratio statuenda, vt ceteri à simili maleficio punito terreantur.*
12 *Pœna quare interdum bruta affecta, & res inanimata.*
Canes furca suspensi, eod.

1 EX † caussis tribus puniendi, tres quoque pœnæ diuersitas appellationes philosophis placuisse refert Aulus Gellius, *lib. 6. c. 14.* Vna est, quæ νουθεσία, id est, commonitio, in mentem reductio. Vel κόλασις, id est, animaduersio scilicet, vel punitio. Vel ἔλεγχος, id est, admonitio, dicitur. Cum pœna adhibetur castigandi atque emendandi gratia, vt is, qui fortuito deliquit, attentior fiat, & emendetur. Simplicem & leuem correctionem esse νουθεσίαν, admonitionem existimo. Et plus est ὀνειδίζειν, increpare, quam νουθετεῖν, vt constat ex loco Synesii, νουθετήσας ἐν ἐπιστολῇ ὀνειδίσας ἠρέθισα. Ideo præcedere hanc monitionem, seueram pœnam existimo, vt apud D. Paulum, *ad Titum c. 3.* αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν ἢ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει, ὢν αὐτοκατάκριτος, id est, *hæreticum hominem post vnam aut alteram admonitionem deuita, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus.* Correctio illa & potest esse priuata, dum verbis quis monet, vt desistat à peccato, vt apud D. Matthæum, *ca. 18. c. si peccauerit, 2. q. 1. c. nouit. de iudic. c. 2. ca. cum dilectus, c. pen. de accusa. ap. Gregor.* Dominus ait, *si peccauerit in te frater tuus, corripe eum, inter te & ipsum solum.* Alia publica & manifesta, quam pœna sequitur, vt illa *si non audierit ecclesiam, sit tanquam ethnicus & publicanus.* Plus autem proficit correctio apud prudentem, quam decem plagæ apud stultum, *Prouerb. 7.* Quia peruersi difficile corriguntur, *Ecclesiastes, cap. 2.* Et qui odit correctionem, minuetur vita, *Eccles. c. 19.* & hoc odium est vestigium peccatoris, *Eccles. c. 21.*

¶ Nec † amat pestilens eum, qui se corripit, *Prouerb. 15.* 2
ἔλεγχος idem est, sed correctionem explicat κόλασις: nã & medici κολάσεις, dicunt emendationem redundantis alicuius per alterius rei admixtionem, hoc est, κολάζειν est τιτιθάσσειν. Nam & habet castigatio hęc seu emendatio, temperamẽtum supplicii cum misericordia: castigatur enim delinquẽs, vt peccator, sed ei indulgentur aliquantum pœnæ, vt homini & ad peccandum prono, *c. duo, 23. q. 4. c. qui syncera, 45. dist. c. disciplina, eo. ca. fraternitas, 22. q. 2.* Sic publicam correctionem debet præcedere admonitio priuata, qua tentemus, nũ ęgroto delinquenti possit salubre remedium esse, *c. accusatio, in 1. §. fi. 2. q. 7. c. ad finem, 23. q. 5.* Et post priuatam, publica admonitio hæc, quę correctio est, sequitur, id est, pœna est quædam ad emendandum homines inducta, qua tentant nomothetæ meliores reddere. Et quãuis aliquando videatur reus incorrigibilis, & insanabilis: tamen remedia quædã & pœnas ordine seruato imponi oportet, vt exploremus si forsan emendetur. Nõ secus quã in morbis desperatis medici, quãuis mortis proximæ præsagia cognouerint: tamẽ pharmaca propinare non omittunt ægrotis, & cõgrue medentur, *c. Nabuchodonosor, §. item qui, 23. q. 4.* ¶ Proinde † prior hinc colligenda ra- 3
tio, cur pœnæ inductæ sunt: nempe ad emendationem & correctionem hominum delinquentium. *l. si pœnam, de pœn. in P. c. prodest seueritas, 23. q. 5. l. 1. de iust. & iur.* & aliorum, qui horũ exemplo delinquere possunt. Quod & firma Demosthenes, *contra Nearam.* Et Plato, *lib. 34. in Georgia. Conuenit*, inquit, *omnem, quæ ab aliquo recte punitur, vel ipsum fieri meliorem: vtilitatemque percipere, vel cæteru exempla dare, vt illi pœnas aspicientes meliores efficiãtur. Quidam vero apud Deos & homines ita dant pœnas, vt vtilitatem aliquam referant, si qui sunt qui peccata sanabilia commiserint, quibus dolor cruciatusque prodest, & apud homines, & apud inferos: non enim potest aliter quis ab iniustitia liberari. Qui autem extrema iniustitia detinentur, ac propter huiusmodi delicta sunt insanabiles, non pro eorum vtilitate dant pœnas, sed in exemplum aliorum.* Sic interest semper reipubl. delicta puniri, *l. ita vulneratus, ad l. Aquil. l. si quis, §. 1. de iudiciis, l. in delictis, §. cum dominus, de noxa. actio. l. Stychum aut Pamphilum, de solutio. in P.* & pœnas ob maleficia soluí magna ratio suadet, *l. si à reo, 7. §. fin. de fideiuss. P.* vt quos maiorũ exempla à malis nõ reuocant, pœna castiget, *l. 1. de emen. propinq. C. ca. vt clericorum, de vit. & hon. cler. c. cum in cunctis, §. clerici quoque, de elect. ap. Greg. c. plurimos, 82. dist. ca felicis, §. in pœnis, de pœn. in Sexto. Quoniam*, (vt inquit Theodericus rex Gotthorum) *emendatio malarum rerum nos delectat ne concessa videatur ex taciturnitate male agendi licentia, Cassio. lib. 3. Var. epist. 31. Theoder. ad senatum Rom. & lib. 2. epist. 13. Saioni. o consuetudo peccandi*, vt ait Cicero, *§. in Verrem. quantam habes iucunditatem in improbis & audacibus, cum pœna affuit, & licentia consecuta est?* Iussum est rectoribus prouinciarũ, ne sinant crimina coalescere, sed punĩat, *l. per omnes, de defenso. ciuita. C.* ne facilitas veniæ incentiuũ tribuat delinquendi, *c. vt clericorum, §. 1. de vita & hon. clerico.* Quia impunitatis spes, magna, teste M. Tullio Cicerone, *pro Milo.* est peccandi illecebra. Et ita metu pœnæ futurũ, ne quis temere ad delinquendum prosiliat, *l. si operis publici, C. de pœn.* sitque inter homines innocẽtia, *c. factæ sunt autem leges, 4. dist.* Alioquin enim societas hominũ vlla vix consistere poterit, nisi corrupti mores emenden-

Digitized by Google

emendétur. Ex quibus paulatim tabe infecta neceſſarium eſt, vt tandé intereat, niſi celeriter ab initio ſubueniatur: vt in morbis corporis accidit, teſte Dione, *lib. 4. hiſtor.* & Cicerone, *in Vatinium, & Philipp. 9.* Nam vltio, aut pœna, remediū eſt, ſecundum Ariſtotelé, *1 Rheto. ad Theod. c. 14.* ¶ Malum † autem, cum perſeuerat, augetur: & remedium eſt contra peccatum accelerata correctio, *Theodericus Amrigeni viro venerabili, apud Caſſiodor. lib. 3. Variar. epiſt. 14.* Tanto enim ſunt grauiora peccata, quanto diutius detinent animam alligatam, *c. cum tãto, c. 11. de conſue. lib. 1. Decret. tit. 4. c. cum in eccleſia, de ſymo. c. cum haberet, de eo qui dux. in ma. quam poll. per adult.*

Nam, Ouid. *1 de remed. Amor. mora dat vires, teneras mora præcoquit vuas,*
Et validas ſegetes quæ fuit herba facit.
Quæ præbet latas arbor ſpectantibus vmbras,
Quo poſita eſt primum tempore, virga fuit.
Tunc poterat manibus ſumma tellure reuelli,
Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis.
Principiis obſta, ſero medicina paratur,
Cum mala per longas conualuere moras.

Et paulo poſt.

Vidi ego quod fuerat primo ſanabile vulnus
Dilatum longa damna tuliſſe mora.

Erit itaq; è republica, cito de maleficiis exigi pœnas, & tũc ea probe gubernari dicetur, auctore Platone, *lib 2. dialo. de Amato. vel de philoſop.* quãdo improbi dabũt pœnas, exiguas inquã, ſi emendari poſſint delinquentes: ſin minus, extremas & ſeueras. Pœnarum namq; acerbitas ſæpe cogit eos, qui leuitte peiores fiũt. *l. 1. de iuſt. & iur. P.* ideo in illis plus ſeueritatis, quã benignitatis accedere expedit. *ca. fraternitas, 12. q. 2. c. ſeq. & c illud. 24. q. 3.* Et mors, vbi deſperatio emendationis eſt, infligitur. ¶ Atq; † neceſſarium eſt ferro abſcindi vulnera, quæ fomentorum nõ ſentiũt medecinã, *c. quia aliquanti, 82. diſt.* vt vulgare axioma medicorũ eſt, extremis morbis extrema eſſe remedia adhibẽda. Et nõ corripere malos, ſed eos fouere, eſt eoſdé occidere. *c. qui vitiis. 23. q. 5. c. ſed illud, 45. diſt.* Meliuſq: cum ſeueritate diligere, quã cũ lenitate decipere. *ca. non omnis, & c. non oſculatur, 5. q. 5.* Et caritas nõ eſt, ſed languor, vbi mali mores digna pœna non caſtigãtur. *c. non potes, & c. ſeq 23. q. 5.* Atq; de his, & de puniendorũ delictorum ordine audiamus Polybium ita loquentem, *in fin. 1. lib. Nõ modo,* inquit, *vlcera in corpore hominum quædam recrudeſcere, vt ſanari nullo modo poſſint: ſed id longe magis humanis animis accidere. Vt enim vlceribus euenit, vt ſi illis medicamentum curandi cauſſa adhibeas, vlcus ipſum vi medicaminis refricatum augeſcit: ſi vero curam eius negligas, longa magis ſua ipſius natura extẽditur, neq; prius deſinit, quam omne ſubiectum corpus corruptum, labefactumve ſit. Ita animis quoq; conſimiles interdum morbi & tales accidunt, vt nullum ex reliquis animalibus homine atrocius atque efferatius fiat: cui ſi interdum venam aut impunitatem cõceſſeris aliquam, aut benignitate ſueris eum promeritus, id omne, dolum fraudemq; exiſtimans erga beneficium longe ſit magis infidus. Si vero ei te oppoſueris, vbi eſt adeo ferum, crudele, nefarium, quod non facile aggrediatur, laudem ſibi eam temeritatem exiſtimans, donec ad extremum omnino efferatus animus humanam naturam eruit. Quarum rerum initium, ac ſane maiorem partẽ, mali mores adferunt, & depranata à teneris annis educatio.* Hactenus Polybius. ¶ Hoc † itaq; cõmodũ reſpub. recipiet ex pœna debita immedicabili malo, vt ſaltẽ alii non inficiãtur ab hoc qui ſublatus erit. Item ne ob delictum impunitũ, grauius in alios eiuſdem ciuitatis homines cõtingat: ſæpe enim ob vnius delictum, dum nõvindicatur, Deus in vniuerſũ? iraſcitur populum. Sicuti explicat Heſiodus,

πολλάκι ἡ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπαυρᾷ.
ὅς τε ἀλιτραίνῃ, καὶ ἀτάσθαλα μηχανάᾳται.

Id eſt:

Sæpe ciuitas vniuerſa ob malum virum punitur,
Qui peccat, & iniqua machinatur.

Polluitur ex vno peccatore populus, ſicut ex oue morbida grex vniuerſus inficitur. Et vno fornicãte, vel aliud quodcũq; ſcelus cõmittẽte, plebs vniuerſa pœnas patitur, *ex Hieron. in Hieremiã. in c. ſed illud, 45. diſt. ca. ſertur, 1. q. 1. ca. reſecanda, 24. q. 3.* Ex ſcelere vnius Achami, quod de anathemate hoſtiũ acceperat pecuniã & regulã aureã, Deus vniuerſum populũ Iſraelem affligebat, donec is fuit de media pœna ſublat⁹, *Joſua, c. 7. ca. eccleſias, 1. q. 4.* Propter peccata non caſtigata filiorũ Heli ſacerdotis, populus in manu Philiſtinorum corruit. *1. Reg. c. 4.* Ob Ionæ peccatum ſuſcitata periculoſa in nautas tempeſtas, donec ille fuit in mare proiectus. *Ione 1.* Sũt his ſimilia exempla, quibus oſtẽditur dilucide vnius ob delictum alios ſæpe puniri. *c. ſi gens Anglorum, 56. diſt. c. ſi ea, 23. q. 4. c. non turbatur, 24. q. 1. c. ſi quis cum militibus, 6. q. 1. c. in ſumma. 1. q. 4.* Et interdictio ſacrorũ ſit pluribus, pro vnius cuiuſdam delicto. *ca. ſi quis epiſcopus, 11. q. 3. & ſeq. c. non eſt vobis, de ſponſalib.* Item & excommunicatio, *c. minor. 17. q. 4.* ¶ Altera † ſpecies & nomen aliud pœnæ, τιμωρία Græcis dicitur, eãq; cauſſam admaduertendi eſſe tradũt cũ dignitas auctoritasq; eius, in quem peccatum eſt, tuenda eſt: ne prætermiſſa animaduerſio eius contemtum pariat, & honorẽ eleuet. Idcirco id ei vocabulum factum à conſeruatione honoris putant. *Gell. lib. 6. c. 14.* Eſt enim τιμὴ, honor. Vnde etiam & apud Homerũ τιμὴ quoq; pro pœna, pro vindicta, ad reſarciendum honorem, vt *Homerus Iliad. 1.*

τιμὴν ἀρνύμενοι Μενελάῳ, σοί τε κυνῶπα
σοῖς Τρῶσιν.

A Troianis pœnas repetentes.

Et rurſum apud eũdem, *Iliad. 3.* conuenit in monomachia Alexandri, & Menelai.

εἰ δ' ἂρ' Ἀλέξανδρον κτείνῃ ξανθὸς Μενέλαος,
Τρῶας ἔπειθ' Ἑλένην, καὶ κτήματα πάντ' ἀποδοῦναι,
τιμὴν δ' Ἀργείοις ὑποτίνειν ἣν τιν' ἔοικεν.

id eſt,

Vt ſi Alexandrum (ſeu Paridem) occideret flauus Menelaus.

Troianos poſtea Helenam, & omnes opes reddere, τιμὴν, id eſt mulctamque illam honoris, *Agriuis pendere, quam oporteret.*

Ariſtoteles, *1. Rhetor.* inter κόλασιν & τιμωρίαν hoc diſcriminis cõſtituit, quod κόλασις ſit ὑπὲρ τοῦ πάσχοντος, ἡ τιμωρία autẽ, οὐ τοῦτου ἕνεκα ἀλλὰ τοῦ πεποιηκότος, id eſt, *Coleſis ſeu pœna eius gratia, qui patitur,* ſcilicet, vt corrigatur: *timoria ſeu mulcta, vel vltio, eius qui facit* (ſcilicet, qui expetit) *vt impleatur.*

¶ Quamobrem † inde aliam pœnarum rationem conſtituimus, pœnam & ad cõſeruandã dignitatẽ, & legum, quæ prohibent admiſſa, & eorum qui lædunturinductam. Non enim licet impune leges irridere trãſgrediendo. *l. 1. & 2. de legib. in* P. Sic etiam prætor titulum præſcripſit de poſtũlãdo, hebẽdę rationis, ſuæque dignitatis tuendæ, & decoris gratia. *Vlpia. in l. de poſtul. lib. 3.* P. *tit. 1.* Debet enim dignitatem ſuam cõſeruare magiſtratus illæſam, quantum fieri poteſt, ne illo abutantur ſubditi. *l. obſeruandum, de offic. præſid.* P, *l. 1. §. ſi ſeruus heres, de ver. inſp. in* P. 8

¶ Et † pœna quoq; ad ſolatiũ eorum, qui crimine læſi ſunt, ſtatuitur. *l. capitalium, §. famoſis, de pœn.* Inductæ etiã ſunt mulctæ pecuniariæ & honorariæ pœnę, quas in Gallia nominamus, *Eſmandes honoraires,* quaſi honoori ſatisfacientes, quę timoriã explicant in criminibus, tum priuatis, tum publicis. ¶ Tertia † ratio vindictæ eſt, quam Græci παράδειγμα dicunt, id eſt, exemplum, cũ punitio propter exẽplũ neceſſaria, vt ceteri à ſimilib. peccatis, quæ prohiberi publice intereſt, metu cognitæ pœnæ deterreãtur. *Aul. Gell. lib. 6. c. 14.* ¶ Idcirco † veteres quoq; noſtri exempla, pro maximis, grauiſſimisq; pœnis dicebant. Plato *in Gorgia,* ſupplicium hoc παράδειγμα dicit ἄλλοις γινόμενον ἵνα ἄλλοι οἱ ὁρῶντες πάσχοντα φοβῶνται μὴ ποιῶσι ταῦτα, ἃ δὲ ὁρῶντες παραδείγματα λαμβάνουσι, id eſt, *exemplum aliis fieri, vt alij videntes patientem,* ſcilicet ſupplicia, *ſibi timẽtes reddantur meliores,* Pœna hęc exemplaris maior eſt, nõ abſolute tamen, ſed ratione delicti, cui imponitur: vt ratione eius & ſecũdũ quid maior ſit. Nec putandum eſt, eã mortem ſemper habere quamuis & in ea etiam, & in modo inferendi ſupplicij ſit paradeigma. Sic Thucydides, *in 3,* καλὰ τὰ ἔργα τὰ ἐς τοὺς ἄλλους συμμάχους, ἃ ἐξεδείγματα ἐποιήσατο ὡς οὐ ἀφίσταται θανάτῳ ζημιοῦμενον. Plutarc. pro infamare hoc verbo vſus, cum dixit, *lib. de curioſ.* Archilochumo bicœnis verſibus ſeipſum, παραδειγματίζειν, id eſt, *infamem reddere.* Sic D. Paulus ἀνασταυροῦντας ἑαυτοῖς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ παραδειγματίζοντας. Imperator Alexãder, *l. monere, 4. ſi ſer. export. vet. lib. 4. C. tit. 55.* exſecrabile delictum eius, qui dominum venditerit ea lege, vt exportaretur, capitali pœna in exẽplũ vindicari iubet. Calliſtrat. *l. capitalium, 28. §. famoſos, de pœn. in* P. quoq; famoſos latrones in his locis, in quibus graſſati ſunt, furca fingendos cõpluribus placuiſſe ſcribit, vt & conſpectu deterreantur alij ab iiſdem facinoribus. Ea ratione Vlpianus reſpondit. *in l. 1. de abige. lib. 47. P. tit. 14.* abigeos duriſſime puniendos, non vbique tamen, ſed vbi frequentius eſt id genus maleficij: eadẽque in aliis pleriſq; iuris capitulis in pœnis ſtatuẽdis receptũ. *l. 1. ad l. Iul. repe. C. l. aut facta. §. fi. de pœna. l. ſed ſi ego. §. 1. ad Vell.* P. *quãuis, de reb. eor. qui ſub tutel. in* P. *c. clericos, de cohabitat. cleric. & mulier. c. Anaſtaſius, 19. diſt.* Tryphonius etiam expreſſe, *l. bona fides, 31. depoſ. lib. 16.* P. *tit. 3. male meritus,* inquit, *publice, vt exẽplo ceteris ad deterrenda maleficia, etiam egeſtate laborare, debet.*

¶ Proinde † in deteſtationem criminum, ſæpe in inanimat: & bruta animaduerſũ legimus, quorũ occaſione delicta cõtingere, vt obſeruatũ in brutis, cum quibus nefarie ſe quis cõiunxerit, *Leuit. 20. Ioſeph. leb. 4. antiq. Iudaic. c. ſi.* Docuit & exẽplarem illam pœnam Plato, *9. de legib.* Legimus anſeres Romæ olim ob conſeruatum Capitoliũ, quod clangore canibus dormientibus aduenientẽ hoſtẽ prodidiſſent, præmio affectos, & canes ſuſpenſos, quod nõ latraſſent, ac ſi illorum factum ad perfidiã & proditionem facere videretur. Et poſtea eadem de cauſſa ſupplicia annua canes pendebant inter ædes Iuuentutis & Sũmani, viui in furca ſambucea in arbore fixi. vt narrat Plinius, & alij. *lib. 19. ca. 1. & 4. & lib. 10. c. 22. Liuius, in 7.* Refert Æſchines contra Cteſiphontem, Athenis lapidem, ligna, ferrum, quod delapſa hominẽ occidiſſent, exterminata eſſe, non alia de cauſſa, quam vt homines exemplo diſcerent, quale ſuppliciũ pararetur illis, ſi ſimile admitterent, cum vſu rationis donati eſſent. Iubent leges ſæpe domos etiã, in quibus crimina admiſſa ſunt, dirui, in exemplarem & grauiorẽ pœnam, & deteſtationem de-

Digitized by Google

lecti. *vt in l.1.C.de fal.mone.*

De diuisione pœnarum, & de Mulcta.

Cap. 3.

1 Pœna ciuilis, alia criminalis, & quid vtraque.
Ciuilis rursum triplex, conuentionalis, legalis, iudicialis: & quid qualibet. eod.
2 Pœna conuentionalis, quando vsurarum loco est.
Non potest applicari fisco. eod.
3 Pœna conuentionalis, & vsurarum differentia
4 Pœna legalis ciuilis quæ, & species.
5 Pœna iudicialis quæ.
6 Mulcta condemnatio in fiscum quando infamiam irroget.
Pœnam pecuniariam cui iudici liceat conuertere in corporalem, & contra. eod.
Pœna diuisa in pœnam, & mulctam. eod.
Mulcta & pœna differentia. eod.
7 Num mulctam omnes iudices infligere possint. & 9.
8 Mulcta cui loco adiudicarentur.
Modus, & quantitas eod.
9 Aterina lex de mulcta.
10 Mulcta fiebat olim in pecore antiquitus.
Et in ære postea. & num. 13.
11 Mulcta vnde dicta.
12 Pœna criminalis in corporalem, & pecuniariam diuiditur.
13 Pœnarum criminalium aliæ capitales, aliæ non capitales: & capitalium aliæ maiores, aliæ minores.
14 Pœna capitalis vix primis temporibus rerumpubl. fuit in vsu. & num. seq.
15 Sylla morte primus Romæ mulctauit.
16 Anglorum pœna capitales vix mortem habent.
17 Draconis leges quare crudeles.
De morte homini inferenda nulla satis longa cunctatio, eod.
18 Exsilium antiquis pœna grauissima.
Aqua & ignis interdictio olim grauissima pœna. eod.
19 Pœnæ seueriores esse debent crescente audacia.

1 PRima† diuisio seu distinctio pœnę, vt alia sit ciuilis, alia criminalis. Ciuilis est, quæ aliunde pēdet, quā ex causſa criminis. Ciuilis triplex, cōuentionalis, & legalis, & iudicialis. Pœna conuentionalis vna, quæ damni emergentis, vel lucri cessantis æstimationē præstat certam ex cōuentione: vt si intra certū tēpus quid datum, factumve non sit, in pœnā aliquid pendatur, *Paul. l. in illa stipulatione, 8. & Papin. in l. si ita stipulatus, 115. de verbor. oblig.* certa semper inter contrahentes, *l. fin. de prator. stipulat. in P. l. stipulatio ista, §. alteri, de verb. oblig.* Et vsura quæ non præsens est, sed sub non soluēdi conditione, quam quis stipulatur, pœna est, *secundum Hotoma. in l. lecta, si cer. pet. & in l. 1. de vsur.*

2 ¶ Sicuti† & pœna, quę inserta est contractui mutui, loco vsurarum est: veluti si intra certū tempus mutuum non esset redditum. Quare & ad debitum modum, vsurarū pœna reducitur, *Gord. Cæsar. l. cum allegas, 15. & l. cum non frumentum, 16. de vsur. lib. 4. C. tit. 32.* quamuis alias sępe lex iubeat & vsuras, & pœnam exsolui. *l. 2. de eo, quod cert. loc. in P. l. Lucius de acti. P. l. traiectitia, eod.* Nam cum adiicitur pœna excedens quantitatem cōtractus, præsumitur in fraudem vsurarum extorta, *d. l. cum allegas, notat. in l. ad nostram, de emtio. l. vnic. de sentem. quæ pro eo quod inte. profer.* C. non autem si facto seu faciēdo inferatur. Et hæc pœna vsq; adeo ciuilis est, vt non possit ex conuentione applicari fisco. *l. arbiter intra certum, de arbit. in P.* Huc itaque pertinēt pœnæ debitæ ob nō impletos ex lege contractus. Item quæ cōpromissis 3 accedunt. *l. delecti, de arbit.* ¶ Pœnæ † istæ in cōuentione appositæ & petitæ ratione fidei non seruatę præstantur: vsura autem ratione moræ. *l. qui sine de neg. gest. in P. l. cū quidam, §. sed pupillo,* 4 *de vsur. in P.* ¶ Legalis† pœna ciuilis est, quādo lege pœnę imponitur pecuniaria, pro reparatione damni: cuiusmodi sunt illæ, quas per actiones pœnales consequimur ciuiliter, etiāsi ex crimine descendāt, vt dupli, tripli, quadrupli. *§. quadrupli, de actio. §. omnes autem, eod.* In fœtū, de effusis, deiectis, suspensis, *§. 1. si vero. §. prætor, de his qui deiecer. P.* serui corrupti, & similes. *§. pœnalis, de actio.* Est etiam hæc præstanda, vel ratione fidei nō prestitæ, si lex imponat pœnam non implenti: veluti pro cessatione, & morosa dilatione, *l. mora, 32. & l. cum quidā, 17. §. si pupillo, de vsur. in P. l. lecta, si cert. petat.* vel ob cōtumaciā, contētumve, *l. vni. si quis ius dic. non obtemper.* quam proprie & pœnam dici autumat Alciatus, *lib. 1. Parad. c. 11.*

5 ¶ Pœna† iudicialis etiam legalis esse potest, pecuniaria, à iure statuta, à iudice prolata: interdū à iudice decreta, *l. 1. si quis ius dic. non obtem. lib. 2. P. titu. 2.* quę dicetur mulcta pecuniaria. ¶ Vi-6 delicet,† vt semel moncam, pœna adiudicata parti pro dāno, nō autem ea, quæ pro reparatione & vltione criminis publica, fisco adiudicari solet, quæ ciuilis non dicitur, vt pote aliquomodo irrogans infamiā, *l. 3. & ibi glo. de sepul. violat. in P. Bart. in l. lecta, §. quod illicita, num 1. de pub. & vect.* Cū tamen simplex pecuniaria damnatio per se non infamet, *l. 2. ex quib. cau. infa. irrog. lib. 2. C. titu. 12. l. 1. de mod. mulcta. lib. 1. C. titu. 53.* etsi alia ratione, quā criminis, ærario applicetur. *vt in l. mulctarum, eod.* Sic Vlpianus dixit agere posse aliqué pro crimine pecuniariter, iure ordinario, *l. fin. de prsua. deli. lib. 47. P. titu. 1.* quod & in eadem hypothesi dixit agere ciuiliter. *l. fin. de iniur. eod. lib. titu. 2.* Interdum ex legibus publicorum iudiciorum, & priuatorum criminum, qui extra ordinem cognoscunt, præfecti vel prędes, in eos, qui pœnam pecuniariam egentes eludunt, coercionem extra ordinariam indicunt. *l. 1. §. fin. de pœn. in P. l. quicunque, §. quod si, de ser. fugit. C. l. fin. C. de sepul. viol.* Verum nō ab omnibus iudicibus ista pecuniaria pœna in corporalem conuerti potest, sed tantum à Senatusc. cui & corporalem in pecuniariā transferre tantum licet, vt ait Guido Pap. *decis. 576. Vlpian. l. aliud est fraus, 121. de verbor. signi. P.* pœnam, in pœnam & mulctam diuidere videtur. Pœna, inquit, *generale nomen est, & omnium delictorum coercitio. mulcta specialis peccati, cuius animaduersio hodie pecuniaria est.* Pœna autem non tantum pecuniaria, verum & *capitis, & existimationis irrogari solet.* Alia differentia, mulcta ex arbitrio eius venit, qui mulctā dicit, & vbi pœna delicto lege certa nō imponitur: pœna autem non irrogatur, nisi ex lege decreta. Proinde à pœnę determinatæ irrogatione non appellatur: à mulcta autem contra. Nā illa certa conuicto, hæc arbitraria. *Labeo in l. si qua pœna, 244. de verbor. signi. P. l. in mulctis, & l. certa ratione, quand. prouoc. non est nece.* Obseruandum tamen interdum mulctæ nomen generalius vsurpari, pro pœna certa, siue criminali, siue ciuili. *l. prauaricationis, de prauaric. in P. l. 2. de episcop. aud. C. l. abstinēdum, C. quor. appellat. non recip. cum similib.* Quo casu hæc ita ad amussim non reguntur. Vnde nec valde laborandum cēseo tyroni iuris in distingnendis his, quæ confunduntur, potissimum in Gallia, vbi pœnæ fere omnes sunt arbitrariæ: tamen oportuit me illas differentias mouere, quæ iura aliquando cōstituunt inter pœnam, & mulctam.

¶ Secundum† quæ adhuc alia erat, vt non ab omnibus magi- 7
stratibus concederetur mulctandi facultas: sed iis tantum, quibus adiudicatio data esset, vt præsidibus prouinciarum: cū tamē omnes iudices, quibus criminis exsecutio competebat, possent pœnam eius criminis infligere. *l. aliud est, §. fin. de verbor. sign. l. 2. §. fin. de iudic. in P. lib. 5. tit. 1. l. fin. de mod mulct.* C. Quæ etiam hodie distinctio confusa, nam & mulctare hodie delegatus potest, *ea. de causſis, in fine, de offic. deleg. l. 2. C. de sportul. vide plura de magistratibus, qui possint mulctare apud Bart. in l. si quis iudicem, nō ob tēpera. & interp. titul. de mod. mulcta.* non tamē procuratores principis, vel rationales, *l. 2. C. de mod. mulcta.* neque legistę seu curatores reipublic. *l. 3. C. eod.* iure Codicis. ¶ Quo † etiam alia e- 8
rat differentia, vt non nisi ærario. vel operibus publicis, *l. mulctarū, 5. eod.* mulctæ adiudicarentur, paucis exceptis *l. diuus, 2. §. fin. de iur. patro. l. 2. epis. aud.* C. & ne extra modum & quantitatē determinatam à principe liceret mulctare, videlicet ne illustres mulctarēt vltra quinquaginta libras auri. *l. illustres, 4. de mod. mulcta.* moderatores prouinciarum, vltra summā duarum vnciarū auri: proconsulares, comitesq; Orientis, & præfectus Augustalis vltra summam senarum vnciarū auri, spectabiles, vltra tres vncias auri. Nec liceret mulctam eam in vna persona pro eodem delicto, nisi ter repetere vno anno. *l. fin. eod.*

¶ Vocabant † ad populum ædiles curules, & plebeij quidam, 9
& mulctam dicebant, de qua & certabatur coram tribuno plebis. *passim apud Liuium.* Et anno vrbis 300. Spur. Tarpeius A. Aterius CC. legem centuriatam tulerunt, qua omnibus magistratibus mulctæ dicendæ potestas facta est. *Dionys. Halicar. lib. 10.*

¶ Atque † ea lex Aterina, cuius meminit Gellius. *lib. 11. cap. 1.* 10 11

¶ Mulcta † antiquarum legum consuetudine priore constabat etiam Romæ, quo tempore adhuc aurum signatum non erat, vt ait Plinius, *lib. 33. cap. 1.* Et alibi postea etiam obseruatum tradit, inuenta pecunia: *Mulctatio quoque* inquit, *Idem lib. 18. cap. 3, nonnisi ouium boumque impendio dicebatur: non omittenda priscarum legum benevolentia.* Secuta est alia de hinc consuetudo mulctandi, qua pro grauioribus criminibus summæ æris ingentes irrogabantur in pœnā à tribunis pleb. & aliis magistratibus: de qua postea citabatur coram populo, an iuste vel iniuste inflicta esset vel dicta, vt explicat ex Liuio, & aliis Budæus, *in annotat. prior. ad P. in l. 2. in fine de iudic.* apud quem videto, & apud Gruchium, *lib. 2. de comit. Roman. cap. 3.* Mutationē priscæ mulctæ in æratam annotat Gellius, *libr. 11. cap. 1. Cum eiusmodi* inquit, *mulcta pecoris armentique à magistratibus dicta erat, adigebat ames bonesque, alias pretii parui, alias minoris: eaque res faciebat mulctæ punitionem. Idcirco postea lege Aterina constituti sunt in omes singulas aeris deni, in boues aris centeni. Minima autem mulcta est ouis Gnius. Suprema in singulos dies duarum ouium, triginta boum, pro copia scilicet boum & penuria ouium.* Plutarchus *in Valer. Publ.* autem mulctam fuisse quinque boum, & duarum pecudum; pretiumque pecudis obolos decem, bouis autem centum. Crinitus vigintiquinque assium aliquando fuisse mulctā dicit, *lib. 25. de honesta. dicip. c. 8.* maximam Pompeius trium millium & viginti assium: pro ratione ouium duarum, & trigenta boum.

¶ Mulcta† autem vnde dicta sit, tracit perspicue Varro 4. *de* 12
ling. Latin. Citat & hunc *Rutilius* Pompeius Festus, *liber. de verbor. si-*

Digitized by Google

...in verb. mulctam his verbis in emendatis exemplaribus, *Mulcta à pecunia, quæ à magistratu dicta, vt exigi possit ob peccatum; quod singula dicuntur appellatæ esse mulctæ, quod olim vnum ouem mactarent.* Qui locus varie & legitur & explicatur. Mihi autem, si coniecturis locus intercipiatur, videtur dicendũ mulctam, hoc nomine plura significante, pœnam hanc pecuniariam appellatam: quia non pro crimine primo, sed pro ter repetito imponi solum posset. Necessariũ quippe erat, vt magistratus ter rem ante accusaret, quam mulctam irrogaret: hac vero irrogata, trinũdino prodenda erat dies, qua ad populum mulcta certanda esset, vt scribit Cicero, *pro domo sua*. A. Gellius, *lib. 11. cap. 1.* duas alias adfert nominis significationes, vnam ex Varrone libro vndecimo rerum humanarũ, non Latinũ, sed Samnitũ esse nomen: alteram Grammaticorum, vt mulcta per ἀντίφρασιν dicatur, id est, per contrariam dictionem, quasi non mulcta. Sed hęc omnia latius persequi, vt dixi, parũ ad iuuanda studia discentiũ iura conducere opinor: cum & videã passim apud Ciceronem, & mulctam, & mulctandi nomen, pro punitione qualibet vsurpari. Sicuti & apud alios auctores, & Iurisconsultos. Quare & hic eius tractationis metam constituo.

12 ¶ Criminalis † pœna, quæ pro criminibus imponitur, varia est, & de ea est præsens tractatio, quæ diuisione scinditur in pecuniariã & corporalẽ, quę corpore exsoluitur. Et interdum illa pecuniaria in corporalem extraordinariam commutatur. *l. 1. de pœn. P. vsde. l. fin. de in ius vocat. l. quicunque, §. quod si de fer. fer. l. fin. ...e sep. vio. C.*

13 ¶ Paulus † Iurisconsult. pœnas & crimina diuidit pari modo, *l. 2. de pub. iud. §. publicorum. cod. tit. apud Iustin.* Et vt crimina alia dicit capitalia, alia non capitalia: pœnas etiam capitales dicit, in quibus mors aut exsilũ est, id est, aquæ, & ignis interdictio. Quia per has pœnas eximitur caput à ciuitate. Nõ capitales pœnas tradit esse pecuniarias, aut in corpus aliquã coercitionẽ. Innocentius Felinus, *in c. qualiter, in 2. §. 2. num. 25.* secũdũ leges septem genera pœnarum ponunt, tria capitalium, videlicet, mortis, quæ multiplicitèr infligitur, *l. aut damnum, §. vita, & l. capitalium, de pœn.* P. metalli, *l. quidam, de pœn.* P. *l. aut damnum, §. inter eos, & §. est pœna, eod.* deportationis, *d. l. quidam*, quatuor autem non capitalium, relegationem, *l. relegatorum, de inter.* P. *l. 2. de pub. iud.* P. infamiam *d. l. aut damnum*, amissionem dignitatis, *l. mortis, de pœn.* verborum admonitionem *l. si quis forte, §. fin. & l. seq. de pœn.* P. Quæ pœnæ, & in iure Põtificio variantur, & pro morte alię subrogantur. Sunt autẽ rursus capitales pœnæ maiores & minores, vt annotat Accursius, in §. est & inter, ab verb. capitis pœnam, de publ. iud. Nam crimina cum disparem habeant causam, vt docuimus, non eadem pœna punienda sunt, nec leuiora delicta extremis supplicijs plectenda, *Cic. apud Diõ Cass. lib. 44. histor.* vel castiganda: sed respiciendũ iudici ne quid durius aut mitius agatur. *l. respiciendum, de pœn.* Sic apud Germanos antiquos distinctio pœnarum erat ex delicto. ex arboribus proditores & transfugas suspendẽtes, ignauos & imbelles cœno ac palude iniecta, super crate mergebãt. Et leuioribus delictis pro modo pœnarum, equorum pecorumque numero conuicti mulctabãtur, pars ipsius mulctæ regi vel ciuitati, pars ipsi qui vindicatur, vel propinquis eius exsoluebatur, teste Cornelio Tacito, *lib. de morib. Germano.*

14 ¶ Communis † omnium fere gentium ab initio rerum publicarum consensus, capitales & corporales pœnas vix & raro recipiebat, quamtumuis graue scelus, vt homicidium cõmissum esset: sed pecuniarias pœnas imponebant, vt liquet ex legibus Salicis, Allemanicis Saxonicis, Anglicis, Thuringorum, Burgũdiorum, Francorum, Ripuariæ, Boioariorum. VV estphalorũ,

15 VVerinorum, Frigionum. ¶ Langobardorũ, † Theutonum. Meminit Appianus Ale. *lib. 1. de bellis ciuil. b.* crudelem Syllã primum inuentum esse, qui morte mulctaret, Romæ videlicet.

16 ¶ De † Anglis Polydorus Virgilius *lib. 26. histor. Anglic.* scribit, apud illos nec crimen maiestatis affici morte sacris initiatos, quos dicimus, clericos: Imo nec eos, qui legere norunt pro crimine primo, veluti illis affines: sed inuri tantum literas illis criminum commissorum indices, nempe homicidis, in palma sub pollice literam M. quæ Anglice *murdre*, id est, homicidium significat: pro furto litera T. id est *theftie*, hoc est, furem significans. Idque ex sanctione Henrici II. Anglorum regis. Quæ tamen lex in desuetudinem abiit.

17 ¶ Crudelissima † visa lex Draconis, qua ἅπασι τοῖς ἀφ' ἑνὸς μίαν ζημίαν ἔθηκε, *Omnium flagitiorum vna pœna mors*, quam temperauit humanitate & æquitate Solon. *Plutarch. in Solone.* Nulla enim satis magna cunctatio videtur vel deliberatio, vbi de vita homini tollenda agitur. Et ideo tot tãtasq; solemnitates præcedere debere prudentissime statutum esse iuribus, Deo fauẽte, docebimus. Inuit & his verbis Iuuen. *Satyr. 6.*

Pone crucem seruo, meruit quo crimine seruus
Supplicium? quis testis adest? quis detulit audi,
Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa est.

Vnde ecclesia eam nunquam infligit. *ca. clericis, & ca. sententiam, de sent. excom. vel monach. secul. negot. se immisc. ca. in Archiepiscopatu, de raptor.* Quamuis enim quis morte dignus sit, aut videatur ob immanitatem patrati sceleris: tamẽ semper ecclesia sperat de emendatione & pœnitentia reorum delinquentium, neq; statim curiæ seculari eũ depositos supplicio afficiendos tradit. *ca. si clerici, & ca. cum non ab homine, de iud. apud Gregor.* Et quãdo incorrigibiles & noxios omnino gregi, & ceteris hominibus videt, dum eos laicis puniendos remittit, adhuc etiam pro illis intercedit, ne morte afficiantur. *c. nouimus, de verb. signi.* Omnes enim morimur, & delabimur in terram, quæ nõ reuertitur: nec vult Deus perire animam, sed retractat, cogitans ne penitus pereat, qui abiectus est: vt in hanc sententiam, pro vita conseruando Absaloni qui fratricidium cõmiserat, dicitur, regi Dauidi. *lib. 2. Reg. c. 14.*

¶ Grauissimæ † antiquitus pœnæ, exsilium, & aquæ & ignis in- 18
terdictio, quibus homines etsi improbissimi, tantum à societate ciuili pellabantur. Et quãdiu minores pœnæ humanã cohibebant audaciam, nõ opus fuit maiore, sine qua homines arcere à malis poterant, vt ait Diodorus apud Thucididem, *in 3.* Et Cicero *pro domo sua ad Pontif.* tradit, priscos Romanos quos rerum capitalium damnasset, tecti tantummodo, aquæ & ignis interdictione damnare solitos fuisse. Et Lactantius, *lib. 1. diuina. institut.* interdictio earum rerum vsu, quibus vita constat hominum, perinde habitum, ac si esset, qui eam sententiã exceperat, morte mulctatus. Adhuc enim, inquit, videbatur nefas quamuis malos homines, supplicio capitis afficere. Vetuit Deus Cainum, quamuis fratricidam, occidi, *Genes. 4.* Et Lamechi homicidæ sanguinem fundi, *Genes. 7.* Erant & condemnationes pecuniariæ graues veteribus, ob magnam ipsorum paupertatem. Et proinde pro delictis grauibus erant & tales impositę. *§. pœna autem iniuriarum, de iniur. apud Iustin. Quod & latius explicat Theoph. in suis Institut. iur. ciuil. §. pœna, eod. tit. lib. 4. tit. 4.*

¶ Sed † vt monui, hæc tum demum obtinebant, quando homines leuioribus pœnis castigari poterant, cum probitas leges reuerebatur: verum vbi creuit improbitas & contumelia, tunc opus fuit saltem pœnarum grauitate & mortis metu detenere scelestos, *l. 1. de arbitr. lib. 47. P. ti 24. cũ similib. à gl. ibi not. in verb. ad genus.* gladiusque datus magistratibus ad vindictam malefactorum, *ad Roman. cap. 13. l. Imperium, de iurisd. omn. iudic.* idque propter rationes, quas supra commemorauimus, quibus interesse reipubl. delicta puniri docuimus. Sic Deus in pacto renouato Noacho post diluuium, cum pronos ad malum & sanguinem fundendum vidisset homines, & ad delinquẽdũ faciles, cœpit seuerius leges ponere, dixitq; *Qui effuderit sanguinem humanum, fundetur sanguis illius, Genes. c. 9.* Et rursum in lege Mosaica, *Exod. 19. 21. Leuit. 20. Numer. 35. Deuter. 22.* mortis pœnã sæpe delictis statuit. Et in Euangelica, *Matth. c. 16.* οἱ γὰρ λαβόντες μάχαιραν ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται. *Omnes qui gladium acceperint, gladio exterminabuntur.* Ceterum diuersæ leges diuinę ab humanis: & rursum diuersę inter se diuinæ. Diuersæ quoque, & variæ humanæ.

De pœnis Diuinis in genere Cap. 4.

1 *Pœnarum in genere criminalium, diuinarum & humanarum diuisio.*
2 *Pœna humanæ quæ, & quomodo dicantur.*
3 *Pœna diuina temporalis & perpetua.*
Temporales in hoc & alio seculo, & quæ eius generis.
4 *Pœna quare interdum transit in successores & posteros.*
Filij quando afficiantur pœnis pro parentibus. eod.

SEd † vt criminalium pœnarum gradus, & varias paucis eam 1
plectamur differentias: earum, de quibus iam meminimus, & de quibus dicturi sumus, pœnas didicimus, in diuinas & humanas. Rursum diuinas in eas, quas in hoc seculo Deus infligit, & eas quas in alio, tẽporales vel perpetuas. Humanas rursũ, in eas quę fori sunt ecclesiastici, & quæ secularis. Quę omnes sunt vel spirituales, vel corporales, vel mixtæ. Et rursum corporales, vel capitales, seu ad vitæ naturalis vel ciuilis priuationẽ pertinentes: vel non capitales, ad existimationẽ & famã pertinentes, vel ad membrorum aliquorũ abscissionẽ. Quas omnes suis gradibus & exemplis illustrare expedit. ¶ Humanæ † sunt ab 2
hominibus impositæ, vel per homines rẽspoſcũtur: vt & ratione executionis pœnarum à Deo indictarum, pœnę humanæ & temporales dici possint, institutione & constitutione diuinę: nõ tamen omnes diuinæ, humanæ ea ratione dicentur. Sunt enim quædam, quas salubri eorum admonitione sunt corripienda ab hominibus, non autem corporalibus flagellis animaduertẽda, quorũ vindicta diuino examini rẽtum est reseruanda. Quando videlicet, in delinquentes disciplinã exercere nõ possumus, vel quia non sunt nostri iuris, vel quia illorum crimina, & si nobis nota sunt, tamen manifestis indicijs probari non possunt. *c. cum in lege, §. his itaque, 23. quæst. 1. ca. 4. eorum, 11. quæst. 3. ca. nullum, 30. q. 5.* Benignitas etiam Dei pœnas differt, & maleficiis aliquando infert seras, nunquã tamen irritas, vt ait Plinius *lib. 2. c. 7.* & Iuuenal *Satyr. 13.*

Digitized by Google

Vt sit magnæ tamen certe lentæ iræ Deorum est.

3 ¶ Diuinarum † pœnarum aliæ temporales, aliæ perpetuæ. Temporales pœnæ à Deo imponuntur in hoc, & alio seculo, *ca. sunt plures, de pœnit. dist. 3. can. qui in aliud, 25 distinct.* In hoc seculo, ægritudo, paupertas, mors, & similes angustiæ, seu exercitia bonorum, quibus castigantur delinquentes & corriguntur, ne in æternum pereant, *dict. cap. sunt plures, §. auctoritas, & can. quid ergo, 23 quæst. 5.* quare nec mala dicuntur, cum bonos reddant malos vel bonos meliores. *cano. illa, cano. nec is qui, 15. quæstion. 1.* Qui si obdurauerint, & illis flagellis non castigentur, certe temporales

4 pœnæ æternarum initium sunt. ¶ Ideo † non est mirandum, si

21 aliquando maiorum pœnas luant temporales successores, qui non offenderunt: nam sine culpa quidem sunt, verũ sine causa non affliguntur. Et ira pœna iusta, *can. qui in aliquo, 51. dist. inct.* Plutarchus, *lib. de sera numi. vindict.* hoc ad exemplares pœnas pertinere ratus est. *Vindictam vero*, inquit, *quæ ob maiorum facinora in filios, ac vniuersum debacchatur genus, manifeste aliquando cernimus: quandoquidem multos à sceleribus auertit, ac ne similia audeãt, deterret ac admonet.* Variis ærumnis & pœnis tẽporalibus conseruantur iusti, ne cadant: qui iam ceciderunt, releuantur. Sunt pharmaca, quæ præueniunt morbum, & ante auertunt, alia quæ curant. Et præstantior mihi & magis amicus videtur censendus medicus & medicina, quibus auertuntur & præcauentur morbi, illis quibus sanantur. In vtrisque bonum nihilominus: sed non esse ægrotum, quam curari, melius. Sodomitarum, *Genes. 9.* pueri temporali supplicio ignis & sulphuris extriti ex hoc seculo sunt: attamen maximum beneficium illis diuina hæc pœna tẽporalis, qua eos Deus præcociter deleuit, ne in æternũ, si

21 acta deliquissent, puniretur. Sic & iustus cum iniustorum pœnis plerumque inuoluitur, & vtrique plectuntur: sed rapitur iustus, ne si viuat, malitia mutet eius intellectũ, *Sapien. 4.* Sic Deus dicitur Zelotes, visitans peccata parentum in tertiam & quartam generationem, *Exod. c. 20.* Sicuti peccati Dauidis pœna tẽporalis translata in posteros, quando prædicti illi, ab eius domo non aburũt gladiũ, *2. Reg. c. 12.* Dictũ & ad Heli per Prophetã, ob peccatũ eius, quod non corrigeret filios, *1. Reg. c. 2. Ecce dies veniunt*, ait Dominus, *& præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua omnibus diebus.* Et Achab conuicto ad pœnitentiam, pœna eius peccati translata in posteros, *4 Reg. 21. can. illud, §. fin. & can. Achab. & can. talis, de pœnit. dist. 3.* Vt & in iure ciuili aliquando, & gentium ob crimina quædam atrocia extenditur pœna in proximos, & filios, vt in crimine maiestatis, *l. quisquis, ad l. Iul. maiest. C. & in crimine illo meos plura coniecimus in hanc rem, & hæreseos, can. quæro ego, §. verũ, & §§. seq. 6. q. 1. quæ similib.* in quibus metuitur, ne filii imitentur parentum scelera, & ideo illis occasio subducitur. Proinde, dum quis videt flagellari in hac vita homines à Deo, nõ statim arguere debet, ideo illos improbos: nec cẽsere, dũ videt impios omni humana felicitate cumulari, & prospere viuere, non ideo illos probos & Deo gratos opinari. Nã quos amat Deus, castigat, vt præmiis æternis reseruet: quos autẽ contẽnit, permittit bona in hac vita recipere, vt æterna supplicia consequãtur, *ca. si quando de pœnit. dist. 3.* Quod ex diuitis & Lazari parabola colligere licet in sacro Euãgelio. At nõ ita in pœnis, quę in vlcionẽ peccatorũ & delictorũ feruntur, siue illæ tẽporales, siue æternæ sint, statuendũ. Nã hæ personales sunt, nec personas egrediuntur, *l. quia tale, fol. matr.* vt alius pro alio puniatur, *l. crimẽ paternum, & l. si pœna, Pd. sancimus, C. ea. rubr. ne fil. propatre, &c.* sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur, nec filius portabit iniquitatem patris, *Ezech. 18. ea. si habes, & c. 1. 24. q. 3.* Et vnusquisque pro peccato suo morietur. *Deut. 24. 4. Paral. 25. 4. Reg. 14.*

De duobus primis pœnis homini, & mulieri impositis. Cap. 5.

1 *Mors pœna peccati.*
2 *Pariendi dolores mulieribus in pœnam dati.*
Vxor quare viro subdita sit.
3 *Parere durum mulieribus.*

1 ¶ Pœnæ † temporales diuinæ, de quibus sacra Biblia meminerunt, sunt plures: verum quasdam tãtum indicabimus, easq; quoque ab hominibus vsurpatas, vel exẽplo, vel præcepto per earum expositionem, ne cogamur eadem sæpius sub diuersis decantare locis. Prior imposita pœna homini mors tẽporalis, huius vitæ solutio animæ & corporis, ob primum peccatũ Adæ illi & Euæ, *Genes. 2. & 3. ad Roman. 5. can. cum ergo, §. 12. 24. q. 3.* Et cũ hac labores, solicitudines omnes, morbi aduenerunt. Siquidẽ omnia fere negotia labore necessario subimus, vt habeamus alimenta, quibus decedentem per singula momenta vitam corporis reficiamus. Morbi autem sunt monitores mortis, veluti particulares corporis lites, quæ vniuersam systasim & naturæ temperamentum paulatim rodunt & debilitant. Ex terra facti sumus & in terram ob peccatum reuertimur. *Eccles. c. 3. & 17. Genes. 3. cap. in Ecclesiastico, 14. 2. Omnes morimur, & delabimur in terram, veluti aquæ, quæ nõ reuertuntur. 2. Reg. c. 14.* Poetice egregie tamen Hesiodus depinxit vitæ prioris hominis felicitatem, & ex peccato mulieris ex malo succedentem in felicitatem *l. Ergom.*

πρὶν μὲν γὰρ, inquit, ζώουσι θεοὶ χθονὶ φῦλ' ἀθρώπων
Νόσφιν ἀτερπέος ἀνίης, καὶ δεινοῦ χαλεποῖο πόνου,
Νούσους θ' ἀργαλέας, αἵ τ' ἀνδράσι κῆρας ἐδώκαν.
Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ γηράσκουσιν.
Ἀλλὰ γυνὴ χείρεσσι πίθου μέγα πῶμ' ἀφελοῦσα
Ἔκδασ', ἀθρώποισι δ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά. &c. quæ seq.

id est.

Prius namque viuebant familiæ hominum
Omnino absque malis, & sine difficili labore,
Morbisque molestis, qui hominibus senectam adferunt.
Mox enim in afflictione mortales consenescunt.
Sed mulier manibus vasis magnum operculum dimouens.
Dispersit, hominibus autem machinata est curas graues.

¶ Secunda † diuina pœna mulieribus imposita, dolor est in pariendo, & alia seruitus maritalis. *Gen. 3.* Duæ pœnæ certe grauissimæ per eam quæ in pariendo, voluptas in decipiendo viro præcedens vindicatur: in ea quod viro subdita sit, punitur temeritas, quod abusa fuerit viro, cui data erat in auxilium, & facta antea adiutorium illi simile. *Gen. 2. c. cum societas, 27 q. 2. c. lex diuina, 33. q. 2. c. debitum, de biga.* Merito & facta non amplius æqualis auctoritatis, sed subdita viro. *d. c. 3. Genes. c. fumine, 30. q. 5. can. est ordo, &c. seq. 3. q. 5. c. manifestum, can. cum caput, eod. ad Roman. 7.* De hac potestate nos tractamus, in personarum liberarum potestate. Atque pœnam parere, esse & genitum mulieribus acerbum, constat ex præcepto Dei. *d. c. 3. Genes. c. si mulier, 5. dist. c. si serpens, de pœn. dist. 1.* ¶ Et Esaias, † *c. 26. Sicut mulier, quæ concepit, dum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus* 3 *suis, sic facti sumus.* Et mulier cum parit, tristitiam habet. *D. Ioan. Euang. c. 16.* Ante partum onerosa, in partu dolens, post partum laboriosa. *c. ex literis, de conuers. coniugato.* Et commode plerunq; sacra pagina vtitur similitudine doloris parturientium, cum summos exprimere vult labores: veluti, ibi, *dolores vt parturientium. Psal. 47.* Et *doluerunt quasi parturientes, Eccles. 48. & Esaiæ, c. 15. Hierem. c. 6. & c. 22.* Fœminæ vita animalibus in pœnam data cẽsetur à Platone, teste Alcinoo, *de doctrin. Plat. c. 25. Matri*, inquit D. Ambrosius. *super Lucam, cap. 11. debes pudoris iniuriam, virginitatis dispendium, partus pericula, vteri longa discrimina.* Iustinianus, *in l. assiduis, 12. §. quis enim illarum, qui potior. in pignor. hab. lib. 8. C. tit. 18.* mulierum esse miserendum circa dotium hypothecas arbitratur, propter obsequia, quæ maritis præstant, propter partus periculum, & ipsam liberorum procreationem.

De pœna exilij.

Cap. 6.

1 *Exilium pœna primi hominis.*
Vita hominis peregrinatio à patria, eod.
2 *Peregrini voluntarij, & distinctio eorum à ciuibus.*
Prætor peregrinus eod.
3 *Peregrinationis, in voluntariam, & inuoluntariam diuisio. Et voluntariam qui, & quare subierint, eod.*
4 *Peregrinatio religiosa cur instituta.*
5 *Peregrini religionis caussa in tutela sum. Ponti. & fori ecclesiastici, & in tutela Imperatoris.*
6 *Ostracismus genus peregrinationis, quid.*
Hermodorus auctor Romanis habendarum legum à Græcis, eod.
Christiani exilio omnes affecti, sub Nicephoro Imperatore, eod.
7 *Deportatio quid.*
8 *Exilij nomen quid contineat. Triplex, quid 9.*
Alia diuisio, eod.
12 *Homicidia fortuita exilio voluntario punita.*
Vrbes refugij, quæ apud Hebræos, eod.
Solum vertere quid, & quare verterent antiqui, eod.
Feruniti casus quomodo puniuntur. eod.
13 *Profugus quis.*
Solum sponte qui verterunt, eod.
Magiam didicisse Ægyptiorum accusatus Protagoras, eod.
13 *Deportatio quid adhuc, & deportatorum conditio.*
Exilium inuoluntarium proprie, & improprie quid, eod.
14 *Relegatio quid, & quomodo differat à deportatione.*
15 *Hebræorum exilia, & transmigrationes.*
16 *Interdictio loci quid.*
17 *Interdictere quid.*
Bannissement *quid, eod.*
18 *Exulum gradus pœnarum.*
Exsulum ante tempus in prouinciam redeuntium pœna, eadem.
Banniti quando à quolibet, & vbi occidi poterant, eod.

19 Bannis

19 *Banniti ad tempus, si carcere detineantur, imputatur illud tempus exsilio. Carceris tempus damnatos ad remos, vel ad exsilium in tempus imputatur in deminutionem pœnæ. eod.*

TErtia †pœna homini imposita est exsilii: nam postquam deliquit primus homo, eiecit eum de paradiso, seu loco voluptatis Deus, vt terram coleret. Itaque peregrinus, & exsul factus à patria, eiusque posteri. *Genes. 3. cap. Adam, de pœnitent. distinct. 1. c. in capite, 50. distinct.* Et proinde omnes vere philosophātes patres antiqui, & Christiani se peregrinari in hac vita, & peregrinos esse professi sunt. *Genes. 23. Psalm. 38. Hieremi. 35. ad Hebr. c. 11. 1. Petr. cap. 2.* Peregrinamur namque vere à Domino, 2. *ad Corinth. c. 5.* Nā patria nostra, ad quam properamus, æterna vita est, nec habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus. Est autem illa ciuitas Hierusalē cœlestis, quam D. Ioānes in Apocalypsi descripsit, *cap. 21.* Hoc etiam Plato dixit, *τὴν ἀποδημίαν τὴν ἐκ τοῦ βίου*, vita peregrinatio quædam est. ¶Hanc †peregrinationē vniuersorum hominum sequuta
2 est alia particularis peregrinatio, quādo à loco natiuitatis quis in aliam transit patriam vel ciuitatem, vel coloniam. Peregrinique dicuntur omnes extranei alienigenæ. *§. 1. de non elig. secund. nupt. in Authen. §. fin. de hered. instit. sep. Iustin.* Atque etiam Romæ, illi peregrini, qui nō adepti erant ius ciuitatis: vnde & præter peregrinis, qui ius dicebat inter alios, quam ciues Romam venientes, *l. 2. §. cumque consules, de orig. iur.*

¶Proinde † peregrinatio est, vel voluntaria & fine ignominia:
3 alia ob crimen, coacta. Voluntarias peregrinationes plures obierunt, vel vt vitæ necessaria pararent, alios docerent, vel vt discerent, & vt laboribus suis peccatorum pœnitentiā agerent: cū post diluuium homines multiplicati sunt, ædificata, vel cœpta turri Babel, sese in nouas colonias diuiserūt, *Genes. c. 10. & 11.* Peregrinatus, Loth, Abraham, *Genes. 12.* Isaac, Iacob, & alii patres Hebræorū. Peragrarūt fere vniuersū orbē D. Petrus & Paul. vt constat ex historia Actuum Apostolorum, & ex libris recognitionum D. Clementis. Idipsum fecerūt & ceteri Apostoli, & discipuli Domini, disseminandi Euangelii causſa, vt in sacris literis apud Abdiam Babilonicum, & in recognitionum libris Clementis, & aliis historiarum monumentis legimus. Dicendi causſa Philosophi & præstantes quidam viri orbis perlustrarunt magnam partem: vnde sapientiores facti creduntur, vt Empedocles, Pythagoras, Democritus apud Magos versati in Babylonia. Platoque, vt illi, in Ægyptum profectus. Apollonius Tyanæus quoque fuit in Babylonia cum Magis, in India cum Brachmanis in Ægypto cum Gymnosophistis. *Iamblic. in princ. libri de myster. Ægyptio. Philost. in 1. de vita Apollonij.* Strabo, & Diodorus Siculus, & Herodotus fere studio inquirendi, vniuersum orbem peragrarunt, vt ipsi testantur. Vlysses heroum sapientissimus habitus, quod sæpius aduersam fortunam expertus, multorum vrbes ac mores conspexit, vt ait Diodorus Siculus, *in princ. Biblioth. proœm.* Hosque Fridericus Cæsar, qui discendi causſa peregrinantur dignus miseratione & fauore arbitratur, *constit. habita, ne filius pro patre, lib. 4. C. titu. 13.* Dicebat Apollonius Tyanæus, *Philost. in 1. de vita Apollonij.* adolescenti maxime conuenire, ne secus ac si patria pulsus esset, quam longissime peregrinari. Galenus quoque in Iudæam nauigauit, vt verum Balsamum à falso dignoscere. *Galen. lib. de Antidot. Amatus Lusitan. libr. 1. enarratio. in Dioscorid. enarrat. 18.* Memorat idem Galenus se sphragillis, seu terræ sigillatæ noscendæ causſa in Insulam Lemnon nauigasse. *libr. 9. simplic. medic.*

¶Ex hoc exsilii genere peregrinationes temporales introductæ
4 sunt, quibus pœnæ loco plura peregrinantes patiuntur, vel visitandi sacra loca gratia, aut sanctorum basilicas. *ca. si quis Rompetas, 24. q. 3.* quarum cōuentus qui contemserit per superbiam, anathema dicitur. *c. si quis per superbiam, 30. dist. ex Gangrē. concil.* Finis namque harum est, non vt noui quippiā in curiositate quadam impulsi videamus, aut veterum cladium rudera ob quæ peregrinati quidam historiographi, & quidam nunc antiquarii: sed vt labores ob peccata suscipiantur, vt D. Petrus formam constituit, 1. *Pet. epist. ca. 4. Carissimi*, inquit, *nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit quasi noui aliquid vobis contingat: sed communicantes Christi passionibus gaudete.*

¶Tales †peregrini sunt in tutela summi Pontificis, seu eccle
5 siæ, *c. nouimus 1, de treu. & pace, c. vlti. de peregrin.* atque qui eos spoliauerint, excommunicantur, *d. c. si quis Rompetas, cum 2. seq.* Et ita sunt de foro Ecclesiastico. *Spec. tit. de compend. iud. §. . . vers. 28.* quamuis & Imperator eos tueatur quoque. *l. omnes peregrini, C. comm. de succes. 10.* Frequens erat olim modus in pœnis imponendis in foro ecclesiastico peregrinatio: vt presbyter, qui reuelat exomologesim sibi commissam, iure antiquo debebat deponi, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinari, *c. sacerdos. de pœn. distinct. 6.*

¶Erat †Ostracismus, *Arist. 3. Polit. c. 9.* apud ciuitates quasdam
6 populari imperio gubernatas, quo tollebant ex ciuitate, qui supereminebant, & in exsilium pellebant, propter æqualitatē conseruandam, quam complectabantur. Ob quam, qui superexcellere videbantur, vel propter diuitias, vel propter amicos, vel propter aliquam aliam ciuilem potentiam, extra ciuitatem relegabantur in tempus aliquod terminatum. Hermodorus Ephesius exsulare iussus, quod vir probus esset. *Cicero 5. Tusculan.* Cui postea statua Romæ posita est, quod auctor fuisset habendarum legum à Græcis, *Plin. lib. 34. Strab. lib. 14. Pomp. l. 2. §. poste ne diutius. de origin. iur. in P.* Huic exsilio simile videtur illud, quod indixit impius Nicephorus Imperator Orientis, qui Irenem expulit: is enim coegit Christianos ex omnibus regionibus in Sthlabinas demigrare, & eorum habitationes diuendidit. *lib. 1. iur. Orient. in constit. Nicephori. de exercitu tūr. dvópων. de militia pauper.*

¶Coacta †peregrinatio, quæ criminis causſa imposita fuit, dici 7
tur deportatio: *Qui deportantur*, inquit T. Ælius Antonin. *l. 1. de here. instit. lib. 6. C. tit. 24. si heredes scribantur, tanquā peregrini capere non possunt.* Per eam enim deportationem quis ciuitatem amisit. *l. inter pœnas, 6. de interdict. & relega. P. l. amissione, 5. de capitis diminu. lib. 4. 5.* Proinde ad peregrinitatem redactus dicitur ab Vlpian. *l. 2. de pœn. P. & l. 3. ad leg. Iul. pecun. P. tit. 13. li. 48.* Et per cō sequens erat eius iuris aquę & ignis interdictio, in cuius locum successit deportatio. *l. sed si, 10. §. liberos de in ius voc. lib. 2. P. tit. 4.* Et hi propriè deportati exsules, ceteri relegati.

¶Attamen † exsilii nomen peregrinationem hanc complectitur, & alias: quia exsul, si Nonio Marcello & Festo credamus, 8
dicitur, qui extra solum proprium positus est, id est, fine eo, vel extra solum seu locum. Et Seneca, *Exsilium loci*, inquit, *commutatio est, de consola.* Et Cicero. *Iam vero exsilium si verum naturam, non ignominiam nominis quæramus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt. 5. Tusculan.* Et Ouid. *3. de Trist. lib.*

-- Per externas profugus pater exsulat oras.

Et Philiscus apud Dionem Cassium, *lib. 38. histor. Rom. Exsilium est peregrinatio quædam cum ignominia coniuncta.* ¶Marcellus† 9
exsilium triplex constituit, *in l. auxilium est, 5. de interdict. & releg. lib. 48. P. tit. 22. aut est*, inquit, *certorum locorum interdictio: aut lata fuga, vt omnia loca interdicantur, præter certum locum, aut insulæ vinculum*: id est, relegatio in insulam. Exsilium quidem semper in pœnam non vtique impositum esse verum illud contendo, si in pœnam non sit, tamen ob pœnam euitandam frequentius esse inuentum: solum vertere & mutare. Proinde in malam partem perpetuo exsilij nomen accipiendum: cum tamen peregrinatio sæpius laudabilis dicatur.

¶Proinde, †vt de exsilio, & quæ exsilii sūt, inuoluta euolua- 10
mus, dico exsilium aliud esse voluntarium, ob pœnæ metum: vel ex iudicio in pœnam decretum. Vtrumq; & perpetuū, aut temporale esse potest.

¶De †voluntario primum inuenio profugum & exsulantem 11
Cainum, qui postquam Abelem fratrē occidit, egressus à facie Domini, factus est profugus ad Orientalem plagā Edem. *Genes. 4. Iosue 20.* Qui non præmeditate, sed casu occiderant in lege antiqua proximum, fuga mortis periculum vitabant, *Deuter. 4.* in ciuitatibus refugii exsulando: lex enim erat à Deo constituta, *Numer. cap. 35. si interfector extra fines vrbium, quæ exsulibus deputatæ sunt, inuentus fuerit, & percussus ab eo, qui vltor est sanguinis. absque noxa erit, qui eum occiderit.* Debebat enim exsul in vrbe vsque ad mortem Pontificis residere: postquam autem decessisset, homicida reuertebatur in terram suam. Hoc ipsum inter Ethnicos & alios populos, quam Hebræorum obseruatum cognoscimus ex M. Tullii Ciceronis verbis, *pro Aul. Cæcin. Exsilium*, inquit, *non est supplicium, sed profugium, portusque supplicij. Nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eo solum vertunt, hoc est, locum & sedem mutant. Itaque in nulla nostra lege reperietur, apud ceteras ciuitates maleficium vllum exsilio esse mulctatum: sed cum omnes vincula, neces, ignominiasque vitant, quæ sunt legibus constitutæ, confugiunt quasi ad arma in exsilium. Qui si in ciuitate legis vim subire vellent, non prius ciuitatem quam vitam amitterēt.* Et alibi. *Quid enim exsul ipsum per se nomen calamitatis, non turpitudinis.* Memphitarum lege homicida, qui etiam inuitus occidisset, exsulare debebat, & proficisci ad Gymnosophistas: neque prius in patriam redire poterat, quin ab illis fuisset absolutus: & si illi absoluere nollent, in mōtibus errabat, donec Gymnosophistas illius misereret, vt ait Philostrat. *lib. 6. de vita Apoll. c. 3.* Apud Græcos fortuiti casus voluntario exsilio damnabatur. *Xenoph. lib. 4. de Cyri minoris expedit. Homer. Ilia. 2. l. aut fatta, §. euentus de pœ. in P.* Et erant homicidarum homicidia permixti, donec de his cognitū fuisset. Sicque refert legē Demosthenes, *aduer. Aristocratem. ἔστι γὰρ νόμος ἐπὶ φονικοῖς πατρίοις, ἐὰν ἄκων τις κτείνῃ, φεύγειν τὴν χώραν ἐν ἔτεσιν ἐκβολῆς, καὶ ἄθλων καὶ ἱερῶν ἀπεργεσθαι, ἕως ἂν τὸν ἀνηκέστως, &c. Si quis homicidam cæciderit aut cædis eius causſa fuerit, is abstineat foro collimitio, & ludis & sacris Amphictyonis, perinde ac si Athenienſium occidisset.*

¶Hi † qui ita voluntario exsilio ob metum alicuius rei se pa- 12
triæ subtrahebant, mea sententia profugi nomen merentur, *αὐτόμολοι*, vt apud Plautum.

Quid nunc agam nescio, vt nisi improbos famulos imiter, ac domi profugiam.

Ita ferunt Cononem ducem Athenienſium, impatiētem cladis acceptæ à Lysandro Lacedæmonio, in prælio nauali, spontaneū delegisse exsilium, & fugisse ad Artaxerxē Persarū regem in Cyprum, cuius auxilio postea patriā in libertatē asseruit. *Liu. lib. 69.* Et Protagoras Abderites Menandri filius, & auditor Dē

Digitized by Google

mocriti, accusatus ab Athenien sibus, quod Persarum magiam & disciplinam didicisset, sponte exsulauit. L. Apuleius Saturnius trib. pleb. cum se videret odiosum ob legē Agrariā, aliasque factiones, Rhodum profectus est in voluntarium exsiliū.

13 ¶ Exsilium† inuoluntarium, & in pœnam inflictum, proprie & improprie, vt monui, dicitur, proprie deportatio est, quæ erat perpetua in exsilium, seu in insulam commutatio: quæ pœna, quia adimebat ciuitatē, *l. inter pœnas, 6. de interd. & releg.* erat grauissima, & capitalium criminum, vt eā non liceret præsidib. prouinciarū incōsulto principe, aut fine eius cōsēsu imponere, etsi præfecto vrbis liceret. *d. l. inter pœnas.* Et, vt Plinius ait, non liceret de exsilio nisi die quadragesima quinque electis viris dare tabellam. *lib. 29. c. 21.* Deportati cum ciuitatē amitterēt, & bona, nec manumittere poterant, *l. 2. de inter. & relega.* nec testari, *l. 1. §. hi, de leg. 3.* non ab intestato filiis hereditatem relinquere, *l. 3. de interd. & releg.* P. nec potestatem in eos habere, *§. cum autem, quib. mod. ius pat. pot. sol.* non legatum accipere, *l. si deportati serui, §. 1. de leg. 3.* Omnia quippe bona deportati fisco applicabantur. *l. deportatorū. C. de pœn. cum simil.* Proxima morti est in insulā deportatio. *l. capitalium, de pœn. in P.* nā apolides, omnib. iuris ciuilis priuilegiis exuti, retinent tantum quæ iuris gentiū sunt. *Mart. l. quidā sunt, 17. de pœn. in P. l. si deportati serui, §. 1. de lega. 3. l. consilio, §. pen. de curat. furio. C. l. legatum, de cap. dimin.* Et in summa deportatio, rerū omnium spoliatio est. Sicut restitutio deportati indicat, quæ bonorum ac dignitatis vno nomine amissorum est recuperatio, *vtrumque Constant. in l. fi. §. fi. C. de sentent. pass. & restit. lib. 9. C. tit. fi. & l. 1. eo. tit.* ita amissis bonis, ciuitate relicta, nudus exsulat, vt ait Paulus Iurisconsultus, *l. tutelas, 7. §. fin. de cap. dimin. lib. 4. P. tit. 5.* Philo Iudæus, *lib. de Abrahamo* tradit secundam ab extrema capitali pœnam atrocissimorum criminum conuictis imponi à Iurisperitis exsilium: suo autem iudicio, vltimo eam esse supplicio grauiorē. Siquidem mors calamitatum finis est: exsilium vero non finis, sed malorum nouorum initium, dū euitata vna sensu carente, innumeræ mortes sentiuntur. Et certe quo magis supra omnia nobis chara patria, & proximi, & amici ibidē exsistentes, eo maior & asperior quotidiana pœna, di uulsum & priuatum illis se videre.

14 ¶ Formam† habet deportationis relegatio, quæ in perpetuū, vel ad tempus fit: verum non ita seuerum habet iudicium, vel exsilium. Nam in deportatione locus certus deputatus & definitus pœnæ caussa, ex quo excedere non licet, vt in Pathmon insulam deportatus fuit D. Ioannes Euangelista. Vocaret idioma tritum confinatos deportatos, quasi intra fines concluſos. Hoc ipsum in relegatione, sed eius mitior caussa. Siquidē relegati in potestate liberos suos retinent, & omnia alia iura sua, & bona, præter ea quæ eis per sententiam mulctæ nomine erepta sunt. Sicuti potest adimi iis, qui in perpetuum exsilium relegati sunt, *Marc. omnia hæc, in l. relegati, 4. de interdict. & releg.* etsi iis quoque insulam designatam egredi non liceat. *l. relegati, & l. exsilium, 5. eod.* At deportatione in perpetuum quis insulæ vinculum subit: relegatione ad tempus, & in perpetuum, sed cum retentione bonorum suorum, & factionis testamenti actiuæ & passiuæ, & ciuitatis. *l. relegatorum, 7. §. hæc est differentia, & §. seq. de interdi. & relegat. P. l. capitalium, de pœn. P.* Ideo præsidibus prouinciarum permissum est in insulam relegare, si suæ prouinciæ insula sit: vel si alterius, consulto principe. *dict. l. relegatorum.* Et istę propriæ differentiæ sunt Iurisconsultorum, cum apud Latinitatis auctores deportatio pro relegatione, vel in aliā regionem vel ciuitatem translatione simpliciter accipiatur, vt notat P. Crinitus, *lib. 22. de hone. disciplc. c. 5.*

¶ Hebræi populi ob scelera in seruitutem ducti & capti exsu
15 larunt à propriis penatibus transl ati in Babylonem per transmigrationem sub Nabugdonozor, anno eius imperii 3. Et postea aliis duobus temporibus. Iterum tempore Vespasiani capti Iudæi, deportati in Hispanias, & alio. *in l. qui scribitur. sedec Olam Zutha. breue chronicum mundi Hebræorum.* Transtulit Salmanasar rex Assyriorū capta Samaria, Israelē in Assyrios, tēpore, quo Acham erat rex Iuda. 4. *Reg.* 17. Et iterū anno 9. Oseæ regis Samarię, capta Samaria, rex Assyriorum transtulit Israelis populū in in Assyrios, & constituit eos in Haila, & Abor fluuiis. Gozam in ciuitatibus Medorum, 4. *Reg.* 18. Recepta etiam exsilij deportatio iure pontificio, postquam quis verberib. publice castigatus clericus, primum ordine priuatur, *c. 1. de cal. lib. 5. Decreta. tit. 2. c. hi qui. 3. q. 4. Barbat. in c. cum non ab homine. col. 6. vers. & dicit hoc, de iudic. vide Præpos. in c. in primis, 2. q. 1.* Prodest interdum conuersis, pro salute animæ suæ, mutatio loci. Plerumque enim, dū mutatur locus, mutatur mentis affectus. *c. Valet, 81. dist.* Facit & c. 1. de raptor. vt possit latam fugam reo episcopus imponere.

¶ Alia† relegatio est, quæ non habet assignationē loci, intra quē
16 quis se debeat continere, vt præcedens: imo contra habet liberas nationes, & vagandi, demto vno loco, qui interdicitur. licentiam. Et ita relegatio ab illo loco, vel exsulatio dicitur, *l. exsilium, 5. de interdict. & releg. in P. l. relegatorum, 7. §. solet, eod. tit.* & interdictio. Sic in exsilium damnatus Cicero à Crasso, Cæsare, & Pompeio. Facultates tamen eius publicatæ, ædesque eius, tāquam hostis, solo æquatæ & earum area templo Libertatis cōsecrata fuit, iussus abesse Roma 468. millia passuum: prætereaque edictum, vt si intra eos fines venisset, & ipse, & qui eū susceperisset, impunè à quovis occidi possent, *Dion. Cassius lib. 38. hist. Rom.* Eam pœnam quoque Fridericus *in §. 2. vers. qui vero ad prædict. & pœnam, de pace tenenda, lib. 2. Feud. tit. 53.* Imperator imponit pacis initæ violatoribus, vt si bona non habent, ex quibus mulcta indicta solui non possit, corporis sui correctionem in verberibus patiantur, & procul ab eo loco, quem inhabitabant quinquaginta milliaria, per quinquennium vitam agāt. Ad hanc interdicti speciem pertinet illa, quæ Mariæ sorori imposita est, vt extra castra moraretur, neqsin ea reuerteretur per aliquot dies, *Num. c. 22.* Interdictio etiam aliquando continet, ne quis certū locum egrediatur, vel domum suam *l. fi. de interd. & releg.* vel alterius, nos dicimus *bailler l'arrest en sa maison, ou ailleurs.* Si autē quis in certo loco concludatur ad tempus, vel in perpetuū, tūc nō erit interdictio simplex, sed potius carcer, custodia vel publica, vt infra in carceribus, Deo fauēte, dicemus. ¶ Et †generaliter 17
interdicere, nihil aliud est, quam prohibere & denuntiare. *§. sic tamen, de interd. apud Iustin.* Sic dicimus administrationem interdici tutori accusato de suspecto, *§. si quis autem, de suspect. tutor.* & prælato res eccle siæ dissipanti, *c. vlt. extra. de accusat.* Ita interdicere patria, *l. nulli, 10. de sent. & interloc. omn. iud. lib. 7. C. tit. 45.* & sic de similibus, nos *bannissemēt* dicimus interdictum hoc, exsulare: quod generale est, vel particulare. Generale, est late fuga dictū, *l. exsilium, 5. de interdict. & releg.* quando vniuersorū locorū fit interdictio: vt cū quis iubetur fines regni, vel prouinciæ excedere, Particulare est rerum locorum cū prohibitio. Omitto interdicta locorum & personarum, quæ ex censura ecclesiastica pendent, de quibus, Deo fauente, paulo post. Est & pœna illa statuta interdictio, quæ patronis causſarum sit ex causſa, ne intra annum, vel in perpetuum postulent, ne certis personis adsint, ne in tribunali præsidis causſas agant, vel in alio certo tribunali. Interdicitur & foro, id est, forēsibus negotiis, & aliis priuatis actionibus, quæ explicat Vlpian. *l. moris, 9. de pœn. in P.* Et apud Demosthenem *aduersus Aristocrat.* de homicidæ inuoluntarii exsilio, *ὅτι κἂν ἑκὼν ἴσον τοῦτο τοῖς ἀκουσίοις τοῦ φόνου τοῦ εἰς τὸν ἐπὶ πόντιον*, id est, *terminus est homicidii omnibus, interfectis patria prohiberi.*

¶ In† exsulibus gradus pœnarū sunt. Ideo si quis ad tēpus relegatus est simpliciter, ante redeat, in insulā relegatur: *si is qui* 18
relegatus est in insulā, eam excesserit, deportatur: qui deportatus euaserit, capite puniatur, *Marc. l. relegati, 4. & Gallistrat. l. capitalium, 28. de pœn. in P.* Non enim licebat excedere præscriptos exsilii fines, ne pœna & iudicia illudantur. Proinde relegatus quidam à Iulio Basso proconsule, ante tempus elapsum in prouincia interdicta morari repertus, vinctus ad præfectos prætorio missus est per proconsulem Caiā Plinii, qui despiceret, ad damnati in metallum, an summo supplicio, secundum gradus qui in pœnis obseruantur, affici deberent, *Plin. Nepos, lib. 10. Epist.* Draconis leges permittebant exsules capere propria auctoritate, deferre, & occidere, *Demost. contra Aristocratem*, scilicet si in locis interdictis reperiebantur. Et disputant nostri, num hodie id liceat. *Bart. Bald. Paul. Castr. in l. 1. C. de summa trinit. Albe ric. de Rosate in l. seruus. C. de his qui ad eccles. confug. in ca. statuimus, 17. q. lib. 4.* Et ex præscripto consuetudinis rati quidam sunt, & licere propria auctoritate: mihi id non placet, sed capi quidem posse arbitror, & non nisi iudicis auctoritate necandos. Nam & in deportare, iudicis pronuntiationem, vt capitali sententia mulctetur, exigit Martianus, *l. 4. de Pœn. in P.* Nec est singulis concedendum, quod per magistratus fieri potest, *l. non est singulis, de reg. iur.* Idcircoque iudiciorum vigor est, ne quisquam sibi valeat indulgere vindictam, *l. nullus, C. de Iudais.* etiā si quis (celeberrimus dicatur, ne prętextu zeli Reip. quis vindictas exerceat priuatas, *l. fi. de malef. & mathe. C.* Et inauditum, & aliquando ante necauerit, quam examinauerit: cum tamē indicta causſa nemo damnari debeat. *l. 2. de sicar. in P.* ¶ Quod † & senatus- 19
consulto est Romę sancitum, teste Tacito *Annal. lib. 18.* Verum tamen obseruandum est, damnatos in exsilium temporale, si post sententiam retineatur carcere, tempus illud carceris computari pro tempore exsilii. Et si pendere custodiæ lapsum sit tēpus, non posse in exsilium mitti, sed solui à carcere liberos, ac si impleſſent exsilium, *l. omnes quibus. 23. C. de pœn. libr. 9. tit. 47.* Veluti & qui verè exsularunt, tempore impleto, in carcerem cō iici ex priore delicto, vel loco interdicto antea arceri nequeat, *l. pen. C. de pœn.* Quę notabilia sunt in fauorem reorum, qui damnati ad remos sunt, & in similibus, quos vocant bannitos.

De pœna ieiunii & abstinentia à cibis.

Cap. 7.

1 *Ieiunij laudes.*
2 *Ieiunium in pœnam quomodo datum.*
3 *Ieiunium abstinere à peccatis optimum, quod iungitur corporali. Ieiunium purgare animā à peccatis ex religione, & Ecclesiæ comprobationibus ostenditur, eod.*
Ieiunia statuta, & indicta quæ, eod.

Quarta

Digitized by Google

1 QVæ†tta pœna diuina erit ieiunium,& abstinentia ciborũ. Scio ieiuniorum vires plures esse,verũ & illa est pro peccatis eluendis,sicut ex D.Ambrosio *Serm.de Helia & ieiunio,c.3.* coniicimus.*Quid est*,inquit,*ieiunium, nisi de substantia, & imago cœlestis,refectio animæ.cibus mentis?ieiunium, vita est angelorum, ieiunium culpæ mors, excidium delictorum, remedium salutis,radix gratiæ,fundamentum castitatis.*¶Omittam†reliquas vires eius,tã
2 tum illud,quod institutum est,persequar:in pœnam ieiunia indicta,vt soluatur delictum & reconciliatio fieret cum Deo,qui inimicus erat ob peccatũ.Alia ex theologis cognoscenda relin quam intacta: nam in illis copiosè demonstrandis laborarũt & antiqui,& recentes sacri patres,vt Diuus Basilius *serm.de ieiunio*,Diuus Ambrosius *de Helia & ieiunio, & serm.40. de ieiuniis Niniuitarum*,Bernardus *Serm.4.in initio ieiunij*,D.Chrysostomus, *de ieiunio & tentat.Christ.Gregor.Nicenus orat.de pauper.emandis*; & alii.¶Ieiunium † quidem magnum & optimum est,abstinere
3 à peccatis,& illecebris voluptatum,*c.ieiunium de consecrat. dist.5.*Et sine quo corporis ieiunium parum prodest,*Iesa.c.58. Eccles.54. can.nihil prodest.de consecrat.dist.5.c.auctoritatem,15.q.6.* Verum & hoc,quod à cibis est,corpus affligit & diuexat, vt melius spirituali ieiunio obsequatur,*D.Chrysost.tomo 1. homil. 8. in Genes.*& iam immissas eluat antidoto sordes.Sicut initio abstinentia & ieiunium ligni vitæ indultũ, ne incideret homo in peccatum,*c.sexto die*,35.*distinct.* Ergo ad pœnam quoque pertinere ieiunium doceo ex sacra scriptura,& sacris patribus. Etenim per Iohelem *cap.2.*Deus sic loquitur,*Convertimini ad me in ieiunio,fletu,& planctu,& scindite corda vestra,& non vestimẽta vestra.* Audita prophetæ comminatione ieiunauit Achab rex Samariæ,& dormiuit in sacco,*3.Reg.23.*Et Iudith *cap.3.* dicebat, *si in ieiuniis & orationibus permanserit coram domino,exaudiet preces vestras.*In pœnam esse & docet Dauid,*Psalm.34. humiliabam in ieiunio animam meam,& oratio mea in sinum conuertetur.* Et Moses in Numerorum libro *ca.30.si mulier iuramento & voto se constrinxerit,vt per ieiunium & ceterarum rerum abstinentiam affligat animam suam,in arbitrio viri erit.si faciat,&c.* Solentque oratione & ieiunio dæmones,qui corpora obsident, & mentes edomari, *Marci 9.Sicut in visceribus puerorum*,inquit Diuus Basilius *Serm. de ieiunio,vermes acutis medicinis expelluntur: sic peccatum in animo radicatum,ieiunium interficit.* Et D.Ambrosius, *appetentia voluptatũ confixit Adamum à mandatis Dei excidisse. Quomodo igitur nos voluptas ad paradisum reuocare potest,qua sola nos paradiso eiecit? Vnde dominum volens nos aduersus diaboli tentamenta fortiores reddere,certaturus ieiunauit, vt scirem⁹ quia aliter illecebras mali non posse nos vincere. Aut quæ salus nobis esse potest, nisi ieiunio eluerimus peccata nostra?* Athanasius *li.de virginitate. Ampletiamur val de ieiunium,magnum enim munimentum est ieiunium, & oratio, & eleemosyna, cum ex morte homines liberet: vt initio ob escam & inobedientiam perturbatus est Adam ex paradiso,ita rursum per obedientiam & ieiunium in paradisum, qui volet,redibit.* Cum per id ieiunium Dei gratia ad miserendum flectatur, ieiunium delinquẽtis vulnerat curat, curatos sanctificat,*d.c.sint tibi ieiunia, de consecrat.dist.in.5.* Satisfacit pro commissis,*can.igitur,76. distinct.* non tantum viuentium,sed & eorum, qui iam hinc emigrarunt, *c. animæ defunctorum,13. q.2.* Neque soli populi, qui Dei veri cognitionem habuerũt, ieiunia ad expianda delicta valere, & ad purgandas animas existimarunt: sed & inter Ethnicos ii, qui serio philosophati sunt.Arque Clemens Alexandrinus *strom.adhortat.ad gentes*, mysteriorum Eleusiniorum signum fuisse, hæc verba tradit: *Ieiunaui, potum confectum bibi, ex cista accepi: posti quam feci,deposui in calathum & ex calatho in cistam.* Porphyrius testatur *lib.2.de abst.animal.vbi de his plura vide*, theologos gentilium iubere suis sacrificulis antequam sacrificarent, purgare animum ieiunio,ac præcipue animalium abstinentia. Existimant namque,inquit,sanctam animi puritatem, symbolũ esse characteremque diuinũ,quo custodiaris:adeo vt nihil patiaris ab spiritibus dæmonum.Quãmobrem quia in pœnam delicti & ieiunia inflicta.quia omnibus tẽporib. anni peccatur,omnibus quoque tlata quædam ieiunia,*c.huius obseruantia,76. distinct.* quædam etiam indicta& repentina,vel à nobis ipsis,vel à superioribus.Stata sunt in temporibus decretis,prout refert Gratianus per totam septuagesimam sextam distinctionem,vbi & patrum leges adfert.Et Innocentius tertius in c.1.&2.de obseruat. ieiunio.*lib.3.Decret.tit.47.*& alii,*Albert.in diction.in ver.ieiunio.*

Vt immorari hic non expediat. Adiicia tãũ Acrium hæreticũ fuisse,olim iudicatum, quod tempora præstituti ieiuniis non debere dixerit,teste Epiphanio. Indictum ieiunium est, quod extra tẽpora decreta ieiuniis ob placandã irã Dei indicitur,vel ob aliã caussam:quod nisi quis seruauerit legitime indictũ,concilio Maguntinensi anathematizatur,*in conc. Maguntin. can.35.*Sic filii Israel contra Philistæos pugnaturi indixerũt ieiunium:ieiunauerunt,& clamantes dixerunt Deo, *tibi peccauimus Domine,1.Reg.7.*Et Dauid propter infirmitatẽ filij sui sibi indixit ieiunium,*2.Reg.3.*Et Iudith tempore indictum populo meru Holofernis.*Iudith 4.*Et cum eradenda esset Iudæorũ gẽs ab Assiero, inuidia Amanitis,per Hester indictum ieiuniũ, *Esther ca.14.* Et tempore Iohelis,*Iohel. 14.*& Ionæ inter Niniuitas. *Iona cap 3. Matth.12.Luca 11.* Gradus abstinentiæ plures sunt in ieiunio ſtato,vel indicto.Nam aliis licet aliquibus temporibus lacticinia edere,aliis non licet,aliquando oleribus tantũ & vino vti,aliquãdo pane & aqua solum.Quæ omnia vel lege,vel consuetudine recepta sunt,vel proprio statuto. Vnde ieiunium aliud alio leuius & grauius, ratione rerum,personarum,& tẽporis,& criminis,vt licet obseruare ex canonibus pœnitentialibus,*c.hæc omnia,72.distinct.c.accepisti,de spons.al.duor.ca. admonere, 33.quæst.2.c.accessisti,de accusat.extra. c.quicunque, 6.quæst. 1.c.qui compulsus, 22.quæst.5.can.si quis consultus,&c.daemon,22.q.2.c.dicus, de pœnit.& remiss.*

De Excommunicatione.

Cap. 8.

1 *Excommunicatio pœna diuina est,& quomodo.*
Quid, & species. Et 2.
3 *Excommunicatio ciuilis quid,& à quo fiat.*
4 *Aqua & ignis interdictio quid.*
Regis delinquentis modus punitionis.eod.
5 *Aqua & ignis in nuptiis mysteria.*
Externa quare quis dicitur.eod.
6 *Aqua & igne expiata crimina.*
Expiatio criminum aqua & igne,quomodo fiebat ethnicis,eod.
7 *Igne expiari posse scelera quomodo ethnici & nostri docent.*
8 *Deportatio successit in locum interdictionis aquæ & ignis, quæ.*
9 *Excommunicatio ecclesiastica qua,& minor,& maior.*
Sacrificium interdicere maxima pœna.eod.
Exsecrationum diræ atroces.eod.
10 *Excommunicatio minor à quo, & ob quæ infligatur, & quis solu mat.*
11 *Interdictum ecclesiasticum quid,& species.*
12 *Suspensio ecclesiastica ab officiis,& beneficiis quæ.*
13 *Excommunicatus excommunicatione minori à quibus abstinere debeat,& quibus ex caussis quis ipso iure in eam excommunicationem incidat.*
Excommunicati ecclesia removendi.eod.
14 *Excommunicatis non communicandum,imbibitur pœna simili excommunicationis,exceptis quibusdam personis.& 15.17.*
15 *Abstentus,excommunicatus dicitur,eod.*
16 *Hæreticum hæredem instituens,excommunicatus est.*

QVinta†pœna diuina excommunicatio erit,quæ postea ab 1
ecclesiastica disciplina vsurpata est.Ad cuius vim & auctoritatem explanandam primũ admonebimus,quid sit,& quomodo diuidatur.¶Nomen†generale quippe excommunicatio,est 2
quæ à communione depulsio seu separatio.Pro nde tot possunt esse excommunicationis species,quot communionis seu communicationis,à quibus eiicitur.Est communicatio cum Deo,& cum hominibus. Rursum ea,quæ cum hominibus,vel est societas ciuilis,seu ecclesiastica. Igitur tot excommunicationes. Prior ea,quæ separat à Dei gratia:alia,quę separat à societate ciuili:alia,quæ à Deo,& societate ciuili piorũ. De prima certũ est,vt ait quinta synodus,*c.certum est,24.q.3.*impium esse omnino separatum à Deo,quamdiu non reconciliatur. Quod & firmat D.Hieronym.in eo,qui in peccatum mortale incidit, ob quod recedit Deus ab eo,*D.Hieronymus in lib.Ind & vocandi*, tit. *q.3.* Ciuilis excommunicatio fit auctoritate hominum,& sentẽtia,sicuti superior à solo Deo.¶Eius† generis sunt exsilia,inter 3
dictiones,relegationes,& deportationes,quibus cõmunio certæ societatis,ciuitatis,oppidi,regionis,regnive interdicebatur, de quib.supra.¶Sed†illa acrior, quæ erat aquæ & ignis interdi ctio:nam quibus aqua & igni interdicebatur, societas omnino hominum & commercium prohibebatur,ne quis eos vrbe, mẽ 4
sa,lare,tecto reciperet. *Alexan.ab Alexand.lib.3.genial.dier. ca. 5.*nõ ad sacra admitteret.Plinius *li.6 cap.22.* scribit,in Taproba na insula,fere extra orbẽ relegata,regẽ,si quid delinquat,morte mulctari,nulla vi interueniente,sed auersantibus cunctis,& commercia etiam sermonis denegantibus.Herodotus *lib.8.* de Aristodemo loquẽs,qui saluus ex trecentis Lacedæmoniis,qui fortiter cum Leonida contra Persas occubuerant, euaserant: *Nullus*,inquit,*ei ex Spartiatis ignem accendebat, nullus ei colloquio communicabat.* Sic Cæsares,*l.hi qui sanctam,3.de apost. lib. 1.C.tit. 10.* voluerunt Theod.Valen.& Arcad.eos,qui à fide Christiana in idololatriam lapsi sunt, à consortio omnium hominum segregari:maioremque pœnam illam existimarũt, versari inter homines,& hominum carere suffragiis, quam procul abiici, & longius amandari. Cicero *pro domo sua.Qui erant reorum capitalium damnati,non prius hanc ciuitatem amittebant quam erant in ea recepti quo vertendi,hoc est,mutandi soli caussa venerant.Id autem vt esset faciendum,non ademtione ciuitatis,sed tecti,& ignis & aquæ interdictione faciebant.* Sic lege Draconis iussum,*Demosth.in Leptineum*,χερσίν τε ἁγνὰς τὰς ἀπὸ σφάγιον, σπονδῶν, καὶ ἱερῶν, ἀγορᾶς, homicidam arceri ab aqua lustrali expiationibus, libationibus, crateribus,sacris,& foro. Et vt ait Iuuenalis,*Satyr.4.*

Digitized by Google

—vltimus autem
Ærumna cumulus, quod nudum, & frustra rogantem,
Nemo cibo, nemo hospitio, tecloque iuuabit.

5 ¶ Appellatione † aquæ & ignis, videbantur omnia auxilia humana denegata, quod aqua & ignis, duo hominibus summe necessaria vita sunt, vt explicat post Lactantium, *lib. 2. de diuin. institu.* Budæus *in l. 2. de pœn. in poster. annot. in P.* Et Scæuola *in l. Seia, 67. §. 1. de don. int vir. & vx. lib. 24. P. ti. 1.* aqua & igne inter coniuges cõmunicatis, fieri nuptias olim tradit, & inseparabilẽ societatem. Et certe maximum esse videtur delictum, ob quod, quæ communia omnibus sunt, denegantur, *Causa nascendi*, inquit Varro 4. *de ling. Lat. & 11. de vita pop. Rom. duplex, ignis & aqua: ideo ea in nuptiis in limine adhibentur: quod coniungit hic, & mas ignis: quod ibi semen, aqua femina, quod fœtus ab eius humore, & eorũ sanctione sumit Venus.* Meminit & eius ritus Nonius, sed addit maritum item à foco titionem accipere ex felici arbore, & cũ eo aquali aquã deferre. Proinde is, qui his priuatus est, extorris dictus. Interdicebatur autem illis duobus, quos vita priuandos notabant. *Initium necessariæ rei vitæ hominum*, inquit Ecclesiasticus, *c. 39. aqua, ignis.* Proinde libertas viuendi quoquẽ in his duobus. Sic enim scriptum est, *apposui tibi ignem & aquam*, inquit Deus, *porrige manum tuam ad quod voluero*, eod. c. 16. Explicat dehinc statim, ante hominem vita & mors, bonum & malum. Seruius in illa verba Virgilii 12. *Æneid. Qui fœdera fulmine sancis.* Ad facienda fœdera ignis & aqua adhibebantur. Vnde contra, quos
6 arcere volebant à consortio, eis aqua & igni interdicere solebãt. id est, rebus quib. consortia copulabantur. ¶ Sed † & nihil prohibere mihi videtur dicere, ignis & aquæ interdictione, significari tam impium esse crimen, cui imponebatur, vt nulla expiatione remitti posset. Accipimus enim illis duobus elementis creditum apud omnes fere gentes expiari posse delicta, & purificari. Virgilius, *idem* 12. *Æneid.*

Tu genitor cape sacra manu, patriosque penates:
Me bello ex tanto digressum, & cæde recenta
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.

Sic marina aqua purificari omnia ait, dum agit de pœna parricidarum culeo insutorum. Ingredientes & egredientes domo, vbi mortuus erat, aqua se aspergebant Græci, vt se purgarẽt, quam semper eius causa tũc pro foribus habebant in vase, quod illis dictũ ἀφόδευον, vt ait Suidas, *in verbo ἀφόδευον*, Dido apud Virgilium *li. 4. Æneid.* sacrificatura inferis ait,

Annam, cara mihi nutrix, huc siste sororem,
Dic corpus properet fluuiali spargere lympha.

Et dum de Misseni sepultura, deque aspersione sociorum loquitur, ait: *Virgil. 6. Æneid.*

Idem ter socios pura circumtulit vnda,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ.

Vtebantur & pro ramo lauri, aut oliuæ, aspergillo: aquam etiam lustralem habebant in ingressu templorum, quam sacrabant extinguendo in eam torrem ex altari, vbi sacrificassent. *Vide Lilium Greg. Girald. de diis gentium, Syntagm. 17. dum de supplicationibus agit.* Sicut & apud Hebræos aquæ lotio ad emendationem pollutionis sæpe vsurpata est. *vt Leuit. 16. & 25. Exo. 30. Deuter. 23. 4. Reg. 5. cum similib.* Vsurpant eandem Mahumetistæ in Alcorano suo. Et Moscouitæ, aqua consecrata, quam hauserunt sacerdotes, & sacrarunt in die Epiphaniæ. Vtuntur posteà toto anno post confessionem ad expiationem peccatorum, teste Sigismundo Barone. *Sigismundus liber Baro, lib. de reb. Moscouitarum.* Melius nunc apud Christianos in baptismo verbis sacramentalibus constituto, ex Dei virtute, ex sacrosancta passionis Dominicæ efficacia & præcepto, eluuntur omnia peccata, & mortalia, *D. Ioa. Euang. c. 3. & 19. cum si filius, in fin. de consecr. dist. 4. c. maiores, de baptis. Matth. c. 28. cum similib. prædict. Ezechiel 47.* lustrali autem consectata venialia *x. aquam, de consecr. dist. 4.* ex adumbratione & prædictione legis antiquæ Mosaicæ. *can. nec quenquam eod. dist.* Vt & erat baptismus D. Ioannis in pœnitentiam. *Matt. 3. Mar. 1.* Igne quoque putasse expiari crimina antiquos apparet, quod cum aqua & eum in sacrificiis adderent: vt constat ex illis versibus Virgilij,

—Fontemque, ignemque ferebant,
Velati lino, & verbena tempora vincti.

Et Iuuenalis,

—Cuperent lustrari si qua darentur
Sulphura cum tedis, aut si foret humida laurus.

Virgilius purgationem omnem olim factam aut per aquas, aut per aerem sic innuit, *Virg. 6. Æne.* aut per ignem animarũ.

—Alia panduntur inanes
Suspensa ad ventos, aliis sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

8 ¶ In summa & expiationes animarum fieri igne credidерunt Plutarchus in Solei historia, *Plutar. lib. de consola.* & Plato, & D. Paulus, 1. ad Corinth. 3. Vnde scriptum, *Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Psal. 65.* Proinde ignis & aquæ interdictio docet inexpiabile scelus. In locũ autem istius pœnæ interdictionis aquæ & ignis successit deportatio. Successit autem, vt opinor, quando nullo modo commoti illa priuatione damnati, solum non verterent, nec abirent sponte, frontem fricantes, & impudenter sibiipsis consulentes, & malo essent exemplo. *l. 2. §. fin. de pœn. in P. l. 3. ad leg. Iul. peculat.* Quare & quia spõte mutare solum, pudore nullo suffusi nolebant, rectissime inductum, vt inuiti deportarentur in insulam, & inuiti tecto, lare, communione ve, patria carerent. Si enim deportatio à communione damnatum eximit, vt post mortem eius pœna maneat, nec liceat mortuum ex loco deportationis transferre alio, vel sepelire inconsulto principe. *Marc. in l. 2. de cadaver. punit. lib. 48. P. tit. 24.*

¶ Alia † & tertia excõmunicationis species est ecclesiastica, 9
quæ duplex est, minor, & maior. Minor arcet aliquem à communione templi, & à participatione sacramentorum, *cap. ea mens sam. §. euidenter, 11. q. 3. c. fi. de cler. excom. minist.* Hanc summoperè pœnam metuunt Vtuopienses in republica sua supra alias, sacris, inquam, sibi interdici, teste Thoma Moro. *Thomas Mor. li. 2. Vtopia.* Sacerdotibus Druidis etiam Gallias administrantibus maxima sacrificiis interdicere. *Si quis*, inquit Iulius Cæsar, *Iul. Cæsar, lib. 6. Commentar. aut publicus, aut priuatus eorum decreto non steterit, sacrificiis interdicunt, hæc pœna apud eos grauissima, quibus ita interdictum est, his numero impiorum, ac sceleratorum habentur, his omnes decedunt, aditumque sermonemque defugiunt: ne quid ex contagione incommodi capiant. Neque his petentibus ius redditur, neque honos illis communicatur.* Testatur & Æmylius Probus, *in vita Alcibiad.* Eumolpidas sacerdotes à populo Athenienſi coactos fuisse, vt Alcibiadem deuouerent, eiusque deuotionis, quo testatior esset memoria, exemplum in pila lapidea incisum, positum fuisse in publico. Idipsum & Plutarch. *in Alcibiad.* & Iustinus *in* 5. tradunt *Liuius libr. 6. dec. 3.* & eius execrationis morem refert. *Qui victus acie excessisset*, inquit, *eum ne quis vrbe, tecto, mensa, lare reciperet: diræ execrationem in populares obtestatione quæ, quàm sanctissimam potuerunt aduersus hospites composuerant.* Et iterum alibi. *idem, lib. 10. dec. 4. Huius atrocitas facinoris nouam veluti flammam regis inuidiæ adiecit, vt vulgo ipsum liberosque eius execrarentur. Quæ diræ breui ab omnibus diis exaudita, vt sæuiret ipse in suum sanguinem effecerunt.*

¶ Minor † infligi potest ab episcopo, & à quolibet inferiore 10
minore iudice ecclesiastico, *cap. cum ab ecclesiarum, de offi. ordin.* & pro contumacia & aliis culpis. Sicut etiam & proprius sacerdos scilicet, qui habeat excomlogeses audiendi potestatem: is enim proprius est, *cap. præsertim, 5. q. 1. & c. audi. 5. q. 3.* potest ab hac excommunicatum soluere: *§. duobus. & c. nuper. de sent. excom.* non autẽ à maiori, *d. cap. nuper, & c. ab excom. de rescrip.* ¶ Huc
11 † pertinere potest interdictum ecclesiasticum, *de hoc interdicto eccles iast. & variis membris vide arborem interdictorum, quæ in prine. lib. 8. C. ponitur, in comment.* quod certa species censuræ ecclesiasticæ est, quando prohibetur administratio sacramentorum, vel celebratio diuinorum officiorum, vel executio spiritualiũ quorundam actuum, in pœnam ob delictum. Estque interdictum seu interdictio, vel locorum, aut personarum, dũ ciuitas, clerus, populus, regnum, & similia interdictione plectuntur. *de quib. in c. cum si sententia, cum cap. seq. de sent. excomm. in* 6. Interdicti & excommunicati celebrantes, deponũtur: *cap. latores, 4. de cler. excommin. ca. fraternitatis, 6. eod.* & qui in loco interdicto sacra facit. *ca. postulastis, 7. §. quæsiuistis, de cler. excom. minist.* Sic duplex interdictum, reale, & personale. In reali res interdicitur, locus, vel prouincia; *cap. in partibus, de verb. sig. vide gl. in prag. sanctio, tit. de interd.* Idque vel in vniuersum, vel singulariter, vel in horrorem, vt si pollutus locus, *vt capitulo consuluisti. de consecr. eccles.* vel in honorem loci, ne ipse inhonoretur. *ca. final. de consecrat. dist. 2.* Interdictum interdum certis personis fit, vel à diuinis, vel ab ingressu ecclesiæ. *c. si quis de sent. excomm. in* 6. Fit & in genere: sicuti si interdicatur clerus, vel populus, collegium, vel vniuersitas, in quo & singulares eorum personæ sunt interdictæ. *c. si sententia, eod.* contra vniuersitatem vero non potest ferri sententia excommunicationis, ne contingat inde insontes quoque puniri. *c. Romana, §. fi. cod. in* 6. Huc etiam referenda suspensio, censura, inquam, qua certæ personæ ecclesiasticæ, officium, vel exercitium ei competens interdicitur, interdum ab homine, interdum à lege. *c. ad reprimendam, de offi. ordin. ap. Greg. c. cupientes, de pœn. apud Cle.* ¶ Casus autem, quibus incidit quis in suspẽsionẽ iuris, colliguntur ab scholiaste iuris pontificii. *glo. in d. cle. cupien.* Excõmunicatus excõmunicatione minori abstinere 12
debet à sacrosancta Dominica eucharistia, & aliis sacramẽtis ecclesiasticis: alioquin illa in sui damnationem aliquando susciperet. *c. fi. de cohabit. cler. & mulier. c. audi. 11. q. 3.* Ipso iure in hanc excommunicationem minorem incidere notatur sacrilegum *ca. miror*, notorium fornicatorem, *c. vestra de cohab. cler. & muli.* simoniacum, *c. tanta, de simon. ca. 2. & 1. de simo. in extra. com.* à manu laici eucharistiam suscipientem, *c. si quis de iuuenes, 17. q. 4.* Balistariorum in Christianos artem exercentẽ, *c. 1. de sagittar.* & alios, de quibus in rubrica, & Summ. de sententia excommunicationis, interpretes. Reducuntur autem omnes casus ad duo capita: primũ, vt hac minori censeatur excommunicatus, qui incidit in peccatũ mortale quodlibet. *Angel. de Clauasio in Sum. in verbo, excommunicatio. 4. probat d. c. ille qui. 6. q. 1.*

¶ Proinde † is non debet ad sacrosanctum pabulum 13
decedere, nisi confessus illud fuerit, & fuerit, absolutione & pœnitentia Deo reconciliatus, *capitul. final. de cleric.*

Digitized by Google

excommin. Et si peccatum sit occultum, ea excommunicatione minori certe à Deo seiunctus est, *d.c.audi.* si manifestũ, & quod hanc visibilem fidelium ecclesiam excõmunicatus minori sententia iure ipso fit, *c. vestra, de cohab. cler. & mul.* Et ideo sæpe olim à societate ecclesiæ, scilicet piorũ & à sacris, donec pœnituisset, pellebantur publice peccantes. Sic D. Ambrosius Theodosium Imperatorẽ, ob perpetratam in Thessalonica ciuitate cædem, cum Mediolanum uenisset, & solemniter templum ingredi voluisset, enarrata primũ immanitate sceleris, & quod minime deceret, vt iniustæ cædis sanguine pollutus, sanctũ Dei templum ingrederetur, ab ingressu prohibuit, dixitque, *Recede, recede, ne altero peccato priora crimina augere contendas, suscipe vinculum, quo te omnium Dominus nunc ligat, in hist. Trip. lib. 9. c. 30. & Theod. lib. 5. hist. c. 18.* Est enim hæc excommunicatio medicinalis, *c. 1. de sent. excom. in 6.* qua quis resipiscere adigitur, *c. multi, 2. q. 1. d. c. audi, c. certum, & c. corripiantur, 24. q. 3. c. notandum, eod. can. etsi. 11. q. 3.* Et ideo postea cum illis communicamus, dum se fideles esse futuros promiserũt, *c. sane, 24. q. 2.* Et excommunicatos ab ecclesia remouẽdos, donec pœnituerint, statuit cõcil. Antioch. *ca. 2.* ¶ Aliud caput excõmunicationis minoris, qua quis ipso iure notatur, est, si quis excõmunicato maiori excõmunicatione communicat. *c. præcipue, & c. si quis episcopus, & seq. c. sicut apostoli, can. episcopi, c. placuit, & ca. fin. 11. q. 3. Pan. in c. nulli, de sent. excom. c. super, eo. sermone, oratione, salutatione, comestione, osculo, quę vitari debent, c. si inimicus, & seq. 83. 6. q. 1. c. ad mensam, c. rogo, c. quatuor, cũ seq. can. excommunicatos, c. antecessorio, 11. q. 3.* Et in canonibus apostolorũ, *in can. 10.* sic cautũ. Si quis cum excommunicato, etiam in domo preces cõiunxerit, & ille communione priuetur. Et in synodo Carthag. idem statutum fuit, *ca. 9.* In Braccarensi concilio primo, *ca. 33.* qui pro hæresi, aut pro crimine aliquo excommunicantur, nullus eis cõmunicare præsumat. Quæ si quis spernit, voluntarie seipsũ alienum à communione facit. Et cõcilio Toletano primo, *c. 15.* si quis laicus abstinetur, ad hunc, vel ad domũ eius, vel clericorum, vel religiosorũ nemo accedat. Similiter & clericus si abstinetur, à clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui vel cõuiuari fuerit deprehẽsus, etiãsi ipse abstineatur: sed pertineat ad eos clericos, qui eius sunt episcopi, & ad omnes qui cõmoniti fuerint de eo qui abstinetur, siue laico quolibet, siue clerico.

85 ¶ Quo loci abstẽtus pro excõmunicato accipitur, sicut apud Cyp. *lib. 1. Epist. epist. 11.* dum ait, *Et idcirco consulte & cũ vigore se cisti, frater carissime, abstinendo diaconum, qui cum virgine sæpe manserit, sed & ceteros, qui cum virginibus dormire consueuerant.* Simile etiã ac in superioribus conciliis statutũ in conc. Antioch. *c. 2.* Accedit huc fundamentum præcepti Dei, vt qui nolũt audire ecclesiã, sint tanquam ethnici & publicani nobis. *Matth. c. 18.* cũ quibus nulla erat legitima Iudæis participatio, non cõmerciũ, seu communicatio, *Tobiæ 1. 2. Machab. 3. c. sicut satius, 18. q. 4. c. vestra, c. sicut de cohab. cler. & mul.* Et D. Paulus postquam ob fornicationem excommunicauit Corinthium, subiung. *1. Corin. 5. Si is qui frater nominatur, est aut fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, cum huiusmodi nec cibum sumere.* Et D. Ioannes *2. epist. ca. 1. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite eum recipere in domum, nec ave ei dixeritis, quia qui dicit ei ave communicat operibus eius malignis.* Et in summa qui extra nos sunt, iure communicare nobiscum non possunt, *c. illi qui illa peccata, 6. q. 1.* Eo pacto & excommunicatus est, qui excommunicato literas mittit, *c. vbi periculũ, 5. nolli etiam, de elect. in 6. & ibi Archid. & Io. Andr.* quia per literas loquimur, vel per nuntium, *L. & licet, de const. per. in fi. consuetudo, de act. in P.* Quamobrem colligimus, excommunicato nõ esse communicandum, ne excommunicatio in alium sic transeat, *c. si quis laicus, 6, excellentissimus, 11. q. 3. & c. sane quod, 24. q. 2.* Et Zonaras videtur sanctionis istius reddere rationem, contẽtũ & calumniã eius, qui separauit, si non videtur separatus, quasi is male separauerit, *Zonar. super c. 11. Apostol.* Sed contemtus Dei adest, quia nõ homo solus ligat excommunicatione, sed Deus, *c. nemo contemnat, 11. q. 3.* qui auctoritatem ligandi & soluendi dedit, *Matt. c. 16.* Ideo siue iuste, siue iniuste lata fuerit, propter auctoritatẽ ligantis timenda, *c. 1. 11. q. 3. c. qui iustus, eod.* antequã de iniquitate appareat, *ca. si episcopus, 11. q. 3.* vt si quis eam tũtẽnat, ipso facto incurrat excõmunicationem, *d. c. qui iustus.* Quanquã iniusta coram Deo non liget, *c. quomodo, 11. q. 3.* Proinde & magis hactenus responsum est cum pagano communicare, quam cũ excõmunicato, *c. ad mensam, 11. q. 3.* Is enim gẽtilis cũ melior fieri possit, nondum veritatẽ amplexus, lucro ecclesiæ esse potest: at excõmunicatus in cõmunionem admissus, deterior fiet impœnitẽs, & idcirco cõmerciũ nobiscum habere prohibetur, vt erubescat, & confusus resipiscat, *ca. si inimicus, 93. dist.* Quare & qui scit solus occultum esse excommunicatum, & is eum deuitare tenetur, *c. si tantum, & c. seq. 6. q. 2.* Et si manifeste excommunicatus ingrediatur ecclesiã, reliqui, qui in ea ecclesia, seu sancta basilica sunt, egredi potius debent, quã cũ ibi pati, *c. omnis qui, 24. q. 1. & ca. sicut Apostoli, 11. q. 3.* excepto sacerdote, qui sacrã liturgiã perficit, & incepit sacrum diuini officii canonẽ, *ca. nihil,*
86 *7. q. 1.* ¶ Quinimo & eis excõmunicatur post mortẽ, qui hæreticũ constituit heredem, *c. sane proponitur, 24. q. 2.* Is namque excõmunicatus est hæreticus, *c. quod autem, 4. q. 1. c. excommunicatus, ca. abolendam. de hær. apud Greg.* Ideo nec viuis nec mortuis cũ eis communicare oportuit, cum quibus nec viuentibus licuit, *c. sane, 14. q. 2.* Debet etiam & iisdem rationibus prælatus ipse ab altero prælato excommunicatum vitare, & iubere à sibi subditis euitari, *c. cura, 11. q. 3.* aliter deponendus est, *c. Theogaldum, & c. qui cunque communicauerit, 11. q. 3.* Antiqui ethnici etiam non admittebant sceleratos & criminibus grauioribus notatos, ad sacra, vt in Eleupiniorum sacrorum initiatione, impios & sceleratos submotos voce præconis constat. Quare nec illis interesse ausum Neronem, Suetonius *in Ner.* ait. Et Iulius Capito. *in vita Antonini philosophi*, Marcum Antonium Eleusiniæ Cereris templum adiisse scribit, & sacrarium, vt se innocentem approbaret, referẽs Statius Papin. *lib. 3 Syluarum*, quædam scelera, ob quę arcebantur homines à sacris, & ait;

Adeste,
Dęque homine sque sacris procul hinc, procul ite nocentes.
Si cui corde nefas tacitum, sessique senectus
Longa patris, si quis pulsus conscius vnquam
Matris, & inferna rigidum tenet Æacen vmat
Insontes castosque voco.

Scribit & Lamprid. *in Alex.* Iussitque quemadmodum in Eleusiniis sacris dicitur, vt nemo ingrediatur nisi qui se innocentem nouerit. Arnobius *lib. 7. aduers. gentes*, testatur gentes dum mactarent diis suis & adire disponerent eorum templa, ab omni se labe puros, lautos, castissimosque præstitisse. Idem & Lactantius inhuit, *lib. 5. c. 20.* Et Tibullus *lib. 2. Eleg. Elegia 1.*

Vos quoque abesse procul iubeo, discedite sacris,
Queis tulit hesterna gaudia nocte Venus.

¶ Sunt tamẽ personę aliquę, quæ possunt impune personis excommunicatis communicare, ob necessitudinem & præcedentem coniunctionem: qualis vxor, filius, seruus, qui ignorat excõmunicationem: & qui impellitur necessitate, vt cum excommunicato participet, vt mendicus, *c. quoniam multos, 11. q. 3. & 6. excellentissimis, &c.* quiue ea mente cum eo communicat, vt corrigat, *c. antecessor, 11. q. 3.* In Gallia ex synodo Basil. *seu prag. sanct. tit. de excommunic. non vitan. & in Concord. Leo. Pap. & Franc. de excomm. non vitan.* receptum, ne teneamur euitare excommunicatos ab homine vel à iure, siue suspensos, seu interdictos: nisi suspensio, interdictum, prohibitio, vel excommunicatio, quæ contra personas, vel collegium, vel vniuersitatem, aut alium locum certum, fuerint à iudice pronuntiata, vel denuntiata specialiter aut expresserint ita notorie in excommunicationis sententiam constiterit eos incidisse, quod nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari.

De maiori excommunicatione,

Cap. 9.

1 *Maior excommunicatio quid.*
Synagogæ priuatio maxima Iudæis pœna, eod.
2 *Anathema, excommunicatio maior solemnis.*
Anathema quid, eod.
3 *Sacer homo quid, & denotus.*
4 *Excommunicatio in locum mortis legis Mosaicæ subrogata.*
5 *Excommunicati ipso iure & ab homine.*
Excommunicationem ipso iure quibus casibus quis incurrit, & absolutus tantum à summo Pontifice, vel tantum ab aliis in mortis articulo, eod.
6 *Excommunicationis maioris casus, quibus absolui quis potest ab ordinariis.*
7 *Excommunicationis maioris mala.*
8 *Excommunicatio pro quibus caussis infertur ab homine, & quem communicare quis possit.*
9 *Excommunicatio non leuiter proferenda, & quomodo.*
Monitio sententiam iustam excommunicationis præcedere debet, eod.
10 *Excommunicationi caussa inferri debet, idem in absolutione.*
11 *Absolutio ad cautelam in quibus casibus detur.*
12 *Excommunicatio debet proferri studio corrigendi.*
13 *Formula certa eius, & debet fieri in scriptis.*
14 *Excommunicatio, vel monitio num possit ferri nemine excepto.*

MAior excõmunicatio dicitur, per quam quis separatur nõ tantum à sacramentorũ participatione, sed etiã ab omni ecclesiastica cõmunione: quando extra congregationem omnino fidelium eiicitur, *c. euidenter, 11. q. 3. & fere tota q. 3. c. Engeltrudam, 3. q. 4. c. à nobis, de excess. c. pen. de sent. excom.* De hac intelligitur illud, *D. Matt. c. 18. Si non audierit ecclesiam, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus.* Horum corpus dicitur dari Sathanæ, *1. ad Cor. 5.* vt anima eorum resipiscat. Nam Satanæ cõcedentur, qui cũ ecclesia non sunt fideliũ. Quemadmodum & apud Iudæos, qui grauiter peccassent, aposynagogi fiebant, id est, eiiciebantur extra synagogam eorum. Sic apud D. Io. Euang. *c. 9.* scriptũ est, Iudæos decreuisse, vt si quis confiteretur Dominum nostrũ Iesum esse Christũ, extra synagogam fieret, quod maxime timeo

Digitized by Google

bant Iudæi. Vnde & Dominus prædixit, tanquã pœnam graué discipulis infligendam, quod absque synagoga eos facerent, D. Io. c. 16. Erant Samaritani apud Hebræos huiusmodi, quorũ vitabant cõmunionem, D. Io. c. 4. Est solemnis excõmunicatio execratio grauis, quæ anathema dicitur. glo. in extrauag. excommunicamus, in ver. anathema, de sent. excom. in extrauag. com. Pan. in c. cum ab ecclesiarum, de offic. & pot. ind. ordin. c. cum non ab homine, de iud. Et proprie hæc dicitur mucro episcopalis, ca. visis 16. q. 2.

2 ¶ Et † aliquando, cũ fit anathema separatio à Deo, ponitur pro excommunicatione maiori, c. certum est, 24. q. 3. c. fin. 3. q. 4. verũ execratio maior in anathemate proprie vsurpata. Nã illud infligitur adstantibus 12. presbyteris cum candelis accẽsis, quas post prolationẽ sententiæ exstinguunt, abiiciuntque, & pedibus cõculcant, c. debent, & cum aliquis. 21. q. 3. Dicitur & anathema æternę mortis damnatio, ca. nemo episc. 11. q. 3. Nã & anathematis abominatio in lege Mosaica mortem habebat, Deut. 6. & Ios. c. 7. Et D. Hieronymus sup. c. 9. ad Roman. notat, anathema esse vltimã execrationem. Apud Iosuã legitur חרם pro eo quod vertimus anathema, à radice חרם & חתרים i. occidit, exterminauit, & חרם dicunt quoque interitum, rem, vnde nihil colligitur commodi. Græcis ἀνάθημα, seu ἀνάθεμα est, Deo consecratum & dicatum: & ita à commercio & vsu hominum separatũ, & inde relictum Dei vidictæ ob iniquitatem. Sic enim scribit Iust. Martyr lib. resp. de orth. fid. q. 121. ἀνάθημα λέγει τὸ ἐκκεκόμενον καὶ ἀφορισμένον διὰ τὴν εἰς τοῦτο χρῆσιν μελλὴν λαμβανόμενον, ἢ τὸ ἀπολοιπόμενον θεοῦ διὰ κακίαν, i. Anathema dicitur sepositum & separatũ à Deo, & in communem vsum nunquam assumtum, relictum Deo propter malitiam. ¶ Sacrum † Latini dicunt hominem impium,

3 exsecrandũ, κατάρατον καὶ ἔνοχον, vt apud Horat. lib. 2. Serm. Sat. 6. Intestabilis & sacer esto.

Macrobius lib. 3. Saturn. c. 7. tradit morẽ antiquum fuisse, veteres apud se nullum animal diis illis seu idolis sacrũ passos, sed abegisse ad fines deorum, quibus sacrum esset: animas vero sacrorũ hominũ, quos Græci ἱερὰς vocant, diis debitas existimabant. Quemodum igitur quod sacrum ad deos mitti non poterat, à se tamen dimittere non dubitabant: sic animas, quas sacras in cœlum mitti posse arbitrati sunt, viduatas corpore quam primum illo ire voluerunt. Ita hominem sacrum dicebant, quẽ licebat occidere, deuotum inquam morti. Sic in Deutero. 6. Non inferes quicquam ex idolo in domum tuã, ne fias anathema. Et D. Paulus, Optabam ipse anathema esse à Christo, à fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, &c. Et rursum 1. ad Cor. 15. Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema maranatha, id est, execratio extra communionem bonorum, vsque ad aduentum Domini. Guillissarius in ver. Maranatha, 23. q. 4. Grauissima † est pœna in iure excommunicatio,

4 ca. corripiantur, 24. q. 3. potissimũ inducta ad castigandos cõtumaces & inobedientes prælatis, subrogata in locum mortis corporalis, quæ dicebatur lege Mosaica iis, qui per contumeliam refragabantur iussis sacerdotis, Deu. c. 17. quia ecclesia nunc infert iudicium, vel sententiam sanguinis, c. in archiepiscopatu, de raptor. c. clericis, c. 5. & c. sententiam sanguinis, c. 9. ne cler. vel monach. lib. 3. Decret. tit. 50. Sicque D. Cyprianus epist. 11. lib. 1. gladium hunc spiritualem, quo quis extra communionem ecclesiæ eiicitur, subrogatum existimat in locum gladii temporalis, quo occidebantur corpore homines tẽpore legis Mosaicæ à sacerdotibus. Deinceps & inducta, vt mali à bonorum communione priuati, bonos non inficerent, c. desecandæ, & c. sequen. 24. quæst. 2. cõtagione peccati, & ipsi præ pudore erubescerent, & ad meliorẽ redirent frugem. Hac maiori excõmunicatione excõmunican-

5 tur quidam ipso iure, alij ab homine. ¶ Ipso † iure casibus pluribus, delicto commisso, incurrit quis in excõmunicationẽ maiorem, à qua ab alio non potest absolui, quam à sede apostolica, aut aliquando ab allis, in moriendi puncto. primus, si quis deliberato malitiose, manus iniuriosas iniecerit in clericos, & ecclesiasticas personas, cuiuscunque sint sexus, c. si quis suadente, ca. nõ dubium, c. veniens, c. ad euidentiam, c. cum illorum, c. de monialibus, c. 17. quæst. 4. c. religioso, de sentent. excommunicat. in 6. Cuius quidem regulę verba sunt ad amussim obseruanda, cum extra illa, qui nec deliberate, aut sine malitia clericum percusserit, non incidat in canonem. c. 1. & c. cum voluntate, eod. 2. Incidit ipso facto in excommunicationem, qui per annum pertinaciter contẽsit obedire sententiæ iudicis delegantis, ca. quærenti, de offic. delegat. 3. Qui post monitionem prælati sui falsis literis post 20. diẽ nõ renuntiauit, cap. dura, de crimin. fal. qui falsas conficiunt, scientes vobis vtuntur, c. ad falsariorum, eo. c. si episcopus, 50. distin. 4. Communicantes scienter excõmunicatis à summo pontifice, c. significauit, de sentent. excommunicat. 5. Incendiarij, cap. tua nos, eodem 6. Effractores ecclesiarum, & sacrilegi, c. conquesti, eo. c. canonica, 11. quæst. 3. c. omnes ecclesiæ, & c. frater, eo. ca. si quis, 4. quæst. 3. 7. Qui inconsulto summo pontifice rectorem, senatorem, vel patritiũ, in vrbe Romana eligunt, consentiunt eligentibus, obediuntve electis, c. fundamenta, de elect. in 6. 8. Omnes qui persequuntur &

[illegible] c. felicis, de pœn. in 6. socij, & [illegible] Marũ.

[illegible] communicationis [illegible] tulerunt, &

[illegible] nacti in-

captiunt [illegible]

9. Et ii qui [illegible] cos, qui sententiam excom[illegible]

qui ferri [illegible] curarunt, c. quicunque, eo. in 6. 10. Qui officium [illegible]

quirendi in hæreticos, dolo malo conniuent hæresi, vel prætextu officij in insontes animaduerterint, clem. multorũ, de hæret. 11. Religiosi seu monachi, qui præter casus sibi à iure vel ex priuilegio concessos vsurpant auctoritatẽ conferendi sacramenta, quæ à propriis debent exhiberi presbyteris, cle. religiosi, de priuileg. 12. Qui iniuriose vel temere percusserit, vel expulerit, seu exsilio affecerit episcopum, clem. 1. de pœn. Qui & in cœna domini excommunicati declarantur. Et 13. pyratæ, in bulla Xisti 4. hi casus ponuntur, & Pauli. 2. Sum. Pontif. Xistus, in extrauag. ineip. Et Dominici gregis. & eorum auxiliares. 14. Qui inuitis subditis noua vectigalia seu pedagia imponunt, c. si quis Romipetas & seq. 24. quæst. 3. clem. quoniam, de immun. eccles. 15. Hæretici, c. quod autem, 4. quæstione 1. ca. excommunicamus, de hæret. 16. Qui arma Agarenis & infidelibus, equos, aliaque militaria vetita inferunt, Aug. Clauas. in casib. excõmun. maior. casu 22. 17. Qui impediunt annonam deferri Romã, idem vbi supra c. 23. 24. 18. Qui per iurisdictionẽ prohibitam aliquos spoliant, rapiuntque & iudicant. 19. Qui in inuidiam, quod quis negotium Romanę curiæ iudicandum concesserit, vel quasi inibi litiget, damnũ, iniuriã ei, vel verbera intulerit, idem casu. 25. 20. Qui impediunt ne literis apostolicis obediatur, vel satis fiat, idem casu. 26. 21. Qui se à Romanæ sedis obediantia subtrahunt, subtrahẽtibus opem, cõsiliũve dant, idem casu. 27. 22. Qui iurisdictiones ecclesiasticarũ personarũ vsurpant, idem casu. 28. 23. Qui Romipetas expoliant, idem casu. 29. dict. ca. si quis Romipetas, 24. quæstione 3. 24. Qui ditionis apostolicę terras, ciuitatesve vel oppida inuadũt, & vsurpãt. Sunt & alii casus apud Angelũ Clauasiũ, ca. 30. ex diplomatibus summorum pontificum extracti, quos apud illum videre licet.

¶ Item † alij casus, in quibus maior quidem excõmunicatio incurritur: verum absolutio etiam quibuslibet ordinariis cõceditur. Vt 1. Si iudices vel principes temporales recusant ius dicere ecclesiasticis personis implorantibus, idem Clauas. in Sum. in verb. excommun. 5. 2. Qui à paucioribus, quam à duabus partibus collegij cardinalitij electus in pontificẽ summum, sibi potestatem vsurpat, ca. administrateres, 23. q. 5. 3. Qui inuito episcopo ineus ecclesia ministerium occupat, c. licet, de elect. 4. Qui hospitia scholasticorum, vel doctorum Bononiæ ante lapsum temporis conductionis illorum conducunt, c. quoniam, de offic. ordinar. 5. Qui indebitas exactiones ab ecclesiis & earum personis extorquent, ca. 1. de loc. 6. Religiosi claustrum exeuntes audiendarũ legum causa, c. non minus, & c. aduersus, de immun. eccles. Idemque statutum in archidiaconis, decanis, præpositis, cãtoribus, & aliis personatum habentibus, ca. non magno, in cler. vel monach. nisi intra duos menses resipuerint. Sunt his alij casus similes, quos idẽ Angelus Clauasius percurrit, c. fin. eo. tit.

¶ Colligit † & is quoque in d. Summa, in verb. excommunicatio, 7. vnum & viginti mala, quę infert excõmunicatio, vt priuet eũ communione, Claua. in vers. excommunicati, vbi. sacramentis, supra diximus, c. omnis, & seq. 11. q. 3. suffragiis ecclesiæ, & dictum supra. diuinis officiis, ca. nihil, 11. q. 3. c. quicunque, 11. q. 3. ea. de cõmunione, & seq. 24. q. 2. regno cœlorum, c. quod inter, de pœn. & remiss. fama, c. quodcunque, 24. q. 1. d. c. nihil, potestate adipiscendi beneficia, c. infames, 6. q. 1. à quibus suspenditur, c. pastoralis, de appellat. c. sacer, de sentent. excommun. obsequio fidelitatis, c. veritatis, eod. c. nos sanctorum, & c. seq. 15. q. 6. vita æterna, c. nemo episcoporum, 11. q. 3. quia & bona opera mortificat, c. si quis. 24. q. 3. c. quemadmodum, 24. q. 7. & repellit à sepultura, c. sæpe, de sent. excom. Omitto reliqua, quæ per singulas iuris, & criminum tractationes occurrent postea. ¶ Ab † homine excommunicantur hac sententia pro iisdem criminibus declarando in societatem excommunicationis 8
canonis incidisse, vel alia, ex causa proferendo idque vel ab episcopo, vel à prælatis aliis, vel iudicibus, qui hanc iurisdictionẽ habent iure vel consuetudine, c. perlectis, 25. dist. c. si in plebib. 63. dist. c. 2. de offic. archid. c. reprehensibilis, de appellat. c. cum ecclesia, & ibi maior. & obed. ca. quanto, de offic. ord. Potest & excommunicare iudex ordinarius, & delegatus spiritualis, c. ex literis, & c. seq. & vltra ea. ¶ Ceterum † cum hanc excommunicationis pœnam tam grauis consequatur, operæpretium est obseruare excommunicatẽ, ne temere & leues ob causas eam exerat, sed ob graues, 9
c. nemo episcoporum, 11. q. 3. & deliberato, sine impetu, & cum causæ cognitione, c. si episcopus, can. seruetur, eo. monitione præcedente. c. statutum, de sentent. excommunic. in 6. c. statuimus, eo. cum speciali, de appellat. cap. 1. de cohab. cleric. & mulier. ea sacer de sentent. excom. iuxta sententiam Euangelicam, eaque trina, c. Deus omnipotens. & quando autem, 2. q. 1. c. indigne, 11. q. 3. alioquin sine monitione lata, est iniusta, & à qua excõmunicatus facile vindicatur, c. sacer, de sent. excommunic. inter. in d. c. statuimus. Iniusta dicitur propter ordinem non seruatum, c. seruetur, & item sententia, 11. q. 3. Ante tamen hanc declarationem timenda, & seruanda, c. qui de fletus, & c. 1. 11. q. 3. c. solet, & fin. de sentent. excommunic. in 6. Ad exemplum nouæ operis nuntiationis, cap. 1. de oper. nou. nuntiat. Pl. & d. prætor ait, & ait prætor, de oper. nou. nuntiat. in P. alicubi tamen ibi casus à gl. Semper enim sententiã prælati exsequi oportet, nisi appellatione, vel alio iuris remedio impediatur, c. cum ab ecclesiarum [illegible] de officio ordin. ¶ Sed † & secundò in excommunicatione [illegible] exigunt causam iusta, c. 1. de sent. excommunic. 10
[illegible] uste proferatur [illegible] cum

Digitized by Google

cum simil. paulo ante citatis, tanta pœna dignã, vt diximus proxime. Ideo & causſa inſerenda in ſententia excommunicationis propter quam profertur, *c. 1. quiſquis, te ſentent. excommun. in. 6.* Si enim iuſta videatur, licet ea falſa ſit, ligat & vincit, timẽdaq; *c. ſacro, de ſentent. excommunicat. apud Gregor. ca. 1. & 2. 11. q. 1.* Sic & qui petit abſolui, debet exprimere cauſſam, propter quã fuit
11 excommunicatus, *ca. ex parte, de offic. ord. apud Gregorium.* ¶ Sunt quippe cauſſæ, & cauſſus, ob quos excõmunicatio lata nulla dicitur iure, & in quibus facili negotio, ad cautelam & cautionem, etſi nulla ſit, conceditur: 1. Si poſt appellationem legitimã feratur, *c. venerabilibus, §. porro, de ſenten. excommun. in. 6. vide c. non ſolum, eod. tit. apud Gregorium, c. per tuas, eod. 2.* Si habeat intolerabilem errorem, *d. c. venerabilibus, & c. per tuas. 3.* Si declaretur excommunicatus participans non monitus, *c. 3. § final. de ſenten. excommunic. in 6. 4.* Si à non iudice legitimo dicatur lata, *c. cum olim, de priuileg. c. 3. de conſuet. 5.* Vel à iudice excommunicato, *ca. audiuimus, 24. queſt. 1. & c. ex parte, eod. 6.* Si delegatus contra delegantis intentionem excommunicet, *c. fin. de præbend. 7.* Vel intruſus, aut à iuriſdictione ſuſpenſus, *can. alienationes, 12. q. 2. 8.* Si à violante interdum hominis feratur, *cap. tanta, de excеſſ. prælat.* Item 9. in caſu c. cũ capella, & c. quãto, de priuil. Et 10. in caſu c. cum apoſtolus, de cenſib. & c. cum ad quorũdam, de exceſſ. prælat. Et 11. ſi qui profert ſententiam, nõ intendit ligare, *c. ex parte, in 1. de offic. ordin. gloſſ. in c. p. & fi. de offic. deleg.* vel qui excommunicationem poſtulat, noli excommunicatum ligari, *ca. bonæ memoriæ in 1. de poſtul. prælat.* Et ſi feratur ſub conditione, ante cuius euentum moriatur excommunicatus, *Panorm. in c. cum aduc, de cleric. non reſid.* Sine effectu enim ſententia nulla eſt. *l. fina. ae pæn.*
12 ¶ Tertio, † legitima excommunicatio & iuſta exigit, vt à iudice proferatur bono zelo, & ſtudio corrigendi, *cap. 1. ne ſenten. excommunicat. in 6.* Nec vindictæ propriæ animo, vel ad iniurias priuatim inimico animo vindicandas, *cap. inter querelas 23. quæſtione 4.*
13 ¶ Quarto † loco debent adeſſe verborum conuenientes formulæ, quæ exprimant conſenſum iudicis de præſenti excommunicantis: ſicut & in celebrandis ſponſalibus & nuptiis conſideratur, *c. ſi inter virum, de ſponſal. & ca. 1. de ſponſal. duor.* Poſtremo, vt feratur in ſcriptis excommunicatio, exigimus, *c. 1. §. 1. de ſentẽ. excommun. in 6. c. legum, 2. quæſt. 1. c. nullus, in 2. quæſt. 4. l. 1. de ſent. ex breui. recit.* vt poſſit apparere ceteris, qui excommunicati ſint, & denũtiatione ſeu proſcriptione facta vitentur, *ca. curæ, 11. q 3.* Si tamen ſine ſcriptura feratur, valebit, & ligabit vtique. Ceterũ qui eam protulerit, per menſem à diuinis officiis & ingreſſu eccleſiæ ſummouetur: & ſuperior ad quem recurritur, abſoluẽdo condemnabit excõmunicantem ad expenſas, vel alia cõdigna animaduerſione, *c. 1. de ſentent. excommun. in 6.* Quod & in interdicti, & ſuſpenſionis ſententiis obſeruandum eſſe placuit, *aic. c. 1.* ¶ Placuit † ſenatui Pariſienſi monitiones ad finẽ reuelationis,
14 bonorũ inter coheredes, poſſe publicari nemine demto ſeu excepto, ex ſenatuſconſulto 15. Maii 1538. *Aegid. Aegidius, in deciſ. & tract. de appellat. c. 10.* Quãuis olim ſolitum fuiſſet excipere à monitione litigantes, & cum clauſula dẽta parte & cõſilio, putantes æquũ non eſſe exquirere probationes à domo aduerſarii. *l. qui accuſare, C. de eden.* Idipſum de teſtibus dicebant aduerſarii, ne in periurium incideret: donec fuit cõſtitutio edita, qua licet litigãtibus poſtulare, vt iudex vtrinq; teſtes productos in teſtoget ſecundum ius commune, *l. vbicunque, de interrog. act. in* P. Itaque eſt cõſtitutio Franciſci primi, anni 1539. Quod etiã ad alia, quam bona hereditatis poſtea prorogatum, vt contra ônes nemine excepto ad fines reuelationis poſſint monitiones excommunicationis præuiæ obtineri. Veritas enim ônia vincit, *Eſdræ 4.* nec contradicendum veritati, *Eccleſiaſt. c. 4. D. Ioa. c. 14.* Hoc inter auguſta principium noſtrorum priuilegia ãnumeratur præcipuum, ex pontificũ ſummorum decretis & codicillis firmatum, ne grege piorũ ſummoueri poſſent, vt Benedicti 22. *c. meruit, de priuileg. in extrauag.* & Vrbani 5. conſtat: neve eorũ ditio ſubiiciatur eccleſiaſtico interdicto. Quod tamen ãtea facitatũ fuiſſe legimus, cum tẽpore Philippi Auguſti totus eius dominatus interdictus fuit, *Innoc. 3 in c. 1. de poſtul. prælat. c. nouit, de offic. legat.*

De pœna Talionis.

Cap. 10.

1 & 2 *Talionis pœna quid, & leges diuinæ de ea, lex 12. tab.*
3 *Talio num in deſuetudinem abierit.*
4 *Improbatio legitima à monoculo.*
Repaſſionis lex improbata, eod.
Rhadamantea lex repaſſionis. eod.

1 SExta pœna † à Deo, vel in legibus eius poſita, eſt talio. Talio pœna eſt, qua æquali modo patitur, quo quis nocuit, Vt talio à relatione Talis ad Æquale deduci videãtur, ὁ δ' ὅμοιος. De eo in Exodo *c. 21.* in hæc verba lex Dei tradit, *Si vixati fuerint viri & percuſſerit quis mulierem prægnantem, & abortiũ quidem fecerit ſed ipſa vixerit, ſubiacebit damno quantum maritus eius expetuerit & arbitri iudicauerint: ſin autem, mors eius fuerit ſubſecuta reddat animam pro anima, dentem pro dente, oculum pro oculo, manum pro manu, pedem pro pede, aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore.* Et rurſũ in Leuitico *c. 24. Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium, ſicut fecit, ſic fiet ei: fracturam, pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente reſtituet.* Et in Deuteronomio 19. *c. ſex. differ. ca. 23. q. 3. Non miſereberis teſtis mendacis. ſed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.* Et ita ſtatutum modum vltionis fuiſſe quoque in lege diuina antiquitus, legislator Euãgelicus, qui hanc correxit ſeueritatem, teſtatur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, *Matth. c. 5.* Adſtipulantur & iura põtificia, *ca. hæc autem vita, 23. q. 4. c. quod debetur, 14. q. 1. cap. ſex. differentiæ, 23. q. 3.* Meminit & huius pœnæ D. Ioannes in Apocalypſi, *cap. 13. Qui in gladio occiderit, oportet eum occidi gladio: qui in captiuitatem duxerit, oportet vt in captiuitatem vadat: hic eſt patientia & fides ſanctorum.* In lege duodecim tabularũ etiam talionis pœna recepta hac lege, *Si membrum rupit meum, è pacto talio eſto.* ¶ Quod † explicatur apud Aulum Gellium *lib. 2. cap.* Lapud quem Cæcilius 2
Nolo inquit, *ignores hanc quoque talionem ad æſtimationem iudicis redigi ſolitam neceſſario. Namſi reus, qui depaciſci noluerat, iudici talionem imperanti non parebat, æſtimata lite, iudex hominem pecuniæ damnabat. Atque itaſi reo, & patio grauis, acerba talio viſa fuerat ſeueritas legis ad pecuniæ multam redibat.* Sic etiam explicat Ricardus rex Wiſigothorũ legem talionis, vt vel per flagellationem, vel per pecuniam ſeu æſtimationem iniuriæ à lege vel læſo factam talio pendatur, *l. 3. de contumel. & vulner. lib 6. C. Wiſigothor tit. 4.* Patrimodo explicat Iuſtinianꝰ *in §. pœna autem iniuriarum, de iniur.* Meminit iſtius legis & Cicero in Legibus & D. Auguſtinus *lib. 21. de ciuitate Dei, cap. 11.* Sunt & caſus iure ciuili expreſſi, in quibus ſimilitudo ſupplicij talionẽ inducit: vt in illis, qui falſis accuſationibus innocentium vitam calũniantur, *l. final. de de accuſat. lib. 9. C. tit. 2. l. fin. de calumn. eod. lib. C. tit. 46.* & præuaricantur, *l. ab imperatore, de præuaricat. in P.* & in caſibus titul. P. *Quod quiſque iuris, &c.* ¶ Hodie † tamen pœnam 3
illam ſimilitudinis ſupplicij, conſuetudine in deſuetudinem abiiſſe, ſecundum qualitatem, & dignitatem perſonarum, & arbitrio iudicis eſſe ſtatuendum tradunt Albericus *in l. final. de accuſat. C. facit, §. pœnam,, de iniur.* Felinus *in cap. inquiſitionis, nu. 9. de accuſat. apud Gregorium.* Baldus *in addit. ad Speculat. titul. de cõcept. libell. verſic. de conſuetu* Speculator *tit. de accuſat. §. 1. in verſic. nec mirum,* & Bartolus *in l. libellorum. §. item ſubſcribere, de accuſat.* Nã & iura eo declinare expreſſe videntur fere in omnibus, & paucis admodum excluſis, vt periſtaſes criminis, perſonarũ, & rerũ, pœnas vel augeant vel minuant, vt à principio iſtius tractationis oſtendimus, *per l. Pedius, de incend. ruin. & naufra. cum ſimilib.* Imo & iure ciuili, *l. 3. ad ſenatuſconſultum Turpillian.* P. & pontificio, *c. quod debetur, 14. quæſtione 1. c. 1. & 2. de calumniator.* alia pœna, quam ſimilitudo ſupplicij, calumniatoribus impoſita reperitur. ¶ Apud † Thurios etiã lex Charũdæ, alia lege emẽ- 4
data erat, *Si quis cui oculum eruerit, oculum reo pariter eruito*, Emandata autem, quia monoculus conqueſtus, quod ſibi eruto vno oculo ſolo tantum quo videbat, vnus reo erutus, & ſic nõ iuſta eſſet pœna, vt auctor Diodorus Siculus *lib. 12.* Ariſtoteles quoque 5. *Ethic. ad Nicomach. c. 5.* ſi hãc repaſſionem nude, & ad literam intellectam improbat, etſi Pythagorici & Rhadamãthi iudicio, quidam contrarium probarent. Sic enim ſcribit, Δοκεῖ δ' τίσις εἶναι τὸ ἀντιπεπονθὸς ᾗ ἁπλῶς δίκαιον, ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι ὡρίσαντο. οὐχαρζουσι γὰρ ἁπλῶς τὸ δίκαιον ἀντιπεπονθός. ἀλλὰ τὸ μὴ ἀντιπεπονθὸς ἐν ἑφαρμόττει ἴσως ὅλῃ τῇ πόλει, οὐ μὴν ὅλῃ τῷ πολιτικῷ. πολιτικὸν δ' λέγω τὸ χαιρικόν. τῷ δ' ἀντιπεπονθότι ἐφαρμόττει, οὐκ ὅλῃ τῷ διαμετρικῷ δίκαιον, οὐκ, ὅλῃ τῷ διορθωτικῷ δίκαιον. καίτοι βούλονται γε τῶν λόγιοι, καὶ τῷ ῥαδαμάνθυος δίκαιον.

εἶκε παθοι τὰ' ἔρεξε ἰθεῖα γρίσεται.
στελλαχεῦ δ διαφορεῖ, &c.

Id eſt

Videtur nonnullis, & ipſa repaſſio eſſe iuſtum ſimpliciter, ſicuti dixerunt Pythagorici: qui quidem ſimpliciter definientes, iuſtam eſſe repaſſionem voluerunt. Verumtamen repaſſio neque ad legitimum, neque ad politicum accommodari poteſt dico autem: politicum commune. Et ita repaſſio nec accommodari poterit, ad diſtributiuum iuſtum, nec ad emenatiuum: etſi velint & hoc dici iuſtum Rhadamantheum.

Si quædam fecerit, hæc & patiatur ipſe.
Iudicium fuerit porrectum, atque exitus æquus, &c.

Ceterum & lex duodecim tabularum, & diuina, & Pythagorea, & Rhadamantina, repaſſionem nõ intelligunt, vt Ariſtoteles, ſed repaſſionem, hoc eſt, pœnam æqualem, id eſt, cõdignam crimini, ſecundum proportionem Geometricam, nõ Arithmeticam. Sic enim ſupplicia dicuntur æqualia peccati, ſi legitimam habent delicti & perſonarum conſiderationẽ. Et id innuere Moſes videtur, *Pro menſura peccati erit & plagarum modꝰ Deuter. c. 25.* Sic in iure pontificio, *ca. ex literis. de conſtitut.* commẽſuranda pœna delicto, vt & in iure ciuili, *l. reſpiciẽdum, de pœn. P. not. Bar. in l. reſcriptum. 6. de his quibus vt indig. lib. 34. P. tit. 9.* Et Horatius *lib. 1. ſerm. Satyr. 3.* ——adſit

Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas,
Nec ſcutica dignum horribili ſectere flagello.

Digitized by Google

De verberibus. Cap. II.

1 *Verberum pœna iure diuino inflicta.*
2 *Verber quid.*
3 *Verberum pœnæ quæ, & quatenus permissæ iudicibus ecclesiasticis.*
4 *Gymnopædia Spartiatarum quid.*
5 *Verberibus vt quis interimatur prohibetur damnatio.*
6 *Verberum 3. species.*
7 *Fustium admonitio quid.*
8 *Fustium ictus quando infamet.*
9 *Fustium ictus maior pœna, quam pecuniaria.*
Pœna corporalis subrogata in locum pecuniariæ famosæ, demit infamiam, eod.
10 *Fustuarium in militia pœna grauior, quam in aliis non militaribus caussis.*
Et pro quibus inflictum.
11 *Flagellorum pœna quæ, & quibus instrumentis inferatur.*
12 *Ferulæ castigationes impuberum.*
13 *Fasces lictorum Romanorum.*
14 *Virgarum amouendorum à latere seu dorso ciuium Romanorum lex Portia.*
Valeriæ lex de ciuibus Romanis, eod.
15 *Vitibus verberati ciues Romani in militia.*
16 *Mastiges & lora quid.*
17 *Scutica, & Scorpiones quid.*

1 SExta† pœna, quæ & iure diuino infligitur, verberum est. Sic enim scriptum in eo, *Deuteron. 25. Iudices impium condemnabunt impietatis: sin autem eum, qui peccauit, dignum viderint plagis, prosternent, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Ita duntaxat, vt quadragenarium numerum non excedant, ne fœde laceratus ante oculos pereat frater tuus.* Et *Psalm. 88. Si dereliquerint*, inquit Deus, *filij mei legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint: si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.*

2 ¶ Verber† dicitur & instrumentum, quo quis cæditur, & plaga ex eo inflicta. Estq; veluti virga longa exilis. Quare & eo nomine continentur virga, baculus, fustis, lora, flagellum, ferula, arundo, & his similia, *Laur. Vall. lib. 6. Eleg. c. 47.* Atque in iure omni verberatio, percussio, siue plagæ cuiuslibet inflictio, vel afflictio, verberatio dicitur, & cõtra. Vnde percussio corporalis & spiritualis, passio quædam ad castigionẽ dicitur inflicta. *c. 1. de cler. ægrot. c. cum beatus, 45. distin. Prouerb. 23. ca. cum percussio, 7. q. 1. l. 3. §. si magister, ad leg. Aquil.* ¶ Hæc† pœna verberum in foro
3 ecclesiastico infligitur quandoque licite, *ca. in archiepiscopatu, de raptor. c. fraternitas, 12. q. 2. c. illi qui iuncta gl. in ver. religiosus, 5. q. 5.* dummodo iudices caueantur à duobus: primum, ne verbera sanguinem fundant, *c. his à quibus, & ibi gl. in verb. præcipiant, 23. q. 8.* & 2. ne verbera inferantur clericis per laicos. Etenim iudices, per laicos etiã disciplinæ caussa clericos iubẽtes verberari, excõmunicati sunt, *c. vniuersitatis, de sent. excommunic.* Nec potest etiam episcopus sua manu delinquentẽ verberare, *ca. non liceat, 86. distinct.* Solent autem verbera iis adhiberi, de quorum emẽdatione speratur, non secus quam apud parẽtes & dominos hoc genus pœnæ ad emendationem famialiare est, *c. circũcelliones, 23. q. 5. c. cum beatus Paulus, & seq. 45. dist. c. displicet, 23. q. 4.* Claud. *l. aut factæ, 16. §. caussa, de pœn. in P. l. 1. C. de emend. proping.* Adhibentur & in foro pœnitentiali verbera quandoque, quæ pœnitens voluntate propria exsequitur, iuxta illud D. Pauli, *Castigo corpus meum, & in seruitudinem redigo*, &c. *1. ad Corinth. 9.* ¶ Erat† & γυμνοπαιδία sua gymnopędia festũ apud Spartiatas, teste Hesychio, in quo adolescentes aram circũstãtes Amyclis, terga loris mutuis verberibus cædebant, vt quidã dicebant. Quod firmat Philost. *lib. 6. de vita Apollonij*, atq; hoc modo & Dianam Scyticam à Scytis & Spartiatis cultam putat, ex dictis Apollonij Tyanæi. ¶ Pœna† hęc verberũ, ad mortem etiam iure ciuili porri-
5 gẽda nõ est: nec ea pœna quidem Vlpian. damnari aliquẽ oportere respondit, vt verberibus necetur, vel virgis interimatur, *Vlp. in l. aut damnum, 8. §. hostes, de pœn. in P.* Quia ad castigationẽ
6 inducta. ¶ Iuris ciuilis Romanorũ etiã nomothetæ inter pœnas coercitionis corporalis, fustiũ ponunt admonitiones, & flagellorũ castigationes, auctore Callistrato, & vinculorũ verberationes, *in l. veluti fustium, 7. eo.* Quibus verbis, verberandi tres modos exprimit. Fustium† admonitio forsan est, quod Galli dicunt,
7 *bastonades.* fustuarium, Et fustuarius erit, *donneur de bastonades.* Vocat Cicero 3. *Philip.* hanc pœnam & fustuarium. *Nam*, inquit, *si Antonius consul, fustuarium meruerunt legiones, quæ eum reliquerũt.*
8 Vocat Polybius ξυλοπατίαν. Ictus† fustium per se non infamat, sed caussa, ob quam pœna hæc infligitur, si infamiam habet notat, *l. nullam, 14. ex quib. cau. infam. irrog. lib. 2. C. tit. 14. Marcel. l. ictus fustiũ, 22. de iis qui not. inf. lib. 3. P. tit. 3. l. in seruorũ, 10. §. fi. de pœ. in P.* Quamobrem & per præconẽ, dũ infamia sequitur, sicut placuit Gordiano Cæsari, *l. fustibus, 16. & l. verbum precib. 17. ex quib. cau. infa. irrog. C.* additur caussa in ictibus fustiũ *ignominiosi*, id est, calumniatus est. ¶ Verum† tamen est, fustium ictum gra- 9
uiorẽ esse pœnam, quam pecuniariariam damnationẽ, *Marc. l. in seruorum, 10. §. fin. de pœn. P.* Ceterũ si corporalis hæc, vel alia pecuniaria ob inopiam damnari imponatur, nõ infamare placuit: licet actio sit famosa *dict. l. in seruorum, §. final. & l. quod ergo, §. pœna grauior. de iis qui notantur infamia, in P.* Nam grauior pœna corporalis subrogata, supplet pecuniariæ infamiam: nam regula est, vt qui maiori pœna, quam legibus constituta est, afficitur, infamis non fiat, *d. l. in seruorum, §. fin.* ¶ Iu† militia, grauior 10
viderur pœna fustium, quam extra militiam: nam, vt Polybius scribit, *in 6. lib Epito. Polyb.* supplicium apud Rom. dum quis in militia cæditur, est, quod tribunus accepto fuste vix tantum attingit damnatũ: quod vbi factum est, omnes qui in castris sunt, cædentes fustibus lapidibusque plerosque in ipsis castris conficiunt. Fuste autẽ cædebantur, qui aliquid furto sustulissent in castris, qui falsum testimoniũ dedissent, qui flore ætatis reprehẽderentur, & desertores, *& eo. lib. 6. Polyb.* Attalaricus Gotthorũ rex edicto statuit, ne curialibus graues esseot maiores potestates: & si quis curialis superimposito sine auctoritate principis oneraretur, qui id tẽtasset, decẽ librarum multa damnaretur, in eumque, statuit, vt si non haberet in ære, per fustuaria supplicia laceraretur, *Cassiod. lib. 9 variar. cap. 2.* Callistratus *l. capitalium, 18. de pœn.* in iure absolute tradidit, fustium ictui subiici, ad existimationem, id est, infamiam, non capitis periculũ pertinere. Nec omnes fustibus cædi solere, sed eos dũtaxat, qui liberi sunt, dũ in criminis infamiã habentis, vltionẽ fustigantur, vt diximus, vel si infamiam sententia comprehensa est. ¶ Flagellorũ† pœna 11
est, cũ quis & virgis, & flagris vel mastige cæditur. Pœna acerbior forensis, quam fustigatio: non alia de causa, vt opinor, quã quod flagra vel flagella cuti admouentur, & nudanturcorpora. Fustes autem vestitis inferantur, eruaturque sanguis ictibus flagrorum, & vibices cute incisa durius ferantur. In fustium percussione raro sanguis funditur, *§. si quis aliquem, de pace tenend. libr. 2. Feudor. tit. 27.* Sic & maiorem pœnam arbitratur Accursius in *l. veluti, de pœn. P.* flagellorum pœnam, quam sit fustium: nam & Marcellus *l. in seruorum, 19. de pœn. P.* existimauit, ex quibus caussis liber fustibus cæditur, ex iisdem seruũ flagellis cędendum, & domino reddendum. Idem statuit Paulus, *l. Pedius, 4. de incen. ruin. & naufr. lib. 47. P. tit. 9.* Innuit Horatius *lib. 1. Serm. Satyr. 3.*

Adsit, inquit,
Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas:
Nec scutica dignum horribili sectere flagello.

Atque vt mitior pœna post comminationem, est fustium castigatio: ita postea flagellis cæsio, *l. Iouia, de accusat. P. l. 1. §. cũ patronus, de offic. præf. vr. lib. 2. P. tit. 12. l. si. de offic. præf. vigil. eod. lib. P. tit.* 20. Innuit & Iuuenalis *Satyr. 6.*

Si nocte maritus
Auersus tacuit, periit libraria, ponunt
Cosmetæ tunicas, tarde venisse Liburnus
Dicitur, & pœnas alieni pendere somni.
Cogitur. Hic frangit ferulas rubet ille flagellis,
Hic scutica.

¶ Furulæ† cutem etiam plagant, sed leuius: vnde & impube- 12
rum sunt castigationes, *l. 1. §. impuberi, ad S. C. Syllanian. lib. 29. P. tit. 5.* Ferula enim vel virga leui feriebantur impuberum, imo & discipulorum in scholis manus: vnde Martialis *libro decimo, epistol. 62.*

Cessent, & idus dormiant in Octobris,
Æstate pueri si valent, satis discunt.

Et Iuuenalis *Satyr. 1.*

Et nos ergo manum ferulæ subduximus.

Ex ferulis collectę scopæ, quæ etiam lacerant carnes, & cutem. Pœnaque illa frequẽs furibus crumenisecis, *§. si quis quinque solidos, de pace tenen. in vsibus Feudor.* ex Insubrum more apud Gallos quoque recepto. ¶ Erant† & fasces Romanorum, virgis be- 13
tulæ arboris, *Plin. lib. 16. cap. 18.* vel viminibus compositi, quibus lictores verberabant, iussu eorum, quibus subseruiebant, reos. Qui emandari poterant, vt & securi, quæ fasci, illigabatur, eos 14
quos corrigi nõ posse opinabantur, percuciebant. ¶ Portia† lex
virgas ab omnium ciuium Romanorũ corpore remouit, vt ait Cicero *pro Rabirio, vide & de his Alex. ab Alexand. lib. 3. c. 20.* Liuius de ea sic scribit, *libr. 10. primæ decad.* Portia tamen lex sola pro tergo ciuium lata videtur, quod ea grauis pœna, si quis verberasset necassetque ciuem Romanum sanxit. Valeria lex cum eum, qui prouocasset, virgis cædi, securique necari vetuisset, nihil vltra quam improbe factum adiecit. Id (qui tum pudor hominum erat) vinculum satis validum legis: nunc, vix seruo suo ita minetur quisquam. Hæc Liuius. Salustius *in orat. Cæsar.* Portiã legem à M. Portio Catone latã tradit, eamque pro scapulis, vt & Festus. Plinius *lib. 7. ca.* 43. ius virgarum, & iudicium de iure virgarũ dixit. Posteaq; statutum lege C. Sempronij Gracchi ne de capite ciuium Rõ. iniussu populi iudicetur, vt scribit Plut. *in vita Gracchi*, & Cice. *in Verrem, & pro Robirio.* ¶ Verberabantur† tamẽ aliquãdo ciues 15
in malitia viribus: nam & Scipio Africanus, qui Numantiã obsedit, sicubi extra ordinem milites Romanos deprehendisset, acribus pœnis afficere solitus est, vt qui ciues viribus, alios autẽ

virgis

Digitized by Google

virgis cædi iuberet, *Crinit. li. 22. c. 2.* De hac vitis flagellatione sic loquitur Plin. *li. 14. c. 1.* de vitibus agēs. *Quid quod inserta castris, summam rerum imperiumque continent? Centurionum in manu vitis, & opimo præmio tardas ordines ad lentas perducit aquilas, atque in delictis pœnam ipsam honorat. Nempe quod ea tantum afficerentur cines, alij virgu.* Et Martianus Iurisc. *in l. milites agrum. 13. §. irrenerens, de re mil. li. 49. P. tit. 16.* de castigatione & rebellione militū agens, *Si miles vitem centurionis castigantis tenuit, militiam mutat: si ex industria fregit, vel manum intulit centurioni, capite punitur.* Meminit historia Apostolorum, & tempore D. Pauli legem Romanis flagella remisisse. *Sic enim cum tribunus iussisset ipsum flagellis cædi, cum affatus est: si hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare?* Quo audito solutus à vinculis est, *Act. c. 22.* Inter flagella numerantur & mastiges ex restibus compacti, quibus impelluntur equi ab aurigis, quæ excussa fragorem & sonitum edunt. Martialis *lib. 14.*

Proficies nihil, hoc cædas licet vsque flagello,
Sic tibi purpureo de grege currus equus.

Et Vigilius 5. Æneid.

Signum clamore paratis
Epitides longe dedit, insonuitque flagello.

Sic intelligenda Constā. constitutio, dum ait, *l. 1. de curs. pub. li. 12. C. titul. 51. Equos publico cursui deputat s, non lignis nec fustibus,* 16 *sed tantummodo flagellis agitari decernimus.* ¶ Compinguntur † & mastiges loris, id est, corrigiis coriaceis. His vt plerūque captiui & serui hoc modo verberari solebant, vt conditionis suæ reminiscerentur, vt ait Donatus, nempe quod capti, loris vincti fuissent. Et vile ducitur, loris affici & seruile dicimus in Gallia, *Bailler les estrivieres.* Sic apud Terentium *in Adelph.*

Nam si molestus pergis ipse iam intro arripere, atque ibi
Vsque ad necem operiere loris. S. loris libet?

Opinor Callistratum Iurisconsultum hoc genus flagelli vocasse vincula, dum dicit, *l. veluti, 7. de pœn.* vinculorum verberationem pœnam esse. Nec probare possum Accursii explicationem, *in d. l. veluti*, cum ait esse in vinculis, verberari fustibus. Plagę eorū duriores ex illis, quæ loris solebant, & funiculatis mastigibus addi à tyrannis. ¶ Nam † & erat scutica, habens in summitate glādes plumbeas, erant & loria hamata. Vnde & scorpiones flagella illa dicta, quia veluti scorpiones caudis lædūt, sic in flagellorum extremitatibus, & apicibus. Sæui addebantur appendices, quib. cutis misere lanietabatur. Fuit autem tormenti scorpionis inuentum Cretarum, vt ait Plin. *Lib. 7. c. 56.*

De redargutione & reprehensione.

Cap 12.

1 *Redargutio inter pœnas.*
2 *Reprehensio publica esse debet palam delinquentium.*
3 *Comminationes inter pœnas.*

1 INter † pœnas vtriusq; testamenti, est & verborum flagellatio, nec continētur, sed salubris habetur. *Peccantes*, inquit D. Paul. *1. Tim. 5. coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeant.* Et in Leuit. c. 19. lex statuit, *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum.* Et *Prouerb. 24. Qui audiunt, laudabuntur, & super eos veniet benedictio.* Et iterū *2. ad Tim. 4. Argue, obsecra, in omni timore, & doctrina, & argue cum omni imperio, ad Tit. 2.* Et hoc munus potissimum est eorum, qui palam verbum Dei annuntiant, quibus annūtiare populo scelera eius conuenit, *Esaiæ 58.* Qui instare debēt delinquētibus opportune & importune. *2. ad Tim. 4.* Desæuit ira Dei in populum, cū ecclesiastici viri palpant, nec reprehēdunt vitia, *c. sed illud, 45. dist. Deceperunt*, inquit Ezech, *13. c. populum meum prophetæ, dicentes, pax, pax, & non est pax: & ipse ædificat parietem, illi autem liniebant luto absque paleis. &c. Væ qui consuunt puluillos sub omne cubito manus, & faciūt cervicalia sub capite ad capiendas animas*, i. assētationibus & delinimētis decepерunt peccatores, illos nō reprehendentes, *c. sunt nonnulli, 46. dist.*

2 ¶ Reprehensio † autem hæc publica debet esse, si crimen publicum, vel monitus non resipuerit. Et ita accusatio publica recipitur in foro conscientiæ. *a. ca sed illud, D. Matthæ. 18.* Sic D. Io. Baptista palam delinquentem Herodem arguit, *Marc. 6. Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Et Dominus noster Iesus Christus palam reprehendit Pharisæorum iustitiam, & mores, *Matt. c. 23.* Hoc enim & confundit & pudore afficit delinquentes grauius, & ad resipiscentiam stimulat, *2. ad Thess. 3.* qui plus de huius seculi fama solliciti sunt, quam de salute. Facitque ad exemplum aliorum, vt ceteri timorem habeant, *1. ad Tim 5.* Quod si peccata sint occulta vel secreta, priuatim argui delinquentes debent, *c. plerunque, 2. q. 7. vide notat. & ibi Pan. de iud.* forsan enim hac priuata admonitione lucrabitur quis animam fratris. Comminati dicunt Iurisconsulti pro reprehensione, *l. 1 §. item patronus, de iust. præf. verb.* Comminationes autem istæ etiam à iudice factæ, non infamant, *l. inter locutio præsidis, 19. ex quib. cau. infa. irrog. C. facit tit. Comm. opist. &c. auctor rei iud. non hab. lib. 7. C. tit. 57.*

De quibusdam aliis pœnis diuinitus immissis.

Cap. 13.

1 *Plagæ Ægyptiacæ quæ.*
2 *Animalibus munus quibusdam illata clades & damna ciuitatibus, & oppidis.*
3 *Vis maior quid in iure, & quid contineat.*

SVnt aliæ pœnæ diuinæ † sæpe in populū immissæ, quales plagæ Exodi c. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Inter eas quod putrescūt aquæ, & pisces moriantur, *Exod. c. 7.* hinc que damna & ægritudines bibentibus oriantur ex aquis insalubribus. Et ad pœnam etiam diuinam pertinent immissæ præter naturæ consuetudinem ranæ, muscæ caninæ, quibus flagellauit Deus Ægyptum, *Exod. c.* 8. Vesicæ turgentes, grando, *eo. c. 9.* locustæ, *eo. c. 10.* ¶ Quæ † quātis per se, & paucæ numero nō valde noceant, tamen dum referūtiram Dei, & multitudine incedūt, stragem magnā pariunt. Nam & Plinius testatur, *lib. 8. cap. 29.* in Hispania suffossum à cuniculis oppidum, à talpis in Thessalia, à ranis in Gallia ciuitatem pulsam, & à locustis in Africa, à muribus incolas à Gyaro Cycladum insula fugatos, à serpentibus Amyclas deletas, ab scorpionibus ingentem deletam regionem & desertam factam in Æthiopia, ab scolopendris abactos Treuirenses, à ranis quoque insula pulsi Attarietæ, *Diod. Sic. lib. 4. c. 3.* Sunt & huiusmodi, *Nix, grando, glacies, ignis, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum Dei, Psal. 10.* Et rursum, *Pluet super peccatores laqueos ignis, & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum, Ps. eod. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem, Ps. 103.* Huc terræ motus, ventorum tempestates, fulmina, aliaque id genus repentina velim referri: quæ etsi naturalem causam habere possint, tamen sæpe in vltionem & flagella impiorum, & ad bonorum probationem, & tentationem concitantur, vt ex Iobi historia *ca. 1.* apparet. ¶ Hæc, † vis maioris nomine à Caio Iurisconsulto dicuntur. *l. si mer. es, 28. §. vis maior, de loca. lib. 19. P. tit. 2.* Sūpiū, hoc est, diuinitus contingentia, & quibus per hominem resisti nequeat: & ideo nec conductoris periculo sint. Theophrastus *§. de caus. Plant.* vocat Θεῖα τὰ συμπτώματα αἰτία, i. causam aliquam diuinitus immissam. Cuius exemplum χαλαζοπτωσίαν, id est, grandinem procellentem ponit. Plinius quoque *l. b. 18. c. 28. dum de sterili. cāpi agit*, vim maiorem tempestates dixit, in quibus grandines, procellæ, & similia exeuntia ab horridis syderibus, vt ab Arcturo, Orione, Hædis. Vlpianus *l. ex conducto, 16. §. si vis tempestatis. loc. in P.* vim tempestatis calamitosam dixit, secundum Seruium, cui resisti non potest, vt puta fluminum, graculorum, sturnorum, & similium.

De pœna mortis in genere.

Cap. 14.

1 *Mors naturalis in pœnam imposita, & illa quotuplex.*
2 *Morimur omnes, etiamsi noluerimus.*
3 *Mors violenta vnde orta.*
4 *Mors spiritualis duplex.*
5 *Mors corporalis pœna in spiritualem conuersa.*
6 *Sanguinis sententiam cur ecclesia non proferat.*
7 *Mortis supplicia diuersa.*
8 *Cadavera punitorum, quare insepulta relinquantur.*
6 *Mortis supplicium non nisi difficulter inferendum, non temere.*

ECclesiasticus c. 39. dixit, ignem, † grandinem, famē, & mortem aduindictam creata esse. Sed & inuenimus aliā, sed grauiorem pœnam diuinam, mortē scilicet, pro peccatis hominibus impositam: eamque triplicem: hanc scilicet naturalem, qua omnes tādem aliquando plectimur. Item eam, qua adhuc accelerātur naturalis dicta violenta. Et tertiam omnium maiorem, æternam. Dicimus & mortem corporalem, spiritualem, & gehennalem: corporalem, naturalem, & violentam. *In can. si. de pœnit. distin. 5.* De gehēnali in pœnis reseruatis alteri seculo à Deo dicemus. De aliis nūc pauca, & de morte ciuili. Itaque alia pœna diuina hominibus à Deo posita ob scelera, est mors ista vitæ naturalis. Nam in eam incidimus omnes, & ad hanc dānati peccatum primum hominis, qui dum voluit similis esse altissimo, & credidit temere se Deo posse fieri similem, mortalis factus est, ob contemtum diuini præcepti, quod hanc pœnā habebat impositam, *Genes. 1. & 3.* ¶ Sic † separatur compago hominis, anima à corpore, *Cic. 1. Tuscula.* & omnibus hominibus constitutum est, ita semel mori, *ad Hebr. 9. D. Paul. ca. in ecclesiastico, 13. quæst. 2.* A muliere factum est initium peccati, & per illam o-

Digitized by Google

mnes morimur, *Ecclesiastici cap.* 25. moritur doctus & indoctus, *Ecclesiastes ca.* 2. rex hodie est, & cras morietur, *Ecclesiastici c.* 10. Et in Adamo omnes moriuntur, *1. ad Corinth.* 15. In summa, inquit Dauid, *Psalm.* 81. omnes sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis. Peccatum illud originale, quod mortis pœnam habuit, nobiscum nascitur, *Psalm.* 50. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, &c.* Mors proinde, vt pœna peccati, naturalis nobis perpetuo imminet, & omnes morimur, quasi aquæ dilabimur in terrã, *2. Reg.* 14. quæ non reuertuntur, Vtque naturale nasci, ita & quoque naturale mori. Voluit homo primus nimium edere, vetita gustare: omnis homo, pœnã respondente delicto, fame perit. Si enim manducare posset, spes vitæ temporalis esset: sed dum organa impediuntur, qualitates & temperamenta mutantur: dum spiritus seu anima seiungitur, corpus hoc sine alimento congruo in terram concidit. Sic omnes intereunt velint nolint, vt pluribus locis eximie explicat Horatius *Carm.* 1.

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumque turres.

Et *idem Carm.* 2.

Vnda scilicet omnibus,
Quicunque terræ munere vescimur,
Enauiganda, sive reges,
Sive inopes erimus coloni.

Et *idem* 3. *Carm.*

Mors & fugacem persequitur virum,
Nec parcit imbellis iuventæ
Poplitibus, timidoque tergo.

Statius *in* 2. *Syl.*

Quicquid habent ortus, finem timet, ibimus omnes,
Ibimus: immensis vrnam quatit Acacus vmbris.

Et Sibylla *lib.* 1. *Oracul.*

ὃ γεγονὸς, ὅλως ἔχει φθορήν. id est,
Si genitum est, indubie & interibit.

Cicero mortem ait esse paratam, *Cæc.* 4. *inuect. in Catil.* & definitam, *idem pro Sestio*, necesse mori, *idem* 2. *Tuscul.* Et si hoc tempore non obieris diem, paucis post diebus esse tibi moriendum, quia homo natus es, *idem lib.* 4. *Famil. epist.* Ouidius *in epist.* mortem & ineuitabilem, & pariter pœnam esse docet paucis,

Sed rigidum ius est, & ineuitabile mortis, &c.
Occurrunt animo pereundi mille figuræ.
Morsque minus pœnæ, quam mora mortis habet.

Et Lucanus 8.

Mors vltima pœna est, scilicet temporalium suppliciorum.

Et Propertius *lib.* 3.

Est mala, sed cunctis ista terenda via est.

Et apud Eutipidem *in Iphig. in Aulide act.* 5. *vers.* 336.

ὁ θάνατος δεινὸν κακὸν
Mors ingens & atrox malum est.

Et Homerus *Odyss.* 3.

Ἀλλ' ὅτε δὴ θάνατον καὶ ἐμοίρατο, ὃν δὴ θεοὶ περ
κῆρα φίλῳ οὐδενὶ δυσάσκετον ἀμφιβάλωσι, ὀππότε κεν δὴ
μοῖρ' ὀλοὴ καθέλῃσι τανηλεγὲς θάνατόν τε.

Id est,

Verum enimuero mortem omnibus communem, neque Dij ipsi
Etiam ab amato viro poterunt arcere, quandocunque tamen
Fatum pernicioſum corripuerit aspera mortis.

Sed hęc hactenus de pœna mortis naturalis, & necessitate illa fatali, ne incidamus in illa quotidiana & vulgaria quę cognita sũt.

5 ¶ Dicamus † de morte illa violenta, quæ nõ ex corruptione corporis, sed extrinsecus in pœnam maleficiorũ imponitur à Deo in lege Mosaica. Atque nemo, qui eam legerit, dubitat, sæpe ob grauiora facinora, quibus vix castigatio proficit, vel in detestationẽ criminis, vel ad exemplũ, impositã mortem, *Exo.* 11. 19. 21. *Leui.* 20. *Num.* 35. 4. *Reg.* 8. Et in lege Euãgelica inuenimus, mendacium vendicatũ morte Dei iudicio, *Actor.* 5. Sicut & in Apocalypsi occidentibus mortis suppliciũ imponitur, *Apocal. cap.* 13.

4 ¶ Spiritualis † mors duplex, vna bona, altera mala: bona mors spiritualis est, quando mortui sumus peccato, & viuimus Christo, per baptismum & pœnitentiam, id est, quando non operamur peccatum, non secus ac qui mortui corpore sunt: tales dicuntur mortui corpore, qui actiones corporis non exsequũtur. Viuimus autem Deo, quia Christus bene operandi & salutis dedit gratiam, *ad Roman. ca.* 6. *ca. vt ostenderet, & can. seq. de consecrat. distinct.* 4. Mala mors spiritualis est contra, quãdo quis per peccatũ mortale viuit dęmoni, & se segregat à Deo, vt si in peccatũ infidelitatis inciderit, si magnus, si diuinus, *c. qui sine saluatore*, 26. *q.* 2. *can. non solum*, 11. *q.* 3. si hypocrita, *ca. nolo autem*, 12. *q.* 1. auarus, *can. si quis usuras*, 14. *q.* 4. vel alterius peccati mortalis reus, *ca. intermittentes, §. dicens, de pœnit. dist.* 4. Sic inuenimus scriptum, *Os quod mentitur occidit animam suam*, *Sapien.* 1. *& anima quæ peccauerit ipsa morietur*, *Ezechiel* 18. ¶ Receptum † iure pontificio pœnas illas legales mortis hodie intelligi de excõmunicatione, *ca. per venerabilem, & ibi Panor. qui fil. sint legit.* Et iure eodem atque diuino concluditur à morte culpæ ad mortem gehennæ, seu ad æternam peruenitri, *ca. fin. de pœnit. distinct.* 7. Et ita explicant illud, quod scribit Zacharias, *c.* 11. *Quod moritur* (scilicet morte culpæ) *moriatur*: (scilicet morte gehennæ.) *Et quod succiditur, succidatur.* Ac si dictum esset, qui in sordibus est, sordescat adhuc, *ca. quantumlibet*, 47. *dist. Apocal.* 22. ¶ Et † proinde hodie in foro ec- 6
clesiastico, nulla mortis corporalis pœna inflicta est: & hoc est, quod dicimus, ecclesiam sanguinis iudicium nõ proferre, neq; clericis in sacris ordinibus exsistentibus vel prælatis licere huiusmodi sententias dictare, scribere, proferre, suadere: alioquin deponuntur, vt irregulares, *c. clericus, c.* 5. *& c. sententiam sanguinis, c.* 9. *ne cler. vel monach. lib.* 3. *Decret. tit.* 50. *c. ex literis, de excess. prælat. c. in archiepiscopatu, de raptu. can. illud*, 23. *quæstio* 4. Per alios tamen viros laicos prælati qui iurisdictionem habent temporalem, possunt quæ sanguinis notionem habent decidere, *gloss. in d. c. clericus, in ver. iudicent*, quæ ipsi per se nequeunt. Sic enim imitantur domini nostri Iesu Christi benignitatem, qui venit vocare peccatores ad pœnitentiam, *Matth. cap.* 9. *Nec desiderat mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat. Ezech. c.* 3. *Eccles. c.* 8. *can. hi qui*, 3. *q.* 4. Et admonuit hac de re discipulos Iacobum & Ioannem, cum eum quidam non reciperent & dixissent: *Domine vis dicamus, vt ignis descẽdat de cœlo & consumat eos.* Increpauitq; illos dicẽs, *Nescitis cuius spiritus estis. filius hominis nõ venit animas perdere, sed saluare, Luca c.* 10. *ver.* 54. *& Ioan.* 3. *vers.* 17. *& c.* 12. *vers.* 47. Facto quoque comprobauit, dum adulteram secundum legẽ antiquam lapidandã, noluit condẽnare, sed absoluit dicens, *Vade & - noli amplius peccare, D. Ioan. Euan. c.* 8. Et D. Paulus dixit noui testamenti mediatorem Iesum Christum per sanguinis aspersionem melius clamantem, quam clamauerit sanguis Abelis, *ad Hebr. c.* 12. cuius vox fratris homicidæ vindictam à Deo postulabat, *Genes. c.* 4. Atque ideo ecclesia, quæ incorrigibiles habet clericos, nõ occidit, sed vel carcere perpetuo afficit, *c. quamuis. de pœnis. in* 6. vel de gradu deiectos curiæ seculari relinquit puniendos: erga quam etiam intercedit, ne morte plectantur, sed alia leuiori, *can. nominis. de verbor. signif. ca.* 1. 23. *quæstio.* 5.

¶ Ceterum † mors corporis quidem vna est. tamen ad mortẽ 7
peruenitur diuersis viis: vnde mortis supplicium variũ est, & in iure diuino & politico seu ciuili. Et idcirco de pœnis, quæ mortem adferunt paulo latius dicendum, ne redeundum sit ad eandem materiæ tractationem sæpius postea. Et ita iuris gentium & ciuilis pœnas mortis, pœnis mortis quæ in iure diuino inueniuntur annectemus. Callistratus itaque Iurisconsultus *in l. capitalium*, 28. *de pœn. in P.* gradus capitalium pœnarum constituẽs, refert viui concremationem, capitis amputationem, & ad furcã damnationem. Marcellus addit, *l. respiciendum*, 11. *§. fin. eodem tit.* bestiis obiici.

¶ Sunt † mortis pœnæ pro grauissimis criminibus impositæ, 8
aliquando quibusdam prouinciis & gentibus inuisæ, vt dictum, dum ageremus de exilio. post ea autem crescente malitia & cõtemtu legum, oportuit ad eas se transferre. Satis tunc erat visũ vinculum validum legis simpliciter prohibentis, pudor qui tũc erat hominum: hodie, nequaquam, vt ait Liuius *lib.* 10. *primi ab vrbe condita.* Quibus & id etiam aliquando additum est, imo cõmuni iuris obseruantia receptum, ad pœnam exacerbandam, & in exemplum aliorum, ne corpora seu cadauera punitorum sepeliantur, nisi expresse petitum sit à principe, vel ab iis qui eius imperium exercent: qui potentibus tamen facile concedunt, interdum in pœnis exemplaribus negant, vt in crimine læsæ maiestatis, *l.* 1. 2. 3. *de cad. accus. punit. li.* 48. *P. tit.* 24. *l. obnoxios*, 11. *de relig. & sumt. funer. lib.* 3. *C. tit.* 43. Exemplumque patet in sacra pagina de Iosepho, qui petiit & obtinuit à Pilato corpus Iesu, vt sepeliret, *D. Io. Euang. c.* 19. ¶ Ad † mortis pœnam inferendã, 9
quoad fieri potest, ideo tardiores esse debent iudices, & nisi necessitas vel atrocitas coactos impellat cum lege, vix accedere debent: nõ secus ac Nero ab initio, qui Buro præfecto exigenti ab eo, in quos, & ex qua caussa animaduerti vellet, differebat: & dum illi chartam protulisset, traderetque inuitus inuito, exclamauit, vellem nescire literas, *Seneca in prin. lib.* 2. *de Clem.* Vespasianus Imperator neque cæde vnquam lætatus, iustis supplicijs illacrymans etiam ingemuit, *Suet. in Vesp. c.* 15. Quamobrem & iure ciuili non conceditur etiam præsidibus permittere libera mortis electionem, *Vlpia. c. aut damnum*, 8. *§. proinde, de pœn. in P.* D. Ambrosius reconcilians Theodosiũ Cæsarem ecclesiæ, pœnitentia eum agere coegit de Thessalonicensium præcipitij nece, atque eum sanctione edere de non statim puniẽdis, quos ipse iussisset, nisi post 50. dies, quibus custodiæ traderentur, *Nicephor. Calist. lib.* 12. *histor. c.* 40. *Theodoret. lib.* 9. *histo. Tripar. cap.* 30. Exstat & hodie eius constitutio, *in l. si vindicari*, 20. *de pœn. C.*

De Combustionis pœna.

Cap. 15.

1 *Igne combusti vindicta diuina.*
2 *Comburantur quibus sceleribus iure ciuili delinquentes.*
3 *Concremandi maleficos varij modi.*

4 Fures

14 *Fumo necati, & punith.*

DEus sæpe vindicauit †scelera igne de cœlo missō, vt quādo septem ciuitates Sodomiticas consumsit, *Genes.19.* quando inferentes extraneum ignem in sanctuarium sacerdotes Nadab & Abiu combussit, *Leuit.c.10.* Et dum ad preces Heliæ quinqua genarii duo regis Ochosiæ, igne cœlesti deuorati sunt, 4. *Reg.1.* Exustionis & pœna in iure diuino scripto statuta est cōtra pleraque delicta, contra viduas scortantes, *Genes.38.* contra anathematis participes, *Ios.7.* in eum qui filiam vel matrem vxorē duxerit, *Leuit.20* in filiam sacerdotis in stupro deprehēsam, *Leuit.* 21. ¶ Iure †ciuili comburuntur, viui sacrilegi, *l. sacrilegij pœnam, ad l. Iul. de pecu. in P.2.* Iudæus Iudæum ad fidem se conuertentē persequens, *l.2. C. de Iud.3.* Seruus dominæ concūbens, *l.1. de mulier. quæ se prop. ser. miscen.* C.4. Seruus raptum mulieris committens, vel rapientium socius auxiliaris, *l.vn. §. pen. de rap. C.5.* Falsum immunitatis instrumentum conscribens, *l.1. de immun. nem. conced. lib.10. C.6.* Qui adulteram monetam principis cuderit, *l. fi. de fals. mon. & l.2. eo. C.7.* Haruspex seu diuinus, *l.3. de malef. & mathe. C.* & libri eorum, *l. mathematicos, C. de epis. aud.* 8. Aggeres Nili rumpens, aut eius ripas, vel aquas vltra constitutum terminum & modum vsurpans, *l. vnu, de Nili aggerib. non rumpend.9.* Qui hostibus prædandi viam aperuit vel cum illis prædam diuisit, *l. si quis à barbaris, §. fi. de re mil. lib.12. C.10.* Incendiarius qui ædes, aceruumve frumenti iuxta ædes positum incenderit dolose, *l. qui ædes, de inc. ruin. & nauf. in P.11.* Transfugæ, & qui hostibus detegunt consilia principis, *l. aut damnum, §. hostes, & l. si quis aliquid ex metallo, §. 2. de pœn. in P.12.* Seruus saluti domini insidiatus, nonnunquam liberi & humiles personæ, *l. capitalium, §. igni cremantur, de pœn. in P.13.* Actor rerum priuatarū vel procurator Cæsaris, si quem hoc prætextu iniuria affecerit, *l. vniuersi, vbi causse fisca. lib.3. C. tit.26.14.* Hæretici docentes alios, seu vt dicimus dogmatizantes, & eorū libri, *l. quicunque, 8. §. vlt. l. etiam supplicio, & §. seq. debebit. C. l. damnato, 6. eod.* ¶ Necabantur † &
3 igne variis modis homines, vt dum in ollis æreis sartagine succensis nudi vel excoriati torrebantur, vt martyribus legitur in Machabeis. 2 *Machab.7.* contigisse. Et Tholosę adulteratores monetam, bitumine & cacabis oleo bullientes plenis iniiciuntur. Perillus vaccam ex ære construxit, quam ad concremandos in ea hospites Phalaridi tyranno donauit, qui in eam primum merito tantæ crudelitatis coniecit artificem, *Plut. in Paradell. c. 34. Plin. lib.34. c.8.*

Et Phalaris tauro violentus membra Perylli.
Torruit, infelix imbuit auctor opus. Ouidius 1. de arte Amand.

In fornacem etiam comburēdi apud aliquas nationes mittebā-
4 tur rei, vt apud Danielem 3. c. legimus, ¶ Genus †crudele cōbustionis inuentum ab Auidio Cassio, vt à Vulcatio scriptum est ad Augustum Diocletianum: is enim trabem seu stipitem octuaginta aut centum pedum, è materia curabat deligi, tum à summo vsque ad infimas partes noxios alligabat, eosque in altum erectos, incendi atque concremari volebat. Sic vt multos incendio, alios fumi cruciatu necaret, *Crinit. lib.18. de honest. discip. cap.11.* Alexanderque Seuerus Imperator fumo eos necari iubebat, qui fucum facerent, & in amicorum cauſſis atque officiis fumum venderent.

De Capitis, & aliorum membrorum amputatione.

Cap. 16.

1 *Capitis amputatio pœna est, & membrorum amputatio præcedit interdum capitis amputationem.*
2 *Securi percussio, vt fiebat.*
3 *Capite qui plectuntur.*
4 *Capitalis truncatio quare mortalis.*
5 *Membra quæ debent in pœnam abscindi.*
6 *Manus quibus in pœnam amputanda est.*
Chrisma ad iudicium peruertendum datum, punitum eodem.
7 *Oculorum erutio in quibus criminibus.*
8 *Oris obturatio fiebat ductis ad supplicium, & illis tria verba tantum loqui licebat.*
9 *Pedum amputatio quibus in pœnam, & aurium amputatio pro quibus.*
10 *Narium amputatio pro quibus.*
11 *Crurium fractio in pœnam.*

1 ALia pœna mortis, †cōmunis in iure diuino & humano, est capitis amputatio. Mors quidem cita, quam imtert dū aliorum membrorum amputatio præcedit, vt durior sit. Fuit huius exemplū in supplicio illius idoli Dagon. In cuius templū cum Philistini arcam Dei à populo Dei ereptā deposuissent, inuentus est Dagon iasēs super faciem suam in terra, abscisſis capite, & duabus palmis, manu super limen, 1. *Reg.5. c. Ioseph. lib.6. Antiquit. Iudaic. cap.1.* Vsitatamq; pœnam hanc fuisse in Israelitica politia constat ex Bibliorum sacrorum lectione, 4. *Reg.6. Matthei 14. Marci 6.* Et si crimen tam impium esset, quod pœna exemplaris esse deberet, cum capitis truncatione alia membra quoque concidebantur, vel mortuis vel viuis reis. Sic Iudas Machabæus princeps Iudæorum victoria potitus ope Dei, aduersus blasphemum Nicanorem præcepit caput Nicanoris, & eius manum cum humero abscindi, & Hierosolymam deferri, vbi suspendit caput in summa arce, & linguam blasphemam eius præcisam iussit particulatim auibus dari, manum autem contra templum suspendi, 2. *Machab. cap.15.* Iure ciuili capitis ademtio etiam pœna frequens, *l. capitalium. de pœn. in P.* ¶ Nam † & anti- 2
quitus securis imperii summi potestatisve in vitam facinorosorum insigne erat, diciturque gladii potestas, *l. imperium, de iurisd. omn. iud. in P.* Cicero 3. *act. in Verrem, Agunt cum præcipitem pœnæ Romanorum, quos partim securi percussit, partim in vincula necauit.* Liuius, *lib.3. dec.1.* decemuiros cum fascibus duodonis subito prodiisse tradit, & centum viginti lictores forum impleuisse, & cum fascibus secures illigatas protuliſſe, nec attinuisse demi securim, cum sine prouocatione creati essent. ¶ Capite † punitur explorationem in militia fraudans, fossam instantibus 3
hostibus relinquens, *l. 3. §. si qui exploratores, de re milit. in P. libr. 49. titu. 16.* transfuga. *d. l. 3. §. si qui ad hostes,* seditionem militum excitans atrocem. Est & in aliis disciplinæ militaris pœnis frequens pœna, *d. l. 3. per totam.* ¶ Amputatio † membrorum capi- 4
talem pœnam habet, vt præcipuæ partis & nobilioris hominis, *l. cum in diuersis, de relig. & sumt. fun. in P.* capitis scilicet. Eaque semper lethalis & mortis est, propter neruorum paria, & ingationes, quæ ex capite in corpus hominis vniuersum diffunduntur, & propter sedem animæ præcipuam, quæ in eo est. Sunt & aliæ membrorum decisiones in pœnam etiam impositæ, & iure diuino & humano. Cum enim talio recepta vtroque esset, vt antea probauimus, dentem pro dente, & manum pro manu, & pedem pro pede abscindi consequens fuit. ¶ Item, † quia 5
in eo quo quis deliquit, & per ea quæ peccauit torquendus est: pœna membris, vt delicti potioribus instrumentis imposita est. Sic manus Ieroboamo, quam extenderat iubendo virum & prophetam Dei capi, exaruit Dei vindicta: donec oratione prophetę sanitati restituta, 2. *Reg.c.13.* Manus Nicanori, qua bellauerat iniuste in Iudęos, amputata: & lingua, qua blasphemia in Deū protulerat, conscissa volatilibus cœli exposita, 2. *Machab.c.15.* Zacharias, qui lingua dubitare se ostēderat de pollicitis à Deo, lingua obmutuit in præfinitum vsque nativitatis D. Ioannis Baptistæ tempus, *Luc. c.1.* ¶ Exstat † lex in Deuteronomio *cap.25. si hu-* 6
buerint inter se iurgium viri duo, & vnus contra alium iurgari cœperit, volensque vxor eruere virum suum de manu fortioris, miserit manum & apprehenderit verenda eius, abscindes manum illius, nec flectet ur super eam vlla misericordia. Apud Ethnicos Sergius Galba, *Sueton. Tranquil. in Galba. c.5.* Imperator, numulario, non ex fide pecunias tractanti, manus imputauit, mensæque eius affixit. Statutum & iure Insubrum, vt qui contra pacis tranquillum statū aliquē vulnerauerit, manus ei amputetur. *§. si quis alium, de pac. tenen. & eius violat. lib.2. Feud. tit.27.* Sicut & scribæ, qui contractum falsum scripserit feudi, seu prædii clientelarii, *§. callidis, de prohib. feu. alien. per Feder. lib.2. Feud. ti.55.* Et exactori, qui perfide ea quæ ex tributis exegerit, nō scripserit, vel omnino, vel clare non descripserit, *§. coges, de mand. princ. in Auth. collat.3. titu.4.* Et in summa nouo iure, si criminis qualitas exigat membri alicuius abscissionem alterius, quā manus: manus pro eo abscinditur, *§. fin. incip. quia vero nos oportet, vt nul. iud. lic. hab. loc. in Auth. & aut. sed nouo iure, de ser. fugit. C. l. si fugitivi, eod.* Et maior pœna pedis, quam manus amputatio: vt maior amputatio pedis, quam effossio oculi, secūdum Baldum, *l. binas ædes, de seruit. vrb. prædior.* Apud Longobardos, manum amittit tabellio instrumentum conscribens venditionis factæ per mulierem consentiente viro, *l. 2. qual. mulier. permiss. est alienat. in legib. Longob* peritus, *l.2. de testib. & l.2. & 3. de periur. in d. l. Longobard. 2. de iis qui ad prælat. &c. eod.* presbyter qui sanctum chrisma ad iudicium peruertendū dedit, *l.1. de eo qui sanctum chrisma, &c. eod.* sine iussu principis cudens, vel fingens monetam, *l.1. de fals. monet.* seruus, qui sine iussu domini celaturā seu semaidam, id est, noua signa, in sylua alterius fecerit, *l. si quis propter, & l. seq. de iis qui ter. corruper.* ¶ Oculo- 7
rum † fuit erutio aliquibus quoque in pœnam, sic vnus oculus pro primo furto eruebatur apud Longobardos, *l. si quis latro, de latro. in d. ll. Long.* Et Wisigothorum lex statuit oculorū erutionem, patri, vel matri, qui abortu necem gestati vteri procurauerit, *l. fin. de excutient. homin. part. lib.6. C.* Wisigot. *tit.3.* Lucrensium lege lata à Zaleuco, adulter vtroque oculo priuari debebat, *Valer. Max. lib.5. c.6.* Vitisa Ægyptæ filius rex Gothorum & Hispaniarum anno 698. Theodofredum, quem Eringius regno exegerat, confossis oculis Cordubam relegauit. At Theodofredi filius Roderieus exercitu cōgregato, Vitisā regno mouit, & Cordubam identidem oculis confossis anno regni sui nono ablegauit, *Franc. Taraf. lib. de regib. Hispan. in Vitisa.* De crudelitate Syllæ loquens D. Augustinus *de ciuitate Dei ca.28.* scribit, iussu eius aliquos oculis effossis & particulatim membris amputatis, in

Digitized by Google

tantis cruciatibus diu vixisse, vel potius diu mori coactos esse.
8 ¶ In †pœnam etiam maiorem ad vltimum supplicium raptis & ductis ora obturabantur, *colligo ex Iustor. Ester c.7.* Et vt Suidas ait, iis qui ad supplicium ducebantur, licebat potu & cibo plenis, tria dicere quæ vellent, deinde ore obturato ad necem adducebantur. Vnde prouerbium, *τρία τὰ τῆς ἀνῆς*, id est, *illa*
9 *tria dicas iuxta aulam*, id est, in prætorio. ¶ Pedis †amputatio, pœna in iure seruis transfugientibus ad barbaros fuit imposita, *l.3. de ser. fugi. C.* Octingenti Græci captiui à Persarum regibus turpiter mulctati corpore fuerunt, quibus quidem aliis manus, aliis pedes, quibusdã nares, & aures exsciſſæ. Si qui autẽ scientia, arte, aut disciplina aliqua excellerent, iis membrorũ omnium, exceptis quibus ad excercendas suas artes vterẽtur, extremitates amputatæ fuerunt, qui subactis Persis ab Alexandro Magno in ea miseria inuenti, immunitate donati sunt, *Diod. Sic. in anno*
10 *6. Alex. lib. 17. Bibliop.* ¶ Nares †furibus amputãtur in Longobardia, *l. de latronibus, & l. si quis latro, de furt. in ll. Longob.* & pariter conspirantibus in patriam eandem, *l. de conspiratoribus, de aggress.*
11 *in vico factis, in d. ll. Long.* ¶ Crurium fractio, seu vt ait Apuleius, *lib. 9. Asini Aurei.* crurifragium, inter supplicia inuentum: nam & latronibus suspensis D. Ioannes Euang. *c.19.* crura fracta scribit, vt scilicet citius morerentur. Octauius Augustus, Thrallo à manu, quod pro epistola prodita denarios quingentos accepisset, crura effregit, vt scribit Suetonius Tranquil. *in Octa. c. 67.* Scribit Q. Cicero, *in parænesi ad M. fratrem*, M. Mario Gratidiano iussu Syllę primum brachia & crura fracta, aures deinde præsectas, & linguã, & nasum, oculos defossos, & postea caput detruncatũ Meminit Ammianus Marcellinus, *lib. 14. histor.* Apollinares duos, patrem & filium, sub Gallo Cæsare in exsilium actos, ad locum, qui Craterus nomine, villam videlicet suam, quæ ab Antiochia vicesimoquarto disiungitur lapide, vt mandatum erat fractis cruribus occisos.

De suspensione, & crucifixione.

Cap. 17.

1 *Crucis seu suspensionis pœna, qua.*
2 *Suspendi ob quæ maleficia quis debeat. & 1.*
3 *Crucis supplicium grauissimum. & nu. 1. & cruce qui suspendebantur apud Romanos, & pro quibus.*
4 *Crux supplicio quando prohibita.*

SCriptum est, *Sapien. 14.* † *Benedictum lignum, per quod fit iustitia*, ratione scilicet iustæ vindictæ: verum ratione eius, qui ligno suspẽditur ob maleficia, dictum est in Deuteronomio *cap. 21. Maledictus à Deo est, qui pendet in ligno.* Eiusque mors turpissima habita. Et proinde de domino nostro Iesu Christo, qui pro redemtione salutis mundi pependit in cruce, *Matth. 23. 26. 27. Mar. 25. Luce 23. Actor. 2. & 4. D. Ioan. Euan. c.19. Heb. 6.* prædictum erat, futurum improborum iudicum hunc sermonẽ, morte turpissima cõdemnemus eum, *Sap. 2.* Seruile enim, & crudele habitum est supplicium crucis, *Lactan. li. 4. ca. 26.* A cruciatu, crux, *c. nulli, 3. q. 1.* vel à cruce, cruciatus melius. Hac pœna affecit Iosue principes idololatrarum, *Iosue c. 8. & c.19.* Et Dauid septẽ natos ex genere Saulis, qui occiderãt Gabaonitas cõtra fœdus, ad placandum Dominum, *2. Reg. c. 21.* Clauis suffigebantur cruci corpora, indicat. Et illud Plautus *in Mostellaria*,

Ego dabo ei talentum primus, qui in crucem excurrerit.
Sed ea lege vt affigantur bis pedes, bis brachia.

Meminit Plinius *lib. 28. c. 4. de clauo crucis. Item in quartanis*, inquit, *fragmentum claui à cruce, involutum lana collo subnectunt.* Mos erat aliquando suspensorum in cruce frangi crura, vt mors acceleraretur eorum, *D. Ioannes Euang. c.10.* vt non dubitem, diram imprecationem mulieris adulteræ, in virum citius, quã exspectaret redeuntem, apud Apuleium, *lib. 9. Asini aurei*, eo pertinere, dum crurifragiũ illi ominatur. Vsi hac pœna Ægyptii suspensionis in cruce, *Genes. 40. & 41.* & Persæ, & Medi, *Hester. 5. 8. & 9. & 1. Esdræ ca. 6.* Punitus proditor Iudas à seipso suspendio, quo crepuit medius, *Matth. 27. Act. 1.* A Carthaginensiũ senatu in crucẽ tolli Imperatores solebant, si prauo cõsilio rẽ perageret, quamuis feliciter, vt scribit Liuius, *lib. 8. decad. 4.* Idipsum &
2 Valer. Maximus *lib. 2. c. 2.* recenset. ¶ Apud †Iurisconsultũ, summum supplicium ad furcas dicitur damnatio, *l. capitalium, de pœ. in P.* Quo pœnæ genere puniuntur famosi latrones, *d. l. capitalium, §. famosos.* Et Insubrum iure antiquo, qui plus quam quinq; solidos furantur, *§. si quis quinque solidos, de pace ten. & eius violat.* Grauis nimium tamen pœna & crudelis pro tã modico ære visa est. Et proinde Paris de Puteo *in tract. syndicatus, in §. crudelitas*, ait, quod Federici, qui eã edidit constitutionẽ, proles nõ regnauit quia ita statuisset. Vt & in Lõgobardorũ legibus, seruus regis, qui aliquem occiderit, supra tumulum occisi furca suspẽditur, *l. 1. de cul. seruor. l. si seruus regis, de homicid. liber. hom. in leg. Longobard.* Ciuili Romanorum iure quoque furca suspendi debent transfugæ & consilia hostibus detegentes, seditionis auctores, *l. si quis aliquid, 38. §. 1. & seq. de pœn. in P. l. 3. §. is qui ad hostes, de re milit. lib. 49. P. sit. 16.* sacrilegi aliquando, *l. sacrileg, 6. §. 1. ad leg. Iul. pecul.* Refert Dionysius Halicarn. *in 5.* à quibusdam esse proditum, institutum in creatione prima consulum, vt alterum illorum duodecim secures præcederent: alterum duodecim lictores cum solis fascibus, atque etiam cum furcis: secures singulis mensibus collegæ sibi traderent. ¶ Romani † ante 3
aduentum domini nostri Iesu Christi, & ante eius fidem agnitam, crucis patibulo vsi sunt pro summo & horribili supplicio, vt meminit Iuuenalis, *Satyr. 13.* dum ait.

—multi
Committunt eadem diuerso crimina fato,
Ille crucem pretium sceleris tulit, hic diadema.

Ideo pro singulari exemplo canis in crucem sublatus, quo tempore Galli vrbem inuaserunt, quod in Capitolio canes nutriti in aduentu hostium non latrassent, clangore autem suos anseres venientes detexissent auctore, Plutarcho, *de fort. Rom. & virt. Alexand.* C. Soſſius præfectus Ciliciæ, & Syriæ à M. Antonio, sub Octauio Cæsare, Herodi Iudæorum regno concesso, Antigonum cruci alligatum, quo supplicio nullus vnquam rex erat affectus flagris cæcidit, ac deinde iugulauit. Ciuem Romanum crucifigi, erat contra omnes leges. Scipio tamen superior deuicta Carthagine, ciues Romanos, qui ex Romanis exercitib. ad Pœnos transierant, tanquam patriæ fugitiuos crucibus affixit, *Valer. Maxim. lib. 2. ca. 2.* Galba imperator, *Sueto. Tranquil. c. 9. in Galba*, tutorem, quod pupillũ cui substitutus erat veneno necasset, quãuis ciuẽ Romanũ, cruce affecit. Et pœnã esse hostis à senatu iudicati tradit Tranquillus, *idem in Neron. c. 45.* ceruicem inseri furcæ, corpus virgis ad necem cædi. More tradito, Romanis nefas erat virgines pœna strangulare, *idem in Tiberio c. 61.* Ideo prius à carnifice comprimi solitas. Sicque testatur Dio Cassius & Suetonius Trãquillus, cuius verba, *Immature*, inquit, *puella, quia more tradito nefas esset virgines strangulari, vitiata prius à carnifice, dein strangulata.* Et Cornelius Tacitus *lib. 5. annalium*, dum loquitur de animaduersione in liberos Seiani, *Tradum*, inquit, *temporis eius auctores, quia triumuiral supplicio affici virginem inauditum habebatur* (loquens de filia Seiani) *à carnifice laqueum inexta compressam. Exin obliſis faucibus id ætatis corpora ingemonias abiecta.* Crucis supplicium maius, quam suspensionis: nam in eo & vita cum cruciatu affixionis membrorũ cruci diutius trahebatur, & suffixi ita fame peribãt, nullo in cruciatu subueniente, vt facticatum de Christianis quamplurimis narrat Nicephorus *Callisti, lib. 7. cap. 7.* Constare & potest ex eo, quod narrat Trogus de Hannone Carthaginensi, qui Philippi regis Macedonum floruit ætate, qui cum ob potentiam vellet tyrannidem vsurpare, captus à ciuibus, primum virgis cęsus est, deinde effossis oculis, fractisque cruribus & manibus, cruci affixus. Firmat id Iustinus *in 2. Ex Trogo*, dicens Bomilcharem Amilcaris filium, Pœnorum ducem, dum venisset in suspicionem cũ Agathocle conspirasse, in medio foro patipulo crucis affixũ fuisse: indeque cum magnis clamoribus multisque conuitiis, subditorum ingratitudinem obiurgasse, & inter clamores spiritum emisisse. ¶ Nũc †supplĩciis ademta crux, quia coli & venerari dig- 4
na, in memoriam salutis eius instrumẽto humano generi elargitæ à summo Deo per vnigeniti filii sui redemtionem & adorandam passionem, *l. decernimus, 26. C. de episco. & cler. §. 1. de monach. in Authent.* Sustulitque ex vsu pœnarum Constantinus Magnus, inuenta Dominica, & Maxentio virtute crucis superato. Atque Cæsares, neque crucis signum depingi, vel sculpi humi patiuntur, ne pedibus conculcare instrumentum sculpi videamur, *l. vnic. nemin. lic. sig. C. saluato. & c. C.* Hunc furcis bicornibus, vel triangulatis stipitibus, vel arboribus suspenduntur scelerati, neque cruci, vt olim affiguntur membra, sed laqueo suffocantur: quæ fuit pœna Iudæ, qui laqueo se suspendit. Et ea pœna scribit Homerus *in fine Odyss. 10.* affeciſſe Vlyssem ancillas impudicas.

De lapidatione, & iaculorum confossione.

Cap. 18.

1 *Lapidatio quibus lege diuina imposita, & qui lapidati.*
2 *Iaculis confodere, pœna.*

ALia pœna mortis †legis diuinæ, lapidibus necari & obruit 1
quæ imposita fuit filiabus in domo patris virginitatem maculantibus. *Deuteron. 22.* & adulteris, *Deutero. 22. Ioan. 8.* blasphemis, *Leuit. 24. 3. Reg. 21. Actor. 7.* & aliis impiis. Hoc genere supplicii Hecuba vxor Priami à militib. Græcis affecta, & lapidib. obruta, quod multa ingereret maledicta & infausta omnia imprecaretur in exercitum Græcorum: cuius sepulcrũ apud Abydum statuitur, appellaturque Cynossema ob linguæ proteruiã, impudentemque petulantiam, vt auctor Dictys Cretensis *lib. 5. de bello Troiano.* Lucius Cornelius Cinna ob nimiam crudelita-

tem

Digitized by Google

tem à militibus lapidibus occisus, *Plinius iunior lib. de vir. illustr.* Arrianus scribit etiam, *lib. 4. de exped. Alexand.* Hermolaum Sopolidis filium, ob insidias Alexandro Magno structas, & ceteros eius factionis comprehensos, à circunstantibus lapidibus obru-
2 tos. ¶ Exstat † in Exodo *cap.* 19. pœna, qua mandantur affici, qui montem in quem Dominus Mosi collocuturus descenderat, contigisset, nempe, vt aut lapidibus opprimerentur, aut confoderentur iaculis. Hodie inter pœnas militares ea videtur esse, reos mortis machinulis, quas arcabusios dicimus, & earum glandibus petere & necare.

De Præcipitatione, & submersione.

Cap. 19.

1 *Præcipitatio, pœna mortis vbi.*
2 *Submersionis pœna.*

1 MEminit sacra pagina † de mortis pœna præcipitii, quando ex superiori loco quis, vt moriatur, deturbatur. Qua pœna affecta impia Iezabel iussu Iehu, 4. *Reg. ca. 9.* Amasias etiã cum vicisset filios Seyri, in valle Salniarum decẽ millia captiuorum adduxit in præruptum petræ, & iussit præcipitari de summo in præceps, qui vniuersi crepuerunt, *Paralip. 6* 25. Hac pœna præcipitii è rupe affectum à Delphis Æsopum Phrygium, auctor Maximus Planudes *in vi. Æsopi, & Plut. de sera numi. vind.* incusatum sacrilegii, falso tamen. Lucretius *lib. 3.* de hac pœna meminit,

Sed metus in vita pœnarum pro malefactis
Est insignibus, insignis sceleruque luela,
Carcer, & horribilis de saxo iactus eorum.

Eleorũ lex de saxo Typœo fœminas deiici iussit, quæ ad olimpicos ludos penetrassent, quæve Alphæum, diebus quibus erat eis interdictum, omnino transmisissent, auctore Pausania *in* 10. *libr. Eliacorum*, Lex 12. tabularum, quoque de falso teste, sic ait, *Falsus testu Tarpeio deiicitor.* Vulgareque supplicium fuisse apud Romanos testatur Dionysius Halicarnassæus *lib.* 8. Quo ducti in eminentem in foro tumulum, vbi vasta rupe deiiciebantur: cuius erat altitudo, etiam secure aspicientibus, horrenda, meminit Senexa *3. declar. lib.* 1. Cornel. Tacitus *lib. 2. annal.* refert, L. Pituanium Mathematicum, iuxta senatusconsl. de Mathematicis magisque Italia pellendis, saxo deiectum. Sacrilegos sic ex alto deiectos, tradit Eusebius *lib. 8. de præpara. Euangel. C.* Caligula crudelis nimium, cum qui se periturum gladiatoria arte pro salute sua vouerat cunctantem, puerum tradidit verberatum infula tumque, qui votum reposcentes per vicos agerent, quoad præcipitaretur ex aggere, *Sueton in Calig.* De rupe, *Leonicen. lib. 2. de var. histo. cap.* 55. Typœa Olympiæ deiiciebantur prævaricantes in sacris certaminibus Lycas ab Hercule præcipitatus est, quod ei tunicam Nessi sanguine tinctam, venenoque imbutam attulisset, *Ouid. in Ibin.* Sicut & diruta Troia Astyanactes Hectoris filius in præceps datus mira immanitate ab Vlysse, *Ouid. in Ibin, & 13. Metamor. Senec. in Troiade.*, Deiecit & de saxo Capitolii Manlius vigilem, qui in excubiis positus Gallos in Capitolium ascendentes non detexerat, vt auctor Liuius *libr. 5. Decad.* 1. Et Daphidas sophista ab Attalo rege, quem sæpe contumeliis absentem lacessierat, ex saxo, cui nomen Equus, præcipitatus est, auctore Valerio Maximo *libr. 1. cap.* 8. Modestinus tamen Iurisconsultus tradit, *l. si diutino, 25. §. final. de pœn. in P.* non posse aliquem damnari, vt de saxo præcipitetur. Et Constantinus Imperator *in l. 1. de emend. serue. lib. 9. C. tit.* 14. terram iussionem & ve-
2 titam ait, mandatum, vt quis præcipitetur. ¶ Alia † pœna submersionis est, quæ maxima & generalis fuit tempore diluuii, *Genes. c. 7. 8.* Octauius Cæsar, *Sueton. Tranquil. in Octauio. c.* 67. pædagogum, ministrosque Caii filii, per occasionem valetudinis mortisque eius superbe auareque in prouincia grassantes, oneratos graui pondere ceruicibus præcipitauit in flumen. Traianus omnes delatores nauibus sine velis & remis impositos fluctuum misericordiæ exponi iussit, *Plinius in 2. Panegyr. ad Traianum.*

De Bestiarum obiectone.

Cap. 20.

1 *Bestiarum obiectio pœna capitalis, & diuina, & ciuilis.*

1 ALia † pœna mortis à Deo aliquando in sacra pagina apposita est, bestiarũ ferarumque laniatu necari & deuorari. Eam pœnam pertulit Propheta ille, qui legatione fructus Dei ad Hieroboam, nõ est secutus mandatum Dei, sed bibit & comedit in via legationis contra id, quod interdictum erat: atque idcirco iuxta verbũ Domini à leone in itinere occisus est. 3. *Reg. c.* 13. Sic coloniæ translatæ de Assyriorum regno in Samariam, à qua rex Salmanasar expulerat Iudæos, cum illæ non timerent Dominum, à leonibus à Deo immissis deuorabantur, 4. *Reg.* 17. Atque cum maledixisset in nomine Domini Helisæus pueris paruis egressis de ciuitate Bethel, per quam viam faciebat, dicentibus, *Ascende calue, ascende calue*, exsilientes de saltu duo vrsi lacerauerunt ex ipsis quadraginta duos pueros, 4. *Reg.* 2. Deus, cum murmuraret populus in deserto terræ Edem aduersus eum & Moysem, misit in eũ ignitos serpentes, qui lethales inferrent plagas, *Numero. ca. 21. canon. quia sancta. §. verum, 63. dist.* Sic in summa Deus minatur populo contumaci pœnam hanc, *Dentes bestiarum immittam cum furore serpentium, Deuteron.* 32. Et per Ezechielẽ *cap.* 5. inter alias grauissimas pœnas, quas Deus populo rebelli & impio minatur, addit & famem, *Congregabo super vos, & conteram baculum panis, & immittam in vos famem, & bestias pessimas vsque ad internecionem. Et pestilentia & sanguis transibunt per te, & gladium inducam super te: ego Dominus locutus sum.* Et rursum *Ezechiel* 35. ad adulteros & homicidas, *Viuo ego, quia qui in ruinosis habitant, gladio cadent, & qui in agro est, bestiis tradetur ad deuorandum: qui autem in præsidiis & in speluncis sunt, peste morientur. Et dabo terram in solitudinem, & in desertum.* Vt cõtra, inter benedictiones obedienti populo & Deus pollicetur, *Leuitic. 26. Auferam malas bestias, & gladius non transibit per vos.* Et rursum, *Cessare faciam bestias pessimas de terra, & qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus, Ezechiel. 34. 1.* Meminit & sacra pagina Darium regem Persarum & Medorum, pœnam aliquando statuisse in Deos alienigenos adorãtes, vt bestus & leonibus lacu nutritis deuorãdi obicerentur, *Danielis 6. & 14.* Obiecta est deuoranda Hesione monstro marino pistrici, cuius belluæ, vt ait Virgilius *3. Æneid.*

Prima hominum facies, & pulcro pectore virgo
Pube tenus, postrema immani corpore pistrix.

Et Andromede Cephei & Calliopes filia Ceti deuorandæ exposita scopulo alligata à Nymphis: eo quod se forma antecellere Nereidas gloriaretur. Liberata à periculo per Perseum, sicut & Hesione per Herculem. Alia pœna auibus exponi.

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus,
Assiduam nimio pectore pauit auem. Martia. lib. 1. epig. 7. Æschil. in Prometh. liga.

Iure ciuili damnatio ad bestias etiam recepta erat, *Paul. l. ad bestias, 31. de pœn. in P.* quæ vitam quoque adimit, *l. si quis filio exheredato, 6. §* irritum, *versic. sed & si quis, de iniust. rupt. lib. 28. P. situ. 3. Paul. l. qui vltimo supplicio, 29. de pœn. in P.* Ad bestias damnati, vel vt deuorarentur ab eis, vel in ludum venatorium reseruabãtur quo ludo serui pœnæ affecti iuniores, qui robore valebant, damnabantur, *l. aut damnum, 2. §. quicunque, de pœn. in P.* vt spectaculum populo, cum vitæ suæ discrimine, exhiberent. Suetonius Tranquillus crudelitatem Caligulæ describens, *in Calig. cap.* 27. tradit eum Cæsarem, cum ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes comparantur, ex noxiis laniandos eis annotasse, multosque honesti ordinis deformatos prius stigmatum notis, ad metalla & munitiones viarum, aut ad bestias cõdemnasse. Equitemque Romanum obiectum feris, cum se innocentem proclamasset, reduxisse: rursumque abscissa lingua induxisse. Subiici dicuntur bestiis etiam, qui laniandi illis præbentur à Modestino, *l. pœna, ad leg. Pomp. de parricid.* & Marcello, *l. 3. ad leg. Corn. de falsi.* Græci Macedones aliique populi, vsi hac pœna sunt, vt reos damnatos laniandos feris obiicerent, vt & apud Pausaniam *lib.* 1. scriptum est, Lysimachum Macedonem Alexandri Magni satellitem, in eandem caueam cum Leone regis ira obiici iussum: sed cum bestiam à Lysimacho interemtam mox rex audiuisset, viri perpetua admiratione virtutem prosecutum. Scribit Florus *ex Liuio libr.* 51. Scipionem, exemplo patris sui Pauli Æmilij, qui Macedones vicerat, ludos edidisse, & fugitiuos & transfugas bestiis obiecisse. Obiectio bestiarum erat sine pugna, expositio hominis vt laniaretur à bestiis: quod vt aliquando facilius fieret, obiiciebatur reus ligatus, vel furca suspensus quo pertinet illud Martialis, *lib. 1. Epigramm. epigram. 7.*

Nuda calidonio sic pectora præbuit vrso,
Non falsa pendens in cruce Laureolus.

quod non fit, cum ad bestias dantur rei, eaque etiam minor pœna & liberorum, quam obiici feris dicitur, minorque vltimo supplicio, ab Vlpiano *in l. quicunque, 8. ad leg. Cornel. de falsi. in P.* Nam etsi quis venationi vel pugnæ ferarum addictus fuisset, & certationis discrimine pœnam luisset, culpæ vacuus & alterius pœnæ erat. Non ita si quis obiectus feris fuisset. Siquidem qui vel aliqua arte, vel fortuna intactus à feris remansisset, alia pœna vita priuatur. Sicuti legimus apud Cornelium Tacitum, *lib.* 18. *Annalium, seu secundæ historiæ*, Maricum quendam è plebe Boiorum, qui rebellionem Galliarum iuxta Æduos manu parua collecta hominum concitauerat, captum & mox feris obiectum iussu Vitellii, quia non violabatur, & ideo à vulgo stolido inuiolabilis credebatur, spectante Vitellio interfectum. Norunt enim Physici, quædam contra ferarum impetum amuleta, quibus se præmunire poterant obiecti. Veluti si citrium malum comedissent: vt refert Athenæus *libr. 3. cap.* 9. experientia certissimum probatum, vel si chalcantho vrsorum ora & leonum in arena aspersissent: tanta enim ei est vis

Digitized by Google

adstringendi, vt non queant mordere, vt docet Plinius lib. 34. c. 12.

De Peste.

Cap. 21.

1 *Pestis & epidemia quid.*
2 *Pestis caussæ naturales & diuinæ.*
3 *Pestis flagellum Dei. Duo alia flagella fames, bellum, eodem.*
4 *Pestis amouenda caussa etiam ab ethnicis supplicatum.*
5 *Pestis malorum acerrimum.*

1 PEstem † λοιμὸν Græci vocant, morbum videlicet epidemium, non quidem simpliciter, sed pernicioſum & lethalem. Adeoque epidemius genus ad pernicioſum & mitiorem morbum pertinens λοιμὸν namque ἐπιδημίαν εἰπεῖν, id est, pernicioſam epidemiam. ἐπίδημον quippe Latinis popularem morbum, hoc est, tempore aliquo eodem in loco abundantem, non tamen exitium adferentem, *Galen. libr. 1. de ratio. vict. in mor. acut.* Galenus ad Pisonem de Theriaca pestilentem lucem dicit, veluti feram quãdam ab aeris putredine exortam per inspirationes influentem, non vnum aut alterum hominem, sed plures quoque ciuitates depascentem, vastantem & depopulantem. 2 ¶ Quamuis pestis multæ † soleant esse causſæ, & aliquando ex sordibus residentibus, nec purgatis cloacis oriatur, *l. 1. §. 1. de cloac.* Aliquando, vt ait Heraclides Ponticus *in allegor. Homeri*, pestilentibus morbis, præcipua, naturalis scilicet, causſa est in Sole: cum enim æstiua lux mollis ac blanda, temperato calore leuiter fouetur, salubris aura hominibus spirat. Sicuti si calore vel nimio ardore æstuet, morbidos ex terra vapores trahit: ægra autem corpora, & ob insolitam mutationem aeris languentia, pestilentibus morbis consumuntur. Diodorus Siculus *libr. 12. Biblio.* ex aquis stagnantibus, ex æstu Solis concalefactis, & efferuentis aurãs crassas tetrique odoris exhalare tradit, has diffundi, inficere halitum: item & fruges nimium humectas, indecocto succo virulentas, vescentes mortales inficere, auramque æstiuam nocere, si Etheſiis non refrigeretur.

3 ¶ Tamen † proprie pestis epidimiticus morbus, contagio populum inficiens, flagellum Dei est, & pœna peccatis imposita. Eam enim comminatur Deus recusantibus suscipere suam disciplinam, *Leuit. c. 20. de Nume. 14. b. 2. Reg. 24. 6. cap. can. 1. 24. q. 3. Pestilente flagellato stultus sapientior erit*, inquit Salomon, *Prouerb. 19.* Et quando insignem vindictam Deus multitudinis peccãtis decreuit exsequi, tria vt plerumque flagella exserit, pestẽ, gladium seu bellum & famem. Sic apud Ezechielem *6. cap.* Dominus ait ad Prophetam. *Percute manum tuam, & allide pedem tuum, & dic, hen ad omnes abominationes malorum domus Israel: quia gladio, fame & peste ruituri sunt. Qui longe est, peste morietur, qui autem prope, gladio corruet. Et qui relictus fuerit & obsessus, fame morietur.* Et rursum *Ezech. 7. Gladius foris, pestis & fames intrinsecus. Qui in agro est, gladio morietur: qui in ciuitate, pestilentia & fame deuorabuntur.* 4 ¶ Nouerunt † & ethnici pœnæ causſa à numine immissas sæuissimas pestes, etsi illi nihilo meliores fuerint facti, nec verum Deum ideo amplexi sint. Proinde anno ab vrbe condita Roma 384. vt auctor Paulus Orosius *lib. 3. contra gentes, c. 4.* L. Genutio & Q. Seruilio Coss. à Saltibus Calabris orta aura Romæ quæ vniuersa corrumperet, ludos scenicos ad placandos suos Deos exhibuerunt. Et anno ab vrbe condita 450. exsistente bello Romanis cum Samnitibus, Romam tam atrox pestis inuasit, vt consuleret libros Sibyllinos, & Colubrum Epidauri & lapidem Æsculapii, *idem li. 3. c. 22.* Vt & in alia sæuissima peste duorum annorum Romæ Sibyllini libri consulti responderunt, iram Deorum veniſse, *idem lib. 4. c. 5.* Omitto similia in cladibus pestiferis Romanis obseruata, & sacrificia, & lectisternia ob eã auertendam facta, *Liu. in 5. Valer. Maxim. in 2. Cecifor. de die nata. D. Augustin. lib. 3. de ciuitat. cap. 17.* Crediderunt i dipsum Carthaginenſes, *Oroſ. libr. 4. cap. 6.* qui dum iram Dei in pestifera aeris temperie feruentem placare, se putarent, humanis iuuenum hostiis expiarunt. Sic Homerus scribit, *1. Iliade.* Græcorum exercitum peste mulctatum, ob raptum Chryseidis per Agamemnonem factum. Hebræi Thalmudistæ in פירקי אבות Pirke abot, *in Pirke abot, ca. 5. vbi plura & in sequentib. sentent. eius capitis, ex quibus vitiis immittitur à Deo pestis*, id est, capitulis patrum sic scriptum habent, רבד בא לעולם על מיתות שנאמרות בתרח שלא ימשרו לבית רזין ועל פרות שבעות lege sic, deber ba legnolam, gnal mithoth haamu oth bethorah scelo imseru, lebet din vegnal perot scebignit: id est, pestis venit in mundum, quæ denominatæ sunt in lege: scilicet quando non traduntur iudicio puniendi malefici: necnon & propter fructus anni septimi, nempe si fructus anni septimi cõmunes non relinquantur, maxime pauperibus, vt statuerit in lege Mosis Deus, *Leuit. c. 25.* Æschines *epistol. 1. ad Philocrat.* refert Delienses peste teterrima punitos ab Apolline, quod vir quidam illustris contra morem veterem in insula sepultus fuisset: additque ita, ἐκ τούτου δὴ σφᾶς ἐλάμβανεν ἄνοιαν ἡ θεὸς τὸν νεκρὸν ἀνῃρῆσθαι ἀνόσιον, id est, *ea igitur de causſa Deum sibi morbum illum immittere putabant.* ¶ Constantinus † pestis ferialis consumtionem maleficis & incantatoribus pro diro supplicio imprecatur, *l. multi magicis, 6. de malef. & mathem. li. 9. C. tit. 18.* Et Iustinianus *in §. 1. ti, nullum, credens. agrico. tenere illius terram. & c. in Authen. col. 4. tit. 5.* tristissimam dicit pestem, incursione barbarica non minorem. Imo maiorem cognoscimus, quando data trium exitialium malorum electione Dauidi, pestis trium dierum tantum æquiparatur persecutioni hostili trium mensium, & fami septem annorum, 1. Reg.

De Bello.

Cap. 22.

1 *Bellum carnificina, & vindicta scelerum.*
2 *Bella ob quid introducta.*
3 *Bellum iustum quod dicitur. & 5.*
4 *Bellis num personæ ecclesiasticæ interesse possint.*

BEllum † inter mortifera flagella diuina annumerandũ est ob peccata immissum. Estque bellũ veluti carnificina cõpẽdiosa hominum: cum enim ad bellum perditissimi quique facilẽ concurrant, vel spe lucri, vel rapiendi, vel vlciscendi cupiditate, vel ambitionis & gloriæ illecti, roborisque animalis ostentandæ causſa, plures vna die meritas mortes & citius obeunt, quam si iurisdictionum omnium secures iuris ordine seruato promerentur. Habent populi & regna in suo corpore, ex pluribus compacto, & fæces, & sordes, & quædam, quæ nisi tollantur, corpus vitiant, vt priuata corpora habent. Quare expedit aliquando bellum concitari, vt perditis illis & nihili hominibus exonerentur, ceteri meliores reddantur. Sunt magnates aliqui, qui vere tyrannicam vitam agunt, qui castigari à probis non possunt, nec debent, vt oporteat bellũ in eos, vt carnificẽ aduersus damnatos excitari ministeriũ in mouẽdo præbent homines, sed Deus per eos, velut per instrumenta iusti iudicii, pœnas reposcit. Cõminatur Deus *Leuit. 26. Si nolueritis recipere disciplinam meã, sed ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque contra vos aduersũ incedã, & percutiã vos septies propter peccata vestra: inducamque super vos gladiũ vltorem fœderis mei.* Minatur & ob scelera immissurum se gladium apud Ezechielem *6. & 7.* Et Hebræi Thalmudistæ dicunt *in Pirke abot, c. 5.* חרבא לעולם על ענוי חרין ועל עיוות חוין ועל חמוים בתורח שלא בהלבה lege, chereb legnolam gnal gninui hadin, vegnal gnineth hadin, vegnal hamorim bathorah scelo ceholachah, id est gladius venit in mundum propter afflictionem & peruersitatem iudicij: item propter eos, qui legem non recte docent. Sic vltor iniquitatum gladius est, *Iob. 19.* Ex bellis, cum eueniunt vt ait Socrates apud Platonem, & publicè, & priuatim magnæ vrbem calamitates inuadunt. *Plato lib. 2. de Repub. vel de iusto.* Bellique dicitur calamitas pleraque iniusta suaſisse, *l. vni. de cad. toll. C.* Verum incommoda, mo lestias & damna facile ex oratione Isocratis de pace & ex Demosthene de falsã legatione colligere licet. Sed & nostra respublica Gallicana plura mala ex bellis & seditionibus experta est, quam possint literis nunc breuiter consignari. *Quid aliud bella*, inquit Paulus Orosius, *i. 1. c. 1. dicenda sunt, quam vrgentia in alterutrum mala: mala scilicet huiusmodi quæ fuerunt, vel quæ nunc sunt, & in quantum sunt, aut manifesta peccata sunt, an occulta punitiones peccatorum.* ¶ Belli † finis est, vel esse debet, iustitia, pax: pacis finis amicitia, ac vnio. Principium bellorum, iniustitia: quia est contrariorum pugnantia, & inæqualitas, vt ait Proclus *in commẽtarijs in Alcibiad. primum Plato.* His Phurnutus videtur adstipulari dicens, ἄρεα θεὸν φύσεως, τ. ἀπὸ ἄρσεως ἢ ἀνύσεως. ὁ δὲ ἄρης τῶν ὀνομαστῶν ἰσχὺν, λύτ' τῷ αἴρειν, ἢ ἀναιρεῖν· ἢ λύτ' τῆς ἀρχῆς, ἢ δὲ ἐλάττωσιν καὶ διαφθορὰν. διὸ καὶ ἐναντιοῦται αὐτὸν τῶν θεῶν φιλοφαγαθούντων, λύτ' τῷ ἄρσαι, ὅ ἐστιν ἁρμόσαι, ἢ δὲ λεγόμενα ἁρμονίαν θεὸν ἁρμόζει τὰ πράγματα, id est, ἄρης, *Ares, Mars* hanc appellationẽ obtinuit, *ab* αἴρειν *& ἀναιρεῖν à tollendo & occidendo, aut* λύτ' τῆς ἀρχῆς, *à damno, quod dare solet: aut eo nomine appellant blandientes,* λύτ' τῷ ἄρσαι, *à concinnando & in concentũ adducendo. Nam vis effectiua, res omnes in consonãtiam redigit. Tempore belli*, inquit D. Ambrosius *to. 3. serm. 88. Potissimũ remedium quiescere à peccatis, quia tunc ciuitatis porta munita esse poterit, si prius in nobis iustitiæ portæ muniantur. Ceterum nihil prodest munire muros propugnaculis, & Deum prouocare peccatis: cum enim bella, vt dixi, sint ad peccata castigãda, causſa morbi perseuerante nec emendata, necesse est flagellum belli impendere.* Sic enim & dixit Aristoteles *lib. 8. Politic.* idcirco bellum gerimus, vt in pace viuamus, quam peccata & scelerati conturbant. Et tunc bello iusto militans, Deo placere potest, *ca. noli existimare, 23. q. 1.* Etiam si hostem vincat. *ca. 2. verſ. cum autem 23. q. 2.* ea mente, non vt fundatur sanguinis, sed vt rempublicam iuuet, *can. si non, & can. displicet, 23. quæst. 4. can. noli, 23, quæst. 1.* Vt si pax mali coerceantur, boni subleuentur, *ca. apud veros, 23. q. 4. d. ca. displicet, 23. q. 4.* Iustum † autem est hoc modo bellũ, quod ex edicto geritur, de re-

Digitized by Google

de rebus repetendis, aut propulsandorum hominum caussa, c. 1. 2. 3. q. 2. l. hostes de ca. & postlis. reuers. in P. vel ob defensionē legum diuinarum, quale Machabæorum fuit, 1. Machab. 3, & populi Israelitici.

¶ Quibus † & sacerdotes adhortandi caussa intererant, quia bella Dei erant ad eradendam de terra idololatriam. Quod & nunc permittunt sacerdotibus iura pontificia, c. igitur., & ibi gl. fin. 23. q. 8. ca. maximi autem, 23. q. 3. Iniustis autem interesse nō debent, alioquin irregulares fiunt, Innocen. & Panor. in c. petitio, de homicid. Atque pugnare in iustis quoque interdictum, d. ca. petitio. ca. ex multa, de voto. Neque enim Dauidi, quia multa bella contra infideles, quamus Philisteos gesserat, & quia sanguinem ita fuderat, permisit Deus sibi ædificare templum, 1. Paralip. c. 22. c. 2. 1. q. 7. can. 1. §. qualiter, de consecrat. dist. 1. Dauid enim fuit Noui Testamenti præfigurator, ca. quid autem, 32. q. 1. Et proinde hodie qui sanguinem fuderit, etsi sine dolo, tamen à promotione ad sacra repellitur, c. si quis viduam, 50. dist. Et Moyses aliis pugnantibus non se miscuit, sed erat orans, vt exemplo doceret, prælatos bellare non debere nec bellis interesse can. si quis vult. 36. distinct. can. porro. 16. quæst. 3. seorsum c. 1. 3. q. 8. & can. conuenior, eo. Obnoxii tamen sunt principibus seculis, & pro bellis gerendis tributa rerum temporalium præstare & soluere debent c. si in morte, §. ecce, & can. si vobis, 33. q. 8.

¶ Principes † porro seculares sibi caussas belli proponunt iustas, ob quas Athenienses bella gessisse Demosthenes ait in orat. de Rhodio. liberta. cum liberis populis. ἢ οὐκ ἴσθ' ὅτι ἰδίων ἀγωνίσασθον, ἢ δυνάστου τινὸς ἀρχὴν διαλύσοντες τοῦτ' ἦλθες γὰρ μόνον, οὐχ ἕτερον, ἢ τῶν φιλαπολίας, καὶ τῆς ἰσηγορίας. id est, aut propter priuatas iniurias, pro quibus satisfacere non potuerunt: aut pro parte agrorum, aut pro finibus, aut pro contentione honoris, aut pro principatu.

De Fame.

Cap. 23.

1 *Famem esse flagellum Dei in pœnam immissum.*
2 *Fames duplex in sacra pagina.*
3 *Fames vnde fiat.*
4 *Benedictio Dei caussa abundantiæ: & contra eius subtractio caussa famis, & num. 3.*
Sacrificanda ius filiæ sacrificio in perpetuum progeniei quæsitum, eod.
5 *Fames pœna hominibus grauissima. Et illius necessitas vrgentissima cogit ad mala.*
6 *Famis & eius imaginis descriptio.*

1 FAmem † esse flagellum lethale Dei ob scelera hominum, satis ex proxime sacræ paginæ citatis locis intelligatur, dū inter treis sæuissimas pœnas, quas Deus comminatur, dictum est famem annumerari, 2. Reg. 24. Ezech. 6. & 7. Et in Deuteronom. 28. *Si nolueris audire vocem Domini Dei tui, mittet super te famem & esuriem, & increpationem in omnia opera tua, quæ tu facies, donec conferat te, & perdat velociter, propter adinuentiones tuas pessimas, in quibus reliquisti me.* Ad pœnam itaque impiorum fames, & ad exercitium & meritum maius bonorum, c. non omnis vers. exercet, 5. q. 5. Sicut & patriarchæ ob famem afflicti: ob eam peregrinatus Abraam, Genes. 12. Actorum 7. & filii Iudæ, Genes. 41. & seq. & in fame Diuus Paulus Psal. 58. can. audacter, 8. q. 1. can. ieiunium, 76. dist.

¶ Duplex † fames in sacris literis, vna verbi Dei priuatio ob scelera, ob quæ priuatur pabulo cœlesti anima, quia eam escam contemsit: sic conuersi ad vesperam peccatorum famem patiūtur, vt canes, circuuntque ciuitatem, 2. ad Colossi. 11.

¶ Alia † fames, ciborum temporalium rerum. Famis caussa est generalis, non penuria quidem frumenti, vel sterilitas, sed subtractio benedictionis, quam Deus dat tritico, & cibis, cuiusque vi nutriunt, Genes. 1. quæ potestas sicuti benedictione datur, ita maledictione adimitur à Deo. Cœpitque minui vniuersorum benedictio, in peccato primi parentis, dum dictum fuit, *Maledicta terra in opere tuo, in labore vultus tui vescēris pane tuo*, Genes. 3. Hanc benedictionem scriptura sacra, baculum, virgam firmamentumve panis dixit: vt apud Dauidem Psalm. 104. *Deus vocauit famem super terram, & omne firmamentum panis contriuit.* Et apud Ezechielem 4. vers. 16. *Et dixit ad me*, inquit Propheta, *Deus Propheta fili hominis, ecce, cōteram baculū panis in Hierusalē, & comedent panem suum in ponaere & in sollicitudine, & aquam in angustia & mensura bibent.* Et rursum Ezech. 5. vers. 16. *Famem congregabo super vos, & conteram in vobis baculum panis.* Et iterum Ezec. 14. vers. 12. & 13. *Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, terra cum peccauerit, vt præuaricetur præuaricans, extendam manū meam super eam, & conteram virgam panis eius, & immittam in eam famem, & interficiam hominem & iumentum.* Famis pœna vt plerumque inflicta pro contemtu Dei, veluti propria medicina: impinguati enim & ingrassati Dei beneficiis recalcitrant, & relinquunt Deum beneficum, Deuter. 32. Alii abutuntur, & sibi vsurpant bona, quæ pauperibus debentur: vnde & fames quandoque, ca. reuertimini, 16. q. 2. Et Hebræi Talmudistæ colligunt, ob decimas & primitias Deo non solutas, famem immitti in pirke aboi, cap. 5.

¶ Putarunt † quoque antiqui ethnici, ira numinis ob aliquod graue, vel plura peccata, famem immitti. Quamobrem & sacra ob placandum numen sæpe instituerunt: veluti cum Athenienses vrsam, quæ in templo Munychiæ Dianæ in Pireo insula occidissent, famem perhibent consecutam: oraculumque editum, cessaturam, si quis filiam suam Dianæ immolasset. Quod & fecit Embarus, pacta illius sacrificii perpetua successione familiæ suæ, vt scribit Suidas in verb. ἀμβαρος αὐτὸ. Et Hesiodus, in Ergis:

εἰ δέ κεν ἰθυδίκῃσιν μετ' αἰδοίοισι μύθοις ὀπάζῃ,
ἦ τ' ἄτην θυλίσι μεμαλότα ἔργα τίθησιν,
τοῖσι δίκη κατόπισθε γέρα πολὺν βίον.

Id est:

Neque vnquam inter homines iustos fames versatur,
Neque noxa: in conuiuij enim partis opibus fruuntur,
His enim infert terra multum victum.

Cui conuenit quod Dauid notat Psalm. 36. *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.* Et, *Non erit Dominus diues immaculatorum, & hereditas in æternum erit: non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt.* Et rursum Prouer. 10. *Non affliget Dominus famē animam iusti, & insidias impiorum subuertet.* Ferunt pro grauissima pœna Tantalum apud inferos siti & fame cruciari. Cic. 1. Tusculano. ¶ Grauissima † hæc hominibus famis pœna. Et vt scribit Homerus 9. Odyss. 12.

πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δηλοῦσι βροτοῖσι,
λιμῷ δ' οἰκτροτάτην δαίνυσθαι, πότμον ἁπάντων.

Id est:

Omnes quidem tristes & inuisæ mortes miseris hominibus,
Fame autem miserrimum mori, & fatum assequi.

Et Ammianus Marcellinus, lib. 17 hist. Rom. *Mortis ignauissimum est genus fame perire.* Et alibi dixit idem lib. 19 vltimum malorum omnium. Inter credulitatis eximiæ Claudii Caligulæ exemplā, annumerat Suetonius Tranq. in Calig. ca 26. quod nonnunquā præclusis horreis famem populo indixit. Quid enim turpe non cogit fames, si ex eo releuari quis se arbitretur: nihil enim turpe, nihil ve vetitum esuriens credit, sola cura est, vt qualicūque sorte iuuetur, vt ait Valentinianus Cæsar, in Valentin. nouellis tit. 11. de parent. qui fili. distraxe. Ideoque & vendere filios eo casu licuit ingenuos, l. 2. eod. Legimusque in Cyri expeditione tantum valuisse famem, vt milites in quadam deserta terra indigentia pressi, commilitonum corpora in cibum verterent, Diodor. Sic. lib. 17. Bibl. in anno 7. Alex. Et parum fuit in Samaria fame ingruente obsessa ciuitate à Benadab rege Syriæ, edi & vendi partem cabi stercoris columbarum quinque argènteis, & caput asini octoginta: nisi & illud accessisset spectaculum horribilius, matres filios quoque deuoraſſe, 4. Reg. 6. Ioseph. li. 9. Antiq. c. 4. Et hac fame seditiosæ factiones facile exsurgunt truculentæ, cum pauperes nihil habentes in diuites insurgunt, latrocinantur & prædantur ob inopiam. Hinc & pestis sæuissimæ iaciuntur fundamenta, dum corpus vetitis & abominandis vatens cibis, tabem secum concoquere cogitur: vnde virus in omnes partes effundatur. Sed & vltimum miserius in famis morte, paulatim singulis diebus mori. Sic enim melius est occisis gladio, quam interfectis fame: quoniam isti extabuerunt consumti ab sterilitate terræ, vt ait Hieremias Threnor. 4. ¶ Describit † famis terram imaginem his verbis Ouidius 8. Metamorph.

Quæsitaque famem lapidoso indit in agro,
Vnguibus, & raru vellentem dentibus herbas.
Hircus erat crinis, sana lumina, pallor in ore,
Labra incana situ, scabrique rubigine dentes,
Dura cutis, per quam spectari viscera possent:
Ossa sub incurua exstabant arida lumbo,
Ventru erat pro ventre locus, pendere putares,
Pectus, & ab spina tantummodo crate teneri,
Auxerat articulos macies, genuumque tumebat,
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.

Et paulo post Erisichthonis fame affecti morbum sit tetett tristissimum:

Lenis adhuc somnus placidis Erisichthona pennis
Mulcebat: pesti ille dapes sub imagine somni,
Oraque vana mouet, dentemque in dente fatigat,
Exercetque cibo delusum guttur inani:
Proque epulis tenues, nequicquam deuorat, auras.
Vt vero est expulsa quies, furit ardor edendi,
Perque auidas fauces immensaque viscera regnat,
Nec mora, quod pontus, quod terra quod educat aer
Poscit, & appositis queritur ieiunia mensis.
Inque epulis epulas quærit: quadque vrbibus esse,
Quodque satis poterat populo, non sufficit vni,
Plusque cupit, quo plura sunum demittit in alnum, &c.

Et tandem,

Digitized by Google

Vis tamen illa mali postquam consumserat omnem
Materiam, dederatque graui noua pabula morbo:
Ipse suos artus lacero diuellere morsu
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.

De Pœna Excoriationis.

Cap. 24.

1 *Excoriationis pœna quando. & 2.*
2 *Iudicis corrupti pecunia, pœna excoriatio.*

1 ALia † pœna refertur mortis in sacra pagina, excoriationis: dum Antiochus iratus in Iudæos, septé vnius matris filiis, & legis diuinæ & patriæ fidelibus martyribus, iussit amputari linguam, manuum & pedũ summitates, & cutem capiti detrahi, & sartagine viuos torreri, 2. *Machab. c. 7.* Hoc supplicium frequens fuisse, crudele & abominabile Micheas docet, dicens, *c. 3. Audite Principes Iacob, & duces domus Israel, Numquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnes eorum desuper ossibus eorum? Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt, & concid erunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ.* Plures Christianos ob fidẽ Dei excoriatos sub Persarum rege Barrane testatur Nicephorus Caliſti *lib. 14. histor. eccles. cap. 19.* ¶ Scribit Herodotus *lib. 5.*
2 †Cambysem regem Persarum interemisse Sicamnem vnum ex iudicibus, quod pecunia corruptus male iudicasset, & interemto detractum corium in lora condidisse, quibus tribunal, in quo ille iudicaret, intendit: ibidemque filium eius Otanem, sedere iudicem præcepisse: atque in memoria habere, in quo iudicaret tribunali. Manes, à quo Manichæi, excoriatus iussu regis Persarum lege Persica, & corpus reliquum bestiis deuorandum traditum. Cutem vero, qua tanta illius improbitas continebatur, tanquam vtrem ante portas suspendi curauit. Cum enim ægrotasset regis Persarum filius, & medicorum turba illi adesset, Manes promittebat per orationem tanquam pius curaturum: recedentibus tamen medicis, recessit & vita à filio. Ille autem fugiens captus, ita necatus est, *Cyrill. Hieroso. Cathe. 6.*

De Sectione per Serram, & Phthiriasi.

Cap. 25.

1 *Serra secari pœna.*
2 *Phthiriasi seu pediculari morbo qui decesserint.*

1 ALia mortis † pœna, serra secari, ligni in modum. Scribit enim Diuus Paulus *ad Hebræ. cap. 11.* ex fidelibus legem Dei seruantibus, alios sectos. Et Diuus Athanasius *in Quæstio. q. 106.* refert Esaiam Prophetam serra lignea morte affectum, & diuisum per Manassem régem. Et Cyrillus Hierosolymitanus *Cathec. 2.* idipsum notat. Talem pœnam in reos statuisse Caligulam, auctor Suetonius Tranquillus *in Calig. cap. 27.* atque serra medios dissecuisse. ¶ Phthiriasis † supplicium adhuc à Deo im-
2 positum Herodi fuit, quod sibi vsurparet gloriam sibi debitam, vermibusque consumtus animam efflauit, *Actorum 12.* Ferunt phthiriasi, seu morbo hoc vermium seu pediculorum ex antiquissimis periisse Acastum Peliæ filium. Ex posterioribus Alcmanem cantilenarum artificem, Pherecidem rerum diuinarum scriptorem, Calisthenem Olynthium, dum carceris custodia teneretur: præterea Mutium Iurisconsultum, Syllam Dictatorem, *Plutarch. in vita Sylla, de Pherec. Diogenes, Laert. in 1.* Democritum, *Pheuclinus, 1. de verb. mirif.* Theodericum regem Wandalorum post susceptam Arianorum hæresim, *Gagui. 1. lib. dum agit de Gotthor. bello.* Refert Diodorus Siculus *lib. 4. cap. 3.* in Æthiopia Acridophagos deserto conterminos locustis desuper volantibus venatis pasci, & appropinquante senecta, pediculos alatos visu varios, specie horridos, ac turpes in corpore nasci, qui ventrem primo, tum pectus, deinde totum corpus paulo tempore exedunt: & Democritum pediculis exesum tradit Antonius, lib. 3. de vita sua.

De Absorbitione à terra.

Cap. 26.

1 *Absorpti à terra.*
2 *Sepeliebantur viua Vestales impudicæ.*

1 POena † mortis horribilis inuenitur à Deo contra murmurãtes & seditiosos factionis Choræ, Datani, & Abironis, ob quam iussit Deus terra viuos absorberi, *Numero. 16. Deuter. 11.* Ferunt Amphiaraum Thebanum vatem seu diuinum, pugnantem in bello Troiano, vna cum curru terræ hiatu deuoratum viuum, *Statius.* Marcus quoque Curtius nobilis, cum terræ hiatu desedisset, vt oraculo satisfaceret dæmonis, in pœnam & ad expiationem, vt illis persuadebatur, in specum hiantem cum equo se præcipitem dedit, terræque fissura coalescente deuoratus est.

¶ Proxime † imitatur hanc pœnam illa, quæ Vestalibus in 2
incestu compertis imponebatur: vincta enim, quæ talis erat, *Dionys. Halic. in 1. Pomp. Latus, de sacerdotiis in Vestalib.* in Sandapila per medium forum efferebatur ad portam Collinam, vbi tumulus Vestalium impudicarum inter muros, in quo parua cauerna erat subterranea, ad quam scalis per foramen descendebatur, quove demittebatur. Et postea terra iniecta fossa opplebatur, vsque ad operculum. Nos de hac pœna latius in incestu.

Alia mortis supplicia extra sacram paginam.

Cap. 27.

1 *Veneno necare pœna quibus.*
2 *Culei pœna.*
3 *Discerptio membrorum in pœnam.*
4 *Decimatio hominum, pœna.*
5 *Attilij Regoli atrocissimum supplicium.*
6 *Supplicium crudelissimum ex inuentione Mezentij.*
7 *Mactatio hominum in supplicium.*
8 *Seruitus pro pœna imposita, & quibus.*
9 *Viatores seruorum in numero sunt.*
10 *Sepultura priuari pro pœna habitum, & supplicio.*
Cadavera punitorum relicta insepulta quare, eod.

INterdicta est † iure ciuili Romano pœna, qua quis veneno 1
necabatur, *l. aut damnum, 8. §. proinde, de pœn. in P.* Quanquam & hac D. Ioannes Euãgelista damnatus est à Domitiano, priusquam in insulam Pathmon relegaretur. Antiquis potissimum Græcis frequens, veluti & apud Athenienses Socrates hac pœna affectus ebibito cum cicuta infecto poculo. ¶ Culeo † par- 2
ricidæ insuebantur, vt tractatum late in crimine parricidij. ¶ Membratim, † vi aliquando & iussibus in contraria tenden- 3
tibus, discerpti sunt pœna atroci homines, vt Metius Suffetius Albanorum dux, defectionis & proditionis reus damnatus. Is enim flagris fœde laceratus, bigis admotis ad alteras ex brachiis, ad alteras ex pedibus, loris longis reuinctus est: deinde aurigis in diuersa agentibus humi raptatus, moxque à nitentibus in contraria discerptus est, vt auctor Dionysius Halicarnas. *lib. 3. antiq. Roma.* Plinius Nouocomensis *lib. de vir. illust. in Tullo.* Alexander Macedo proceris in vnum curuatis arboribus, vtrique parti corporis partes adligabat, easque tanto concitatas impetu remittebat, vt laniata corpora passim discerperentur, *Plut. in vita Alexan.* Iustinianus tamen videtur prohibuisse hanc pœnam & reliquas quibus artículi dissoluuntur, quod membrorum dissolutio grauior censetur vtriusque membri abscissione, *§. quia vero, vt nulli iudi. lice. habe. loc. seruo. in Auth. collat. 9. tit. 9.* Quæ tamen constitutio pertinet ad pœnas leuiorum criminum potius, quam ad exemplares & atrociorum criminum.
¶ Cum † multitudo crimen capitale admisisset, aliquando de- 4
cimatio facta est: vt crudelis nimium Sylla Romanus, captis Athenis decimum quumque ciuem, vt sors ferebat, trucidabat, teste Pausania *1. rer. Attic.* Cic. *pro Cluentio, Statuerunt*, inquit, *maiores nostri, vt si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerteretur, vt metuo videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret.*

¶ Supplicij aliud † nouum genus & crudele, quo vsi sunt 5
Pœni in Attilium Regulum, qui eum in profundas tenebras claudebant, & diu post vbi erat visus sol ardentissimus repente educebant, & aduersus ictus solis oppositum tenebant, deductis ac insutis sursum deorsumque palpebris, *Gell. lib. 6. c. 4. Cic. in Pison. & in officiis.* Addit D. Augustinus *lib. 1. de ciuit. Dei, c. 15.* & Valer. Maximus *lib. 9. c. 2.* inclusum angusto ligno, seu dolio vel armario, vbi stare cogeretur, clauis acutissimis vndique confixo, vt se in nullam eius partem sine pœnis atrocissimis inclinaret, & ita eum vigilando peremisse. ¶ Aliud † crudele Me- 6
zentij inuentum supplicium, apud Virgilium relatum *lib. 7. Æneid.*

Mortua quinetiam iungebat corpora viuis,
Componens manibusque manus, atque oribus ora.
(Tormenti genus) & sanie taboque fluentes
Complexu in misero, longa sic morte necabat.

¶ Aliud † exemplare, nimiæq; crudelitatis, mactatio. Sic Octa- 7
uius Cæsar, *Sueto. in Octauio, c. 15.* capta ciuitate Perusia, quæ erat partium Antonij, trecentos ex deditiis electos vtriusque ordinis, ad aram Iulio structam, idibus Martiis hostiarum more mactauit, in pœnã defectionis. ¶ Seruitus † in pœnam quoque 8
infligi

Digitized by Google

infligi solita. Seruitutis poena à delicto sumsit exordium. imposita à Noacho: euigilans enim à vino, cum didicisset quæ fecerat ei filius suus minor, ait, *Maledictus puer Chanaam, seruus seruorum erit fratribus suis, Genes. c. 9. can. sexto die 35. dist.* *Benedictus sit Dominus Deus Sem, & Chanaan seruus eius.* Et nunquidam iure ciuili serui pœnæ, in quam ob crimẽ damnantur, veluti in metallum, & in opus metalli damnati, *Marti. in l. quidam, 17. de pœn. in* P. *l. aut damnum, §. est pœna, eod. l. in metallum, C. de bon. proscrip. §. pœnæ, quib. mod. ius patr. pot. sol.* In pœnam etiam priuantur ingenuitate, qui ad pretium participandum se venundari passi sunt, *§. serui autem, de iure perso. l. & seruorum, §. 1. & l. homo liber, de sta. homi. lib. 1.* P. *Hermogen. l. pactio, 40. de liber. eau. lib. 40. P. tit. 12* Indigni habiti libertate, qui tanto bono & inæstimabili, *l. libertas, de reg. iur.* abusi erant. Sicuti & in reliquis priuilegium meretur amittere, qui sibi concessa abutitur potestate, *cap. priuilegium, 11. q. 3.* Neque hic minori 25. annis competit in integrum restitutio: si maior tamen sit 20. annorum, *l. si ex caussa 10. §. Papinianus, de minor. 25. an. in* P. ¶Sic Romani, † Annibale & Pœnis superatis, in Italia Brutios, qui ad Annibalem ante desciuerant, ignominiæ caussa non milites scribi, nec pro sociis haberi, sed magistratibus in prouincias euntibus parere & præministrare seruorum vice decreuerunt. Idem & aduersus Piceatos & Leucanios obseruatum est, viatorumque & seruorum vice habiti sũt, vt scribunt Strabo *lib. 5.* & Aul. Gellius *li. 10. c. 3.* ¶Pœnæ † etiam loco habitum, sepultura post mortem priuari, vt Romanorum legibus sæpe cautum reperitur: veluti illa, *Parentes in calamitatibus relinquentes, insepulti abiiciantur: homicidæ insepulti abiiciantur.* Deus in Prophetam contra præceptum ei datum reuertentem & manducantem statuit, quod non inferretur eius cadauer in sepulcrum patrum eius, 3. *Reg.* 13. Et in more fuit, vt ait D. Ambrosius *in psal.* 118 *sermo.* 20. quibusdam gentibus, vt facinorosorum corpora nõ quidem in totum sepultura priuarent, sed abscisso capite reliqui corporis truncum sepelirent. Ea nimirum ratione, quod iustũ sit vt qui turpi, vel scelesto reatu belluinæ obscœnitatis illuuiem vel bestialis immanitatis horrorem cõmisisse detecti sunt, tanquam ii qui proposito humanæ moderationis exciderint, formam quoque humanæ conditionis iubeantur exuere. Et qui sapientiæ non potuerunt tenere rationem, etiam post mortem sapientiæ arce, quod est caput fraudati sine decore suo sepeliantur. Et caput ita præcipua pars est in sepultura, quæ religiosũ locũ facit, *l. cum in diuersis, de relig. & sumt. fun. in* P. Pœnæ coniuratorum Germaniæ Vespasianus addendum censuit, vt insepulti proiicerentur. *Suet. in Vespas. ca. 2.*

De Pœna diuina alterius seculi.

Cap. 28.

1 *Improbi cur in hoc seculo pœnis, vel boni felicitate non donentur à Deo.*
2 *Pœna diuina alterius seculi duplicis generis, temporalis, & æterna.*
3 *Mortis æternæ pœna quibus indicta.*
4 *Æternarum pœnarum gradus & diuersitates.*

1 NOn † semper Deus punit in hoc seculo delinquentes, quẽ admodum in ipso non semper rettribuit plene piis & probis hominibus: illis enim pœna huius seculi satis grauis nõ est, & adhiberetur interdum perperam, cum videat morbos eorũ immedicabiles, nec ad meliorem frugem conuerti posse. Aliquando etiam & quædam bona fecerunt, in quibus vel non ex animo versati sunt, vel postea voluntarie & sponte ab optime cœpto destiterunt, pro quibus & Deus, qui hos æterna vita indignos scit, temporali quadam felicitate & retributione donat. Ita enim Deus bonus & iustus est, vt mala impunita nunquã vel benefacta irremunerata relinquat. Vnde dictum de improbis, qui boni quippiam aliquando fecerunt, recepisse iam mercedẽ suam, *Matth. 6. & c. cauendũ. de pœn. dist. 4.* At pij contra vix pleno hausto vnquã istius seculi bonis satiãtur, nec sine quotidianis admonitionibus & concertationibus & flagellationibus exigunt dies. Cum enim in multis offendamus omnes, nec vllus mortalis natura à peccato mundus sit, Deus optimus maximusque, quos amat, admonet, castigat, vt pater qui filios carissimos habet: ne voluptatibus istius vmbratilis & fugitiui mancipij, mundi inquam, dolis inescati, æterna amittant. Punit eos in hoc seculo, vt puros possit remunerare, *de his omnibus vide c. pium est, ea. si quando, ea. cauendum, & c. quid ergo, de pœn. dist. 4.* Tota fere vita nostra pœnalis est, vt docet D. Augustinus *lib. 21. de ciuitat. Dei, c. 14* Suntque pœnæ temporales in hoc seculo & post mortem ad emendationem, quas purgatorias idem Augustinus dicit, iis videlicet qui coerciti corriguntur, *idem, 12. c. 13.* alias autem esse sempiternas & ad condemnationem. ¶Itaque in alio
2 seculo † Deus infert pœnas duplicis generis, ratione admissorum delictorum. Nam quædam elui possunt, & pœna meliores quidam delinquentes fiunt: quædam autem immedicabilia sũt. Atque vt in hoc seculo criminibus, quibus medeti potest, aliud quam extremum mortis infertur supplicium, quo purgari possit reatus, & melior fieri delinquens iis autem, quibus spes correctionis & veniæ non est, mors pœna est: sic in alio seculo animam, quæ delicta expiabilia commisit, alia quam mortis æternæ pœna emundari par est. Eam autem, quæ immedicabilia cõmisit scelera, æterno supplicio damnandam accepimus & credimus. Oportet enim necessario & ratione suadente ita fieri. Homo quippe constat corpore & anima: hicque morte naturali soluitur in corpus & animam, & hoc mors est: hic aliquando in anastasi & resurrectione generali omnibus, redibit cõiuncto corpore & anima integer, vt vel vitam æternam cũ corpore & anima, vel æternã morte recipiat. In hoc seculo delinquẽs præcipue corpore plectitur, vel remuneratur: in tẽporali, post mortẽ ante resurrectionẽ, supplicio, corpus in terra quiescit & nõ patitur: anima autẽ sola patitur, vel gaudet. Post resurrectionem ista duo simul anima & corpus vel patiẽtur, vel gaudebũt æternum. Spes salutis & gloriæ perpetuę est, tẽporali pœna deputati animã expiandã: quæ aliquib. grauior, aliquib. minor est, prout peccatũ expiabile, graue vel minus. Super fundamentũ enim fidei, quã accepimus, superædificat quilibet opera, quæ probãda sunt, nũ legitima. Ædificamus ligna grauiora, mortalia peccata, quæ diutius vt consumãtur torquẽt delinquentes: itẽ fœnũ leuiora: & stipulã leuissima: vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet: si cuius opus arserit, detrimentum patietur, vt ait iisdem verbis D. Paulus *1. ad Cor. c. 3. explicatur, in c. vnicum oratium, §. alias autem, 25. dist. Ipse tamen,* inquit *saluus erit, sic tamen quasi per ignem.* Ignis autẽ ille purgat aliena opera à fundamento fidei, non secus ac ignis elemẽtarius feces ab auro: sicuti igne splẽdidius mundũque, redditur si anima deterſis sordibus igne illo purganti eluta, & splendida à maculis libera vitã obtinet æternam, quã peccatis pollura obtinere non poterat. Et purgationẽ merito passionis & redemtionis Domini nostri Iesu Christi facta, eius regno fruitur. Leuis quidẽ illa temporalis alterius seculi pœna, habita ratione æternæ dãnationis: verũ collata cum huius vitæ corporalis suppliciis, quæ hic maior & summa est, lõge omni alterius seculi minori pœna leuior est, *can. qui vo aliud 25. dist.* Vt anima enim sensibilior sua natura, & nobilior corpore: sic punitio animæ intẽsior extensione qualibet afflictionis & doloris corporei. Nec hoc eget maiore cõprobatione, cũ nemo adhuc viuẽs hic nõ experiatur, plus afficere animi afflictionẽ & tristitiam, quã quemlibet corporis dolorem: & maiorẽ pœnam esse mortis metum, quam mortem ipsam. ¶Pœna † mortis æter- 3
næ statuta est in peccato perseuerantibus nec resipiscentibus fideique transgressoribus, *can. scimus. 12. q. 1.* Æquumque visum, vt qui nũquã in hac vita voluerũt peccato carere, nunquã æterno carẽt supplicio, *c. voluissent, §. præter etiam. de pœn. dist. 1.* ¶Supplicium illud † æternum varios gradus habet quoque pœnarũ: 4
ignem æternum paratum diabolo angelisque eius, *D. Matth. 25. Mar. 3.* id est, administris, & qui facti sunt peccando similes ignis ille inextinguibilis est, *Esaiæ, c. fin. de pœn. dist. 7.* Est stagnũ ardens, *Eccles. 7.* vbi cruciabatur impius diues, *Lucæ 25.* Supplicium aliud, fletus & stridor dentium, *Matth. 18.* quia transibunt rei ab aquis niuium ad calorem nimium, *Iob, 14.* Ibi, *horror sempiternus, Iob. ibid. nullusque ordo.* Alia pœna, planctus sine consolatione perpetuus, *Apocalyp. 1. Sapien. 5.* vermis seu conscientiæ immortale contra se testimoniũ, *Esaiæ, c. fin. cap. quoniam, 19. dist.* Multæ aliæ, de quibus dicere supersedebo, & theologis explicandas relinquo. Dicam tantum principibus, regibus, monarchis pontificibus, & ceteris potentioribus, qui minime possunt ab inferioribus delinquentes puniri, qui que sibi omnia licere putant, quia à maiore homine non se reprehendendos, vel plectendos arbitrantur, has pœnas, hoc diuinum iudiciũ timere eos oportere. Est enim Deus iudex omnium, viuorum & mortuorum, qui seuerius iudicium in potentes exerceat, quos præ aliis honorauerit. Neque qui effugerint manus spiculatorum, vel iusti humani iudicij censuram corruperint vel fefellerint, supremum diuinum Dei thronum effugere poterunt, in quo potentes fortiora tormenta patientur. Et,

Plus valet humanis viribus ira Dei, Ouid. 1. Tristi.

De his pœnis & Virgilius, *lib. 6. Æneid. vers. 753.* cecinit:

Quin & supremo cum limine vita reliquit:
Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes
Corporeæ excedunt pestes, penitusque necesse est
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt: aliæ pendentur inanes
Suspensæ ad ventos: aliis sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Plures alias refert Plutarchus in oratione consolatoria ad Apollonium perpulcra de istis pœnis: & Plato decimo dialogo de rep. cum Heri resurgentis refert narrationes.

De Pœnis in iure pontificio vsurpatis, & de infamia. Cap. 29.

Digitized by Google

Tit. de pœnis in voluminib. iuris pontificij. De infamia, 2. C. tit. 12. lib. 3. P. tit. 2.

1 *Pœna iure pontificio vsurpata quæ.*
2 *Fama quid. Bona & mala num. 3. famæ imago & vis eadem.*
4 *Fama bona quædam felicitas.*
5 *Existimatio bona fama est.*
Infamia quid, eod.
6 *Infamia pœna quid.*
7 *Infamiæ species iuris ciuilis & pontificij, alia facti.*
8 *Infamia irrogata iure pontificio pro quibus, & à quib. aboleatur.*
9 *Infames iure ciuili qui fiant & dicantur.*
10 *Infamia facti quid, & quando committatur.*
11 *Infamiæ pœnæ effectus, & à quibus arceat reum.*
12 *Infamia quomodo euitetur & tollatur. & num. 3.*
13 *Purgatio canonica non admittitur in crimine probato.*

1 IVre † pontificio impositæ sunt pœnæ partim à iure diuino, partim à iure ciuili Romanorum, & aliarum gentiũ translatæ, partim illi peculiares. Vtitur namque spiritualibus, in reprehensione, seu reprehensione, vel monitione, *de hac dictum supra*, infamia, depositione, degradatione, seu exauctoratione, censura seu excommunicatione, interdicto, suspẽsione, anathemate: & aliis quoque corporalibus, abstinentia, ieiunio, verberibus, publicatione bonorũ, detrusione in monasterium, interdictione, loci peregrinatione, carcere perpetuo. Ex quibus quædam iam tractata sunt, quædam supersunt explicanda. Et proinde quæ iam dicta sunt prætermittam, reliqua interpretor. Et primum agemus de infamia. Non possumus autem satis commode infamiam describere, vel definire, nisi prius quid fama sit intelligamus. 2 ¶ Fama † itaque est frequens & vulgaris de aliqua re termo: sic enim φήμη, vnde fama, à verbo φημί, dico, trahit originem. 3 ¶ Et † cum sermones aliqua de re in bonam & malam proferri possint partem, & ad laudem & ignominiam, consequens est recte famam & bonam & malam constituere. Sic pro mala vsurpat absolute Virgilius 4. *Æneid.*

Fama malum, quo non aliud velocius vllum.
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo.
Parua metu primo, mox sese attollit in auras,
Ingreditur q; solo, & caput inter nubila condit.
Illam terra parens ira irritata Deorum,
Extremam (vt perhibent) Cœo Enceladoq; sororem
Progenuit, pedibus celerem, & pernicibus alis:
Monstrum horrendum ingens, cui quot sunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi subter, mirabile dictu,
Tot linguæ, totidem ora sonant, tot surrigit auris, &c.

Ouidius his paria quoque scribit 12. *Metamor.*

Fama tenet, summaq; domum sibi legit in arce,
Innumerosq; aditus, ac mille foramina tectis
Addidit, & nullis incluſit limina portis.
Nocte dieq; patet, tota est ex ære sonanti,
Tota fremit, voces q; refert iteratque quod audit:
Nulla quies intus, nullaq; silentia parte:
Nec tamen est clamor, sed paruæ murmura vocis, &c.

Æschines *con. Timarchum* scribit, famam efferre in vulgus priuata cuiusque studia, multa quoque diuinare, quæ futura sunt. Et inde sæpe in Iliade Homerum dixisse, antequam quod futurum erat eueniret, famam ad castra venisse. Et Hesiodum Deam dixisse *in fine Operum & dierum:*

Non moritur, inquit, *fama omnino, quam turba virorum*
Plurima dispergit, quoniam ipsa est vna Dearum.

Et Cicero *circa finem Topico. Fama Vulgi, multitudinis est quoddam testimonium.* Sic Demosthenes *in proœmio, exordio 21. alias 51. Actiones*, inquit, *in eiusdem potestate sunt, à quo geruntur: at existimationi, quæ actiones sequitur, nemo tantus est qui dominetur. Sed qualemcunque tandem res gestæ excitarunt, talis de auctoribus fama spargitur à populo.* 4 ¶ Prouidendum † igitur & danda opera, vt eæ iustæ videantur. Hanc itaque famam bonam spargi, suaue quippiam, & felicitas quædam videtur hominibus: sicut & Pindaro, dum ait *in Olymp.*

ὁσ᾽ ὄλβιος ὄν
φάμᾳ κατίσχει᾽ ἀγαθὰ, id est,
Felix, quem bona detinet fama.

Et rursum *Pind. Pithio. hym. 4.*

αὔξονται δὲ μῦθοι δ᾽ ἀγλαΐας
ὁρθῶς. id est, *Crescit & Musa bona fama.*

Atque non contemnendam bonam famam, & malam esse omni studio repellendam, docebimus, Deo fauente, in titulo de iniuriis. Falsa quippe sæpe est & mala fama bonorum, quam Deus permittit suscitari in humiliationem eorundem, *can. omnes, 6. q.* 5 1. vt in timore operentur suam salutem. ¶ Bonam † famam existimationem vocant Iurisconsulti, *l. pen. §. 1. de var. & extraor. cognit.* eaque dicitur dignitatis illæsæ status, legibus & moribus comprobatus: quia auctoritate legum ex delicto aliquo aut cõsumitur aut minuitur. Sic contra, infamia erit diminutio eius æstimationis & status. Et in summa quot erunt diminutiones, 6 tot erunt infamiæ species. ¶ Idcirco contra † mala fama, quæ vt plerũque infamia dicitur, pœnæ loco est: cum nomen bonũ, & fama bona alicuius notatur. Vnde omnes dignitatum gradus infamibus vtroque iure prohibentur, *l. 1. de infamib. lib. 10. C. tit. 57. Neque enim*, inquit lex, *l. 2. de dignit. lib. 12. C. tit. 1. famosis & notatis, & quos scelus, aut vitæ turpitudo inquinat, & quos infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatis portæ patebunt.* Ex quibus verbis etiã colliguntur infamiæ variæ species: alia enim iuris, alia facti est. ¶ Iuris † vel põtificij, vel ciuilis: quãdo ab aliquo vel vtro- 7 que horum iure ob aliquod factũ, vel scelus inuritur nota, vel ipso facto, vel interueniẽte iudicis sentẽtia, seu ex genere delicti, vel pœnæ, vel modo, quo condemnatio fit, *c. infames, §. porro, 3. q. 7. vbi glo. notabilis, quæ hæc distinguit & probat.* ¶ Infamia † in 8 iure pontificio irrogatur, vel ex peccato mortali, *c. illi qui, 5. q. 1.* vel ex sententia excõmunicationis, *c. infames, & can. illi qui, 6. q. 1.* Infamia peccati quo ad culpam aboletur sacerdotali absolutione, dum ecclesiæ satisfit, *d. can. illi qui, can. præceptum, 32. q. 5. ca. si duo, 35. qu. 6.* Et si clericus maiori infamia notetur, aboletur à summo põtifice, *c. Euphemium, §. 1. 2. q. 3.* Infames sic declarantur iure pontificio, *can. constituimus, 3. q. 6. c. infames, 6. q. 1.* homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incestuosi, venefici, periuri, falsi testes, & alij iis similes, & ideo repulsi merito à testimonio dicendo: vt præuaricatores fidei Christianæ hæretici, *ca. aliens, 2. q. 7.* histriones, *can. definimus, 4. q. 1.* ecclesiasticorum bonorum direptores, *can. attendendum, 17. q. 4.* superiores calumniantes, *c. consanguineorum, 3. q. 4.* simoniacus, *c. sane, 15. q. 3. & l. si quenquam, C. de episc. & cler.* sua culpa irregularis factus clericus, *can. omnes, 6. q. 1.* qui aduersus sacerdotes ex malitia armantur, *can. sacerdotes 6. q. 1.* ¶ Iure † ciuili non omnis damnatus ob 9 crimen, fit infamis, sed si damnetur crimine publico, vel priuati furti, vi bonorum raptorũ, iniuriarũ, vt ait Marcellus, *l. infamem 7. de pub. iud. lib 48. P. tit. 1.* & sic de similibus priuatis, quando ciuilis actio ex his prodita infamat, vt in proxime dictis: & de dolo damnati, & tutelæ, mandati, depositi, dir ectæ non contrariæ, pro socio, *§. ex quibusdam, de pœna temp. litig. lib. 4. Instit. tit, 16. l. 1. §. qui notis, de his qui not. infam. P. l. 4. §. fi. l. 5, & 6. eod. tit. d. §. 8. 10. 22. C. eod. tit.* Iure ciuili multis ex causis, vel delicto, vel sententia quoque quis notatur infamia, prout late explicant Iulianus, Caius, Vlpianus, Paulus, & alij Iurisconsulti & Cæsares propriis titulis, *l. 1. 2. 3. 4. & tot. tit. de his qui not. inf. lib. 3. P. tit. 2. & tot. tit. ex quibus caus. infam. irrog. C. lib. 2. tit. 12.* Sunt autem aliquando quidem infames vtroque iure, pontificio, & ciuili: aliquando altero tantũ: nam non omnis qui infamis iure ciuili est, iure pontificio talis est, *c. Euphemium, & c. proximo, 2. q. 3. in nubente secundo viro, c. pen. de sec. nup. l. 1. C. eod.* Regulari tamen iure, qui iure ciuili infamis dicitur, & iure pontificio infamis est, *c. omnes vero. 6. q. 1.* vt non possit ad ordines sacros conscendere. Infamia facti, quando iuris dispositione quidem expresse quis nõ notatur, sed tantum per se probrum, & ignominiam inter bonos & graues habet, sitque famæ aggrauatio, *vt in l. 1. de obseq. à liber. vel li. pa. præstãd. in P.* Turpitudo vitæ, infamia eius est, *leg. 2. de dignita. lib. 12. C.* & probra quædam natura sunt turpia, vt puta furtum, adulteriũ: quædam tãtum opprobria, & turpia ciuiliter, & quasi more ciuitatis improbata, vt damnari tutelæ, teste Vlpiano, *leg. probrum 32. de verb. sign. in P.* ¶ Est † infamia facti, à patre serio 10 filium malo nomine notari, etsi iuris non sit. *l. ea quæ 13. ex quib. caus. infam. irrog. lib. 2. C. tit. 12.* Idem in his quæ iudex interloquendo causa non cognita, in litigantes infamantia infert, statuendum est. *l. verbum 17. & l. interlocutio, 10. ex quib. caus. infam. irrog. C.* Dicta enim censentur à iudice, vt ad meliorem frugem redeant, non infamiæ causa. Est & facti ignominia, celare scortum, vt eo abutatur celans, *l. verum est 40. de fur. P.* ¶ † Infamia, 11 quæ oritur à crimine & turpitudine, pœnam habet: primum, vt infamis non ferat testimonium, *c. constituimus 3. quæ. 9. ca. infames 6. q. 1. c. licet. c. 47. de testib. lib. 2. Decre. tit. 20. l. 3. §. lege Iulia, de testib. in P. 2.* non sit aduocatus, nec procurator, secundum ius pontificium, *c. infames, 3. quæst. 7. l. 1. §. ait prætor, de postul. in P.* Procuratores tamen esse iure ciuili possunt, quia vile hoc iure putatur esse munus. *§. fin. de exce. ap. Instin.* Item infamis ab omni dignitate arcetur generaliter *l. ne quis, de decurio. lib. 10. Cod. l. 1. de infam. eod. lib. l. nec famosis. de dignita. lib. 12. C. l. cum prætor, de iudic. in P. 1 ad l. Iul. de vi pub. P. c. infamibus, de reg. iur. in 6. c. licet, c. 47. de testibus, c. inter dilectos, de excess. prælat. 3.* arbitri esse nequeunt infames, *l. Pedius. de arbitr. 4.* à locis in quibus princeps degit, infames eiiciuntur, *l. 2. §. ignominia, de in qui not. infam. P. l. 3. de re milit. lib. 12. C.* Repelluntur ab ordinibus ecclesiasticis, *c. omnipotens, de accusat. c. tanta, 81. distinct. 6.* Promoti etiam suspenduntur, secundum Innocentium, *in c. fin. de postu. prælat. c. super eod. de electio. c. nisi cum pridem, de renuntiat. 7.* Infamis heres institutus & turpis persona, facit vt frater, qui alioquin repellitur ab inofficiosi querela contra testamentum fratris, possit admitti, *l. fratris. C. de inoffic. testam. l. 1. D. eod. tit. 8.* Sicuti miles damnatus de crimine quod infamiam habet, soluitur sacramento militari, ita & ab ecclesiastico, *l. 2. §. miles, & ibi gloss. in verb. sacramento, de in qui not. infa. P.* Atque Panormitanus existimat collationem beneficij factam infami ipso iure nullam esse: quanquam superuenientem infamiam dicat nõ priuare beneficio, etsi priuet dignitate tituli: quia non inuenerit textum hanc pœnam statuentem,

Digitized by Google

tem, *Panor. in c. querelam, de iureiu. Ang. Claua. in summ. in verb. infamia, §. sed numquid, de infam.* ¶ Ceterũ †obseruandũ est infamiã
12 euitari & tolli posse. Euitatur, si is qui iudicio arcessatur, ex quo condemnatio infamiam irroget litem componat ante sententiam, *arg. l. si reus de procur. in P.* vel si litem persequatur procuratorio nomine, eo nomine procuratorio condemnatus, infamis non est ex sententia, *l. furti, §. si quis alieno, & ibi gloss. & Bart. & Doct. de iis qui not. inf. P.* vel si à iudicio prouocauerit, *d. l. furti, §. si quis.* Facti infamia aboletur contrario facto, *Pan. in c. ex diligenti, de simonia.* Itẽ si derogat princeps, vel remittat: tũc enim etsi infamia sit, tamen effectu caret, *idem in c. cum te, de sen. & re iud.* Posse etiam id fieri per se natum traditur, *gl. in ca. omnes 6. q. 1 per c. fin. §. notandum, in 2. quæst. 3. & per l. 1. §. de qua, de postul. in P.* Vnde iudex sæpe vtitur hæc clausula, sine nota infamiæ, dum condemnat. Aboletur† & pœna vel effectus infamię
13 facti, purgatione iurata præstita, *c. de crimine 15. q. 5. c. 1. & 3. 5. 6. & fere tot. tit. de pur. can. lib. 5. Decret. tit. 34. ca. 1. 2. q. 1. c. a. omnes, 6. q. 1.* quando scilicet fama probationem veram seu certã non habet, sed rumor vagus incertusve circumfertur, quempiam hoc vel illud crimen admisisse, suspicionibus & præsumtionib. quibusdam excitatus, concurrente in contrarium de eius bonitate & fide præsumtione: alioquin si crimen, de quo quis infamatur, haberet probationem, non admitteretur purgatio, *ca. si quis, de purga. ca.* Infamia à iure canonico irrogata ob peccatum mortale tollitur per pœnitentiã impletam, *c. illi qui 6. q. 1.* Verum apud bonos & graues, & in negotiis seriis non sufficit nunc non esse infamem, sed requiritur aliquando non fuisse infamem, vt si de accusando alio, vel de probatione eius, qui infamis fuit, agatur: si modo ex criminibus damnatus fuerit. *c. qui crimen, 6. q. 1. vide ibi dist. glossa, & gl. in c. omnes in 1. 6. q. 1.* Infamia excommunicationis tollitur per absolutionem, *can. 1. 4. q. 1.* Infamia autẽ ex impositione pœnæ orta tollitur post subitam impletã pœnã, vt in relegationis impleto tempore statuitur, *leg. 3. 4. 6. C. ex quib. caus. infa. irrog. l. 1. & 2. de iis qui in exsil. dati sunt, libr. 10. C. tit. 59. Papin. l. falsi nominis 13. §. 1. ad leg. Corn. de fals. lib. 48. P. tit. 10.* Quod Paulus, *l. ordine decurionum 15. ad municip. lib. 50. P. tit. 1.* existimat verum si dãnatus delinquens sit durioribus pœnis quã legitimis: non autem si minoribus, quam leges permittant, subiiciatur, quo casu putat infamiam etiã præstita fama, vt minori, non aboleri. Vnde & isti tanquam famosi à dignitatibus in posterum repelluntur, illi minime, vt respondit etiam Iulianus *in l. interdum 58. §. 1. C. de furt. P.* Papinianus, *l. ad tempus 5. de decur. li. 50. P. tit. 2.* & Marcellus, *l. in seruorum 10. §. fin. de pœn. in P.* quia non plenè eluitur minoribus delicto pœnis scelus, nec in potestate iudicis residet iuris auctoritas, *dict. leg. ordine.* & minoribus impositis videtur de infamia transactum, *Vlpian. l. quid ergo 13. §. pœnæ, de iis qui not. infa. P.* Proinde indulgentia principis quos liberat à pœna, notat infamia, ad quam diluendam propria indulgentiæ natura non extenditur, *l. fin. de gene. abolit. C.* Sicuti etsi delicti condemnatio perpetuam habeat infamiam, alia pœna temporalis impleta cum infamia impositi non eluit infamiã, *Arria. Iurisp. in l. qui cum vno 4. §. ad tempus. de re militar. l. 49. titul. 16.*

De Depositione, Degradatione, seu Exauctoratione.

Cap. 30.

1 *Depositio quid, & eius diuisio. Et nu. 2.*
Degradatio quid, & quomodo differat à depositione, & nu. 8.
3 *Deponuntur à dignitate inutiles in ea existentes.*
4 *Depositionis pœna pro quibus criminibus imponenda.*
5 *Suspensio ab officio aut beneficio quid.*
6 *Depositus omnis non datur ecclesiæ seculari.*
7 *Deponi num possit ab officio vel ordine per episcopum, qui beneficium habuit, vel ordinem à summo pontifice.*
8 *Degradatio quibus fiat solemnibus. Et qui possint degradare, & qui interesse degradationi debeant. Et num. 9.*
9 *Episcopi causa à quibus, & à quot iudicibus episcopis & quomodo audianda.*
10 *Degradatio pro quibus criminibus fieri possit.*
11 *Exauctoratio in iure ciuili pro degradatione quomodo recepta. Et inter milites quando cum ignominia.*
12 *Exauctorandi militem forma.*
13 *Cingulum militiæ, & dignitatis quid.*

1 SCandalum graue est† & dedecus ecclesiæ, habere incorrigibiles & scelestos administros: vnde merito remouendi illinc sunt, *c. qualiter & quando, in 2. de accusat. D. Luce 16. c. vt* à villicatione villicus iniquitatis in Euãgelio, Dicimus depositionem, huiusmodi pœnam. Depositio est, seu exauctoratio, de dignitate, gradu, vel ordine deturbatio, vel eorum priuatio. Degradationis nomen vulgo vsurpatum à gradu. Verumtamen depositio verbalis, propriè remotio est per sententiam degradatio realis, solemnis & cum exsecutione emancipatio curiæ seculari factæ, ademto clericatu.

¶ Atque† depositio duplex, alia ab officio seu beneficio simul, *c. fi. de celebrat. miss. lib. 3. Decret. ti. 41.* vel separatim, *c. 2. de pœn. in 6. c. nouimus, de verb. sign. Specul. tit. de accusa. §. 2. vers. vel dici potest, c. accedens 50. distinct.* & à dignitate, & alia ab ordine, quæ proprie exauctoratio seu degradatio contra clericum in sacris cõstitutum, *vt in c. pen. de purg. can.* Depositio prior verbalis, est priuatio vel ademtio beneficii, quæ a solo episcopo fieri potest: & tamen non sine crimine vel causa: nam si quis nõ potuerit propter superuenientem infirmitatem officio vel beneficio per se satisfacere, non est deponendus, sed coadiutor ei dandus, *can. scripsit mihi. cum seq. 7. q. 1. ca. 1. 3. 4. & to. tit. de cleri. egrot. li. 3. Decret. tit. 6.* Plura exempla depositorum episcoporum, & postea reconciliatorum pristinæ ecclesiæ referuntur à Cyrillo in epistola ad Ioannem Antiochenum, quam refert in sua Epitome Gratianus, *cap. Ioannes Chrysost. 50. dist.* ¶ Deponitur† ab administratione beneficii, nonà beneficio propter graue scandalum, leprosus, *cap. tua, de cleric. egrot.* abbates facti inutiles, qui probe non exercent munus, amouentur penitus, *can. si quis abbas 18. q. 2.* Sicuti & de iudicibus & administrantibus Reimpu. reseripserunt Valentin. Theodos. Archad. CCC. *l. 3. de offic. præfect. prætor. orien. & Illyr. lib. 1. C. tit. 29.* Imo vero ipse Imperator inutilis à summo pontifice loco submouetur, & alius ei subrogatur: vel propter hæresin, si incorrigibilis, si tyrannus, si fatuus periurus, paganus, ecclesiæ persecutor, *vt in c. 2. de sent. & re iud. in 6. ca, venerabilem, ca. 34. de elect. lib. 1. Dec. tit. 6. c. alius 15. q. 6.* Alexander 3. sum. pont. *c. at si clerici. c. 4. de iud. lib. 2. Decret. titul. 1.* clericos confessos in iure vel conuictos legitima probatione ob crimina quæ merentur suspensionem vel depositionem, posse à proprio episcopo, vel suspẽdi à suis ordinibus, vel altaris ministerio perpetuo remoueri tradit. Et bene notat Panorm. *in d. c. at si clerici.* depositionẽ esse temotionem perpetuam ab altaris ministerio. ¶ Grauissima† hæc quidem pœna, & idcirco non imponitur, nisi pro casibus à iure decretis, *Domin. in §. de his 50. distinct.* & *in c. 1. 55. dist. Decius, in d. c. at si clerici,* aut pro delicto grauiori, *c. tuæ, de pœn. in c. Pan in c. si. de c. leb. missa.* quod enorme dicũt: Locum etiam habet iure canonico dignitatis amissio. *ca. super eo, de electio, c. ex tenore, de temp. ordi.* item cinguli militaris priuatio, *ea. nullus. in 2. 11. q. 1. c. 2. de pœn. & remiss.* Atque ideo Felinus, *in ca. qualiter, in 2. vers. ad corrigendos, num. 25. de accusatio.* notat, post antiquiores iuris pontificij interpretes, quod vbicunque iure ciuili imposita est pœna mortis pro aliquo delicto, in locum ipsius intelligatur subrogata depositio: nisi alia pœna imponatur ordinaria pro eo delicto eodẽ iure pontificio. Bertachinus *tracta. de episco. 8. par. libr. 4. tit. de causa mater. degrada. & Hostiens. in Sum. tit. de accusa. §. quis sit effectus, vers. tradunt,* colligit casus, in quibus depositio fieri potest. ideo in illis recensendis nõ immorabor. ¶ Suspẽsio† ab officio & beneficio minor est, quam depositio, *c. inter solicitudines, ca. 10. de purga. can.* & depositio minor, quam priuatio participationis corporis & sanguinis Domini. Nam si depositus ab officio celebrat, hac sacrosancta participatione, excommunicatione perpetua quamdiu vixerit, priuatur, demto viatico sub mortis tempus præbendo, *ca. accedens 50. dist.* ¶ Hic notandum, † depositum clericum nõ fieri de foro iudicis secularis, *probat. ca. cum non ab homine. de iudic. & c. at si clerici, eod. tit. docet Ioan. Bernard. Diaz. in pract. crimina. canonici. ca. 27. Panor. post Card. in cap. cum non ab homine, de iud. Inno. in c. 1. de homicid. in 6.* & ideo ei non traditur puniendus semper, sed pœna canonica per iudices ecclesiasticos punitur, videlicet detrusione in monasterium, *d. ca. inter solicitudines, in fine, de purga. cano.* vel alio. In quo differt à degradatis, qui veluti incorrigibiles, relinquuntur pœna seculari, omnibus priuilegiis clericorum exuti, vt paulo post docebimus, Deo fauente. Et quamuis videantur incorrigibiles qui deponuntur, tamen aliquantula est spes resipiscentiæ. Et proinde antequam iudici seculari tradantur, suis legibus puniendi, oportet eosdem depositos, non se corrigentes vel perseuerantes in crimine, adhuc ecclesiastica medicina reuocari si fieri posset ab episcopo, per excommunicationem, & deinde anathemate, quæ si depositus contemnat, & ità in profundum malorũ deciderit, tunc curiæ seculari relinquitur, *Celesti. in c. cum non ab homine, de iudic.* Quinimo nec opus est semper degradatione, vt clericus incorrigibilis possit comprimi à iudice seculari, sed sufficeret declarari per ecclesiasticum iudicẽ, esse incorrigibilem, *Ioan. And. Anto. & Aret. in d. ca. cũ non ab homine.* ¶ Dubitatum † autem fuit aliquando, an qui ordinatus est à summo pontifice, vel ab eo beneficium, seu sacerdotium consecutus est, ob crimen possit à suo episcopo ab his deponi. Placuitque tandem aliquibus, quod à beneficio possit: ab ordine, non possit, nisi per Papam, *collecta. in ca. per tuas, de maior. & obed. & ibi quoque Ioan. Andr. & Bald.* Siculus autem Abbas Panor. *in d. cap. per tuas.* & in ordine admittit per episcopum factam eius clerici depositionem, quod Felino placet, *in d. cap. per tuas.* Vide *decis. capc. Tholos. 292. & ibi Auffrer.* cum reatus omne priuilegium excludat, *can priuilegium 12. q. 3. auth. qua prouincia, vbi de cri. agi. opo.* C. ¶ Depositio† seu degradatio realis seu actualis est, quando post sententiam verbalem, de qua supra

Digitized by Google

dictum est, insignia ordinum solemniter detrahuntur. Vocant hanc, depositionem solemnem iura. *can. episcopus 11. q. 3. ca. 2. de pœn. in 6.* Forma & solemnitas est, *d. c. 2.* vt coram iudice seculari, cui tradendus est degradandus, publice superior qui deponit tondeat rei caput. 2. radat vitro, vel ferro loca capitis & manuum, in quibus vnctio facta est tempore ordinationis. 3. exuat eum habitum seu vestimentum clericale, & induat laicale, & sic iudici laico concedat puniendũ. Qui & huic iudicio, quãdo crimen hãc pœnam mereri videbitur, interesse debet, vt postea statim puniat, *§ si tamen, de crimin. bus, & §. illud palam, vt cler. apud prop. epis. & c. coll. 6. tit. 11. in Auth.* Idcirco reus antea indutus exhibetur vestibus sui ordinis, vt si presbyter sacerdotalibus, cum calice in manu, ac si celebrare vellet: diaconus, vt diaconus: itẽ subdiaconus & episcopus degradandus quilibet suo habitu. Et postea ab extremo vsque ad nouissimum gradum fit eorũ eadem tio, ordine: vt presbytero primum adimatur calix, & deinceps alia ordine retrogrado, quo ei data sunt. Sic in episcopalibus ornamentis & aliorum ordinibus intelligi par est, *d. can. episcopus, 11. q. 3.* ¶ Ceterum † solemnitatis quoque est, ne solus episcopus sit, cum hæc degradatio fit, sed si abbas abbatia deponendus, adiungantur alii vicini abbates, si negligens, crudelis, vel fornicator, *can. si quis abbas 18. q. 2. c. miramur, & ibi gloss. & Doct. de ser. non ordin.* In degradatione presbyteri, episcopi sex adesse debent, nisi ob hæresin deponatur: tunc enim vnus sufficit, conuocatis abbatibus, prælatis religiosis, & literatis diœceseos, *c. 1. de hæret. in 6. glo. in d. c. 2. de pœn. in 6.* Si vero agatur de clericis in minoribus ordinibus constitutis, vnus sufficit episcopus cum præsentia sui capituli, *c. 2. de pœn. & ibi gloss. in 6. ca. qualiter, in 2. de accus. c. 1. de excess. prælat. can. episcopus, 15. qu. 7. c. non potest, de re iud.* nisi consuetudo obseruata aliud statuat, *ca. 3. de consuetud. glo. in d. c. 2. de pœn. in 6.* Si de summo pontifice deponendo ad concilium generale recurrendum est, in caussis in quibus deponi potest, vt in ca. si Papa, 40. distinct. Videndus & Petrus de Mõte, tit. de potestate conciliorum, quæstione quando concilium sit supra Papam, versi. tribus modis. Caussa episcopi criminalis debet audiri à 12. episcopis: & à sex presbyteris: & à tribus diaconis, cum proprio suo episcopo, secundum concilium 2. Carthaginense & Agathense, *c. si quis timidus, & c. felix 15. qua. 7.* Cognosci etiã nisi in synodali confessu à summo pontifice decreto, de reatu episcopi aliquando non licuit, *can. nullus episcopus 5. q. 4.* nec duodecim iudices, qui decernuntur ad audiendũ eundem, posse caussæ finem imponere statutum, sed sententiam summo pontifici relinquere & deferre debere, *c. duodecim. 5. 4. c. accusatus, can. discutere 3. 6. & tota illa qu.* quamuis ipse summus pontifex possit sine synodo cõdemnare vel absoluere, *d. c. duodecim.* Porro vnus episcopus quidem sacerdotibus & ministris cultus diuini honorem dare potest, at adimere solus nõ potest, *c. 1. & fi. 15. q.* Difficilius enim destruuntur spiritualia, quam construantur: cum tamen contrarium in corporalibus sit, quæ difficilius ædificantur, quam destruantur, *c. inter corporali. de transl. episc.* ¶ Degradationem † porro locum habere in tribus casibus tantum tradit Lucas de Penna, *in l. 1. de priuileg. schola. lib. 12. C.* in hæretico, *c. ad abolendam, §. 1. de hæret. & c. excommunicamus. eo. tit.* falsatore literarum sum. pont. *c. ad falsariorum, de crim. falsi.* & in eo qui insidiatus est suo episcopo, vel eum calumniatus est, *c. si quis sacerdotum 11. q. 1.* ¶ Iure † ciuili vsurpata est inter pœnas quoque à gradu & dignitate depositio, *l. aut damnum, in prin. de pœn. in P.* Et exauctoratio, insignium militariũ depositio vel priuatio est, eaque potest esse & sine ignominia, & cũ ea: sine ignominia est ratione facti, ob quod exauctoratur miles, veluti si quod litigauerit, & transegerit, militia soluatur, *Arria. l. 4. §. exauctoratus, de re mil. in P.* Et exauctorantur sæpe legiones militares sine crimine, quod dicimus, *Casser les bandes*, vel quod tot militib. princeps non indiget, vel alia honesta caussa mittuntur. Sic Vlp. *in l. 2. §. ignominiæ caussa, de his qui not. infa. P.* missionẽ militũ ab exercitu vnam honestã facit, quando emeritis stipendiis, vel ab imperatore indulgetur: aliam caussariã, quæ propter valetudinem à laboribus militiæ soluit. tertiam ignominiosam, quoties is qui mittit, adiicit nominatim ignominiæ caussa se mittere. ¶ *Sed etsi,* † inquit, *militem exauctorauerit, id est, insignia militaria ei detraxerit, inter infames efficit, licet non addidisset, ignominiæ caussa se eum exauctorasse.* Quartam quoque aliam subiicit. *d. §. ignominiæ.* missionem, sed non ignominiosam. Arrianus, *in l. qui de libertate 29. de libe. cau. lib. 40 P. tit. 12.* Iurisconsultus exauctoratum à militia remotum interpretatur, & castris eiectum, nẽpe cum arma adimuntur, & cingulum. Et ita his verbis exauctorantur apud Lucanum milites ignaui, *in 5. Pharsal. à Iul. Cæs.*

Iam certe mihi bella geram, discedite castris,
Tradite nostra viris ignaui signa Quirites.

Et apud Lampridium in Alexand. legione loquente exauctorata, cum nihilominus post ista fremerent, exclamauit. *Quirites discedite, atque arma deponite. Mirando exemplo, depositis armis, depositis etiam faculis militaribus, non ad castra, sed ad diuersoria varia discesserint.* Et postea: *Eam tamen legionem quam exauctorauerat, rogatus, post dies triginta, prius quam ad expeditionem Persicam proficisceretur, loco suo reddidit.* Solent dignitates & honores in repub. propria quædam habere insignia, quæ dum honor datur, conferuntur: dum vero exauctorantur qui habent, adimuntur. Habebant consules & reges fasces, securesque, *Dionys. Halicar. in 2. Liuius in 1.* Habebant senatores Romani latum clauum, seu laticlauium, & calceum lunatum, *Bud. late ad leg. fin. de senat. P.* nostri purpuram. Equites Romani annulum, *Plin. lib. 33.* nostri calcar aureum, & torquem.

¶ Militare † potissimum insigne, cingulus erat, à quo ensis 13
pendebat: vnde de proximo cingendus, pro cincto habebatur, id est, priuilegio militari gaudebat, *l. filiusfamilias 44. de milit. testa. in P.* Inde & testamentum militare in procinctu factum dicitur, cum aciem intraturi milites se gladiis accingentes, quomodocunque poterant disponebant, *Plutarc. in Coriola, §. 1. de testa. & §. illis, de milit. test. apud Iustin.* Dicimus & renuntiare priuilegio cinguli milites, cum eiurant priuilegium militare, nempe quod cingulo indicatur, *l. fi. de apparit. magi. mili. lib. 12. C. tit. 55.* Ita enim & depositio cingulo priuilegium cessat, *l. 2. vbi de ratiocinijs agi opor. lib. 3. C. tit. 21.* Hinc factum est translatitie, vt & dignitatis & honoris insignia etiam aliorum quam militum dicãtur, cingulum, *l. 2. vt ordo dignit. seruet. lib. 12. C. titul. 8. l. omnes, 9. de metal. eod. lib. C. tit. 41. l. fin. de præpo. sacri cubic. lib. 12. C. titul. 5. §. nec latet nos, vers. arripiat, vt omn. obed. ind. prouin. in Authen. colla. 5. tit. 20. §. quia vero quadam, vt lice. mat. & auis, in Auth. col. 8. tit. 13.* Ita & cingulum est militiæ, & cingulum dignitatis, *Iustin. in l. si quis in conscribendo, 29. de pact. lib. 2. C. tit. 3.*

De Publicatione bonorum, seu Confiscatione. Cap. 31.

1 *Confiscant bona iudices ecclesiastici, & laici.*
Publicatio bonorum, & confiscatio quid.
Item fiscus quid. eod.
2 *Fisci & erarij differentia quorundam.*
3 *Patrimonialia bona principis quæ.*
4 *Bona coronæ vnita quæ.*
Confiscatio cui permissa. eod. & 6.
5 *Confiscatio bonorum & corporum.*
In pecunia partem maiorem rei familiaris habere pro crimine habitum. eod.
6 *Ciuitas non habet ius confiscationis.*
Quæ autem publica bona ciuitates habere dicantur.
7 *Fiscum in quibus habeant iudices ecclesiastici.*
8 *Feudum in confiscatione bonorum ad quem redit.*
9 *Fiscus duplex, vniuersalis & priuatus.*
Confiscatio pro quibus criminibus ad dominos locorum non pertinet. eod.
10 *Confiscatio ordinaria & extraordinaria ad quos pertineat.*
11 *Confiscatis bonis quibus dominis bona addicuntur.*
12 *Confiscato corpore quomodo confiscari dicantur bona, & quando, &c.*
Confiscatis bonis quæ partes liberis damnatorum relinquantur, eodem.
13 *Confiscandi & non confiscandi bona reorum varij ritus & leges variæ.*
14 *Fiscus dines. signum male se habentis reipub.*
Quod non capit Christus, capit fiscus, vnde dictum. eod.
15 *Fiscus licini comparatus.*
16 *Confiscatio bonorum quibus fiat casibus sine pœna personæ.*
17 *Confiscatione bonorum facta, quæ ab illis bonis eximantur, & num. 18.*
Dos, vxore delinquente, confiscatis eius bonis, marito relinquitur, eod.
18 *Restitutioni bona subiecta, confiscatis bonis possidentis, quomodo ad fiscum pertineant vel non.*
19 *Vsusfructus confiscatis bonis vsufructuarij in fiscum non transit.*

VTuntur iudices, † cum ecclesiastici, tum temporales con- 1
fiscatione bonorum seu publicatione in pœnarum impositione. Publicatio bonorum est in publicum reductio, adimere scilicet bona priuatis, & ad vsus vtilitatemque publicam transferre. Ea quoque publicatio, confiscatio dicitur, quasi in fiscum seu ærarium publicum redactio. Fiscus vas capacius quoddam, sacculi instar est. *Rauis. Textor, dum de sacco agit.* à ferendo, vt puto nomen ductum. Sicuti & M. Terentius Varro, *4. de lingua Latin.* fiscinam à ferendo quoque declinat, cum qua & fiscus affinitatem habere videtur. Itaque cum antiquis temporibus pecunia publica eo genere vasorum deferretur & contineretur, vsurpauit Cicero *2. Verri.* fiscos Siculienses, pro pecunia publica Siculiensium. Et apud Cornelium Tacitum in 1. fisci rapti Imperatoris dicuntur, id est, arcæ quibus deferebantur pecuniæ principis. Et Suetonius dixit, Augustum habuisse confiscatam repositamque pecuniam, *Suetonius in Octauio, c. 101.* Neque de significatione nominis huius video valde dubitatum, cum & fiscalia ad publicum dicantur à Iustiniano ius, *in §. oportet, in l. de manda. prin. col. 3. tit. 4. in Authen.* pertinere.

2 ¶ Eo†

Digitized by Google

2 ¶ Eo † excepto, quod quidam putant, ærarium fuisse proprie pecuniæ publicæ, fiscum autem pecuniæ patrimonialis principis, adducti Pliniana auctoritate, *in Paneg. ad Traian.* qui ad Traianum, *Fortasse*, inquit, *non eadem seueritate fiscum, qua ærarium exhibes, imo tanto maiore, quanto plus licere de tuo, quam de publico credis.* Huicque sententiæ non leuis auctoritatis viri eruditi se subscripserunt. Verum quomodo potius proprie principis patrimonium fiscus, quam sit reipublicæ ærarium, non explicant, nec satisfaciunt. Legimus quippe hæc confundi, & ad ærariũ deferri, idem esse, quod in publicum & fiscum, apud Paulum Iurisconsul. *l. 3. de iure fisc. li. 40. P. tit. 14.* Antea enim modica erant fisci compendia, ideo fiscis & sacculis continebantur: postquam autem creuerunt, arcas & ærarium oportuit institui, *glo. in l. 4. in verbo fiscalis, de numerariis, & actuar. li. 12. C. tit. 50.* Remanet itaque natura eadem compendij, sed diuersa nomina, ratione quãtitatis illatæ.

3 ¶ Obseruaui autem † duorum generum bona in imperatore esse considerãda: alterum eorum, quæ vt priuatus possidet, nulla adhibita consideratione dignitatis, quæ proprie non fiscalia, sed patrimonialia nominantur, & qui illis regendis præficiebatur, simpliciter dictus procurator Cæsaris, *Vlp. l. 1. de off. proc. Cæsa. li. 1. P. tit. 19.* & comes rerum priuatarum, *l. 1. & tot. tit. de off. cõmun. rer. & priuat. li. 1. C. tit. 36. Meminerunt & de his priuatis rebus Cæsaris, tit. de fund. rei priua. li. 11. C. tit. 65.* qui & res solemniter fisco deferendas per publicationem, aut ratione iuris Imperatoris, examinabat: vt postea rationalis, seu procurator fisci incorpora ret fiso, *l. si quando 3. de bon. vacant. li. 10. C. tit. 10.*

4 ¶ Aliud † genus bonorum principis, quæ cum dignitate, seu potestate, vel eius ratione ei accedunt, vel debentur: cũ dignitate sunt ea, quæ regno sunt coniuncta, dicimus esse vnita coronæ: quæ ratione eius veniunt, iura alia sunt, quæ nonnisi ei qui princeps est, vel ei qui superiorem nõ habet, debentur, vt compendia, quæ ex vectigalibus, *tit. quæ sint regal. in vsib. feudo.* & publicatione veniunt bonorum reorum. Sicut enim fine auctoritate principis non licet alicui vectigalia imponere vel exigere, vel antiqua reformare, *Hermogen. in l. vectigalia 10. de public. & vectigali 39. P. tit. 4. titul. noua vect. & c. li. 4. C. tit. 62. Innoce. 3. in ca. super quibusdam, c. 26. de verb. signifi. li. 5. Decret. titul. 40.* sic etiã Bona publicare ad solum principem pertinet, & ad eum, cui is concesserit, *l. 1. ne sine iussu princip. lic. cert. iudi. confisc. li. 9. C. tit. 48.* Et hæc bona proprie fiscalia, & ad ius fisci pertinẽtia: quod plures tituli indicant in iure, nempe, *de iure fisci, vbi causæ fiscales & c. de aduoca. fisci.* & similes. Et proinde quia princeps potestate publica fulcitus & donatus est, translato in eum iure populi lege, quæ de imperio lata est, *l. 1. de const. prin. li. 1. P. §. sed quod principi. de iure natu. ap. Iustin. l. 2. §. deinde cum esset, & §. nouissime, de orig. iur. P.* bona eius fiscalia quoque propria cum nota tamen aliqua improprietatis, quasi *gl. in l. diuortio, §. si fundum in verb. in alieno, sol. matr.* dicuntur interdum apud Vlp. *l. 2. §. hoc interdictum, ne quid in lo. pub. li. 43. P. tit. 3.*

5 ¶ Confiscationis † meminit & bonorum & corporis Suetonius, *in Calig. c. 41.* dum ait, Claudium Caligulam Cæsarem, cum quondam ludens alea, proximo collusori demandata vice sua, progressus in atrium domus fuisset, prætereuntes duos equites Romanos sine mora corrumpi iussisse confiscarique, atque exsultantem rediisse gloriantem nunquam se prosperiore vsum alea. Rursumque tradit, *idem in Tiber. Cæsa. c. 49.* à Tiberio Cæsare Galliarum, Hispaniarum, Syriæque, & Græciæ principes confiscatos, ob tam leue, & tam impudens calumniarum genus, vt quibusdam non aliud sit obiectum, quam quod partem rei familiaris in pecunia haberent. Et iterum, *idem in Octauio, c. 15.* exstiterunt qui traderent, consulto Octauium, ad arma isse cõtra Perusios scilicet, vt occulti aduersarij, & quos metus magis, quam voluntas contineret, facultate L. Antonij ducis præbita, detegerentur: deuictisque iis & confiscatis, promissa veteranis præmia soluerentur.

6 ¶ Confiscare † itaque princeps proprie dicitur, vel alij eius permissione, & ius fisci principis. Neque ciuitates, vel alij, quibus permissum est habere corpus, vel arcam communem, *l. 1. §. quibus permissum, quod cuiusque vniuers. nom. li. 3. P. tit. 4.* ius hoc habent sine speciali priuilegio, vt notat Baldus, *in l. 1. num. 8. de hered. vel acti. ven. in P.* & Bartolus *in l. item veniunt, §. ait senatus, num. 2. de petit. hered.* Nam & ciuitates proprie publica bona nõ dicuntur habere, & quæ communia eis sunt, vel in commune reducuntur: pro priuatis habentur, Caio Iurisconsulto teste, *l. eum qui vectigalia, l. 16. de ver. sig. li. 50. P. tit. 16.* cum publicũ ius sis, quod ad statum rei Romanæ conseruandum, id est, imperij vel regni, pertinet, *l. 1. §. huius studij, de iusti. & iure, in P. §. huius studij, eod. apud Iustinia.* Nisi forsan sint ciuitates liberæ, quæ suo iure viuant, & rempublicam constituant, vt idem Bartolus explicat, *in d. §. ait senatus.* Sunt & ciuitates Insubrum, seu Longobardiæ quædam, quibus hoc ius regale confiscandi, merum mixtumque concessum est ab Imperatoribus Friderico & Henrico sexto, *in Extrau. de pace Constan. c. nos Romanorum Imperator, post librũ Feudorum.* Habent & hoc ius in Gallia quidam ex patritiis, quos dicimus *Pairs de France*, inter suæ ditionis homines. Aliique antistites & heroes ex cõuentionis pacto cum rege inito, vel cum sua, & se imperio hac lege commiserunt, vel si postea aliquo titulo comparauerint, vel ex consuetudine à rege tempore immemoriali tolerata, *gl. in §. nulla existente licentia, in verb. in iurisdictione, de defens. ciuita. col. 3. tit. 2. in Auth. Ioan. de Plate. super rub. de iure fis. li. 10. C. ver. quinto, quæro.* vel approbata. Sicut & iudicibus regiis aliisque, quibus mixtum & merum imperium concessum à principe est, licet confiscatione vti.

7 ¶ Ecclesiastici † quoque antistites in his, in quibus non habent superiorem, fiscum habere dicuntur, *gloss. in ca. quia diuersitatem, in verb. præter eius, de concor. præb. expresse Clemens §. in ca. 2. de hæret. lib. 5. Cle. tit. 3.* Negauit tamen Baldus, *in rubr. de iure fisc.* C. episcopum fiscum habere, quem tamen & assecias, Butrigarius, Imola, Panormitanus, aliique interpretes, *in d. c. quia diuersitatem,* & Felinus, *in c. irrefragabili, §. ceterum, in 4. conclus. nu. 11. de iud. ordina.* reiiciunt. Atque hodie ex consuetudine generali regni Gallici in confiscatione bonorum clerici, mobilia clericorũ damnatorum applicantur episcopis: immobilia vero dominis, à quibus tenentur, vel in quorum dominio sunt, *Anfre. ad q. 150. capella Tholosa.* Quod & iure pontificio receptum ostendunt plura à Ioanne Andrea collecta in quæstione, quam resoluit, *Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de feudis, §. quoniam, versi. 40. & 41.* Clerico condemnato ad perpetuos carceres, ex bonis eius confiscatis episcopum habere tantum iure fisci mobilia, dominum autem loci, temporalem habentem omnimodam iurisdictionem, immobilia. Quod & firmat Oldradus, *consi. 17. & P. Ancharanus, in c. ea quæ, de reg. iur. in 6. 22. q.* Bellamera, *decis. 725. incip. pro introduct.* & ita iudicatum fuit, *habetur in stylo parlam. 4. par. §. 50.*

8 ¶ Nisi † de feudo ageretur, quod non transit ad heredem extraneum: damnato enim cliente seu valuassore, & confiscatis eius bonis, feudum hoc ad eum, qui dederit, redit. Et ita transit in fiscum, si ab eo dependet, *Oldrad. consi. 17. in decis. ca. Tholos. 394.* cum ex consuetudine Galliarum feuda ad instar patrimonij sint, *Alberi. in l. final. de iurisd. omn. iudic. C. Boer. late, in §. 1. de consuetu. Biturig.* Si autem ab ecclesia, damnato eo qui tenet, ad ecclesiam redibat, *c. in quibusdam, de pœn. ap. Gregor. c. sæpicis, eod. tit. in 6. Alex. consi. 89. lib. 4.* Sed de confiscatione hac feudorum sunt aliæ valde implicitæ tractationes, quas extricat Dominus Boerius 264, numer. 7. 8. & 9. ad quem reiicio lectorem.

9 ¶ Et † proinde facilioris explicationis caussa, fiscum duplicem constituemus, ratione concessionis iuris eius inferioribus, & aliis quam principi competentem: nempe vniuersalem, & priuatum, *Bald. in ca. §. ad hoc, de pa. iuram. firm. in vsib. feud.* Vniuersalis proprie fiscus & absolute dicitur, qui principis seu regis est, vel Imperatoris, & summi pontificis, ad quem, nisi aliud speciale priuilegium refragetur, fiscalia pertinent, *l. 1. de bon. vacan. li. 10. C. tit. 10. Martian. Iurisc. in l. simile 10. ad municip. li. 50. P. tit. 1.* Priuatus fiscus est, veluti episcoporum & dominorum temporalium locorum, ad quos confiscationes bonorum subditorum, etiam aliorum iudicum sententia damnatorum, pertinẽt. Et ita quilibet habens merum imperium, fiscum habet, *Chassa. in §. 1. de confiscatio. in consuet. Burg. Guid. Pap. decis. 76. Bald. in l. 1. de hered. vel act. vend. C. Masue. in praxi iudicio. tit. de pœn. 5. item aduertendum, per l. si. de exact. trib. li. 10. C. l. eum qui, ad l. Cornel. de sicar. C. l. 2. de præs. C. l. ex facto, de hered. instit. in P.* etiam in crimine hæreseos, *Guid. Pap. vbi sup. & text. expr. in ca. cum secundum leges, de hæret. in 6. & ibi Ioan. Andr. & Anchar. vide Henr. Boic. in c. vergentis, de hæret. & in c. super quibusdam, de pœn. apud Gregor.* exceptis criminibus, quæ maiestatis sunt, & aliis priuilegiatis, quibus sicuti principis versatur iniuria, ita & eius est delinquentiũ confiscatio, si bonorum vlla fiat publicatio, *l. quisquis, & l. si. ad l. Iul. mai. l. donationes, D. de don. Guid. Pap. q. 332. facit l. si finita. §. si de vectigalibus, de dam. inf. P. nota. in c. postulasti, de for. compe. Bart. in l. cunctos populos, in fine, de sum. trinit.* Hicque obseruandum etiam, non omnes, ad quos confiscata bona pertinent, ius confiscationem faciendi habere. Nam de consuetudine, & vsu curiarũ Galliæ, domini temporales habentes maiorem iurisdictionem, quos vocant altos iustitiarios, non confiscant, nec declarant bona esse confiscata, sed solus rex, & eius magistratus, *Nicol. Boer. decis. 264. num. 5.*

10 ¶ Iure † tamen ciuili cum confiscatio vna sit extraordinaria, alia ordinaria, extra ordinem, hoc est, in casibus, in quibus ius non imponit confiscationem, nemo præter principem & præter eos qui habent supremam iurisdictionem confiscare potest, *Ioan. Faber, Bald. Ange. Salyc. in l. vni. ne sine iussu prin. lic. cert. iud. confisc. Iason. cons. 46. incip. pro fisco regio. num. 1. vol. 3.* At ordinaria, quæ est in casibus à iure expressis, vel statuto vel consuetudine permissis, omnibus iudicibus, merum vt dicunt imperium, vel altam iurisdictionem habentibus, ratione territorij, non aliis conceditur, *præd. proxime, vbi supr. interp. & Alberi. in 3. p. art. Statu. q. 28. versi. est etiam aduertendum, Boer. late de decis. 264. nu. 1. & 2.* Quamuis ex confiscatione ad eos compendia perueniant, & quanquam multas suo fisco addicendas recte irrogent, sine publicatione tamen bonorum.

11 ¶ Ceterum † ex bonis publicatis, bona immobilia debent applicari fisco eius, in cuius territorio sita sunt, *l. quicunque, §.*

Digitized by Google

vniuersi, C. de hæret. mobilia, quæ sunt alibi, applicantur communitati iudicis condemnantis, *C. l. 1. §. si iudex, de pac. iuram. fir. in vsi. Feud. vide Chassa. §. 3. tit. des confiscations. in consuet. Burg. ad ver. soit au seigneur.* Quod si plures diuerso iure domini sint eius loci, qui fortius ius habet, confiscationes colligit, *tractat hoc Chassa. in d. §. 3. & in verbis, on mains mortes.* Num autem mutatis dominis post contractum crimen, & ante condemnationem, vel mutatis conductoribus fructuum iurisdictionem, confiscationes pertineant ad eum, qui erat tempore commissi criminis, vel ad eum, qui erat tempore condemnationis, disputatur à Guil. Benedicto, quem videre oportet in repet. c. Raynutius, ad verba, *cetera bona*, nu. 38. & 39. Sed quæ veniant in publicationem bonorum discutiamus.

¶ Sitque † in primis regula generalis in Gallia, ex consuetudine regni communi: confiscato corpore, confiscari & bona, *Chass. in §. 1. des confiscations, in consu. Burg. in verfi. alio & secundo modo.* Sic iure Pandectarum, qui ad ferrum aut in metallum, aut ad bestias damnantur, li bertatem perdunt, bonaque eorum publicantur, *l. eius. §. ij vero de test. in* P. *l. 1. de bon. dam.* Et idem iure Codicis, si damnati pœna mortis liberis careant, *l. si. de bon. proscr. C. li. 9. tit. 49.* Sic Callistratus, *Supplicij*, inquit, *leg. prima. de bon. damn. li. 48. P. tit. 20. damnatione bona publicantur, cum aut vita adimitur, aut ciuitas, aut ciuilis conditio irrogatur.* Nam si fuerint damnatis liberi nati, vel posthumi, vel nepotes, interdum ex æquitate omnia bona patrum illis relinqui, si plures fuissent, placuit Cæsaribus: interdum quasdam portiones. vt mediam partem, si pauciores, *l. 1. §. 1. & l. cum ratio, de bon. dam. l. si. de bon. proscr.* C. Nõ tamen de bonis damnatæ matris filiis relinqui quicquam voluerunt. *§. 1. de incest. nup. in Auth. colla. 2. tit. 6.* Iure autem Nouellarum variatum est: nam principio admissa publicatio bonorum damnatorum, si liberos non haberent ex inculpato matrimonio incestas nuptias contrahentes. Et deinde visum est dãnatis reis, etiamsi liberos non haberent, bona fisco non esse adiudicanda, sed proximioribus relinquenda: quod res non sint, quæ delinquant, sed qui eas possident: nec reciprocandum esse ordinem nempe eos, qui digni pœna sunt, relinquere, illorum autem auferre res, & ita alios punire, insontes, qui ad successionem reorum veniebant, *§. oportet autem, in 2. de mandat. prin. coll. 3. tit. 4. in Authen.* Ad extremum alia constitutione placuit, *§. si. vt null. iudic. lic. hab. loc. seru. col. 9. tit. auth. bona damnatorum, de bon. proscrip. C.* & bona damnatorum, quæ olim fisco deferebantur, ascendẽtibus, & descendentibus, & collateralibus vsque ad tertium tantum gradum, si supererent reseruanda, vxoribusque dotem & donationem propter nuptias: & si fine dote sint, data de substãtia viri parte, siue filios habeat, siue non. Nemine autem illorum prædictorum damnatorum exsistẽte, bona fisco socianda: excepto crimine maiestatis, in quo filij priuantur etiã bonis patris, de eo crimine damnati, relictis alimentis filiabus, *l. quisquis, ad l. Iul. maiest. C.*

¶† Fuerunt varij itaque principes in confiscationibus bonorum, aliis statuentibus eam, aliis restringentibus, aliis protinus explodentibus. Marcus Antonius philosophus Cæsar, fisco in causis compendij, nunquam iudicans fauit, *Iul. Capito. in M. Antonino philos.* Antoninus Pius, si quos repetundarum lege damnauit, eorum liberis bona paterna restituit: ea tamen lege, vt illi prouincialib. redderent, quod parentes acceperant, *idem in Antonin. Pio.* Ælius Adrianus liberis proscriptorum duodecimas bonorum concessit, *Spart. in Adriano.* Sunt in Gallia loca plura, in quibus nulla confiscatio ex consuetudine recipitur, cuiuscũque sint criminis rei, etiam vtriusque maiestatis qui damnẽtur, vt apud Bituricenses, *§. 10. & 11. de iurisd. omn. iud. in consuet. Bitur.* Aquitanos, *Ferro. in consuet. Aurel. tit. 12. de furt. arb. §. 3.* apud Hannones, *Butelerius, in summa rurali.* In Flandria tantum in quinque casibus confiscatio, in proditione patroni ligij, seditione, suiipsius homicidio, hæresi, & fuga ex acie quæ contra communes Christi hostes. *eo. Buteler.* Obseruandum tamen est, in locis, in quibus confiscationes prohibentur, habere locũ mulctas pecuniarias, quæ ob crimina infliguntur, pro ratione patrimonij, *vide Nicol. Boer. ad §. 10. de iurisd. om. iud. in consuet. Biturig.* etsi quidam consuetudine gaudentes, de his conquerantur, vt in fraudem priuilegiorum indictis. Notat etiam Boerius *in d. §. 10.* singulare ex variis interpretum locis collectum: quod si is, qui ex crimine, quod confiscationem habet, damnetur, habitator sit eius loci, qui nõ admittat confiscationem, bona eius nõ solum eius loci, sed & aliorum, in quibus confiscatio locum habet, eximuntur à confiscatione: vt contra, si quis incolat locum vbi confiscationi locus sit, non solum eius ibi sita bona confiscãtur, sed & alia, quæ sunt in locis, vbi non habet locum cõfiscatio.

¶ Sic ergo † delictorum compendium ad fiscũ peruenit, *Guido. Papiens. deci. 259. num. 2. per l. in heredes 5. de calumnia. lib. 3. P. tit. 6. l. Papinianus, §. meminisse. de inoff. test. in P.* vt & certe verissimum illud sit, fiscum esse saccum, siue arcam sine conscientia, qui quo ditior est, eo magis cum male se habere Rempubl. demonstrat, quod ex sceleribus aliorũ ditetur, hodie potissimum, quo ius antiquum seruatur. & cõfiscationes receptæ sunt. *Masue. in praxi. tit. de pœn. §. item in casib. Chassa. in §. 1. des confiscations, in consuet. Burg. verf. sed etiam quo ad dimidiam.* Vnde vulgaris illa

14

parœmia, *quod non capit Christus, capit fiscus, ca. maiores 16. qu. 7.* id est, iniuste quæsita vel retenta tandem ad fiscum peruenire ex delicto solent.

¶ Vnde † lieni fiscus comparatur, qui humores melancholicos, ex hepate per vas venosum ad se attrahit, quorum partem tenuissimam in alimentum conuertit, reliquam per proprium quendam meatum, quem stomachum vocant medici, in ventriculum eructat, *Gale. li. 4. de vsu part.* Estque atræ bilis receptaculum lien, *Gale. li. 2. de vsu. facul.* 15

¶† Confiscantur interdum iure Pandectarum in Gallia, & Codicis aliquando bona tantum, *quæ sint casus, in quibus bona ad fiscum deferantur, vide apud Chassa. in §. 1. des confiscations, in consuet. Burg. vbi numeran. 73.* Corpus & bona cõfiscantur, in quibus quis morte afficitur, aut ademto ciuitatis aut libertatis, *l. 1. de bon. dam. in* P. *l. bona fisco, 39. de iure fisci.* vt in crimine læsæ maiestatis, *l. quisquis, ad l. Iul. maiest. C. l. si. C. de bon. proscri.* falsæ monetæ, *l. si quis, de fal. monet. C.* de sicariis, *l. 3. §. legis Cornelia, ad l. Cor. de fica.* hæreticos, *l. Manichæos. C. de hære. c. cum secundum leges, eo. tit. in 6.* diuinationis, *l. nullus, C. de malef. & math.* & similibus. Bona autem sine corporis pœna, infinitis prope casibus fisco deferri cõperimus, vt thesauros illicitis artibus inuestigatos, *l. 1. de thesaur. li. 10. C.* bona ab indigno extorta, & ab eo qui de bonis restituendis cõtra legis sanctiones fidem accommodauit testatori, *l. eum qui, de his quib. vt indig. in P.* bona eorum, qui monopolium cõmittunt: *l. vni. de monop. C.* omnia scelerate quæsita, *l. Lucius, de iure fisc.* P. ea quæ exportantur vel importantur contra prohibitionẽ constitutionum regni vel locorum, *hæc tractat late Nicol. Boer. decis. 178. nu. 18. & seq. vide l. eorum 11. in prin. & §. dominus, de pub. in* P. *& l. 2. quæ res export. non debe.* C. Refert & Callistratus sexdecim casus, in quibus bona ad fiscum deferantur, *in l. 1. de iure fisc. lib. 49.* P. *tit. 14.* quos explicat inibi gl. & interp. vt non opus fit hic transcribere. 16

¶ Ceterum † quædam eximuntur à bonis confiscatis, etsi per delinquentem possideantur: veluti, vt paulo ante diximus, portiones, quæ liberis reseruantur & vxoribus, *vide distin. Auferri, in commen. ad deci. ca. Tholosa.* Et delinquente vxore, nihilominus marito dos relinquitur, exceptis criminibus maiestatis Iuliæ, de vi publica, parricidij, veneficij, de sicariis: in quibus tamen & viro contra fiscum saluæ sunt actiones, *l. quinque legibus 3. cum 2. seq. de bon. dam. in* P. Sic liberti bonis publicatis, non censentur iura patronatus publicata, *l. si. §. 1. eo. l. si in libertatẽ, de bon. libert. P.* nec quoque excluduntur creditores damnati, *l. 1. §. an bona. Iabol. l. non possunt 11. Modest. l. in summa, 17. de iure fisc. libr. 49. P. tit. 14.* 17

¶ Et † proinde bona subiecta restitutioni, quæ damnatus restituere tenetur post mortem, vel sub conditione, si mors naturalis infligatur, vel si conditio aduenerit, non ad fiscum, sed ad substitutum deferuntur: si tamen morte ciuili damnetur tantũ pendente vita ipsius naturali, fiscus bona possidebit, ea autẽ sub lata restituere substitutus tenetur. Idemque de conditione adueniente & impleta, pendente morte ciuili ante naturalem dicendum, vt decidit Paulus Iurisconsultus, *Paul. in l. Statius Florus 48. §. Cornelio. de iure fis. in* P. Hereditas enim damnati cum onere suo ad fiscum transit, *Vlp. l. ex facto 17. §. ex facto. ad sen. Trebel. li. 36.* P. *tit. 1. Caius, in l. dicitur, 14. de iur. fisc. in P.* Tradunt etiam interpretes bona, quæ non transeunt in extraneum heredem, non posse publicari confiscatis bonis possessoris: quia fiscus habetur loco extranei successoris, *l. iura libertorum, & ibi Bart. de iu. patro. in* P. *Bal. in l. 1. & Alex. in l. in insulam, sol. matr. in* P. *& in l. finita, §. si de vectigalibus, col. 11. de damn. inf. in P.* Quare feuda ea lege data damnato, ne transeant ad extraneum heredem non publicantur, etiam confiscatis bonis eius, *Bart. & Docto. in dict. §. si de vectigalibus, Ioan. ab Imola, in c. 2. de feud. §. col. verfi. sed obserua quæ supra diximus in feudo, & quæ tradit Guido Pap. decis. 341.* 18

¶ Nec † etiam vsusfructus debitus damnato, pendente vita eius naturali ei adimitur, *Bald. & Sal. in l. 1. de bon. liber. C. Alex. cons. 23. incip. prima considerat. volum. 1.* nec morte secuta ad fiscũ pertinet, vtpote, quod morte vsufructuarij ad proprietatem redeat, *§. finitur, de vsufruct. apud Iustinian. l. 3. §. morte, quæ mad vsufruct. amitta. in* P. neque ius vtendi, fruendi, cedi, vendiue, vel transferri facto vsufructuarij potest, *l. si vsusfructus, 67. de iure dot. in* P. *l. stipulatio ista, l. 3. 8. §. si quis ita, de verb. obligat. in P.* in alium, quam proprietatis dominum, cum personale ius sit, *d. §. finitur de vsufru.* Et si commoditas percipiendi fructus, & fructus ipsi distrahi, quãdiu is capax fruendi est, possint, *l. arboribus §. vsusfructus, de vsufruct. P. l. necessario, §. si. de periculi. & fructus & commod. rei vendi.*

De Detrusione in monasterium.

Cap. 32.

1 *Monasterij detrusio pœna cur inuenta.*
Carcer in perpetuũ pœna cur inuenta. eod.

Potiss.

Digitized by Google

1 POtissima ecclesiasticarum † personarum habentium iurisdictionem cura in eo versatur, vt omnibus modis, quibus fieri possit, contendant delinquentes à scelere reuocare, & pertinaces seu contumaces in iter, à quo aberrarunt, reducere: mortemque naturalem nunquam infligunt: exspectantes, vt aliquando resipiscant. Proinde & monasteriorum, & carcerum perpetuorum pœnam adinuenerunt vel vsurparunt exspectantes si hac inter mœsta viuendi, inclusos peccasse pœniteret. Monasteria per se loca referunt solitaria, sensoria ab omni hominum seculariū societate, & ab his, quæ mentem à Dei contemplatione auocare possunt, *c. luminosa 18. q. 2.* Sicut & monachi nomen solitarium triste ve significat, *c. placuit, 16. q. 1. c. si cupis, eo.* Vitæ austeritas, quæ in monasteriis olim esse solebat, facili ibi addictos poterat ad vitam meliorem. Regulare olim erat, vt episcopus assignaret clerico, quem deposuisset in monasterium, vbi sua peccata lugeret, & amplius delinquendi summoueretur occasio, *can. sacerdos 82. dist. c. clerici, ca. 4. de excess. prel. li. 3. Decret. tit. 31. c. tua discretionis, c. 6. de pœn. eo. lib. tit. 36. can. de lapsis, 16. q. 6.* Solebantque vel in quinquennium, vel septennium ibi concludi, *cap. sicut dignum, § clericos, de homicid. 5. Decret. titul.* Iure ciuili quoque hæc pœna conclusionis monasterij recepta est, vt ex pœna adulterae constans, *auth. sed hodie, vel l. Iul. de adult. C. § si vero quando, vt lic. mat. & quia, in Auth. coll. 9. tit. 9.* & ex pœna ex auctoritate episcopi ingredientis contra prohibitionem ciuitatem, à qua fuerit pulsus, *in l. quicunque 14. & Auth. si quis episcopus, de episc. & cler. C. & in c. Theodosius 19. tit. 1. l. 35. § si quis autem episcopus, de sanctiss. episc. nouell. 123.* Item ex pœna eius clerici qui contra prohibitionem legis tabulis lusit, vel spectaculis interfuit, *in Auth. interdicimus, C. de episc. & clerici § interdicimus, eo. tit. in Auth.* Attamen non ideo quod in pœnā monasterio quis includitur, monachus fit, etsi tondeatur, & habitū suscipiat, vt notat ex sententia Ioannis Accursius, *gloss. in Auth. sed hodie, in ver. habitu, ad l. Iul. de adult.* C.

De Pœna Carceris temporalis, vel perpetui.

Cap. 33.

1 *Carcer vnde dictus, & Tullianum in carcere quid. Item Latomiæ. & 13.*
2 *Carceres priuati & publici, & domus propria interdum loco carceris datur.*
3 *Carcer propria natura non ad pœnam, sed ad custodiam, & sine vinculo.*
4 *Carceri qui non mancipandi, & vincula quibus carceratis injicienda, & quando.*
5 *Carcer habet pœnam, quomodo. & 8.*
6 *Carceris finitio, & mala: & carceris metus promissionem rescindit.*
7 *Carceris tempus post condemnationem exsilij in tempore exsilij minutionem computatur.*
9 *Carcer subterraneus quare. & in Gallia prohibitus. & 13.*
10 *Carceribus, vt quis detineatur damnatio quando valuit in pœnam & quando non.*
Carceri perpetui pœna grauissima. eod.
11 *Ceada carceres qui.*
12 *Barathrum quid.*
Scalæ Gemoniæ quid.
Infernet, Gallis qualis carcer. & Decas quis carceris locus. eod.
14 *Carcerum ex Platone diuisio, in detentionem, castigationem, supplicium.*
15 *Carcerum custodiæ debitores non committuntur.*
Debiti caussa, non possunt legibus communibus prehendi & carcerari debitores. eod.
16 *Carceres mulierum separari debent à carceribus virorum.*
17 *Carcerum mancipatione quis iure Gallico recte se obligat.*
18 *Carcerari potest diffamatus de crimine etiam ante inquisitionem.*
Carcerati rei socij criminum separandi sunt. eod.
19 *Carceribus castigationis qui damnentur.*
20 *Bellistres qui, & quales dicantur Gallis.*
21 *Carcer ad pœnam cuius iurisdictionis vel imperij sit.*
22 *Carceratos soluendi certis temporibus, qualis, & vnde pictas.*
Paschæ tempore carceratorum liberatio quorum. eod.
Pelorium festum habebat vinculorum liberationem. eod.
23 *Carcerato prohibere inferre stratum, aut victum pœnam habet.*
24 *Carcer perpetuus iure ciuili in seruis permissus, non in liberis: contra, iure pontificio.*
25 *Carcer perpetuus qualis esse debet.*

2 QVia † aliquantum iura ciuilia à pontificali in pœnæ carceris definitione differunt, cogor paulo altius huius tractatiunculæ de carcere incunabula repetere: tum etiam, quia carcerum frequentissimus vsus est. Varro *lib. 4. de ling. Latin.* carcerem à coercendo dici tradit, quod inclusi exire prohibentur. In hoc, pars quæ sub terra, Tullianum ideo, quod additum à Tullio Romanorum rege. Syracusis custodiæ illæ insanæ vocantur Latomiæ nomine de latomia translato, quod inibi quoque aliæ lapicidinæ fuissent. Et paulo post Varro, *In circo, inquit, primo, vnde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres. Nam in oppidum appellab. Carceres dicti, quod coercentur equi, ne inde exeant antequam magistratus misit: oppidum, quod à muri parte, munis moribusque carceres fuerunt.* Hæc ille. ¶ Proinde † & carcer dicetur non absurde locus omnis, in quo coercetur quis: vnde & priuati & publici carceres, auctoritate priuatorum, seu melius temeritate instituti, & publici, *l. vnic. de priuat. car. C.* atque domus propria pro carcere esse potest, dum interdicit aliquando magistratus alicui, ne à domo sua procedat: *Vlpianus l. fin. de in ter. dict. lib. 48. P. tit. 22.* dicimus in praxi, *bailler l'arrest en sa maison.* Permittit & ius mariti retinere in propria, veluti carcere adulterum cum vxore deprehensum, testandæ rei caussa, per viginti horas, *leg. cap. 5. ad l. Iul. de adult. in P.* Conqueritur Iuuenalis de audacia impiorum sui temporis, qui & carceres, & pœnas inferebant ex arbitrio, *Iuuenal. Satyr. 3.*

Maximus in vinclis ferri modus, vt timeas ne
Vomer deficiat, ne marra & sarcula desint.
Fœlices proauorum atauos, felicia dicat
Secula, quæ quondam sub regibus, atque tribunis,
Viderunt vno contentam carcere Romam.

¶ Palam † dicitur esse, carceres non ad pœnam, sed ad custodiam esse adinuentos *l. aut damnum § solent, de pœn. in P.* vt dum in suspenso est animus iudicantium, interim rei delati sub tuta custodia retineantur, sine pœna tamen. Nam innocentibus id esset miserum, nocentibus autem non satis seuerum, *l. 1. de custo. reo. lib. 9. C.* Atque custodia hæc publica, sine vinculis sua natura est. *Verum*, inquit Vlpianus, *l. verum est, 218. de verbo. sign. est, in carcere clausum non videri, neque vinctum, neque in vinculis esse, nisi corpori eius sine vinculis data sit.* Quamuis publica custodia ea quoque sit, quæ vinculis etiam retinet, *Venul. l. vinculorum, 224. de verb. sign.*

3

4

¶ Nam † sicuti custodiæ carcerum non concludunt, de quorum fuga non dubitatur, quiue fideiussores dare sistendi arbitrio iudicis parati sunt, quive ea crimina commisisse non dicuntur, quæ eam arguant fugam, *Vlpianus in l. 1. & Idem Pius 3. de custod. reo. li. 48. tit. 3.* Sic qui in custodia carceris sunt, si is tutus sit, bonoque animus, excubiæ militesve sufficientes sint, & crimina atrocissima non sint, & de iis adhuc non fuerit reus conuictus, nec catenæ, nec manicæ, nec dura mansio adduntur: cōtra, vt mea sit reorum dignotio, & facilior iudicati, & pœnarum exsecutio, placuit addi, si de fuga, vel de euasione periculum immineat, *l. 1. & l. 2. Cod. de euict. reor.* In grauioribus caussis itaque, dicunt vt plerumque rei caussam ex vinculis: numellæque seu manicæ, & compedes iniiciuntur, considerata personæ rei qualitate, & dignitate, fama bona vel mala, & paupertate, & diuitiis, *l. 2. eod. in P. l. lege Cornelia. § præterea, ad Senatusconsul. Syllanid. in P.* Est in iure & mala mansio, de qua meminit late apud Labeonem, *in § quæstionem, de iniur. li. 47. P. titul. 10. idem & Vlpian. in l. si hominem. 7. deposit. lib. 16. P. tit. 3.* & is numellæ mala mansio dici possunt, quamobrem verba illa esse in mala mansione, explicant, *in scholia 12. Basilicorum, librorum, c. 31. & lib. 60. τὸ ἐμβαλεῖν τοὺς πόδας ξύλῳ.* Plautus vocat ligneam custodiam. Prudentius extensionem mansionis innuit his verbis: *ligno Plantas inserit diuersitatis cruribus*, meminit de hoc supplicio Lucianus, *in Toxaci. τὸν πόδα τῷ ξύλῳ πεπιλλοκισμένος ἀνὰ κάλλιον.* Et apud Basilium: *ἐν ξύλῳ τοὺς πόδας ἐμβαλεῖν.* Plutar. *τοὺς πόδας ἐν τῷ ξύλῳ διδόναι.* Et *in act. Apostol. c. 16. versi. 24. πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσαντο εἰς τὸ ξύλον.* Soleas ligneas Cicero vocasse videtur, *1. Rhetoricorum ad Herennium*, dum de quodam iudicato quod matrem necasset agit. Mosque is apud Heluetios, vt indicat Iulius Cæsar, *li. 1. de bello Gallico. Ea*, inquit, *res, vt est Helvetiis per indicium enuntiata, morib. suis Orgetorigem ex vinculis caussam dicere coegerunt.* Aliter Romæ factitatum, in caussa Lælij Scipionis: is enim damnatus à M. Minutio Augurino tribun. pleb. cum iudicatæ pecuniæ de residuis satisdare non posset, iussus est duci in vincula. Pub. autem Scipio Africanus fratris sui nomine tribunorum collegium appellauit, atque secundum eum iudicatū refert Liuius, *li. 8. dec. 4.* & Valer. Maximus, *li. 4. c. 1.* & Aul. Gellius, *li. 7. cap. 19.* Sic in caussa Cæsonis Quintij Lucij, Quintij Cincinnati sibi, ad populum læsæ maiestatis rei facti, placuit in illius iudicio, pecuniis satisdari, corpus autem esse liberum, vt auctor Dionysius Halicarnassæus, *li. 10.*

¶ Cæterum † quamuis hæc sit præcipua ratio carceris custodia, tamen hæc custodia, quia sceleratorum est, & interdum diuturna, esse non potest sine pœna aliqua: quia sine miseria, pedore, & penuria vix esse potest. Et iustus metus rescissionis promissi, carceris horror iniectus est, *Paul. l. qui in carcerem. 22. & ibi Bart. de eo quod met. caus. libr. 4. P. titul. 1.*

5

¶ Et † carcerem sic quis poterit definire, vt sit locus tutus, horribilis, delinquentium vel debitorum custodiæ deputatus. Horridus locus, tum ratione squaloris & miseriarum, quas ibi conclusi patiuntur, tum ratione societatis hominum pernicio-

6

Digitized by Google

forum, vt furum, latronum, homicidarum, & similium, qui ibi asseruantur, eam quibus innocentia vitæ facile corrumpitur, & mali peiores fiunt. Et accedit ad seruitutem, quæ morti comparatur, non posse à loco discedere. *Vlp. l. 2. de lib. homi. exhib. li. 43. P. sit. 28.* Sic *Vlp. ait*, interdum aliquem cæteris pœnam sustinere debere, *Vlp. in l. diuus de custod. reor.* Idipsum & Cæsares tradunt, quibusdam pœnam carceres & vincula adesse debere, *l. 2. C. eo. tit.* Et mala mansio dicitur carcer. *l. apud Labeonem, de iniur.* *In P.* Esseque in carcere per se miserrimum scribit Leo ad Alphonsum, *li. 10. Epistol. epist. 2. ad Alphon.* ¶ Quocirca † tempus, quo quis post donationem in exsilium, detentus fuit carcere, computatur in minutionem pœnæ exilij: & si in carcere exsilio dopitatum tempus fuerit omnino elapsum, soluuntur inde rei liberi ab eo. Esse enim satis debet, vt aiunt *in l. omnes 23. de pœn. li. 9. C. tit. 47.* Honorius & Theodosius CC. immensorum cruciatuum semel luisse supplicia. Ne ij, qui diu priuati sunt aurae communis hausiu, & lucis aspectu, non intra breue spatium catenarum pondere prægrauati, etiam exsilij pœnam sustinere iterum compellantur. Quod ego arbitror & obtinere debere in iis, qui ad tempus in remos damnantur. ¶ Itaque carceres omnes quantumuis speciosi sint, pœnam tamen sua natura habent, & libertatem minuunt, & consequenter tristem animum reddunt: non secus ac aues quædam liberæ, cauea inclusæ carendi voluptatem amittunt. Ve non miser quod ait Liuius in carcerem interiorem ad terrorem ceteris audaciæ media in vrbe ædificatum, & foro iunctum.

¶ Cui † Seruius Tullius subterraneum addiderit, de quo Iustinus. Ad maiorem scilicet terrorem. Vinculaque adiecta, & loca horrida substructa, à quibus tamen abstinere debent Christiani iudices, quibus etiam cura & humanitas erga carceratos incumbit, *l. iudices, de episc. audit. lib. 1. C.* Et constitutione ciuili iubetur, *l. iudices, de episc. audit. lib. 1. C.* Et constitutionibus Gallicis. Aureliæ in comitiis decretis, *habitis ann. 1560. art. 55.* prospectum sancitumve, ne posthac subterranei essent. Et Constantius Augustus, *in l. 1. de custod. reor. C.* ait, *nec suis intimo tenebras pati debebit inclusus, sed vsurpata luce vegetari ac sublenari. Et vbi nos geminauerit custodiam in vestibulis carcerum, & salubrib. locis retipi.*

¶ Fuit † & aliquando iure ciuili Romanorum ea ratione quod non ad puniendos homines carcer haberi deberet, sed ad custodiendos, interdictum, *Vlp. l. duo damnum, §. 5. ff. de pœn. P.* ne præfides damnarent, in carcere continendo, vel in vinculis contineri. Verum enimuero non hoc iure perpetuo vsa Roma est, nam & Cicero carcerem dixit, *3. Catil.* vindictam manifestorum scelerum & nefariorum. Meminit & idem de perpetuis carceribus in pœnam statutis, eamque morte grauiore ex sententia C. Iulij Cæsaris. *Cic. 4. Catil. Intelligit*, inquit Cæsar, *mortem à Deo immortali non esse supplicij causa constitutam: itaque omnes sapientes, minime timidi, fortes sæpe etiam opportunam mortem scelerisinuenta sunt.* Et paulo post, *Omnes cæteras publicari iubet, vitam solam reliquit nefariis hominibus, quam si ademisset, multos duo dolore & acerbissimi & corporis, & omnes scelerum pœnas effugisset.* Refert Valer. Max. li. 6. cap. 3. C. Vatinium alij legunt Vertienum, quod sinistræ manus digitos sibi, ne militaret bello Italico, amputasset, publicatis omnibus bonis, à senatu æternis vinculis puniendi adiudicatum. Tempore Amulij Latinorum regis, qui præfuit Romulum, carcerem fuisse in pœnam perpetuæ colligitur quoque ex Dionysij Halicarnassæo, in 1. Antiq. qui de Ilia scribens ait, *Sunt qui confestim eam necatam prædicent tradunt, nec desunt qui aiunt coniectam in occultum carcerem eamque perpetuum: vade necatam esse vulgo traditum est.* Tempore Marij non vita, sed mors in beneficio erat posita, *Valer. Max. li. 6. c. 8. dum agit, de quodam seruo Caij Marij.* eratque vita morte acerbior. Apollonius Tyaneus, *Philo li. 1. de vita Apollonij*, consultus à rege Babyloniæ de pœna imponenda eunucho, qui deprehensus fuerat vna cum regiis pellicibus cubans, nihil statuendum amplius censuit, quam vt viueret: nec veniæ causa, sed supplicij quod ipsum si vixisset comitaretur. *Si enim*, inquit, *in vita permanserit, ô Rex, difficilia & toleratu aspera multa feret, nec cibo nec potu vtens, nec spectacula, quæ te tuosque delectant frueris: saliet insuper in eo cor frequenter, è somno excitabitur. Quis igitur sic viuenti morbus non aderit? quæue pestis viscera non lanibit? Quod si non minimum vita amator sit, ipse te sæpius rogabit, ô rex, vt se interficias, aut sibi ipse mortem consciscet, præsentem diem deplorans, quod non statim sibi mori contigerit.* Seuerianus cum tanquam suspectus: iussus fuisset ab Adriano Imperatore occidi, priusquam iugularetur ignem poposcit, atque incenso thure, *Vos*, inquit, *ô dij testor, me nihil mali commisisse. Adriano tantum hoc imprecor, vt cum mori cupiet, non possit.* Et ita contigit pro grauissima pœna. *Xiph. ex Dione in Adriano.* Sic Nero se occidendo latitans cum noluisset eum libertus rogatus occidere; infestissimus dixit, *Ego nec amicum nec inimicum habeo, idem Neroni.* Hoc & conquestus, quod non posset mori Mithridates, *Dion. Cass. libr. 37. init. Rom.* præ senectute non valens sibi vulnus lethale figere, nec veneno posset offendi, cum perpetuo fuisset antidotis nutritus. Inter pœnas Iulius Pollux *lib. 8. Onomast.* annumerat & carceres, vt stigmata & columnam. Et Emanuel Comnenus, *libr. 2. Orient. hist. in 8. consiit. Comneni, titul. de homicid. voluntar.* Orientis Cæsar, eum qui homicidium spote & præmeditate perpetrauerit, custodiæ perpetuæ adiudicat.

¶ Fuisse † & speluncam, in quam coniiciebantur malefici apud Spartiatas testatur Thucydides, in 1. dum ait, *ἐς βάραθρον τινὰ ἐσβιβάσαντες οἷς τὸν νοῦν ἔδοξαν, οὕσπερ καὶ πρότερον ἐμέλλησαν ἀποκτείνειν, ὅπως ἐκεῖθεν μηδεὶς αὐτῶν κακουργήσει.* Vbi Scholiastes dixit: *κατάδαν* fuisse *τόπον ὑπόγειον ἐν Λακεδαίμονι, ὅπου τοὺς κακούργους ἐνέβαλλον*, sci. Cæadas esse locum quendam apud Lacedæmonios, in quem solebãt fontes coniicere. Et vbi Alexandrum ab Alexandro, *lib. 3. Genial. diur. c. 5.* damnati cogebantur mortem oppetere. Meminit & Pausanias, *in Messeniacis*, de *ἐσβιβασμοῖς εἰς Λακεδαιμονίων βάραθρα τὰ καταδάν.* Nam & *καταδᾶν* Hesiocho sunt *ὀρύγματα.* Sicut & legimus Athenis *κατάδικα* fuisse. *βάραθρον* erat quippe *τόπος βαθὺς ὑπὸ γῆς καὶ κατάντης ἐκβάσεως.* Et Suidas testatur Cæadas apud Lacones, & Siculos, fuisse regiam custodiam: apud Persas autem domicilium cineribus plenum, & in Ceadam coniectos maleficos. ¶ Et Athenis *βάραθρον*, barathrum, locus profundissimus angustioris, & fundo lato & cæmoso, *Cal. Rhod. lib. 9. tit. 34.* in quem deturbabant fontes morti addictos; certe locus supplicij vere potius, quam carceris, nisi & ibi vita miserior morte, quibusdam alimentorum subsidiis, ad mala patienda prorogaretur, donec paulatim tabe resolueretur.

¶ Similes † his Romæ scalæ Gemoniæ, ad quas corpora damnatorum impacto vnco trahebantur. Erant & alia genera carcerum, & loca diuersa illorum, quæ explicat Cœlius Rhodiginus, *idem li. 27. ca. 8. & 9.* Latomiæ eaant etiam Syracusani carceres, opus ingens, vt ait Cicero *in prætura verbana. actio. vlt.* magnificis regum ac tyrannorum, ex saxo in mirandam altitudinem depressum, & multorum operis penitus excisum. Nihil eam septum vndique, nihil tam tutum ad custodias, nec fieri nec cogitari potest. Isti carceres hypogea, seu loca subterranea erant ex quibus excisi erant lapides, vel eruta terra: erant & saxifodinæ. Possumus & talia dicere loca, quæ dicuntur, *Inferni*, Gallis, id est, *inferiora loca*: qualia & fuisse Romæ quoque colligere licet ex nostrorum Iurisconsultorum responsis, quæ de illis meminerunt, *l. succurritur, ex quib. caus. maio. P. l. 1. §. fi. de aleæ lusu & aleato. in* P. Decas erat etiam apud Lacedæmones in carcere locus, in quo morte damnatos strangulare consuetudo fuit, vt auctor Plutarchus, in vii. Ægid. ¶ Et † ex istis omnibus necessarium est colligamus distinctionem carcerum, secundum Platonis sententiam, *li. 10. de Legibus circa finem*, alios esse ad detentionē tantum, alios ad castigationem, alios ad supplicium. Verba eius sunt; *Delati magistratibus & condemnati vel omnes carceribus continentur. Tres vero sint in ciuitate carceres, vnus pluribus communis in foro rerum venalium, vt multi ne fugiant custodiantur. Alter vbi cætus eorum sit, qui nocte congregantur, correctionis nomine appellatus. Tertius in media regione, vbi quam maxime desertus syluestrisque locus est, supplicij nomine notatus.*

¶ Ad † custodiam solum deputati leviori custodia & molestia feruntur, hisque solent debitores contumaces concludi, qui pedes habent puluerosos, vt dicitur, quos licet ea ratione creditoribus apprehendere propria auctoritate, & retinere, *l. si prætor, §. si debitorē quæ in fraud. cred. P.* & in carcere trudere, donec exsoluant vsque ad nouissimum quadrantem. Quod & iuris antiqui iudicium esse videtur ex his, quæ apud D. Matthæum scribuntur, *c. 18.* Et ex lege duodecim Tabularum, *Gell. li. 20. c. 1.* eadem recepta olim, vt suo loco dicetur, Deo fauente. Si contumaces enim non sunt, nec malæ fidei, non licet in carcerem ducere, ob æsque aut debitum etiam fiscale, personæ molestiam inferre, iure ciuili quo vtimur, *l. nemo carcerem, de exact. tribu. libr. 10. C. tit. 19.* Idipsum & apud Athenienses obtinuit, vt ex Plutarcho, *in vit. decem orato.* liquet, *Cum publicanus*, inquit, *manum in Xenocratem philosophum iniecisset, eumque in carcerem traheret tributi non soluti nomine, liberauit eum Lycurgus: quia omnino duci quemquam hac de causa non oportuit, sed & quia tantum tamque eximium virum minime omnium duci oportuit, ipsumque exactorem vltra quam oporteret importunum iniuriosumque in carcerem coniici iussit.*

† Et † hæc maxime vera in mulieribus, quę pro nulla causa pecuniaria carcere concludi possunt, *auth. hodie, de custod. reor. auth. sed hodie, de offic. diuer. iud. C. §. necessarium*, vt nouell. *lice. habe. loc. ferna.* pro crimine tamen possunt, tamē in loco separato à carcere virū, *l. 3. de custo. reor. C.* ¶ Iure † tamen Gallico, & pro debito aliquem in carcerari posse receptum est, si se carceribus obligauerit qui mutuatur. *Pet. Iacobus, in praxi. tit. de cessio. bono. in fi. Iaco. Pet. de Ferrar. in tit. de exec. sent. in sua praxi. Doct. in l. ob ęs alienum. C. de solut.* Atque hodie recepta, validaque pactio, qua cleric⁹ etiam ad carceres iudicis laici se obligauerit, contra rationem ea, si diligenti, de foro compet. apud Gregor. Inuitumque detrudi in carcerem posse, contra præscriptum in c. ex rescripto, de iureiur. & contra sententiam Panormitani ibi traditam, contraque ea, quæ tradit Ioannes Faber, in §. fin. de actio. vt notat iudicatum fuisse in curia Parisiensi suprema 20. Nouembris 1550. P. Castalius, *in leg. alia causa, §. eleganter, sol. matrim.* In hoc carcere quoque capti ob crimen antequam peragantur rei, possunt concludi: sed postmodum, & criminis aliqua videa-

Digitized by Google

videatur ſuboriri probatio, in alium carcerem transferuntur turiorem, vel duriorem inter reos cuſtodiendi, iniectis ſi opus eſt vinculis.

18 ¶Vulgo †enim diffamatus, vt tradit Angelus, *in l. ſi longius, §. ſi filius, de ind. in P.* de crimine, incarcerari poteſt antequam proceſſus inquiſitionis inſtruatur, & poſt captionem plenior fit inquiſitio. Communis hæc reorum habitatio, niſi ſi de ſociis ſceleris vnius fuerit ſuſpicio: quo caſu cuſtodia horum ſeparatur, ne colludendo inter ſe aliquas fallacias, falſaſque rationes excuſandi delicti commentari machinarive poſſint. Atque ideo ſeparandos iuſſit Carolus 5. Imperator in conſtitutione, de capitalibus cauſſis edita art. 11. *hanc ex ſermo. Germ. conſtitutio. in Latinum conuertit Iuſtin. Goblerus.*

19 ¶Carcer † caſtigationis, ſeu admonitionis leuioris eſt, in quē detruduntur temporali quadam pœna leuiorum criminum rei, vt reſipiſcant: huiuſmodi carceres profundi, obſcuri, ibi vincula nerui, compedes, in quos aleatores, *Vlpian. l. 1. §. ſi. de aleæ luſu & aleat. lib. 11. P. tit. 5.* blaſphemi, contumaces parentibus, & his ſimiles ſolent mitti, ieiunio ad modicum tempus ſociato, vel pane ſolo caſeario, & aqua præbitis. Hunc carcerem primus adterrorem ædificauit Romæ Ancus Martius 4. rex Romanorum, vt ſcribunt Liuius, in 1. & Plin. *de vir. illuſtri.* Tribuit hoc tamen Tarquinio Superbo inuentum Eutropius, *lib. 1. de geſt. Romano.* ſicuti & inuentionem fuſtium, vinculorum, latumiarum, catenarum, exſilij, & metalli.

20 ¶Hinc †dicimus ſecundum quoſdam belitrones ſeu *beliſtres*, quaſi barathrones, homines nihili, deſpicatos, dignos qui in barathrum ponantur. Sicut ait Lucretius,

Auſer ab hinc lacrymas barathro, compeſce querelas.

21 ¶Etſi † placeret potius *blitres* trahi à blito herba nimiū molli. Ius & poteſtas iſtius carceris, qui ad pœnam eſt, imperij eſt, vt notant Alexander & Barto. *num. 8. in l. 3. de iuriſdict. om. iud.* Ideo non conceditur ciuilibus magiſtratibus, *l. ea quæ, ad municip. in P. §. nullum, de defenſo. ciuit. in Auth.* Cum tamen, ſi ad cuſtodiam ſint tantum carceres, minoribus quoque concedantur, quia iu-

22 riſdictionis ſunt, *§. & iudicare, eod.* ¶Inde †non modicum beneficium exiſtimarunt antiqui, pietatis & religionis cauſſa ſoluere vinctos à carcere & veluti pœnam eis illam leuare & remittere, ſi grauiorum criminum rei non ſint, in die Paſchæ, *l. nemo*, C. *de epiſc. audie.* quo Dominus noſter Ieſus Chriſtus reſurrexit, ſolutis mortis vinculis. Quemadmodum & apud Iudæos, in memoriam liberationis captiuitatis Ægyptiacæ, tempore quo ſuū Phaſe celebrabant, ſoluebant ex reis etiam maximis vnum à carcere & pœnam eidem remittebant, *D. Ioan. Euang. cap. 18. & D. Matth. c. 27.* Et apud Theſſalos die feſto quem Pelorium dicebant, vincti de carcere dimittebantur, & in conuiuium admittebantur, ob memoriam beneficij à Peloro quodam recepti, ſicut narrat Athenæus, *lib. 14. Dipn. c. 17.* poſt Bathonem Sinopæum, *in Orat. de Theſſal.* Solent & hodie in die Paſchæ quoque, vel die ſacroſancta veneris præcedente, à principe indulgentiæ, & abolitiones criminum reis concedi. Et dum is etiam aliquas perluſtrat ciuitates carcere detentis pro iucundo eius aduentu veniam delictorum impartitur.

23 ¶Atque † Licinius Rufinus Iuriſconſultus reſpondit, ſi victū aut ſtratum inferri in carcerem quis iudicato non patiatur, vtilem in eum pœnalem actionem dandam eſſe: vel ſecundum alios iniuriarum actionem in eum dari poſſe, *l. ſi victum 34. de re*

24 *iudic. lib. 42. P. tit. 1.* ¶Carceres †quoque in ſupplicium dati ſunt, iure ciuili & pontificio: in quo & perpetui. Nam receptum eſt, ſeruum pœna perpetuorum vinculorum damnari Romano iure poſſe, *l. ſeruus ſub pœna 10. de pœn. in P.* liberos autem minime, *l. incredibile 6. C. eod. Calliſtr. in l. mandatis 35. eod. titul. in P.* Iure pontificio & perpetuus & temporalis ob ſcelera, in eccleſiaſtici fori homines, conceſſus carcer, *c. quamuis, de pœn. in 6. ca. vni. eod. in Extra. comm. Felin. in ca. qualiter, in 2. §. fin. num. 20. de accuſatio.* Quia ſemper eccleſia ſperat conuerſionem & pœnitentiam delinquentium, nec vult cum principe ſuo Deo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat, *Ezechiel. c. 18. c. hi qui, 3. q. 4. can. hi quibus 23. q. 8. §. 1. vt non luxuri. contr. natur. in Auth. col. 6.* Neque ſupplicium mortis temporalis eccleſia infligit, neque iudicium infert ſanguinis, *ca. in archiepiſcopatu, de rapto. c. clericis. & c. ſententiam ſanguinis, ne cle. vel mona. ſec. negot. ſe immiſ. lib. 3. tit. 50. ap. Gregor.* Ideo graue ſcelus perpetuo carcere plectit, ad agendam pœnitentiam reum includendo, pane doloris & aquæ anguſtiæ ſuſtentandum, vt commiſſa deſleat, & deſlenda vlterius non committat, *ca. nouimus, c. 27. §. final. de verbor ſign. ap. Gregor.*

25 ¶Notant †& interpretes, *notat Innocen. in ca. qualiter, in 2. de accuſa. in col. pen. verſi. & ſunt.* hanc pœnam carceris perpetui. pœnæ damnationis in metallum impoſitæ à iure ciuili æquari. Et Panormitanus tradit, quod vbi pro delicto imponitur pœna mortis iure ciuili, tunc iure pontificio depoſitus detruditur in carcerem perpetuum, *Panorm. in ca. tua, de pœn. apud Gregor. vide pugnantia apud Ioan. Bern. Diaz, in pract. crim. cano. ca. 129.* nam in hoc vitæ parcitur. Et idcirco carcer ille non debet eſſe ita horridus, vt intra paucos dies, vel aeris defectu, vel pedore ſeu cæno, vel cibi defectu, coniectus moriatur, *Pan. in ca. à nobis, de apoſ.* alioquin epiſcopus, vel iudex talem decernens, irregularis ſit, *Bal. in l. pen. C. ad l. Aquil. Card. in Cle. 1. de pœn. & remiſ. q. 7. Fel. in c. qualiter, in 2. §. ſi. nu. 25. de accuſ.* Quamuis enim hæc pœna ſimilis ſit morti, tamen mortis naturalis nō eſt, ſed ciuilis, vt nec qui ea damnantur teſtari, neque capere ex teſtamento poſſint. *Bal. conſi. 448. 1. vol. incip. quæritur in primis.* Demto tamen iure conſuetudinario, quo alicubi, vt Caſtellæ, & Legionis regni, quorum legibus incola morte ciuili vel naturali damnatus ex crimine, in quo non eſt confiſcatio poteſt ante mortem naturalem diſponere & teſtari, *in legi. Tauri editis 4.*

De Pœnis iuris ciuilis,

Cap. 34.

1 *Pœna iuris ciuilis in genere 8.*
Non capitales quæ, & damni pœna quid.
2 *Pœnæ capitales quæ.*

IVs † ciuile Romanorum vtitur, vt plerunque, pœnis octo in 1
genere, ad quas aliæ referri poſſunt: illæ ſunt, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exſilium, ſeruitus & mors. Sed & alia diuiſione, capitalibus & non capitalibus. Non capitales dicemus eas, quæ damni ſunt, vel bonorum, vel corporis: bonorū, vt pœna quæ pro furto imponitur, & pro ſimilibus criminibus, dupli, tripli, quadrupli, *ſic enim pro his interpretatur damnum, glo. in l. ſi pro furto in P. & in c. quod erraueras, 23. q. 5.* dicetur & multa pecuniaria, & publicatio bonorum de quib. ſupra dictum eſt. Damnum corporis habentes ſunt, amputationes membrorum, vincula, fuſtium ictus, verbera, incarceratio temporalis, relegatio ad tempus, in perpetuum, in inſulam, ſtigmatum inuſtio. Item non capitales, ademtio dignitatis, infamia, interdictio, exſilium.

¶ Capitales, † veluti ad furcas damnatio, viui concrematio, capitis amputatio, & alia genera mortis naturalis ſupplicio illata: quibus accedunt deportatio, ignis & aquę interdictio, in metallum & opus publicum damnatio, ſeruitutis impoſitio. Quæ omnia fere explicata ſunt, quibuſdam exceptis, de quibus pauę cis agemus. Et primum de ſtigmatum inuſtione.

De Stigmatum inuſtione.

Cap. 35.

1 *Stigmata delinquentibus quare adijciantur.*
2 *Aquæductuum cuſtodes, hydrophylaces.*
Stigmata corporibus aliorum quam delinquentium quare & quo modo impreſſa vel inſcripta. eod.
3 *Serui olim notis, vt plerunque ſignati.*
Et Stychi fere omnes quare dicantur.
4 *Frons an notari ſtigmate debeat.*

STigmata † notę ſunt, quę inuruntur delinquentibus, vt conſtet per ſigna ea reos fuiſſe criminum. Stigmata namque per ſe ſignum referunt, quæ nec perpetuo ob crimina, ſed & ob alia iudicanda inurebantur. 2

¶Veluti †hydrophylaces, aquarum videlicet publici cuſtodes, aquæductuum vrbis regiæ, in manibus ſigno imperatoris notabantur, vt manifeſti eſſent omnibus, & ita ab vſu, cui deputabantur, non auellerentur, nec angariarum, vel operarum nomine tenerentur, *l. penult. de aqueduct. libr. 11. C. titul. 42.* In fabricenſibus quoque ſtatutum ab Arcadio Cæſare, illorum brachiis ſtigma, hoc eſt, notam publicam infigi, *l. 3. de fabricenſ. libr. 11. C. titul. 9.* vt latitantes hoc modo ſaltē dignoſci poſſent. Scribit Plinius, *libr. 22. c. 1.* barbarorum fœminas mareſque etiam apud Dacos, & Sarmatas, corpora ſua inſcribere, hoc eſt, ſigna notaſque ſuis corporibus imprimere, quo venuſtiores appareant.

¶ Apud † Hebræos, ſi Hebræus ſeruiuiſſet ſex annis He- 3
bræo, in ſeptimo anno dimitti liber debebat, & in teſtimonium eius auris fibula erat perforanda, *Exod. 21.* vt ſtigmate illo agnoſceretur. Stigmata ita dixit D. Paulus, *ad Galat. ca. 6. verſ. 17.* paſſiones, vel melius inſignia. *De cetero nemo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata domini noſtri Ieſu in corpore meo porto.* Solebant & ſerui notis antiquitus pungi, vel inuri, vt fugientes internoſcerentur, vt ex Artemidoro conſtat *libr. 1. Onicror.* dum ait, σίζοντας δὲ θεραπόντων οἱ σώφρονες παίδας. ἢ ἐπὶ τῶν δούλων. Et Plutarchus in Nicia de Athenienſibus in Sicilia captis loquens, ἢ πόνους ὡς ἀνδράποδα ἐπάλλον, σίζοντες ἑκατονταῖς τὸ μέτωπον, id eſt, *& hos vt ſeruos vendiderunt, nota equi frontem inurentes.* Eiuſque rei meminit & Plato libro 9. de legib. Vnde & Iulius Pollux *libr. 3. Onomaſt. c. 8.* dicit, quod ſeruorum, οἱ δὲ σίζοντες σημαίνει ἢ σίγμα. Et frequentes

Digitized by Google

apud Iurisconsl. serui Scychi dicuntur. Refert Herodotus lib. 7. quod barbari maiorem partem Thebanorum qui à Græcis ad Xerxen desciscebant, regis iussu, ἔστιζον στίγματα βασιλήια, compungebant vel inurebant per notas regias: Item & signabantur notis captiui, & in aliquo scelere deprehensi. Sic enim & meminit Plutarchus in Pericle, τοὺς αἰχμαλώτους τοῦ Δημοσίου ἐυσταλίζοντας, ἔστιζον εἰς τὸ μέτωπον γλαῦκας. Vbi & indicat signum & notam, quæ imprimebatur fuisse Noctuam: locum autem frontem.

4 ¶Cum † tamen hodie receptum Romano iure sit, non inuri nota faciem oportere, *l. si quis in metallum 17. C. de pœn.* quod ea ad imaginem pulcritudinis cœlestis fuerit figurata. Antiquitus tamen contra receptum, & in Gallia in fronte, lilij candentis nota inuri quibusdam reis solet. Facit quod apud Athenæum, lib. 6. Diphylus ait de eo, qui comam nutriebat, dicente, Deo se eã consecrasse, οὐ διὰ τ τύχ, ἀλλ' ἔστιγμαι, σοὶ τ μετώπ ἕνεκα τοῦτο μοι πεποίηκ ἴχν, *non ideo, sed vt obuelet notam, quæ eius fronti inusta est.* Admittit & ius pontificium hanc pœnam, atque clericis adulterantibus sigillum regium, iis ab ordinibus deiectis, inuri characterem aliquem statuit in signum maleficij, *c. 3. de falsi. lib. 2. Decret. titul. 20.* nempe per iudicem temporalis iurisdictionis, *glo. in dict. c. 3.* cum ecclesia non inferat iudicium sanguinis, vt sæpe monui, *c. sententiam, ne cler. vel monast. in archiepisc. de rapto.* cum simil. Theophilus imperator iussit stigmata inuri Theophani & Theodoro in facie, ob ea quæ refert Zonaras *in historia*, vt à ceteris discernerentur. Alludit Martian. *lib. 12. Epigram. Epigram. 62.* ad Ligurtam, *frons hæc, stigmate non meo notanda est.*

De Damnatione in metallum, & in opus aliud publicum, & de seruis pœnæ.

Cap. 36.

1 *In Metallum, & in opus metalli damnari, qua pœna. Serui pœnæ qui fiebant. eod.*
2 *Metalli, operis metalli, operis publici, & ministerij metalli differentia.*
3 *Decuriones, vel filij eorum in metallum damnari nequeunt.*

1 EST pœna † in metallum damnari, & in ministerium metalli, quibus serui pœnæ damnati efficiebantur, *Hermog. l. in metallum 36. de pœn. in P. l. aut damnum, 8. §. final. & l. capitalium, & l. quidam sunt serui, 17. eod. titul.* iure autem nouellarum nemo bene natus, supplicio seruus fit, *§. quod autem, de nupt. in Auth. gl. in l. qui vltimo supplicio, de pœn. in P.* Ea nota differunt etiam in metallum damnati, & in opus publicum, quod illi serui pœnæ fierent, isti tantum apolides, amittentes ciuitatem & retinentes libertatem, *d. l. quidam sunt serui, eod.* similes deportatis, *l. 1. Cod. de pœn.*

2 ¶Metallorum opus † publicum quidem est, sed grauius & durius, quam alia opera publica: ideo eius legis non sunt. Ad opus metalli pertinent, damnari ad calcariam, vbi calx coquenda vel excauanda, & ad sulphurariam, *l. aut damnum 8. §. in calcariam, de pœn. P.* ad fodinam sulphuris. Vlpianus *d. l. aut damnũ, §. inter eos, & §. in ministerium, eod.* inter pœnam metalli, operis metalli, & ministerij metallicorum, differentiam tantum ponit in vinculis: quod qui in metallum damnantur, grauioribus premuntur: qui in opus metalli, leuioribus: in ministerium autem illi illeve damnantur, qui istis seruiunt. In ministerium metallorum sunt personæ, quæ vt seruiant metallicis, in tempus vel in perpetuũ adiudicantur, in quod & fœminæ damnari solebant: vt in salinas, id est, ad præstandas operas salinis, *dict. leg. aut damnum, §. in ministerium.* In metallum, in perpetuum damnati, si per decennium seruierint, & valetudine vel ætatis infirmitate inutiles operi esse cœperint, dimitti possunt à præside vel principe, si ex proximis eorũ quidam pro illis impetrent, *Modest. in l. in metallum damnati 22. de pœn. in P. l. sed & hæ, de procur. in P.* Et ita restituuntur in libertatem, vt neque, si serui ante essent, quam in metallum damnati, redeant in domini potestatem, *l. aut damnum, §. fin. de pœn. in P.* Pertinebat namque metalli supplicium tam ad personas liberas, quam ad seruiles, *leg. metalli supplicium, 11. Cod. de pœn.* cum tamen serui in opus aliud publicum perpetuum, vel temporale dari non possent, *Papin. l. seruus in opus 34. de pœn. in P.* Putarem & gratiam eandem fieri per principem facile posse damnatis in perpetuum ad remos, vt post decennium, vel si inutiles labori sint, reuocari rescripto possint: videndum tamen ne horum liberatio in perniciem reipublicæ recidat, si eius generis sint remiges, qui soluti nocere possint.

3 Hæc † pœna metalli vel ministerij eius non imponebatur decurionibus, vel decurionis filiabus, *l. decurionum, 3. & l. si mater, 9. eod. Cod.*

De aliis Pœnarum generibus.

Cap. 37.

1 *Pœnarum varia genera iuris ciuilis.*
2 *Studendi facultas ademta in pœnam.*
3 *Memoriæ damnatio qualis est pœna. Herostratus templum Dianæ Ephesiæ incendit. eod.*
4 *Plumbo liquido os claudi pœna lenonis.*
5 *Canem super humeros ferre grauissima pœna Wormatiæ.*
6 *Xylagogion, & L'estrapade, quæ pœna.*
7 *Strebie pœna quæ nautica,*
8 *Catapontismos pœna demersionis in aquam.*

ALia genera † pœnarum referuntur à Constantino Cæsare: 1 in leg. 1. de emend. seruo. li. 9. tit. 14. quæ ibi videto.

¶Pro † noua pœna ademtum studendi solatium à Tiberio, 2 *Sueton. Trang. in Tiber. cap. 61.* Sunt enim nobis literarum studia pro solatio in tempore aduersitatis, vt ait Cicero *pro Arch. poe.* Et Plinius hoc dixit dulce otium & regale, excedens omnem negotiorum curam. *Plinius Iunior, li. 1. & 7. Epistol.* Sic enim per cõsolationem scripturarum, potissimum diuinarum, pacem habemus, *ad Roman. 15. & 1. Machab. cap. 12.* Et cum maris imperium tenerent Mitylenenses, sociis, qui desciuerunt hanc pœnam imposuerunt, vt liberos suos non docerent literas, nec artes liberales, omnium supplicium hoc grauissimum iudicantes in inscitia & ignorantia liberalium artium vitam transigere, *Ælian. in l. 2. de var. hist.*

¶Est † & damnatio quędam memoriæ delinquentium, cum et- 3 iam post mortem ita supplicium statuitur reo: ne quis eius mẽtionem faciat, vel nominet, vel collaudet. Sic iudices damnationi eius, qui deprehensus confessusve est, Dianæ Ephesiæ templum, tota quod Asia struente quadraginta annis constructum, incendere parasset, vt nomen suum per totum orbem diffunderetur, addi censuerunt, vt decreto memoria teterrimi hominis aboleretur, neque fas esset eum loquendo, vel scribendo nominare, vt refert Valerius Maximus, li. 8. ca. 15. Etsi efficere non potuerint Ephesij, vt nomen ad nos non veniret: dictus namq; Herostratus, & id notum nomen, vt auctor Strabo lib. 14. Domitiano mortuo iussit senatus clypeos, & imagines coram detrahi, & ibidem solo affigi: nouissime eradendos, vbique titulos, abolendamque omnem memoriam decernens, *Sueton. in Domini. c. fi.* In iure generaliter, quorum damnatur memoria, eorũ crimen morte non intercidit, *l. 2. de testam. manum. li. 7. C. tit. 2.* cuius generis plures species sunt, *vide, in l. ex iudiciorum publicorum, de accusat. P. iuncta glo.* Plutarchus alicubi ait legem exstare apud Græcos, per quam iuberetur libros scelestorum hominum, etiam bonos è medio tolli, vt auctorum memoria deleretur, *Meminit Ficinus, annota. in Cratilum Plato.* vt & de libris & memoria hæreticorum rescripserunt Cæsares, *l. damnato, 6. de hæret. lib. 1. Cod. tit. 8.*

¶Noua † pœna & inusitata ob criminis detestationem iussit 4 & Constantinus Cæsar lenoni, qui persuasit raptori consentire, liquido plumbo meatus oris claudi, *l. 1. de rapto. virg. gl. in C. Theodos.* Meminit eius pœnæ, ac exsistentis in vsu Horatius, *lib. 1. Carmin. Ode. 35.*

——*Nec fenerus*
Vncus abest, liquidumue plumbum.

¶Apud † Germanos Moguntiæ lex patria & probrosa pœnam 5 acerrimam inter illos statuit, cogi viuum canem humeris per vrbem VVormaciam, vel aliam ferre, vtraque manu prioribus canis pedibus apprehensis, *Henricus Pantaleon, in Prosopogra. part. 2. in Frederico Barbarossa.*

¶In legibus † Nauticis, *in legi. Rhodiens. lege 3.* pro furto nautæ 6 est pœna ξυλαγώγιον, cum quis multoties subleuatus posteriori parte corporis ad malum nauis, vel aliud lignum adigitur. Forsan & ξυλαγώγιον dici poterit genus supplicij, quod nostris dicitur, *L'estrapade.*

¶Apud † nautas etiam Oceani Germanici, ξυλαγώγιον frequẽs. 7 Vt & illis aliud tormentum familiare, dictum στρέβλα, nauticum videlicet instrumentum ligneum, cuius labris constringuntur plancæ in compingenda naue adactis cuneis ligneis. Et ita Ecclesiasticus accipit, *cap. 33.* οἰκίᾳ πονηρῷ στρέβλαι ἐν βάσανον, id est, *seruo malenolo tormenta, & compedes.*

¶Et † pro prælo accipitur. Est & καταποντισμὸς, hodie quoque 8 frequens Tholosæ, in blasphemis puniendis, dum cauea inclusi sæpius aquæ immerguntur: vt apud nautas, cum qui funi alligatus in mare proiicitur, & subtus nauim raptatus, atque sublatus denuo submergitur.

De Lictoribus, & Carnificibus.

Cap. 38.

1 *Lictores*

Digitized by Google

1 *Lictorum materia vbi tractetur.*
Et quis eorum fasces primus inuenerit.
Aleba quid, eod.
2 *Lictori quot iuberant milites.*
Bourreau *Gallus, vnde ducenda dictio, eod.*
3 *Principi adstantes necabant ex iussu regis homines.*
4 *Carnificis officium subibant olim accusatores.*
5 *Carnificis officium maxime vile.*
6 *An hoc non carnificem cogas iudex aliquem exsequi.*
Carnifices cur exosi. eod.
7 *Carnifex non debet impediri à populo, quominus exsequatur officium.*

1 QVamuis † de lictoribus dixerimus in personis administris iudicum & infra etiam aliqua, *l. 31. cap. 28.* tamen pauca hic etiam subiiciemus alia. Fasces duodecim primos Ianus dedit in Olympo Etruriæ ad continendas recentes colonias in aureo officio: & ad terrendos & castigandos malos vt ait Fabius Pictor *li. de aureo seculo.* Aleba fasces hi ab eo dicti, & per contractionem alba: nam teste D. Hieronymo, Al, significat mixtionē, Eba, vero aceruum rerum & virgarum. Innuit hoc Ouidius in Fast. dum ait, hanc alebam dedisse Ianum Cranæ amasiæ, in prēmium virginitatis cum iure cardinis.

Ius pro concubitu nostro tibi cardinis esto,
Hoc pretium posita virginitatis habe.
Sic fatus virgam, qua Styges pellere posset.
Asoribus noxas (hæc erat Alba) dedit.

2 ¶ Lictori † vnicuique aderant, & suberant adolescentes ingenui & armati 24. vt ait Cato, *in fragmen. de originib.* Vnde & ita erant sub 12. lictoribus prætoriani milites trecenti, quorū princeps dicebatur Etrusca lingua *Barrakel*, id est, lictor, percussor: illud certe à verbo Hebræo ברק fulminauit, percussit. Vnde & D. Hieronymus Barate regem percussorem interpretatur. Et inde non dubito Tholosæ, Borrel, & in Gallia Bourreau, dici lictorem & Carnificem. Compertum etiam est, principes sæpe vindictam & exsecutionem pœnæ commisisse iuuenibus qui sibi adstabant.

3 ¶ Sic † Saul iussit emissariis suis, qui circumdabant eum, *conuertimini & interficite sacerdotes dominei: quod Dauidem fugientem recepissent: quo tempore tamen noluerunt pueri regis extendere manus suas ad sacerdotes Domini, præterquam Doech Idumæus, cui Saul iussit quoque, 1. Reg. c. 22.* Et rursum de Dauide pro eo, qui occiderat Saulem, dictum, *vocauit vnum de pueris suis, & ait, accedens irrue in eum qui percussit illum, & mortuus est, 2. Reg. c. 1.* Idem Dauid præcepit pueris suis, & occiderunt Rechab, & Banaa, principes latronum, quod occidissent proditorie filium Saulis mi phiboseth super lectum suum, *2. Reg. 4.* Misit & Salomon manum Banaię filij Iocadiæ, qui interfecit Adomam, *3. Reg. c. 2.* Et per eundem quoque iussit occidi Semei, eod. Quem putant reges Persarum interficiendum: zona comprehensum apparitoribus regiis interficiendum tradunt, vt Charidemus à Dario illis datus iniuste puniendus, *Diod. Sic. li. 19. hist. in 3. anno Alex.*

4 ¶ Olim † qui accusabant reos, ipsi quoque lapidabant, vt ex sententia Domini de accusatione adulteræ notatur ibi, *Qui vestrum sine peccato est, &c. D. Ioan. Euang. c. 8.*

¶ Hodie † carnificis & lictoris munus maxime vile, quantumuis necessarium, eique deputātur, qui morte digni sunt ob scelera. Quamobrem & tradunt interpretes, eo deficiente, qui supplicia vltima demandet exsecutioni, pluribus captis reis pœnæ corporalis, posse iudicem vnum illorum ea lege absoluere, & liberum relinquere, vt aliis supplicium inferat: potestque iudex aliquem ita condemnare, vt fit carnifex ciuitatis, vel pœnis exsequendis deputetur ad tempus, vel in perpetuum *Bart. in l. 2. de pub. iud. per l. aut damnum, §. in calcariam cum seq. & l. capitalium, de pœn. in P.* Atque si in perpetuum ad hoc officium damnatur, seruus pœnæ videtur. 5

¶ Quod † si ex aliis, quam reis criminum velit iudex ad hoc officium cogere, vix potest: & si capiat aliquem seruum, vel vilissimum mendicantem pro exsequenda iustitiæ pœna, debet illi soluere aureos quinque pro mercede, *Paris de Puteo, in sua tracta. de Syndico, in ver. maniuoltus.* Sunt enim exosi vel natura ipsa humana huiusmodi homines, qui exsequuntur mortis etiā meritæ supplicium: vtpote communis sanguinis natura condolente humano interitu alterius, *l. vt vim, de iust. & iure,* vt plebs refugit destructoris naturæ similis consortium, locumque vbi is sit funestum arbitratur. Vt Cicero funestari concionem lictoris seu carnificis interuentu dicat, *Cic. pro Rabirio.* 6

¶ Atque † leui de caussa qualibet insurgendi in lictores arripit occasiones. Quare sapienter Carolus Quintus Imperator, in constitutione de capitalibus iudiciis, cauit in hunc modum artic. 97. *fracto post sententiam definitiuam baculo iudicii, cumque lictor reum ad locum supplicij trahit, prætor palam ac publice exclamari denuntiarique adeoque magistratus atque potestatis nomine sub capitali pœna iuberi faciat, lictorem nulla ex parte remorari aut impedire, etiāsi casus in euentu fuerit, nullas illi violentas manus inijci.* Qua sanctione obuiam itum est temeritati populi, qui sæpe antea Saxoniæ lictorem, qui primo ictu à nece aberraret, saxis telisque petebat, vt in carnificina plerumque obtueret. Et ex Lubeci historia refert Iustinus Goblerus, vno die quinque lictores in carnificina à populo obrutos. Statuerunt & Arcadius & Honorius Cęsares non licere alicui, nec etiam monachis aut clericis, damnatos supplicio è manibus lictorum eripere, aut per gentes ad supplicium retinere, aut defendere datis mandatis iudicibus, ne id fieri permittant, alioquin permittentibus, vel non vindicantibus pœna triginta librarum auri, vel capitali indicta. Relicta tamen licentia cuique pro damnato appellandi, *l. addictos 7. C. de episcop. and. leg. addictos 19. de appella. li. 7. C. tit. 62.* Male enim se res haberet: si auctoritate publica contenta, nocentes publico supplicio eriperentur, vt innuit in alia specie, *l. final. de malef. & Math. ca. cum contra iussum sit.* exempli caussa palam omnibus supplicij spectaculum proponi, vt recte etiam apud omnes fere gentes, publica supplicia non fiant, nisi prius conuocato signo aliquo publico populo sicut apud nos tuba præcinit: apud Barros & in Austrasia pulsatur campana publicorum negotiorum, & conuocando polo destinata. Mos etiam Romanis priscis seruatus, vt liquet ex Cornelio Tacito, *lib. 2. annalium,* dum sic ait, *In P. Martium consules extra portam exquilinam, cum classicum canere iussissent, more prisco aduertere.* Classicum ibi pro tuba dixit, vt etiam apud Ciceronem exponit Q. Asconius.

DE ACCVSATIONIBVS

LIBER XXXII.

De Criminum Disquisitione.

Cap. 1.

1 *Crimina num sint in suo territorio, iudices inquirere debent, & punire.*
2 *Rumoribus solis nemo reus putandus, vel damnandus.*
Populi voces vanæ audiendæ non sunt, & nu. 4.
3 *Rumor, accusationis vel excusationis species.*

1 EX prædictis † iam iudex dispositus ad crimina iudicanda, & in generali pœnarum varietate instructus, num crimina sint in sua prouincia & ditione conquirere debet, & matura solicitudine detegere, quæ & qualia sint, vt ordine legitimo adhibito quietos & probos habeat subditos, *l. 3. & Vlp. l. congruit 13. de offic. præs. li. 2. P. tit. 18. Marti. in leg. 4. ad l. Iulia. pecu. li. 48. P. tit. 13.* Expedit autem illum hac diligentia vti, multis de caussis: primum: quia hoc ad officium eius pertineat, vt dixi, neque per consequens facile contemnere possit, *l. cum ij, §. si prætor, de transact. in P.* vel impune. Et iudici, statim vt iudex factus est, omnium rerum officium incumbit, quæcunque in iudicio versantur, & ea, quæ ante iudicium contigerunt: potissimum, si ei fuerint nominatim iniuncta, vt ait Vlpianus, *in l. ædiles etiam 25. §. item sciendum est, de ædil. edi. li. 21. P. tit. 1.* Secundo, ne iudex leuioribus excitatis rumoribus decipiatur, & ne temere immeritos & insontes, fama notatos tantum, diu exet & iudicet, negotium debet plena disquisitione indagare, *l. iudices oportet, iuncta auth. seq. C. de iud. can. iudicantem. 30. q. 5.* nec solis rumorib. ante cognitum factum sibi quicquam persuadere. Cuius rei tradidit Deus exemplar, dum Sodomam perditurus, quamuis scelera eius cognosceret, nihilominus dixit, *descendam & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, Genes. c. 18.* Non etiam damnauit villicum iniquitatis Dominus, priusquam illum vocasset, & dixisset, *quid audio de te? &c. Luc. 16. ca. qualiter & quando, in 2. de accusa. ap. Greg.* Neque sola fama sufficit ad reum constituendum, *ca. super eo, de eo, qui cog. consang. vx. sua. ca. si duo, 35. q. 6. ca. inquisitionis, §. quæsiuisti etiam, & d. ca. qualiter & quando. in 2. de accusa.*

Digitized by Google

Nam in criminibus luce meridiana clariores esse debent probationes, *l. fin. C. de probat.* Neque iudex nisi iuxta ea, quæ probata fuerint, statuet, *l. illicitas, §. veritas, de offic. præsid.* Postremo vanæ voces populi audiendæ non sunt, nec secundum acclamationes eius iudicandum, *l. decurionum, de pœn.* C. in criminibus potissimum: mouetur enim facile vulgus ad quamcunque sententiã, vel pretio, vel gratia, vel odio, vel concepta opinione, *c. si ergo 8. q. 1. ca. Osius, de elect.* Docendusquè, non sequendus est populus, *c. docendus, 62. dist.*

3 ¶ Verumtamen † quæ facta fuisse rumor admonet, à iudice dissimulanda non sunt, sed is ad veritatem perquirendam debet accingi tunc, *c. sum oporteat, de accusa. in P.* Est enim rumor, quædam species accusationis, vel excusationis: quæ quamuis interdum soleat esse vana & futilis, tamen vt plerunque ex verisimili saltem præsumtione, si non vera sit, concitatur: cui opem ferre potest inquisitio, quæ ex officio iudicis procedit.

4 ¶ Postquam † tuto res cognita, certa pœna imponenda est, non antea, vt Demosthenes docet, *aduersus Aristoc.* his verbis: *ἐκ ἴσου ἅπαντας ὑμᾶς εἰδέναι, τίς ποτ' ὄζει ἀνδροφόνος, τὸ μὲν δὴ τῶν πολλῶν οὐκ ἀσφαλὲς ἡγούμενος εἶναι πρὸς ἀκριβῆ τιμωρίαν ἄνευ ἐξετάσεως ἀποκτεῖναι, δεινὸν ἡγοῦμαι, δεῖν δ' ὑπολαμβάνων, ἐπειδήπερ ὑμεῖς παρεσκευάσθε τῇ ψηφοφορίᾳ, παιδεῦσαι, ἡμᾶς δὲ διδάσκειν ὑμᾶς δίκαιον εἶναι.* πλημμελοῦντα γὰρ ἄνθρωπον ἴσως κολάζειν εἰδέναι δεῖ, *μεθυσον* ἢ *ἀκ.* id est, *nemo vestrum scire potest, quis sit qui cædem fecerit: talia porro sine iudicio credere, si quis aliquem criminatus fuerit, esse iniquum putabit. Oportere igitur censuit, si factas ei, quo læsus est, persecuturi summas iniurias, fidem fieri vobis: & vos doctos ab accusatoribus cognoscere sontem eum esse. Tum demum enim, cum res prægnita fuerit, ius & fas esse pœnas sumi, prius non.* Ciceronis addam verba pro *Cn. Plancio. Si populus iudicat, non delectu ducitur semper, aut sapienter: at sed impetu nonnunquam, & quadam etiam temeritate: nõ est enim consilium in vulgo, non discrimen, non diligentia: semperque sapientes ea, quæ populus fecisset, non ferenda, non semper laudanda duxerunt. Mouetur populus plerumque gratia, cedit precibus.* Et alibi *idem pro Flacco. Mementote dum audietis psephismata, non audire vos testimonia, audire temeritatem vulgi, audire vocem tenuissimi cuiusque, audire scriptum imperitorum, audire concionem concitatam lenissimæ nationi.* Exstat Pythagoræ præceptum, per viam publicam non ingrediendum, quo figmento subindicatum, nec dictis vel factis perterritis vtendum, vel vulgaribus. Quod diligenter obseruarunt, haud aliter quam oraculum, quotquot sunt legitime amplexi philosophiam, vt notat Philo Iudæus, *lib. quod liber sit quisquis virtus studet.* Dicebat & Phalaris, *epist. 58. ad Egesipp.* quicumque placere studet populis, honestis paret contumeliis. Horatius, *lib. 3. Car. ode. 1.* prophanum vulgus dicit & arcendum. Socrates, *Xenocrates, de morte Socrat.* moriens infidum, crudele, ingratum: ideo nec in eius incerta sententia, iudex calculum feret.

Τὶς ἄν, inquit Eurip. *in Heraclidis, actu. 2.* δίκαια κρίνοι, ἢ γνοὺς λόγον,
Πρὶν ἄν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ;
Id est,
Quis de lite pronuntiauerit, aut causam agnoscet,
Priusquam vtriusque sermonem certum didicerit?

De Mediis, quibus deteguntur crimina.

Cap. 2.

1 *Accusatio, & delectio criminum quid.*
2 *Dilatio quid.*
Accusationis nomen ad ciuiles actiones refertur, & actio pro accusatione aliquando.
3 *Accusatoris partes, demonstrare delictum fuisse commissum.*
4 *Accusatio debet iudicium criminis præcedere.*
5 *Accusare cur permissum sit.*
6 *Accusationis diuisio, in secretam, & publicam.*
7 *Conscientiæ accusatio qua sit.*
8 *Testis de suo crimine interrogatus, non tenetur respondere.*
9 *Accusator suiipsius quilibet debet esse in foro conscientiæ.*
10 *Tortura quando coguntur rei crimina fateri.*

1 OMnis criminum † detectio, accusatio dici potest, quia accusatio & delatio criminum vel iniuriarum, certa formula à iure præscripta obseruata iudicij subeundi causa facta, ad vtilitatem publicam, *probatur hæc finitio à Valentin. & Valen. in l. 1. §. sane, de famo. libell.*

¶ Delatio † genus finitioni dat, quæ cum pro omni expositione, quæ fit iudici, assumi possit, *l. 1. & auth. offeratur, de lit. contest. C. & c. 1. eo. tit. ap. Greg.* & pro accusatione vsurpatur, *l. libellorum, de accusa. in P.* Quod nomen etiam per se late patet, & ad ciuiles actiones aliquando transfertur, *l. qui accusare. Cod. de eden.* vt contra, aliquando actionis nomine continetur accusatio criminis, *vt l. 3. §. fi. de sepul. viol. in P. l. pergit. & l. 2. C. eo. tit. l. 1. de prima. ael. P. l. tam ex contractib. de iudic.* Accusator quippe, si credamus Isidoro, *c. forus, de verb. sign.* à caussa, quasi accusator, qui ad caussam vocat. Interpellat enim, vt in iudicium ob caussam veniat, vnde & condictiones dictæ, *§. appellamus de actio.* vt reus à re petita, qui rem defendit, dicitur. Et qui cum altero litem contestatam habet, siue is egerit, siue cum eo actum sit: vt ex Gall. Ælij li. 2. de verb. sign. Quæ ad ius pertinent, docet Sextus Pompeius Festus & ex verbis legis secundæ tabulæ, secundæ numæ. Et pariter, inquit, reus, qui caussam dicit, & qui quid promisit, spopondit, debetve. Quare & hæc nomina in ciuilibus & criminalibus negotiis communiter vsurpantur. Distinguent tamẽ æquiuocationem res propositæ, & negotia, de quibus agetur, ex quibus dictorum & verborum eruuntur significationes, *l. si vno anno loc. P. c. intelligentia, ca. propterea, & capi. quamuis, de verb. sign. ap. Grog. can. quomodo virginibus 31. q. 1. c. fi. de pœn. l. nepos Proculo, de verb. sign. in P.* Ideo & in hac finitione reliqua criminum indicant accusationem tantum.

¶ Verumtamen † nunc pro criminibus tantum vsurpabitur detegendis, & hic partes tantum sunt accusatoris, cum lex definierit eas, demonstrare facinus patratum esse, vt ait Aristot. *Rhetor. ad Alexan. dum agit de genere iudiciali.* Accusationem præcedere debet crimen, quod accusetur: quia ea exprobratio eius est, quam Græci inter inimicos dicunt *κατηγορίαν*, vt legitur apud Thucydidem, & Plutarchum, *in Public.* qua potest contineri *ψόγος*, vituperium, infamia, & delatio, quæ *διαβολὴ*, vt notat Macrobius, *lib. 7. Saturnal. ca. 3.* contra amicos autem non fungentes officio, dicunt *αἰτίαν*, seu reprehensionem, at Demosthenes *κατ' ἀσθένειαν*, *αἰτία* inquit est, cum nudis verbis accusamus: *ἔλεγχος* vero, cum demonstramus verum esse quod dicimus. Et *κατ' ἀξίωμα*, omnium maleficiorum nomina, *αἰτίας* esse ante iudicationem ait: condemnato vero reo *ἀξιώματα*. Sic Cic. *ora. pro M. Calio. Aliud*, inquit, *est maledicere, aliud accusare. Accusatio crimen desiderat, rem vt definiat, hominem vt notet, argumento probet, teste confirmet. Maledictio autem nihil habet propositi præter contumaciam, quæ si petulantius iactatur, conuitium: si facetius, vrbanitas nominatur.* Accedit his verbis Plato, *in Georgia, vel de Rhetorica. Et eadem ferme, de Eutiphrone, vel de sanctitate* accusandos esse primum nos ipsos, deinde domesticos, & familiares & filios, si qui eorum, qui cari sunt, iniurias perpetrauerint, ne lateant eorum crimina, sed producantur: vnde pœnas ipsi persoluant sanique euadant. ¶ Sic Aristoteles in Rhet. ad Alex. *Accusatio*, inquit, *vt breuiter dixerim, est iniuriarum delictorumue expositio.* Sine qua vix ad puniendum iudex animum intendit. *l. rescripto, §. si quis accusatorem, de muner. in P. c. accedens, de accusatio. D. Ioan. Euang. c. 8. ibi, vbi sunt qui te accusant, &c. c. si quis potestatem, 23. q. 4.*

¶ † Meminit finitio delictorum & iniuriarum, vt ostendamus, quod instituimus ad vltionem consequendam delictorum, & ad iniurias illatas persequendas permitti, *l. non ignorat, qui accusa. poss. C. l. cũ rationibus eo.* ¶ Ceterũ † hæc accusatio, vel secreta, vel publica est. Secreta alia interior, alia exterior: interior cõsciẽtię cuiusque est. Externa reprehẽsio priuata, ad correctionẽ delatio. Publica fit per exceptionem, per querelam, ob quam inquisitio: per solemnem accusationem. Hæc solemnis ordinarium remedium est: aliæ, vt exceptio, inquisitio generalis, extraordinaria, vt tradunt Cynus, & alij interpretes, *in l. ea quidem, C. de accusat.* & Bartho. *in l. 3. §. si autem, ad l. Iul. de adult. in P.* & Cæpolla *Bart. in consi. crimin. 65.*

¶ Conscientia † ipsa nos accusat apud Deum, *c. sunt, de Augustino ea. in canctis, cap. non sunt audiendi, 11. q. 3.* quando quis recordatur se commisisse scelus, & seipsum arguit, & male gestum apud se iudicat, quæ & interdum pœnitentiam habet: vt in sacris prouerbiis 18. scriptum est, iustum esse prius sui accusatorẽ. Dicitur autem accusatio hæc interior, quia quod pertinet ad forũ contentiosum, nũ tenetur ibi seipsum accusare publice, vel crimen occultum, non interrogatus fateri inuitus, *c. inquisitionis, §. 1. de accusatio.* ¶ Imo † notant nec testem de suo crimine interrogandum, & interrogatum non teneri respondere, *interp. in d. ca. inquisitionis, §. 1. & Bart. in l. 3. nu. 3. de testi. in P. in l. si duo. §. idem Iulianus, de iureiur. idem in l. decem, col. 2. de verb. obl.* ¶ In † foro tamen conscientiæ seu pœnitentiali tenetur ei qui potestatem absoluendi habet per exomologesim vere exprimere & fateri, seque ipsum accusare, *tota fere dist. 1. de pœniten.* nec quærere excusationem in peccatis, vt Psalmographus, *Psalm. 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Imo & mortis necessitate vrgente, etiã absente presbytero seu sacerdote, illa exomologesis alteri facta prodest, & salutaris est, *can. si presbyter, & ca. agnouimus 26. q. 6.* ¶ Verum de hac † tribunalia iudicum non tractant. Cogunt tamen interdũ occulta crimina reos fateri per tormenta, seu quæstione in tormentis habita, *in tit. de quæstio. in P. & C.* Sed tunc tantum, quum aliis probationibus, vel indiciis vrgentissimis crimen prope detectum est, sine quibus torqueri nemo potest, *l. 1. Cod. de qu.* Ita nec semper, nec pro omnibus, sed pro capitalibus & grauioribus flagitiis, quæstio hæc habetur ad veritatem eruendam. *l. edictum eo. P. l. quoties, C. eod.* Alioquin nemo in foro iudiciali tenetur

Digitized by Google

tur se prodere, neque arma contra se seu probationes adferre in medium, *c.1. de probatio l. nemo grauc 6. de testib. li. 4. C. eit.* 30. nec audiuntur turpitudinem suam allegans, *l. transactione fuita, C. de transact. l. si creditorem de ser. pig. dato mu. l. 1. C. de his qui.*

De Monitione.

Cap. 3.

1 *Monitio accusationis ob species, & præcedit excommunicationem & accusationem.*
2 *Monitio in ciuilibus negotiis præcedere quando debeat vocationem in ius.*
3 *Monitionis accusatio in quibus differt à publica.*
4 *Monitio in denunciandis crimin. regularium non exigitur.*

1 Denunciatio criminum duplex est, vna quæ fit ex lege Euangelica delinquenti, vt emendet crimen: alia, quæ fit iudicibus, vt emendent auctoritate publica, quæ reus monitus contempsit corrigere. Proinde hanc monitio iure Christiano præcedere debet, nec delatio aliter recipitur, *c. 2. & c. cum dilectus 2c. de accusat. apud Gregor. c. indignum 12. q. 2. ca. quidam, 16 qu. 1. cum. sacro, de sent. excommunicat.* Est monitio itaque, quædam accusationis species secrete facta, ad correctionem & emendationem, quæ præcedere debet excommunicationem, accusationem, & denuntiationem, quæ fit iudici, iuxta illa verba Dei, *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. Quod si te non audierit, adhibe duos vel tres testes tecum. Quod si nec tunc te corripiat, dic ecclesiæ: si neque ecclesiam audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus. Matthæi, 18. ca. si peccauerit, 2. qua. 1. c. nouit, de sent. c. 2. de accusat. cum sed illud 45. distinct. nam præcipue. 11. q. 3. c. licet Heli, de sent. c. qualiter & quando, in 2. §. fin. de accusat.*

2 ¶ Sicuti † & in ciuilibus negotiis, priusquam ad iudicem aduersarius vocet reum, consultius facit si eum monet, vt sine lite damnum resarciat, vel secum conueniat, secundum consilia Proculi Iurisconsulti, *l. quidam Hyburnus, de fero. verb. prædio. in P.* Et ea ratione quoque plerumque actorem reo vocato ante litis cõtestationem libellum edere, vt is videat an malit satisfacere, quam litigare, *l. 1. de edend. in P.* ¶ Et proinde † hæc denunciatio monitoria in hoc, & quibusdam aliis à publica & solemni, quæ monitione non egeat, differt: quia denunciatio ad correctionem, accusatio ad pœnam postulat reum: hæc sine subscriptione, illa nequaquam sine ea solemni admittitur, *ca. super his de accusat. Panor. in c. 2. in fi. eod.* Iure tamen pontificio in denunciandis criminibus regularium non exigitur monitio, *d. c. qualiter & quando, in 2. §. fin. de accus.*

3 ¶ Sunt † & conuenientes interpretes, monitionem denunciationem criminum præcedere debere, quando de illis agitur ciuiliter, *glo. in ca. licet Heli, ad verb. inscripto, de sent. Pan. in c. 2. nu. 4. de accus.* Et de vrbanitate seu honestate præcedere debere monitionem, in ciuilibus quoque negotiis, non autem de necessitate: si tamen reus conuentus in ciuili causa vocatus monitus antea fuerit, & in iudicio fatetur debitum, ratione monitionis veluti morosus in sumtus litis condemnabitur. Diuersum autem si monitus non fit antea, vel si in iudicium debitum differatur, *vide de his Pan. in d. c. 2. num. 5. & Felin. ibi, aliosque interp. de accusat. Aug. in l. si manumissori, de obseq. à liber. paren. &c.*

De Delatione & Delatoribus.

Cap. 4.

1 *Delatio quid.*
2 *Curiosi delatores dicti.*
3 *Stationarij delatores.*
4 *Officium quid.*
5 *Delatores quare curiosi dicti, & eorum officium.*
6 *Secretorum explorandorum tempore Galli Cæsaris.*
7 *Tyrannorum expedit omnia nosse.*
8 *Delatoribus à quibus principibus præmia, & quæ constituta.*
9 *Delatoribus grauissimæ pœnæ quæ, & quando, & à quib. impositæ.*
10 *Deferre ne liceat sine aduocato regio.*
Delator existimatus, qui alieno nomine accusat. eod.
11 *Accusator non audiebatur lege Bulgarorum, nisi vinctus & tortus.*
12 *Aduocatus regius hodie solus legitimus accusator.*
Et de calumnia non tenetur.
13 *Aduocato regio non datur præmium, quod debebatur delatoribus.*
Accusationes raro in Repub. admittendæ, quare. eod.
Accusationi faciendæ à procuratore regio accedit primatus vectes eodem.
14 *Delatio seu nuntiatio ob quam causam fiebat fisco.*
15 *Delatoribus bonorum factus fisco quale præmium constitutum.*

Delatio † accusatio est, *l. nemo 30. §. qui nuper detulit de iure patr.* 1
li. 37. P. tit. 14. secreto de aliquo crimine per eum, cuius nõ interest, apud aliquem facta. Et delatores dicebantur, qui crimina commissa clam Imperatori, vel iudicibus denunciabant, etsi sua eorum non interesset. *colligitur ex c. inquisitionis, §. 1. de accusat.* Atque denunciatio & delatio eius quod latebat est, *l. 2. dicto ver. ad autem deferri debet, de iur. fisc. in P.* Fuerunt † & delatores curiosi dicti, quibus indagandi crimina officium in certo loco, singulari iure demandabatur. ¶ Idemque † stationarij, qui denunciatione facta tenebantur iudicibus probationes præbere criminis detecti, *l. 1. de curios. & statio. li. 12. C.* Dicebantur & stationarij milites, qui curam habebant quietis publicæ & referebant iudicibus quid vbique ageretur, *l. 1. §. fin. de off. pref. vrb. li. 1. P. tit. 12.* Mattia. vocat *ἡσυχίαν, l. D. Adria. de cust. & exhib. reo. P.* quasi quietis & pacis principes: hæc enim cura horum commissa erat officio, *l. 2. de Irenar. li. 10. C.* Milites namque stationarij & limitibus imperij præpositi cum viatoribus præstarent securitatem, inquirebant qui, quales essent, & vnde, & quo proficiscerentur. Et proinde si quæ crimina illis inesse ne, deregebant, eaque vias reddebant publicas. Ita & munus irenarchæ inter publica describitur, *l. munerum, §. Irenarchæ, de munerib. in P.* ¶ Memini † & huic simile de munere nominatim inquirendi 4
crimina, & denunciandi, quod ab alio fiebat, quam à prædictis stationariis & Irenarchis, dictumque officium, *l. ea quidem, C. de accusa.* & qui præpositi erant, dicti primates officiorum, *l. 1. de prima. carcer. C.* ¶ Omnes † certe recte curiosi dicti, quia nihil 5
referetur priusquam, quod illos rangeret, quia sedulo & elanculum indagarent, vt deferre possent. Vnde inquisitio nimium sedula, & scientia rerum secretiorum nominatur in iure curiositas delatoria, *l. supra, C. de iur. & facti. ignor. li. 22. P. tit. 6.* Et sæpe accidit, vt in istis delatoribus eadem locum fere habeant, quæ adscribit Plautus *in Truculento* scurris in hæc verba,

Neque sobrius vnquam mendacium dixit, neque ebrius
Neque vmquam loquitur, neque potuerit, quam vbi opus sit.
Cum quo seuera vocant.
Qui omnia se simulare sciunt, nec quicquam sciunt.
Quod quisquam in animo habet aut habiturus sit,
Conuertit quod in aurem vxori dixerit, sciunt: quod
Nunc fabulam sit cum Iunone neque futura, neque facta sunt,
Tamen illi sciunt: falso, an vero laudent, culpent quæ velint,
Non floccifaciunt, dum illud quod lubeat sciant.

¶ Refert † Ammianus Marcellinus *lib. 14.* temporibus Galli 6
Cæsaris, quibus crudeliter omnia gerebantur, ob eius vxoris sæuitiam excogitatum esse, vt homines ignoti, vilitate ipsa parum concordi, ad colligendos rumores per Antiochiæ latera cõsita destinarentur, relaturi quid audirent: iique peragranter & dissimulanter cœtibus honoratorum assidendo, quæ audierant, per posticum, postea ad Imperatorem admissi referebant, plura fingentes etiam mala, & audita duplicantes, laudes celantes Cæsaris, & ita secreta cognoscebantur, vt etiam tunc parietes, conscij solum arcanorum, timerentur. ¶ Tyrannorum † hoc fuit 7
inuentum, quibus omnia nosse necesse est, habere, *emissarios*, & emissarios, id est, *ἀκροατὰς καὶ ἐπηκόους*, vt ait Plutarchus, *ἀκροάματα καὶ ἐπήκοα*. Archadius & Honorius CC. *in l. nostris, C. de calum.* delatorum nomine notant eos, qui alienis nominibus accusationibus mouent & concitant iudicum animos. Et Apuleius *li. 2. Asini aurei*, hoc ipsum paucis indicat, *Non sum equidem*, inquit, *curiosus, quæ velim audire cuncta, vel plurima.* ¶ Fuerunt † aliquando pręsides & leges, quæ non tantum fauerent delatoribus, verum quoque & præmia illis statuerint, si reos criminis detulissent inde- 8
que illi dicti quadruplatores, quod quarta pars delatorum bonorum reorum, & proscriptorum ipsis daretur, ex Neronis præscripto. Cum etiam lege Papia, media pars bonorum daretur, *Alex. ab Alex. li. 4. Gen. dier. ca. 22.* vt inde facinorosis in detrimentum aliorum, reique publicæ clam peccantibus terror inferretur. Atque in immensum hoc modo auctas fuisse opes sub Tiberio Cæsare scribit Dio Cassius *li. 57. hist. Roman.* Is nãque princeps, veluti legum custodes, delatores habuit: cum tamen nullum pernitiosius genus hominum sit in repub. vt vtrũque narrat Corn. Tacitus *li. 4. annal.* Imo delatoribus interdũ reorum diuisit bona omnia, vt in Libonis Drusi damnatione: atque præturas dedit iis, qui senatorij ordinis essent, *idem, li. 2.* Lucrabanturque qui se iniuste bona possidere sponte deferebant, tertiam partem eorum bonorum, *l. 1. de ijs, qui se defer. li. 10. C. l. edicto, de iur. fis. in P.* ¶ Ceterum † successu temporum cũ hoc 9
genus hominum delatorum abuteretur concessa sibi potestate, & sæpe vel ob leue, vel simulatum & confictum crimen, ita, vel odio, vel pretio proborum hominum mores, & vitam, & patrimonia in discrimen adduxisset, sublatum fuit omnino è republica. Quin & Tiberius ipse, qui multum antea illis fauerat, omnes qui inter delatores præcipui erant, vna die occidi iussit, *Dio Cassius li. 58.* Titus omnes vrbe expulit, *Xiphil. ex Dione in Tito.* Aurelianus alioquin benignus quadruplatores & delatores ingenti seueritate prosecutus, & tabulas publicas ad priuatorũ securitatem exuri in foro Traiani simul iussit, auctore Flauio Vopisco *in Aurelia.* Traianus Cæsar, *Plin. 2. in Panegyri. Traia.* omnes malorum, maris & scopulorum miserorumque commi-

sos, sine remis & velis naufragio exposuit.

10 ¶ Canit † Constantinus *l. pen. de delator. lib. 10. C.* ne quisquam priuatus delator esset, & ne sine aduocato fisci vlla delatio fieret. Et si quis esset, seueritatem iudicum, & gladium districtum aduersus delatores liceret inuocare. Annumerantur & inter calumniatores qui alienis nominibus ita secreto deferunt, *l. nostris, de calumnia. C.* In hos sycophantas, teste Isocrate *orat. 15. de permut.* grauius iudicium & pœnam leges dixere, quam in reliquos delinquentes: alij namque conantur, vt si fraudem fecerint, lateant, hi autem in omnibus ostendunt crudelitatem suã & odium, quod in mortale genus habent, & inuidentiã. ¶ Crem

11 † Bulgarorum legislator, horum artes veritus, statuit lege, vt si quis aliquem accusauerit, non audiatur, priusquam vinctus vel quæstioni exhibitus, examinatus fuerit, vt auctor Suidas *in ver. Βούλγαροι: Nam curiosus nemo est qui non sit malevolus*, vt ait Plautus *comic. 18. in Stycho.* Atque † ideo nunc merito rationalis vel aduocatus fisci recte dicitur huic muneri accusandi idoneus, & delatoris intentionem exsequi, *l. omnes, 5. de delator. lib. 10. C. tit. 11.* Vnde in omnibus necessitatis officium eum à calumnia & crimine excusat, *l. post legatam, 5. § qui accusasti, vers. aduocatorum, de iis quibus vt indi. in* P. Nec delatorũ criminibus tenetur: cum notissimum sit, eos solos execrabiles criminatores esse, qui fisco deferunt, *l. ex variis statutorum diuersitate, de debito. li. 10. C.* Cessat enim præmium in triumuiris regiis & fisci, quo permouebatur delatorum animus: neque illis datur, quod rex statuto solet dari denuntiantibus crimen aliquod, nec pœna vt delinquenti, vt notat Bart. *in l. si quis in gratiã, § verum, ad SC. Syllan. in P.* Angelus *in § iubemus, de coll. & alijs capi. in Auth.* Aretius *in opere suo super inquisit. de malefic.* & Martinus de Cassariis Laudensis *tract. de offic. domino. in fin.* Cessatque omnis in istis inuidia, contentio & studium maledicendi, ex quibus male audiunt accusatores. Sic enim monet Aristoteles *li. 6. Politic. 5.* publicas accusationes quam rarissimas facere oportere, magna pœna in eos constituta, qui falso accusarint. *Non enim*, inquit, *populares in iudicium vocare consueuerunt, sed nobiles. Oportet autem ergo statum Reipub. quantum fieri potest, omnes reddere benevolos: quod si id fieri nequeat, saltem conari no hostes existimari eos qui gubernant.* Et Cicero 2. *Offic. Duri hominis, vel potius vix hominis videtur periculum inferre multis: id enim tuum periculosum ipsi est, tum sordidum ad famam, committere vt accusator nominetur.*

13 ¶ Accedet † tamen vt plerumque denuntiatio procuratori regio legitime per priuatum peragenda, si is suam vel suorum prosequitur iniuriam, hoc est, si sua interfuit: sed hic qui nuntiat hoc modo, extra reprehensionem delationis est, *l. deferre, § sed communem, & l. delator, de iure fisc. in P. inulla macula, de delato. lib. 10. C. tit. 11.* quia nec isti præmij causa deferunt, vt ait Callistratus *l. 2. de iure fisci, in P.*

14 ¶ Delatio † fiebat in fiscum & criminum & bonorum iniuste per se. *l. 2. § fi. eo. tit. l. edicto, 13. de ijs qui se defer. li. 11. C. l. senatus, 15. § 1. de iure fis. in* P. vel per alios possessorum. Quindecim causæ, ex quibus potest fisco fieri nuntiatio, referuntur à Callistrato, quas similibus firmat iuribus glo. *in l. 1. & ibi glo. de iure fisc. li. 49. P. tit. 14.* vt hic referre ordinata superuacuum duxerim. Personæ quoque, quibus non licet deferre, serie enumerantur & explicantur à Martiano, Callistrato & Paulo, *Martia, in l. deferre, 18. Calli. in l. 2. § pen. Paul. l. edicto, 13. de in. fisc. in P. cum simil. à gl. ibi no.* nec opus est eas transcribere.

15 ¶ In † istis delationibus priuatis præmium vere & bene deferentibus constitutum est, singulare, se deferentibus, & vulgare: & si quis se incapacem relicti ad ærarium defert, dimidiã partem eius consequitur *Iulia. in l. senatus, 15. § senatus, de iure fisc. l. edicto, l. cum tacitum, 49. eod. l. 1. de ijs qui se defer. lib. 10. C. tit. 11.* Vulgare præmium dicitur à Paulo *in l. edicto § cuius, de iure fisc. in* P. quando datur tertia pars delatorum, quia delatori cuilibet dari solet, *d. l. edicto, & l. 1. eo. l. 1. de his, qui se defer.* Et contra, si quis falso deferat, tantundem in ærarium deferre debet, quantum præmij daretur, *l. senatus consuit, 15 § 1. & 2. de in. fis. l. eo. l. in Arriano, 12. § 1. eo.*

De Exceptione criminum.

Cap. 5.

1 *Exceptione crimen quomodo detegitur, & exceptio quid.*
2 *Exceptio contra testes criminum, vel alia ante publicationem testimoniorum obijcitur: quando postea.*
3 *Exceptio criminis non habet pœnam calumniatoris, quare.*
4 *Accusaturus crimen immunis à crimine ipse esse debet.*
5 *Accusatus antequam recipiatur inter reos, exceptiones in accusatorem proponere debet.*
Inter reos quando quis dicatur receptus, eod.

1 OBiicitur † crimen quandoque agenti, & ita detegitur per exceptionem etiam, *ea super his, de accus.* Exceptio est exclusio actionis, vel intentionis, vel condemnationis propositæ, *l. 2. de except. in P. § 1. eo. tit. ap. Iustin. ca. 2. § nos autem, & seq. de ord. cogn.* Reiiciuntur autem vt plerunque testes contra aliquem in medium producti hac criminum ab illis commissorum nota, *c. testimonium de testib. ca. 3. de except.* ¶ Et † hæc exceptio ante publicationem seu propalationem testimoniorum, non postea, admittitur: nisi protestetur ante publicationem se velle exceptiones proponere, quas nec malitia, nec dolo differat, *c. præsentium, de testib.* vel nisi post publicationem crimina excipienti innotescant, *c. fi. de cogn. spirit.* ¶ Arma † eorum sunt defensiones exceptionum, *d. l. 2. de except. P.* & cum vim vi licet iure naturæ defendere, *l. vt vim, de in. & iure, l. itaque, ad l. Aquil. in P. l. 2. ad leg. Cor. de sicar. in P. in. quam dicit sibi vindicare. li. 3. C. tit. 27.* seque tutari aduersus periculum impune: ideo reus qui obijcit excipiendo crimina testibus, suas videtur repellere iniurias: neque calumniatoris pœna, vel delatoris falsi punitur, si plene nõ probet: quia licet sanguinem suum quomodocunque vindicare, *l. de bon. eor. qui mort. sib. cons. in* P. Neque in alterius iniuriam fecisse dicitur, qui sui iuris tuendi causa nocuit, *l. 3. § quod ait prætor, de incen. ruin. & naufr. P. l. fi. donationum, § 12. de condition. dat. l. in re man. C. mand. l. si quis, § sicut, de petit. hered. in P. c. cum in ecclesia, de elect.* aut qui iure publico vtitur, *l. iniuriarũ, § 1. de iniur. P.* Quinimo & reus via exceptionis accusanti potest obiicere crimina, ex quibus alias etiam absolutus fuit, quod iusto metus dolore suas videret repellere & vindicare iniurias, *l. si cui crimen, § 2. de accusat. in P.* Hocque iisdem rationibus singulare, vt quamuis reus accusantem reaccusare non possit, quia innocentia, nõ relatione criminum se debeat purgare, *Vlpian. in l. in qui reum, 5. de pub. iudi. in P. li. 48. P. tit. 1.* & ita via accusationis crimina nõ possit obiicere: potest tamen via exceptionis, quia tunc suas vel suorum prosequitur iniurias, *l. negandi, qui accusa. non poss. C.* potissimum si in recriminatione delicti causa reiicitur in accusatorem. Nam nunc sæpe id prodest ei proposuisse, si non ad pœnam euitandam, saltem ad minuendam, *l. vino & veneri, fol. matri. in P. l. 2. § si publico ad l. Iul. de adulter. li. 48. P. tit. 5.* interdum ad submouendum accusatorem, quo non existente legitimo, non est reus diuexandus, sed absoluendus, *ca. 2. de accusat. li. 5. Decretal. tit. 1. c. 6. § Sacerdotes 6. q. vlt.* ¶ Forsan † & ob crimen ab accusatione 4
repellitur, quia & is in reatu est, *magis sine, 13. q. 7. c. postulatum, eod.* Et qui trabem gestat in oculo, temere præsumit eicere festucam de oculo fratris, *D. Matth. c. 7. cum multi, 2. q. 1. ca. qui crimen, 6. q. 1.* Sicque dominus ad eos, qui detulerant adulteram, dixit, *Qui vestrum sine peccato est, iniciat primus in eam lapidem, D. Ioan. Euang. c. 8.* Neque viles personæ admitti debent, *c. cum in tua, de sponsal.* neque aliæ, quæ postea Deo fauente in accusatione explicabuntur. Quærendumque in iudicio, cuius sit conuersationis & fidei, qui accusat, & is qui accusatur, *c. quærendum, 2. qu. 7. cum. in primo, 2. q. 1. Gellius, lib. 14. ca. 2.* Sicuti in testamentis illa præcedit quæstio, num qui testatus est, haberet testamenti factionem, *l. si quæramus, de test. in P.* ¶ Proinde † obseruare opor- 5
tet reos, vt si quas huiusmodi contra accusantes habeant exceptiones, proponant, antequam inter reos recipiantur: nam postea parum aut nihil prodessent, *l. si maritus, § præscriptiones, ad l. Iul. de adult. in P. l. hos accusare, § hoc beneficio, de accusat. in P. ea. exceptiones, de except. c. 4. cum exhibita, de iud.* nisi postquam inter reos recepti fuerint, cognitum tantum accusatoris sit illis crimen, vt tradit. Panor. *in ca. 1. de accusat. nu. 2. & 3.* Porro inter reos nomen recipitur accusati, post libelli accusationis oblationem, & litis contestationem, vt refert communior interpretum sententia, quam probat & Baldus de Perusio, *in præct. iudici. tract. de quæst. criminalib. facit & authen. litigiosa, tit. mod. de litigio. C.*

De Querela seu querimonia, & Inquisitione criminum.

Cap. 6.

1 *Inquirere quid, & inquisitio non fit, nisi aliqua præcedat denuntiatio: & qualis illa denuntiatio.*
2 *Querela & querimonia quid.*
3 *Iudex vindicare monitus crimen contemnens pœna criminis dissimulati tenetur.*
4 *Inquisitio de quo facienda, & quomodo.*
Decretum inquisitionum quid, & quando statuatur, eodem.
5 *Comprehendi qui delinquentes possunt, non expectato iudicis mandato.*
6 *Inquisitio criminum à iudice quando fieri debet.*
Archiepiscopus visitando prouinciam debet inquirere de criminibus cleri, eod.
Vt Testis denuntians crimen potest à iudice examinari.
7 *Rumor, accusatoris instar est.*
8 *Manifesta qua dicantur.*
9 *Notorium crimen quot modis dicatur.*

SCiunt † omnes, etiam leuiter eruditi, inquirere esse idem 1
quod diligentius abdita indagare: quasi intus quærere, & secreta

Digitized by Google

dicta detegere, & in iudicium deducere, vt ait Bartolus *in l. transigere, nu.13. de transa. C. Explicat quæst. inquisitio. idem Bar. potissimum, in l.2.§.si publico, à num.3. vsque ad* 18. Inquisitio nulla fit, nisi præcedente aliqua denuntiatione seu monitione, vel hominis, vel rumoris, vel legis. ¶ Denuntiatio †hominis fit, vel per eos, quorum particulari causa interest, & dicitur querela: vel per delatores, qui denuntiant, cum sua particulariter non interfit, *c. inquisitionis, §.1. de accusatio. l. delator, de iure fis.* vel per aduocatos fisci, vel alios officiales, vt dicunt. Denuntiatio per rumorem, est diffamatio alicuius personæ, vel patrati delicti legalis denuntiatio, quando officium iudicis lex monet delinquêtes inquirere, & punire. Querela est, quam vocant pragmatici, *la plainte*, dum quis conqueritur apud acta, vel per libellum, de iniuria sibi illata, vt iudex secundum eam denuntiationem inquirat, & vindicet, *l. si se quis iniuriam, 8. de accusatio. C.* Vocant iuris Pontificij auctores querimoniam, quam inquisitio sequatur, *c. si quis presbyter, 11. q. 3.*

¶ Nam †iudices interpellati voce illa viduæ Euãgelicæ, *Vindica me de aduersario, D. Luc. c.* 18. tenentur officium exhibere implorantibus: alias enim in secretis, nisi moniti de negligentia, non tenentur, *l.1.§. magistratibus, de magi. conuent. P. l.4. §. hoc autem, de dam. inf. P.* quia plura possunt aliis esse cognita, quæ iudicem latere possunt, *c. de manifesta, 2. q.1.* Et quamuis conquirere debeat ex officio delinquentes, tamen id perpetuo necessitatis non est, vt eum accuset, *l. non quicquid, de iudic. in P.* si dissimulet tamen vindictam monitus, supplicium illi imminet, quod inferre contemnit, *l. fi. C. ne sanctum baptis. reiter.*

¶ Porro † inquisitio specialis post denuntiata crimina, vel à delatoribus, vel ab accusatoribus ipsis, iuxta libellum nuntiationis vel accusationis fit: quia qui denuntiant vel accusant, tenentur nuntiata probare, *de accusato. l. si crimen, de accusat. P. cũ similib. ibi no. de denũtiatore, l. ea quidẽ, C. de accusato. l. ab accusatione, §. nũtiatores, ad SC. Turpil. l. Diuus Adrianus, de custod. reor. in P.* quod fit per inquisitionem, & debent sisti testes iudici, vt doceant de crimine, *§. & quoniam sancimus, de testib. in Auth. l.1. de iudi.* Quod si magnum sit, is iubebit accusatum vel vinculis tradi, vel capi, *l. Diuus Pius, de custod. reor. P.* Vocant nostri pragmatici, *decret de prinse de corps.* Quod decretum decernitur visis testationibus testium. Interdum etsi leuior accusatio, iubebit sisti iudicio stata die accusatum: vocant *decret d'adiournement personel.* Decretum visis probationibus inquisitionis eam ob rem exigi cõstat: quod nemo in carcerem duci, prehendi, iudiciove sisti debet, quin prius mandata ea de re iudicis præcedant, *l. fin. C. de exhib. reis.*

¶ Paucis † exceptis, in quibus ex legis auctoritate, & prehendere fugientes fures cum re, *l. interdum, 58. §. qui furem, de furt.* & testandi criminis causa, *l. capite quinto, ad l. Iul. de adult. in P.* licet, vt & in grauioribus inquitere reos quilibet potest, vt eos exhibeat iudicio, veluti adulterantes monetam, *l.1. de fal. mon. C.* raptores, *l.1. de raptu virg. C.* & similes. Postea enim prehensione facta auditur prehensus, & suo marte criminis quæstio terminatur.

¶ Ex †officio iudex inquirit, vel proprio motu, vel monitus à fama & rumore. Proprio motu, quia vt in præcedentibus dictũ est, ad officium eius pertinet prouinciam maleficis hominibus purgari, *l. congruit, de offi. præs. in P. cum similib. sup. in princ. de crimi nom disquisitione dictis.* Sic Innoc.4. summus pont. *c.2. §. fane, de censi. in 6.* officium archiepiscopi visitantis diœceses esse tradit, inquirere de ministrorum, rerum ecclesiasticarum, actis & criminibus circa officia diuina, & ea referre puniendaad proprios iudices ordinarios: vel eadem, si manifesta, & in negligentiam proprij episcopi punire. Potest in hac inquisitione, quæ officio fit, iudex examinare in testem, denuntiantem, *Bart. in l. diuus, de cust. reor. per ca. licet Heli, de simo. ca. in omni negotio, & ibi gl. de test. Angel. in tracta. malefic. ver. nec non à denuntiante, nu.21.* ¶ Rumor, † & manifestum interdum iudici inquirendi dant citius ansam: & sic intelligimus, quod traditum est, inquisitionem præcedere clamosam denuntiationem, *c. inquisitionis, §. tertiæ dubitationis, ca. qualiter & quando, in 2. de actusa. c. licet Heli, de simo.* Quia & in rumoribus iudex non debet immorari, sed veritatem exquirere, *c. cum oporteat, de accus.* Non enim tunc in diffamatione suborta exspectatur accusator alius sed probatio certior. Sicut nec in manifestis: nam euidentia patrati sceleris non eget etiam accusatore, *c. euidentia, eod.* neque manifesta egent probatione, *c. de manifesta, 2. q.1.* scilicet formali & accusatoria. Probatio tamen alia exigitur eorum, qui crimini adfuerunt, quos iudex ante sententiam condemnationis testato audire debet: cum iudiciales actus omnes ad fidem gestorum conseruandam, diligenter & vere describi debeant, *ca. quoniam contra, de probatio.* ¶ Verum hic † obseruandum est, quædam esse quæ manifesta sunt iudici, & aliis ignota: quædam, quæ ignota iudici, & aliis nota: quædam nota sunt iudici & aliis. In primo casu sine accusatore, & legitima probatione, iudex non punit delictum: quia iudex & accusator esset. In secundo idipsum locum habet. In tertio autem, sine solemnitate ordinaria plectit, *hæc probantur in d. cap. de manifesta, 2. q. prima.* ¶ Est † quoque hic adhibenda distinctio notorij criminis, *distinxit gloss. in d. c. de manifesta.* Nam quoddam est notorium, notione facti, quod mutari nõ potest: quale est, quod oculis subiicitur, nec probabiliter negari potest, quod operis habet euidentiam, *ca. vestra, de cohabita. cler. & mulier.* Aliud crimen publicum notorium, ratione famæ tantum, *ca. tua, eo. titul.* Porro publicum testimonium, & fama, non inducunt condemnationem at notorium facto, contra. Etsi publicum contrarium testimonium minuat famam: oportet enim habere testimoniũ bonum, si fieri possit, & ab iis qui foris sunt, *ca. iubemus, de consec. dist.1. can.1.24. dist.1. ad Tim.3.* Quando autem fama & notorium exigant probationem, & quæ proprie notoria & manifesta sint, videbis fuse tractatum *in gl. c. vestra, in verbo notorium, & in c. tua, in ver. non ex euidentia, de cohabita. clerico. & mulier. apud Grego. & c. cum olim, de verbo. sign.* Est & textus singularis Damasi Papæ, qui ex locis sacræ paginæ arguit, quod licet apertissima sit aduersariorum reprehẽsio: nihilominus decet ab iis, qui dati sunt ad eorum examinationem, ordinem seruari, *c. eorum qui accusantur, 31. q.3.*

De Accusatione solemni.

Cap. 7.

1 *Accusatio solemnis quid.*
2 *Libelli accusatorij forma.*
3 *Inscriptio in libello accusationis cur exigeretur, & nu. 6. & seq.*
4 *Scriptura cur in quibusdam exigitur negotiis.*
5 *Denuntiator sine calumnia pœna desistit ab accusatione.*
7 *Inscriptio in quorum accusatione criminum non sit necessaria. Vxorem de adulterio ex sola suspicione maritus accusare potest, &c.*
8 *Calumniari quando aperte quis dicatur: & quæ à calumnia excusare possunt.*
9 *Periculum vbi maius, ibi cautius est agendum.*
10 *Accusatio crimuum inuenta ad conseruandam humanam societatem.*
11 *Reges Ægyptiorum mortui ante funus vel laudati vel vituperati.*
12 *Accusationes, veræ laudabiles, vt plerumque etiã ex Zelo inuidiæ.*
13 *Inuidia vitium pessimum quale.*

ALia †species accusationis in iudicium delatæ, proprie accusatio solemnis dicitur. Quæ est, *colligitur ex l. vni. de fame. libell.* C. delatio, & persecutio vsque ad sententiam, *l. qui cum natu maior, 14. §. accusasse de bon. libert. li.38. P. tit.2.* criminis, facta coram iudice per libellum, *l.1. §. sane, de fame. libell.* C. verbis conceptis descriptum, & porrectum eidem iudici ad vindictam publicam. In quo postremo differt à querela, quæ opem implorat, nec vindictam petit, nisi per consequentiam: hæc autem principaliter eo dirigitur, *l.1. §. quod autem dictum, de offi. præs. vrb. libr. 1. P.* 1

¶ Libelli †inscriptio suam habet conceptam formam & solemnem apud Paulum Iurisconsultum, *l. libellorum, 30. de accusatio. li.48. P. tit.1.* vt adiiciatur tempus certum, quo crimen commissum est, quodque certum sit, adiecto consule administrante, vel tunc imperante principe. Dehinc secundo, vt nomen inseratur magistratus, coram quo proponitur accusatio. Tertio, explicetur persona quæ accusatur, & cum qua deliquerit. Quarto delictum, de quo accusatur. Quinto locus, in quo commissum est. Sexto, vt qui accusat, subscribat per se, vel per alium, si literas nesciat, libellum. ¶ Inprimis †itaque inscriptio exigitur, nempe vt accusatio ex scripto concepta porrigatur, & præcedat accusationis propositionem, *d. l. libellorum, & l. in criminalibus, & l. si. de accusat. li.9.* C. *c. accusatio, 2. q.8.* etiamsi de seruorum agatur accusationibus, *l. si seruos, 13. de accus. in P.* Nec quicunque in discrimen capitis accersitur, statim reus existimandus est, si accusetur: sed debet, qui crimen intendit, primum in iudicium venire, nomen rei indicare, vinculum inscriptionis accipere, & custodiæ similitudinem, *d. l. fi.* C. *de accusa.* ¶ Sic †in inuolutis negotiis exigunt leges, vt plerumque scripturam, vt eorum probatio facilior & firmior perseueret: vt in emphyteosi, *l.1 de iure emphyt.* C. *l. contrahitur, de pigno. in P.* mandatis principum, *l.1. C. de mandat. princ.* literarum obligatione, *§.1. de liter. oblig. l. generaliter,* Cod. *de non nu. pecu.* & aliis similibus. Potissimum & in forensibus negotiis, quanquam ciuilibus libellum porrigi oportet, *auth. offeratur, te lit. contestat.* nec sola denuntiatio facit accusationem, *capit. licet in beato Petro, de accusat. apud Gregor.* ¶ Ideo † & potest post eam quis ab accusatione abstinere, idque sine nota calumniæ nõ inscribendo. Verumtamen postea volens accusare, non auditur: atque sicut inquisitionem denuntiatio, sic accusationem inscriptio præcedit, *c. qualiter & quando in 2. §. fi. de accusat.* ¶ Sunt in † manibus plures rationes inscriptionis: referam paucas, quę & ad illam pertinent, & docent cur hæc solemnitas in accusatione tantopere desideretur. Prior ergo, ne temere quis prosiliat ad accusationem, cum sciat ex conceptione inscriptionis & subscriptionis sibi non fore inultam calumniam, *l. si cui crimen, de accus. in P.* Siquidem per hanc paginam inscriptionis obligat se quodammodo accusans, & fideiussorem exercenda de lite præstat. *l. qui crimen, qui accusa. non poss.* C. Sic dicimus non prius insi-

Digitized by Google

mulanti, id est, accusatori prœberi assensum, quam se solemni lege vinxerit: ne temere reus vexetur, *l. 2. §. ex longinquo, de exhib. reis*, C. Ideo prius accusator profitetur crimen se probaturũ, alioquin pœnam eãdem, quam meretur crimen illatum, subiturum, *ca. quisquis, & c. qui crimen, 2. q. 8. c. nullus introducatur, §. inscriptio, 4. q. 4.* Quod & statuit Theodoricus Francorũ rex olim. Et Germanorum lex 60. tantum solidis puniat, vt ait Iustinus Goblerus *in constit. Caroli 5. de reb. capital. art. 12.* Estque hæc pœna talionis, de qua in pœnis diximus. Sic periculo capitis sui accusator facile à falsa accusatione retardatur, & ea, quæ probare non potest, in alterius periculum non coniiciet, *l. in priuatis, ad SC. Turpil. l. ab Imperatore, de prœuaric. in P. l. fi. C. de accusatio. c. non probauerit, 2. q. 5. ca. qui calumniam, 5. q. 6.* & potius in priuatis delictis eliget agere ciuiliter, in qua actione non exigitur inscriptio, *l. fi. de priu. del. in P. l. fi. de furt. in P.* cum in illis & ciuiliter & criminaliter agi possit contra, quam in publicis, in quibus accusatio desiderat inscriptionem.

7 ¶Pauca †tamen excipe, vt si maritus iure mariti accuset de adulterio vxorem, quod potest sine inscriptione, dum ei concessum est eandem & ob suspicionem accusare, *l. quamuis adulterij, §. inprimis, ad l. Iul. de adult.* intra sexaginta dies à crimine cognito, intra quos tantum marito sine inscriptione licet acculare, & hoc est iure mariti accusare, *l. iure mariti, C. eo. l. ob commissa, eo. C.* exactis autem iustis his diebus, aliis adulterium iure ciuili licet accusare, & ipsi quoque marito, sed non nisi cum inscriptione: quod & ad patrem pertinet accusare filiam de adulterio volentem, *l. 2. §. si simul, ad l. Iulia. de adult. in P.* Et hodie in Gallia, etsi accusandi licentia priuatis ademta sit ad vindictam publicam, nisi quatenus sua interest ciuiliter: tamen qui denũtiat aduocato vel rationali regio, aut qui accusat, debet se subscribere libro denuntiationum, vt si deficiat in probatione docenda rationali, detur actio in eum, reo facta indicatione delatoris.

8 ¶Tuncque †erit notio, num omnino calumniatus dicatur: *Nam*, dicebat Cicero *pro Ros. Ameri. accusatores multos esse in ciuitate vtile est, at hoc ita vtile est, vt non plane illudamur ab accusatoribus. Innocens est qui spiam, verumtamen quamquam abest à culpa, suspicione tamen non caret: tametsi miserum est, tamen ei qui accusat, possum aliquo modo ignoscere. Cum enim aliquid habeat, quod possit criminose ac suspiciose dicere, aperte calumniari & ludificari sciens non videtur.* Oportet enim aliquem postulatum calumniæ, in euidenti calumnia deprehendi, vt si sciens, falsa crimina detulerit: alias, si per errorem, calumniatus non censetur, *l. 1. ad senatus. Turpill. li. 48. P. tit. 26.* Vnde duæ formulæ sententiam dicendi, *non probasti, vel calumniatus es, d. l. 1.* Potest & extra calumniam prœuaricari, dum vera abscondit crimina colludens cum reo, dissimulans veras probationes, & excusationes falsas admittens: & tergiuersari, dum in vniuersum ab accusatione desistit, *d. l. 1. per totum, ad SC. Turpil. P. ca. 3. de coll. deteg. l. prœuaricatores, de ver. sig. l. athletas, §. prœuaricator, §. calumniator, de in. qui not. inf. tot. tit. de prœuari. in P. l. 1. C. ad SC. Turpil.* quorum diuersa pœna. Excusat & à calumnia iustus accusandi dolor, vt si pater quempiam reum cædis filij detulerit, *Constantin. Harmen. li. 6. Pomp. iur. tit. 6. l. si. de pub. iud.*

9 ¶ Altera † ratio istius inscriptionis est, eo maturius & cum maiori solemnitate tractandum esse negotium, quo grauius est, & maius versatur periculum, *c. vbi periculum, de elec. in 7. can. quia scamus, 43. dist. l. 1. §. sed etsi quis, de Carbo. edi.* Proinde conceptis & ordinatis verba tractanda est caussa, in qua cum capite, & de fortuitis omnibus periclitatur reus, *l. addictos, de episc. audi. C. l. addictos, C. de appell. li. 7. tit. 62. ca. veniens, eod. ap. Greg. & ibi gl.* Tãtoque subtili & diligenti notione res est quærenda ante sententiam, quanto difficilius est post exsecutionem reuocatio, *ca. fi. 8. q. 2.* Vtilius & sontem absolui, quam innocentem caussam dicere, & condemnari, *l. absentem, de pœn. in P. Cic. pro Rosc. Ameri.* cum impediri malam rem sit melius, quam concedi male, vt ait Cicero 3. *de Legib.*

10 ¶Dehinc † tertio, vt constat, accusationes inductas esse, & inuentas ad conseruandam integram societatem hanc humanam, quodque peccata nocentium expediat esse nota, *l. eum qui nocẽtem, de iniur. in P. l. lex Cornelia, §. si. eo. l. de iis, qui latro. occult. l. 1. §. accusatoribus, de fal. mone.* Et postea citius sanentur mala, vel tollantur, ne virus illorum ceteros inficiat, vel lædat: vel ne ipsa insanabilia reddantur, mora castigationis suspensa. Tanto enim grauiora, quanto animam diutius detinent alligatam, *ca. non satis, & seq. de simo. c. si. de consuetud.* Metu autem accusationis continentur in officio homines, cauentes ne quippiam reprehensione dignum admittant. Atque †laudabilis fertur fuisse consuetudo Ægyptiorum, qua mortuo rege antequam funeri mandaretur cadauer, erat institutum, vt per sacerdotem, qui erat proximior regiæ dignitati vita eius omnibus præsentibus referretur ex alto suggestu, num segnis aut deses in bello: & si vitia prœualerent, honore funeris priuaretur, vt narrat Diodorus Siculus *li. 2. ca. 3.* Neque carent sua laude, qui sincere accusant, iuuantque rempub. morbos indicantes, quibus affligitur: cum veritatem in publicas aures, lucemque deduxerunt, *l. nulli, 28. in fine. de epis. & cler. C. l. 1. de famo. libel. C.* ¶Proinde †quum maxime & vtile fuit, quibusdam arctioribus & solemnibus cancellis accusationes constringere, quod nulla iuris ratio aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ salubriter pro vtilitate hominũ introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus, *l. nulla iuris ratio, de reg. iur. in P. l. quod fauore, de leg. C.* Alioquin satis per se accusatio, si à frequenter accidentibus arguere liceat, videtur inferri à zelo, & ituuulis inuidiæ, *ca. si omnia, 6. q. 1.* ¶Dicta † ideo genus illaudabilis intẽtionis, *ca. si quis episcopus, 2. q. 7.* siquidem inuidia vitium est detestabile, vtpote tristitia ex alienis bonis, vt scribit Ioannes Damascenus *li. 2. de orthod. fide.* & D. Augustinus *super ca. 4. Genes.* Nemo enim cum suæ virtuti fidit, alteri inuidet, teste Cicerone *Philip. 9.* Et vt Quidius ait *1. de remed. Am. Summa petit liuor, perflant altissima venti.* Nec pelus damnum ipsa inuidia, *ca. sunt plurimi, 6. q. 1.* Accedit & detractio calumniæ, quæ prætextu boni publici sæpe bonos & probos perturbat, & diffamat, atque vellicat, quibus obuiam iri oportuit, & probationum onus inscriptione expetere: alioquin parum abesset accusatio ab iniuria libelli famosi, quæ tamen & punitur acerrime, *l. lex Cornelia, §. si quis librum, de iniur. in P. l. ob carmen, de test. l. is cui, §. fin. & l. cum lege, de testib. in P. l. 1. de famo. libel. C. l. item apud Labeonem, §. ait prætor, versicul. si quis libello dato, de iniur. P.*

13

Cur Nomina accusantium, accusatorum, & iudicum apponantur libellis accusationis.

Cap. 8.

1 *Condemnari nemo debet, antequam nomen eius delatum sit.*
2 *Nomen personarum facit cognitionem.*
Nomina plerumque referunt mores personarum, quibus indunntur. eod.
3 *Nomen inhonestum capere nemo conditione grauari potest, & legatũ nihilominus nomine relicto, capit.*
4 *Forum in criminibus quorum ratione quis sortitur.*
5 *Errones seu vagi vbi conueniri, & damnari debeant.*
Latrunculatorum in quos est iurisdictio, eod.
6 *Iudex competens criminum quis.*
7 *Domicilium principale alicuius dupliciter dicitur.*
Domicilium beneficiati, & beneficij locus, eod.
8 *Iudices plures vnius personæ qua ratione esse possunt.*
9 *Iudicibus pari potestate donatis concurrentibus potior tẽpore, prior iure.*
10 *Iudicibus coram variis vocatus ad præuenientem se remitti postulare debet.*

REfert Pausanias *li. 8. in Achaicis*, Callicratem Achæum, ccram decem legatis, qui à Senatu Romano missi erãt, ad res Macedoniæ componendas quendam supposuisse, qui frequentissimo Achæorum conuentu queri cœpit à potentioribus pecunia, & aliis modis Perseum regem cõtra Romanos adiutum, postularetque vt rei capitalis damnarentur, suo quemq; nomine postea indicaturum. At id periniquum visum esse vniuersæ concioni, & contendere vt nominaret eos palam: ius nõ esse omnino quemquam condemnari, cuius nomen nondum esset delatum. ¶Neque in †dubium venit actorem, reum & iudicem 2
legitimum constituere iudicium, sine quibus esse nequeat, *l. inter litigantes, & l. Iulianus, de ind.* Proinde vt nouerimus quę sint istæ personæ, & an sint legitimæ, nomen proferri debet & cognomen, vnde habeatur notio earum, *l. 1. de mut. nomin. Cod. §. si quis in nomine, de lega. Titus Probus in epit. lib. 10. Valer. Max.* Arguunt & quidam, quamuis hoc sit argumentum plerumq; fallax, ex nomine probitatem, vel malos mores hominum. Et Claudianus Mamertus *episc. Viennens. ad C. Solimon.* *Nomen dicit patrem*, inquit, *quod rem notam faciat, sitque velut rerum imago.* Arguunt & aliquando literæ sacræ à nomine personarum, vt Abigail improbat maritum, *1. Reg. 25.* à nomine, quo Nabal dicebatur 721. Nabal enim stultum significat. Et secũdum aliquam proprietatem putantur imposita nomina patriarcharum, vt Isaac à risu: Iacob supplantator, sic de aliis: vt Michael, qui sicut Deus, Raphael, medicina Dei, & in aliis, quæ percurrit Eusebius Phãphili, *li. 11. de prep. Euang. ca. 4.* docet & Plato in Cratylo. ¶Vnde & 3
Metianus † Iurisconsultus remittit heredi conditionem à testatore impositam, vt ferret nomẽ inhonestum, veluti vespilionis: cum sit habenda cura honesti nominis & dignitatis, *Metia. l. sed sciendum, ad Trebell. in P.* ¶Iudicis † porro nomen propriũ, 4
& dignitas adiicitur, vt appareat num is competens sit, aut forum eius. Quemadmodum enim delinquentium personæ tripliciter cõsiderantur: nempe, vt errones & vagi: vel ratione loci domicilij vel ratione criminis admissi: totidem etiam modis iudicis iurisdictio considerari debet, *l. 1. C. vbi de crim. agi oport.*

¶ Errones † quippe delinquentes, qui statum, certumve non 5
habent domicilium, vbicunque reperti fuerint, etiamsi alibi, quam vbi comprehenduntur, deliquerint, plecti à latrunculatore possunt, *notat Barto. in l. heres absens §. proinde, nu. 4. de ind. de latrunculat. in l. solemnis, §. fi. de ind. in P.* Hi sunt hodie, qui dicuntur præ-

Digitized by Google

tur præpositi, seu *prœuosts de mareschaux*, quibus hæc iurisdictio concessa in errones, & in domicilium quoque habentes ex certis criminibus, veluti in latrones obsidentes vias, & eos qui turmatim hostili more depopulantur agros, & hospites suos spoliant, prædantur, rapiunt mulieres, *exstat constitut. regia Franc. I. de la iurisdiction des prœvosts*, an. 1536. 25. *Januarij*. Iubent & principes Carol. 8. *in const. Iust. art.* 55. Ludouic. 12. *in const. Iust. art.* 90. 91. 92. 94. *in publica. an.* 1499. contra errones delinquentes, procedi à iudicibus regijs, non obstantibus appellationibus aut intercessionibus, seu vt dicunt appositionibus quibuscunque, vsque ad sententiam torturæ & mortis. Indignum enim est tamdiu à propriis municipiis aberrantes, priuilegijs aliorum annumerari, *l. si quis. de domest. & protect. lib.* 12. C.

6 ¶ Ordinarij † autem iuris est iudicem competentem criminis admissi eum esse primum, qui in loco, vbi delinquitur, iudicat, *auth. qua in prouincia, vbi de crimin. agi oport. l.* 1. C. *vbi senat. vel clar. l. si cui crimen, §. idem Imperator, & l. fin. ac accusat. in P. c. postulasti. & c. fin. de fo. compet.* Et ita quoque fieri expedit exempli causa, vt ibi pœna emendet, quod delictum offendit, & alij à simili perterreantur: potissimum in grauioribus criminibus, *l. capitalium, §. famosos, de pœn. in P. l.* 1. *ad leg. Iul. pecul.* C. c. 1. *de rapt. ap. Grego.* Et quamuis ratione domicilij ius sit iudici inquirendi de maleficijs incolarum alibi delinquentium, vel eorum qui ibi bona habent, & ius condemnandi *l.* 1. *& 2. vbi de crim. agi oport.* C. Nihilominus tamen remitti solent puniendi ad iudicem loci, in quo delictum admissum est *§. si vero quis comprehensorum, vt nulli iudic. lic. hab. lo. seru. collat.* 9. *leg. solet, de custod. reor. in P. leg. desertorem, de re milit. in* P. Extra Los casus qui cognoscit de crimine extra territorium sum admisso, sententiam perperam dicit & nullam, *clement. pastoralis, §. rursus, de sentent. & re iudi.* vt sententiam à non suo iudice dictam ius improbat, *l.* 1. *si à non compe. iud.* C. *c. ad audientiam. de consuet. ca. at si clerici, de iud. can in primis, vers. de persona*, 2. q. 1. & extra territorium ius dicenti impune non paretur, *fi. de iurisd. omn. iud.* Cæterum vt hęc dilucidius apparcant, de domicilio pauca subnectamus.

7 ¶ Domicilium principale † dicitur dupliciter, vel ratione habitationis locus, in quo quis solitus est maiori ex parte temporis habitare, & residere, *ca fi de parochi. Feli. in c. postulasti, de fo. comp.* Sicuti domicilium principale clerici beneficium habetis, dicitur locus beneficij cui assiduitatem debet, *d. c. postulasti*, non autem si non habeat assiduitatem seu residentiam annexam, vt notat Panormita. *in ca.* 1. *eod.* Et quot habet quis sacerdotia, totidem habebit principalia domicilia, si annectatur assiduitas, vt tradit Archidiaconus *in can. clericis.* 1 1. q. 1. *& in summa*, 3 q. 6. Iubent autem iura omnibus beneficijs seu sacerdotijs residentiam præfectorum, *c. ad hæc, de præb. ap. Gregor.* quanquam ex dispensatione permittatur aliquando absentia. Vbi etiam quis dignitatem exercet, domicilium habere videtur, vt & ibi possit conueniri, *l.* 2. *vbi senato. vel clarissimi.* C. quia & ibi latem fouere dicitur, & habitare, *l. tres tantummodo prætores*, C. *de offi. præf. præto.* Secundo domicilium ratione maioris partis patrimonij, *d. c. postulasti, de fo. compet. d. l.* 2. *vbi senat. vel clarissimi.* etsi in diuersis locis quis solitus sit habitare, & in vtrisque dicitur habere domicilium, *l. assumtio, § filius. & l. Labeo, ad municip.* P. Tertio & sumitur domicilium ratione tantum originis & natiuitatis propriæ: quamuis quis alterius municipij sit incola. Sic filius dicitur alibi natus, quam pater, sequi originem patris, non domicilium, *d. l. assumtio, §. filius, & l. libertus, §. patris, cod.*

8 ¶ Porro † qui extra loca prædicta sunt, & extra domicilium, dicuntur aduenæ & peregrini vbi sunt, si inibi non habeant pergulam vel armarium, *l. heres absens, §. at si quis, de iud. in P.* Ex quibus constat, vnius personæ plures posse concurrere iudices, quibus vel priuilegia personalia alios possunt addere: veluti scholasticis legum tres alij iudices concessi, episcopus, rector prouinciæ. & doctor sub quo studeat, *const. habi. ne filij pro patre*, C. Sunt & dignitatum quarundam alij iudices, & crimina capitalia quædam & maiestatis, quæ proprios, nec ordinarios aliorum habent iudices.

9 ¶ Concurrunt † & in aliis criminibus plures parem potestatem in commissa crimina habentes. Inter quos potior, qui diligentior est, vt vbi cœptum est iudicium, ibi finem debeat accipere, *l. vbi cœptum, & si quis posteaquam, de iudi. in P. cap. postulasti, de for. compet.* præuentione facta, vel sola citatione, *c. gratum, de offic. deleg.* non autem sola libelli porrectione iudici facta vel querela proposita, quia ex his non videtur res in iudicium deducta, *l. non videtur, de iudic. in* P. Quod si iudices, qui æqualis sunt potestatis, & æqualem exercere possunt iurisdictionem, circa idem crimen pari diligentia concurrant, vt vterque inquisierit vadimonium vel prehensionem vno & eodem die decreuerit, cum non possit hinc discerni quis præuenerit iudicio, vterque recte cognoscet, donec reus vel alius ad supremum quoddam tribunal prouocauerit: quod ob concursum iurisdictionum alicui eorum ex integro committat vel remittat, vel sibi notionem causæ ob iurisdictionum controuersiam retineat, vt fieri solet. Concurrunt autem in iurisdictione, quia cũ pares in ea notione sint, par parem prohibere ne cognoscat, nõ potest: neq; in parem par habet imperium, *l. ille à quo, §. tempestium, ad Trebell. in P. l. nam magistratus, de arb. in P. c. cum inferior, de maior. & obed.* Dehinc cum quilibet horum habeat iudicij iurisdictionem concessam, ad necessitatem officij cuiusque pertinet, crimina inquirere, & de illis inquirere. Quippe iudicare munus publicum est, *l. quippe iudicare, de iudi. l. nam quod, & l. ille à quo, ad SC. Trebell. l. filiusfamilias, de iis, qui sunt sui vel alien. iur.* cui necessitas iudicandi adhæret, *Archid. in l. munerum, §. iudicandi, de muner. & hono. in P. l. penu. §. qui autem, de vac. mu. l. fin. ad magistratum, de decurio. lib.* 10. C. Et proinde si iudex interpelletur ab eo, qui se passum delictum dicit, tenetur officium ei impartire: alioquin & conquerenti nomine damnorum teneretur, *l.* 1. *§. magistratus. de magist. conueni.* Sic in hac necessitate & dum in dubio est animus, quis iurisdictione præuenerit, melius est verbis edicti seruire, vt vterque cognoscat, *l.* 1. *§. sed etsi sciente, de exercit. act. in* P. & tutius vtilius sequi, *l. si quis intentione ambigua de iud. in P.* vtilius autem nihil, quam purgari prouinciam hominibus sceleratis. *l. ita vulneratus. ad l. Aquil. in P.* Quod ad officium moderatoris reipublicæ pertinet, *l. congruit. de off. præsi. l.* 4. *§. mandatis. ad l. Iul. pecul.* Citiusque crimen detegetur, quod à pluribus indagatur. Neque argui ideo potest iudex vnus, quod alio de eodem crimine inquirente & cognoscente, ipse quoq; prout onus impositum est cognoscat: quia & facti alieni iusta est ignorantia, *l. pen. pro suo, in P.*

¶ Verumtamen † hic obseruandum est, causa delicti à plu- 10
ribus iudicibus tractata, reum coram diuersis factum, ad vnum eorum qui præuenerit petere se remitti debere: quod & fieri debet: aliter iusta est prouocandi causa. Neque causæ continentia in diuersa tribunalia diuidi debet, *l. nulli*, C. *de iud.* Ne accidat illud absurdissimum, pro eodem delicto bis eundem puniri, quod iure vetatur, *l. senatus, de accusat. in P. l. licet, §. fin. nau. caupon. in P.* vt ne de eodem crimine bis queratur, *leg. si cui crimen, §.* 1. *de accusa. in P. l. sanctio legum, de pœn. in P. c. diuina clementia, de pœnit.* 4.

De Iudice legitimo criminis admissi in via publica, seu regia.

Cap. 9.

1 *Viæ publicæ commissum crimen, cuius iudicis habeat forum.*
2 *Iudices regij non soli priuatiue super alios cognoscunt de delictis commissis in via publica, & 3. & 4.*
3 *Viæ publicæ, viæ regiæ.*
4 *Viarum publicarum cura ad quos pertinuit.*

QVia † incidimus in concursum iurisdictionum, quotidiana 1
& vtilis quæstio paucis explicanda, quæ legitimum quærit iudicem in delicto in via publica commisso: in ditione tamen & territorio dominorum, qui habent imperium ratione iurisdictionis, & proprios ordinarios iudices, quive aliquando in ea via publica habent confines & conterminas iurisdictiones: & ita inter se, & cum regijs iudicibus concurrunt.

¶ Ipitur † istius criminis cognitio primum ad regios videtur 2
pertinere iudices, tanquam via publica ad regium territorium pertinente: nam ea, via regia dicitur, *Num. c.* 21. & inter regalia viæ publicæ, & flumina constituuntur, *§.* 1. *quæ sunt regalia in Feud.* Sic Vlpianus *in l.* 2. *§. viarum quædam ne quid in loco pub. in P.* vias publicas à Græcis dici τὰς ὁδοὺς βασιλικὰς, & Latinis prætorias, & consulares vocat, quarum solum publicum relictum est ab eo, qui ius habet publicandi.

¶ Erat & † antiquis Romanis ædilibus Curulibus, *l. penult. de* 3
via pub. circa fin. demandata viarum cura, quæ secundum ciuitates erant: sic eorum iurisdictio ratione illius muneris protendebatur extra ciuitatem Romanam. Eaque ratione & iurisdictionem habebant delictorum in viis commissorum: ait enim lex, *dict. leg. penult. in fin.* & eorum munus esse ne sinerent rixari homines in viis. Meminit Dio Cassius *lib.* 54. *hist. Rom.* Octauianum Cæsarem viarum curatorem constitutum, & eos qui viis reficiendis præessent, prætorios viros, qui binis lictoribus vterentur, designasse. Nemo autem ambigit lictores fuisse ministros & executores criminalium sententiarum, vt & illam notionem eis curatoribus competere nequeat dubitari. Neque iurisdictionales dominos, ratione iurisdictionis concessæ territorij, quæ publicis in perpetuum relicta sunt vsibus, vllo modo vsurpare posse: quia inalienabilia sunt, *l. continuus. §. cum quis. iuncta glos. in ver. relictæ sunt. de verborum oblig. in P.* & nullius in bonis censentur. *l. in tantum. de rer. diuis. in* P. Proinde magistratus aliquando proprij constituti sunt quatuor viri qui curam viarum agerent. *l.* 1. *§. eodem tempore, de orig. iur. in P.* Et hoc interest inter vias vicinales, & publicas: quod vicinales factæ sint ex vicinorum agrorum collatione: publicæ non item, vel si inde factæ sint, tamen non exstat memoria. *leg. fin. de loc. & itin. publ.* Quare nec videtur horum viarum iurisdictio pertinere ad dominos iurisdictionem habentes in vicinis agris, quia ex illis viæ publicæ non constant, *l.* 2. *§. viarum quædam, ne quid in loc. pub. P.*

Digitized by Google

¶Ceterum † Petrus Iacobi *in praxi, c. de libel. super iurisd. circ. fine, §. quæstio nunc.* scribit, iurisdictionem viæ publicæ eorum esse, qui circum eam iurisdictionem habent. Quia, inquit, certum est, vias publicas initio suæ publicationis fuisse de solo Feudorum priuatorum, *facit l. 3. de lo. & its. publ. P.* Neque omnino & in toto falsum vel immutatum dicitur, quod primordio veritaris ad iuuatur *l. cum filius, 78. §. heres meus de leg. 2.* Et origo obligationis potius inspicitur, quam titulus actionis, *l. tutor, de fideiuss. l. quia de don. in P. l. si filius, ad Maced.* C. Adfert & alias rationes P. Iaco. quæ quàuis reiici possint facilè, & prior sententia videatur probabilior, obtinet in Gallia, vbi patrimoniales sũt iurisdictiones dominis quibus rex concessit, *P. Iac. circa fin. tit. de succ. reg. Fran.* Nec quisquam dubitat principem priuato vsum, & seruitutem etiam publicæ viæ posse concedere, *l. seruitutes prædiorum, §. publico, de seruit. §. riparum, de rer. diuis. l. ergo de ac. rer. do. in P.* Et vendi iam publicam priuatis, vel alio modo concedi posse per principem & populum notat Bartolus, *in l. 2. §. viam publicam, ne quid in loc. pub. in P.* Et si ager vendatur recepta pactio, vt accedat & ei vicina via publica, *l. id quod post emtionem, §. fi. de peri. & commo. rei vendit.* Et meo quidem iudicio ita expedit potius ordinarios iudices locorum, de his delictis, quæ intra iurisdictionem suam in viis regiis & militaribus admittuntur, cognoscere: ne dum regius exspectatur, vel pereat probatio, vel reus effugiat. Et ne segnes sint domini locorum in expurgandis sceleribus, dum ad aliorum notionem pertinere causlarentur.

Num Magistratus Municipales, vt Consules, vel Capitolini, vel Escheuini dicti, possint de criminibus cognoscere.

Cap. 10.

1 *Magistratus municipales num possint cum ordinariis in criminum cognitione concurrere.*
Defensores ciuitatum quomodo constituti, eod.
2 *Tribunus plebis non erat magistratus, nec gerebat purpuram. Eius potestas & auctoritas.*
Appellandi potestas, libertatis arx, eod.
Domus tribunorum semper noctu dieque aperta esse debebat. eod.
3 *Quæstores parricidij Romæ qui.*
4 *Prætor quæstionum criminalium iudex, & quomodo alios iudices daret.*
5 *Triumuiri capitales qui.*
6 *Consules & Capitolini nostri fere similes officio præfectis vrbi.*
7 *Imperium num consuetudine vel præscriptione quæratur.*
8 *Ciuitates suis legibus viuentes liberæ.*

1 ANceps † est controuersia, num possint municipales magistratus cum aliis iudicibus regis vel ordinarijs in criminum notione concurrere. Mouet enim primum quæstionem, iure ciuili, vt plerumque criminum iudicium ad moderatorem prouinciæ reiici, *l. vxor tua, l. si crimen, l. de crimine, l. sororem, qui accusa. poss. C. l. congruit, de offic. præsid. l. 4. §. manda. ea l. Iul. repet. l. de ea crimina, de accusatio. in P.* Dehinc gladij potestas, imperii est, *l. imperium, de iurisdict. omn. iudi.* & quæ imperij sunt, non competunt magistratibus municipalibus, *l. ea, quæ ad municipales, in P. magistratibus municipalibus, de iurisd. omn. iud. P.* Saltem grauiora crimina ab eorum iurisdictione exemta videntur, vtpote cum de defensoribus ciuitatum sic scriptum sit *§ audient, de defen. ciuit. coll. 3. Audient quoque leuiora crimina, & castigationi competenti tradent: & eos qui in maioribus criminibus premuntur, detrudent in carcerem, & mittent ad prouinciæ præsidem. Sic enim fruetur ciuitas quæque cura iudiciali, & omnis gens sub maiori constituta iudice, maiorem sentiet prouidentiam.* Notauit autem Iason *in l. magistratibus, de iurisdict. omn. iudic.* defensorum nomen ad magistratus municipales pertinere, eo quod tempore Pandectar. non essent defensores adhuc ciuitatum, sed sit eorum inuentio recentior. Videtur & concessa tantum defensoribus ciuitatum, audiendarum ciuilium seu pecuniarum causlarum facultas, *l. 3. de defensor. ciuitat. Cod.* Atque si deprehendissent prouinciales grauari à suscepturibus maioribus mensuris, non ipsi iudicabant, sed cum libello querelæ propriæ ad iudicium aliorum dirigere debebant cum ipso fraudis iudicio, *l. penult. eod.*

2 ¶Subinde † nec qui apud Romanos curam habebat populi tribunus plebis, propriè magistratus dictus est: ideo & quasi magistratus non esset, si credamus Plutarcho *in Problem.* non vtebatur purpura. Neque illi erat vocatio, sed tantum prehensio: quia tribunus plebis, qui summam habebat potestatem, vt neque subiiceretur dictatoribus, teste Polybio *in 3. & 6. libr.* creatus, non iuris dicundi gratia, nec vt cognosceret de caussis quæ reliqui absentium, sed intercessionis causa, vt iniurias sibi præsentes factas coerceret: ac propterea ius ad se vocandi ademtũ, quoniam vt vim fieri vitaret præsentis oculis opus erat auctore Gellio *lib. 13. cap. 12.* Quare nec licebat illis Roma abesse per integrum diem, tanta erat illorum assiduitas necessaria, vt ait Macrobius *lib. 1. Satur. cap. 3.* Et narrat Liuius *libro 5. Dec. 1.* Camillũ plebem arguisse, quod iam in suos versa non intelligeret, se praeuo iudicio tribunis intercessionem sustuliisse: quod intercessione sublata, & potestatem tribunitiam deleuisset. Vnde & idem Liuius duas arces dixit *in 3.* libertatis tuendæ, tribunitium, auxilium, & prouocationem. Eo quod appellabantur tribuni contra vim magistratuum. Quod factum institutumque, vt numquam domus tribunorum Romæ clauderentur, nec noctu quidem, vt auxilio indigentibus ianua pateret, quasi portus quidam, & præsidium periclitantium. vt scribit Plutarchus *in Problem.*

¶Sed † & Romæ erant quæstores parricidij, iudices à populo, qui de capite ciuis iudicarent constituti, postquam hoc ius consulibus ademtum fuit, teste Pompo. Iutisc. *l. 2. §. & quia vt diximus, de orig. iur.* 3

¶Eratque † prætor publicorum iudiciorum quæstoris officio functus qualis apud Virgilium *6. Æneid.* Minos inferorum iudex quæsitor dicitur, qui vrnam iudiciorum moueret. Isque prætor postea ad expedienda iudicia facilius publica, seligebat quinque & quinquaginta viros, vt constat ex oratione Cicer. in Pisonem, & fuse explicat Budæus, *in l. fi. §. iudicandi quoque necessitas, de mun. & hon. in P.* Et eo modo intelligendus locus Martiani Iurisconsulti, *in l. 1. ad l. Corn. de sicar. in P.* dum agit de eo, qui publico iudicio præest, pro prætore & quæstore, qui & magistratus iudex ve quæstionis. 4

¶Subseruiebantque † iis triumuiri capitales, qui carcerum custodiam haberent, vt cum animaduerti oporteret, eorum interuentu fieret, *l. 2. §. eodem tempore constituti sunt, de origi. iur.* Possem istis alia cumulate adiicere. Cereũ, cum ea potius ad contentionem, quam rei propositæ verã conclusionem pertineant, supersedeo, contentus quid de ea quæstione sentiam, in pauca contuliisse. 5

¶Dico † itaque eos, qui ciuitatum oppidorum, & pagorum negotia cum iurisdictione pertractant, posse præfectis vrbis potius conferri, vt illis fere eadem solicitudo demãdata videatur: & vt cognoscant de iisdem negotiis, quæ adfert & enumerat Vlp. dum de illis agit, *in l. 1. de off. præf. vrb. lib. 1. P. tit. 12.* Inter quæ & notio criminum, quæ in vrbe committũtur, conceditur, castigatio quoque & pœna. Adiungit Bart. *in l. 1. nu. 3. de dam. inf. in P.* & distinctionem aliam, vt quarundam ciuitatum magistratus sint, veluti rectores prouinciæ: quia habent illas ciuitates instar capitis, vt sunt plures in Italia: & tunc inquit rectores earum ius gladii habent, & maius imperiũ, quamquilibet alius eius prouinciæ, *l. 4. & l. illicitas, §. qui vniuersas. de offi. præsi. in P. l. 1. de offi. rect. prouin.* Aliæ autem ab his ciuitates sunt, quæ non constituunt remp. quibus de iure communi conceduntur iurisdictiones vsque ad certam & statam ciuilium causlarum æstimationem & cognitiones leuiorum criminum tantum, sine imperio mero, vt dicunt vel mixto, *§. audient, & §. & iudicare, §. iusurandum, in fine de d. sens. ciuita. in Auth. l. 1. C. eo. l. ea quæ, ad municip.* Porro aliud genus ciuitatum, quibus & iure communi concessum est merum imperium: sicuti ciuitati Romanæ, *l. 1. de offic. præf. vrb. in P. l. cum prætor, §. item, de iud. in P.* & alii quibusdam Insubrum seu Longobardiæ, ex priuilegio Friderici Cæsaris *in const. de pace const. l. nos Romanorum, in vsib. feudo.* Sunt & aliæ ciuitates, quibus ex lege municipii competit iurisdictio duumuiris quam ius ciuile non comprobat, sed conseruat, *l. 1. de em. vi. li. C.* secundum morem litigantium, *l. magisteria. de iurisd. om. iud. C.* Neque quisquam ambigit præscribi posse quæ meri imperij sunt, vt habere gladii potestatem, vt docet Iason, Bartol. Albe. *in l. imperium, eod.* Angelus *in l. vsucapionib. de vsucap. in P.* Panormit. *in c. peruenit, de censibus in P.* & alii. *gloss. in l. viros, in ver. obtinuit, de diu. offic. lib. 12. C.* Vt & Petrus Iacobi. *in sua practi. ti. de confesso. in rem actio. circa finem.* scribat, iurisdictionem dari posse ab hominibus municipii vel ciuitatis, qui habent vniuersitatem, si per decem annos illi, vel maior eorum pars, iudicem aliquem adierint, quem sciebant incõperentem: & vetustas pro lege habetur, *l. 2. de aqua pluui. in P. l. 2. de fund. limit. lib. 11. C. l. testamenta omnia. C. de testam.* Mosque maiorum iurisdictionem firmat, *l. more maiorum, & l. & quia, de iurisd. omn. iudi. in P. l. cum prætor, §. itẽ in, de iudic. P.* Proinde consuetudinem illam præscriptam & in iudicialibus actibus obseruamus, *l. 3. §. fin. de test. in P. & de iurisdict. in c. cum contingat, de foro compe. ca. adhæc, c. audiẽtibus, de excess. præla. c. irrefragabili §. excessus de off. ord. ca. cũ olim, & c. auditis, de præscrip.* Et Cynus putauit merum & mixtum imperium præscribi posse, *in l. 1. C. de emancip. liber.* quanquam Hostiensis *in lectur. ca. cum contingat, de fo. compe.* Franciscus Curtius, & alii quidã non existiment imperium mixtum vel merum, sed tantum iurisdictionem præscribi posse. Quos tamen non opinor sequendos eum iura videantur ex diametro illis aduersari, *iura proxime citata, & c. cum contingat.* Quibus accedit, quod cum à Principis distributione iurisdictiones pendeant, *leg. 1. ad legem Iuliam de ambi. in P.* is videatur patientia concessisse. Quodcunque enim per principem est concessibile, idem quoque est præscriptibile, *l. quod Principi, de aqua pluuia. arcen. P.* ¶Et † quamquam inter pretes Baldus, Iason, Albericus, & alii, *in l. imperium, de iurisdictiõ. omn. iudic. & in l. 1. de emancipat. liber. Cod.* nutent, an præscribi possit imperium merum; tamen id communi calculo receptum 7

Digitized by Google

ceptum est, nihilominus consuetudine competere posse, traditis differentiis inter præscriptionem & consuetudinem: vt & notat Hostiensis *in ca.2. de purgat.can.* exceptis iuribus, quæ dominium superius, vel potestatem supremam respiciunt, quæ nullo possunt vsurpari modo, *l.comperit, de præs.30. vel 40.ann. C. ea.cum ex officij. de præscrip.*

2 ¶ Sunt † & quædam ciuitates & oppida, quæ se dediderunt Principibus, vel alio modo in eorum ditionem venerunt, saluis & integris suis moribus, ea lege scilicet, vt suis legibus viuerẽt liberæ, & quæ nihilominus comiter principis obseruarẽt maiestatem, *l. non dubito, de capt. & postlim. reuers.* Sunt & aliæ, quæ ius singulare hoc à principibus adeptæ sunt, vt olim quæ erant iuris Italici. *l. antep. pen. & fin. de cens. in* P. Et proinde ciuitates iis omnib. modis habent notionem & iudicium causſarum hodie criminalium, conseruata principalibus iudicibus, qui regiam potestatem maiorem referunt, prouocationis discussione. Atque ideo solent municipia, dum nouus rex diadema sumsit, ab eodem petere iurium & priuilegiorum confirmationẽ: & princeps, qui pactis & promissis etiam iuregentium vincitur, *l. digna vox, C. de legib. gl.2. in l. de prec. Imp. offe.* intactas reliquit approbatas ex priuilegiis & consuetudinibus iurisdictiones. Et certe, vt me ab hac quæstione breuiter expediam, tota iurisdictionũ criminalium & ciuilũ causſarum distinctio, & magistratuum, ab ordine & distributione, quam principes constituerunt, & à receptis cõsuetudinibus pendet: vt ad horum probationes recurrendum censeam, & quo iure vtantur municipes. Quo fit, vt nec hic superflue terere velim otium in explicandis iudicibus, qui de criminibus cognoscant, cognouerintve aliquando: toties enim mutata est forma iudicandi, quoties & rerum publicarum administrandarum formula: & quoties principibus placuit, & necessitati rerum visum est conducere.

De subscriptione libelli accusationis.

Cap. 11.

1 *Subscriptio libelli, vel aliarum scripturarum, ratum magis facit ante scriptum.*
2 *Subscribere accusationi non possunt, qui nequeunt accusare: Accusatoris munus probare illata crimina. eod.*

1 LIbellus accusationis habet personarum, delicti, temporis, & loci expressionem pro formula. Quantum autem hæc adferant opis in considerandis criminibus, in principio tractationis de criminibus iam docuimus: vt tantum de subscript. quædam monere necessarium ducã. Itaque subscriptio libelli habet expressam quandam approbationem eorum, quæ scripta sunt. *l. si quis ex argentariis. § 1. de eden. § 1. de emt. apud Iustin. § sed & si quis aut motui instrumentum, de instr. fide & caute.* Sicut quando dominus serui chirographo se subscripsit, tenetur actione quod iussu. *l. 1. § sed etsi seruo, quod iussu. in* P. Et si quis alienationem rei suæ ab alio factam subscripserit sua manu, videtur approbare, & suo iuri renuntiare, *l. fideiussor. § pater. de pignor.* Estque subscribere, subsignare, idem sentire, ratum habere, confirmare, vt & Budæus docet, *in l. minor, de minor. in annota. prior.*

3 ¶ Quibus † accusare interdicitur, nec libello accusationis subscribere conceditur. Ita Cicero *de Diuinatio.* cum de Gabinij accusatione quæreretur, pronuntiatum est, vt quæstori Q. Cæcilio nec subsistendi quidem facultas concessa esset. Per accusatorij libelli subscriptionem subscribens se obligare creditur, ad probanda illata crimina, τοῦ ἐλέγχου. *Demosth. aduersus Midiam,* τὴν δὲ κατηγορίαν οὐκ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν ἐφεῖναι μόνον, ἀλλὰ καὶ φύσεως καὶ πραγμάτων. Existimo enim, inquit Demosthenes, tantum esse accusatorem, vt crimen probet: reum, vt etiam deprecetur. Et rursum alibi. *Idem in app.* πρὸς Εὐβουλίδην, *contra Eubulidem, in princ.* Cum nemini liceat, etiamsi obnoxium quoque constituerit, per ea nocere cuiquam, quæ se audisse dicit: qui conuenit ei vos habere fidem, qui nullo suo periculo nos criminatur?

Qui accusare non possunt ob delictum, vel eius suspicionem.

Cap. 12.

1 *Accusandi edictum prohibitorium est.*
2 *Accusare procuratores regij regulariter possunt, & quando alij.*
3 *Accusator increpatæ vitæ esse debet. Et 4.*
4 *Accusare qui prohibeantur ob delictum, & ob quod delictum.*
5 *Infamia iuris & facti reiicit ab accusatione. Iudex vir bonus. eod. Existimatio quid. eod.*
6 *Calumniæ suspicio reiicit accusatorem.*
7 *Infamia facti non reiicit accusatorem, est in arbitrio iudicis.*
8 *Absolutus de crimine tum ob id, si accuset, reiici possit.*
9 *Inimici ob calumniæ suspicionem arcentur ab accusando.*
10 *Socij criminum ab accusatione remouentur.*
11 *Accusatio morituri, non onerat alium sine aliis indicijs. Morum iustus censor non est, quos ipse approbauit. eod.*
12 *Paupertas quare reiiciatur ab accusando, & qui sint illi qui reiiciantur.*
13 *Paupertatis definitio ad iudicis arbitrium pertinet.*
14 *Accusans duos, tertium non potest accusare.*

PRohibitorium † est edictum, de non accusando: ideo quibus 1
non interdicitur, censetur permissum. *Marcian. l. qui accusare, 8. de accusa. in P.* Sicut in similibus receptum. *leg. cum prætor, de iud. Pol. nec non, § quod ei, ex quibus caus. maior. in P.* capi prohibetur, *2. quæst. 1.* Prohibetur autem accusare ob delictum proprium, ob sexum, ob ætatem, *dict. leg. qui accusare, & dict. can. prohibetur.* & ratione aliarum causſarum, quæ inter explicandum apparebunt.

¶ Et † quanquam supra in delatione admonuerimus, procu- 2
ratorem regium, rationalem, seu duumuiros, vel triumuiros regios esse hodie legitimos accusatores: tamen constat iis iungi alios accusatores, qui priuati dicuntur, vt persequantur quanti sua interfit ciuiliter, qui instruunt accusationem regiam & deferunt. Et ideo, quæ placuerint antiquis, de probando accusatore dicam.

¶ Magnum † opus, de vitæ alterius & famæ integritate per- 3
peram, & cum irreparabili iactura disputare. Et proinde in personis accusantium multa perquiri debent, antequam ad id munus instituendum audiantur. Quærendumque in primis in iudicio, cuius conuersationis & fidei is sit, qui accusat. Nam quorum vita culpabilis est, & quorum fides & libertas nescitur, accusare maiores natu leges non sinunt. *c. quemadmodum, 2. q. 7.*

¶ Prohibentur † propter proprium delictum infames, qui 4
turpem exercent quæstum, *l. qui accusare, 8. de accusa. in P.* publico iudicio damnati, qui nec suam nec suorum prosequuntur iniuriam, *l. qui iudicio, 4. eod.* viles personæ, qui ludicram artem vel lenocinium exercuerunt, vel in arena depugnarunt; *ca. prohibentur, 2. q. 1. c.* concubinarij publici, conspirantesque in reum, *ca. cum dilectus filius, de accusat.* Et, vt in summa dixerim cum Cicerone, *§. actio in Verrem.* Omnes, qui alterum nullis impulsi iniuriis, nulla prorsus læsi iniuria, nullo præmio adducti in iudicium reipub. causſa vocant, prouidere debento, non solum quid oneris in præsentia tollant, sed etiam quantum in omnem vitam negotij suscipere contendant: legem enim sibi imponunt innocentia, virtutumque omnium, qui ab altero vitæ rationem reposcunt: atque eo magis, si id, vt antea dixi, faciunt, nulla re commoti alia, nisi vtilitate communi. Nam qui sibi hoc sumsit, vt corrigat mores alterorum, & peccata reprehendat, quo huic ignoscat, si quæ in re ipse à religione officij declinauerit? &c. Demosthenes quoque, *1. contra Aristogito.* Qui alios, inquit, accusare debet, eum oportet integra fama esse, ne vera elabatur, cum nihil auctoritatis ad accusationem actor adferat. Lycurg. apud Athenienses cum ob eximiam vitæ virtutem, maxima inter eos, qui rempubl. administrabant, dignitate præcelleret, delinquentium erat accusator, acerrimus in dicendo, vt refert Gemisthius, *lib. 2. rer. Grecor.* Carere debet, Cicero *in Sallustium.* omni vitio, qui paratus est in alium dicere: is demum non maledicit, qui non potest malum ab altero audire. Et multa esse oportet in eo, qui alterum accusat, primum integritatem, & innocentiam, &c. *apud Cicer. 1. in Verrem,* τὸν μέλλοντα συνδικεῖν, τοῦτον ὑπάρχειν δεῖ, μὴ πολυπράγμονα, inquit Demosthenes, 12. *proœmio,* id est, Obseruare tenebo, me, quod in aliis reprehendo, ipse patiar vel committam. *similia & eam qui crimine, 6. q. 1.* Consentit huic responsum, quod Deus accusantibus adulteram dedit: *Qui vestrum sine peccato est, primus in eam iaciat lapidem. D. Ioan. Euang. c. 8. ca. qui sine peccato, cum postulastis, ca. sacerdos. 3. q. 7.* Alioquin obiici merito potest Horatianum illud, *Satyr. 3. lib. 1. Satyr.* vide Ioan. *Andr. in c. 1. de accusat.*

Cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Cuius itaque grauata est opinio, potissimum periurio, vel alio crimine confesso, is à causſarum criminalium testimonio & accusatione repellitur, *c. testimonium, de test. l. criminibus, qui accusar. poss. C. l. populoris, de popul. act. in P.* vt reliqui infames, *can. infames, 6. q. 1. vbi qui dican. infam. vide.*

¶ Infamia † etenim non solum iuris arcet accusantem: ea e- 5
nim proculdubio omnium consensu reiicit: sed etiam & facti, quam etsi aliqua ratiuncula excusetur: tamen inter bonos, & graues minuit bonam opinionem. *l. 2. de obseq. à lib. & liber. pat. præst. lib. 37. P. tit. 15. l. æquum patet, C. ex quib. caus. infam. irrog.* Et mihi persuadeo, inter bonos & graues annumerari iudices, qui viri boni gerunt officium. *l. cetera fam. ersisc. P.* Et infamis dicitur, cuius opinio læsa & imminuta est inter bonos & graues. *c. inquisitionis, § fin. de accusatio.* Existimatio quippe, est status dignitatis nostræ legibus & moribus comprobatus, qui ex delicto nostro, auctoritate legum vel minuitur vel consumitur. *l. cognitionum, § existimatio, de var. & extr. cogn. P.*

¶ Quinimo † & propter suspicionem quandam calumniæ 6
repelli posse accusatorem placuit, *l. alij propter suspicionem,*

Digitized by Google

de accusa. in P. can. accusatio quoque, 2. q. 7. etsi ante condemnationem calumniæ, calumniator infamis non sit. *l. athletas, §. calumniator, de iis, qui not. infa. in P.* Nec ignoro tamen Bartolum, *in l. qui accusare, num. 7. de accusat.* Baldum & Imolam, *in l. in qui reus, eod. tit.* hanc infamiam solam facti non esse sufficientem ad repulsam accusatoris dixisse: eo quod delictum non reiiciat, nisi condemnatum, *l. qui accusare, eod.*

7 ¶Verum† hoc quidem intelligo, quando iudex eam ignorat, vel vt iudex ideo non reprehendatur, si ita notatū infamia facti solum admiserit. Ceterum, num reiiciatur, in arbitrio esse iudicis, *c. inquisitioni, §. fin. de accusat.* & satius facturum, si reiiciat huiusmodi infamia notatum, quam si admittat, existimo, etsi de eo crimine is damnatus non sit. Idque mihi æquius videtur, cum iudicia sine suspicione fieri debeant, *l. apertissimi, C. de iudic. c. suspicionis, de offic. deleg. lib. 1. Decreta. tit. 29.* & suspicio rationabilis dicatur, quæ si probata esset talis, legitima haberetur, *ca. cū speciali, de appell. & cap. vt debitus honor. eod.* Accedit quod testis, & plus quā testis accusator est. Et proinde. saltē vt in teste, admittere debemus, iudicē inquirere debere, num sit inhonestæ vel inculpatæ vitæ: nā & testem infamia vitæ sola repellit; etsi accusatus vel damnatus eā ob causam non sit, *l. 3. l. testium, §. pen. de testib. in P.* cum & eadem fere in accusationib. ac in testibus exigamus. *gl. fin. & ibi Bart. in l. qui iudicio, de accusat.*

8 ¶Non† eo tamen inficias absolutum à crimine, ideo solum, quod suspicio criminis sit, reiiciendum, sententia absolutionis rite & legitimo ordine prolata, quæ transiit in rem iudicatā: aliter enim contra iuris regulas, *l. licet, §. pen. nau. caupo, stabul. in P. ea. de iisdem, de accusat. l. Senatus censuit, P. eod.* de eodem crimine esse bis iudicare. Nisi forsan quis suas vel suorū prosequatur iniurias, quo casu via exceptionis potest quis crimen obiicere iudicatum, *l. si cui crimen, §. 1. de accus. in P.* aliter non licet, quia absolutio rei iudicatæ, pro veritate habetur *l. ingenuū de stat. homi. l. res iudicata, de regul. iur.* Quod si de crimine quis semel damnatus sit, & pœnam subierit, certe de eodem crimine repeti, *l. sanctio legum, de pœn. in P.* non potest accusatio, nec pœna sumi iterum cum is in pristinum rediisse dicatur statum. *l. pen. C. eod.* Verum remanet postea suspicio cōmittendi facile similis criminis, vnde repellitur huiusmodi. *l. si cui crimen, §. isdem criminibus, de accus. & l. alij, eod.* Nec M. Fiduſtius Senator à M. Antonio alia de causa, vt ait Plin. *lib. 7. cap. 11.* proscriptus est, quam quod à L. Sylla alias fuisset proscriptus.

9 ¶Quemadmodum † probatum est propter calumniæ suspicionem, inimicos ab accusatione arceri, *can. quod suspecti, can. ea nomina, ca. omnes accusatoribus, 3. q. 5.* in dubiis enim benigniorem sequi oportet viam, *l. interpretatione legum, de pœn. P.* & satius ab initio præcauere, quam post vulneratam causam remedium quærere. *l. 1. in quib. caus. in integ. restit. non est necess. C. l. 1. quan. lic. sine. iud. se vindi.* Intelligimus nihilominus suspicionem nō leuis præsumtionis, sed argumentis probatæ, iuris & de iure: veluti qui aliquid commisit, in eodē genere mali suspectus, & ideo repellendus dicitur. *vt in l. 3. §. ité quærendum, vers. si autem, & §. si curator, de sus. tuto. in P.* Sicuti & semel bonus in eodem genere boni, talis semper præsumitur. *l. non omnes, §. à barbaris, de remil. in P. l. si filium, C. de liber. caus.*

¶Prohibētur † eadem quoque ratione, vt suspecti criminū, socii accusare socios, *l. si duo, de dolo, in P. l. si filium, C. de libe. caus.* ne quis inquit lex, *l. fi. C. de accus.* sibi blandiatur obiectu cuiuslibet criminis, de se in quæstione confessus, veniam sperans propter flagitia adiuncti: vel ne propter communionem criminis, personæ superioris optet consortium: aut ne ipsa supremorum suorum sorte, inimici supplicio velit saluari, aut eripi se posse confidat studio, vel priuilegio nominati.

11 ¶Nec † creditur eius accusationi, qui moriturus crimen in alium contorquet: nisi & ipsum aliis fulciatur probationibus. *l. si quis graui, §. si quis moriens, ad S. C. Syll.* Quamuis & aliæ accedant in horum reprobatione causæ, vt pote, quod particeps sceleris non sit iustus reprehensor morum, quos ipse approbauit. *l. in arenam, C. de inoff. test.* Et sociorum criminis pro sociis non admittatur testimonium, *l. quoniam. C. de test.* quia inde consequi possunt vtilitatem: culpam in alium transferendo, vt ipsi liberentur. Et sic in propria causa dicerent testimoniū, quod prohibitum est, *l. omnibus, eo. l. nullus. eod. in P. ca. si testes omnibus, 4. q. 3. c. nullus. in 1. & 2. 4. q. 4.* Propria causa dicitur, ex qua quis emolumentū vel damnū consequi potest. *l. 1. §. in propria. quan. appellan. sit.* Excipio tamen casus, in quibus receptū ob immanitatem criminū torqueri reos in caput sociorum: veluti si de latronib. detegendis agatur, *l. diuus Adrianus, de custod. reor.* potissimū Isauricis, *l. prouinciarū. de feriis, C.* de falsa moneta, *l. 1. C. de falsa. mo net.* de maleficis, *l. fin. C. de mathem.* de criminibus seruorum, *l. fi. ad exhib. in P.* & similium. ¶Suspicio† etiā corruptionis reiicit pauperes in iure ab accusatione, *l. nonnulli, de accus. in P. can prohibentur, 2. q. 1.* si non habent 50. aureos in bonis, vel centum, *§. sed nostra, de succes. liberto.* Cogit enim paupertas ad illicita & immania, vt etiam audeat ideo vendere proprium filium. *l. 2. de patr. qui fil. dist.* Et Horatius. *lib. 3. Oda.*

Magnum pauperies opprobrium iubet.
Quidvis & facere & pati.
Virtutisque viam deserit arduæ.

Et Martial. *lib. 11.*

— O quantum cogit egestas!

¶Verum† hodie cum probitas hominum non ex pecuniis pē deat, si ea & fides in paupere eluceant, bonus iudex nō ideo cōtemnet accusationem: sic enim & iura distinguunt. *l. nec ei, §. 1. de adopt. P. §. fin. de sus. tutor.* Eritque in arbitrio iudicis, definire quā titatē patrimonii pro paupertate cōuincēda. *glo. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor, per leg. tam dementis. C. de episcop. audien.* 13

¶Huc† pertinet suspicio illa turpis lucri captandi in eo, qui duos accusauerit, adhuc tertium accusare desiderat: ideo repulsus ab accusatione, *l. hos accusare. §. lege Iulia, de accusa. in P. l. cum rationibus, C. eod.* nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam, *l. hi tamen, de accus. in P.* 15

De prohibitione accusandi ob Sexum.

Cap. 13.

1 *Mulier quare non potest accusare regulariter, nisi suam vel suorum prosequatur iniuriam, & 4.*
Mulier aut odit, aut amat, non datur medium.
Varia est. Non iudicat: nec postulat. eod.
2 *Caia Affrania causidica impudica.*
3 *Senaculum mulierum inductum, postea sublatum.*
4 *Falsas tabulas cur mulieres accusare possunt testamenti.*
6 *Mulieres de annona quare accusant.*
7 *Mulier in certis criminibus potest denuntiare, non accusare.*
8 *Maiestatis crimen quomodo mulieres obiicere possunt.*
9 *Suspectum tutorem quando mulier, & quæ accusare possit.*
10 *Sexus distinctio in quibus facienda.*
11 *Adulterium, quomodo obiiciat marito vxor.*

MVlieres,† quæ nec suam, nec suorum prosequuntur iniuriam, ab accusandi officio arcentur. *l. 1. & 2. l. qui accusare. l. si de accus. in P. l. de crimine. C. qui accu. non poss. l. Senatus consulto, eo. tit. ca. de crimine, 15. q. 3.* Siquidem iure reiiciuntur ab accusatione, siue affectione aliqua amicitiæ, vel odii laborant. *ca. repelluntur, de accus. c. canonica, tap. quia suspecti, c. omnes, 3. q. 5.* Nec accusatio vnquam, vt ait Philo Iudæus, *lib. in Flaccum*, tam est molesta, quam cum ex professo inimicis committitur: imminet enim tunc periculum calumniæ, qui reiicit accusatorem. *l. alii propter de accusa.* Ceterum mulier aut amat aut odit, nihil datur tertiū, vt ait Mimercus. Et modus mulieris nullus est, teste Plauto *in Penulo.* Extrema tantum sequitur, eaque percupide, vt neque ob ea liberis propriis parcat, vt tragici nos monent exēplo Medeæ, vt Libanius, *in declamatione Medeæ*, & aliarum, & Iustinianus quoque, *l. lex quæ tutores, C. de adminis. tuto.* & à nimio amore facile in odium implacabile & calumnias transeunt, vt illa Putipharis principis eunuchorum Phoraonis facto docuit, *Gen. c. 39.* quæ contemta merito à Iosepho, in eum sæuissimam calumniā meditata est. 1

¶Dehinc† accusatorem fixum verūque semper esse oportet vt scribit Cicero *1. in Verrem.* nec variantem vel desistentem ab ab instituta accusatione, *l. §. 1. & §. accusatorem, ad S. C. Turpil.* vt ab iis egitur testimonium, quorum fides non vacillat. *l. 3. de testib. in P.* Porro mulierum natura varia, & mutabilis. *ca. forus, de verb. sign.* Et Diuus Ambrosius mulierem à mollitie, & mentis mutabilitate dictam arbitratur: ficuti virum à virtute. *can. quod proposuisti. 32. quæst. 7.* Diocletianus & Maximinianus quoque vocant voluntates mulierum momentaneas, *in leg. filia inorbitare C. de inofficios. testam.* Ideo & hoc præcipitium inconsideratæ voluntatis mulieribus occlusum est: ne sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiæ earum conuertatur, vt ait Iustinianus, *in §. 1. quib. alien. lic. vel non.* Atq; cum in multis conditionis deterioris fœminæ viris sint. *l. in multis, de stat. hom. in P. l. fin. C. de arbit. Specul. colligit, 37. cas. tit. de procur. in §. 1. in 1. pari. Specula.* inter cetera, & actus illis iudiciales publici ademti iure communi sunt, vt iudicandi, *l. fin. de arbi. C. l. cum prætor, de iudi. in P.* & causas publice agendi in foro, *l. 1. §. sextū, de postu. in P.* à tempore Calphurniæ, quæ causam dedit edicto, siue eam melius Caiam Afraniam dicas, quæ Romæ insignis impudentiæ fuit, cuiusdam Licinij Bructionis vxor, quæ in vsitatis foro latratibus assidue tribunalia excercendo, ad muliebris calumniæ notissimum exemplum euasit, vt Valerius Max. tradit. *lib. 8. cap. 3.* Nec hic sunt obiicenda priuilegia, & quæ aliquando bene successerunt, ex persona fœminarum: nam ea quæ raro fiunt, non merētur legem, *l. 3. 4. 5. de legib. in P.* Erat Debora Prophetes, quæ iudicauit populum. *Iudicum, 4.* Iudicarunt & aliquando ex priuilegio, vel consuetudine patronæ de clientibus in Gallia. *ca. dilecti, de arbit.* & alibi, *c. dilecti, c. significauit, de rescript.* inter subditos vel per se, vel per alios prudentes. 2

¶Sed † hæc rara & periculosa cum sint, imitanda nō sunt. Et ea, quæ iam contigerunt sapientiores efficere debent posteros. Quid enim sperandum est à muliere, quam muliebre, aut pessimum, 3

Digitized by Google

mum, aut ridiculum? Quod experientia illius senaculi matronarum, ex permissu Heliogabali, seu Vari vel Antonini dicti, instituti ob matris suæ indulgentiam. Quodque eo cum matre necato, sublatum est, statutumque, ne vnquam vlla mulier senatum Romanum ingrederetur: vt antea Heliogabalus matrem admiserat, vtque inferis eius caput deououeretur, dicaretur, per quem id esset factum, teste huius rei locupletissimo Lampridio *in Heliogabal.* Vt & postea Aureliani Cæsaris conatus, restituere senaculum matronis volentis in irritum cesserit. *Flauius Vopiscus in Aurelano.*

4 ¶ Cur † autem mulieribus liceat accusare, si suam suorumque prosequantur iniuriam, ratio certe esse potest, quod præsumtio est tunc eas non temere ad accusandum, sed consulto veniisse, & ideo non facile destituturas accusationem, quia tenaces memoria iniuriarum sunt, & vindictæ summopere cupidæ: & si de lucro captando ex ea accusatione instituta agatur, difficilioris prævaricationis, vtpote auariissimo genere illarum exsistente. *l. sed si ego, ad S. C. Vellei. in P.*

5 ¶ Proinde † existimarim expiscandam inde rationem, cur in crimine falsarum tabularum accusatrices admittantur, *l. 2. de accusat. P.* nempe, quia sua interest, nō autem vt interpretes; reor, id esse receptum propter grauitatem criminis falsi: siquidem & ab eo accusando repelli non inuenio, si sua non interfit. *l. etsi ea te, ad l. Cornel. de fal. C. l. Senatusconsulto, qui accusa. non poss. C.*

6 ¶ Forsan † & eadem ratione receptum dicemus, mulierem in crimine legis Iuliæ de annona accusare posse, *l. mulierem propter, de accusat. in P. & l. fin. ad leg. Iul. de anno. can. prohibentur, §. mulierem, 2. q. 1.* propter publicam & consequenter suam vtilitatem: interest enim & mulieris non onerari, vel fraudari annonam, ex qua & ipsa commodum vel damnum cōsequitur. Hinc enim fames oritur, & cariores res redduntur. *l. annonam, de extraordin. crimin.* Sed probabilior sententia alia mihi, potius mulieres recipi ad detegendas & denuntiandas, quam accusandas fraudes in annona commissas. Moueor verbis Papiniani his, *in l. fin. §. fi. ad l. Iul. de anno, lib. 48. P. tit. 12.* Ex Seueri & Antonini rescripto. *Etsi non solent hoc genus nuntiationis mulieres exercere: quia tamen demonstraturam te ea, quæ ad vtilitatem annonæ pertinent, polliceris, præfectum annonæ docere potes.* In quibus explicandis nuntiationem, pro accusatione publica accipi, Accusf. persuadere nititur, quod non probo. Nam & Martianus *in l. mulierem, de accusa. in P.* sic scribit: Mulierem à præfecto annonæ audiri deferentem, Seueri & Antonini rescripto. Multum autem interesse inter delationem, & accusationem iam explicauimus, vt non oporteat ita confundi. Neque omnis qui potest denuntiare, potest accusare. *ca. ad dissoluendum, de despons. imp. C. l. quemadmodum, §. fi. de iureiur. apud Greg.*

7 ¶ Idipsum † existimauerim dicendum, in quæstione accusationis criminis maiestatis: vt audiendas mulieres, non tanquam accusatrices, sed vt detegentes vel delatrices putem. Et ita Papinianum *l. in quæst 8. ad leg. Iul. maiest. in P.* cēluisse opinor, dum ait: *in quæstionibus læsæ maiestatis etiam mulieres audiuntur.* Explicatque statim exemplo, *Coniurationem denique Lucij Catilinæ Fuluia mulier detexit, & M. Tullium Consulem in iudicium eius instruxit.* Cuius verba delationem tantum probant, & ex exemplo facti Fuluiæ liquet. Ea enim, vt auctor Salustius, *in coniurat. Catili.* habebat veterem stupri consuetudinem cum Q. Curio coniurationis Catilinariæ consorte, à quo cum narrasset pluribus audita de ea coniuratione, quantumque periculi immineret Reipublicæ, suppresso nomine Curij & auctoris, quod dixerat ad aures Ciceronis peruenit, & ita ansam oppositionis & præuentionis coniurationis dedit. Idque citra iudicij formulam, vt ad amussim tradit Appianus Alexandrinus, *lib. 2. de bellis ciuilib.* Receptum autem est in hoc crimine testimonium mulieris, ob difficilem alioquin coniuratorum detectionem. Quamobrem & in hoc quoque omnium habetur testiū æqua conditio, quanquam in aliis reiiciantur. *l. nullius. C. ad l. Iul. maiest.* vt & in aliis criminibus, quæ solent secreto & clam committi, vt in simonia, *l. si quemquam, de episc. & cler.* Non tamen istæ denuntiationes concessæ arguunt permissam fuisse accusationem: siqu dem qui denuntiat, ab accusatione desistere potest, sine metu pœnæ calumniæ. *licet in beato Petro, de accus. §. quia vero plurimas, vt lic. mat. & auiæ, in auth. coll. 8.* Non erit itaque recurrendum posthac ad illas exceptiones glossarum & interpretum, qui hoc & pleraque alia, quæ ad ius commune non possunt referri, singuli iure admittenda, & sæpe sine ratione putant.

8 ¶ Sicuti † dum inueniunt mulierem suspecti, accusationem instituere posse, *l. 1. §. consequens, de suspe. tut. in P.* sed, inquiunt, iure singulari: cum tamen iure communi tantum ad id admittantur, non quidem promiscue omnes, sed illæ quarum interest, quæ iure necessitudinis iunguntur pupillis, quorum iniurias prosequi possunt, & maxime quia aliquando illis possunt succedere, & consequenter interest earum, illorum bona conseruari, & remoueri suspectos tutores.

9 ¶ Quod † si quis tam Platonicus videri velit, vt hæc munera mulieribus velit accusandi etiam communicanda, & contendat iure etiam Cæsareo sublatam, *l. maximum vitium, C. de libe. præter. l. lege 12. Tabul. C. de legit. hær. §. nostra, de exhered. liber. apud Iustinia.* sexus differentiam, & naturæ vocato s accusatores, qui fœmineo sexu distinctionem in iuribus constituunt: Respondebo, sublatam quidem differentiam in his, quæ communicari possunt: verum sicut sexus ipse non potest vtriusque confundi, & impossibile est, mulierem virum esse: sic & quæ proprie viri sunt, differre à mulieribus, & contra, necessarium est. Fragilis natura & mutabilis mulierum vt mollior, vt ei lenitora etiam solum in republica, mulieroſus in hac parte Plato quamuis, communicanda censuerit, statueritque, non grauiora, quæ solis viris tractanda relinquit. *5. de Republ. vel de Iusto.* Et iura propter pudicitiæ periculum, eas interesse consortiis publicis noluerūt. *l. maritus, de procur. C.* Concludamus etgo, reiici ab accusatione publicorum iudiciorum mulieres, nisi suam vel suorum persequantur iniuriam, vel si quid interfit illarum. Neque ideo minus ei licere denuntiationes facere: imo & licere illis crimen publicum inferre, at non iure accusationis, sed ciuili quodammodo, vt vel se, vel sua defendant.

¶ Vt † accidit, quando de adulterio maritum interpellant, 10
l. viro & vxore, sol. matr. P. non enim ob vindictam publicam id facere videntur, sed vt thorus separetur, & lucra nuptialia ob delictum consequantur, *c. plerumque, de donat. inter vir. & vxor. l. consensu, §. vir quoque, de repud. C. l. Lucius, & l. cum mulier, sol. matrim. in P. §. quia vero plurimas, & §. caussas. vt lic. mat. & auiæ, in auth.* quę separatam habent prosecutionem. *c. tuæ, de procur.* Nec iure ciuili pro crimine adulterij licet vxori reum facere maritum. *l. ad leg. Iul. de adult. C.* Nec iure proprio, quia lex Iulia vetat: nec iure extranei, quia mulier. *6. ap d misericordem iudicem, 32. q. 1. vide ratio. apud Iac. de Bello visu, in tract. crimi. situ. de lenonib. n. 40.* Prohibente etiam lege antiqua 12. Tabul. de qua Gellius, *li. 10. c. 23. qua, in adulterio vxorem si deprehendisses, sine iudicio impune necares: illa te, si adulterares, digito non posset contingere.* Receptum tamen vxorem ream adulterij factam, via exceptionis posse maritum lenocinij deferre: non autem accusare, verumtamen ex eo à iudice puniendum. *l. 2. §. si publico, vers. vnde, ad l. Iul. de adult. in P.* Neque puniebat lex ciuilis virum de adulterio à muliere acculatum. Quamuis lex Christiana in vtroque coniuge adulterium punibile æquo iure statuerit, quo vtimur. *ca. Christiana, 32. q. 5.* Et secretam etiam simoniam detegentes mulieres, placuit audiri. *ca. tanta, de simon.*

De Prohibitione accusationis ob ætatem.

Cap. 14.

1 *Pupilli, si eorum interfit, accusant, non alieni.*
2 *Tutores quando pro pupillo accusant.*
Curator, quando pro adulto conuenitur.

PRopter † ætatem prohibentur accusare pupilli, *l. qui accusare, 8. de accusat. P.* nisi ad eos negotium pertineat: & tunc ex consilio tutorum, vel cum illis agunt, vt si patris auique mortē vlciscantur. *Vlp. l. mulieri, 6. de popul. actio. lib. 47. P. tit. 23. Papin. l. 2. §. pupillus, de accusat. in P. l. de pupillo, de nou. oper. nunt.* 1

¶ Interdum † autem tutores tenentur in se iudicium suscipere pro pupillo: interdum illos ipsos pupillos exhibere, vt 2
ipsis auctoribus iudicium suscipiatur. *l. 1. §. Iusficit, de admi. tut.* Suscipiunt autem pro infantibus, pupillis scilicet, qui fari non possunt, *l. si infanti, de iure deliber. C.* vel pro absentibus: iis autem qui septennium excesserunt, auctoritatem præstant. Sicuti in adultis, pro absentibus curator solus omnimodo conuenitur, iudiciumque suscipit. Præsentibus autem illis, agentibus, facultas & licentia datur, vel ipsum adultum præsentem in iudicium vocandi, vt consensu curatorum conueniatur: vel contra curatorem agendi, vt litem suscipiat. *a. §. Iusficit, l. 1. ae adm. ministra. tuto.* Adiicitur autem iis tutorum & curatorum persona, quia cautius & melius sit cum suasione perfectissima & responsa facere minores, litemque inferre: ne ex sua imperitia & iuuenili calore, aliquid vel dicant vel taceant, quod si non fuisset expressum, vel fuisset prolatum, eis prodesse poterat, & eos à deteriore calculo eripere. *l. clarum, C. de auctio. præst.* Accedit, quod minor sine tutoris aut curatoris auctoritate legitimam personam standi in iudicio standi non habet, *l. 1. 2. 3. quæ legit. pers. stan. in ind. habe. C. c. fin. de iudic. in 6.* nec ius dicendi sententiam habet, *c. ex parte, de elect. in 6. l. cum prætor, §. fin. de iud. in P.* vtpote qui & visa ignorat. *l. fin. de iur. & fact. ignor. in P. l. fin. rem pup. sal. fore, in P. l. 1. §. impuberes, de fals. monet. C. l. in eo quod plus, §. pupillis, de reg. iur.* Et indecorum est alios reprehendere eos, qui seipsos non norunt regere, *ca. indecorum, de æta. & qual.* qualis est pupillus, *§. penult. de Attil. tuto.* qui nec testis esse potest, ob lubricum cōsilij sui. *l. 3. lex Iulia, de testib. in P. §. testes, de testi. apud Iustin.* Sed de his hactenus, plura namque videnda in glos. cap. 1. de accusator.

Quare, & quomodo magistratibus, & quibus inter-

Digitized by Google

dictum est accusare: & accusari qui nequeunt.

Cap. 15.

1 *Accusatoria dignitas facit illegitimum accusatorem, quare.*
2 *Magistratus quare accusare non possint, & 3. & 4.*
3 *Archontæ magistratus qui.*
4 *Legatorum Romanorum constantia in contemnendis diuitiis.*
Amicitia priuata postponenda saluti, & mandatis reipublic. ead.
5 *Magistratus iure Romano qui accusari nequeant: &, qui possint, & quomodo etiam maiores. & 8.*
6 *Miltiadis bonitas, & calumnia, item Alcibiadis.*
Inuidiæ malum bonos & digniores impetit maxime 5. & 6.
7 *Absentes reipub. caussa accusari nequeunt.*
9 *Accusatio in superiores personas, & bona opinionis egre admittitur, aut nunquam.*

1 CAuendum† censeo, ne accusatores tantæ sint dignitatis, vt pro arbitrio opprimere possint reos, maiorum exemplo. Apud quos aliquando P. Africani accusatoris nimia dignitas, Lucio Cottæ profuit. Noluerunt enim sapientissimi viri, qui tum rem illam iudicabant, ita quemquam cadere in iudicio, vt nimis aduersariis viribus abiectus videretur, vt ait Cicero, *pro Metello*. Neque aliam ob caussam Cn. Cornelius maiestatis reus Q. Metello. L. Lucullo, Q. Hortensio, M. Lepido, P. Clodius incesti & sacrilegii accusatus, & M. Tullio Cicerone testimonium dicentibus, absoluti sunt, quod obiectum crimen caussæ nocuisse videretur, vt refert Valerius Maximus, *libr.* 8. *cap.* 5.

¶ Alij,† inquit Marcellus, *l. qui accusare, de accusat. P. idem in*
2 *l. si maritus sit in magistratu, ad leg. Iul. de adult. in P.* accusare non possunt propter magistratum potestatemve, in qua agentes sine fraude in ius vocari non possunt *d. l. qui accusare, & 2. de in ius voc. P. l.* nec magistratibus, *de iniur. in P.* In fragmento etiam literarum Adrian. Cæsaris, *l. pars literarum, 48. de iudic. lib. 5. P. titul. 1.* τὺς ἄρχοντας ἐν ᾗ ἄρχουσι ἐνιαυτῷ, μὴ εἰσάγειν δίκας ἰδίας: μήτε διωκάζειν, μήτε φεύγοντας, μήτε ἄλλῳ ὑπὲρ τούτου ἀγωνίζεσθαι εἶναι, &c. id est, *magistratus ἄρχοντες, quo anno cum imperio sunt, neque propriam, neque eorum, quorum tutelam vel curam gerunt, caussam in iudicio vel agendo vel defendendo sustinento. Simulac vero magistratus dies exierit, non ipsis tantum aduersus reos suos, sed etiam alios aduersus ipsos, licitem intentare ius fasque esto.* Hoc tamen exemplar literarum Alciatus ratus est, *lib. 4. disputatio cap. 6.* loqui tantum de summis Athenienſium magistratibus, nec ad Romanorum magistratus pertinere. Mihi autem placet, & ad Romanorum magistratus maiores pertinere.

¶ Nam† quamuis sciamus, ἄρχοντας fuisse principes summos
3 Athenienſium, qui iudices constituebant, præerantque iudiciis ex quibus vnius nomine fasti describebantur, sicut apud Romanos per consules, vt notat Iul. Pollux, *lib. 8. Onomast. vbi agi de nominibus magistratib. Athenienſ.* Nihilominus & verum est, ἄρχοντα etiam vsurpari pro quolibet principe, duce, vel magistratu sumo: veluti Aristoteles dixit, *lib. de Mundo,* στρατοῦ ἄρχοντα, καὶ πόλεως, καὶ οἴκου, principem seu archonta exercitus, ciuitatis, & domus. Thucidides ἄρχοντα τῆς ἱππικῆς principem seu ducem equitum. Et Iulius Pollux, *lib. 8. c. 1.* ἀπὸ ἀρχῆς scribit, ἄρχοντα dici & ἡγεμόνα. ἀφ' οὗ πάλαι βασιλέα, δυναστεύοντα, ὕπαρχον, στρατηγοῦντα, &c. Maiores Romani itaque magistratus archontes dici possunt, & Adriani epistola cõtinentur, quales erant prætores, consules, & alij, qui creabantur centuriatis, comitiis, non qui tributis & curiatis, qui minores erant, *Gell. lib. 13. c. 14. l. 1* C. *vt omnes iud. tãcant. quam crim.* Idcirco obseruare licet verba Vlpiani, dũ ait, *in l. nec magistratus, de iniur. in P.* sed verius est, si is sit magistratus, qui sine fraude in ius vocari non potest, exspectandum esse quoad magistratu abeat. Vnde liquet & alios esse, qui sine fraude in ius esse possint, etiam apud Romanos, & qui non possint, dum gerunt magistratum. Et rursum idem Vlpianus, *l. si maritus sit in magistratu 25. ad leg. Iul. de adult. in P. & putat Pomponius debere dici quoad. maritus magistratum gerit patris quoque accusationem impedienam ne surripiatur marito ius, quod cum eo æquale habet.* Hinc & factum, vt neque volentibus priuatis, cum quibus prætori agẽdum est, sine auctoritate principis ius esset in iudicio exsistendi. *l. ille à quo §. tempestiuum, in fine, ad S. C. Trebell.* Nec placet glossa, *in l. si adulterium, 38. in § fi. in verb. reus, ad leg. Iuliam de adult. in P.* quæ hoc ius non vocandi vel exsistendi in iudicio, communicat maioribus & minoribus magistratibus, quia repugnant iam probata: & constat minores magistratus vt municipales, si damnum dederint, posse in iudicium vocari, *l. quemadmodum, §. magistratus, ad l. Aquil. in P.* & iudices ordinarios, *l. de ordinario, de officio præfect. Orien. C.* Sed cur magistratibus maioribus potissimum olim erat ademta priuatos accusandi facultas, audiamus. Quia eorum cura & solicitudo magis vniuersorum, & rempublicam respiciebat, quam priuatorum accusationem *Paul. in l. quibus præcipua, 57. ad verb. sign. l. & quidata opera, ex quib. caus. maior. in P. l. 1. de magistrat. conuention.* Imo omissa proprie iniuriæ solicitudine.

¶ Celebre† exemplum Romanorum apud Tarentinos legatorum, qui cum Tarentum ad res repetendas missi fuissent, cũque grauissimas iniurias ibi accepissent, vnus etiã vrina respersus esset, in theatrum, vt est consuetudo Græciæ, introducti, legationem quibus acceperant verbis peregerunt: de his quæ passi erant, conquesti non sunt. *Val. Max. lib. 2. c. 1.* Sic Publius Popilius ad Antiochum legatus à Romanis missus, vt eum abstinere Ægypto, aut si iam incepisset, excedere iuberet: cum in Ægypto eum rex inuenisset osculumque ei rex obtulisset (nã coluerat inter cæteros P. Popilium Anthiochum, cum Romæ obses esset) tunc facessere interim priuatam amicitiã iubet, cum mandata patriæ intercedãt. Prolatoque Senatus decreto, & tradito cum cunctari regem videret, consultationemque ad amicos referre: ibi Popilius virga, quam in manu gerebat, amplo circulo inclusum, vt amicos caperet, consulere iubet, nec prius inde exire, quam responsum senatui daret, aut paeem, aut bellum cum Romanis habiturum, vt narrat Iustinus, *lib. 35. histo.* ex Trogo. Factum inde, vt milites, qui pro pace excubant, *l. mulierẽ, P. de accus. l. 1. de milit. testam. in P.* accusare passim non possint propter sacramentum, *l. qui accusare, de accus.* P. nisi suam aut suorum prosequantur iniuriam, *l. non prohibentur, & l. si crimen, qui accus. non poss.* C.

¶ Accedit† superioribus, quod iisdem rationibus, quibus interdictum est magistratibus maioribus accusare, & prohibitum
5 est, ne quamdiu gererent magistratum, accusarentur, vel in ius vocarentur, *l. hos accusare, de accus. in P. l. 2. de in ius voc.* qui enim præsunt, & ob potentiam inferioribus nocere possunt. Et contra, qui multis præest, multorum contrahit inimicitias & odia, & facile moliantur, qui oderunt calumnias. Nec populares, inquit, Aristot. *l. 6. Polit. c. 5.* accusatores in iudicijs vocare consueuerunt, sed nobiles,

Summa, Ouid. 1. de remed. Amo. petit liuor, perflant altissima venti,
Summa petunt dextra fulmina missa Ioue.

Atque,

Sæpius, Horat. lib. 2. Carm. ode 10. ventis agitatur ingens
Pinus. & celsæ grauiore casu
Decidunt turres, feriuntque summos
Fulmina montes.

¶ In† Miltiade erat summa humanitas, tum mira comitas, vt nemo tã humilis esset, cui nõ ad eũ aditus, pateret: in magna auc-
6 toritas apud omnes ciuitates, nobile nomen, laus rei militaris maxima. Hæc tamen populus respiciens Athenienſis (quoniam scilicet democratiam fouebat) maluit eum innoxiũ plecti, quã se diutius in timore esse, vt ait Æmylius Probus, *in vita Milti. Valer. Maxim. lib. 5. titu. de ingr.* Alcibiades quoque Athenienſis potens & maior quam priuatus existimabatur, multos enim liberalitate deuinxerat, plures etiam opera forẽ si suos reddiderat. Quare fiebat, vt omnium oculos, quotiẽscunque in publicum prodisset, in se conuerteret: neque ei par quisquam in ciuitate poneretur. Itaque non solum in eum spem habebant maximã, sed etiam timorem, quod & obesse & prodesse plurimum poterat: is tamen postea damnatus capite, restitutus, rursumque & tandem odio habitus. Cui maxime malo fuisse putatum est nimiam opinionem ingenii atque virtutis: timebatur enim non minus quam diligebatur, ne secunda fortuna magnisque opib. elatus, tyrannidem occupasset. *Æmylius Probus in vita Miltia.* Et vt ait Polybius *lib. 1. histor.* præclara facinora, & res ab aliquo egregie gestæ, magnam plerumque inuidiam, & graues calũnias conflare solent. Nec vlla vehemẽtior calumnia, teste Liuio, *li. 10. 4. decad.* quam quæ regnandi cupiditate suspicitur. Dicebat Demosthen. *orat. de Coro.* καλὸν, τὸ μισεῖσθαι γεγραφὼς φυγῆν. καὶ δικαίως. ἀλλὰ τί μᾶλλον ὁ πολλοὺς ἰδὼν φυγόντας. μισηθέντος δ' ἐξελαυνθῆναι δίκαιον, ἢ ἐγκλήματα γίγνεσθαι αὐδιαφόρῳ δίκαιος, id est, *pulcrum illud, nullius fieri reum criminis: imo sanè etiam fortunatum. Sed quinam aliquis si sit reus factus, nunquam reus peractus, vituperandus iure propterea fuerit?* Cato primus Portiæ gentis, optimus vir, senator optimus, Imperator optimus, optimus Orator dictus, tamen multorum odio laborauit: & ideo quater & quadragies caussã dixit, nec quisquam sæpius eo postulatus, tamen semper absolutus, vt auctor Plinius. *lib. 7. c. 27.* Iuraque Pontificia prædicant, viros præstantes calumniis multorum expositos obrodium malorum: ideo accusationes in eos facile non admittendas. *cap. qualiter. & quando, in 2. de accus.* Et vocatis in iudicium legatis, in legatione exceptio cõpetit iuris reuocandi domũ, hoc est, differendi iudicii, donec domũ redierint, & legatione functi sint. *l. 2. §. fin. de iud. in P.* ¶ Lex† Memmia etiam eorũ, qui reip. caussa abesset, nomina recipi inter reos vetabat. *Sueton. in Iul. Cæsar.* 7
c. 23. Recisumque est iudiciũ Cn. Dolabellæ, quo Philodamum Opontium damnauerat, tum cũ ei legatio Romã à suis ciuibus esset data, *Cic. Ver. 4.* Atque iudices & magistratus post depositos fasces, & abdicationẽ magistratũ & dignitatũ, in prouincia & administratione quam rexerant, remanebant per 50. dies, vt pateret tunc priuatis omnibus accusandi copia. *l. vni. vt omn. iudic. in ciuil. quam crim. & c. C.* Nam placuit magistratus etiam posse reos

Digitized by Google

sereos postulari pendente magistratu, sed differri eorum accusationem interim, cautione sistendi iudicio præbita, vsque dum honore functi essent, *l. si adulterum, §. fin. ad leg. Iul. de adult. P. l. nec magistratibus de iniur. in P. l. continet, §. fi. quod met. caus. in P.*

8 ¶ Non † pigebit tamen adnotasse casus quosdam, in quibus magistratus & maiores dum funguntur dignitate, in iudicio esse possunt: vt si accusent, & res ex delicto contrectata tempore pendente magistratus sit peritura, *l. Senatusconsulto, de offi. præsi. in P.* vel actio, *d. l. Senatusconsulto, & l. more litis, C. de rei vind. cum similibus.* Item si in officio delinquant, *l. iubemus, ad l. Iul. repet. C.* Alioquin grassandi daretur facultas, & tribunal fieret latronum spelunca, si asylum esset malorum. *Perinde est,* inquit Iamblicus, *periculosum, insanienti gladium, ac improbo viro magistratum committere.* Ideo & dignitatis honos crimine excluditur, & punitur admissum, *l. 2. & 3. vbi Senat. vel clar. C. §. si tamen contigerit, tit. vt differ. iud. aud. interpell. accusa. &c. in Auth. coll. 9.* potissimum hodie in Gallia, quæ habet suos magistratus perpetuos. Nec ideo dignitatum abdicationem exspectemus, nisi ob crimen, mortem, vel eiurationem. Neque tamen temere aut leuiter in eos admittitur accusatio, sed re perpensa, & grauissimo de crimine.

9 ¶ Idipsum, † quod in summis magistratibus, & in præstantissimis viris, qui aliquando fideliter commissam sibi rempublicam gesserunt, statuendum est, & in iis qui præsunt: scilicet ne temere inferiorum in eos & superiores admittatur accusatio. *cap. omes, 6. q. 1.* Exstat maiorum exemplum in Metelli caussa, qui cum reus repetundarum factus fuisset, & causam diceret, tabulæque eius ab accusatore expostulatæ, & ad nomen inspiciendum circa iudicium ferrentur, totum consilium ab earum contemplatione oculos auertit, ne de aliqua re, quæ in his relata esset, videretur dubitasse. Non in tabulis, sed in vita Q. Metelli argumenta sinceræ administratę prouinciæ legenda sibi iudices crediderunt: indignum rati integritatem tanti viri, exigua cera & paucis literis perpendi, *Valer. Max. li. 2. c. 5.*

De personis reiectis ab accusando ob status conditionem.

Cap. 16.

1 *Frater fratrem de crimine non accusat impune.*
2 *Fraterna inimicitia perniciosissima.*
3 *Familiaris accusatio non auditur.*
4 *Filius patrem nullo modo accusat, nec matrem.*
5 *Ingratitudinis exheredandi & reuocandi donationem caussa accusasse de crimine patrem aut matrem.*
6 *Alumnus patrem nutricium non potest accusare.*
7 *Pater si velit accusat & desert iudici filium, & eius oblatio minuit pœnam filio delinquenti.*
Et num. 8.
8 *Rhaconis erga iustitiam, & filij delictum mirabile exemplum.*
9 *Filij contumacis pœna ex lege diuina.*

1 SVnt † quædam status conditiones, quæ reiiciunt etiam accusatores, *l. qui accusare, de accusatio. P.* Itaque frater fratrem nõ accusat de grauiori, & capitali crimine: & si de facto id ausus fuerit, exsilio punitur, *l. si magnum, qui accus. non poss. C.* de leui accusat, *d. l. si magnum, & l. si sororem, C. eo.* Leuia dicuntur, priuata, quæ summarie & de plano potest prætor discutere, *glo. in l. leuia, de accus. in P.*

2 ¶ Sanctio † hæc humanæ societatis & amicitiæ fraternæ continendæ caussa videtur inducta. Quæ maxima est, vt contra, dum in inimicitiam degenerat, odium habet fere implacabile, & domorum & familiarum subruit fundamenta. Exemplo est Pelopidarum familia intestinis odiis atrocissime conuulsa ab Atreo & Thyeste. Et Oedipodi regia fratribus Etheocle & Polynice, quorum nec post mortem quieuisse discordiam ferunt Callimachus, & Ouidius in Ibin. Et primum homicidium in fratre admissum à Caino legimus, *Genes. c. 4.* & multa scelera mo litos fratres filios Iacobi in Ioſephum fratrem, quod eos accusasset crimine pessimo, *Genes. c. 37.*

3 ¶ Accedit quod sola familiaritas (quæ inter alios maior vix est, quam ea quæ inter fratres est, qui vna ab ineunte ætate nutriuntur) inhibet, ne familiaris familiarem crimine accuset. Atque lex huiusmodi antequam loquatur, à limine accusationis detrudit. & vocem tam funestam potius amputandam, quam audiendam statuit, *Arcad. & Honor. CC. in l. pen. qui accus. poss. C.* excepto crimine maiestatis. Ad speciem proditionis pertinere quoque videtur, eum, quem amicum esse existimaueris, videre accusatorem: atque acerbiora sunt & plus quam hostilia vulnera, quæ ab eo, quem tecum vna conuiuam & conscium cogitationum admiseris, inferuntur. Sic Daniel, *Psalm. 54. Si inimicus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. Et si is qui oderat me, super me magnaloquutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero vnanimis dux meus & notus meus, qui simul mecum capiebas cibos, in domo Domini ambulauimus cum consensu, &c.* Et rursum, *Psalm. 40,* ita conqueritur, *Etenim homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.*

4 ¶ Intercedit † vltra familiaritatem & communem vitam inter patrem & filium pietas, & vinculum quoddam honorandum: quo fit, ne filius patrem accusare possit. *d. l. qui accusare, §. final. de accus.* Arbitror & olim Lycophronem Periandri filium ideo relegatum: tanto enim odio patrem est prosecutus propter Metissam matrem, filiam Procli Epidauriorum tyranni occisam, vt in Coreyram relegari maluerit, quam vllum reconciliati animi signum ostendere, teste Herodoto, *in 3.* Cham cum successura ei sobole seruituti adiudicatus, quod patrem ebrietatis apud fratres incusasset, *Genes. c. 9.*

5 ¶ Et † inter causas ingratitudinis exheredationis legitimæ illa, *§, causas, vt cum de appell. cog. in authen. colla. 8.* si filius patrem in criminalibus caussis accusauerit, vel per delationem suam eum fecerit graue dispendium sustinere. Et reuocatur per patrem donatio facta filio tanquam ingrato, si ei aliquod vitæ periculum intulerit, *l. sin. C. de reuoc. donat.* Quod in matre locum, quanquam ad secundas peruenerit nuptias, *authent. quod mater, C. eodem.*

6 ¶ Et † ob officium paternum receptum, nõn licere alumno cum, apud quem enutritus instar filii est, accusare, *l. iniquum, C. qui accusa. non poss.* Cornelius Tacitus, *lib. 4. Annal.* vt miseriarũ & sæuitiæ exemplum atrox refert sub Tiberio: reus pater Q. Vetius Serenus, accusator filius, etsi de crimine maiestatis ageretur.

7 ¶ Verum tamen † non eadem seruantur in patre erga filium, imo pater si velit, potest accusare filium, vt contumacem, vt insidiantem sibi, si pietas & ratio naturalis animi sui non reuocat intentionem, *l. propter insidias, C. qui accus. non poss.* Exstat & Alexandri Cæsaris rescriptum, *in l. 3. de pat. pot. C.* quo pater iure proprio, scilicet potestatis, potest castigare filium, & contumacem offerre præsidi prouinciæ, dicturo sententiam, quam ipse pater voluerit. Idipsumque statuerunt Valerianus & Galienus, *l. congruentius, de patr. pot. C.* Sic Vlpianus, *l. nec quicquam, §. de plano, de offic. proconsul. & leg. in P. De plano,* inquit, *proconsul expedire debet, vt parentibus & patronis obsequium reddatur: comminari etiam & terrere filium à patre oblatum, qui non vt oportet conuersari dicetur.*

8 ¶ Iudicis † autem officium, in istis paternis delationibus erit, siue crimen in se commissum deferant, siue in alios, mitius quã rigor iuris postulet, animaduertere: ne pater ad supplicium videatur filium detulisse, & ita carnificis officio functus. *l. milites agrum, 13. §. fi. de re mili.* alioquin capite puniendus. *l. non omnes, §. desertor. eod. tit.* P. Exemplum celebre iudicii Artaxerxis regis Persarum: cum enim Mardus quidam genere, nomine Rhacones haberet filium contumacem, & monita sapientiæ aspernãtem Cartomem comprehensum manibus in terga reuinctis ad iudices adduxit, ibique quæcunque vnquam per audaciam deliquisset cum accusatione commemorauit, & à iudicibus postulauit, vt ad mortem raperent. At illi consternati animis, suis sententiis condemnare noluerunt, sed vtrumque ad regem Persarum Artaxerxẽ adduxerunt. Is autẽ constanter instante patre adolescentem præsenti culpa liberauit, grauissimam mortem interminatus, si præter antec edentia peccata in posterum simili in crimine deprehensus fuisset. Et Rhaconem, qui tam seuere & incorrupte de liberis sententiam dixisset, collaudatum in collegium regiorum iudicũ cooptauit, teste Æliano. *lib. 1. de var. hist. c. fi.* Accusauit de crimine Saul filium Ionathan, & morte damnauit, sed eripuit eum populus, *1. Regum.* Sicut & Saleuci filium populus à pœna adulterii, quam inferri iusserat pater. *Val. Max. lib. 6. cap. 5.*

9 ¶ Lex † diuina tamen iubet relapsorum delicta in ipsum patrem commissa seuerius vindicari, cuius hæc verba. *Deut. c. 2. Si genuerit homo filium contumacem & protervum, qui non audiat patris vel matris imperium, & coercitus obedire contemserit, apprehendent eum & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos: filius iste noster protervus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat & luxuriæ atque conuiuiis: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat.*

De prohibita libertis patronorum, & seruis dominorum accusatione.

Cap. 17.

1 *Liberti patronos accusare nequeunt. Nec contra patroni libertos.*
Serui accusare dominos non possunt: at de iniuria illorum iuste recte conqueruntur. eod.

Digitized by Google

Maiestatis crimen à seruis & libertis dominis & patronis obiici potest. Sed non facile, nec nisi cum aliis concurrentibus. eodem.
Et num. 2.
2 *Seruorum dominos accusantium pœna.*

1 NEque † etiam liberti patronos accusare possunt, *l. qui accusare, in fine, de accus. P. l. fin. C. qui accus. non poss. l. libertorum, C. de testib.* licet tamen eis de eorum nimia sæuitia conqueri apud præfectum vrbis: vt & seruis aduersus dominos, *l. 1. §. seruos, & §. quod autem dictum, de offic. præfect. vrba. P.* Nec id etiam præses contemnit, nec tam fauore seruorum, quantum dominorum, quorum interest, ne auxilium contra suam sæuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur iis, qui iuste deprecantur, *l. 2. de iis qui sunt sui vel alien. iur. P. §. pen. eod. tit. apud Iustin.* Et quamuis sciam libertum posse de crimine læsæ maiestatis patronos impune accusare, & seruos dominos, *l. pen. de iis qui accus. non poss. l. qui cum natu maior, §. si libertus, de bon. liberto.* tamen in aliis certum habeo repudiari: veluti & accusationem de crimine grauem patroni in libertum, imminente alioquin pœna patrono vt priuetur hereditate liberti, *d. l. qui cum, l. cum patronum, de iure patronat.*

2 ¶ In † seruis accusationem erga dominos etiam criminis maiestatis raro, & nisi cum aliis probationibus admittendam probo. Laudoque iudicium priscum: cum enim Cneus Domitius tribunus plebis M. Scaurum, & L. Crassus Cn. Carbonem accusarent ad eosque serui reorum venissent, totam multis & grauibus instructuri dominorum criminibus accusationem, non admiserunt iudices, sed vinctos, vt ii pro imperio suo vindicarent, ad dominos remiserunt. *Valer. Max. lib. 6. c. 5.* Et Sylla, crudelissimus alioquin, cum præmii loco seruis, qui proscriptos à se occidissent, vel indicassent, libertatem edicto proposuisset: seruum tamen Sulpitij Rufi tribuni pleb. qui dominum detexisset & prodidisset, ipse quidem manumisit, sed præcipitari protinus è saxo Tarpeio cum illo suo pileo scelere & parricidio parto, voluit, iussit, *Plutarch. in Sylla.* Brutus quoque, cum tempore bellorum ciuilium, per Asiam vrbes in suum atque Caii Crassi traheret imperium, potitus Patarienſibus edixit, vt omnes omnino ciues, quicquid in vrbe auri argentive facti aut infecti possiderent, id ad se in medium adferrent: in eos statuto vltimo supplicio, qui celassent, præmio contra iis, qui detulissent. Porro cum seruus quidam dominum indicasset, inuentaq; fuisset apud eũ pecunia, seruũ constanter dominum accusantem, cum mater domini in se crimen transferret, laqueo suspendit, & matris pietate motus & filium & matrem absoluit, pecunia donauit, vt auctor Appia. Alexand. *in 4. bello. ciuil.* Claudius Imperator edixit, ne quis auxilium ferret eis, qui contra dominos vel patronos quid deferrent: qui detulisset, eum ius alios accusandi amissurum. *Dion Cass. lib. 60. histor.* Atque primo quinquennio Neronis, nec Carinas Celer Senator, nec Iul. Densus equester, cui fauor in Britannicum crimini dabatur, inter reos, seruis accusantibus recepti sunt. *Cornel. Tac. lib. 13. histo.* Meminit Suidas, *in Caio*, Caium Imperatorem, seruorum dominatum instituisse, lege lata, vt iis dominos accusare liceret, si quod eorum peccatum vidissent: verum inde ignem & calamitatem orbem terrarum oppressisse, cum serui maximis pœnis dominos subtricerent. Miserrimum namque est, pro cane leonem & viperam domi nutrire, & intra penates, vbi asylum ab iniuriis inimicorum tutissimum est, à propriis seruis, quos fidos putamus, obseruari & inuadi, *l. 1. ad senat. Syllania.*

De aliis qui accusare non possunt.

Cap. 18.

1 *Accusatoribus pluribus existentibus qui potius eligendi. Accusare qui possint remissine. eod.*
2 *Accusare non potest qui destitit, quive prævaricatus est.*
3 *Prætorem Quæstor eius non accusabat. Collegam officij nemo accusat iuste. eod.*
4 *Accusare non possunt inimici.*
5 *Laici clericos non accusant, nec clerici clericos maioris ordinis quando.*

1 REiiciuntur † & aliæ personę ab accusatione, aliis de caussis: de quibus videndus Hostiensis in sum. tit. de accusatio. glo. in l. qui accusare, eod. tit. in P. & gl. in c. 1. de accus. Et quando plures etiam se offerunt accusatores idonei, non omnes ad accusationem admittuntur, sed iudex eligere debet eum, qui accuset, caussa cognita, æstimatis accusatorum personis, vel de dignitate vel ex eo, quod interest, vel ætate, vel moribus, vel alia iusta de caussa. *Vlpia. in l. si plures, de accus. P.* In quibus caussis serui possint accusare docet glo. *in l. accusare, §. omnibus, in verb. rei, de accusatio. ff.*

¶ Qui † destitit ab accusatione, amplius etiam agere vel accusare prohibetur, *l. qui destitit, 2. ad S. C. Tertull. P. l. 2. §. 1. ad leg. Iul. de adult. in P. l. accusatione, qui accusa. non poss.* sicut & qui semel prævaricatus fuit, *l. accusat. de prævari. in P.* 2

¶ In † controuersia de Tito Albutio reo accusando, inter Caium Iulium, & Cn. Pompeium Strabonem, placuit Pompeium admitti non debere: quia existente Albutio prætore, ei Pompeius fuisset quæstor: & quæstori suo prætorem parentis loco esse. Neque iustiorem vllam aut grauiorem caussam necessitudinis posse reperiri, quam cõiunctionem sortis, quam prouinciæ, quam officii, quam publicam muneris societatem. Ideoque L. Philoni in C. Seruilium, neque Aurelio Scauro in L. Flaccum nominis deferendi potestas data fuit: ne libido violandæ necessitudinis auctoritate iudicium comprobaretur. *hæc Cicer. in Diuinat.* 3

¶ Procul dubio non accusant inimici, vel inimicorum familiares, *ca. repellatur, 7. & ca. meminimus, 13. de accus. cum similib. plurib. inibi per gl. not.* 4

¶ Neque † clericos accusant laici, *c. cum P. Manconella, c. 10. de accus. c. sunt plurimi, 6. q. 1. & tota 2. q. 7. potissimum in can. laicos, cum 3. seq.* nec clerici laicos, *ca. sicut sacerdotem, 2. q. 7.* nisi sint sacerdotes, qui plebeios deferunt suos, *ca. decretum, 2. q. 7.* Neque clerici maioris ordinis clericos accusabunt, *can. qualis, ca. clericus, can. maiorum, eod. q.* Quod ad honestatem referendum est. Nam iure ipso contrarium verius est, & admittitur monachus & inferior accusator sui prælati, etiam expensis monasterii, *c. illa. ca. 3. & ca. ex parte, c. 11. de accus. ca. dilecti, de mai. & obed. c. quapropter, 2. q. 7.* Temere tamen non admittuntur accusatores contra suos prælatos clerici, *c. sunt plurimi, 6. q. 1.* 5

Qui accusari possint.

Cap. 19.

1 *Accusari qui possint. Et num Ætas, vel Sexus impunitatem dent criminibus.*
2 *Magistratus maiores quandiu accusari prohibentur. Mortui iure communi accusari non poterant, quibusdam grauioribus criminibus exceptis. eod. Et num. 3.*
4 *Accusari non possunt quibus dispensatum, semel absolutus, & de his accusatus. Nec accusantur Christiani ab hæreticis vel Iudæis. eod. 7.*
5 *Absolutus per collusionem aduersarij accusari rursum potest.*
6 *Feriis Latinis accusare non licuit.*

REgula † in vniuersum constituenda de iis, qui accusari possunt: posse omnes, qui de crimine condemnati possunt, accusari, iisdem rationibus quibus diximus sæpe interesse reipu. delicta puniri, & ideo nota esse, *l. eum qui nocentem, de iniur. P.* Ergo & accusantur pupilli proximi pubertati: quia capaces furandi & iniuriæ faciendæ, *l. pupillum, 112. de reg. iur.* Nec minor ætas impunitatem dat, *l. impunitas, C. de pœ. l. auxilium, §. in delictis, de minor. l. 1. C. si aduers. del. can. illa, 15. q. 1. ca. si quis cuiuslibet, 21. q. 5. c. 1. & 2. de del. puero.* nec sexus, *d. c. si cuiuslibet.* accusare q; & licebit mulieres, liberos, & seruos, dummodo serui ex his criminibus, quibus accusantur, pœna publici iudicii affici possint, *Venule. in l. hos accusare, 12. §. omnibus, de accusa. §. item lex Iulia, de vi priuata, de public. iudi. ap. Iustin.* 1

¶ Prohibebantur † autem accusari iure Romanorum, magistratus maiores quandiu gerebant temporalem magistratum, vt supra docuimus, *ex l. hos accusare, de accus. l. si adulterium, §. vlt. de adult.* Item & mortuis iure communi, *can. admonere, 33. q. 2. c. quorundam, 33. dist.* quia crimina reorum morte exstinguuntur, *l. 1. 2. & fin. si reus vel accus. mor. fuer. C. Omnibus*, inquit Demosthenes, *epist. 34. ad Senatum, agens, de Lycurgi liberis, omnium deliciorum quasi meta est obitus.* 2

¶ Et † ideo nec filii puniendi pro parentibus, *rubric. ne fil. pro pat. C. l. sancimus, C. de pœn. l. crimen paternum, eo. tit. in P.* Exceptis quibusdam criminibus, ob quæ & in mortuos iudicium exercetur, & eorum bona deferuntur in ærarium: veluti in crimine læsæ maiestatis & repetundarum, *in l. ex iudiciorum, 20. de accus.* & aliis pluribus, quæ cumulat glo. *in l. ex iudiciorum, in verbo,* maiestatis, *de accusatio. in P. Et gl. in l. 1. in ver.* Sit exstinctum, *si reus vel accus. mort. fuer. C.* Quibus superfluum esset addere. 3

¶ Non † potest etiam accusari quis de crimine vel facto, super quo dispensatum est, *sic not. Hosti. in tit. de accus. in Sum. §. quis sit effectus, ver. sed numquid intelligi debere, c. fraternitatis, de schism. c. ex tua, de fil. presbyt. ca. vlt. 25. dist. tit. de genera. aboliti.* Neque etiam semel accusatus & absolutus, de eodem crimine accusari potest, *c. de iisdem, de accus. ca. diuina, clem. de pœn. dist. 4. ca. si illic, 23. q. 7.* cum de delicto vnius hominis sæpius quæri nõ possit, *l. licet, §. vlt. nau. caup. sta. & c. P. can. veniam, 35. q. 6.* Nisi forsan quis ignorans prius de eo crimine institutam fuisse accusationem, suam vel suorum prosequatur iniuriam, *l. si cui, §. iisdem, de accus. in P.* vel doceat primum accusatorem prævaricatum fuisse, *l. 3. de prævari. in* 4

Digitized by Google

uari. in P. l. si quis homicidij, de accus. C. Legimus etiam Domitianum, *Suet. in Domit. c. 7.* Corneliam virginem maximam absolutam olim, deinde longo interuallo repetitam, atque conuictam defodi imperasse. Hoc singulare tamen, & probatione vrgente: at iure communi & legibus etiam Athenienſium, vt ait Demosthenes, *in Leptinem*, vnum crimen & vnum iudicium, non debet iudicari nisi vna æstimatione & pœna, nec duæ vel plures pro eadem imponi possunt.

5 ¶ Hic † tamen considero iudicium recte peractum fuisse: nam si per collusionem aduersarij accusatoris reus liberatur, repeti crimen potest accusatione, *c. fin. de colla. deteg. lib. 5. Decret. tit. 22.* Imo si non repetatur accusatio, iudicis officium est, rei veritatem, postquam in gratiam reus cum accusatore redierit, inquirere, & crimen examinare, *c. 1. & 2. eo.*

6 ¶ Neque † etiam licebat accusare diebus feriarum Latinarum. Quare Calphurnius Saluianus cum Sextum Marium coram Druſo præfecto vrbis reum postulasset, in exsilium actus est, *Corn. Tacit. libr. 4. Annal.*

¶ Non † accusantur, nisi suam prosequantur iniuriam, Chri-
7 stiani à Iudæis, aut hæreticis, vel paganis, *ca. non potest, can. paganis, ca. si hereticus, 2. q. 7. ca. licet, de testib. l. quoniam multi iudices, C. de hæret.*

De Accusatorum Delictis, & primum de calumniatoribus.

Cap 20.

Lib. 9. C. tit. 46. Lib. 5. Decret. tit. 2.

1 *Accusatorum temeritas tribus modis detegitur & punitur.*
2 *Calumniari quid.*
3 *Calumniæ pœna & submissi accusatores, & submittentes tenentur: & qui accusantes ea non teneantur.*
Calumniæ modus, laudare. eod.
4 *Calumniam accusatoris mens facit, vel excusat.*
5 *Calumniari etiam videntur, in alium quam criminibus non probantes, sed pœna calumniatoris criminali non plectuntur.*
6 *Calumniantibus quare pœna imponitur. Et nu. 11.*
7 *Calumniantium extraordinaria pœna.*
8 *Memmia lex de calumniatoribus.*
9 *Calumniatores cito & seuere puniendi.*
10 *Calumniæ iudicium in sententia absolutionis sit, vel reseruatur faciendum.*
12 *Pœnæ imponendæ habita ratione rerum, & personarum.*
13 *Calumniatorum diuersarum nationum diuersæ pœnæ. Et numer. 14.*
14 *Myrtho coronari turpissima pœna. Charundæ leges in calumniatores.*
15 *Delatorum falso diuersæ pœnæ diuersorum.*

1 ACcusatorum † temeritas, vt ait Marcellus, *in l. 1. ad SC. Turpil. ca. fi. §. 1. 2. q. 1.* tribus modis detegitur, & tribus pœnis subiicitur: aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur. In excessu calumnia, in defectu præuaricatio & tergiuersatio, in medio legitima accusatio. De calumnia primum dicendum breuiter, cumulantes quæ sparsim superioribus monuimus: de aliis postea.

2 ¶ Calumniari, † est falsa crimina intendere, *d. l. 1. ad Turp. P.* scienter, *l. athletas, §. calumniator, de iis qui not. infa. P.* & malitiosè, studio diuexandi & infamandi. Innuit id Cicero, *ad Varron.* dum ait, *Nam quod antea te calumniatus sum, indicabo malitiam meam.* Sic & Nonius calumniam, malitiosam & mendacem infamationem interpretatur. Vnde & calumniam incurrere dicuntur, qui vt se existimant à periculo calumniæ vel desertionis, diffidendo crimini quod mouent, instigant accusatorem, aut instruunt, aut submittunt, *l. 1. §. incidit, ad SC. Turpil. P.* aut mandant accusare. Qui in fraudem alicuius librum, aut testimonium, falsum scilicet, aliud ve conquisiuisse vel conscripsisse, vel in iudicium protulisse dicuntur, *Paul. l. ab accusatione, 6. §. fin. eod.* Nec tamen submissus calumniæ pœnam effugiet, *l. nostris, 8.*
3 *de calumniat. C. l. 1. §. incidit, eod. P.*

¶ Et † secundum Vlpianum, *in orat. Demosthe. de corona.* enarratorem Demosthenis, λέγεται συκοφαντεῖν, ὁ χρυσόμενος μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ πολιτικὰ συμφέροντα, τὰ μὴ προσήκοντα, καὶ λέγων πονηρά, id est, *Calumniator dicitur non is tantum qui mentitur, sed & is qui ea curat, quæ ad se non pertinent, & qui improbe loquitur.* Et Polybius ait, *lib. 4. histor. in fine* nouum modum calumniandi inuentum, non vituperando, sed laudando, famæ ac commodis hominum insidiari: quod vitium, inquit, in aulis principum vsque adeo inoleuit, vt ea loca tanquam propria sedes videatur elegisse. Proinde excusantur à calumniæ pœna, qui accusant falso, iusto tamen aliquo dolore, vel causa legitima ad id impulsi, *l. quamuis adulterium, ad leg. Iul. de adult. C. vt in l. 2. de calum. C. & l. calumniæ pœna, eod. C.* non malitia, vel euidenti calumnia. Item & officij accusandi necessitas, *l. 2. P. qui accus. non poss. l. tutorem de iis quib. vt indig.* damnumve. *l. qui cum maior, §. si patris, de bonor. liber.* excusat.

¶ Quare † & iudex de accusatoris consilio quærit, qua mente 4
ad accusationem processit: siquidem iustum eius errorem repererit, absoluit eum: si vero in euidenti calumnia deprehenderit, legitimam pœnam ei irrogat. Quod pronuntiationis eius verbis manifestatur. Nam si ita pronuntiauerit: *Non probasti*, pepercit ei: si autem pronuntiauerit, *calumniatus es*, condemnauit eum. Et quamuis nihil de pœna subiecerit: tamen legis potestas aduersus eum exercebitur, *hæc Marc. in l. 1. §. sed vtique, ad senatusc. Turpil. in P. l. 3. & l. qui calumniatores, C. de calum.*

¶ Accedunt † & ad calumniam alii, qui non probant quod in- 5
tendunt, *l. 1. de aduoc. diuers. iudic. auth. nouo iure, de pœ. in. qui male iud. l. 3. idem diuus, de test. in P.* verum ii non patiuntur eam pœnam, qua publici iudicii vel status accusatores falso puniuntur *l. qui calumniatores. C. de calumniat.* sed ad aliam pœnã arbitrariã, quam pro calumnia & in priuatis, vt ex publicis iudiciis iudex infligit, *l. & in priuatis, l. si quis stellionatus, ad SC. Turp. P.* si actum sit criminaliter, *l. fi. de furt. P.*

¶ Pœna † quippe grauis calumniantibus imponitur, ne impu- 6
ne ferant licentiam mentiendi. Et ideo eorum vindictam diximus supra, similitudinem supplicii reposcere, *l. non prius, 7. & l. si de calumnia, C. l. fi. C. de accusa. & nos sup. ca. 2. 2. q. 3. l. & in priuatis, 3. ad SC. Turpil. P.* quando scilicet cum propositione sumi potest pœna. Diximus de pœna talionis proprio capite antea in pœnis, *sup. lib. 3. c. 10.* & hanc iura quoque pontificia probare in his, qui accusata non probant, *c. qui calumniam, & seq. 5. q. 6.*

¶ Extraordinaria † tamen pœna iure pontificio imposita, vt 7
clericus calumniator priuetur officio, & verberatus publice in exsilium mittatur, *c. 1. de calum.* vtque suspectus calumniam intulisse, in probatione obiectorum post accusationem criminum deficiens ab officio & beneficio suspendatur, si clericus sit, donec innocentiam suam purget, *ca. 2. eod.* Sicuti & qui contra electionem factam conquestus detulerit aliquod crimen electo, & non probauerit, à beneficiis ecclesiasticis per triennium suspendatur: nisi à calumniæ vitio causſa probali se exemerit, *c. 1. §. adsicientes, §. qui vero, de elect. in 6. lib. 1. tit. 6.*

¶ Lex † Memmia contra calumniatores inuenta, vt ait Cicero, 8
pro Sexto Roscio. ne liceret iudicio, legibus ac maiestate populi abuti, ad quæstum & libidinem: & ita accusare vel id obiicere, quod planum facere non modo non possis, verum ne coneris quidem. Marcellus Iurisconsultus, *l. 1. calumniatoribus, ad SC. Turpil.* vocat hanc Legem Rhemiam.

¶ Demosthenes, † *contra Aristogito.* in calumniatores cito & 9
seuere animaduertendum esse pulcra similitudine admonet. *Neminem fortasse vestrum*, inquit, *vnquam serpens momordit, aut araneus, & absit vt vnquam mordeat: sed tamen eas animantes, vt videritis statim occidetis. Ad eundem igitur modum, Athenienses, etiã cum calumniatorem & acerbum & natura serpentina præditum hominem videretis, ne dum vestrum singulos mordeat exspectate, sed primus quisque, qui in eum incideris, vlciscatur.* Et paulo ante dixerat, vsque ad radices esse penitus exstirpandum ex republica hoc genus hominum calumniatorum, veluti hostium natura & genere bonorum.

¶ Solent † iudices vel calumniam eodem iudicio absolutionis 10
rei damnare, vel iudicium eadem sententia reo seruare: aliter enim non calumniatus videretur accusator, nec de calumnia in eum agi posse placuit, *l. 1. C. de calum. l. 1. §. sed non vtique, ad S. C. Turp. in P.* ¶ Rationes † puniendarum calumniarum faciles sũt, 11
&, ferè similes illis, quib. pœnas constitui diximus in delinquentes, & ideo illa potior, vt innocentia inter improbos tuta sit, & calumniatorum audacia compescatur, *c. factæ sunt autem leges, 4. distinct.* vt impium visum est innocentes prosequi, & ad pœnam postulare, *ca. si non licet, 23. q. 5. D. August. lib. 1. de ciuit. Dei. c. 17. c. non frustra, 23. q. 5.* Atque, vt ceteri simili pœna perterriti, ad accusandum facile non prosiliant, *c. 2. de calumniat. l. si cui crimen, de accus. P. arg. §. famosos, l. capitalium, de pœn. P.* Neque scrupulosius inquirendum puto in hac quæstione, cur diuersæ pœnæ calumniatoribus ex more diuerso regionum constitutæ sunt, vel variæ in diuersis iuris capitibus.

¶ Eo † quod annotatum iam existimẽ, omnes pœnas imponi, 12
adhibita ratione personarum, & qualitatis earum, *l. aut facta, §. personam cum simil. ibi nota. de pœn. P.* Et proinde etiam in calumniæ pœna personam accusati & calumniantis addere peristasos diuersas. Et magis punitur is qui sacratam personam, quam qui quemlibet alium calumniatus sit, *ca. 1. de calumnia. c. omne, 22. q. 1.* Et qui per similitudinem supplicii luere calumniã non potest vna pœna, pluribus pœnis ad æqualitatem Geometricam talionis castigatur; veluti æstimatione facta dignitatis, *ca. 1. §. fi. & ibi Felin. & Panor. de calum. §. pœna autem, de iniur.*

¶ Et † hinc factum est, vt quia dignitatis & criminum apud di- 13
uersas nationes est diuersa æstimatio, ita & pœnæ talionis & repassionis diuersæ sint. Fidem facit lex Salica, *in lege Salica, ti. 21.*
c. eo qui hominem innocentem accusauerit, §. 1. & 2. de calũniatori

Digitized by Google

dus, quæ sic statuit. *Qui hominem absentem apud regem accusauerit, Malberg, seu Laudonemas 2500. denar. qui faciunt solidos 62. cum dimidio, culpabilis iudicetur: si vero ei tale crimen imputauerit, ex quo mori debuisset. si verum fuisset, ipse qui accusauit 8000. denariorum qui faciunt quingentos solidos, culpabilis iudicetur.* Lex antiqua Wisigothorum statuit talionem, vt qui accusauit innocentem, pœnam & damna suscipiat, quæ debuit pati accusatus, si de crimine fuisset conuictus, *l. 5. tit. de iudicib. furti, libr. 7. C. Wisigothorum, tit. 1.*

14 ¶ Ex † lege Charundæ, in calumnia deprehensi, myrtho coronati circumuectari per vrbem solebant, peruulgato supplicij probro, veluti flagitiosissimo flagitij genere condemnati, vt refert Diodorus Siculus, *lib. 12. Biblio.* Cum Iulius Cæsar puniret seditionem iuxta Placentiam ab exercitu suo commotam, & inter seditiosos aliquis, qui nihil peccasset, ductus ad eum fuisset, Cæsar ductorem, quod illum accusasset, eius loco interfici mandauit, *Appia. Alex. lib. 2. de bell. ciuil.*

15 ¶ Sed † & delatores, qui clam crimina deferunt, quamuis subscribere se denuntiationi non teneantur, *c. super hu, & ca. licet, de accusatio. l. ea quidem, eo. C.* tamen impune non ferunt quod ita detrahant bonæ famæ proximi, sed puniuntur, *Psal. 14. ca. qui in alterius famam, & ca. quidam maligni, 5. q. 1. c. nimium, 23. q. 4.* sunt que infames, *ca. deteriores, 6. q. 1.* & verberibus castigantur, officio & beneficio si habeant priuati. *ca. quia iusta, 5. q. 6.* Et vt falsi testes, vindictæ obnoxij, ab omni communione Christiana extorres, *da. Epiphanium, & c. pen. & fi. 5. q. 6.* Et ex decreto Adriani Papæ delatori aut lingua capuletur, aut caput amputetur, *ca. delatori, 5. q. 6.* Adiungi & possunt pœnæ, quæ in maledicos statutæ sunt, *l. 1. de famo. libel. C.* Et Vlpianus respondit, *l. item apud Labeonem, 15. §. si quis libello, de iniu. P. l. lex Corn. §. fin. & l. seq. eo. tit.* si quis libello dato vel principi vel alicui famam alienam insectatus fuerit, iniuriarum actione esse agendum ex sententia Papiniani. Et expresse clericus, qui defecit in probatione criminis denuntiati, ab officio & beneficio suspenditur, donec purgauerit suam innocentiam, se non calumniandi animo proposuisse, vt ceteri hæc pœna perterriti facile ad infamiam suorum non prosiliant prælatorum, *c. 2. de calum.*

De Prævaricatione.

Cap. 21.

Lib. 47. P. tit. 15.

1 *Prævaricari, & prævaricator quid.*
2 *Prævaricantium alborum, & reorum pœna.*

2 PRævaricari † est vera crimina abscondere, *l. 1. ad S. C. Turpil. lib. 48. P. tit. 16.* Et, *prævaricator*, inquit Vlpianus, *quasi varicator qui diuersam partem adiuuat, prodita caussa. Quod nomen Labeo à varia certatione tractum ait: nam qui prævaricatur, ex vtraque parte consistit, quinimo ex aduersa, Vlp. in l. athletas, 4. §. item prævaricatori, de iis qui not. infa. in P.* Et iterum, *prævaricatores eos appellamus, qui caussam aduersariis suis donant, & ex parte alboris in partem rei contendunt, Vlp. in l. prævaricatores, 21. de verb. sign. P. l. 1. de prævarica. in P.* Proprie autem prævaricator dicitur, qui publico iudicio accusauerit, & in alteram partem declinat. Est & prævaricator, sed minus proprie, nec eadem pœna qua superior puniendus, aduocatus, qui in priuato iudicio in alteram partem, quam eam, quam prius defendendam susceperat, transit, extra ordinem puniendus, *d. l. 1. & 3. §. fin. eod.* Cicero, *in Partitio.* prævaricationis nomẽ ait eum significare, qui in contrariis caussis, quasi varie esse positus videatur. Et contrarium nomen prævaricationis vero accusatori, vt pote corruptum pecunia accusatorem, & colludentem cum aduersario significans. Ita & alibi, *eodem, de Arusp. respon. Clodius à Catilina pecuniam accepit, vt turpissime prævaricaretur.* Latius Marcellus, *in l. 1. §. prævaricatorem esse, ad S. C. Turp. prævaricatorẽ eũ esse ostendimus, qui colludit cũreo, & trãslatiue munere accusãdi defungitur: eo quod proprias quidẽ probationes dissimularet, falsas vero admitteret.* Quintilianus, *in 7. vt in prævaricationem*, inquit, *criminibus, vt absolutus reus, aut innocẽtia ipsius sit, aut interueniente aliqua potestate, aut vi, aut corrupto iudicio, aut difficultate probationis, aut prævaricatione: nocentem fuisse confiteris, nulla potestas obstitit, nulla vis, corruptum iudicium non quereris, nulla probandi difficultas fuit. Quid superest, nisi vt prævaricatio fuerit?* Cicero quoque, & in reum & in accusatorem cadere posse innuit, dum ait, *in Partitio.* prævaricationem definiri nunc ab accusatore, nunc à reo corruptelam esse iudicii.

3 ¶ Pœna † prævaricationis, vt qui prævaricantur, eadem pœna afficiantur, qua tenerentur si ipsi in legem commississent, qua reus propter prævaricationem absolutus est, *Paul. l. pen. de prævar. in P.* At is qui delatorem corrupit, ex senatusconsulto Turpilliano pro conuicto habetur, *Vlp. l. fi. eo.* nisi palam fiat ab innocente exortam fuisse pecuniam, nempe redimendæ vexationis caussa, *d. l. fin. l. fi ab eo, 8. de calum. P. Iauol. de adul. l. transigere, C. de transact.* vel nisi reus criminis mortem inferentis fuerit postulatus, cui parcitur qui existimauit bonum quomodocunque sanguinem seu vitam suam redimere, *l. 1. 2. de bo. eor. qui mor. sibi cons. d. l. transigere.* Hodie tamen, inquit Vlpianus, prævaricationis pœna est extraordinaria pro modo admissi, *Vlp. l. 2. de prævar.* saltem infamia, secundum Marcell. *l. si is, 4. eo.* & in posterum ab accusatione reiici, *l. accusator, eo.* Sed & vltra inquiritur, & nouo iudicio, officio iudicis de collusione, & de crimine quod destitit accusator, accusare, *l. 2. & fin. de collus. detegen. q. Greg.*

De Tergiuersatione.

Cap. 22.

1 *Tergiuersari quis dicatur, & quid tergiuersatio.*
2 *Destitisse ab accusatione quis, & quando dicatur.*
3 *Senatusc. Turpillianum quando locum habeat: & pœna eius qui in illud incidit. 1. & 2.*

TErgiuersari † est in vniuersum ab accusatione desistere, *l. 1. §. 1. ad SC. Turpil. P.* scilicet publici criminis, non priuati, *Vlp. in l. si quis repetere, 7. §. fi. eod. Papin. l. 4. eod.* discedere ab accusatione & illam abiicere, quo casu quis in senatusconsultum Turpillianum incidisse dicitur, *l. in senatusconsultum, 25. eo. P. l. 1. C. eo.* 1

¶ Destitisse † autem ille videtur qui prorsus animum accusationis implendæ deseruit, non qui distulit aliqua caussa prosequi, *l. fin. C. ad SC. Turpil. l. destitisse, & l. ab accusatione, in prin. §. destitisse de iud. in P.* dummodo intra biennium prosequatur omissam accusationem: quia lis criminalis vltra non prorogatur, & post biennium absolui reus vel damnari debet, *l. fin. vt int. cer. temp. crimi. quæst. termine. lib. 9. C. tit. 44.* Proinde hoc elapso fine accusationis prosecutione, sine impetratione abolitionis, desistisse videtur, & pœnas legibus constitutas tergiuersatoribus subire debet, *l. 2. eod. tit.* quarta bonorum parte mulctatus, & infamia, *l. 1. eo. C.* Desistisse etiam videtur qui reo condemnato, sed pronocante, non prosequitur appellationem, *l. 1. §. fin. ad SC. Turpil. in P. l. minorib. 6. de iis quibus, vt indig. lib. 6. C. tit. 35.* dummodo agatur de accusatoribus, qui si non probent, de calumnia damnari possunt. Si enim non teneantur de calumnia, si desistant, in Turpillianum non incidunt, *Marc. in l. in senatusconsultum, 15. §. eos ad senat. Turpil. P.* At qui nondum cœpit, recte non dicetur destitisse, & si dicat se velle accusare, & tamen libellum non porrexerit præsentis accusationis, *Paul. l. quæsitum, 5. eod. l. 1. C. eo.* Sed nec is qui cœpit, & morte rei desistit: nam crimen accusantis nullum, cum morte exstinguatur crimen, & cõsequenter accusatio, *d. l. in senatusconsultum, §. si propter mortem, ad Tulpil. P. l. defuncto, de publi. iudi. P. l. 2. & 4. si reus vel accus. mort. fuer. C.* vt supra diximus cap. qui accusari non possint. Verum & idipsum, si accusator ipse moriatur pendente iudicio, *l. fin. si reus vel accus. eod.* quo casu & reus petere potest expungi nomẽ suum è reorum albo, nisi alius accusat, quod licet, *l. libellorum, §. fin. de accusat. eo. P.* Pari modo si tutor nomine pupilli accuset, & is decesserit, tutor non tenetur persequi accusationem, *Vlpia. in l. D. Adrianus, 14. ad SC. Turp. P.* & impune desistit: sicut & is qui destitit ex principis permissu, abolitionem consecutus. 2

¶ Pœna † eius, qui per prævaricationem in Turpillianum inciderit, publici iudicii non est, quia nec lege aliqua de hac re cautũ est, neque per senatusconsultum Turpillianũ publica accusatio inducta est, sed eo pœna quinque librarum auri in desistentem statuitur, *Marc. l. 3. §. fin. de prævari. in P.* item infamia, *l. 1. vt intra cert. temp. crimina. quæ. termi. C. l. 2. C. ad Turp.* & aliquãdo quartæ partis bonorum publicatio, *l. 2. C. eo.* Puniuntur etiam extra ordinem ad motum & arbitrium iudicis, & sumtus refundunt, quos rei passi sunt, *l. qui crimen, 3. qui accus. non poss. C. l. 2. ad senatusc. Turpil. C. l. absentem, 5. §. penul. de pœn. P.* vt & in ciuilibus negotiis æquum est temere in ius alium vocantem, sumtus litis restituere, *l. eum quem temere, de iudi. in P. l. non ignorat, de fructu. & list. expen. C.* Pœna alia à Paulo Iurisconsulto refertur, vt is qui destiterit, agere amplius, & accusare prohibeatur, *l. qui destitit. 2. ad senatusc. Turpil. in P.* Statuit Domitianus Cæsar, vt accusatori, qui caussam non teneret, exsilium pœna esset, *Suet. Tranq. in Domit. c. 9.* Et Honorius hanc etiam pœnam constituit in vili accusatore, cui damnum famæ non sit iniuria. In aliis autem infamiam, *l. 2. §. 1. vt intra cert. temp. crim. C.* cum ademtione quartæ partis bonorum, *l. 1. eo.* Et quamuis pœna calumniatoris is qui destitit ab accusatione vel denuntiatione, non puniatur, *l. quærebatur, ad senatusc. Turpil. P.* tamen puniatur pœna senatusconsulti Turpilliani, *in l. ab accusatione, §. fin. eod. glo. in l. 2. in verb. exsilij, vt intra cert. temp. & c. C.*

De Abolitione criminum.

Caput. 23.

Digitized by Google

Cap. 23.

Lib. 9. C. tit. 42. & de gener. abolit. tit. 43.

1 *Abolitione impetrata, cessat senatusconsultum.*
2 *Abolitio quid. Duplex, criminis & accusationis : privata vel publica.*
Et num. 3. & 4.
5 *Abolitionem non impetrant calumniantes, corrupti à reo accusatores, qui vexarunt iam reum, & si notio non sit integra, si crimina atrociora.*
6 *Accusatio abolitione sublata, quando repeti. & à quo possit.*
7 *Abolitio accusationis sit morte accusatoris.*
8 *Abolitio criminis ex parte, rei quibus modis fiat.*
Et num. 9.
9 *Abolitio in quo differt à restitutione in integrum.*
10 *Mors liberat reum à pœna & crimine.*
Abolitio criminis lege fit morte rei, & temporis cursu, eod.
Criminum accusatio quo tempore præscribatur, eod.
11 *Indulgentia rei à principe facta, quid operetur.*
Restitutio in integrum reorum, quid operetur, eod.
12 *Abolitio generalis quid, & eius effectus, & quibus de causis concedatur.*
13 *Abolita accusatio generali abolitione, quando repeti possit.*
14 *Abolitio generalis non remittit pecuniam ex publico sublatam.*

1 IMpune † quis desistit ab accusatione criminis instituta, per abolitionẽ: nã & ille casus à tergiuersatoris pœna, Turpilliano senatusconsulto excipitur, *l. 1. ad SC. Turpil. C. l. 1. si quis autem, §. si plura, §. at qui suam alias, & l. aut priuati, 10. §. 1. ad SC. Turpil. l. 1. in*
2 *terminente, 12. eod.* Proinde de abolitione pauca dicamus. ¶ Abolitio † nihil aliud est, quam accusationis vel criminis obliteratio. Sic duobus modis aboleri, id est, eximi à reis nomẽ dicemus, atque duplicem abolitionẽ: nempe accusationis, & criminis. ¶ Am
3 plius † in abolitione criminis, quam accusationis : illa namque cum crimine accusationem tollit & pœnam, at hæc ab accusatione eximit & temporali forsan vel personali, quæ post tẽpus, aut ab alio repeti potest, secundum proposita negotia. Abolitio autem vtraque, vel priuata, vel publica seu generalis, *l. abolitio, 8. cum 2. seq. ad SC. Turpil. P. Marcell. ibi tamen, 11. §. fi. ae accus. P.* vel à lege, vel à principe, vel à magistratu concessa.

4 ¶ Priuata † abolitio nascitur vel ex parte accusatoris, vel rei. Ex parte accusatoris, veluti si is renuntiet accusationi publici criminis certa causa, quæ solet non à principe sed coram magistratu, impetrari, causa cognita: veluti si per errorem, vel temeritatem, vel calorem dicat se ad accusandum sine animo calumniandi profiliisse, suas suorumve cognatorum defendens iniurias. & dummodo pretio non fuerit corruptus à reo, *l. abolitio, 2. C. de aboli. l. 1. § abolitio ad SC. Turpil. l. quicquid de regu. iuris.* Sic intelligendus est Gaius Iurisconsultus, *in l. destitisse, 10. de iud. in P.* dum ait, *Plane si quis cognita rei veritate suum negotium deseruerit, nolens in lite improba perseuerare, quam calumniæ causse non instituerat, is destitisse non videtur*, scilicet abolitione impetrata. Sic pater, frater, auunculus, & alii, quos verus dolor ad accusationem impellit de adulterio, possunt, si velint, abolitione crimen compescere, *l. quamuis, in 2. ad leg. Iul. de adult. C.*
5 ¶ Hic † tamen obseruandum, non dari hanc abolitionem fallaciter & per calumniam accusantibus, vel reo pecunia se redimente, desistẽtibus, *l. 2. & 3. C. de abol. l. fallaciter, de calumniat. C.* Dehinc secundo, abolitionem hanc inuito reo dari accusatori, si adhuc nihil reus passus sit ex ea accusatione, posseque eum petere abolitionẽ intra triginta dies, ex quo fuerit reus custodiæ traditus: quibus elapsis postea non licebit, nisi consentiẽte, petere abolitionem, si diu litẽ traxit, *d. l. fin. de abolit. & l. fin. ad SC. Turp. P.* Neq; etiã si reus aliquid iniuriæ tolerauerit ex accusationis inscriptione, vt carceres, vincula, catenas, tormenta, verbera: consentire enim tunc quoque debet, *l. fin. C. de abolitio.* Sic cũ Diuus Paulus & Silas accusati & verberati missi fuissent in carcerẽ Philippis & postea iussisset magistratus eos dimitti, dixit Diuus Paulus, *Cæsos nos publice, indemnatos nos homines Romanos miserunt in carcerem, & nunc occulte nos eiiciunt : non ita, sed ipsi nos eiiciant* Quo auditu magistratus venientes deprecati sunt eos, & educentes rogabant, vt egrederentur de vrbe, *Act. 16.* Quo fit etiã, vt si accusationis occasione, testium in probationem accitorũ ingenuorum corpora aliquo modo fuerint in tormẽtis vexata, neque ex accusati & accusantis consensu impetrari possit abolitio, *d. l. fin. §. quod si de abol.* Resque integra nõ est, cum de ea & tormentis cœpit iudicium haberi: vnde vterque cogitur exsequi vsque ad finem suo periculo iudicium, *§. omnem, de litigio. collat. 8. constitut. 7. in Auth. authentica qui semel quom. & quand. iud. libr. 7. C. titu. 43.* Sunt etiam crimina, in quibus etsi testes illa passi nõ sint, tamen propter immanitatem criminum, accusator ad docenda quæ detulit, & reus ad purganda quæ negat, vrgeri debẽt à iudice, nec abolitio cõceditur accusationis: veluti in maiestatis crimine, in patria oppugnata, vel prodita, peculatus, sacramẽtorum desertione, *d. l. fin. §. fi. de abolit.* ¶ Hæc † abolitio cõmodum
6 illud reo adfert, vt cõmuni iure ab eo, qui ita per eã destitit accusari non possit, *l. qui destitit, ad Turpil. P. l. accusationem, C. qui accus. nõ poss.* nisi impetrauerit à principe abolitionem abolitionis intra triginta dies, à die prioris abolitionis cõputandos, *l. 1. C. de abolit.* Attamen reus ab accusatore per abolitionem hanc liberatus, poterit ab alio accusari de eo crimine, si secundus ostendat priorem accusatorem collusisse cum reo, & præuaricasse, *l. si quis homicidij crimen, de accusat. C. ca. final. de collus. deteg.* quia & iudex ex officio tunc inquirere potest, *l. 1. & 2. eod. l. abolitio, C. de abol.* Repetere & quis potest abolitas hoc modo accusationes, si suas vel suorum prosequatur iniurias. *l. si cui crimen, §. iisdem criminibus, de accusation. in P.* dummodo iam antea delatus exemtus à reis sit, non alias, *l. hoc tamen, §. fin. eod. P.*

7 ¶ Item † abolitio criminis priuata fit, moriente accusatore, vel alia causa simili impediente quominus accusare possit, *l. aut priuatim, 10. ad SC. Turpil.* Et hæc petitur à reo, postquam quoque intra triginta dies vtiles, alii licet repetere accusationem, *l. 3. §. fi. de accusat. in P. l. pen. de pub. iudi. in P.* Item si libelli inscriptionum accusatoris legitime ordinati non fuerint, rei nomen abo letur, & ex integro repetendi potestas fiet, *Paul. in l. 3. §. quod si libell. de accus. in P.*

8 ¶ Ex † parte rei cõtingit priuata abolitio tot fere modis, quot extinguitur pœna criminis: veluti pœna temporali, quę descẽdit
9 ex sententia, *Pap. l. fratres, 3. de pœ. in P.* ¶ In † quo & abolitio vitur differre à restitutione in integrum eorum, qui sententiam passi sunt, quæ restituit pœnã iudicatã & nondũ subitam vel nõ dũ perfecte impletã cũ bonis & iuribus rei, quib. per sententiam erat priuatus, *l. fin. de sent. pass. & resti. C.* Fit autem liberatio hæc proposita accusationis, pœna impleta: veluti exsoluto debito. Et solutione æris tollitur obligatio, *§. 1. quib. mod. tol. obl.* Delinquẽdo autem quis se obligat ad pœnam lege, committendo in prohibitionem, *l. obligamur aut re, de act.* Et proinde luitione pœnæ, ab accusatione, quæ ad pœnam poposcit, liber reus est.

10 ¶ Liberatur † quoque ab accusatione quæ pœnam reposcit, qui moritur in reatu: & ita pœna, quæ ad castigationem infertur, *l. si pœna, de pœn. in P.* euanescit non exsistente qui eã patiatur, *l. aut priuatim. 10. & l. in senatusconsultum. §. si propter mortẽ, ad SC. Turpil. in P.* & lege dicitur facta abolitio. Non secus, ac lege inanis est actio, quam inopia debitoris excludit, *l. nam si nullã, de dol. P.* Et antea sæpe dictum est crimen morte, *l. 3. §. fin. de accus. P. l. defuncto, de publ. iud. l. 1. & 2. si reus vel accus. mort. fuer.* paucis exceptis, exstingui, *quæ enumerat. gl. in d. l. 1. si reus, &c.* Dehinc & præscriptione aut tempore summouetur à reo accusator, qui nec calumnia notatur, si præscriptione excludatur, *l. querebatur, 11. ad SC. Turpil.* vt si quinquennium à die adulterii cõmissi lapsum sit, *l. mariti lenocinium, §. hoc quinquennium. & §. quinquennii. ad l. Iul. de adult. in P. l. adulter, C. eo.* si maritus intra sexaginta dies non egerit, non possit postea iure mariti accusare, *l. si maritus, in 2. §. si negauerit. eo. in P.* Et generaliter abolentur præscriptione accusationum institutiones per lapsum viginti annorum, *l. querela, ad l. Corn. de falsi. c. cum venerabilem, §. intelleximus, de except.* vt & declarauimus initio dum ageremus de tempore delicti considerando, *sup. lib. 30. cap. 7.* Per abolitionem etiam specialẽ seu priuatam crimini indultam, abolita censetur accusatio, quæ eã naturam sibi arrogat, dum fit gratia delicti, vel per indulgentiam, vel restitutione à principe facta.

¶ De † gratia delicti tractamus in crimine homicidii. Indul-
11 gentia à principe concessa perimit pœnam, non infamiam, *l. si. C. de gener. abolit. l. cum indulgentia, 10. l. generalis, 7. de senten. pass. li. 9. C. titu, 51. l. ad tempus. C. de in qui no. infam.* quia famam non restituit, nec bona, nisi specialiter dictum sit, *l. 2. de senten. pass. C.* neque actiones quæ ante competebant, *l. si ademtis, C. eodem.* non obligationes quibus vinciebatur, *l. tutor filiorum. eod.* non patriã potestatem, *l. indulgentia, de generali abolit. C.* Quæ omnia tamẽ restituit restitutio in integrum, quia reddit sententiam passo pristinum statum, quem ante sententiam condemnationis habebat, *l. 1. eo. l.*

¶ Abolitio † alia est generalis, quæ remittit crimina vel abro-
12 gat accusationem eorundem ad tempus, vel in perpetuum. Obli-
13 uio seu obliteratio delictorum sæpe data multis peccãtibus, vt ad meliorẽ frugẽ redirent, & trãquillitas in sibi metuẽtibus & ita rebellantibus pararetur. Hæc abolitio amnestia seu obliuio iniuriarũ dicta est: cuius lex lata olim Athenis pulsis triginta tyrannis, vt seditionibus dissuti homines in amicitiam redirẽt, vt scribunt Iustinus, *in 5.* Plutarchus, *in Politic.* Eandem post mortẽ Iulii Cæsaris suasit Cicero pro sectatoribus Bruti & Cassii, pro discordiarum obliuione, teste Appiano Alexandrino, *lib. 2. belli Ciuil.* & Velleio pater. *lib. poste. Histo. Rom.* Et Flauius Vopiscus tradit, *in Aurelia.* sub Aureliano amnestiam publicorum delictorum decretam fuisse exemplo Atheniensium. Sic & Herodianus, *in 3.* refert impunitatem datam à Scuero Cæsar. militibus qui ad barbaros transfugerant. Eamque amnestiam in Gallia vidimus sæpe nostris temporibus infelicibus ob crebras rebelliones & religionis prætextu seditiones, sæpius forsan quam expedire videatur quibusdam repetitam : neque tamen ideo meliores, sed audaciores indulgentia euasisse. Fuerunt & aliæ causæ abolitionis generalis vel publicæ, vt ob diem

Digitized by Google

insignem, ob publicam gratulationem, vel ob rem prospere gestam, *l. abolitio, 8. ad Sena. Turpillia.* ob lætitiam aliquam, honorem domus diuinæ, vel alia ex causa, *Vlpian. in l. si intercedente, 12. ad Senatusc. Turpillia.*

§ Post † abolitionem hanc publicam, quæ suspendit potius accusationem, quam genus certum remittat delicti, repeti potest accusatio, vt finitis feriis, ob quas indulgetur ab accusatore primo vel alio, intra triginta dies à finita abolitione, *l. aut priuatim, §. fin. & l. si intercedente, eod. P. l. 1. C. de gener. aboli.* Quod in priuata abolitione diuersum est, *l. mulier, §. fin. ad Senatusc. Turpil. P.* nisi expresse permittatur repetitio à principe, *l. 1. de abolit. C.* Refertur autem abolitio generalis hæc ad accusationes iam institutas, non autem ad eas, quæ post abolitionem fiunt, *l. 2. de gener. abolit. C.* Ideo Catiliana de vi damnato, & hoste cum Manlio iudicato, ceteræ multitudini, quæ cum secuta erat, parcens senatus diem statuit, antequam fine fraude liceret ab armis discedere, citra condemnatos rerum capitalium, *Dion Cass. lib. 37.*

14 ¶ Neque † etiam abolitio remittit lucrum, quod delinquens ex delicto commisso & abolito consecutus est, si id ex pecunia publica conflatum sit: veluti quando rata facta sunt, quæ à Sylla dictatore & eius iussu facta fuerunt crudeliter erga necem proscriptorum. Tamen horrendis criminibus non retractatis a Catone Vticensi, *Plutar. in Cato. Vticen.* quæstore in ius vocati rei sunt, & pecunia publica repetita, quæ apud eos esset, proditione & parricidio acquisita.

De Iudicio Criminum, & Differentiis inter ciuilia & criminalia iudicia.

Cap. 24.

1 *Iudiciorum ciuilium & criminalium differentia, & seq.*
Crimina cur esse impunita non debeant. eod.
2 *Iudicia criminalia prius fuerunt, quam ciuilia.*
3 *Procuratores in causis criminalibus ad agendum, vel defendendum non admittuntur: in ciuilibus contra. Et 4. & 13.*
5 *Rei criminum ex proprio ore respondere, & examinari debent super crimina.*
6 *Anacrisis quomodo fiebat, & facienda sit.*
7 *Reus pari fauore, ac accusator audiendus à iudice in defensionibus, & quomodo audiebantur. 6. 7. & 8.*
8 *Aduocati & oratores vbi improbati.*
9 *Inauditus damnari non debet.*
10 *Absentium reorum quæ sint pœnæ.*
11 *Annotationes bonorum absentium reorum quomodo, & quando fiant.*
12 *Accusans alterius instigatione puniendus.*
13 *Procuratores qui dicuntur.*
14 *Procurator in rem suam quomodo dicatur.*
15 *Appellare quare liceat vnicuique pro reo condemnato.*
16 *Appellationis introducendæ ratio.*
17 *Causæ contiguitas facit vt vnius ex reis persecutio aliis prosit.*
18 *Tutor mortem defuncti patris pupilli tenetur accusare.*
19 *Domini agere possunt pro seruo, & illos defendere, quare.*
20 *Procurator in criminibus priuatis, non publicis accedit: & quare ita varie.*
Nobiles quomodo, & quare à iudiciis criminum reiecti, eodem.
Iphicratis factum ad obtinendam criminis absolutionem, eodem.
Iniuriarum actio quomodo prosequenda. eod.
21 *Patronus per procuratorem quare possit ingratitudinis accusare libertum.*
22 *Populica actio quare agendo, & non defendendo admittit procuratorem.*
23 Exoine *& quid, & quomodo fiat.*
24 *Nuntius speciem procuratoris habet.*
25 *Epistola quo detegere potest crimen.*

1 ACcusatione † instituta, seu delatione vel inquisitione, quomodo vlterius in iudicio criminum statuendum sit, videndum est. Proinde, vt facilius dicenda capiantur, differentiæ inter iudicia ciuilia & criminalia adferendæ sunt, vt in quibus nō differant, consentire intelligamus. Prior itaque erit ex Pomponio, *l. licitatio, §. quod illicite, ad publi. & vectig. in P.* Iurisc. Ciuilia potius priuatorum vtilitatem: criminalia autem publicam disciplinam respicere. Publica namque vtilitas versatur in delictorum vindicta, *c. vt famæ, de sent. excom. c. est iniusta, 23. q. 4. l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. P. l. per omnes, C. de defensor. ciuit.* & iniquum est impunita esse, *l. Stychum aut Pamphilum, 95. de solut. in P. l. in delictis seruorum, §. cum dominus seruus, de noxal. actio. Non enim,* inquit Deus, *patieris maleficos viuere super terram, Exodi 21. ca. reos sanguinis, §. hinc apparet, 23. q. 5.* Inde salus populi, dum morbida membra emendantur, immedicabilia autem abscinduntur, vt ab initio istius tractationis docuimus.

¶ Altera † differentia ratione antiquitatis, quod prius fuerint criminalia iudicia, quā ciuilia: quia & prius deliquit homo, quā bona diuiserit. Et damnatus primum Adam ipse cum communione degeret, *Genes. c. 3.* In paradiso iudicialis ordo cœpit, ibi enim ob escam deliquit attentatam, seipsum accusauit, & latere voluit, interpellatus à Deo, & vocatus vbi esset, ibi per ἀνάκρισιν, interrogationem & responsionem, examinatus, dehinc confessione extorta cum consociis sceleris Eua & serpente, sententia punitus, eiectusque ex loco voluptatis. Cœperunt & postea possessiones distribui, ex quibus orta sunt iurgia ciuilia, & sæpe criminalia, *clem. dudum, de sepult. ca. 1. ne cler. vel monac. l. properandum. de iudi. ca. quo iure, 8. dist. can. sanctissimus, 12. q. 1. Anacharsis, epist. vlti. ad Crœsum.* Ex cōcupiscentiis enim hominum lites ortæ sunt, *D. Iac. ca. 4.* Et constat posse aliquem delinquere, antequam possit bona tractare, aut pro his litigare: vt & puerorum delicta sunt, *c. 2. de deli. puero. c. iuuenis, ae sponsal. can. paruuli, de consecr. dist. 4. l. 1. C. si aduer. aeli. l. si arrogati, de tute. in P.* & tamen in illos iudicia ciuilia aut actiue, *l. cum prætor, de iudi. l. 2. de regu. iur.* vel passiue non cadunt, quæ mouentur eorum tutoribus vel curatoribus, *titu. qui legi. pers. stan. in iudic. hab.* ipsi enim quid agant, ignorare dicuntur. *l. 2. de reg. iu. l. 1. §. impuberes, de sal. mo. C. ca. ex parte, de corpo. vitia. cum sim.*

¶ Tertio † loco, in causis publicorum iudiciorum, vbi ad vindictam publicam postulatur reus, non admittuntur procuratores ad agendum vel defendendum, *l. pen. §. ad crimen, de public. iudi. P. vide & ratione, ibi Imola, num. 22. & 23. l. tunc conuenit, C. ae accus. ca. in criminalibus, 5. q. 3. ca. absens per alium, 3. q. 9. can. si quando, 2. q. 6. l. 1. an per alium cau. appell. red. poss. in P.* Ideo absens per procuratorem se non defendit, *l. absentem, de pœn. in P. l. absentem, C. ae accusa. ca. absentem, & c. absentis, 3. q. 9.* Quia crimina sunt personalia, & vnusquisque ex suo delicto sorti subiicitur, iudiciumque ab alio excipi nequit quam reo, *l. si pœna, & l. crimen paternum, ae pœn. in P. l. sancimus, C. co. l. 1. de priua. deli. §. his autem verbis, de lege Aquil. cum sim.* sicuti nec personalia aliis communicantur, quam quibus adhærent, *l. qui a tale, sol. matr. P.* Itaque pro reo puniendo procurator dici nō potest idoneus, cum pro eo puniri non possit. In quibus enim procurator interuenit, is, non dominus condemnatur: nam si procuratore admisso, dominus, non procurator damnatur, nulla est sententia, *l. 1. C. de senten. & interlo. om. iud.* Quo fit, vt procurator in iudicium receptus satisdet de iudicato soluendo: vel ipse dominus pro procuratore satisdatione cauet, *l. qui proprio nomine, de procu. in P. l. si ad defendendum, iud. sol. in P. §. si vero aliquis, de satisd. § sin autem per procur. eo. tit.* Minus autem pro accusatore admittendus procurator, quod & huic, si non probet, talionis pœna ob calumniam immineat, *l. si. C. de accus. l. & in priuatis, ad S. C. Turp. P. l. ab Imperatore, de præuaric. in P.* neque in alium, quamuis heredem, hoc accusandi onus transfert, *Callist. in l. diui fratres, 19 de accus. in P.*

¶ Ceterum † in causis & iudiciis ciuilibus procurator ad agendum & defendendum accipitur, *l. 1. §. vius procuratorum, & l. licet, §. porro, & §. si plures, de proc. in P. l. si. C. eo.* Ista enim potius res quam personas respiciunt, & solicitudine aliorum quam dominorum expediri possent: vt non egeant præsentia eorum, quæ in criminibus pertractandis necessaria est, potissimū quādo in discrimen & periculum capitis vocatus est.

¶ Nam † nemo recte morti adiudicatur, quin prius ore proprio crimen fassus fuerit, vel interrogatus à iudice, proprio ore responderit ex Constantini lege, *l. qui sententiam de pœn. C.*

¶ Quare † & quamuis rei auditi & interrogati fuerint ab illis, qui eos cœperant, vel à quibus appellarunt, nihilominus à iudicibus, quibus sisuntur, iterum examinari & interrogari debent per ἀνακρισιν, id est, per interrogationem & responsionem, *l. D. Adri. de cust. reor. in P.* quæ consistit in formula, vt iudex inquirat ab accusatore, num velit persequi crimen, num testes producere. A reo autem num commiserit obiectum crimen. Meminit de anacriseos formula Demosthenes, oratione κατὰ μειδίου, & κατὰ ὀλυμπιοδώρου. Hancque obseruatam esse apud Romanos docet, quod in iudicio D. Pauli dixit Festus iudex, *Actu, c. 25. Non est,* inquit, *Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad absoluenda crimina.* Obseruauit hanc formulam Dominus noster Iesus Christus, in iudicium deducta adultera, dicens, *D. Ioa. Euan. c. 8. vbi sunt qui te accusant.* Præcipit Plato, *lib. 9. de Legib.* vt coram accusante & defendente iudices sedeant quam proxime, seruata illorum dignitate: multa namque colligunt optimi iudices ex vultu & orationis modo accusatoris, & accusati.

¶ Atque † in legibus accusationis & iudiciorum criminum Athenienſium, inquit Demosthenes, *in prin. de Corona.* πρὸς ἅπαντας τοὺς ἄλλους δικαίους ἦν γίγνεσθαι τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι. Præter cætera, quæ plena sunt æquitatis, & illud scriptum eadem ratione, vtrumque esse audiendum: scilicet accusatorem & reum. Verum reus ad obiecta tantum respondere debet, & in hoc liberior accusator. *ἐστὶν δὲ*, inquit Vlpian. in Demosthenem, *in orat. de fal. legat.* ὅτι τὸ μὲν κατηγορεῖν ἔξεστι κατηγορεῖν ὁ βούλεται τῶν δὲ ἀπολογουμένων,

Digitized by Google

δεῖ τοὺς μὲν ἄλλους, μόνον τῶν ἀδικημάτων τοὺς αὐτοὺς, id est, *Sciendum est autē licere accusatori accusare quicquid vult. reo autē sola crimina, quæ ab accusatore obiecta sunt, esse refutenda.* Docuit & Iulianus Cæsar vtrumque esse audiendum ante iudicium. *Namque audiens per se caussam Numerij Narbonensis paulo ante rectorum, accusati tāquam furis, atque ut cū insita ratione defenderet obiecta, nec posset in quoquam confutari. Cumque Delphidius orator acerrimus vehementer eum impugnans, documentorum inopia percitus, exclamasset: ecquis florentissime Cæsar, nocens poterit esse vsquam, si negare sufficerit: prudenter motus Iulianus ex tempore respondit: ecquis innocens esse poterit, si accusasse sufficiet? Ammia. Marcel. lib. 18 histor.*

8 ¶ Refert † Diodorus Siculus, *lib. 2. Bibliō. cap. 3.* morem Ægyptiorum fuisse accusatorem ea scribere in quibus alium accusabat, modumque patratæ iniuriæ aut damni dati, quantique æstimaret. Reo autem datum tempus rescribendi, & se aut id non feciſſe, aut recte feciſſe, purgandi: aut iniuriam vel damnum minoris æstimandi. Rursus accusatori reoque respondendi inuicem locus erat. Sic bis ita illis auditis, iudices in iustiorem partem sententiam scribebant, reiectis oratorum artibus. Apud Romanos lege cautum, vt accusatori in foro horæ sex ad dicendum: reo vero nouem ad defendendum darentur, *Plin. Sec. lib. 4. Epistō. epist. Vrſo suo.* Postea Cn. Pompeius accusatori duas tantum, reo autem tres dedit, & vno die & accusatores & reos perorare iussum est, nec pluribus clepsydris vti permissū, *vide Alex. ab Alex. lib. 4. Gen. dier. ca. 12.* In quo paulum Romani deflexerunt à lege Athenienſium, qua rei perpetua oratione se non poterant accusare, sed Laconicis & minutiſſimis responſionibus ad interrogata respondere cogebantur, ne veritas delicti interpellaretur, & pœnas eluderent, vt scribit Xenophon, *lib. 1. rer. Græc.* Vocant pragmatici, *Respondre par peremtoires.*

9 ¶ Ex † quibus manifestum est, inauditum neminem damnandum, vt dictum etiam in filio à patre puniendo, *l. inauditum, ad leg. Corne. de sica. P. l. 1. de requir. reis, in P.* & de seruis indicta causſa à domino non damnandis, *l. 2. de his qui sunt sui vel alie. iur. in P. §. sed & maior, eo.* etsi ius necis in eas personas patribus & dominis fuerit liberum conceſſum, vt docemus dum de potestate illo-
10 rum agimus. ¶ Quo † factum etiam in iure, ne in absentes criminis fiat cognitio seu condemnatio ob periculum, ne innocens damnetur inauditus: satiusque visum, nocentem absentem scilicet absoluere. quam innocentem condemnare, *l. absentem, 5. de pœn. in P. l. absentem, C. de accuſ. l. 1. 1. de requir. reis, in P. l. ſi quondam, C. de adult.* Propter absentiam tamen contumacem solemnibus edictis & denuntiationibus vocatus, qui non comparuit iudicis mandatis damnatur, atque per sententiam in eum ex more iudiciorum priuatorum: irroganturque pœnæ in absentem pecuniariæ, & infamiæ, & aliæ vsque ad relegationem, vt notat Vlpianus, *d. l. absentem, de pœn. in P. vide gloſ. in l. 1. in verb. ratio, de*
11 *exhib. reis.* ¶ Ante † omnia fugientium vel absentium bona annotantur, id est, inuentario notantur, & describuntur auctoritate iudicis, postea committuntur alicui custodienda, dehinc requiritur reus, edictis peremtoriis vocatur. Post quæ si non compareat, intra annum à die annotationis numerandum, in ærarium seu fiscum annotata transferuntur, & acquiruntur. Neque si post annum redierit, & se à crimine purgauerit, ideo repetit annotata bona: contra si intra annum veniat, causſam dicturus, *l. 1. 2. 3. 4. 5. de requir. reis, in P. l. 1. 2. 3. C. eo.* Vel si moriatur intra annum, quo casu etiam, quia crimen exstinguitur, ad heredes transmittit bona, *l. 1. eo. tit. C. l. 1. §. fi. eod. in P.* Ex quibus liquet, procuratorē nō admitti in causſis iudiciorum publicorum: cum absens non possit in hoc iudicio recte iudicari.
12 ¶ Atque † postremo, constat illegitimam esse personam procuratoris in iudiciis publicis. Quod vel ex eo puniri posſet, quod procurator esset. Siquidem qui alio nomine accusat, & instructiones ab alio accipiens etiam prosequitur, ob id solum punitur, quod ministerium alieni timoris receperit, *l. 1. §. incidit, ad S. C. Turpil.*

13 ¶ Scio † tamen infinita propemodum iura huic resolutioni obiici posſe, quæ tamen paucis conciliabo, neque vllo modo ad specialia vel priuilegia porueniendum esse ostendam. Dico igitur, axioma hoc obseruandum per singula verba, procuratores in defendendis vel inferendis criminibus non recipi, quando publica sunt, & criminali iudicio & ad vindictam publicam exercentur. Primum dico procuratores hic intelligi, qui in rem alterius sunt, qui prorsus nomine alieno, mandato domini in iudicio contendunt: hæc enim proprie procuratorem constituunt, *l. 1. de procur. l. 3. P. tit. 1.*

14 ¶ Nam † qui procurator in rem suam dicitur, *l. ſi quis in rem suam, 34. eo. P.* proprie procurator non dicitur, *gloſ. 2. in l. 1. eod. P.* Et propria administrare, & aliena, diuersa, imo contraria sunt: nisi secundum quid procurator in rem suam dicatur, nempe procurator ratione iuris, quod alius habet in re, quæ propria etiā ratione aliqua est. Vtque diuersis respectibus res eadē propria, & aliena dici poterit: similiter & procurator & dominus dici poterit. Sed neq; in eo quod dominus est, recte dicitur procurator: neq; in eo quod procurator, dicetur dominus. *Palam autem est*, inquit Vlpianus, *in l. 1. §. propria, quam appel. sit, lib. 49. P. si. 4. & ibi glo. in ver. suo nomine, propriam esse causſam, Cuius emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet.* ¶ Hinc † collige, 15
non aduersari axiomati, quod liceat alteri pro condemnato crimine capitali prouocare, *l. audictos, de epiſc. aud. C. l. addictos, C. de appell.* etiam eo inuito, *l. non tantum, eod. tit. P.* Nam qui ita prouocat, nec ex condemnati persona defendit in iudicio, sed potius ex propria cōtra iudicium, quod illi videtur impiū, admittitur. Cumque inter homines omnes natura coniunctio, & quædam generis proximitas sit, *l. vt vim, ae iuſti. & iur. Cice. 2. Of ſic.* interest hominis hominē affici beneficio, *l. ſeruus ea lege, ae ſer. expor. P.* & innocentiam absentis excusantem audiri, *l. ſeruum quoque, §. publice vtile est, de procur. in P. l. 1. C. ſi per vim vel alio modo.* Atq; prouocatio potius iudicij iniquitatem respicit, *l. 1. de appell. P.* quā iudicati causſam, & hic maxime locum habet præsidiū innocentiæ, *c. cū ſpeciali, § porro, eo.* Sed & alterius nomine appellari quidem potest in criminali iudicio, at persequi appellationē procuratorio non licet nomine. Quia & post illam prouocationem ante tribunal iudicis, ad quē deuoluitur causſa, ſiſti reus debet, si de criminali & capitali pœna agatur. in aliis siquidē procurator admittitur, *l. 1. an per alios cau. appell. resc poſſ. in P.*

¶ Nec † quicquam prouocatio facere videtur, quam deuo- 16
luere negotium cōtra iniuriam magistratuum, & ob oppressionem illorum in superiorem, *l. 1. de appell. P.* Sic & lex Valeria etiam olim prosperit, à P. Valerio primum lata, dehinc à Marco Valerio tertio repetita, per quam exactis decemuiris, ad cohibendam magistratuum licentiam, & libertatem conseruandam prouocandi ab omni magistratu ad populum dabatur facultas, vt auctor Dionyſius Halicarnaſ. *in 5.* Et proinde libertas illa cōmunis cum sit, & omnes tangat, & prouocare cuique pro alio licebit, tanquam sua interſit libertatē conseruari hanc rarā. Quē admodum in liberali causſa pater & proximi, pro filio & próximis etiam illis inuitis, in seruitutem protractis agere posſunt: quia sua interest non habere seruos in gente sua, *l. 1. de cau. liber. in P.* Ita eorum actio non procuratorio nomine, sed per consequentiam ad seruos pertinet.

¶ Et † proinde quoq; in causſa criminali cōmuni, aliqui ex plu- 17
ribus reis, vel ex accusatoribus, pro aliis iudiciū prosequi videtur & admittūtur, *vt in c. hæc quippe, 3. q. 6. & c. cū dilecti. de dolo & contuma. in c. ſtatuit, l. 2. q. 5.* ratione cōnexitatis & communionis causſæ: & ita alterius præsentis victoria alteri absēti prodest, *l. 1. ſi vnus ex plurib. appellat. C.* quia pro parte defendi nō potest, *Caius l. ſi cum vno, 4. ſi ex noxa. cau. agat. lib. 2. P. situ. 9.* Et ita non tam procuratorio, quā proprio iudicium peractum erit. ¶ Romani 18
† & aliud exemplum in tutore, qui consilium dat pupillo in accuſanda morte patris, isque ad accusationē admittitur, *l. 2. §. pupillus, de accuſat. in P. l. 2. qui accuſ. non poſ. C.* In quo casu tutor nō tam alieno seu procuratorio, quā proprio nomine admittitur: quod illi res pupilli administrandæ suo periculo cōmiſſæ sunt. Et ideo se inscribere accusationi cogitur, *d. l. 2. qui accuſ. non poſſ.* atque necessario ratio sui oneris & officii accusare compellendus est, cum ad damnū pupilli pertineat omissio accusationis, nempe de reuoluēda hereditate ad eū, qui post eius negligentiā vindicauerit, & reuoluatur idipsum in tutorem, aduersum quē postea agit pupillus, *l. Pollā, de iu quib. vt indig li. 6. C. ti. 35.* ¶ Ad- 19
de † seruo accusato, dominum pro eo audiri in defensione, *l. ſeruus, de publ. iud. in P. l. 2. C. de accuſ.* tum quia seruus incapax est formularum iuris ciuilis, *l. quod attinet, de reg. iur. in P. l. qui teſtamento, §. ſeruus, de teſta. in P. l. nullo modo, ad leg. Cor. de fal. in 1.* quæ in iudicis exigūtur: tum etiam quod interest domini seruū defēdi, quia proprius est. Et sæpe quoque, vt ipsi serui, *l. ſeruis nō in omnibus, de act. in P.* ex delicto tenetur eorū, nec liberatur ipsorum deditione, *l. in delictis, §. cum dominus, & l. noxalis, de noxal. actio. in P. l. 1. & 2. eo.* ¶ Dicimus † deinceps nos agere de criminibus 20
capitalibus publicis, non de priuatis: nā & in his admitti procuratorem placet, potiſſimum si ciuiliter fiat horum prosequutio, *l. 1. an per alium cau. appel. resc. poſſ. in P.* Vt si de actione iniuriarū agatur ciuiliter, *l. licet in popularibus, 42. §. actionē, de procur. P.* nō autem si criminaliter: quia tūc inscriptio exigitur, *l. ſi. de iniur. & l. ſi. de pri. del.* Neque iniuriarū criminaliter vindicta peti vel defendi per procuratorē potest, exceptis personis illustribus, filiis & vxoribus earum, quibus per procuratorē agere, vel defendere pro iniuria licet: ea tamē lege, vt sententia nō in procuratorem, sed in ipsum cuius est procurator pronūtietur, *l. ſi. de iniur. C. lib. 9. titu. 35.* Ceterum horum priuilegium in consequentiam non est trahendum, *l. 1. §. fin. de conſtit. princi. cap. priuilegia, 3. diſt.* Quod magis fauore nobilitatis indultū fuit, quā deturpari quo dāmodo putabant antiqui, si pro reatu illo adhuc nō plene perspecto, vel vt accusatores, vel vt rei, iudicio interesſet. Quare & omnes nobiles olim à iudiciis arcebantur, & tenebātur procūratores ad ea exercenda cōstituere. Quod etiam (quia quibusdam nobilibus inopibus, qui nō haberent idoneas facultates ad procuratores constituēdos, dispendiosum visum est) ad illustres & super illustres personas cōtractū fuit *§. 1. vt ab illuſtrib. & qui ſup. eam dignitat. ſunt, &c. in Auth. coll. 5.* Sed & putarem præsentiam nobilium, præsertim illustrium, submorā à subſelliis iudiciorum fuisse, ne præsentes iudicum animos peruerterent, vt &

Digitized by Google

sinnuit Iustinianus *C. §. sancimus, eod.* Quemadmodum & prohibitum, *l. vni. C. ne lice. potentio. litigios. patro. præst. vel act. in se transf.* ne potentiores litigantibus patrociniũ præstent, ne aduersarius perterritus potestate, iustę causæ persecutione desorat, aut iure suo spolietur: potentioribus quippe pares esse non possumus, *l. 3. de alien. iudi. mut. cau. fac.* Exemplum apud Polyænum, *lib. 3. Stratagematon.* de Iphicrate, Ἰφικράτης enim στήσας πλησίον φύλακας πρὸς τοῦτο παιδίσκας ἐγχειρίδια κατέχοντας· οἱ ἐφαίνοντο τοῖς δικαζομένοις τὰς λαβὰς, ἵνα μὴ ἀντὶ κατηγόρων ἀποθνήσκωσι τῶν δίκων. id est, *Iphicrates capitis reos factus collocauit iuuenes aliquot pugionibus instructos, qui iudicibus capulos ostendentes, tantum eis timorem iniecerunt, vt illi perterriti illum absoluerent.* Prohibitumque eadem ferme ratione, ne nobiles negotientur, vt inter plebeios & negotiatores facilius sit emendi & vendendi commercium, *l. 3. de commer. & merc.* Neve conducant aliena prædia, *l. milites, C. de loca.* quod & Gallicanis regiis constitutionibus firmatum est. Itaque in criminibus, & in hac parte iniuriarum persequendarum per procuratorem singulari iure illis indultum est. Sicuti & in aliis pluribus, *l. scimus, C. de iure delib.* vt nec tormentis subiiciantur iure ciuili, *l. milites, l. diuo Marco, l. decuriones, C. de quæstio. l. Pedius. de incen. rui. P.* Quod si ciuiliter ageretur ex hoc crimine iniuriarum, communis causa plebeii, & illustris esset: quia in hoc, & similibus ad ciuilem pœnam, non ad vindictam agitur publicam.

21 ¶ Quo † fit etiam, vt libertũ patronus, ingratitudinis per procuratorem accusare possit, *l. sed & hæ, 35. §. 1. de procur. in P.* eo quod ibi potius consideremus priuatum commodũ, vt fiat eius
22 seruus, *l. pen. de liber. & eor. lib. C.* ¶ Similiter † in popularibus actionibus, quamuis qui agit non possit per procuratorem agere: tamen, qui conuenitur, dare potest, *l. qui populari, de popula. actio. P.* quia nõ ratione criminis, sed ratione dãni ea actio populica seu publica dicitur, *l. 1. o. & ib. glo. 1, in fine. & l. fin. de prima. del. &*
13 *l. fi. de furt.* ¶ Postremo † in axiomate prohibitionis procuratoris, pro criminibus dicimus mouendis vel defendendis nõ admitti: pro aliis autem, quæ ad litem & iudiciũ pertinẽt, recipi nõ negamus: v. cluti pro allegatione iustæ absẽtię, *l. reos, C. de accus. cap. veniens, eod. tit. ca. reos. 23. q. 5. ca. cum dilecti, de donat.* pro excusanda dilatione veniendi, vt si infirmitate detineatur, qua impẽdiatur reus iudicio interesse, mittit nuntium vt se excuset, *c. querelam, de procurat.* præsũto ab eo de veritate dicenda prius sacramento. Vocant. curiæ *Exoine*, Melius tamen *Exoimne*, ac verbo ἐξωμοσίαν, id est, iureiurando excusare iudici, dum is qui adesse debebat, non adest, iusta causa reddita, quæ multiplex esse potest, *l. 2. §. 1. & seq. §§. si quis caut. iud. sist. cau. fac. non obtem. in P.*
24 ¶ Sic † nuntius hic aliquomodo erit procurator, *l. 1. de procur. in P.* vel voluntatis alienæ ministęr. Potest & quis crimen detegere per epistolam, *c. Epiphanium, 5. q. 6.* verum illa non fungitur accusatoris, sed delatoris officio.

Et post delationem reus delatus potest anno elapso honores petere ante sententiam: nisi per eum steterit, quominus lis expedita fuerit, *l. reus delatus, de mun. & honor. P.*

¶ Sexta † differentia, vt ex pœnalibus actionibus defunctorum heredes non teneantur, nec pro crimine: quia pœna suos sequitur auctores, estque personalis, *l. si pœna, l. sancimus, de pœn. in P. l. crimen paternum, C. eo. tit.* Nisi si quid peruenerit ad eos ex crimine, *l. 1. de priuat. del. in P. l. 1. ex del. def. in quan. hered. sentan. l. ex iudicorum, de actu. fa. in P. §. non autem, de perpet. & tempor. actio.* paucis quoque exceptis, in quibus pœnalis actio in heredem transit, *quæ notan. à glo. in §. non autem, de perpet. & temp. actio.* In ciuilibus autem actiones ab heredibus & contra heredes ex facto defunctorum dantur, vt constat ex toto titu. Vt actio ab hered. & contra hered. incip. C.

¶ Septima, † edictum propositum in caussis pecuniariis exi- 4
stimationem non lædit absentis, sed bona possidentur latitantis, *Vlp. in l. 2. & Pau. l. in possessionem, 6. & Vlp. in l. Fulcinius, 7. in prine. & §. 1. quib. ex cau. in posse. eat. lib. 42. P. tit. 3.* At in criminalibus, contumax infamia notatur, *l. fin. de requi. reis, C. l. 2. & vt intra cert. temp. &c.* ¶ Octaua, † in pecuniariis caussis iure ordinario 5
non datur, nisi semel in singulis caussis dilatio: in capitalibus autem reo tres, accusatori duæ dari possunt, verum causa cognita, *l. fi. de feriis in P.* Solent tamen in ciuilibus ad conuincendam malitiam fugientium cum caussæ etiam cognitione dari tres dilationes, *auth. iubemus, C. de iudi. au. qui semel, C. quomo. & quan. iud.*

¶ Nona, † pro ciuilis negotij caussa accedere potest fideiussor, non pro crimine, cui pœna capitalis imponitur, *l. si à reo, §. fin. de fideiuss.* quia personales pœnæ sunt, vt ante explicauimus. Si tamen crimen leue sit, cuius pœna in pecuniariam permutari possit, accipi possunt fideiussores, *l. 1. & l. diuus, de custod. reor. in P.* Nam & reus aliquando sub fideiussione sui ipsius carcere soluitur, *d. l. 1. l. cum clericus, 25. §. 1. de epis. & cler. C.* Neque ambigit quisquam interdum corporales pœnas in pecuniarias, & contra, posse commutari, *l. 1. §. fin. cum sim. ibi nota. de pœ. in P.* Accipitur & vadimonium pro altero, dum cautiones iudicio sistendi caussa fiunt, *l. si quis seruum, 7. & leg. fin. si quis cautio. ind. sist. cau. fa. lib. 2. P. tit. 11.* quibus fideiussores obstringũtur ad id quod interierit accusatoris, non fuisse in iudicio reum, *l. 2. §. fin. qui satisd. cog. lib. 2. P. tit. 6.* non ad pœnam, ad quam etiam subeundam minime se obligant. Contra quam ferunt tamen contigisse inter illos Pythagoricos amicissimos Damonem & Pythiam sub Dionysio tyranno, *Vale. Maxim. lib. 4. c. 7.*

De aliis differentiis Ciuilium, & Criminalium caussarum.

Cap. 25.

1 *Carceribus quando quis pro ciuilibus & criminalibus negotiis mancipetur.*
2 *Criminalia iudicia biennio, & ciuilia triennio finem habere debent.*
3 *Pœnales exactiones quando, & quæ transeant in heredes.*
4 *Contumax alio modo in ciuilibus, quam in criminalibus punitur.*
5 *Dilationes quæ ciuilibus, & quæ criminalibus negotiis dantur.*
6 *Fideiussor quando criminibus, & quibus, & quomodo accedat. Fideiussio sui ipsius. eod.*

QVarta † differentia criminalium, & ciuilium iudiciorum: quod pro ciuilibus negotiis iure communi vix quis in carcerem detruditur, *l. nemo carcerem, de exactor. tribut. lib. 10. C. auth. sed hodie, de offic. diuers. iudi. C. §. necessarium, vt nulli iudic. &c. in authen. coll. 9.* nisi se submiserit carcerationi, vel condẽnatus cõtumax sit. vt. Deo fauente, dicemus in cessione bonorũ, & pauca de carceribus diximus supra, *li. 31. ca. 33.* in pœna carceris. Pro criminalibus autem ordinarii iuris sit carcere reos cõcludi, potissimum in grauioribus sceleribus, *l. 1. & l. diuus, de custod. reor. in P.* Interdum & accusatorem cum reo, *l. 2. C. de exhib. reis,* imo & mulieres ipsas, *auth. hodie, de custo. reor. C.* separatis tamen carceribus à virorum carcere, *l. quoniam, C. eod. tit.*

2 ¶ Quinto † differũt, quod criminalia citius, quã ciuilia finẽ accipere debeant: criminalia biennio, *tot. tit. & l. fi. vt int. cert. tem. crim. quæ termin. C. l. 1. & fin. C. de custo. reor.* ciuilia triennio, *l. properandum, de iud.* Atque ideo post biennium exstincta dicitur accusatio, *l. 2. vt int. cer. tem. C. cum similib. sup. ad hanc rem notatis,* in ciuilibus interemta controuersia per eremodicium siue desertionem, *d. l. properandum, §. sin autem reus abfuerit, C. de iud.*

De alia Differentia ciuilium, & criminalium negotiorum ex ordine iudiciali.

Cap. 26.

1 *Ordo iudicialis quis non seruatur in criminalibus caussis.*
2 *Accusationes criminum quare citò expediri debent.*
3 *Ordo iudicandi crimina qualis olim, & postea fuerit.*

DEcima † differentia erit, Ordinem iudicialem ciuilium caussarum, *de quo in l. 4. & fin. de sentен. & interl. om. iud. in ca. qua fronte, de appella.* de quo in iudiciis, Deo fauente dicetur, non seruari in examinandis criminibus; in quibus extra ordinem ideo dicitur iudex cognoscere, *l. ordo, de publ. iud. l. licitatio, §. quod illicite, de publ. c. ad petitionem, de accusa. l. 1. §. fi. & l. hodie, l. 1. de pœn. in P. l. in Senatusconsultum, 5. §. 1. ad SC. Turp.* Non autem putandum est, inordinate, vel nullo seruato certo ordine, crimina tractari in iudicio: nam ordo quidem aliquis est seruandus, certusve est, *c. dilectus filius, de simo. c. qualiter & quando, in 2. §. pen. & fin. de accus.* verum alius à caussis ciuilibus. Sublataque ciuilium notionum hic solemnia, ne diutina comperendinatione criminum conniueantur vel eludantur pœnæ.

¶ Solet † enim calere criminum inuidia recenti accusatione, & ad vindictam & animaduersionem iudicum animos propellere, qui comperendinata re forensi artificio refrigescunt: & prorogata die, iusta ira accusatorum relanguescit, & lacrymæ iudicum exarescunt, qui prius & orborum & viduarum calamitati ingemiscere videbantur, vt ait Budæus, *in annot. a. prio. in P. in l. fin. de senat.* Sic Constantinus Cæsar sanciuit, *l. 1. C. de custod. reor.* celeriter accusatorem accusare debere, atque statim vbi custodiæ mancipatus est reus, de eo quæstionem fieri: vt si noxius inuentus sit, puniatur: si innocens absoluatur. Vt aut velox pœna ex sanctione Gratiani, Valer. & Theod. Cæsarum *l. fin. eod.* inde eos subducat, aut absoluendos diutina pœna non maceret.

¶ Qualis † fuerit ordo antiquus apud Romanos non referã, 3
quia hunc contexit & explicauit iam Brissonius, *lib. 2. Selectarum antiq. iuris, c. 1.* Nec vnquam mihi placuit aliorum labores vsurpare. Et latius etiam in iudiciorum tractatu de ordine Deo fauente tractabimus, vt in propria sede, simul cũ aliis, quæ cõmunia aut specialia sunt iudiciis criminaliũ & ciuiliũ caussarũ, de proba-

Digitized by Google

probationibus, iudiciis, & quæstionibus, & similibus agentes.

De Pœnarum impositione.

Cap. 27.

1 *Pœnis affici nemo priuata auctoritate legitime potest.*
2 *Pœnas magistratus omnes non possunt, nec qui possunt, quas voluerint infligere.*
3 *Pœnam inflictam iudex, qui condemnauit, nec mutare nec moderari potest.*
Pileus quare auferatur damnatis vltimo supplicio, eod.
Serui fiunt pœna damnati vltimo supplicio, eod.

1 CVm † pœna soluitur pro delictis, sit satis cõstitutionibus, quę puniũt crimina. Et finis totius prosecutionis & iudicii criminum, in pœnarum solutione ponitur. Proinde secundum iudicis sententiam, & ex eius præscripto inferri debent. Nec sine auctoritate publica priuatus punire potest, sed is prius iudicandũ iudici debet offerre: alioquin vltimũ supplicium nõ effugit, geminæ suspicioni obnoxius, quod aut publicum reum ne facinoris scios publicaret, seueritati legum & debitæ subtraxerit quæstioni: aut propriũ fortassis inimicũ sub huiusmodi vindictę nomine consilio atrociore confecerit, *l. fi. ad malef. & mathe. li. 9. C. tit. 18.* Et quãuis aliquis sit sceleribus implicitus, idcirco tamẽ iudiciorum vigor, iurisque publici tutela in medio cõstituta, ne quisque sibi valeat permittere vltionem, *l. nullus, 13. de Iude. C. ca. porro, suncia gl. 2. de æmor.* Neq; quia licet impune interdũ cuiq; illatam iniuriam vindicare, *casus notat. glo. in d. l. nullus, in verbo vltionem.* Ideo nunquã aut raro receptum, pœnas publicas à priuato omnino imponi posse: cum non sit singulis concedendum, quod per magistratũ expediri solet publice, ne occasio sit maioris tumultus faciendi, *l. non est singulis, 137. de reg. iur.* Et multa cõsiderãda sunt in pœnis imponendis, quę temeraria priuati præcipitatio, & stolidum iudiciũ, vel indiuidiosa ratio, in pernicię hominum cõfunderet. Datum ius animaduertendi, & gladij certis quibusdã tantum, vel à lege, vel à principe. & aliis qui potestatẽ habent, *l. imperium, de iurisd. omn. iud. l. D. Petri, c. 2.* ceteris contra inhibitum, ea quæ magistratus sunt vsurpare, *l. qui nomine prætoris, 25. ad leg. Cor. de falsi. in P.* Omnes enim in hoc pares, id est, priuati omnes, vt par in parẽ nõ habeat imperium *l. ille à quo. §. tempestiuum, ad SC. Trebellian. P. l. nam magistratus, de iudi. in P.*

2 ¶ Quinimo † nec omnes magistratus pœnam imponere possunt, sed si tantum quibus damnandi ius est, *Vlp. l. 2. §. fi. de pœn. P.* Neque quibus licet, omnes seu quascunque irrogant. Veluti præsides prouincię deportandi non habebant licentiam: præfectus vrbis habebat, *d. l. 2. §. constat. Vlpia. l. inter pœnas, 6. & l. relegatorum, 7. de interd. & releg. lib. 48. P. sit. 22.* Procuratores Cæsaris non possunt exsilio damnare, vnde nulla eorum huiusmodi sententia, *l. 2. de pœn. C.* Nec nisi summis iudicibus sine iussu principis licet confiscare, *l. vni. ne fine iuss. princip. lic. cert. iud. confis. lib. 9. C. tit. 48.* Sic obserua in similibus. Rursum nec quibus arbitrium imponendarum pœnarum est, electio earundem est: neque liberam mortis habent facultatem, *l. aut damnum, 8. §. proinde, de pœ. in P.* Erat enim summum quod tyranni exercebant in morti addictos iure vel iniuria, liberam mortis electionem cõcedere, nempe vt statueret reus mortis genus quod sibi expeditissimum videretur. Sic & apud Suetonium Tranquil. *in Tiberio, c. 54.* Putant Germanici filium Neronem ad voluntariam mortem coactum, & *Corn. Tacit. lib. 11. Annal.* Vitellius sub Claudio Valerio Asiatico liberum mortis arbitrium permisit, & idem Corn. Tacit. *idem lib. 5.* ait mortem voluntariam oblatam à Nerone Senecæ, & cum ipse eam sibi non pararet, per tribunum indictam. Et facti quidem quæstio in arbitrio iudicantis est: pœnæ vero persecutio non eius voluntati mandatur, sed legis auctoritati reseruatur, *Marcel. l. 1. §. sed nõ vtique ad SC. Turpill.* Atque lex, quamuis sit dura, sequenda iudici est, *l. prospexit, qui & à quibus man. li. non fiant, l. nemo, de sent. & interl. om. iud. C.* Potest tamen ex circunstantiis causſæ concurrentibus minuere, *l. etsi seuerior, C. de in qui not. infa.* vel augere, *l. aut facta, 15. § fin. de pœ. in P.* pœnam, causſa cognita, & dummodo rationem in vtroque non excedat, *l. hoste, 14. eo. Nam respiciendum est iudicanti,* vt ait Marcell. *in l. respiciendum, P. facit l. qui sententiam, eo. C. ne quid aut durius aut remissius constituatur, quam causſa deposcit. Nec enim seueritatis aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, pronunqueque res postulat, statuendum. In leuioribus. promiores ad lenitatem iudices esse debent, in grauioribus pœnis, seueritatem legum cum aliquo temperamento subsequi.* Et interpretatione legum pœnæ potius molliendæ, quam exasperandæ, *Hermo. in l. interpretatione, 42.* 3 *de pœn. in P. l. factum. §. fi. de reg. iur.* ¶ Dehinc † & quando ab iis, quibus pœnam statuendi datur facultas, sententia pœnæ dicta est, ea nec mutari, aut tolli per ipsos potest, *in l. pœnam suam 15. C. de pœn. l. acta, de re iud. in P. l. 1. C. sen. resc. non posse.* nisi interposita prouocatione, *l. non tantum. de appellat. P. l. addictos, de episco. audien. C.* vel si prouocari non possit principis auctoritate remittatur, *l. diui fratres, 27. & l. ad bestias, 31. de pœn. in P.* sententia. Statim enim vbi quis damnatur potissimum vltimo supplicio mutat statum, & ex libero fit seruus pœnæ, amittitque libertatem cum ciuitate, *Marc. in l. in seruorum, 10. §. 1. & in l. quod ad statum, 12. Paul. l. qui vltimo supplicio, 29. de pœnis, in P.* Ideo & in Gallia, vt plerunque pileum adimunt speculatores, iussu iudicis, veluti amissa libertate, cuius pileum insigne erat olim. Hodie tamen nemo bene natus ex pœna amittit libertatem.

De Suppliciorum seu Pœnarum exsecutione.

Cap. 28.

1 *Pœnæ non sunt exsequendæ ex speculatoris arbitrio, sed iuditis. Carnificis inhoneste pœnas inferentis supplicium. eod.*
Carnifici quæ debeantur ex vestimentis morte damnati, eõdem.
2 *Pœna dicta non debet differri, quin exsecutioni mandetur.*
3 *Prægnantis supplicium differtur.*
4 *Supplicium damnati, vt habeatur de eo aduersus socios sceleris tortura, suspenditur.*
5 *Supplicium iussu principis dictum debet suspendi per 30. dies.*
6 *Pœna supplicij quibus casibus suspendatur, & quomodo mutetur. & 4. 5.*

DE lictoribus † seu carnificibus in superiore libro dictũ est, *sup. lib. 31. c. 38.* Superest, vt de exsecutione pœnarum pauca connectamus, quæ possint criminum generali tractationi colophonẽ addere. Curare debet iudex, vt speculatores pœnas exsequantur, non pro arbitrio, sed ex præscripto sententiæ, & ea quã fieri poterit honestate: memores hos quidẽ reos esse qui mortí addicti sunt, sed tamẽ homines, & dignos aliqua humanitatis in tuitu, misericordia. Meminit Ammianus Marcellinus, *li. 28. hist.* Clarita & Fluminiana de adulterio damnatis sub Valẽtiniano, harum vni carnificem indumenta arripuisse, & ita ad pœnã traxisse, vt nec quidem vllum velamen pudendarum partiũ relinqueret: & ita nudã ad supplicium duxisse, sua auctoritate immaniter, & insolẽter, & contra pudorẽ. Quare & de adultera sumpto supplicio, ipsum viuum exustũ fuisse. Merito certe, nõ quod culparetur rapacitas vestium: nam pannicularia debẽtur spiculatoribus, id est, vestimenta, quibus spoliatur momẽto, quo quis punitus est, *Vlp. in l. diuus Adrianus, 6. de bo. damna. lib. 48. P. sit. 20.* sed quod viuenti, & præter humanitatem ademisset.

¶ Et † quia ad reorum manifesta probatione conuictorum 4 quantocius fieri poterit cõdemnationem properandum est, ne detur facultas supplicandi, vel malignis artibus flagitiosis pœnã euitandi, *l. cum reis. 18. de pœ. C. l. fin. C. de custod. reor. l. 1. C. de bon. proscrip.* Sic pœna dicta ea non debet mora longa differri, quin per lictores mandetur exsecutioni. Nec ideo suspẽdenda, quod dãnati dicant se habere quippiam, de quo velint principẽ monere ad eius statum pertinẽs, vt ait Vlpianus, *in l. si quis forte, 6. de pœ. in P. Simul atque,* inquit Labeo, *l. si qua pœna. 244. de verb. sig. P. victus quo est, eius maleficii, cuius pœna est statuta, statim ea debetur.* Sicque iure communi receptum est. At ex causſa non negamus exsecutionem pœnæ interdum suspendi, vel differri: & aliquãdo commutari, & aboleri. ¶ Suspenditur † in muliere prægnante, quoadusque pepererit, *l. 3. de pœ. in P. l. Imperator Adrianus, 18. de sta. hom. in P.* Etenim pœnæ, vt diximus, personales sunt, & filius pro matre puniri non debet, *tit. ne filius pro patre, l. crimen paternum, de pœ. in P.* nec calamitas matris solet obesse ei, qui in vtero eius est, *l. & seruorum, §. ingenui. de sta. hom. in P.* Refert Ælianus, *lib. 5. var. hist. c. 18* iudicii exemplum Areopagitarum, qui cum mulierem veneficam damnassent morte, non prius eam interemerunt, quam partu liberaretur.

¶ Sæpe † etiam seruantur damnati, post condemnationem, & 4 differtur pœna, vt ab iis in aliis quæstio habeatur, *Paul. in l. qui vltimo supplicio, 29. de pœ. in P.* ¶ Et † interdum, si princeps præter 5 consuetudinem iubeat seuerius in aliquos vindicari, ex Cæsarum lege suspendi debet exsecutio per triginta dies. *Grat. Val. & Theodo. in l. si vindicari. 20. C. de pœn.* Quam legẽ Theodosium maxime auctorem habuisse referunt historiographi suasione D. Ambrosij, post cladem Thessalonicam temere & crudeliter iussu Cæsaris patratam. Ante annum ab vrbe condita 775. factum est senatusconsultum, sub Tiberio, Ne decreta patrum ante diẽ decimum ad ærarium deferrẽtur, idque vitæ spatium damnatis prorogaretur: sed non senatui ad pœnitendum libertas erat, vt scribit Cornelius Tac. *li. 3. Annal.* Meminit de causſis huius SC. Dio Cas. *lib. 57.* Quod Tiberius, C. Lutorii mortẽ ægre tulerit, nõ quod supplicio affectus, sed quod à senatu se absente dãnatus fuisset: quare & id senatus cõsulto caueri voluit. Neve sententia contra reum lata ante id tẽpus publicaretur: vt de sententia admonitus Cæsar, licet absens causſã recognosceret, reo gratificaretur, ex volũtate de eo iudiciũ proferret. Item differtur pœna serui, qui peculium & rationes domini administrauit, donec reddiderit suas rationes domino, *l. 1. de bo. proscri. lib. 9. C. tit. 49.*

Digitized by Google

Dehinc & prouocatione pœna suspenditur, quia prouocatus nondum damnatus videtur, *l. 2. §. fin. de pœn. in P. l. 1. §. fin. ad SC. Turpil. in P. l. furti. de iis qui not. inf. in P. l. sciendum, §. pe. qui satisf. cog. in P.* ¶ Commutatur † autem pœna per iudicem, ad quem appellatur, si ad pœnam subeundam inutiles damnati facti sunt, *Modest. l. in metallum, 22. de pœnis, in P.* Si principis accedat post damnationem mutationis sententia, *l. ad bestias, 31. de pœn. in P.* si indulgentia impetretur, vel restitutio in integrum aduersus sententiam ab eodem principe, *l. 2. & tot. tit. de senten. pass. & resti. libr. 9. C. tit. 51.* Si quis tempus pœnæ subeundæ præfinitum in carcere impleuerit: *l. omnes, 23. & l. rectores, 24. C. de pœn.*

De Cadaueribus punitorum.

Cap. 29.

Lib. 48. P. tit. 24.

1 *Sepultura priuari inter atroces pœnas.*

Cadauera punitorum quando sepulturæ concedantur. eod.

IN † atrocitate pœnarum illud, non sepeliri punitos, sed vel 1
auibus laniandos exponi, vel membra alicubi in terrorem malefactorum suspendi: quia non sepeliri pœna per se est. Et inter pœnas Iezabeli comminatas atrox, *Nec erit qui sepeliat eam, 4. Reg. 9.* Et apud Hieremiam sæpe, *Non erit qui sepeliat eos, Hierem. 24. Non plangetur neque sepelietur, Hier. 26.* Et pro maledictione imprecatio apud Ecclesiastē, vt sepultura quis careat, *Eccles. 6.* Et alibi, abiici insepultum in morem cadaueris asini, exsecratio. *Sepultura*, inquit Hieremias, *22. asini sepelietur.* Et proinde corpora punitorum non solent sepeliri, nisi petantur. Si petantur tamen, facile conceduntur: nisi in grauioribus sceleribus, quibus opus est exemplo, *l. 1. 2. & 3. de cadauer. punito. in P. l. obnoxios, 11. de relig. & sumt. fune. C.* Ex concilio Moguntinensi quoque statutum etiam, si suspensi vel aliis pœnis necati, de omnibus peccatis suis puram confessionem egerint, & digne pœnituerint, communionem etiam sacræ eucharistiæ, & sepulturæ dandam, *c. quæsitum. 13, q. 2. c. 2. de fur. ap. Greg.* Impœnitentibus autem, qui pro suis sceleribus moriuntur, denegandam, *c. placuit, 23. q. 5.*

DE CRIMINE DIVINAE IMMINVTÆ MAIESTATIS.

LIBER XXXIII.

Maiestas quid. Cap. 1.

2 *Ordo criminis maiestatis tractandi.*
2. 3. *Maiestas quid, vnde dicta, eius finitio.*

1 EXpositā in vniuersum criminū tractatione, operæpretium erit hūc ad species eorum peruenire, & quid in singulis statuendū sit percurrere. A maioribus & publicis, ad minora & priuata, & quasi delicta vsque ad tractationem producētes. Exordiū itaque à crimine maiori & perniciosissimo faciemus maiestatis. Cæterum tractaturi de crimine hoc, nobis primū erit indagandū, quid sit maiestas: dehinc quid qualeve hoc crimē: eius
2 postea species, capita & pœnę. ¶ Maiestatem † generaliter nemo, vt opinor, ignorat dictam fuisse ab ea dictione, quæ quod maius est, seu summum significat: vnde & magistri, & magistratus dicti, *Paul. l. quib. 57. de verb. sign.* Non secus quam potestas dicta à posse, vel à potentia. Maiestatem & à magnitudine dici, fidem facere potest quod scribit Macrobius de Maio & de Maia, his verbis, *Macrob. lib. 4. Saturn. c. 12. Fuluius nobilior in fastis, quos in æde Herculi Musarum posuit, Romulum dicit, postquam populum in maiores, minoresq; diuisit, vt altera pars consilio, altera armis rempub. tueretur, in honorem vtriusque partis mensem Maium à maioribus: sequentem Iunium à iunioribus vocasse. Quidam Maium etiam Iouem dictum fuisse autumant, à magnitudine. Alij quoque Maiam, cui mense Maio res diuina ab ethnicis fiebat, terram dictam fuisse à magnitudine, vnde & magna mater.* Ouidius, *5. Fastor.* à maiestate honoris & reuerentiæ filia, Maium declinat. Et maiestatem, à magnitudine: quia vbi ea nata inde est, maior & veneranda omnibus esse cœpit, quæque mundum omnem temperet. Plura Michael Bentherus, lib. 2. Fastor. in Maio. Verba Ouidij hæc,

Donec honor placidoq; decens reuerentia vultu
Corpora legitimis imposuere thoris:
Hinc sata maiestas, quæ mundum temperat omnem, ¶
Quaq; die partus est edita, magna fuit.
Nec mora cum sedit medio sublimis Olympo
Aurea purpureo conspicienda sinu,
Consedere simul pudor, & metus: omne videres
Numen ad hanc vultus composuisse suos.

3 ¶ Sextus † quoque Pompeius, maiestatem à magnitudine dicit. Erit itaque maiestas in vniuersum amplitudo dignitatis. Sic Valerius Maximus, *lib. 2. c. 5.* maiestatem clarorum virorum dixit eam, quæ potens in amplitudine sua obtinenda, sine tribunalium fastigio, sine apparitorum ministerio. Ciceroni, *de Orat.* maiestas est, amplitudo & dignitas ciuitatis.

De diuersa Specie maiestatis. Cap. 2.

1 *Maiestas apud quos esse dicatur. Diuina & humana: & quomodo diuina maior.*
2 *Maiestas populi Romani quæ. Et in eam crimen.*
3 *Principis maiestas.*
4 *Iudicum maiestas.*

QVia † igitur maiestas amplitudinem dignitatis & honoris 1
refert, facile intelligemus, apud eum, eosve esse maiestatē, apud quos culmen dignitatis, & magnitudinem esse honoris existimamus. Proinde cum & honor diuinus, & humanus summus aliquis sit, & maiestatem quoque diuinam & humanam dicemus. Et vt honor Dei, & dignitas excedit humana, sic eius maiestas summa & præcipua: & grauius scelus diuinam, quam humanam offendere maiestatem, *c. vergentis, de hæret. in 6. authen. Cæsaros, eod. tit. C.* Qui enim in diuinam committit religionem, in omnium fertur iniuriam, & publicum crimen perpetrat, *l. Manichæos, C. eod.* De maiestate Dei meminit Cicero. 1. *de Diuinat.* dum ait, *Deum alienum non ducere à maiestate sua, præsignificare hominibus quæ sunt futura.* Et rursum, *iidem 2. de nat. Deor. Iustinendis muneris, videlicet prouidentiæ gratia propter imbecillitatem, difficultas minime cadit in maiestatem Deorum.* Et Paulus quoque Iurisconſ maiestatem Dei dixit, *Paul. leg. non distinguemus, 27. §. sacerdotio. de recep. arbi. lib. 4. P. tit. 8.* In maiestatem hanc delinquunt hæretici, schismatici, blasphemi, sacrilegi, apostatæ qui fidem abnegarunt, sortilegi, sepulcrorum violatores. ¶ Maiestas † humanā 2
plures habet sedes, pro modo administrationis & gradus rerumpub. Quamobrem apud Romanos, quo tempore potestas summa penes populum erat, & maiestas quoque eius erat. Ita apud Ciceronem, *in Partit. orato. Maiestas est magnitudo quædam populi Romani, in eius potestate & iure retinendo, versaturque in imperio atque omni populi Romani dignitate.* Et rursum idem, *2. de orator. si maiestas est amplitudo, is eam minuit, qui exercitum hostibus populi Romani tradidit.* Hinc Proculus ait, populos & liberos, qui alterius populi maiestatem comiter obseruant, *Procul. l. non dubito 7. de capti. P.* Dicebaturque tunc in populo, maiestas: auctoritas autem in senatu esse. Atque ita maiestatis crimen est, quod aduersus populum Romanum, vel aduersus eius securitatem committitur, apud Vlpianum, *l. 1. ad leg. Iul. maiest. lib. 48. P. tit. 4.*

¶ Et † quia postea populus omne suum ius, & imperium 3
in principem transtulit, *l. 1. ad legem Iuliam de ambitu, P. §. sed quod principi, de iure nato. Aurelius l. 1. de offi. præf. præto. P. Zonaras tomo 2. dum de Octauio agit.* cœpit & maiestas dici imperatoria, *§. 1. proœm. Institut. iur. ciuil.* Sic maiestas imperialis solo principi permississe dicitur, *l. fi. de legib. C.* leges condere, interpretari, & abrogare. Regia quoque maiestas dicitur, *l. 1. vt nemo pri. tit. præd. fiscs vel al. impo. C.* & regnantis maiestas, *leg. digna vox, C. de legib.* à Cæsaribus. Estque hæc maiestas publica, quia populi dignitatem & publicam vtilitatem refert, sustinet, & conseruat. Et idcirco qui auctoritate & potestate populi & principis quippiam gerebant, vel magistratum exercebant, maiestatem quoque habere dicebantur. Et ita dixere iura iudicum maiestatē, & imperij, *l. pen. §. fi. de iust. & iur. P.* & in eos committi crimen maiestatis,

Digitized by Google

iestatis, vt in principis membra, *l. quisquis, ad l. Iul. maiest. C.* ¶ Et
4 † maiestas dicitur iudicij quoque recte Ciceroni, *pro Sexto Roscio.* Sed & tempore Romuli, lex dicta imperii, qua quædã licebant seorsum regi, quædam & absolute populo, apud Dionys. Halycar. *in* 2. Quia etiam imperium annuum à populo consulibus cõmittebatur, & maiestas in illis dicitur, vt apud Ciceronẽ, 1. *Philip. Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna maiestas consulis.* Ad istius publicæ maiestatis similitudinem, quædam dignitas & honor singularis in priuatis rebus, vel hominibus, maiestas quoque dicitur. Sic Cicero, *idem de Amicitia. Quanta illi fuit grauitas? quanta in oratione maiestas?*

Quid Maiestatis læsæ crimen.

Cap 3.

1 *Læsa maiestatis crimen quid.*
2 *Imminutæ maiestatis crimen quid.*
3 *Maiestatem soluere quid, & minuere.* & 4.

1 QVãdo † hæc auctoritas aut dignitas, seu diuina seu humana offenditur, crimẽ dicitur læsæ maiestatis apud Iurisconsultos. Laudatur huius formulæ loquendi Iulius Paulus, *l. meminisse oportebit, ad leg. Iul. maiest. C.* qui libro singulari de iudiciis publicis, *In hoc item crimine,* inquit, *quod ad læsam maiestatem Imperatoris pertinet, etiam serui in caput domini torquentur.* Vtitur & Papinian. dum respondit, *l. in quæstionib. 8. eod. P. quæstionibus læsæ maiestatis etiam mulieres audiuntur.* Alii autem fere Iurisconsulti omnes crimen maiestatis, vel legis Iuliæ maiestatis, dicunt simpliciter: non læsæ maiestatis: vt obseruare licet ex responsis eius
2 tituli Iurisconsultorum & Cæsarum. Antiquis † vsitatiora verba fuerunt, minuere vel imminuere maiestatem apud Ciceronem, 2. *de Orato. lex Apuleia, qua qui maiestatem minuisset, capitis pœna afficiebatur.* Et Cornelius Tacit. dum de Tyberio agit, *legem,* inquit, *maiestas reduxerat, cui nomen apud veteres idem, sed alia in iudicium veniebant. si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique male gesta republica, maiestatem populi minuisset: facta arguebantur, dicta impune erant. Primus Augustus cognitionem de famosis libellis specie legis eius tractauit,* &c. Arbitratur Budæus, *in l. 3. ad leg. Iul. maiest.* pro lædere maiestatem etiam dixisse Liuium, *lib. 2. secundi belli Punici.*
3 ¶ Arbitror † tamen, soluere potestatem, & maiestatem, grauius quippiam habere; quam minuere: vtrumque tamen crimen esse maiestatis. Sed & Budæus dixit, *in d. l. 3. ad l. Iul. maiest.* crimen maiestatis duplex esse, læsæ & imminutæ. Verum hęc
4 confundi fere semper mihi placuit. ¶ Maiestatem † minuere, est de dignitate, amplitudine, auctoritate aliquid tollere, & eis derogare, vt ait Cicero, 2. *de Inuentio. rheto.* Ceterum primum dicemus de criminibus in diuinam maiestatem commissis, quam de imminutione maiestatis humanæ agamus. Et initio de hæreticis, subinde de aliis.

De Hæreticis, quid hæresis & hæreticus.

Cap. 4.

1 *Hæretici quot crimina committunt.*
2 *Hæretici rei maiestatis diuinæ.*
3 *Hæreticus, & hæresis vnde dicantur.*
4 *Eremita vnde dicitur.*
5 *Hæreticus late & proprie quis.*
6 *Iudæi non sunt hæretici. Nec cogendi ad fidem.* & 18.
7 *Gentiles non sunt computandi inter hæreticos.*
8 *Iudæi quando ex diuersis Christianorum prouinciis pulsi & oppressi, & quare.*
9 *Druidarum religio Romæ sublata.*
11 *Iudæi quare viuere permittuntur.*
12 *Iudæi prohibita, & concessa.*
13 *Paganorum religio vetita.*
14 *Agarenorum seu Turcarum religio explosa.*
Peregrinationes ad sepulcrum Mahumetu prohibitæ. eod.
Turcas mercibus & armis iuuantes quibus pœnis puniendi. eod.
15 *Hæretici non sunt Agareni. Et hæretici qui dicantur.*
16 *Hæreticum pertinacia potissimum defensionis erroris facit.*
17 *Hæreticorum synonyma.*

1 QVi † qui dolo, hostili animo, & pertinaci ausu, fidẽ catholicam turbãt, & populum commouent deportatione digni sunt, vt Valẽtin. ait, & Theod. & Archad *l. 3. de his qui sup. religio. ronten. lib. 16. C. Theod. tit. 4.* & qui de religione cõrendunt, vt seditionis auctores, pacisq; ecclesiæ turbatę maiestatis capite ac sãguine sũt supplicia laturi, vt prædicti rescribũt Cæsares, *l. 1. eo. tit.* Neq; grauius peccatum hæresi adducitur, *c. quid in omnib. 32. q. 7. c. quid autem, 24. q. 4.* quodque crimen publicum est, *c. in nonnullis, de Iude.* ¶ Idcirco † inter reos maiestatis diuinæ primum 2
hæretici ponuntur, *auth. gazaros, de hære. c. vergentis eod. in 6. ibi, diuinam offerendere maiestatem.*

¶ Hæretici † ab hæresi: at hæresis non ab adhæreo, nec ab errore, vt quidam rati sunt, sed à nomine Græco deriuatur. αἵρεσις namque inter alia significata apud Hellines, electio est & optio, vt apud Isocratem, *orat. de pace.* ἐκεῖ τὰς αἱρέσεις ἐποιοῦντο ἀμφισβητοῦντες τῶν πραγμάτων, in electione rerum errantes. Et Thucid. *in* 2. γίγνεταί μοι αἵρεσις, optio mihi datur. Sic αἱρεῖσθαι Budæo, *in commen. ling. Græc.* est opinari, censere, sectam aliqdam consectari, vt philosophi. Sic ab hæresi hæretici, dum sectam eligunt, quam putant esse meliorem, *c. hæresis, 23. q. 3.* Et præsumtio mentis propriæ, via ad hæresin, *can. quid autem, 24. q. 3.* Cicero, *in Para.* Latine loquens, eam vocem Latinam fecit: *Caso autem,* inquit, *perfecto meæ sententia Stoicus & ea sentit, quæ non sane probantur in vulgus, & in ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis, nec dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis & quasi punctis, quod vult, efficit.* Et rursum, *idem 14. lib. Epist. ad Attic. epist. omnium. 312. De hæresi Vestoriana, & de Pherionum more Puteolana risisse me satis, nihil est necesse me rescribere.* κωνωνήτως illa videamus, &c. Dimitto similes locos. Reicienda quoque declinatio verbi ab ercisco quod est diuido, hęreticum dici, vt putat Azo, in summa de hæret. C. ¶ Sicut † & quod subiicit & eremitam ab ercisco di- 4
ci, *vt & Hostien. in sum. de hæret.* vt diuisum: cum nullus sit, qui vel salutauerit Græcas literas, qui nesciat non ab ercisco eremitam, sed ἀπὸ ἐρήμου, loco inquam solitario ἐρημίτας, & ἀναχωρήτας dici. ¶ Porro † in tractatione hac, nomen hæretici late, & proprie po 5
nitur: late hæreticus dicitur, omnis qui in fide dubitat, *c. 1. de hæret.* vel dubius est, scilicet qui firmiter & constanter non credit, quæ catholicæ & orthodoxæ fidei sunt. Item & ille proprie, qui fidem amplexus Christianam, postea aliter sentit, quam eadem catholica & vniuersalis ecclesia, & errorem pertinaciter defendit. Itaque apposita singula in finitione, concurrere debẽt ad hæreticum distinguendum. Primum qui huiusmodi dicetur, fidem professus esse debet, & nomen suum Christi cultui dedisse. Sic enim D. Ioan. ait, 1. *epist. c. 2. Quod ex nobis prodierunt, sed nõ erant ex nobis: si enim ex nobis fuissent, vtique nobiscum permansissent.* Dum enim diuina purgatur area, seipsos separant superbe ab ecclesiæ simplicitate, vt Capharnaitæ, & aliqui Domini discipuli, *D. Ioa. Euan.* ab auctore vitæ, & à vera vita præsente: & ab Apostolis, & D. Paulo eius discipuli Phigillus. Hermogenes, Philetus, & Hymeneus, vt ait Tertull. *de præs. hæret.* Hæretici & sectatores dicuntur, quod communem dimiserint sententiam ecclesiæ vniuersalis proprio iudicio condemnati: Sic scribit enim D. Paulus ad Tit. *c. 3. Hæreticum hominem post vnam & secundam correctionem deuita: sciens quia subuersus est qui eiusmodi est: & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus.*

¶ Quamobrem † Iudæi hæretici nõ sunt, quia fidem Christia- 6
nam professi non sunt: vt non mirũ, si illi ferantur inter Christianos, reiiciãtur autem hæretici. Siquidẽ de his, qui foris sunt, nihil ad nos, 1. *ad Cor. 5.* Permiseruntq; iura pontificia, & ciuilia aliquando Iudæis, antiquas habere synagogas: etsi nouas ædificare inhibuerint. *c. Iudæi, c. 3. de Iud. lib. 5. Decre. tit. 6.* Neque inuitos baptizandos, & fidem nostram suscipere cogendos, vel rebus suis spoliandos, *c. sicut Iudæi, c. 9. de hære.* Iudæos quoque placuit. Nemo enim eorum, qui fidem nunquam acceperunt, ad eã susciendam vel seruandam cogendus est, *c. ad fidem, 23. q. 5. ca. de Iudæis, 45. dist.* voluntarios & spontaneos Deus exigit discipulos. Accidit etiam, vt qui coguntur vi, dum primum offertur occasio, sacra mysteria contaminent, & dedecorent. Sicut Vespergensis abbas, *in Chronic.* in Leone 3. Isaurico Imperatore tradit, Iudæos & Montanos hæreticos vi Christianismũ suscipere coactos ab Imperatore, chrismatis vnctionem iterum abluisse & fidem contaminasse, circa annum 719. Et Ratisbonẽses Iudæi inuiti baptizati, tandem Imperatoris permissione ad Iudaismum relapsi sunt, teste Alber. Krantz, *lib. 5. c. 14.* circa annum 1086.

¶ Eadem † ratione inter hæreticos non sunt connumerandi 7
gentiles seu idololatræ, neque ii fidem amplecti coguntur: veruntamen vtrique sæpe pulsi à societate Christianorum, cum nollent fieri Christiani, & ritus & cultus illorum publice proscriptus. Referr † Eutropius, *li. 16.* in Iustiniano, Iudæos & Samaritas caput contra Imperatorem erigentes Iustianum quendam regẽ cõstituisse, & victos mox à Iustiniano passim trucidatos, circa annũ Dom. 136. Eutropius quoque narrat, *li. 17. an. 7.* Phocæ Iudæos in Christianos sæuientes oppressos, quod accidit circa ann. Dom. 611. Hispania circa an. 1493. teste Sabellico, centũ viginti millia Iudæorũ electi sunt: Vt antea, teste Polydoro Vergilio, *c. 17. hist. Angl.* circa an. 1295. publico edicto Anglia electi sunt. ¶ Refertur † à Suet. Tranq. *in Claudio, c. 23.* de Iudæis, his ver 9
bis, *Claudius Cæsar Iudæos impulsore Christo tumultuantes assidue Roma expulit: Druidarum religionem, dira apud Gallos immanitatis, & tantum ciuibus sub Augusto interdictam penitus aboleuit.*

¶ Sisebutius † rex Gothorum, in Hispania regnum capiens, 10
anno Dom. 595. Iudæos, qui his temporibus Hispaniam incolebant, compulit metu suppliciorum ad Christi fidem recipiendam, *Franc. Tarapha lib. de rez. Hispaniæ in Sisebutio.*

Digitized by Google

¶ Pertina x † genus hominum in sua superstitione Iudæorũ, vt nihil non licitum putent, si arbitrentur se suã fidem vllo modo promouere, neq; vllis vel cœlestib. tanquã grauibus admonitionibus aut flagellationibus, seu cladib. destiterũt à iã firmatis erroribus, aut vllũ lapidem immotũ relinquunt, quo veritatem Euangelicã impetãt aut calumniẽtur. Et proinde sæpe ab aliquib. iussi prouinciis excedere merito sunt, vt hostes Christianorũ, vsurarum & patrimoniorũ alienorum cupidissimi nundinatores. Retenti autẽ alicubi non approbandæ superstitionis aut impietatis caussa, sed in maiorem fidẽ nostrę Christianæ legis: vt vsque in finẽ seculi appareat cunctis regionib. quæ ad lucẽ Euangelii ex paganismo quotidie accedũt, & accessuræ sunt: Iudæos fuisse primum dilectũ Dei populum, eiq; ab initio mũdi fidem & cognitionẽ veri Dei datam & Messiæ, quem venientem respuerunt, & morti ingratissimi homines tradiderunt: vnde tamen redemtũ est genus humanum à seruitute dæmonis & morte æterna, pretio sanguinis Domini nostri Iesu Christi, qui vere Messias fuit, verus Dei filius secundũ diuinitatẽ patri cõsubstãtialis, & assumtione carnis verus virginis Mariæ filius, verus quoq; homo. Supersunt itaque eius testes Iudæi. Ne cõficta putẽt Ethnici, quæ vere exstiterunt: & impii testantur aliquãdo vt reliquię Israelis sub finem seculi ad sanam mẽtem reuocãdi.

12 ¶ Interdicta † interim Iudæis sunt coniugia cũ Christianis, *l. nemo, l. nec quis de Iud. C.* Constantinus, *l. 1. & 2. eo. lib. 16. C. Theodo. tit. 7.* inhibet Iudæis mancipium Christianum habere. Quod aliquando permiserunt Theodos. & Honorius, qui tamẽ permissionem deinceps retractarunt, *l. 3. 4. 5. eo.* Iidem Theodo. & Hono. prohibent militare, *l. in Iudaica, 80. de iis qui cont. de relig. in C.*

13 *Theod.* non tamen postulare. ¶ De † Gentilibus porro, quos paganos vulgus vocabat olim, *l. nec Donatistæ, 36. eod.* statutum, vt aboleretur eorum superstitio, & sacrificiorũ insania, *l. 2. & 4. & 6. & seq. de paga. lib. 16. C. Theo. tit. 8.* imminẽte alioquin gladio. Verum propria auctoritate Christianis vetitum in paganos irruere, bonaque eorum diripere, *l. Christianus, 6. de pag. C.*

14 ¶ Sicut † & de Agarenis in concilio Viẽnensi, *in clem. 1. de Iudæ. lib. 1. cle. tit. 2.* principibus Christianis mandatum, ne permittant inter sibi subditos professionem nominis Mahometici, & peregrinationes quas faciebant Mahometici ad sepulcrum Mahometis. Prohibitum etiam ad eos, arma, annonam, equos, ferrum, vel alias merces deferre, vel mittere, indicta pœna iis qui fecissent infamiæ, excommunicationis, seruitutis, & vt intestabiles sint, *cle. 5. in Extrauag. 1. de Iud. lib. 3. Extrauag. commu.*

15 ¶ Ceterum † neque dicemus Agarenos esse inter hæreticos: sed tantum illos, qui initiati mysteriis fidei nostræ in fide errant. Ita Valentin. Theodos. & Honor. *Hæreticorum, 18. de iis qui controuer. de fide, lib. 16. C. Theo. tit. 4. l. 2. eo. tit. lib. 1. C. Iust. tit. 8. Hæreticorum,* inquiunt, *vocabulo continentur, & latis aduersus eos sanctionibus debent succumbere, qui vel leui argumento iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare.* Conueniunt cum infidelibus, quia vt illi nunquam fuerunt, sic hæretici membra ecclesiæ esse desinunt. Iustinianus, *§. 1. vers. hæreticos autem, constit. nouel. 109. tit. de priuil. dol. hæret. muli. non præst. l. 1. C. de sum. trinit. Hæreticos dicimus omnes, qui non sunt membrum sanctæ Dei catholicæ & apostolicæ ecclesiæ.* Valentin. & Martia. CC. hæreticos dicunt, *l. quicunque, 8. de hæret. C. l. 2. de sum. trin. C.* qui non credunt quæ in synodis Nicena, Constantinopolitana, Ephesina, Chalcedonense decreta sunt, quæve credebant Athanasius, Theophilus, & Cyrillus Episcopi Alexandrinæ ciuitatis. Et qui aliter sacram intelligit scripturam, quam sensus Spiritus sancti flagitet, *c. hæresis, 24. q. 3. ca. quamuis, 38. dist.* falsas nouasq; sequitur & defendit in fide opiniones, *ca. hæreticus, 24. q. 3.* Qui aliter de articulis fidei credit, quam statuit Romana ecclesia *ca. hæc est fides, & ca. quoniam, 24. q. 2.* cuius fides annuntiatur in vniuerso mundo, *ad Rom. c. 1.* Quive de sacramentis ecclesiæ male sentit, *c. ad abolendam, de hæret. lib. 5. Decre. tit. 7.*

16 ¶ Dicitur † vltimo in finitione, errorem pertinaciter defendentem esse hæreticum: non enim qui errat, sed qui errorem pertinaciter defendit, hæreticus est, *c. qui in ecclesia. & ca. dicit, 24. q. 3. cle. 1. §. porro, de sum. trinit. in Clem.* Sic pertinacia, non error in his quæ fidei sunt, hæreticum facit, inquit D. Augustinus, *de ciuit. c. 51. & epist. 162.* Cæsares obstinatioris animi demẽtiam, dicunt hæresim, *l. 2. de sum. trin. C.* Claudianus, *lib. 1. de statu animæ, c. 1.* quoque Mamercus episcopus Viennensis. *Illud,* inquit, *multo maximum perniciosius est crimen, quod catholicæ sanitati opiniones inimicas stulte concipiunt, vane proferunt, superbe adstruunt, cum temeritate scribunt, cum intentione defendunt. Et quoniam humanitus per imprudentiam lapsi sunt, eligunt audaciæ culpam, pernicaci obstinatione defendere, ne videantur potuisse peccare.* Duo itaque concurrant oportet in hæresi perfecta, nempe error in intelle ctu, qui est hæreseos principium, & pertinacia, quę in voluntate est, quæ est hæreseos complementum.

17 ¶ Hæreticos † graui scelere implicari apud Deum, nisi resipiscant, damnationemq; sibi quęsisse satis notũ est, *c. firmiter, de hæret. in Decre.* Indicant & illorũ synonyma, quibus ad eos prodendos & notandos vsæ sunt sacræ scripturæ: vocant namq; eos, organa diaboli, vasa iræ, *ad Roma. 8.* fures & latrones, *D. Ioa. 10.* qui verbum Dei furantur & adulterant, vt ait Origenes, *in epist. ad Roma. lib. 2. c. 2.* lupi rapaces, *D. Matth. 7.* antichristi, *2. epist. D. Ioan. c. 2.* pseudoprophetæ, *1. Epist. D. Ioan. c. 4. Matth. 24.* seductores. *1. epist. D. Ioan. cap. 1.* pseudoapostoli, *2. ad Cor. 11.*

De diuersitate Sectarum hæreticorum.

Cap. 5.

1 *Hæreticorum variæ sectæ, & nomina vbi tradantur.*

QVia † plures aberrandi viæ, vna autem solum veritatis assequendæ, plures & errorum & hæresium species sunt, quas enumerare ad institutam epitomen non pertinet: cum eas plerique in vnum coniecerint & explicauerint, veluti can. quidam autem hæretici, 24. quæst. 3. ca. 3. de hæretic. in Clem. auth. gazaros, eod. C. Theodosius & Valentinianus CC. in l. hæreticorum, l. 56. de iis qui sup. religio. contend. lib. 16. C. Theod. tit. 4. Alii in l. Arriani, l. 5. de hæret. lib. 1. C. Iustinia. Ex professo de diuersis hæreticorum dogmatibus tractant B. Augustinus, Philastrius Brixilensis lib. de omnibus ab exordio creaturarum errorib., Epiphanius de hæresibus: Bernardus de Lutzemburgo, lib. qui inscriptus, Catalogus hæreticorum omnium. 1

De Iudicibus, & iudicio hæreticorum.

Cap. 6.

1 *Hæresium pellendarum tria capita.*
2 *Hæretici pœnitentes vere reconciliandi ecclesiæ.*
3 *Hæreses quomodo fiat abiuratio.*
4 *Hæretici coguntur ad fidem redire.*
Argumenta contraria dissoluta, 5.
Et seq.
6 *Libertas arbitrij non consistit in permissione agendi mala.*
Et 7.
8 *Hæreses esse expedire quomodo intelligendum.*
6 *Zizaniorum parabola, Sinite ea crescere, quomodo intelligenda.*

CIrca † hereses euellendas, triplex est dura adhibenda: prima, reductionis hæreticorum in ouile: altera, ad iudicia pertinet & pœnas: tertia, cautionem habet ne nouæ hæreses nascãtur, ne natæ propagentur, ne exstinctæ reuiuiscant, vt ait Conradus Brunus, *lib. 3. de hæsib. c. 2.* 1

¶ Prior † cura, vt fieri possit resipiscant, & suum agnoscant errorem & eiurent: gremium enim nemini claudit ecclesia, & gaudium est in cœlo ob vnum peccatorem ad pœnitentiam redeũtem, *Lucæ, c. 15.* & quos pœnitet, cum omni mansuetudine recipiendi sunt, vt etiam leges ciuiles docent in hac proposita hæreticorum redeuntium ad fidem hypothesi, *l. si. §. nec enim, de sum. trinit. C. l. licet crimina, 31. de iis qui sup. reli. cont. li. 16. C. Theod. ti. 4.* & Theodosius & Valent. *l. Manichæos, 53. eo.* post conuersionem eorum, viginti dierum condonarunt inducias, intra quos ad communionis rediret impune vnitatem. Neque neganda reconciliatio iis, qui tempore necessitatis implorant, *c. his qui tempore 26. q. 6* Dicit enim Dei spiritus per Ezechielem prophetam, *c. 18. Cum controuersus ingemuerit, tunc saluus erit.* Et ad pœnitentiã Deus peccatores exspectat, *ca. diaconi sunt, 93. dist.* nec eam vnquam spernit, quamuis quis ad summum malorum peruenerit, *6. talis, §. ecce, de pœn. dist. in. 3.* Statuit & septima synodus, *actio. 1. c. 15. Si quis presbyter eum, qui à peccato reuertitur, nõ recipit, sed reiicit, deponitor.* Et D. Dionysius Areopagita acerrime arguit Demophilum in epistola ad eum scripta, quod pœnitentem ad genua eius prouolutum calce reiecisset. In quem errorem contra fidei catholicæ decreta incidit Nouatus, qui lapsos noluit ad pœnitentiam recipere, *vide Eusseb. Emissen. lib. 6. Cypria. can. conuenientibus, 1. q. 7.* 2

¶ Verum † modus adhibitus est, *c. saluberrimum, ca. conuenientibus, can. quoties, can. si qui voluerint, 1. q. 7. ca. ego Berengarius, de consecr. dist. 2. can. his qui tempore, 26. q. 6.* quo recipiantur redeuntes ad fidem hæretici, vt scripto negent hæresim, & profiteantur libello fidem catholicam publice potrecto, & in consilio, *can. si quis episcopus, 1. q. 7. can. de eod. 50. dist.* auctoritate episcopi interueniente, *c. fin. 26. q. 6. can. peruenit, 16. q. 1.* qui imponit pœnitẽtiam, & in gremium ecclesiæ recipit absoluitque. ¶ Quod † si sponte hæretici noluerint resipiscere, cogendos esse ad fidem quam omiserint recipiendam placuit, & per rerum suarum subtractionem, *c. post me, & can. quo iure, 8. dist. ipsa pietas, 23. q. 4. ca. qui peccat, eod.* & corporalem animaduersionem, *can. nimium can. displicet. & seq. 23. q. 4. ca. 1. 2. 3. 23. q. 5.* Sunt enim hi ex numero eorũ, quos Deus per vias & sepes iussit cõpelli in regnũ Dei intrare, *Lucæ 14.* Sic D. Augusti. *epist. 48. & 50.* non tantum mansu etu- 3 4

Digitized by Google

suetudine, sed & seueritate reducendos putat. Nec aliena debet videri seueritas ab officio pastorali, si, vt saluas conseruet animas Deo, flagellis ad ouile redire inuitas cogat errantes, partus vlciscì omnem inobedientiam, vt ait D. Paulus, 2. *ad Cor.* 10. Ab illius enim manu exquirendæ sunt oues, quæ perierint, à Deo, *Ezech.* 34. Neque autem verbis, *Eccles.* 33. solis emendabitur seruus durus: si enim intellexerit, non obediet, ideo baculo non parcendum. *Qui diligit filium suũ, assiduat ei flagella. Eccles.* 30. *&c.* Tu percutis quidẽ illũ virga, *Prouer.* 23. sed animã eius liberas à morte. Et, *Multa flagella peccatoris, Psal.* 31. Mala voluntas suæ permittenda non est libertati, dum obuiam iri potuit. Nec volenti se occidere, vel furioso, gladius suus quantum velit, restituendus, *l. bona fides. depos. P.* Quemadmodum parui facit medicus phrenetici voluntatem & hydropici, vt eos à morbo liberet. Beneficium quippe impartit medicus phrenetico illum ligando, & pater filium in disciplinatũ castigando, etsi inuitis faciant, *can. ipsa pittas. 23. q. 4. ca. non omnis, & seq. 5. q. 5.* Neque existimandum est, iam sibi in errore placentes, armis fidentes, posse à veritatis ratione simplici, & verbis de sententia deiici: iniuriis & calumniis taxandi peritos humiles exaudire. Proinde Deus in conuersione D. Pauli, non sermonibus, priusquam prosterneret, & cæcum eum redderet, vsus est, *Actu. c. 9.* Neque auditur perire volens, *l. non tantum, de appell.* P. Itaque exemplo Agar verberatæ à domina Sara, *Genes.* 16. cogi debent hæretici redire ad dominam & vetam matrem ecclesiam, vt etiam eodem exẽplo firmat D. Augustinus, *in Ioan. c. quando vult, 23. q. 4.*

¶Neque † ad rem facere mihi videntur argumenta, quibus 5
quidam hæreticis & disciplinæ ecclesiasticæ fræna laxarunt, & impunitate concessa, incendio fere inextinguibili Gallias vtrasque depopulati sunt, dicentes, non esse ad fidem hæreticos cogẽdos, quæ & refert Brunus, lib. 3. de hæret. c. 3. quæ ego latius & luculentius soluam. Primum itaque dicunt, neminẽ ad bonum esse cogendũ, sed quẽque suo arbitrio relinquendum. Quæ ratio certe spurcissima, & omni ex parte homine indigna est, quæ suo tenore, si vera esset, vniuersam mundi politiam, & leges diuinas & humanas subuerteret. Quorsum enim latæ leges sunt, quam vt ad bonum cogant vel præmio, vel pœna, *l. 1. de iust. & iur. P.* Atque si demus quemque pro voluntate viuere, & appetitu proprio regi, quid quæso inter homines, & bruta rationis expertia intererit? quid iustitiæ opus erit? quæ societas ciuilis integra? Quod si quis obiiciat voluntatem homini liberam, nec cogi posse inuitam, vt aliud velit, nec nos inficiamur. Verũ malam cogi dicimus, vt in bonum mutetur, si metu. resipiscat, sicut à bono nimia sui intellectus praui fiducia decidit, vel si perseueret, pertinax tollatur à societate hominum, ne alios inficiat.

¶Errant † omnino, qui arbitrium liberum eligendi mala, li- 6
bertatem veram dicunt, cum libertas ibi sit tantum, vbi spiritus Domini, 2. *Cor. 3. c. Ioan. c. licet. c. 13. de regu. lib. 3. Decret. tit. 31. can. duæ, 29. q. 2.* Et lex perfectæ libertatis sit, Dei mandata audire & facere, *D. Iaco. c. 1. Dicere, nemini consenseritis, hæc persuasio non ex eo qui vocat vos, scilicet ex Deo,* inquit D. Paulus, *ad Gal. 5.* Quorsũ illa verba etiam Apostoli, 2. *ad Timo. 4.* ad pastorem, *Argue, obsecra, insta, opportunè, importune, &c.* Cur etiam doctissimus & optimus theologus D. Petrus literis consignauit, *Petri 2.* magistratus ad vindictam malefactorum, & laudem bonorum? Cur dictum potestatem à Deo, *ad Rom. c. 13.* reges, magistratus non sine caussa gladium portare? &c. Cur item: *D. Paul. Galat. 5.* vtinam abscindantur, qui vos conturbãt. Si liceat cuique impune quod velimus malum agere, & pro arbitrio cultum diuinum polluere, immutare, subuertere? Hoc esset certe potius libertate abuti, quam vti, & spiritus libertatem ad carnis voluptatem, & animarum perniciem transferre.

¶Secundo, † non facessit quod obiiciunt, nunquam Deum 7
dominum nostrum Iesum Christum, vel eius Apostolos coegisse quenquam credere, vel fidem recipere, quinimo & discipulis liberam abeundi dedisse potestatem: dicentem, *Nunquid & vos vultis abire?* Nam eadem responsione elidi potest argumentum, qua proximum. Sed vltra, ex eo quod ab exemplo vno vniuersalis negatiua nõ potest colligi. Nec ideo quod Deus dixit. *Nunquid & vos vultis abire?* sequitur quod dederit omnibus abeundi impunitatem. Nam iam diximus apud D. Lucam, *c.* 14. dictum fuisse, *Compelle eos intrare.* Atque longe interest inter illa tempora, & nostra. Tunc enim non erat redemtio facta, non fides plene cognita, nondum exaltatus filius hominis, nondum consummata mysteria, nondum velamen templi scissum, nondum vmbræ abrogatæ, nondum dictum, *Nisi quis crediderit, & baptizatus fuerit, non saluabitur,* vt postea. Dehinc aliud est loqui de cogendis ad fidem, qui nunquam fidem amplexi sunt, quales Iudæi, gentiles, Agarenici: hi enim, vt dictum est, cogi nõ debent. Aliud de reducendis ad fidẽ, qui fidem professi sunt: quia in extraneos, qui domestici fidei nõ sunt, nulla Christianis iurisdictio, & qui sine lege Christiana viuunt, sine lege hac iudicabuntur alia, *ad Roma. 2.* In Christianos autẽ per fidos schismaticos, & hæreticos, pastori: est iurisdictio. ¶Et ad 8
pastorem pertinet cognitio, monitio, & castigatio eorundẽ. Tertio, non pugnat quod dictum sit, expedire hæreses esse, 1. *Corin.* 11. Nam non propter hæreses expedit eas esse, sed ad bonorum gloriam, vt qui probati sunt, manifesti fiant. Neque sequitur ideo illas tolerandas. Vnum enim iubet Apostolus nos omnes sapere, *ad Philip. 2.* quod hæreses non sinunt. Sic Deus necesse esse dixit, vt veniant scandala: sed mox subiicit, verumtamen, *væ per quem scandalum, Matth. 18. &c.* Necesse secundum quid, non autem absolute, vel in gratiam scandalizantium: nam quæ scãdalizant iubet vindicari & abscindi, quamuis oculus, manus pes ue noster sit. ¶Quarto, † non obiicienda parabola de zizaniis, 9
quæ crescere ea sinit vsque ad messem Domini, *Matth. 13.* Non enim illa prohibet malos corrigi, aut hæreticos tolli, sed cautionem docet in puniendis adhibendam, vt ne odio malorum etiam cum illis bonos eradicemus. Toleratur ad tempus malus, sed non ideo impunitas ei datur. Quare dictum, *Sinite ea crescere,* donec videlicet distinguatur zizania à tritico plene. Et exspectat, vt diximus, semper ad pœnitentiã peccatores Deus, *ad Roman. 2.* Datur redeundi tempus, nec hæretici plectuntur, nisi perseuerantes, relapsi, & pertinaces. Lentoque gradu procedit vindicta Dei, sed tarditatem supplicii grauitate compensat, *Valer. Max.*

In Hæreticorum iudiciis quæ perpendenda.

Cap. 7.

1 *Hæreticorum pœnarum ordo.*
2 *Hæresis notio primum ad ecclesiasticum dehinc ad temporalem.*
3 *In Hæresi quomodo perpendenda res, persona, actio.*
4 *Iudex hæreticorum quis.*
Inquisitores hæretica pranitatis.
5 *Inquisitor hæreticorum quæ potest sine episcopo diœcesano facere, & quæ, non: vel episcopus sine, aut cum inquisitore.*
6 *Diuinationes & sortilegia non puniuntur ab inquisitore hæreticorum, sed a iudicibus secularibus.*
7 *Inquisitor quomodo cognoscat de sortilegiis & Iudæis.*
8 *Religiones nouas & peregrinas inducere capitale apud gentes.*
9 *Aduocati pro falsa religione necati.*
10 *Religiones falsæ plures cur se compatiuntur, at vera cum falsa nunquam.*

1
MAnsuetudine † igitur, & indulgentia vitæ, interdum hæretici tolerantur, dum exspectantur, vt resipiscant. Dehinc quibusdã veluti duris stimulis & pœnis leuioribus admonẽtur. Postremo, si pertinaces perseuerẽt, tolluntur: ex forma præscripta à Deo, dum ait, *D. Ioan. c. 13. Si quis non manserit in me, mittetur foras,* ecce excommunicationis pœnam, *& arescet,* ecce perseuerantiam, *& colligẽt eum,* vide ibi iudicium seculare quod sequitur, *& in ignem mittent, & ardebit,* ecce tandem pœnam mortis. 2
¶Notio † huius criminis ad iudicem ecclesiasticum prior pertinet, postrema ad secularem: vt apud D. Matthæum, *18. si peccauerit, &c. dic ecclesiæ: si ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus.* ¶In † hoc iurisdictio hæresis, cõsiderãda in vniuer 3
sum tria, res, persona, actio: in re dogma quod defenditur ab hæretico assertum, & crimen. In persona venit dispicienda, persona rei, & persona iudicis: nũ is qui deliquit, episcopus sit, de quo non iudicat inquisitor, sed monet sum. pontif. *c. inquisitores, c. 16. de hæreti. in 6.* an vero alius sit, qui sui est fori. In actione, qualitas assertionis vel criminis, & modus, quo hæresis palam facta est, electio, assertio, fauor hæreticis, impensus, receptatio, defensio, prædicatio, &c. num cum tumultu, armis, aut sine his coierint hæretici. Quod materiam dat huic iudicio, est dogma, num catholica doctrina sit: in quo perpendit iudex, an ea fuerit legitimis conciliis ecclesiasticis damnata, vel à sede apostolica, vt tũc hæreticam iudicet: an noua, vt tunc eius decisionem ad eandem sedem, vel concilia referat, *c. quoties, 24. q. 1.* In persona quoque rei consideratur, num ecclesiastica persona, & cuius ordinis: an vero laicus, ob exauctorationem, de qua postea. Nam hæreticũ prope est laico prædicare, quod officio ecclesiastico, *c. cum ex iniuncto, & c. sicut in vno corpore, de hæretic. apud Gregor.* nihilominus adhærere videtur.

¶In † persona iudicis annotandum est, duplices iudices esse 4
eius notionis cognitores, ordinarios & delegatos, *Conradus Brunus, lib. 4. hæretic. cap. 1.* Ordinarij iudices hæreseos, summus Pontifex, Antistites locorum, concilium œcumenicum, locale, prouinciale, & episcopale. Ad episcopos iure ordinario cognitio pertinet, quia ij præpositi sunt, vt curam agant gregis, vnde & nomen habent, & vt regant ecclesiam Dei. *Actu. 20. Clemens Papa Iulio & Iuliano epist. 4.* Et cõcilium generale, *ca. excommunicamus, c. 13. §. final. de hæret.* Mileuitanum, & Africanum statuunt, *Mileuit. concil. 25. item in concil. Afric. c. 90.* episcopum negligentem aduersus hæreticos posse conueniri & vocari ab episcopis vicinis diligentibus, vt negligentiæ arguatur: dehinc monitum, nec hæreticos curantem reuocare, communione priuandum, & mentitum hac de re, etiam episcopatum amittere. Et Arcad. & Honor. CC. *l. 1. de religione, lib. 16. Cod. Theod. tit.*

Digitized by Google

9. Quaries, inquiunt, *de religione agitur, episcopos conuenit agitare.* Delegati, sunt inquisitores dicti hæreticæ prauitatis, qui deleguntur & ab ordinariis, & generaliter à summo Pontifice in aliqua prouincia vel regno: vnde & deputati iudices sæpe dicuntur à Clemente V. *clem. 1. de hæreti. lib. 5. clem. sit. 3.*

5 ¶ Horum † iudicum quilibet, scilicet diœcesanus, & inquisitor hæreticæ prauitatis, ex placitis concilij Viennensis, *clem. 1. §. 1. eod. in clem.* & aliorum Pontificum, *c. per hoc, c. 18. eo. in 6. c. vt officium, eod.* alio inconsulto, potest vocare seu citare, retinere seu retentare, quod vulgus arrestare, capere, & carceribus mancipare, compedes, nomellas seu manicas ferreas iniicere & inquirere in crimine hoc. Tria autem excepta sunt, quæ inquisitor sine diœcesano, seu eius officiali, vel sede vacante, sine deputato à capitulo: & diœcesanus sine inquisitore separatim nō potest, nisi vna conueniant. Primum, non possit alter solus custodiæ & carceri duro, qui magis ad pœnam, quam ad custodiā pertineat, vt plerumque fit, *c. 1. §. fi. de hæret. in 6. c. quamuis, de pœ. in 6. c. nouimus, de verb. signi. pen. de aposta.* reum mancipare. 2. ne possit tormentis exponere. 3. vt solus non possit sententiam condemnationis ferre. Quod vltimum ex Viennensi concilio nuperrimè decretum, cum tamen olim, quando separatim diœcesanus & quæstor hæreticæ controuersiæ cognouissent, possent sententiam quoque seorsum ferre. *c. per hoc, c. 17. de hæret. in 6. facit extrau. 1. de hæreti. in extrau. comm.* Notat tamen Scholiastes, *glo. in cle. 1. §. 1. in verb. contra eos, eo. ap. clem.* posse etiam nunc alterum horum iudicum sine altero reum absoluere, quod fauorabile ampliari, pœnale restringi debeat. *c. statutum, de elect. in 6. c. præceptu, 12. dist. c. accusatus, 3. q. 6. c. odia, de reg. iur. in 6. leg. cum quidam, de libe. præter.* Iurisdictionis itaque inquisitorum hæc sunt, & defensiones audire, innocentes absoluere, redeuntes ad vnitatem ecclesiæ recipere. Peritos quoslibet vt eis assistant vocare concilij causa, item clerum & populum ciuitatum, *c. 1. §. fin. de hæret. in 6. c. vt commissa, eod.* vt viderit expedire fidei negotio: conuocare & iudices ecclesiasticos, *c. præsidentes, c. 6. de hæret. in 6. c. vt inquisitionis, eod.* & reliqua, quæ ad pœnas pertinent, pertractare.

6 ¶ Non † pertinent autem ad inquisitorum iurisdictionem, diuinationes, sortilegia, nisi hæresin saperent: sed debent ea iudicibus aliis temporalibus relinquere punienda. *... accusatus. §. sane. eod. in 6.*

7 ¶ Nec † etiam Iudæorum quæstiones, nisi in tribus casibus, *c. contra Christianos cap. 13. eod. in 6.* si Christianus Iudæus fuit, vel Iudæus Christianus factus, ad Iudaismum reuertatur. Si Iudæus ad Iudaismum pellexerit Christianum: Vel nisi Iudæi Christianos emant vel circuncidant. *Brunus, lib. 4. de hæret. cap. 2. per cap. de Iudæis, 45. dist.* Nouas religiones inducere capitale fuit apud antiquos.

8 ¶ Et † olim capitis pœnam peregrini religioni Persas irrogasse testis est Iosephus *contra Appionem.* Sæpe etate *auorum*, inquit Liuius, *lib. 39. datum est negotium magistratibus, vt sacra externa fieri vetarent:* Lexque illa decemuiralis, *Cic. 2. de leg. Nemo separatim Deos habeßit nouos, siue alienigenas: id enim confusionem facit religionum.* Et vt dicebat Mæcenas ad Octauium Cæsarem, *Dio Cass. lib. 52. histor. Qui noua numina introducunt, multos, ad vtendum peregrinis legibus, pelliciunt: vnde coniurationes, coitiones, & conciliabula existunt, minime commode res vnius principatui.* Plurima & mala in licentia vagandi circa religionem inesse Liuius notat, *dec. 3. lib. 5. & deca. 4. lib. 10.*

9 ¶ Placuit † & Ptolomæo regi, cum coram eo quæstio inter Iudæos & Samaritanos de antiquitate religionis agitaretur, vt in iudicio partium vtrinque aduocati non nisi cum capitis periculo de controuersia dicerent. Neque vllis aliis, quam ex lege Mosaica sumtis vterentur argumentis: tandemque Sabbæum & Theodosium aduocatos Samaritanorum, obtinente Andronico pro Iudæis, morti addixit. *Iosephus. lib. 13. antiquit. c. 6.*

10 ¶ Fieri † non potest, vt qui in duas religiones claudicat, verus sit Christianus. Si enim Deus est Deus, sequendus: & si Deus Baal, is sequendus: non autem in duas partes declinandum, vt dicebat Helias 3. *Reg. c. 18.* Non possumus duobus contrariis dominis seruire, *D. Matth. cap. 6.* Et qui vtramque vult contrariam retinere, certe is in neutram credit: Nam alteram violare erubesceret. Et fieri quidem potest apud paganos, diuersas sectas, vt apud Turcas, & religiones fuisse. Non enim aliqua illarum vera, & sæpe errores plures se compatiuntur. At nunquam error cum veritate quadrabit: vt nec vera vxor cum concubina, etsi plures concubinæ extra vxorem se foueant, quamuis ægre. Nec passus est Deus diutius populum suum pacifice viuere cum gentibus, sed statim iram in communicantes cum illis exeruit. 1. *Machabæor. 1.* Sub Tiberio vt ait Cornelius Tacitus, *lib. 2. annal. Actum & de sacris Ægyptiis Iudaicisque pellendis: factumque patrum consultum, vt quatuor millia libertini generis ea superstitione infecta, quæ idonea ætas, in insulam Sardiniam vehrentur, coercendis ibi latrociniis: & si ob grauitatem cœli interiisset, vile damnum: ceteri cederent Italia, nisi certam ante diem profanos ritus exuissent.* Suetonius Tranquillus *in Tiberio, cap. 36.* firmat, & externas cæremonias, Ægyptios, Iudaicosque ritus compescuisse Tiberium: coactis, qui superstitione ea tenebantur, religiosas vestes cum omni instrumento comburere. Fuerant & multis ante annis scribit Q. Septimius Tertull. *in apologetic. 6.* Ægyptij Dei capitolio pulsi.

De pœnis hæreticorum.

Cap. 8.

1 *Hæreticorum pœnæ canonicæ, ciuiles, mixtæ.*
2 *Hæretici excommunicantur, & fautores eorum.*
Filij arcentur à beneficiis. num. 5.
Sunt infames, mortui excommunicantur. eod. 4.
Exauctorantur bonis confiscatis: si clerici plectendi morte ad secularem iudicem remittuntur, vel carceri perpetuo mancipantur. eod. 5.
Non miscent se actibus ecclesiasticis, non accusant. eod. 7.
3 *Beneficio priuandus, qui illud precibus hæreticorum fuerit adeptus.*
6 *Hæreticus relapsus, vt pertinax punitur: & quis relapsus.*
Hæreticorum pœnæ ciuiles quæ.
Priuantur priuilegiis catholicorum, & mulier priuilegio præcedentis hypothecæ.
Res ecclesiasticas non contrectant, locatique, emtione, emphyteosi. eod.
9 *Commercia prohibentur, & ex iis quærere, vel ex successione. eod.*
10 *Sunt intestabiles. eod.*
11 *Nec filij ex testamento alicuius capiunt.*
Verbibus pellendi.
12 *Non militent.*
13 *Priuentur immunitate.*
14 *Testimonium non dicant.*
15 *Vltimo supplicio afficiantur. & 16.*
16 *Hæreticorum mortuorum fit condemnatio.*
Et rebaptizantes vltimo supplicio damnantur.
17 *Apostatantium à fide, vel apostatare cogentium pœna.*
18 *Apostatarum à fide pœnitentia num recipiatur.*
19 *Hæreticorum bona an à quolibet occupari possint.*
20 *Hæreticu pœna mortis infligenda.*
Et vindicta in illos diuina. & 21. 22.

PŒnæ † quædam hæreticis infliguntur temporales, dum viuunt, & supplicij vltimi, & post mortem. Illæ sunt vel canonicæ, vel ciuiles, vel mixtæ. ¶ Canonicæ, † veluti quando in vita omnes excommunicantur, vt morbida membra. *c. ecce, 24. q. 3. c. resecandæ, 20. c. excommunicamus, in 2. de hæreti. ca. canonica, 11. q. 3. c. sicut ait, & c. ad abolendam, de hæreti. apud Gregor. Qui annuntiant aliud quam habemus, Euangelium, anathema. ad Gal. 1.* Tum fautores & defensores eorum. *c. si aduersus, & c. excommunicamus, in 1. §. credentes, de hæret. l. credentes, C. eod.* 1

¶ Dehinc † secundo & iidem, & eorum filij, vsque in secundam generationem ecclesiasticorum beneficiorum incapaces fiunt, *in c. 2. §. hæreticis, & §. adhæc, eod. in 6. c. statutum, eo. tit.* imo & illi beneficiis exuuntur, qui precibus hæreticorum fuerunt adepti. *c. quicunque, §. adhæc, de hæret. in 6.* Item sunt infames, *c. infames, 6. q. 1. can. alient, 27. q. auth. Gazaros, de hæret. C. l. 2. de sum. trin. C.* 2

¶ Alia † pœna 3. canonica, vt mortuis pertinacibus denegetur sepultura, & mortui etiam excommunicentur. *c. si quis episcopus, de hæret. apud Greg.* 3

¶ 4. Vt † si noluerint resipiscere, & pœnitentiam agere, pertinaces primum, si clerici sint, & gradum aliquem in aliquo habeant, à beneficio & gradu & ordine exauctorentur; quod degradationem dicunt, damnati vt hæretici, confiscatis bonis illorum: dehinc secularibus iudicibus, vt digni qui morte plectantur, remittuntur. *c. vergentis, c. excommunicamus, in 1. §. damnati vero, c. ad abolendam, eod. c. cum secundum leges, eod. in 6.* Solent enim iudices ecclesiastici in maioribus quibusque criminibus, incorrigibilem clericum priuilegiis exutum castigandum ad iudices seculares remittere. *c. ad si clerici, de iud. apud Gregor. c. nouimus, de verb. sign.* In magnis autem, vt plerumque, perpetuo carceri mancipare. *d. c. nouimus, §. fin. & c. quamuis, de pœn. in 6.* Sicut & interdum hæreticis carcer perpetuus interdicitur. *c. excommunicamus, in 2. §. pen. de hæret. ap. Greg. c. 1. §. fi. eo. in 6.* Quomodo autem degradatio ab episcopo fieri debeat, quotve debeant assistere, episcopo episcopi vel clerici, iura aperte docent. *in c. 1. eod. in 6. alia antiqua formula in c. si quis timidus, cum 2. seq. 15. q. 7.* Et nos de ea alibi docuimus. 4

¶ Et † hæc remissio curiæ seculari, vel carceres perpetui infliguntur pertinacibus, & non pertinacibus, qui tamen alias abiurauerint hæresim, & relapsi sunt, licet pœniteant, & ad fidem redeant. *c. super eo. c. 4. de hæreti. in 6.* Relapsus porro dicitur, qui absolutus est, abiurauitque hæresim semel, & postea cum hæreticis facto, vel verbo communicat, etiamsi in aliam speciem hæresis incidat, vel in eandem. *c. accusatus, cum §§. eod. in 6.* 6

¶ Adimitur † & hæreticis potestas tractandi ecclesiasticos actus. *c. ait, & seq. & c. audiuimus, 24. q. 1.* Sic & in God. Theodo- 7

siano

Digitized by Google

siano vetitum legibus,ne episcopos faciant,vel confirmient hæretici,non clericos,*l.12.de in qui sup.relig. conten. in C. Theod.* Non admittuntur ad accusandum,*c.1.4.9.Lc.pagani,2 q.7.c.alienum,eod.*

8 ¶Pœnæ†ciuiles hæreticorum sunt plures etiam.In primis, omnibus priuilegiis, quæ contemplatione catholicæ religionis indulta sunt,exuuntur.*l.1.C.de hæreti.*2.Mulier hæretica,præro gatiua vt præferatur creditorib.mariti in dote ptiuatur.*auth. item priuilegiũ,eod.C.§.quæ enim de priuile. dot.hæret.mulier.&c. in*
9 *Auth. col.8.conſ.4.* ¶3. Iustinianus,†*§.porro iubemus. cum ſeqq. §§. conſti.*131.inhibet hæreticis, ne res ecclesiasticas emant, conducant,vel in emphytheusin accipiant: quod & Anastasius firmat
10 *l.ſi qui orthodoxæ.9.C.de hæretic.* ¶4.Valent.†Theodos.& Arcad. AAA.*l. quid de Donatiſtis,*30.*de in qui ſup.rel.cont.lib.16.C.Theo.* Donatistas,Manichæos,Phrygas,seu Priscillanistas à successionibus proximorum remouent,& ab omni liberalitatis & successionis quolibet titulo.Dehinc 5.adimit donandi,emendi, vendendi,contrahendique cum conuicto facultatem. Quod & ad alios hæreticos productum est postea. *l.hæretcorum.56. eo.6.* Et iidem Cæsares sæpe decreuerunt intestabiles actiue & passiue esse hæreticos.*l.8.56.eod.* Et quamuis in Eunomianis aliquando lex abrogata fuerit,*l.13.17.26.eod.* nihilominus postea restituta
11 prohibitio.*l.15.39.40.eo.* ¶Et † Iustinianus quoque statuit,*l.cognouimus,10.& l.diuinam,12.de hæreti.C.auth. Gazaros,eo.* hæreticos filios excludi à successione parentum:neque etiam ex militis vel alterius testamento capere posse.¶7.Et† statutum vrbe pellendos hæreticos,ne alios inficiant erroribus,*l.9.19.20.21.22.*
23.24.35.48.54.55.56.eo.tit.de in qui ſup. relig.conten.in C. Theod. imo ob solam suspitionem hæreseos,nisi se ab ea purgauerint. infames & banniti censentut noua constitutione.*§.Gazaros , ae*
13 *ſtat.& conſue.col.10.in vſib.feud.in auth.Gazaros.C.de heret. facit.l.*
14 *ſin.de apoſtat.*C.¶8.Statutum, ne militent hæretici,*l.19.32.38.*
15 *de in quæ ſup.relig.cont.in C.Theo.*¶9.Immunitatesſ† omnes eis adimũtur.*l.curiales.7.de hæret.*¶10 Et†Iustinianus, *l.quoniam multi,*
*11.eod.*statuit,testimonia hæreticorum in iudicijs contra catholicos non admittit:etsi in voluntarijs & contractibus , & aduersum alios hæreticos recipiat.11.In Nouellis Iustinianis,*co.ſtit.*
*37. Αἱρετικὸς μὴ βαπτιζέτω , μήτε παιδα βαπτιζέτω , μήτε κατηχούμενον ποιείτω τελείτω.*id est,*hæreticus ne baptizato ad rempub.ne accedito,catechumenum ne circumcidito.* ¶Postremo†Manichæis vltimum supplicij
16 imponitur à CC.*l.Arrianis.5.hæreti.C.*Quod nos mortem interpretamur.*l.vltimum ſupplicium,de pœn.in* P. In mortem , & post durat & inquisitio & condemnatio , *l.Manichæos, C. de hæret.* vt
17 etiam damnetur memoria mortuorum. ¶Rebaptizantes,† vltimo etiam supplicio condemnãtur,*l.2.ne ſacr.baptiſ.reiter.* Quod si quis fidem omnino reliquerit, factus Apostata, ex Christiano Iudæus,vel paganus,bona eius fisco quæruntur,*l.1.de apoſt. C. l.*
*fi.eo.tit.lib.16.C.Theod.tit.5.*cũ accusatio fuerit approbata.Fiũtque ex eo die,quo fidem reliquerunt,intestabiles,& incapaces testandi,vel donandi,crimine illo publico irretiti ,*l. apoſtatarũ, C.de apoſt.l.1.eod.ti.in C.Theod.*exuti omnib.priuilegiis quæ solẽt Christianis irrogari. *l.hi qui ſanctam,*14.*eo.C.* Et si quis coegerit liberum apostatare,vel persuaserit,capite plectitur.*l.pen.de apoſta.C.*
18 ¶Tamque †graue hoc scelus est,vt desertæ atque violatæ religionis accusatio possit institui post mortẽvsque in quinquẽniũ: *l.2.C.de apoſta.* Neque ita à fide decedentibus datur pœnitendi locus secundum leges ciuiles: lapsis enim & errantibus subuenitur,non autem perditis,*l.3.eod.* Quãuis aliquando legamus metu tormentorum Christianos,qui eiurant fidem,& immolassent vi idolis,pœnitentia acta ab ecclesia receptos,etsi Nouatiani reclamarent.
19 ¶Bona†hæreticorum iuste à Catholicis possideri & vindica-
r ri posse probat etiam D.Augustin. *c.ſi de rebus 23.q.6. D. Auguſt. epiſt.*48.Quæ intelligenda sunt,non vt auctoritate propria, sed per magistratuum licentiam vsurpentur.
20 ¶Pœna†mortis in hæreticos colligi potest ex sacris Bibliis,I. ex Deuteronomio,c.18.Vbi falsus Propheta locutus in nomine Dei,quæ Deus non præcepit,interficiẽdus est.Et rursum,is quoque qui dixerit populo: *Eamus & ſequamur Deos alienos,&c.Deuter.c.13.*Vindicauit D.P.mendacium ecclesiæ factum , morte in
, Anania & Saphira,*Act.*5.D.Paul.Elimã Magũ,qui crediturosre
« uocabat,cæcitate puniuit,*Act.*13.Et Domin⁹ noster Iesus Christus palmitẽ non ferentẽ fructum vult abscindi,colligi , & in ignem mitti,vt ardeat.*D.Joan.c.13.* ¶Sed† & vltiones diuinæ in
21 hæreticos,dissimulantibus principibus vel ferentibus. Dei iudicium manifestant.Refert Humfredus Lhuid. Dembyghiensis Cambro Britannus, in fragmento commentarioli Britannicæ descriptionis. *pag.57. impreſſo.Coloniæ,*1572.*per Birckmannum, in*
8.in Pouuisia,secundo Cambriæ regno,quo tempore S.Germanus Altisidorensis contra Pelagianam hæresim prædicaret , regem,vt in eo regno notum est, quod vitum optimum suscipere recusauerat,occulto & terribili Dei iudicio , cum regia & tota familia in terræ viscera absorptum,quo in loco, non procul ab Osuualdia est stagnum incognitæ profunditatis,Linuclis,id est, vorago palatij in hunc diem dictum.Meminit N.ceph. Calist. *14,hiſt.eccleſ.c.36.* Anastasiũ , qui βίσιτος dicebat non dicendam, beatissimam virginem Mariam,in exsilium missum circa Thebarum ora,terra aperta cõclusum.Nestorij autem eius hæreseos fautoris linguam vermibus corrosam,& ita cum ingenti dolore exspirasse,dicentem se ad maiores vocari pœnas. Arrius in secessu viscera extrudit.Suppetunt & his exempla similia propemodum infinita.

¶Pœnæ†his maiores aliquando coniunguntur, quia horum 22
criminibus alia crimina sæpe accedunt,vt calumniæ quibus hæretici insimulant quos sibi existimant obsistere & aduersari.Accedunt homicidia rebelliones in principes,proditiones , blasphemiæ:quæ omnia,vt crimen hæreseos componunt,sic & pœnas variant.Paul.Iurisc.5.Receptarum sententiarum,*Qui nouas,* inquit,*videtur ſapere,& vſu vel ratione incognitas religiones inducunt,ex quibus animi hominum mouentur, honeſtiores deportentur, humiliores capite afficiantur.*

De Cautionibus contra hæreticos.

Cap.9.

1 *Hæreticorum conſortia vrbe ableganda,& conuenticula interdicenda,& ſi fiant domus proſcribenda.*
2 *Hæreticos non caſtigantium principum ditiones in prædam primo occupanti conceduntur.*
3 *Libri hæreticorum & improbatæ religionis comburendi.*
4 *Diſputari non debet de fide catholica publice.*
5 *Myſteria ſacra non omnibus reuelata Chriſtianis.& 6.& 7.*
6 *Anthropophagi habiti Chriſtiani.*
7 *Cabalam non legebant Hebræi,niſi quadragenarij.*
8 *Myſteria Cereris non euulgata.*
Eleuſina myſteria quæ.eod.
9 *Orgica ſacra,& myſteria.*
10 *Veſtalium arcana.*
11 *Palladium non ab omnibus videbatur impune.*
12 *Religionis cauſſam noluit Octauius publice audire.*

PRimum,†vt diximus,vrbe pellendi , & conuenticula illorũ 1
inhibenda,prout leges statuunt,quæ si facta comprobentur, loca fisco adiudicanda seu proscribenda, si domini permiserint ibi ca fieri,vel , si inscijs dominis conductores conuenticulis loca præbuerint, multis castigandi.*l. conuenticulam , 16. de epiſc. & cler.C.l.3.C. de hær.& l.6.11.27.43.48.de in qui ſup.reli.cont. in* C.*Theo.l.2. de ſum.trin.*

¶Item†iubetur principib.temporalib. ne multos hæreticos 2
sinant viuere:& moniti per ecclesiam intra annum ditionis suę diœceses & loca ab hæreticis expurgent: alioquin illorum regna & ditiones exponunt prædæ,iura & primo occupanti, qui hæreticos inde pepulerit,cõcedunt,*§. ſi vero dominus temporalis, de ſtat.& conſuetudi.in Auth. coll.10. l.ſi vero, de hæret.*C.

¶Alia†cautio,ne libri hæreticorum permittantur,sed tollan 3
tur & comburantur prout iubent iura Pontificia,*c.fraternitatis, c.3.eod.ap.Greg.*& ciuilia.*l.quicunque,8.& l.damnato eo.C.*Perdẽdi enim sũt libri improbatæ lectionis,*l.ceteræ,ſam.ercisc. in P.*& ita è rep. esse docet Liuius,*lib.5. decad.3. dum enim*, inquit , *diutius bellum Punicum ſecundum traheretur ,& paſſim à ritu ſacrificandi more patrio diſcederetur & ſacrificuli & vates cœpiſſent hominum mentes,re ad patres , & ad publicam querimoniam delata, incuſati ſunt primum grauiter à Senatu ædiles, triumuirique capitales, quod non prohiberent:datumque negotium M. Æmylio vrbis prætori qui Senatuſconſultum renuntiauit,& dixit,vt quicunque libros vaticinios precationesque haberet,aut artem ſacrificandi conſcriptam, ad ſe deferret,quæ ipſe combuſſit:neve qui in publico ſacrove loco , nouo aut extraneo ritu ſacrificaret, cauit.* Damnato in Synodo Ætio hæretico,patres monebant catholicos omnes, ne eius epistolas legerent,sed abiicerent.*lib.5.Tripart.hiſt.c.*42.Prohibentur & colloquia & consortia cum hæreticis,vt non eis dicendum *aue ſit.D. Ioan.Epiſt.c.1.*Ita Polycarpus,D.Ioannis discipulus, noluit subsistere,nec lauari,vbi Cherintus erat hæreticus.*Euſe.li.4.Eccleſ. hiſto.c.*14.*Irene.lib.3.aduerſ.hæreſ.Valent.c.3.* Libri in arcula sepulcrali Numæ Pompilii reperti,quia leues quasdam sacrorũ causas continebant,ex auctoritate patrum cremati sunt. *Plin. Nouo.com.de vir.illuſtr.in Numa.* Iussit olim Senatus Romanus magistratibus,vt expulsis nouis religionibus,libros aduersarios religioni comburerent.*Liuius lib. 4.decad.5.*

¶Hoc†ipsum & pontificibus suis iussit Augustus, *Sueton. in* 4
*Auguſt.c.*31.Alia cautio ad euitandas hæreses,ne de fide catholica publice disputetur,quo in dubium non reuocetur fides:tum etiam,ne à vulgo mysteria profanentur.Et Martianus C. *l.nemo clericorum,4.de ſum.trin.& fide cathol.*idipsum prohibuit. Periculosa & temeraria namque visa est hæc de rebus , quas certo & indubitate credere oportet,disputatio & cõtrouersia: vnde experimento, & summo cũ reip.Gallicæ & Germanicæ damno, nouimus pene immedicabiles fuisse concitatas tragœdias ,quas quoque Cæsares in religione experti,ne in posterum ita facile

Digitized by Google

orirętur, prouide prospexerunt. Meminit Flauius Iosephus, *lib. 13. antiq. c. 6.* controuersia orta apud Alexandriam inter Iudæos & Samaritanos de vero templo, re delata ad Ptolomæum regẽ, non nisi cum periculo capitis sui permisisse aduocatis in iudicium exponere, quod esset mali exempli: eaque lege tantum Sabbæum & Theodosium aduocatos Samaritanorum, & Andronicum pro Iudæis audiuisse. Et iudicio pro Iudæis pronuntiato, morti Sabbæum & Theodos. adduxisse.

5 ¶ Sunt † auditorum quidam, qui concertationes illas audire possent parum catechizati, potius lacte quam solido cibo egentes: cibus autem solidus minime infirmorum est, vt ait D. Paul. *ad Hebr. 5.* Vt non immerito olim vulgus & populus ab adytis templi pelleretur: neque etiam sacerdotes ipsi, excepto summo Pontifice, isque tantum semel in anno, in sancta sanctorum templi ingrederentur, *ad Hebr. c. 9. Lewit. c. 16. Exod. 30.*

6 ¶ Tanta † fuit sacrorum mysteriorum, potissimum sacrosanctæ eucharistiæ, secreta & reuerens extra profanationem inter primos Christianos pertractatio, vt gentiles quibus secretum hoc erat, qui audiebant adorandi mysterij corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christianos fieri participes, Christianos vt antropophagos iudicibus deferrent, teste Tatiano Assyrio, *oratio. contra Græcos*, & Theophilo Theologo, *lib. 3. ad Autholicum.* Firmat & id Eusebius Pamphil. *lib. 5. eccleſiaſt. hiſtor. c. 1.* dum ait Blandinam martyrem inter tormenta pro Christianorum innocentia exclamasse: *Multum erratis, ô viri, qui putatis infantium viſceribus veſci eos qui nec mortuorum carnibus veſcuntur.* Hebræi †
7 Cabalam non omnibus, sed tantum quadragenariis viris legere permittebant. Prohibet & publicari, palamve fieri sacra & diuina Gregorius Nazianzenus, *tracta. de modera. diſputa.* Et alibi, *idem lib. aduerſ. Arria.* docet, non licere semper de Deo contendere. Docuit idem Dominus, dum ad discipulos, *Luce 8.* infit. *Vobis*, inquit, *datum eſt noſſe myſteria Dei, ceteris autem in parabolis.* Neque quia hæreses videamus arcam fœderis, & legis veritatem impugnare, ideo profani, qui non sunt mysteriis initiati, cuiuscunque zeli sint, in disputationem debent cum hæreticis manus conserere: metuẽtes illud seuerum iudicium Ozæ, qui occisus perhibetur à Deo, *1. Paralip. c. 15.* quod calcitrantibus bobus, qui plaustrum arcæ Domini trahebant, in pendentem & labantem arcam manus vulgares ausus esset admouere. Fieri enim potest, vt Christianus, qui zelo Domini commotus in disputationem aduersus pertinaces hæreticos irruit, dum parũ in sacris est versatus scripturis, vel neganda concedat, vel concedenda negat, vel malitia & dolis & impostũris hæreseos capiatur. Dehinc oportet credere mysteria, non disputare. Excedunt captum humanæ prudentiæ diuina, cum non humana sed diuina voluntate nobis allata sit prophetia, & spiritu sancto inspirati locuti sint homines. *2. Pet. 1.* Et cur mysteria celentur docebit causas Eusebius *lib. 2. de præp. Euang. c. 5.* & Nicolaus Leonicenus, *lib. 3. de var. hiſto. c. 44.* Solent conculcare margaritas porci, qui luti volutabro assueti sunt: & populus, qui has digladiationes exaudit, facile seduci apparentibus & rationibus humanis posset, cum mente sit obtusiore. Vt merito etiam illi ex professo Philosophi secretiora Philosophiæ, quæ tanti non sint ponderis, quanti religio, celauerint. Et ita conquerenti Alexandro Magno de Aristotele, quod edidisset libros Physices, respondit Aristoteles ita euulgatos, vt non editos, ob celata mysteria, quæ peruia cuilibet non sunt, vt docet Gellius, *libro 20. c. 1.* Sicut & refert Diogenes Laertius, *in vita Heracl. lib. 9.* Heraclitũ Ephesium librum composuisse de vniuerso, de republ. & Theologia, & in templo Dianæ deposuisse, ea industria obscurius scriptum, vt soli eruditi illum legerent: ne si à vulgo passim legeretur contemtui haberetur. Accedunt istis Pythagorica multis inuoluta mysteriis dogmata: ne contemtui publice habita vilescerent. Cuius generis & illa, quæ Hesiodus in Operibus & diebus profert.

8 ¶ Apud † ethnicos quoque tanta religionis & sacrorum reuerentia, quantumuis falsis hærerent dogmatibus, vt mysteria eorum euulgare piaculum ducerent. Talia Athenis & alibi sacra erant Cereris Eleusinæ, quæ producere in vulgus fas non fuit, vt liquet ex Pausania, Lycophrone, & Orpheo in hymnis propriis. Et proinde Phrunutus, *lib. de nat. Deorum*, & Strabo, *lib. 9.* vocat eius templum, fanum mysticum. Huius sacra cum Numenius Philosophus euulgasset, ferunt eidem ante apertum lupanar prostantes, admirantique & causas non conuenientes nominibus turpitudinis consulenti, respondisse iratas, ab ipso se adyto pudicitæ suæ vi abstractas, & passim adeuntibus prostitutas, vt scribit Macrobius, *lib. 1. in So. Scipio. cap. 2.* Tanta enim secretorum Cereris erat religio, vt nec templum eius ingredi nisi initiatis, quos vulgus vocat ordinatos, liceret, vt indicat Liuius *lib. 31.* dum ait, duos iuuenes Acarnanes tanquam ob nefandum scelus interfectos, quod per dies initiorum, cum initiati non essent, imprudentes religionis cum cetera turba ingressi fuissent templum Cereris: quæ fuit belli causa inter Philippum regem Macedonum, & Athenienses. ¶ Notat † & mysteria illa Orgica Catullus,
9

Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis,
Orgia qua fruſtra cupiunt videre profani.

Et plura de his mysteriis apud ethnicos nõ euulgandis scribit Clemens Alexandrinus, *in Protepticõ.* & Eusebius, *lib. 11. de præpa. Euangel.* Tradunt Orpheum ab iis, quos initiabat, in primo vestibulo, cum terribili auctoritate religionis exegisse, ne profanis auribus inuenta ac composita religionis proderentur, vt scribit Iulius Firmicius Maternus, *lib. 7. Matheſeos.*

¶ Pomponius † Lætus quoque, vbi agit de Vestalibus, & arcana quædam seruata fuisse à Vestalibus ait in templo, etiam ipsis Vestalibus & pontificibus ignota. 10

¶ Dyrcillus † item in ædificiorum libro, referente Plutarcho, *in Paralel. paral. 34.* notat, cum in Ilio Mineruæ templum arderet, Ilium cursu concitum demissum cœlo Palladium eripuisse statimque oculis captum, non enim mortalium lumine cerni licebat: postmodum placata ira illius idoli, pristinum recuperasse aspectum. Hoc ipsum accidisse Romæ Metello, teste Aristide Milesio in rerum Italicarum libro, idem auctor scribit, *idem paral. 35.* is enim Romam reuersus, vbi Vestæ templum incensum conspicatus, Palladium eripuit, statim oculis captum fuisse. Narrat & postmodum placatam iram idoli, quod vocant Deam, visum recuperasse. 11

¶ Quocirca † Octauius Augustus, *Sueton. in Octauio, c. 93.* Athenis initiatus sacris, cum postea Romæ pro tribunali de priuilegiis sacerdotum Atticæ Cereris cognosceret, & secretiora quædam proponerentur, dimisso concilio & corona circumstantium solus audiuit disceptantes. Quod, ne in vulgus mysteria profanare videretur, fecit. Et Dionysius Areopagita, *lib. de eccl. Hierarch. c. 2. Immunis*, inquit, *tangere ſymbola fas non eſt.* Et rursum, *idem, lib. de myſtic. Theolog. c. 1. Hæc autem cane, ne quis profanus audiat.* Intelligit autem profanos eos, qui occupantur circa entia tantum, nec mentis aciem excelsius vltra terrena erigunt. Quo factum etiam est, vt dum Deus voluit quædam secretiora & sanctiora reuelare Moysi, & manifesta facere, eum longe à populo iusserit secedere, *Exod. c. 19.* Constantinus Magnus per literas Dionysium Alexandriæ episcopum, & Arrii ad concordiam est adhortatus, & obiurgans vitio eis vertit, quod quæ latere poterat, quæstionem in medium attulerint, & nimia ad contendendum inclinatione, ea perperam vulgarint, quæ neque mouere debuissent: grauiter ferens, quod quæstiones ecclesiæ euulgarentur, in qua vna fides, & vnus debeat esse consensus, vt scribit Nicephorus Calist. *lib. 8. cap. 12. 13. 14.* Et non esse efferenda in vulgus veritatis dogmata, Plato quoque tradit, *in Gorgia. Cane*, inquit, *ne hæc rudibus committas: hi enim deridebunt, quod ſapientes admirantur.* Quod repetens Eusebius, *lib. 4. de præparat. Euangel.* transfert in propositam hypothesin, nõ esse ex diuina scriptura mysticas res ad multos efferendas. Accedit Apuleius, *lib. 11. de aſino aureo*, qui dum de forma initiandi sacris Isidis loquitur. *Ecce*, inquit, *tibi retuli, qua quamuis audita, tamen ignores neceſſe eſt. Ergo quod ſolum poteſt ſine piaculo ad profanorum intelligentias enuntiari referam.* Sed & alia plura, quę huc pertinent, iam tractata à nobis habes, dum ageremus de fide Catholica, quæ conniueo.

De aliis criminibus Maiestatis diuinæ.

Cap. 10.

1 *In templis cacasse vel meiſſe, capitale.*
2 *Irreligioſitatis & impietatis actio quæ.*
Accuſans impietatis & non probans, morte mulctabatur.

PRo † crimine læsæ diuinæ maiestatis fuit Pisistrato, in templo Apollinis ventrem exoneratasse: atque id facinus capite 1
sanxit, teste Suida in verbo, ἐν τῷ ἱερῷ κρίθαι ἢ κοπρίσαι, id est, *in ade Apollinis cacasse præstitisset.* Et hoc prohibitum fuisse in templis, quibus duo angues pingebantur ad terrendos meientes, subindicat Persius, *Satyr. 1.*

Hoc iuuat, hic, inquis, veto quiſquam faxit oletum:
Pinge duos angues: puer ſacer eſt locus, extra
Meiite.

¶ Intendebatur † olim actio apud ethnicos irreligiosis circa festa, itidem & impietatis. Veruntamen impietatis reum agens 2
nec conuincens, morte mulctabatur, teste Iul. Polluce *lib. 8. Onomaſt.*

De Schismaticis.

Cap. 11.

1 *Schiſmatici crimen diuinæ maiestatis.*
2 *Schiſmatici hæretici sunt.*
Schiſma quid & quotuplex.
3 *Schiſmaticorum crimen, & pœna.*
4 *Vnitas in eccleſia Catholica.*

Digitized by Google

PRimè † esse diuinæ maiestatis schisma, in quo qui id sequitur aduersus sacrificium Dei, rebellis, perfidus, sacrilegusque, & in obsequens seruus, filius impius dicitur à D. Cypriano, *tract. de simplic. prælato.*

2 ¶ Accedunt † hæreticis schismatici, nec schisma aliud, quam hæresis est: separatio inobedientia primi pastoris ecclesiastici, *c.1.24. q.1. c. non vos, 24. q.3.* Differuntque, quia schisma discedit ab ecclesia, hæresis in ea nititur dogma suum defendere, *c. inter hæresim. 24. q.3.* Schisma multiplex est, primum in fide, vel propter diuersam fidei possessionem, vel ob diuersam in actibus ecclesiasticis sententiam cum discessione ab episcopali obedientia. Sic Augustino, *lib. 2. contra Cresconium*, schisma est, recens cõgregationis ex aliqua sententiarum diuersitate discessio. Hæresis autem videtur schisma inueteratum. Interdum schismaticos facit non fides diuersa, sed communionis diruta societas. *D. August. de quæst. in Matth. c.2.* Consensus idem schismaticorum & hæreticorum, sacerdoti Dei non obtemperare. *D. Cypri. lib. Epist. epist. 3. & li. 4. epi. 9.* Alios sibi enim episcopos deligunt: & alia altaria erigunt: quemadmodũ fecerunt Donatistæ, teste Optato Mileuitano: Nouatiani, teste Cypriano. Sicque Optatus Milen. *li. 1. cont. Parmenia.* describit: *Catholicam fidem facit verus & simplex intellectus: intelligere singulare ac verissimũ sacramẽtum, & vnitas animorum. Schisma vero sparso coagulo pacis, dissipatis sensibus generatur, liuore nutritur æmulatorum, & litibus roboratur: vt deserta matre catholica, impij filij dum foras excurrunt, & se separant, à radice matris ecclesiæ inuidiæ fidelibus amputati, errando rebelles accedunt. Hæretici vero veritatis exsules, sani & verissimi symboli desertores, &c.*

¶ Schismatici † æquales, imo **peiores paganis habentur.** *ca. deniq; 7. q.1. c. non ad eramus, 24. q.1.* Et proinde grauior in eos pœna. Siquidem leges iam de hæreticorum vindicta loquentes adductæ, perpetuo quoque de schismaticis loquuntur, & ius Pontificium hos ab omni ordine & dignitate suspendunt, & eos qui iis consentiunt, irritasque horum reddunt collationes, *ca. 1, & 2. de schismat. apud Gregor.* & electiones. *ca. licet, de electio.* Et illis excommunicatis, filius illorum denegat auxilium. *c.1. de schisma. in 6.* Atque si non reuocentur, à seculari potestate comprimi iubentur, *can. de ligueribus, 24. q.5. can. non vos, 23. q.5.* Notissima est vltio ob id scelus Dathani & Abyronis, dum absorberis, ruptis terræ compagibus, viui cum sceleris conscijs absorpti sunt. *Nume. 16.* Docet Optatus Mileuitanus, *lib. 1.* schisma magis Deo displicuisse, & seuerius vindicatum parricidio.

¶ Nituntur † enim isti soluere vnitatem ecclesiæ, in qua vnum 4 ouile, & vnus pastor. *D. Ioann. cap. 10.* & idipsum omnes dicere monemur, *1. ad Corinth. 1.* & seruare veritatem, *ad Ephes. 4.* Vna fuit arca Noe, extra quam nullus saluus in diluuio: & in qua typus ecclesiæ vnius, *2. Petr. 3* Accedit & dignos esse animaduersione seuerissima, quia contentiones & seditiones concitant, quæ morte dignæ sunt, vt paulo post Deo fauente probabitur.

De blasphemis.

Cap. 12.

1 *Blasphemare, & iurare diuersa esse.*
2 *Blasphemiæ crimen atrocissimum.*
3 *Blasphemia quid, & in quo consistit.*
Atrocitas & species eius, & vindictæ diuinæ, pœnæ. Et nume. 4. §. & 6.
6 *Iurans per capillos aut caput Dei, aut alio modo quomodo punitur.*
7 *Blasphemorum quædam diuinæ animaduersiones. Et 10.*
8 *Blasphemia per Ironiam dicta benedictio.*
9 *Blasphemiæ à Iudæis valde exosæ, & à Deo punitæ.*
11 *Blasphemantem obuium cuique permittit verberare D. Chrysostomus.*
12 *In blasphemorum castigationes, constitutiones Caroli V. Maximiliani, & regum Gallorum.*
13 *Blasphemia quatenus ira, & dementia, & ebrietate excusentur à pœna.*
14 *Deierare seu iurare temere prohibitum.*
Deieratio gentilium virorum. & mulierum quæ.

1 ALiud † blasphemare, aliud iurare. Ideo hic non agetur de iureiurando, sed tantum de blasphemia, qua D. Chrysostomus ait nihil peius esse, *tom. 1. in Psalm. 95.*

¶ Maiestatem † blasphemare, crimen magnum 2 D. Iuda habetur. *Iudæ epistol.* Et Athanasius, *in illud Euangel. Quicunque dixerit blasphemiam, Matth. 12.* inter peccata & blasphemiam hoc interesse ait: quod qui peccat, legem transgreditur, qui blasphemat, contra ipsam Deitatem impie agit.

¶ Blasphemia † maledictio est & exsecratio, & sacrilega de 3 tractio, & probrosa, & calumniosa, quæ diuersa est, & diuersam pœnam habet, pro modo eius cui infertur. Vt erga Deum maior, in eo consistens, cum probrose Deo tribuitur, quod non conuenit, vel detrahitur quod ei conuenit. Sic in sanctorum & religionis causa quoque perpendendum. Sicut enim in principem, quam in eius magistratum maius crimen maiestatis: sic in Deum ipsum maior blasphemia, quam in sanctos. 4

¶ Tanta † autem huius criminis existimatur esse atrocitas, vt Iustinianus dixerit, *§. præterea, vt non luxur. cont. nat. in auth. collat. 6.* inultum Deum hoc non relinquere, & per hoc pestem, famem, & terræmotus, aliasque plagas à Deo hominibus immitti. Et commentator Pragmaticæ sanctionis *gl. in §. quib. ad plenũ, in verb. excoluerunt, in proœ. Pragm. sanctio.* refert Robertum regem Galliarum, filium Capeti orantem pro pace regni, responsum à crucifixi imagine accepisse, non futuram eam, donec notoria crimina & blasphemias exstirpasset. Sic qui errant, & in errorem mittunt, discunt blasphemare. *c. Apostolicæ, 24. q.3. c. qui peccat, 23. q.4.* Decem species blasphemiæ colligit Lucas de Penna, *in l. omnes iudices §. de delato lib. 10. C.* quas tamen ad tres contraxit Angelus Clauasius, *in summ. in verb. blasphemia, num. 3.* ex D. Ambrosio & Thoma: nempe tribuere Deo quod ei non conuenit, detrahere quæ eius sunt, tribuere creaturæ quæ conueniunt creatori.

¶ Pœna † in blasphemos canonica olim, in laicos excommunicatio, in clericos depositio, *c. si quis 22. q.1.* Huic alia coniuncta, *c.2. de maled. ap. Greg.* vt laici septem diebus dominicis præ foribus ecclesiæ in conspectu populi recumbentes, vltimo illorum dierum dominico, sine pallio & calceamentis, laqueo seu ro collo inuoluto & pendente, sedentes: non antea ecclesiam ingredi pateretur, quam sex feriis in pane & aqua ieiunassent, & pauperes simul singulis diebus aliquos refecissent. Clericis porro remittitur publica pœnitentia, *c. ex panitentibus 50. dist. c. quicunque §. dist. ca. 1. ac bigam. Hostiens. in sum. de maledi, §. blasphemantes autem,* & indicitur priuata. 5

¶ Iure ciuili † ad blasphemiam pertinet Dei, iurare per ca- 6 pillos. per caput Dei, & iis similia. Deus enim spiritus est, & ei membra tribuere, habet summam blasphemiam, quam Iustinianus vltimo supplicio vindicari iubet, *§. præterea, vt non luxur. cõnat. in auth. col. 6.* Iudicibusque curam castigandi seuere demandat, propria nouella, & alia de ludo publicata sanctione. *l. fi. §. fi. de relig. & sumt. funer. lib. 3. C. tit. 43.* Pius autem summus Pontifex antea iurantem per capillum, vel caput Dei deierantem, vel alio modo blasphemantem, clericum deponi vult, laicum anathematizari: at per alias creaturas iurantem, digna castigatione affici. *c. si per capillum, 22. q.1.* Pontificia quoque iura vltra canonicam statuunt, vt huiusmodi blasphemia pecuniaria pœna pro modo facultatũ à iudicibus secularibus afficiantur. *c.2. §. fi. de maledic. apud Gregor.* Permittit iudicibus secularibus Francisc. 1. rex Galliarum inquisitionem & captionem clericorum blasphemorum, dummodo postea remittant castigandos iudicibus spiritualibus. *in constitutio. de exsecrationibus & blasphemiis*, Iure diuino spiritus blasphemiæ, & cum quis ex malitia potissimum, & cõsuetudine vel corruptela, blasphemia effutit, vix veniam vel in alio seculo obtinet, *Matth. c. 12.* nisi scilicet recte pœnituerit blasphemus, *can. certum, 50. dist. ca. 1. §. pen. de sum. trin.* Et in Leuitico 24. lex, vt qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus opprimat eum multitudo populi, &c. Dixit Heli filiis suis: *Si peccauerit quis in virũ placari illi potest Dominus: si autẽ in Dominũ, quis orabit pro eo? 1. Reg. c. 2.* ¶ Prostat in sacra historia diuinæ in blasphemos vltiones, quas versibus his quidã concludit, *Iustinus Gubernæ Guarinus, in c. 4. politiæ Caroli V. Cæsaris.* 8

Impius occubuit gelidis Maxentius vndis: Ioh. Cuspinia lib. de Cæsarib. in Const. in. Magn. De hoc Nicephor. Cal. lib. 7. eccles. hist. c. 29. Et Et carmina Prudentij de eius interitu.

Putribus Herodes lendibus esta fuit:
Persica Iulianum blasphemum fica peremit:
Constrictã pœnas Commodus ore dedit.
Mersit & in tumidas cœcum Pharaona sub vndas,
Sicut & tu iusta cæde, Philiste, cadis.

Lingua Nicanoris eo mortuo misere exesa, qua tẽplũ Dei male dixerat, & tẽplo affixa: manusque, qua minatus templo blasphematus, & qua in Iudæos pugnauerat, amputata. *Machab. 2. c. 15. & 1. c. 7.* Et vir Dei dixit ad regem Achab Israelis. *3. Reg. 20. Quia dixerunt Syri, Deus montium ipse est dominus eorum, & non est Deus vallium, dabo hinc multitudinem grandem in manu tua.* Displicuerunt Deo blasphemiæ, quas dixerunt serui Scenascheric regis Assyriorum quamobrem & percussit ex eis angelus Domini 185. millia, tempore Ezechiæ 4. Reg. 19. 9

¶ Non † audebant etiam blasphemiam nominare antiqui, sed per irohiam benedictionem dicabant, vt in calumnia Naboth legimus: *Benedixit Naboth Deum & regem, educite eum, & lapidate, sicque moriatur. 3 Reg. c. 21.* 10

¶ Iudæi † qui Deum verum colebant, valde hoc crimen exsecrabantur, vt dum blasphemias intelligerent obturarent aures, & scinderent vestimenta sua, vt ex lectione sacræ paginæ passim obseruatum est, *Matth. 26.* veluti ob res luctuosas & maxime displicentes soliti erant facere. *Numer. 14. Ios. 7. Iudi.*

Digitized by Google

4. Reg. 1. & 5. 6. & 19. Hester. 4. cum simil. Minatur Deus ob blasphemias Moabitis filiorum Amon interitum, qualem Gomorræ & Sodomæ. Sophon. c. 2. Legem tulit Nabuchodonosor, vt qui Deum Sidraci, Abdenagi, Azariæ & Mizaelis blasphemassent, occiderentur, & domus eorum destruerentur. Daniel. 3. can. non inuenitur, 23. q. 4. Nec mirum videri debet, si seuera animaduersio indicta sit blasphemiis: nam si fures & latrones reliquique id genus morte puniuntur, aut plagis, quanto magis impij, qui Deum membratim discerpunt & blasphemant, Iudæis deteriores, Host. in sum. de excess. præla. §. clericus, qui non comminuerunt Domini nec minimum os? Isti autem consulto per membra & frusta verbo, quia re non possunt, discerpere annituntur. Atque si conuitia in homines mortales dicta puniantur, nonne æquum est impune non abire, qui diuinam offenderit tam sceleste maiestatem? auth. Gazaros, de hær. C. Hinc sumsit occasionem nefas Naboth Iezabel: nam calumniam confinxit, eum blasphemasse Deum & regem. 3. Reg. 21.

10 ¶ Exemplum † vltionis blasphemiæ refert etiam Nicephor. Cal. lib. 18. hist. eccles. c. 33 quod contigit etiam tempore Marci Cæsaris. Cum enim quidam Græci & gentiles conuiuantes post prandium blasphemias plures in virginem Dei genitricem iactassent, cum impietas illa innotuit, illi quidem debitas pœnas dedere, ædium autem, in quibus blasphemiæ dictæ fuerunt, Dominus, à sacris nostris non alienus, tum quidem, quia casus ita tulerit, periculum effugit. Non multum vero post ei dormienti in somniis Dei genitrix adstitit, cui diligentius ecquid quænam esset percunctanti, postquam ipse se eam nosse professus est, illa ei indignitatem contumeliarum in mentem reuocauit. Tum ille miser, supplex illi esse, veniamque delicti petere cœpit. Illa daturam se hoc ei, neque in præsentia ipsum ita morte pœnas luiturum promittere. vimine autem, quod manu gestare videbatur, genua ipsius circumcirca veluti exarans circumscribere. Id vbi factum, postea auolans non apparuit. At ille somno discusso membra illa, quæ vimine notata fuerant, statim à reliquo corpore dirupta inuenit, recenti sanguine profluente, & in publicum productus, iustum omnibus iudicium promulgauit. Aliud exemplum pueri, ob blasphemias à dæmonibus rapti, narrat D. Gregorius lib. 4. Dialog. Vidi & alia apud Vincentium in Speculo historiali.

11 ¶ D. † Chrysostomus, tom. 5. ope. hom. 1. ad populum Antioche. & 5. Quid faciendum est de istis blasphemis, sic expressit: *Quia de blasphemia dictum est, vnam vos omnes petere volo retributionem pro concione hac atque sermone, vt in ciuitate blasphemantes mihi castigetis: & si quemquam in biuio vel foro Deum blasphemare audieris, accede, increpa: & si verba infligere oportet, ne recuses, ipsius faciem alapa percute, contere os ipsius, percussione manum tuam sanctifica. Et si alii accusauerint, & in carcerem duxerint, sequere: & si pœnas iudex pro tribunali repoposcerit, dic cum libertate, quod regem angelorum blasphemauit: si enim regem terræ blasphemantem puniri oportet, multomagis illum contumelia afficientes. Commune crimen est publica iniuria, cuique licet accusare volenti.* Hacten. D. Chrysost.

12 ¶ Carolus V. † Maximilianus in constitutione politica, edita in comitiis Vindeliciorum anno 1548. Germaniæ, tit. 1. c. 1. 2. 3. 4. actiter blasphemos puniri iubet, & audiētes, nec accusantes, & iudices vindictam conniuentes. Philippus II. rex Galliarum, Gagui. in vita Philippi 2. statuit, vt si quis impietatis blasphemiæ reus esset, in fluuium vel paludem citra mortem demergeretur: quod Tholosæ seruari multoties vidi, excepto reo vsque ad subuculam nudato cauea cancellata magna ferrea, trina mersione ita illum castigantes. Philippus VI. Valesius, blasphemos in Deum, virginem Mariam, & diuos, constitutione sua primum ad torquem seu numellas versatiles publice adiudicari voluit, à prima hora vsque ad nonam per mensem. Quod si iterato in crimē incidisset, ad easdem numellas versatiles retracto statuit die nundinarum coram frequenti populo, suprema labra findi ferro candente, vt dentes appareant: tertia vice, labium inferius: quarta, abscindi vtrumque labium: quinta, linguam, vt per eam, per quam peccauit, torqueatur. Idem statuit, paucis immutatis Carolus VII. & Franciscus I. & Henricus II. aliique reges, vt ex eorum constitutionibus de blasphemiis apparet, quas colligit Nicolaus Boerius, *decis.* 101. *num.* 15. & *seq.* D. Ludouicus rex Galliarum etiam, si qui numinis, diuorumque nomen nefarie aut ineiurando, aut exsecrando vsurpabant, eorum fronti candenti lamina notam inuri voluit, vt refert Paulus Æmilius, *lib.* 7. *histor. Francor.* in eius vita. Fuerunt aliæ constitutiones regiæ, quæ antequam ad pœnam corporalem perueniant, prius per multas non valde exsecrabiles blasphemias tentant emendare. Graues tamen, quæ hæresim continent, mortis pœnam expertæ sunt sæpe in Gallia, quamdiu valuit in ea ius. Vt placita suprēmorum ordinum & senatuum ea de re habita docent. *Pap. lib.* 1. *Rapsod. Arest. tit.* 2. *art.* 1.

13 ¶ Superest † autem huic tractationi, considerandū esse num periuriis istis & exsecrationibus quis assiduus fuerit, vt seuerius veluti pertinax corrigatur. Item num iracundia nimia, quæ ad dementiam accedit, an dementia, blasphemias pronuntiauerit, vt tunc leuius puniatur, *arg. cano. si quis iratus,* 2. q. 3. *l. si non consentij, C. de iniur.* castigetur tamen. Quia quod iracundia pronuntiatur in exsecrationibus, in ira solet originem habere: dementiam autem excusare recte quidam putant, *l. infans, ad leg. Corne. de sicar. in P. cum simil.* non iram, *Hostiens. in sum. de maledi. vers. hoc autem, Lucas de Penna in l. omnes iudices,* 4. *colum. vers. c.* 3. *quæro, de delati. lib.* 10. C. *videndi hac de re Ioan. Bern. Diaz, in pract. c.* 103. *Iodocus Damhaude. in praxi, & in Enchiridio causa. crimina. Nico. Iacobus de Monte Albano, cons.* 48. *interprete, & Butrigari. in c.* 2. *de maledi.* Sicuti nec ebrietatem, *Luc. de Pen. vbi proxime.* Nam etsi mitior pœna interdum delicto commisso per ebrietatem imponatur, *l. omne delictum, §. per vinum, de re milit. P. c. sane, & cap. inebriauerunt,* 22. *qu.* 4. in aliis tamen excusatio ebrietatis culpam non minuit, sed auget. Vitium ebrietas est, & vix permittit ecclesia orare pro iis, qui in ebrietate moriuntur, *c.* 1. *de relig. & venerat. sancto.* vt nec pro iis, qui seipsos occidunt. *c. placuit, & ca. si non licet,* 23. *q.* 5. In summa, si probè de hoc crimine, vt de aliis, velis iudicare, considera ex nostra methodo res ipsas, videlicet blasphemias ipsas, num atroces leuioresve sint. Subinde personas, quæ sint, num errones, perditi homines, integræ vitæ, hæretici, &c. Postremo negotium, qua mente dictæ prolatæve sint, in qua causa, in ludo, in contentione, in ira, in furore, consulto, &c.

¶ Deieratio † ad blasphemiam leuiorem pertinet, quæ est consuetudo pessima pro leuissimis aut nihili rebus, inuocandi in testimonium Deum, aut diuos, aut iurare per cælum, per terram, & alia, quæ Deus prohibet in specie, *D. Matth. c.* 5. *D. Iacob. c.* 5. & ne nomen Dei in vanum sumatur. *Exod. cap.* 20. Deierabāt mulieres antiquorum per Herculem, abstinebant enim sacrificio Herculaneo: viri per Castorem. Cuius rei rationem ferre non facile est. Ædepol autem, quod iusiurandum per Pollucem est, & viro & fœminæ commune est. *Gellius, lib.* 11. *c.* 6. 14

De simonia, & simoniacis.

Cap. 13.

In decreto Gratian. per 7. q. causſæ &
Et lib. 5. Decretal. tit. 3.
Lib. 5. Extrauag. com. tit. 1.

1 Simonia crimen lesæ maiestatis diuinæ, & hæresis.
2 Simonus Magi impostura, & prodigia.
Incantationes Simonis Samaritæ mirę. eod.
3 Simoniaci vnde dicti. Et Giezitæ qui.
4 Simonia inter crimina grauissimum.
5 Auaritiæ radix proxima, simoniæ, & aliorum.
6 Ambitus similis simoniæ.
7 Simonia quid: & duplex, mentalis & realis.
8 In simonia quomodo res considerandæ.
9 Simonia in quibus committatur, & num. 10. 11. 12. 13. & 14.
10 Benedictionis vis, & quomodo in nomine Dei Tetragrammaton fieret.
11 Simonia non est, aliquid ex laudabili consuetudine pro spiritualibus sacerdotibus porrigere alia tantum causa, quam mundinationis.
12 Pro consecratione aliquid accipere, simonia.
Chrismatis nomine à presbytero accipere, simonia est. eod.
13 Vicariatus, vel alicuius administrationis ecclesiastica nomine dare, simonia.
14 Religionis vel canonicatus ingrediendi causa aliquid petere, vel conuenire, simonia est, aut pro pastu exigere. & 16.
15 Religionem ingredi inconsulto principe aliquando non licuit in Francia, quare.
17 Electio simoniaca est, si pro suffragio seu voce detur ab electo, vel ab alio etiam electo inscio: & quando, si ab alio detur, non noceat electo. & num. 29.
18 Beneficium quando simoniace dicatur possessum.
19 Beneficium litigiosum, si transactio facta de eo sit, quæ censetur simoniaca, tamen non vacat per simoniam.
De beneficio valet facta amicabilis compositio, etsi non valeat transactio. eod.
20 Beneficiorum permutatio cum pacto, nisi fiat sub beneplacito superioris, est simoniaca.
21 Simoniacus est, qui in beneficio litigioso corrupit iudicem, qui quia habendi causa nominationem, aut electionem, qui pecunia accepta renuntiat nominationi vel electioni.
Recipiens à publico delinquente, ne pœniteat, vel à pœnitente, vt absoluatur. numer. 22. & homagium pro spiritualibus faciens, & q. 23.
24 Simoniacus in personis quid considerandum, & de eorum intentione
25 Simoniaci faciunt pro spiritualibus dare munus, fauorem, pretium, preces.
26 Beneficium pro stipendiis debitis conferre, simonia est.
27 Beneficium conferre proximis, quando simoniam habet vel non.
28 Patronus filium idoneum præsentare potest.

30 Simo-

Digitized by Google

30 *Simoniaca duplici modo, vel quia simoniaca ideo prohibita, vel quia prohibita, ideo simoniaca.*
31 *Simoniæ commissa plures pœnæ.*
Excommunicatio, sacramentorum priuatio, collationum, vel simoniaci facti nullitas, priuatio ipso iure beneficij. & 13. & 33.
32 *Beneficium per Simoniam adeptum impetrari potest ante declarationem simoniæ. & 34.*
34 *Beneficium per incapacitatem possessorio impetrari in Gallia nequit ante declaratam incapacitatem.*
35 *Beneficio simoniace promissus etiamsi inscio, si simonia facta sit, debet illud eiurare in conscientia. vide & 40.*
36 *Simoniace beneficium possidens, quomodo purgare possit simoniam.*
37 *Simonia in ingressu religionis commissa quomodo puniatur.*
38 *Simoniace data vel accepta non restituuntur danti, nec remanent apud accipientem, sed debentur ecclesiæ, in cuius iniuriam simonia fit.*
39 *Renunciatio simoniace facta quomodo improbanda.*
41 *Simoniacis in beneficiis à quibus dispensari potest.*
42 *Beneficij litigiosi concordia, aut non litigiosi permutatio quomodo fieri debeat.*
43 *Simonia quæ locum non habet in curia Romana, & quæ habeat.*
44 *Beneficiorum taxationes curiæ Romanæ, & bursales regulæ cancellariæ & annatæ in Gallia sublatæ.*
45 *Concordata quatenus non seruanda in Gallia.*
46 *Simoniace beneficium viuentis assecutus, vt puniatur.*
47 *Simoniace ordinantis & ordinati pœna.*

1 SImoniæ † crimen ad exemplum criminis maiestatis accusationem habet, *ap. si quis, § porro, 6. qu. 1. c. sane, 15. qu. 3. l. si quemquam, 29. de episc. & cler. C.* etsi in pœna differant, *d. c. si quis, § porro, & c. fin. 6. q. 1. c. licet Heli, § pen. de simo.* Et qui in simoniæ labe incidunt, hæretici habentur. *c. quicunque, cum 2. seq. 1. qu. 1. can. cum liqueat, ca. presbyter si pecuniam, eo. c. quoties, de simo.* atque vt hæretici accusantur, *in d. § porro, & ca. fin. § sed cum omnes, 6. q. 1.* Et nomen ipsum simoniæ, quod tectam significat particularem ab ecclesia Catholica, per se docet, hæreticos esse simoniacos. Siquidem ab auctore erroris Simoniaci dicti sunt, *c. qui studet, 6. qu. 1.* vt reliqui hæretici. & schismatici. Montanistæ, Manichæi, Priscillianistæ, & eius farinæ alij nebulones: *l. damnatis, 6. C. de hæretic.*

2 ¶ Simon † Magus quippe, vt in historia recensetur Apostolica, primus tentauit gratiam habendi & dandi Spiritum sanctum mercari ab Apostolis per manuum impositionem, & operandi sacra miracula: accepitque ob scelestam hanc pecuniæ oblationem & perditam mentem responsum ab eis. pecunia tua tecum sit in perditionem, quod existimasti donum Dei per pecuniam possidere. *Actuum 8. c. reperiuntur. 1. q. 1.* Addictus enim is impiissimis magicis artibus, existimauerat prodigia & incantamenta, quæ callebat dæmonica, sacris miraculis coniungenda pretio, vt homines in sui maiorem traheret admirationem, quâ etiam Claudius Cæsar & populus rudis veneratus aliquando est, donec illius artes confusæ & patefactæ Dei virtute à Beato Petro fuerint. In cuius victoria plures fuerunt quoque ab errore reuocati. Tantum enim ille Samaritanus Simon præstigiis dæmonum in peius profecerat, vt se pro Deo iactaret, & filiũ Dei Christum. Ludicra quædam, quæ vulgares dementabant, addens. Videbatur enim illum statuas per seipsas iubere monere, vasa domestica seipsa transportare, ipse flammas sibi circumdans non videbatur, ferebatur in aere. ex lapidibus fuco facto panes reddebat, draconis formam induebat, in aurum se totum transformabat, fores probe occlusas recludebat, medebatur incurabilibus, vt putabatur, morbis: & alia plura, quæ illi nomen impostoris seu magi dederunt. & quæ parum aut nihil illi profuerunt, quin suo scelere detecto misere interierit, *de actis omnib. præstig. & vita & morte Simonis Magi, Nicephor. Callist. lib. 2. can. 7. Irenæ. contr. hæreses, ca. 20. Abdias, libr. 1. histor. Apostol. Clem. in lib. recognitio.* remanente tamen sua nundinationis spurcissima nota, quam qui sequuntur, simoniaci dicuntur.

3 ¶ Atque † eo nomine quoque, & qui diuina dona pretio distrahere amoliuntur, continentur: qui Giezitæ, à Giezi auctore primo venditionis diuinorum appellati sunt. *4. Reg. 3. d. c. qui studet, 1. q. 1.*

4 ¶ Grauissimum † inter crimina delictum simoniæ habitum est, *c. sicut simonia, de simon.* vt cetera crimina eius comparatione pro nihilo reputentur. *c. per tuas, 32. § pen. eod. ca. fin. 1. q. 7.* Quia grauius sit æternam, quam humanam offendere maiestatem. *auth. Gazaros, de hæret. C. c. vergentis, eo. ap. Greg. c. sicut qui ecclesiam 17. q. 4.* Et qui in religionem publicam committit, in omnes infert iniuriam, crimenque patrat publicum, *leg. Manichæos, C. de hæret.* habetque diuinam animaduersionem promtissimam & certissimam, nempe damnationem æternam, ni pœnitentia & iustis aliis modis eluatur: idque c. 8. Actorum indicat, dum dixit Simoni Mago Petrus, vt eius pecunia esset cum illo in perditionem. Indicat & lepra quæ adhæsit Giezi & eius posteris, *4. Reg. c. 5.* Et quod dicitur de Ieroboam, qui faciebat sacerdotes eos, qui eius impleuissent manus, *3. Reg. c. 13.* cuius domus & posteritas destructa, *3. Reg. c. 15.* Fidem & facit Iudæ exemplum qui negotiata venditione Domini nostri Iesu Christi, laqueo se suspendit: quod & refertur in c. eos qui, 1. q. 1. Sed & in hoc simoniæ scelere sacrilegium intercedit & impietatis, dum ea quę pretium nullum æquale recipere possunt, modico & vili pretio quis in commercium pertrahere nititur: cum ei quæ diuini iuris sunt, humano non possint pretio & commercio acquiri, *§. nullius, de rer. diuis. l. inter stipulantem, § sacra, de ver. oblig. P. § idem iuris, de inutil. stipul. l. sed Celsus, de contrah. emt. P. l. hanc legem, 22. & l. & quod soluerit, 23. eod. tit. facit c. quæ semel, 19. q. 3. l. in tantum, § semel, de rer. diuis. in P. § sacra, eod. tit.*

5 ¶ Auaritia † radix est istius criminis, sicut & aliorum plurium, ex quo in ecclesiam Dei irrepsit, *c. diaconi, § nunc autem, 93. dist.* Et proinde pestifera dicitur radice orta simonia, *c. cũ liqueat, 1. q. 1.* Et statim vbi apparere incipit eliminanda, *c. sicut simoniaca, 6. de simon. c. 2. § fin. eod. tit. in ext. com.* ne lues reliquum corpus inficiat, neve ab hac simoniacus in alia transeat peccata, vtpote cæcus iam cupiditate redditus, *c. auaritiæ 3. de præb. apud Greg. vide peccata auari, c. sicut, 47. distinct. & Eccles. c. 10.* & auaritia idolorum seruus effectus, *cap. idololatria, 28. q. 1 D. Paul. ad Colloss. 3. ca. cum omnis, & c. sicut vrgeri, 1. q. 1.* ¶ Putant † communiter 6 interpretes idipsum esse simoniam in spiritualibus, quod in officiis secularibus ambitus.

7 ¶ Simonia † porro est voluntas, mediante pretio, vel pactione seu fauore illegitimo, consequendi, emendi, vel vendendi spiritualia sacra, vel spiritualibus huiusmodi annexa, *hæc finitio colligi potest ex gloss. in summa, 1. q. 1. & c. qui studet, ead. qu. 1. alias finition. vide apud Hostien.* Hæc duplex, mentalis vna, *c. qui studet, 1. q. 1.* & quæ ad actum peruenit alia. Mentalis, quod pertinet ad Deum, qui falli non potest, pœnam diuinam exspectare debet, dum quis sine pactione ea nihilominus spiritualia dat sacra, vt temporalia consequatur: vel contra, si temporalia, vt percipiat spiritualia. Ecclesia tamen hanc non punit, quia de occultis nõ iudicat. *c. à nobis, de sentent. excommun. c. vnic. § cum enim, vt eccles. benef. sine qua diminut. conf. c. consuluisti, 2. q. 4.* & nisi quatenus in actum peruenit, *c. ex tua, 20. & c. fi. ae simo.* Et paria non esse, & nõ apparere, in hoc casu habentur, in iudicio humano, *l. in lege, de contrah. emt. P.* quod de alia tantum agit.

8 ¶ Itaque † in simonia consideramus res, ex quibus vel in quibus simonia committitur: videlicet quod sint spirituales & Dei beneficia, vel quæ ad cultum Dei, vel eius rem, pertineant: cum rebus temporalibus, quæ cum his permutantur. Item cum his personas quæ interueniunt, à quibus fit simonia. Et negotium quod geritur, & ad quem pertineat factum simoniacum, & intentio negotiantium in istis.

9 ¶ At † quare hæc consideranda sunt, docebit, pœna simoniacis imposita. Res simoniacæ habitæ sunt, primum pro benedictione nuptiarum, vel aliarum rerum, vel pro exsequiis mortuorum, quippiam temporale cum pactione vel conuentione accipere. Et nolle nisi dato pretio benedicere, *c. sua nobis, 29. & c. cum in ecclesiæ corpore, de simon.*

10 ¶ Quia † benedictiones inter sacra & spiritualia ponuntur, cum non fiant nisi inuocato Dei nomine, & sacerdos sit qui inuocat. Deus autem benedicat, *ca. dictum est, 1. quæst. 1. Num. 6.* Et scribit Rabi Mosc. Ægyptius filius Maimonis, *Rab. Mosch. Ægypt. in 61. c. primæ partis libri more*, sacerdotibus Hebræorum tantum licuisse pronuntiare nomen Tetragrammaton יהוה, quod deberent populum benedicere per scem hamephoraſe, id est, per nomen Dei expositum, 12. vel 42. litera um, quod ex prædicto nomine quadriliteo nascitur, *Gal. lib. 10. com. Ind. c. 2.* Fiebatque hæc benedictio per sacerdotes, tribus digitis ambarum palmarum erectis, & duobus depressis, ad designandam personarum in vna essentia diuinitatis trinitatem, *Rab. Mosc. in proximo citato loco.* Docet & benedictiones pendere à solius Dei auctoritate exemplum Balaam, *Num. c. 22. 23. & 24.* Item & manus impositio, quæ cum orationibus sacerdotum fit, *c. manus, 1. qu. 1.* benedictionem habet. Accedit quod Dauid de forma benedictionis ait, *& non dixerunt qui præteribant benedictio Domini super vos, benedicimus vobis in nomine Domini, Psal. 128.* Inde quoque simoniacum habetur, pro manuum impositione quippiam reposcere, *can. 1. de simon. can. episcopum, 1. q. 2.*

11 ¶ Laudabilis † tamen consuetudo, qua receptum est aliquid pro superioribus rebus & similibus, sacerdotibus porrigere, improbanda non est: quinimo laici eam seruare cogendi sunt cum nota hæreticæ impietatis, si contradicant, *c. ad apostolicam, 41. de simon. c. quæsitum, 1. quæst. 3.* Neque ad simoniam pertinent, quæ alio nomine, quam nundinationis & commercij dantur & accipiuntur à sacerdotibus, & iis qui diuina beneficia nobis dispensant; veluti, si in alimenta & sumtus qui ab eis fiunt in cura & solicitudine visitationis, vel auxiliario nomine præbeantur temporalia. *ca. iudices, 1. q. 1. vbi late hoc explicatur ca. tua nos, ca. etsi quæstiones, de simon.* Dignus est mercenarius mercede sua, *D. Luc. 10. & 15. D. Matth. c. 10. 1. ad Timoth. 5. c. ecclesiis, 13. quæst. 1. c. cum ex officij, de præs.* & qui altari seruit, ex eo viuere debet, *ca. cum secundum apostolum, de præb. c. ex his, 12. quæst. 1.* non alligandum os boui trituranti, *Deuteron. 25. 1. ad Corinth. 9.* & qui ad onus eligitur, repelli non debet à præmio, *dist. c. cum secundum, & c. caritatem, 12.*

Digitized by Google

quæst. 2. c. quicunque, c. ecclesiasticis, eod. quæst. 2. l. vnic. §. pro secundo, de cadu. tollen. Cod. Nec minus gratis iudex facere dicitur, qui sportulas accipit, *l. plebiscito de offi. proc. P. ca. cum ab omni, de vit.*
12 *& hon. cler.*

¶ Secundo, † & simonia dicetur, aliquid dare pro consecrationibus episcoporum, benedictionibus abbatum, *c. 1. & ca. sicut pro certo, de simon.* pro ecclesiarum consecratione excepta procuratione, *c. cum sit Romana, eo.* pro ordinationibus clericorũ, *d. c. 1. & ca. sicut pro certo, & c. ex multis, ca. res ecclesiæ, ca. si quis præbendas, 1. q. 3. ca. ordinationes, 1. q. 1.* pro chrismate ecclesiis distribuendo, abolita contraria penitus consuetudine, *d. c. sicut pro certo, & cap. ea quæ, 16. & c. in tantum de simon.* ¶ Pro † ministerio eccle
13 siastico seu vicariatibus exercendis. *c. ad nostrã, & c. consuluere, 36. de simo.* pro absolutione excommunicationis danda aliquid petere, *c. ad aures, 24. eod.* pro sigillis, quæ vocantur pastella, literarum ordinationem, *c. 1. §. 1. eod. c. si quis obiecerit, 1. quæst. 3.* pro quibuscunque recipiendis sacramentis. *c. dictum est, & c. quicquid, 1. q. 1.* vt pro baptismo, & cõfirmatione, *c. baptizandus, ca. quicquid cap. placuit, & can. vt nullus, 1. quæst. 1.* pro eucharistiæ, præbitione, *d. c. dictum est, 1. q. 2.* & similibus. Pactum omne de dando aliquo pro spiritualibus, *c. si. de pact.*
14 ¶ Et † proinde prohibitum vt simoniacum, ex pacto pro ingressu religionis seu monasterii quippiam petere vel stipulari: nulla prohibione facta de oblatione libera, *c. tua nos 34. de simon.* quæ spontanea non improbatur. Improbatur tamen, ne pro pastu seu conuiuio quædam non oblata, in receptione seu initiatione canonicatus, vel regulæ monachalis, *ca. veniens, 19. can. Iacobus, de simon. ca. si quis obiecerit, & c. sin. 1. q. 3.* Neque in contra tium admittitur fucus paupertatis monasterii neque distinctio sexus, monasteriorum mulierum & virorum. *ca. quoniam simonia ca, ca. 40. de simon.* Quamuis D. Thomas non improbet morem recipiendi pro ingressu monasterij, si monasterium paupertate prematur, & eius opes non sufficiant recipiendis: cui tamen aduersatur concilium generale, *dict. c. quoniam.* Melius enim est nõ non recipere supra facultates, si eas insufficientes arbitratur quam impingere in simoniam, aut malum facere, vt inde eue-
16 niat bonum: bonum enim benefieri debet, vt profit.

¶ Fuerunt † aliquando & detestæ alicubi artes, vt ait Beatus Rhenanus, *lib. 2. rerum Germanicarum*, quibus qui opibus polle rent à callidis monachis circumuenirentur, & eos veluti pisces in nassam pellicerent: vt fuerit ideo lex Francica lata, ne liceret inconsulto principe se additere monasterio.
16 ¶ Aufrerius † *in addit. Capell. Tholos. 311. quæst.* scribit, nihilominus valere statuta ecclesiarum, vt pro receptione in ecclesiam præsterur modicum quippiã, vt cappa, lectus vel aliud modicũ in vtilitatem & refectionem ecclesiæ, non autem in priuatam vtilitatem canonicorum, ex sententia Hostiensis, *argum. c. cum omnes, & ca. ex parte de constitut.* Resoluit tamen Guido Papæus *decisione 80.* nõ posse valere pactum, vt quid detur pro ingressu monasterii, tanquam simoniacum. Citat & Baldum *in l. si quemquam, de epesc. & cleric.* quid hanc discutit in vtramque sententiã. Vt & beneficia conferre retenta portione, simoniacum, *c. Matheus, & ca. nobis, de simon. c. penult. de elect.*
17 ¶ Inter † simoniaca quoque connumeratur, aliquid promitte re vel dare pro suffragio electionis, *c. vnic. §. si. vt eccles. benef. sine qua diminut. confer.* nisi ab inimicis electi, vel eo reclamante ab aliis detur vel promittatur, *dict. ca. nobis, & c. sicut tuis literis, de*
18 *simon.*

¶ Similiter † simonia, pro beneficio consequendo largiri vel promittere, *c. ex insinuatione tua c. 26. eo.* eiurare seu renuntiare beneficium pecunia accepta, *ca. nisi cum pridem, de pact.* pactum pro eo vel aliis spiritualibus facere, *c. si. eo.* potissimum transigere de beneficio & similibus, *ca. constitutus, c. super eo. c. præterea, de transact.* Quia transactio fieri non potest, nisi aliquo dato
19 vel retento, *l. transactio. C. eo.* vnde simonia.

¶ Hic † tamen dignum obseruatione arbitror, beneficium litigiosũ, de quo transactũ est, quamuis nulla sit transactio, non ideo vacare, sed litigii causã pristinam restitui, & rursum secundum eam agi *gloss. in ca. constitutos, eod.* Sed & receptum est, nõ improbari concordiam de beneficio, si amice & gratis fiat de lite, *dict. c. super eo. c statuimus, c. de cetero, de transactionib.* vnde amicabilis dicitur compositio. Imo si in arbitros de controuersia compromissum sit, pro bono pacis valet eorum sententia, quæ pro beneficio cesso statuit alterutri pensionem annuam, *c. nisi*
20 *essent, c. 21. de præben.*

¶ Item † simoniaca dicitur permutatio beneficiorum, cum pactione aliqua vel conuentione interueniente, nisi in ea reseruetur voluntas & auctoritas summi pontificis, *c. cum pridem, de pact. c. cum olim, & seq. c. quæsitum, de verum permut.* vt paulo postea pœnis dicetur.
21 ¶ Pro † simoniaco & is habetur, qui de beneficio contendens & litigans, corruperit iudicem, propter connexitatem caussæ, *gloss. in c. vendentes, 1. q. 3. Panor. & Fel. in c. tua nos, de simon. idem Pan. in ca. cum ab omni, de vit. & hon. cler. Rebuff. tract. de pacis. posse. nu. 198.* Et qui laico dedit pecuniam, vt à principe obtineret episcopatum, aut abbatiam, vel ad eas vel similes nominationem, *c. de hoc, de simon. Barb. cons. 13. incip. à Pone, vol. primul. 3. vo. cons.* Sic & is qui pecunia accepta renuntiat nominationi, vel electioni de se factæ, vel contra, si det vt suffragia aucupetur, *c. cum super, & ibi Pan. 3. notab. de consec. Ioan. de Ayma. in men. ad concord. & ad rub. de consuetu. approbati in ver. pactionibus.*

¶ Simoniacũ † quoque recipere emolumentum temporale à 22
quocũq; publice delinquente, vt episcopo, vel eius ministris peccatum celet: vel vt non pœnitentẽ reconciliet: vel vere pœnitentem à reconciliatione remoueat, *ca. nemo presbyterorum, de sim.* ¶ Si † quis pro consequendis spiritualibus hominiũ seu 23
homagium faciat, *c. ex diligenti, c. 17. eod.* pro corrigendis excessibus & crimimibus puniendis à laicis aut clericis pecuniariam pœnã accipere, & pecunia accepta in ecclesia permittere psallere, *ca. licet, de pœn.* Permutare temporalia cum spiritualibus, *c. fin. de rer. permu.*

¶ In † personis à quibus simonia fit, consideramus intẽtionẽ, 24
& cuius caussa committant. Nam non datum vel acceptum facit simoniã, sed si detur ea intentione, vt accipiantur spiritualia: vel si quis det spirituale pro, remuneratione tẽporalis rei, & cum pacto, *c. & si quæstiones, & c. tua nos, de simo c. quicquid, 1. q. 1.*

¶ Existimãt † inter tẽporalia, quæ pro spiritualibus data faciũt 25
simoniam interpretes, pretium seu emtionem, munus, fauorem, preces. De pretio & pactionibus expedita res est ex iam dictis. De munere quoque, in quo quantitatẽ modicam etiã excusare simoniam dicunt, & contra arguere, si magna, *d. c. & si quæstiones, & c. tua nos, & c. iudices, & c. si quis abscesserit, 1. q. 1.* adhibito moderamine, quo in consendis largitionibus seu xeniis in iudices vtimur. *l. solet. de off. proconsu. in P. l. plebiscitum, de off. præsid. P.*

¶ Dicitur † hic tamen simonia, si eo animo beneficiũ cõferatur famulis, vt loco sit stipendiorum debitorum, vel vt stipẽdia debita remittant, *c. sunt nonnulli, 1. q. 1.* Quod & de testabile visum est, vt & suis, vel nobilium indignis famulis ad gratiam dominorum conferre, vt qui hoc fecerint, Antichristi dicantur, *ca. peruenit. 1. q. 3.* Dignis tamen famulis, semota omni pactione vel remunerationis spe, non est improbatum, *c. cum in cunctis, de elect.* 26

¶ Exemplo † simili, simonia iudicatur conferre beneficiũ fa- 27.
uore vel amore humano, seu proximitatis habita ratione, *d. ca. sunt nonnulli, & c. tuam, de ætat. & qual. c. vn. §. in omnib. in ver. ætatem, vt eccl. benef. sine qua dimin. confer.* contra, si semota humana omni affectione conferatur proximo idoneo, vt extraneo.

¶ Quo † casu magis laudandus, quam vituperandus venit col- 28
lator, *c. nõ satis, 16. dist. gl. & DD. in c. 1. de cohab. cler. & mul. expres. in c. filium, 1. q. 1. c. diecesius, & ibi Pan. in 1. not. de præben. Pan. late in cons. 96. incip. Iesus, vol. 2.* Vt & patronus ad ecclesiã vacantẽ recte præsentat filium, idoneum, & capacem muneris, *Pan. in ca. consuluit, de iure patro.* Quia ceteris paribus, quis potius suis, quã extraneis benefacere tenetur, *dict. c. non satis, 86. dist. c. omnium, 31. dist.* Neque quisquam vnquam carnem suam odio habuit, sed eã fouet & nutrit, *D. Paul. ad Ephes. c. 5. c. non æstimemus, 13. q. 2.* Cauere tamen oportet episcopos, ne hoc prætextu fucum Deo, qui concta nouit, facere velint, ne incidant in titulum de filiis presbyterorum: neve successionem hereditariam in beneficiis admittant, aduersum ea quæ iam prohibita fuere, *c. transmissa, & c. ad extirpandas, de fil. presb. c. consuluit, de iur. patron. c. apostolica, 8. q. 1. c. accepimus, de pact.* Nam *Iuuen. Sat. 2.*

Vltra Sauromatas fugere hinc libet & glacialem
Oceanum, quoties aliquid de moribus audent,
Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.

¶ Innoluitur † crimine simoniæ non solum qui sibi acquirit spi- 29
rituale; vel dat vetita, vt habeat spititualia, vel si ipse dat: sed etiã & is, cuius nomine, & in cuius vtilitatem hæc nundinatio fit, vel sciente, vel inscio eo facta est, *c. nobis, 27. & c. Matheus, 23. de sim. c. Romana, c. ecclesia vestra, de elect.*

¶ Ceterum † considerant iura nostra, & rationem prohibitio- 30
nis simoniæ duplici modo. Quippe quia simoniaca quædam dicuntur, quod vetita sunt, vt simoniaca: alia vt simoniaca prohibita sunt, quia simonica esse sunt sui natura, *gloss. in cap. ex parte, in 1. de offic. delegat. in verb. dimittere, Pan. in c. 1. numero quinto & sexto, de simon.* Quæ omnia propius discutienda sunt, ad pœnam simoniæ legitimam constituendam, propter quam superiora adiecimus.

¶ Ar † pœna non vnius generis est, sed pro modo facti & negotii varia. Prior est excommunicatio, *c. quicunque sacris, & c. qui* 31
studet, c. 1. q. 1. c. sicut simoniaca, & c. 2. §. fi. de simo. Atq; ipso facto hãc incurrunt, quicunque simoniam manifestam aut occultam committunt, aut consentiunt, aut mediatores fiunt, cuiuscunque sint dignitatis aut potestatis, à qua absolui nequeunt ab alio, quam à summo pontifice, vel per alium in mortis tantum periculo, *c. 2. §. 1. & §. statuentes, de simo. in extra. com.* Et laicus vltra excemmmunicationem, sacramentorum declaratur exsors.

¶ Suntque

32 ¶ Suntque † simoniace factæ electiones, confirmationes, prouisiones, & aliæ dispositiones nullæ, in ecclesiis, monasteriis, personatibus, officiis ecclesiasticis: neque ius aliquod prouiso acquiritur, nec fructus suos facit, *d.c.2. & c.ea quæ à sanctis patribus, 1.q.3.* Quod intelligendum dicunt, si simonia realis interuenerit, nempe si aliquid datum vel acceptum sit: non si solæ preces interueniant, quia illæ in dubio non faciunt simoniã in hoc seculo punibilem, *c.tua, & Felin. in c.cum essent, de sim. late Gomes. in reg. Cancel. Rom. de trien. possess. q.12.*

33 ¶ Obseruandum † quoque hic eos, qui sola conuentione simoniam committunt, iure communi antiquo, non dici priuatos ipso iure beneficio, sed priuandos per sententiam, *ca. presbyter ibi priuetur, 1.qu.1.* vt de occulto simoniaco quoque traditum est, *ca.2. de confess. c. insinuatum, de simon.* præterquam si realis est simonia, *D. Guid. in suis decis. tit. de cond. decis. 5.* Et conuentione simoniacum interim habere coloratum quidam putant, ad antiqua iura respicientes, titulum, vt periuros, homicidas, & alios, de quibus meminit Innocentius *in c.cum nostra, de concess. præb. ita & tradit Gom. in proxim. citata reg. de trien. possess. q.12. in 2. princ. limit.* Iure tamen nouo, grauitate simoniæ acutius perpensa, & frequentia delicti pernicioſe germinante, simoniaci siue conuentionales, siue reales sunt, ipso iure priuati dicuntur beneficiis, *c.2. de simon. in extr. com. in concilio Constant. seu in pragma. sanct. §. hinc autem sacer, de annatis.* Et ita beneficium simoniaci ipso iure vacat, & potest impetrari ante declarationem simoniæ, quæ fieri poterit post impetrationem, iuxta cap. cum secundum, de hæreticis, in sexto, *disputat Rebuff. 3. part. praxeos benefic. titul. de simon. renun.*

34 ¶ Nec † puto constitutionem Gallicam in Aureliacensibus comitiis latam, anno 1561. dum articulo 4. inhibet ordinariis collatoribus, iure deuoluto conferre beneficia per incapacitatem possessoris, priusquam incapacitas fuerit declarata, intelligi de incapacitate, quæ per simoniam fit, sed de incapacitate alia, quæ eget declaratione, quando titulum coloratum qui possidet videtur habere: quia quis titulo simonia commissa, ipso iure priuatur, *Fel. in ca.2. col.3. de rescript.* Et qui beneficium per simoniam etiam per triennium vel amplius possedit, non potest iuuari regula, de pacificis possessoribus, quamuis per triennium ante commissam simoniam possederit. *Rebuff. in tit. de pacific. possess. num.198.*

35 ¶ Ita † electus simoniace non dicitur titularius vere, & proinde etiam nullo interpellante, si suæ velit prospectum in cõscientiæ illud eiurabit, *ca. Matthæus, de sim.* etiamsi simoniam ipse non commiserit, & dum beneficium nactus simoniam commissam ignorauerit, vel à patre, qui emit sibi beneficium, vel ab alio, *c. nobis fuit, 27. eo.* Si electio vitiosa est, & ita nocet electo, siue eius etiam culpa, *c. Cumanus, & c. ecclesia vestra, de elect. §. si vero, in ver. simoniacam, de elect. in pragm. sanct.* Vt vis illata testatori, vt heredem quem nolebat relinqueret, nocet non tantum si heres vim intulerit, sed etiam si eo inscio alius eum instituere compulerit, *l.1. si quis alii testament. prohibuerit, lib.6. C. titul.34.* Si tamen electus, antequam eligeretur, reclamauerit huic pacto simoniaco pro sua electione inito, vel pro confirmatione, ei nõ obest: quemadmodum nec simonia ab intimicis in caput eius, qui beneficium consecuturus est, commissa ei officere æquum est, *ca. sicut tuis literis, c.33. de simo.*

36 ¶ Notant † etiam iura mederi posse simoniæ commissæ ab alio, quam à possidente, qui tamen etiam inscius eius labe inficitur, si is qui simoniace obtinuit renunciet beneficium, & iterum impetret ab episcopo, *c. ex insinuatione,* potissimum si agatur de simplici & minori beneficio, de cuius simonia pontifex proprius dispensare potest, sic eiuratum in eius manibus iterum conferendo, *cap. nobis, & ibi glo. in ver. reprobanda, de elect. cap. ex insinuatione, eo.* Sed hoc fieri debet, antequam electio fuerit accusata, vt simoniaca: alioquin episcopus non confert hoc modo, *c. pen. de elect.*

37 ¶ Alia † pœna in simoniaco ingressu religionis, vel in adeptione possessionis canonicatus regularis: vt abbas & monachi, qui acceperint pecuniam pro ingressu monasterij, ab officio & beneficio suspendantur, donec pœnitentiam sibi impositam impleuerint, *c. dilectus, de simon.* & receptus in aliud monasterium arctius pœnitendi causa transfertur, *c. veniens, 19. c. de reg. 25. da. quoniam simonia, 40. eod.* Videlicet, si per inquisitionem de simonia appareat: alioquin si per accusationem deregatur, conuicti deponendi sunt, *c. dilectus filius, 30. & c. de hoc, eo.*

38 ¶ Dispensari † tamen cum illis poterit, *iuxta c. fi. eo.* per diœcesanum episcopum pœnitentia solẽni imposita, & rebus promissis seu datis in vtilitatem monasterij adiudicatis, *c.1. de simon. in extra. commu.* Ita enim placuit, vt per simoniam promissa vel data repeti quidem non possint per dantem, etiamsi is, qui beneficium promiserit & acceperit, non potuerit ex alia causa stare promissis, & beneficium dare: sed data reperita adiungentur ecclesiæ, de qua simonia est facta, & cui iniuria hoc modo irrogata est, *glos. in c. de hoc, in verb. restituat, & ibi Panormi. in fin. nota. de sim. Disputa. & conclu. Guid. Pap. qu.581. d'Aymas in §.1. in ver. pactionibus, de conuento. approba. per Latera. concil. in concord. probat expresse c.1. §. fi. de sim. in extrau. com.* Et sic iudicatum in suprema curia Parisiorum refert Papus, *lib.3. Rhapso. arrest. tit.12. ar.2.* Et qui dedit ob turpem causam, in pari causa habet potiorem eũ, qui possidet, *l.2. de condict. ob turp. caus. C. l.1. & 2. eod. tit. Pal. transactio finita, C. de transact.* sed ab eo qui possidet turpe hoc lucrum, tanquam ab indigno euincitur.

39 ¶ De † renuntiatione quoque simoniaca traditum est, vacationem fieri, nec prouisum hoc modo beneficium retineri posse, *c. ordinationes, 1.q.1. Matthæus & Fel. in c. ne simoniacus, & c. institutum, de simon.* Et placuit Rotæ resignationem factam simoniace, non tenere in præiudicium etiam resignantis, *Rota in decis. 236. in antiq. tit. de resign. Innoc. in c. cum vniuersorum, de rer. perm. gloss. in c. super eo, de renunt. Archid. in c. duadum de præb. in 6.* Et nullã etiam esse collationem per simoniam factam, iam conclusum est, *decis. Cap. Thol. 438. per a.c. cum vniuersorum, & Archid. in c. ordinationes, 1.q.1.*

40 ¶ Et † idcirco & hic remedium quærendum est possessori, vt gratiam à summo pontifice impetret, deponendo beneficium, & iterum assequendo, *tota 1. quæst. 5.* narrando simoniam summo pontif. cum clausula, perinde valere, & adiecto delegato cui committatur absolutio à labe simoniæ & excommunicationis, iuxta formã quã Rebuff. recensет, *par. prax. benef. tit. quom. benef. acq.*

41 ¶ Obseruandũ † autem est, possessores beneficiorum adeptorum per simoniam, qui tamen non commiserint simoniam; ab episcopis diœcesanis posse absolui, & gratiam obtinere beneficij, *c. præsentium, 1.q.5. c. ex insinuatione, & c. de simoniacis, & ibi gl. d. simon.* At cum iis, qui simoniam commiserunt, à solo pontifice maximo gratiam fieri, *c. nobis, & c. pen. de simo. plene in c. post translationem, de renun.* Simili modo, cum in omni permutatione, & concordia seu conuentione de beneficio sit simonia quædam, *c. cum primum, de pact. Pan. in c. cum vniuersorum, 7. not. de rer. permut.* episcopus non poterit probare eam, sed tantum summus pontifex, vel legatus eius, qui hanc acceperit potestatem, *c. sine. c. cum primum, de pact.*

42 ¶ Consuluntque † itaque probe Doctores, ne pacisce- tes circa beneficiorum permutationem, concordiam absolute concludant, nisi ea lege, si approbetur, & quatenus approbabitur à superiore, *c. quæsitum, & d. c. cum vniuersorum, de rer. permut.* id est, vt fiat sub beneplacito sedis apostolicæ, vel eius legati. Nec tamen prohibent iura permutantibus promittere se curaturos, vt permutatio fiat ab iis, à quibus recipienda est, *arg. l. in illa, in 2. de verb. obl.* nam verba illa accipienda erunt ex eo quod communiter fit, *arg. c. ex literis, de sponsal.* & cum auctoritate eius, quem interuenire oportet. Et sic Boerius decidit, *decis. 205. per ca. olim, de rest. spol. clem. vnic. in verbo, volentibus, eod. titul. C.* & Rebuffus probat *in 3. par. prax. benef. tit. de permut. nu. 47. 52. 53.*

43 ¶ Quamobrem † quidam colligunt, in curia Romana simoniam locum non habere, aut pœnam eius: quemadmodum nec in curia principis lex Iulia ambitus. Quod tamen cum distinctione intelligendum est ex Panormitano *in c.1. nu.5. & 6. de simon.* & communi interprete, *gl. in c. ex parte, in 1. in ver. dimittere, de off. deleg.* Nam quædam simoniaca sunt, quia vt talia prohibita iure positiuo sunt: & hæc accedente voluntate contraria vel gratia summi pontificis, simoniaca in curia Romana non sunt. Eo quod eius est legem interpretari, vel mutare, cuius est condere, *l.1. & fi. C. de leg. d. princeps, &c.* Et summus pontifex plenam habet potestatem super beneficia, & alia quæ sunt iuris positiui, *c. proposuit, de conces. præb.* Tractat & subiiciter idem Panormitanus in casibus, in quibus summus pontifex de simonia dispensare potest: & ipse non dicitur simoniam committere, qui suis vel prædecessorum constitutionibus non ligatur: tamen eum qui Papæ tradit ea de causa, simoniam committere, vt nõ possit agere pœnitentiam retento beneficio, *ca. inquisitionis, de accusat.* Ceterum alia sunt prohibita, quia per se simoniaca sunt. Et hæc si summus pontifex etiam committat, vel alius ex eius curia, incidunt in simoniam. Et idcirco Panormitanus existimat *in d. c. 1. num.6. & 7. de sim. & in c. exstirpanda, §. quia vero, de præb.* Papam accipientem pecuniam pro concessione beneficij, in quo inest ordinis exsecutio, vt potestas ligandi & absoluendi parochianos, simoniam committere, quia est potestas spiritualis. *glo. fin. in c. licet, de pœnit. tex. & gloss. in c. ex diligenti, de sim. c. altare, 1. qu.3.* vt si episcopatum accepta pecunia conferat, in quo ordo est *c. reperiuntur, 1.q.1.*

44 ¶ Quocirca † in Gallia merito videntur sublatæ constitutiones curiæ aut cancellariæ Romanæ, quæ bursales dicuntur, & annatæ, seu taxationes beneficiorum, quas non soluunt Galli, nec tenentur in impetratione exprimere verum valorem beneficij, etsi de his quædam compositiones soluantur.

45 ¶ Notat † & insuper Rebuffus *ad rub. de annatis, & de collatio. in concord. arg. c.1. de treug. & pac. iuncta glo & Rebuff. in tract. nominatio. num. 292.* ob hanc rationem non obseruari concordata in Gallia, nisi in quantum constituunt in fauorem & commodum ecclesiæ Gallicanæ. Et proinde non fuisse expressionis valoris beneficiorum regulam receptam in Gallia, licet fuerit statutũ in concordatis & rubric. de mandatis apostolicis in fine, quod verus valor exprimatur: alioquin gratiæ sint ipso iure nullæ.

46 ¶ Alia † pœna eius qui viuẽtis per simoniã obtinuit beneficiũ, & ratione illius collationis simoniace se beneficio intrusit, & eiecit possessorẽ, vt deponatur, *c.2. de sim. & ibi Pano. & in c. inquisitionis, nu.7. de accusation.* Deiicitur & gradu simoniace ordinans,

Digitized by Google

& ordinatus. *can. si quis episcopus, c. qui per pecuniam, ca. sanctorum patrum, 1. q. 1.* ¶ Item † simoniaci simoniace etiam à non simoniacis ordinati gradu deiiciuntur quoque, nec cum illis dispensatur. *c. cito 1. q. 1.* Sed hæc hactenus de simonia.

De Sacrilegis.

Cap. 14.

Lib. 48. P. tit. 13. Lib. 9. C. tit. 29.

1 *Sacrum in sacrilegio perpendendum. Et sacrum proprie quid, & quomodo fiebat, & fiat nunc.*
2 *Vota priuatorum non sacra.*
3 *Sacrum latiori appellatione idem quod sanctum. Quod tamen proprie distinctum.*
4 *Sancta res quæ.*
5 *Religiosa res quæ, quidve religiosum.*
6 *Sacræ res generalissima appellatione quæ dicantur. Sacrilegij instar quæ. Et species, eod. & 7.*
7 *Sacra publica & priuata.*
8 *Sacrilegi qui proprie.*

1 QVia tan sit sacrum, quod in sacrilegii crimen incidat, considerandum esse monet Paulus iurisconsultus, *l. sacrilegi, 9. ad leg. Iul. pecul. P.* in pœna imponenda: vtque dilucidius appareat quid sit sacrilegium, prius quid sacrum explicandum est. Proprie itaque sacrum dicitur, Deo consecratum, secundum Festum, *lib. 17.* Et sacræ res, quæ ritè per pontifices Deo dedicatæ sunt. *§ sacræ res, de rer. diuis.* Res sacræ olim publice fiebant, id est, publica auctoritate & iussu populi, vt lex Papyria vetabat iniussu plebis consecrari, *Cicer. pro Domo sua*, olim à consule, dictatore, imperatore, aut alio summo magistratu, per solemnia verba, præeunteque carmen sum. pontif. *l. sacra. 9. & l. in tantum, 6. §. sacra. 2. de rer. diuis. lib. 1. P. ti. 8.* hodie vero, *d. §. sacra. eod. apud Iustin. eod. titu. de eccles. ti. ne nullus fabric. orat. dom. & c. coll. 5. tit. 17. in Auth. & c. aqua, de consecrat. eccles. apud Gregor.* in republica Christiana, ab antistite cuiusque loci, diuino numini dedicantur.

2 ¶ Vota † autem priuatorum sacra non sunt, *l. 2. de pollicit. lib. 50. P. tit. 12.* ¶ Trebatius † *lib. 1. de religio.* apud Macrobium, *lib. 3. Saturn. c. 3.* Latius finit, sacrum esse, quicquid est, quod Deorum, vt ait, habetur. Hinc contrariũ profanum, quod extra fanaticam causam sit: quasi porro à fano & religione secretum. Sic & sacra priuata quis dicere poterit ædiculas sacras, & ea quæ priuatim Deo quis offert, *vt in l. sacrilegi. 9. ad leg. Iul. pecul. in P.* Latius interdum sacrum dicitur, idem quod sanctum, vt ait Trebatius, *Macrob. loco suprad.* lib. 10. Religionum, vt sanctum contineat, & sacrum, & religiosum. Sic & in interdicto, Ne quid in loco sacro fiat, continentur portæ & muri, quæ sancta, *l. 2. ne quid in loc. sacr. P.* Cæterum proprie sanctum est, quod nec sacrũ nec religiosum est: hæc enim inter se distinguuntur ab Vlpiano, *l. 1. de rerum diuis.* ¶ Atque † sanctæ res sunt, quæ ab iniuria hominum, sanctione seu lege aliqua tuta sunt, *l. sanctum. 8. de rerum diuis. & l. sacra, 9. §. proprie ex loco sancto, eod.* A sagminibus, seu herbis rabotane seu herba sacra verbenaca, quam dissecabat ex loco sancto, & secum deferebat fœcialis auctoritate regis, consulis, vel prætoris in hostes legationis caussa profecturus, *d. l. sanctum, & ibi Buda. & Liu. meminit, lib. 1. dum de fœciali, ad populum Albanum mittendo agit. Et lib. 10. belli Punici, lib. 22. c. 2. & lib. 25. c. 9.* vnde fiebat inuiolabilis, non secus quam apud Græcos legatus per caduceum, & apud Gallos legatus fœcialis per paludamentum, quod vocant *Cotte d'armes*, quo sacrosancti & inuiolabiles sunt. Quare & legum auctoritas firma, sanctio dicitur, *l. sanctio legum, 41. de pœn.* Muri ciuitatis sancti, & portæ sanctæ, *l. sacra, 9. §. proprie. de rerum diuis. l. 1. eod.* Plato tamen, sanctum explicat esse, quod ad Dei curam pertinet, *Plato in Eutiphrone seu de sanctitate*, Annius Viterbiensis *in commentar. ad 2. lib. Berosi. & in sumto. de diuis. Italiæ, dum agit de Apennino*, idem censet, & vocem sanctum, à sangui: hanc autem à saga deriuatam. Sagam autem interpretatur Festus, sacerdotem, expiatorem: & D. Hieronymus, sacrificulum, immolatorem, *D. Hieron. li. de interpret. Hebraicis.*

¶ Religiosa † sunt, quæ priuata alicuius voluntate & facto religionis dicuntur: vt sepulcra, mortuum inferendo, quia tũc quis locum suum religiosum facit. *l. in tantum. §. religiosum, de rerum diuis. §. religiosæ, eodem tit. apud Iustinia.* Religionem tradidit Sulpitius dictam, quæ propter sanctitatem aliquam remota ac sepositа à nobis sit, & quasi à relinquendo dictam: vt à carendo, cæremonia, *Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 3. & Gell. lib. 4. c. 9.* Nigidius Figulus, *Iul. Gell. eod.* religiosum eum appellabat, qui nimia & superstitio sa religione sese alligauerat: vt verba reliqua in osus inclinata significare copiam immodicam rei dictæ putabat: sicut mulierosus, nummosus, vinosus, & religiosus. *Religentem*, inquit, *esse oportet religiosum* inquit, *nefas.* Hinc religiosos dies, tristes, omine infames, in quibus quampiam rem non erat aliquibus exordiri. Hæc tamen sententia à probe inspicientibus, & considerantibus reiecta est: & religiosum sacrum & Deo placitum dictum est: vt & Cicero religiosa delubra, non ominosa dicit, vel tristia. sed maiestatis venerationisve plena, *idem vbi supra*: Sic apud nos religiosi, & religiosæ domus, sanctitate quadam consecratæ, remotæ à vulgo, & templa. Neque facessunt reliqua nomina in osus citata. Nam illorum regula in his tantum obtinet, in quibus copia vitio datur, quæ in religiosa Dei obseruatione, citra superstitionem, nimia esse non potest. Quia nec quod oportet, etsi cuncta quæ possumus præstiterimus cultui Dei, fecimus: sed serui inutiles sumus, *Luce 12.* Neque placet illorum interpretatio, qui aliquando verbum religionis, adhuc pro tristi & male ominato interpretãtur, vt apud Suetonium *in Octau. c. 6.* in Augusto, *Hunc introire, nisi necessario & caste, religio est.* Et apud Plinium, *lib. 28. Naeos in facie tondere, religiosum habent etiam nunc multi.* Et alibi. Nam in his & similibus locis, religio & ligiosũ, significãt nõ infaustũ, sed prohibitũ ob religionis obseruantiã, quæ pœnã comminatur propter violatam religionem: qua forsan ratione, nempe indictam pœnam, posset religiosum dici ominosum & metuendum, per consequentiã tamen

¶ Nos † adhuc generalius, vt omnia quæ sancta, & religiosa, & proprie sacra sunt cõplectamur, dicemus sacrũ id dici posse, quod aliquomodo ad cultum, & auctoritaté & prouidentiã Dei pertinet. Quamobrem Imperatores, Reges, qui potestatem à Deo habent, *ad Roman. 13. Sapien. 6. l. inter clæras. de sum. trinitat.* & auctoritatem, quiue more Christiano consecrantur, *c. vnic. §. 1. de sacr. vnctio.* obsequio dicantur, ministrique eius sunt, dicemus sacros, *vt alibi late docemus*, & quę eorum sunt, vel ab iis fiunt, vel procedunt, quoque sacra & sacrata, vt sacri affatus, *l. sacri. C. de diuer. rescript.* sacratissimæ leges, *l. leges sacratissimæ. C. de legib.* quia leges oracula Dei sunt per ora principum promulgata, *ca. Imperatores, 11. q. 3. c. nemo, 16. q. 3. l. 2. de legib. in P.* sacratissimæ literæ, *§. fin. de alien. & emphyt. in Authen.* sacrum oraculum, *§. penult. de adoption.* sacræ domus, sacrum palatium, tit. de priuileg. eorum qui in sacro pal. milit. libro 12. C. tit. 28. Et lib. 1. C. tit. 37. sacra largitio, *l. vnic. de offic. comit. sacra. largi. lib. 1. C. tit. 35.* sacra adnotatio, *l. vnic. publ. lat. & c. lib. 12. C. tit. 64.* Sacer cognitor, *l. 3. vbi senat. vel clar.* sacrum patrimonium, tit. de offic. com. sac. patrimo. lib. 1. C. tit. 39. Et imperator sacros suos vocat vultus, quia & sacros sibi vsurpat affatus, *l. fi. de crim. sacr. lib. 9. C. tit. 29.* Atque, *Sacrilegii instar dicitur, disputare de principali iudicio, & dubitare, l. 2. eod. cap. si quis suadente, §. proximo, 17. q. 4. eo is dignus sit, quem princeps elegerit.* Et alibi *l. sacrilegii instar. de diuer. rescr. C. Sacrilegii instar est super quibuscunque administrationibus vel dignitatibus promulgandis, diuinis*, id est principis, *obuiare beneficiis.* Item sacrilegium præcepta principum negligere vel violare, *l. vt dign. ordo seru. C. l. 13. de erogat. milit. anno. C.* Et ita quia potestas à Deo in filios concessa est, & illa nomine sacrorum dicitur, *l. fin. C. de inoffic. testa. l. fi. de curat. fur. lib. 5. C. l. 1. §. fin. de annal. except. lib. 7. tit. 40. C. d. fi. C. ad senatusconsl. Tertull.* Sacra paterna hinc. Inde plures species sacrilegii, seu quasi sacrilegii colliguntur, quas enumerat & probat Lucas de Penna, *dict. l. 1. vt dign. ord. ser. Cod.* ¶ Ex † quibus omnibus illud colligi potest, esse quædam sacra publica, quædam priuata. Publica illa, quæ publice vel auctoritate publica Deo dicata sunt. Priuata, quæ priuatim: vt quædam religiosa. Qui horum aliqua violant, vel cõtrectando impie, vel negligendo, vel male de his iudicando, sacrilegi generaliter dicuntur: vnde & sacrilegi, mandatorum principũ violatores, & qui negligunt, *l. 1. de crimin. sacri. C. l. 1. vt dign. ord. ser. & l. lege repetita, 13. de orig. milit. an. C.* Et Gratianus, Theodosius, & Valentinian. CCC. *l. quæ diuinæ, 25. de episc. & cler. lib. 16. C. Theod. tit. 2. l. 1. de crim. sacrileg. lib. 9. C. c. si quis suadente. §. qui autem, 17. q. 4. Qui diuinæ legis sanctitatem, aut nesciendo confundunt, aut negligendo violant & offendunt, sacrilegium committunt.*

¶ Porro † à sacris fures eorum vel violatores propriè, sacrilegi dicti: alij quasi sacrilegi Paulus *in l. sacrilegi. 9. §. 7. ad leg. Iul. pecul. libr. 48. P. tit. 13. §. Item lex Iulia peculatus, de publ. iud.* sacrilegos eos dicit, qui publica sacra compilarunt: nam qui priuata sacra, vel ædiculas incustoditas tẽtauerint, amplius quam fures, & minus quam sacrilegi meretur. *Qui rapit*, inquit Anacletus, *c. qui rapit, 17. q. 4. pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur: qui autem pecunias aut res ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit.* Ioannes PP. 8. *ca. quisquis, & ca. si quis contumax, & tota ea. q. 4.* sacrilegium putat, effringere templa vel monasteria, vel ædes Deo dedicatas, vel domos intra 30. passus iuxta ecclesiam: non autem iuxta sacella alia exsistentes, vel si quippiam inde quis abstulerit. Et generaliter subripere seu auferre sacrum de sacro, aut non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, & inferre iniuriam ecclasticis personis. Miror tamen cur Martianus existimet, ex Seueri & Antonini rescripto, *l. diui. 5. ad l. Iul. pecul. P.* pro reb. priuatorũ, si in ædẽ sacrã depositæ subreptæ fuerint, furti actionẽ nõ sacrilegij esse: cũ loc. sacer, sacrilegiũ fieri ostẽdat rei nõ sacre, vt ait Claudian. *l. aut facta, 16. §. locus, de pœ. lib. 48. P. tit. 19.* ni si intelligam pro impetitione rei, priuato, cui res erat deposita,

dari

Digitized by Google

dari actionem furti in furem: & sacrilegij, pro vindicta publica, pœnam imponendam. Sic intelligo Antonium Cæsarem dicentem, *l. si nondum, 3. de fur. lib. 6. C. titul. 2.* pro re subtracta nondum templo dedicata, dari actionem furti. Neque placet interpretatio glossæ *in l. 5. ad l. Iul. pecul. in P.* quæ aliter iure ciuili, quam pontificio in hac specie receptum putat: siquidem & iure ciuili arbitror committi quoque sacrilegium in rebus depositis in ædem sacram. Auctorem mihi habere videor Ciceronem *2. de legib.* qui sic scriptum reliquit, *Sacrilego pœna est, neque ei soli, qui è sacris abstulerit, sed etiam ei qui sacro commendatum, quod & nunc multus sit infamus. Alexander in Cilicia deposuisse apud Solem, in delubro, pecuniam dicitur: & Athenienses Clisthenes Iunoni Samiæ, civis egregius, cum rebus timeret suis, filiarum dotes reddidit.* Accedunt verba 12. tabul. hæc, *Cic. 2. de legib. Sacrum sacrove commendatum qui clepserit rapsitque, parricida esto.* Sacrilegium quoque vt putat Phalaris, Deo destinatum, & vt consecretur missum, intercipere. Sic enim de Messeniis, *Phal. epist. 66. Messen. scripta*, qui pecuniam, quam ad suum quendam Deum mittebat, intercepissent, scribit, τὸ διαφέρει τὰ καθοσιωμένα ἁρπάσαντας ἀνοήτως, ἢ τὰ κατακεκριμένα τοῖς θεοῖς, ἑκάτερα δὲ ἀμφοτέρα ἦν. id est, *quid interest consecrata auferre, vel destinata Deo, vtrumque enim eius erat.* Sunt & aliæ plures species quasi sacrilegij, de quibus videndæ gl. in c. felicis, in verbo sacrilegij, de pœn. in 6. Et in c. si quis suadente diabolo, cum 2. seq. 17. q. 4. Accurs. in l. 9. ad leg. Iul. pecul. in P.

De pœnis veri sacrilegij.

Cap. 15.

1 *Sacrilegij crimen grave, & maiestatis diuinæ est.*
2 *Sacrilegium quæ, & quomodo iure ciuili pœna imposita est, & quæ iure pontificio, & 3.*
Peculatus crimen, & pœna in sacrilegio, eod.
4 *Sacrilegorum & pœnarum eorum item leges gentilium & iudicia.*
5 *Sepultura priuantur sacrilegi & 11.*
6 *Sacrilegi suspensi, demersi, inaudita indignis, excæcati, 7. 8. & 12.*
9 *Pro sacrilegio lapides templi in ædificia etiam monumentorum transferre.*
10 *Puer de sacrilegio morte damnatus.*
13 *Templa etiam hostium spoliare prohibitum.*
14 *Sacrilegij pœna quando non est arbitraria.*
15 *Sacrilegij acrior pœna, non tam ratione rei, quam audacia.*

1 NEc vincet ratio hoc inquit Horatius *1. Serm. tantundem vt pecces, idemque,*

Qui teneros caules alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus diuum sacra legerit.

Quamobrem nec tam remissa in crimine sacrilegij pœna constituitur, ac in aliis. Nam crimen hoc diuinæ maiestatis recte dici potest, quod quis surripiendo vel contrectando res Deo oblatas vel Deo commendatas, numen contemnere, eique iniuriam inferre nitatur.

2 ¶ Paulus Iurisconsul. *l. sacrilegij. 9. ad l. Iul. pec. lib. 48. P. titu. 13.* Sacrilegi, inquit, *capite puniuntur, qui publica sacra compilauerint, at qui priuata sacra, aut ædiculas incustoditas tentauerint, amplius quam fures, minus quam sacrilegi merentur.* Vlpianus *l. sacrilegij. 6. eod.* sacrilegij pœnam monet statui debere pro qualitate personæ proque rei conditione, & temporis, & ætatis, & sexus, vel seuerius, vel clementius. Et statim profert varias olim indictas pœnas, aliosque sacrilegos ad bestias damnatos alios viuos exustos, alios furca suspensos. Censetque damnandos ad bestias, qui manu facta, id est, cum cœtu hominum templa effregerunt, & dona Dei noctu abstulerunt: si interdiu quid inde tulerint, pro personarum consideratione, vel in insulam deportandos, vel pœna metalli coercendos. Quare Martianus *l. 4. §. mandatis, eod.* definitam pœnam non refert, sed mandatis principum contineri, vt sacrilegi extra ordinem digna pœna puniantur. Potest & imponi legis Iuliæ peculatus pœna sacrilegis, quæ est, *l. 3. eod.* aquæ & ignis interdictio, in cuius locum successit hodie deportatio: incidunt namque in crimen peculatus. Quia lege Iulia de eo cauetur, *l. 1. eo. §. item lex Iulia peculatus, de publ. iud. lib. 4. Instit. iur. ciuil. tit. fin. can. quid ergo. 23. q. 4.* Ne quis ex pecunia sacra, religiosa, publicave auferat: neve intercipiat, neve in rem suam vertat: neve faciat quo quis auferat, intercipiat, in rem suam vertat, nisi cui vtique lege licebit. Ius publicum in sacris versatur, & sacerdotibus, *l. 1. §. ius publicum. de iustit. & iur. in P. c. ius publicum. 1. distinct.* & priuilegia reipublicæ communicantur ecclesiis, *c. fin. de sacrosanct. eccle.* C. Vt non mirum sit, si peculatus crimen, quod est de pecuniis reipublicæ substractis eiusque pœna, ad res sacras quoque pertineat. Ego semper in ea fui opinione, sacrilegos qui impia & detestãda manu sacram eucharistiam contrectauerunt, vt κιβώριον seu arculam qua contineretur, tollerent: igne viuos combutendos, ob sacrilegium & impietatem. 3 ¶ Iure † pontificio sacrilegus proditori ludæ similis dicitur, vt & eandem pœnam mereatur, *c. quid ergo, 23. q. 4.* & fornicatio peior, quod maius peccatum in Deum, quam in homines peccare, *ca. sicut qui ecclesiam, 17. q. 4.* Infames sunt, *c. infames, 6. q. 1.* Et ex decreto Ioannis PP. *8. c. quisquis, 17. q. 4. Reus sacrilegij episcopis vel abbatibus siue personis, ad quos querimonia sacrilegij iuste pertinuerit, triginta libras examinati argenti purissimi componat. Qui aliquid ab ecclesia sine licentia illius, cui commissa est amouerit, donec in conuentu admonitus legitime satisfaciat sciat se communione priuatum. Si quis monasteria & loca Deo dicata infringat, & inibi deposita, vel alia qualibet inde extraxerit, damnum nouies componat, & immunitatem tripliciter, & velut sacrilegus canonicæ sententiæ subigatur.* Vrbanus quoque *can. attendendum, ea. q.* triplicem irrogat pœnam, perpetuam infamiam, carcerem, vel exsilium perpetuũ. Symmachus, *c. indigne, 12. qu. 2.* anathemate iubet feriri sacrilegũ res ecclesiarum retinentem. Idipsum Gregorius nonus statuit, *c. conquestus. c. 16. de foro compet. lib. 2. Decretal. tit. 2.* In concilio Triburiensi duplex pœna pecuniaria, ad eos pertinens, in quos sacrilegium commissum, & excommunicatio, *ca. si quis contumax. 17. qu. 4.* In canonibus apostolicis, *can. 71.* εἴ τις κληρικὸς, ἢ λαϊκὸς ἅπτοιτο τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἀφέλειν τινὰ ἢ ἐπιφέρειν ἀφορίζεσθω, i. *Si quis clericus aut laicus cerã aut oleũ ex sacra subripiat ecclesia, à cõmunione seiũgitor.* Possunt itaque rerum sacrarum inuasores sub vtroque iudice tam ecclesiastico, quam seculari conueniri & damnari, *Lucius 3. in ca. cum sit generale, ca. 8. de foro competen. lib. 2. Decretal. tit. 2. l si quis in hoc genus. C. de episc. & cler.* Participes istius sceleris & administri, sunt etiam pœna capitali digni: quemadmodũ Martianus *l. hac lege. 11. § 1. ad leg. Iul. pecul. in P.* refert Seuerum & Antoninum in insulam deportasse quendam clarissimum iuuenem conuictum, quod inuentus esset arculam deponere in templo, ibique hominem includere, qui post clausum templum de arca exiret, & de templo multa subtraheret, & se iterum in arculam referret. Ceterum & in hoc crimine habetur ratio rei subtractæ, num sit sacra eucharistia, vel sacramenta alia, an res aliæ. Item temporis, ætatis, sexus, & aliorum, quæ in criminibus puniendis discutiuntur. *l. aut facta, §. 1. de pœn. in P.* quæ in hac hypothesi sacrilegij prosequitur Nicolaus Boerius *decis. 254.*

¶ Neque † alienum erit à iudice perpendere exempla maiorum in hoc vindicando crimine. Proinde ex priscorum gentilium legibus seligam quoque aliquas de sacrilegis. Et primũ illam adferam Platonis *dialog. 9. de leg. in prin.* in cum, qui nefaria cupiditate & dolo tractus, & nocte excitus, inquit, templa vt furetur petit. (quem non putabat fore vnquam ciuem optime educatum.) *Qui deprehensus*, ait lex, *in sacrilegio fuerit, si seruus peregrinusve erit, in facie ac manibus calamitate ipsius insita, verberatus prout iudicibus videbitur nudus extra fines pellatur: fortè enim supplicio castigatior factus, quadet denique melior. Si vero cuius quispiam aliquid tale in Deum, aut in parentes, aut in patriam perpetrare, & ad maximam iniuriam animum induxisse deprehendatur, hunc iudex, quia ex puero bene doctus edu atusque, à maximo scelere non abstinuit, sanari non posse existimet. Pœna huic mors malorum minimum: vituperatus autem, vt exemplo alios iuuet, extra fines perdatur.* Hæc Plato. ¶ Apud Græcos, *Diod. Sic. lib. 16. Biblio. in 6. anno Philippi,* omnes, communi lege sancitum est, vt insepulti abiicerentur sacrilegi omnes.

¶ Philippus † Macedonum rex, *idem dict. lib. anno 8. Philip.* in bello sacro contra Phocenses victor, ducem Phocensium Onomarchum suspendi iussit, alios vt sacrilegos demergi fecit. ¶ Alexander † Magnus, *idem lib. 17. in 9. anno Alexandri. Et Gemisthius Plethο, lib. 2. de gest. Græc. post pugnam Monteneam,* in Olympicis ludis per præconem significari fecit, omnibus exulantibus, præter sacrilegis & homicidis, reditum in patriam sibi concedi.

¶ Senatus † Romanus, *Liuius lib. 9. belli 2. Punici, Valer. Max. c. 2.* in sacrilegum Pleminium legatum Scipionis, qui thesaurũ Proserpinæ spoliauerat, eo consumto ante caussæ dictionem, teterrimo genere morbi, summam duplicatam Proserpinæ reddi iussit. ¶ Domitianus, † *Sueton. in Domitian. c. 8.* cum delatum illi fuisset per Diales, quendam ex libertis eius ex lapidibus templo Iouis Capitolini destinatis, filio suo monumentum parasse, iussit monumentum diui, ossaque & reliquias in mare proiici, & restitui lapides. Sed & ex ruinis templorum templa alia ædificari piaculum visum est: iusseruntque patres, vt tegulæ, quæ detecta æde Iunonis Laciniæ à Q. Fuluio Flacco summotæ erant, vt equestris Fortunæ templum ædificaretur, referrentur, teste Liuio, *lib. 2. decad. 5.* & Valerio Maximo, *lib. 1. c. 2.* Lactantio *lib. 1. c. 8.*

¶ Refert Ælianus historiam plane notabilem, de puero ob sacrilegium damnato, his verbis, *Ælian. lib. 5. de var. histor. cap. 16. Puer cum auream laminam, quæ ex Diana corona decciderat, sustulisset, in iudicium adductus est. Iudices igitur crepundia, talos, & laminam auream proposuerunt puero, qui cum iterum ad aurum inclinaret, plexus est tanquam sacrilegus, nec etati veniam dederunt, sed flagitiũ & scelus vindicarunt.* Meminit Xenophon *1. ἀνάβ.* de lege Atheniensium in sacrilegos, his verbis: τοῦτο ὃ, εἰ βούλεσθε, καὶ τὸν νόμον κείσεται, ὃς ὅτι δεῖ τοὺς ἱεροσύλους, καὶ προδότας ἐκ τῆς πόλεως, καὶ τὰ ἱερὰ κλοπῆς κατακεκριμένα ἐκ δικαστηρίου ἀποτυγχάνειν, μὴ παρεῖναι ἐν τῇ πόλει, τοὺς δὲ κλέψαντας ἀπὸ δημοσίου θανάτῳ. i. *Hoc autẽ, si vultis, ô Athenienses, secundũ legem iudicate, quæ in sacrilegos & proditores lata est: si quis autẽ*

Digitized by Google

prodiderit, aut rerum sacrarum furtum commiserit, vt in iudicio damnatus, si sententia in eum lata fuerit, ne in Attica sepeliatur, bona vero illius publicentur.

12 ¶ Alia lex in sacrilegos apud Constantinum Harmenopulũ *lib. 6. Promt. iur. ca. 5.* in hæc verba, *Qui noctu vel interdiu sacrariũ ingressus, quicquam ex rebus sacris, quæ in eo sunt, extraxerit, excæcator qui vero extra sacrarium, aut ex alio fano quippiam surripuerit, fustibus cæsus ac tonsus, relegator.*

13 ¶ † Gunctranus. *Greg. Turon. lib. 8. histor. Franc. c. 30.* rex Parisiorum & Galliarum, comitiis habitis cum ducibus & episcopis in festo Symphoriani, sub pœna capitali sæciuit, ne exercitus vel milites sui etiam in hostili victoria, vel itinera peragẽdo, in ecclesias irruerẽt vel spoliarẽt. Alex. Magn. Clearchũ & Sitalcẽ accusatos ab indigenis pariterab exercitu ipso, quod templa spoliassent, veteraque monimenta mouissent, multaque alia in subditos improbe atque auare perpetrassẽt, iussit occidi. Heracõ à Susiis conuictus, quod eorum templum diripuisset, etiam pœnas dedit. *Arria. lib. 6. de exped. Alexand.* Et Orxines, qui Persas post Phrasaortis obitum rexerat, accusatus & conuictus, quod templa & sepulcra regia spoliasset, multosque Persarum iniuste peremisset, iussu Alexandri in crucem sublatus est, *idem in dict. lib. in fin.*

14 ¶ Lucas † de Penna *in l. 1. vt ordo dig. seru. lib. 12. C. tit. 8.* tradit, in regno pœnam sacrilegii esse arbitrariam, præterquam si ecclesiæ fractæ sint manifeste, violenter, aut nocte subtracta sint inde dona, aut sacra vasa: nam tũc est pœna capitalis. Hanc legem regni Neapolitani esse, *titul. de crim. sacri. multæ sunt leges in le-*
15 *gib. Neapol.* Boerius annotauit *in decis 254. n. 13.*

¶ Iubet † Seuerius puniendum hoc esse crimen, non rei subtractæ valor, sed quod in furto eo iniuria maior, & à maiori proficiscatur iniquitate: non habita ratione rei subtractæ, sed temeritatis & audaciæ. Ita Menalopum Callistratus accusabat, quod templi custodes decepisset, triaque vascula è sacris minimi ponderis sustulisset. Nam qui sacra vascula patui ponderis sustulit, is quauis in re peccauit, vt auctor Aristoteles 1. *Rhetor. ad Theo. ca. 14.*

Vindictæ diuinæ in sacrilegos exempla.

Cap. 16.

1 *Sacrilegorum vindicta sumitur à Deo. Et plura de eo exempla. nu. 2. 3. 4. 5.*
4 *Morbus hereditarius Thelia dictus ob sacrilegium.*
6 *Pestis immissa exercitui ob sacrilegium.*
7 *Sacrilega in vindictam diuinam, facta meretrix: alia incendio vsta.*
8 *Aurum Tholosanum infelix sacrilegium. & 12.*
9 *Sacrilego manus diuinitus excisa.*
10 *Brennus sacrilegus sibi manus intulit.*
11 *Artaxerxes Ochus felibus post necem expositus, vt sacrilegus.*
13 *Gundericus rex Vandalorum sacrilegus à dæmone necatus.*
14 *Alphonsus 7. Hispaniarum rex à dæmone quoque raptus.*
15 *Templa hostes ethnici nec iniuriam nec rapinam inferebant.*
16 *Sacrilegi à dæmonibus in vltionem crucsati.*
17 *De pœna Dagoberti, Caroli Martelli regum Gallia. & aliorum rerum ecclesiasticarum raptorum. numer. 18. 19. 20. & 21.*

1 PHalaris *epist. 66. ad Messenios*, conquestus † de interceptione pecuniæ, quam suo Deo mittebat, minatur Messeniis sacrile-
2 gis & suam & Dei futuram vindictam. ¶ Hesiodus *in Aspide, seu Scuto Herculis in fin. lib. vers. fin.* fingit vltionem diuinam in sacrilegum Ceycem, post mortem eius contigisse, atque illius sepulcrum antea omnibus venerabile, obscurum redditum ab Anauro flumine imbre hyemali exundante. Et addit.

τὰς γάρ μιν Ἀπόλλων.
Αὐτοῦ θῆς ἰῶσαι ὅτι ῥακλήτας ἐκαφήβας
ἔστιν ἄγος Πυθοῖδε βίη σύλασαι δοκέοντα, id est.
Ita enim Apollo
Latonæ filius iussit, propterea quod inclitas Hecatombas
Quicunque portaret Delphos, eum vi spoliabat insciatus.

3 ¶ Meminit † Diodorus Sicul. *lib. 11. Biblioth.* quod Xerxes à Thermopylis discedens, parte copiarum in Delphos dimissa, mandauit, vti incenso Apollinis adyto, reposita quæque illic spoliarẽt. Eos autẽ, qui ad spoliandũ vatã missi fuerant, ad Palladis vsque prouidæ prouectos, templũ repentina quadam atque incredibili nimborum vi, procellaque ventorum irruente obrutos creberrimis cum tonitru veluti ex æthere illato fulminibus e-
4 rumpentibus.

¶ Herodotus † *in 1.* narrat Scytas aliquos retrocedentes, dum essent in vibe Palæstinæ Ascalone, fanum Veneris Vraniæ depeculatos: quamobrem templi spoliatoribus, eorumque posteris morbum immissum Theliam dictum..

5 ¶ Fingũt † antiqui, *Hesiod. in Theod.* ob Promethei sacrilegiũ, q furatus fuerit à Ioue ignem ferula, & eum hominibus communicauerit, febres, morbos, & malorum omnium cohortes immissas hominibus.

¶ Narrat † Dictys Cretensis, *lib. 1. de bello Troian.* & Homerus 6
Ilia. 1. pestem aduenisse exercitui Græcorum, quia Agamemnõ rex exercitus ab omnibus declaratus, longius paulo ab exercitu progressus, in luco Dianæ capram pascentem imprudẽs religionis, quæ in eo loco erat iaculo trãsfixit: nec potuisse leniri prius quam sacrilegij pœnæ darentur & auctor eius sceleris filiã natu maximam victimam immolasset.

¶ Ferunt † *Parthen. in Eroticis, ca. 25. Gemisthius Plato, lib. 2. de* 7
reb. Græc. post pugnam Mantin. Dion. Sec. lib. 16. Biblio. in an. 15. Philippi. vxores duas quorundam Thocensium principum, quæ duobus monilibus (vno ab Euripile, alio ab Helena Apollini, Pythio dedicatis) se exornauerant prædæ templi facta, hanc, quæ Helenes monile gestare ausa fuerat, corpore prostituto in contumeliam incidisse: alteram, quæ Eriphilis fuisserat, domo incensa à filio furore percito, & ipsam vna cum domo viuam concremarat.

¶ Quum † oppidum Tholosanum. *Aul. Gell. lib. 3. c. 9.* Q. Cæ- 8
pio consul diripuisset, multumque auri in eius oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero cruciabilique exitu periit. ¶ Acer † sui nominis vindex Apollo, inquit Val. Max. *lib. 1. ca. 2.* qui Carthagine à Romanis oppressa, veste aurea nudatus, id egit, vt sacrilegæ manus inter fragmenta eius abscisæ inuenirẽtur. ¶ Refertur † & idem *d. loco*, Brennũ Gal- 9
lorum ducem Delphis Apollinis templum ingressum, in se ma- 10
nus vertisse. Quod & Iustinus scribit *lib. 24.*

¶ Feruntt Artaxerxem qui etiam Ochus cognominatus est, 11
post sacrilegia multa commissa à Bagoa eunucho necatum, felibus proiectum fuisse, sepultum autem in eius locum alium, & regii monumentis traditum, Ælian. *lib. 2. de var. hist. c. 8.*

Scribit Iustin. *lib. 32. hist.* Bello à Gallis duce Brenno infeliciter aduer- 12
sus Delphos gesto, in quo maiorem vim numinis, quam hostium, inquit, *sensirant, ex illo amisso Brenno, quosdam antequam patriam repetisse, Tecto sagesque cum etiam Tholosam antiquam patriam venissent, cõprehensos pestifera lue, non prius sanitatem recuperasse, quam aruspicum responsi moneti, aurum argentumque bello sacrilegisque quæsitu in Tholosensem lacum mergerent. Quod omne magno post tempore Cæpio Romanus consul abstulit. Fuere auri pondo centum accem millia: argenti, pondo quinquies decies centum millia. Quod sacrilegium caussa excidij Cæpioni, exercituique eius postea fuit. Romanos quoque Cymbricũ belli tumultus, velut vltor sacræ pecuniæ insecutus ej.* Hæc Iustinus ex Trogo.

¶ Gundericus † rex Vandalorum, capta Hispali, quæ nunc Se- 13
nilla vocatur, cum impie elatus, manus in ecclesiam eius ciuitatis extendisset, mox Dei iudicio à dæmone correptus, interiit. *Franc. Tarapha, aue reg. b. Hispa. in Honorio.* ¶ Alphonsus † 7. rex 14
Hispaniarum eius nominis, etsi bellicosus, in rebus tamen diuinis negligentior: nam sæpe equos in ecclesiis, velut in stabulis habebat. Ideoque, vt fertur, cum Fragam oppugnaret, anno regni sui 20. iudicio Dei tepête occisus, nec mortuus nec viuus apparuit, absque liberis anno Domini 1126. *Iacob Tar. in Alphõ. 7.* ¶ Fuit antiquis † ethnicis fere semper veneranda religionis 15
maiestas, atque ideo & à templis & eorum numinum imaginib. & rebus abstinentissimi etiam inter hostes: vt Ætoli in templo Iouis Dodonæi, porticus quidem omnes demoliti sunt, quæ maximo studio atque impensa adhibita fuerant, deiecerunt, superiora concremarunt. reliqua mœnia funditus eruerunt, euerterunt statuas numero vltra duo millia, quamplurimas etiã fregerunt: attamen ab iis abstinuerunt, quæ vel figuras vel inscriptiones Deorum suorum habebant, *Polyb. in 5.* Alexander Magnus, quamuis ira eius in Thessalos incruduisset, non tamen vsque adeo indignatio eius processit, vt quicquam in templum immortalium committeretur: quin potius omnem curam & studiũ adhibuit, ne qui vel inuiti aliquo modo fana violarent. Idemque cum in Asiam transisset, vt Persas male meritos de Græcis vlciscereturde hominibus quib. dignas reb. ab iis patratis pœnas sumpsit, à templis vero prorsus abstinuit: quamquam Persæ circa hanc partem maxime in Græcia deliquerant, *idem d. loco.*

¶ Cum † nonnulli ex militibus regis Theodorici qui depopu- 16
labatur Aruernam vrbem, ad basilicam sancti Iuliani peruenissent, confregissent ianuas, & feras remouissent, resque pauperũ, quæ ibi fuerant aggregatæ, diripuissent, auctores scelerum ab spiritu immundo correpti sunt, infestisque dentibus propriis se lacerantes clamabant. Cur nos sancte martyr sic crucias, *Greg. Turo. lib. 3. de gest. Franc. c. 11.* Idipsum contigit pari de caussa Gũthrani regis Gall. militibus, *idem lib. 7. c. 5.* ¶ Dagobertus Gall. † 17
rex fassus est, se raptum ante thronum diuinæ maiestatis, & à tutelaribus diuis & martyribus ecclesiarum acerbe accusatũ, de rebus ecclesiasticis per rapinam distractis, quod cum non ausus fuisset pro cõscientia defendere, fuit à proprio patrono D. Dionysio defensus, qui fusis ad Deũ pro eo precibus pœnitẽdi tẽpus obtinuit. Et proinde vouit & constituxit monasterium in loco, qui dicitur de Wisemburg. &c. vt est apud Tritemiũ *in breuiar. hist. Francis. in 51. rege.*

¶ Idemque † refert, *in fine breuiar ij*, visam animã Caroli Mar- 18
telli

Digitized by Google

telli regis etiam Gallorum, deportari ad inferos, quod multas ecclesias spoliasset, dum bellis inimicos persequeretur.

19 ¶ Refert † Petrus abbas Clunianensis, *lib. 2. de mirac.* Matisconensem comitem quendam qui tyrannice ecclesiæ bona occuparat, raptum die solemni à dæmone, qui forma equitis cum equo nigro ingressus domum, cum extraxit inuitum, & equum iussit conscendere, quo sublatus in aerem, clamans, succurrite ciues, nunquam postea comparuit: ostiumque quo egressus erat, obturatum in rei memoriam. Quod cum Ogerius Guillelmi comitis procurator, ob aliquam reipublicæ necessitatem vellet reserare, & qui operas locauerat cœpisset demoliri, ita tim eundem iterum à dæmone correptum, & in aerem eleuatum, postea collapsum & collisum, manu qua opus demoliri tentauerat confracta. Eoque miraculo perterritos, ciues in perpetuam rei memoriam iussisse eum locum occludi, comitisque filium Guidonem nomine, cum triginta militibus Clunacum venisse, & religionis habitum suscepisse. Anno Domini 891. cum Northmani oppidum D. Audomari inuasissent, & duodecim ex illis templum D. Bertini spoliare conarentur, subito omnes ad vnum luminibus capti sunt, vt scribit Meyerus, *lib. 2. ann. Flandriæ* Scribit Pau. Æmilius *lib. 1. hist. Fran. & in Ludouico iuniore*, Cabillonensem etiam comitem ecclesiis infestum, dum frequenti procerum conuiuio epularetur, ab ignoto quodam equo pro foribus sedente, euocatum exisse, coactumque è vestigio conscendere, è conspectu procul raptum, nec deinceps vlpiam apparuisse.

De quibusdam Sacrilegiis alterius generis.

Cap. 17.

1 *Indulgentiarum fictitiarum quæstores, vt sacrilegi puniuntur.*
2 *Religionis prætextu cœtus illiciti fieri non debent.*
3 *Philippi Imperatoris sacrilegium vindicatum diuinitus.*
4 *Ecclesiastica bona vsurpantes, pauperes fiunt.*

1 FVrtum † quod velamento pietatis fit, ad sacrilegium pertinere non inepte dicemus, & extra ordinem puniri, vt quæstores illi indulgentiarum fuco, quas non habent, ex concilio Viennensi puniuntur, *clc. 2. per totam, de pœn. ap. Cl. & c. cum ex eo, eod. apud Greg.*

2 ¶ Voluit † & Vlp. *in l. 2. de extraor. crim. lib. 47. P. tit. 11.* sub prætextu religionis, vel soluendi voti, cœtus illicitos fieri non debere. Vereor ne res inter nos tam pessime succedant, quod velamento pietatis vel alio fuco, ecclesiastica res à pauperum destinato vsu, ecclesiis eripiuntur: quomodocunque enim hoc excusetur, vere tamen sacrilegium videtur, & Dei iram prouocat.

3 ¶ Referam † exemplum Philippi Imperatoris, qui successit in imperio Henrico VI. fratri: is enim cum deficerent pecuniæ, quibus præberet salaria militibus, primum cœpit distrahere prædia, qui Fridericus pater acquisierat in Alemania: deinde cuilibet baroni seu ministeriali villas seu prædia rusticana, seu ecclesias sibi proximas obligauit. Quamobrem pluribus ideo ecclesiis diuexatis, excommunicatus fuit ab Innocentio III. Tandemque sub gladio tyranni cecidit, vt scribit Abbas Vrsperg. *in Chronic.*

4 ¶ Experti † sunt plures principes in Gallia, & Germania, quantum posteris docuit ex adipe ecclesiæ, domus paternas & proximorum ditasse. Ad tempus quippe modicum duratunt hæ sacrilegæ ex abbatiis & episcopatibus compilatæ opes, & cum istarum ruina propriæ quoque euanuerunt: & qui istis vsi sunt, vel eorum filii misere perierunt, vt plerumque. Quamuis enim sacrilegi ab hominibus non plectantur, non possunt tamen Dei effugere iudicium, vt proximo capite docuimus. Sunt hodie tot illustrium virorum successores pauperrimi, & fere errones & mendici, dicam & audacter prædones & latrones effecti, quod ecclesias spoliarunt, & breui tempore cum illis & sua amiserunt, quæ maiores virtute parauerant & reliquerant. Et male parta, cum male dilabuntur, bene parta, sed à male partis polluta, secum communione pertrahunt.

De pœnis quasi sacrilegij.

Cap. 18.

1 *Sacrilegus habetur, qui infert iniurias ecclesiæ, aut eius ministris. Item occupans prædia ecclesiastica. Item qui mandata principum contemnit: & eorum pœnis. & 2. & 3.*

QVi † proruperit in ecclesias catholicas, & ipsis sacerdotibus, & sacri cultus ministeriis præbentib. intulerint iniuriã, vt sacrilegus capitali supplicio damnatur ab Archadio & Honorio CC. *l. si quis in hoc genus. 10. de epis. & cler.* C. Quorum sententia translata inter summorum pontificum sanctiones. . *in primis §. si quis, 2. q. 1.* Accedit quippe hoc crimen crimini læsæ maiestatis. *c. si quis suadente, 17. q. 4.* 2

¶ Qui † occupant vel inuadunt prædia diuinis vsibus destinata, vt sacrilegi quoque excommunicantur, *c. nulli liceat. c. quicunque, c. prædia, 12. q. 2.* donec restituant, & vltra, ex aliquibus legibus in quadruplum, *c. in antiquis. c. si quis, 12. q. 2.* ex aliquib. in decuplum puniuntur, *c. in legib. 12. q. 2.*

¶ Qui † mandata principum non exsequuntur, & crimen hoc admittunt sacrilegii., *l. 1. vt or. dig. ser. lib. 12. C. tit. 1.* Quamobrẽ pœna adnitur, quæ distinguenda, num negligantur mandata principis, an vero contẽnantur. Multum enim inter hæc interest, *vt not. in c. quia autem, 10. dist. gl. in c. metropolitanum, in ver. ex contemtu, 2. q. 7. Lu. de Pen. in l. 1. tit. in ver. contemserit, de priuil. eor. qui in sac. pal. milit. lib. 12. C. tit. 29.* Quod si negligantur, an illa mandata magni ponderis sint & iacturam reipub. inferant, an non nam illis non solum iactura bonorum, sed & vltimum supplicium imminet, *vt in l. 1. §. fina. de offic. præf. prat. Afr. lib. 1. C. tit. 30. l. 5. §. in bello, & l. omne delictũ. §. contumacia, de re mil. P.* istis lenior pœna & arbitraria, *l. 1. de thesau. li. 10. C. l. sanctio legum, de pœ. in P. Luc de Pen. in d. l. 1. vt ord. dig. serue. C.* Quod si contemnat quis iussa principum superbe, incidit in legem Iuliam maiestatis, & pœnam experitur vltimi supplicii, *c. absit, 11. q. 3.* Et si ecclesiastes cum superiorem contemnit, anathemate feritur. Cetẽrum si quis non contemnat, sed rationem habeat cur implere noluerit, potest suspendere exsecutionem, & monere principem, & exspectare secundam iussionem, impuneque hoc facit, *c. si quando, c. 5. de reser. ap. Greg. c. cum teneamus, 6. de præben.* quia pleraque propter importunitatem petentium, vel inconsiderate, propter negotium multitudinem, quibus occupatur princeps, impetrantur à principe quæ admitti à iudicibus non debent, *c. cum inuentute, 12. §. ceterum, de purga. can. l. 1. de pet. bon. sublat. libr. 10. C. titul. 12. ca. importuna. . . pœn. distic. 1.* In quibus autem principi obediendum non sit, vide quæ dixi sup. lib. 6. ca. 10. numer. 11.

De lege Iulia peculiatus.

Cap. 19.

P. lib. 48. tit. 13. C. lib. 9. tit. 28.

1 *Peculatus crimen accedit ad sacrilegium, & quid sit.*
2 *Pecunia publica in alios vsus, quam destinata est, non debet impenderi.*
Nec ab administratore reip. mutui sibi debiti nomine retineri possit, eod.
3 *Peculatus crimine qui tenentur.*
4 *Peculatus pœna qualis, & quæ imponenda sit, & 6.*
5 *Heredes iudicio peculatus defuncti conueniri possunt.*
7 *Peculatus pœna in Galliis.*
8 *Populus cogit eumomere, quæ quæstores intercipiunt.*
9 *Peculatus crimen post quinquennium non obiicitur.*
10 *Peculatus socij tenentur, qui ministerium præbent, eadem pœna.*

SAcrilegii † instar est & peculatus, pecuniam sacram, religiosam, publicam auferre, vel intercipere, vel in rem suam conuertere: aut facere quo quis auferat, intercipiat, vel in rem suã vertat. Aut in æs, aurum, argentumve publicum quid indere, immiscere ve: aut facere scienter dolo malo, vt quid indatur, immisceatur ve, *vt ait Vlpia. l. 1. & l. sacrilegij. 9. §. fi. ad leg. Iul. pecul. P. §. item lex Iulia peculatus, de publ. iud.* Addendo quippe in metallo aliud quod deterius illud faciat, furtum infertur vtilitati publicæ, *l. lege Cornelia, 9. ad l. Corn. de falsis. in P.* vt in falsa moneta dicemus. Sicuti ii qui cum monetam publicam operantur, sibi extrinsecus cudentes, furtum & peculatum admittunt, *l. sacrilegii. 6. ad leg. Iul. pecul.* Peculatum Labeo definit, pecuniæ publicæ aut sacræ furtum, non ab eo factum cuius periculo fuit, *ut l. sacrilegij, 9. eo.* Ad pecuniam fiscalem, & ciuitatis Romanæ scilicet hoc crimen pertinere posse Martianus tradit, *l. 4 §. final. eod.* quia alicubi legamus. propriissime accipi publicum, quod ad statum rei Romanæ tantum pertinet, Caius *in l. e mqui vectigal, 16. de verb. sig. Vlp. l. 1. §. huius studij, de iust. & iur. §. huiusmodi. eod. ap. Iustin.* Nec pro furto pecuniarum aliarum ciuitatum datur peculatus iudicium, sed furti. *l. ob pecuniam, 81. de furt. P.* quamuis quæ ciuitatis dici possint publica aliquando, *l. inter publica, de verb. sign.* Cicero *Philip. 12. Si tertium septies millies auerrit, e Antonium pecuniæ publicæ iudicauisti: num fraude potest carere peculatus?* Et rursus idem *act. 5. in Ver. Verrius frater tui quæstoris, impu-*

Digitized by Google

dentissimum tuum furtum, certissimumque tuum peculatum: nam quo alio nomine pecuniæ publicæ funeratio est appellanda?

2 ¶ Prohibetur † iure, ne mutui interuentione oppositâ, pecuniam publicam quis inuadat, vel conetur inuadere, *l. 1. de iis quæ ex pub. coll. illata sunt non vsur. lib. 10. C. tit. 73.* quia pecuniæ publicæ ad alias necessitates, quam ad eas, ad quas destinatæ sunt, non sunt impendendæ, *l. fin. C. eo. tit.*

3 ¶ Qui † nomine fisci fiscales pecunias, simulans se fisci creditorem acceperit, peculatus reus etiam est, *l. sacrilegii, 9. §. Labeo, ad leg. Iul. pec. P.* Et quia fides ærarij & rationes ex tabulis pendent vt plurimum, qui tabulam æream, leges continentem vel formam agrorum, ex qua census præstandus dignoscebatur, *l. formula censuali, de censi. in P.* refixerit vel immutauerit, vel tabulas publicas induxerit, vel deleuerit, est reus quoque peculatus, *Venul. l. qui tabulam, 8. eod. tit.* quive in tabulis publicis, minorem pecuniam, quam quid venierit, aut locauerit, scripserit, aut quid simile admiserit, *l. hac lege, 11. eo.* qui prædam ab hostibus captam surripuit, *l. in qui, 13. eo.* qui aurum ex metallo extraxerit illicite, & conflauerit, *l. sacrilegi, 6. §. fin. eod. tit.* qui perfortauerit muros, scilicet vbi pecunia publica est, vel inde aliquid abstulerit, *l. qui perforauerit, 12. eod.*

4 ¶ In † imponenda huic crimini pœna, iudex animaduertere debet rei conditionem, qualitatem personæ, tempus, ætatem, & conditionem, & iuxta illa vel mitius, vel seuerius punire, *l. 6. ad legem Iul. pecul. Peculatus pœna,* inquit Vlpianus, *aquæ & ignis interdictio, in quam hodie successit deportatio, l. 3. eod. in P.* Hanc capitalem pœnam dixerunt CC. Honorius & Theodosius, vt ait gl. *in l. vbi de crim. pecul. C.* qua subdi iubent iudices, qui tempore administrationis publicas pecunias subtraxerunt, *d. l. vn. & §. item lex Iulia, de publ. iud. apud Iust.* cum eorum administris & consciis. Veruntamen Iustinianus, ab illa capitali, deportationem in hoc crimine ratione personarum distinguit, *in §. item lex Iulia pecul. eod.* Val. & eos, qui ab arcariis & tabulariis, officiisque rationum fœnebrem pecuniam sumserunt, quadrupli pœna damnant, *l. 1. de iis qui ex publ. ration. mut. pecun. accep. li. 10. C. titu. 6.* Pœna quippe illa est fere iis indicta, qui fraudem fisco faciunt, *l. auferitur, 46. §. final. de iure fisc. lib. 49. P. tit. 14.* triplum autem pœna tantum, & simplum res est, *l. vni. pœn. fiscal. cred. antef. lib. 10. C. tit. 7.* Pœna hæc vtra criminalem imponitur, *l. is qui, 14. & l. sacrilegi, 6. §. fina. ad legem Iul. pecul. P.* Gratianus & Theod. CC. eos qui aurum ex ærario principis priuatis commodis profuturum acceperint occulte, aut sponsionis, aut cautionis fide, sine eiusdem principis auctoritate: ablatis bonis omnibus perpetuæ deportationi subdit, & eos qui dederint, capitali sententiæ, *l. 2. de iis qui ex publ. ratio. mut. pecun. accep. libr. 10. C.*

5 ¶ Sed & † illud singulare, vt contra heredes hoc iudicium exerceatur peculatus, *l. fin. ad legem Iul. pecu. in P.*

6 ¶ Iulius † Paulus lib. 5. Recept. senten. *tit. 29. Si quis fiscalem pecuniam attrectauerit, surripuerit, mutauerit, seu in suos vsus conuerterit, in quadruplum eius pecuniæ, quam sustulit, condemnetur.*

7 ¶ Papo † *lib. 22. Rhapso. arest. tit. 2. ar. 1.* testatur, pœna capitali vltimi supplicii aliquando animaduersum in Gallia in quæstorem, qui pecunias regias interuertisse accusabatur, interdum & exsilio cum pœna nummaria. Constitutio Francisci, *1. sur la reddition des comptes*, eius nominis Gallia, regis primi exstat qua statuitur, crimen peculatus à quacunque persona fuerit admissum, confiscationem corporis & bonorum habere. Atque si is, qui admiserit, ex nobilibus genitus fuerit maioribus eum vltra prædictam pœnam, ignobilem declarandum, eiusque ab eo descendentes in posterum, siue masculi siue fœminæ sint. Certe non posset esse satis grauis pœna in has hirudines, quibus cum pecuniæ publicæ sæpe ex lacrymis prouincialium & sanguine conquisitæ, commissæ sunt, ad principem exportandæ, vel in vtilitatem publicam expendendæ, ipsi sibi retinent, artibus & fraudibus sibi conseruant, & ex multorum pauperum nece oppiparas & magnificas comparant opes, idque breui tempore: & eo liberius, quo impunitas nundinatione redimitur. Sed cauere debent tamen, ne princeps liberatus grauioribus negotiis in illos oculos conuertat, & rationes reposcat, & pingues iubeat necari vt vomant quæ male digesserunt.

7 ¶ Meminerint † si sapiant, quod apud Aristophanem *in equitibus*, de istis furibus pecuniæ populicæ loquitur vere populus:

σκέψασθε δή μ' εἰ σοφῶς
ἀντὶ τοῦ ἀφελόμενον
τὰς διαβολὰς φερόντων
ἢ μ' ἐξαπατύλλειν
πρῶ γὰρ σκέψασθαι πάν-
τυς· ἐγὼ δ' ὁκῶν ἐφ'
ἁλίποντας ὅτι τ' αἰσ-
χίζω πολλὰ ἐξαμαῦν,
ὅσ' ἂν κοπλίσωσι μα
κρὰν κατατμηλῶν.

Id est,

Considerate autem me, si sapienter
Ipsos circumuenio,
Hos putantes sapere
Et me decipere.
Obserno enim semper ipsos:
Neque apparens videre
Furantes, postea cogo
Ipsos euomere.
Quæcunque furati mei fuerint.
Cadum, id est, cistam in quam calculos
Iudices mittebant, *deponens.*

Et paulo ante,

ὡς τοῦτο τὸ Cὐλομα
τρόφιμον ποιοῦμαι·
ὃς τοι ἢν ὄταν μ' πλέων
ἀφ' ἱστία ἀρῃ.

Id est,

Furantemque volo
Nutrire vnum præstantem.
Hunc autem quando fuerit plenus
Elenans percussi.

¶ Placuit † at Venuleio Iurisconsulto *l. peculatus crimen, 7. ad leg. Iul. pecu. in P.* peculatus crimen post quinquennium admissum obiici non posse.

¶ Voluerunt † tamen Cæsares eos, *l. 1. §. 1. de crim. pecu. C.* qui ministerium istis adhibuerunt, & pecunias acceperunt, pari pœna plecti.

De lege Iulia de residuis.

Cap. 20.

1 *Lex Iulia de residuis peculatus instar, & quid ab eo differat.*
2 *De residuis crimen in quo consistat. Quis teneatur, & nomine eius condemnentur heredes.*

LEx † Iulia de residuis, accedit ad peculatum: verum vt non tam graue scelus est, retinere rem ex iusta caussa & voluntate domini antea possessam, quam à domino studio furandi extorquere. Sic grauius visum, pecuniam publicam furari vel interuertere dolo & fraude, quam voluntate publica alicui commissam, vt in alios vsus expenderetur, retineri ab eodem pro parte vel omnino. 1

¶ In † quo consistit crimen de residuis, scilicet pecuniis non expensis retentis, nec in eum vsum, in quem delegatæ erant, consumtis, *l. 2. & l. 4. §. sed & qui, ad legem Iul. pecul.* Tenetur & ea lege is, apud quem ex locatione, emtione, alimentaria ratione, ex pecunia quam acceperit, aliaue ex caussa, pecunia publica resedit, *l. 4. §. lege Iulia, eod.* Ad debitores autem Reipubl. qui pecuniam fisco debitam retinent, non pertinet, *l. Labeo, l. cum eo autem, 10. ad legem Iul. pecu. P.* Pœna huius criminis est amplius tertia parte quam debeatur, *l. 4. §. sed & qui, eod.* Quare quia igitur de pecunia, habet iudicium hoc publicum & in heredes, *l. final. eodem titu.* 2

De sacrilegio violationis asylorum, & de asylis, quæ Galli dicunt *Franchises.*

Cap 21.

1 *Asylorum in violatione quæ consideranda.*
2 *Asylorum ecclesiasticorum violatio ad maiestatis diuinæ crimen pertinet.*
3 *Asylum quid. Supplices ad aras vel ecclesias confugientes non violandi.*
4 *Ratio in pœnam.*
Ab asylo abstrahentis vi confugientem, quæ pœna ex vtroque iure, eod. & 9.
5 *Supplicium confugientium ad ecclesiam apud Anglos lex.*
Crucis delatio supplicibus signum seruatæ vitæ, eod.
6 *Templum Iouis ingressus vinctus soluebatur.*
7 *Templum ingressi immunitate gaudebant.*
8 *Asyli ius quibus tantum templis ethnicorum concessum. Et asylorum abusus. & 9.*
10 *Asylum, templum misericordiæ qui primi constituerunt.*
11 *Asyli loco, statuæ Cæsarum, princeps ipse, cardinales, signa in castris, sacerdos deferens sacrosanctam Eucharistiam. Et 12. 13. 14.*
15 *Ciuitates refugij à Mose separatæ pro asylo.*
16 *Regum domus pro asylo.*

IN † crimine violationis asylorum considerabimus res, quibus asyli ius datur, & quatenus datum, an sacræ aut profanæ. Item personas, cuius generis sunt quæ eo confugiunt. Subinde facta seu actiones, ob quas quis ad asyla confugit. 1

¶ Ad

2 ¶ Ad † crimen læsæ maiestatis pertinet, ad sacrosanctas ecclesias cõfugientes inuitos abducere ex lege Honorii & Theodosij CC. *l. 2. de iis qui ad eccles. confug. lib. 1. C. tit. 15.* & ad sacrilegium quoque. Sic enim etiam sensit Agesilaus. Nam victis Athenienſibus & Bœotiis apud Coroneam per eum, cum quidam eorum in templum Mineruæ confugissent, ante tulit iræ religionem, & eos veruit violari. Item & apud barbaros prædicabatque mirari se, non sacrilegorum numero haberi, qui supplicibus Deorum nocuissent, aut non grauioribus pœnis affici, qui religionem minuerent, quam qui fana spoliarent, vt ait Æmilius Probus *in Agesilao*, & Xenophon *in Agesilao*.

3 ¶ Est † enim ecclesia inter asyla sanctiora, dicitur namque ἄσυλον, locus à prædatione immunis, cui periculum non est ne præda fiat: quem spoliare ne fas est, à violentia tutus & sacrosanctus. Quamobrem & asyla templa dicta, vt apud Liuium *lib. 35. Ea religione, & eo iure sancto, quo sunt templa quæ asyla Græci vocant.* Asylum, sacros terminos, quibus seruis esset securitas, dixit Iulius Pollux *lib. 2. Onomast. c. 10.* Et Euripides innuit *in Supplic. act. 1.*

ἱκνοῦμαι καταφυγὰς, θεῶν μὲν ἑδράνους·
δούλου δ' ὄμμα δεσπότου τ' ἀφ' ἡδονῆς μόνον
δυσμαχεῖ χαμαδίους.

Id est,

Habent confugium, seræ quidem ad petram:
Serui autem ad aras Deorum: Idolorum: Ciuitas autem ad
ciuitatem confugit
Tempestate exagitata.

Et in templa confugientes, venia & miseratione dignos docet Virgil. *Æn. lib. 1.* dum ait,

Cunctis namque lecti nauibus ibant
Orantes veniam, & templum clamore petebant.

Ita & supplices orantes aras tenebant, vt innuit idem *Virg. 6. Æneid.* dicens,

Talibus orabat dictis, arasque tenebat.

Erant templa eius venerationis, vt quod eo illatum esset, violari nefas esset: vnde asyla sine prædatione. Vocant namque σύλαν prædam, & spolia. Proinde confugientes ad ecclesias euelli inde iure communi propter loci religionem inuiti non possunt, vt ait Leo Cæsar *in l. præsenti, 5. de iis qui ad eccles. confug. C.* Refert Suidas *in Eutropio*, Eutropium Arcadii Imperatoris cubicularium, omnis generis facinoribus plenum, cum vellet etiam eos qui ad templa confugissent comprehendere, legem promulgasse, qua concederet etiam eos vel ab aris extrahi. Sed ea lege vix promulgata, eum vltionem crudelitatis fuisse consecutum: non enim multo post Imperatore offenso, in templum fugit sub altari iacens, inde abstractus noctu, capite truncatus fuit. Quod & Nicephorus Calisti scribit, *lib. 13. c. 4.*

4 ¶ Theod. † & Valent. *l. paceant, 4. de iis qui ad eccles. confug. lib. 9. C. Theo. tit. 45.* Legem hanc immunitatis ecclesiæ constitutione firmarunt, atque pro asylo omnia, quæ ecclesia continentur, vsque ad extremas fores ecclesiæ constituerunt confugientibus eo sine armis. Statuta & pœna, vt qui propria auctoritate confugientem auulserit, extraxerit ve, verberibus affectus, rasusque relegetur. Cuius meminit Constantinus Harmenopulus, *lib. 2. Promuor. iur. tit. 9.* D. Augustinus ad Bonifacium, *can. miror. 17. q. 4.* eum qui hominem ad ecclesiam fugitiuum rapuerat, punit primum, ne eius oblationes à clericis susciperentur, dehinc communionem interdixit, donec pœnitentiam egisset. Gelasius, *ea frater, eod. q.* reo eiusdem criminis ecclesiarum omnium inhibet ingressum: ex concilio Hilerdensi, *can. nullus clericorum, ca. 17. q. 4.* segregatur quoque ab ecclesia. Concilium Triburiense, *can. si quis contumax, eod. q.* pœnam arbitrio committit episcopi, & vltra multam statuit nongentorum solidorum. At Toletanum, *can. definimus, ea. q. 12.* asylum ecclesiæ extra ecclesiam etiam constituit intra 30. passus, vtque non inde extrahantur serui confugientes à dominis, nisi præstita cautione, quod eis iniuriam non inferent ob eam causam. Quod & aliorum aliis constitutionibus cauetur, *ca. statuentes, ca. id constituimus, 17. q. 4. l. fi. § fi. de iis qui ad eccles. confug.* Gotthi ea pietate fuerunt, vt nullos omnino violarent, qui securitatem à templis Deo dicatis inuocarent, *Io. Magnus lib. 23. hist. Gothor. c. 21. & 22.* Refert Nicephorus Calisti *libr. 14. histor. Eccles. c. 32.* vindictam diuinam in violatores asyli. *Cum quidam,* inquit, *serui ab heris male tractati, ad ecclesias confugissent, nequeunt inde euelli possent, turbantes clericos vnum clericum occiderunt, & post ea seipsos: quo tempore cœpit error. Nestorij, quidamque poeta mali ominis, illud factum in iambis prædixit,*

σημεῖα γὰρ ταῦτα γίγνεσθαι φίλοις
ὅταν τι ναοῖς κατασκίοις μιανθῇ.

Id est,

Consuevit omen triste afferre, sanctum
Si forte templum polluat piaculum.

5 ¶ Apud † Anglos Edoardus 2. eorum rex legem sanciuit, quæ hodie seruatur, vt quoties quis delicti reus ad templum confugeret, in perpetuum exsilium eat intra quadraginta dies & duodecim horas (eo enim temporis spatio se æstu Oceani ex alto incitat) nec aliam pœnam patitur, excepto quod vsque ad littus crucem manu gestat, veluti signum seruatæ per religionem vitæ, auctore Polydoro Vergilio *lib. 1. historiar. Anglican. in Henrico.*

6 ¶ Est † sanctio inter cæremoniales flaminis Dialis, vinctum si ædes flaminis introisset, solui necessum esse: & vincula per impluuium in tegulas subduci, atque inde in viam foras dimitti, *Aul. Gell. lib. 10. c. 15.*

7 ¶ In † legibus Langobardorum, & in capitularibus Caroli Magni, *tit. de iis quæ ad legem, de clericorum occisione statuuntur,* sta tuitur his verbis, *Si quis ad ecclesiam confugium fecerit, in ipso atrio ecclesiæ pacem habeat, nec sit necesse ecclesiam ingredi: & nullus inde per vim eum extrahere præsumat, sed liceat ibi consiteri quid fecit, & inde per manus bonorum hominum, ad discussionem in publicum perducatur.* Demetrius rex ad Iudæos scribens, *Quicunque,* inquit 1. *Machab. c. 10. confugerint in templum, quod est Hierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij regi in omni negotio dimittantur & vniuersa, quæ sunt eis in regno meo, libera habeant.*

8 ¶ Apud † Ethnicos priuilegium asyli, quo quis extrahi inde non posset, non omnibus templis concessum fuit: sed aliquibus tantum quibus consecrationis lege irrogatum fuisset. Quod ex Cornelio Tacito *lib. 3. Annal.* potest elici, dum scribit, sub Tiberio Cæsare increbuisse Græcas per vrbes licentiam atque impunitatem asyla statuendi, quod complerentur templa pessimis seruitiorum, & eodem subsidio obærati aduersum creditores, suspectique capitalium criminum receptabantur, nec vllum satis validum imperium erat coercendis seditionibus populi, flagitia hominũ, vt cæremonias Deũ protegẽtis, & ideo placiti, vt ciuitates mitterent iura, & legatos, &c. Addit Suetonius *in Tiberio c. 37.* Tiberium aboleuisse omne ius moremque asylorum, qui vsquam erant.

9 ¶ Conseruabant † autem omni studio posteri hoc ius, & inter sacrilegos annumerabant, qui ab aris supplices, & ad Dei tutelam fugientes dimouebant, & in eos grauiter animaduertebant. Sic Athenienses eos ciues condemnarunt vltimo supplicio, qui Cytonis socios & ministros, qui per tyrannidẽ occupare arcem tentassent, ad aram Mineruæ factos supplices occidissent, vt refert Thucydides *in* 1. & Plutarchus *in Solone.* Quin & apud senatum Syracusiorum aliquando obtinuit, teste Diodoro Siculo, *lib. 11. Bibliothe.* in iudicio Ducetii Siciliæ patriæ proditoris, & criminis maiestatis rei ad aras supplicis, inuiolatam religionem in eo etiam esse saluumque fore debere, quia Dei potius esset causa, ad cuius aram esset supplex: quamuis cum hostibus nulla sit diuini iuris sacrorum, religionumve societas, & inter eos omnia sint profana, siquidem capta ab hostib. profana fiunt. Templum Palladis asylum erat, vnde nec Pausaniam ausi sunt Lacedæmonii abducere vi, & militibus ibi cinctus fame necatus est, vt ait Thucydides *in* 1. & Diodorus Siculus *lib. 11.* qui subdit & numẽ idcirco iratũ fuisse, quod cõtra fas supplex mortuus fuisset. Atque Lacedæmonas cum Delphos Apollinem consulturi misissent, responsum accepisse, supplicem restituere oportere: atque ideo duas statuas æreas Pausaniæ exstruxisse in templo Palladis consilio diu agitato. Alcibiades in Sicilia absens, Athenis reus factus quod sacra violasset, & capitis damnatus bonis publicatis, etsi plebiscito postea fuerit restitutus, *Aemylius Probus in Alcibiad.* Scribit Pausanias *in Attic. in* 1. Syllam Romanũ phthiriasi siue morbo pediculari interisse, quod Aristionem ex Mineruæ fano extractum trucidasset. Qui Tyriis, *Diodor. Siculus lib. 17. Biblioth. anno. 4. Olym.* deferendam ciuitatem, vt Deo admonente prædixerat, cum eum populus occidere vellet, ad templum fugiens, morte liberatus est. Templum ad Palicem tutissimum præstabat confugientibus asylũ, *idem lib. 11.* Lacedæmonii quoque templum veluti asylum venerabantur, & in quo nocentes omnes etiam capite damnati salui esse consueuerant, vt ait Polybius *lib. 4. hist.* Diognetis Milesiorum dux ausus non est violare Policritam Naxiam, ex hostibus in templo repertam, ὑπὸ δίκης, inquit Parthenius *in Erot. c. 9.* διόπερ ἐν ἱεροῖς ἐστιν ἐν τῷ ἱερῷ βαδίζουσι, id est, *non enim fas erat supplicem in templo violare.* Fuit Asylum delubrum Iouis in Tanio apud Tragnios, qui habitant Pontum & Cappadociam versus, vt ait Strabo *lib. 12.* Item Ephesi Dianæ, *idem lib. 14.* in Ægypto ad ostium Nili, quod vocatus Canopicum, in cuius fitore erat Herculis templum, ad quod si quis cuiuscunque hominis seruus confugiens caperet sacras notas, sese Deo tradens, nefas erat tangere, *Herod. lib. 2. in Euterpe.* Erant tam ealia loca pro asylis consecrata, vel destinata, qualem constituit lucum Romulus, vt scribit Dionys. Halic. *in* 2. Et Virg. ita meminit *lib. 8. Æn.*

Hinc locum ingentem quem Romulus acer Asylum
Rettulit, & gelida monstrat sub rupe Lupercal.

Liuius *lib. 1.* inter duos lucos asylum Romulum posuisse ait, nõ lucũ, his verbis. Deinde, ne vana vrbis magnitudo esset, adiiciẽdæ multitudinis causa, vetere consilio condentium vrbes, qui obscuram, atq; humilem conciendo ad se multitudinem, natã è terra sibi prolem mentiebantur, locum qui nunc septus dẽsentibus inter duos lucos est, asylum aperit (scilicet Romulus.) Eo ex finitimis populis turba omnis sine discrimine liber an seruus esset, auida nouarũ rerũ perfugit. De hoc asylo, & tractas

10 Lactantius, *lib. 2. c. 7.* Eutro. *li. 2. c. 7.* Ouid. *li. 3. Fastorũ.* ¶ Sic † postquam Hercules migrauit à vita, nepotes eius timentes insidias eorum quos auus afflixerat Athenis, sibi primi asylum, hoc est, templum misericordiæ constituerunt, vnde nullus posset abduci, sicut docet Statius *in 7.*

11 ¶ Erat † in statuis Cæsarum ius aliquãdo asyli, *Vlpia. ex Lab. in l. quid sit fugitiuus, 17. §. apud Labeonem, de edil. edict. in P. l. 1. de iis qui ad stat. confug. lib. 1. C. l. 2. de iis qui sunt sui vel alien. iur. lib. 1. P. titul. 6. §. sed dominorum, eod. apud Iustinianum*, & illa statua dicta ἄνυλος αἰδεμὼν, qualem fuisse Tyberij statuam scribit Philostratus.

12 ¶ Multo † magis apud ipsum principem ius asyli & immunitatis est. Sic & Æsopus Crœsum regem Lydiorum, cum absque caussa occidere volentem alloquitur, *Max. Planud. in Æsopi vita*, ἀ' ἐγὼ, ὦ βασιλεῦ, ἡ σὰν ποδῶν ἅπτομαι, μή με ἀκρῆ φονεύσῃς, id est. *Et ego itaque rex tuos pedes attingo, ne me sine caussa occidas.* Et si in statuis id locum habet in arido, multo magis in viridi, *gl. id videtur sentire in l. capitalium, §. ad statuas, de pœn. in P.* Et saltem operabitur effectum, de quo in l. præsenti, de his qui ad eccles. confug. vt secure possit accedere, *Chissan. in §. 5. in ver. si n'a grace, in 18. casu euitandi mortem, tit. des Iustices, in consuet. Burgund.* Et responsum est à Baldo, Cardinales habere priuilegium consuetudine inductum, quod si obuient ei, qui ad mortem ob flagitia ducitur, possint huiusmodi à morte liberare. Veruntamen is dicit, priuilegium esse aduersus l. addictos, Cod. de episcop. audien. vbi id scribit, quia lex illa statuit, ne temere vel vi flagitiosi supplicio eripiantur.

13 ¶ In † castris apud signa, tanquam apud asyla, quis tueri olim se poterat, & à captiuitate vindicare, vnde scribit Tacitus *in 1. Planco maxime*, inquit, *quem dignitas fuga impediuerat, neque aliud periclitanti subsidium, quam castra primæ religionis: illic signa & aquilam amplexus, religione se tutabatur.*

14 ¶ Placuit † antiquis, *Archidiac. in can. quæsitum, 12. quæst. 2. con. gloss. ibi positam, sequitur Host. in summa, de imminut. eccles. Ludou. Roman. singul. 335. Ioan. Faber in §. fin. de his qui sunt sui vel alien. iur. Chassa. in §. 5. in ver. perdra la vie, 19. casu euitandi mortem, rub. des Iustices*, confugientem ad sacerdotem, deferentem sacrosanctum Domini nostri Iesu Christi corpus, liberari à carcere, in quem ducebatur, vel à fustigatione, pœna & morte. Quod certe quandiu habuit locum immunitas, recipiendum fuit, in criminibus potissimum, quæ digna sunt misericordia. Si enim altaris asylum erat, multo magis & corporis Domini erit. Sanctificatur enim inde altare, & maius digniusque quod sanctificat, quam quod sanctum factum est, *Matthæi c. 23. can. nihil, de consecrat. distinct. 2.* Et apud ethnicos si quis ad verberandum duceretur, si ad pedes Flaminis Dialis supplex procubuisset, eo die verberari piaculum erat, *Aul. Gel. lib. 10. c. 15.*

15 ¶ Separauit † Moyses tres ciuitates, *Deut. c. 4.* trans Iordanem, ad orientalem plagam, vt confugeret ad eas, qui nolens occidisset proximum suum, nec sibi fuisset inimicus ante vnum vel alterum diem, vt ad harum aliquam vrbium posset euadere.

16 ¶ Fuerunt † pro asylis antiquis, regum domus, & refugia ad illos: nulla adhibita distinctione religionis, vel præteritæ illatæ iniuriæ. Sic Chilpericus IIII. rex Franciæ pulsus regno à subditis, confugit, vt ad asylum, ad Ludoricum regem Lotharingię. Alphonsus rex Lusitaniæ pulsus à fratre Sancho rege Castiliæ, amice exceptus est à Tilleda rege Granatæ, quamuis esset Mahumeticus, & ei prædictum fuisse, futurum vt posteros suos tolleret: atque his fidem refugii non auertit, & liberum fratre Sancho mortuo in regnum proprium remisit: Rex Ludouicus II. & Carolus VIII. exceperunt Zizimum, seu Gemem Turcam, imperio per Baiazetem fratrem pulsum. Themistocles confugit ad regem Persarum, ibique tutus ab omni iniuria seruatus, ob fidem regiam, quamuis soror regis vindictam ab eo reposceret, quod Salamine filios eius occidisset. Narrat Dio Cassius *libr. 56. hist.* Tyberio impunitatem datam, quod cadauer tetigisset Octauiani ac comitasset, cum id esset prohibitum.

In quibus non obtinuit ius asyli.

Cap. 22.

1 *Asylorum immunitas quibus non proficit, & asylo ecclesiarum qui non gaudeant.*
2 *Ecclesiarum immunitas quibus denegatur in Gallia.*
3 *Asyla in Gallia, Alemania, Langobardia etiam ecclesiarum merito sublata.*

1 CAsus † quidam excepti sunt apud aliquas nationes, vel ex more, vel ex lege: in quibus ius asyli non habeat locum, nec immunitas. Et primum impune licet ad ecclesias confugientes educere, si alieni à religione, quæ eo in templo colitur, sint: veluti, si Iudæi ad ecclesias confugerint, *l. 1. de in qui ad eccles. confug. Cod.* si excommunicati, hæretici, & alii, quos prosequitur Nicolaus Boerius *decis. 310. ¶ 2.* Olim serui, adscriptitiique coloni ab aris submouebantur, & dominis reddebantur, *l. 3. ad tit. de in qui ad eccle.* quod postea temperatum est, *l. fin. C. eod. tit.* Meminit Cicero *3. in Verrem*, M. Aurelium Scaurum euocasse Romam in iudicium Periclem Ephesium hominem, quod is Ephesi se quæstorem vi prohibitum esse dicebat, quominus è fano Dianæ seruum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret, & is auctor iniuriæ diceretur. Huellique Salomon iussit à cornu altaris Ioabum, & interfici: quia proditor maiestatis fuisset, *3. Reg c. 2.*

¶ Sed & tertio lege diuina, *Deuter. 19 Numer. 35. Iosue 20.* & humana, *§. neque autem homicidas, de mandat. princ. coll. 3. tit. 4.* iustum visum est atrociter delinquentes, veluti adulteros, homicidas, raptores, & id genus ab aris submoueri, ad quas confugerint, & in supplicium adduci. Etenim legis auxilio indigni sunt, qui in legem peccant, *l. auxilium, ae minor. in P. l. si sine, ad S. C. Velle. C. l. 2. si minor se maior. dixe. l. ii qui sanctam, de apost. C.*

2 ¶ 4 Exstat constitutio † Francisci I. regis Gall. anni domini 1539. artic. 166. qua prohibentur immunitates ecclesiarum pro debitis, aliisque caussis ciuilibus, vel aliis, quibus prehensio decreta est personæ. Sic & Ioannes Lucius *lib. 1. placit. Cur. situl. 2. plac. si* placuisse memorat senatui Parisiensi, ob æs alienum nexui corporis & fortunarum obligatum, in loco sacro comprehendi posse.

¶ 5. Denegatur immunitas iis, qui rei sunt tributorum publicorum, ea namque & vtilia templis sunt, *§. publicorum vero tributorum, de mand. princip. col. 3. tit. 4.* Item curialibus & apparitoribus qui fiscalia intercipiunt, vt statuitur in edicto Iustiniani 10. περὶ ταξιωτῶν, seu *de apparitoribus præsidum.* ¶ 6. Non gaudent immunitate ecclesiarum sacrilegi, *c. fin. de immun. eccles. c. fi. & c. conquesti, de sentent. excom.* quive ecclesiam violarunt, & alios eo confugientes extraxerunt, *c. frater, & ca. ad episcopos, 17. q. 4.* Non effractores carcerum, non damnati iam à iudice, neque ii qui iam comprehensi vel ab administris iudicii vel aliis insecuti, vt comprehenderentur, ad ecclesias confugiunt, *de quibus omnib. vide plures testes citatos à Boerio, decis. 110. nu. 9. & 10.*

3 ¶ In † Gallia, & in Alemania secundum Papiensem practicum, *in for. inquisit. ver. ex his*, confugiens ad ecclesiam non gaudet immunitate: at Chassanæus Pictauii vidisse se gaudere confugientem damnatum morte testatur, *§. 5. in verba, si en perdit la vie, 19. casu euitandi mortem, rub. des Iustices, in consuetu. Burgund.* Placet mihi prior, & vt opinor iustior est: quia interest Reipubl. delicta puniri, *l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. c. vt fama, de sent. excommunicat.* vt late in criminum tractatione docemus generali. Nec consuetudo quæ dat occasionem delinquendi, qualis hæc, seruanda est, *l. conuenire, de pact. dotal. l. alia, §. eleganter, sol. matr.* In legibus capitularibus Caroli magni *cap. 8.* homicidę, ceterique rei, qui per leges mori debent, ad ecclesiam confugientes non excusantur, nec permittitur eiusdem ibidem victum præbere. Idipsum statuitur in legibus Langobardorum, *tit. de reuer. eccles.* Sententia Philonis Iudæi, *lib. de special. legibus, de iure asylorum impiis denegando*; digna est quæ hic adscribatur. *Homicida*, inquit, *censendi sunt, non solum qui interimunt, sed etiam qui nihil non conantur clamque palamque, vt interficiant, etiamsi non perpetrauerint facinus. Quod si præmia vel audacia vitiis contrariis in templum irrumpere tentauerint impunitatis inueniendæ gratia, prohibendi sunt: sin autem iam surrepserunt, dedendi sunt ad supplicium, cum hoc præconio, hominibus nefarijs in fano iam dijs non deberi. Nam quisquis malum dat incurabile, inimicus est Deo. Homicida autem ledit immedicabiliter, quia occisus non potest in integrum restitui: pollutos vero inelubili scelere abolendo nulla mora temporis, dignabimur aditu sacrarum ædium, quos nec primata quidem domus honesti viri & sanctitatem amantis admitteret*, &c. Quæ ibi copiose & erudite in hanc rem expenduntur. Accedit quod intempestiua videtur hæc misericordia & dolo proxima: vt dicitur ab Vlpiano *in l. si hominem, 7. depos. lib. 16. P. situl. 3.* Et insuper introductio asylorum maxime primum obtinuit: vt supplices innocentes conseruarentur & defenderentur ab iniuriis: non vt lædentes alios impunitatem consequerentur, *in §. neque autem homicidas, de manda. prin. in Nouel.* Et hæc fuit caussa etiam, nempe abusus & occasio delinquendi, cur Tiberius asyla sustulerit teste Sueton. in eius vita, *c. 37.* & Corn. Tacit. *lib. 3. annal.*

De sepulcro violato.

Cap. 23.

Lib. 9. C. tit. 19. Lib. 47. P. tit. 12.

1 *Sepulcra spoliantes crimen sacrilegii admittunt. Et cœmeteria consecrantur à pontificibus.*
Sepulcrum ædificare ex voluntate testatoris cogit hæredem episcopus, eod.
2 *Religiosum locum sepultura facit.*
3 *Sepulcrum vnde dicatur.*

4 Sepeli-

Digitized by Google

4 *Sepelire in vrbe non licuit Romanis, nec apud alios, & 7. & 8.*
5 *Reges Romanorum vbi sepulti.*
6 *Sepulti qui in vrbe Roma olim tantum: & domi etiam aliquando 8. & 9.*
9 *Sepulcrorum decreta scriptura per ecclesias facienda.*
10 *Sepultura Romæ communes aut priuatæ. Et priuata gentilitia vel familiarum.*
11 *Sepulcri violati pœna duplex, ciuilis & criminalis.*
12 *Sepulcra multis modis violari dicuntur.*
13 *Habitare in sepulcris an liceat, & qui inhabitauerint. Et cur inhabitare prohibitum, 14. & 15.*
15 *Dæmones cur frequentent sepulcra.*
16 *Cadauera mortuorum cur terreant solitarios.*
17 *Sepulcrum violatur, ossa sine licentia eorum qui permittere possunt transferendo: quando autem transferre liceat, & cuius auctoritate, & 18.*
19 *Sepulcrum violatur etiam illud demoliendo, & demolientis pœna.*
20 *Sacra hostium occupatione an fiant profana. Et beneficium ab illis occupatum non amittitur ab eo qui ius habet.*
21 *Hostis cadauer spoliare præterquam armis, illiberale, anarum, & muliebre.*
22 *Polemarchus capite damnatus spoliato Cyri sepulcro.*
23 *Sepulcrorum defendendorum gratia magis pugnant Scythæ, quam ob bona.*
24 *Cadauer elatum conspuisse capitale.*
25 *Sepulturæ debitoris tempore, creditores non sunt audiendi exsequentes debitum.*
26 *Sepulcri violati ex legibus Salicis pœna.*
27 *Mortuorum cadauera quare vri, non humari cœperunt.*
28 *Sepulcrorum violatorum pœnæ, & nu. 22. 24. & 26.*
29 *Sepulcrorum violatores quibus vitiis impellantur. Et non sepeliendæ ornamenta cum corporibus.*
30 *Sepeliri sine leculo, & humari cur voluit Cyrus.*
31 *Sepeliri impios etiam de gente sua non passi in suo sepulcro maiores.*
32 *Sepulturæ qui non demandentur.*

1 AD crimen sacrilegii pertinere videtur sepulcrorum, & sepultorum, rerumque quæ horum sunt, violatio. *l. pergit audacia, 5. de sepul. viola. C.* Gordianus quoque læsæ religionis crimen dixit, *l. 1. C. eod.* Nam quodammodo hæc sacra sunt & ad religionem pertinentia: & proinde designabant pontifices Ethnicorum olim, sicut & hodie, *c. 1. 13. q. 1.* nostri sepulcra: quod & Strabo *in 5.* indicat, cum de via Latina agit, vbi condi cineres defunctorũ solebãt. Docet & id Wolphgangus Lazius *in præfatione cõmentariorum reipubl. Roman.* Et potestas cogendi ædificare sepulcrum ex mente testatorum, ad principalem & ad pontificalem auctoritatem pertinet. teste Papiniano, *l. hereditas, 53. de petit. hered. lib. 5. P. tit. 3.* Vocat & Imperator Iulianus sepulcra, aggeres consecratos, *dict. l. pergit audacia.* Decretum, inquit Cicero *2. de legibus*, à Pontificum collegio, non esse ius in loco publico fieri sepulcrum: quia locus publicus priuata religione non potuit obligari.

2 ¶ Religiosum locum sepultura hominis facit, & illatum cadauer, *§. religiosum, de rerum diuisio. l. 2. §. prætor ait, de religios. & sum. fun. in P. Martianus. in l. in tantum, 6. §. religiosum, de rerum diuis. P.* in locum proprium, vel in locum alienum ex voluntate domini, nõ aliter, *l. 2. de religios. & sumt. fune. C.* vel si pluribus locis membra sepeliantur, vbi caput est *l. cum in diuersis, 14. eod. in P.* Cenotaphium, vacuum inquam mausoleum, proprie, *dict. l. in tantum, § fin. & l. sed diui fratres, de rerum diuis. P. Vlpian. l. vel quæ paterfamilias, 6. & l. in qui, de religios. & sumt. fun. P.* religiosus locus non est. Sic Ælius Gallus teste Festo, *lib. 16.* religiosum sepulcrum definit, vbi mortuus sepultus aut humatus est. Et sepulcrum quoque est, vbi corpus ossave hominum sepulta sunt, *l. 1. & l. locum. d. tit. de religios. & c. P.* Vt & innuit Virg. 1. *Georg.*

Grandiaque effossis mirabitur ossa sepulcris.

3 ¶ Sepulcrum † quasi seorsum à pulcro, ob fœtorem qui illo concluditur: veluti constat ex exprobratione, quam Pharisæis Deus obiecit, *Similes estis sepulcris dealbatis*, &c. *Matth. cap. 23.* Quod & firmat alibi dictum, *Sepulcrum patens guttur eorum, Psal. 5. & ad Roman. 3.*

4 ¶ Et † proinde etiam antiquitus vetitum lege Romanorum, in vrbe mortuos sepelire. Sic enim ait lex duodecim tabularum, *Cicer. 2. de legib. Hominem mortuum in vrbe ne sepelito, neve vrito.* Idipsum vetant Cæsares Diocletian. & Maximian. *l. mortuorum. 12. de religios. & sumt. funer.* Et Iulius Paulus *libr. 5. recepta. sententiar. Corpus in ciuitatem inferri non licet: ne funestentur sacra ciuitatis: & qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur.* Adrianus quoque, teste Vlpiano *in l. 3. §. D. Adrian. de sepul. violat. in P.* rescripsit, & pœnam statuit quadraginta aureorum, in eos qui in ciuitate sepulcrum faciunt, quam fisco inferri voluit, & in magistratus eandem pœnam qui passi sunt, & locum publicari iussit, & inde corpus transferri. Antonius quoque Pius intra vrbes mortuos sepeliri vetuit, teste Iulio Capitolino *in vita Antonini Pii*. Refert & Dio Cassius *lib. 48.* anno ab vrbe condita 716. Romæ cautum edicto, ne mortui ne intra duo millia passuum ab vrbe cremarentur. Obseruatum idipsum non solum in priuatis sepulcris, verum etiam in communibus multo magis, vt ea extra mœnia essent. vt ex Horatio apparet, *Serm. 1. Satyr. 8.*

Hoc miseræ plebi stabat commune sepulcrum.
Pantalabo scurræ Momentanoque nepoti.
Mille pedes in fronte trecentos cippus in agrum
Hic dabat heredes, monimentum ne sequerentur.

Docere videtur hunc morem veterum fuisse sepeliendi in agris, & Cicero pro Sexto Roscio, cum demonstratione vtitur, vt probet eum spoliatum omnibus fortunis fuisse. *Cui de tanto patrimonio*, inquit, *ipse nefarius prædo*, scilicet procurator Chrysogoni, *ne iter quidem ad sepulcrum patrium reliquisset.*

¶ Et † in campo Martio tantum reges humari primum cõsuetum tradit Appianus *lib. 1 bello ciuil.* & Herodianus *in 4. vbi de sepultura Seueri agit*, qui postea sepulti in via Flammmia, teste Strabon. *in 5.* & Suetonio *in Octauio.* 5

¶ Obtinuit, † Cicero *2. de legibus*, tamen & post legem decemuiralem, hominum triumphalium ossa in vrbem inferri, Imperatorum, summorum Ducum, & vestalium: eaque ratione sepulti in vrbe, Valerius Publicola, Fabritius Tuberto, & alii, qui vitutis caussa legibus non tenebantur, vt senatusconsulto Duellio consule cautum, *Bart. Martia. lib. 6. Topagra. antiquæ Romæ, c. 10. & Georg. Fab. lib. de Rom. c. 20.* 6

¶ Nec id quidem Romanis tantum in more positum extra mœnia sepelire, sed & aliis nationibus commune. Sic de Græcis testis erit Æschines, qui dum Timarchum vniuersum patrimonium profudisse ostendit, ait matrem eius filium orasse ne fundum certum alienaret: vt si nihil aliud inde commodi caperet, saltem mortua haberet vbi sepelri posset, & nec ipsi quoque prædio eum peperciisse. Scribit Dares Phrygius *lib. de excidio Troiæ*, Priamum Hectorem filium suum ab Achille occisum, more suorum ante portas sepelisse, & ludos funebres fecisse. Hoc etiam colligi potest ex D. Chrysostomo. *in Psalm. 5. tomo 1.* dum ait; *Si extra vrbẽ corpora mortua, multo magis qui verba mortua & qui talia proferunt, & ne tegere aut obumbrare quidem volunt longe amandare oportet.* Et vt singulare narrat Polyb. de Tarentinis, *lib. 8. hist.* vt orientalis pars ciuitatis Tarentinorũ fuerit plena monumentis, & quod mortui omnes apud illos, iuxta quoddam vetus oraculum eorum sepelirentur. Ferunt enim Tarentinis Deum per oraculum significasse, satius illis ac melius fore, si cum pluribus habitarent: illos vero sic se quam optime iuxta oraculum habituros putasse, si mortuos quoque intra mœnia retinerent. 7

¶ Meroithæ † Æthiopes, mortuos alii in flumen præcipitãt, & alii circumfuso vitro domi seruant, alii in fictilibus alucolis eos circum templa defodiunt, vt auctor Strabo *lib. 17.* Lex Platonis *12. de legib.* ostendit quoque sepultos in agris homines. *Nullius*, inquit, *in loco fœcundo, & agro ad culturam apto sepulcrum fiat: sed is locus corpora defunctorum recipiat, qui ad cetera inutilis, & ad tantum commodus, viuentes minime lædit. Nec enim à viuis, nec à mortuis ter. æ fœcunditas impedienda est.* Et rursum is ait, *idem in Minoe* antiquiores Athenienses defunctos etiam domi sepelisse: quod suis temporibus non seruabatur. Nõ negarim tamen & Romæ, & alibi aliquando sepulcra intra vrbes recepta: vt & nunc cœmiteria nostra sunt. Et ab initio arbitror vnumquemque suos mortuos in propriis ædibus sepelisse, hancque ob caussam lares colebant, quod postea vetauit lex 12. tab. vt ait Turneb. *in 2. de legib. Cicer.* 8

¶ Forsan † ne tabes aerem vrbanum inficeret, vel ne licentia illa sepeliendi familiaris, daret delinquendi, & occisos occultandi occasionem. Quo factum etiam, vt edicto Francisci I. Cõst. *Fran. 1. anni 1539. art. 50.* aliquando optime in nostra hac Gallia cautum sit, vt ecclesiarum curiones, monasteria & capitula, beneficiatorum morientium, & apud se sepultorum nomenclaturam scriberent, vt si de alicuius obitu quæstio incideret, eius inspectione facilius decideretur. Ægyptii quoque, quib. mortuorum corpora tetrum non reddunt odorem, eo quod ea incidant, & liniant, & condant, suorum cadauera in area locata priuatim erigunt in parietum armatiis, teste Diodoro Siculo *lib. 2. Biblioth. c. 5.* 9

¶ Sepultura † Romæ olim erat, vel communis plebeiis & aliis, vel gentilitia, vel familiaris cuiusque familiæ. Hodie Christianis sepulturæ in communi sunt cœmiterio, vel ecclesia: ibi tamen quædam loca sunt certis familiis, vel personis interdum designata. Et sic propria ratione vsus: quæ aliis inuitis familiis non possunt à curionibus cõmunicari. *Conrad. Brunus, lib 4. de cærem. ca. 2. toto tit. de sep. late explicat. Ang. Clauas. in sum. in verb. sepultura, num. 40.* Caius *l. familiaria, 5. de relig. & sum. fun. in P. l. 4. eod. tit. C.* inter familiaria & hereditaria adhuc distinguit sepulcra: vt familiaria sint, quæ quis sibi familiæque suæ constituit, hereditaria quæ quis sibi heredibusque constituit vel, vt inquit Vlp. *in l. vel quæ. 6. eo.* quæ paterfamilias iure hereditario acquisiuit. Participes in sacris domesticis & habebãt cõiuncta, vt plerũque sepulcri iura. *Iam tanta*, inquit Cicero *2. de legib. est religio sepulcrorũ, vt extra sacra & gentẽ inferri fas negent esse: idque apud multos* 10

Digitized by Google

nostros. A. Torquatus ingente Popilia indicauit. Sicut & familiarium sepulcrorum, ius non transit ad cognatos vel affines, non ad heredes institutos, *l. ius familiarum*, 8. *C. de reli. & sum. funer.* heredibus tamen quamquam extraneis competit, *l. his consequenter*, 18. *§. 1. famil. erciscun. lib.* 10. *P. tit. 2. & l. ius sepulcri, de relig. & sum. fun. C.* Iure pontificio qui decedit intestatus, in sepulcro maiorum *c. 1. de sepult. apud Gregorium*, exemplo sanctorum patrum, *Genes. 49. Exod. 4. Luc. 10. c. vnaquaque, §. Ioseph. 13. quæst. 2.* condi debet, eligere potest tamen viuus, vbi condi velit, etiamsi vxor sit, *can. de vxore. c. 6. de sepul.*

11 ¶ Pœna † violati sepulcri, ciuilis, & criminalis est, *tota l. 3. & l. de sepulcro violato. 9. de sepul. viol. in P.* Ciuilis soluenda iis quorum interest vel denuntiantibus, pecuniaria. Criminalis & multa, & capitalis, vt apparebit ex sequentibus: neque enim vllum est crimen in indiuduo.

12 ¶ Nam † sepulcra violari multis modis dicuntur, & funerum iura: nempe primum si quis in sepulcrum alterius eo inuito cadauer deferat contra voluntatem domini, *Vlpian. in l. 3. §. si quis in hereditarium, eod.* Solonis ea lex erat, *μήτοι μὴ ἐξάγειν, μήθ' ἁλλότριον ἐσάγειν νεκρὸν ἑτέρου, Sepulcrum ne deleanto: neve in alienum funus inferanto.* Vetat prætor quoque, in sepulcrum alienum funus inferri, *l. 2. de relig. & sumt. funer. P. l. final. eod.* Etenim videtur mortuus iam ante sepultus, alterius sepultura in possessione sui loci turbari: quia naturaliter videtur, *l. 4. eod.* ad mortuum pertinere locus, in quem infertur: præsertim si in eum locum inferatur, quem ipse sibi destinauit. Vt nec postea dominus loci possit propria auctoritate ossa, quæ ab alio illata sunt, vel corpus effodere, vel eruere sine decreto pontificum, vel iussu principis: alioquin iniuriarum fieri actionem aduersus eum qui eiecerit, *Vlpianus in l. ossa, 8. eod.* item & in factum actione tenetur & pecuniariæ pœnæ subiicitur actio, *Vlpianus l. 2. §. prætor ait, eod.* pro pretio loci repetendo, aut vt corpus tollatur, *l. in qui. 7. eod.* Pœna autem ciuilis centum aureorum est, *l. 3. §. 1. & §. si quis in sepulcro, & l. de sepulcro, de sepul. violat. in P.* & quanti interest, *Cuius in leg. liberum, 9. de religios. & sumt. funer.*

κἀκεῖνο κἄτι πρόσθεν, inquit Antigone apud Euripidem, *Euripid. in Phœniss. act. 5.*

μὴ ἐφυβρίζειν νεκρούς.

Et illud etiam statutum, ne quis violet mortuos.

13 Violatio † etiam sepulcri dicta est, si quis in sepulcro dolo malo habitauerit, ædificiumve, aliudve quam quod sepulcri caussa factum sit habuerit: atque prætor in eum, si quis agere voluisset, ducentorum aureorum iudicium se daturum pollicetur, *l. 3. §. si quis in sepulcro, in 1. & 2. & §. penult. de sepulcr. violat. in P.* De dolo malo meminit in hoc edicto prætor: nam alioquin habitatio saltem ex caussa, vel temporalis iuxta vel intra sepulcrum, iusta aliquando visa est. Sic Modestinus *in l. Mauia. 44. de manum. testam. libr. 40. P. titul. 4.* probat voluntatem defuncti, qui iusserat seruum & duas ancillas liberas esse, si modo alternis mensibus lucernam accenderent, & solemnia mortis peragerent, & ita monumento adessent. In Chubda ciuitate, quæ vicina est ciuitati Tangast in finibus Indiæ, vnde Turcæ venerunt, præfectum mortuum, lege ita iubente coniuges eius perpetuo lugent, neque vnquam à sepulcro discedunt, pulla veste indutæ, & capite nouacula raso, teste Nicephoro Calisto *libro decimooctauo, histor. Ecclesiast. cap. 30.* Nasamones propria oracula apud parentum sepulcra manstirando captare scribunt Heraclides, Nymphodorus, Herodotus: & Celtæ apud virorum fortium busta pernoctant eadem de caussa, vt scripsit Nicander auctore Tertulliano, *libr. de anima, vbi agit de inferis.* Iulius Sabinus, qui principatum habebat in Lingonibus, quo tempore Vespasianus imperium post Vitellium accepit, magnum collegit exercitum, seque Imperatorem nominauit, quod se à Iulij familia esse diceret: tandem præliis sæpe victus rus abiit, ibique sepulcrum subterrancum, quod prius ipse incenderat, ingressus est. Cumque constans esset opinio illum interiisse, in eo nouem annos cum vxore delituit, ex eaque duos filios sustulit: postea tamen Romam adductus, à Vespasiano necatus cum vxore Peponilla, quæ eum aluerat, & incolumem seruauerat, vt auctor Xiphilinus ex Dione *in Vespasiano.*

14 ¶ Non † esse honestum, neque salubre circa in sepulcris viuentem habitare, suadere potest loci insalubritas ex putrefactione cadauerum contracta: salus autem populi & ad principes pertinere debet, quibus & commissa est, *l. 3. de offic. præfect. vigil. P.* &

15 ideo recte prohibent, ne inibi inhabitetur. ¶ Sed † & D. Chrysostomo *homil. 29. in c. 8. Matthæi*, placet, vt plerumque à dæmonibus sepulcra inhabitari, vt persuadeant nimium credulis, perniciosam illam opinionem, quod hominum qui abierint animæ dæmones fiant: quod ipse validis refellit argumentis. Ideo ille dæmoniacus qui legionem fouebat dæmonum, in sepulcris habitasse refertur in sacra pagina, *Matth. 8. c.*

16 ¶ Franciscus † Venetus *tom. 2. problema. sacr. script. section. 2. problem. 79. & 80.* quoque ait, mortuorum cadauera ab spiritibus immundis frequentari, & hinc cadauera non ex se, sed ex spiritibus circumstantibus terrorem incutere, & maiorem solitario, qua maffociato: ideo accendi solere lumina circa mortuorum cadauera, vt pellantur potestates tenebrarum, quia magis lucem timeant, quam talpæ aut vespertiliones. Et proinde ob id fieri in cæmiteriis aquæ benedictæ aspersionem, thurificationem & consecrationem.

17 ¶ Violat † etiam sepulcrum qui ossa transfert, non petita licentia à pontifice vel principe olim, *Vlpian. l. ossa 8. de relig. & sum. fun. P.* vel à magistratu *Vlpian. l. nec corpora, 38. eod.* si caussa rationalis transferendi occurreret, *l. 1. C. eod.* si sine caussa, à principe solo, *l. nemo, eod. Cod.* Siquidem si perpetuæ sepulturæ datum corpus est, id est, si sepultum est eo animo, vt vbi perpetuo esset: aliter enim si ad tempus, vt transferetur postea, sepeliatur, sine licentia licet transferre, *l. si nec dum, C. eo. l. 3. §. non perpetuo, eo. in P.* ¶ Neque † sepultura temporalis locum religiosum facit, vt ait Paulus *l. si quis eo animo, 40. eod. tit. in P. l. cum in diuersis, 44. eod.* Scribit Socrates *in histor. ecclesiast. tripart. cap. 32.* seditionem maximam ortam fuisse Constantinopoli, quod Macedonius Arrius minante ruinam domo, in qua erat arca corpus habens principis Constantini Magni, eam transtulisset in ecclesiam Accij martyris, dicente parte populi, non oportere principis ossa transferri, ne quasi exsopiri viderentur, & nefas id esse: ob quod & Imperator tunc, quamuis amicus Macedo, iratus fuit, & propter eos, inquit Socrates, qui mortui erant, & quia corpus patris eius, absque illius consilio transferre præsumsisset. Plinius Secundus, *libr 10. Epist. epist. 71. & 72.* hanc auctoritatem esse pontificiam ostendit & principis, Traiano sic scribens: *Petentibus quibusdam vt sibi reliquias suorum, aut propter iniuriam vetustatis, aut propter fluminis incursum, aliaque his similia quæcunque, secundum exemplum Proconsulum transferre permitterem. Quia ſciebam in vrbe nostra ex huiusmodi caussis, collegium pontificum adire solere, te Domine Maximum pontificem, consulendum putaui, quid obseruare velis.* Rescripsit autem Traianus, sequenda exempla eorum, qui ei prouinciæ præfuissent.

18

19 ¶ † Est & violatio sepulcri, illud demoliri. Cuius pœna, *l. 2. de sepul. viol. C.* in seruo, qui iussu domini demolitur, metallum: sine iussu, relegatio. Et si quicquam ex eo raptum & delatum in domum domini, ædificium fisci iuribus mancipatur. Qui ex lapidibus monumentorum domos ædificant, & violant domos defunctorum, & viuos polluunt fabricando, pœnaque decem pondo auri, præter pœnas in violatores sepulcrorum statutas, tenentur: qua & qui reliquias vel corpora sepulta contrectauerint, tenetur, *l. 4. eod.* Pœna pecuniaria cõmunis in hos, vel cẽtum vel ducentorum aureorum statuta est secundum diuersitatem facti seu violationis, & personarum, *l. 3. §. aduersus, & l. qui sepulcra. & l. si. de sep. violat. in P.*

20 ¶ † Quod tamen intelligendum est de sepulcris, quæ sunt inter eiusdem fidei homines, *Nam sepulcra*, inquit Cæsus, *l. 4. eod. hostium, nobis religiosa non sunt: ideoque lapides inde sublatos in quemlibet vsum conuertere possumus, nec violati sepulcri actio est.* Et Pomponius, *in l. cum loca. 36. de rel. & sumt. funer. in P.* loca capta ab hostibus desinere religiosa vel sacra esse ostendit: & sicut homines liberos, qui in seruitutem perueniunt, à calamitate tamen hac liberos, veluti iure postliminij pristino statui reponi. Quod quidem recipiendum hodie inter Christianos est, si cum infidelibus & alienis à fide catholica bellum sit, non si cum Christianis. Nam cum istis communia nobis sacra & pietas, & ius non est seruitutis ex captiuitate, etsi præmium detur redemtionis. At cum aliis barbaris nostra occupantibus illud erit recipiendum in his locis interim suspendi sacra, non extingui. Et ideo non egent postea liberatione secuta alia noua prouisione, qui beneficia ecclesiastica ibi habebant occupata, *ca. pastoralis, 7. q. 1. cap. sancta Romana, de elect. in Extrau. com.* Nec loca fiunt profana semel Deo dedicata, *c. quæ semel, 19. q. 3. & ibi notatur, vide Rebuff. de pacif. poss. n. 301.* & remanent iura antiqua Ethnicorum in eo correcta.

21 ¶ † Plato, *Dial. 5. de Repub.* illiberale quiddam, cogitationisque auaræ, muliebris, ac vilis putabat exspoliare etiam hostis victi cadauer, præterquam armis.

22 ¶ † Alexander Magnus Polemarchum summo loco natum, quem Persis præfecerat, quod sepulcrum Cyri maioris effodisset & spoliasset capitis supplicio damnauit, *Plut. in Alex. vide de hoc sepulcro. Q. Curtium, lib. 10. de gest. Alex. Magni, & Arrian. li. 6. expeditio. Alexandri, qui paulo aliter quam superiores de hoc sepulcro agit.*

23 ¶ † Magnus proximorum & parentum & suorũ amor à natura cuique inditus, qui non morte finẽ accipit, & eo memoria tenacius hæret, quo adhuc monumenta agnoscit, quibus ipsos corpore contineri scit: Idcirco iniuria in sepulcra acerbior, & violatio vindicta maiori digna censetur, vt non mirũ sit, si celebre illud responsum Dario à Scythis factum habeatur. Cũ enim populante regiones vniuersas illorũ, cedentes paulatim in solitudines vltimas fere peruenisset, interrogati ab eo per legatos, quem fugiendi finem aut quod pugnandi initium facerent: responderũt se nec agras vllos, nec vrbes cultas pro quibus pugnarent habere, ceterum cum ad parentum suorũ monimenta veniſſent, scituros quemadmodum Scythæ præliari solen, vt scribit He-

Digitized by Google

bit Herodotus, *in Melpome.* & Valer. Maximus, *li.* 5. c. 4.

24 ¶† Iniuriam vel modicam mortuorum illatam cadaueribus Heraclius Imperator docuit exemplo, impunitam esse non debere: is enim ex Fabia vxore Eudoxia genuit Heraclium, & Epiphaniam: hæc autem cum Fabiæ defunctæ funus efferretur, per fenestram forte spuens, cum contigisset corpus, capta eius iussu simul cum Fabia combusta est, *Pompon. Lætus in genere Heraclij.*

25 ¶† Iustinus Cæsar, *l. fin. C. de sep. viola.* reliquiis defunctorum iniuriam fieri à creditoribus, qui mortuum debitorem fuisse conqueruntur, prohibet, neve sepulturam impediant: deprehensum autem in hoc flagitio iubet quinquaginta libras auri dependere, vel si soluendo non sit pœnis corporalibus subiici. Iustinianus postea, *§. sancimus ergo, §. si vero, vt defuncti seu func. & c. in aut. col. 5. const. 13. §. meminimus, vt cum de appell. cog. col. 8. const. 11. auth. item qui domum, & auth. sed neque, de sep. viol. C.* cum qui prætextu debiti interpellauerit exsequias, & funus violauerit hoc modo, præcipiti intra nouem dies, quibus iusta soluuntur, mortuo debiti repetitione, infamia notat, & tertiam partē bonorum eius iure mulctæ ad heredes deuolui statuit. In memoriam enim humanæ conditionis, sepulturæ tradi corpora sanctum visum est Modestino, *l. quidam in suo. 27. de condi. instit. li. 28. P. tit. 7.* Idem sanxisse Lycurgum Iustinus refert, *ex Trogo, lib. 3.* Quanquam is de sepultura sua aliter statuerit, sed non sine ratione: is enim postquam leges Spartanis datas eos illas seruaturos iuramento donec rediisset firmasset, profectus Cretam ibi perpetuum exsilium egit abiicique in mare ossa sua moriens iussit, ne relatis Lacedæmona, solutos se Spartani religione iurisiurandi in dissoluendis legibus arbitrarentur.

26 ¶† Leuiores pœnæ legis Salicæ, cuius hæc verba, *in l. Salicis, tit. 17. de superu. vel spoliationib. §§. 5. 6. 7. Si quis, hominem mortuum antequam donetur sepultura, furto spoliauerit, malberg Chreomosado 2800. denarios, qui faciunt solidos 45.* Et in alia sententia *2000. denarios, qui faciunt solidos 42. cum dimidio culpabilis iudicetur.* Et iterum, *Si quis hominem mortuum effoderit & spoliauerit, malberg thurmi chalt, 4000. denarios, qui faciunt solidos 100. culpabilis iudicetur.* Et postea, *Parentes defuncti iudicem rogare debent, vt inter homines non habetur auctor sceleris, & qui ei hospitium dederit, antequam parentibus satisfaciat, 600. denarios qui faciunt solidos 15. culpabilis iudicetur.* Grauis tunc mulcta pecuniaria in magna hominum penuria, & sæpius magis, quam corporalis exosa. In edicto Rhotarij seu legibus Longobardicis, titulo sexto, de Rapouoi fin. §. sic cautum. *Si quis sepulturam hominis mortui reperit, & corpus exspoliauerit, aut foris iactauerit, 900. solid. sit culpabilis parentibus defuncti: & si parentes proximi non fuerint, tum Gastaldius regis, & Schuldhais requirat culpam ipsam & ad curiam regis exigat.* Et postea inibi titulo septimo, de Rhairaub. *Si quis hominem mortuum in flumine aut foris inuenerit, & spoliauerit, & celauerit, componat parentibus mortui solidos 80.*

27 ¶† Piaculum magnum rati sunt antiqui eruere sepulta corpora, quamobrem & vrendi mos ab humatione deflexit. Priscus enim fuit mos Romanorum condere, inquit Cicero, *2. de legibus.* cadauera, non vrere: donec postquam longinquis bellis obiutos erui cognouere, quamuis plures familiæ antiquum seruassent modum, vt Cornelia, vsque ad Syllam dictatorem, qui voluit cremari metuens talionem, eruto Caij Marij cadauere, teste Plinio, *li. 7. ca. 54.* Thucydidis tempore Athenienses etiam cremabant corpora, vt constat ex secundo eius libro.

28 ¶† Constantinus Harmenopulus, *lib. 6. Promt. c. 5.* legem refert, qua scriptum est, *Qui cadauera in sepulcris spoliauerit, ei manus præciditor.* Iulianus, *l. pergit. audacia. 5. de sep. viol. P.* in eos, qui lapides sepulcrorum amouent, terram euertunt, cespites euellunt, qui ornamenta quædam è tricliniis vel porticibus eorundem abstulerint, sacrilegij pœnam, quam supra diximus capitalem statuit. Et Paulus, *l. fin. eod. P.* Res, inquit, *sepulcrorum si ipsa corpora extraxerint, vel ossa eruerint: humiliores quidem fortunæ summo supplicio afficiuntur honestiores in insulam deportantur: alias, aut relegantur, aut in insulam damnantur.* Imperatores Valentin. & Archad. *l. 3. de episc. audien. libr. 1. Cod. titul. 7. Nullam,* inquiunt, *accipiat vinculorum requiem, qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non sinit.* Marcellus, *l. sepulcri violati. 8. de sep. vio. in P.* sepulcri violati crimen ad legem Iuliam de vi publica quoque pertinere posse dixit, quia violato sepulcro, illud inhabile ad sepulturam cum fiat, fieri videtur vis quominus ne sepeliatur: quod & firmat Marcia. *l. qui cum. §. ad leg. Iul. de vi pub. P. li. 48. P. tit. 6.*

¶† Nulla in summa fuit respub. bene instituta, quæ non improbauerit, & aliqua pœna non castigauerit sepulcrorum violatores, propter vitia, quæ animos ad scelus hoc committendum alliciunt: quia solent effodi, violari, & inuerti sepulcra ab impiis, potissimum tres ob causas: vel, vt in vsus alios rudera & lapides transferantur: vel iniuriæ causa: vel quod vulgarius est, spoliandi mortuos. Siquidem interdum aliqui volunt sepelire ornati, vel cum quibusdam rebus pretiosioribus: quem morem vulgi Vlpian. improbat, *Non oportet,* inquit, *in l. at si quis, 14. §. funeris causa, de vel. & sumt. funer. in P. Scæuol. l. fi. §. fi. de auro & arg. leg. li. 34. P. titul. 2. ornamenta cum corporibus suis condi, ne quia aliud huiusmodi, quod homines simpliciores faciunt. Quemadmodum quæ apud Scæuolam aecedens iusserat inferri sibi dum sepeliretur, quæcunque ferret ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, & virgulas ex smaragdis, tamen eadem non assecuta est.* 29

¶† Sapienter iussit filiis suis apud Xenophontem, *lib. 8. Cyripæd.* Cyrus corpus suum cum è vita migrasset, neque cum auro, neque cum argento, neque alio quopiam loculo condi: verum terræ quam primum reddi, ἡ γὰρ, inquit, τοῦτο μακαριώτατον, καὶ τῇ γῇ μιχθῆναι, τοῦτο ἐκ τοῦ καλοῦ, πάντα ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ φύεσθαι τε καὶ τρέφεσθαι. Quid præstabilius ac beatius, quam cum humo misceri, quæ omnia pulcra parit & educat? Quod & laudat dictum Cicero. *l. 2. de leg.* 30

¶† Contemsit Cyrus loculo concludi, sed humari & sepeliri se iussit: illi quippe & aliis sepulcrorum magna visa est religio, vt de illis non minus, imo magis quam de habitatione quandiu vixerint, soliciti fuerint: & cauerint, ne vllo modo polluerentur etiam extraneorum sepultura, vt neque ex gente sua scelestos paterentur sepulcris suis condi. Veluti Octauia. Cæsar non passus in suo Iuliam stupris diffamatam poni, quamuis ei testamento legauerit, *Dio Cassius. lib. 56.* Pater Horatij victoris Curiatiorum, nec domum filiæ occisæ à fratre cadauer referri permisit, nec maiorum monumentis inferri, nec funebri ornatu exsequiisve dignatus est solemnibus, quod Curiatum hostem reipubl. occisum à fratre defleuisset, *Dio. Halycar. in 3.* Iason, *in l. 3. nume. 3. qui testament. fac. poss. C.* scribit, vt qui viuus non potuit in ciuitate morari, non possit mortuus in eadem sepeliri: idque ex Bartol. *in l. 2. de cadaueri. puniend. P.* 31

¶† Pœna grauissima habita sacrilegij & proditionis in Attica, non sepeliri ex lege apud Xenophontem, *lib. 1. in fin.* Cuius & meminit Æmil. Probus, *in Themist. vita.* Et pro pœna atrociori eruere ex sepulcro ossa. Prohibentur sepeliri in sacris cœmeteriis & ecclesiis, excommunicati in reconciliati ecclesiæ, & si sepeliantur, inde iubentur effodi & eiici, *cap. sacris, 12. de sepult. cap. 1. 24. q. 1. ea sane, 24. q. 2.* Imo & infidelium seu paganorum ossa debent prius exportari è loco sepulturæ, quam Christianus ibi sepeliatur. Neque priusquam eiiciantur consecrari sepeliendis Christianis locus potest, ex concilio Agrippinensi & Aureliac. *c. ecclesiam, & c. seq. de consecrat. dist. 1.* Reconciliatis tamen ecclesiæ sub mortem, vel post, sepultura sacra non negatur, *c. si. de sep. ca. nobis, de sent. excomm. c. qui recedunt, 24. q. 1.* Horribile spectaculum certe videre hominem insepultum, & pium & humanum sepelire, si memores mortalitatis sumus: quod lex Attica demonstrat, *Aelia. li. 5. histor. varia, capit. 14.* iubens, *Si quis in insepultum cadauer incidat omni parte id terra obruat, & sepeliat ad occasum spectans.* 32

DE SORTILEGIS ET MALEFICIS, LIBER XXXIV.

De nomine Malefici, Magi, Mathematici, Sortilegi, & aliis quibusdam.

Cap. I.

1 *Libri 34. ad 33. continuatio.*
2 *Malefici qui, & 3.*
4 *Fœminæ curiosiores, & ad sortilegia viris proniores.*
5 *Matematici, & mathematici qui & differentia.*
6 *Geometria permissa & commendata.*
7 *Magi nomen quid significet. Magus domus, Gallis inde dictum Retomagum, Iuliomagum.*
8 *Magia quid vera, & quid mala. 9. & 10.*
10 *Libri magici comburendi, & aliy improbatæ lectionis.*
11 *Sortilegus & sortilegia quid. Item sortiarius, sortiaria.*
12 Fatilieres *Tectosagis* quæ mulieres, & *fatale fataleſque dies quid.*

Digitized by Google

1 LEgitima †& accommoda tractationi nostræ vis a series est, vt postquam docuimus de hæresi, & aliis criminibus, quę diuinam offendunt maiestatem, agamus de maleficis, & sortilegis, pœnisque horũ criminũ, quæ eiusdem sunt argumẽti, cuius superiora: & eodẽ libro contineri deberent, nisi longior esset tractatio, quam vt paucis capitibus expediri possit, vt proinde propterea libro expedienda sit.

2 ¶†Constantinus Imperator magicis carminibus assuetos, maleficos vulgi consuetudine nuncupari testatur, *in l. & si excepta. 7. de mal. fic. & mathe. li. 9. C. tit. 19.* Idipsum & Lactantius, *li. 2. de orig. err. ca. 17. & in ca. nec mirum, 26. q. 5.* Quamuis enim maleficij nomen ad omnia pertineat crimina, & damnum omne, quo nocetur alteri, vt constat ex pene infinitis iuris testimoniis, *l. ex maleficio de sacerd. in p. & sequens, ff. de obl. apud Iust. §. 1. de obl. quæ ex del. nasc.* ob insigne tamen nocendi studium, quod in sortilegis, lamijs, incantatoribusque esse detegitur, ea κατ' ἐξοχὴν maleficij nomine absolute signantur. Ita augures, vates, Chaldæos, Magos, reliquosque id genus, maleficos vulgus appellat, ob facinorum magnitudinem, *l. nemo haruspicum, §. de malefic.* C. Vt & Valentinianus, Theodo. & Arcadius maleficos, communis salutis hostes dixerunt, *l. si. eo. tit.*

3

4 ¶† Quæ non tantum ad viros, sed & ad fœminas pertinent: quando & curiosior hic sexus, ad artes scrutandas magicas pronior & propensior sit, vt tradunt Rabini, *in præceptis lognace, seu præcep. negativis præcep. 158.* Sic enim & docent verba capitis 22. Exodi, quæ de muliere non viro loquuntur, מכשפה לא תחיה mechascephah lo thechaie, id est, *maleficæ non viuet.*

5 ¶† Qua ratione maleficia distingui possunt à vanis quibusdã & curiosis nimium perquisitionibus & obseruationibus, quarũ sectatores mathematici quoque vulgo dicti sunt aliquando, seipsos tantum, non alios lædentes. Verum cum T. non cum th. Græcorum nominum declinatio & formatio ad amussim nõ se opponat. Alioquin namque proprie mathematici nomen, ἀπὸ τῶν μαθημάτων, & à demonstratione, qua vtuntur mathematici. Vnde & eorum scientia, μάθησις, quæ quatuor illas complectitur, Arithmeticam, quæ de numeris agit: Astrologiam, quæ de syderibus: Musicam, quæ de melopœia & verborũ sonoritate: & Geometriam, quæ de terræ mensura. Atque de priori acceptione & notatione rubrica, vt opinor, de maleficis & mathematicis intelligenda est. Sicut & Corn. Tac. *in 2. annal.* tradit, de mathematicis magisque vrbe pellendis, facta fuisse senatusconsulta. Et D. Aurel. Augustinus, cuius sententiam refert Gratianus, *in c. illos planetarios, 26. q. 2.* genethliacos seu planetarios, mathematicos dixit: Et sic hanc obseruasse differentiam expedit, dum rescriptum CC. Diocl. & Maximiani legimus, *l. 2. de malefic. C.* ¶† *Artẽ Geometricam discere atque exercere publice*, inquiunt, *interest: ars autem mathematica damnabilis est, & interdicta omnino.* Quo loci, Geometria à mathematica distinguitur, & illa necessaria & approbata, hæc omnino illicita. Veluti & Plato, *li. 7. de rep.* Geometriã & ad omnes artes conducere, vt & ceteras, quas proprie diximus mathematicas, edocet, ex consensu Pythagoræ & Glauci. Quibus suffragantur iura, *cano. si quis artem, 37. dist.* Nec etiam aberrabimus, si Tacitum locutum de astrologis diuinatricis seu iudiciariæ curiositatis obseruatoribus nomine mathematicorũ pellendorum putemus: item & CC. Honorium & Theodosiũ, *l. mathematicos, 11. de epis. aud.* C. dum. *Mathematicos*, inquiunt, *nisi parati sint codicibus erroris proprij, sub oculis episcoporum incendio concrematis, catholicæ religionis cultui fidem tradere: nunquam ad errorem primum redituri, non solum vrbe Roma, sed etiam omnibus ciuitatibus pelli decernimus.*

7 ¶†Possent & isti iudiciarij astrologi, olim merito vrbibus expulsi, Magi dici aliqua nominis significatione. Quod inter ceteras magici nominis acceptiones, & magum domum dici annotauimus apud Celtas, ex lectione Ioan. Picardi, *li. 2. Celtipediæ.* Indeque Gallis tractum nomen *Maison*, & in Burgũdia *Magion*, eo quod Samothes regnauerit apud Celtas, teste Beroso, qui filius erat Magi ibique plures ciuitates, & oppida exstruxit. Putatque inde denominata aliqua oppida in Gallia Lugdunensi & Narbonensi, quorum meminit Ptolomæus reliquique Geographi: vt Iuliomagum, id est, Iulij domus: Cæsaromagum. i. Cæsaris domum: Rotomagum, Maguntiam, & similia. Obseruant autem astronomi regiones & plagas cœli, quas in partes, quas domos dicunt, diuidunt. Et ita à domiciliis cæli obseruatis magi recte ea ratione dici possent. Verius tamen est, magos hos, & reliquos rerum mirabilium iactatores dictos fuisse ab vsurpato nimium arroganter sapientum nomine, vt eo specioso homines rudes fallerent, & sacrilegam mentem, & artes sceleratas dolosque tegerent.

8 ¶† Nam vt Celius scribit, *li. 5. c. 42.* vox magus quidẽ Scythis ædificatorem sonat: Persis sapientem: Græcis vero diuinarũ rerum interpretem, exactissime speculantem. Et, vt Plinius ait, *li. 30. c. 1.* is magus olim, qui eruditionem rerum abditarum philosophiæ vtriusque moralis & naturæ callebat, medicinam & mathematicas, in theologia eximie eruditus. Ita magia, cõsummata philosophia circa diuina & humana, potissimum cognitio de Deo & immortalitate animæ: vt & constat ex magia Zoroastri, quæ nunc excusa est. Notat & L. Apuleius, *in apologia 1. quam pro se edidit.* dum ait Magos Persis esse, idem quod nobis sacerdotes: & magiam esse, θεῶν θεραπείαν, cultumque Dei. Quod mutuatum est ex Alcibiade primo Platonis. Subscribitque diuus Chrysostomus, *tomo 2. oper. Homil. 2. in 2. ca. Matthei.* Sic Strabo, *in 1. Georg.* scribit sacerdotes Ægytios, Chaldæos, & Magos, aliqua sapientia ceteros excellentes, principatum & honorem apud maiores nostros comparasse. Et rursum, †*li. 15.* de Persia seriem faciens, iuxta portas Caspias esse nationes Achæmenidarum ait, & magos qui honestum quoddam genus viuendi sectantur. Philo quoq; Iudæus, *li. de specia. legi.* verã magiã, perspectiuam scientiam dixit, per quam naturæ opera cernuntur clarius, eamque vt honestam expetendam: & ex hac corrupta malas prodiisse artes circulatorum, ariolorũ, & similiũ. Sic Diogenes Laertius Persarum Philosophos, magos dictos fuisse, eamque magiam à vetitis artibus separatam, *in proœmio.* tradit. Effecit tamen tandem hominum pessimorum impostura, vt scientia, quæ saluberrimis & præstantissimis constabat initiis, in odium & opprobrium conuersa fuerit, & magi ac Chaldæi nomen exosum fuerit, & damnata, conspurcata impiis cæremoniis & maleficiis ars, vt ex singulis legib. tituli, de maleficis liquet. 9

¶† Et non tantum huius facta, sed & libri improbati flãmis adiudicati, *l. 11. de epis. audien. C. iuncto Vlp. in l. cetera, famil. ercis.* Quemadmodum impiorum aliorum dogmatũ libri, & monumenta Vulcano destinantur, *l. damnato, §. 1. & l. quicunque, §. nulli, & §. seq. de hæret.* C. Et eo pacto quod honori philosophiæ & sapientibus erat, nunc vituperio est & damno, vt nemo sanæ mentis se magum audeat dicere. Nomina quippe cum vulgi & hominum opinione & vsu, vt ait Horatius, *in Arte*, intelliguntur, & ex consuetudine regionis, communiue, nõ singulorum opinione, teste Celso ex Seruii Iurisconsulti sententia, *l. Labeo, 7. de suppell. lega. lib. 33. p.* 10

¶† Quamobrem magi malefici intelliguntur: item & sortilegi dicti. Vocat namque & Plinius, *lib. 28. cap. 4.* sortilegia, omnes magorũ vanas obseruationes. Et hodie quoque, omnes ii eadem sortium declinatione sortiarii, & mulieres magæ, diuinatrices, striges, lamiæ, laruæ, lemures, sortiariæ dictæ, *in can. si per sortiarias, 33. q. 1.* 11

¶† Dicitur & Tholosæ, apudq; Tectosages & Aquitanos, *fatilieres*, declinato vocabulo à fatidicis, seu fatilo quis, diuinis habitis vatibus: vel à fato, id est, pernicie & malis quæ per mortẽ procurant. Siquidem fatum pro morte, & fine, & pernicie: vt fatales dies appellationum vocantur, quibus perit causa apud Azonem, *in summa, de tempo. appellat.* apud Papinianum, *l. 3. de fundo instr. in p.* fatale quod per mortem esse desinit, reliqua omitto. Itaque *fatilieres* dici puto, quod mortem seu fatum maleficis artibus, animalibus, hominibus, aliisque rebus inferant, vel inferre nitantur. 12

De distinctione artium Magicarum & Maleficiorum: & maleficia Pharmaca fieri.

Cap. 2.

1 *Magicæ artes omnes pœna dignæ.*
2 *Magicæ artis summa capita: & quibus rebus nocent magi.*
3 *Venefici magi, qui venenis vtuntur. Et 4. Et de Circe metamorphosi. Et Lycanthropia.*
5 *Pharmaceutria quid. Et fascinandi varij impij quidam modi.*

IVdex, qui† sententiam dicturus est de maleficiis & magicis, distinctione vti debet: quãuis enim magicæ artes omnes animaduersione dignæ sint, *l. eorum, 4. de malefic.* Co. nihilominus quædam maiori implicantur scelere, & quia atrociora habeant in se crimina, & pœnas exigunt maiores. Proinde quod ad forensem considerationẽ pertinet, summatim explicabimus, quæ digna sunt obseruatione, pro criminis magici notitia, & pro vindictæ temperamento. 1

¶† Atque notandum puto, magorum & maleficiorum artes seu scelera, interdum pharmacis seu venenis vti, additis incantationibus, aliisque mediis nocere. Et rursum, aliquando in his pactum cum dæmone expresse initum, fide sacrosancta catholica eiurata: interdum tacitum. 2

¶† Primum caput ex Iustiniano probatur, qui, *in §. item lex Cornelia, vers. eadem lege, de pub. iud. libr. 4. Instit. imperial.* veneficium furtis magicis maritat. *Eadem*, inquit, *lege & venefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis quam susurris homines occidunt.* Idipsum Plato facit, *lib. 12. de legib.* dum agit de pœnis vtriusque. Narrat Homerus, *Odyssea. 2.* Circen venenis, eduliis, & potionibus mixtis, socios Vlyssis in varias ferarum formas mutasse. Quod & sequitur Plutarchus, *in Gallo.* qui tamen philosophice ad mores metamorphosim traducit. Et ne putemus hæc omnino fabulosa esse, quæ in transformationum libris 4. Ouidij recensentur, perhibet D. Augustinus, *in 18. de ciuitate Dei, cap. 18.* 3

in Ita-

Digitized by Google

in Italia se audiuisse esse mulieres quasdam veneficas, artis vsq; adeo illius imbutas, quæ dato caseo statim homines conuerterent in iumenta, quæ necessaria portarent: & hos finito opere iterum in homines restituerent. Quod & refert Agrippa, *li.1.de occul. Philos.c.41.* Referuntur & alia in iure, *ca. nec virum, 26.q.2.* Mirum quidem illud, quod accedit propemodum ad fabulas, de asino Luciani & Apulei, magnaque in illis vis veneni & pharmaci, quæ possit, si remaneat forma humana, mentem fascinare, & oculos spectantium aliorum perstringere & decipere. Nec ignoro tamen has Metamorphoses & Lycanthropiam Arcadum, Plinium irrisisse, *li.8.ca.16.* Accedat his Virgilius, qui canit, *Ecloga 9.*

Hæc herbas, atque hæc Ponto mihi lecta venena
Ipse dedit Mœris, nascuntur plurima Ponto.
His ego sæpe lupum fieri, & se condere sylvis
Mœrim, sæpe animas imis excire sepulcris,
Atque satas alio vidi traducere messes.

Sed de metamorphosi & postea. ¶ †Interim prosequor, magos, sagas, & sortilegos vti & venenis in Magia, aliisque propriis sceleribus Quod & Lucanus in venefica Thessala exprimit.

Hæc quicquid fœtu genuit natura sinistro
Miscetur: non spuma canum, quibus vnda timori est,
Viscera non Lyncis, non dura vndis Hyænæ
Defuit, & cerui pasti serpente medulla,
Non puppim retinens Euro tendente rudentes,
In medijs Echeneus aquis, oculique draconum.

Et Virgilius, *Eclog.8.*

Effer aquam, & molli cinge hæc altaria vitta,
Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus: nihil hic nisi carmina desunt.

Multa ad hæc adde ex Horatio, *in Epod. Ode.5. in Claudiam venefi. & Ode.5. & Satyr.8. primi sermo.* Apollonius quoque Rhodius, *3. Argonauti.* pluribus memorat, Medæam ab Hecate doctâ miscere pharmaca omnia, quibus vel immensi ignis sopiretur flamma, fluuij impetu fluentis sisteretur vnda, astrorum & Lunæ impedirentur viæ. Huc pertinét collyria, vnguenta, potiones, philtra, suspensiones, suffitus, & reliqua similia, quibus vtuntur, vel ad miracula insciis & ignorantibus edenda, cum tamen naturalia sint, vel ad dæmonum præstigia, quæ his non indigent, fucãda. Pari modo & physica in ostentationem transferentes, vel in perniciem, vel ad superstitionem, aut ad impietatem. Sic ex medicis herbis, veneficia facta: ex viribus rerum abditis, sortilegia, & vana quædam supra fidem conficta, vt docet Plinius, *li.26.c.4.* dum de magicis agit herbis.

¶ †Et ideo hanc magiæ speciem dicit Suidas Pharmaceutriã, quam nos veneficam & sagam dicere possumus, quæ etiã imitatur Iatralepticem, de qua Celsus, *in prologo.* in quantum vnguentis vtitur. Nam sæpe constitit sagas & veneficas, puerulos, & pupos, & dormientes vnguentis illitos necasse. Quia virus & venenum oleis, vnguentis, liquoribus, succisve exceptum admouent corporibus & cuti, & ad carnem ossaque penetrat, inde ad viscera & interiora vitalia membra permeat, & medullas: hocque aliquando pupillas mammarum inungunt, porriguntque fugẽtibus, & ita toxicum exhibent, vel oculis venena vel halitũ grauem spirant, inunctis insuitis collyriis oculis, vel permansis quibusdam, quæ odoris sunt inficientis: vel aliis similibus adhibitis, infectisque tunicis, vestibus, liminibus, parietibus, candelis, sertis, chirothecis, strophiolis, aliisque veneno aliquo contagione lædente vel occidente. Et in summa varie adhibent pharmaca, vel intra corpus ingerentes, vel circa corpus & extra, vel in ambientibus corpora: veluti dum corrumpunt, inficiunt, & conspurcant elementata, aerem, ignem, & similia, quæ tacenda potius, quam euulganda.

De Diuinatione.

Cap. 3.

1 *Artes magicæ cur artes dicantur.*
2 *Magicæ artes duplices, vel diuinatrices, vel mirabilium & scelerũ effectrices.*
3 *Diuinus quis.*
4 *Diuinationis duæ causæ, ars & furor.*
Diuinandi variæ species. Et 6. & 7.
7 *Augurionum & auspiciorum species. Collegium, & vnde augures sumebantur. Et 8.*
5 *Aruspices qui, & prohibitio eorum. Fanatici qui, & vaticinari quid.*
16 *Oracula Dodonea, Triphonia, tripodis, &c.*
9 *Diuinatio vmbilicomantia quæ, & gallinarum, vesicæ, extorũ cum similibus. nu.12.13.14.15.16.17. & 18.*
10 *Sortilegia per literas vetita. Et de sortibus Virgilianis, Musai, & alijs, nu.20.21.*
11 *Sortilegi Delphici sacerdotes.*
12 *Sortilegæ mulieres Germanæ.*
24 *Omnia bona & mala vnde capta. Et Calendarum Ianuarij diuinationes.*

MAgicæ † vetitæ vanitates, artes dici possunt, cum ratione quorundam præceptorum & regularum, quibus impietas vtitur, tum etiam propter fraudes & dolos, qui artes dicũtur in iure, *vt in l.1.de suffra. C. ibi, si artibus moram nectant. Et in l. omnes, de præscri. 30. vel 40. an. ibi, omnes nocendi artes amputantes. Et in c. quicunque, 22. quæ 5. ibi, quacunque arte verborum quis iuret Deus nõ decipitur.* Et antiqui Λαδικαμάχαν, instructum duodecim artibus, versutum, versipellem, & dolosum valde dicebant. 1

¶† Porro istarum artium & fraudium duo sunt summaria capita Iurisconsultis perpendẽda: vt aliæ sint diuinatrices, aliæ mirabilium & scelerum effectrices. Diuinatrices versantur in curiosa, superstitiosa, & impia indagatione præteritorum, absentium, & futurorum. De diuinatricis prohibitione, & de non diuinatrice iura nota sunt, *l. si excepta, & l. nemo aruspicum, de malef. & math. C. in l.4. & l. nulli magicis, &c.* 2

¶† Diuini dicti sunt quasi Deo pleni, quippe quod diuinitatis se esse plenos simulent & mentiantur, dum astuta coniectione vel cognitione naturali futura prædicunt, & abscondita. 3

¶† Duo genera diuinationis, ars & furor. Sic enim meminit D. Augustinus, *li. de natu. Dæmo. in c. igitur genus, 26.q.4.* Et ita Plato, *in Phædro*, duas species diuinationis facit, μανίαν & ἐυτεχνίαν. Μανίαν, vnde dicit vocem profluxisse μανιὼν, & interiecta litera T. μαντιὼν, & hanc dicit cum afflatu dæmoniaco conceptam cum furore, vim fatidicam & diuinam. ἐυτεχνιὼν artem ex legibus seu regulis certis, & signis aut physicis, aut aliis superstitione assumtis. 4

¶† Diuinatrices certe eo vsque numero excreuerunt, vt vix res sit aliqua, ex qua diuinationem accipere vanitas & impietas non tentauerit: quæ ad quatuor genera reduci possunt. ¶ 1. Ad diuinam seu πνευματικὴν, quæ sancta est prophetia ex sancto Spiritu. Et extra Dei ecclesiam mania seu pseudoprophetia & fanatica, de qua postea. ¶ 2. Ad physicam, quæ est ex viribus & naturis rerum, & serie ordineve & caussis præfatio & declaratio, qualis aliquando ex physiognomia colligitur, ex astrologia, & similibus. ¶ 3. Ad Diabolicã, quæ per dæmonum ministerium & inuocatione & impietate fit. ¶ 4. Ad communem, cum his omnibus postremis. Nos de improbatis hic tantum agere decreuimus, omissa sacrosanctę prophetiæ & mirabilium Dei inquisitione. Sed nec de improbis omnia dicemus, quæ nouimus, ne moueamus camarinã, sed pauca, quæ ad pœnam constituendam pertineant, aperiemus sumpatim, nec alia ratione, quam vt iudices breui elencho norint omnes impostorum blasphemas artes, neve quod speciẽ interdum religionis præfert, alioquin tamen impium, impunitũ relinquant. Artium autem harum aliquas Lilius Gregorius Giraldus, *li. de dijs seu Iaolos gentium, syntag.7. dum agit de Apolline.* aliquas Vnerus, *li. de præstig. Dæmon. c.1. & 12.* alias Barthol. Cocles, *in anastasi physiogno.* alias tradunt Rabini, *in commenta. ad precep. affirmati. 36. & 52.* & Paulus Israelita quoque, *in d. precepto.* & Franciscus Venetus, *tom.2. proble. sacræ script. problema. 275. 276. 277. & 286.* De vndecim speciebus meminit ius diuinationis, *in cap. illud, 26.q.2. & seq. & in ca. igitur, & can. seq. 26.q.3.* Erãt inter species vanitatis diuinationis huius quæ sequuntur.

λεκανομαντεία, *lecanomantia*, ex pelui & aqua immissa, vbi nequam consulebatur dæmon.

γαστρομαντεία, *gastromantia*, per quam non vocibus, sed figuris respondebatur.

κατοπτρομαντεία, *catoptromantia*, diuinatio ex speculis nitidissimis.

κρυσταλλομαντεία, *crystallomantia*, vaticinium ex polito crystallo.

δακτυλομαντεία, *dactylomantia*, per annulos ad certas cõstellationes fabricatos.

ὑδρομαντεία, *hydromantia*, ex annuli ictib. in Cyatho aquæ factis: sed & aliam hydromantiam damnant iura, *ca. nec mirum, 26.q.5.* quæ fit per aquam, in quam aduocantur & consuluntur vmbræ dæmonum, & fiunt imaginum ludificationes.

ὀνυχομαντεία, *onychomantia*, ex vngue pueri impolluti.

κοσκινομαντεία, *coscinomantia*, diuinatio per cribrum.

ἀξινομαντεία, *axinomantia*, diuinatio per secures.

γαστρομαντεία, *gastrimantia*, per spiritum pythonicum ex vtero respondentem.

κεφαλομαντεία, *Cephalomantia*, per caput asini assatum super prunas.

κληρομαντεία, *Cleromantia*, per sortes fortunæ Prænestinas, de quibus & Valer. Maxim. *in 1.c.4.*

Oniromantia, per insomnia diuinatio.

Botanomantia, ex herbis diuinatio.

Necromantia, per manes & defunctos elicitos, vt credebant,

Necyomantia, ex cadaueribus.

Sciomantia, ex vmbris.

Astragalomantia, ex iactu astragalorum.

Geomantia, ex proiectione punctorum & linearum.

Astronomia, per astrorum iudicia: vnde genethliaci, *c. illud, 26. q. 2.*

Physiognomia, ex facie inspecta.

Chiromantia, ex inspectione linearum manuum.

κεφαλομαντεία, quæ fiebat per æneam phialam, plenam vino in mi-

Digitized by Google

nora pocula transfuso ab alto: vnde captabant amasij diuinationem, de qua Cæl. Rhodig. *li.* 15. 6.

Pyromantia, cum ceræ pila, igne incensa. Erat iuxta Ismenum fluuium Thebarum Apollinis Ædes, vbi immolatis hostiis & impositis in ignem, sacerdotes vaticinabantur: de quo meminit Sophocles in Oedipo Tyranno 161. ἐκ' ἰοὺ ἰοὺ τὸ μαντικὸν σταδᾶ, &c.

Spatulamantia, per os hirci recenter occisi.

6 *Splanchnoscopia*, ¶ vel haruspicina, haruspicum diuinatio, per extorum inspectionem: ab hatuga seu Hostia, vel ab ara demta litera H. diuinatio dicta. Prohibita nominatim, *in l. 2. de paga. C. & in l. nullus. C. de malefic. & mathemat.* Non ignoramus tamen probatam antiquis paganis, & Ciceronem, *3. de diuinat.* notasse, reipub. causa, communisque religionis esse colendam.

7 ¶ † Erat & οἰωνοσκοπία, auspicium augurum, ex auibus sumtæ diuinationes: hæ dictæ Prępetes, si ex volatu colligerentur: si ex cantu & ore, Oscines, vt auctor Varro, *5. de ling. Lat.* Quibus & accedebat ex pastu diuinatio, pullis gallinaceis ex cauea eductis. Cuius vanitatis apud Ethnicos Romanos erant collegia, nempe augurum: neque quicquam publice aut priuatim fiebat, magnum aut paruum, inconsultis auguribus, vt ait Dio Cassius, *lib.* 37. & Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 1.* Eratque lex 12. tabul. *Omnium magistratuum auspicium ius titiumque esto.* Exstant & plura exempla de omnibus, & de augurijs apud Valer. Maximum, *idem libr. 1. cap. 4. & 5.* & de inuentione eorum tractat Polydo. Vergil. *libr. 1. de inuento. rer. cap. 22. 23. 24.* Et Plinius, *libr. 7. cap. 56. & lib. 8. cap. 28.* Romæ augurum collegium maxime solemne tradit.

8 ¶ † Erat adeo frequens augurtiorum captatio, vt principia ipsa rerum auspicia dicta sint, *vt in l. fin. de interd. Cod. & alibi.* apud probos linguæ latinæ auctores. Sed & auguria non tantum ex auium garritu, insessu, saltu, vel volatu, verum etiam ex ouis capiebantur, vt ait Plinius, *lib. 10. cap. 55.* & ex piscibus apud eundem, *lib. 9. cap. 16.* ex muribus, & vulpe, *lib. 8. cap. 28.* & aliis.

9 ¶ †. Arioli quibusdam dicuntur & harioli quasi farioli, à fando vel ore prædicendo, χρησμῳδοὺς alij dicunt vates, diuinationem ore promentes μάντεις. Sustulit ariolos Samuel de terra, *1. Reg. 28.* & prohibuit Deus, *Leuit. 19.* ab ariolis quicquam suscitari. D. Augustinus, *lib. de nat. Dæmon. & can. igitur, 26. q. 3.* ariolos putat dictos, quod circa aras idolorum nefarias preces emitterẽt, & funesta sacrificia exercentes responsa acciperent dæmonum. Vlpianus fanaticos dixisse videtur, qui aliqua profantur, caput iactantes, circa fana bacchantes, & quasi dementes, respõsa dantes, *in l. pen. de ædili. edict. lib. 21. P. tit. 1.* Fanaticus à fano seu templo, quod fando dedicatur: vel à fando. Et qui prædiuinando solent fari, fatidici dicti: vt & vaticinari, inquit, Varro, *5. de Ling. Lat.* quod vesana mente faciunt, Græcis ἐνθουσιῶσι, ὑποφαίνουσι.

10 ¶ † Ad hanc speciem diuinationis refero alias plures, quas cõminiscebantur edi per Bacchidas furentes, ex Tripode, ex antro Triphonij, ex quercu Dodonea, & columbis eius vel tympano: ex aquis Castaliæ, fonte Colophonio, lebete Thesprotio, & aliis, quorum dæmonica oracula aduentu domini nostri Iesu Christi obmutuerent, superatis illorum administris dæmonibus. Sicque siluit Apollo Colophonius, Delius, Pythius, Clarus Didimæus, Amphiaraus, Amphilochus, & Hammonis oraculũ, vt scribit Theoderitus, *lib. 10. de curat. Græc. affect.* & Plutarchus, *li. de cessat. oracule.*

11 ¶ † Vmbilicomantia, ex vmbilico apud Coelitem diuinatio.

12 ¶ † Est & apud eundem expilatio gallinarum, genus diuinandi.

13 ¶ † Meminit commentarius Euripidis, *in Phœnissis*, fuisse ratione quoque diuinandi priscis ex cauda victimæ: si enim repanda & incurusta fuisset in igne, difficultas, & effectus belli periculosus: si protensa & deorsum vergens, clades & calamitas: si in sublime, victoria protenderetur. Eius verba, τὸν δ' ἐμὸν ἢ ἰοὺ ἰοὺ· τὸ γὰρ ἡ δὶ αὐτὸς μαντεῖα. κρεμαστὰ γὰρ ὑπὸ ἢ πυρὸς συμβαίνει ἀνάγκαι πολέμοι· ἐπιτεταμένη δὲ ἡ κρανίνεται. ἔστιν ἐπιτεταμένη ὑπὸ ἢ ὑπὸ, νίκαι.

14 ¶ † Ritus etiam fuit Aruspicibus in sacris vesicam obturatam lana victimarum, vinctamque igni iniicere, & ex crepitu vel inculatione vrinæ cum rumperetur, coniectare, diuinareve. Sicut & idem enarrator Euripidis notat, *idem, in Phœnissis.* ἡ κύστις, inquit, τὸ σῶμα ἐφίησι διαμῦσαι ἐπιτεταμένον τῷ πυρὶ, ἢ παρατείνει οὐδὲ ῥαγὲν,

15 ἢ ποῦ τὸ οὖσον διαπτύσῃ: Alios † modos Iuuenalis prodidit, *Satyr. 6.*

Spondet amatorem tenerum vel diuitis orbi
Testamentum ingens, calida pulmone columba
Tractato Armenius vel Commagenis haruspex.
Pectora pullorum rimatur, & exta catelli,
Interdum & pueri, faciet quod deferat ipse, &c.

Sed hæc omnia protinus, vt ridicula & simul impia reiicit Chri-

16 stianus, vt prohibita. ¶ † Prohibetur & species magiæ, Hebræis dicta קסם kasam, id est, *præsagium* futurorum, *Deutero. 18.* & *Hierem. 27.* Sicut & ונן nabas, nobis *augurium*, *Deutero. eo. ca. 18.* & *2. Paralip. c. 33.*

17 ¶ † Alia diuinandi successus rerum formula, Idololatriæ describitur ab Ezechiele, *cap. 21.* dum dicitur, quod rex Babyloni, stetit in biuio in capite duarum viarum, diuinationem quærẽs, commiscens sagittas, interrogans idola, & exta consulens.

¶ † Mentio fit de sortilegis in iure, *in ca. sortilegi. 26. q. 2.* qui sub 18
nomine fictæ religionis, per quasdam, quas sortes apostolorum vel sanctorum vocant, diuinationis scientiam profitentur: aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt, quibus inest tacitum pactum & symbolum dæmoniacum, *vt probat ca. illud, in princ. 26. q. 2.* ¶ † Ideo & censura huic vanitati er- 19
roris apertionis librorum adhibita, *c. 1. de sortileg.* Vocat Cocles *literamantiam.* Atque Christianis sortes vetitæ Virgilianæ, id est, quæ ex apertura voluminis Virgilij captari solitæ erant, quibus vtebatur Adrianus, vt Auctor Ælius Spartianus, *in Ælio Adriano.* Quem quidam eadem animi leuitate cum impietate secuti sunt, arbitrati aliquid in poetis diuinitatis latere, cum ab illis illud magnificum accepissent, quod iactitat Ouidius:

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo:
Impetus hic sacræ semina mentis habet.

Et rursum, *Ouid. 3. de Ponto.*

Est † Deus in nobis, sunt & commercia cœli, 20
Sedibus Aetherea spiritus ille venit.

Sic scribit Trebellius Pollio, *in Claudiano.* Claudianum Cæsarẽ sortes multas ex carminibus legisse. Tales & fuerunt olim sortes Musæi, quarum edifferator fuit Athenienſis Onomacritus, Athenis eiectus ab Hipparcho Pisistrati filio, quod per Lasum Hermionis deprehensus fuisset inter Musæi sortes hanc quoq; inseruisse: fore vt insulæ Lemno adiacẽtes, mari submergerẽtur, vt auctor Herodotus, *li. 7. in Poly.*

¶ † Transtulerunt hanc sortium vanitatem quidam ad sacra 21
bilia, vt ex iis quæ in illis occurrerent notionem susciperent: quem morem improbat quoque D. Augustinus, *in Inquisition. ad Ianuarium.* his verbis: *Hi qui de paginis euangelicis sortes legunt, etsi optandum est, vt id potius faciant, quam ad dæmonia consulenda concurrant: tamen ista mihi displicet consuetudo, ad negotia secularia, & ad vitæ huius vanitatem, diuina oracula velle conuertere. Referuntur & hac in cap. hi qui, 26. q. 2.* Scribit Paulus Æmilius, *li. 7. hist. Fræc. in D. Ludou.* tempore Iunocentij IV. Imperatorem Tartarorum seu Scytharum, cum statuisset ex ieiunio & sterili solo suo, in Hungariam & proximas nationes irrumpere, cunctaretur tamẽ quod suspicaretur sibi cum validissimis ducibus, & fortissimis gentibus rem fore, quæ sua egregia tutarentur, sortes cõsuluisse: dataque ei dictio fertur, ne dubitaret fines egredi: quare inde egressus cum sociis, subegit Parthos, Chorasanios, Syros, Hierosolymos, & alias nationes.

¶ † Vtebantur & sortibus Delphici sacerdotes, si credamus 22
Horatio, *de arte*, dum ait,

Et diuina futuri
Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

¶ † Narrat Plutarchus, *in vita Iulij Cæsaris*, sortilegas plures 23
fuisse apud Germanos, quæ & Germanorum perturbant exercitum per sua vaticinia, quæ per fluuiorum cursus, vorticẽ strepitumque coniectantes, futura prædicebant: nec eos ante prælium committere sinebant, quam noua fulsisset Luna.

¶ † Erat aliud diuinationum vel superstitionum genus, per o- 24
mnia quæ à multis rebus capiebantur: veluti ex sternutatione, corrosione soricum, offensione pedum ad limina, ex singultu, salu seu pulsatione venarum, occursu hominum, vel ferarum, & ex aliis vanissimis prohibitis, *in cap. illud quod est, 26. q. 2.* Obseruabantur & ideo calendæ Ianuar. boni fati augurio dies Ægyptiaci, dies alij, horæ, momenta constitutionis cœli, & situs stellarum in agendis operibus, quæ tamen ex animi electione, non ex elementorum imperio sequuntur: ideo & hæc improbata merito, *cap. non licet, & cap. si quis, &c. admonent, cap. pen. 26. q. 7.* ob superstitionem. Non tamen omnis electio dierum & tẽporum, quæ naturalem habent causſam, in satione, aratione, vel fructuum collectione, & in similibus naturalibus, de quibus Ratus in Phænomenis, & alij, reiicienda. Sunt enim obseruationes istæ naturales vtiles in multis, quia temere cœlestia facta nõ sunt, aut perperam: sed elementa ad illa vt superiora respiciũt, illisque reguntur. Et proinde recte obseruantur in re rustica, nauigatione, medicina, & similibus.

Quæ Prædictiones vetitæ non sunt.

Cap. 4.

1 *Prænotiones quæ non sunt prohibitæ.*
2 *de Dierum & Temporum obseruatione vbi tractatum sit.*

PRænotiones † quædam sunt, quæ pendent ex causſis præce- 1
dentibus à natura: Quamobrem illæ, si sine superstitione docantur, non erunt vetitæ, sed laudabiles. Neque improbat Deus Dominus, imo exprobrat Phariſæis, quod futuras diei tẽpestates ex facie cœli prænoscerẽt, non voluntate Dei. *Hypocritæ faciem cœli & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis, Lucæ 12. in fi.* Sic ex cometis, pareliis, iride, aliisque cœli

meteo-

Digitized by Google

meteoris & impressionibus, & astrorum, siderumque, animaliũ obseruationibus, & agricolæ, & nautæ, & astrologi futuras aeris mutationes, & quæ ex illis sequuntur, non improbe præsagiunt, vt docuimus in astrologicis & de nauigatione libris in 2 Syntaxibus, & in li. 4. †Prælu. optimi Iurisc. ea quæ ad obseruationem dierum & temporum sancte referuntur, & vtiliter pertractauimus, vt opus non sit, crambem recoquere.

Quæ Sortes, & quando non sint prohibitæ.

Cap. 5.

1 *Sortium vsus quomodo adiaphorus.*
Sorte quæ res dirimantur in iure ciuili licite, eod. & num. 2. 3. 4. 5. & seq.
2 *Familiæ erciscundæ iudicium sortes admittit.*
3 *Electio sorte dirimenda in optione plurium.*
4 *Documenta hereditaria apud quem esse debeant.*
5 *Homicidæ Iulij Cæsaris remunerandi.*
6 *Iudicium capitale per sortes. & 7.*
8 *Iudicia facta per sortes in lege diuina.*
9 *Sortium & vrnæ antiquorum iudicia gentilium.*
10 *Sortitio & delectus Senatorum Augusti.*
11 *Equus centum miliaria in vno die faciens sorte datus.*
12 *Sortitione delecti ad pœnam milites, & sacerdotes idolorum.*
13 *Sorte magistratus Veneti electi.*
14 *Sorditi iudices qui. & subsortiti.*
15 *Sortes cuiuscunque generis interdictæ Christianis, & quando permissæ.*

1 VIdetur †sortium vsus quodammodo inter adiaphora constitui, vt & modus & finis, ratione cuius sortes mittuntur, distinctionem facere videantur. Nam si sine superstitione iaciantur, & pro dirimendis dubiis rerum eiusdem priuilegij & fauoris concurrentibus, interdum in iure permissæ videntur.

2 ¶ †Veluti in tribus iudiciis, communi diuidundo, familiæ erciscundæ, finium regundorum: in quibus vtriusque litigatoris par causa est, & is qui prius egerit, actor vel petitor dicitur, *l. in tribus, de iud. in P. l. 2. §. si. com. diuid. l. inter coheredes, §. qui familiæ, fam. ercisc. in P. l. iudicium, fin. reg.* Si tamen ambo litigantium ad iudicem simul prouocauerint, sorte iudicium redimendum est, quis

5 eorum partes actoris sustinebit, *l. sed tum ambo, de iud. in P.* ¶†Pari modo, si optio legato relicta fuerat rerum plurium legatario, qui ante optionem pluribus heredibus relictis decesserit, iique conuenire non possint in re eligenda sorte, electio & optio vni ex illis adiudicatur, *l. si duobus, C. comm. de lega. §. optionis, de leg. ap. Iusti.*

4 ¶†Quando etiam heredes æquis partibus instituti, non possunt inter se conuenire apud quem illorum remaneant cautiones hereditariæ, quas vulgus dicit documenta hereditatis, sorti ea de re eos oportere placuit, vel ex consensu & suffragio eligere amicum, apud quem deponantur, *l. si quæ sunt cautiones, famil. erciscund. in P.*

5 ¶†Narrat Appianus, *2. de bell. ciuil.* post mortem Iulij Cęsaris, cum essent discrepantes sententiæ in senatu de remunerandis interfectoribus sortes tradendas postulatum fuisse.

6 ¶†Scribit & in commentariis belli Gallici Cęsar, *lib. 1.* M. Valerium captum ab Arioui sto, sortium beneficio liberatum, eo quod se præsente ter fuerit consultum sortibus: vtrum igni statim necaretur, an in aliud tempus reseruaretur. Vt inde possimus etiam colligere, apud gentiles & sorte diremta fuisse ali-

7 quando iudicia. ¶†Veluti & consentit historia Hester, *c. 3.* Assyriis etiam morem hunc aliquando fuisse: siquidem inibi relatum est, præpositum Assueri regis Assyriorum Amanum, sortes in vrnam misisse, quæ illis Phur dicebatur, pro die dicernenda

8 vniuersalis Iudæorum interitus. ¶†Distributæ partes terræ Israelitis per sortes, *Num. 33. Iosue, 15. Ioseph. li. 5. antiq. ca. 3.* Missis sortibus iudicatum peccatum Ionæ, 1. Sortibus quoque detectus, qui ex anathemate sustulerat, *Iosue, 7.* vt & iisdem Ionatæ

9 præuaricatio, *1. Reg. 14. c. 1. 26. q. 2.* ¶†His electus in Apostolum D. Matthias, *Actuum, 1.* Explicat P. Victorius, *li. 25. var. lect. ca. 15.* sortiendi consuetudinem, & vsum antiquum ex vrna: quãdo immittebantur situlæ vel hydriæ cum aqua, & sortes, id est, tabellę quædam diuersæ materiæ, quæ significationem certam habebãt, & inde postea quod prius capiebatur, iudicium constituebat, vt in Cassina Plautus indicat, vbi senem illum virginis amatorem, postquam id quod cupiebat à seruo impetrare non potuit, inducit ita loquentem, sortique totam rem committentem.

Intro abi, atque actutum vxorem euoca, ante ædes cito,
Et situlam huc affer to cum aqua, & sortes.

Docet & Pausanias, *in Messenia.* aliquãdo quoque sortes ex terra fuisse factas, cum agit de diuisione agri Messenij concupiti à

10 Cresphonte contra Aristodemum fratris filium. ¶†Octauianus alio sortiendi modo vsus est: cum enim senatus contemneretur propter numerum nimium, eumque vellet restringere primũ delectũ ex omnibus triginta optimorum senatorum fecit, eosq; iureiurando adactos iussit singulis quinque virorum nomina scribere, ita tamen vt nec cognatos suos in hos referrẽt. Dehinc ex hoc quinario vnum sorte delegit, & sic elegit triginta, auctore Dione Cassio, *li. 54. hist.* Sic probus Cæsar, dum adhuc dux 11 solum esset, teste Flauio Vopisco, *in eius vita.* sorte in vrnã missa iussit equum præstantem, centum miliaria in die facientem, captum ex Alanis, militi cui sors ex vrna contigerat dari.

¶ †Iulius Cæsar, apud Dionem, *lib. 41.* sorte ad mortem sedi- 12
tiosos delegit, audacissimos quosque: ita enim eos composuerat, vt illi sorte notarentur. Legimus & per sortes aliud insigne iudicium apud Nicephorum Cali. *li. 14. hist. eccl. c. 18.* & apud Socratem, *li. 11. hist. tripar. c. 8.* cum enim Persæ idololatriæ, ignem & elementa adorantes, animaduertissent Idigerdem regem, Marutham Mesopotamiæ episcopum Romanorum honore summo venerari, veriti ne is rex cum amicitia, vna etiam Christianorum legem amplecteretur. Magi sacerdotes fraudem cõmenti sunt, atque in cubiculo, vbi perpetuus ignis asseruabatur, quẽ ibi ex consuetudine rex adorabat, subtus terram astute hominẽ infoderunt, qui veluti ignis loqueretur, regem vt impium exire debere diceret, quod tanto tempore episcopum Christianũ, Deo earum ratus, amaret. Quo audito, res existimans oraculum ab igne redditum, Marutham à se reuerenter reiiciendi consilium cœpit. Quo admonitus Marutha, regem etiam admonuit, vt ad ignem rediens, vnde audierat vocem, fodere iuberet, dolũ detecturus vocis humanæ, non ignis qui res inanimata est: quod cum fecisset rex, inuenit ibi hominem infossum, & detecto dolo magos pœna addecimauit, & Maruthæ vbi vellet, ecclesiã struẽdi dedit facultatem. Narrat & Suetonius de Augusto cohortes, si quæ cessissent loco, decimatas hordeo pauisse. Et Liuius quoque, *2. ab vrbe cond.* eandem ob causam exercitum decimatum ab Appio Claudio consule ait.

¶ †Ex delictis magistratus quoque sortibus apud Venetos e- 13
ligi ex vrna, docet Contarenus, *li. 1. de repu. Venet.*

¶†Et alibi idipsum vsurpatum ait Panormitan. *in ca. fi. de sor-* 14
tileg. Erant & iudices ex equitum ordine Romæ per sortes electi, prætore vrnam mouente: etsi qui ex illis reiiciebantur, iterum subsortiebantur alij in eorum locum, vt constat ex oratione Ciceronis in Pisonem, & Asconio Pædiano in diuinationem Cicer. Inde dicimus & hodie retento nomine Ressorum, à prisco illo sortiendi iudices more. Cornelius Tacitus quoq; libro de moribus Germanorum refert, religionem Sueuorum, vsum fuisse sacris sortibus Osindis & Isidis, & ex putata frugifera virga sacerdotes diuinasse, *Sortium*, inquit, *consuetudo simplex virgam frugiferæ arboris decisam, in surculos computant; eosque notis quibusdam discretos, super candidam vestem temere ac fortuito spargunt. Mox si publice, cõsulitur sacerdos ciuitatis: si priuatim, ipse paterfamilias, precatus deos, cælumque suspiciens ter singulos tollit, & sublatos secundum præmissam notam interpretatur, &c.*

¶†Quibus & similibus exemplis aliqui sibi persuadent, sorti- 15
bus vti non esse improbum: falluntur tamen, & aberrant toto cœlo, vt dicitur, totaque via dum nulla adhibita distinctione boni & mali, & sortium & causarum in vniuersum & promiscue sortes in omnibus recipiunt, cum tamen illæ prohibeantur, *c. nõ exemplo Matthiæ, & ca. non statim, 26. q. 2. ca. fi. de sortil. li. 5. Decretal.* Quocirca & antequam ad sortium iudicium perueniatur, distingui par est: si plures admitti velint ad idem, vel ad eundẽ actum gerendum, vel si circa aliud concurrant, quod non nisi vni vel saltem non omnibus, concedi potest: num ij qui cõcurrunt dissideant in facto vel in iure. Si factum controuertatur, & probatione indigeat, illud sortis iudicio non committetur: quia dicenti incumbit onus probandi, *l. 2. de probat. in P. l. actor*, C. *eo. tit. l. qui accusare, de edend. C. l. res, Cod. de rei vind.* Quod si de iure controuertatur, id est, de eo quod iure certum non est, rursum distinguunt interpretes: an quæstio controuersia alterius contineat præiudicium, an eorum qui controuertant tantum. Atq; in primo capite, iudex ad tertij alterius petitionem cuius interest, iubere potest controuertentes de eadem re conuenire, & sorti committere inter se negotium: ne tertius, qui vnica actione tenetur, vel experitur, cogatur pluribus respondere, vel contra plures agere, *l. huiusmodi, 86. §. fin. de l. 1. l. cum filius, §. varius, de l. 2. l. nemo ex ijs qui negant, 44. §. quoties de regul. iur. fic. intelligenda glo. singular. in hac tract. l. vni, in ver. prohibebit, in fin. vti possid. li. 8. C. tit. 6.* In secundo autem casu, si diffidentium tantum interest, & de potiori causa inæquali iure certetur, nec interest tertij alterius pro re vel de facto iuris ambigui, vtrinque præponderante ratione: siquidem neuter sorti velit rem committere, se mutuo impediunt, *vt in l. 2. §. fi. quib. mod. vsusf. amit. P. & in l. quoties, de vsufr. in P.* Sin autem aliter illorum velit, tunc iudex alterum coget, *& ita intelligendum putant l. si duobus, C. comm. de lega. & similes.*

De quibusdam aliis Diuinandi generibus.

Digitized by Google

Cap. 6.

1 *Engastrymitis, & Ventriloquus vates qui.*
2 *Diuinationis species, & virgarum diuinatio, & num. 3. 4. 5. 6.*
3 *Psichagoges qui, & saga quid.*
4 *Aldelruna qua.*
5 *Draconis cor diuinare, vt dicunt, facit.*
6 *Enthei qui, & fanatici item, & de Cumæa Sybilla.*
7 *Bacchanalia Senatus Roma pepulit.*

1 ENgastrymitis, † vt Suidas ait, *in eo verbo.* Ventriloquus dæmon est, quem quidam *Pythonem* dicunt. Sophocles *Stoomantim* vocat, quasi vatem præcordialem dicas. Plato Euryclem, ab Eurycle tali vate. Philochorus etiam, *lib. 3. diuinat.* mulieres tradit Engastrymitus, quæ manes euocauerint: qualis illa, qua vsus est Saul, 1. *Reg. c. 28.* Vocatur & ventriloqua in gestis Apo-
2 stolorum. *Act. c. 16.* ¶ †Erant magicæ variæ superstitiones, quibus diuinabant, vel remedia se præstare magi dicebant, quas videro apud Plinium, li. 28. c. 4. & 2. & 3.

3 ¶ †Sunt apud Scythas diuinantes per virgas, quas vocant *Enaries*, vt auctor Herodotus, *li. 4. Goetia, Suid. in verb. γοητία.* seu γοητία, quæ manes inuocatione elicit, dicta à lamentis & fletibus, qui ad sepulcra fiunt: qui hac vtuntur, Psychagoges etiam Græcis dicti. Talis in sacra pagina Pythonissa, 1. *Reg.* 28. Gottice hæc saga *Alruna*, vel *Aliruna* dicta: qualis ea, quæ Marcomiro filio Antenoris regi Francorum euocauit manes, & elicuit responsa futuri imperij, *de qua Ioan. Trithem. lib. 1. breuiarij histo.*
4 *Franco.* ¶ †Ioannes Magnus Gothus, *li. 6 hist. Gothi. ca. 24.* Aldelrunas appellatas Gothice mulieres, magas dicit: quod Gothice runa, ars sit, & aliquando magia. Et inde lapides complures in Gothia, characteribus Gothicis inscriptos, hodie quoque vocari *Kunasten.*

5 ¶ †Inter species diuinationis & illa annumeranda est, quæ si vera est physica, & non improbanda erit, quam ex Draconis epate vel corde comestis, procedere dicunt. Auctorque est Philostratus, *lib. 3. de vita Apoll.* in Paraca ciuitate Indorum, homines ex eo animalium concentus admurmurationesque intelligere. Quemadmodum & auium garritus intellexisse Apollonium Thyanæum asserit Philostratus.

6 ¶ †Diuinabant per furorem illi, qui quodam numine se afflari dicebant, qui ἔνθεοι & θεοφόρητοι, quod non sua sponte, sed diui no numine ferantur. Vocat fanaticos Iurisconsultus, qui caput iactantes quædam profantur, *l. 2. §. exempli, de ædili. edi. P.* qualis Cumæa Sybilla describitur à Virgilio, *6. Aeneid.*

Cui talia fanti
Ante fores subito, non vultus, non color vnus,
Non compta mansere coma: sed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument, maiorque videri,
Nec mortale sonans, afflata est numine quando
Iam propiore Dei, &c.

Paulus Ægineta, *lib. 3. de mania & melancol.* sic de iis scribit, οἱς ἂν δοκῶσιν ὑπό τινων μειζόνων ἐπιφοιτᾶν καὶ ἐπιπνεῖσθαι, καλοῦσι τοὺς θεοφορουμένους ἰδίως ἐνθουσιῶντας, id est, *Sūt qui videantur à maioribus potentiis regi, & futura prædicere, instar eorum qui numine afflati dicuntur, quos proprio nomine Entheasticos,* id est, fanaticos *appellant.* Interpres Callimachi Græcus, *in hymnum ad Apollinem.* hunc afflatum diuinatorem dixit θεομανῆ, θεομανές, inbuit, λέγεται, ὅτι πᾶς μαντευόμενος τὰ θεῖα, καὶ ἐνθουσιῶν καὶ ἐνθουσιῶν. καὶ ὅταν μὲν ἐνθουσιῶσι τὰς μαντείας ἀληθεῖς φῇ, ὅταν δὲ ἐνθουσιῶσι, ψευδεῖς, id est *Theiasmus seu afflatus ille, dicitur de prædicentibus & referentibus diuina, & accedere & recedere. Quando autem aduenit, vera sunt oracula: quando recedit, falsa.* Plato de his quoque sic ait, *in Phædro, seu de Pulcro. Quæ in Delphis futura prædicit vates, & quæ in Dodona sacerdotes furentes quidem multa ac magna commoda priuatim & publice Græcis hominibus attulerunt: sane vero dum sunt, exigua aut nulla.* Et postea, hanc artem, qua futurum discernitur, μαντικὴν, id est, furorem antiquos nominasse: quam iuniores imperite nimiū adiecta litera T. μαντικὴν, dixerunt.

7 ¶ † Narrat Liuius, *lib. 39.* displicuisse tandem Bacchanalia senatui Romano ob nefaria illorum scelera, & senatusconsulto ab Italia expulsa. Quod & scribit D. Augustinus, *li. 6. de ciuitate Dei, cap. 9.*

De generali diuinationis Prohibitione.

Cap. 7.

1 *Futura inquirere cur miserum.*
2 *Magi Ægyptij impostura in vsurpando in Iudæos principatu.*
3 *Diuinatio seu prædictio venturorum incerta est, vel misera, vel nihil prodest, eod.*
4 *Diuinationem profitentium curiosa mendicitas & finis pessimus.*
5 *Futurorum indagatio & diuinatio ad Dei iniuriam vertitur.*
6 *Purgatio per ferrum candens & aquam bullientem improbata.*
7 *Diuini, & qui eos consulunt idololatræ.*
8 *Diuini, impostores seu mendaces.*
9 *Oracula dæmonum & idolorum quare ambigue prolata.*

DOcet †in primis, curiosam hanc præsciendi vanitatem, impiam & maleficam, & pernitiosam esse consultori: quod sæ- 1
pe inutile est scire quid futurum sit, & miserum sit nihil proficientem angi, vt ait Cicero, 3. *de natu. Deor.* Quandoquidem si certo futurum sit, vitari non potest: vel si certo non sit futurū, miserrimum est vexari ea re quam dubium est, num aduentura sit. Quin & si malum impendeat, illud & tristissimum, ante tēpus, ante malum aduenturum, miserum esse, & duplici affici malo, nempe venturo & timore venturi, qui grauior & nocentior est, vtpote diuturnior ipso malo, quod forsan modico transit momento. Quod si de bono futuro diuinationem quis velit sortē capere, indeque spem cœperit, non minor est deceptio & malum, & quod spes sint vigilantium somnia: & quod fieri possit, vel ambitione, vel segnitia, vt necessaria & vtiliora præsentia contemnantur, quorum occasio calua sit, in fronte capillata. Abducit itaque merito ab his Horatius Thaliarchum, *9. ode. lib. carm.*

Quid sit futurum cras fuge quærere: &
Quem fors dierum cumque dabit, lucro
Appone.

Et rursum idem, *eo. li. ode. 11.* ad Leuconoen,

Tu ne quæsieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi
Finem dii dederint, Leuconoe: nec Babylonios
Tentaris numeros, &c.

Et dicebat Cicero, 2. *de diuinat.* quod nec homines probi hoc faciunt, vt amicis impendentes calamitates prædicant, quasi illi nullo modo effugere possint. ¶ †Sed & decipi impostoris hoc si 2
vulgus, & ad mala impelli, exempla plura docent, quale apud Iosephum, *lib. 2. de bello Iudaic. c. 12. & lib. 20. antiq. c. 12. ex versio. Geleni.* in Ægyptio magno pseudopropheta, qui apud Iudæos prophetæ nomen sibi arrogans, triginta fere millia hominum congregauit, quos vana seductione deceperat, & circumducens eos de solitudine in montem, qui vocatur oliuarum, inde ad Hierosolymam nitebatur ascendere, & repulso Romanorum præsidio, in populares exercere dominationem. Quem armis repressit & vicit Felix præses Iudææ. Prædixerat enim, sed falso Ægyptius suis, iussu suo muros Hierosolymæ casuros. ¶ †At- 3
que si verum est quod ait Chrysippus, 2. *de diuinatio.* Athenodorusque & Possidonius, *in 12. de ratio. nat. rū & in 5. de diuinat.* diuinationem omnem subsistere, aut etiam esse prouidentiam: dignum certe cachinno, quod homunculus illam solicitet, veluti putans fatum seriemque rerum naturæ conexam se posse flectere, vel auertere. Vel si, vt Panætius apud Diog. Laertiū, *li. 7. in Zeno.* verum est, eam non subsistere, quorsum huic fidem id hiberi dicemus? Quare & improbat Cicero eandem, 2. *de diuin.* in qua temeritas, casus, nec ratio, nec consilium valet, vt immen- tam fallaciis aut ad quæstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem. ¶ † Neque enim istis sortilegis profanis, quisquam vel 4
diuini numinis purū cultum, non zelum reipub. non sanctū spiritum dictare effata annotabit: sed vel stolidam sciendi curiositatem, vel ditandi studium, vel fallendi animum. Quo fit, vt nūquam diuinatio in bonam partem accipiatur, sed pro dānata arte, vt eorum qui videbantur sibi prophetæ accipiendo pecuniā. prophetia facta est diuinatio, *ca. nunquam diuinatio, 1. q. 1.* Sic homines cum maxime egent, scire se multa mentiuntur, cuncta tentant & moliuntur, hæcque & alia pleraque, vt ait Hippocrates, dum de diuinatione loquitur, *lib. 2. de sacro morbo.* Similes miseris chimistis, qui dum aliis se multiplicandi, vt dicunt, aut augendi auri argentive artem eximie tenere iactant, pannosi & mendici degunt. Ex aliorum cæca credulitate impostoris inopiam releuantes propriam, & in fumum aliena vertentes.

¶ †Oppugnat & potestatem diuinam futurorum indagatio, si 5
ea mente quis scrutetur, vt indubitata ea existimet & certa, tāquam quæ aliter contingere nequeant. Sic enim pessum iret breui cultus diuinus & Dei obsequium, satis omnia concedendo ineuitabilibus.

Chaldæis sed maior erit fiducia. Quicquid
Dixerit Astrologus, credent à fronte relatum
Hammonis, quoniam Delphis oracula cessant,
Et genus humanum damnat caligo futuri.

Vt ait Iuuenalis, *Satyr. 6.*

¶ †Sed & aliunde temere nimium, quæ Deus nobis voluit es- 6
se abscondita, scire desiderat, vt ait Virgilius, 10. *Aeneid.*

Nescia mens hominum fati, sortisque futuræ.

Nec nostrum est scire tempora & momenta, quæ Deus posuit in sua potestate, *Actum*, 1. Solus Deus occultorum cognitor & iudex, *ca. erubescant, 32. dist.* Qua ratione candentis ferri, & aquæ feruentis probatio, & purgatio vulgaris, damnata est inter Christianos, *in cap. consuluisti, 2. qu. 5.* quia nec tentandus Deus est, *in ca. si. de purg. vulg. ca. 1. 2. & c. ex tuarum, de purg. can.* Committunt & crimen læsæ diuinæ maiestatis, qui hanc prædicendi aliunde quam per causas à Deo dispositas, sua voluntate vsurpant aū-

Digitized by Google

toritatem. *Dicite enim, quæ ventura nobis sunt,* inquit Esaias, *c.41. & sciemus, quia Dij estis.*

7 ¶¶ †Sed & illud grauius & damnabilius est, quod plerumque diuini isti commercio & opera dæmonum vtuntur, cultumque ideo eis exhibent: & damnabilis per se superstitio, in impiam transit idololatriam, dum is fit potius creaturæ, quam creatori, dumque Dei munus dæmoni tribuitur, *cap. contra idolorum, 26.q.5.ca. sed & illud, 26.q.2.*

8 ¶¶†Impostura deinceps, quibus mendacia sua isti diuini fucãt & instruunt, & veritatis neruos eludunt, vt suæ scientiæ & diuinitatis, quam volunt videri sibi inesse, opinionem tueantur, improbandas merito eorum artes & earum auctores satis superque admonent: vt vere dixerit nuncius apud Euripidem, *in Helena, act.2. ver. 356.*

ἔσαι τάδ', ὦ ναξ, ἀλλὰ τὰ μαντῶν
ἐσοίδασιν ὡς φαυλ' ἐστί, κ' ψευδῆ πολλά, &c. id est,
Fient ista, o rex: Ceterum nunc plane intelligo
Quam vani vates, quamque pleni mendacij.

Et rursum de Iphigenia, *idem actu 4. vers. 857.*

τίς δ' μάντις ἐστ' ἀνὴρ
ὃς εἰδὼς μ' ἀμυδρᾶ, πολλὰ δ' ψευδῆ λέγει,
τυχὸν, ἔτυμα δ' μὴ τὸχῃ ξυνέντες, id est,
Quid est vates? vir qui pauca quidem vera,
Multa autem falsa dicit: sin minus arte aliqua elabitur.

Dum enim dæmonis auxilio innituntur, fieri non potest vt mẽdaces non sint: quia is est pater mendacij, *D. Ioan. Euang. c.8. f. Et 1. Epist. 2. c.* Est & spiritus mendax, qui istos diuinos obsidet, *3. Reg. 22.* ¶†Quo fit, vt illorum responsa, & quæ dicta sunt oracula, cum fraude & dolose ambigua fuerint in quamuis affirmationis & negationis partem inclinantia. Vt & Oenomaus apud Græcos, tam philosophia, quam eloquentia nobilis, delusus oraculo Apollinis Delphici, fallacia oracula curiose collegit & refutauit: quorum quædam refert ex eodem Eusebius, *Euseb. li. 5. de præparatio. Euang. c.10.* Improbauit & has diuinandi superstitiosas obseruationes Cicero, *1. de diuinat. Hæc habui,* inquit, *quæ de diuinatione dicerem: nunc illa testabor non me sortilegos, nec eos qui quæstus caussa ariolantur, ne psychomantiam quidem, quibus Apicus amicus tuus vti solebat, agnoscere.*

Cur aliquando Diuini & Sortilegi verum proferant.

Cap. 8.

1 *Sortilegarum seu diuinantium techna & fraudes. Et quare illis non credendum, etsi verum dicant, 2. & sequen.*
2 *Oracula dubia & cerea.*
3 *Idola lignea quare locuta.*
4 *Diuinationes interdum permittit Deus veras, vt tentet suos.*
5 *Veritas non est petenda à diuinis vel dæmonibus quare.*
6 *Dæmones quare plurima norunt.*
7 *Dæmones furantur quæ Deus reuelat prophetis, & sibi vsurpant.*
8 *Dæmonis dicta & facta, & bona & mala suspecta nobis esse debent.*
9 *Fascinatio dæmonum perstringit aciem oculorum.*

1 NEque † quod aliquando diuini vera proferant oracula, scientia ideo illorum probãda venit. Siquidem multę sunt artes inescandi homines, quæ oculis latent, & detectæ prorsus vel pœna dignæ sunt, vel admirationem admittunt.

2 ¶†Idcirco detegam præcipuas sortilegorum fraudes & insidiosiores, quarum prior in oraculis idolorum frequẽs fuit, vt ambigua responderent, cerea, & in varia flexibilia: altera, quod cõiecturas rerum, personarum, & factorum curiose obseruarent, & rumores per delatores, vt olim Cæsares, vndecunque colligerent. Ex quibus sacerdotes & sacrificuli idolorum astute effata componebant: vt abierit in prouerbium, μάντις τε ἄριστος, ὅστις εἰκάζῃ καλῶς, *bonus vates qui bene coniectat:* vt scribit Gregor. Magnus, *initio. 2. in Iulianum.* & Nicephor. Calisti. *li.10. c.37.*

3 ¶†Adiiciebant fraudibus, subtili ingenio etiam specie diuinitatis, dum lignea, fictilia, vel metallica idola proloqui fingebãt: quæ tamen per abditos meatus & cuniculos secrete adibant, illisque vocem dabant. Sicut detectum est, cum dirutum fuit Serapidis Alexandriæ templum, in quo reperta sunt simulacra omnia siue lignea, siue ærea caua, ita elaborata vt caua pars & terga templorum parietibus adaptarentur, occultis quibusdã meatibus, in templo relictis, quibus coniuncta alia quædam caua arcana adyta, per quæ simulacrorum caua subirent, & inde ea quæ eis visa fuissent responsa darent, vt narrat Nicephorus, *Idem li.11. c.26.* Simile quippiam apud Danielem, *c.fi.* de Belo idolo &
4 eius sacerdotibus narratur. ¶ † Dehinc permittit Deus, ea quæ isti pseudomantes dicunt euenire, vt tentet suos palamque fiat vtrum diligant eum, an non ex toto corde, & ex tota anima. *Deu*
5 *tero. 18.* †Verum quidem quod est, per se, amplectendum est: sed nõomne, quod dicitur ab hominibus, quorum natura est vt sint mendaces, *Esaiæ, c.9.* perpetuo recipiendum vt verum tale est, etsi verum esse possit, quia dubium est num tale: & quia peccatur in modo inquirendi verum, & ab iis etiam à quibus non solet haberi, & per media quæ Deo displicent; nefas est verum petere. Et norunt quidem dæmones quæ vera sunt, & facta, aliquando & aliqua futura, nec ea scire malum est: verum ab illis scientiam exquirere, hos consulere, non solum temerarium, impium, sed & vltra indignatione Dei & damnatione æterna dignum. Dominum enim Deum solum adorare debemus, vt Deus: dæmonem, vt hostem, & æternæ caliginis principem, malorum omnium fomitem, abominari, *Mat.4. Exo.23.*

6 ¶†Quomodo autem vera enuntient, & multa possint mirabilia dæmones, paucis D. Augustinus explicat, *lib. de natur alib. dæmon.* cuius verba referuntur à Gratiano, *in c. sciendum, & c.fi.26. q.4.* quia sensu & acumine ingenij polleant, & celeritate motus alibi gesta, antequam nobis sint nota propter locorum longam intercapedinem, cognita habent, & ita prænuntiant. Experientiaque rerum propter diuturnitatem temporis ex quo sunt, prævalent. Prænuntiant quoque quæ ipsi facturi sunt, potestate à Deo accepta: quæve persuadere facturis sese posse arbitrantur. ¶ †Interdum futura pendentia ex naturalibus signis arte
7 prædicunt. D. Basilius, *in ser. in illa verba,* ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. Constanter quoque tuetur, dæmones admirabilia docuisse Ethnicos, quæ expiscati & furati essent à prophetis Dei: additque, πλὴν γὰρ ὁ διάβολος, ἅτε τὰ ἁμάρτια ἐφορμῶν ἐφὸς τοὺς ἑαυτῷ ὑποτάττας id est, *Fur namque est Diabolus, & nostra nuntians per suos hypophetas,* id est, per suos vates, *aliunde accipientes.* Coguntur & sæpe Deum dæmones consulti ab improbis, in consulentium perniciem & pœnam atque confusionem vera dicere, vt in exemplo videre possumus Balaami, *Numer. ca 22.23.24.* Saulis & Pythonissæ, *1. Reg. c.28.*

8 ¶†Itaque nec probi Christiani, etiam vera & bona, & sancta, à tali impostore Pythonico audire volunt: exemplo Domini nostri Iesu Christi, qui dæmonia confitentia publice eius diuinitatem silere iussit, nec sinebat ea loqui, *Mat. 8. Luc. 8. Mar. 5.* Etenim inimici etiam oscula, & verba vera & benigna, semper dolosa putãda sunt, & proditoria, si cautum nobis esse velimus. Nec potest veritas per os immundum & abominandum prolata, sine aliqua spurcitia & pollutione prodire: non secus quam aqua limpida, fæces & tetrum odorem contrahit, si per canales alueosque immundos & fœtidos fluat. Et ventriloquam vera
9 dicentem D. Paulus iussit silere, *Actuum, 16.* ¶ †Possunt etiam dæmones oculos hominum perstringere, & mentem turbare, vt quæ non sint esse persuadeant, & falso obumbrent. Sicque inquit Horatius, *lib. 2. epist. epist. 1. ad Augustum.*

Ille per extentum funem mihi posse videtur.
Ire poeta, meum qui pectus inaniter angit,
Irritat, mulcet, falsis terroribus implet.
Vt magis, & modo me Thebis, modo ponit Athenis.

De Artibus magicis mirabilium & scelerum effectricibus.

Cap. 9.

1 *Magia mirabilium & scelerum effectrix num sit. Et an lamiæ & sortiariæ sint, 2. 3. & seq.*
3 *Maleficiatus quomodo dignoscatur à frigido natura. Et num sæpe vari ideo debeat ab vxore, & 4.*
5 *Maleficiati ne coire possunt, 6. & 7.*
8 *Thesauri malis artibus deteguntur.*
9 *Maleficia num maleficio dissoluantur.*
10 *Excantationes quædam.*
11 *Balaam magus. Incantationes nocent rebus & animalibus. Et 12.*
12 *Magos & magas de terra tolli iussit Deus.*

HActenus †de diuinatrice magia dictum sit, nunc de alia, per
1 quam fieri tot mirabilia creditur, quæ insigni nomine sortilegij & maleficij vocatur vulgo, dicamus: & inquiramus, num possit hęc ope dæmonum aliquid contra salutem hominum & rerum naturam amoliri: num pudicos animos ad libidinem deflectere, mouere vel sistere grandines, imbres, tempestates, ventos, & his similia. Quę ideo digna tractatione arbitror, vt intelligant iudices, qui gladium imperij habent, quantam pestem foueant in republica, dum in sortiarias & lamias & maleficas non animaduertũt: existimantes eas tantum mentis alienatione ludificari, neque quippiam ab ipsa exsequi. ¶†Proinde sententia,
2 quę affirmat hæc ab istis vere posse perfici, primum probanda est ex l.4. de malef. & mathe. C. addo Constantinum, *l. multi, C. de malefic. Multi,* inquit, *Magicis artibus elementa turbare, vitam insontium labefactare non dubitant, & inimicos ventilare.* †Secundo,
3 iura pontificia tradunt, *c.si per sortiarias, 33.q.1* per sortiarias maleficasque artes impediri posse ad tempus & in perpetuum generandi vim & concubitum, permittente Deo, & operante dęmone. Et quod mirabilius est, maleficium hoc cum certis, non

Digitized by Google

cum omnibus operatur: nempe singularis excantatur, ne cum aliqua possit concumbere, cum aliis possit. Qua ratione maleficium, ab impotentia naturali coeundi secernitur, *in ca. fi. & 1. de frigi. & malefic.* Dehinc vt possit hoc maleficium ab auctore tolli, vel alia palinodia.

4 ¶ ††Et ideo maleficium illud non separat matrimonium ante initum, ex sententia omnium fere interpretum, *gl. in d. ca. si per sortiarias, Innocen. in ca. fi. de frigid. & malef. Deci. & Ioan. Andr. in ca. fraternitatis, & ibi Hostien. & in cap. fin. de frig. & malefic. Archid. in d. c. si per sortiarias, Beat. Thomas in 4. sent. 34. dist. Anto. Florenti. in 3. part. sum. tit. 1. ca. 12. Angel. Clauas. in ver. matrimonium, nu. 16. vers. 1.* contra, si fascinatio præcedat matrimonium. Et ita hodie seruari tradit Aufrerius, *decis. Capel. Tholos. 380.* ea tamen lege, vt si qua maleficiatum inueniat virum, quem ante talem esse ignorauerit, triennium excurrere pati debeat, vt sciatur nũ interim soluatur fascinatio, interposita quoque pœnitentia, num dignetur Deus huius misereri, *iuxta d. cap. si per sortiarias.* quod si perseueret, dissolutio permittatur.

5 ¶ †† Sunt & alia, quæ obseruanda in hac solutione simul sunt, de quibus nos alibi proprio loco diximus, in ruptiis. Sed in viã. Scribit & Berosus, *in 3.* Chamum filium Noachi, semper magiæ & veneficiis incubuisse, & inde Zoroast dictum, inuisumque idcirco patri: atque eum nactum opportunitatem, dum vino pater madidus dormiens iaceret, carmine magico patri illusisse, virilia eius comprehendendo, taciteque simul submurmurando, eum sterilem perindeque ac castratum effecisse: neque deinceps Noachum fœminam vllam fœcundare potuisse. Et proinde eundem dictum, tum ob id & alia multa scelera, quibus genus humanum corrumpebat, Chem essema, seu Chamum infamem: vt Cato, libro de originibus, vocat Chamessenum. Quibus consentiunt Thalmudistæ: imo & fabulæ antiquorum, quæ referunt Cœlo, id enim nomen erat etiam Noacho, teste Berosso, fuisse descissos testiculos falce dentata, à Saturno filio, *Scribit Hesiodus in Theog. Phurnutus, li. 1. de natur. horum deorum, seu idolorum.* Quod tamen Moses in Genesi mundi & Noachi reticuit: non enim Chamum excantasse virilia, sed irrisisse tradit, *Genes. 9.* & renuntiasse nudatum esse patrem fratribus.

19 †Refert Herodotus, *lib. 2.* Amasiam regem Ægyptiorum non potuisse concumbere primum cum Ladice vxore sua in thoro, cum tamen aliis mulieribus vteretur: donec Amasis, cum id diu fieret, ad eam dixit, Tu vero vxor veneficio me læfisti, ideoque nullo machinamento potes effugere, quominus inter omnes mulieres teterrima morte pereas: eam autem voluisse Veneri, si ea nocte cum eo coisse.

7 ¶††Paulus Æmilius quoque scribit, *li. 1. hist. Franc. in Clotario. 2.* Theodericum Mediomatricum regem, iustam vxorem, Bertici regis Hispaniæ filiam, Hermembergam, ad patrem remisisse integram à se, aduerso rumore, quod ferretur à pellicibus ad insaniam vsque deuinctus, sancti nobilissimique cõnubij vsu perfrui & virginis florem delibare non potuisse, velut maleficis artibus carminisque prohibitus.

8 ¶† Tertio, malas artes has, etiam secreta ab hominum notione detegere & arcana, docet inuentio thesaurorum, quæ cum his fit, & vetita est, *in l. 2. de Thesau. li. 10. C.*

9 ¶ †† Quarto, & maleficiis maleficia tolli persuasum fuisse iura pontificia his verbis tradunt, prohibendo, *c. non liceat Christianis, §. pen. 26. q. 1. Si quis diuinos, vel sortilegos in domum suam introduxerit, quasi vt foras malum mittant, aut maleficia inueniant, aut lustrationes paganorum faciant, quinque annos pœnitentiam agant.* Atq; simul furta per has artes indagare prohibitum, *c. 2. de sortileg.* Profitentur & magi se etiam morbos incantationibus pellere: ideo hos vocat exorcistas & impostores Vlpianus, *l. 1. medicos, de Cur. & extraord. cognit. P.* Exstat & libellus, vt quidam putat, sed vere nothus, Galeni de medicinis expertis, qui probat hos medicos, & meminit de iis qui per cibos sacrificiorum curabant.

10 ¶ †† Vt etiam Quintus Serenus huic vanitati fidem attulerit, alioquin peritissimus auctor: dum ait, *in Medicina, c. 51.* de Hemitritei morbi medela.

Inscribis chartæ quod dicitur abracatabra,
Sapiens, & subter repetis: sed detrahe summam,
Vt magis atque magis desint elementa figuris.
Singula quæ semper rapies, & cætera figes,
Donec in angustum reducatur litera conum.

Et Ammianus Marcellinus incantamentum, ad leniendum dolorem dentium, ad medicinam pertinere arbitratur. ¶ †Quin-
11 to, probat sacra pagina Ariolum Balaamum, à Balaco rege fuisse vocatum, vt malediceret populo Israelitico, quod haud factum fuisset, si iam rex expertus non fuisset, magicas illius diras vim habuisse exterminij: quas tamen Deus, qui dæmonibus imperat, in benedictionem conuertit, *Num. 22. Iosua, 24. Ioseph. li. 4. anti. c. 5.* ¶†Sunt & leges iuris diuini, quæ morte iubent tol-
12 li huiusmodi magos & magas: vt inde veram perniciem ab illis inferri liquido constare possit, ob quam Deus persequitur illos, & qui eos consulunt, *Deut. 18. Leui. 19. Exod. 20.* Atque in Exodo, *c. 22.* dum prohibentur arioli, tradunt nomine פוּ Cassaph ariolationis, contineri & eum, qui malis artibus nocet pecoribus, segetibus, & hominibus. Docet & veneficiorum vim Dauid, dicens, *Psal. 57. Sicut aspis surda, quæ non exaudit vocem venefici incantantis sapienter.* Cui alludit illud Virgilij, *in Eclogis.*

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Exstant & mira opera Magorum Pharaonis, in Exodo, *c. 8. 9. 10. 11.*

De Incantationibus, quibus relatum est fusos hostes fuisse.

Cap. 10.

1 *Victoria magicis artibus parata. Et nu. 4. 5. 6. 13.*
2 *Incantationibus qui exercitus victi.*
3 *Laban magus celeberrimus inter orientales. Et aliorum magorum admiranda, 4. 5. 6. & seq.*
7 *Rapti vini & translati ex hominibus.*
8 *Literæ Ephesiæ magicæ, & earum vis.*
9 *Maleficia impediunt cursum equorum.*
10 *Omnium incantatum Druidarum ad quid valeret.*
11 *M. Antonij philosophi mira.*
12 *Siciliæ regnum quando datum à summo Pontifice ducis Andium.*
13 *Sapientum ciuitas magicis se defendebat solum.*

SEd †exemplis demonstremus, quomodo auctores fide digni 1
has impostura & magicas furias læsisse plures fassi sunt, literisque consignarunt. Scribit Martinus Chromerus, *li. 8. de reb. Polono.* Tartaros multum vti magica arte, atque per eam vicisse aciem Henrici Pij, regis Poloniæ: fuisseque in extremo Tartarorum agmine, vexillum inter alia insigne, cuius figura X. chi. Græcum elementum referebat, in cuspide vero erat imago nigra terraque, capitis humani barbati. Quod vexillum quum signifer vehementius quateret, fumum atque nebulam densissimam ac fœtidissimam exhalabat, quæ non modo aspectum Polonis adimebat, verumetiam exercitum perturbauit. Incantationibus autem quibusdam id Tartari effecerant, quibus iuxta ac ariolationibus & diuinationibus sunt dediti.

¶†Ioannes Cuspinianus in Cæsaribus, *in Anastasio.* tradit Bul- 2
garos, gentem prius ignotam in Illyricum & Thraciam, & contra hos aliquos Romanos duces profectos victos & cæsos omnes fere, cum illi incantationibus vsi fuissent. ¶†Narrat Zoar, & 3
post eum Franciscus Venetus, *li. 1. Problem. sacr. scrip. proble. 216. & 228.* Labanum Aramæum socerum Iacobi fuisse omnium orientalium magum celeberrimum: cuius erant idola, quæ filia eius Rachel furata erat, *Gen. c. 31.* videlicet ne pater discessum suum & mariti cito dignosceret, neve illis nocere posset. Fuisse autem illa idola Teraphim dicta, imagines quasdam, quibus Laban diuinabat, ligabat, offendebat hostes & in illis totam vim Labani positã. Et ideo Laban dixit Iacobo, Furatus es cor meũ, vbi vulgaris editio habet, vt clam me abigeres filiam.

¶ †Clogio rex X V I I I. Sicambrorum, filiũs Franci, à quo & 6
Franci dicti, magus, augur, & astrologus, habebat matrem nomine Lothildem, filiam regis Doringorum, quæ summa templi Palladis antistes fuit, & maga, quæ suis carminibus & incantationibus quos voluit hostes filij sui deluit, & infelices reddidit, & quantumlibet absentes dæmonum ministerio peremit: victoriam Francis, metum, terrorem & fugam hostibus, maleficio procurabat: imbres, tonitrua, coruscationes, & tempestates in aere horribiles, quoties, vbi, & super quos voluit carminibus inducebat, vt ex antiquissimis auctoribus annotauit Tritemmius, *li. 1. Brenia. annal. Franco. in rege 18.*

¶†Scribit & Hunnibaldus Francorum historiographus, Heli- 6
gastum sacerdotem idolorum, filium cuiusdam Theocali pontificis, sub Bazano 7. rege & pontifice Iouis summo Francorum, circiter 275. annos ante natiuitatem Domini, multa Sicambris prædixisse futura, Iouem sacerdotibus exhibuisse visibilem, secretá hominum consilia deduxisse in publicum, hostium arcana in caussis arduis regi Basano denudasse: quod Sicambris securitatem, hostibus autem desperationem incussit, *Meminit & horũ Tritem. vbi sup. in rege. 7.*

¶ †Mira certa hæc, similia his quæ dicuntur de Helyseo, qui 6
ex Dei reuelatione, non ope dæmonum, vt alij, arcana consilia regis Syriorum detegebat regi Israelis, & venientes hostes excæcauit, vt non cognoscerent eum, quem volebant capere, nec locum, donec deduxit eos in Samariam, 4. *Reg. c. 6.*

¶†Sed illud adhuc mirabilius est, siquidem verum sit, quod 7
subiiciunt postea Hunnibaldus & Tritemmius, hunc Heligastũ exactis in officio 32. annis disparuisse in solemnitate Iouis, post edita vaticinia & fulmina. Item & Bazanum regem celebrato die suo natali apud Neomagum cum omnibus suis proceribus, & designato in regem filio, & ostenso Ioue visibili supra templum, disparuisse. In quibus mihi dæmones, si hoc verum sit, imitati factum illud mirabile Dei, quo legimus Enoc translatum fuisse & raptum, *Genes. ca. 5.* Eliam quoque subleuatum in aera quadrigis igneis disparuisse, 4. *Reg 2.*

Erant

Digitized by Google

8 ¶†Erant Ephesiæ literæ, secundum Suidam, carmina quædam obscura, quæ & Crœsus in rogo recitauit. Et Olympiæ Milesio & Ephesio certantibus: idem tradit Milesium luctari nõ potuisse, propterea quod alter iuxta talum Ephesias literas haberet: quibus compertis & ademtis Ephesium concidisse, *Suid. in ver. ἐφέσια γράμματα.*

9 ¶†D. Hieronymus grauissimus auctor literis consignauit, *in vita Hilario.* Italicum quendam municipem Gazam nomine, Christianum, cum aleret equos Circenses, habuisse maleficum quendam æmulum, qui dæmoniacis quibusdam imprecationibus impediebat huius equos, & suos incitabat ad cursum: eumque petiisse auxilium Dei ab Hilarione, eum porro scyphum, quo bibebat, fictilem iussisse aqua impleri, eiq; tradi, quem cum accepisset Italicus eques, & aurigas suos, rhedamque & carcerũ repagula respersisse cum mira vulgi spectatione & risu. Verumtamen concursu tandem præpeditos equos magi, Itali autem vicisse.

10 ¶†Druidæ, antiqua superstitione, soliti erant magica quadã solertia ad decipiendum apta, ouum quoddam anguium certis cæremoniis, certa Luna, solemni ritu, singulis annis capere: cui magnam vim, occultos effectus, varias rerum causas falso tribuebant, nempe ad victorias litium, ac regum aditus, *Plin. li. 9. hist. c. 3.*

11 ¶†Scribit Iulius Capitolinus, *in Antonino philosopho.* M. Antonium philosophum fulmen de cœlo suis precibus contra hostium machinamentum extorsisse, suis pluuiam impetrasse, cum

12 siti laborarent. ¶†Meminit Froissardus, tempore schismatis Vrbani & Clementis, quo duci Andium à sum. pontif. Clemente Sicilia concessa fuit, cum obsideret castrum quoddam Oui nomine in mari tutissimis & pene inexpugnabilibus munitũ propugnaculis, fuisse impostorem sortilegum, qui polliceretur duci Andio suis magicis incantationibus perstringere posse oculos eorum, qui castrum defendebant, ad eum modum vt putarent exercitum in eos supra pontem traiici, & ita percitos metu futurum, vt se dederent. Quod cum audisset comes Allobrogum seu Sabaudiæ, memor quod is impostor incantationibus multorum malorum causas seminasset, iussit capite plecti, *Froissard. volu. 2. hist.*

13 ¶†Philostratus autem, *li. 2. de vita Apollonij*, mirum narrat de ciuitate Magorum seu sapientum, quæ intra Hyphasidem & Gangem fluuios est, quam neque mille Achilles, neque ter mille Aiaces capere possent. Nec tamen ipsi in aciem prodeuntes dimicabant, sed tonitruis fulminibus à Ioue, siue, vt opinor, dæmone missis, hostes propulsabant, habiti sacrosancti & amici suorum Deorum: & Herculem Ægyptium eam obsidẽtem, territum cum suis abiecto aureo clypeo arripuisse fugam.

De Maleficiis & Incantationibus homines, animalia, aliasque res interimentibus, vel iisdem nocentibus.

Cap. II.

1 *Magica carmina Dei permissione quomodo noceant, vel occidant.*
2 *Magica mentem alienant: & carminum magicorum stupendi effectus.*
3 *Excantatio vrbium obsessarum.*
4 *Excantationis in imagine vis.*
5 *Tortura dolor magicis elusus.*
6 *Magorum qui carminibus occidunt pœna.*
7 *Dæmones morbos Dei permissu immittunt.*
8 *Salomoni ars data contra dæmones.*
9 *Imaginatio intensa magorum quomodo virus infigat.*
Visus Basilisci & lupi quare inficiant, & quomodo retundatur virus eorum.
10 *Animæ nostræ quomodo operari possit in corpore alieno.*
11 *Visus sortilegorum quomodo inficiat pueros, & teneros agnos.*
12 *Magicis fruges & arua transferri, & pellici posse creditum est.*
13 *Fusos torquere per viam sortilegum, & ominosum visum est, & prohibitum.*
14 *Fascinum quod laudando res necat.*
15 *Illyrij necant videndo.*
16 *Fascinationum vim cur permittat Deus.*

1 MAgi † proprie dicti sunt, qui vulgo malefici dicuntur, qui permissu Dei turbant mentes hominum minus confidentium in Deo, ac sine vllo veneni haustu, violentia tantum carminis interimunt, *ca. nec mirum, 5. magi. 26. q. 5.*

2 ¶†Theodericus rex Gothorum, iubet Arigeono in Basilium quendam & prætextatum inquirere, refertque eos custodia elapsos, cum mentem alienassent custodum, *li. 4. variar. Cassio. epistol. epist. 23.* Sic & mentem tolli docet Lucanus, *li. 2.*

Illam hausti nulla sanie pollutæ veneni,
Excantata perit.

Et Virgilius, *Eclo. 8.*

Effer aquam, & molli cinge hæc altaria vitta,
Verbenasque adole pingues, & masculà thura,
Coniugis ò magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus: nihil hic nisi carmina desunt.

Et iterum, *idem li. 4. Æneid.* Didonem de venefica Massylæ gentis sacerdote dicentem facit,

Hæc se carminibus promittit soluere mentes
Quas velit: est alijs duras immittere curas:
Sistere aquam fluuijs, & vertere sydera retro,
Nocturnosque ciet manes: mugire videbis
Sub pedibus terram: & descendere montibus ornos.

Et alibi, *Virg. in Cir. de.* refert carmina & veneficia, quibus nutrix Ciridis conabatur regis Iolchiachis animũ defigere. ¶†In 3
carminis formula quo euocabantur tutelares, vt dicebant Idololatræ Dei, excantatio habet vrbis & exercitus deuotionem, *Macrob. li. 3. Satu. c. 9. Plinius, li. 28. c. 2.*

¶†Narrat Gaguinus in vita Philippi Huttini, *li. 7. histor.* vxo- 4
rem Enguerrani cuiusdam quæstoris Gallici, qui expilauerat ærarium Galliæ, cum de mariti carcere concluſi liberatione desperaret, ad magiam & diuinationem se conuertisse, Pauloto quodam malefico, & Clauda muliere ad id facinus opem ferentibus: atque cerea quædam simulacra ad regis & Caroli Valesiensis formam dæmonica arte confecisse, qua languentiũ speciem præ se ferrent, ad quorum similitudinem, nisi mala sors prodita fuisset, rex & ipse Carolus conficiendi macie sensim erant, & definita ad tempus morte consumendi: quo cognito, suspensus fuit. Et guerranus, & Pauiotus & Clauda flammis consumti. ¶†Mumolus præfectus regis Chilperici, magus & incan- 5
tator, suspectos occidisse filium regis, sæpe tortus & distentus eam ob rem, & tamen dixit se nihil mali inde sensisse, *Gregor. Turo. li. 6. hist. Franc. c. 35.* ¶†Constantinus iubet, pestem seralem 6
eos absumere quoque magos, qui manibus accitis vitam insontium ventilare audent. & inimicos suos conficere, *in l. multi, 6. C. de malef. & mathe.* ¶†Scribitur in sacra pagina curatam fuisse à 7
Domino nostro Iesu Christo mulierem, quam Satanas spiritu infirmitatis à decem & octo annis tenebat alligatam, *Luce. 13.*
¶†Narrat Iosephus, *li. 8. Antiq.* Salomoni à Deo concessũ fuis- 8
se, vt artem contra dæmones ediscceret ad hominum salutem, curationes quoque instituerent, quibus ægritudines possent mitigari: quam edoctus Eleazarus, spectante Vespasiano eos curabat, qui à dæmonibus vexabantur.

¶†Tanta fertur maleficiorum improbitas, vt scelerata animi 9
sui intenta imaginatione excitent materiam sui corporis corruptam & venenosam, per quam primo oculi illorum inficiuntur, postea circumiectus aer, & consequenter aliæ partes consequentis aeris vsque ad contiguum aliis aerem, quem si quis ij infectum traxerit respiratione, veneno inficitur: vt de intuitu Basilisci narrant, qui ea ratione solo visu necat, & si virus ejus speculo repercutiatur, à seipso mortem accipit. Dicunt, *de his plura vide apud Gesnerum, li. de quadrupedib. in lupo litera E. & Idem ex Plin. Pla. Solino, & alijs collecta.* & in lupo idipsum habere locum, vt si prior hominem conspiciat quam videatur, vocem ei adimat: non alia de causa, quam quod is virus emittat visu, quod eo modo, quo in Basilisco dixi, peruenit ad hominem: si tamen ipse Lupus prior videatur, non ita: eo quod mem pori è quibus virus exit, intercipiuntur, dum se conspici videns, insidias sibi parari suspicatur, & fugit.

¶†Auicenna, *lib. 3. natura. c. fi.* existimat, animam multoties 10
operari in corpore alieno, sicut in proprio: taleque opus existimat oculi fascinantis, & operantis æstimationis: atque defendit, imaginatiuam posse etiam corpora extranea immutare, quamuis in hoc eum non sequantur alij, nisi de corpore coniuncto intelligatur, vt scribit Algazel, *lib. 5. Physico. ca. 9.* Sic & D. Thomas, *1. parte, q. 93.* ex forti imaginatione immutari spiritus putat corpori coniunctos & potissimum subtiliores, qui ad oculos perferuntur.

¶†Inficiunt autem illi spiritus mali ex oculis prodeuntes pri- 1
mum aerem proximum, donec dissipentur, vel perueniant ad terminatem spatium: veluti ex visu menstruatæ mulieris inficiquisque nouit specula, & labes illis imprimi fœdas. Hoc modo vetulæ illæ sortilegæ putidis plenæ humoribus, quos ipsæ putidiores pharmacis faciunt, oculis teneros pueros & agnos inficiunt, mutantes & excitantes illos intra se forti imaginatione in modum Chamæleontis & Polypi saxo adhærentis.

¶†Constans fuit quoque Ethnicorum opinio, magicis artibus pellici posse in sua arua fruges alienas: & ideo C. Furius Crosennius è seruitute liberatus, cum in paruo admodũ agello largiores fructus perciperet, quam ex amplissimis vicinitas, in inuidia magna erat, quasi fruges pelliceret veneficiis, & ei à Spurio Albino Curuli dies dicta est: nisi ostendisset validam filiam, benè curatã ferramenta, egregie facta, graues ligones, vomeres ponderosos, & boues saturos, quibus absolutus est, *Plin. li. 18. c. 6.* Et nocere posse etiam rebus magica vel inde constat, quod ex 12. Tab. prohibuit, ne hoc fieret, & puniri eum, qui fruges excantasset, & alibi, qui malum carmen incantasset, *idem li.*

Digitized by Google

2 2. *cap.* 2. *& li.*30. *c.*1. Plinius, *li.*17. *c.*25. auctor quoque est in agro Marucino Vectij Marcelli, equitis Romani, Neronis Cæsaris procuratoris vniuersum oliuetum viam publicam transgressũ, atque ipsa prædia ex loco in contrarias sedes profecta. Et Virgilius de herbis & maleficis susurris agens, ait, *ecla.*8.

His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis
Mœrim, sæpe animas imis excire sepulcris,
Atque satas alio vidi traducere messes.

Hac de re & lex 12. Tabul. est, *Alienam frugem ne pellicito, de hac Alex. ab Ale. li.*6 *c.*10. Meminit & Apuleius, *in Apologia. Magia*, inquit, *ista, quantum ego audio res est legibus delegata iam inde antiquitus, propter leges* 12. *Tabularum, propter incredundas frugum illecebras, interdicta.* ¶ † *Et lege pagana*, inquit Plinius, *li.*28. *c.*2. *in plerisque Italiæ pradiis cauetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos, aut omnino detectos ferant: quoniam aduersetur id omniũ spei, præcipueque frugum.* 13

14 ¶ † Narrat Gellius, *li.*9. *c.*4. in Africa familias hominum esse voce atque lingua fascinantium, qui si impensius forte laudauerint pulcras arbores, segetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes pastu atque cultu opimas, moriuntur hæc
15 omnia repente, nulli aliæ causæ obnoxia. ¶ † Oculis quoque fascinationem fieri etiam in Illyriis, qui interimunt videndo. Notat & Leonicenus, *li.*3. *c.*70. plura de Thebiorum fascinatrice natione Et Ouidius, *3. Amor.*

Carmine lasa Ceres sterilem vanescit in herbam,
Deficiunt lesi carmine fontis aquæ.
Illicibus glandes, cantataque vitibus vua.
Decidit, & nullo poma mouente fluunt.

Lædi etiam animalia fascinis tradit Virgilius, 8. *Eclo.*

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

16 ¶ † Permittit autem hanc potestatem nocendi Deus, ex imperscrutabili sua scientia: vel ad probationem eorum, quos diuexãdos Sathanæ permittit: vt de Iob, *c.*4. legimus, quem Deum impio dæmoni permisit affligere: vt & Saram vxorem Tobiæ iunioris, *c.*3. 7. Vel vt castigentur qui vexantur aut puniantur: quẽadmodum legimus Saulem vexatum à dæmone, 1. *Reg.*17. *cap. voluissent iniqui, §. denique, de pœ. dist.*1. Sic tradidit Paulus Corinthium Sathanæ, vt anima eius salua fieret, 1. *ad Cor.*5. Sic Deus facit ministros suos ignem vrentem, & immissiones per angelos malos, *Psa.*77. Misit & spiritum suum pessimum, inter Abimelec, qui septuaginta filios Hieroboa occiderat, super lapidem vnum, & habitantes Sichem, qui cœperunt eum detestari, *Iudic.*9. Sine permissione enim Dei nocere serpens hic nulli rei potest, pedes enim Deus ei & manus ademit: dixitque eum super pectus suum graditi debere, *Genes.*3. Factusque dæmon similis Capitoni pisci, qui, vt ait Ælianus, non deuorat piscem se mouentem vel iacentem, *li.*1. *de natu. anim. c.*3. nec enim dæmon vincere potest, nisi volentem & sibi communicantem.

De Amatoriis incantationibus.

Cap. 12.

1 *Amatoria esse incantamenta. Et* 2. *seq.*
2 *Memphis magicarum artium perita prouincia.*
Figura & imagines ad amorem. eod.
3 *Iynx, fascinum amoris vt fiebat. Et philtra amoris.*4.
4 *Sacramentis abuntur & sacris impie magi.*
5 *Dæmones gaudent diuinis honoribus.*
6 *Amatoria pocula naturalia.*
Et illa propinantes lenonis pœna digni. Et 19.
7 *Asterites lapis philtrum habet amoris.*
8 *Amorem dicuntur conciliare sagittæ ex corpore eductæ.*
9 *Philtra propinantes quibus pœnis plectantur.*
10 *Pudicitiam corrumpentium pœna, & illam tantummodo attentas-se habet pœnam. & 19.*
11 *Amoris excantationes quibus pœnis dignæ.*
12 *Nudum obuiasse mulieri capitale.*
13 *Cogitatio delicti cum quodam actu punita.*
14 *Gymnicum certamen quare sublatum.*
15 *Impudicos impudicasve sibi sociasse criminosum.*
16 *Philosophis vetitum, ne, quæ animos corrumperent, tractarent.*
17 *Miseriæ humanæ prohibita disputatio, & de Hegesia philosopho.* 18.

1 DAmnat † Constantinus magos, qui pudicos animos ad libidinem deflexisse deteguntur, *in l.*4. *C. de male. & math.* Iãque antea docuimus quibusdam iuribus & exemplis, posse aliquem reddi ex maleficio inhabilem ad alicuius certæ mulieris concubitum, cantionibus: vt non mirum sit, si etiam impelli quis iisdem ad concubitum possit, eadem vi artis, & impietatis. Proferam hac de re exempla quoque. Primum D. Cypriani Carthaginensis episcopi. Is enim antequam Christianus fieret, magicis vtebatur artibus: cũ vero animũ per amorẽ ad Iustinã eximia formæ pulcritudine puellam adiecisset, cupidinemque suam dæmoni cuidam φιλοήχῳ, carnali & libidinoso ad amores illicitos conciliandos industrio, credidisset, neque tamen optatis amoribus perfrui posset, quod puella virginitatem suam ante Deo consecrasset, & tum, vt par erat, ieiuniis & orationibus, atque aliis fidei armis castitatem tueretur, errorem suum agnouit, & propalauit, & seductionem diutinam, libriſque magicis in ignem coniectis, sacra Christianorum complexus est, *Niceph. Cali. li.*5. *histor. eccles. c.*27. Quam narrationem volui plenius referre, vt annotemus ibi amoris fascinum à Diaboli ministerio inferri, & subinde à Deo remedium.

¶ † Aliud simile exemplum & remedium ex D. Hieronymo, *in vita Hilario.* suppetit. Erat iuuenis Emporij Gazensis, qui virginem vehementer deperibat: is Memphim profectus, post annum magicis artibus instructus rediit, atque postea & subter limen domus puellæ, tormenta quædam verborum, & portentosas quasdam figuras sculptas in æris Cyprij lamina defodit, & illico insaniuit amore puella, & præ nimio amore incitata iuuenis, eum semper inclamabat, donec per Hilarionẽ curata fuit, virum sanctum anachoretam. 2

¶ † Suidas, *in ver.* ἴυγξ, iynx inquit, est etiam rotula ac paruum instrumentum quoddam, cui & motacilla alligatur, cuius agitatione amasios suos demulcent veneficæ, & ad amorem incitãt: hincque iynx dicitur, quicquid ad cupiditatem & amorem incitat. Theocritus in Pharmaceutria, *idyllio* 2. excantationes plures recitat Simethæ mulieris, cuiusdam Delphidis Myndij amore correptæ, easque vt simul perficit, repetit versum, 3

ἴυγξ ἕλκε τὸν τοῦτον ἐμὸν πρὸς δῶμα τὸν ἄνδρα.
Iynx trahe tu illum meum virum ad domum nostram.

Quod imitatus est Virgilius, *eccle.*8. dum in singulis magicis veneficis repetit,

Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim.

Lucianus, *in eo. dialo. inter meretricum dialogos.* in Dialogo Mollisse & Bacchidis, quandam etiam ponit incantationem amatoriam.

¶ † Abuntur ad philtra Veneris magi rebus extra corpus, vel intra propinatis: extra, cera liquefiente, lauro cõbusto, furfurum sacrificatione, foliis, radicibus, reptilibus, motacilla, characteribus, quæ vanissime vel assunt pannis, vel subiiciunt capitibus, vel liminibus domorum, accedentibus nefariis sacrificiis, & turpibus verbis, precibusque impiis. Et quod detestandum, & cruce flammisque dignum, his impiis sortilegiis amoris adiungunt res sacramentis destinatas & consecratas, sacrosanctam eucharistiam, *gl. in c. accusatus, §. sane, de hæret. in fine.* vel non consecratam hostiam circumscriptam notis & literis sanguineis. Et has impietates in sacrosanctam eucharistiam detectas & in iudicium delatas sæpe sibi testatur Paulus Grillandus, *tract. de sortilegiis q.*3. *nu.*19. & alij quoque de hac impietate meminerunt, & quomodo supra hostiam non consecratam liturgias dici procurent, & abutantur illis, & pro philtro in potu vel cibo propinent. Narrat & Grillandus ad eandem vanitatem abuti sacramento chrismatis, secundina partus baptizata, & similibus: atque ab abutantibus pœnas merito exactas, *idem Grill. eod. tract. & qua. num.* 21. *&* 22. Rursumque & misceri amatoriis candelas benedictas, benedictos ramos oliuarum, agni sancti vel benedicti imagines, aquam fontis baptismatis, *idem. eo tract. qu.*5. *num.*3. Quæ maxime scelerata certe sunt, & impiissima: verumtamen non per se sufficientia ad expugnandam mulieris pudicitiam. 4

¶ † Ceterum, inimici hominis & eius salutis dæmones, gaudent talibus oblationibus adorari, sacris in illorum obsequia conuersis: quo fit, vt maiori impetu aggrediantur obsidionem pudicarum mentium, mulierum potissimum, quæ, *c.*1. *de clan. desponsa. c. fortus, de ver. sig.* fragiliores sunt, & mollium hominum, & propensorum in Venerem.

¶ † Sunt his adfinia pocula amatoria, quæ incendunt sua vi libidinem, *l. si quis aliquid, §. qui abortionis, de pœn. l.* 3. *§. hæc adiectio, de sicar. in* P. Creditur Caligula à Cæsonia vxore medicamento potionatus: sed quod eum in furorem verterit, *Suet. in Calig. c.* 50. ¶ † Æsopus alius à fabulatore, scribit πάνα Pana vocari piscem cetacei generis, διὰ τοῦτο ἢ τὸν ἀνθρακίτην λίθον ἐυρίσκεσθαι, ὃς ἐστὶ πρὸς ἄλλο ἀνάπτεται πυρί ἢ πρὸς ἄλθος, id est, *in eo lapidem Asteritẽ inueniri, qui solis radiis inflammetur, eumque ad philtra facere*, id est, illecebrum amoris esse, *Hesichius Milesius illustris. ἐν ὀνομ.* 6

¶ † Tradit Plinius, *li.*18. *c.*4. Archelaum & Orpheum scripsisse, sagittas corpore eductas, si terram non attigerint, subiectas cubantibus, amatorium esse. 8

¶ † Qui istis philtris amatoriis vtuntur, pœnam habent extraordinariam, vel metalli, si humiles: vel deportationis in insulam ademta quarta parte bonorum, si honestiores: secundemq; effectum qui ex poculo sequitur, & quia pudicitiam attentant, *l.*1. *de extraord. crim.* & quia res mali exempli est, *l. si quis aliquid, §. qui abortionis, de pœ. in* P. *l.*3. *§. hæc adiectio, de sica. P. l. multi, C. de malef.* & plena luxuriæ, vel stupri, vel adulterij, quæ suas pœnas habent, vt propriis explicauimus locis. Accedunt & impietates sacrilegæ sæpe, abusus sacramentorum, quæ ad idololatriã pertinent, vel ad hæresin: vt dum hostia consecrata eius causa polluitur, vel non consecrata sanguineis literis inscribitur; *gl. in c. accuſa-* 9

Digitized by Google

accusatus, §. sane, de hæretic. similesque blasphemiæ connectuntur, quæ hæretici vel apostatæ pœnas, quæ capitis sunt, merentur, *ti. de pagan. C. & tit. de hære. in C. & iure pontifi. & nos propriis locis tradidimus.*

10 ¶ † Et generaliter qui impudicos animos nititur facere, & aliis modis, iniuriarum tenetur, *l. sed est quæstionis, §. si quis, & l. si stuprum, de iniur.* imo qui virgines appellat, id est, blanda oratione pudicitiam illarum intentat, iniuriarum actione tenetur, *l. item apud Labeonem, §. si quis virgines, eo. §. l. attentari, 10. eod. §. 1. eod. tit. ap. Iustin.* Fiunt enim homines deteriores, & corrumpuntur, si amatores fiant, & luxuriosi, *l. 1. §. si iunct. l. 2. de ser. corru. P.* Et ne quis arbitretur vel hoc in amore iusto permittendum esse, audiat & in eo quoque vetitum, cum maiores nostri solis animis amorem honestū existimauerint constare, *l. 3. de dona. inter vir. & vxor. P.* Et summopere in omnibus castitas procuranda est, & defendenda. *§. si. quib. mod. nat. effi. legit. in Auth. §. sancimus, de lenonib.* & propugnacula illi facienda: maxime quia fragilis est, *ea. nec solo, 32. q. 6.*

11 ¶ † Si ergo verum sit, magicis susurris animos deflecti ad libidinem, capitale id erit duplici ratione: & quod magia vti, capitale sit: & quod corrumpere mores, & suggerere ea, quæ possunt pudicitiam expugnare, pœna dignum sit.

12 ¶ † Scribit Dio Cassius, *li. 58* morti addictos quosdam viros, quod nudi obuiam fuissent Liuiæ matri Tiberij Cæsaris, quos tamen illa morti, venia eripuit, quod diceret, pudicis mulieribus hos nihil ab statuis differre.

13 ¶ † Apud Vtopienses insulanos solicitasse ad stuprum, idem quod stuprum commisisse est. *Tho. Morus li. 2. Vtopia.* Et narrat sacra pagina, *Genes. 12.* Pharaonem multis cladibus, ob attentatā solum Saræ vxoris Abrahæ pudicitiam, affectum esse. Sicut & Abimelechum regem Geraforum easdem ob caussas, *Genes. 20.* M. Claudius Marcellus ædilis curulis, Caio Scantinio Capitolino trib. pleb. diem dixit ad populum, quod filium de stupro appellasset, reusque vno teste qui tentatus erat, damnatus est, *Valer. Maxi. li. 6. c. 1.* Metellus Celer stuprosæ quoque mentis punitor, diem dixit Cn. Sergio Silo, quod numos matrifamilias dedisset: eoque damnatus, nec factum, sed animus in quęstionem deductus est. *eod.*

14 ¶ † Gymnicum agona apud Viennenses sublatum à Trebonio Rufino in suo duumuiratu, illud confirmante Traiano Imperatore, quod ex hoc modo, & impudico certamine mores Viennensium inficerentur, *Plin. nepos, li. 4. epist.* Et tollendæ sunt res, quæ ansam delinquendi dant, *l. conuenire, de pact. dotal. P. l. alia, § eleganter, solu. matrim.*

15 ¶ † Nec sine crimine fuit impudicas, impudicosve sibi sociare, vel cum iis esse, imo & id caussa soluendi matrimonij erat legitima, *l. consensu, in princ. & §. 1. de repud. C. §. caussas, & seq. vt licet. matr. & auiæ. in Auth.* Impudicus quippe, veluti quadam contagione serpente, proximos sibi inficit, & modicum fermentum totam massam corrumpit, *prior. ad Corint. 5.* vt vna morbida ouis totum pecus, *can. sed illud, 45. dist. c. fertur, 1. q. 1.* Quapropter & impudici & quæ impudicos faciunt, tolli debent, *ca. resecandæ, 24. q. 3.* & ij potissimum qui studium huic rei adhibent. Vt & P. Sępronius Sophus coniugem repudij nota affecit, nec ob aliud, quam se ignorante, ludos ansam spectare, *Val. Maxim. li. 6. cap. 3.* Puniti proinde quodammodo sunt iure, non tantum impudici, sed qui impudicis fauent.

16 ¶ † Vt placuit eum qui emit, & pecunias tradidit ei, quē sciebat scorto daturum, vel in luxuriam profusurum, tanquam malæfidei possessorem, non posse præscribere, *l. si quis cum sciret, pro emptore. in P.*

17 ¶ † Et in antiqua repub. Athenienśium prohibitum etiam philosophis tractare in publico quod audientium animos in deteriorem sententiam trahere posset: quemadmodum in aliis rebus annotauimus. Vt dum post Miletī infelicissimam expugnationem, cum Phrynicus poeta hinc sumto argumento Comœdiam exhibuisset Athenienśibus, & fleuisset mirum in modū facti recordatione populus, dies dicta est à iudicibus Phrynico: & cum antiquam licentiam proponeret, nihilque se dolo malo feciśe diceret, nihilominus mille drachmis litem æstimarunt, sancitumve, ne posthac vnquam ea populo daretur spectanda Comœdia, vt auctor Herodotus, *li. 6.* Plutarchus, *in Politi.* Ammianus Marcellinus, *li. 18.*

18 ¶ † Sic Hegesiæ philosopho Cyrenaico Ptolomæus rex Ægyptiorum prohibuit, ne posthac publice de miseria huius vitę diceret: quia is tanta valebat eloquentia, vt cum sæpius mala huius miserrimæ vitæ docendo vel declarando repręsentaret, miseranda imagine inserta pectoribus, multis voluntariæ mortis oppetendæ libidinem ingeneraret, *Valer. Max. li. 8. c. 9.*

19 ¶ † Deinceps ij, qui amatoriis incantationibus vel poculis dementare homines fatagunt, in lenocinij crimen incidunt, vt merito pœnis iisdem quibus lenones, subiiciendi sint. De quibus tractamus post crimen adulterij & stupri, vbi reliqua inuenies.

De Elementorum per magos turbatione.

Cap. 13.

1 *Elementa magicis artibus turbari posse.*
2 *Aqua de cœlo incantationibus elicita.*
3 *Ventos sopiebant aliqui ex certa familia.*
4 *Apnoo quid, & de Empedocle mago.*
5 *Remedia magica aduersus tempestates probat Constantinus Cæsar.*
6 *Grandinum depulsores apud gentiles.*
7 *Carmina seu excantationes & aerem & sidera afficere creditum.*

COnstantinus † Cæsar tradit, multos magicis artibus elementa turbare, *l. multi, 6. C. de malefi. & mathem.* Quod & naturalibus caussis, industria & arte dæmonum, permissione Dei, fieri posse grauissimi auctores non dubitant, *quod & Aug. ait, dum de malefi. agit, 16. art. 7. & liber qui dicitur omnis eccle sia, c. 17. §. 12. Et nos de hu paulo post.* Accedunt & exempla, quibus apparet aliquando incantationibus turbatum fuisse aerem, & præter constitutionē eius naturalem, quædam ab illo elicita. ¶ Meminit Dio † Cassius *li. 56. hist.* tempore quo Cn. Sidius Geta contra Salabum ducem expeditionem faciebat, neque aqua esset ad sitim exstinguendam quendam indigenarum confœderatorum, incantationibus plurimam aquam è cœlo elicuisse. Hoc ipsum fecit Arnuphis, *Suid. in v. Arnuphis*, Ægyptius Philosophus M. Philosopho Imperatori familiaris, qui cum aliquando Romani siti laborarent, subito fecit, vt ingentes nubes obscurę exsisterēt, quę pluuiam ingentem cum tonitruis & fulguribus effunderent: alij tamen hoc tribuunt Iuliano Chaldęo.

¶ Erat † teste Suida, *idem in ver. ἀνεμοκοῖται*, Corinthi familia quędam ex numero eorum, qui *ἀνεμοκοῖται* dicuntur, quę ventos sopiebat. ¶ Aiunt † Empedoclem Pausaniæ tradidisse apnun, id est, spiritu carens medicamentum, quod per triginta dies conseruet corpus sine spiritu & cibo: eundemque ferunt Empedoclem magum fuisse, quippe qui, cum Etesiæ ita vehementer spirarent, & fruges læderent, iussit asinos excoriari & vtres fieri, eosque in promontoriis extendi, vt ventum exciperent, quo sopito dictus quoque est *κωλυσανεμίτης*, id est, ventorum prohibitor, *idem in ver. ἄπνους.* ¶ Constantinus † Cæsar, *in l. eorum, 4. de malef. & mathem.* C. non improbat eos, qui prospiciunt hominibus per remedia ex humanis quæsita corporibus, aut in agrestibus locis innocentes adhibita suffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ne ventis grandinisque lapidatione quaterentur, quibus nullius salus, aut æstimatio læderetur, & quorum vt proficerent actus, ne diuina munera, & labores hominum sternerentur. ¶ Vt † erant apud gentiles olim quidam sacerdotes, dicti *χαλαζοφύλακες*, qui grandines cum instarent specularentur, quas agni & pulli sacrificio auertere credebantur, & si agnus vel pullus defuisset, digitum graphio stillove feriebant, atque inde fuso sanguine litabant, quos à Cleone i nstitutos ferunt, *Lilius Gyrald. Synta. 17. de idolis gentium.* Et in hoc dæmones volebant imitari miraculum Elię prophetę Dei, qui eius nomine clausit per triennium cœlum, ne plueret: posteaque nubes & pluuias induxit, *3. Reg. c. 17. & 18.* Erant & tempore Caroli Magni aduersum grandines quædam superstitiones & suspensiones, quas ipse prohibuit, *in consti. Caroli Magni capitularib. Aquisgrani habitu, art. 18* lege, *vt clocas*, id est, (tintinabula) *non baptizentur, nec chartas per pertica s appendant propter grandinem.* ¶ Hinc † persuasum & decantatum, veneficas etiam in aerem & stellas suas producere artes, & creditæ carminibus sydera affici. Accedit Virgil. dum ait, *8. eclo.*

Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam.

Et Lucanus *in 6.* de Magorum agens vi,

Illis & sydera primum
Præcipiti deducta polo, Phœbeque serena
Non aliter diris verborum obsessa venenis
Palluit, & nigris, terreniśque ignibus arsit,
Quam si fraterna prohiberet imagine tellus,
Inferretque suas flammis cœlestibus vmbras,
Et patitur tantos cantu depressa labores,
Donec suppositas propior despumet in herbas.

Et Ouidius *in epistola Hysiphiles ad Iasonem* de Medea,

Illa reluctantem cursu deducere Lunam,
Nititur, & tenebras addere Solis equis.

Propertius quoque,

Cantus & è curru Lunam deducere tentant,
Et facerent, si non ęra repulsa sonent.

Rursum Ouidius de Dipsę anus magicis tractans ait,

Illa magas artes Aaaque carmina nouit,
Inque caput liquidas arte recurrat aquas.
Scit bene quid gramen, quid torto concita Rhombo
Licia, quid valeat virus amantis equæ.
Quum voluit, toto glomerantur nubila cælo,
Quum voluit, puro fulget in orbe dies.
Sanguine si qua fides, stillantia sydera vidi,
Purpureus Lunæ sanguine vultus erat.
Hanc ego nocturnas vidi volitare per vmbras
Suspicor, & pluma corpus anile tegi, &c.

Digitized by Google

Leges, & exempla gentium in Puniendis Diuinis, Maleficis & Mathematicis.

Cap. 14.

1 *Diuinorum pœnæ per totum caput 14. li. 34.*
Et vatum falsorum apud Scythas pœna.
Et 2. Et seq.
2 *Gymnosophistæ Indorum vates.*
Silentium pro pœna inditum.
3 *Athalarici edictum de magis puniendis.*
4 *Adelrunæ relegatæ.*
5 *Mathematici vrbe pulsi. Et 9.*
6 *Veneficorum ex Platone pœnæ. Et 10.*
7 *Magi tumultuum auctores.*
8 *Incantatorum pœna ex Caroli Magni legibus.*
11 *Haruspices vt sagæ impostores pelli debent.*
Et 12.
13 *Diuinos consuluisse in quibus capitale.*
Magorum & magos consulentium vltimum supplicium, eod. Et vid. c. 15. huius lib. 34.
14 *Iohanna virgo, quæ regem Carolum iuuit, exusta.*
15 *Maleficorum pœna apud varias gentes.*
Et 16. Et 17.

1 APud †Scythas falsorum vatum pœnæ, eorum quos sua lingua vocant *Enaries*, per virgas diuinantium sunt: vt pedibus implicatis, manibusque post terga reuinctis, atque ore obstructo eos extendant in medium sarmentorum, quibus plaustrum concameratum referserunt, deinde igne supposito comburant, trahentibus plaustrum bobus, *Herod. in 4.* ¶ Inter †Indos 2 sophistæ sunt seu sapientes, nudi, qui vaticinantur, aliis enim nõ licet de rebus publicis, non de priuatis, vt de temporibus anni, & si qua publica calamitas immineat. ὅσοι δ' ἁμάρτωσι τρὶς μαντευσάμενοι τὸν δ' ἄλλο μὲν κακὸν γινόμενον εἶδον, σιωπᾶν δ' οὐκ ἐπιτέλλουσι ἢ μὴν οὐδὲ ἐξεῖναι ἐπαγγέλλειν ἀνδρὶ ἐκ τούτου φονεύσαντι, ὅτου ἂν σιωπῶν κρατήσωσι, id est, *Quicunque vero ter diuinando à vero errauerit, huic nihil aliud pœnæ loco infligitur, quam quod ei deinceps silentium indicitur: neque cuiquam licet ei, cui silentium imperatum fuerit, ad loquendum cogere, Arria. libello verum Indicarum.* ¶ Athalaricus †Gothorum rex, in edicto: *Maleficos*, inquit, *vel eos, qui ab eorum nefariis actibus aliquid crediderint expetendum, legum seueritas insequatur, quia impium est, vos illis esse remissos, quos cælestis pietas non patitur impunitos. Qualis enim fatuitas est, creatorem spernere relinquere, & sequi potius mortis auctorem? Cassiod. li. 9. Variar. c. 18.*

4 ¶ Filimerus † rex Gothorum qui confederunt ad Meotides paludes, cum auspicia sui imperij à morum reformatione sumeret, magas mulieres patrio sermone *adelrunas*, de maleficio conuictas vel suspectas, in remotas Scythiæ solitudines abire coegit, ne earum commercio reliqua gens contaminata, in nefarias operationes procliua collaberetur, *Ioan. Magn. Gothus, li. 6. histor. Gothor. c. 24.*

5 ¶ Mathematicos †ab vrbis Romæ aspectu exterminari præceperunt Theodosius & Valent. vt nec præsentiæ criminosorum contagione alij fœdarentur, *in l. Manichæos, 53. de iis qui contend.*
6 *de relig. li. 16. C. Thod. tit. 4.* ¶ Platonis autem lex, *Plato li. 11. de Legib.* quæ omnes species veneficiorum & maleficiorum continet, quæ in Græcis exemplaribus incipit, ὅστις δὲ φαρμακίαν τινὰ ἢ θελξίαν, &c. quam sic verto: *Quisquis aliquem veneno læserit, si non lethaliter, neque eum ipsum, neque quemquam de eius familia, sed vel pecus, vel alucaria, seu neci dederit, seu aliter affecerit quam morte: si modicus sit & veneficij fuerit conuictus, extremo supplicio pœnam luito: sin inscius sit, iudices quod ipsum aut pati, aut soluere par sit æstimante. Si quis autem vinculis aut illectamentis, aut incantationibus, aut huiusmodi quibuscunque veneficiis, nocenti similis iudicatus fuerit, si vates sit, aut prodigiorum consultor, ὃ τι τερατοσκόπος, moriatur: sin earum artiũ expers, illud veneficium fecisse pronuntiatum sit, de hoc quoque consiliũ*
7 *iudicum, num mulcta, vel morte afficiendus sit censeto.* ¶ Mæcenas † eques Romanus nobilissimus, instituens de Republica Octauium Cæsarem, & hoc præceptum adiicit. *Neque contemtorem Dei, neque præstigiatorem vllum tolerabit. Neque magi ferendi sunt omnino, qui cum sæpenumero etiam vera dicant, tamen frequentius mentiuntur: & nouarum rerum tentandarum causam hominibus præbent, Dio Cass. li. 52. hist.*

8 ¶ Carol. Magn. † in capitularibus, *De incantatoribus, auguribus, vel diuinantibus, qui tempestates vel alia maleficia faciunt, ait, placuit in sacro concilio, vt vbicunque deprehensi fuerint, videat archipresbyter diœcesis illius, vt diligentissima examinatione constringantur, si forte confiteantur malorum quæ gesserint: sed tali moderatione fiat eadem districtio, ne vitam perdant, sed vt seruentur in carcere afflicti, vsque dum Deo inspirante spondeant emendationem peccatorum, & vt nullatenus per aliqua præmia à Comitibus vel Centenariis, absque districta examinatione remittantur, in capitular. Caroli Magni, capit. de pace, cap. 25.*

¶ Si senna †Statillio & L. Scribonio Coss. facta senatusconsulta de mathematicis magisque Italia pellendis, quorum è numero L. Pituanius saxo est deiectus, in Publium Martium Coss. extra portam Exquilinam cum classicum canere iussisset, more prisco animaduertere. Pulsi autem Mathematici ob Libonem Drusum, qui infernas vmbras elicuit, *Cornel. Tacit. li. 2. Annalium.* Suetonius quoque *in Tyberio, c. 32.* Tyberium expulisse Mathematicos tradit, sed deprecantibus, ac se artem relicturos pollicentibus, veniam dedisse. ¶ Inuait † Æsopus Apologo lepi- 10
dissimo, *Æsop. Frig. in Apologis*, olim huiusmodi veneficas punitas, dum scribit mulierem veneficam, quæ diuinarum irarum propulsionem permittebat, accusatam, impietatis damnatam: & dum ad mortem duceretur, quendam illi obiecisse, tu quę Deorum iras auertere, promittebas, quomodo nec hominum consilia mutare potuisti? ¶ Columella †in præceptis rusticis, *Haru-* 11
spices, sagasque, quæ vtraque superstitione rudes animos ad impensas ac deinceps ad flagitia compellunt, ne admiserit colonus, Colu. de re rust. li. 1. c. 8. ¶ Scipio †scorta, & haruspices castris expulit, quibus mili- 12
tes rebus aduersis territi vtebantur, *Suid. in ver. inimic.* ¶ Iulius 13
Paulus † *li. 5. de recep. senten. Qui de salute*, inquit, *principis, vel de summa Reipub. Mathematicos, ariolos, haruspices, vaticinatores consuluit, cum eo qui responderit, capite punitur.* Idem etiam alibi, *eo. lib. tit. ad l. Cornel. de sicar.* magicæ artis conscios summo supplicio affici, hoc est, aut bestiis subiici, aut cruci suffigi: ipsos autem magos viuos exuri: libros item magicæ artis apud se neminem habere licere, & eos penes quoscunque reperti sint, bonis ademtis combustisque his publice, in insulam deportari: humiliores, capite puniri. Et non tantum, inquit, professio huius artis, sed etiam scientia punita est. ¶ Hoc †prætextu, quod magam crimi- 14
narentur Angli, & vt veneficam, Ioanna puella virgo, quæ auxilio diuinitus fuerat Carolo regi Francorum, in Compendij ciuitate capta, viua iussu Semerfetensis ducis exusta est, *Polyd. Verg. li. 23. hist. Ang.* ¶ Mitiores † leges secundum hæc tempora 15
videntur, quæ olim inter Salicos & Ripuarios contra Maleficos positæ erant, grauiores certe tunc, cum audendi facultas tanta, vt nunc est, non erat, & plus reuerebantur homines pecuniarias pœnas, quam nunc capitales. Proinde in Salica lege, hæc *titul. de malefic. §. 2. Si quæ mulier alteri, vt infantem habere non possit, maleficium fecerit, duorum M. denariorum, qui faciunt solidos 62. cum dimidio, culpabilis iudicetur.* Et rursum *in §. final. eod. titul. de malefic. Si quis alteri aliquod maleficium superiactauerit, sine cum ligaturis in aliquo loco miserit, duorum millium denariorum, qui faciunt solidos 62. cum dimidio culpabilis iudicetur.* Et in legibus Ripuariæ *titul. 81. de malefic. §. 1. Si quis vir, seu si qua mulier Ripuaria per venenum, seu per aliquod veneficium aliquem perdiderit, Virgild componat.* Et rursum *§. 2. eod. titul. Si non mortuus fuerit inde, sed debilitatus, 100. solidos solvat.*

¶ In † codice legum Wisigothorum, sic etiam scriptum est. 16
Vt siue ingenuus, siue seruus vtriusque sexus, qui in hominibus, vel bestiis animalibus, omnique generi quod mobile esse potest, seu in agris, seu in vineis, diuersisque arboribus, maleficium aut diuersa ligamenta, aut etiam scripta in contrarietatem alterius excogitauerit facere, aut exploauerit, per quod alium ladere vel mortificare, aut obmutescere velit, aut damnum tam in corporibus, quam in vniuersis rebus fecisse reperiatur, ducentis flagellis publice verberetur, bona confiscentur, recludatur, & c. l. 4. & 1. 3. de malef. li. 6. Codi. VVisigothorum, tit. 2. Tyberius Cæsar, etsi Trasillo astrologo peritissimo quotidie vteretur, ac singulis diebus vaticinia acciperet: tamen re accurate considerata, cum aliquando per somnium visus fuisset cuidam pecuniam dare, hominem interemit: quod intelligeret sibi per magicam artem dæmonem immissum fuisse.

¶ Reliquosque †omnes astrologos, magos, aut quicunque alio 17
auxilio diuinationes exercerent, exteros necauit: ciues, quos prius Augusti neglexerant, extorres fecit, *Dio Cass. li. 57.* Augustus enim Octauianus anno 764. interdixerat vatibus, ne ab ciuibus arbitris, vel coram aliis de morte prædicerent, *idem li. 56.* Soranus, quod vsus artibus magicis diceretur opera filiæ suæ, factis Nerone ægrotante sacrificiis, occisus est, *Xiphili. ex Dione in Nerone.*

De Pœna Diuinorum seu Mathematicorum.

Cap. 15.

1 *Incantatorum & ariolorum iuris diuini pœna.*
2 *Magos consulentium, & magorum vindicta Dei, & diuini iuris, & aliarum gentium. Et 3.*
Et seq. numer.
4 *Sacrificia paganorum & magorum vetita quæ pœna.*
5 *Didius Iulianus sacrificiis vsus cædis humanæ.*
6 *Sortilegiis consentientibus quæ pœna imposita iure pontificio.*
7 *Magorum & sortiariorum qui sint idonei iudices.*
Inquisitor hæreticæ pravitatis quando cognoscere potest de sortilegiis, eod.

8 Sacris

Digitized by Google

8 *Sacris abutentes rebus, qua pœna digni.*
9 *Baptismi in sortilegiis abusus vindicatus.*
10 *Magorum pœna apud Wisigothos.*
11 *Dæmon interficit & torquet magos.*

1 FAlsorum † vatum pœnæ nunc nobis breuiter perstringendæ, ex legibus non tantum diuini iuris, sed etiam humani, & gentilium. Lex diuina inprimis, iubet omnes maleficos & incantatores interfici, *Deut.18. Et si anima declinauerit ad ariolos & magos, & fornicata fuerit in eis*, inquit Dominus, *ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi mei.* Et iterum, *Vir vel mulier, in quibus spiritus Phytonicus vel diuinus fuerit, morientur, lapidibus obruent eos, Leuit.20.* Saul erasit, † dum probe imperabat, magos & ariolos & phytonissas de terra, mortique adiudicauit, *1. Reg.28.* licet postea ipse improbus phytonissam consuluerit. Quod vt ad mortem eius, & in signum translationis regni in Dauidem notat sacra scriptura, *1. Paralip.10.* quemadmodum ob consultos diuinos & ariolos, mortuum fuisse alium regem Ochosiam narrat, *4. Reg. 1.* Minatur Deus in Apocalypsi diuino regno se expulsurum venefícos, *Apocalyp.9.* & alibi per D. Paulum *ad Galat.5.*

2 ¶ Iure † ciuili Constantinus Imperator haruspices, sacerdotes diuinos, & eos, qui eis ministrant, iubet ab omnibus domibus excludi, aliter concremari, & eos qui aduocauerint suasionibusve premiis, bonis exutos deportari, *l. nullus, 3. de malefic. & mathem. C.* Et in Chaldeos, magos, aliosque maleficos haruspices, Mathematicos, diuinationis curiosos, gladii supplicium decerni, *l. nemo haruspicem, 5. eod. tit.* Et pro cõfessione, & si cõuincantur, equuleum, vngulas sulcantes latera, aliaque tormenta statuit *l. & si excepta, 7 C. eod. ti* nulla dignitatis habita ratione.

3 Et † lege Cornelia de sicariis tenetur, qui magicis susurris vsus fuerit, *§. item lex Cornelia, de sicariis, de publ. iud. apud Iust.* ficut qui mala sacrificia fecerit, habueritve, vt ait Modestinus, *l. ex senatusconsulto, 13. ad leg. Cor. de sicar. lib. 48. P tit. 8* cuius pœna mors aut deportatio, *l. 3. & l. pen. eod.* Morte etiam dignus, qui se paganorum sacrificiis polluerit, *l. 2. 3. 4. de pag. & sacrif. eor.* Quemadmodum & isti diuini & sortilegi faciunt, & magi, qui adhuc eo sunt detestabiliores, quod sæpe sanguine humano impiissima & exsecranda sua peragant sacrificia. ¶ Quemadmodum † Didius Iulianus Imperator à militibus Romanorum pretij addictione factus, plures pueros occidit causa magicarum artium, vt si forte quod futurum erat præcognouisset, posset auertere. *Xiphili. ex Dione, in Didio Iuliano.* Horum pœna iure ciuili crescit, vel minuitur ratione circumstantiarum: nam si veneno, vel pharmaco, vel alio modo necem conciliauerint, homicidarum pœnis puniendi sunt, de quibus in criminibus de veneficis, & legis Iuliæ de sicariis, & alibi diximus suo loco: & in singulis speciebus postea istius vanitatis pœnas, aliquas vsurpatas dicemus, Deo fauente.

6 ¶ Iure † canonico, quia ecclesiastica disciplina non infert pœnas mortis temporalis, seu, vt dicunt, sanguinis, *c. in archiepiscopatu, de raptor. ca. vnum solum, 23. quæst. 5.* aliæ constitutæ sunt pœnæ: nam clericis consentientibus sortilegis, magis, pœna imponitur pœnitentiæ quinquennalis, suspensio ordinum, & primato beneficiorum. *c. 1. & fin. de sortileg. c. non licet cum 3. seqq. 26. q. 5.* Si autem malefici esse conuincantur, remittuntur ab ecclesiastico iudice ad curiam secularem condemnandi & puniendi: vt de hæretico pertinaci statutum est, *c. super eo, de hæret. in 6.* Nouit enim ius canonicum ex iure diuino, sacrificantes diis alienis esse morte tollendos, *cap. si audieris, 23. quæst. 5.* cuiusmodi sunt lamiæ, quæ dæmonibus obsequium præbent.

7 ¶ Cognitio † tamen horum, qui rei maleficii sunt, eius quod hæresi proximum, est etiam in aliis, quam ecclesiasticis personis, in laicis videlicet, ad iudicem ecclesiasticum, nimirum ad episcopum, vel inquisitorem hæreticę prauitatis pertinet, vel separatim, vel communiter ad vtrumque simul. Alioquin maleficia, quæ superstitionem redolent, & sortilegia, in quibus cõtingit misceri crimina, vel veneficia, qualia in strigibus arguuntur, notionis sunt temporalis iurisdictionis. Proinde pro foro competenti distinguendo in sortilegiis personarum laicorum puniendis, obseruandum num ea contineant, vel participẽt hæresin manifeste, qualia sunt illa, quæ expressam habent fidei eiurationem, data fide & inita cum dæmone, & tunc possunt episcopi vel inquisitores hæreticę prauitatis de his cognoscere, nõ alias, vt expresse iure cautũ est, *in c. accusatus, c. 8. §. sane, de hæret. in 6.* Placuit autẽ, vbi expressa illa professio non fit dæmoni, vel eiuratio, & quamuis inuocetur dæmon ad pudicitiã expugnandam, vel ad maleficia docenda, vel ad sanandum vel lædendum, vel ad similia, eiusque causa efficiant imagines nõ pertinere ad manifestam hæresin, *Geminia. Philip. Franc. & alij interp. in d. §. sane, Oldra. con. 210. quod incipit. regularis traditio, & cons. 79. & 208.* quia ea possunt ad dæmonem dirigi, tanquam ad tentatorem, cuius naturã gerit. At si inuocetur dæmon, credendo quod possit hæc propria auctoritate, certe tũc est impietas magna, & detrahitur Dei potestati, quod creaturæ quod Dei est tribuitur: ideo ibi est hæresis manifesta, quæ iurisdictionẽ tribuat spiritalibus iudicibus, *Francus & Geminia. in d. §. sane, facit c. episcopus, 26. q. 5.* ¶ Itẽ † si sacramentis abutantur, aut eucharistia, vel baptismo, vel vnctione Chrismatis. Atque si ita impius reperiatur presbyter, qui inuẽtus sit huic sortilegio operam præbere, grauissimis existimamus dignum pœnis, vtpote grauissime peccãs, vel irreuerenter sacramenta pertractando, vel aliud immiscendo illis alienum, *in c. de homine, c. 7. de celebra. missa. c. nihil in sacrificiis, de consecr. dist. 2.* veluti si super characteres, aut supra maleficia, missas celebret. Cum alioquin & qui sacra profanat etiã ignoranter, vt si palla quæ in altari fuerit, mortuum inuoluat, vel eam negligenter habuerit, si diaconus sit, triennio sexque mensibus à dominico remouetur altari, graui percussus anathemate presbyter, decem annis & sex mensibus excommunicatur, *ca. nemo per ignorantiam, de consecrat. dist. 1.* De sacris vasis quoque, & aliis rebus Dei cultui consecratis nõ profanandis, iura sanciunt aperte, *c. altaris, c. vestimenta, c. in sancta, c. ad nuptiarum, de consecr. dist. 1.* Et Deus docuit, quantum irascendum sit in hæc profanãtes ex vltione quam sumsit de Balthasare, *Daniel. c 5.*

8

9 ¶ Narrat † Historia Gallica, *au roser historial. fol. 120. pag. 2. col. 2. & seq.* in pago quodam apud Sueßones, fuisse presbyterum quendam, qui vindictam cum quæreret inimicorum, sortilegam consuluit ea de re: illam autem ei persuasisse, vt bufonem more Christiani hominis baptizaret, eique inter baptizandum Ioannis nomen imponeret: dehinc vt hostiam consecraret, & eidem edendam porrigeret. Quod vt factum illa eum bufonem membratim discerpsit, & sortilegium confecit, quod deferri in domum inimicorum presbyteri: vnde accidit eosdem interiisse. Eo autem scelere detecto, flammis veneficam consumtam anno Domini 1460.

10 ¶ In † legibus Wisigothorum, hæc lex est iisdem verbis, *l. 3. de malef. lib. 6. C. Wisigo. tit. 2. Malefici & immissores tempestatum, qui quibusdam incantationibus grandinem in vineas messesque immittere prohibentur, & ij qui per inuocationes dæmonum mentes hominum conturbant, seu qui nocturna sacra dæmonibus celebrant, eosque per inuocationes nefarias nequiter inuocant, vbicunque à iudice vel actore vel procuratore loci reperti fuerint vel detecti, ducentis flagellis publice verberentur, & decaluati deformiter decem conuicinas possessiones circuire cogantur inuiti, vt eorum alij corrigantur exemplo. Quos tamen iudex, ne vlterius euagantes talia facere permittantur, aut in vetrusione faciat esse, vt ibi accepta veste atque substantia ita viuant, ne viuentibus nocendi aditum habeant: aut regiæ præsentiæ dirigat, vt quod de illis sibi placitum fuerit euidenter statuat. Ij autem qui tales consuluisse reperiuntur, in populi conuentu ducentorum ictus accipiant flagellorum, vt impuniti non remaneant, quos culpæ reatus similis accusat* Et iterum alia lege, *d. lib. 6. tit. 2. l. fi.* diuinos & consulentes eosdem quinquagenis verberibus coerceri iubetur. Vult & alia lex, *l. 1. eod. tit.* hos & qui respondent & consulunt de morte, vel vita alterius, ingenuos flagellis cæsos & in seruitutem redigi, bonis omnibus fisco delatis: seruos diuerso genere pœnarum afflictos, in transmarinas partes transferendos vendi.

11 ¶ Omitto † hic recensere iudicia Dei de his hominibus quotidie apparentia: vix enim est auditum, neque vnquam vidi vllum hominem istis scelestis artibus deditũ, quin misere vel viuẽs discruciaretur, vel misere & summo cum horrore perierit adstantium. Tandem enim dæmon eos, qui ei inseruiunt, improuiso casu tollit, ne si cogitandi mora illis præbeatur à laqueis effugiant. Sic Execestus Phocensium tyrannus, duos gestans incantatos annulos, ex quorum elisione mutua, & ex sonitu tempus gerendarum rerum commodum captabat, interfectus est dolo, etiam si ei prius illud significasset sonitus, vt ait Aristoteles in republic. Phocensium, & refert Clemens Alexandrinus *libr. 1. Stroma.* Blanditur primum iis, quos decipere vult Sathan, & linit mortis poculum dulcedine quadam ambitionis vel voluptatis: pollicetur superbis & gloriæ auidis, mille modis se effecturum vt à magnatibus & Principibus impetrent quæ velint: venereis mulierum decipiendarum ostentat artes: curiosis diuinandi artem: crudelibus, roboris & contra arma aduersariorum plura amuleta. In summa, singulis ratione affectionis propria & accommoda se posse mentitur. Interim autem subiicit impietatem, & inuolutis artibus clauis adamantinis figit gressus in scelere. Atque vbi iam quæ molitus erat effecit, miseri homines dum norunt se iam captos desperatione quadam acti, contemplantes postea quæ impie gesserunt, tristes semper & pauidi degunt, & propria conscientia sceleris, & à dæmonis imperio torti, sibi nunquam satisfaciunt.

De mirabilibus actibus aliis Magicis, Præstigiis, & Metamorphosi.

Cap. 16.

1 *Mirabilia magorum quæ sunt, & qualia.*
2 *Metamorphosis quorundam, & 3. 4. & 5.*

Digitized by Google

4 *Hominum in alia corpora num possit fieri transmigratio vere.*
6 *Miracula, seu potius præstigiæ antiquorum ethnicorum.*
7 *Xenophon magus.*
8 *Simonis magi præstigiæ admiranda.*
9 *Zaroes & Arphaxat magi Persarum victi ab Apostolis.*
10 *Apollonius Thianæus impostor.*
Item Thor, & Othinus, & 11.
12 *Zedechiæ magi impostura seu præstigiæ.*
13 *Histriones præstigiatores pellendi ciuitatibus.*

1 SEd † pergamus, & de aliis præstigiis dæmonum & magorum dicamus, quibus hominibus nimium credulis & fatuis illudunt, simulantes se operari mirabilia, quæ vel non sunt, vel si sunt, mirabilia scientibus & aduertentibus non sunt. Diodorus Sic. *li. 2. Biblioth.* Proteum ab Ægyptiis dictum esse Cœteũ tradit, regem Ægypti, tempore belli Troiani peritum syderum & multarum artium. *De hoc fingitur,* inquit, *solitum mutare se in omnes animantium stirpiumque formas, quod earum naturas facile tum astrorum scientia, tum etiam vsu & consuetudine sacerdotum didicerit.* Alii auctores de eius genere diuersa senserunt, veruntamen & vatem eum fuisse peritissimum consentiunt, & qui in varias sese conuerteret figuras & illum consulentes eluderet, ne facile nisi coactus responderet. S.: Homerus de eo Proteo faciens marinum Deum, *Odyss. 4.*

Ἀλλ' ὁ γέρων δολίης ἐπελήθετο τέχνης,
Ἀλλ' αὖ τοι πρώτιστα λέων γένετ' ἠυγένειος·
Αὐτὰρ ἔπειτα δράκων, καὶ πάρδαλις, ἠδὲ μέγας σῦς·
Ὗδωρ γίνετο δ' ὄγε ὕδωρ καὶ δένδρεον ὑψιπέτηλον.
Ἡμεῖς δ' ἀτρεμέως ἔχομεν τετληότι θυμῷ, &c.

Id est:

Neque ipse senex dolosæ obliuiscitur artis,
Sed certe leo primum factus est magnis iubis:
Porro deinde Draco, & panthera, deinde ingens sus:
Factus est, etiam liquida aqua, & arbor altu folius.
Nos vero firmiter tenebamus forti animo.

Sic mater Aristæi Cirenes ad Aristæum pergentem ad vaticinium Protei de eo dicit: *Virg. 4. Georgi.*

Verum vbi correptum manibus, vinclisque tenebis,
Tum variæ illudent species, atque ora ferarum:
Fiet enim subito sus horridus, atraque tigris,
Squamosusque Draco, & fulua ceruice Leæna:
Aut acrem flammæ sonitum dabit, atque ita vinclis
Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abibit, &c.

2 ¶ Simon magus quoque, & se, & alios in diuersas animalium figuras conuertebat: imo in aurum, vt dicã paulo post ex fide dignorum auctorum. ¶ Circe † conuertebat homines cantionibus & pharmacis in porcos, & alias feras, vt ait Homerus *lib. 10.* 3 4 *Odyss.* Plutarchus *in Gryllo*, & alii. ¶ Ex † Arcadibus qui forte ducti transnatabant quoddam stagnum, transformabantur in lupos, & cum similibus feris per illius regionis deserta viuebant: & si carne non vescerentur humana, post nouem annos eodem renatato stagno, reformabantur in homines, *Plinius li. 8. D. Augusti. lib. 18. de ciui. Dei, c. 17.* Pomp. Mela, *de Situ orbis*, de Neuris Scythiæ Europicę gente scribens ait, statum singulis tempus esse, quo si velint in lupos, iterumque in eos qui fuere mutentur. Virgilius *eclog. 8.* de herbis agens magicis, canit,

Hu ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis
Mœrim vidi.

Quid sentiat de his D. Augustinus audi, is postquam transformationes retulit, & hominum incredibiles commutationes, ait, *D. Aug. li. 18. de ciuit. Dei, c. 18. Si dixerimus ea non esse credenda, non desunt etiam nunc qui eiusmodi quædam vel certissima audisse, vel etiam expertos asseuerent. Nam & nos cum essemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarum partium: vbi stabularias mulieres imbutas his malis artibus in caseo dare solere dicebant quibus vellent, seu possent viatoribus, vnde iumenta illico verterentur, & necessaria quæque portarent, postque perfuncta opera, ad se rediret: nec tamen in eis mentem fieri bestialem, sed rationalem humanamque seruari: sicut Apuleius libro, quos titulo asini aurei appellat, sibi ipsi accidisse, vt accepto veneno, humano animo permanente, asinus fieret, aut indicauit, aut finxit. Firmissime tamen credendum est, omnipotentem Deum omnia posse facere quæ voluerit, siue vindicando, siue præstando, nec dæmones operari secundum naturæ suæ potentiam, quia & ipsa angelica creatura est, licet sit proprio vitio maligna: nisi quod ille permiserit, cuius iudicia occulta sunt multa, iniusta nulla. Nec sane dæmones naturas creant, si aliquid tale faciunt, de qualibus factis ista vertitur quæstio, sed species tenus, quæ à Deo sunt creata commutant, vt videantur esse quæ non sunt. Non itaque solum animum, sed nec corpus quidem vlla ratione crediderim dæmonum arte vel potestate in membra vel lineamenta bestialia veraciter posse conuerti: sed phantasticum hominis, quod etiam cogitando siue somniando per rerum innumerabilia genera variatur, & cum corpus non sit, corporum tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis aut oppressis corporeis hominis sensibus, ad aliorum sensum nescio quo ineffabili modo, figuræ corporeæ posse perduci: itaut corpora ipsa hominum alicubi iaceant viuentia quidem, sed multo grauius atque vehementius, quam somno suos sensibus obseratis. Phantasticum autem illud, veluti corporatum in alicuius animalis effigie sensibus apparet alienis, talisque etiam sibi homo esse videatur, sicut talis sibi videri posset in somniis, & portare onera: quæ onera si vera sunt corpora, portantur à dæmonibus, partim vera onerum corpora partim iumentorum falsa cernentibus.* Hæc ad verbum D. Augustinus, Quibus aliud addit exẽplum alterius qui erat pater cuiusdam Præstantii, qui narrabat venenum patrem illud in Caseo sumsisse, iacuisse in lecto quasi dormientem, qui tamẽ nullo modo poterat excitari: post autem dies aliquot eum euigilasse dicebat, & quasi somnia enarrasse, quæ passus esset, caballum scilicet factum, annonam inter alia iumenta baiulasse militibus, quæ dicitur retica, quoniã ad retia deportatur. Quod ita vt narrauit factum fuisse compertũ est, quæ tamen ei sua somnia videbantur. Aliud subiicit, *Indicauit & aliusse domi suæ per noctem antequam requiesceret, vidisse venientem ad se quendam philosophum sibi notissimum, sibique exposuisse nonnulla Platonica, quæ antea rogatus exponere noluisset. Et cum ab eodem philosopho quæsitum fuisset, cur in domo eius fecisset, quod in domo sua facere negauerat. Non feci, enquit, sed me fecisse somniauit: ac per hoc alteri per imaginem phantasticam exhibitum est vigilanti, quod alter vidi in somniis.* Sed ad alia superioribus similia adde.

¶ Scribit † Luithprandus *lib. 3. de rebus per Europam gestis*, Baianum filium Simeonis regis Bulgarorum, vsque adeo didicisse magiam, vt ex homine lupus, & quæcumque alia, vt vellet, fieri posset fera. Et vt addit Tritemmius, se inuisibilem præbebat, *in Chronica monastic. Hiosgannens.* is autem eodem teste vixit, anno Domini 970. ¶ Huc † pertinent illæ præstigiæ dæmonum quibus delusi sunt idololatræ, quando penatũ imagines Troiæ per Æneam de latæ Luinium, & inde per Ascanium Albam, pristinũ per se, vt mentiuntur, lararium repetierunt, *Val. Max. in 1.* Quod dicunt Actium Nauium nouacula cotem secuisse, *Cic. 1. de diuinat. Liuius in 1.* Serpentem Æsculapio nauiganti Romam pro comite adhæsisse: nauim qua simulacrum matris Phrygiæ vehebatur nullis viribus trahi, sed tantum zonula virginis potuisse: his similia adde, *refert D. Augusti. lib. 10. de ciuitate Dei, c. 16.* ¶ Magnus † prestigiator fuit Xenophon, quem admirabantur, quoniam ignem sponte sua nasci faciebat, *Athene. lib. 1. dipnos. c. 14.*

¶ Sed † ad metamorphosim iterum. Simon magus dæmonũ sibi inseruientium opera, inquit Nicephorus & alii *de Simone Mago, hæc refert Niceph. Ca. li. 2. hist. eccle. c. 27. & c. 36. & Epipha. aduersus Simonitas. August. sermo de sanctis, & epist. 86. de ieiunio Sabbat.* Abdias *Babyloni. li. 1. histor. Apostol.* multa faciebat, videlicet statuas sese mouere, vasa domestica sese transferre. Et ipse flãmis circundatus, non vrebatur: se rebatur quoque volans in aere: ex lapidibus, fuco hominibus obiecto, panes faciebat: draconis quoque formam induebat, in varias animantium formas mutabatur: duplici facie indutus conspiciebatur: in aurum sese totum transformabat: fores probe conclusas aperiebat dicto, ferrea vincula disrumpebat: in conuiuiis omniuaria formularum simulacra exhibebat: vt plurimæ ante eum præcederent vmbræ efficiebat, quas defunctorum dudum esse animas nugabatur: alios quos voluisset in alias animalium formas transformabat: inferebat morbos immanes & incurabiles. Tandem tamen cum D. Petro instituto Romæ certamine, cum volatu cœlũ peteret cũ quadrigis, vt scribit Arnobius *li. 2. contra gentes*, igneis, nomine Christi à D. Petro nominato & inuocatione eius Dei concidit, & crura sibi confregit: & postea cruciatibus & pudore defessus, ex altissimi culminis rursum se præcipitauit fastigio, & mortuus est. ¶ Magi † Zaroes & Arphazat, apud Persas in Babylone sub Xerxe rege, tẽpore quo inibi fidẽ catholicã 9 prædicarent. DD. Simon & Iudas apostoli, qui mutos reddebãt loquentes, & serpentes producebant, quive victi sunt ab Apostolis in fide Christi, vt fusissime refert Abdias *Babyl. lib. 6. hist. apost.* ¶ Apollonius † Tyanæus magus cognitus peritissimus, qui 10 cum eum Domitianus punire vellet, repente in iudicio non comparuit. *Lactant. li. 5. de iustitia, c. 3.* Aliaque plura stupenda fertur operatus à Philostrate, qui ex professo vitam eius perscripsit, & ex Hierocle. ¶ Erat † Craca mulier maga, Thor & Othinus magi: quorum illa quidem, vt ait Saxo *in historia*, appositas dapes in aliarum rerum formas commutabat: isti vero diuinitatis fastigium, ludificatis idiotarum mentibus, sibi arrogabant. ¶ Fuit † & Iudæus anno Domini 876. Zedechias nomine, 12 medicus Imperatoris Ludouici, magiæ peritus, qui videbatur impostoris deuorare hominem armatum, equitem, & currum cum equis & equisonem: quive alicui pedes, manus, caput præscinderet, & sanguinem fluentem ostenderet in pelui, postea autem reuiuiscentem ostentabat. Visusque hic Iudæus in cœlo & aere venari, perinde hac si in terra esset, *scribit hæc Tritẽmius in Chrõ. monasterii Hiogãnens.* ¶ Omitto † reliqua quæ de histrionibus feruntur, quæ ludificant mentem interdum arte, interdum manuum agili pertractatione: qui certe, vt noxii, vel vt va- 13 nissimi, ciuitatibus pellendi sunt, vt iussit Carolus 5. Imperator, in constitutionibus comitiorum habitorum Augustæ Vindelicorum, anno 1548. c. 26. Zyngemeros, id est, præstigiatores, Teutonica terra excedere, veluti exploratores & proditores Christianorum regnorum missos à Turcis.

De

Digitized by Google

De Magicis circa morborum curationem.

Cap. 17.

1 *Morbi quomodo à dæmonibus curentur.*
2 *Miraculorum effector videri voluit Adrianus.*
3 *Vespasiani Cæsaris miracula ficta.*
4 *Morbi incantationibus curati.*
5 *Morbos curantium per incantationes pœna.*

1 EAdem † ratione qua possunt morbos inferre magi & dæmones, & posse curare palam est: vel cum superstitione, vel sine superstitione, & cum rebus quæ curandi vires habent adhibitis latenter, vel sublata caussa, impedimenti sanitatis, quam ipsi norunt, vel imposuerunt Dei voluntate & permissione. Interdum tamen & ipsi simulant morbos curare, qui cum curati vere non sint, tamen ad tempus curatos videri faciunt, adhibitis quibusdam quibus leniunt dolorem, quem tollere non possunt.

2 ¶ Exempla † pauca proferam. Adrianus Cæsar, qui diuinationibus & magicis crebro vsus est, quive dicebat, se anima quæ sponte occubuisset indigere, iisdem artibus & incantationibus aquam inter cutem qua laborabat eduxit, qua tamen rursus & celeriter repletus fuit, *Dio Cass. seu Xiphil. ex eo. in Adriano.* Voluit & hic videri miraculorum effector, atque multa ideo de eius miraculis ficta sunt: quale illud, quod mulier eius iussu cum se aqua alicuius fani lauisset, oculos seu visum recepit. Et quãdo venit ex Pãnonia quidam natus cæcus ad febriẽtem Adrianum, quem cum contigisset oculos recepit, & Adrianum febris reliquit, vt narrat Spartianus *in Adrian.* Quæ tamen Marius Maximus per simulationem facta commemorat. ¶ Quo † etiam refero, vel ad magiam, quod Xiphilinus ait *ex Dione in Vespasia.* Vespasianum Cæsarem cœtum hominem, itemque alterum cui imbecilla manus erat, qui per quietem eum adire iussi fuerant, sanatle: alterius oculis sputo conspersis, & manu alterius conculcata. ¶ Strabo † *lib. 15. Geo.* circumuagari per Indiam incantatores ait, qui medicari creduntur, & solam fere apud illos esse medicinam: Homerus Vlyssem profluuium sanguinis sistisse carmine tradit. Theophrastus, Ischiasin carmine sanari scripsit, *Plin. in 28. c. 2. vbi similia refert plura.* Cato pro luxatis carmen prodidit, *de re rustica, c. 160.* M. Varro podagris. Quintus Serenus *in cura Hemitritæ morbi*, Hemitritæo morbo. Qui modum effugandi dæmones aut incantationes ediderint, quib. morbi sedarentur, docet Polyd. Vergil. *li. 1. de inuentorib. rerum, c. 22.*

¶ Ceterum † neque istis magis, qui remedia iactant, impunitas semper data: quinimo & fuit pœna cõstituta merito. Quamuis enim, vt alias dixi, medicamenta & iocunda per se & desiderabilia sint, tamen modus per magica curandi displicuit. Et audiamus de hac quæstione Hippocratem vere ratiocinantem, dum de sacri morbi per incantationes agit curatione. *Mihi*, inquit *lib. de sacro morbo, nec ij homines hu ventes videntur hunc morbum sacrum esse putare, qui hu modus tolli putauerunt: & si quis expiamentu, carminibus, vel excantationibus, vel aliare similibus hunc morbum abigit, diuina non dicitur hoc ope feciſſe, sed humana. Quod homines propterea fingunt plus quam ceteri vt scire putentur. Sicque homines accipiunt, castitatem integritatemque præ se ferentes: plurimus ius sermo de dijs est, mihi quidem non de pietate sicuti rentur, sed de impietate verba facere videntur, deosque nullos putare: nec, si sint, quidquam posse, nec prohibere posse, quin summa scelera committantur.* Ammianus Marcellinus scribit *lib. 16. In castris Constantij, si quis super occentu soricis, vel occursu mustela, vel similis signi caussa consuluisset, quemquam peritum, vel anile incantamentum quoddam ad leniendum quendam dolorem, quod medicina quoque permittit*, inquit, *auctoritas, rem vnde non poterat opinari delatus raptusque in iudicium, pœnaliter interibat.* Damnati etiam sunt ab Antonio Caracalla, qui remedia quartanis febribus collo annexa gestarent, *Ælius Spartia. in Antoni. Carac.* Et certe, postquam improbatæ sunt maleficæ artes, quis negauit & illas pœna esse dignas, quæ similes his sunt, etsi alias tollant: æque enim improbato maleficio, veneficium tollitur. Sic Horatius *Epod. ode 5.*

Ah, ah, solutus ambulas venefica.
Scientioris carmine.

Et Plinius, *Magorum*, inquit *libr. 28. c. 4. hæc commenta sunt, vt eorum quo ferramenta sæpe exacuta sunt, subiectam ignari cuticalibus, de veneficio deficientis euocare iudicium, vt ipse dicat, quod sibi datum sit, & ibi. quo tempore auctorem: vero non nominare.*

De magicis ad bonum quendam finem.

Cap. 18.

1 *Magia etiam ad bonum finem improbata, & seq.*
2 *Iulianus Imperator magus.*
3 *Eloquentia præsidium ex pileis infantis nuper natæ.*
4 *Incantamentum contra glires & serpentes. Et de Parisiorum ciuitate.*
5 *Bona male facta, mala sunt, & magi Persarum cur addecimati.*
6 *Ariolationem, & alia paganica obseruans quibus puniatur pœna.*
7 *Omen incantatum à Druidibus ad quid valeret.*
8 *Magiam ad salutem hominum ius ciuile non improbauit.*

VIdetur † magia ea probata quibusdam, quæ certis bonisfinibus concludi existimatur: veluti ea, quæ ad conciliandos homines, & ad amorem philtra conficit, vel iucunda quædam exhibet, vel morbis medetur. Quæ tamen omnia, quia bene non sunt, & sceleſtissima sunt, & quemadmodum alia sunt improbata. ¶ Producamus † in medium horum exempla. Fuit Didio Iuliano, Imperatori creato contra voluntatẽ populi, ea dementia, vt per magos pleraque faceret, quibus putaret vel odium populi deliniri, vel militum arma compesci. Nam & quasdam non conuenientes Romanis sacris hostias immolauit, & carmina profana incantauit, & ea quæ ad speculum dicitur fieri, in quo pueri præligatis oculis incãtato vertice respicere dicuntur, Iulianus fecit, *Ælius Sparti. in Dido. Iuliano.* ¶ Memorat † Lampridius *in Diadume. Antoni.* obstetrices capere solitas pileum, quo pueri nascentes insigniuntur naturali, & aduocatis credulis vendere: siquidem, inquit, causſi dici hoc iuuari creditur. Apud † Gregorium Turonensem *li. 8. hist. Fran. c. 33.* mirum sacrilegium legitur, his verbis: *Aiebant*, inquit, *Parisianam vrbem quasi consecratam fuisse antiquitus, vt non ibi incendium prævaleret, non serpens, non glis appareret: nuper autem cum cuniculi ponte emundarentur, vt cænum quo repletus fuerat auferretur, serpentum gliremque aream reperierunt, quibus ablatis & glires extra numerum, ibidem & serpentes apparuerunt.*

¶ Ferunt † Empedoclem, corpus mulieris absque spiritus & cibi vsu, quasi triginta diebus conseruasse: & ideo sibi falso se exanimem mulierem vitæ restituisse arrogasse, & immortalitatem, *Hesych. Milesius illustrius, lib. de viris.* Sed hæc quæ vetitis artibus scimus facta. & quæ credulorum mentes decipere possunt, pœnam merentur: atque hos qui obiecta specie finis boni, interim malo seu magia vtuntur, puniendos esse recte definiemus. Non quod bonum, quod quærunt, malum sit, sed quod male illud assequi desiderent. Nec sunt faciẽda mala, vt inde eueniant bona. Et bonum quidem est diuitias habere, imperare, multa nosse: verum illicitis artibus, non locus quam fraudibus, sacrilegiis hoc consequi, malum est. Sic Tatius Assyrius *oratio. con. Græcos. Quamuis*, inquit, *magicis & prestigijs quis vtatur ad bonum: tamen punibilis est: non secus ac qui cum latrone fuerit, etiamsi latro non sit, vt socius sceleris punitur.* Res quædam per se malæ sunt, quibus quis bene vti non potest: & alias quoque eo ipso quod sunt prohibitæ, malæ & mortiferæ: qualis erat illa scientia, quam contra prohitionem Dei, primi parentes cognoscere voluerunt, eadem persuasione, qua hodie magi ab artifice impietatis impelluntur, adducti, *Eritis sicut Dij, scientes bonum & malum, Gen. 2. & 3.* Nihil potest esse purum, quod ex ore & arte Sathanæ oritur. Nam si bonum quidpiam sit per se, dum ab eo prodit, polluitur: quia lex Dei prohibet ariolos, magos, & huiusmodi incantatores & impostores, nec vllo modo distinguit fines vtentium illis, vel consulentium, sed artem exsecratur absolute, *Deuter. 18. Leuit. 20.* Et impostura solæ dignæ morte sunt. Quemadmodum Isdiberges rex Persarum magnos addecimauit pœna, quod deteriſſet in specu eos infodisse virum hominem sub ara ignis, quo persuaderent regi, ignem loqui, *Nicepb. Cal. lib. 14. hist. Eccl. c. 18. Socr. lib. 11. hist. Tripart. c. 8.*

¶ Qui † obseruant paganica superstitiosa, Ægyptiacos dies qui horas captant ratione ominis boni, & similia, anathemathe plectuntur, *c. pe. 26. q. 7.* Qui furta detegunt, hoc modo puniti. *ea. l. & 2. de sorti.* Et, vt Vlpianus ait, *Qui furem per diuinationes dixerit eum esse qui non erit, de iniuria quidem non tenetur: id enim nimium mite iudicium, sed constitutiones eum tenent. Vlp. in l. item apud Labeonem, 15. §. si quis astrologum, de iniur. in P.* Et is qui confugerit ad ariolos & sortilegos, accusare non potest aliũ de crimine, *c. quisquis, 2. q. 8.* & ab ecclesiastica cõgregatione deiicitur, *c. si quis ariolos, &c. si quis eleemos. & ea. augustis, 26. q. 5.* ¶ Claudius † Cæsar quendam Romanum equitem è Vocontiis insſit interfici, quod deprehẽsus fuisſet in lite, quam exercebat, omen secum detulisse in iudicio, quod detulerat à Druidibus, qui antiqua superstitione consecrauerant, vt conducentem ad victorias litium, & regum aditus, *Plin. lib. 29. c. 3.* ¶ Scio † tamen leges Codicis Iustiniancis, magiam illam, quæ salutem & bonum aliquod procurare videtur, non improbasse, *l. 4. de malef. & Mathem. C.* Sed rectius statutum inuenimus, & hanc quoque prohibendam & puniendam apud Leonem Cæsarem, qui hac de re constitutionem 95. edidit, titulo περὶ τῶν μαθόντων τὴν μαγγανείαν καὶ χρωμένων.

De Spectris.

Digitized by Google

Cap. 19.

1 *Spectrorum causse, & de spectris in seq. num.*
2 *Prothei varia forma.*
3 *Empusa quæ.*
4 *Dæmones quæ specie appareant. Et seq.*
5 *Infantibus nouo editis insidiari dæmones.*
6 *Dæmones pestem seminantes.*
7 *Dæmon in specie adulteri.*
8 *Dæmon quibus apparuerit.*
9 *Iudæis se Mosem mentitus, & eorum plures perdidit.*
10 *Spectra immittentium pœna.*

1 COncitant † & dæmones sua arte & ingenii operisque celeritate ex materia commoda, quam ipsi norunt, spectra diuersa in aere, & in terra, miri artifices & celeres, & rerũ naturalium, quæ ea possunt generare & facere, peritissimi: quæ tamen ipsi operantur, vel vt decipiãt, vel vt auctores & creatores rerum earum videantur & miraculorum artifices, vel vt terreant homines pios, & bonos à pietate auocent. cum tamen nihil sit in his præter celeritatem mirandum. Confingunt itaque in cœlo ex nubibus animantia radiis mediantibus solis exercitus, venatores addunt ex aeris repercussione & instrumentis ad fabrefactis, voces; fletus, & id genus alia terriculamenta.

2 ¶ Aristophanes † *in Ranis* vnum profert, quod Proteum refert & apparuisse dicit Dionysio pergenti ad inferos.

ποτὲ μὲν βοῦς ἦν, ποτὲ δ' ὄνος, ποτὲ δ' αὖ γυνὴ
εἶτ' ἐξαπίνης με. Et postea, ἤδη κόρη
ἐμπροσθεν ἦν γ' ἐγώ.

Id est:

Erat aliquando quidem bos, nunc autem mulus, aliquando iterum mulier pulcerrima quidem, iam canis, Empusa igitur est. ¶ Eustathius † Empusam dicit laruam, spectrum quod vno pede ambulat: secundum alios, quod vnum pedem æreum habeat, *Cal. Rhodi. lib. 6. c. 28.* Alium, vt Aristophanes ait, *ἐπὶ κοπρὸν*, asininum: vnde & *ὀνοσκελὲς*. Et Suidas tradit hoc spectrum diabolicum ab Hecate immissum & calamitosis apparere: item & in meridie cum
4 defunctis inferiæ ferrentur. ¶ Apparent † enim dæmones, non quales sunt vt plerumque, sed ludicris inuoluti monstris. Nam vt ait Diuus Chrysostomus *Homi. in Psal. 41.* *Quot dæmones feruntur per aerem, quot aduersæ potestates, si illis Deus permitteret terribilem illum vultum suum, & horrendum aspectum nobis ostendere: an non mente dimoueremur? an non periremus? an non omnino in-*
5 *teriremus?* ¶ Rabini † Iudæorum dicunt, Lilith esse spectrum quoddam dæmonicum, habens formam abortiui nati ex impuro partu, excepto quod habeat alas. Et fabulantur mira de illo Lilith, quod semen Adami retinuerit, ex quo alios dæmones genuerit. Ideo scriptum est in parietibus Iudæorum per circulum album cœnaculi, לילית צאי מאתוך לילית חוץ. Sic lege, *Et Zelo chutz lilith, chutz lilith*, id est, *mane extra lilith extra lilith.* Et hoc circulo existimant arcere se dæmonem, ne ingrediatur, & ne noceat infanti recens nato; *hæc in li. qui Messiah Christianorum, Munsterus.*

6 ¶ Fertur † à Philostrato, *lib. 4. de vit. Apollon.* Ephesi dæmonicum quoddam spectrum pestem disseminasse, idque in formam & specie senis mendici peram gestantis paniceis frustis refertam, laceram & sordidam vestem gerentis, quem Apollonius Tyanæus ad expiandam ciuitatem cum detexisset, iussit lapidibus obrui, quod factum est: & sublatis deinde aceruis lapidum, ait in eius locum inuentum esse canẽ tanquam molossum, magnitudine tanta, quãta maximi leonum esse solent, quasi rabidi canis spumam emittentem: & ita liberatam à peste ciui-
7 tatem. ¶ Chunnegundis † vxor Henrici 2. Cæsar. in suspicionem venit adulterij cum aliquo iuuene, in forma cuius diabolus ex aula Imperatoris sæpe videbatur egredi. Purgauit autem illa innocentiam suam ambulans super craticulam ardentem, prout tunc erat mos & iudicandi formula. *Krantius lib. 4. cap. 5.*
8 *Metrop.* ¶ Gennadio † Patriarchæ Constantinopolitano apparuit spectrum, quod postquam exprobratum ab eo fuit, illi dixit, Te viuente filebo, sed mortuo perdam ecclesiam, quare & pro ecclesiæ stabilitate rogauit studiosius Gennadius, *Theod. libr. 1. Epito. Eccles. histor.* Apparuit dæmon cum diademate & splendore Diuo Martino Turonensi episcopo, dicens se Christum esse: detectus autem, quod Christus non esset, pollicitus reuerti cum veste purpurea & diademate, *Sever. libr. 1. de vita D. Martini.*

9 ¶ Narrant † miram dæmonis impostura historiæ ecclesiasticæ. Vir quidam in Creta, tempore Theodosii iunioris, *δαίμων*, potius *ἄνθρωπος*, se Mosem Iudæis ibi degentibus esse simulauit, atque pollicitus est, se illos per mare rubrum pede sicco traducturum, atque toto vno anno per insulam percurrés, suasit illis vt se sequerẽtur, quod & fecerũt vanis illius promissis decepti vna cum coniugibus & liberis. Itaque eos in summum quendam scopulum in pelagus excurrentẽ duxit, atque inde seipsos conijcere in mare veluti natantes & vrinãtes iussit: idque ex illis quidam statim, vt imperatum fuerat, fecerunt, neque deinceps apparuerunt: quidam etiam in præcipitio saxis allisi interierunt. Et vniuersi illi vel in vndis, vel in præcipitiis saxi pe riissent, nisi Dei prouidentia piscatores, & alia mercatura victum quæritantes Christiani homines subito adfuissent, eosque inde modis omnibus extrahentes seruassent. Tum primum fortasse qua dementia capti essent sétientes, hi quominus alii se in mare proiicerent. prohibuerunt, eorum qui antea id feciſſẽt interitum indicantes. Quam fraudem detegentes Pseudo Mosem illum apprehendere sunt aggressi verum perficere id minime potuerunt. Confestim enim ille disparuit, & magnam suspicionẽ præbuit, pernicioſum quendam dæmonem sub humana specie gentem eam in exitium produxisse: vt auctores sunt Nicephorus Calisti *lib. 14. hist. Eccles. c. 40.* & Socrates *lib. 2 histor. Tripart. c. 9.* Posse istis alia prope infinita exempla subnectere: sed hæc memorasse sufficiet de spectris, vt ea immitti à dæmone, & arte dæmonis intelligamus. ¶ Et † proinde qui huiusmodi artibus se polluunt, vel spectra commouent, digni animaduersione erunt. *Si quis aliquid, l. si quis aliquid, de pœn. in* P. vt ait lex ciuilis, *fecerit, quo leues hominum animi superstitione terrentur, Diuus Marcus huiusmodi homines in insulam relegari rescripsit.* 10

De Lamiis & Strigibus, seu Sagis.

Cap. 20.

1 *Lamiarum veneficia pessima, operaq; infanda.*
Earum synodus, vel congregatio nocturna. Et 2.
3 *Sagarum seu Lamiarum duæ species.*
Et striges vnde dictæ lamiæ.
4 *Lamiarum transformatio.*
5 *Animæ Hermotini, & Aristæi vagabantur relicto corpore, & redibant in proprium corpus.*
6 *Epimenidis anima errabunda relicto corpore ad nutus arbitrium*
7 *Ancyrani concilii de Lamiis explicatio.*
Et 8. Et 10.
Lamiæ num vere deferantur à dæmonibus, eod.
Et 8. Et 9.
8 *Dæmon num possit aliquem transferre de loco in locum*
Et quod Angelus Dei possit momento, eod.
9 *Maleficæ nudæ reperta in itinere.*
11 *Præstigia à maleficiis longe distant.*
12 *Dæmonum debilis aut nulla potestas in res humanas.*
13 *Morborum per maleficia curationem fieri, & quare ea prohibita.*
14 *Dæmones visibiliter hominibus seruientes in Islandia.*
Et 15.
16 *Dæmonum vbi choreæ visuntur noctu. Et. 17.*
18 *Moloch idoli forma & sacrificium.*
19 *Semen oblatum Moloch*
20 *Bacchanales quales conuentus.*
21 *Dæmones incubi & succubi quomodo fiant. Et 24.*
22 *Dæmones habent quædam corpora, semen, & membra, & alun-*
tur humore.
23 *Valdensium hæreticorum conuentus dæmoniaci & turpes.*
25 *Dæmones num generare possint.*
26 *Homines non possunt gigni, quam ex coniunctione maris & fœ-*
mine, eod.
Fœmina vbi dicuntur sine mare concipere, eod.
27 *Dæmones corporeos vnde fingunt Rabini natos.*
Et num dæmonibus semen generationis insit.
28 *Lamia Menippi dæmon mulieris forma.*
29 *Appelles vir sanctus dæmonem sub figura mulieris detexit.*
30 *Comus dæmon.*
31 *Animarum apparentium spectra, & eorum nomina.*
32 *Animas bonas in bonos dæmones, malas in malos arbitrati impii*
antiqui.
33 *Lamiæ sortiariæ dictæ, & qualis lamia.*
34 *Striges quid, & quare venefica eo nomine appellatæ.*
Infantes rapiunt venefica & sortiariæ quomodo & quare.

DIcuntur † mira de lamiis & strigibus quæ multis incredibi 1
lia sunt, aliis autem dubia, & varia intellecta: istæ sunt veneficæ absolutissimæ, dæmonum mancipia inusta & signata, de quibus plura refert Hieronym. Cardanus *li. 15. de Varie. rer. c. 80* Ipsæ tortæ coactæ referare sua infandissima mysteria sæpe fassę sunt quædam, quæ vix credibilia sunt, nisi quis, quę iam de magis supra dixi & probaui ãnotauerit: quibus illæ anus maxime, decipiuntur, aliosq;. lædunt & fallunt. Et in sũma in istis impietatis magicæ totius epitome & cõpendium est, harũ similia opera ita cõstãti testimonio à pluribus & ab antiquis ætatibus, & in diuersis locis inter se prouinciis distãtibus, firmata & cõprobata: vt nõ mentibus solũ imponi, sed & arte dæmonica ea perfici, dubitare non possim.

¶ Dicũt † se certis diebus in desertis, hisq; certis cõuenire locis 2
noctu, ex pluribus diuersisque oppidis & prouinciis vtriusque sexus & ætatis, inibi saltare, iocari, epulari splendide, concum-

Digitized by Google

cumbere, per inuia eo deduci, inebriari, fatigari, dæmonum obsequiis initiari: perniciem humani generis promittere, quam
3 postea exsequantur. ¶ Ceterum † vt facilius explicemus quæ mentes hominum fallunt, & in quibus iudices hallucinantur, dico duas esse species sagarum, quæ in impietate quidem, vt seruiant dæmonibus, consentiunt, sed diuersæ sunt possessionis. Prior species earum est, quæ relicto Deo tantum imaginationibus & illusionibus adhærent, & pharmaceutria tantum vtuntur, venenis scilicet. Alia species earum, quæ expresse fidei renuntiarunt, apostatæ sunt à Christo, quæve dæmonibus se deuouerunt. Et hæ mira agunt, & noctu transformantur in figuras alias animalium: canum, vpuparum, & vnde nomen strigum. In cubicula ingrediuntur, inuisibiles aliquando rapiunt pueros, suffocant, & strangulant, aliaque impiissima a-
4 moliuntur, & à dæmone transferuntur. ¶ † Iam de metamorphosi corporis vi incantationum supra probauimus, sed nominatim adhuc & lamias in figuras alias transferri, vel alias figuras videri habere, quod probe intuentibus quam propius docetur ex Ouidio, dum de anu Dipse venefica agit.

Hanc ego nocturnas vinum volitare per vmbras
Suspicor, & pluma corpus amicte tegi.

Et apud Horatium Canidia, *ode 5. Epod.*

Vellabor humeru tunc ego inimicus eques.

5 ¶ Et † Apuleius ait, *lib. 2. de asino aureo, & alibi in* 1. magnam in mustelam transfiguratam. Interdum, non quidem corpus moueri quidam putant, sed animam aliam figuram relicto corpore, veluti vagina, suscipere. Et ferunt Hermotimi Clazomeni animam relicto corpore vagamque & e longinquo plura nútiare, quæ nisi à præsente annuntiari non possent corpore interim semianimi: donec cremato eo, inimici eius qui cantharidæ vocabantur, remeanti animæ velut vaginam ademerunt. Aristæi etiam animam visam euolantem ex ore in Proconnesso corui specie: nisi ea quoque existimemus exempla fabulosa, vt Plinius, *de illu lib. 7. c. 52. & iterum de Aristæi anima, Herod. in 4. & Hesych. Milesi. Illustr. alex. eodem.*

6 ¶ Refert † Illustrius. *Idem Hesych. d. l. 1. alex. eodem, in Epimenide.* creditum, Epimenidis Cretensis animam corpore solere excedere, cum vellet, & quandiu iuberet, rursusque regredi: mortui quoque pellem literis, notisque compunctam repertam famam esse. ¶ Sed † explicemus quæ ii, qui sagas esse non credunt, & ita impunita scelera relinquunt, ratiocinantur. In primis obiiciunt ex cõcilio Ancyrano, ca. 24 quod refertur à Gratiano. *in c. episcopi 26. q. 5.* in quo hæ sagarum opiniones ad illusiones tantum mentis referuntur. *Quædam, inquit, mulieres scelerata retro post Sathanam conuersæ, existimant & profitentur noctu secum Diana vel Herodiade equitare super quasdam bestias, & per multa terrarum spatia peragrare, quæ falsa opinione decepta hæc esse ita credunt, & credendo à recta fide deuiant: ideo sacerdotes perpetuo prædicare per ecclesias debent hæc esse falsa.* Et subiungit hoc ad visiones animi per dæmonem suggestas & varias figuras eo suggerente impressas potius adscribendum, quam ad corporalem translationem transferendum: firmat ex visionibus Ezechielis, quæ in spiritu, non in corpore contigerunt, *Ezech cap. 3.* & ex D. Paulo, *2. ad Corinth.* 11. qui noluit affirmare se extra corpus raptum. Verum huic canoni respondent ij, qui ex tortura & rerum euentu cautiores & certiores facti sunt, post hoc concilium veriorem esse detectam sententiam: & ideo istius generis sagis dictam à concilio sequentibus grauissimam fuisse pœnam, vt dicemus in pœnis.

8 ¶ De † hinc concilium Ancyranum loquitur de specie altera sagarum, neque ideo negat alias esse posse, quæ corpore quoque à dæmone non deferantur: nam & hoc nemo dixerit esse impossibile, cum legamus etiam Dominum nostrum Iesum Christum assumtum & delatum in sanctam ciuitatem à Diabolo, & constitutum supra pinnaculum templi, *D. Matth. cap. 4.* Scimus & ab Angelo, & spiritu Dei per capillum translatum & portatum Abakuc de Iudæa in Chaldæam, ad ferendam escam Danieli, *Dan. 14.* & rursum momento relatum in patriam Scimus & baptizato Eunucho, D. Philippũ ex loco baptismi dati
9 fuisse translatum in Azotum *Actuum 8.* ¶ Et † varia exstant exempla & testimonia maleficarũ, quæ vel intercepto itinere, vel soluta impia præter earum arbitrium societate, diuino quodam iudicio nudæ inuentæ sunt, & in aliena patria, vnde pedites remeare illas oportuit: & vnde detectæ, vt maleficii reæ, damnatæ sunt, *vide exempla relata apud Paulum Grillan. in tract. de sortileg. q. 4. nu. 26 27. 28.*

10 ¶ Atque † sortilegæ de quibus in concilio Ancyrano. in multis differunt ab istis lamiis & lemuribus, de quibus agimus. Illæ enim ludificatæ à dæmone in mente, non omnino apostatarunt à fide: at istæ omnino Deo vero eiurato sese mancipio dæmonis dediderunt. Dubiæ illæ in fide, ideo hæreticæ & quę reconciliari possint ecclesiæ pœnitentia, *c. firmissime de hæret. c. qui sine seruatore 27. q. 2.* istæ apostatæ, omnino alienæ à fide, *ca. 1. de apost. in 6. c. 1. eo. t. tit. apud Gregor.* Illæ, se tacite dæmoni deuouent: istæ. expresso sacramento ei, quem sciunt dæmonem esse, Deique aduersarium. Illæ nulla conficiunt sortilegia, non responsa petunt, non sacrificant, non baptizant: istæ, contra.

¶ Secundo, † canon *Nec mirum, 26. q. 5.* ex D. Augustino tran- 11
scriptus, huic sententiæ officiet, probans magorum præstigia aliena esse à veritate: si dixerimus aliud esse præstigia quæ perstringunt & ludificant mentes & oculos hominũ, aliud esse maleficia, vt ex iam dictis apparet. ¶ Tertio, † minus me dimouet 12
à sententia, quod dæmonum tanta non sit potestas, vt possint exsequi quæ se facere istę lamiæ iactant: nec possint naturas & cõstitutiones & ordinem cœli turbare, immutare & peruertere: grandines ad nutum, & pluuias, vẽtosve ciere vel sopire. Solius enim demiurgi & summi opificis Dei hoc est, *D. Dionys. epist. ad Polycar.* per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil *D. Ioa. c. 1* Neque potuerũt dæmones, vel in porcos intrare propria auctoritate, eiecti ex corpore hominis, *D. Matt. 8. D. Marc. 5. D. Luc. 8.* Sed & mores non aliunde quam ex voluntate & arbitrio cuiusque efformantur, vt mutari ab incantationibus possint. Et vt ait Horatius *ode 5. Epod.*

Venena magnum fas nefasque non valent
Conuertere humanam vicem.

Nec corpus corrumpitur, nisi de consensu voluntatis, *leg. vim passam, & l. si vxor, §. si quis plane, ad leg. Iul. de adult. in P. l. 1. §. ro mouet. de postul. in P. tota 32. q. 5. cum similib.* Imo neque auxilia conferre posse magicas artes, iisdem rationibus comprobari potest, quibus nec nocere ostendimus: nec posse mederi hominibus aut animalibus aliis. Sed & hæc etiam esse laqueos & insidias humani generis hostis, scriptum est, *in ca. admoneant 26. quæstio. 7.*

¶ Omnia † porro hæc & similia, quæ propemodum infinita in 13
hanc sententiam adferri possent, verissima quidem sunt per se. Ceterum iam probatum est sententiis plurium, dæmones posse multa, vel iussu Dei, vel per missione, propter hominum peccata, vel ob illorum probationem: multaque ex cœlestibus & aereis impressionib. moueri per dæmonem posse, per causas naturales, iisdemque de caussis nõ est quod dubitemus hominum volũtates posse inuerti, vel impelli, vel suasionibus dæmonicis, vel caussis quę mouere possunt, ab illo vel eius satellitibus applicitis, quibus nimium molles homines facile vincuntur, & cõsensum pessimis iungunt eorum impostoris: & ita voluntas proprie impellitur à dæmonibus: illa autem per seipsam succumbẽs cõsentit. Neque in hoc capite quærimus, num vti remediis sortilegis improbatum sit: hoc enim palam est, & pœna debita est his vtentibus: sed num hæc remedia adferri possint: atque ita posse etiam demonstratum est. Quanquam vt diximus, & præstigiis interdum morbos curare videatur, qui tamen remanent, & sæpe dæmones morbos permissione Dei inferant, quos tollunt: vt maleficiis coitus ligant, quos deinde soluunt. Nouit & dæmon plurium stirpium & pharmacorum vim, quibus adhibitis possit etiam curare, & impendentia quæ ille nouit, vt medicus ex symptomatibus mala cognoscens, potest præcidere resicut & ea, quę nociua sunt, inferre. Neq; etiam prohibentur hęc sortilegia curantia dæmonica, quod ea non possint curare: sed quia per ea detrahitur Deo cum ipsi impostores suæ volunt adscribere glorię. quæ Deo vero debentur. Et quia summe periculosum sit à manu hostis coniurati, qualis dæmon homini, medicinam & pharmacum capere: nunquam enim salutem hominis procurare poterit is, qui omnia momenta captat & obseruat, vt possit eum iugulare & perdere.

¶ Mirantur † & ideo negant plerique vt impossibilia, quæ i- 14
psæ referunt se turbis, conuiuiis dæmonum & spectrorum cum aliis interesse & lętari ad organum saltare noctu inibi. Hoc certe & mirabile est, verum non impossibile: alioquin neganda erunt quæ fide digni auctores narrant de dæmonum saltationibus. & de spectris & hominum per illos assumtis figuris. Olaus Magnus scribit hodie etiam in partibus illis septentrionalibus, de quibus historiam, non fabulã tradit spiritus esse qui se visibiles exhibeant, in Islandia frequentiores & hominibus inseruiunt, eorum: iumenta & animalia ad pastum ducere & reducere, nec deregi eorum technas, donec euanescant, *Olaus Mag. lib. 2. pop. Septentrio. c. 3.* Itẽ alios ex spiritib. illis esse dictos Germanice, vt Græce, *Cobales*, qui imitantur, vel vidẽtur imitari, quæ faciunt homines: cum tamen nihil faciant: & alios *Gutales* dictos Germanis, quod videãtur esse amici hominũ *idem l. 6. c. 10.* ¶ Vi- 15
ues quoque tradit *lib. de veritate fidei Christ.* in terris orbis noui nupertime detectis, spiritus omnibus famuliariter apparere & tam in ciuitatibus quam extra alloqui homines: eisque iubere, vetare, & terrores incutere. Sic apud Hom. Odyss. 1. fertur dæmon: quem Pallada nominat, in forma Mentæ ducis Taphiorum Telemacho, filio Vlyssis apparuisse, & ei quęrendum patrem suasisse, demumque disparuisse.

βῆ, inquit, ἰὼν κατ' ὀλύμποιο καρήνων αἶψα.
στῆ δ' Ἰθάκης ἐπὶ δήμῳ ἔπι πρυμνησίῃσι θύρῃσιν,
ἀνδρὸς ἐπ' ἀγλαΐην· παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος,
εἰδομένη ξείνῳ Ταφίων ἡγήτορι Μέντῃ.

Id est,

Descendit autem ab Olympi verticibus, impetu vento præpiter.
Stabat autem Ithaca in populo ad vestibulum Vlyssis,
Limine in aulæ in manu autem gerebat ferream hastam,

Digitized by Google

Similis hospiti Taphiorum duci Mentæ.

16 ¶ Sed † propius ad rem Olaus Magnus refert in regionibus illis septentrionis, in pluribus locis videri spiritus & spectra saltantia, & chorizantia potissimum noctu, ad sonitum omnium instrumentorum musicorum, vocarique choream illam vocabulo gentili Choream Eluarum, *Olaus Mag. lib. 3. hist. Sept. c. 81.* Saxo etiam Grammaticus horum meminit, *in hist. Dania.*

17 ¶ † Pomp. Mela, *lib. 3. in Æthiopia, c. 10.* dum Æthiopiam describit, *Vltra Sinum*, inquit, *mons, qui Θεῶν ὄχημα, seu Deorum vehiculum, qui perpetuus igni bus flagrat, vltra montem viret collis, longo tractu, longis littoribus obductus, vnde visuntur patentes magis campi, quam vt prospici possint Ægypanum Satyrorumque.* Hinc opinio ea fidem cepit, quod cum in his nihil culti sit, nullæ habitantium sedes, nulla vestigia, solitudo in diem vasta, & silentium vastius: nocte crebri ignes micant, & veluti castra late iacentia ostenduntur: crepant cymbala & tympana, audiunturque tubæ sonantes magis humanis.

18 ¶ Et idipsum † confirmat Plinius, lib. 5. c. 2. Habemus horum dæmonicorum conuenticulorum in sacra scriptura vestigia, quando dæmon præposito aureo vitulo, in idololatriam incitauit populum Hebræorum, Mose absente, & coram vitulo cœpit ludere edere, & bibere: quod vsque adeo displicuit Mosi, ob cultum Dei contaminatum in eo, vt occiderit 23. millia hominum. *Exod. 30. & 1. Corinth. 10.* Ad cuius vituli similitudinem, constructum & postea dæmonis impulsu idolum Moloch, facie vituli, manibus planis ad suscipiendum porrectis, concauum, vbi sacrificia & pueri dæmoniis immolati concludebantur, & igne suppositio comburebantur, circum cantantibus & psallentibus aliis cum vlulatu crebro, & tympanis, ne eiulatus sacrificatorum perciperentur: idq; fiebat in valle cuiusdã, qui dictus erat Heinon, vnde locus dictus Geheinon, vt omnia recte probãtur ex Hieremia, 32. & Regum historia, 4. *Reg. 23. vide in radic. Hebræum. Munsterum, in verbo,* תפת *tophet.*

19 ¶ Huic † etiam idolo dabatur semen ab hominibus, quo in plura abuntur dæmones: vnde prodiit illa constitutio Dei, *Qui de semine suo dederit Moloch idolo, morte moriatur, Leuit. 18. 20.*

20 Nisi pro semine intelligamus genitos seu filios. Fiebant † tempore idololatriæ hi conuentus paganici publice, & postea prohibiti, noctu fieri cœperunt reseruatis ritibus antiquis à diaboli arte, & orgicis bacchationibus seu furoribus & mysteriis, quæ proculdubio habebant venereas & impudicas cum cantibus & tympanis sexuum commixtiones. Bacchi vel Oenachi sacra secreta, & non nisi sceleris participibus, id est, his initiatis communicata, vt ex Catullo constat.

Pars, inquit, *obscura canis celebrabant orgia cistis,*
Orgia quæ frustra cupiunt audire profani.

Horumque mystica erant fascinus, siue membrum virile, & vannus *de his multa Clem. Alex. in προτρεπτικῷ πρὸς Ἕλληνας, & Euseb.*

21 *lib. 11. de præpar. euang.* ¶ Sed † & illud mirabilius videtur, & tamen mihi non alienum à veritate, quod in illis conuentibus ad quos se deferri dicunt laruæ istæ & fortilegæ, rem se cũ dæmone habere perhibent: & se sperma illorum inter coeundũ sentire frigidissimum: item & quod venefici eiusdem coniurationis & factionis quoque coire cum pulcris mulierib. sibi videãtur. Quæ omnia impossibilia videntur, cum spiritus carnem & ossa non habeant, & incorporei sint. Fatebor certe hæc stupenda esse, sed vsitæ credulitatem nostram & opinioné contrariam rerum experientia, pernicies & scelera fœminarũ harum & veneficorum, & astus diaboli, qui vt immundus est & pollutus, ita immundus & cœno, vt sus in volutabulo luti fœtidi valde oblectatur. Et ideo, & fingit sibi aereum corpus huic perniciei idoneum, non secus quam sibi alias personas quas commodius decipiat, imponit: colligit & ideo spermata decidua, & huic corpori accommodat, ex quo effundit frigida, itaque & generatio-

22 ni tunc non commoda. ¶ D. Augustinus † dæmones habere quædam corpora arbitratur, *D. Aug. lib. 8. de ciuit. Dei, ca. 15. & lib. de natura dæmon. de genesi ad literam.* Apuleius dæmonum corpora inter terrenã & æthereã naturam media esse ait, *Apule. in asino.* multoque minus concreta quam nubes & longe subtiliora, ex purissimo aeris liquido & sereno alimento coalita, nihil terrenæ soliditatis habentia: idcirco nec oculis humanis conspicua, nisi illa diuinitus sui speciẽ offerant. Sic Psellus, *de dæmon.* corpora dæmonum ex quo ceciderunt à cœlo & propria bonitate, densiora effecta & patibilia arbitratur. Isque ex quodam Marco tradit, dæmones semen iacere, ex quo perpusilla oriuntur animalia, habereque membra genitalia, sed nonqualia homines, & excrementum ex illis manare: quod tamen non omnibus dæmonum generibus contingat, sed materiæ proximis, aqueis & terrenis, qui aluntur attracto in spongiæ modum humore.

23 ¶ Memorant † annales Gallici, *au Rosier historial. de France, fol. 119. col. 8* anno 1388. apud Attrabates in ipsa ciuitate præcipua, quæ hodie Arras dicitur, detectum fuisse Valdensium conuentum, quem dicebant, *La vaulderie.* Asserebant autem qui ex factione Valdensium essent (hi autem erant hæretici, aliter dicti pauperes de Lugduno) cuiuscunque sexus, se trãsportari inuisibili modo arte dæmonica, in locum eremum seu omni habitatione destitutum, vbi comparebat dæmon quidam forma hominis, cuius tamen faciem non viderent, qui legeret mandata, & quemadmodum orare & obsequi deberent: & postea iubere posteris & natis suas exosculari, singulis dans pecuniæ eis quippiam modicum, quo facto exstinctis fascibus & lumine concubitu sese polluebant, & suam quisque comprimebat, & subinde ad sua reuertebatur. Ceterum si quis admiserit corpora habere aliqua dæmones, vel corpora sibi posse, vt phantasmata, coniungere, qui negare poterit cum hac confessione perditarum veneficarum posse conuenire veritatem, & ita voluptate venerea inescari mulierculas istas anus insatiabiles? 24

¶ Scimus in confesso † esse apud doctissimos viros, incubos & succubos esse dæmones, qui ineant mulieres, & qui viris, vt mulieres, se subiiciant. *Quos antiqui dixere*, inquit D. Augustinus, *lib. 15. de ciuit. Dei, c. 23. Faunos, Syluanos, & Galli Dusios, qui hanc assidue immunditiem & tentant & efficiunt.* Hic autem non confundo morbum, qui incubus ab hoc dæmone tracta metonymia dicitur, Græcis ἐφιάλτης vel ἐφιάλτας: quoddam, inquam, malum, quo correpti inuadi se ab aliquo, & magno pondere se opprimi & suffocari imaginantur. Quod ideo Græcis & πνιγάμυνα, seu πνιγαλίωνα, *de hoc Gerrans Arculanus, in 9. lib. Almanso. ca. 15. Auicen. 1. Tertij tracta. 5.* ex crasso frigido vapore, vt tradit Possidonius, ventriculos cerebri, replente, & prohibente spiritus animales per neruos ferri. Secreta namque hæc est consideratio à præsenti & morbus hic esse potest, sed vltra illum est & dæmonica illa illusio, & dæmonicum phasma incuborum & succuborum: & Panas, Faunos pilosos, dici dæmonas incubos, consentit glossa ordinaria sacrorum Bibliorum, *gloss. in c. 13. Esaiæ, & 34.* & Isidorus *lib. 8. cap. fin.* & D. Thomas *1. part. quæstio. 15. & quoli. 8. & in dict. cc. Esaiæ.* Atque Horatius, dum ait, *libro tertio Carminum, ode 18.*

Faune nympharum fugientum amator,
Per meos fines, & aprica rura
Lenis incedas: abeasque parvis
Æquus alumnis. 25

¶ Existimant que † non leuis noæ & eruditionis homines, ca put 6. Geneseos eo pertinere, quamuis de filiis Seth, & filiabus idololatrarum intelligat D. Augustinus, & alij verius, *dict. libr. 15. de ciuita. Dei, cap. 23. Athanasius libr. diuersar. quæst. 19. & 97. Cyrillus Alex. lib. 9. cont. Iulian. D. Chrysostom. Homil. 22. in Genesin*, dum dicitur filios Dei, quo nomine intelligunt angelos, vidisse filias hominum pulcras, & eas sibi coniunxisse, natosque inde Gigantes, *Lactan. libro secundo, de orig. erro. cap. 15.* Et certe quamuis per se non habeant semen ad generandum dæmones idoneum: tamen tradiderunt aliqui posse semen humanum ab his colligi, & ita aliquo instrumento idoneo in vuluam maleficarum demittere, vt inde si debitus sit calor, generatio sequi possit, *Malleus malefic. libro primo, quæst. 3.* eo quod generatio perficiatur ex vi seminis humani, sicut aliæ rerum species ex semine suo oriuntur. Et sic plerique narrantur illa operatione dæmonis nati, vt Merlinus, *exstat ea de re liber, qui Merlini nomine inscribitur, Gallico sermone conscriptus*, & Apollonius Thyanæus à Protheo dæmone, *Hesych. Milesi. Illustr.* de τούτων. Plato ex matre & Apolline, *idem dict. lib. in Platone.* Qui tamen filij ideo aut generati à dæmone dicendi non sunt: is enim impotẽs generationis, sed eius à quo semẽ ipse suffuratus erat, & receperat, succubus factus in modum mulieris, *Arnulan. in 9. Almanso. c. 15.* Sicut & ea quæ impęrgnata est in balneo, vlua calidum sperma hominis ibi effusi trahere, sine semine & homine impręgnata non dicitur, vt auctor Auerrois. 26

¶ Neque enim † errandum tam turpiter, vt dicamus à diabolo generationes fieri, vt quosdam dixisse ab initio, dum de personis agebamus, & quosdã homines nõ Adameos annotauimus: falsa enim & conficta sunt ea omnia. Sicuti & quod Pomp. Mela ait, *in 3. circa fi. in Æthiop. c. 10.* circa Athlantidis oras, fœminas esse toto corpore hirsutas, & sine coitu maritum sua sponte fœcundas. 27

¶ Nec † etiam verum quod fabulantur Rabini, dæmones natos ex semine Adami quosdam corporeos, nempe quod scribatur in Genesi, fuisse Adamum 130. annorum, cum genuit in similitudine sua, innuentes ante genuisse in alia similitudine. Quod Lilith dæmon retinuit semen eius, & genuerit alios 28 dæmones, *refert Munsterus, in Messiah. Christian.*

¶ Sed † illud non latet quod Philostratus scribit, *lib. 4. de vita Apoll.* de lamia seu phasmate dæmonis Menippi cuiusdam nuptias, ambiẽte: de qua Apollonium dixisse ita scribit μίαν τῶν ἐμπιπτόντων ἀεὶ λαμίας τε καὶ μορμολυκεῖα οἱ πολλοὶ ἡγοῦνται: ἰρᾶν δὲ πάντως, καὶ ἀφροδισίων ἱκανῶν δεῖσθαι μάλιστα αὐθρωπείων, ἰρᾶν καὶ πάλαι τοὺς ἀφροδισίους, οὓς αἰθίοπας δαίμονας, id est, vnã esse ex numero Empusarum quas lamias alij, alij aũt laruas vocant, amare autẽ ipsas & ad venerem pronas, & humanas carnes vehementer expetere: & venereorũ cupidine allicere eos quos postea volunt deuorare. Et subiicit Apollonio acrius instante, acriusque eam torquente fassam, τὸ φάσμα, ἐμπουσαν δὴ καὶ πιόντος ἐδωκεν τὸ ἀφρώτιον ἐς βρῶσιν τῷ σώματος, id est, confessum est illud spectrũ, se esse Empusam, & voluisse Menippum sui cupiditatis explere, vt eius postea corpus deuoraret. Nam τὰ μὲν ἄλλα, καὶ ἡνίκα τῶν σωμάτων solere σιτεῖσθαι, ἐπειδὰν αὐτοὺς ἀναπλήσῃ τὸ σῶμα, id est,

Digitized by Google

id est.*consueuisse pulcris & iuuenibus hominum corporibus vesci, vbi ad summam sanguinis abundantiam peruenissent.* Videbis autem apud Philostratum, quomodo prius hoc phasma Menippo aliquando solo ad Cenchreas Corintho proficiscenti se in mulieris speciem obtulerit,atque ex manu apprehendens Menippum iam dudum se illius amore teneri dixerit, se esse genere Phœnissam,in suburbano quodam iuxta Corinthũ habitare, se illo contentam victuram non admisso riuali: & subinde sæpius eam conuenisse postea Menippum,& vsque adeo eius voluptate insaniisse,vt nisi Apollonius, vt dictum est, eam detexisset, nuptias cum eo iniret paratas. Credat qui velit, ille tamen refert.

29 ¶Narrat†Sozomenus Apelli viro sancto, in eremo Ægypti degenti fabro ferrario, cum noctu accumberet, spiritum dæmona apparuisse in forma mulieris formosæ, vt eum ad luxuriam prouocaret:sed Apellem accepto è fornace ferro candente in faciem illius insurrexisse, & ita eum spiritum frementem & flentem cito citius ad fugam compulisse. *Sozom.lib.8.hist.Tripart.c.18.*

30 ¶Scribit † & Philostratus, *in Iconibus in Como*, esse Comum dæmonem, præsulem venercorum,hincque κομάζειν. Et tursũ ait,*idem ibi. de Andriis* hilarissimos ac ebrios dæmonas proficisci ad Bacchanalia Andri insulæ, vbi vinum nascitur, cũ Dionysio. ¶Inter†spectra dæmoniaca nocentiora, lamiæ sunt,lemures & laruæ,quas antiqui ita distinguunt Ethnici, vt dicant animas exutas corpore,lemures,*D.Aug.lib.9. de ciuit. Dei, c. 11. & Apuleius quoque, Plato.* Ex illis lemuribus,eum,qui posteriorum suorum curam sortiretur,pacato & quieto nomine domum possidentem larem dicebant familiarẽ.Eũ vero qui propter aduersa vitæ merita,nullis bonis sedib. in terra vagatione puniretur, inane terriculamentum bonis hominibus, malis autem noxiũ: Laruam plerique dixerunt: dicũtur & maniæ, *Martia.Capella. libr.2.nuptiar.* & lemures. Et esse spectra hæc quoque magica duobus versibus, sic docet Horatius, *lib.2.Epist. epist.2. ad Iul. Florum.*

31 *Caret frmidine mortis,& ira?*
Somnia,terrores magicos:miracula,sagas,
Nocturnos lemures,portentaque Thessala rides?

32 ¶Nos†quidem & hos lemures & laruas &terriculamenta, vt veros spiritus impios & dæmonicos admittimus, errore reiecto antiquorum,quo animas male viuentes in hoc corpore, in dæmonas hos conuerti,vt bonas in lares arbitrabantur :vt Hesiodus, *in Ergis* 8.Plato,*in Thuneo & Cratylo.*Orpheus. & alii. Quod etiam falsum pluribus erudite,vt solet alia D. Chrysostomus,*homil.29.ex cap.8.Matth.* docet,& D.Augustinus,*d. ciuit. Dei,lib.9.cap.11.12.13.*Porro feruntur istæ maleficæ cum impio hoste humanæ naturæ, & more illorum dæmonum, qui dicuntur incubi, de quibus paulo ante hominibus insidiari & vitæ eorum omnibus modis: persuasumque habere,puerorum carnes ad vnguenta sua impiissima valde proficere: & idcirco artibus nefandis instructæ fassæ sunt sæpissime & pueros rapuisse vel suffocasse mirabili sed opere dæmonico,modo,claustra reserantes,non animaduersæ.

33 ¶ †Proinde lamiæ dictæ sunt,à muliere quadam Beli & Lybies filia,quam,cum formosa esset,vt ferunt,Iupiter adamauit,& & ex ea filium susceperit:sed Iuno prælotypia filium perdidit, vnde Lamia mœrore deformata aliarum infantes rapuisse & perdidisse,& Iunonis ob iram,noctes diesque insomnes duxisse, vt eo maiore esset in luctu.Iouis tandẽ miseratione exẽtiles nactã oculos.quos prohibito modo tollere modo apponere posset & ab eodẽ obtinuisse,vt in quam vellet se mutaret formã,vt ait Duris,*lib.2.Libycor.* & Aristophanis interpres Suidas,*in Lamia. vide Alcia.lib.8.Parerg c.22.* Sunt & Lamiæ secundum Dionem qui Libyeam scripsit historiam, feræ quædam in littore maris degentes,in loco incuruo & arenoso.quæ omnes ibi naufragos aberrantes vel peragrantes rapiunt & deuorant,facie mulierbri formosa,& pectore,& vberibus longe pulcerrimis, quam vel pictor posset effingere,colore florido,splendido, & oculis venustis,quibus allecti spectantes capiuntur:& pars reliqua dura infragabilis,squamosa parte ima cũ capite serpentis horridi, quæ deuorat homines:fere sine alis, sine voce.sine manib.hominũ, pro quibus sunt ferarum manus,quas celant, donec veneficiis

34 suis allexerint homines & rapiant. ¶ Dicuntur†veneficæ ideo lamiæ,& eadem ratione striges: quia & illæ aues rapere solent pueros,& sanguinem exsugere. quod & veneficæ in eas aues commutatæ solent, vt perhibet Ouidius facere,his verbis, *lib. 6.Fastor.*

Sunt auidæ volucres,non quæ Phineia mensis
Guttura fraudabant,sed genus inde trahunt.
Grande caput,stantes oculi,rostra apta rapinæ,
Canitiæ pennis,vnguibus hamus inest.
Nocte volant puerosque petunt nutricis egentes,
Et vitiant cunis corpora rapta suis,
Corpore dicuntur lactentia viscera rostris,
Et plenum poto sanguine guttur habent.
Est illis strigibus nomen,sed nominis huius
Caussa quod horrenda stridere nocte solent:
Sine igitur nascantur aues seu carmine fiunt,
Neniaque inuolucres falsa figurat anus.
In thalamos venere Proce,Proca natus in illis
Præda recens auium,quinque diebus erat.&c.

Horatius,& rapi ab his infantes veneficis,& fame enecari dira & veneficia inde ad amorem & alia fieri,aperte demonstrat, *Horat.Epo.ode 5.*

Abacta nulla Veia,(scilicet venefica)conscientia
Ligonibus duris humum
Exhauriebat,ingemens laboribus,
Quo posset insolitus puer
Longo die bis,terque mutatæ dapis
Inemori spectaculo:
Cum promineret ore quantum exstant aquæ
Suspensa mento corpora:
Exerta vti medulla,& aridum iecur,
Amoris esset poculum,
Interminato cum semel fixæ cibo
Intabuissent pupulæ.

Plinius rerum naturalium acerrimus indagator, striges in maledictis esse,etsi animalia,nempe quæ vera animalia sunt, ea facere quæ striges dicuntur, putet fabulosum: sic enim ait, *Plinius lib.11.c.39.Fabulosum arbitror de strigibus, vbera infantibus labris immulgere. Esse in maledictis iam strige, conuenit : sed qua sit auium,constare non arbitror.*

Vnde,& quando vis Incantationibus tributa est.

Cap. 21.

1 *Dæmonum ambitio, vt pro diis haberi velint,& seq.*
2 *Theurgica disciplina quæ.*
3 *Magi cur se simulent dæmones subiici & obedire.*
4 *Artes à dæmone inuentæ,haruspicina,augurium,astrigia,necromantia,&c.*
5 *Dæmones miracula sua ex quibus perficiant,& qualia.*
6 *Magi in Deum impij.*
7 *Iuliani Imperatoris magica præstigia crudelissima.*
8 *Hæresiarchæ aut magi,aut magorum parentes.*
9 *Hæreses & hæretici cur degenerant in magos.& sequen.*
10 *Maleficarum numerus incredibilis adductus Thoiosam puniendis anno Domini. 1577.*
11 *Schola magiæ vbi publica,& quid ibi fieret. Et de Carpocratistis & Gnosticis magis.*
12 *Marcus Valentiniani erroris sectator,magus.*

1 MAgna†est dæmonum ambitio & superbia, vt quæ non possint,saltem videri velint se posse,& qui iam diuina potentia à cœlo & gradu suæ dignitatis merito, cum similes Deo se facere vellet,deiectus est,*Esaiæ 14.Apocal.20.* tamen adhuc velit cæcas hominum mentes fucis perstringere, creaturis Dei seipsum pro Deo ostentare, & gloriæ omnipotentis Dei cultum in se tranferre.Et proinde tam subtiliter hominum curiosis & stupidis mẽtibus imposuit, vt artibus suis pro Deo se coli euicerit: tã astute opera Dei imitatus,vt verã religionẽ,& Dei notionem.etiam clare videntibus & nimium sibi fidentibus cum sua impia abominatione confundere videatur. Eoque res peruenit,vt ait Clemens, *lib.1. recognit.* vt eum verbo Dei fugentur dæmones, per quod prouidentiã esse declaratur,inuenerit ars magica ad infidelitatem confirmandam, quomodo etiam hoc ex contrariis imitetur. Hinc serpentum venena mitigare carminibus inuentum,& verbo & potestati Dei contraria inducere sanitates. Angelis quoque Dei contraria excogitauit ars magica ministeria,animarum suscitationes falso promittens,ex eodem dæmonum fermento.Atque Angeli, *idem 4.Recognit.* quidem detrudati à proprio ordinis loco hominum fauere vitiis cœpere,& libidini eorum indignum præbere ministerium,quo sua opera magis voluptatibus morem gererent.Atque ne sponte fauere viderentur turpib. istis ministeriis,docuerunt homines dæmones artibus quibusdam, id est, incantationibuo obedire mortalibus compelli : at velut ex fornace quadam & officina militiæ.totum mundum subtracto pietatis lumine,impietatis fumo repleuerunt.

2 ¶Ad fucum †adhuc faciendum addunt Theurgicam quandã disciplinam,qua ipsos Deos,scilicet perturbationibus & passionibus subditos esse persuadere conati sunt. *D.Augustin. lib.10. de Ciui.Dei cap.10.* & ea theurgia posse cogi illos : quæ tamen nihil aliud, quam commenta pura.& doli sunt dæmonum.Sic enim inter se facies deiculorum accipiunt & mentiuntur,& cogi ab alio dæmonevolũt videri,vt interim irretiatur ille venerabilis magus fortiorib.vinculis idololatriæ,à quibus facile non

Digitized by Google

possit deceptus sese expedire. Sic enim ab illis paruis dæmonibus, qui & Dij volunt videri, incidit in potestatem, seu dæmonium maius, quo maior Deus dici desiderat. Quod & coacti sunt fateri Porphyrius, *lib. 2. de sacrific.* & Iamblichus, *de myster. Ægyp.*

3 ¶ Vtuntur † autem dæmones ad publicandas suas impietates hominibus, vt per illos alios facilius & fraudulentius intercipiant: non secus quam aucupes, qui vt tegunt fraudes & insidias paratas auibus, occulte alias aues illigant pertcis & retibus, vel decipulis subiiciunt: vt aliæ solutæ istarum vocibus concitæ, & veluti ad pabulum inuitatæ, in conuictum descendentes irretiantur. Et hinc prodiit fæx illa hominum, sortilegorum, maleficorum, impostorumque aliorum.

4 ¶ Lactantius † *lib. 2. de orig. error. c. 17.* dæmonum inuenta probat esse, astrologiam, haruspicinam, augurationem, necromantiam, artes magicas: quæ omnia per se falsa sunt, vt Sybilla testatur Erythrea,

Ἐ'στι πλάνη πάντων ταῦτ' ἔργα,
Ἃ ὧν ἄφρονες ἀνθρ ὠποι ἐφευρόντ κατ' ἦμαρ,

Id est,

Quia error hæc omnia sunt, quæ stulti homines scrutantur quotidie. Sed iidem, inquit, ipsi auctores præsentia seu faciunt, vt vera esse credantur. Additque Lactantius plura de impostoris dæmonum in magicis. Referam & Porphyrij verba quæ recte hoc ipsum exprimunt, *Per contrarios*, inquit, *Porphy. lib. 2.* ἀπὸ δαιμόνων ἐπιθύχων, *dæmones vniuersum perficitur veneficium: hos namque maxime, horumque ducem honorare solent, qui mala veneficia instruunt, vi sane dæmones omniformibus figuris imagin. busque abundant, prodigiorumque machina strenue fallunt. Horum opera infelices philtra, amatoriaque maleficia machinantur. Omnis enim intemperantia spesque diuitiarum, atque gloriæ per hos inualescit præcipue vero deceptio: mendacium enim proprium est eiusmodi dæmonum.*

¶ Præstant † agilitate hominibus dæmones, vtpote spiritus,
5 & ideo ea mirum in modum decipiunt, celeritate ea operãtes, breui tempore, quæ à nobis non nisi longo tempore fieri possent, quæ mirantur homines, qui distinguere ea nõ possint: nõn secus quam & multa fieri à circulatoribus, & ioculatoribus videmus, quæ propter artem subtilem eorum & manuum agilitatem nos fallunt, & alterius generis quam sint putamus, & acies oculorum perstringitur. Atque qui edit panem, farinam siccam spuere videtur, qui bibit vinum, per frontem vel iugulum remittere: non sine horrore gladij vorantur, euomuntur acus, zonulæ, nummi, &c. Diabolus arte, non noua creatione rerum, sua celeritate etiam species nouas obiicit: niuem in æstate, flores & rosas in hyeme, & alia præter tempus. Nempe quod ea possit ex locis à nobis longe secretis, quæ hæc habent, celeriter ad nos perferre, ex aduerso seu opposito nobis sub terram hemisphærio, in quo contrariæ, & aliæ temporum dispositiones. Sic potest ex diuersis locis materias cogere, ex quibus tempestates concitat & miscet: sunt enim quædam huius generis, vt ex meteoris nostris & aliorum liquet. Et Theophrastus Paracelsus, *lib. de maleficiis, capit. 5.* tradit, ex sale petræ, & aluminosa materia in magna quantitate mixtis super terram & accensis fumum gigni, qui in aere nubem generet, in pluuiam postea resoluendam. Cogunt isti & impellunt, cõuoluuntque causas naturales, permittente tamen Deo, quo volunt: & mouent quæ pluuias, tonitrua, ventos generant, concitant, & continent. Sunt enim causæ horum naturales, ita ἀναθυμιάσεις, τυφῶνες, σπινθῆρες adducunt, & contra pellunt. Nunquam enim aer vacuus est vbique ab halitibus siccis vel calidis, quos vocat Aristoteles ἀναθυμιάσεις, *lib. de mundo*, sed alicubi eos continet. Sunt & aquæ lacus & stagna, quæ si moueantur, copiosam educunt fulminum & pluuiarum segetem, vt in montibus Pyræneis, & alibi. Idipsum in aliis quę faciunt obseruandum est: cogentibus. n. illis rerũ quæ exhibẽt, vel materiam creatam, in alias vel proprias formas componũt, adhibitis propriis. Neque longius petendum est exemplum, quam a magis Pharaonis, qui imitabantur miracula Mosis vera, simulatis præstigiis vel imperfectis rebus: victi tandem, cum oportuit nouam materiam creare, quam potestatis Dei esse fassi sunt, & ita esse digitum Dei, *in Exodi cap. 8. 9. 10. &c.* Aliter vero non est potestas, quæ possit dæmoni comparari super terram, *Iob. ca. 41. explicatur in ca. principium viarum, de pœniten. distinct. 2.* creatus vt nullum timeat.

¶ Atque † conatus omnis dæmonum vnum generalem habet finem, operibus Dei se obiicere, vel ei honorem debitum subfurari, & vt pios hominum animos sibi lucro faciant, à vero Deo retrahere. Quare hoc primum prospicit, vt ij, quos suis ostentis vult nobilitare, Dei veri & Domini nostri Iesu Christi fidem eiurent vel contemnant. Sic Licinius Valerianus Cæsar, successor Galli in imperio primis temporibus pius in Christianos, quos maximo fauore in sua curia prosequebatur: verum magorum Ægyptiorum princeps eum impostoras & præstigias docens magicas persuasit ei, vt non sanctos viros solum domo eiiceret, & quam longissime repelleret, sed & ferro quoque tolleret: vt qui artibus malis incantationibusque obstarent & resisterent. Quod & fecit Valerianus, & cœpit acriter persequi Christianos, & occidere, *Nicephor. Call. lib. 6. hist. c. 10.*

¶ Sic † Iulianus Imperator, pietatem Christianam primum 7
ariolorum consuetudine addductus abiecit: cumque in suspicionem eam ob rem venisset Constantii auunculi, capite tonso monachus factus est, qua re eam quam de se Imperator conceperat opinionem aboleuit: nihilominus tamen, cum tantum vestem non animum mutasset, ibi occultæ philosophiæ operam dedit, & diuinationibus addiscendis, *Niceph. Cal. lib. 12. hist. c. 1.* Tandemque Christum aperte negauit, & vacauit dæmonum incantationibus, *idem lib. 10. c. 1. & 3. Socrat. lib. 3. histor. Tripa. c. 1.* idque tam crudeliter & impie, vt post eius mortem corpora & capita hominum iugulatorum multa in cistis, in puteis, & in locis secretioribus imperatoriæ aulæ Antiochiæ sint reperta, quos ille futura inquirens clam mactauerat. Sicut & in oppido Carris: nam ibi templum ingressus est, foribusque claustris probe munitis exsecranda peregit, per incantationes & impostoras magica sacra. Mulier quoque post eius mortem ibi ita, vt in sublime sublata & ex capillis suspensa fuerat, reperta est, quam futurum inuestigans resecuit, *idem lib. 10. c. 35. Socra. lib. 6. hist. Tripart. c. 48.* Sic enim à pietate ad idololatriam detrudi dæmon suos magos, & ab idololatria ad omnem abominationem & crudelitatem ferinam, per quam ante aduentum Domini nostri Iesu Christi grassabatur, prætextu sacrificiorum, quæ sibi per immolationem hominum fieri procurabat. Obsidet enim mentes primum religionis specie, & se in angelum lucis transfigurat: & postea admissus, vt tyrannus dominatur.

¶ Ita † obseruatum est semper hæresiarchas aut fuisse magos, 8
aut hæresibus magicas artes successisse. Talem enim diximus Simonem magum fuisse. Menandrum quoque habuisse dæmonẽ familiarem, Eusebius affirmat *lib. 3. hist. c. 26.* Idemque de Marco Valeriano Priscillanista & Carpocrate, Irenæus, *lib. 4. contr. hæres.* De Hermogene, Hieronymus, *Idem epist. contra Pelagium ad Theſiphon.* & Sulpitius Seuerus, *lib. 2. hist.*

¶ Succedunt † & detectis impostoris hæresium, *illisque se-* 9
nescentibus statim magicæ artes: non enim facile dæmones, cũ occuparunt arcem hominum, decedunt loco: sed quamdiu supersunt, nituntur suis artibus illas defendere, & detecta hæresi, in mente quam obsident alios se fingunt, ne exire cogantur: vtuntur enim dæmones hæreticis, vt meretricibus pulcris ad impellendos specie sanctitatis ad sua retia homines. Defloreute autem ætate illius fucatæ pulcritudinis, vtuntur illis, vt lenis & lenonibus, faciuntque magos & sagas: & ita de ore falsi prophetæ spiritus nequam egressi, iussu Dei, *vt in Apocal. 16.* vt ex arce milites, ambulant per loca arida à fide, & obsident vias, sedesque alias quærunt, & dubias post hæresim animas & ficas curiositate magica dementant.

¶ † Erubescerem certe hoc dicere, ni me exempla firmarẽt, 10
quæ in oculis omnium in Gallia sunt. Nam & Tholosæ hoc anno 1577. tot maleficæ & sortilegæ in senatu vndique reæ peractæ sunt, vt omnium reorum, qui à duobus annis ante fuerunt quorumcunque criminum numerum superarent, & maleficiorum cumulo vincerent, fere plus quam quadringentæ, quarum pars Vulcano sacratæ, aliæ aliis tormentis sublatæ, vel emendatæ. Et quod mirum est, omnes ferè à diabolo notam inustam certo loco habebant: prodideruntque exsecrabilia plura, & impia. Sic post Hussitarum & Boemicam in Germania hæresim, tanta dæmoniorum irruptio & colluuies secuta est, vt plus negotij maleficæ Germanicæ facerent, quam hæretici, *Sperlingerus, qui eius temp. librum integrum, ea de re composuit.* Non recensebo montium Armeniorum veneficas & sortilegos, ex quo Valdenses Torelupini seu pauperes de Lugduno hæretici mihi latuerunt, & in proximos pagos, & postea in Germaniam & Gallias virus propagarunt. Duo enim contraria sunt, lex Dei, & dæmonis: & nemo potest duobus dominis seruire. Et ita consequens est, homines qui Dei gratiam & legem, eiusque pietatem reiiciunt, à dæmonibus occupari, & cum illis in peius semper prolabi, & ab hæresi ad infidelitatem: ab ea in idololatriam: & ex hac, cum in profundum peccatorum venerint, ad omnia immania sacrilegia abominanda, crudelissima facta descendere, excusso à misertimis ceruicibus Dei iugo, & contemto quod ad diuinos ducit actus itinere. Ita post Agarenorum seu Saracenorum impietatem in Hispania omnes fere bonæ artes interierunt, præter Magiam, quæ publice docebatur in scholis Salamanticæ, donec Carolus Quintus eius Gymnasij fores primus occlusit. Vereor autem ne in Gallis ista impietas, si non prospiciat Princeps, in publicum etiam proserpat: iam enim video radices plerisque in locis consurgere, vt opus sit, ni velimus fundamenta politiæ omnis deiici, remedio *l. 1. de interdict C.*

¶ Carpocratistæ † & Gnostici hæretici magiæ scholas in- 11
troduxerunt, vbi horribilium & pernitiosorum conatus operum, assessores habentes dæmones, vt per multa præstigia in magna potestate omnibus dominarentur, quibus vellent: incantationes ab iis inuentę ad amorem & ad illectamenta, vt auctor veriſſimus Epiphanius scribit, *tom. 2. lib. 1. cont. hæres. hæresi 27.*

¶ Marcus etiam Valentiniani erroris sectator, magus fuit, 12
impostura pernitissimus. qui decipiebat homines errore, &

miscens

luderā, mulieres propiciari docebat, delibabatque cū illis iunctus stupro. *Irenæ. lib. 4. contra hæres. c. 8. & 9.*

De Remediis malèficiorum ex antiquorum obseruationibus.

Cap. 22.

1 *Superstitiosæ superstitionis inducta persuasio curata.*
2 *Maleficiorum remedia, aut supernaturalia, aut naturalia, aut superstitiosa.*
3 *Angeli boni malis seu dæmonibus obsistunt, Dei virtute.*
4 *Animæ non transeunt in angelos tutelares.*
5 *Genius bonus & malus homini.*
6 *Iesu Christi aduentu expulsa dæmonum potestates.*
7 *Tutelares genti locorum euocabantur ab obsidentibus, quare.*
8 *Angeli tutelares, intelligentiæ dicti.*
9 *Dæmones inanimatis rebus terreri & subiici.*
10 *Incantationibus soluendis remedia naturalia. Et seq.*
11 *Sulphure expediata maleficia.*
12 *Lupi rostrum contra maleficia, & cur portis præfigatur.*
13 *Amianthus lapis contra maleficia.*
14 *Spinæ virga contra maleficia, Thapsia herba, verbascum, Daurus, Bioney, Moly: & alia remedia, numer. 15. 16. 17. 18. 19. & sequen.*
21 *Incantationum remedia superstitiosa contra maleficia, num. 22. & 23.*
24 *Stesichori cæcitas, & curatio.*
25 *Vomita per maleficos remedia suppeditā à dæmonibus.*
26 *Incubi dæmonis remedium.*

1 TAm † firma & constans maleficiorum omni ætate fuit opinio, sortilegarum, & veneficorum per incātationes, vel alio modo ex experientia crudelitas, vt rerum naturaliū scrutatores non aussi fuerint ea inficiari: quinimo & quædā naturalia, alij autem vana & superstitiosa remedia superstitioni opposuerunt, vt superstitione illusæ mentes, contrario remedio ab inducta persuasione & læsa imaginatione ad verā reuocarentur. Subiiciam itaque ex fide dignis auctoribus exempla & traditiones, quæ nec omnia adfirmo, neque tamen omnino improbare ausim: cuique autem relinquens liberum iudicium. Placet autem in primis recensere quedam remedia, quæ aduersus impios sceleris auctores, dæmones inquam, adhiberi solent: de incepsque iam aduersus eorum quoque maleficia. Quæ omnia in supernaturalia, naturalia, & superstitiosa diuido. ¶ Supernaturalia † 2 vi quadam diuina procedunt, & à potestate eius, qui omnia ex arbitrio moderatur. Naturalia autē vim quoque diuinam aduersus eadem dæmonia habent: sed insitā & ordinariam non quidem ex quatuor elementis eorumve cōpositione pendentem, sed ex tota, vt dicūt, substantia, & ex proprietate à Deo eis indita. Superstitiosa porro interdum eiusdē improbitatis cum maleficio sunt, & damnata, aliquando permissa, vt mentis opinio leui superstitione imaginationi impressa sententia, solutione simili adimatur. Nocet enim, & anxietatem & tristitiam concitat in animo concepta de aliqua re tenacius opinio: vt liquet ex animi affectibus, amore, odio, inuidia, & similibus, quibus medemur cōtrariis impressionibus. Diuina remedia, præcipua sunt, & ad quæ certius & tutius recurritur: vt poce, quod omnipotens Deus, dominus sit omnium creaturarum, & auctor, & qui solus potestatem illā dæmonum nequissimam flagellet, cum vult, vel per se solo imperio, vel per media. Alioquin enim tanta est pernicies, tanta inuidia dæmonis in genus humanum, vt si ex arbitrio ei liceret quod vult, breui tempore Dei creaturæ insidiis eius & maleficiis artib. destruēdæ & confundandæ essent. ¶ Poinde † cum dæmonum turba vbique, insidias posuerit in cœlo, in aere, in terris, in aquis sub terra, in igne (tot enim sunt dæmonum classes, *Iamblic. de mysteriis Ægyptios. Psellus de dæmonib.*, vel satellitia) Deus optimus maximusque tot ibi obiecit illis dominos angelos bonos, qui obsistant illorum conatibus. Quod innuit etiam Orpheus, dum ait *in priu. Hymnor.* se cecinisse de bonis & malis dæmonibus cœlestibus, aereis, aquatilibus, terrestribus, subterraneis & per ignē incedentibus. Cyrillus Hierosolymita. Archiepisco. *cathes. 4. illuminato.* docet, angelos vbique curare ignorantias nostras. Et Daniel. cap. 10. angelos bonos pro sibi cōmissis populis pugnare, & ita tutelares esse. D. Ioannes reuelatū sibi nobis exhibuit, *Apoc. c. 12. c. signum, de pœn. dist. 2.* cū Michaele principe cælestis exercitus angelos bonos pugnasse contra 4 draconem & administros eius. ¶ Hesiodus † bonos quoque Angelos rerū & animaliū nouit, & hominum: lapsus tamen in eo, quod animabus piorum hominum ex corpore solutis hoc munus tribuerit, nec distinguat spiritus angelicos in hoc ab animabus, *Hesiodus, in Ergis* 1. Constat & ex veritatis certissimo testimonio apud D. Matthæum singulis hominibus datos esse custodes à natiuitate, *D. Matth. cap.* 18. Et consentit etiā Proclus *in commentario, in Alcibiad. Platon.* Bonus, inquit, dæmon, cuiusque inunquemque custodit à pueritia, actionesque omnes explorat, & verbaciante parentes prouidet, & post parentes adest, tanquam totius vitæ gubernator, atque post obitum dux est nobis ad iudices, Euripides, *in Tragœ. Rhes. in fi.*

πάντα γὰρ τὸν εὐτυχῆ, inquit,
θεὸς δαίμων, ὁ μὲν ἐσθλὸς ἐσθλός.

id est:

Forsan dabit victoriam dæmon qui est nobiscum.

¶ Bonum † genium hunc, mala propellētem: malum autem, 5 inferentem dixere, *Euclides & Censori.* Qualis ille, qui apparuit ante mortem, Bruto, *apud Plutarch. in eius vita & Appianum, & Florum.* Testatur Dauid Deum mandasse angelis suis, vt custodiant hominē in omnibus viis, *Psalm.* 90. Vt autem boni angeli tutelares dæmonibus superiores sint, Dei ope fit, dum loco decedere cogunt impios spiritus, vel dum eos cohibēt: vt quando Angelus Raphael ligauit spiritum Asmodæum, & expulit à 6
Sara, *Tob.* 3. 8. 11. ¶ Eo † pertinet illa parabola à Domino proposita, *Cum fortis armatus custodit atrium suum D. Luc. c. 11. &c.* Venit autem Deus Dominus noster Iesus Christus, vt dissolueret opera diaboli, *1. epist. D. Ioan. 3.* ipseque ait, *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras, D. Ioan. Euang. c. 12.* Quod & factum fuisse vltra sacras literas, & nobis testimonia aliunde supersunt. Cum enim tēpore Tyberij Cæsaris Thamus præternauigaret insulas Echinades, Italiam versus iuxta Paron, tranquillitate ventorum & maris facta, nox audita quæ ter vocata ex nomine Thamo, eique respondanti iniūxit, vt cum appulisset Palodē, alte diceret magnum Pana mortuum: quod cum fecisset Thamus transgrediens Palodem, auditi sunt plurium gemitus, auctore Plutarcho, *lib. de cessat. oraculo.* Eusebius, *lib. 1. de præb. Euang. c. 9.* hoc contigisse ait, dum dominus noster Iesus Christus ejiceret dæmonia. Marcus Marsus *in annotat. in 1. Fastor. Ouidij.* vero, decimonono anno imperij Tyberij Cæsaris, quo Dominus noster Iesus Christus passus est. Neque etiam quisquā ignorat in nomine Domini Iesu dæmonia eiici: hoc enim inter signa credētium additum est. *Mat. 7. Mar. 16.* Hermes, *Lact. lib. 2. de orig. erro. c. 16.* vnicam custodiam aduersus has dæmonum imposturas dixit esse *inuictam*, rectum cultum Dei. Erant & in principio nascētis ecclesiæ exorcistæ, qui energumenos à dæmone obsessos curarent, & dæmonia pellerent. *c. cleros, circa fin. 21. dist. c. exorcista, 23. dist. c. perlectis 5, an exorcistam 25. dist.* Qui habitat, inquit Dauid, *in adiutorio altissimi. &c. non timebit ab incursu, & dæmonio meridiano, &c. Psal. 90.* plura narrat Lactantius, & dæmones adiuratos per Deum, torqueri voce iustorum, & mentiri illis nō posse & sæpe magnis vlulatibus confessos se ita à Deo flagellari & ardere, *Lactan. lib. 2. de orig. erro. ca. 16.* ¶ Vocarunt † antiqui 7
istos hominum & locorum custodes, deos tutelares, quos prius expugnabant euocatione, qui locis potiri desiderabāt, & ita alliciebant, vt loco decedesent, arbitrantes non posse aliter subigi loca, nisi euocaris & absentibus tutelaribus. *Macrob. libr. 3. Saturnal. c. 8. Liu. lib. 5.* ¶ Vocant † Rabini hos tutelares angelos, 8
intelligentias. Et ic. Talmudici & Cabbalistæ dicunt, Mosem vicisse & collisisse. Amonino intelligentiam Ægypti, antequam Ægyptios prosterneret. Et Dauidem, antequā Goliā vinceret, amouisse intelligentiā illius in virtute nominis Domini, dicens, *Ego venio in nomine Domini &c.* Sic vt & Dominus noster Iesus Christus, mundū subiugans prius foras principem mundi eiecit. Et Iacob triumphum acturus super Isaac, cui benedictionem surripuerat, prius angelum eius, cum quo conflictatus est, vicit, & coegit se benedicere. *de his vide Franciscū Venetum tomo, 1. problem. sacræ scrip. sectio. 3. problem. 233.* Et certe facilis est victoria Sathanæ de nobis, vbi virtutem suam & administros æternæ vitæ, angelos ve, tutelares Deus submouerit. Quod graphice mihi videtur expressisse Dauid dicēs, *Psal. 70. Cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in vnum: dicentes, Deus dereliquit eum persequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat.* ¶ Naturalia † remedia plura sunt, quæ habent quandam 9
cum dæmonibus antipathiam, occultā nobis, neque nisi experientia cognita. Perhibent namque plures dæmones, qui se extollere voluerunt supra Dei thronum, *Esaiæ* 14. ita pristina nobilitate depressos, vt & rebus inanimatis subiiciantur in sceleris vindictam.

¶ Quamobrem † dicunt maleficium solui ligationis, si male 10
ficiatus louis barbam comedat: quanquam eius plantæ temperamentum, quod in tertio gradu frigidum est, magis nociuum sit potestati cæcili. Refert Thobiæ historia, *Thob. 6.* dæmonem fœuissimum, qui sponsos Saræ necabat, suffitu iecoris piscis cuiusdam carbonibus superpositi abactum & fugatum. ¶ Tibul- 11
lus † maleficia sulphure expelli tradit, *lib. 2. Eleg. 5.*

Ille ego, cum tristi morbo defessa iacerem,
Te dicor votis eripuisse meis.
Ipseque ter circum lustrauī sulphure puro,
Carmine cum magico præcinuisset anus.

¶ Rostrum † lupi veneficiis resistere inueterato ajunt: ob 12
idque villarum portis præfigiunt. *Plinius, lib. 28. cap. 10.* ¶ Ami- 13
anthus † lapis veneficiis resistit omnibus, priuatim magorum,

Digitized by Google

14 *Idem lib.* 36. *cap.* 29. ¶ Spinen † virga videtur annumerari ab Ouidio inter fascinum leuantia: sic enim Lamus alloquitur Granen, *Ouid.* 6. *Fastor.*

Ius pro concubitu nostro tibi cardinis esto:
Hoc pretium positæ virginitatis habe.
Sic fatus spinam, qua tristes pellere posset
A foribus noxas, hæc erat alba dedit.

Dioscorides, *lib.* 1. *c.* 100. dum agit de Rhamno λύγος, inquit, τοῦτο πλέκουσι αὐτῶν θυραῖς καὶ θύραις ἐπιτιθέασι πρὸς τὰ φάρμακα καὶ γοητείας, id est, *famæ est ramos huius, velut atque fenestris impositos, veneficia depellere.*

15 ¶ Amatus † Lusitanus *lib.* 4. *in Dioscorid. Enarrat.* 117. dum agit de Thapsia, illam herbam vsurpatam à mulieribus ad pellendos dæmones apud Conimbricenses in Lusitania, ibique esse prouerbium, *Eu fumo tom, que o diabo foge, donde eu som.* Latine, *Ego sum Thapsia, ex qua præsente dæmones aufugiant.*

16 ¶ † Apuleius *lib. de virtut. Herbarum, c.* 71. cum agit de Verbasco, *Hanc herbam*, inquit, *dicimus Mercurium inuenisse, & Vlyssi dedisse, cum deuenisset ad Circen, ne malefica eius timeret. Herba Verbasci virgultum qui secum portauerit, nullo modo terrebitur: neque bestiæ, neque occursus mali molestabunt hunc.* Hæc Apuleius.

17 ¶ Hesychius † Milesius Illustrius, lib. ἐπῳδῶν, dum de Bione agit, & Rhamni & Lauri meminit, in expulsione morbi per maleficia, dum ait, quod Bion Borysthenites,

ἐπὶ γοητείᾳ δ' ἔπεσεν ὑπὸ τοῖχον εἰς ἐπιπλοκήν,
καὶ σὺν νεκρῷ βεβαρημένος νεκρὸς ἄρθη δ' ὅσον,
ἐμάνητο καὶ πλάδον ἔλουε ὕδατι θέρμ' ἐπιπλέον,
ἄνευρα μῶλον, ἐδωκεῖτο, ῥαπίσμασι δὲ νευρᾶτο.

Id est,

Incantatrici saga submisit collum supplex,
Lorisque vinciendos obtemperans præbuit lacertos
Et sub limine ianua posuit rhamnum & ramum lauri,
Paratior quidvis tandem exsequi, quam obire mortem.

18 ¶ Dubitaui † aliquantulum num remedia, quæ Mercurius Vlyssi dedit & præscripsit aduersus Circes veneficæ incantationes, inter naturalia, aut inter superstitiosa annumerarem. Tandem autem placuit naturalibus inserere. Illa porro fuerût primum herba, quam Homerus vocat, *Odyss.* μωλῦ, Moly, & hanc consentiunt omnes valere contra incantationes, testantur & Ouidius Met. lib. Plinius lib. 4. cap. 25. Dioscorides: Anazarbeus: verum qualis illa sit, nec plane constat. 19 ¶ Aliud † autem remedium à Mercurio Vlyssi datum hoc est, *Hom. Odyss.* ω.

ἐκπάγλως δ' Ἑρμεῖας ἀκάμας ἔπος ἐφράσατο μοι·
δὴ τότε νῦ ξίφος ἐξὸ ἰσχεανείρηφι σέθεν μενεῶ,
Κίρκη δ' ἀμφὶς ἔπειτα ἀναΐξεται ἠδὲ γυναῖκας,
ἀλλ' ὅ γε δὴ δόλον αὖτις ὑποδείσας ὑποδύσεται.

Id est:

Quando Circe te percutiet prolonga virga,
Tunc tuum tu gladio acuto extractum à femore
In Circem irrue, perinde ac interficere cupidus.
Illa te subitò sensa ineuitabit ad concubitum.

Subiicitque postea Homerus idipsum factum fuisse. Illud quoque remedium, Psellus *lib. de dæmonibus*, memorat, & expertum à quodam perito rerum occultarum Armeno: is enim curauit mulierem quandam à dæmone obsessam, gladio destricto, veluti furens minatus eam percussurum, ni se reciperet in lectum, à quo profilierat, velut cum illo congressura: armenice etiam cum eo contendens, cum tamen eo in loco Armenica lingua esset incognita: ideque tandiu donec instante adiurante furiosus Armeno, pedem in lectum timens retulit. Scribit Philostratus, *libr.* 2. *de vita Apollonij*, τὸ μορμόνων φάσμα, lamiæ scilicet phantasma, apparuisse in monte Caucaso Apollonio Thyanæo & sociis pergentibus in Indiam, modo in hanc, modo in aliam figuram se conuertens, quandoque ab oculis repente euanescés. Apollonium autem quidnam id esset quamprimum cognouisse, grauibusque & contumeliosis verbis illud increpasse, & socios vt idem facerent hortatum fuisse: eo quod id contra huiusmodi inuasiones optimum sciebat esse medicamentum. Eiusque dictis cum socij pacuissent, stridens phasma, tanquam idolum aufugisse.

¶ Traduntque † & tactis menstruo sanguine postibus, artem 20
fieri magorum artes, *Ludouic. Buuairol. in Enneade mulierbri, c.* 2.

¶ Superstitiosa † remedia plura opinor, vt illud de quo me- 21
minit Theocriti interpres, in εἰδύλλ. moris fuisse contra fascinum, in sinum spuere.

εἰπάντων, inquit, αἰ γυναῖκες εἰς μὲν βλαπτικὸν εἰς
τὸν πολλὸν ἐπτύουσι τρὶς, τὸ πεμπτὸν δὲ ἐπιπτύουσι.

Et Damœtas pastor ouium, apud eundem sic ait, *Theo. εἰδύλλ.*

εἰς μὲ βλάπτοντα· ἐγὼ δὲ τρὶς ἐς κόλπον ἔπτυσα.
Taurus γάρ ὁ γρῖλος μ' Κασσάνδρειος ἐβάσκανεν.

Id est,

Ne vero fascino ladorer, ter ipse in gremium meum insputi.
Nam id me anus Calastaris docuit.

Et rursum, *Idem εἰδύλλ.*

ἀμμὶν δ' ἀνυχὰ τὸ μέλαν γρῖλος τὸ παρεῖα,
ἀνθ' ὑπὸ δυσκρίτου τό μὲ βασκανε νυκτὸς ἐόντος,

Id est,

Nobis autem quies cura fuit, auusque adfuit,
Qua venefcorum more despuens, malo procul arcuit.

Eadem vere Virgilius in *Cirid.*

At nutrix patula componens sulphure testa,
Narcissum Cosumque herbas incendit olentes.
Terque nouena ligat triplici diuersa colore
Fila, ter in gremium cæcum inquit despue virgo,
Despue ter virgo: numero Deus impare gaudet.

¶ Digitorum † nomina, quibusdam esse amuleti loco ait Cœ- 22
lius Rhodiginus, *lib.* 17. *c.* 12. ¶ Alterius † curationis supersti- 23
tiosæ meminit Ouidius, dum ait de cura Procæ ab strigibus saucietæ, adhibita per Granen dicens, *Ouid.* 6. *Fastor.* eius nutrix,

Peruenit ad Granen, & rem docet illa timorum
Pone, tuus sospes, dixit, alumnus erit.
Venerat ad cunas, flebant maturque paterque.
Sistite vos lacrymas, ipsa medebor, ait.
Procinus arbutea postes ter in ordine tangit
Fronde, ter arbutea limina fronde notat.
Spargit aqua aditus, & aqua medicamen habebant,
Extaq; de porca cruda bemestre tenet.
Atque ita, nocturnis manes exire puerilibus, inquit,
Parcite, pro parvo victima parva cadit.
Cor pro corde precor, pro fibris sumite fibras:
Hanc animam nobis pro meliore damus.
Sic vbi libauit, profecta sub æthera ponit
Quique adsint sacris respicere illa vetat.
Virgaque Tanaëtia de spina sumitur alba,
Qua lumen thalamis parua fenestra dabat.

In quibus verbis annotare debet Christianus dæmoniis sacrificium fieri, & ideo illam speciem depulsionis veneficij impiam esse, & aliam ab homine Dei veri fide initiato. ¶ Eo † re- 24
fero quæ de Stesichoro scripta sunt, Lyrico poeta, qui quum scripsisset Helenæ vituperium, luminibus orbatus fuit, & recepit visum palinodia facta & encomio Helenæ edito, *Hesych. Milesi Illustr. lib.* ἐπῳδ.

¶ Eoque † pertinent quædam remedia, quæ videntur esse, & 25
non sunt, sed supponuntur à dæmonibus, vt videantur per ea curasse. Quale illud: quod refert Paulus Grillandi, *tract. de sortileg. q.* 3. *num.* 27. oculatus testis, nempe vidisse se maleficij ligationis cocundi solutionem, qua solutus euomuit, ac per secessum emisit acus, plumas, ferramenta, pilos, sulphur, lapides, sed ementita à dæmone & falsa, vtpote qui ea cum reseruasset, & liquefacta fuisse & foras euolasse comperierit.

¶ Contra † Syluanorum incursum, videlicet contra dæmo- 26
nes incubos seu striges, refert D. Augustinus, *lib.* 6 *de ciuit. Dei, c.* 9. ex Varrone, his verbis, remedium. *Muliebri fatæ post partum tres Deos custodes commemorat adhiberi; ne Syluanus per noctem ingrediatur & vexet: eorumque custodum significandorum causa, tres homines noctu circumire limina domus, & primo limen scopis verrere, postea pilo, tertio denerrare scopis, vt hu datis cultura signis, Syluanus prohibeatur intrare. Quia neque arbores cædantur vel putentur sine ferro, neque far conficitur sine pilo: neque fruges concerruantur sine scopis.*

DE CRIMINE LAESAE SEV IMMINVTÆ MAIESTATIS HVMANÆ LIBER XXXV.

De generali criminis maiestatis humanæ considerationc. Cap. I.

Lib. 48. P. tit. 4. Lib. 9. C. tit. 8.

2 *Princeps vicarius Dei.*

2 *Maiestas*

Digitized by Google

2 *Maiestatis humanæ læsæ gradus.*
3 *Perduellionis crimen quid, & qui eo teneantur.* & 4.
5 *Crimina maiestatis.*
6 *Armorum potestas soli principi commissa.*
7 *Exercitum seu imperium iussus dimittere, & retinens, reus maiestatis.*
8 *Maiestatis lex à Caligula sublata & restituta.*
9 *Maiestatis reorum pœnæ,* & *seq.*
10 *Exauctoratio ante supplicium.*
11 *Perduellionum familiares puniti,* & 12.
13 *Filij & vxores cum reis puniti.*
In principem coniurantium pœna in liberos, & vxores, & socios & familiares extensa eod. & 14. & 16.
15 *Pythagoreorum philosophorum exterminatio quare.*
14 *Coniurantium in principem pœnis additum, vt priuentur sepultura.*
18 *Vniuersitas delinquere potest,* & *punitur,* & 19.
20 *Ciuitates ob rebellionem* & *perduellionatum deletæ, eod.*
21 *Pilei regum Ægypti & Æthiopum quare serpentibus inuoluti.*
22 *Parere superioribus lex naturalis.*
23 *Maiestatis criminis mitiores pœnæ, & huius criminis reorum vxores dote non priuentur, Nec filij emancipati, & clerici in suis iuribus puniuntur.*
24 *Filij quando puniantur,* & *quomodo bene pro patribus,* & *seq.*
25 *Maiestatis pœna l. quisquis in quo crimine locum habeat.*
26 *Hereseos pœna in secundam generationem extenditur.*
Pœna vnius delinquentis cur ad alios insontes prorogata. eod. & *num. seq.*
27 *Peccata maiorum vindicata in successoribus* & 28.
29 *Maiestatis criminis leuiores pœnæ diuersorum.* & *seq.*
30 *Pœna affecticlam propter splendorem proximiorum, & de aliis pœnis ob res alias,* 31. & 32.
33 *De pacis violatoribus mitissima lex.*
34 *Serui non puniti cum dominos delinquentes.*
35 *Pœna abscissionis pollicis, & stigmatis.*
36 *Perduellionum ex lege Gallica iudicium.*
37 *Confiscatio in crimine hæreseos an regis, an dominorum iurisdictionalium.*
38 *Substituti excluduntur in bonis damnati ob crimen perduellionis.*
39 *Testamentum perduellionis an valeat.*

CRimen imminutæ † seu læsæ maiestatis, recte tractationi criminum maiestatis diuinæ subiicitur: quod palam sit reges & præpositos nostros, qui gladij potestatem à Deo acceperũt. Dei vicarios esse sacrosanctos. Hæc vita crimẽ in hos cõmissum, proximũ sacrilegio est, vt ait Vlp. *in l.* 2 2 *ad leg. Iul. maiest. P.* ¶ Hinc † plures gradus, pro emendatione seu pœna sceleris constituendi sunt. Primus erit, si quis ambiat imperiũ seu regnũ vel in principis personã aliquid mali moliatur. In quibus tantum statuit esse crimen maiestatis Sigismundus Poloniæ seu Sarmatarum rex Cracouiæ anno domini 1539. *in summa Polonici domanij, c. de regalib. apud Rhena. Choppi. post. 3. libr. de doma.* Secundus ad proditionẽ pertinet. Tertius ad causam seditionis. Quartus, alia quæ pro criminibus maiestatis vera habita, vel conficta sunt, continebit. ¶ Primus † perduellionis crimen habet. dum quippiam hostilianimo aperte & cũ exercitu, in rempub. populumque Romanum, aut eius securitatem fit. 3 *l. 1. & 4. ad leg. Iul. maiest. P. vide Oldra. consi. 43. in 6. qu. Bart. in tit. qui sint rebelles, versi. rebellis, & versi. tenere Martinum Laudensem, tit. de crim. læsæ maiest.* §. 27. Perduelliones enim antiquitus hostes erant, cum quibus bellum erat. *l. quos nos hostes,* 234. & *l. hostes. de ver. sign. Cic. 2. offic. Varro 6. de ling. Latin.* Proinde hodie mutata appellatione, perduellionis crimen dicitur maiestatis, *l. fin. ad leg. Iul. maiest. P. l. liberorum* 11. *de iis qui not. infam. libr. 3. P. tit.* 2. Et ab aliquibus inter crimina perduellionis annumerãtur, quæ populi auctoritatem & maiestatem minuere videbantur: veluti ciuem Romanum in crucem tollere, aut fecuri percutere, aut in latomias coniicere, *vide Gruchium, lib. 2. de comitiis Roman. c. 2. Cicer. contr. legem Portiam, & Sempronium, aduer. libertatem populo ereptam.* Vocat alicubi & lex hoc crimen factionem, *l. quisquis. §. fin. ad leg. Iul. maiest.* C.

¶ Tenetur † itaque hoc crimine is cuius opera cõsilioue, dolo malo factum erit, quo armati cum telis lapidibusue in vrbe sint, conueniantue aduersus Rempubl. locaue occupentur vel templa: quoue cœtus conuentusue fiant hominesue ad seditionem conuocentur. Si dolo malo consilium initum sit, quo magistratus, quiue imperiũ potestatemq; habeat occidatur: Quoue quis contra rẽpub. arma ferat: Quiue milites solicitauerit concitaueritue, quo seditio tumultusue aduersus Rempub. fiat, *l. 1. cum suis §§. eod. P.* Quiue desciscunt ab iis, quorum sub imperio sunt. ¶ Nam † & ista inter hostes, *Paul. in l. amissione* 5. §. 1. *de ca. dimin. lib. 4. P. tit.* 5. affectatæ tyrannidis quoque præludia censentur. & probationes: exercitum conscribere. ingentẽ pecuniam conflare, arma præparare, numos sua imagine percutere, quam ob causam capite mulctatus Perennis prætorianorum Commodi Imp. præfectus, *Herod. in* 1. His adde ex Martiano, *l. 3. §. 1. ad leg. Iul. maiest.* iniussu principis bellum gerere, delectum militum habere, exercitum comparare, vel exercitum retinere, cum quis iubetur illum dare successori: quod ius pugnandi & belli ad solum principem summũ pertineat, *c. ab Imperatoribus 23. q. 3. dicat aliquis, c. non solum 23. q. 5.* qui gladij habet potestatem, vt sine eius iussu nemo arma mouere vel habere possit. *tit. de armis, in Auth. l. 1. ad leg. Iul. de vi pub. P. l. vni. vt armo. vsus inscio prin. interd. sit. lib. 11. C. tit.* 46. ¶ Faciunt † fidem 6 exempla eorum etiã, qui in proprios filios morte animadauerterunt, quod iniussu eius qui imperium habebat, etsi feliciter pugnassent: quale Manlij Torquati, *Gell. lib. 9. ca. 13. Valer. Max. lib. 2. c. 2.* Postumij eoa. *Valer. Max.* Romanorum, & Epaminundæ Thebanorum ducis, *Plutar. in Paralel.* Accedit lex Modestini. *Qui,* inquit, *in bello rem à duce prohibitam fecit, vel mandata non seruauit, capite punitur, etsi rem bene gesserit leg. 3 §. in bello, de re milit. lib. 49. P. tit.* 16. Ita electio militum ad principẽ solum pertinet, *l. fin. de offic. mag. offic. lib. 1. C. tit.* 34. & *l. nemo miles 13. de re milit. lib. 12. C.* & eiusdem à loco destinato in alium translatio, *l. contra rempub. eod.* ¶ Et † Imperij sibi à populo vel 7 principe concessi tempus prorogasse capitale & maiestatis crimen habitum Decemuiris tempore Appij Claudij, *Dio. Halicar. lib. 11. Plin. Iunior, de vir. illustri.* Accusatus & Epaminundas *Xenophon. lib. 7. rer. Græc. Cic. 1. de inuent. Appi. in Syriac. Æmil. Probus in vita Epaminund.* quod non tradidisset exercitum prætoria Thebanis ei subrogato, eiusque duces, vt Pelopidas, & Tribuni: Quia lege cõtinebatur eorum, vt qui vi & inuito populo alterius exercitum retinuisset, capitale esset. Quod & Romanis placuit, *l. 3. §. 1. ad l. Iul. maiest. P.*

¶ In hoc † crimine puniendo varij principes, pro lenitate 8 vel asperitate illorum, ex caussa personarum, & imminẽtis periculi. Caius Caligula aliquando maiestatis legem sustulit, *Dio. Cassius, libr.* 50. aliquando & temere leuibusque de caussis reos insimulauit & legem restituit, *idem li.* 90.

¶ Referam † iudiciorum quorundam exempla, ex quibus 9 quid sentiendum de pœna imponenda apparebit. Spurii Melij regnum affectantis, domus complanata est populi iudicio & area Æquimellium dicta, vt ait Varro in 4. & alij, *Valer. Maximus, lib. 6. cap. 3. Cicer. pro domo sua, & in Cato. Maio. Plin. de viris Illustr. Florus, lib. 1. cap. 26. Liuius libr. 4. decad.* ipse autem à Seruilio Hala iussu atque imperio L. Quintij Cincinnati dictatoris interfectus est. M. Manlius, vnde Gallos depulerat, inde ipse præcipitatus est, quia fortiter defensam libertatẽ nefarie opprimere conatus fuerat, *Plinius. de vir. illustr. cap. 24. Plin. libr. 7 histor. natur. ca.* 28. *Liuius, libr. 6. decad. 1. Ouid Fastor. 6.* Spurius Cassius ob concupitam dominationem capite punitus, *Valer. Maxim. lib. 6. ca. 3. Liu. in 2.* & 4. *Dionys. Halicar. 8. Plin. libr. 34. histor. ca. 4.* domus eius subuersa, & interemto superiecta: & peculium eius Cereri consecratum. *Val. Max. lib. 5. c. 8.*

¶ Q. Gallus † prætor, accusatus, quod suadente M. Antonio 10 in mortem Octauij Cæsaris conspirasset, conuictus dignitate à collegis spoliatur, domus à plebe diruta, & direpta, iudicante senatu morte damnatus, *Appian. lib. 3. bello ciuil.* Lucius Brutus, filios suos Tarquinij dominationem à se expulsam reducẽtes, comprehensos, & ante tribunal virgis cæsos, ad palũ religatos securi percuti iussit, *Liuius, in* 1. *Dionys. in 4. Plutarchus Parall.* 20. 21. 22. *Virgilius 6. Æneid. August. 3. de ciuit. c.* 16. *Claud. in Eutro. Florus 1. Epito. c. 9.*

¶ Heluetij † ambientem dignitatem regiam igni cremabant, 11 vt de Orgentorige reo scribit Iulius Cæsar, *in 3. Comment. belli Gall.* Dauid eum, qui volentem & deprecantem Saulem occiderat etiam inimicum, amputatis manibus & pedibus iussit interfici, 2. *Reg. cap. 4.* & *Ioseph. 7. antiq. ca. 2.* Acerbior vindicta à Tyberio & Caio de Gracchis sumta, quorũ corpora insepulta iacuerunt, cum statum ciuitatis conati fuissent conuellere: quorum etiã familiares, ne quis posthac inimicis reipublic. amicus esse vellet, de robore præcipitati sunt, *Valer. Max. libr. 6. cap. 3. Appius. 1. de bell. ciuil. Plutarch. in vita Graccho. Plin. maior. lib. 14. ca. 4. Plin. Iunior, de vit. Illustr. c. 4. Plinius Iunior, de vir. Illust. cap. 64. 65. August. 18. de ciu. Dei, c. 24. Florus, in Epit. lib. 3. c. 14. 15. 16.*

¶ Commodus † Cæsar capite plecti iussit Cleandrum Phry- 12 gem genere, præfectum militum & cubiculi sui, quod copiam multam frumenti coegisset, vt tempore famis fauorem populi mescaret pro sui imperio, dum illud largiretur: sociique & filij eius vna interfecti, & corpora eorũ in cloacas proiecta, *Herod. lib. 1.* ¶ Aliquando † aũt leuius supplicium sumtum est de sociis, 13 insciis tamen criminis, sub Tyberio, in caussa L. Ælij Seiani, qui ob crimen maiestatis damnatus & mulctatus capite est, caputque eius in Gemonias scalas proiectum omnibus eius liberis interfectis: verũ Apicatæ vxori venia dari senatui placuit, neque illud scelus amicis ob familiaritatem accusatis, vt M. Terentio Varroni nocuit, *Dio. Cass. 58. Corn. Tacitus in* 5. Cum tamen habitum fuerit iudicium & suppliciumexactum de coniurantibus in vitam Artaxerxis regis Persarũ, & in vxores & eorum liberos, ne aliquod tanti sceleris vestigium superesset, vt scribũt Iustinus *ex Trogo lib.* 10. & Plutarchus in Artaxer. Sed & Ptolomæus Ægypti rex sumsit iudiciũ de Cratesiclea matre &

Digitized by Google

liberis Cleomenis qui in salutem principis coniurarat, *Plutarc. in Cleomede.*

14 ¶ Narrat † Q. Curtius legem Macedonum esse, vt propinqui eorum, qui regi insidiati essent cum ipsis necarentur, *Q.*
15 *Curtius lib. 6. de gestis Alex.* ¶ Meminit † Polybius *lib. 2. histor.* in illa regione Italiæ, quæ nunc magna Græcia dicta, cœtum Pythagoreorum ob clandestinam coniurationem concrematum fuisse: magna rerum publicarum mutatione facta, vtpote principibus cuiusque ciuitatis temere interfectis.

16 ¶ Herodotus † Persarum regem Darium tradit, *Herod. in 3.* supplicium sumsisse de crimine in ianitores eius admisso, quibus exciderat nares, repulsam passus Intaphernes, non solum de ipso Intapherne, sed & de eius familia omni, & cognatione & liberis exceptis fratre vxoris & primogenito liberorum, quos misericordia vxoris motus soluerat.

17 ¶ Leges † quoque Tyrannorum corpora insepulta iubent abiici, memoriam omnem aboleri, & si quid peculij illis adest, in commune abiici, *Appia. lib. 3. de bell. ciuil.* Vltra pœnas coniuratorum, eosdem non sepeliri censuit Vespasianus, *Sueton. in Vespasian. c. 2.*

18 ¶ Et † quia ciuitates, populus, collegium ex delicto obligari, & ex maleficio teneri possunt, vt in eos detur, *Vlpian. l. metum 9. §. animaduertendum, de eo quod met. caus. P.* Punienda etiam in crimine atroci vniuersitas omnis, vt de crimine Idololatriæ Dominus ait, *Deuteron. cap. 13. ca. si audieris, 23. quæst. 5. Si audieris*, inquit, *in vna ex ciuitatibus quas Dominus dederit tibi ibi inhabitare, dicentes, eamus & seruiamus Dijs alienis: interficiens necabis omnes, qui sunt in ea ciuitate, & incendes eam igni, & erit sine habitaculo in æternum, nec readificabitur, &c.*

19 In † ciuitates etiam ipsas iudicia acerrima ob hoc crimen lata sunt: vrbsque Caria *Vitruu. lib. 1. architec. c. 1.* Peloponnensium tota deleta est, viri ad vnum interfecti, matronæ in seruitutem redactæ, quod cum Persis aduersus Græcos fœderatos consilia belli iniissent. Excisa & deleta Carthago ob rebellionem, *Liuius libro 51. Solinus 40. cap. Appian. Alexand. in Lybico. Flor. lib. 48 & 49. abbreuiatio. Flor. libro secundo Epitom. ca. 15. Plinius, lib. 15. natur. hist. c. 18. Oro. lib. 4. c. 22. & 24. D. August. 3. de Ciuit. Dei, c. 21.* & exarata, *l. vsusfructus, quib. mod. vsusfruct. amitt. P.* Salaminorum ciuitas ob proditionem decreto Athenienſium in totum subuersa est, vt ait Pausanias in 1. Ob crimen proditorum Albanorum, qui cum Metio Suffetio pro Romanis pugnam suspenderant, Alba ipsa quamuis parens, æmula tamen, diruta à Tullo Hostilio, *Flor. lib. 1. Epito c. 3. Virg. 8 Æneid.*

20 ¶ Galba † *Sueton. in Galba, c. 12.* ciuitates Galliarum & Hispaniarum, quod sibi cunctantius obtemperassent, murorum destructione & grauioribus tributis puniuit. Octauius Augustus Cyzicenos, quod nonnullos Romanos in seditione flagris cæsos, necassent, in seruitutem redegit: quibus tamen postea libertatem restituit, *Dio Cass. lib. 54.*

21 ¶ Pileos † oblongos gestant Ægypti & Æthiopiæ reges, circa finem vmbilicum habentes, serpentibus quos aspidas vocant circumuolutos, monumentum insigne, eos, qui contra reges insurgere audeant, mortiferis morsibus subesse, *Diod. Sicul. lib. 4.*
22 *c. 1.* ¶ Et † certe detestabile videtur valde hoc crimen in pastorem suum, & defensorem suum insurgere: qualis rex, dux, & princeps. Quandoquidem vniuersali & sempiterna lege receptum est, vt ait Dionysius Halicar. inferiores parere præstantioribus. Peiores in his brutis animali feritate homines: illa enim quantum velis ferocia sint, aut raro insurgunt in pastores & curatores: nunquam tamen frequentius videmus homines, quam in sibi præfectos rebellare, *Dio. Halo. in probo. hist.*

23 ¶ Iudicia † tamen alia leuiora & mitiora nobis occurrunt, sublata in filios & proximos non participes criminis nece, quę probantur ab Arcadio & Honorio CC. *l. quisquis. 5. ad leg. Iul. maiest. C.* qui filiis reorum huius criminis vitam imperatoria lenitate donare se dicunt, cum tamen paterno perire deberent supplicio, in quibus paterni, hoc est, hereditarij criminis exempla metuuntur: mali enim corui, vt est in prouerbio, malum ouum. Eos tamen reddunt alienos à materna vel auita & omnium proximorum successione, cauentes ne possint capere testamento extraneorum quicquam, vt sint semper egentes, infamia paterna perpetuo notati, alieni ab omni honore & militia, vt iis perpetua egestate sordentibus sit & mors solatium & vita supplicium. Filiabus tantum indulgentes, *§. ad filias, d. l. quisquis*, falcidiam in bonis maternis, quod pro infirmitate sexus minus ausuras confidebant. Et eadem constitutione ipsi rei, etsi exsequuti non sint scelus, sed voluerint tantum, gladio feriuntur, bonis eorum fisco addictis, *d. l. quisquis, in prin. cap. si quis, 6. qu. 1.* reseruata tamen dote vxoribus reorum, *d. l. quisquis, §. vxores, & l. quinque legibus de bon. damnato. P.* Insuper reis, vbi hoc crimen admiserint, etiam antequam accusentur vel conuincantur, inhibita ipso iure & facto de rebus suis facultas, per contractus, vel per vltimas voluntates *d. l. quisquis, §. emancipationes, l. penul. ad leg. Iul. maiest. C. l. pen. & fin. C. de bon. proscr. l. donationes, 32. §. fin. de donat. lib. 39. P. tit. 5.* Ex ea tamen constitutione Cæsarum non omnino filij eximuntur à pœna, imo longiori pœna, cum ea ignominia notati abominabiles viuant torqueri videntur, *leg. cum filius 78. §. fin. de lega. 2.* Singulare tamen est, quod Angelus Arim. *in addit. ad Angel. Aret. in tracta. maleficio. in gloss. che hay tradito, vers. matrem.* notat, pœnas has liberorum habere tantum locum in liberis in potestate constitutis, non autem in emancipatis: item non porrigi ad beneficia filiorum clericorum, quibus non priuantur, *per gloss. in ca. satis permissum, 56. dist.* Placuit nihilominus eos qui pro huiusmodi reis supplicauerint principi, infamia perpetua damnari, *l. quisquis, §. denique iubemus, ad leg. Iul. maiest. C.*

¶ Satis † tamen aliquibus dura pœna videtur aliquo modo 24
in filios, vel alios ob alterius culpam sæuire: cum vt ait Demosthenes, *epist. 3. ad Senatum, agens de Lycurgi liberis*, omnibus omnium delictorum, quasi meta sit obitus, & ideo nec filij puniẽdi pro parentibus defuncti. Sunt & in iure duo illa axiomata: mortę reatum exstingui, *l. 1. 2. pen. & fin. si reus vel accusa. mor. fue. lib. 9. C. tit. 6. Mart. l. defuncto, 6. de pub. iudic. P.* & filium pro patre puniendum non esse, *Callist. l. crimen paternum 26. de pœn. lib. 48. P. tit. 16. c. crimen. 1. q. 4. & tota fere illa, q. tit C. ne fil. pro patre.* Quod & Arcadius & Honorius, *l. sancimus 22. de pœn. lib. 9. C. tit. 47.* ad notos & familiares prorogant: quia nec affinitas vel amicitia nefarium crimen admittunt. Et ibi debeat esse pœna, vbi & noxa, *§. 1. de noxa. act.*

¶ Sanciuit † & lex diuina, filium non portare iniquitatem 25
patris. *Ezech. 18. Deut. 24. 4. Reg. 14. 2. Par. 25.* Quæ quidem vera sunt in criminibus vulgaribus: at in atrocioribus, non recipiuntur omnino. Nam neque in his pœnæ morte exstinguuntur, sed & mortuo reo repetuntur, & in corpus, & bona, & famam animaduertitur mortuorum: vt in hoc crimine læsæ maiestatis, *l. penult. & fin. ad l. Iul. maiest. C. Modest. l. ex iudiciorum 20. ae accus. lib. 48. P. tit. 2. §. interdum autem, vers. per contrarium, de heredi. quæ ab int. defer. Vlpian. l. fin. ad leg. Iul. maiest. in P.* scilicet si aduersus rempublicam vel personam principis quispiam quid fuerit amolitus, non in aliis capitulis *glo. in l. meminisse, C. eod. gloss. in l. ex iudiciorum, in ver. maiestatis, de publi. iud. in P. & l. fi. ad leg. Iul. maiest. P.* Sic expresse quoque Vlpianus, *in l. fin. eo.* expressit, de hac quæstione loquutus. *Hoc crimen*, inquit, *nisi à successoribus purgetur, hæreditas fisco vindicatur. Plane non quisquis legis Iuliæ maiestatis reus est, in eadem conditione est: sed qui perduellionis reus est, hostili animo aduersus rempublicam, vel principem animatus. Ceterum, si quis ex alia causa legis Iuliæ maiestatis reus sit, morte crimine liberatur.* Hæc Vlpianus. Adde & Iustiniani sententiam. *Publica autem*, inquit, *Iust. in §. publica autem iudicia hæc sunt, de pub. iud. iudicia sunt, hæc: lex Iulia maiestatis, quæ in eos qui contra Imperatorem vel rempublicam aliquid moliti sunt, suum vigorem ostendit. Cuius pœna animæ amissionem sustinet, & memoria rei etiam post mortem damnatur.* Sed & alia crimina sunt, quorum etiam accusatio morte non exstinguitur, quæ notant passim interpretes, *gloss. in l. 1. si reus vel accus. mort. fuer. C. gloss. in l. ex publicorum, de accusat. in P.*

¶ Et † propter eandem quoque criminis grauitatem, mirum 26
etiam videri non debet, si in filios pœna aliquomodo redũdet. Ita in crimine hæreseos in filios pœna extenditur ad primam & secundam vsque generationem, *c. statutum, in 2. de hæret. in 6.* Et pro aliis alij proximi *c. ecclesia 1. q. 4.* subditi, familiares, domesticique sæpe temporali pœna puniti sunt, etsi sceleris participes non fuerint. Metuunt autem leges, ne si superuixerint, vindices aut imitatores sint, atque exemplarem sumunt pœnam in atrocioribus. Sic ob peccatum Achor, plebs Israelitica in hostium manus venit, *Iosue 7.*

¶ Propter † peccatum quoque filiorum Heli, & pater & po- 27
pulus gladio hostili laceratus, *1. Reg. 4.* Nauicula Ionæ 1. & qui in ea erant periclitabantur ob vnum Ionam fugitiuum. Ob peccatum Dauidis, populi ab angelo facta miseranda strages, *2. Reg. c. 5.* Filiorum paruulorum Sodomitarum ætas vel ignorantia nõ prohibuit, quin vna inuoluerentur vindictæ parentum, *Genes. 19.* Sicut & peccante patre Cham, filius eius Chanaam maledicitu, *Genes. 9.* Et pro Giezis peccato posteri eius lepra puniti sunt, *4. Reg. 5* Ob peccatum Achab. & posteri de solio deiecti, *3. Reg. 19.* Odium Esau in Idumæos transiuit, *Malach. 1.* Et erat cõstans opinio inter eos, qui veram legem Dei profitebantur, aliquando in filios transferri vltionem parentum à Deo. Quare de cœco nato discipuli Dominum interrogarunt. qui peccasset, an ille, an parentes eius, *D. Ioan. Euang. cap. 9.* Et remissum quidem peccatum Dauidi est, verum audiuit. sed non auferetur gladius de domo tua, *2. Reg. c. 12.* Item & Ezechiæ dictum, *4. Reg. c. 20.* ob eius peccatum futuros quoque eius filios eunuchos in palatio Babylonis. ¶† Hesiodus *in 1. lib. ἔργων, vers.* 28
testis est. posteros luere peccata maiorum: vt Iaus in eos etiam peruenit, dum agit de periuriis,

ὃς δ' ἑκὼν, inquit, μαρτυρίοισιν ἐπιόρκιον ὀμόσσας
ψεύσεται, ἐν δ' δίκλιδι βλάψας νήκεστον ἄασθη:
τῷ δ' τ' ἀμαυροτέρη γένεη μετόπισθε λέλειπται:
ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γένεη μετιπίσθιον ἀμείνων.

Id est,

Qui vero testimoniis volens periurium in iurando
Mentietur, in ius delinquens immedicabiliter læsus est.
Eius vero posteritas obscurior postea relicta est:

Viri

Digitized by Google

Viri autem iusti posteritas, postea posteris præstantior.

Cicero in perduellionum & proscriptorum liberos paternam pœnam permeasse voluit, *Cicer. 12. epistol. ad Brutum*, vt caritas liberorum mitiores parentes redderet. Et rursum, *Cic. ad Brutum* 17. seueriores pœnas & in liberos ferri tradit, causa exempli. Iuuat hic contemplari infelicem rerumpub. statum, dum gubernationis modus subuertitur, dum principatus ambiuntur: nunquam enim accidit vel raro innouatio status reipub. quin clades aliqua diuersarum factionum consequatur: vt expediat aliquando in plures, quam solitum sit in aliis criminibus & acrius supplicia sumere, & non tantum crimina peracta, sed etiã præludia grauioribus pœnis suspicionibus fidem facientibus, vbi apparere incipiunt, castigare. Et Alexander Magnus Imperator optimus, quique quanti faciendi sunt principes nouit, exemplo id docuit. Iussit enim Baryaxem Medum cum sociis defectionis necari, quod erecto Cydari capiti imposita, se Medorum ac Persarum regem appellasset, *Arian. lib. 6. expedition. Alex.*

29 ¶ Ceterum † variarunt tempora, & principum & locorum leges, & quemadmodum pœnas exasperare potuerunt reorum pernicies & criminis peristases, eadem ratione aliquando & alicubi, & à pluribus regibus & nomothetis, temperatæ sunt le-
30 gum vindictæ. ¶ Alphonsus † Hispaniarum rex, cum quendam illustri prosapia maiestatis reum conuictum haberet, iudicio tacito in eum animaduertit, ne generosa reliqua domus, vnius noxa notaretur infamia, vt refert Antonius Panor. *lib. 2. de dict.*
31 *Alphon. c. 19.* ¶ Cum rebellassent in Cyrum Lydij iterum, victi, Cyrus tantum illis arma & equos adimi voluit pro sæuissima pœna, iussitque illos cauponias, ludicras artes, & lenocinia exercere. Et sic gens industria quondam potens & manu strenua effœminata mollitie luxuriaque virtutem pristinam perdidit. Et quos ante Cyrum inuictos bella præstiterant, in luxuriam lapsos, otium ac luxuria superauit, vt ait Iustinus, *ex Trogo, lib. 1.* Pœna certe, si vitæ animalis respicias voluptatem, leuis & potius grata: sed si consideres virtutis antiquæ interitum sæuior qualibet morte. Sic enim posteris via ad virtutem præclusa, tã
32 late propagato otio. ¶ Aliquando † S.P.Q.R.S. Cassio affectatæ tyrannidis damnato & necato filios eius liberandos iudicauit, *Liuius lib. 5. ab vrb. cond.* Asinius Gallus, *Dio. Cass. lib. 60. histor.* insidiatus sine exercitu Cæsari Claudio, exsilio non morte mulctatus est, quod neque pecuniam contraxisset, neque exercitũ, & tanta deformitate esset, quod potius risui haberetur, quam periculum esset ne pro duce haberetur. Scribit Beatus Rhenanus, *lib. 2. rer. German.* Carolum Magnum Francorum regem, Thassilionem ducem rebellantem vxoris instigatione, quę dolebat quod pater Desiderius Langobardorum rex regno priuatus exsularet, lætæ maiestatis reum cum Theodone filio, quẽ Carolo obsidem dederat, in monasterium mutato cultu detru-
33 sisse. ¶ † Lege Caroli 5. Cæsaris, de pace publica tenenda, perhumane sancitum est, vt eorum liberi qui violatæ pacis peracti imperiali banno proscripti fuerint, ad clientelares fundos rur-
34 sum à patronis admittantur. ¶ Mithridates † rex, sumens supplicium de Attilio, qui in eius mortem coniurauerat, socios quidem sceleris puniuit, sed seruos dimisit, cum non sua sponte, sed domino parendo deliquissent, auctore Apiano Alexand. *in Mithridat.*

35 ¶ Athenienses † Æginetarum deficientium vnicuique pollicem è manu dextra resciderunt vt hastam ferre nõ possent: remos vero commode agere possent Mytylenensium iuuẽtutem occiderunt. Captiuos Samiorum punctis in facie notabant, quæ noctuas referrent, teste Ælian o *lib. 2. de var. histor. cap. 9.* Lex Rotharij regis Langobardorum, *l. 1. de malefic. titu. 1. lib. 1. legum Langob.* alia: *Si quis contra animã regis consiliauerit, consilioque suo refugerit, animæ suæ incurrat periculum, & res eius insiscentur.* Liuius etiam in 2. duas leges gratas fuisse populo ait, de prouocatione aduersus magistratus ad populum: & hanc de sacrando cum bonis capite
36 eius qui regni occupandi gratia consilia iniisset. ¶ In Gallia † aliquando seuerius, aliquando acrius vindicatum hoc crimen est, & inter insignia de eo iudicia refertur illud Senatus Parisiorum, quo vltima Aprilis 1416. Nicolaus Orgemont eius criminis reus, iussus est spectare consociorum supplicium, & multis damnatus, supplicio mortis remisso, perpetuis carceribus pane & aqua pascendus adiudicatus est, *Ioan. Papo, lib. 22. Rhapsod. arr. tit. 1. arr. 3.* Communi tamen iure perduelliones vltimo supplicio puniuntur, cui adhuc adhibentur pro negotij qualitate genera alia tormentorum, vt vel rota malleis tundantur, vel equis in contraria actis distrahantur & discerpantur. Filij tamen insontes non sunt infames, vel inhabiles successionibus, & capiunt ex testamento, & ab intestato, & ad honores possunt promoueri, vt notat Boerius, *tracta. de seditio. §. 6. num. 23.*

37 ¶ Bona † autem in fiscum regium solum, non dominorum iuridicorum vbi sita sunt, inferuntur, *text. in §. fin. qua sint regalia, in vsib. feud. lib. 2. tit. 56. Specul. tit. de feud. versi. 48. inter. in l. fin. C. ad l. Iul. maiest. Bart. in extrau. ad reprimendam, qui sunt rebell. post libros feudor.* in hoc capite primo læsæ maiestatis ex coniuratione in principem & rempublicam secundum legem. Quisquis, ibi, *bona eius omnibus fisco nostro addicta*, C. ad l. Iul. maiest. Et si bona sint extra regnum, regi tamen quæruntur: quemadmodum iudicatum tempore Ludouici 11. regis Galliarum, *Rhenan. Chopin. lib. 3. de doma. reg. cap.* 12. de bonis Caroli Burgundiæ ducis, quorum pars regni Francorum, pars Germanici Imperij dominatu tenebatur: neque hoc ius pertinet ad fiduciarium regulum, quia & regalis cognitionis, & regiorum magistratuum huius criminis notio est.

¶ Sed † & hac confiscatione veniunt etiam bona restitutioni 38
obnoxia per substitutionem, quæ exspirat hoc crimine, nec succedunt substituti, vt iudicatum & explicatum in confiscatione bonorum Caroli Borbonij, vt ait Lisetus, *in l. quisquis, ad leg. Iul. maiest. C.* & tradit etiam Senatusconsulto Parisiensi placuisse Chopinus, *lib. 1. de doma. cap. 8.* anno Domini 1539. contra leg. Statius Florus, *§.* Cornelio felici, de iure fisc. in P. Et Bart. late l. si finita, *§.* si de vectigalibus, de damn. infect. in P. ¶ Scribit † & 39
Cornelius Tacitus, libr. 5. tempore Tyberij, quo plures maiestatis insimulabantur, damnatis publicatis bonis sepulturam prohibitam: eorum autem, qui se statuebant, qui scilicet mortem sibi consciscebant, humata fuisse corpora, remansisse testamẽta, pretium festinandi.

De Personis perpendendis Accusantium, accusatorum, & iudicum, & negotiis.

Cap. 2.

1 *Accusant in maiestatis crimine Persona alioquin reiicienda ab accusationibus.*
2 *In maiestatis crimine legitimi actusatores filij in patres, serui in dominos, socij, familiares, & alij.*
3 *Maiestatis læsæ vltio celeritatem postulat.*
4 *Reus non licebat perpetua se oratione defendere.*
5 *Maiestatis crimine accusatorum consideratio.*
6 *Ecclesiasticæ personæ maiestatis coram quo accusandi & damnandi.*
7 *Episcoporum institutio & destitutio ad summum pertinet pontificem.*
8 *Maiestatis humanæ rei clerici & episcopi quibus pœnis iuris pontificio subiiciantur. Et 9.*
10 *Maiestatis quæ leges & negotia.*
11 *Instrumentum falsum quando ad legem Iuliam maiestatis pertineat.*
12 *Proditio ciuitatis item quando ad hoc crimen pertineat.*

IN hoc crimine † etiam maiestatis imminutæ puniendo, cum 1
modo admissi perpendemus personarum accusantium, accusatorum iudicumque qualitatem. Sciendum itaq; criminis huius atrocitatem omnes fere personas in accusationem & testimonium admittere, vt detegatur citius & facilius. coniuratio, & vt celerius vindicetur, nulla pœnatis vel sexus, vel conditionis adhibita distinctione, *Mod. cst. l. famosi 7. & l. sequent. ad leg. Iul. maiest. in P. argum. l. mulierem 13. de accusat. lib. 48. P. tit. 1.* ¶ Et proinde † filij aduersus patrem accusatio huius admittitur, & ad 2
uersus dominum serui. Quare filii Sereni, qui Tyberio parauerat insidias, accusationes receptæ sunt, *Corn. Tac. lib. 4. Annal.* Et Scismas filius Datamis maximus natu à patre descit, & ad regẽ Artaxerxem trãsiit, & de defectione patris detulit. *Æmil. Prob. in vita Datamis.* Familiares quoque & domestici in aliis criminibus si deferant puniendi, in hoc admittuntur, *leg. penult. C. qui accus. non poss. lib. 9. C. tit. 1.* Fuluia Lucij Catilinæ coniurationem detexit *Pap. l. in quæstionib. 6. ad leg. Iul. maiest. in P.* Socij quoque criminum admittuntur, si antequam cognita sit coniuratio eã primi detegant: quinimo & se & alios detegentes veniam accipiunt, *l. quisquis, §. fi. eod. C.* Sed si non probauerint detectum crimen, quæstioni subiiciuntur: vt palam fiat, qua mente, quove impellente accusauerint. Neque aduersus statutum in hoc casu quæstionem, dignitatem vel priuilegium obijcere possunt, *l. 3. & 4. eod.* ¶ Si quidem † hæc vindicta exigit solertiam & celeri- 3
tatem, ne si detegatur conspirantibus iudicium, aufugiant vel perniciem accelerent. Quamobrem & Agesilai factum sapiens merito laudatur, qui cum aduersus rempublicam Lacedæmoniorum, conspirationem ortam noctu comperisset, leges Lycurgi continuo abrogauit, quæ de indemnatis supplicium sumi verabant: comprehensis autem, & interfectis sontibus easdem è vestigio restituit, vt ait Valerius Maximus *lib. 7. cap. 2.* Cicer. *vlt. Tuscul.* Herodotus in 3. & Plutarchus, *in vita Agesil.* Nouimus & quantum accesserit salutis reipub. ex diligentia Ciceronis consulis in Catilinæ depellenda coniuratione, vel ipsius Ciceronis testimonio *in orat. contr. Catilin.* Dionis, libr. 37. & Salustij.

¶ Nec † licebat apud Athenienses, lege prohibente, reis per- 4
petua oratione se excusare vel defendere, *Xenoph. libr. 1. rerum Græca.* Et Hericus 7. Rom. Imp. in tit. quomodo in crimine læsæ maiest. procedendũ sit, *§. 1. post feuda, colla. 13. in auth.* Sic statuit,

Digitized by Google

Hac edictali Dei propitio perpetuo valitura lege sancimus, vt in quocunque læsæ maiestatis crimine, & maxime vbi cõtra Romanorum Imperatores vel reges, aliquid quod dictum tangat asseratur commissum, possit procedi per accusationem, inquisitionem, seu denuntiationem, summarie & de plano sine strepitu & figura iudicij, prout ei, qui iurisdictioni præest, videbitur expedire. Quæ verbâ abunde explicauit eruditissimis ibi commentariis Bartolus.

5 ¶ † Personarum porro quæ in hoc crimine consideranda est qualitas in reis, non ad executionem vel occasionem omnino pœnæ, sed ad instruendam religionem iudicum pertinet. *Hoc crimen*, inquit Modestinus, *l. famosi 7. au leg. Iul. maiestat. à iudicibus, non in occasionem ob principalu maiestatis venerationem habendum est, sed in veritate rei iudicatæ. Nam & persona spectanda est, an potuit facere, & ante quid fecerit, & an cogitauerit, an sanæ mentis fuerit, nec lubricum pœnæ facile ad pœnam trahendum est.* Diximus in principio lib. 33. quomodo iudicia perpendenda sunt, habita ratione circumstantiarum criminum, personarum, temporis, loci, & similium, & proinde hic non repetam, quæ ad omnia pertinent criminum iudicia. Constat etiam omnes, cuiuscũque sint conditionis, accusari posse.

6 ¶ Fori † tamen distinctio aliquando mouet quæstionem. Quare hic non inutiliter quæritur si episcopus vel alia ecclesiastica persona crimen hoc commiserit maiestatis, & in principem vel contra regni vtilitatem conspirauerit, num puniendus & qua pœna. Qua in re primum dubium facit, quod maiestatis crimen vix tunc dici potest: eo quod episcopi & clerici, non sint subiectionis temporalis principis, *l. cum clerici, 25. & constit. Friderici statuimus, quæ corrigit auth. clericus, de episcop. & cler. C. facit tot. tit. de fi. comp. 2p. Greg r. pot. ßimum, c. si diligenti, eod. & tit. vt cler. apud prop. episcop. in auth.* neque reus maiestatis dici vere potest, qui subditus non est, vt scribit Cardinalis, *in c. vergentis, de hæretic.* Et in ea est quoque sententia Arnald Alberic. *in c. quoniam, de hæret. in 6. in quæst. 11. versic. sexto sallit*, pluribus rationibus motus, non teneri clericum crimine læsæ maiestatis temporalis. Sed & hodie concilio Tridentino, in decreto de reformatione ecclesiastica, *sessio. 8. vel totius concilij sessione, 24. c. 5.* notio grauiorum criminum episcoporum, in quibus controuersia est depositionis aut degradationis, sedi reseruatur apostolicæ: vt obuiam eatur calumnijs, quibus hisce temporibus maxime deprauatis impetuntur antistites, vel ab hæreticis, vel ab his, qui ecclesiastica bona in patrimonia propria conuertere satagunt. Accidit etiam impiissimos aliquando & indignissimos ad hunc apicem promoueri fauore familiarum, quarum auxilio freti quidam sanctuarium Dei, summo cum scandalo, & Christianæ fidei iactura polluunt. Ereptamque vineam Nabotho prædecessori cum sanguine, in voluptatis hortos conuertunt: vt Iezabelis & Achabi opera alias factum, sub specie pietatis, *3. Reg. 8. & 21.* Calumniantur sæpe pessimi bonos, vt episcopatibus, abbatiis, & aliis sacerdotiis potiantur. Sicuti Eusebius Arrianus eam ob rem Athanasium exsilio tolli procurauit, *in epistola in concil. Niceno post apolo. Athanasij inter eius opera.* Et nota est calumnia in DDD. Chrysostomum, Hilarium, Brixiumque episcopum Turonensem, quam refert Gregorius Turonensis, *libro secundo, 2. histor. Franc. c. 1.* Neque vehementior est calumnia, ea quæ regnandi cupiditate suscipitur, vt ait Liuius, *lib. 10. dec. 4.*

7 ¶ Atque constat † institutionem episcoporum ad solum summum pontificem pertinere, vt non immerito idem pro destitutione consulendus veniat, *c. cum & plantare, de institutio. c. venerat iniuncto, de hæreti.* omnis quippe res per easdem causas dissoluitur, quibus oritur, *c. 1. de reg. iur. apud Greg. l. nihil tam naturale, eod. P.* Quanquam aliquando soliti sint summi pontifices, causas episcoporum reorum ad concilia principalia episcoporum reiicere, *c. 1. & fin. 3. quæst. 8. c. decernimus, 3. quæst. 9.* Statutum & concilio Arelatensi 3. c. 4. Caroli Magni ope & diligentia coacto, vt laici non eiciant episcopos à propriis ecclesiis, nec alios subrogare præsumant absque iudicio proprij episcopi: non enim clerus vincitur legibus secularium iudicum, *c. bene quidem 96. distinct. ca. ecclesia sanctæ Mariæ, de consti. Ioan. Faber, in c. cunctos populos, in ver. credo, de sum. trin. C.* Exstant & Cæsareæ constitutiones quibus episcopi, qui turbarint ciuitatem, ab episcopis depositi referuntur. *leg. quicunque residentibus sacerdotibus 24. & auth. si quis episcopus, de episc. & cler. C. §. si quis autem episcopus, de sanct. episc. coll. 9.* Proinde in hoc crimine maiestatis quid statuendum sit, perdifficilis solutio: nisi dicamus monendum esse summum pontificem, vel cogendum esse concilium prouinciale episcoporum, vt cognoscant de episcopi reatu. Nam propria auctoritate laicali in eos manus iniicere, nisi fugæ euitandæ caussa, non est iuri consonum. Atque eius facti pœnituit Childebertum regem Galliæ: is enim iusserat prehendi Egidium episcopum Remensem, vt maiestatis suspectum, sed increpatus ab aliis sacerdotibus, cur hominem rapi, & in custodiam retrudi præcepisset, permisit eum in vrbem suam redire, dirigens epistolas ad episcopos, vt die certa iudicio eius adessent, auctore Gregorio Turonensi, *lib. 10. hist. Franc. ca. 18.* Sic Prætextatus episcopus Rothomagensis, falso maiestatis impetitus, cõcilio prouinciali à Chilperico dimissus est, teste Aimonio: *lib. 1. de gest. Franc. c. 27.* Sed & ab hoc concilio prouinciali adhuc referri potest notio ad summum pontificem, *ca. 1. 3. qu. 8.* Nam & legimus Ioannem Summ. Pont. contra concilium Lugdunense, quod præsidente S. Nicetia, deiectos à sede episcopatuum Salonium, Ebrodum, & Sagittarium Vapingensium, episcopos vt reos maiestatis, restituisse in sedes priscinas, *Aimo. d. lib. 3. c. 28.*

¶ Iure † pontificio episcopus & clericus, qui maiestatis in primo capite reus est, de gradu deiicitur seu degradatur, exutus omni officio & beneficio, *c. si quis laicus, 22. q. 5.* monasterio ad pœnitentiam perpetuam adiicitur: degradationem hanc quidam interpretantur continere, vt tradatur postea reus puniendus curiæ seculari, *vide Ioan. Bernar. Diaz, in tracta. crim. can. ca. 110.* quod verum esse ex expressa iuris decisione, *c. nouimus, c. 27. de verb. sign. lib. 5. Decret. tit. 40.* fatendum est, in primo capite legis Iuliæ. De alia pœna imponenda, iura non habeo quæ statuant. 8

¶ Tamen † exempla referam, primum ex concilio Toletano 16. quod à 61. episcopis celebratum, ann. Domini 693. sub Flauio Egica rege Toleti. Sisbertum Toletanum episcopũ quod regem regno priuare & eum cum aliis conscijs interimere statuisset, fuisse honore, gradu, & beneficijs deturbarum, & perpetui exsilij ergastulo damnatum: excepto si regiæ maiestati inde eximere eundem placuisset; eandemque tunc statutã in posterum eiusdem criminis reis, *Diaz, vbi sup. facit, a. c. si quis laicus 22. q. 5. c. vn. de pœn. in extr. comm.* pœnam apparet. Legimus Prætextatum episcopum Rothomagensem, falso insimulatum maiestatis, odio Fredegondæ reginæ in exsilium missum: à quo, detecta calumnia, fuit reuocatus per Guntranum, *Aimoni. lib. 3. de gest. Franc. cap. 27. & 64.* Verum durius actum iudicium Brunichildis alterius reginæ, & Aridij episcopi Lugdunensis factionibus, in S. Desiderium episcopum Viennensem, qui ea de re fuit iussu Theoderici regis lapidatus, *Idem dicti lib. c. 93.* Polydorus Vergilius refert monachos Franciscanos octo, maiestatis læsæ reos in Anglia extremo supplicio affectos, *Polyd. Ver. lib. 21. hist. Ang.* 9

¶ Ad † negotia quæ veniunt consideranda in crimine maiestatis, pertinent obseruationes eorum, quæ concurrunt: num simplex criminis cogitatio, & quatenus in actum peruenerit, num per reum steterit quominus non sit executioni demandatum, ex quo capite agatur & qua lege. Martianus Iurisconsultus *l. 3. ad l. Iul. maiest. in P.* meminit ex l. 12. Tabul. & Iulia maiestatis, reos fuisse postulatos, & ante ex lege Apuleia, vt Cicer. ait, dum de caussa Norbani loquitur, *2. de Orat.* quem maiestatis lege Apuleia postulatum, defendit Antonius. Deinde vero fuit lex Cornelia maiestatis, cuius & meminit Cicero in Pisonem. Duumuiri creabantur, & olim qui de caussa perduellionis iudicarent, teste Liuio in iudicio Horatij, *in 1.* Quærebat & prætor de quæstione maiestatis, vt notat Ascon. Pædianus. *in arg. ora. pro C. Cornelio.* Ad caput † primum maiestatis Vlpianus refert, *l. 2. ad leg. Iul. maiest.* scienter falsum instrumentum conscribere, vel recitare in tabulis publicis: quia reipub. commodis ita insidiari videtur. Et †, ad perduellionis crimen quoque pertinere potest, & ad pœnam l. Quisquis, si quis inuadat vel prodat ciuitatem suam aut patriam, vt eam à potestate regia eximat: contra, si prodatur alia mente, *Salyc. in l. fallaciter, & ita ibi gl. ff. intelligit, de aboli. C.* Tunc enim teneretur lege Iulia de vi publica, cum aliæ ciuitates quam Romana, reipub. nomine non veniant. *gl. & Bart. in l. 1 ad l. Iul. maiest. in P. vide Ang. Aret. in § publica, de pub. iud.* nisi liberæ sint & superiorem non agnoscant. Quo casu perinde maiestatis crimen est, contra eas hostili animo attentatum, ac aduersus rempublicam Romanam, *gloss. & Cyn. in l. fin. de præs. long. tempo. C.* 10 11 12

De Coniurantibus aduersus alios, quam reges.

Cap. 3.

1 *Maiestatis pœna contra coniurantes in sanguine coniunctos regis, & alios.*
2 *Coniurans in Vicarium principis qua pœna afficiatur.*
3 *Perduellionis crimen num committatur aduersus Cardinales, vel familiares Papæ.*
4 *Ciuem Romanum indemnatum occidens perduellionis crimine reus.*
5 *Magistratum occidere quando maiestatis pœnam habet.*
6 *Apparitorem violantis quæ sit maiestatis pœna.*

ET si crimen † læsæ maiestatis expresse non habeat aliam in iure definitionem, quam si cõmittatur erga sui iuris principem & magistratus, qui lateri eius assident, *l. quisquis, ad l. Iul. maiest. C.* tamen hodie in Gallia, pœna cõiurantis in regem statuitur, & in eos, qui contra sanguine coniunctos regis, vocant principes, quive contra duces, comites, & marchiones coniurarunt. 1

Digitized by Google

runt. Et ita iudicatum fuisse in caussa cuiusdam doctoris dicti Largiret, qui coniurauerat in ducem Sabaudiæ, tunc subditum Imperatori, anno 1495. placito Senatus Sabaudiæ memorat Io. Papus, *lib.22.Rapso.aresto.tit.2.arest.1.* Quia & isti pars corporis principis videntur, vel reipublicæ, vt & in eos committatur crimen hoc, *d.L.quisquis, in prin.*

2 ¶ Defendit † & Bartholomæus Brixiensis, *in reperto. in ver. maiest.* Ioan. Faber, *in §.1.in proœm.inst.per leg.non dubito, de capti.* Odofredus, *in l.fin.in 4.nota.de iure reipub. lib.10. C.* & alij, quos colligit Nicolaus Boerius, *tra de seditio.§.6. num.6.* non solum aduersus reges, sed etiam aduersus dominum ciuitatis, scilicet liberæ, cui ius est, vt opinor, reipub. committi crimen læsæ maiestatis: vel si libera non sit, idem in vicario principis, qui in ea auctoritatem gerit, dicendum arbitror. Verum, *l.1.ad leg.Iul.maiest.in P.* non vt pœna leg. Quisquis, quæ tenet libe[illegible] tur reus, iuxta ea quæ in domino ciuitatis non libe[illegible] Martinus de monte Lauduno *tracta. de crim. læsæ maiest. princip.* & Ludouicus Bolognensis, *consi.75.* Si tamen alia regalia impartita sint ex priuilegio, vt ab eo non liceat a[illegible] lari, & si aliquomodo superiorem non agnoscat, proculdu[illegible] opinor eadem, quæ de perduellionatu in principem, & locum in hoc habere.

3 ¶ Crimen † læsæ maiestatis habere locum etiam aduersus insurgentes, vel delinquentes in episcopos, cardinales, clericos, vel religiosos, familiares Papæ & Cardinalium, ait Ioannes de Ana. *consi.75.* & Ægidius Bellamera, *consi.15.in 1.q.* Clerici iure canonico conspirantes vel iniurias texentes in episcopos vel alios clericos, è gradu deiiciuntur, *c.si qui clerici, c.clerici 11.q.1.c. coniurationum, eod.* & socij participesque consilij quoque omnibus officiis & beneficiis exuti, curiæ seculari grauius puniendi traduntur, *c.grauem, de excess.prælato.c.vni, de pœn.in extra.Comm.* si incorrigibiles sint, non aliter, vt mitior apud iuris interpretes obtinuit sententia, *Præpositi. & Archidiac.in ca.clericus 3.quæstio.4. Pan.in c.at si clerici, de iud.colum.14. Docto. in c. cum non ab homine, de iud.* Alioquin enim in episcopum coniurans, exilio afficitur, *ca.hi qui, 3.quæst.4.* Lege Hispanica, *in l.Hisp.parti.1.titul.6.l.60.* duob.casib clericus redditur curiæ seculari, si contumeliis afficiat episcopum, nec velit obedire ei, & si attentauerit illum occidere. Inter perduelliones & ille erat, qui indemnatum occidisset, potissimum ciuem Romanum: erat quippe lex horrendi carminis, quæ necari aliquem indemnatum vetaret, deorumq; omnium iras precaretur aduersum eas ciuitates, quæ non vindicassent in pollutos, vt explicat Henricus Glareanus, *in 1.lib. primæ dec. Liuij.*

4 ¶ Et † id colligi potest ex Liuio, in 1. qui ait lege ea horrendi carminis, reum perduellionis actum fuisse Horatium, qui sororem suam interemisset lacrimantem, & obuiam illi existentem redeunti à victoria Curiatiorum. Sic enim ait, *Atrox visum id facinus patribus plebiq; sed recens meritum facto obstabat, tamen raptus in ius ad regem. Rex ne ipse tam tristi ingratiq; ad vulgus iudicij, aut secundum iudicium supplicij auctor esset consilio populi aduocato, duumuiros, inquit, qui Horatio perduellionem iudicent secundum legem, facio: lex horrendi carminis erat, duumuiri perduellionem iudicent. Si à duumuiris prouocarit, prouocatione certato: si vincent, caput obnubito, infelici arbori resti suspendito, verberato, vel intra pomœrium, vel extra pomœrium.* De eiusdem Horatij accusatione loquens Dionysius Halicarnassæus, lib.3. explicat quoque, qualis esset illa lex. *Quidam,* inquit *non mediocris auctoritatis viri cœperunt reum agere Horatium parricidij cædisque domesticæ. Ii longa oratione proferebant leges, quæ nemini quemquam indemnatum occidere permittunt; recensebantque exempla deorum iræ in ciuitates, quæ quia scissent scelera.*

5 ¶ Magistratum † occidere populi Romani, vel eum qui imperium potestatemque habebat, crimen maiestatis est graue, *l. prima, ad legem Iul.maiest.in P.* atque pari pœna ac in principem factum, puniri statuerunt Cæsares, si à consiliis illorum sint, vel lateri illorum adhæreant. *l.quisquis, eod.C.* Et hæc vera esse possunt quando iniuria, vel homicidium fit magistratuum gerentium officium sibi commissum, tunc enim vel maxime considerandæ principis persona, cuius gerit munus, *Iulianus, leg.3.de offic.eius cui mand.est iurisd.lib.1.P.tit.21.* secus si non esset in exsecutione officij.

6 ¶ Et † sic annotauit Guido Papæ, *quæst.557.* addens in Gallia inde praxim sumtam, qua verberantes apparitores, quos ipse vocat seruientes regios, cum officia seu munera sibi commissa exercent, capite puniuntur, aut manus eis amputantur, propter iniuriam illatam principi: in patria tamen Delphinali, pecunia mulctari, aut arbitrio iudicis puniri, *Idem inibi & Petrus Iacob. in tit.libelli, de constituta pecunia.* Ceterum, hic oportet aliunde, quam ex apparitorum scriptis, constare de iniuria. Neque in hac caussa statur, vel creditur relationi seu testimonio apparitoris, sed veritas inspicienda & perscrutanda, vt monuit Gordianus, *l.ea quidem 7.de accusatio.C.* De qua si constet, vel si relaciones sunt subscriptæ testimonio idoneorū testium, vindicta proculdubio sumenda: cum isti, qui mandata regia exsequuntur, & eius auctoritate quippiam agunt, videantur veluti viuæ principis imagines. Et certum sit, reos quoque maiestatis esse eos, qui in statuas principum iniuriam inferunt, *vt superius decretur, in variis criminibus maiestatis.*

De Crimine Maiestatis contra Legatos reipublicæ.

Cap. 4.

1 *Legatos reipub. vel principis violasse, maiestatis crimen, & legis Iuliæ de vi publica.*
2 *Legati etiam hostium inuiolabiles. Et bella ob eos violatos: & sancti legati. num.3.4. & 5.*
4 *Legatus non debet minori maiestate vti, quam is qui misit. Et 10.*
5 *Legatum violantis iuris pontificij & ciuilis pœna.*
6 *Legati quandiu sint inuiolabiles.*
7 *Legationes liberæ sine priuilegio legationis reipublicæ tamen. Et illæ à quibus impetrabantur, sublatæ, restitutæ, & limitatæ. num.8. & 9.*
10 *Legatus reipub. obliuisci debet propria negotia.*
11 *Legati vnde dicti.*
12 *Legati municipiorum & ciuitatum qui. & cuius auctoritate fiant.*
13 *Legati quot, & quomodo decerni possint à ciuitate.*
14 *Legatio alia gratuita, alia cum salario.*
15 *Legati quæ negotia propria vel aliena præter mandata gerere possint.*
16 *Legatus legationem ne deserat. Vicarium quando det.*
17 *Legatus designatus quibus possit vti excusationibus, vt legationem obeat.*
18 *Legationis municipalis alia species pro cura aliqua.*

CRimen † maiestatis quoque visum est non immerito, legatos reipublic. vel principis violasse: quia aduersus securitatem commissum populicam & principis, & potestatem habentem populi, *l.1.ad l.Iul.maiest.P.* vel principis vicemque eorum referentem. Suffragatur huic legi lex Iulia de vi publica, quæ tenetur qui legatos, oratores, comitesve eorum pulsauerit, vel iniuria affecerit, *Vlpian.l.lege Iulia 7.ad l.Iul.de vi pub.libr.48.P. tit.6.* Iniustissimumque & apud Græcos & Barbaros visum, legatos violasse, *Egesippus, lib.1.cap.32.* 1

¶ Ius † quippe legationis, etiam inter hostes, diuino & humano præsidio vallatum est, *Cicer.in Verri.3.* Sancti habiti, *l.sanctum, de ret.diuis.P.* nec nisi sanctis & consecratis cæremoniis legari olim designati, *Plin.lib.22.c.2. & lib.25.c.9.* siue fæciales essent, ad pacem componendam missi vt bellum indicerent. Et proinde iurisgentium censetur, non violandorum legatorum quandiu legatione hac publica funguntur, religio, *ca. in gentili, 1.distinct.l.fin.de legat.P. Poly.late in 1. & 2.* Erat & Francorum hæc religio, de qua Gregorius Turonensis sic scribit, *lib.7.hist. Franc.c.32. Post hæc,* inquit, *misit Gunaebaldus (qui dicebat se filium Clotarij mortui) duos legatos ad regem Gunthramnum, nempe cum virgis consecratis iuxta ritum Francorum, scilicet ne continerentur ab eo, sed exposita legatione cum responso reuerterentur.* 2

¶ Scribit † & Senatui Athenienſium Philippus, *in oper. Demosthenis epistol. à Philip. senatui missa post 4.Philip.* recte se in eos bellum instituisse, quod Diopithes Amphilochum suum legatum nouem talentis acceptis dimisisset, & carcere detinuisset, adiiciens. *Cum ceteris omnibus præconem ac legatum violare, impium videtur: tum vobis in primis Athenienſibus.* Sicuti cum Megarenses Anthemocritum sustulissent, tanta iracundia populus Atheniensis exarsit, vt eos mysteriis prohiberet, & in monimentum iniuriæ statuam ante portam erigerent. 3

¶ Legatus † maiestatem sui principis refert, & idcirco eius contemtus pertinet ad principem, & constituitur pœna grauis. Imo non alienum à crimine, si legatus ipse illa maiestate submissius se gerat: sicut & Athenienses Euagoram interemerunt: qui cum legatione ad Alexandrum fungeretur, genua flexisset, *Athen.lib.6.c.6.* 4

¶ Qui † legatos violant vel impediūt, iure canonico excommunicantur, *ca si quis, 94.dist.c.illi, 2 4.q.3.* Iure ciuili qui legatum hostiū pulsasset, hostib. quorū erat legatus, puniendus pro illorū arbitrio dedebatur, *l.si de legatio.li.50.P.tit.7. vbi exempla Florus, lib.15.Epito.* Multo magis, si quis legatum occidisset: quia proculdubio legatos occidisse, causam inferendi belli esse legitimam, pluribus docet Polybius *in 1. & 2.* Bellum acre mouerunt contra Eidenates Romani: dictatore creato Manilio, Magistro equitum Aulo Cornelio, quod Romanorum legatos leui quadam obiecta caussa necassent, *Diodor.Sicul.lib.12.* Liuius *in 4.* A Crotoniatis Sybaritæ destructi & deleti, quod Crotoniatarum legatos interfecissent, & extra ciuitatem volucribus & feris edendos proiecissent, auctore Athenæo *lib.12.c.6.* Exitio fuit Arabibus, Herodis legatos occidisse, vt narrat Egesippus *lib.1.c.32.* Fuit Athenienſium solum cum vrbe vastatū, quin 5

Digitized by Google

legatorum, quos Darius ad eos terram & aquam petitum miserat, alios in barathrum, alios in puteum demiserant, iubentes illinc terram & aquam ad illos deferre, teste Herodoto *in* 7.

6 ¶ Cæterum † ne blandiantur sibi nimiũ honore legati, neve præter modum insolescant, cauere debent: aliud enim est legati munus rite obire, aliud eo abuti. Et tandiu durat ius nõ violandorum legatorum, quandiu ipsi ius legationis, & honestatẽ conseruauerint. vt dicebat Theoda apud Procopium *lib. 7. de bel Gothor.* ad oratores Byzantinos. Reatus enim omnem dignitatem excludit, *l. 1. C. vbi senat. vel clariss. l. per id tempus, de curios. li. 12. C. l. iudices, de agent. li. 12. C. l. quoties. eo. ti.* Tractat hoc caput Conradus Brunus, *li. 4. de legatio. c. 4.* Consule, si ego eas.

7 ¶ Item † & hoc ius concessum maxime illis, qui non habẽt legationes liberas, sed reipub. causſa. Nam liberæ vix fuerunt sine reprehensione, *reprehendit Cic. 3. de legi. & in Rullum*, tantum abest, vt hoc priuilegio dignæ sint habitæ: & legati illarum, honore quidem lictorum functi, *Cic. ad Cornifici. li. 12. epist. fami. epist. omnium. 262.* verum sine mandatis Reipub. in rem suam in prouincias abibant, *idem in 2. Agraria. & 3. de legib.* ornamenti tantum causſa à Senatu hunc honorem impetrantes: quẽadmodum etiam nunc, honorarijq; quidam magistratus à principibus conceduntur, & titulotenus. ¶ Porro † legationes liberæ abiis senatoribus impetrabantur, quibus negotia erant futura in prouinciis: si hereditates persequi aut legata, aut nomina inibi exigere vellent, vt legatorũ nominibus seu personis acceptis, commendabiliores causſas & controuersias suas facerent. Et proinde qui libera legatione aberant, vt causſa sui commodi absentes, absentium reip. causſa priuilegiis non vtebantur, *l. qui libera legatione (sic enim legendum) non cum aliis qui libera legatione, de leg. in P. l. non vere ex quibus cau. maio. P. l. reipu causſa. eo. tit.* Et tandem odioſę cœperunt esse huiusmodi legationes, quia inique fierent, & potius ad corrumpenda iudicia, & ad aduersariorum depressionem impetrarentur. Atq; † ideo lege 12. tab. sic prohibitum. *Rei suæ ergo, ne quis legatus esto.* Et Cicero *3. de leg. Nihil esse turpius*, in hæc verba tradit, *Senatore sine procuratione: legato sine mandatis, sine reipublicæ munere. Addit-que. Quod quidem genus legationis, ego Consul, quanquam ad commodum Senatus pertinere videatur, tamen approbante Senatu frequentissimo, nisi mihi ieuissimus Tribunus plcb.* (videlicet Clodius) *interfuisset sustulissem, minui tamen tempus, & quod erat infinitum, annuum feci.* Ex quibus etiam colligere possumus post l. 12. tab. extinctas legationes honorarias seu liberas reuixisse, & nimiũ productas, ad tempus annuum Ciceronem repressisse. Sed postea lex Iulia, etiã quinquennales iudulsit: Cicero enim *ad Atticum* sic scribit, *Habent, vt opinor, legationes definitum tempus lege Iulia, nec facile addi potest: bella est autem huius iuris quinquennij licentia.* Harumque legationum vel ex eo improba apparet cõcessio, quod nec municipalium legationum conditio patiatur legatos, in legatione propriis negotiis, vel aliis quã mandatis,

10 vt mox dicam, operam dare, *l. legatus creatus 8. §. fin. & l. 15. de lega. li. 50. P.* Legati † enim principis vel populi est munus præcipuũ apud eum vel eos, ad quos mittitur, dignitatem cõseruare: cũ maiestate mittentiũ: atq; facessere debet lõge omnis priuata amicitia & vtilitas, dum publica mandata intercedunt, vt dicebat P. Popilius legatus Antiocho regi missus, *Iustin. li. 43. hist.* Ex populus Atheniensis Timagorã extremo supplicio cõdẽnauit, quod missus ad regem Persarum Artaxerxem, cum alij Lacedæmoniorum atque Thebanorum legati à regiis muneribus abstinuissent, regi more gentis adulatus dona ad auaritiam vtq; & infamem cupiditatem accepisset, *Demosth. Philip. 4. Plutar. in Pelopida. Val Max. li. 6. c. 3.* Iidem Athenienses Demadem decem talentis mulctauerũt, quod Alexandrum Magnum Deũ existimauerit, *Athen. li. 9. Dipnos. c. 6.* Quinimo & legatos disciplina maiorũ propriæ volũtatis obliuisci debere statuit, dum mandata contraria sunt. Ita Metrodorus legatus à Mithridate ad Tigranem regem Armeniæ missus pro fœdere ineundo cõtra Romanos, capite damnatus est, quod Tigrani viso periculoso bello, & interroganti Metrodorum quid consuleret, is responderit: vt legatum, se suadere: vt Metrodorum, dissuadere,

11 *Plutar. in Lucullo.*

¶ Legati † dicti sunt, quod publice eligantur, vt mittantur, vt ait Varro *4. de ling. Lat.* videlicet ad expedienda negotia publica,

12 ¶ Quamobrem † sunt etiam alię species legatorum, qui nõ à principibus, neq; etiã semper ad principes mittantur, sed à ciuitatibus & municipijs: quorũ tamen priuilegia eius generis non sunt, cuius sunt publici fœciales & caduceatores, cum ciuitates publicum ius non habeant *Vlp. in l bona ciuitatis 15. & Caius in l. inter publica, 16. de ver. sig. P.* nisi liberæ, & à maiori sint ditione absolutæ. Etsi catachrestice ac bona dicantur ciuitatũ publica: habẽt nihilominus illæ municipales legationes & ciuicæ, suas leges, suaq; priuilegia. Atq; vt grassandi & ambitionis quorundã qui in municipijs sibi tantum consulunt, occasio vitetur, iure nõ licet municipio, vel ciuitatibus legatos ad principẽ mittere, nisi voluntate consilij publici ciuitatis, & auctoritate interueniente magistratus superioris qui ei præest, *l. fin. de legatio. lib. 10. C. li. 63.* Is autẽ magistratus, qui de eo consulitur perpendere debet & legationis necessitatem, & sumtuum rationem, qui in detrimentum ciuium reuoluuntur, quorũ causſa debet legationes illas circuncidere: vt fecit Plinius secundus apud Byzantinos, in legatis qui maximo sumtu quotannis & ad Imperatorẽ & ad Mysiæ præsidem publice salutandum mittebantur, quod & probauit Traianus, *Plin. 2. li. 10. epist. de Byzantio. impendiis ad Traianum, epist. 42. & 43.*

¶ Voluit † & lex ne ciuitas amplius quam ternos legatos 13
mittere possit, *l. 4. §. fin. de legatio. li. 50. P. tit. 7.* Permittit tamen eundem, legationes plures suscipere, & sumtus pro singulis *l. eundem, 16. eod.* & vltra sumtus viatici, & legatitium, id est. salarium legationis. ¶ Est † enim legatio hæc, aliquando cum sa- 14
lario, aliquando gratuita, *l. 2. §. fi. & l. si absenti, 11. eo. P. l. 2. eo. tit. li. 10. C.* ¶ Oportuit † enim & quodam solario hos, qui co- 15
guntur subire legationes, releuari, cum ea plura illis adferat incommoda & damna facultatibus, & propriis negotiis: vtpote qui nec propriis, nec alienis pendente legatione se miscere possint, nec aliis quã mandatis vacare, *Paul. l. Paulus respondit, 8. §. fin. & l. legatus, 10. & Moaest. l. is qui legatione, 15. l. eundem, 16. §. fin. de legat. in P. de contractu eius, l. 3. eo. tit.* ni si forsã per alium sua negotia curent, *l. 2. §. 1. eo. in P.* vel domũ in ciuitate sua emãt. *Scæv. l. legatus creatus, 12. eo.* vel pupillorum suorum nomine instituant vel defendant causſam, *l. si absenti, 11. eo.* vel de dãno, quod legationis tempore passi sunt, *l. Paulus respondit. 9. eo. P. l. 2. §. item si extra, & l. non coguntur, de iudic. in P.* ¶ Hæc † enim illis licent, nisi 16
si velint imitari constantiam legatorũ à Romanis Tarentũ ad res repetendas missorũ, qui cum grauissimas ibi iniurias accepissent, vnus etiam vrina respersus fuisset, in theatrum admissi, legationem tantum quibus acceperat verbis peregerunt, de his quæ passi erant questi non sunt: ne quid vltra, ac mandatũ esset, loquerentur, *Val. Max. li. 2. c. 1.* Nam & legatus Reip. non sua causſa abesse quoq; dicitur, *l. qui libera legatione, 14. de legatione. P.* Nec legationem deserere potest sine causſa necessaria, decurionum aliter remouentur in posterum albo, *l. 1. de legatio. P. & l. 2. §. 1. eod.* de quo eliguntur secundum ordinem, *l. 7. eo. ti.* vbi legatio de primatibus aliquem mitti non desiderat: alias, contra, *l. 4. §. ordine, eodem,* Vicarium dare tamen pro se legatus municipij filium potest, *leg. filius, 6. & 7. & leg. vicarius, 13. eo.* ¶ Nõ † cogi- 17
tur legationem quis subire ad eũ, qui amicũ suum vel domesti cum accusauit, *l. 4. §. si accusatio, eod.* Debitor reipub. eius nõ est legatus, nec cui interdictum est postulare, *Marti. l. 4. eod.* fisci tamẽ debitor potest fieri legatus, *d. l. 4. §. 1.* Excusat se qui vacationem habet ob alia priuilegia, & ob legationem intra biennũ gestam, *l. filius decurio, cum l. §. 9. 7. & 8. eo. tit. P. l. 3. C. eo.* Illud & singulare est, vt si legatus rediens à legatione in itinere moriatur, nõ restituant heredes eius sumtus ob obeundam legationem acceptos, *l. legatus, 10. §. 1. eo. in P.* Itẽ quod tres liberi incolumes excusent à legatione, *l. 1. C. eo. lib. 10.* ¶ † Est † alia legatio- 18
etiã municipalis, quæ non honor, sed munus est, vt ad census accipiendos, patrimonium describendum, frumentum cogendum, &c. *l. 1. §. personalia, de muneri b. P.*

De Proditionis crimine.

Cap. 5.

1 *Proditio in priuatis & publicis negotiis locum habet.*
2 *Homicidium proditorum grauius puniendum.*
3 *Proditio quid, & prodstores qui dicendi.*
4 *Proditio quare atrox crimen. Et proditionem diligi, non proditores, nu. 5.*
6 *Hospitis infidi consuetudo tuta non est.*
7 *Inimicus secretus periculosissimus.*
8 *Exploratores sunt proditores, & de pœna eorum, & transfugarum.*
9 *Exercitus fines excedere capitale.*
10 *Proditionis alia crimina.*
11 *Pax turpis non facienda, & de ignauia militum, & decimatione ob eam.*
12 *Hostes ad bellum inferendum clam concitare, capitale & maiestatis.*
13 *Hostibus ingressũ prabẽtis in regnũ, pœna capitalis & maiestatis.*
14 *Munera ab hoste accipere signum proditionis: vt & exercitũ reducere nulla re gesta, numero 15. 16. & 17.*
18 *Consulere contra rempub. suam instar proditionis. Et legati necati cum familia hac de causſa.*
19 *Administrationem prouinciæ ciuilem vel militarem relinquere iniussu principis proditorium.*
20 *Ciuitatis quis possit dici proditor.*
21 *Ciuitatem dedere quando hosti licea.*
22 *Proditorum apud Germanos, & alios populos pœna. Prodendi consilium sine executione punitum, eod.*
23 *Proditores puniti ab iis, quibus deditio facta.*
24 *Hostes iuuare re, armis, consilio, aliane re, proditionis & maiestatis est crimen.*
25 *Commercia cum hostibus prohibita.*

Digitized by Google

26 *Hostium partes secuti, decimati, & diis deuoti.*
27 *Literas hostibus missse signum proditionis, vindicatum.*
28 *Prædandi hostibus dans facultatem in suos, vel cum illis prædam diuidens, maiestatis & proditionis reus, & quæ eius pœna.*
29 *Amphyctionum senatus qualis.*
30 *Hostem fugientem abscondens, nec venalem relegandus.*
31 *Nauium fabricam hostibus fabricans, capitalis crimine damnandus.*
32 *Exercitum in insidias deducere, proditio est. & sequent.*
34 *Pugnantibus aliis in exercitu non pugnare, proditionis crimen, & eius pœna.*
35 *Fugiens primus in acie capite puniendus.*
36 *Obsidionem sine caussa soluere, proditioni datum, vt & arcem, & stationem sine principis auctoritate relinquere, & 37.*

PRoditiones † & in priuatis & publicis reperiuntur negotiis. In omnibus caussæ personarumque qualitas distinguunt pœnas. ¶ In † priuatis, homicidium aliquando per insidias aut factionem latronum alicuius priuati proditione fit, pœnaque grauiori vindicandum, *c. 1. de homicid. l. respiciendum, §. delinquunt, de pœ. in P.* Si homicidæ sint potissimum Arsacidæ, vel assassini, *ex conc. Lugdun. in c. 1. de homicid. in 6.* ex numero eorum vel moribus iis similes, qui ita dicti ex Perside aliquando prodierunt tempore sacri belli in Mahumetistas, quorum à numero erant: verum ita in Christianos proceres ex factione propria coniurati, vt se vitam æternam consecuturos arbitrarentur, si aliquē eorum occidissent, ipsi vero perissent. Quamobrem idiomata Christianorum eduicti, sese clam principibus nostris immiscentes, detecta formidine obtruncabant, *Paul. Æmi. in Ludou. Iunioze, lib. 5. hist. Franc. lib. 6. in Phili. August. & lib. 7. in D. Ludouico*, dū ab illis non cauebatur. In quos concilium Lugdunense & in eorum fautores statuit pœnas acerbissimas. A quibus, & qui per insidias alios necant, nunc sunt assassini dicti, non tamen læsæ maiestatis rei. Idcirco de illis hic non agemus, sed de proditione, quæ rempub. lædit.

¶ Itaque † hic proditionis crimen est, hostium partes fouere, vel ope vel consilio clam, dum nemo suspicatur. Nam qui malo consilio & proditoris animo patriam deserelinquit, hostiū numero habendus est, vt ait Paulus, *l. postliminium, 19. § transfuge, de capti. & postl. reuers. li. 49. P. tit. 15.* Proditoribus omnibus hoc commune, per beneuolentiæ fucum & dum illis fiditur, insidiari: vt Suidas *in verb. λαθυπρος*, recte de eo; qui eius generis est, σὺ τὸν δάκνουσα, ἢ κύων λάθυπρος ἦ, id est, *mulces cum mordes, quia canis es clandestine mordens.*

¶ Proinde, † cum nonnisi ij, quibus cum nobis est amicitiæ vel fœderis vinculum, proditores dicantur, pœnis à societate omni expellendi, vt latentes, & ideo perniciosiores inimici. *Tanto*, inquit Xenophon *lib. 2 rer. Græcar. pernicios ius delictum est proditio, quanto difficilius rem latentem quam manifestam custodire: tanto etiam abominabilius. Qui ab hostes aliquando conciliantur, amicique redduntur: at qui semel in proditione deprehensus est, cum illo nemo vnquam in gratiam redit, aut illi deinde non fidit.* Sic Cicero *libro primo Accusation. Omnium communis est inimicus, qui hostis est suorum: nemo vnquam sapiens hosti credendum putauit.* Et Demosthenes ἀεὶ σῴειν, *Nemo o Athenienses, eo animo pecuniam consumit, vt proditorum rationibus consulat: neque quisquam postea quam ea quæ redemit, obtinuerit, atque in potestate sua habuerit, proditorem reliquis de rebus in consilium adhibet.* Et apud Homerum Achilles *Il. iota, seu 9.*

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
ὅς τις κεν μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶ, ἄλλο δ' ἀπείπῃ,

Id est,

Inimicus enim mihi ille æque ac inferni portæ,
Qui aliud occultat in mente, aliud autem dicit.

Et Chorus ad Mercurium apud Æschylum *in Prometheo tragœd. circa fin.*

ὦ θεοῦδτας γὰρ μισῶν ἐμαθον,
κοὐκ ἔστι νόσος τῆς δ' ἔν τιν' ἀπήνυστος μείζων.

Didici enim odisse proditores:
Nec est vitium quod magis, quam hoc respuam.

¶ Et † diliguntur interdum proditiones, verum proditores perpetuo abominabiles: vt probare quidem potuit Seuerus, cum ad imperium peruenisset, Pertinacis occisi morte, verum eos qui occiderant, morte mulctauit, & milites sceleris conscios militaribus insignibus exutos dimisit. *Dio in Seuero. Herodia. in 2. Eutro. 4. Nicæ.* Et Claudius ratam quidem ante imperium adeptum Cassij Chereæ, & Lupi, aliorumque habuit operam: qui merito Caium ob nimiam crudelitatem occiderant: attamen & ipse Claudius imperium adeptus in percussores animaduertit, *Dio lib. 60. Ioseph. lib. 19. antiq. c. 3.* Quia si Caius occidi debuit, tamen à Cherea tribuno suo non debuit, cui salus principis erat commissa. Similia & de pluribus postea Deo volente referam.

¶ Sed illud † non omitto interim dignum principe Constantio, cum enim aduersus eum rebellasset Eudochius, & victus ad Ecdicium confugisset, Ecdicius eum benigne hospitio suscepit, tanquam qui ab eo accepisset beneficia: nostu tamen ei caput amputauit, quod cum ad Constantium detulisset, Constantius quidem de facinore hoc gratias ei egit, & caput recepit. Cum autem manere cum illo conaretur, discedere iussit, minimeq; rem sibi exercituique bonam putauit fore infidi hospitis consuetudinem, teste Nicephoro Calisto, *li. 14. hist. c. 6.*

¶ Facilior † cautio est, vbi manifesta formido est, vt ait D. Cyprianus *tracta. 3. de simplicit. prælato.* Et ad certamen animus ante struitur, quando se aduersarium quis profiterur: plus cauendus & metuendus est inimicus, cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens, occultis accessibus serpit. Et, vt ait Constantinus *l. data 27. C. de donatio.* Clandestinis & domesticis fraudibus facile quiduis pro negotij opportunitate confingi potest.

¶ Nec † vlla pestis nocentior familiari inimico, *ca. si inimicus 93. dist.* Exploratores, qui secreta nostra nuntiant hostibus, proditores sunt, vt ait Arrianus Iurisconsult. *l. omne delictum, 6. §. exploratores, de re milita. in P.* De transfugis idipsam dicendum. Horum pœnas sanctas sic inuenimus. *Transfugæ ad hostes, aut secretorum nostrorum renuntiatores aut vitis exurantur, aut furca suspendantur*, ait Paulus Iurisconsult. *l. si quis aliquid, 38. §. transfugæ, de pœn. in P.* Consentit Vlpianus *l. aut eamus, 8. §. hostes, eod.* Capitis pœnas dixit Arrianus, *d. l. omne delictum, §. exploratores*, & Martianus *in l. proditores, 7. eod. de re milit.* Licebat & eos, qui à Romanis ad hostes confugissent, impune cuilibet tanquam hostes occidere, *l. 2. de desertor. lib. 12. C. l. 2. quando &c. vnicuique sine iudice vind. C. Et de profugis*, inquit Liuius *lib. 10. decad. 3. grauius quam de fugitiuis consultum: nominis Latini qui erant, securi percussi: Romani in crucem sublati sunt.* Lex antiqua Langobardorum, *l. 4 de malefic. li. 1. leg. Langobard. Si quis scameram*, id est, exploratorem, quem vulgus vocat spionem, *intra prouinciam celauerit, aut annonam dederit, anima sua incurrat detrimentum, aut certe componat solidos nongentos regi.* Lex Ægyptiorum his, qui secreta hostibus reuelassent, linguam iubebat abscindi, *Diodor. Sicul. libro secundo Biblio. cap. 3.*

¶ Alcibiades † Dux Athenienſium, conuocatis omnibus maioribus & iunioribus in Pario, ne hostibus classis magnitudo innotesceret, mortem indixit, si quis finibus exeederet, *Xenoph. lib. 1. rer. Græcar.*

¶ Inter † crimina proditionis, lex 12. tabular. capite punit eum, qui hostes concitauerit iuuerit ve, qui imbellis cesserit, arcem, tenuerit, castra concesserit, *l. 3. ad leg. Iul. maiestat. in P.* hoc est, qui hostes propulsare posset, cesserit, vel arcem sine defensione tenuerit.

¶ Senatus † Romanus M. Clodium Corsis, quia turpem cum iis pacem inierat, dedidit, eundem ab hostibus non acceptum, in publica custodia necari iussit, & corpus detestanda gemoniarum scalarum nota fœdauit, *Valer. Maxim. lib. 6. cap. 3.* Vocant Græci auctore Budæo, ἰσοπαξίαν, consultam & meditatam ignauiam, qua hosti cedunt proditores: vt si milites duci vel Imperatori infensi, vincere nolint. Ob quam caussam decimatum fuisse exercitum ab Appio Claudio consule Romano, refert Plinius.

¶ Ad † crimen quoque hoc arbitror pertinere, clam hostes ad bellum inferendum solicitare. Et Scæuola *in l. 4. ad leg. Iul. maiestat. P.* maiestatis crimine teneri eum ait, *Cuius opera factum est, vt ex amicis hostes populo Romani fiant; cuiusve dolo malo factum erit, quo rex altere nationis populo Romano minus obtemperet.* Et alibi CC. *l. quisquis, 5. Cod. eod. Si cum barbaris quis inierit factionem; aut factionis ipsius susceperit sacramentum.* Iudicium istius celebre est apud Orosium *lib. 2. cap. 27. & 28.* & Pompo. Lætum *in Theodo.* de Rufino & Stilicone, qui à Theodosio Cæsare relicti fuerant tutores filiorum & imperij: ille Archadij, Stilico vero Honorij. Cum enim Rufinus primum aduersus Archadium, Alaricum Gotthorum regem solicitasset hoc animo, vt eo motu & rebus turbulentis, diadema orientis non ambitu, sed quasi necessitate capiti suo imponeret. Atque etiam Stilico alia & secretiore via, filio suo Eucherio tyrannidem pararet. Et postremo Sueuos, Vandalos, & Alemanos ad inferendum bellum Honorio malitiose attraxisset, ambo pernicioſi tutores detectis infidiis damnati sunt. Stilico Romæ cum filio in foro pacis occisus: Rufini caput cum dextra manu, ad portas Constātinopolis appensum affixumque est.

¶ Herineti † Francorum 19. Regis lex est: *vt princeps sub rege Francorum in potestate constitutus ducali, si volens introitum hostibus permiserit, sepeliatur viuus, aut capite puniatur: vxores vero eius cum liberis & rebus omnibus regis ministerio cedant, Ioan. Tritem. libr. 1. Breuiarij histor. Francor.*

¶ Ad † proditionem pertinet etiam, munera ab hoste accipere: signum. n. hoc est animi parati ad proditionē suorū, & cū hostibus consentire. Et Vlpianus ait *l. 1. ad l. Iul. maiest. in P.* crimine læsæ maiestatis eum teneri, qui hostibus populi Romani nuntiū literasve miserit, signumve dederit, fecerit ve dolo malo, quo hostes populi Romani cōsilio iuuētur aduersus rempublicam Romanā. Vix nemo munera ab alio, quā ab eo, cui bene vult, accipit. Proinde placuit senatui Athenienſium de Attinio Pythonaclis filio, è Lelea Asiæ oppido cognosci, qui iussu regis, cui obtemperare etiam necesse habebat, è Media aurum Peloponnesum attulerat, Græcos emendi, corrumpendi, ac solici-

Digitized by Google

randi causſa: atque eum absentem cum omni sua gente ac cognatione ignominiosum, hostemque populi Athenienſium pronuntiatum est: videlicet vt ex Athenienſium legibus à quolibet impune occidi posset, quique eum agnatione contingerent. Præterea cautum, vt incisum hoc populi scitum ærea pila in area collocaretur. *Demoſt. Philip. 3. Æſchi. con. Cteſiphon. Iſocra. in Panegyri.* ¶ Phaylus † Syracusæ classis præfectus aduersus
15 Thyrrhenos cum ad eos perueniens insulam quãdam depopulatus esset, continuoque magna pecunia accepta, nulla alia re in ea expeditione egregie gesta, in Sicilią rediisset, proditionis accusatus à populo Senatuque Syracusano exsilio dãnatus, *Diod.*
16 *Sic. lib. 11.* ¶ Timotheus † dux Athenienſium illustrissimus, cum accepisset à Chiis & Rhodiis quædam, centum mulctatus est, vt ait Dinarchus *contra Demoſth.* ¶ Timagoram † extremo ſupplicio, vt diximus ante, cõdemnarunt Athenienſes, quod in legatione ab Artaxerxe Persarum rege, ad quem missus erat, cũ alij Lacedęmoniorum & Thebanorum legati à muneribus abstinuissent, dona accepisset, *Demoſt. Philip. 4. Plutarch. in Pelop.*
18 *Val. Max. lib. 6. c. 8.* ¶ Tradunt † Antiphonem, & Archiptolemonem & Onomaclem legatos ab Athenienſibus missos tẽpore belli Peloponnesiaci ad Lacedæmonios, accusatos & cõuictos ẽ re Lacedæmoniorũ vnanimi concilio, pro Athenienſibus deteriora protulisse: & placuisse ideo animaduerti in eos, vt eorũ etiam ædes solo æquarentur, gens familiaque tota partim necaretur, partim infamia perpetua notaretur, *in vita Thucydidis.*

19 ¶ Putarem † & ad proditionem pertinere, relinquere administrationem militarem, vel ciuilem prouinciæ sine iussu principis: nam & maiestatis reus est, qui hoc facit, *§. ſi quis autẽ, de adminiſtr. in authe. col'. 7. tit. 6.* ¶ Proditionis † & maiestatis crimine is quoque accusari potest cuius ope, consilio, dolo malo, prouincia vel ciuitas hostibus prodita est *l. 1. & l. maieſtatis, l.*
20 *pen. ad leg. Iul. ma. in* P. videlicet, si is qui hoc egit, ciuis sit, vel eiusdem subiectionis, cuius est ciuitas prodita, vel si sub eodem principe: alioquin alienigena & extraneus, & non subditus nõ committit crimen læsæ maiestatis, vt notant Baldus & alij, *in l. ſi quis numos, de fal. mon. C. gl. in cle. paſtoralis, in ver. non ſubditus, de re ind. quã ibi interp. ſequuntur Ægi Bellam. conſ.* 15. quos refert Nicol. Boerius *tract. de ſeditio. §. 6. num. 2. & 3.* ¶ Lex † Athenis
21 lata, *Xenoph. li. 1. rer. Græcar.* qua qui ciuitatem tradere conãtur, in foro iudicantur conuicti, in Attica sepeliri prohibentur, & bona publicantur, si dolo malo se dedant: aliter ex causſa deditionem cum consilio ciuitatem facientes, excusantur vt plerũque, tunc enim nõ est proditioni locus. Ita Anaxilaus factus Lacædemone capitis reus quod cum aliis quibusdam Byzantium à Clearcho tutatum Athenienſibus obsidentibus prodidisset, absolutus est: quod nõ tam vibem prodidisse, quam seruasse videretur, cum cerneret pueros ac mulieres inedia perire, præcipue cũ Byzantinus non Lacedæmonius esset *Xenophon. li. 1. rer. Græca.* ¶ antiqui † Germani proditores & desertores suspẽ-
22 dere arboribus solebant, vt notat Cor. Tacitus *de morib. Germa.* At nunc constitutione, *in conſtit. cauſſa capit. facta in comitijs Auguſtæ, artic.* 124. Caroli 5. Cæsaris capite puniti & membratim discerpi iubet: vt & Beatus Rhenanus *li. 3. rer. Germanica.* prodito ris pœnam dissectionem membrorum dicit. Romanorũ aliud celebre iudicium: cum enim in præsidium Rheginorum Legio Campana cũ præfecto Decio Iubelio missa esset, milites allecti opulentia Rheginorum, ita fidem violarunt, vt occiso Iubelio & in eius locum sua sponte M. Cœlio suffecto Rhegium occupauerint, ciuium alios vrbe, alios opibus, alios vita priuauerint. Vindicauit Senatus hoc turpiter contraq; ius gentiũ admissum & vrbe obsessa captis omnibus supplicium sumtum est, vt narrat Polybius *in 1.* Florus *lib. 12. epitomes,* Valerius Maximus *in 2.* Orosius *lib. 4. c. 3.* Et quamuis antiquitus nemo apud Lacedæmonios indicta causſa occideretur: tamen auctoritate senatus eorumve, qui Ephori dicebantur, cum à Thabanis duce Epaminunda vrbs Lacedæmon obsideretur, admonitus Ageſilaus quosdam ciues de proditione cogitare, noctuque in vnam domum cõueniſſe, absque vlla alia iudicij forma statim eos necari iussit, *Plut. in Ageſilao.* Phrynici ducis Athenienſium memoria damnata post mortem, quod de prodendo exercitu Athenienſium cum Astyocho Lacedæmoniorum duce communicauerat teste Plutarcho, *idem in Alcibia.* ¶ Puniri † & prodito
23 res ciuitatum merito ab iis, quos proditionibus compotes voti fecerat. Tacitus Sabinorũ dux vbi proditione Tarpeiæ, *Valer Max. lib. 9. c. 6. Flor. lib. 1. epito. c. 1. Plutar. Parale* 31. *Propert. 4. Ouid Metam. lib. 14.* filiæ spurij Tarpeij qui viuente Romulo arcem tutabatur potitus arcere est, præmiũ flagitatem armis obrutam necauit. Lysimachus proditorem quendam Andragathum nomine, vbi eo quod volebat potitus est, pessime mulctatum & cruciatum interemit, vt ait Poliænus *li. 4. Stratagematum.* Antigonus proditoribus Eumenis, qui proditum sibi adduxerunt, non pepercit, neque quidem Antigono duci: Nam, vt scribit Diodorus Siculus *libr. 9.* eum in caueam æneam concluſum viuũ combuſſit, alios interfecit. Aurelianus Cæsar cum Thyanam ciuitatem obsedisset, eamque Heraclamone quodam patriam suam prodente cœpisset, Heraclamonem proditorem victor sapiens occidit, addens, *Neque enim mihi fidem ſeruare potuiſſet, qui patria ſuæ non pepercit,* vt auctor Flauius Vopiscus *Aureliano.* Pysidices Metymnea puella filia regis prodidit ciuitatem Achilli, quem in virum ea proditione habere futurum erat, cum ille aliter Metymneam expugnare non posset: sed potitus ea proditione Achilles exhortatus est milites vt puellam, quę patriam & parentes prodiderat lapidibus obruerent, & ita factum, *Parthen. in Erotiis, c. 21.*

¶ Hostibus † fauere eosque iuuare re, consilio, armis, telis, cõ- 24
meatu, equis, pecunia, aliaue re, proditionis & maiestatis crimẽ est, *l. 4. ad leg. Iul maieſt. P.* Quinimo sine dolo malo hæc ad hostes commerciorum iure exportare proditionis instar haberet à Martiano Cęsare, *l. 2. quæ res exp. non debeant, li. 4. C. tit. 41.* Sũt enim cum hostibus inhibita commercia, *l. 1. eo. l. 2. de commer. & mercator. lib. 4. C. tit. 63.* ne secrata regi pandantur. ¶ Athenis † 25
damnatus Epicrates Acharnienſis, quod ob veterem amicitiam Themistoclis proditionis accusati, veritus ne quid in vrbe vxor vel liberi eius mali paterentur, curauerat vt clam subducti conferrent sese ad Themistoclem, & coram populo à Cimone reus maiestatis accusatus. *Plut. in Themiſto.* Scribit † Diodorus 26
Siculus *lib. 11. Bibliot.* quo tempore cum Xerxe Græcis pugnãdum erat & Persis, pro cõmuni libertate & patria tuenda Græcos statuisse, diis decimãdos deuouẽdosque Græcos, qui Xerxis partes tenuissent, si belli victores euasissent: defecerãt namque in partes Xerxis Dolopes, Milesij. Magnates Achæi, Pythiotæ Locri, Thessali, & plerique Bœotiorum. ¶ Literas † misisse hostibus, & ita signũ dedisse, crimen proditionis & maiestatis ar- 27
guit, *Vlpian. l. 1. ad leg. Iul maieſt.* Ita Aruandus præfectura prima donatus à legatis prouinciæ Galliæ accusatus, propter literas ab eo scriptas & intercepras quæ videbantur ad regem Gotthorũ emitti, pacem cum Græco Imperatore dissuadentes, Britannosque super Ligerim sitos impugnari debere, demonstrantes cũ Burgundionibus iure gentium Gallias diuidi oportere: cum hanc epistolam Iurisconsulti de maiestatis crimine ardenter, vt scribit Sidonius Appollinaris *lib. 1. Epiſtol. cap. 7.* interpretantur.

¶ *Si quis,* † inquit Constantinus, *l. ſi quis, §. de ve milit li. 12. C.* 28
tit. 36. barbaris ſcelerata factione facultatem de prædationis in Romanos dederit, vel ſi quis alio modo factam diuiſerit, vinus comburatur.

¶ Apud † Amphyctionas, *Herod. in 7. Strabo. 1.* qui conuentus 29
fuit totius Græciæ, Epialtes Lacedæmonius, Diodoro teste, *Diod. Sic. in. 11.* Trachinius appellatus, proditionis accusatus, quod Xerxi Persarum regi aduersus Lacedemonios Termopylas oppugnanti, tramitem incognitum demonstrasset, eiusque dolo malo factum esset, cur totus ille Lacedemoniorũ exercitus cum ipso duce Leonida in insidias deductus, hostibusque proditus diceretur.

¶ Placuit † Paulo Iurisconsult. *l. Metrodorum. 40. de pœn. P.* 30
Metrodorum quia hostem confugientem sciens susceptisset. & Philoctetem quendam, quod occultari eum non ignorans, diu dissimulauerit, in insulam relegari. ¶ Qui † barbaras nationes 31
seu hostes incognitas antea, naues fabricare docuit, capitali pœnę obnoxius est, *l. vltim. Cod. de pœn.* ¶ In insidias exercitum 32
deducere, proditoris etiam factum est, *l. cuiuſve dolo, 4. l. 10. ad leg. Iul. maieſtat. in P.* & ideo Thimeron dux Lacedæmoniorum, præsidio missus ciuitatibus Ioniæ aduersus Tissaphernum, cum domum rediisset accusatus à sociis, quod exercitus amicos diripiendos tradidisset, damnatus, exsultauit, *Xenoph. lib. 3. rer. Gæcar.* ¶ Inarus † Lybiorum rex, qui Græcos in Ægyptum in- 33
duxit, cum Megabazus Zopiri filius Persa cum exercitu Ægypto Athenienſes submouit, in crucem actus est, per proditionẽ captus, auctore Thucydide *in 1.* ¶ Inter proditionis & desertio- 34
nis crimina addemus & illud, animaduersione capitali & maiestatis dignum, aliis in exercitu pugnantibus spectantem non pugnare, vel imbellem cedere. *l. 3. ad leg. Iul. maieſtat. in P.* Eoque nomine Lætus dux exercitus Seueriani Cæsaris capite damnatus est vt proditor, post prælium Lugdunense, teste Herodiano *in 3.* Item & Metius Suffetius, dux ex Alba cum exercitu à Tullo Rege Romanorũ accitus, cum se substraxisset à pugna, quam committebat Hostilius cum Veientibus, cumque pugnam deseruisset, sensim que ad montem secessisset, eo cõsilio vt fortunam belli experiretur ac sequeretur: quia rem ancipitem gesserat, corpore in duas parces distracto, in diuersum actus quadrigis quibus illigatur, vel vt aliis placet, arborum curuatis stipitibus, & remissis, laceratus & discerptus fuit *Liuius li. 1. Oroſ. libr. 2. cap. 4. Gell. libr. 20. cap. 1. Valer. Maxim. lib. 7. cap. 4. Plut. 14. Paral. Claudian in Giſdonem, Virgil. lib. 8. Æneid Dionyg. Halicarnaſſ. Plin. lib. de vir. illuſt. cap.* 4. Refert & Gregorius Turonensis *lib. 2. Hiſtor. Franco. cap.* 41. Clodoueum regem indignatum contra Chararicum, quod is, quando cum Siagro pugnaret, vocatus in auxilium, eminus stetisset neutram adiuuans partem, & exitum exspectaret, vt cum eo amicitiam iniret, qui vinceret: tandemque pœna capitis cum filio affecisse. ¶ Est † & 35
lex Arriani Iurisconsulti, *l. omne delictum, 6. §. qui in facie, de re mil. lib. 49. P. ti. 16. Qui in facie prior fugam fecit ſpectantibus militibus, propter exemplum capite puniendus eſt.* ¶ Pari † modo, & obsidionem sine causſa soluere, proditioni est datum: ita accusatus

Miltia-

Digitized by Google

Miltiades proditionis, quod Parum insulam expugnare non potuisset, cum obsidionem eius soluisset: & quoniam ipse pro se dicere non posset, verba pro eo fecit frater Stesagoras, caussaque cognita capitis absolutus, pecunia mulctatus est, eaque quinquaginta talentis lis æstimata est, *Æmi. Prob. in vita Miltia.* Non enim eius absentia impediuit iudicium, cum & absentes proditionis crimine accusari & damnari possint: vt aliquando Thales à legatis Lacedæmoniorum Athenas missis accusatus, absensque proditionis crimine damnatus est, *idem in d. Miltia.* Proinde & multo magis innocentes calumniis impetiti absentes absolui poterunt. Accedit ratio cur soluens obsidionem temere incidat in hoc crimen. ¶ Quod † & qui imbellis cesserit, aut castra concesserit, in proditionis veniat suspicionem & maiestatis reus sit, *Marti. in l. 3. ad leg. Iul. mai. in P.* cum prohibitum militi sit, inconsulto principe relinquere locum sibi commissum, & in alium se conferre aut stationem mutare, *l. contra publicam, 14. de re milit. libr. 12. C. tit. 36.* Nec viri labes Galaad ausi fuerunt deditionem sui facere Naasso Amonitæ, qui eos obsidebat, priusquam mississent ad Saulem regem num vellet illos defendere, *1. Reg. c. 11. & Ioseph. lib. 6. Antiquit. c. 6.* Carthaginenses præfectum præsidii Mamertinorum, quod formidine simul ac ignauia arcem amisisset, cruci affixerunt, *Polyb. lib. 1. histo.*

De Seditionis crimine.

Cap. 6.

1 *Seditiones & tumultus concitasse, habet crimen maiestatis.*
2 *Seditio quid.*
3 *in Seditionis crimine quæ considerandæ.*
4 *Seditionis caussæ tres præcipuæ.*
5 *Seditiones militares & armatæ acrius puniendæ. Et 6.*
7 *Seditiones à tribunitiis legibus. Et 8.*
9 *Seditio nascitur, dum offenduntur rebus gestis seditiosi.*
10 *Quæ caussæ seditionis Roma. Et quæ seditiones ibi contigerint, & alibi, nu. seq.*
15 *Ostracismus Atheniensium, & Petalismus Syracusiorum cur inuentus.*
16 *Seditionis punitio admittit considerationem, num solum consilium, vel effectus sequatur: & pœna ideo diuersa.*
17 *Seditiosi statim puniendi.*
18 *Seditiosi iure pontificio quomodo puniantur.*
19 *Seditiosorum personæ quomodo in infligenda pœna perpendendæ.*
20 *Multitudine peccante quomodo pœna imponenda.*
21 *Seditionem quæ reddant acerbiorem & pœnas eius maiores.*
22 *Homicidij in turba vel seditione commissi à quo sumenda est pœna.*
23 *Seditionum tristissimi fines.*
24 *Seditionibus in principio occurrendum.*
25 *Seditionis vel discordiarum tempore num alterutri parti sit adhærendum. Et de ea re Solonis lex agitata.*

1 AD † maiestatis crimen quoque pertinere Vlpianus tradit, *l. 1. ad leg. Iul. mai.* tumultus & seditiones in populo siue directe per se, vel per obliquum concitare. ¶ Seditio † à dissentione
2 ciuium, vel multitudinis dicitur: cum concordia. & consensus alicuius multitudinis in varia scinditur, & potissimum quando tumultuante & dissidente turba, venitur ad manus.

Ac veluti, Virg. li. 1. Æneï. magno in populo, quum sæpe coorta est
Seditio, sæuitque animis ignobile vulgus,
Iamque faces, & saxa volant, furor arma ministrat.

3 ¶ In † hoc crimine, non secus ac in aliis, considerabimus & res, & personas, & modum seu actionem. In rebus, & caussam seditionis, & ipsam seditionem considerabo: in personis, ætatē, sexum, an vnus vel plures auctores seditionis, & concitantium qualitates. In actione quomodo mota & num cum homicidio,
4 num cum armis, an alio modo. ¶ Caussæ † seditionis motæ aduersus patriā, vel principem, tres potissimum sunt, *Polyb. lib. 11.* quando videlicet vel principes suos culpant, vel aliqui offenduntur rebus quæ aguntur, vel quando spem rerum maiorum ac potiorum animo concipiunt. Et priore modo seditiones vt plerumque mouentur in eos qui præsunt, & inter subditos: quorum motus, seditiones, & factiones, & discordiæ dici possunt. Plures seditionū species & caussas adfert quoque Aristoteles,
5 *li. 5. Politic. c. 1. 2. 3. 4.* quas ibi videto. ¶ Periculosior † seditio, quæ cōtra duces in bello nascitur, quare & huic grauior inflicta pœna, ne armorum licentia & occasio audiēdi temeritatem augeret. Quamobrem Opilius Macrinus, *Iul. Capi. in Opilii Macrini vita,* cum seditiones paterentur militares, milites decimauit. Sorte quoq; ad mortem Iulius Cæsar delegit ausuros quosque, ita enim eos composuerat, vt illi sorte notarentur, vt ait Dio Cassius *li. 41. hist. Qui seditionem militum atrocem concitauit, capite punitur,* inquit Modestinus *l. 3. §. qui seditionem, de re milit. lib. 49. P. tit. 16. quod si intra vociferationem aut leuem querelam seditio mota est, tunc gradu militiæ reiicitur.* Et Paulus, *Miles turbator pacis, capite punitur, Paul. l. fi. eo.* Et Arianus, *l. omne delictum, 6. §. 1. & l. milites agrum, 13. §. irruerens, eo. Qui manus intulit præposito suo, capite puniendus est.* Augetur autem crimen petulantiæ, præpositi dignitate: imo & miles irruerens nō tantum à tribuno vel centurione, sed etiā à principe coercendus est. Notatus à veteribus, qui centurioni corrigere volenti restitit, si vitem tenuisset, & militiam mutare placuit, *d. l. milites agrum. §. irruerens, eod.*

¶ Atrox † illa seditio, qua exercitus Posthumiū Imperatorē inficiātē quas promiserat prædas lapidauit, *Flor. li. 1. Epito. c. 12. Liuius, lib. 4.* Sicut & Camillum, quod inter plebem & exercitū diuisisse Veientem prædam videretur. ¶ Graues † & seditiones, quas tribunitia potestas excitauit, quæ specie quidem plebis tuendæ, in cuius auxilium comparata erat, re autem dominationem sibi acquirens, studium populi ac fauorem agrariis, frumentariis, iudiciarii sq; legibus occupabantur, *Flor. lib. 3. epito. c. 16.* ex quibus inter plebem & optimates dissidia, vt constat ex acerbissimis Gracchanis, *de 1. sedit. Gracch. Tybe. Gracchi, Flor. 58. abbreuiat. Appia. in 1. bell. ciuil. Plin. c. 64. de vir. illust. Plu. in vita Gracchorum, & alii. De secūda Liui. li. 60. & 61. Appia. in 1. bell. ciuil. Oros. lib. 5. c. 12. Pluta. in Gracchic. seditionibus, & Apuleiana, de hac Flor. li. 69. abbreuiatio. Appi. d. l. 1. Oros. li. 9. c. 17. & alio classici; & Drusiana, de Drusiana, Flor. li. 79. abbreuiat. Oros. 5. c. 18. Pl. li. de vir. illust. c. 66. & alii.* ¶ Alexandriæ † seditio orta, & occisus tribunus militum: idcirco Theodosius Imperator septem millia militum interemit, vt scribunt D. Ambrosius *lib. 5. epi. epist. 28.* Rufinus, *lib. 2. cap. 18.* & Eutropius *lib. 12.* ¶ Aliquando seditiones † oriuntur, quando rebus quæ aguntur seditiosi offenduntur, vt quando populus Equitium, *Valer. Maxim. lib. 9. cap. 7.* qui se Gracchi filium simulabat à Mario quintum coniulatum gerente in custodiam ductum, populus clausstris carceris conuulsis, raptum humeris suis per summam alacritatem portauit. Et quando Q. Metellum Censorem, quod ab eo tanquam Gracchi filio censum accipere nollet, lapidibus prosternere conatus est.

¶ Alia † *Eusseb. de tempor. Liu. in 2. Dionys. Halicarnass. 6. Eutrop. in 1. c. 11. Oros. in 2. cap. 6. Ouid. 3. Fastor. l. 2. §. deinde cum esset, & §. institum, de orig. iur. Plini. de vir. illustr. cap. 18.* acrior, quo tempore ob fœneratorum & senatorum superbiam, plebs relicta vrbe Roma secessit in mōtem sacrum armata, nec prius reuocata ad pacem, quam ex suis plebeium magistratum, nempe Tribunum, à senatu impetrallet. ¶ Aliam † decemuiralis libido conflauit, *Dio. Halic. in 10. Liu. in 3.* Aliam matrimoniorum plebeiorum & patritiorum commixio, Ianiculo duce Canulcio Tribuno plebis, *Liui. in 4. Flo. in 1. epito. c. 23. D. Augu. 3. de ciuit. Dei, c. 17.*

¶ Seditio † & Romæ alia, cōtra Publicanos & milites, quōs ii secum in exigenda pecunia habebāt, anno ab vrbe cōdita 716. Claudio & C. Norbano Coss. *Dio Cass. li. 48. hist.* ¶ Et administrāte † Orphito præfecto vrbis Romæ sub Constantio Cæsare seditiones graues concitatæ sunt ob inopiam vini, *Huius amidis vsibus vulgus intentum, ad motus asperas excitatur & crebros,* vt ait Ammianus Mar. *lib. 14.* ¶ Interdum † qui grauiora, quam ostentarent, moliebātur, cum non possent facile consentiente in vnum populo, ambitioni vel cupiditati satisfacere, ex professo factiones & seditiones frequenter concitarunt: vt quando plebs ad sit honorum, cupidine, & obtinuit, vt ex suis etiam magistratus crearentur, *Liuius, in fine 6. Pl. de vir illust. c. 20.* Piscatores anguillarū isti imitantur, vt ex Aristophane in *Equitib.* & Athenæo apparet, *li. 7. Dipnosoph. c. 17.* qui non nisi in turbido flatu viuere vel ditari possunt. *Passus est,* inquit Aristophanes *prad. loco, id quod etiam qui anguillas venantur. Nam si stagnum cōsiterit, nihil capiunt. At si cœnū sursum deorsumque verterint, tunc capiunt. Sic & tu lucraris, vbi ciuitatem perturbas.* Sunt plures latrones & sceleratissimi, qui tempore pacis cum pœnas maleficiis suis debitas imponi metuunt, perturbant statum reipub. & principum animos concitant, vt ipsi arrepto occasione vel amplius gr. assentur, vel impuniti viuāt. Sunt iis addendæ factiones optimatum imperare conantium, quæ scindunt populi consensum, peregrinorum inquilinorum, & indigenarum, atque inseminant ciuitatibus odia, quæ, & caussas prosequitur Aristoteles *li. 5. Polit, c. 3.* Sic Cinadon, detectus insidias instruere contra Agesilaum & rempub. Lacedæmoniorum, comprehēsus. *Xenoph. lib. 3. rer. Græcar.* interrogatus cur tantum facinus molitus erat: nihil aliud respondit, quam noluisse se nulli Lacedæmoni concedere, vel opibus vel potentia. Fuit nihil ominus, & socii eius manib, post terga reuinctis per ciuitatē vndiq; tracti, atque flagris cæsi, interfecti. ¶ Quamobrē † potentiā diuitū veriti Athenienses, ne eo peruenirent, Ostracismo potentes, & ad vsurpandam Tyrannidem idoneos, exsilio afficiebant: Syracusii petalismo, *Diodor. Sicul. libr. 11.* Concitarunt seditionē in populo Dei Chore, Datā, & Abirō putātes se dignos imperio, & subtrahentes populum à Mosis gubernatione: verum grauissima pœna à Deo tantæ temeritatis sumta, *Numero. cap. 16.* In ipsa seditione considerandum, num consilium tantum captum sit, vel effectus secutus. ¶ Qui † tentauit namque seditionem commouere, seueriſſima quidem plectitur

Digitized by Google

mulcta, sed non morte iure Romano, *l.1. de seditios. Cod.* spectatulisque ei interdicitur, nisi relapsus & monitus antea, iterum inciderit in crimen: quo casu fustibus cæsus, vel exsilio puniendus, vel capite plectendus, *Callistra. in l. capitalium, 28. § solent, de pœn. lib. 48. P. titul. 19.* Romæ Demetrius Cynicus Stoicæ disciplinæ magister, aliique multi cum occasione philosophiæ multa publice differerent circa statum popularem vel vnius imperium, vnde diuersæ passim oriebantur sententiæ, quis melior esset: is Demetrius cum Hostilio in insulam relegatus est à Vespasiano, ceteri omnes philosophi vrbe abire iussi. Et cùm postea alius Diogenes Cynicus clam vrbem ingressus de ea re & summa imperii publice verba fecisset arrogantius, eodem iubente virgis cæsus est. Et quando Chrætem Cynicum nec ista pœna deterruisset, ei capitale fuit, teste Dion Cassio *in Vespasian.* Citationes quoque Athenis fiebant, auctore Iulio Polluce *libr. 1. Onomasti.* contra rhetores populum commouentes, aut non optima populo consulentes. Considera & lege 12. tab. cautum esse, quis in vrbe cœtus nocturnos agitaret. Deinde & lege Gabinia promulgatum: Qui coitiones vllas clandestinas in vrbe conflauisset, more maiorum, capitali iudicio mulctaretur, *in orat. Portij Latro. in Cat. 1.*

17 ¶ Quod † si ad effectum seditio perueniat, vltimum seditionem mouēti decretum est supplicium, *l. denuntiamus, 4. §. final. de in qui ad ecc. confug. lib. 1. Cod. titul. 15. l. final. Cod. de seditio.* statim, etiam appellatione interposita Hos enim damnatos statim puniri publice interest, inquit Modestinus, *l. constitutiones, 16. de appellat. in P.* dummodo conuicti crimine sint aut confessi, & de crimine constiterit. Tunc & proscribenda domus, vbi conuenticula facta sunt, *l. conuenticulam, de epis. & cler. Cod.* M. Flacci & L. Saturnini seditiosorum hominum corporibus trucidatis, penatus ab ipsis fundamentis eluti sunt, *Val. Max. lib. 6. c. 3. Appian. in 1. Bello. ciuil. Plin. de vir. illustribus.*

18 ¶ Excommunicantur † iuri pontificio, qui ad pacem nolunt redire moniti, *cap. placuit, & c. fin. 90. dist.* Neque eodem iure seditiosi possint sacris initiari ordinibus, *c. seditionarios, 46. dist.* & iam initiati, quo vtebantur honore priuantur, *c. conspirationum, 11. q. 1.* Sic Constantinus Porphyrogeneta Imperator Orientis, à mundi creatione anno 6534. insidias machinantes, tumultus concitantes, vel defectiones meditantes anathematizat, *libr. 1. Iur. Orient. in constitut. Porphyro.*

19 ¶ In † personis autem considerandis, perpendemus ætatem primum delinquentium & conditionem pro infligendis pœnis: nam non ita seuere in iuuenes ac viros animaduertitur. Et serui tumultuantes dominis redduntur. Et aliter puniendus qui semel in tumultu aliter, qui sæpius compertus, *a. l. capitalium, §. solent, de pœn.* Et Modestinus, *l. famosi, 7. ad l. Iul. mai. P. Hoc crimen à iudicibus, non in occasione ob principalis maiestatis veneratione habendum est, sed in veritate rei iudicata: nam & persona spectanda est, an potuerit facere, & ante quid fecerit, & an cogitauerit, an sanæ mentis fuerit, nec lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum est.* Itaque auctores seditionis & tumultus, populo concitato pro qualitate dignitatis aut in furcam tolluntur, aut bestiis subiiciuntur, aut in insulam deportantur, *Paul. l. si quis aliquid 38. §. auctores, de pœn. in P.*

20 ¶ Quādo autē populi multitudo seditioni inuolvitur, iudex caute in eā sæuire debet, potissimū si seditio non cōtra principem, vel eius vicarios, sed ob alia: & ad vitandam populi stragem, non de omnibus, sed de aliquibus sumere supplicium debet, de auctoribus potissimum, & quorum consilio plebs ad arma cucurrit, ceteris leui quadam pœna vel castigatione pecuniaria, vel corporali dicta, *c. latores, de cleric. excom. minist. c. vt constitueretur, 50. dist. c. commessationes, 44. dist.* Quemadmodum in aliis fit criminibus, in quibus plures peccant, *proxime cita. in rib. & in l. si familia. si famil. fur. fec. dica. in P.* Et Cicero *pro Cluentio: Pœna deb ta*, inquit, *multis simul peccantibus, ab aliquibus tamen tantum luitur. Et ita veteres Romani statuerunt, vt si à multis esset rei militaris flagitium admissum, sortione quadam in aliquos tantum animaduerteretur: vt metus ad omnes, ad paucos perueniret pœna. Vt pœna instar fulminis sit: fulmina quippe paucorum periculo cadunt, omnium metu. Est*, inquit, *Dio Cass. lib. 55. hist. Rom. magni animi eximiæque naturæ, vulgi peccata ferre, quæ si quis omnia punienda cogitet, imprudens plerosque hominum occidit.* Refert Ammianus Marcellinus *lib. 15. histor.* Leontinum præfectum vrbi Romæ, eum Philoronium aurigam iusta de causa rapi atque duci præcepisset, & plebs eum secuta lacesseret, velutque reum nocentem vi eximere conaretur, maiestatis auctoritatisque suæ conseruandæ causa, missis apparitoribus obuios quosque, & inter alios Petrum Valuomerem olim etiam in exercitu seditiosum militem corripi iussisse, ac continuo suspendi, alios in insulam relegasse: & ita diffusum vulgus euanuisse.

21 ¶ Actio, † circunstantiæ nempe aliæ considerantur quoque: nam alia crimina cum hoc acerbius crimen reddunt, vt si homicidium factum sit in seditione: accedit enim crimen legis Corneliæ de sicariis & eius pœna, *l. 3. §. item qui actor, ad l. Corn. de sicar. P.* De quibus Deo iuuante suo loco. Sic D. Marcus *c. 15.* Barrabam, quem alii sacri euangelistæ dixerunt, *D. Ioan. 18. Matth. 27.* insignem latronem, describit, quod cum aliis seditiosis fuisset, & in seditione homicidium fecisset. Atque & tunc, quando homicida cognoscitur, is pœnas quoque præcipue exsoluere debet: si tamen homicidia sint in seditione commissa incerto auctore, morti non sunt omnes seditiosi addicendi, vt dixi mus, verum omnibus quandam pœnam aliam indici posse opinor.

¶ Exemplo † iudicij Areopagitarum: postquam enim Athe- 22
nienses victi pugna ab Æginetis fuerunt, & ad vnum vsque interfecti, isque cum rediissent Athenas, à mulieribus, quæ de maritis suis eum percunctabantur, inuidentibus eum solum fuisse superstitem, acubus fibulisque vestium suarum confixus & interemptus esset, & homicidæ non cognoscerentur: constitutum est senatusconsulto in mulieres, vt eo vestimenti genere in posterum vterentur, cui non essent fibulæ vel acus, auctore Herodoto *in 5.*

¶ Seditionum † seuera pœna imposita est maximè, vt obuiam 23
eatur tristissimo fini. nam regnum in se diuisum vel ciuitas, desolabitur, & domus supra domum cadet, *Matthæi 12.* Græci, qui victoria clari aduersum hostes Troianos vnanimes euaserant, mutuis odiis & seditionibus tum ob mulieres, tum ob prædam pene exciti sunt, *Dictys Creten. lib. 5. & 6. belli Troia.* Accidit idipsum Romanis, qui postquam nihil quod domarent superesset, in seipsos arma conuerterunt, vt pene seditionibus exciderint. Tyrrheni, facta ingenti præda, domum ex Romanorum prouincia reuersi incolumes, orta pro diuisione prædę seditione, non solum prædæ verum etiam imperij magnam partem perdiderunt, vt ait Polybius *lib. 2. hist.* Additque statim, idipsum sæpe accidere Gallis consueuisse, ob immoderatas illorum crapulas & ebrietates.

¶ Ideo † obseruabunt ii, qui reip. salus committitur, vt cele- 24
riter, vbi incipiunt motus populi fieri, comprimant: ne incendium euadat in bellum ciuile, & in factiones quæ implacabiles redduntur. Et siue iniusta siue iusta causa tumultus sit, ocyus auctores comprehendant & castigent. Neque parcendum est eis, qui particulari moti commodo pacem publicam interpellant: nec ii impune ferre debent, qui se seditioni immiscuerint & discordiæ. In ciuilibus quippe discordiis haud dubie ab vtraque parte respublica detrimentum capit, vt ait Dio Cass. *lib. 42. hist.* Et Cicero *lib. 4. familiar. epist. Marcello. Omnia sunt misera in bellis ciuilibus: sed miserius nihil quā ipsa victoria, quæ etiam si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores impotentioresque reddit, vt etiam si natura tales non sint, tamen necessitate esse cogantur. Multa enim victori eorum arbitrio per quos vicit, etiam inuito facienda sunt.* Melius ipse idem Cicero in oratione, quam habuit ad Senatum post mortem Cæsaris apud Dionem Cass. *libr. 44.* sic inst. *Neque æquitate humanitateve vindictam, sed cupiditate armorumque licentia metiuntur: necessario calamitates quasi orbe quodam semper reuoluuntur, continentisque successione mala malis redduntur, res secundæ excitant, depressi ad vindictam tendunt. Ex paruis rebus ad magna & subuersiones regnorum & rerump. semper fere via patuit, Arist. lib. 4. Polit. c. 3. & 4.* Vnde illis facile principio obuiam iri potest, postea nequaquam. *Et cur*, inquit Iulianus Iurisconsultus, *ad arma & vixam procedere patiatur prætor, quos potest sua iurisdictione componere? l. æquissimum, 17. de vs. fr. lib. 7. P. tit. 1.* Ante seditionem prouidentia magistratus requiritur: in conciliata, auctoritas & vindicta: insopita discordiarum obliuio, cuius lex lata fuit, post expulsos ab Athenis per Thrasibulum Tyrannos, *Iustinus, ex Trogo lib. 5.*

¶ Non † probo legem Solonis, quam ex Aristotele in hæc 25
verba conceptam tradit Aul. Gellius *lib. 2. c. 12. Si ob discordiam dissensionemque seditio atque dissensio populi in duas partes fieret, & ob eam causam irritatis animis vtrinque arma caperentur, pugnaretur: tum qui in eo tempore, eoque casu ciuilis discordiæ non alterutra parte se coniunxerit, sed solitarius separatusque à communi malo ciuitatis secesserit, is domo, patria, fortunisque omnibus, careto, exsul, extorrisque esto.* Probarem potius sententiam Pomponii Attici amplissimi viri, qui cum semper optimarum esset partium, tamen ciuilibus fluctibus non se commisit, quod non magis existimaret eos in sua potestate esse qui se his dedissent, quam qui maritimis iactarētur, vt ait Cornelius Nepos, *in vita Pomp. Attici.* Scribit etiam Cic. *Attico lib. 9. Nihil viro bono, & quieto ciui magis conuenire, quam abesse à ciuilibus controuersiis.* Sic enim discordiæ crescunt additis propugnatoribus, nec quisquam qui posset componere, inueniretur. Sic quo tempore duce Pelopida, exules Thebas occuparent, & præsidium Lacedæmoniorum ex arce expulerunt, Epaminundas quandiu est seditio facta ciuium, domi se retinuit: quod neque malos defendere volebat neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret. Namque omnem ciuilem victoriam funestam putabat, vt scribit Æmylius Probus *in Epamin. & Pelopi.* Nec tamen ignoro rationem Gellii, *libr. 2. cap. 12.* qua legem Solonis nititur defendere, vt æquam: *Quia si boni*, inquit, *homines, qui in principio coercendæ seditioni impares fuerunt, populumque percitum & amentem non deterruerunt, ad alterutram partem diuisi sese adiunxerint, tum euenisset, vt cum socij partis sursum vtriusque fuerint, eoque partes abiis, vt maioris auctoritatis viris, temperari ac regi coperint, concordia per eos potissimum restitui conciliarique posset, dum*

Digitized by Google

& suos, apud quos sunt, regunt atque mirificant, & aduersarios seruatos magis cupiunt, quam perditos. Ceterum hæc ratio nec sibi constat, nec quicquam efficit. Qui enim non potuit coercere, cur se auctorem & sectatorem mali, quod corrigere voluit, reddet, & repente cum multitudine ex bono improbus fiet? Dehinc, quomodo fidem aduersarii ei, quem diuersas & aduersarias fouere partes vident? Et proinde in pertubatis & impiis seditionibus nec tutum, nec sapientis esse arbitror, sese immiscere. De discordia & seditione populi inter se loquor & de priuatis: magistratus namque omni studio ad eam sopiendam conuocatis auxiliis & præsidiis vacare debent. Et his, qui auctoritatem habent obtemperandum arbitror: quibus ius gladii est, non seditiosis. Et ideo si factio vel rebellio aduersus principem legitimum insurgat, tunc quidem solitarium esse improbo, & non tueri partes principis. Et proditionem dico, non sectari vel ope vel consilio, vel auxilio: Non enim licet in regno principis cuiusque in quo quis erit, se subditum diffiteri, vel conniuere, vel dissimulare: alioquin non consentienti cum principe, ab eius ditione abeundum erit, & sua, id est, regnum, & propria illi relinquenda, principis enim sunt, *l. bene à Zenone, de quand. præscrip.* Qui non fauet expresse principi suo, rebellis proditorque manifestus est, vtpote metu vt opinator maioris potestatis, ditioni sui principis se subtrahens, & interim ita claudicando exspectans exitum belli, vt fortiori se coniungat, vt ille Metius Suffetius proditor, qui hac arte vsus meritas proditionis, vt diximus, dedit pœnas. Et hoc potissimum in fideiussariis & clientibus regni qui feuda nobilia eam ob caussam tenentes, iurarunt principi consilium, opem, fidem, & defensionem aduersus hostem quemlibet, *§. 1. de forma fideli. & §. 1. de noua for. fidelit. lib. 2. Feud. tit. 6. & 7. cap. de forma, 22. q. 5.* Sic Deus in fide tales exigit subditos, qui eum aperte & palam confiteantur: alioquin illos coram Deo patre negaturus, *Matthæi, 10. Luca, 12. hæretic.* Et dubius in fide, in fidelis est, *cap. 1. de hæret.* Quare exprobrat populo Elias, *3. Regum 18. Quousque*, inquit, *claudicatis in duas partes? Si dominus est Deus, sequimini illum: Si Baal est Deus, sequimini illum.* Nemo enim duobus dominis seruire potest. *Matthæi, 3.* Nec tam odit Deus impios ex professo qui possunt resipiscere, quantum hos qui nec bonis nec malis adhærent, sed dubii sunt. *Vtinam*, inquit, *frigidus esses, aut calidus: sed quia tepidus es, euomam te, Apocalyp. c. 3.* Nam, *simulatores & callidi prouocant iram Dei, Iob. 36.* Et ad hos recte certe lex Solonis referenda est. *Si possides amicum, in tempore tentationis possidebis eum. Ecclesiastic. c. 6.* Et, *Qui non est mecum contra me est*, ait Dominus, *Matth. 12.* Plura hac de re nobis suppetunt in Gallia miserrima exempla, dum de religione certatur, & quidam tertium genus constituunt. Vtinam dignetur Deus Opt. Maximusque gregem ad vnitatem laceratam nunc reducere.

De aliis læsę Maiestatis criminibus.

Cap. 7.

1 *Maiestatis crimina fictitia. & seq.*
2 *Statuæ principis quæ in veneratione fuerunt, & de crimine maiestatis in eas, eod. & 5.*
4 *Iudicare contra constitutiones regias, non est maiestatis crimen.*
6 *Maiestatis reum vinculis eximens, & ipse tenetur eodem crimine.*
7 *Muros transcendere ciuitatis, maiestatis, & capitale scelus & pœna.*
8 *Monetam falsam cudere, maiestatis crimen.*
9 *Principis de domo Chaldæos vel diuinos consulere maiestatis crimen.*
10 *Hospitalitates inter crimina maiestatis.*

1 CApitalia facta Tyberii † tempore, circa Augusti simulacrum seruũ vendidisse, vestem mutasse, numo vel annulo effigiem impressam latrinę vel lupanari intulisse, vt ait Suetonius, *in Tyber. c. 58* Et Seneca, *lib. 3. de benefic.* hoc imperante tradit prætorium quendam virum in annulo Cæsaris imaginem scriptam habentem, cum metallam sumsisset, maiestatis accusatum: quod imaginem obscœnis admouisset,

2 ¶ Quidam † ob calidam aquam venditam, impietatis, id est, maiestatis reus factus est, & à Caio Caligula trucidatus: qui & alios reos fecit, quod iuuenẽ Imperatorẽ dixissent. Ita qui antea læsæ maiestatis actiones sustulerat & legem, postea reuocauit: & rursũ crudelius crimina maiestatis tabulis æreis incidi iussit. *Dio. Cass. lib. 59.* Vni ex fratribus equitibus quibus cognomentũ Petra, nocturnæ quietis obiecta tanquam vidisset, Claudiũ spicea corona euinctum spicis retro cõuersis, eaque imagine grauitatem annonę dixisse: Quidam Pampineam coronam albentibus foliis visam, atque ita interpretatum tradidere, vergente autumno mortem principis ostendi. Illudque haud ambigitur qualicunque insomnio ipsi fratrique perniciem allatam: vt iisdem verbis refertur in fragmentis. lib. 11. annalium Cornelii Taciti. ¶ Multi † quoque tempore Galli Cæsaris, vt est apud Ammianum Marcellinum, *lib. 14.* per suspicionum nebulas existimati noxii, damnabantur.

¶ Quidam † rati sunt, contra legem principis iudicare, esse læsæ maiestatis crimen: quod tamen reiicit Alexãder Cæsar, *l. 1. C. ad leg. Iul. maiest.* Sicuti nec ex periurio, maiestatis crimen esse placuit, *l. 2. eod. l. 2. de rebus creat. C.* nec pœnam: etsi pro dictis criminibus aliæ pœnæ constituantur: *vt in l. si duo patroni, §. fin. de iureiur. in P.*

¶ Qui † statuas aut imagines Imperatoris iam consecratas cõflauerint, aliudve quid simile admiserint, legis Iuliæ maiestatis tenẽtur, ex responso Venulei, *l. qui statuas, 6. ad leg. Iul. maiest. P.* qui tamen vetustate cõfectas reficit. non tenetur secundũ Martianum. Et L. Ennius eques, Romæ maiestatis postulatus, quod effigiem principis promiscuum ad vsum vertisset: quem tamẽ inter reos recipi, Arteio Capitone Iurisconsulto cõtra censẽte, Tyberius vetuit, vt auctor Cornelius Tacitus *lib. 3.* noluerit Seuerus & Antoninus temeri maiestatis crimine eos, qui lapide iactã te in certo, fortuito statuã principis tetigerint, *d. l. non contrahit*; alioquin Modestinus refert, *l. famosi, 7. ad leg. Iul. maiest. P.* crimen maiestatis facto, vel violatis statuis, vel imaginibus maxime, exerceri in milites. Et scribit Ælius Spartianus, *in Anton. Caracal.* damnatos à Bassiano, alias ab Antonino Caracalla, qui vrinam in eo loco fecerant, in quo statuæ aut imagines erãt principis: Et sub Domitiano mulier, quod executa fuisset ante statuam, interfecta est, teste Xiphilino, *ex Dione, in Domitiano.* Cum à Totila Roma secundo capta fuisset, Rusticiana siue Iustiniana mulier nobilis in iudicũ arrepta, quæ Theodorici regis statua frangi delerique fecisset in patris Symmachi & Boëtii cõiugis vltionem, qui Theodorici iussu fuerãt interfecti. Ceterũ mulieris pietas & amor in defunctos plus valuit apud Clementẽ Totilam, quam regia maiestas, vt ait Ioannes Magnus Gotthus, *lib. 13. histo. Gotth. c. 22.* Cautum & Senatusconsulto, Scæuol. *in l. Senatusconsulto, 38. de iniur. lib. 47. P. tit. 10.* Calistr. *in l. capitalium, 18. §. ad statuas, de pœ. P.* ne quis imaginẽ Imperatoris in iniuriam vel inuidiam alterius portet. Diodorus Siculus, *lib. 13. Biblio.* imaginum contemtum & offensam ad inuidiam trahit eorum quorũ sunt imagines: atque ita sensisse populum Athenienſẽ tradit, agens de bello contra Siculos decretõ. *Iam classe procincta, inquit, statuæ, quæ per vrbem dispositæ erant, innumera multitudo, nocte vna omnes detruncatis capitibus repertæ sunt. Quod tantum facinus populus haudquaquam casu aliquo euentuve contigisse arbitratus, sed ab iis potius patratũ, qui gloriæ aliqua elati ad soluendum statutum popularem inuigilarent, odio itaque sæuire atque infrendere cœpit, eiusque flagitii auctores inuestigare insense atque obnixe, magnis indici præmiis propositis, &c.* Idipsum & refert Thucidides *in 6.*

¶ Incidit † in hoc crimen maiestatis is quoque, qui confessum reum in iudicio, de crimine nempe maiestatis, in vincula cõiectum emiserit, *l. 4. §. pen. ad leg. Iul. maiest.* videtur namque socius sceleris, & qui mauult impunitum euadere reum, quam reipub. pœnas exsolui. Et in aliis quoque criminib. addictos supplicio eripere, capitale habetur, & vltimo supplicio dignum. *Arcad. & Honno. CC. l. addictos. 7. ae epist. C. l. addictos, de appellat.*

¶ Potest † huc referri pariter, violasse muros ciuitatis, si qui eos transcendant scalis admotis, vel si aliunde ciuitatẽ, quã perportam ingrediãtur: quod & hostile & abominandum ducitur, capiteque punitur, *l. fin. de rer. diuis. P.* Et Remus frater Romuli, occisus traditur, quod muros trãscendere voluerit vrbis, seu aggeres vel fossas eius. *d. l. fi. Plutarc. in Rom. Ouid. 4. Fasti. Lucan. in 1. Horat. 7 apud. Flor. lib. 1. epito. c. 1.*

¶ Est † crimen læsæ maiestatis etiam falsam cudere monetam, *l. 2. de falsi monet. lib. 9. C. tit. 24.* de quo postea Deo fauente. ¶ Lepida † ex Æmiliorũ familia, præter adulteria & venena & alia crimina etiam accusata est, quod ab ea per Chaldęos in domũ Tyberii Cæsaris quæsitũ effet. *Cornel. Tacit. lib. 3. annal.* ¶ Quo † tempore Sylla dominabatur, plurimæ Italorum cædes, exsilia, & bonorũ publicationes parabantur in eos, qui aut Carbonis, aut Norbani, aut Marii, aut suorum mandatis paruissent. Et in delictorum numero hospitalitates, amicitiæ, & collationes, aut dantis, aut recipientis ponebantur, vt scribit Appianus, *libr. 1. bello. ciuili.*

De maledicis Principis

Cap. 8.

Lib. 9. C. tit. 7.
Lib. 5. Decret. tit. 26.

1 *Principi maledicens an puniendus, & quando. per totum ẽ. Maledicere principi inter maiestatis crimina.*
2 *Principibus non maledicendum. Et pœna diuina in eos.*
3 *Iniuriarum remittendarum, principum clementiam exempla & 4.*

Digitized by Google

5 *Regnum nobilius est seruitus.*

1 MAledixisse principi, † interdum maiestatis crimen habitũ est, interdum condẽnatum, vt ex responso Modestini cõstat, *l. fam. si. 7. ad leg. Iul. maiest. in P.* cuius verba: *Persona*, scilicet in hoc crimine, *spectanda est, an potuerit facere, & ante quid fecerit, & an cogitauerit, & an sanæ mentis fuerit: nec lubricum linguæ facile ad pœnam trahendum est. Quanquam enim temerarij pœna digni sint: vt insanus tamen, istis parcendum est, si non tale sit delictum, quod vel ex scriptura legis descendat, vel ad exemplum iudicandum est.* Theodosius autem Archadius & Honorius, *l. vni. si quis Imper. maled. lib. 9. C. tit. 7.* omnino nullum maledictum in Cæsares esse voluerunt: *Quoniam*, inquiunt, *si illud ex lenitate processit, contemnendum est: si ex insania, miseratione dignissimum, si ab iniuria, remittendum.* Quæ omnia intelligenda, si lex vel exempli necessitas puniri scelus non statuat. Titius Cæsar istius indulgentiæ, & remissionis maledicti causam luculenter apud Xiphilinum ex Dione exprimit. *in Tyro.* Refert enim eum de crimine impietatis vel iniuriarum in se, nullum occidi iussisse, nec alios cognoscere permisisse: *Nemo enim*, inquit, *me iniuria afficere, aut inf. quæ contumelia potest: propterea quod nihil ago, quod reprehendi mereatur: ea vero, quæ falso de me dicuntur, prorsus negligo.* Imperator quoque Alexander eum, qui calore quodam per principis venerationem peierauerit, pati pœnam corporalem vel maiestatis imminutæ non vult, *l. 3. de rebus credit. C.* Neglexit & initio Tyberius Cæsar iniurias sibi illatas: cum tamen in Imperatores commissæ essent impietatis crimina, teste Dione Cass. *lib. 57.* Hęcque melius Christianis conueniunt principibus, quibus omnes iniurias priuatas remittere, & aliis, qui nomen Christianæ militiæ dederunt, iubetur: vt alibi iam docuimus abunde. *in nostro li. 40. Syntax. c. 22.* Summus pontifex, *c. 1. de maledi. lib. 5. Decret. lib. 26.* eos qui de eo maledixerint iubet puniri, quando in depressionem officii & beneficij, scilicet dignitatis Pontificalis, ea vergit iniuria: idque ad exemplum, vt pœna maledici aliis terrorem incutiat: *Ne de cetero*, inquit Clemens tertius, *contra Romanam ecclesiam in talia verba prorumpant.* Christianum quidem est remittere proprias iniurias, *c. inter querelas, 23. q. 4.* & vltionem Deo relinquere, humanumque calore iracundiæ prolata non reuocare ad animum, vel conniuere, si inde scandum seu offendiculum aliis non sit. At si inde detur occasio delinquendi, recte faciet princeps, qui sui vt priuati contemnit iniurias, in lucem pœnam iniuriantium bono reipub. proferat. Sed & tempore Tyberii Cæsar sextus Paconianus maiestatis postulatus: & in carcere ob carmina illic in principem factitata strangulatus est, vt scribit Cornel. Tacitus lib. 6. annalium, vel ex antiqua lectio. 5. vocat Sueton. Tran. hunc Paconium dum ait: In Tyberio. c. 61. Paconius maiestatis reus, vtique ob carmina in principem emissa: cuius de caussa Tyberius scripsit Senatui, vt de pœna Paconii quam primum statueret.

2 ¶ Quocirca † recte lex diuina iubet, *Exod. 22. Actu. 23. c. paratus, 23. quæst. 1.* ita: *Dijs ne detrahas, & principi populi tui non maledices.* Et alibi, *Non est bonum damnum inferre iusto, nec percutere principem, qui recta iudicat. Prouerb. 17.* Et D. Paulus, *ad Titum 3. Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse.* Monet & Corinthios, *1. Corinth. 10. Non murmurare, sicut quidam murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.* Et alibi Sapiens, *Prouerb. c. 20. sicut rugitus leonis, ita & tremor regis: qui prouocat eum, peccat in animam suam.* Maria soror Moysis, quia contra Moysem principem populi locuta erat, lepra percussa est. *Nume. 12.* Sed & filii Chore, filii Caath, filij Leui, Datan, & Abiron, filii Eleph, & alii aduersum Moysem & Aaron maledici, horribile iudicium experti à Deo sunt, & viui terra absorpti. *Numero. 16.* In canonibus Apostolorum, *c. 83. can. Apost.* statutum: *Quisquis Imperatorem aut magistrum contumelia affecerit, supplicium luito. Et quidem si clericus sit, deponitor: si laicus, à communione remouetur.*

3 ¶ Et † hæc est iuris diuini in maledicos censura, & supplicium. Tanta tamen aliquorum principum fuit clementia, vt propriarum iniuriarum vltionem non expostulauerint, sed benigne remiserint, aut contemserint. Sicuti Antigonus rex, cum duos manipulares milites maledicentes audisset, vtpote leniter commonuit: *Et longius*, inquit, *discedite, ne Vos rex exaudiat.* Idemque cum quadam nocte quosdam ex militibus mala omnia imprecantes regi, qui ipsos in illud iter, & inextricabile lutum induxisset, accessit ad illos, qui maxime laborabant, & cum ignorantes à quo adiuuarentur explicuisset: *Nunc*, inquit, *maledicite Antigono, cuius vitio in has miserias incidistis: ei autem bene optate, qui vos ex hac voragine eduxit.* Augustus cæsar Timageni maledica sua historia in illum coniicienti, tantum domo sua interdixit. Et hæc & plura Seneca, *lib. 3. de ira.*

4 ¶ Et † alibi ad Neronem, *idem lib. de Clem.* docet nullum ex omnibus magis quam principem vel regem decere clemẽtiam, vtpote cuius cura sit excubare pro salute singulorũ, quod multis & pulcris firmat rationibus: nempe, quod in eo Deum imitetur, quod se cariorem populis præbeat, quod paternum imitetur imperium, & mollissimo genere pœnæ contentum esse debere patrem. Sumpt & rationes ab animalibus alias, & quod apum reges sint sine aculeis, quibus natura telum detraxit, voluitque iram eorum inermem relinquere, *hæc etiam tradit Claudi. lib. de nat. animal. c. fin.* Gloriamque principis habere superstites sibi gratias agentes, quos vita priuare potuisset. Plures alias adiicit, quas prætereo. *Felix*, inquit Athalaricus rex Abundantio præposito, scribens, *Cassio. lib. 9. var. epist. epist. 4. est querela, quando leges pietate superantur: & beata conditio subiectorum, si cognoscant, illum alijs misertum, quem & sibi optant esse propitium.* Rempublicam Achæorum & instituta præclara, duo fecerunt, teste Polybio, *lib. 2 histor.* æqualitas, & clementia: vsque adeo, vt etiam Lacedæmones & reliqui Peloponnenses ab iis ideo leges mutuati sint, & rempublicam suam ornauerint eisdem, & Italia turbatis rebus in ea parte, quæ magna Græcia dicebatur, ob Pythagoræorum coniurationem & seditionem, res suas Achæis commiserint. Philippus rex Macedonum dicebat, *idem in 4. Si quid aduersum se socij priuati molirentur, sua interesse illos admonere: si quid vero publice in socios committerent, publica pœna atque animaduersione esse plectendos. Et hæc est*, inquit Dio Cassius, *lib. 55. hist. hominum sententia, priuatis omnes iniurias prosequendas, ne vel contemtui inde habeantur, vel opprimantur: principem vero debere ea, quæ in rempubl. peccantur, vlcisci: priuatim in se admissa, tolerare.*

¶ Antigonus rex, *Ælia. lib. 2. de varia. histo. c. 20.* cum cerneret 5
filium suum se gerere violentiorem & immodestiorem erga subditos: *An non nouisti*, inquit, fili *nostrum regnum nobilem esse seruitutem?*

De infractore aggerum, Nili, Salui conductus, & se gerente pro Magistratu.

Cap. 9.

1 *Nili aggeres rumpere, maiestatis crimen.*
2 *Saluaguardiam vel saluum conductum violare, crimen maiestatis.*
3 *Magistratum se esse simulans, maiestatis reus est.*

SImile † crimini etiam maiestatis visum est Honorio & Theodosio, aggeres Nili rumpere in Ægypto, & propemodum ipsius Imperii appetere securitatem. Quare pœnam constituerunt in cædentem, vt eo loco vbi ruperit flammis consumatur, & conscii & participes deportentur, sine spe supplicandi, vel recipiendi dignitatem, vel ciuitatem, vel substantiam, *l. 1. de Nili aggerib. non rumpend. lib. 9. C. tit. 38.* 1

¶ Est † & crimen maiestatis, infringere saluaguardiam seu fidem publicam, vel saluum conductum à principe concessum, pœnaque eius legis punitur. *Paul. Castr. 2. part. consil. 422. in 6. col. in vers. contrarium, iuncto vers. idem dictus.* Nõ ita si ab alio saluaguardia cõcedatur, puta à sacro cõcilio; vel pro rege, vel magistratu, nam tunc pœna cõtra volantem arbitraria & pecuniaria est: nisi homicidium commissum fuerit, quo casu alia ratione supplicium vltimum irrogatur, *vt in §. si quis hominem, & §. si quis alium, & seq. de pace tenen. in vsib. feud. late Guid. Pape, in q. 418. Ioan. Andr. in c. 1. de homici. in 6.* Etenim vbi nulla pœna determinata iure est, ea in arbitrio est iudicis. *l. 1. de effract. & rapt. hodie, de pœn. in P.* Saluaguardia iure communi ab alio quam à principe generalis. Specialis autem vel ad singulares res vel personas, ab aliis vt à iudicibus, & Senescharchis & Bailliuis, quibus interdictum est regia constitutione, ne generales concedant. *Ioan. de Platea, ad l. cum sæpe contingit, de eroga. milit. anno. lib. 12. C.* Quemadmodum cautum constit. regia Francis. I. *Sur le faict de la marine*, artic. 20. & 25. ne posthac fides publica, vel saluus conductus, *Chassan. ad §. 4. tit. de Iustices & droit d'icelles, & ad vers. le droit de iustice, num. 65. in consuetud. Burg. & in constit. Ludou. 12.* seu licentia merces transportandi per mare, ab alio quam à principe daretur. 2

¶ Lege † Iulia maiestatis tenetur, & qui priuatus pro potestate magistratuve quid sciens dolo malo gesserit, *l. 3. ad l. Iul. maiest. P.* Etenim vsurpat sibi ius principis, ad quem magistratum creare & præficere pertinet. *l. 1. ad leg. Iul. de amb. P.* Incidit & huiusmodi in legem Cornel. de falsis, & in eius pœnam, *l. qui prætoris nomine, ad leg. Cornel. de falsi.* Et in legem de concussoribus, qua si simulato præsidis iussu concussio interuenerit, ablatum huiusmodi terrore restitui præses prouinciæ in integrum iubet & delictum coerceri, *l. 1. de concussio. P. facit l. si per impressionem, de his, quæ vi met. caus. fiunt.* potissimum quando concessio crimen publicum est, non enim per se concussio publicum, sed priuatum est, *l. 2. de concussio. in P.* 3

Digitized by Google

DE PVBLICIS CRIMINIBVS ALIIS. LIBER XXXVI.

De Falso.

Cap. I.

Lib. 48. P. tit. 10. Lib. 9. C. tit. 22.

1 *Sylla leges criminum quas mutauerit.*
2 *Falsum quando crimen maiestatis habeat.*
3 *Fallo & falsum quid, & vnde dicatur.*
4 *Falsi crimen vt punibile sit tria requirit.*
5 *Falsum quando crimen habet punibile.*
6 *Mendacium quid.*
7 *Quæ in eo perpendenda.*
8 *Pondera, mensuraſve falsificans, quæ pœna puniendus.*
9 *Mensuræ & pondera æqua esse debent.*
10 *Dardanarij qui, & quare puniantur.*
11 *Mensuras mutans lucri causſa, quomodo puniendus.* 14.
12 *Mensurarum diuersitas, quo pacto non faciat falsum.*
13 *Mensurarum diuersarum abominatio, & prohibitio iuris diuini.*
15 *Mensuræ inæquales, quando non officiunt.*
16 *Mensurarum æquarum & ponderum notio & cura, ad quem pertineant.* & 17.
18 *Mensuras concedendi & frangendi ius ex alta iurisdictione.*

1 SYLLA, † qui sibi dictaturam perpetuam vsurpauit, eaque abusus est, qui seipsum Cornelium vltro nominauit, vt scribit Appianus *in 1. bell. ciuil.* leges alias dissoluit, alias imposuit, inter quas publicas quæstiones constituit de falso, & de parricidio, de sicariis, & prætores quinque adiecit eorum criminum gratia, *Pompo. l. 2. §. deinde Cornelius Sylla, de orig. iur. P.*

2 ¶ Inter † capita legis maiestatis hoc inuenitur, falsum in publicis tabulis scribere vel recitare. *l. 3. ad l. Iul. maie. in P.*

3 ¶ Falsitas † est, veritatis immutatio, *§. 1. de instr. caute. & fid. in auth. collat. 6. titu. 3.* & falsum, aliter quam vere factum, dictumve. Proinde veri suppressio falsum habet. *auth. presbyter, in 1. de episc. & cler. l. 1. §. 1. ad l. Corn. de fals. lib. 48. P. tit. 10. l. 2. si con. ius vel vtil. public. li. 1. C.* Et quicquid verum non est, falsum dici potest: quāuis non ex fraude, vel mendacio alicuius tale sit: vel dicatur, *l. si is qui ducenta, 14. §. vtrum, de reb. dub. lib 34. P. tit. 5.* Varro, *5. de ling. Latin.* falsum & fallere in verbis tantum esse, videtur asserere: dum ait, *ab eodem verbo fari, falli, falsum: & fallacia, quod propterea, quod fando quem decipit, ac contra quam dixit facit: itaque si quis re fallit, non proprio nomine,* inquit, *fallacia, sed translatio, vt à pede nostro pes lecti, ac pes betæ.* Quamquam & nemo negauit, verbum fallo, posse repeti aliunde quam à fando, nempe à Græco σφάλλω, quod idem est, quod euerto, subuerto, frustror, spem alicuius, vt σφάλλομαι, supplantor, deiicior, decipior, erro: quibus verbis omnis auersio à vero continetur, quomodocunque contingat.

4 ¶ Verum tamen † annotandum, non omne falsum in crimen venire: nam & falsum dicens, interdum fallitur & fallit, & putat verum esse quod falsum est, quodve asseuerat inscius falsi: nec tunc crimen est, *c. homines. c. is autem, ca. primum est, 22. q. 2.* Interdum falsum scit, fallitque, & non fallitur: & tunc crimen falsum habet. *c. homines falsum, 22. q. 2. D. August. de verb. Apost. serm.* 38. ¶ Mendacium † D. Augustinus ait, *c. beatus Paulus. §. 1. 22. q. 3.* falsam significationem vocis cum voluntate fallendi, & fallere semper esse voluntatis: falli autem, vel infirmitatis, vel temeritatis.

6 ¶ Proinde † in hoc crimine publico de falsis, exigunt interpretes, *Hostiens. Azo, Tacrea, in sum. ad eum tit. de falsis.* tria: primum, immutationem veritatis: secundum, dolum: tertium, vt alteri nocumentum seu damnum inde contingat. Veluti, vt ait Paulus Iurisconsl. *l. quid sit falsum, 23. ad leg. Corn. de fals. Si quis chirographum alienum immutet,* seu vt alii legunt, *imitetur, aut libellum vel rationes intercidat vel describat: non autem qui alias in computatione vel in ratione mentitur.*

7 ¶ Porro † facilioris methodi causſa, in hoc crimine perpendimus, res, circa quas falsum: personas falsariorum: & negotia siue actiones, quibus ad falsum itum est. Ex quibus iudicia &
8 pœnæ facilius eruuntur. ¶ Res † in quibus falsum est vel fit, sunt res ipsæ immutatæ, dicta & facta. In rebus exemplum, si præter publicum modum quispiam immiuta & illegitima pondera seu mensuras vel stateram adulterinam habet vel fallat, quibus negotiando dolo malo alios decipiat. Cuius pœna est apud Modestinum, *l. pen. ad leg. Corn. de fals. in P.* vt quanti ea res erit, duplo condemnetur: & ex decreto Adriani, in insulam relegatio. Quod & Vlp. refert, *l. annonam, 6. de extraord. crimin. P.* qui & furtum in eo statuit, qui pondera vel maiores mensuras decipiendi venditoris causſa dedit, *in l. si quis vasori, 53. §. si maiore, de furt. lib. 47. P. titu. 2.* datumque condicit, *l. arbitrio, 18. §. de eo, de dolo. P.* Mensura ita corrupta, falsa dicitur: *quia modius iniquus,* inquit Paul. *l. Paulus respondit, 222. de verb. sign. in P. modius non est.* Vt falsus tutor is vere, qui tutor non est: & falsum testamentum, quod testamentum non est.

¶ Debentque † eius generis esse pondera, mensuræ cuiusque priuati, cuiusmodi sunt publice expositæ. Optime enim consult um est in omnibus ciuitatib. fere, publicas mensuras æneas vel lapideas habere, & ponderum legitimam determinationem, vt ad eorum normam priuatorum negotiatio æqua sit. Idque ex constitutione Valentit, *l. modos, 9. de suscept. Præposit. & Arca. lib. 10. C. tit. 70.* mutuatum est, qua modios æneos, vel lapideos cum sextariis atque ponderibus, per mansiones, singulasque ciuitates iussit collocari. Iustinianus & idipsum constituit, *§. eos autem, de collator. in auth. coll. 8.* & eos in ecclesia cuiusque ciuitatis conseruari. 9

¶ Signari † publica nota debere scribit Guido Papæ. *q. 49. per l. 2. de fruмen. vrb. Alexan. lib. 11. C.* Paulus *l. in Dardanarios, 37. de pœn. P.* in Dardanarios propter falsum mensurarum modum, ob vtilitatem popularis annonæ, pro modo admissi extra ordinem animaduerti statuit pœnam ita arbitrariam iudici committens, pro modo delicti imponendam. Dardanarios ἀσταμολάντας dixit Iulius Pollux, qui emunt vt carius vendant, vulgus reuenditores vocat. Incidunt & huiusmodi in legem Iuliam de annona, dum contra annonam ita committunt, *l. 2. a. leg. Iul. de anno. l. 48. P. tit. 12.* 10

¶ Concilio † Moguntinensi, 2. c. *de emt apud Greg.* qui iusta pondera & mensuras lucri causſa mutare ausus fuerit, triginta dies in pane & aqua pœnitere debet: quæ pœna in foro conscientiæ interdum mutatur, eo quod expiationum criminum pœna, eis, qui exomologesin audiunt, arbitraria relinquitur hodie, *c. mensuram, de pœn. dist. 1.* Exstat & lex Iustiniani hæc, *in legi. Georgicis Iustinia. tit. 7.* περὶ ζυγίας, *l. 4* οἱ μάτην ὄντες, ὃ ὑπὸ κακοτεχνίας ἔχοντες καὶ μὴ ἐξακολουθοῦντες τῇ ἀρχαίᾳ μαθηθείσῃ μετρήσει, ἀλλὰ διὰ πλεονεξίαν αὐτῶν τὰ διαφορισθέντα ποιοῦντες τυπτέσθωσαν ἰσχυρῶς ὡς ἀσεβῶν. id est, *qui diminutiores frumenti aut vini mensuras habent, mensuram veterem, & per manus à maioribus traditam, non vsurpantes, sed turpis lucri cupiditate contra statuta facientes, vt scelerati duris verberibus afficiuntur.* 11

¶ Obseruare † enim debent, qui commercia exercent ciuitatum & locorum, in quibus negotiantur, pondera & mensuras: vel quibus vti velint palam conuenire, ne fraudi locus fit. Ciuitates namque mensuras & pondera varia propriaque habere norunt negotiatores potissimum, quorum tantum interesset æquari mensuras vbique. nisi dicas eos carius vendere dum maiori, quam emerint vendunt, si minori vendant, vel lubentissime lucrum amplecti. Vlnarum mensuram in pannis variam ostendunt ciuitates & nationes. 12

Nam vina

Tholosæ	4. palmorum est. Cana 8. p.
In Montepessul.	4. p. Semis. Cana 9.
Parisijs	5. p. $\frac{1}{3}$
Lugduni	5. p. $\frac{1}{2}$
Nissæ	8. p. $\frac{1}{2}$
Barchinonæ	6. p. $\frac{1}{2}$
Burdegalæ	6. p. $\frac{2}{3}$
Turoniæ	5. p.
Valentiæ	4. p $\frac{1}{2}$
Flandriæ	3. p.

Mensuram habent Tholosani propriam lignorum combustibilium ad certam longitudinem, summa & mirabili industria, per Garumnæ fluuium in portum Tholosanum appulsorum, nempe circulum ferreum rotunditatis interioris vndecim palmorum, cui curam agentes politicam pretium imponunt. Sicut & tegulis seu coctitiis latetibus ad determinatam formam & mensuram longitudinis, latitudinis, & profunditatis diuendendis. Sunt vini & tritici diuersæ modiorum & doliorum mensuræ, de quibus in nostris Syntax. libr. 13. cap. 7. & 8. Et libr. 15. cap. 12. In ponderibus similes ciuitatum variationes: potissimum in matusculo pondere, quod vocamus Quintallum.

Digitized by Google

Si quidem illud.	Tholosæ est	104. librarum.
	Rotomagi	120. ℔.
	Lutetiæ	125. ℔.
	Rochellæ	102. ℔.
	Montispessuli	109. ℔.
	Flandriæ	116. ℔.

Sunt & diuersa aliarum nationum ponderum genera, de quibus & iam locuti sumus lib. 15. Syntax. artis mirab. c. 13. Quæ mercatores distinguere debent inter conueniendum, nec nauo circumueniant. Si enim conueniant de pondere, mensura, aut instrumento ponderandi vel mensurandi, falsum non committetur: sed si dum alter iusto pondere consueto mercari se intelligit, alter vero lucrandi animo, vel maiori emendo vel minori vendendo vel mutādo vtitur, certe fraus est maxima, & deceptio, falsumve committi in mensuris & ponderibus dicitur.

33 ¶ Et iure diuino sic de his statuitur: *Nolite facere, Levit. 19. iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura: statera iusta, & æqua sint pondera.* Iustum æquipondium, quod Græcis ἔλαιμα, iustus modius, æquusque sextarius, inquit Dominus. Et alibi, *Deuter. 25. Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iustum & verum, & modius æqualis verusque erit tibi, vt multo tempore viuas super terram, quam dominus dederit tibi.* Et itetum, *Prou. 20. Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrumque abominabile est apud Deum.* Per Ezechielem c. 27. quoque dictum est, *Statera & Ephi iustum, & beatus iustus erit vobis.* Oseas, c. 12. etiam exprobrans peccata grauiora Israeli, ob quæ Dei ira concitata erat in eum, commemorat illud insigne: *Chananæus, in manu eius statera dolosa, calumniam dixit.* Latius & exprobratio fit apud Michæam, c. 6.

34 ¶ Carolus V. *in constit. capital. rerum, habita in comitiis Augustæ. art. 113.* Imperator, in constitutione causarum capitalium statuit, vt falsas mensuras dolo habens, hisque consuetus vti, etiam morte plectatur. Iure Saxonū qui corrumpit mensuram, cū fastigatione: qui ea vtitur tantum, sine fustigatione relegatur.

35 *Vvesembec. ad tit. ad leg. Corn. de falsi. num. 6.* ¶ Et † hæc intelligenda sunt, quando in mensuris deceptionis animus est, & qui decipitur, arbitratur communi pondere & mensura negotiari: alioquin si conueniat de mesura vt dixi, nihil interest qualis ea sit, quia tunc dolosa non est, cum de ea placuerit, vt notat Paulus, *l. Imperatores, 71. de contrahend. emt. lib. 18. P. titu. 1.* Alioquin si nominatum fuerit tantum mensuræ genus, ex more regionis mēsura & pondus sine imminutione vel incremento intelligi debēt, *d. l. Imperatores, & ea. ex parte, c. 18. lib. 3. Decret. tit. 39. de censibus.* variant quippe pondera & mensuræ pro locorū more maiores minoresque sunt, quibus vti sine fraude licet etiā dicto regio in Gallia, *Frācisc. I. edicto, sur les annees, publ. 1540.* nisi dum agitur de vectigalibus exigendis negotiatorū, in quibus sancitum, omnia pondera & mensuras reducendas, vel ad morem mensurarum & ponderum Parisiorum, *Francis. I. edicto, sur l'imposition foraine.* ¶ Quod † si mensuræ & pondera illegitima sint, cura & notio pertinet ad moderatorem seu ad præfectum prouinciarum, si de specierum aliarum, quam metalli ponderib. agatur: nam auri & argenti & aliorum metallorum pondera, ad comitem sacrarum largitionum pertinent, ex constitutione Iustiniani. *in §. eos autem qui publica, de collatio. in authen. col. 9. tit. 14. l. fi. de suscepto. lib. 10. C. tit. 70.* Ad ædiles curules pertinere, frangere falsas & iniquas mensuras docet Vlpianus, *in l. item quæritur, 14. §. si quis mensuras conduxerit, loca. li. 19. P. tit. 2.* apud quoscunque repererit. Et Persius innuit, *Saty. 1.*

36

Fregerit heminas Areti ædilis iniquas.

Erant & Athenis μετρόνομοι magistratus quidam quindecim virorum in Piræo, nomē in vrbe, teste Suida, *in verb. μετρόνομοι*, quibus

37 curæ erat, vt venditores iustis mensuris vterētur. ¶ Honorius † & Theodos. *l. pen. de defenso. ciuita. lib. 1. C. tit. 56.* ad curam & solertiam ciuitatum pertinere voluerūt, ne possessores maioribus mensuris & ponderibus à susceptoribus prægrauarentur, & eos deprehensos ad iudicium dirigi cum ipso commissæ fraudis in-

38 dicio. ¶ Chassanæus † *ad consuetud. Burgund. & in rub. de droict des Justices, vers. item ius mensurandi*, autem ius ponderandi & mensurandi, auctoritatemque concedendi & frangendi falsas mensuras ex superioribus colligere videtur, & esse mixti imperii seu de alta iurisdictione. Quod & tuetur Guido Papæus, *quæst. 490.* & Petrus Iacobi, *in titu. de mixt. imper. in fin.* Ponderare autem & mensurare esse inferioris, seu vt loquuntur, bassæ iurisdictionis, *Chassan. vbi supra per l. iubemus, de defensor. ciui. C.* Regium esse, ius ponderis & mensurarum, & prouentum eius ad regem pertinere, ait Rhenatus Chopinus, *lib. 3. de domanio regis, titu. 22.* Erant Romæ antiquitus, *Pabin. l. hn honoribus, 10. §. 1. de vacat. muner. lib. 50. P. titu. §.* corpora siue collegia, quæ habebant curam mensurarum fundamenti. cum vacatione munerum, etsi in prouinciis hoc priuilegio non vterentur.

De falsa Moneta.

Cap. 2.

1 *Cornelia lex numeraria de falsa moneta.*
2 *Numismatum materia.*
3 *Argentum quando pro numis signatum Romæ.*
4 *Numorum ex quibus varia tracta nomina, à figura, aut pondere, aut valore.*
5 *Numi inuentio ad commercia necessario.*
6 *Aurichalci numi Indorum.*
7 *Numi argentei mixti ære quo, mixtiue ferro, plumbei, stanni, &c.*
8 *Auro & argento æs vel stannum miscuisse, capitale.*
9 *Aloy in moneta quod.*
10 *Argentum accurate defæcatum duodecim denariorum dictum.*
11 *Aurea moneta quare æs, argentumque mixtum.*
12 *Auri in argento quæ æstimatio, vt argenti in ære.*
13 *Libra auri quot solidis æstimata. Et 14. Quot aureis 17.*
15 *Aureorum priscorum solidorum valor, & mutatio.*
16 *Monetæ valor augmentatus sine pondere subditis nocet in commerciis.*
18 *Character in numismatibus quid profit.*
19 *Numisma quis primus excusserit apud Varias nationes.*
20 *Bos pecunia Athenensium. Bouem sub lingua habere, prouerbium.*
21 *Numismatum Romanorum nota, Ianus, numi, rates, biga, quadriga.*
22 *Facies principum impressæ pecuniis.*
23 *Numo omnia æstimantur. Et vnde accipit nomen.*
24 *Numismatum materia, pondus, & character hodie in solius principis potestate.*
25 *Monetæ cudendæ ius in Gallia, qui ex priuilegio habeant.*
26 *Monetæ valorem augere, vel minuere solus princeps potest, non primati.*
27 *Pecunia mutuata in qua specie vel valore reddenda.*
28 *Monetæ falsarius maiestatis reus, & iurisdictionis regiorum iudicum.*
29 *Monetæ materiam falsam immiscens, qua pœna plectatur.*
30 *Monetam sine auctoritate principis etiam probam percutiens, quomodo puniendus.*
31 *Monetam falsam percutientes, nec absoluentes & perficientes, vt puniantur.*
32 *Memoria consecrata Darij in moneta puri auri.*
33 *Monetam suo nomine percutere capitale alij, quam regi.*
34 *Monetam falsam expendentes vt falsarii puniuntur.*
35 *Monetam tingentes, vel radentes vel circumcidentes, quomodo puniantur.*
36 *Monetam reprobatam non licet emere vel habere.*

LEx † Cornelia de falsis numaria quoque est, & re etiam falsum committitur, in moneta adulterina. Vt sciamus autem, quę adulterina quæve falsa numismata: quæ proba faciant, præmittendum. Tria itaque, *gl. in c. quanto, c. 18. in vers. patru, de iureiur.* in omni numismate consideranda, primo, materia publice electa, *Paul. in l. 1. de contr. emt. lib. 18. P. tit. 1.* cum certo pondere 2. Character, quo insignitur seu notatur forma publica, *d. l. 1. 3.* Valor, seu functio decreta, *d. l. 1.* In quibus omnibus quid decretū à superioribus, quæque in vsu sint, qui numis vtantur, inspicimus.

1 ¶ Numismatis † materia, æs, aurum, argentum, quæ aliquando 2 pura per se, aliquādo miscentur. Ære tantum eoque rudi, id est, non signato vsi sunt olim Romani ante Seruium regem, qui primus æs signauit pecudum nota: vnde & pecuniam appellarat, tradit Plinius, *lib. 33. cap. 3.* libralis, vnde & libella, & dipondius appendebatur assis. Quare æris grauis pœna dicta: hinc & libripendens, quare ex consuetudine in emtionibus quæ mancipi erant, etiam libra interponebatur: mosque ille, nomine tenus, in quibus alienatio fiebat retentus posteriorib. temporibus: vt in seruiret æs & libra & libripens, *Caius lib. 1. Instit. 6. Boe. in topi. 3. Fest. Pomp. lib. 5. Gell. lib. 5. c. 19.* velut imaginaria facta venditione. vt in testamentis, *Instin. in §. 1. de test. lib. 2. Instit. tit. 10. Cicc. lib. 2. de leg.* emancipationibus liberorum, *l. fin. de emancip. libero. lib. 8. C. tit. 49.* & id genus similibus. *vide Brissonum, lib. 1. Selecta. Antiq. iur. ciuil. c. 7.*

3 ¶ Argentum † signatum est anno vrbis Rom. 585. Q. Fabio Cos. quinque annis ante primum bellum Punicum. Sexagesimo secundo anno post argenteum, percussus est aureus numus. *Plin. lib. 33. c. 3.* ¶ Leonardus † de Portis ait, *lib. 1. de Sestertio.* primum rudibus metallis teretibus, vt virgulis, vel in latitudinem diffusis vsus in commerciis antiquos: postea ad reprimendas adulterantium fraudes signatis, quibus diuersis imaginibus impressis hominum & animalium, vt sagittarii, noctuæ, & aliarum rerum diuersa nomina imposita sint. Tales Daricos, Philippicos, & aliorū regū numos, vt à pondere & numero, & diuiuersis rebus impressis, diuersa alia nomina: qualia Græcis, quæ sunt dragmæ, retracti, oboli, minæ. Latinis, denarij, quadrigati, bigati, sestertia. Fuisse an-

se & antiquis numos scorteos, id est, ex coriis bubulis, *Alex. ab Alexan. lib. 4. Genial. dier. c. 15.* ligneos, asperos, quadratos, testis Wolphangus Latius, *lib. 3. commentar. de rep. Roman. ca. 3.* qui & tales tempore militiæ apud Germanos scribit fieri. De quadratis meminit Iustinianus, §. *fin. de exact. tribut. in authen.* Auctor & Suidas, *in verb.* δωδεκα. Numam alterum à Romulo regem Romanorum, primum ex ære & ferro factam monetã donasse Romanis, cum antea omnes, qui eum antecesserant, coriis & testis ad eam rem vterentur. Est quidam liber satis vt opinantur antiquus incerti auctoris, qui subiungitur libro Notitiæ vtriusq; imperii, qui de rebus bellicis inscribitur. Is in c. 1. tradit antiquorum monetam seu numum ad emendi vel vendendi vtilitatem fuisse ex terra exculta politius & ære solidata: primum vtentibus principibus ære in simulacris propriis, ad virtutis suæ testimonia figuratis, auro & argento in mœnibus: demum fastidientes inuẽtũ formatos ex coriis orbes auro Modico signasse hac nota, Ⓛ Postea æs signatum, & regalem mæiestatem & speciem in auro & argento tantum signatam.

5 ¶ Necessitas† vtrumque coegit inueniri, vt commercia in societate hominum necessaria, *l. 1. de contrah. emt. in P. l. ex hoc iure, de iustit. & iure, 2. de nundi. in P. §. ius autem gentium, de iure nat. ap. Iustin.* facili negotio perficerentur, *d. l. 1 de contra. emt.* Et Plato, *2. de repub.* ἀγορὰ δὴ ἡμῖν νόμισμα τῆς ἀλλαγῆς ἕνεκα γιγνήσεται, forum venale, & pecunia erit, commutationis caussa. Et Aristoteles, *1. Polit. c. 6.* ἐξ ἀνάγκης ἦ τῷ νομίσματι ἐπορίσθη χρῆσις, omnia enim placuit pecunia æstimari posse. χρήματα γὰρ πάντα ὅσων ἐστὶν ἄξια νομίσματι μετρεῖται, vt ait idem Aristoteles, *4. Ethicor. ad Nicom. c. 1.* Omnia denique dicimus χρήματα, quorum valor numo mensuratur.

6 ¶ Vnde† & Iurisconsulti pecuniæ nomine, quod est numi pecudeo lim signati, *Plin. lib. 33. c. 3. & lib. 18. c. 3.* omnes res contineri: quia pecunia æstimari possint. *l. 4. & l. pecuniæ nomen, 222. & l. pecuniæ verbum, 178. de verb. sign. in P.* Quin etiam Indis numismata sunt ex auri chalco, æreve nigro confecta, quibus omnia emere licet iis, qui Indorum mores & instituta sequuntur. *Philost. lib. 2. de vita Apollon.* Tempore Iulii Cæsaris Britanni, qui nunc Angli, vtebantur numo ferreo, aut annulis ferreis, ad certum pondus

7 examinatis, pro numo, *Iul. Cæs. Comment. belli Gallici, lib. 5.* Liuius Drusus, in tribunatu plebis octauam partem æris argento miscuit, teste Plinio, *libr. 33. c. 3.* & Antonius triumuir, ferrum. Plumbei numi, & stannei prohibentur lege Cornelia de falsis. *Vlp. l. lege Cornelia, 9. ad leg. Corn. de fals. in P.* In quo Antoninus Caracalla reprehenditur à Dione vel eius abbreuiatore Xiphilino, *ex Dio. in Caracall. Antonino Caracallæ*, inquit, *cum cetera omnia, tum numus adulterinus erat: nam pro argento aurove quod nobis daret, plumbum argentatum, & æs inauratum parabat.* Quare autem plum à moneta exploditur, vel stannum, decidua materia horum metallorum potest esse caussa: nam collybus horum maior. sol desciunt maxime manus horum contractu, & breui tempore iustum, quod daretur pondus intercideret quod vix in argento præcaueri potest, quod & vsu, vt & æs deteritur, in quo minori detrimento aurum excellit.

8 ¶ Statuit† Tacitus Imperator, vt si quis argento publice priuatimque æs miscuisset, si quis auro argentum, si quis æri plumbum, capitale esset, cum bonorũ proscriptione, vt scribit Flaui. Vopiscus, *in Tacito.* Ceterum metallorum, quæ numis cudendis

9 designatur materia, mixtionis etiam legem à principe recipit, quam curatores monetarum sequi debent: vocant legem illam, *aloy*, vel ligaturam. Ita enim misceri, & expedite arti & vtilitati publicæ visum est. Neque vllum metallum etiam inuenitur vsque adeo defœcatum, quod non alterius quandam mixtionẽ habeat, vel exigat. Et proinde vltra illam naturalem mixtionẽ decretum à principe, quatenus alia mixtio fieri possit. Bonitatis autem metalli iudiciũ in puritate suæ speciei consistit, à quo receditur, eo minus æstimatur. Argentum accurate defœcatum

10 ab aurificibus 12. denariorum nominatur. ¶ Denarius† quilibet in 24. diuiditur, vnumquodque granum in 24. Caratia: istis gradibus miscetur æs. Quod si vltra dimidiam sui partem æs cum argento misceatur, & media parte impuritatem contrahat,

11 dicitur argentum impurum, seu *de billon.* ¶ In† moneta quoque aurea admixtum argentum æsque est, ne nimium mollis materia ex frequenti vsu collybo depereat. Puritas auri, quod vocant obryzum, per gradus etiam æstimatur, quos vocant *Karatz.* Gradus supremus 24. Caratiorum, aurum inquam purissimum in defœcatione vltima, ab argento vel ære, in quantum natura patitur, separatum: fieri enim omnino non potest, vt penitus aliquid alterius metalli non adsit, quod ab aurificibus vocatur remedium vel defectus. Miscetur itaque his gradibus ex lege principis argentum propter collybum, plus vel minus, vel in 48. sui parte, vel 71. vt in Henricis Ducatis Florentiæ. Hispaniæ. Et sic de aliis, prout ex constitutione Francisci I. late & de singulis statuitur. *Ordon. sur le faict des monnoyes & reiglement, de l'an 1540. & 19. Mars.*

12 ¶ Hinc† fit auri species esse diuersas, & alias aliis præstãtiores. Communi tamẽ æstimatione, aurum habet duodecies, quãtum

13 argentum: verum mutatur pro modo mixtionis. ¶ Aliquando† *l. 1. de argenti. pretio quod Thesau. infert. li. 10. C. tit. 76.* argenti libra æstimabatur quinis solidis auri: & ab Arcadio & Honorio, *l. vni. de coll. æris li. 10. C. titu. 19.* viginti æris libræ, vno solido auri. Plinius autem refert, *lib. 33. c. 3.* argenteum denarium pro decem libris æris placuisse, primum vt quinarium pro quinque, sestertiũ pro dispondio ac semisse: at libræ pondus æris, immunitum bello Punico primo, cum impensis respublica non sufficeret, constituimque vt asses sextantario pondere ferirẽtur. Et ita quinque partes factas lucri, dissolutumque æs alienum. Augustus, *l. quotiescunque, l. 5. de suscept. & Arca. lib. 10. C. tit. 70.* libram auri, septuaginta signatis solidis cõstare statuit. Vocãt aurifices in Gallia hanc libram marcam, pondus inquã habens octo vncias, qualibet habente vncia, octo grossos, grosso vero octõ denarios, & quolibet denario 24. grana.

¶ Et† proinde hæc libra vel marca aurificum, alia est à marca 14
reliquorum artificum, quæ ad hanc gemina est, continetque aurificũ duas marcas. Et ita Molinæus, *sub finem de vsur ling. Galli.* intelligi debere Cynum, *in l. si quis pro redemtione, de donat. C. & l. illud de sacrosanct. eccle.* tradit, & alios locutos de libra aurificum, dum constituunt in libra 72. aureos. ¶ Ignorandum † tamen non 1
est, & pondus aureorum & monetæ, non secus ac valor ẽ fuisse imminuta, vel aliter mutata. Nam tempore Vipiani, qui vixit sub Alexãdro Cæsare centum aurei pondo duarum librarum erant. *videndus Budæus, 5. de asse.* Atque ab eius tempore, aureum numisma perfectum, nec deminutum pondere, solidi nomẽ accepit, Siquidem is vectigalia publica ita contraxit, vt qui decẽ aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam partẽ aurei soluerẽt, hoc est, trice simam partem, habita ratione decem aureorum: & tunc semisses, & tremisses aurei facti, auctore Lampridio. *in vita Alex.* Sic nõ dimidiati aurei, nec in tres secti, solidi dicti: alii vtiq; aurei, atq; ita aureos solidos, aureos dictos tẽpore Iustiniani constat, si quis diligenter iura contulerit, *confer. l. in eum, de in ius voc. in P. cum §. fin. de pœn. tem. litig. Qui enim in P. dicuntur aurei, à Iustiniano dicuntur solidi.* Solidum fuisse tempore Theodorici Gothorum regis, sex millium denariorum testatur ipse rex apud Cassiodorum, *lib. 1. varia. epist. 10.* Boetio scribens.

¶ Nicephorus† Phocas, Orientis Cæsar, numisma quoque at- 16
tenuauit τετραπρῶτα tetartereo excogitato: cumq; esset lege & cõsuetudine receptũ, vt omnes nũmi imagine aliqua Imperatoris notati modo ponderi nihil decideret, idem valeret, ipse sua insignes imagine præferri, aliorũ depressis pretiis voluit: eaque re haud leuiter subditis in permutationibus nocuit, vt legimus in iure Oriẽtali. *in 1. lib. Iuris Orient. in constitut. Niceph. Phoca,* περὶ τετραπρώτου. Hippias Atheniensis cũ pecunia egeret, numum Atheniensium fecit improbum, & ad se eorum argentum constituto pretio adferri iussit, & postea signatã pecuniam nouo charactere ex eo argento dedit, vt narrat Aristoteles, 2. *Oeconomic.* Et Clazomenii quoque pecunia oppressi, vt idem auctor testatur, *idem, eod.* ferreum numum pro argenteo excuserunt.

¶ Nicolaus Boerius *decis. 327. num. 2.* suo tempore scribit va 17
luisse libram argenti, triginta libras Turonenses, & Marcam argenti, quindecim libras Turonenses, & duas marcas auri facere libram argenti: & duæs marcas, libram auri, in qua sint 16. vnciẽ. Et libram auri valuisse 144. scuta auri, & 72. scuta, pendere marcam auri, in marca 8. vnciis exsistentibus: vnde singulæ vnciæ pendent sex scuta. Et hæc hactenus de materia & pondere numismatum dicta sint.

¶ Considerari † secundo loco diximus in numismate charac- 18
teré, quo discernitur, & cuius sit regni, cuiusq; ciuitatis, & quis illud, & cuius auctoritate percusserit, quę maximum habent momentum in detegendis fraudibus monetarum.

¶ Primus† Phædon seu Argeus Græcus, numisma excusit. A- 19
thenienssibus & Lycijs Erichthonius: Lydiis Xenophanes. Et Mytilenæi quidem Sapho, monetæ suæ sculpserunt: Homerum, Chij. Dardani, Gallorum pugnam: Aspendi, luctatores: Rhegini, leporem: Cephaleni, equum: Thasij, Persam: Argiui, murẽ, teste Iulio Polluce, *lib. 9. c. 6. vbi & agit de valore Talenti, & alia moneta.* Signãtos Noctuæ imagine numos, testis Plutarchus, *in vita Lysandri.* Et Suidas *in verbo* γλαυξ. in Laureo Atticæ notat fuisse auri metalla, & vbi numis aureis Noctuas insculptas: vnde prouerbium, γλαυκὸς λαυρεωτικὴ, *Noctua Lauriotica*, pro pecuniosis. At Lydos primum percussisse numos tradit Herodotus, *in 1.* Argentum primum omnium signasse Phædonem scribit Strabo *in 8.* Iosephus *lib. 1. antiq. c. 4.* Caino tribuit inuentionem pecuniæ, & ponderum & mensurarum. In Genesi, c. 23. quoque mundi refert sacra historia Abrahamum mercatum fuisse sepulcrum, & appendisse pecuniam probatæ monetæ: vt liqueat inde, ab initio commerciorum ob caussam monetam & numos fuisse institutos, etsi apud aliquas nationes vsus tardius postea peruenerit.

¶ Ælianus, † *lib. 12. de varia. histo. ca. 10.* porro narrat Æginen- 20
ses primum inter vniuersos Græcos numisma percussisse. Plutarchus *in Theseo.* vero, primum numum Athenis bouis figura Theseum instituisse, vel ob Marathonium taurum, vel ob memoriam ducis Minois, vel quod ad agriculturam ciues prouocare vellet. A quo numo & nomen Hecatomboon, quod est centum boum: & Decabœon, quod est decem boum factum non dubito. Vnde locus hic rectè nobis explicat sententiã Homeri, *Iliad. 6.* dum agit de permutatione armorũ Diomedis & Glau-

Digitized by Google

ci. Cuius etiam meminerunt Iustinian. *in procem. PP. §. fin.* Et Iulius Paulus, *l. 1. de contrah. emt. in P.*

ἐνθ' αὖτε Γλαύκῳ, inquit, Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς,
ὃς σφεῖς τυδείδῃ Διομήδεϊ τεύχε' ἀμείβετο,
χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

id est,

Tum vero Glauco mentem Saturnides ademit Iuppiter,
Qui cum Tydide Dionede arma permutauit,
Aurea ereis, valentia centumbœa, nouem bobus valentibus.

Explico autem illa verba, de moneta Athenienſium, nō autem vt tot boues, arma valerent. In quo recedo à ſententia Pauli Iuriſcon. qui refert, *in l. 1. de contrah. emt. lib. 18. P. tit. 1.* ad boues animalia inquam. Quod miror neminem antea obſeruaſſe: etſi de emendatione loci illius in Pandectis cogitauerint Alciatus, *lib. 2. praetermiſſio.* Ioannes Baptiſta Plus, *lib. annota. poſterio. cap. l. 52.* Budæus, *in l. 1. de contrahen. emt.* Angelus Politianus, *Miſcellan. c. 103.* ſecuti etiam Plinium, qui hoc putat, *lib. 33. cap. 1.* quoque verum. Hoc etiam docetur ex alio loco Homeri, vbi ſic facit filium Priami Achilli loquentem. *Iliade phi. ſeu 21.*

ἠμὲ σύ περ πρασσας αἰνύσθην ἔνδον ἐόντε,
λύμνον τε ἐς ἀλάδε, ἑκατόμβοιον δέ τοι ἆλφον.
νῦν δ' ἐμέθεν τρὶς τόσα πόρον, &c.

id est,

Et me vendidisti procul, abducens à patre & amicis
Lemnum (scilicet insulam) in claram: centum autem boum
pretium tibi inueni.
Nunc vero redimerer, ter tantum dans.

Vbi Scholiaſtes communis, in verbum ἑκατόμβοιον, ſic ſcribit, πολλοὶ ἑκατὸν βοῶν ἀξίαν. οἱ παλαιοὶ, πρὶν ἐπινοῆσαι τὸ νόμισμα, τὰς συναλλαγὰς ἐποιοῦντο διὰ τῶν τετραπόδων, ὅθεν ὕστερον ἐπωνομάσθησαν τῶν νομισμάτων, βοῦς ἐπ' αὐτῶν ἐξελύσαντες τὸ ἀρχαῖον ἔθος ἡ παροιμία, ἣν ἐπὶ γλίσχρου, ὃς οὐ νόμισμα, ἀμνοῦς δὲ ἢ παροιμία ἀντὶ τοῦ μὴ τῶν λαμβανόντων νομίσματα, ὑπὲρ μὴ κατασυναγορεῦσαί τινι, ἀλλὰ σιωπῆσαι. id est, legitimum & iuſtum pretium centum boum. Antiqui antequam nouiſſent nomiſmata, permutationes ſeu commercia faciebant, quadrupedibus, vnde poſtea adinuētis nomiſmatibus, bouem in ipſis impreſſerunt, indicantes antiquum morem. Eſt & prouerbium, *bos in Lingua*, id eſt, nomiſma: adaptatur enim hæc parœmia in Rhetores, qui pecunias accipiebāt, ne accuſarent aliquem, ſed filerent. Lucius, *de ſacrifici.* τὸ μὲ ἀλλὰ τοῦ πόλει ἐπρέπετο θεῷ τὰς ἑκατὸν βοῦς θύσαι. id eſt, *à Minerua emit, ne verbs caperetur, duodecim bobus.* Et apud Iulium Pollucem vbi agit, οἷς εἰδὼς ἡμᾶς ἐνομίσαντο παλαιοὶ τὰ ἡμᾶς, ἡμᾶς ταῦρον, &c. Scribit, ἡμᾶς τετράδραχμον ἐκάλουν, ἡμᾶς τρίδραχμον, ἡμᾶς δίδραχμον. τὸ δὲ παλαιὸν οὗτοι ἐκ ἑκατόμβους νόμισμα, ἡμᾶς ἐκάλουν βοῦς, ὅτι βοῦν εἶχον, ἐστιν ὅτε καὶ δίδραχμον. εἰ δέ τις αὐτὸ ἡμᾶς ὅμοιον νομίζει εἶναι τοῖς, ἑκατόμβοια ἔννεα βοῶν. ἡμᾶς μὲν ἡμᾶς ὧν τοῖς Δορίεσι νόμος, ἐξ οὗ καὶ τὴν Δηλίαν παιᾶνα, ἣν τῇ θεῷ Δηλίας παιᾶνα, ἢ κήρυκα κηρύττειν φασὶν, ὅτοτε δωρεὰν πολὺ ὀβόλου, ἢ δεδόσθαι αὐτῷ πεντῆρες βόες, ἡμᾶς δεδόσθαι καθ' ἕκαστον βοῦν δύο δραχμὰς ἀπὸ πέντε. ὅθεν ἔνιοι Δηλίον, ἀλλὰ οὐκ ἀδόκιμον, ἴδιόν τι νόμισμα ἀντὶ βοῦν νομίζοντες. ἐντεῦθεν δὲ ἡμᾶς τῷ παροιμίᾳ εἰρῆσθαι, τὸν ζῶν ὄντα γλίσχρον βέβαιον, ὡς τὸ ἐπ' ἀργυρίῳ σιωπῆσαι. id eſt, dicimus & quadridrachmum, & tridrachmum, & didrachmum. Hoc autem antiquum erat Athenæis nomiſma, & vocatum eſt bos, quia bouem habuit ſculptū, nouiſſe & hoc dicunt Homerum, dicentem Hecatombœa ennea bœon. Atque in legibus Draconis licet inuenire Decabœon. Et in conſideratione Deliacæ inſulæ, ferunt præconem inclamare, quando dabant donū alicui, quod darēt ipſi illi boues: & dediſſe pro vnoquoque boue duas drachmas Atticas. Vnde aliqui rati ſunt, bouem non fuiſſe proprium nomiſma Athenienſium, ſed Delienſium: Hinc etiam parœmiam duci hanc conuenire, *bos in*
21 *lingua*, ſi quis ob pecuniam acceptam ſiluerit. Variarunt in ſummas gentes characteres numiſmatum, & apud ipſos Romanos quoque variatum.

¶ Nam † apud hos priſcæ æris notæ, *Plin. lib. 33. c. 3.* Ianus geminus altera ex parte, ex altera autem, roſtrum nauis: in triente & quadrante rates. Notæ argenti, bigæ, quadrigæ: initio nota pecudis, vnde & pecunia dicta. *Plinius vbi ſupr & lib. 18. c. 3.* Cuius tamen appellatio latius, quam ad numiſmata pertineat, extēditur, nempe ad res patrimonii noſtri, *l. pecunia verbum, l. pecunia nomin. & l. 4. de verb. ſign.* & paulo anguſtius ad res, quæ pondere, numero, & menſura conſtant, *l. talis ſcriptura, de lex. l. l. fi. de conſt.*
22 *pec. lib. 4. C. tit. 18.* Neque tamen id mirum, cum pecunia res æſtimentur, *l. ſi ita de fideiuſſ. lib. 46. P. tit. 1. l. propemodum, de verb. ſign.* & ita in pecuniam reduci poſſint.

¶ Fuit † & in Gallia monetæ cuiuſdam à verberibus effigiatis eius nominis, verbecū laneorum Biturigibus excuſæ à Iano Biturige, conceſſu principis. *Rhen. Choppi. lib. 2. de dogma. tit. 7.* Signabantur & aliis imaginibus & faciebus Cæſarum & regum, ſicut innuit Iuuenalis, *Satyr. 14.* dum ait,

Cum ſit cauſſa mali tanti, & diſcriminis huius,
Conciſum argentum in titulos, facieſque minutas.
25 Auguſtus Cæſar numum argēteum nota ſideris capricorni, quo natus eſt, percuſſit. *Sueton. in Octauio, c. 94.* ¶ Ex † materia diuerſa, & pondere, & charactere vario, diſtinctio quoque valoris & pretii facta, ex placito vel vſu cōmuni recepto. *Certa*, inquit Vlpianus, *l. 3. de in lit. iuran. li. 12. P. tit. 3. l. 1. de contrah. emt. in P. l. 1. de rer. permut. in P.* *numorum eſt æſtimatio.* Et Ariſtoteles, *lib. 5. Ethicor. ad Nicomach. c. 5.* *Vniuerſa*, inquit, *quorum eſt permutatio, inter ſeſe comparabilia quodammodo eſſe oportet, pro quo numus in vſum hominum venit, & ſit quodammodo medium: metitur enim cuncta, ex inſtituto factus, vt pro indigentia ſit. Et propterea nomē hoc habet, quod non natura conſtat ſed lege: & in nobis eſt ſitum ipſum mutare, atque inutilem facere.* Verba eius, οὗτον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε καὶ συνέζευκτο· καὶ διὰ τοῦτο, τὸ ὄνομα ἔσχε νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ ἐσμὲν ἡμεῖς μεταβάλλειν καὶ ποιοῦμεν ἄχρηστον. νόμος enim νομίζω & paſſiuum νομίζομαι, hinc νόμισμα, præter. vnde νόμισμα. Dicitur & Græcis Dotibus, qui in Italia & Sicilia habitarunt, νοῦμμος, ὁ, Sicut & Latinis numus. Sic & Ariſtoteles in Tarentinorum repub. meminit, fuiſſe numiſma dictum, νοῦμμον, in quo Tarentis, Neptuni filii, impreſſa erat imago, inuecti equo. Et rurſum ſiculum talentum valuiſſe olim vigintiquatuor numos, poſtmodum 12. numum autem valuiſſe tres obolos.

¶† Hæc teria, materia, character, valor, à principe nunc legē 24
accipiunt: nā & ſancitum eſt, in monetariis officinis tantū principis cudi debere, *l. 2. de falſ. mon. C.* & ad eius ſolius iuſſum, & vti litaté. Vt & peculatus teneantur, qui cum in moneta operantur, extrinſecus ſibi ſignant pecuniam forma publica, vel ſignatam furantur, *Vlp. l. ſacrilegij pœna, 6. §. qui cum in moneta, ad l. Iul. pec. lib. 48. P. tit. 13.* Romæ in æde Iunonis monetalis, moneta tantū percuſſa publica, cui præfecti triumuiri monetales æris, argenti, aurique flatores, *Pomp. Læt. lib. de magiſtr.* Carolus Magnus titulo de falſis monetis, *in ca. Caroli Mag. ti. de pace, c. 18.* alibi quā in palatio noluit cudi numiſmata. Henricus ſecundus menſe Septembri, edicto etiam de re monetaria edito anno 1555. certas tantum decreuit eſſe ciuitates, quibus moneta ſolummodo percuteretur, & ne apud alias fieret, prohibuit. Eliguntur & certæ perſonæ, quibus illa facultas cudendæ monetæ conceditur à rege, aliis inhibita, vt & ſub Imperio Theodoſii, Valent. & Arcad. obſeruatum, punitique qui hoc ius etiam reſcripto arrogaſſent, *l. fin. de fal. mone. C.*

¶ Inter † regalia namque hoc ius eſt, monetam cudere, *c. 1. quæ* 25
ſint regal. in vſib. feudo. Quod tamen ex priuilegio conceditur aliquibus à principe, *Guid. Pap. deciſ. 498.* vel ex cōſuetudine vſu capta, ad ciuitates, *Cyn. l. ſi quis numos, C. de fal. mon. gl. in rub. de vete. numiſ. pot. lib. 1. C. tit. 10.* aliquas pertinet: non ſecus quam alia iura regalia, vt vectigalia, quæ priuilegio & conſuetudine aliis, quam regibus competunt, *ca. 1. quæ ſint regalia, in auth. l. pe. & fin. no. vectig. inſti. non poſſe, lib. 4. C. ti. 62.* Quare & hodie ius cudendæ monetæ pertinet ad quoſdam prælatos & regulos Francogalliæ: vt ad duces Borboniæ, Sabaudię, & alios quos enumerat Rhenatus Cophinus, *li. 2. de dogma. reg. tit. 7.* & aliquos Guido Papæ, *deciſ. 498.* Ita priuilegio Regulo Auraico Burbenenſi datū Allobrogi, Eburoduni archiepiſcopo, Conſtat ex regio monetali titulario olim vſos hoc iure comites, Niuernenſem, Marchianū, Sueſſionū, Eſſuorū, ſani Paulini, Vindocinenſē, Andegauēſē, Pictonū, Bleſenſē ſacri Cæſarienſis, Carnotenſem, Cœnomanorum: procomites Lemouicenſem, & Broſſium: Pontifice, Rhemorum, Sueſſionenſem Magalonæ, Laudunenſem, Meldēſem, Cadurcenſem, Claromontanum. Et Heroides Caſtronuilanam & Focambergiam. Quibus omnibus ſolummodo princeps monetali lege ſolebat rei numariæ ſpeciem, pondus, formamque præſcribere. In his enim cogebantur ius regium agnoſcere, qua lege comes tenebatur Flandrenſis, & Amoricus quoque dux.

¶ Ex † quibus adducor, vt ſequar opinionem eorum, qui tuen- 26
tur, *Ioan. Fab. ad §. 1. quib. mod. toll. oblig. & in auth. hoc niſi debitor, de ſolut. Corneus, conſil. 135. Boer. deci. 327. n. 6. & 7. facit l. 2. de vet. numiſ. pot. lib. 11. C. tit. 10. Salyc. in l. 2. de fal. mon.* principis ius eſſe ſolius, mutare, minuere, vel augere valorem monetæ: etſi alii exigant quoque conſenſum populi, *Imo. in ca. quanto, de iureiu. Luc. de Pen. in d. rub. de vet. numiſ. po.* Melius tamen eſſet, ſi pecunia re maneret immutabilis: ne vllus afficeretur in commerciis iactura, vtque fraudibus. Quæſtorum & monetalium, menſuratoriorūve obuiam iretur. Hoc tamen principi licere, dico non priuatis, quibus & capitale eſt præter valorem ſtatutum quicquam adicere, vel minuere, *l. fin. eod.* Neque impunita temeritas eorū relinquenda, qui pecuniam regni vel vſualem, dūmodo legitimæ ſit materiæ & iuſti ponderis, reſpuūt, *l. 1. eod.* Exſtatque hac de re lex Wiſigothorum, *l. fin. de falſar. metallo. lib. 7. C. Wiſigot. tit. 6* *Solidum aureum integri ponderis cuiuſcunque monetæ ſit, ſi adulterinus non fuerit, nullus ausſit recuſare, nec pro eius commutatione aliquid requirere propter hoc quod minus penſauerit: qui contra hoc fecerit, & ſolidum aureum ſine vlla fraude penſantem accipere voluerit, aut petierit pro eius commutatione mercedem, diſtrictus à iudice ei cui ſolidum recuſauerit, tres ſolidos cogatur exſolvere. Ita quoque de tremiſſe ſeruandum.*

¶ Ceterum † in contractibus in quibus pecunia reſtituēda eſt, 27
ius commune ſeruatur & lex quæ inter contrahentes dicta eſt, *l. ſemper in ſtipulationib. de reg. iur. l. 1. §. ſi conueniat. depoſit. P. c. dilecta, de præſcri. l. Imperatores, 71. de contra. emt. lib. 18. P. tit. 1.* ſi placuit certo genere pecuniæ reſtitui mutuum tantum, non habita ratione valoris, ſed ſpeciei: vt reddes mihi tot liliata auri tot capitalia, non expreſſo valore. Nam ſi valor expreſſus eſſet, decre-

mentum

Digitized by Google

mentum pecuniæ vel incrementũ addendum vel diminuẽdum erit,ne verba perperam adiecta videantur, *l.si quando, de lega.1.* nisi æstimatio adiecta fuerit ratione demõstrationis,& ad differentiam alterius monetæ eiusdẽ generis:vt scuta tot, valẽtia 3. libras singula,ad differentiam paruorum scutorum. Nihil enim tunc de valore agendum,sed de restitutione speciei & numeri, *Bart.l.Paulus,de solut.Signor.cons.74.vers.8.Castren. Alex.in l.Stychum qui meus erit,de lega.1.& alij,quos citat Boe.q.327.nu.3.* vel æstimatione eius,quæ est tempore solutionis facienda.Quia tunc coactio potest esse in reddendo debito in eodem numero,bonitate inspecta tantũ intrinseca,*l.cum quid si cert.pet.a.P.* id est,quod aurei sint eiusdẽ ponderis & bonitatis,nõ inspecta bonitate extrinseca,id est augmẽto vel decremento æstimationis.Et sic notant interpretes cõmuni consensu,quos refert Boerius, *d.decis. 327.nu.5.* Sic si dictum sit,solues mihi pretium in florenis tot vel Iliatis,necesse est ita fieri,non habita ratione valoris maioris in mutuo potissimum. Si tamen promissio dandi fiat,nulla cautione,vt dentur in eadem specie aurea tot numero,sed dictũ generaliter dabis vel solues cẽtum aureos, habenda est ratio æstimationis temporis contractus: attamẽ in moneta vsuali tẽpore solutionis,si ea,quę promissa est in desuetudinẽ abierit,faciẽda est solutio, *c. conquerente, iuncta glo. de off.ordi.ca.olim,de cens.leg.quoties,de suscep.lib.10.C.Specu.in tit.de instrum. edit. §. porro, Panor. cons.56.vol.2.* Æstimatio itaque,temporis contractus est:moneta autẽ qua soluitur æstimatio, præsentis temporis:vt nec antiquã non vsitatam,cogatur creditor accipere, *Guid. Pap.q.493. Pan. cons.pred 55.Ioan. Fab.in prin.tit.quib.mo.to.oblig.* Æstimatione autem adiecta numero aureorũ,vt dedi tot aureos faciẽtes tot libras Turonẽses,efficitur vt habeatur ratio illius æstimationis tãtum,& sufficiat eam in quacũq; pecunia, modo sit proba soluere:& sic nõ res,sed æstimatio petitur, *Ioan.Pet.de Ferra.in tit.de actio.hypotheca.in verbo relaxandum gl.fi. in l.si inter virum & vxorem de iure dot.facit. l. si quis stipulatus fuerit decem, de verb oblig.l. æstimatis,cum l.seq.fol.matr.in P.l.cum dotem, C.de iure dot.* Habita tamen vt dixi ratione,qua mente facta fuerit æstimatio: nã si ea fiat,vt res pro emta habeatur,non petitur res,sed pretium,*l.plerumque,§.si ante & leg.seq.de iure do.in P.l.quoties,C.eod.* cõtra si æstimetur eo animo,vt intelligatur quantum in posterũ res deterior facta fuerit,*l.si inter virum & vxorem,de iure dot.l.plerumque eo,glo.in l.ex conuentione,in ver. æstimatus, de pact. C.* Pleraque hac de re tractãt interpretes ad l.Paulus,in 1.de solut.inP.quę omit
28 to,& Boer.in sua decis.327.¶Valent.†Theodos.& Archad.falsę monetę reos quos vulgo paracharactas vocari dicunt,maiestatis crimine & pœna teneri obnoxius statuunt,*l.falsæ monetæ,8.de fal. mone.li.9.C.Theo.ti.21.* Proinde& quia moneta iuris est principis, falsæ monetæ excussæ vindicta & cognitio ad solos pure magistratus regios pertinet,nõ ad dominorũ locorũ iuridicos.Sic Demosthenes dicebat,*Orat.con.Timocr.* Solonem statuisse, nõ minus seuere à iudicibus summis esse plectẽdos qui leges corrupissent,& leges adulterinas induxissẽt,quã qui numisma adulterassẽt.Si tamẽ cõcesserit singulari priuilegio quibusdã falsæ monetæ cognitionẽ,vt Dionysianis cœnobitis, id sequendũ est.Citra priuilegium autem,notio & cõfiscatio ex hoc crimine ad principẽ pertinet:eius enim iniuria est pecuniam suã corrupisse, ideo & mulcta ad eum pertinere debet.Iuxta iuris cõmunis regulas,vt quibus criminis prosecutio & damnum est,eisdẽ & compendium pœnale esse dicamus:& vbi periculũ est,ibi lucrũ collocetur,*l.fi.§.sed cum in secundum, de furt. C.l.secundum naturam, de reg iur.P.l.vnic.§.pro secundo,de cad.tollen.C.* Index porro,quisquis is sit,qui potestatẽ iudicii de falsa moneta habebit, seu ex priuilegio,vel ex delegatione principis, vel ratione officii, vel cõsuetudinis receptę, cum discutiet causam, quæ iam diximus perpendet quę legitima moneta habere debet:&subinde statim intelliget falsam eam esse, quæ ea non habuerit, quæ proba habere debet,in materia,pondere,charactere,legitima functione, & auctoritate cudendi:secundum has pœnas distinguet.

29 ¶ Nam†de materia lege Cornel. cauetur, *Vlp.l.lege Cornelia, 9.ad leg.Cornel.de fals.P.* eum qui in aurum vitii quid addiderit, qui argenteos numos adulterinos conflauerit, falsi crimine teneri. Tenetur & lege Iulia peculatus, qui in aurum,argentum, æsve publicũ quid indiderit vel immiscuerit,& vt quid indatur, immiscendi fecerit, sciens dolo malo quo id peius fiat.

30 ¶ Adulteratur †materia tincturis,quæ imitantur veri metalli colorem,minuitur rasione.Auctoritas cudẽdi sine licentia principis vsurpata etiam punienda in proba materia,& in improba: & qui hanc vsurparit si liber, ad bestias dari, si seruus supremo supplicio affici debebat,*Vlpia.l.quicunque,8.eo.*

31 ¶ Constantinus † Cæsar, *l. 1. & 2. de fal.mone. C.* eos,qui numos falsa fusione formauerint, flammarum exustionibus vult mancipari, eorumque bona fisco regio seu Cæsareo addicit:si tamen opus perfecerit. Nam qui falsam monetam percusserint,si in totum formare noluerint, suffragio iustæ pœnitentiæ absoluũntur, *Paulus leg. qui falsam, 19. dicto titu.ad leg. Cornel. de fals.* Exstat tamen alia constitutio Constantini,*leg. prima, de fals.mone.lib.9.C.Theo.tit.21.* quæ pœnam pro discretione sexus,& conditionis delinquentium statuit : vt si decurio vel eius filius adulterauerit, exsilio perpetuo afficiatur : si plebeius, perpetuæ damnationi amissis bonis dedatur: si seruus, vltimo supplicio afficiatur.

¶ Aryandes † Ægypti prætor, audiens atque animaduertens 32
Dario Persarum regi cordi esse memoriã sui relinquere, opere quod à nullo alio regum factum esset,id sibi imitandum, inquit Herodotus,*in Melpome.seu lib.4.* putauit : donec mercedem accepit.Etenim Darius ex auro quam potuit purgatissimo monetam percussit:idem Aryandes ex argento fecit.Ea re comperta Darius insimulatum quasi rebellare vellet, morte affecit.¶ Forsan †hic suo nomine pecuniam conflare iussit, quod maiestatis 33
crimen,quod & capitis mulcta animaduersum in Perẽnio apud Herodianum, Sicuti anno domini 1464. bellorum seminarium excitatum inter principem Galliæ,& regulum citerioris Britãniæ,quod is sua imagine nummum aureum percutere ausus est, Iubent etiam Cæsares, *l. quicquid ex auro, 6.de fal.mone. lib.6.C. Theo.titu.21.* Valentinian. Val.& Gratian.quicquid ex auro hominum priuatorum in monetis publicis inueniretur figuratum, largitionibus vindicari imperatoriis : moderati tamen id sunt postea,vt sufficeret pro singulis libris auri, quæ pro figuratione monetis dicabantur,præbere binas vncias, *l.solitæ,7.eo.*

¶ Tenent † pœnæ insuper falsæ monetæ non tantum eos,qui 34
eam cudunt raduntve aut tingunt, sed & eos,qui sciẽter expendunt,vt late docet Aufrerius,*in decis.162.ca.Tholos.* Fuit & capitalis,*l.comperimus,5.de fals.mone. libr.9. C.titu. 21.* pœna statuta in Chemistas,quos statutarios dicit Constãtius, qui vt ipse loquitur, maiorinam pecuniam non minus criminose, quam crebre separato argento ab ære, purgabant. Dicta quoque priuatio agrorum & domorum dominis,qui id in suis passi esse nt. Sancit & Constantinus,*l.1.si quis solidi circul.exterio.incide.& cæsed. lib. 9.C.The. titu. 22.* maiori vel minori pretio æstimantem pecuniam eiusdem ponderis,quam statuerit princeps: item eos, qui mensuram circuli exterioris arroserint,vt minuant quantitatẽ, quive figuratum solidum adultera imitatione in vendendo supposuerint,capite puniri aut flammis tradi,aut alia pœna mortifera affici.Apud Athenienses,monetam adulterantes capite punitos monet Demosthenes,*circa finem,Oratio.in Leptinem.Miror,* inquit, *eos qui monetam adulterant apud vos capite mulctari, Athenienses: illis vero,qui totam ciuitatem adulterinam & insidam reddunt dicendi fieri potestatem.*

¶ Diogenes,†Cynicus cognominatus,Iesti mensarii filius Syno 35
peius fuit,vt scribit Dioge.Laertius, *in Diogenis vita.* ambo cum deprehensi fuissent de ciuili moneta æs adulterare, exsilio damnati sunt. Lex orientalium apud Constantin. Harmenopulum,*lib.6.promt.iur.titu.14. Qui adulterinam monetam cudunt, & ipsis & qui eis in ea re ministerium exhibuerunt, manus amputantur.* Lex Longobardorum, *lib.1.leg. Longo. titu. de eo, qui fals. mone. fec. l. 1.* à Rotario rege lata,huic fere similis. *Si quis aurum sine iussione regis figurauerit, aut monetam confixerit, manus ei incidatur.* Et rursum, *l. 2. eo. tit. Qui falsam cuderit, eadem pœna punitur,& consentiens 60. solidis componere debet.* Idipsum omne firmauit lege Carolus Magnus,*in ca.Caroli Magn.titu. de fal.mone.* Lege Ægyptiorũ cautum, vt si quis monetam circumcideret,aut adulterinam cuderet,aut pondus vel signa immutaret,aut falsis literis inscriberet,aut de scripto demeret,aut falsas syngraphas adferret,ambæ ei amputarẽtur manus : vt quæ corporis pars peccasset, per vniuersam vitam lueret pœnam, ceteri quoque illa calamitate moniti,à simili scelere abstinerent, *Diod.Sicul.lib.2. Biblio.c.3.* Non omittendum est, personam adulterantis monetam considerandam esse, num impubes, num furiosus,num iussu alterius fecerit, *l.1.de fal. mone.C.* Et lege Wisigothorum, si seruus circumcidisset, rasisset, vel adulterasset solidos,ei dextera manus abscindebatur : si ingenuus diues, mediam bonorum partem fisco debet:si sine bonis, in seruitutem à rege datur ei, cui elegerit rex,*l.2.de fals.mon.lib.8.C.Vuisigot.tit.5.*

¶ De † prohibita pecunia, hoc est, de ea cuius vsus inter- 36
dictus,nobilis sanctio Constantini & Iuliani CC. *l.1.si quis pecu. consta.aut mercandi caussa transtul.aut vetit. contrect. libr.9.C.Theo. titu.23.* ne liceat alicui eam emere vel vetitam contrectare:quia eam in vsu publico constitutam,pretium oporteat esse,nõ mercem.Placuit denique,vt si quis forsitan numus,præter eum, qui in vsu publico perseuerat,apud aliquem mercatorem fuisset inuentus,fisci dominio cũ omnibus delinquẽtis facultatibus vindicaretur.Philippus Pulcer rex Galliarũ 28.auctores seditionis ob monetam laqueis suspendi & necari iussit, quod non paterentur monetam ad iustum pondus restitui, sed priori nutu proprio vti vellent,teste Gaguino,*lib.7. in Philippo Pulcro.*

De Falso alio modo, quam in moneta,facto vel dicto commisso.

Cap. 3.

1 *Edicta regia, vel prætoris corrumpentis pœna.*
2 *Falsi pœna circa delicta de instrumentis admissa.*

Digitized by Google

3 *Leg. ita in teſtamento alterius adimentis pœna falſi.*
4 *Teſtamentum viui corrumpentis aut reſignantis pœna.*
5 *Partum ſupponentis accuſatio, & pœna.*
6 *Falſum dicto & facto commiſſum.*
7 *Falſo reſcripto vtens vel ſubiiciens qua pœna puniatur.*

1 FActo † etiam falſum committi dicitur aliis modis, vt ſi quis album prætoris, vel edicta propoſita dolo malo corruperit, *l. pen. ad leg. Cor. de falſ. in P. leg. ſi quis id quod, 7. cum 2. ſeq. de iuriſd. omn. iud lib. 2. P. tit. 1.* cuius pœna quingentorum aureorum erat, & in ſeruis indefenſis corporis tortura: & Modeſtino, *d. l. penul.* pœna falſi. Animaduerſũ Nicomedię vltimo ſupplicio in Chriſtianum, qui edictum quantumuis impiiſſimum, manu acceptum diſcerpſit & proſcidit, à Diocletiano & Maximiniano propoſitum: reliquique Chriſtiani eum iure cæſum fuiſſe pronuntiarunt, vt Auctores Euſebius & Nicephorus, *Euſeb. libr. 8. cap 5. & Niceph. Cal. lib. 7. cap. 5.*

2 ¶ Qui † in rationibus, tabulis, ceris, vel alia qua re ſine cõſignatione falſum fecerint, vel rem amouerint: peruertẽs viui teſtamentum: depoſita inſtrumenta qui aduerſariis prodiderit, qui celauit, ſurripuit, deleuit, ſubiecit, reſignauit, pœna falſi reus eſt, *l. 1. §. qui in rationibus, & l. Paulus reſpondit, 16. §. 1. ad leg. Cornel. de falſ. in P.* ¶ Qui † libertates, vel legata teſtamento data, ſua manu ademit, *l. 5. & §. ſi inſtitutus, & leg. impuberem, 22. §. qui codicillos, verſ. ad imendo. eod. tit.* qui celauit, vel amouit teſtamentum, *l. eum qui 14. C. ad l. Corn. de fal. l ſi quis patrũ, 26. eod. in P.* ¶ Si † quis viui teſtamentũ peruerterit, *l. 1. §. ſi qui peruerterit, eo. in P.* aperuerit, recitarit, reſignauerit, quorũ ratione lege Cornelia humiliores in metallum damnantur, honeſtiores in inſulam deportantur, *Paul. l. ſi quis aliquid. 38. §. qui viui de pœ. P.* Qui teſtamentum tamẽ iniuſtum irritumve ſuppreſſit, immunis eſt à pœna, *d. l. 5. ad leg. Corn. de falſ. P. & d. l. ſi quis aliquid, §. teſtamentum.* ¶ Ad † legem hanc falſi ſimiliter is pertinebit, qui ſuppoſuerit partum, *Modeſt. l. lege Cornelia, 30. ad leg. Corn. de fal.* cuius tamen accuſatio ad parentes referenda ſolos, aut ad eos, ad quos res pertinet, coram iudice prouinciali mouẽda, pœna capitali probato crimini imponenda, *l. cum ſuppoſiti, 10. C. eod.* Neque intereſt in hac quæſtione eane diſceſſerit vel non, quam partum ſubdidiſſe cõtenditur, *l. 1. C. eod. tit. vbi tractatur de ſuppo. par. à glo. & quan. noceat filio.* neque ſuppoſiti partus accuſatio vlla tẽporis præſcriptione depellitur, *l. qui falſam monetam, 19. §. fin. eod. P.* Cornel. Tacitus, *lib. 3. Annal.* Lepidæ ex Æmiliorũ familia delatæ, quod diuortio facto partum ſimulaſſet ex P. Quirinio marito diuite atq; orbo, aqua & igni refert interdictum. verum adiiciebãtur alia crimina, adulteria, venenaque. Iulius Paulus, *lib. 2. recept. ſenten. titu. 35. cap. 9.* in receptis ſententiis notat, obſtetricem, quæ partum alienum attulit, vt ſupponi poſſet, ſummo ſupplicio afficiendã placuiſſe. Meminit de hac arte ſupponẽdi partus, & deceptione maritorum per ſuppoſitionem aliorũ infantium Ariſtophanes, in cerealia celebrantibus, ibi, *Alteram noui, quæ dicebat dolores partus habere per decem dies, donec emit infantem. Maritus autem obsbat vrbem medicamina celera in partum facientia emens: intulit autem anus in olla infantem, vt ne clamaret cerula obturatum, &c.* quæ ſequuntur. ¶ Dicto † & facto, finitor falſum modum renuntians committit, *tot. tit. ſi men. falſ. mod. dixer.* Et qui falſum inſtrumentum recitauerit. Eamque ob cauſſam aduocatus, qui cognoſcẽte præſide falſũ recitauit, 10. annis à ſubſelliis motus eſt, teſte Papiniano, *l. falſi nominis, 13. §. 1. ad l. Corn. de fal. in P.* nam is vſus videtur falſo, etſi falſum facto non commiſerit, & vterque in legem Corneliam incidit de falſis, *l. ſi falſos, 8. eod. C.* qui vtitur, & qui facit. Mitius tamen qui vtuntur & non fecerunt, quã qui fecerunt, etſi non vtãtur: & grauius qui fecerunt & vtuntur, puniſitur, *notatur in præd. iurib.* ¶ Item † ei, qui obrepſerit præſidi prouinciæ tam per acta, quam per libelli interpellationem, *l. ſi quis obrepſerit, 29. ad leg. Cornel, de falſ.* & qui falſis conſtitutionibus, nullo auctore habito, vtitur, lege Cornelia aqua & igni interdicitur, *l. fin. ad leg. Cornel. de ſica. in P. §. hunc gitur de Iuſtinia. Cod. confir. C.* Idem ſi falſis reſcriptis ſciens prudensque, non autẽ ſi deceptus ab alio, vtitur, *l. 4. ad l. Cornel. falſ. C.* Proinde qui prætoris nomine literas falſas reddidit, edictumve falſum propoſuit, lege Cornelia reus eſt: etſi ex hac cauſſa, actione in factum teneatur.

De Mutotione nominis.

Cap. 4.

1 *Nominis vel cognominis doloſa mutatio pœna falſi coercetur.*
2 *Nomina virorum præſtantium ſeruis inde re prohibitum.*
3 *Nomen turpe mutandum.*
4 *Nomina noua Imperatoribus creatis acclamata.*
5 *Nomen ſuum deferre heredibus iuberi poteſt à teſtatore exemplis docetur, dummodo inhoneſtum non ſit.*
6 *Dignitatem ſibi falſo vſurpans qua pœna puniatur.*
7 *Delator falſus criminis lege Cornelia de falſis tenetur.*
Atteſtationes falſas faciens lege Cornelia de falſis tenetur.
8

1 FAlſi † nominis vel cognominis aſſeueratio, vt ſcribit Papinianus, pœna falſi coercetur, *Papi. l. falſi nominis, 13. ad leg. Corn. de fal. P.* ſcilicet ſi cum fraude mutatio fiat: alioquin vero ſine fraude, impunita, *l. 1. de mutat. nomi. lib. 9. C. tit. 25.* Nomina quippe ad recognoſcẽdos ſingulos tantum impoſita ſunt ex arbitrio, *d. l. 1. & §. ſi quis in nomine, de lega. ap. Iuſtin.* vt parum de nomine, ſi de corpore conſtet, curemus, *l. ſi in nomine, C. de teſta. l. ſi fortidianum. C. de legat. l. 4. de lega. 1.* potiſſimum cum hominum nomina Vlpianus dixerit mutabilia, *l. 4. eod.* Atq; ea ratione vt internoſcerentur homines infantibus maſculis, luſtratione facta nono die: fœminis octauo imponi ſolebãt nomina, teſte Plutarcho & Macrobio, *Plut. in quæſtio. Macro. li. 1. Satur. ca. 16.* vt nunc nos Chriſtiani ſolemus in baptiſmo luſtrico vere, nomina imponere. Et Iudæi olim tempore circunciſionis, quæ fiebat octauo die poſt natiuitatẽ, *Geneſ. c. 17. D. Luc. c. 1. & 2.* Fraus itaq; & dolus in mutatione nominis punitur ſolum, veluti apparebit ex exẽplis relatis à Val. Max. *lib. 9. c. 16. ap. Val. Max.* de iis qui infimo loco nati, mendaciis ſe clariſſimis familiis inſerere conati ſunt.

¶ Refert † tamen Aul. Gellius, *lib. 9. c. 2.* maiores Athenienſes nomina iuuenum fortiſſimorum Harmodii & Ariſtogitonis, qui libertatis recuperandæ gratia Hippiam Tyrannum interficere adorti erant, ne vnquam ſeruis indere liceret, decreto publico ſanxiſſe: quoniam nefas ducerent, nomina patriæ libertatis deuota, ſeruili contagio pollui. 2

¶ Contra, † nec ſatis honeſtum videtur habere nomen, quod turpe quid ſignificare poſſit, *c. per inquiſitionem, de elect. ap. Greg. l. facta 63 §. ſi danda, & l. ſed ſciendum 7. aa SC. Treb. in P.* vnde recte mutatur. Sicut ob hanc & alias cauſſas, ſummis pontificibus electis, nomen primum excidit, & aliud nouũ imponi ſolet, ac ſi renati in nouos eſſẽt homines, *gl. in l. proœ. ſexti, in verb. Bonifacius.* Exemplo quoque domini noſtri Ieſu Chriſti, qui primo ſummo pontifici à ſe inſtituto, Simonis nomen in Petrum ſeu Cephan mutauit, *D. Ioan. Euang. c. 1. can. in nouo. 21. diſt.* In cathedram autem D. Petri vocantur Summi Põtifices, *c. per venerabilem, qui fil. ſint legi.* Et proinde illis mutatur nomẽ, exemplo Domini, cuius omnis actio fuit noſtra inſtructio, *c. ſignificaſti, de elect. ca. Deus omnipotens, 2. q. 1.* Feſtus etiam ait in delectu qui habebatur apud veteres Romanos militum, primos vocatos fuiſſe, qui eſſent boni nominis: cuiuſmodi Saluius, Valerius, Statorius. Et Cicero in primo de diuinatione. *In delectu*, inquit, *Conſules obſeruant, vt primus miles fiat bono nomine.* 3

¶ Deferebantur † Imperatoribus creatis antiquitus & nomina & cognomina noua, impuneq; & licite illa ab iis & ab aliis accipiebãtur. Aulus Vitellius Imperator cognomen Germanici delatum cupide recepit, Auguſti diſtulit, Cæſaris in perpetuũ recuſauit, *Sueton. in Vitel. cap. 9.* Seuerus Afer, vt Romano populo placeret, cognomen Pertinacis accepit. Sicuti & Iulianus, vt militibus voluptuoſis ſatisfaceret, Cõmodi: vt auctor Herodianus, *lib. 2.* Stultius & Commodus, loco ſui nominis & pro Marci filio, voluit ſe nominari Herculem Iouis filium, depoſitoq; cultu Romanorum principum, pellem Leonis ſubſtituit, ac clauam manu geſtauit, *Herod. in 1.* demumque ſe mille gladiatorum victorem appellari iuſſit. 4

¶ Octauius † Cæſar, quos heredes primos dum inſtituit Tyberium ex parte dimidia & ſextante, Liuiam ex parte tertia iuſſit ferre nomen ſuum, *Sueton. in Octauio, c. 101.* Hocque in honorem nominis factum, admittitur iure ciuili, *Papin. in l. cum filius, 78. §. pater, de legat. 2.* Et Caius Iuriſconſultus, *in l. facta, 63. §. ſi ſub conditione, verſicu ſi in danda, ad ſenat. Trebell. lib. 36. P. tit. 1.* ſi a teſtatore quid relinquatur, nominis ferendi conditione, recte fieri ſi eã quis expleuerit, & exigi à prætore tradit: nihilq; mali eſſe honeſti hominis nomen aſſumere. Remittet tamen prætor hanc conditionem in famoſis & turpibus nominibus: vt ſi nomen teſtatoris Veſpilionis, quis differre iubeatur, quia dignitatis ratio habẽda eſt, *Metia. l. ſed ſciendum, 7. eod. tit.* Alioquin nec improbat Vlpianus illam cõditionem, ſi iuraſſes te nomen meũ laturum, *Vlp. l. hoc iure, 19. §. fin. de donatio. lib. 39. P. tit. 5.* 5

¶ Proinde, qui ſibi vſurpauerit titulum dignitatis falſo, in legem Corneliam incidit: vt ſi quis pro milite geſſerit, vel illicitis inſignibus vſus ſit, vel falſo diplomate vias cõmeauit: pro admiſſi namque qualitate puniendus grauiſſime eſt, *Modern. l. eos qui inter ſe, 27. §. fina. ad leg. Cornel. de falſ. in P.* Qui etiam pro magiſtratu, cum priuatus eſſet, ſe geſſerit, fecerit ve, lege maieſtatis tenetur, *Mart. l. 3. §. fi. ad leg. Iul. maieſt. lib. 48. P. titu. 4. vide deci. cap. Tholoſ. 401.* Eadem ratione prohibitum, rebus ſuis vel alienis vel à regia, vel potentiorum titulos imponere, in fraudem legum vel in aduerſariorum terrorem: dicta pœna, vt affectẽ plumbo qui hoc fecerint, perpetuis metallorum ſuppliciis deputentur: deportentur ſi nobiles, ſi alterius generis etiam vltimo ſupplicio plectantur, *l. vni de iis, qui poten. nomi. lib. 2. tit. 15. & l. 2. vt nemo priua. titu. præ. ſuis & c. titu. 16. lib. 2. C.* & bona principi addicantur, *l. 1. eod.* 6

¶ Qui † falſo denuntiari pecunia delictum fecerit, lege hac tenetur ſimiliter, *l. lege Cornelia, §. fin. & ibi Bart. ad leg. Corn. de falſ. Auſrer. in deciſ. ca. Thol. 7.* 7

¶ Ex † ſenatuſconſulto Liboniano, vt Placentius notat, *libr. 5. cap. 18.* coercentur qui dicto etiam in legem de falſis incidũt, qui 8

falſas

Digitized by Google

falsas attestationes fecerint, vel ad eas faciēdas coierint, *l.1.& l. 9.§.pœna,ad leg.Corn.de falsf.* Qui inter se diuersa testimonia præbuerint, quasi falsi pœna rei, qui diuersa testimonia duobus præbuit, cuius ita anceps fides vacillat, *Mode.l. eos qui,27.in princ. & §.de imprudentia.eod.titu.P.§.si vero,de testi.in auth.l.qui falsam,eod. P.* Falcidicus testis obnoxius Deo, quem fallendo contemnit: iudici, qui decipitur: & aduersario, *c. 1.de crimi.falsi,apud Gregor.* Et ideo iudicis arbitrio puniendus, *l.nullum, de testib.C.* extra ordinem, septennisque pœnitentia pro periurio iniungitur, *c.quicunque,6.quæst.1.* fit infamis, damnum parti quā lædit resarciet, *cap.quisquis conuictus,22.quæst.5.* Quod non censetur remissum, etiam in generali remissione & abolitione, quę fit in iucūdo aduentu principis, *Boer.decis.217.num. 23. vbi & alii citantur interp.* Alexander ab Alexandro, *li.6.ca.10.genial.* legeni antiquam esse ait, falsum testimonium dixisse conuictum, de saxo deiiciēdum. Lege Salica qui falsum testimonium dixerit, sexcentis denariis, qui faciūt 15.solidos culpabilis est: excepto capitali, & delatura, *in l.Sali.titu.15.de fal.vesti.§.1.& 3.* Lege Langobardorum, *l. 1. de testi.lib.2.l.Langobard.* à Luithprando statutum, vt falsus testis vel aliquid contra aliquem scribens, componat pro guidrigildo, id est, pro delicto, mediam partem regi, & aliam parti. Et si nō habeat vnde rependat, sit seruus aduersarii, contra quē falsum dixit vel fecit. Idemque in eo qui rogat falsum testimoniū. Lyciorum lege, *Heraclī.in Politiis, & in Rep.Lyciorum,* venditur is, qui falsum testimonium dixit, simulque eius patrimonium publicatur. Apud Indos, falsus testis extremis decurtatur, teste Strabone, *li.14.* Constitutione Francisci primi eius nominis Galliarū regis, *Prob.constitus.de faulx tesmoings.* furca, & laqueo suspenditur, quacunque in re falsus inueniatur: mitius tamē agendo, vix, nisi in capitalibus caussis, falsum dixerint, supplicio vltimo puniūtur, *Pap.lib.22.Rhapsar.arest. tit.13.ar.1.* & tunc eodem quo puniri deberent quos accusarunt, si vere accusassent, *Iason.in l.& si legibus C.si con.ius vel vtil.pub.& in l.si duo, §. si quis iurauerit, de inreiur. in P.Io.Bern.Diaz.in pract.crimina c 87.* Et ita iudicatum fuisse in curia parlamenti Burgundiæ testatur Chasſanæus, *in consuetu.Burgund.titu des retraictz, §.fin.in 10.pœna periurii.* Conuenitque hoc legi Dei, *Deutero. cap.19.* Attamen in aliis teneri criminali iudicio testem, quando per viam accusationis, & non inquisitionis agitur: nam posteriori casu mitius agi aiunt. Dicūtque criminali iudicio teneri, si in principali negotio falsum deposuerit: contra, si in accessoriis. Quo casu non pœna legis Corneliæ, quæ deportatio, sed alia ordinaria puniretur, vt notant Iacob. Butrigarius, *& Angel.in l.Lucius Titius, de iu.qui not.infa.* & Decius, *ad ca.licet,col.21.de probat.*

De Falso in Scriptura commisso.

Cap. 5.

1 *Falsum scripto quot modis faciat.*
2 *In testamentis quot modis falsum committatur, & pœna committentium.*
3 *Instrumentum in vna parte falsum, an in omnibus habeatur falsum.*
4 *Et qua falsum illud reddant, vt dicere rogatum notarium, præsentes testes absentes, &c.*
5 *Falso instrumento vtens, qua pœna puniatur in Gallia.*
6 *Falsa scriptura quomodo in Gallia accusetur.*
7 *Falsariorum literarum regiarum in Gallia pœna.*
8 *Falsans literas summi pontificis qua pœna afficiatur. Falsis instrumentis iudicatum an ipso iure nullum sit.*
9 *De Falso quomodo ciuiliter & criminaliter agatur.*
10 *Falsum dicens instrumentum debitor interim consignare debet contentum in eo debitum.*
11 *Falsi accusatio permissa intra viginti annos, non vltra.*
12 *Falsi in crimine quomodo consideranda res, persona, negotium. Periuri clerici, & falsi testes quomodo puniantur.eo.*

1 SCripto †falsum fit, si quid dolo malo confingatur scripturæ, quod verum nō sit. Itaque qui chirographum alterius imitatus fuerit, aut rationes alterius intercideriit, aut descripserit. *Paul.l.quid sit falsū,23.ad leg.Cor.de fal.in P.§.1.de instr.fide & caute.in auth.* falsū cōmittit: & qui scripserit quid factū, quod factū
2 non est, *l.qui veluti,13.C.ad l.Corn.de falsf.* ¶ Si † falsum testamentum, vel aliud instrumentum falsum dolo malo scripserit, signauerit, vel signari curauerit, recitauerit, mutauerit, subiecerit, amouerit, celauerit, deleuerit, interleuerit, resignauerit, *Vlp.l.2. & l.Cornelia,9.§.pen.le.Paulus respondit,16.eod. P.* Qui codicillos ante testamentū factum, in quibus legatū ei adscriptum erat, cōfirmat, *l.impuberem,22.§.qui codicillos,eo.P.* Huiusque pœna, in liberis deportatio: in seruis vltimū supplicii, *§. item lex Cornelia de falsis, de pub.iud.apud Iustinia.* Hic lex Cornelia de testamentis locum habere dicitur, quia potissimū ob testamenta introducta, *l.1.& ibi glo. eod. P. 48. tit. 1.* Aduersus falsarios autem tempore Neronis Claudii primum repertū scribit Sueto. Tranq. *in Nero.Claud.c.17.l.3.de iis, qui sibi adscri.lib.9.C.tit.23.* ne tabulę nisi pertusæ, ac terlino per foramina traiecto, obsignarētur: & vt in testamentis primæ duæ ceræ testamentorū, modo nomine scripto, vacuæ signaturis ostenderentur: Ac ne quis alieni testamēti scriptor, legatū sibi adscriberet, nisi sua manu quoque testator adscripserit, *l.2.eod.l.1.ad leg.Cor.de falsf.P.* Lex Longobardorum Rotarii regis, *l.1.de iis, qui chartam falsam con.leges scripser,lib.1.leg. Longobard.Si quis falsam chartam scripserit, aut quodlibet membranum, manus ei incidatur.* Similis constitutio Friderici Cæsaris, *§. callidis, versi.de scriba vero, de prohibit feud.alien.per Frederic.libr.2. feudo.tit.55.idem Iusti. constitu. nouę. 42. & 17.* quæ vltra manuum excissionē, notario seu tabellioni officij amissionem & infamiā statuit. Constantinus etiam deportationem, si criminis sit magnitudo, cōstituit, vel supplicium capitale, *l.vbi falsi,22.ad l.Cor. de falsf.C.* si dolo malo falsum cōmittatur, vel eō quis vratur, non si per errorem, *l. nec exemplum. C.eo.* Iure Saxonico, successit in pœnæ locum fustigatio, *gl.Land.lib.1.artic.23. Rein. differentia pœnarum,22.*

¶ Falsitas †detecta in vno capite instrumēti, nō vitiat alia ca- 3
pita ad illud caput non pertinentia, vt notāt Bal. *ad l.iubemus,C. de testa.* Boerius, *decis.253.nu.6.* & Felinus, *in c. fraternitatis, de hæret.* Putarē tamen diuersum, si fides abrogetur scripturæ per falsum, & neget actor vel excipiens. Et ita notat Alex. Tartaginēsis de Imola, *cons.43.col.2.vol.4.per ca.quanto, de his, quæ fiunt à præl. si cons.capi.c.si.ad scripturas,9.distin.ca.puta,2.q.9.* ¶ Falsum † dicitur 4
in instrumento publico, si tabellio dicat, se fuisse rogatum, & non fuerit, sed sceda illi data sit, quę vera non sit, *c.licet ad regnū, §.eos autem de crimi.falsi, vide Alex.cons.60.3.vol.* Et qui facit
scri. nomina testiū absentiū tenetur de falso, *Alex.vbi sup.facit.c. quanto in fine de his quæ fiūt à præ.sine cons.capi.* Pertinet & lex Cornelia ad scripturā priuatam falsam, *l.si quis decurio. & l.ainus, ad l.Cornel.de falsf.C.* Iudicia autem falsi Alexander Tartag. docet, *vbi supra.* ¶ In † Gallia supremis curiis sæpe placuit, vt cōuictus falsi, 5
& falsis vtens, quanquā sine falsis instrumentis vel testibus, quibus vsus est potuisset petita consequi, nihilominus iure suo decidat, *refert placita Papo li.22. Rhapsar.esti.12.art.5.* si in causa falsum fecit, si ex instrumento sentētia pendeat, *late Boer.decis.291.* Si tamen interrogatus qui produxit falsum instrumentum, nec commisit tamē falsum, num velit eo vti, negarit & reuocauerit, impunitus in Gallia est, *Papo.vbi sup.ar.6.& 7.* iure ciuili, nō vtique, *l.1.§.edenda autem, de eden. in P.* ¶ Nam † antequam de falso 6
iudicetur, moris est, vt qui suspicatur falsum esse instrumentū, primum apud acta iudicis vt accusaturus se inscribat: dehinc aduersarius copiam instrumenti apud acta faciat, & producat: subinde ciuilis aduersarius de falso conquestus, modos & rationes falsitatis proferat. Et si propositā à curia legitima inueniantur, iubet de his inquiri, & inquisitione visa, si probatio firma sit, decretum accedit vel prehensionis. vel vadimonio duriore vocari, dicunt *par adiournement personel, Pap.vbi sup.art.8.* ¶ Solent 7
† & in Gallia, qui falsarint sigillum regium, caramidiari, & post fustigationem stigmate lilii inuri in fronte, & exsilio vel deportatione affici, bonis Cancellario regio adiudicatis, vel multa olim, *idem, lib.22.arest.tit.12.art.1.2.3.* hodie autem regi, ex regio edicto promulgato anno 1542. Pœna quoque hæc in clericis obseruanda, præcedente tamen inustionem exauctoratione seu degradatione ex rescripto Vrbani Papæ, *in ca.ad audientiam, c.3. de crim.fal.lib.5.Decre.tit.20.*

¶ Quod † si literę summi pontificis falsificentur, quod nouem 8
modis fit, *licet, ca.5.de crim.fal.* qui per se vel per alios id commiserit, excommunicatur: si clericus, beneficiis & officiis exutus, exauctoratus, seu de gradu deiectus traditur curiæ seculari, vltimo supplicio plectendus. Qui his vtitur literis, officio, quoque & beneficio priuatur, & excommunicatur, *c.ad falsariorum, eod.* Quid autem statuendum sit in adulteratis literis & diplomatibus aliorum prælatorum & antistitum, consule Nicolaum Boerium, *decis.82.vbi & de pœna falsi.* & Guidonem Papæum, *decis.455.* In regno Hispaniæ statutum, *in l. regni Hispan. partita 7. tit.7.l.6.Bernar.Diaz.in pract.crim.c.108.* quod falsans epistolam, priuilegium, vel bullam Papæ, quive efficit vt alius faciat, debeat mori. Existimant Panorm. *in c.olim, de rescript.* & Hostiensis, *in summa, de crimi.fal. §. fin.* falsantes aliorum inferiorum iudicum literas, si criminaliter accusentur, si ecclesiasticæ personæ sint, deponi ab ordine, & beneficiis omnibus priuari, & in monasterium detrudi, *per ca.si tempus,50.dist.* Ceterum, si ex falsis instrumētis lata sit sententia, an nulla sit ipso iure, an annullanda, late examinat Aufrerius, *decis.ca.Tholos.282. vide & l. falsum, si ex fal.inst.& c.C.& c.2.& ibi glo.de crim.fal.apud.Gregor.* At Bartolus, *ad l.1.si ex falsf.& c.C.* tria requirit ad sententiam ex falsis instrumentis latis rescindendam, si falso sunt producta, & de falso non sit cognitum, & propter illud falsum sit iudicatum: vnde effectus inquit triplices, sententiæ rescissio, executionis impedimentum vel suspēsio, soluti repetitio, *l.fin.eod.C.* Fit autem rescissio sententiæ per in integrum restitutionem, *l.diuus, de re iudic.* corruit tamen ipso iure contra minorem ad eum modum lata, *glo.si.in l.2.si ex fal.instru.*

¶ Generaliter †obseruandū est in crimine falsi, via duplici a- 2

Digitized by Google

gi: & ciuiliter, ab eo solo vel procuratore eius, cuius interest falsum non fieri, & criminaliter ad vindictam publicam à quolibet, *l. de fide, 16. & l. damus licentiã, 23. ad leg. Cornel. de falsi. C.* Electa tamen altera via ad alterã non datur concursus: finita autẽ altera ciuili, criminalis permittitur, *l. penul. & fin. eod. tit. & l. 1. quan. ciuil. crim. præiudi. C.*

10 ¶ Cum morandæ solutionis caussa à debitore falsi crimen obiicitur, nihilominus interim, salua exsecutione criminis, debitorem ad solutionem compelli oportere placuit, *l. satis aperte, 2. C. ad l. Cor. de falsis.*

11 ¶ Accusandi † de falso licentia per viginti tantum annos vi-
12 uit, nec vltra extenditur, *l. querela, 12. eod.* ¶ Proiequuntur † intra hoc tempus leges falsi accusationẽ, vt etiã pro eruenda veritate in falsi testamenti caussa, seruos hereditarios per tormenta interrogari posse voluerint, *l. cum testamentum, 10. de quæst. lib. 9. C. tit. 41.* Suasit id testamentorum necessitas, & personæ serui ad corruptionẽ facilem ministeriũ. Ita etiã generaliter in falsi cõmissi, vel dicti, vel scripti censura, inspicienda sunt res, in quibus falsum: personæ quę falsum dicunt vel faciunt: & negotia, seu euentus falsi. Nam si quis falsum testimonium dicat in crimine potissimũ capitali, & in capitis supplicio, si alius falso testimonio pati debeat criminis caussa pœnas, subiicietur eidẽ pœnã talionis passurus *in l. 22. ad leg. Cor. de falsi. C. & in const. Le. Cæs. 77. tit.* περὶ τῆς τῶ πλησίον ἐπιστομίσεως ἡμαρτίας, *de sacrariorum pœna* Distinguuntur & personæ sacerdotum & laicorum dicentiũ vel conscribentium falsum testimonium. Nam sacri Apostolorum canones, sacerdotes falso iurasse deprehensos, sacra dignitate priuant, *c. 24. can. Apost.* Ciuiles leges distinctione adhibita, rei ob falsum dictum in caussa criminali testimonium, à sacro ordine deiiciebant, *nouel Iusti. 123.* in re autẽ pecuniaria, citra remotionem relegabant ad tempus. Donec Leo Cesar statuit, *in const. it. Leo. 76.* περὶ τῶν ψευδομαρτυρούντων ἱερέων κολάσεως, *de pœna sacerdotum falsum testimonium dicentium*, sacerdotes qui iurati falsum testimoniũ dixerint, siue in caussa criminali, siue in pecuniaria à sacerdotio depelli. Si autem iniurati falsum testimoniũ dixerint, falsum veritatis specie obtegere conatos in triẽnium relegari in monesterium aliquod arctiũ pœnitẽtiæ caussa.

De crimine Adulterij.

Cap. 6.

1 *Adulterium comparatum delicto maiestatis & falsi.*
2 *Adulterium quid.*
Et eius exsecratio. Et 3.
4 *In pœna adulterij quæ consideranda in summa.*
Et ab stupro quid differat adulterium.
5 *Adulterij pœna.*
6 *Adulterum occidere cui licuit, & qua lege, & 22.*
7 *Occidere filiam in adulterio compertam quomodo licuit.*
8 *Adulterum compertum maritus potest contumelia afficere, & retinere per 20. horas.*
9 *Adulteræ mulieris iuris ciuilis & adulteri pœna.*
10 *Vxorem quis ducere nequit, quam polluit per adulterium.*
11 *Meretricum pœnitentium monasterium à Iustiniano constructum.*
12 *Adulteris supplicium vltimum impositum.*
13 *Adulteri simul igne vsti.*
14 *Dotem amittit adultera, quam lucratur, & quomodo maritus.*
Et ibi exceptiones, Et 15.
16 *Adulterorum aliæ ciuiles pœnæ.*
17 *Adulterij pœna & delictum excusatur, si vi committatur vel ignoranter, & si rumor de morte mariti sit 18.*
19 *Vxor viuente marito de alio habendo loquens, tanquam adultera puniendo.*
20 *Adulteres cum domina, vel cum seruo mortem plectendi.*
21 *Adulterij diuersarum nationum pœna.*
Et sequentibus. num. 22. 23. 24. 25. 26. 28. 30. 31. 33. 34. 35. 37. & 41.
24 *Adulteria vincanda lex naturæ iubet.*
Et vindicta Dei 27.
29 *Adulteri & adulteræ vbi, & quando eadem pœna.*
32 *Adulterij iuris pontificij pœna & accusatio.*
36 *Adulterium punitum seuerius aut leuius secundum opinionem populorum.*
38 *Adulterij in Gallia supplicium quale.*
39 *Viro non reddente vxori debitum, an excusanda vxor in adulterio.*
40 *Adulteram compertam retinere non licet in matrimonio.*

1 ARbitrãtur † plerique, *Mar. Mantua. sin. 9. 117. nu. 2. Wesemb. parat. ad tit. de adult. nu. 1.* crimẽ adulterij comparari maiestatis delicto: & ideo recte à Triboniano, reliquisq; pandectarũ consarcinatoribus Iuliæ legis de adulteriis tractationem subiectam legi maiestatis. Ego vero magis vicinam arbitror falsi quę stioni, in qua quod versi est alterius immixione adulterati diximus, sed in suppositione partus controuersiam contineri fatemur docuimus. Suppositio autem partus peior arte non fit, quam adulterio: nã cum inde nati adulterini alieni filij sint tamen, rei inscius maritus illos, vt suos nutrit, fouet, & heredes instituit, plerumque exheredatis propriis, ac veris liberis, aut proximioribus exclusis, quos ideo verus dolor ad accusationem impellit. *Constan. Cæs. in quamuis, 30. ad leg. Iul. de adul.* Et quod contaminata etiam fiat alterius generis hominibus familia, *Philo Iudæus in decalo.* quod ne fiat interest Reipublicæ, *l. super statu, 9. de quæ. lib. 9. C. titu. 41.* Multa enim in summa dãna imminent ex impudica vxore: quæ Homerus *Odyss. 11.* sub persona Clytemnestræ refert: quam adulteram, eandem & veneficam dicebant antiqui, *Cic. 4. ad Herenni.* ¶ Adulterium, † est alterius thori, id est, matrimo- 2
nij vel coniugij violatio, *c. lex illa, 36. q. 1. c. nõ mœchaberis, 32. q. 5. Matt. 5.* Extenditur quoque & ad sponsas, vt non solum matrimoniũ violare nõ liceat, sed nec spẽ matrimonij. *l. si vxor, 13. §. diuus, & §. si minor, de adulte. P. l. propter violatam. C. eod.* Et quo sanctiores dictæ sunt nuptiæ, eo detestabilius videtur hoc crimen, quod eas polluat: vt Abimelech, *Genes. c. 26.* rex etiã Isaaco dixit eum reprehendendo, quod vxorem suam sororẽ suam adfirmasset. *Potuit*, inquit, *quispiam de populo coire cum vxore tua, & induxeras super nos grandi peccatum.* Docet & multis Dionysius Carthusian. *libell. de cõuers. peccato. artic. 5.* in. er grauissima peccata hoc esse. Id ipsũ & Diodorus Siculus *li. 1. Biblio.* Et maius homicidio, *in l. cadicillis, §. 1. §. matre, iunct. gl. marginali, & ibi Bald. de leg. 2.* Eo referenda est parabola Nathani prophetæ, *2. Reg. cap. 12.* per quam atrocitatem criminis adulterij Dauidi expressit, & ad quam ille dignum morte virum dixit, qui ouem vnicam, quã pauper nutriebat in sinu suo, quæ secum degebat, quæ erat in deliciis, tuleret, parcens suis, aliis scilicet mulieribus, non electis, quas sibi coniungere poterat. Et quamuis ob adulterium Bersabeæ, Vriam virum eius Dauid occidi curasset, nihilominus tamen pro adulterio tantũ punitus atrociter fertur. *Quamobrem*, inquit illi Deus, *non recedet gladius de domo tua in sempiternum eo quod despexeris me, & tuleris vxorem Vriæ Ethei vt esset vxor tua. Suscitabo super te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius.*

¶ Meminit † Suidas, *in verb.* Διαμύωσις, *& verb.* Ἴυγγες. Lacedæ- 3
mones in exsecratione nihil acerbius imprecatos iis quos oderant: quam vt vxores eorum adulteris delectarentur. Exsecrãtur & adulteria aues Porphyriones: nam vt ait Polemõ lib. 5. eorum quos ad Antigonũ & Adæum scripsit, teste Athenæo, *lib. 9. Dipno. c. 12.* Porphyrio domi educatus, mulieres, quæ sunt sub viri imperio, diligẽter obseruat, eiusmodique habet sensum adulterium admittentis vt quando hoc cognouerit, domino significet, sibique vitam suffocatione finiat.

¶ Modo † pœna imponenda in hoc crimine consideramus ip- 4
sum crimen pro re, personas delinquentium, & modum seu actionem, qua delinquitur: hæcque simul considerari par est. In crimine perpendimus, num simplex crimen sit adulterij, an cum alio mixtum. Adulterium simplex, quando innupta iungitur vxorem habenti: vel contra, si nuptæ qui vxore caret, vel si vterque delinquentium coniugio potiatur, *Modest. in l. stuprum, 34. & l. inter liberos, 6. ad leg. Iul. de adult. in P. l. inter stuprum, 101. de verbor. signif. Lau. Valla. lib. 6. Eleg. 45.* vel alter, vel vterq; sponsalia cum alio aliave contraxerint. Et grauius peccat adulter vxorem habens, quam solutus cum vxore alterius, *ca. quemadmodum, §. sunt, 32. quæst. 1.* Vtitur lex Iulia de adulteriis verbo quoque stupri, pro adulterio. *d. ll. inter liberos, & inter stuprum*, nempe quia stuprum genus videtur, adulterium eius species, vt notant, *Valla. lib. 6. cap. 45.* Cum tamen proprie stuprum in virginem viduamve committatur, *in proximo cita.* earum consensu, & patre iniuriam constupratæ in animum statim non reuocãte, *c. illa lex, 36. quæst. 5.* Pœna adulterij simplicis est iure diuino, vtriusque delinquentis lapidatio, *Deuter. c. 22. D. Ioan. c. 8. Daniel. 13. c. satis. 33. quæst. 5.* accusatione tamẽ præcedente, *Ioan. 8.* Videda hic quę diximus & cumulauimus lib. 2. præludio. optimi Iurisconsulti. c. 17. Sed & *Filij adulterorũ in consummatione erunt: & ab iniquo thoro semen exterminabitur. Sapien. cap. 3.* Iure † ciuili §
legis Iuliæ pœna erat vltimum supplicium, *l. quamuis, 30. §. fina. C. ad leg. Iul. de adult. §. item lex Iulia. de adulteriis*, " *de publ. iudic. apud Iustin.* quo tempore legem tulit Octauius Cæsar Iulij nomine, *leg. 1. & 2. ad leg. Iuli. de adult. in P. Tranquill. in Augusto. 9. in c. 34. Plut. in apoplt. de eo.* quia adoptatus à Iulio, *Sueton. in Augusto, cap. 7. Flor epito. lib. 116. Zonar. tomo. 2. Annal. Augusti.* Obtinuit tamen postea, ni fallor, tempore Adriani, & Antonini Pij, quorum ætate vixit Arrianus, *Pantal. Chronologia.* ne mortis pœna esset. Sic enim Arrianus scribit, *leg. qui cum vno, 4. §. adulterij, de re milit. lib. 49. P. titu. 16. Adulteri, vel aliquo publico iudicio damnati, inter milites non sunt recipiendi.* Nec vllam fuisse legem de coercendis stupris latam tempore Tarquinij superbi, docent verba Ciceronis, *2. de legib. Si regnante Tarquinio nulla erat Romæ lata lex de stupris, id circo non contra illam legem sempiternam*, (scilicet rationem diuinam prohibentem) *Sextus Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit*, &c. Lex Iulia cũ ce-

temneretur renouata à Domitiano, teste Zonara, *tom. 2.* Docet & Martialis, *lib. 6. Epigr. ad Domitia.*

Nec spado iam, nec mœchus erit te præside quisquam:
At prius, o mores, & spado mœchus erat.

Et rursum, *Mart. lib. 8.*

Iulia lex populis exquæ, Faustine, relata est,
Alque intrare domos iussa pudicitia:
Aut mitius, aut certe non plus vigesima lux est.

6 ¶ Succedentibus † temporibus, & licuit iure Romano marito deprehensum adulterũ in domo suâ cum vxore in ipso actu, humilem tamẽ & vilem personam, occidere, *l. marito, & l. si adulterii, §. Imperatores, ad leg. Iul. de adult. in P. l. Gracchus, 4. C. eod. l. 3. §. si maritus ad Sylla. in P.* Patri autem eũdem adulterum cum filia, in potestate tamen constituta, in adulterio deprehẽsum, cuiuslibet fuerit is cõditionis, & in sua & in generi domo occidere licuit: dummodo quoque filiam occidisset, vel per eum non stetisset, *l. patri, cum trib. ll. seq. & l. nihil, 32. ad leg. Iuli. de adult. in P.* Quod & in filiis occidendis vtrosque iussu patris obseruandum placuit Alexandro Cæsari, *d. l. Gracchus, §. 1. eo. C. & ibi Bal.* Si tamen filia adulteriã extra sacra paterna fuisset, nõ permittebatur, *d. l. patri, & ll. seq.* ius necis quod in liberos in sua potestate cõstitutos pater habebat *§. 1. de pat. pot. Dion. Hal. in 2.* De quo superius in personis diximus. Lex Vuligothorũ hac de re similis est, *l. 4. de adult. lib. 3. Cod. Vuisi. tit. 4. Si adulterum cum adultera maritus vel sponsus occiderit, pro homicida non teneatur.* Et alia, *l. 5. eod. Si filiam in adulterio pater in domo sua occiderit, nullam pœnam aut calumniam incurrat. Si certe eam reseruare voluerit, faciendi de ipsa & adultera quod voluerit, habeat potestatem. Similiter & fratres siue*
7 *patrui post obitum patris faciendi habeant potestatem.* ¶ Lex † 12. tabũl. *Aul. Gell. lib. 10. c. 23.* ita quoque statuit, *In adulterio vxorem tuam si deprehendisses, sine iudicio impune necares: illa si adulteraret, digito non auderet te contingere, neque ius est.* Verba porro, vt deprehensum in adulterio liceat occidere, exigunt per leges, vt ait Lucianus, *in Eunucho.* cum reperiri habere membra in membris mulieris: Vlpianus in ipsa dixi tupitudine, *in l. quod ait lex 23. ad l. Iul. de adul. P.* Nam alias non licet occidere sed accusatio cõpetit tũc ex alia suspicione marito, qui sola suspicione motus iure Romano ream facit de adulterio, *l. quamuis adulterij, 30. eod. C. c. maritis, c. 4. eo. tit. apud Greg.* Docuit id Cæsar, qui cum stupratam vxorẽ à P. Clodio intellexisset in tẽplo Vestæ, repudiauit, dicens, non se quidẽ credere quę de ea dicebantur, sed nõ posse eam vxorẽ habere, quæ semel adulterii commissi suspecta haberetur: pudicæ enim esse, non modo, vt ne quid peccet, sed vt nec de se suspicionẽ turpẽ prębeat vt est apud Dionẽ Cass. *li. 37.* Vel si accusare nolit, si ei quem suspectũ habet de sua vxore, ter in scriptis denũtiauerit, sub præsentia trium testium fide dignorum, & postea eum inuenerit conuenientem vxorem suã in domo sua, vel vxoris, vel adulteri, vel in popinis, vel in suburbanis, sine periculo etiã iure nouellarũ constitutionum potest eũ interimere *§. in quoque, vt lice. matri & auiæ, colla. 8. constitu. 117. auth. si quis ei, ad leg. Iul. de adult.* Pontificio iure non ita graue scelus ducitur adulterium pati, ac vxorem occidere, *c. si quod verus, 33. q. 2. vbi rationes.* Sicque in foro conscientiæ, non licet occidere adulterum, aut vxorem adulteram marito, *cano. inter hæc, iuncta glo. & can. admouere, 33. q. 2.* Quia soli iudici licet occidere, seu principi qui habet gladii potestatem, *can. cum homo, c. homicidium, 33. q. 5. ad Rom. 13.* At scio displicuisse hanc sententiam Iulio Claro, *lib. 5. sententiarum Iuris, in §. homicidium, num. 50. & 54.* qui ait hanc promissionem legis non esse contra conscientiam. Ego tamen veriorem puto, & esse peccatum mortale occidere etiã adulteram: cum parata sint iuris & accusationis remedia ad vindicandum adulterium. Nec est singulis cõcedendum quod per magistratus solet expediri, *l. non est singulis, de reg. iur. P.* Et idcirco iudiciorum vigor in medio positus, ne quisquã sibi valeat permittere iniuriam, *ca. nullus, C. de Iudæ. c. porro, de diuortiis*, nec licet inauditum & indemnatum quantũuis scelestissimum, priuato necare propter rationes, *l. fi. de malef. & mathema. C. l. 1. quando lic. sine iud. se vind. C. l. inauditum, ad l. Cornel. de sicar. P.* Quocirca nec excusatur omnino à delicto etiam iure ciuili occidẽs adulteram, sed pœna afficitur aliqua, *in l. si adulterum, §. Imperatores, ad l. Iul. de adult. P.* priuarique debet lucro quod alioquin ex consuetudine vel pacto habiturus esset dotis, occidendo vxorem, *l. si ab hostibus, §. 1. sol. matrim. P.* lucratur autem si accuset, *ca. plerumque, de donat. inter virum & vxor. §. si de adulterio. vt liceat mat. & auiæ in Auth.*

8 ¶ Qui † inuẽtum adulterũ occidere si voluisset, poterat, multo magis iure ei licet contumelia afficere, *Papin. in l. nec in ea, 22. §. sed cui occidere, ad leg. Iuli. de adul. P.* & in domo sua deprehensum retinere, & euasum reducere, & cõtinere per 20. horas, testandæ eius rei causa, *Vlp. in l. capite quinto, 25. eod.* vt iure suo sine fraude vti possit: remissus tamen semel adulter reduci non potest. Arbitror autem ita rerentum deprehensum nõ posse necari, ex his, quæ paulo ante diximus, & necare tantum permissum, quando in ipso actu venereo vtriq; adulterantes deprehenduntur: quod motus primus iusti doloris meretur excusationem.

9 ¶ At † dum deferbuit maior ira, consulto occidere non licet, sed iudici relinquendũ iudicium, & accusatio ex formulis legũ instituenda, vt sequatur legitima vindicta. Hæc autẽ iure nouellarum est leuior, *auth. sed hodie, ad leg. Iul. de adul. C. §. si ver. quando, vt multi in. lic. hab. lo. ser. in authẽ. coll. 9. tit. 9.* in mulieribus, quã olim fuerit, per quam adultera verberata in monasterũ detruditur: vnde intra biennium à viro extrahi potest, si ei reconciliatur. At biẽnio transacto, vel viro intra biennium priusquam reduceret mortuo, mulier in monasterium tonsa, habitu suscepto, perpetuo adiudicatur, duabus partibus bonorũ si habeat, liberis applicãdis, tertia monasterio: si liberi nõ sint, tertia parte proximis applicanda, duabus monasterio: & si illi nõ sint, monasterio omnibus bonis dandis: pactis dotalium instrumentorum in omni casu viro soluendis. Putant hanc constitutionem emendare pœnam capitalem tãtum in adulteram, relinqui autẽ intactam in adultero, quam ad legem Iuliam refert Iustinianus *§. item lex Iulia de adulte. pub. iud.* quæ certe de adulteris loquitur: verum dubito, ne de viris tantũ, non etiã de mulieribus loquatur. Nã gladii vltionẽ in viros tẽpore Augusti fuisse inuenio, in mulieres adulteras non item: nisi exempla singularia sint, & ex clementia pœna commutata. Sicut & in posterioribus Imperatoribus obseruatum est. Octauius quippe Cæsar, *Sueto. in Octa. c. 65 Suet. lib. 3. de bene. c. 32. Velle. Paterc. l. b. posterio. hist.* Iulias filiam & neptem ob ea probra relegauit: filiam in insulã Pandateriã, & in oppidum Rhegi norum: neptem in insulã Trimerum, *Cor. Tac. lib. 1. & 4.* Neque aliam, quam exsilii pœnam Octauiũ adulteris irrogasse, auctor est Seneca, *lib. de clementia.*

¶ Et † vitio datum Octauiano Cæsari à senatu Dio refert, *Dio Cass. li. 54.* quod adolescentem nõ puniuisset, qui eã duxisset in 10
vxorem, cum qua antea consuetudinẽ adulterii habuisset: hoc enim & ciuiles leges, & pontificiæ vetant & puniunt, *l. Claudius Seleucus, de iis quib. vt indig. P. c. cum haberet, & to. ti. de eo, qui dux. in matrim. quam prius poll. per adult. tota 31. q. 1.* in tribus capitibus, *vide glo. in c. 11. in ver. adulterio, 31. q. 1.* Relegata Vestalia adultera, vxor Titidii Labeonis, *Corn. Tac. Annal. 2. ad finẽ*, & Galitta Tribuni militũ vxor, *Plin. 6. epist. ad Cornelia.* ¶ Et † fortasan monaste 11
rii inclusio interdũ sine verberibus referẽda ad Iustiniani inuẽtũ. Namque, vt Procopius scribit, *lib. 1. de ædific. Iustinia.* etiam Byzantii ex suasu Theodoræ vxoris, turbam illam mulierculariũ quæ in domibus lenonum erat, turpi quæstui seruientium, haud quidem spõte, sed vi quadam adactarum, vi inopiam releuarent, sustulit, multoque sũtu in palatio antiquo versus Euxinum pontum monasterium magnificentissimum, futurum habitaculum mulieribus, quas vitæ prioris pœniteret, constituit: cõuentumque hunc fœminarum ideo vocauit μετανοίαν, id est pœnitentiam, multoque pecuniarum reditu dotauit. Tholoæ est monasterium huic simile, quod vulgo dicitur Mariæ Magdalenæ, aut *des filles repenties.* ¶ Seuerius † alio tempore Cethegus se 12
nator, sub Valẽtiniano punitus, capite amputato reus adulterii peractus, auctore Ammiano Marcellino, *li. 23.* Aurelianus quoque Cæsar, *Flau. Vopisc. in Aurel.* militem suum, qui vxorẽ hospitis adulteraſſet, duabus arboribus curuatis alligatum, in duas partes discerpsit: eo quod fœdus matrimonii adulterio dissoluatur inter virum & vxorem. Idem ancillam suam quæ adulterium commiserat cum seruo capite puniuit. Etsi Diocletianus & Maximianus negent in illis adulterium esse, quia contubernium, non matrimonium in seruis, *l. serui, 23. ad leg. Iul. de adult. C.* Messalina capite damnata, vt adultera teste Dionẽ Cassio, *lib. 60.* ¶ Opilius † Macrinus Imperator adulterii reos, 13
semper viuos simul incendit iunctis corporibus, vt auctor Iul. Capitol. *in Macrini vita.*

¶ Lucrari † etiã dotes maritos ob adulteria vxorũ iure ciuili: 14
& cõtra, donationes propter nuptias mulieres, adulteris maritis, statuunt Theodosius & Valentinianus. posseque ob id repudium mitti, *Theo. & Valenti, in l. consensu, 8. §. vir quoque, vers. si vero causam & seq. de repud. lib. 5. C. ti. 17.* nisi mariti lenocinio adulterata fuerit, *Scæu. l. cum mulier, 49. sol. matr. P.* vel nisi filios prioris matrimonii habeat: tunc enim vnam tantum partẽ pro numero liberorum lucratur, *Bald. in l. hac edictali, colum. 1. C. de sec. nupt Franc. Crement. sing. 86. vbi adfert rationem.* Quæ omnia iure pontificio, *c. plerumque. de donat. inter virum & vxor. & ibi interp.* & consuetudine iudiciorum firmantur, *vide Pap. lib. 22. Raph. areſt. tit. 9. areſt. 5.* Item nisi reconciliata fuerit viro sine accusatione. Nam maritus abolet priora delicta reducendo eã vt ait Vlpianus, *in l. si vxor, 13. §. si. ad leg. Iul. de adult.* Innuit & Horatius, *lib. 1. Serm.*

Nec vereror, ne dum coeo, vir rure recurrat,
Ianua fragatur, latret canis: vndiq; magno
Pulsa domus strepitu resonet vo, pallida lecto
Desiliat mulier, miseram se conscia clamet,
Cruribus hæc metuat, doti deprensa, egomet mi.

Distinctio tamẽ adhibẽda, de qua diximus in cap. de dotis repetitione, *in 6. casu repetitionis, lib. 9. c. 22.* dũ ageremus de nuptiis, quo recurrendum est.

¶ Alia † pœna ex Leonis constitutione nouella, *in const. Leo. Ca* 15
sa const. 32. ὅτι τῶ ἐπαυτοφώρω ἀλόντι μοιχῶ ἡ μοιχαλὶς ὁς vt adultero adulteræve, qui quæve in ipso adulterio deprehenditur, vtri que nasus præcidatur, & vir solatii loco dotẽ lucretur ipsa in monasterium detrudatur: & si liberi essent, ii tantum bessẽ cõsẽ

Digitized by Google

querentur. Erat Ægyptiorum lex, vt ei qui mulierem liberam violasset, virilia excecarentur: quoniam vno crimine tria haud parua scelere complexus esset, iniuriam, corruptelam, & liberorum confusionem. In adulterio spontaneo deprehensus, virgis cædebatur ad mille plagas, mulier naso mutilabatur. Quo dedecore, vultus incontinentia maculatus, ea mulctaretur parte, qua maxime facies exornatur, *Diod. Sic. lib. 2. Biblio. c. 3.* Leo etiam Imperator nouella 32. de adulteris manifeste deprehensis pœnam constituit, vt nasus detestandis adultero & adulteræ abscindatur, & marito lucro facit dotem, & permittit alias nuptias: adulteræ vero nequaquam: sed post nasi excisionem iubet vel in monasterium, vel in exsilium extrudi, & si in monasterium transierit, vult bona eius alia quam dotalia inter liberos & monasterium distribui, si liberi non sint, parentibus vel proximis loco filiorum dari. Irridet pœnam detruncationis narium Martialis, *lib. 3. Epigr.*

Quis tibi persuasit nares abscindere mœcho?
Nil hoc peccatum est parte, marite, tibi.
Stulte quid egisti? nil hic tua perdidit vxor
Cum sit salua tibi, mentula Deiphobi.

16 ¶ Melius † ille adulterum deprehensum puniuit, de quo meminit Horatius, *lib. 9. Serm. sat. 2.*

Quin etiam illud
Accidit, vt quidam testes, caudamq; salacem
Demeteret ferro.

Improbatur etiam institutio iure ciuili legatumque factum ab adultera adultero, vel contra, *leg. Claudius Seleucus, de in quib. vt indig. P.* Sed & vasallus seu cliens feudo priuatur, si domini vxorem adulterauit, *§. item si fidelis, quib. mod. feud. amit. lib. 1. feudo. tit. 5. & tit. 17. §. 1.*

17 ¶ Obseruant † tamen in leges in pœnis infligendis, vt voluntarium sit adulterium: nam vim passa in hanc legem nō incidit, *l. vim passam ad l. Iul. de adult. in P. l. si vxor, 13. §. si quis, eod. l. fœdissimam, C. eod. l. 1. §. remouetur, de postul. in P. c. puto, 32. q. 5. cap. proposito, eo. & fere tota ead. q. 5.* Quod & in Lucretiæ compressione iudicatum tradit Liuius *lib. 1.* Meminit & Ælianus, *lib. 12. de varia historia.* de Aristomache vxore Dionis, quæ pulso in exsilium è Sicilia marito Dione per Dionysium Siciliæ tyrannum, etiam repugnās in vxorem data est Polycrati satelliti Dionysij. Postquam autem Dion fugato ad Locrenses Dionysio Syracusas recepisset, excusauit Aristomachem vxorē, quod necessitate coacta fuisset à Dionysio alteri copulata. Neque etiam adultera est, quæ ignoranter viro nubit alieno, *c. si virgo, 34. q. 2.* Nec si alius specie coniugis in lectum maritalem irrepserit, aliaue in eodē thoro pro vxore clam inscioque marito se subiecerit, *ca. in lectum, ead. q.* Sicuti legimus pro Rachele Iacobo suppositā fuisse Liam, quam non agnouerat noctu, *Genes. c. 29.* Potest & hoc contingere similitudine speciei & formæ coniugis, veluti deceptā fert Plautus, *in Amphytrio.* Alcmenam à Ioue, qui conuersus in formam Amphitryonis mariti cum ea adulterium commisit. Vidi ego Tholosæ agitatum iudicium in Senatu de quodam Martino Guerre, qui in nuptias absentis mariti irrepserat, vsq; adeo marito vero per omnia similis, vt non nisi redeunte à bello marito, & ægre agnito, fraus detecta fuerit, animaduersione facta in dictum Guerre. Cuius rei curiæ placitum commentariis Corasius illustrauit. Fallūt nos sæpe formarum similitudines, vt errantium facilis sit venia. Exempla refert plura Valerius Maximus, *lib. 9. c. 15.* & Plinius, *lib. 7. c. 12.* Inter quæ illud insigne Antiochi & Artemij, vel vt Plinius ait, Artemonis, quorum tanta similitudo, vt Antiocho rege interemto, Laodice eius vxor dissimulandi sceleris gratia, in lectulo perinde quasi ipsum regem ægrum collocauerit, admissumque populū & sermone eius, & vultu consimili fefellerit.

18 ¶ Nec etiam vt adultera damnanda, quæ cum audisset vita functum maritum, qui postea rediit, alteri se iunxit, si longum tempus exactum sit sine stupri suspicione: nisi fictam induxerit mortem, vt argumentum secundis daret nuptiis, *Pap. in l. miles, 11. §. mulier, ad l. Iul. de adul. vide ad distinctiones, l. vxor, C. de repud. l. vxores, de diuo. in P. §. quod autem, vt lic. mat. & alia, c. 1. 30. q. 1.*

19 ¶ Delinquit † etiam, sed non vt adultera punitur vxor, quæ viuente marito de altero sibi copulando loquitur: in quo Iustinianus varius, si quidē nouella 22. §. si eum tāta, posse repudiari huiusmodi à marito, vt vitę insidiatricem, sancit: in §. quia vero, nouellæ 117. negat. Priorem autem firmauit Leo Imperator sententiam, *const. 30. titul. ἀεὶ γάμου ζῶντος τῇ συγτρόφῳ αἰδῶς.* Sed Christianis alia recepta sententia, quia quod Deus coniunxit, homo non separat.

20 ¶ Personarum † etiam distinctio adulterorum distinguit pœnam: nam mulier, quæ se seruo proprio adulterandam vel constuprandam dedit, capitali sententia, & seruus ignibus subiicitur ex constitutione Constantini, *l. vnic. de mulier. quæ se proprii serv. coniunx. lib. 9. C. tit. 11.* Antea etiam mulier cum bonis libertatem amittebat, *§. fin. de succes. sublata quæ fieb. per bonor. vend. apud Iustin. l. vni. de Senatusc. Claud. tollen. C. Corne. Tacit. lib. 12.* Ex consuetudine Burdegalensium, institor vel alius famulus qui adulterium commiserit cum vxore domini sui, vel in filiam vel in neptem eius, vel eam quæ in custodiam data fuerit, tanquā fallarij & infidi capite luunt, *Consuet. Burdeg. tit. de furtis.* siue prætextu matrimonij, vel alio modo id egerint. Scribit & Iulius Cæsar seueriſſime hæc adulteria & stupra à Gallis olim fuisse vindicata, *Iul. Cæs. lib. 6. comment.* Ioannes Lucius, *lib. 12. placito. plac. 1.* refert, placito curiæ Parisiensis institorem cauponæ, qui cum domina adulterium commisisset, ad furcas damnatum, mense Maij 1551. Ego quoque idem iudicium exerceri vidi in quēdam Tholosæ, famulum scribam senatoris, qui eius vxore erat abusus: taceo nomina ob proximorum honestatem. At adulterium commissum cum ea, quæ matrisfamilias nomen retinet, vt puniatur iure ciuili, non etiam si cum ea, quæ in caupona potātibus ministerium præbuit, & intemperantiæ vina propinauerit, *l. quæ adulterium, 29. ad l. Iul. de adul. C.* Item inter liberas personas adulterium stuprumve passas, lex Iulia locū habet. Quod autem ad seruas pertinet, & legis Aquiliæ actio facile tenebit, & iniuriarum quoque competet, & de seruo corrupto, *Pap. in leg. inter liberas personas, 6. ad l. Iul. de adult. in P. l. serui, 23. eod. tit. C. Ls stuprum, de iniur. in P.* Minorem adulterium committentē ætas non excusat, nec ob id deprecationem adulterij tradit Tripho ninus, *l. auxilium, 28. §. sed vt ad legis, & §. in delictis, de minor. 25. an. lib. 4. P. tit. 4.* & Papinianus, *in l. si minor, 36. ad l. Iul. de adult. in P.*

¶ Aliarum † gentium moribus & legibus, adulterium simplex impunitum non fuit. Lege Solon eum, qui raptæ mulieri liberæ vim attulisset, decem drachmis mulctauit: & si suasione in sententiam suam traxisset, viginti drachmarum pœna. Extra eas tamen, quæ sibi palam indixissent quæstum, id est, extra meretrices, teste Plutarcho, *in Solon.* Verum vltra statuit, auctore Æschine, *orat. con. Timarchum.* mulierem, cum qua adulter fuisset deprehensus, non ornari, non ad sacra publica ingredi, ne integris mulieribus commista eas commaculet. Quod si ingrederetur vel ornaretur, ei qui obuius fuisset mandauit, vt vestimenta discinderet, ornamenta auferret, & verberaret, caueret tamen ne mortem inferret: atque ita huiusmodi mulierem infamem effecit. Illud ipsum testatur Demosthenes, *cont. Neæram.* 21

¶ Licuit † & Athenienſium legibus, deprehensum in adulterio cum vxore necare, *Lysias, orat. de Eratosthene adultero. Demosth. contr. Neæram. Lucian. in Eunucho. Plutarch. in Solon. Polyb. 2. historia.* Hoc ipsum & licuit lege Neapolitana, *lib. 2. constit. Neapolita. tit.* & Gotthica, *Casi. lib. 1. varia. epi. 37. Crispino Theodericus rex.* & Langobardica, *l. 2. de adult. lib. 1. l. Langobard.* Hippomenes vnus è Codridarum familia, qui Athenienſibus imperarunt, cum apud filiam Limonam adulterum deprehendisset, hunc quidem vna cum filia ad currum alligatum, interfecit: illam vero vna cum equo sub iugum constrinxit, donec mortem obiret, *Heracli. in politiis, dum de Athenien. agit.* Alij dicunt equo famelico deuorandam dedisse, *Ouid. in Ibin, ibi, Et tua dente ferox, &c.* Et in Tenediorum republica, Temnes rex legem constituit, vt si quis adulterum deprehendisset, securi trucidaret etiam filium, *Heracli. vbi supr.* Cœl. Rhodigin. scribit, *libr. 20. lect. Antiq. cap. 25.* primum omnium in adulteros legem tulisse Argiuum virum Hierum, post Moluri cædem in vxoris adulterio deprehensi, & hanc legem postea imitatum Draconem Athenis.

¶ Adulter † Gortinæ in ciuitate Cretæ deprehensus, in iudicium adductus, criminisque convictus, lana coronabatur: ipsa vero coronatio redarguebat eius mollitiem, timiditatem, mulierositatem, & æstimata est ei publice quinquaginta staterum summa, atque eo ad turpissimam infamiam redacto, omnes adgerendam in repub. dignitatem viæ sunt intercluſæ, *Ælia. lib. 12. de var. hist. ca. 12.* Lydii, *idem vbi sup.* adulteram postquam cū marito concubuisset, sine venia & misericordia plectebant. Apud Danos, partē corporis spoliatos adulterantes, ait Saxo historicus, *lib. 5. histo. Danicæ*, necabant. Vindicandi † adulteria quædam lex naturæ videtur. Leo quippe vbi Pardus cum Leæna concubuit, odore Pardi coitum in adultera sentit, totaque vi consurgit in pœnam: idcirco aut flumine culpa abluitur, aut longius comitatur, teste Plinio, *lib. 8. c. 16.* Theodericus rex Gotho. Crispino scribens apud Cassiodor. *lib. 1. varia. epist. 37.* excusans eum qui occiderat adulterum. *Quis ferat*, inquit, *hominem ad leges trahere, qui matrimonij missus est iura violare? Feris insitum est copulam suam extrema decertatione defendere. Dum omnibus animantibus est inimicum, quod naturali lege damnatur. Videmus tauros fœminas suas cornuali concertatione defendere: arietes pro suis ouibus capitaliter insanire: equos adiunctas sibi fœminas colaphis & morsibus vindicare: ita pro copulatis sibi animas ponunt qui verecundia non mouentur. Homo autem quomodo patiatur multum relinquere adulterium, quod ad æternum sunum dedecus cognoscitur commissij?* 23 24

¶ Lege † Zaleuci apud Locrenses adulterii crimine damnatus, vtroque oculo priuabatur, *Val. Max. lib. 6. cap. 5.* ¶ Apud † Cumæos deprehensa in adulterio in forum deducebatur, & lapidi imponebatur, quo posset ab omnibus videri: & rursum circumuecta asino per ciuitatem, eo reducebatur, vt esset omnibus contemtui, *Plutar. in Parallel.* 25 26

¶ Pro † vindicta adulterii, in vxorem Leuitæ facti, necati 20000. homines, *Judic. 19.* Flagellauit totam domum Pharaonis, ob sublatam vxorem Abrahæ, *Genes. 21.* Deus. In ciuitate Brixiæ mulier adultera pœna mortis punitur, vt ait Zabarellus, 27

Digitized by Google

28 Ius, *consil. 69. incip. contra Barthol. de Gubbio.* ¶In† quibusdam Franciæ locis olim erat consuetudo mulieri adulteræ capillos incidere, vestes ante & retro in ignominiam eius scindere, & ita per ciuitatem totam circumduci, *glo. in ca. de benedicto, in ver. calamatus, 32. q. 1. P. Rauennas, in suo iuris compen.* Coloniæ adultera per ciuitatem cũ cõtumelia traducta cum candelis manu delatis ad ecclesiam ducebatur, *Boe. dec. 1. 297. n. 13.* ¶Plato, † 11. *de legib.* eadẽ pœna adulterum & adulterã puniri iubet. Quod & canones admittunt, *c. si. 32. q. 6.* Et si lex 12. tab. vxori non permitteret virum vel digito tangere adulterantem, *Gell. lib. 10. c. 23.* cũ ea adulterans occidi ab eo posset: nec lex Iulia mulieribus accusandi maritos adulteros dabat facultatem, *l. 1. C. de adult.*

30 ¶Apud† Germanos olim, paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum pœna præsens & maritis erat permissa: abscissis crinibus nudatam coram propinquis expellebat maritus domo, ac per omnem vicum verbere agebat: publicatæ enim pudicitiæ nulla venia: non forma, non ætate, non opibus maritũ inueniebat. Nemo enim illic vitia ridebat, vt auctor Cornelius Tacitus, *de morib. Germanor.*

31 ¶Lege† Boioariorum, *in leg. Boioario, c. 11. tit. 1. & 2.* adulter cõponere debet cum marito, cum suo veregeldo, id est, 160. solidis: & si in lecto fuerit cum adultera interfectus, in suo scelere iacet sine vindicta. *Et si in lecto,* inquit lex, *calcauerit vno pede, & prohibeatur à muliere, & amplius nihil fecerit, componat cum 12. solidis.* Athalaricus rex Gotthorum, *Cass. lib. 9. Varia. c. 19. in edicto Athalari. illa lex & ponitur lib. 3. legum* Wisigoth. *titul. 4. l. 9. & in l. 1. & 12. adulterum marito adultera tradi debere statutum, cum bonis, si liberos non habeant,* aliam pœnam sic statuit. *Si quis superflua turpique cupidine, coniugali honestate despecta, ad concubinæ delegerit vsum complexus: si ingenua sit, iugo seruitutis cum filiis suis, addicatur vxori vt illi se per honesta iuncta sentiat subdi, cui pollutam libidine credidit posse præponi: si ancilla, excepta pœna sanguinis, matronali subiaceat vltioni, vt illam patiatur iudicem, quam formidare debuerat absentem.* Mos vetus Romanorum, vt ait Dionysius Halicarnass. *li. 2. antiq. Roma.* vt si mulier aliquid peccasset, ex mariti læsi arbitrio pœnam lueret, & de delictis, quibus violata erat pudicitia, cognati cum ipso cognoscerent. Sicque apud Cornelium Tacitum, *lib. 13. Annal.* Plancius prisco instituto coram propinquis, de capite famaque coniugis cognouit & insontem nuntiauit. Et, vt scribit Suetonius, auctor fuit Tyberius, vt matronas prostratæ pudicitiæ quib. accusator publicus deesset, propinqui maiorum more de communi sententia coercerent: scribit autem Liuius, *lib. 39* mulieres damnatas, cognatis aut in quorum manu essent, vetustiores tradidisse, vt ipsi in priuato animaduerterent in eas. Et si nemo fuisset idoneus supplicii exactor, in publico animaduersum fuisse. Videtur porro Cornelius Tacitus relegationem ad propinquos adulteræ factam, mitioremque pœnam deprecatum Tyberium pro Adulterio Apuleiæ Varroniæ neptis sororis Augusti, dum ait, *Cornel. Tacit. lib. 2. Annal.* eũ ad ulterii grauiorem pœnam deprecatum. & vt exemplo maiorũ propinquis suis vltra ducẽtesimum lapidem remoueretur, suasisse. Addit, & adultero Manlio Italia & Africa interdictum. Sicque liquet pœnam legis Iuliæ de adulteriis tũc relegationẽ generaliter fuisse, vt & Iuliam Augusti filiam & alias complures in insulam relegatas legimus. Scribit & idem, *lib. 4. Annal.* Aquiliam adulterii delatam cum Vario Ligure, exsilio punitam. Et lib. 2. Vestiliam prætoria familia natã, adulterã, Titidii Labeonis vxorem in insulam Seriphon abditam fuisse.

¶Iure† pontificio, mixta ciuilis & criminalis, & criminalis o
32 mnino adulterii est accusatio, *c. tua. c. 5. de procurat. lib. 1. Decret. ti. 38.* Ideoque duplex pœna mixta potest fieri per procuratorem sine inscriptione talionis, coram iudice ecclesiastico cuius accusationis pœna, separatio thori & habitationis, & lucrum dotis, *ca. plerumque, de donat. int. vir. & vxor. d. c. tua.* At criminalis, talionis habet hodie inscriptionẽ cum corã iudice seculari ad pœnã legitimam indicendam accusatio instituitur, *d. c. tua, & §. causas, & §. quia vero, vt lice. mat. & alia in auth.* quamuis olim iure ciuili, mariti iure accusans vxorem: intra sexaginta dies à die diuortii, calumniæ crimen non incurreret, *l. quamuis adulterij, & l. inuenerit, C. ad l. Iul. de adult. l. is cuius §. si. & l. mariti §. præterea, eo. titu. in P.* Vrbanus 2. sum. pontif. ¶Philippo † Francorum regi
33 sacris interdixit quod abiecta Bertha legitima vxore, cum alia viueret in adulterio, anno 1095. *Meier. lib. 4. Annal. Flandriæ.*

¶Sosostres† rex Ægyptiorum, *Diod. Sicul. lib. 2. Biblio. c. 1.* in o
34 mnes impudicas & corruptas mulieres animaduertit, iussitque eas in villam congregari, ibique simul cum villa comburi.

¶Ex † sententia populi senatusque Romani, ob adulterium
35 Lucretiæ, abrogatum imperium Tarquinio superbo, & eius posteris, *Dion. Halic. in 3. Liui. 1. deca. 1.*

¶Populi† & ciues, quibus pudicitia & castitas placuit certaq;
36 proles, in summa hoc scelus odio capitali prosecuti sunt. Sicuti & is, qui apud Scæuolam secundum interpretum mentẽ, existimabant grauius adulterium parricidio, *Scæuol. in leg. coaciillis, 91. §. matre, iuncta additione marginali. de leg. 2.* At qui voluptatibus delectabantur, & ridiculas fere de hoc crimine statuerunt leges.

¶Wunefridus† Anglus, cui postea Romæ Bonifacii nomẽ Latinum pro barbaro obtigit, scribit ad Edoaldum Anglorũ principem, in antiqua Saxonia vbi nulla sit Christi cognitio, si virgo in paterna domo stuprata, vel matrona fuerit adulterio polluta, strangulatam illam cremari, & supra sepulcri foueam suspendi violatorem, aut cingulo tenus vestibus resciss flagellari, castis matronis oppidatim pũgentibus, donec interimat. Quod & refert Beatus Rhenanus, *lib. 1. rer. Germanicar.* In legibus Frisiorum, *ti. 5. de hominibus, qui sine compositione occidi possunt, §. 1.* licet occidere sine pœna campionem, vt lex loquitur, eũ qui in prælio sit occisus, adulterum & furem, si domum effodiat: incẽdere volentem domum alterius, fanum effringentem. Et infantem recenter natum enecantem matrem. ¶In† Gallia, vt ple- 38
rumque sequimur iuris nouellarum Iustinianearum in puniendis adulteriis regulas, de quibus in authentica, sed hodie, ad l. Iul. de adulter. C. Secundum quam iudicatum in senatu Parisiẽsi refert Ioan. Papus, *lib. 22. Rhapso. arest. tit. 9. arr. 1. & 2.* Decẽb. 1522. Meminit & alterius placiti 31. Augusti anni 1552. quo adulteraquidem in monasterium detrusa est, sine fustigatione tamen: adulter autem mulcta pecuniaria & infamiæ affectus, exsilio damnatus est. Refert & alia similia curiatũ placita Boerius, *decis. 207. num. 12.* Receptum & vsu ante damnationem vxoris, eam sibi maritum posse reconciliare, & cessare pœnam, *Papon d. 22. lib. tit. 9. ar. 12.*

¶Possunt† & supremi potissimum iudices, interdum leuiori, 39
interdum grauiorem pœnam imponere pro modo delicti, & considerationem habita personarum & persistentia: veluti, si quã do vir debitum non reddat vxori coniugale, leges castitatis vxor violauerit. Tunc enim quodammodo excusanda, & culpæ in maritum reiicitẽda, *c. si tu abstinnes, 27. q. 2.* Qui enim occasionẽ damni dat, damnum dedisse videtur, *l. qui occiait, §. in hac, ad l. Aquil. P.* Non ideo tamen minus puto, virum eo casu dotẽ lucrari non debere, vt causam dantem adulterio *arg. l. cum mulier. sol. matr. in* P. Neque ideo immunem abire à pœna vxorem, quæ nõ debuit tantum scelus operari. *Archi. & glo. in d. c. si tu abstinnes. 27. q. 2. ca. significasti, de diuor. & ibi Ioan. Andr. & Panor.* mitius tamen eam castigandam, *l. omne delictum, 6. §. per vinum & lasciuiã, de remiti. P.* Tam graue enim adulterium delictum est, vt remittendum non sit, teste Modestino, *l. Caii Cassii. 35. iuncta gl. in ver. delictis, de fideicom. liber. P.* Placuit & sæpe rigor legis Iuliæ, & capitalis pœna inter iudicãdũ curiis supremis Gallicis, obseruata conditione personarum, veluti quando seruus seu famulus concubuerit cum domina, *Papon. lib. 22. Rhapsar. tit. 9. ar. 4. & 5.* is enim vt plerumque suspendio punitur.

¶Aliam† quoque lego legem apud Demosthenem, *μοιχείας,* 40
in Nearam. ἐπειδὰν ἅλῳ τὶς μοιχὸν, μὴ ἐξεῖναι τῷ ἁλόντι συνοικεῖν τῇ γυναικὶ, ἐὰν δὲ συνοικῇ, ἄτιμος ἔστω. μηδὲ τὴν γυναῖκα ἐξεῖναι εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοσία, ἐὰν δὲ εἰσίῃ, ἀτιμίαν ὀφλισάτω, ἣν τὰ ἀπόρρητα πλὴν θανάτου, id est, *Postquam autẽ adulterum deprehenderit, et qui deprehendit porro habere eam mulierem in matrimonium non licebit, simile traditur in l. 2. C. ad l. Iul. de adul. l. 2. §. lenocinii, & l. mariti, eo. tit. in P. l. mortalem, de condi. ob. tur. cau. c. 3. de adulter. apud Greg. c. si quis vxorem, & c. 1. 3 2. q. 1. c. quemadmodum de iureiurando. quam si retinuerit, ignominiosus esto. Neque mulieri licebit ingredi in fana publica, cum qua fuerit adulter deprehensus, sin ingressa fuerit, impune quidvis in eam liceat, excepta morte.* Sicque scribit Cornelius Tacitus. *lib. 2. Anna.* exactum à Titidio Labeone Vestiliæ adulteræ marito, cur in vxore delicti manifesta vltione legis omisisset: illumque respondisse sexaginta dies ad consultandũ datos, nec dum præteriisse.

¶Aristophanes, † *in Nubib.* meminit de alia pœna adulterio- 41
rum pene ridicula, sed tamen ignominiosa quæ πυγισμὸς dicitur, seu pilorũ euulsio, ὅσ' ἀλὼπεξ γὰρ μοιχὸν δεῦρο σύρτε πυγιστάς, & deprehensus adulter depilaretur. Et scholiastes in cum locum, cum dixisset, τὸν ἀλόντα μοιχὸν πυγιστιᾶσθαι ἐπάδειν αἰγυπιὸν πτερὸν λαβόν, subiungit ἀντὶ δὲ ὠμείου δίκην, τοῖς μοιχοῖς πίνουσι, δηλοῖ φανίδωσιν ἢ πυγισμόν, οἱ γὰρ πλούσιοι χρήματα παρέχοντες ἀπελύοντο. De Raphanidoseos enim pœna, cum Raphano podicem traiicerent adulteri deprehensi, idem Aristophanes meminit.

De Adulteriis mixtis cum aliis criminibus, & de Incestu.

Cap. 7.

1 *Incestus quid.*
2 *Adulterii cum incestu punitio.*
2 *Sacerdotum fornicatio, incestus est, & ibi de eius pœna, vt de Vestalibus incestis quoque.*
4 *Fornicatio in Bacchanalibus vindicata.*
5 *Rhea Vestalis, matris Romuli & Remi, incestus & mors.*
6 *Monialium fornicantium & fornicatorum pœna.*
7 *Incestus cum matre & filia capitalis: cum aliis, alterius pœna.*
8 *Incestus per legem diuinam damnatio: exempla damnatorum, 9. & seq. nu. 10. 11. 12. & 13.*

Digitized by Google

14 *Incestuosos etiam conscientia flagellat, & ad mortem impellit.*

1 INcestum, † illam coniunctionem vocamus veneream, quæ nuptias nullo modo admittere potest: inter personas, quas cestus ille veneris seu cingulum legitimum, quo nuptiæ legitimæ inaugurabantur, *vide Lylium Greg. Syra. de Deu gentium syntag. 13. & in Cytherea.* exornare non poterat. Quales pater & filia, filius & mater, fratres & sorores, ascendentes & collaterales consanguinei in gradibus prohibitis, affines aliqui, *l. si. de condict. sine caus. lib. 12. P. tit. 7. fi. de rit. nupt. P. l. si adulterium, 38. ad l. Iul. de adult. c. lex illa, §. cum ergo, 36. q. 1. c. de incestis, 35. q. 3. c. nec eã, eod.* & virgines, quæ post consecrationem Deo factã nupserint, quæ adulteræ & incestæ dici possunt, *c. virgines, 27. dist.* quia & desponsatæ Deo videntur, vt D. Paulus ait, *Despondi vos vni vi-*
2 *ro, & c. 2. ad Corinth. 11. c. quæ Christo, ca. virginibus, 27. q. 1.* ¶ Lex † apud Ciceronem, *2. de leg. Incestum Pontifices supremo supplicio sanciunto.* Papinianus, *in l. si adulterium, 38. §. 1. ad leg. Iul. de adult. P.* adulterium in incestu puniri, quia & sine adulterio puniatur, his verbis notat. *Si adulterium cum incestu committatur, vt puta cũ priuigna, nuru, nouerca, mulier quoque similiter punietur: id enim remoto etiam adulterio eueniret.* D. Augustinus, *lib. de adult. coniug. in c. adulterij, 32. q. 7. adulterij malum*, inquit, *vincit fornicationem: vincitur autem ab incestu.* Et Papinianus quoque, incesti crimina natura grauiora adulterio voluit, & si aliquando ob ignorantiam sanguinis vel pœna leniatur, vel cesset: vel propter ætatem incestus, non autem adulterium, *Papin. in d. l. si adulterium, §. 1. & l. fin. de rit. nup. P.* Plura de incestu diximus iam in nuptiis, dum de prohibitione earum tractamus, *lib. 9. c. 11.* quæ huc transferri possunt: repetere enim, vt breuitati consulamus, non expedit, *& vide etiam Boe. de pœna incest. ascend. & descen. nutricis & consanguineorum coniugum, q. 318.* Inibi quoque diximus prohibitas esse nuptias consecratis Deo virginibus seu Vestalibus, & in ordinibus ecclesiasticis maiorib. constitutis: quib. præcognitis facile persuasum erit multo magis clandestinas fornicationes harumdem personarum per se reprobas, vt incestuosas merito reiici. Cum matrimonium, quod legitimam habet per se coniunctionem, sit illis vetitum: & de facto initum separandum, imminẽte exsilio & proscriptione bonorum coniunctiones has peragentibus, etiam Wisigothorum legibus, *l. 2. de incestu, lib. 3. C. Wi-*
3 *sig. tit. 5.* ¶ Sacerdotes † qui cum filiabus spiritualibus, quas sibi per sacramentorum exhibitionem affinitate spirituali iunxerunt, fornicantur, graue adulterium committunt & pernicios simi exempli. Proinde ab omni officio deponuntur, & iniungitur in pœnitentiam duodecim annorum peregrinatio, & postea in perpetuum monasterij conclusio, *ca. si quis sacerdos, c. fi. & c. omnes, 30. q. 1. Abbas in ca. fin. de purg. cano. Ioan. de Anna. in c. cum dilectus, de accusa. col. 2. Ioan. Bernar. Diaz. in pract. crimin. can. c. 76.* Romano iure, Vestales viuæ sepeliebantur in incestu deprehensæ, vt innuit Iuuenalis, dum ait, *Satyr. 4.*

Nemo malus felix minime corruptor, & idem
Incestus, cum quo nuper vittata iacebat
Sanguine adhuc viuo, terram subitura sacerdos.

Fetunt, *vide de supplicijs harum Vestalium Liui. lib. 2. 4. 8. decad. 1. & dec. 4. li. 2. Dio. Haly. li. 8. & 9. Iulia. Obse. li. de prodig. Pli. Iunio. lib. 4. epist. Oros. in 2.* Minutiam Vestalem, ob incestum viuam ad portam Collatinam Romæ defossam: & Popiliam aliam in campo, qui inde scelerati nomen habuit. Pariter Vrbinam, cuius corruptores iudicio pontificis Maximi, in foro virgis cæsi, necati sunt. Defossæ ob ipsum scelus & Vestales aliæ, Opia. & & Opinia. Et Liuius Cantilius scriba pontificum, qui cum Floronia Vestali, quæ mortem sibi conscíuerat, stuprum admiserat, iussu pontificis maximi in comitio vsque adeo virgis cæsus est, vt inter verbera exspirauerit. Capparonia alia suspendio periit, & corruptor eius, & serui conscij supplicio affecti.

4 ¶ Liuius † scribit, *in bello Macedonico.* Valerius Maximus. *lib. 6. cap. 3.* S. Posthumio Albino, & Q. Martio Philippo consulibus, senatum mandasse, vt de iis, quæ sacris Bacchanalium, incestu vsæ fuissent, inquirerent, quibus cum multæ essent damnatæ, in omnes cognatas intra domos animaduerterunt.

5 ¶ Ante † has, Rhea cognomine Syluia, Vestæ sacerdos Numitoris filio, incestus conuicta. ex quo genuit Romulum & Remum, virgis cæsa interfecta est, quodque natum ex ea iussum in profluentem aquam proiici, *Dion. Halic lib. 1. Liu. lib. 1. decad. 1. Plin. de vi. Illustr. Iul. Florus in 1.* Sed deinceps defodi tales viuas iusserunt sacratæ leges, *idem Dionys. in 1. Pomp. Let. lib. de sacerdo. in Vestali.* Sed & Dionys. refert Rheam Syluiam in occultum perpetuumque carcerem coniectam, & ibi necatam fuisse, plures tradidisse.

6 ¶ Iure † pontificio, si quis episcopus aut presbyter, aut diaconus, aut subdiaconus, aut lector, aut psalmista, aut hostiarius, cum muliere sanctificata Deo mœchatus fuerit, deponitur, quia sponsam Christi corrupit: si vero laicus, excommunicatur, *c. si quis, 27. q. 1. ex sexta synodo.* & à sacra communione in perpetuũ, demto mortis tempore, si digne pœnituerit, arcetur, *c. virginibus, tad. 17. q. 1. ca. raptores, 36. q. 2.* Ipsæ autem Vestales lapsæ ita, in ergastulis, vt perpetuam ad mortem producant pœnitẽtiam, concludendæ, *c. impudicas, 27. q. 1.* Iure ciuili, capitale imminet supplicium non solum ex raptu harum virginum, sed etiam si quis ea de re etiam volentes rapere tentauerit, *l. si quis non aliam rapere, 5. de episcop. & cler.*

¶ Placuit † etiam curiæ supremæ Tectosagum seu Tholosa- 7
næ, reum actum incestus commissi cum matre & filia, *c. si quis nõ dicam, 36. q. 2. l. 1. de raptor. virgin. C.* capite plectendum, 9. Octob. 1548. & si alterius gradus incestuosus leuius punitus sit, *vide Papo. lib. 22. Rhapso. arest. ar. 7. & 8. titul. 9.* seuerius tamen, quam adulter. Nam sicuti proximitatis argumentum & exceptio suspectam redditam coniunctionem tollit, sic deprehensa in proximitate illicita coniunctio grauiorem meretur pœnam, vt statuunt Gratia. Valent. Theod. & Arcad. CCCC. *l. si quis adulterij, 34. ad leg. Iul. de adult. C.* Addit plura de pœna incestus cum matre filia, nouerca, sorore, nutrice, Nicol. Boerius, quem consule, *decisio. 318.*

¶ Incestus † vindictam sic D. Paulus exprimit, *1. ad Corinth. 5.* 8
Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis qualis nec inter gentes: ita, vt vxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestri, qui hoc opus fecit. Lex Dei vlciscitur & prohibet incestuosam coniunctionem personarum in Leuitico ca. 18. Maledictus à patre Iacobo, *Genes. 49.* Ruben, vt non cresceret, quia ascenderat cubile patris, & maculauerat stratum eius, scilicet qui coierat cum concubina patris, *Genes. 35.*

¶ Referam † incestus vindictam aliorum quorundam. Gry- 9
thus ex Helena, vel vt alij volunt, ex Oenone & Alexandro filius, in incestu matris deprehensus à patre, occisus fuit, *Hellanicus, in Troicis, Parthe. in Erotic. c. 34.* Constantinus Magnus occidit indicta caussa Crispinum filium è concubina natum, iam Cæsaris dignitate præditum, ob suspicionem consuetudinis cũ Fausta nouerca, null. legis naturalis habita ratione. Et balneo supra modum calefacto, calcatam Faustam eduxit mortuam, teste Suida, *in ver. κρίσπος.* Io. Zonaras tamen scribit, *3. Tomo.* Crispinum falso à nouerca insimulatum, quod ille noluisset infando amori acquiescere, resciscentemque Constantinum rei veritatem, in vltionem occisi filij & calumniæ, ita Faustam balneo suffocasse. Notat & Heraclides, *in Politia & in Polit. Tenedior.* Cyenum filium Tennem, apud patrem, falso tamen adulterij cum nouerca insimulatum, cista inclusum in mare proiectum.

¶ Aruntius † in ebrietatem lapsus, cum filiam Medullinam 10
corrupisset, ab ea interemtus est, *Plutar. in Parall.* Sicuti ob eã caussam Cyanippus à Cyane filia stuprata, *eodem.* ¶ Sciunt † o- 11
mnes Oedipi & Iocastes incestum: norunt & mala ingentissima, quæ inde nata sunt, *de quib. Stat. 1. Theba.* ¶ Cimon † Athe- 12
niensis cum Elpinicem sororem stuprasset, Ostracismo à ciuibus suis pulsus vbe est, vt auctor Suidas, *in verbo Cimo.* ¶ Erat † 13
Cilix quidam, cui vxor coniuncta, quæ filiam ex priore matrimonio genitam secum habebat, cuius amore correptus Cilix intemperanter nimis illi congrediebatur, ita vt vxorem minime lateret, quæ simul in lecto iacentibus superueniens, puellæ quidem ambos oculos, marito alterum effodit acubus, quibus vestimentorum fibulas nectebat: huiusque incestum Æsculapiũ abominatum fuisse tradit Philostratus, *lib. 1. de vita Apollonij.* Et ideo ei restitutionem visus denegasse, & à sacrificiis expulisse.

¶ Incestus † conscientia etiam nullo persequente tanta est, 14
& tam acerba, vt auctores sceleris sæpe ad mortem sibi conscíscendam coegerit. Sic Byblis Mileti filia, *Parthen. in Eroti. ca. 11.* postquam cum Cauno fratre incestum commisit, se baltheo ad collum ligato suspendit. Idipsum fecit Enopis Tracenis filia, post concubitum admissum fratris, *idem, ca. 13. Ouid. lib 9. Metam. & 1. de arte.* Secundus Philosophus cum matri nescienti esse filium se commiscuisset, & illa facto cognito sceleris horrore sibi mortem conscíuisset, ipse quoque incestus pœnitentia in æternum tacuit, *Diog. Laert. in eius vita.*

De Raptu & Raptoribus. Cap. 8.

Lib. 9. C. tit. 13. De raptis mulierib. in Auth. coll. 9.

1 *Adulterium grauius dicitur accedente raptu.*
2 *Raptus quid, & in quibus fiat. num. 4.*
3 *Vim maiorem faciunt verba persuasoria.*
5 *Raptor in crimine compertus occidi à quibus possit.*
6 *Raptus non excusatur consensu puellæ raptæ, quæ nubere raptori prohibetur, & pœna raptorum. Et 7.*
8 *Raptor an raptæ nubere possit impune. Et 10.*
9 *Raptus num fiat in meretrice Et pœna. 15.*
10 *In Raptores mulierum, diuersarum gentium leges & pœna. 11. Et 12.*
13 *Iudex puniendus, qui dissimulat crimina punire.*
14 *Raptus mulierum quæ atrocia bella peperierunt.*
16 *Violationis virginis, nasus amputatio pœna.*

QVia † oportet adulterium grauius ex adiectione raptus puniri, *l. vni. §. quæ multo magis, de rap. vir. li. 9. C. ti. 13.* & quia inter ca-

Digitized by Google

ter capitula legis Iuliæ, exstat de raptu sãctio, *d.l.vni.§.fi.* ideo de raptu pauca subnectemus. ¶Raptus† est, vi mulierẽ abducere,
2 *lex illa, §.raptus, 36.q.1.* à corrumpendo dictus, *c.raptus, 36.q.1.* Et Lucius, *3.in ca.pen. de raptorib.3.* Sum.Pont. ibi raptum dicit admitti vbi nihil ante de nuptiis actũ est, neq; raptorem esse qui habuerit mulieris consensum, licet parentes reclamarent: scilicet si de nuptiis antea tractatum. Alioquin Gelasii, *ca. lex illa in princip. & §.raptus, 36.q.1.* decretum probo, qui ait, Raptum admitti cum puella violenter à domo patris abducta, vt corrupta in vxore habeatur, siue puellæ solũmodo, siue parentib. tantũ, siue vtriusque illata cõstiterit. Nã is morte inquit mulctatur, & prætextu matrimonii etiam raptus factus vindicatur, *l. raptores, de rapt. virg. C.* ¶Vim †habent etiam persuasoria verba, *Vlp.*
3 *l.1.§.persuadere, de ser. corrup. lib, II. P. tit. 3.* Et Solon magis puniuit eum, qui verbis pellexisset mulierem, quam qui vi, teste Plutarcho, *in Solone.* ¶Et†proinde lex ciuilis quoque voluit, *l.1. de rap. vel matrim. sanctimoniali. vel viduar. lib.8. Cod. Theod. ti.25.* & in vo
4 lentem inuitis parentibus ductam, raptum committi: imo & in sponsam, *l. vni. cum suis §§. ae rapt. vir. C. & tit. de raptu mulier. in auth.* quamuis ius pontificium in eo resistat, *c.cum causa. 6. de rapt. ap. Greg.* Nec facultatem esse virgini, vel viduæ, vel aliæ cuilibet mulieri, raptorem sibi maritũ exposcere: sed oportere vxorem ducere volentem, siue ingenuam siue libertinam, secundum leges & antiquam consuetudinem à parentibus vel aliis, quos decet petere, & cum eorũ volũtate fieri legitimũ coniugiũ. Statutaque pœna aduersus raptores, & in eos, qui comitati eos in raptu fuerunt, mortis & amissionis bonorum: & aduersus cõscios & administros sceleris, mortis. Data nihilominus licentia parentibus, consanguineis, tutoribus, & curatoribus raptorũ, occidendi raptores in flagranti crimine repertos. Refert easdẽ pœnas Leo nouella 15. Sed ipsi ex sententia patris sui alias adiicit loco illarum, vt si quidem cum armis, gladiis aliisue lethalibus instrumẽtis fiat raptus gladio puniatur crimẽ in raptore, socii vero & auxilium dantes, & raptores suscipientes, nalo mutilentur, verberentur & cute tenus tondeantur. Si sine armis nõ imponatur mors, sed raptori manus amputetur, ministerium vero vi præbentibus, verbera, tonsura & deportatio imponantur.

5 ¶Diximus†iam in finitione nuptiarum, de raptu quem in parentes appellant, dum sine consensu parentum nuptiæ fiunt cum filiabus, vel liberis, neque reperam. Refert & prope ad raptum. Ioannes Lucius, *lib.12. placito. tit.8. plac.2.* clariorem vxore iuuenem & ditiorẽ, ab vxore ipsa vel aliis auxiliis clam curatore vel moderatore expugnasse, & ad vxorem se ducendam præsentibus verbis pellexisse pacta inconsulto adolescenti præscribere valde iniqua: atque irrita omnia, saluo matrimonio, facta, damnatam vxorem pecunia, consultores & cautores, quod ei operam dedissent, 1535. Iunii. Placuit etiam & raptum committi, si defuncto patre quis inconsulta matre, cum filia se iunxerit matrimonio: atque eius nomine exsilio damnatũ quendã à senatu Parisiensi 7. Augusti 1554. & filiã pœna honoraria matri iniuriam resarcisse, tradit Ioan. Papus, *lib.22. Rhapso. arest. tit. 6. are.8.* Idque mitius agendo, cum pœna grauior iure ciuili imineat in hoc casu. *l. vni. §. oportet, de rap. virgi.* potissimum dum tutelæ maternæ adhuc filia subiicitur.

6 ¶Exstat†constitutio Iustiniani, *Constit. Nouell.143.* quæ vetat raptam voluntarie nuptam raptori quippiam ex eius testamẽto capere, parentesque etiam punit, *Nouell.150.* Constantinus, lege ad populum lata, *Constan. l.1. & 2. de rapt. virginum, lib.9. C. Theo. tit.24.* sanciuit, raptæ puellæ sine depactione parentum assensum non releuare crimen, sed eandem iisdem pœnis raptus obligare, nutrices quoque & custodes datas à parentibus puellis, quæ ministerium præbuerint & deluserint puellas, liquentis plumbi ingestione in fauces & ora, puniri. Neque autem impunitatem puellis inuitis raptis præstandam, sed eandem pœnam quæ raptoribus imponendam: *Quia*, inquit, *domi vsque ad coniunctionis diem seruare se potuerint: & si fores à raptore fracta fuissent, à vicinisue implorare potuisse.* Verum leuius cũ iis, quæ illa vi raptæ sunt, agitur, & leuior pœna imponitur. At si paternam successionem denegat, participes sceleris deportari liberos iubet: seruos autem concremari: raptores capitali iudicio subiiciens. Refert Clemens 4. *in ca. cum secundum leges, ca.19. ae hæreti. lib.5. sexti. ti 2.* legibus humanis mulierem raptoris matrimonium eligentẽ, præsertim parentibus inuitis, bona omnia quæ sibi per legem obuenerant à raptore, ac alijs consortibus raptus, ipso iure amittere, certoque casu deferri in fiscum.

¶In†iure pontificio, pœna mortis raptoribus decreta iure ci
7 uili, excommunicatio intelligitur, *c.2. c. raptores, c. si quis virginẽ, 36. quæst.2.* coniuncta tamen publica pœnitentia, quæ etiam in eosdem statuitur, *ca. raptor, ca. statutum, 27.q.2.*

¶Ius†Saxonicum permittit matrimonium inter raptum & rap-
8 torem, *lib.1. iur. Saxonici, arti.37. in glo.* Idipsum & Burgundionum, sed ea lege vt sciat mulier se nihil de parentibus suis habituram. *in legi. Burgund. tit.12. §.fi.* Raptor iure pontificio quoque iubetur aut stupratam dotare, aut in matrimonium ducere, *ca. 1. & ca. peruenit, de adult.* Mitiusque agit cum eo qui eam rapuit, de cuius nuptiis antea egerit, *ca. cum causam, c. accedens. de raptor.* Atque eo iure, potest vitari pœna, vt videtur raptus, per consensum in matrimonium cum raptore. Quod tamen displicuit concilio Aquisgrani celebrato, *c. placuit, 36.q.2.* cautumque, ne propter violentiam præcedentem, consensu sequenti rapta raptori nubere possit. A quo tamen ex D. Hieronymi auctoritate, *d.ca. placuit. §. hæc auctoritas, & ca. tria, 36.q.2.* qui pluribus veteris testamenti sententiis & exemplis probauit, tale matrimonium esse legitimum, dictum est. Ceterum etsi matrimonium firmum sit, quod pertinet ad sacramentum, non tamen ideo arbitror pœnam eludendam. Nam & eam ab ecclesiasticis iudicibus vsque ad sententiam sanguinis imponi posse nemo inficiatur, *ca. in archiepiscopatu, de raptorib.* Neque prohibetur, quin & secularis iudex, legibus ciuilibus indictam non proferat: neque approbatũ matrimoniũ ab ecclesia impedit, quominus vltio sumatur raptus. Quia nõ punitur matrimoniũ, sed modus, quo matrimonium quis aucuparus est illicite. Plura enim bona sunt, sed quia bene non fiunt, damnantur, & capitalis pœna reposcitur ad puniendum dolum, fraudes, circumuentiones. Proinde recte hodie matrimonii cognitio suspenditur, donec de raptu cognitum & decretum fuerit à iudice seculari, vt pluribus firmat Ægidius Magister supremæ curiæ Parisiorum præses, *Ægi. Mag. in decis. notabil. tracta. ae appellatio. c.3.* qui refellit diuersam interpretum iuris pontificii sententiam. Et Lucius ita iudicatum testatur, *Ioa. Lucius, lib.12. plac. curiæ, tit. 8. pla. 1.* & Papo, *lib. 22. Rhapso. arest. tit.6. are 7.*

¶Quid†autem statuendum sit de vi & raptu in meretricem, 9
distinguunt aliqui, num nupta sit, vel soluta à vinculo matrimoniinam si quispiam rapuerit mulierem nuptam, quæ prius permiserat se osculari, tangi, & comprimi, habet locum pœna raptus ex mente Pauli Castrensis, *cons.272. incipiente quæritur, viso dicto statuto, in 2. vol. cons. per gl. in l. stuprum, iuncto textu, de rit. nup. in P.* & Baldi, *in l. consentaneum, quomo. & quan. iud. C. per text. §. 1. de restit. & ea quæ parit. in 11. men.* Quamuis Accursius, *glo. in l. vni. in verbo, honestarum, & ibi. Cyn. de rap. virg. C.* & post eum Cynus dixerint, adulterium quidem committi in muliere nupta, etsi inhoneste viuat, & punibile: raptum nequaquam, quia is nõ nisi honestarum personarum sit. Addit Angelus, *in d.l. vni.* neque cũ turpiter viuente cõmissũ adulteriũ, punibile esse tex parte viri adulterantis: puniendum tamen ex parte adulteræ, *Prob. l. quæ adulteriũ. 29. ad l. Iul. de adult. C. & l. si ea quæ, C. eo. ti.* Turpior nãque videtur persona, quã vt legum obseruatione dignæ visæ sint, vt ait Constanti. in l. qui adulteriũ, C. de adult. vel vt cum Iuue. Sat. 4. dicã turpior ipso crimine: sic n. de Crispino scribit,

Nam quod turpe bonis Titio Seloque, decebat
Crispinum: quid agas cum dira & fœdior omni
Crimine persona est?

Existimarem ego mariti qualitatem esse perpendendã quoque, vt vterque & raptor & rapta puniatur, si vir alienus à lenocinio fit. Considero simul, num post compressionem adulteræ, eam quis traduxerit vel rapuerit statim, an postea: & mora potest dare respiscendi mulieri ansam, calore sedato & crimine perpenso. Fieri enim potest, vt quæ antea fuit meretrix, pœniteat sceleris, & velit se emendare. *l. imperialis, §. præsenti. de nupt. C.* At in meretricibus publice merentibus, si quæ sint alicubi, inuitis adductis, raptum non opinor, nec vim, nec pœnam eius ex legibus ciuilib. *Vlp. l. verum est. 40. de furt. lib. 47. P. tit. 2.* Sicque de rapta Dina sorore dixerunt filii Iacob, *Numquid oportuit sororem nostram tãquam scorto abuti? Genes. c. 34.* Verum non est dissimulandũ, puniendas scortationes etiam volentium iure nostro diuino, vt docuimus in Personis, dũ de illegitimis ageremus liberis. Et proinde multo magis nolentium, quia vi aliqua compressa, inducta videtur ad delinquendũ. Pœna autem erit determinanda pro modo circumstantiarum, & vis, & personarum. Nã & cõmentariensis morte dignus est, qui meretricem suo carcere concluſam cognouerit, eriã sine vi, vt placuit Ioanni Fabro, *in §. item lex. de publ. iud.* & hodie solent fustigari, *Pap. li. 22. Rhapso. are. ti. 8.*

¶Athenis†lex fuit, à Solone, vel Dracone, non plane con 10
stat, lata, qua cum generaliter, *Qua vim passa fuerit, eius qui vim* 11
intulit, vel nuptias, vel mortem optato. ¶Cuius†meminit Seneca, 2.
Declam. Hermogenes, 1. *Rhetor.* & Fab. Quintilianus, *in raptore conuicto*, in legibus Boioariorũ hæc lex, *in l. Boioar. c.11. tit. 6.7. Si quis virginem rapuerit, contra ipsius voluntatem & parentum eius, ei duodecim solidis componat: & alios quadraginta cogatur fisco dare. Si autem viduam rapuerit, qua coacta ex tecto egreditur, propter orphanorum & propriam veram penuriam, cum 80. solidis componat, & 40. cogatur fisco dare.* ¶In† legibus Salicis, *ti. 14. de ingen. homin. qui mulieres ingen. rapiunt.* raptus mulieris pœna pecuniaria punitur: 12
maiori, si rapitur alteri sponsata. Alia tamen lege, *§.6. præd. ti. Si quis puer regis vel lidus ingenuam fœminam traxerit, de vita componere iubetur. Quod si, §.7. eiusdem titu. ingenua aliqua fœmina quemcunque de illu sponte secuta fuerit, ingenuitatem amittit.*

¶Leo†Armenius *in 1. lib. iur. Orien. in eius constitutio.* 13
τῶν ἐπὶ ἁρπαγῇ τῶν γυναικῶν ὁρισμῶν, *id est, de præfe. pœnam adultero non irrogante.* Orientis Imperator, cum eum quidam egredientem palatio adisset, questus suam sibi vxorem à Senatore raptã, idque facinus se ad vrbis præfectum detulisse, neq; tamen suum ius consecutum, iussit sibi sisti Senatorem, & vrbis præfe

Digitized by Google

ctum: atque præfectum statim suo munere exuit, & adulterum legibus puniendum tradidit. Memorabile autem est placitum curiæ Tholosanæ, quo iudex Blaniaci oppiduli iuxta mœnia Tholosæ, damnatus & priuatus capite, quod meretricem conquerentem se vi cognitam non audiisset, & negotium dissimulasset: non quia graue scelus hoc forsan in meretricem admissum, sed quia iudicandi munus necessitatem habet, *leg. quippe, de iudic. P. l. fin. §. iudicandi quoque necessitas, de muner. & honor. in P.* Sed & celeritatem maxime in atrocioribus, & quæ dissimulatione serpere pernitiosius possunt.

14 ¶ Non † est hic quod referam, quod clades antiquitus & bella orta fuerint ob raptus mulierum, de quibus Herodotus, *in prin. lib. 1.* meminit. Notum bellum & strages ob Helenam ex Homero, *lib. Iliad.* Horatio, *1. Car. od. 15.* & aliis. Alia pleraque persequitur Athenæus, *lib. 13. Dipno. cap. 4.* Refert Strabo, *in 1.* & Pausanias, *in Messeniac.* bellum maximum inter Lacedæmones & Messenios, quod Messenij Spartanas virgines ad ædem Dianæ violauerant.

15 ¶ Secundum † ius Saxonum, meretricem quoque & concubinam, si quis præter earum voluntatem violat capite punitur, *lib. 3. leg. Saxo. art. 36.*

16 ¶ Iustinianus † in legibus Militaribus, *l. 36.* ὁ στρατιώτης ἐὰν ἁρπάσῃ κόρην ἢ φθείρῃ αὐτὴν, ἐπιτιμησάσθω, δὸς αὐτῇ τὸ τέταρτον τῆς οὐσίας αὐτοῦ, id est, *militi qui violauerit virginem, nasus amputator, data insuper ei tertia bonorum parte.*

De Stupro in Virgines, & Viduas.

Cap. 9.

1 *Stuprum quid dicatur.*
2 *Stuprans puerum vel fœminam lege Iulia de vi publica tenetur: & de eius pœna.*
3 *Honeste viuere imperatum quibusdam à magistratibus.*
4 *Meretrices quæ fœminæ dicuntur.*
5 *Raptus ab Stupro virginis quid differat. Et horum pœna. Et seq. 6. 7.*
9 *Virginem immaturam rapiens quomodo puniatur. Et quæ sit pœna famuli ancillam vitiantis.*
10 *Carceris custos quomodo puniatur abutens carcerata.*
11 *Vidua stuprum committens non priuatur dote, qua priuaretur, si adulterium viuente marito commisisset.*
12 *Fornicatio inter dominam & seruum quam pœnam habeat.*

1 NOmen † stupri, etsi generale nomen sit, ad omnes species illiciti & vetiti coitus pertinens, nunc tamen viduis, virginibus, & masculis applicabitur: si modo viduæ fuerint integræ vitæ antea, & extra concubinatum, *l. stuprum, 34. Papin. l. inter libertas, 6. ad leg. Iul. de adult. in P. l. inter stuprum, de verb. sign.* aut meretriciam vitam.

2 ¶ Qui † puerum vel fœminam per vim stuprauit, lege Iulia de vi publica quoque tenetur, *Mart. l. 3. ad leg. Iul. de vi publ. P. Marc. l. mariti lenocinium, 29. §. fin. ad leg. Iul. de adult. in P.* cuius pœna aquæ & ignis interdictio, *Vlpian. l. qui dolo, 10. §. fin. ad l. Iul. de vi publ.* in cuius locum hodie deportatio, *l. 3. ad leg. Iul. pecul. P.* bonis omnibus ademtis, *§. item lex, de publ. iud. ap. Iustin.* teneturque lege Iulia de adulteriis, quia eo nomine adulterium etiã dicitur, *d. l. inter liberas, §. 1. ad leg. Iul. de adult.* Vidua honesta habita, quæ stuprum commisisset, iure diuino ignibus cremabatur antiquitus, *Genes. 3. 8.* quia se prostituere, & ad meretrices accedere iure diuino prohibitum, *ca. meretrices, & ca. in eo, 32. q. 4. Nõ obit enim scortum,* inquit Dominus, *Deut. c. 32. de filiabus Israel, nec scortator.* Priuat eos Deus regno æterno, qui fornicantur, *ad Ephes. cap. 5. ad Hebræ. 13. Apocal. 21.* ¶ Athenis † Areopagitæ, cum Demetrius Phalerei filius, luxuriosius vitam ageret, & Aristagoram amicam domi possideret vt melius & honestius viueret imperarunt. Ephori quoque cum Gnosius Lacedæmone insolenter se gereret, vetuerunt, ne cum iunioribus versaretur, vt scribit Athenæus, *lib. 4. Dipno. c. 20.*

4 ¶ Meretrices † dicuntur illæ mulieres, quæ impudentius multis se prostituunt, *c. vidua, 4. dist. l. palam, ne rot. nup. P.* quarũ turpitudo publice venalis est, *ca. meretrices, 32. q. 4.* maiori pœna dignæ, quo pluribus se polluunt impudicis concubitibus, quam illæ, quæ cum vno vel altero illegitimo viro: quæ tamen à pœna fornicantis non sunt alienæ, etsi à pœna meretricis aliquo spatio differant. Quia facile quæ vnius non erubescit vetitum complexum, in plurium paulo post venit concubitus paulatim excusso pudoris fræno.

5 ¶ Stuprum † proprie, inquit Gelasius, *ca. illa lex, 36. q. 1.* virginum est illicita defloratio, quando videlicet non præcedente coniugali pactione, vtriusque voluntate virgo corrumpitur, patre iniuriam statim ad animum non reuocante. Cuius verba postrema, distinguunt stuprum à raptu, quòd diximus fieri, dum inuitis parentibus filia alteri se coniunxit. Pœnam augent vel minuunt stupri, personarum qualitas, & modus delicti. Sic grauius punitur is, qui pupillam sibi commissam corruperit, alio: & bonis fisco delatis deportatur, *titul. si quis tam cuius tutor fuer. corrup. lib. 9. C. tit. 10.* Ex lege autem Leonis, vitiatæ dantur bona, quæ ante fisco dabantur, *Constit. Leonis 34.* ἵνα ὑπὲρ τῆς φθορᾶς αὐτῆς ἀποδοθῇ τὰ τοῦ ἀνδρὸς τοῖς γονεῦσιν αὐτῆς. Clericus stuprans virginem, ex sententia Abbatis Panormitani, deponitur, *in c. at si clerici, de iud. col. 12. per ca. si quis clericus, 81. dist. ca. lator, 2. q. 7.* Et hanc communem esse opinionem tradit Paul. Grillandi, *in tract. de pœn. omnifariam costus, ca. 7. videndum.* Et vltra dotem, quam tenetur præstare ei, quam seduxerit, mulcta pecuniaria afficiendus, vel corporali pœna, *Abb. in cap. penult. de adulter.* & si per vim stupraverit, vltra pœna carceris vel monasterij, *vide Bernardum Diaz, in practic. crimin. cap. 77* Stuprum in virginem vel viduam honeste viuentem, sine vi commissum, lege Iulia, si honestæ personæ sint delinquentes, punitur, cum publicatione dimidiæ partis bonorum constuprantium: & si humiles, cum corporis coercitione & relegatione, *§. item lex Iulia de adulteriis, in fine, de publ. iud.* Quam pœnam tam viris stuprantibus, quam constupratis spõte communem arbitror. Si tamen seducta virgo, dotabit eam qui seduxit, vel ducet in vxorem, si parentes voluerint, *c. 1. de adult.* Inops fustigabitur, & exsilio damnabitur. Punitur & alia pœna iure pontificio, vt castigatus in monasterio pœnitentiæ causa concludatur, *ca. 2. eo.* Lex diuina, *Deut. c. 22. Si inueneris virgunculam virginem, quæ non habet sponsum, & concubuerit cum illa, & res ad iudicium venerit, dabit qui dormiuit cum illa patri puellæ quinquaginta siclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam: si pater eam ei dare noluerit, notabit, &c. Exod. c. 22.*

6 ¶ Scortationis † erat actio apud Lacedæmonios, censura, & delatio, teste Iulio Polluce, *li. 8. Onom.* atque à conciombus scortatores pellebantur.

7 ¶ Macrinus † imperator, *Iul. Capit. in Macrino.* cum per frumentarium diceret, duos milites ancillæ hospitis pudorem violasse, geminos boues miræ magnitudinis aperiri iussit, atque his milites singulos inseri, capitibus boum exsectis, quo facilius vna colloqui possent.

8 ¶ Lex † Salica, *in l. Salic. tit. 11. §. 3.* punit fornicantes cum ingenua puella spontanea voluntate, in occulto pœna 1800. denariorum qui faciunt 45. soli. Quod si, *eod. tit. 29. §. 6.* seruus cũ ancilla mœchatus fuerit, & de ipso crimine ancilla mortua fuerit, statuitur, aut vt seruus castretur, aut 240. denarios, qui faciunt solidos sex, culpabilis iudicetur: Dominus autem serui capitale restituat. Si autem ancilla propter hoc non fuerit mortua, seruum ipsum aut 120. ictus accipere, aut 120. denarios, qui faciunt solidos 3. domino ancillæ cogi præstare,

9 ¶ Qui † ancillam virginem immaturam stupraverit, ex Vlpiano lege Aquilia tenetur, *Vlp. l. si stuprum, 25. de iur. P.* At qui nondum viripotentes virgines ingenuas corrumpunt, humiliores in metallum damnantur: honestiores in insulam relegantur, aut in exsilium mittuntur, *Paul. l. si quis aliquid, 38. §. qui nondum, de pœn. P.*

10 ¶ Voluerunt † & commentarienses, qui cognouit mulierem carceribus suis commissam, pœna puniri, qua tutor, qui cognouit pupillam suam quondam, *Iaco. de Belloui. in pract. crimin. rub. de quæst. num. 133.* cum eam enim ab aliis custodire debeat, multo magis à seipso, *leg. vni. de procurato. & conducto. domus Augustæ, lib. 11 C. l. altius si ferait. vindic. P.* debuit fidei suæ commissam intactam relinquere. Grauior & pœna imponitur ei, qui bonam quam qui malam stupraverit, *Paul. l. fin. de offic. præsid. lib. 12. P. tit. 18.*

11 ¶ Ceterum, † illud singulare est, stupri accusationem in vidua instituram ab heredibus mariti, non priuare eam dote, qua priuaretur, si adulterium viuente marito commissum fuisset, *l. consensu, de repud. C. l. Lucius, l. cum mulier. fol. matrim. in P. c. plerumque, de donat. inter vir. & vxor.* & ita iudicatum fuisse tradit Ioan. Papus, *lib. 22. Rhapso. arest. ar. 16.*

12 ¶ Qui † cum domina stuprum commisisset seruus, ex constitutione Constantini comburitur, domina capite plectitur, *l. 1. de mulier. quæ se propriis ser. iunxer. C.* etsi non ita puniatur dominus, qui propriam ancillam stupraverit, *§. eadem, qui manu. non poss. l. si. C. commu. de manum. C. auth. quod ius, C. de natur. liber.* Ex consuetudine Burdegalensium, famuli abutentes dominabus, & earum proximis, quæ in domo sunt, suspenduntur, *in consuetu. Burdeg. tit. de furt.*

De Præpostera Libidine.

Cap. 10.

Tit. Vt non luxur. con. natur. in auth.

1 *Masculorum constupratio capitalis. & aliæ pœnæ. sequenti lib. 3. 4. 5. 6. 9.*
2 *Stuprum masculorum maius scelus adulterio, & incestu.*
7 *Stuprum inferens iure cæsus declaratus.*
8 *Si non mia lex de stupro puerorum.*

10 Osculum

Digitized by Google

10 *Osculum turpe pueris inflictum grauiter punitum.*

1 PRæposteram †libidinem masculorum vltimo supplicio vindicant leges ciuiles, *§. item lex Iulia, de adulteriis, de public. iudic. l. cum vir nubit, 31. ad l. Iul. de adult. C. 9. 1. vt non luxur. com. nat. in mulier.* & muliebria passus infamis est, nisi vi constupratus sit, *d. lucum vir, & l. 1. §. remouet, de postul. li. 3. P. tit. 1.*

2 ¶Maius †certe hoc scelus adulterio, & incestu, *c. adulterij, ca. flagitium, ci. vsus x. offerebat, 32. q. 7.* & maiori pœna dignum. De abominando & damnando hoc crimine, quædam diximus accõmoda in præludiis optimi Iurisconsulti, *li. 2. ca. 16.* quæ hic non repetam. Paulus Iurisconsultus metum, ne stuprum inferatur, maiorem esse bonis viris, quam mortis ait, *Paul. l. isti quidem, 8. quod met. cau. P.*

3 ¶ Mitius † cum iis iudicium ecclesiæ est. Nam clerici, qui eo flagitio polluuntur contra naturam, à clero deiiciuntur, & ad agendam pœnitentiam in monasteriis detruduntur: laici, à cœtu fidelium penitus fiunt alieni, excommunicati, *c. clerici, x. 4. de excessu prælato. apud Gregor.*

4 ¶Lex †diuina, diguos morte, qui hoc agunt, quive agentibus consentiunt, iudicat, *ad Roma. 1. Leuit. 20.* profatque Sodomorum terribile iudicium, *Genes. c. 19.*

5 ¶Lex †Atheniensium, auctore Æschine. *con. Timarch.* hæc erat Solonis, *Si quis Atheniensis puerum ingenuum contumelia, scilicet stupri, affecerit, qui eum puerum in potestate habet rem deferat ad præfectos prætorio, talioneque se subscribat. Quod si fuerit iudicio damnatus, vndecimuiro tradatur, & ipsa die vltimo supplicio afficiatur: sin autem pecuniaria pœna fuerit irrogata vndecim dierum spatio post iudicium acceptum, illam inferat, vel carceribus teneatur.* Et iterum, *Si quis ex Atheniensibus se prostituerit, ei non liceat ex nouem magistratibus esse, sacerdotio augurari, neque pro populo causam dicere: sed nec aliquem quemuis magistratum gerere possit, sine vrbanum sine externum sortereue edictum, aut populi suffragio declaratum, neque ad legationem aliquam emittatur, sententiamque non dicat, publica quoque sacra non ingrediatur, in publicis ue coronationibus coronam non gestet, neque intra cancellos in forum ea: quos si quis ea fecerit, ut stupri damnatur gladio vltore puniatur.*

6 ¶Lex †Valentiniani Theodosij & Archadij, *l. omnes, 6. ad l. Iul. de adult. li. 8. C. Theod. tit. 7.* hoc flagitium præposteræ libidinis flammis iubet vindicari.

7 ¶In †exercitu C. Marii, propinquus eius Imperatoris interfectus iure declaratus, ab eo cui vim in pudicitia adferebat, *Plut. in Vita Marij, Cic. pro Milo. Val. Max. li. 6. ca. 1.*

8 ¶M. Claudius † Marcellus ædilis Curulis C. Scantinio Capitolino Tribu. pleb. diem ad populum dixit, quod filium suũ de stupro appellasset, citatusque Scantinius vno teste, qui tentatus erat, damnatus est, *Val. Max. eod.* Meminit Iuuenalis legis Scantiniæ, quæ in eos, qui muliebria patiebantur scripta erat, dum ait, *Iuuenal. Satyr. 2.*

Quod si vexantur leges, ac iura, citari
Ante omnes debet Scantinia: respice primum
Et scrutare viros: faciunt hi plura: sed illos
Defendit numerus, iunctæque vmbone phalanges.
Magna inter molles concordia.

9 ¶ In † legibus Gotthorum, *l. 8. de incestis, li. 3. C. legum Wisigothor. tit. 5. facit & l. si. eius d. tit.* Chindasuildi regis hæc adiicitur lex, *Masculorum concubitores, vel ij qui talia persentientes pertulerũt, ista sunt leges huius sententia feriendi: vt vti (scilicet mox tale nefas admissum iudex euidenter inuestigauerit, vtrosque continuo castrare procuret, & tradens eos Pontifici territorij ipsius, vbi id perpetrari contigerit sequestratim arduæ mandentur detrusioni: vel inuiti saltem luituri commissa, qui voluntarie perpetrare noscuntur illicita. Hoc interim horrendum dedecus, si inferens quisque vel patiens non voluntarius, sed inuitus explere dignoscitur, tunc à reatu poterit immunis haberi, si nefandi huius sceleris ipse detector exstiterit, &c.*

10 ¶In †mitiori foro, clericorum vel monachorum qui osculum turpe, quo suspicio oriatur libidinis, impresserit adolescẽtibus, vel aliam turpitudinem, est ex fructuosi Episcopi puniẽdus decreto, *decretum hoc ponitur post librum Philastri de hæresibus, in l. qui inscribitur Sentent. Patrum, de officio rectoris eccleſiæ, ca. 95. ex Fructuoso.* cuius hæc verba: *Monachus aut clericus paruulorum aut adolescẽtum consectator, qui vel osculo vel qualibet occasione turpi deprehensus est, comprobata patenter per accusatores verissimos siue testes causſa, publice verberetur: coronam capitis, quam gestat, amittat: decalnatusque turpiter opprobrio pateat, omniumque sputamentis oblinitus in facie, probraque suscipiat, vinculisque arctetur ferreis, carcerali sex mensibus angustia maceretur, & triduana per hebdomadas singulas refectione panis exigui hordeacei vespertino tempore sublenetur. Post deinde expletis his mensibus, alius sex mensibus succedentib. sub senioris spiritualis custodia segregata in curticula degens, operi manuum & orationi cõtinuo sit intentus, vigiliis & fletibus & humilitate, & pœnitentiæ lamentã percipiat. Et sub custodia semper & solicitudine duorum spiritualium fratrum in monasterio ambulet, nulla priuata locutione vel cõsilio deinceps iuuenibus coniungendus.*

Cap. II.

1 *Lenocinium inter capita l. Iulia de adulteriis. Et num. 5.*
2 *Lenocinium quid, & vnde dictum.*
3 *Lupanaria fuerunt prostitutarum & puerorum. Sustulit Iustinianus Constantinopoli. 4.*
4 *Lenonum capita alia pœna. 5. & 7.*
6 *Virgines corrumpens quibus puniatur pœnis. Et persuasio stupri qua pœna afficiatur.*
8 *Adulterij cur non fit transactio.*
9 *Vxorem passus copiam sui facere, adulterij pœna puniendus, vt leno.*
10 *Lenocinij pœna eos tenet, qui euadendi accusationem, opem ferunt fornicatoribus deprehensis.*
11 *Sacerdotum Anubis callidita in decipienda Paulina, & eorum pœna.*
12 *Ausidianus filiam constupratam necauit cum lenone.*

INter †capita legis Iuliæ de adulteriis, lenocinij accusatio est, *l. 2. §. lenocinij, ad l. Iul. de adult. P. l. auxilium, §. sed vt ad leges, de minor. 25. an. P.* ¶ *Lenocinium,* † inquit Vlpianus, *in l. palam, 43. §. lenocinium, de rit. nupt. P. non minus facere, quam corpore quæstum exercere.* Lenas autem dicimus, quæ mulieres quæstuarias prostituunt. Lenam quoque accipimus, & quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet. *Lenocinium,* inquit Vlpianus, *l. athletas, 4. §. ait prætor, de his qui not. infam. P. facit, qui quæstuaria mancipia habuerit, qui & infamis.* Lenocinium quoque committi subiicit, nõ solum si quis eam artem impiam exerceat ex professo, sed etiam si quæstuariis prostitutis, alterius artis occasione vtatur, & occasione ministerij: vt si mancipia talia habuerit, caupo, stabulatius, seu balneator. Ab alliciendo, lenones dictos esse constat: quod ad stupra alliciant. 1 2

¶Erant †prostibula iuuenum & mulierum, & lupanaria apud impios Ethnicos, quos imitari voluit scelestissimus Iason, tempore Machabæorum, *2. Machab. ca. 4.* Iustinianus lenones vltimo supplicio puniendos sanciuit, Christianis suffultus rationibus, *tit. de lenonib. in auth.* ¶Meminit †& Procopius. *li. 1. de ædif. Iustin.* hunc Cæsarem ex Theodoræ Augustæ suasu, & sodalitia meretricum & lenonis à Constinopoli sustulisse. 3 4

¶Vlpianus, † verba legis Iuliæ, & ad stuprum vel adulterium inferentem, & ad suadentem vt inferretur, pertinere tradit, *Vlpian. in l. hæc verba legis, 12. de adult. in P.* Sic sanctionem Valentiani & Theodosij, *l. si lenones, 13. de epiſc. audien. li. 1. C. tit. 7.* qua filiæ & ancillæ, quibus parentes lenones peccandi necessitatem imposuerunt, à nexu potestatis liberantur, intelligo de præcepto & suasione: nam si peccare coegissent, grauiori pœna digno arbitror, nempe proscriptionis, exilij, vel metalli, *l. si. de spectacu. li. 11. C. tit. 40.* 5

¶Constantius † Cæsar statuit, *in l. de rapt. virgin. li. 9. C. Theod. tit. 24.* vt quoniam parentum in filias custodiæ, nutricum fabulis & prauis suasionibus deluduntur, vt eis quæ ministerium rapiendi vel violandi puellas præbuerunt, meatus oris & faucis, quibus nefaria hortamenta protulerunt, liquentis plumbi ingestione claudantur. Paulus autem Iurisconsultus sic etiam statuit, *l. 1. §. qui puero, de extraord. criminib. li. 47. P. tit. 11. Qui puero stuprum abducto ab eo vel corrupto comite, persuaserit, aut mulierem puellamve interpellauerit, quidve impudicitiæ gratia fecerit, precumve, quo id persuaderet, dederit, perfecto flagitio punitur capite, imperfecto in insulam deportatur: corrupti comites summo supplicio afficiuntur.* 6

¶Lenones †Solon quoque accusatos & conuictos, morte dãnari iubet, vt ait Æschines. Eutymachus, quod puellam Olynthiam prostituisset, capite mulctatus est. *Dynarchus, contra Demosthen.* Cleomenes Tyrannus apud Metymnæos, tres vel quatuor lenas, quæ apertissime lenocinari solebant, liberasq; mulieres prostituere, in saccis ligatas iussit quibusdam immergere Hermippus in libris de septem sapientibus hoc ipsum fecisse narrat Periandrum. *Athen. li. 10. Dipno. 14.* 7

¶Ad † species lenocinij pertinet, eademque pœna, qua adulterium, vt plerumque punitur, si quis de adulterio vxoris suæ quid acceperit. *l. 2. §. lenocinij, ad l. Iuli. de adult. l. mercalem, 5. de cõdict. ob turp. caus. li. 4. C. tit. 7.* Quo fit, vt de crimine adulterij non possit transigi, *l. transigere, 18. de transact. C. l. de crimine 10. ad l. Iul. de adult.* C. quia transactio fieri non potest, nullo dato vel retẽto. *l. transactio, 38. de transc. C. l. de fideicommisso, eod.* Pro lenone quoque, qui vxorem adulterij damnatam sciens duxerit, aut in adulterio deprehensam non dimiserit: non tamen qui suspectam tantum retinet. *Tripho. in l. auxilium, 38 §. si. de minor. 25. an. l. crimen lenocinij, 2. l. sine metu, 17. ad l. Iul. de adul. C. l. castitati, 9. C. eo. l. mariti lenocinium, 29. P. eo. tit.* 8

¶Et †qui patitur vxorem suam delinquere, matrimoniumq; suum contemnit, qui contaminatione non indignatur, pœna adulterij conflictur. *l. 2. §. lenocinij, ad l. Iul. de adult. in P.* Extra tamen accusationem legis dicitur, qui patitur vxorem suã delinquere, nõ ob quæstum, sed ob nimiam negligentiam, vel quantamcunque patientiã, vel nimiã credulitatem, *d. l. mariti lenocinium.* 9

Digitized by Google

10 *nimm, §. plectitur, eo.* ¶Tenet † & lenocinij & adulterij pœna eos quoque, quorum ope & consilio dolo malo factum est, vt vir fœminave in adulterio deprehensi, pecunia aliave qua pactione se redimerent, ex sententia Scæuolæ, *in l. is cuius ope, 14. ad l. Iul. de adult. P.* Plura hic adde ex his, quæ diximus alibi de veneficiis, & de amatoriis incantationib. de pœna eorum, qui attentãt pudicitiam alicuius, & ad amorem incitant.

11 ¶Refert † Flauius Iosephus, *li. 18. antiquit. c. 4.* iudicium Tyberij Cæsaris insigne, de Decio Mundo & Ide eius liberta, & sacerdotibus Isidis: cum enim Decius Paulinam vxorem Saturnini castissimam expugnare, nec verbis, nec pecunia posset, ope libertæ effecit, vt sacerdotes corrupti pecunia dicerent, Deum Anubim forma sua captum, eam ad cœnam & amplexum appellare: quare Paulina in templum venit, sed pro Anubi Decius cum ea concubuit. Quo detecto, Tyberius omnes sacerdotes cruci affixit, & libertinam templum Isidis diruit, Isidis imaginem in Tyberim iussit proiici, Decium relegauit, quem iudicauit amore & ætate impulsum magis, quam certo animi iudicio deliquisse.

12 ¶Ausidianus † eques Romanus, postquam comperit filiæ suæ virginitatem à pædagogo proditam Faunio Saturnio, non contentus sceleratum seruum afficisse supplicio, etiam ipsam puellam necauit. *Valer. Max. li. 6. c. 1.*

Non tantum ipsas Fornicationes & adulteria, sed & Præludia, per quæ ad ea peruenitur legibus puniri.

Cap. 12.

1 *Cautio ne crimina committantur, dignior ea, vt commissa puniantur.*
2 *Mentis praua cogitatio quomodo detegatur, & puniatur.*
3 *Fornicationis futuræ, vel peractæ quæ iudicia.*
4 *Libri impudica & parum verecunda lectionis explodendi.*
5 *Fœmina pecunias promisisse, suspicionem habet stupri.*
6 *Colloquium pro stupro punibile, & qui illud permittit.*
7 *Pudicitiam alicuius attentare, infamiam & iniuriam habet.*
8 *Solicitatores alienorum matrimoniorum puniti.*
9 *Amoris & luxuriæ suspiciones, & indicia.*
10 *Poculum amatorium dare, punibile.*
11 *Matrimonij discordiam serentis pœna.*
12 *Visus amoris conciliandi medium primum.*
13 *Tactus illicitus punitus.*
Et num. 14. 15. & 16.
17 *Vasallus feudo priuatur, si cum vxore domini concumbat.*
18 *Amplexatio clerici & mulieris num suspicionem habeat libidinis.*
19 *Oscula pudicitiam violant.*
20 *Osculum grauius fornicatione peccatum esse, Beguinarum error.*
21 *Osculum dedecus & crimen, verbere vindicandum.*
Et num. 22.

1 SApientis † est, non tantum præsentibus malis mederi, sed etiam futuris occurrere. Et proinde legislatores magis soliciti sunt, ne crimina committantur, quam vt puniantur. Ad eum modum futuræ libidini subuenientes, ea quæ eam vel incitant, vel propellunt aut nutriunt, castigant imitati Deum, qui à fundamentis hoc vitium eradicat, iubendo puram habere cum corpore mentem. *Non concupisces. Non desiderabis vxorem proximi tui, Deuteron. 5. Exod. 20. Matth. 5. &c. Non concupisces mulierem. Ecclesiast. 25. Prouerb. 6.* Ex corde enim exeunt cogitationes praua, furta, adulteria. *Matth. 15.* Ideo omni custodia præmuniendum cor, monet Salomon in Prouerbiis, *Prouerb. 4.*

2 ¶Iurisconsulti † tamen & nomothetæ non plane de corde iudicant, nisi per actus quosdam externos, quibus ductis coniectãt de interiori mente: atque ideo quæ fiunt & dicuntur, respiciũt
3 quidem prius, ad mẽtem subinde tamen rem reuoluunt. ¶Coniecturas † sic capiũt proximi stupri, vel adulterij, ex colloquiis, aspectibus, seu visu, tactu, osculis, quæ postea dicunt sequi factũ, *ca. nec aliqua, 27. q. 1. & glos. in l. quod ait lex, 23. in verb. in ipsis rebus veneren ad l. Iul. de adult. in P.* ¶ Lacedæmonij, †
4 libros Archilochi ex ciuitate sua exportari iusserunt, quod eorum parum verecundam, & pudicam lectionem putarent. *Valer. Max. li. 6. ca.*
5 3. ¶Sic † Marcus Celer Cneo Sergio Silo, promissorum matrifamilias numorum gratia diem ad populũ dixit, isque eum eo nomine condemnauit. *idem li. 6. c. 6.* ¶Itaque † puniunt lenocinij &
6 adulterij pœna eos, qui domum scienter præbuerint, vt tractaretur *hæc, & quæ sequuntur probantur à Papinia. in l. qui domo, 8. & Vlp. in l. & si amicũ, 9. ad l. Iul. de adult.* de adulterio vel stupro, vel vt in ea fieret colloquium, quod ne fiat prohibetur: quia sine colloquio illo, adulterium illud non committeretur. Narrat Cornelius Tacitus, *li. 11. annal.* Suilium fecisse reos equites illustres Romanos, quibus Petra cognomentum. Et causam necis ex eo, quod domum suam Menesteris, & Popeæ congressibus præbuissent. Nec interest, sitne domus vel ager, *d. l. etsi amicis*, in quo factum id sit, num viridarium seu hortus, in quibus hæc maxime flagitia solent tractari & exerceri: sintne amici, domini loci, an alterius generis qui hæc tractarint. Eadem enim vtrisq; pœna: & quod iam cœptum est, pro facto habetur. *Pomp. d. & si non sunt, 21. §. infecti, de auro & arg. l. li. 34. P. tit. 2.*

7 ¶ Iniuria † namque ad infamiam pertinet, cum pudicitia attentatur, *Vlp. l. 7. §. omnem quidem, de iniu. P. l. sed est quæstionis, 2. §. fin. eod.* scilicet vt de pudica, impudica fiat, *Paul. l. attentari, 10. de iniur. in P.* deteriorem quippe reddit qui, vt amator quis sit, vel luxuriosus, persuadet. Hoc ipsum Vlpianus dixit iniuriam, *in l. item apud Labeonem, 15. §. si quis virgines, de iniur. Iustin. in §. iniuria autem committitur, eo. tit.* virgines appellare matronali veste indutas: item & affectari. Appellare autem, inquit, est blanda oratione alterius pudicitiam attentare: hoc enim non est conuitiũ facere, sed aduersus bonos mores attentare. Affectatur, qui tacitus frequenter insequitur: assidua enim frequentia, quasi præbet nonnullam infamiam. Vlpianus, *Meminisse tamen* inquit, *oportebit, non omnem, qui affectatus est, hoc omnium qui appellauerit, hoc edicto conueniri posse: Neque enim si quis colludendi gratia id fecit, vel officij honeste faciendi gratia, statim in hoc edictum incidit. sed qui contra bonos mores hoc facit.*

8 ¶Paulus † etiam, *l. 1. de extraord. crimin.* solicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, etsi effectu sceleris potiri non possint, propter voluntatem perniciosæ libidinis extra ordinem puniri scribit. ¶ Ad † suspicionẽ
9 etiam adulterij facit, inuenire aliquem solum in domo alterius, vbi est pulcra mulier, si credamus Bartolo & Panor. *Bart. in l. 2. de furt. Panorm. in c. literis, de præsumpt. præterea, de testib.* Nec is cum illa præsumitur dicere pater noster, potissimum si scholaris sit, vt ait Baldus, *in l. neque natales, C. de probat.*

10 ¶Ad † solicitationem vel attentationem pudicitiæ pertinere videtur, exhibitio poculi amatorij, & philtra, quæ animis & corporibus nocent: ideo Iurisconsulti factum horum, tanquã mali exempli vindicant. *l. si quis aliquid, 38. §. qui abortionis, de pœn. in P. l. 3. §. sed & si Senatusconsultum, ad l. Cor. de sica. in P.* ¶Item † &
11 persuasio, vt discedatur à societate & pace maritali, quod & punit Athalaricus, *Cassiod. li. 9. var. epist. c. 18. in edicto Athalar.* rex Gotthorum in edicto, dum ait: *Qui suasione plectenda, matrimonia ausus fuerit diuidere aliena, ipsius coniugium habeatur illicitum: Quod si illos spes non subeat præsentis vel futuri matrimonij, si quid sua dignos thalamos dolosa machinatione præsumserint, facultatum suarum media portione priuentur. statim fisci iuribus applicanda: quod si pauperes sint, exsilio mulctentur. Nec dissimulari potest,* vt ait Theodoricus, *idem li. 2. epist. 10.* alius Gotthorum rex, *salua communione qua vtitur, vt solicitatores publice habeat genialis thori reuerenda societas: & illud humani generis procreabile sacramentum, sceleratæ temeritate profanetur.*

12 ¶Secundo, † visu primæ lineæ amoris ducuntur, & per oculos virus & amor: imo anima in animam transfunditur, vt docet in conuiuio Plato. Et Deus, *Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est in corde suo. Matth. 5.* Et scriptum, aliquorum oculos plenos adulterij esse. *2. Pet. 2.* Et rogat Dauid auerti oculos suos, ne viderent vanitatem, *Psal. 118.* Atque recte Pericles, *Cic. 1. offic.* Sophoclem visum puerum laudantem & dicentem, O puerum pulcrum Pericle, monuit, non solum manus prætorem, sed & oculos debere continentes habere. Scribit Herodot. *in 1.* quemque quæ sua sunt, non aliena inspicere debere. Qua ratione Giges, laudatam à marito Candaule vxorem speciosissimam, & dum illi se ostensurum nudam diceret, erubuit primũ, postea ea visa amicum in adulterium illexit, vt ait Iustinus, *in 1.* hostemque sibi fecit, & vxorem veluti tradito alij amore, à se alienauit. Multa coniicit in eam sententiam Athenæus *13. ca. 6.* quod in oculis sit præcipue amoris sedes. Principium quoque amoris Phædræ in Hippolytum apud Euripidem, *in prologo Hippolyti.* visui adscribit Venus,

ἰδοῦσα παῖδ' ἐγὼ νιν, καρδίαν κατέσχετο
ἔρωτι δῖνῳ τῆς ἐμῆς βελευμάτι, id est,
Phædra, ipsum scilicet Hippolytum, *conspicata, insedit illico pectus.*
Amore sæuo, idque meis consiliis,

Inter præcepta conciliandi amoris, Ouidius illud adiecit quoque.

Illam respicias illam mirere licebit,
Multa supercilio, multa loquare notis.

De Homero sic Illustrius scribit, *Hesych. Milesi. Illustr. lib.* ἐκ τῶν ὁρῶντας γλαυκὸς τυφλὸς, ὡς μὴ ὑπὸ τῆς ὀπτασίας ἐπὶ τὰ ἀφροδισιακὰ ἐρχεσθαι, id est, tradunt historiæ captum oculis fuisse, quod cupiditati & libidini, quæ per oculos irrepit, non cesserit victus
13 Dehinc tactum, vt præludium fornicationis puniũt leges. ¶ Cui † conuenit quod Electra dicebat Oresti apud Euripidem, *in Electra, act. 2. in prin.*

ἄπιθι, μὴ ψαύσῃς ὧν σε μὴ ψαύειν χρεών.
Abi, ne tange quod tangere non est fas.

14 ¶De † hoc tactu sic Luithprandus Langobardorum rex olim statuit,

Digitized by Google

statuit, *tit. qualiter quis se defendere debe. li. 2. l. Langob. Si quis à modo inuentus fuerit cum vxore aliena turpiter conuersari, id est, si manum in sinum, aut pectus eius miserit, aut alium locum, vnde turpe esse posset, cum consensu ipsius mul. ers, & probatum fuerit, componat qui hoc malum perpetrauerit Guidrigil ad maritum ipsius mulieris: si autem causa probata non fuerit, nisi tantummodo quispiam de suspecto alium de vxore sua compellat, habeat licentiam ipse qui compellat, aut ad pugnam, aut ad sacramentum ipsum hominem quarere, qualiter voluerit. Si vero ipsa mulier, in hac illicita causa consentiens erit, habeat potestatem eius maritus in eam vindictam dare, siue in disciplina, siue in venditione vbi voluerit: verumtamen ne occidatur, nec ei schematio corporis fiat. Si quidem talis fuerit homo liber forsitan, vt non habeat vnde compositionem facere possit, tum publicus debeat eum dare in manu mariti sui, & ipse in eum faciet vindictam in disciplina vel in venditione, non autem in occisione vel in schematione corporis. Si autem alius vel seruus fuerit: alienus, qui hoc in muliere libera fecerit, dominus eius componat cum marito 60. solidos, & eum in manu eius det, &c.*

¶ In † legibus Boicariorum, *c. 11. tit. 1. de vxorib. & causis quæ sæpe contingunt, §. 3. Si quis in lecto alterius cum muliere caluerit vno pede, & prohibeatur à muliere, & amplius nihil fecerit, cum 12. solidis componat.* Rursum, *eo. cap. 11. tit. 3. de eo qui propt. libidin. manum. iniec. §. 1. Si quis propter libidinem libera manum iniecerit aut virgini, seu vxori alterius, quod Boiarij Horthchrist vocant, cum sex solidis componat. Et si indumenta, eo c. tit. 4. super genicula elenauerit, Himilzuron vocant, cum 12. solidis componat. Si autem, eo. c. 11. tit. 5. de criminalia eiecerit de capite, quod Vultwurfs dicunt, vel virgini libidinose crines de capite extraxerit, cum duodecim solidis componat.*

16 ¶ In † legibus autem Salicis hæc, *in l. Salicus. tit. 23. de manu. mulier. non stringen. §. 1. Si homo ingenuus fœmina ingenua digitum aut manum strinxerit, Malberg Chamni, 600. denarii, qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.*

17 ¶ In † consuetudinibus vel iure Insubrum, *§. item fideles, quib. mod. feud. amitta. li. 1. feu. tit. 5.* vasallus priuatur feudo, non solum qui cum vxore domini concubuerit, sed & qui cum ea turpiter luserit. Suspicio in hoc crimine fornicationis habet violentam præsumtionem, quæ instar probationis sit: cum hoc opus confectionis non patet visui. *g. in c. tertio loco, de præsumt. ap. Gregor. in ver. vt credebant gl. in c. iuxta dominus, 32. q. 1.* Et ex sola suspicione adulterij, quod vxor collocuta fuerit alicui, & eum conuenerit contra trinam mariti prohibitionem, sententia adulterij, vt si vere probatum esset, ferri potest, *§. fin. vt lic. mat. & auth. & c. in authent. collat. 8.* Admittuntur & suspiciones ad probationé carnalis copulæ, quod visi sint vir & mulier soli, nudus cum nuda, in eodem lecto iacentes: visi in multis locis secretis & latebris ad hoc accommodis & horis electis. *ca. literis, 12. de præsumt.* Item quod visi sint simul per plana & nemora, vias & inuia pluries conuagantes, *d. c. tertio loco, 13. eo.* quod habuerit aliquam tanquã vxorem in lecto & in mensa. *ca. illud, 11. eo.* Nimia familiaritas vel consuetudo cum muliere præsumtionem veram inducit cõiunctionis matrimonij, vel stupri, *l. in libera, 24. de rit. nupt. P. l. si vicinus, de nupt. C. l. in concubinatu, §. 1. de concubin. in P.* Baldus, *in l. neque natales, nu. 1. C. de probat.* quoque existimauit, meretricé certo præsumendam, cuius domum scholaris noctu & interdiu ingreditur & solet alloqui solam: *Quia*, inquit, *scholaris qui solã alloquitur, non præsumitur dicere pater noster.* Sunt & aliæ suspiciones istius stupri & fornicationis, de quibus alibi tractaui. *supr. li. 10. c. 2.*

18 ¶ Et † quanquam quædam glossella, *glo. in ca. absit, 11. q. 3.* tradat, si clericus mulierem amplectatur, interpretandum esse, eã causa benedicendi id facere, non causa libidinis. Melior tamen est contraria prohibitio, *ca. 1. & 2. de cohabi. cleri. & mulier. lib. 3. Decretal. tit. 2. cum simi. lib. ibi nota l. eum qui, 19. & auth. episcopi, de episcop. & cleric. C. §. hæc autẽ, quomod. oport. episc. in auth. coll. 1.* quia interdicuntur clericis, episcopis, & sacerdotibus, consortium, familiaritas, colloquia, cohabitatio que mulierum: exceptis iis, quę matres & sorores cum sint, ob fœdus naturale nullam fœditudinis suspicionem admittunt. Ita & sola suspicio hic fornicationis est reprehensibilis. *Quare*, inquit Engenius, *in d. cap. 2. de cohabit. cleri. & mulier. Si quisquam sacerdotum, id est, presbyter, diaconus, subdiaconus, de quacunque fœmina crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam & tertiam admonitionem inuenitur frequentare, & aliquo modo conuersari cum ea, ex communicationi subdatur. fœmina vero canonice iudicetur.*

19 ¶ De † osculo iam in sponsalibus diximus, *supr. li. 8. c. 8.* quale illud sit, quod probatum & honestum sit, quodve illud, quod libidinis indicium est, de cuius prohibitione nunc hic mẽtio fit, vtpote suspectam reddens pudicitiam. Cuius rei & Publij Meuij Seueri pudicitiæ custodis exstat exemplum, qui in libertum gratum admodum sibi animaduertit, quia eum nubilis iam ætatis filiæ suæ osculum dedisse cognouerat: præsertim cum non libidine, sed errore lapsus videri posset. *Ceterum*, inquit Valerius Maximus, *li. 6. c. 1. amaritudine pœnæ, teneris adhuc puellæ sensibus, castitatis disciplinam ingenerari magni æstimauit, eique tam tristi exemplo præcepit, vt non solum virginitatem illibatam, sed etiam oscula ad virum sincera perferret.*

20 ¶ Fuit † Beguinarum error, condemnatus tamen, *ca. fin. de hæret. in Clem.* quo adstruebant, mulieris osculum, cum ad hoc natura non inclinet, esse mortale peccatum, actum vero carnalem, cum ad hunc natura inclinet, non esse peccatum.

¶ Confabulationem † & osculationem, dedecus & crimen 21
confiteri, ait Cyprianus ad Pomponium de virginitate, cuius verba transcripsit Gratianus in suum decretorum volumen, *ca. nec aliqua, 27. q. 1.* potissimum quando osculum est, κατα γλώττισμα, vt ait Aristophanes, *in Nubibus.* osculum inquam impudicum, ὅταν, *interpr. Aristophan. in Nubibus,* ὁ καιρὸς τῆς συνουσίας ἐ ἁπτὸν τὴν γλῶτταν τῆ γυναικὶ ἐμβαλὼν φιλῇ, hoc est, *osculum columbarum.*

¶ Diuus † Augustinus existimat receptum esse, & rationis es- 22
se, alienæ fœminæ osculum infixum verbere vindicare. *lib. 21. de ciuit. Dei c. 11.*

De aliis Capitulis, quæ pertinent ad legem Iuliam de adulteriis.

Cap. 13.

1 *Procurator non admittitur in accusatione adulterij iure ciuili quidem autem iure Pontificio.*
2 *Adulterij accusatio quibus concedatur. Et maritus vxorem quomodo accuset.*
3 *Adulterij accusandi potestas durat per quinquennium tantum. Et potest accusari post mortem adulteræ.*
4 *Incestus accusatio non præscribitur, nisi per viginti annos.*
5 *Adulter & adultera quando simul accusari poterant.*
6 *Adulterium nuptæ solus maritus in Gallia accusat.*

QVia † huius criminis capitalis pœna est, nemo accusat per 1
procuratorem de adulterio, *l. quamvis indubitati, 19. C. ad l. Iu... adult.* neque defendit iure ciuili, *l. miles, 11. §. ea quæ, eod. tit. in P.*

¶ Quia † vetatur hoc ipsum in reliquis publicis iudiciis, *l. pe.* 2
§. 1. de pub. iud. lib. 48. P. tit. 1. Sed ad solam thori separationem & lucrum dotis accusatio tamen, *ca. fin. de proc.* quæ omnibus non conceditur, neque quib. conceditur permittitur æquali priuilegio: Ne volentib. temere liceat violare coniugia. *leg. quamuis adulterij, 30. C. ad l. Iul. de adult.* Placuitque tantum deferri necessariis coniunctisque personis: marito primum, qui ex sola suspicione sine inscriptione accusare potest iure mariti, intra sexaginta dies, post eosdem iure extranei. *d. l. quamuis, & l. iure mariti, eod.* Eo em fere priuilegio patet in accusando adulterio filiæ donatur, verum præponitur ei maritus in instituenda accusatione, nisi is colludat cum adultero, *Scæuol. l. is cuius ope, 14. §. ex Senatus. 2. §. fin. ad l. Iul. de adult. in P.* vel ipse maritus infamis sit, vel supposuerit ipse vxori adulterum: quo casu & de adulterio is quoque tenetur, *d. l. is cuius, §. 1.* Pater tamen sine periculo calumniæ agere non potest. *Paul. l. pater, 30. eod. in P.* Maritus autem minor hic in accusando vxoris adulterio, non exigit patris consensum, etsi sit in eius potestate, *Papin. l. inter liberas 6. §. filiusfamilias, & l. filiusfamil. 37. eo. tit. l. sed si vnus, §. filiofamilias, de iniur. in P.* Non accusantibus patre & marito intra 60. dies, extranei admittuntur postea inscriptione interposita, *l. accusaturus. 35. ad l. Iul. de adult.* & cum ea mariti: etsi enim iure mariti accusent, tamen calumniæ pœnam non euitant. *l. Scæuol. l. is cuius ope, 14. §. fi. eo.* Dantur marito post sexaginta dies vtiles ad accusandum iure mariti concessos, alij quatuor menses vtiles, vt præferatur aliis accusare volentibus. *l. miles qui, 11. §. sexaginta, eo. in P.*

¶ Facultas † autem accusationis adulterij, ab eo commisso per 3
quinquennium tantum durat: quo tamen currente & defuncti quoque mulierem accusare licet. *d. l. miles, §. adulterij, l. mariti, §. præterea, & l. quinquennium, eo. l. in cognitione, ad Senat. Syl. in P. l. adulter, 5. C. ad l. Iul. de adult.* Quod tempus receptum in aliis capitulis quæ ex lege Iulia pendent veluti lenocinij vel stupri, *l. mariti, 29. §. hoc quinquennium, eod.* Nisi si vis interuenerit, quo casu si alia lege, nempe de vi publica agatur, temporis exceptio non obiicitur, *d. l. mariti, §. fi.*

¶ Incestus † quoque eandem admittit considerationem, *l. fi. eo.* 4
tit. P. in quo tamen, viginti annorum præscriptio habet locum. *l. vim passam, §. præscriptionem, eod. tit.*

¶ Obseruatum † iure ciuili: vt adultera & adulter simul accu- 5
sari non possint ab eodem, *l. si maritus, 15. §. fi. ad adult. P. l. nihil interest, 32. §. fi. l. vim passam, 39. §. duos, l. res adulterij, 9. eo. tit. P.* à diuersis & seorsim possint, *l. denunciasse, 17. §. quæritur, eo.* Incesti tamen commune crimen aduersus duos intentari potest. *d. l. vim passam, 39. §. incesti.* Potest quoque cum adultero vel adultera accusari simul is, qui domum præbuit, vel consilio fuit, vt crimen redimeretur. *l. nihil interest, 32. §. fin.* Sed & obseruant leges, vt si adultera nupta sit, accusatio aduersum eum non incipiatur, sed aduersum adulterum: quo peracto reo, demum licentia in adulteram excurrit. *l. 2. in prin. l. magnam, 5. d. l. vim passam, §. nupta, ad* 6

Digitized by Google

Iul. de adult. P. l. si. dum in tuo. 14. eo. C. Quod si nupta non erat, liberum erat ab adultera, vel adultero accusationem incipere. *d. l. nuptam, l. si maritus sit, 15. §. si in viduitate, eod. P.*

6 ¶In †Gallia tamen receptum vsu est, posse adulterum & adulteram simul accusari. *Papi. li. 22. rhap. arest. ar. 2.* Tholosano tamé Senatui placuit, neminem legitimum accusatorem adulterij nuptæ esse præter maritum. *idem li. 24. tit. 2. artic. 5.* In adulterij crimine, ab omni familia mariti & vxoris, quæ fuerit tempore cõmissi adulterij, quærendum est. *l. in adulterij quæstione, 32. Co. ad l. Iul. de adult. cum simil. ibi not.*

De alia præpostera, & abominanda libidine.

Cap. 14.

1 *Coeuntis cum bruto animali, quæ pœna.*
Monstra hominum vnde nata. eod.
2 *Mulierum turpitudinis seipsas incentium pœna.*

1 SVperioribus †addenda sunt turpissima simul ac grauissima crimina libidinis, cum quis pecus inierit, vel si qua se animali subiecerit: mors enim omnibus ex æquo dicta, & mulieri, viro, & pecori. *Leuit. 20. ca. mulier, 15. q. 1.* Quinimo & solum conatum morte puniendum, exemplo comprobatum est, *Boeri. decis. 316. num. 6.* In hoc offenditur post Deum, & ipsa natura. *c. hoc ipsum, §. hoc autem, 33. q. 2.* Et non dubito ex hac impiissima cõmixtione, tot monstrata nata esse, quæ cum forma hominum, bruta animantia referunt.

2 ¶Pudet † me dicere turpissimas tribadum venereas commixtiones, quas fœdissimæ, *Boer. d. decis. in fine, Anton. Gomes. in l. 80. Tauri. nu. 14.* quædam mulieres exercent, mutuis se frictionibus compellẽtes ad exsudationem seminalem. Sed quia & mulieres accusatas referant interpretes, & damnatas, non possum omnino silere. Et Accursius aliique interpret. putant, leges etiã huic fœdissimæ voluntati imposuisse, cum mulier agit vt vir. *gl. 2. in l. fœdissimã, ad l. Iul. de adult. C.* Deque prodigiosa Venere hac sit Martialis in Bassam, *li. 1. epig. 58.*

Quod nunquam maribus iunctam te, Bassa, videbam,
Quodque tibi mœchum fabula nulla dabat:
Omnis & officium circa te semper obibat
Turba tui sexus, non adeunte viro:
Esse videbaris, fateor, Lucretia nobis,
At tu, proh facinus, Bassa fututor eras.
Inter se geminos audes committere cunnos,
Mentiturque virum prodigiosa Venus.
Commenta es dignum Thebano enigmate monstrum.
Hic vbi vir non est, vt sit adulterium.

Antonius Gomes tradit, adhibitis instrumentis quibus se iungant, virilem in modum, compertas mulieres in hac turpitudine, morte mulctandas: sin autem sola fricatione se incant, citra mortem puniendas. *Ant. Gomes. in prad. l. 80. Tauri. nu. 34.* Quem sequitur Iulius Clarus, *li. 5. recept. sent. §. fornicatio, nu. 29.*

De lege Cornelia de Sicariis, vel de homicidio.

Cap. 15.

Lib. 48. P. tit. 8. Lib. 9. C. tit. 16.

1 *Homicidæ in alia vita damnandi morte æterna.*
2 *Occidere graue est scelus: grauius insidiari.*
3 *Sica quid, & de sicariis lex quid contineat, & quæ homicidia hac lege puniantur.*
4 *Homicidia secundum diuersas circumstantias Athenis diuersis tribunalibus iudicabantur.*
5 *Homicidij nomen quid contineat.*
6 *Occidere quando militi liceat.*
7 *Homicidiorum alia voluntaria, alia casualia, alia cum necessitate: & voluntaria nunquam inulta.*
8 *Homicidij rei pendente iudicio arcebantur foro & sacris.*
9 *Pœnis publicis, res imanimate cur subditæ.*
10 *Homicidij voluntarij, & inuoluntarij pœnæ. Et seq.*
11 *Serui insidiati domino comburendi, aut capite plectendi.*
12 *Insidiæ augent delictum homicidij.*
13 *Latrones qua pœna puniantur, & à quibus occidi & comprehendi possint.*
14 *Homicidia voluntaria, & inuoluntaria, iure diuino quomodo vindicata, item Pontificio, Gallico & Germanico.*
Et num. 15.
16 *Assassini homicidæ qui, & Arsatidæ quoque, & pœna.*
17 *Partum abigens, & abortum faciens qua pœna puniatur.*
Et seq. nu. 19. & 20.
18 *Partus in vtero quot diebus delineetur & formetur.*
21 *Grauidam verberans & officiens partui, quomodo Langobardorũ: lege & diuina puniatur.*
22 *Pregnantem se celans, & abortum faciens, rea parricidij.*
23 *Occidens, & occidere iubens pari pœna plectuntur.*
24 *Homicidæ occidendi Draconis lex, & Athenienſium.*
25 *Expiandæ cædis mos antiquus.*

DIctum †est antiquis, inquit Dominus, *non occides, D. Matth. 5. Exod. 20. qui autem occiderit, reus erit iudicio. Et quicunque effuderit humanum sanguinem, effundetur sanguis illius. Genes. 9. facit c. 18. D. Ioan. Euang.* Et vltra pelluntur à regno Dei homicidæ, *Apocal. 22.* Idque Plato, *in Phædo*, sic asseuerat: *Qui ob scelerum magnitudinem, insanabiles esse videntur, qui videlicet sacrilegia multa & magna, vel cædes iniquas, vel alia horum similia perpetrauerint, hos omnes conueniens sors mergat in tartarum, vnde nunquam egrediuntur.* 1

¶Graue †scelus per se hominem tollere: sed grauius adhuc, dolo id facere. Mirum enim non est si animalia & pisces se mutuo deuorent, nam iustitia carent: at in hominibus sceleſtissimũ, quibus iustitia data est, vt se conseruent, vt ait Hesiodus, *li. 1. operũ.* Neque qui occidit hominem reus tantum eius vitæ est quẽ sustulit, sed & eorum, qui ex eo nasci potuissent. Et proinde dictũ est ad Cain homicidam à Deo. *Gen. 4. Vox sanguinum clamat fratris tui ad me de terra.* Sic namque habet veritas Hebraica דְּמֵי אָחִיךָ צֹעֲקִים אֵלַי מִן קוֹל kol, damai achika Zognakim elai min haadama: non autem, vox sanguinis, vt habet editio vulgaris. Et in Apocalypsi, *c. 7. Anima interfectorum sub altari clamãt ad Deum, Quousque vindicabis sanguinem nostrum?* 2

¶Cornelius †Sylla quæstiones publicas constituit, veluti de falso, de parricidio, de sicariis, & prætores quatuor adiecit. *l. 2. §. deinde Cornelius Sylla, de orig. iur. P.* Inde lex Cornelia de sicariis quæ tamen tantum punit dolosa homicidia: ad alia enim nõ pertinet, *Mart. in l. 1. §. D. Adrianus, ad l. Corn. de sicar.* quæ aliis iudiciis castigantur. Et id nomen sicæ indicat, quæ est gladius breuis recuruus, acinacis Persici longitudine, quo clam necabantur homines, vt ex Suida, *in illo verbo*, & Iosepho, *lib. 20. antiquit. Iudai. c. 1. & ca. 17. §. item lex Corn. de sica. de publ. iudic. docet & quid sit sica, Fabius li. 10. c. 1.* apparet. Proinde omne homicidium dolo illatum hac lege comprehenditur: veluti, *l. 1. in princ. 34. ad l. Corn. de sicar. P.* si sica fiat, si veneno, si incẽdio dolose suppositio, si quis falsum testimonium capitalis criminis dixerit, si quis cum effet in magistratu pecuniam accepit, vt capitalis criminis reus fieret, si magicis susurris aliquem quis necauerit. *§. item lex Cornelia, de publ. iudic.* Sic voluntas maxime hic occidendi consideratur, vt non immerito qui occidendi animo cum telo ambulauerit, *l. is qui cum telo, C. ad l. Corn. de sicar.* lege hac coerceatur: & dolus hic pro facto habetur, *Paul. in l. leg. Cornel. l. 7. eo. P.* non exspectato exitu, *Calliſtr. in d. l. D. Adrian. 14. eo.* 3

¶ Athenienses † etiam homicidas non eodem modo, nec eadem incuria iudicabant: nam si quis consulto & præmeditate alicui necem intulisset, in Martio pago: sin præter voluntatem & cogitatam rationem, in Palladio. Sin vero necem factam fuisse confiteretur, iure vero, an iniuria patrata esset, in dubium vocaretur, in Delpho rationes diiudicabantur. *Ælian. libr. 5. de var. hist. c. 15.* 4

¶Homicidij †nomen quidem omnibus speciebus, quibus vita adimitur, commune est, non ab hominis cæde tantum, quæ est, quando adhibita vi, & veluti manu mortis causſa præbita est. *Iulia. in laesa vulneratus, §. 2. ad l. Aquil. li. 9. P. tit. 2.* sed & quando alio modo mortis causſam quis dederit, *Vlp. l. qua actione, 7. eod.* Sextus Pomponius Festus, occisum à necato proprie distingui ait: quod occisus, à cædendo dictus: necatus vero, sine ictu: vnde & in legibus Numæ Pompilij scriptum est: *Si hominem fulminibus occidit ne supra genua tollito.* Et alibi: *Homo si fulmine occisus est, ei iusta nulla fieri oportet.* Vbicunque enim (quod obiter dixerim) fulgur hominem occiderat, ibi sepeliebatur. Neque hominem ita examinatum cremari fas erat, condi tamen terra religio tradebat, vt auctor Plinius *lib. 2. cap. 54.* Artemidorus vero ita scribit, *ἐὰν δὲ οἱ κεραυνοβόλητοι μὴ κατακαίωνται, ἀλλὰ ὅτου ἂν ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταλαμβάνωνται ἐκεῖσε καίεσθαι δεήσουσι.* 5

¶Plutarchus scribit, *Problem. 38.* non esse permissum in castris etiam versantem ferire hostem, nisi sacramento fuisset vinctus militari, quo impetrabatur id, & veluti cogebatur: quia necessitate coactum hominem occidere non liceat: & qui nec legitime, nec iure faciat, homicida habendus sit. Verum non tam exitus, nempe hominis mors, inspicitur in puniendis homicidiis, quantum modus occidendi, & personarum, diuersitas, ex quibus habebitur pœnarum temperamentum. ¶Et † homicidiũ aliud voluntarie, aliud casu, aliud necessitate cogente fit, *not. gl. in c. sicut dignum, in §. si. in ver. consilium, de homici.* seu vt cũ Platone loquar, *9. de legibus*, aliud consulto, aliud inconsulte fit. Voluntarium nunquam Deus inuitum finit, sicuti respondit Sybaritis Delphicum oraculum, cum consulerent ob miraculũ, quod post Citharædũ ab illis in tẽplo Iunonis occisum, sanguis videbatur scaturire, veluti ex perenni fonte, *Aelia. li. 3. de var. hist. c. 42.* 6

Non immortales hoc Dij, inquit, *patientur inultum.* 7

Si quis

Digitized by Google

Si quis enim prudens scelerata è mente profectum,
Committat facinus, grauis hunc quoque pœna sequetur.
Non exorabit, neque si genus ab Ioue summo
Ducerat, ipse suo collo, collique nepotum,
Hoc luet, & generis cumulatim damna ferentur.

Aliter enim voluntarium, aliter inuoluntarium & casuale homicidium, aliter simplex, aliter parricidium plectendum est. Et in omnibus quidem scelus videtur inesse, sed aliud alio maius, si consilio potissimum fiat. Natura quippe hos abhorrent homines, vtpote qui in propriam speciem hominum, omni exuti humanitate insurrexerint.

¶ Arcebanturque † olim foro & sacris, teste Iulio Polluce, *lib. 8. Onomast.* ij qui in reatu erant cædis quoad iudicium peractũ esset. Idem testatur Antiphon, *Oratione περὶ χορευτ.*, qui ad iudices sic ait, *Causas cædis, vt opinor, vos contendistis magnopere iudicare, quippe hominem reum sententijs vestris damnatum cæsis, in eam fraudem incidere necesse est, vt nec cædis perpetrator, nec perpetratæ cædis rumera obnoxius, pœnas tamen pendat, & legis sanctionem subeat, vt vrbe, sacris certaminibus arceatur, quæ hominibus maxima antiquissimaque censentur.* Sic Lysias, *orat. contra Agoratum*, *Nemo*, inquit, *eum, vt homicidij reum, colloquio dignabitur.*

9. ¶ Refert † Suid. *in verb. ἐπὶ πρυτανείῳ*, moris fuisse antiquis in Prytanæo Athenis, telum, lapidem, & similia in conspectu poni ignoto auctore cædis: & res inanimatas etiam in iudicium adducere, vt iudicarent an exterminandæ essent. Et Demosthenes, *cont. Aristocr. Non*, inquit *homines modo, seu etiam animantes, atque etiam inanimata atque cædes ab inanimatis facta, in Prytaneo iudicabantur.* Scribit & rursum Suid. Niconis Thasij pugilis cuiusdam statuam, lege Draconis apud Thasios coram iudicibus ream actam, ab heredibus cuiusdam æmuli Niconis ab statua oppressi, cum illa ab eo cæsa casu eum oppressisset, tandemque à iudicibus necis damnatam, in mare demersam fuisse. Hanc tamẽ fuisse statuam Diomedis athletæ tradit Eusebius, *li. 5. de præpar. Euãg.* in ceteris consentit. Iubet & Deus, *Exod. c. 21.* vt si bos cornupeta occiderit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruatur, nec comedantur carnes eius.

10. ¶ Igitur † in primis erit discutiendum, num homicidium voluntarium fuerit, an præter voluntatem contigerit. Prior casus legem Corneliam habet vltricem: alter leuiorem pœnam, vt ait Antoninus Cæsar, *l. 1. ad l. Corn. de sicar. C.* Quare infans vel furiosus, si hominem occiderint, lege Cornelia non tenentur: cum alterum innocentia consilij tueatur, alterum fati infœlicitas excuset. *l. infans, 12. eod. P. Modest. l. pœna parricidij, 9. §. fi. ad l. Pompo. de parricid. P. l. diuus, de offic. præs. P. ca. illud, §. itaque, 6. q. 1. ca. aliquos, & casi quis insaniens, eod. C. l. 1. de homicid. in Clem.* Sic & de dormiente statue. *d. Clem. 1. §. fi.* Pœna autem legis Corneliæ & admissorum dolo homicidiorum, erat olim in insulam deportatio, omnium bonorum ademtio: sed hodie solent capite puniri, nisi honestiore loco positi fuerint, vt pœnam legis sustineant: humiliores solebant vel bestiis subiici, altiores deportari in insulam, teste Marcel. *in l. 3. §. legis Cornel. aut l. Corn. de sicar.* P. Sic & Modestin. *in l. qui eadem, 16. eod. Qui eadem*, inquit, *admiserit honte dolore malo, in honore aliquo positi, deportari solent: qui secundo gradu sunt, capite puniuntur.* De pœna tamen statuenda capitalis criminis in decurionibus, placuit consuli principem debere. *d. l. qui eadem, §. fin. & l. diui fratres, 27. §. 1. de pœn. P. l. 7. §. 1. de bonis eor. &c. cum simil. Homicida*, inquit lex, *l. 3. de episc. audien. C. quod ferit exspectet*, nempe mortem. Sic ex nouella Cæsaris Porphyrogenetæ, cuius meminit Harmenopulus, *li. 6. ca. 6.* etiam qui in dignitate constituti sunt, homicidæ capite puniuntur, si per insidias, coniurationes, molitiones fraudulentas, fecerint homicidia: si quidem reatus hic, omnem dignitatem elidit. *l. 1. vbi Senat. vel clar.* Vlpianus Scopelismi crimen, in Arabia morte puniri tradit: quia & illud crimen mortem minatur, *in l. sacularij, 7. §. sunt quædam, de extraord. crim. in P.* Gallus Cæsar Occidentis, Constantinum Orientis consortem Imperij, falsis illecebris ad se reuocatum, capite plecti iussit, quod plerosque Antiochiæ, incitante vxore, vt ipse se defendebat, Constantina, iugulasset, vt auctor est Ælianus, *li. 14. de var. Iustor.*

11. ¶ Calliistratus † aliam pœnam addit ignis, *Calli. l. capitalium, 28. §. igni, de pœn. P. Igni*, inquit, *cremantur plerumque serui, qui salutem dominorum insidiati fuerint: Nonnunquam etiam liberi plebeij, & humiles personæ.* Langobardis, & si homicidij pecuniariæ sint mulctæ, tamen si quis dominum occideret, occidi iubetur. *l. 2. de homicid. liber. hominum, li. 1. l. Langobard.* Iurisconsultus etiam periculo capitis custodiam dominis seruos præstare, ab alienis iubet. *l. 1. de Senat. Syllan. P.* Et apud eundem Iurisconsultum, *d. l. capitalium, §. famosos.* famosos latrones, nempe qui vias obsident, quive, vt ait Horatius, vt iugulent homines surgunt de nocte, furca figendos compluribus placuit: vt & conspectu deterreantur alij ab iisdem criminibus, & solatio sit cognatis & affinibus interemtorum eodem loco pœna reddita, quo latrones homicidia fecissent. Nonnulli etiam hos ad bestias damnarunt.

12. ¶ Faciunt † insidiæ, quibus moliuntur aliorum necem, vt latrones ij grauius & exemplari pœna puniantur. Nefas enim visum est hominem homini insidiari, cum inter nos cognationẽ quandam natura constituerit, vt scribit Florentinus Iurisconsultus, *l. 3. de iustit. & iure, P.* Crimen ita graue latronum & pastorum existimarunt Diocletianus & Maximinianus, vt accusatio possit repeti, etiam absolutione antea secuta: sic enim interpretor, omissa interpretum diuersa sententia, illorum sanctionem ea de re stabilitam. *l. si quis homicidij, 11. de accusat. li. 9. C. tit. 2.* In qua crimen pastorum Accursius arbitratur, homicidium dici à Caino, qui primus parricida fuit. *Genes. 4.* Quod non probo: is enim non pastor, sed agricola fuit, & innocens occisus fuit pastor Abel. *dict. c. 4. Genes.* Arbitror autem crimen pastorum esse, societatem habere cum latronibus: sicuti habebant pastores tũc, qui in locis deser tis armenta pascebant, vt hodie & plerumq; qui in inuis montibus degunt, & pascuis montanis agunt. Cuius rei fidem facient Honorius & Theodosius, qui inhibent dari filios nutriendos pastoribus, alioquin societatem latronum videri confiteri, rusticanis tamen dari posse. *l. vnica ne pastoribus dent. filij nutrẽ. li. 9. C. tit. 31.*

¶ Puniunt † autem leges non tantum latrones & homicidas 13
sed etiam eos, qui eis opem ferunt, vel celant. *l. 1. & 2. ad hic qui latron. & alios crimin. reos occult, li. 9. C. tit. 39. l. 1. de recept. in P. c. sicut dignum, ca. 6. §. hi quoque, & §. fi. de homicid. ap. Gregor.* Sunt pariter, qui consilium præbuit, qui factum, & qui præcepit fieri homicidium, homicidæ, *ca. si quis viduam, 50. dist. vide glo. in d. cap. sicut dignum, in §. fi. in ver. consilium.* Fuit & lex Athenis, teste Demosthene & Suida. *Demost. contra Aristocrat. Suidas in verb. ἐὰν φονεύσῃ*, vt si Athenienſis homo extra Atticam occisus fuisset, & ij, apud quos cædes perpetrata erat, facinoris suspectum non debebant, permissum esset tres illius ciuitatis viros ciues Athenas perducere, cędis pœnas daturos. Theodoricus Elsatius princeps Flandriæ, profecturus Hierosolymam, anno 1538. conuentu habito cum procerib. Flandriæ, sic pacis leges sanciuit. *Homicidia extremo supplicio: vulnera, talione, aut bonorum commissione, aut duello puniuntur. Latrones furesque nocturni vbicunque inueniantur, à tota vicinia occidantur: hos qui persequi de nocte recusauerit, sexaginta solidos mulctator*, teste Iacob. Meiero, *li. 5. annal. Flan.* Mos coniuratæ quoque strenue iustitiam exercent in prædones, quibus comprehensis, calcanea primum frangere: dehinc in biduum aut triduum vsque dum intumescant quiescere: post facta iam ac intumefacta rursum motare iubent. Nec alio genere torquendi, & flagitiosos ad confitenda latrocinia sociosque sceleris indicandos vtuntur, vt narrat Sigismundus Liber Baro, *in comment. rerum Mosco.* Honorius & Theodosius, *l. prouinciarum, 9. de feriis. C.* tolli citius quam fieri poterit latronum statuunt, potissimum Isauros: nec obseruandum in illis torquendis & inquirendis etiam sacrosanctum paschalis diem, quia salus multorum ex eorum pœna pendeat. Isauri erant ex Isauria Asiæ prouincia, iuxta Ciciliam & Taurum montem, vbi pyratarum munitiones deletæ, postea subacta Isauria, à Seruilio Isaurico, teste Strabone, *li. 12.*

¶ Statuit † & Deus, *Numero. 35. Si quis ferro percusserit, & mortuus* 14
fuerit qui percussus est, reus erit homicidij, & ipse morietur, &c. Rursum. *Exod. c. 21. Deuteron. 19. Leuit. 24. Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur: qui autem non est insidiatus sed illi Deus tradiuit in manus eius, constituam tibi locum in quem fugere debeat. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles illum, vt moriatur.*

¶ Hoc † ipsum apud Summos Pontifices sancitum, *c. 1. de homi-* 15
cidio, li. 5. Decret. tit. 12. Potissimum si proditorie fiat. Homicidas voluntarios morte sæuissima iudices in Gallia puniunt, vtque & apud Germanos membratim cruce supinos discerpunt, vel malleis tundunt, primumque forcipibus candentib. pungi, & trahi per vrbem & oppida ad supplicium iubent, vt exemplo alios sint. Ceteros, ira vel impetu necantes gladio simpliciter feriunt lethali: & ita sancitum à Carolo V. Maximiliano, *in constit. causa crimin. artic. 137.*

¶ Erat † aliquando tempore Innocentij I V. Sum. Pont, & po- 16
stea quoddam genus Persarum, qui impietatis cum essent Mahometicæ, coniurarunt in necem Christianorum, se consecuturos vitam æternam sibi persuadentes, si quendam sustulissent: idcirco mirifice idiomata Christianorũ edocti, proditorie se illis inserebant, & proceres quosque, dum nemo suspicaretur, trucidabant: neque ob id scelus, sua sententia præclarum mori tristabantur, quinimo gaudebant: dicti Assassini à Paulo Æmylio, & Arsacidæ, *li. 5. de gest. Franco. in Ludoui. Iunio. Et lib. 7. in D. Ludou. vita Polyd. Vergil. lib. 16. histo. Angli.* quod is, qui illius factionis princeps ab illis deligebatur, Arsacidas diceretur. Idque, vt arbitror, Parthorũ more, qui suos reges vocabãt Arsacidas, vt Ægyptij partim Ptolomeos, & ante Pharaones: Latini Murianos: Albani Syluios: Romani Imperatores & Cæsares. Meminit Cornelius Tacitus, *li. 2. annal.* Arsacidarũ gẽtis: Parthos significãs seu exsules Scythas. Nam vt ex alijs & Dione, *li. 40.* cõstat exsules Scythæ primum innotuere sub Arsace, Scytha quidẽ ignobili sed strenuissimo: qui exsulum collecta manu, regnum sibi virtute bellica constituit: à quo Parthię prouincia dicta Arsacia: & qui ab eo genus duxerũt hereditario regno potiti Arsaci-

Digitized by Google

dæ dicti fuerunt. Hos assassinos concilium Lugdunense excommunicauit anathemate, & eos, qui illis opem terrent, vel domi reciperent, *c. 1. de homic. in 6.* dignosque horum socios & fautores, depositione ab omni officio, gradu, ordine, & honore ecclesiastico, statuit.

17 ¶Quæ † partum sibi, vel alteri mulieri abegerit dolo malo: si is animatus fuerit, capitali sententia vt homicida puniri debet, vel si mortua mulier fuerit. *Paul. l. si quis aliquid, 38. §. qui abortionis, & idem statut. in cōcil. Constant. in Trullo, in l. Cicero, 39. de pœn. P. l. pen. ad l. Corn. de sicar. C. c. a. Moyses, c. sicut semina, 32. q. 2.* Quod si inanimato partu, abegerit abortum, non quidem vltimo supplicio, sed temporali exsilio plectendam placuit. *d. l. Cicero, §. fin. l. si mulierem, 8. ad l. Cor. de sic. in P. l. diuus, 4. de extraor. crimi. P.* Sed & si mulier propriis viscerib. vim venenumve intulerit, quo abortus fieret partus viuus vtero clausus, in legem Pompeiam de parricidiis incidit, quia filium occidit. *l. 1. ad l. Pomp. de parricid. ca. sicut ex literarum, c. 20. de homic. ap. Gregor. c. consuluisti, 2. q. 4.* si inanimatus, non vtique, *ca. quod vero, 32. q. 2.*

18 ¶ Idemque † statuendum, si poculo factum sit, vt immature fœtus educeretur. Quale scribit Ammianus Marcellinus, *lib. 16.* Eusebiam Constantij Cæsaris vxorem, porrexisse sæpe Helenæ Iuliani Concæsaris vxori, quotiescunque ea concepisset. Fœtus animatus non dicitur, priusquam embrio perfecta corporis delineatione constet. *d. c. Moyses, 32. c. 2.* Secundum Hippocratem, seu Theslidum vel Herophilum, *lib. de nutricatu dietare*, quinque & triginta soles partum formant, septuaginta mouent, decem & ducenti perficiunt: aliis, quinque & quadraginta ad formam, sex & septuaginta ad motum, decem & ducenti ad exitum: aliis, quinquaginta ad formam, ad primum saltum centum, ad perfectionem trecenti: aliis, ad discretionem quadraginta, ad transmutationem octoginta, ad excisionem quadraginta & ducenti. Sic recte placuit apud VVisigothos *l. 1. de exutient. homin. partus, lib. 6. C. VVisigot. tit. 3. Qui mulieri prægnanti poculū dederit ad necandum infantem, vel ad faciendum auorsum, occidatur. Mulier quæ auorsum facere requisiuit, si ancilla est, ducenta flagella suscipiat: si ingenua, careat dignitate personæ, & cui iusserimus seruitura tradatur.*

19 ¶De † muliere, quæ propter inimicitias, quas cum marito habet, de industria abortando, neque, in vitæ lucem fœtum producendo, seminis ipsius fructum perimit, duæ exstant leges nouellarum Iustiniani, quarum vna repudiare eam marito iniuria affecto permittit, *§ si enim nouella 22.* altera, non permittit. *§. quia vero, nouell. 117.* Leo Imperator, *in constit. 31. Leon. τοῖς † τὸν ἀνδρα ἐκ χωρίζουσι τῆς ἰδίας γυναικὸς*, &c. primam probat: postrema vt magis Christianismo accedens, quo matrimonium indissolubile, receptior, cum licet aliis legibus detectum facinus tollere.

20 ¶Hic † certe existimo similitudine rationis plectendas mulieres & viros, qui arte aliqua præcauent, ne ex marito concipiant: voluptatis explendæ caussa, semen admissum ex industria reiiciendo, vt norunt meretrices, & pernicioſi viri. Sic enim viā generationis ex malitia intercidunt, & quodammodo homicidium nascturorum admittunt, digni morte: vt exstat iudicium diuinum de Onano filio Iudæ, *Genes. c. 38.* qui necatus à Deo, quod iussus ex lege suscitare semen fratris sui Her, & vxorem eius ducere, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur: rem detestabilem operatus. Dicunt & Hebræi, *glo. ordin. in d. c. 38. Genes. vide quæ diximus in persona, de Eunuchis.* Her quoque occisum à Deo, quod libidinose erga vxorē Thamar se haberet, & caueret ne imprægnaretur. In cōcilio VVormacensi cautum quoque. *c. si aliquis, c. 5. de homic.* vt qui explendæ libidinis caussa, vel odij, homini aut mulieri quippiam fecerit, vel potu propinauerit, vt non possit generare, vel cōcipere, vel nasci soboles, vt homicida puniretur.

21 ¶In Regibus Salicis, *tit. 28. de homicid. §. 4. illa. Qui grauidam ingenuā verberauerit, & illa mortua fuerit, culpabilis iudicatur 28000. denariorum, qui faciunt 700. solidos.* Et, *§. 5. eo. tit. Qui infantem in vtero matris occiderit, 8000. denariorum, qui faciunt solidos 200.* In legibus Wisigothorum, *l. 2. de exutient. hominum partus, lib. 6. Cod. Wisigot. tit. 3.* mulierem grauidam necans, mortitur: si formatum infantem excusserit 205. solidos reddit: si informem, centum, si ingenuus ingenuaue sit delinquens: nam in seruis flagellorum ictibus abortus vindicatur, *l. 3. 4. 5. & 6. eod.* Apud Moysem autem, *Exod. c. 21.* lex hæc: *Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit, subiacebit damno quantum maritus eius expetierit, & arbitri iudicauerint: si autem mors fuerit subsecuta, reddet animam pro anima, oculū pro oculo, &c.*

22 ¶ Exstat † Henrici secundi Regis Galliarum constitutio, *constit. sur le faict des femmes grosses, anno 1556. mense Februarij.* vt obuiam eatur abortibus & malitiis mulierum interimentium partus: qua mulier quæ celauerit se fuisse prægnantem vel peperisse, nec publice baptizandum, vel sepeliendum partum exhibuerit, rea habeatur homicidij, seu parricidij.

23 ¶Et † qua in lege Cornelia nihil interest per se quis occiderit, an mortis causam dolo malo dederit, *Vlpian. l. nihil interest, 15. ad leg. Cornel. de sicar. P. 5. de cetero, 6. V. de homicid. apud Gregor.* ideo qui iussit aliquem occidi, tenetur. Imo si iusserit tantū verberari, non mutilari vel occidi, & qui verberandi mandatū excepit, occiderit, de homicidio tenetur, *c. si. eo. in 6. lib. 5. tit. 4.* simul cum eo qui occiderit: quia qui occasionem damni dat: damnum dedisse videtur. *Paul. l. qui occiderit, §. in hac, ad l. Aquil. l.* Quāuis pœna non eadem sit potissimum, quando agitur de seruis occisis, *l. item si obstetrix, 9. eod.* quorum vita & corpora accipiebāt æstimationem, & vitæ redemtionem: cum tamen homo liber inæstimabilis sit iure ciuili. *l. 1. §. sed cum homo, de in ius qui deiecer. vel effuder.* Nec is membrorum suorum dominus sit, & idcirco non directa, sed vtili vtatur actione legis Aquiliæ. *l. liber homo, 13. ad legem Aquil. in P.*

¶ Ex † lege Draconis olim sicarij & cædis auctores, patria & finibus fiebant extorres. *Demosthen. contra Aristocra.* Erat & Athenienſium lex, *Homicidas licuit occidere in nostro territorio, & in carcerem ducere: excruciare, aut pecuniam extorquere non licuit, aliquin duplum damni dati dandum. Idem in Leptinem.* 24

¶ Moris † & antiqui fuit, si quem per insidias occidissent, ac cædem expiaturi essent, extrema cadaueris, & torquem ex illis particulis confectum de collo suspenderent, vt ait Suidas in verbo *ἰμματίου*, Et interpres Apollonij Rhodij, *οἱ ἀναφορῆται ἀρχαίως, ἐπὶ τοῦ ἐκ τοῦ νεκροῦ ἱματίου ἢ ἀναρπάσαι, ἢ τῶν καθάπτων ἐξάψαι † περίζωμα αὐτῷ ἐποίησε † αἷμα τοῦ ἐπὶ καθάπτου, τοῦ εἰς τὸ σῶμα ἐντοῦ.* Ex lege Dei, *Deuter. 21.* si inuentum fuisset homicidium, & auctor cædis ignorabatur, maiores ciuitatis illius, quæ proximior erat cadaueri reperto, expiabant scelus sacrificata vitula iurantes se non effudisse sanguinem, nec vidisse occidere, rogantes Deum, vt propitius esset populo suo Israeli, nec reputaret sanguinem innocentem in medio populi. 25

De Castratione.

Cap. 16.

1 *Castrare se, vel alium sponte vel inuitum prohibitum pœna capitali.*
Et num. 4.
Spadonum nomen quid contineat. Et Thlibia qui. eod.
2 *Castrantes scipsos clerici ne sint.*
3 *Circumcisio nunc quibus concessa.*
4 *Pœna Eunuchos facientium.*

VEtat † lex Cornelia quoque, ne quis seruum liberumve inuitum, sientemve castret, ne quis sponte se castrandum præbeat: est & medico, qui hoc fecerit, & sponte castrato, capitalis imposita pœna. *Paul. l. 4. §. fi. ad l. Cor. de sicar.* Venule. *l. is qui seruum, 6. eo.* tradit & dominum, qui seruum suum castrandū tradiderit, dimidia parte bonorum mulctandum. Quod Paul. *l. hh quoque, 5. eo.* prorogat ad illos, qui Thlibias faciunt. Nam & Vlp. spadonum nomen & ad eos, qui natura tales sunt, & ad Thlibias & Thlasia, & ad alia genera spadonum pertinere ait, *Vlpia. in l. spadonum, 128. de verbor. signific.* sunt autem huiusmodi, cuius testiculi sunt collisi vel confracti. Quare qui hoc ipsum procurant, homicidæ censentur: prohibent enim, ne possint homines generare, & ita generandi naturam iugulant. 1

¶ Iubet † Nicæna Synodus *1. can. 1.* qui seipsum inciderit nulla necessitate morbi adactus, inter clericos ne recipiatur. Et apostolica Synodus, *in can. apostolorum, ca. 21. & 22. ca. si quis absciderit, 55. distinct. apud Gratian.* ne is, qui sibi virilia amputauit, fiat clericus: quia sui homicida. Plura de Eunuchis & castratis iam diximus in tomo 1. huius operis 2. c. 2. Ideo de iis nihil vltra adiicio. Statuit porro lex Ripuaria. *in legib. Ripuaria, tit. 6. §. 1.* si quis ingenuus ingenuum castrauerit, 200. solidis culpabilis iudicetur: aut si negauerit, cum 12. iuret. 2

¶ Circumcidere † Iudæis tantum permissum suæ religionis pueros, aliis aliosve ex pœna legis eunuchos castigantis, prohibitum, *Modestin. l. circumcidere, 11. ad l. Corn. de sicar.* Honorius & Theodosius, *l. Iudæi, 15. de Iudæis, ll. C. C.* statuerunt, etiam Iudæos & bonorum proscriptione & perpetuo exsilio damnandos, quos constitisset Christianum circumcidisse, vel mandasse circumcidi. Permissum autem homines suæ religionis circumcidere, quia hos patiebantur Christiani cum sua lege viuere, *l. 1. 2. & l. nullus, eod.* libere: sicut & adhuc alicubi. 3

¶ Ex † constitutione nouella Iustiniani, qui eunuchos faciunt, & castrare ausi sunt, vel præsumserint, si viri sunt, iidem quod aliis fecerunt patiuntur, & si incolumes euaserint, bona eorum addicuntur fisco, & ipsi mittuntur in gypsum in perpetuum vitæ tempus. Si mulieres, afficiuntur supplicio, & bonis proscriptis in exsilium mittuntur, *Nouel. Iustin. 142. §. sancimus.* Eademq; pœna damnati, qui mandata castrandi dederint, obtulerintve personas, vel qui interfuerint, fiuntque serui castrati liberi, *§. porro, ead. Nouel. 142.* Leo Imperator pœnas quidem probauit, excepta talione mutilationis, *Non enim, inquit, quia is qui castrauit, quasi refringere creaturam Dei ausus est in contumeliam creatoris, continuo vindicem id imitari & pariter refingere æquum* 4

est, in

Digitized by Google

ist, in constit. Leon. Cas. constit. 60. περὶ τῶν τοῦ ἰατροχείρων πραγμάτων.

De cauſſis aliis ad Corneliam legem de Sicariis pertinentibus.

Cap. 17.

1 *Seruos propria auctoritate ad beſtias dare interdictum, & poteſtas mecū ademta.*
2 *Occidere reos maleficij propria auctoritate non licet.*
Milites necantes quando rei homicidij, eod.
3 *Naufragum capiens & conſtringens Cornelia de Sicarijs plectitur.*
4 *Mortis iudicium procurans, homicida.*
5 *Homicidarum damnatio & pœnitentia in foro pœnitentiali, & in foro contentioſo eccleſiaſtico.*
Et num. 6. & 7.
7 *Monaſterium in pœnam.*

1 TEnetur †quoque lege Cornelia de ſicariis, qui ſeruum ſine iudice ad beſtias dederit, vẽdiderit, emeritve eius rei cauſſa, *Modeſtin. in l. circumcidere, §. 1. ad l. Corn. de ſicar.* Nam lege Petronia & Senatuſconſultis, ea poteſtas dominis ademta eſt, ne ſeruos ad pugnãdum contra beſtias darent domini arbitrio ſuo, ſine iudicis ſententia, *d. l. circumcidere, §. fi.* Martianus ita dominos ea lege, vt cum beſtiis depugnent, ſeruos vendere nõ poſſe, reſpondit, *l. domini, 42. de contrab. emt.* P. Cohibita enim illa poteſtas, antiquitus necis & vitæ in ſeruos dominis data, neve ſupra modum etiam in ſeruos liceret ſæuire, *l. 2. de ijs qui ſunt ſui vel alieni iur. in §. 1. e. apud Iuſtin.* ſtatutum.

2 ¶ Ille †homicida etiam cenſetur, qui maleficum ſeu alterius criminis reum, propria auctoritate occiderit, nullam publicam habens poteſtatem, *ca. quicunque permiſit, 23. q. fi. ca. ille gladium, 23. q. 4. hoc examinat Boerius in q. 83. num. 3.* vel iuſſum eorum, qui habent gladij poteſtatem. Illi autem, qui hanc habent, vel exercere iuſſi ſunt, vt milites, qui auctoritate ea vel hoſtes repellãt, vel ab iis ſupplicia repetunt, homicidæ non dicuntur, nec pœna ſicariorum tenentur, *c. de occidendis & e. ſi non licet, 21. q. 5. ca. miles, eod.* dummodo id exſequantur, non ratione propriæ vindictæ, vel ſponte de nece aliorum gaudentes, ſed vt obediant ſuperioribus, vel vt iuſtam cauſſam, quam ineſſe iubentibus arbitrantur, defendant. Alioquin enim, ſi tantum ſponte ſua dignos etiam morte occidant, rei ſunt homicidij, *c. cum miniſter, 23. q. 5.*

3 ¶ Qui †naufragum ſuppreſſerit (ſic enim legendum cum Budæo, non naufragium) legis Corneliæ reus eſt, *l. 3. §. pen. ad l. Cor. de ſic.* Solebant enim vt pyratæ, naufragum vagantem capere, & vinclis ad opera conſtringere, vt ex Tranquillo *in Auguſto*, conſtat.

4 ¶ Qui † operam dedetit, vt falſum fieret iudicium, quo morte damnaretur reus, tenetur hac qnoque lege, *l. 1. ad l. Cor. de ſica. in P.* quia mortis cauſſam dedit.

5 ¶ Iure † pontificio, quia eccleſia nemiuem ſententia mortis punit, *c. in archiepiſcopatu, de raptor. c. clericis, c. 5. & c. ſententiam, cap. 9. ne cler. vel mon. li. 3. Decret. tit. 50.* mitior videtur homicidarum pœna, & proinde in foro pœnitentiali, homicidæ epiſcopo imponitur pœnitentia 15. annorum, & depoſitio, & peregrinatio: presbytero, depoſitio, & 12. annorum pœnitentia, quorum tribus pane & aqua cibandus: diacono, decem, inhibita ad altiorem gradum promotione, *c. ſi quis homicidium, 50. diſtin.* In laicis, pœnitentia ſeptem annorum, *c. ſi qua fœmina, eod. diſt.* Et ſi quis occaſione accuſationis, necis alicuius cauſſa fuerit, quadraginta diebus, pane & aqua tantum reficiendus: poſtea, per ſeptẽ annos pœnitere mandatur, *c. accuſaſti, de accuſation.*

6 ¶ In † foro contentioſo, eccleſiaſtica iuriſdictio ſolet in maioribus criminibus reos clericos deponere, & ſuſpendere a ſacrorum ordinum & miniſterij ſactoſancti altaris tractatione, *ca. at ſi clerici, ca. 4. §. ſi vero, de iud. lib. 2. Decretalium tit. 1.* quod & in homicidio ſtatutum, *ca. cum non ab homine, de iud. c. inquiſitionis, de accuſ.*

7 ¶ Ex conſtitutione † Conſtantini Porphyreogenetæ, *in 1. lib. iur. Orien. & conſt. Conſt. Porphyrit. περὶ τῶν ἐκουσίων φονέων*, canonica lege mitius agendo punitur etiam voluntarius homicida, exſilio perpetuo à loco, in quo homicidium perpetratum fuerit, vt minuatur proximorum occiſi dolor aut monaſtica vita, cum bonorum ademtione, & poſt eccleſiaſticam cenſuram. Verum bona non fiſco addicuntur, ſed illa primum vxori defuncti pro dote & donatione propter nuptias, item & liberis eius trieus datur. Habent & filij homicidæ quoque trientem, & monaſterium, ſi quod ingrediantur.

De Veneficiis.

Cap. 18.

1 *Veneficia ad legem Corneliam de ſicariis pertinent. Venenum bonum, & malum quid.*
2 *Venenum non licet nec emere, nec vendere, nec habere impune, quibus.*
3 *Venenorum compoſitiones docentes reprobati.*
Et num. 4.
5 *Veneficorum ratio quando primum Romæ cœpit haberi.*
6 *Veneficorum vltimum ſupplicium eſt.*
7 *Veneficæ, quæ maritis parauerant venenum à conſanguineis iudicij ſenatus necatæ.*
8 *Venefica necata à Galba Cæſare.*
9 *Acubus venenatis plures necati, & auctores damnati.*
10 *Tutor veneno occidens pupillum cruci affixus.*
11 *Veneficorum puniendorum Platonis lex, & aliorum.*
Et num. 12. 13. & 14.
15 *Annulis antiqui venenum ferebant, quo quando voluiſſent, poſſent mori.*
Et venenum quare Plinius laudarit.
16 *Venenum præſentaneum baſiliſci, & quomodo curetur.*
17 *Venenum paratis vt exhibeat, ſi non effecto occideret, num mortis puniendus, & ſeq.*
18 *Veneficij reatus morte non extinguitur rei. Et parricidij quis reus.*
19 *Veneficorum Viſigothorum lex, & pœna.*

LEx † Cornelia quoque de ſicariis ad veneficia pertinet, §. 1 *item lex Corn. de publ. iud. l. 1. ad l. Corn. de ſicar. l. prætor dixit, 7. §. ſi dicatur homo, de iniu.* P. & pœna eadem corriguntur. Venenũ enim malum nonniſi doloſe propinari poteſt animo occidendi. Malum venenum dicunt Iuriſconſulti, quia & bonum ſit venenum, *l. qui venenum, 236. de verb. ſignific. l. 3. §. 1. ad l. Corn. de ſicar. Gell. li. 12. ca. 19.* Vocatur namque venenum, quod pharmacum Græcis dicitur quod & bonum & malum poteſt eſſe. Sic enim ſcribit Hom. *Odyſſ. 5.*

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Id eſt,

Pharmaca quidem multa bona mixta ſunt, multa & amara. 2

¶ Marcellus † *l. 3. cap. 5. legu Corn. de ſicariis & veneficis* teneri tradit, *Qui malum venenum necandi hominis cauſſa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit.* Sic & Caius *l. quod ſepe, 35. §. 1. de contraben. emt. im* P. docet, *Non licere habere, vel vendere, nec emere medicamenta anadrophona, non ſanandi, vel deleteria, ſi per alterius materiæ adiectionem, vſui eſſe non poſſint ſalubri.* Nam mixtione poſſunt ſalubria fieri, vel antidoto eſſe, *Plin. li. 20. c. 13. & li. 24. c. 17. & li. 25. c. 4.* Et tũc quoque nec omnibus licet ea vel emere, vel habere, ſed illis tãtum, quibus fide publica iurato tantum permittitur, pharmacopolis nempe, & qui temperare nouerint, & vſum. Si quidem & quæ imprudens bono fine nec malo animo, veluti ad conciliandam concipiendi poteſtatem, venenum dederit, & mulier eo mortua fuerit, alias Senatuſconſulto relegata eſt, ob malum exemplum, *l. 3. §. adiectio, verſic. ſed ex ſenatuſconſulto, ad l. Aquil. in* P. Et pigmentarij ſi cui temere cicutam, ſalamandram, aconitum, bupreſtim, pyriocampas, mandragoram, aut vlcerameuti cauſſa dederint cantharides, pœna tenentur legis Corneliæ, *d. l. 3. §. alio ſenatuſconſulto, ad l. Cor. de ſicar.* P.

¶ Reprehendit † Galenus *li. 2. de antidot. tomo 3.* Orpheum Theologum cognomine Horum, Mendoſum, Heliodorum, Athenienſes, Aratum, & alios, qui de compoſitione venenorũ auſi ſunt libros componere: exiſtimans munus improbi hominis eſſe, hoc docere, & veluti improbos inſtruentes & ſatis pronos ad malum ducentes. Additque, eoſdem auctores veritos, ne ob id publice punirentur, ab exordio ſuorum librorum, lectoribus ſuadere conatos, ſe neque perditis moribus eſſe, nec huiuſmodi lethalia perſicere, ſed docuiſſe vitare. 3

¶ Narratque † idem Galenus, *idem libello de purg. medic. facult.* quendam veneficum herbarium, cum aliquando iecur ſuillum deferret in ſuburbanum, in Thracibus Bythiniam incolentibus vrgente ventre ſuper herba quadam iecur depoſuiſſe, quod aliquanto poſt cum ſuſtuliſſet, & vidiſſet ex vniuerſo iecinore ſanguineos riuulos ad herbam confluere, ex hoc coniectura facta, ſanguinem in corpori detrahi poſſe putauit, quod expertus, multos examinabat: de quo delatus ante populi magiſtratum, faſſus eſt, ſe tamen nemini herbam demonſtraſſe profeſſus, eam autem plurimam in his locis naſci: damnatus tandem, vinctis oculis ad ſupplicium duci à magiſtratu iuſſus eſt, ne cui inter eundũ herbam indicaret. 4

¶ Annotauit † Liuius *in 8.* de veneficiis quæſtionem Romæ ¶ primum habitam anno 423. ab vrbe cõdita, cum ſimilibus morbis, omneſque eodem cuentu primores ciuitatis morerentur: compertumque fuiſſe matrones Romanas, inſano quodam conſilio, venenata quædam medicamenta coxiſſe, & damnatas centum ſexaginta duas. Decreta deinceps & prouincia vrbana in

Digitized by Google

quirendi de veneficis, qualem sortitus Q. Mutius in vrbe, & propius vrbem decem millia passuum, *idem li. 10. decad. 4.*

6 ¶ Lege † Cornelia de sicariis, veneficis vltimum supplicium pro pœna impositum: potissimum si mors secuta fuerit, *§. item lex Corn. de publ. iud. l. si quis aliquid, §. qui abortionis, de pœn. in P.* Nam & ea lege de sicariis tenetur, qui occidendi caussa venenũ dederit, *l. 1. §. 1. ad l. Corn. de sicar.* Vtque plus est veneno, quam gladio occidere, *l. 1. de male. & mathem.* C. pœna & maiore digni huius rei: nam & duplex crimen, & homicidium, & veneficium. Et fieri potest, vt ait Philo Iudæus *lib. de specialib. legib. contra mœchos & libidinosos*, vt inconsulto repentinoue impetu perciti scelus admittant, qui hasta, fuste, saxo vel alio telo interimũt, vt videatur dimidiatum facinus, cui non accessit longa deliberatio: veneficiautem sceleratissimi, polluti mente & manibus, per otium & in secessu dant operam malis damnatisque artibus, captantes occasiones calamitatum inferendarum. *Et refert*, inquit Vlpianus *in l. absentem, §. §. si. de pœn. P. in maioribus delictis, conjulto aliquid admittatur, an casu: & aistinctio hæc aut iustam pœnam eligere debet, aut temperamentum admittere.* Subiicit & Philo proditionem & insidias in hoc crimine, seueriori animaduersione dignas. *Qui propalam*, inquit, *& cominus aggrediuntur, vtcunque cauri possunt: occultæ autem insidiæ & venefica, non animaduertuntur facile.* Vnde lex Dei maleficum, veneficaſve non patitur vel viuere vnum diem. sed statim ad supplicium deducit, & iure quoque clam delinquentes grauius, vt scelestiores, puniuntur, *l. fin. de ritu nupt. in P. l. non intelligitur, §. si quis palam, ae iure fisc.* Sic & crimen occultum est veneficium, *l. cum fratrem, de iis quibus vt in dign. & ibi Bald. in 1. not.* quod habet proditionem, vt Baldus notat *in l. nemo, in 2. colum. vers. simile est de veneficio, de sum. trin.*

7 ¶ Florus scribit, † *li. 42. Epit. Liuij.* de veneficis sub M. Æmylio principe Senatus quæsitum fuisse, & Publiam & Licinian nobiles fœminas, quæ viros suos necasse insimulabantur cognita caussa, cum prætorii prædes vadesque dedissent, cognatorum decreto necatas fuisse.

8 ¶ Galba † Cæsar morte plures veneficas affecit, cum Locusta famosa, quæ immedicabile venenum præbuerat Agrippinæ, quo intra boletum condito, maritum Cæsarem Claudium necauit, vt auctor Dion Cassius *libr. 60. & Xiphilin. ex Dion. in Galba, & alij.*

9 ¶ Refert & Xiphilinus *in Dom.* tempore Domitiani, cœpisse nonnullos, qui acubus oblitis veneno, quos collibitum esset pungebant, quorum multi nec sentientes quidem moriebãtur: ex quibus multi cum delati fuissent, vltimo supplicio affecti sunt, idque non solum Romæ, sed etiam per totum orbem terrarum factum esse. Et rursum idipsum sub Commodo Cæsare factitatum, *idem in Commodo.*

10 ¶ Idemque † Galba Imperator tutorem, quod pupillum, cui substitutus erat, veneno necasset, quamuis ciuem Romanum,
11 cruce affecit, *Suetonius in Galba, cap. 9.* ¶ Lex † apud Platonem 12. *de legibus*, sic concepta, *Qui non ad mortem hominis, sed pecorum aut examinum veneno vtitur, siue etiam vt aliter, quam morte bestias noceat: si medicus sit, & veneficij reus fuerit, iudicatus morte supplicium luat: si vero medicinæ ignarus, iudicium, quid pati dareve ipsum oportet statuat.* ¶ In † Perside, *Alexan. ab Alexandro li. 3. genial. dier. cap. 5. ex Plutarch. in vita Artaxerx.* venefici pœna, vt in amplo lapide caput impingerent: rursumque alio superinducto effringerent.

13 ¶ Non † referam hic leges Langobardorum, quandoquidem illæ non morte, sed pecunia veneficia componebant, *in l. Lang. li. 1. tit. de consilio mortis, l. 1. 2. & 3.* sicut & cædes. Ex Caroli quinti Maximiliani Imperatoris constitutione, veneficus exuritur,
14 *in constit. Car. V. de causs. capit. art. 109.* ¶ Philo † Iudæus *in specialibus legibus*, pœnam veneficorum eos quoque pati tradit, qui non lethifera venena conficiunt, sed longos morbos & tabem inferentia.

15 ¶ Ego † autem maiore hos pœna dignos puto veneficis, qui statim deleterio medicamento occidunt: moriendi qualitate considerata, quæ eo asperior, quo diutius ante exitum animæ, angit morituram. Et in hoc, quod temperent venena quæ morbo tabem pedetentim vitæ inducant, perniciosissime veneno malum addunt: nam & in eo laudatur venenum à Plinio, *lib. 2. c. 63.* quod mors cita inde veniat *Quin &*, inquit, *venena, nostri misertam terram instituisse credi potest. ne in tædio vita diræ famis mors terra meritis alienissima, lenta nos consumeret tabe, ne lacerum corpus abrupta dissiluerent, ne laquei torqueret pœna præpostera, incluso spiritu cui quæreretur exitus: ne in profundo quæsita morte sepultura pabulo fieret, ne ferri cruciatus scinderet corpus. Ita est misertæ, gemit id, cuius facilimo hausto, illibato corpore, & cum toto sanguine exstingueretur, nullo labore sitientibus similes, &c.* Tradit & alibi, *idem lib. 33. c. 1.* aliquos sub gemmis in annulis venena eludere, sicut Demosthenem summum oratorem Græciæ, annulosque mortis gratia habere.

16 ¶ Dion † Cassius *lib. 11. histor.* scribit, Cleopatram seipsam interemisse, ictu basiliscì serpentis, vel inquit, secundum alios, acu, qua capitis crines ornabat: qua venenata se interemit, vt absque dolore moreretur. Præsentissimum namque venenum est aspidis & basilisci, vt ait Claudius Ælianus *lib. 2. de natur. animal. c. 6.* quo etiam si baculus mortuus fuerit, dominus baculi moritur: curatur tamen, vel exsectione, vel vstione morsi membri.

¶ Sed † quæstio vtilis hinc oritur aliquibus, num ei, qui venenum paraut necandi caussa, si aliquo modo effectum non potuit fortiri voluntas, pœna imponenda mortis sit. Et putarem, & hos reos mortis esse: quia voluntas in hoc crimine perpenditur potius quam effectus, *l. diuus, 14. ad l. Cor. de sicar. in P. cum simil. l. verum, & l. qui iniuriæ, de iniur. in P.* Nec valde dissimilis est casus eius, qui cum telo occidendi caussa ambulat, *l. si quis cum telo, C. ad l. Corn. de sicar.* ab eo, qui venenum occidendi caussa propinat. Et in criminibus grauioribus, voluntas morte vindicatur, si ea ad aliquem actum peruenerit, *l. si quis non dicam, de episco. & cler. C. l. C. ad rup. l. præsent, de in ius ad eccles. confug.* Inter grauiora autem hoc est. 17

¶ Cum † enim crimina etiam capitalia morte præscribantur 18
reorum, *l. defuncto, de public. iudic in P. l. libellorum, §. fin. de accusat. P. l. 1. & 2. si reus vel accus. mor. fuer.* tamen hunc veneficij reatum morte non exstingui placuit, *l. Lucius, de iure fisc.* Et quamquam non fuerit perfectum crimen, quod pertinet ad eum, cui mors præparata fuit. tamen verum est eum, qui præparauerit, præparasse, nec per eum stetisse, sed per aliud quodammodo tatum, quod non debet reo prodesse, *l. nihil interest, ad l. Iul. de adult. in P. l. 2. de conatu instit.* Succurrit, quod reus legis Pompeiæ de parricidiis, *l. 1. §. si. ad l. Pomp. de parric. & ibi Bartol. ia defendit, fac. i. 1 de iis qui par. aut lib. occid.* is quoque est, qui venenum emit, vt patri daret, etiam si non potuerit dare, sed conatus fuerit. Proinde & qui eunuchos in Arabia ponebant, qui hoc scelus mortem ingredientibus prædia minabatur, mortis pœnam habebat: quamuis nullus adhuc offensus fuisset, *l. sacularij, §. sunt quædam, e extraord. criminib.* Cæsares quoque Valentin. Valens & Gratian. capitali suppl cio iubent, *si quis necandi, 8. ad l. Corn. de sicar.* puniri eum, qui aggressus est piaculum occidendi infantem. Porrigit quoque lex Pompeia de parricidiis, *l. si fœtus creatus, de l. Pomp. de parri.* pœnam ad creditorem, qui filio pecuniam credidit ad veneni mali comparationem, vel vt aggressoribus vel lationibus daretur, qui patrem interficerent. In Gallia tamen raro delictum imperfectum, etsi is, qui admouit insidias quo p tuit studio, perficere conatus fuerit æquali pœna, quæ perfecto debetur, vindicatur: vt alias iudicatum in grauioribus criminibus. *Pap. l. 23. Thapsar. est. art. 1. & 2.* Pœnam tamen aliam imponendam non negatur, imo & expedit. Et si tanta sit præmeditatio cum conatu, eandem imponendam imperfecto & attentato crimini, quam perfectum exigit, non dubito asserere.

¶ Lex Wisigothorum de veneficiis sic distinguit, *l. 2. de male-* 19
ficis, lib. 6. C. Wisigothor. tit. 2. Si qui venenatam potionem alicui dederint, & qui biberit mortuus exinde fuerit: illi etiam continuo supplicijs subditi morte turpissima sunt puniendi. Si certe poculo veneni potatus euaserit, in eius potestate tradendus est ille qui dedit, vt de eo quid facere voluerit, eius sit incunctanter arbitrij.

De incendiariis.

Cap. 19.

1 *Incendiarij dolo malo ad legem Corneliam de sicariis pertinent.*
2 *Incendium pluribus modis accidere potest.*
3 *Incendia voluntate diuina facta.*
4 *Incendia repentina.*
5 *Ignis sacer.*
6 *Ignem naturali vi concipientia.*
7 *Martha limus, ignita aqua accenditur, terra exstinguitur.*
8 *Ardentia perpetuo loca.*
9 *Ignis sub terra amnes.*
10 *Incendium casu fortuito factum venia dignum, & quando quis de eo non teneatur.*
11 *De incendio quando non tenetur conductor.*
12 *Incendia cum culpa quomodo reparentur.*
13 *Incendiorum cura ad quos magistratus pertinebat.*
14 *Incendiarij, qui dolo malo ignem aliorum rebus subiiciunt, qua pœna puniuntur.*
Et num. 16.
15 *Ex incendio rapientes, qua pœna puniuntur. Item incendium cum seditione facientes.*
17 *Incendiariorum pœna in foro pœnitentiali, & contentioso iuris canonici, iure ciuili, & aliarum gentium. & num. 18. 19. 20. 21.*

INcendiarij † ad pœnam legis Corneliæ de sicariis quoque 1
pertinent, si dolo malo incendium fecerint, *Martia. in l. 1. ad l. Corn. de sicar. in P.* ¶ Quibus † verbis, incendium aliter, quam dolo malo alicuius accidere & considerari posse docemur: incendium namque aut vi superiore & fortuito, aut natura rerum, 2

aut cul-

Digitized by Google

3 aut culpa, aut dolo malo fit. ¶ De † incendio ex volũtate seu permissione diuina immisso, prostãt exẽpla sacræ paginæ: vt quando rubus, de quo Dominus ad Mosen loquebatur, ardebat, neque consumebatur, *Exod. c.* 8. quando descendit super montem Sinai in igne, & totus mons fumabat, *Exod. ca.* 19. Et dum deuorauit ignis, egressus à Domino, Nadab & Abiud: quod obtulissent coram Deo ignem alienum, *Leuit. c.* 10. *Pluet*, inquit Dauid, *Psal.* 10. *super peccatores, laqueos: ignis & sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.* Et rursum *Psal.* 103. *Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ventem.* Quemadmodum & dum tactæ de cœlo fuere septem illæ ciuitates Sodomitarum, *Genes.* 19. Dumque ignis, qui descendit de cœlo, tactas oues & pueros Iobi consumsit, *Iob.* 1. *a.* Et accensus ignis à Domino, deuorauit extremam partem castrorum filiorum Israel murmurantiũ, *Num.* 11. *a.* Et super sacrificium Eliæ descendit ignis Domini & deuorauit illud, 3. *Reg.* 18. Sicut & de cœlo descendens ignis deuorauit quinquagenarios Ochosiæ, 4. *Reg* 1.

4 ¶ Scribit † Plinius *li.* 2. *c.* 106. in medio mari Hieram insulam Æoliam iuxta Italiam, cum ipso mari arsisse per aliquot dies sociali bello, donec legatio Senatus piauit. Et alibi, *idem li.* 2. *c.* 107. repentinos ignes exsistere, & in aquis & in corporibus etiam humanis, vt Thrasymenum lacum arsisse totum. Horumque incendiorum repentinorum prodigia plura refert Iulius Obsequens, *li. de prodig.*

5 ¶ Herodotus † scribit *in* 1. etiam, quæcunque ex Æyllensium vel pecoribus vel iumentis, vel hominibus ad locum illum accesserunt, vbi Phocenses lapidati fuerunt, continuo morbida facta, stupore atque igne correpta sacro.

6 ¶ Ex † rerum natura incendia sæpe concitantur, vt in locis sulphureis & bituminosis: quædam enim sunt, quæ facile ignem cõcipiunt, ex quibus illa famosa corona composita insignis veneficæ, qua interiit Creon, mixta pice, bitumine Iudaico, sulphure, naphta, oleo, resina, aliisque rebus calidis, quibus delibuta erat, quæ è faculis longe positis ignem concepit, vt ait Galenus *li.* 3. *de temper. & li.* 1. *de simpl. med. facul. Plin. li.* 2. *c.* 105. Aristophanes inter lignum oleaginum annumerat,

ἐὰν, inquit, γὰρ αὐτὴν εἴς μόνος σπινθὴρ λάβῃ,
ὥσπερ πυλαῖα περιῴλου κάουσεται. id est,
Si enim ipsam vna sola scintilla ceperit,
Tanquam antiquum ramum oleaginum combureret.

In syluis quoque ex collisione arborum possunt & incendia oriri. Sicque cecinit Lucret. 1. de rer. natura,

At sæpe in magnis sit montibus, inquis, vt altis
Arboribus vicina cacumina summa terant se
Inter se, validis facere id cogentibus austris,
Donec sulserunt flammas fulgore coorto.

Indeque Vitruuius primo architecturæ libro, putat homines primum ignem accepisse coortum, dehinc additis lignis cõseruasse. Et Thucydides, quod incendium oriri possit ex arboribus testatur, exque conflictu sua sponte inflammatis: ἐὰν γὰρ, inquit, τὰ ὄρεσιν ὕλη περιῤῥαγῇσα ὑπ' ἀνέμων πρὸς αὐτὴν ὦσι τοιούτοις πῦρ ἐμβάλῃ ὑπ' αὐτὰ ἐνίκα.

7 ¶ Maltha † limus, *Plin. li.* 2. *c.* 104. qui ex stagno vrbis Cõmagenis Samosatis emittitur flagrans, quive aqua incenditur, terra restinguitur.

8 ¶ Sunt † loca semper ardentia, exustionemque natura terris denuntiantia, vt ait Plinius *idem li.* 2. *c.* 106. ardet Ætna: in Phaselide, mons Chimæra: in Bactris, Cophanti vertex: in Medis, Cestia, Susis, turris alba, campus Babyloniæ, aliaque loca, quæ videbis apud Plinium.

9 ¶ Plato † *in Phædro.* tradit sub terra ignis ingentes amnes, qui aliquando erumpunt, & incendio proximas regiones subito depopulantur.

10 ¶ Casu † fortuito fit incendium aliquando, & tunc venia factum dignum est, vt auctor Martianus *in l. si fortuito,* 11. *de incend. ruin. & naufr. li.* 47. *P. tit.* 9. Non ignoro tamen Vlpianum, sine culpa incendium fieri non posse, dixisse, *l. si vendita,* 11. *de peric. & commod. rei vend. in P.* Nihilominus quod pertinet ad iudicandum damnum, verum est aliquem non teneri de incendio, si alterius culpa fiat, & casum esse eius intuitu fortuitum dicit Iustinianus, *§. item is cui res, quib. mod. re contrahitur oblig. apud Iust. & ibi Ang. Aret.* quæ enim prouideri non possunt, vtpote aliunde pendentia, fortuita sunt, nec alteri quam facienti imputantur, *l. quæ fortuitis, de pignor. actio. C. l. contractus,* 24. *loca. lib.* 19. *P. titul.* 2.

11 ¶ Neque † de incendio fortuito tenetur conductor ex facto eorum, quos in domum induxerit, si culpa eius non præcessit in inducendo eos, qui negligentes apparerent: aliter enim teneretur, & ita iudicatum, *Pa. li.* 22. *rha. aresti. tit.* 11. *vbi tamen falsum videtur, quod contra iuris dispositionem iudicatum dicat.* Potest esse casu, & sine culpa incendium, si quis in stipulam suam vel spinã ignem immiserit, comburendæ eius caussa, & vlterius euagatus & progressus ignis alienam segetem vel vineam læserit, si omnia quidem quæ oportuit obseruauit, sed subita vis venti longius ignem produxit: alioquin contrarium statuitur, *Paul. in l. qui occiderit,* 30. *§. in hac quoque actione, ad l. Aquil. P. & in legib. Georg. Iustin. tit.* 11. *de incendio, l.* 1. Paulus Iurisconsult. *in l.* 1. *§. in vero, qui vtendum accepit, de act. P. & in l. rebus,* 18. *commo. P.* inter casus maiores, quibus infirmitas humana resistere non potest, annumerat quoque incendium. Et Vlpianus *in l. ex conducto,* 16. *§. final. loca. P.* memorat alicui remissionem pensionis petenti propter incendium, ita rescriptum fuisse, *Si prædium colusisti, propter casum incendij repentini, non immerito subueniendum tibi est.*

12 ¶ Aliquando † ex culpa seu negligentia, & tunc fortuita incendia, si cum euitari possent per negligentiam eorum, apud quos orta sunt, damno vicinis fuerint, ciuiliter exercentur, vt qui iactura affectus est damni, disceptet vel modice vindicetur, vt ait Callistratus *in l. capitalium,* 28. *§. qui ob inimicitias, de pœn. in P.* Caiusque subscribit *in l. qui ædes,* 9. *§. si. de incen. ruin. & naufr.* Et qui ignem non exstinxit, vel ita non muniuit ne euagaretur, culpam admittet, & tenebitur de damno dato, *Vlpian. in l. si seruus seruum,* 27. *§. si fornicarius, & §. Proculus, ad l. Aquil. Paulus l.* 3. *§.* 1. *de offic. præfect. vig. li.* 1. *P. tit.* 15. de incendiis, quæ culpa inhabitantium fiunt, respondit, præfectum vigilum, qui cognoscebat de incendiariis, aut fustibus castigare eos, qui negligentius ignẽ habuissent, aut seuera interminatione comminatum fustium castigationem remittere.

13 ¶ Præfectorum † vigiliis fuit cura hæc aliquando, & antea triumuirorum nocturnorum, qui excubias agebant, arcendorũ incendiorum caussa in vrbe Romana interueniebant & ædiles, & tribuni plebis: erant & familiæ incendiis sopiendis destinatæ. Et Augustus quoque hanc sibi conuenire, vt reipublicę puraui t, *l.* 1. 2. *& 3. de offic. præfect. vigil. in P.* Et hic iterum repeto, vt quãuis sine culpa incendium, vt ait Vlpianus, ex domo scilicet ortum, fieri non possit: non tamen hoc culpæ domini & patrisfamilias adscribi potest perpetuo, *l. si vendita,* 11. *de peric. & commo. rei vend. P.* quod in condemnatione reparationis damni, inspiciendum erit, *ca. si egressus, ca.* 5. *& fin. de iniuriis, li.* 5. *Decret. tit.* 36. *Exodi c.* 22.

14 ¶ Aliquando † incendium fit dolo malo, & malitia alicuius: atque incendiorum huiusmodi pessima, depopulatrix, & horrẽda malitia dicitur, *in ca. pessimam,* 23. *q.* 4. Vlpianus eum, qui dolo malo insulam alterius excusserit, capitis pœna quasi incendiarius plecti ait, *Vlpian. in l. si quis dolo malo,* 10. *ad l. Corn. de sicar.* idipsũ & Callistratus respondit *l. capitalium,* 28. *§. incendiarij, de pœn. in P.* Sed vltra, si ob inimicitias, vel prædæ caussa incenderint, intra oppidum plerunque viuos exuri: qui vero casam aut villam, aliquanto leuius, *d. l. capitalium, §. qui ob inimicitias.* Constantinus Harmenopulus *li.* 6. *tit.* 12. etiam post Caium Iurisconsultum *in l. qui ædes, 9. de incen. ruin. & naufrag.* tradit hoc crimen esse capitale, vt si quis sciens prudensque ignem in ædes subiecerit, aut aceruum frumenti iuxta ædes positum incenderit, conuictus igni necetur. Vlpianus quoque alibi, *in l. si. eo, P. Qui data opera, inquit, in ciuitate incendium fecerint, si humiliore loco sint, bestiis subijci solent: si in aliquo gradu exsistentes id fecerint, capite puniuntur, aut certe in insulam deportantur.*

15 ¶ Incidit † & in legem Iuliam de vi publica, qui cum seditione incendium fecerit, *l. 5. ad l. Iul. ae vi publ. P.* & ex incendio quippiam præter materiam rapuerit, *l. 3. eo. l. si. C. eod.*

16 ¶ Sed † & qui voluerit meam insulam exurere, & inde ignis ad vicinum peruagatus fuerit, tenetur, præter, vt arbitror, pœnã capitalem, damnum quoque & vicino resarcire, *Vlp. in l. si seruus seruum,* 27. *§. si quis insulam, ad l. Aquil. in P.*

17 ¶ Iure † pontificio, *c. si quis membrorum, & c. pessimam,* 24. *q.* 8. in foro pœnitentiali incendiarij qui ignem subiiciunt vel iubent subiici odio vel malitia rebus alienis, excommunicantur ipso facto, nec sepeliuntur, nisi prius de damno satisfecerint vel cauerint, & iniungitur pœnitentia annalis transmarina: atque episcopus, qui soluerit excommunicationem contemta ea pœna, de damno resarciendo tenetur. Neque etiam pœnitentialis pœna impedit, quominus iudicium seculare sua pœna vtatur: at canonica contentiosi fori pœna statuit, *ca. si quis domum, can.* 6. *de iniur. apud Gregor.* incendiarios tres annos pœnitere. & damna restituere. Neve hac de re excommunicati & publicati, possint ab alio quam summo pontifice absoluiniſi velimus illud intelligi tantum in incendiariis ecclesiarum, *c. tua, c.* 19. *& ibi gl. de sent. & excommun. apud Gregor.*

18 ¶ Cæsares † quoque rescripserunt aliena data opera exurentes, pœna legis Corneliæ de sicariis plectendos, *l. data opera,* 11. *qui accusar. non poss. C.* Examinant autem hanc tractationem incendij plures auctores, quos colligit Nicolaus Boerius, *q.* 26. *n.* 17. quos consule si egeas. Carolus V. Maximilianus in constitutione de caussis capitalibus, artic. 125. statuit incendiarios more puniendos.

19 ¶ In † legibus Langobardorum de incendiariis, vt de grauioribus criminibus, ponitur incendiaria pœna: sic enim rex eorum Rhotarius statuit, *li.* 1. *l. Langob. tit. de dam. in via dato, & de incendia. l.* 1. *& l. si quis. Si quis casam alienam asto animo, id est, voluntarie seu dolose incenderit, in triplo eam sub æstimatione pretij cum omnibus quæ ibi cremata fuerunt, secundum quod vicini homines bonæ fidei appretiauerint, restauret: & quæ intus erant, sub iuramento domini in triplo restituantur ab eo, qui damnum dedit.*

20 ¶ In † legibus quoque Sal. *in l.* 19. *de incen. §.* 1. *Si quis è casam quã-*

Digitized by Google

libet dormientibus intus hominibus incenderit, ei cuius casa est, malberg andeban 2600. *denarios, qui faciunt solidos sexaginta duos, & dimidium, culpabilis iudicetur: qui autem inde euaserint, possunt eũ mallare, & singulis* 4000. *denarios, qui faciunt solidos centum, culpabilis erit, & quicquid* §. 2. *eo. tit. perdiderint illis restituent. Qui incendiũ,* §. 4. *eo. misit parentibus cuiusque defuncti,* 8000. *denarios, qui faciunt solidos ducentos, culpabilis iudicetur. Si quis,* §. 7. *eo. spicarium aut machalum cum annona incenderit, malberg saldeban,* 2000. *denarios, qui faciunt solidos sexaginta duos cum dimidio, culpabilis iudicetur. Si sudem,* c. 8. *eod. id est, haram, cum porcis excesserit, vel scuriam, id est, stabulum, cum animalibus vel fœnile incenderit, malberg saldeban leosdeba,* 2000. *denarios, qui faciunt solidos sexaginta duos & dimidiũ, culpabilis iudicetur.* Meminit & alterius legis, vulgaris Gallorum, Gregorius ad Constantiam reginam scribens, *c. cum notissimam,* 12. *q.* 2.

21 ¶Lex †Græca Iustiniani est Georgica, *in l. Geor. Iustin. tit.* 11. *l.* 2. ὁ κλίων ὅσσον ἀλώτειον, ἢ κόπλον ἀνδρα ἀλώτεια σφραγίσθαι ἢ χεὶρ αὐτὸ, ἢ ζημιώσθω τὰν βλάβαν διπλᾶν, id est, qui in alterius arundinem ignem immiserit, vel alienas arbores succiderit, cauterio manus eius signator. Eadem pœna eius, *d. tit.* 11. *l.* 3. qui φραγμὸν ἀμπέλε, i. sepem vineæ incendit. At alia acerbior, & iustissima, *l.* 4. *eo. tit.* οἱ ἐν ἀλωῇ ἢ ἐν θημωνία βάλωντες πῦρ, ὁρὰς ἄμωνα ἰχθρῶν πυρίκαυστα ἴστωσαν, qui in aream, aut acervum manipulorum ignem iniiciunt vindictæ hostium cupiditate comburuntor. Et postea *l.* 5. *&* 6. *eo.* οἱ ἐνοίκῳ ἀχύρα ἢ χόρτα βάλλοντες πῦρ, χειροκοπιδιάσουσι. ὁ σῶος εἴτε ἢ οἰκίαν διακωλῶν εἴτε πλησιάζων οἴκῳ ἑτέρῳ ἐντὸς πόλεως κεῖται ἐν εἰδέσει, τυπτόμενος πυρίκαυστος γινέσθω. εἰ δὲ τις ἐξω πόλεως ἕτω ποιήσει χειροκοπείσθω. *Qui in palea aut fœno domum ignem immiserint, manus præciduntor. Qui sciens prudensque acervum frumenti, aut horreum vicinum ædibus, in vrbe incenderit, verberibus affectus, igne comburitur. Si vero quis extra vrbem id fecerit, manus truncatur.*

De inuoluntariis homicidiis.

Cap. 20.

1 *Homicidia inuoluntaria non pertinent ad l. Corn. de sicariis. Quæ dicantur illa, & quando omnino excusantur à pœna.* 2. 3. *&* 5.
4 *Fortuitos casus nemo præuidere potest, aut diuinare.*
6 *Vino & lasciuia delinquens releuatur aliquantum à capitali pœna.*
7 *Ciuitates refugij pro reis delictorum fortuitorum.*
8 *Occisi hominis cadauer quare emittit sanguinem adstante interfectore.*
9 *Homicidij inuoluntarij exsilium pœna pecuniaria redemptum aliquando.*
10 *Homicidij expiatio per exsilium, & alia.*
11 *Homicidium in vixa commissum quomodo iudicandum.*
12 *Quæ certamina virtutis caussa.*
13 *Duello occidens aliquem homicidij reus est.*
14 *Aggressorem occidens, non tenetur de homicidio.*
15 *Rixa occiso aliquo obligantur omnes, qui erant cum occidente pugnantis.*
Et vulneribus pluribus à diuersis inflictis necato quis teneatur de occiso, eod.
16 *Homicidium commissum sine voluntate eget codicillis venia in Gallia.*
17 *Euictio in delictis improbata.*

1 ET † si extra legis Corneliæ pœnam inuoluntaria homicidia sint, *l. in lege Cornelia,* 7. *ad l. Corn. de sic. cum simil.* tamẽ vt ea quæ Corneliæ sunt, facilius cognoscamus, horum annectemus proximam tractationem.

2 ¶ Inuoluntaria † homicidia sunt, quæ non ex proposito, sed vel casũ contingunt, vel necessitate vrgente, cum aliter quis mortis periculum euasurum se non speraret.

3 ¶Hæc †homicidia interdum excusantur omnino, si quis operam dabat rei licitæ, & ea diligentia, qua prouidi vti possunt, *c. dilectus filius, ca.* 13. *& seq. c. exhibitum, c.* 22 *c. Ioannes,* 23. *& c. si. c. latores, de homic. ap. Greg. l. si putator. ad l. Aquil. P. l.* 1. §. *si. C. ad l. Cor. de sic.* vtatur, ne contingerent: contra, si daret operam rei illicitæ, aut si culpa præcessit. Etsi enim leuius, *c. si quis non iratus, c.* 25. *q.* 2. *c. in qui, ca. sæpe,* 50. *dist.* casus tunc aduenientes puniatur, pœnam tamen habet factum, ob illicita tunc tractata, *c. suscepimus, c. presbyterum, c. continebatur, de homic.* & ob culpam, si licita fuerint, *c. illud,* §. *itaque,* 15. *q.* 1. *c. presbyterum. c.* 7. *de homic. l. præceptoris, ad l. Aquil. l. qui foueas, eo. tit.* Sicuti si mulio per imperitiam nõ potuerit retinere mularum impetum, & illæ obuium hominem aliquem obtriuerint, nec videtur iniquum, si infirmitas culpæ annumeretur: cum affectare nemo debeat, in quo intelligit vel intelligere debet, infirmitatem suam alij periculosam, *l. idem iuris,* §. *§. mulionem, eod.*

¶ Fortuitos † casus nullus hominum mortalium prospicere potest, *l.* 2. §. *si eo tempore, de admin. rer. ad ciu. pert. in P. C. vt nostrũ & c. cl. benef. sine quaque dim. confer.* non diuinare, *l. si fideiussor.* §. *si cũ debitor, mand. c. beatus,* 13. *q.* 2. Proinde nec imputantur, *l. Iulianus, qui & à quib. man. li. non sint.* nisi culpa casum præcesserit, *c. vni. de commod. c. bonæ fides, de depos.* veluti si medicus, *l. quæ actione,* §. *fi. & l. seq. ad l. Aquil. in P.* seruum imperite secuerit, vel perite, sed reliquerit curationem, & mortuus fuerit.

¶ Pure † casualia homicidia non imputantur iure pontificio § quoque, nec quoad pœnitentiam, *c. qui arborem, & c. seq.* 50. *dist. c. nec is, & c. si quis,* 15. *q.* 1. *c. de occidendis,* 23. *q.* 5. vel irregularitatem, *c. clerico,* 50. *dist. c. cum qui, ea. dist.*

¶ Ecce, † *Cum per lasciuiam quidam caussam mortis præbuisset, com-* 6 *probatum est factum Taurini proconsulis Betica ab Adriano, quod eũ in quinquennium relegasset,* vt scribit Vlp. *l.* 4. §. 1. *ad l. Cor. de sica. P.* & Arrianus *l. omne delictum,* 6. §. *per vinum. de re mil. P. per vinum aut lasciuiam lapsis, capitalis pœna remittenda est, & militiæ mutatio irroganda.*

¶ Quid † sit lasciuia, videbis apud Bud. *in l.* 4. §. 1. *ad l. Cor. de sic. P.* Separauit Moyses, *Deut. c.* 24. *Exo.* 10. *Ios.* 20. trans Iordanem tres ciuitates ad orientalem plagam, vt confugerent ad eas, qui nolentes occidissent proximum, nec sibi fuisset inimicus ante vnum aut alterum diem, & ad harum aliquam vrbem posset euadere. Et rursum lex diuina cauet, *Num.* 35. *Si fortuito & absque odio, & sine inimicitiis quis alium occiderit, & audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percussorem & propinquum sanguinis quæstio fuerit ventilata, liberabitur innocens de vltoris manu, & reducetur per sententiam ad vrbem: ad quam confugerat: vt ibi maneat, donec sacerdos magnus moriatur.* Apud Græcos quoque vt plerumque, homicidij pœna erat exsilium voluntarium, quando cædes non erat sponte perpetrata. Sic enim scribit Scholiastes Homeri. *in Il.* ὁ ἰδὼς ἢν ἐξὸν τοῖς παλαιοῖς τὸν ἀκούσιον φόνον ἐργαζόμενον φεύγειν ἐκ τῆς πατρίδος, ἢ ἐξαγγέλλειν εἰς πυθῶνα καθαρὶν δι' ὁσίων. Idipsum testatur Xenoph. *in* 4. *de Cyr. iunioris expeditione.* Tempus exsilij varium, adiicitur autem annus pro tempore exsilij, vt ab scholiaste Euripidis *in Hippo.* ἴδοὺ γάρ, inquit, τοῖς ὑφ' ἁμὰν φεύγουσι, ἐκὼν ἢν πατὴρ ἐκτὸς ἢ πατρίδος. Videtur & illa pœna exsilij imposita primo homicidæ & fratricidæ Caino à Deo, ad quem Deus, *Genes. ca.* 4. *Vagus & profugus eris super terram.* Exsilium ἀπαναστασμὸν, quoq; annum in cædibus non sponte factis expiandis obseruatum Homerus docet, dum ait,

ὡς δ' ὅταν ἀνδρ' ἀτὴ πυκινὰ λάβῃ ὃς τ' ἐνὶ πάτρῃ
φῶτα κατακτείνας ἄλλυδις ἐξέκετο δῆμον
ἀνδρὸς ἐς ἀφενειῦ. Id est,
Vt cum noxa virum grauis vrget ciue peremto,
Qui patria abscedens, aliam diuertit in vrbem,
Dimittis inque hominis stat limine.

Herodotus *in* 1. Græcum morem expiandi inuoluntarias cædes per exsilium, & alia legitima obseruatum scribit apud Lydos.

¶ Plato † *lib.* 9. *de legib.* & consulto & inconsulto factis homi- 8
cidiis exsilij necessitatem ponit tantum, discutit autem causssam sic: *Fertur,* inquit, *interfectum vi hominem qui libere vixit interfectori, proximo statim post mortem tempore iratis, ac propter violentam mortem, terrore turbationeque plenum, maxime si viderit interfectorem inter suos viuere more solito, interfectorem ipsum eiusque actiones, vim ad hoc suppeditante memoria, cunctis virib. terrere atque turbare. Quare opus est vt homicida interfecti hominis gratia, anno integro exsulet à patria, omnique ea regione procul vitam ducat.* hæc Plato. Videtur & huic consentire quoad Cainum Deus ait, *Sanguis fratris tui clamat ad me, Genes.* 4. Huc pertinet mos ille antiquus seruatus, dũ ignorabatur auctor cædis, apud Iul. Pollu. *lib.* 8. ἐὰν δ' ὁμωμοκὼς ὑπερθῇ, relatus, dum præferebatur hasta in funere peremtorum, & præscripti dies ad hoc statuebantur, vt corpus videret, num vim aliquam quis ei intulisset: referuescit namque occisi sanguis, & quodammodo concutitur mente occisus aduersario, qui necem intulit præsente. Sicuti in submersis per sympatiam, si amici adsint, sanguis floridus emittitur: vt vtrunque probatum sæpe à magistratibus docet Leu. Lem. *lib.* 2. *de occul. rer. mir. c.* 7. Adde quæ scribit Galeotus Martius Narnienſis libro de promiscua doctrina *c.* 22. in hæc verba: *Reliquum est vt rationem ac causssam exquiramus, vnde fit, cum homo occisus est, cuius sanguis refrixit ac fluere desit, comparento occisore rursus fluat. Quod sæpe contigit, & nos quoque plerunque oculis vidimus. & Græcia de Patroclo hoc idem ait, Hectore homicida comparente. Sed hoc vltra spatium decẽ aut duodecim horarum vt plurimum contingit, rarissime vlterius se extendit. Nonnulli ex occisoris, & quidam ex occisi spiritibus hoc accidere arbitrantur, quod absonum est: nam ad sanguinis iam frigefacti motum non vna pars spirituum satis est, sed vtraque concurrit. Cum enim occisor furore ductus hominem aggreditur, cuncti spiritus qui sui sunt, opus iuuantes in occisorem consolant, sicuti de more eorum est: itidemque hominis trucidandi in occisorem tendunt, quo ira corporis sui profilit, ita vt in occisorem volent, ibique viuant. Cum ille occisus est, sanguis iam frigefactus fluere desit: sed comparente occisore spiritus vtriusque diuerso motu agitantur. Quilibet suum corpus repetens motum facit, vnde & hominis occisi spiritus redeuntes sedemque suam repetentes, & occisoris recedentes, vt ad corpus redeant, faciunt motumeius rei, quam habitant (habitant autem sanguinem) & hoc pacto sanguis iam frigi-*

dior

diar & adſuetum inceptus, ab occiſoris & occiſi ſpiritibus vt multiplicata agitatus rurſus fluitat: eſtque illis tantus proprij corporis affectus, vt plerunque latitantem hominem, ſed proxime exiſtentem, intra tempus quod aſſignauimus (tot enim horis viuunt) recognouerint, ac repetuerint. Hoc autem non in omnibus occiſis, ſed in pleriſque euenit: quoniam quorundam natura ita debilis eſt, vt eorum ſpiritus vno momento euaneſcant. Neceſſe ergo eſt, corpora vbi hæc fieri debent, ſint calidiora: quoniam calore ſpiritus conſeruantur. Quod Martius Narniensis de cauſſa ſpirituum inimicitiarum probauit, etiam P. de Appono, in comment. in Ariſtot. probl. in 7. parte probl. 6. verſic. deinde: ſed quod addit, vltra ſpatium decem & duodecim horarum non fieri, experimento compertum eſt, ſe aliter habere, & poſt longius ſpatium fluere. Vt potius ad quandam diuinã vindictæ repoſcendæ rationem, quam ad ſanguinis naturam referamus, ſanguine poſtulante vindictam à Deo, *Geneſ. 4.* Quemadmodum in Apocalypſi D. Iohannis *c. 6.* legimus, *poſt hæc vidi animas interfectorum clamantes ad Deum, & dicentes, vſquequo Domine, ſanctus & verus, non iudicas & non vindicas ſanguinem noſtrũ de his, qui habitant in terris?* Nicolaus etiam Boerius hac de re ſic ſcribit, *deciſ. 166. num. 1. Et in curia noſtra vidi proceſſum, per quẽ apparebat, puerum à matre interfectum octo diebus poſt matre enim inſpiciente, ſanguinem ex naribus emiſiſſe. Et pariter in alio proceſſu, alium mortuum duobus poſt menſibus exhumatum ſanguinem ex plagis, homicida ſuper eum tranſeunte, emiſiſſe.* Allegantur plures huius experimẽti teſtes à Ioanne de Nauiſa, in ſumma nuptiali, in ſylua nuptiali, verſ. ſicut cadauer occiſi. Hippolytus in ſua practica cauſſarum criminalium, §. diligenter, verſ. & memini. Mirum certe hoc homicidij indicium, ſed non tantum, quantum quod Ariſtoteles *li. 3. de par. anim. c. 10.* ait, in Caria ſacerdotis Iouis Hoploſinij caput auctore incerto deteciſſe homicidam, & ab eo ſæpe auditum virum ſuper vitro Cercidas occidit, & inquiſitum virum Cercidam nom ne faſſum & punitum. Hinc pendet ratio cuiuſdam moris antiqui, eorum qui cæſorum à ſe corporum, per inſidias maxime, ſummas partes reciderẽ, & ſecum ſub alis appenſas geſtare conſueuerant: ſperantes hoc modo, infirmũ reddi mortuum ad vindicandum facinus. Innuit & hoc Apollo. Rhod. *li. 4. Argonaut* additque ter ſanguinem cædis auctores eorum quos interemiſſent, lingere conſueuiſſe:

ἦμος δ' αἱμοσίδας ἐξάγματα τῶν θανόντων,
τρὶς μὲν ἀπὸ ξείνοιο φόνῳ τρὶς δ' ἐξ ἄγος ἕπτω ἐδόντων
ὑ θέμις αὐδήσασθαι ἀκλειὴς δ' ἀλάλησθαι.

Huius moris meminit Sophocles in Electra & ibi Tzetzes in ſcholiis annotat ad verbum, *ἀμηχανίδαν.*

9 ¶ Redemta † aliquando pœna à proximis argento mortis præter conſilium illatæ. Sic enim Euſtathius *in 18. Ili. Hom* ὃν ὁ πατὴρ λαμὼν θεοῖς, ἢ ποινὴν ἐπ' ἀνδρὶ ὑπὲρ φόνου, καὶ μὴ ἀνάγκην τῇ φεύγων ἀπὸ τῆς πατρίδος τοῦ πρωτείου. Legibus quoque Langobardorum, ab initio vix alia pœna impoſita pro homicidio, quam pecuniaria, quam oportebat proximis exſoluere, vt paſſim ſeſe offerunt leges, quæ hoc docent in titulis. De plagiis ſeruorum & liberorum, De conſilio mortis, De homicidiis liberorum hominum, in libris legum illorum. Qui legibus Salicis viuebant, pari modo homicidia etiam conſulto facta, pecunia componebant, *lib. l. Salic. tit. 44. de homic. ingen. & tit. 45. de homicid. à contum. factis, & tit. 46. de homicid. in cõuiuio factis*, maiore vel minore pro modo perſonarum, & qualitate homicidij, & periſtraſibus. Idipſum obſeruatum in legibus Ripuariæ, *tit. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & aliis*, Alemanorum, Saxonum, Anglorum, Boioariorum, Weſtphalorũ, Teutonorum, & aliorum priſcorum Francorum.

10 ¶ Opus † erat, Memphitarum lege, homicidij reum, licet id inuitus perpetrauiſſet, exſulare & ire ad Gymnoſophiſtas Quod ſi ab illis fuiſſet abſolutus, tanquam purus expiatuſque, in patriam redire poterat, ſi prius ad occiſi tumulum veniens, etiam paruum aliquid ſacrificaſſet. Antequam autem à Gymnoſophiſtis abſolueretur, errare reum in montibus oportebat, quoad ſupplicantis Gymnoſophiſtas miſereret, teſte Philoſtrato *lib. 6. de vita Apol. c. 3.*

11 ¶ In † homicidio commiſſo in rixa, iudicium anceps eſt, niſi propius coniecturam voluntatis accipiamus cum Martiano, *l. 1. §. diuus, ad l. Corn. de ſicar. P.* num gladio quis commiſerit, vt tunc occidendi animo videatur voluiſſe occidere, an alio inſtrumento ſubito oblato, vt ſi clauo, cucuma: nam non cenſetur voluiſſe occidere, qui his cum necato rixabatur: & tunc leuienda pœna, vt ſi calce percutiens occiderit, *l. eum qui aſſeuerat, 5. eo. C.* Si, dum in pancratio vel in colluctatione iuuenes virtutis cauſſa ſe exercent, alter alterum occiderit, *Vlp. l. qua actione, 7. §. ſi quis in colluctatione, ad l. Aquil. P.*

12 ¶ Pancration, † vt tradunt interpretes Pindari *in ode 8. Pindar. Olymp. epo. 3. & ode 13. anti.* 1. idem quod πὺξ καὶ πάλη & ἅλμα, quod quinque certamine complectatur, nempe pugillatũ, luctam, ſaltum, diſcum, & curſum. De quibus multa ex Iulio Polluce & aliis Budæus *in l. athletas, de his qui not. infam. in prior. annot. in P.* Proponebantur autem hæc certamina primum tyronibus in gymnaſiis Athenis, poſtea publice in Olympicis, Iſthmiis, Nemæis ludis, teſte Luciano *in lib. de gymnaſiis.* Hæc fiebant virtutis cauſſa: vnde qui aberat occidendi animus, excuſatur homicidium contingens.

¶ Ceterum, † de pugilibus in duello, ſi alter occiditur vere, qui occidit, homicida habetur, & vna is, qui pro ſe pugilem dedit: nec excuſat regionis conſuetudo, *c. 2. de cle. pugn. in duello.* Et cruenta illa ſpectacula monomachiæ, & gladiatorum merito ſublata ſunt, *l. vn. de gladiat. lib. 11. C. tit. 43. c. monomachiam, 2. qu. 5.* Sicuti & haſtati illi decurſus qui Torneamenta dicuntur vix aut raro permittendi: nam & ea prohibita, & illis qui ibi decedunt, eccleſiaſtica negatur ſepultura, *c. 1. & 2. de torneam. li. 5. Decret. tit. 13.* 13

¶ Si † aggreſſus ſe defendendo aggredientem occiderit, non tam occidendi cauſſa, quam defendendi necaſſe videtur, *Paul. l. ſcientiam, 46. §. qui cum aliter, l. ſi ex plagiis, 53. §. 1. ad l. Aquil. in P. l. 1. §. cum arietes, ſi quad. pau. fec. dic. in P. l. 1. C. vnde vi, l. 1. quan. lic. vn. ſine iuſſu iud. ſe vind. li. 3 C. tit. 27.* & vim vi defendere omnes leges omniaque iura permittunt, *l. vt vim, de iuſt. & iu. in P. dict. l. ſcientiam, §. qui cum altero*, & melius in tempore occurrere, quam poſt exitum vindicare, *d. l. 1. quan. lic. ſine iud. ſe vind. l. fin. in quib. cau. intereſſ. non eſt neceſ.* Ideo reus non erit homicidij iure communi, qui ſe defendendo aggreſſorem occidit, cum aliter effugere non poſſet. 14

¶ Si † tamen in rixa ex vulnere quis mortuus ſit, non tantum qui vulnerauit, ſed & omnes, qui cooperantes & impugnantes erant, tenebuntur pœna homicidij, *c. fin. 23. q. 8. arg. c. ſi quis poſt, 50. diſt.* Quod iure canonico certum eſt, vt pro homicida habeatur, qui ſumſit arma, occidendi cauſſa, etſi is vulnus non inflixerit lethale, *c. præſentium, & ca. continentia, de cler. percuſſ.* Et iure ciuili probatur, ſi eo animo cum telo ambulauerit quis, *l. is qui cum telo, Cod. ad l. Corn. de ſica.* Sic enim ego arbitror intelligenda iura ciuilia, quæ tradunt, vulnera à ſingulis illata inſpicienda, vt is tantum teneatur, qui lethale inflixit, de homicidio, non alij, qui non lethaliter vulnerarunt, *l. ita vulneratus, l. item Mela §. ſed ſi plures, & huic ſcripturæ, ad l. Aquil. in P. l. ſi. ad l. Cor. de ſic. in P. c. 2. de cler. percuſſ. l. 1. §. ſi. de his qui deiec.* nempe ſi caſu in rixam inciderint: nam ſi conſulto aliquem aggreſſi fuerint, omnes homicidij pœnas luere debet exiſtimo. Quia non tam exitum, quam animum lex Cornelia conſiderat, *l. diuus, ad l. Cor. de ſica.* vt diximus. 15

¶ Non inficiabor tamen, ſi quo rixante ſine armis ſolo, ſuperueniens alius adiuturus rixantem alium occiderit, præter voluntatem rixantis, quin liber ſit qui rixabatur, & manum non intulerit, ab homicidio, *gl. in c. fin. 23. q. 8. in ver. volentes, arg. c. quia præſumitur, 3. q. 4. & c. præſentium, de cler. percuſſ.* Exigo, nihilominus vt hac de re à rege vel officina æquitatis, obtineantur codicilli, de quibus iudices diſquirant, num preces veritate nitantur. 16

¶ Refert † Iohannes Lucius *li. 12. Plac. curiæ, tit. 8. plac. 1.* Ambianis more maiorum comparatum fuiſſe, vt ſi cui in vrbe, plures citra cædem, membrumve mutilatum, manus attuliſſent, & vnus in ſe crimen reciperet, ceteros abſolutum iri: ſed eum morem & damnatum fuiſſe & vetitum, neve in poſterum eius commoratio à quoquam vſurparetur, placito curiæ Pariſiorum, 31. Kal. Decembr. 1389. 17

Cauſſæ, ex quibus homicidia excuſantur, à pœna, vel leuius caſtigantur quam lege Cornelia.

Cap. 21.

1 *Expiatio in homicidio quomodo fieret.*
2 *Veniales codicilli quomodo ad effectum per iudices ducuntur.*
3 *Veniæ homicidij impetrandæ quæ requirantur, & ſeq. & poſt § & 7.*
6 *Morte damnatis occurrentibus ſupplicium remittebat princeps.*
8 *Gratiæ criminum ſpecies.*
9 *Reſtitutio contra delictum quid contineat.*
10 Pardon *in Gallia quid.*
11 *Venia reis die paſchatis vel veneris præcedentis cur detur à principe.*
Et item quibus non detur gratia delicti ſeu venia.
12 *Indulgentiæ delictorum reis dantur pro iucundo principis aduentu, & ob alia per principem.*
Et veniales codicilli, à quibus, & de quibus dentur in Gallia. eod.
13 *Veniam obtinens delicti teſtimonium ferre non poteſt, nec iudicare.*
14 *Veniam homicidij qui caſus mereantur. & 15. & ſeq.*
16 *Clerici non poſſunt ex vlla cauſſa aliquem occidere,*
18 *Homicidia laudata.*
19 *Proditorem patriæ occidens immunis à pœna, & præmio dignus.*
20 *Homicidia quæ impunita ex legibus Solonis.*
21 *Furem nocturnum aut diurnum quando impune occidere liceat.*
22 *Domino occiſo qui ſerui torquendi ſint.*

Digitized by Google

23 *Paterna necis vindex & occisor homicidij, à pœna homicidij liberatus. & 17.*
24 *Sedit iosos Gracchos occidentes liberati à pœna homicidij.*
25 *M. Horatius Curiatios tres vicit, sororem necauit, ab homicidio absolutus.*
26 *Raptores mulierum à quibus occidi impune possunt.*
27 *Occidere priuatu propria auctoritate etiam pessimos cur non liceat.*
28 *Occidens iussu regis, immunis à pœna homicidij.*
29 *Aduocatus & medicis data occidendi impunitas videtur.*
30 *Veniales codicilli quomodo executioni mandantur & præsentantur iudici.*
31 *Gratiis seu venialibus codicillis qui possint se opponere.*
32 *Crimina huiusmodi commissa irremissibilia.*

1 QVia † odiosum per se scelus homicidium est & detestabile, sine vlla exceptione, præceptum scriptum est, *Non occides, Exod. c. 20.* Et naturali quodam horrore illum detestantur homines, qui siue iuste, siue iniuste fuderit proximi & fratris, nempe hominis, sanguinem. Atque olim, qui cædes etiam iustas perpetrassent, νόσῳ δίκῃ ἐπὶ ποταμοῖσιν, i. à bis septem fluminibus & vndis, vestes suas eluebant, vt tradit Suidas *in verb.* νόσῳ δίκῃ ἐπί, &c. Et si homicidium coacte factum fuisset, expiabatur aqua eius scelus, auctore Sophocliis interprete *in Aiace*, his verbis, ὅτε δὴ πολεμίοις, ὅταν ὑφ' φόνου ἀνδροκτασίαν ἢ ἄλλας τραγὰς ἐπόσῃ, ὕδασι χοιάνταν τὰς χεῖρας εἰς καθαρσίους ἀμείβεται. Alludit ad hunc morem Ouidius in 2. Fastorum.

Hab nimium faciles qui tristia crimina cedis
Fluminea tolli posse putatis aqua.

Homo impuris manibus esse dicebatur, qui homicidio manus polluerat. Et apud Herodianum in 1. ἀνθρ μὴ καθαρὰς ἔχοντ τὰς χεῖρας. Æneas apud Virg. *lib. 2. Æn.* sic etiam loquitur,

Tu genitor cape sacra manu, patriosque penates:
Me bello è tanto digressum & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine viuo
Abluero.

Et Seneca *in Hercule furente, scena vlt.*

Quis Tanais, aut quis Nilus, aut quis Persica
Violentus vnda Tigris, aut Rhenus ferox,
Tagusve ibera turbidus gaza fluens,
Abluere dextram poterit?

Sordes criminum expiari aqua marina antiquitus solitas docet Cælius Rhodiginus *li. 11. lect. antiq. ca. 22.* ex Cicerone & Aristophane, eiusque interprete & Catulliano. Alias species purgationis cædis inuoluntariæ, ad arbitrium oraculi postulandi à Deo refert Plato 9. de legib. Etsi iuste patrata cædes fuisset, mos quoque solitum ensem eleuatum ostentare: sic enim interpres Euripidis ait, ὑδὶ δ' τὸ ξίφος κελεύει τὸ μιαιφόνον δίκῃ τοῦδ' ἡλίῳ αὐγὰς ἐκφάσαι χαρ οἱ ἀνηλάστης πνὰ δικῆς, ὡς εἰσιόντ, πρὸ ἡλίῳ τὸ ξίφος δεικνύναι, σύμβολον δ' ἀφίξεως τοφοτυχίας.

¶ Idcirco † reus criminis debet se offerre examinandum iudici, qui percunctetur causas homicidij, antequam possit tutus eximi à pœna homicidij, quantumcunque videatur innocens, *l. 1. ad l. Cor. de sicar.* Nec venia à principe indulta potest prodesse prius, quam de causa, num legitima & à culpa aliena sit, palam in iudicio discutiatur. Sic enim statuunt Theodosius & Valentinianus, in nouellis Theodosij, titul. tertio, *de homicidio.*

¶ Ne rescripta passim indulgētiæ homicidij recipiantur, quod casibus imputauerit confessio supplicātis, nisi annotatione principis præstentur. *Quoniam*, inquiunt, *variora erunt facinora sub nostrum ventura iudicium, nec vlla nisi discussis rebus venia continget: postquam tamen ad cuiuscunque cognitoris tribunal adnotatio peruenerit, examinari fidem precum diligenter iubemus, vt si homicidium vel casu, vel vitandæ mortis necessitate admissum contigerit, venia detur orantibus: reprehensos vero in mendacio, illico venia percellat: his autem tantummodo volumus ignosci, in quorum lapsibus potest sola fortuna culpari. homicidas autem in hominis cædem nefaria voluntate grassatos, aliorumve criminum reos, nec per annotationes nostras liceat absolui.* Ex qua nouella, vniuersa formula præscripta videtur venialiū codicillorum, qui ab æquitatis officina seu cancellaria solent concedi, modique quibus iudices in admittendis seu comprobandis his regiis codicillis, quos *lettres de grace, & pardon & remission* dicimus, vti solent, ex constitutione Ludouici XII. *publ. ann. do. 1499. art. 126.* Qua requiruntur plura, quæ ad quatuor capita reducemus necessaria ad veniam criminis, vel ad gratiam consequendam.

3 ¶ Primum, † vt fiat à principe gratia seu concessio veniæ delicti: nam inter regia iura & hoc est, *ead. const. art. 79. late Chass. in consuet. Burgun. ad tit. des iustices, §. 5. in verb. du prince.* ne quisquam commeatum vel rem eatum dare possit exsuli, id est, pœnam remittere, nisi Imperator ex aliqua causa, *Marc. l. relegati, 4. Calli. l. diui fratres, 27. de pœ. in P. Vlp. l. 1. §. fi. de quæst.* P. Et ita receptum in Gallia & iudicatum refert Pap. *lib. 24. rapsar. est. tit. 17. ar. 1, 2.*

4 ¶ Et † princeps cui superior non imperat, ius habet legum interpretandarum & temperandarum, *& l. 1. & fi. de legi. C.* vt & cōstituendarum, *l. 1. de const. prin.* omnisque pœna in principē hoc, arbitraria est secundum Bal. *in l. fi. de senat.* Matth. de Affl. *in cōst. Neap. fol. 22.* & Hip. de Marsi. *sing. 491.*

¶ Et † in Gallia, princeps superiorem non habet, *c. per venerabilem, qui fil. sint leg.* estque in suo regno monarcha: quin & hic clericis gratiam facit pœnæ, in criminibus habentibus pœnam sanguinis, vel confiscationis bonorum, *Aufrer. Stephan. in repetit. clem. 1. in 11. quæst. de offic. ord.* etsi hoc alienum aliquomodo à iurisdictione temporali aliquibus visum sit. *Chass. in rub. des iustices, §. 1. ver. s'il n'a grace, vers. & quoniam vt videmus, in fi. in consuet. Burg.* Cum autem princeps sit solutus legibus, potest & cōtra ius concedere rescripta, quæ non lædant alium, & profint petenti, crimenque supplicantibus indulgeant, *l. rescripta, 7. de preci. Imp. offer. C.* 5

¶ Quæ † ad clementiam principis reiicienda, quam vt celebrarent antiqui principes gentilium, reis damnatis, etiam si illis occurrerent, vitam condonabant, & supplicium remittebant illis: vt Dioscuri quidam occursu felices, & sæpe ex aliorum petitione reis condonabant, sicut scribit Ælianus *li. 1. var. hist. c. 30.* ad petitionem Galetæ amasij regis Ptolomæi, regem tractosa supplicium occurrentes liberasse. 6

¶ Secundo, in † gratia seu remissione, consideranda forma cōcessionis. Tertio, materia seu caussa ob quam conceditur. Quarto, præsentandi vel offerendi, seu vt dicunt interinandi modus. 7

¶ Porro † gratiæ nomen, generale est, habens tres species, indulgentiam, restitutionem, remissionem. Indulgentia est reatus venia, *l. Lucius, ad senatusconsultum Turpilian. l. rescripta, 7. de precib. Imper. offer. C.* quæ tamen pœnam criminis donet: excepta infamia & bonorum & dignitatum seu honorum restitutione, *l. indulgentia, de abol. gener. C. gl. in §. cum autem, in ver. statutum, quib. mod. ius patr. pot. solu. ap. Iustin. l. frustra, l. generalis, l. cum patrem, l. in insulam, l. si pater, de sent. pass. & restit. C.* 8

¶ Restitutio † in integrum alia species gratiæ, quæ omnia in integrum restituit, vt bona, honores, & alia, *l. 1. & fin. de sententi. pass. C. l. quod si minor, §. restitutio, de minorib. 25. annor. P. l. princeps bona, de verb. signific.* Et tantum valet restitutio ad consequendū, quæ quis habuit, quantum in condemnatione & sententia ademtio fuit efficax. 9

¶ Alia † species gratiæ vel remissionis est, quādo princeps pœnam homicidis debitam in hoc homicida non habere locum declarat, vocant *pardon*, venia ob culpam quidem aliquam leuem punibilem, sed non tantam, quantum in homicida, & quæ excusari aliquo modo potest. Et istæ gratiæ sunt, vt plerunque à cancellariis seu officinis æquitatis concessæ. 10

¶ Aliæ † vero, quæ crimina fere inexcusabilia remittunt, solent impetrari & concedi, vel propter natalem diem filij principis, *l. abolitio. & ibi gl. ad senatusconsultum Turpil. in f.* vel ob sanctitatem diei Veneris Paschatis, in memoriam sacrosanctæ redemtionis, qua eo die liberati fuimus nos, rei criminū, à morte æterna, beneficio Dei Domini nostri Iesu Christi: vt & antea consuetudo erat Iudæis, tempore Paschatis & phasæ liberare aliquem insignem reum à carceribus, & criminis pœna, in memoriam, quod tempore phasæ fuissent liberati à seruitute Ægyptiaca & Pharaonis. *D. Matth. c. 27. & D. Iohan. c. 18.* Sic homicida exsul, ab exsilio reuocabatur apud Iudæos lege, *Numer. c. 39.* quando summus sacerdos, qui oleo vnctus erat. Christū referens, moriebatur. Valētinianus, Theodosius, & Arcadius quoque, *l. 3. de episc. audient. C.* hunc illis morem fuisse testantur, seruarique iubent: vt vbi primus dies Paschalis aduenisset, soluerētur à carceribus rei, exceptis tamen veneficis, maleficis, monetæ violatoribus, homicidis parricidis, reisque legis maiestatis, *l. similes, l. quisquis, §. §. denique, ad l. Iuliam maiest. C.* incestis, sepulcrorum violatoribus, stuprum committentibus, & proditoribus patriæ, *l. minime, de relig. & sum. funer.* delinquentibus spe habendi immunitatem, *c. fi. de immunit. eccles.* ita iudicatum Tholosæ tradit Guilielm. Benedict. *quæst. an occidere peccat. lic. num. 39.* sacrilegis, *§. neque, de mandat. princ. in Authen.* sæpe admittentibus delictum. *Barba. in ca. testimonium, in repet. in 9. col. vers. ecce nunc, de testib.* Vnde notant interpretes, *Guilielm. Bened. in repet. c. Raynutius, in 2. par. ad verbum 11. mortuo itaque testatore, num. 112. & in 3. part. in q. an lic. occid. peccat. num. 11. Barb. in c. super literis, de rescript. Guiliel. de Cug. in l. nemo, de episc. audient. C.* & vt gratia secunda valeat delicti, primam gratiam concessam exprimi debere: alioquin illam vti subreptitiam, inutilem, & ea non obstante puniendum reum impetrantem. 11

¶ Solent † & indulgentiæ dari reis, pro iucundo principis aduētu, vel ob rem prospere gestam à principe, vel in fauorem rei publicæ, *l. vel ob rem, & l. abolitio, ad senatusconsult. Turpil.* Verum in Gallia praxis obseruata est, vt dum pro iucūdo aduentu suo, vel pro ingressu ciuitatis remittit crimina princeps, oporteat literas veniales obtineri intra sex menses, cōpurandos à breui scriptura consignata remissionis per megaleemosinariū principis: alioquin irrita est & sine effectu remissio, vt placuit senatui Parisiensi 23. Iunij, 1518. *Pap. li. 24. rapsar. est. tit. 17. art. 10.* Placuit autē in constitutionibus editis in comitiis Aureliacensibus, anno 1560. *art. 75.* ne in posterum magistri libellorum & præpositi officinis æquitatis seu cancellariis regiis, codicillos veniæ vel indulgētiæ concederent, nisi in casibus, quibus iura condonant. 12

¶ Singu-

Digitized by Google

23 ¶Singulare †est, quod lege Francica statutum fuit, *libr. 4. leg. Franc. c. 28. eos qui mortis adiudicati fuerint, quorumque bona in publicum redacta sunt, posse quidem sibi postea quærere, neque postea de crimine commisso & venia remisso posse in eos inquiri: verumtamen non esse suscipiendos in testimonium, neque inter scabinos, id est, assessores & iudices, ad legem iudicandam non posse locum tenere vel sedere.*

24 ¶Casus †autem, in quibus facilis est pœnæ homicidii gratia plures sunt, aliquos indico: veluti si colluctando, præter dolum, exercitii honesti causa, occisus quis fuerit, *l. qua actione, §. si quis in colluctatione, ad leg. Aquil. in* P. Eadem lex oraculi Apollinis & Platonis *lib. 9. de legib.* Si quis volens se à cane defendere, lapide, quem in eum proiiciebat, aliquem occiderit, *Signo. cons. 1. & 170. quæstione disputata.*

25 ¶Si †vim vi repellendo, inferentem occidat. vt dictum est, *d. l. scientiam, §. qui cum aliter, ad l. Aquil. cum simil. ibi not. Il. cap. significasti, 2. de homicidio. c. si vero, ca. Adiecto, de sen. excom.* Quod quis enim ad tutelam sui corporis sine dolo malo fecit, iuste fecisse videtur, *l. sed & si partus. §. quæri. quod met. caus. l. 1. §. vim, ac vi & vi arm. c. olim, de rest. spoliat. l. 1. vnde vi. C.* Exstat exemplum de milite Mariano apud Quintilianum, & de Milone apud Ciceronẽ.

Iudice me, inquit Ouidius *3. de arte. fraus est concessa repellere fraude*
Armaque in armatos sumere iura sinunt. (*raus.*

Et Horatius *lib. 3. Car.*

Vis consilio expers mole ruit sua,
Vim temperatam dij quoque prouehunt
In maius, idem odere vires
Omne nefas animo mouentes.

Aggressorem, & quemcunque alium, in dubio vitæ discrimine occidere licet, inquit Gordianus, *l. 2. & 3. ad l. Corn. de sicar. l. quoniam, ad l. Iul. de vi. pub. l. sed & si quemcunque ad l. Aquil. in P.* Cleon ad Athenienses, agens de captiuis occidendis apud Thucydidem, *in 3. Quod citra,* inquit, *voluntatem fit, signum est venia.* Et rursum idem Thucydides *in 4. Omnia licere in bello, & necessitate aliqua circumuentis veniam esse, etiam apud Deum: etenim delictis non voluntariis, refugium esse aras, sceleris que eorum vocari, quos nulla necessitate iunt mali, non eorum qui propter aduersa aliquid audent.* Alioquin, si non liceret se defendere, iustæ essent actiones aggressorũ, similes ei, quã Fimbria eques Romanus crudelis supra modum, aduersus Scæuolam, quem grauiter vulnerauit, instituit: diem enim Scæ-
26 uolæ dixit, quod, inquit, non totum ferrum recepisset.

¶Exstat tamen constitutio Constantini Chliareni patriarchę Constantinopolitani, *libr. 2. iur. Orien. in const. Chliar. de homic. latr.* per quam quidem admittitur distinctio in laicis, vt non teneantur de homicidio latronum, quos euadere sine mortis discrimine non poterant occidentes: vel si occidant ea mente, vt patriã ab eorum insidiis liberent. At in clericis statuitur, vt quomodocunque occiderint, deponantur: nulla habita distinctione hostium, vel lationum, vel aliquorum aliorũ. Verum vt opinor, gratia subueniri & iis poterit. Scimus quoque nec pro reb. suis saluandis à fure subtractis, clericis licere occidere, *c. Iuscepimus, de homic.* quia nec id ea cis iure conceditur, *c. 2. eod. ap. Greg.*

27 ¶In †Areopago Palladis iudicio Orestes absolutus, quod vltus fuisset patris necẽ. Item & Mars absolutus, qui stupratorem filiæ occidisset, vt de vtroque testatur Demosth. *orat. κατὰ ἀριστογείτ.* Diximus quoque supra, in adulterio repertam filiam, & vxorem licuisse patri & marito occidere.

¶Olim †non tantum à pœna excusatus Phinees: *Numer. cap.*
28 *15. Psalm. 105.* qui scortantes in Dei & populi eius contumeliã occidit, verum laudatus, vt iustam rem faciens, reputatumque ei ad iustitiam. Sicuti & filiis Leui, *Exod. c. 32.* quod idololatras ex Israel sustulissent: Mosis iussu. Zelus Eliæ probatus, qui occidit prophetas Baal manu propria, *3. Reg. 18. cap. ea vindicta, 23. q. 4.* Non peccauit, cum quinquagenarios regis Ochosiæ igne cœlesti occidi precatus, *4. Reg. 1.* Non pariter Elisæus, *4. Reg. 2.* qui maledixit pueros clamantes, Ascende calue: & post maledictionem passus est ex eis deuorari ab vrsis quadraginta duos. Nõ Petrus, qui Ananiam & vxorem & eius morte affecit, quod mẽtiti essent spiritui sancto, *Actor. c. 5.*

29 ¶Marcellus †Iurisconsult. *in l. minime, 35. de relig. & sumt. funer. P.* respondit, placuisse maioribus eum, qui ad patriam delendã & liberos occidendos venerit, non esse occisum lugendum, & filium qui huiusmodi patrem, vel patrem, qui huiusmodi filium occidisset, non tantum immunem à pœna, verũ etiam & præmio
20 afficiendum. ¶Leges †Draconis ex Demosthene *contra Aristocra.* vna: *Cædes actiones ne sunto vnquam in eos, qui inexsules desciuũt, si quis eo redit, quo non licet: similiũ lex diuina. Numer. 35. l. hodie non licet. l. final. C. de malefic. & mathema.* Alia, *Si quis occiderit in ludo inuitus, aut in itinere prostrauerit, aut in bello imprudens aut deprehensum apud vxorem, aut matrem, aut apud sororem, aut apud filiam, aut apud concubinam, aut eam quam propter ingenuos liberos suscipiendos habeat, ob hoc qui cædem fecerit, ne exsulato.* Item alia. *Quod si quem hostiliter per vim iniuriamve grassantem, statim defensio, nis suæ caussa occiderit, impune occisus esto.* In qua, inquit Demosthenes, dum adscripsit statim, sustulit mali aliquid consulendi tempus: & quia scripsit suæ defensionis caussa, significat se læso dari potestatem, non alii cuiquam. Hisque legibus alia subiicitur. *Quicunque magistratus aut priuatus auctor fuerit, huius instituti confundendi, id ve mutauerit, vt ignominia notetur, tum ipse, tum liberi, tum res eius.* ¶Furem † nocturnum qui occidit, ita demum impune fert, si parcere ei sine suo periculo non potuit, *Vlpia. l. furem. 9. ad leg. Corn. de sicar. P. l. 4. C. eo. Caius, l. si pignore, 56. §. 1. de fur. P.* exigit Vlpianus quippe, vt parcere sine suo periculo non possit. In quo recedere videtur à lege duodecim tabul. quæ nocturnũ furem, si modo cum clamore quis testificetur deprehensum, sine distinctione permittit occidere: interdiu vero deprehensum, non nisi se telo defendat, & æque clamoris accedat testificatio, vt refert Caius *in l. itaque 4. ad leg. Aquil.* Verba legis duodecim tab. refert Macrobius *lib. 1. Saturnal. c. 4. Gell. lib. 20. c. 1. Si nox furtũ factũ sit, si im aliquis occidit, iure cæsus esto.* Idẽ tamẽ Vlp. alibi, *l. sed & quemcunque. §. ad leg. Aquil. P.* interpretatur idipsum, vt si quis metu mortis furẽ occiderit, non teneatur nisi cũ posset, eum apprehendere, maluerit occidere: vt ea ratione possimus asserere occisum iure videri semper nocturnum, nisi eum potuisse apprehendi doceatur: quod qui occiderit, præsumatur necasse, veritus ne noctu venerit, non tam furandi caussa, quam potius occidendi. In Exodo *c. 22.* hac de re lex, *Si effringens fur aomum siue suffodiens, fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. Quod si orto sole fecerit, homicidiũ perpetrauit, & ipse morietur.* Cuius verba & transcripta sunt in ius pontificium, *ca. si persodiens, de homicid.* Exstat lex Rhotarij, *li. 1. leg. Langobard. ti. de homi. in curte alienæ temp. noctis inuento.* in iure Langobardorum, quæ ad priorem accedit, in hæc verba concepta: *Si noctis tempore homo liber in curte alterius inuentus fuerit, non dans manus ad ligandum, occidatur, & à parentibus non requiratur: quod si manus dederit ad ligandum, & ligatus fuerit, debet pro se soluere octoginta solidos. Quia non conuenit rationi, vt homo noctu tempore in curte aliena, silentio aut absconse ingredi aut ire, sed qualemcunque vtilitatem habet, antequam intret clamet.*

¶L. Quintius, †Seruilium Halam à cæde Spu. Melii absoluit, 28
quod vocatus à magistro equitum ad dictatorem non venisset, dicto non parentem, sed animos plebis concitantem, teste Liuio *lib. 4.*

¶Adrianus †iussit, si dominus in domo interemtus esset, nõ de 23
omnibus seruis quæstionem haberi. sed de iis, cui per vicinitatẽ poterant sentire, teste Ælio Spartiano *in Adriano,* cui consentit Vlpianus *l. 1. §. eodem autem tenor, & § seq. ad Senatusc. Syllan. P.* Corinthii qui militabant duce Timoleonte in Silicia, cuius fuit rex, vltorem necis patris, qui occiderat eum, qui patrem interemerat apud Leontinos, ereptum supplicio, decem minis donauere, vt scribit Gemisthius Pletho *libr. 1. de gest. Græc. post bellum Mantinæ.*

¶P. Scipio †Nasica, qui occiderat Tyberium Gracchum seditio- 24
sum, legatione libera in Africam, liberatus ab accusatione. Et L. Opimius consul C. Graccho occiso, à Tribuno pleb. Q. Decio liberatus, teste Plutarch. *in vit. Graccho,* Appiano *lib. 1. bell. ciuil.* Velleio Paterculo *in histor.* & Liuio *59. 60.* 25
¶M. Horatius, † occisis tribus Curiatiis, rediens spoliis onustus, sororem suam vni Curiatiorum desponsatam, cum flentem interemisset, vt publicam lætitiam impediẽtem, populi iudicio absolutus, *idem in 1. Dionys. Halycarn. in 3. & alij.*

¶Licebat †& lege Draconis, *Demost. contra Arist.* homicidas 26
vel necare, vel ad iudices ducere. Iustinianus quoque *in l. vnica. §. ne igitur, de rapt. virg. lib. 9. C. tit. 13.* raptores virginum vel honestarum fœminarum, in ipso crimine compertos, occidi posse statuit ab ipsis mulieribus proximisque consanguineis tutoribus, & curatoribus earum, vel patronis vel dominis.

¶Qui †percutit malos auctoritate publica, immunis ab homi- 27
cidii pœna: at qui sine ea auctoritate trucidauerit quantumuis pessimos, reus mortis est, *c. quicunque, 23. c. 8.* & dignus pœna grauiori, quod auctoritatem hanc sibi vsurpet, & pœnæ publicæ subtrahat necando, *l. fin. C. de malef. & mathe.*

¶Lege †Langobardorum, *l. 1. ti. de consi. mor. in leg. Langobard.* 28
qui iussu regis hominem occidit, immunis est à pœna, nec tenetur refarcire necẽ heredibus. Generalis namque regula est, principi vel iudici legitime officium exercenti, homicidia non imputari ad culpam, *ca. noli, 23. q. 2. c. de occidendis, 23. q. 5.* non enim illi, sed lex reos occidere & punire videtur, *ca. iudex, & c. seq. & c. miles, 23. q. 5.* Imo arguẽdi qui nõ exsequũtur legis mandata, vtpote ministerium Dei & legis cõtemnentes. Ministri enim Dei sunt. *ad Rom. c. 13.* & ideo gladium portant ad vindictam malorum, & laudem bonorum. Et moris antiqui fuit, vt reges Israel, quos dignos morte putarent, iuberent pueris suis vel famulis occidere, *vt 1. Reg. 22. & 2. Reg. c. 1. & 4.* Et reges Persarum quẽ interficiendum putant, zona apprehensum, lictoribus regiis interficiendum tradunt, veluti Diodorus Siculus scribit *lib. 17. Biblio. in 3. lex. annot.*

¶Malum †etiam hoc in republica, vt medicis & aduocatis occi- 29
dendi data impunitas videatur. Sic enim Philemon ait apud Stobæum *tit. de medic.*

Μόνῳ δ' ἰατρῷ καὶ συνηγόρῳ
ἔξεστι δοκοῦντ' ἐκτεῖνειν ἀφ' ὑποδήματος ἑνί.

Id soli medico & aduocato licet, occidere sine suo periculo.

Digitized by Google

Et Plinius *lib.25.c.1. de medicis nulla lex quæ puniat inscitiam capitalem, nullum exemplum vindictæ, discunt periculo nostro, & experimenta per mortes agunt, medicoque tantum hominem occidisse impunitas summa est.* Hinc illa infelicis monumenti inscriptio, *turba medicorum me interemit.*

30 ¶ Quæ†rtum, † quod requiri diximus in venia impetranda seu gratia homicidiorum & aliorum delictorum, quibus imposita est pœna corporalis, est formula obseruanda, *ex constit. Ludon. 12. publi. ann. 1499. artic. 126. in rub. des graces & remissions, art.* 5. oblationis codicillorum venialium, qua reus qui impetrauit, se sistere debet iudicio, die quo causæ publicæ tractantur in curia regia: nam iudices alij ordinarij dominici, huius quæstionis non habent notionem, *ita dictum arest. Parisien. an. 1416. 15. Iuli, contra Baillium sancti Dionysii.* Et ipsemet aperto capite geniculatus iudici exhibere, vel per aduocatum, qui petit eius nomine recipi, legi & comprobari adstantibus rationali & aduocato regio, & aliis collitigantibus, quorum interest si qui sint vocatis: quibus præsentibus tenor codicillorum legitur palam, interrogaturque reus ab eo, qui iudicio præsidet, iuramento præeunte de veritate dicenda, num codicilli veri sint, num eos impetrauerit, vel impetrari curauerit, num illis velit vti. Triumuiri autem postea regij, quibus ante codicilli inspiciendi dati fuere vna cum actis inquisitionis criminis, obreptionē vel subreptionem literarum seu codicillorum explicant, si insint expugnantque, *Bald. & Iaſ. in l. 2. ſi cont. sus vel vtil. pub. C.* idipsum faciunt & aduersarij, si qui sint, qui de ciuili iactura vel vindicta contendant, iisque omnibus auditis, iudex in consilium determinandum negotium reiicit, data dilatione, latius scriptura dicendi, quæ vtrique voluerint, retruso in carcerem interim reo. Si reus petat dilationem ad comprobanda, seu vt dicunt verificanda in codicillis contenta, datur facultas quoque regio rationali, vt in contrarium inquirat.

31 ¶ Porro aduersarij, † qui ciuiliter crimen prosequuntur, audiuntur intercedentes gratiæ seu veniæ, non quidem ratione vindictæ publicæ, sed quia conceditur & comprobatur tantum gratia hæc, sine damno alicuius, aut sine prætudicio aduersarij, *l. vnic. C. de in ius vocan. l. huic scripturæ, ad leg. Aquil. l. 2. §. merito, & §. si quid à principe, ne quid in loc. pub. in P.* qui iudicium contra reum prosequitur: ius enim prosequendi vindictam iis, qui occiso succedunt, est, *l. ſi crimen, & l. vxor, quis accuſ. poſ. C. l. ſorore, de in qui. vt ind. C.* quibus multa sæpe adiudicatur ex bonis homicidæ: aliis autem tantum expensæ refunduntur, *Pap. lib. 24. rapſ. areſt. tit. 2. ar. 1. & 2.* Atque illi soli se obiiciunt comprobationi venialium codicillorum, vt quod sua interest consequantur. Non autem domini directi vel iuridici, in quorum territorio vel homicidium factum est, vel in quo homicidæ habitabāt: & si ius confiscationis ad eos, nisi gratia fieret, pertineret. Neque prætextu confiscationis impedire possunt comprobationem: princeps namque eam remittere censetur, & ita iudicatū refert Papus *d. lib. 24. tit. 17. areſt. 1. & 2.* Quod iuri conuenit, quo cauetur, *c. cum ſecundum leges, c. 19. de hæret. lib. 5. Sex. Decret. titul. 2.* ne domini temporales, quibus ius confiscationis est quæsitum, bona ante damnationem factam à iudice, cuius notio est, accipiant.

32 ¶ Sed † & indulgentia principis in criminibus quibusdam à curiis reiicitur, potissimū si fiat reis, qui alias criminis alterius commissi habuerint veniam: nec crimina bis commissa remissibilia sunt, *in l. 3. in fin. C. de epiſco. aud. facit l. 1. C. ſi ſæp. reſtitut. an int. fuer. poſtu.*

De Homicidio suiipsius.

Cap. 22.

Lib. 48. P. tit. 21.

1 *Occidere seipsum prohibitum, & punitum.*
2 *Manus sibi inferens, quomodo & quando puniendus. Et seq. 3. 7. 8. 9.*
4 *Crucis pœna horrenda Romanis visa.*
5 *Virgines Milesiæ quomodo à morte sibi consciscenda reuocatæ.*
6 *Vulnerantes seipsos ob bonum dolum laudatos.*
10 *Mortem sibi accelerantes virtutis causſa num pœnam mereantur.*
11 *Ceorum lex de senibus inutilibus.*
Et de eiſdem lex Sardoa. 15.
12 *Mors voluntaria damnata à viris optimis, & ibi illorum rationes. & 13.*
14 *Occidere non licet volentem impune.*

1 QVi † dixit, *non occides*, Deus non tantum alios, sed multo magis seipsum necare prohibuit, *c. de occidendis, & c. tu dixiſti, 23. q. 5.* ¶ *Miles,* † inquit Paulus Iurisconsul. *l. ſi quis aliquid, 38. §. fi. de pec. P. qui sibi manus intulit, nec factum peregit, niſi impatientia doloris, aut morbi, luctuſve alicuius, aut alia cauſſa fecerit, capite puniendus est, aliàs cum ignominia mittendus.* Firmant eandem distinctionem Martianus *l. fin. de bon. eor. qui ante ſent. mor. ſibi conſc. P.* & Arrianus *l. omne delictum, 6. §. qui ſe vulnerauerit, de re milit. P.* Postulatus reus criminis, si se suspendat, vel alio modo interimat, si crimen graue sit, ex quo mors imponenda, & bona fisco applicanda, pro conuicto & condemnato habetur: aliter, si leue sit crimen, vel si non sit de graui postulatus, *d. l. ſi. de bon. eor. &c.* ¶ Vtopium † sacerdotes, quibus vita acerba, vel morbo im- 3
medicabili, vel alia causſa, mortem consulunt spontaneam. Neminem tamen inuitum tollunt è vita. Alioquin si quis mortem conscíuerit causſa non probata sacerdotibus & senatui, hunc neque terra neque igne dignantur, sed in paludem aliquam turpiter insepultum abiiciunt, *Thomas Morus lib. 2. Vtopiæ.*

¶ Refert † Plinius *lib. 36. c. 15.* plebem Quiritum reuocatam 4
à morte sibi consciscenda, eo tempore, quo eius opera Tarquinius Priscus, in meatibus suffodiendis septem amnium Romæ vtebatur: dum rex inuenit nouum & inexcogitatum antea remedium, vt omnium ita defunctorum figeret crucibus corpora spectanda ciuibus, simul & feris & volucribus laceranda.

¶ Cum † etiam virgines Milesias, ex morbo quodam fere o- 5
mnes, repente sine aliqua causſa euidente voluntas cœpisset obeundæ mortis, & plures tum suspendio finirent vitam, Milesiorum senatus, vt in futurum præcaueret, sanxit, vtque timorē viuis ex mortuis incuteret, vt quæ suspensæ laqueo inuenirentur, cum ipso laqueo, quo illaqueatæ essent, nudæ tota via publica ad sepulturam efferrentur: atque ita pudore à morte spōtanea reuocatæ sunt, vt auctor Gellius *lib. 15. cap. 10.* Imbecillitas namque animi, quæ temere præpoluerat, facile reiecit nulla ratione factum.

¶ Non † enim imitabantur illos, qui vtili simulatione, vel vt 6
iram in alios concitarent, vel sibi conciliarent animos, seipsos grauiter feruntur vulnerasse, vt Pysistratum & Vlyssem fecisse scribit Plutarchus *in vita Solon.* Zopyrum Iust. *n. in 1.* & Herodotus *in 3.* Quemadmodum & legimus prophetam quendam iussisse se percuti, vt vulneratus posset sententiā Dei in Acham regem ferre, quod Benedabo regi Syriæ contra mandatum Domini pepercisset, *3. Reg. c. 20.*

¶ Iure † pontificio, si qui sibiipsis quolibet modo vitam adi- 7
munt, ex concilio Bracharensi, *c. placuit, 23. qu. 3.* prohibetur, ne pro illis oblationes fiant, non cum psalmis sepulturę eorum cadauera mandentur: mo piorum sepultura denegatur, vt iis, qui in torneamentis seu Hippodromi excursionibus moriuntur impœnitentes, *c. 1. de torneament. & c. super eo, de raptor.* In Antisidorensi concilio, *c. 17. Quicunque se propria voluntate in aquam iacierint, aut collo ligato se suspenderit, aut de arbore præcipitauerit, aut ferro percusserit, aut qualibet occasione, voluntarie se morti tradiderit istorum oblata non recipiantur.*

¶ Hinc † modus pœnæ crudelissimus mihi videtur Æthio- 8
pum, apud quos mos est, neminem subditum etiam damnatum morte punire: sed quidam ex lictoribus, præferens mortis signum, ad reum mittitur, quo accepto reus domum abiens, sibi mortem conscíscit, nefasque habetur commutare mortem exsilio, sicut apud Græcos, vt auctor Diodorus Sicul. *lib. 2. Bibliot.* Platonis lex *lib. 9. de legib. Vt qui ſibi amiciſſimum, ia eſt, ſeipſum* 9
vita priuarit, non indicio ciuitatis, nec triſti, vel inexitabili fortunæ caſu coactus, nec puaore aliquo extremo compulſus, ſed ignauia & formidoloſi animi imbecillitate, iniuſte ſibi mortem conſciuerit: ſepulturam habeat ſolitariam, vbi alius nemo condatur. Deinde vt in his locis conabatur, quæ de duodecim regionis partibus, vltima deſerta innominataque ſint: ſic obſcurus, vt neque ſtatua, nec inſcripto nomine ſepulcra notentur.

¶ Quibus † verbis sicuti & superioribus legibus apparet, nō 10
contineri nec subiici pœnæ eos, qui aliqua proposita specie virtutis, vel vt vitarent vitia, mortem sibi conscíuerunt. Sic Samson, vt Philisteos necaret populo Dei inimicos, suæ vitæ non pepercit, & vna, concutiens columnas domus occubuit, *Iudic. 16. Auguſt. 1. de ciuit. De, c. 26.* Vt & Rasia, *2. Mach. c. 14.* & Eleazarus, *1. Mach. 6.* qui sponte occubuerunt pro Dei laude. Laudatique qui pro patria se deuouerunt, Curtius. *Val. Max. li. 5 c. 6. D. Auguſt. 4. de ciuit. Dei, c. 20. Liui. in 7. Lactan. 3. diuin. Inſt. c. 13.* Brutus, *Val. Max. vbi ſup. Oroſ. in 2. D. Aug. lib. 3. de ciuit. Dei, c. 17.* Florus *lib. 1. c. 10.* duo Decij, *D. Aug. in 4. de ciuit. Dei, c. 20. Cic. 4. Rhet. & in Parad. & Tuſc. Liu. in 8. Plin. de vir. illuſt. c. 29. Pli. lib. 5. hiſt. nat. c. 22. & alij.* Attilius Regulus, *Cic. in 3. Offic.* Codrus, *Iuſt. in 2. Val. Max. lib. 5. c. 6. Cic. 1. Tuſ.* Epaminundas, *Val. Max. lib. 3. c. 2.* Fuerunt & alii, qui spe vitæ melioris, & tædio huius vitæ se interemerunt, quos nec laudare, nec recensere possum: nam pro patria, pro virtute, & potissimum pro Dei nomine, pericula nō refugere, & paratum esse alacriter, si opus sit mori, si inferatur ab alio mors, & laudabile & venerandū existimo; at sibiipsi mortē inferre & manus, nunquam ex quacunque causſa contingat, probare potui. Honesta mors nunquā est fugienda, sæpe etiam appetenda, *Martius ad Cic. Famil. epiſt. lib. 11.* sed non est iniussu Imperatoris, id est, Dei, de præsidio & statione vitæ decedēdū, *Cic. in Cat. Maio.* Et D. Hieron. *c. non eſt noſtrum, 23. q. 5.* in Ionam, *Non eſt noſtrum,* inquit, *mortem arripere, ſed illatam ab alio libenter accipere. Vnde & in perſecutionibus, non mihi licet propria perire manu, abſque eo vbi caſtitas periclitatur, ſed percutienti colla ſubmittere.*

Digitized by Google

tere. Placuit, vt diximus, in concilio Bracharensi, *ca. placuit, caus. q.* non esse orandũ pro iis, qui mortem sibi quoquomodo intulerint, nõ sepeliendos in cœmiteriis. Christianorum. ¶ Et† ideo improbanda Ceorum lex de senib. qua senes se delirare incipere cognoscentes, & ob ætatem patriæ inutiles, coronati cicutam bibebant, *Æl. lib. 3. var. hist. c. 26.*

¶ Int† voluntariam mortem pluribus inuehitur D. Augustin. *1. de ciu. Dei, c. 20. & seq.* Aristoteles *lib. 3. Eth. c. 7.* autem non fortis, sed timidi animi esse ait, ob fugiendam paupertatem, vel ob amorem, aut quid molestum, mortem sibi inferre: videtur enim à natura rerum degenerare, quæ est velle viuere, nec mortem sibi adscisce re, vt ait Egesippus *li. 3. c. 17.* qui etiam eam mortem immanitati adscribit, vt & probro dandum informem laquei nodum, *idem lib. 4. ca. 9.* Et proinde D. Chrysostomus *hom. sin* no tat, à Deo maximo optimoque factum esse, vt mors non nisi cũ dolore esset, ne qui doloribus cedere morte decreuissent, eam lubentissime amplecterentur, vt dolorem maximũ. Plato quoque *in Phædro* Macrob. *lib. 1. in som. Scipion. cap. 13.* mortem omnibus obeundam natura, vetuit autem cogi, vel inferri, vel accersiri ipõte, docens exspectandam esse naturam. Sicut non oportet eos, qui potestatis Imperio traduntur in carcerem, inde diffugere, priusquã potestas ipsa, quæ clausit abire permiserit: esseque nos in dominio Dei, cuius prouidentia gubernamur, nec inuito domino quicquam faciendum. Addit & alias septem rationes, quibus docet mortem illam non oppetendam. *Vetat*, inquit Cicero 1. *Tusculan. & in somnio Scipion. & in Cat. Maiore, ille dominans in nobis Deus, iniussu hinc suo nos demigrare, & leges vetant vincula carcerum sine eo rumpere, nisi animus à Deo, tanquam à potestate legitima, euocatus fuerit.* Et Martialis *lib. 10.*

Optima mors parca, quæ venit apta die.

¶ In † Flandria non est confiscatio bonorum, nisi in grauissimis quinque criminibus: inter quæ annumeratur sui ipsius parricidium, cum crimine læsæ maiestatis, hæresi, seditione, fuga ex acie in Turcas, *Butelerius in Summa rurali*, proditione patroni ligii. Supra modum certe crudeles ii videntur, qui sibi non parcunt, aut mortem sibi parant contra naturale viuendi desiderium, & studium commune etiam brutis, qui omni nixu & impetu eam propulsare conantur. Et natura homines omnes φιλοζώους genuit, vt etiam capularibus senibus, quibus viuere mors est, quique sæpe ob grauiorem ætatem mortem optant, cum necessitas moriendi vrget summopere durum sit lucem hanc relinquere, vt ex Æsopico apologo senis constat, qui cum tædio vitæ & laborum, mortem venisse inuocatam vidisset, rogabat, ne sibi vim faceret, sed potius ad lignorum onus resumendum adiuraret.

14 ¶ Ceterum, cum† iam probatum fuerit, non licere sibi mortem inferre, impune etiam non ferret, qui volenti occidere sese opem tulit, vel volentem & postulantem occidit. Et ita Dauid iuste iussit necari Amalechitem, qui volentem Saulem adhuc spirantem interemit, 2. *Reg. c. 1.*

15 ¶ Impiaque† & abominanda est lex Saidoa, vt filii patres senio confectos fustibus cædere nt, & interemtos sepeliant: absurdum arbitrantes, si delirus senex vlterius viueret, *Ælian. de hac lege, lib. 4. var. hist. c. 1.*

De quibusdam speciebus aliis homicidiorum.

Cap. 23.

1 *Vita & mors hominis animæ, & corporis quæ.*
2 *Homicidium directo, vel per indirectum quando committitur.*
3 *Animæ mors quæ. Et iuramentum deferens ei, quem scit peieraturũ, suam & illius occidere videtur animam: vt & qui proximo detrahit, & eum odio habet.*

2 QVia vita non tãtum corporis, sed etiam, eaque præcipua, animæ est, quæ immortalis, & qua corpus viuificatur: ita alia mors corporis, nempe separatio animæ, ab eo: alia mors animæ, non quod anima, quod ad suam essentiam pertinet, intereat, cum ea sit immortalis: sed quia gratia Dei, quæ vera est vita, qua ad actiones veras anima viuificatur, priuatur. Vt proprio libro de immortalitate animæ, in primo docemus.

2 ¶ Sic† homicidiũ corporis, vel directo, vel per indirectum fit: directo, quando cæde, vel violenter alio modo, quis alii, vel sibiipsi mortem infert. Per obliquum autem necat quis alium, quando occasiones moriendi dat, vel ea quæ ad vitæ necessitatem pertinent, subtrahit, vel admittit: vt necare videtur is, qui alimenta denegat, *l. necare, de lib. agnosc. in P.* Et reus homicidii is, qui cum possit, fame morientibus & egenis non subuenit, *c. pasce. 80. dist. ca. decima, 16. q. 1.* Qui res episcopi, vel ecclesiæ rapit, homicida ideo censetur, *c. qui Christi, & c. qui abstulerit, 12. quæst. 2.* Quia bona ecclesiæ, bona sunt pauperum, *c. aurum habet ecclesia, 12. q. 2.* & famem patientium. Differentiæ homicidii huius in summa plures: nam animus, causa, occasio, consilium, culpa, necessitas, casus, personæ, ministerium, officium, variant, *c. cum homo ab homine, 23. q. 5.* ¶ Inter† homicidia animæ, censetur negare pœnitentiam morienti, *ca. cognouimus, 16. q. 6.* ad peierandũ scien 3 ter aliquem compellere: atque qui defert iuramentum, suam animam occidit, & eius quem scit peieraturum pariter, *c. ille, 22. q. 5.* qui alii detrahit, qui alium occidit, suæ animæ homicida iudicatur, *c. homicidiorum, ae pœnit. distin. 1.* qui odit fratrem suum, homicida est, *1. D. Ioan. epist. c. 3.* Pœna huius homicidii: Omnis homicida non habet vitam in se manentem, *D. Ioann. 1. epistola cap. 3.*

De Parricidio.

Cap. 24.

Lib. 48. P. tit. 9. Lib. 9. C. tit. 17. Lib. 5. Decret. tit. 10.

1 *Parricidium triplici lege punitur.*
2 *Pompeia lex de parricid. quæ, & eius pœna. & 3.*
4 *Capitis pœna quæ, & quomodo differat à capitali.*
5 *Parricidarum, more maiorum, pœna cuius, &c. Et 7. 8. 9. 10 & 11.*
6 *Matricidæ. Et 17.*
Patri inferre iniuriam, habet delictum simile offensioni Dei, secundum quid, grauiusque quam in alios. eo. & 28.
12 *Parentes diligere, naturæ lex: contraria, necare, & necantes diligere.*
13 *Filius legitimus secundum Persas non quam occidit patrem.*
14 *Parricidæ, pœna secundum legem Platonis.*
15 *Parricidium in brutis natura ratione punit.*
16 *Parricidæ lege Græca comburendi, igne & aque interdicendi. & 18.*
19 *Parentes occidere, etiam iustis de causis furorem, & manes commouet, & 20.*
21 *Parricidij pœna num locum habeat, si quis filios, aut descendentes occiderit.*
22 *Filiorum amor naturalis, & brutorum etiam.*
23 *Parricidarum in foro pœnitentiali pœna, & 24.*
Parricidij Solon cur nullas leges constituerit, eo.
24 *Parricidia excusantur aliquando quoad pœnam, vt furore & alio modo. & 28.*
25 *Cum nouerca adulterantem filium pater occidens mitius punitur. & 28.*
27 *Iudicia ambigua, in quibus iudices non habuerunt quid dicerent; & 26.*
Parricidium parricidio non vindicandum, eod.
29 *Derbices, & Messagetæ seipsos deuorabant.*
30 *Parricidarum pœna ex legibus Hispaniæ, Mediolanensi, & Gallicis.*

ALia† species homicidii, sed quod seuerius puniatur, parricidium est: quod tripliciter, vt apparebit ex personarum, & proximitatis distinctione, punitur. Cornelia de sicariis, quæ & hoc habebat caput de parricidiis. *l. final. ad leg. Corn. de falso, libr. 9. C. Theod. tit. 19.* Põpeia de parricidiis & more maiorũ. *Illud Romuli proprium*, inquit Plutarchus, *in vita Romuli, quod cum nullam pœnam parricidæ definisset: homicidium omne, parricidium nuncupari voluit: quod hoc impium ac nefarium, illud autem impossibile duceret. Neque quisquam Romæ annis sexcentis post, tale scelus perpetrauit, sed post Hannibalis bellum, Lucius Ostius fertur patrem occidisse.* 1

¶ Vt parricidas plectit lex Pompeia, *Marcel. l. 1. Martia. l. 3. & 4. ad leg. Pomp. de parricid.* qui patrem matrem, auum, auiam, neporem, neptem, fratrẽ, sororẽ, patruelem, matruelẽ, patruũ, auũculum, amitam, materteram, consobrinum, consobrinã, vxorẽ, virum, generum, socerũ, vitricũ, priuignum, priuignam patronum, patronam occiderit: cuiusue dolo malo id factum erit, qui ve emerit venenum, vt patri daret, legis tamen Corneliæ de sicariis pœnam imponi tradit Marcellus, *l. 1. hoc titu.* 2

¶ Et† Scæuola quoque eum fratrem, qui cognouerat tantum fratrem emisse venenum vt porrigeret patri, nec indicauerat, relegatum esse, & medicum supplicio affectum fuisse testatur. *Scæu. l. 2. ext.* inscium tamen fuisse parricidii existimandum est, alioquin etiam pari pœna cum parricida conscius puniendus est, *Vlpian. in l. vtrum. 6. & l. si sciente, 7. eod.* Modestinus autem *in l. pœna parricidij. 9. ad legem Pomp. de parricid.* distinguit, in pœna imponenda inter has personas: nam eos, qui patrem aut matrem, auum aut auiam occiderint, more maiorum pœna seueriori puniendos tradit: qui autem parricidium in alias personas admiserint, capitis pœna, aut vltimo supplicio. 3

¶ Capitis† pœnam arbitrantur aliqui, *Accurs. in dict. l. pœna*, per quam ciuitatem amittat parricida, qualem deportationem in insulam, qua Martianus scribit Adrianum affecisse patrem quendam, qui filium necauerat adulterantem cum nouerca: quod patria potestas non debeat in atrocitate, sed in pietate consistere. Probo quoque hic capitis pœnam mortẽ nõ habere, 4

Digitized by Google

quamuis capitalis pœna mortem habeat: & relegatio ad tempus, vel in perpetuum, vel in insulam, non habeat capitis periculum, vt ait Callistratus *l. capitalium, de pœn. P.* Suadet autem hic capitis pœnam non esse mortem, quia Modestinus ait *d. l. pœna parricidij, ad leg. Pomp. de parri.* pœnam esse capitis, aut vltimum supplicium: & capitis minutio minor, ad deportationem pertineat, *§. 1. de cap. dimin. apud Iustin. l. fin. eod. titul. P.* ¶ Verum
5 † postquam dixit Modestinus, ex more maiorum adhuc plecti seueriori pœna, quam sicariorum, qui parentes ascendentes occiderint, pœnam explicat maiorum, *l. pœna parricidij*, vt parricida virgis sanguineis verberatus, culeo insuatur cum cane, gallo gallinaceo, & vipera, deinde in mare profundum culeus iactetur, si mare proximum sit, alioquin bestiis subiiciatur, secundum Adriani constitutionem, quam probauerunt Constantinus, *l. 1. de his qui parent. vel lib. occiderunt, C. l. vnic. de parricid. lib. 9. C. Theod. titul. 15.* & Iustinianus Consules, *in §. alia, de public. iudic. apud Iustinianum.* Meminit Cicero *pro Rosc. Amerin. & 1. ad Herennium, cap. 5.* explicat Cælius Rhodiginus, *lib. 11. cap. 21.* & Theophilus *lib. 4. Institut. iur. ciuil. titul. 18. §. est lex Pompeia.* Et nos in nostris optimi Iurisconsul. præludiis, *lib. 2. ca. 40.* honorem debitum parentibus, ex quo grauius hoc fit scelus, tractamus. Alludit ad hanc pœnam Iuuen. *Sat. 31.* referens insigniora crimina,

Confer, inquit, & artifices, mercatoremq; veneni,
Et deducendum corio bouis in mare, cum quo
Clauditur aduersis innoxia simia fatis.

6 ¶ Et † alibi *Id. Sat. 8.*

Libera si dentur populo suffragia, quis tam
Perditus, vt dubitet Senecam præferre Neroni,
Cuius supplicio non debuit vna parari
Simia, nec serpens vna, nec culeus vnus?
Par Agamemnoda crimen. sed causa facit rem
Dissimilem &c.

Nero quippe matrem suam Agrippinam occidere primum dolo tentauit, vt eam naui impositam submergeret: verum re non succedente, Aniceto occidi iussit, quod factum est, vt ait Xiphilinus *ex Dione in Nerone*, caussatus mortem, quod ea insidiata ei fuisset & quod eius opera multa facinora fecisset. Quod tamen cum effecisset, semper lecto territus desiliebat, & putabat perpetuo sibi bellum imminere: vnde sæpe loca mutabat. Quare & male audiuit, & publice in suis statuis inuenit suspensum culeum: vt ex eo significaretur Neronem in culeum cõici oportere. Item tabulam cum puero in foro, in qua erat scriptum, Νέρωνι, Ὀρέστῃ, Ἀλκμαίωνι μητροκτόνῳ, id est, *Nero, Oresti, Alcmæo matricidæ.* Admonet autem nos Suetonius, culei pœnam non nisi confessis parricidij infligi, de Augusto *cap. 33.* sic scribens, *Dixit sus, non diligentia modo summa, sed & lenitate: siquidem manifesti parricidij reum, ne culeo insueretur, quod non nisi confessi afficiebantur hac pœna, ita fertur interrogasse: certe patrẽ tuum non occidisti?* Et inter exempla summæ indulgentiæ Antonini Pij Iulius Capitolinus *in Antonio Pio*, illud adfert, quod parricidam in insulam deserta posuit, quia naturæ legibus illi viuere non licebat. Innuit & Valerius Maximus *lib. 1. cap. 1.* dum de Tullij duumuiri supplicio agit, hanc pœnam culei, huic delicto parricidij imponi, exemplo eius qui Deum violasset. Scribit enim Tarquinium regem M. Tullium duumuirum iussisse abiici in mare insutum culeo, quod librum secreta ciuilium sacrorum continentem, Petronio Sabino describendum dedisset. Idque supplicij genus multo post parricidis lege irrogatum esse iustissime quidem, *quia*, inquit, *pari vindicta parentum, ac Dei violatio expianda sit.* Tradit Callistratus, *l. capitalium, 28. §. omnia, de pœn. P.* omnia admissa in patrem, vt & in patronum, similesque coniunctas personas, grauius vindicanda, quam in extraneos. Et atrociorem iniuriam existimat Vlpianus, *l. prætor edixit, 7. §. final. de iniur. P.* cum patri patronoue fit. Et sola maledictio patris, iure diuino morte digna censetur, *c. non satis. §. ceterum, 86. Exod. 21.* Lapidandus & filius contumax & proteruus in patrem, lege diuina, *Deuteron. 21.* multo magis parricida. Parem pœnam deberi rebellibus filiis, & blasphemis, scribit Cyrillus Alexandrinus *in D. Jo. lib. 12. c. 34.*

7 ¶ De † simia, & vipera, vel gallinaceo, non meminit Valerius Maximus *lib. 1. c. 1.* quorum tamen inclusio non caret symbolo parricidij, vt culeus: nam quod bubulo corio includantur, vt docuit Constantinus, *l. 1. de his qui parent. occider. C.* hoc significat, indignos esse terra, cœlove, aliisque elementis parricidas, & quod fluctibus acti, neque terram tangant, nec certo loco consistant. Quo pertinet & fictio illa Platonis *in Phædo*, qua tradit post vitæ excessum, parentum violatores per Pyriphlegetontẽ fluuium inferorum & tartari, agitari per annum, & postea deiici in paludem Acherusiam, vbi clamant vocitantque eos, quos vel necauerint, vel iniuriis affecerint: suppliciterque rogant ac deprecantur, vt eos permittant progredi per paludem: quod si non obtineant, referuntur rursum in tartarum, atque deinceps rursus in flumina, nec quiescunt à iactatione, donec veniam impetrarint. Hæc persequitur Cicero, pro Cluentio & exclamat: *ô singularem sapientiam, maiorum scilicet, in hac pœna, none videntur hunc hominem è rerum natura sustulisse, cui repente solem, cælum, aquam, terramque ademerunt, vt qui eum necasset, vnde natus esset, careret in rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur.* Plura & de fluctuatione in Oratore perfecto: cuius caussa est corium, quod inflatum non absorbetur, sed supernatat, vt fidem faciunt vtres. Ascogefri, *ae quibus in libello, ae rebus bellicis, qui inserturpost notitiam vtriusque Imper. viae & Veget.* quibus tranantur flumina, insuuntur quoque, neque nudi in flumen, vel mare proiiciuntur tanquam qui nulla expiatione capaces sint. Aqua namque, vt supra dicebamus, expiari crimina putarunt: hi autẽ & illa priuabantur, ne eam simul & polluerent. ¶ Simiam † au- 8
tem, arbitror demonstrare parricidas formam quidem habere hominum: at re ipsa hominis nomine iudignos, bruta & effera potius animantia, nihil hominis præter formam, vt simiæ. *Plin. lib. 11. cap. 44. & lib. 8. cap. 54. Aristot. lib. 2. de histor. animal. cap. 8.* habentes, quibus præcipua tamen est fœtuum affectio, vt ait Plinius, *vbi supra*, & Horus Apollo *de liter. Hierog.* superantque in eo parricidas.

¶ Vipera † significat delictum ipsum, vipera quippe fœmina, 9
teste Plinio *lib. 10. cap. 62.* Æliano *lib. 1. de histor. animal. cap. 24.* & Aristotele *lib. 5. de histor. animal. titul. 34.* marem sub finem coitus capite obtruncat: illam autem prægnantem catuli exedunt, & exeuntes perrumpunt latera, occisa parente. Scio tamen quendam id fallum existimasse, sed credo maioribus, potissimum Aristoteli, qui animalium naturas sumtibus regiis accuratissime perquisiuit.

¶ De † gallinaceo, puto eo symbolum significari superbiæ: is 10
enim valde superbus est, & leonibus etiam terrori, si credamus Plinio *lib. 10. cap. 21.* Sed & ingratitudinis in parentes signum fuisse perhibent: de terra enim loquens Lucretius *2. de rer. nat.* sic scribit,

Gallos attribuunt, scilicet terræ, quia numen qui violarit
Matris, & ingrati genitoribus inuenti sunt,
Significare volunt indignos esse putandos,
Viuam progeniem qui in oras luminis edant.

Canem symbolum etiam dicimus præbere ingratitudinis: quia peior sit cane reus. Amant enim canes benefactorum domos, vt scribit epistola vltima Anacharsis ad Crœsum: vel canis additur, quod etiam canis sit symbolum inuidi impudentisq; maledici, quemadmodum apud Homerum ab Achille Agamemnõ increpitur, vt κυνὸς ὄμματ' ἔχων, quod caninis esset oculis, canis enim natura est, vt eum nihil pudeat. Impudentiores, oculũ habere caninum dixit & Iulius Pollux. Plautus in Menæchia Hecubam canem dictam ex eo dicit, quod in quo cunque intueretur, conuitiatrix & maledica esset. Solent & canes si videant alium lacessitum & fugientem vel verberatum, insurgere in eundem contra quam faciant porci. Et proinde inhumanis & crudelibus hominibus dant symbolum, vnde & Catullus:

Ruborem ferre canis exprimamus ore.

Et Horatius Epod. Ode 6. in maledicum vocat eum canem,

Quid immerenteis hospites vexas canis:
Ignauus aduersus lupos.

¶ Scribit † Florus *lib. 68. epit. Liui.* P. Malleolum occisa matre, 11
primum culeo insutum, in mare præcipitatum, tempore Marij.

¶ Primam † naturæ legem Valerius Maximus *lib. 5. c. 4.* dili- 12
gere parentes esse ait. Et Demosthenes *con. Aristogito.* contra naturæ legem esse, etiam diligere eos, qui iniuste parentes necarũt: multo magis occidere. Sic enim ait, εἰ τοὺς φύσεως διαφθείρει νόμους ὃς τὸ αἰδεσίμους καὶ σεμνοὺς εἰς ὁσιότητα ἄφεσιν ἔχειν τῶν γονέων, κακόνους ἐστὶ, τοῖς ἐκείνοις ἀπολωλόσιν, id est, *Si legem naturæ tuetur, quæ vna & hominibus & feris ex æquo est sancita, vt parentes diligant, male vult iis*, scilicet Aristogiton, *qui illos peremerunt.* ¶ Persæ † 13
negant vnquam filium legitimum occidisse patrem, vt ait Herodotus *in 1.*

¶ Plato † *lib. 9. de legi.* statuit, occidendum parricidam iussu 14
magistratuum, ab eorum ministris ipsisque magistratibus, trahique debere nudum in statutum triuium, vbi vniuersi magistratus in mortui caput lapidem mitterent, & ita ciuitatem omnem purificarent, dehinc vltra regionis fines exportatum corpus proiici.

¶ Natura † impunita quoque non relinquit parricidia in 15
brutis, sed talione vindicat. Nam Phalangius Araneus vt emersit, matrem consumit, sæpe patrem: demum à suis ipse, *Plin. lib. 11. ca. 24. Aristot. lib. 5. hist. animal. c. 27.* Scorpiones fœtum deuorãt, vno demto subtilissimo qui se matris clunibus imponẽdo, tutus & à morsu, & à cauda loco fiat, hic demum genitores superne conficit, *Plin. lib. 11. c. 25. Arist d. lib. 5. c. 26.*

¶ Apud † Constantinum Harmen. *lo. 6. c. 6.* lex, *Qui ascenden-* 16
tem vel descendentem occiderit, igni traditur.

¶ Theoderici † regis Gothorum & sororis regis Galliarum 17
Clodouei filia, *Greg. lib. 3. histo. Franc. c. 39.* quod matrem veneno sustulisset sacrum corpus dominicum sumentem, à Theodato rege Thusciæ, qui in regnum initiatus ab Italis fuit, incenso balneo fortiter vaporibus suffocata est.

¶ Qua † pœna Græcis parricidæ plecterentur, constare po- 18
test ex verbis Electræ, apud Euripidem *in Oreste, in proœm.* sic loquentis,

Digitized by Google

ἔδοξε δ' ἀργείοις πάλαι, μήθ' ἁγνὰς εἶναι
μητ' ἐν δίκτυσι, μήτε φορεῖσθαι πυρί.
πατροκτονοῦντας, κυρία δ' ἡδ' ἡμέρα,
ἐν ᾗ διώσει ψῆφον ἀργείων πόλις.
αἱ χρὴ θανεῖν νὼ κἀνοσίως πεπτώκαμεν,
ἢ φάσγανον θάξαι 'π' ἀυχένος βαλεῖν,

Id eſt,

Argiuis autem edictum eſt, nec nos tecto recipi,
Neque ignis vſu iuuari neque quenquam nos alloqui fas ſit
Vt parricidas. Hæc autem præfinita dies eſt,
In qua ſententiam ferat, ac decernat Argiuorum vrbs,
An nos ita, iuſtis obnoxios perire:
Oporteat, an ve gladio iugulum ferre.

¶Horrent † homines, potiſſimum bene nati, tantum ſcelus: 19
& ſæpe ipſi qui crimé admiſerint aliquo iuſto prætextu, cõſcié
tia propria excarnificantur. Exemplo ſit Oreſtes, qui poſtquã
Clytemneſtram matrem cum Ægiſtho, qui patrem Agamemno
na ſuſtulerat, necauit, etſi quanquã necis cauſſam habere videre
tur, tamẽ ita furijs agitatus eſt, vt neque his ante purgari potuit,
quam ad aram Dianæ Tauricæ, illuc à Pylade perductus, perpe
trata ſcelera expiaſſet, vt late explicant Sophocles *in Electra*, &
Euripides *in Oreſte*, Ouidius 1. & 4. *de Triſtib.* Statius 1. *Thebaid.*

¶Refert † Iuſtinus *libr.* 26. *hiſtor.* diuinam parricidarum vl- 20
tionem in Gallo præcis. *Galli graci*, inquit, *cum Antiganum in*
illos exercitum duceret, cumque ipſi ſe prælio pararent, & in auſpicia
pugnæ hoſtias cecidiſſent, quarum exta interitus omnium prædicerentur:
non in timorem, ſed in furorem verſi, ſperantes Deorum minas expia-
re, ſuos liberos & vxores trucidarunt, auſpicia belli à parricidio inci-
pientes: poſtea tamen pugnantes primo parricidarum furiæ, quam hoſtes
circumuenere, obuerſantibuſque ante oculos manibus interfectorum, o-
mnes occiſione ceſſ.

¶Sed † dubitari poteſt merito, vt videtur, num pœna parricidii 21
locum habeat, ſi quis filium, aut in ſua poteſtate conſtitutum
necauerit: nam Marcellus eum enumerat, *l.1. ad leg. Pomp. de parri-*
cid. perſonas, in quibus committitur parricidium, non meminit
filiorum, filiarum vel nepotum. Et diximus in capite de pa-
tria poteſtate in primo effectu, ius vitæ neciſque in liberos pa-
rentibus datum Veterum, vt me expediam, illud olim cum Con
ſtantino ſi cam fuiſſe permiſſum, *l. fin. de pat. pot. C.* nunc, minime.
Sicut nec Adrianus impunitum eum reliquit, ſed in inſulam
deportauit, qui necauit filium, qui cum nouerca adulterabat,
l. diuus Adrianus, §. ad leg. Pomp. de parricid. Tradit & Vlp. *l. 2. ad l.*
Cor. de ſicar. P. patrem mauditum filium, id eſt, impium, vel non
iudicatum, occidere non poſſe: ſi qui caſus autem ſint, quibus
iure Pandectarum occidere liceat, vt filium deprehenſum in a-
dulterio, id lex permittit nom natim. Sunt namque casus, in qui
bus regula generali prohibita, licita lege permittente fiunt. Et
ne longius a propoſita parricidii tractatione protraham ſermo
nem, referam quædam exempla paulo poſt, quibus parricidia
excuſata, vel laudata fuerunt. Proinde dicemus ad liberos necа-
tos pœnam parricidii pertinere. Quod & in rubrica Codicis
Iuſtinianei, *lib. 9. C. tit.* 17. de iis qui parentes vel liberos occide-
runt: & in l. vnic. illius tit. nominatim dicitur, ſupponi illi pœnę
eos, qui parentes aut filios, aut aut filias eius affectionis occide-
rint, id eſt, & nepotes.

¶Et † exuiſſe videntur naturam, non dicam hominum, ſed om- 22
nino ferarum, quæ pro ſuis maxime occumbunt catulis, quis in
proprios liberos ſæuiunt morte. Delphini ita fœtus diligunt, vt
eos ſequantur, & vna ideo cũ his capiantur, Ælian. *l. de nat. anim.*
c. 18. Meminit Horus Apollo *in literis Hieroglyph.* χλωλευτικὰ, ſeu
Vulpanſerem auem, ſi quando venator cum paruulis eam inſe-
quatur, patrem & pariter matrem ſe vltro venatoribus dare, vt
ſeruentur paruuli. Perpulcre & Lucretius, *lib. 2. de rer. natur.* vac
cæ de amiſſo vitulo luctum ex primit.

Nam ſæpe ante Deum vitulus delibatus honore
Thuricremas propter mactatus concidit aras:
Sanguinis exſpirans calidum de pectore flumen.
At mater virides ſaltus orbata peragrans,
Linquit humi pedibus veſtigia preſſa bifulcis,
Omnia conuiſens oculis loca ſi queat vſquam
Conſpicere amiſſum ſictum, completque querelis,
Frondiferum nemus aſſiſtens, & crebra reuiſit
Ad ſtabulum deſiderio perſixa iuuenci, &c.

Referunt Diogenes Laert. *l. 1. in Solon.* & Cicero *pro Roſc. Amer.*
Solonem nihil ſuis legibus de iis, qui parentes occidiſſet, ſtatuiſ
ſe: nam cum antea non eſſet factum, verebatur, ne id tam pœna
prohiberet, quam admoneret lege. Seneca *lib 1. de clemen.* de pœ-
na culei loquens, *Summa prudentia*, inquit, *altiſſimi viri, & re-*
rum natura peritiſſimi, maluerunt incredibile ſcelus, & vltra audaciã
poſitum præterire, quam vindicando oſtendere poſſe fieri. Itaque parri-
cidæ cum lege coperunt, & illis ſacinus pœna monſtrauit.

¶In † foro pœnitẽtiali, matricida pœnitere debet per decẽ an- 23
nos, ſecundum formam in iure præſcriptam, *c. latorem, 33. q. 2.* Si
filios quis occiderit, in monaſterium ad peragendam perpetuam
pœnitentiam retruditur, *in ca. 1. de iis qui lib. occid. apud Græc.* Me-
lius cum iudice eccleſiaſtico, quam cũ ſeculari agitur: quia Deus
non vult mortem peccatoris, ſed magis vt pœniteat, *c. agnouimus,*
26. q. 6. cha à quibus, 23. q. vlt. & viuat. ¶Excuſantur † autem par- 24
ricidia interdum quoad pœnam, veluti ſi per furorem quis pa-
rentem occiderit, impunitus erit: nã ſufficere furore ipſum pu-
niri, & diligentius cuſtodiendum reſcripſerũt Cæſares, *Modeſt.*
l. pen. §. fi. ad l. Pompeiam de parric. in P. aut vinculis coercendũ. Quę-
admodum in aliis criminibus furiioſorum receptum eſt, *l. infans,*
ad leg. Corn. de ſic. in P. *l. dauus, de offic. præſid.* Interdũ per incuriam
parentum, filii in eorum lectulis inueniuntur oppreſſi, & tunc
pœnitentia imponitur, pœna parricidii remittitur, *c. quæſitum, c.*
7. de pœn. & remiſſ. cum pœnitentia trium annorum in pane & a-
qua, *c. fi. d. tit. de iis qui li. occi.* præſumitur namque id magna po
tius negligentia vel fortuito, quam malitia parentum contigiſ-
ſe, ob præſumtionem aliam affectionis paternæ, quæ nec maſ-
culi interfilios, vel videre ſine commotione non patitur, *ca. aaſer-*
te mihi gladium, de præſum. l. iſti quidem, quod met. cau. in P. l. ſi ma-
ter. C. de inoffi. teſta.

¶Adulterantem † cum nouerca filium occidens, vt diximus, 25
etiam mitius, quam pœna parricidii ferat, ab Adriano deporta-
tione in inſulam punitus eſt, *l. Diuus ad leg. Pomp. de parric.* P.

¶Et † patres plures, filios ſuos, quod patriam ſuam comperti ac
iudicati ſunt oppugnare, necari iuſſerunt: vt filios ſuos Lucium
Brutum, *Liuius 1. Hiſtor. in 5. Flor. lib. 1. c. 9. Et Val. Max. lib. 5.*
c. 8. Caſſium, *Liuius in 2. Halicar. in 8. Plin. lib. 34. c. 4.* Manlium Tor-
quatum, *Cic. 3. de legib. Val. Max. lib. 5. c. 8.* & alios occidiſſe legi-
time dictum eſt.

¶Aliquando † cauſſa aliqua alia dans occaſionem parricidii, 26
nec pœnam ſuſtulit, ſed diſſimulauit. Apud M. Popilium Lena-
rem, *eadem lib. 8. c. 1.* prætorem, quædam, quod matrem fuſte per- 27
cuſſam interemerat, cauſſam dixit, de qua neutram in partem
ſententiæ latæ ſunt: quia abunde conſtabat, eandem veneno
necatorum liberorum dolore commotã, quos auia filiæ infenſa
ſuſtulerat, parricidium vltã eſſe parricidio: quorũ alterum vl-
tione dignum, alterum abſolutione non dignum iudicatum eſt.
Sic cum materfamilias, *eadem eod. & Gellius lib. 12. c. 7.* Smyrnæ vi-
rum & filium interfeciſſet, cum ille huius opinum iuuenẽ ex
alio viro genitum occidiſſet, delata fuiſſet ad proconſulem A-
ſiæ Dolabellam, hæſitans Dolabella quid inter vltionẽ, & ſce-
lus ſtatui oporteret, rem delatam ad ſe reiecit Athenas ad Areo
pagi cognitionem: ſed Areopagitæ quoque non minus ſapien-
ter, quam Dolabella manſuete inſpecta cauſſa, & accuſatorem
& reum in centũ annos vetati ſunt: differendo, damnandi, at-
que abſoluendi inexplicabilem cunctationẽ tegentes. ¶Forſan † 28
& ideo iudicium diſſimulatum Alcmęnis, qui matrem Eriphylẽ
interfecit, quod illa Amphiaraũ patrẽ Polynici prodidiſſet, *Dio.*
Sic. an 5. Nini qui Semiramidẽ matrem necauit, quod eius con-
cubitũ & congreſſum optaſſet, *Iuſtin. in 1.* & Cyanes puellæ, quod
per vim ſtuprata à Cyanippo patre, eum necauit. *Plutarch. in Pa-*
rallel. Quorũ tamen facta delinquẽdi anſa dare non debent, ſed
parentib. exẽplo eſſe debẽt, ne ea turpia audere velint, ob quæ
parricidium excuſari modo aliquo poteſt. ¶Deinde † & 29
Maſſagetis parentes cognatos, propinquos, & quoſcunque ſenio
confectos enecare, ac trucidatos immaniter prodigioque deuo-
rare moris erat: rationem vel cauſſam, vt illis videbatur, iuſtam
prætexentibus, rectius à ſe potius, quam à vermibus abſumi,
Strabo li. 2. de geograph. Sed error ille minimum alienus à naturali
cognitione erat, & inexcuſabilis, vt merito filii, qui in paren-
tes hoc nefas auſi fuiſſent, idipſum iuſta ratione à ſuis pateren-
tur. Sic in ſe mutuo delinquentes, mutuo legitimis pœnis in ſe-
ipſos ſæuiebant.

¶Memoriæ † mandatũ eſt, *Plac. lib. 1. de lictо. c. 22. nu. 7. in fin.* in 30
regnis Hiſpaniæ dari parricidas canibus lacerandos, aut culeo
inſui & proiici in flumen. Iulius Clarus tamen Patricius Ale-
xãdrinus refert ſe vidiſſe in Hiſpania quandoque iſtius criminis
reos prius ſtrangulatos includi dolio, in flumen proiici, *Iul. Cl.*
lib. 5. Sententiarum iuris, §. parricidium, n. 5. In ducatu porro Me-
diolanenſi impoſitam ex conſtitutionibus eius pœnam, *Occiden-*
tibus liberos, vt trahantur ad caudam equi, & deinde rotæ ligneæ inte-
xãtur. Quod tamen, inquit, *nunquam vidi in practica obſeruari, ſed, vt*
dixi, decapitantur, vel furcis ſuſpenduntur. Tholoſæ quoque & a-
libi in Gallia ſæpe etiam vidi, liberos vel parẽtes necantes, pœ
na ademtionis capitis, vel ſuſpenſione expiari. Neque aliter
pœnam culei hodie eſſe alicubi in vſu, iuxta ea etiam, quæ tra-
dunt Baldus & Salycetus *ad l. vnic. de iis qui parent. aut fil. occi-*
der.

De vtraque vi, publica, & priuata legis Iuliæ.

Cap. 25.

1 *Vis quid dicatur. Diuiſio in humanam & diuinam: & diuina quid.*
2. & 3.
4 *Vis humana legitima, vel illegitima.*
5 *Vis improba qua, & eius diuiſio in rem, & in perſonam.*
6 *Metus cauſſa geſtum cur ratum non habetur: & num ſola digni-*

Digitized by Google

tes alicuius metus impressionem faciat.
quis Metus requiratur in facto rescindendo, & quomodo restituatur factum.5.7.& 8.
9 *Quadruplum pœna continet rem petitam.*
Et pœnalis actio in quantum heredes, & quando obliget.
10 *Obligatio per vim facta rescinditur.*
11 *Rescindantur in Gallia contractus dolo, metu, vi initi, impetratis codicillis regiis.*
12 *Iniquitatiua vis qua, & eius remedia.& 13.*
14 *Expulsiua vis qua, & eius remedium.*
Statutum querela, & de nouis dissaisinis quid in præiud.
15 *Vis ablatiua quid, & eius remedium.*
16 *Spoliatus ante omnia quando restituendus.*
17 *Restitutio spoliati non impeditur exceptione, quod spoliatus sit prædo, non compensatione, præscriptione, auctoritate iudicis, rescripto principis, &c.*
18 *Restitutio spoliationis peti potest ab alio, quam ab spoliato, & sine eius mandato, contra spoliantem, & alium, qui iussit spoliari & dolo fecit.& 22.*
19 *Prædo aduersus quos spoliatus est restituendus. Et 20.*
20 *Publiciana actio non competit contra verum dominum.*
21 *Recuperandæ interdictum cui competat.& 16.*
22 *Vis ciuiliter & criminaliter quomodo puniatur.23.& 24.*
25 *Iulia legis de vi priuata natura, & pœna.& 26.*
26 *Iulia legis de vi publica, & priuata, differentia.*
27 *Eximens vocatum in iudicio quomodo puniatur.*
28 *Carceribus eximens debitorem ad quid teneatur creditori.*
29 *Hominem liberum concludere non licet propria auctoritate.*
30 *Carceribus vel custodia reos eripientes, qua pœna puniendi. & 31.*
32 *Carcerum custos qua pœna puniatur, pro euasione carceratorum sibi commissorum.*
33 *Carcerati qui euadere vel effringere carceres nisi sunt, qua pœna puniendi.& 37.*
34 *Carcerum violatio quare capitalis.*
35 *Litis dubius motus.*
36 *Arma in foro iudiciali deferre capitale.*
37 *Condemnatum vltimo supplicio eripiens qua pœna puniatur.*
38 *Sententias mandari executioni, iudicum publice interest.*

1 VIs, † est potentia quæ in alia dominatur, vt ea fit idem, quod Græcis ἰσχὺς, βιαιμὸς, siue violentia, quæ Græcis βία. Et vt pancis cum Paulo Iurisc. *l.2.de eo quod met.can.hb.4. P. titul.2.* definiam, vis, est maioris rei impetus, qui repelli non potest, saltem commode: Nam vt ait Vlpianus, *in l.1.eod.* vis habet necessitatem impositam contrariæ voluntati. Dixi commode saltem ei resisti non posse, vt doceam posse aliquando quidem vi facto resisti, sed si resistatur, metum adesse periculi: quod enim vi fit, id metu quoque fieri videtur, *d.l.1.§.fin.* & aduersum vim parũ 2 prodest custodia, *l.si ea res, de act. emp. in P.* ††Proinde quia hæc late patent, variæ sunt vis distinctiones, quia & variæ sunt potentiæ seu virtutes, quæ ad aliqua etiam inuitos adigunt: alia 3 que diuina vel eius permissione, alia humana.

¶ † Diuina vis, vis maior est, cui homines resistere nequeũt, quam Græci ἀνάγκην dicunt, teste Caio, *leg. si merces, 23.§.vis maior, boia. P.* vel vt Theophrast. *li.5.de caus. planta.* ὅσα τῶν ἀφύλακτα γίνεται, id est, causa diuinitus demissa. Vim tempestatis calamitosam Vlpian. dixit, *in l.ex conducto, 16.§ si vis tempestatis, loc.1.in P.* cui resisti non potest, vt puta fluminum, graculorum, sturnorum, & si quid simile acciderit. Eadem fere, sed latius alicubi Plinius, *lib.18.cap.28.* qui tamen ad cœlestem refert iniuriam, cuius in horribilitate duas facit species: vnam tempestatum, in quib. grandines, procellæ, & similia, quæ cum acciderint, vis maior appellatur: hic ab horridis sideribus, vt sæpius diximus, veluti ab Arcturo, Orione, Hædis. Aliam autem ex filente cœlo sereníque nóctibus fieri tradit, nullo sentiente, nisi cum facta sunt: aliis rubiginem, aliis vredinem, aliis carbunculum appellantibus. Vocat maiorem quoque vim cœli, quæ pensionem remittat colono, Columella, *li.de re rustic.c.7.*

4 ¶ † Vis humana, vel legitima, vel improba dicetur. Legitima illa erit, & quæ legis est potestas, *l.scire leges, de legib. in P. leg.1.de iustit. & iur. in P.* cuius virtus imperare, *l.legis virtus, de legib. in P.* & ea quæ iuris habet executionem & auctoritatem, quæ restitutionem in integrum, aduersus factum per eam, non admittit, *l.3.§.1.de eo quod met.can.P.* Iuris quippe executio iniurias non habet, *l.iniuriatum, §.1.de iniur. in P. l.quemadmodum, §. magistratus, ad leg. æquil.* Improba vis aduersaria iuri est, habetque semper dolum, *l.2.§.doli mali, vi bonor. rapt. P.*

5 ¶ † Hanc diuidit Plato, *li.9.& 10.de legib. de his tractat.* in eam, quæ in personam, & eam, quæ in rem infertur. Ad priorem, iniuriæ, contumeliæ, vulnera, cædes pertinent: ad aliam, ingredi, vel sibi vsurpare, vel auferre rem alienã, prohibereque dominũ vel possessorem, propria auctoritate rem possidere, habereve. Hanc iterum diuidunt in compulsiuam, inquietatiuam, expulsiuam, ablatiuam, & repulsiuam. *gloss. in l.1.C.de iis quæ vi & met. cau. fiunt, gl. in cap. ad audientiam, in ver. causa, 2. apud Gregor.* adde offensiuam. Compulsiua, facto quodammodo necessitas imponitur, quæ ideo turbativa vel contusiua mentem dicitur: cui subuenitur per edictum, quod metus causa. *l.1.& l.fi.§.1.quod met. cau. P. l.metum, 9.§.ex hoc edicto, eo. l.si mulier, 21.§.si dos eo. ca.1.eo.ti. in 6. c.1.15.q.6. ca.4.eo.tit. apud Greg.* Ratum nec est ita gestum, sed in pristinum statum factum restituitur. Actus enim hominũ liberi esse debent, quia homo ar bitrij liberi est: & si quid vi extortum, & metu est maioris mali timore, libere factum non videtur, *l.metum accipiendum, eo.* Et proinde considerant malum & eius metum, non vani vel meticulosi hominis, *l.metum autem, 6. eo.* non leue, non modicum *l.nec timorem, 7 l.metum, 8. eo. l.accusationes, 10. eo. C.* non leuiter minarum, *d.l.metum, 9. P. ca. cum dilectus, c.6. eo. tit. ap. Greg.* sed constantis viri, atrox, vt mortis, vinculorum, stupri, *l.isti quidem, quod met. caus. f. P.* carcerum, *l.pen. eod.* nempe priuatorum, quos habere non licet, *l.vni. de priu. carcer. C.* minarum capitalium, ab eo, qui exsequi facile solet minata, *l.si donationis, 7. C. de iis quæ vi me. can. fiunt.* & similium, quæ à sententia possint inuitum mouere, constantem alioquin virum: vt si per potentiam extorqueatur res, vel factum, vel contractus, *l.fi. C. eo.* vt per impressionem metu dignitatis, *l.si per impressionem, 11. C. eod.* Sola tamen dignitas sine alia impressione nec facit impressionem, nec metum, nec vim per se infert cogentem, *l.ad inuidiam, 6. C. eod.*

¶ † Vim tamen se passum dicenti, dignitas facit contrariam 6
præsumtionem, nisi luculenter vis probetur, *l.non est verisimile. P. eod.* Neque hic inspicimus vim, quam sibi quis intulerit, vel propria sceleris conscientia, vel alia persuasione, sed ab alio illegitime illatam, *l.si mulier, eo. P.*

¶ † Itaque quod metus causa, vbi vis atrox cogens, gestum 7
erit: restituitur suo principio libero, si perfectum sit: vt si venditum prædium vi sit, & pretium datum, reddendo pretium, venditur & eius heres à quocunque possessore, ante tamen perfectam præscriptionem, possint repetere, *l.si vi, 3. C. de iis quæ vi me. can. fiunt.* daturque actio personalis, & in rem vtilis, *glos. in l. 1.& 3. in verb. quoque, eod. C. l. metum, 9.§. volenti, & §. fin. eod. tit. P.* Sic in reliquis, & renuntiatione beneficiorum, *ca.2.& ca.4. eod. tit. apud Greg. c.1. eod. tit. in Sex.* dummodo spontaneus actus coactum non sequatur, per quem vis expiata sit, *c.1. eod. ap. Greg. l.1. eo. C.* Quod si negotium vi factum, adhuc perfectum non sit, prætor dat quoque exceptionem metus: vt in perfectis, actionem ad rescindendum, *Vlp. ab. l. metum, 9.§. sed quod prætor ait, eo. tit. P.* Nec interest vtne facta fuerit à singulari persona, an à populo, vel curia, vel corpore, *d.l. metum. §. animaduertendum.*

¶ † Fit autem ex hoc edicto, quod metus causa restitutio, 8
iudicis officio hoc modo, *d.l. metum. §. ex hoc edicto, & §. item Iulianus.* vt si per vim res tradita est, retradatur, & de dolo repromittatur, ne forte deterior res sit facta: si pecunia debita erit, quę accepta per vim facta est, restituatur acceptilatio priori obligationi: si per vim promissum, stipulatio accepto ferenda est.

¶ † Quod si contumax quis fuerit in rei restitutione metu 9
vel vi extortæ, vel si non obedierit sententiæ iudicis, intra annum, actione pœnali in quadruplum tenetur: post annum, in simplum, *§. quadrupli autem, & §. item actio, de act. Vlp. l. si cum exceptione, 14.§. si quis non restituat, & §. post annum, & §. hæc autem actio, de eo quod met. can. in P.* In quadruplo simplum inest, id est, res, & triplum pro pœna, *d.l. cum exceptione, §. sed & si quis, & §. quatenus.* Actio tamen rei persecutoria per pœnalem tollitur: & contra, pœnalis per rei persecutoriam, *d. leg. metum, §. licet tamen.* At contra heredes & heredum heredes metum vel vim compulsiuam inferentis, pœnalis non dabitur: sed res & lucrum omne apud eos inuentum extorquebitur: ne ex scelere & turpiter quæsitum, ad compendium heredum pertineat, *l.quod diximus 16.§. fi. & l. videamus, 17. de eo quod met. can. in P. l.3. de vi & vi arma. l. fin. de regul. iur. in P. l. in heredem, de calumniat. in P. l.1. ex del. def. in quan. hered. tene. C. l.2. C. de hered. actio.* Nec vlla temporis præscriptione in ea causa se defendunt, *Caius, l. quod autẽ. 19. de eo quod met. can. in P.* habita ratione à tempore litis contestatæ, *Vlp. l. quamtum, 20. eod.*

¶ † Lege Iulia de vi publica etiam tenetur, qui per vim sibi 10
aliquem obligauerit, & lex eam obligationem rescindit, vt scribit Martianus, *l. qui cœtu, §. ad leg. Iul. de vi pub. P.* Quod firmat Vlpianus, *leg. qui dolo malo, 10. eod.* in legibus 12. tabul. lex, *Vis in populo abesto. Nihil enim est exitiosius ciuitatibus*, inquit Cicero, *nihilque tam contrarium iuri & legibus, nihil minus ciuile & humanum, quam composita & constituta republica, quicquam agi per vim, &c. Cic. 3. de legib.*

¶ † Impetrantur hodie in Gallia ab officinis æquitatis seu 11
cancellariis regiis, codicilli seu literæ dictæ, *de rescision de contract ou restitution en entier*, quibus iudices, ad quos diriguntur, iubentur, vt cognita causa doli, metus, fraudis, & vis, si qua sit, irritent eo nomine facta, vel rescindant, & restituant in integrum supplices.

¶ † Inquietatiuum vim facit is, qui non sinit possidentem vti 12
re sua, ab itrio suo, siue arando, siue fodiendo, *l. vim facit. 11. vnde vi. P.* Item qui facit contra id quod prohibetur illi, *l.1.§. quid sit vi, quod vi aut clam. P.*

¶ † Ad reparationem eius, quod vi factum est aut clam, 13
proditum est interdictum restitutorium, quod vi aut clam,

l.1. cum

Digitized by Google

dam.l.1.cum §5.eo. per quod factum restituitur in pristinam faciem. Concurrit hoc interdictum interdum cum actione, quod metus causa,*Vlp.in l.metum,9 §.idem ait,quod met.cau.in P.* Prohibitio etiam si nihil ablatum est vel factum, fit per prætorem per interdictum retinendæ,*§.retinenda,de interd.Pau. l.2.§. retinenda, eod.P.* vti possidetis:ait enim prætor *l.1.vti possidet,lib. 43.P.tit.16.d.§.retinendæ.vti eas ædes,de quibus agitur,seu res mobiles, nec vi,nec clam, nec precario,alter ab altero possidetis,quominus ita possideatis, vim fieri veto.* Et ita interdictum hoc, possessorem prædii à vi tuetur,*l.1.in §.interdictum, vti poss.* interim donec de proprietate iudicatum sit. Cui similia illa interdicta retinendæ, & prohibitoria,ne vis fiat,de itinere actuve priuato,*l.1.de itin.act. priv.lib.43.P.tit.18.*De aqua quotidiana & æstiua per locum conducendum ducenda,*l.1.de aqua quot.P.*De riuis reficiendis, *l.1.de riuis,P.* De vsu fontis,*l.1.de fonte.P.*De superficiebus,*lib.43.P.tit. 19.* Et pro rebus mobilibus proditum interdictum,vtrobi, *§.sed interdicto, de interd.l.1.vtrobi.P.* quando super possessione earum quis inquietatur. Hodie in Gallia impetrantur literæ, quæ dicuntur manutenentiæ, in rebus temporalibus, loco interdicti retinendæ: & in beneficiis literæ querimoniæ,seu de *Complainte*, de quibus primum ius dicitur, vt de momentanea possessione,*l.1.si de momen.poss.fue.appel. libr. 7. C.tit. 69.* vocant *recreante*, quam postea sequitur definitiua sententia, quæ habet plenum possessorium, possessionem inquam cum proprietate, ac si esset interdictum, habens causam proprietatis annexam, *vt in l.2.§. quædam,de interd.P.*

14 ¶† Vis expulsiua est, cum quis de possessione rerum immobilium,& eorum quæ immobilibus adhærent tantum,*Vlp.in l.1. §.hoc interdictum,de vi & vi arm.l.b.43. P.tit.15.* deiectus est: aduersum quam quoque restitutio competit,per interdictum vnde vi. Sic enim prætor ait, *d.l.1.in prin. Vnde tu vi deiecisti, aut familia tua deiecit:de eoque,quod ille tunc ibi habuit, tantummodo intra annum: post annum vero, de eo quod ad eum qui vi deiecit peruenerit, iudicium dabo.* Pro vi compulsiua hoc interdictum non competit,*Vlp.in l.si rerum, per de vi & vi arm.*sed expulsiua tantum. Habet itaque interdictum recuperandæ intra annum possessionis.vi deiectus per quod is qui deiecit, cogitur restituere possessionē:licet is ab eo,qui vi deiecit,vi vel clam vel precario possideat,*§.recuperãda de inter.ap.Iust.l. 2.vnde vi,C.l.sed si vi,14. de vi & vi arm.* Vocãt hoc interdictũ recuperãdæ pragmatici, *la reintegrãde*,sicut & ius pontificiũ,*c reintegranda,3.q.1.* Et loco interdicti recuperandę impetrant à cancellaria regia,veluti ab officio iudicis,*statutum*,vt dicunt,*querelã,& de nouo dissaisinis*, quo exprimunt se possedisse, & spoliatos vel deiectos à possessione. Quare ibi duo sunt probanda capita, possessionis seu saisinæ, & deiectionis seu dissaisinæ.

15 ¶† Ablatiua vis est,quando possessio rerum mobilium vi aufertur,pro cuius reparatione, prætoria est actio, vi bonorum raptorum,furti,quas actio interdum ad exhibendum,iuuat,*l.1.§. illud,de vi & vi arm.in P.§.1.vi bo.rapt.ap.Iust.l.fi. cum exceptione, §.qui vim intulit, de eo quod me.cau.in P.* Competitque intra annum in quadruplum,post annum,in simplum,*l.1. & 2. vi bono. rapt.P.* Venit etiam quanti interest,*d.l.1.§.in hac actione,eo.* Nec prodest,vt liberetur à pœna hac ciuili raptor,si restituat raptam rem ante iudicium *l.pen.eo.*nec pœnitentia contractum crimen eluitur in hoc, *l. qui ea mente, de furt. in P. l. quis sit fugitiuus, in prine.de adil.edict.*

16 ¶† Restitutio in vtraque vi expulsiua & ablatiua fit, vt diximus de statuto querelæ: si modo qui se possessione priuatum dicit seu spoliatum, de duobus doceat extremis, nempe se esse deiectum vel spoliatum, & se possedisse, *c.1.2.3.4.5.q.1.& c.olim causam,de resti.spol.c.causam quæ,qui fil. sint legit. c. consultationib. c.10.& ad gl.in ver. possessionem, de offi. & pot.ind deleg. ap. Gregor.* De quibus si constet iudici, spoliatus ante omnia restituendus est,& prius de vi,quam de proprietate quærendum,*c.1.2.in literis,§.conquerente,7.de resti.spolia.Calli.l.fi.de vi,37.de iud. P.l.si quis ad se fundum,7.ad leg.Iul.de vi.pub.C.* Atque restitutio prior,plena erit cum omni causa,nempe cum fructibus rei ablatæ, & accessionibus,*l.si de possessione,C.vnde vi,c.grauis,de rest.spolia.* Neque admittitur ad proponendam aliquam actionem spolians, quin prius restituerit,*c.si.de ord.cognitio.l.2.C.vnde vi,c.1.de rest.spolia.in Sext.* Stabiturque iuramento spoliati,in ablatis,*l.si quando, vnde vi C.ca.si,quod me.cau.*

17 ¶† Neque impeditur restitutio,si spolians obiciat spoliatum prædonem esse,*c.in literis, de resti. spolia.* vel si se dicat rei dominum, *c.1.eo.l.fin.de vi,de iud.in P.l.1.C.de ap ella.*vel præscripsisse, *l.si quis emtionis,§ sed hæc,C.de præscri. 30. vel 40. ann.* vel se compensationem facturum,*l.fi.de compensat.lib. 4.C.tit.31.* Tantus enim est restitutionis fauor, tantum & spoliationis odium, ne hæc possint fucum aliquem facere delicto & audaciæ, neve auctoritas iudicis obiici possit,qui non seruato iuris ordine,iussit rebus possessores priuari,*l.meminerint, C. vnde. vi.* non principis rescriptum,*l.3.eo.l.nec damnosa,de prec.Imp.offer.C.*

18 ¶† Proinde nec qui rem possidet ablatam,tutus à restitutione est,etiamsi ignoret ab alio vi extortam,*c. sæpe,de rest.spoliato. c.reintegranda,3.q.1.*& multo magis,si sciuerit. Atque hanc restitutionem quilibet nomine spoliati, petere poterit, quamuis mandatum non habeat, *l.vni si per vim vel alio.mo. C.* & eius nomine conuenire non solum spoliatorem,sed & eum, qui mandauit spoliationem fieri,vel deiici, quia & is deiecisse videtur, *l.1. §.deiecisse.de vi & vi arma.in P.c.cum ad sedem, de resti.spol. l. hoc iure,19§.1.de reg.iur.P.*

19 ¶† Obseruandum tamen est,spoliatum non restitui statim, si patiatur spoliantem de suo dominio quod obiicit docere, *c.1.de resti.spol. ap. Greg.* Rununtiare enim videtur huic priuilegio. Quin & si is, qui spoliauit,manifeste ex iure cõmuni, & statim vocatus,doceat de suo iure, certe restitutio locum non habet, *c.si.eod.in Sex.*ad euitandum circuitum restitutionis,prout in aliis iura statuunt, *l. dominus testamento, de condict. in de cui similibus.*

20 ¶† Et vbi de possessorio & petitorio simul agitur, proprietas præualere debet in exsecutione,*c.cum dilectus,6.de cau.posse.lib.2. Decret.tit.12.*trahit enim ad se possessionem, & iustior eius petitio,*l.bona fides,depos.in P.l.si rem alienam.C.de pigno. actio. c. 1. de sequest.posses.*Et quanquam prædo sit etiam restituendus, & fur, vt diximus,*c.in literis, de rest. spoliat.* Hoc tamen intelligendum est, quando spoliatus est ab alio, quam à domino, à quo subtracta res est: exemplo publicianæ actionis,quæ non domino contra detentores rerum pertinet, in alios tamen quam dominos veros, aduersus quos cessat, *l. pen. & fi. de publ. in rem actio.lib. 6. P. tit. 2.*

21 ¶† Neque etiã omnis detentor exutus possessione,hoc interdicto recuperandæ vtitur,sed is tantum, qui aliquo modo dicitur possidere,*l.1.§.interdictum autem hoc nulli,de vi & vi arma. in P.*Nemo enim videtur amittere quod non habebat,*l.nemo de reg. iu.l.si vniuersæ, C.de legat.* Priuatioque habitum præsupponit, *l. Iulianus,de dino.in P.l.decem,de ver. oblig. P.* Vt non videtur vi deiectus, qui nunquam possedit, *l. 1. §. cum qui, de vi & vi arm.*

22 ¶† Pœna autem spoliantis vi, à modo quo vis infertur,pendet: nam alia infertur vis armis, alia sine armis: alia publica, alia priuata, *§.item lex Iulia de vi,de pu.ind.apud Iustinia. Vlp.eo. iure,195.de reg.iur. P.* Et proinde in epigraphe interdicti est hæc geminatio, de vi & vi armata. Sine armis vis infertur, quando temere quis propria auctoritate rem aliquam, etsi propriam, à possessore inuito extrudit, & sine iudice repetit, quæ coercetur iure ciuili, amissione iuris, quod quis in re sibi deberi putat, *l. exstat,quod met.cau.P.l.1.de suffrag.C.l.pen.ad leg.Iul.de vi priua.P. c.cum qui,c.18.de præb.in Sex.l.in possessione,5.ad leg. Iul. de vi publ C.c.1.16.q.6.*per interdictum vnde vi, quod respicit personam, cui vis illata dicitur,*l.1.§.1.de vi & vi arma.* Nam si vacua possessio esset,id est, à nemine possessa, restitutioni quidem locum esse,vt in vi occupante, sed ius quod præsupponeretur in ea non fuisse amissum,putarem,*gl.in d.c.cum qui in ver. volenti,& ibi Domi.& Philip.de præb.in Sex.facit l.fin. C. vnde vi, vide ibi Azon.in fine.* Et Vlpianus eum vi possidere, definiendum esse dicit, qui expulso veteri possessore, acquisitam per vim possessionem obtinet, *vide l. momentanea, eo.tit.* Et alibi Constantinus, *in l. inuasor, 5. Cod. vnde vi.* Cæsar, *Si per errorem aut incuriam aliena possessa sunt, sine pœna possessionum tantum restitui iubet.*

23 ¶† Punitur itaq; hęc vis ciuiliter, & criminaliter: ciuiliter, vtsupra diximus quadrupli, & amissione iuris rei suæ. Quod si res alienas quis inuaserit,tenetur & eas restituere,& vltra tantundē, *l.si quis in tantam,C.vnde vi,l.Christianis,de paga.C.§.sed ex constitutionibus, de interdict.apud Iustinia.*pertineteq; ad violentũ expulsorẽ periculũ interitus rei, & accessionum,etiam si mora petẽdi ab spoliato facta sit, teste Triphonino Iurisc.*l.pe. de vi & vi arm. 1.C.de ijs quæ vi me.tam.sunt.* Perpetuo enim censetur fur & inuasor esse in mora, *l.subtracto, de fur. C.l.fin. de cond furti in P.* nempe irregulari, in odium criminis, sine interpellatione hominis vel diei, quæ regulariter moram constituit, *l. quod te,si cert.pet.P.l.si ex legati causa,de verb.oblig. P. l.magnam, de contrah. & commit.stipulat.C.*daturque heredibus,& in heredes actio, in quantum dolo malo per ipsos factum est, vel in quantum ad illos ex vi peruenit,*l.1.§.hoc interdictum & heredi, & §. fin. & l. 2. & 3.de vi & vi arma.*

24 ¶† Criminaliter grassatores,prædones,qui cum telo in itineribus aggrediuntur viatores, vt spolient, vel capite damnantur, vel in metallum, vel in insulam relegantur, vel furca suspenduntur, *l.capitalium,28.§.grassatores, & §. famosos, de pœnis in P.* si armata in aliis vis deportantur,vt infra latius in offensiua vi.

25 ¶† Criminaliter autem lex Iulia de vi priuata,*l.1.§. ne quid autem,de vi & vi arma.in P.l.si quis aliquem deiecerit; §.ad le.Iul.de vi priu.in P.* si sine armis, punit vim, potissimum si conuocatis hominibus, sine armis inferatur. Et ea lege qui rem debitoris sui sine auctoritate iudicis occupauerit, tertia parte bonorum mulctatur,& infamis fit,*l.1.§.1.& l.si.eo.P.in possessione,C.eod.* cuius nullum interdictum de vi, famosum sit condemnatione, *l. neque vnde vi, 13.de vi & vi arm.* Teneturque hac lege, non solum qui conuocatis hominibus vim fecit, sed etsi nulli conuocati sint, nullique pulsati,per iniuriam tamen ex bonis alienis quid ablatum sit,vt scribit Martianus,*l.nihil interest,5. ad leg Iul. de vi priua.* Quamobrem ad legẽ Iuliam de vi priuata pertinet;

Digitized by Google

si quis ex naufragio dolo malo quid rapuerit, *l.1.eo. tit.* quanquam & ciuiliter is puniatur pœna quadrupli, *l.1. de incen. rui. & nauf. in Pd. in eum, C. de furt.* sine infamia, & aliis quoque constitutionibus, alio modo admissum hoc castigari criminaliter possit, pro modo personarum & facti qualitate, *l. Pedius, de incen. rui. & naufrag.*

26 ¶ Ad pœnam legis Iuliæ de vi priuata eadem ratione & illi referuntur, qui conuocatis hominibus vim fecerint, quo quis verberaretur, pulsaretur, nec tamen quisquam occisus erit, vt ait Scæuola, *l.2. ad leg. Iul. de vi priua.* scilicet sine armis: nam si cum armis esset ea conuocatio, etiam nemine occiso esset vis publica, teste Vlpiano, *l. qui dolo malo. 10. §. hac lege, ad leg. Iul. de vi. publ. P.* competeret nihilominus legis Iuliæ de vi priuata actio, si verberatus quis fuit sine armis, conuocatione, *l.4. C. eo.*

27 ¶ † Item qui cœtum & concursum fecisse dicitur, quominus quis in iudicium produceretur: quive de alterius seruo quæstionem habuisset, *Paul. l. 4. eo. P.* Exstat & prætoris aliud edictum, ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat, *libr. 2. P. tit. 7. l.1.* Quo qui vi exemit debitorem, vel prohibuit, quominus in iudicium veniret, *Paul. 4. ne quis eum qui in voca. est vi exi. P.* iudicio in factum condemnatur, non quanti res est in veritate, sed quanti ea res est ab actore æstimata, de qua controuersia est, *Vlp. l. pen. §. ip eam, eod.* Si tamen vi exemtus, vocari in ius non poterat, nam cum vocari nequibat, qui exemit non peccat, quia qui vocauit non poterat vocare, *l.1. §. fin. & l. 2. eod.* atque iudici supra iurisdictionem suam ius dicenti, impune non obtemperatur, *l. fin. de iurisd. om. iud. in P.*

28 ¶ † Placuit senatui Parisiensi eximentem à manibus apparitorum captum debitorem, debiti solutione & mulcta pecuniaria damnari, *Pap. lib. 23. rhapso. arest. tit. 3. ar. 1.* Baldus quoque tradit, *in l. a. dictis, de episc. au. C.* eripientem à carceribus debitorem, teneri ac si pro eo fideiussisset. Quod omne Constantini constitutione probatum est, *l. quoties, 3. de exactio. trib. libr. 10. C. vide ibi Luc. de Pen. Fabrum, & Iaf. in §. pœnales, de actio.* Quod putat verum Ioannes Bernardus Diaz, *in tract. crim. can. c. 95.* vt teneatur tantum pro debitis illis, pro quibus erat quis incarceratus, vel rursum carceribus commendatus: non autem teneatur omnibus creditoribus. Probarem & ego hanc condemnationem locum habere, quando agitur ciuiliter pro ereptione capti pro debito ciuili, vt & Lucas de Penna ratus est, *in d. ll. quoties, de exactor. tributo.* Alioquin is, per quem factum est, quominus quis in iudicio venerit stata die, tenetur ad id quod interest ex eo, *l.1. cum suis §§. de eo per quem facta erit, quominus quis in iudi. sistat, lib. 2. P. tit. 10.*

29 ¶ † Si autem de crimine agatur, & vi quis ereptus de manu satellitum seu accensorum, vel de custodia, aliud est adhibendum iudicium, & distinctio: aut quis tantum accusatum, qui ad iudicem ducebatur, aut conuictum & damnatum eripuit à custodia, vel dum duceretur ad pœnam. In primo casu, si quis suspectum vel accusatum eripiat, distinguo adhuc, an iussu alicuius legitimi iudicis captus ducebatur, an sine mandato: si sine mandato impune arbitror eripi hunc, quia nemo debet in iudicio exhiberi, nisi prius de eius exhibitione iudex pronuntiauerit, *l. fi. de exhi. reis, C.* Nec licet habere carceres priuatos, *l. 1. de priua. carc. C.* Nec liberum hominem priuato permissum constringere vel concludere, *l.1.2.3. de l. homi. exhi. P.* Vnde qui concluserit ecclesiasticam personam, vt beneficium quod habebat eiuraret, si prælatus sit, per triennium suspenditur à perceptione fructuum suarum ecclesiarum, & eiuratio ipso iure nulla est, priuaturque qui obtinuit, *ca. multorum, de pœ. in Cle.* Posset tamen in hac permissa liberatione vis reprehendi, quod propria etiam auctoritate quis sibi voluerit hanc potestatem arrogare: nam iudicio iudiciorum vigor in medio positus est, ne quilibet sibi permittat vltionem, *l. nullus, de Iudæis, C.* Posset & vis, si homicidium vel aliud crimen non misceatur, excusari in eo, qui contra hanc attentatam illegitimæ prehensionem sese defendit, vi repulsa: nam vim repellere licet, vt diximus, *l. vt vim, de iust. & iure.* Quod si ex præcepto iudicis, de quo fidem faciant satellites, prehensio & ductio in iudicium fiat, non possum excusare hanc ereptionem, quin pœna digna sit: vocati enim non est, contemnere iussum iudicis, *l. si quis ex aliena, de iudi. lib. 5. P. tit. 1.* In legibus Ciceronis, *lib. 3. de Leg.* quas refert ad decemuirales, illa: *Magistratus non obedientem & nocuum ciuem, mulcta, vinculis, verberibus ve coercento, ni par maiorve potestas prohibessit, ad quos prouocatio esto.* Possunt enim, nisi prouocatione impediantur, exsequi iussa manu militari si opus sit, *Vlp. l. qui restituere, 68. de rei vind. P.* Obediendum magistratibus, *ad Roma. 13.* funguntur enim auctoritate publica *l. quippe iudicare, de iud. P.* potissimum si de maiorum iudicum mandato vocatus eximatur. Nam voluit Vlpia. si quis ad prædaneum iudicem vocatum vi eximat, cessare pœnam edicti, ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat, *Vlp. l. 3 §. 1. ne quis eum qui, &c.* Quin & aliquando placuit senatui Tholosano, eum qui literas regias nuntio regio ademisset, & parere blasphemando detrectasset, infami mulcta publica damnandum, vltra pecuniariam. *P. ap. lib. 22. Rhapso. arest. are. 2. tit. 3.* Etenim regii nuntii seu lictores vel prehensores qui inde vocantur *Sergens*, quasi *Serre gens*, repulsam & iniuriam dum officium exsequuntur patientes, reos faciunt rebelles mãdatis, vt edicto Caroli 9. cautum est. Illis tamen impune resistitur, si de mandato non doceant: non autem, si doceant, *l. prohibitum, 5. de iur. fisci, li. 10. C.* Neque enim illis creditur, si dicant se habere mandatum principis, vel iudicum, nisi exhibeant seu fidẽ faciant, *l.1. C. de mandat. princi. l. si quæ per calumniam, de episcop. & cleri. C. c. cum in iure, de offi. deleg. 2. Gregor.* exceptis tamen iis, quos licet sine mandato capere ob scelus priuilegiatum, imo, & repugnantes occidere, vt de latronibus, *l.1. & 2. de iis qui latro. occi. C.* maleficis, *l. fi. de malefi. & mathe. C.* transfugis, *l. 3. §. fi. ad leg. Cor. de sicar. C.* desertoribus, *l.2. de deserto. li. 12. C. l. 2. quam. licet. sine. sua. se vindic.* & aliis quibusdam placuit. Magistratus etiam præsentia, qui prehensionem habet, vt Tholosæ Capitolini, & excubiarum nocturnarum præfecti, liberat à necessitate exhibendi, mandati.

¶ † Quod si quis à custodia criminis reum non eripuerit, & crimen, & modus eripiendi inspicitur. In crimine maiestatis reum eripiẽs, reus maiestatis quoque intelligitur. Sic enim Scæuolam loqui, *in l. 4. §. pen. ad leg. Iul. maiest.* in eo tantum crimine arbitrantur, glossa, *in d. l. 4. §. pen.* & Lucas de Penna, *in l. quoties, de exactio. tribu. lib. 10. C.* In aliis rursum distinguitur, nũ custodia sit auctoritate superioris decreta, an priuati: si auctoritate priuati, vt inde eripientem veluti vindicantem iniuriam merito, non culpandum, sed laudandum putat Lucas de Penna, *vbi sup. arg. c. fortitudo, & c. non in inferenda, 23. q. 4.* quia & vis committitur priuata illa defensione, *l. 3. C. ad legem Iuliam de vi publ. l. 1. de priu. carcer.* C. Verum nec ego probo priuata auctoritate factum. Cur enim ad arma prætor vel iudex patietur concurrere, quos potest sua iurisdictione componere, *l. æquissimum, de vsufruct. P.* Si autem custodia publica quis præcepto superioris detentũ eximat, inquiro rursũ, an sine armis cũ armis: si sine armis, legem Iuliam de vi priuata dicunt habere locum, quia factum est per exemtionem, ne in ius produceretur: eoque referunt sententiam Pauli. *l. legis Iuliæ, 4. ad leg. Iul. de vi. pri.* Si cũ armis, lex Iulia de vi publica locum habet vt colligunt ex Mattiano, *in l. Iulia. 8. ad leg. Iul. de vi pub. P.* quia ea lege cum teneri respondit, *qui reum vincierit impedierit vt quominus Romæ intra certum tempus esset.*

¶ † Putarem tamen ego, cum & qui sine vi à mala mansione vinctum hominem liberauerit, misericordia quantũuis ductũ, dolo proximum esse: quia cum sciret cui rei, nempe iudicio pararetur, intempestiue in eum misericordiam exercuerit, vt ait Vlpianus, *l. si hominem, 7. depos it. P.* Et qui miseratione custodiam dimiserit, militiam mutat, teste Neratio, *l. non est facile, 14. de custo. reor. P.* & tunc leuiter castigatur qui fraudulenter agens, capite punitur. *d. l. non est, & l. milites, eo. tit.*

¶ † Sed & hanc quæstionem Valentinianus, Valens & Gratianus CCC, paucis concludunt, *l. ad commentarien sem, 4. eod. C.* vt cõmentariensis, ad quem receptarum personarum custodia in carcere pertinet, eadem pœna plectatur, qua is, qui fugerit, plectẽdus erat: nec eam euitare ex oblatione personæ, quam carceri præposuerat. Facit quod dictum est, *quia dimisisti hominem digno morte, anima tua pro anima illius, 3. Reg. 20. ca. dissimiunt, 17. q. 4.* Vnde & ille qui custodiebat D. Petrum, *Actuum 16.* vinctum, cum putaret illum euasisse, apertis inuentis carceribus, metu pœnæ mortis se volebat interficere. Neque pœnam euadunt custodes, si culpa vel dolus in illis deprehendatur, *l. fi. de custo. reor. P.*

¶ † Puniuntur & recepti in carcerem, eo supplicio, quo plecti debebat crimen, cuius rei factæ sunt, quamuis innocentes ab eo crimine inueniantur, si conspirauerint, vt ruptis vinculis & effractis carceribus euadant, *l. pen. eod.* exceptis illis, qui conspirationem detexerint. Vt in aliis crimini bus detegentibus ea, solet indulgeri, *l.1. §.1. de fal. monet. C. l. 2. de desert. mili. lib. 12. C. cum similib.* Saturninus etiam probat; eos, qui de carcere eruperunt, siue effractis foribus, siue conspiratione cum ceteris, qui in eadẽ custodia erant, capite puniendos, quod si per negligentiam custodum euaserint mitius puniendos, *Vlpia. in l. 1. ad effractor. li. 47. P. tit. 18.* Paulus quoque capite puniendos cum effractione fugientes tradit, *l. milites agrum, 13. §. eius fugam, de re milit. lib. 49. P. tit. 16.* etiamsi ante eam pœnam non meruerint. Item Paulus ait, *l. si quis aliquid, 38. §. miles, de pœn. Miles qui ex carcere dato gladio erapit, pœna capitis punitur: eadem pœna tenetur, & qui eum, quem custodiebat, deseruit.*

¶ † Nec mirum, quia carceres sacrosancti sunt, & publicis necessitatibus deputati, quos qui violat, maiestatis crimine irretitur, sicut qui vsurpat ius carceris priuati, *l. vni. de priua. carc. C.* Et qui eripit reos à carceribus, videtur crimen publicum admittere: quia pœnæ eos subtrahit, quorum interest reipublicæ delicta puniri, *l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. P.* Grauisque delinquere mihi videtur, qui metu criminis & mortis solutus, violat carceres vel opem fert, vt effugiant rei, quam is, qui suspicione supplicii, & vt illud vitet, nihil non audebit. Vt omnino absurdum visum non est, licere cuique sanguinẽ suum quolibet modo redimere, & ignoscendum ei ea ratione, qui aduersarium corruperit, *Vlpia. in l. de bon. eor. qui ante sent. mor. sibi conscine. P.* Naturale studium viuendi est, naturale pericula subterfugere, duriũ, squalorem carceris experiri. Setuili quodammodo cõcludi, *l.2. de li.*

homi.

Digitized by Google

Iust. exhib. P. Anceps & periculosum se iudicio hominum in reatu mortis subiicere.

95 ¶ † Dubius quippe litis euentus, *l. quod debetur, de pœn. P.* & facilis innocentiæ calumniatio. Quod Alcibiades exemplo & responso cautissimo docuit, is enim ad diluenda sibi imposita crimina vocatus in iudicium, *Plut. in Alcibiad. vita.* vt Athenas rediret admonitus, roganti cur recusaret, & num suspectam haberet patriam, respondit, se patriæ plurimum credere, vitæ autem discrimen ne matri quidem suæ committendum putare: fieri enim ignorantia posse, vt nigrum pro albo ferat lapillum. Nec multo postea, cum percepisset se vna voce à populo Athenienſi fuisse damnatum: at ego, inquit, ostendam illis Alcibiadem viuere. Neque omnino improbatum est factum Iphicratis, qui capitis reus factus, collocauit iuuenes aliquot pugionibus instructos, qui iudicibus capulos ostendentes, tantum eis timorem iniecerunt, vt illi perterriti illum absoluerent, auctore Polyæno, *lib. 3. Stratagematon.* Et postea cum esset illi post absolutionem obiectum, eum vi iudicibus illata, & timore armorum iudicibus iniecto, absolutum esse, ita respondit: *Ego valde stultus sim, si pro Athenienſibus strenue bella gerам pro me vero non ita fortiter decertem.*

86 ¶ † Quamuis Vlpianus, *l. qui dolo malo, 10. ad leg. Iul. de vi pub. P.* & eum quoque in legem Iuliam de vi publica incidere dixerit, qui cum telo dolo malo in continenti fuerit, vbi iudicium publice exercebitur. Diuus Thomas *2. secundæ qu. 69. art. 4. Boer. q. 215. nu. 33. & in illa quæst. late de pœna fugientis à carcere disputat.* quoque notat, quod damnatus ad pœnam capitis, si possit fugere & fugiat, non peccat. Proinde hodie mitius agitur cum carceratis fugientibus in Gallia, neque in fugitiuos, eo ipso quod fugitiui sunt, fertur sententia capitalis. Oldradus heri posse tradit, *cons. 65.* sine alia vocatione: sed postquam testibus de effractura vel fuga constiterit, vocantur absentes iuxta formulam requirendorum reorum contumaciam, *de qua in l. 1. de requ. reis, P. l. 1. C. eo. l. absentem, 6. de accusa. C. l. absentem, de pœn. in P.* in loco domicilii, edicto peremtorio, *l. tres, C. quomo. & quan. iudex. l. contumacia, 53. de re iudica. lib. 42. P. tit. 1.* voce præconis. Dehinc cognoscitur simul & de crimine, cuius rei erant, ob quod, si iuste inueniantur carcerati, quam pœnam merentur, illa damnantur: sin minus iniuste detentos fuisse appareat, pœna non est capitalis carceres euasisse vel effregisse, *Pap. lib. 23. rhapso. arest. tit. 2. ar. 1 per ea quæ not. Bart. in l. vis eius, & ibi Saly. de proba. C. Ale. in l. sed eximendi, §. si quis eum qui in ius voc. est vt exim.* Quod si qui aufugit, iterum prehendatur, notio iudicis est, non de effractione, sed de crimine, quo accusatus ante erat: vt & Nouella Iustinianea statuit, *§. necessitatem, ibi fugientes capiant & §. seq. vt iud. sine quoq. suffra. in auth.* Existimarem nihilominus perpendendum in pœna statuenda in eos, qui carceres effugiũt, num euaserint sine effractione, & sine vi, vt leuius puniantur: an cum effractione, vel occisis custodibus, vt seuerius, vtve sicarii legitimis subdantur suppliciis. Et hæc pertinent ad vim commissam in ereptione rei accusati tantum.

87 ¶ † Quid autem statuendũ sit, si eximatur reus supplicio vltimo condemnatus, dum ad supplicium ducitur, videamus. Plerique distinguunt, an iuste vel iniuste damnatus quis sit: vt si iniuste, liceat eripere supplicio, & opus laudabile sit, *Luc. de Pen. in l. quoties, de exacto, tributo. lib. 10. C. Ioan. Diaz. in tract. crimina. canno. 95. Albe. in l. addictos, de episco. aud. C. gl. fi. in can. non inferenda, 24. q. 4. glo. 2. in 6. reos, 23. q. 5.* Quia scriptum, *Prouerb. ca. 24. Eripe eum qui ducitur ad mortem.* Et quod Moses, cum vidisset Ægyptiũ iniuriam Hebræo inferentem, vindicauit, & eum prostrauit, *Exod. c. 2. ca. non inferenda, 23. q. 4. c. opponitur, de pœni. dist. 2.* Si autem iuste damnatus, non licere impune eripere, quemadmodum & leges statuunt, *l. dilectos, de episc. aud. C. l. addictos, 29. de appel. lib. 7. C. tit. 6.* Opinor ego neque iniuste iudicatum auctoritate priuata posse eripi, quia datur remedium aduersum sententiam iniquam in reos prolatam, cuilibet prouocandi, nempe facultas pro reo, *d. l. addictos.* etiam inuito, *l. non tantum de appellationibus. P.* Et Vlpianus recte respondit, *l. non est singulis, 137. de reg. iur. in P. non esse singulis concedendum, quod per magistratus possit publice fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi.* Eaque prouocatione suspenderetur satis iudicium: alioquin lege Iulia de vi publica teneretur, qui cum haberet imperium potestatemque aduersus prouocationem, reum necauerit, verberauerit forsan, iusserit ve, quid fieri, *Vlpia. l. lege Iulia, 6. ad leg. Iul. de vi publ. in P.* Atque quæ proxime dicta sunt de Moyse, iam typum habent potestatis illi fere concessæ. Dehinc & Zelus fidei exculationẽ habet, vt supra in homicidio docuimus, Sed & reliqua, quæ de eruendis reis à morte dicuntur, referenda sunt ad modos legitimos, non ad priuatorum temeritatem. Cum & liceat etiam delinquentes eripere supplicio, legitimis aliis modis, vt intercessione, iure asyli, *vide glo. in c. non inferenda, c. hi qui 14. q. 6. gl. 6. & tex. in c. reos, 23. q. 5.* & aliis licitis mediis.

88 ¶ † Si enim vis concederetur pro arbitrio, vix vnquam aliqua, quantumuis iusta sententia, supplicii ferretur, quin aliquo prætextu iustitiæ eluderetur, vi temeritatem fouente. Interest autem reipublicæ, sententias iudicum mandati exsecutioni, propter auctoritatem rerum iudicatarum, etiam male iudicatum sit, *l. seruo inuito, §. cum prætor, ad senat. Trebell. P. l. si prætor, de iud. l. fin. ne quid in lo. pub. P.* cum præsumatur semper pro iudice, donec contrarium appareat, *cap. in præsentia, cap. 6. de renuntiatio. libr. 1. Decret. titu. 9.* Exstat & caput legis Iuliæ de vi publica, in eos, qui dolo malo fecerunt, quominus iudicia tutò exerceantur, aut iudices vt oportet iudicent: vel is, qui potestatem imperiumve habebit, aliter, quam ei ius erit, decertat, imperet, faciat, *Vlpian. l. qui dolo malo, 10. ad leg. Iulia. de vi publ. P.* Proinde incidit, qui hoc amolitur, in pœnam interdictionis aquæ & ignis, *d. l. qui dolo malo, §. fin.* cui hodie successit deportatio, *l. 3. ad leg. Iulia. pecu. in P.*

De Vi offensiua.

Cap. 26.

1 *Nocendi plures vias.*
Et quis dicatur reus legis Iuliæ de vi publica.
2 *Armorum & armaturæ appellatio quid contineat.*
3 *Teli appellatio quid contineat.*
4 *Armorum & bellorum potestas penes solum principem.*
5 *Arma non ferenda in concionibus, in palatio*
6 *Armatos incedere per vias, pœnis edictisque regum prohibitum.*
7 *Gladium cingere tantum militibus permissum expeditionis tempore.*
8 *Milites habere priuatis hominibus interdictum.*
9 *Vis publica aliis criminibus miscetur.*
10 *Vis repulsiua quomodo impunita.*

1 LAte † longeque diffunditur vis offensiua, quia multa genera sunt officiendi, in quibus vis interuenit, sine armis, & armata. Proinde paucis rem illustrare contentus ero, & colligam quædam insigniora capita ad publicam vim pertinentia, vnica concluſione: vt quandocunque quis arma telaque habet, præter viatoria & venatoria, & commertij causſa, *l. 1. 2. ad leg. Iul. de vi publ. lib. 48. P. tit. 6.* aut is illegitime vtitur, *l. 3. & pen. & 5. eod.* vel cœtum hominum prohibitum colligit, vel eo vtitur, *l. qui cœtu, 5. eod.* vim publicam exercere dicatur, pœnæque legis Iuliæ de vi publica reus.

2 ¶ † Armorum appellatio porrigitur à Gaio, *l. armorum, 41. de ver. sig.* non tantum ad gladios & galeas, sed & ad fustes & lapides. Et idem Iustinianus explicat, *§. sed ex constitutionibus, de interd.* Paulus non vtique tantum eos, qui tela habuerint, armatos ait, sed etiam eos, qui habent aliquid aliud, quod nocere potest, *Paul. l. armatos, 9. ad leg. Iul. de vi publ.* Vlpianus quoque, *l. 3. §. armis detectum, de vi & vi ar. P.* arma dicit omnia tela, hoc est, & fustes & lapides, nec solos gladios, hastas, frameas, rompheas, & his vim armatam fieri. Idem & Martianus Cæsar, *l. fin. quæ res exportari non deb. libr. 4. Arma,* inquit Varro, *5. de ling. Lati. ab arcendo, quod his arceamus hostem.* Hinc Lucretius, *de rer. natu.*

Arma antiqua, manus, vngues, dentesque fuerunt.

Festus, *vide Cicer. 1. Tuscula. & pro Cæcin. Valturium, libr. 10. de re milit. c. 2.* ab armis seu humeris dicta proprie putat, quod ex his pendebant gladii, tela, & reliqua id genus. Item forsan proprie arma, quæ armos defendebant & tegebant.

3 ¶ † Vnde à telo differunt: telum namque illud omne tantum potest dici, quod mittitur vel mitti potest, *§. item lex Cornelia de sicariis, de publ. iud. Caius. l. si pignore, 5. §. furem, de furt. li. 47. P. tit. 2.* In lege Iulia quoque de vi publica, telorũ appellatione omnia, ex quibus singuli homines nocere possunt, continentur, *l. pen. ad leg. Iul. de vi pub.* Attamen notandum est, in prohibitione armorum ferendorum, non contineri saxa vel lapides deferentes. Et ita declarauit Senatus Medionalensis prætori Alexandriæ 13. Octob. 1558. Item & voluit appellatione armorum non contineri cultellum, 6. Octob. 1554. vt refert Iulius Clarus, *li. 5. sententia. §. fin. pract. crimin. q. 82. statu. 6. nu. 4.*

4 ¶ † Iure ciuili itaque prohibetur priuatis arma facere, emere, habere, deferre, exceptis cultellis, ne inde necis occasio oriatur: pœnaque imponitur iis, & qui vendiderunt, quive non vindicarunt, *constitu. nouella de armis, coll. 6. tit. 23. l. 3. ad leg. Iul. de vi pub. in P.* nullisque mouendorum armorũ licentia inconsulto principe datur, *l. vni, vt armo. vsus inscio prin. interd. sit, li. 11. C. tit. 46.* Instrumẽta quippe belli, arma sunt. Belli autem potestas penes principem est, *ca. quid culpatur, 23. q. 1.* vel penes eum, qui vices principis gerit in prouincia sibi decreta regenda, ex causſa, quæ dilationem & moram consulenda principis nõ patitur: aliter, vt opinor, nequaquam tempore pacis. Sic in forma Comitiuæ Cassidorus scribit, *lib. 6. Varia. cap. 1.* nomine regis Gotthorum, *Violantes nostra pietas exsecratur, in causſa possunt iura non brachia: nam cur eligant quærere violenta, qui præsentia probanter habere iudicia? Ideo enim emolumenta iudicibus damus, ideo tot officia diuersis largitionibus continemus, vt inter vos non sinamus crescere, quod possit ad odium pertinere.* Quod & placuit Iurisconsultis, *Læquissimum, de vsufr. P.* Et vt dicebat Terentius, *in Eunucho.*

Digitized by Google

Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.

Sic Clytemnestra, *Apud Eurip. in Iphigenia in Aulide, actu. 4. vers. 120.*

τοιαῦτ' ἀν' ἡμᾶς ἐμβαλοῦσα μὴ οὐ πρέσσειν πράγματα
λελογισμένως πρέσσουσι μᾶλλον, ἢ θύειν, id est,
Nec me exercitus culpauerit, si res gessero
Cum ratione potius, & prudentia, quam viribus.

Lucius Domitius, *Valer. Max. li 6. ca. 3 Cic. Verri. 7.* cum Siciliã pro prætore regeret, eximiæ magnitudinis apro ad se delato, adduci ad se pastorem, cuius manũ occisus erat, iussit, interrogatumque quomodo eam bestiam confecisset, postquam intellexit vsum venabulo, crucifixit: quia ipse ad extuibanda latrocinia, quibus prouincia vastabatur, ne quis telum haberet, edixerat. Magni Pompeii in tertio consulatu, inquit Plinius, *libr. 34. cap. 14.* exstat edictum in tumultu necis Clodianæ, prohibentis vllum telum esse in vrbe.

5 ¶ † Fuit aliquando lex Charundæ apud Tyrios, post conciones ciuium pacataſque per eum seditiones, vt si quis eas cum ferro intrasset, cõtinuo interficeretur: quam ille propria morte sanciuit, cum liceret etiam culpam suam dissimulare, *vide Valer. Max. lib. 6. cap. 1. in fine.* Cauerant etiam Philistini, quando imperabant Israelitis ne esset Faber Ferrarius apud eos, ne forte facerent Hebræi gladium, vel lanceam, *1. Reg. 13.* Exstat lex Insubrum, *§. ad palatium, de pace tenend. & eius viol. lib. 2. Feud. titu. 27.* apud palatium comitis, nullus etiam miles ferat arma, nisi rogatus à comite. Et eorundem etiam lege cautum: *§. si quis rusticus, eod. titu. si quis rusticus arma vel lanceam portauerit, vel gladium, iudex, in cuius potestate repertus fuerit, vel arma tollat, vel viginti solidos soluat.*

6 ¶ † Franciscus primus huius nominis Francorum rex, prohibuit 9. Maij 1539. edicto, *Ordonnance de n'aller armez masquez, deguisez, ni porter harquebuzes, pistolets, &c.* ne posthac quis armatus per itinera, ciuitates, syluas, vel nemora, vel oppida, potissimum laruatus, incederet: demtis qui ordinibus adscripti essent militaribus, & vexillum ducis regij sequerentur auctoritate publica: indixitque huic delicto bonorum proscriptionem, parte dimidia fisco, alia delatori permissa, & pœna arbitrio iudicum. Ademit item eodem edicto, priuatis vsum archebusiorum & machinarum ignearum: quod alia constitutione repetit, 16. Iulij 1546. Item Henricus 2. alia, 25. Nouemb. 1548. & rursum 28. Nouemb. 1549. Iterum 7. Decemb. 1558.

¶ † Ius tantum militibus ferendi gladii & arma dabatur, tem-
7 poreque tantum expeditionis: vnde cingulum, quo ensis depẽdebat, proprium militum insigne, *l. pen. de milit. testa. in P.* Et Martialis alludit Parazonio loquens, *epig. li. 14. epig. 32.*

Militiæ decus hoc, & grati nomen honoris,
Arma tribunitium cingere digna latus.

Eo pertinent quæ de testamentis in procinctu factis dicta sunt à Iustiniano, *§. 1. de testa. Plutar. in Coriola.*

¶ † Quia tunc, cum in aciem descendebant, cingebãtur gla-
8 dio. Proinde lege Iulia de vi publica, prohibitum habere milites seruos, scilicet armatos, in vrbe aut ruri, veluti Bucellarios, Isauros, *l. fin. ad leg. Iul. de vi public. Cod.* Et Archadi. & Honorius, *l. nemo, 13. de re milit. lib. 12. Cod. titu. 36.* quinque librarum auri mulcta eos iubent puniri, qui in obsequio priuato milites habuerint, & ipsos milites militia exutos plect. Dionysius Syracusanus Tyranni Dionysij filius, arma ademit quibus parum fidebat, *Diod. Siculi. li. 16. Biblioth.*

¶ † Nec valde difficile erit hinc colligere, esse crimen legis
9 Iuliæ de vi publica, quando seditio fit, villæ expugnantur, obsidentur: si in turba cum telo quis fuerit, si raptus fiat, si homicidium cum armis, *l. 5. & pen ad leg. Iul. de vi public. P.* Sed hæc habent quoque alia crimina admixta, & idcirco vltra vim hæc committentes, aliam animaduersionem patiuntur, *l. quoniam multa facinora 6. eod. Cod.* de qua suis locis. Talia sunt incendere, stuprum vi committere, *l. 3. eod. P. l. 5. §. qui vacantem, eod.* noua vectigalia, id est, vi plus quam oporteat ex vectigalibus exigere, *l. si. eo. in P.*

¶ † Sed num vis repulsiua, quando vim quis sibi vel rebus
10 suis illatam propulsat, digna sit pœna legis Iuliæ de vi publica, vel priuata, non inutiliter quæritur. Et certe venia aliquã hanc dignam esse supra in homicidij excusatione monuimus. Si armis aggredientem confestim armis repellamus, non ex interfallo, *l. 1. §. eum qui, & l 3. §. eum igitur, de vi & vi arma. P.* etsi cum moderamine inculpatæ tutelæ, *l. 1. Cod. eod. titu.* nos tueamur. Si aliter vim effugere non possimus, *l. scientiam, §. qui cum aliter, ad leg. Aquil. P.* Verum non omnino impunitum illud esse mihi videtur, quod factum est cum armis, quæ habere prohibitum est, & quidem non puniendum euentum, sed quod antea puniendum erat, dico: nisi casu fortuito arma vetita aduenerint, vel aduersario erepta vel extorta sint, quibus se tunc defenderit.

De Pœna propria vtriusque capitis legis Iuliæ de vi publica, & priuata.

Cap. 27.

1 *Iuliæ legis de vi publica propria Pœna.*
2 *Equi ademti militi per ducem pœna.*

Pœna † criminalis, vt monuimus legis Iuliæ de vi, considera-t tur pro modo alterius delicti in quod incidit, si maior pœna eius sit. Ceterum, propria pœna est, De vi publica, aquæ & ignis interdictio, apud Paulum, *l. qui dolo, 10. §. fi. ad leg. Iul. ae vi publ. in P.* cui hodie successit deportatio, *l. 3. ad leg. Iul. pec. in P. §. item lex Iulia. de pub. iud.* Constantinus Cæsar, eum qui vi alium de possessione deiecit, statuit in insulam deportandum cum abrogatione bonorum, *l. si quis fundum. 7. ad leg Iul. de vi pub. C.* Valentinian. Theodosius & Arcadius, *l. seruos, 8. C. eod.* seruos, qui vim fecisse probati fuerint, inscio domino, vltimo supplicio plectendos statuerunt: si iussu domini, metallo, dominis infamibus pronuntiatis, loci ac originis dignitate priuatis. Item viles personas, & infames seuerius puniẽdos: imo & iudices, qui violentiæ crimẽ punire distulerint probatum, vel mollius quam par sit puniuerint, graui infamia notandos. Leo & Antoninus CC. *l. fin. C. eo.* eos qui armatos habuerint, iubet pœna centum librarum auri condẽnari, & seuerissima vindicta. ¶ † Imperator Orientis Theophilus, *li. 1. iuris Orient. in constit. 3. Theop.* τοὺς περὶ αὐτὸν ἄρχοντας ἔτυπτε, 2 ducem quendam dignitate spoliauit, & exsilio perpetuo damnauit, quod militem strenuum equo, quem sæpe ex bello incolumem extulerat, priuasset, & tanquam suum imperatori donasset, eiusque equi inopia, miles fusis suis postea interiisset: iussitque viduæ militi restitui equum, & bona ei liberisque eius adiecit. In Gallia iudices seculares, puniunt pœnis comprehensis in cõstitutionibus regiis, qui in hanc legem offendunt, non solũ laicos, sed etiam clericos arma vetita deferentes: & hoc licere dicunt ex priuilegio summi pontificis regis Franciæ & eius magistratibus, in casibus, qui priuilegiati dicuntur, *Chassan. ad §. 5. ad verb. s'il n'a grace. nu. 48. & 80. tit. des iustices, in consuetud. Burgund.* Et iure communi pontificio, quanquam de crimine clerici neque ciuiliter neque criminaliter cognoscere possit iudex secularis, ob priuilegium cleri, *c. si clerici, de iud. c. & 2. 11. q. 1. c. 2. de for. comp.* tamẽ si clericus deferat arma militaria, & tertio monitus à suo episcopo ea deponere non obtemperauerit, omne priuilegium amittit clericale, & relinquitur puniendus iudici seculari sine alia exauctoratione seu degradatione, *c. in audientia, & ibi Sicu. de sente. ex comm. gl. in cle. 1. de offi. ord.* Et clericus arma deferens potest capi à iudice seculari, & puniri pœna pecuniaria, non corporali, *l. adarctos, de epis. aud. C. & ibi gl. in ver. vindicetur, & Ioan. Faber.* quia & clericis armorum vsus interdictus, *c. 2. de vita & hon. cler.* Et placuit pluribus interdicta armorũ, quæ ad pacem & tranquillitatem pertinent, ligare clericos etiã, *Didac. q. 33. nu. 7. in prac. & li. 2. resolutio. c. 20.* quod pertinet ad pœnam pecuniariam: si autem de corporali agatur, remittendi erunt ad suos ecclesiasticos iudices, *Ioan. de Pla. in §. item lex Iulia, de publ. iud. ap. Iustin.* Reus legis Iuliæ de vi priuata, tertia parte bonorum multatur, & infamis fit, *Mod. l. si. ad le. Iul. de vi priu. Marti. l. 1. eod. 2. C. ad leg. Iul. de vi publ.* Putat & glossa, *in l. quoniam multa facinora, in ver. relegatione, C. ad leg. Iuli. de vi pub. & in l. 2. eod.* relegationem esse pœnam vis priuatæ.

De Crimine legis Iuliæ Repetundarum, vel de Repetundis.

Cap. 28.

Lib. 48. P. tit. 11.
Lib. 9. C. tit. 27.

1 *Magistratuum integritas exigitur summa, etiam à suspicione mala liena.*
quæ Dona accipere potest magistratus impune, & de lege Iunia & Cilicia eod.
2 *Munera excæcant accipientes.*
3 *Iudices nihil vltra salaria accipere debent.*
Et 4.
5 *Repetundarum crimẽ publicũ est, & eius capita, & pœna. 6. & 7.*
8 *Iudices corrumpentes qua pœna puniuntur, & si corrumpere tentent: & quæ sit pœna horum in Gallia. 9. & 11.*
10 *Iudicij acceleran di caussa, nec dare nec accipere licet iudici.*
12 *Iudicum corruptorum sordibus pœna, & in hos odium Tiberij Claudij, & Alexandri Seueri Cæsarum, & numer. seq. 13. 14. 16. & 17.*
15 *de repetundis lex duodecim tabularum.*
Seruilij Glaucæ. 18.
19 *Officio ne alio modo quam debeat fungatur accipiens, repetundarum tenetur.*

20 Repe-

Digitized by Google

20 *Repetundarum legis alia capita.21.22.& 23.*

1 TAntaſin iis,qui rempublicã adminiſtrant, requiritur integritas & fides,vt nõ ſolum à malo, ſed etiam ab omni mali ſuſpicione alieni eſſe debeant,ęquoq; iudicio,prout vnaquęque res exigit,iudicare debeant:atq; ſummopere requiritur,vt oderint auaritiam,*Exod.c.18.nos de hoc plura li.2.Prælud.opt. Iurisc.ca.* 37.Etenim bonus iudex abſtinere debet à gratia,odio,& pretio, *c.episcopus,§.ſi ergo.11.q.3* nec munera accipiet:exceptis quibuſdã eduliis,quæ vno die conſumi poſſunt,eaque raro,*Plin.Iunior,li.* 4.*epiſt.dum de Iunij Baſſi agit accuſatione.& l ſolent.6.§.fin. de offic. proconſ.& le.P.l.plebiſcito*,18.*de off.præſidũ.P.*Et iure Nouellarum nunquam,niſi non habeat ſtipendia,*§. ſcriptum eſt, vt indic. fine quoquo ſuffra.in aut.col.* 2.Prohibetque lex Iulia repetundarum, quæ vult magiſtratum ab omni ſorde alienũ ne plus doni munerisve in anno accipiat,quam quod ſit centum aureorũ, *l. eadẽ lege.6.§.fin.ad leg.Iul.repet.*Et lege Cincia, quippiã magiſtratibus accipere prohibitum,ait Cicero,*pro lege Manilia.*

2 ¶ †Adſtipulatur & ius pontificium,*c.ſtatutum.11. §. inſuper. de reſcript.in* 6.Munerum acceptatio eſt præuaricatio veritatis,*c.qui recte.11.q.3.c.non licet.eo.c.non ſane.14.q.5.* Et iudex cupidus cito vendit iudicium,*c.pauper.11. q. 3. Et xenia & dona excæcant oculos iudicum: & quaſi murus,in ore auertit correctiones earum. Eccleſ.*20. Excæcant etiam prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum, *Exod.*24. Monent Gratian.Valentinianus,& Theodoſius CCC. *l.3.C.ad le.Iul. repet.* iudices & cognitores omnes, vt à pecuniis atque patrimoniis manus abſtineant, neque alienum iurgium putent eſſe ſuam prædam.

3 ¶ †Iurabant,*l.ſancimus.6. C. eo.* antiquitus iudices, & qui ad prouincias moderandas mittebantur, exceptis ſolis ſalariis, nihil penitus tamen in adminiſtratione poſitos, quam poſt depoſitum officium,pro aliquo præſtito,beneficio tempore adminiſtrationis quam gratuito meruerunt,acceptur us.

4 ¶ †Valerius Maximus, *libr.* 4. *c.* 3. duobus maxime collabi. Rempublicam dixit,Venere, & cupiditate eorum qui præſunt. Vt non immerito Sophoclem collegam in prætura Pericles monuerit,&oculos & manus prętorẽ cõtinentes habere debere, *Cicer.1.offic.Valer.Max.vbi ſup.* Sic Iuſtinianus,*§.oportet.de mand. princ. in auth.coll.3.& nouel.25.de prætore Lycaoniæ, eſt rubr. vi ind. ſine quoq. ſuffra. in auth.* In iuramento adminiſtrationes accipientium adiicit, *Oportet te pure ſumentem adminiſtrationem, & ſine omni ſuffragio, præ omnibus aliis, mundas ſeruare manus Deo, nobiſque, & legibus: & nullum contingere lucrum, neque maius, neque minus, &c.* Iuramentum quoque Heliaſtarum iudicum Athenis, illud inter alia continebat, de quo Demoſthenes,*contra Timocratem,* ἐὰν δ' ὧδε δίξωμαι τὴς ἡλιαίας ἴσης, ἢν αὐτὸς ἐγὼ ἢν ἄλλος ὁμοί, ἢν ἄλλος ἐὰν ὑμῖν, ἢ τίχη ἢν μιχαίη ἡ δημία, id eſt,*Iudicij cauſſa neque dona munerave vlla accipiam, neque in meam rem alius,ſed neque vllum ante frandeve aliqua, quicquam accepere patiar,ſciens dolo malo* ἀγχοτα c. Pariter magiſtratus Athenienſium, idipſum iurabant ſe non facturos, & ſi ſecus facerent, ſtatuam auream pœnæ nomine Delphis erecturos, teſte Iulio Polluce, *libr.8.Onoma.* & Plutarcho, *in Solone.* Excipit tamen lex Iulia repetundarum quaſdam perſonas, à quibus accipere magiſtratibus permittit, quod in his ſuſpicio mali ceſſet, & ſobrinos, & proximiores, & vxorem, *l.1.§. fin. ad le. Iul. repet. in P.* dummodo negotii aliquid non ſit cum iis publici. Nam nec ab iis, ſi de officii cauſſa agatur, accipere licet, *l.lex Iulia.7. eod. P.* Ab aliis autem, ſi officio eius non egeant, & licuit eadem lege accipere vſque ad aureos centum in anno, non amplius, *l. eadem lege.6.eod.P.*

5 ¶ †Iuriſconſulti huic legi repugnantem noluerunt impunitum eſſe,& crimen hoc publicum eſſe voluerunt repetundarum pecuniarum, *l. ſi. ad le. Iul. repetun. C.* Hoc multa habet capita pertinentia ad pecunias, quas quis in magiſtratu, poteſtate,curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, miniſterioue publiço acceperit,*l.1.ad le.Iul. repet. C.* vt quæ muneris ſunt omittat,vel non facienda committat & faciat. Item comites earum perſonarum,ſi id perſuaſerint, vel quid ob id acceperint, eodem crimine tenentur,*Marc.in l.1.& l.comites.5.eod. P.* & pro eis ij quorum ſunt comites & domeſtici,*d.l.1.eod C.*

6 ¶ †L. Piſo Tribunus plebis legem primus de pecuniis repetundis Cenſorino & Manlio Coſſ. tulit, vt ſcribit Cicero, *in Bruto, ſeu de claris orator.* quam Iulius Cæſar collapſam videtur releuaſſe. Pœna hinc duplex, numaria & criminalis: numaria reſtitutio in integrum, *l.1.& ſi.C. ad leg. Iul. repet.* quæ & in hæredes intra annum competit, *l.2. & l. pen.eod.P.* lite conteſtata, non autem ſine conteſtatione, *l. Iulianus*,16. *de iudi.in P.l.vni. ex delict.def. in quant.hered.tene.C.l.lex Iulia.7. §. hodie ad leg. Iul. repet.P.* Criminalis extra ordinem imponitur, pro modo effectus ſubſequuti, vt latius in exemplis ſubiiciemus: primum tamen ſatisfaciendum læſis eius rei cauſſa, *§.ſi quis autem, de adminiſtrat.in auth.coll.7.tit.6.l.ſi.de pœ.iudi.qui ma.iud. C.l.placet. 9.de excuſ.muner.lib.*10.*C.l. peræquato res. 6. de cenſibus. libr.*11. *C. tit* 58. Hac ergo tenetur primum is, qui cum aliquam poteſtatem haberet, pecuniam ob iudicandum, vel non iudicandum decernendumve acceperit, *Marc.l.3.ad leg.Iul.de repet.P.& l.lex Iulia.* 7.*eo.* Qua pœna autem puniatur, docet factum quod inde ſecutum erit. Nam qui vt innocentem damnarent morte pecuniam acceperint,& ipſi capite puniuntur,vel deportatione. Idem ſi pecuniam non acceperint, ſed iracundia quem non debebant condemnarint,*d.l.lex Iulia,§.ſi.vide Boer.q.153.n.9* 10. *&* 11.Iungitur enim hic ſicarii crimen & pœna,*l.1.& 4.ad le.Cor.de ſica.P.* item falſi,*l.1 ad le.Cor.de falſ. P.* Conſtantinus eum, qui pretio, aut gratia perperam iudicauerit,in æſtimationem ſumtus, litisque & infamia condemnandum ſtatuit,*l. ſi.de pœna iudic qui male iudi.C.* Ex nouella Iuſtiniani,*§. ſi quis autem ex litigatoribus. vt litiga.in exor.lit.iur.in auth.coll.9.tit. 5. vnde ſumta auth. nouo iure de pœ.iudi.qui male iudi.* qui accepit,vel promiſſionem ſuſcepit,ſi cauſſa pecuniaria ſit, dati triplum, promiſſi duplum, à comite priuatarum rerum exigi iubetur, dignitate ſeu cingulo amiſſo: Si vero cauſſa criminalis fuerit, confiſcatis omnibus bonis,in exſilium mittitur. Sed & placuit Diocletiano & Maximiano, *l.venales 2.quan.prouoc.non eſt nec.li.7.C.tit.*64.venales ſententias,quę in mercedem à corruptis iudicibus proferuntur, etiam citra prouocationis auxilium, ipſo iure infirmas eſſe: vt quando etiam arbiter compromiſſarius ſententiam dedit per ſordes, aut dolum,aut euidentem gratiam, per exceptionem impeditur exſecutio,& vitatur compromiſſi pœna,*l 3.de arbit.C.Vlp. l. ita demum.46.§.ſi.eo.tit. P.* Sed & iudex, qui in fraudem legis ſententiam dixit,ſi euidens eius arguatur gratia, vel inimicitia, vel etiam ſordes,id eſt,corruptio per pecuniam,litem ſuam facit, vt teneatur ad litis æſtimationem, *Vlp.in l.ſi filiusfam. 15. de iud.P.* Valens & Valentinianus ſtatuerunt, *l.vniuerſi.9. vbi cauſ. fiſ. vel diuinæ dom.&c.li.3. C.tit.* 26. iudices deprædationes facientes & extorquentes à ſubditis,igne & flammis comburendos eſſe. Liberam & iſtius criminis cuilibet tribuunt accuſationem Cæſaris,*l.4.ad le.Iul.repe.C.* Alibi quoque cautum,*l.iudic.*12. *de dignit, lib.*12.*C.*iudices,qui ſe furtis & ſceleribus fuerint maculaſſe conuicti,ablatis codicillorum inſignibus, & honore exutos, inter peſſimos quoque & plebeios habendos. Et primum illi purgãdi ſunt, per quos aliorum culpæ feruntur, *c. qui ſine. &c. iudicet.3.q.7.* Iuſtinianus iudicem in adminiſtratione exiſtentem furti reum,aurum accipientem,confiſcatione & exſilio afficit,& in corpus verbera & ſupplicium iubet inferri,*§. ſi quis autẽ præter hæc.vt iud.fine quoq.ſuffrag.coll.3.tit.* 2. Propter furtum admiſſum in magiſtratu,& placuit quoq; iudicem ſua ſede deiici, alio ſubrogato,& de pœna ad principem negotium referri,*l. ſi quos. 3.de off prætor.Orie.& Illy.C.* Alia pœna à Venuleio recenſetur, *l.eadem lege,6.§.1.ad le.Iul. repet.* eius legis damnatum, nec teſtimoniũ publice dicere,vel iudicem eſſe poſſe, & poſtulare prohiberi:damnatus enim crimine publico,infamis eſt,*l.infamem.de pub.iud.P.* Iulius autẽ Paulus in hæc verba reſpondit,*libr.*5.*recep. ſent.tit.*30 *Iudices pedanei ſi pecunia corrupti dicantur, plerunque à præſide à curia ſubmouentur aut in exſilium mittuntur, aut ad tempus relegantur.Siquidem ſalarium à publico accipientes,ſi quid vltra accipiunt,quam à principe permiſſum eſt, vt calumniatores & conceſſores damnantur,c.militare,*23.*q.*1.*l ſin §.quib.de re milit.C. & tit. ne ope. à collato.exig.C.* Nec debet licere iudicibus vendere iuſtum iudicium,quia licet aduocatis vendere iuſtum patrocinium,*ca.cui licet.*11.*q.*3.*c.non ſane.*14.*q.*5. Iuſtitiam vendere ſimoniacum eſt,*cap. non ſolum,*1.*q.*3.

7 ¶ Plato ſcribit,*li.*34.*Dial.*12.*de legib.* iudicium & iuſtitiam virginem eſſe pudicam: Orpheus quoque,*in hymnis.*& Heſiodus,*in Ergis*,Ideo nulla corruptione pecuniæ, vel gratiæ eſſe tentandam:ſeque ipſam vlciſci,Deus apud Micheam,*c.*3.*c.iudices* 1.*q.*1. inter cauſſas,ob quas Hieroſolymis ruinam minatur,addit,quod principes eius in muneribus iudicarent, & ſacerdotes mercede docerent.

8 ¶ †Proinde illi,qui tentarunt corrumpere hac via iudices,vel corruperunt,pœnis ſubiiciuntur:nam Antoninus Cæſar, *l.* 1. *de pœ.iudic.qui male iud.C.* diſpendio actionis punit eum, qui diffidentia iuſtæ ſententiæ,in pecuniæ,corruptela ſpẽ negotii cuiuſuis poſuerit:& pecuniam eius rei gratia vel aduerſario vel iudici dederit.Et nouo iure,*§.ſi quis autem ex litigatoribus.vt litigato.in exor.lit.iurent.coll.9.tit.5.in aut.nouo iure,de pœn.iudi.qui male iudic.C.* qui dicit ſe dediſſe alicui pecuniã vel promiſiſſe, & perſonam declarauerit,& hoc probauerit, veniam meretur:vertũ litigatorem,qui de hoc ſe defert,ſi non probet,poſtquam perſona,cui datum vel promiſſum dicitur,iurauerit ſe non accepiſſe, nec per ſe nec per aliam perſonam,nec ſibi promiſſum,in ciuili cauſſa æſtimationem ſoluere litis:in criminali,iuſta pœna,bonis confiſcatis,eſſe condemnandum placuit.Martianus, *l. Imperatores,*34.*de iure fiſc.lib.*49.*P.tit.*14. autẽ refert ex reſcripto Veri & Antonini, ſententiam approbatam,qua is, qui omiſſa defenſione redimere voluerat ſententiam,& delatorem corrũpere, cõdemnatus erat inferre fiſco debere quingentos ſolidos:quia hic redẽtor delatoris pro confeſſo habeatur quod pertinet ad fiſci pœnam,vt ait Vlpian.*l.eius qui delatorem.*29.*l. Arrianus.*42. *& l.* 4.*de iure fiſc.n P.*Et idem Vlpianus reſpondit,*l.*2.*& 3 de condict, ob turp.cau.li.*12.*P.tit.*5.crimen contrahi,ſi quis det,vt ſecundum ſe in bona cauſſa iudex iudicaret: iudicem enim corrũpere videtur,& ideo litem debet pẽdere,Quamuis in ea bona cauſſa olim condiceretur pecunia, in mala minime: hodie autem non

Digitized by Google

condicitur, sed parti aduersæ, vel fisco datur, *Boer. hoc late disputat, in decis. 153. num. 23. & seq. vide.*

9 ¶† Iure pontificio, pro sententia proferenda dare vel accipere, simoniacũ est, *c. vendentes. 1. q. 3.* Nec iustum, inquit Socrates, *Plat. in apolog. Socra. siue libr. 27.* mihi videtur esse, iudicem precari, vel precando absolui, sed docere atque suadere: non enim ad hoc suadet iudex, vt per gratiam concedat, sed vt iudicet. Atque id iureiurando promisit, non per gratiam cuicunque libuerit condonare, sed iudicare secundum leges. Et rursum Plato scribit, *in Critone*, iniustum esse & malum, pecunias largiri iudicibus à carceribus vinctis, vt inde etiam iuste educantur, quanto magis, si iniuste? Benigne enim oportet exspectare vel mortem, vel quoduis aliud supplicium.

10 ¶† Hodie etiam licitum non esse iudici dare, vt acceleret iudicium, glossa tradit, Bartol. Bald. Salycet. Albericus, *glo. & prad. interp. in l. 2. §. fi. de condict. ob turp. caus.* Boerius, *q. 153. numer. 1. 2. 3.* nam hoc ad officium eius pertinet, *l. properandum. C. de iud.* turpiterque acciperet, quia gratis præstare teneatur, *l. fi. de cond. ob turp. cau. in P. & C.*

11 ¶† Quod itaque præsidi vel alio iudici datum erit contra legem repetundarum, vsucapi nõ poterit, cum hic titulus pro donato non admittitur: imo & locationes, emtionesve, pluris minorisve factas ea ratione, irritas facit lex, vt vtriusque casus auctor Paulus, *in l. quod contra. 8. ad leg. Iul. repet. l. bonæ fidei. 48. de acqu. rer. dom. lib. 41. P. tit. 1.*

12 ¶† Sed timeo ne mentiar, dum dico hodie quoq; prohibitum esse & seruari, ne xenia accipiãt iudices, non munera: vereor enim ne mihi illud Catonis dictum, *de originib. Crinit. libr. 3. c. 113. Gel. li. 11. c. 18.* obiiciatur, fures priuatorum furtorum, in neruo ac compedibus ætatẽ agere: fures publicos in auro & purpura. Verũ hoc ex incuria superiorum, si qui tales sint, & quod manus manum fricat. Prohibuerũt tamen reges, vt Philippus Pulcer, in primis constitutionibus, *art. 13.* Item & Carolus septimus in primis, *arti. 118. 119. & 120.* qui & statuit iudices largitione corrumpentes & qui accipiunt, cingulo & sede deiici, & pœna exẽplari puniri, & litigantes, qui largiti sunt, vel promiserunt, iure suo cadere, & mulcta arbitraria puniri: proxenetisque, procuratoribus, aduocatis, pragmaticis officio interdici, eosque mulctari. Idem sancit Carolus octauus, *art. 20.* Relcuata tamen pœna iis, qui seipsos ea de re iudicibus detulerint.

13 ¶† Tiberius Cæsar Pub. Suillium quæstorem quondam Germanici, conuictum ob rem iudicandam pecuniam accepisse, amouendum in insulam censuit, tanta contentione animi, vt & iureiurando obstringeret, è republica id esse, teste Tacito, *li. 4. Annalium.* Et Trebellius Pollio, *in Claudio*, Claudium, fures iudices palam aperteque damnasse testatur: stultis autem, quasi negligeret, indulsisse. Porro Alexander Seuerus C. si quando furem iudicem vidisset, vt narrat Enclopius eius familiaris, teste Lampridio, *in Alc. Seuero.* paratum habebat digitum, vt illi oculos erueret: oderatque perquam maxime huiusmodi, vt si quando furti suspectos videret, commotione animi, stomachi c holeram euomeret.

14 ¶† Cambyses, *Herod. in 5. Val. Max. in 6. c. 3. Ammi. Mar. li. 23.* rex Persarum, Sisamnem vnũ ex iudicibus regiis, quod iniuste ob pecuniam iudicasset, interemit, & interemto detractum corium in lora concidit, quibus tribunal, in quo ille sedens iudicaret, intendit: ibique eius filium Ottanem sedere iudicem præcepit, atque in memoria habere, in quo tribunali iudicaret.

15 ¶† Meminit Aulus Gellius, *lib. 20. noct. c. 1.* legis duodecim tabularum, qua cautum erat, *Iudicem arbitrumve iure datum, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse conuictus fuisset, capite puniri.* Iulius Cæsar repetundarum conuictos ordine mouit, *Sueto. in Iulio, c. 43.*

16 ¶† Et quando Marius Priscus, *Plin. Nepos, lib. 2. epistο.* accusatus fuit ab Afris lege Iulia repetundarum, quibus pro consule præfuerat, placuit Senatui septuaginta millia, quæ acceperat Marius, ærario inferenda. Mario autem vrbe & Italia interdictum. De Hostilio Firminio legato Marii, placuit quoque, quod ei ad turpissima ministeria operam suam accommodauerat, ne in sortitione prouinciæ, eius ratio haberetur.

17 ¶† Cornelius Gallus, vt auctor Ammianus Marcellinus, *lib. 17.* Octauiano res tenente Romanas, procurator Ægypti, exhausit ciuitatem plurimis interceptis, reuersusque cum furtorum arcesseretur, & depopulatæ prouinciæ, metu nobilitatis acriter indignatæ, cui negotium spectãdum dederat Imperator, stricto incubuit ferro: metu certe pœnæ capitalis, quam inde se subiturum putabat.

18 ¶† C. Seruilius Glaucia legem Romæ tulit, qua Latinis ius erat ciuitatis assequendæ, in locum eius, quem accusando damnassent repetundarum, *Docet Asconius, pro Scauro, Meminit Cice. pro Balb.*

19 ¶† Vult etiam lex Iulia repetundarum, eum reum esse eius etiã, qui accepit, quo magis minusve ex officio suo faceret, *Venule. l. 4. ad leg. Iuli. repet. P.* Damnatus à populo Athenienſi quinquaginta talentis Demosthenes orator, quod cum dixisset Harpalum ex Asia ab Alexandro profugum, postea ab Harpalo calice & viginti talentis delinitur, destitisset à cœpto, vt ait Dinarchus contra Demosthenem, Plutarchus, *in vit. Demosth.* Iustinus, *li. 13.* & Athenæus, *li. 6. c. 5.*

¶† Ea ratione qui ob accusandum vel non accusandum acci- 20
piunt, lege repetundarum tenẽtur, *l. eadem lege. 6. §. lege Iulia. ad leg. Iul. repet.* Et si in innocentium accusationem coierint aliqui, *l. 2. de concussionib. li. 47. P. ti. 13.* qui ob denuntiandum vel nõ denuntiandum testimonium pecuniam acceperint, vel ob militem legendum mittendumve: ob sententiã in senatu consiliove publico dicendam, *d. l. eadem lege, in prin. & §. lege Iulia.*

¶† Aliud caput legis Iuliæ repetundarum ab Vlpiano nota- 21
tur, *l. meminisse oportebit. 10. §. 1. de offi. proconſ. li. 1. P. tit. 16.* si procon sul ante se de prouincia dimittat legatum suum. Aliud caput, ne senatores nauem maritimam habeant, *l. 3. de vacat. muner. li. 50. P. tit. 5.* ¶† Et nauem ædificare vel habere in ea prouincia, quam 22
quis administrat, prohibetur præsidi, *l. asserturi. 46. §. 1. de iur. fisci. lib. 49. P. ti. 14.* nec aliud quicquam ibi emere. Lege repetundarum damnatos apud Græcos etiam legimus, teste Xenophonte, *li. 5. de Cyri minoris expedit. circa finem.* In reddenda ratione præteriti temporis, prætores Philesium, & Xanticlem, quod è Gallectica pecunia, quam seruandam acceperant, minas viginti suppillassent, & tantundem reddidisse iudicio.

De Ambitu.

Cap. 29.

Lib. 48. P. tit. 14. Lib. 9. C. tit. 26.

1 *Ambitus crimen proximum crimini repetundarum, est crimen publicum.*
2 *Dignitates & magistratus desiderari vel ambiri non debent.*
3 *Magistratuum venditio ex ambitione potentium. Et quando Roman. populo & cur ademta potestas magistratuum creandorum sacerdotiorumque concedendi. Et de lege Iulia de ambitu, & quando lata.*
4 *Seditiones ob comitia magistratuum.*
5 *Ambitus leges vnde dictæ, à quibus latæ, & pœnæ earum. 7. & 9.*
6 *Magistratus non petentibus, sed nolentibus concedi debet.*
7 *Ambitus qui tenetur, & 8.*
9 & 10. *pro Magistratibus obtinendis largiri quid prohibitum.*
11 *Sportulæ iudicum nimium graues.*
12 *Ambitus lex in sacerdotio locum habet.*
13 *Ambitus lex quomodo dicatur cessare in curia principis vel prælati.*
Magistratuum officia cur vendi non debeant. eod.
14 *Honoris causſa pollicitationem valere, quomodo intelligendum sit & num Simoniacus sit, qui pro officiis regiis dat pecuniam. eo. Et 15. 16. 17.*
18 *Iurisdictio non est inter patrimonialia vendibilia.*
19 *Magistratuum officia mercantes indigni officio.*
20 *Vendi officia iustitiæ prohibent constitutiones regiæ Galliæ.*
21 *Vectigalia instituisse noua ad legem de ambitu pertinet.*
22 *Ambitus legis alia capita. 23. & seq.*
24 *Magistratum depositum repetere quando, & intra quot annos liceat.*
25 *Ambitus quæ pœna. & seq.*
27 *Delatores reorum ambitus impunitatem delictorum consequebantur.*

PRoxima †est tractationi legis Iuliæ repetundarum, lex Iulia de ambitu: Nam qui ambit illicita cupiditate magistratus, & 1
potestatem, vix est vt is postea non nundinetur illicite, & mercaturam non exerceat fœdissimam eiusdem. Inter publica iudicia annumeratur hoc crimen, *in l. 2. de publi. iud. lib. 48. P. tit. 1.* potissimum si scelera alia quædam, vis puta publica, accedant: nam, vt ait Iuuenalis, *Sat. 14.*

Peregrina ignotaque nobis
Ad scelus atque nefas quodcunque est purpura ducit.

¶† Et proinde dignitas desiderari nõ debet, potissimum spiritua- 2
lis: & qui eã appetit, eo ipso indignus ea iudicãdus & repellendus, *c. sicut is qui, 1. q. 6.* nam & à merentibus peti non debent, sed potius illis offerri: nec ciuilis scientia vllo pretio numario venit æstimanda, *l. 1. §. proinde, de var. & extraord. cogn. P. l. fi. de crimi.* Et qui iurisdictionis ordinariæ potestatẽ habet, nõ aliorũ, sed suo beneficio habere dicitur, *l. more maiorum, de iurisd. om. iudi. in P.* suo autem beneficio non habet, qui pecunia data consequitur. ¶† *Ambitus*, inquit Cicero, *3. epist. famil. omnium epist. 39.* 3
ita apertum vim habet, vt aut accusetur improbe, aut defendatur: quis enim facta & non facta largitio ignorari potest? Ambitio enim honoris non parcit pecuniæ vt suffragia demereatur immeritus, vt Claudianus admonet, *in 3. Hono, consula.*

Trudis auaritiam, cuius sauissima nutrix
Ambitio, quæ vestibus, foribusque potentum
Excubat, & pretiis commercia petit Honorum.

Proinde meminit Suetonius, *in Iulio. c. 13.* Iulium Cæsarẽ depo-

sita

sita præturæ spe, pontificatum petiisse & obtinuisse, non sine profusissima largitione, & ætate & dignitate antecedentes superasse. Vnde & is postea, *Idem eo.c.41.* cognoscens experientia, quantum ex ambitu & suffragiis, lucri populo accederet, comitia cum eo partitus est, vt exceptis consulatus competitoribus, de cetero numero candidatorum parte dimidia, quos populus vellet pronuntiarentur: pro altera parte, quos ipse dedisset. Et tandem lege à se lata & sui nominis Iulia, de ambitu, ob abusum, populo ius per suffragia eligendi magistratus, & sacerdotes ademit, & in se transtulit, teste Modestino, *l.1.ad leg.Iul. de ambi.in P.* tum vt dignos præficeret, & nundinationibus viam obstrueret, tum etiam, vt seditiones, quæ inde nascebantur, sedaret.

4 ¶† Cum enim comitiis crearentur & suffragiis magistratus, populus seu plebs vix aut raro cum suffragiis patritiorum conueniebat, illis diuersos postulantibus: nam plebs infestos patritiis, patritij aduersus plebeios petebant candidatos. Veluti accidit, cum à patritiis filius Appij Claudij arrogans, candidatus cum seditione à plebe repulsam passus est, pro qua componenda oportuerit creari à senatu interregem A. Sempronium Atratinum, abrogatis omnibus magistratibus, qui pro tutu nouos consules creauit, vt narrat Dionysius Halicarnass. *li.8.* Qui ob eandem caussam inter eosdem, parem seditionem anno sequenti postea ortam scribit, *Idem, li.9.* Et Tyberius Gracchus cum sociis occisus à Scipione Nasica, non ob legem Agrariam, vt quidam putant, sed quod vi ambiret magistratum, *vt liquet ex Appia.li.1.Bellor.ciuil.* Miserrima honorum ambitio, *Cic.1.offi.* & vbi honos publice non est, ibi gloriæ cupiditas, nec ambitio esse potest, *Cic.ora.16.ad populum contra Rullum de lege Agraria.*

5 ¶† Lex de ambitu dicta est, quæ de re, quæ ad ambitum seu circuitionem populi, cuius erant suffragia, seu ius electionis in comitiis magistratuum, *Gellius li.13.c.14.* quem candidati qui petebant eo die, palam rogabant, vestibus candidis, super nudum aliquando tantum, in symbolum innocentiæ & humilitatis, induti, vt auctor Plutarchus, *in vita Cæsol.* Cicero, *pro Plancio.* Blondus, *li.3.Triumph.Roma.* Varro, *qui populum candidatum circumit, ambit, qui aliter facit ex ambitu causam dicit.* Suffragia populi nisi comitiis rogari non possunt, vt notat Nicol. Gruch. *li.1. de comitiis Roma.c.6.* Quomodo petebant candidati Magistratus, explicat late Cicero, *pro Plancio.* & petendi ordinem ad Q. Fratrem, de petitione consulatus, & Plutarchus, *in vita L. Pauli.* vide & Nicolaum Gruchium, *d.li.1.de comit.*

6 ¶† Apud Lacedæmonas quidem Senatorum creatio per suffragia fit, verum ipsum qui eligendus sit petere, non recte se habet: oportet enim & volentem & nolentem ad magistratum assumere, si dignus sit eo, vt ait Aristoteles, *lib. 2. Polit.* Nemo enim magistratum petet, nisi honoris sit affectator, atque tũc pleraque eorum, quæ plerunque homines iniuste faciunt, per ambitionem & auaritiam committuntur.

7 ¶† Hęc lex Iulia de ambitu ante Augustum viguit, & consulatu Ciceronis lata, *pro Murena Cic.* Octauianus legem quoque tulit teste Dione Cass. *li.45.* anno ab vrbe condita 736. vt qui largitionibus factis magistratum aliquem ambisset, ab eo in quinquennium arceretur. In eam legem incidit, qui illicitis artibus populi fauorem, vel eorum, qui eligendi ad magistratus officia vel sacerdotia potestatem habent, suffragia aucupantur. Modestinus in l.1. ad leg. Iul. de ambitu. P. non tradit quidem quid quid cõtineret illa lex plene, vnde aliunde nobis expi scanda interpretatio.

8 ¶† Constitutio, non licuisse impune largitiones exercere in eos, qui suffragij ius habebant, in magistratibus decernendis, vel sacerdotiis locum habuit. Ceterum in magistratibus, distingue inter tempora, quibus populo suffragia erant, & ea, quibus potestas ad principes delata est. Cum penes populum ius esset, perpetuo obtinuit lex de suffragiis non corrumpendis, & iudicium de ambitu habitũ est. Ita *Quintus Coponius*, inquit Plinius, *li.33.c.12. ambitus damnatus est, quod vini amphoram ei domo deceraat, cuius suffragij latio erat.* Et Plutarch. *in vita Cato. Vticens.* signum est, munus pecunia paratum, cum omnes tabellæ, scilicet suffragiorum, vna manu scriptæ inueniuntur: ob quod M. Faonius in ædilitate passus primum repulsam.

9 ¶† Refert Dio Cass. *li. 36.* tempore expeditionis Pompeianæ contra Pyratas, legem de ambitu latam à consulibus, vt qui eius conuicti essent, iis neque magistratum gerere, neque cum senatoribus esse liceret: sed pecuniaria iis mulcta insuper irrogaretur. Curauitque melior ætas aliquando, tollendæ ambitionis caussa L. Pinnario Mamerco, L. Furio Medullino, Spurio Posthumio Albo, tribunis militum patritiis cum consulari dignitate, Tribunos legem promulgare, ne cui vestimentum album addere petitionis caussa liceret: in qua re patribus obstitit plebs, vsque ad seditionem, sed vicit lex, vt narrat Liuius *lib. 4. Decad.1.* Atque largitiones variis legibus in plebem vetitæ fuerunt, vt lege C. Petilij Tribuni plebis, quæ dantes huiusmodi & accipientes graui damno & pœna mulctauit: vt lex muneralis Cintij, Calphurnij, Pauli Æmilij Consulis, Licinia, Ebutia, cum ea quæ Pompeij Magni, *Vide Alexand. ab Alex. li.3. Genial. Dier.*

10 ¶† Inhibitum est iudicibus seu magistratibus quippiam pro obtinenda dignitate vel potestate dare, *§.1.& §.illud.& to.tit. vt inud.sine quoqu. suffra.in auth.* Voluerunt que Cæsares Theodosius & Valentinianus, *l.fi.ad l.Iul.repetun.* C. ad regendas prouincias homines accedere, qui ad honoris insignia, non ambitione vel pretio, sed testimonio probatæ vitæ promoueri, iurareque eos pro administrationibus sortiendis, neque dedisse quippiã, neque daturos postmodum fore, siue per se, siue per interpositam personam. Illud & repetitum à Iustiniano, *§.1.titul. insinuand.quod præst.ab ijs qui administ.accip. &c. in auth.* Alexander Seuerus Imperator, *Lamprid. in eius vita.* nunquam honorem iuris & gladij vendidit: dicens, *Necesse est, vt qui emit & vendat, & ego non patiar mercatores protestatum, quos si patiar, damnare non possum: erubesco enim punire eum hominem, qui emit & vendit.*

11 ¶† Hinc forsan in nostra Gallia, relinquuntur impunitæ aliquando tot illi citæ exactiones iudicum, quæ superant legitimũ sæpe valorem rerum controuersarum, quas vocant *Espices*, ad lubitum extortæ, vt miserandum sit, potius laniari à iudicibus quibusdam afflictos, quàm releuari. Qui enim vincunt, & suum iudicio consequuntur, illud ipsum sine remedio apud iudicem, sine spe redhibitionis relinquunt, sportularum vel sumtuum nomine: cum tamen iudex vendere non debeat iustum iudicium, etsi aduocatus vendat iustum patrocinium, *c.non debet, li. q.3.* Neque princeps legem statuit, inquiunt quidam, vendidit namque magistratus & illis, qui pecuniis iam traditis nunc tẽtendunt & de damno euitando, & de lucro captando, non de titulo, vt iudices sine quoquo suffragio iudicent. Et cum mercatores sint, æquum illis iudicibus videtur, si vendant. Nec enim putant maiorem esse religionem in emendo, quam in vendendo: hæc enim reciproca sunt. Et magistratus dum sumtus quærit, prædo grassatur, *c.militare, 23.q.1.* & ita iudicia peruertuntur, *cap.2.ne prela.vic.suas ap.Greg.* Et ideo Aristoteles monuit, *§.Polit.c.8.* cauendum esse in repub. ne lucrum ex magistratibus proueniat. Voluerunt quidem Christianissimi nostri principes, & id constitutionibus frequentibus repetunt, vt subditi ab omni iudicum & harpyiarum oppressione tuti sint, verum id assequi perpetuo non possunt, eum illi qui rempublicam eorũ nomine moderantur, fucum malefactis obiiciunt sportularum. Nescio etiam, num magistratuum immensus numerus alendum sit magnis sumtibus. Sed horum omnium iudicium iis, qui clauum teneat, relinquam, In summa autem Iustinianus, omnium malorum occasionem vnam, accipere suffragium à iudicibus, dicit, totiusque nequitiæ principium & terminum, quæ accurate & verissime persequitur per exempla in §. an certe non omnibus manifestum est, tit. vt iudi. sine quoquo suffrag. Constit. Nouella 8. Vbi digna optimo principe ponuntur.

12 ¶† In sacerdotiis obtinendis etiam ambitum locum habere & puniendum, placet Modest. *l.1.ad leg.Iul.de ambi.in P. Nemo*, inquit Leo Cæsar, *l.si quemquam.29.de episc.& cler.* C. *gradum sacerdotij, pretij venalitate mercetur: quantum quisque mereatur, non quantum dare sufficiat, æstimetur, &c.* Idem sanciuit Iustinianus, *§. sed neque clericum.§.sed neque xenodochiũ, de sanctiss. episco.in nouell.* Firmiusque decretum sacris canonibus, ex sententia sacræ paginæ: quibus pro spirituali administratione, vel ordine, vel magistratu ecclesiastico quippiam accipere, simonia dicitur, *cap.nõ satis de simon.c.quos constiterit, ca.sunt nonnulli.c. si presbyter. c.quicquid.c.soluatur.1.q.1.* & seueriissime vindicatur, *c.si quis neque. ca. presbyter.c.quicunque.c.qui studet.c.si quis episcopus.cum §. seq. ca.1. q.1.& tot.tit.de simonia.* Prohibetur & prælatis, vices suas seu vicariatus, vel officialatus, vel si quod aliud ius dicendi sit officium, annuo censu, id est, mercede accepta, concedere, *c.1. & 2. ne prela.vic.suas.*

13 ¶† Nec est quod principes seculares, si qui sint qui nundinentur iurisdictiones seculares vel spirituales, dicant cessare legem Iuliam de ambitu in eorum curiis, *l.1.ad l.Iul.de ambi.* & ideo cessare prohibitionem mercaturæ. Nam verum quidem est legem de ambitu cessare, quia populus non est princeps, vt illum ambire oporteat: Ceterum non cessat caussa prohibitionis, eademque lex, ne princeps largitione corrumpatur in suffragio, ne spe lucri indigni iuuenes imberbes, imperiti admittentur. Nesciunt enim quid faciunt, cum pecunias tantum, non personas probant. Siquidem principis persona ipsa, iudicium populo debet: sic enim dicebat ad Samuelem populus, *1.Reg.c.8. Ioseph. 6.Antiq.c.3.& 4.* petendo regem, *Constitue nobis qui iudicet nos, quemadmodum apud exteras nationes.* Adhuc & vestigia exstant, quod princeps sit proprius iudex, pupillorum, viduarum, & oppressorum, *l.1.quam.Imperant.pup.& vid.C.* Sic cœpit monarchia Medorum à iudice Deioce Phraotis filio, cui propter probitatem iudiciorum se commisit populus, vt auctor Herodotus, *in 1.* Sic Mossyneorum rex, dicitur ab Apollonio Rhodio, *li.2.Argonautic.* in altissima domo sedere, & æqua mulcis populis dictare, ea lege, vt si male iudicauerit, ea die fame macerent. Gentiliumque historiæ fere omnes reges, principes & monarchas per seipsos iudicasse narrant, eorum aliquos commemorat Athenæus, *li.12.Dipn.c.3.4.15.18.* sed ad leuandum onus, prudentissimos quosque sibi delegisse, quibus id munus partirentur, vt,

alias Moses fecit, *Exod. c. 19.* Dicti & inde pars corporis principis, *l. quisquis, Cod. ad leg. Iul. maiest.* Proinde magnam sibi iniuriam princeps, qui non virtute deligit sibi membra, sed licitatione iudices sortitur. Quod si probi sunt, quos præficit, videtur adhuc quædam versari legis nota in eo, quod accipit pecunias, vt concedat, quod gratis facere tenetur, *l. final. de conuict. ob turp. caus. in* P. *&* C. Et maximam vim inferre sibi videtur, cum populo, cui iura debet, sæpe mercatores larua quadã togata vestitos præficit, qui non solum pecus tondent, sed deglubunt.

14 ¶ † Nec ad rem facit, ob honorem consequendum, pollicitationem esse in iure validam, *l. 1. §. 1. & l. toties. 6. de pollicit.* Nam hoc verum est, quando ei qui consequitur, datur, vt consequatur: vel quando qui consequitur vel consecutus est, beneficio animo offert, vel largitur. Nam & sine pacto, pro re spirituali, sine simoniæ metu, munus potest accipi, *cap. quicquid. 1. quæst. 1. c. & si quæstiones de simo. apud Greg.* at dissimilis hypothesis ab ea, qua nisi tantum dederis, non habebis codicillos insulares.

15 ¶ † Nec ignoro etiam, quod senserint diuersum quodammodo Innocentius, Hostiensis, Panormitan. *ca. 1. ne prælat. vic. suas.* non committi iniquam simoniam in venditione seu finantia vel sordibus officiorum temporalium, nisi in ecclesiasticis, quæ ob id, quod spiritualibus sacris innexa sunt, simoniam, vt inquiunt, recipiunt. Et scio Geminianum voluisse, *in capitu. pro humani. de homic. in 6.* non esse simoniacum qui mercatur officia hæc, si dat publice pro officio, non secrete, & si qui dat, cupiat prodesse, & si sit idoneus. Ceterum, istam distinctionem non possum admittere, cum in vtroque temporali & ecclesiastico iudicis ministerio, agatur de iustitia exercenda, quæ de cœlo prospexit, *Psalm. 84.* In qua monuit Iosaphat iudices optime, vt quid agerent, viderent: quia non hominum, sed Dei exercerent iudicium, *2. Paral. cap. 19.* Et Moses, *Deuter. c. 1. Non accipietis personam in iudicio, quia iudicium Dei est.* Vocat & Iustinianus, *§. 1. de iust. & iure.* Iurisprudentiam, diuinarum & humanarum rerum notitiam. Vlpianus Iurisperitos sacerdotes, *l. 1. eod.* ab ea.

16 ¶ † Scio etiam nunc, & per pecuniam, quam vocant *finance*, dari magistratus, & ærarium inde conflari, vt videtur pluribus, pingue us: sed non disputo quid fiat, nam & alias itidem ab Hippia factum apud Athenienses scio, *Arist. 2. Oeconom.* sed quæro quid iustum est fieri. Et vereor, ne ea parte, qua putant ærariũ principis intumescere, lapsus sit totius reipublicæ Gallicanæ status. Pecuniam in loco negligere, summa est prudentia. Vbi enim ingressi sunt numati tribunalia, & vbi ij, qui norunt numi lucrũ & negotiationem, admissi sunt, statim diffugit, mentiar vtinam, iudicij integritas.

17 ¶ † Et male audiuit Dolabella, quod censuit spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum, pecunia eorum, qui Quæsturam adipiscerentur. *Apud maiores*, inquit Cornel. Tacitus, *lib. 11. Annal. virtutis id præmium fuerat, cunctisque cuiusque ciuium, si bonis artibus fiderent, licitum petere magistratus: ac ne eas quidem distinguebatur, quin prima iuuenta consulatum ac dictaturas iniret. Et quæstura ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium, scilicet consulum gratuito concedebatur, donec sententia Dolabellæ veluti venundaretur.* Aurea certe Iustiniani sententia de hoc fiscali cõpendio, in hæc verba, *§. consideranimus, vt iud. sine quoq. suffra. in auth. Consideranimus enim, quia licet quæstus immodicum imminuitur imperio*, videlicet remittendo suffragia pro officiis, *attamen nostris subiectis incrementum maximum percipientibus, si indemnes à iudicibus conseruentur, & fiscus & imperium abundabit, vtens subiectis locupletibus, & vno hoc introducto ordine, vt suffragia non dent, plurima rerum & innumerata erit vbertas.*

18 ¶ † Nec concedo quidem in patrimonio vendibili esse principis iurisdictionum distributionem: quia quæ iure naturæ, vel gentium, vel ciuili, & multo magis diuino commercio hominũ eximuntur, vendi non possunt, *l. si emtione. §. omnium, de contrah. emti. in* P. *l. inter stipulantem, §. sacram. de verb. oblig.* quales sacræ res. Sacra res autem iustitia, vnde vt dixi, nos, qui iura iustitiæ tractamus merito sacerdotes dicti sumus, *l. 1. de iust. & iure.* Et officium iudicis, & fides, religio dicitur, *l. 1. si ex falsi. alleg. excus. sit tutor.* Et iurisdictio spiritualis est, *ca. ex multis. ca. non solum. c. pendentes. 1. qu. 3.* Iustitiamque late Dei munus de cœlo ortam, *Psal. 84.* ostendimus in primo libro Optimi Iurisconsulti. sine qua nec iudex vere est, *c. iustum est bellum. 23. q. 1.* Quamobrem vendi non posse impune ab eo qui iuris & iurisdictionis dandæ potestatem habet, certe mihi recte opinari videor: nam simoniæ labes est, vendere sacra & spiritualia, & dona Dei, *c. 1. 2. & tota 1. q. 1.* Et expresse responsum, iustitiam vendere simoniacum esse, & pro-præmij acceptione seruire, aut gradum in ecclesia Dei pro præmio accipere & emere, *c. vendentes. 1. q. 3.* Videant qui cõrectant ex hoc quæstu pecunias, num sit digna aliqua commutatio numaria vel ambitionis, cum detrimento animæ: ego autem summam rationem & præcipuam duco, vt & Papinianus Iurisc. dixit, *l. sunt personæ. 43. de veli. & sumti. funer. li. 11. P. tit. 7.* quę pro religione facit.

19 ¶ † Vellem & nomothetam, qui in huiusmodi concedendis magistratuum diplomatibus fidem adhibet, animaduertere indignam esse horum impetrantium & negotiatorum in tanto regno mercaturam, & eo ipso quod eo medio se dignos imperio patent, vt suspectos ad negotia domestica, non publica ablegandos. Nemo enim debet assumere sibi honorem, nisi vocatus: tanquam Aaron, *ad Hebræ. 5.* Atque iura ciuilia, quorũ scientiam profitentur, sine mandato domini, prius se rebus alienis gerendis ingerentes & efferentes vt suspectos explodunt, *l. quæ omnia, 25. §. 1. de procurat.* P. Et in vtraque administratione, ecclesiastica & politica temporali prohibetur & improbatur ambitio, *ca. nullus. 1. qu. 1. cap. in scripturis. 8. qu. 1. cle. 1. de regula. cle. fin. de elect. in Clem. c. miramur. 61. dist. l. si quenquam. 29. de episc. & cle.* C. qua isti magistratuũ aucupes & candidati manifeste laborãt.

20 ¶ † Vellem & obseruari hac de re à prudentissimis regibus sanctas leges, primum Caroli V. constitutionem, qui anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octauo prohibuit officia qualiacunque essent, ad exercitium iustitiæ pertinentia, vendi. Idé prohibuit Carolus octauus constitutione anni 1468. art. 68. Atque voluit vt in receptione, seu in adipiscenda officij iudicandi possessione iurarent iudices se eius muneris habendi causſa cuipiam se non largitos, nec promisisse, adiecta pœna, vt si conuicti fuissent id fecisse, vacantia haberentur officia, & impetrari possent à principe. Sed hæc hactenus de hoc capite ambitus. Cui accedit adhuc constitutio Ludouici XII. art. 40.

21 ¶ † Aliud autem caput legis ambitus erat, vectigalia nouã instituisse, *l. 1. ad l. Iul. de amb. in* P. In hanc legem etiam incidit & 22
eius pœnam, qui contra senatusconsulta impetrauerit rescriptũ principis, mulctaturque vltra, tertia sui patrimonij parte, *l. vni. de senatusc. C.*

23 ¶ † Item aliud, *l. 1. ad l. Iul. de ambi.* ingredi reum domum iudicis, scilicet corrumpendi eius causſa. Sic magnatibus & heroibus, tempore, quo causſæ illorum & lites discutiuntur, non licet cum suis iudicibus consedere, vt suspicio corruptionis vitetur, *l. 1. de offi. ciuil. iudic. C.*

24 ¶ † In legem Iuliam de ambitu item incidere Archadius & Honorius. *l. vni. C. ad l. Iul. de amb.* tradunt eum, qui iterato petierit principatum, seu Commentariensis gradum, vel ceteras officia, quibus iam functus sit: cum publicæ disciplinæ semel gesta sufficiant. Legem tulit Q. Fabius Maximus ad ambitionem tollendam, qua intra decem annos eundem consulem refici non liceret, *Luc. Florus. li. 50. epito. Liuij.* Quæ seruata in posterum, & nisi raro infracta, veluti soluta fauore populi, & ob P. Scipionis Æmiliani fauorem, cum is consul intra tempus ereatus est: sicuti ob bella imminentia soluta, *idem li. 56.* quando Scipioni Africano, à repub. & senatu Consulatus delatus est contra legem.

25 ¶ † Et in aliis magistratibus, inter vacationem & repetionem, interdum biennium, interdum quinquennium constitutum est ex lege Gordiani Cæsaris, *in l. 2. de muneribus non contin. lib. 10. C. tit. 41.* exceptis casibus, dũ capaces & idonei intra illa desunt alij, vel nisi necessitas alia vrgeat, *vide gl. in l. vni. ad l. Iul. de ambi. C. & in l. 2. de munerib. non contin. li. 10. C.* Modestinus scribit, *l. 1. ad l. Iul. de ambi.* P. *l. 1. §. fi. de senatusc.* C. pœnam legis Iuliæ de ambitu esse centum aureorum, cum infamia. Et hanc pœnam & legem iudiciariam vocat: vt pœna illa non sit Censoria, quæ citra infamiam erat à Censoribus imposita, nec impediebat quominus quis posset petere magistratus, *Cic. pro Cluentio.* Archadius & Honorius, *l. 1. C. ad l. Iul. de ambi.* rescripserunt, repetentium illicite magistratus, pœnam esse deportationis, ad instar legis Iuliæ de ambitu. Pro cuius interpretatione laborat ibi scholiastes, quid significent illa verba, *ad instar.* Probabilioque videtur sententia, vt si non soluat debitam pœnam centum aureorum, centumax deportetur.

26 ¶ † Cæterum hic annotanda diuersa tempora sunt. Nam lege Calphurnia ambitus damnati, vt ignominia mulctaque damnati, ad magistratum aspirare non potuerant: vt ex Salustio, Asconio Pædiano, & Cicerone, *pro Cluentio, & pro Sylla* constat. M. Tullius Cicero postea de ambitu legem tulit, postquam fuit pœna decem annorum exsilium, quemadmodum legis Iuliæ repetundarum, vt ait Dio, *li. 37. Cic. pro Murena.* Alia lege Imperatorum Valentiniani, Theodosij, & Archadij, *l. final. ad l. Iul. repet.* quadrupli pœna imponitur aduersus dantem iudicem, & accipientem magistratus obtinendi causſa: sed illa antiquior est quã Archadij & Honorij, quæ de deportatione meminit, *l. vni. ad l. Iul. de amb. C.* vt ex historiæ serie apparet.

27 ¶ † Pœna ambitus damnatus si alium eiusdem legis reum cõuicisset, restituebatur in integrum, *l. 1. eod.* P. Quod & Cicero scribit, *pro Cluentio.* pecuniam centum aureorum nõ recepit. Pompeius Magnus quoque iis, qui detulissent ambitionis reos, & qui largitionibus magistratum obtinuissent, pro præmio impunitatem dabat, *Dio Cass. lib. 40.*

De lege Iulia de Annona.

Cap. 30.

Lib. 48. P. tit. 12.

1 *Annona quid, quæ contingat, eius species.*

Digitized by Google

2 *Annonaria legis qui fiunt rei.*
3 *Annonam fraudare, & attentare, emere qui dicantur, & pœna eorum.*
4 *Annona iusto pretio veneat, cura magistratuum.*
5 *Annonaria legis duplex ciuilis & criminalis pœna.*
6 *Annonam carius vendentis pœna, & nemo egenti eidem vendat.*
7 *Frumentum exportare tempore famis, virgis vindicatum.*
8 *Annona transportari non debet, dum ij vbi excrescit egent.*
9 *Annonæ antiquitus apud Romanos qui habuere, & qualem curam.*
10 *Annonæ cura ad magistratus municipales pertinet.*
11 *Carminum vendendarum lex de pretio. & 13.*
12 *Episcopi panibus præpositi.*
14 *Famis & sterilitatis tempore potissimum annonæ debet fieri taxatio.*
15 *Vendi nec emi impune res venales taxatæ non debent.*
16 *Militaris annona quomodo distribuebatur.*
17 *Frumentaria caussa in aliud impune conuerti non potest.*
18 *Frumento commiscens arenam Aquilia tenetur.*

1 ANnona, †dicitur omnis annuus fructus, qui ad victum pertinet, quare ad frumentum, & panem quoque coctum diarium extenditur, *l. 1. de frumen. vrb. Constant. libr. 11. C. titul. 23.* & ad vinum & alia edulia, *in l. 1. & l. iubemus. in 1. de eroga. milit. anno. lib. 12. C. tit. 38.* pensiones, *l. 1. & to. tit. de anno. ciuili. li. 11. C. titul. 24.* salarium victus caussa datum, *§. sic igitur. vt iudic. sine quoquo suffra. fiant, in auth. coll. 2. tit. 2.* Erat annona olim militaris, prouincialis, municipalis, ciuilis sub qua ciuili etiam panifica, *§. hac ergo. de non alie. rebus eccle. coll. 2.* inde & panis ciuilis, *l. fin. §. his ibid. de se. nup. C. & l. fi. §. fi. de iure dot.* Annonæ istæ ciuiles liberalitatis gratia vt plerunque à principibus populo, vt congiaria donabantur, vel certis quibusdam personis, *vide Alcia. li. 8. parer. iur. c. 5.*

2 ††Lege hac de annona tenentur, qui fraudant annonam, *Mar. l. 1. ad leg. Iul. de anno.* qui contra eam fecerint, societatemve coierint, quo annona carior esset: qui nauem annonariam detinuerint, aut nautam dolo malo, *Vlpian. l. 2. eod.* Statuit lex, nullam vim oportere naucleros sustinere, delegatas species annonarias transferentes, *l. 1. de nauicularib. libr. 11. Cod. titul. 1.* imo & iudices, qui patiuntur hos nautas etiam volentes, moram facere in suis territoriis, cum possent nauigare, puniuntur, *l. fin. eo tit.* Et is quoque, qui nauibus frumentariis & annonariis aliquod onus superimposuerit, ex quo celeritas vectionis annonariæ retardetur, coercendus est, *l. vni. ne quid one. publ. impon. lib. 11. C. tit. 4.*

3 ††Annonam quoque fraudare videntur, qui frumenta reseruata, vt in aliquibus respub. fit, ad vsus alios, quam deputentur, impendunt: quia ex inordinata illa distributione caritas oritur, *d. l. de frum. vrb. Constant. d. lib. 11. C. tit. 23.* Item si etiam pecunia annonę cōparandæ destinata minuatur, vel in alios vsus impendatur. Quo casu, & tunc in duplum factum resarcitur, *l. 2. eod.* Annonam attentant etiam & diuexant Dardanarij, & qui coemtas merces supprimunt, qui fructus nolunt vendere, dum minus vberes prouentus exspectant: quorum aliquibus interdum pro modo admissi, vel negotiatione interdicitur, vel interdum relegantur, aut humiliores interdum ad opus publicum dantur, *Vlpian. l. annonam. 6. de extraord. crimin.* P. Onerant & annonam, qui falsa mensura vendunt & distrahunt, quique lege Cornelia de falsis, *d. l. annonam.* tenentur, vt in crimine falsi docuimus. Qui tamen non carius vendendi caussa, sed eo animo annonam conseruant, vt subueniant Reipub. aliquando, si egeat, vel sibi reseruent, non incidunt in hanc legem: non enim quisquam cogitur res suas vendere viliori pretio, *l. 3. ad l. Iul. de ann.* P. *Paulus l. decuriones, 6. de administrat. rer. ad ciui. pertin.* P. *l. non debere. 8. de municip.* P. nec priuatis res suas seruantibus, pretium imponi debet, *l. nullus. de Iude. C. l. non est. rer. amota. in* P. Vt nemo vendere cogendus vel emere, *l. nec emere. de iure delibe. C. l. inuitum, de contrah. emt. l. inuitos. C. de loca.* nisi vrgeret famis necessitas, quo casu coguntur inuiti, *argu. l. vni. vt nemi. lice. in emt. speci. & c. lib. 10. C. titul. 27.* relicto quantum illis sufficiat pro familia. Imo qui hac mente seruat, dignus ea laude, qua Ioseph qui simili prouidentia tempore fertilitatis, collegit in tempus venturæ famis in horrea sufficientem annonam septem annis, in terra Ægypti, *Genes. c. 41.*

4 ¶ †Obseruandum & est, annonæ rationem magistratibus habendam, vt non vili, sed iusto pretio veneat: dum enim vili pretio venditur, sequitur sæpe commerciorum raritas. Quod & arguit Ammianus Marcellinus in Iuliano Cæsare, *22. histor. Nulla,* inquit, *probabili ratione suscepta popularitatis amore vilitali studebat venalium rerum, quæ nonnunquam secus quam conuenit ordinata inopiam gignere solet & famem.*

5 ††Pœna legis annonariæ duplex, & ciuilis seu numaria, & extraordinaria criminalis est. Sic pœna alia, vltra prædictas, legis de annona nummaria est viginti aureorum, *l. 2. ad l. Iul. de anno.* Cresçit & pro modo admissi, vt ex superioribus licet colligere, cum pecuniaria, tum corporalis: veluti si monopolium ineant mercatores, vel propolæ, quo annona carior vel merces: nam iis bonis spoliantur, & perpetuo damnantur exilio, *l. vni. §. si quis de monopo. li. 4. C. tit. 59.*

6 ¶ †Iudicium hac de re extraordinarium, refert de Galba Cæsare Suetonius, *c. 7.* is enim militi cuidam, qui per expeditionē, arctissima annona, residuum cibariorum tritici modium, centū denariis vendidisse arguebatur, vetuit, vbi is indigere cœpisset, à quoquam opem ferri: & ita fame extabuisse.

7 ¶ †Meminit Cicero, *pro Flacco.* Athenis Athenagoram Cynicum virgis fuisse cæsum, quod in fame ausus fuisset triticum exportare. Iure diuino, qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium, *Proverb. cap. 11.*

8 ††Theodoricus Gotthorum rex, Fausto Præposito scribens, *apud Cassio. li. 4. varia. epist. 34.* iubet, vt prius incolis fœcunditas frumentorum propria seruiat, quam peregrinis commerciis studiosa cupiditas exhauriat: neque frumento peregrinas naues prius onerari, ad aliena littora transituras, quam expensæ publicæ ad optatam copiam possint pertinere. Et rursum comiti Silicatariorum & portus curam agenti, scribit, *idem, libr. 2. variar. epistol. 12. Speciem lardi nullatenus iubemus ad peregrina transmitti, sed in vsus nostros propitia diuinitate seruantur, ne quod in nostris partibus conficitur, noxia negligentia deesse videatur.*

9 ¶ † Fuerunt fere olim in singulis ciuitatibus Romani imperij, *de his Volp. Lazi. lib. 2. reip. Ro. cap. fi. vide & l. fi. & ibi Budæ. de mune.* P. præfectus vel curator frumenti venditor, mensor, distributor: sub præfecto annonæ, notarius, allectus triticio, parochus qui præbebat annonam, vtque ait Horatius, *1. Sermo.*

Et parochi, qui debent ligna salemque.

Quos Porphyrio copiarios dictos ait. Et tamen eo nomine Cicero vsus, *13. ad Attic. epist. Artabazanis filius venit, vult opinor regnum aliquod à Cæsare emere. Omnino enim Sestius noster parochiis publicis occupauit, quod quidem facile patior: verumtamen inuito eum per literas, vt apud me diuersetur.* Erat cum parocho & Opinator, qui exigebat annonam, *l. missi. 7. de exact. tributo. li. 10. C. l. opinatoribus. 11. de erogat. mil. anno. li. 12. C. tit. 38.* & Dardanus & Thesserarius. Subinde erat & edulitas circa edulia, vt ædilitas circa ædes. Meminit Lampridius, *in Alexan. Cum edulitatem,* inquit, *populus Romanus ab Alexandro Cæsare peteret, interrogauit per curionem, quam speciem annonæ curam putarent illi continuo exclamauerunt, carnem bubulam, atque porcinam. Tunc ille non quidem edulitatem præposuit, sed iussit ne quis summatam occideret, ne quis lactantem, ne quis vaccam, ne quis damalionem: tantumque intra biennium vel prope annum, porcina carnis fuit & bubula, vt cum ante fuisset octo minutarum libra, ad duas tantum vtriusque carnis libra redigeretur.* Vocabatur & qui præerat iuste detrahendis eduliis, præfectus annonæ. Et de hac præfectura Cornelius Tacitus, *lib. 13. Annal.* meminit, & Lampridius, *in Alex.* Erat & in Sicilia huiusmodi edilitas, de qua meminit Cicero, *2. ad Atticum.* Eademque curabant apud Græcos Agoranomi, quæ apud Latinos ædiles, & pretia rebus vtcunque imponebat venalibus. Innuit vtrumq; Plautus de edictionibus illorum dicens, *in Captiuis.*

Euge edictiones ædilitias hic quidem habet, mirumque vsque adeo est
Nisi hunc fecere sibi Ætoli ædilem anicum.

10 ¶ † Cautio ad magistratus nunc politicos maxime annonæ esse debet, vt iustis pretiis vendantur singula, vt frumenta & ad victū potissimum necessaria quotidianum. Frumētariæ rei in prima republica ædilis Cerealis præerat, sub annona omnia edulia veniebant: sub frumento, triticum, siligo, & auena, & quicquid in aristā se continet, *l. frugem, 77. de verb. sign.* Congiarij vero exhibitio in liquoribus consistebat. Describit distributionem Prudentius, *1. in Symmachum.*

11 ¶ †Statutum ideo, *§. post natale, de pace tenen. in feud.* in vnaquaque ciuitate annonæ res pretio æstimari debere, & vt dicunt taxari, post festum natiuitatis beatissimæ Mariæ. Vlpianus curam omnis carnis, vt iusto pretio vendatur, ad curam præfecturæ pertinere vrbis: & ideo forum suarium sub eius cura esse tradit, *l. 1. §. cura carnis, de offi. præf. vrb.* P. & ceterorum pecorū, quæ ad huiusmodi prohibitionem spectant.

12 ¶ †Archadius quoque Iurisconsultus. *l. fi. §. item episcopi, de munerib. & honorib.* P. meminit de munere episcoporum seu inspectorum, qui præerant pani & ceteris venalibus rebus, scilicet vt iusto pretio venderentur, & legitimę, nec corruptæ vel interpolatæ. Sic Valentinianus & Valens, *l. 1. de episcop. aud. libr. 1. C. tit. 7.* ad prouidentiam episcoporum Christianorum etiam reiiciunt, ne mercatores commodum mercandi excedant, vt iuuent in necessitate constitutos pauperes. Quæ omnia de rebus, quæ venales exponuntur, intellige: nam in aliis non licet pretium rebus priusquam possessis imponere, *l. nullus, de Iude. Cod. gl. in d. §. item episcopi. l. fi. de munerib.*

13 ¶† Ex Alexi poeta in Pileis, meminit Athenæus, *li. 6. Dipnos. cap. 2.* legis Aristonici, de pretio rebus venalibus imposito, his verbis:

Aristonico nullus fuit prudentior
Latore legum post Solonem. Nunc quoque

Digitized by Google

Post ordinata legibus quam plurima,
Rectissime legem nouam tulit aurea:
In posterum ne venditores piscium
Venitant sedentes, vsque stent ad vltimum. Item
Nunc venditor, si piscium quis vendidit
Pretio minore quam petiuit, illico
In carcerem vt ducatur, aquo vti
Pretioque contenti, domum vel putridos
Pisces ferant: si vesperi mittas amos,
Mittatur aut puer, senexve, protinus
Omnes ement ex lege.

Honorius & Theodosius CC. pretium piscibus imposuerunt, vt per vicena pondo piscis primæ qualitatis, solidus ministr aretur, administris piscium principis, *in l. 1. de pretio piscu, lib. 14. C. Theod. tit. 20.*

14 ¶†Annonæ potissimum hæc functio æstimari tempore famis & sterilitatis debet, vt obuiam eatur diuitum tyrannidi. Nam vt ait Theodoricus Gothorum rex, *Cassiod. lib. 4. variar. epistol. 5. Tunc grande commodum est, cum indigentibus pacisci, quando fames solet totum esurientem vt suam necessitatem possit expellere: nam cum ambitioni suæ seruiat propemodum donare videtur, qui vendit rogatus: ad saturatos ire cum mercibus, certamen est.*

15 ¶†Instituit Augusti. ne plebs deuocaretur à negotiis frumentationis caussa, ter in anno quaterniorum mensium tesseras dari, *Sueto. in Augusto.* Atque Archadius & Honorius statuerunt, panem fiscalem atque Ostiensem vno numo distrahi, impositæ pœna etiam illis, qui pro maiori p retio supplicare ausi fuissent, *in l. vni. de pretio panis Ostien. li. 14. C. Theod. tit. 18.* Extat constitutio Iustiniani, *constit. nouell. 122. edictum de formulis artificum.* in hæc verba: πάντες τοίνυν ἐργάται μισθωτοὶ ἢ ἐμποροι, καὶ τῶν ἀφ' ἑνὸς ἑκάστου διατιθέντων μισθωτοὶ ἢ πωλοῦντες· οὐ γὰρ τὴν αὐτὴν λήψει, φησὶ τὸ ῥητὸν, τὴν τῶν τελωνίων τάξιν. *Omnes artifices, aut mercenarius, aut mercator, secundum auctionis formulam operas locato, mercesve vendito: nam si quid amplius ea ceperit, pœnæ triplo subiacet.*

16 ¶†In militari annona fiebat distributio per tesseras, secundũ præscriptum ordinem dierum, bucellati panis, vini, aceti, lardi, veru cinæ carnis, *in l. 1. de erogat. mili. ann. li. 12. C. tit. 38.* Cum tessera enim poterat quis annonã tute petere, & cum ea annonam habere vocabatur, *l. mortuo boue. 50. §. 1. de legat. 2 l. 2. de frumen. Alex. li. 11. C tit. 27.* Aliquando ex priuilegio, septem dierum spatio, quædam aliæ species dabantur pro rebus quotidianis, & loco tesseræ communis, dabatur stellata tessera: & illa distributio dicebatur stellatura. In qua species aliæ dabantur, & constitutũ ne in stellatura fraus militibus fieret, neque res illis maiori pretio æstimarentur, quam vendi possent in foro publico, *l. septem diebus, 12. de erogat. milita. annõ. li. 12. C. l. speciebus, de cohortal. lib. 12. C.* & illa æstimatio adæratio dicta, & annonæ æratiæ. Alexãder Cæsar annonam militum diligenter inspexit, Tribunos, qui de stellaturis militibus aliquid abstuliissent, capitali pœna affecit. *Lamprid. in Alex.* Et Pescennius Imperator, Tribunos duos, quos constitit stellaturas accepisse, lapidibus obrui ab auxiliaribus iussit, *Spar. in Pescennio.* Scio quid alij de stellatura & stellionatu in hac quæstione cõminiscuntur, sed nõ tero tempus in erroribus refellendis, sufficit mihi, si quod verius puto, salua aliorum nota, referam.

17 ¶†Rursum placuit, de frumentaria ratione quippiam in aliũ vsum non posse conuerti ab iis, qui curam eius habent, & conuertum cum suo incremento restituendum. Et hac de caussa etiam contra absentem agi posse, *l. 2. de admi. rer. ad ciuitat. pertinent. li. 50. P. tit. 8.* nempe quod frumentariæ pecuniæ debitor cito cogendus sit, *dict. l. 2. §. frumentaria.* nulla exceptione etiam compensationis admissa, *d. l. 2. §. ad frumenti.*

18 ¶† Alia actio etiam in eum datur, qui frumento arenam, vel aliud quid immiscuit, vt difficilis separatio sit, quasi de corrupto, ex lege Aquilia, *l. si seruus seruum. 27. §. item si quis, ad l. Aquil. in P.*

De Crimine legis Flauiæ de Plagiariis.

Cap. 31.

Lib. 9. C. tit. 20. Lib. 48. P. tit. 15.

1 *Plagij crimina accusatio, publici iudicij, & plagium quid. 2. & 3.*
2 *Plagium qui committere dicantur.*
3 *Plagiariorum pœna, & actiones, 6. 7. 8. & 9.*
6 *Interdictum de Libero homine exhibendo quale.*
Liberum hominem vincere, aut concludere pœnam habet plagij, eod. & seq.
10 *Scortum supprimens lege Flauia de plagiarijs non tenetur.*
11 *Adulterum maritus per 20. horas retinere potest tantum, & latro comprehensus per diem & noctem vnam concludi potest.*
12 *Seruum subtrahens, num mori debeat.*
13 *Scripta vel composita ab alio sibi arrogans, punitur vt plagiarius.*

PLagij† criminis accusatio, publici est iudicii, *l. plagij, 13. ad l. Fab. de plag. C. §. est & inter, de pub. iud. apud Iust.* ¶†Plagiarios non vno loco Accursius, *in l. 1. in ver. de plagio, eod. tit. in P. & in rub. C. de plagiar.* explicat à plagis, veluti à vulneribus & dolore, qui infligitur parentibus & dominis, ex suppressione filiorũ, vel seruorũ, cuius fere omnes sententiam secuti sunt. Arbitror autem rectius, à plagis seu retibus dici. Dicũtur enim quoque retia rariora, plagæ, prima syllaba correpta, ad capiẽdas feras. Hinc tendere plagas apud Ciceronem, 3. *offic.* & Vlpianum quoque, *l. quæsitum 12. §. si in agro, de fund. instrum. li. 32. P. tit. 7.* & incidere in plagas, *Cicer. 2. in Verrem.* Vel plagæ, illi funes secũdum Seruium, *in 4. Æneid. Virg. in vers. Retia rara plagæ, lato venabulo ferro.* quibus retia tenduntur, circa imam & summam partem. Hinc metaphora sumta, arbitror plagium dici & plagiarios venationem & venatores hominum, qui veluti feras retibus, ergastulis capiunt, & supprimunt homines. Sic enim & Plato, *in Sophista, & 7. de legib.* constituit speciem venationis hominum, nempe prædatoriam & Tyrannidem: de qua & nos alibi pauca tradidimus, *li. 29. Syntax. art. mirab. ca. 2.*

¶†Græcis plagiarius ἀνδραποδιστὴς dicitur, quisquis hominem in captiuitatem redigit: vocant namque ἀνδράποδον, non tantum seruum, sed captum quemlibet, & seruituti mancipatum: siue seruus alioqui, siue ingenuus liberue natura sit. Inde ἀνδράποδα ἀγέλαι, καὶ ἀνδράποδα ἰλιάδος: vt apud Xenophontem, καὶ τὰ ἀνδράποδα τὰ ἀνθρώπινα, πάντα κτήματα. Sic enim dicuntur à compedibus, quibus capti vinciuntur: κτᾶσθαι, καὶ πωλεῖν ἀνδράποδα. Aliam quamuis Eustathius & Aristophanis interpres declinationem tradant, ἀπὸ τοῦ ἀνδράποδα κτησιδώσας, à venditione ἀνδραποδίσαι, mancipiorum. Scio Alciatum, *1. Parerg. ca. 47.* post Philelphum, κτὰ τοῦ πλαγίου, id est, ab obliquo seu dolo deriuari plagium: quia obliquis inquiunt, quibusdam artibus & dolis in seruitutem trahebant.

¶†Verum mea sentẽtia magis mihi placet. Ergo ἀνδραποδισταὶ seu plagiarij erunt, qui liberos in seruitutem redigunt, & qui liberum hominem pro seruo vendunt, & qui seruum alienum tanquam suum vendunt. Item & qui emit scienter, *Vlpian. in l. 1. & l. pen. §. fi. ad l. Flau. de plagia. in P. l. quoniam seruos, 7. eo. C. l. si quis seruum. 12. & l. pen. C. eod.* Qui scienter hominem liberũ donauerit, aut cum alia re permutauerit, quive ex illis caussis sciẽs prudensque acceperit, *l. 4. eo. tit. P.* Qui seruum alienum fugitiuum suscepit, celauit & proprium asserit, *l. eum qui. 5. eod. in l. fuga. 6. l. eum qui. 9. C. eod. Cic. pro Rabirio.* idque dolo malo: nã ignoranter & per errorem suscipiens, celansve, in hanc legem non incidit. *l. 3. & l. non statim. 6. eo. P.* nec qui suos seruos, vel liberos esse asseuerantes supprimunt, *l. plagi. 14. C. eod.* Incidit quoque in hanc legem, qui liberum ea mente, vt tanquam in seruo de eo negotietur, supprimit, celat, vincit, qui quæve seruo alieno ita persuadet, vt fugiat, *l. pen. §. fi. eod. in P.* Huc refertur retentio liberarum personarum inuitarum: imminuere libertatem quippe ea videtur, & pœnam postulat. Nihil enim multum ab specie seruientium differunt, quibus non datur facultas recedendi. *Vlpian. l. 1. & 2. de libe. homi. exhib. P.* Lucianus, plagium ad liberos venditos pro seruis, maxime referre videtur: apud quem, in auctione & venditione philosophorũ, *in dialo. vitar. Philosoph.* sic emtor ait, quia Mercurio emere Diogenem philosophũ, quẽ & prorsus liberum se asserebat. *o præco quid ais tu, vendis hominẽ liberum? Merc. vendo. ego. Emtor, Nihil times, ne plagij accusatum, in Areopagitarum iudicium quis te vocet? &c.*

¶†Pœna huius criminis olim pecuniaria, *l. in fuga. Cod. ad leg. Flau. de plag.* dehinc ea in vsu esse desiit, & postmodum pro modo admissi puniri cœpit vt plerumque rei in metallum damnarentur, *l. fi. eo. in P.* Atque capitale crimen habitum, *l. 1. eod. P.* Statutumque vt capite plagiarij plectantur, in aliorum exemplũ, *l. quoniam seruos. 7. Cod. eod.* Ita Constantinus, *l. fi. eod. C. Plagiarios, qui viuentium filiorum miserandas infligunt orbitates metalli pœna cum ceteris ante cognitis suppliciis teneri, vult. Consultum autem hoc crimen admittere, si seruus sit, bestijs donari: & ingenuum gladio consummari.* In Codice Theodosiano, *l. vni. ad leg. plagiam, libr. 9. Cod. Theod. tit. 18.* Constantini lex iubet, ludo gladiatorio seruos plagiarios obiici, & liberos sub hac forma, vt antequam aliquid faciant, quo se possint defendere, gladio absumantur. Concurrunt & cum plagio interdum alia crimina, quæ pœnam exasperant, vt si alicuius filius raptus sit, conclusus & verberatus, de vi publica quæstio sit, *l. ad eam, ad leg. Iul. de vi publ. lib. 48. P. titul. 6.*

¶Proponit†interdictum prætor, *l. 3. per tot. & l. 1. de lib. hom. exhib. P.* quod viam ad actionem legis Fabiæ de plagiariis præparat. De libero homine suæ potestatis, dolo malo scienter, inuite retento, exhibendo, tu endæ libertatis caussa. Sicuti & de liberis exhibendis, si detineantur inuito patre, *tot. tit. de li. homi. exhi. li. 8. C. tit. 8. l. 1. eo. tit. P. li. 43. tit. 29.* quod præparatorium est ad aliud interdictum, de liberis deducendis, *l. 3. eod. in P.* Competit autem, vt monui, & cum his interdictis accusatio legis Fabiæ. *d. l. 3.* Sicuti & ciuiliter qui de solicitata ancilla plagioque facto

Digitized by Google

facto conqueritur, cum hoc & in rem actione ciuiliter experiri poteſt, *l. 3. ad l. Fab. de plagiar. Cod.* Et criminaliter via ordinaria, ſubſcriptione & accuſatione inſtituta, *l. vt legis, 3. Cod. eod.* Poteſt & ſerui corrupti actio proponi, *l. 2. Cod. eod.* aduerſus eum, qui ſolicitatum ſeruum deteriorem fecerit, vel occultauerit, *l. 4. de furt. Cod.* In qua actione venit æſtimatio in duplum, & rerum etiam à ſeruo ablatarum, *l. ſi quis, in fine, & l. in hoc iudicio, de ſer. corrup. in P.* Competit & actio cum plagio, furti, *d. l. 4. & l. ſi abducta, de furt. lib. 6. C. titul. 1.* furtum namque fit ſcienter vendendo ſeruum alienum, *l. 2. & l. ſciens, 7. de vſuc. pro emt. libr. 7. Cod. titul. 26.*

7 ¶ Lex † Græcorum, *Conſt. Harmenop. lib. 6. inſcripto. titul. 8. Serui aut liberi homines, qui liberos aut ſeruos alienos diſtrahunt aut alienant, ceſi & raſi, manu truncantor.* Et rurſum *eod. Si quis ſciens liberum hominem eſſe, emerit, vendiderit, donarit, in dotem dederit, vel pro re permutauerit, vna qualibet harum cauſſa probata, manus ei abſcinditor.*

8 ¶ Athenienſes † pronuntiarunt, Nemonem molitorem occidendum eſſe, quod Pellenæum puerum ingenuum, ſciens dolo malo, in priſtino & vinculis habuiſſet, *Dinar. contra Demoſth.* nam & leges eorum morte multant eos, qui in ſeruitutem homines redigebant, vt ſcribit Xenophon *libr. 2. de dict. & fa. Socr.*

9 ¶ Lex † diuina ſic quoque ſe habet, *Exod. cap. 21. Qui furatus fuerit hominem, & venundauerit eum, convictus morte moriatur.* Quod tranſcriptum in Decretalibus Gregorij, *c. 1. de furt.* Quamuis Panormitanus tradat *in dict. cap. de furt.* in foro eccleſiaſtico, mortem illam naturalem non infligi, ſed acriorē pœnam ſine morte: quia eccleſia non nouit ſanguinis pœnam, *c. in archiepiſcopatu, de rapto, cum ſimilib. ibi nota.* Verum quin poſſit in tã graui ſcelere epiſcopus remittere negotium curiæ ſeculari, nihil mihi prohibere videtur. In legibus Salicis *tit. 11. §. 1.* ſic quoque ſtatutum: *Qui ſeruum ancillamve alterius furatus fuerit, vt & caballum, culpabilis 1400. denariorum, qui faciunt 35. ſolidos, iudicetur: de ancilla triginta, excepto capitali & delatura.* Rurſum *§. 3. eiuſ. tit. Si ſeruum pulebrum ſeruamve de miniſterio dominorum furatus, 1800. denar. ſeu 45. ſolid. culpabilis iudicetur.* Et iterum *in legib. Salic. titul. 44. de plagiatorib. §. quarto: Qui hominem ingenuum plagiauerit & vendiderit, & poſtea in patriam reuerſus fuerit, Malberg ſriofaliowo, ſeu andelfeſto 8000. denar. qui faciunt ſolid. 200. culpabilis iudicetur.* Et rurſum alia *§. 1. prad. tit. Si quis mancipia aliena ſolicitauerit, conuictus Malberg Theulaſina 600. denar. qui faciunt ſolidos 15. culpabilis iudicetur.*

10 ¶ Excuſat † cauſſa ſupprimendi hominem, interdum à crimine legis Flauiæ de plagiariis, veluti ſi quis ſcortum libidinis cauſſa ſuppreſſerit, celauerit, vel rapuerit: nã turpius facit ſcortum, quam qui furripit & facti ignominiam ſecum compenſat, *Vlpian. l. verum eſt, 40. de furt. li. 47. P. tit. 2.*

11 ¶ Excuſatur † etiam in iure, qui detinuerit per viginti horas, & domo concluſerit adulterium cum vxore compertum, non autem ſi vltra retinuerit, *Vlpian. in l. capite quinto, 25. ad l. Iul. de adul. P.* Atque in legibus Viſigothorum, hæc, *l. 22. de furib. li. 7. C. Viſigot. tit. 2. Si quis furem aut quemcunque rerum comprehenderit, ſtatim perducat ad iudicem: Cæterum ſua domui amplius, quam vna die & nocte retinere non audeat. Si quis contra hoc fecerit, quinque ſolidos iudici pro ſola hac præſumptione cogatur exſoluere, &c.* Interdicit enim leges omnibus priuatis, qui iuriſdictionem non habẽt, carceres, *l. nemo. de priuat. carcer. C.*

12 ¶ Ex † iure Iuſtinianeo, qui ſeruum alienum abduxiſſet morte plectebatur, *l. 7. ad l. Flam. de plag. C.* Hoc tamen emendauit cõſuetudo, quam lege firmauit Leo Cæſar: ſtatuitque, ne poſthac ob id mors infligeretur, ſed vt qui alienum ſeruum abduxiſſe deprehenſus eſſet, eundem eiuſdemque pretium, & ita duplum domino reſtitueret: tum etiam quicquid ex induſtria eius ipſi acceſſiſſet, & quantum dominus non amiſſo ſeruo eius nomine percipere potuerit, *in conſtitut. Leonis, conſtitut. 61. titul. de iudic. & vbi de plagiã.*

13 ¶ In † iure Viſigothorum, ſeruus qui alienum ſeruum domino neſciente plagiaſſet, centum quinquaginta flagella coram iudice extentus accipiebat, *dict. cap. Viſigothor. l. 4. de vſurpato. & plagiar. mancipio. titul. 3.* At de ingenuis alia ſeuerior lex hæc, *l. 3. eod. tit. Qui filium aut filiam alicuius ingenui aut ingenuæ plagiauerit, aut ſolicitauerit, & in populos noſtros, vel in alias regiones tranſferri fecerit: huius ſceleris auctor patri aut matri, fratribuſve ſi fuerint, aut proximis parentibus in poteſtate tradatur, vt illi occidendi aut vendendi habeant poteſtatem, &c.* Iiſdem legibus, *l. 3. de imagin. libr. 8. Cod. Viſigot. tit. 1. Quicunque dominum vel dominam, intra domum vel cortis ſua iannam concluſerit, eiſque aditum egreſſionis negauerit, ſiue vt id fieret aliis præceperit, pro auſu temeritatis auctor ſceleris det domino auri ſolidos numero triginta, & inſuper centum flagella ſuſcipiat.* Inter plagiarios annumerantur, qui aliorum ſcripta ſibi arrogant vt ſua. Statuit enim aliquando Ptolomæus, vt furti in hos ageretur, qui in literarum certamine, aliena tanquam ſua protuliſſent, damnatique ſunt ſumma cum infamia, detegente furtum illorum Ariſtophane, vt ſcribit Vitruuius Pollio *lib. 7. Architect.* Pollianus dicit *libr. 2. epig. in Poetas*, poetas, ἀνοσίων κλεπτῶν iuſtos, expilatores ſeu fures aliorum verſuum. Plagiarios Martialis, his verſibus, ad Quintianum, *libr. 1. epig. epig. 20.*

Commendo tibi, Quintiane, noſtros,
Noſtros dicere ſi tamen libellos
Poſſum, quos recitat tuus poeta.
Si de ſeruitio graui querentur,
Aſſertor veniæ, ſatiſque præſtes.
Et cum ſe dominum vocabit ille,
Dicas eſſe meos, manuque miſſos,
Hoc ſi terque quaterque clamitaueris,
Impones plagiario pudorem.

Diagoras Teleclidis filius, impius dictus, quod plagij accuſatus à poeta quodam, de ſurrepto pœane à ſe conſcripto eiuraſſet furto ſe non teneri, atque ille paulo poſt prolato in lucem pœane ſecunda fama hominum vteretur: quamobrem & mœſtus Diagoras, orationes ſcripſit Κακηγορικὸς, quaſi de turribus præcipitantes dicas, quæ defectionis cauſſam à communi de diis perſuaſione continebant, vt ſcribit Heſychius Mileſius Illuſtrius, alij ἐφ. Numenius Pythagoricus Philoſophus, Apamia oriundus, Platonis ingenium nota perſtringit, quod veluti plagio ſurripuerit ex Moſaicis libris quæ de mundo & Deo prodidit: vnde & alibi vocat Platonem Moſem Atticiſantem, idem eodem.

DE PRIVATIS DELICTIS.

LIBER XXXVII.

De Furto.

Cap. 1.

Lib. 47. P. tit. 2. Lib. 6. C. tit. 2. Lib. 5. Decret. tit. 18.

1 *Furtum grauius peccatorum habitum crimen, & eius ex naturali etiam lege deteſtatio.*
2 *Fures apud Lacedæmonios aſtuti laudati, & apud Ægyptios: & ratio. 2. 4.*
3 *Sacrificium Mercurij apud Samos quare permittebat illo tempore furtum.*
5 *Fures qui proſecuti fuerint, & fur nam deſinat eſſe punitentia.*
6 *Furti finitio, & vnde dictum.*
7 *Furtum maxime affectu & animo, non rei quantitate perficitur. eod.*
8 *Furtum in quibus committitur.*
9 *Furtum non ſit ſine contrectatione.*
10 *Furtum non ſit rei pro derelicto habitæ, aut rei noſtræ.*
11 *Furtum vt fiat, debet fieri inuito domino.*
12 *Furtum de rebus mobilibus proprie ſit, & quando de immobilibus.*
13 *Furti duæ ſpecies, manifeſtum & non manifeſtum, & quid vtrumque.*
14 *Vi bonorum raptorũ ſpecies, inter furta, & cum furto proprie differentia.*
15 *Furti alia diuiſio ex forma furandi, ex actione concepti, oblati, non exhibiti, prohibiti.*
16 *Furtum conceptum quid.*
17 *Furtum oblatum quid, & eius actio & pœna.*
18 *Lance & licio quomodo quærebatur furtum.*
19 *Domum alicuius quando licebat ingredi, furti quærendi cauſſa, & quomodo liceat. Et 20.*
21 *Furti obligatio vnde naſcitur.*
22 *Actiones ciuiles pro furto quæ dentur.*
23 *Furti manifeſti & non manifeſti pœnalis tripli vel quadrupli condemnatio quæ.*
24 *Furis iure diuino condemnatio, & lex Platonis de eo, & alior.*

Digitized by Google

rum, 25.30.

26 *Fur semper in mora, & tenetur de interitu.*

27 *Vsucapi non potest furtiua res quomodo.*

28 *Interesse petitur in actione furti.*

29 *Seruitus in pœnam furti. Et de pœnali actione pro furto. 33.*

31 *Ecclesiastica persona ob furtum multatam non capiunt.*

32 *Furti actio pœnalis non transit in heredem, aliæ actiones transeunt.*

34 *Furti nomine quis vltra furem teneatur, & cum fure.*

35 *Furti emendandi lege Salica.*

36 *Carceratus ob furtum ante satisfactionem ciuilem, non debet liberari.*

Transigi de furto potest, eod.

1 SCriptum † est in præceptis diuinæ legis, *Non furtum facies, ad Ephes. 4. Exo. 20. Leuit. 18. ca. pœnale, 14. q. 5. ca. meretrices, 32. q. 4.* Furtum malus & grauissimum peccatorum, demto adulterio, existimauit diuus Chrysostomus *in Psal. 49.* vt Scythę quoque, nullum scelus furto grauius ducunt, *Iustinus ex Trogo, li. 2.* Iustinianus contra rationem naturalem, *§. furtum, de obliga. quæ ex del. nasc.* Paulus Iurisconsl. quoque, lege naturali furtum admittere prohibitum dicit, *l. 1. §. si. de fur. in P.* Vlpianus furtum & adulterium natura turpia tradit, *l. probrum, 42. de verb. sign. in P.* Plinius refert *li. 11. c. 16.* natura apes etiam fures, & mulierum menses odisse. Et ideo ferunt, rutam furtiuam tantum prouenire sertilius, & apes furtiuas pessime, *idem li. 19. c. 7.* Argiui merito male ob furta audierunt, vnde de manifeste improbis dictum ἀργεῖοι φῶρες, *Suidas, in illis verb. Argiui fures.* Hinc merito Isocrates *orat. 11. in Panathenaico.*

2 ¶ Lacedæmonios † etiam barbaris esse inferiores, ait: quod barbari flagitium admittentes & furantes, domesticis suis & famulis, filios nequiores æstimant. At Lacedæmones in huiusmodi operibus primas partes tenentes, filios suos optimos esse credunt, amplissimoque honore prosequuntur. Siquidem id laudi ducebant Lacedæmones, astute & plura furari, vt notat Gellius *li. 11. c. fin.* & Heraclides *de polit. in polit. Lacedæm.* Ægyptiis quoque probatum furtum putat Cælius Rhodiginus *lib. 3. c. 13. vide eundem de aliis, li. 6. c. 5. & 6. & li. 10. ca. 1.* ante Gellius *li. 11. Noct. ca. 18.*

3 ¶ Placent † vitia vt plerumque iis, qui his infecti sunt, & qui excusso naturali & diuino timore inde lucrum & prouentum ammt. Sicuti Sami Mercurio Charidotæ rem diuinam facientes, volenti, & furari & latrocinari permittebant: quia oraculo relicta insula, cum Mycalem migrassent, præda ac rapinis decem annis vixerunt, vt narrat Plutarchus *in problema. circa finem.*

4 ¶ Ceterum: † *Lex de furibus apud Aegyptios iubebat eos, qui furari volebant nomen suum apud principem sacerdotum scribere, atque è vestigio furtum apud eum deferre. Similiter quibus res furto ereptæ erat, apud eundem res sublatæ tempus, diem & horam scribere tenebantur. Hoc modo facile inuento furto, qui rem amisisset, quarta mulctabatur parte, quæ daretur furi. Satiusque lator legis esse duxit, cum impossibile esset furta prohiberi, potius alicuius portionis, quam totius rei amissa hominem iacturam pati, refert hac ad verbum Dio. Sic. libr. 2. Bibliot. c. 3.*

5 ¶ Non † hoc imitatus Minos, qui fures omnes insecutus maxime per mare, vt scribit Thucydides *in 1.* Non Tobias, qui nec in victu necessario furti particeps esse volebat. *Videte, inquit, ne hœdus furtiuus sit, reddite eum domino suo: quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere, Tob. 3. Naus qui cum fure participat, occidit animam suam, Prouerb. 29.* Vlpianus, *l. qui ea mente, 67. de fur. in P. l. quis est fugitiuus, 17. de ædilit. ædict. P.* vsque adeo graue scelus ducit, vt is qui ea mente alienum quid contrectauit, vt lucrifaceret, fur semper remaneat, tametsi mutato consilio, id domino postea reddiderit: neminemque tali peccato, pœnitentia sua nocentem esse desinere: Vt ad expiandum peccatum pœna opus sit, sine qua fures vsque adeo excrescent numero, vt nemo sit, qui sibi quippiam asserere audeat: dat enim impunitas delinquendi animum, & quemadmodum festiuitate comica dictum est, ἄγειν ἑορτὴν οἱ κλέπται, id est, *Festum agunt fures, Suid. in voc. ἄγειν.*

6 ¶ Furtum, † est contrectatio fraudulosa lucrifaciendi caussa, vel ipsius rei alienæ, vel etiam vsus eius, possessionisve, *Instin. in §. furtum est, de obliga. quæ ex del. nasc. Paul. l. 1. §. furtum est, de furt. Gell. li. 11. ca. 18.* Duo in furto requiruntur potissimum, animus intercipiendi vel contrectandi res alienas, & factum ipsum cõtrectationis, vt notat Vlpian. *l. si quis testamentum, 42. §. final. ad legem Aquil. P.* Animus autem fraudandi maxime hic inspicitur, siue res modica intercepta fuerit, siue maioris valoris: vt fornicatio est æque in paupere, ac in diuite muliere, *c. fi. 14. q. 6. c. vulgaris de furt. ca. vulgaris, de pœnit. dist. 1. §. si quis quinque solidos, de pac. tenen. in feud. §. gallinarum, de rer. diuis. & ibi glos. & glo. final. in proœm. Decretal.* Sic Plato 12. *de legib. Qui rem paruam iustulit, etsi minori vi, quam qui rem magnam, æqua tamen cupiditate furatus est. Nec lex furti paruitate, alterum minus quam alterum puniendum censet, sed eo forsitan interesse putat, quod alter sit insanabilis, sanabilis alter.* Frausque seu dolus non in quantitate, sed in qualitate versatur, *l. dolus, 10. de rescinden. vend. li. 4. Cod. tit. 44.* Non fit furtum sine affectu furandi. Nam qui putat re sua vti, vel si vtitur re aliena & ea opinione sit, vt putet non se inuito domino vti, furtum non facit, *§. placuit, de obligat. quæ ex del. nasc. l. inter omnes 47. §. fin. de furt. in P. l. qui re sibi commodata, 78. l. qui ea mente, 67. eod. l. furtum, de vsuca. P. §. quia tamen, vi bono. rapto.* nam maleficia voluntas & propositum distinguunt, vt ait Paulus, *l. qui iniuriæ, 55. de furt. in* P. in hac furti tractatione. Nec enim tantum factum quæritur, sed caussa faciendi, *Vlp. l. verum, 40. de furt. P.*

¶ Affectus † porro hic, fraudulentus est & simulatus. Proinde, quia clam rei alienæ interceptio fit, furtum recte à furuo, id est, nigro obscuro, dictum dicitur, *in l. 1. eod. §. 1. de oblig. quæ ex del. nasc.* quod & probat Varro *lib. 1. de ratio. voca. & Gell. libr. 11. c. 18.* 7

¶ Trahique † tamen à Græco antiquo nomine φὼρ melius & quidam putant, quo significatur fur, *l. 3. Cod. depos. l. si sacculum, 20. eod. P. l. qui re sibi commodata, 78. de fur. in P.* & φῶρ τὸ ὀφεῖν, à ferendo φῶρες dictos fures. Qui igitur re aliena deposita, vel commodata, *§. furtum, & §. placuit, d. titul. de obliga. quæ ex del. l. qui iumenta, de furt. P. Gelli. libr. 7. c. 15. Val. Maxi. libr. 8. c. 2.* vltra modum, tempus, vel locum à domino constitutum vtitur, furtum facit: quia inuito domino facit, fraudandi caussa: si quis rem sibi commodatam alij commodauerit, *l. si pignore, 56. §. 1. de furt. P.* si pignore vtatur creditor, *dict. l. si pignore, §. furtum autem, de obliga. quæ ex del. nasc.* si fullo vel sarcinator, qui sarcienda vel polienda vestimenta accepit, illis vtatur, *l. fullo vel sarcinator, 84. de furt. P.* si socius in re communi, parte socij malo animo vtatur, *l. si socius, eod.* tamen si res indiuidua, in meliorem partem hoc interpretandum, vt sua re vti videatur, *l. merito, pro socio.* Furtum quoque facit, qui rem pignoratam ante tempus solutionis vendit, *l. si is qui, 75. de furt. P.* Et possessionis quoque furtum fieri dicit Scæuola, *l. 1. §. Scæuola si quis testa. lib. esse iuss. sit.* 8

¶ Ceterum, † solus animus furandi in iure furtum non constituit, nisi res suo loco aliena moueatur, *l. 3. §. si rem, de acqu. poss. P. l. 1. l. inficiando, l. si quis, uxori, §. neque verba, de furt. P. l. procurator, mand. P.* Quanquam & quod pertineat ad Dei legem fur sit qui furari decreuit, quia scrutator cordium Deus, qui & dixit, *Non concupisces, nec desiderabis rem proximi tui. Exod. 20.* Non dubitauit etiam Sabinus, quin dominus sit furti condemnandus, qui seruo suo vti furtum faceret, imperauit, *Gell. li. 11. ca. fi. l. si quis seruo, 20. de fur. C. l. 1. si famil. fur. fec. dica. P.* videlicet contrectatione sequuta: ita enim neque verbo neque scriptura fit, & hoc iure vtimur, vt sine contrectatione non fiat, vt ait Vlpianus, *in l. si quis uxori, 53. §. nagne verbo, de furt. P.* 9

¶ Alienam † autem rem esse oportet contrectatam, nam si pro derelicto res habeatur, siue is qui contrectat sciat, siue ignoret, siue animo, siue alio modo res capiat, furtum non facit: eo quod furtum non habet qui patiatur, scilicet cui fiat. Contra, si lucri faciendi caussa, quis iacens in terra non habitum pro derelicto sustulerit, *l. falsus creditor, 44. §. qui alienum quid, eo. l. 1. §. Scæuola, si quis test. lib. esse iuss. fue. P.* Nec furtum quoque rei nostræ facimus, nisi si cum in ea ius aliquod tertio competit, vt illud eludamus, subtraxerimus: vt si debitor pignori datam rem creditori furetur, *l. itaque fullo, 12. §. sed etsi res, & l. cum æs pignori, 20. de furt. P.* Respicit enim furtum ius alienum interceptum. Non fit quoque rei, quæ nullius est, furtum, vt si hereditatis sit non aditæ, *l. hereditariæ, eod.* 10

¶ Ideo † vtrumque in furto exigetur, & contrectatio, & affectus furandi. Et ita impubes qui non est doli capax, furtum non facit, *§. pen. de oblig. quæ ex delict. nasc.* si capax, facit, *ca. 1. & 2. de delict. puero.* Sed & requiritur, vt inuito domino rem contrectare se quis sciat, *l. inter omnes, 47. §. recte dictum est, de fur. in P. l. cum seruus, in fi. de condict. ob caus.* 11

¶ Res † proprie, quæ in furtum cadunt, mobiles sunt, si probemus fures φῶρες à ferendo dictos, *l. 1. de furt. §. furtum, de oblig. quæ ex del. nasc.* quia hæ capi, ferri & moueri possunt, non autem immobiles, *l. verum est, in 1. de furt. P.* Et abolita est quorundam veterum sententia, etiam fundi locive furtum fieri, *§. quod autem, de vsuca. l. quare, eo. tit. in* P. Et Gellius tradit *li. 11. c. 18. Sabinum in libro de furtis scripsisse illud, quod vulgo,* inquit, *inopinatum est: non hominum tantum, neque rerum mouentium, quæ auferri occulte & surripi possunt, sed fundi quoque & ædiam fieri furtum. Condemnatum quoque furti colonum, qui fundo, quem conduxerat vendito, possessione eius dominium interuertisset.* 12

¶ Duæ † generales species furtorum ponuntur, manifesti & non manifesti, *l. 2. de fur. P. §. furtorum, de obliga. quæ ex del. nasc.* Manifestum furtum est, *l. 3. 4. 5. 6. 7. de furt. P. l. si quis quid perferendum, 35. eod. d. §. furtorum,* quando fur deprehenditur in ipso furto dum furatur, vel cum re furata, antequam quo destinauerat detulerit, etiam si visus postea furtum abiecerit: manifestum illud dicitur, quod nulla alia probatione indiget, *ca. de manifesta, & ca. manifesta, 2. quæst. 1.* quod habet rei euidentiam, *ca. cum olim, ca. 24. de verb. sign. ap. Greg.* Contra, non manifestum est, quod manifestum non est, *l. nec manifestum, 8. l. vulgaris, 21. & l. is qui opem, 34. l. si quis ex domo, 54. de fur. P. l. falsus procurator, 19. Cod. eod. §. nec manifestum, de obliga. quæ ex del. nasc.* ad quod conuincendum, 13

Digitized by Google

dam, opus est aliqua alia probatione. Raptor quoque manifestus, fur existimandus est, *Papinia. l. si vendidero, 82. §. cum raptor, de furt. in P.*

14 ¶Species †quoque furti, sed grauioris pœnæ, vi bonorum raptorum est, *§. 1. vi bo. rapt. apud Iustin. l. eod. lib. 47. P. tit. 8.* nam & de vi, publico iudicio agi potest, *l. 2. §. 1. vi bonor. rapto. P.* pro rebus tamen tantum immobilibus, *l. 1. Cod. eod.* & vi rapiens, fure improbior, furtum tamen proprie non faciens, *Vl. l. 1. si cum exceptione, 14. §. qui vim, ff. eo quod met. caus. P. l. vi me. de vi & vi arm. in P.*

15 . ¶Ad †furtorum species pertinebunt quodammodo actionum variæ formulæ, vt actio furti concepti & oblati, non exhibiti & prohibiti, *§. furtorum, & §. conceptum, & seq. de obli. quæ ex delict. nasc.* quas omnes reducit Iustinianus ad furtum non manifestum.

16 ¶Furtum †conceptum apud eum dicitur, cum apud aliquem furtiua res quæsita, inuenta est, quamuis fur non sit: & ideo proprie in eum, apud quem inuenta est, datur actio furti concepti. Porro conceptum furtum sic notationem habere puto, vt sit furtiua res apud aliquem cum testibus capta, id est, deprehensa.

17 ¶Oblatum †furtum dicebatur, cum res apud alium, quam furem delata, inuenta est, vt apud eum potius, quam eum qui dedit, conciperetur, *§. conceptum, & §. oblatum, eod.* Eratque furti oblati & concepti pœna tripli, vt ex Sabini libro de furtis notat Aul. Gellius *libr. 11. cap. 18.* Esse posset alia actio furti oblati aduersus eos, qui res in alterius domum clanculum inferunt, easque sibi furto ablatas dicant, quos Moscouitæ vocant *Poamezschek*, eosque puniunt vltimo supplicio, vt ait Sigismundus Liber Baro, *in comment. rer. Moscouit.* In lege autem Salica, sic scriptum, *in leg. Sali. titul. de sepul. §. 4. Si quis per malum ingenium, in curtem alterius, vel casam, vel vbi libet, quod furatum est, miserit nesciente domino, cuius possessio est, vbi inuentum est furtum, qui hoc miserit Marberg. Farthebeo 2000. dena. qui faciunt solidos 62. cum amissione, culpabilis iudicetur.* Paulus libro secundo, receptarum sententiarum, *titul. 32. Concepti furti actione is tenetur, apud quem furtum quæsitum & inuentum est: & concepti agere potest, qui rem concepit & inuent. Oblati is agere potest, penes quem res concepta & inuenta est.* Sic conceptionem furti Theophilus in suis institutionibus iuris ciuilis explicat, *in §. conceptum, de obliga. quæ ex delict. nasc. apud Iustin.* requisitionem præsentibus testibus, & inuentionem.

18 ¶Hanc †inquisitionem fieri per lancem & licium, tradit Gellius *lib. 11. c. 18.* & per lancem & licium concepta perinde ac manifesta vindicari tradit, quorum actio in quadruplum, in quo videtur triplum tantum esse pœnam, quia postea ait, tripli pœnam esse concepti. Et Sextus Pompeius Festus *lib. 10. de ver. sign.* de hoc sic scribit: *Lance & licio dicebatur apud antiques, quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat, propter matrumfamilias, aut virginum præsentiam.*

19 ¶Hunc †morem à Græcorum legibus mutuatum esse intelligemus ex Platone, qui ea de re sic statuerat, *lib. 12. de legib. Si quis in domo alterius quærere quippiam, tanquam suum velit, is primo coram iurando affirmet, sperare quod quæsit se ibi inuenturum: deinde nudus aut interula tantum ingrediatur præcinctus, præbeaturque illi domus & supellectilia simul signata, & non signata. Quod si quis scrutari volentem non permiserit, quæ prohibitus est, pretio rei amissæ accuset eum, qui eum depulit: & ille si damnatus erit duplum restituat.* Hæc Plato: Qui nudum ingredi iubet vel interula tantum succinctum, quod licium signa, id est, vilem pannum lineum, non curiose contextum, ob pudenda nudi tegenda, Et mitror certe nugas quorundam, *vt videbis apud M. Tatium Alpinum, in epistol. ad Wolphgan. Hungerium, de furto per lancem & licium*, qui furtum per lancem & licium interpretantur, quod quis furatus est specie pietatis, dum fert lancem, vas scilicet quo pecuniæ per loca sacra colliguntur: cum tamen hoc furtum per lancem sit, vt docui sine vlla ambage, quod inuentum erat per inquisitionē, non quod fiebat in inquisitione.

20 ¶Et †hodie placuit, non licere ingredi domum alterius propria auctoritate ad perquirendum furtum in ea: quia concepti furti actio sublata, *§. conceptū, de obl. quæ ex delict. nasc. & ibi Ioan. Fab. Ioann. de Plat. Aretin. gl. in l. 1. §. hoc autem senatusconsultum, in verb. hoc autem, de ser. fug. & ibi Bartol. Bal. & Ang.* Si tamen id fiat cum auctoritate iudicis, licet, neque qui ita ingreditur, si ibi quod quærit non inueniat, iniuriarum actione tenetur, vt iudicatum refert per plura quæ citat Boerius *decis. 174. in fine.* Atque ex Pij rescripto Vlpianus *l. 1 §. hoc autem, & l. diuus, 4. de ser. fugit. li. 11. P. tit. 4.* id licere docet, quo cautum, vt qui fugitiuum vult requirere in prædiis alienis, possit adire præsidem literas ei daturum, & si res ita exegerit apparitorem quoque, vt ei permittatur ingredi & perquirere, & pœnam eandem præsidem in eum constituere, qui inquiri non permiserit: sed ex Marci oratione ait, facultatem datam ingrediendi, in Cæsaris, Senatorum & paganorum prædia, volentibus fugitiuos inquirere, scrutarique cubilia atque vestigia occultantium. Rursum idem Vlpianus, *Modesto Consule*, inquit, *factum est, vt fugitiuos inquirere volentibus litera ad magistratus detur, mulcta etiam centum solidorum in magistratus statuta, si literis acceptis inquirentes non adiuuent. Sed & in eum, qui quæri apud se prohibuit eadem pœna statuta est.* Marci quoque & Commodi epistola declarat, & præsides, & magistratus, & milites stationarios, dominos adiuuare debere in fugitiuis inquirendis, vt & inuentos reddant, & ij, apud quos delitescunt, priuantur, si crimine contingatur.

¶Obligatio, † quæ ex furto nascitur, ex re, id est, ex ipso ma- 21
leficio oritur *§. 1. ae oblig. quæ ex delict. nasc. Caius, l. ex maleficiis, 4. de actio. in P.* obligatur namque quis ipso maleficio, & contrahere videtur cum domino rei, vel cum eo, cuius interest non subtrahi rem: & pariter cum lege publica, quæ prohibet, *l. lege Iulia, de legib. in P.* & pro admisso contra prohibitum, exigit pœnam, *l. 1. eod.* Proinde hinc duplex, *l. final. de fur. in P. l. & in primatu, ad Senatus. Turpill. in P. fin. de priu. del. P.* ex obligatione illa duplici, oritur actio: ciuilis, qua quis pro re & pœna pecuniaria experitur: & criminalis, qua pœna criminis extraordinaria animaduersione repetitur, subscriptione accusatoris præcedente.

¶Ex †furto ciuiles actiones duæ domino proprie competunt, 22
aliæ quoque cum aliis communes: proprie condictio furtiua & furti. Condictione, rem suam furatam dominus repetit: actione autem furti, quæ pœnalis est persecutio, duplum vel quadruplum pro qualitate furti consequitur: neque vna alteram impedit, *l. si pignore, 56. §. cum furti, de furt. in P. l. si pro fure, 7. §. furti actio, de condict. furt. li. 13. P. tit. 1.* Consequenter præparatoria actio datur, quæ ad exhibendum est, & rei quoque vindicatio, *d. l. si pro fure.* Verum condictio furtiua datur domino contra furē tantum, vel eius heredem, etiam si non possideat: rei vindicatio autem, contra quemcunque possidentem rem furtiuam, *§ final. de obligat. quæ ex delict. nascun. Vlpian. l. si duo patroni, 13. §. idem Iulianus, de iureiuran. P.* Dabitur tamen hæc condictio quoque ei, qui quasi dominus est, & ius aliquod habet in re, *l. 1. iuncta gloss. ae condict. furt. in P. l. eum qui emit, ae furt. in P.* Odio porro furū id receptum est, vt pluribus teneantur actionibus, *§. sic itaque discretus, de actio. l. si. vsufruct. quemad. caue. P.* Ideo quia reddita re surrepta adhuc fur dicitur, *l. qui ea mente, 67. de furt. in P.* & poterit actione furti conueniri, vt pœnali, *Bartol. in l. hoc edicto, de publi. P. & supra dictum est*, licuti Caius *in l. non prodest, §. vi bonor. rapto. P.* ait: *Non prodesse eis qui vi rapuit ad euitandam pœnam, si ante iudicium restituat rem, quam rapuit.* Quod odio singulariter quoque furum inductum est, cum in aliis criminibus diuersum statuatur, *notat hos casus criminum late gloss. final. in ca. sicut, de elect. ap. Greg.* Qui rapit enim vi, & furti, vltra actionem vi bonorum raptorum, tenetur, *§. 1. vi bono. rapto. apud Iustin.* Actio furti datur iis omnibus, quorum interest rem non fuisse subtractam, *l. manifestissimi, 22. C. de furt. l. cuius interfuit, 10. l. in cuius interest, 11. l. itaque fullo, 12. l. cum qui emit, §. si res commodata, §. qualis ergo, §. si epistola, & l. rem inspiciendam, de furt. P.* Nam si non interfit, non datur, *§. furti autem actio. & §. autem si fullo, de ob. quæ ex delict. nasc. l. fullo si actione locati, 92. de furt. P.* Denegatur tamen actio furi ipsi, si res, quam ipse surripuerat, furto ei subtracta est, *d. l. eum qui emit, §. Iulianus, eod.* quamuis verum sit, ei quoque furtum fieri. Veluti, si filiusfamilias & seruus aliquid surripiant iis, in quorū potestate sunt, furtum quidem faciunt: verum non nascitur actio, nisi si quis alius consilium furandi dederit, & in eum tantum, *§. qui parentum, de ob. quæ ex delict. nasc.* Extitimauit tamen Baldus *in l. manifestissimi, C. de furt.* trificariam ei accommodari actionem.

¶Quadrupli †pœna est ex furto manifesto, dupli non mani- 23
festi, eaque perpetua, *§. 1. de perpe. & temp. act. §. conceptum, in fi. & § pœna manifesti, de obligat. quæ ex deli. nasc. l. de his quæ subtraxisse, 11. C. de furt. l. 2. de crim. expil. hered. in P. §. sic itaque discretus, vers. plane, & §. ex maleficio, de actio. §. omnes autem actiones vel in simplum, & §. quadrupli, eo.* Et quadruplum refertur ad æstimationem rei, non quantum interest, *l. in furti actione, § 1. de furt. P.* In vi bonorū raptorum tamen, quæ furti actionem quoque habere potest, intra annum est quadrupli, post annum simpli: in quadruplo tamē est rei persecutio, & tripli pœna, *§. 1. vi bono. rapt. l. 1. eo. tit. P. l. 3. C. eo.* Cum tamen in furto quadrupli sit ex integro pœna vltra rei persecutionem, *§. fi. de obli. quæ ex del. nasc.* Sic Piso defendēs Antonium contra Ciceronem, apud Appianum Alexandrinum *lib. 3. bello ciuil.* legem furti dupli æstimationem docet. *Pecunias Antonium publicas post Cæsaris necem ibi venalicassi dicit, lege furem eum non hostem decernente, & pœnam illi damni statuente.* Et statim psulo post: *Si quis Antonium de his accusare pergit, in duplo eadem vobis persoluemus.*

¶Inter † Hebræos quadruplum fur reddere quoque cogeba- 24
tur, non habens, venundabatur: non tamen extraneo vel alienigenæ, nec in perpetuam seruitutem, sed Iudæo, vt post septennium ablueretur à seruitute. Quam legem antiquauit Herodes, iussitque absolute furem vendi, *Ioseph. libr. 16. Antiq. Iudaic. cap. 1.*

¶ Diuino †iure, qui furatus erit ouem vel bouem, & occide- 25
rit vel vendiderit, quinque boues pro vno, quatuor oues pro vna reddere iubetur: si iumentum furatus quis sit, duplum restaurandum, *Exod. 22. 2. Reg. 12. vers. 6.* Platonis quoque lex, *Plat.*

Digitized by Google

9. *de legib.* vt damnatus furti, si vltra sortem bona sufficiunt, vel duplum reddat, aut vinciatur, donec aut persuaserit illi cui debet, aut reddiderit. Septuplum alibi lex diuina, *Proverb. 6.* pro furto manifesto iubet reddere furem, & omnem substantiam domus suæ tradere, & se liberare.

26 ¶Tenetur † & fur de interitu rei, etsi non interuenerit interpellatio restituendi quanti plurimi: quia semper in mora censetur & ideo ad omnes quoque accessiones tenetur, vt malæ fidei possessor, *l. in re furtiua 8. & l. si. de condictio. furt. in P. l. fi. de condictio. ob turp. caus.* C.

27 ¶Sed † alia sanctio in odium furum, & vtilitatem dominorũ, vt res furtiuæ vsucapi non possint ab aliquo, priusquam in domini potestatem reuertantur, vel lis æstimata fuerit, vel dominus vendiderit furi ex lege Attinia, §. *hi qui in parentum, de obl. quæ ex del. nasc. l. sequitur, 4. §. quod autem, de vsucapi. 41. P. tit. 3. §. furtiua, eo. tit. ap. Iustin. l. quamuis res, 86. de furt.* cuius verba refert Aulus Gellius *li. 13. Noctium, c. 7.* hæc, *Quia surreptum erit, eius rei æterna auctoritas esto.*

28 ¶Potest † & agi extra præcedentes actiones à domino, cui res est subtracta, quanti sua interest, *Paul. l. si quis fur. 22. §. final. de furt. P.*

29 ¶Lege † 12. tabularum, si seruus furtum fecisset, licebat domino seruum pro noxa dare, & ita liberantur, *idem l. si seruus, 43. eod.* quod & prætor secutus, in tota familia furtum faciente, *l. si. si famil. fur. fec. dicat. in P.* Alio autem capite fur manifestus ei, cui furtum factum esset, in seruum tradebatur, *Gell. li. 20. c. 1.* Et hoc est quod dicitur, noxam caput sequi, agere cum eo, cuius iuri fur subiectus est, vt ait Vlpianus *in l. si cum quis, 42. de furt. in P.* habita ratione temporis, & domini, qui erat cum furtum factum est, *l. quod accitur, 18. & l. si seruus communis, 63. de fur.*

30 ¶ Cymensium mos † erat, vt ad ea, quæ fuissent furto ablata, omnes vicini conferrent, quare contingebat & eos paucissima perdere: omnes enim simili diligentia res vicinorum, ac suas custodiebant, vt ait Heraclides *in politia Cimensium.* Alludit eo Hesiodus *in Ergu.* dum ait:

οὐδ' ἀν βοὸς ὄνησιν, εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη. id est:
Neque sane bos interierit, nisi vicinus malus sit.

31 ¶Ecclesia † vel ecclesiasticæ personæ vix furti pœnalem multam capiunt: saltem mitius agendo capere non debent, sed sufficere debet, si suum repetant, *ca. fraternitas 12. qu. 2. ca. suum, ca. 9. de pœn. ap. Greg.*

32 ¶Furti † actio pœnalis non transit contra heredes, rei vindicatio tamen transit, *l. 2. §. fi. vi bonor. rapto. l. furti actione, 35. Cod. de furt. §. 1. ae perpet. & temp. actio.* vt & condictio furtiua, *§. fi. de obl. quæ ex delict. nasc.*

33 ¶Aduersus † eos quoque, quibus aliqui bona fide seruiunt, vt liberi, si ij furtum fecerint, non datur actio, nec noxalis: si ij tamen serui sint, & bona fide quis suos credat, & agere & conueniri posse noxali, ex furto placuit Iustiniano, *l. apud antiquos, 21. C. de furt.* Et si quis ad furandum seruum corruperit, datur quoque serui corrupti in eum actio, *l. aduersus, 4. eod.*

34 ¶Agnitas † quoque res furtiuas vindicare poterit dominus, si suas probauerit, nec auditur qui habet, pretium restitui sibi postulans, quod emtioni impendisse se dicit, non demonstrans venditorem. *l. 2. & l. ciuile est, 5. eod. vide dec. f. cap. Tho. 151.* Furti & in eum actio, qui quidem non furatur, sed fugauit oues, vt alius acciperet, tanquam opem ad surripiendum ferens, *l. in furti actione, 51. §. fi. de fur. P.* vt qui numos de manu alicui excutit, vt alius rapiat, *§. interdum quoque, de obliga. quæ ex delict. nasc. l. si seruus seruum, § si quis de manu. ad l. Aquil. l. furti. §. pen. & l. si seruo, de furt. P. l. si quis vxori 53. §. si quis, de manu. eod. P.* Si dolo malo in ius mulionem vocauit, & interim eius mulæ perierint, *Paul. l. si is qui, 68. §. cum qui, de furt. in P.* Qui vt idoneum aliquem alicui commendauit, & alium particípem fraudis pro eo minus idoneum duxit, *d. l. si is qui, §. si tu. l. si pignore, 56.* Tenetur & qui sciéter furti ferramenta ad effringendum ostium, vel armarium commodauerit, vel scalas ad ascendendum, licet nullum illius consilium principaliter, *§. qui ferramenta, eo. tit.*

35 ¶Leges Salicæ † de furto hæ, *in legib. Salicis, tit. 12. de furt. ingenuorum, §. 1. 2. 3. 4. Ingenuus vltra casam furatus quod valeat vltra duos denarios, plectitur mulcta 600. denariorum, qui faciunt quindecim solidos, vltra rei valorem: si vltra valorem duorum denariorum pœna 1400. denar. id est solidos 35. vltra capitale & delaturam. Si autem,* inquiunt, *de intra casam furatus fuerit, duos denarios cum effractura. culpabilis iudicatur denar. 1800. id est solid. 45. Si vltra valorem inde furatus quinque denariorum, intra clausem, totidem quot maxime præbeat. Quod si ingressus domum fugerit nihil autem extulerit, propter effracturam punitur centum viginti denariorum, qui faciunt solidos 3.*

¶Et alibi de furtis seruorum, *eod. titu. 13. de furt. serui. §. 1. & 2. Seruus vltra duos denarios furatus punitur, aut centum viginti ictibus, aut centum viginti denar. qui faciunt tres solidos, vltra capitale & delaturã. Quod si vltra quatuor denariorũ valorẽ furatus sit, iubetur aut castrari, aut ducentos viginti quatuor denarios, qui faciunt solidos 6. vltra capitale & delaturam reddere.* Et alibi *eod. lib. titul. 17. de superu. & spoliationi. §. 1. & 20. & 10. Qui hominem ingenuum spoliauerit, bis mille quingentorum denar. qui faciunt solidos 80. cum dimidio culpabilis iudicatur: qui dormientem 4000. denar. qui faciunt 200. solidos.*

¶ Dignum † autem est obseruatione, vt fur qui pro furto castigatus fustigatione est, non debeat de carcere educi: donec furtum reddatur, & nisi sit satisfactum fisco & parti. Et ita ex processu criminali peruenitur ad ciuilem, ex eadem instantia officio iudicis, vt late notat Anfrerius *ad decisio. 22. Capell. Tholos. Bald. in l. quod euitandi, de condict. ob turp. caus.* C. & *in l. ea quidem, de accusa. C. Bar. in l. 1. §. hoc edictum, in l. colu. vi bonor. raptor. in P. & idem in l. 1. quam. ciuil. act. crimi. præiud. Angel. in tract. maleficio, ver. per iudicem maleficiorum, 1. & 2. colu. facit l. interdum, § 8. §. qui furem, de furt. in P.* ex sententia Baldi, Bartoli & Angeli. De furto tamen paciscí licere placuit, si factum sit, *l. iurisgentium, 7. §. § paciscar, de pact. P. l. si tibi decem, 18. §. 1. eod.* 36

De Pœna extraordinaria furum.

Cap. 2.

1 *Furis extraordinaria pœna. 2. & seq.*
3 *Latrones famosi qui dicantur, & quæ pœna puniendi.*
4 *Fures in Gallia qui suspendantur.*
5 *Furcifer quis dictus olim.*
6 *Fures quando occidere licuit. & 21.*
8 *Furti simplices quales pœna 8. 9. & 10. & seq. 12. 13. 14. 15. & 20.*
11 *Furta quæ morte plectuntur in Gallia. & 13.*
16 *Furti primi, secundi & tertij quæ pœna. 13. 17. & 21.*
18 *Literarum inustio maleficis Angliæ facta & Galliæ.*
19 *Furta leuiora hodie fustigatione & verberibus puniuntur, & turpe infami. & 22.*
23 *Fures ecclesiasticis personæ & latrones quomodo puniantur.*
24 *Fures in furto necati sint sepeliendi.*
25 *Furtorum species alibi tractatæ.*

NOlite † errare, inquit Diuus Paulus, *1. Corinth. cap. 6.* neque fures, neque auari regnum Dei possidebunt. Etenim docuimus iã, præceptum diuinum prohibere non furandum: sic hæc pœna eodem iure. Sed & iure hoc humano, aliæ quoque pœnæ impositæ furibus sunt. 1

¶Quare † condemnatus furti, infamis est, *l. furti, de iis qui not. infa.* P. iure ciuili: nec potest iudex facere, vt qui eo nomine damnatus est infamis non sit, *l. non potest præses prouinciæ, 65. de furt. l. 1. §. sed non vtique, ad senatusc. Turpill.* Potest tamen pœnam ex arbitrio criminalem temperare, si expresse aliqua lege furti species pœnam non recipiat, idque exemplo extraordinariorum criminum, *l. 1. de effractor. in P.* Qua in re animaduertendũ iudicanti est, num simplex quoque furtum sit, aut vero crimini alij misceatur, vt solet, *auth. sed nouo iure, C. de ser. fugit.* 2

¶ Siquidem seruus, † qui sui furtum fugiendo facit, pedo olim, iure codicis manu truncabatur. Fures occulte & sine armis subtrahentes colligantur, *d. auth. sed nouo, & auth. si fugitiui, de ser. fugiti. C. §. quia vero nos oportet, vt nullo indi. lic. hab. loc. seruo. colla. 9. l. capitalium, §. famosos, de pœ. in P.* at qui violenter aggrediuntur, aut cum armis, aut sine his in domibus, vel itineribus, aut mari, vel sunt famosi latrones, pœnis legalibus & furca subiiciũtur. Post tria furta autem quis dicitur famosus latro à Iasone *in l. pe. de condict. ob. cau. P.* Alexandro, *consi. 110. 4. volumi. incipiens, statuta ciuitatis Parmæ, vltim. colum.* Raph. Fulgosio, *consil. 157. in 1. & 2. col.* Chassanæo, *in consuetu. Burg. tit. des iustices & droicts d'icelles, §. 5. ad ver. pour la premiere fois, versic. & aduerte.* Ex consuetudine regni Galliarum, pœna furcarum est inducta contra fures, iuxta ea quæ tradit Chassanæus, *idẽ in d. §. 5. ad verba illa, pardeuala vie.* Sicut pœna Iudæ proditoris, qui fur erat, indicat, qui laqueo se suspendit, *D. Ioan. c. 13. Matth. 27.* 3

¶Non † erat tamen controuersia inter interpretes, num iure ciuili pro tertio furto quis fur dicatur famosus, cum famosum latronem, qui vi obsidet vias, constet differre à famoso fure. Verum illa quæstio quia late discutitur à Iasone, apud ipsum videnda, *Iason in §. ex maleficiis, à nume. 5. vsque ad nume. 17. de actio.* Et illa, num pro vno furto, quod tribus æquiparari possit, suspendatur, anve ob grauitatem furti possit iudex exacerbare pœnam. Videndus & Nicolaus Boerius *quæst. 173. num. 5. & 219.* 4

¶Plutarchus † scribit *problem. 65.* in furto vel aliquo simili flagitio deprehensos, furciferos appellatos: eo quod qui seruum alicuius sceleris aut improbitatis conuicisset, duplex lignum quod currui subiiciunt, attollere iubebat, vt conspiceretur viciniam obire, vt in posterum ei fidem non haberent, & ab eo cauerent, hocque lignum Græcis dictum ζύγον, furca Latinis. 5

¶Theophilus † in iuris ciuilis institutionibus, *in 4. Instit. lib. tit. de perpet. & tempor. actio.* capitalem pœnam furibus fuisse lege duodecim tabularum indictam testatur. Gellius sic explicat, *lib. 11. cap. 18.* de iis legibus agens, *Furem, qui manifesto furto prehensus esset.* 6

Digitized by Google

esset, tum demum occidi permiserunt, si aut cum faceret furtum non esset, aut interdiu si telo, cum prehenderetur defenderet: ex ceteris autem manifestis furibus, liberos verberari, addicique iusserunt ei, cui furtum factum fuisset, si modo id luci fecissent, neque telo se defendissent. Seruos item furti manifestos prehensos verberibus affici, & è saxo precipitari: sed pueros impuberes prætoris arbitratu, verberari voluerunt, noxamque ab eis factam sarciri. In occisione porro licita furum nocturnorum, consentire Iurisconsultos superius, dum de sicariis egeremus, ostendimus, *ex l. 4. §. ad l. Aquil. ex l. furem, ad l. Corn. de sicar. idem in l. 15. & 16. tit. de furib. li. 7. Cod. Wisig. tit. 2.* In impubere etiam distinguit Vlpianus, *l. impuberes, 23. de furt. in P. facit l. pupillum, & l. pupillus, de reg. iur. l. 1 §. impubes. de fal. mon. l. impuberem, ad l. Cor. de fals. in P. ca. 2. de del. puero.* num doli capax, vt furtum fecisse dicatur, modum tamen esse adhibendum: in infantes autem non cadere dolum.

7 ¶ Lex † ciuilis nouella statuit pro furto simplici moti nõ debere furem, nec aliquod membrum ei abscindendum, sed aliter castigandum, *authent. sed nouo iure, de ser. fugit. C. §. quia vero non oportet, vt nul. iudi. lic. hab. loci seruat. collat. 9. tit. 9.*

6 ¶ Lex † erat Athenis, vt testatur Vlpianus *in commenta. in oration. cont. Timocratem*, commentator Demosthenis, *ὑπὲρ τῶν πεντήκοντα δραχμῶν οἱ γὰρ ἁλόντες ὑπὲρ τῶν πεντήκοντα δραχμῶν, ἔτιμων ἑαυτοῖς. Lex erat, inquam, de quinquaginta drachmis, quas enim insuper quinquaginta drachmas furabantur, lasius puniebantur.*

9 ¶ Draco † lege Athenis sanciit, furem cuiuscunque modi furti, supplicio capitis puniendum, *Gell. li. 11. c. 18. Sancitum*, inquit Xenophon *1. de dict. aut fact. Socrat. legibus, illum affici morte debere, qui aut furabatur, aut latrocinabatur, aut rapiebat, aut in ædes alienas irruebat, aut sacrilegium committebat.*

10 Zaleucus † Locrensibus legem statuit, deprehensum in furto oculis priuandum, teste Heraclide, *in politiis, & in polit. Locrens.* cum tamen pœnam hanc ad adulteros referat Valerius Maximus *li. 6. c. 5.*

11 ¶ Furibus † Actysanes rex Ægypti & Æthiopiæ, nares abscindi iussit, deinceps in extera Ægypti exsilio relegauit, vbi ab iis exædificata ciuitas, dicta Rhinoceros, à naribus exsciss is, vt auctor Diodorus Siculus *li. 2. Bibliot. ca. 1.* Et nunc in Gallia, nõ nares quidem, sed aurium fibræ seu auriculæ furibus pro primis furtis post fustigationem abscinduntur, vt caueantur loco insigni ita notati. Vindicantur tamen & furta quædam morte, vt domestica seruorum & domesticorum famulorum, quorum fides maxime nobis necessaria, vt notat Papus in Rhapsodia arestorum, *lib. 23. tit. 6. aresi. 2. Ioan. Faber, in §. alia deinde, de public. iudi. & nos inferius de fur. domesti. proprie capite.* Ego sæpe vidi suspendi balantocomos istos, qui crumenas absciderant, in sacro principis Senatus Tholosani palatio, etsi vix sex denarij in crumenis inuenti essent, quia studium, malitiaque furandi, & loci sacrilegium, vindictam illam merentur, vt tutus ab hac improbitate locus sit.

12 ¶ Accedit † lex Insubrum, seu Langobardorum, *§. si quis quinque solidos, de pac. tenen. & eius vio. libr. 2. Feud. tit. 27. Si quis*, inquit lex, *quinque solidos valens, id est, triginta Veronenses solidos*, ex nostris quadraginta. *Aluar. in §. si quis quinque. aut plus fuerit furatus, laqueo suspendatur, si minus, scopis & forcipe excorietur, & tundatur seu tondeatur.* Interpretes tamen, vt Aluarotus, Baldus, *in d. §. si quis quinque solidos*, Bartolus, *in l. capitalium, §. famosos, de pœn. & in authentic. sed nouo iure, & ibi quoque Bald.* & glossa *in §. iniuriam, de pace iuram. firm. in verbo puniatur*, tradunt, illam constitutionem abrogatam contraria consuetudine, & constitutione Frederici, de pace iuramento firmanda, in §. iniuria. Dicerem ego, illam constitutionem editam fuisse in latrones qui pacem initam furto rumperent, etiam quinque solidos furando: & ideo esse tantum illos furca puniendos, vt exemplari pœna, non alios.

13 ¶ Statuit † autem Carolus Magnus in Langobarborum legibus, *l. de latronibus, de furt. li. 1. l. Langobar. meminit Iason, ad §. ex maleficio, num. 10. de actio.* & in Synodalibus constitutionibus, *in capitula. legi. Caro. Magni, habitis in Synodali concilio, c. 24.* vt pro primo furto non moriantur latrones, sed oculum perdant: pro secunda vero culpa nasus eisdem abscindatur: pro tertia, quia inemendabiles, moriantur, Rhotarius alius Langobardorum rex sancit etiam: *Si liber homo furtum fecerit, & in ipso furto tentus*, id est, deprehensus, *fuerit, id est fugandi, si furtum vsque ad decem siliquas fuerit sibi nouum reddat, & componat pro tali culpa 80. solidos, aut animæ suæ incurrat periculum.* Et rursum: *Si quis seruus furtum fecerit, & tentus fuerit in ipso furto vsque ad decem siliquas, sibi nouum reddat, & componat pro tali culpa solidos 40. aut certe occidatur.*

14 ¶ Æschines † ὁ ῥήτωρ, meminit cuiusdam legis Græcæ, in hæc verba: *οἱ νόμοι κελεύουσι τοὺς μὲν ὁμολογοῦντας δανάτῳ ζημιοῦσθαι, τοὺς δ' ἀρνουμένους κρίνεσθαι*, id est, *leges iubent ex furibus confitentes quidem morti adiudicari, negantes iudicati tantum pecunia.*

15 ¶ Crem † legislator Bulgarorum, teste Suida *in ver. Bulgarus*, legem ita sanciit: *Nemini liceat furi cibum impartiri, qui vero id ausus fuerit, publicus esto: furi autem crura confringantur.*

16 ¶ Ex † consuetudine Burgundiæ *tit. des iustices & droicts d'icelles, §. 5. vbi disputatur à Chassan. num & in fœminis furantibus pœna locum habeat*, qui furatur intra 10. libras, pro primo furto illo ex arbitrio iudicis castigandus, citra tamen mutilationem membrorum, aut mortem naturalem: si autem vltra decem libras furatus sit, corporali pœna ex arbitrio iudicis puniri debet. Et si iterum furetur, vita priuandus venit, nisi gratia ei pœnæ & delicti fiat à principe.

17 ¶ Et Saxæ † in Germania, lex de furto hæc antiqua, apud Beatum Rhenanum *lib. 2. rer. Germanic. dum agit de statu Germ. sub Imperatorib. Saxonibus. Si quis sicli vnius, aut duorum pretij furtum fecerit aut prædam, eorium cum capillis perdat: si secundo vel tanti, vel quinque siclorum furtum vel rapinam fecerit, manu priuetur: si tertio, absque vlli dubietate suspendatur.*

18 ¶ Apud Anglos † Henricus septimus rex statuit anno secundo regni sui in consilio, vt pro primo scelere remitteretur quidem pœna corporalis in carcerem coniectis sceleris commissi, nota in palma sinistræ manus sub pollice inureretur, quæ criminis admissi primam referat literam: vt si homicidium commisit, inuratur *M. meurdre* enim dicunt homicidium: furibus vero *T.* vocant enim *Thesht* furem. Vt si rursum in crimine reperiantur, merito illico pœnas dent. Illud, inquit Polydorus Vergilius *li. 26. hist. Angli. pa. 609.* à Gallis mutuatus: nam apud eos huiusmodi damnatis hominibus solet amputari altera auris, certa posthac maleficij nota imprimi.

19 ¶ Solent † & Galli furunculos istos loris flagellare publicè per compita & vias ciuitatum & oppidorum, pro leuioribus furtis extra sacrum locum factis: vt & fieri antea Romæ inuit Horatius, dum ait, *li. 1. Epistol. epist. 16. ad Quintium*:

Nec furtum feci, nec fugi, si mihi dicat
Seruus: habes pretium, loris non vteres, aio.

20 ¶ Mitius † apud reliquos fures puniti, vt in Perside apud Polyleritas apud quos, vt Thomas Morus scribit *lib. 1. Vtopiæ*, fures condemnantur tantum reddere quæ furati sunt domino, non principi, & damnãtur in opera, neque periculi quidquam præter laborem in vita patiuntur, illisque victus ex eleemosyna collecta impenditur, & interdum viritim in eius rei vsum confertur, & in foro, minori tamen pretio quam liberi conducuntur: notantur autem vnius habitus colore, pilo non raso, sed parum supra auriculam attonso. Neque vnquam deferunt pecuniam, vel arma: horumque aliqui singulis annis restituuntur libertati, exemplo patientiæ.

21 ¶ Furta † etiam raro apud Moscouitas seu Rhutenos puniuntur, verum qui in furto deprehensum occiderit, impune facit, si occisum in aulam principis detulerit, & rem vt est acta exposuerit, vt scribit Sigismundus Liber Baro *in commen. rer. Moscouit.* Is tamen refert aliam legem Basilij Magni ducis Moscouiæ, qua statuitur, pro primo furto conuictum citra sacrilegium nõ puniri morte, sed baculis cædi & pœna pecuniaria mulctari: pro secundo autem furto, si nõ habuerit vnde iudici satisfaciat & accusatori, plecti morte.

22 ¶ In † constitutione Imperatoris Caroli quinti, de rebus capitalibus edita, *artic. 157. & 158.* simplicis furti clandestini valoris quinque florenorum pœna, dupli reddendi læso ponitur, cum expensis carceris & viatorum, qui eum apprehenderunt. Quod si non habeat vnde soluat, iubet carcere macerari & vinciri, nihilominus & soluere carcerem & viatorum impensas. Quod si deprehensus fuerit in furto manifesto vltra quinque florenos, iubet hunc virgis cædi, & torqui infami adiudicari, vocant *le colier ou carquant*: dehinc ditioni ei interdici. In legibus Wisigothorum hæc, *l. 14. titul. de furib. lib. 7. Cod. Wisig. titul. 2. Fur, si captus fuerit, perducatur ad iudicem, ita vt ingenuus nonecuplo sublata restituat, & extentus publice coram iudice centum flagella suscipiat: quod si non habeat vnde componat, careat libertate, illi seruituras, cui furtum fecerit. Seruus autem sextupli compositione cogatur exsolucre, & centum flagella ante iudicem extensus accipiat, &c.*

23 ¶ Iure † pontificio personæ ecclesiasticæ in furto deprehensæ, vel conuictæ furti, à iudice ecclesiastico deponuntur, *ca. presbyter, 81. dist.* & si depositæ incorrigibiles sint, excommunicatur; deinde contumacia crescente, anathemate percelluntur: & tandem si contumaces perseuerent, curiæ seculari dantur castigandi, *ca. cum non ab homine, ca. 10. de iud. li. 2. Decret. tit. 1.* Innocentius tertius, clericos in latrociniis deprehensos, & in aliis magnis sceleribus, statuit, *ca. tua, c. 6. de pœn. li. 5. Decret. tit. 26.* suis ordinibus degradatos detrudi in arcta monasteria, ad pœnitentiam agendam. Hostiensis tamen hanc pœnam locum habere in latrociniis, non in furtis simplicibus vult, *in d. c. tua.* Quod sequitur Panormitanus Abbas, & Ioannes Andreas *ib. dem.* Erit tamen de hoc furto condemnatus, infamis, sicut laicus, *c. infames, 6. qu. 1. & §. hic colligitur, 2. qu. 3. Felin in c. qualiter, in 2. §. ad corrigendos, 5. col. de accusatio.* si agatur contra eum actione furti nominatim: non autem si condictione furtiua tantum, vel si simpliciter condemnetur ad rei restitutionem, *Io. Bernard. Diaz in pract. crimina. cano. 284. in fin.*

24 ¶ Placuit † etiam pro furibus, si inter furandum occidantur, non esse orandum, *ca. 2. de furt. ap. Gregor.* quia in mortali peccato decessisse eos constat, *ca. Lacnit, 23. quæst. 5.* vulneratos tamen

Digitized by Google

& confessos ad communionem admittendos, *dict. cap. final. de furt.*

25 ¶ Sed † quia pœnæ furtorum grauiores vel leuiores sunt, ratione circumstantiarum, rerum, personarum, adiunctorum, modi furandi, temporis, pauca exempla singulorum percurramus, vt ex illis facilior in reliquis fiat via. Non referam tamen ea, quæ iam diximus de furto sacrilegij: peculatus, repetundarum, de quibus iam supra diximus.

De Consideratione rerum in furtis & primum rerum nauticarum.

Cap. 3.

1 *Naufragij res subtractæ vt considerandæ in pœna furti.*
2 *Naufragorum bona dominis debent reseruari, & restitui: nisi pyratarum, vel hostium sint.*
3 *Naufragio vel incendio rapientium pœna ciuilis.*
4 *Nauem mouens sine permissu domini qua pœna punitur.*
5 *Nauicularioru res rapiens, qua pœna Rhodiis legibus punitur.*
6 *Nauicularij prædam facientes quomodo puniantur.*

1 EX † rerum subtractarum qualitate pœnas perpendendas esse monet hac ratione Paulus, *l. Padius, de incēd. rui. & naufr. li. 47. P. tit. 9.* ex Pij Antonini rescripto: *Quod plurimum*, inquit, *interest in furto ex naufragio, an quæ seruari possint quis flagitiose inuaserit, & in graui præda appesita, liberi fustibus cæsi in triennium relegantur: sordidiores, operi publico dandi: serui flagellis cæsi, in metallum adiudicandi. Si non magna pecuniæ res fuerint, liberi fustibus, serui flagellis cæsi dimittuntur. Quæ locum habent si quis de incendio quoque rapuerit.*

2 ¶ Constitutio † Frederici, *§. nauigia, de statu & consuetud. colla. 11. in authent. & constit. nauigia, de furt. Cod.* Imperatoris statuit, nauigantium bona, quæ naui vel rupta fluctibus, vel expugnata, in portum vel alias ripas peruenerint, integra dominis reseruari, tublata penitus omnium locorum contraria consuetudine: nisi nauigia illa pyraticam exercerent prauitatem, vel inimica Christiano essent nomini. Atque transgressores sanxit bonorū publicatione mulctari, aliaque pœna extraordinaria puniri. Et alibi *l. 1. de naufrag. li. 11. C. tit. 5.* Imperator prohibuit etiam fisco, ne in aliena calamitate, de re tam luctuosa compendium sectetur, & res dominis restitui iussit.

3 ¶ Ciuilis † pœna, *l. in eum, 18. de furt. Cod. libr. 6. titul. 2. l. 1. 2. 3. de incend. ruin. & naufrag. in P. l. 3. de naucular. libr. 11. Cod. titul. 1.* in eos qui dolo malo quippiam ex incendio vel naufragio rapuerint, intra annum vtilem quadrupli, post annum in simplum, vltra pœnam olim statutam, scilicet vi bonorum raptorum, vel furti. *Caius, l. si quis, ex naufragio, 5. dict. titul. de incend. ruin.*

4 ¶ Extat † lex Salica, *in l. Sali. tit. 23. de nauib. furatis, §. 1.* hæc: *Si quis nauem alienam sine permissu domini sui, mouere præsumserit, aut ea transierit, Malberg & stemere, cētum viginti denar. qui faciunt solidos tres, culpabilis iudicetur.* Et rursum *§. 2. eiusdem tit. Si quis nauem furatus, 600. denar. qui faciunt solidos quindecim, culpabilis iudicetur.*

5 ¶ In † legibus naualibus Rhodiorum editis Græce per Imperatores Tiberium, Adrianum, Antoninum, Pertinacem, Lucium Septimium Seuerum, sic statuitur c. 48. ὁ ἁρπάζων πᾶν τι τῶν ναυλικῶν, τετραπλασιον ἀποδότω, id est, *qui quid ex rebus nauicularioru rapuerit, in quadruplum id restituito.* Idem in cap. 50. & 51. grauiori præda & vi inuadentes eas res post restitutionem earum quæ inuaserunt, liber ad triennium relegatur: sordidiores, in opus publicum eiusdem temporis serui in opus grauius fisci adiudicantur. Wisigothorum autem hæc lex, *l. 18. tit. de furib. li. 7. C. ll. Wisig. tit. 2. Quicquid de incendio, ruina, naufragio raptum fuerit, & aliquis ex hoc quicquam ab alio susceperit, siue celauerit, in quadruplū reformare cogatur.*

6 ¶ Qui † cum nauicularijs prædam fecerunt, tenentur iure ciuili quoque in quadruplum. *l. 3. de naucular. li. 11. C.* Iure pontificio, qui peregrinos spoliarunt, aut inermes pauperes depręda-ti sunt, anathemate percelluntur, *ca. illi qui, 24. q. 3.*

De Furtis rusticarum rerum, & primum instrumentorum.

Cap. 4.

1 *Sarculum vel ligonem furatus qua pœna puniendus.*
2 *Tintinabulum animalium ouis vel bouis furatus qua pœna puniendus, & 4.*
3 *Agriculturæ instrumenta furatus quomodo puniendus. Et 5.*
6 *Sterquilinij furati actio.*
7 *Stercoris & sterquilinij agriculturæ vtilitas.*

IN legibus † Georgicis Iustiniani, *tit. 4 l. 1.* sic scriptū legimus, ¶ ὁ δὲ γεωργὸς κλέψῃ ἢ σκαφὴν ἢ λίσγον ἢ δικέλλαν, &c. id est, *Si quis agricola fodiendi tempore sarculum vel ligonem furto subtraxerit, & postea conuictus fuerit, eius nomine pendito per singulos dies à furto admisso, nummion ἓν ὕστερον, vidz assem, siliquā vnam, aut pholas duodecim. Similiter & qui tempore putationis falcem putatoriam: aut messis, falcem messoriam: aut lignationis, securim interuerterit, & sic de similibus.*

2 ¶ Alia † lex, *in pred. tit. 4. legum rustica. Iustin. l. 2.* ἐὰν τις κώδωνα ἢ βοὸς ἢ προβάτου, ἢ ἕτερόν τινος ζῴου κλέψῃ ἢ γλωσσοκόμον, ἢ κλέπτης ᾖ κώδωνος, id est, *Si quis tintinabulum bouis aut ouis, aut alterius cuiusuis animalis subtraxerit, fuerit ue conuictus, flagellator vt fur. Si vero & animal deperditum fuerit, fur tintinabuli id quoque præstato.*

2 ¶ Et † talia, *eo. tit. l. 10. Furantes aratrum vel vomerem, vel iuga, puniuntor pro numero dierum, ex quo furtum admissum est, per singulos dies pendentes pholae duodecim. Alieni plaustri vel anecłores, vel exustores, duplam eius æstimationem pendunto.*

3 ¶ In legibus † Salicis, *tit. 27. de fur. diuers. §. 1.* leges hæ, *Qui tintinum*, id est, *tintinabulum, de porcina aliena*, id est, de grege porcorum, *furatus fuerit, 600. denarijs, qui faciunt quindecim solidos, culpabilis iudicator. Si tintinum de pecoribus, eo. tit. §. 4. centum viginti denarios, qui faciunt solidos tres. Si perdicam*, id est, numellas, *de caballo, eo. tit. §. 2. totidem: & si is perierit, restituat vltra alium in eius locum.* Et in Codice legum Wisigothorum similis hæc lex, *in l. 11. tit. de furib. & furat. li. 7. C. Wisigo. tit. 2. Si quis tintinabulum inuolauerit de iumento vel boue, solidum reddat: de vacca tremisses duos, de verueccibus vel quibuscunque pecoribus, tremisses singulos cogatur ex soluere.* Et alibi, *l. 12. de inuasionibus, lib. 8. eiusdem Cod. Wisigo. ti. 1. Qui in it igere vel in opere rustico constituto aliquid violenter inuiolauerit vel abstulerit, quadruplum reddat.* Et addit, seruum qui hoc fecerit centum flagellis afficiendum, si sine scientia domini, & dominum vel componere debere pro damno, vel seruum pro noxa dare.

4 ¶ In † constitutionibus Frederici prohibitum est, *§. agricultores, de statut. & consuet. in extrauag. feud. vnde auth. agricultores, quæ res pign. oblig. poss. lib. 8. C. tit. 17.* vt nullus inueniatur tam audax, vt personas, boues, & agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit, quod ad agrorum operam rusticam pertineat inuadere, aut capere, aut violenter auferre præsumat, & si quis hæc ausus fuerit, in quadruplum ablata restituat, & infamiæ notam ipso iure incurrat, imperiali animaduersione nihilominus puniendus.

6 ¶ Inter † instrumenta fundi ponuntur ab Vlpiano, *in l. instrumenta fundi 8. de fund. instr. lib. 33. P. tit. 7.* quæ fructus quærendi, cogendi, conseruandiue causa parata sunt, eaque quæ sint enumerat. Et inter instrumenta quærendi, pecora quoque stercorandi gratia parata. Idcirco & stercus instrumentum quodāmodo erit, & eius gratia etiam legem de eo non tapiendo, vel de furato restituendo institutam fuisse à Solone ex Suida, *in ver.* Σόλων δίων constat. Ex qua Σόλων δίων, actio de fimo: valde necessaria rusticis.

7 ¶ Nam † agriculturæ stereorationes maxime commendari constat ex auctoribus rei rusticæ. Sic M. Cato, *de re rustica, c. 13.* iubet. *Sterquilinium magnum stude vt habeas. Stercus sedulo conserua cum exportaueris, spargito & comminuito, per autumnum euehito.* M. Varro *l. de re rustica. ca. 13. Secundum villam duo habere oportet sterquilinia, aut vnum bifariam diuisum: alteram enim in partem ferri oportet è villa nouum finum ex altera veterem tolli in agrum, &c.* Isque alibi, *Idem d. lib. 1. c. 38.* stercorum vtilitatem prosequitur, aitque: *Qui auiaria conducunt, si caueat dominus stercus, vt in fundo maneat, minoris conducere quam si accedat.* plura Palladius, *lib. 1. de re rust. c. 33.* Columella, *lib. 2. de re rust. c. 6.* & in Geoponicis, *li. 2. Constan. vt ferunt. de agric. c. 9.* περὶ κόπρου καὶ κυπελίου: sic orditur eius vtilitatis auctor tractationem. πλεῖστα γὰρ ὠφελεῖ γῆν ἡ κόπρος πολλὰ γὰρ ποιεῖ τῇ γαίῃ πλέον βοηθοῦσα, &c. *Bonam terram stercus meliorem facit, vitiosam autem amplius inuabit.* Et inutilis quæstio visa non est Vlpiano, *l. fundi 10. de act. emt. P.* num fundo vendito sterquilinium accederet, & respondit venire si eius causa comparatum: secus, si vendendi gratia, vt intelligamus vendi solitū. Placuit & eum, cui vsus ouium relictus est ad stercorandum agrum suum, pecoribus vti posse, *§. sed & si pecorum, de vsu & habit.*

De Furtis animalium, & Abigeatu.

Cap. 5.

De quo li. 9. C. tit. 37. & li. 47. P. tit. 14.

Digitized by Google

1 *Furtum animalium cum abigeatu, & sine illo fit.*
Quid abigeus, & abigeatus, eod. Et quomodo puniatur in sequentibus, 3. 5. 7. 8. 9. & 10. 11. & 12.
2 *Abigeatus quomodo crescat pœna.*
4 *Inuentum non restituens, nec quærens dominum, fur est.*
6 *Animalium cicurorum, non ferorum sit furtum, & quomodo.*
13 *Apes quomodo, & cui acquirantur.*
14 *Columbæ ex alieno columbario acceptæ, furti actionem pariunt.*
Idem de piscibus ex stagno alicuius captis dicitur.
15 *Columbaria quibus liceat exstruere.*

1 FVrtum † animalium fit abigeatu, & sine illo: abigei illi proprie dicuntur, *Vlp. l. 1. §. 1. de abig. li. 47. P. sit. 14.* qui pecora ex pascuis vel armentis subtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi studium quasi artem exercent, equos de armentis vel oues de gregibus abducentes. At is qui ouem errantem, vel equum in solitudine exsistentem abducit, non arte abigendi, sed retinendi tamen, fur est non abigeus. Callistratus, *l. 3. eod.* numerum ouium 10, porcorum 5. aut 4. equum vnum aut bouem, abigeatum facere ait: non minorem ouium, & porcorum numerum, sed furem. Idem respondit Claudianus, *l. aut facta, 16. §. quantitas, de pœn. in P.* nisi sæpius vnum aut alterum pecus surripuerit quis *d. l. 3. de abi. P.* Melius erit si abigeos dicamus eos, quibus est cura alienis insidiari animalibus, aut iumentis, & ea transponere alibi: sic enim tradit Iustinianus, *in §. mitiores, ver. si igitur, de nupt. in auth. coll. 4.*

2 ¶Hoc crimen † publici iudicij non est, quia furtum magis, vt ait Marcellus *l. 2. de abig. P.* ideo & sine inscriptione, & cũ ea intentari potest, *l. vni. C. eod.* Si ferro tamen vtantur, qui abigunt, solent durius puniri, *l. 2. §. si. eo. P.* Augetur & pœna, si ab stabulis abigant, estque maior, quam si à sylua vel pascuis: & si sæpius abegerunt. *3. eo.* Et eo loci, quo frequentius hoc crimen committitur, ad exemplum seuerius coercetur, interdum gladio & in opus publicũ damnatione, & si honestiores personæ sunt, vel ordinis amotione, vel relegatione, *l. 1. cum suis §§. eo.* Et si gladio abigunt, feris aliquando obiciuntur, *d. l. 1. §. fi.* Receptatores vero abigeorum Adrianus in decennium extra Italiam relegari iussit, *l. si. §. si. eod.*

3 ¶De abigeis † duæ leges Græcæ Iustiniani, *in leg. b. Georg. Iustin. tit. 4. l. 6. & 7.* vna, ἐὰν τις κλέψῃ βοῦν ἢ ὄνον, ἢ ἵππον ἢ ὅπλα ποσὶν τιμιχίτω αὐτὸν μαστιγώσεις ἑκατὸν καὶ τὰ ἰργασίας αὐτοῦ πάσας, id est, *Si quis bouem aut asinum furto abduxisse conuictus fuerit, flagris cæsus in duplum reposito æstimationem, simulque operæ deperditæ damnum præstato.* Alia, ἐὰν τις κλέψας βοῦν ἐξ ἀγέλης, ἀπλαδοῦσα ἀγέλη διεσπάρητος γένεται τυφλούσθω, id est, *Si quis dum bouem ex armento abigere parat, hac occasione armentum dissipatur, vt à feris dilaniaretur, luminibus priuator.*

4 ¶Lege † Langobardorum, *l. si hominem, de furt. li. 1. l. Langob.* qui animal, quod iunerantem se sequitur, acceperit, & vinciverit, palamque habuerit, reus non est furti vel abigeatus, paratus domino reddere, si requirat. Nec si animal quod sequitur itinerantem, se à via auerterit, reus furti vel amissionis est: Si tamen animal, quod sequutum est eum, abscondite tenuerit, vel vendiderit, debet componere pro *octogild.* Exstat hac de re lex diuina, *Deuter. 22. Non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem, & præteribis, sed reduces fratri tuo, etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum, & erunt apud te, quandiu quærat ea frater tuus, & recipiat.* Animal quippe quod errat, quandiu est spes illud inquirendi, in possessione ciuili, non naturali domini est, *l. 3. §. Nerua filius, de acquir. possess. lib. 41. P. titul. 2.* Proinde si quis animo interuertendi dominium celauerit, vel habuerit, furtum committit: sicut & qui rem iacentem lucri faciendi caussa sustulit. neque libellum proposuit se inuenisse, & redditurum ei qui desiderauerit: quæ recte tractat Vlpianus, *l. falsus creditor 44. §. qui alienum quid, de furt. in P.* Iterum in Leuitico, cap. 6. *Qui rem perditam inuenerit, & inficiatus insuper peierauerit, reddet quæ per fraudem retinere voluit integra, insuper & quintam partem domino, cui damnum intulerat.* Eo enim ipso quod reposcenti domino, res suas non reddiderit habens surripere & intercipere videtur: quare & furti & ad exhibendum tenetur, inquit Pomponius, *leg. 44. §. final. de acquir. rer. domin. P. leg. secunda, §. & generaliter, de doli except. in P. leg. 1. §. & in summa. quar. rer. act. non dat. leg. 1. §. est autem, depos. in P.* etsi animo furandi ante nostra non acceperit.

5 ¶Pœna abactorum ex legibus Valentiniani & Valentis, *l. 1. 2. & 4. quib. e. quor. vsus conces. est vel denegat, lib. 9. Cod. Theod. titul. 30.* affecti sunt, qui equum equamue habere, præter senatores, honoratos, administratores prouinciarum, & decuriones. Lege Gotthorum prospectum recte etiam est aduersus eos, qui se dicunt vagantia animalia reperisse, vt furti suspicionem elidant, in hunc modum, *l. 6. de pasc. lib. 8. d. Cod. Wisig. tit. 5. Caballos vel animantia errantia liceat occupare, ita vt qui inuenerit denuntiet aut episcopo, aut comiti, aut iudici, aut senioribus loci, aut etiam in conuentu publico vicinorum. Quod si non denuntiauerit furis damnum habuerit. Similis & de aliis rebus ordo manebit.* Et postea, *l. 7. eod. tit.* datur præmium ei, qui inuentum animal domino non interuerterit, & quantum expenderit. Et si euerterit, inquit, duplum restituere domino cogitur. Iterumque, *l. 8. eod.* cauetur, ne animal inuentum liceat tondere, vel vendere, vel characteres infligere.

6 ¶Animalium furtum fit eorum, quæ domesticam & cicurem habent naturam, si lucrandi animo ea quis à dominis abstulerit, concluserit, vel apprehenderit: vt in gallinis, anseribus, & ceruis domesticis. Eorum autem quorum fera est natura, si à nobis euolauerint, si spes repetendi non sit, furtum non est, *l. naturalem, 5. §. apum, & §. seq. de acquir. rer. dom. P. §. gallinarum, de rer. diuis. apud Iustin.*

7 ¶In † pacto legis Salicæ Francorum porcellorum furta pro modo loci, vnde subtracti sunt, puniuntur: siquidem vt ibi habetur, *in legib. Salic. tit. 8. §. 1. Qui subtraxit de prima aut media Rhane, centum viginti denariorum, id est, solidis 3. condemnandus est vltra capitale. Qui §. 2. eod. de terra Rhane, 600. denariorum, id est, quindecim solidorum. Qui §. 3. de Sutem, habente clauem, 1800. denar. id est, 45. solid. vltra capitale & delaturam. Qui §. 4. ex grege custodito à suario in campo porcellum tulerit, 600. denar. seu quindecim solidorum. Si quis §. 5. scrouam, 260. denar. id est, 7. solid. Si scrouam, §. 7. cum porcellis, 700. den. id est, 17. sol.* Deinceps & ætatem porcorum considerant. *Vt si anniculum porcum furatus quis sit, soluat. §. 8. 120. den. semper vltra capitale & delaturam.* vt in sequentibus intelligendũ. *Pro bimo, §. 9. 600. denar. id est, 15. solid. &c.* De † aliis autem animalibus, *in d. l. tit. 3. §. 1. 2. 3. 4. & seq. Qui vitulum furatus erit, damnatur 120. denar. id est, 3. solid. præter capitale & delaturam: si aliud animal anniculum, 600. denar. id est, 15. solid. Si bimum, 1400. denar. id est, 35. solid. vltra cap. & delat. Si vitulum cum vacca totidem: si eã solam, 120. denar. id est, 30. solid. &c.*

8 ¶Et † de canibus nominatim, *eo. tit. 6. de furt. canum §. 1. 2. 3.* Pro *cane segusio* (qui sequitur prædam) *furato, pœna 600. denar. id est, solid. 15. Si autem Segusium magistrum quis sit furatus, 1800. denar. id est, solid. 45. Si canem pastoralem quis occiderit vel furetur, 120. denar. id est, solid. 3.*

9 ¶† *Pro agno, eo. li. tit. 4. de fur. ouium §. 2. 3. Subtracto lactente, pœna 7. denar* Pro *vetule bimo, 23. denar. si tres & amplius, 1400. denar. id est, 35. solid. Si quinquaginta, 2500. denar. id est, 65. solid. cum dimidio vltra capitale & delaturam semper.*

10 ¶† *Pro tribus caprũ, eodem lib. tit. 5. de furt. capra. §. 1. & 2. Subtracto centum viginti denar. id est, sol. 3.*

11 ¶† *Si plures, 600. denar. id est, solid. 15. Qui accipitrem, hac & seq. in eo. li. tit. 7. de furt. auium, §. 1. 2. 3. 4. & seq. ab arbore furatus, debet 120. denar. si de pertica, 600. excepto capitale & delatura. Si de nitro clauem, 1800. denar. id est, solid. 45. Si Sparuarium, centum viginti denar. Si gallum vel anserem, totidem. Si gallinam solam pidam, totidem. Si gruem aut cygnum domesticum, si turturem de trapu, vel aliam auem de decipula vel rete, totidem.* Quod enim etiam iure ciuili cepimus in venatione, & manet sub nostra custodia, nostrum esse dicimur, *l. 3. §. 1. de acquir. rer. dom.* Ideo & alibi in legibus Salicis, *tit. 36. de venatio. §. 1. Si quis aliqua de venatione, de auibus, vel piscibus furatus fuerit. 600. denar. qui faciunt quindecim solid. culpabilis iudicatur. Eademque summa plectitur, eod. tit. §. 5. & 6. qui ceruum aut aprum motum, & lassatum à canibus alterius furatus fuerit, vel celauerit.* Quibus adstipulatur Caius Iurisconsul. *l. naturalem §. 1. de acq. rer. dom. P.* si venator qui feram vulnerauit, eam persequatur, & in conspectu habeat, non aliter: cum multa possint accidere, quibus impediatur captio. Quod & firmat Iustinianus, *§. illud, de rer. diuis.* Accursius tamen putat, *in d. l. naturalem, §. 1. in ver. quod verius.* lege Langobardorum penultima de venationibus, feram vulneratam pertinere ad vulnerantem, si inueniat eam intra 24. horas. Distinguit de laqueo erepta venatione Procusus, *l. in laqueum 55. de acq. rer. dom. facit. §. feræ quoque, de rer. diuis.* vt si in suo quis tetenderit, vel in alieno permissu domini, & illinc præda non esset euasura, sit eius qui laqueum posuit, non aliter.

12 ¶Lege † iterum Salica, *titul. 9. de fur. apum, §. 1. Qui apes clauo conclusas roserato tecto rapuerit, 1800. denar. id est, solid. 45. soluere debet.* Sic iure ciuili, apes in alueis nostris concluse, nostræ sunt, *leg. Pompon. scribit, P. §. idem Pompon. famil. ercisc. P.* si tamen euolauerint, vt persequi extra conspectum nostrum nequeamus, vel in arbore sint, occupantium fiunt, *l. naturalem 5. §. apum quoque, de acquir. rer. dom. l. si apes 26. de fur. in P. §. apum, de rer. diuis. apud Iustin.* Non secus, quam aues, quæ in arboribus nostris nidificant, etsi dominus agri possit venatoribus ne ingrediantur interdicere, *dict. §. apum, & l. D. Pius, de seruit. rustic. prad. in P. §. sciæ, versi. plane, de rer. diuis.* Accursius, *in dict. l. naturalem, §. apum in ver. furto,* syluestres apes, quæ in arbore consederunt, eius esse domini, si arborem signauerit, ex lege Langobardorum, *l. si quis de arbore, de fur. in ll. Langob. in nouerrime excusis Basileæ, est sub tit. de venatoribus, qui omnium est, 104. l. 15.* ait. Lege Gotthorum, *l. 1. de apibus, lib. 8. C. Wisigot. tit. 6.* si quis ingenuus deprehensus sit in apiario furti caussa, ex eo solo tres solidos debet & 50. flagella: si vero abstulerit, nouemcuplum cum dicto numero flagellorum. Si seruus sustulerit, centum verberibus subiicitur: & si dominus eius noluerit componere, addicitur

Digitized by Google

domino apum seruiturus.

14 ¶ Datur † actio furti, pro columbis ex alieno columbario captis, *d. l. Pomponius scribit, §. item Pomponius, vbi Florianus fam. ercis. P. vide multa de his apud Bart. Capollam, li. 1. de seruit. c. 77.* Quod remedium soli vsufructuario competit, *l. vsufructuarius, §. si in in vinariis, de vsufruct. in P.* Ad eundem modum pro piscibus ex stagno captis, datur actio: quia & illi inclusi in dominio possessionis sint: nec vetitæ sint piscationes priuatæ, *ca. 1. quæ sint reg. in*

15 *v. fi. feudo, vide ad Capolam, li. 2. de seruit. tit. de piscatio.* ¶ Et † multo magis olim apud Romanos ætate Varronis, qua paria columbarum ducentis nummis, & cum eximia erant, singulis millibus sestiariorum vendebantur. Quemadmodum & tempore Columellæ fuerunt inuenti, qui quaternis millibus numum binas columbas mercarentur, *Colum. li. 8. c. 8.* Cuique autem licet etiã in feudo beneficiario, qui censualis est, alicui domino etiam iuridico, habere columbarium tot columbarum capacem, quot in confinio possessiones habuerit, vt eis cibaria suppeditet, vt placuit iudicio contradictorio senatui Parisiensi 15. Calend. Iunij, anno Domini 1549. & 6. Idus Decembr. 1565. Nec posse superiorem dominum prohibere, cum columbaria non sint inter insignia superioris iuris: nisi contrarium suaderent loci cõsuetudo, vel prædij clientelaris lex in emphyteusi dicta. Quod & de leporariis dictum est. Sunt enim consuetudines locorum, quæ ea clientibus prohibeant, & solis permittant dominis vt Burgũdiæ, Armorice, Niuernensibus. Alioquin ius est cuique libere habendi, nec vicinus quoque prohibere potest, cum victus eius animalis, columbarum, scilicet, innocens sit, *D. Augustinus Homil. 7.* nec rerum possessoribus officiat, *cap. non omnis, 2. q. 7.* damno depastionis cum stercore fundis vtilissimo, *Plin. li. 17. ca. 8. Cato, lib. de re rustic. cap. 96. Columel. libro secundo, cap. 15. Varro lib. 1. tit. 38.* compensato.

De Furtis Arborum & Fructuum.

Cap. 6.

Lib. 43. P. tit. 7. & 27.

1 *Arboribus furtim cæsis quæ actiones pro his dantur.*
2 *Aquiliæ & furti actionis distinctio in cæsis arboribus.*
3 *Arbores alienas impune quando cædere possimus.*
4 *Arborum appellatione quid contineatur.*
5 *Arboribus cæsis ex pluribus actionibus vna eligenda.*
6 *Vitem exspolianti, & pomarium aut pirum furanti qualis pœna vt & aliæ arbores succidentium. Num. 7. 8. 10. 11. & 12.*
9 *Lite pendente arbores vel vites succidens, suspendendus.*
13 *Arbores iniuria cædentis pœna 12. tabul.*
14 *Fures immobiles stare fecit diuus Medardus.*
15 *Arbustorum fures ex consuetudine Burdegalensi vt puniantur.*
16 *Arborem in parte cædens tantum, nihilominus de arboribus cædendis tenetur.*

1 QVanquam † non semper furti actio competat pro arboribus cæsis, quod eæ possint furtim sine furto cædi, *Vlpia. in l. furtim cæsæ 7. arbo. fur. cæsa. P.* nihilominus vt plerumque aduersum eos, qui arbores alienas furtim & animo contrectandi & iniuria cædunt, competit actio legis Aquiliæ pro damno resarciendo, & actio ex lege duodecim tab. & furti, vt respondit Paulus, *l. 1. & l. cædere, §. §. 1. eod.* Idem ad exhibendum dari, & quod aut vi aut clam, condictionem, & ad id quod interest, *Idem l. faciendæstimatio 8. l. sed si de arboribus 11. & l. fin. eo. tit. arb. fur. cæsar. Furtim cæsæ arbores videntur*, ait Vlpianus, *l. furtim cæsæ 7. eod. quæ ignorante domino, celandique eius caussa cæduntur: aliter enim fieri potest, vt sine furto quis cædat.* Nam & si per vim sciente domino cædit, non incidit in hanc actionem, *l. faciendæ, §. fin. eod.* sed in aliam actionem, puta vi bonorum raptorum, *l. 2. vi bonor. rapto.* P. aut quod vi aut clam, *l. 1. §. quid sit, quod vi aut clam. P. l. competit, 16. eod. tit.*

2 ¶ Ab Aquilia † autem animus videtur furti actionem distinguere. Nam qui contrectandi animo, furtum facit, si quid inde lucri sperat, *l. furtim, §. si recte, arbo. furt. cæsa.* At in actione legis Aquiliæ, inspicitur potius damnum quod patitur dominus quã lucrum quod consequutus est qui dedit: & ideo si arbores nouellas in sylua cædua quis secuerit, Aquilia tenetur. Sicuti & qui fruges immaturas messuerit, vel oliuas immaturas collegerit, non autem is qui maturas: nam is actione furti tenebitur, vt distinguit Vlpianus, *in l. si seruus seruum, 27. §. si olivam immaturam, ad legem Aquil.* P. Vt & alibi, qui virginem nondum maturam viro stuprauerit. Aquilia tenetur, *l. si stuprum, 25. de iniur. in* P. Et si quis syluam cæduam maturam cæcidit, ex quo nihil damni dominus habet, nec quippiam abstulit, nec perdidit, nulla actio in cædentem competet: nullam enim iniuriam fecit. qui etiam impensas donauerit, quæ in sectionem sylvæ, vel fructuũ maturorum factæ sunt, *Celsus, l. si immaturam 18. quod vi aut clam, li. 43. P. tit. 23. d. §. si olivam, l. si seruus seruum.* Factum autem ipsũ donationem arguit, vt repetere non possit *§. ex diverso, de rer. diuis.*

3 ¶ Cædere † autem arbores alienas alio animo quam furandi, non est prohibitum semper: veluti si arbor vel ex radicibus lõge propagatis vicino ædificio ruinam & caussam subruendi fundamenta minetur: vel si frondes in aream alterius dependentes, vmbra vel alio modo noceant: licet enim eas circuncidere vicino, & sibi lignum tollere, post interdictum tamen propositum, & post admonitionem vicini, *l. 1. & 2. de arbor. cæden. P. l. 1. de inter. li. 8. C. tit. 1. l. 1. & l. decernimus, de aquæduct. li. 12. C.* Aliter enim non licet, *l. si plures 6. §. 1. arbor. furt. cæsa.* Exstatque & hac de re distinctio in legibus Iustiniani, *in legib. Georg. titul. 10. περὶ ἀνδρῶν. l. 2. διὰν*, inquit. *Ἀνδρὸς ἔστι τὸ μεμῖδη χρῆσθαι, εἰ μὴ ὅ τι πᾶσι σύνεγγυς, ἢ ὑπονοεῖται ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀνδρῶν, πλανοποιεῖσθαι αὐτὸ ἀμύητος εἶναι. οἷς ἐν δὲ τῶν πάντων, μὴ πλανοποιεῖσθαι*, id est, *Si arbor in agri confitis parte stet, si quidem hortus vicinus est, cui arboris in vmbratione nocetur, dominus eius ramos putabit: at si hortus non fuerit, rami eius ne præcidantur.*

4 ¶ Hic † arboris appellatio continet, *Vlp. l. 3. arb. fur. cæsar. P.* & vites, arundines, heredes, salictum, & virgas saligneas, quæ radices egerint, item nouellas ex seminario translatas stirpitus, & quæ subuersæ reponi possunt, stirpes, oleæ: nisi adeo tenerum quid sit vt herbæ loco potius sit, *Caius, l. 4. eo. tit. & Iustinian. in legib. Georg. tit. 10. περὶ Ἀνδρῶν. l. 5.* Condemnatio ciuilis istius actionis pœnalis, duplum continet, perpetuaque actio, sed quæ aduersus heredes non detur: heredi autem & ceteris successoribus datur, *l. furtum, 8. §. si. arb. furt. cæsa. Iul. Paul. li. 2. recept. sentent. tit. 32. §. 20.*

5 ¶ Ex † pluribus autem supra memoratis actionibus, vna contentus esse debet actor, *Caius, l. si colonus 9. eod. tit.* Sed si plures arborem furtim cæciderint, eadem cum singulis in solidum ageturæ si plurium vna arbor cæsa fuerit, vniuersis duntaxat vna & semel pœna præstabitur, *Paul. l. si plures 6. eod. tit.* Neque enim dici potest, pro parte furtum feciſſe singulos, sed totius rei vniuersos: *Et sic fiet*, inquit Vlpianus, *l. vulgatus 21. §. pen. de furt. P. singulos furti teneri in solidum. Proinde nec altero soluente, alter liberabitur, l. si, de cond. furt. C. l. ita vulneratus, in fi. ad l. Aquil. in P.*

6 ¶ Ex lege † Longobardorum, *l. si quis vitem, & seq. de furt. lib. 1. Longobard. Si quis vitem exspoliauerit, id est, adminicula tulerit, componat solidos sex. Item si palum ab ea tulerit, eadem pœna, & si quis supra tres vites de vinea aliena tulerit.*

7 ¶ In † Salica lege, *titul. 8. de fur. arbor. §. 1. Qui pomarium aut pyrum intra curtem exsistentem, aut ad latus furatus fuerit, vel capulauerit, centum viginti denariorum, id est solidorum trium culpabilis iudicatur.*

8 ¶ † In constitutionibus de rebus capitalibus Caroli V. Maximiliani, *art. 168. Si quis alicui lignum dissectum clam abstulerit, id ceu furtum, ex conditione caussa plectendum est. Si quis autem in sylua alterius clandestino & prohibito more dissecuerit, puniri debet ex more cuiusque regionis & loci.*

9 ¶ Criminalis † pœna eorum qui arbores potissimum fructiferas cæciderint maxime vites, est eadẽ quæ latronum, *l. 2. arbor. furt. cæsa P.* qui furcis suspenduntur, vel bestiis obiiciuntur, *l. capitalium, §. famosos, de pœn. P. Guid. Pap.* Ex legibus Græcis Iustiniani illa, *Si quis absque iudicis auctoritate, litem habens cum aliquo, vitem aut aliam quamuis arborem cadat, manu truncator reddita æstimatione, in l. Græcis Iustiniani Georg. tit. 10. l. 3. & 4. Constant. Harmenop. li. 6. Prom. tit. 7.*

10 ¶ In Ægypto, † qui arborem Sycomorum exciderit, extra ordinem punitur propter vtilitatem publicam: quia arbores illæ colligant aggeres Niloticos per quos incrementa Nili dispensantur, & diminutiones aquæ coercentur, vt scribit Martianus, *l. saccularij 7. §. fi. & pen. de extraordin. criminibus.* Et Honorius & Theodosius eos, qui in Nili vallo arbores excidissent, ea ratione flammis voluerunt comburi, *l. vni, de Nili agge, non rumpend. li. 9. C. tit. 38.*

11 ¶ † Athænis, qui oleam effodisset ad vsus proprios, centenas de singulis oleis drachmas ærario debebat, & eius mulctæ decimæ Mineruæ erant: à quo autem reus peractus erat, ei in singulas oleas centenas debebat drachmas, *Demosthenes oratione, ὑπὲρ ἐγγύης.*

12 ¶ Prohibentur & certæ arbores, vt cupressi in sylvis & aliquibus locis, iure singulari cædi, à quibus abstinere oportet, imminente alioquin pœna, *l. 1. 2. de cupress. ex luco Daphnes, vel Persicid. li. 11. C. tit. 77.*

13 ¶ Cautum † & legibus duodecim tabularum, vt qui iniuria arbores cæcidisset alienas, lucret & singulas æris 25. *Plin. lib. 17. cap. 1.*

14 ¶ D. Medardus, † vt narrat Theophilus Lebius. *de Onomast. Theolog.* episcopus Veromandensis constituit, Dei indicio fures, qui noctu in vinea eius & horto grassati erant, absens sensit, & cohibuit ne discedere possent: donec ipse eos coram reprehenderet: obiurgatos tamen dimisit.

15 ¶ Ex † consuetudine Burdegalensium, qui ligna furabitur & arbusta, pro primo furto soluit viginti solidos Turonenses, &

damnum

Digitized by Google

damnum insuper,& domino iurisdictionis quadraginta solidos: pro secundo furto,fustibus cædetur,aut in vrbe aut agro, eo loco quo ceteri fures puniri solent,*in consuetud.Burdega.titul.12.de furibus arbustorum,§.1.& 2.& ibi Arnold.Ferro.* Leges porro Gothorum puniunt hæc furta damni restitutione, & flagellis,si serui sint, qui non habeant vnde componere delictum possint, *per tot.tit.de damnis arborum, hortorum, vel frugum quarumcun.libr.8.C. l.Wisigo.tit.4.*

16 ¶ Existimat † Ioannes de Plantea,*in leg.2.de Cupress. libr.11.C.* vt qui non totam arborem cædit, sed eius partem, in pœnam arboris cæsæ incidere,cuius sententia ab Vlpiano probatur, *in leg.7.in fin.arbor.fur.cæsa.in P.*

De Frugibus furto sublatis.

Cap. 7.

1 *Fructus maturos alienos accipiens,fur est.*
2 *Frugem noctu secuisse capitale leg.12. tab.*
3 *Hortum alienum ingressus furandi caussa quæ pœna punitur, & 8.*
4 *Custos pomariorum furatus ex illis quomodo puniatur.*
5 *Fures frugum & hortorum quomodo puniantur.*
6 *Vuas comedere in aliena vinea aliquando licet, efferre non licet impune.*
7 *Equum pascere in prædio alieno, vel iuxta, quando liceat. Et de fame necessitate.*
9 *Sycophanta vnde dicti.*
10 *Horti Pisistrati,& Cimonis inuestoditi,omnibus communes.*

1 QVi † fructus maturos tulerit,vel segetem maturam dissecuerit,& sibi recipit furādi animo,vt fur punitur,*l.si seruus ser-*
2 *uum 27.§.si olivam,ad leg. Aquil. P.* ¶ Frugem † aratro quæsitam furtim noctu pauisse ac secuisse, puberi duodecim tabulis capitale erat,quæ suspensum. Cereri necari iubebant, grauiusque puniri, quam in hoc homicidio compertum:impuberem autem prætoris arbitrio verberari, noxam duplionemve decerni, auctore Plinio *lib.18.ca.3.*

3 ¶ Pro † hisdem criminibus ex lege Salica,*in leg.Salic. tit.27. de furtis diuers.§.1.* pœna 600.denar. qui faciunt solidos quindecim. Eademque pœna damnatur *§.6. eod. tit.* qui in horum alienum ingressus fuit, futetur:vel in rapariam, fabariam, pisariam, lenticulariam. Quod si ex alieno, *§.7. eod.*agro quis cum carro aut equo subtraxisset,1800 denar.erat culpabilis, id est, solid. 45. Si cum dorso, *§.8.eod.* abstulisset, 600.denar. Si pratum, *§.9. eod.* alienum secuisset, operam perderet & 15. solidis esset culpabilis: si iam fœnum in domum suam traduxisset. 1800. denar. qui faciunt solid.45. Si tantum, *§.10. eod.* accepisset, quantum dorso potuit auferre. 600. denarios. Totidem si vindemiasset vineam alienam, *§.11. eo.* & si ex ea vuas traduxisset domum suam,1800. id est 4.solidos.

4 ¶ Iustin.† in legib. rusticis,*tit.4.l.3.* de his statuit in hæc verba ἐαν ἰυρίδη ἁπαγεσύλαξ κλέπτων ἐν ᾧ φυλάττει τόπῳ γεγέσθω τῶ μίδυ αὐτῶ ἐγγράφως τυπτόδω, id est, *Si pomariorum custos in loco cui custodiendo præpositus est, furtum fecisse conuictus fuerit, priuatus mercede, graues sustinet plagas.* Alia,*ex.tit 4.l.8* οἱ τὸν καρπὸν τὸ θερισμὸ διαπερχόμενοι ἐν ἀλλοτρίᾳ ἀλωῇ, ἢ λίκνοτος δρέπανα ἢ σχοίνους, ἢ ὅσα ἐστὶ τῶν γεωργούντων μαδὲ πάθωσι, id est, *Si qui tempore messis in alienum fundum ingrediuntur, vt fasciculos,vel spicas, aut legumina furentur, plagis affecti, vestibus exuuntur.* Rursum *eod.tit.4. l.5* ἐαν ἰυρίδη τὸς κλέπτοντας ἀλλοτρίας κεκλάμενα ἐν δικτυῷ ποσότητα παρελίτω αὐτῶ, id est, *Si quis deprehensus fuerit in furto ipsule alienæ, in duplum restituat eam.* Quæ tamen lex dura videtur, si pauperes stipulam colligant: nam in lege diuina, *Leuit. c. 19.* sic scriptum. *Cum messueris segetes terræ tuæ, non tondebis vsque ad solum superficiem terræ, nec remanentes spicas colliges: neque in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis capienda dimittes.* ¶ Alia † de furtis vuarum & fructuum hortorum
5 singularis hæc *in Iust. legibus rust. tit. 4. l. 9.* οἱ ἐν ἀμπέλοις, ἢ κήποις ἐπιχόμενοι, οἱ μὲν βράστους ἕνεκα ἁπαρῶν, ἀζήμιοι ἔστωσαν: οἱ δὲ ἐπὶ πλείω φορεθέντες, τυπτόμενοι, τοῦ χιτῶνος γυμνούσθωσαν, id est, *Vineas aut hortos ingressi, si quidem commestionis caussa, extra pœnas, indemnes sunto: si vero furari deprehendantur, plagis inflictis vestibus spoliantor.* Huius legis priori parti videtur suffragari diuina lex. quæ ita tradit. *Deut.c.23. Ingressus vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi placuerit:foras autem ne efferas tecum.*

6 ¶ Et † quamuis iure humano non semper licitum sit ingredi fundum alienum,*l.per fundum,de seruit. C.c.1.1. dist.* nec equum suum iuxta pascere, *l. Quintus Mutius, ad leg. Aquil.P.* tamen tempore necessitatis,& ad pellendam famem,non erit valde reprehensibile ingredi,& bonis alienis modice vti,*c.discipulos, de consec.dist.5.* Nec grandis est culpa, si quis furatus fuerit, vt esurientem impleat animam suam, *Prouerb.6.* Et si qua vrgeat necessitas non summa,qui furatur ea mente,vt sibi subueniat peccat certe,sed leuius castigatur, *c.si quis propter necessitatem.de fur. ap.Gregor.*at si grauius vrgeat necessitas, non peccat. *Amarissimæ leges necessitatis abominanda, & truculentissima imperia*, vt ait Valerius Maximus,*lib.7.c.9.* Et necessitas cogit ad turpia,*vt in l. palam,de ritu nupt.in P.* potissimum necessitas egestatis & famis, quæ cogit etiam bonos furari,vt ex oratione Salomonis colligitur aperte, *Prouerb.c.30. Mendicitatem & diuitias*, inquit,*Deus, ne dederis mihi,tribue tantum victui meo necessaria:ne forte saciatus illiciar ad negandum te, & dicam, quis est dominus? Aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei.* Et certe tempore tantæ necessitatis,communia omnia censentur, *ca.discipulos, de consec.dist.5.c.1.42.dist.* Potuitq; & debuit credere lex,dominum rei,si eam nouisset necessitatem,concessurum: qui pascere fame morientes tenetur iure naturali & diuino,*c. pasce 86.dist.* Sic,si putans dominum permissurum,contrectet quamuis rem alienam, excusatur à furto,*§.placuit,de obligat.qua ex delict.nasc.* Et quod non est in lege licitum, necessitas facit licitum,*c.quod non est,de reg.iur.ap.Gregor.c.2.de obser.ieiu.c.quanto, de consuet.* ¶ † Regis 8
Rhotarii in legibus Langobardorum, *lib.1.leg.Langobar.l.si quis in hortum,tit.de furt.illa,Si quis in hortum alterius intrauerit, vel salierit ad furtum faciendum componat solidos sex:nam si pro re sua ingreditur,nec damnum fecerit,non sit culpabilis.* ¶ Istrus † in rebus 9
Atticis,non licere cuiquam scribit,ex agro Athenienium natas ibi caricas exportare,vt soli loci illius incolæ fruerētur.At eum multi illarum fures reperirentur, factum est, vt qui illo coram iudicibus accusassent,Sycophantæ primum inuidicti,*Athe.libr. 3.dipnos.21.*

¶ Narrat † Theopompus tamen,*lib.21.* Pisistratum mediocri- 10
ter complexum fuisse voluptates:quare neque in villis, neque in hortis constituisse custodes,sed volentes ingredi frui concedebat,atque quæcunque vellent, capere. Quod & Cimon post ea fecit,cum illum imitaretur, *idem lib.10.Philippica Athena.lib. 12.Dipnos.c.15.*

De Tigno iniuncto.

Cap.8.

Lib.47.P.tit.3.

1 *Tigni appellatione quid veniat, eius actiones, & condemnationes.*
2 *Ad exhibendum,& rei vindicationis actiones, quare in tigno iniuncto dantur.*
3 *Ciuitas ruinis non debet deformari.*

SI quis † furatus fuerit ignum,vel quōd tigni appellatione ve- 1
nit nēpe *l.1.de tig.iuncto,Caius,l. adeo 6.§.appellatione,de acquir.rer.dom.l.tigni 7.ad exhib. l.tigni,ae verb.sign.* materiā ad ædificandum necessariam: veluti lapides, tegulas,cæmenta, calcem,arenam:vel vineæ necessaria vt perticas,pedamenta, & similia:& ea sciens aliena. ædibus suis vel vineis iunxerit ex lege duodecim tabula. tenetur hac actione de tigno iniuncto, per quam qui ita dolo malo iunxit aliena suis,condemnatur in duplum,vt ait Vlpianus,*l.1.de tigno iniuncto. P.l.gemma, ad exhib.* Præterea & ad exhibendum agitur,rei vindicatione, & condictione furtiua actione furti,*glo.in l.in rem 23.§.tignum, in ver. descindit,de rei vindi.P. vbi explicantur istæ actiones, & gloss.in l.1.in verbo,ad exhibendum,de tign. iuncto, glo.in §.cum in suo, in verb. de tign.iuncto.de rer.diuis.* Non tamen vt contra bonæfidei possessorem,quia hoc non licet, sed veluti contra eum, quia dolo desierit possidere: quod & firmat Paulus, *l.in rem 23.§. tignum de rei vind.P.l.qui res suas 98.§.fin.de solut.P.* Vindicatio tamen, vel ad exhibēdum non datur in eum, qui ignorans tignum alienum,suæ rei iunxerit:sed in duplum tantum de tigno iniūcto,teste Cato & Paulo,*in l.adeo 7.§.cum in suo,de acq.rer. dom.P. Paul.in d.§.fin.l.qui res, & in d.l.in rem,§.tignum.* ¶ Porro † hæ 2
actiones, ad exhibendum, & rei vindicationis, non competent quando dantur hic, nisi ad effectum iuramenti in litem,& ad æstimationem eius,quod singulariter interest,*gloss.fin.&iuncto textu, in leg.qui res suas,in fin.de solutio.P.*

¶ Soluit † enim lex duodecim tabul.vetat, & demoliri inde æ- 3
dificata, *in proxim.cita legibus, & §.cum in suo.de rerum diuis.apud Iust.Paul leg.gemma 6.ad exhib.* P. in publicæ vtilitatis fauorem: ne ruinis deformis fiat ciuitas,vt ait Vlpianus *in leg.fin.ne quid in loc.publ.P.* quod ne fiat, & interdictis,& Senatusconsulto vetatur,*l. prætor 20.§.hoc interdictum, in 2.de oper.no.nunc.P.l.2.§.si quis nemine, ne quid in loco publ. P.& l.2.de edif.priua.C.* Neue alienentur etiam à dominis ea ratione,quæ sublata ædes deformes & ruinosas facerent,Senatusconsulto Amola & Pansa Cōsulibus facto, *l.cetera 41.de lega.1.l.senatus, de contrah.emt.in P.*

De Expilatoribus hereditas.

Cap.9.

Lib.9.C.tit.31.Lib.47.P.tit.19.
Et de expilatoribus,tit.18.

Digitized by Google

1 *Expilata hereditatis actio quæ, & quando competat, & 2.*
3 *Vxor non conuenitur tali actione, quæ subsidiaria est, & eius pœna ciuilis num. 4. & 5.*
6 *Heres subtrahens ab hereditate familiæ erciscunda iudicio tenetur.*
7 *Ex hereditate subtracta etiam per tormenta inquiruntur.*
8 *Expilatæ hereditatis crimen publicum non est, tamen pœna criminalis.*
6 *Latrones iterum expilantes viatores, habent iudicium publicum, acrius puniuntur, & qualis eorum pœna in Gallia, 10. 11. & 12. & de quibusdam latronibus, nu. 13. & 14.*

1 ANte † aditam hereditatem, illa iacente, plerumq; fiunt expilationes & subtractiones rerum eius. Hereditati tũc furtum fit, quæ pro domina est, agere tamen illa ciuili iure nõ potest: vnde ex prætoris æquitate opus fuit ea de re caueri, *l. 1. si quis testa. liber esse iuss. fuer. lib. 47. P. tit. 4.* Cõpetitque tantũ tunc actio hæc, quando furti agi non potest, defectu potestatis, quia ante aditam hereditatem furtum factum est, vel quidem post aditam, sed nondum adepta possessione per heredem, *l. 2. de crim.*
2 *expil. hered. d. lib. 47. P. tit. 19.* ¶ Rei enim † quæ dominum non habet, furtum non fit. Proinde exsistente eius generis hereditate, nec furtum proprie ei fit, *l. si. eo. iunct. l. falsus, §. qui al enum, de furt. in P. l. 1. §. Scæuola, d. tit. si quis testa. liber. &c. l. hereditariæ,*
3 *70. de fur. in P.* ¶ Quod † pertinet tamen ad facti substantiam, vere furtum est: ideo vxor defuncti, hac actione, si quid à mariti hereditate subtraxerit, cõueniri non potest, in reuerentiã præcedentis matrimonij, *Hermog. in l. vxor, §. 5. hoc tit. in P. l. 4. 6. eo. l. quamuis, C. de furt. l. heres viri, de negot. gest. in P. l. 1. rerum amot. P.* sed ad exhibendum actione, vel petitione hereditatis, *l. contra naturam. § si. e. d.* Ceteræ autem personæ, quibus reuerentia ea non defertur, recte conueniuntur, *l. 2. & 3. C. de crim. expi. her.* si aliud remedium non datur.

4 ¶ Est enim † hoc subsidiarium loco deficientis actionis, *l. fin. C. eod.* Et ideo hoc crimen expilatæ hereditatis succedit in locum actionis furti, vt extra ordinem puniatur arbitrio iudicis pro modo admissi, *l. 1. & l. diuus, 3. eo. P.* Colligoque ex Vlpiano, qui de hoc loquens, *Cum,* inquit, *furti agi non potest solum superest auxilium præsidij, Vlp. l. 2. eod. P.*
5 ¶ Dupli † in factum actione tamen solet coercere prætor calliditatem & pro ueritatem eorum, qui hereditatem depopulantur, *le. 1. §. hæc autem actio, si quis testa. li. esse iuss. fuer.* si dolo malo versati fuerint: nam si qua culpa eorum res perierit, actio Aquiliæ legis competere potest, *d. §. hæc autem actio.* Sicuti si ordinario iure quis agere velit, potest à possessoribus hereditatis res petitione ea petere, *l. 3. &*
6 *ibi glo. eo. tit.* ¶ Et † si coheres suppilet, alia exspectanda actio est familiæ erciscundæ, vt in diuidunda hereditate, adiudicationibus damnum resarciri possit, *l. aduersus 3. famil. erciscund. C. & ibi Bal. videndus.* Et qui communẽ rem contrectat, non furti animo, sed veluti iure suo vtens, contrectare videtur, *l. merito pro soc.* Datur itaque iudicium ordinarium, & actio vtilis familiæ erciscundæ tantum, si putans se heredem accipiat, *Paul. in l. inter coheredes 45. §. fructus, & ibi glo. famil. erciscund. P.*

7 ¶ Fit † autem in perquisitione rerum hereditatis subtractarum seueriſſima indagatio, etiam per tormenta seruorum: quod fieri non solet in aliis quæstionibus pecuniariis, vt ait Iulius
8 Paulus, *lib. 5. rece. sentent. tit. 17. de testib. §. fi.* ¶ At † quod ad extraordinariam pœnam pertinet, crimen hoc expilatæ hereditatis, accusationem quidem habet, sed tamen publicum non est, *Vlp. l. 3. de extraord. crim. P.* Dicta pœna expilatoribus vt in opus publicum perpetuum, vel temporarium dentur: honestiores ordine ad tempus moueantur, vel patriæ fines iubeantur excedere, vel alia ex arbitrio iudicis concipienda, quia nulla est certa pœna imposita à lege, *l. 1. de effractor. lib. 47. P. tit. 18.* vt ait Vlpianus, qui & expilatores atrociores dicit esse fures, *d. l. 1.* Verumtamen ego expilatores hereditatis, esse quidem inter species expilatorum fateor: at pœnas proxime allatas, potius ad κακοήθειαν pertinere arbitror, qui in vicis vel in viis viatores vestimentis vilibus quibusque & pretiosis exuunt *brigandos* vocant grassatores Latini, & latrones prædones, piratas, quorum pœna grauior furum, *l. capitalium, §. famosos, & §. grassatores, de pœn. in P.* de quibus Cælius Rhodiginus, *lib. 22. c. 17.* & Alciatus *li. 2. præterm.* Locum tamen eadem pœna habere posset, si vsque adeo suppilata fuerit hereditas, vt inanis pene fuerit reddita: quod & indicat nomen expilationis, nempe vt res omnes vsque
9 ad viliora vestimenta fuerint sublatæ. ¶ Nec dubitarem † asserere, publicum esse iudicium latronum obsidentium vias, etiam si non iugulent homines, sed exspolient tantum, & prædentur, & ij furca suspendi debent, *l. capitalium, §. famosos, & §. grassatores, de pœn. in P. auth. sed nouo iure, de seru. fugiti. C. Boerius. q. 174. num. 2.* Prosequuntur enim hos leges maxime, vt nec feriarum causa ab illorum iudicio quiescendum sit: vt de latronibus seu prædonibus Bucellariis & Isauricis monent Cæsares, *l. prouinciarum, C. de feriis, l. fin. ad leg. Iul. de vi publ. C.* Quibus similes in signis pernitiei dicit Harmenopulus, ἁπαχαφοποιὸς καὶ κοπαρίας φάσιν, latrones homicidas, & quos vocat *Cho-*
1 *oſiarios.* ¶ Acrius † autem puniuntur, vt commercia libera sint, nec latronibus intercipiantur itinera. *Et publice vtile est,* inquit Vlpianus, *l. 1. §. 1. de in qui deiecer. lib. 9. P. tit. 3. sine metu & periculo per itinera commeari & iter facientibus prospici.* ¶ Constitu- 11
tio † Francisci I. regis Galliarum anno Domini 1534. mense Ianuarij statuit, excursores seu expilatores, dicimus *Volewrs* aggressores insidiatores vel grassatores itinerũ, apprehensos & cõuictos, condẽnari pœna illa acerba quę obseruata: vt malleis manus quælibet, & pedes & coxæ, & renes frangãtur viuis, demum rota sublati, resupini, in ea membris ita dissectis & contusis ex
trunco corporis misere pendentib. constituantur, victuri quãdiu Deus permiserit, agentes pœnitentiam cõmissorum. Eisdem pœnis impositis iis, qui aliquomodo ita laborantibus in cruciatu subuenissent, eosve vel cibo vel medicaminibus iuuissent.

¶ Sunt † & de his expilatoribus Henrici II. edicta & sanctiones quibus & summarie & de plano iudicium latrunculatorib. 12
& iuridicis præsidialibus conceditur, citra remedium appellationis. Lex Salica pœnam imponit expilatoribus istis, pecuniariam quidem, sed grauem tamẽ habita ratione eius seculi, quo crimina atrociora vix morte plectebantur. Eius hæc verba, *in l. Salic. tit. 20. de vulner. §. 10. Si quis alterum assalierit in via, & eundem rauhauerit, malberg Chaeroneo 1200. denar. qui faciunt solidos 30. culpabilis iudicetur.* Et iterum, *in dict. tit. §. 11. Si quis alterum in via assalierit, & spoliare tentauerit, & ille fuga euaserit, malberg mosdo 1200. denar. qui faciunt 30. solid. culpabilis iudicetur.*

¶ Refert † Pausanias *in Corinthiacis,* in Isthmo fuisse insignem 13
latronem, Schinnin nomine, vel secundum Euripidem, *in Hippol. act. 4.* Sinnim qui cum aliis sociis obsidebat viam, qui ex Trœzene Athenas ducit, & hunc cæpisse Theseum, & duabus piceis flexis arboribus alligatum in se redire permissis & laxatis, viuũ dilaniasse, & sic viam infestam à latronibus tutã reddidisse. ¶ Fuit † & Sceiron quoque alius latro Megarensium ty- 14
rannus, qui captos viatores cogebat ad lauãdos sibi pedes. quos deinde mactatos testudini marinæ in escam obiiciebat, eodem supplicii genere à Theseo exstinctus, vt aliquibus placet, *Plutarchus in vita Thesei.*

De Furtis perpendendis ratione personæ, quæ furatur, & à qua accipitur. Cap. 10.

1 *In furto puniendo perpendenda persona furum, 3. & seq.*
Senatusconsultum de non accusandis latrocinij senatorij ordinis hominibus, eod. & 2.
4 *Pœna furantis in exercitu.*

1 AD † pœnam constituendam pertinet personarũ consideratio, & eorũ qui furati sunt, & à quib. furati sunt, *l. Padius, de in ius. vocan.* nam vt in aliis criminibus quoq; seruatur, *l. moris est, 9. §. sed enim, & l. in seruorũ 10. l. capitalium 28. §. nam omnes, & §. fi. de pœn. P.* Atq; ædile Agrippa, anno vrbis cõditæ 720. sub Octauio Cæsare Senatusconsultum factum, ne quis senatorii ordinis latrocinij causa in ius vocaretur: eoque tamen huius criminis impunitate & in posterum eorum maleficiorum licentia permissa est, vt
2 ait Dio Cassius, *lib. 49. histor.* ¶ T. Iunius † prætor etsi seruili probro inde conspersus sit, quod scyphum aureum in conuiuio Claudij Cæsaris surripuisset, tamen à Claudio furti damnatus non est: sed postera die in cõuiuium cum aliis iterum admissus, Soli omnium Iunio, fictilibus ministrari iussit, vt auctor Cornelius Tacitus, *lib. 17. annalium.* ¶ Leges † duodecim tabul. *Gell. lib.* 3
11. ca. 18. ex manifestis furibus liberos verberari addicique ei, cui factum furtũ fuisset, si modo id luci fecissent, nec se telo defendissent, statuerunt. Seruos autem furti manifesti prehensos, verberibus affici, & è saxo præcipitari: pueros impuberes prætoris arbitrio verberari, noxamq; ab iis factam sarciri. *Et in summa,* inquit Plato, *Dialog. 12. de legib. lex aliquando ex eodẽ furto alium alio seuerius punit: non ratione quantitatis furti, sed quod alter sit insanabilis, sanabilis alter.* Proinde etiam qui sæpius crimẽ hoc admisit, grauius puniendus est, *l. capitalium, §. solent, de pœn. in P. l. 3. de pat. pot. C. de re aliena celata sæpius, in l. quicunque 4. de seru. fugit. lib. 6. C. ti. 1.* ¶ Et † scriptum apud Florentinũ lib. 4. M. Catonem memo- 4
riæ prodidisse, in furto deprehensis inter cõmilitones, dexteras esse præcisas: aut si leuius animaduertere voluissent principes, sanguinẽ missũ. Plura alia de personis annotare licet, ex his quę in superioribus retulimus, percurrendo variarũ gentiũ de furtis leges. Ex quib. & ista pauca in hoc caput monitionis causa cõiecì

De crimine Rerum amotarum. Cap. 11.

Lib. 25. P. tit. 2. Lib. 5. C. tit. 21.

1 *Rerum amotarum actio quæ, & pro quibus, & seq.*
Et quare vxor in maritum actione furti nõ agat, nec econtra, eodem.
2 *Rerum amotarum actio quas habeat alias affines, pro quibus detur, quibus & quando 3. & 4.*
5 *Furti quando agit in coniugem coniunx.*
6 *Vxor vel maritus quando amouisse res coniugis dicitur.*
7 *Amotarum rerum actione quid consequatur.*

8 Amo-

Digitized by Google

8 *Amotis rebus à coniuge quando detur actio de peculio in patrem eius.*

9 *Iuramentum delatum suri referri non potest.*

10 *Compensatio potest obiici à conuento actione rerum amotarum.*

1 AD †distinctionem personarum maxime pertinet, rerum amotarum tractatus: in quem, quia societas vitæ & communicatio diuini & humani iuris est inter coniuges, *l. 1. de rit. nupt. in P. l. fi. §. 2. ad municip. P. l. vxor, de crim. expil. hered.* reiicimus actionem furti pro rebus subtractis, amotis, celatis consumtis vel à marito vxori, vel ab vxore marito. Quia furtum proprie non est, vel si sit, vt in rei veritate est, *l. penult. rer. amot. P.* furti non datur actio turpis, in honorem matrimonii transacti, *l. 1. & 2. eod. l. aduersus, C. de crim. expil. hered. l. quamuis 17. C. de fur. l. si quis vxori, 53. eo. tit. P.*

2 ¶ Nec † hic sexus inspicitur, vtrique namque hæc actio datur, *Marc. l. 11. rer. amot. in P.* Et quia pendet hæc actio amotarum rerum furto, non vtuntur conuenti amouentes præscriptione, ne conueniantur vltra quam facere possunt, *Paul. l. si cum mulier 21. §. fi. eod.* Condictio tamen dirigetur in personam amouentis, *Caius l. rer. amot. 26. eo.* vt ideo non infament, exemplo aliarum condictionum, *l. cessat 35. de act. in P.* Concurrit tamen & vindicatio, si ea velit agere, cui amotæ res propriæ sint, *Vlp. l. ob res amotas 34. eo.* & perecutoria est, ideo perpetua non annalis, & heredibus competens, *Paul. l. si cum mulier 21. §. hæc actio. eod.* & in heredes, *l. contra 6. §. fi. eod. P. l. fin. C. eod.* quantum in eos peruenit: neque pœnalis est, quia competit tantum in simplum amotarum actio, *Hermo. l. ad fiscum 16. eod. P. l. 2. C. eod. 17.* ¶ † Verum hic obseruandum est hanc rerum amotarum actionem dari, quando pendente matrimonio res surrepiæ sunt: nam si post solutum matrimonium vel morte, vel diuortio, alter coniugum ex bonis eius, qui fuit coniunx rapiat, furti etiam actio datur, vt ait Paulus *l. 3. eod. P.* Nam cessat ratio priuilegii, ideo & priuilegium: & ideo si concubina surripiat, vel concubinæ quippiam contractetur, furtum fit, vt & si matrimonium illegitimum sit: & idoo actio competit furti ex Vlpiani responso, *l. si concubina 17. rer. amot. in P.*

4 ¶ Dehinc † & obseruandum, neque dari actionem hanc rerum amotarum, pro rebus matrimonio pendente surreptis, si adhuc duret matrimonium: verum tunc temporis, agi potest cõdictione, pro rei amotæ repetitione: vel de damno in factum, *l. 2. C. eod. Martia. l. rerum quidem amotarum 25. eod. P.* Ideo si soluto matrimonio diuortio, agi cœptum sit rerum amotarum, redintegrato matrimonio soluitur hoc iudicium, *Pap. in l. fin. eo.* & restituitur diuortio renouato, *Africa. in le. redintegrato, 23. eod.*

5 ¶ Verum † si pendente matrimonio, rem suam extraneo commodauerit coniunx, & ab eo alter ex cõiugibus furetur: furti actio à commodatario recte in furantem instituetur, etsi sit coniugis, *Paul. l. si vxor rem viri 18. eod. tit.* Non tamen si extraneus alteri ex coniugibus rem commodauerit, & alter ex ipsis illam surripuerit, is cui commodata est, furti in amouentem aget, *l. si. §. fin. C. de furt.* quod variat ob personam diuersam eius qui agit. Porro in hac coniugum consideratione sufficit matrimonium durasse, nec interest, num simul coniuges habitauerint, vel seorsum, *Vlp. l. nihil interest 15. rer. amot. P.* Si tamen seruus coniugis furtum coniugi fecerit eius serui nomine, furti teneri placuit coniugem alteri. Item & eum, qui consilium vxori furandi dederit, *l. 3. §. 1. rer. amot. P. & l. si quis vxori 53. de furt. P. §. interdum, de oblig. quæ ex delict. nasc.* Verum si iussu vxoris seruus furatus, erit actio amotarum rerum in vxorem, *Paul. l. si cum mulier 21. §. 1. rer. amot. P.* si sine scientia dominæ, non tenebitur ea in plus quam in seruum, si cum pro noxa det, *d. l. si cum §. at si.*

6 ¶ Amouisse † dicitur coniunx coniugis res, & veluti furata, si mulier, cum consilium diuortij caperet, amouit, si nupta amouit, & discedens celauerit, *l. si concubina 17. §. 1. rer. amot. in P.* si de viri vita desperans rapuerit, *d. l. si cum mulier.* Si tamen amouit caussa mortis quæ secuta est ab heredib. mariti alia actione conuenitur vel petitione hereditatis, vel ad exhibendum. *l. si propter res amotas 22. §. fi. eod. P.* Tenetur & amotarum actione rerum, si opem furanti præstiterit vxor, *Marc. in l. si rem quam maritus, eod.* Et pro rebus amotis existentibus, & quæ esse desierint postea, & pro iis quæ pignoris loco erant penes maritum, *d. l. si concubina. §. fin.* Item, pro his quæ diuortii tempore mulier comederit, vendiderit, donauerit, aut qualibet ratione consumserit, *l. 3 §. item rerum, eod.* 7 ¶ Venit † in hanc actionem rerum amotarum, repetitio non solum rerum, sed & damni resarcitio, facti in rebus amotis, & repensio commodi amissi ex iisdem, *l. si cum mulier. §. rerum amotarum, eod.* Sic inspicitur in æstimatione rei, quanti fuerit res amotionis, & quanti postea plurimi, *Triph. l pen. eod. P.*

8 ¶ Datur que † actio de peculio in patrem, si filiafam. amouerit, agentique patri pro dotis repetitione exceptio obijcietur, donec in solidum satisfecerit amota, vel caueriu si viuat filia: ea autem mortua, in patrem dabitur actio tantum, in quantum fuerit factus locupletior, *l. 3. § si filiusfamil. rer. amot P.* & in quantum in eum peruenerit vel peruenire potuit, *leg. 4. eod. tit.* Quod & in filiofamil. amouente ab vxore dictum sit, vt detur actio in patrem de peculio, *l. 4. §. item cum.* Sed & placuit Bartolo, posse etiam iudicem, vt in alijs arbitrariis actionibus pœnam aliquam, si quid illum moueat, aduersus amouentem statuere, *Bart. in l. 1. num. 4. eod.*

¶ Quod † si is, qui amouit, noluerit restituere, statuunt iura ei cui amotæ sunt, dare iuramentum in litẽ pro æstimatione, *Põp. l. si cum dos 8. §. fin. rerum amot.* ne cogatur dominus arbitrio amouentis res suas vendere, *Paul. l. non enim 9. eod. l. si tutor 8. de in lit. iuran. P. leg. si filiofamil. in 1. §. 1. folut. matrim. P. l. nec quæsi, de rei vindic. in P.* Multo magis & si is qui actionem habet, velit deferre iuramentum, vt iuret se non amouisse, illud deferre potest, nec is cui defertur, non secus quam in furtis referre potest, *l. Marcellus, §. 1. & si. illud sequen. rer. amot. P.* Heres tamẽ amouentis iurare non tenetur, *dict. leg. Marcellus, §. 1. ergo.* quia factũ hoc alienum est, *l. viæ eamus, §. 1. de in lit. iuran. P. l. delata, C. de iure iur.* quod ignorati iure potest, *leg. si iure suo, in P.*

¶ Sed tamen, † si is qui conuenitur rerum amotarum actione, habet alias actiones contra gentem nihil prohibet quin pro amoris obiicere possit compensationem, *leg. cum mulier 7. rer. amot. P. l. 1. C. eod.* 10

De Furtis, & furibus Domesticis.

Cap. 12.

1 *Furta domestica quæ dicantur.*

2 *Domestica leuia delicta quare publice non vindicantur: alia grauia, contra.*

3 *Fures domestici in Gallia suspenduntur, & eorum adiutores.*

FVrta †domestica vocantur, quæ serui dominis, liberti patronis, vel mercenarii iis apud quos degunt surripiunt, *eg. respiciendũ 11. §. furta domestica, de pœn. P. l. fin. §. sane, de in qui ad eccles. confug.* Hæc si leuiora sunt, publice vindicanda non esse, neque admittendam horum accusationem respondit Marcellus, *d. §. furta.* ¶ Furta † tamen sunt: nam & Mercenarius & serui & filii facere furtum domino, patri, & dominis dicuntur, & libertus & cliens patrono: verum cum iis furti non agitur, quando illud verum est, quod Vlpianus addit, *l. si libertus patrono 91. le. seruo & filio 17. de furt. in P. §. hi qui in parentum, de oblig. quæ ex delict. nasc. Neque enim,* inquit, *qui potest in furem statuere, necesse habet aduersus furem litigare.* Potest autem statuere, si de leui castigatione agatur, pater in filios, *l. vnic. de emen. propin. lib. 9. C. tit. 15.* & dominus in seruos, *leg. vni, de emend. seruor, li. 9. C. ti. 14. l. locum 21. §. ex eo, de vsufr. P. l. 1. & 2. §. fin. de his qui sunt sui vel alien. iu. in P. l. etiam §. licet. sol. matrim. P. l. qui seruum 96. de verbor. oblig. in P. cum simil. l. si. an serv. ex suo fac. conue. poss. C.* vt magister in discipulos, *leg. item quæritur, §. Iulianus, loca. in P.* Extat lex Wisigothorum similis in hæc verba, *l. 21. de furt. lib. 7. C. Wisigot. titul. 2. Si seruus domino suo vel conserno aliquid inuolauerit, in domini potestate consistat, quid de eo facere voluerit: nec iudex in hac re se admisceat, nisi dominus serui fieri esse voluerit.* ¶ Et congruentius visum est, domestica delicta priuatim coerceri, quam publice: nisi grauior sit caussa & contumacia, quæ publicam animaduersionem exigat, *dict. leg. 2. & 4. de pat. pot. C.* Vt si animo deliberato & dolose qui seruit, in re domestica versatur aliena: Nam cum de damno agitur, culpam in damno dato ab eo qui nobis bona fide seruit exigere debemus grauiorem, nec tam leuem quam ab extraneo, vt ait Modestinus, *l. homo liber 54. de acquir. rer. dom. l ib. 41. P. tit. 1.* Et de hoc furto pauca etiam tradidimus, dum de extraordinaria furum pœna egimus.

¶ Accedit, † quod vix tuta futura sit domus, nisi serui cum periculo capitis sui, dominum & ab extraneis & domesticis custodiant, *l. 1. ad Senatusc. Syllæ. in P.* Et proditionis speciem habet crimen furti; quod à domesticis committitur, & à famulis quibus omnia committimus: & grauius ideo puniendi non solum cum facto nocent, sed etiam si funesta voce dominum velint accusare: nam & id tentantibus, statim gladio vltore silentium ab initio imponitur, *l. si quis ex familiaribus 20. de in qui accusar. non poss. lib. 9. C. tit. 1.* Nec pestis capitalior est, familiari inimico, *c. si inimicus 93. dist. ca. quibus 13. quæst. 2. l. fratres, C. de inof. testamen.* Si quidem clandestinis ac domesticis fraudibus, facile quiduis pro negotij oportunitate fieri potest, *l. data iampridem, 27. de donatio. C.* Quare & in Gallia, furum domesticorum pœna, suspẽsio est, *Pap. lib. 23. rapso. arresto. tit. 6. ar. 2.* Sic Ioannes Faber ait: *in §. alia deinde, de publ. iudic. Quod seruitor & familiaris suspenditur pro primo furto extraneus non: & si extraneus iuuerit familiarem, vterque est suspendendus.* Refert Ioan. ab Imola, laqueo fuisse suspensum famulum cui dominus pecuniam tradiderat, vt alteri mutuaret, ipse autem in suos vsus conuerterat: pro quo dicit se fuisse aduocatum, *Ioan. ab Im. in l. si tibi dederim, de don. P. & in l. Cassius, de solut. P.* Et ita fuisse sæpius iudicatum Igneus, *in l. 1. num. 91. ad Syllan.* & Iason, *in l. eius qui, §. quæ vero, num. 7. si cert. pet. P. vide Iul. Clar. lib. 5. sentẽt. §. furtum, num. 22.* 2 3

Digitized by Google

Obseruanda quoque esse Loca, vbi & vnde furta fiant docetur.

Cap. 13.

1 *Loci consideratio in delicti pœnam auget vel minuit.*
2 *Furantes ex publico loco grauius puniendi.*
3 *Balnearij fures extra ordinem puniendi.*
4 *Lauare se in flumine publice reprehensibile, & turpe visum.*
5 *Caupo, nauta, quomodo de furto in hospitio facto teneantur.*
6 *In Molendino aliquid furatus qua pœna plectebatur.*
7 *Ex Horreis furatus triticum, qua pœna puniatur.*
8 *Militare sacramentum de non furando.*

PŒna † ratione loci acerbior esse, vel leuior solet: nam grauius qui ex sacro loco furatur, quam qui aliunde punitur, vt in sacrilegio docuimus.

Nec vincet ratio hoc, Horat. lib. 1. Satyr. 3. *tantundem vt peccet, idemque.*
Qui teneros caules alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus sacra diuum legerit.

2 ¶ Grauius † quoque qui sepulcra spoliant, vt docuimus. Fures qui ex palæstra, balneis, foro, alioue publico subtraxissent, Aristoteles maiori pœna affectos scribit, *problem. sect. 10. 29* quam si ex priuata domo: Nam isti in duplum rei surreptæ, illi morte plectebantur. Testis & Demosthenes *contra Timocratem*, Athenis morte puniri solitos, qui ex gymnasiis, portibus, aliisque locis publicis, res etiam vilissimas subtraxissent. ¶ Fures † balnearios extra ordinem puniendos esse, respondit Vlpianus, *leg. 1. de furibus balnear. lib. 47. P. tit. 17.* & Paulus in eo milites deprehensos, cum ignominia mittendos, *Paul. in l. fin. eod. tit.* Sunt enim ijsdem astutissimi, ideo ob consilium delinquēdi magis deliberatum puniendi: fieri enim non potest, vt immedicabiles & obstinati non sint, qui consilium de furando capientes, conscientiæ naturalis stimulis admoniti, tamen eo peruenerunt, Plautus in Rudente, astutos hos fures docet, dum ait,

Etiam qui it lauatum in balneas,
Ibi cum sedulo vestimenta seruat, tamen surripiuntur.

4 ¶ Exstat † lex Luitprandi regis Langobardorum, *leg. annuntiatum est nobis. de iniurijs, libr. 1. leg. Langob.* qua qui lauantis mulieris se in flumine, omnia vestimēta subtraxerit, vt ea ibi nuda fiat, iubetur componere 900. solidos, pro guidrigil, ne incidat in faidam, id est, inimicitiam, vt possit occidi à proximis mulieris. Videntur tamen Cæsares has vt turpes lauationes in fluminibus publicis, & inhonestas more pecudum, merito sustulisse à 5 conspectu hominum, *l. cum supra, de re milit. C.* ¶ Aduersus † capsarios quoque, qui mercede in balneis seruāda vestimenta suscipiunt, iudex est constitutus præfectus vigilum, vt si quid in seruandis vestimentis fraudulēter admiserint, ipse cognoscat, *Paulus l. 3. §. fi. de offi. præf. vigil. lib. 1. P. tit. 5.* Si in caupona vel nauī furtū fiat, vel in stabulo, caupo, nauta, stabularius pro se & suis furti nomine cōuenitur, ratione rei cuique eorum cōmissę, *l. 1. §. 1. & §. & l. 2. 3. 4. 5. nau. caup. stab. lib. 4 P. tit. 9.* Si mantica seu pera vel hyppopera vocāt valisam, signata vel concluſa detur cauponi, & postea resignata seu aperta reddatur, vel quippiam surreptum ex illa dicat, hospes furti in cauponem agit. In quo & variant sententiæ: sed receptior æquiorque est, quod statur iuramento hospitis dicentis aliquas res fuisse in hyppopera quæ furto fuerint sublatæ, *Iaſ. l. in actionibus, num. 41. de in lit. iu. Pariſ. conſ. 74. num. 11. Diaz. reg. 186.* Et Iulius Clarus hanc, *libr. 6. ſenten. §. furtum, num. 27.* sententiam sequendam ait in praxi, propter perfidiam & naturam furacissimam hospitum: quamuis alij, *vt Bart. in leg. 1. §. 1. num. 5. ſi famil. furt. feciſſ. dica.* dicant, iuramentum non ad condemnationem, sed ad torturam dandam familiaribus & domesticis cauponæ sufficere. Addit & Clarus in hoc casu, vt sit locus iuramento, necessarium non esse, vt hospes aperuerit hippoperam cauponi, vt inde scierit caupo quid ea contineretur, quicquid dixerit glo. in l. 1. §. fin. in ver. in naui, nautæ, caupon. stabul. P. Quia illa gloſſ. communiter reprobatur, *Iaſ. in d. l. in actionibus, num. 43.*

6 ¶ In † legibus Salicis, *tit. 25. de furt. in molen. commiſ. §. 1. Qui alienam annonam in molendino seu pistrino furatus fuerit molinario seu polintori, 600. denarijs, qui faciunt ſolid. 15. Et ei cuius erat, totidem culpabilis iudicetur: excepto capitali & delatura.* De hinc alia *eod. tit. §. 3. Si in alieno molendino quis furetur ferramētum 1800. denarijs, qui faciunt 45. ſolid. culpabilis iudicetur.* In legibus Wisigothorum & hæc, *l. 12. de furibus, libr. 7. C. de leg. Wiſigot. tit. 2. Si quis de molinis aliquid inuolauerit, quod furatum eſt reſtituat, & inſuper componat, ſicut de aliis furtis lege tenetur, & vltra hoc centum* 7 *flagella ſuſcipiat.* ¶ In † legibus rusticis, *Iuſt. in legib Gregor. tit. 4. de furt. l. 12.* ἐὰν ἄρτους ἐνεπρήσῃς κλέπτων τὸν σῖτον· εἰ μὲν ἄπαξ πεπράθω μάστιξιν ἑκατὸν, καὶ τὸ ἀζήμιον τῷ κυρίῳ τῶν σίτων ποιήσω· εἰ δὲ δὶς ἁλῶ κλέπτων τῶν ποιῶν, τυπτόμενος, καὶ διπλᾶ ποιήσω τῷ ζημιώσαντι τὸ κλέμμα, εἰ δὲ καὶ τρὶς πραθῶ, id est, *Qui in horreis frumentum furari deprehensus est, prima vice post centum plagas acceptas domino damnum furtum passo sarcito. Si iterum deprehensus fuerit, post plagas, in duplum damnum resarcito. Si tertio furtum reiteret, luminibus priuator.*

¶ Singularibus † verbis conceptum Gellius, *libr. 16. c. 4.* etiam fuit iusiurandum, de furtis militaribus sanciendis: *in exercitu, decemque millia passuum prope, furtum non facies dolo malo, solus nec cum pluribus, &c.* Et in legibus militaribus Iustiniani Græcis, *l. 37.* furantes in castris, si quidem arma subtraxerint acriter verberantur: si vero iumenta, manibus mutilantur. Si miles arma furetur, gradu militiæ pellitur, *eod. l. 40.* Sic Modestinus. *l. aeſertorem 3. §. qui aliena arma, de re milit. libr. 49. P. tit. 16. Qui aliena arma ſurripuit, gradu militiæ pellendus eſt.*

De aliis Circumstantiis perpendendis in furti iudicio.

Cap. 14.

1 *Furti grauior pœna, ratione circumſtantiarum variarum, vt homicidij, &c.*
2 *Effractorum latronum grauior pœna. Et 3.*
4 *Directarij fures qui, & pœna. 5. & 6.*
7 *Saccularij fures qui, & pœna.*
8 *Crumena vnde dicta, & eri mendicę qui.*
9 *Vinum ferentes, & aquam ei miſcentes, qua pœna puniendi.*
10 *Nocte furari, & cadere ligna grauius delictum, quam interdiu.*

1 ALiæ † sunt peristaſes, quæ sicuti in aliis criminibus, in hoc quoque venīt: vt si cum vi fiat furtum, si fiat homicidium. Tunc que agendum de maiori quoque pœna, vt vi bonorum raptorum, *§. 1. & 2. vi bon. rapt. l. 2. §. aol. mali. eod.* lege Iulia de vi publica. Si quis cum fractione res alterius inuadat & surripiat, & pœna grauior.

¶ Vt † Marcus Imperator equitem Romanum, qui effracto pariete pecuniam abstulerat, quinquennio abstinere iussit prouincia Africa, vnde erat, & vrbe, & Italia. Potestque pœna effractorum, causse cognita prout admissum suggeret, in plebeio ad opus vsque publicum extendi: in honestiori, vsque ad relegationem, *Vl. in l. 1. de effract. lib. 47. P. tit. 18.* Creſcit tamen pœna si effractores nocturni sunt, qui fustibus cæsi damnantur in metallum: diurni autem, in opus perpetuum, vel temporarium, *Paul. l. ſi. eod. Scæuo. in l. quæro 48. de bon. liber. libr. 38. P. tit. 1.*

¶ Lege † Salica. *in l. Sal. tit. 18 de eo, qui vill. alien. aſſa. §. 1. 2. 3.* 3 *Aſaliens vel inuadens villam alienam, 1200. denarijs, qui faciunt ſolid. 30. culpabilis iudicatur. Et ſi ibidem oſtia fregerit, canes occiderit, vel vulnerauerit hominem, vel carro aliquid abſtulerit, 8000. denar. qui faciunt ſolid. 300. culpabilis iudicatur cum reſtitutione acceptorum.*

¶ Directarij † fures, qui in alienas se dirigunt domos furandi 4 caussa tanquam διχεδάται, de quibus tractat Cælius Rhodiginus & Crinitus *lib. 22. c. 7. Crinit. lib. 17. ca. 8.* eadem pœna, qua effractores puniri debent, vt voluit Vlpianus, *l. 1. §. 1. de effract. in P. l. ſarcularij 7. de extraord. crim. lib. 47. P. tit. 11.* Directarios hos puto fures, qui velut aliquid negotii habentes in cœnaculis aliorum, repunt in ea & se occultant, vt si non deteganturs, libere auferant. Solent autem ita operari, dum vel se alicuius familiaris, vel domestici ingressi antea seruos, famulos, vel cognitos dicunt, vt faciunt muscæ aulicæ, parasiti, qui impudenter omnibus sese mensis & hominum sodalitatibus admiscent, captantes occasionem interim furandi si possint, vel aliquem decipiendi. Tegunt dolum directarij, vt plerunque, etiam mendici nomini, quo cum ad fores eleemosynas petunt, nec facile furandi caussa ibi adesse pius putat, interim ob eruant latebras domus, in quas se dirigunt, vt pro eleemosyna dominos interpellaturi: dum autem & furdam domum, nec quenquam animaduertentem nouerint, subtrahunt quæ sese incustodita eis offerunt. Quod genus hominum Lutetiæ, & in ciuitatibus populo abundantibus, frequens est. Et frequentius, vt opinor, apud Romanos: Nam monet nos Pomponius *in l. ſi ita teſtamento 15. §. fi. de fundo inſtruct. lib. 33 P. tit. 17.* villam & agros custodiam desiderare, ne quid inde subtrahatur rerum vel fructuum: & ideo mulierem villæ perpetuam custodem, vt instrumentum eius necessarium. Meminit de huius mulieris custodis officio & Vlpianus, *in l. quæſtum 12. §. Trebatius, eod.* Erant & Nauphylaces, custodiæ caussa nauibus præpositi, *Vlp. in l. 1. §. & ſunt quidam, nau. caup. ſtab. P.*

¶ Confundunt † aliqui diætarios cum directariis. Ceterum 5 possunt maxime qui sub specie famulitij aliquos sequuntur, vt dominos accūbentes mensæ, diætarij dici: quia διαίτα cœnaculū est, & διαιτητικοὶ seu diętarij, ministri diętę: siue cu Varrone etiā diętam dictam Latine putes, quod in ea per diem ederetur.

¶ Directarius † quoq; mihi videtur fur ille, quē scribit Martia- 6 nus, *in l hac lege 11. §. 1. ad leg. Iulia. peculat. lib. 48. P. tit. 13.* inuētum in arcula, in tēplo deposita, incluſum, qui post clauſum ostiū de arca exibat, & de templo multa subtrahens, in arculam se referebat: deprehēſum autem eum qui capsam depoſuiſſet & conuictum, Verum & Antoninum Cæsares in insulam deportasse.

¶ Directariis

Digitized by Google

7 ¶ Directariis furibus similes in pœna sunt saeculatij, *d. leg. prima, de effractor. & l. saecularij, de extraord. crim.* dicti hoc nomine ab Vlpiano, *dict. leg. saecularij, quod vetitas artes exercentes in sacculos, partem subducunt, partem subtrahunt.* Sic enim ego distinguo, *vetitas artes exercentes in sacculos*, id est, super, contra sacculos, *partem*, scilicet, sacculorum, *subducunt, partem subtrahunt*: Non autem, vt vulgo interpungitur, lego, *vetitas artes exercentes, in sacculos partem subducunt, &c.* Nunquam alibi de saccularijs dicit se legisse Budæus, *in annota. poster. ad PP. in l. saecularij*, sed de calcularijs, quos similes dicit Aristoteles dialecticis. Verum non satisfacit, nec quod explicat Accursius, *in d. l. saecularij.* Proinde arbitror saccularios fures esse, qui sacculos, id est, crumenas vel caute subducunt, id est, auferunt inopinantibus, vt ex Plauto constat, *in Curculione.*

Propino, inquit, *magnum poculum. Ille bibit,*
Caput ponit, cum dormiscit: ego ei subduco annulum.

Et Virgilius, *Eclog. 3.*

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

Et sacculis pro crumenis vti homines nemo ambigit, vt apud Horatium 1. *Ser. Satyr. 1.*

Conjectus undique saccis
Indormis inhians.

¶ Crumenas quippe, nempe θυλάκια, suspensio sacculorum
8 facit: nam κρεμάω vnde crumena suspendo est. Sæpius enim geruntur suspensæ viris crumenæ, quas exscindunt fures isti saccularij, vel è peris subripiunt. Vocat Aristophanes hos βαλαντοτόμους, hosque inferorum accolas constituit. Sic enim Æacus apud eum Xanthiam alloquitur, *Aristopha. in nebulis*, de descensu Euripidis ad inferos,

ὅτε δὴ καταῖδον Εὐριπίδην ἐνδιδύοντα
τοῖς λωποδύταις ἐς τοῖς βαλαντοτόμοις,
ἐς τοὺς πατραλοίας ἐς τοιχωρύχους
ὅπερ ἐς ἐν ἅιδου πλῆθος,

Id est:

Quando autem descendit Euripides, ostendebatur
Spoliatoribus, crumenarum incisoribus,
Et parricidis, & muri fossoribus,
Quæ est in inferno multitudo.

¶ Considerandum † & in furto fides, quam habemus illis, qui-
9 bus res committimus, & à quibus tamen decipimur: vt in domesticis furibus obseruatur. Proinde & nautæ, vectores, & aurigæ, qui mediante mercede vina transportant: si sub dio, aut in suis domiciliis, aut in diuersoriis, ex vasis auferant insciis dominis, & rursum aqua iniecta replcant, infamia delicti æreque mulctari, & corpore cast gari statuit Carolus Quintus Maximilianus in comitiis habitis Augustæ Vindelicorum, anno domini 1548. articulo decimosexto, politiæ Placuit & senatui Parisiensi, *Pap. lib. 23. rapsod. arest. tit. 9. art. 1.* 10. Februarij 1550. huius criminis actos reos mulcta infamiæ publice notari, id est, emenda, vt dicimus honoraria, virgisque cædi, & insuper mulcta in fiscum regis coerceri: cum commination, vt si postea in idem crimen incidissent, laqueo suspenderentur. Videntur hi, præter furtum admissum flagellare hoc modo, & deteriorem reddere annonam, & emtores vini decipere. dum subtracto vino aquam miscent.

¶ Vnde † & lege Iulia de annona puniri debent, de qua an-
10 tea diximus. Alia obseruanda petitasis temporis est noctis. Quia, vt diximus, grauius noctu. quam interdiu furari: dubium enim est, num cædis potius, quam furti causa inuentantur imminere ædibus & dominis. Quare illos occidendi data est potestas lege duodecim tabul. vt docuimus in Cornelia de sicariis lege. Grauius tempore nundinarum, in quibus omnis securitas mercatorum exigitur, & palam res venales sunt. Grauius quoque Carolus Quintus, *Constitu. de causis capitalib. art. 168.* punit eos, qui ligna secuerint in alterius sylua, diebus festiuis aut noctu, quam alio tempore. Duplex enim scelus, & festos dies violare onere seruili, & male agere.

De Receptaptatoribus latronum.

Cap. 15.

Lib. 47. P. tit. 16.
Lib. 9. C. tit. 32. & 39.

1 *Receptatores furtorum, vt latrones puniuntur.*
2 *Receptatores personarum furum, an puniantur vt fures.*
3 *Latronibus perfugium dantes, quomodo puniendi.*
4 *Latronem recipiens scienter vt puniatur.*

PEssimum, †inquit Martianus, *l. 1. de recept. P. Vlpian. in l. con-*
1 *gruit 31. de offic. pras. P. genus receptatorum, sine quibus diu nemo latere potest: ideo præcipitur, vt perinde puniatur atque latrones.* Quod & Cæsares probarunt, *l. 1. de iis qui latro. & alios crim. reos occultant, libr. 9. C. tit. 32.* & alii Iurisconsulti, *Vlpianus in leg. 3. §. non tantum, de incend. ruin. & naufrag. libr. 47. P. titul. 9.* si sciant scilicet delictum. Sic enim Honorius & Theodosius CC. exprimunt, *l. crimen 9. ad legem Iuliam, de pub. C. Crimen*, inquiunt, *non dissimile est rapere, & ei qui rapuit, raptam rem scientem delictum seruare.* Tunc enim participes sceleris sunt, & eadem pœna digni, *l. si quemquẽ, in fine 29. de episc. & cler. C. cum simil. ibi nota. in §. fi.* quia & fures. Qui nouit furem, nec incidat, fur quidem non censetur, sed qui celat. *l. qui vas 49. §. qui furem, de furt. P.* Et ideo qui res furtiuas scienter à fure custodiendas suscipiunt, furti pœnali actione & de susceptis tenentur, *l. eos qui à seruo 14. de fur. C. §. sed hæ actiones, ac ob. quæ ex uel. masc.* In dubio tamen, si res furata reperiatur apud tertium seu apud alium. quam furem, si is
2 est persona malæ famæ, præsumitur fur, *Angel. in tract. maleficiis in ver. & vestem cœlestem, numero 19.* Ex hoc tamen non oritur indicium sufficiens ad condemnationẽ, sed bene ad torturam: potissimum, si apud eum res absconsa inueniatur, *Bartol. ad l. final. de quæst. Alber. de Rosate in l. inciuilem, C. de furt. tractat Iul. Clarus, lib. 5. Senten. §. fin. q. 2. versi. si res furata.* Nam nec iusta est suspicionis furti excusatio, dicere emtam rem fuisse à fure, nisi illum indicet, *l. 2. & l. ciuile, C. de furt.* Nam tunc præsumitur furatus esse, & tenetur domino restituere, nullo restituto pretio: non obstante contraria quacunque consuetudine, *d. auth. 151. c. Tholo & ibi Aufrer. Bald. l. final. d. hered. instit. P.* Non enim licet emere rem furtiuam scienter, *l. 2. de fur.* non pignori capere, *leg. si seruus cuiusdam, de condition. indebit. P. l. eos, C. de furt.* Et sine dubio receptatorem furtiuarum scienter rerum, eadem pœna quæ fur, puniendum arbitror: ita enim socius conuincitur.

†At †in celantibus tantum personas furum, subsisto: puniendos namque opinor, sed mitius. Nam potest quædam esse miseri-
3 cordia (etsi intempestiua, quæve pœnam meretur, *leg. si hominẽ, depos. P.* propter quam iudicibus indicare furem noluit: forsan sperans eum in meliorem frugem mutandum. Et interest hominem affici beneficio, *leg. seruus ea lege, de ser. export. P.* propter illam naturalem inter homines coniunctionem, qua nefas hominem homini insidiari, *leg. vt vim. de iusti. & iure.* Et ita qui ea affectione ob consanguinitatem, vel affinitatem, latrones vel reos criminum occultant, non sunt in pari crimine, ac ii, qui occultant nihil ad se pertinentes: neque tamen omnino absoluendi, neque etiam seuere puniendi, *leg. final. de receptat. P.*

¶ Sicuti †qui pecunia accepta, cum possent apprehẽdere latro-
4 nes, perfugere sinunt: quia non misericordia humanitatis, sed sordes id persuaserunt, puniendi grauius sunt, *ca. qui cum fure, capit. 4. de furt. apud Gregorium, & ibi vide gloss. & leg. prima. §. fi. de receptat. in P. leg. 2. de iis qui latrocin. occul. C.* Illis enim pietas excusationem, non immunitatem omnino dat: istis lucri auaritia pœnã auget. Carolus Magnus, *in constitutio. capitula. in iis quas addidit ad legem Langobard. capit. 7. & in leg. Langobard. libro primo, titul. de furt. & seruo corrupto.* eos, qui cum possent apprehendere, latronibus studiose perfugium dant, conuictos statuit ad damnum. & res, pro quibus fures & latrones tenebantur, condẽnari. Abigeorum receptatoribus exsilium decem annorum extra terram Italicam Callistratus refert irrogatum, *Callistratus. leg. final §. final. de abigeis in Pandect.* Lex Langobardorum Caroli Magni est, *li. 1. leg. Langobar. de latrone forbannito, titul. de fur. Si latronem forbannitum liber homo susceperit, 15. solidos componat: si seruus fuerit, 125. ictuum percussionibus vapulet.* Alia Langobardorum lex. *l. si portonarius furem, & l. sequent. de furt. & seru. fugacibus, lib. 1. leg. Langobard. Si portonarius*, id est, qui traicit flumina, *furem hominem sciens transposuerit, eum aliqua re furtiua, collega furis sit, & cum eo furtum componat: excepto quod sit culpabilis in palatio regis solid. 20. Quod si liberum hominem fugacem traiecerit, animæ suæ incurrat periculum, quod non retinuerit, vel retineri non procurauerit, nec indicauerit.*

¶ Gratianus, †Valentinianus & Theodosius, supplicium corporale vel dispendium facultatum, statuunt in recipientem scié-
4 ter, nec offerentem iudici latronem. Et si actor vel procurator domino ignorante vel occultauerint, vel non obtulerint iudici, iubent flammis concremari, *leg. 2. de iis qui latro vel aliis criminib. reos occultant. lib. 9. C. Theod. tit. 29.*

Digitized by Google

DE INIVRIIS ET CONTVMELIIS. LIBER XXXVIII.

Quid Iniuria seu Contumelia, & an sit vindicanda.

Cap. I.

Lib. 4. Instit. tit. 4. Lib. 47. P. tit. 10. Lib. 9. C. tit. 35. Lib. 5. Decret. tit. 36. Lib. 5. Sex. tit. 8.

1 *Iniuriarum cum furto affinitas. Et 19.*
2 *Iniuriæ æquo animo perferendæ.*
3 *Iniuria quid, & vnde nomen, item contumelia quid.*
4 *Contumeliæ, & iniuriæ differentia.*
Et vt vindicatæ. num. 5.
6 *Iniuriantis serui vel liberi pœna extraordinaria.*
7 *Iniuriarum legis Cornelij Sylla capita.*
8 *Iniuriarum æstimatio fit à tempore, quo illatæ sunt, non iudicij, & pro iis ciuiliter & criminaliter agitur.*
Earum æstimatio quomodo fiat. num. 9.
10 *Pœna pecuniaria criminum in corporalem conuertitur ob inopiam debitoris.*
11 *Fama & boni nominis cura habenda, cur, & de eius præstantia. 12.*
13 *Iniuria habet obligationem nec pœnitentia aboletur sola.*
14 *Iniuriam non propulsare, iniustitiæ genus: & vindicanda à iudice.*
15 *Iniuriam remittens, non censetur remisisse damna seu satisfactionem.*
16 *Heres non vindicatis necem defuncti priuatur successione.*
17 *Iniurianti odium tenemur remittere, sed non iniuriæ satisfactionem. Et 20.*
18 *Vindicta iniuriæ legitima, habita laudabilis.*
21 *Iniuriæ non punitæ crescunt & fiunt atrociores.*
22 *Hominem homini cuiuscunque gradus insidiari natura nefas.*
23 *Iniuriæ seruorum quoque & viliorum audiendæ & vindicandæ, & quare. 24.*
24 *Iniuriarum iudicium priuatum, non publicum. Contra, Athenis, 26. & cap. 3. num. 15.*
25 *Iniuriarum appetitores ad compendium castigandi.*

1 ADmonet † tractatio absoluta furtorum, vt subiungamus de iniuriis tractationem: quia & Iacobus Aretinus & Bartolus, *in l. licitatio, §. quod illicite, nu. 2. per §. illum, de publica, in P.* dicunt furtum iniuriam esse. ¶ Panætius † lib. 2. de officiis, quem refert Gellius, *li. 13. c. 26.* vitam hãc hominum qui prodesse sibi suisque volunt & vsui esse, expositam iniuriis & contumeliis declarauit: verum vti Pancratiastæ ad certandum vocati, proiectis alte brachiis cõsistunt, caputque & os suum manibus oppositis, quasi vallo præmuniunt, membraque omnia priusquam pugna mota est: ita animus atque mens viri prudentis, aduersus vim & petulantiam iniuriarum, omni in loco, atque omni tempore prospiciens, debet esse erecta, ardua, solida, expedita, nunquam conueniens, nusquam aciem suam flectens. Dicebat & Græcus quinam, *lib. collectionum sententiarum Græcorum, veterum Comicorum, capit. 4.*

ἥδιον δ' οὐδὲν ἐστὶ μισητοῦ λόγου,
ὃς ἂν δύνασθαι λοιδορεῖν μέλλῃ φέρειν.
ὁ λοιδορῶν γὰρ, ἂν ὁ λοιδορούμενος
μὴ ἀντιτοιοῦτος, λοιδορεῖν ὁ λοιδορῶν.

Id est:

Suauius nihil, nec musis aptius
Est, quam ferre posse conuitiantem.
Qui enim conuitijs petit, si petitus
Dissimulauerit, conuitia patitur conuitia inferens.

Et certe prudentes viri norunt, & qui iniurias inferri aliis Christiane ægre ferũt, id potius extra patientis causſam esse, & veluti vi externa contingere. *Qua enim cura diligentia*, ait Iulianus Iurisconsultus, *in l. ad eos 19. commo. in P. consequi possumus, ne aliquis nobis damnum iniuria det?*

3 ¶ Iniuria † dicitur generaliter id omne, quod fit non iure iniuria sine iure, *l. 1. de iniur. §. 1. eod. tit. apud Iustin.* Patetque hoc genus latius, quam instituta tractatio, in qua iniuriæ species examinanda, nempe contumelia quæ iniuria dicitur, dicta ea contumelia ex sententia Vlpiani, à contemnendo, *leg. 9. §. contumelia, eod.* Seneca. *libr. 2. ad Serenum, quod mod. in sapien. non cadit iniuria.* cum tractat in virum sapientem non cadere iniuriam, tradit iniuriam hoc habere propositum, aliquem malo afficere: & omnem iniuriam esse diminutionem eius in quem incurrit. *Nemo enim*, inquit, *iniuriam potest accipere sine aliquo detrimento, vel dignitatis, vel corporis, vel rerum extra nos positarum, d. l. 1. §. omnem quidem, de iniur.* Hæc certe iniuria insolens & petulans, recte ὕβρις Græcis est. Dixere & Græci ἀϊκίαν, contumeliam verborum, & atrocem iniuriam: vt apud Demosthenem, ὁ πόνηρος ἡμῶν ἤρξε χειρῶν ἀδίκων, οὗτος γὰρ ἔδωκεν ἀϊκίαν. id est, vter nostrũm prior alteri manus intulerit, hoc enim est æcia, id est crimen atrocis iniuriæ. Eratque prodita actio τῆς ἀϊκίας seu χειρῶν ἀδίκων eius atrocis iniuriæ.

4 ¶ Ceterum † contumeliam in contemtu solo, & nauseantis solius esse animi putat Seneca, *in proxime citato lib.* & minorem iniuriam quamque leges nulla dignam vindicta putarint. Cuius affectum moueat humilitas animi contrahentis se, ob factum dictumque inhonorificum, vt ille me hodie non admisit, cum alios admitteret sermonẽ meum superbe auersatus est, aut palam risit, & non in medio loco, sed in imo collocauit, & sic de aliis huiusmodi notæ: in quæ fere delicati & felices incidunt. Et vt ait Hegio Terentianus *in Adelphis, actu 4. Sce. 3.*

Omnes quib. res sunt minus secundæ, magis sunt nescio quomodo
Suspiciosi: ad contumeliam omnia accipiunt magis,
Propter suam impotentiam se semper credunt negligi.

5 ¶ Ab † initio leg. 12. tabu. lex satis indulgens fuit, & mollis in contumeliam inferentes: *Si iniuriam*, inquit *Gellius li. 20. c. 1. alteri faxit, viginti quinque æris pœnæ sunto.* Non probauit hanc legem Q. Labeo: sed nec ætas postea secuta, quando L. Neratius, homo egregie improbus, atque immani vecordia, pro delectamento habuit, os hominis liberi manus suæ palma verberare, quem seruus sequebatur crumenam assium plenam portitans, cui iubebat statim secundum duodecim tabulas numerare quinque & viginti asses ei, quem depalmauerat. Et propterea prætores hanc abolescere legem & relinqui censuerunt, iniuriisque æstimandis, se recuperatores daturos edixerunt.

6 ¶ † Proinde Hermogenianus, *l. fin. 45. de iniu. in P.* de iniuria nunc extra ordinem, ex causſa & ex persona statui solere tradit, vt serui flagellis cæsi dominis restituantur: liberi vero humilioris quidem loci, fustibus subiiciantur: ceteri autem vel exsilio temporali, vel interdictione, rei coerceantur. Vsu forensi gallico receptum est, & mulcta duplex honoria, & numeraria irrogetur iniuriantibus.

7 ¶ Fuit † & auctor legis aliæ iniuriarum Cornelius Sylla, de qua meminit Venuleius, *l. hos accusare 12. §. fin. de accusa. P.* mitioẽm eam quam serui mereantur. Explicat autem Vlpianus tria capita habuisse, *l. lex Cornelia, §. de iniuriis, in P.* si quis pulsatus, si verberatus, si cuius domus vi introita sit. Idipsum firmat Iuuinianus, *§. sed & lex Cornelia, eo. tit.*

8 ¶ Qui † & Martianus, *§. penu. eod. apud Iustinia.* notat ex lege Cornelia actionem iniuriarum ciuiliter moueri posse, condemnatione æstimatione iudicis facienda, scilicet habita ratione temporis, quo facta, non condemnationis, vt ait Iabolenus, *l. iniuriarum æstimatio 21. eod. tit.* Quia in contractibus inspicimus tempus quo contrahitur, *l. non omne, de reg. iur.* in delictis autem iniuriarum, contrahitur ex maleficio, *l. ex maleficio, de actio. P. §. 1. de ob. quæ ex del. nasc.* Et de omni iniuria posse ciuiliter agi hodie Imperatori placuit, ait Vlpianus, *l. prætor edixit. 7. §. posse, de iniuriis, §. in summa, eod. apud Iustin.* Criminaliter quoque, vt diximus, *l. si. eo. tit. de iniur. P.* κ' γὰρ μαλακὸν πλατυνεῖ ὀχθῶν, φίλαι, inquit, Medea apud Euripidem, act. 3. *Non enim tolerabile est, o amici, irrideri ab hostibus.* Potissimum, quia iniuriam dans deterior fit, *l. 1. §. fin. de ser. corrup.* ideo vt bonus reddatur, castigari debet, *l. si qua, de pœn. P.*

9 ¶ † Æstimatio iniuriarum autem petitur, & fit, primum ab actore, sed iudex postea taxat iudicio, habita ratione personæ iniuriatæ, loci vbi illata, & personarum præsentium dum fieret, *Ioan. de bello visu, in præl. criminal. iniuriar. dum agit, de taxatione iniuria. ad verba, & tantum dotal. iniurias, num. 1. 2. 3. facit, ca. 1. §. iniuria, de pac. tenen. & iuram. firm. in vsibus feudo. l. penult. de obse. patron. præstan.* Liberum enim iudici minoris quam æstimauerit actor condemnare, sicuti in iureiurando in litem obseruatur, *l. 2. iuncta l. in actionib. 5. de in lit. suran. libr. 12. P. tit. 3.* Et in iniuriis obseruatum apud Græcos docet Suidas, *in verb. ἀϊκία.*

10 ¶ Quod † si reus paupertate pecuniaria pœnam eludit, potest ex Vlpiani sententia iudex coercitionem extraordinariam indicere, *Vlpian. l. 1. §. fin. de pœn. P.* Solent enim pœnæ pecuniariæ, imponendæ ob crimina, in corporalem propter inopiam conuerti, *l. simile in iniu. voc. P. l. illicitus, §. fin. de offi. præf. in P. l. quicunque, §*

Digitized by Google

que, §. quod si, de fer. fugit. cum simil. ¶ Nec † omnino ferendas iniurias sine vindicta aliqua suadet, quod curam habere debeamus de bono nomine, *Eccles. cap. 41.* Hoc enim magis proficit & perseuerat, quam thesauri magni & pretiosi. Et crudelis est, qui suã famam contemnit, *ca. noli, 12. qu. 1. Sicut enim lux oculorum letificat animam: sic,* inquit Ecclesiasticus *cap. 3. bona fama impinguat ossa,* id est, auget virtutes, in quibus robur consistit hominis interioris, non minus quam robur exterius in ossibus.

12 ¶ Dehinc † & nobis proba vita necessaria & sufficiens quidem est: aliis autem & fama nostra necessaria est, *ca. non sunt audiendi, 11. q.* Cauendumque non solum ne incidamus in crimen, sed etiam ne in criminis vel notæ opprobrij suspicionem, neve simus aliis offendiculo. Sic Plautus in Mostell.

Ego si mihi bonam famam seruassim. sat aiues ero.

Et Horatius, *lib. 1. Sermo. Satyr. 2.* *Vnde*

Fama malum grauius, quam res trahit: an tibi abunde
Personam satis est, non illud quicquid vbique
Officit euitare, bonam deperdere famam.

Et Demosthenes, *orat. in Leptinem,* ὡς οὐ μὴ χρήματα κτήσηται μόνον σπουδαῖον, ἀλλ' εἰ μὴ δόξαν χρηστὴν, οὐδὲ ἂν μᾶλλον ἀσφαλῶς ἢ παρὰ χρημάτων, id est, *non solum spectandum est, ne pecuniam perdatu, sed etiam an famam & gloriam bonam, cuius magis studiosi estis, quam pecuniæ.* Accedit Isocrates, *orat. de regno, quæ 2. omnium.* οὐδὲ πλείονος ποιοῦ δόξαν καλὴν ἢ πλοῦτον μέγαν τοῖς παισὶ καταλιπεῖν ὁ μὲν γὰρ θνητὸς, ὁ δ' ἀθάνατος, ἡ δόξης μὲν χρήματα κτᾶται, δόξα δ' χρημάτων ὡς οὐντὶ καὶ τὰ μὲν ἐν τοῖς φαύλοις ἀφανιζόμενα, τὴν δ' οὐχ οἷόντε ἀλλὰ καὶ τὸν διαγιγνόμενα κτίσαντας, id est, *Plus tibi curæ sit, vt honestam famam, quam diuitias ingentes liberis relinquas: nam hæ mortales sunt, illa vero immortalis: & per famam comparari possunt opes, nunquam vero pecuniis fama redimitur. Item diuitiæ etiam improbis accedunt, at famæ gloria non potest nisi solis probis contingere.* Athenis graue & periculosum fuisse scribit Plato, *lib. 4. in Memnone, vel de virtute.* quemquam iniuria afficere, & hominibus detrahere. Melius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ, *Prouerb. 22.* & melius nomen bonum, quam vnguenta pretiosa, *Eccles. c. 7.* Et Hesiodus, *in fine 1. lib. oper. & dierum.*

Λειὼν δ' βέλτιον ὑπαλδέος φάμιν·
φάμη γάρ τε κακὴ πέλεται κούφη μὲν ἀείρειν,
βριαρὴ μὲν ἀραλέην δ' φέρειν, χαλεπὴ δ' ἀποδῦσθαι.
φάμη δ' οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥν τινα πολλοὶ
λαοὶ φημίζωσι· θεὸς νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή.

Id est:

Grauem vero mortalium euitato famam:
Fama enim mala est, leuis quidem leuatu facillima
Molesta quidem portatu, difficilisque depositu.
Fama vero nulla prorsus perit, quam quidem
Multi populi diuulgant: quippe Dea quædam est ipsa.

13 ¶ Iniuria † habet obligationem ex delicto, §. 1. *de oblig. quæ ex del. nascun. lib. 4. Instit. titul. 1.* obligatio autem non soluitur, nisi si quis luat pœnam, quam contraxit delinquendo. Nec sola pœnitentia sufficit in criminibus, quæ consulto contrahuntur, dissoluendis sine satisfactione, *l. qui ea mente, 67. de fur. libr. 47. P. titul. 2.*

14 ¶ Cicero duo iniustitiæ esse genera scribit, *Cic. 1. Offic. Vnum eorum, qui inferunt: alterum eorum, qui ab iis quibus infertur, si possunt, non propulsant iniuriam. Nam qui iniuste impetum in quendam facit aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus, is quasi manus videtur violenter afferre socio: qui autem nec defendit nec obsistit, si possit, iniuriæ, tam est in vitio, quam si parentes, aut amicos, aut patriam deserat.*

15 ¶ Iusta † querela visa est mulieris, quæ importune quamuis iudicem interpellabat, vt eam vindicaret ab aduersario, *Luc. ca. 19.* Illa porro vindicta nihil aliud, quam aduersarij & male agentis castigatio, quæ à iudicibus debet imponi, eaque de causa gladium portat ad vindictam malefactorum, *ca. nos si incompetenter, §. sed notandum, 2. q. 3.* quæ non animo vindicandi seu vlciscendi, sed castigandi infligitur, *ca. 1. circa medium 23. quæst. 5. cum similibus.* Vt non immerito interpretes, remissionem vindictæ à satisfactione iniuriæ separauerint: neque qui remisit iniuriam censeatur remisisse satisfactionem, veluti damna, expensas, & similia huiusmodi, vt scribunt Panormitanus *in ca. 1. de maledict. numer. 8.* Baldus & Bartolus, *in leg. si tibi, §. final. de pact. in P.*

16 ¶ Cogunt † & leges interdum non tantum nostras, sed & mortuorum, quibus succedere quis vult, iniurias & necem vindicare, alioquin adimentes eis illorum bona, in quos se ita ingratos omissa vindicta demonstrarint, *l. 1. C. de iis quib. vt indign. cum similib.*

17 ¶ Atque † is dicitur benefacere, qui dimisso odio agit actione iniuriarum, *ca. & qui emendat, 45. dist. c. de occidendis 23. quæst. 5.* tenemur enim odium remittere, sed non iniurię satisfactionem, *ca. si quis contestatus, 90. distin.* Nam de odio scriptum est, *Luc. c. 6. c. cum in lege 23. quæst. 4. c. inter verba, 11. quæst. 1. Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos.* Sicut enim nobis petimus dimitti debita & iniurias, quas in Deum committimus, & in proximos, oratione dominica, *Matth. 6. facit, c. si. de pœn. distin. 5.* ita & nos dimittere aliis in nos commissa debemus. Vel exemplo illius pessimi serui, *Matth. cap. 18.* quem Dominus iussit capi & concludi: quod cum ei omne & magnum debitum dimisisset, ille ob modicum debitum conseruum suum misere afflixisset. Et in Ecclesiastico, *ca. 28.* legimus, *Qui vindicari vult à Domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit: relinque proximo tuo nocenti tibi, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur.* Et rursum, *Mihi vindictam,* inquit Deus, *ad Roma. 12. Ezechiel. 8. & Deut. 32. & ego retribuam.*

¶ Sunt † iis similia, quæ odium summouendum suadent, attamen non dant impunitatem maledico, vel contumelias inferẽti, nec prohibent, quin animaduertatur in illos pro modo contumeliæ: alioquin enim ex licentia impunita, magna audacię daretur, & ad maiora scelera libertas. Cum tamen factæ sint leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos, innocentia, & in ipsis improbis, formidato supplicio, refrænetur audacia & nocendi facultas, *ca. factæ sunt 4. dist. l. 1. de iust. & iure, lig. 5. de legi. in P. Iniuriari porro,* vt scribit Plato, *lib. 19. in Hippia minore, vel de mendacio, in fine. malefacere est, non iniuriari, bene. Quamobrem, idem, lib. 24. in Gorgia vel de Rhetorica. qui iniuriatur, iniustus est, ante alios omnes est miser, miserior autem, si iniuriarum pœnas non luat: minus vero si luat suppliciumque iustum diis hominibusque reportet.* Et iterum, *idem, lib. 34. dial. 5. de leg. Honorandus certe est, qui nihil iniuriatur, qui vero nec id alios facere patitur, duplici honore, imo & magu est honorandus, ille enim vni, hic multis hominibus comparatur, cum principibus ceterorum iniuriam nuntiet. Qui autem vna cum magistratibus iniuriam quoad potest vlciscitur, is magnus perfectusque vir præconio in ciuitate prædicetur: nã virtute cunctis excellet.*

¶ Sed † & nemo ambigit fures puniendos esse: at qui iniu- 19
riis aliis detrahunt, vel bona sibi vsurpant iniuria, furtum bonæ famæ alterius committunt, vel rerum, vel vsus. proinde nec impuniti esse debent. ¶ Suadet † & remittendum odium ex iniu- 20
ria, id quod moris fuit apud Romanos maiores, conuiuium solemne instituere, quod Charistia dicebatur, cui præter cognatos, affines, nemo interponebatur, vt si qua inter necessarias personas querela esset orta, apud sacra mensæ & inter hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur, *Val. Maxim. lib. 2. c. 1. dum agit de sacello Viriplacæ.* Habemus nos Christiani sacratissimam illam mensam, melioremque, & vitæ datricem Eucharistiam, ad quam venire non oportet, antequam reconciliemur proximis, *Matth. c. 5.*

¶ Ferunt † aliqui prudentes, vt ait Seneca, iniurias æquo a- 21
nimo, neque vllo modo iis tangi posse vel moueri, nisi sibi persuadeant, certo sciuntiat vt plerumque alij, qui se contumeliis affici arbitrantur nimium & præter modum sæuiunt, vt oportuerit & ad cohibendas iniuriantium malitias, & ad compescendas sese vindicantium iras, ea de re iudicia instituì & ad iudicem iri, *l. nullus 14. de Iudæ. lib. 1. C. titul. 12. l. 1. ne quis in sua caus. iud. ca. quod Christus 23. q. 5.* Alioquin contumelia parua de causa orta, maior fit, & vt ex Homero Suidas ait, *in verb. ἰαμβίζειν. ἰαμβίζειν,* more iambi ex breui in longam surgit. Exigua est primum, mox sese attollit in auras. Vnde & Græcis pro contumelias inferre, *ἰαμβίζειν* dictum.

¶ Æquumque † & bonum visum est prospicere huic insole- 22
tiæ, atque ex æquo & bono dari hanc actionem placuit Vlpiano, *l. non solum, 11 §. iniuriarum de iniur. in P.* vt puniatur qui deliquit. Ad conseruandam illam humanam communem cognationem, propter quam nefas ducitur hominem homini insidiari, *l. vt vim, de iust. & iure. P.* cuiuscunque is sit fortunę, vel paupertatis, vel gradus.

¶ Nam † nec harum iniuriarum iudicia contemnenda sunt: 23
quemadmodum Athenienses quoque lege sanxerũt, vt seruorum iniuriæ audirentur, *Athenæ. lib. 6. cap. 7.* Ab Alexandro quoque Cæsare statutum & aliis, *l. 1. C. de iniur. §. seruis, eod. titu. apud Instin. l. 1. §. Labeo. & l. item apud Labeonem, §. si quis sit, & §. pen. & l. eum qui, §. 1. eod. titu. P.* viles serui tenuioriue fortunæ quidem homines, inferiores videntur: verumtamen & ij homines, & quo minus bonis artibus instructi, eo audaciores ad vindictam sumendam iniustam, nisi legitima statuatur, ἐπεὶ καὶ μῶμαι καὶ σίφωνες χολὴ, id est, *ineptæ formicæ etiam, & culici sua bilis.* Docet & Æsopus *apolog. 3.* apologo Scarabei sese vlciscentis de aquila μηδενὸς καταφρονεῖν λογιζώμεθα, ὃς οὐδὲ ἐξὸν ὃς φοβερωτάτοις, οὐκ ἂν δυναῖτο ἀσυτὸ ἐπαμῦναι. id est, *Nullum esse contemnendum, considerantes non esse quemquam, qui lacessitus se vlcisci non queat.*

¶ Refert † Xiphilinus ex Dione *in Galba,* Galbam Cæsarem 24
male audiuisse, quod quamuis iniuriam ille non faceret, sinebat tamen alios facere. Quia etsi satis sit priuatis hominibus iniuriam non facere, tamen principem prouidere etiam oportet, ne ceteri faciant. Et ipse Dio ait, *lib. 55. histo. Romanhominum illam esse sententiam, priuato omnes iniurias persequendas, ne vel contemni inde habeatur, vel opprimatur. principem vero debere ea, quæ in publicam rem peccantur vlcisci, priuatim in se admissa tolerare.* Considerare debent iudices, quod monet Demosthenes, *contra Midiam.* Athenienses vt considerent, *iniuriis accipiendis maxime oportunos esse nostrum pauperrimos quosque & infirmissimos: at in inferendis, sic vt non modo sacinorum pœnas non dent, sed etiam aliquos mercede cõ-*

Digitized by Google

ducant, qui vicissim facessant accusatoribus, paratissimos & ex peditissimos esse, & petulãtes pecuniosos. Sic Lucius Coruncanus, collega legationis ad Teucã reginã Illyriorũ, adiecit legationis mandatis, *Optimum morem esse Romanis priuatas iniurias publice vindicandi*, teste Polybio, *lib. 2. hist.* Quanquam publicum ideo iudicium non fit iniuriarum, sed priuatũ, *l. iniuriarum causſa 7. P. de iniu. l. fi. C. eod.* Boni viri officium esse dicit Cicero, nusquam non innocentes tueri, & ab oppressis iniurias propulsare, *Cic. 1. Offic. in Iustinia.* Constitutum & in comitis Aureliacensibus anno Domini 1560. *art. 65.* vt si quis in se mutuo conuiciantes incidisset, ad pacem reduceret, & vim omnem interciperet. Oraculum Delphicum, vnum ex tribus sociis qui consocium relinquens fugerat, dum incidissent in latrones, sic vt reum mortis eius exprobrauit,

Occidi socium praesens es passus amicum.
Non tibi vaticinor, sacro te proripe templo. Ælia. libr. 5. de var. histo. cap. 43.

Et vt ait Clytemnestra, *apud Euripid. in Iphigenia, in Aulide actu 4. vers. 18.*

ἀλλ' ἐν ἔχει τι χῦμα, κ' οὐ σταθηρὸν ᾖ,
ἀνὴρ ὁ χρηστὸς δυσχερὴς τοῖς ὠφελεῖν.

Id est:

Sed tamen non absurdum est, etiam si alienus sit
(Scilicet quis à malis alterius)
Sed vir quis sit probus, periclitantes adiuuare.

25 ¶ Verum† prospicere debent iudices, ne quis hac accusatione iniuriarum alios temere accuset, vt plerique pauperes improbi, qui calumniantur se iniuriis affectos, & sæpe procurant affici, vt pecunias extorqueant, & druexét litibus probos. Quos Caius, *l. qui iniuriarum 43. de iniur. facst l. si quis repetere. §. si stellionatus, ad Turpil. P.* singulari lege voluit extra ordinem damnari, vt patiantur vel exsilium, vel ordinis amotionem.

26 ¶ Athenienſium † iure, permissa erat persecutio iniuriarum realium cuilibet de populo, vt ait Isocrates, *oratio. 20. contra Lochitem.* vt non mirum si iniuriarum mulcta apud Athenienses, nõ iniuriam passi, sed publica esset, vt testatur Iulius Pollux. *lib. 8. Onomast.* Lex illa refertur à Demosthene, *in Orat. κατὰ μειδίου.* ἐάν τις ὑβρίζῃ τινὰ, ἢ παῖδα, ἢ γυναῖκα εἰδὼς, τῶν ἐλευθέρων ὄντων δούλων, ἢ πεφασμένων τι ποιεῖν εἰς τοῦτον τινὰ γεγράφθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ὁ βουλόμενος ἀδικεῖσθαι, ὅσ' ἂν ἔξεστιν, ὃ δ' θεσμοθέτας εἰσαγόντων εἰς τὴν ἡλιαίαν τεσσαράκοντα ἡμέραν, ἀφ' ἧς ἂν ἡ γραφὴ ἐπὶ μὴν δημόσιον καλῶσι, εἰ δὲ μὴ ὅταν ἡ πρώτη ἵστηται, ὅταν δ' αὖ κατηγορῇ, ἢ ἐλαττῶν πέντε ἀπὸ ταλάντων ἀφῇ χρῆμα, ὅταν αὖ δέξῃ δίκας ᾖ) παθὼν ἢ ποιήσας, ὅσου δ' ἂν γεγραμμένας γραφὰς ἰδίας κατὰ τὸν νόμον, ἐὰν τις μὴ ἐπιξηλίδῃ ἢ ἐπιξένῳ, μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ἀφόρων τῶν. Ὑπόσατο χιλίας δραχμὰς τῷ δημοσίῳ ἐὰν ᾖ αἰχυρὸν πράσῃ, τῆς ὕβρεως διδόσθω, ἐὰν ἐλεύθερον ᾖ ἕλκειν, μάχεσθαι δ' ἐκτίσῃ, id est, *Si quis aliquem contumelia affecerit siue puerum siue mulierem, siue virum ingenuos vel seruos, aut aliquid in interdictum legib. in eum earum aliquem admiserit, eumquicunque volet Athenienſiũ, cui id licet, deferat apud sex viros: at sex viri actionem dent intra dies triginta apud Heliæam, ab eo die quo res in iudicium delata erit, nisi publicum aliquid impediat, sin minus cum primum fieri potuerit. Qui vero damnatus fuerit, illi Heliæa statim crimen æstimet, quid licere aut solvere debere videatur. Qui vero priuata iudicia dictauerunt ex lege hac, si quis non persequutus fuerit actionem, aut persequtus quintam suffragiorum partem non tulerit, is mulctam ærario mille drachmas solvat: Sin contumelia pecuniis æstimata fuerit, vinciatur, si ingenuum iniuria affecerit, donec solverit.*

Quando Iniuria fieri dicatur.

Cap. 2.

In iniuriis animus & factum inspicitur.
1 *Iocose & alio modo, quam iniuriandi animo dictum, iniuria non di-*
2 *citur.*
3 *Iniuriosa per se verba vix excusationem admittunt.*
4 *Scandalum datum quid, & scandalizantis pœna. Et §.*
6 *Turpia facta & dicta loco non excusantur.*
7 *Iniuriarum, Aquiliæ, & de pauperie actionum differentia.*

1 FOnstvnus præcipuus censendarum & vindicandarum iniuriarum, ex animo pende: facientis: alius ex facto ipso. Si quis enim dum certat percussit, quia iniuriã noluit inferre, nec iniuriam commisit, *l. 1. §. quare si quis per iocum, de iniuriis.* Si quis nesciat se iniuriam facere, nec cui faciat, alium credens quam sit cui manus iniicit vel maledicit, *l. 3. §. itaque pati, & §. fi. eod.* Si probet tamen errorem, non aliter, *l. eum qui nocentem 18 §. qui inuidia, eod. in P.* Sic. si cum seruum meum pugno percutere vellem, ac in proximo stantem inuitus percusserim, iniuriarum non teneor. *l. 4. eod. tit.* siue corrigendi animo, *l. item apud Labeonem, 15. §. adiicitur, eo. l. vni. C. de emendat. proping.* Huc pertinet nocentium infamatio, vt non habeat locum ibi iniuria, cum interfit peccata nocentium cognosci, *d. l. cum qui nocentem,* & vindicari, *l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. P.* tamen necessarium, erit probare crimen, *l. vni. de famo. libell. lib. 9. C. tit. 36.* Non videtur quoque animus iniuriandi, ex facto quod inter coniunctos fit, vel affines. *Venu. l. vestem sordidam 39. de iniur. P.*

¶† Contemplandus in iniuriis generaliter igitur animus. Nã 2
si non conuitii causſa, sed iocandi vel alio modo quam iniuriandi, qui dixit fecitve, dixisse fecisseve probare poterit, immunis ab actione erit, *l. si non conuitii 5. de iniur. C. l. 3. §. 1. eod. P. l. obligationum substantia, §. fin. de action. P.*

¶ Atque† calore itacundiæ dicta, si intra annum non reuocaue 3
rit ad animum iniuriatus, non veniunt in hoc iudicium, *l. quicquid 49. de regul. iur. in P. d. l. si non conuitij, & §. si. de iniur.* Ceterũ hic considerandum quædam dicta vel facta per se iniuriam ostendere: & proinde non licere, nisi contrarium manifeste doceatur ea excusatione quod ludens fecerit, vti, *c. 1. de præsumt. lib. 2. Decretal. tit. 23. Prouerb. 26.* Et à verborum significatione propria recedendum non est nisi de contraria mente constet loquentis, *l. non aliter, de leg. 3.* Nec arbitramur quenquam dicere quod non sentiat, & quin maxime eo nomine vsus sit, quo res appellari solet, *l. Labeo 7. §. idem Tubero, de supellect. lega. lib. 33. P. ff. 10. l. 3. de re dub. cum simil.* Dehinc & id puto obseruandum, temere facta & dicta, etsi aliquando à nomine iniuriarum & contumeliæ secernantur, si non eo animo illata doceantur: tamen respectu eius qui patitur pro iniuria haberi, si is reuocauerit vt monui ad animum: vel si alii ex iis quæ dicta sint, nisi emendentur, improbã concipiant de eo qui patitur opinionem, & ex dictis & factis in eum, lædatur eius existimatio, quæ est, *Callistra. l. cognitionum, 5. §. existimatio, de var. & extraord. cognit. lib. 50. P. tit. 13.* dignitatis illæsæ status, legibus ac moribus comprobatus: quæ ex delicto tãtum nostro, auctoritate legum aut minuitur, aut consumitur. Etenim ea quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecũdiam nostram quæve contra mores sunt, nos facere nõ posse existimandum est, vt ait Papinianus, *in l. filius, qui fuit 15. de condit. instit. lib. 28. P. tit. 8.*

¶ Dicunt† sacræ literæ hoc σκάνδαλον esse datum, hoc est, of- 4
fendiculum dare, ex his, quæ temere de aliquo proferuntur, vel in aliquem fiunt: obicemque bonæ existimationi alicuius facere. Scandalum quippe este D. Hieronymo, *in Pelagia, lib. 2.* & σκάνδαλον, apud Græcos, ex offensione & ruina nomen accepit. Ab σκάζω claudico, quod obiectum offendiculum dicti vel facti cogat claudicare, hoc est, dubitare de bona existimatione eius, in quem obiiciuntur. Ita scandalizantem alium Dominus noster Iesus Christus dignum arbitratur, qui mola asinaria suspensa collo in mare submergatur, *Matthæi 18. Marc. 9. ca. nisi cum priàem, de renuntiat.* Et iterum, *væ mundo ab scandalu, necesse est enim vt veniant scãdala, sed væ homini illi, per quem scandalum venit. Matth. 18.* scilicet, qui dat occasionem offendendi alteri, non autem si ex iis quæ vere dixit, alter acceperit scandalum, qui quidem peccat, sed is qui dedit, non peccat. Loquimur enim, non de scandalo solum accepto sine facto loquentis, quemadmodum scandalizati sunt Phariſæi ex iis, quæ bene dixit dominus, *Matth. 15.* sed de scandalo agimus, quod vocant datum Theologi, quod animaduersione dignum.

¶ Lege† Longobardorum, *lib. 1. Longob. ti. de scandal. & compoſi-* 5
tionib. scandalum commissum in consilio aliquo habet mulctam regiam 900. solidorum, in ecclesia 40. si in palatio, mors infligitur. Et hæc vltra reparationem damni dati vel passi. Vt solum scandalum, alioquin forsan innocentem, puniendum esse suadeat, *c. ex literis, ca. 14. de homicid. lib. 5. Decreta. c. tua, de cleric. agrot. ca. cum teneamur, de præb.* Et multa debent, prætermitti, quæ sine scandalo fieri non possent, *c. 2. de oper. noui. nuntiat. 1. Corinth. 8. c. super eo. de præben. c. quon. de iure patro. cum similibus.*

¶ Turpia etiã† quædam inferuntur, quæ quamuis animo iniu- 6
riandi non fiant, tamen quod fiant, culpam pœna dignam habent: & noxii ludi in culpa sunt. *l. nam ludus, ad leg. Aquil. fin P.* Quis enim ludos appellauerit, ex quibus crimina oriuntur, *in Proœm. P. §. illud vero.*

¶ Quare† vbi cessat animus iniuriandi, & tamen culpa damnũ 7
datum est, subsidium est legis Aquiliæ actio, de damno iniuriæ, nõ autẽ de iniuria, *l. 1. & 5. seq. ad l. Aquil. P.* Quod si animal illud dederit, quia in eo nocendi non est animus, non de iniuria, sed actione propria de pauperie datur, *l. 1. si quadr. paup. fec. dica. in P.* cum qua & noxalis consideratur, vt possit animal pro noxa dari, si inscio domino & sine eius culpa nocuerit, *§. 1. & 2. de noxal. actio. & c. tot. tit. & in P.* Quæ in seruis nocentibus locum habebat, & olim in filiisfamil. quos tamen ab ea noxali alia lex postea exemit, *l. apud antiquos, C. de fur. §. sed & veteres, de noxal. actio.*

De his quæ perpendi debent in iniuriis iudicandis

Cap. 3.

1 *Iniuriæ iudicium considerat res, personæ, modum illationis.*

Digitized by Google

2 *Iniuriæ publicæ & priuatæ.*
3 *Iniurias agentium,& patientium consideratio.*
4 *Furiosus non dicitur iniuriam facere,sed pati.*
5 *Legatos publicos aut eorum comites iniuria afficientis pœna.*
6 *Iniuriarum actio quando detur inter parentes & filios.*
7 *Maledicta in principem & magistratus punita.*
8 *Magistratuum iniuria resistere licet impune.*
9 *Exsecutoribus iudiciorum resistens,capitaliter punitur.*
10 *Præposito manum inferens quomodo puniatur.*
11 *Serui & liberi actione & passiue in iniuriis distinctio in pœna.*
12 *De iniuria, quæ in genus transit, agunt proximi etiam inuito iniuriato.*
13 *Iniuria aut re,aut verbis fit.*
Et de vtrarumque pœna,15.16.17.
14 *Pulsare & verberare quomodo differant.*
18 *Vulnerans alequem,qui deinceps moritur, intra quod tempus teneatur de homicidio. Et 23.*
19 *Vulneratus lethaliter à pluribus pugnantibus, omnes obligat de homicidio,nisi constet de vulnerante.*
20 *Vulnus quod dicatur lethale.*
21 *Capitis vulnera quando sint mortifera.*
22 *Vulnera in quibus locis inflicta, & quando dicuntur à medicis lethalia.*
23 *Iniuria realis quæ censetur. Et num.24.25.26.27.28.29.30.31.32.33.34.& 35.*
33 *Iniuriæ æstimatio hodie fit à iudice.*
36 *Pro iniuria affectus pugnare religio.*

1 TRia † consideramus etiam præcipua generaliter in contumeliis,primum pro rebus, atrocitatem iniuriarum, iniurias,scilicet ipsas. 2. personas conuiciantes, & patientes, & 3. modum quo inferuntur.

2 ¶ In ipsis † iniuriis,num publicæ,num priuatæ sunt animaduertimus: publicas ad statum publicum pertinere nemo dubitat,priuatas autem ad priuatum,*l.1.§.huius studij,de iustit. & iure.* §.*huius studij,eo.apud Iustinian.* Blasphemiæ ad publicas referuntur,de quibus diximus,& simul de his, quæ fiunt in principem, de maledictis, dum ageremus de crimine vtriusque maiestatis. Sunt & illæ eius generis, quæ personis publicis inferuntur, vt in personis annotauimus. *Haud enim priuata iniuria,* inquit Polybius,4. *Historia.à multitudine differt, nisi magnitudine eorum quæ contingant.* Et vt ait Demosth.κατὰ μειδίου. *Verberans magistratum vel prætorem,vel contumelias afficiens,iniuriæ publicæ, veluti ciuitatis rem est:si priuatum priuato agente,priuatæ.*

3 ¶ Atrox † & leuis etiam iniuria,ex personis,& loco,& grauitate vulneris,& ex membri patientis dignitate,*l.prætor.§.fi.& l.seq.de iniur. P.§.atrox,eod.tit.apud Iustin.* Sed & arbitrium in atrocitate & distinctione facienda, erit adhibendum iudicis, & ex iuris dispositione,*c.non offeramus 24.q.1.*

4 ¶ Personæ † considerantur inferentium,& patientium iniurias:vt in furioso, qui cum iniuriam inferendi non habeat animum,nec eam inferre dicitur, etsi iniuriam dicatur idem pati, *l.3.§.1.de iniur.in P.l.qui iniuria.§.verum est,de fur.P.* Et quod insania fit,miseratione dignum est,*l.famosi,ad l.Iul.maiest.P.l.vni.si quis Imper.maled.lib.9.C.tit.7.* Crescit & distinguitur iniuria atrocitate vulneris iniuriatæ personæ ex loco, in quo fit, si publice,*l.prætor edixit.§.fin.& l.seq.de iniur.P.§.atrox, & §.seq.eod. titu.apud Iustin.* si in ecclesia clericis vel aliis ecclesiasticis, pro qua verbera,exsilium,capitalis pœna, *§.si quis cum sacra, de sanctiss.epis.col.9.* Ex personarum dignitate,*l.seruo autem manumisso, 30.§.fin.& l.seq.de iniur.in P.* veluti si quis magistratum, vt tribunumpleb. iniuria affecisset, vel eius ministros. Ob quam causam Martius Coriol. in exsilium perpetuum, vt populus Romanus ire voluit, iussitque, abiit in Volscos exsulatum, vt testantur Dionysius Halicar.*lib.7.* Liuius *lib.2.decad.1.* & Plinius, *de vir.illust.*

5 ¶† Sed & lege de vi publica tenetur,qui iniuriam legatis publicis,& eorum comitibus irrogauerit,*l.lege Iulia.7.§.fin. ad leg. Iul.de vi publ.P.* vel dedi debet hostibus,si fœciali eorum fiat,*l.si. de leg.lib.50.P.tit.8.*

6 ¶ Inter † parentes & filios non temere danda actio iniuriarum,nisi atrocitas suaserit dari emancipato in patrem,vel contra:at in potestate constitutis,nec ob id datur, *l. prætor edixit,7.* §.*sed & si quis,de iniur.P.* Debetur autem honori hoc parentum à filiis,sicuti & à libertis patronis. *leg.2.de obsequ.à li.& lib. par. præst. lib.37.P.tit.15.* sed alio remedio,quam iniuriarum, filiis in potestate constitutis subuenitur,emancipationis, *l.fin.si à paren. quis fuer.manumis.P.* Propter ius patriæ potestatis quod vitæ & necis erat, vt docemus late, dum de patria agimus potestate. Neque etiam patri aduersus contumacem filium opus est actione iniuriarum,cum,si in sua potestate est, iure suo possit castigare,*l.3.de patria pot.lib.8.C.tit.47.leg.serui & filij de fur.P.l.fi.§.filiis autem de bon.quæ liber.* vt & libertos patronus *l.1. de iure patron.P.* Si matri fiat,iudex seuerius vindicat,& cogit reuerentiam præstare,*l.4.de patr.pot.C.* Sicuti & in emancipato statuitur, quem adhuc magis contumelioſum ex arbitrio patris, mortis sententia tenet,*leg.3.de patr.pot.C. Exod.c.21.* Et publicæ quodammodo videntur iniuriæ, quæ in parentes à filiis fiunt, & grauiores,& fere similes eis:quæ in magistratus committuntur,quandoquidem parentibus lex potestatem magistratus videtur in filios contulisse.

¶ Næuius † poeta ob assiduam maledicentiam & probra in 7
principes ciuitatis more Græcorum dicta, à Triumuiris in vincula ductus & coniectus est auctore Gellio,lib.3.ca.3.

¶ Verum † magistratibus facta iniuria existimanda atrox est, 8
si tunc cum fit ipsi officio fungantur magistratus: nam alioquin iniuriam committentibus,resisti impune potest,*l.nam magistratus,de iniur.P.* Sic absoluta Manilia meretrix, *Gellius lib.4.c.14.* cui diem dixerat ad populum Aulus Hostilius Mancinus ædilis,ob iniuriam quia eum vulnerasset ex ambulacro noctu: respondente Manilia, ad eam comessatorem venisse Mancinum Ædilem,eum apud se recipere non placuisse,& cum vi irrumperet,lapidibus sane repulsum.Huc pertinet quoque iudicium Vespasiani,cognoscentis de iurgio quodam senatoris, equitisq; Romani:statuens *Non oportere quidem maledici senatoribus,tremaledici,simile,fasque esse,Suet.in Vespa.c.9.*

¶ Carolus † 9. huius nominis rex Gallia. edicto cauit, *anno* 9
1572. tit. du fait de la iustice & des rebelles contre les executeurs d'icelle,arti.1. ne magistratibus officio fungentibus vel eorum apparitoribus exsequentibus mandata iuridica,iniuria fieret, sanciuitque in audentes mortis pœnam, omni spe gratiæ seu indulgentiæ obtinendæ ab eo sublata: quæ enim auctoritate publica & iure magistratus fiunt,iniuriam non habent,nec vim,*leg.iniuriarum,§.1.& §.quæ iure,& l.quod reipub.de iniur. P.l. quemadmodum,§.magistratus,ad leg.Aquil.P.l.3.§.1.quod met.causa P.* Paulus,*l.iudex,42.de iniur.P.* infamiam irrogat appellatoribus, qui conuitium iudici dixerint. Vlpianus quoque plecti debere, à Cæsaribus fratribus esse rescriptum testatur,*in leg.illud,8.de appellatio.P.* quia & datur remedium contra iniurias à iudicibus illatas prouocationis,*l.si quis prouocatione,30.eo.C.l.1.eo.P.* Neque etiam iudex contumeliam sibi inferri putet, si ab eo prouocatur. Nec ideo debet conuitiari appellanti, *leg.& in maioribus,20. eod.C.* quia hoc remedium iuris est,& eius beneficium.

¶ Statutum † &, vt qui manus intulit præposito, capite pu- 10
niatur,*l.omne delictum,6.§.qui manus,de re mil.lib.in P.ca.homo Christianus,40.dist.* Tradit & Baldus *in c.1. §.iniuria,de pac. iura.fir. in vsi.Feudo.* inferentem alapam potestatem gerenti in aliquo territorio,capitali iudicio puniri posse.Quod & sequitur Iason *in l.1.de pre.Imper.offeren.*

¶ Ad † quas personas quoque pertinet, ingenui & serui di- 11
stinctio:contra seruum enim iniuriantem, iniuriarum quidem non agitur,sed grauius animaduertitur,*Vlp.leg.sed si vnius,17.§. quadam iniuriæ,& §.seq.de iniur.in P.& l.hos accusare, §.fin.de accusa.* Pro seruo tamen ludibrio habito, & pro filio agit iniuriarum dominus & pater,si eo animo condemnatur: alioquin enim est actio de seruo corrupto,*l.si quis seruum,de iniuriis,l.1.§.fi.& l.dolo verbum,§.si quis dolo,de ser.corrup.P.* ipsique conqueri possunt, *l.2.de iis qui sunt sui vel alie.iur.P.§.pen.eod.ap.Iusti.l.filius familias, de actio.P.* Minor tamen iniuria seruo, quam libero facta habetur,minusque vindicatur.Sic Claudius Augustus leuiter puniuit percussionem sui serui, in publico factam à tribuno pleb. Nihil enim aliud statuit, quam quod Tribuno pleb. ministros abstulit,pauloque post restituit. At seruum suum alium,qui virum illustrem probro afficisset, in foro trahi atque necari iussit,teste Dione,*lib.60.* Apud Athenienses tamen,vt auctor Æschines *contra Timarchum,* æque de iniuria seruis ac ingenuis fieri prohibita,nominatim continebatur,vt assuefaceret suos ciues legislator lubentius,ab ingenuorum contumelia magnopere continere.

¶ Nam † & domini pati dicuntur iniurias,quæ suis fiunt ser- 12
uis,*l.eum qui,18.vers.1.de iniur. P.l.item apud Labeonem,15.§.interdum, eod.* cum non solum quis in sua persona pati possit, sed & etiam ex iniuria facta liberis suæ potestati subditis, vxori, nurui,*§.patitur,de iniu.ap.Iust.l.1 §.item autem,& §§.seqq.eo.P.* Sicuti nec tantum ex sua persona quis iniuriam irrogare dicitur, vel per semetipsum,sed etiam per alias personas, *proxime etia.iurib.* Et conuitium præsenti,& absenti fieri potest, *leg.item apud Labeonem,15.§.conuitium autem,in 2.de iniur.P.l.si quidem autem tuã. 10.C.eo.tit.* si modo intra legitimum tempus reuocauerit ad animum qui agit,computando tempore ex quo sciuit, *Io. de Bellouiso,in pract.crim.iniur.ad ver.quas iniurias statim ad animum reuocauit,argu.l.2.qui admit.ad bon.poss.C.& l.1.§.iidem, de app.P.l.si is qui,C.de lib.cau.cum simil.* Receptum etiam est,pro iniuria proximo irrogata, si eius ignominia vel nota pertineat ad genus, posse proximos,inuito etiam iniuria affecto,eam persequi iudicio:veluti si quis seruus,*l.1.& 3.eo.tit.* leprosus,&c. dicatur.

¶ Porro † modi inferendi iniurias generales duo:quia gene- 13
raliter iniuria fit,& patitur quis eandem aut re,aut verbis prolatis,vel scriptis in libello,*Vlp.in l.1.de iniu.P.* Re,iniuria multis modis infertur,vel in corpus,vel in res alicuius. quoties manus inferuntur,*d.l.1.§.iniuriam,* vt si quis pugno pulsatus,fustibus cæsus, verberatusve est,*l.lex Cornelia,§. de iniur.P.§. iniuria autem, eod.titul.apud Iust.§.sed & lex Cornelia, eod.*

¶ Inter † pulsationem & verberationem dicebat hoc in- 14

Digitized by Google

tereſſe Offilius, quod pulſare, ſit ſine dolore tædere: verberare, cum dolore, *d.l. lex Cornelia, §. inter pulſationem.* Idque mihi placet, quod pulſare hic accipiatur pro impulſione, qua quis contumeliæ cauſſa impellitur, & veluti ſede & loco deiicitur: verberare autem ſit, percutere inſtrumento aliquo. Quamuis ſciam Laurentium Vallam hoc non probare, *lib. 6. elegant. c. 46.* qui tamen valde hallucinatur, cum quod de verberatione dictum eſt ab Offilio & Vlpiano in perſona hominum qui ſentiunt, in explicanda lege Cornelia, ad quam verba referuntur, conuellere nititur mordendi ſtudio, ex verberatione tritici quod non ſentit. Vt etiam de impulſu campanarum & vehementi impulſione, catacrhiſticos alia mutuatur. Accedit Iuriſconſultus Iuuenalis, *Sat. 3.* dum ait,

Miſere cognoſcito præmia rixæ.
Si rixæ eſt, vbi tu pulſas, ego vapulo tantum.

15 Vbi inter vapulare, & pulſare differentiam conſtituit. ¶ Conſiderandum † itaque quid horum interuenerit, & num adſint vulnera, *l. item apud Labeonem, 15. §. prætor ait, & l. prætor edixit, 7. §. final. & l. vulneris, 8. de iniur. in P. §. atrox, & §. ſeq. eod. titu. apud Iuſtinia.* aut verbera, quæ aliena ab ingenuis hominibus, *l. conſenſu 8. de repud. C. §. ſi quis in ſua domo, & §. cauſſas vt lice. matri & auæ, in auth. coll. 8.* Nam vt ait Iſocrates *orat. aduerſus Lochitem, quæ eſt* 20. Reperietis, inquit, *ô iudices, legiſlatores noſtros corporum præcipuã habuiſſe rationem: primum enim de hac iniuriæ cauſſas & actiones citra pecuniæ depoſitionem inſtituerunt, vt quemadmodum quilibet noſtrum poſſet aut vellet, ita poſſet iudicio afficere iniuriam referentes. Deinde in aliis delictis ipſi damnaxat qui damnum accepit, qui dedit obnoxius eſt: de iniuria vero ſeu publico malo, cuilibet ciuium licet, vbi ad legiſlatores perlata res fuerit, veſtrum ad forum deferre. Adeo autem graue eſſe putarunt alterum ab altero verberari, vt de accuſatione tulerint legem, quæ iubeat dicentes quippiam nefandi quingentas drachmas debere.* ¶ In † legibus Langobardorũ, iniuriarum realium placita
16 hæc. *Per barbam, lib. 1. leg. Langob. titu. de iis qui inſidiantur, vel ſubito ſurgente rixa vulnera. l. 4. hominem liberum capiens in rixa, componat 6. ſolid. ſi ſeruum, vnum.* Alia. *l. 2. eo. tit. Si quis hominẽ liberum ligauerit ſine cauſſa abſque iuſſione regis, duas partes pretij eius, ac ſi ipſum occidiſſet, ei componat. Pro vno, l. 3. eo. vulnere, compoſitio ſolidorum tria, pro duobus ſex, pro tribus* 12. Alia. *l. 5. eod. Si quis hominem liberum impegerit, vt cadat ſine læſione, componat 6. ſolidos: ſi non cadat, tres ſolidos, ſi læſus, vt ſupra.* Rurſum *l. 9. eod. Rumpens brachium ſuper cubitum in mortuos, componit 20. ſolidos ſi ſubtus in tremum, 16. Si coxam ſupra genu, 20. ſolid. ſi in tibia, 16.* Iterum, *l. 7. eod. Qui pugno percuſſerit, componat 3. ſolid. ſi alapa, 6.* Et alibi *eo. li. tit. de plagu & compoſitio. Pro numero plagarum pœnæ imponuntur pecuniarum, & mercedes medicorum ab inferente inbeatur ſolui.*

¶ In † lege Salica, *in leg. Salic. tit. de vulnerib. §. 1. 2. 3. & ſequent. Qui volens alterum occidere plagauerit, culpabilis iudicatur* 2500. de-
17 *nar. qui faciunt ſolid. 62. & dimid.* Et pro modo ictuum etiam, & loci conſideratione cui infliguntur, pœna adiecta. Fridericus §. *ſi quis aliquem de pace tenend, lib. 2. Feudor. tit. 27.* aliã tulit legem, *Si quis aliquem cæderit, & abſque ſanguinis effuſione fuſilibus percuſſerit, aut crines eius aut barbam expilauerit, decem libras ei, cui iniuria lata videtur, per compoſitionem impendat, & iudici viginti libras impendat.*

18 ¶ Tranſit † interdum hoc crimen iniuriarum ex vulnere in crimẽ homicidii, ſi ex vulneribus quis mortuus ſit. Nam ſi vulneratus intra annum moriatur, ex lege Rhotarii Langobardorum regis cenſetur ex vulneribus mortuus, *in 1. leg. Langob. dor. tit. de plagis, l. 18.* Scoliaſtes iuris, *gloſſ. in l. vnic. in verb. de pulſa, de emendat. ſeruor. C.* exigit triennium, vel quod poſt triduũ ſurrexerit & ſuper baculum ambulauerit. Vlpianus *in l. ait lex, 21. ad leg. Aquil.* P. & Iulianus, *l. ita vulneratus 52. §. æſtimatio, eo. ti.* annum tantum exigunt, vt ſi mortuus intra eum annum fuerit, à quo fuit lethaliter vulneratus, teneatur de homicidio, non de vulnerato ſolum. Exigit Gregorius tantum 8. menſes, *c. 2. de cler. percuſſorib. li. 5. Decret. 25.* quia mortis cauſſam dediſſe videtur, & occidiſſe tunc cum vulnerauit: ſi tamen poſtea alio caſu, vel lethali ab alio inflicto vulnere perierit, qui prius vulnerauerat morti fere liberatur ab occiſi actione, *l. item Mela. 11. §. ſed ſi ſeruum, & l. huic ſcripturæ, 25. §. ſi ſeruus, ad legem Aquiliam in P.*

¶ Quod † ſi plures pluribus vulneribus aliquem affecerint, nec
19 conſtet à quo inflictum vulnus lethale, omnes de occiſo tenentur: ſi conſtat de vno, ille tantum de occiſo, alij de vulnerato.

20 ¶ Vulnus † autem an lethale ſeu mortiferum ſit, probabitur ex chirurgorum & medicorum ſententia, ſi adhibeantur, *l. ſemel, de re mili. li. 12. C. c. ſignificaſti, in 2. c. lator, c. exhibita, de homicidio*, adhiberi autem ſtatim vulnere inflicto expedit infligenti, vel eius amicis. Nam ſi tunc referant vulnus non eſſe lethale, ſi poſtea perierit, præſumitur alia de cauſſa mortuus, vel mala diæta, vel negligentia medicorum, *Iacob. de Belloniſu, in practic. crim. tit. de qu. nu. 130.* vel aliis modis quibus mortis cauſſa, & per conſequẽs mors illata dicetur, *l. qui occidit, §. fi. ad leg. Aquil. l. illicitas. §. ſicuti, de offi. præfid.* Et caſus ille fortuitus vulneranti non imputabitur, *l. nihil intereſt, ad leg. Iul. de adulter. in P. l. 2. de condit. & demon. in P.*

¶ Diſtinguunt † medici mortifera vlcera ex variis locis & cauſ-
21 ſis illorũ, vt in capitis vlceribus Hippocrates *li. de vulnerib. capitis*, prognoſtica morituri dat, quod ægrotis huiuſmodi hyeme plerumque ante decimum quartum diem: æſtate, poſt ſeptimum febris accedit, quæ cum ſuperuenit vulneris colorem mutat, ſaniemque modicam effundit, quodque ex ipſo inflammatum eſt emoritur, glutinoſum efficitur, & carnem ſale conditam repræſentat rufum, ſubliuidum, corrumpique os incipit, nigrum fit leue exiſtens, tandem ſubpallidum ſe oſtendit vel albidum. Aſt vbi iam purulentum eſt, puſtulæ in lingua naſcuntur, & laborans mente non conſtante conſumitur. Pleriſque accidit & neruorum diſtentio, ex aduerſa parte capitis, in qua morbus.

¶ Prædicunt † & medici, *idem, lib. 2. de prædict.* modos aliorum 22
vlcerum, loca, putredines, altitudineſque ſpectando: ſi in vulneribus per febrium exordia quis deliret, periturum illum honem dicunt, niſi aliqua alia ſigna, vel corporis virtus reſiſtant. Conſiderant vulnera eſſe mortifera ceruicis, iuguli, colli, magnarum & craſſarum venarum, cerebri, iecinoris inteſtinorum, veſicæ, & id genus.

¶ In † lege diuina, *Exod. cap. 21.* ea de re ſic cautũ eſt, *Si rixati* 23
fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed iacuerit in lectulo: ſi ſurrexerit & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum, innocens erit qui percuſſerit: ita tamen vt operas & impenſas in medicos reſtituat.

¶ Iniuria † realis dicetur etiam, ſi alicui tranſeunti per plateã 24
vel viam, artifices, qui ſolent tranſeuntes deridere, percutiant ſedilia vel aſſeres, vel alio modo ſonitu moueant ſtrepitum, *Luc. de Pen. in l. errat, verſ. ſextoquæritur, de caſtr. pec. li. 12. C. Boer. conſ. 4.* quia hoc proprie conuitium eſt, voces concitare. *l. item apud Labeonem, §. conuitium autem dicitur, de iniur. P.* Hæc iniuria frequẽs eſt in via cultellariorum Tholoſæ.

† Pertinet † & ad reales iniurias, ſi aduerſus aliquem manus 25
ſæpe leuatæ ſunt, & ſæpe quis aliquem terreat quaſi vapulaturũ, & ſi non percuſſerit. *d. l. item apud, §. 1.*

¶ Inter † reales iniurias ponemus, domum inuito domino ingredi: ex lege enim Cornelia iniuriarum nomine, eo nomine 26
agi poteſt, *l. lex Cornelia, 5. eod. §. ſed & lex, eod. ap. Iuſt.* Et ſi eum in ius vocaret, *Paul. l. in qui domum, 23. de iniur. P. l. vulgaris, 21. §. qui furti, de fur. in P.* Et Caius notauit nullum de domo ſua in ius vocari licere, quia domus tutiſſimum cuique refugium, atque receptaculum ſit: eumque, qui in ius vocaret, vim inferre videri, *l. plerique. 18. de in ius voc. li. 2. P. ſi t. 4. facit l. nemo de re iudic. l. ſi eum, in fine, de fideicom. libe. P. l. nemo, de reg. iur. P.* Et proinde non erit puniendus, qui ingreſſum prohibuerit vim vi repellendo, cum moderamine inculpatæ tutelæ. *l. 1. C. vnde vi.* Hac que de re exſtat hæc lex Salica, *in l. Sali. ti. 27. de diuerſis furtis, §. 31. Si quis per caſam alienã ſine permiſſu domini traxerit, mal ber galechefcido, 1200. den. qui faciunt ſolid. 30.* Iniuriam rati ſunt etiam antiqui, magiſtratui via non decedere, & eam ob rem Caium Veturium à Romanis priſcis fuiſſe condemnatum legimus, quod tribuno plebis via decedere contumaciter recuſaſſet, neque lictori ſubmouenti obtemperaſſet, quaſi ipſi vniuerſoque populo illata iniuria, vt auctor Plutarchus *in Graccho.*

¶ Lege † Langobardorum iniuria quoque, via mulieri non de- 27
cedere: ſic enim in ea cautum eſt, *l. 1. tit. de iniur. mulier. lib. 1. leg. Langob. Si quis mulieri liberæ, aut puellæ, in via antepoſuerit, aut aliquam iniuriam intulerit, octingentos ſolidos componat, & medium regi, & medium ei, cui ipſa iniuria illata eſt, aut ad quem mundium de ea re pertinuerit.*

¶ Legibus † quoque Lotharii, *lib. 1. leg. Langob. titu. de eo qui in* 28
via ante ſteterit, regis iniuria cenſetur, in via homini libero ante ſtare: verum compoſitio tantum ibi eſt, 20. ſolidorum.

¶ Pro † iniuria quoque habitum eſt, quod P. Decius prætor ſe- 29
dens pro tribunali, tranſeunte M. Æmilio Scauro conſule non adſurrexiſſet: proinde iuſſit eum conſul aſſurgere, eique veſtem ſcidit, ſellamque conſcidit, neve quis ad eum in ius iret edixit, v etuit, *Plin. lib. de vir. illuſt.*

¶ Realis † item ea iniuria, prohibere aliquem ſua re libere, vel 30
iure ſuo vti, *l. ſane ſi, 14. l. ſi quis proprium 24. de iniur. P.* vel agere in publico loco, mari, littore, itinere, theatro, & ſimilibus, quæ vnicuique permittuntur, ſi ibi piſcari, venari, vehiculũ ducere, in cauea publica cõuerſari, ſedere prohibeatur. *l. iniuriarum, 13. §. pen. & fin. de iniur. P. leg. 2. §. ſi quis in mari, ne quid in lo. pub. lib. 43. P. titul. 8.* Si mentem quis aliquo medicamento, vel alio modo alicuius alienauerit, *l. item apud Labeonẽ, 15. in prin. de iniur. P.* & ſi is aliquando alia pœna criminis alterius puniatur, *l. multi, de mathem. C. l. ſi. ſi quis aliq. teſt. prob.* Si quis me vexãdi cauſſa in ius vocauerit. *l. iniuriarũ actio. 13. §. ſi quis per iniuriã, de iniur.* Si fimo cor-
rupto aliquẽ perfuderit, cœno lutove ſpurcaverit, fiſtulas, lacus, quidve aliud ad iniuriam publicã contaminauerit: in quos & gratuiter animaduerti ſolet, *l. 1. §. ſit iniuria, de extraor. crimin. li. 47. P. ti. 11.* Damnũ quoque reſarciendũ, *l. 1. ne in qui deiece. vel effuder. li.*

9. P. tit.

Digitized by Google

9.P.tit.3. Ité si inferior vicinus, superioris fumigãdi causſa fumũ fecerit: vel si superior in inferiores ædes proiecerit, aut infuderit iniuriæ faciendæ causſa, *l.abol. l.penult.de iniur. P. l.sicuti, §. Aristo si seruit. vind. in P.* Si creditor domum abſentis debitoris propria auctoritate ſignauerit, iniuriæ faciendæ causſa, *l. si iniuriæ, 20.de iniur. P.* vel cum paratus eſſet ei ſoluere, fideiuſſores eius interpellauerit, in iniuriam debitoris, *Cæcus leg. si creditor meus, 19.eod.* Rem alienam iniuria occupans, vel vt debitoris, cũ non eſſet, iniuriarum tenetur, *l. item apud, 15. §. si quis bona, cum §§. ſeqq. eod.* Qui virgines appellauerit, aſſectatus fuerit, attentauerit, comitemve abduxerit, corruperitve, *d.l. 15. §. si quis virgines, cum §§. ſeqq. & l. 1. §. omnem, eod.* etſi ſeuerior criminalis acculatio in huiuſmodi crimine locum habeat, vt docuimus in adulterio, dum de lenocinio & ſtupro agimus. Reus quoque iniuriarum, qui ad inuidiam alicuius veſte vtitur lugubri, vel ſqualida, vel capillum demittit, *d.l. item apud, 15. §. hæc autem, & l. veſtem ſordidam, 39. eod.* vel imaginem principis ad alicuius inuidiam portat, cui & vincula publica iniicienda ſunt, *l. ſenatuſconſulto, 38. co. l. capitalium, 28. §. ad ſtatuas, de pœ. P.* Si infamandi alicuius causſa, quædam in monumenta publica ponantur, *l. conſtituti nobis, 37. de iniur. P.* vel ſi quis ſtatuam in monumento poſitam laxis iniuriæ causſa cedat, *l. ſi ſtatua, 27. eod.* Si quis filium vel ſeruum alterius ludibrio habeat, veluti ſi duxerit in popinam vel alea luſerit, & ſi volentem, patri ab hominus actio iniuriarum & domino competit, *l. ſi quis ſeruum meum, 16. eod.* quod ſingulare eſt: Item ſi quis perſuaſerit ſeruum ad infamandum dominum, ad ſtatuam confugere: in eum enim & ſerui corrupti nomine ſeuere animaduertitur extra ordinem, *leg. in eum, 5. de extraord. crimin. lib. 47. P. tit. 11.*

31 ¶ Qui † percuſſerit patrem ſuum aut matrem morte moria-
32 tur, *Exod. 21.* ¶ *Si † habuerint, Deuter. cap. 25. inter ſe turgium viri duo, & vnus contra alterum riſari cœperit, volensque vxor alterius eruere virum ſuum de manu fortioris, miſerit manum & apprehenderit verenda eius, abſcindes manum illius*, inquit Dominus, *nec flectetur vlla miſericordia.*

33 ¶ Antiquitus † ex lege 12. tabul. iniuriæ pœna, propter membrum ruptum talio erat, *Gell. lib. 20. c. 1. p.* optet os fractum, pœna numaria: quæ tamen pœnæ in conſuetudinem abierunt, *§. pœna autem, de iniur. ap. Iuſt.* Hodie autem, vt paulo ante monuimus, ex causſa & perſona, extra ordinem ſtatui ſolet, quanti eam qui paſſus eſt æſtimauerit, & iudex arbitratus fuerit, *dicit §. pœna, §. ſed & lex, §. & in ſumma eo. 11. l. ſed ſi vnus, 17. §. ſeruus, eo. P.* & criminali iudicio, *l. ſi quis iniuriam, 5. & l. ſi. eo. tit. P.*

34 ¶ In † lege diuina *Exod. 21. Deut. 19. Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierem prægnantem, & ea abortum quidem fecerit, ſed ipſa vixerit, ſubiacebit damno quantum maritus eius expetierit, & arbitri iudicauerint: ſin autem mors eius ſubſequuta, reddet animam pro anima, dentem pro dente, oculum pro oculo. Si quis, Exo. d.c. 21. excuſſerit dentem ancillæ vel ſeruo ſuo, dimittet eos liberos.* Rurſum *Leuit. 24 Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium, ſicut fecit, ſic fiet ei, fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente reſtituet, &c.* In quibus pœna talionis ſeruatur, de qua & poſtea in iure pontificio ſcriptum eſt *c. quod debetur, 14. q. 1. c. ſex differentiæ, 23. q. 3.* Hanc tamen temperauit deinceps ſua benignitate Dominus noſter Ieſus Chriſtus, *Matth. 5.*

35 ¶ Apud † Scythas teſte Luciano, *lib. de gymnaſio*, ſi quis vel vnum ex ciuibus pulſauerit aut obuiam factus à via detruſerit, aut veſtem diſciderit, graui mulcta in eum animaduerterunt ſenes, tametſi hoc ipſum vel paucis præſentibus arbitris paſſus
36 fuerit. ¶ Religio † quoque apud Indos, auctore Suida *in verbo Indi*, pugnare pro iis quibus iniuria fit.

De Cariuario.

Cap. 4.

1 *Cariuari quid, & de Corybantum ſaltatione. Et 2.*
3 *Ludus cariuaros & puerorum.*
4 *Sponſa ne iniurioſe aſpergatur lege Langobardorum cautum.*
5 *Cariuarium faciens iniuriarum actione tenetur.*
6 *Nuptias primas aut ſecundas damnaſſe hæreticum.*

1 DVm † vidui aut viduæ repetunt coniugium, in aliquibus ciuitatibus, ſolent quidam ex plebe cum tympanis & ære reſonante illos infeſtare, ludentes potius quam illudentes: at cõiuges ſæpius ſibi contumeliam fieri vetius, quam luſum arbitrantur, vt aliquando inde maximæ ſint concitatæ tragœdiæ. Vocant hunc luſum & iniuriam *cariuari*, forſan à Græco verbo tracta appellatione κάρη δέος: nam κάρη Doricè, & Atticè κάρα caput ſignificat, & βάρος moleſtiam, quia æratorum ille tinnitus & agitatio ſit † grauis & moleſta capiti.

2 ¶ Poſſumus † & huc adferre Corybantum ſaltationem armatam, inſanam, vt κορυβαντιᾶν ſit more Corybantum inſanio. Nam Corybantes, ſacro vt credebatur furore correpti, capita ſaltando iactabant, & Cymbala pulſabant, aliosque in ſimilem rabiem agebant: vnde qui capita iactant & tumultuantur, Corybantes dici teſtatur Strabo *in 10.* fingitque eos in monte Iuæ conceſſiſſe, vbi Iouem nutriebant perpetuo tympana pulſantes, ne vagitus eius à Saturno detegeretur, neve ab eo deuorraretur. Sicque meminit Ouidius *4. Faſto.*

Ardua iamdudum reſonat tinnitibus Ida,
Tutus vt infanti vagiat ore puer.
Pars manibus clypeos, galeas pars tundit inanes:
Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.
Res latuit pat rem. priſciq; imitantia facti
Æra dex comites raucaq; terga mouent.
Cymbala pro galeis, pro ſcutu tympana pulſant,
Tibia dat Phrygios vt deait ante modos.

3 ¶ Hic † ludus cariuaros videtur ſimilis ei, qui dicitur apud Iulium Pollucem *li. 8. Onomaſti. de ludis Sympoſiacis*, ῥαπίσμα, quo pueri teſtulas contritas, ſiniſtræ manus digitis percutientes, ſecundum numerum feriebant. Accedunt his tinnitibus interdũ rerũ turpium & fœtidarũ ſuffumigationes, & aſperſiones ſponſarum. ¶ Quare † in legibus Langobardorum, *l. ſin. de iniuriis mu-*
4 *lier. lib. 1. leg. Lang.* & de hac iniuria hæc lex regis Aſtulphi. *Peruenit ad nos, quod dum quidam ad ſuſcipiendam ſponſam cuiuſdam ſponſi comparanymphus aut trotingus ambularent, peruerſos homines aquam ſordidam, & ſtercora ſuper ipſam iactaſſe. Sed quia cognouimus, malũ hoc per ſingula loca fieri, prouidemus ne pro hac cauſſa, ſcandala & homicidia ſurgant, ſi quicunque liberæ mulieri talem rem facere præſumſerit componat ſolidos nongentos, medium regi & medium mundualdo. Nam ſi homines ſerui ſeu pertinentes, ſine voluntate domini ſui hoc fecerint, & dominus per ſacramentum ſe purificauerit, quod per eius conſilium non fuiſſet factum, ſerui ipſi tradantur in manus de mundualdo eius, & ipſe faciat de eis, quod ei placuerit. & amplius patronus non calumnietur. Quod ſi iurare non poterit, componat vt actum eſt ſolidos nongentos.*

5 ¶ Interpretes † concludunt, eos qui huiuſmodi cariuarion faciunt iniuriarum actione teneri, etſi moris ſit illud fieri, *Auſrer. in deciſ. c. Tho. 140. Nicol. Boer. conſil. 4. n. 13. Io. Faber in §. in materia de iniur. Chaſſan. ad rub. aes enfans de pluſieurs liciz, in conſuet. Burg.* quia improbi mores non excuſant ab iniuria, *arg. auth. habita, §. pen. ne fil. pro pat. C.*

6 ¶ Videtur † enim in contemtum ſacramenti hæc licentia tranſiſſe, & hæreſin ſapere, quæ nuptias vt improbas & vetitas reiiciebat vt auctor Philaſtrius Brixiẽſ. *epiſc. li. de hareſib. c. de nuptiarum legitimarum contemtoribus.* Ex quorum numero fuit Tacianus, qui negabat à Deo probari, *eod. lib. Philaſtrius, in hæreſib. quæ tempore Apoſtolorum fuerunt.* Fuerunt & plures, qui ex profeſſo nuptias ſecundas damnarunt, vt adulteria & incontinentiæ argumenta: & ideo recte ſe facturos putarunt, ſi ab his vel ſerio, vel ludicris iniuriis homines deterrerent. Et eam puto fuiſſe irriſionis huius originem, contra tamen præceptum D. Pauli, qui ſecundas permittit in domino nuptias mulieri, vt ſolutæ à lege primi viri poſt mortem eius, *cap. penult. & final. de ſecund. nupt. & nos late ſuo loco in ſecundis nuptiis copioſe docuimus. Ad Roman. cap. 7.* Et melius viſum eſt nubere quam vri, vel ſcortari illegitimo & vago concubitu.

De Verbis illata iniuria, ſeu de contumelia. Cap. 5.

1 *Pœnæ exacerbandæ vbi frequentius eſt crimen.*
2 *Linguæ bona & mala quam plurima.*
3 *Detractio vitanda.*
4 *Conuitium quid, & à maledicto quid differat.*
5 *Proteſtatio quando iniuriam minuit. Et 6. & mentiri, verbum, quando iniuriam irroget.*
7 *Iniuria verbalis expreſſa & tacita quæ. Et num. 10.*
8 *Iniuria tacite verbis quando fieri dicitur.*
9 *Maledictio Dei, patris, aut matris quomodo puniatur.*
11 *Iniuriæ in magiſtratus lex Theoderici.*
12 *Iniuriarum puniendarum pro locis ratione lex.*
13 *Mimis num liceat in ſcenis iniuriis priuatis afficere, & hiſtrionum linguæ procacitas punita. 14. & 15.*

1 CLaudianus † Iuriſc. maleficiorum ſupplicia exacerbanda dixit, *l. aut facta, 16. §. ſi. de pœ. P.* quoties nimium multis perſonis graſſantibus, exemplo opus ſit. Quod & aliis nomothetis probatum eſt, *l. capitalium, §. ſolent, & §. graſſatores, eo. tit. l. 1. ad leg. Iu. repet. C. l. quicunque. §. quod ſi fecerint, de hæreti. C.*

2 ¶ Quia † pœna ad emendationem potiſſimum conſtituta eſt hominum, *Paul. l. ſi pœna, 20. de pœ. in P.* Porro nullum frequentius crimen eſt, nec nocentius detractione & conuitio: idcirco grauius plecti debet. *Linguam*, inquit D. Iacobus *epi. 3. nullus vnquam hominum domare potuit, hæc malum inquietum, plena hæc veneno mortiferò*: niſi frænum vt equis, vt gubernaculum naui, ad eam compeſcendam & circumducendam imponamus. Homines per ipſam interficiuntur, blaſphemiæ, periuria perficiuntur, nuptiæ, principatus, regna per ipſam ſubuertũtur: & in ſumma,

Digitized by Google

vita omnis infinitorum errorum referta est. Quemadmodum, si ea bene quis vtatur & sobrie, ingentia bona perueniunt ad homines, & ea vita nostra consistit, vt ex responso Æsopi notat Maximus Planudes, in eius vita Græce scripta. Et Euripides *in Oreste, in princ. vers.* 10.

ἀνόλεθρον ἐχθρὸν γλῶσσαν, ἀφρόντιστον νόσον, dixit, id est:

Incontinentem linguã habere, morbum esse longe deterrimum.

Et rursum apud illum Chorus, in Andromache, *actu* 3. *vers.* 96.

σμικρᾶς ἀπ' ἀρχῆς νεῖκος αὐθράστοις μέγα
γλῶσσ' ἐκπορεῖται, τῶνδ' δ' οἱ σοφοὶ βροτῶν
ἐξευλαβοῦνται, μὴ φίλους τυχεῖν ἔχειν.

Id est:

Parvo ex initio hominibus non parua iurgia
Linguæ comparat, vnde id cauent sapientes
Mortales, neque: à litis amicis conficiant.

Idcirco, *Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala, Prouerb.* 19.

Nescit vox missa reuerti, inquit Horatius, *in arte poet.*

3 ¶ *Custodite*, † ait Sapiens, *Sapient.* 1. *vos à murmuratione, quæ nihil, prodest, & à detractione parcite linguæ.* Monet D. Iacobus c. 4. ne detrahamus aduersus alterutrum: qui enim detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem, nõ es factor legis, sed iudex. Summaque iniquitas dicitur detractio, *c. Sũma iniquitas, 6. q. 1.* Detractoresque, vt homicidæ, & eadem digni putantur pœna, *c. homicidiorum, in 1. de pœ. dist. 1.* & periores iis, qui prædia bonaque aliorum diripiunt, *ca. deteriores, 6. q. 1.* Regius Propheta ideo dicebat, se odio habere & persequi detrahentem secreto proximo suo, *Psal.* 100. *c. nimium, 23. q. 4.* Salomõ abominationem hominũ, detractorẽ dixit, *Prouerb.* 14. Susurrones & detractores D. Paulus 2. *Corinth. cap.* 12. dicit Deo odibiles. Igitur moderanda fuit lingua verborum prudentium, nempe legum vi.

γλῶσσαν δ' ἁβρὸν ἀνδρὸς εὐγενοῦς χρή, *Euripid. in Hippoly. act.* 2. *vers.* 127

φρονήματ' αἰδοῖ τῶν ἀρίστων ἐσθλίσσειν,
αἰσχρὰ δ' ὑφ' αἵματος πλείστα κάρπτειν.

Id est:

Nulla fides linguæ, quæ aliorum quidem
Sensus nouit pulcre dirigere:
Ipsa autem à seipsa plurima habet mala.

4 ¶ Verbis † iniuria facta, Conuitium dicitur ab Vlpiano, *l. 1. §. iniuriam autem, de iniu. in P.* maledictumve, quod differt à conuitio: conuitium, Festus Pompeius dixit, quasi conuotiũ: vel à vicis in quibus prius habitatum est, vel vt ait Aldus Manutius de orthographia fortasse ab vtroque: id est, à confusis vocibus in vicis, quia cõuitium, non nisi concitatione & cõuentu quo concurrunt plurium voces, dicitur: & maledictum sine his fit, *l. item apud Labeonem, 15. §. ait prætor, cum §§. seqq. eod. §. iniuria autem, eo. apud Iustinia.* Vt si quis obiiciat contendendo homicidium, dicat scilicet homicidam, *l. si non conuitiũ, 5. C. eo.* si delatorem *l. 3. C. eod.* si debitorem non debitorem appellauerit, *d. l. item apud Labeonem, §. si quis non debitorem:* si liberum liberamve, seruũ ancillamue iniuriæ causa vocauerit, *l. qui liberos, 9. & l. siquidem, 10. C. eod.* Qui turpibus quoque verbis vtitur, non tentat pudicitiam quidem, sed iniuriatũ tenetur, *d. l. item apud Labeonem, §. qui turpib. eo. P.*

5 ¶ Si † quis dicat alicui, tu mentiris: quamuis pudorem suũ purgãdo id dicens vtcũque ferẽdus sit, *l. quæ omnea, 25. §. 1. de procurat. in P. l. quisquis, 6. de postulan. in illis verb. vltra quam litium possit vtilitas, &c.* Et Persæ existimant turpissimum mentiri, & ære alieno subiici, vt ait Herodotus *in 1.* ¶ Si † tamen quis adiecerit saluo honore, vel bona venia tu mentiris, existimãt verba iniuriam non habere: contrariũ autẽ, si sequantur verba tu mẽtiris, saluo tuo honore, *Iac. de Belloni. in præxi crim. rubr. de iniur. nu. 14. Dynus, in l. si quis extraneus, per illam l. & ibi Bart. nu. 47. de aeq. here. Bart. in d. l. quæ omnia, §. 1. de procur. P.* Quia protestatio non valet contraria actui cui adiicitur. Notatu dignum autem est, quod si quis obiiciat crimina vel iniuriam habentia, cum protestatione quod non animo iniuriandi, sed tuendi ius suũ, iniuriarum agi non posse, vt notat Speculator, *in tit. de aduocato, §. 3.* Proinde nec verba iniuriosa à iudice prolata sine causæ cognitione, habent iniuriam, nec infamant, *l. verbum, 17. ex quib. can. infa. irreg. C. lib. 2. tit. 12.* Neque cum quis excipit contra testes, obiiciendo crimina, cum protestatione non se animo iniuriandi exceptiones proponere, vt notant Bald. Paul. Castrens. Guillel. de Cunne. Angelus, Salyc. *ij omnes in l. fin. quod quisq. iur. P. & rursum Paul. Cast. l. 3. de lib. & posth. P.* Quamuis Alexãder, Iason, & Panormit. *Alexa. & Iason, in d. l. fin. quod quisq. iur. Pano. in c. cum tu, de senten. & re iudic.* dicant non posse inde excusari iniurias, si falso proponantur, nec probentur: quia protestatio actui contraria, cui adiicitur, non prodest, *c. cum Martinus, de constitutio. & ibi Felin. Bart. & alij in l. non solum, §. morte, de oper. no. nunti.* Egoque probarem hanc sententiam, ne calumniandi detur occasio, *arg. l. conuenire. de pact.* Neque enim id defendi potest ex illa regula, quod iuris exsecutio non habet iniuriam. *l. iniuriarum, §. 1. de iniur. l. nullus, de reg. iur.* aut quod in suo liceat ædificare vel agere, cum damno alterius, *l. Proculus, de dam. infect. P.* Nã hic iuris non est exsecutio, sed peruersio, quod calumnias inhibet: nec in suo quis facit, cum alienam inficit famam. Proinde si iudicarem, monerem patronos & litigantes, ne quæ probare nõ possent, obiicerent: alioquin si infamia crimina temere proponerentur, nec probarentur, impunita non relinquerem, vel saltem eradi ex actis in iudicio factis, vel libellis propositis, incidi vel cancellari dicta scriptaque publice iuberem. Verum hæc quæstio longiorem cum habeat tractationem, videbis eam aliter distinctam latius à Nicolao Boerio, *consi. 4. num. 23. 34. 35. 37.*

¶ Progredior, † inter iniurias verbales expressa alia, alia tacita: expressa, vt si quis latronem dicat, homicidam, &c. quandocunque de aliquo, vel in aliquem iniuriãdi animo dicitur, quod boni mores improbant, quod bonam famam minuere potest: vt verum sit etiam iniuriam fieri, si cui obiiciatur extra iudicium crimen quod vere commiserit, *Luc. de Pen. in l. errat, de cast. pecul. lib. 12. C. vers. nono quæritur, & versic. decimo quæritur, text. in l. 1. de famo. libell. C.* Nam inspicitur animus, qui diffamandi est proximus, non autem habet reipublic. vtilitatis scopum, vt puniatur: qua ratione licet tantum nocentes infamare, *l. eum qui nocentem, de iniur. P. l. ita vulneratus, ad le. Aquil.* Alioquin iubet Salomon *Prouer. c. 25. Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito, ne postea emendare non possis, cum dehoneslaueris amicum tuum.* Neque peccata proximi sunt propalanda temere publice, *c. si peccauerit, 2. q. 1. Matthæi, c. 18.* Quin nec obiici sine iniuria potest ei quæ caste viuit, & nupta nunc, quod sit meretrix: etsi alias talis fuerit cum eo, quem duxit. Matrimonium enim abolet talem turpitudinem. *ca. tanta, qui filij sint legi. l. imperialis, de nupt. C. l. si vxor, §. plane, & §. seq. de adult. P.* Contra tamen, immunis est, si cum eo non nupsit, qui meretricem vocat: quia nõ aboletur vilitas, sed suspenditur, *l. palam, §. 1. de ri. nupt.* Et ita tenet ex lege Langobarda Lucas de Penna *in d. l. errat, versic. septimo quæritur.* Puta rem ego tamen, in nupta nunc & casta, obiectum crimen simpliciter meretricis, turbare matrimonium: & ideo iniuriam puniẽdam, *l. fin. de furt. C.* 7

¶ Tacite † iniuria fieri dicitur, veluti si quis dicat, ego ille non sum qui furtum feci, *idem de Penna in d. l. errat, vers. postquã autem, Azo in summa de dolo.* Si per ironiam quis deformem pulcrum dixit, vel timidũ Achilem. Maledictiones graues etiã cẽsentur iniuriæ, & maledici regnũ Dei non possidebunt, *1. ad Corin. 6.* ¶ Sed † eo grauior iniuria, quo is qui maledicitur maior est: & seuerior ideo pœna. Et maledicent nomini Domini, lapidabatur ex præcepto Dei, *Leuiti. 24.* ¶ Et † qui maledixerit, *Exo. 21. c. ceterum, 86. dist.* patri vel matri, morte moriatur. In legibus Langobardorum, *in lib. 1. leg. Langobar. tit. de conuitiis*, rex Rhotarius statuit, *Si quis alium argam*, id est, cucurbitam seu cuculum, *per furorem clamauerit, & negare non potuerit & dixerit quod per furorem dixisset, tunc iuratus dicat, quod eum argam non cognouisset, & postea componat pro ipso iniurioso verbo, solidos 12. Et si perseuerarit & dixerit se posse probare, per pugnam eum committat, si potuerit: aut componat vt supra.* In lege Salica, *in l. Salica. tit. 33. de cõuitiis, §. 2. Qui alium fatatorem, vel mulierẽ meretricem appellauerit, 600. denariis, qui faciunt 15. solid. culpabilis est. Et qui concacatum vel vulpeculam conclamauit, 120. den. qui faciunt solid. 3. si leporem, §. 4. eod. 240. denar. qui faciunt solid. 6. Si delatorem, §. 6. eod. 600. denar. id est, 15. solid. Si quis autem, §. 5. eod. exprobrasset, quod scutum iactasset, & fuga lapsus esset, nec probaret, 600. denar. qui faciunt sol. 15.* 8 9 10

¶ De † iniuriis in magistratum dictis, sic statuit Theodericus rex Gotthorum, *Cassiod. lib. 1. varia. epi. 27. à Theoder. Speciosa scripta. Sed ne forsitan magnificos viros loquacitas populoris offendat, præsumtionis huius habenda diseretio est. Teneatur ad culpam quisquis transeunti reuerendissimo senatori iniuriam inflixerit si male optauit, cum bene loqui debuit.* Et rursum *idem d. lib. 1. epist. 31. Edictali programmate definimus, vt si atroces iniurias in quempiam senatorum vox iniusta præsumserit, nouerit se à prætore vrbis audiendum, vt pro qualitate facti discussa recipiat, promulgatam iure sententiam* 11

¶ Solon † prohibuit etiam, *Plut. in vit. Solon.* in defunctos conuitia conici: nam & pium est, sacros ducere qui è vita decesserunt, & iustum iis qui esse desierunt abstinere, & ciuile iniuriarum aliquando modum statuere, nec in infinitum progredi sinere. In viuum autem, si quis sacris in locis, vel in iudicio, vel apud magistratus, aut cum spectaculum certaminum viseret, maledictis esset inuectus, is priuatim tres drachmas, ærario alias duas soluere iussit. ¶ Publius † Mutius, auctore Cicerone, 2. *ad Herennium*, mimum, qui Lucium Accium poetam in scena nominauerat, cum nihil aliud defenderet, quam licere eum nominare, cuius nomine scripta dentur in vulgus, hoc ipso condemnauit, habita ratione videlicet personæ, temporis, ac loci conditione: quæ à mimo, & de scena, & in conspectu populi Romani totius dum res non seria, sed ludicra agitur, quenquam exiguũ virum nomine compellare non patiuntur. Nam etsi plures in instrumentis legi sua nomina moleste ferunt, quanto magis à mimo pronuntiari? 12 13

¶ Quanquam

Digitized by Google

¶ Quamquam † Theodoricus Gotthorum rex, Specioso scribens apud Cassiodorum, *Mores graues in spectaculis*, inquit, *quis requirat. Ad circum nesciunt conuenire Catones. Quicquid ibi gaudenti populo dicitur, iniuria non putatur, locus est qui defendit excessum, Cassio. lib. 1. epistol. varia. epist. 27. Theode. Specioso.* Ego tamen multum expressum iniuriæ causa, vel quod ad iniuriam contorqueri possit, abire non finerem. Si enim priuatim maledicere, vel irridere quemquam non licet, multo magis nec publice: vix enim de aliquo semel concepta opinio, à vulgo deponitur, & in fabulam alioquin bonus facile transit. Eupolis poeta merito putatur in mari submersus ab iis, contra quos fabulã Baptas scripserat & exercuerat, vt scribit Platonius in fragmentis de differentiis Comœdiarum, quæ exstant inter veterũ comicorum sententias. Supra ætatem Æmilii Probi & antiquitus, apud Sparthanos non licebat comœdias aut tragœdias audire vel serio, vel ioco, quæ contraria legibus loquerentur, vt auctor Plutarchus *in apophteg.* ¶ Augustus Cæsar, † Pyladem histrionem vibe atque Italia submouit, quod spectatorem, à quo exsibilabatur, demonstrasset digito, conspicuumque fecisset, *Sueto. in Augusto, c. 45.*

De iniuriis, Scriptofactis. Cap. 6.

1 *Iniuria scripto facta grauior quare.*
2 *Libellos famosos facientes, & habentes vt puniendi. 3. & seq. 4. 5. 6. 7. 8.*

1 INiuria, † quæ literis commendatur, maior iudicanda est, vtpote quæ & consulto facta sit, & quæ diutius perseueret in conspectu hominum. Vocis facile obliuiscimur, at litera scripta manet, & per manus plurimorum longe lateque vagantur, & tãdiu subsistit dedecus, quamdiu memoria remanet, nihilque detestabilius est dedecore, vt ait Cicero 3. *Philipp.* Qui & alibi, *id est* 1. *Tusculan.* dedecus maius malum esse dicit, quam dolorem. *Dolorem*, inquit, *existimo maximum malorum omnium: etiam ne maius quam dedecus? non audeo id quidem dicere, & me pudet tam cito de sententia esse aeque ium.* ¶ Quamobrem † qui libellum, carmen, aut 2
historiam ad alicuius infamiam scripserit, composuerit, ediderit, doloue malo fecerit, quo quid eorum fieret, iniuriarum nomine tenetur, *§. in uriam, ae inur. apud Iust.* Fitque eo nomine reus condemnatus, intestabilis, *l. lex Cornelia, §. §. si quis librum, & l. quod senatusconsultum, eod. titul.* id est, ob carmen famosum cõdemnatus, neque testis esse potest, nec testamentum condere, *l. ob carmen, 21. de testib. Pal eum leges, & l. is qui, §. fin. de test. in P.* Idem statuendum si quis in libello principi dato, vel alii aliquem infamet, *l. item apud Labeonem, 15. §. si quis libello, de iniur. P.* Si carmen conscribat, vel proponat, vel cantet aliquid, quod pudorem alicuius lædat, *d. l. item autem, §. hoc autem fere sunt.* Proinde quod maius est, si quis famosum libellum siue domi, siue in publico, siue quocunque loco ignarus repererit, aut corrumpere debet priusquam alter inueniat, aut nulli confiteatur inuentum: quod si non fecerit, vel non combusserit, vel si manifestauerit, vt auctor capitali sententia damnandus est, *l. vni. de famos. libel. lib. 9. C. tit. 36. c. fin. §. q. 1.* Nec admittitur huius criminis defensio per procuratorem, *l. pen. §. ad crimen, de pub. iud. in P. c. veniens, de accusat. Rota. 485. incip. si clericus*, videlicet si criminaliter agatur, non etiam si ciuiliter: quia tunc priuatum iudicium fit actio ciuiliter proposita iniuriarum, *l. iniuriarum, C. de iniur. facit in argu. ca. tua, de procurator.* Iure pontificio, qui in alterius iniuriam & famam, scripturam aut verba contumelioſa confinxerit, & compertus scripturam non improbauerit flagellatur: & si quis inuenerit, nec fregerit vt auctor iudicatur, *c. 1. 5. q. 1.* Et qui inuenti fuerint famosos libellos in ecclesia ponere, anathematizandi, *ca. si quis, 5. q. 1.*

¶ Constitutio † Caroli 5. Cæsaris de caussis capitalibus, 3
art. 110. edita in infamãtem pœnam eandem irrogat, quam mereretur diffamatus libello, si eius criminis reus quo accusatur peractus esset. Rursum in comitiis habitis Augustæ Vindelicorum, anno 1548. sub eodem Carolo, *c.* 34. inhibiti sunt libelli maledici, picturæ, fictiuæ, scripturæ pasquilli. & alia, quæ in alterius infamiam fiunt, constituta pœna carceris, & mulctæ: neue Typographi sub eadem pœna, & officii Typographici ademtione, audeant hos libellos excudere, aliosue, quin prius eius loci magistratibus communicauerint, seu copiam fecerint, & nisi apposuerint locum & tempus vbi excuditur, nomen ve auctorum. Inhibeturque huiusmodi libellos, picturas imagineſve vetitas posthac vendere, donare, emere, habere. ¶ Ex † senatus- 4
sulto Romano olim, libri Labieni, vt nimium mordaces, combusti sunt eo etiam viuente, vt ait Seneca *lib.* 10. *De clemen. in prin.* ¶ Athenis † prætore Morichide, decretum scriptum 5
de nemine à comicis perstringendo: quod tamen abrogatum scribit Suidas ab alio prætore Euthymene, *Suid. in Euthyme.* reditaque comicis licentia. ¶ C. Lutorius † Priscus, magni no- 6
minis poeta & eques, qui in Germanici mortem carmen egregium scripserat, ac magnæ pecuniæ vim pro eo acceperat, accusatus est, quod per morbum Drusi carmen in eius mortem scripsisset: & ideo à Senatu condemnatus obiit, *Dio. Cass. lib. 57. hist. Roma.* ¶ Anaxandrides † poeta comicus Rhodius, fame atque 7
inedia mori ab Athenienſibus coactus est, quid eos optimas quidem leges habere, malis vero vti dixisset, vt meminit Ouidius *in Ibin.* ¶ Sotades † Cretensis Phlyacõn, id est, nugarum car- 8
minum poeta, cum de rege Ptolomæo plura impudentius scripsisset, in plumbeo vase conclusus in mare demersus est, auctore Athenæo *Dipnoso. lib. 14. c. 7.* Plutarcus autem *in Padagogia*, ipsum in carcere contabuisse adfert. Sancitum lege 12. tab. ne quis maledicum in quemquam scriberet carmen, aut vltimo afficeretur supplicio, vt testatur Cicero *de Repub. & 4. Tuscular. Horatius lib. 2. Satyr. 1.*

Si mala condiderit in quem quis carmina, ius est
Iudiciumque.

De iniuriarum Abolitione. Cap. 7.

1 *Iniuria quot modis aboletur.*
2 *Iniuria condemnatus an sit infamis, & 7.*
3 *Palinodia iniuriarum, emenda honoraria est.*
4 *Poetis Roma maledicentia castigata, & alibi.*
5 *Iniuriarum actio morte quomodo tollatur, & quando transeat in heredes.*
6 *Iniuriarum obliuiscendum inter Christianos maxime, & n. 7. 8. 9*
10 *Iniuria quomodo expresse vel tacite remittatur. Et 11.*
12 *Iniuria remissa censetur dissimulatione.*
13 *Iniuriarum actio anno exstinguitur, si non agatur.*
14 *Iniuriæ mutuæ an admittant compensationem.*
15 *De contumelijs dictum Aristotelis.*
16 *Iniuria leues vel pœnam non habent, vel habent non infamantem, 17. & 18.*

INiuriarum † abolitio pluribus modis fit, vel soluta pœna ci 1
uili vel criminali imposita, *§. in summa, de iniuri is, ap. Iusti. l. 7. C. eo. l. si. eo. in* P. vel palinodia seu recantatione, vel morte, vel reconciliatione, seu remissione, vel aliis excusationibus. De modo primo, generalis est regula: solutione eius quod debetur, tolli omnem obligationem, *§. 1. quib. modis toll. oblig. ap. Iust.* Ideo pœna exacta, satisfactione iniuriato facta, nihil est, quod de iniuriis vindicatis conqueratur qui eas passus est: quia satisfactio, solutionis instar est, *l. solutionis, 54. de solutio. P. l. solutionis, 176. de verbo obli. l. omnes 23. in ver. luisse, C. de pœ.* Quæ sit illa legitima satisfactio, iam in singulis membris iniuriarum tradidimus.

¶ Admonendi † tamen sumus, quamuis iniuriarum actio hoc 2
modo aboleatur intuitu iniuriati, nihilominus in persona iniuriãtis condemnati, veluti cicatrices iniuriæ commissæ remanere: iniuriam videlicet, si iniuria commissa fuerit atrox, non si modica, secundum plerosque iuris interpretes. Quamuis Angelus & pro modica damnatum, infamem dicat, *Angel. in l. infamẽ, de pub. iudic.* Quem sequitur & communem opinionem esse affirmat Felinus, *ad ca. cum te, nu. 9. de re iud.* & alii, *vide Iulium Clarum, lib. 5. sent. in §. iniuria, nu. 7.* Quibus tamen ego repugno, nisi pœna imposita infamiam habeat. Potius enim laudo perfectam amnestiam iniuriarum, quam præteritarum notam. In grauibus porro infamiam comitari recte arbitror iniuriantes, non vt bis puniti pro eodem delicto videantur, hoc enim iura vetant, *l. licet, in fi. nautæ. caupo. stabul. l. omnes & l. pen. de pœn. C. l. bona fides, de reg. iur.* P. sed vt pœna durans, à simili iniuria inferenda deterreat & quia, vt paulo post dicemus, iniuriarum actio per se famosa est, *l. prætor edixit, 7. de iniur. P. l. 1. de his qui not. inf.*

¶ Secundo, † vt plerumque iniuriis satisfit verbalibus, aut scri- 3
pto prolatis, cum quis *Palinodiam* eorum, quæ temere protulit, iubetur agere, eo loco vbi protulit, vel alio loco, vel præsentibus testibus adhibitis, dicimus mulctam vel emendam honorariam: quibus & additur mulcta numaria. Sic legimus remissam iniuriam Stesichoro poetæ, qui oculis priuatus fuit, quod carmen famosum & maledicum coniecisset in Helenam: restitutũ autem visum postquam palinodia laudes eius cecinit. Indicat & his verbis Horatius *Epod. ode 17.*

Infamis Helenæ Castor offensus vice,
Fraterque magni Castoris victi prece,
Adempta vati reddidere lumina.

¶ Absoluuntur † hodie rei iniuriarum simplicium verbalium 4
acti, si coram iudice summarie & de plano inficientur se iniurias pronuntiasse, & si profiteantur, conquerentem in sua opinione esse bonæ famæ & opinionis, *Io. Pap. li. 8. Rhapso. ar. ti. 3. ar. pen. & fi.* Sic Nævius poeta cum ob assiduam maledicentiam & probra in principes ciuitatis, more poetarum Græcorum dicta, in pu-

Digitized by Google

blica vincula Romę à Triumuiris ductus fuisset, postquam alias fabulas in carcere scripsit, in quibus delicta sua & linguæ petulantiam, qua multos antea læserat, apertissime diluit, facile vinculis solutus est, vt ait Aul. Gellius *lib. 3. c. 3.* Quæ intelligenda sunt, quando ipsa palinodia tantundem restituitur famæ, quantum iniuriæ dictio ademerat: alioquin si remaneat iniuria post palinodiam, alia satisfactio coniungenda. Et tunc qui iniuriam intulit, non potest se tueri dicendo, se nō habuisse animum iniuriandi: quia verba vel facta, quæ iniuriam sua natura continent, animo censentur dicta iniuriandi, nisi manifestis probationibus contrarium appareat, *Socin. consil. 146. num. 7. vers. circa ter tiam, volum. 1. Paris, consil. 146. lib. 19. num. 4. qui dicunt esse hanc DD. communem sententiam.* Idcirco vt plena sit satisfactio, recantatio iniuriarum, vt plerumque fit, cum face ardente manu comprehensa rei, nudis pedibus, & indusio corpori obuoluto venia proclamata iniuriato: & illa dicitur propriè forma emendæ seu emendationis honorabilis.

5 ¶ Tertij † *Mors* omnia soluit, *§. deinceps, de nupt. in auth.* & cōsequenter actionem iniuriarum. Iniuriarum actio in bonis nostris non est, priusquam lis contestetur, *l. iniuriarum actio, 28. ae iniur. P.* vt antequam proposita sit, non possit transire ad heredes. *§. si heredibus, de perp. & temp. actio.* nec heredi, nec in heredē datur, nisi lite contestata, *l. iniuriarum, 13. de iniur. P. l. 1. §. pen. & fi. de priua. del. P.* Est enim famosa actio, id est, quæ condemnato irrogat infamiam, *l. prætor edixit, 7. de iniur. P. l. 1. de his qui not. infa. P.* Sic fere etiam in aliis pœnalibus & famosis obseruatū est, *l. pen. de in ius voc. l. in honorarium, de actio. P. §. 1. de perp. & temp. actio.* Litis autem contestatio heredes vtrinque obligat vtriusque, ad pœnam numariam, non corporalem, *l. 1. ex ael. de fi in quan. hered. tene.*

6 ¶ Placet † autem horum decisio vel maxime, quia ira mortalium aliquando esse mortalis debeat. Item quia, vt documus, quantum fieri potest, sine publica nota iniuriarum obliuisci maxime Christianum sit, & prudentum alioquin hominum. Et sic publice fierri interest ad pacem conseruandam. Sicuti & exēplo docet factum Thrasybuli, qui occisis vel electis triginta tyrannis Athenienſibus præpositis, vt populum in varias sententias fusum in vnum reuocaret, legē ἀμνηστίας seu obliuionis iniuriarum sanciuit, exacto iureiurando à ciuibus, se præteritas iniurias non recordaturos, vt notant Æmilius Probus *in Thrasybulo*, Plutarchus *in Pesist.* Æschines *contra Ctesiph.* & περὶ παραπρεσβ. Isocrates περὶ τῆς εἰρήνης, Dio *lib. 44. in concio. Cic.* Valer. Maxim. *lib. 4. c. 1.* Simile senatusconsultum latum est à Romanis sublato Iulio Cæsare, suadente Cicerone, auctore Dione Cassio *lib. 55. hist.*

7 ¶ Iniuriis † à suis ciuibus Thebanis Epaminundas affectus, æquo animo tulit, quod patriæ suæ iratsci, nefas esse duceret,
8 *Æmil. Prob. in Epaminunda.* ¶ Et † Phocion præstantissimus æquissimusque Athenienſium Imperator, inuidia & calumnia proditionis Piræi insimulatus, cum ad supplicium duceretur, & aliquis eum rogasset, ecquid filio Phoco nūtiari vellet, respondit: *Volo ei dicas meis verbis, ne eius iniuriæ, quæ mihi sit ab Athe-*
9 *nienſibus, meminisse velit, idem in Phocione.* ¶ Pomponius † Atticus liberalitate vtens, nullas inimicitias gessit, quod neque lędebat quenquam: neque si quam iniuriam accepisset, malebat vlcisci, quam obliuisci, *idem seu Cornel. Nepos, in vita Attici.*

10 ¶ *Remissione* † porro aboletur iniuria, vel expresse, vel tacite: expresse, per *Pactum, l. si tibi decem. §. 1. de pact. P. l. non solum, 11. §. 1. ae insur. P.* ad supplicationes vel per preces inferentis, *c. si ille, 23. q. 4.* Item si volente & postulante pœnam certam aduersario iniuriato, iudex iniurianti eam pœnam imposuerit, & eam luerit iniurians, *l. sed si vnius, 17. §. si ante iudicem, ae iniur. in P.*

11 ¶ Verum si † infirmus, confitendo sacerdoti, remiserit iniuriam illatam ab aliquo, censetur remisisse odium, nō tamen satisfactionem iniuriæ, ex sententia Panormitani, *in c. 1. de malef. vide glo. in §. cui rei grave impedimentum, de collat. in pragma. sanct. in ver. rancores,* quia pœnitenti iniuriam feciſſe, tenemur quidem odium & peccatum remittere, non autem satisfactionem iniuriæ, *c. de occidendis, 13. q. 5. glo. & DD. in cap. 1. de malef. Ioan. And. in ca. 2. de homici. in Sex.*

12 ¶ Tacite † remittitur *Dissimulatione*, si non obstante iniuria prolata, quis pristina familiaritate vtatur: si statim, qui patitur ad animum non reuocauerit. Nec is postea ex pœnitentia iniuriam remissam poterit reuocare, *§. fin. de iniur. apud Iustinia. l. non solum, §. 1. eod. P.* Reuocare autem censetur, si accepta iniuria
13 iratus remaneat: contra, si non fuerit iratus. ¶ Si quis † quoque intra annum cum posset, non agat, remissa censetur, *l. si non comitij, §. C. de iniur.*

14 ¶ Sed † num *Compensatione* quoque tollantur non inutiliter quæritur, vt si mutuo aliqui sibi iniurias vtrinque inferant. Et omissis controuersiis sic arbitror iudicandum, si agatur criminaliter, vnumquemque pro sibi illata iniuria agere posse, nec compensationem admittendam ex sententia Speculatoris, *titu. de accusat. §. 1. vers. quod si vocauit te*, Angeli, *in l. vt vim, de iust. & iure, P.* & Panormitani, *in c. cum te, ae sent. & re iud. num. 25.* Quia iniuriæ diuersa respiciunt, neque delicta concurrentia sibi inuicem dant immunitatem, *l. nunquam, 2. de pub. iud. P.* cum impunita non debeant esse maleficia, *l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. P.* Ordinem tamen seruandum puto, vt de grauioribus primum tractetur, vel de iis, quæ priore loco sunt propositæ, *c. neganda, & seq. 3. q. 3. l. neganda, C. qui accusa. poss.* Verum non imus inficias, dignum cognitu esse in iniuriis mutuis, quis prior aggressus caussam & initium dederit rixæ: nam qui defendit, si legitimos fines defensionis non excessit, non tenetur de repulsa reali iniuria, *l. 1. §. cum arietes, si quadru. paup. feci. dica. lib. 9. P. situ. l. si ex plagiis, §. tabernarius, ad leg. Aquil. P. l. vt vim, de iusti. & iure, c. suspitionis, de offi. deleg. l. quoniam, de vi pubi. Cic. in mandatis, 3. quæst. 3. Pugnandum est*, inquit Liuius, *lib. 1. de bello Macedo. interdum non quia velis, sed quia hostis cogat.* Si excedat autē iustam defensionē, tenetur, cum aliter se tueri posset, si percussio nō defensio sit: si cum cedere poterat, persequitur. Tunc enim alia iniuria potius, quam defensio iniuriæ est, vt ait Panormitanus *in c. cum te, num. 23. de sen. & re iud.* Et id videtur expresse notasse Paulus, dum excusat vim propulsiuam iniuriæ illatæ, si aliter euadere quis non posset, *l. scientiam, 8. §. qui cum alter, ad leg. Aquil. P.* Proinde in conuitiis, quæ verborum habent iniurias, conuitiis aliis resistere, non potest esse perfecte legitima defensio: nam verbis ita contendere ad fœminas maxime pertinet, & pueros. Nisi quis ex personis & qualitate delictorum, velit hanc linguæ volubilitatem compensare: plerumque enim ira ista iubet. Quod recte expressit Homerus, apud quem sic infit ad Achillē Æneas, *Homer. Ilia. 20. versu 245.*

ἐξὸν γὰρ ἀμύμονα ἔπεσιν ὀνόσσαι καὶ νήλιτον,
πολλά μοι κεν ἔπεα ὑπὲρ ἕρκος ἄρτια εἴποι.
ῥηϊτὴ δ' γλῶσσα ἐν ἔπεσι πέλεται παντοίη.
πολὺς δ' ἐν μύθοις ἐστὶ ῥέεθρος ἐπέων
ὁπποῖον κ' εἴπῃσθα ἔπος τοὶ κ' ἔπος ἀντιάσειας.
ἀλλὰ τί μοι ἔριδας καὶ νείκεα νωϊτέρω ἐστὸν
νείκεϊ ἀλλήλοισιν ἐναντίον οὔτε γυναῖκας
οὔτε κολασσάμενα ἔριδος πεφυμένα βίηφιν
νείκεϊ ἀλλήλῃσι, μίσην ἐς ἀγχάνεσσαι
πολλ' ἐπάτα τε καὶ οὐχὶ χόλος δ' τε καὶ τε κελεύει, &c.

Id est:

Liceret enim ambubus opprobria loqui
Multa valde, neque naus centiremis onus portaret.
Volubilis enim lingua hominum, multi, q; insunt sermones
Omnigeni, verborum autem multa profusio hinc atque inde
Quale dixisti verbum, tale audies.
Sed quid rixas & opprobrios nobis necesse est
Contendere mutuo contra vt mulieres,
Quæ iratæ contentionem pernitiosam
Contenaunt mutuo, meatam in viam euntes,
Multa vera, & non ira autem & ista iubet.

In istis itaque velitationibus verborum, si graues non sint iniuriæ, & ciuiliter agatur, compensationi satius erit studere, quā fouendis litibus: & ita pœnæ, quæ ex verbalibus iniuriis solent infligi numariæ reciproce, remissæ videbuntur. Vt in plerisque criminibus admittitur priuatis, quando crimen circa idem vertitur, *l. viro, & l. cum mulier, sol. matr. in P. l. si ambo, §. 1. de compens. P. l. si vxor, §. ainé, ad l. Iul. de adul. vide ita tenentem Iac. de Bellouis. in pract. crim. in prin. nu. 16.* Et in aliis semper, si ciuiliter agatur, *l. 2 §. pen. de eo per quem factum erit, l. si duo, de dolo, P.* Contrarium tamen, si criminaliter: quia pœna corporalis vel criminalis non compensatur, *l. 2. §. si publico, ad leg. Iul. de adult. in P. l. si vxor, §. iudex, eod.*

¶ *Perferre*, † inquit Aristoteles, *4. Ethi. tract. 3. contumeliæ, & ij suos negligere seruile est sane. Qui namque non irascuntur pro quibus oportet, & quibus oportet, satui esse videntur.* Vespasianus de iurgio senatoris equitisque Romani pronuntiauit, *Non oportere maledici senatoribus, remaledici ciuile fassi esse. Suet. in Vespasiano.*

¶ Qui † contumeliis non prouocatur perfectus est, qualis 16
Dominus noster Iesus Christus, qui contumeliis quidem sibi illatis non respondit, blasphemias autem in diuinitatem seuere & cum auctoritate reiecit, *c. nomine bene discimus, de præsum. c. episcopum, 40. dist.* Sunt minimæ iniuriæ sine pœna, vel si qua imponatur, illa non infamat, *c. cum te, 23. de sen. & re iu.* nec lubricum tantum linguæ, ad iudicium trahendum, *l. famosi, §. nec lubricum, ad leg. Iul. maie. P. l. 1. si quis Imper. maled.* nec verba irati nimium, & paulo post dictorum pœnitentis, *c. si quis iratus 32. quæst. 3.* At quando agimus de grauibus iniuriis in homines dictis, vix est vt iusto quodam dolore non moueantur & impatientia aduersus dicta factave, non remaledicant. Etenim violentiam seu vim aliquam, quis ex contumeliis pati dicitur, *l. alimenta, §. 1. de lib. hom. exhib.* & vim itaque expugnare non vetatur. Quis enim impetum concitati spiritus ferret? *Prouerb. 27.* ¶ Commotus † enim & prouocatus ira, ad insaniam 17
perducitur.

Ex accepta iniuria, quilibet vt plurimum incipit insanire, vt ait Terentius *in Adelph.*

Et rursum, *idem in Andria*,

Nam & si quis iratus instigetur, insanit.

¶ Et † qui modeste se tutando vel purgando ab obiectis iniurioſe dixerit, *mentiris*, vel falsum est quod ais, nō videtur in culpa esse, nec male loquutus, si pro vero loquatur, *Luc. de Pen. in l.* 18

errat

Digitized by Google

errat circa prin. de castrensi pecul. mil. lib. 2. C. Nam & in iure veluti ciuilia hæc verba vsurpantur, *viam veritatis ignoras, l. viam, loc. C. falso asseueras, l. falso, de diuers. rescript.* C. *falso tibi persuasum est, l. falso, de commun. rer. alie. falsum est, l. 1. de reg. Catoni. P. l. si rem quam, de euic. Hierem. 37.*

De Pignorationibus, seu iure Repressaliorum.

Cap. 8.

1 *Repressaliæ ad iniurias vindicandas inductæ. Et 2.*
3 *Pignoratio iniuriæ caussa quid.*
4 *Repressaliæ vnde dictæ, & quomodo & pro quo fiant.*
5 Droict de Marque *in Gallia quid.*
6 *Repressaliæ quando legitimæ, & caussa, 10.*
7 *Iniuriarum illatarum caussa non vindicatarum iure, commissa quæ bella.*
8 *Negotiatorum violatorum caussa maxime repressaliæ inductæ. Et 9.*
11 *Repressalias quis concedere potest.*
12 *Alius pro alio quare in repressaliis tenetur. 13. Et 14.*
15 *Repressaliorum iure certæ personæ publicæ custodiæ tradendæ: & bona cum repertorio capta per iudicem lasis adiudicanda quomodo.*
16 *Repressaliæ quas personas vel merces non afficiant.*

1 ADiniurias vlciscendas pertinere videtur pignorationum seu repressaliorum ius, quo vtimur in Gallia aliquando, ad emendandas iniurias regnicolis in alienis regnis illatas. ¶ Re-
2 pressaliæ† quibus vtimur, inductæ sunt ad exemplum, vt opinor, androlepsiæ Græcorũ: androlepsia enim erat, ius quoddam pignorandorum hominum, quando cædes patrata erat, & auctor non reddebatur à ciuitate, in quam refugerat, vel vbi erat. Tũc enim licebat ex eius ciuitatis ciuibus tres capere quousque reum redderent, vocãt Græci ἀνδρολήψιον, vt notat Iulius Pollux, *lib. 8. c. 1.* & Demosthenes, *contra Aristocra.* Verba Pollucis hæc, ἀνδρολήψιον δ' ὃ τοὺς τοῦ ἀνδροφόνου κατὰ συγγένειαν ὁποσουσοῦν ἁπάντων μὲν λαμβάνειν ἔξεστιν ἐκ τῶν ἐκείνου πόλεων· ἄχρι τριῶν δ' ἁπαγαγεῖν, ὁ δ' ἀδικῶν, ἀνδρολήψια κεκτημένος, ἐκ ἀτίμητος ἦν· id est, *Androlepsia autem est, quãdo cæsis homicidas fugientes, pœnis non accipit: licet ex non reducentibus vsque ad tres abducere. Qui autem androlepsia iniuste vsus fuisset, non impune ferebat.* Suidas quoque eadem tradit & Demosthenis verba hæc, ὅσοι δ' τύπτοιεν, ὁ νόμος ἐκέλευε μήτε δίκας ὑπέχοντας φεύγειν ἐκ τῆς ἀγορᾶς, μήτε τοὺς διδράσκοντας ἐκδίδοσθαι, πελίνοις κατὰ τοῦτον τὸν μέχρι τριῶν τὸ ἀνδρολήψιον. Budæus hæc probat, *in annotat. posterio. P. in l. aut facta, §. eventus, de pœn. in P.* & Hermolaum Barbarum reprehendit, quod dixerit androlepsiam clarigationem, quasi deesset verbum Græcum vel Latinum. ¶ Certe † non imus inficias
3 Gregorium in concil. Lugdun. *in c. vni, c. de iniu. lib. 5. 6. Decret. tit.* 8. qua prohibetur *androlepsia* personarum ecclesiasticarum, repressalias vulgo dictas, testari, dici pignorationes. Verum mihi magis placet vox *clarigationis*, quam androlepsiæ & pignorationis: nam pignoratio, generale nomen est: Androlepsia, propria auctoritate fiebat eorum, qui vltionem necis postulabãt, vt ex præcedenti loco Iulii Pollucis patet, & Budæus fatetur, ne
4 que alio modo, quam ob cædis iniuriam. ¶ Sed† hæc non exprimunt, quæ repressaliæ dicuntur, quarum appellatio tracta est à verbo Gallico, *reprendre & reprise*, quod est iterũ aliud pro re sua accipere, & iniuriã in dãno & facto consistentẽ, postulare & resarciri. Eoque nomine licere, res capere & retinere eorum, apud quos qui damnum dederunt sunt, cum de iure reddundo qui ibi imperant interpellati, nolunt statuere, donec satisfiat: licere autem retinere & capere, nõ propria auctoritate, sed publica, principis inquã, in cuius dominio est is, cui dãnum iniuste datũ, vel iniuria facta ab alieni regni hominibus vel prædonibus. Is. n. princeps legatum, vocabant Romani patrum patratum, nostri *heraut d'armes*, vel alterius conditionis hominẽ mittit ad illius ditionis, vbi damnũ datum, vel vbi rei degunt, principem vel heroem populum vel præsulem, vt iubeant ablata iniuste restitui, iniuriamve resarciri, clare & aperte protestando ni fecerint, se bellũ eis, vel repressalias indicere. & hostili animo eorũ bona in regno suo reperta, retenturum. Idque est clarigatio, rerũ reperitio, & κατηγγελία τῷ πολέμῳ περὶ τῶν ἀδικουμένων ἀγωγιμοτήτων. ¶ Vocãtur† in Gallia istæ clarigationes *droict de*
5 *marque. Guid. Pap. q. 32.* Iniiciunt. n. signum legati in ciuitatẽ illam quæ nocet, vel in regnum cuius se hostili more, cõperta in regno, cuius est iniuria affectus, capienda ira prædicunt: donec satisfiat. Sunt enim repressaliorum iura, vt quicunque eorũ, qui bus indicuntur, territorium eius qui indicit, intrauerit possit re
6 tineri cum bonis, vsque ad satisfactionem. ¶ Dubitat† Bart. in limine de repressaliis instituræ tractationis, num possint istæ clarigationes & pignorationes bonorum hominum alterius prouinciæ, qui tamen damnum non dederunt, pro aliorum noxa fieri: aliasque annectit quæstiones, pro quarum breui cõclusione, sic me expedio. Permissas esse hominum etiam liberorum & rerũ detentiones & pignorationes, dummodo obseruemus primum iustam esse caussam præcedentem: demum clarigationem recte & modo legitimo factã, & si in eos in quos oportet, & per quos oportet, fuerit exsecutioni demandata. ¶ Caussa† legitima erit, 7
si iniuriæ præcedant, vel prædationes, quæ dum resarciri postulantur, continuntur: *Bart. in tract. repress. al. q. 1. Guid. Pap. q. 32. vide & late disputantem de hac quæst. Ioan. Anar. in Mercurial. ad reg. iuris, non debet, in 6.* nam ob id legitimum bellum indici potest, *c. dominus noster, 23. q. 2. D. Thomas, 2. 2. q. 40. c. 1.* Sic Romani Illyricum bellum susceperunt, quod Illyrii nauigantes qui Romanæ ditionis erant infestarent, nec conquerentibus illis per legatos, satisfacerent, vt auctor Polybius, *lib. 2. hist.* Sic & antequã bellum inferrent Troianis Græci, pro repetenda Helena & iniuria resarcienda, ad Troianos legatos miserunt, Menelaum & Vlyssem, vt testatur Antenor loquens Helenæ apud Homerũ

ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ σὺν πολυδευκέϊ δίῳ ἦλθον
σὺν ἄμυκλ' ἀγγελίοιο, σὺν ἀρηϊφίλῳ Μενελάῳ,

Id est,

Olim enim & huc aliquando venit diuinus Vlysses
Tui caussa legatus, cum bellicoso Menelao.

Exstat hac de legatione, quæ ita caussas legationis & clarigationẽ cõplectitur, apud Libanium Sophistam oratio & declamatio Menelai ad Troianos. ¶ Plutarchus †*in vita Cimonis*, Am- 8
phictionum iudicium refert hac de re, quod tamen populus noluit exsequi. *Amphictiones*, inquit, *cum è Syriis nonnulli, negotiatores Thessalorum violassent, & spoliassent totam rempublicam Syriorum, damni, iniuriæ nomine mulctarunt: sed hoc iudicium populus exsequi noluit, quia delicti culpam & pœnam in auctores, non in commune iri dicaret retici oportere: publicam enim caussam à priuatorum culpa segregandam. Et si in ciuitate à multitudine peccatorum vtilitas protinus bonis aliisque innoxiis imputandum esse.*

¶ Iustam† hoc bellum ob præceptum illud, alterum non læ- 9
dere, nemini nocere, quæ iuris naturalis sunt: & ideo ab omnib. principibus exerceri. Pari modo quæ in regno vel inter subditos iura obseruantur, iura ciuilia alienigenis reddi debẽt. *Quis magistratum*, inquit lex, *l. 1. quod quisq. iur. lib. 2. Pr. tit. 2.* potestatem vel habuerit, si quid in aliquem non iuris statuerit, is se quoque postulãte aduersario, eadem iure vti debet. *Quod iustum est*, inquit Moses, *iudicate, siue ciuis ille sit, siue peregrinus: Nulla enim erit distantia personarum. Deuteronom. 1. & 16. Iacob. 2. Leuit. 24.* ¶ Et † rursum, 10
Exod. 23. Peregrino non eris molestus. Exigitur quoque pro caussa legitima, vt primum de iniuria vel prædatione commissa constet, requisitumque fuisse dominum loci, vel principem, qui non cognoscit superiorem, vel populum seu rempublicã, vbi commissa hæc, vt iure statuant in suum regnicolam, vel ciuẽ, vel subditum, pro spoliato vel iniuria affecto qui postulat. *c. dominus, 23. q. 2. & Bart. in tract. repress. q. 1. Gui. Pap. q. 32. & 33. Io. And. in Mercuria. ad c. non debet, de reg. iur. in 6. Bald. in auth. & omnino, ut vxor pro marit. colum. pen. Ioan. de Ligna. in tract. repress.* Sic Romani priusquam Illyrius bellum indicerent, Teugam reginam interpellabant per legatos, vt emendari iuberet elatum damnum. Vbicunque enim pro iustitia obtinenda potest læsus superiorem eorum qui deliquerunt adire, non est concedenda hæc pignoratio. *Ioan. ac Bell. in §. 1. vt non fiant pignor.*

¶ Quare† ante concessionem & fides facienda à creditore pe- 11
tente repressalias, de debito, & de interpellatione, & diligẽtiis vt dicunt iuris obtinendi, debetque debitum liquido esse sine exceptione, *Bald. in d. auth. & omnino.* & aduersarius debitor potentissimus. Sed & princeps superior, vel populus, si respublica tantum concedit repressalias, non iudex solus sine eorum cõsensu: nisi ex forma statuti haberet hanc auctoritatem concedẽdi. *l. idem in d. auth. & omnino, Inno. in c. cum olim, de restit. spol. Io. de Lig. in 1. part. repr. & 2. in prin.*

¶ Post† has obseruationes nempe exsistente iusta caussa, de- 12
negata iustitia, & cum auctoritate principis, qui bellum solus ita & marcham inferre potest, cessant iura quibus prohibetur, ne alius pro alterius debito & pœna teneatur, *auth. & omnino, ne vxor pro marit. C. l. prouidendum, de decurio. lib. 19. C. tit. ne fil. pro patr. auth. imo. C. de actio. cum similib.* nec pignorationes patiatur, *tot. tit. vt non fiant pign. colum. 5. in auth. ca. 1. de iniur. in 6.* Nam tunc agitur in conciues reipubl. vel regnicolas domini denegantis, vt in noxios & debitores, & hostes qui patiantur iniurias inter iniurias inter se ali nutririve & aliena retineant. ¶ Et† proin- 13
de quæ ab hostibus capiuntur, iure retinentur. *l. hostes, de capti. & postlim. reuers.* Sed & placuit in iure, municipes quidẽ ex dolo non teneri alicuius singularis personæ: verum si quid ex dolo eius, qui eos administrat, ad eos peruenerit, teneri. *Vlp. l. sed si ex dolo, 16. §. 1. de dolo.* P. Qui videntur ratum habere, nisi reddant. *l. 1. §. dicitisse. de vi & vi arm. P.*

¶ Dehinc† ex delicto domini, puniri posse subditos nemo du- 14
bitat. *c. si sententia, c. 16. de senten. ex com. in 6. constit. si vero dominus temporalis, de fœret. C.* Proinde dominus qui illicite retenta resti tuere legitima petita denegat, vel iniurias patitur peregrinorũ in sua ditione inultas, recte ad iustum & ad restitutionẽ, vi & manu militari adigitur. *l. qui restituere, de rei vindic P. ca. petimus, 11. q. 1.* Nec iuste alienigenæ, in regno illo cuius est is qui iniurias passus est, securitatẽ seu tutum iter postulant, quod ipsi apud se iniuriã passo nõ præstiterint. *l. Iulianus, §. offerri, de act. em.*

Digitized by Google

P. Proinde in eos hac clarigatione recte agitur, vt prius damno resarcito, ipsi quoque tutum, quod violauerint, iter reddant, peregrinantibus & negotiatoribus iuxta iuris regulas. *c. si quis Rempetas, & c. illi qui, 24. q. 3. c. 2. de treug. & pace, l. 2. §. 1. ne quid in loc. publi. l. 1. §. 1. de iis qui deiecer. P.*

25 ¶ Hoc † tamé obseruatur in repressaliis, vt creditor, qui personam vel bona alterius negotiatoris repressaliis suppositi ceperit, nõ possit retinere, sed debeat in publicam custodiam ducere, *Bald. in d. auth. & omnino, in 3. col. & in l. generali, in 2. notab. decurio. lib. 10. C. Ioan. de Ligna. in tract. repress. 5. part. princ. q. 12. Pan. Cast. const. 313.* & bona capta teneatur eius loci iudici exhibere vbi capta sunt, qui consignabit repertorio & auctoritate publica vendi, & satisfieri creditori iubebit, vel creditoribus, ob quos dictæ sunt repressaliæ, quibusve satisfactis, cessant repressaliæ. *Bald. in d. auth. & omnino, in fin. ne vxor pro marit.* Et si quid supra debitum supereſt, dominis reddendum erit, deductis impensis iudicialibus & captionis legitimis. Quod enim supererit, con-
26 signandum est publicè & restituendum. ¶ Excipi † placuit ab hoc iure repressaliorum aliquas nihilominus personas, quę nec earum bona capi possint. Primum repressaliæ contra alicuius regni, vel ciuitatis, vel reipublicæ personas intelliguntur de ibi habitantibus, non autem si nati inde in regno qui indixit habitent, *Bart. in l. 1. §. remouet, de postul. & in l. prouinciales, de verb. sign. in tract. repress. q. 7. Bald. in c. 1. §. 1. de for. fid. in feud. & in auth. & omnino, ne vx. pro marit.* quia is nõ videtur eius prouinciæ, in qua non habitat, sceleris esse particeps, nisi post indictas repressalias desiisset esse eius ciuitatis, contra quam indictæ, ciuis. *Bal. l. quidam, in fi. C. de fideic.* Secundo non habent locum repressaliæ contra peregrinantes religionis causſa, *idem in l. omnes peregrini, comm. de succeſſ. Bart. in 9. q. septima principalis repressalior.* vel studiorum, quales scholastici, *auth. habita, ne fil. pro pat. C. & ibi Bald. Bart. in d. q. 7. Bart. in l. 2. §. legatis, 4. not. de ind. Ioan. de Lign. in tract. repress. 3. part. 7. q. 2. princip.* & eorum libelli, scriptores seu librarij eorum, *Bald. in d. auth. & omnino*, nec etiam contra oratores, legatos, mulieres, vel alias personas, de quibus vide disputãtem Bart. *in tractatu repressal. q. 7.* & Bartachi. *in iurisd. in verb. repressalia contra quos concedantur.* qui probat per alios interpretes duo singularia & quotidiana: 1. Merces in fasciculos inuentas apud aliquem mercatorem alterius loci, quam eius contra quem repressaliæ indictæ sunt, etsi negotiator eius loci sit, tamen non affici repressaliis, *Io. de Bellouis. in disputat. dux in ducatu Spoletano, & c. And. Barb Sic. in rubr. de fide instrum.* 2. Non affici repressaliis eum, qui soluit vectigal seu pedagium & gabellas. *Ouofred. in auth. habita, ne fil. pro patr.* Pugnat tamen postremo cum casu Baldus *in c. 1. §. 1. quæ sint regal.* In iure quoque Pontificio cautum expresse, repressaliis non teneri clericos, *c. vni, de iureiur. in 6.* quod intellige, pro admissis à dominis laicis, nam si de episcopis denegantibus iustitiam vel archiepiscopis, vel aliis agatur, lubens subsisto.

De lege Aquilia.

Cap. 9.

Lib. 9. P. tit. 2.
Lib. 3. C. tit. 35.
Lib. 4. Instit. tit. 3.

1 *Lex Aquilia à quo lata, & quot eius capita. Et 2.*
3 *Damnum vnde dictum, & pro illo dato quando concurrant actiones.*
4 *Damnum in lege Aquilia in faciendo consistit.*
5 *Damnum iniuria datum, & sine iniuria quod.*
6 *Legis Aquiliæ iudicium quæ considerat, & eius actio pro homine libero non datur, 7.*
8 *In lege Aquilia quomodo sunt res considerandæ, & quæ 9. 10. 11. 12.*
13 *Aquiliæ legis finis, partes iudicis & actiones.*
14 *Damnorum datorum ab animalibus diuersorum leges: & talia animalia num includere liceat, 15. 16. 17. Et 18.*

1 LEx † Aquilia, est scitum plebis. Rogauit eam à plebe Aquilius Tribunus pleb. *Vlpian. l. 2. ad l. Aquil. in P. § ceterum, eod. apud Iusti.* per quam plectitur vis temeraria & imprudenter facta: cum alioquin non tantum sponte delicta admissa, sed etiam ignorantia, cum culpa tamen puniat. *l. 1. de legib. in P.* Sic enim Aquilia is tenetur, cuius culpa damnum datum est. *l. qui occidit, §. in hac actione, ad l. Aquil. l. qui actionum, de præsc. verb. P.* Legis
2 Aquiliæ capita tria erant. ¶ In † primo capite cauetur. *Qui seruum seruamve, quadrupedem, vel pecudem iniuria occiderit, quantum in eo anno plurimi fuerit, tantum es domino dare, damnas esto. d. l. 2. ad leg. Aquil. §. 1. eo. ap. Iust.* Deinceps vt aduersus inficiantem hæc actio in duplum esset. Secundum caput in desuetudinem abiit. *l. si seruus seruum, 27. §. serui autem, ad leg. Aquil. §. caput, 2. eo. tit. apud Iust.* In tertio vero capite sic scribitur, *d. §. serui autem, l. si seruus seruum. Ceterarum rerum, præter hominem & pecudem occisam, si quis alij damnum fecerit, quod vsserit, fregerit, ruperit iniuria, quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum es domino dare damnas esto.* Et in summa, primum caput locum habet, quando damnum iniuria occidendo datur: tertium vero, quando iniuria damnum datur aliter quam per mortem. ¶ Damnum † quidem à dimi- 3
nutione patrimonij dictum. *l. 2. de da. infe. P.* Iniuria autem hic, quod non iure fit *§. 1. de iniu. l. 1. eo. P.* & sine cõtumelia: quo nomine differt ab his, quæ in iniuriis seu opprobriis diximus locũ habere. *l. sed etsi quæcunque, 5. §. iniuriã, de iniur. P.* Ita diuersa sunt, diuersaque actio, damnum cum iniuria & contumelia dare, & damnum sine iniuria dantis dare. In prima specie concurrunt actiones legis Aquiliæ pro damno, & de iniuriis pro contumeliis duæque æstimationes, damni & contumeliæ. *d. §. iniuriam.* Liberum & est ei, cuius seruus iniuria occisus est, vel actione legis Aquiliæ agere, & iudicio publico legis Corneliæ. *leg. inde Neratius, 23. §. si dolo, ad le. Aq. P. §. liberum autem, eod. ap. Iust. l. Imperator edixit, 7. §. si dicatur, de iniur. P.* concurrunt autem, quod diuersos habeant fines. At pro aliis damnis sine iniuria dantis passis, competit alia actio in factum, *l. si seruum meum, 23. §. fin. ad leg. Aquil. P. l. quia, de præ. verb. P.* si videlicet æquitas dari suadeat, non aliter, *l. quemadmodum, §. sed si tota, ad leg. Aquil.*

¶ Quare † & in actione hac damnum in faciendo consistit, si: 4
per negligentiam solam contingat alicuius, vt liquet ex l. si seruus seruum, §. si fornicarius, & §. si ex plaustro, ad leg. Aquil. in P. Non autem si damnum nascatur ex negligentia eiusdem & rei ipsius natura, illud enim hac actione non resarcitur: veluti si fructuarius patiatur riuos corrumpi, vel vites non proscindat, non tenetur Aquilia. *l. si cuius, §. aemque, de vsufru. P.*

¶ Damnum † iniuria datum dixeris, quod cum damno iniu- 5
riam attulerit. *l. si quis furto, 50. §. 1. ad leg. Aquil.* P. Et damnum in lege Aquilia in re fit, re ipsa remanente domino: in quo differt à damno dato domino reipsa subtracta cuius causa alia datur actio, nempe furti. *l. si seruus seruum, §. si oliuam, & §. idem & in sylua, eo.* Ita damnum legis Aquiliæ cum culpa, vel per ignorantiam culposam, non cum mente furandi committitur. *d. l. si seruus seruum, §. si ratum, & l. si prætor, eod.*

¶ Consi erabimus † ergo in hac legis Aquiliæ quæstione, 6
primum an damnum datum sit: deinceps in qua re datum, non corpus læsum, vel alia res inanimata: postremo an damnum iniuria, vel contra quam liceret, datum sit. Damnum constabit datum esse, si diminuta per mortẽ res sit, vel fuerit deterior reddita: puta, si quis seruum vulnerauerit, aut pecudem, si vsũ quid fuerit, ruptum, aut si inquinatum fuerit vestimentum, *§. capite tertio de leg. Aquil. apud Iustin. dict. leg. si seruus seruum, 27. §. capite tertio, & §. si quis insulam, eo.* si domum incenderit, *l. 2. C. eo.* si apes meas, quæ ad tuas inuolauerint, vseris, *dict. l. si seruus seruum. §. si cum apes.* si quis alienum pecus in suo deprehensum, abigendo damnum dederit, *l. Quint. Mutius, 29. & l. seq. eo.* si boues alienas in angustum redegit, quo factum est, vt deficerentur: *l. si boues, 54. eo.* ¶ Pro † corpore hominis libero læso non datur Aquilia, 7
quod liberum corpus non recipiat æstimationem, nisi quod pertinet ad impensas circa curam damni factas, repetendas, vel si de operis agatur ex damno cessantib. vel amissis resarciendis. *l. ex hac actione, si quad. paupe. sec. dic. lib. 9. P. tit. 1.*

¶ Subinde † res tibi occurrent, num animatæ, vel inanimatę, 8
liber vel seruus, si damnum in facto sit, vel sine eo: nam si sine facto sit, cessare iudicabis, vt paulo ante monui, Aquiliam. Vt si oliuam meam maturam decerpsisti, vel segetem maturam desecuisti, vel salictum: vel seruum meum castraueris, & si feceris pretiosiorem. Nam in his & similibus cessante Aquilia, datur pro iniuria actio, vel sublata re datur furti actio, vel condictio. *d. l. si seruus seruum, §. si oliuam, & §. et si puerum.*

¶ Consideramus † vna hic à quo procedit damni datio, vt is 9
teneatur, qui dedit, qui iussit dari, qui consensit, *l. liber homo, 37. & l. 4. & l. qui occidit, ad leg. Aquil. P. l. seruus, de act. P. l. non videtur, §. qui iussit, & l. is damnum, de regu. iur. P.* qui scit & non prohibet cum possit, damnum dari, & qui est in lcuissima culpa, *l. in lege Aquilia, in 2. 35. & l. scientiam, 46. ad leg. Aquil. P.*

¶ Porro, † vt sciamus num iniuria damnum datum sit: & vt 10
negotiũ discutiamus, perpendimus, nũ iure permittẽte damnũ datũ sit: quia tunc nulla iniuria, nullave pœna factum sequitur. *l. 3. eo. P. l. Gracchus, ad leg. Iul. de adult.* P. Nemo. n. dãnum facit, nisi is qui facit id cuius faciẽdi ius nõ habet. *P. l. nemo, 164. de reg. iur. P.* Sic iuris publici exsecutio iniuriã non habet. *l. iniuriarum, §. ie qui, & §. seq. de iniur. P. l. quemadmodum, §. si quid tamen, ad l. Aquil. P.* Et qui furem vel inuadentem occidit, nõ tenetur, vim vi repellendo. *l. 4. & l. scientiam, 46. §. qui cum aliter, eod. tit. P.* Nec qui damnum alienis, vt sua conseruaret, dederit, *leg. si quis fur, 50. §. quod dicitur, eod. tit. l. 3. §. quod ait prætor, de incend. rui. & nauf. P. l. si alius fecerit, 7. §. est & alia exceptio, quod vi aut clam, P.* vt si defendendo à cane, eum necauerit. *l. si quis se vindicando, & seq. de dam. in via dato, lib. 1. leg. Langobard.* ¶ Iniuria † factum etiam dicetur, 11
quod per imperitiã, quę culpę annumeratur, datum est dãnum: veluti si medicus imperite seruum secuit, & is moriatur. *§. præterea, de lege Aquil. ap. Iust.* Si seruus mulos affectauerit tractare, quod per impotentiam vel imperitiam non potuit retinere. *in eadem iura, ad leg. Aquil. P. §. impotis quoque. eo. tit. ap. Iusti.* Imperitia nam-

Digitized by Google

tia namque affinis culpæ est.& pro culpa etiam habetur.*Imperitia,de reg.iur.P.l.si quis fundum,§.Celsus,& §.si quis vitulos, de don. P.l.tutor quoq.§.fin.de susp.tut.P.l.qua actione,ad leg Aquil.*¶ Ex
1a †culpa autem damnum datum,& ad hanc Aquil.actionem pertinere placuit,*l.si putator,31.ad leg.Aquil.P. similis l.1.de damnis arbor.lib.8.C.l.Wisigot.tit.4.*vt si quando nimium sæuiens præceptor in discipulos,lædat ipsos,quanquam iniuriādi animo nō fecerit.*Vlpianus,in leg.sed & si quemcunque,5.§.fina. & leg.sequēt. ad le.Aqu.P.*Accedit & his nimia negligentia,*l.dimus,in fi.ac offi. præsid.*si modo is,qui hac de re prouocatur,iudicium animi habeat.Nec enim furiosus culpam in damno dato habet, qui suæ mentis non est,*d.l sed etsi,§.si igitur.*neque in eum vlla actio de
23 hoc instituenda est,*l.quod infans,de rei vindica.in P.* ¶ Finis † istius legis Aquiliæ,& partes iudicis in eo versātur,vt qui iurisdictioni præest,æstimet dānū contra eos qui damnū se dedisse confitentur vel conuincuntur,*Vlp.in l.proinde si occisus est,25.§. fi.& l.puta enim,26.ad le.Aqu.P.* Æstimatione facta iuxta cōmune rerū pretium,non secundum affectionē,vel habita ratione eius quod singulariter interest.*l.si seruum meum,eod.* Proditę sunt actiones eius,rei causſa triplices.*Iustinian.in §.fin.de leg. Aqui. quas explicat Theophil.in §.fin.eiusd.tit.in suis Institut.* Nempe proprie Aquilia directa,quando corpore,nostro corpori damnū datū est:vt si seruum occidi,vel præcipitaui meis manibus,tigno vel alio instrumento.Alia vtilis,si alio modo corpus læsum est: vt quia seruum vel pecus incluſi,fame enecatum est:si pecus egerim,& sese præcipitauerit:si seruo alieno persuasero vt in puteū descenderet,& se præcipitaret.*l.dolo malo,3.§.fi.& l.si qu.de ser.corru.P.* Tertia,in factū subsidiaria,quando neque corpus læsit corpus,sed alio modo damnum datū est:vt si soluerim seruū misericordia ductus,qui aufugerit.*l.si seruū,§.fi.ad le.Aqu.l.quia actionum,de pra.verb.* Quarū duæ postremæ,vtilis,& in factū,cūe dantur ex æquitate,quando ex verbis & casibus expressis per legem Aquiliā,directa dari nequit.Dantur & extensione mentis eiusdem non modo vere dominis,sed etiā aliis, vt vsuariis, fructuariis,non etiā cōmēdatariis.*l.item Mela,§.sed si seruus, & l.si dominus,ad leg. Aqu.* Duobus tamen concurrentibus per has actiones ad æstimationē damni peruenitur,si constet dānum datum,& si constet cū,qui conueniтur dānum dedisse,vel dari iussisse.*l.inde Neratius,cum seq.eo.P.* Sed aduersus confitentem agitur in simplum,aduersus inficiantem in duplū,*Vlp.l.inde Nerat. 23.§.hac actio,eod.fin.C.eod.l.dolo verbum,5.§.hac actio, de seru. corrupt.P.*

24 ¶ In † legibus Georgicis Iustiniani,*in l.3.de armentar.lib.leg. Geor.tit.5.* leges sunt de damnis datis ab animalibus resarciēdis. Vna ὁδ ἀγελάρης βῦν λεῶ· ὁπὸ γεωργῦ ἔωδυ ἢ χωρεδῆ ὁ ἔξ τῦ πλή θυς τῶν βοῶν.ἢ ἀπελθὼν ὁσονθη ἐς χωρίον ἢ ἐς ἀμπελος, ἢ πρᾶ σιν ποιήσῃ,τὸν μὲν πρᾶσιν διδότω τῶν ὁ ἀγελαρης,τῦ δ μὲν αὐτὰ μὴ ὀφειλέτω,id est,*Si bos armentario mane à domino pascendus traditus, à reliquo armento separatus,in sata vel vineas ingressus fuerit, damnumque fecerit damnum factum præstato armentarius,non tamen mercede sua primator.*

25 ¶ Et † rursum statuitur, *eod.lib.tit.6.* ἐὰν πρᾶσιν ζωῶν.l.2. *Qui alienum pecus in agro suo aliquid depascens inuenerit,neque includere id,nec vehementius agere debet,sed vt proprium tractare:habet enim actionem contra dominum pro recuperatione damni, quod verisimiliter accepit.* Prohibetur etiam lædere,vel mutilare animal in suo depascens inuentum:alioquin reddendum bonū simile domino.*l.1.2.7.eod.tit.* Placuit tamen eidem, *l 4.eod.tit.* εἰ τις ἴυρι χοίρου ἐν πρᾶσιν ἀποφαγόντα κύνα, ἀποκτάνει αὐτὸ ἐν πρωτοις τῦ κύκλῳ αὐτῦ, ἅτα ἐκ δυτέρα τῦ τοιούτος ἢ ἀποδώσει ἢ ἀποχρίνας, εἰ ἴυρι αὐτὸν ἐν τείχει, ἢ ἐμποιήσῃ ἢ τοξίνῃ, ἀνάδικος ἔσῃ. id est, *Si quis porcum,vel ouem,vel canem in pauperie deprehenderit, reddaderitque prima vice domino suo:deinde id rursus fecerit,ac cum restitutione bestiæ de pauperie denuntiauerit:si tertio inuenerit si vel iaculis confecerit, vel canda mutilauerit,indemnis esto.* Et iterum,*in dd.ll. Georgicis,tit.7.* ἀφὶ ζημίας,*de damno,l.3.similis,l.22.titul. de damnis animalium,lib.8.C.leg.Wisigot.titul.4.* ὁ βόσκων ἀδίκως ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ δρέμματα,τῶ ἀκωλῦ ὑπάκειται τιτίσιν τῶ δικαῖῳ,id est, *qui nullo iure armenta in alieno pascit,aq ilia tenetur:id est,in duplum.* Alia,*d.libr.leg.Georgic.titu.* ἀφὶ ὑῶν ζωῶν,*de cadib. animal. l.5.* ἐὰν τις ὕην μιγγάνει ἐκ καιρῦ τῶν καρπῶν, ἢ ἐμπίσῃ ἐν αὐτῶ κύκλῳ, ἢ χαῖρε ἢ ὑοδόκη ἀζήμιος ἔσῃ ὁ τὸ μαγγάνι κύριος,id est, *Si quis fructuum seruandorum tempore tendiculas collocarit,inque eas canis vel porcus delapsus perierit,dominus earum extra noxiam esto.*

¶ In † legibus Langobardorum,*idem apud Gothos,l.1.3.& 15.*
16 *de dam.arbor.lib.8.C.leg.Wisigot.tit.4.si in damno faciendo deprehēditur non aliter,l.16.in legib.Langob.lib.1.tit.de eo qui pecul. in damno inuenit,l.1.* inueniens animal damnum faciens,potest includere,& postea ad iudicem ducere, vel ante ecclesiam, vt cognoscat cuius sit,si ignorat,etsi non inueniat dominum. potest sibi pro damno reseruare Item,*l.2.eod.tit.* potest qui cæpit retinere per decem dies,donec ei de damno satisfiat & per nouem dies ac noctes tenetur tantum dare aquam pecori vel iumento,& si pereat sit damno domini non redimentis.Item,*l.3.& fin.eod.* si quis inuenit decem porcos alienos, in suo depascentes, potest vnum occidere.Porro retentio,non celandi animo fieri debet, sed retinendi,donec satisfactum sit:alioquin qui pecus alienum concludit,retinet,& celat,puniendus est,*l. quamuis, 40. ad leg. Aquil.P.*

¶ Sic † & in lege Salica,*in leg.Salic.tit.eo.§.3. Si quis in messe* 17
sua pecora aliena,quæ pastorem non habent,inuenerit,& ea incluserit, vt nulli penitus innotescant,& aliqua ex ipsis perierint,1400.denar. qui faciunt 35.solid.culpabilis iudicetur,excepto capitale & delatura. At alia iussum lege,*§.7.eiusdem titu.10.* cum, cuius pecora concluſa fuerunt,damnum datum restituere, & vltra decem denarios.Quod si per superbiam aut per inimicitiam sepem alienam ruperit,vel in messem,vel pratum,vel aliud quiduis pecora immiserit,cōuictus testibus iubetur damnū resarcire,& 1200. denarios,qui faciunt solid.30.Et iterum,*eo.lib.leg.Salic.tit.37.§. 2.Si quis per alienam messem,postquam lemauerit herbice,traxerit, aut cum carro sine via transierit,Malberg.Lendardi 600.denar. qui faciunt solid.15.culpabilis iudicetur.* ¶ In † legibus Wisigotthorū, 18
qui hortum vastat,damnum reddit & componit:aut seruus, 50. flagella excipit,*lib.8.C.Wisigot.2.tit.4.* Qui sepem inciderit vel incenderit,sepem reparet,damnum resartiat & componat: si seruus centum flagella sustineat.*l.6.eod.tit.* Qui in messem alterius caballum,bouem immiserit,soluat damnum & componat,si maior sit persona:si minor,vltra 40. flagella sustineat. *l. 10.eod*

De Seruo corrupto, Cap.10.

Lib.11.P.tit.3. Lib.6.C.tit.2

1 *Corrupti serui actio quid contineat.*
2 *De seruo corrupto duplex actio,directa & vtilis, & quando detur.*
3 *Serui corrupti actio in duplum.*
4 *Ob mores vitiatos dari iudicia & interesse nostra, animos liberorum non corrumpi,& 7.*
5 *Serus corrupti actionis finis:*
6 *Aquiliæ,& serui corrupti distinctio.*

SVperiori † tractationi de seruo iniuria læso,& eius dāno,pro 1
xima & illa est,quæ de seruo corrupto:quando videlicet seruus non in corpore,sed in animo lædituг.Fit nāque malis persuasionibus,malisque cōsiliis deterior.Et proinde qui dolo malo ei quippiā facere persuasit,quo malus vel peior fiat, qui ad id illū solicitat,vel hortatur, laudatve malum iam aggredientē, qui persuadet,vt amator fit,fur,iniuriosus,seditiosus, vt vacet spectaculis,rationes dominicas interscindat,luxuriosus sit, dominum contemnat,actione de seruo corrupto conueniri potest.*Vlp.l.1.§.fin.& Paul.in l.2.d.l ser.corru.P.l.corrumpitur, 15.eod. l.4.de furt.C.* Et in summa ait prætor,*Qui seruū seruamve, alienū alienāve recepisse,persuasisseve,quid ei dicere dolo malo,quo eum eamve deteriorem faceret,&c.l.1.de ser.corru. P.* Recepisse autem, inquit Vlpianus,*d.l.§.quod autem prætor ait,ita accepimus,si susceperit seruum alienum ad se.Et est proprie recipere,refugium abscondendi causſa seruo præstare,vel in suo agro,vel in alieno loco ædificiove.*

¶ Duplex † hæc actio,directa,& vtilis.Directa datur pro ser 2
uo homine tantum corrupto,seu vitioso reddito. At vtili agimus ob filiumfa.corruptum,exemplo serui corrupti,*l. vt tantū veniat,§.1.eod.* quamuis magis delinquat,qui liberum putat corrumpere,*l.doli verbum,§.si quis dolo malo,eo.* Officio iudicis æstimatione facta quanti interest actoris, ratione cōmodi amissi ex operis.*l.qua actione,ad leg.Aquil.P.l.ex hac actione, si quadru. pau.fec.dic.P.*

¶ Estque † actio hæc in duplum, quanti erit seruus dum 3
corruptus fuit,*l.1.in prin.& l.doli verbum,5.§.hac actio.§. fi.& l. seq.de ser.corr.P.* hoc est,quanto minoris vendi possit,*l.si quis seruum,6.§.fi.eod.* quod & solet officio iudicis expediri,*d.l. vt tantum,14.§.æstimatio,eod.tit.* Veniuntque & cum eodem æstimandæ res,quas secum tunc seruus corruptus abstulit: non autē quas postea furatus est.*Paul.in l.in hoc iudicium,10.& Vlp.in l. Neratius,11.eod.*

¶ Sunt † & aliæ actiones,criminalesque accusationes, quæ pro 4
moribus vitiatis & corruptis dari solent,sed illæ aliā formulā aliumque finem habent,& extraordinarium crimen: vt si quis pudicitiam solicitauerit alicuius mulieris,*l.1.de extra.crimin.P.* Ii domū etiam amicis aliisue quis dederit ad compositionē adulterii,*l.etsi amicis,& l.qui domum,ad leg.Iul.de adult.* si poculū amatorium porrigat,*Paul.l.si quis aliquid,§.qui abortionis, de pœn. P.l.3.§.sed ex Senatusconsulto,ad leg.Cor.de sicar.* si lenocinium exerceat,*tit.de lenonib.* & sic de similibus,quæ ad hāc de seruo corrupto pertinere videntur actionem,sed nihilominus alibi recipiunt singularem tractationem. ¶ Sunt † autem inspiciendæ a- 5
ctiones,prout alicuius sunt particularis naturæ,& habita ratione finis,propter quē distinctæ sunt. Finis autem potissimus actionis huius,vt quis consequatur damnū, aut eius æstimatio-

Digitized by Google

nem, in quantum pauperior factus dicitur, & quanti ea res erit,
6 vt diximus in duplum. l. 1. ae seruo corrupt. P. ¶ Grauiorque pœnalis eius caussa, quam actionis legis Aquiliæ. Quemadmodum maius est, vitiare & corrumpere animum, quam corpus: nobilior enim pars & præstantior in homine anima. leg. sanctimus, de sacrosan. eccl. C. Quare hæc actio etiam aduersus fatentem in duplum est, quamuis Aquilia inficiantem duntaxat coerceat, l. doli verbum, 5. §. hac actio etiam, de seru. corru. P. leg. inde Neratius, §. hac actio, ad l. Aquil. quia turpis hæc actio est & famosa, vt ait Paulus, in l. ne quicquam, 57. pro soc. P. Et proinde datur quidem heredibus iniuriã & damnũ passi, sed nõ in heredes corrumpentis, quod pœnalis sit. l. hæc actio, 13. de ser. corru. l. in honorariis, de act. P.
7 ¶ Rationem † & causssam istius actionis Paulus his verbis exprimit, l. vt tantum, 14. §. 1. de seru. corru. P. De filio filiaue fam. corrupto huic edicto locus non est (Quia serui corrupti constituta hæc actio est, qui in patrimonio nostro essent: & pauperiorem se factum esse dominus probare potest, dignitate & fama tamen integra manente ei.) Sed vtilis competit, officio iudicis æstimanda: quoniam interest nostra animum liberorum non corrumpi.

De Noxalibus actionibus.

Cap. ii.

Lib. 4. Institut. tit. 8.
Lib. 9. P. tit. 14.
Lib. 3. C. tit. 41.

1 *Noxalis actionis Aquiliæ, & de seruo corrupto differentia: pro quo detur, noxa & noxia quid, & eius species, 2. 3. 4. §. 7.*
6 *Noxalis actio quando extinguatur, qui ea agant, & contra quos: & dicta actiones à quibus constitutæ, & rationes earum, & quod noxa caput sequatur, & num. 8. 9. 10. 11.*
10 *Dominus quando pro noxa vel vltra teneatur seruo vel animalis sui nomine.*

1 SVperiores † actiones competunt, quando damnum datũ est seruis vel quadrupedibus, vel aliis rebus nostris. Noxalis autem actio, quando conuenimur propter maleficium vel noxam seruorum nostrorum, sine iussu nostro aut scientia, aut contra prohibitionem nostram delinquentium. §. 1. de noxa. act.
2 Delictum omne noxa dici potest. l. 1. §. aduer. del. C. ¶ Et † noxa delinquens: noxia delictum apud Iustinianum, a. §. 1. de noxa. act. l. 1. §. quad. pau. fec. dic. P. Sicque apud Festum Pompeium. *Noxa ponitur pro peccato, aut pro peccati pœna, cum lex iubet noxæ dedere pro peccato.* Et iterum, *Noxia apud antiquos damnum significat, sed à poetis ponitur pro culpa, &c.* In legibus Cicero eam addit, *Quoa*
3 *quis earum rerum migrassit, noxæ pœna par esto.* ¶ Et † noxæ dedere est animal tradere viuum demum, vt notat Vlpianus, in l. 1. §. noxæ si quadru. paup. fec. dic. P. Idcirco tot erunt noxiæ species, quot peccatorum aut culparum. Verum hic non ita patet actio noxalis, neque de omnibus criminibus, neque pro omnibus personis peccantibus datur: sed pro certis.
4 ¶ Itaque † locum habet tantum, quando priuatum maleficium, ex quo alteri damnum datum est resarciendum pecunia, commisit seruus, l. quid sit, 17. §. quod aiunt, de ædil. edict. P. Nam pro publico commisso, ex quo pœna publica imponenda sit, nõ sufficit deditio, aut vlla æstimatio fiet litis, sed pœnæ legitimæ seruus subiicitur. l. 4. §. fin. de nox. act. C. l. 4. ad l. Iul. de vi publ. C. l. 2. C. de accus. l. hoc accusare, 12. eo. ti. Sic cõmisso per seruũ damno, inscio domino, & præter eius consensũ, cõuentus dominus, vel cogitur defendere seruũ & damnum ex integro resarcire per eum datum. vel eundem seruum pro noxa seu pro æstimatione litis dare. Verba Caij hæc, *in l. 1. de noxa. act. in P. Noxales actiones appellantur, quæ non ex contractu, sed ex noxia atque maleficio seruorũ aduersum nos instituuntur. Quarum actionum vis & potestas hæc est, vt si damnati fuerimus, liceat nobis deditione corporis quod deliquerit, euitare æstimationem.*
5 ¶ Pro † maleficiis quoque filiorumfamilias, olim noxales actiones datas fuisse in patres, sed noua hominum conuersatione sublatum tradit Iustinianus, §. sed veteres, eo. apud Iustin. quia & vitæ necisque & libertatis potestas, quæ concedebatur in filios parentibus, ademta fuit, l. fi. C. de pat. pot. §. 2. de in qui sunt sui vel alien. iur. Neque si filiusfamilias damnum dederit, pater pro eo condemnandus erit, rub. ne filius pro pat. C. nisi de peculio pro fectitio, si illum non defenderit. Iul. in l. quoties enim, 34. Vlp. in l. & si condemnatus, 33. de noxa. act. P. leg. licet, §. ex furtiua caussa, de pecu. P. Sed neque ex liberi hominis maleficio dominum, cui delinquens bona fide seruit, conueniri posse hac actione recte constitutum est: sed indistincte in illum, qui deliquit, dandam actionem. Pompon. in l. noxali iudicio, 35. de noxa. act. P. l. in confessionibus, §. fin. & l. si in, de interro. act. P.
8 ¶ Et † proinde extinguitur actio noxalis liberato seruo à potestate dominica, & reuiuiscit, si liber. qui damnum dederit, in potestatem alicuius receciderit, & semper dominum sequitur: idque est, quod dicitur: *Omnis noxalis actio caput sequitur. §. omnis autem, de noxa. act. l. quod dicitur, 18. de fur. P. l. 1. §. 14. depos. P. l. qui ex pluribus, 20. & l. fin. de noxal. act.* Et mortuo seruo extinguitur, *l. si ad libertatem, eod. P.* vel si seruus habeat pro derelicto. *Vlpian. in leg. quemadmodum, 38: §. primo, eod. P.* Quia qui pro derelicto habet, dominus esse desinit. *leg. 1. & 2. pro dere. P. l. quod seruus, de stip. seru.*

7 ¶ Competit † & noxalis actio, non tantum pro damnis datis à seruis, sed etiam pro datis ab aliis animalibus ratione carentibus, & pro inanimatis, quæ damnum dederint: à quibus obligatur dominus, vel damnum resarcire, vel rem pro damno tradere. *l. prætor ait, 7. §. hoc edictum, & l. hoc amplius, 9. de dam. infe. P. l. 1. si quadr. pa. fec. dic. P.*

8 ¶ Agunt † hac actione, quibus damnum datum est, contra dominum serui vel animalis, vel alterius rei damnum dãtis, aliquo titulo possidentem, imo contra malæfidei possessorem, *l. bonæfidei, 11. & l. non solum, 13. de nox. act. P.* ne melioris conditionis sint stulti quam periti, mali quam boni. *l. seruus, quod vi aut clam, P.* Non tamen agitur pro noxa, contra possidentem nomine depositi, vel commodati, *l. si seruus depositus, de nox. act. P.* quia non commodatarius, sed qui commodauit, rei commodatæ dominus & possessor remanet. *l. nemo, comm. P.* ¶ Et † qui deposuit, rei 9
depositæ. *l. licet, depo. P.* Formula porro hic legum sequenda est, quæ cum distinctione noxæ deditionem concedunt, & damnũ patientem hac deditione certis ex caussis contentum esse iubent. *Sunt enim, vt ait Iustinianus, constitutæ noxales actiones, aut Legibus, aut edicto prætoris. Legibus, veluti furti ex lege 12. tabul. damni, iniuriæ, ex lege Aquilia. Edicto prætoris, veluti iniuriarum, & vi bonorũ raptorum.*

¶ Inquirunt † autem iura, num dominus iusserit, vel nõ pro- 10
hibuerit damnum fieri cum posset, an omnino ignorauerit. Si quidem si ex voluntate domini damnum per seruum vel animal datum sit, & cum posset prohibere non prohibuerit. litis æstimationem ex integro soluendi damni soluere debet, nec liberatur noxæ deditione, *l. 2. & 3. de noxa. act. P.* contra, si nesciat vel non consentiat. Cuius diuersitatis ratio, quia seruus ignorantis domini, deteriorem conditionem facere non potest paciscendo aut contrahendo: *l. seruus tuus, depo. P. l. si seruus agatur, §. 1. de le. 1. l. quanto magis, & l. si seruus, de iureiu. 3. C. de pact.* Si vero sciuerit, videtur ipse quod seruus fecit, per seruum fecisse. *l. 2. de noxa. act. P.* Nec velle creditur, qui obsecutus est alienæ voluntati. *l. velle non creditur, & l. non videtur nolle, de reg. iur. l. si seruus, de act. P.* Neque secundo æquum esset, aliena delicta in insontes transire & vindicari. *l. si seruus communis, §. quod vero, de furt. P. l. crimen paternum, de pœn. P. l. sancimus. C. eo.* Et iniquum postremo loco visum est, nequitiam seruorum vltra illorum corpora dominis damnosam esse, *§. 1. de noxal. act.* Quod si plurium dominorum sit vnus seruus, qui damnum dederit, si omnes ignorauerint, quilibet certe corũ in solidũ cõueniri poterit: seu si noxæ deditus sit seruus, omnes liberabuntur. *Vlp. in l. si seruus communis, 8 eo. P.* Si vero quidã illorũ sciẽt eũ delinquere, alij nescierint: tũc si cõueniantur qui nesciebãt, & noxæ dederint seruũ, qui sciebãt noxiæ deditione nõ liberabũtur vilissimi serui, sed agetur cõtra eos pro dãni quod amplius est prosecutione, cõputato pretio hominis deditimec tenebũtur cõdomini sciẽtibus aliquã partẽ pretij resarcire, cũ ex suo delicto damnũ patiantur. *Paul. l. ex duobus, 17. eod.* Et si scientes cõueniantur prius & condemnentur, à nescientibus partem consequi non poterunt. *l. si communis familia, 9. eod. Mar. in l. si familia, 5. si fam. fur. fec. dic. P.* Et si plures serui vnius domini damnũ vel furtum fecerint, tunc in electione domini est, vel omnes dedere, vel tãtũ offerre, quantũ si vnus liber furtũ fecisset, & ita retinere familiã suã. *Vlp. in l. 1. eo. l. si familia, de furt. fd. omn. iud. P. Paulus leg. quod ait prætor, 31. de noxa. act. P.* Semper tamẽ dominus ex noxia vltra deditionem noxæ, etiam ignorans, tenetur in quantum ad eum ex dãno peruenit, puta ex rapina vel furto. *l. si seruus ignoratẽ, 4. C. eo. l. 1. §. familiæ, de vi & vi arm. P. l. licet, §. ex furtiua caussa, de peculio.* Nam generaliter receptum est, vt si quis ex delicto etiam alieno teneatur in quantum ex eo ad illum peruenit: ne alieno scelere ditetur. *l. 1. ex del. def. in quan. here. d. l. 4. C. tit. 17.* Vt & turpia lucra ab heredibus extorquenda sunt, *in l. in heredem, de calumniato. P. l. videamus, quod met. causs. P.* Quod si seruus vnius domini pluribus damnum dederit, & à pluribus dominus conuenietur: sed is, qui primus vicerit sententia, & cui noxæ deditus fuerit seruus, præfertur ceteris: & aliis, qui postea vicerint, denegatur actio iudicati, liberaturq; dominus ab omnib. *Vlp. in l. si quis à multis conueniatur, 14. de noxa. act. P.* Verũ tamen si communẽ caussã habent, quib. damnũ datum est, noxæ deditio inter illos cõmunicabitur. *Paul. l. si in re cõmuni, 19. eo.* At si seruus domino noxiã commiserit, actio nulla nascitur: nec inter dominum & seruum vlla obligatio nasci potest. Et proinde si alienus seruus, qui tibi noxiã cõmiserit, cœperit esse in tua potestate, intercidit actio: quia in eũ casũ deducta sit, in quo cõsistere non potest. *§. si seruus domino, cum simili. ibi nota. eod. l. quia, 16. ad l. Aquil. l. 3. de his qui pro non scrip. hab.* ¶ Si † autem seruus, cuius nomine 11
conueniri poterat dominus, manumissus fuerit, desinit competere noxalis actio contra antiquum dominũ, quæ obliqua est, &

incipit

Digitized by Google

incipit competere directa contra manumissum, vt ex diuerso quoque directa actio, quæ competit contra liberum hominem damnum committentem, incipit esse noxalis, si is seruus fiat. §. *omnis autem, de noxa. actio.*

Si quadruples pauperiem fecisse dicatur.

Cap. 12.

Lib. 4. Insti. 9. Lib. 9. P. tit. 1.

1 *Quadrupes, animalia quæ contineat.*
2 *Pauperies quid.*
3 *Præda quid, & quomodo à manubiis differat.*
4 *Actionum de pastu pecoris, de pauperies. & Aquilia differentiæ.*
5 *Actio de pauperie quid contineat. Quando cesset & detur. A quo quo instituatur, & contra quem directa vtilisque quæ, ad quid dirigatur, eius extinctio & quamdiu durat, 6.7.8.9. 10.11.12. 13.14.19.*
15 *Pauperies idem Pontificio, diuino, & legibus Salic. & Wisigothorum, vt resarciatur, & nu. 16.17. & 18.*

1 INter† actiones noxales ponitur hæc: *Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. § 1 si quadr. paup. fec. dic. l. 1. in prin. & §. & cum etiam, eo. tit. P.* Quadrupedum nomine quidam maiora animalia, pecudum autem maiora significari notant. Quod Caius Iurisconsultus explicat. *in l. 2. ad leg. Aquil.* Accursius tamen quadrupedia eadem esse ac pecudes putat, *in d. l. 2. ad verb. vel pecudem.* Sed prior sententia ad proprietatem pertinet sermonis, secunda ad mentem legis: propter quam quæ de pecudibus damnum dantibus statuta sunt, eadem ratione & in quadrupedibus aliis, & bipedibus, & auibus, quæ damnum dant locum obtineant, vt explicat Vlpianus, *in l. quemadmodum, 39. §. hac actione, ad leg. Aquel. P.*

2 ¶ Pauperiem† vocant Iurisconsulti, damnum sine iniuriandi animo facientis datum. hoc est, ab animali datum, quod non potest dici iniuriam fecisse, quia sensu, id est, anima rationali caret. *§. 1. si quadr. pau. fe. dic. l. 1. §. 1. eo. P.* Vt pauperem liceat hic simpliciter intelligere, solum damnum, paupertatem, quæ pauperies dicitur ab Horatio, *1. epistol.*

Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens per saxa, per ignes.

Et alibi, *idem 3. Car. ode 24.*

Magnum pauperies opprobrium, iubet
Quidvis & facere & pati,
Virtutisque viam deserit arduæ.

Et apud Virgilium, *6. Æneid.*

——quam vellent æthere in alto,
Nec & pauperiem, & duros perferre labores.

3 ¶ Vocant† apud Iustinianum in legibus Georgicis, *in l. 1. Geor. tit. 6.* ἀπὸ πράδας ζωῶν, pauperies, Græce πρᾶδα. Sed non memini me legisse hoc nomen apud alium auctorem Græcum, sed tãtum πρᾶσιν. Distinguit tamen & idem à damno: nam ibidem, alium titulum subnectit, περὶ τῆς ζημίας, de damno, *d. l. tit. 7.* Vt mihi videatur Iustinianus prædam dixisse rem ipsam decerptam vel vastatam ab animalibus, cuius nomine de pauperie agitur. Vt & apud Aul. Gellium *lib. 13. c. 23.* legimus, differentiam inter prædam & manubias, his verbis: *Nam præda dicitur, corpora ipsa rerum quæ capta sunt: Manubiæ vero appellatæ sunt, pecunia à quæstore ex venditione præda redacta.* Duplex est actio de pauperie, directa, & vtilis, de damno dato ab animalibus & de pastu. Sicque Iulius ait. *lib. 1. recept. sentent. tit. 15. c. 1. Si quadrupes pauperiem fecerit, damnumve dederit, quidve depasta est, in dominum actio datur, &c.*

4 ¶ Et† Vlpian. distinguere videtur, *in l. qui seruandarum, 15. §. fi. de præs. verb.* inter actiones de pastu pecoris ex lege duodecim tabularum, de pauperie, & damni iniuria commissi. Verum de pastu pecoris etiam dicit, si suis pecoribus quis in fundo alieno glandem alienam depascatur per immissionem, *idem in leg. fi. ad leg. Aquil. C.* Accursius autem de pauperie similem facit, si sine immissione mea pecudes meæ aliena depascantur, *in d. l. qui seruandarum. §. si. ad verba. de pastu.*

5 ¶ De† quibus tractet hæc actio, his verbis tradit Iustinianus, *in §. 1. de noxa. actio. post Vlpia. in l. 1. eo. tit. P. Animalium nomine quæ ratione carent, si quidem lasciuia, aut feruore, aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege 12. tab. prodita est.* Et paulo post, *Hæc autem actio in his, quæ contra naturam mouentur, locum habet: vt puta si equus calcitrosus calce percusserit, aut bos cornu petere solitus petierit. Ceterum si genitalis sit feritas, cessat actio. Denique si versus fugerit à domino, & sic nocuit, non potest quondam dominus conueniri: quia desiit dominus esse, vbi fera euasit.*

6 ¶ Cessat† itaque de pauperie actio, si natura animal ferum nocuerit, nec ex eo capite arguitur qui possidebat, cum desierit possidere post fugam, qua fera se in pristinam vindicauit libertatem, vt nullius censeatur, *l. Pomponius, de acq. vel. amit. dom. 3. §. quad. pau. fec. dicit. Nerua, de acqui. poss. P. §. fera, de ver. diuis.* Ceterum aliunde damnandi sunt pro modo admissi extra ordinem, qui feras huiusmodi, quæ nocere possunt, circumferunt propter temeritatẽ & culpam: vt & in circulatores, qui serpentes circumferunt & proponunt, animaduertitur, si cui ob eorum metum damnum datum sit, *l. fin. de extraord. crimi. lib. 47. P. tit. 11.* & in edicto Ædilium Curulium cautum: *Ne quis canem, verrem, vel minorem aprum, lupum, vrsum, pantheram, leonem, & generaliter aliud ve quod noceret animal, siue soluta ea sint siue alligata, aut continere vinculis quominus damnum ferre non possint, qua vulgo iter fit, ita habuisse velit, vt cuiquam nocere, damnumve adferre possint: si aduersum ea factum erit, & liber homo ex ea re perierit, solidi ducenti præstabuntur. Si nocitum libero homini esse dicetur, quantum æquum bonumque esse iudici videbitur condemnabitur: ceterarum rerum quantum damnum datum factumve sit, dupli.* Vlpian. *in l. hi enim, 40. & l. qua vulgo, 42. Paul. in l. generaliter, 41. de ædil. edic. in P. §. ceterarum, si quad. pau. fec. dic. P. Iulius Paul. lib. 1. recept. sent. lib. 15. c. 2.*

7 ¶ De† cane & Solon cauerat, vt est apud Plutarchum in eius vita. Plato vero de eo, & iumento, & equo in hæc verba statuit, *lib. 11. de legib. Si iumentum aut equus, aut canis, aut domesticum animal proximi rem attriuerit, animalis dominus similiter damnum restituat.*

8 ¶ Prodita† hæc actio idcirco à lege 12. tabul. legitima dicetur, & aliæ aliis quoque legibus constitutæ: illa porro quæ ab ædilitio edicto nascitur ædilitia, qua securitas itineribus paratur ab harum ferarum damnis, & damna facta resarciuntur, *l. ædiles, de via publ. lib. 43. P. tit. 10. Summa cum vtilitate id prætorem edixisse nemo est qui negat: publice enim vtile est sine metu & periculo per itinera commeari, l. 1. §. summa, de ius qui deiece. vel effude. lib. 9. P. tit. 3.*

9 ¶ Instituitur† actio de pauperie ab eo qui damnum passus est, vel liberarum personarum læsarum nomine, *l. 3. si quad. paup. fec. dic. P.* contra dominum feræ vel animalis cum temperamento distinctionis, num fera se ipsa commouit nullo alio impellente: an vero si alterius impulsu, vel concitatione, vel culpa. Nam in primo casu si seipsum commoueat animal, lasciuia vel furore, datur actio de pauperie, si modo quadrupes damnum dederit, *d. l. 3.* vtilis vero, si aliud animal, quam quadrupes damnum dederit, *l. pe. eod.* puta bipes vel alatum. In alio casu, si alioude concitatum sit animal & nocuerit, ad aliam actionem transitum faciemus. Nam si culpa alicuius vel instigatione pauperiem fecit, agetur aduersus eundem actione vtili vel in factum ex lege Aquilia, *l. 1. §. quod si propter, eod. l. qui occidit, §. in hac, & l. qua actione, §. si quis plus iusto, ad leg. Aquil. P.* non, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Et si qui damnum passus est, ipse feram concitauerit, sibi imputare debet, nec vllam actionem habebit. *Iul. Paul. lib. 1. recept. sent. tit. 15. c. fin. l. hæc actio, 2. §. fi. si quad. pau. fec. dic.* Non secus, quam quando arietes vel boues qui se commiserunt ad pugnam, & vnus alium occidit, si aggressor fuerit occisus, dominus occisi non agit in dominum occidentis: quamuis si aggressus necatus fuisset, eius domino daretur actio. *l. 1. §. cum arietes, eod. P. l. scientiam, 46. §. cum stramenta, ad leg. Aquil. P. & in leg. Iusti. Geor. tit. 9.* Paulus addit, *d. l. 2. eod. tit.* hanc actionem non solum domino, sed etiam ei cuius interest, competere: veluti ei, cui res damno affecta commodata est: item fulloni, quia in eo, quod teneretur, damnum videtur pati.

10 ¶ Contra† dominum autem animalis datur directa, *l. fin. eod. tit.* & contra alium etiam in factum quando ex directa, nec 12. tabulatum, nec lege Aquilia agi potest: vt si equus dolore concitatus, vulnerauerit aut calce percusserit, in eum, qui equum percusserit, dirigitur in factum actio subsidiaria, *l. 1. §. ideo si equus, eod. tit.*

11 ¶ Cum† autem contra dominum animalis agitur si is suam confiteatur quadrupedem, iure ciuili scripto, vel damnum soluere debet, vel animal pro noxa dedere: si vero inficiatur, in solidum tenetur, *l. & eleganter, 7. §. si quadrupes, de dolo, l. 1. §. interdum.* Estque hic finis actionis, damni reparatio, per æstimationem litis vel damni, *l. 1. in princ. & §. cum arietes, in fin. & §. seq. si quad. paup. fec. dic. in P. §. 1. eod. apud Iustinia. Idem in l. 12. de damno animalium, lib. 8. C. Wisigot. titu. 4.* vel deditionem animalis viui nocentis, *d. l. 1. §. noxæ, eod.* eiusque nomine si commune plurium sit animal, aduersus singulos erit in solidum noxalis actio, sicuti est in homine, *d. l. 1. §. si commune plurium, eod. & l. heredes. §. si vnus, famil. ercisc. P.* Nam & in quadrupedibus eadem caussa videtur, ac hominis serui delinquentis: & in istis noxa quoque capitur sequitur, & aduersus dominum hæc actio datur, non cuius fuerit quadrupes cum noceret, sed cuius nũc est, *d. l. 1. §. & cum etiam, eo. tit. §. fin. de nox. actio.*

12 ¶ Et† ideo si ante litem contestatam mortuum fuerit animal, exstincta actio est, *d. l. 1. §. plane, l. pen. §. 1. de noxa. act. P.* nisi vel post moram domini, vel eius dolo & culpa interierit, *l. electio, §. si is quem, eod.* Hæc enim paria sunt & obligant, non secus quam si post litem contestam animal interierit, quo casu etiam tenetur perinde ac si viueret, *l. si plurium, §. fin. eod.* maxime si post litem contestatam alius animal occiderit, cuius nomine agere dominus in eum potest, vel mandare actiones, *d. l. 1. §. si post litem, si*

Digitized by Google

13 ¶ Hæ† porro noxales actiones perpetuæ sunt, tamdiuque locum habebunt, quamdiu serui vel animalis dedendi facultatem habemus. Nec tantum nobis, verum etiam successoribus nostris competunt: item aduersus successores, sed non quasi in successores, sed iure dominii. *l.1.§.fin.si quad.paup.fec.dic.l.pen.§. hæ actiones, de nox. act. P.*

14 ¶ Mouentur †autem & iudicantur, vbi delictum commissum seu noxia facta est, *l.si.eo.P.* iuxta regulas communes agendi de criminibus. *l.1.& 2.& auth.qua in prouincia, vbi de crim.agi oportet.* Et hæc ita iure ciuili statuta sunt.

15 ¶ Cæterum † iure Pontificio, si bos cornupeta damnum dederit ex præcedenti culpa domini, tenetur dominus ex integro damnum resarcire, *c.si bos, & c.fin. de iniuriis.* si nulla vero culpa præcesserit, liberatur dando animal. *d.c.fin.*

16 ¶ Iure † diuino, *Exod.21. Si bos cornu percusserit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedentur carnes eius: dominus quoque boui innocens erit. Quod si bos cornupeta fuerit ab heri & nudiustertius, & contestati sunt dominum eius, nec recluserit eum, occideritque virum aut mulierem, bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident. Quod si pretium fuerit ei impositum, dabit pro anima sua quicquid fuerit postulatus: filium quoque & filiam si cornu percusserit, simili sententiæ subiacebit. Si seruum ancillamve innauserit, triginta siclos argenti dabit domino, bos vero lapidibus opprimetur.* Et paulo post, *Si bos alienus alterius bouem vulneraverit, & ille mortuus fuerit, vendent bouem viuum & diuident pretium: cadauer autem mortuum sedispertient.*

17 ¶ In † lege vero Salica lex, *in leg. Salicis tit.29. de quadrup. quæ hominem ladunt, §.1. Si homo ex aliqua quadrup. de domestica occidatur pro media parte leudi, dominus componat, & pro alio animal det: nisi pecoris dominus vitium ante non intellexerit.*

18 ¶ In † legibus Wisigothorum & hæc, *l.2. de apib. & eor. damnis, lib.8. Cod. leg. Wisigot. tit. 6. Si quis apiaria in ciuitate aut in villa forsitan construxerit, & alij damnum intulerit, statim moneatur, vt eas in abditis locis transferre debeat, ne forte in eodem loco hominibus aut animalibus damnum inferant. Et qui hæc præcepta aut testationem neglexerint, & damnum suffocationis in quadrupedes intulerint, quod mortuum fuerit duplum restituant, quod vero debilitatum, ille obtineat, & simile damno reddat: & pro indicii contestatione, quam audire neglexit, quinque solidos coactus componat.* Et alia, *lex Ricardi, 16. de dam. animalium, eod. tit. 4. Qui bouem aut taurum, aut aliam quadrupedem nocentem aut vitiosam habuerit, antequam noceat, iubetur occidere: & si post denuntiatum vitium à vicinis non occiderit, & illud animal aliquem vulneret, vel occidat, tenetur damnum componere, vt de homicidio.*

¶ De canum † damnis inibi & duæ leges. Prior *l. 19. eod. tit. & lib.* in summa habet, vt si canis non irritatus à domino momorderit aliquem, nulla calumnia moueatur domino canis; si autem eum irritauerit vt morderet, eadem pœna teneatur, ac si vulnus ipse inflixisset. Altera in hæc verba scripta est, *d.l. 20. eo. Si cuiuslibet canis damnosus fuerit. & denastet verueces, & alia pecora forte euertere cœperit, & deprehensus fuerit: ipse dominus canis vbi ex hoc fuerit commonitus, eum illi tradat, cui constat primitus damnum fuisse illatum, vt eum occidat. Quod si eum occidere noluerit, vel illi tradere cui damnum primitus fecit quicquid postmodum canis amiserit, dominus canis duplum compositionem reddere non moretur.* Exceptio tamen alia lege fit, in huec modum, *l. 18. eod. tit. &c. Si quis vitiosum bouem, vel canem, vel aliud animal contra se irritatum concitauerit, quicquid passus fuerit culpa eius, qui hoc pertulerit, oportet adscribi.* Videtur pro pemodum similis species apud Paulum Iurisconsul. *in l. 2. § fin. si quand. paup. fec. dic.* 19

DE PLVRIBVS ALIIS PRIVATIS DELICTIS, LIB. XXXIX.

De quibusdam extraordinariis delictis. Cap. I.

1 *Delicta quædam cur variant in pœna.*
2 *Alienarum nuptiarum solicitatores puniti.*
3 *Religionis prætextu ad impietatem vtentes puniuntur.*
4 *Sacra mysteria in priuata domo agere vetitum, & ad coniurationem pertinens.*
5 *Collegia illicita prohibita, & quæ licita.*
6 *Scopelismus quale crimen, & pœna.*
7 *Circulatorum impostorum mercium, & reliquias sanctorum supponentium pœna. Et num. 8. 9*
10 *Inuentio pœnæ iocosa excogitata, sine remedio, pœnam habuit capitalem. Et 13.*
11 *Inuidia in præstantes. & 12.*
14 *Coronis vti publice, nisi viris præstantissimis quibus erat concessum, punitum.*
15 *Vinum prohibitum mulieribus bibere, item & iuuenibus vsque ad quod tempus, & vbi viris sine medici consilio, & sacerdotibus ministratum.*
16 *Ingratitudinis & voti accusatio & iudicium, & de Thuriorum more in legibus abrogando. Et 17. 18.*
19 *Scribenda non esse quæ sunt dubia notis, sed literis consequentibus.*
20 *Sacra consueta intermittere capitale habitum.*
21 *Picturam orbis habuisse, capitale fuit: & ob alia. nu. 22. & 23.*

8 VARIA ingenia † hominum sunt, varii & gentium ritus & mores. & quædam alicubi vitio dantur, quæ alibi virtutis esse putantur. Quo fit, vt de criminibus omnibus, potissimum priuatis, certa dari lex non possit, nec certa decerni pœna: nisi habita ratione temporum quibus viuitur, & locorum in quib. degimus. Quamobrem & hoc capite quædam, quæ inter crimina habita sunt, & quomodo vindicata olim recensebimus.

2 ¶ Solicitatores † alienarum nuptiarum, & interpellatores diximus supra in lenonibus puniri extra ordinem, etsi effectu libidinis non potiantur, *l.1. de extraord. crimi. lib.47. P. tit, 11.*

3 ¶ Sub † prætextu religionis, vel soluendi voti, illicitos cœtus facere, extra ordinem puniendum, *l.2. eod. tit. l. qui sub prætextu, 9. de sacros. eccles. C.* Qualis fuit eorum, qui fratricelli dicebantur de opinione, qui prætextu religionis secedebant in antris noctu cum viduis, virginibus, & aliis: vbi peractis quibusdã suo ritu sacrificiis & hymnis, exsufflatis luminibus, pietatem ducebant commiscere sine delectu, *Iacob. Bergomensis, lib.13. supplementi Chronico.* idque tempore Ioannis Pap. 22. Similiaque alia exempla narrat Guilelmus Bened. *in repet. c. Raynutius, ad verb. cuidam Petro, nu.44. par.2. tit. de testam.* Eoque magis hæc delicta vindicanda, quo quis facilius diuinis deferre paratus est, & facilius decipitur eorum prætextu. Solent plerique ad commenta ex religione præparata confugere, cum vis aut ratio humana non satis valet ad id, quod concupiscunt, efficiendum. Sic cũ machinaretur tyrannidem Lysander, conatus est corrumpere oracula Dodonæ, & Delphos, & Ammonis Iouis, vt pro nutu suo responderent, teste Æmilio Probo, *in Lysandro.* & Diod. Siculo, *in 14.* Punit autem lex relegatione eos, qui aliquid faciunt, quo leues hominum animi superstitione teneantur, *l. si quis aliquid, 30. de pœn. in P.*

4 ¶ Aspergebatur † infamia Alcibiades ciuis Athenien sis, quod in domo sua facere mysteria dicebatur, quod nefas erat more Athenien sium, idque non ad religionem, sed ad coniurationem pertinere existimabatur: hocque crimine ab inimicis cõpellebatur, Cor. *Nepos, siue Probus, in Alcib. & Plut. in Alcib.*

5 ¶ Conuenticula † prohibentur etiam in iure prætextu pietatis illicita, *l. conuenticulam, 15. de episc. & Cler. C.* prohibentur & illicita collegia, sodalitia potissimum militum in castris: ad stipem tamen cogendam semel in mense coire permissum, & religionis causa, dummodo fraus non fiat Senatusconsulto, *l.1. de colleg. illic. lib.47. P. tit.21. l.3. eod.* Estque pœna illicita illa collegia facientibus, quæ imponitur hominibus armatis templa vel loca publica occupantibus, *l.2. eod.* Et Octauius Augustus collegia, præter antiqua & legitima, dissoluit, cum plurimæ factiones titulo collegii noui, ad nullius non facinoris societatem coirent, vt ait Sueotnius Tranquillius, *in Octa. ca.32.* Legitima autem illa sola putantur, quæ habent auctoritatem principis, vel Senatus, *d.l.3.§. in summa, de colleg. illic. l.1. quod cuius. vniu. nomi. l. collegium, C. de hære. instit.* ¶ In † Arabia Scopelismos, crimen est capitale, quando scilicet plerique inimicorum solent in prædis inimici σκοπίλους, id est, lapides ponere, indicio futuros, quod si quis eum agrum coluisset, malo letho perituros esset, insidiis eorum qui σκοπίλους posuissent, *l. sacculatii, 7. de extraord. crim. P.* 6

¶ Circulatores † qui feras & serpentes circunferunt & proponunt, si cui ob eorum metum datum est damnum, pro modo admissi puniuntur, *Paul. l. fi. eo.* ¶ Impostores † solent etiam extra ordinem pro modo admissa puniri, qui fucos vendunt, vel hypocrisi & specie sanctitatis decipiunt, vel ad mala prouocant. Meminit Iulius Capitolinus, *in Gallieno*, de iudicio Galieni Cæsaris: cum enim quidam gemmas vitreas pro veris vendidisset vxori Galieni Iunioris, re prodita cum ille vindicari vellet, surripi quasi ad leonem venditorem iussit, deinde cauea caponem emisit, mirantibusque cunctis rem tam ridiculam, per curionem dici iussit, impostura fecit, impostura passus est. 7 8

7 Sunt

Digitized by Google

9 ¶ Sunt † impostores, qui etiam supponunt pro sacris lipsanis quædam profana: qui castigari debent iuxta concilium generale, *c.2.de reliq.& vener.sancto.* & decretum Alexandri tertij, *c.1. eod. titu.* Et nos de sacris lipsanis plurima diximus in prima parte Syntagmatis inter res sacras, quæ ad hanc quæstionem conferunt examinandam. ¶ In † India lex erat, *Strabo libr.* 15. vt si quis aliquid pernicioſum excogitaſſet, & remedium non inueniſſet, morte plecteretur: ſi autem adinueniſſet, præmio & honore à regibus afficeretur. Sic apud Græcos Perillus quidam æris artifex, qui modum torquendi homines in boue æneo inclusos inuenerat, iuſte à Phalaride prior pœnam experti iuſſus eſt, vt auctores Plinius, *lib.*34.*c.*8, Oroſius, *libr.*1.*c.*20. & alibi.

11 ¶ Et † Hanno Pœnorum clariſſimus damnatus, quod primus hominum leonem manu tractare auſus, & manſuefactum oſtendiſſe populo Carthaginenſi traditur: quoniam nihil non per ſuaſurus vir tanti ingenij videbatur, & male etedi libertas ei, cui etiam ceſſiſſet ipſa feritas tamque ſuperbum, ſæuum, & crudele animal, *Plin.li.*8.*c.*16. Forſan hoc ad inuidiam potius, quam ad iuſtam pœnam referri poterit, cum ingenium hominis eſſet admirandum, qui hoc primus tentauerit: ſed inuidia inimica præſtantioribus.

12 ¶ Sicuti † præſtantiſſimo artifici meminit acciſſe Dio Caſſius. *lib.*57. *hiſtor.* cum enim is architectus porticum maximam in alterum latus inclinatem releuaſſet miro artificio, & laqueis alligatam erexiſſet rectam, inuidit Tiberius Cæſar artificium viri, nec nomen in eius commentariis adſcribi permiſit, ſed pecunia donatum vrbe deiecit. Atque is rurſum ad principem accedens, ſupplexque factus, vitreum poculum conſulto abiecit, fractumque manibus rurſum refecit, ſperans ſe veniam ab eo impetraturum: verum necati ob id iuſſus eſt.

13 ¶ Iuſtius † autem animaduerſum eſt à populo in Porcherium Freuirenſem, à quo lapidibus obrutus eſt, quod *vectigalia noua* adinueniſſet, vt ait Nicol. Ægidius, *in Chilperico.* Sicut & Domitius Corbulo Senator, & poſtea Conſul, damnatus à Claudio Imperatore, quod inueniſſet rationem conficiendæ pecuniæ ſub Caio Cæſare, ſi vias exigeret ab iis omnibus, qui ſub Tiberio curandas locauiſſent: reſtitutæque iis, à quibus per mulctas exactæ erant. *Dion. Nicæus, lib.*59. *hiſtor.*

14 ¶ Pro crimine vindicatum bello Punico ſecundo in Liuio Fuluio argentario, cum interdiu à pergula ſua, cum corona roſacea in forum proſpexiſſe diceretur: ex auctoritate Senatus in carcerem adductus, non antequam bella finirentur emiſſus eſt, *Plin.lib.* 21. *ca.* 3. Et pub Munatius, cum demtam Marciæ coronam à floribus, capiti ſuo impoſuiſſet, à Triumuiris iuſſus eſt duci in vincula: id enim ſuperbius & luxurioſius viſum eſt tunc temporis coronis vti publice. quæ virtutis eximiæ cauſſa tantum ciuibus à republica concedebantur.

15 ¶ Abſurſum † etiam eſt & turpe, fœminam potandi ſtudioſam eſſe, & longe magis *multipotam*, vt ait Ælianus, *libr.*2. *varia hiſtor.c.*41. Fuit crimini datum olim mulieribus Romanis, vinum bibiſſe: veluti illo exiſtente, vel fomentum vel argumentum impudicitiæ, vt ſcribunt Plin. *lib.*14. *ca.*13. Dio. Halicar. *in* 2. Athenæus, *lib.*10. *ca.*13. Valerius Maximus, *lib* 2. *ca.*1. Aulus Gellius, *lib.*10. *ca.*23. & alij, *Ælian. lib.*2. *de var. hiſtor. ca.*38. *Polyb. in* 6. Scribit & Lactantius Firmianus, *lib.*1. *ca.*22. Pompilium Faunum, Pompiliam Faunam, virgis myrtheis ad mortem vſque cecidiſſe, quod contra morem decuſque regium clam vini ollam ebibiſſet, & ebria facta eſſet. Lex quoque Meſſaliotica fuit, vt mulieribus non liceat vinum guſtare, ſed omnium ætatum fœminæ non vinum, ſed aquam biberent. Affirmat Theophraſtus apud Mileſios hanc legem valere, & Iadas ei parere præter Mileſios, *Ælia. de var. hiſtor.*2. *c.*38. Et apud Maſſilienſes lex alia, mulieres aquam bibere iubet, *Athen. lib.*10. *c.*9. Sed & addunt apud Romanos, nec ſolum fœminas vinum non bibiſſe, ſed nec liberos iuuenes, qui trigeſimum annum non attigiſſent, *idem d. c.*9. *& Ælia. d. lib.*2. *& ca.* 38. Plato nunquam vſque ad quindecimum, nec niſi modice vſque ad 40. permiſit, *Plato*, 2. *de legib.* Apud Locros autem, qui magis vergunt ad Zephyrum, ſi quis merum ſine medici imperio, medicamenti gratia biberit, ex lege Zaleuci capite damnatur, *Athen. in d. cap.*9. *lib.* 10. *Ælian. libro ſecundo, var. hiſtor. c.*37. Lex ad Aaronem pro ſacerdotibus à Deo quoque dicta, *Leuit. c.* 10. *Vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibetis, tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini. Quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras, & vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & profanum, inter pollutum & mundum, doceatisque filios Iſrael omnia legitima mea quæ locutus ſum ad eos per manum Moyſi.*

16 ¶ Fuit & iudicium *Ingratitudinis* teſte Xenophonte, *libr.* 1. *Cypæd.* Item apud Græcos auctore Iulio Polluce, *lib.* 8. *Onomaſt.* Et Lucianus, *in abdicatu. Leges*, inquit, *ingratitudinis actionem concedunt in eos, qui bene meritis non tulerint gratiam.* Celebre & iudicium hac de re Philippi regis Macedonum, qui cum miles ſtrenuus & auariſſimus ei eſſet acceptus, iſque naufragio ſaluus in poſſeſſionem cuiuſdam Macedonis incogniti expulſus eſſet, & curatus optime, & reuerſus ad Philippum ob naufragium donari ſe cuiuſdam Macedonis agro poſtulaſſet & impetraſſet, poſtquam ille ſe Philippum eſſe dixiſſet, cumque de eo conqueſtus fuiſſet, hoſpes per literas ad Philippum, explicans & Hoſpitalitatem ſam præbitam, & ingratitudinem: Re plane cognita ſtatuit Philippus, Pauſaniæque mandauit, curaret, vt priori domino bona reſtituerentur. Ceterum improbiſſimo muliti, ingratiſſimo hoſpiti, auidiſſimo naufragio ſtigmata ſcriberentur huiuſmodi, *hic ingratus hoſpes eſt, Sene. lib.*4. *de Benefi. c.*37. Et legum & canonum pontificum eſſe pariter actionem ingrati conſtat, *c. octaua,* 12. *q.*2. Iure namque Romano ingratitudinis pœnas ignorandum non eſſe proditas: nam illo ob eam reuocantur donationes, ſi iniurias effundat in largitorem cui donatum eſt, vel manus impias ei inferat, vel ſi inſidietur, *l. fin. de reuo. donat. lib.*8. *ti.* 86. *auth. quod mater, l. hin ſolu, C. eod.* Reuocatur & ingratitudine filij emancipati in patriam poteſtatem, *l. vni. de ingra. lib.*8. *C. titu.* 50. *Chryſo. in Homil. in illud, c.*1. *Eſaiæ, ſi volueritis & audieritis me, &c.* liberti in ſeruitutem, *l.*2. *& fin. C. de libertis, & eor. liber. lib.*6. *C. tit.*7. *ca. epiſcopus qui manumiſſam, ca. liberti, & ca. ſeq.*12. *q.*2. Idque & iure Athenienſium, *Valer. Max. lib.*2. *c.*1. Priuantur & filij legitima bonorum parentum ſucceſſione & parentes filiorum ob ingratitudinem, *§. aliud quoque capitulum, & §. cauſſas, vt cum de appel. cogno. in au. §. ſuper his quoque, de nupt. in auth. coll.* 8. Cliens ingratitudine aduerſus patronum clientelarem commiſſa, priuatur beneficiario prædio, *c. de forma,* 22 *q.*5. *§.*1. *quibus mod. feu. amitta. lib.*1. *feu. titu.*17. *Melius, in §.*1. *in quib. cau. feu. amitta. lib.* 2. *feudo. tit.*23. *& §. porro, quæ fuit pri. cau. bene. amitt. tit.* 24. *d. lib.*2. Ingratos maxime puniendos eſſe. Liljus Gregorius Giraldus proprio libello, de ingratitudinis crimine vitando, docet, & alio aduerſus ingratos. Docuit & Pythagoras, ſymbolo ἀπεχεσθαι χελιδόνας μὴ ἔχειν, domeſticas hirundines ne habeto. Sicuti enim illæ garrulæ nobiſcum æſtatis tempore, vt fructibus noſtris potiantur, viuunt, autumno vero recedunt: ſic ingrati, dum noſtris egent, obſequioſos ſe oſtendunt, poſtea vero diffugiunt, cadis cum fæce ſiccatis. Ariſtoteles ſummam iniuriam dicit, ſi quis eum lædat, qui de ſe bene meritus eſt, *Ariſtot. lib.* 1. *Rhetor. ad Theo, c.*14. Et in ſumma omnis vir ingratus, pœna dignus eſt, veluti improbus. Nam vt Lucianus in ἀνδρὸς ὑπογράμματι, ait ἀχάριστον.

φαῦλος ἀνὴρ πίθος ἐστὶ τετρημένος εἰς ὃν ἅπαντας
εὐδαίμων εἰς χάριτας, εἰς κενὸν ἐξέχεας,

id eſt,

Improbus vir eſt dolium perforatum, in quod omnia
Infundens beneficia, in vanum infuderis.

Octauius Auguſtus Cornelium Gallum, quem ex infima fortuna ad præfecturam Ægypti prouexerat: ob ingratum & maleuolum animum, domo & prouinciis ſuis interdixit, *Sueton. in Auguſto, c.*66.

17 ¶ Aliud † crimen vindicatum fere nouum Athenis *Libitinarij*, qui cum neceſſaria funeribus venditaret, vt in hac arte grande lucrum faceret optaſſe dicebatur: ideo à Demade impij voti accuſatus eſt, & condemnatus, vt ait Seneca, *libr.* 6. *de benefic. ca.*38.

18 ¶ Pro † crimine capitali habitum apud Thurios, cauillationibus interpretum legum ſeueritatem & maieſtatem diſtrahere: & proinde cautum, non licere, niſi prius laqueo collo circundato, in concionem legis abrogandæ cauſſa prodire. Quo, ſi non de mutatione ſancirent comitia, vinctus ſuſpendebatur, *Diod. Sic. lib.*12. *Biblioth.*

19 ¶ Et † Iuſtinianus, *l.*1. *§. noſtram autem, de vete. iure enucl. C.* poſtquam digeſſiſſet in 50. libros Pandectarum iuriſprudentiæ ſelecta reſponſa, & in codicem alium Cæſarum leges, ſanciuit nullis Iuriſperitis in poſterum licere iuri illi commentarios verboſos applicare paratitla tantum permittens. Iuſſitque legum codices, non per ſignorum captiones, vel per compendioſa ænigmata leges conſcribi à librariis, ſed per literarum conſequentiam, *d. l.*1. *§. ne autem.* Impoſita & pœna librariis hoc non ſeruantibus criminalis, & ciuilis æſtimatio in duplum domino, *in proœ. P. §. illud autem.* Sicut Baſilius Imperator Orientis, animaduertens occaſionem maleficij prauis hominibus eo dari, quod numeri, quibus verbi gratia, ſemis, ſextans, vncia, & ſimilia deſignabantur per notas recepta antiquitus conſuetudine ſcriberentur, loco notarum literis vti iuſſit, quas etiam ruſtici legere poſſent: & de ſuo ſumtus in chartas, literas, atque ſcribas ipſe ſuppeditauit, *lib.*1. *iuris Orient. in conſtitut. Baſilij, titu. περὶ σημείων τῶν ἀριθμῶν. id eſt, de notis numerorum.*

20 ¶ Argiui † Lacedæmonios accuſarunt quod Apollini Pythio conſueta ſacra non peregiſſent, eiſque indixere bellum, *Diod. Sic. d. lib.* 12.

21 ¶ Pompuſianus † in inſulam relegatus, & occiſus à Domitiano, quod acceperat eum regnaturum, quodque orbem terræ pictum in pariete cubiculi haberet, quodque Ludium ſtudioſe luderet.

22 ¶ Maternumque † Sophiſtam idem Domitianus occidit: quod in Tyrannum exercendi ſui cauſſa declamaſſet, vt refert Xiphilinus ex Dione, *in Domitia.*

23 ¶ Tanta † ſuperſtitio olim Athenienſium, vt ſi quis ſcobem excuteret ex Heroo, eum morte mulctarent, *Ælia. lib.*5. *de var. hiſt. c.*17.

Digitized by Google

De Ludo.

Cap. 2.

1 *Ludus quid, & eius diuisio generalis, differentiaque à ioco.*
2 *Ludo & ioco quando vtendum.*
3 *Solicitudines interdum remittendas. 4. & 5.*
6 *Remittenda, non omittenda grauia opera.*

1 LVdus dicitur, quod serium † non est: sic enim opponuntur apud Horatium, *1. Saty. saty. 1.*

Sed tamen amoto quæramus seria ludo.

Proprie ludus in facto, vt iocus in verbis non seriis, vt notauit Lau. Valla, *lib. 4. Eleg. c. 16.* etsi vtrumque promiscue aliquando accipiat. Ludus bonus & noxius, vt factum & verba: alius ingenio constat, alius viribus, alius vtrisque, alius neutris, sed sorte seu alea, seu vt dicunt fortuna.

2 ¶ Ludus †bonus, cum eo relaxatur animus à rebus seriis defessus. *Ludo & ioco vti quidem licet*, inquit Cicero, *1. offic. vt somno & ceteris quietibus, ita si grauibus, ceterisque rebus satisfecerimus.* Et homines, *idem Philipp. 2.* quamuis in rebus turbidis, tamen si modo homines sunt, interdum animis relaxantur.

3 ¶ Plutarchus †symbolum illud Pythagoræ, *μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν, cor non edendum*, explicare tradit, curas esse abigendas, nec se ipsum afficiendum esse curis. Quod & Phocylides in carminibus aureis admonet,

μὴ δὲ μάτην ὀδύνῃσι τὸν καθίονα μυδιόωντα φίλον κῆρ.

Apud ignem sedentem, id est, viuentem, *non debere in vanum cor minuere.*

Crudele nimium & supplicij æterni imago, excruciari perpetuis solicitudinibus, potissimum vanissimarum harum rerum temporalium & prætereuntium caussa, gerere instar Promethei perpetuam Aquilam iecur & cor rodentem: aut Ixionis instar, rota continue sursum deorsumque versari.

4 ¶ Pessimum † & genus homicidij, sibi manus iniicere, quod is facere videtur, qui existimat se perpetuo animi & corporis motu affligere debere. Magnitudo operis opprimit vires, si remissio nulla est. Deficeret & vreretur terra, si continuis æstibus torreretur, & nisi nox diei succederet: cito ipsa terra sterilis, si alternis annis non quiesceret. Et cum omnia mortalia perpetuis decrementis intercidant, perpetuis quoque incrementis, vt subsistant & renouentur, egent, *l. proponebatur, de iudiciis, P.* In summa, vt ait Poeta,

Quod caret alterna requie, durabile non est.

5 ¶ Requies † porro, est cessatio ab opere quod graue fit. Si iocus & ludus honestus, à rebus seriis, quæ animum intendunt, requies est, & veluti induciæ à quibus nunquam graues & cordati viri, loco & tempore commodo, abhorruerunt. Scripsit & ipse Cicero ioculares libellos carmine, ex quibus Fab. Quintilianus hos duos versus in nono citat,

Fundam Varro vocat quem possit mittere funda:
Ni tamen exciderit, qua causa funda patet.

Fertur Socratem inter pueros arundine longa equitasse, Achillem post prælia, & citharam tractasse. Sunt & alia his exempla similia, quæ prætermitto, cum hic locus parerga & trita non postulet: neque dicendorum necessitas me hic figere pedem permittat.

6 ¶ Concludo † tamen, ita remittenda esse grauia opera, vt alacriores ad ea perficienda reddamur: non autem vt illis omissis, voluptatibus operam demus: non vt arguamur potius deposuisse, quam releuasse onus. Sic enim Olympiodorus in Platonis Phædone, symbolum illud Pythagoræ, *φορτίον συγκαθαιρῶν, μὴ συνεπιτιθείς*, id est, *onus simul tollito, non simul deponito*, explicat, *μὴ ἀποτιθείς, ἀλλὰ συνεπιτιθεὶς βάρη*, id est, *non deponenda, sed vna subeunda onera.*

10 *Ex lusu alearum quot crimina oriuntur.*
11 *Alearum prohibitio quot species ludorum contineat, & quare prohibita alea, & lusores vbi puniti. & nu. 12. 15.*
14 *Aleator publicus nec ordinari, nec beneficium assequi potest: & si habeat quando deponendus.*
Alea lucratum an possit repeti.
16 *Ludi in Gallia qui, & quando prohibiti.*

DIcam cum Agione † Plautino,

Non ego omnino lucrum omne esse vtile homini existimo. 1
Scio ego, multos iam lucrum luculentos homines reddidit:
Est etiam vbi profecto damnum præstet facere, quam lucrum.

¶ Impunitus † esse non debet, *l. in furti, 51. §. si. de furt. in P.* nec permissus ludus, ex quo crimina nascuntur: neque ludus 2
dicendus est, vnde illa oriuntur, *in procem. P. §. illud*, & vt cecinit Horatius, *1. Epistola. epist. pen.*

Displicet iste locus clamo, & diludia pasco,
Ludus enim genuit trepidum certamen, & iram:
Ita truces inimicitias, & funebre bellum.

¶ Inter † ludos pernicioſos annumeratur alea, ex qua Tragœdiæ excitantur fere semper, vt ex aliis noxis, qui à iucunditate incipientes, desinunt in luctus & cædes: & vt ait Iuuenalis, *saty. 1.* 3

Vberior quando vitiorum copia: quando
Maior auaritiæ patuit sinus? alea quando
Hos animos? nec enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabulæ, posita sed luditur arca.
Prælia quanta illic dispensatore videbis
Armigero? &c.

Et alibi, *idem Saty. 14.* damdosa dicitur,

Si damnosa senem iuuat alea, ludit & heres.

Vetitam legibus aleam, dixit idem Horatius, *lib. 1. Oda. od. 25.* Vlpianus, *in l. 1. de alea lusu & aleato. P.* ex prætoris edicto, in eum animaduerti scribit, qui cõpulit alea ludere, vt aut mulctetur, aut in latumias vel vincula publica ducatur. Paulus id explicat, *l. 2. eod. tit. Solent*, inquit, *quidam cogere ad lusum, vel ab instio, vel victi dum retinent.*

¶ Et proinde † denegatur actio, *l. 1. eod. titul.* pro subtracto in domo ludentium: nec si quis verberauerit eum, qui ad lu- 4
dendum habitationem præbuit, iniuriarum nomine tenetur.

¶ Iustiniani † exstat constitutio, *l. si. de relig. & sumt. funer. lib. 3. C. tit. fin.* qua docetur ex alearum lusu & lacrymas res amittentibus & blasphemias oriri grauissimas: & ideo statuit, nulli licere in publicis vel priuatis domibus, vel locis ludere, vel inspicere. 5

¶ Alea † olim militibus erat permissa, postea tamen vetita, *d. l. si.* & exitus rerum miser cautiores reddidit legislatores. De 6
antiquis moribus Germanorum loquens Cornelius Tacitus, *lib. de moribus Germanor. Inter seria*, inquit, *sobrii Germani aleam exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, vt cum omnia defecerunt, extremo ac nouissimo iactu, de libertate ac de corpore contendant.* A quibus Gallorum mos videtur ortus, qui sub quadam curialitatis imagine, volulptuose, inquit summus pontifex Innocentius 3. ludunt. & ad solutionem ecclesiasticæ disciplinæ peruenitur, *ca. inter dilectos, ca. 11. de excess. prælat. lib. 5. tit. 31.* ¶ Plato † recte 7
videtur annotasse, *in Phædro.* aleam & reliquas pernicioſas artes à Dæmone, quem nominat Theuth, inuentas esse, & ad Thamũ Ægyti regem delatas. ¶ Octauius Cæs. † adhuc iuuenis aleam, 8
inde tamen ignominiam contraxit, vt explicant versiculi de eo vulgati apud Suetonium, *in Octauio, c. 71.*

Postquam bis classe victus naues perdidit,
Aliquando vt vincat ludit assidue alea.

Emendauit vitium senex, quo tempore ludebat quidem talis & alea, sed tantum oblectamenti caussa inter cœnam *παιγνιῶδες*. Notatur & Caligula, quod nec ex vsu aleæ compendium spreuerit, *idem in Calig. c. 41.*

¶ Aristoteles, † *4. Ethico. ad Nicoma. cap. 1.* aleatores, fures, atque latrones illiberales dicit esse: quia turpi in lucro versantur, & omnia quæstus caussa sustinent probra. ¶ Hostiensis, † *in* 9
sum. tit. de excess. prælator. §. clericus, taxillorum seu alearum lusũ, 10
sexdecim vitia & crima producere notat sequentibus versibus, quos apud illum iuribus suffultos videbis.

Hæc cum taxillis ludendo crimina sumit,
Ecclesiæ spretus, vsuraque, siue rapina,
Scandala, vel nugæ, blasphemia seu faciendi
Furti doctrina, violentia, & crimina falsi.
Et mortis caussa, deceptio, perditioque
Temporis, & desiderium, corruptio, iunges
Istis prædictis adulatio, vitaque turpis.

Antonius autem Florentinus, *in 2. par. tit. 1. cap. 23. §. 6. colum. 1. & 2. sequen.* tot crimina ex ludo nasci arbitratur, & probat, quot sunt in taxillis puncta: & huic subscribit Petrus Rauennates, *in suo alphab. in verb. ludus.*

¶ Aleæ † nomen, generale est ad ludos omnes, qui pendẽt à 11
casu ancipiti, vt foliorum, tesserarum, talorum, astragalorum, tabularum, & similium, qui apud nos dicti, *ieux d'hazard.* Sic alea Iurisconsultis incertum, *Pompon. l. nec emtio, 8. de contra. emt. P.* Proinde lex quoque erat talaris, quæ prohibebat ludũ in cõui-

uiis

De Aleæ lusu vetito, & de Aleatoribus.

Cap. 3.

Lib. 11. P. titu. 5.

1 *Lucrum damnosum aliquando, interdum vile aliquibus.*
2 *Ludus non debet dici, vnde crimina nascuntur.*
3 *Aleæ lusus, malorum & iurgiorum origo, vetitus, cum pœna eorum, qui ludunt & cogunt ludere. & 5.*
4 *Ludendi caussam dominumve dans, non agit iniuriarum, si verberetur: nec furti, si aliquid ei eripiatur.*
6 *Alea militibus aliquando permissa postea vetita: ei addicti Germani, vt se ipsos luderent, à dæmone inuenta, & fuit opprobrio ludentibus. & nu. 7. 8.*
9 *Aleatores fures quare dicuntur.*

Digitized by Google

ulis, de qua Plautus meminit, *in mili. glorio.*

Atque adeo vt ne legs fraudem faciam talari,
Accuratote, vt sine talis domi agitent conuiuium.

Rationes aliquot luculentas prohibitionis aleæ Ioannes Sales berienſis adfert in ſuo Polycratico, de nugis curialium, *libr. 1. Polycratici, cap. 5.* In Conſtantinopolitana Synodo ſexta, quæ quintam explicat, vnde dicta πεντέκτη, id eſt, *quinisexta*, ſic ſcriptum, *in cap. 50. Nullum omnino ſiue clericum ſiue laicum, ab hoc deinceps tempore aleæ ludere: qui ſecus fecerit, excommunicetur.*

¶ Prohibet † Iuſtinianus, *conſtitu. Nouella. 123. §.* ἀπαγορεύομεν *N. &c. vnde authen. interdicimus, de epiſcop. & cleric. C. ſumta.* epiſcopis, presbyteris, diaconibus, lectoribus, & aliis eccleſiaſticis perſonis, παίζειν, ἢ τῶν τοιούτων παιζόντων κοινωνεῖς, ἢ θεωρεῖν γίνεσθαι, ἢ ὡς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν θεατρικὸν χόρον, ἀφορίζεσθαι, id eſt, *Ne ad tabulas ludant, aut tali ludo ludentibus ſe aſſocient, aut ſpectatores ſint, aut ad quodcunque ſpectaculum ſeu theatrum ſpectandi gratia veniant.* 11

Tablizin, eſt calculis in tabula ludere, vel cum teſſera vel ſine illa: etenim hoc in tabula fieri luſoria, alueolis diſtincta, conſtat ex Martiali, *lib. 14. Epig. 15.*

Hæc mihi biſſeno numerantur teſſera puncto,
Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit.

Prohibetur & iis, qui legitima peragunt in academiis ſtudia, ludere ludis illis ſeruilibus, & peſſimis, quorum effectus iniuria eſt, *§. illud, in proœm. P.*

¶ De † eo autem, quod taxillis amiſſum eſt, an & quando poſſit repeti, non tractabo: quia late ex profeſſo explicatur à quæſtione Tholoſana 192. & ibi Aufrerius, per Innocentium, in cap. quia plerique, de immunitate eccleſiarum: Guidonem Pap. quæſtio. 481. Alexandrum, conſil. 77. in fine, in 5. volum. Item per gloſ. in cap. clerici, c. 15. in ver. *aleas*, de vita & honeſt. cleric. Clari tamen & aperti iuris eſt, quod ſi ſeruus vel filiusfam. victus ludo fuerit, patri vel domino competit repetitio, *Paul. l. ſina. de aleæ luſu & ajeat. lib. 11. P. titu. 5.* Quia proculdubio ignorare quis non debet, ludendum non eſſe cum huiuſmodi perſonis, quæ nihil proprium habent, *l. placet, de acqui. poſſe. P. §. 1. per quas perſ. acq. acquir.* vel ſi habent, illis non eſt diſpenſatio libera conceſſa. Accedit & iuuentutis in corruptionem prona natura, & in captiones diſpoſitum fragile conſilium. Sed & aliis amittentibus luſu vertito, & eorum heredibus data eſt repetendi facultas vſque ad quinquaginta aureos: & illis non repetentibus, datur eadem fiſco auctoritas, *l. ſina. de aleæ luſu & ajeat. P.* Paulus quoque, *l. ſina. de relig. & ſumt. fun. C.* antea id reſpondiſſe videtur, dum actionem vtilem de aleæ luſu vult poſſe dirigi contra parentes & patronos pro repetitione eorum, quæ filij & ſeruiante manumiſſionem ludo hoc fuerint lucrati, ſaltem vſque ad peculij quantitatem, vel in quantum in eos peruenerit. Proxime citati tamen interpretes, etſi de reſtitutione facienda conſentiant, tamen cui ſit facienda diſtinguunt: num is qui perdidit, ad ludendum cor citauerit vel lucretur, vt ibi videbis. Addo aliam, vt opinor diſtinctionem veram, num aſſidui, & vt dicunt ordinarij aleatores ſint vtrique, & perdens & qui lucratur, vt tunc pecunia in pœnam debeat pauperibus diſtribui: niſi cum arte fraudeve qui lucratur verſatus fuerit in ludo, tunc enim vt rapina & furtum, domino amittenti debent amiſſa reſtitui, *ea. non ſane, 15. quæſtio. 5. ca. qui habetis, eodem.* 12

¶ Clericis † ius canonicum non ſolum non prohibet ludere, *c. clerici, c. 15. de vit. & hon. cler. lib. 3. Decret. tit. 1.* vel ludentes inſpicere, ſed etiam pœnam addit, ne promoueri ad alios ordines poſſint, *c. inter dilectos, de exceſſio. prælat.* nec beneficium publico aleatori conferri poſſit, *Panor. in d. ca. inter dilectos.* Quod ſi iam habeat, an deponendus ſit, quæſtionis eſt: iure namque ciuili clericus à miniſterio ſacroſancto ſubmouetur per triennium, in monaſterium detruditur pœnitentiæ agendæ cauſſa, *Nouel. 123. & auth. interdicimus, de epiſc. & cler. C.* Et in canonibus apoſtolorum, *ca. 41.* ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κύβοις σχολάζων, ἢ μέθαις, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω, id eſt, *epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui aleæ vel ebrietatibus indulget, vel deſiſtito, vel deponitor.* Qui canon inter decreta Gratiani tranſcriptus eſt, *ca. epiſcopus, 35. diſt.* Ex quo colligunt interpretes, *Panormita. in dicto cap. inter dilectos, Domit. & Præpoſit. ibidem, Sylueſter, in ſumma, in ver. ludus, Ioan. Bapti. Caccialup. tracta. de ludo quæſt. 12.* monitum aleatorem nec ſe corrigentem beneficiarium, poſſe ſacerdotio priuari. Ioannes Bernardus Diaz, *in tracta. crimi. cano. c. 64.* alia plura conſideranda ſuadet, nempe ſi ludus à clerico quotidie exerceatur, ſi is taxillorum, ſi omittat ideo officium cui deſeruire tenetur, ſi ludere volentibus menſam paratam habeat, ſi prouocat aut recipit, quæ ſit ſumma de qua luditur. 14

¶ Apud † Agarenos ſeu Mahumetiſtas, luſores pro pecunia quocunque genere ludi ignominia afficiuntur, & deinceps grauiori ſupplicio. *Io. Cuſpinianus, lib. de inſtitutis Turcarum.* 15

¶ Sunt † & placita curiarum ſupremarum Galliæ, quæ ludos aliquos vetant omnino, potiſſimum ſacris diebus & horis, quibus oportet diuinis intereſſe orationibus, vel concionibus: neve quis aleatoria, vel loca publica ad trunculorum ſeu metarum ludos exhibeat, pœna corporali indicta. Solent & politici iudices, hos luſores publicos, feſtis maxime diebus deprehenſos, ad torquem infamem damnare. 16

De Ludis permiſſis.

Cap. 4.

1 *Ludi qui & propter quid permiſſi, & de multis ludorum ſpeciebus, nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9*
8 *Ludus Schaccorum & tabularum vſque ad vnum ſolidum permiſſus, & quibus prohibitus.*
10 *Ludus habet maximam temporis iacturam.*
11 *Ludi foliorum qui innoxij, & ludi & luſoria mala.*

PErmittit † Paulus, *in l. fin. de aleæ luſu, P.* familiam ludere, quod in contiuio veſcendi cauſſa ponitur. 1

¶ Senatuſconſultum † etiam permiſit, *l. 2. §. 1. eod. tit.* in pecuniam ludere ſi quis certet haſta, pilo iaciendo, vel currendo, ſaliendo, luctando, vel pugnando, ſi virtutis cauſſa fiant: permiſit ea de re & lex Titia, Cornelia, & Publicia ſponſionem facere, *l. 3. eod. titu.* 2

¶ Iuſtinianus † quoque quinque ludos permiſit iuſtitui tantum, *Iuſtin. in l. fin. de religio. & ſumtib. funer. C.* & eos quoque non permiſit vltra vnum ſolidum ludere: primum permiſit κωμικὸν ἄλλον, quem alij forſan dixerunt κωμικομαχίαν, vt Hippocrates, *lib. 2. de dieta.* qui eam ponit inter exercitij genera. Ludus ſaccu li ſcortacei inflati ſeu foliis, de quo Martialis, *lib. 14. epig. 47.* 3

Ite procul iuuenes, mitis mi conuenit ætas,
Folle decet pueros ludere, folle ſenes.

¶ Isque † quatuor ſpecies pilæ facit, pilam paganicam, arctam, trigonalem, & follem: quod ex præcedenti epigrammate, & ſequentibus collige. 4

Pila paganica, lib. 14. Epigr. 45.

Hæc quæ difficile turget paganica pluma.
Folle minus laxa eſt, & minus arcta pila.

Pila trigonalis, epig. 46.

Si me nobilibus ſcis expulſare ſiniſtris,
Sum tua: ſi neſcis, ruſtice redde pilam.

Meminit Clemens Alexandrinus, *lib. 3 Pædagog. c. 10.* de quodam ludo pilæ qui vocatur henis. Et viris, inquit, alij quidem nudi luctentur: alij vero paruo quoque globo ludant, eo ludo, qui Phenis dicitur, maxime in ſole: vbi Scholiaſtes explicat, cum ludum fuiſſe, cum ex ludentibus pueris quis ſphæram tenens, deinde eam alij prius oſtendens: eam ad alium mittebat: ita dictus lupus à Phenecida, qui primus eum inuenit, vel à verbo φενακίζειν, quod ſignificat decipere: decipiebat enim, qui alij oſtendebat, alteri vero traderet.

¶ Secundus † ludus à Iuſtiniano permiſſus, *commadianlion*, id eſt, 5 curſus inciſus, quãdo reciproco curſu certatur vocãt noſtri *Barres.* διαυκτίδα, Iul. Polluci, *lib. 9. de ludis conuiualib.* forſan, vel legendum διαυλοδρόμιον, currendi certamen per ſtadium: vel κωμῳδίαυλον, hoc eſt, ludus curſorius.

¶ Tertius † ludus à Iuſtiniano probatus, βασιλίνδα dicitur, 6 quando ſcilicet ſorte deligitur ex pluribus qui imperet, alij autem qui obſequantur, ſi credamus Iulio Polluci, *idem eod.*

¶ Quartus, † *Catampon* quem dicere poſſumus, inquit Alciatus, *1. lib. præter. in ver. ludus aleæ*, ex Feſto Pompeio, genus luſus. 7 Quid id ſit tamen non explicant, ſicut nec qui in exemplaribus manualibus Rouilleis curauit Rayron ſubſtitui explicat. Forſan melius in conſtitutione Græca legendum κατ' ἀμφῶν, vt ſint certamina duorum concurrentium: vel, vt diuinat alius legendum *Catambon.* Sed vtrumque mihi incognitum ingenue profiteor. Quintum permiſſum ludum dicit, vt excuſſum eſt in exemplaribus Rouillij in 16. Ecperuſam legerem ego, poſtquam in ambiguis licet diuinare, ἐν παρεισπασμῷ: Vt ludum quendam ſignificari intelligamus, in quo imitatio eſt conuerſionum ordinum militarium. Sic enim apud Ælianum de re militari, παρεισπασμὸς eſt, ἡ ἐν δυοῖν ὁπλιτῶν τῷ τάγματος κίνησις. ὅταν τὸ μεταλαμβάνειν τὸν ὀπίσω τόπον. Quæ & apud Suidam leguntur, libro περὶ τάξεως παλαιᾶς. Sic παρεισπασμοὶ, cum milites mouentur duplici flexu, vt eorum ora in partem poſteriorem ſpectent. ἐμπαρεισπασμὸς autem eſt plenior conuerſio, triplici flexione cõſtans: moquentur quidem milites in haſtam, in læuam, in ſcutum. Hanc caſtrenſem militiam imitantur meo iudicio qui latrunculis, ſeu ſcacchis & calculis ſeu tabulis ludunt. Subſtituit Alciatus ἐπὶ τῆς λοχίας à decurſu latrunculorum, ſed illa diuinatio longe abeſt verbo corrupto. Proinde mihi placet interim, donec certius cognouero, mea coniectura, vt permittat Iuſtinianus per ἐμπαρεισπασμὸν ludum tabularum & ſcacchorum, vſque ad ludum vnius ſolidi, non vltra: quem tamen diximus clericis & eccleſiaſticis perſonis omnino interdici, *auth. interdicimus, de epiſco. & cler. cum ſimili.*

¶ Videtur † autem Accurſius in eam partem inclinare, vt prohiberi tabularum luſum eccleſiaſticis putet, non autem ſcacchorum, *glo. in d. authen. in ver. ad tabulas, & in §. interdicimus, in 2. de ſanctiſſ. epiſc. coll. 9. in auth.* quod hic ingenij dexteritate conſiſtat, inquit. Scribit nãque Polydorus Vergilius, *lib. 2. de inuento. rer. c. 13.* circiter annum orbis conditi terminum ſexcente-

Digitized by Google

simum trigesimumquintum, à quodam viro sapiente nomine Xerxe inuentum hunc ludum calculorum, in fritillo seu alueolo, cum non auderet aperte monere officij sui Tyrannum quendam metu sæuitiæ: eorum documento volens tacite eum monere maiestatem sine viribus, hominumve adminiculis, nec valere nec tutam fore, & regem nisi inuigilaret à suisque defenderetur, facile oppressum iri. Et hoc certe acies furunculorum vel latrunculorum demõstrat. Quod autem ait ab scandendo scacchos dici, non probo: nec constat etiam auctor, qui inuentionis meminerit. Marcusque Hieronymus Vida, *in libel. Scacchorum*, Italorum dicit inuentum.

Vos, inquit, scilicet, *Musæ, primæ studia hæc Italis monstrastis in oris,*
Scacchidis egregiæ, monumentum insigne sororis.

Etsi verius mihi videatur inuentum Hebræorum, quod nomen Shachi ostendit, & Mathi, quibus ludus perficitur: *Scach* dicunt, cum ita vallatur ludi rex, vt sede egredi cogatur. שח scach autem Hebræis est, vallauit, sepiuit Oseæ & alibi. Et מת, seu מות mat vel mot, mortuus est. Vnde finitur ludus per *Schach, & mat*, cum rex omnino obsessus est, & immobilis redditur vt mortuus. Non inficior tamen vsum ludi, & antiquum Romæ, nam de illo sic meminit Martialis, *lib. 14. Epigra. 20.*

Insidiosorum si ludis bella latronum
Geminus iste tibi, miles & hostis erit.

9 ¶ Narrat † Herodotus grassante annonæ difficultate tempore Atydis Manis regis filij per vniuersam Lydiam, Lydios remedia multa quæsisse huic malo, inuentumque tunc ab iis aleæ tesserarum, pilæ ludum, aliaque ludorum genera, præterquam talorum: horum enim inuentionem sibi non vindicant Lydi. Porro ad famem discutiendam, altera quidem, dierum, in totum lusibus occupabantur, ne videlicet ciborum quærendorum solicitudine distorquerentur: altera vero à lusibus abstinentes, pascebantur, *Herod. in 1.*

10 ¶ Dum † enim quis studio ludi detinetur, furtim labitur tempus & quodammodo fallitur. Laudarem ego tamen, si otium hoc potius tribueretur quibusdam honestis voluptatibus, vel diuinarum rerum meditationi, quam seruilibus istis, vanis, & pessimis. Quod certe omnes concedent, si quam breuis vita sit considerent, quamque artes longæ, & quãta nobis singulis pro modulo ingenij proposita sint explicanda negotia. Sunt qui modos fallendi & accelerandi tempus conquirunt, ego autem contra retinendi perquiro, memor illius epigrammatis Luciani, *in anthologia, εἰς δυσπραγίαν, in infelicitatem.*

τῶν μὲν τὸ πρῶτον πᾶς ὁ βίος ἐγχύδην·
τοῖς δ' ἤμασιν, μία νὺξ ἄπλετος ἐς χέρνος.
Rectè agentibus quidem, omnis vita breuis est:
Male autem, vna nox infinitum est tempus.

11 ¶ Inuenit † tamen ludi sunt foliorum, in quibus dum luditur, vestigia quoque quædam eruditionis apparet, vt in Tarotiis, & iis cum quibus excusæ sunt vna sententię sacręe paginæ & philosophorũ apud Wechelum Lutetię typographum. Ceterũ, & illis & similibus abutitur humana cupiditas, dum prodit in medium pecunia, & habendi desiderium. Proinde Virgilius monet ludentes, *in Epig. de ludo.*

Lusuri nummos, animos quoque ponere debent,
Pone malas quoties ludendo vinceris iras.
Ludite securi, quibus est as semper in arca.
Si quis habet nummos veniens, exhibit inanis.
Lusori cupido semper grauis exitus instat.
Sancta probis pax est: irasci desine victus:
Nullus vbique potest felici ludere dextra.

Proinde & ludus quoque noxius, recte in culpa est, vt ait Paulus, *in l. nam ludus, 10. ad leg. Aquil. P.* Ouidius autem sic exprimit, *lib. 1. de Arte.*

Sic ne perdiderit, non cessat perdere lusor:
Et reuocat cupidas alea sæpe manus.

Et rursum, *idem 3. de Arte.*

Tunc summus incauti, studioque aperimur ab ipso,
Nudaque per lusus pectora nostra patent.
Ira subit deforme malum lucrique cupido,
Iurgiaque & rixæ, solicitusque dolor.
Crimina dicuntur: resonat clamoribus æther:
Inuocat iratos & sibi quisque Deos.
Nulla fides tabulis, quæ non per vota petuntur:
Et lacrymis vidi sæpe madere genas.

Atque vt Iuuenal.

——Nec enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabulæ, posita sed luditur arca.

De Spectaculis.

Cap. 5.

1 *Spectacula vitio datur frequentare & facere, infamesque in scenam prodeuntes, exceptis quibusdam. Et 3.*
2 *Seneca quid.*
3 *Certamina sacra quæ honorem habeant. Et de quibusdam aliis certaminibus, & ludis. num. 5. 7. 8.*
4 *Ludorum theatralium diuisio. Et 17.*
6 *Spectaculorum fines, virtus, & voluptas, quæstus.*
9 *Certamina sacra Græciæ, & vbi fierent, & præmia. nu. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16.*
Vbi de Olympicis, Isthmiis, Pythiis, & Nemiis certaminibus.
18 *Gladiatorum spectacula crudelia quis instituit. Et 29. 31. 32. 33.*
19 *Spectaculis probandis vel improbandis quæ inspicienda res. Et n. 20. 21. 24*
Histrionum & minorum pœnæ. eod. Et 22. 23. 25. 26. 27. 28.
30 *Venatorius ludus quis, & de bestiarum pugna cum hominibus.*
34 *Torneamenta prohibita & duella, & in iis decedentes non sepeliendi sacra sepultura.*

VItio † & crimini adscribit Iustinianus, *in auth. interdicimus, de episc. & cler. §. interdicimus, in 2. de sanctiss. episcop.* interesse spectaculorum ludis. Et Vlpianus, in spectaculis nimiã esse corruptionem, vel deteriorem viuendi modum habere, tradit, *Vlp. in l. 1. §. fin. de ser. corrup. lib. 11. P. tit. 3.* Et idem Iustinianus, mulieres scenicas, quæ in spectaculis illis se exhibent publicis inhonestã conuersatione & malam conditionem elegisse ait, infamesque, *l. imperialis, 23. §. 1. 2. 3. de nup. lib. 5. C. tit. 4.* Sicuti & Iulianus Iurisconsultus, *in l. de iis qui not. infa. lib. 3. P. tit. 2. Vlp. l. 4. eo. & l. 2. §. fi. eo.* eos dicit infamia etiam notari, qui artis ludicræ pronuntiandive caussa, in scenã prodierint. ¶ Scena † autem est, vt Labeo definit, *l. 2. §. ait prætor, de iis qui not. infa.* quæ ludorum faciẽdorum caussa, quolibet loco vbi quis cõsistat moueatur que, spectaculum sui præbiturus, posita sit in publico priuatove loco, vel in vico: quo tamen loco passim homines spectandi caussa admittuntur. Quod Æmilius Probus dixit, *in proœm. vitar. imperat. Magnis*, inquit, *in laudibus tota fuit Græcia, victorem Olympiæ citari: in scenam vero prodire & populo esse spectaculo, nemini in ea fuit gentibus turpitudini. Quæ omnia apud nos*, scilicet Romanos, *infamia partim humile, ac honestate remota ponuntur.* 1 2

¶ Verum † hæc non sunt absolute intelligenda, sed cum tẽperamento: nam quædam sunt certamina publica, quæ nõ quæstus caussa, sed virtutis exercentur, quorum athletæ non sunt infames. *Neque enim*, inquit Vlp. *in l. athletas, 4. de iis qui not. inf. Explicat hanc Alex. lib. 3. Genial. dier. c. 9. Thymelici, neque Xystici, neque agitatores, neque qui aquam equis spargunt, ceteraque ministeria eorum, qui certaminibus sacris ignominiosi habentur, nec designatores, quos Græci Brauecias appellant.* Et Plato, *in 8. de insto. Nisi forte quis*, inquit, *excellenti sit ingenio præditus, nunquam vir præclarus euadet, nisi à prima pueritia in lusus honestis versetur.* ¶ Budæus † *in annota. prio. ad Pand. in l. athletas.* ludos theatrales in Scenicos, & Gymnicos diuidit: Scenicos, Agones & Dionysiacos dici, & musicos, in hisque esse hypocritas fabularum aliarum personarum actores tragœdos, comœdos, mimos, pantomimos, archimimos, ethologos etopœos. Erant cum his & Thymelici, id est, citharœdi, psaltæ, lyristæ, tibicines, saltatores, Charonomi, seu gesticulatores. 3 4

¶ In † gymnicis ludis sunt artifices Athletæ, παλαισταὶ luctatores, δρομεῖς, cursores, πυκτεῖς pugiles, δισκοβόλοι discum in sublime iaculantes, ἅλμοι saltus pernicitate contendentes. Et isti ludi palæstram probatam habent inter ingenuos Græcos apud Platonem passim, Ciceronem, *1. de Orato. & in Bruto.* & alios, ibi, *Exercebantur iuuenes cursu, lucta, hasta, disco, pugilatu, saltu.* ¶ Sed † latius hæc perpendamus, vt prohibita spectacula nota sint. Spectacula exhibentur vel proponuntur publice vel virtutis formãdæ, vel ostentãdæ seu cõprobãdæ caussa, vel voluptatis, vel quæstus gratia. Formabãt virtutem & robur palæstræ ludi, vt diximus, & robur modumque pugnandi, & exercitium parabant. 5 6

¶ Erant † & spectacula, in quibus formabantur ingenia ad virtutem literatum Academiæ, quæ ideo Gymnesia dicta sunt. Erant & ibi certamina illa palæstræ, in quibus vincenti præmiũ proponebatur oleum ex oliua, vt ait Lucianus libro de Gymnasiis. Edidit Cæsar Caligula Lugduni ludos miscellos, & certamẽ Græcæ Latinæque facundiæ, quo certamine ferunt victos victoribus præmia contulisse, eorundem & laudem componere coactos. Eos autem, qui maxime displicuissent, scripta sua, spõgia, linguave delere iussos, nisi ferulis obiurgari, aut flumine proximo mergi voluissent, vt ait Sueton. *in Calig. c. 20.* Vnde Iuuenalis, magnum timorem expressurus, meminit eius, *Saty. 1.* 7

Palleat, vt nudis pressit qui calcibus anguem,
Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.

Et Tholosæ ex more mensis Maii principio, certamẽ poetarũ inductum à quadam Isaura optima matrona, vbi præstentiores accipiũt præmiũ flores, aureũ, argenteũ & hyacinthinum. Domitianus etiam Mineruæ deuotus, quinquatria magnifice celebrauit, in quibus certamina poetarum, oratorũ, gladiatorũque, singulis annis in Albano exhibebat. teste Xiphilino ex Dione, *in Domitia.*

¶ Artemisia † quoque, cum manibus sacris Mausoli litaret, agona, id est, certamen laudibus eius dicundis fecit, ponique præmia 8

Digitized by Google

præmia pecuniæ aliarumque rerum bona amplissima: ideo & ad has laudes decertandas feruntur venisse viri nobiles ingenio, atque lingua præstabili, Theopompum qui vicit Theodectem & Naucritem, vt auctor Gellius, *lib.* 10. *c.*19. Lex horum certaminum apud Platonem hæc, 12. *de legib. Si quis aliquem secum musica, vel gymnica, vel alia quauis facultate certaturum, in certamen descendere vi prohibuerit, quisquis velit, munerum declaratoribus id significet, qui procurent, vt quilibet certare leber certare possit: id si facere non potuerint, munera prohibito dentur, si prohibitor vincet, & ipsius tanquam victoris nomen in quibuscunque volet templis scribatur. Prohibenti vero nec nomen inscribere, nec victoriæ offerre insignia liceat: ac seu vincat certando seu vincatur, illati damni crimine reus sit.*

¶ Spectacula, † quæ ostendendæ virtutis caussa erant, honorem præmium habebant, & exiguum aliquod honoris symbolum. Apud Græcos potissimùm ex palæstricis ludis celebrati quatuor in locis olim exhibiti, summa laude consequente eũ, qui in iis vicisset, modico vel nullo commodo numario: nã coronam tantum folliatam acciebant, vnde dicti Stephanitæ, & Phyllines, coronati & folliati, vt auctor Iulius Pollux, *lib.* 3. *Onomast. c.*5. τὰς μὲν δὴ κρικώδεις ἱερὰς ἀγώνας, ἢν τὰ ἆθλα ἐν στεφάνῳ μόνῳ, στεφανίτας ἐκάλουν τῇ φυλλάδι· τὰς δ' ὁμοζυγίους, στεμματίτας ἀργυρίτας, id est, *Eorum certaminum, quæ dicuntur sacra, quorum præmia in sola corona, Stephanitas vocant, scilicet victores, & folliatos: eos autem, qui ad id aduocantur, argyritas*, id est, pecuniosos.

9 ¶Certamina † illa, ad quæ confluebant populi vndique, sacra & præmia sic exprimit epigramma Græcum.

θεσπαρὲς ἱερὸν ἄγων ἐς ἐν ἑλλάδι πεντετηρὶς ἐφ',
ἣ δύο μὲν Στεφάνῳ, δὶς δύο δ' ἀθανάτοις.
ζωὶς, λαμπάδιον παλαίσματος, ἁρμονίδεσσιν
ἆθλα δ' ἔχει κάππους, μῆλα, σίλιγα, πίτυς.

id est,

Quatuor exhibuit sacratos Græcia ludos,
Cœlicolis duos terrigenisque duos.
Nempe Iouis, Phœbique, Palæmonique, Archemoroque
Præmia sunt olea, & mala, apium, strobilus.

Nomina horum Olympia, Isthmia, Pythia, Nemea. Quæ celebrauit Pindarus, explicauitque eius scholiastes, & Alexan. ab Alexandro Genialium dierum 5. cap. 9. Leonicenus lib. 1. capite 68.

10 ¶De † olympicis in honorem Iouis introductis, sic Strabo loquitur, *li.* 8. *Geogra. P. Est in agro Pyseno templum ab Elide stadiis minus trecentis absentiante illud vero lucus vestitus olea surgit, in quo stadium iacet, Alphæus autem alluit, ex Archadia labens, & Triphyliacum intrans mare, inter occasum & meridiem. Initio quidem ex Olympij Iouis oraculo ingentem sibi claritatem vindicauit, eoque deficiente, nihilominus tamen templi fama remansit: & quantum ipsi nouimus ad.ducta est & celebritatis gratia, & ludorum Olympicorũ caussa quos sacros & corona illustres, & inter alios omnes, è quibus maximos arbitrantur, &c.* Pisei primum auctoritatem condendi ludos hos sibi vsurparunt, quod illis exitio fuit. Eleis sibi eosdem per Phidonem Argiuum aduocatum vsurpantibus, vt narrat Pausanias, *li.* 6. *in Eliac. postremo scribit & plura in Atticis.* Scribit & de Stadio ab Hercule metato Olympico sexcentorum pedum Gellius, *li.* 1. *c.*1. post Plutarchum, *li. quanta sit int. hom. corpo. & ingenio. differen.* & Plinium, *li.* 2. *c.*23.

11 ¶Nicolaus † Gerbellius, *li.* 6. *de Pelopo. in vrbib. & in Elide.* ex Sophiano, Herodoto, Pausania, & aliis tradit, hæc Olympica certamina per singulos quinque annos renouari solita, cũ maximo Græcorum cõcursu: agique solitos hos ludos semper plena Luna, ab 11. mensis vsque ad 16. diem, qua præmia & corona victoribus concedebantur. Tantaque fuit Olympiorum veneratio, vt postea per Olympiades lustrales cœperint anni numerari, ab anno à Troia capta à Græcis 406. *Eusebius in Chronic.* anno tertio regni Labdon regis Hebræorum, regnante apud Assyrios Tantane: apud Ægyptios, Thoo: expletis à mundi principio quatuor millibus decem & octo: à diluuio, 477. à natiuitate Nini regis Assyriorum, annis 835. à natiuitate Mosis, 305. vt auctor Eutropius, *li.* 1. *de gest. Romano.*

12 ¶ In † hoc certamine lex erat, vt nemo coronaretur, nisi inquencunque in medium prodeuntem, sine discrimine & electione congrederetur: non enim licebat eligere cum quo victurus certaret, teste Plutarcho, *li. de tranquillit. animi.*

13 ¶Tanta † autem laus istius victoriæ & coronæ oleagineæ, vt eam non dubitet Cicero æquare Romanis triumphis, *Cicero pro Flacco, & 2. Tuscul.*

14 ¶Isthmia † certamina, ab Isthmo, qui angusta portio terræ est inter Ægeum, & Ionium mare, non longe à Corinthio in Peloponneso ibi ludus hic primum in honorem Neptuni celebratus, à Iasone primum, cum ex Colchi periculis in patriam remearet: quia ibi Neptunus fanum habebat præclarissimũ, vt ait Pomponius Mela, *li.* 2. *in Macedonia.* quod erat luco pinearũ arborum circumclusum, vt notat Strabo, *in* 8. Fuit & in honorem celebratus Melicertus, quem Polemonem nominarunt, de quibus late Pausanias, *in Atticis.* Hyginius *in Mythologia.* Ouidius, 6. *Fasto.* Scholiastes Apollonij, *in* 3. *Apollo. Rhod. Argonaut.* Etsi Plutarchus referat Isthmorum ludorum inuentionem ad Theseum, eosque ad æmulationem Herculis, qui Olympicos instituerat, primum introduxisse tradat, *Plut. in Theseo.* Scriptum & ab aliis Sypolum Corinthiorum regem eos instituisse, cum ibi Melicertem puerum eo loco deuectum à Delphine inuenisset, & eum sepelisset. Quod & tradit Statius, *in prin. Thebaid.* & Pausanias, *in Atticis.* Quod & verum est. At quod de Theseo fertur, intelligi debet, Theseum ludos intermissos ob latronum pericula sublatis latronibus, redintegrasse. Num autem quinquennio renouarentur ludi isti, dubium est, id asserentibus Solino, *c.* 13. & Pompo. Mela, *vbi supra.* Pindaro autem, tertio quoque anno tantum, vocante & eo trietericam illius anni victimam, *Pind. ode 6. Nemeor. epo. 2. & ibi annotat Ioan. Leonicerus.* Illius certaminis præmium corona primum apij, deinceps ex pinu, propterea quod infrugifera maris instar arbor sit, vt aiũt scholia Pindari.

¶Certamina † Pythia introducta in memoriam Apollinis, qui 15
serpentem veneno maxime nocentem interemit, vt ait Ouidius, *1. Metamor.* Alij ab Euriloco Thessalo, Amphyctionum duce, debellatis Cyrrhæis instituta ferunt, in honorem Apollinis, *Ioa. Leonicer. in 1. ode. Pythio. Pinda.* Principio nouem annorum spatio agebantur Pythia, postea ad quinquennale tempus redacta. Esculea primum corona, deinde laurea, *Ouid. d. lib. 1. Metam.* pro præmio data.

¶Nemea † certamina originem habuerunt à certamine fune- 16
bri instituto per septem duces Argiuorum, in honorem Archemori filij sacerdotis Lycurgi, occisi à serpente. Hi enim pergentes in Lemnum Thracię, vt opem ferrent Polynici contra Thebanos, siti pressi petierunt ab Hypsiphyle Lemnia muliere, vt aquam in illa regione potui aptam ostenderet. Quib. obsequens vt ostenderet, Archemorum puerum cuius nutrix erat, in quodam loco reposuit, donec rediret, quem mora pendente serpẽs quidam suffocauit: quo reperto occiso, Proci in eius memoriã ludos instituerunt, *Strabo, in 8. Pausa. in Corinthiis.* in Nemea Sylua, consolantes Hypsiphylem, quorum præsides luctuosis vestibus induebantur. Hos postea tamen ludos, in meliorem statum Herculos renouauit, deuicto leone Nemeo, vt notat scholiastes in Pindarum. Renouabantur autem post tres annos singulos.

¶Erant † alij ludi Romæ theatrales Circenses, Equestres, Se- 17
culares, in quibus exhibebantur spectacula Comœdiarum, Tragœdiarum, agitatorum equorum, & aliarum rerum ad delectãdum populum, vt decursio equorum Troiæ, venatio Africana, *Suetonius in Cal. g. c.*18. ad voluptatem, & minorum, & satyrorum, & meretricum floralium nudationes, & alia id genus. Et ad voluptatem populi permissos fuisse ludos potissimum gymnicos, testantur adhuc leges, *l.* 1. *& 2. 3. de spect. li.* 11. *C. tit.* 40. *& l. vni. de expens. ludo. eo. li.* 11. *tit.* 41. Erant & Megalenses qui & Taurij Cõpitalicij, Iuuenales, Honorarij, *de quib. Alex. ab Alexan. li.* 6. *c.*19. Militares, *de quib. Valturius, li.* 12. *c.*12. *de re milit.* & alij, de quibus Valerius Maximus, *li.* 2. *tit.* 1. *in morem Ludor.*

¶Exhibebãtur † & gladiatoria munera, pugilum crudelia spe- 18
tacula, ex quibus primum armorum tractandorum meditationem à P. Rutilio consule C. Malli collega militibus traditã, scribit Maximus, *idem, li.* 2. *c.*1. *in P. Rutilio.* Is enim ex ludo C. Aurelij Scauri, doctioribus gladiatorum accersitis, vitandi atque inferendi ictus, subtiliorem rationem legibus ingenerauit, virtutemque arti, & rursus artem virtuti miscuit: vt illa huius impetu fortior, hæc illius scientia cautior fieret.

¶Horum † distinctione habita, quid de prohibitione spectaculorum traditum sit audiamus, & consideremus res ipsas propositas in spectaculis primum, dehinc personas, tertio modũ & tempus. In primis turpia, ludicra, mimica, histrionica, derisoria, satyrica, ioculatoria, magica, præstigia, indigna sunt quæ ab honestæ sanæ mentis fiant, vel fieri inspiciantur: qui enim illis assistunt, videntur socij & participes sceleris, auctoresque, quod cõprobent. Proinde pœna eadem, & nota digni: Histriones autem, qui artem illam exercent, vtpote impœnitentes, à sacrosancta corporis dominici communione pelluntur, *ca. pro dilectione. de consec. dist.* 2. Et filius qui se inter arenarios vel mimos sociauerit, & in hac arte seu professione persequauerit inuitis parentibus, qui eius professionis non sunt, potest exheredari, *§. caussas. vt cum de appellatio. cognosc. coll.* 8. *tit.*12. In Agathensi concilio, *c. presbyteri,* 34. *dist.* presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, & aliis clericis, quibus licentia ducendi vxores non est, interdicitur, ne aliarum nuptiarum conuiuiis interfint, ne his cœtibus miscentur, vbi amatoria cantantur, & turpia aut obscœni motus corporum, choreis & saltibus efferuntur: ne auditus & obtuitus sacris ministeriis deputati, turpium spectaculorum, atque verborum contagione polluantur. Et rursum in concilio Laodicensi, *c. non oportet, in 2. de consecra. dist.* 5. *Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus, qui aut in nuptiis aut scenis exhibentur interesse. sed antequam thymelici ingrediantur, surgere eos de conuiuio & abire debere.*

¶Nam † & illis ab omnibus spectaculis cauẽdum esse dicitur, 20
c. hu igitur, 23. dist. & sup. dictum est. Quod & reliquis Christianis obseruandum vult D. Bernardus, *sermo. de conuersio. ad cler. ca.* 12. *Ceterum,* inquit, *vana spectacula rogo quid corpori præstant, quidve animæ conferre videntur? aut certe nihil in homine, cui curiositas profit inuenire: frimola prorsus & inanis & nugatoria consolatio, & nescio*

Digitized by Google

quid darius illi imprecer, quam vt semper habeat quid requirat, qui in modo quietis pacem fugitans, curiosa inquietudine delectetur. Et Basilius Magnus, *sermo. de legendis, libr. gentil. Oportet, nec oculos spectaculis, nec vanis prestigiatorum ostentaculis tradere, nec per aures corrupticem animarum melodiam audire. Hoc enim musice genus, seruitutis & ignobilitatis fructus parere, preterea libidinum aculeos acuere solet.* Meminit Plinius Iunior, *lib. 4. epistol.* iudicij in hac re obseruandi. *Gymnicus*, inquit, *agon apud Viennenses ex cuiusdam testamento celebrabatur, hunc Trebonius Rufinus in damnatu tollendum abolendumve curauit: cumque negaretur ex auctoritate publica fecisse eumque restitui heredes postulassent, egit ipse causam suam apud Traianum Imperatorem, Caio Plinio* (loquente) *in consilium assumto, dicebat eas potissimum liberalitates priuatorum hominum esse omni reipublicæ valde iuspectas, quæ ciuitati nullum ornatum, nullam vtilitatem, plebi solam duntaxat voluptatem ac delectationem adferant. Atque tandem, ne otio torpescerent Viennenses, placuit agona tolli.* D. Chrysostomus abducit ab spectaculis, & ea exprobrat, tomo 1. Homilia de Dauide & Saule, quæ incipit, *Equidem arbitror multos, &c. & in proœmio ad commen. sup. Esai. & tomo 2. Homil. 38. in Matth. ex c. 11. Matth.* Multa quoque in ea adfert Clemens Alexandrinus, *lib. 3. pædagog. c. 11.* cuius & hæc verba. *Prohibeantur spectacula & acroamata, quæ nequitia, verbisque obscœnis temere profusis vana sunt. Quod enim turpe factum non ostenditur in theatris? Quod aut impudens verbum non proferunt qui risum mouent scurræ, & histriones? Qui autem ex vitio, quod in se est, delectationem aliquam acceperunt, euidentes domi imagines imprimunt. Contra autem, qui his demulceri & affici nequeunt, in ignauis voluptatibus minime prolabentur. Si dixerint autem pro ludo recipi spectacula ad recreandos animos, dicemus non sapere ciuitates, quibus ludus pro re seria habetur: neque enim ludi sunt inanis gloriæ cupiditates, quæ ad afficiendum morte adeo sunt immisericordes. Sed neque varia studia & inconsiderata ambitiones, & preterea suarum facultatum impensæ, neque vero quæ his de causis excitantur seditiones amplius ludi sunt: vano enim studio nunquam emendum est otium. Neque qui sapit id quod est iucundum, ei quod est melius prætulerit. Neque te excuses, quod non omnes philosophemur: cur omnes itaque Christiani, cur credidisti? &c.* Tertullianus, *lib. de choro. mili. Itaque*, inquit, *circa voluptates spectaculorum infamata conditio nature est, ab iis qui natura quidem omnia sentiunt, ex quibus spectacula instruantur, scientia autem deficiunt. Illud quoque intellige, omnia à diabolo esse mutuata.* Et Plinius, *lib. 7. ca. 25.* Christiane & vere sensit dum ait, *Spectacula edita effusasque opes, aut operum magnificentiam enumerare luxuria fauentis est.* Neque esse Christiani, interesse spectaculis, D. etiam Hieronymus docet, *in vita Hilar. tom. 1.* de Hilarione loquens, *Credens*, inquit, *in dominum Iesum, non circi furoribus, non arenæ sanguine, non theatri luxuria delectabatur, sed tota illi voluntas erat in congregationem ecclesiæ.*

21 ¶ Neque † quidem apud Lacedæmonas spectacula antiquitus permissa comœdiarum, vel tragœdiarum, nec mulieribus permissum eo pergere, dum fuerunt permissa, vt auctor Plutarchus, *in apophth.* quamuis postea degenerante in luxuriam natura permissum fuerit, nec esset Lacedæmone tam nobilis vidua, quæ non ad scenam iret mercede conducta. Quod abominabantur Romani, vt vtriusque testis Æmilius Probus, *in proœ. vitæ. impera.*

22 ¶ Tanta † fuit etiam disciplina Massilienſium, vt nullum aditum iuuentuti in scenam vel theatrum darent: quod essent morum corruptela, ne per obscœnos motus iuuenes impudicitia lasciuirent, *Alexan. ab Alex. li. 5. c. 16.* Docet & spectacula esse nocentia moribus abunde Cælius Rhodiginus, *li. 8. c. 7.*

23 ¶ Tiberius † Cæsar histriones Roma exturbauit, atque ea interdixit, quia & mulieres ignominia afficerentur & turbas darent, *Dio. Cass. li. 57. histor.* quos tamen in vrbem post mortem eius reuocauit Caius Caligula, *idem li. 59.*

24 ¶ Inter † iustas causas, ob quas vir vxorem repudiauerat illa est, si Circensibus vel theatralibus ludis vel arenarum spectaculis, in illis locis, in quibus hæc assolent celebrari marito prohibente fuisset, *Theod. & Valent. in l. consensu, 8. §. vir quoque, de repud. li. 5. C. tit. 17.* Sic P. Sempronius Sophus coniugem repudij nota affecit, nihil aliud, quam se ignorante ludos ausam spectare, *Valer. Max. li. 6. ca. 3.* Sicut & Octauius Augustus tandem muliebrem sexum omnem ab spectaculis athletarum submouit, *Sueton. in Octauio, c. 44.*

25 ¶ D. Augustinus † super Ioannem par. 2. donare histrionibus immane dicit peccatum, quod ea datione laudetur peccator in desideriis suis, *ca. donare, 86. dist.*

26 ¶ In synodo Constantinopolitana sexta in Trullo, *ca. 51.* sic etiam statutum, *Prohibet omnino hæc sancta synodus vniuersalis eos, hui dicuntur, mimos & eorum spectacula. Deinde venationum quoque spectationes. easque quæ fiunt in scena saltationes perfici. Qui secus fecerit, si sit clericus, deponatur: si laicus, segregetur.*

27 ¶ Sed † dicet aliquis, cur tanta hic in explicando iure ciuili conseris, quæ ad ecclesiasten potius pertinere videntur, quam ad Iurisconsultum? Certe huic respondeo, ad politicos magistratus hæc maxime pertinere, & vt ad corrigendos inueteratos corruptos mores moneantur, & agnoscant è republ. esse, spectacula ista ioculatorum tolli, qui quæstuaria arte exhauriunt ciuitatum pecunias sensim, & veluti à voluptate sopitis ciuibus extorquent, otia stabiliunt, infinita prope delicta inseminant: imo, quod valde defendum, cultum diuinum minuunt & tollunt. Etenim festiuis diebus sua ludicra venditant, quo tempore sacris negotiis danda est opera. Audiant D. Chrysostomum, *1. Hom. 15. in Genesim.* excandescentem in populum, quod tempore sacro ad spectacula, & cursus equorum, & tempore quadragesimalis ieiunij, iuissent. *Sed dices*, inquit, *quæ peccatum est, videre equos currentes? Si volueris omnia prudenter discere, quæ ibi fiunt inuenies: inuenies nihil absque sathanica operatione fieri. Non enim videntur soli equi currentes, sed & clamores, & blasphemiæ, & multi intempestiui sermonis audiuntur, mulieres prostitutæ in medium prodeũt & spectantur, molles & effeminati. Item aliud animæ damnum, cum inutilia, & ea quæ animæ nihil conducant, ibi conspiciuntur, & mulieres impudicæ, tempus dilapidamus, & quæ non oportet loqui, loquimur, &c.* Statutum & in concilio Carthaginensi 4. *ca. qui die, de consec. distin. 1. Qui die solemni. prætermisso ecclesiæ conuentu, ad spectacula ierit, excommunicetur.* Hæc & cura antiquitus Romanorum magistratuum, castigatio in histriones, vt ex Suetonio constat, *in Augusto, ca. 45.*

28 ¶ Marcellus, † *l. quædam delicta, 14. de pœn. P.* quoque ex responsis Menandri tradit, militem, qui artem ludicram fecisset, capite puniendum esse. Statuit & Bonifacius 8. *in c. vni, de vita & honest. cler. in Sex.* clericos mimos, quos vocant Galli ioculatores goliardos, & Tusci bufones, per annum ignominiosam illam artẽ exercentes, vel breuiori tempore moniti si non resipuerint, carere omni priuilegio clericali.

29 ¶ Multo † magis gladiatoria illa crudelitatis plena abominanda sunt spectacula, quæ antiquitus voluptati erant, ad efferãdos & veluti ad concitandos in necem animos, pugnantibus in arena nudis athletis, *Veget. li. 6. de re milit. c. 43.* Sicuti & P. Dolabella censuit spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrãdum, pecunia eorũ, qui quæsturam adipisceretur, auctore Cornel. Tacito, *li. 11. Annal.* Iulius quoque Capitolinus, *in Maximo & Balbo.* morem Romanorum fuisse tradit, vt munus gladiatorũ & venatus darent. Dicere autem multos hanc deuotionem contra hostes factam, vt ciuium sanguine litato, specie pugnarum, se Nemesis, id est, vis quædam fortunæ satiaret. Alios tamen iteris tradidisse, ituros ad bellum Romanos, debuisse primum pugnas videre & vulnera, & ferrum & nudas inter se cohortes, ne dimicantes in bello armatos hostes timerent, aut sanguinem perhorrescerent.

30 ¶ Cruentum † & illud spectaculum, quod ludum venatorium exhibebat, quo cum bestiis depugnabatur, *l. aut damnum, 8. quicunque, de pœn. P.* ad quem damnati serui pœnæ efficiebantur. & damnabantur etiam, & laniarentur à bestiis, ad bestias, *l. ad bestias, 31. eodem.* Hæc Constantinus Cæsar sustulit, *l. 1. de gladiat. li. 11. C. tit. 43.*

31 ¶ Otho † autem refert, *li. 4. Chronico. ca. 16. vide Alciat. lib. 2. Parerg. c. 45.* Archadio & Honorio imperantibus sedente Romæ Damaso summo pontifice, ab Oriente venisse Dirimachium quendam monachum, qui cum spectaculo gladiatorio vidisset populum Romanum operam dare, & huiusmodi lætitiæ genus, seu dirum inhumanumque abominaretur, Tribunicia quadam facundia pluribus verbis cum populo egisse, vt lanistas vrbe pelleret, & ab eorum spectatione abstinerent: verum nihil obtinuisse, & intempestiuam sapientiam illam populum non tulisse, sed lapidibus declamantem obruisse. Qua de causa Cæsares, in numerum diuorum relato Dirimachio, lege sanxerunt, ne gladiatores vsquam essent, & eorum cruenta spectacula penitus è republica tollerentur. Consentit historiæ narrationi Nicephorus Calistus, *lib. 13. c. 1. tomo 2. oper.* atque Theoderitus, *lib. 10. hist. Tripart. c. 2.* attamen non Dirimachium, sed Telemachũ esse dicunt monachum, & ab Honorio Romæ legem hanc conditã testantur. Scribunt quoque Nicephorus, *li. 7. ca. 46.* & Sozomenus, *li. 1. histor. Tripart. c. 9.* Constantinum Magnum deuicto Licinio, spectaculum singulari certamine decertantium gladiatorum Romæ frequentari solitum prohibuisse. Exprobrat Græcis & maxime detestatur Tatianus, *ora. contra Græcos.* Iustini martyris discipulus, quod pascerentur aspectu spectaculorum gladiatorum, quodque ita mente essent anthropophagi, emerent nutrirentve seruos, vt occiderentur in spectaculo, coronarẽtur homicidæ athletæ ab agonotheta & munerario.

32 ¶ Nam † lanistæ, *Beat. Rhena. in annotatio. in Tertullia. de corona milit.* familiam gladiatorum domi alebant, instruebantque. ex mancipiis redemptis constantem: inter quæ erant Rhetiarij, Secutores, Mirmillones, Hoppolomachi, Thraces, quorũ aliquot interdum paria producebantur in spectaculis.

33 ¶ Detestatur † hoc spectaculum Petrarcha, *li. 5. Epistol. epist. 7.* se vidisse Neapoli, neque fidendum ei ciuitati admonet, in qua hominem innoxium hoc gladiatorio certamine, ludus est: versuque Virgilij vtitur.

Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum.

Ad gladiatoria certamina & spectacula pertinẽt monomachiæ & concursus hastatorum, quem vocant *Iustes*, seu torneamẽta, ex quibus cædes vt plerumque tragœdiam perficiunt. Vnde merito & hæc certamina & spectacula sublata sunt, & improbata è

sum-

Digitized by Google

summis pontificibus,& in his vulneratis conceditur quidē pœnitentia,decedentibus autem in his,negatur sepultura,*ca.1.& 2. de torneamen.li.5.Decret.tit.13.c.monomachiam,2.q.4.* Et clericus in duello pugnans deponitur,*c.1.de cleri.pugnan..in duello, lib. 5.Decret. tit.14.* Sed de duello, quod non voluptatis caussa,sed vel purgationis seu iudicij caussa committebatur, dicemus Deo faciente in iudiciis.Theophilus Antiochenus Patriarcha lib.3.ad Autolycum contra calumniatores Christianæ religionis,& monomachias ait prohibitas spectare Christianis, & interesse spectaculis profanis,ne oculi inquinentur & oculi audiant profana, quæ ibi decantantur carmina : dum Thyestis tragica facinora commemorant.Et Terei liberos deuoratos recitant, & similia.

De alio crimine extraordinario, de Otio.

Cap. 6.

1 *Homo laboribus addictus.*
2 *Labor bonus non debet esse vacuus à mercede.*
3 *Homo pars vniuersi,& vt ipsum mouēri perpetuo oportet.*
4 *Otium vanum mors,& otij mala.& 5.8.9.10.11.*
6 *Tempus triplici modo male teritur,nihil agendo, inutilia, vel male agendo.*
7 *Tempus sistendum.*
10 *Otiosi vt reddant rationem vnde viuant,lex.& 12.*
13 *Mendicantium validorum non laborantium castigatio qua, & ad quos iudices pertineat, de his leges, & exceptiones pœnarum. 14. 15 16.17.*
18 *Otij iudicium apud quos,& pœna.& 19.20.21.& 22.*

1 REs † singulæ,integræ & vtiles conseruantur,& tunc demū excellunt,cum vsibus sibi destinatis inseruiunt:contra si à proprio vsu moderato quiescant,sordescunt & corrumpuntur. Homo mancipium laboris factus est, postquam addictus operi fuit ab initio,& audiuit ob illud primum ingens scelus,*In sudore vultus tui vescēris pane tuo,Genes.3.* Iob id aperte testatur,*5. ca. quis nos potest,13.q.4.homo,* inquit,*nascitur ad laborem,& auis ad volatum.* Et vita vera hæc hominis & felix,laborare. *Labores manuum tuarum,* ait Dauid,*Psal.127.quia manducabis,beatus es,& bene tibi erit:vxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ:filij tui sicut nouellæ olivarum,in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo,qui timet dominum.* Et in ecclesiastico,*c.2.hanc ratus sum partem meam,si vterer labore meo.* Et rursum, *eod.c.7.non odoris laboriosa opera.* Ecclesiastes etiam, *cap.5. hoc visum est mihi bonum, vt comedat quis & bibat,& fruatur lætitia,ex labore suo,quo laborauit ipse sub cœlo,numero dierum suorum, quos dedit illi Deus, & hæc est pars illius,&c.* Et,*bonorum laborum gloriosus est fructus. Sapien.3.* Quia sapientia reddit iustis mercedem laborum suorum, *ec.10.* Et licet laborem non sequatur semper effectus,tamen mercedē suam apud Deum labor habet, *ca. nisi cum pridem, §. porro, de renuntiat.*

2 ¶Et † merces felicitatis acquiritur per laborem virtutis,*ca.ieiunium,de consec.dist.5.*D.itaque Paulus,*2.ad Thessa.ca.3.* absolutè pronuntiauit,vt,*si quis noluerit operari,ne manducet.* Vt contra iustum est,vt ibi quis consequatur stipendium,vbi laboris impendit obsequium,*c.sacerdos,1.q.2.ca.caritatem,12.q.2.* non enim debet esse vacuus à mercede, *§. ne autem, de iudicib. in auth.* Labor inquam bonus,quem præcedere virtutem voluit Deus & præmium,vt per illum, quæ bona & rara sunt consequamur tantum:& carius quod consequimur eo sudore nobis sit.Sic Hesiodus,

τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθάνατοι,id est,
Ante virtutem Deus sudorem posuit immortalis.

Et vt Epicharmes apud Xenophontem,*de dict. & fact.Socrat.*

πόνου πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγαθὰ οἱ θεοί. id est,

Laboribus vendit nobis omnia bona Deus.Atque vere,*Euripid. in Hippol.actu.1.*

πᾶς δ' ἀνθρώπους βίος ἀνθρώπων,
πόνοι δ' οὐκ ἔστι πόνων ἀνάπαυσις,id est,
Omnis ærumnosa vita est hominum,
Et laborum non est requies.

τοὺς γὰρ πονοῦντας πολλὰ πολλ' ἐπαμύνει,*Euripi.in Supplici.actu.2.*
Etenim multi labores,multum beant.

Pindarus etiam,*in Pythiis ode 5. Epo.2.* cum axioma illud diuinum posuisset primum,

πόνων δ' οὔτις ἀμήχανος ἐσσί,
οὔτ' ἐσῳ, id est,
Laborum nemo exsors est,
Neque erit.

Adiicit postea, *idem ode 12.& fi.Antist.vlt.* aliam celebrem sententiam superioribus similem,

οὐ γὰρ ἄνευ θεοῦ ἐν ἀνθρώποισιν, ἀνὴρ ὑμέναιον ὑφαίνει.
id est,
Si quadam felicitas inter homines est,non sine labore videtur & apparet.

Adstipulatur Horatius,*sermo.1.*

Nihil sine magno
Vita labore dedit mortalibus.

Et apud Theocritum,

εἶπε ἀλωεῦσιν φωνεῖ τὸ μονυμβιανδὸ ἔπος,
ὡς πρωΐαν ἄχρις πολὺν ὕπνον μὴ κέλευε.
ἀρχέδικε δ' ἀμῶντας ἐγειρέμεν παρὰ φωνᾶ
ἠελίου εὔδοντος. ἰλαίνεται γὰρ τὸ καῦμα.
εὐανθὲς δὲ τὸ βατραχῶ παίδων φίλε. μὴ μεθύσκευ
τὸν τὰ πάντα ἐγχωρεῦντα. πάροιθε γὰρ ἄνεφ.
id est,
Qui triturantis frumentum,fugite somnum meridianum,
Ex culmo tunc palea quam maxime exeunt.
Messores incipere oportet, cum galerita excitatur,
Et desinere cum illa dormit,& sine sensu tolerare æstum.
O pueri,rana vita optanda est,qua non curat
Eum qui potum ministrat:abunde enim illi suppetit.

¶ *Vniuersum* † *hoc,* inquit Marsilius Ficinus,*li.12.epistol.Callimacho scriptæ epist.23.cuius quodammodo partes sumus, semper cum moueatur,& id quoque tradit Lussin.§.vt autem lex, de non alien. reb. eccle.* 3
certe nos ab actione motuque vacare neque possumus vnquam,neque debemus.Præsertim quando primus perpetuusque motus,vt placet Platonis,est ipsi animæ naturalis,& vita nihil aliud est,quam animæ motus & actus.Motus verus,ad bonum est laborare: contrarius vero malus & peram dare.

¶ Nec † mihi videtur homo dicendus, qui Epicuri de grege 4
porcus,bene curata cute viuit conditus voluptatibus, inersterræ,& inutile pondus, numerus & fruges consumere natus. Vt probe Seneca dixerit, *epist. 86. otium sine literis mors est, & viui hominis sepultura.* Abutuntur enim illi vita,brutis animalibusque peiores otiosi:nam animalia vsui nobis sunt ad quædam: isti autem noxij,tantum laborantium hominum victum comedentes fuci stupidi & frugum bonorumque corruptiones. Potiusque spiritum vt pecudes trahentes, quam viuentes, vt ait Crinitus, *li.2.de hon.disciplina.c.12. Natura humana,* inquit Theodoricus Gothorum rex,*Cassiod.li.1.variarum epist.40.sicut durus laboribus instruitur,sic per otia torpentia infatuatur.* Proinde crimini datur,ita otiari vt nullos labores quis probos suscipere velit, quantumuis diues fuerit:tum quod is natura ita degenerat, tum etiam quod naturam propriam abhorrendo,in superbiam incidat. Sic enim cecinit Dauid, *Psal.72.c.paratus,23.q.1.in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur : ideo tenuit eos superbia, & operti sunt iniquitate & impietate sua.* Contemnit enim quod dictū est, *Psal.103.exibit homo ad opus suum & ad operationem suam vsque ad vesperam.* Qua sententia monemur nunquam ab aliquo opere bono nos otiosos esse debere, ne si otium à bonis irrepserit, vacuam illam sedem mentis & corporis nostri, quam obseruat aduersarius hostis humanæ naturæ, vanis & impiis cogitationibus & pessimis laboribus repleat. Quia vt tradit D.Hieronymus,*ad Rusticum,& in c.nunquam,de consecrat.distin.1.otiositas multam adducit malitiam, Eccles.c.33.c.nisi cum pridem,§.verum,de renuntiat.* Et ecce,hæc iniquitas fuit Sodomæ, *Ezechiel.c.16.* superbia, siturtas, panis abundantia, & otium ipsius & filiarum eius. Ex † hoc otio seminarium omnium malorum. Prodeunt hinc fures: qui enim sua consumunt,dum desunt,aliena sequuntur. Ex otio autem & inertia paupertas & inopia. *Quæ sectatur otium, replebitur egestate,Proverb.28.vt is,qui exercet terram suam,saturabitur panibus,Proverb.12.* §

ἄργει,*Eurip.in Electra actu.1.* οὐδεὶς,θεοὺς ἔχων ἀνὴρ σέβει
δόκησιν ἂν ξυλλήψεται ἄνευ πόνου,
id est,
Nemo enim ignauus,& si Deum in ore habeat,
Victum acquiret sine labore.

Ea de caussa admonet fratrem Persam Hesiodus, *circa principium,2.oper.& dier.*

ἐργάζευ νύμφην νηπύτιον
ἔργα τά τ' ἀνθρώποισι θεοὶ διετεκμήραντο.
μήποτε σὺν παρὰ ἐοῦσι γυναικί τε δμῳῇσί τε
ζητήσῃς βίοτον καπὶ γίγνεται,οἱ δ' ἀμάασιν,&c.
id est,
Labora stolida Persa
Opera quæ hominibus Deus destinauit.
Ne quando cum liberis vxoreque, animo dolens
Quæsieris victum per vicinos, qui negligant,
scilicet dare.

Apud Aristophanem,*in Pluto.* paupertas optimis argumētis docet,se esse omnium bonorum caussam inter homines,nēpe quod eius metu,artes & mercaturam & reliqua, quibus diuitiæ parantur,homines sectentur,& in his laborent.

¶Secundo,† qui otio desidioso scatent,tempus labi irreuocabile patiuntur,qua iactura damnosior alia non est.In quo triplici- 6
ter maxime peccatur,cū scilicet nihil boni agitur, vel quādo in reb⁹ modicæ,vel nullius vtilitatis teritur,vel si male agatur.

Digitized by Google

7 *Crin. li. 15. de hon. discip. c. 3.* Tempora †inquit Seneca, *li. 1. epistol. epist. 1.* quædam surripiuntur nobis, quædam subducuntur, quædam effluunt, vtraque sistenda. Turpissima iactura quæ per negligentiam fit. Magna pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Erit tempus inæstimabile ei qui intelliget se quotidie mori, & tantum à vita subtrahi, quantum dierum adiicitur. Sera nimis vita est crastina, viue hodie. Quod prosequitur erudite Marsilius Ficinus ad Laurentiũ Medicem scribens, *lib. 1. Epistol. epist. 81.* Refert Ælianus, *lib. 2. var. hist. c. 5.* Lacedæmonios temporis parcitatem existimasse habendam esse, nec permisisse ciuibus in otio, vel in ludicris id consumere. Cuius testimonium illud, quod cum nuntiatum esset Ephoris Lacedæmoniorum, eos, qui Diceleam tenebant, de ambulationibus vti pomeridianis, cum mandato miserunt ad eos qui dicerent, *Ne deambuletis, vt genio indulgeatis potius, quam vt corpus exerceatis.*

8 Orosius, *li. 2. ca. 16.* otio †discordias nutriri scribit. Et vt Catullus ait, *ad Lesbiam.*

Otium reges prius, & beatas perdidit vrbes.

9 ¶ Lex † Ceorum de senibus admiranda, quæ ab ipsis senibus obseruabatur, vt coronati cicutam biberent, cum sibi ipsis conscij essent, se ad promouenda patriæ commoda inutiles amplius esse, animo iam ob ætatem delirante, *Ælian. lib. 3. de var. histor. ca. 36.*

10 ¶ Apud † Sardos quoque, *idem li. 4. ca. 1.* quibus & lex erat, quæ pœnas ignauiæ exigeret & socordię, & qui otiose viueret, eum rationem reddere oportebat, & vnde viueret ostendere. Lege alia cautum erat, vt filij parentes senio confectos fustibus cæderent & interemtos sepelirent: ab surdum arbitrantes esse, si delirus senex vlterius in viuis agat. Lex illa nimium seuera quidem, & impia in parentes: at quantum apud illos esset otiosi & inutilis hominis odium ostendit, vt neque etiam parentibus ob id parcendum esse voluerit.

11 ¶ Mira †obseruatio operis inter politica animalia, apes videlicet: cessantium inertiam notant, castigant mox, & puniunt morte, vt scribit Plinius, *li. 11. c. 10.*

12 ¶ Quamobrem † cum Lerna malorum sit otiositas, & scelerũ viperina origo: ij, quibus demandata est reipub. cura & politia, summopere otiosos castigare & emendare conari debent, vt intercipiant eo remedio ad scelera proximum gradum. Atque ideo inquirere debent sedulo quomodo, & vnde quis viuat, quam artem exerceat, & errones, quos vocamus vagabundos, eo quod vacent & odiosi sint, vel limitib. suis exsilio propellere, vel ad operandum cogere, & recusantes punire: vt olim vidi sæpe condemnari in Gallia, ad remos tractandos regiarum nauium.

13 ¶ Sunt † *Mendicantes validi* refugiẽtes laborem, aduersus quos iudicibus quibuscunque, quorum appellatio nullo alio iudice intermedio ad senatum deuoluitur, ius notionis concessum est singulari priuilegio, vsque ad sententiam definitiuam ex constitutionibus regiis, *Carol. 7. art. 37. Ludi. 12. in publ. an. 1499. art. 91. & 92.* Statuit curia suprema senatus Parisiensis, anno *1532. in tomo 3. constitut. regiar. ex Rebuffi rapso. hæc que omnia decreta, in §. si vero vitæ occasionem, cum seq. de quæst. in auth. colla. 6.* vt mendicantes omnes validi, qui artem non nossent, à magistratibus politicis ciuitatum caperentur, & operibus publicis addicerentur, puta ad fossas purgandas, viarum quisquilias egerendas, & similia opera. Prohibetque ne quis homines errones hos, otiosos, & mendicantes validos, celet domi: neve hi turmatim extra vrbes incedãt, neque vltra duos associari, alioquin licere eos prehendere, & proximo tribunali iudici sistere puniendos. Aliisve placitis cautum, *in d. 3 par. constit. regiarum*, vt si quando mendicãtes validi deprehensi sint, in eleemosynis publicis eo prætextu eleemosynam vere indigenum fraudare, si moniti non abstineant, fustigentur. Lex etiam erat antiqua Francorum, *Beat. Rhenan. li. 2. rer. Germanica. Mendici vagari per regiones non permittuntor: suos pauperes qualibet ciuitas alito, illis nisi manibus operentur, nullus quicquam dato.* Notat & illa lex mendicantium errantium & pessimorum consuetudinem, qui malunt mendicare quam operari, sicuti & Eurimachus exprimit apud Homerum, *Odyss. o seu 18. circa finem*, affatus Vlyssem, qui se mendicum simulabat: ad quem, postquam interrogasset, num vellet seruire, & promisisset se eum susceptũrum in agri extremitate cum aliqua mercede, adiecit,

ἀλλ' εἰπὲ ἴνα καὶ ἔργα κεν ἐμμεναι, ἠδὲ ἐοικὸς
ἔργον ἐποίχεσθαι, ἀλλὰ πόθος ἐστὶ κατὰ δῆμον
βόλεσθαι, ὅππῃ ἀν' ἰχνὶ βίοτον σὸν γαστέρ' ἀνάλτον,

id est,

Sed quoniam opera mala didicisti, non voles
Opus adire, sed trepidare in populo
Vtu, vt possis pascere tuum ventrem insatiabilem.

14 ¶ Dicitur † mendicus erro, vagus ab Homero, *idem, in princ. Odyss. 18.* & Græcis, ἀλάστης. Erronem porro Labeo definiuit pusillum fugitiuum esse, & ex diuerso fugitiuum magnum, erronẽ esse. Quod explicans Vlpianus ait, *in l. quis sit fugitiuus, 17. §. erronem, de ædil. edi. lib. 21. P. titu. 1.* erronem proprie esse, qui nõ quidem fugit, sed frequenter sine caussa vagatur: & temporibus in res nugatorias consumtis, serius domum redit. Proinde & erronem esse, animi vitium dicitur, *Vlpia. l. ob quæ, 4. §. idem Pomponius, eod.*

¶ Imperator † Valens, *l. 1. de mendican. valid. li. 11. C. tit. 25.* iubet mendicantium robur & integritatem corporum exquiri & explorari, & inertibus validis iubet pœnam imponi, vt si serui sint, dominis reddantur: si autem liberi sint, addicantur seruitio eius, qui impostura & inertiam illorum prodiderit. Et ex noua constitutione ad rectores ciuitatum, hoc munus reiectũ, inquirendi de personatum mendicantium qualitate, & quos inuenerint segnes agriculturæ vel aliis operibus aptos, ad ea remittendi, & in meliorem vitam mutandi, *§. si vero vitæ occasionẽ, cum seq. §§. de quæst. colla. 6. in authen.* Vtilius, iis esurientibus panis tollitur, si de cibo securi iustitiam negligant, quam esurientibus frangeret, *c. non omne, 5. q. 6.* & potius expediret, negatis alimentis hos delinquentes inertia fame perire, quam in delicto fouere, *l. bona fides, depos. in P. Nulla est*, inquit Columella, *li. 1. de re rust. c. 8. maior vel nequissimi hominis custodia, quam operis exactio, vt iusta reddantur.* 15

¶ Valens †ignauiæ sectatores, qui ad euitanda ciuilia munera in solitudines & monasteria secedebant, retrahi ad labores statuit, neque prætextu religionis ignauiam passus est, *l. quidam ignauiæ, 26. de decurio. li. 10. C. tit. 31.* Quod & aliis Cæsaribus placuit, *§. qui sub prætextu, de sacrosanct. eccles. C. l. si quis curialis, de episcop. & cleric.* 16

¶ Excipiuntur † religiosæ personæ, quæ mendicitatem religionis caussa professæ sunt ex voto, alioquin non inertes, sed vt liberius inseruiant, rebus secularibus expeditæ, Dei ministerio: qualium sunt sacræ mendicantium familiæ quatuor, Diuorum Augustini, Francisci, Dominici, & sodalitium Carmelitarum, quarum instituta eo meliora, quo mendicitatem illam voluntariam strictius obseruant: peiora, quo proprietatibus rerũ & bonis se ingurgitant: abominanda si negotiationibus & vsuris intendant, *c. vni, §. sane, de religio. domi. in Sex.* Sunt & cum iis approbandi eleemosynarum impendendarum in redemtionem captiuorum, vel hospitalium victui, quæstiones: dummodo castigentur abusus, iuxta iuris pontificij præscripta, *c. cum ex eo, de pœni. & remiss. apud Gregor. Clemen. 2. §. 1. eo. in Clement.* Excipiũtur quoque pauperes, qui aliqua accepta fortuita clade, lapsi sũt facultatibus, & mendicare palam erubescunt, iis namque subueniri æquum est, *Ioan. de Platea, ad l. vni, de mendic. valid. li. 11. C.* Etenim isti artes & dolos mendicantium validorum non exercent, neque inertia factove suo in id malum inciderunt. Otium itaque & inertiam hic potissimum plectenda annotamus. 17

¶ Erat † quoque apud Lacedæmonios otij iudicium, pœna autem secundum Draconem, infamia: secundum Solonem, tertio otij conuictus mulcta priuationis honorum, vt auctor Iulius Pollux, *li. 8. Onomastic.* Apud Sardonas, & pœnas ignauiæ quoque & socordiæ constitutas diximus, vt qui otiose viueret, eum rationem reddere oportebat, & vnde viueret ostendere, ex Ælian, *li. 4. de var. hist. ca. 1.* Plutarchus autem scribit, *in Solone*, Draconis legem esse, τὸν τῆς ἀργίας ἅλωτον θάνατον, id est, *otij conuictos interficito.* Ad infamiam autem Solonem reduxisse morte, par est credere. 18

¶ Refert † Aul. Gellius, *li. 4. c. 20.* apud Censores deliberatum esse de nota eius, qui ad Censorem aduocatus in iure stans clare nimis & sonore oscitauit, tanquam illud indicium vagi animi foret, & hallucinantis, fluxæ atque expertæ securitatis. 19

¶ Amasis †apud Ægyptios rex, legem condidit, vt singulis eorum annis, Ægyptiis scilicet, apud prouinciarum præsides demonstrarent, vnde viuerent. Et qui aut hoc non faceret, aut non demonstraret se legitime viuere, is morte afficeretur. Quam legem Solon, vt ait Herodotus qui hanc refert, *li. 2. ab Ægyptiis* mutuatus, Athenienssibus tulit: quam illi, quod sit castissima, assidue vsurpant. 20

¶ Germani †olim ignauos, imbelles, & corpore infames, cœno ac palude iniecta super crate mergebant, vt auctor Cornelius Tacitus, *li. de morib. Germanorum.* Atque palam est, vsucapionum seu præscriptionum caussam, originem habuisse à segnitie, & inductas præscriptiones ad euitandam miserorum segnitiem maxime, *c. vigilanti, de præscrip.* ne diutius rerum dominia sub incerto remaneant, *l. 1. de vsuc. P.* 21

¶ Athenis †celeberrimum fuit institutum, sed à Solone, vt Herodotus ait, traductum & Ægyptiorum legibus, quo otium & inertia in iudicium vocarentur, singulisque annis omnes ques adesse coram magistratu tenerentur, responsuri qua arte quibusve op ibus ipsũ suique vitam transigerent. Fuitque hæc Areopagitarum in primis cura. Ideo vocati in ius Cleantes Narcidemus, & Asclepiadi noui Philosophi, vt sciretur vnde viuerent, qui nullis essent facultatibus, vt refert Athenæus, & alij. *li. 4. ca. 20. & li. 5. ca. 2. Diog. Laert. li. 7. Valer. Maxim. li. 2. de instit. antiq. c. 1.* 22

De iis, qui Popinas frequentant.

Cap. 7. A

1 *Popinarum frequentatio ex nimio otio, eaque malorum plu-*

rium

Digitized by Google

rium causſa.

2 *Popinarum & ganearum frequentatio inhibita in Gallia vxoratis & ciuibus quare, vt & iure pontificio & canonum clericis, & pœna. nn. 4. 5.*

3 *Caupona aleatorum locus & perditorum.*

6 *Caponarum seu tabernarum instituendarum causſa, & caupones qui, & delicta eorum. Et 9. 10.*

7 *Caupones de quibus, & pro quibus personis tenentur aliis hospitibus. Et 8.*

11 *Popinis interdictum vendi aliud, quam legumina & olera cocta.*

12 *Sumtuariæ leges, quæ victus modum constituebant.*

1 OTij pernicioſi vitium †aliud eſt, ſectari ganeas & popinas, quo inficitur plebis fere omnis multitudo, quo & facultatibus, dulci quodam veneno infecti & ſopiti, ſpoliantur, & infinitæ lites, & furandi maleve agendi oriuntur ſemina. Ideo lege Corinthiorum, vt ait Diphilus in Mercatore, apud Athenæum, *li. 6. c. 2.*

Si nihil habens prorſus videtur ſplendide
Vixiſſe, carnifici datur per herculem.
Nulli licet vixiſſe ſic furtis ſine
Intelligit. Sed eſt neceſſe noctibus
Spoliare furari ve, vel cum quopiam
Habere partem, falſa teſtari, in foro
Falſove accuſare. Peſſimum genus
Purgamus hoc & rectiſſime.

2 ¶Prohibentur †in Gallicis ciuitatibus & oppidis, ſingulis annis repetitis conſtitutionibus, vxoratis, & ciuibus & oppidanis, voce præconis ganeæ & diuerſoria illa viatorum causſa inſtituta. Sæpe enim nidore earum helluones naribus attracti & gutture ineſcati artifices & mechanici, obliuiſcuntur domeſticam familiam, & vnico ſymbolo conſumunt ſoli, quod omnibus domeſticis fame laborantibus in hebdomadam ſuffeciſſet: ibique interim helluones terunt tempus, quod ad vitam conquirendã neceſſarium valde eſt. Atque inde ebrij exeuntes audaciores ad ſcelera prodeunt. Quibus pœna meo iudicio eſſe aptior nõ poſſet, ieiunio abſtemio, cum carcere publico: vt per quæ quis peccauit, per ea torqueatur. Horatius, 2. *Sermo.* maximum opprobrium putat popinonem dici, dum ait,

Imbecillus, iners, ſim quidvis: addo popino.

3 ¶Caius †quoque Iuriſc. *l. ſi quis ſeruum meum, 26. de iniur. in* P. iniuriam fieri patri dicit aut domino, ſi quis filium aut ſeruum in popinam duxerit, nempe, quod eo colluuies hominum & aleatorum & erronum conflat turba. Sic enim cauponam, id eſt, tabernam vinariam, tradit primum introduxiſſe Lydios Herodotus, *in* 1. vt ludos, quorum auctores ſunt, liberius exercerent. Ælianus, *lib. 13. cap.* 14. arguit Byzantiorum temulentiam, qui relictis ſuis ædibus & domibus peregrinis eas mercede locabant, vt tranſmigrarent in cauponas, vxores etiam illis relinquentes, tanquam duorum criminum reos, temulentiæ, & proſtitutionis.

4 ¶In †clericis hoc vitium, magis reprehenditur & punitur iure canonum Apoſtolicorum, *c. Apoſtolo, 41.* Inter quos hic, ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος κύβοις παίζων ἢ μέθαις, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω. *Epiſcopus, presbyter, aut diaconus, qui alea aut ebrietatibus indulget, aut deſinito, aut deponitor.* Monet Deus, ne graueutur corpora crapula & ebrietate, *Luce 21. & c. à crapula, de vit. & honeſt. clerico.* Et in concilio generali, *Clerici tabernas prorſus euitẽt, cap. clerici, ca. 15. eod. niſi causſa neceſſitatis in itinere conſtitutos cogat.* In concilio Laodicenſi, omnibus clericis, & qui propoſitum ſolum habent continentiæ, prohibitum quoque popinas, niſi causſa neceſſitatis intrare, *cap. non oportet clericos, 44. diſt.*

5 ¶In †ſexta ſynodo idem & ſtatutum, & multo magis cauponã, tabernam ſeu ergaſterium exerceri, *c. nulli clerico, d. diſt.* Idipsũ concilio Carthaginenſi, *c. clerici, d. diſtin.* Sed in Laodicenſi traditur, non oportere non ſolum clericos, ſed nec etiam laicos Chriſtianos ex ſymbolis, quæ vulgus comeſſalia appellat, conuiuia celebrare, *c. non oportet miniſtros, & c. comeſſationes, ea. diſt. 44. c. nullus, de conſecr. diſt. 5.* Alio canone apoſtolico, *c. 53. apoſtolor.* εἴ τις κληρικὸς, ἐν κατηλείῳ φαγεδαίνης ἰσθίων ἀφορίζέσθω. παρὸ ἐκ παροχίας, ἐκ ὧν δι' ἀνάγκην κατάλυσιν, id eſt, *Si quis clericus in caupona cibum capere deprehenſus fuerit, à communione excluditor. Excepto tamen eo, qui neceſſario in itinere, in commune diuertit hoſpitium.*

6 ¶Certe †cauponum & ganearum inſtitutio, neceſſitatis causſa fuit, non voluptatis. Sunt enim caupones, qui viatores paſcẽdi vel quieſcendi causſa hoſpitio excipiunt, vel habitandi causſa, vel hoſpitio repentino, *Vlpia. l. licet gratis, 6. §. in factum, nau. caupoſtabul. li. 4. p. tit. 9.* & caupo mercedem accipit, vt viatores in caupona eſſe patiatur, *Caius, in l. nauta. 5. eo. tit.* Hoſpites hi tamẽ & caupones, ganearumque æditui, fœde peccant, & coercitione egent, tum in ſuſcipiendis, quos non decet, tum, dum tyrannice in eos, quos ſuſcipere coguntur, ſe gerunt.

7 ¶Nam † duo genera ſunt ibi hoſpitum voluntariorum, qui habitandi causſa ibi ſunt: & viatorum, quos repellere ex itinere nemo nec potest, ſed cogunt ſuſcipere, *l. 1. §. caupo autem, furt. aduerſ. nau. lib. 47. p. tit. 5.* Quare illorum factum præſtant quos habitatores deligunt: horum viatorum non præſtant, ſi quid ab iis factum ſit, nocitumve, *d. §. caupo.* niſi ſaluam fore rem polliceantur, id eſt, niſi cuſtodiam ipſi ſuſcipiant, *l. 1. §. fi. & l. ſicut, nau. caup. ſtab. in* P. Inter voluntarios hoſpites & illi ſunt, qui loci illius incolæ ſunt, quive helluones apud cauponem cibi voluptuoſioris gratia conueniunt, quibuſque vina is ſubminiſtrat & luxuriæ fomenta, *l. quæ adulterium, 29. ad l. Iul. de adulter. li. 9. C. tit. 9.*

¶Vt †non immerito caupona pro proſtibulo habita ſit, *l. ſi* 8 *mancip. ita venie. ne proſti. li. 4. C. tit. 55.* ſpeciem namque habent pietatis diuerſoria & cauponæ, ſed re vera, quod ibi exhibetur, non pietatis, ſed lucri ſtudio fit. Sicuti Plato, 11. *de legi.* probat quidem cauponariam & tabernariam rationem in ciuitate eorum, qui hoſpitalitate indigentiam ſupplent in diuerſorio, rebuſque æqualitatem adhibere conantur. Ceterum caupones tãquam cupidos iure deteſtatur. *Sic*, inquit, *vbi multæ longæque viæ ducunt in deſertis locis, cauponandi gratia domos ædificant: oblato diuerſorio tempeſtate pulſos ſuſcipiunt, & caloribus preſſos recreant. Verum deinde non tanquam amicos hoſpitalibus muneribus donatos remittunt, ſed vt inimicos atque captiuos ſe redimere crudeliter cogunt, rebuſque omnibus ſpoliant. Quæ, ceteraque huiuſmodi in his omnibus turpiter acta faciunt, vt ſtudia hæc, quæ indigentibus opem ferunt, calumnia ſint ſubiecta.*

¶Proinde †leges idem Plato, *eod.* ad caupones & popinas per- 9
tinentes ſic tradit.

1. *Nemo optimatum ciuitatis caupo fiat.*

2. *Qui illiberali cauponationi cuipiam operam dedit, à quolibet poſſit apud optimates accuſari, iſque causſam in vinculis dicat: quod ſi domus indigno ſtudio maculaſſe deprehenditur, vinculis annum ab hoc opere arceatur. Si iterum lapſus, biennium vinciatur, ac deinceps quoties peccaſſe deprehendetur, duplo tempore ſemper desineatur.*

3. *Peregrini duntaxat & aduenæ cauponarias artes ſequantur, iique ſint optimi, aut quam minime mali.*

4. *Impendio & emolumento examinato, quod mediocre cauponali lucrum ſit, videant legum cuſtodes, & tam impendium, quam emolumenti conſcribant. Obſeruentur autem alia ab ædilibus, alia ab agri magiſtratibus, alia à rerum venalium magiſtratibus.*

5. Aliam deinceps legem ſtatuit, *Plato 8. de legib. Neceſſe eſt*, inquit, *peregrinos omnia à poſſidentibus emere. Nec cauponatio in tritico & hordeo circa farinam ac cetera alimenta vlla fiat.*

6. *Nec ciuibus, nec ſeruis eorum cauponari omnino liceat. In peregrinorum tamen foro liceat opificibus eorumque ſeruis, vinum cibumque commutare, ac vendere, carneſque coactas ſimiliter: quæ res à pluribus cauponatio nuncupatur.* Nam vt vere cauponari generale nomen, & popinam & ganeas exercere ſpecies cauponationis: & ita caupones omnes ij dicebantur, *idem, 2. de Repub. & in Sophiſta*, qui imbecilles corpore & ad aliud opus inutiles in ciuitate, conſtituti circa forum partim quidem argento commutant cum his, qui aliquid venditurí ſunt, partim res dant pro argento his, qui veniunt emturi, illique ignobiles mercatores, qui lucrum ſectãtes emunt, vt aliquid ſuperlucrentur, vt innuit illud Ennij dictũ Pyrrhi ad Romanos apud Ciceronem, 1. *Offic.*

Non cauponantes bellum, ſed belligerantes.

Vt plerumq; tamen caupones dicuntur, qui vinum vendũt minutatim, & eſculenta apparata, vt Martialis, *in* 1. *epig. 24.*

Continuis vexata madet vindemia nimbis:
Non potes, vt cupias, vendere caupo merum.

Cicero quoque, *2. de diuinat. & Val. Max. lib. 1. c. 7.* dum de duobus Arcadibus amicis hiſtoriam narrat, alterum declinaſſe in tabernam meritoriam à caupone interfectum ſcribit.

¶Subminiſtrantur † & in cauponis irritamenta gulæ: quibus 10
& pecuniæ condimentis exhauriuntur, & ad libidinem ſternitur via. Cauerunt autem Lacedæmones, ne coqui eſſent alij, quam carnis duntaxat, qui vero præter hanc artem nouiſſent, eiicibantur ciuitate, perinde ac ægrotantium purgamenta, Ælian. *li. 14. var. hiſtor. ca. 7.*

¶Nero † Claudius Cæſar, *Sueto. in Nero. c. 16.* interdixit, ne 11
quid in popinis cocti præter legitima aut olera veniret: cum antea nullum nõ obſonij genus proponeretur. Addit Dio Caſſ. *li. 60. hiſtor.* tabernas, in quas cocuntes potabant, fuiſſe demolitas, & edixiſſe ne quis carnes elixas, aut aquam calidam venderet, & in quoſdam contra delinquentes animaduerſiſſe. Sed & Lacedæmonios iuxta ac Romanis lex erat, ne cui licitum eſſet cœnare, quæ & quando ipſi liberet. Nam cum per alia ciues ad temperantiam reuocare voluerunt, tum non minime per rationem menſæ, vt ſcribit Ælianus, *li. 3. var. hiſt. c. 33.* Veſpaſianus in tabernis vel popinis nihil præter legumina vendi paſsus eſt, *Xiphi. ex Dio. in Veſp.*

¶Huc †pertinent antiquæ leges ſumtuariæ, quæ prodigalita- 12
tem & luxuriem victus adimebant, & modum præſcribebant: veluti Orchia, Fannia, & ſimiles. De quibus vide Gellium, li. 2. c. 25. Crinitum, li. 4. c. 16. Macrobium, lib. 3. Saturnal. c. 17. Et in noſtro li. 40. Syntaxeos artis mirabilis, c. 18. vbi plura. Vide etiã adhuc Gellium, lib. 15. c. 8. de verbis Phauorini circa cœnarum exprobrationem, dum perſuaſit legem Liciniam de ſumtu minuendo. Scribit Locrates, *in areopagit. oratio. In caupona vel b.*

Digitized by Google

vel edere ex antiquo nullus audebat, vel domesticus familiaris: nã dabant operam vt graues esse viderentur, non autem scurræ. Hyperides in libro contra Patroclum, Areopagitas narrat, cum quidam prænsus esset in caupona, prohibuisse illum in Areopagum accedere: vt & refert Athenæus, *li. 13. Dipnos. c. 7.*

De Ebrietate.

Cap. 8.

1 *Ebrietatis notatæ quæ nationes.*
2 *Ebrietas quando puniendæ & tollendæ.*
3 *Ebriorum pœnæ. Et eorum delicta qua pœna vindicanda & quare.*
num. 4. 5. 6. & 8.
7 Bibendi affectuositas maledictionem habet.

1 DE ebrietate †& legibus sumptuariis pleraque tractauimus in libro 40. Syntax. art. mirab. & proinde non repetemus: sed quæ in legibus scripta supersunt annotanda, trademus. Ebrietatis actionem apud Athenienses fuisse, de qua cognosceret prætor seu archos testatur Iulius Pollux, *li. 8. Onomastic.* Quæ certe tanto populo digna fuit, & si multis nunc dura videatur, quibus mores placent Papyrotum, Byzantiorum, Argiuorum, Corinthiorum, Thracum, qui taxati sunt immodice vinum bibisse, vt notat Ælianus, *li. 3. c. 13. 14. 15.* Conqueritur Iustinianus, quod largitiones, quæ fiebant à consulibus, eadem die ebrietatibus & potationibus expenderentur, nec domum quicquam reportaretur: ideoque vetat posthac largitiones fieri easdem, *in §. nullus igitur, de consulib. in auth. coll. 4.*

2 ¶ Reseccandam †& coercendam esse ebrietatem, & quæ ad ebrietatem pertinent, suadent vel potissimum (vltra id quod per se ebrietas nocet ebrio, *ipsum enim agitat, Esaiæ 24. Et sæpe occidit Eccles. 25.* eumque degenerem à natura hominis reddit) quod ea sit fomes omnium vitiorum & nutrix & errorum mater, *c. ante omnia, 35. dist. c. sane, 15. q. 1. Esa. 28.* Luxuriosa res vinum, *Prouerb. 20. c. luxuriosa. 35. dist. ea. venter, eod.* & tumultuosa ebrietas: quicunque his delectatur, non est sapiens, aufert cor, *Oseæ. 4. d. c.* incestus fuit ortus, *c. Sexta die, 35. dist.* Et quod amplius est, ebrietas allectata, mortale est peccatum, *c. vinum, 25. dist. c. episcopus, 35. dist.* si non assidua, veniale. Ideo pro obeuntibus in ebrietate, si assidua, ecclesia non orat, *c. 1. de reliq. & ven. sanct. c. pro obeuntibus, 13. q. 2.* quia ebrij regnum Dei non possidebunt, *1. Corinth. 6.* si veniale, contra, *c. animæ defunctorum. 13. q. 2.*

3 ¶Cum †ebriosis etiam interdicitur sumere cibum, & consortium eorum seu familiaritas vitanda, *c. ad mensam, 11. q. 3.* Episcopus presbyter deponuntur: inferioris ordinis clerici priuilegio initiationis capilli, seu coronæ, laicus communione priuatur, *c. episcopus, 35. dist.* Clericus non quidem quotidianus ebrius, triũ dierum spatio à communione priuandus, aut corporali subdendus supplicio, *c. fi. d. dist.* Hodie clericus monitus, qui aliquando ebrius fit, si non desistat, ab officio & beneficio suspendendus iudicatur, *c. à crapula, de vita & hon. cleric. ap. Gregor.* Sicut & armatæ militiæ miles, ob ebrietatem iubetur mutare militiam, *l. omne delictum, §. per vinum, de re milit. in P.*

4 ¶ Delicta †ab ebriis commissa, fatendum quidem est, veluti à furiosis & mente captis facta censeri, nec puniendæ esse, tanquã ab ebrio facta: verum puniendam culpam esse, quod ab ebrietate non se temperarunt: fines enim bibendi transiliisse culpa est, *c. inebriarunt. 15. q. 5.* Ideo pro culpa illa & leuius, quam delicti natura postulet, puniendi sunt, arbitrio iudicis, *l. respiciendum, §. delinquunt, de pœn. in P. l. omne delictum, §. per vinum, de re mili. facit gl. in c. sane, in ver. damnatur, 15. q. 1. Pan. in c. 1. col. 2. de maled.* Explicat autem copiose Luc. de Pen. *& ibi etiam Io. de Plat. in l. 1. de ero. mili. anno. li. 12. C. tit. 37.* quando & quomodo puniatur delictum ab ebrio commissum, & quomodo dicatur quis ebrius: ideo hic non transcribam. Apud Moscouitas ebrij, etsi sacerdotes fuerint, verberantur publice, vt scribit Sigismundus Liber Baro. *in comment. rer. Moscouit.* Propriam etiam legem Pittaci Aristoteles esse ait, *2. Polit. c. fi. & li. 2. ad Theod. Rhetor. c. pen.* ebrios si quem pulsauerint, maiori pœna damnari, quam si sobrij fecissent. Quod enim plures delinquunt ebrij, quam sobrij, non ad id respexit, quod magis esse debeat ebrius venia, sed ad vtilitatem.

5 ¶Erant †apud Athenienses magistratus dicti *Oenoptæ*, qui obseruabant in cœnis, an æque biberent ij qui conuenerant. Eratque frugalis is magistratus iique tres Oenoptæ, qui lychnos funaliaque dabant cœnantibus. Nec desunt, qui oculos hos dixerint, teste Athenæo, *li. 10. dipno. c. 7.*

6 ¶In †comitiis Germanicis, *c. 8. politiæ.* habitis Augustæ Vindelicorum anno 1548. sub Carolo 5. Cæsare, inhibitæ sunt compotationes iussumque magistratibus eas abrogare propter mala, abusus, & ataxian, quæ inde oriebantur atque blasphemias & criminationes.

7 ¶ Francorum †& antiqua lex, *Beat. Rhena. li. 2. rer. Germanica.* *Nemo militiæ socium aut quemlibet alium, ad potandum imitato: quod si quis ebrius repertus fuerit, eiectus quoad culpam agnoscat, aquam bibito.*

8 ¶Salomon †paucis verbis hanc bibendi assiduitatem sic detestatur, *Prouerb. c. 23. c. luxuriosa, 35. dist. Cui væ, cuius patri, væ, cui rixæ, cui foueæ, cui sine caussa vulnera: cui suffosio oculorum? nonne his, qui commemorant in vino, & student calicibus epotandis? ἰσχὺν*, inquit Eustathius, *ὅτι ἰσχύει τὸ διανύσαι ἐπιλέγετο τὸ μακρὰν, καὶ ἀπήμονα καὶ δυνατοὺς πίνοντας διανύειν τὸν οἶνον, ἢ μὴ δεῖ πρόσωπον ἐρυθριῶν καὶ μαίζοντα.* Solon in legibus suis statuit, *Diog. Laert. in 1. de vit. philosoph. in Solo.* Principem si ebrius deprehensus esset, morte mulctandum. Et Salomon fugiendam regibus admonet, *Prouerb. 31.*

De Interdicta Venatione hominum.

Cap. 9.

1 *Venatio duplex, hominum, & ferarum: & quæ hominum, & quomodo prohibita.*
2 *Adulatorum pernicies, & iniquitas. Et 3. 8. 9. 10. 11.*
4 *Adulatio quid, & adulator à placido & amico vt differat, & quibus similis fit. 5. & 6.*
7 *Adulatione reges & regna subuertuntur facile quare.*
12 *Captatoriæ voluntates quæ improbatæ.*
13 *Blanditiis donata quæ non repetantur.*
14 *Magistratus per adulationem illicita permittens punitur.*
15 *Laudans impium factum punitur, vt corruptor. Et 16.*

VEnatio hominum, †animaliumq; est, vt in nostro libro 29. Syntax. art. mirab. c. 2. ostendimus. Venari homines, nihil aliud est, quam decipere, & ita capere vel occidere, aut opprimere: & ita Nembroth robustus cœpit esse venator, id est, oppressor coram domino, *ca. fi. §. fi. 6. dist. Genes. 10.* Et hæc venatio omnibus hominibus prohibita est, & crimen censetur merito: in principibus tyrannis est, in aliis vel homicidium vel iniuriæ, vel dolus, vel fraus, vel circumuentio. *Hæc autem voluntas Dei, ne quis supergrediatur, ne quis negotio circumueniat fratrem suum, 1. ad Thessa. 4.* Iure ciuili quoque receptum, *l. si maior, in prin. & versic. item si doli, C. com. diuid. & to. tit. de dolo.* Talisque venatio fit aperte, & clam, & hostili animo, & prætextu beneuolentiæ: eoq; pernicioſior est, quo proditoriæ improuisus vel oblinitus nocet Aculeus.

2 ¶Qualis † est venatio adulatorum, *qui consuunt pulvillos*, vt ait Ezechiel, *13. ca. sunt nonnulli, 46. dist. sub omni cubito manus, & cervicalia sub capite iacentis ponunt, vt molliter quiescat.* adulantur, adstipulantur, laudant, probant quæcunque, vt venentur sibi illorum gratiam, & in se liberales & amicos reddant: cum tamen ipsi magis quæ illorum sunt, *c. multi sunt, in fi. 1. q. 1.* quam illos diligant, quantumuis aliud simulent.

3 ¶Concilium †Carthaginense 4. clericos, qui huiusmodi venationibus, nempe adulationibus & proditionibus, vacare deprehenduntur, exauctorari iubet ab officio, *ca. clericus qui, 46. dist.*

4 ¶Adulatio, † blandus est sermo, *ca. vlt. 43. dist. l. fi. si quis aliquo test. prohib. in P. & C.* eius qui lucrum aliquod captat, attribuens alicui quod non habet, vel nimium bonum extollendo, vel vitium laudando, *late hæc Plutar. explic. li. de discrim. adulat. & amic.* Vtrumque autem vitium est, sed illud maius, quod peccata pro virtutibus laudat: in quo non minus infert periculum lingua mentiendo quam manibus sanguinem fundendo. Et melius est pro veritate pati supplicium, quam pro adulatione beneficium, *c. nemo peritorum, 11. q. 3.*

5 ¶Studiosum †habet mendacium adulatio, lucri caussa: aliquin enim si placendi tantum studio quis non probanda probet vel laudet, adulator non est, sed placidus seu iucundus, vt ait Aristoteles, *2. Ethico. ad Nicoma. ca. 7. & li. 4. c. 6.* Fictam amicitiam habet adulatio, vnde apud Phocyonem ad Antipatrum adagiũ, *οὐ δύνασαι μοι ἅμα φίλῳ χρῆσθαι καὶ κόλακι, non potes me simul amico & adulatore vti.* Et Cicero, nullam in amicitiis pestem esse posse maiorem adulatione, dixit, *Cic. in Lælio.* Plato, *in Phædro.* adulatorem appellat hostiam, humano generi pestilentem: similemque dicit impuro dæmoni, incautos animos, sub noxiæ voluptatis esca, continue sordibus corporis inquinanti Horatius distinguit pulcerrima comparatione ab amico adulatorem, *epist. li. 1. ad Lollium, epist. 18.*

Si bene te noui, metues liberrime Lolli
Scurrantis speciem præbere, professus amicum.
Vt matrona meretrices dispar erit, atque
Discolor infido scurræ distabit amicus.

6 Plato † alibi, *in Menexeno*, eundem adulatorem tam publicum quam priuatum, veneficis & prestigiatoribus ait esse similẽ, homicida & fure deteriorem, qui non pecunias solum, non ipsam corporis vitam tantum auferens, sed & sacrilegus rem sacram, iudicium animi & rationis, boni specie subducens, ita artificiosissime fallens, vt non in occultis duntaxat, sed etiam in manifes-

fissi-

Digitized by Google

ſt ſimis decipiat. Veluti, ſi cui adulator perſuadeat eum nobiliſſimis parentibus ortum, cum ipſe cui adulatur ſciat certiſſime quibus natus ſit obſcuris: ſic de ſimilibus. Amicitia in ſumma hæc infatuat, vt ait Seneca, *li.8. Epiſto. epiſt.60.* & falſa pro veris credere iubet. Nam vt ait Iuuenalis, *Satyr.3.*

Quid quod adulanti gens prudentiſſima, laudat
Sermonem indocti faciem deformis amici,
Et longum inualidi collum, ceruicibus æquat
Herculis, Antæum procul à tellure tenentis.
Miratur vocem anguſtam, qua deterius nec
Ille ſonat, quo mordetur gallina marito.

Clearchus Solenſis, *Athenæ.li.6. Dipnoſ.c.6.* in ſumma, in ſcripto Gergythio, *Eorum*, inquit, *quibus adulantur, mentes ita adulatione inflant, vacuaſque faciunt ac ineptas, vt ij ſibi perſuadent, ſe omnes egregios, qui ſunt apud illos facile poſſe ſuperare.* Venenum placidum adulatio eſt, & ideo eos, qui ſibi maxime placent, facile decipit & ineſcat.

7 ¶Perpetuum † familiareque regum malum, qui libenter audiunt quæ volunt, & ita tamen ſe falli permittunt, vt ait Plutarchus, *in vita Amilcar*, ſic enim vanas ſpes, & opiniones noxias imbuunt, quas non niſi poſt cladem acceptam exuere poſſunt.

8 ¶Maior † peſtis ex adulatione, quam ex vituperatione oriri ſolet, magiſque adulatores auerſari oportet, quam reprehenſores, *D. Chryſoſt. Homil.27. in c.27. Matth. Et præſtaret ad canes potius ire*, vt dicebat Diogenes, *quam ad adulatores, qui etiam ex hominibus viuos optimos quoſque deuorant.* Sicque Anaxillas dicebat, *Athenæ.li.6.c.6. nonnullos adulatores, vt timeas, amicitibus adhærere.* Nam ſimplices mores inuadentes, hiſque inſidentes veſcuntur, donec veluti frumentum vacuum reliquerint: quod poſteaquam factum eſt cortex, alterum mordent. Horum enim amicitia talis eſt, qualis paraſitorum amicorum menſarum: vtrique enim fugiunt ſiccatis cadis, & vt muſcæ conuiuia, ſic iſti bona ſequuntur, & quandiu ζῇ χύτρα, ζῇ φιλία, *ſeruet olla, viuit & amicitia*, vt ait Suidas, *in verbo ζῆω.*

¶Nocentiores † autem adulationes in publicis, quam priuatis 9
perſonis, & negotiis ſunt: & aſſentari & placita loqui conſilio reipub. perniciem maximam illi infert, vt ait Demoſthenes, *3. orat. in Philip.* Apud Lucianum, *in anthologia*, εἰς κόλακας. de his ſic ſcriptum,

ἐδὴν γὰρ ἀνθρώποισι φύσις χαλεπώτερον ἄλλο,
ἀνδρώπου κακίης ψευδομένου φίλου.
ὃν δ' ἂν ἐγὼ φράσω, φυλάσσεσθαι δ' ἀμμε χρὴ αὐτούς
ὅς φίλος, ἐν τάφῳ πλείονα χαλκὸν ἔχει,

id eſt,

Nihil hominibus natura pernicioſius inuenit,
Homine ſimulante veram amicitiam.
Quia eum non vt inimicum præcauemus, imo diligentes
Vt amicum, in eo amplius lædimur.

10 ¶Multa † in adulationem & adulatores refert Seneca, *li.4. naturali. qu. in princ. & lib.4. Epiſto. epiſt.31.* quæ ad odium pertinere poſſunt palponum. Mores autem paraſiti, vt quis facilius noſcit, depingit Terentianus Gnato, & qui adulari ſibi velint, hoc modo,

Omnia habeo, neque quicquam habeo, nihil eſt, nil deſit tamen.
Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt,
Nec ſunt: hos ſector, his ego non paro me vt irrideant,
Sed his vltro arrideo, & eorum ingenia admiror ſimul.
Quicquid dicunt, laudo id: rurſum ſi negant, laudo id quoque:
Negat quis? nego: ait, aio.
Poſtremo imperaui egomet mihi,
Omnia aſſentari: ita quæſtus nunc eſt multo vberrimus.

11 ¶Statuunt † iura, fictis adulationibus extorta, reſtituenda eſſe militibus à focariis, *l.2. de donat. int. vir. & vxor. li.5. C. tit.16.*

12 ¶Et † proprie iſtæ ſunt captatoriæ voluntates, quæ aucupãtur iudicia & liberalitates hominum, quæ improbantur in iure, *l. captatorias, de heredib. inſtituen. in P. l. non eſt, de inoffic. teſtament. in P.*

13 ¶Quamuis † per blanditias, quæ affectationem quandam verã habent, vel officia quædam amicitiæ per ſe oſtentant, donata, ea ingratione non reuocentur, *l. ſi ſi quis aliq. teſt. prohib. li.6. C. tit.44. l. Leo. tit. in P. l. affectionis, de donat. in P.*

14 ¶Neque † CC. Arcadius & Honorius, immunes à periculo pudoris haberi voluerunt eos magiſtratus, qui adulandi ſtudio tranſgredi quæ ſint introducta permiſerint, *l.1. de ſta. & imagi. li.1. C. tit.27.*

15 ¶Iure † quoque, ſi quis cum ſeruus fuiſſet fugiturus, vel furtũ facturus, laudator præpoſiti eius exſtiterit, tenetur de ſeruo corrupto: non enim, inquit Vlpianus, oportuit laudando augeri malitiam, *l.1. §. ſed vtrum, de ſer. corrup. li.11. P. tit.4.*

16 ¶Sunt † ideo iſti adulatores merito ſuſpecti cordatis hominibus, neque credunt iſtis collaudatoribus, qui omnes, ex quibus ſe ſementem facere arbitrantur, laudant temere: & vt recte Martialis de Calliſtrato dixit, *lib.12. epi.81.* ita de illis ſentiunt.

Vt laudet dignos, laudat Calliſtratus omnes,
Nil malus eſt nemo, quis bonus eſſe poteſt?

Et vt apud Euripidem Clytemneſtra ait, *in Iphigenia, in Aulide actu 3. verſu 178.*

αἰνέσῃς γὰρ οἱ ἀγαθοὶ, τρόπον τινὰ
μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας ἐὰν ἀγαν' ἄγαν, id eſt,
Probi viri dum laudantur, quodammodo ſolent
Odiſſe laudantes, ſi immoderatius laudauerint.

De Venatione ferarum interdicta.

Cap. 10.

1 *Venatio animalium triplex, venatio, aucupium, piſcatio.*
2 *Venatio libera, quieta, & inquieta quæ, & quid in his prohibendis conſiderandum. & 3.*
4 *Animalia noxia ſatis & hominibus cum laud. capiuntur. Et de quibuſdam adoratis. num. 5. 6.*
7 *Venari licet omnibus beſtias vaſtantes, vt lupos, vrſos, leones.*
8 *Venatio nobilibus cur permiſſa: plebeijs quæ, & quando permiſſa. 9. & 10.*
11 *Venari in alieno ne liceat quare.*
12 *Piſcationes quibus, & in quo loco permiſſa, & earum leges à rege Franco præſcriptæ.*
13 *Venatio omnis improbata à ſanctis patribus.*
14 *Venatio quibus pœnis clericis interdicta.*
15 *Venandi modus licitam vel illicitam facit venationem.*

ANimalium † venatio triplex eſt quadrupedum, quę proprie 1
venatio: auium, quæ proprie aucupium: piſcium, quæ proprie piſcatio. Ex quibus animalia in nullius ante dominio conſtituta, quærentium & accipientium fiunt, *Paul. l.i. & Caius, l.3. de acquir. rer. dom. §. ferè igitur beſtiæ, de rer. diuiſ. ap. Iuſtinia.* quando permittitur venatio.

¶Rurſum, † ferarum venatio quædam libera, id eſt, ferarum 2
in libertate naturali conſtitutarum: quædam beſtiarum concluſarum, arenaria, quæ intra ſepta arenæ fiebat, quæve infamat, niſi virtutis cauſſa fiat, *c. infamẽ. §. nam vt præmiſimus, 3. q.7. l.2. §. fin. de ijs qui not. infa. in P. l. ad beſtias, de pœ. P. l.1. §. item Senatuſconſulto, de poſt. P.*

¶Libera † venatio, aut quieta, aut clamore peracta ſeu inquie- 3
ta. Quieta piſcatio eſt, tendiculæ, decipulæ inquieta, quæ excurſionibus & retibus & canibus fit. In his omnibus permittendis vel prohibendis res ſeu animalia quæ capiuntur, perſonas capientes, & modum capiendi conſideramus.

¶Animalia † quædam ſunt valde conſitis, interdum & homini- 4
bus noxia & lethalia, quæ expedit & neceſſarium eſt venari & capi. Quemadmodum Horus Hloei filius, propter Heron filiam Oenopionis & nymphæ Helices, inſulam ſecuram reddidit, quæ feris multis erat referta, nimirum cum magnam prædam ferarum à ſe captarum pro eius dote obtuliſſet, vt ait Partheuius *in Erotic.* Sic laude dignus Theſeus, qui Maratonium Taurum necauerit. Et Hercules, quod cœperit & occiderit Nemeum Leonem.

¶Vt † contra feras venari, quæ aliquo modo vtiles eſſe poſ- 5
ſunt reipublicæ prohibitum erat: † vt apud Ægyptios ibin 6
cœpiſſe vel occidiſſe capitale, eo quod illud animal ſerpentes noxios Ægyptiis, deãret: ideoque illud innocent, vt Elei Mylagrum, muſcarum multitudine peſtilentiam adferente. *Plin. li.* 10. *c.28.*

¶Honorius † Cæſar occidendorum leonum cunctis facit po- 7
teſtatem. *l. vni, de venat. ferar. lib.16. Cod. tit.44.* Et quamuis alibi, *§. nemo, de pace tenenda & eius violat. lib. 2. feud. titul.27.* in iure prohibeatur tendere retia, & laqueos ad capiendas venationes: tamen vrſorum, aprorum, luporumve capiendorum cauſſa licet.

¶Perſonæ † contemplandæ etiam cum iis. Nam non omnibus 8
venatio permiſſa. Licet militibus potiſſimum permittatur, tum vt ad bellum indurentur, laboribus aſſuefcant, & ad pericula inferenda & vitanda cautiores reddantur, *Xenoph. in Repub. Laconi. & in 1. Cyripæd. & in li. de vena. Athen. li.1. Dipnoſ. c.20. nos plura li.29. Syntax. art. mirab.* tum etiam vt otia vitent, quod maxime familiare hominib. huiuſmodi eſt: nihil enim fere aliud norunt, quam arma tractare, & ſæpe ipſa quoque refugiunt, vt neceſſe ſit eorum animum aliquo negotio occupari, alioquin ſolet ex diuitiis & otio partus impiſſimus generari. Sic enim narrant antiqui, *Eurip. & Senec. in Hippolit. Ouid. in epiſt. Phædræ Hippo. de Diana. Ouid.2. Faſtor.* venationem ab Heroibus & nobilioribus, ingenuiſque hominibus pertractatam, vt ſeminarium malorum declinarent: cogitatio namque ferarum perſequẽdarum quamdiu occupat & quodammodo replet animum, peregrinas alias peſſimas cogitationes non admittit, non ſecus ac vas, quod plenum eſt, ſuperiniecta reſpuit.

¶Permiſerat † Carolus IV. *Ordonnan. roy Charles IV. ſur la chaſſe.* eius nominis Gallorum rex, omnibus etiam plebeiis ius venationis, exceptis priuatis cuniculariis, cum canibus anibus, ſiue 9

Digitized by Google

ea esset cuniculorum, siue leporum: tendiculas tamen illis noctu vel interdiu fieri prohibuit, vt feris magnis animalibus, nisi si qui hoc ius ab eo obtinuissent.

10 ¶Vetauit †etiam, non tendi retia, nec venationes fieri phasianorum & perdicum ab aliis, quam nobilibus habentibus merum imperium, vel eorum permissu intra suam iurisdictionem. Prohibuit etiam nobilibus, nisi barones essent, viuos capere phasianos, vel alio modo quam prædiatorio aucupio auium. Prohibuit plebeiis, ne aues prædatorias venarentur, nisi auctoritate regia vel cognitorum regiorum. Franciscus etiam eius nominis primus, *in constitu. des chasses, anno 1533. die 6. Augu.* artificibus, agricolis, & aliis plebeiis non nobilibus, prohibuit omnem venationem animalium, ne ab opere reuocarentur, vagandique daretur occasio, & incultæ & steriles terræ relinquerentur: cū potissimum ab earum cultura nec momento abesse debeant, *l. 2. de nundin. in* P. *l. colonos, in* 3. *de agric. & cens. li.* 11. C. Eiusque notionem latrunculatoribus, quos vocant *preuoſtz des mareschaux*, & eorum vicariis concessit edicto alio, *constit. ann.* 1538. *die* 12. *Ianua. & an.* 1539. 3. *Iulij*. Hasque constitutiones renouauit filius eius Henricus II. *anno Dom.* 1547. 16. *Auguſt.* Sequuta tamen postea prohibitionis interpretatio, *Henric. II. in conſtit. declaration de ceux qui ſont prohibez de chaſſe an.* 1552. 5. *Sep.* nō prohiberi venationem dominis rerum, sed eos in suis, puta pascuis, syluis, nemoribus, dumetisque propriis posse venari, exceptis maioribus feris, rusis.

11 ¶Et certe hoc æquum etiam est, ne in alienis potissimum sine voluntate dominorum venari liceat, iis prohibentibus, *l. 3. de acq. rer. dom.* P. *l. diuus Pius, de ſeru. ruſt. P.* §. *plane, de rer. diu. ap. Iuſtinia.* Prohibere autē videtur dominus ferarum venationem, si locum illarum concludat, nempe syluam sæpe, vel macerie, vel ædificio iungat, si cuniculorium exstruat, vel viuarium, vel cōlumbarium. Sic enim notat Bart. *in l. venationem, de vſur. l. vſufructuarius domini,* §. *ſi in viuariū, de vſufru.* non licere in cuniculario alterius, vocant garenam, venari, vel in alterius saltu, sine voluntate domini. Et ita seruari ex cōsuetudine generali Delphinali, tradit Guid. Pap. *q.* 218. Iure itaque prohibitum erit, aucupari iuxta columbaria columbos: nam & illi ferā naturam exuisse videntur, dum animum redeundi habent, ad locum vbi concluduntur & nutriuntur. §. *pauonum, de rer. diui. l. naturalem,* §. *cerui, de acq. rer. do. P. l.* 3. §. *item feras, de acq. poſſ.* P. Quid autē intersit inter saltus, viuaria, garenas, seu cunicularia, habes glosā id explicantem, quam lege, *glo. in Clem. ne in agro,* §. *porro, de ſta. monach. apud Clem.*

12 ¶Piscationes †autem omnibus permittuntur in mari: nam & si prohibeantur, iniuriarum nomine agi potest, l. 2. §. *ſi quis in mari, ne quid in loc. publ. P. l. ſi.* §. *iniuriarū, de iniur. in* P. Flumina, quæ iuris publici sunt, eius quoque iuris sunt, vt omnes admittant, nisi alius prior occūpauerit ripam & locum. *l. ſi. de vſuca. P. l. in tantum, de rer. diuiſ. in* P. §. *flumina, eo. ap. Iuſtin.* Consuetudo tamē in his locum obtinet præscripta, vt si quis in alicuius fluminis publici diuerticulo solus piscatus diu fuerit, conseruetur ei ius, possitque alium ne piscetur, prohibere, vt ait Martianus, *l. ſi quiſquam, 7. de diuerſ. & temp. præſcri. P.* Potest & hoc ius rescripto concedi regio, *l. ſi. de fund. patrimo. li.* 11. *C.* quia & inter regalia iura, flumina publica sunt, §. 1. *quæ ſunt rega. vide ibi Aluarotū.* Vetat tamen regia Gallica constitutio Philippi Pulcri, *in conſtitutio. publica.* 1291. ne quis priuatus Siphones, vocat *chaine plcures*, vel fossas habeat, quibus aquam è flumine publico trahat. Statuiturque eadem constitutione, quibus temporibus abstinendū à piscatione, quibusque instrumentis sit vtendum.

13 ¶Sancti †patres venationem omnem alienam esse à Christianis censent & scelus esse donare venatoribus, nec vllum fuisse vnquam sanctum venatorem, scilicet quo tempore sanctus, cōtrā insignes fuisse peccatores. Nembroth, & Esau, venatores. *D. Auguſt. in Pſal.* 102. *& in Pſal.* 103. *D. Hieronymus in Pſal.* 82. *in ca. qui venatorib. in* 1. *& 2. c. qui vident, & c. Eſau, c. amputatis,* 86. *diſt. vide Polycraticum, li.* 1. *de neg. curia. c.* 4. Toleratur tamen venatio victus caussa non clericis, & ob necessitatem. *gl.* 1. *in d. c. qui venatorib.* 86. *diſt.*

14 ¶Clericis †autem certe interdicta proculdubio inquieta omnis venatio, vel ea de caussa aues prædatorias, canesve nutrire ex concilio Aurelianensi, *c.* 1. *& 2. de cler. vena. li.* 5. *Decret. tit.* 24. *c.* 1. *ne cler. vel mon. ſecu. pat. li.* 3. *Decre. tit.* 50. *c. quorundam,* 34. *diſt. c. cum ſecundum, de cenſib.* Monachis quoque, nisi victus caussa, in propriis syluis, vel vbi ius venandi habent forte liceat: per alios tamen, quam per se. *Clemen. ne in agro dominico,* §. *porro, de ſta. monachor. li.* 3. *Cle. tit.* 10. Proinde pœna concilio dicto Aureliacensi 4. imposita episcopis venatoribus, si moniti non desistant, suspensio per tres menses à communione: si presbyter, vt duob. si diaconus, ab omni officio suspendatur. *d. c.* 1. *de vita & hon. cler. c. epiſcopum, & c. omnibus,* 34. *diſt.* Satis enim graue est videre destinatum perpetuo Dei seruitio vagantem, & clamātem feras persequi: si victus gratia, de ciborum delectu solicitum: si lucri caussa, pro loculis relinquere verbum Dei, & ministrare mensis: si voluptatis caussa, crudele nimium & horrendum, ex facultatib. quæ ecclesiæ ad vsum pauperum conferuntur, *c. aurum,* 12. *q.* 2. *cum ſim. canes, aues*, & nihili homines venatores nutriri! eum quærere delitias seculi, cui dictum sit à Deo: *vade, vende cuncta quæ habes da pauperib. tolle crucem tuam, quotidie. D. Mat. c.* 10. *& c.* 16. *D. Mar.* 8. *D. Luc. c.* 9 *& c.* 14. *& ſequere me.* Glos. quædam *in c.* 1. *de cler. venato.* tamen dixit, venari posse clericos non tumultuosa venatione, veluti piscatione, quod verum est: legimus enim sanctos piscatores, vt D. Petrum, Hugo Cardinalis cū Angliæ & Scotiæ episcopis in Anglia synodum peregit, in qua præter cetera ordinatum, vt clericus, qui ceruos aut damas intra saltus occidisset, à profano iudice mulctaretur. *Polyd. Vergil. lib.* 13. *hiſto. Angli.*

¶Postremo, † in venationibus modus consideratur, nam foueas facere in itineribus frequentatis, & tendiculas ibi ponere, ad capiendas feras non licet, nulla monitione præcedente, alioquin tenetur de damno dato earum occasione, *l. qui foueas,* 28. *ad l. Aquil. li.* 9. *P. tit.* 2. aliter licet. Nec licet noctu piscatorib. in littore maris ignem accendere, ne decipiantur nautæ, putantes ad portum se appellere. *l. ne piſcatores,* 10 *de incen. rui. & naufra. li.* 47. *P. tit.* 9. Constitutiones regiæ Philippi Pulcri, de quibus supra meminimus, certum piscatoribus imponunt modum, in instrumentis piscatoriis, in plagis, in tempore piscandi, in magnitudine piscium. Et aliæ quoque constitutiones de venationibus editæ constituunt, quibus instrumentis liceat, & non liceat venari, quæ ibi obseruare licebit.

De laruis, & personatis.

Cap. 11.

1 *Laruas ferre vitium frequens Gallis, & quare.*
2 *Perſonæ seu larvæ prohibitæ. 3. 5. 6. 7. 8. & 11.*
4 *Hiſtrioni vetatur ſumere perſonam & veſtes ſacræ virginis.*
9 *Perſonæ seu larvæ permiſſæ in feſto matris, vt dicebant Deum. & 10.*
12 *Perſonam alterius agere publice, iniuriarum habet vindictam.*

VItium †hoc & crimen familiare Gallis est, vt personati irrepant in ædes alienas, nolentes qui sint detegi, propria conscientia seipsos aperte nihil boni acturos prodentes. Otiūmque ex illis laruis prope innumerabilia scelera, quæ magis cognita sunt, quam explicari oporteat: qui enim male agit, odit lucem, & agnosci non vult, & mentitur sæpe & faciem & sexū, vt solent fures, luxuriæ dediti,

Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt. Iuuen. Saty. 2.

¶Item & ij, qui nocere, iniuriamve aliis inferre desiderāt. Prohibuit Francisc. I. eius nominis Galliarum rex, anno 1539. die nona Maij, ne quis armatus, potissimum laruatus, per itinera, ciuitates, oppida incederet proscriptione bonorum indicta in eū, qui hoc attentasset, parte media ærario regio, altera delatori decreta, & pœna corporali & pecuniaria arbitrio iudicis relicta. Prohibuit & Senatus Parisiensis 25. Iulij anno 1551. Larvas has vendi, ferrive à quoquam. Idipsum quoque Tholosæ sæpe, saltem singulis Saturnalibus, quæ Christiani nomine tenus exercent deprauata corruptela, ante ineūtis quadragesimę dies, repetitur tamen plerumque frustra, vt non lugendum non sit, eos qui prohibent, magistratus inquam, quos aliis prælucere oporter, pernicioso exemplo viam facere. Videbit autem rex in posterum, si velit rempubl. saluam fore, num iuuenes, qui his passionibus animique voluptatibus adhuc detinentur ridiculis & improbis, quib. clauum committit, possint serio graues reipub. lacrymas abstergere, & ruentem structuram imperij fulcire & emendare. Verum ij diuites sunt & iuuenes: egeremus igitur probis pauperibus & senibus, quibus, quæ Deus prohibuit, exsequendi cura esset.

¶Prohibuit † itaque Deus has laruas: *Ne mulier inquam veſtem virilem, vir muliebrem induat, tanquam ſibi abominabile. Deut. c.* 22. *c. ſi qua mulier in* 2. 30. *diſt.* Hæc hilaritas effusa, quæ κῶμος Græcis, de qua postea, viris non conuenerit, vt Menedemus cū sultanti Antigono, an luxuriosum conuiuium κῶμον adiret, hoc solum illi renuntiari iussit: memento regis te esse filium. *Diog. Laert. lib.* 2. Et Gregorius Nazianzenus ἐκ ὀλίγου κώμου πλεῖστε, *ad παχύνε. Si ad comum* (vnde & nos deducere possumus *momon*) *vocatus fueris, ne properes.*

¶Vetatur † iure, ne histrio personatus in scenam veniat cum vestibus sacris vel vestalium. *l. mimæ, de epiſco. audien. C.* §. *fin. de epiſc. & cler. colla. 9.*

¶In † lege Langobardorum hoc inter iniurias plectitur: sic enim scriptum, *l. ſi. de eo cui, in via ante ſtetit, li.* 1. *l. Langobard. Si quis homini libero iniuſte iniuriam fecerit, id eſt, Gualapur,* 80. *ſolidos ei cōponat.* Gualapur dicunt, dum sibi quis furtiuum vestimentum induxerit, aut sibi caput latrocinandi animo, aut faciem transfiguraverit. Vocant Galli nostri personas has *maſcas & momos*, quę nomina vsque adeo horrida sunt & pernitiosa, vt miter cur illi, qui se inter alios alicuius esse pretij, honoris, & dignitatis iactitant & arbitrantur, velint has induere. Maſcas vocant Langobardi cacodæmones illos nocturnos ephialtas & striges, & lamias.

mias quæ feruntur deuorare & necare infantes.

6 ¶Sic †enim audi legem illorum loquentem à Rhotario rege scriptam. *l.si. de homicid. seruo. ministeria. vel aldialium, li.1. l. Langob. n. Nullus præsumat Aldiam alienam vel ancillam, quasi strigam, quæ dicitur masca, occidere: quia Christianis mentibus nullatenus est credendum, nec possibile est, vt mulier hominem viuum possit intrinsecus comedere.*

7 ¶Græci †autem μῶμον dicunt vituperationem, maculam, reprehensionem: vnde Lucianus fingit in Hermotimo quendam dictum illi Deum Momum, qui reliquos suos deos irridet. Proinde illi irridendi causſa, si se ita transforment, viderint, num Christiano digna sit subsannatio: & num ipsi potius ridiculi & contemtibiles & impij reddantur.

8 ¶Lex †capitale statuit in Anglia seu Britannia, personas induere, vt refert Polyd. Vergilius, *li.5. de inuentor. rer.*

9 ¶Videntur † nostri paganos Romanos imitari, quibus festus dies erat sacratus matri vt vocabant Deûm, quo facere, imitari personasque induere quaslibet licebat: cuius oblata commoditate Maternus volebat Cæsarem Commodum necare, sed detectus capitis pœnas luit. *Herodot. lib. 1.* Scribit & Dio Cassius.

10 ¶Saturnalia †à seruis fieri solita habitu dominorum. ¶ Con-
11 stitutiones †ecclesiasticæ, laruas has & theatrales ludos, vt turpitudines & ludibria & corruptelam explodunt, *ca. cum decorem, de vita & honest. clericor. apud Gregor. tit. de spectac. in eccles. non faciend. in pragmat. sanct. ex concilio Basilien.* negantque sacram communionem histrionibus & scenicis hominibus non pœnitentib. qui hanc larualem exercent imitationem, *c. pro dilectione, & c. scenicis, de consecrat. dist. 2.* habitæque sunt turpes & infames eorum personæ, *l. 2. §. a: t prætor, de ijs qui not. infa. ca. 1. 4. q. 1. c. 1. 51. dist.* & quæ exheredari ab honestis parentibus possint, *§. causſas, vt cum de appella. cog. in auth.*

12 ¶ Miscentur † cum istis laruis ludicris interdum iniuriarum & contumeliarum causſæ, dum alterius quis imitando personam in publicum prodit, idque leges quoque puniunt: vt si quis vestem sordidam rei nomine in publico habuerit, vel capillum submiserit. *l. vestem, 39. de iniur. P.* Moris enim erat Romanis reis submittere capillos, vt ait Plinius, *lib. 7. Epistol. epist. Sura sub.*

De bonorum Decoctoribus.

Cap. 12.

1 *Decoctores bonorum catamidiari debent.*
2 *Comus, qualis Deus habitus, eius festum & figura. 3. & 4.*
5 *Commessantium & epulonum tristis quis exitus, & pœna.*
6 *Decoctor bonorum infamis.*

1 PRodeunt †ex superioribus proxime recensitis viuendi perditis vitiis bonorum decoctiones, facili & leui via, ex prodigis, luxuriosis & nepotibus perditis, otiosisque, & popinis gaudentibus: quare & illis crimen hoc impunitum esse non debet, qui bona à maioribus multo parta labore, & cum vitæ & animæ sæpe discrimine consumunt. Statuit Adrianus Cæsar merito decoctores bonorum suorum, si suæ auctoritatis essent, catamidiari in amphiteatro & dimitti, vt auctor Spartianus, *in Adrian.*

2 ¶ Apud † antiquos idololatras κῶμος, habitus Deus, & commessationum nocturnarum q; saltationum præses, in cuius militia auctorabantur iuuenes, qui coronati noctu, cum facib. musicisque instrumentis, ad amicarum fores, saltandi cantandique gratia concurrebant, procaciterque lasciuiebant, adeo vt fores nonnunquam confringerent, atque irrumperent. Indicat id Aristophanes, *in Pluto*, dum ait, Γρ. ἰοὺ ἰοὺ δ' ὅτι κῶμον ἐφίζεται χρ. φαίνεται. στέφανος γάρ τις ἡδὺς δ' ἔχων πορφύρας. Et Xenophon *in Sympos.* ἄρχεταί τις αὐτοῖς ὅτι κῶμον συνεκάλεσε ἄνδρα τε, ἔχοντα αὐλητρίδα ἀγαθὴν καὶ ὀρχησταὶ δύο τῶν τὰ θαύματα δυναμένων ποιεῖν. Erat & festũ ideo κῶμος, quod magna cum hilaritate peragitur, tanquam à cõmessabundis in festo Bacchi, & ita κῶμον ἑορτὴν καμαζικὴν, interpretatur Eustathius apud Dionysium, *lib. de situ orbis.* dum is ait de Bretanidibus insulis loquens,

ἀγχοῦ τυτάδωι τῆες πόρες ἔνθα γυναῖκες
ἀνθερεῶν ἀντιπέρηθεν ἀγαυῶν ἀμφιέασιν,
ὀργύμυσαι πλείῃσι κατὰ νόμον ἠεῖδε βάκχαι
σὺν κάμμασι κισσοῖο μεταξυλάσι κορύμβοις.
ἐννύχιαι, παταγῇς δ' ὀρεσσιβόητος ὀρυτραὶ ἠχώ.
ἐς κῖτον θρῃκίς ἐπ' ἠϊόσι ἀφύσσεται
βιτυίδος καλέουσιν ἰερὸν μέθυσμον ἰακχοφόρτου,
ἐσθλ' ἄπυ σὺν παισὶ μελανδίνῳ ἀπὸ γάγλῳ
ἴνδοὶ κῶμον ἄγουσιν ἰερβρεμέτῃ διονύσῳ
ὡς κείνων κατὰ χῶρον ἀνευαίζουσι γυναῖκες, id est,
Iuxta item insularum alias tractus, vbi mulieres
Hominum è regione illustrium Amnitarum.
Concita persoluunt iuxta ritum sacra Baccho,
Coronata hedera nigrisolia baccis Nocturnæ,
Saltationis autem dulcicrepus excitatur sonitus,
Non sic Threycie iuxta vspas absynthi
Bistonides inclamant multi: semum Iraphiotem:
Neque sic cum liberis atrinorticem circa Gangem
Indi comum peragunt strepero Dionysio,
Sicut illo in loco euge cengeminant mulieres.

¶ Quibus †versibus explicatur, insolentem viuendi modũ, quo nunc iuuenes vtuntur, ab illis turpissimis Ethnicorum ritibus defluxisse, & morem & nomen translatum mutata litera comi, c. in m, vt momum pro como dicamus. Accedit quod de como scribit Philostratus in Iconibus, *in 3. pictura.* vbi describit dæmonem comum, & inde mortalib. κωμάζειν iuuenem mollem, præ vino rubicundum, quod ebrius sit, ad iuuenes accedentem, dextra fabulam continentem in tenebris, comitatum lasciuientibus coronatis mollibus cum facibus, cinctis præter communem morem. Nam, inquit comus, & mulieri virum agere, & viro stolam induere muliebrem, muliebriterque incedere permittit: adiicit cymbala & alia. Verum hoc quoque notat pro fine istius tragœdiæ, quod coronæ illis non sint floridæ amplius, vt ab initio, sed ipsarum, quod capitibus concinnatæ sint, ablata sit hilaritas, cũ per luxuriam ac lasciuiam currant.

¶ Exitus †etenim istius vitæ pœnitentia est, & sæpe sera, & miseriarum cumulo oppressa, vt resurgere nequeat. Hæc ab isle dida mensa, vel mittit ad inferos cum diuite pessimo, qui quotidie epulabatur splendide, *D. Luc. c. 15.* vel ad porcos, vt legimus de prodigo, qui substãtiã suam perdidit luxuriose. *d. c. 15.* Vix est vt conuiuia, potissimum luxuriosa, sine peccato aliquo transigantur: vt non immerito ea fuerint suspecta Iobo, qui quotidie pro filiis sacrificabat, per circuitum mutuo conuiuantibus. *Iob. 1.* Proxima sunt genitalia ventri, & colluuies ex cibis superfluis & delicatis facile concitatur in libidinem, facilius vinum in cædes & sanguinem: & exhausta crumena in desperationem vitæ, vel latrocinia impellit. Fitque risus Sardonicus, pereunt familiæ, & nomina obscurantur præstantissimorum parentum per procos cuiusdam Penelopes vel Veneris turpissimæ. Magistratus his certe prospicere deberent, si velint suam ciuitatem bene regere & componere. Deberent saltem recordari legis diuinæ, quæ grauiorem in hos statuit pœnam lapidationis, *Deut. c. 21. Si genuerit.* inquit Deus, *homo filium contumacem & proterunm, qui non audiat patris aut matris imperium, & coercitus contemserit obedire, apprehendent illum, & ducent ad seniores ciuitatis illius & ad portam iudicij, dicentque ad eos: Filius noster iste proterunus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat & luxuriæ atque conuiuiis: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatur malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens contremiscat.* Et alibi Salomon, *Prouerb. 28. Qui comessatores pascit, confundit patrem suum.* Exstat & lex Solonis, τὸν ἐπὶ ἀνίαις ἀνηνύτοις ἀπροῦντα, ἄτιμον εἶναι, qui suam substantiam decoxerit, infamis esto. *Diog. Laert. lib. 1. de vita philosopho.* Sunt his plura similia iudicia proborum morum, quæ vt me à criminibus expediam, lubens prætermitto.

De termino moto.

Cap. 13.

Lib. 43. P. tit. 21.

1 *Terminos antiquos transferre iure diuino prohibitum.*
2 *Limitum causſa agrorum bella ex leuibus primatorum contentionibus.*
3 *Litis nomen à limitibus.*
4 *Fines agrorum quare distinguendi fuerunt.*
5 *Terminus quid in finibus agrorum. Et 6.*
7 *Termini vsurpati vel translati, multorum pœna. 8. & 9.*
10 *In termini moti iudicio quæ consideranda.*
11 *Agrimensores cur inuenti, & quomodo de falso modo renuntiare tenentur. Et 12.*
13 *Finium regundorum quæstio, proprietatis est, quam suspendit possessio obiecta, & præscriptio. Et 14.*
15 *l. Quinque pedum explicatio. Et 16.*
17 *Termini motæ accusatio publica est cuilibet, & an crimen quodde sit publicum. Et 18.*

PRohibetur † iure diuino, *Deut. 19. & c. 27. c. tanta, 86. dist. c. in legibus, 12. q. 2. Prouerb. c. 22.* ne quis transferat terminos antiquos. & maledictio subiicitur transferenti. Monet rusticum Columella, *l. de re rust.* ne semitas nouosque limites in agros fieri patiatur.

¶ Limitum †enim contentio priuata primum, sæpe in bellum adolescit: veluti inter Iapiges & Tarentinos in Italia eo peruenit de finibus controuersia, vt Iapigæ ad viginti hominum vsq; millia collegerint exercitum, & instructa acie aduersus Tarenti-

Digitized by Google

nos & Rhegios depugnauerint, *Dio. Sic. li. 11.* Sic & inter Corinthios & Megarenses, priuata, de finibus contentio bellum genuit, *idem eo.* & inter Egesteos, & Selinuntios, *idem li. 12.*

3 ¶Magna †inter vicinos iurgia & lites ex limitibus & occupatione proximorum agrorum, vnde & litis nomen Virgilio, *lib. 12. Aenéid. c. forms, de verb. sig.*

Limes agro positus, litem vt discerneret arui.

4 ¶Proinde †fines concludendos, certa quadam nota distingui oportuit, & ne quæ alterius essent agri vsurparentur, insignia quædam apponi, quorum memoria posteros etiam doceret, vt ait Iulius Frontinus, *de iure limitum*, & pacem amicitiamq; vicinorum contineret, vt ait Plutarchus, *Problem. 14.* In finalibus nãque quæstionibus monumenta antiqua sequenda sunt, modo ne varietate successionum, vel arbitrio possessorum, fines additis vel detractis agris postea permutari probentur, *l. in finalib. fini. regund. li. 10. P. tit. 1. l. successionum varietas, eod.* possunt enim consensu dominorum mutari, *l. pen. eod.* P.

5 ¶Fines †varij esse possunt, vt itinera, sepulcra, vix, fossæ, riui. Pro terminis autem & stipites, seu lapis humo defossus, qui magna religione colebatur ab antiquis & obseruabatur, vt ait Ouid. 2. *Fast.*

Nox vbi transierit solito celebretur honore,
Separat indicio qui Deus arua suo.
Termine sive lapis sive es defossus in agro
Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habes, &c.

6 ¶Statuit † autem Numa Pompilius Romanorum rex, auctore Dionysio Halicarnass. 2. vnumquemque fines suos circumscribere, & finibus apponere lapides, quos sacrauit Ioui Terminali, atque decreuit sacra quotannis super eosdem fieri à continétibus, & fines ipsos terminos vocauit: quos si quis occuluisset, aut transtulisset, sacrum eum esse Dei lege sanciuit. Ita vt cuicique volenti eum occidere liceret, tanquam sacrilegum. Verba legis antiquæ de termino non mouendo refert Crinitus, *lib. 8. de hon. st. discip. c. 19.*

Qui secus faxit & terminum exarassit,
Ipsum & boues sacri sunto.

7 ¶ Romulus †ante statuerat, vt qui vicini terminos vsurpasset is, cui voluisset eripere, totum agrum vsurpantis in mulctæ locum acciperet, & ad eum iuste pertineret. *Plut. in public. 14.*

8 ¶Constantinus †Cæsar hanc legem retinuit, in termino moto pendente controuersia finium, & ante definitam sententia negotium. *Qui finalem*, inquit, *in L. vnic. fini. regun. lib. 2. C. Theod. tit. 26. l. 4. o. in C. Iustinia. intulerit quæstionem ; priusquam aliquid sententia terminetur, rem sibi alienam vsurpare voluerit, non solũ id quod male petebat, sed lite superatus, tantum agri modum, quantum diripere tentauit, amittat, vt quisque contentus suo, non expetat quod iuris est alieni.*

9 ¶Modestin. † terminorum auulsorum non pecuniariam mulctam, sed extraordinariam pœnam esse respondit. *l. 1. de term. moto in P.* Callistrat. autem, *l. 2. eo.* ex Adriani lege eum, qui occupandorum finium alterius caussa idipsum admisisset, relegatione puniendum: quod si per ignorantiam, vel furandi animo, verberib. cædendũ. Et Caius Cæsar, *l. 3. eo. tit.* eos, qui extra suos fines dolo malo terminos mouissent, in quinquaginta aureos, si serui, pœna capitali damnandos statuit, ex lege Agraria Neruę, nisi dominus pœnam exsoluisset. Puniuntur quoque pro modo & qualitate personæ, qui finalium quæstionum obseruandarũ caussa, faciem locorum conuertunt: vt si faciant ex arbore arbustum, ex sylua cædua nouale. At Panormitanus *in c. ex literis, 13. de probat.* scriptis consignauit, pecuniarias pœnas in hoc crimine exoleuisse, & corporales pro ratione personarum infligi, si dolose termini transferantur. Dynus tamen, *in d. c. ex literis*, arbitrio relinqui censuit iudicis, quas velit nummarias vel corporales imponere, adhibitis circumstantiis facti & personarum, *sec. glo. 2. c. fraternitatis, 34. distinct.*

10 ¶Quod †ego quoque melius opinor, quia in hac quæstione de termino moto, plures possunt accedere peristrases, quæ negotij naturam variare possunt: siquidem si consensu contendẽtium termini moti sint, id impune fit, & licet, *l. pen. fi. regund. P. l. 2. C. eo.* Possunt & euelli furti caussa, & tunc ad furti quæstionem perueniendum. Possunt & per vim deiici, & tunc de vi extra ordinem agitur ex Iulij Pauli sententia, *li. 1. Receptar. sententiar. tit. 16.*

11 ¶Possunt †& turbari fines & confundi multis modis aliis. quã per motionem translatione: veluti aratione, fluminis irruptione, vel alia superueniente confusione. In quibus si dolo malo quis aratione confuderit, & iudicio finium regundorum, & de termino moto, coram eodem iudice interpellari potest, *l. 4. §. si dicatur, fini. regund. in P.* in aliis, Irruptione fluminis, vel antiquitate summotis agitur finium regundorum iudicio. *L. si irruptione, eod.* Finitore agrorum adhibito, seu mensura agri facta: summa namque totius Geometriæ vtilitas in eo versatur. Atque Alphonsius *Strosterin. li. de mensur. Geometri. post Astrola.* ea necessitate impellente, ob confusionem agrorum ex inundatione Nili in Ægypto frequente dirimendam, mensuras Geometricas inuentas fuisse. Cicero quoque *li. 1 de legib.* cautum fuisse ait lege Mamilia, vt arbitri sint agrimensores tres, perinde ac in vindicationib. eorum rerum periti, regendis finibus, id est, discernẽdis, & ad certam æquabilemque formam dirigendis. Accedit etiam iudex ad locum controuersum, vt suis oculis ipsum subiiciat, *d. l. si irruptione, §. si. fini. regund.* vocant hoc ipsum pragmatici *Veram figuram*: vt enim figura & pictura rerum controuersarum, consentientibus aut vocatis legitime quorum interest, vt postea ex ea, ac si subiaceret perpetuo oculis res, iudicium fiat.

¶Agrimensor †adhibetur vt medius, qui idcirco in neutram 12
controuertentium partem declinare debet, competitque in eum, si falsum modum dolo malo renuntiauit, actio in factum, quam prætor decepto per dolum vel per malitiam, vel negligentiam, quæ dolo proxima est, decernit, *l. 3. §. 1. si mens. fals. mod. dix. P.* non autem si per imperitiam solum, *l. 1. eod.* quod sibi imputare debeant, qui talem arbitrum delegerint, *arg. §. præterea, quib. mod. re contrah. ob. li. 1. §. 11 quoque, de actu. l. diem proferre l. 32. §. 1. de recept. arbi. li. 4. P. tit. 8.* Sicut in aliis machinariis arbitris adhibitis, vocant *expertos*, receptum est, *l. penult. & final. si mens. fals. mod. dixe. in P.* Quod si mensura explicata à finitore agrorum, commode fines diuidi iuxta eam non possunt, ex arbitrio iudex diuidit, & adiudicatione vtitur, & transfert & constituit fines, condemnatione pecuniæ addictione compensata, vt in posterum certiores sint termini. *l. 2. 3. 4. fi. reg. P. §. fi. de offi. ind. ap. Iustin.*

¶Concurrit †eum istis quæstionibus alia præiudicialis inter- 13
dum, quæ & suspendit iudicium finium regundorum, & de termino moto: veluti, si quis obiecerit possessionem petenti fundi finium regundorum iudicium, suspenditur de finibus quæstio, quæ proprietatis est, *l. si quis, C. fini. regund.* Et prius de possessione, quam de proprietate agendum, *l. ordinarij, C. de rei vind. l. mali, C. de iud. l. incerti, C. de interd. l. l. si quis, C. fi. reg. l. exitus, de acq. posse. P. l. si de vi, de ind. in P.*

¶Sic † etiam, si præscriptionem quis obiiciat, cessat hæc finiũ 14
regundorum actio, & terminorum controuersia, *l. fi. C. fini. regun.* quamuis enim non tollatur longo tempore viginti annorum, quia mixta & in rem & in personam, *§. quadam, de actio. l. seu & si loci. §. 1. fini. regun. in P.* tamen tolletur triginta annorum spatio. *d. l. fi. fini. reg. C.* Iure Pandectarum si fundus, tamen emtus sit, & ampliores fines possessi, totum id longo tempore capiunt vsu: quoniam vniuersitas eius possideatur, non singulæ partes. *l. 1. §. sed & si fundus pro emt. in P. l. qui fundum, §. fi. ea.* Quod tamen emendatum dico in longo tempore, vt longius exigamus, *per l. fi. fini. regund. C.*

¶ Neq; † nos à sententia dimouet l. Quinque pedum, finium 15
regund. C. cuius verba videntur inhibere præscriptionem omnem. *Quinque pedum*, inquit, *præscriptione submota, finalis iurgij ad locorum libera peragatur intentio.* Quibus verbis, quidam rati sint ibi post Accursium, olim non potuisse agi pro præscriptione quinque pedum circa fines agri, hodie contra. Explicant illam legem Cuiacius, *in l. 4. de vsuca.* Connanus, *li. 3. iuris ciuil.* Agennus Vrbicus, *in commentar. ad Iulium Front. de controuer. agror.* refert legem Manilium, quinque aut sex pedum latitudinem cõstituisse pro fine agrorum: quod hæc latitudo reseruaretur itineri ad culturam, vt ad eam iretur, & ad circumactum aratri, ideo impræscriptibili esse spatium.

¶Wolffgangus Lazius, *in præfat. commentario. reipubl. Romani*, 16
aliter explicat, quatuor pedum interstitium fuisse relictum ad sepeliendos milites, & successores dominorum, ibique fuisse cippos & tumulos militares probat ex quibusdam vetustis inscriptionibus Capuæ inuentis. Mortui namque olim more Græcorum extra oppidum sepeliebãtur: & si intro ferrentur, id honori summo concedebatur, vt notat Cicero *pro Flacco.* Vnde Polybius ait, *li. 8. histor.* illud fuisse singulare ex oraculo contra morem communem, vt Tarentini intra vrbem, in parte, quæ solis orum versus esset, mortuos conderent. Cum Græci contra obseruarent, imo & libitinarios, qui eos sepelirent, vrbe habitare non finerent, quos vocant κατασκίους & νεκροδάπτας, *Hesychius.* Existimarem autem ego, legem quinque pedum, & si præscriptionem submoueat, tamen antiquatam, vt admittatur præscriptio, si longius tempus adsit, quam viginti annorum. Nam Theodos. Arcad. & Valentin. lex est. Quinque pedum, lex autẽ final. eius tituli, fini. regund. C. quæ illam sequitur & præscriptionem inducit, Iustiniani est, qui 57. Imperator fuit: illi autem 49. ordine imperarunt.

¶ Crimen † de termino moto defert accusationem cuilibet 17
volenti, *l. fi. de term. moto. in P.* vt publicum videatur, habita ratione eius quod cuilibet de populo conueniat & concedatur *l. iusta, l. 1. de popul. actio. P. §. 1. de publ. iudic.* Item, quod quinquaginta aureos pro quoque termino moto ex lege Agraria reus dare iubeatur, *d. l. fi. de term. mot.*

¶Verum †proculdubio publicum erit, si agatur de motis ter- 18
minis publicis, puta iurisdictionis seu territorij: sic enim caussa publica, contingens delictum nõ publicum, publicum facit, vt de concussione non publica responsum est, quæ publica fit ob caussam, quæ legis publici criminis est *l. 2. de concussio. in P.* Iurisdictionis autem & territorij caussa publica est. *l. quippe iudicare, de iud. in P. l. filius fam. de ijs qui sunt sui vel alien. iur. P. in l. 1. de iurisdict. omn. iudic. P.* Territoriumque & iurisdictio certis finibus a-

Digitized by Google

bus agrorum concluditur, l. populus, §. territorium, de verb. ſig. P. quos egredi non licet, l. ſi. de iuriſdict. omn. iudic. Et quibus confuſis, totius politiæ ordo confunditur. c. peruenit. 11. q. 1.

De crimine Stellionatus.

Cap. 14.

Lib. 47. P. tit. 20. Lib. 9. C. tit. 34.

1 *Stellionatus iudicium quale, & quod generale vbi ſpeciale deficit: quando detur, & eius pœna, §. & 4.*
2 *Stellio, animal quale, & ſtellatura quid.*

1 STellionatus †iudicium, famoſum quidem non eſt l. 2. de crim. ſtell. in P. neque inter priuata vel publica annumeratur: attamen coercitionem extraordinariam habet. l. 1. & 2. eod. P. l. 3. eod. C. Variam namque & aliam à ſuperioribus habet crimen, quo ſtellionatus actione agitur, hypotaſin, vt ea non poſſit aliis regulis, quam extraordinaria cognitione concludi. Quod in priuatis iudiciis eſt, de dolo actio, quæ datur quando actio alia nō ſuppetit, l. 1. de dol. in P. hoc in criminibus ſtellionatus perſecutio eſt. Vbicunque enim titulus criminis deficit, illic ſtellionatus obiiciemus. l. 3. de crim. ſtellio. Optime autem doli ſimilitudo in criminib. anonymis à Iureconſultis & ſtellionatus vſurpata eſt, ac ſi dicerent hoc eſſe factum ſtellionis animaliſt quoniam, vt ait Plinius, lib. 30. cap. 10. nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt, & inde ſtellionum nomen in maledictum tranſlatum.

2 ¶ Animal † ſtellio eſt, lucentibus quibuſdam maculis diſtinctum, vnde nomen mutuatur: & crimen quoq; ſtellionatus, ſtellatura dicitur.

3 ¶ Proinde †late patent iſtius accuſationis exempla, quæ annotabuntur ex vſu quotidiano, obſeruata illa regula, vt ea crimina hoc nomine dicantur, quæ proprio nomine & propria determinatione pœnam non habent, nec in caſtigatione infamiam, niſi cum famoſa actione coniungantur. Poteſt enim cum alia actione dari, vt quis negotij teneatur actione, & vltra ſtellionatus. vt in l. 1. §. ſi. l. tutor, 16. §. contrariam, l. ſi quis in pignore, 36. de pig. act. li. 13. P. tit. 7. l. ſi. C. de crim. ſtellio. & ibi gl. ſi. Aliqua exẽpla prodita ſunt in iure, vt ſi quis alteri obligatam rem, eandẽ ſuppreſſa obligatione oppignorauerit, ſtellionatum enim eum committere placuit Alexan. Cæſari, niſi vtroque creditori ſatis offerat. l. 1. & 2. ſi. C. de crim. ſtel. li. & l. tutor, 16. §. 1. de pig. act. in P. Item ſi alij eandem per calliditatem diſtraxerit, permutauerit, vel in ſolutum dederit, l. 3. eo. tit. in P. Si in pignore æs pro auro ſuppoſuerit. l. 1. §. ſi. l. ſi quis in pignore, 36. de pign. act. P. l. 3. §. 1. de crim. ſtellio. Si quis merces ſuppoſuerit, obligatas auerterit, vel corruperit. d. l. 3. §. 1. eod. Si quis impoſturam fecerit, vel colluſionem in necem alterius, d. l. 3. §. item. Si merces ſuppreſſerit, d. l. 3. §. fi. Si peierauerit, inſtrumento iurans ſua pignora eſſe, l. 4. eod. non tam ratione periurij, quam fraudis conſulto creditori factæ. Item qui non cancellato inſtrumento poſt ſolutionem debiti, iterum propter condemnationem acceperit vt debitum, quod ſolutum erat, propter ſuam calliditatem ſtellionatus crimine punietur, Vlp. l. ſi ſideiuſſor, 29. §. in omnib. manda. P. & ſi ſolutum ex cauſſa iudicati, vt indebitum repeti non poſſit condictione indebiti. l. 1. Cod. de condict. indeb. d. l. ſi ſideiuſſor. cum ſimilib.

4 ¶ De †pœna criminis ſtellionatus, certa tradi non poteſt regula, niſi quod extra ordinem imponatur ſeueriſſime. l. ſi. de crimin. ſtellio. P. Fines tamen præſcripti, quos egredi non licet, nẽpe opus metalli in plebeiis in honore autem poſitis, relegatio, aut ab ordine motio remittẽda ſit. l. 3. §. pen. eo. Modeſtinus quoque exſilium tempore conſtituit in eum, qui cum fraude obligationis pignoris iam factæ alteri, periurio vallaſſe detegitur, l. ſi. eo. tit. P. Et certe hic quoque reminiſci oportet, iudicantem ex rebus in quibus calliditas & fraus committitur, & ex perſonis decipientium, & deceptorum, & ex modo & qualitate negotij pœnas eſſe ſtatuendas. Nam & Alexander Cæſar Tribunos militum, qui per ſtellaturas militibus aliquid abſtuliſſent, capitali ſententia affecit, auctore Lamprid. in Alexand.

De mendacij crimine.

Cap. 15.

1 *Mentiendum non eſſe, illudque ſcelus & vanitas quando dicatur.*
2 *Mendacium dicere, & mentiri, quomodo differant.*
3 *Mendacij gradus, de eſtatis, & pœna. Et 4.*
4 *Mendacium publicum grauius priuato.*
5 *Mentientes ſtudioſe grauius puniendis.*
7 *Mendacium Deo, & hominibus diſplicet.*
8 *Dignitatem alterius impetrare, mendacium facto eſt.*
9 *Mendax impetrator reſcripti quis dicendus, & quomodo puniendus, num. 11.*
10 *Fictiones, quæ non ſunt, inter mendacia punibilia annumerandæ.*
12 *Mendacij pœna iure ciuili in negatis verbis.*
13 *Aulicorum vendentium gratiam principum, quam ſe habere mẽtiuntur, pœna. Et 14. 15.*

SOlon † inter leges ſuas, & illam adiecit, *Mentiri noli*, Diog. Laert. in 1. in Solone. & ait Plautus, in mercatore. 1

Mihi ſcelus quoque videtur, me petenti proloqui mendacium.

Id in ſeriis & grauioribus, in aliis vanitas, inconſtantia, ſtultitia, Iouinia. Ponea. li. 2. de ſermo. c. 2. §. & 12. dicetur. Iniuriamque paulo antea diximus irrogari, in iniuriis verbalib. ſi quis dixerit alicui, quod mentiatur.

¶ Quod † indicat mendacium, probrum eſſe & delictum: ſi- 2
cuti & Perſæ crimen capitali animaduerſione dignum arbitrabantur, mentiri. Herodot. in 1. Probat idipſum finitib mendacij, nam aliud eſt, falſa vocis ſignificatio cum voluntate fallendi, c. beatus, 22. qu. 2. Accurſ. in l. de ætate, §. 2. de interrog. actio. Publius etiam Nigidius firmat, dum ait, *inter mendacium dicere, & mentiri hoc diſtare: quod qui mentitur, ipſe non fallitur, ſed alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipſe fallitur. Item qui mentitur,* inquit, *fallit quantum in ſe eſt: at qui mendacium, ipſe non fallit quantum in ſe eſt. Vir bonus præſtare debet, ne mentiatur: prudens ne mendacium dicat.* Paria quoque non eſſe, falſum dicere, & mentiri iura probant. c. in autem, 22. q. 2. c. beatus Petrus, c. ſi qualibet. §. Abraam, eodem.

¶ Octo † gradus ſunt mendacij, pro quorum varietate maius 3
minuſve delictum eſt, prout in iure Pontificio diſtinguũtur, ea primum, c. ne quis, 22. q. 2. Qualecunque autem ſit, peccatum eſt: os enim quod mentitur, occidit animam ſuam. Sapient. 1. cap. nec artificioſo, eod. q. Et perdet Deus omnes, qui loquuntur mendacium. Pſalm. 5. Scriptum quippe, Leuit. 19. *non mentiemini, nec decipiet vnuſquiſque proximum ſuum.* Et Exod. 23. *non ſuſcipies vocem mendacij, nec iunges manum tuam, vt pro impio dicas falſum teſtimonium.* De huius pœna nos latius in crimine falſi, quod dicto & verbis committitur: Et iterum: *Verbum mendax iuſtus deteſtabitur, impius autem confundit, & confundetur.* Proverb. 13. Et, *abominatio eſt Domino labia mendacij.* Prouer. 12.

¶ In †noua lege, Apoc. 21. & 22. pœna exprimitur omnib. men- 4
dacibus, *pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure, quod eſt mors ſecunda.* De mendacio pernicioſo alteri & conſulto fraudẽ inferente, intelligendum tamen putant omnes interpretes pœnam illam æternam: nam illud peccatum eſſe mortale dicſit, ioſum autem non graue. c. quod autem, 22. q. 2. Nihilominus autẽ in hoc conſentiunt, nullo modo perfectis vel conſtantibus viris eſſe mentiendum, c. ne quis, c. omne, & c. ſi quis per vetus. 22. q. 2. c. cauete, 22. q. 5. etiam pro vita alterius ſeruanda, d. c. ne quis. Non enim quis ſeipſum iugulare & perdere debet, vt aliũ cõſeruet, l. præſes prouinciæ, de ſeruitut. C. Neque malum faciendum, vt inde eueniat bonum. gl. in l. quis ſub prætextu, C. de ſacroſ. eccl. & in c. magna, ne cler. & mona. Neq; etiam ad ſalutem cum mẽdacio quenquam eſſe ducẽdum, c. primum, 22. q. 2. non deiiciendi ſui cauſſa, id eſt, vt vocant, humiliandi cauſſa, c. non ita, d. 4. Vindicatum ſeuere ſignatur Ananiæ & vxoris eius à D. Petro mendacium vẽditionis agri, & retentionis pretij, Act. 5. *nam ſi conſenſerimus,* 27. diſt. c. 1. verſ. in act. Apoſtolorũ, 1. q. 1. c. quod Chriſtus, & c. ea vindicta, 23. q. 4. morte enim repentina necati, quod mentiri voluiſſent Spiritui ſancto.

¶ Demoſthenes † mendacij legem in foro venali etiam poſi- 5
tam apud Athenienſes teſtatur, περὶ τὸν λιμένα, & graue etiam priuatis, mutoque magis reipub. eſſe mentiri, his verbis, πῶς γὰρ ἂν αἰσχρὸν ὂν ἐνθάδε ἀδικεῖσθαι, κατὰ μὲν τὰς ἀγορὰς ἀμυνεῖσθαι μαχόμενον, ἐφ' οἷς δ' ἐστὶν ὀβολοῦ ἢ δραχμῆς βλάβος ἢ τις ζημία: τοῦδε τοῦ κοινοῦ χρήσθαι τοῦ νόμου τούτου τὸν πόλιν, τὸν αὐτὸν ὃν παίζουσιν τοῖς ἰδιώταις, ἀλλὰ τοὺς ἀγαθόν τι ποιοῦντας ἀπατᾶσθαι. id eſt, *Nam honeſtum eſſe qui poteſt, Athenienſes, in rerum venalium foro, vbi ſi qua fraus aut impoſtura interceſſerit; reſpublica nihil detrimenti capit, legem de vitando mendacio eſſe latam: publice autem ciuitatem illam, quæ priuatis ipſa id imperarit eadem lege non vti, ſed bene de ſe meritos circumſcribere?* Et alibi ait, *Ora. de falſa legatio.* Δεινὸν ψεύσασθαι ποτ' ἔστιν ὀλίγου & δεινὸν ὅρκου ὀλίγου ψεύσασθαι καὶ ταῦτα δυνυχοῦντας: δεινότερον ὅρκου ὅλον δῆμον, καὶ ταῦτα τῶν ἀξιωμάτων. id eſt *graue mentiri, & parum etiam graue mentiri apud paucos eoſque calamitoſos: ſed grauius apud totum populum, eumque Athenienſem.*

¶ Plutarchus † ſcribit, Antigonum monoculum ab Alexãdro 6
mendacij conuictum, ab aula electum, & præfectura priuatum. *in vita Alexandri.* Vt & Põponius Atticus vir equeſtris Romanus, qui quia mendacij non dicebat, ita nec dici pati poterat. Cor. Nepos, *in vita Pomp. Atti.* Polybius, *lib. 2. hiſtor. Duo,* inquit, *mendaciorum genera, vnum quod fit per ignorantiam: alterum, quod ſtudio profertur. Illis, qui ob ignorantiam oberrant à veritate, ignoſcendum eſt: qui ſtudio autem mentiuntur, implacabiliter ſuccenſendum.*

Digitized by Google

7 ¶Lex † apud Platonem, *li. 11. de legib.* est, *nemo diis inuocatis mendacium dicat, aut deripiat, aut adulterare quicquam verbo vel re audeat: nisi velit Deo odio esse, cui quidem primum odio est, qui falso iurans, deos parui penditi: deinde qui coram se, maioribus mentitur.*

8 ¶Ad † mendacium accedit & pro mendacio accipitur, se profiteri alicuius dignitatis vel officij, & contraria professioni agere, *c. cauere, & c. frater, 22. q. 5.* estque hæc species mendacij facto comprobata.

9 ¶ In † rescriptorum examinatione, vt his qui impetrat frui possit, veritas ad amussim inquiritur: & si in ea non fuit plane expressa, vel si expressa sint aliqua falsa, qui impetrauit mẽdax dicitur, siue id ex malitia & fraude, siue per simplicem aut ignorantiam fecerit, *c. super literis, de præscrip. ap. Grego.*

10 ¶ In † aliis autem subtilius distinguimus, cum de pœna mendacij agimus, potissimum in foro contentioso: siquidẽ quæ sunt ioco prolata, non serio, nec alterius decipiendi causa, mendacium proprie non dicitur, nec punitur. *D. August. in quæstio. in Genes. c. 45. c. quod autem, 22. q. 2.* Sunt hic fictiones seu simulationes ad vtilitatem aliquam, quæ non nocent, sed prosunt potius, à mendaciis separandæ, quibus vsi sapientes sunt. *c. vtilem simulationem, d. quæst.* Huc pertinent parabolæ, apologiæ, reliquaq; id genus, & technæ seu solertia ad euitanda pericula, seu ad hostes decipiendos: vnde bonus dolus dicitur, *l. 1. §. non fuit contentus, de dol. in P.* vel mendacium. sed non improbum. Sic intelligo locutum Diphilum, *apud Stob. in mendacio.* poetam Comicum, dum ait:

καιρὸν πρόμηθον ψεῦδος ἐκ τοῦ τυχεῖν φέρει.

Et rursum,

ὑπολαμβάνω ψεῦδος ἐν καιρῷ λαβεῖν
λυσιτελοῦν, ἢ δὶς ἀριστοποιεῖσθαι δυοῖν ἀρίστοιν.

id est, *Mendacium positum in tempore, lucrum seu fructum adfert. Et ego existimo mendacium salutis causa prolatum, nihil adferre mali.* Et Pisander, εἰ νίκησε τὸ ψεῦδος ὑπὲρ ψυχῆς ἀγορεῦσαι, *non est reprehensio, mendacium pro salute sua dicere.* Verum & illud obseruandum, quod ait Eusebius, *apud Stob. de mendacio.* nulli concedendum esse in ciuitate ita mentiri etiam ob aliquam vtilitatem, nisi veritatis studioso, & prudenti viro, qui quo tempore, quoque modo natura mendacij non soleat obesse, intelligat, & necessariæ commoditatis causa secuturæ mendacium id faciat. Est & alia quædam mendacij facilitas, siue malitia, ex fragili natura facile irrepens, de qua dictum, omnem hominem mendacem esse. *Paul. ad Rom. 3.*

11 ¶Et † multa de mendaci mortalium vita Antonius Codrus. Quibus distinctis, mendacij pœnas distinguemus facilius: primum in rescriptis: mendacium malitia scriptum vel cum fraude, & vitiat rescriptum: & vltra, si nimia mentientis inuenietur improbitas, etiam seueritati subiacet iudicantis. *l. etsi legibus, 5. si contr. ius vel vtil. publ. li. 1. C. tit. 25. l. fi. de diuers. rescrip. C. l. 1. si nup. ex rescrip. peta. ca. dicenti, 25. quæst. 2. cd. & per literas, c. 20. de rescrip. apud Gregor.* Si per ignorantiam autem vel simplicitatem, vt loquitur Innocentius: 3. vel veritas suppressa fuerit, vel falsitas suggesta, si talis expressa sit falsitas, vel veritas occultata, quæ si fuisset non expressa vel non occultata, non remorarentur rescripti concessionem valebit. Contra, si expresso vero, vel non addito falso, aliter fuisset princeps rescripturus. *d. c. super literis.*

12 ¶ In † quæstionibus ciuilibus mendacium pœnam habet vsuriam, pro negotij qualitate, veluti, si quis, cum ab eo reposceretur res, negauit se possidere, possidere conuictus, priuatur possessione, quæ petẽti adiudicatur. *l. fi. de re iudic. P.* Sic pignus possidens inficiatus dominum pignoris, priuatur possessione, *auth. item possessor, qui potio. in pign. habean. C. §. illud, de trien. & semi. in auth.* Crescit & per inficiationem damni dati æstimatio in lege Aquilia. *l. inde Neratius, §. hæc actio, ad l. Aquil. P. l. contra. Cod. eod.* Mentitus ætatem minorem, eius priuilegio postea in eo nõ restituitur, *l. 1. 2. si min. se maio. dix. C.* Fideiussor beneficium diuisionis ex epistola Cæsaris concessum, mendacio amittit. *l. si dubites, §. ita. de fideiussor.* Et mentitus super quota hereditatis, cuius est heres, in solidum conuenitur. De his qui pernitiose mentiuntur in accusando, & calumniæ pœna, iam dictum in proprio titulo post accusationem, & qui accusari possunt. *l. si ex parte, & l. cum, quod cum eo, qui in alie. pot. l. 1. C. ad Senatusconsl. Macedon. lib. qui cum se, de re iud. P.*

13 ¶Sunt † quidam, qui splendidis & magnificis pollicitationibus, quæ suo tamen carent effectu, officium suum quod nullum est, & simulatam apud principem gratiam pretio vendũt, quos fumi venditores dixerunt, vt Martialis. Huiusmodi erat Vetronius Thurinus quidam, qui cum simularet se multum principis amicitia valere apud principem Alexandrum Seuerum, nõ modica pecunia clientes emungebat: qui in fuco deprehensus, iussu Cæsaris, vt crimini responderet supplicium, alligatus palo, viridium lignorum fumo est enectus, pronuntiante præcone, fumo periit, qui fumos vendidit, vt auctor Ælius Lampridius, *in vita Alexand. Seueri.*

14 ¶ Meminit † Demosthenes cuiusdam legis de hac re Atheniensium, in hæc verba, Ἂν ὑμῖν νόμος ἐρχαῖος τῆς πάλαι δεκώτατος ἐχεν ἰσχύν τις ἀναχόμενος τε τῶν δήμων ἐξαπατήσει κεἰπὼν καὶ ἀκῦσαι ποιήσει, id est, *Est vobis Athenienses antiqua lux, è probatarum numero: si quis aliquid pollicendo verba populo dederit, in iudicium duci: cõuictum, morte mulctari.*

15 ¶Adrianus † libertos suos nec sciri voluit in publico, nec aliquid apud se posse: dicto suo, omnibus superioribus principibus vitia imputans libertorum.

Damnatis omnibus libertis suis,
quicunque se de eo iactauerat, teste Ælian. Spartian. *in vita Adriani.*

DE VSVCAPIONIBVS.

LIBER XL.

Quid sit vsucapio.

Cap. I.

Lib. 2. Instit. tit. 6. Lib. 7. C. tit. 26. Lib. 41. P. tit. 3. Lib. 2. Decret. tit. 26. Lib. 2. Sex. tit. 13.

1 *Libri 40. ad 39. continuatio.*
Vsucapio acquirendi legitimus modus, & amittendi: eius origo. eod. & num. 2. 3.
4 *Vsucapio, num vsus capio scribi debeat disiunctim.*
5 *Vsucapionis finitio, adiecto dominij in ea quid, & eius diuisio, num. 6. & 9.*
7 *Dominium num vsucapione amittatur & quaratur, & num directum. num. 8.*
Præscriptio quid.

1 DIximus † superioribus libris, quo modo negotia expedirentur per contractus & per delicta, vtque dominia rerum per contractus & delicta amitterentur, & in aliũ transirent, aut conseruarentur. Postulat ordo, vt ad vsucapiones, seu præscriptiones trãseamus: iuris ciuilis namque præcipuus & firmissimus acquirendi dominij modus vsucapio est. *l. traditionib. C. de pact.* item & alienandi, *l. alienationi, de verb. sig.* à iure naturali seu gentium habens originem & rationes. Meminit Horatius, *li. 12. epist. ad Lucium Florum.*

Quædam si credis consultu mancipat vsus.

2 ¶Cicero † vsucapiones vocat, ius auctoritatis, *Cic. de Aruspi. respon. & 7. in Verrem.* Et alibi, *idem pro Cecinna.* tradit vsucapionis auctoritatem à legibus ortam. *Fundus*, inquit, *à patre relinquit, at vsucapio fundi hoc est, finis solicitudinis, ac periculum litium, nõ à patre relinquitur, sed à legibus.* Inter Romanos vsucapio refertur ad legem 12. tabul. accepta tamen à Græcis, testimonio Platonis, *12. de legibus.* & Isocratis, *in Archidamo.* Iure ciuili alio, esse etiam renouatam, & explicatam vsucapionem planum est, vt & in plerisque emendatam, *§ fi. de vsu & habit. §. 1. de vsucap. transfor.* & consequenter probatam.

3 ¶Neque † admittenda est consequentia Senecæ, *lib. 13. epist. & epist. vlt. Negant Iurisconsulti quicquam vsucapi, quod sit publicum, publicum autem id est, quod tenes, & quidem generis humani.* Vnde sequeretur, nullam posse fieri vsucapionem, si admitteremus publicum esse quodcunque possidemus. Quod nunquam dixerunt Iurisconsulti, sed rerum alias publicas, alias vniuersitatis, alias singulorum constituerunt. *l. 1. & 2. l. in tantum, de rer. diuis. P. §. 1. 2. 3. eo. tit. ap. Iustin.*

4 ¶Vsucapionem † quidam contendunt scribi debere, vsus capionem, interiecta litera s, quemadmodum & pignoris capionem, secundum Aul. Gell. 7. c. 10. disiuncto vocabulo. Quod tamen non placet. Nam hic non capimus vsum per vsucapionem, sed vtendo possessione dominium, *l. 3. de vsucap. P.* non vsumcapere dicimur. Vsus incorporalis est, quia seruitus: & ideo capi non potest, nec tradi, possideri, nec vsucapi, vt ait Gaius. *l. seruus, 45. §. incorporales, de acq. rer. dom. P. idem in l. possidgri, de acq. p. ff. P.*

Digitized by Google

l.seruitutes, 14. *de seruitut. tit. gener.* Proinde argumentari à pignoris capione ad vsucapionem, claudicat in substantiali differentia, vt à separatis & contrariis, probatio. Pignus quippe cum à pugno dicatur quo capitur, corporalis res est, & quæ tradi & capi potest, *l.si rem, §.2. de pign. actio. P. l.si plures, §.si pignus, de verb. sign.* Et Paulus Iurisconsultus vtrumque exemplo docet: *Pro emtore possidet*, inquit, *qui re vera emit, nec sufficit tantum in ea opinione esse eum, vt putet se pro emtore possidere, sed etiam debet subesse causa emtionis. Si tamen existimans me debere tibi ignoranti tradam, vsucapies. Quare ergo & si putas me vendidisse, & tradam, non capies vsu.* Videmus ibi dictum, *non capies vsu*: non autem, *non capies vsum*. Sic Papinianus, *in l. iusto errore, 44. §. & si possessionis, de vsucap. P. non minus capietur vsu puer*, dixit, & *d.l. iusto, §. filiusfa. cur non capiat vsu, &c.*

5 ¶ Definitio † vsucapionis traditur à Modestino, *Modest. l.3. de vsucap. in P. Vsucapio, est acquisito, vel adiectio dominij, per continuationem possessionis, temporis lege definiti.* Quibusdam non placet finitio hæc, tanquam quæ minus videatur continere, quam definitum, *vt existimat Paul. Castr. ad d.l. 3, de vsuca.* Mihi sufficiens videtur, vt aliam non requiram. Obseruandum tamen in aliquibus excussis codicibus, expunctam vocem, *acquisitio*, sed perperam: estque hæc vocula necessaria, vtpote quod docuerimus vsucapionem esse speciem modi acquirendi. Reliqua vero, quæ adiiciuntur à Modestino, formam & materiam exprimunt.

6 ¶ Adiectio † dominij, demonstrat ius fuisse aliquod vsucapiēti ante possessionem continuatam, sed non perfectæ. Nam si præscribens seu possessionem continuans, nullum ante continuationem possessionis habuerit ius, nullumve titulum, nullo tempore præscribit, *l. si quis emtionu, §. 1. ver. si vero, de præs. 30. vel 40. ann.* Et sic finitio tria explicat implicite, quę Castrensis sua finitione voluit supplere, titulum, bonam fidem, & possessionem. Adiectio titulum, tanquam subiectum cui fit adiectio, indicat. Non enim potest adiici ei, quod non est: nec esse potest cui adiiciatur, nisi per titulum, ratione cuius quis se dicit possidere bona fide, vel vera vel præsumta. Si enim mala adesset, titulus non daret vim negotio malæ fidei, quia nec is consideraretur, quia nullus, *l. quoties, qui satisfa. coga. P. cum simil. ibi not. P.*

7 ¶ Aliquando † tamen olim proprietas non acquirebatur, sed iuris auctoritate, possessione perfecta tempore defendebatur. Ideo auctoritas dicebatur ius defendendi rem per vsucapionem. Ita Cic. *in Topic. vt vsus auctoritas biennium est, sic ergo esto.* Et alibi, *idem 1. Officior. aduersus hostem æterna auctoritas esto.* Et in lege Attilia seu Attinia, *Quod subreptum erit, eius rei auctoritas esto.* Id est, nunquam nisi post æternitatem præscribatur, vt docet Aulus Gellius, *li. 17. cap. 7.* Vel repetendi rem furtiuam, si perpetua licentia. Non enim furtiuæ res, lege illa prohibente, præscribi poterant, priusquam reuersæ post furtum fuissent in domini potestatem, *Paul. l. 4. §. quod autem, de vsucap.* Interpretatur & auctoritatem, actionem Venuleius, *l. fin. de euict.* Explicant Franciſc Balduinus, *in explic. c. 10. & 11. leg. 12. tab.* Alciatus, *in comment. de verbo. signif. ad leg. quæsto est, l. 115.* Hodie tamen, nō secus quam traditionibus & vsucapionibus, dominia rerum trāsferuntur, *l. traditionibus, C. de pact.* Ex auctoritate quippe iuris ciuilis, vel secundum eius regulas, dominia mutari possunt, & ab vno in alium transferri, & addici, *c. quo iure defendas, & dist. l. eum qui ædes, de vsucap. P.* vt ex præscripto eius, seruus cui libertas est in testamento domini relicta, si non adeatur ex eo hereditas, vt conseruet sibi libertatem relictam, petere potest sibi hereditatem adiici *§ 1. de eo qui liber. cau. bon. adiec.*

8 ¶ Dominium † porro, quod diximus per vsucapionem quæri, interpretamur, omissis interpretum pugnis, de directo: quia Modestini finitio *l.3. de vsucap. P.* meminit simpliciter de dominio, quod intelligitur directum, *l.1. si ager vectig. vel emphyt. pet. P.* Quod firmat lex, *l. vni. de vsuca. transfor. C.* quæ tradit vsucapione perfecta, non posse antiquum dominum vllo remedio rem repetere. Et ita qui vsucepit præscriptione, potest petentem submouere à litis ingressu, *l. sicut. l. omnes, de præscri. 30. vel 40. ann. C.* Cum non minus videatur alienare qui vsucapi rem suam permittit, quam qui expresse distrahit, *l. alienationis verbo, de verb. sig. P.* Et proinde recte dictum est, vsucapione nos res nostras facere, *l. qui fundum, 7. §. fi. pro emt. P.* Ita & Iustinianus probat, dum loquitur de edicto Adriani tollendo, *l. fin. de edict. Dini Adri. tol. lib. 6. C. tit. 33.* & mittendo instituto in possessionem, non obstante cuiuscunque temporis curriculo. *Nisi tantum temporis*, inquit, *effluxerit, quod possit vel possessori plenissime securitatem super dominio præstare, vel ipsi qui missus est omnem intentionem excludere.* Et rursum alibi, *Auth. nisi tricennale, de bon. mater. lib. 6. C. tit. 59. Nisi tricennale tempus transeat, quo possessor dominus fit.* Sunt & alia iuris responsa, quæ idem asserunt, *vt in l. 1. si aduer. vsuca. C. l. si finita, §. si de vectigalibus, de dam. infect. l. eum qui ædes, de vsucap. l. acquiritur, §. non solum, de acq. rer. dom. P. cum simil. l. 1. §. 1. de anna. except.* Et ita quoque notat Boer. decis. 344. nu. 3. 5. 6. Et quamuis aliqui putent obligationem naturalē non tolli per exceptionē statutariæ præscriptionis temporalis, tamē consentiunt tolli ciuilem: de quibus vide Chassanæum, *in §. 8. ad verba, de toutes choses, num. 20.* vbi citantur plures interpretes, tit. *des forests & pasturages, & riuieres, in consuet. Burgundiæ.* Vide & de hac quæstione, num dominium quæratur ex præscriptione in rebus immobilibus, sicut in vsucapione in mobilibus, glo. ad §. ex his modis, ad verbum dominia, de vsucap. apud Iustin.

¶ Diuidunt † vsucapiones, in eas quæ mobilium, & quæ 9
immobilium sunt rerum: illas proprie dici vsucapiones, has vero, præscriptiones contendunt, *Accur. Bart. & alij in l. 2. C. in quib. cess. lon. temp. præs. §. in seruorum, vbi tamen hæc confunduntur.* At ego opinor vtramque appellationem ad res mobiles & immobiles pertinere, *l. quare, l. nunquam, l. furtum, de vsucap. P.* Verū probo Oldradi sententiam, significatione propria vsucapionis nomen referri ad vsucapionem rerum mobilium & immobilium: præscriptionem vero pertinere ad ius excipiendi, vt in rubrica de diuersis & tempor. præscrip. vt præscriptio temporalis sit species exceptionis, *l. pen. de except. lib. 44. P. tit. 1.* quia quis ratione vsucapionis excipit contra petitionem rei ab alio factam, siue ea sit immobilis, siue mobilis, *l. 3. de diuer. & temp. præscrip. lib. 44. P. tit. 3.* Species porro seu distinctiones aliæ verius vsucapionis constitui possunt, ratione diuersi temporis, vt in tempore, interius Deo fauente, enumerabimus.

De rebus quæ vsucapi possunt, vel non possunt.

Cap. 2.

1 *Vsucapi quæ res possunt. Et quæ non vsucapiantur, numer. 2. 3. 4. &c.*
5 *Regia iura quæ præscribi possunt, & quæ impræscriptibilia & 6.*
7 *Tributa an præscribantur contra principem.*
8 *Diuisæ res quando censentur, & quomodo vsucapiantur.*
9 *Quæ non præscribantur, & contra, 10. 11. 12. 13. 15. 16. 17. 18. & 20.*
14 *Præscriptibilia quædam iure Codicis, quæ impræscriptibilia iure Pandectarum.*
19 *Dimissoriæ literæ ad ordines à quibus ex priuilegio concedantur.*
21 *Præscribendi facultatem quæ clausulæ in contractu positæ impediunt.*
22 *Vsucapioni pacto an renuntiari possit.*

OMnes res in summa vsucapibiles sunt corporales, nisi lege 1
aliqua vel ratione speciali prohibeantur: incorporales autem, per se neque traditionem, neque vsucapionem admittūt, *l. seruus, §. incorporales, de acq. rer. domin. l. seruitutes, 14. de seruitut. tit. gener.* P. Prohibentur porro vsucapi res sanctæ, publicæ, populi Romani, ciuitatum liberatum, liberi homines, *leg. vsucapiones, cum similib. ibi per gloss. nota. de vsucap. P. §. sed aliquando, eod. tit. apud Iustin. l. 1. 2. 3. tit. ne rei domin. vel templo. tempo. præscr. submo. lib. 7. C. tit. 18.* Explicat glossa res impræscriptibiles, & adfert iura, quæ casus probant, in c. cum non liceat, de præscrip. Quos in versus sequentes coniecerunt,

Hostis, schisma, minor, confinia, res sacra, dotes,
Ecclesiæ nemus, laicu res spiritualis,
Visito, coniugium, via publica, liber, obedit.
Functio, res fisci, publicum ius, de repetundis,
Si vacat ecclesia, suspensio, sub patre natus,
Vxor, conditio, si res non possideatur,
Res pupillaris, his atque peculia iungis,
Impedimenta vetant hæc, ne præscribere possis.

¶ His † adde, nunquam superficiē absque solo vsucapi pos- 2
se, *l. nunquam, & l. eum qui, de vsucap. P.* Neque res furtiuas, nisi ipsæ redierint prius in potestatem domini scientis, propter prohibitionem legis Atiniæ, & legis 12. tab. *l. 4. §. quod autem, & §. Labeo, & seqq. §§. l. si fur. & l. non solum. de vsucap. §. furtiuæ, & §. adeo, eo. tit.* Estque regula, rerum vllarum non esse vsucapionem, ex quibus furti nomine agi potest, *l. si homo, 33. de vsucap. P. l. fin. de solution. l. qua fundum, §. si tutor, pro emtor.* Lex quoque duodecim tab. vestibulum præscribi non permittit, & in eo tuetur ius sepulcrorum, *Cic. 2. de legib.*

¶ Res † viui pro herede non vsucapitur *l. 1. pro hered. in P.* 3
Nec vna res pro alia vendita tradita, *l. 3. §. cum Stychum, pro emto. in P.*

¶ Ex lege † Caroli Magni, seruus fugitiuus potest à domino sine annorum præscriptio ne repeti, inter Alemanos & Francos: reseruatur autem vsus iuris proprii Longobardis, & Romanis, *in constit. Carol. Magn. in cap. de his quæ addidit Car. Magn. de legibus Longobard. ca. 8.* 4

¶ In † Gallia, domanii seu dominii regis ius, nulla præscri- 5
ptione potest vsurpari. Ideo si distractum sit, redhibēdi ius regi & successoribus perpetuo manet, & si agitur de iure regio supremo, vt liquet ex constitutionibus Francisci I. anno 1539. regiis, *de l'alienation du domaine du Roy, & du domaine, &c. cum non liceat, de præscrip.* In istis quamuis ius ciuile permittat 40. annorum præscriptionem, *l. comperit, de præscription. 30. vel 40. annor. Cod.*

Digitized by Google

Præscribi †autem posse alia iura, quam superioris domimij placuit, vt ius restituendi spurios natalibus, tabelliones creandi, & id genus: instituendi vectigalia, sciente & patiente principe, *l. super quibusdam §. præterea, de verb. sign. Panorm. consil. 18. volum. 2.* Basilius tamen iunior Porphyrogeneta, Imperator Orientis, statuit fiscum nullo temporis spatio excludi, sed ab Augusto principe ius suum reuocari, & suas probationes ad id recuperãdum adferre posse, *in constitut. iur. Orient. lib. 1. in constit. eius. 4 tit. περὶ παντὸς ἐγκλήματος αἰτίας, de præscript. 40. ann.*

7 ¶ Placuit † & iure ciuili, vt tributa, quæ in recognitionem superioris dominij & principalis penduntur, non possint præscribi. *l. comperit, de præscrip. 30. l. fi. de fun. pater. li. 11. C.* Non enim licet à capite membra discedere, si velint viuere, & hoc ius præscribere, *ca. cum non liceat, de præscript. c. nulla, 93. q. 2. de parochis, & alien. paroch.* Omnis potestas potestatibus sublimioribus subdita esse debet, *ca. 2. de censi. c. cum magnum, 11. quæst 1. ad Roman. 13.* Vtque apes, ita homines vnum reuereri debent ducem, *c. in apibus, 7. quæst. 1.* Et qui noluerit superioribus obedire, ex decreto iudicis morte moriatur, *Deuter. c. 17.* Etenim sempiterna lege naturæ receptum est, inferiores obedire debere superioribus, *Diony. Halicarn. in l. l. potioris gradus, de off. recto. prou. C. l. 1. §. denique, de aqua pluu. arcen. P.* Idcirco autem tributa præstantur, vt eam quam debemus superioribus obedientiam profiteamur, *c. 2. de censib. ad Rom. 13.* Neque quæ debentur episcopis vel aliis prælatis obedientiæ testandæ caussa, vllo tempore præscribuntur, *c. accedentes, c. cum ex officij, de præscript.* Nerui republ. sunt illa tributa, quæ si non præstentur, futurum est breui collapsuram rempublicam: eum ea, vt plerunque in stipendia militum, quibus pacata ab hostibus sit, impendantur. Vnde licite exiguntur, & iuste vt soluant subditi coguntur, *Augus. contra Faust. Manich. c. 74. c. quid culpatur. 23. q. 1. c. tributum, 23. q. 8.*

8 ¶ Agrata aliquando fuit cõtrouersia, num socij vel coheredes, rem indiuisam communem pro diuisa possidentes, possint spatio 10. vel 20. an. præscribere, vt eam postea cum aliis nõ teneantur diuidere. Et tandem distinctio placuit, *Boer. decis. 58.* vt si quando fratres & cõsortes æquis portionibus bona possederunt pro diuiso tunc præsumatur inter eos facta diuisio: & ita intelligẽdam esse gl. *Bar. Bal. Paul. de Cast. Alber. de Rosa & Salyc. ad d. l. si maior. facit, l. si filius, C. de petit. hered. l. qui in aliena, de acquir. heredit. P. l. si maior C. cõmun. diuidun.* Si separatim enim socij agere cœperint, & vnusquisque illorum sibi negotiatur, sine dubio ius societatis soluitur, *l. itaque, pro soc. P.*

9 ¶ Verum †vbi nulla est possessio fratrum vel aliorum pro diuiso, non posse indici præscriptionem per 10. vel 20. ann. vel alia præscriptione minore triginta, *Bart. Bald. Alber. & alij prædicti, per tex. in l. seruum communem, C. famil. ercis. l. 3. in quib. cau. cess. lon. temp. præsc. C. l. hereditatem, C. eod. tit.* Nam si per minus spatiũ vnus ex fratribus aliis permittentibus possederit, & administrauerit bona patris defuncti, illi non videntur renuntiasse portioni propriæ. contra autem excluduntur 30. annis, *Bald. & gl. in l. licet, C. de iure del. gl. in l. quandiu, in 1. de acq. her. P.* Quod adhuc tamen quidam intelligunt verum tantum in iure adeundi & petitionis hereditatis, quæ competit extraneis, vt id ius 30. annis præscribatur: nõ autem si agatur de hereditate suorum, vbi maius tempus & duplex, pro iure immissionis exigitur, *Fel. in c. de quarta, ver. & scias, quod de præscr.* Basilius Imperator Orientis iunior Porphyrogeneta, constitutionem edidit, vt si inopes potentiorum iniuriis oppressi fuerint, non repellantur 40. annorum præscriptione, neque vllas valere præscriptiones, quæ iniuste & fraudulenter inductæ fuerint, *lib. 1. iuris Orien. in const. 4. Basil. iun. tit. περὶ παντὸς ἐγκλήματος αἰτίας.*

10 ¶ *Neque † fructuarium* vt aiunt Dioclet. & Maxim. *l. neque fructuarium. 8. C. de vsufruct lib. 3. C. titul. 33. ad obtinendam proprietatem rerum, quarum vsumfructum habet, neque successores eius, vlla temporis ex ea caussa tenentes præscriptio munit.*

11 ¶ Item Paulus † respondit, *l. si. ad l. Pomp. de parricid. P. Eorum, qui parricidij pœna teneri possunt semper accusatio permittitur.*

12 ¶ Et † Marcellus, eum qui per vim stuprum mari vel fœminæ intulerit, sine præfinitione temporis quinquennij accusari posse, dubium non esse dixit, *l. mariti, 24. §. si. ad l. Iul. de adult.*

13 ¶ Placuit & accusationem suppositi partus, nulla tẽporis præscriptione depelli: nec interesse, decesserit nec ne ea, quam partum subdidisse contenditur, *Paul. qui falsam, 19. ad l. Cor. de fal. P.*

14 ¶ Notandum † tamen obiter, quædam dici iure Pandectarum & iure Codicis antiqui impræscriptibilia, quæ aliis legibus præscribi dicuntur duplici ratione: prima, quod quædam minori præscriptione præscribi non possunt, quæ tamen longissima, vel immemoriabili præscribuntur, *ita intellig. tit. in qui. cau. cess. lon. temp. præscr. lib. 7. C. tit. 34. & tit. 35. quibus non obsit. long. temp. præsc. l. omnes. l. fin. C. de præscr. 30. vel 40. an.* Alia, quod quædam iure nouo Codicis præscriptio 30. vel 40. ann. inducta est quæ incognita fuit antiquis Iurisprudentibus *glos. 1. in l. Iulianus, ex qui. cau. maior. Can. ad tract. de vsucap. pro emt. num. 8* vt dicemus Deo fauente paulo post in temporibus vsucapionum.

15 ¶ Proprietaris † vsucapione non præscribitur vsusfructus alteri debitus. *l. locum, §. proprietarius, de vsufruct. P. l. 2. de vsufru. leg. l. iusto, §. non mutat, de vsucap. P.*

¶ Nec † vsucapio pro emtore, vel pro herede superueniens, mutat quo minus pignoris persecutio salua sit. *Vt enim vsufructus vsucapi non potest, sic nec persecutio pignoris quæ nulla societate dominio coniungitur, sed sola conuentione constituitur, vsucapione rei non perimitur. l. iusto errore, 44. §. non mutat, eod. l. 1. §. cum prædium, de pignor. P. l. vsucapio, C. eo.* 16

¶ Num † autem seruitutes, & quæ præscribi possint, dictum iam à nobis est alibi, *lib. 4. ca. 21. in 1. par. istius Syntagm.* ideo non repetam. Copiose, & forsan pluribus quam par sit, examinauit hanc quæstionem, & simul alteram, num iurisdictiones præscribi possint, Longouallius in l. imperium, in 4. parte, de iurisd. om. iud. quem consulito. 17

¶ Rei † suæ quoque vsucapio non valet, *l. non solum. 35. §. si rem tuam. de vsuca. P.* 18

¶ Visitationis † porro seu procurationis præscriptio num obtineat, conclusum est, eam visitationem vsucapi non posse, quæ iuris est cõmunis: aliam vero, quæ ex priuilegio est, vel ex consuetudine, posse, *in decis. Cap. Thol. 332. per D D. in c. cum ex officij, de præscript. Guil. de monte Laud. in cle. 1. de censi.* Competit namq; & ex eo consuetudine præscripta, vt prælati inferiores possint inter sibi subditos immediate quædam agere, quæ prælati superioribus iure communi tantum conceduntur: veluti, vt concedant clericis sibi subditis literas dimissorias ad consequendos ordinum gradus. *gl. in c. cum nullus, §. inferiores. ad ver. inaltum, de temp. ordi in 6. & ibi Archid. & Io. And. gl. fin. in c. episcopum, 9. q. 2. in decis. Capel. Tholos. 450.* 19

¶ Quæ † tamen facultatis, impræscriptibilia sunt, *gl. pen. in c. priuil. Fel. in c. cum accessissent, 11. col. de constitu.* Sic Masuerius quoque, in praxi tit. de præsc. §. 19. *Item aduersus ius facultativ*, inquit, *non currit præscriptio, aut saltem si casus non euenerit.* Quod per exempla persequitur, & addit, *nisi præcesserit contradictio, quæ cum lapsu temporis absorbet vniuersale ius domini.* Sicut & ea in quibus dictum, vt non obstante vlla præscriptione obtineant. Num autem clausula illa extendatur ad longissimam vsque præscriptionem, & an locum habeat in ea, vide disputatum per Bart. Chas. ad §. 18. ad verba, *non obstant quelque laps de temps, numer. 1. 2. 3. des arriéz appartenans à gens mariez* in consuet. Burg. 20

¶ Traditur autem, clausulam appositam in cõtractu, vel in testamenti legato, vt toties renouetur actio, quoties præscriptum fuerit, rem reddere impræscriptibilẽ, *Bal. in l. lapsi rerum, ver. sed nunquid contra, C. vt in pos. leg tex. in l. si cui in annos, qui. mod. vsusf. amit. Boer. decis. 328. n. 5.* nam ibi finis vnius temporis, est principium alterius. Hinc q; sequitur explicatio clausulæ, quæ apponitur in libellaribus contractibus, vt detur res in locatione de viginti nouem annis in viginti nouem, & sic in perpetuum, ex qua fit res impræscriptibilis. In iure quoque debitorem nõ posse præscribere responsum est obligationi, si iurauerit eam obseruare, *l. tam & posteà, §. si is qui temporali, de iureiur. P. & ibi Bar. Bal. Alex. Ang.* Quod tamen in Gallia locum non habere explicat Boerius dec. 329. nu. 5 Pluribus autem idem, decis. 182. nu. 5. 6. 7. 8. docet, quæ dicuntur per prædictas clausulas impræscriptibilia, intelligi tantum de præscriptione 10. vel 20. ann. non de 30 annor. lapsu, quo præscribi possunt. Quemadmodum & pactum de retrouendendo toties quoties & in perpetuum, *Boer. decis. 182. nu. 1. 2 3. vbi citantur alij recentiores.* 21

¶ Dubium † tamen est inter interpretes, an vsucapioni pacto renuntiari possit: & Bar. quidem *in l. 1. de vsur. P. exaggerant & in eam quæst. Bar. Alex. Alc. sub rubr. de præscr.* non valere conuentionẽ ait, qua cauetur, vt nullo tempore currat præscriptio, quia ea bono publico introducta est, *d. l. 1. de vsuca.* & ius publicum pactis priuatorum lædi non potest, *l. ius publicum de pact. P. l. nemo, de leg. 1. c. quod omnes tangit, de reg. iur in 6. c. contingit interdum. de sent. excom. in 6.* 2. In odium negligentium inducta vsucapio, *c. vigilanti, de præscr.* & proinde renuntiari ei à contrahentibus non poterit, *l. tamen, & ibi gl. ad SC. Macca. P.* Erunt & postremo eius sententiæ comprobatores, vsucapionem fortiorem esse pactis: nam per eam fiunt, quæ pacta efficere nequeunt: pacto enim effici nequit, ne res communis non diuidatur, *l. in hoc, §. si conueniat, com. diu id* Quod tamen vsucapio facere potest. *l. vni. §. adhæc, de annal. except. C.* Item pacto, fundo cõmuni acquiri seruitus non potest *l. vnus ex socijs, de seruit vrb. præd. P.* & tamen vsucapione potest *l. sed etsi inter se, eod.* Ergo inquiunt, pacto vsucapioni non poterit renuntiari. Masuer. in praxi, tit. de præscr. §. 24. existimat illam resolutionẽ forte veram esse, cũ agitur de præscriptione rerũ immobilium, secus in debiti præscriptione. Ego autem arbitror, pactum quid ne liceat alicui contrahenti præscribere, vtã diximus de clausulis impedientibus vsucapionem, valere & impedire ratione promittentis præscriptionem: nõ autem quominus alius præscribere possit. Quia quod pertinet ad paciscentem, dominium incertum dici nõ potest, cum is sciat vel scire possit semper alteri reseruari pactum quod tamẽ in aliis non paciscentibus cessat. *l. reseruatum. 11. de pact. P.* Et quãuis leges bono publico latæ sint, *c. erit autem lex. 4. dist. l. 2. de legib. P.* nemo tamen ambigit illis renũtiari posse à nobis, in quãtum in nostrũ fauorem facere videntur, *l. si quis in conscribendo, C. de pact.* Ergo & vsucapionibus, quas implere possemus, in quantum nostra interest: non in quantũ publice interest. Et ita tollitur prior 22

contraria

contrariæ sententiæ ratio, & 2. quia & si in odium negligétium inducta sit, tamen in fauorem vsucapientium quoque erit, & illi fauori renuntiari poterit. Leuius autem est postremum adminiculum, quam solutionem mereatur: cum non sequatur ex eo, quod in quibusdam habeat locum pactum, in quibusdam non habeat vsucapio. Ideo, in omnibus fortiorem esse vsucapionem pacto, vel pacto perfici non posse, vt ea non fit: hoc enim, vt in prouerbio est, extra chorum.

De personis, quæ vsucapere possunt.

Cap. 3.

1 *Vsucapere potest qui non prohibetur.*
2 *Vsucapi non potest res precaria alieno nomine possessa, pignus, proprietas ab vsufructuario, vt deiiciens, qui non potest sibi acquirere.*

1 QVicunque non prohibetur vsucapere potest, si acquirendi dominij habeat potestatem, pater familias, filius familias, infans, pupillus tutore auctore possidens. & si animum habeat possidendi, sine tutore furiosus, si ante furorem cœperit possidere, non tamen seruus pro herede, *l. 1. §. item acquirimus, ver. igitur, de acq. possess. l. si seruo, 28. l. iusto, 44. §. filiusfam. & l. sequitur, de vsucapion. in P. cum similib. ibi not.* qui excipitur.

2 ¶ Vt † & is, qui precario possidet, non præscribit eandem rem, *ca. quia agnouimus, 10. q. 3.* neque colonus quæ alterius colit, *l. male agitur, de præscript. 30. vel 40. annor.* non qui alieno nomine possidet, vt & conductor, *c. clerici, 16. q. 1. c. vigilanti, de præscript. §. sed bonæfidei, per quas pers. nob. acq.* non vsufructuarius proprietatem, *§. fructuarius, eod.* non creditor pignus, *l. nec creditores, 9. de pignor. act. C. l. pigno. de vsucap. P.* Qui vt alium à possessione deiicit, eam non potest vsucapere: quamuis alius qui vim non commiserit, possit vsucapere, *l. 4. §. si tu vi, & l. non solum, §. si dominus, eod.* Et in summa, qui capax non est acquisitionis, vsucapere non potest: cum vsucapio sit species alienationis, *l. alienationum, de verb. signif.* & in omni iusta alienatione pro duobus extremis exigatur capacitas alienantis & acquirétis. Vt neque pro herede poterit vsucapere, qui factionis testamenti capax nõ est, *l. si. pro hered. in P.* Sic laicus, qui incapax est possessionis & acquisitionis rerum spiritualium, puta decimarũ, eas nullo tempore vsucapere potest. *c. caussam quæ, 7. de præscrip.* Seruus suo nomine, quia ab alio possidetur, possidere nõ potest, *in l. sic euenit, ad l. Iul. de adult.* nec vsucapere, *l. qui in seruitute, 161. de regul. iur. P.* alieno potest alteri & possidere, *l. qui alieno, de acq. poss. P.* & ignoranti in cuius potestate est vsucapere, *l. 2. §. Celsus, pro solut. in P. iuxta l. quod seruus, de acq. poss. P.*

De possessione, quæ requiritur in vsucapione.

Cap. 4.

1 *Vsucapio exigit possessionem, titulum, bonam fidem.*
2 *Possessio basis vsucapionis, & dominij: hac ciuilis & naturalis esse debet. 3.*
4 *Incorporalia quomodo præscribantur quasi possessione, & 7.*
5 *Seruitutum quæ caussa continuata, & discontinuata: & continua quomodo distinguenda. & num. 6.*

1 VSucapio, vt actus aliqui à iure introducti habent propriam formam, secundum quam fieri debent, vt efficaces sint ac subsistant, habet & pro substantiali formula possessionem, cum definito tempore continuatam, titulum & bonam fidem.

2 ¶ Basis & princeps caussa vsucapionis, est possessio: quia sine possessione, nõ procedit vsucapio, *l. sine possessione, 25. de vsucap. P. c. sine possessione, de reg. iur. in 6. l. qui in seruitute, eod. titu. P.* Et dominium primum cœpit à possessione: cum enim vacuæ res essent, possessoribus primo occupantibus cesserunt, *l. 1. de acquir. possess. P. l. ex hoc iure. de iustit. & iur. P. Harmenop. lib. 2. Prom. iur. tit. 1. Nos in 1. par. Syntagm. lib. 1. cap. 13. plura, de hoc & de vtraque possessione, ciuili & naturali.*

3 ¶ Debet † autem esse possessio, & naturalis & ciuilis, *l. nemo ambigit, de acquir. poss. C.* quæ omnium aduersariorum silentio confirmetur. & nullam habeat interpellationé seu interruptionem, nec physica sola sufficit, *l. improba, eod. l. male agitur, de præscrip. 30. an. l. acquiritur, §. fin. de acquir. rer. dom.* neque ciuilis tantum, *l. cum heredes. de acquir. poss.* quia si vna interpellatur, altera non sufficit. Quod vt intelligamus, præponendi sunt modi amittendę possessionis ciuilis vel naturalis: & pone quod quis simpliciter de possessione deiiciatur re ipsa ab eo, qui ius non habet, interpellatus possessio naturalis, & interrumpitur vsucapio, & si ciuilis nõ interpelletur, *l. naturaliter, de vsucapio.* Sic si interpellatio sit possessionis ciuilis per litem & vocationem in ius, quamuis detẽtio vel possessio corporalis seu naturalis non interpelletur, tamen interruptio sit vsucapionis seu possessionis, *l. cum notissimi, C. de præscr. 30. vel 40. ann.* quæ tamen ciuilis interruptio prodest interrumpenti, non aliis vt naturalis, *vide gl. p. si calum. ad c. sine possessione, de reg. iur. P.* Sed & 2. in hac possessione exigitur, vt qui possidet, capax sit possessionis quærendæ: nam vt in præcedẽti capite diximus, qui est incapax possessionis, est & vsucapionis, *vt in c. caussam, de præscrip.* Possessionis etiã capacitas vtriusque esse debet, & ciuilis, & naturalis: & ita qui naturaliter tãtum possidet, & nomine alterius, non præscribit sibi, vt si precario, pignoris nomine possideat, *l. si seruus depositus, 22. de noxal. actio. lib. 9. P. tit. 4.* Concurrit insuper hic cum facto corporali animus, vt quis arbitretur se ita possidere & vti suo iure, & vt sibi acquirat: alioqui enim possidens rem vt alienam, nunquam præscribit, *l. qui iure familiaritatis, 41. de acq. possess. P. l. fin. quemad. seru. amitta. lib. 8. P. tit. 6. l. si opus, § si iussero, quod vi aut clam, P. l. 1. §. aristo, de aqua quot. & æsti. l. 2. §. Celsus, pro emt. l. licet, C. de acq. poss.* Qui alieno nomine possidet, eidem præscribere potest, *c. clerici, 16. q. 3. c. si diligenti, 17. de præscr. c. cum venissent, de rest. spol. l. quod meo, de acq. poss. l. 3. quemad. seru. amitt. P.*

4 ¶ Quod † autem operatur possessio corporalis in rebus præscribendis corporalibus, idipsum operatur quasi possessio in præscribẽdis iuribus & incorporalibus. Sic ius electionis dicitur præscribi, *c. cum ecclesia, de caus. poss. & proprie.* quamuis incorporale. Incorporalia namque non possidentur vere, & ideo ea ratione impræscriptibilia sunt, *l. seruus. §. incorporales, de acq. rer. do.* At alia ratione, per ea quæ pro traditione habentur, & pro possessione seu quasi possessione præscriptionem accipiunt.

5 ¶ Veluti † seruitutes per patientiam eius, contra quem vsucapitur, *l. si ego, §. 1. de publ. l. 1. in fin. de seruit. rust. præd. l. 3. §. dari, de vsufr. l. seruitutes, in 14. de seruit. vr. gener.* eaque patientia, interdum habet quasi possessionem continuatam, interdum interpolatam. Continuatam namque habere dicuntur, quas ratione rerum nostrarum in alieno existentium continue quærimus: vt in seruitutibus, quæ in superficie sunt, obseruatur, *Paul. in l. seruitutes quæ in superficie, 19. de seru. vrb. prædio. l. & si forte, §. sciendum, si seru. vind. P.* Interdum & tempus diurnum in aliis, quæ quasi possessionem non habent continuatam, cuius initii non exstat memoria, vicem tituli & continuationis possessionis habet, *l. 1. §. denique, de aqua plu. arc.*

6 ¶ Sunt † tamen in difficili possessionis vel quasi quæstione, in seruitutibus obseruandi duo termini possessionis continuæ & non continuæ, & caussæ continuæ & non continuæ: nã si hæc confundantur, ex diametro sibi ipsi dissidet Paulus in l. foramẽ, 27. de seruit. vrban. præd. & in l. seruitutes, l. 14. de seruitutib. P. Siquidem in l. foramen, de seruitutib. seruitutes prædiorũ, quæ tempore quæruntur, perpetuas caussas habere debere docet. At in l. seruitutes, nullas seruitutes continuam possessionẽ habere posse. Quare continua caussa erit aliud, quam continua possessio. Nam aquam recipere cœlestem, continuam possessionem non habet: quia perpetuo non pluit: at aqua pluuialis perpetuam caussam habet, id est, cœlum vnde pluit, quod caussa est pluuialis aquæ perpetuo est, *d. l. foramen, de seru. vrb. præd.*

7 ¶ Præscribuntur & incorporalia † non per se, sed cũ possessione rerum, quibus adhærent, *l. si aliena res, 10. §. 1. de vsucap. P.* quemadmodum & superficies nunquam sine solo, longo tempore vsucapi potest. *Vlp. l. nunquam, 26. l. si solum. 39. & l. eum qui, eod.* Et quia homo liber possideri non potest, neque quoque præscribi, *l. vsucapionem, 9. de vsucap. P.*

De continuatione possessionis, & temporibus vsucapionum.

Cap. 5.

1 *Præscriptio continuatam possessionem exigit.*
2 *Temporis cursus qualis in vsucapionibus.*
3 *De præscriptione momẽti, horæ, vnius diei, & anni, item vnius vsque ad 100. Et antiquitatis, vide per totum cap.*
4 *Quæ continuo actu fieri debeant, & beneficium concessum à sum. Pontif. & ordinario diuersis cui debeatur.*
6 *Sententia intra quod tempus admittat correctionem & appellationem.*
7 *Pluralis numerus duobus contentus est.*
8 *Error iudicialis intra quot dies eligi debet.*
9 *Animalia pasci non debent regia vltra 7. dies.*
10 *Nouem diebus à funere debitoris non experiuntur creditores.*
11 *Appellandi dies decem sunt fatales.*
12 *Testis vocatus non tenetur exspectare examinationem, vltra 15. dies.*
13 *Litis contestatio intra viginti dies facienda.*

Digitized by Google

14 *Pecuniæ non numeratæ exceptio proponenda intra mensem, quando autem præscribatur, nu. 27.*
15 *Venditio facta sub conditione, si displicuerit, res sit inempta, intra quot dies rescindi potest: & alia quædam.*
16 *Inuentarij rerum hereditariarum confectio, quando incipi & perfici debeat.*
17 *Bonorum possessio intra quod tempus peti debet.*
18 *Præsentandi ius quo tempore excludatur.*
19 *Adulterij accusatio quomodo sex mensibus tollatur.*
21 *Deliberandi additionis causa quando præscribitur ius.*
21 *Annales quædam actiones.*
22 *Quæ biennio præscribantur.*
23 *Præscriptiones omnes, minores & maiores redactæ ad spatium 30. anno. & 28. & 36.*
24 *Quæ triennio vsucapiantur, & perimantur.*
25 *Et quæ quinquennio.*
26 *Fiscalia vectigalia, vt & alia, quo tempore præscripta. & 27. & 29.*
27 *Decennio quæ quærantur, & exstinguantur.*
28 *Actiones personales 30. annis pereunt.*
29 *Hypothecariæ actiones quo tempore præscribantur ex iure, & in Gallia.*
30 *Iubilæi anni redemtio.*
31 *Romanæ ciuitatis & ecclesiæ bona tantum præscribuntur 100. annis.*
32 *Annuæ pensionis præscribendæ agitata controuersia.*
33 *Præscriptio longi temporis quæ apud Iurisconsultos, & apud Pontifices dicatur.*
34 *Vetustas pro lege.*
35 *Tempora diuersi in vsucapionibus ratio.*
36 *Præscribi quare nunc possint, quæ impræscriptibilia iure Pandectarum dicuntur, & furtiua res nunc quare præscribatur. Et 37.*

1 IN † finitione vsucapionis Iurisconsultus dixit, eam esse continuationem possessionis per tempus à lege definitum, *l. 3. ae vsucap. P. l. 1. §. cum autem, & l. naturaliter, eo. tit.* Et Paulus *in Vsucapionibus mobilium*, inquit, *continuum tempus numeratur, l. nunquam, in vsucapionibus, 31. §. 1. eo. tit.* Atque Iabolenus, *possessio testatoris ita heredi procedit, si medio tempore à nullo possessa est, l. possessio, 20. eod.* Et Diocletian. & Maxim. *Longi temporis præscriptio ius, qui bona fide acceptam possessionem & continuatam nec interruptam inquietudine litis tenuerunt, solet patrocinari, l. 2. de præscr. long. temp. C. l. competit. & l. cum notissimi, de præscript. 30. vel 40. ann. libr. 7. C. tit. 39.*

2 ¶ Legitimum † porro tempus, pro diuersa natura rerum vsucaptarum, & pro diuersitate vsucapionum, ex circumstantiis à lege constitutis educitur. Percurrit Eustathius Constantinopolitanus antecessor, singula tempora diuersarum vsucapionum, in libello περὶ χρόνων τῶν πρὸς ἀκινήτων, id est, de temporibus & dilationibus, de momento vsque ad centum annorum spatium. Tractauit eadem de re Azo, rubrica numero 7. in libro suo, qui Brocardica iuris inscribitur. Estque alius interpres Dynus de Mugillo, qui præscriptionum tractatum edidit, quive mutuatus videtur à præcedentibus, in quibus temporum exceptiones potius, quam vsucapiones tractantur. Quamobrem ego ab illis summarie delibabo, quædam addam ordine temporis, quæ ad vsucapiones magis pertinent.

3 ¶ Et † in primis notandum est, tempora in vsucapionibus obseruari à momento in momentum, *l. in vsucapionibus, de vsucap. P. l. in omnibus, in 1. de actio. P.* Præscriptionis momenti exempla in ea, quæ testamento libera esse iussa est, si tres enixa fuisset, *in l. Aretusa, de stat. hom. P.* in eo, qui bonam fidem habuit etiam momento initio possessionis, vt possit postea possessionem continuare, *l. si alienares, de vsucap. P. l. sed & si, de publ. in rem actio.*

4 ¶ Horæ † præscriptio seu exceptio aduersus eos actus, qui vnico continuato actu fieri debent: vt si agamus, num valeat testamentum, quod continuo actu fieri debet, si solemne sit, dicemus interpositam horã & cõuersione facta ad extraneos actus, excipi posse non valere *l. heredes palam, 21. §. fin. de testa. in P.* Idipsum de stipulatione dictum, contra quam præscribitur, si statim, saltem post momẽtum, & antequam ad extraneos actus diuertatur, interrogationem non sequatur responsio, *l. 1 §. 1. & l. continuus, 137. de verb. obliga.* Si eodem die quoque beneficium venia à summo pontifice, & idipsum ab ordinario collatum erit, is prior in iure erit, cui hora potiore beneficium fuerit collatum, *c. si à sede 31. de præben. in 6 iuncta gl.*

5 ¶ Contra † maritum, postquam deprehensum in adulterio hominem cum vxore obiici potest præscriptio 20. horarum: quia non potest amplius, quam 20. hor. illum retinere, *in l.*
6 *capite quinto, ad legem Iul. de adulter. P.* ¶ Vnius † diei præscriptio, in aqua quotidiana ducenda sufficit, *L. 1. §. quod autem scriptum, de aqua quot. & æst. P.* Et iudex eodem die quo tulit sententiam, potest eandem emendare in accessoriis non postea, *l. acta. de re iud. P.* sicut & facultas appellandi sine libello & viua voce, præscribitur eodem tempore, *l. litigatoribus, de appellat. C.*

¶ Duorum † dierum præscriptio fit in ornatu equorum ven- 7
ditorum quærendo: nã si equus venditus biduo antequam venderetur, vel in ipsa venditione ornatus sit, ornatus quoque cedit emtori, *l. ædiles autem, 38. §. vendendi, de ædil. edict. P.* Item si quis iussus est aliquid facere in diebus, præscribitur facultati faciẽdi vel imponendi cõditionem per duos dies, *Iabol. l. inter illam, 217. §. si. de verb. sig. P.* Pluralis enim numerus dierum, duobus cõtentus est, *l. vbi numerus, de testi. P.* siue de horis vel de annis agamus, *l. libertas, §. fin. de manum. testa. P.* vel aliis rebus.

¶ Trium † dierum obiicitur præscriptio ei, qui intra hoc tẽ- 8
pus iudici delegato recusato, non elegerit arbitros, *l. fin. de iudic. lib. 3. C. tit. 1.* Item ei qui non correxit errorem propositum in iudicio ante sententiam, *l. fi. C. de erro. aduoc. iuncta l. 1. ec.* Referunt, *Bar. in l. vlt. ad l. Cor. de sicar. Aug. & Alexan. in l. si quis cum aliter, de verb. obl.* & tutum esse præscriptione hac vulnerantem aliquẽ, vt de vulnere nõ lethali possit, quis se defendere si vixerit vulneratus per tres dies. His tamẽ ego nõ adstipulor, cum iam explicauerim vulnus lethale alia ratione esse perpendendum.

¶ Septem † dierum lapsu, præscribitur contra ducentes ani- 9
malia à limitibus ad vrbem regiã, ne amplius in singulis ciuitatibus, per quas iter fit, pasci possint, *Vnuae venat. fera. lib. 11. C.*

¶ Nouem † dierum vero spatium, præscribit contra credito- 10
res, ne possint contra heredes debitoris mortui experiri pro debito intra id tempus lugubre, *Authent. sed neque, de sep. viol. C. §. meminimus, in nouel. 115.*

¶ Decem † dies dantur fatales ad appellandum, *de appell. &* 11
intra quæ temp. in Auth. Accusatus intra 10. dies, non comparente accusatore absoluitur, *nouella, de exhib. reis.*

¶ Quindecim † dierum spatio, exspectantes testes vocati ad 12
dicendum testimonium, præscribunt ne amplius detineri possint, nec reuocari ad dicendum testimonium, *l. si quando, C. de testi.* Differtur & in quindecim diebus paschalibus, compulsio annonariæ functionis & omnium publicorum debitorum exactio, *l. omnes. §. fi. de fer. C.*

¶ Per † viginti dies præscribitur iuri defensionis: si enim ad- 13
uersarius à se oblati libelli nõ fuerit contestatus, non auditur, nisi prius refuderit expensas, *Authen. offeratur, de lit. contest. C.* Recusandus & iudex, à citatione seu vocatione coram eo facta, intra viginti dies: aliter non auditur recusans post ea, *in Auth. consequenter, C. de iud. & interloc. omn. iud.* Post viginti dies non datur venia ei, qui seruum fugitiuum celauit, nec indicauit, *l. 1. §. 1. de fer. fugit. P.* Et nisi per viginti dies programma venditionis faciendæ rerum ecclesiasticarum publice proponatur, iure ciuili inutilis venditio, *§. hoc vero iubemus, nouel. 120. Auth. hoc ius porrect. m. de sacrosanct. eccl.*

¶ Triginta † dierum præscriptio, in exceptione non nume- 14
ratæ pecuniæ, cõtra instrumentum, quod meminit solutam fuisse pecuniam, locum habet, *l. in contractibus, §. super ceteris, C. de non num. pec. lib. 4. C. tit. 30.* quod iure canonico non obtinet, *decis. Tholos. 418.* Præscribitur & contra publicanum tot diebus vectigal non solutum, *l. Imperatores, §. fin. de publ. & vectig.* Contra recusatores & reis dantur præscriptiones post triginta dies vtiles, quibus repetere poterant desertam ab alio, vel interceptam publica lætitia accusationem, *in l. 3. §. fina. & l. in tantum, de accus. l. si interueniẽte, ad SC. Turpil. P.* Vt & accusatus post inscriptionem celebratam, intra triginta dies exhiberi debet *l. nullus, C. de exhib. reis.* Fit & præscriptio contra mulierem, quæ se dicit ex aliquo prægnantem, si post solutum matrimonium non denuntiauerit se esse ex marito prægnantem intra triginta dies, *l. 1. §. denuntiare, de liber. agnos.*

¶ Sexaginta † dies dantur pro dandis ornamentis iumenti, 15
vendendi causa appositis, vel pro iumentis ne fiat redhibendis, *l. ædiles aiunt, 38. ae ædil. ed. P.* Item, si vendendo ita dictum fuerit, vt si res displicuerit, non adicto certo tempore, redhibeatur, dantur vtiles dies tantum sexaginta, & ad redhibendum in factum actio, vltra non, *Vlp. l. quoad si nolit, 31. §. si quid ita, eo.* Præscribitur & ius accusandi vxorem de adulterio iure mariti, contra maritum per sexaginta dies, *l. iure mariti, C. ad l. Iul. de adult. l. miles, §. sexaginta, eo. tit. P. l. auxilium, de minor. P.* Eximebat hoc ius à subscriptione maritum accusantem, *proxime citatus ll.* & permittebat ex sola suspicione marito vxorem accusare, *d. l. quamuis*, aliaque concedebat marito intra illos dies accusanti, *pro citatis ll.* quæ aliis de adulterio accusantibus, & ipsi marito iure extranei accusanti, negabantur. Quamuis hodie Nouella 117. §. quia vero, iure mariti accusatio sine inscriptione, postulãte muliere, ademta sit. Compensatio quoque fisco non potest opponi, nisi intra 60. dies mutuum ei factum probetur, quibus elapsis præscribitur, *l. aufertur. §. qui compensationem, de iure fisc. P.* Potest & hoc tempore præscribi ius prælationis contra dominum, si venditione facta ab emphyteota & denuntiata, intra hoc tempus non fuerit vsus iure suo, *l. fi. §. fin autem, de iur. emphyt. C.* Sed & præscribitur facultas appellandi à nominatione ad munera, si post nominationem intra duos menses nominatus non appellet, *l. 1. de tem. appel. C.*

¶ Trium † mensium obiicitur præscriptio heredi, ne benefi- 16
cio inuentarij gaudeat, si intra mensem hereditariorum rerum non cœperit inuentarium, & intra tres menses non perfecerit, *l.*

scimus.

Digitized by Google

sciamus, §. cum igitur, & §. fin autem dubius, de iure delib. C. l. fi. de repud. her. C. §. ad hæc sanximus, vt sponsal. larg propr. sit contract. in Auth. Itē in opponenda exceptione non numeratæ dotis, post mortē vxoris, *Aut. quod locū, de dote cau. non nu. li. 5. C. tit. 15. §. generaliter, de temp. non sol. pec. in nouel.* Et idipsum tēpus præscribitur in noui operis nuntiatione, *l. 1. de noui oper. nun. C. l. de pupillo, §. si is cui, eod.*

27 *P.* ¶ Centū † dierum spatio, nisi petantur bonorum possessiones ab agnatis proximis, à tempore quo sciunt sibi deferri, proximioribus aliis sequentibus deferuntur, *§. fin. de bonor. possess. l. 2. qui admit. ad bonor. possess. C.* Bartolus quoque putauit *in l. Pomponius, de negot. gestis, P.* ratum velle videri negotium habere gestum pro se eum, qui per centum dies tacuit: & ita præscribi per id spatium contra eum, vt non possit conqueri.

28 ¶ Quadrimestri † tempore, partem socij socius præscribit, si intra illud tempus socius noluerit in rem communem necessario sumtus factos cum vsuris rependere, *l. si vt proponis, C. de edif. priuat. l. fratres, §. idem respondit, pro soc. P.* Præscribitur & iure deuoluto per quadrimestre tempus ius præsentandi contra laicos: & semestri contra clericos patronos, *ca. 1. de iure patron. in 6. cum similib.* sed & post sex menses ius conferendi ad superiorem deuoluitur, *c. 2. de concess. præben.*

29 ¶ Sex mensibus præscribitur redhibitionis facultas, *l. 2. C. de edil. act. l. sciendum, 19. §. final. & l. sex menses, de edil. edict. P.* Et sex mensium spatio euoluto, postea quam res tua alij à peræquatore est confirmata, amplius de ea litem mouere non potes, *l. fin. de cens. libro 11. C.* Et locorum domini absentes semestre spatium habent ad reuertendum, & debita dissoluenda, agrosque à possessoribus recuperandos, *l. locorum domini, de omni ag. deser. lib. 11. C.* Alia similis præscriptio accusationis adulterij, *l. maritus, § sex, ad legem Iul. de adult. P.* Sex mensibus quis præscribit plebem ad fidem per se conuersam, negligente proprio pastore monito, *ca. plausit, 16. quæst. 3.*

20 ¶ Nouem † mensium lapsu, præcluditur via heredibus ad deliberandum, *l. final. §. sed quidam, C. de iure deliber.* Quemadmodum eodem spatio, dilatio vltramarinę probationis excluditur, *l. 1. C de dilation.*

21 ¶ Vnius † anni tempus, absenti iusta de causa reipubl. gratia, dat spatium agendi, cum restitutione in integrum contra vsucapionem illo præsente cœptam, & eo absente cōtinuatam, quo elapso præscriptio obiicitur, *l. quod tempore militiæ, de restitu. milit. & cor. qui reipub. causs. abs. lib. 2. C. tit. 51.* Excluditur & actio, quanto minoris post annum, *l. sciendum, § fin. de edil. edict. lib. 2. C. de edil. actio.* Item bonorum possessionis suorum petitio, *l. pen. §. fin. qui ordo in bono. poss ser. l. 1. §. largius, de succes. ed. P.* iniuriarum actio, *l. si non conuitij, C. de iniur. l. si cum exceptione, §. post annum, & ibi Accur. de eo quod met. cau. in P.* & quadrupli ex edicto quod metus causa, *l. l. si cum exceptione §. 1. & §. post annum, & §. Labeo. eo. §. hæc autem actio, de actio.* & ex rapina, *l. fina. C. vi bonor. rapt.* Est & præscriptibilis anno actio de peculio, post mortem vel manumissionem filiisfam. *l. 1. quam. act. de pec. anna. sit, P. l. & ancillarum, §. si seruus, de pecu. P.* Item exceptio de non numerata dote, *l. in dotibus, de dot. cau. non numer.* Pœnalis actio in eos, qui iurisdictioni ius dicentis non obtemperant, *l. vni. §. fin. si quis ius dic. non obtem.* & qui vocant in ius, vocari prohibitos non petita venia, *l. penul. de in ius voc. P.* Qui vocatos vi eximunt, *l. si per alium, §. final. ne quis eum qui in ius voc. est vi exi.* qui dolo faciunt, ne vocatus se iudicio sistat, *l. 1 circa fin. de eo per quem fact. erit, &c. P.* Et aliæ actiones annales, vt non non edentis actionem, *l. fin. de euen. P.* de iis qui deiecerunt vel effuderunt, *l. si vero, §. hæc autem actio, de in qui deiecer. P.* alienantium pendente iudicio litigiosam rem, *l. vel post, de alie. iud. mut. causs. fac.* Sic de similibus pœnalibus, *l. vt in l. 2. §. 1. de vi & vi arma. P. l. 2. vnde vi, l. 1. si quis testamento lib. esse iuss. fuer. l. prætor ait, vi bonor. rapt. P. l. 2. C. eo. l. fin. de popul. act. l. item si cum, quod met. cau. P. cum simil.* quas longum esset recensere. Præscribitur retractus gentilitij ius, per annum & diem, *c. constitutus, de in integ. rest.* Etsi inuestitura intra annum & mensem non peteretur, præscriptione illa temporis vasallus feudo priuabatur, *§. 1. quo temp. mil. inuest. pet. deb. in vsib. feud.* Exstat regula cancellariæ Romanæ, de annali possessore beneficij, quam abunde explicat Gomesius.

22 ¶ Petrus † Iacobi, in titulo super pensionem, seu reditus libelli, in acquirenda ait, quasi possessione annuæ præstationis sufficere duos annos: & ita quoque refert Guido Pap. decis. 408. in fine. Biennij spatium præscriptionem generat contra accusationem & iudicia criminum, *l. vlt. & intra cer. temp. cri. q. termi. C.* actionem de dolo, *l. fin. C. de dolo,* non numeratæ pecuniæ, *l. in contractibus, C. de non num. pecun. §. 1. de lit. oblig.* restitutionem ex Velleiano, *l. si mulier, ad Velleian.* Antiquo iure, qui ex titulo donationis, vel alia quauis iusta causa rem accepisset, eam rem si mobilis esset anno vbique vno, si immobilis biennio tantū in Italico solo vsucapiebat, *§. 1. de vsucap. apud Iustin.* Postea tamen placuit Iustiniano, *§. & ideo, eod. & l. 1. de vsucap. transf. & l. fina. de præscr. long. temp. C.* vt res quidem mobiles per triennium, immobiles vero per longi temporis possessionem, id est, inter præsentes decennio, inter absentes 20. ann. vsucapiantur.

23 ¶ In Gallia † tamen notat Imbertus in Institutionibus Forensibus, in præscriptionibus mobiliū rerū, tanto tēpore opus esse, quanto in præscribendis immobilibus, videlicet 30. an. spatio. Quod etiam ex generali consuetudine esse Franciæ tradit Boerius, omniaque præscriptibilia, in Gallia 30. annis præscribi, *Boer. in consuet. Bitur. §. 1. de præscr. & in decis. 182. n. 12.* Et proinde quod Chass. tradidit de consuet. Burg. *ad §. 2. ad verba, Et semblablement des censes, num. 20.* Incum habebit in toto regno, vt omnes præscriptiones vniformes sint, & minores redactæ sint ad præscriptionem 30. ann.

¶ Verum † in finalibus quæstionibus iure ciuili annorū triū 24
præscriptio locum habet, *l. fi. C. fin. regundo.* Obiicitur & triennale tempus filio suo, si intra tempus repudiatam non reperat hereditatem, *l. fin. C. de repud. her.* Et legatura triennio solutum in posterum confirmatur, *l. 1. C. de fideicom.* Lites ciuiles quoque eodem spatio præscribuntur, si triennio quiescant, *l. properandū, de iu. C.* Triennio quoque episcopus contra episcopum vsucapit nuper ad fidem conuersum, *c. 1. de præscr. apud Greg. c. placuit, 2. 16. q. 3.* Exstat & regula 17. Cancellariæ Romanæ de triennali possessore beneficii non interpellando, quæ antea in concilio Basilien si originem habuit, seu in pragmatica sanctione recepta in concilio Lateranensi, quo conuentiones Gallicanæ cum summo pontifice editæ sunt. In quam ediderunt commentaria antiquus interpres Gomesius, in Rebuffus in tractatu de pacificis possessoribus: incipit autem triennium à tempore, quo quis habuit titulum coloratum, *glo. in §. 1. ad verb. colouatum, de pacif. poss. in prag sanct. vide Boer. dec. 24.* Traditum autem est, aduersus fiscū non currere vsucapionem, *Modest. in l. quānis, de vsuc. in P.* quod intelligendum est de triennali, non de alia, quæ locum in eum etiam habet, *l. 2. C. com. de vsuc.* vt per exempla istius capitis liquet, *& l. in omnibus, de diuer. & temp. præscr. P. in 20. an.*

¶ Quadriennio. † vacantia bona quoquo modo, vel titulo 25
quis possederit, præscribuntur, *l. 1. de quadri. præscri. C. l. 1 §. fin. de iure fisc. P.* Est & eadem præscriptio in denuntiatione vacantiū, *a. l. 1. de iure fis.* in restitutione minorum *l. fi. C. de temp. in integ. rest.* & contra creditores, si absentes non conquerantur de missione in possessionem bonorum debitoris, *l. fi. de bon. auct. iud. poss. C.* ¶ Quinquennio † præscribitur actio nio contra statum de- 26
functorum mouendæ, *l fin. & toto tit. C. ne de stu. defun. vt in P. l. si vxor, de manu. test.* querelæ inofficiosi testamenti post annum 25. agenti, *l. contra maiores, de inoff. test. C.* vt & reuocationi faciendæ à minore, *l. fi. si maior. fact. alien. rat. hab. C. l. aut si minor, de rest. in integ. C.* collusioni detegendæ, *l. 2. de colluf. deteg. P.* reuocationi cubiculariorum, *l. pen. de præpo. sac. cub. lib. 12. C.* Præscribitur hoc tempore contra adulterii accusationem, si ea mota non sit contra reum intra quinquennium, *l. quinquennium, & l. militem, §. adulterii, ad leg. Iul. de adult. l. adulter, C. eod. tit.* item contra fiscum de vectigalibus interceptis vel suppressis, *l. 2. de vectig. & com. C.* contra peculatus crimen, *l. peculatus, ad l. Iul. pecul. P.* In Gallia quoque præscriptio quinquennii impedit, ne postea peti possit emolumentum, quod ratione parui sigilli Montispessuli est omissum peti, vt statuit Ludouicus 12. in in const. edita, an. 1499. art. 146

¶ Immobiles † res vsucapiuntur inter præsentes decen- 27
nio, inter absentes 20. ann. spatio. *§. 1. de vsuc. & Iust. l. vn. de vsuc. transf. C.* Et exceptio non numeratæ pecuniæ tollitur, *nouell. 100.* Et vsusfructus, non vtendo perit, *l. pen. de seruit. C.* Et nundinarum ius, *l. 1. de nund. in P.* Habitatione decennali acquiritur & domicilium, *l. 2. de incol. lib. 10. C.* Si fundus censualis biennio incultus relinquatur, nec census solutus sit: acquiritur domino per negligentiam directo, iure inuili, *l. qui agros, de omni agro deser. lib. 11. C.* at iure consuetudinario Burgundiæ exiguntur 10. an. *Chass. ad §. 5. ad ver. lex dix ans passez, rubr. des censes, in cons. Burg.* Verum si elapsis 10. ann. dominus acceperit pensionē pro vno anno, non potest fundum retinere, etsi possit debitas pensiones repetere, *Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua, vers. 17. Ias. in l. 2. de iure emphyt. coll. 70. vers. tertio aduertite, Chass. in prox. cit. loc.* Statuit & Ludouicus 12. in edicto anni 1512. art. 46. ne rescissio cōtractuum, aut aliorum actuum fieret, prætextu fraudis, doli, deceptionis vltra dimidiam iusti pretii, vel circumuentionis, vis metusue: sed præscriberetur per decem annos à die actus vel contractus computandos. Et ita nunc seruatur. Seruus qui bona fide per viginti annos in libertate permanserit libertatem vsucapit, *l. 2. de long. temp. præscript. quæ pro libe. C.* quamuis contra libertatem nulla admittatur præscriptio, *l. fin. C. eod.* Criminum accusationes, quæ certā aliā præscriptionē nō habent, 20. an. lapsu abolentur, *l. querela, ad leg. Cornel. de falf. C.* Et in aliis quoque, in quibus minora tempora non sunt apposita, contra fiscum 20. an. præscriptio obtinet, *l. in omnibus, 13. de diuer. & temp. præscr.*

¶ Triginta † annorū præscriptio exstinguit & tollit omnes 28
personales temporales actiones, & rei venditæ, *l. sicut, l. omnes, l. si quis emtionis, C. de præscr. 30. vel 40. an. l. 2. de consti. pec. gl. in l. 2. de rescin. vend. C. de action. person. & mixtis, in l. hereditas, de petit. her. cum ait. ibi posita, ad verbum compellat, per glo.* Et idcirco facultas redhibendi data per pactum obligationi appositum, toties quoties voluerit retrahere venditor tollitur 30. ann. *Anch. cons. 322. Ias. in l. preces, de pact. C. Chass. ad §. 1. de retitib. in pec. const. in cōsue. Burg.* In Gallia iā antea in triennali, diximus omnes redactas esse præscriptiones ad 30. ann. quod etiam tradit de consue-

Digitized by Google

tudine Arcemiæ, verum Masuer. titu. de præscript. num. 1. & 6. & currere aduersus omnes, exceptis illis, qui de iure impediuntur agere, vt furiosi sunt, mente capti, pupilli, &c. Ecclesia quoque possidens rei priuati, & contra eundem præscribit, per lapsum triginta annorum, c. 2. *de præscri.* Et priuilegia eodem tempore præscribuntur, *c. placuit*, 2. 16. *q.* 3. Olim quoque ecclesia contra ecclesiam præscribebat per 30. annos, *c. 1. 2. 16. q.* 3. hodie tamen nonnisi quadraginta annis, *c. de quanta, & illud*, 8. *c. ad aures*, 6. *de prasc. ea. placuit, §. quas actiones*, 16. *quæst.* 3. *Authent. quas actiones, C. de sacrosanc. eccles. Nouel.* 111. Iure etiam Gothorum, omnes causæ siue bonæ siue malæ hoc spatio 30. ann. concludebantur, *l.* 3. *&* 4. *de quinquag. & tricen. tempo. tentat. in Cod. leg. Wisigoth. lib.* 10. *tit.* 2.

21 ¶ Actio † autem, quæ triginta annis nõ tollitur, per annos 40. finem capit, *l. omnes, C. de præscr.* 30. *vel* 40. *anno. l. fin. C. de fund. patri. lib.* 11. *C. vide Accurs. in l. inter dominium, ad verb. centum annorum, de sacrosanct. eccles.* Hypothecaria actio, competens contra debitorem possidentem rem oppignoratam, quadraginta annorum spatio exspirat. Si vero posterior creditor cõtra priorem creditorem experiatur, quoad creditor viuit quadraginta annorũ præscriptione vtitur. Si vero eo defuncto nomine proprio experiatur, decem vel 20. annorum præscriptione excluditur, *l. cum notissimi, de præscript.* 30. *vel* 40. *anno. C.* In Gallia hypothecariæ etiã pro dote 10. annis finiuntur. Late explicat Boerius, decis. 328. Sed & præscriptiones, quę sunt 10. vel 20. annor. si fuerint interpellatæ vel interruptę litis cõtestatione, ab eo tempore exigunt 40. annos cõtinuos, *l. fina. eo. l.* 1. *§. adhac, de anal. except.* Præscribuntur & res cõtra principem hoc spatio, quod pertinet ad vtile dominium: non quod ad tributa publica, *l. comperit, C. de præsc.* 30. *vel* 40. *annor.* quanquam & canones rerum patrimonialium principis hac exceptione elidantur *l. fin. de fun. patri.* Potest & fiscus ob tributa præteriti temporis non soluta, prædium iure pignoris distrahere, *l. cum possessor, §. fin. de censib. viden. l. fin. §. si quis professus, de pub. P.* Refert Henricus Boick *ad c. si diligenti, de præsc.* plures in eam iuisse sententiam, vt indistincte dixerint, res fisci patrimoniales, posse etiam præscribi spatio 40. annorum, atque reprehendit gloss. §. si minus, de nõ alien. rer. eccles. iast. quæ centum annos exigit in illis, & vt falsam reiicit: & secundum hanc opinionem iudicatum tradit Guido Pap. *decis.* 416. Apud Langobardos, *l. de possessione, de præscript. lib.* 2. *leg. Langobard.* Rhotarius rex statuit, in possessione quam quis habuit de publico, sufficere quadraginta annorum quietam & pacificam possessionem: in aliorũ autem hominum, 50. Luithprandus autẽ rex voluit, vt in rebus regalibus adsint sexaginta anni, duplicatis triginta priuatorum. Hoc quoque receptum esse notat Nicolaus Boerius *ad §. 1. de præscript. in consuetud. Bitur.*

30 ¶ Quinquaginta † annorum spatium in iure nostro inuenitur ad excludendam actionem repetitionis amissorum in ludo vetito: intra enim hoc spatium, quæ in ludo vltra vnum aureũ amittũtur, peti possunt, *l. fin. Cod. de relig. & sumt. funer.* Apud Wisigothos autẽ leges hæ duæ, *l.* 1. *&* 2. *de quinquag. & tricenna. tempor. tenta. li.* 10. *C. leg. Wisigot. sit.* 2. *Sortes Gothicæ & Romanæ, quæ intra quinquaginta annos, nõ fuerint reuocatæ, nullo modo repetãtur.* Et alia, *Mancipia fugitiua, quæ intra quinquaginta annos inuenta non fuerint, non liceat ad seruitium reuocare.* In lege tamen diuina Iubilæus, erat spatium 50. annorum, & anno quinquagesimo vnusquisque de populo Israelitico ad possessionem suam gratis, & ad familiam suam pristinam redibat, siue venditione, donatione vel alio titulo res in alium transiisset, *Leui.* 26. *Num. c. fi.*

31 ¶ Centum † annorum præscriptio tantum, etiam submoto schismatis tempore, locum habet contra ecclesiam Romanam & ciuitatem ipsam, *Auth. quas actiones, & l. fi. C. de sacrosanct. eccl. Nouel. vt eccle. Ro.* 100. *an. præsc. gaud. in Auth. c. ad audientiam, de præscr.* Item vt præscribatur vsusfructus debitus ciuitati vel municipio, ætas longissima hominis, centum videlicet annorum, exigitur, *l. an vsufructus, de vsufr. P. l. si vsufructus, de vsu & vsufr. leg. P.*

32 ¶ In † hac centenaria præscriptione dubium maximum olim inter Bulgarum & Martinum, *disputant in L. cum notissimi, §. fin. de præscr.* 30. *vel* 40. *annor.* de annuæ pensionis præscriptione cõtra creditorem: veluti, si mihi decẽ annua debeas, & soluisti per tres annos, & in quarto cessasti soluere, num fiat præscriptio pro futuris faciendis in futurum præstationibus. Resoluit autẽ Guido Pap. *decis.* 406. *vide & decis. Cap. Thol.* 342. quod annuæ præstationi nõ currit præscriptio indistincte, nisi à principio cuiuslibet anni: nisi cessaretur per cẽtum annos, & ita iudicari pluribus rationibus iuste tradit. Hieronymus Gigas in tractatu de pẽsionibus, singulari disputatione resoluit duas conclusiones. Prima, *Gig. tract. de pensio. q.* 83. in quæstione, an pensio annua reseruata super fructibus beneficij, in cuius solutione cessatum est per annos triginta, censeatur præscripta, ita quod vlterius peti nõ possit: videlicet, non censeri præscriptam, nisi pro illa parte, à cuius decursione effluxerunt anni triginta. Altera cõclusio, quod pẽsionarius si recipiat decem, sciens sibi deberi viginti, non excluditur per præscriptionẽ in aliis decẽ: secus si ignorabat sibi viginti deberi, & recepit decẽ, putans sibi integraliter satisfactum. Nam eo casu ait, contra illum currere præscriptionem, *idem eod. q.* 84. *per tex. in l. is qui vsumfructum, quib. mod. vsufr. amit. & per alia plura ibi disputata.* Affinis illa quæstio est, an quis præscribat annuum cẽsum, si ei solutũ sit per 40. annos: an vero in ea præscriptione tantum tempus exigatur, cuius initij memoria nõ sit. Et in ea, post multa conclusum est ex cõmuni sententia Canonistarum, quadraginta annos requiri, *Domus. de S. Genis. in c. 1. de præscript. in* 6. & ita iudicatum fuisse tradit Guido Pap. qui hanc quæstionem disputat *decis.* 405. *facit ca. olim, de censi. c. cum ecclesia Sutrina, de constitu.* Hic tamen animaduertendũ censeo, à quibus personis exactus fuerit census: nã præsumitur, si nõ appareat de causa eius, vis domini ergo subditos, *c. bona, in* 1. *de postu. prælat. Io. Fab. in §. aque, de act.* Et cẽsus nõ est ignotitię sed alicuius causæ, *ca. peruenit, de censib.* maxime si appareat de antiqua præstatione alia minori, ad quam reductio facienda est cum rest. tutione superexacti, *l.* 1. *in quibus cau. ob. domi. accus. poss. lib.* 11. *C.* Neq; ob est, quod aliquãdo fit vi à colono seu emphyteota superexactũ, *l. cura, de muner. & honorib. P.* Si tamen præscriptum sit non apparente contrario titulo, vel cõtraria antiquiori minori exactione, eius quod ex longo & prolixo tempore vel inueterata & lõginqua redituum susceptione, sufficiens est petenti cautela, nec contradicenti licentia relinquitur, longi temporis præscriptione, vel redituum frequentissima consequentia, colonorum impetus excludente, vt hisdẽ fere verbis tradit Iustinianus, *l. 1. lib. de agric. & censi. lib.* 11. *C.* In qua decisione consentiunt quidẽ iuris ciuilis & pontificij interpretes, vt præscriptione longi tẽporis firmetur præstatio censuum: sed in eo dissentiunt, quod iuris ciuilis auctores longam præscriptionem dicãt 10. inter præsentes, 20. annorum inter absentes possessionẽ, *§. & ideo, de vsucap. l. super.* 11. *l. fin. de præscr. long. temp.* 10. *vel* 20. *annor. C. & in reb. & ibi Bal. gl. in rub. quæ sit lon. consuet. C. Fel. in c. ceterum, de rescri.*

¶ Vocant & diuturnum silentium, & diutinam possessionem, *in l.* 1. *&* 2. *C. si aduer. cred. præscr. oppo. §. diutina, de vsuc. l. pignori*, 13. *§. si mandauero, eo. tit. P.* At in iure pontificio, longam quidam ponunt 30. annorũ, si agatur de rebus præscribẽdis priuatorũ. si autẽ de aliis, 40. *c. sanctorum, & ibi gl. in ver. si sincere, de præscr. Pan. in c. de quarta*, 4. *col. vers. sea quantum, eod. tit.* Quod tamen spatium in iure ciuili longissimum dicitur, *vt notat gl. ad rub. de præscr.* 30. *vel* 40. *anno.* Alij indifferenter dixerunt 40. annorum esse, *ca. olim, de censib.* Obtinuit autem, vt hic quadraginta annos constituamus, vt diximus, *ex Guid. Pap. decis.* 407. dum tamen causa aliqua prætexatur, ex qua solutio per tot annos facta dicatur, etsi ea nõ probetur. Sufficit enim illam proponere & exprimere, quæ si non exprimatur, absoluitur reus, non obstante tempore, *hoc disputat & probat idem Pap. decis.* 108. *an dominus censualis teneatur ostendere suum titulum, negante eo, qui præstitit censum per multos annos. Vide Io. Fab. ad §. præiudiciales*, 10. *col. de act.*

¶ Est † alia præscriptio, quæ vetustate perficitur, quando memoria nulla est initii, temporis, & proinde ea habetur pro lege, & firmum est, quod per eam possidetur, vel quasi possidetur, perinde ac si lege publica seu priuata, nempe conuentione vel testamento, constitutum esset, *l.* 1. *§. fin. & l.* 2. *de aqua plu. arcena. lib.* 39. *P. tit.* 3. *l. hoc iure*, 3. *§. amnis aquæ, de aqua quot. & est. li.* 43. *P. tit.* 19.

¶ Ceterum † in tanta temporum varietate, si quis nimium curiosus inquirat, quorsum tam variæ & diuersæ eorum definitiones. Respondebo, hæc ex eorum esse genere, quæ dicuntur arbitraria seu iuris positiui, quia ita placuit iuris auctoribus, *Accurs. in l.* 1. *§. pueritiam, ad verb. rutus, de postul. Andr. Sicul. ad Clemen. 1. in verb. restringere, de iudic. Gomes ad reg. de trien. p. 1. q.* 1. *in prin. & hac maxime referendum esse existimo, non omnium quæ à maioribus constituta sunt rationem reddi posse, l. non omnium, ff. de legib.* Et ista tempora distingui oportuit pro negotiorum qualitate, prout sufficere visa sunt ad admonendos dominos, vt rerum suarum curam non negligerent, *§. & cum hoc placitum, de vsucap. nota. in l. si quando, de resc.* Et proinde aliis atque aliis seculis, diuersa placuerunt.

¶ Neque † præscriptiones triginta vel quadraginta annorum, quæ longissimę dicũtur, fuerunt iure Pandectarum, vel antiqui Codicis inductæ, sed nuperrime, *gl. in l. Iulianus*, 17. *ad ver. militis ex quib. cau. maior. P. gl. in §.* 1. *in ver. antiqua, vt eccles. Roman.* 100. *pra. an. in Authen. in l. Pomponius, §. cum quis, in verb. vicus, de acq. poss. P. gl. mag in §.* 1. *de per. & tempor. actio. Capolla in tract. de vsucap. pro dote, nu.* 8. vnde & quædam impræscriptibilia in antiquis iuribus inuenies, quæ nunc dicuntur præscriptibilia, *in proxime citat. glossis.*

¶ Itaque † nunc distinguẽdæ sunt hac ratione in genere tres species vsucapionum seu præscriptionũ. Prior, est proprie dicta vsucapio in rebus mobilibus, quæ tantum procedit cũ titulo & bona fide, *l.* 1. *de vsucap. transf.* Secunda est, dicta longi temporis 10. an. inter præsentes, & 20. inter absentes, in rebus immobilibus, cum titulo & bona fide, *l.* 1. *de vsucap. tot. tit. de præscr. lon. tempor.* 10. *vel* 20. *annor.* Tertia est 30. vel 40. annorũ, quæ sine titulo & bona fide dicitur iure ciuili procedere, adiecta legibus nouis, de qua non meminerũt iura Pandectarum, & priora Codicis Iustinianei, *l. si quis emtionis, de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* Et proinde quæ propter malã fidem antiquis legibus impræscriptibilia dicebantur, vel defectu tituli, nunc hac præscriptione 30. vel 40. annis

Digitized by Google

annis præscribũtur. Exemplum sit in re furtiua, quam diximus non posse præscribi vetante lege Attinia, ſ. c.2. quæ tamen 30. annis præscribetur, *l.1.§.1.de anna.excep.tit. ſi.in l.ſicut, de præſcri. 30.vel 40.an. C.l.cum quærebatur, vnde vi, C.*

De Temporis initio, medio, & fine conſiderando in vſucapione: & de Vſurpatione ſeu Interceptione vſucapionis.

Cap. 6.

1 *Præſcriptionis tempus ex initio, medio, & fine perpendendum.*
2 *Temporis vſucapionum, vnde ſumendum initium.*
3 *Annua penſio & cenſus à quo tempore præſcribantur.*
4 *Vſurpatio quid.*
5 *Vſucapionis interruptio vel naturaliter, vel ciuiliter fit: & quomodo vtraque vide, & nu.6.7.8.& 9.*
10 *Præſcriptio ſuſpenditur aliquando, & non interrumpitur. Exempla in nu.11.12.13.& ſeq.*

1 QVia iam oſtendimus determinatum eſſe tempus vſucapionibus ſeu præſcriptionibus, liquet & obſeruandũ eſſe initium, continuationem, & finem temporis. Sic Vlpianus *l.in vſucapionibus, 6.de vſucap. P. In vſucapionibus, nõ à momento in momentum, ſed totum poſtremum diem computauimus. Ideoque, idem in l.ideoque 7. eod. qui hora ſexta diei Calendarum Ianuariarum poſſidere cœperit, hora ſexta noctis pridie Calendarum Ianuariarum implet vſucapionem.* Venuleius autem Iuriſconſ. ſic reſpondit, *l. in vſucapione, 15.de diuer.& temp.præ. P. In vſucapione ita obſeruatur, vt etiam ſi minimo momento nouiſſimi dies poſſeſſa ſit res, nihilominus repleatur vſucapio, nec totus dies exigitur ad explendum conſtitutum tempus.* Quod verum putant *gl. in d.l. in vſucapione, & in d.l. in vſucapionib.* in vſucapionibus rerum, quæ fiunt cum titulo & bona fide: at in præſcriptionibus 30. vel 40. annorum, dicunt non exigi. Et ſic tollunt antinomias legum dicentium, in omnibus temporalibus actionibus, niſi nouiſſimus totus dies impleatur, non finiri obligationem, *vt in l.in omnibus, 5.de actio. P. l.denique, §.minorem, de min. 25. ann. l. anniculus, de verb. ſign. l.& ſi non ſint, §. quid ergo, de auro & arg. leg.*

2 ¶ Nec † proficit præſcriptioni dies intercalaris, *l. 2. de diuer. & temp. præſc.* Ceterum dicemus tempus incipere ſecundum diuerſam negotiorum qualitatem. Nam ſi agamus de actionibus tollendis, à die, qua agi tantum potuit, incipit tempus, non antea: vt ſi dos reſtituenda, vel alia res ſit ſub conditione, vel certa die, tempore tantum elapſo incipit præſcriptio & negligentia, *l.1.§.annua, quan. actio. de pecu. eſt anna. l. cum notiſſimi, §. illud, de præſcript. 30. vel 40. ann. l. 2. §. ſi ſub conditione, pro emt. P.* Sic contra vocatum ex ſubſtitutione, non incipit præſcriptio rerum reſtituendarum, niſi à tempore quo ſubſtitutioni locus eſt, *l.ſi. §. ſin autem. C. com. de lega.* Et pignoratitia actio, quæ tollitur 30. an. lapſu, à tempore eo quo nata eſt, & potuit moueri, videlicet ab eo tempore, quo ſatisfactum eſt creditori, vel pecunia oblata & conſignata eſt, incipit præſcriptionem, *Hoſt. in Sum. de præſcr. §. quæ res præſcribi poſſint, circa fin. per l.ſi rem alienam, §. omnes, de pig. act. P.* Papinianus in bonis vacantibus ita ſtatuit, *l. intra quatuor, 20. §. quadriennij, de diuer. tem. præſcr. P.* deferendis fiſco, vel vſucapiendis quadriennio, *Quadriennij tempus non ex opinione hominum, ſed ex ſubſtantia vacantium bonorum, dinumerandum. Quatuor autem,* inquit eod. *anni, poſt irritum teſtamentum factum, & inteſtati poſſeſſionem ab omnibus repudiatam, qui gradatim petere debuerunt, vel poſt temporis finem, quod ſingulis eſt præſtitutum, computabuntur.* In emtis rebus præſcribendis, & initium contractus perfecti, *l. 2. pro emto, 3. pro ſoluto.* & traditionis inſpicimus ratione bonæfidei, quæ tunc in poſſeſſione incipienda exigitur, *l.ſi aliena res, 10.& Iuſto, §.& ſi poſſeſſionis, de vſucapionibus, in P.* In aliis, à facultate experiundi, pro reuocatione rerum ſuarum, negligentibus dominis currit præſcriptio, *explicatur in l. 1. & 2. de diuerſ.& temp. præſcr. P. c. biduum, 2. q.6. c. ſuper eo, 23. de reſcrip.* Tradit & Gomes *ad reg. Can. de anna. poſſeſſ. q.68. per l.cum notiſſimi, de præſcrip. 30. vel 40. an.* regulam, quod de iure non currit contra aliquem præſcriptio ſuper iure aliquo, quam prius conſtet illud ius fuiſſe in eſſe productum.

3 ¶ Ideo † dicunt præſcriptionem annuæ penſionis incipere principio cuiuſque annii, *Cyn. in d.l.cum notiſſimi, §. in his, & in deciſ. Cap. Thol. 342.* Maſuer. porro tradit *in præxi, titu. de præſcr. §. 12. per l. competit, & l. male agitur, de præſcr. 30. vel 40. an.* quod emphyteota præſcribit cenſum ſeu annuam præſtationem per 30. annos, non tamen directum dominium, niſi præceſſerit contradictio. Item ſi ſolum ſoluat partem cenſus per triginta annos præſcribere in reſiduo, *idem eod. §. 13. per Bart. in l.ſi prius, de aqua plu. arc. P.*

4 ¶ Continuatio † temporis conſtituti etiam in præſcriptione exigitur, *l. 2. C. de præſcr. long. temp.* Quare cauendum eſt, ne inſidiat in eam vſurpatio. Vſurpatio, vt ait Paulus Iuriſc. *l.2. de vſuca. P. l. naturaliter, 5. eo.* eſt vſucapionis interruptio. Oratores autem frequentem vſum vocant. Et ita inſcriptio rubr. D. vſucapionibus & vſurpationibus perhibetur eſſe in Pandectis Florentinis ab Antonio Auguſtino, *lib. 2. emend.* Frequens vſus, cõſtans & continuatus non eſt, ſed à pluribus interceptus, & in vno diſcontinuus.

5 ¶ Interruptio † vſucapionis, vel naturaliter vel ciuiliter accidit. Naturaliter vel facto naturæ, vel hominis. Naturæ facto, vt ſi res quæ poſſidebatur, vt fundus flumine vel mari fuerit occupatus: deſinit enim tunc poſſeſſio dici naturalis, *l. 3.§. Labeo, & l. Pomponius, & l. qui vniuerſas, §. item quod à mari, de acquir. poſſeſſ. P. l. ſacra loca, §.1. de rerũ diuiſ.* Facto hominis item, ſi quod poſſidemus ſacrum fiat, ſi mortuum intulerimus eo, ſi in eam poſſeſſionem prætore auctore per alium itum ſit, *d. l. qui vniuerſas, §.1.* Si ex ea deiecti ſimus, *d. l. naturaliter, de vſucapionib.* Si poſſeſſor capiatur ab hoſtibus, ſtatim enim atque intra ſepta & præſidia hoſtium ductus eſt, naturalis vſucapionis interpellatur poſſeſſio: eum qui poſſidetur ab alio poſſidere nequeat, *l.ſic euenit, ad l. Iuliam. de adulter. P. l. homo liber, §. quicquid, de acquir. rer. dom. P.* Et proinde qui iure poſtliminij redeunt, noua poſſeſſione etiam in rebus ſuis obtinendis egent, ſi medio tempore nemo res eorum occupauerit, *l. cum heredes, §.1. de acquiren. poſſeſſ. P. l.ſi is qui pro emtore, de vſucapionib.* Cum enim poſtliminium fictionem iuris habeat, & poſſeſſio magis facti, quam iuris ſit, iuris fictionem ea non recipit, vt continuata videatur, *l. denique, quibus ex cauſſis manumiſ. non lic. Pandect. l.1.& l. poſſeſſio, §. qui in aliena, de acq. poſſeſſ.*

6 ¶ Ciuiliter † interrumpitur vſucapio, ſi per actus legitimos & ciuiles controuerſia de poſſeſſione moueatur: veluti primũ, ſi cauſſa in iudicium deducta & cõteſtata, de iure poſſeſſionis dubium mouetur, *l. nemo ambigit, eo. C.* Atque litis cõteſtatio ſic interrumpit vſucapionem, vt poſſeſſio ſequens non poſſit prodeſſe iuncta priori, *l. mora litis, C. de rei vindica. l.3.& l. nec bona fide, C. de præſcrip. long. temp.* Quinimo interrupta hac conteſtatione, vſucapione ſeu præſcriptione, quamuis minoris erit ea temporis, quæ cœpta erat, deſiderantur in redintegranda præſcriptione quadraginta anni ab vltima die litigij computandi, *l.1.§. exceptis, de annual. except. l. fin. de præſcr. 30. vel 40. an. C. c. placuit, in 2. §. hæc, de præſcriptionibus, in 1.16. q. 3.* in aliis quamuis interruptionibus, quam per litis conteſtationem, requirantur tantum 30. anni reſtituendis, *d. c.& §.& ibi gl.* Dummodo hæc conteſtatio fiat coram idonco & ſuo iudice, *l. pen. C. de ſtat. defunct.* Obtinuit etiam, vt ſi conteſtatio vel vocatio in ius fieri nõ poteſt, propter nimiam aduerſarij poſſidentis potentiam, abſentiam, infantiam ſine tutore, vel ob penuriam iudicis, ſufficiat oblatio libelli & proteſtatio vice conteſtationis, ſecundum formam traditam in l. 2. Cod. de annal. exception. & in c. placuit, 2. § hæc de præſcriptionibus, in 1.16. q. 3.

7 ¶ Secundo, † ſi quis completa præſcriptione cautiones, ex quibus poſſidet, innouet, interpellatur præſcriptio & poſſeſſio prior interrumpitur, & non prodeſt, *l. cum notiſſimi, §. ſed & ſi quis, de præſcript. 30. vel 40. ann.*

8 ¶ Tertio † interrumpitur longi vel longiſſimi temporis præſcriptio, ſi precibus impetratum ſit à principe, & eius rei gratia exſecutor reſcripti datus & miſsus ſit, *l. ſicut, §. 2. eod. ti.* Executor porro non exſpectatur in annalibus præſcriptionibus, quæ ſolum precum & libelli facta principi oblatione interrumpuntur, ſine conteſtatione, *l. 2. quand. libell. princ. obl. facit lit. conteſt. l. 2. de an. excep.* C. In iſtis tamen Guido Pap. diſtinctionem adhibet, *Guid. Pap. deciſ. 416. nu. 2.* & ait, præſcriptionem longiſſimi temporis inductam in odium negligentium, interrumpi per ſimplicem citationem: vt in l. omnes, & l. cum notiſſimi, de præſcript. 30. vel 40. anno. Si citatio inſtruat vocatum, de qua re agatur: aliter minime ſimplicem citationem interrumpere, quia hinc nulla colligi poteſt negligentia, *idem eod. & deciſ. 488. Maſuer. in præ. titu. de præſcript. numer. 11. per l. ex multis, de an. excep.* Aliam vero præſcriptionem, quæ in fauorem præſcribentis eſt, in bonis mobilibus cum titulo & bona fide, ait non interrumpi per litis conteſtationem, & multo minus per citationem ſolam, ſed tantum per ſententiam diffinitiuam, per l. ſi poſt acceptum, de rei vind. P. l. 2. §. fin. de vſucap. pro emto. Aliam autem mediam præſcriptionem ait, inter odioſam & fauorabilem 10. vel 20. ann. cum titulo & bona fide. Et in hac mediam viam ſequendam, vt interrumpatur per litis conteſtationem, non per ſimplicem citationem: & ita de ea intelligi l. moræ litis, C. de rei vind. Aliam autem eſſe præſcriptionem, quæ currit ſui natura, non conſiderato odio vel fauore, vt in actione redhibitoria, & quanto minoris: & hanc interrumpi per ſolam conteſtationem vel oblationem precum factam principi, & ita intelligi l.1. & 2. quand. libel. princ. dat. lit. conteſt. fac. C.

9 ¶ Quarto † interruptio ciuilis fit, ſi is qui præſcribit ex contractu debitum, vſuras debitas ſoluat: quia currit præſcriptio à die tantum non ſolutarum vſurarum, *l.ſi quis emtionis, 5 ſi. de præſcrip. 30. vel 40. ann.* & per ſynodalem proclamationem, *ca. ſanctorum, de præſcrip.*

10 ¶ Sunt † alia quæ ad interruptionem referuntur, quæ tamen non omnino eo pertinent. Et proinde dico, aliquando etiam

Digitized by Google

ciuiliter aut naturaliter, non quidem omnino interrumpi præscriptionem, sed suspēdi inceptam: vt aliquanto tempore eius continuatio quiescat medio tempore, quod subducitur ab omni lapsu temporis, vt minime nociuum. Differtque hæc suspensio possessionis ab interruptione prædicta, quod interruptione facta, prior possessio non prodest: sed si postea quis velit præscribere, de nouo debet incipere possessionem, *l. cum heredes, §. 1. de acq. possess. l. 1. l. nec bona fide, de præscript. long. temp. C.* At vbi suspenditur præscriptio subducto quietis tempore, posterior possessio cum priore coniungitur. Quod exemplis palam fiet.

11 ¶ Primum † in ecclesia, cuius iura sede vacante præscribi nō possunt, & si ante vacationem cœpta fuerit præscriptio, hoc tempore continuari nequit: & si de pastore prouisum fuerit, continuabitur quidem prior possessio, subducto tamen tempore vacationis, *c. 1. iuncta gl. fin. & c. auditis, & c. de quarta, de præscr. c. 1. 2. 3. ne sede vaca. c. quia diuersit atem, de concess. præben.*

12 ¶ Aliud † est in muliere exemplum, aduersus quam non currit præscriptio dotalium rerum pendente matrimonio, & nisi à die, quo agere ipsa potuit, vel post matrimonium, vel pēdente eo, vergente marito ad inopiam, *l. in reb. §. omnis, C. de iure dot. l. cum notissimi, §. illud, de præscrip. 30. vel 40. ann. C.* Quod quidem de cœpta vsucapione dotalium ante constitutionem earum in dotem putant verum esse, vt pendente matrimonio non possit continuari præscriptio. Quod tamen negat Triphoninus Iurisconsultus *in l. si fundum, 16. de fundo dot. P.* nisi dicamus responsum eius corrigi iure nouissimo, *per d. §. omnis*, vel intelligendum, quando maritus est soluendo, & præscriptio eius culpa facta est, eo quod cum posset non repetierit: tenetur enim tunc luere: contra autem, si mulier res suas dotales prosequatur. Ego tamen verius puto, cœptam vsucapionem, contra mulierem pendente matrimonio perfici, & secundum Triphonini distinctionem maritum aliquando teneri, aliquando minime. Rationem nobis videntur adsignare duo insignes Iurisc. Papin. & Vlp. *Alienationes enim*, inquit Papin. *l. alienationes, 13. fam. ercis. P. post iudicium acceptum interdictæ sunt, duntaxat voluntariæ, non quæ vetustiorem caussam & originem iuris habent necessariam. Sed si vsucapio fuerit cœpta*, ait Vlp. *l. sed si vsucapio, 14. eod. tit. ab eo qui heres non erat ante litem contestatam, & postea impleta fuerit, rem de iudicio subducit.* Vt quamuis lex Iulia prohibeat alienationē dotalium, *l. vn. §. & cum lex Iulia, C. de rei vx. act. §. 1. quibus alien. lic. vel non, cum simil.* tamen non videantur pertinere ad eam legē, quæ iam cœperunt ante matrimonium alienari. Alienationis enim species est vsucapio. *l. alienationis, de verbor. signif. l. 1. de fun. dota. C.*

13 ¶ Quamobrem † aliud exemplum suspensionis præscriptionis & 3. proferatur in tempore hostilitatis, quo durante nō currit præscriptio, *c. prima actione, 16. q. 3. l. post liminium, de capt. & postl. reuer. P. c. ex transmissa, de præscri.* & si cœpta ante hoc tempus fuerit præscriptio, non interrumperetur, sed subducto eo tempore hostili, reliquum tempus præterito iungitur ad continuationem possessionis, *Inno. & DD. in d. c. ex transmissa, facit c. solitæ, de maior. & obed. c. auditis, c. dat quarta, de præscr. Bal. in l. imperialis, de pace const. in extran. feud. per illum tex. Cosmos Gaynier. ad §. 1. & ad verbum hostilitatis, de pacif. poss. in prag sanct.*

14 ¶ Quartum † exemplum in præscriptione, quæ fit contra filiumfam. Nam consentiunt omnes quidem aduersus eum, quādiu in potestate patris est, non currere præscriptionem, quia eo tempore agere non potest pro suis rebus, & tantum à potestatis liberatione computandum tempus, *l. 1. & fin. de ann. except.*

15 ¶ Quintum † in minore, in quo præscriptio quidem cœpta contra patrem, in eius persona continuabatur secundum ius antiquum, quamuis daretur pro tempore minoris ætatis restitutio in integrum, *l. Æmylius Largianus, 39. de min. 25. ann. P. l. 1. C. si aduer. vsucap.* Sed hodie quiescit præscriptio, nec instituitur pendente minori ætate, *l. si. in qui. cau. in integ. rest. non est necess. C.* Et est subducenda à præscriptione contra res eorum ætas impubes, *l. cum notissimi, in prin. & l. si sicut, vers. nec sufficiat, de præsc. 30. vel 40. an. l. non est incognitum, C. qui. non obiic. lon. temp. præscr.* Cum enim res minorum prohibeantur sine solemnitate alienari, *in l. lex quæ tutores, de admin. tut. C. tot. tit. de prædiis & aliis reb. min. sine decr. non alie. C. tit. de præd. & al. rebus mino. P.* prohibentur quoque vsucapi, quia & vsucapio, vt diximus, alienationis species est.

16 ¶ Subducitur † etiam & ratio temporis, vt non obsit illis, qui abfuerint ob ministerium principis, publicumve obsequiū, quamdiu in ministerio versantur, *l. 2. quib. non ob. lon. temp. præscr. C. l. 1. & l. inter eos, in fi. ex quib. cau. maior. l. 1. & l. videlicet, eod. tit. P. l. absentia, de reg. iur.* idque per restitutionem saltem in integrum, vt quando de præscriptione restituenda, instituta pendente captiuitate agitur redeunte captiuo iure postliminii, *l. ab hostibus, 15. & l. ait prætor, 23. §. pen. ex quib. cau. maior. P.*

17 ¶ Tradit ¶ etiam Masuer. *in praxi, de præscri. num. 8.* post Bart. *ad l. 3. §. Labeo, de aeq. poss.* subduci etiam debere à cursu temporis præscriptionis fundi inundati tempus, quo fundus remansit inundatus.

De titulo vsucapionis seu præscriptionis.

Cap. 7.

1 *Titulus quid generaliter, & in vsucapionibus, 2.*
3 *Titulus in vsucapione qualis esse debet, & insigniores titu. 4. 5. & seq. 7. 8. 9. 10. 11. 12.*
6 *Præscribi non possunt res inalienabiles, vel lege, vel prohibitione testatoris, & res minorum.*
10 *Error iustus in præscriptionibus omnibus prodest.*
12 *Præscribens omnis re, quam præscribit, tanquam sua vti debet: alioquin nihil agit.*
13 *Titulus in quibus præscriptionibus non exigitur.*

TItulus † id generaliter dicitur, per quod aliud ab alio distinguitur, ambiguitatem & incertitudinem remouendo, vt in rub. *Et nemo primat. tit. reb. suis vel alie. imponat, vel vela. reg. susp. C.* Hinc epigraphe titulus est, qui quid tractari debeat, breuiter demonstrat, vt Ouidius, *Legerat huius amor titulum, nomenque libelli.* Sic titulus nomen accipit rei demonstratæ, & sumitur pro actione, iudicio, possessione caussa, modificatione, signo, *gl. in l. non est ambiguum. fam. ercisc.* pro beneficio, & aliis officiis & ministeriis ecclesiasticis, *late glo. in c. dudum, in 2. in ver. intitulata, de elect.* 1

¶ At † dicemus titulum in vsucapione, esse caussam, propter quam quis effectus est possessor. Vt pro suo possidet, qui possidet ex caussa, ex qua nobis dominium acquiritur, vel iure gentium, vel iure ciuili, *l. 1. pro suo, in P.* vt si emit pro emtore, id est, tanquam emtor quilibet possidere dicitur. Quamobrem & responsum est tot esse genera possessionis, quot sunt caussæ acquirendi eius, quod nostrum non sit, *l. 3. §. fi. de acq. poss. P.* vt pro emtore, pro donato, pro dote, pro herede, & pro suo, &c. 2

¶ Constituitur † autem regula generalis maxime pro vsucapionibus & longi temporis præscriptionibus, vt sine titulo iusto præcedente non procedat vsucapio, *l. nullo iusto præcedente, 24. de rei vin. l. fi. C. ne de sta. defun. post quinq. quera. c. si diligenti, de præscr.* exigitur autem vt hic titulus verus sit, hoc est, vt caussa propter quam quis possidet rem alienam, vere interuenerit, nō simulate, *vt in l. seruum communem, C. famil. ercis.* vt si quæramus de titulo pro emtore, oportet vere factam fuisse emtionem, nō simulatam, *l. 2. pro emtor. P.* Sic de aliis, *§. error falsæ caussæ, de vsucap. l. fin. C. pro herede, l. 1. pro donatio. P.* Nec diutina possessio tantū iure successionis scilicet erronea & falsa, sine iusto titulo, id est, nisi vere successerit, obtenta prodest, *l. diuus in. de præscr. long. temp. C. l. opinione. & l. fi. C. pro herede.* nisi error probabilis, facti potissimum alieni adsit, *l. pro legato, pro leg. P. l. fi. pro suo, l. quod vulgo, 11. pro emtor.* 3

¶ Tituli † veri & iusti ad vsucapiendum illi sunt, qui ad rei dominium acquirendum & transferendum per dominum idonei sunt, qui iustam caussam habent traditionis, quales plures numerantur, *in l. 3. §. fin. & l. 4. 5. 6. 7. de publ. in rem actio. in P. & titulis, de vsucap. pro emtor. ll. 7. C. tit. 26. & seq. & lib. 41. P. tit. seq. pro soluto, 4. cum seq.* Iusta porro caussa hæc traditionis, si fiat ab habente potestatem & à domino, cum possessione transfert dominium: si dominus vero is non sit, animo tamen transferendi dat possessionem ex caussa, quæ apta est transferri per se, sequitur inde vsucapiendi vel præscribendi facultas, *§. ex his itaque, per quas person. nob. acquir. lib. 2. Instit. iur. ciuil. titu. 9. l. clausibus, 74. de contrahen. emt. P.* Quod si caussa, ex qua datur possessio non soleat transferre dominium facta à domino, nec tunc etiam à non domino facta poterit vsucapiendi dare facultatem: vt si quis ex caussa pignoris vel precarii possideat, *l. quacunque sunt, 15. §. interdum, de public. in rem act. P. l. 2. de præscrip. 30. vel 40. ann.* si vi vel furto quis rem adeptus sit, *§. furtiua quoque, de vsucapion.* si nomine locationis, *l. 1. com. de vsucapion. lib. 7. C. tit. 30. l. 2. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum, l. 1. in quibus causs. cess. long. temp. præscrip. C. l. 2. §. quod vulgo pro herede, in P.* depositi, *d. §. quod vulgo*, cōmodati, *d. §. quod vulgo*, iuris emphyteuseos, *l. cum notissimi, 7. §. fin. de præscrip. 30. vel 40. annorum. C.* procuratorio, *d. §. fin.* pignoris, *l. pignore, 3. de vsucap.* vsufructuarii, *§. fructuarius, per quas person. nob. acquir. l. acquiritur, 10. §. fin. de acq. rer. dom. P.* vbe apponuntur rationes, *l. neque fructuarium, 8. de vsufr. C.* 4

¶ Porro † tituli insigniores vsucapionum sunt plures, vt primum, pro soluto. *Pro soluto*, inquit Hermogenes, *l. 1. pro soluto, P. vsucapis, qui rem debiti caussa recipit: & non tantum quod debetur, sed quodlibet pro debito solutum, hoc titulo vsucapi potest.* Verum, vt ait Paulus Iurisconsultus, *l. 3. eod. idem in l. 2. vers. si tamen, pro emto. P. Si existimans me debere tibi tradam, ita vsucapio sequitur, si & tu putes debitū esse.* Omoe quod nomine debiti veri vel putatiui datur in solutum, hoc titulo vsucapitur: ex quacunque caussa debitum putetur vel sit, siue ex contractu, siue ex vltima voluntate. Proinde *ex caussa transactionis habentes iustam caussam possessionis, vsucapere possunt*, vt rescripsit Imperator Philippus, *l. ex caussa, 8. eo. C.* Videlicet si res ex caussa transactionis soluta vel tradita sit, aliter 5

Digitized by Google

ſit,aliter,ſi tradita non ſit, ſed retenta ex ea: quia ſi res eſſet actoris ex ea tranſactione,non transferretur dominium, *l. ſi pro fundo, & l. ſine apud, & l. ſi ſuper poſſeſſione,de tranſa.C.* Et ita procedit 2. vſucapio, quæ dicitur pro Tranſactione, *titul. 26. lib. 7. C.*

6 ¶ 3.Eſt † titulus pro Emtore, *Pro Emtore*,ait Paulus, *l. 2. pro emtor. P. poſſidet qui re vera emit: nec ſufficit tantum in ea opinione eſſe eum, vt putet ſe pro emtore poſſidere, ſed etiam aebet jubeſſe cauſſa emtionu.* Aut iuſtus error,propter quem quis nomine ſuo ab alio rem ſibi emtam putet,*l.quod vulgo,*11.*eo.em.*Si quis à non domino emit, vel ſi emtio propter aliquam exceptionem eſt inutilis, emtor eam rem diutina poſſeſſione pro emtore vſucapit: dummodo res ſint vendibiles. Nam ſi res ſacra,religioſa,aut alia ſit,quæ vendi prohibeatur & alienari,non vſucapitur,vt alibi dictum eſt: neque etiam contra prohibitionem alienandi à teſtatore factam, *l. 2.de vſucap. pro emt.C.* Item dummodo qui vẽdit,vendere poſſet,ſi res eſſet ſua,non aliter, *l. 1. C.eodem tit.* Et ita non fit vſucapio rei venditæ à pupillo ſine tutoris auctoritate,*l.ſi.C.eod.l.eum qui,de auctor.præſt.* Quod & receptum eſt, ſi tutor per errorem, vel aliter quam oportuit auctor pupillo vendenti factus eſt,*l.nunquam in vſucap.omibus*, 31. *de vſucapio.P. L.qui à quolibet.*27.*de contrah. emt.* Si tamen quis ratus maiorem eum,à quo emit.à pupillo emerit,vſucapere poterit, *l. 2. §. ſi à pupillo,pro emt.in P.*non ſecus quam ſi quis à furioſo emerit,quẽ ſanæ putabat mentis,vtilitatis tamen cauſſa,*d.l.2.§.ſi à furioſo.*Si ſciuiſſet autem talem eſſe contractum ſtatuendum, *Vt ſi ab eo emas*,ait Paulus,*l.ſi ab eo,*12.*de vſuca.P.quem prætor vetuit alienare, idque tu ſcias,vſucapere non potes.* Et ita Iulianus quoque in alia ſpecie reſpondit,*l.qui fundum,*7.*§.qui ſciens,pro emto.P. Qui ſciens rem emit ab eo, quem prætor vt ſuſpectum heredem diminuere vetuit, vſu non capiet.* Hic enim mala fides ſcientis inhibet vſucapionẽ, vt & is qui à domino etiam emit luxurioſo,protinus ſcotto daturo pecuniam,non vſucapit,*l.ſi quis cum ſciret,*8.*eo.em.*Nec qui ſcienter rem eſſe alienam a non domino comparauit, *l. ſi parte, 5.C.eod.*Singulare etiam eſt,pro emtore eum non vſucapere,cui res vna p.o alia vendita traditur, & contra eum præſcribere, cui modus agri maior,quam venditus dicatur,traditus fuerit, *l. 2 §.cum Sty.hum,eo.tit.P.*

7 ¶ Pro † donato is vſucapit, cui res nomine donationis vere data eſt nec ſufficit inopinati,ſed & donatum eſſe oportet, *l.1. pro don.lib.*41.*P.tit.*7.*l.1.& ſ.C. eo.* Et hic quoque præſcriptibilis res eſſe debet,antequam vſucapiatur: aliter nec hoc titulo præſcribitur,vt in re furtiua palam eſt,*l.2.C.eod.* Perſonæ quoque debent eſſe idoneæ donationis faciendæ & acceptandæ. Quare nec vſucapitur pro donato, donatum coniugi a coniuge, aut a patre filiofamil. quia iure iſtæ donationes non ſubſiſtunt pure, *l. 1.§.ſi pater,& § ſi inter virum,pro donat.P.* niſi rei alienæ faciat donationem vxori maritus, ex qua pauperior non ſit factus, *l.3. eo.P.* Inſpicitur & quod principaliter geritur, ſecundum Hermogenianum,*donationu cauſſa facta venditione, non pro emtore, ſed pro donato.res tradita vſucapietur,l.ſi.eo.*

8 ¶ Titulus † etiam vſucapionis,& quidem iuſtiſſimus,qui vocatur pro dote:vt qui in dotẽ rem accipiat,vſucapere poſſit,ſiue ſingulæ res, ſiue vniuerſæ in dotem dentur ratione matrimonij,& eo inito. Nam ſi antea dentur res, pro ſuo vſucapiuntur: atque ſi non ſit matrimonium,ceſſat hæc vſucapio, *l. 1.& 3. pro dot.P.li.*41.*tit.*10.*l.1.C.eo.* quia nulla dos, vbi nullum matrimonium.*d.l.1.& l.cum multæ,ac don.ante nup.*C. Hic pari modo res ſine vitio eſſe debent,*d.l.1.*C.id eſt,præſcriptibiles, & perſonæ diſpoſitæ,vt in aliis.

9 ¶ Alius † titulus pro herede,quando quis putans ſe heredẽ, alienam rem poſſidet,exiſtimans hereditatis eſſe, *l. 3. pro herede, lib.*41.*P.tit.*6. Hic quoque par eſt res eſſe ſine vitio, quod præſcriptionem non prohibeat,*vt in l.2.§.quod vulgo, eo.P.l.*4. C.*eo. tit.*& perſonas idoneas: nam de extraneis heredibus titulus hic dicitur,qui teſtamenti factionem paſſiuam habeant, *l.ſi.eo.tit.P.* Et incapacibus iuſtus non eſt titulus, neque ſucceſſionis ſolum ius ſufficit,*l.diutina,de præſcr.lon.tem.* Item qui ſuus heres eſt ab inteſtato,ſiue ſolus,ſiue cum coherede extraneo ſuccedat, non dicitur pro herede vſucapere ea, quæ ſunt hereditatis paternæ,*l.2.§.filium quoque pro hered.P.l.nihil,*2.C. *eod.* non enim nouum titulum ſuus heres poſt mortem patris videtur conſequi, qui pendente eius vita', dominus bonorum patris cenſebatur, *d.l.2.§.filium,& l.in ſuis,de lib.& poſt.* Exigimus & hic, vt antequam incipiat pro herede titulus, vt vere quis heres inſtitutus ſit,& vt qui inſtituit deceſſerit:nam viui bona, pro herede poſſideri nequeunt,*l.1.pro hered.P.l.3.*C.*eodem tit.*

10 ¶ Titulus † pro derelicto eſt, quando ſcimus rem à domino pro derelicto habitam, & eam poſſidemus eo animo, vt nobis acquiramus,*l.1.2.3.5.pro derelict.lib.*41.*P.titul.*2. etiam ſi ignoremus à quo derelicta ſit,*l.*4.*eod.P.* Qui enim pro derelicto habuit, videtur donaſſe ei qui primo occupauerit,*l.ſi ea quod,§.*1. *eod.*& nullus res facta eiuratione domini,primo occupari quæritur,*in §.hoc amplius,de rer.diuiſ.l.3.& l.naturalem, §.* 1.*de acquir. rer.dom.*Nec intereſt res quæ ſit mobilis vel immobilis, pars an tota,*l.3.pro derel.P.*animata vel inanimata,*l.ſi.eo.* Verè tamen vt habita ſit pro derelicto exigitur, & nemo poteſt vſucapere,qui falſo exiſtimauit rem pro derelicto habitam fuiſſe, *Iul. l. nemo poteſt,*6.*eod.*niſi iuſtus error interueniat,vt generale eſt omnibus vſucapionibus,*l.Celſus,de vſucap.P.*

12 ¶ Pro † legato poſſeſſio & vſucapio nulli alij,quam ei cui legatum eſt competit,*l. 1.pro legat.lib.*41.*P.tit.*9. ſi res aliena legata ſit:aut teſtatoris quidem ſit,ſed codicillis ademta ignoretur: ſi in nomine ſit dubitatio, vt ſi vitio ſit legatum, cum duo eſſent eius nominis,*l.pro legato*, 4. *eod.* ſi non iure legatum relinquatur,vel legatum ademtum eſt, *l.fin. eod. titu. l.cum quidam, §. quod ſi ipſe putet,de acquir.hered.P.* Oportet tamen rem eſſe vere legatam,aliter non procedit hoc titulo vſucapio,*l.2.eod.titu.*Itẽ & perſonam,quæ vſucapit,eſſe capacem accipiendi legati, *l.nemo poteſt,*7.*eod.*

13 ¶ Ceterum, † quod pertinet ad titulum pro Suo, hic generalis eſt,& qui ad præcedentes titulos recte accommodatur, vt qui pro legato,pro emtore, &c. poſſidet, poſſit dici poſſidere etiam pro ſuo,*l.1.pro ſuo,lib.*41.*P.tit.*11. Sed & illa quæ aliunde iure poſſidemus, quæ notam particularem non habent, recte dicimur poſſidere pro ſuo:vt quæ mari, cœlo, terræ capimus; quæ nullius erant, quæ per alluuionem accedunt, partus hereditariæ aut emtæ ancillæ fructus rei emtæ aut donatæ, *l. ſecundæ eadem tit.*Si tradita mihi res,quam mihi deberi ex ſtipulatione exiſtimabas,& ego quoque,*l.3.eod.* quod poſſeſſum eſt poſt mortem patris ex diuiſione facta per patrem.*l.1.§.fin. eo.* auctore prætore, *l.iuſte poſſ.det,*12.*l.permiſceri,* 52.*de acq.poſſeſſ.P.l.qui auctore,* 180.*de reg. iur.* adiudicatione quaſi de communi fundo, *l.ſi per errorem,*17.*de vſucap.P.*ceſſione,*l.non ſolum,*33.*§.ſi mihi Titius,de vſucapio.P.*& aliis ſimilibus modis. Communeque & veluti ſubſtantiale eſſe videtur omnibus præſcriptionibus ſeu vſucapionibus,vt qui poſſidet, vtatur re tanquam ſua, & poſſideat tanquam ſuam: alioquin enim, ſi alio animo,& alia opinione poſſideat,non præſcribit,*gloſſ.in l.1.§ ſufficit,in ver.iure,de aqua quot.P.text.in l.1.§.Iulianus recte ait, & l.fin.de itin. act.priua.P.l.1.§.ariſto,de aqua quot.* Hinc fuit neceſſaria vſucapio pro ſuo,non valde curantibus Iuriſconſultis de examinatione nominis titulorum. Cum & inter iuſtas cauſſas præſcribendi ſit domini negligentia,*l.furtum.*27.*de vſucap. P.*& patientia eius ab alio res ſuas poſſideri permittentis,*l.2.C.de acq.poſſ.l. alienationes,ae verb.ſign.*traditioniſque inſtar patientia, & voluntas domini in alium rem ſuam transferre volentis, quæ rata eſſe debet & pro iuſtiſſimo titulo,*l.traditionibus,C.de pact. §. per traditionem,de rer.diuiſ.cum ſimil.* Et qui non impedit,videtur pati & conſentire,*l.& ſi forte,§.*1.*ſi ſer.vind.P.l.2.§. voluntate, ſol. matrim. P.*maxime hodie,cum non ſcientiam,ſed negligentiam domini perpendamus in præſcribendis rebus longo tempore 10. vel 20. annor. in corporalibus, eodem obſeruando ſi res ſoli non ſint,ſed incorporales quæ in iure conſiſtunt, qualis vſusfructus & ceteræ ſeruitutes,dummodo bono initio poſſeſſio teneatur, *Iuſt.in l.fin.de præſc.lon.temp.*C.

14 ¶ Bonum † initium præſumitur ex lapſu longi temporis, nõ ſecus quam ex alio titulo: quia longi temporis conſuetudo vicem ſeruitutis,hoc eſt,conſtitutionis & tituli,obtinet,*l.2.de ſerui.C.*Vtrumque explicat Vlpia.his verbis,*Si quis diuturno vſu & longa quaſi poſſeſſione,ius aquæ ducendæ nactus ſit,non eſt ei neceſſe docere de iure,quo aqua conſtituta eſt, veluti ex legato vel alio modo, ſed vtilem habet actionem, vt oſtendat per annos fere tot, non vi non clam non precario poſſediſſe,l.ſi quis diuturno,*10.*ſi ſer.vin.P.*Atque regula videtur communis vſucapionibus,vt ſi ius commune non inducat præſumtionem contra præſcribentem, non exigatur titulus,vbi eſt conſuetudinis longæ auctoritas, *c.1.de præſcript.in 6.* præſumitur enim pro poſſeſſore, quandiu non docetur de mala fide eius.*§.commodum,de interd.&.exſtat decretum, de iure fiſc. P. l.ſi quidem,*C.*de excep. Et res alienas poſſidens*, vt reſcripſerunt Dioclet. & Maxim. Cæſ. *licet iuſtam tenendi cauſſam non habeat; nonniſi ſuam intentionem implenti,reſtituere cogitur, l. final. C. de rei vind.* Proinde ex ſententia Arcadij & Honorij Cæſ. *cogi poſſeſſorem ab eo qui expetit, titulum ſuæ poſſeſſionis dicere, incuſe eſt, l.cognit.de petit.hered.lib.*3.*C.titul.*31.*l.negantes, de act. c. ex literis, de prob.c.1.2.q.5.*

De bona fide requiſita in vſucapione.

Cap. 8.

1 *Titulus vſucapionis eſſe debet cum bona fide.*
2 *Bona fides poſſeſſoris, vel mala, à quo probanda.*
3 *In poſſeſſione bonæ, vel malæfidei, quæ perpendenda.*
4 *Mala fides ſuperueniens vſucapioni cœptæ, an interrumpat eam? Et num in omni tempore præſcriptionis bonæ fides interuenire debeat.& ſeq.*
5 *Debitor non poteſt præſcribere contra creditorem debitum.*

IVſtus titulus,qui in vſucapione exigitur,bonam fidem poſtulat: alioquin iniuſtus & malæfidei poſſeſſor non vſucapit,

Digitized by Google

possessor, de reg. iur. in 6. c. veniens, c. vigilanti, & c. si diligenti, & c. fin. de præscrip. l. fi. C. pro hered. §. 1. de vsucap. Bonæ fidei existimatur possessor, qui aut ignorauit rem esse alienam, aut qui eum qui vendidit, existimabat habere ius vendendi, veluti ratus eũ esse tutorem vel curatorem, vel procuratoré domini, *l. bonæfidei, de verb. sign. P. l. qui à quolibet, de contrah. emt. P.* Qui vero contrarium nouerat, malæfidei iudicandus: imo videtur bonæ vel malæfidei testimonium maxime ex conscientia propria possidentis. Quare qui iure possidet, si existimet se iure non possidere, neque procedit vsucapio, *l. si fur, 32. §. 1. de vsucap.* quia non possidet, qui non habet animum possidendi, *l. 4. §. si pupillus, de vsuc. P.*

2 ¶ Præsumitur porro † quilibet bonæ fidei possessor, nisi contrarium doceatur, *l. verum, C. de procurat. ca fin. de præsumt. l. merito, pro soc.* P. & præsumitur ignorantia rei alienæ, vbi scientia non probatur, *l. fin. de rei vindic. C. l. cogi, de petit. hered. C.* Et pro possessore, vt antea dictum, facit & auctoritas lapsi temporis, vt omnia, vt oportet, præsumantur transacta, *l. qui in aliena est potestate, §. sed & si non adierit, de acquir. hered. l. sciendum, de verb. oblig. P.* Et actore contrarium non probante, reus absoluetur, *l. qui accusare, C. de edendo.* In quo lubens discedo à sententia Baldi & aliorum, qui in l. 2. C. de seruitutibus, existimarunt eum, qui se in seruitutis possessione esse cõtendit, probare debere bonã fidẽ, per l. si quis diuturno, si serui. vindit. P. vbi sufficit dicere possidenti, se non vi non clam non precario possedisse: quum tamen illa lex oneret possessorem ad probationem possessionis, sed non ad probationem qualitatis. Et ita qui obticit malam fidem præscriptioni, probare debet, *l. pen. C. de euict. §. non solum, l. ei qui agit, de prob. in P. l. actor, C. eod.* nisi per se manifesta sit mala fides, veluti si quis detineat ex contractu contra prohibitionem legis inito, *l. quemadmodum, de agric. & censi. lib. 11.* C. vel si à procuratore colludente secum in fraudem domini, vel ab eo quem scit pecunias in scortationes profusurum, emerit, *in l. qui fundum, §. qui sciens, & l. si quis, de vsucap. P.*

3 ¶ Ceterum, † vt quæ de mala & bona fide hic obseruãda sunt facilius innotescant, perpendemus res, personas, & negotia seu titulos, de quibus dictum est. In rebus, initium, medium, & complementum temporis vsucapiendi: in personis, eas quæ per se sibi acquirunt, & quæ nomine alieno aliis. Initium refertur ad tempus tituli & quo contrahitur, quo tempore debet adesse bona fides, *l. 2. pro emto.* Et in titulo pro soluto, tempus quo soluitur, *l. 3. pro solu. P.* Sic in aliis, in quibus, si initium mala fide initum sit, vitium hoc rem ita afficit, vt possessorem succedentem in locum malæfidei possessoris comitetur, *l. vitia, C. de acquir. poss. §. diuina, de vsucap.* Vt nec per heredis bonam fidem emendari possit, *l. fin. com. de vsucap. P. l. vn. §. hoc tantummodo, de vsucap. transfo.* nisi ex sua bona fide, non defuncti continuata, præscribere velit, *Alex. cons. 99. vol. 4.* Toties & bona fides requiritur, quoties reiteratur adeptio possessionis, etiam sine nouo titulo: vt si quis vi de possessione dejectus, rursum in possessionem redeat. Nam si tunc cognouerit alienam, non vsucapit, *l. qui fundum, §. qui bona fide, pro emt. P.*

4 ¶ Quod † pertinet ad superuenientem tamen medio tẽpore malam fidem, placuit eam non interrumpere vsucapionẽ iure ciuili, *l. vnic §. pen. de vsucap. transfor.* potissimum in præscriptionibus longissimi temporis 30. vel 40. ann. quia nec in illis titulus exigatur, *l. omnes, & l. sicut, de præscr. 30. vel 40. an.* Iure tamen pontificio responsum, nec istas posse esse sine bona fide, *ca. si diligenti, c. vigilanti, c. fi. de præscr. l. possessor, de reg. iur. in 6.* Et putant in hoc corrigi iura ciuilia, *gl. Innoc. Imo. Panor. ad c. fi. de præscr. Ang. & Imo. ad l. sequitur, §. si viam, de vsuc. P.* Hic certe ambigua controuersia est in longissima præscriptione: nam in alia, superuenientem etiam ciuili iure malam fidem, vitiare eãdem expresse responsum videtur, & ex possessore legitimo per eam fieri prædonem, *l. sed etsi lege, §. de eo, de petit. her. l. si à me, de ind. P. l. certum, de rei vind. C. in fi. §. illorum, in fin. de offic. iud. d. iurisgentium §. sine autem, de pact. P. l. si quis emtionis, 8. de præscr. 30. vel 40. ann.* Dubium facit contra præscriptionem, quod si admittamus malam fidem prodesse, dicamur impingere in præceptũ iuris, alterum non lædere: & in aliud, ius suum cuique tribuere, *l. 1. §. iuris præcepta, de iust. & iur. P. §. iuris præcepta, eo. apud. Iustin.* Et contra præceptum D. Pauli, vt nemo circumueniat in negotio fratrem suum, *1. ad Thess. 4.* quodve quis ex sua malitia reportet commodum *l. in fundo, de rei vindic. P. l. si cui, de seruit. c. plerunque, 23. de reseri.* Alioquin contra iuris constitutiones, *l. ne ex dolo, de dolo, P.* lucrum consequetur ex eo, quod reprehensionem & pœnam meretur. Subinde nemo legis auctoritate decipi debet, *l. 1 de qui ven. etat. impo. C.* Et iura lapsis, non decipientibus subuenire solent, *l. 2. & 3. si minor se maio. dix. C. l. 2. ad senatusconsl. Sylla. P.* Addere licet, tempus solum non videri sufficiẽs ad inducendam vel tollendam obligationem, *l. obligationum, §. pla. et. de actionibus. P. l. si certus annis Cod. de pactis.* Quamuis non ignorem Bartolum ceteroſque fere omnes interpretes, existimasse illinc excipiendam hanc præscriptionem triginta vel quadraginta annorum, *Bart. in l. omnes. num. 3. & alii Doctores, de præscript. xxx. triginta vel quadraginta annorũ, & idem Bartol. in l. fin. rem ratam haber.* Contrariam autem sententiam firmare videtur negligentia creditorum, & possessorum vtilitas publica, & alia quæ vsucapionum fouent tractatum, de quibus Deo fauente postea. Quamobrem existimo verissimum esse in foro conscientiæ, semper possessorem, qui nouit aliena se possidere, ad restitutionem teneri: neque dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, *ca. cum tu, de vsuris, ca. peccatum, de regulis iuris,* Neq; vsucapio, quæ bono fine inducta est, tutum peccandi præsidium impiis esse debet, & quæ ignorantibus peccato non adscribuntur, scientibus & improbis excusationi non debent esse: neque improbus pro puritate tempus prætendere debet, *§. 1. vt eccles. Rom. 100. ann. gaud. præscript.* Et tanto grauiora peccata sunt, quãto diutius animam tenent irretitam, *c. fin. de consuet. c. cum haberet, de eo qui dux. in matri. quam prius poll. per adult. c. cũ in ecclesia, de si mon.* Ita recte Bart. *in l. omnes populi, de iust. & iur. P. adde l. conuenire, de pact. dot. P.* existimat, neque statutum municipale, vel legem valere de hoc, quod indicat ad peccatum. Quod autem pertinet ad ius fori & controuersiarum distinctionem amitterem: num mala fides possessoris superueniens nota sit & probata, vel probabilis, an vero ignota alii quam possessori. Nam in primo casu, arbitror iudici Christiano sequendum id esse, vt quandocunque nouerit malam fidem, iubeat possessionem relinqui per iam explicatas rationes.

¶ Potissimum † si agatur de ipso debitore, qui per se contraxit, & qui nunquam factum proprium ignorare impune potest. Et ita nunquam præscribere poterit actionibus creditoris, iuxta sententiam quoque Host. *in c. per tuas, de donat.* Io. And. *ad c. 2. de except.* & Card. *ad c. vigilanti, de præscript.* Quid enim meruit creditor, vt actione priuetur, qui gratiam fecit debiti per patientiam longam debitori? Ingratissima enim est retributio ei, qui nec vsuras accepit, sic enim intelligo, & beneficium contulit, suo priuari, *vide alias rat. apud Gui. Pap. decis. 199.* Quod si quis dicat heredem debitoris posse præscribere 30. vel 40. annis hoc debitum præmortui, hoc verum quidem dicemus, si ignorauerit debitum, nec interpellatus fuerit. Et ita ex sua persona, non defuncti præscribere poterit cum bona fide. Quod si mala fide vel incipiens, vel superueniens sit tantum cognita possessori, aut non fuerit probata, quod pertinet ad iudicium contentiosum, tutus certe erit possessor, quia iudex tantum secundum allegata & probata iudicat, *l. illicitas, §. veritas, de off. præfid. P. cum simil.* quando illa scientia est secreta possidenti, & nullus apparet actus extrinsecus, *iuxta l. si scit, de vsucap.* de occultis solus est iudex Deus, *c. cognouit, 2. q. 5.* At in conscientia qui nouit rem se possidere alienam, & ita iniuria & damno alterius, vt est & prædo. nisi restituat, & reus est delicti corã Deo. Iisdẽ fere rationibus cõtroueri põt quæstio, nũ superueniẽs mala fides post cõpletã vsucapionẽ, seu præscriptionem, nullã faciat præscriptionẽ: quã varie soluit gl. in c. vigilãti, de præscrip. Eporamen verissimã illã arbitror sententiam, si quis rem alienã possideat oneroso titulo, puta emtionis, permutationis, solutionis, posse rem sine scrupulo retinere, si ei damna non resarciãtur, *c. quod debetur, 14. q. 1.* At si ex titulo lucratiuo, puta titulo donationis, legati hereditatis, &c. non posse iuste retinere ex eo, quod scit aperte rem esse alienam, & iniuste per tempus præteritũ possessam, *l. qui autem, §. si quid cum pupillo, quæ in fraudem. P.* Scio cautelas quasdam obiici à Tho. Ferrario, *caut. 38.* his æquissimis rationibus. Scio & rationes quasdam adferri posse ex cõstit. regiis, quibus si intra sex menses à propolis vendita minutatim non petantur, cautum est ne peti possint. Suntque alia id genus, quæ creditorum malitiæ & auaritiæ occurrunt. Sed ea non elidunt conscientiam debitoris, si sciat se debere, nec defendunt à peccato, si non soluat quod nouit se debere. Neque sunt texendæ excusationes in peccatis: vt consulte faciunt iudices, qui non obstantibus istis, si liquido apparet de debito, debitores condemnant.

De personis pro bona vel mala fide considerandis.

Cap. 9.

1 *Præscriptio per nobis subditos cuius bonam vel malam fidem desiderat.*

2 *Procuratoris bona vel mala fides ex persona mandantis metienda.*

3 *Mala fides prædecessoris an noceat successori.*

QVemadmodum † per nos ipsos & per alias personas acquirimus nobis: ita pro nobis quæsitis vsucapione, & nostram & aliorum exploramus bonam vel malam fidem. Quare in quæsitis nobis per filiosfam. vel per seruos ex causa peculiari, non nostram, sed illorum consideramus fidem. Et proinde si illi aliena in ea causa mala fide possideant, etsi nos ignoremus, impeditur 2

petitur vsucapio, *l.2.§.procurator quoque, vers. si seruus tuus pro emptore. P.* Et contra, si seruus meus bona fide emerit peculiari nomine, & ego rescierim alienam esse, procedit iure ciuili vsucapio, quia initium possessionis fuit vitio fuit, *d.l.2.§.si seruus, l.cum qui à furioso, §.praetor ait, vers. sed enim, de public. in rem actio. P.* Dummodo dominus vel pater praesentes non fuerint cum emeretur res, nec sciuerint esse tunc rem alienam: etenim quia tunc ipsi prohibere poterant, ne emeretur, non prodest ignorantia & bona fides rem peculiarem tractantium, *l.imo, de lib. can.*

2 ¶ Porro † in procuratoris persona, vel eius qui mandato nostro emit, bona aut mala fides ex mandante colligitur, *d. l. imo, & l. in seruo. co. l.2.§. Pompo. pro emt.* Ij enim & similes, qui ministerium voluntatis alienae exsequuntur, non considerantur in propria persona, *l. Sulpitius, de donat. int. vir. & vxor. l. & licet, de const pec. P.*

3 ¶ At † in successore testamentario & ab intestato mala fides praedecessoris nocet ei, & ideo vitiose possessam rem à praemortuo, vt furtiuam, non vsucapit heres, *l.1.§. heres quoque, de vsuc. P. l. fin. C. pro hered. & l. cum heres, de diuers. & temp. praescript.* Quia vitia possessionum transferuntur in heredes, *l. vitia, C. de acq. poss.* Et heredis successoris in vitium possessionis patrefortuna cum defuncto habenda est, *l.2.§. si de fruct. & lit. expens.* Vt & bona fides defuncti iure ciuili, si successor postea rem alienam sciuerit, prodest successori, *§. diutina, de vsuc.* Facit 2. quod hereditas ipsa consideratur, & vicem defuncti sustinet, *l. si is qui pro emptore, §.1. vers. Marcellus, eo. P. l. hereditas, de acq. rer. dom.* Tertio, heres & defunctus pro eadem habentur persona, §. 1. *de iureiur. in Auth. l. cum heres, de diuer. & temp. praescr.* Et 4. nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habeat, *l. traditio, de acqui. rer. dom. l. si vniuersa. C. de lega.* Et hereditas successio in ius, quod defunctus habuit tempore mortis, *l. hereditas, de reg. iu. l. nihil aliud, de verb. sign.* Et pronde heredes tenentur exonerare conscientiam defunctorum, quibus succedunt, *c. fin. de sepul. Guid. Pap. decis. 416. nu. 8.* & ad restitutionem iniuste quaesitorum, maxime si res ad illos peruenerint, *l. ex del. def. in quant. hered. ten. C. l. vt actio ab her. & con. hered. incip. C.* Contraria ratione, quia per singularem successionem, quis non succedit in vniuersum ius tradentis, vt per legatum: quiave receptum est, cum onere heredis lucri rem alienam à testatore legari posse, *§. non solum, de lega. l. cum rem alienam. C. eod.* mala fides donantis, legantis, vel vendentis, vel alio titulo singulari concedentis, nõ obest accipienti, qui putat dantem esse dominum, & est in bona fide, *l. an virtum, de diuer. & temp. praescr.* Sed & successor vniuersalis, qui ex persona defuncti, quae erat in mala fide, continuare non potest possessionem tamen ex sua persona à se incipiendo praescribit, *l. apud Celsum, §. de auctoru, de excep. do. P.* cum adminiculo sui auctoris & sua causa, *l. Pomp. §. cum quis, de acq. vel am. poss. P.* Existimauerunt autem post Salyc. aliqui *in Auth. mala fides, de praescr. lon. temp.* quia auctoris adminiculo particularis semper fere successor vitiatur, vitium malaefidei ad particularem etiam successorem transire. Quod & ego probo.

De effectu vsucapionis.

Cap. 10.

1 *Praescribens excipit & agit vt dominus contra quoscunque.*
2 *Praescriptionis exceptio impedit istu contestationem.*
3 *Exceptiones peremptorias iudex non potest supplere, si non obiiciantur à litigantibus.*

1 PRaecipuus † effectus vsucapionis est, firmare dominium possessoribus, *l.1. & 3. de vsuca. P. l. traditionibus, de pact. & nos paulo antea, in finitione.* & vt is, qui rem vsucepit, aduersus vindicantem exceptione tutus sit, *l. venditor, 4. de vsucap. pro emt. C. l. 1. de vsuc. pro don. C.* Possit & aduersus eum, qui sibi fortuito possessionem euicerit, actione tanquam dominus repetere, *l. si quis emtionis, 8. de praescr. 30. vel 40. ann. C.* Et quia ad lites finiendas vsucapio auctoritatem habet, *l. fin. pro suo, P.*

¶ Ideo † & impedit obiectio vel exceptio vsucapionis, litis 2
contestationem, *c.1. de lit. contestat. in 6. Soc. in c. cum olim, nu. 9. eo. ap. Greg. Guid. Pap. decis. 416.* Verumtamen obseruandum est, hanc exceptionem vsucapionis, ita demum prodesse ei qui vsucepit si obiiciatur ab eo.

¶ Nam † si non obiiciatur, iudex non potest hanc supplere 3
& admittere, *Guid. Pap. dec. 221. Bar. Chassa. in § 8. ad verb. sunt vniformes, annot. fin. nu. 4. tit. des Forests, passages, & riuieres, in consuet. Burg.* Sicuti in iure patet, idem respondetur in ceteris exceptionibus, quae si non opponantur, non habita ratione earum, ac si non competerent, à iudice pronuntiatur. Quod illustrat pluribus probationibus Guido Papaeus, quẽ videto *d. decis. 221.*

De rationibus inducendae & approbandae vsucapionis. Cap. 11.

1 *Vsucapio ad conseruationem rerum pertinet, & alia, vt per tot. C.*
2 *Negligentes legibus puniti.*
3 *Lites minuere, opus Iurisconsultorum.*
4 *Vsucapiones num sint contra naturam disputatum.*

PLuribus † possem firmare rationibus vtilitatem, & causam 1
vsucapionum & praescriptionum, nisi me stylus ad alia magis necessaria vocaret: sed tribus tantum contentus ero. Quarũ prior, ex rebus ipsis firmamentum habet: altera, ex personis: postrema, ex negotiorum vtilitate. Ad rerum igitur primo necessitatem & conseruationem pertinet vsucapio. Futurum enim est, si res à dominis contemnantur, nullo audente illas colere, metu ne euincantur perpetuo, vt torpescant, & prorsus steriles reddantur, dumis & sentibus obsitae, carie vel rubigine exesae, *l. cum notissimi, de praescr. 30. vel 40. ann. Aulus agricultores, quae res pignor. obi. poss. C. Theoph. in §.1. de vsuca.*

Feruidus aß duos si non renouetur aratro,
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager. Ouid. 5. de Tristib.

Et Horatius *Serm. 1. Sat. 3* tantum,

Neglectus vrenda filix innascitur agris.

Vnde inducta dicitur vsucapio bono publico, ne dominia rerũ sub incerto sint, *l.1. de vsuc. P.* ¶ Secunda ratio personas respi- 2
cit, vt metu, ne rebus suis priuentur domini negligentes, cogantur rebus suis animum intendere, & ex segnitie ad laborem optimo exemplo diligentiorum prouocentur, & ad propriam naturam reuocentur: cum hominibus lex constituta, *in sudore vultus tui vescere pane tuo, Genes. 3. ca.* Et fertur quidam Ephesinus legislator, legem vsucapionis tulisse ea sola ratione, *ad euitandam miserorum fignitiem, c. vigilanti, de praesc.* Quemadmodum & Iustinianus alia propemodum simili fi mat, vt sit differentia inter desides, & diligentes, *l. vt perfectius. C. de annal. excep.* Et Solon etiam, in negligentes & segnes mulctam & poenam constituit, auctore Plutarcho *in Solon.* Et Gellius refert *lib. 4. c. 12.* apud Romanos quoque censoria nota punitos, qui indiligenter agros suos coluissent, & passi fuissent vineas suas sordescere. Fertur tritum illud, diligentibus non negligentibus iura subuenire, *l. pupillus, quae in fraud. credit. P.*

¶ Tertia † pertinet ad minuenda negotia, ad lites & con- 3
trouersias sopiendas, pene immortales, si liceret post longũ aut longissimũ tẽpus res repetere ab aliis bona fide exactas. Ita, & vt sit litium finis, approbata est, *l. si. pro suo, in P. l.2. de aqua plu. arc.* Vocat ideo vsucapionem Cicero, finem solicitudinis, *Cic. pro Caecin.* Nam lite carere, certe pars beatae vitae mortalis est: si credamus Martiali, *lib.10. Epig. epig. 47.* dum ait,

Vitam quae faciunt beatiorem,
Iucundissime Martialis, haec sunt:
Res non parta labore sed relicta:
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nunquam, toga rara, mens quieta, &c.

Neque vsucapio sola, sed alia pleraque minuendarum litium causa introducta sunt, etiam contra strictam disputandi rationem, vt transactio, *l. fratres, de transa. C.* Hic remedicium *l. properandum, C. de iudic.* & alia plura, *§. item verborum, de inutil. stip. clem. dispensatorium de iud. c. finem litibus, de dolo & contum.* Est enim principalis cura, & fines legislatorum, lites minuere vel extinguere, *l.1. de nouo Cod. fac. C. §.1. de poena temer. litig.*

¶ Quibus † ductus non possum probare eorum sententiam, 4
qui putant contra naturam vsucapiones introductas esse: partim enim mihi videntur officere duae rationes in eas coniectae, quarum prima, Naturalia sunt immutabilia iure ciuili, *§. sed naturalia, de iure nat. l. eas, de c. d. minut. P. §. fi. de legis. agnat tut. l.2. §. fi. de vsufr. ear. rer. quae vsu consu. P.* at dominia sunt de iure gentium, inquiunt, *l.1. de acq. poss. l. ex hoc iure, de iustit & iur.* Ergo auferri non possunt dominis per vsucapiones, quae iuris ciuilis sunt. Altera ratio est, quod iure naturae aequum non sit, cum alterius damno locupletari, *l. nam hoc natura, ac comait indeb. P. l. iure naturae, de reg. iur. P. c. locupletari, eo. in c.* Etenim prior argumentatio sic tollitur. Et quod falsum sit dominia esse iuris naturalis. Nã iure naturae omnia communia, & iure ciuili hoc tuum hoc meũ, *c. quo iure, 8. dist.* veruntamen nihilominus iure gentium ex consensu videlicet gentium distributa dominia. Sed eadem ratione, qua iure gentium visa est iusta distributio dominiorum, eadem visa aequissima est conseruatio & translatio ab vno in alium. Alioquin si ultra de contractibus translatitiis dominij disputaremus, qui & iurisgentium dicuntur, *l. iurisgentium, de pact. l. ex hoc iure, de iust. & iur.* Adde nihil tam aequum esse naturaliter, quam voluntatem domini in alium rem suam transferre volentis ratam haberi, *§. per traditionem, de rer. diuis.* qui autem rem suam patitur vsucapi, alienare sponte videtur, *l. alienationis. c. e verb. sign.* Sed non potest, inquies, alienatam & vsucaptam repetere, verũ, nec ideo tamen damnanda vsucapio: cum non liceat poenitere, nec in alios modis transferendi dominij locupletari autẽ cum alterius iactura vsucapientem, negamus: nam & primum rem pro derelicto habuisse videtur qui tandiu passus est rem suã ab alio possideri, & res redisse in pristinã communitatẽ videtur, vt possit esse tãquã nullius prius occupantis, vt ante diximus, *§. c. 1. de titul.* in titulo pro derelicto. Et indignus est priuilegio do-

Digitized by Google

minii, qui eo abutitur, *c. priuilegium, 11. q. 3. ea. tuarum, de priuileg.* Neque quisquam sani iudicii respondebit, pœnam delinquentibus impositam, dici debere læsionem: quia ea qui punitur, melior redditur, *l. si pœna. 20. de pœ. in P. l. 1. C. ad leg. Iul. repet.* & eius exemplo plures, *l. capitalium, 28. §. famosos, de pœn. in P.* Docuimus autem alibi, segnes, otiosos, & res suas contemnentes, pœna dignos, *in criminibus extraord.* Neque iustior posset esse pœna, quã vt per rerum ademtionem, in quibus quis peccauit, plectatur, *Sapien. 11. l. si fugitiui, 3. C. de pœn.* dignique insuper improbi, qui & suis priuentur, & fame pereant, *l. bona fides, depos. P.* Essent & similes negligentes cani olitoris, qui nec caules comedit, nec sinit alios comedere: & hi neque colerent res, nec sinerent, aliorum cum maxima iactura, colere diligentes.

DE SVCCESSIONIBVS CONVENTIONALIBVS.

LIB. XLI.

De Successionibus & hereditate in vniuersum.

Cap. 1.

1 *Libri 41. ad superiores continuatio.*
2 *Voluntatis vltimæ fauor & effectus.*
3 *Testamenta impleri debent & principali & pontificali auctoritate.*
4 *Testamentum iuris publici, & lex firmissima, voluntas vltima.*
5 *Successor & successio quid. Item heres quis dicatur, & vnde.*
6 *Successio quomodo deferatur heredibus.*
7 *Successionum ex voluntate morientium quatuor species, ex contractu, epistola, testamento, codicillis.*
8 *Intestati successio ex præsumta defuncti voluntate defertur.*
9 *Heredes habere mortuos, quare illorum interest.*
10 *Hereditatis diuisio in testamentariam, legitimam, & honorariam.*
11 *Hereditatis finitio, & num plus ius, quam res respiciat.*
12 *Hereditas successio mortui, non viuentis.*
13 *Heredis appellatio latissima, & bonorum possessor quando dictus heres.*

1 DE negotiis † quæ inter se gerunt homines viuentes, & quæ pendente illorum vita fortiuntur effectum & robur, superioribus istius tertiæ partis Syntagmatis libris dictum esse abũde videtur. Nunc dicendum est de negotiis, quæ post mortem ex voluntate mortuorum iure celebrem & difficilem plerumque habent quæstionem. Tanta enim est immobilis animæ in mortali corpore dignitas, vt post corporis interitum proroget imperium, & reliquias cogitationum relinquat. *Nihil est*, vt ait Constantinus Cæsar *l. 1. C. de sacros eccles. quod magis hominibus debeatur, quam vt suprema voluntatis, postquam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum quod iterum non redit arbitrium.* ¶ Voluntas † tamen ex eo tempore pendet, quo anima corpori iuncta est: sed effectus ad tempus, quo soluitur illa coniunctio, differtur, *l. 1. de testam. in P.* Et quia satis inhumanum est visum, viuos quidem suam totam familiam à se alienare posse, morientibus autem adimere huiusmodi licentiam: relicta eadem morituris potestas, quæ victuris permissa, *§. fin. de lege Fus. Cani. toll. apud Iustinian.* Et lege 12. tab. cautum, *Cic. 2. de inuen. l. verbis legis, de ver. sign. l. 1. ad l. Falc. lib. 35. P. tit. 2. Paterfa. vti super familia pecuniaue sua legassit, ita ius esto.* Alioquin vt dicebat Plat, 10. *de legi. Horrenda res, si mea mihi non licebit cuicunque volo dare, dum morior.* Leges ciuiles quoque voluntates has impleri satagunt: vt ipse Augustus de Virgilii voluntate testatur,

Legibus est seruanda fides, suprema voluntas,
Quod mandat fierique iubet, parere necesse est. idem in ea. illud, 13. q. 2. l. fi. § fi. de fideic.

3 ¶ Et † meminit Plinius. *lib. 7. c. 30.* Et Papinianus, *l. hereditas, § 3. de petitio. hered. Quamuis*, inquit, *stricto iure, nulla teneantur actione ad monumentum faciendum, tamen principali aut pontificali auctoritate compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis.* Et heres, qui iudicium defuncti post annum à iudice monitus non implet, omni lucro hereditatis exuitur, *§. si quis vero non impleuerit. de hered. & falc. in authen. auth. hoc amplius, C. de fideic.* Et in pias caussis executio testamentorum post annum ad episcopum deuoluitur *ea. nos quidem, c. tua nobis, de testa. §. si quis ædificatione, de eccl. tit. in authen. collat. 9.* In aliis, per ius canonicum, pontifex interdicit heredi contemnenti implere voluntatem morientis fructus & alia emolumenta hereditatis percipere, ex auctoritate concilii Maguntini, *c. si heredes de testa.* Eadem enim ratione qua iustum visum est morientibus suarum rerum dispositionem componere, & visum est iustum vt rata de his haberetur horum voluntas. *Periret enim alioquin*, vt ait Seneca, *3. Declama. testamentorum auctoritas, si vius negligerent imperia mortuorum.* Et ita sublatæ leges, quæ voluntates morientium, ne ad effectum perducerentur, impediebant, *l. 1. de his quæ pœnæ nomi. in test. vel in codic. relin. lib. 6. C. tit. 41.*

¶ Et † iustam caussam manifestæ offensæ commisisse rescriptum est eos, qui matri testamenti factionem interdixissent, *l. testamenti, 23. de inoffic. testa. C.* Publici iuris testamentum dicitur, *l. 3. de testa.* voluntas vltima, lex, *§. disponat, de nup. in aut. In publicis actibus, nihil lege publica grauius*, vt tradit Cicero, *Philip. 2. in priuatis, nihil firmius testamento.* Et publice interesse responsum suprema hominum iudicia sortiri effectum, *l. vel negare, quemad. testa. aper.* Præcipuum, quod in hac voluntatis vltimæ caussa agitur, est electio vnius vel plurium ex viuentibus, qui in locum deficientis subrogentur, & vt subrogati quæ placuerint morituris faciant.

¶ † Et proinde negotia, quæ hic tractantur, singulari nomine successionis vniuersalis dicuntur, & qui locum defuncti tenet, successores: & significantius hereditaria successio, & successores heredes. Heres secundum aliquos, dicitur ab hero, id est, domino, *l. item Mela, & ibi gl. ad leg. Aquil.* Et proculdubio etiam verũ est, successorem heredem dominum dictum à Pomponio Iurisconsulto, *l. ob id, 44. eod.* nam heredibus institutis, dominium ad illos si velint, transit, *l. cum heredes, 23. de acq. poss.* Et pro herede se gerere nihil aliud, quam pro domino se habere, *tit. pro her.* veteres enim heredes pro dominis appellabant, *§. item extraneus §. fin. de hered. qual. & differ. l. quædam sunt, 62. de acq. rer. do.* Sic Festus Pompeius, *ae verb. sign. heres apud antiquos, pro domono ponebatur.* Aliis placuit heredem declinari ab hæreo, quod rebus defuncti inhæreat, & locum defuncti teneat: & heres, & hereditas repræsentent defunctum, *l. hereditas, de acq. rer. dom. P.* Alii ab ære, quod hereditas sit pecunia defuncti, quæ ad nos peruenit. Nec alienum à vero erit, inclinare nomen ab *αἴρω, ἔρω, ῥέω*: quod est, occupo, adipiscor, & capio. Palam enim est, heredem non dici vere, nisi post aditam vel nactam hereditatem, *l. pro herede, 20. de acq. hered. l. si ex re domini, 28. §. fin. de stipul. seruor, P. Iul. Paul. lib. 4. Recept. sent. tit. 8. § 6.* quanquam aditione facta, retro trahatur effectus ad tempus mortis testatoris, *l. heres quandoque, 54. de acq. her. P. l. omnia fere iura, 154. & l. omnis hereditas, 181. de reg. iur. P.* Ego non valde in his moror. Quamuis enim prior & posterior sententia repugnent orthographiæ heredis, cum priore non fiet diphthongus, in postrema deficit h. tamen opinor ad substantiã heredis & hereditatis, omnes accedere: & ita non esse disputãdum perperam de nominum declinatione.

¶ †† Successio porro hereditaria defertur heredibus, vel voluntate testificata seu testatione cõstante, & ex expressa & probata voluntate defuncti, vel sine testatione ex voluntate præsumta decedentium.

¶ † Ex expressa & testata voluntate decedentium, pendet quatuor succedendi in locum defuncti formulæ, vel ex contractu, vel ex epistola, vel ex testamento, vel ex codicillis.

¶ † Ex præsumta voluntate, illa quæ ab intestato dicitur, cũ lex in subsidium voluntatis non expressæ, mortuorum bona ad eos defert proximos, ordine & gradu, quos magis præsumit à præmortuo dilectos. Et ita eos heredes in fauorem defunctorum facit.

¶ † Interest enim eorum, heredes habere, *l. & quia defuncto rum, de interrog. act. lib. 11. P. tit. 1.* vt sint cum quibus possint congredi creditores eorum, & qui possint prohibere ne bona temere ab illis occupentur, *Vlp. l. 1. de succes. edic. lib. 38. P. tit. 10.* & ne iniuria afficiantur. Ad iniuriam enim pertinere visum fuit, sine herede decessisse, & bona debiti caussa publicari, *§. licet autem domino, cum suis vers. quib. ex caus. manu. non lic. apud Iustinia.* Cum dubium non sit, iniuriam quoque ad tempus post mortem extendi

Digitized by Google

tendi posse: & famam lædi posse eorum, minui & notari, *l. ex iudiciorum, de accusation. l. cum hic status, §. si maritus, in 2. de donat. int. vir. & vxo.* Et relatum est ab Aristotele, 10. *Ethicor. ad Nico.* res viuentium & famam ad defunctos peruenire: vt Iustinianus ratus est, animam defuncti contristari ex periurio coniugis, *§. nos igitur videntes, de nupt. colla.* Iniuria porro existimatur infamis, bona defuncti veluti vacantia publicari, vel in solutum dari: quod fieri nequeat, quin ea publice proscribantur & vendantur, *Cuius*, inquit Cicero, *pro P. Quintio, bona ex edicto possidentur, huius omnis fama & existimatio cum bonis simul possidetur, de quo libelli in celeberrimis locis constituuntur, &c.*

10 ¶ † Vlpianus, *in l. qui autem, §. 1. quæ in fraud. cred. l. 1. in fine, de sec. nupt. C.* diuidit in tres species hereditatem, & ita successionē triplicem facit, testamentariam, legitimam, honorariam: quia defertur successio, vel ex vi testamenti, vel à lege sola, *in l. statu liberi, 29. §. 1. de testa. lib. P. l. 1. de petit. her. P.* vel auctoritate prætoris, quæ etiam honoraria dicitur. De quibus ordine nobis dicēdum postea.

11 ¶ † *Hereditas porro*, quæ tractatur in omnibus, *est successio in vniuersum ius quod a defunctus habuit tempore mortis, l. hereditas, 62. de reg. iur. in P. nihil aliud, 24. de ver. sign. P.* ius maxime in successione potius, quam res ipsæ hereditariæ considerantur, *l. 1. §. incorporales, de ver. diu. §. incorporales, de reb. corpo. vel incorp.* & Pomponius, *leg. hereditatis appellatio, 119. de verb. sign. Hereditatis appellatio sine dubio continet etiam damnosam hereditatem: Iuris enim nomen est, sicuti bonorum possessio.* Et Vlpian. *l. quoties, 9. §. heredes, de hered. inst. P. l. quæsitum, 9. §. nihil, de eden. l. Iuris successores sunt heredes, & si plures instituantur, diuidi à testatore eius inter eos oportet: quod si nō fiat, omnes æqualiter heredes sunt.* In quo & successio à contractu differt, quod contractus facti sit, & res non transeat sine traditione in contrahentem, *l. consilio, ac. iur. fur. l. quoties, 15. Cod. de rei vindic.* Estque hereditatis vniuersitatis ius, non rerum singularum *l. 1. C. de cuictio.*

12 ¶ † Proinde quamuis plures heredes instituti sint, pro parte res tamen, habita ratione hereditatis, petere non possunt, sed partem pro indiuiso: quanquam postea iudicio familiæ erciscūdæ à communione possint discedere, *l. non possumus, si pars here. pet. P.* Monet & non considerari tantum corpora hereditatis, quantum ius, quod, quamuis corpora in successione non sint, tamen hereditas dicitur, *l. hereditas, de pet. her. P.* Hinc fit, vt certæ rei heres institutus, si alius heres ei non coniungatur, omniū bonorum hereditatem obtineat, *Papi. l. coheredi, 41. §. fin. de vulg. P. l. 1. §. si ex fundo, l. si quis ita, 74. de her. insti. P.*

13 ¶ † Ceterum, verba illa finitionis, *quod defunctus habuit tempore mortu*, indicant hereditatem esse successionem in locū mortui, nec viuētis vllam dici hereditatem, *l. 1. pro her. P. l. 1. ae hered. vel act. vend. l. neminem, l. qui superstitu, de acq. her. P.* Et quamuis aditione hereditatis confundi videantur bona defuncti, & patrimonium heredis, *l. debitori, C. de pact.* & tunc ex hereditate fiat proprium patrimoniū successoris, *l. sed si plures, §. fi. in, de vulg P.* tamen & ratione præteriti temporis, hereditatem appellamus. Sicuti & insula dicitur etiam ea, quæ nunc non est, sed fuit aliquando, *l. insula, de acq. rer. dom.* Semper tamen successores eiusdem iuris sunt in bonis defuncti, cuius erat defunctus cum viueret: nec plus nec minus quam ipse haberet in heredē trāsfūdit, *l. heredem, l. qui in ius, & l. quod ipsis, l. prin. legis, l. nemo plus iuris, l. nemo plus cōmodi, de reg. iur. P.* Et hæc pertinēt ad quoscūq; gradus successorum, & ad omnes species heredū: heredes. n. omnes dicuntur, siue ab intestato succedant, *nam & illi heredes dicūtur. & hereditas illorum successio, tit. de her. ab int. veni. & de hered. quæ ab int. defer.* siue iure ciuili siue iure prætorio, siue directe, siue per fideicommissum, *l. heredis appellatione, 170. de verb. signif. l. antiquitas, de vsufr. C.* Et bonorum possessio quoque hereditas dicitur, *l. 2. de bon. posse. P. l. hereditatis appellatione, 138. de verb. sign. l. 2. & 3. de pet. her.* quamuis à prætore fiat bonorum possessor, non heres, sed quasi heres, *§. quos autem prætor, de bono. poss. ap. Iustin. l. 1. de possess. her. pet.* Ita heres nomen est acquisitionis dominii: & pro herede, pro dominio erat se gerere, *§. fi. de her. qual. & differ.* post mortem videlicet dominorum, qui potius malunt sibi reseruare, quam heredibus ante distribuere. Quod perpulcre docet Horatius, *Sermo. 2. Sat. 3.* his versibus,

Pauper Opimius argenti positi intus & auri,
Qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus trulla, vappamque protritam:
Quondam lethargo grandi est oppressus, vt heres
Iam circum loculos & clauem lætus ouansque
Curreret: hunc medicus multum celer atque fidelis
Excitat hoc pacto. Mensam poni iubet, atque
Effundi sacros nummorum: accedere plures
Ad numerandum: hominem sic erigit: addit & illud,
Ni tua custodis auidus tam hoc auferet heres.
Men' viuo? vt viuas igitur vigila, hoc age.
Quidnis? &c.

De Hereditate, quæ ex Contractu defertur: primum, que ex donatione causa mortis.

Cap. 2.

Lib. 2. Instit. tit. 7.
Lib. 9. P. tit. 6.
Lib. 8. C. tit. 57.

1 *Hereditas defertur ex donatione causa mortis, & ex pacto quomodo.*
2 *Donatio causa mortis quomodo fiat, quid, quomodo legato conueniat, reuocatur ante mortem, præmoriente donatario. eod. 4. 5. & 6.*
3 *Mortis causa donationis, & mortis causa opinionis differentia.*
7 *Legatum no quibus differat à donat. cau. mor.*
8 *Donatio causa mortis quomodo differat à donatione inter viuos, insinuatione num egeat, & quando æquiparetur vltimæ voluntati. & num. 9.*

DEfertur hereditas ex contractu, vel ex donatione causa mortis, vel ex pacto. Donatio hæc, mortis causam habet, scilicet cogitationem mortis in genere vel in specie propter instans & imminens periculum: vel cum ea lege alicui donatur, vt post mortem tantum valeat donatio, *l. 2. 3. 4. 5. 6. de mor. caus. donat. P.* 1

¶ † *Mortis causa donatio est*, vt ait Iustinia. *§. mortis causa donatio, de donation. apud Iustin. quæ propter mortis fit suspicionem, cum quis ita donat, vt si quid humanitus ei contigisset, haberet is, qui accepit: sin autem superuixisset is, qus donauit acciperet.* Marcellus autē sic explicat, *l. 1. de mor. caus. donat. P. mortis causa donatio est, cum quis habere se mauult, quam cum cui donat: magisque eum cui donat, quam heredem suum.* 2

¶ † Mortis consideratio in istis donationibus, donantis est: nam si mortis alterius causa fiat donatio, aut si alius moriatur, alius capiat, mortis capio dicetur, *l. qui pretio, 8. l. si mulier, 12. & l. mortis causa cauimus, 18. de mor. can. donatio. P.* quæ differt à donatione causa mortis. Et rursus donatio facta mortis causa differt ab ea qua moriens donat: nam nostra reuocabilis, hæc minime, *l. Seia, §. fin & l. vbi ita donatur, cod.* 3

¶ † Vsque adeo vt magis videatur affinis hæc donatio legato, quod vltima voluntate fit, *§. 1. de dona. apud Iustin. l. fin. de dona. cau. mor. C. l. illud generaliter, & l. Marcellus, §. fin. eod. tit. P.* quam alteri contractui. Nam quemadmodū ex legatis, sic ex hac donatione detrahitur Falcidia, *l. in donationibus, & l. pen. Cod. ad leg. Falc. l. vbi ita donatur, in fin. & l. Seia. in verb. muliere, de dona. caus. mor. P.* & quemadmodum recepta est institutio in legatis fideicommissoria, sic & in his donationibus, *l. 1. Cod. eod. l. ei cui, eod. P.* Qui potest legata capere, potest & donationes causa mortis accipere, *l. omnib. eod.* In vtrisque sicut in omni vltima voluntate, quinque desiderantur testes, *l. 1. & fin. de codic. C. l. fin. de dona. caus. mor. C.* Et qui potest testari legareve filiusfam. ex priuilegio militari vel alio, potest mortis causa donare, *in l. Marcellus not. at. eod. P.* 4

¶ † Item sicut legatū reuocari potest vsque ad mortem testatorem, *l. 3. §. fin. & l. 4. de adimen. lega. P.* & à morte testatoris cedit dies tantum legatorum pure vel in diem certam relictorum, *l. à Titio. de fur. P. cum similib. ibi not. & ti. quan. dies leg. ced. eod. P.* sic donatio hæc nec perficitur, nisi morte donantis, *l. non videtur, de donat. caus. mort. l. mortis causa donatio dum pendet, eod.* Vt ante traditum ex hac causa, repeti & condici potest pœnitentia, *l. qui mortis causa. eod. §. 1. de donat. l. non omnis. si cer. pet. P. & Senatus, §. donatio, in fine, si cert. pet.* Quod tamen ita demum putat Guil. Benedictus, *in c. Raynutius, in ver. testam. 4. num. 23.* locum habere & reuocari, si sub commemoratione mortis donantis donatio fiat. Nam si alia persona, inquit, in illa dispositione adiiciatur cuius interfit non reuocari, irreuocabilis est, & inter viuos facta censetur. Baldus, *in l. pro hereditario, in fine. de heredita. actio.* ponit exēplū, si mulier viro dotem dedit, & actū fit, quod post mortem mulieris in matrimonio præcedentis relictis liberis dos à marito teneatur pro ipsis liberis, vultque donationē esse inter viuos, propter personam aduentitiam filiorum. Cui tamen sententiæ aduersari videtur ex diametro *l. 1. de dote præ leg. P.* & *l. Seia, de mort. cau. donatio.* vbi huiusmodi personæ adiiciuntur: & nihilominus, si non perseuerauerit donans, reuocare potest. Quod & animaduertit Alexander, *in l. quæ dotis, sol. matr. P.* Et ego lubens contra Baldum subscribo, quia actus agentium & adiectorum intelligendi sunt cōsideratione negotii de quo agitur, *l. si vno anno, locat. P. c. intell. gentia, de ver. sign.* Agitur autē hic de donationis causa, quæ sui natura irreuocabilis est. Quare nec eius actus operabitur vltra agentium voluntatem, *l. non omnis, C. de reb. cred.* 5

Digitized by Google

6 ¶† Præterea similis legato donatio hæc, vt quemadmodum legatum mortuo legatario ante testatorem exipiret, *l. vni, §. in primo, de cad. toll. C.* sic moriente donatario caussa mortis, ante donantem censeatur donatio reuocata, *l. Seia, de mort. causs. donatio.* vel si donans ex infirmitate conualuerit, ob cuius metum donauerat, *l. si filiusfam. e. d. P.* Et si res donata non possit restitui, forsan quod alienata sit, restituetur pretium & lucrum, *l. illud, in fine, & l. si cui mortis caussa, & in l. de mor. cau. donat. P.*

7 ¶† Sunt tamen alia capita, in quibus donatio hæc & legatis distinguitur: vt quod donans in annos singulos, vnam facere videatur donationem. *l. senatus, §. fin. eod.* Si fiat tamen legatum in annos singulos, plura dices esse legata, *Azo. in Sum. de donat. cau. mort.* Item quod donatio hæc à donante percipitur, *l. 1. eod. P.* legatum ab herede, *§. legatum, de lega. l. legatum, de leg. l. 2. 1. quæ P. lega. P.* Nec potest filiusfam. testamentum facere & in eo legare etiã volente & permittente patre, *l. qui in potestate, de testa. & l. si tantum, C. qui testa. fac. poss.* Potest tamen eodem patre permittente, donare caussa mortis, *l. tam in, de donatio. cau. mort. P.* Sunt & aliæ differentiæ, quas notat gloss. in §. 1. ad verb. fere, donat. Nam secundum formulam contractus nomen induit: effectu, quodammodo cum vltima voluntate consentit.

8 ¶† Nec tamen omnino naturã donationis habet inter viuos, neque vltimæ voluntatis: etenim distat ab aliis donationibus, quod morte donantis confirmetur, *l. vbi ita donatur, eod.* nec indigeat insinuatione, secundum necessitatem aliarum donationum, *l. fin. de don. cau. mort.* Quamuis hodie in Gallia insinuari debeat ratione constitutionis Molinensis. Sed & in donatione inter viuos, constitutum scilicet quod quis dicat se alieno nomine possidere, trãsfert possessionem in donatarium, *l. quisquis, iniuncta glo. in ver. credatur*, C. *de donatio.* In donatione autem caussa mortis, diuersum: Quia intentio sit donantis vt se malit possidere, quam eum cui donat, *l. 1. de mor. cau. donatio. P.*

9 ¶† Angelus Aretinus autem in quæstione, num æquiparetur donatio caussa mortis vltimæ voluntati, tria esse considerãda monet, *Ang. Areti. in §. 1. de donatio. apud Iustt. num. 6.* ordinationem, confirmationem, & effectum. Nam quod pertinet ad ordinationem, magis ad contractum accedit, *ita in. e. g. Iaff. in l. 2. de dote prælega.* Et proinde quæ de donatione inter viuos diximus suo loco, perpendenda sunt: quia in donatione, hoc modo considerantur traditio, stipulatio, pactum duorum pluriumve, quæ in legatis cessant. Ratione etiam confirmationis, magis hæc donatio accedit contractui: quia in ea non exspectatur aditio hereditatis, quemadmodum in legatis, *gloss. in l. post legatum, §. penult. de in quib. vt inaig. P.* Quod autem pertinet ad effectum, magis accedit vltimæ voluntati respectu rei vindicationis, quæ vtrisque successoribus competit, *l. si mortis, de mor. causs. donatio.* habetque in vtrisque ius accrescendi, *l. vni, §. fin. ae cad. toll. Cod. l. si mihi & Titio, ae verbo. oblig. P.* Quare & per hanc fidei quodammodo successionem hereditariam ex voluntate defuncti, si potissimum sit vniuersorum bonorum, concludendum est. Sed hic successor proprie non dicetur heres, sed donatarius caussa mortis. Ideo locus hic non est, vt successionis explicetur tractatus, & sufficit scrupulum hunc leui manu remouisse.

De successione mortui, quæ pacto defertur.

Cap. 3.

1 *Hereditas pacto quot modis deferatur.*
2 *Pactum de hereditate mortui valet.*
3 *Fratrum discordia ob bona.*
4 *Stipulationes ex Senatusc. Pegasiano quæ.*

1 OMne ius, quo vtimur, † consistit vel in acquirendo, vel in conseruando, vel minuendo. Aut enim id agimus, quemadmodum quid cuiusque fiat; aut quemadmodum quis rem suam, vel ius suum conseruet, aut quomodo alienet, vel amittat, *Vlpianus. l. fin. de legib. P.* Totidem modis pacta circa hereditatem futuram variantur. Nam ea sunt, aut de succedendo, & ita de acquirenda hereditate: aut de hereditate conseruanda, aut de hereditate certo modo disponenda, hæcque pertinent ad ius conseruandum: aut de non succedendo, & ita de alienatione agitur. In prima specie pacti de succedendo in hereditate, distinguendum an de hereditate defuncti, aut viui agatur. Et secundum hanc distinctionem duo colliguntur verissima axiomata.

Prius, Pactum de succedendo in hereditate defuncti, valet.

Alterum, Quod pactum de succedendo in hereditate viuentis, reprobatur. Vtrumque explicandum ordine quo proposui.

2 ¶† In primo igitur concludimus, pactum de futura & obuentitia hereditate eius, qui mortuus est, approbatum. Satius enim est litem pacto sopire, & quæstionem de hereditate pacifice transigere, quam spe restituendæ hereditatis post mortem possessoris, vitæ eiusdem parare insidias. Ea ratione inter cohe-redes vel substitutos à testatore mortuo, si alter illorum præmoreretur sine liberis, pactio de restituenda vel remittenda hereditate iam mortui testatoris valet, *Exemplum in l. cum proponas, 16. & l. 1. de pact. C. l. de fideicommisso, C. de transact.*

¶† Sic enim consulitur concordiæ maximæ fratrum, quæ 3
facile bonorum ambitione dissoluitur, & impia audent: vt de Etheocle & Polynice fratribus fertur, quibus pater Oedipus rex Thebarum, regnum reliquit ea lege vt alternis annis regnarẽt. Verum cum Etheocles maior natu peracto anno fratri cedere noluisset, bellũ inter eos ortum est, coactisque vtrinque copiis mutuis vulneribus se interemerunt, *Virgil. in Culice.* Idipsum accidit filiis Procæ regis Albanorum, qui duos filios Amulium & Numitorem habuit, quibus alternis annis regnum diuisit regendum. Sed prior cum Amulius regnasset, peracto anno, fratri noluit cedere: quin etiam Lausam filium eius interemit, & Iliã eius sororem inter Vestales inclusit, ne ex ea aliqua proles nasceretur, & solus regnaret. *Ouid. 4. Fastor.* De hoc pacto successionis mortui à viuente præstandæ, existimo loqui l. cum Artemidoram, vt in possess. lega. C. *l. b. 6. C. tit. 5.* Quamquam gloss. in l. ita tamen, §. à patre, ad Senatusconsl. Trebell. existimet, ibi agi de hereditate viuentis, quod non probo.

¶† Huc pertinent stipulationes ex Senatusconsulto Pega- 4
siano, de hereditatibus fiduciariis inter rogatos & vocatos, quæ interponebantur quando de parte hereditatis restituenda quis rogabatur, tanquam inter partiarium, legatarium, heredem: vt lucrum & damnum hereditarium inter heredem & ipsum legatarium, qui partiarij loco habebatur, essent communia, *§. post quod. Senatusconsultum, de fideicommiss. hered.* quando supra dodrantem legatum erat. Nam si infra dodrantem, fiebat ex Senatusconsulto Trebelliano restitutio, *titul. ad Senatusc. Trebel.* Dehinc & si supra dodrantem rogabatur quispiam de tota hereditate restituenda, emtæ & venditæ hereditatis stipulationes interponebantur, *§. ergo si quidem, & §. sed quia stipulationes, de fideicom. hered.* Accedat exemplum aliud axiomati, vt non tantum pactum de spe restituendæ aliquando hereditatis defuncti valeat, sed etiam pactum de hereditate adita factum, vt cum ea venditur, vel alio modo distrahitur, *tit. de hered. vel actio. vend. l. si creditor filii, 38. de pecul. lib. 15. P. titu. 1.* siue agatur de hereditate acquirenda, siue de transferenda ante aditam vel post, *l. 2. §. 1. ae hered. vel act. vend. P.* siue de legato sub conditione, *l. & hereai, 22. §. filiafam. de pact. l. denique, §. si quid minor, de minor. 25. ann. P.*

De Pacto de futura successione viuentis improbato. Cap. 4.

1 *Pactum de futura successione viuentis improbatum, nec obligat. Rationes in seq. nu.*
2 *Testanas interpellatio tristis, vt mortis futura memoria.*
3 *Testamentum viui referans, qua pœna puniatur.*
4 *Homicidia quædam successionis obtinendæ caussa perpetrata.*
5 *Pactum de hereditate viuentis inducit votum captandæ mortis.*
6 *Beneficium viuentis impetrans quomodo puniatur.*
7 *Hereditatem viuentis venari, contra bonos mores & ius gentium est.*
8 *Hereditatum aucupatores male semper audierunt.*
9 *Voluntates vltimæ ambulatoriæ vsque ad mortem, non contractuum.*
10 *Contractus in testamento an fieri possit.*
11 *Testandi forma publicis moris, ideo pactis mutari nequit.*
12 *Voluntas vltima pacto restringi non potest.*
13 *Testari de bonis quomodo iure singulari permissum dicatur.*
14 *Pactum de hereditate tertij viuentis cur non fiat.*
15 *Pactum de futura successione quare in instrumento dotali non fit, & seq.*
16 *Filiis & vxori quare pendente sua vita pater vel maritus nihil debet donare.*
17 *De fratrum concordia fouenda.*

REcepta est regula † generalis, pactum de succedendo in 1
hereditate viuentis, vel herede instituendo improbari, nec habere obligationem, *l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. obl. P. l. ex eo, de inutil. stipul. l. final. Cod. de pact. ea. accepimus, eod. apud Gregorium, ca. 2. de conces. præb.* etsi adiiciatur pactis matrimonij vel dotis filiæ, *l. pactum quod dotali, Cod. de pact. l. pactum dotale, & l. hereditas, Cod. de pact.* Prior huius sententiæ ratio est, quod res maxime luctuosa domino videatur, ante tempus mortis sibi postremum, & quod iterum non redit arbitrium, *l. prima, Cod. de sacrosanct. eccles.* describere. Luctuosæ vitæ voces Ezechiæ dictæ à Propheta, *dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues, Esai. 38.* Hereditas enim non est, nisi post mortem instituentis, *ca. cum Matthæi, de celeb. missa. l. hereditas, de reg. iur, l. 1. pro herede, l. nec nos præterist, de capti. C.* & præmatura est solicitudo de hereditate viuentis, *l. 2. §. interdum, de vulga. l. ita tamen, §. à patre, ad Trebell. l. 1. §. si im-*

Digitized by Google

§.si impuberi,de collat.bono.

2 ¶ † Deinde,vt ait Iustinia.§.1.*de testamento,illud mali ominis videbatur,sano quempiam & valente corpore,testamẽtum facere.*Et mortis consideratio decreta præmature ab eo,qui de sua hereditate paciscitur,desperationem vitæ quodammodo continere videtur,& factum pœna potius quam approbatione dignum: non sec' quã si quis tædio vitæ affectus sibi manus inferre conatus sit, sine iusta doloris causa,*l.si quis aliquid,§ 2.l.38.§.fin.de pœn.in P. l.fin.§.si quis autem,de his qui mort.sibi consci.P.l.cum autem,§.fin.de ædil.edi.l.omnes§.qui se,de re milit.*Neque ideo audietur is , qui de sua hereditate depaciscí consentit ante tempus,vt perire volens,*l.non tantum,de appellat.*Dignus & is pœna , qui aucupatur bona viui ea via,quæ mortem tantum admittit:vt non immerito C.Lutorius Priscus eques & poeta nobilis,qui ægrotante ad huc Druso Tiberii filio carmina de morte illius scripserat,cum hoc indignissimum Senatui visum fuisset, à Senatu condemnatus vita decesserit,*Dio.Cass.lib.57.histor.* Et quando Plinius detestatur medicinæ artem affectatam,per quam præmature vita multis adimitur,*Plin.lib.29.cap.1.Quid,* inquit , *venenorum fertilius,aut vnde plures testamentorum insidiæ?*Significans vitę mortis insidias apparari ob testamenta facta prætextu sani medicamenti.

¶ † Quamobrem & pœna falsi illis imposita,ob metum in-
3 quam harum insidiarum , qui viui testamentum referauisset, *Paul.in l.si quis aliquid,in 2.§.qui viui,ie pœn. l.2. §. si dubitetur, quem.testam.ape.*Exemplum l.Cicero,de pœnis,metum instruit. Atque recte postea calatis comitiis testamenta fieri abiit in desuetudinem,*§.1.de testam.vtrin.Aul.Gellius lib.15.cap.27.* Et licuit imas ceras pupillaris substitutionis claudere testatoribus, *§.sin autem ita formidolosus,de pupill.substitut.* Accedit & lex prima vbi pupillus educari debeat,Cod.ibi,*Sublata acerbissima ipse, &c.*Periculum enim imminet,ne is,qui se heredem futurum alicuius certo nouit,mortem eius acceleret : & contra, ne is qui ab institutione pactitia iure resilire non posset , mortem etiam insidianti inferendo,suam conseruare pertenet, ✱ ferũt, *Lucian.in dialog.Crate. & Diogen.* quendam Mœrichum supra modum diuitem , & Aristeam quoque diuitem eius consobrinum,ambos testamenta publicasse,in quibus Mœrichus si prior moreretur,Aristeam omnium rerum suarum dominum relinquebat,Mœrichum vicissim Aristeas,si prior ipse à vita decederet.Et hæc cum essent in tabulis ita scripta, sese inter se captassẽ,& alterum alterũ adulationibus & obsequijs superare contendisse:verum illud Homericum in ore habuisse , *aut me confice tu,aut ego tete.*Satis proni sunt ad mala & homicidia cupidi homines,vt allici eos certitudine obtinendi virorum patrimonia non oporteat:vt certe intestati successio hac pernicie improbanda videatur.

¶ † Sic enim Learchus Archesilaum Cyreneorum regem æ-
4 gro tandem veneno sustulit,*Herodot.in Melpomene.* Aridæus Paphyllæ tyrannus,patrem senio confectum,& fratrem natu maiorem interfecit,*Plato.10.de repu.* Iugurtha Manasthabalis filius nothus,Adherbalem & Hiempsalem Micipsæ patrui sui filios interemit,vt solus Numidis imperaret,*Sallust.in Iugur.bel.* Pygmalion Tyrii rex,frater Didonis auri cupidissimus , Sichæum sororis suæ maritum agri ditissimum inter Phœnicas interfecit,vt mortui diuitias arriperet,*Virg.1.Æneid.ibi,Ille Sichæum impius ante aras,&c.* Notissimum & est , quod Polymestor Rex Thraciæ,Polydorum iuuenem Priami & Hecubæ filium necauerit,vt auro sibi cum puero commisso potiretur. *Euripid.in Hecuba.Virg.3.Æneid.ibi,Hanc Polydorum auri quondam cum ponderemagno.&c.*

5 ¶ † Atque male audiuit Caius Caligula heredipera , qui ad conficiendam pecuniam edictum Senatusconsulto proposuit,vt qui ante sibi heredem Tyberium destinassent , si morte sua Caio legarent, *Dio.Cass.lib.59.hist.*Proinde iuste iuta detestantur has de hereditate viuentis pactiones,vtpote inducentes votum captandæ mortis,*l.si C.de pact.* [Et in viuentium locum etiam in beneficiis ecclesiasticis,collationes,*c.1.& 2.de concess.præben.apud Grego.c.ne captandæ.& ca.detestandæ.in* 6 Voluerunt-que eum,qui in viuentis beneficium se instiui procurauerit vel passus fuerit,ab ecclesiæ communione pelli , *d.c.1.de concess. præben.*& deponi,*in c.primis,2.q 1.ca.non furem,& ca.eum qui,7.q 1.*vt nec valeat promissio de præbenda conferenda antequam vacet , etiam ex consensu eius , qui eam possidet : cum ipse eam non possit concedere , *ca.quod autem,de iure patron.apud Grego.*

6 ¶ † Scribit & Dio Cassius,*lib.*49.non licuisse Romæ viuo alicui pontificatum adimere:& ideo Octauium Cæsarem recusasse summum pontificatum Lepidi,eo viuente à populo oblatum. Fuit & obseruatum infaustum fuisse semper in magistratibus,in locum viuentis alium subrogari,& pendente tempore eius administrationis,abrogato magistratu viuenti. Constatque neminem , qui magistratum collegæ abstulerit,annum vixisse, *vide quæ notat Ioan.Cuspinia.ad consulares Fastos Cassiodori , dum agit de M.Lepido,2.& Lel.Planco Coll.pa.323.* Abrogarunt autem isti L.Iunius Brutus Collatinus,Tarquinio Collatino.

T.Gracchus,M.Octauio Cethimæ,
P.Tarquinius,P.Marullo.
Tullius,Cassio & Bruto pugnam
aduersus Cæsarem molientibus.

Et Iulius obsequens,libro de prodigiis,dum recẽset prodigia, quæ acciderunt tẽpore Consulatus M.Lepidi,& Munacii Plauci,notat prodigij loco,quod P.Titius prætor,propter dissensiones , collegæ magistratum abrogauit , & ante annum mortuus est.

7 ¶ † Secunda prohibitionis pacti de futura successione viuẽtis ratio est,quod illud sit contra bonos mores, festinare ad viuentis hereditatem,*l.quidam in iure,l.30.§.fin.& l.3.de donation. P.l.stipulatio hoc modo concepta,de verb.oblig.P.l.ex eo,4. de inutil. stip.C.l.si.de verb.secundum veteres,de pact.C.*Quæ autem sunt cõtra bonos mores,procul dubio reiiciuntur,*l.iurisgentium,§.prætor ait,eod.P.l.non dubium,C.de legib.l.si quis inquilino s125.§. fin.de lega.*1.Boni mores ius faciunt,*ca.mos est,*1.*distin.l.de quibus,de legi. P.l.moribus,de vulg.*Contra bonos mores quæ sunt,iure impossibilia factu existimantur,*l.filius qui fuit in potestate,*15.*de cond.instit.lib.28.P.tit.7.*Et proinde pacta inutilia de iis:vt sunt nulla de impossibilibus initia,*l.non solum,de action.P.l.homo mortuus,& l.impossibilis,de ver.oblig.§ item impossibilis,de inutil.stipul.l. impossibilium de reg.iur.*

8 ¶ † Vt autem,quid boni mores dicantur,doceamus : dico in primis morem dici,id quod in vsu est & pro lege & consuetudine receptum est,vt ait Aristoteles,*2.Polit.cap.6.* Et rursum, *Idem,2.Ethico.ad Euae.Mos à consuetudine,vt nomen indicat,incrementum capit:estque vitæ institutum consuetudine firmatum.* Vt autem probus bonusque dicatur mos,quatuor requiruntur secũdum eundem Aristotelem,*Idem in Poetica.*Primum , vt probitatem præ se ferat & honestatem:sic etenim iustum dicunt iura, quod bene fit,& quod bene possidetur: & male possidere eum, qui vel suis male vtitur,vel aliena præsumit *cap.ius dictum est,de verb.sign.cap.quid dicam,*14.*q.4.* In exemplo heredipetarum id docet etiam Cicero,*Mihi,* inquit,*qui dam etiam veræ hereditates non honestæ videntur,si sint malitiosis blanditiis efficiorum,non veritate,sed simulatione,acquisitæ.*Secundo mos exigit , vt is sit conueniens. *Veluti,*inquit Aristoteles,*in poetica,fortitudo mos est:sed esse vel fortem vel prudentem,vtique mulieris personæ non conuenit.*Sic dicamus moribus quidem esse receptum,vt liceat libere testari cuique de rebus suis,& vt velit *§.1.de leg.Fus. Caniotoll.l.1.de sacros.eccles.C.* Sed non esse conueniens , vt pactis illa cõstringatur voluntas.Tertio,exigunt boni mores,vt sibi constent, id est,non fuerint immutati,sed seruati : vti enim corpora , sic ipsi mores mutationibusque discernuntur,*Aristo.4.Ethic.ad Nicomach.cap.8.*Vnde consuetudo requiritur inueterata , diuturna, secundum quam iudicatum sit,& quæ per annos plures fuerit conseruata,*l.de quibus,de legib.P.cũ seq.*11.Quarto,vt mos æquali tenore procedat,id est,vt vno modo,non diuerso fuerit obseruatus in aliqua sui parte.

9 ¶ † Tertia prohibitionis causa pacti successionis futuræ, est,quia natura pacti pugnat cum natura actus,qui fieri debet, videlicet cum actu successionis : nec verba institutionis pertinẽt ad contractum,sed ad testamentum,quia institutio est caput & potissima pars testamenti,*§.ante heredis,de lega.apud Iust. l.1.de hered.instit.l.proxime,de his quæ in testa.delent.de codicill. P.l. non codicillum P.l.fi.de test.C.*Et,vt ait Vlpianus,*in leg. verba contraxerant,*20.*de verb.sign.Verba contraxerunt,gesserunt non pertinent ad testandi ius.*Natura vltimarum volũtatum & institutionis est, vt mutari possit ex arbitrio statuẽtis, vsque ad mortis periodũ. Et vt cum nostris loquamur,sit ambulatoria voluntas vsque ad vltimum vitæ spiritum,*l.4.de alimen.lega.ca.vltima voluntas*, 14. *q.2.l.cum hic status,§.pœnitentiam,de donat.int.vir.& vxor.*& morte tantum consistat , *c.cum Marthæ , de celebra.missar.* vt nemo hoc modo possit legem sibi eam imponere,à qua non possit recedere,*Hermog.in l.si quis in princip.22.de legat.3.* Sicque nouissima,quia ea tantum vltima voluntas dicitur,seruanda est,*l.translatio legati,6.l.nihil prohibet,17.de adimen.leg.lib.34.P.tit.4. Pomp. in l.si mihi & tibi,*12.*§.in legatis,de lega.2.*At contra in contractibus,semel voluntas placita incommutabilem habet effectum,*l. sicut,de action.C.in l.commodato § sicut commod.P.l. velles necne , de reuoc.donation.*Ac proinde, si semel facta esset hæc donatio successionis,retento vsufructu non posset alia voluntate reuocari, vt late disputat Nicolaus Boerius.*consi.37.num.1.& 6.* quia per illum fuit dominium translatum retinente donante vsumfructum,*l.quisquis,& l.si quis argentum,§ sin autem,C.de donat.*Cum dicis ex contractu deberi successionem,iam profiteris incommutabilem voluntatem& commutabilem. Nam contractus incommutabilem facit, institutio commutabilem.Et sequitur nihil agi,quia vna & eadem res non potest diuerso iure censeri, *l.eum qui ædes,de vsucap.P.*Et ita rescriptum optime , quod hereditas pactis dari non potest , *l.hereditas , de pactis conuen.C.*

10 ¶ † Vt testamenti factio nullum actum sibi interseri patitur, qui non pertineat ad testamentum,alioquin ipsum testamentũ

Digitized by Google

vitiatur, *l. cum antiquitas, C. de testam. l. heredes palam, §. fin. eod. P.* Quamuis glossa quædam, *gloss. in d. §. fin.* dicat, contractum emtionis fieri posse in testamento. Quod intellige de contractu emtionis, non hereditatis testatoris, vel legati. Sed alterius rei, quæ nec hereditas, nec legatum sit, *vt in l. assignare, ne ass. liber. P. l. ex sententia, de testam. tut. P.* Sic intellige iuris interpretes, qui dicunt, *vt Boer. dec. 353. num. 4. & 5. Franc. Areti. in §. fin. C. l. heredes palam, Bar. in l. cum quis decedens, §. codicillis, de leg. 3. Bald. in l. rationes, de prob. C. & in l. creditores, C. de fideicommiss.* in ipso actu testandi, fieri posse donationem, quam dicunt irreuocabilem, dummodo præsens fuerit cui donatur & acceptauerit, vel alius pro eo absente: & forsan etiam dicetur optime hæc donatio causa mortis.

11 ¶ † 4. Ratio testandi & instituendi forma, iuris publici est: ideo pacto mutari non potest, *in l. 3. de testa. P. l. testamenti, C. eod.*

12 ¶ † Quemadmodum ius publicum pactis priuatorum lædi non potest, *l. ius publicum, de pact. P. l. quod de bonis, §. fin. ad legem*

13 *Falci. P. l. pen. C. de arbit. c. si diligenti, de foro compe.* ¶ † Accedit 5. quod supremum hominis iudicium pacto constringi nō potest, *l. si fratres, §. idem respondit, pro soc. P.* ¶ † Item 6. captatoriæ institutiones prohibitæ sunt, quæ pendent ex alterius arbitrio: & satis constanter veteres decreuerunt testamentorum iura ipsa per se firma esse oportere, non ex alieno pendere debere arbitrio, *Cai. in l. illa institutio, 32. Pomp. in l. si quis Sempronium, 68. Papin. in l. captatorias, 70. de hered. instit. lib. 28. P. tit. 5. Modest. in l. nonnunquam contingit, 51. de condit. & demonstra. P. §. latiꝰ, de hered. quæ ab intest. defer.*

¶ 7. Eius quod non est in rerum natura, nulla est obligatio, *l. si homo mortuus, & l. inter stipulantem, §. sacram, de verb. oblig.* viuentis autem nulla est hereditas, *l. 1. de hered. vel actio. vend. l. 1. pro hered. P. probat & finitio hereditatis, l. hereditas, de reg. iur. l. nihil aliud, de verb. sig.* Quare pacto de suis bonis, contractu, tāquam de hereditate tua, non poterit disponere. Potissimum cum singulari iure permissum esse videatur viuentibus, vt in illud tempus de bonis suis dispositionem transferant, quo desinunt esse domini, nempe post mortem, *l. 1. de testam. P.* quæ cum omnia soluat, *§. deinceps, de nup. in auth.* & dominium quoque adimit. Et ita priuilegium hoc, quod contra iuris alterius communis est regulas, non est ad facultatem paciscendi prorogandum, *iuxta l. quod vero, cum 2. seq. de legib. P.* Nulla enim post mortē apud nos manent, vt possimus de illis disponere. Sed omnia aliis relinquimus, præter & contra voluntatem etiam. Et,

—res nunc sorte suprema
Permutant dominos, recidunt & in altera iura,

vt ait Horatius.

Diuites relinquent alienis diuitias suas, & domus illorum sepulchra illorum in æternum, *Psal. 48.* Nos abimus, res ipsę subsistunt & permanent: sicut Lucianus hoc disticho concludit, *Lucia. in Andologia:*

θνητὰ τὰ τ' ἀθανάτοις, ἡμῖν πάντα παρέρχεται ἡμᾶς.
ὧν ὃ μέν, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὰ παρερχόμεθα,

Id est,

Mortales res hominum mortalium sunt,
Et omnia transeunt nobis.
Sin minus, nos ipsas res pertransimus.

14 ¶ † Quod si quis velit de tertij hereditate, & cum alio, quam cum domino pacisci, perniciosius pactum erit: quod de aliena re, cum periculo domini & mortis inferendæ suspicione, depaciscatur. Et secta nostrorum temporum non patitur de rebus alienis, insciis dominis, contractus fieri, *l. fin. in fine, C. de pact.* Nec cuiquam suum ius detrahi oportet, *l. 2. de in qui sunt sui vel alie. iur. l. nemo externus, C. de Iudæ. l. in remandata.*

15 ¶ † Sed forsan quis dubitabit, cur saltem in dotali instrumēto iure ciuili etiam non licuit, vt diximus, pacto hereditatem dare. Itaque sunt priores rationes tanquam communes hic inuocandæ, & singulares aliæ addendæ. Quarum prior, Quod maior sit fauor libertatis arbitrij, quam dotis, *Bald. & Salic. in l. pactum quod dotali, C. de pact.* Altera quod arbitrium disponendi de rebus suis, nisi legibus quibus permissum est regatur, est nobis inutile, *Seneca. l. codicillis, 91. §. fin. de lega. 2. Ego,* inquit Plato, *11. de legib. qui leges condo nec vos vestros esse arbitror, nec rem familiarem hanc omnem esse vestram sed totius generis præteriti ac futuri: multoq; magis vniuersæ ciuitatis & genus omne & diuitias esse. Hæc cum ita sint, si quis assentatiunculis in senio & morbo vos aggressus præter honestum testamentum conare persuaserit, nunquam id fieri sponte concedam. Sed quod ciuitati vniuersæ generique conferens, considerans, ita leges conscribam, vt singulorum commoda minoris quam cunctorum, vt par est, æstimem.*

16 ¶ † Qua in re nec filiorum maior habetur ratio. Quod vt Ecclesiasticus admonet, *c. 33. Filio, muliери, fratri, & amico non des potestatem supra te in vita tua: Et ne dederis alii possessionem tuam, ne forte pœniteat te, & deprecetur pro illis. Dum adhuc superes & spiras, non immutabit te omnis caro. Melius est enim vt filij tui te rogent, quam te respicere in manus filiorum tuorum.* Et rursum, *Ecclesiast. 30. Lacta filium tuum, & pauentem te faciet, lude cum eo, & contristabit te. Ne corrideas illi, ne condoleas, & in nouissimo obstupescent dentes tui: non des illi potestatem in iuuentute, &c.* Quo fit, vt neque donationes in filios familias valeant, *l. donationes quas parentes, de donat. int. v r. & vxor.* Huic rationi proxima tertia est, quod oporteat filios meritis magis, quam pactionibus ad obsequia paterna prouocare, *l. si quando, 35 §. aliud, de inoffic. testa. lib. 3. C. tit. 8.* ad quæ iure naturæ & gentium tenentur etiam inuiti, *l. 1. & l. liberto. de obseq. à liber. & libert. parent. & patro. præst. P.* Et si eius faciendi gratia quippiam acciperent, turpiter facerent, quum facere teneantur sine pretio, *l. fin. de condict. ob turp. cau.*

¶ † Quarta fouet concordiam fratrum, quæ, si liceret aliquē 17
ex liberis pacto in hereditate præferre, solueretur: aliis illi, in quem collata est hereditas inuidentibus, ipsique patri. Hincque conflatum mortale odium in Iosephum per fratres, quod patri magis dilectus esset, & vestem pretiosiorem ab eo is accepisset, *Genes. 37.* Cain inuidit Abeli, & eum necauit, quod eius munera essent acceptiora Deo, *Genes. 4.* Hoc & docet Iustinianus *§. & quia sæpe in hoc tit. & semi. in auth. col. 3. Frequenter,* inquit, *quidam plurimorum filiorum constituti patres, deinde putantes mox substantiam amittere, vt à paterno certamine illos præseruent, ad maiores adhuc & seniores eos contentiones aduenerunt. Cum enim oporteret, si hoc vellent, aut aperte omnia diuidere in testamentis suis, &c.* Iura maxime in hac continenda fratrum concordia laborant, *l. fratris, C. de transact. c. ob latrones, c. nec ad Cain, c. statuendum, 90. dist.* & multa eius gratia constituerunt, *vt in l. cum oportet, 6. in princ. & §. fin autem ejusdem, de bon. quæ libe. C.* & maxime ad ius æqualitatis, post mortem patris collatione bonorum inducta, *tot. tit. de collat.* Detestatur Dominus eum, qui seminat discordias inter fratres, *Prouerb. 6. c. ab. 16. Iudas, 11. q. 3. In tribus,* inquit Ecclesiasticus sacer, *ca. 25. bene placitum est Spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier sibi bene consentientes.* Sustinetur & voluntas quæ pertinet ad discordias propinquorum, quæ suboriri possent, sedandas, *l. cum pater, 79. §. ... lege.* Et ita oportet concordiam præferre lucro, *Prouerb. reprehendenda, 8. de instit. restitu. sub omni. sect. C.* Addo, quod sæpe filij, qui prædilectos fratres vident, impiissime commoti, & vitæ patris insidiantur. Referre exempla vt abominanda supersedeo, sufficiunt quotidianæ seditiones in maioribus familiis & domibus ob hereditates, nescio quibus moribus pacto delatas primogenitis, qui iam bonis tumescentes, senectam parentum superba contumelia misere torquent, & contemtu enecant, & fratres sibi inimicissimos reddunt, *l. 3. de donat. int. vir. & vxor. P.* Verus amor proximorum, animis non præmiis, continetur: & profusis liberalitatibus interit.

Dissolutio antinomiarum in pacto de hereditate viuentis.

Cap. 5.

1 *Pacti de hereditate viuentis antinomiæ, & contrariæ rationes. & nu. seq.*
2 *Quæ hereditas communicanda in societate.*
3 *Spes actionis & successionis quomodo veniat in pactum.*
4 *Renuntiare suo priuilegio quando, & cui liceat.*
5 *Quæ pacta sint seruanda.*
6 *Hereditas papillaris num vendi possit, vendita per substitutum paterna.*
7 *Pactum de hereditate tertij viuentis quomodo valeat.*
8 *Donatio potest accipere conditionem, vt valeat post mortem donantis tantum.*
9 *Donatio omnium bonorum quando valet. & nu. seq.*
10 *Venditio omnium bonorum continet præsentia, non futura: ad vtraque tamen hypotheca pertinet.*
11 *Confiscata & publicata bona emi possunt, nomine eius à quo adimuntur.*
12 *Donatis omnibus præsentibus & futuris mobilibus & immobilibus, non censentur donatæ actiones.*
13 *Donatio omnium bonorum mobilium & immobilium cum reseruatione valet: & num valeat si reseruatus tantum vsus fructus.*
14 *Num talis donatio bonorum præsentium & futurorum sine vlla reseruatione valeat.*
15 *Pactum de succedendo in dimidia parte hereditatis an valeat.*
16 *Hominibus etiam inuitis beneficium datur.*
17 *Affrayramenta quæ dicantur, & quomodo fiant, & num approbata.*
18 *Vxoris & viri affrayramenta quomodo facienda, & quatenus probanda.*
19 *Dotis augmentum quare minus habet in lucro, quam sit dos Theosæ.*
20 *Donatio facta à marito diuite ignobili vxori nobili, vel à sene iuueni, quare valet.*
21 *Hereditas sine bonis corporalibus esse potest.*
22 *Bonus quandiu quilibet præsumatur.*

23 Pactum

Digitized by Google

23 *Pactum de succedendo inter milites cuius generis sit.*
24 *Pactum de succedendo iuramento non firmatur.*
25 *Fisous quo iure accipiat hereditatem ex pacto de succedendo.*
26 *Beneficii vacaturi promissio quomodo valeat.*
27 *Donatio omnium bonorum ecclesiæ facta, quomodo recipiatur.*
28 *Rei alienæ donatio in præiudicium domini non fit.*
29 *Pactum de succedendo, & de non succedendo non sunt contraria.*

1 ETsi † moris mei nō sit, obices & antinomias in singulis leuiter propositas referre, tamen quia frequens est quæstio prædictarum pactionum de hereditate, quasdam referam rationes, quæ negotiū facere videntur improbationi pacti de hereditate viuentis.

Et primum obiicitur Vlpianus, in l. si quis seruū, 24. de actio. emt. li. 19. P. ti. 1. vbi si quis venditum seruum cū peculio manumiserit, tenetur emtori non tantum nomine peculii, sed etiam de his, quę seruus acquirit postea. Quamobrem venditor manumissor cauere debet emtori, quidquid ex hereditate liberti, id est, serui manumissi, ei peruenerit, se ei restituturum. Vnde videtur hic probari pactum de futura successione liberti viuentis. sol. Verum in illo textu non est pactum de liberti hereditate, sed de iure iam quæsito ad succedendum per ius patronatus manumissione, lege statuente & quærente præmium patrono, vt liberto possit succedere in aliqua portione si ei superuiuat, *§. eo enim ipso, de legit. patron. tutel. lib. 1. Instit. tit. 17. §. 1. & 2. de succes. libert. lib. 3. Instit. tit. 8. l. 3. §. patronus, de bon. liber. cum simil.* Et potius esset ibi pactum de conseruando iure per leges quæsito, etsi quid ex eo perueniat ad manumissionem, quam de successione ipsius liberti. Et pactum hoc non est contra bonos mores: quia quod fieri potest per leges, potest fieri per pactum, *Vlp. in l. non impossibile, 51. de pact. P.* Et hæc dissolutio mihi placet, omissis quæ traduntur per Bartol. & Accurs. *ad d. l. si quis seruum, de actio. emt. P.* Eodem modo tollitur l. si constante, 23. §. si vir vxori, sol. matr. lib. 24. P. tit. 3.

2 ¶ † Secundo pugnare dicunt responsum Pauli, in l. 3. §. de illo, pro socio. in P. lib. 17, tit. 2. vbi valet hoc pactum, *Si qua iusta hereditas alterutri sociorum aduenerit, communis sit.* Ergo de hereditate viuentis pactum valet. Ceterum, ego non video pactū ibi de succedendo, sed societatis, de communicando si quid aduenerit ex hereditate. Et nemo dubitat societatem omnium rerum fieri posse, præsentium & futurarū, *l. pro soc. P.* sed non prius dicetur esse in societate res, quam communicata fuerit, *l. si id quod quis, 59. eod.* & ita obtingente hereditate, postea fit tantum communicatio.

3 ¶ † Tertio facessere videtur, spem futurę actionis posse venire in pactū, *l. 3. C. de donat. l. nec emtio, de contra. emt. l. pactum, 47. de pact. P. l. si actionem, 25. C. eod.* Ergo spem futuræ successionis. Sed conclusio non respondet axiomati. Nam spes quidem certa iuris iam quæsiti, sed cuius effectus suspenditur, in pactum venire potest, *vt in l. nomina, & l. multum interest. de hered. vel act. vend. P.* Vt si conditione effectus solutionis, quę sitę obligationis suspendatur: nam & non adueniente adhuc effectu, verum est creditorem & debitorem esse contrahentes, *l. is cui, de actio. P. l. nec emtio, de contra. emt. P. l. si procuratoris, manda. P. l. in conuentionalibus, de verb. oblig.* At incertæ spei, nulla fides, nullave conuentio recte accedet, sed temeraria, dicetur, impia, quando de succedendo alteri fit. Incertum enim est, num is de cuius hereditate quis pascitur præmoriatur. an qui pactus: incerta namque dies mortis, etsi moriendum esse certissimum sit, *l. 1. de condit. & demon. P.* Et ita fieri potest, vt præmortuus testatori nihil quærat successionis nomine, *l. fin. de hered. instit. P. l. vni, §. pro secundo, de cad. toll. C.*

4 ¶ † Quarto non pugnat, quod vnicuique liceat renuntiare iuri in fauorem sui introducto, *l. si quis in conscribendo, C. de epis. & cler. de pact. C. l. si iudex, 42. de minor. P. §. sancimus igitur, nouell. 136.* & proinde licere debere, vt de sua hereditate quis possit pacisci, renuntiando priuilegio. Nam in prohibitione ne fiat pactum de successione viuentis, non tantum fauor renuntiantis, quantum publicus inspicietur, & boni mores, odium contrahentium, & dolus futurus, qui remitti nequit pacto, *in l. si vnus, §. illud nulla pactione, de pact. P. l. 4. de li. cau. P.* Neque auditur perire volens, *l. non tantum, de appell. P. l. 1. §. nec si, de lib. cau. l. cum hi, de transa. P. vide casus in l. pactum, 4. de pact. P. in ver. cum liceat.* Vt neque conuentiones, quæ inducunt ad delinquendum admittuntur

5 ¶ † Quinto argumentum leue est, pacta seruanda esse, *l. conuenire, de pact. dot. P.* & ab initio liberum fuisse contrahere, & inito contractu impositam esse necessitatem obsequendi conuentis, *l. 1. de pact. P. l. 1. de consti. pecu. l. fratris, C. de transa. cum simil.* Nam hoc quidem obtinet, si iusta pacta sint, nec legibus vel bonis moribus repugnent, *l. sicut, C. de actio. l. velles nec ne. C. de reuoc. dona. l. incommodato, §. sicut, commod. P. l. quod semel, de reg. iur. cum sim.* vt illud de quo agitur.

6 ¶ † Sed sexto loco magis vrgere videtur l. 2. §. illud, de hered. vel act. vend. vbi vendita hereditate paterna, pupillaris quoque vendi potest. At nodus illius §. constituitur in verbo, *maxime*, ibi posito, dum scriptum est, *Vendita hereditate patris testatoris, non venire impuberis hereditatem, quia alia hereditas est: licet enim vnum testamentum, tamen aliæ hereditas est. Plane si hoc actum sit, dicendum erit etiam impuberis hereditatem in vindictionem venire maxime, si iam delata impuberis hereditate, hereditas venierit.* Accursius ad illum §. existimat, verbum, *maxime*, redundare, vt alibi, *l. inrisgentium, §. prætor ait, & l. contra iuris ciuilis regulas, de pact. P. l. pacta quæ contra. C. eod. l. si in emtione, §. omnium, de contra. emt. P. l. quemadmodum, de agricol. & censib. lib. 11. C.* & contextum intelligi non valere venditionem pupillaris hereditatis non delatæ. Ego sententiam Accurs. probo, sed *maxime*, non puto abundare, imo exprimere mentem. Et verba, *maxime si iam delata sit impuberis hereditas*, explicanda pro vtique, ita, solum & tantum, si delata sit, & non si sit, viuentis pupilli, *vt in l. fin. de test. manumiss. lib. 7. C. tit. 2.* Sic Terentius in Eunucho,

Tu Parmeno huc fac illi adducantur. P. Maxime.

Monent & alii interpretes, verbum *maxime*, pro tantum aliquando accipi, nec semper correctiue poni, *glos. si. in ca. cum olim, de testib. & in cap. per tuas, in 1. de simo.* Meminit & Arnoldus Ferronus, *in consuet. Burdega. ad §. 1. de Sta. person.* sic explicatum fuisse verbum *maxime*, positum in cap. noli, 23. q. 1. in condemnatione Corradini regis, capti per Carolum Siciliæ Neapolisque regem. Quemadmodum antea Hugolinus. Et hæc mihi videtur germana interpretatio §. illud, vt opus non sit aliis diuinationibus, quas glossa & interpretes comminiscuntur.

7 ¶ † Sexto obiicitur l. fin. in vers. secundum veteres, de pact. in P. dum dicitur, pactum de hereditate tertii viuentis factum, valere, si is consentiat, de cuius hereditate pactum est. Et iniuria vel dolus valenti non infertur, *l. eum de donationis, C. de transact. l. venditor, C. de rescin. vend. l. 1. in fin. de action. emt. P. l. nemo videtur, de reg. iur.* Sed ibi, iure pacti non defertur successio, nam non licuisset varie testatori: Sed iure voluntatis vltimæ domini, qui ita perseueraverit & voluit fieri in vltima voluntate, vt lex ait.

8 ¶ † Octauo argumentum trahitur à l. scrupulosam, 11. de contrah. vel commit. stipul. lib. 8. C. t. 38. §. post mortem, de inutil. stipul. l. quodcunque, §. 1. & fin. de verb. oblig. l. 1. vt actio ab hered. & cont. hered. Ceterum probo quidem donationem ea lege factam, vt post mortem donantis donatarius res capiat donatas: Sed ibi non est pactum de futura hereditate, vel de instituendo, sed est donatio conditionalis, valida statim, vel si mortis causa sit, licet pœnitere secundum propriam naturam, *l. vbi ita donatur, de donat. causs. mor. l. perfecta. C. de donat. quæ sub modo.* Eodem fere modo tollitur, quod aiunt, donationem omnium bonorum valere in vita, *Paul. in l. mulier bona omnia, 73. de iur. dot. l. nulla, C. eod. l. 1. ibi vniuersæ, &c. de vsucap. pro dote, C. l. omnes, §. Lucius, de his quæ in frau. cred.* quæ instar est dationis hereditatis, & pacti de succedendo: hereditas est successio in vniuersum ius, *l. hereditas, de reg. iur.* Et enim aliud est donare, aliud promittere heredem instituere, vel pacto dare hereditatem. Sic Odofredus, *ad l. fin. in fine, C. de pact. non potest*, inquit, *fieri vt quis habeat bona ad licitum per formam testamenti: sed facere potest per stipulationem, quod patruus suus promittat post mortem suam donare ei omnia bona. Valet enim hæc donatio, quia non prohibetur testari vel heres habere: & heredes eius tenebuntur ei dare & tradere ex stipulatione, & hic est casus, quo incipit contra heredem actio, quæ non incipit contra defunctū, vt Instit. de inutil. stipulat. §. post mortem, & l. 1. vt actio. ab hered. & con. hered.*

9 ¶ † Neque etiam absolute verum est, donationem omnium bonorum valere. Quinimo Bartolus, *consi. 76.* contrarium probat, tueturque donationem omnium bonorum præsentium & futurorum, reseruato vsufructu seu omnibus fructibus, improbam esse, veluti ad mentem liberam disponendi facultatē. Idipsum concludit Paulus Castrensis, *consi. 82. num. 6. in 2. vol.* & addit, neque huiusmodi donationem iuramento firmari: quod non sit obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum, *cap. non est obligatorium, de reg. iur. in 6.* Quæ quia quotidiana sunt, vt intelligamus facilius, distinguamus: aut primo donantur simpliciter omnia bona, & hoc casu valet siue inter viuos siue mortis causa fit, quia non adimitur per eam disponendi facultas, *Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 5. & 6. de verb. oblig.* cum intelligatur facta de omnibus præsentibus, non de futuris: De quibus dispositio relinquitur libera.

10 ¶ † Vt contigit in venditione omnium bonorum, qua tantum continentur præsentia, non futura, *Guil. Benedict. in cap. Raynut. ad verb. duas habens filias, num. 205. de testa.* notat idipsum glos. prima l. fin. qui potior. in pign. hab. Quæ tamen lex contrarium statuit in hypotheca, in qua obligatio omnium bonorum ad futura quoque porrigitur: diuersa ratione, quia hypotheca non transfert in quenquam dominium, quod semper remanet penes debitorem, *l. pignoris, de pig. act. C. l. rescriptum, de distract. pignor. l. quis sit fugitiuus, §. pignori, de ædil. edi. P. l. generaliter, qui & à quibus manumiss. lib. non fiant.* & ratio pignoris constituendi, quæ habet locum in præsentibus bonis, habet locum & in futuris, nempe vt cautum sit ipsi creditori conseruāti ius suū sine præiudicio debitoris. At in donatione omnium bonorum, ad futu-

Digitized by Google

rum extendi nequeunt propria vi illa verba, *dono tibi omnia bona mea*: nam verbum, *mea*, respicit præsens tempus, quod est tempore actus, non futurum, *l. si ita, 8. & ibi Paul. Cast. de aur. & arg. leg.*

11 ¶ † Atque si bona alicuius publicantur simpliciter, ea quæ postea quæruntur, non veniunt in publicationem, nec sequuntur fiscum. Idcirco is, cuius bona publicata sunt, potest mandare alicui, ea suo nomine iterum emere, *l. si mandauero, 22. §. in emi bona, mand. P. facit l. fin. §. qui indemnisa, de lega. 2. l. actione, §. si post, pro soc. P.* Sed si secundo loco fiat donatio præsentium & futurorum mobilium, & immobilium, nulla mentione facta nominum seu debitorum, tunc & donatio valet: quia non censentur donari actiones vel iura, quæ in constitutionibus habent separatā ab aliis naturam & nominationem, *l. mouentium, de verb. signif. l. à diuo Pio. §. in venditione, de re iudica. P. & ibi Bart. & Al.* Et ita tradit Guido Pap. *q. 314. in fine & 499.*

12 ¶ † Quanquam in institutione & relicto omnium bonorum, mobilium & immobilium, contineantur & iura & actiones, propter necessitatem institutionis, *l. 1. §. si ex fundo, de her. inst. P.*

13 ¶ † Aut si, 3. loco, donatio fiat simpliciter omnium bonorum præsentium & futurorum, nulla adiectione mobilium & immobilium, si ea habeat aliquam reseruationem, valebit: quia per eam non adimitur testandi facultas. Ceterum, pugnant interpretes num ea valeat, in qua donans sibi tantum reseruauit vsumfructum: communis tamen opinio est valere, *pro ea facere videtur cap. fin. quicunque, 17. q. 4.* At Paulus Castrensis, *consil. 82. nu. 6. 2. volu.* & Bartolus, *consil. 76. to. 1. & in l. si fratres, §. idem respondit, n. 3. pro soc. P.* in contraria sunt sententia. Nicolaus Boerius autem, *decis. 204. nu. 36.* scribit, in donatione omnium bonorum vsufructu retento, videri probam donationem, & donantem posse disponere de bonis acquisitis sua industria: vel ex vsufructu retento: quia tale pactum, inquit, non porrigitur ad illa postea quæsita, *l. si ita, de auro & argen. leg. Iaso. in l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig. Ægid. Bellamera, cons. 17.* Ait insuper Boerius, *prædicto 204. dec. nu. 7.* hoc ipsum locum habere, quando quis sine vlla retentione vsusfructus donat omnia bona sua post mortem suam, quia tunc tacite videtur facta vsusfructus reseruatio, vt voluit gl. in titulo de sublatione clementinæ literis, in verb. quicunque, in pragmat. Sanctio. Quod tamen intelligi debere monet, nisi qui ita dedit, dixit, se donare omnia præsentia & futura: quia tunc inquit, non valet sine retentione, quod disponendi præcludatur facultas, nec intelligatur reseruatus vsusfructus, nec de eo disponere potuerit, quia morte finitur, *l. vxor patrui, C. de lega. §. finitur, de vsufruct. l. 2. §. morte, quib. mod. vsusfru. amit.*

14 ¶ † Quod si, quarto loco, donatio facta fuerit præsentium omnium bonorum, & futurorum, sine vlla reseruatione, nulla procul dubio censetur, *gl. ff. ad titu. de sublat. clemen. literis, in prag. sanctio.* vt adimens disponendi facultatem. Baldus tamen mediā quandam viam sequitur, & ait his verbis. *Pone quod est adiectum in donatione de futuris, videtur & donatio valere: quia futurorum non est translatum dominium, de quo potero testari, licet sim obligatus, l. apud Iulianum, §. si Titius, de lega. 1. vel secundum alios, donatio præsentium & futurorum, respectu præsentium valebit, non futurorum: vt vtile per inutile non vitietur, l. Sancimus, C. de donatio. l. si peculium, §. 1. de pecul. l. 1. §. pen. & l. si mihi & Titio, de ver. oblig.*

15 ¶ † Addit & Baldus, *ad l. fin. C. de pact. verſ. sed si quis donat*, vt si quis donat dimidiam partem hereditatis, in ea includantur futura, & donatio valeat, quia ea parte subducta, relinquatur testandi in reliquo facultas: citat ad hanc rem L. Lucius, de fun. instruct. P. & l. item veniunt. §. fructus, de petit. hered. Displicet tamen mihi hæc sententia, atque pactum etiam de succedendo in dimidia hereditatis parte reiicio, quod pertinet ad iura ciuilia scripta: nam de consuetudine paulo post aliter seruatum ostendemus. Expressum enim est, hereditatem nec pro parte, nec in totum dari posse pactis, *l. hereditas, de pact. conuen. C. l. qua de tota, de acquir. hered. l. pactum dotali, C. de pact.* Si quis tamen velit dicere valere donationem mediæ partis bonorum omnium præsentium & futurorum, non negabo. Et hæc hactenus de explicatione 9. argumenti.

16 ¶ † Decimo pugnare videtur, nō esse rescindendum pactum de futura successione in fauorem donantis, vt possit testari, aut propter metum mortis illis inferendæ, eo quod ipse sibi metū hunc imposuit, & ideo metus illius non habetur ratio, *l. si mulier, 21. de eo quod met. cau. P.* nec succurritur ei, qui se sponte exposuit necessitati periculi, *l. 3. §. subuenitur, ad Sena. Syllan. l. si fideiussor, §. pen. qui satisd. cog. l. 2. §. si tamen quis, si cautio. iud. sist. cau. fa. non obtem. P.* Sed obuiam huic rationi itur, dum quidem miserādum non esse admittimus eius, qui se in periculum coniecit, si de iactura patrimonij agitur: at si de conseruanda vita agatur, etiam inuito beneficium & remedium adhibendum est, *l. non tantum, de appella. P.* propter cognationem hominibus cōmunē, *l. vt vim, de iust. & iure, P.* propter quam interest hominis, vitā homini conseruari & hominem affici beneficio, *l. seruus ea lege, de ser. expor. P.* Neque homo tantum sibi vel proximis, sed etiam vsui totius reipub. nascitur & moritur, *l. postliminium est ius, de capti. & postli. reuers.* & qui curat hominum salutem, non tantum suam, sed etiam reipub. curat.

¶ † Vndecimo obiicitur, valere fraternitates & pacta, quæ 17
dicuntur *affrayramenta*, quibus inter se aliqui paciscantur licite: vel vir & vxor, vt communes sint in acquisitionibus tam præsentibus quam futuris, donando superstiti omnia bona sua si sine liberis decedat alter, reseruatione tantum alicuius facta pro iure testandi. Et ita probari hanc pactionem autumant interpretes, *l. 1. §. quamuis, de ventri inspic. P.* Atque Oldradus receptum esse ait, *Boer. decis. 345. nume. 3. Signorol. de homod. in consil. 85. incip. pactum sic se habet. Idem Boer in §. 1. de consuet. Matrimon. & Boerij, in consuet. Bituric.* pactum, illudque firmum, quo fratres inter se conuenerunt, vt si quis decederet sine liberis vel libero altero superstite, alter haberet certas res de bonis illius: quia, inquit, quis in morte sua, bona sua, aut partem eorum, donare potest, *Oldrad. consi. 13. quod incipit, ad habendum aliquantam notitiam, & consil. 5. & 139.* Hanc quoque sententiam sequuntur Ioan. Andr. *l. scrupulosam, de contr. stipul. C. §. post mortem, & §. sequent. de inutil. stipul.* Albericus de Rosa. Salyc. & Ialon, *Ioan. Andr. in addit. ad Specu. ad tit. de instru. edit. §. porro, col. fi. verſ. fuit alia quæstio, de facto.* Alexand. *Alber. Salyc. & Iaſ. in l. fi. C. de pact.* & Guiliel. Benedict. *Alex. in l. inter priuatos, eod.* qui & alicubi, *Guil. Bened. ad cap. Raynutius, ad verb. duas habens filias, num. 199. & 200.* loquitur plenius, de hoc pacto & societate recepta agricolarum, vxoris & mariti.

¶ † Istius nodi dissolutio est, non iure testamenti, vel pacti de 18
succedendo, hanc conuentionem esse receptam affrayramenti, sed iure reciprocæ donationis, vel iure donationis post mortē effectum sortituræ: neque enim donatio omnino reiicit substitutiones, *Idem in verb. & vxorem nomine Adelasiam, in 5. & vlt. art. vbi agit de diuers. agricolarum.* Et videtur l. licet inter priuatos, C. de pact. admittere reciprocam de succedendo post mortem pactionem. Sed neque affrayramenta hæc admittimus in societatis, cum societas morte dirimatur, *l. quoties, C. ne donat. quæ sub mo.* affrayramentum autem post mortem extendatur. Quanquam societas sit species fraternitatis, *l. si fratres, §. idem respondit, pro soc. P.* pendente vita sociorum, *l. verum, eod.* Sed & defendit Ioan. Berberius, *in directorio iur. tit. de societa. fol. 73. & seq.* affrayramenta non esse perpetuo & simpliciter recipienda, quando inter virum & vxorem fiunt de dote, quæ maior & donatione propter nuptias, quam maritus contribuit affrayramento, si ea sit minor & inæqualis valde: ne decipiatur mulier implam dotem habens, ab inope marito. Nam quamuis iure Codicis Iustinianei, *l. si constante, C. de donat. ante nupt.* voluntarium fuisset, æqualitatem constituere cum dote & donatione propter nuptias, tamen iure nouellarum, *§. hæc igitur, de inæq. don. in auth. coll. 7. auth. act. æqualitas, de pa. conue. C.* omnino æqualitatem seruandam statuitur, vt pactum de lucranda alterutra, vel dote, vel donatione propter nuptias, aduenientе alterutrius morte locū habeat. Atque Berberius reprehendit gl. sententiam, in auth. æqualitas, de pact. conuent. C. quæ per consuetudinem diuersum constitui posse tradit, tanquam corruptelam: & reducendā inæqualitatem vult ad æqualitatem, ita tamen quod vtile per inutile, quod plus est & ab æqualitate reiicitur, non vitietur, *per l. sancimus, C. de don. a. vtile, de reg. iur. in 6. l. sine generalia, de iure dot. in P.* læso tamen succurratur, nec liceat per obliquum per affrayramentum, quod de iure prohibetur, *argum. cap. cum quid, de regul. iur. in 6. l. non dubium, c. de leg. leg. fin. de rebus alien. non alienand. C.*

¶ † Excipio tamen consuetudines quæ prætendunt aliquam 19
iustam rationem. Sicuti Tholosæ, in dote lucranda si præmoriatur vxor, & donatione propter nuptias, quam vocamus aduancamentum, si præmoriatur vir, inæqualitas quidem videtur arithmetica: nam donatio propter nuptias media pars dotis est, quam tantum repetit cum dote vxor vidua. Verum si inspiciamus onera, quæ sustinet maritus solus, qui res curat patrimonij solus: nec enim Tholosæ mulieres publice negotiantur, vt acquirere possunt & iuuare in labore maritos, vt Lutetiæ & alibi, vbi affrayramenta fiunt: item si consideres digniorem sexum masculi, *l. 1. de Senato. P.* Intelligimus fieri æqualitatem geometricam & secundum dignitatem.

¶ † Quemadmodum & placuit virum ditiorem ignobilem 20
tamen, ducētem vxorem nobilem pauperem, posse donare etiā pendente matrimonio ei vxori: & esse non tam donationem simplicem, quantum remuneratoriam communicatæ nobilitatis. Idipsum obtinet, si senex vir iuuenem vxorem accipiat, & ei donet, *Boer. in §. 1. de consue. matrim. in cons. Bitur. Bart. & Iaſ. in l. si ita stipulatus, 93. §. si tibi nupsero, de verb. oblig. & l. diuortio. solut. matr. Abb. Panor. in cap. de illu, de condi. appos. & in ca. gemma. col. 3. de sponsal. Socin. in l. 1. col. 15. sol. matr.*

¶ † Duodecimo, impugnatur ratio prohibitionis, quæ volebat pactū de succedendo ideo prohiberi, quia nō relinqueretur 21
libertas disponendi, iam pacto à se abdicatis omnibus bonis: ex eo, quod sine bonis corporalibus hereditas consistere potest & heres institui, *l. hereditas, de petit. her.* & qui non habet bona, testari possit, *l. lex Cornelia, de vulg.* Sed hoc argumētū fallax est in eo, quod nō animaduertatur, pactum de hereditate concludere

Digitized by Google

translationem nõ solum corporum, sed etiam iurium paciscentis: quia, vt sæpe monui, hereditas est successio in vniuersum ius, *l. hereditas, de reg. iur.* & proinde si iam omnia & corporalia translata pacto fuerint, nihil est reliquum, de quo paciscentem posse disponere dicas.

22 ¶† Decimotertio, instat non esse præsumendum ex hoc pacto, metum, captandæ mortis: quia neque casum aduersamque fortunam exspectare, naturale, neque ciuile est, *l. inter stipulantem, §. sacram, de verb. obl.* Et quilibet bonus præsumitur, donec manifestum, *l. mariso, pro soc. P. ca. fin. de præsumt.* contrarium sit. Et quanquam l. Cicero, de pœnis, referat insidias contigisse aliquando, tamen vna hirundo non facit ver, nec exemplis, sed legibus iudicandum, *l. nemo, de sent. & interlo. omn. iud.* nec iura aptari debent ad ea, quæ raro accidunt, *l. iura constitui, l. ex hu, l. nam ad ea, l. iura non in singulas, de legibus. P.* Neque tollenda bona sunt, quod aliquando quispiam his abutatur: nihil enim tam sanctum, quin aliquando non violet audacia, & adsunt leges quæ castigent improbos. Soluo retorquendo ipsum argumentum, quod quia nec ciuile nec naturale est, exspectare casum aduersamque fortunam: ergo neque ciuile est, pactum hoc admittere de futura successione, quia per hoc quis exspectat casum & aduersam fortunam paciscentis, nempe eius mortem. Atque præsumtio bonitatis cessat, vbi apparet malitiæ testimonia: quale illud, cogitare de hereditate viuentis. Neque vnum superest exemplum eorum, qui amoliuntur bonorũ causſa mortem possessoribus. Et l. Cicero, vno relato contentus fuit, vt sanciret plura omittens: alioquin lex non esset est autem: ergo non de raro contingenti lata per easdem probationes, quibus leges subsistunt, de tritis & non de raro contingentibus. Et proni sunt sensus & humana cogitatio omnis ab adolescentia ad malum, *Genes. 8. ca. omne etas 12 q. 1.* Proclivis cursus ad voluptatem, nutrix natura vitiorum. *ca. proclivis 20. q. 1.* vt expediat viam præcidere potius malis, quam experientiam exspectare. Et melius sit in tempore occurrere, ne malum fiat: quam post acceptum vulnus mederi, *l. fur, in quib. caus. in integr. restitu. non est nec c. l. 1. quan. lic. sine iudi. se vindic. C.*

23 ¶† Decimoquarto pugnat l. licet, C. de pact. vbi quamuis pactum non valeat inter priuatos de succedendo, tamen inter milites fratres receptum est, si mutuo fiat. Sed illa l. inter milites quidem probat pactum non indistincte, sed quando in procinctu fit: nec iure quidem pacti, sed iure vltimæ voluntatis militaris, in qua remittuntur iuris solemnia, *l. milites, de milit. test. C. l. diuus, de test. milit.* Et ita tria ibi concurrere nota, quod in discrimine belli fiat negotium, 2. quod reciprocam contineat donationem, & ita ponderat Georgius Natha, *in rep. c. quamuis pactum, col. 18. vers. secundo fallit, de pact. in 6. fatit l. si pater puella, C. de inoff. testam. 3.* quod personæ fratrum sunt, qui de conseruanda potius familia integra posteris cogitasse videntur maiorum. Qui casus hodie sufficiens visus est ad conseruandum pactum de futura successione, etiam ab aliis quam militibus factum, vt ex professo docet Nicolaus Boerius, *q. 355. nu. 2. & 3.* Baldus etiam, in d. l. licet, recte tuetur, ibi agi tantum de vltima voluntate militari, quæ propter imperitiam militum pactum dicitur, ratione mutuæ institutionis factæ.

24 ¶† Non facessit 15. ca. quamuis, de pact. in sex. vbi pactum, de successione cum filia factum valet, si iuramento firmetur. Ergo inquiunt, & in nostro casu valebit quoque, accedente saltem iuramento: quod & voluit Bald. *in §. morbus si de feud. fuer. contro. inv. dom. & vasal. in vsib. feudo.* Nam diuersa species est, quamuis, quæ de pacto de non succedendo loquitur fauorabili, & ex quo potius euitatur inferendæ mortis suspicio: vt conclusio Baldi ad separata, non recipiatur. Et contra Bald. etiam est glo. *in l. fin. §. illud, de inoff. testam.* & glos. *in l. pactum. C. de collatio.* quam etiam ibi sequitur Bald. in sexta oppositione. Neque esse potest obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum, *c. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. l. si quis inquilinos, §. fi. de leg. 1. l. non dubium C. de legib.* Atque hic facile discedo à sententia & perfugio Imolæ, qui cum Baldo putat fictione iuris ciuilis, contra mores censeri pactum de succedendo: & ideo alia præsumtione ciuili, iuramento posse recipi. Siquidem falsus is est, cum non iuris ciuilis regulis, sed gentium expresse dictum sit, contra bonos mores esse, *l. quidam in iure, de donat. in P.*

5 ¶† Mouet adhuc dubium 16. loco, quod fiscus auferat ab illis, qui ex hoc pacto nacti sunt hereditatem, *l. quidam, §. fin. & l. 2. & l. si. de his quib. vt indi. P.* Vnde videtur pactum valuisse, & illos acquisiuisse. Ceterum, existimauit Baldus, *ad l. fin. n 4. opposit. C. de pact.* ista pacta quidem valere in præiudicium paciscentium & vtilitatem fisci non vi pacti, sed delicti, *per l. his tamen, §. 1. fi mil. ercisc.* Ego tamen non admittam, pactum vllo modo valuisse: Sed dico adimi hereditatem, de qua pactum est, ab eo ad quem etiam alio iure quam pacti peruenit, & illud expresse refertur in d. § fin l. quidam in iure, de donat. P.

26 ¶† Minus 17. facessit, receptum esse à successione hereditaria ad successionem beneficiorum argumentum, *c. 1. de conces. præb. in 6. c. 2. eod. apud Greg.* & quod promissio de conferendo beneficio primo vacaturo valeat, *c. accedens, eo. ap. Greg.* & quod receptus in canonicum cum literis exspectatiuis, & promissione primæ vacaturæ præbendæ, recte petit vacantem etiam præbendam per mortem, *c. relatum, de præb.* Nam illa intelligenda sunt de promissione beneficij incertæ personæ, alioquin institutio in viuentis beneficium inutilis. c. 2. de conces. præb. Multis etiam modis potest etiam beneficium vacare, & alio modo, quam per mortem, & ideo votum mortis ex promissione vacaturi beneficij non imminet: hacque ratione defenduntur literæ de prouidendo & mandata, & reseruationes, *c. ad aures, c. cum ades, de rescript. c. si. de præb.* Multa etiam licent contenta sub genere, quæ in specie concedi nequeunt, *c. si Sacerdos, de off. ord. c. quamquam, 25. dist. c. non potest, 23. q. 4. l. 1. §. qui quæstionem, ae q.* Et non expressa non nocent, quæ expressa nocere solent, *l. nonnunquam, ſi. de condit. & demon. P. l. actus, & l. expressa, de reg. iur. l. si quis Sempronium, & l. captatorias, de her. inst.* Et Horatius innuit, *lib. 1. Epist. ad Sceuam, 10. epi.*

Sed tacitus pasci si posset coruus haberet
Plus dapis, & rixæ multo minus, inuidiaque.

27 ¶† Decimooctauo dicunt, omnia bona aliquem donare posse ecclesiæ. auth. ingressi, de sacros. eccles. C. Tuetur & Bald. valere promissionem de instituenda ecclesia, *Bald. in l. fin. C. de pact.* Sed quod pertinet ad donationem, ea regulanda est per leges donationis omnium bonorum, de quibus antea dictum. Quod autem Bal. tradit, negatur: quia minus fauetur piæ causſæ, quam filio, dum de hereditate deferenda agitur, *c. quicunque, 17. q. 4. gl. in l. si quis ad declinandam, de epis. & cle. in ver. simili modo.* Pactum autem hoc in fauorem filiorum admittitur, *l. pactum quod doli, de pac. C.* Neque igitur in fauorem ecclesiæ.

28 ¶† Leuissimum est, 19. quod pactum de re aliena fieri possit, vt emtio, *l. rem alienam, de contra. emt.* Nam illud pactum præiudicium non adfert domino. Plura his similia adferri possunt, quæ tamen facilem habent enodationem, & per se palam faciunt non pertinere ad pactum de futura successione hereditaria. Et quod dicunt argumentum à contrario sensu valere, & pactum de non succedendo improbari. Ergo & probandum pactum de succedendo. Nam hæc contraria non sunt ad idem & similiter. Sed vtrumque reprobatur, quia vtrumque extremum vitiorum: & nullo modo dari successio vel prohiberi pacto iure ciuili potest, sed tantum testamentis & aliis legitimis modis.

Examinantur quædam antinomiæ, de pacto succedendi inter patrem & filium.

Cap. 6.

1 *Pactum de succedendo num valeat in fauorem filiorum examinatur, & nu. seq.*
3 *Successio pacto & lege diuerso modo defertur.*
4 *L. & suum heredem, dissolutio.*
5 *Primogenitus vt succedat, num pacto effici possit.*
6 *Tanquam filium aliquem habere promittens, quid promittat.*
7 *Pater donare etsi possit filio, tamen non potest pacto relinquere hereditatem.*
8 *Diuisio bonorum facta inter liberos à patre, quomodo rata habetur.*
9 *Filij quomodo pendente vita patris dicantur esse domini bonorum patris.*
10 *Hereditas pactione potius suis, quam extraneis relinqui possit. Et num donatio facta coniunctæ personæ, sit irreuocabilis.*

1 DIctum † est in axiomate prohibitionis pacti de succedendo, hoc ipsum locum habere in pacto de succedendo cum patre & filio facto. Tamen ambiguum & nimium crudele videtur statutum pluribus rationibus, quas explicare operæpretium est.

Primum, quod verendum vel metuendum non sit, filios patri insidiaturos, vel contra patrem filiis, ob successionis anticipandæ spem: tantum enim est inter hos necessitudinis vinculum, vt nexus diuinus à Deo inter hos constitutus dicatur, *l. cum in adoptiuis, C. de adopt.* & pro persona eadem sint, *l. fin. de impub. C.* & eadem vox, *§. ei vero. de inutil. stipula.* Et quod ad patrem pertinet, magis terreatur in periculo filij, quam in proprio, *l. isti quidem, 8. quod metus caus. in P. §. sed & veteres, §. fi. de noxa. actio. apud Iustin.* Et consilium sæpe capit remota atrocitate pro liberis, *l. nec in ea lege. 22. §. fin. ad le. Iul. ae adul. P. l. diuus Adrianus, 5. ad legem Pomp. de patr. P.* vtpote eius affectus, vt nullus extraneus ei comparari possit, *l. consilio de cura furio. C.* Et vt ait Sophocles in Electra.

Δεινὸν τὸ πάντων δῆτ', ἀνθρώπῳ κακὸν
πάσχειν μέσον δὴ τῶν προγόνων τινα, id est.
Magna est vis procreationis, nam neque si malâ
Patiatur aliquis, prolem à se genitam odisse potest.

Hoc beneficio affecti filij, & pariter natura redamant parentes, & si quando cõtingat filios insurgere in parentes, perraro fit:

Digitized by Google

vt Solon quoque consulto legem ferre de parricidiis omiserit hac ratione, *Plut. in Solone.* Et creditum est, iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi posse, *l. ius autem agnationis, de pact. in P. l. iura sanguinis, de reg. iur.*

2 ¶ † Ceterum istæ præsumtiones, rerum euentu sæpe elisæ sunt: & tantum potuit auri sacra fames, vt leges naturæ perfregerit. Videturque sæpe matres propriorum liberorum vitam, secũdis maritis cum bonis addicere, *l. lex quæ tutores, de adminis. tuto.* Et ob nimiam parentum sæuitiam, sublata vitæ necisque in eos potestas, *l. fin. de pat. pot. C.* Inductæque pœnæ parricidarum, & metu ne filij in patres insidias mortis molirentur, prohibitum est mutuum dare filiisfamilias, *l. 1. ad Senat. Macedo.* Secundo, difficilis ratio est pro filiis. Quod fit per legem, per pactum fieri potest, *l. non impossibile, 51. de pactis. P.*

3 ¶ At † lege deferuntur successiones filiis, ab intestato decedentibus parentibus, vt palam est, *§. intestatorum, de here. quæ ab int. defer. apud Iusti. §. sui, de hered. qual. & differ. l. 1. §. pen. & fi. & l. 2. de suis & legit. here. in P. titu. de hered. ab int. vesi. in authen. cum similib.* Sed & hæc claudicat, qui non eodem modo defertur successio per legem, quo per pactum: lex namque defert, vt suppleat defuncti voluntatem: pactum vero illam extinguit, ne locum habere possit.

4 ¶ † Minus 3. ad rem facit l. & suum heredem, 8. §. id probat, de pact. in P. Quia ibi pactum pertinet ad futuram successionem: Sed illud non est de ipsa successione futura quærenda, vt liquet ex contextu legis.

5 ¶ † Quarto, videtur pactum, vt filij succedant parentibus, non esse contra bonos mores: quia statutis & consuetudine non recipitur, quod contra rationem naturalem & bonos mores est, *l. 2. quæ sit longa consuetudo, c. consuetudinis 11. dist. c. fi. de consue.* Recipitur autem consuetudine, vt primogenitus patri succedat, etiam in Gallia. *Masuer. §. item licet institutio testamentaria de societa. & §. item & dictum est superius, de succes. in praxi sua.* & pacto, & statuto id fieri posse æstumat Baldus, *in l. cum Arthemidorum, vt in posse. leg. C. per §. mulier. & §. filij. si de feu. sue. controuer. int. dom. & agna.* Sed negat Georgius Natha, posse admitti consuetudine pactum de futura successione obtinenda, & citata iura per Baldum, *d. §§. mulier, & filij*, habere locum ait in pacto de non succedendo. Notatur & in hoc vt contrarius sibi Baldus. Nam is in l. 2. col. 3. quæ sit lon. consu. C. defendit, non posse recipi consuetudinem huius pacti. Ego tutius dicendum arbitror, inspici debere pactorum horum leges. Quia si quis in illis promittat se instituturum primogenitum, vel alium quemuis, arbitror pactum inutile per rationes prohibitionis: si autem paciscendo donet, & vocet primogenitum in parte bonorum, existimo valere donationem & pactum ex consuetudine. Sed de hoc latius sequenti capite.

6 ¶ † Quinto, l. quidam cum filium. 132. de verb. oblig. aliquantum negotium, mouet, quis promittere cum pœna, inquit, potest, se aliquem tanquam filium habiturum: & pœnam committi, si domo eum pepulerit, nec exheredauerit, vel non instituerit: vt inde pactum admissum videatur, de instituendo. Solutio tamen eius modi est facilis, pactum quidem arrogationis vel adoptionis esse, vt tanquam filium quis habeat adoptatum: at institutio vel exheredatio, non ex vi pacti, sed ex potestate & natura actus adoptionis sequitur: & quod succedat adoptatus patri adoptiuo, hoc habet à lege non à patre, *l. si arrogator. de adopti.*

7 ¶ † Sexto additur ratificula, cui licet quod plus est, multo magis quod minus est licere debet, *l. cui licet. de regu. iur. in 6. l. non debet, eo. P.* At licet patri totas facultates donare filio, *l. si totas. C. de inofic. don. l. si vnquam. de reuo. dona. C. aut. vnde si patens. C. de inoff. testa.* Ergo licebit eum pacto heredem eligere. Sed minor ita demum tantum vera est, si donatio fiat sine impedimento vltimæ voluntatis: quia in ea nemo sibi legem imponere potest, à qua non liceat recedere, *l. si quis in principio, de leg. 3.*

8 ¶ † Septimo obseruandum est in l. fin. iuncta auth. si modo. C. fami. ercis. & §. quod sæpe nobis, de trien. & semi. coll. 3. patrem diuidere posse inter liberos, dum viuit omnia bona sua vt libuerit, siue cum scriptura, siue sine ea, eiusque voluntatem ratam esse post mortem: dummodo si scriptura interfuerit, ea fuerit subscripta à filiis, vt inde videatur pacto data hereditas. Quibus accedit similis textus, in l. si cogitatione futuræ mortis. C. cod. famil. ercis. l. hac consultissima. §. ex imperfecto, de testam. C. Veruntamen hoc ita demum procedit, si pater perseuerauerit in ea diuisionis voluntate, vsque ad mortem: & tunc non iure pacti, sed vltimæ voluntatis patris, filij in distributis succedunt partibus. Sic existimo pactum initum vel promissionem factam Bethsabeæ per Dauidem, quod filius eius Salomon post eum regnaret, traditione & perseuerante voluntate firmatum fuisse, *c. 1. li. 3. Reg.*

9 ¶ † Nec ad rem facit octauo loco, quod pactum à filiisfa. cum patre de succedendo initum, videatur de hereditate potius cõseruanda, quam quærenda: quod ipsi dicantur quodammodo domini rerum paternarum viuente patre, & continuetur tantum dominium post mortem eius, *l. in suis. de lib. & posth. P. l. in suis, de suis & legi. her. P.* Et vbi suus est, n õdicitur iacens hereditas, *gl. in l. cum hereditas. C. de posth.* Et quamuis filius regis viuente patre non habeat regni administrationem, tamen rex & Augustus recte dicitur, propter spem, *gl. in c. Adrianus, sup. ver. Augustus. 63. dist. in c. fin. 24. p. 1.* In quorum symbolum antiqui solebant filiis fruendum prædium vita patris pendente tradere, *ita intelligunt l. filium quem habentem, fam. ercis. P.* Et à Terentio filius bonorum particeps dicitur, *in Adelphis.* ibi,

Donec filius redierit bonorum meorum particeps.

¶ † Cicero, 3. *Verri. de filiis, quibus bona nostra partimur, &c.* Et dum filius ad successionem vocatur, pene ad propria bona venire dicitur, *l. 1. §. Largius. de succes. edic. P.* vtque pars corporis patris, *l. cum scimus. §. si. de agric. & cens. lib. 11. C.* Et si filius, ergo heres, *ad Gala. 4.* Sol Etenim hæc omnia fictionem & spem quãdam habent; vt post mortem patris continuatum scilicet à patre in filiũ censeatur dominium: non autem vt domini vere sint, pẽdente vita patris. Neque duo in solidum eiusdem rei eodem tẽpore, eodem modo, domini esse possunt, *l. si vt certo, §. si duobus, Commo.* Et quamuis hereditas filiis ab intestato iure vtroque diuino & humano deferatur, tamen id verum post mortem patris: nam ante præmatura petitio est legitimæ *l. 1. §. si impuberi. de collat. bono. P.* Et succedunt tantum filii, si post mortem bona supersint patri. Et ante mortem libere de iis pater disponit, & vtitur ex arbitrio. Quod non fieret, si pacto adstrictus esset de hereditate relinquenda filiis paciscentibus: bona quippe subiecta restitutioni, alienari non possunt, *auth. res quæ. C. commu. de lega.* tanquam à non domino in alium translata, *l. si. de reb. alie. non alie. C.* Deinde hoc facilius liquet, retorquendo rationem propositam: nam si filii domini vere sint rerum paternarum patre viuente, sequitur necessario, iisdem de rebus eos paciscinon posse, de succedendo. Quod enim meum est, amplius meum fieri non potest, *§. sic itaque differetis. de actio.* quia dominium tantum ex vna causa acquiri potest, *l. 3. §. ex pluribus causis, de acq. poss. l. non vt ex pluribus, de reg. iur.*

7 ¶ Postremo, l. hereditas. C. de pact. conuen. videtur pugnare pro filiis, vt eis hereditas relinqui possit pactis, à contrario sensu expressi concludendo, vpi Maxi. & Diocletian. *Hereditas extranea testamento datur. Cum igitur affirmes dotali instrumento pactũ interpositum esse vice testamenti, vt post mortem mulieris, bona eius ad te pertinerent, quæ dotis titulo tibi non sunt obligata, intelligis te nulla actione posse conuenire heredes, seu successores eius, vt tibi restituantur, quæ nullo modo debentur.* Hæc Cæsares. Dicunt autem ex illis verbis, *hereditas extraneo testamento datur.* Ergo datur pacto suis, non extraneis. Et ita valere pactum in fauorem liberorum, vt ratus est Guilielm. Benedictus, *in 1. Raynutius. ad ver. Duas habe. filias. nu. 200. de testa.* esse veram mentem dictæ l. hereditas. Cum non referat quomodocunque relinquatur hereditas liberis, *l. fi. C. fami. ercis. Sicuti*, inquit, *videmus donationem factam causa mortis sui natura reuocari, vbicunque mentio facta est mortis, l. 9 eia. §. fin. de don. caus. mor. eam tamen transire in donationem inter viuos irreuocabilem, si tendit in fauorem coniunctæ personæ secundum Raphaelem & Ludouicum,* per textum in l. 2. & l. cum patrem. C. de iure dot. l. cum maritus. §. fin. de pact. dotal. P. Præsertim vbi aliqua alia causa irreuocabilis præcesserit, vt in pactis matrimonialibus secundum Bartolum, in l. nam etsi cum moriar, de condict. indeb. P. Aufrerius, *in addit. vlt. decis. cape. Tho. 452.* scribit se contrahãc sententiam consuluisse sæpe: veruntamen eandem fuisse per plura placita suprematum curiarum receptam, inter nobiles, si pactum iuramento fuerit firmatum. Idipsum & inter ignobiles, ex consuetudine: cuiusmodi est in lingua Occitana & tota Aquitania, vt ait idem Aufrerius, *in d. q. 452.* & Boerius, *decis. 204. n. 6. & in §. fi. consue. matrimonij, in vlt. q. in consue.* Biturí. qui quidem alioquin sine consuetudine illud pactum improbandum inter ignobiles tradit. Quæ vt facilius innotescant, ex professo rem tractabimus.

De pacto in Contractu Matrimonij apposito, vt primogenitus succedat in aliqua parte bonorum parentum secundum ius quo vtimur.

Cap. 7.

1 *Pactum de succedendo in fauorem primogeniti nascituri, valet ex consuetudine Gallicana.*
2 *Matrimonii onoraclus facit valere pactum de succedendo in eo appositum.*
3 *Filius nasciturus non censetur velle insidiari.*
4 *Matrimonii causa fauorem habet publicum.*
5 *Primogenituræ fauor qualis.*
6 *Familiarum conseruatio suasit etiam conseruationem pacti de succedendo in primogenito.*
7 *Pecunia & opes honoratos & claros faciunt, vt paupertas obsit splendori*

Digitized by Google

splendori & ingenio.

8 *Filiorum masculorum favor supra primogenitas etiam filias.*

9 *Filius ex voto omnia parant parentes.*

10 *Hereditates deferuntur secundum leges locorum vbi sunt, & nu.11. vbi de insinuatione quæ requiritur in supradicto pacto.*

12 *Filius vocatus ad partem hereditatis in pactis matrimonialibus, in ea non potest fideicommissio grauari à patre postea testamento, & nu. seq.*

13 *Contractus perfectus modum & conditionem postea non admittit.*

14 *Ius quæsitum non potest auferri ab eo, qui alteri acquisiuit.*

15 *Filius accedens ex pacto est tanquam extraneus successor.*

16 *Donatio sine ingratitudine non reuocatur.*

17 *Substitutio quæ & quando potest fieri heredi primogenito in pactis matrimonialibus vocato. & 18.*

19 *Additionis hereditatis effectus.*

20 *Heres contractualis præmoriens patri, transmittit hereditatem ad suos.*

21 *Primogenitura ius an transferri cedive possit. & 23.*

22 *Filio heredi contractuali quando pater, & quomodo substituere potest. & seq.*

24 *Primogeniti à successione vt indigni repulsi.*

25 *Heres contractualis, vt alij liberi ingrati, propter ingratitudinem hereditate priuari potest à patre.*

1 GVilielmus † Benedictus, *in repet. cap. Raynutius, ad verb. duas habens filias. num. 193. Auferr. ad dec. Gen. Tho. l. 452.* enumerat alios casus, in quibus pactum de futura successione valet & probatur, & inter illos hunc, vt in pactis matrimonialibus ex consuetudine caueri possit, vt primogenitus vel primogenita succedat coniugibus. Adferam & verba Masurij, *in præx. tit. de secret. §. 7. Item licet*, inquit, *institutio testamentaria ex consuetudine*, scilicet Aruernensium, *non valeat, nisi vsque ad quartam partem: illa tamen quæ est incidens & conuentionalis, in duobus casibus valet in solidum*, videlicet *in contractu societatis omnium bonorum, & etiam matrimonij: ita quoad si in dicta associatione fuerit conuentum, quod superuiuens succedat præmorienti valet. Et idem in contractu matrimonij. Et illa l. licet. C. de pact. loquitur in simplici & nuda conuentione, sed in casu nostro, conuentio adhæret contractui, & aat esse conventioni, vt dispositio de se inefficax transeat in naturam adiuncti, & valeat secundum naturam actus cui adhæret accessorie vel incidenter*, iuxta l. si tibi rem. de præscr. verb. l. si remunerandi. §. apud, mandati. & nota. in l. i. C. de pac. & l. vbi ita donatur. de donat. P. Et iterum, *Idem eo. §. 20. Item quando in contractu societatis fit conventio, quod superuiuens sit heres præmortui, ipse vt heres assequitur bona illius, & dicitur heres conventionalis*, vt nota. in l. licet. C. de pac. *Aliud si dicatur, quod bona præmortui sint & pertineant ad superstitem: quia tunc illud pactum habet vim donationis causa mortis*, iuxta l. non amplius. §. fi. de lega. 1. Explicat rursum alibi, *Masuer. titu. de successio. §. 57. Item vt dictum est superius institutio heredis conventionalis facta in contractu matrimonij vel societatis, valet in solidum: hoc verum, nisi supersint liberi naturales & legitimi, quia non possunt priuari legitima eis iure naturæ debita, nec etiam per donationem vniuersalem, vt si fiat donatio omnium bonorum inter viuos, & in altero contractuum prædictorum. Et si dicatur, quid igitur operatur adhærentia contractus: respondeo, quod multum. Quia valet donatio vel institutio præcisa in ceteris, demta legitima, quæ alias non valeret, nisi vsque ad quartam partem bonorum: Sicut nec institutio vel dispositio testamentaria, obstante consuetudine superius sæpe allegata. Et iterum si dicatur, non plus deberet operari donatio facta inter viuos, quam institutio in contractu matrimonij vel societatis. Respondeo, quod prævalet in hoc, quod bona præsentia non possunt alienari*, iuxta l. mulier bona. l. fin. de iure dot. P. & l. non amplius. §. fi. de lega. 1. cum ibi notatis. *Et quia cetera bona, futura forte, non sunt affectata vel obligata pro solutione legatorum*, iuxta not. in l. fin. C. de pact.

2 ¶ † Ratione istius consuetudinis videtur per Masuerium, ex causa cohærentiæ contractus matrimonij pactum hoc recipi: siquidem pacta imitantur contractus, quibus apponuntur, *l. lecta. 40. verb. dicebam, de reb. cre.* ceterum, contractus matrimonij, cui adiicitur, indissolubilis est, quodque Deus coniunxit, homo non separat, *l. 2. de ritu nup. P. Matt. §. & 9. Mar. 10.* Et proinde, cum matrimonium huius pacti inefficatione vel promissione secutum fuerit, vt est matrimonium indissolubile: sic & pactum additum. Alioquin deceptus videretur prætextu liberalitatis maritus, aduersus bonam fidem & leges, quarum interpretatio captiosam liberalitatem fregit, *l. cum Aquiliana. de transs. P.* Nec decipi nos, sed iuuari alterius beneficio oportet, *l. in commodato. §. sicut. commod. P. c. vni. de commod.* Secunda ratio sumitur ex l. hereditas, de pact. conuen. quam in fine præcedentis capitis explicauimus.

3 ¶ † Tertio, quando instituitur in pactis matrimonialibus qui nondum natus est & nasciturus, videtur interim præcipua ratio prohibitionis pacti cessare, votum captandæ mortis: non enim captare mortem potest qui nondum natus est. Ergo cessante ratione, cessabit prohibitio, *c. cum cessante, de appel. l. adigere. §. quamuis, de iure patr.* Sed maxime probandum pactum: Si omnium bonorum non sit, sed alicuius partis: vt in donatione omnium bonorum dictum est. ¶ † Quarto, fauor matrimonij habet causam publicam, *l. 1. sol. mat. l. 1. de iure dot. P.* nec minori vtitur priuilegio mulier in dote, quam miles in testamento, *l. dotalem fundum. de milit. testa.* At donatio seu pactio successionis valet facta à milite, quæ transfertur post mortem, *l. licet. C. de pact.* fauore militiæ. Valebit igitur eadem multo magis fauore matrimonij. 4

¶ † Quinto, fauorem adiicit huic pacto ius primogenituræ, nã 5 soleat fieri hæc largitio in fauorem primo nascituri: natura enim patres plus diligũt primogenitos, *2. Reg. 13.* veluti primas sui imagines, & acerbior, imo supremus luctus primogeniti, & vnigeniti, *Exod. 11. Zachar. 12.* Iisque iure singulari reseruabatur apud antiquos benedictio felicior paterna, *Gen. 27.* & duplicia dabantur, *Deut. 21.* & præcipua domusque dignitas & titulus. Exemplo Iosophat regis Israel, qui filiis suis quinque dedit munera, regnum autem tradidit Ioram eo quod esset primogenitus, *2. Paral. 21.* Vt Cyrus moriturus, exstantibus duobus liberis Cambyse, & Tanarzare, dixit visum fuisse consentaneum, regnum Cambysi vt maiori natu relinquere, vt rerum peritiori, *Xenop. libr. octauo. Cyriped.* Et merentur certe, si simpliciter filios contemplemur, non habita ratione maioris pietatis, vel morum bonitatis, quibus sæpe postea geniti excellunt, & ceteris paribus, liberalitatem maiorem patris: tum quod diutius patri inseruierint, priores in officio fuerunt: tum etiam, quod necessarium sit in familia filiorum aliquem ceteros sapientia antecedentem beneficiis donari, vt fratribus ipse postea instar patris sit, & veluti fiduciariam tutelam & onus post mortem patris suscipiat, *§. 1. de fiduciar. tute. P.* Natura magis experientia valere putamus, qui diutius vixerunt: & proinde primogenitis hæc cura cum demandata videatur iure naturæ, vt fratrum suscipiant minorum solicitudinem, inuidendum non est, si potior pars reseruetur eis successionis paternæ.

¶ † Sexto loco, suasit hoc pactum seruari conseruatio familiarum. cum enim vnus ex liberis maiorem partem hereditatis capit ex pacto, interim alienatio prohibetur, vt pote rerum subiectarum restitutioni, *auth. res quæ C. commu. de lega.* Et receptæ sunt prohibitiones alienationis, vt res remaneant in familia, *l. codicillis. §. institutio. & seq. & l. cum pater. §. libertus. de leg. 2. l. voluntas. C. ae fideico.* Quare & apud Locros cautum erat lege, ne quis patrimonium alienare posset, nisi ostenderet euidentem calamitatem superuenisse: præterea vt antiquæ hereditates conseruarentur. Quod sublatum apud Leucadas, valde popularem eorum ciuitatem efficit, *Aristo. Politic. c. 5.* Familiarum splendor sumtibus apparet: sumtus bona plura exigunt, bona vero diu integra non possunt esse, quæ æqualiter pluribus filiis diuiduntur: & minor domus fit, quæ in plures scinditur. 6

† *In pretio pretium est, dat census honores,*
Census amicitias, pauper vbique iacet, Ouid. Fast. 1.

Et, *Nil habet infelix paupertas durius in se,*
Quam quod ridiculos homines facit, Iuuen. Satyr. 3.

Atque Horatius, *Od. 11. Epod.*

Contraque lucrum nil valere.
Pauperis ingenium, quærebor applorans tibi.

Et rursum,

Scilicet vxorem cum dote fidemque & amicos,
Et genus & formam regina pecunia donat.

Sic minus fidei habetur pauperi, quam diuiti, *l. 3. de testi. b. P. §. sancimus aliquam, eod. tit. in auth. l. 1. de custo. reor. P. l. spadonum, §. fin. ae exci. tuto. P. l. si creditores, de priuile. cred. P. §. 1. de defen. ciuit. in auth. col. 3.* Pecuniam multum in honore esse inter res humanas, docet Strabo, *lib. 9.* & reges & splendidos dici ideo δυνάστας, id est, potentes. Et Demosthenes, *in Olinthia.* ὧν δὴ χιμαίτιον ἢ ἄλλο τῶν ἀδόξων ἐστὶ γενέσθαι τῶν ἀρίστων, id est, *pecunia omnino opus est, & sine ea nihil agi potest.* Et Cassiodorus, *3. variar. epist. 17: tantum quis nobilior est, quantum & moribus probus, & luculenta facultate reluxerit.* Diuus autem Ambrosius, *lib. 2. officio. hodie*, inquit, *nemo nisi diues honore dignus putatur.* Apud Iurisconsultos, æquiparantur honor & ampliſſimæ facultates, *l. ad subeunda. de decurio. in P. l. 2. de præd. decur. l. rescriptum, de mu. & hono. P. cum simil.* Et Euripides,

ἰχθὺς μέγα πλῆθος. λαβὼν δ' τῶν ἐυγενὴς ἀνήρ, i.
Ingens vis amicarum, quas qui nactus est, nobilis statim euadit.

¶ † Accedit septimo masculæ prolis fauor, in cuius gratiam 8 factum sit. Nam in pactis matrimonialibus primum vocantur primogeniti, in defectum eorum ordine masculi: & proinde si filia nascatur primum, deinceps filius, is præfertur vt disputant Gui. Papæus, *q. hos.* Guilielm Benedict. *ad c. Raynutius, ad ver. in eodem testamento. nu. 173. de testa.*

¶ † Octauo, fouet hoc pactum commune naturæ & paren- 9 tum omnium votum, quo volunt omnia liberis quæri, *in l. scripto, vnd. li. l. cum ratio. de bon. damnat. P. Et filius*, inquit D. Paulus, *ad Galat. 4. Ergo heres.*

¶ † Nono, obtenuo succedendi leges esse iuris positiui, & ideo 10 in ea successione esse habendam rationem loci, in quo quis testatur, *l. si nõ speciali, C. de testa.* Quamobrem cum consuetudo hoc pactum permiserit, vt ceteræ testandi & disponẽdi formulæ, ap-

Digitized by Google

probabitur, non habita ratione iuris communis: cum & ratione donationis inter viuos sustineri possit idipsum, quod defertur in tempus mortis. *per l. scrupulosam, 12. de contr. & com. sts. Cod. §. post mortem, de inut. stipul.*

11 ¶ † Veruntamen addenda est insinuatio in Gallia, ex constitutione regia Molinensium: alioquin inutile & inefficax, *in consuet. Molinens.* Et ita non seruatur quod olim obtinuit, remuneratorias donationes non egere insinuatione, *l. si pater. §. 1. & l. Attilius. de donat. P. §. 1. vt sponsi. larg. in authen. redituque ad ius codicis. l. si pater. §. similique modo, de iure dot. C.* neque iuratas, *Guid. Pa. deci. 351. & singu. 346. Ioan. Immo. & Pan. ad c. cum contingat. de iureiur.* nam vtrunque sustulit constitutio. Probatur & hæc consuetudo in §. 1. de fil. natis ex matri. ad mor. contr. in vsib. feudo.

12 ¶ † Ex his notabile primum sequitur, quia hoc pactum succedendi firmum & irreuocabile est, vt filius vocatus in parte, qua institutus in contractu est, non possit grauari postea fideicommisso.

13 ¶ † Primo, quia semel perfecta donatio, & contractus absolutus, neque diem neque conditionem, vel modum accipit, inuitis illis, qui contractu continentur, *l. perfecta. 4. C. de don. quæ sub mo. l. b. 8. C. tit. 55. l. cum qui donationis. 22. de donat. P. l. quicquid. de ver. oblig.*

14 ¶ † Secundo, quia dum quis beneficio alterius ad aliquid petendum admittitur, quemadmodum in quæstis hic per pactum, is cui quæsitum est, etiã inuito eo, qui prius ei acquisiuit, petere potest, *l. si post mortem, 10. §. fi. de bon. poss. con. tab. P. l. pen. de non nu. pec. C. l. 1. si manci. ita veni. ne prost. C. expressius in l. cum à socero. C. de iure do.* Et tertio cum ius quæsitũ sit filio nascituro ex donatione, notario publico pro eo stipulante & acceptãte, *l. si quis argentum. §. sin autem. de dona.* sine eius facto ei adimi non potest, *l. id quod nostrum. de reg. iur.* Nec in aliena potestate esse debet, alterius non delinquentis deteriorem conditionem facere, *l. 2. quod vi aut clam. P.* Sed & 4. constat patrem, qui filio promisit, nõ posse pactionem reuocare, per expressam l. aliud. 106. de solut. P. Quanquam moriatur, & velit vltima volũtate reuocare: nam id non licet, & stipulatio conditionalis impleri potest etiam post mortem promittentis, *l. in cui sub conditione. de actio. P. §. ex conditionali. de verb. obl. apud Iustin.*

15 ¶ † Accedit l. cum à filio tuo emancipato. C. de donatio. §. Filius qui ex testamento non vult patri succedere, sed ex contractu, est veluti extraneus: & ita cõtractu contentus non potest cogi ad collationem à fratribus, *l. à patre, C. de collat.* nec proinde ad onus impositum. Et si filius, qui ex contractu heres est tantum alicuius partis, ad onera teneatur, habebitur tantum ratio temporis donationis factæ, non mortis testatoris, vt teneatur ad onera præcedentia donationem, pro rata, si in quota fiat alicuius partis bonorum, vt tertiæ, vel quartæ, vel mediæ, &c. Non si de re singulari. Nam tantum in bonis esse dicetur, quantum supererit deducto ære alieno, *l. mulier bona sua. de iure aet. P. l. subsignatum, §. bona. de ver. sign.* Exemplo aliarum donationum, quæ inter patrem & filium, & virum & vxorem fiunt, quæue morte confirmantur, *l. cum pater. § pater filiæ. de leg. 2. l. si mortis caussa. de dona. cau. mor. in P.* Et donationes huiusmodi, quæ morte confirmantur, si in testamento rursus apponantur, non intelliguntur nouæ aut tunc factæ, sed relatio earum habet confirmationem factorum, vt ad id tempus, quo factæ sunt, retrahantur, *l. ex verbis. C. de don. int. vir. & vxo.*

16 ¶ † Sexto, iniuria fieri videretur à patre filio, si donationes ei factæ reuocarentur testamento, quæ non possunt sua natura reuocari, *l. velles nec ne. C. de reuo. donat.* nisi ex caussa ingratitudinis, *l. si. eod. ca. fi, de donat.* Ceterum obseruandum est, patrem aliquod honestum grauamen, & quod affine est voluntati contractuali, imponere filio posse, qui succedit vel vi pacti, vel vi consuetudinis, & iure primogenituræ: vt in specie c. licet. de voto.

17 ¶ † Atque Boerius tradit, *dec. 204. n. 33.* patrem filio primogenito heredi instituto posse substituere secundo genitum, aut nepotes ex fratre, casu quo contingeret eum sine liberis masculis decedere, etiam si in contractu matrimonij dictum non fuisset: quia instituendo primogenitum firmat pactum, & substituendo inter nobiles sequitur naturam feudi antiqui, quod debetur natura filiis omnibus, præterquam in regalibus, quæ primogenito tantum. Idem scribit Paulus Castrensis, *consil. 245. incip. viso & examinato, ver. super quinto & sexto quæsito, in volum. nouor.* & Masuerius, *in præ. titu. de success. §. item vt dictum est.* Alioquin satis durum & alienum esset ab omni ratione istius pacti, videre per filias primogeniti ad extraneum familiam hereditatem peruenire, *iuxta l. lex quæ tutores. de admi. tuto.* filiæ enim nubentes in aliam transeunt familiam, & earum liberis, *§. fi. de patr. pot. § 1. de leg. agn. tut.* Et prope vero est, si consulti fuissent, vel cognallent qui pactum fecerunt, primogenitum non fore superuicturum, vel non habiturum masculos, respondisse, nolle se ad extraneos hereditatem peruenire, *iuxta glos. in l. tale pactum §. fi. C. de pact.* nemo enim præsumitur suam sobolem alienæ postposuisse, *l. cum scutissimi. C. de fideicom. l. cum auus. de condit. & dem. P. l. generaliter. §. cum autem. de instit. sub. condi. fa. C.* Et sic singulari iure annotamus, tunc committi contra leges, primũ in eo, quod extrancis rescriptum est, non licere hereditatẽ pacto dare, *l. hereditas. C. de pact. conuen.* secundo, quod nec filię licet pacto hereditatem dare, *l. pactum quod dotal. C. coll.* Quæ tamen in filio primogenito cessant. Et quãuis in donatione caussa mortis, & in ea quæ inter viuos fit, & habet legem effectus post mortem, substitutio non valere credatur ab aliquibus, *ex glos. l. 1. de don. cau. mor.* tamen secundum Bartolum, *in l. vt heredib. de lega. 2.* id intelligendum est de directa, non de obliqua seu fideicommissoria, quæ recipitur, *videtur text. in l. cum pater. §. 1. eod.* Atque interpretes existimant, pactum hereditatis accipiẽdæ post mortem donantis in pactis matrimonialibus adiectum, intelligi debere, si vsque ad mortem perseuerauerit donans in voluntate, *Io. Fab. in l. fi. de pact. Bal. in §. item sacra. de pace iura. fir. in vsib. feudõ.* Sed & videtur donatio primo gignendo facta, non tam proprie donatio, quam præordinatio, distributio patrimonii, & anticipatum testamentum, *vt in l. tale pactum. §. fin. de pact.* & proinde admitteretur substitutio, *l. vt heredib. de lega. 2.*

¶ † Ego tamen non omnino his adstipulor. Sed existimo inspiciendum esse, num post mortem patris filius, qui vocatus est ex contractu ad partem hereditatis, & postea institutus cum onere, est generalis heres, se gerere velit vel gesserit pro herede testamentario: nam tunc proculdubio tenetur ad omnia onera, agnoscendo voluntatem defuncti. Aditione enim facta, cogi potest ad restitutionem impositam, *l. quia poterat. & l. cogi. ad Senat. Trebell.* Absurdum quippe est, vt pro parte quis acceptet defuncti hereditatem, & pro parte repudiet, *l. nam absurdum. de bon. liber. P. §. non tantum, de hered. & falc. in P.* quia indiuidua cẽsetur voluntas defuncti, *l. eum qui, §. fi. de his quib. vt indig. P.* Et quemadmodum legatarius non potest pro parte legatum accipere, & pro parte repudiare, *l. legatarius, de leg. 1. l. neminem, de leg. 2.* multo minus nec heres vniuersalis, qui adiit. Cui & ius accrescẽdi, diuersis institutis & coheredibus repudiãtibus, etiã inuito partes deficiẽtiũ adiicitur: ne pro parte testatus, pro parte intestatus decessisse videatur defunctus, *l. ius nostrum, de reg. iur.* Vnde heres vniuersalis institutus, quãuis apud se, vel reipsa partẽ tantũ hereditatis destinauerit adire, censetur tamen ex asse hereditatem adisse & heres omnium, *l. si ex asse. de acq. hered. P. Quæ totam hereditatem,* inquit Paulus, *l. 1. eod. acquirere potest, in pro parte scindendo, adire non potest.* Et Vlpianus, *l. 2. eod. Sed si quis ex pluribus partibus in eiusdem hereditate institutus sit, non potest quasdam partes recusare, quasdam agnoscere.*

¶ † Sed neque filius vniuersalis heres institutus, abstinere se potest hereditate, retenta legitima, vt singulariter notat Paulus Castrensis, *in l. heres instituta. de imp. sub. & aliis subest.* Quod & iure expressum videtur, *in l. illud dubitari potest. de acq. her. P.* Et contra, qui se immiscuit hereditati, dicendum est hunc non posse recusare, quin tota onera hereditaria subeat. *Qui enim,* inquit lex, *l. si duo sunt heredes, eod. scit, aut scire potuit se oneribus fore implicitum, ea conditione adire videtur.* Et proinde videtur quasi contrahere cum defuncto & fidem ei adeundo dedisse de satisfaciendo voluntati, *l. 3. §. fin. & l. 4. quib. ex cau. in poss. eat. P.* ita tenetur legatariis ex quasi contractu. *§. heres quoque. de oblig. quæ ex quasi cont. nasc.* Quare & qui non potest se obligare, non potest adire, *l. more nostræ ciuitatis. 8. de acq. hered.* Et postremo, qui debitoris sui adiit hereditatem excluditur à petitione debiti, & cõfusæ sunt actiones, *in l. debitori. C. de pact. l. heres à debitore. §. 1. de fideiuss. P. l. vt debitum, de hered. actio.* Sed quid si adiecit hereditatem cum beneficio inuentarii, num possit detrahere quod sibi ex donatione debeatur? Vide expressum tex. & inibi gl. in l. scimus. §. in computatione, de iure delib. C.

¶ † Secundum notabile quod colligitur ex firmitate pacti matrimonii in fauorem filii nascituri erit, vt si pendente vita patris filius primogenitus mortuus fuerit, transmittat hereditatem sibi donatam ad suos heredes, vt illi succedant post mortẽ donantis, perinde ac si filius superuixisset: quia ex conditionali conuentione vel stipulatione, stipulatum vel donatum transfertur in heredes creditoris, qui erunt tempore impletæ conditionis, *§. ex conditionali. de verb. obl. l. is cui sub conditione. de actio. in P.* Et præponi nepotem patruo defendit Panor. & alii, *in c. licet, de voto, & cons. 136. & cons. 12. Bald. in q. feudi in l. cum antiquo. ribus. de iure del. be. C. Io. Immola & Domin. in c. grauis. de excess. prælat. Aufre. in decis. cap. Tholos. 433. quam vide si egeas.*

¶ † Probant tamen interpretes aliqui, *Bal. in l. cum antiquoribus. C. de iure delib. & cons. 399. to. 2. Socin. cons. 252. M. Lauden. lib. de primoge. P. Decius, cons. 1. lib. 1.* ius primogenituræ esse personale, vt nec cedi, nec auelli possit à persona. Sed opinor illud obseruandum, quando pactum non est appositum, vel si liberi non exstant primogeniti, & quando consuetudo verbis apertis defert successionem primogenito superstiti: alioquin transferri posse infra doceo.

¶ † Remanet adhuc quæstio in hac materia quotidiana, nũ pater qui filio donauit nascituro ea contemplatione, vt domus splendor per illum subiretur & conseruaretur, si is filius inhabilis reperiatur natus, possit substituere eidem, vt si fit prodigus, libidinosus, mente captus, &c. Si in summa filius præstare non possit munus quod bonis donatis, puta feudo, impositum fuit. Inhabilis enim is dicitur, habita ratione certæ rei, qui impar sit

Digitized by Google

par sit oneri præstando: vt dicimus ea significatione, naues inhabiles, l. 1. §. igitur. vers. quædam, de exercit. act. Græcis ἀδρμοσε: vt contra, ἐυάρμοσε, habilis, aptus, accommodus. Et placuit omnem dispositionem de habilibus intelligi debere, l. vt gradatim. de mun. & hono. Et paria sunt non esse filios, vel esse, sed inutiles, arg. l. quoties. qui satisd. cog. gl. in l. fi. ad leg. flau. de plagiar. C.

23 ¶ † Et probauit Socinus, ius primogenituræ, si primogenitus sit demens, aut rebus suis superesse non possit, transire & deuolui ad secundum. Et valde mihi probatur explicatio pacti de successione primogeniti vocati, quam adfert Boerius, decisio. 204. num. vt quando primogenitus sit, vel est inhabilis, puta furiosus, prodigus, vel alias inutilis, pater possit non obstante pacto disponere. Quia in fauorem nobilitatis & familiarum conseruandarum caussa, permissum est patri per consuetudinem de bonis suis pacto in fauorem filij disponere. Quæ ratio omnino cessat, quando inhabilis inuenitur vocati persona: saltem per substitutionem exemplarem, exemplo minorum, & ex formula tantum l. humanitatis intuitu, de impub. C. substitutio admitteretur. Nam quandiu tales vixerint, certe in Gallia putarem seruandum esse, quod vulgo etiam custoditur in nobilibus primogenitis stolidis vel fatuis seu demētibus, vt & in fœminis, vt cum feuda sint patrimonialia, inhabiles vitio naturæ etiam capaces possessionis dicantur, & per alias per alias personas deseruiant oneribus militiæ & aliarum rerum: in maioribus autem dignitatibus & feudis, vt in regni & principatus successione, si sine seditione fieri possit, & cum consilio vniuersorum heroum & superiorĳs, & si necessitas administrationis vrgeat, alium subrogari saltem in administratione probabile videretur exemplis, quæ tamen non habent locum in iure quæsito ex lege maiorum.

24 ¶ † Ita reprobatus primogenitus Cain, Genes. 4. prælatus Iacobus Esau, eod. 27. Ioseph, fratribus à patre Iacobo eo. 48. Salomon, Adoniæ natu maiori à Dauide: quod is vsurpasset regnum eo viuente, 3. Reg. c. 1. Priuatus regno Childericus rex Francorum: vt inutilis, ex procerum regni consilio & auctoritate Zachariæ sum. Pontif. Et regnum delatum Pipino patri Caroli Magni, c. alius. 15. q. 6. Priuatus & regno, vt inutilis, Sardanapalus Assyriorum rex; vir muliere corruptior, & ab Arbacto ad Assyrios à Medis imperium translatum, Iust. ex Tro. in 1.

25 ¶ † Probo etiam, propter ingratitudinem commissam in patrem, filium donatis in contractu matrimonij priuari posse, Bene. in rep. ca. Raynutius. in ver. in eodem testamento. an. 1. num. 203. ab eodem patre. Sicut Iacob priuauit Ruben primogenitura, quod ascendisset patris cubile, Genes. 39 & 45. & transtulit in Ioseph & liberos eius, eod. 48. Et sacerdotium primogenito debitum, eod. 27. translatum in Leui, & regni dignitas illi promissa, eod. 35. translata in Iudam, 1. Paral. 5. Et ita expresse consuluit Oldradus consil. 93. col. 17. Atque ita iudicatum refert Benedictus, vbi supra n. 218. anno 1506. Exstat & constitutio Henrici 2, de matrimonij clandestinis, qua filij & filiæ quęve sine consensu patris nuptias contrahunt, exheredes fiunt, & extorres ab omni iure successionis, quod sperabant ex pactis matrimonialibus patris, matrisve & maiorum. Et constat quoque iure communi liberos priuari posse donationibus alterius generis & inter viuos factis, si illi ingrati reperiantur ex caussis legibus expressis, l. hiis solis, iuxta auth. quod mater. & l. pen. C. de reuoc. donatio. Ne sit, inquit Iustinianus, l. fi. C. eod. cuique licentia, alienas res capere, & frugalitatem irridere donatoris, & ipsum iterum donatorem suasque res perdere, & præfatis malis malis ab ingrato donationis acceptore affici. Aliaque ratio ponitur à Philippo Impetore, in l. 1. C. de reuocan. donat. dum de reuocatione donationis factæ liberto agit, cui in obsequiis iungitur filius patritvt ille patrono præstandis, ti. de obse. à lib. vel liber. paren. & patro. præst. Et lex vltra non tantum ingratos liberos punit ademtione donatorum, sed etiam illos emancipatos reuocat in potestatem, l. vnic. de ingra. libe. C. & permittit parentibus, nō tantum quę ipsi sponte largiuntur illis adimere, sed eam, quam lex illis defert legitimam, tollere, §. aliud quoque capitulum, vt cum de appellat. cogno. in auth. Et ita lex diuina fieri suadet, vt conseruetur integrum illud sanctissimum præceptum, *honora patrem tuum, & matrem tuam.*

De pacto, de Conseruanda heritate.

Cap. 8.

1 *Pactum de conseruanda hereditate quando valet. & num. seq. 2. 3. 4.*
2 *Hereditas non adita, nec delata non transmittitur.*
3 *Ingratitudo filio per patrem pacto remitti potest.*

1 ALiud † pactum est, quod fit de conseruanda hereditate, quę si hominis mortui fuit, vel sit quæsita ex certissimo iure viuentis, valet de ea factum: Contra autem, si fiat do ea hereditate viui, quam quis sibi sperat deferri post mortem eiusdem. Quia omnes rationes fere, quæ prohibent pactum de futura successione, habent in hoc locum. Deinde in viui successione, nō potest certa spes ab intestato succedendi formari: quia potest præmori, qui superuicturum se credit.

¶ Et † ideo nulla est successio præmoriente herede, l. vni. §. 2
& cum triplici, de cad. toll. C. Et hereditas non adita non transmittitur, etsi delata sit à collateralibus, l. quoniam sororem, de iure delib. l. emancipata, C. qui admit. ad bo. poss. l. vni. §. in nouissimo, de cad. toll. exceptis iis, qui à tempore delationis, intra tempora deliberandi moriuntur, l. cum antiquioribus, de iure delib. vel alia legitima caussa impediti non potuerunt adire intra eadem tempora, vt in l. vnum ex familia, §. rogo, de leg. 2. & in l. si quis in graui, §. eleganter, & l. qui posthumos, ad Syllania. & exceptis liberorum personis, qui delatam transmittunt non aditam hereditatem, d. l. vni. §. in nouissimo, de cad. toll. C. l. 1. de in qua ante aper. tab. C. Sed neque conseruatio dici potest hereditatis, quæ non est, veluti viui, l. 1. pro herede, in P. Et in filiis etiam ipsis præmatura dicitur petitio legitimæ bonorum viuentis patris, l. 1. §. si impuberi, de collat. bonor. P. Et si de proximis agatur successuris, incertum adhuc viuente proximo est, num illi successuri sint: cum libere possint, illis prætermissis, eligere extraneum, vt nec conqueri de inofficioso possint fratres, l. 1. de inoffi. test. P. l. fratres, & l. fratris, C. eo. sed potior sit caussa testati, quam intestati. Distinguunt tamen in hac quæstione Bartolus, Angel. de Vbaldis, Bald. in l. fi. C. de pact. Aut quis, inquiunt, iure succedendi priuatur per ingratitudinem, aut alio iuris rigore.

¶ In † primo casu, putant valere pactum de conseruanda he- 3
reditate: nam licet filius sit ingratus, potest ingratitudo pacto remitti, vt in l. fin. C. de reuoc. donat. l. in ipsius. C. famil. ercisc. arg. l. 4. de adim. lega. Sed si quis vellet facere pactum, vt ingratitudo futura non obstaret, non valet pactum: quia induceret ad delinquēdum, arg. l. si vnus. §. illud nulla ratione. de paci. P.

¶ Quando † autem priuatur quis propter aliquem iuris ri- 4
gorem, cui potest obuiam iri testando vel codicillando, sicut filius emancipatus posset patri prouidere testando, l. ante quam. C. com. de succes. l. quandiu, 2. de acq. here. & l. quandiu, de regu. iur. l. 1. si tab. test. non exstab. P. §. ad hæc de heredib. & falcid. in auth. cum similib. licet pater eum emancipasset non contracta fiducia, tunc valet pactum, vt in §. fi. de legit. agn. succes. Quod si priuationi non possit prospici contra illum rogatorem testando, tunc non valet pactum, vt in c. 1. de fundi succes. Secundum Bartolum: quod enim non potest fieri per testamentum, non potest fieri per pactum. Obiiciunt l. 1. §. si parens, si à patr. quis fuer. manu. Sed nihil ad rem.

De pacto, de non succedendo in iure quæsito.

Cap. 9.

1 *Pactum de non succedendo, vel de iure quæsito, vel pendente est.*
2 *Primogenituræ iuribus quibus renuntiari, & quando potest: & num transferantur in filium, præmoriente patre, & num. 3.*

IN † pacto de non succedendo distinguimus, an ius cui renun- 1
tiatur iam quæsitum sit, an adhuc pendeat. Nam pactum de re quæsito eiurando valet, vt antea diximus in pacto de hereditate mortui: aliud non valet, nisi cum distinctione, de qua in sequentibus. ¶ Aliud † exemplum in pacto do non succedendo in 2
iure quæsito est, quando primogenitus renuntiat iura primogenituræ sibi competentia. In quo tamen non modica est controuersia, propter auctoritatem eorum, Martin. Laudens. in tractat. de primogen. Bal. in l. cum antiquioribus, de iure delib. & cons. 399. Vol. 2. Soc. cons. 252. qui putarunt hoc ius primogenituræ esse personale: & ideo non posse cedi, & transferri, l. quia tale, sol. matri. P. Quod aliqui putant intelligendū, si velint primogeniti transferre hoc ius in extraneos, vt non possint: possint autem in fratres transferre, & cedere. Quia eadem extraneorum non est ratio, ac fratrum: vtpote qui sublato fratre primogenito de medio, succedunt in locum eius ex mente statutorum & consuetudinum. Et tunc magis à lege, quam à fratre ius habere videntur, arg. l. si arrogator, de adoptio. P. Dicunt & alij cessionem fieri posse iuris primogenituræ etiam in extraneū, vt valeat quādiu vixerit primogenitus, si post ius consequutum remuntiet ei. Quæsitum autem ius hoc videtur natiuitate, & diem tunc venisse cōditionis, tunc quoque ab eo tempore firmari contractum, l. necessario. §. fin. de peri. & com. rei vend. l. 4. de dona. in P. l. arboribus, 13. §. vsufructuarius, §. de vsufruct. & quemad. quis vta. P. §. 1. de vsu & habit. & transmitti ius in heredes, l. in hoc, de ac. P. §. ac conditionali. de verb. obl. l. quoties, C. de fideic. Veruntamen † dicunt, prætmoriente primogenito ei, cuius habiturus erat ius si superuixisset resolui cessionem & translationem factam in extraneum: & resoluto iure dantis, resolui ius accipientis, l. lege Publia, & l. qui

Digitized by Google

ge, §. statuliber, de pignor. P. l. qui tabernas, de contrah. emt. P. Adde quod videtur ita hoc ius cessibile, eo quod sit transmissibile, l. ex pluribus, de admin. tut. P. Atque transferri in filium hoc ius viuente patre, docet Oldradus, cons. 223. quod incipit, Istæ sunt allegatio. Et quamuis pendeat exsecutio iuris, tamen non pendet ius, quæsitum est vt diximus, & in conditionalibus conuentionibus habet locum, l. in eui, de acti. P. l. quod si, & l. nam si cum moriar, de condit. indeb. P. Et vendidit ius primogenituræ Esau fratri suo Iacobo, Genes. 27. c. quam periculosum, 7. q. 1. §. præterea, quib. mo. feu. amit. in vsib. feud. Facit, quod filius adeundo hereditatem patris in qua oneratur, se obligat hisdem oneribus: & ita tacite renuntiat iuri primogenituræ, & postquam agnouerit, tenetur voluntati patris satisfacere, l. Papinianus, §. si conditioni parere, & l. pen. §. fin. & l. si. de inoff. testa. P. l. parentib. §. 1. C. eo. l. 2. C. de iure del. Poterit & facilius expresse hoc ius remittere: vt & probari videtur per c. licet, de voto, ibi, nec si onus à patre tibi iniunctum, & à te sponte susceptum, &c. Quid porro mihi videatur aperio, me admittere quidem primogenitum posse repudiare ius sibi delatum, sed cedere alteri vel alienare, antequam aduenerit effectus, non posse. Repudiatione porro facta, ius illud non ad secundogenitum, sed ad omnes fratres pertinebit æqualiter diuidendum. Et ita iudicatum fertur in curia suprema Parisiorum 9. Sept. 1552. Pap. libr. 21. Rapso. arester. tit. 5. are. 1. Et est textus pro hac sententia expressus, in l. cum patronus, l. 28. de leg. 2.

De pacto de Non succedendo facto à filia vel filio, aliquo à patre accepto, quid statuat ius ciuile.

Cap. 10.

1 *Filia dote contenta, vel filius aliquo accepto renuntiantes futuræ successioni pacto, non prohibentur non obstante pacto iure ciuili succedere patri, & seq.*
2 *Filij meritis potius, quam pactis, sunt ad obsequia paterna prouocandi.*
3 *Præsentibus paucis renuntiatur maioribus futuris facile.*
4 *Gaudium nimium & timor restitutioni causam dant legitimam.*
5 *Intestati successio publici iuris.*
6 *Pactum inter patrem & filium sa. iure ciuili non habet obligationem.*
7 *Repudiatio successionis vel legati antequam deferatur vel debeatur, non officit quin acceptari possit cum defertur.*
8 *Legitima relinqui potest tantum titulo institutionis, correctis iuribus contrarijs.*
9 *Renuntiatio successionis à filia facta, non firmatur iure ciuili iuramento.*
10 *Legitimari potest spurius ea lege, ne succedat patri.*

1 COnstituemus † in formula alia pacti de non succedendo, axioma aliud iuris ciuilis, quod postea sequenti capite latius eodem iure & pontificio, Deo fauente, pertractabimus. Pactum in dotis constitutione vel traditione factum, ne quid filia aliud ex hereditate patris speraret, non mutat ius succedendi: hoc est, non impedit, quo minus filia succedere patri possit, l. si. de suis & legi. in P. l. pactum dotali, C. de collat. Quod & in filio aliquid accipiente à patre, ea lege ne posset querela inofficiosi experiri, verum esse putandum est, l. si quando, 35. §. illud, de inoff. test. C. Ratio prior huius sententiæ, quod pactū de hereditate, siue sit de succedendo, siue de nō succedendo, contra bonos mores est. Hanc rationem non probo, proinde non immorabor.

2 ¶ 2. Ratio ex † Papiniani responso est relata per Imperatorē. in d. l. si quando, §. illud, quod meritis magis filij ad paterna obsequia prouocandi sunt, quam pactionibus adstringendi. Sic venalis amor prohibetur, & filij in obsequio retinentur naturali, dum putant bona paterna ex liberalitate eorum ad se peruentura iuxta votum naturale parentum, qui cuncta liberis suis parant, l. scripto, vendibe, l. cum ratio, de bon. damnat. P. l. nam & si parentib. de inof. testa. in P.

3 ¶ 3. Istæ † renuntiationes futuræ legitimæ successioni videntur quodammodo captiosæ, quia modico præsente filius aut filia posset temere pingui successioni renuntiare: quod lex non probat in alimentis etiam debitis remittendis, nisi auctore prętore, & caussa cognita fiat remissio, l. cum hi, de transa. P. ¶ Et lex

4 † subuenit nimiæ facilitati, potissimum mulierum, l. 2. ad Sena. Velle. P. quæ dum coniugis habendi desiderio tenentur, etiam nullo accepto, vel dote exigua contentæ, bonis paternis inconsiderate cederent, l. 2. de iudic. vid. tpll. C. c. 1. de frig. & malef. & furore amoris nihil vehementius, §. nonnunq, quib. mod. natur. effic. sui, in auth. Et qui ob immodicum gaudium renuntiat, restituendus venit, gl. in §. serui. de libert. Quemadmodum & quod calore iracundiæ factum est, à lege reuocatur, c. quod calore, de regu. iur. in 6. Quod iudicio factum nec quicquam ex his videtur. Vt enim timorem, sic & lætitiam inter perturbationes animi posuerunt philosophi, Cic. 4. Tusc.

¶ Facultas † succedendi ab intestato, iuris est publici: quia 6
lege proximi ordine successuri vocantur, auctoritate etiam legis naturæ, l. fin. quo. bono. C. l. 1. vnde vir & vxor, C. l. 1. §. legitima de suis & legit. hered. Et quæ iuris publici sunt, pactis priuatorum lædi non possunt, l. ius publicum, de pacti. P. l. quod de bonis, 15. §. 1. ad leg. Falcid. P. expresse in hac hypothesi, in l. fin. de su. & legi. P. Et in l. cum ratio, de bon. proscript. P. traditur, neque iudicio parentum posse filios à successione eorum parentum submoueri, in l. scimus, §. sancimus, & l. quoniam, de inoffi. test.

¶ 5. Reiicit † hoc pactum de non succedendo ius ciuile, quia 6
improbat pactum omne inter patrem & filium fam. vt non nascatur inter eos ex eo obligatio ciuilis: etsi aliquando naturalis oriatur, l. frater à fratre §. quæsitum, de cond. inde. P. §. item inutilis, de inut. stip. P.

¶ 6. Qui † remittit vel repudiat ius hereditatis nondum fi- 7
bi delatæ, vel legati non delati, potest non obstante illa repudiatione cum defertur acceptare, l. 1. §. quod ait prætor, quo. lega. l. is quis heres, 13. l. is potest, & l. si quis extraneus, §. hac ita, de acquir. hered. P. l. qui potest, de reg. iur. l. 1. §. decretalis, de succe. eod. P. Cetera filio filiæve legitima seu successio patenta nō debetur, nisi mortuo patre, l. 1. §. si impuberi, de collat. bono. in P. Ergo non obstante illa renuntiatione, cum eis deferetur, recte poterunt succedere.

¶ Et postremo † successio quæ debetur filiis in vita patris, 8
non quolibet titulo hodie relinqui potest, sed tantum iure institutionis, §. aliud quoque, vt cum de appell. cog. In quo correcta etiam est authen. nouissima, C. de inoffi. testament. quæ quocunque relinquere permittebat titulo, ne rumperetur testamentum ex querela inofficiosi testamenti, si filius filiave haburissent tantundem, quantum esset legitima, aliquo titulo à patre vel donatione vel dotis, iuxta etiam prisca iura Pandectarum & Codicis, Pap. §. si quis mortis, & l. si non mortis, de inoffi. testa. l. vni. §. videamus, de rei vx. act. C.

¶ Neque † hoc ius ciuile considerat iuramentum, quod ap- 9
poni possit pacto huic de non succedendo: quia contra leges appositum non existimat obligatorium, l. si quis inquilinos. §. fin. de lega. 1. l. non dubium, C. de legib. Et censetur à patre, qui auctoritate multum in filios valet, metu extortum, arg. l. fin. de li. cau.

¶ Neque † ad rem pertinet, quod receptum est pactum cū 10
spurio legitimando, vt legitimatus non succedat patri, vt ait Georg. Natha, in ca. quamuis, de pactis, in 6. Nam spurius respectu patris censetur esse extraneus, quia pater est ei incertus, l. vulgo concepti, de stat. homin. §. si aduersus, de nupt. apud Iustin. Et proinde diuersa ratio, & licet illi excipere hoc ius à filiatione legitimationis: & qui potuit condere legem legitimationis, potuit & suum consensum ea exceptione firmare, arg. l. 1. & fi. C. de leg. ca. 1. de conf. vti. vel inuti.

De Renuntiatione successionis, quæ fit à Filia dote contenta, ex iure pontificio & vsitato.

Cap. 11.

1 *Filia dote contenta, quæ renuntiauit successioni paternæ, quando regressum habeat, & seq.*
2 *Legitima minui pacto & statuto potest.*
3 *Filia non succedebant patri existantibus masculis.*
4 *Filia renuntians facit partem, & tamen non admittitur ad partem.*
5 *Filij masculi conseruant familias, & earum nomen.*
6 *Filius non potest renuntiare successioni patris.*
7 *Filia spuria dotata, siue renuntiauerit, siue non, non habet regressum vnquam ab bona paterna.*
8 *Filia impubes non renuntiat valide successioni dotatæ, nec cum iuramento, etiamsi prius se esse iurauerit puberem, & 9. 10.*
11 *Minor maiorem se asseuerans quando sibi præiudicat.*

DIximus † præcedente capite iure ciuili improbatas esse pa- 1
ctiones filiarum renuntiantium, dote vel parte aliqua acceptæ, futuræ successioni paternæ. Quid iure autem pontificio placuerit, videndum est: & explicandum c. quamuis, de pact. in Sex. Et proinde hoc axioma pluribus explicandum constituemus.

Filia 1. pubes 2. dote contenta 3. renuntians patri 4. non vi non metu 5. futuram eius successionem cum iuramento 6. superueniens 7. patri, non habet regressum ad bona paterna ab intestato. De singulis istius axiomatis verbis tractatur ordine secundum adiectos numeros, de 1. 2. in hoc c. de 3. in c. 12. de 4. in c. 13. de 5. in c. 14. de 6. in c. 15. & de 7. in c. 16. de 8. in c. 17. Hoc axioma primum generaliter, deinceps per singula verba excutiendum. Atque inprimis probatur *ex d. c. quamuis, & ex §. 1. de fil. natur. ex matri. ad Morgan. contra. in lib. feudo.*

Digitized by Google

fundo. ¶2. Quod fieri potest per legem, fieri potest per pactum, *l. non impossibile, de pact. in P.* vt contra, quod non potest per pactũ fieri, nec per statutum potest, *glo. in rubr. de decre. decurio. li. 10. C.* quod est lex ciuilis *l. de quibus, de legibus & l. omnes populi, de iust. & iure, P.* Statuto porro potest minui legitima, *Cyn. in l. sancimus, C. de nupt. Bart. in l. Titio centum, §. Titi genero, de condi. & demonst. Aug. in l. Papinianus §. quarta, de inoffi. test. P.* Idipsum igitur pacto effici poterit.

3 ¶3. Filia, †quæ eiurat successionem futuram, censetur ius suũ remittere in fauorem fratrum masculorum, siue fratri fiat siue patri renuntiatio, propter præsumtam affectionem æqualem, vt ait Dynus *com. C.* quem refert Baldus *in l. pactum, C. de collatio.* Facili ergo negotio pactum firmandum. Quia de facili res ad suam naturam redit, *l. si vnus §. pactus ne peteres, de pact. P.* Et natura antiqua succedendi erat, vt exsistentibus masculis filiæ parentibus non succederent, *l. maximum vitium, de lib. præt. num. cap. 27.*

4 ¶Quo †fit, vt filia renuntians faciat quidem in bonis defuncti patris partem, sed ad eam partem non admittatur mortuo patre, siue is sine testamento, siue cum testamento mortuus dicatur, & agatur de legitima filiorum aliorum censenda, Et ita pars filiæ renuntiantis instituto heredi à patre accrescet, cui pater pacto prouidisse videtur, *per l. si pactum, de proba. P. cum notatis, in l. qui repudiauit, de inoffi. testam. P. & in l. plane, l. §. si duobus, de legat. 3. & ita ibi tenent Bald. Angel. Lance. Deci. Guil. de Cuneo, in aut. nouissima, C de inoffi. testa. Ale. cons. Pet. Iac. in tit. de condictione, ex l. omnimodo ex testamento, ver. sed quid erit in praxi.* Et ita iudicatum tradit Guido Papæ *q. 599. & 295.* Nisi singulari nomine, in fauorem alicuius certi fratris renuntiauerit: nam tunc pars renuntiantis ad illum solum pertinet, *Bald. in l. si actionem, C. de pact. & in l. si. si defunctus, de iu. & legi. Pau. Castr. & Areti. in d. §. si duob. Examinat hic Boe. q. 104. nu. 1. & 9.* Et ita portio excluſæ applicatur ei, cuius contemplatione excluſa est, *per l. 2. §. si duo fratres, de collat. bono, P. Bar. in l. 2. §. videndum, ad Trebel. Chass. ad consue. Burg. ad tit. des successions, §. 12. ver. sed veritas.*

5 ¶Postremo †loco leges facile permittunt filiabus renuntiare accepta dote reliquis, vt faueãt masculis, quorum erat ab initio successio tantum, vt dixi, remotis filiabus vt conseruarentur familiæ in nomine maiorum. *§. item vetustas, de her. quæ ab intestat. d. ser. § ceterum, de leg. agn. suc. §. si. de patr. potest. §. atqui per fœmini. de legi. agn. tut.*

Στύλος γὰρ οἶκος παῖδες ἀρσενες πατρός, vt ait Menander, id est, *Columna domus sunt filij masculi.*

Et Euripides *in Electra, actu 4.*

Καὶ τοι τόδ' αἰσχὺν μεγιστὸν γε δομάτων
Γυναῖκα μὴ τὸν ἄνδρα κατάπτυστον τυγχάνειν
Τὰς παῖδας, ὅστις ἢ μὴ ἄρσενας τεκοῦσ'
Οὐκ αἰσθάνεται, τὰς δ' ματρὸς ἐσπόλους.

id est,

Atque illud turpe est, præesse domui
Mulierem non virum. Et illos exosos habeo
Filios, qui masculi patris nomen
Non gerunt, sed à matre habent in republica.

Diodorus Siculus *li. 19. hist.* laudat prudens Antipatri regis morientis consilium, qui suos admonebat, viderent, cauerentve ne regni gubernacula mulieri committerent, Quod cum illi contemsissent, & Olympiadis Magni Alexandri matris imperium toleraſſent, in grauissimas calamitates inciderunt, quas ipse refert. Plato *11. de legib.* filiæ quæ viro est desponsata nihil vult à patre relinqui.

6 ¶Obseruamus †itaque, vt qui renũtiat sit filia, non filius. Quia si filius accepta donatione à patre, de non succedendo pactum fecerit, non est idem ius statuendum: quia cessat ratio, *Iason. in rubr. de acq. possess. in fi. Chass. ad §. 12. de successio. in verb. fœmin, in consuet. Burg.*

7 ¶Item considera †secundo, hic agi de filia naturali & legitima, *l. filium cum definimus, de ijs qui sunt sui vel alie. iur. §. si vero auersus, de nupt. l. 1. §. si quis, de Carbo. ea. l. 1. §. Iulianus, de li. agnosc. P.* nam de spuria si agamus, & ea dotata sit à præsumto patre, ea nullo modo, etiam si exiguam habuerit dotem, & quamuis non renũntiauerit, habet regressum ad bona paterna, tanquam minus dotata. Quamuis enim olim, dum permissus erat concubinatus, naturalis filia certa parte donanda esset ex bonis patris naturalis, *authe. licet, Cod. de natur. li.* spuria tamen nihil poterat petere, *auth. ex complexu, eod.* nec hodie: exceptis alimentis, quæ misericordia iuris pontificij ei concedit, *gl. per c. cum haberet, de eo qui duxit in matrimon. quam prius polluer. per adult.* Nec ideo tamen illis dos immensa constitui debet, ne nimium eis deferamus, *iuxta l. 1. §. fine itaque, de naturalib.* Et in hac specie sic resoluit Arnold. Ferronus *ad §. 14. de test. in consue. Burdeg.* Veruntamen si spuria sit legitimata per subsequens matrimonium, eadem respondenda sunt, quæ in naturalibus & legitimis locum habent, *Bal. in l. eam quam, col. 8. & in l. cum acutissimi, & ibi Pau. Castr. C. de fideicom. Chass. in §. 12. de successio. ad verb. tant. qu'il y a fille, vers. intellige, etiam in consuet. Burg.* Et hoc est igitur primum, quod axioma nostrum considerat in pacto valido eiurationis, vt quæ eiurat, sit filia, id est naturalis & legitima.

¶Secundo †exigit, vt ea sit pubes. Quod Ancharanus obseruat, *ex c. quamuis, de pact. in Sex.* quia, inquit, filia quæ paciscitur in eo capite datur nuptui, & impubes dari non possit, *c. 1. de spons. impub.* Item pactum appositum est in dotis constitutione vel datione, dos autem non est nec censetur constituta, nisi sequatur matrimonium, *l. 4. §. 1. de pact. P. l. iure succursum, & l. stipulationes, de iur. dot. P. l. fi. C. de do. inter vir. & uxor.* & matrimonium cõtrahi nequit, nisi cum pubere, *ca. puberes, de despon. impub. ap. Greg. c. 1. eo. in 6. §. 1. de nup. apud Iustin. l. minorem, de ritu nup. P.* Pubes fœmina anno 12. masculus 14. censetur, *§. si quibus mod. tute. finitur, l. si quan. tutel. cura. esse desi.*

¶Dehinc † secundo, impuberes non possunt contrahere vel obligari, *l. pupillus, & l. obligari, de actio. P. §. 1. de auct. tuto. l. in negotiis, de reg. iur. P. Iulianus, §. si quid à pupillo, de actio. emt. cum simil.* Sed neque minorum res sine iudiciali auctoritate distrahi possunt, *l. magn puto, §. non passim, de re. eor. qui sub tut. vel cur. sunt, P. to. ti. de pra. & alijs re min. C.* Et proinde in contractu impuberis, neque iuramentum robur addere potest: quia nec is iurare in sui præiudicium potest, nec peierare dicitur, quia sciens fallere non videtur, *l. qui iurasse, de iureiur. P. c. pueri, 22. q. 5. auth. sacramenta puberum, si aduer. vend. C.* Nec iuramentum eius iudicio constat, quod est vnum ex tribus requisitis in firmo iuramento, *c. ecce si Christus, de iure, c. animaduertendum, 22. q. 2. Hiere. 4. auth. quod eius, C. de nup.* Neque impubes erga Deum promisso voto obligatur, *l. 2. §. voto, de pollicita. c. 1. 6. ad nostram, & c. nullus, de regular. c. si quis laicus, 16. q. 1. to. 20. q. 1.* Sed & cum ætatis fragili consilio, *in l. 1. de minor. P.* accedit fragile & debile sexus fœminei consilium, *l. 2. ad senat. Velleian.* C. quod sæpe contra propria capit commoda mulier, *l. 4. C. de sponsal.* Et vt facilis est ad promittendum, ita facilior ad iurandum, *auth. si qua mulier, C. ad Senat. Velleian. l. dolimali, vers. diuersum, de donatio. P.*

¶Remanet †tamen scrupulus Bartoli, si impubes se puberem esse iurauerit, antequam contrahat & renuntiret, & postea pactũ iuret, num improbetur impuberis eiuratio. Panormitanus ratus est valere pactum & irreuocabile, *cons. 71. incip. in hac causa, vers. sed his non obstantibus, vol. 1.* Ego tamen diuersam sequor sententiam, nec hoc iuramentum valere reor: quia pater ex dolo suo lucrari non debet, *l. ne ex dolo, de dol. P.* Dolote autem versatus videtur, qui exegerit iuramentum à filia quod maior esset, cum tamen ille cuius esset ætatis rectius sciret, *argu. l. cum quis, §, codicillis, de leg. 3. in auth. de iurei. à mor. præsti. facit text. in l. cũ pater, §. filium matrem, de leg. 3. ca. super eo, de renuntiat.* Item, quia impulit iurare, cum aliter illa non esset contracturа, *l. si quis cum aliter, de verb. oblig.*

¶Nec †me dimouent ab hac sententia leges, quæ puniũt minores qui se maiores dixerint, & quæ defendunt per eos gesta, *tit. C. si mi. se maio. dix.* Nam illæ locum habent quando minores decipiendi alterius causa se maiores dixissent: non autem si bona fide tales se putarent, vel si ipsi decipiantur. Et ita iura deceptis non decipientibus subueniunt, *l. auxilium, de minor. l. 2. ad Velleia. P. l. 2. C. si aduers. del.* Et falsæ confessiones non malitiosè factæ, quæ naturalibus non cõueniunt, non solent obesse, *l. confessionibus, 14. & l. si is cuius, 15. §. si. de interr. actio. P. l. 1. C. de confess.* Deque ætate eius, qui se maiorem dicit, causa cognita probandum est, *l. de ætate, de minor. 25. an. cum simil. ibi nota.* Et in hac causa mihi adest Paulus Iurisconsultus, qui vult, vt si curatores scientes minorem suum esse infra 25. annum, post eius affirmationem quod esset maior, passi sint eum pecunias ei debitas accipere, & is eam consumserit tenentur & debebunt hoc nomine conueniri, *Pau. in l. mino. 25. annis, l. 33. eo. P.* nec dolo caret is, qui sciens prudensque falsum iussit affirmari, *l. si quis affirmauerit, de dolo, in P.* vt hic pater, qui ætatis filiæ certus erat.

Quando Filia renuntians dicatur dote contenta.

Cap. 12.

1 *Dote contenta quando dicatur filia renuntians. Et seq.*
2 *Dos semel constituta à patre filiæ, an minui ab eo possit, & num illa conferat fratribus.*
3 *Legitima filiæ dotatæ habentis regressum, computatur habita ratione patrimonij patris, quod erat tempore constitutionis dotis, si excludatur pacto: non autem si statuto.*
4 *Dote contenta num dicatur, cui post pactum renuntiationis tantum dos tradita est? & si tantum promissa, aut non: & si non ex bonis patris data, aut non sufficienter, nu. 5. 6. 7. 8. 9.*

TErtio †loco diximus in axiomate renuntiationis, filiam dote contentam renuntiare: quæ verba admonent, vt duo perpendamus, videlicet dotem, & quod filia ea fuerit contenta. Nã præcipuum, quod hic videtur firmare eiurationem reliquorum bonorum, dos est, quam filia accipiens, veluti præcoci solutione

Digitized by Google

legitimæ, quæ debetur tantum post mortem patris, *l.1.§. si impubes, de collat. bono. P.* beneficium videtur accipere, & plus quam non debeatur: plus enim petit, qui ante tempus petit, *§. plus autem, de actio. c.2. de plus peti. ap. Greg.*

2 ¶ Citius † quoque dotem acsipiendo modicam, plus re accipit quam debeatur tempore mortis. Potest enim pater, qui dotem dedit filiæ postea labi facultatibus, & tamen non minuetur dos ei data: præterquam si summa clade repentina is affectus, reuersa dote ad illum, alimentorum causa aliquantum minuatur, *auth. quamuis, C. de rei vxor. act.* Nec mortuo patre filia diminuto patrimonio patris, potest à fratribus cogi conferre dotem, si nolit succedere patri, *l. fuit quæstionis, de coll. bon. P. l. filiæ dotem, C. eo.* Atque statim dote accepta, & matrimonio collocata filia, incipit marito, non patri laborare & quærere, *l. sicut, de oper. libert. P.* Quamobrem, vt tradit Iacobus Butrigarius, in æstimanda legitima filiæ, quando datur ei regressus aduersus pactum, non habetur ratio valoris patrimonij patris, quod est tempore mortis eius, sed quod erat tempore dotis constitutæ, *Iaco. Butr. in l. pactum, C. de collat.* Quod & alij sequuntur, *Bal. in l. quamuis, C. de fideicom. Cuman. con. 188. Disputat Ferro. in §. de testa. in con. Burdeg.*

3 ¶ Licet † dissentiat Pau. Cast. *con. 73. & 201. li. 1. cons.* cuius tamen sententia prævalebit, si filia dotata excludatur statuto, & nō pacto: nā tunc habetur ratio patrimonij existētis tempore mortis patris, non dotis constitutæ, *Chassa. ad §. 12. & ad ver. ne retiendra point, vers. Sed aduerte, tit. des successions in consue. Burg.* Proinde cum constituta dote, renuntiatione facta per filiam, periculum diminutionis facultatum patris non afficiat dotem: æquum est, vt neque incrementum facultatum eam augeat, sed lucrum cum periculo damni compensetur, *l. secundum naturam, de reg. iur.* Et ita dubius exitus lucri & damni tollit conuentionis omnem iniquitatem *in l. si pater puellæ, C. de inoffi. testa. l. de fideicommisso, C. de transl. l. 1. C. de pact. l. successione, 2. de ijs quæ in fraud. cred. C. l. si ea lege, C. de vsur.* Ideoque pactum quodcunque in dotis traditione appositum, retinebitur, *l. legem quam dixisti, C. de pact. l. in traditionibus, eo. tit. P.*

4 ¶ Sed † vtilis hæc quæstio, num per illa verba, dote contenta, exigatur ad excludendum regressum post pactum dotem traditam fuisse. Et certe pugnant hic interpretes. Nam Bar. & Sal. *in l. pact. quod dotali C. de pact.* Pet. Ancha. *in c. quamuis, eod. in 6.* arbitrantur, si tempore pacti dos tradita non sit, non obligari filiam illa renuntiatione. Accedit, quod dotem non facit cautio, sed numeratio, *l. 1. C. de do. cau. non nu.* In contraria autem sententia sunt Imola & Geminianus, *in d. ca. quamuis, de pac. in 6. & in l. qui superstitis, de acq. her. & in l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. obl. P.* Refert omnium rationes Georgius Natha, & Geminianus, *ad c. quamuis, de pact. in Sex.* Ego tamen existimauerim distinguendum esse, num dos aliqua assignata sit filiæ dum nuptui daretur, an nulla fuerit assignata. Quod si ea constituta seu assignata tunc fuerit, & illa ea contenta renuntiet, valeat renuntiatio, quamuis non fuerit tunc tradita. Quia habere videtur rem, qui habet actionem ad eam repetendam, *l. qui actionem, 15. de regul. iur. l. si quis vi, de acq. poss. l. rem in bonis, de acqu. rer. dom. l. bonorum §. in bonis, eod. l. nemo videtur, §. de restitution. in integr. P.*

5 ¶ Itaque † & sanior tuetur opinio in statuto, per quod filia dotata à patre nihil amplius petere potest, & nisi quod per patris testamentum ei legatur pro dote, excludere filiam, etsi adhuc illa nupta non sit, & quamuis sine matrimonio esse non possit dos, *Bart. in l. Titio censum, §. Titio genero, de cond. & demonst. Chassa. ad §. 12. ad ver. viuant ses pere & mere, tit. des successions, in consu. Burg.* quia ex dotis assignatione facta in testamento, dotata videtur filia, cum & pater moriens designare eam in vxorem alicui testamento possit, *l. non est, de vit. nupt. l. qui pupillam, ad l. Iul. de adult.* Et statuti verba, quæ excludunt filiam à patre dotatam à successione patris, intelliguntur verificata, quando pater actum dotandi exercuit, *per l. mulier, §. 1. de condit. instit. Ale. Imola, cons. 34. in 6. volu.* quamuis videatur contrarium respondisse Bartolus, *cons. 31.* Et cum illo resoluunt etiam Ancha. *cons. 132.* Ludo. Ponta. *cons. 133.* Sed priorem sententiam sequitur Arnol. Ferro. *in §. 13. de testa. in consue. Burdeg.* dummodo inquit, de bonis patris per illum sit dotata, & illa non sit posthuma. Addit & *in §. 15. eius titul. ex text. illius §.* quod sicut dotata filia excluditur, ita & ei cui nondum dos soluta, si fuerit fides habita de pretio, cum esset promissa à patre, cum dos promissa veræ dotis nomen retinere videatur, *argu. l. si pater, de dot. promissio. l. si mulier ita dotem, de iure dot. P. l. 1. de collat. dot. l. ad exactionem, C. de dot. promiss.*

6 ¶ Quod † si dos non fuerit assignata, non poterit dici dote cōtenta filia, quæ dotem non habet. Et non existentis nullæ dici possunt qualitates, *l. eius qui in prouincia, de reb. credi.* Nec renuntiatio itaque valebit. Etenim dos succedit in locum legitimæ, *Io. Andr. in c. ex tenore, de for. compet. l. Pompon. Philadelphus, famil. erciscun. P. l. quoniam nouella, de inoffi. testam. C.*

7 ¶ Et quemadmodum † ea tolli omnino non potest, sic nec renuntiari: sub prætextu quod dote cōtenta sit. Et si fieret, accideret vt si quādo maritus eius præmoreretur, illa indotata remaneret, & contra vtilitatem reipub. *l. 1. de in dot. P. l. 1. solu. matri. P. l. 2. de ind. vid. toll. C.* esset innupta. Sed & dos succedit in locum alimentorum præbendorum liberis, *l. quisquis, §. 1. ad leg. Iul. de adul. C.* Nemo autem futuris alimentis inconsulto prætore renūtiare potest, *l. cum oj, de transl. P. de alimentis, C. eo.* etiam cum iuramento, *c. cum quidam, de iureiur.* Succurrit, quod hæc renuntiatio nulla dote constituta, extorta à filia, arguit patris impietatem & quandam mentis alienationem: vt de patris exheredatione responsum est iniusta, *l. 2. & §. §. 1. & l. mater decedens, 19. de inof. testa. P.* At non est consentiendum parentibus, iniuriam aduersus liberos suos inducentibus pacto vel testamento, *l. non est enim, 4. eo.* Et quemadmodum non licet patri exheredare iniuste filiam, nisi causa sufficiens sit & probata, *§. aliud quoque capitulum, vt cum de appe. cog.* ita non debet licere prætextu pacti vel iuramenti, immeritam ab omni parte hereditatis submouere. Neque mihi placet Imolæ perfugium, *Imo. ad d. c. quamuis*, dum ait valere iuramentum & renuntiationem successionis, etiam si filia nihil acceperit à patre: quia inquit, per tale iuramentum de non succedendo, non videtur renuntiari iuri petendi dotem, *vt in l. fin. de dot. prom.* nec iuri petendi alimenta. Et proinde cum pactū hoc, vt ipse ait, non impediat petitionem dotis vel alimentorum, nō videtur esse contra bonos mores. Tum etiam, quod renuntiando successioni non censetur renuntiatum legitimæ, *l. si quando, §. illud, & §. generaliter, C. de inoffi. test.* Et filia exclusa à successione non censetur exclusa à dote: imo & poterit petere supplementum dotis exiguæ, secundum Cynum *in l. si non mortis, C. eo.* Siquidem istæ rationes non firmant opinionem. Nam in correctoriis, verba non sunt mutanda: verba autē c. quamuis, de pact. quod corrigit l. fin. de suis & legit. P. meminerunt, quod dote contenta filia iurauerit & renuntiauerit huic in modum, *Quamuis pactum patri factum à filia dum nuptui tradebatur, vt dote contenta, nullum ad bona paterna regressum haberet, improbet lex crudelis: si tamen iuramento, non vi nec dolo præstito firmatum fuerit ab eadem, omnino seruari debebit. Cum non vergat in æternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum.* Quamobrem verba debent aliquid operari, *l. si quando, de leg. 1.* vel expungi, *l. 1. quod me. cau. P.* Quid enim verbis opus est, cum ex illis nullus sequatur effectus, *l. si. C. de donat.* Maxime cum æquitas iuris pōtificij in eo videatur pactum approbare, & iuramentum, quod filia per dotem contenta sit. Neque fulciri potest sententia Imolæ, *per l. si. de dot. promiss.* vbi officium paternum dicitur dotem constituere filiæ, vt & alibi docuerat Iurisc. *in l. qui liberos, de rit. nup. P.* Nam illa lex potest in contrariam partem potius retorqueri, ibi enim officium paternum dicitur, de suis bonis dotare filiam: & proinde sequitur, honeste patrem & sine fraude non posse hoc omittere, sed cogendum volentem omittere, *d. l. qui liberos.* Atque si dixerimus posse renuntiari successioni intestati patris, & non censeri renuntiari doti: contrarium hoc est naturæ successionis ab intestato, in qua continetur & legitima & dos, quia hæc omnia veniunt in collationem, *auth. ex testamento, C. de coll.* Et sæpius monuimus, ea non deberi nisi post mortem patris, *l. 1. §. si impuberi, de coll. bon. P.* Minus pro Imola facit *l. si quando, §. illud, de inoff. test.* C. Nam equidem pactum ibi de non agendo querela inofficiosi, non prohibet, quo minus quis agere possit ad supplementum legitimæ. Sed id accidit, non quod legitima non contineatur sub renuntiatione, vt ratus est Imola, sed ex eo quod pactum nullum & inutile est. Ceterum, vt progrediamur ex verbis rursum, dote contenta, obseruamus, renuntiationem hanc fieri posse cum dos datur, & filia nubit, & nihilominus post nuptias cum dote contenta est, id est, quando post initas nuptias dos promissa soluitur, vel de ea fides habetur, his enim modis & dote contenta dicitur, *sic tuetur Io. Monachus & de S. Geminia. in d. c. quamuis, de pact.*

¶ Item † dote contenta dicetur, quæ dotem accepit ex bonis 8
patris: nam si pater filiam ex bonis propriis filiæ dotauerit, & ea hoc prætextu bonis patris renūtiauerit, illa summopere læsa & decepta erit, & proinde absoluetur à iuramento, & restituetur in integrum, *disputat Georg. Natha, in d. ca. quamuis, 10. col. 7. limi.* Nulla enim dos dici potest, quæ donatio est, *l. cum multæ, de don. ante nupt. C.* si ea à patre constituatur ex bonis filiæ: neminī enim res sua donari potest, *l. nemo rem suam, in l. & 2. de verb. obl. P. §. sic itaque, de actio.* Et prætea, iuramentum interpretationem recipit, ne quis ex eo immodice lædatur, *l. si libertus, in l. §. de operis, de ope. li. P. ca. veniens, ca. quanto, de iureiu.*

¶ Notat † & Phil. Francus, quod quamuis renuntiatio fiat à fi- 9
lia dote contenta, ea si incongrue sit dotata, possit agere ad supplementum: etsi statutum disponat, quod filia dotata non succedat, *Phil. Fran. in d. ca. quamuis, nu. 1. Bald. in l. si. de do. prom. Cod. per tex. in l. si filiæ, 41. de leg. 1.* Quia nomen dotis intelligitur de congrua pro modo facultatum patris, & dignitate natalium viri, *l. quæro, 61. & l. cum post, 70. §. gener à socero, de iure dot. P. l. Titio cētum, §. Titio genero, de condit. instit.* Poterit itaque non obstante renuntiationis iuramento petere supplementum legitimæ: nisi expresse renuntiauerit legitimæ & eius supplemento, *Io. Francus, in d. c. quamuis, num. 9. per l. si quando, §. illud, & §. & generaliter, Cod. de inoff. testam.*

De

De Personis, quibus fit renuntiatio successionis per filiam dotatam.

Cap. 13.

1 *Filia renuntians successioni dote accepta, an certior fieri debeat de effectu renuntiationis, & seq.*
2 *Iuramentum non extenditur ad incognita, nisi ignorantia sit iuris.*
3 *Renuntiatio bonorum paternorum facta à filia fratribus viuente patre non valet.*
4 *Sed si idem sit mortuo patre, quando valeat, aut non valeat.*

QVarto †loco, in axiomate renuntiationis validæ successionis paternæ, adiecimus, renuntiationem fieri patri: nã inde videbatur consistere tota vis improbationis per legem ciuilem, ex rationibus suo loco paulo ante traditis. Et proinde in hac renuntiatione quæri potest: Num necessarium sit ante pactũ & renuntiationem, pro eius efficacia, filiam certiorem reddi de vi & effectu renuntiationis. Et hanc quæstionem mouet Geminianus, *in d. c. quamuis*, sed non resoluit. At quidam existimarũt, prius certiorandam esse filiam. Quia, inquit Hottien. *in sum. de fideiuss. §. & quæ, & §. mulier*, iura quæ dicunt, quemlibet posse renuntiare iuri suo, siue his quæ pro se introducta sunt, intelligi debent, quando fuit certioratus de præiudicio suo, *arg. 38. dist. §. præterea, tit. vt sine prohibit. matr. debit. & cre. &c. in aut.* Firmari videtur idipsum, quod nemo remisisse censeatur quod sibi deberi ignorauerit, & de quo non præsumitur cogitasse, *l. fin. ad Senatus. Velleia. l. qui cum tutoribus, §. fi. & l. cum Aquiliana, de transa. in P. l. tres fratres, de pact. in P. facit l. mater decedens, de inoffic. testament. P.* Defendunt & Cynus *in l. 2. de rebus credit. Cod.* & Ioan. Andreas *in addit. ad Spec. in §. 1. tit. de oblat. & solut.* mulierem esse certificandam, etiam si interueniat iuramentum: quia iuramentum non extenditur ad incognita, *cap. veniens, de non numerata pecunia*, C. Contraria tamen verior est sententia, & valere renuntiationem, alioquin legitime factam, etiam si expresse non fuerit explicata res filiæ: quia verba formulæ renuntiationis, *renuntiat bonis paternis, maternis, præsentibus & futuris*, satis manifeste rem explicant. Et filia præsumitur scire vires patrimonij patris, vt certa certior amplius reddi non debeat, *l. 2. in fin. de actio. em. P. l. 1. C. ad Vell. Trebell. l. §. legatur, depos. P. facit l. si quem mul. off. stat. fum. poss. C. in auth. vt liceat mat. & aui.*, quod si nesciat, debet sibi imputare, *l. quisquis, de resc. vendi. C. facit & cap. penult. de emp. & vend.* facit quod notabiliter scribit Paul. Castr. *ad auth. sacramenta puberum, si aduers. vend. & consil. 68. incipi. viso puncto*, quod vbi ignorantia consistit in iure, iuramentum ad ea, quæ hoc modo ignorantur, extenditur: quia lex fingit iurantem omnia scire, quæ in iure consistunt. Iuris enim ignorantia neminem excusat, *l. 1. & 2. de iur. & fact. ign. P.*

2 ¶ Notæ †& Guido Pap. *q. 227.* quod ad hoc vt quis sibi præiudicet per iuramentum, sufficit iurari super facto, nec scientia requiritur, *per l. si duo, §. idem Iulianus, de iureiu.* Et hanc sententiam nostram defendit expressit Geo. Natha, *in d. c. a. quamuis pactum, colu. 1. vers. an autem ad hoc, cum col. seq.* Et secundum eam iudicatum docet Guido Pap. *a. q. 227.*

3 ¶ Sed †quæritur nunc, num pactum de non succedendo patri, factũ cũ fratribus à filia, vallatũ etiam iuramento, habeat validã renuntiationem. Qua in quæstione distinguendum arbitror, an pactum hoc factum sit cum fratribus viuente patre: & sine consensu illius. & tunc non valet, neque est obligatorium quod accessit iuramentum, *idem Natha. ad d. c. quamuis, colu. 1. in 10. limit. & ibi Petr. de Ancha. Imo. & Gemin. Bal. & Sal. in l. fin. C. de pact.* Tum quia decretalis, quamuis, correctoria est legis ciuilis, & loquitur de pacto facto patri & ideo non est vltra prorogandã ad fratres, *c. quæ à iure, & c. odia, de reg. iur. in 6. l. quæ contra, de legi. P.* Item pactum habita ratione fratris & patris, esset de futura successione viuentis, quod iam pluribus improbatum fuisse docuimus.

4 ¶ Aut †fit pactum cum fratre ex consensu patris: & tunc valebit, si is perseuerauerit in ea voluntate vsque ad mortis periodum, *secundum l. fi. C. de pact. & l. fi. iuncta auth. si modo, C. famil. ercis.* Aut de hereditate patris mortui renuntiatio fit fratribus, & tunc procul dubio valebit pactum in eius fratris vtilitatem, in cuius fauorem fit. Quia pactum ostendimus validum de renuntiatione vel de hereditate iam quæ sita mortui, *diximus supra & facit. l. 1. C. de pac. l. qui Romæ, §. duo fratres, de ver. obli. l. de fideicommisso, C. de transact. l. illud, de acq. hered. cum simi.* dummodo quippiã aliud non impediat pactum, veluti dolus, metus, minor ætas sororis, vel aliud simile. Tunc enim nec iuramentum pactum firmaret, sed daretur restitutio in integrum, *c. cum contingat, de iureiur. auth. sacramenta puberum, si aduersus venari. C. Federi. consil. 194. Phil. Fran. in c. quamuis, num. 11. de pact. in 6.* puta, si dolo fratrum dicentium relictum esse in testamento quippiam sorori à patre, cum tamen nullum factum esset à patre testamentum, illa accepto legato iurauerit se non habituram regressum ad bona paterna vel materna, *Fed. d. consil. 194. Ancha. in c. accessorium, in fin. §. de reg. iur.* Atque Ancharanus *in d. c. accessorium*, resoluit, minorem 25. annis, accepta dote à fratribus, enormiter læsam renuntiando hereditati paternæ, non obstante iuramento restitui, & rescindi contractum propter iniquitatem in eo contentam, cum iuramentum non sit vinculum iniquitatis: iniquitatẽ perpendendo ratione iniustitiæ, prout iura expressa hac de re explicant, *c. inter cetera, 22. q. 4. c. animaduertendum, 22. q. 2. c. quanto, de iureiur.* Circumstantiæ porro negotij facile detegent dolũ, minor ætas, *l. 1. de minor. 25. ann.* fragile consilium sexus, *l. 2. ad Velleia.* facti qualitas, *l. 1. de do. except. l. si quis cum aliter, de verb. obl. P.* & similia: ex quibus facilis erit veniæ iuramenti impetratio cõtra contractum dolo initum, *cap. abbas, quod me. caus. cap. si vero, de iureiur.*

De Renuntiatione Successionis præsentis & futuræ, & de dolo & metu interuenientibus.

Cap. 14.

1 *Renuntiatio & promissio de renuntiando à filia dotata facta, non æquiparantur.*
2 *Renuntiatio successionis metu & vi facta à filia, non officit.*
3 *Metus quis dicatur.*
4 *Patris præsentia num metum filiæ renuntianti inferat, & mouer. 7.*
5 *Iuramentum metu extortum an sit obligatorium, & de restitutione contra illud.*
6 *Peccandum non est cuiuscunque rei metus causa.*
8 *Reuerentia nimia filij vel liberti in patrem & patronum, metum rescissorium habet.*

QVinto; † regula nostra pacti filiæ de non succedendo, requirit renuntiationem, non vi nec metu factam. Ex quibus notandum renuntiationem fieri debere à filia facto ipso. Nam si illa promittat se renuntiaturam, nec tamen renuntiet, promissio non ei nocebit, vt respondit Fran. Aretinus *respon. 148.* A nol. tamen Ferronus *in §. 13. tit. de inst. in consue. Burde. per l. Stipulatio ista, in princ. de verb. obli.* existimauit post promissionẽ ad faciendam renuntiationem cogi posse, secundum Bald. *in l. pactum, C. de coll.* Ceterum, idem Ferro. *§. 14.* putat, renuntiationem factam per maritum nomine vxoris filiæ non valere: cum non conueniat renuntiationem extendi à personis ad personas, *l. iuris gentium, §. ante omnia, de pact. P. si res int. alios act. C.* in earum præiudicium, cum nec incommodum fiat absentis stipulatio, *l. stipulatio ista, §. alia. & §. stipulatio, de verb. obl. §. si quis alij, de inut. stip.*

¶ Metus †porro & vis ab hoc actu abesse debent, *d. cap. quamuis pactum*, quemadmodum ab omnibus actibus legitimis voluntatis, vt ex edicto prætoris, Quod met. causa plenius edocemur. 2 Et quemadmodum dos promissa vel data per metum, reuocatur, *l. si mulier, §. si mulier, quod met. cau. P.* sic & per metum eiuratio in ea dote non valet.

¶ Metus † iustus intelligitur, qui periculum vitæ, aut corporis cruciatum continet, *l. interpositas, Cod. de transa. l. 3. fi. & de eo quod met. cau. P. l. 9. C. eo. l. metus autem causa, ex quib. caus. maio. in* 3 *P.* facultatum omnium iacturam, ni aliquid fieret, qui & actum reuocat, *c. abbas 2. de iure, cap. presbyteros, 50. dist. in cap. final. 22. qu. 2.*

¶ Metum †, iustum filiæ renuntianti non infert præsentia patris, quia hic metus paternus vim non habet: & ideo non subiicitur edicto, *in l. 1. quod met. cau. P.* Nec solus etiam patris iustus 4 metum habet, *Bar. in l. 1. quæ emerandæ qua. rer. act. non dat. quamuis gl. ibi repugnet, improb. à Bart. in c. ad iuuidiam, C. quod met. cau. per Doct. in l. interpositus, C. de transa.* Quinimo proximorum & parẽtum præsentia, fraudis suspicionem tollit, *l. transactionem, 35, C. de transa. l. 1. de ijs quæ per me. iudicem app. P.* Quod si filia inde metum sibi prætexat, non habetur ratio eius metus, quem quisque sibi temere infert, *l. si mulier, quod me. caus. P. cap. inter cetera. 22. q. 4.* Et quæ habet arbitrium in electione propositi, non cogitur sequi patris voluntatem, *c. cum virum, de reg.* Neque ea excusatio prodest filio se subscribenti in facto patris & suo, quo minus obligetur, in specie *l. fideiussor, §. pater Seij, de fideiuss.* Probant & idipsum à matrimonio, quod liberum esse debet, *c. requisiuit, c. gemma, c. cum locum, de sponsa.* & nihilominus non ideo minus liberũ dicitur, quod patris iussu & imperio factum à filia filiove fuerit, *l. pen. & fi. C. eo. c. 1, de despon. impub.* Atque textus *c. quamuis, de pact. in sex.* non ideo pactum infirmat, quod cum patre à filia factum est, sed aliunde vt improbetur, metum & vim

Digitized by Google

probari iubet. Veruntamen si pater durus sit, & verberibus præcedentibus, vel metu alio extorsisse consensum à filia probetur, nihil est quod præsentiam patris metum inferre prohibeat, & eo magis quo filia bene morata est quæ matrem metuit exasperare. Et quamuis communi calculo receptum sit interpretū, iuramentum metu extortum esse obligatorium, eo quod metus non excludat consensum, *c. ad audientiam, de iureiur. vt inc. merito, 15 qua. 1. in l. si mulieri, quod met. caus. in P. gl. in c. abbas, end. ap. Greg. Lop. in ca. auctoritatem, 15. q. 6.* potest tamen peti absolutio seu gratia iuramenti, *d. c. auctoritatem, & c. 2. & c. si vero, de iureiur.* Non tamen restitutio, quia aduersus iuramentum per se factum non impetratur restitutio. Sed absolutio, *Panorm. in cap. 2. num. 2. per illum tex. de iureiur.* etsi quando pro alio iuratur, restitutio detur, *Pan. in dict. c. 2. & l. nam & postea, §. si minor, de iureiur.* P.

5 ¶ Et † quamuis iuramentum metu & vi extortum, iure recte non obliget: tamen ad maiorem cautelam, quia multis vinculis iuramentum iurantem constringit, absolutio petenda est de facto ab episcopo, *c. 2. & ibi gl. & c. petitio, eo.* Et rudex laicus potest ideo cogere turpiter extorquentem iuramentum, illud relaxare seu remittere, *Federi. cons. 164. Panorm. in cap. 2. num. 3. de Iur.* Quemadmodum cum opus est, idem cogit & iuramentum seruare iurantem, *in c. licet, de iureiur. in 6. c. final. de fo. comp. in 6.*

6 ¶ Sic † rigore vltimo iuris perpensa virtute iuramenti, iuramentum quod potest seruari sine interitu salutis æternæ, non habita ratione alterius, seruandum esset, etsi metu fiat, *cap. si aliquando, 22. q. 4.* quia etiam metu impellente, peccatum mortale nemo committere vel peierare debet, *c. pa. tione, de pact. c. quamuis, eo. in 6.* Expedit enim potius quælibet pati, quam malo consentire, *c. ita ne, 32. qu. 5.* & melius pro veritate pati supplicium, quam pro adulatione consequi beneficium, *c. quisquis veritatem, & ... nemo peritorum, 11. q. 1.* Et voluntas coacta, voluntas est, *c. meritò iuratur, 15. q. 1.* Sed si aliarum circumstantiarum iuramenti perpendamus causas, vt puta iudicium & iustitiam, quæ interuenire debent, *c. & si Christus, de iureiu. cum simil.* & tamen non adiunt in hoc pacto iurato filiæ & patris, rectissime gratiam fieri temerarij iuramenti dicemus.

¶ Proinde si † constat ipso facto, filiam fuisse deceptam, tunc sola præsentia patris arguit metum, *l. cum virum, de regula. ... dilectus, de his quæ vi metusve caus. fi. sum. à contr. sen.* qui ... causam contractui, & nullum consequenter reddidit, ... ter, *de dol. P.* pariter & accessorium iuramentum, *c. ac ... te regul. iur. in 6.* Ne quod vna via prohibitum est direcoliquum in fraudem legis probetur, *c. prudentiam, & ca. ... a, de offi. del. eg. l. oratio, de sponsa. P.* Et ita etiam Federicus ... incip. quaritur, an domina Margarita, restringit decisio... quamuis pactum, in filia enormiter, id est, præter moderata, vt ex eo, quamuis non probentur à patre interminæ vel verbera, metu præsumatur contractum ... iuratum. Quem sequitur Ancharanus *ad regul. accessorium, 6.*

¶ Responsum † & in iure est, solam & nimiam reuerentiam liberti (qui similis in obsequiis filiis est) *vt constat ex tit. de obseq. à liber. & li. par. & patro præst.* si probentur liquido improbare promissionem ab eo patrono factam, *l. 1. §. quæ onerandæ, quæst. rer. act. non da.*

De Iuramento, quod in renuntiatione successionis interuenit, & de Gratia eiusdem.

Cap. 15.

1 *Iuramentum promissorium seruandum, quare.*
2 *Iuramenti renuntiationis à filia factæ an dari possit absolutio, & seq.*
3 *Omnino, verbum quid contineat.*
4 *Renuntiatio filiæ dote contenta ex quibus caussis iuramento non obstante rescindatur.*

1 SVmmus † Pontifex in c. quamuis pactum, sexto loco vinculum maiorem pacti renuntiationis filiæ constituit in iuramento. Quod maius habet vinculum obligationis, veluti cum Deo promissione facta, *l. 2. de reb. cred. C. ca. etsi Christus, de iureiur.* & cum scriptum sit, *non peierabis, reddes Deo iuramenta tua, Exo. 20. Leui. 29.* Proinde seruanda quæ iurata seruari possunt sine detrimento salutis æternæ, *ca. quamuis, de pac. in 6. ca. cum dilectus, de his quæ vi met. can.* etsi damnū temporale immineat: plus est enim anima, quam corpus, *l. sancimus nemini, 17. de sacrosan. eccle. Co. D. Matth. c. 6.* Satagit & ecclesia sacrosancta iuramenta seruari, *c. mulieris, c. ex literis, in ca. de iureiur. ca. cum contingat, eod. c. licet, eo. in 6. item & lex ciuilis, auth. sacramenta puberum, si aduers. vend. l. fin. vt iurisiurandi. de oper. li. P. l. qui iureiur. de iureiu. in P.* Neque periuriis via aperienda est, *ca. cum dilectus, de his quæ vi me. caus. fi. ... cla gl. quæ similia citat l. 2. C. de ind. vid. tol.* Et gratia non nisi ex maxima causa fieri potest: cum id quod expresse Deus per se vel per prophetas sancit, non possit à legislatore alio tolli vel mutari, *ca. sunt quædam, 25. q. 1. §. sed naturalia, de iur. na. gen. & ciui.* Et quod superior admittit, inferior non potest infirmare, *§. interim, de defenso. ciuit. in auth. c. cum inferior, de maio. & obed.* Item iuramentum spiritualis res est: ideo neque per leges ciuiles, contrarias, aut per statuta potest restringi *c. decernimus, de iud. c. cum ad verum, ad ca. satis euidenter, 96. dist.* Possunt ad confirmationem istius iuramenti alia plura conferri, quæ tractabimus Deo fauente proprio loco de iuramento, in probationibus iudicialibus, quæ non referam.

¶ Sed † interim explorabimus, num ab hoc iuramento renuntiationis, filia absolutionem possit petere. Et melior visa est opinio eorum qui negant: quam pluribus rationibus firmat Georgius Natha, *in Rep. cap. quamuis, col. 14.* 2

§ 1. Quia † textus *c. quamuis*, tradit omnino iuramentum esse 3 seruandum: verbum autem, *omnino* impedit omnem opem & remedium exceptionis, *gl. in c. fin. de off. & pot. iudi. delega. in 6. in verb. omnino, glo. in clem. 1. in verb. omnino, de vit. & hon. cler.* Et verba generaliter prolata, generaliter sunt intelligenda, *l. si seruitus, de seruit. vrb. prad. l. 1. §. pen. de alea lusi & aleat.* & affirmatiua omnino, omne, totum includens nihil excipit, *l. Iulianus, de leg. 1. l. balista, ad Trebell. P.* Quemadmodum contraria negatiua vox nullo modo negat generaliter, & ideo prohibet dispensationē, *glo. in clem. vt hist. in verb. nullo modo, de vit. & hon. cler. 2.* Cumque verba sint intelligenda cum effectu, & vt aliquid operentur, ... rebatum, *de cler. non reg. l. 3. §. hæc verba, de reg. gest. l. si quando, de le. l.* excludenda est dispensatio. Alioquin verba, quæ de iuramēto apposita sunt in c. quamuis essent perperam apposita, cum illud dispensatione eludatur. 3. Auth. sacramenta puberum, si aduer. vend. C. ait irreuocabiliter sacramenta puberum & iurata pacta eorum obseruanda esse. Item Innocentius 3. rescripsit, nec iuramentum per summum pontificem remitti posse in præiudicium alterius, sine legitima causa, *Innoc. in c. inter. de renuntia. gl. & doct. in c. quanto, de iureiu. §. in ca. auctoritate, 15. qu. 6.* Quia inquit Panor. *cons. 12. 1. vol.* iuramentum est de iure diuino, *ea. etsi Christus, de iureiu.*

¶ Caussam † tamen legitimam ad rescindendam remissionem 4 iuratam putant, læsionem filiæ vel mitiorem ætatem, ex quibus posse dari absolutionem iuramenti arbitrantur, *Panor. cons. 12. circa fin. vol. Ancha. in c. canonum statuta, in 11. artic. princ. de const. Fason in auth. sacramenta puberum, si aduer. vend. 9. & 10. col. quamuis. Anch. sit sibi contrarius in cons. 433.* Et ita etiam iudicatur, vt absolutione iuramenti petita, læsa enormiter, id est, supra dimidium partem legitimæ debitæ, restituatur in integrum, *iuxta l. fin. iuncta glo. in ver. ex magna causa, qui & aduersus quos in integ. restit. non pet. li. 2. Cod. 42. l. si superstite, de dol. C. & li. C. de rescin. vendi.* Et ita Bartholom. Chassanæus *ad §. 12. vers. sed posito, & seq. de testam. in consuet. Burg.* quoque probat. Quia immo dicta læsio cōcludit dolum præsumtum, *arg. l. omnes quæ in fraud. creditor. §. Eudius, mand. P. l. qui testamentum, de proba. l. si quis cum alter, de ver. obl.* Neque hæc adferenda in contrarium præsumtio, per quam non putatur pater voluisse fraudare filiam, propter propensum singularemque animum & amorem in liberos, *l. consilio, de curat. furio. l. illa quidem, quod met. caus. P.* Nam præsumtio eliditur, vbi veritas contrarium apparet, *l. cum de indebito, de probat. in P.* Accedit, quod is qui ex beneficio legis aut consuetudinis heres est, vndique sufficiens ius immunitatum habere debet, *arg. l. si patronum, de bo. libert. P.* Quinimo qui contentus accepto successioni renuntiauit, potest nihilominus legitimæ petere supplementum, *l. si quando, §. generaliter, & ibi Iaso. & l. heres institutus, de inof. testam. C.* Quemadmodum si filia dote contenta excludatur per statutum à successione, potest petere supplementum legitimæ, si minus idoneam dotem accepit à patre. Et Socinus *cons. 150.* citat quinquaginta Doctores, qui pro hac sententia consuluerunt: atque secundum hanc iudicatum sæpe refert Chassanæus *ad §. 12. de succe. ad ver. ne retourne, vers. in contrarium tamen, in consue. Burg.* Quia dos debetur in locum legitimæ, *l. quoniam nouella, de inof. testa. C.* & legitimæ supplementum proculdubio peti potest. & *omnimodo, & l. cum scimus, eod.* quanquam Socinus in prædicto loco referat 20. Doctores in contrariam sententiam decisse.

De Superuiuentia filiæ patri post pactum.

Cap. 16.

1 *Filia renuntiante, an nepos ex ea admittatur ad petitionem successio-*

Digitized by Google

testionis aui.

2 *Iuramentum quando obliget heredes iurantis.*

3 *Nepotes non obstante renuntiatione matris succedere possunt suo ex propria persona.*

4 *Filia, quæ renuntiauit successioni, dote accepta, non potest præterita experiri contra testamentum patris quare.*

1 SEptimo † loco, axioma nostrum renuntiationis validæ exigit, vt filia superuiuat patri. Nec plane quæstio est infrugifera, an nepos excluſa filia per renuntiationem ab aui bonis quoque excludatur. Et Bal. & Salyc. in l. maximum vitium, de lib. præter. C. excludi putant. Bar. *in l. 2. ad Tertullia. in l. liberorum, ter. fign.* Soc. *consi. 31. col. 2. verſ. tertio probatur*, Cynus *in l. 1. quæ ſit lon. con. C.* & alij quos recenſet Arnol. Ferronus *ad §. 12. de teſta. in conſ. Burdeg.* quam ſententiam Ferronus ſequitur, non adhibita diſtinctione, an patri ſuperuixerit, vel moriatur filia. Quia excluſa filia, cenſeantur excluſi eius liberi, vt bona remaneant in familia & nomine maiorum, & nepos vocatur ex perſona patris, *§. neque illo, de trien. & ſem. in auth.* Sunt tamen aliqui, qui nepotem admiſerunt, præmortua viuenti auo filia, quos refert Bald. *in l. maximum vitium, C. de lib. prater.* Bar. *in l. qui ſuperſtitis, de acquir. hered. & Sylua. conſ. 108.* admittit *Bald. conſ. 1. lib. 2.* & Peruſinus *in d. l. de quibus, de legib. P.* & Francia Ripa, *lib. 2. reſpon. 6.* Tractatur hæc quæſtio ab Aretino, Baldo, Decio, Caſtr. *in l. pactum, de collatio. C.* à Salyceto, *in l. pactum, C. de pact.* & per alios citatos per Ferronum *ad §. 13. de teſtam. in conſuet. Burdeg.* Sed verior eſt ſententia prior: quia iuramentum à matre præſtitum non debet nocere filiis, *ca. cum contingat, in fine iunctag. l. de iureiur.*

2 ¶ Et † quamuis iure communi pactum tranſeat ad heredes in temporalibus, *in l. vetere, de contrahenda ſtipulatione, Cod.* tamen iuramentum matris non poteſt filios obligare, vt non poſſint ex ſua perſona ſuccedere, *arg. ca. 1. de deſp. impub. in 6.* obligat enim iuramentum animam iurantis, & non eius qui conſenſit, *ca. vni, 30. q. 2.* Nec poteſt heres conueniri ex iuramento defuncti, *c. fin. de foro compe. in 6.* Et ſemper iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale, ex parte autem eius cui iuratur, interdum reale, interdum perſonale, *Panor. in c. veritatu, num. 3. de iureiur.* quamuis qui iurauerit pro ſe & heredibus, *Felin. in c. cum ſit generale, colum. 6. de for. comp.*

3 ¶ Ceterum † tutius erit vti diſtinctione Guid. Papæ: aut liberi veniunt ex perſona propria, & tunc poſſunt petere aui legitimam non obſtante renuntiatione matris: aut veniunt vt heredes matris, & tunc non poſſunt petere, *Guid. Pap. quæſt. 227. num. 2.*

4 ¶ Quod † ſi pater præmoriatur filiæ, tam valida eſt renuntiatio ſuperioribus circumſtantiis vallata, vt teſtamentum patris, in quo ea eſt præterita quæ renuntiauit, non poſſit ratione præteritionis per eam dici nullum, Bart. *in l. Gallus Aquilius, §. quid ſi tantum, de li. & poſthum. Chaſſ. ad §. 12. ad verb. ne retourne point, verſ. & hac ſit. des ſucceſſions, in conſu.* Burg. Paul. Caſtr. *in conſi. 214. incip. ſi dicta domina, & conſi. 5.* Etenim tali filiæ præteritæ nõ debetur legitima, Bal. *in l. maximum vitium, de lib. præter. C.* quia per renuntiationem omnino filia ſe alienam à ſucceſſione fecit, Pet. Jacob. *in tit. de condit. ex l. omnimodo, & Guid. Pap. q. 395. & 598.* Et videtur ſub renuntiatione generali & iuramento omnis modus ſuccedendi repudiatus. Neque nepotes viuente matre, ſed ea præmortua, aui teſtamentum, in quo nihil illis relictum eſt, poſſunt dicere nullum, *Guid. Pap. in d. quæſt. 598. num. 2.* Petr. Jac. *de condict. ex l. omnimodo, ex teſtamento cumulata, verſic. ſed nunquid filius, videndus*, Bald. *ad l. ſi. C. de pact.* Bar. *ad l. qui ſuperſtitis, de acquir. hered.*

Notabiles caſus, in quibus Filia dote contenta non obſtante renuntiatione ſuccedere poteſt.

Cap. 17.

1 *Filia dotata renuntians paternis, ſuccedit maternis, niſi eis quoque renuntiet.*

2 *Filia, quæ renuntiauit ſucceſſioni, poteſt ſuccedere patri vel matri conuolanti ad ſecundas nuptias in lucris prioris matrimonij: item ſublatis ijs, in quorum fauorem excluſa erat item ſi extraneus ſit heres, vel non exſtante maſculo in eodem gradu: nec excluditur per legitimatum: ſuccedit item ſi inſtituta à patre, niſi ſtatuto excludatur dotata. Succedit & fraternis, niſi eorum ſucceſſioni quoque renuntiauerit. num. 3. 4. 5. 6. 7. & 9.*

3 *Donari cauſſa mortis à patre poteſt filiæ dotatæ à ſucceſſione per ſtatutum excluſæ.*

4 *Legitimæ ſupplementum petere filia poteſt non obſtante renuntiatione, & ſi læſa, & meta vocuntiauit.*

EXplicito † axiomate renuntiationis, quæ reiicit filiam renuntiantem à petitione ſucceſſionis: operæpretium eſt, vt exceptiones adiiciamus, & caſus tradamus, in quibus non obſtante renuntiatione ſuccedit. Primum itaque filia à patre dotata, à matris ſucceſſione non repellitur: quia cenſetur tantum dotata ex bonis paternis, *Accurſ. Paul. Caſtr. Bald. P. Cornæus, in l. 1. de leg. hered.* niſi ab vtroque ſit dotata & nominatim renuntiauerit paternis & maternis. 1

¶ 2. Filia † quæ bonis paternis & maternis renuntiauit, ſi poſtea pater vel mater altero parentum eorum decedente ſuperſtes conuolauerit ad ſecundas nuptias, & ita locus factus ſit leg. fœminæ, & leg. generaliter. de ſecund. nupt. C. poteſt ſuccedere non obſtante pacto, in lucris illis, quæ habebat ille vel illa, pater vel mater conuolans ad ſecundas nuptias ex bonis prioris mortui coniugis, & quæ tenetur relinquere liberis prioris matrimonij, *Alexan. Immo. conſi. 39. Deci. conſi. 579. Rom. conſi. 485. Ferren. ad tit. de teſt. §. 16. in conſuet. Burdeg.* Quia hoc ius illi quæſitum eſt poſt renuntiationem, & proinde ea non extenditur ad illud, *l. 2. de ſtat. lib. P. l. Aurelius, §. teſtamento, de li. agnoſ. P.* Item lucra repetentis ſecundum thorum exſtantibus ex priore liberis, deferuntur ad liberos, non vt ad heredes, ſed tanquam filius. *Auth. heres, de ſec. nupt. C.* Et ſic etiam concludunt Oldradus *conſi. 194.* & Guid. Pap. *deciſ. 228.* Decius, *conſi. 399.* Salycetus, *ad l. generaliter, §. illud. de ſe. nupt.* & Ferronus, *in d. §. 16.* Sed neque filia renuntiando de hoc caſu cogitauit: ideo ad eum non extenditur renuntiatio, *l. mater, C. de inoffi. teſta.* aut iuramentum, *in fin. Cod. de non num. pec. & l. fin. qui ſatiſd. cog. P.* Et ita iudicatum notat Guido Pap. *d. dec. 228. arg. l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto de teſtam.* 2

¶ 3. Si † in fauorem fratrum & agnatorum, filia dotata excluditur ſtatuto à ſucceſſione patris, & mortui fratres vel agnati ſint, neque alij ex illis ſuperſint, poteſt non obſtante renuntiatione ſuccedere & hereditatem petere. 3

¶ Item † ſi heres extraneus ſit inſtitutus, poteſt ſupplementum petere: quia priuilegium excludendi filias agnatis datum non eſt exteris communicandum, *l. ſi modica, §. & ſi filiæ, de bon. libe.* Quamuis exſtent agnati, ſed inſtitutus ſit extraneus. Quia paria ſunt, agnatos non eſſe, vel non ſuccedere. *Paul. Caſtren. conſi. 348. Ioan. Imol. in l. Gallus Aquil. §. & quid ſi tantum, de lib. & poſthu.* 4

¶ 4. Statutum, † quo filia dotata excluditur, intelligitur exſtante herede maſculo eiuſdem gradus, cuius eſt filia non de inferiori, vt neque filia excludatur per neptem ex filio fœminam, ſecundum Paul. Caſtrenſem, *conſi. 47. vol. 1.* De quo tamen dubitat Ferronus, *ad §. 14. de teſt.* Sed firmat Chaſſanæus, *ad §. 12. & ad ver. on enfans maſles. verſ. & iſtud dicit, tit. des ſucceſſions, in conſu.* Burg. quia incluſio maſculi excludit fœminam *c. nonne bene dicimus, de præſumt.* nec credendum eſt ſtatutum vel patrem voluiſſe neptem filiæ præponi, *l. ſi vina matre, C. de bon. matr.* Niſi filius qui neptem reliquit, adierit tanquam moreretur hereditatem patris mortui: nam proculdubio taansfert ius quæſitum in filiam propriam, vt proprium patrimonium patris non vt aui. 5

¶ 5. Filia dotata excluſa per ſtatutum, non excluditur per fidem legitimatum ſolummodo, *Soc. conſi. 146. vol. 2. Bald. & Barb. in l. cum antiquiſſimi, C. de fideicom. multa Præpoſi. ad c. per venerabilem, qui fi. ſint legi. Ferro. ad §. 14.* ¶ 6. Filia † renuntians pacto patri & fratribus, ea non obſtante renuntiatione poteſt ſuccedere, ſi à patre inſtituatur, *Felin. in c. ſi diligenti, colum. penúl. de for. compet. Iaſ. in l. fin. 7. col. de pact. C. vbi reſpondet ad rationem, quod ius videretur fratribus quæſitum. Idem Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, de verb. oblig. & ibi Bart. Alex. Aret. Ioan. Imol. facit text. in c. 2. de renuntiat. in 6.* Quia pater inſtituendo, & iuramentum, & pactum remittere videtur, quod facere poteſt, *c. præterea, de ſpon.* alioquin adimeretur diſponendi libera facultas, *contra l. ſi fratres. §. idem reſpondet, pro ſoc. P.* Et hic fauor præfertur fauori filiorum maſculorum, *l. 1. de ſacroſan. eccleſ.* eiuſque eſt legem tollere, cuius eſt condere, *l. 1. & ſi. C. de legi.* 6

¶ Et † licet volentibus cõtrahentibus à contractu diſcedere, *l. ab emtione, de pact. P. l. 1. quan. lic. ab emt. diſc. C.* Ceterum, ſi ſtatuto filia dotata à ſucceſſione patris excludatur, ea ex teſtamento patris, vel nomine heredis capere non poteſt. Quia iam quæſitum eſt ius fratribus, imo nec ſubſtitui per fideicommiſſum poteſt fratri, *Chaſſa. ad §. 12. des ſucceſſions, in ver. Et n'entend non point. num. 6. vbi alios citat auctores ſententiæ*, quia heres fideicommiſſarius habere videtur, non ab inſtituto, ſed ex teſtamento inſtituentis, *l. coheredi, §. cum filiæ, de vulg. l. ſi is qui, cod. P.* Veruntamen placuit, mortis cauſſa donatione, ſine Titulo hereditario, etiam in hac ſtatutaria prohibitione, poſſe patrem filiæ donare, & ita pluribus probat Chaſſanæus, & aduerſarias rationes plures diſſoluit, *Chaſſa. ad d. §. & ad ver. ne autre donation, n. 12. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & ſeq.* 7

¶ 7. Per † renuntiationem hanc dote acceptam filia non excluditur à ſucceſſione fratrum & ſi bona à patre proceſſerint, niſi & frater ſucceſſioni expreſſe renuntiauerit, *idem ead. ad ver. Et n'entend. Iaſon, in leg. eius qui, §. ſi ſtipulatus, in 5. col. ſi aut. peta.* 8

Digitized by Google

Quia hereditas paterna postquam adita est à fratribus, nō amplius hereditas, sed eorum patrimonium est, *l. sed si plures, §. filio, de vulga. P. l. 1. §. Præterea, de separa. l. Titij testamento, de ijs quib. vt indig. cum simil.* Et ita consuluit Ludouic. Roman, *cons. 168. in 1. dubio.* Et Franc. Aret. *cons. 161. colum. 2.*

¶ Postremo † filia non obstante renuntiatione succedit patri, si de supplemento agat legitimæ, dę dolo, de deceptione: vt superioribus capitibus iam expositum est, *sup. ca. 14. nu. 2. & seq. & c. 15. nu. 4.*

De secunda specie Acquisitionis successionis per epistolam.

Cap. 18.

1 *Donatio per epistolam & nuntium fieri potest.*
2 Lettres de creance *fidem faciunt inter mercatores.*
3 *Heredibus directo alia voluntate quam testamentaria relinqui non potest, per fideicommissum contra.*

1 INter † species donationis non ambigitur esse validam eam, quæ vel per epistolam *glos. 1. in leg. non ambigi, C. de donat.* vel per nuntium speciali mandato fit, *Guid. Pap. decis. 222. num. 2.* nam & per epistolam quæri obligationem responsum est, *in leg. final. §. fin. de actio. P. Pap. l. publica, 26. §. primo, deposit.* habita ratione personarum & negotiorum, & dummodo constet de ea epistola. & quis eam miserit. Sic enim solus consensus exigitur, nec valde desideratur, vt dies vel consul, vel subscriptio adsit, vt respondit Scæuola, *l. cum tabernam 34. §. 1. de pignor.* satis est, si epistolæ fuerint alicui præsentatæ cui diriguntur & acceptatæ, nō aliter, *Bart. in d. l. cum tabernam, §. 1. Boer. cons. 25. nu. 18. & 30.* Et quamuis in præiudicium alterius, vel veritatis non faciāt fidem epistolæ, *l. non epistolis, cum l. seq. C. de probatio. l. epistola, in præ. de pact.* tamen in præiudicium scribentis, & ad vtilitatem eius cui mittuntur, & fidem faciunt, & obligationem, *Zabarella, cons. 153. vers. item quod dictis.*

¶ Potissimum † si agatur de conuentionibus, quæ solent consensu tantum perfici, & quæ inter absentes fieri possunt, *l. 1. mād.* P. maxime inter negotiatores, inter quos epistolæ, quas vocant, *lettres de creance*, fidem faciunt, *vt in d. l. cum tabernam, §. 1. & d. l. publica, §. 1.* 2

¶ Ita † literæ argentariorum seu bancharіorum faciunt plenā fidem, etiam apud omnes, *Bart. in l. 2. diuus, de iure fis. 334. num. 8. add. l. quædam sunt personæ, l. 9. §. fin. & l. argentarius, 10. de eden. P.* Proinde recte dubitatur, num voluntatem suam instituendi aliquem heredem, epistola quis significare possit, vt ex ea petatur hereditas. Et certe placuit nulla alia voluntate, quam testamentaria: directe hereditatem relinqui posse: per fideicommissum, vel per legatum posse, *l. 2. C. de codicill. in l. non codicillum, Cod. de test. cum similib. ibi not.* Et idcirco rescripserunt Dioclet. & Maximi. in hæc verba, *l. & in epist. 22. de fideic. C. Et in epistola, vel libello, vel sine scriptura, imo etiam nutu, fideicommissum relinqui posse, adhibitis testibus, nulla dubitatio est.* Et donatum in ea epistola, etiam quam qui donauit voluit aperiri post mortem tantum suā, transit in fideicommissum, & debetur ab herede, *l. miles ad sororem 77. de legat. 2.* Quod intelligendum est, si quinque testibus præsentibus fuerit perscripta epistola, non aliter, quia omnis vltima voluntas saltem quinque testium testimonio eget, *l. 1. & l. fi. §. fi. de codic. C.* excepto testamento, quod plures postulat, *l. hac consultissima, & l. in testamentis, C. de testam.* 3 4

DE TESTAMENTARIA SVCCESSIONE.

LIBER XLII.

Cur prius de testamentaria, quam intestati successione dicamus.

Cap. 1.

1 *Testamentariæ successionis materia cur præponatur quæstioni successionis ab intestato. & seq.*
2 *Testandi facultas quare concessa, & 3.*
4 *Institutionis titulus honori tribuitur etiam liberis.*
5 *Testandi voluntatem quæ improbare videntur, dissoluta, & seq.*
7 *Heredes ab intestato & ex testamento quibus iuribus vocentur ad hereditatem.*
8 *Testamentaria successio ex lege etiam defertur.*
9 *Iusta hereditas quare ab intestato dicitur iusta.*
10 *Successio certa quæ dici possit.*
11 *Ab intestato venientes possunt vocari ex testamento, si velint.*
12 *Sobolem suam potest quis postponere aliena si velit, sed non præsumitur.*
13 *Vulgaris expressa non excludit matrem.*
14 *Dispositio legis quomodo fortior dispositione hominis.*
15 *Testamentaria successio, intelligenda est ex testamento subsistente.*

1 QVanquam † antiquior succedendi ab intestato causa quibusdam visa sit, quam testamentaria: tamen rectius facturum me existimo, si de hac quam de illa prius dixerim. Primum, quia succedentes ex testamento præferuntur vocatis ab intestato, *l. quamdiu 2. de acq. hered. P. l. quamdiu, de regul. iur. l. antequam, comm. de succes. l. 1. ff. de b. poss. sec. tab. P.* Successio quippe legitima seu ab intestato, subsidiaria est, quando mortuus non expressit de successore voluntatem. Quare prouisio hominis, tollit prouisionē legis, *l. maritus, de procur. C. l. fi. C. de pact. conuen.* Ita tutores datitij & legitimi vincuntur per testamentarios, *l. si tutores, de testam. tutor. auth. vt lic. matri & aviæ, C. quan. mat. offic. tut. fungi pot.*

2 ¶ Secunda ratio, † quia Reipubl. interest, cuique permitti de rebus suis liberam dispositionem, vt possimus saltem morituri beneficia illis rependere, à quibus viuendo accepimus. Et ideo responsum, hereditates ob benemerita deferri, *l. nec adiecit pro soc. P.* qui ad remunerationem natura tenemur, *Cic. sed & si lege, §. consuluit, de petit. hered.* Sicque adstipulatur alia naturalis æquitas cui conuenit maxime, voluntatem domini rem suam in alium transferre volentis, ratam haberi, *§. per traditionem, de rer. diuis.* Vt enim viuentium voluntates admittūtur, sic & mortuorum, *§. fi. de leg. suc. Can. toll.*

¶ Et Plutarch. † de legibus Solonis loquens. *Plut. in Solo.* Cū, inquit, *in permisisset, pro voluntate cuiusque ni superessent filij hereden constitui, visus est amicitiam propinquitati, & gratiam necessitati præferre.* Tertia ratio prior debet esse causa testamenti, vt per potestatem illam bonorum nostrorum distribuendorum nobis concessam, gratos & officiosos in nos reddamus plures, qui spe quippiam aliquando à nobis accipiendi, nobis promptius operam suam & auxilium subministrent. Sic explicat Demosthenes, in oratione aduersus Leptinem his verbis à Græco conuersis. *Mihi vero videtur, Athenienses, (sed quæso te ne mihi irascaris, nam mali de te nihil dicam) Leptines leges Solonis aut non legisse, aut non intellexisse. Nam cum legem Solon tulerit, licere cui legitimi liberi non sint, quem libitum sit heredem instituere (non vt genere proximos iure propinquitatis fraudaret: sed vt vtilitate in medium proposita efficeret, vt homines inter se certarent beneficijs) tu contra non dubites auctor esse, ne quicquam de suis opibus populo liceat alijs impertiri: quomodo quisquam dixerit te Solonis leges vel legisse, vel intellexisse? &c.* 3

¶ Et † in iure ciuili, institutionis titulus etiam honori tribuitur in persona liberorum, *Vlpia. in l. filium, §. sed etsi portio, de leg. præst. li. 57. P. tit. 5.* Et Cic. ad Apuleium scribens pro quæstore. *Hominem*, inquit, *probum existimari, qui parentis aut patroni iudicio, titulo heredis ornatus esset.* Accedit Theodosius, *in Novell. Theodosij, tit. de test. Iniustus*, inquit, *nemo taceat aut loquatur, vt id testamentum, quod meram testantis obtinet voluntatem. Natura talis est hominum, vt quosdam diligant, alios timeant, aliquorum fidem existimēt eligendam, aliis nihil credendum.* Et iniquum certe visum est homini sanæ mentis testamenti factionem adimere, *Paul. in l. ex facto, de vulga.* Communique consensu fere omnium gentium, hæc licentia testandi relicta dominis est. 4

¶ Neque facessit, † quod videatur hæc facultas testandi improbanda, eo quod differt effectum voluntatis in tempus quo dominus quis non est, post mortem videlicet, qua dominium soluitur, vt omnia, *§. deinceps, de nupt. in auth. collat. 4.* & mortē tum confirmetur testamentum, *c. cum Martha, de celebr. missar.* pariaque sint aliquid fieri tempore prohibito: & differri in tempus prohibitum, *l. quod sponsæ, de don. ante nup.* Siquidem testamentū non accipit vim post mortem, sed pendet ex libera disponendi voluntate ante mortem concessa: quæ, quia libera est vsque ad 5

vltimum

Digitized by Google

vltimum vitæ spiritum, *l.4.de adim.lega.P.* cum venit vltima periodus, definit esse ambulatoria quidem, quia aliud velle nō datur postea, *l.1.C.de sacros.eccl.* sed tunc morte non incipit: sed quæ antea erat, effectum sortitur tunc. Valere debet testamentum ante mortem, sed exsecutio post mortem fit ab herede, *§. legatum, de legat. apud Iustinia. l. legatum est, de lega.2. l. heres quoque, de acq.hered. P. l. omnis hereditas, de reg.iurr.* Quod & in stipulatione, quæ in tempus mortis effectum reiicit, non est reprobatum, *l. scrupulosam, de contrah. & commit.stip.C.*

6 ¶ Leuissimum † & illud, quod quidam tuentes communionem rerum, dispositionem liberam adimunt, nam eadem ratione cōtractus & dominorum possessiones extrudi deberent.

7 ¶† Sed 3. qui putant præferendos venientes ab intestato, quod triplici vocentur iure, naturæ, *l. si quo bonorum, C. l.1.C. vnde vir & vxor.* diuino, *Leuit.25.num.27.* ciuili, *l.1.de sui, & leg.here. P.* Et funiculus triplex fortior sit vno, *l.re communi, de lega.3. l. tripli, de verb.sign.* Cum iure ciuili tantem vocati videantur ex testaméto instituti: non animaduertunt, vocari etiam omnibus iuribus ex testamento institutos. Nam & in iure diuino testamentum fecerunt Abraham, *Genes.21.& 25.* & Iacob. *Genes. 48.& 49.* Probauit Deus, locutus ad Ezechiam, *dispone domui tuæ, quia morieris tu, Esai.38.4. Reg.c.20.* Ius gentium dominia etiam distribuit, & libertatem de illis concessit. *l.ex hoc iure, de iust.& iur. P.* Ita pari approbatione dicitur vtraque successio, sed ordine, vt primo admittatur ex testamento veniens si sit: deinceps secundo loco, deficiente testamento, venientes ab intestato. Atque voces illæ, intestati, & ab intestato, satis superque indicant deficere testamentum: & ideo tunc vocari. Oritur & ex testamento actio ciuilis & naturalis, vt not. Bartol. *in l. interdum, num.6. de cond.indeb. P.*

8 ¶ 4. Obiiciunt, † qui vtitur iure communi, præfertur vtenti iure speciali, *l. centurio, de vulg. P. l. eius milites §.1. de test. mi. P.* At qui venit ex testamento, vtitur iure speciali, *glo. in l. illa institutio, de hered. inst t.* qui vero ab intestato, auctoritate legis communis, vnde & vocatur legitima successio, *l.1.& 2. de bon. poss. situ. de sui & legit. her. P. & de legit. hered. C.* Ceterum & qui venit ex testamento, ex iure communi quoque venit, *d. l. centurio, de vulg.* Et lege quoque heredita testamentaria obuenire dicitur, *l. lege obuenire 130. de verb. sign.* Posset & negari, venientem iure communi præferri priuilegiato dum concurrunt ius commune & singulare in diuersis personis. Potius enim est in priuilegiato priuilegium, *l. si non specialis, C. de test. c.1. de constit. in 6.*

9 ¶ 5. Non obest, quod iusta tantum dicatur hereditas, quę ab intestato ad nos peruenit, *in l. ea quæ in nominibus, §. de illo pro soc.* P. Nam illud intelligendum in sua hypothesi communicationis faciendæ in societate: quia sub spe eius veluti certa inita est societas. Et ea iusta non dicetur testamentaria, quæ non est cōmunicanda, vtpote, quæ non spe, sed ob benemeritum heredis plerunque defertur, *l. nec adiecit, eod.*

10 ¶ 6. Minus † obest, quod successio ab intestato certa sit, ordo enim præstitutus ei est per gradus qui confundi nequeunt, *l. Iurisconsultus, de grad. affinit. tit. de succes. edict. cum similib.* Testamentaria autem varia esse potest, quod variæ sunt hominum voluntates, *l. quia poterat, ad Trebell. P. ca. quia diuersitatem, de cōcess. preb.* Ergo minus hæc sequenda solut. Quia voluntates quidem incertæ sunt, sed illæ certæ par legum regulas redduntur.

11 ¶ 7. Non † obest lex si quis, in 2. de hered. insti. vbi agnati excludunt venientes ab intestato. Nam ibi agnati & vocati erant, si vellent esse heredes, & alij ex testaméto tantum, si agnati nollent adire hereditatem: vnde volentibus agnatis hereditatem, deficiente conditione, ex testamento non dicuntur vocari. Et sic frustra de concursu, qui non fit, disputatur.

12 ¶ 8. Non obest, quod nemo videatur suam sobolem extraneis institutis postposuisse, *l. cum auus, de cond.& demonst. l. cum acutissimi, C. de fideicom. l. generaliter, cum §. autem, de instit.& substit. sub condit. fac. C.* Hoc enim verum in dubiis: at in claris, non est opus coniecturis, *ca. de manifesta. 2. quæst.1.* Si enim velit, potest.

13 ¶ 9. Pugnare † videtur Iustin. in l. fi. de inst.& substi. sub cond. fact. dum mater præfertur in successione filij intestati impuberis ei qui substitutus est filio, si posthumus, non nasceretur. Sed ibi substitutus in casu, si posthumus non nasceretur, & ita vulgariter natoque posthumo excludebatur, *l.1. de vulg.* P. Et exspirante substitutione mater filio ab intestato sine concursu testamentarij alicuius heredis succedit. Et pupillaris tacita non excludit matrem.

14 ¶ 10. Obiiciunt, fortior † est dispositio legis, hominis dispositione, *l. nemo potest, de leg.1. l. non dubium, C. de leg.l. iuris gentium, §. prætor ait, de pact. P. l. pacta quæ contra, C. eod. l. si libertus, de iure patro.* P. Et proinde successio intestati, quæ à lege inducta est, fortior erit dispositione hominis testamentaria. Sed hoc tollitur, vt 3.& 4. argumentum.

15 ¶ Postremo † non obest, quod filij præferantur (si iniuste exheredati sint) instituto, *auth. ex causa, C. de liber. præter.* Nam nos loquimur de testamentaria successione ex testamento legitime condito, *l. inter cetera, eod. P. l.1. de test. P.* contrarium autem locum habet in testamento non subsistente. Et testamentum proprie dicitur, quod iure perfectum est, *l.2, §.1. quemad. test. aper. P.* aliter testamentum non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, *c. non præstat, de reg. iur. in 6. l. quoties qui satisfa. cog. P.*

De Definitione Testamenti.

Cap. 2.

1 *Testamenti factio duplex, activa & passiua, & quæ vtraque.*
2 *Testamentum quid.*
3 *Testamentum quomodo mentis testatio.*
4 *Captatoriæ vltimæ voluntates reprobatæ.*
5 *Heres institutus per testatorem metu compulsum non consequitur hereditatem.*
6 *Blanditiis permissum ne sit prouocare voluntatem vltimam.*
7 *Voluntas vltima rata, si modo iusta sit.*
8 *Heredis institutio princeps causa testamenti validi.*
9 *Institutio testamentaria triplex propria, impropria, impropriissima, & legitima filiorum quanta sit.*
10 *Testamenti & contractuum differentia.*

TEstamenti † factio duplex, activa & passiua. Activa est potestas faciendi testamentum: Passiua, est potestas accipiendi ex testamento, *l. filius familias, de testam. §. testamenti autem factionē, de hered. quali, & diff. apud Iustin.* 1

¶ Testamentum † porro Vlpianus secundum aliquos in titulis ex corpore iuris excerptis tit.3. definiuit, *Testamentum, mentis nostræ iusta contestatio, in id solemniter factum, vt post mortem nostram valeat.* Sed illa finitio nimium angusta videtur, neque est, vt opinor, Vlpiani, sed alicuius studiosi viri, qui in quosdam locos sibi quædam excerpta ex Vlpiani responsis collegerat. Quemadmodum nec ea puto Pauli, quæ receptarum sententiarum titulo circumferuntur, sed alterius qui ex Pauli legib. sibi locos cōmunes fecerat. Et ad rem propius, conuincitur Vlpiani prædicta finitio falsitatis, ex responso, l.1. de testa. in P. vbi Vlpi. sic loquitur: *Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri voluit.* 2

¶ Et † hæc est vera & substantialis testamenti finitio. Nam quod Iustinianus tradit, *in §. de testa. ord.* testamentum mentis esse testationem, ad etymologiam nominisque explicationem, non ad substantiam referendum est, vt etiam monet Theophilus, *§.1. eod. sit. in instit. Theoph.* Nec mihi otium est, immorari in refutandis cachinnis eorum, qui insulsam existimant nominis declinationem & inculcant de calciamento & aliis ridiculis: sufficiet enim si admonea, illos non legisse quod est apud Sext. Pompeium, libris de verb. sign. *Mentum*, inquit, *dicebant, quod nos commentum.* Vbi & mentum & commentum pro mentis memoriali, excogitatum pro recordatione: quia commentum à verbo comminiscor, & illud à verbo antiquo meminiscor, ex quib. deducitur supinum commentum & mentum. Vt testamentum non insulse, vt ipsi putant, testatio mentis dicatur, vel testatio excogitata, vel excogitatum cum testimonio vel testatione: testato enim quod fit, testatio dicitur, *le. si. pro derel. P. l. acceptam, C. de vsur.* & detestatio, denunciatio facta cum testatione, *l. re, nunciatio. de ver. sign.* Qualis autem & cuius rei hæc testatio, insubstantiali finitione explicat Vlpianus, vt sit testatio voluntatis nostræ, *le. de testam. P.* iustæ, de qua appareat testibus qui requiruntur, *l. hac consultissima, & l. in omnibus, C. eod.* 3

¶ Verba † porro illa finitionis, *voluntatis nostræ*, docent voluntates vltimas pendere non debere ex alterius quam testantis voluntate libera, non captata. Ita enim dicimus captatorias voluntates improbari vltimas, *leg. illa institutio, l. si quis Sempronium, & l. captatorias, de hered. instit. leg. nonnunquam, de cond.& demonst.* quanquam agatur de legatis, *le. captatorias, de leg.1.* vel de militari voluntate, *l. captatorias, de test. milit. C.* Quamuis ex æquitate canonica, qui extremā qui voluntatem in alterius dispositionem committit, non videatur decedere intestatus, *c. cum tibi, 3. de testa. vide ibi Panor. & alios.* Quod plerique explicant, vt liceat ex ea æquitate conferre institutionem in alterius arbitrium. Quod tamen textus non ait. Et puto committere extremam voluntatem in iure illo, esse exsecutionem liberam voluntatis testatæ alicui relinquere: puta, vt omnes probant, si ad pias causas relinquatur, vel si expressa voluntas institutionis committatur approbationi vel reprobationi alicuius. Alioquin non video etiam iure canonico quomodo testamentum dici possit, in quo testator non scripsit, nec nuncupauit heredem. Et ita puto testamentum non valere, si in arbitrium futurum alterius conferatur. non si in præteritum, *l. illæ autem institutiones, de hered. instit.* P. Quo fit, vt ipse testator debeat vel proprio ore hominare, vel propria manu scribere in testamento heredem, *in l. hæc consultissima, & l. inbemus, Cod. de testam.* Potest tamen ex- 4

Digitized by Google

cuio voluntatis vltimæ conferri in alterius arbitrium. Et hoc modo potest imponi conditio heredi, vt heres sit si velit, *Hermo. in l. verba hæc 12. de condi. insti.* quæ quamuis non exprimatur, inesse videtur, *leg. Cornelius, & Manius, 69. de hered. inst.* P.

¶ †Quia nemo cogitur hereditatem inuitus accipere, *l. nec emere. C. de iur. delib.* exceptis necessariis heredibus. Potest etiam & in arbitrium tertij conferri quantitatis legati definitio, vel taxatio: & ita puto intelligendam de quantitate, l. 1. de leg. 2. ne ex diametro pugnet aliter cum l. nonnunquam, de cond. & demon. P. Pendet & ex his verbis, *voluntatis nostræ, &c.* improbatio institutionis, quam testator fecit inuitus, vel metu adactus: & ideo qui à coacto testatore institutus est, siue is metum impulerit & coegerit, siue alius pro eo inscio vel consentiente, heres non est, *l. si quis ali. testa. prohib. C. facit, l. 1. in prin. & §. 1. eod. titul. in P.*

6 ¶ Blanditiis †tamen prouocare voluntatem in se defuncti nō est prohibitum, sed probatur iure ciuili ex his facta institutio, *l. fin. eod. C. & l. fin. eod. tit. P.* nisi nouercalibus delinimentis patet inductus, contra proprium sanguinem iudicium suæ voluntatis dedisset. *l. 4. de inoff. testa. P.* Statuit & Solon, *Plutarch. in vita Solon.* non valere testamentum eius, qui ingrauescente morbo, aut medicamentorum vi impellente, aut vinculis, aut coactus, aut coniugis suasionibus, aut blanditiis adductus, disposuisset.

7 ¶ Siquidem †in finitione occurrit huic voluntati, quod exigitur, vt voluntas sit iusta sententia: alioquin omnis voluntas rata non est, nisi ea sit iusta quoque. Iusta porro erit, quæ iure & bene fit. *c. ius dictum est, de verbor. signific. §. 1. de nupt. l. si vxor, de adult. P.* & secundum leges. Neque subsistit dispositio, quæ aduersatur rationi vel legibus, *c. fraternitatem, de sepultur. l. nemo potest, & l. si quis inquilinos 115. §. final. de leg. 1.* Nec proprie testamentum dicitur, nisi iure perfectum, *l. 2. §. 1. quemadmodum testam. aper.*

8 ¶ Vnde †colligimus non magnopere laborandum esse, in explicanda quæstione eorum, qui putant addenda esse huic finitioni Vlpiani, verba, *cum heredis institutione.* Nam leges, cum de vltima testamentaria voluntate agunt, institutionem heredis existimant esse principem, sine qua non sit testamentum efficax, *l. 1. de vulg. in P. l. quod per manus 10. & l. si. de in. codic. P. §. ante heredis institutionem, de legat. 1. de hered. instit. P. §. in primis, de fideic. hered.* Et institutio directa & exheredatio, facit vt testamētū ab aliis vltimis volūtatibus separetur: quia nec in codicillis, nec in aliis hæc fieri possunt, *l. nō codicillum, C. de testam. l. illud 13. §. fin. de iur. codic.* Instituere heredem nihil aliud est, quam intra hereditatem ponere, dare ei hereditatem, siue talis scriptus sit, siue talis fuerit nominatus, *l. 1. §. institutum, de hered. instituen.* Excepto milite, qui ex priuilegio in codicillis institutionem facere poterit, *l. militis codicillis, in prin. de milit. testam. in P.* & hæc institutio non proprie talis est.

9 ¶ Facit †& Guill. Bened. *ad ca. Raynutius, ad verba, adijciens, vt Alteroche, num. 16. 17. 18. de testamen.* testamentariam institutionem triplicem. propriam, impropriam, & improprijssimam. Propria est, cum in testamento quis instituitur in tota hereditate, vel in quota aliqua eius *in l. quoties heredis, de hered. instit. P.* Impropria est cum filius instituitur in legitima, vel in eo quod in legitimā reducitur: puta, si in dote, vel in donatione propter nuptias instituatur, *vt in l. quoniam nouella, C. de inof. testam.* Legitima namque naturæ est quidem, quota bonorum patris pars deducto ære alieno: non hereditaris, in qua & debita sunt: *l. eum à matre, & ibi not. C. de rei vind. l. fin. §. in computatione, de iur. deliber. Tenet Bart. in l. ex facto, circa med. de hered. instit. text. glo. Ange. & Imola. in l. ita tamen, §. si patronus, ad Trebell.* Improprijssima, quoties instituto herede vniuersali, alius extraneus instituitur in re certa. In quo casu illa institutio non est quota hereditatis, neque bonorum, adeunte herede vniuersali, *l. ex facto, & l. quoties, de hered. instit. Bald. in l. Gallus Aquilius in fin. de lib. & posthum. Ang. in §. 1. de hered. instit.*

10 ¶ Instituitur †porro heres in testamento, vt ipse voluntatem defuncti exsequatur, secundum postrema verba finitionis testamenti, *de eo quod post mortem suam testator fieri voluit*, quæ constituunt differentiam inter voluntates vltimas testamenti & voluntates contractus. Cum in testamentis variare liceat & mutare placita vsque ad mortem, quia eorum effectus post mortē tantum est, *l. 4. de adim. lega. l. cum hic status, §. ait oratio, de dona. int. vir. & vxor. l. posteriore, quib. mod. test. infir.* at in contractibus nescit vox semel missa reuerti, & effectum sine retractione statim contractus accipit, *l. in commodato, §. sicut commod. l. sicut, de actio.* Et statim fit creditor & debitor contractu inito, etsi sub conditione in tempus mortis exsecutio differatur, *l. is cui sub conditione, de actio. §. ex conditionali, de verb. oblig.* cum tamen heres non possit in testamentis dici, nisi post mortem testatoris, nec hereditas, *l. 1. pro hered. P. l. 1. de hered. vel actio. vendit. P. l. nihil aliud, de verb. sign. l. hereditas, de reg. iur.* nec qui putat testatorem viuere, adire potest eius hereditatem, *l. heres institutus, de acq. hered. P.*

De Testamentorum distinctione seu diuisione.

Cap. 3.

1 *Testamentorum priscorum tria genera, in comitiis, in procinctu, per as & libram.*
2 *In procinctu testamentum quando fiebat.*
3 *Testamentum per Æs & Libram.*
4 *Testamenta nostra non cognosci ante mortem quare nostra interest, & 5.*
6 *Testamentorum hodie tres species, Solemne, Nuncupatiuum, & Militare.*
7 *Testandi, vt vellent domini facultas restricta.*
8 *Testamentum coram principe factum, vel apud acta, non eget solemnitate. & 9.*
10 *Testamentum amissum probari potest per instrumentum & duobus testibus quomodo.*
11 *Testamentum imperfectum duplici modo, solemnitatis, vel voluntatis ratione.*

1 ANtiquorum †testandi formulæ fuerunt, quæ partim in desuetudinem abierunt, partim immutatę vestigia prisca hodie retinent: aliæ omnino subsistunt. Tria genera testamentorum fuerunt priscis temporibus: vnum, quod fiebat in pace & otio solemne; aliud, quod in procinctu: tertium quod per æs & libram, *Iustin. in §. 1. & 2. de test. in Insti. iur. ciuil. Aul. Gell. li. 15. ca. 27.* In otio pacis, Romanis calatis comitiis, id est, coram populo conuocato per cornicinem fiebat. Iulius Pollux, *li. 8. Οτε δυναμις ἀγοιτ, ἀφι ὑπάρχοι, de magistris equitum,* apud Græcos eundem morem seruatum innuit, dum ait, quatuor species esse concionum, sed primam & præcipuam, qua confirmabantur magistratus, & ibi publicas causas eulgari solitas, hereditarumque partes, & vt ipse scribit κλῆσις περὶ κλήρων.

2 ¶ In procinctu †fiebant, cum viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur: quod antequam gladij cingerentur pugnaturi, fiebant tribus aut quatuor audientibus tantum, vt scribit Plutarchus etiam in Coriola. cum aliis, *Iust. §. 1. de testa. ord. Gellius 15. c. 27.*

3 ¶ Tertium †fiebat per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhiberetur: cum testator è manu sua abdicabat bona sua, & quasi vendebat ei, quem heredem faciebat imaginaria venditione, adhibita libra, & ære abemente dato & adhibito libripende, & quinque testibus puberibus ciuibus Romanis, & eo qui familiæ emtor dicebatur, *d. §. 1. de test. ord.* Ære enim rudi & ponderato in alienationibus priscæ antiquitas vtebatur, *Plin. li. 33. c. 3.* pro pecunia, cuius commercij formula remansit in simulata venditione, quæ alienationem continet per adiunctionem æris & libræ. In titulis Vlpiani, tit. 20. illius testamenti solemnitas apponitur in hæc verba, *In testamento, quod per æs & libram fit, duæ res aguntur, familiæ emancipatio & nuncupatio testamenti. Nūcupatur testamentum in hunc modum. Tabulas testamenti tenens testator ita dicit, hæc in his tabulis cerisue scripta vt sunt, ita do, ita lego, ita testor: itaque Quirites vos testimonium præbetote. Quæ nuncupatio & testatio vocatur.*

4 ¶ Has formulas †aliquando & ius ciuile probauit, idque vt obuiam iretur fraudibus, quibus clam volūtates vltimæ supponi, vel intercipi, vel corrumpi possunt. Sed postea ius prætorū aliam adinuenit formulam testandi, cum prædictæ certis rationibus displicuissent, *§. sed prædicta quidem, de testa. ordin.* Tū quia tutum visum non est adhiberi vltimis voluntatibus tantam hominum turbam, quanta in comitiis aderat. Eueniebat namque, vt publicata palam voluntate testantium proximi, quibusque nihil testamento relictum erat, in contemtum testantiū prouocarentur: & alij qui se nouerant institutos, necem illorum habendæ hereditatis gratia accelerarent.

5 ¶ Interest †quoque nostra, ne secreta rei nostræ familiaris, debita vel onera, secretaue pandantur, *l. 2. quæn. & qui. quar. pars deb. lib. 10. C. l. 2. C. de alim. pupil. præst.* Vt eadem ratione voluerint hodie leges, testamenta viuentium non resignari, vel si resignētur, vel propalentur, pœna imponatur falsi, & alia facientibus, *l. 1. §. si quis tabulas, depositi. in P. l. si quis testamentum, §. 1. ad l. Aquil. in P. l. si quis aliquid, §. qui Sium, de pœn. in P.* Et quamuis omnino secretum non dicatur, quod fit coram testibus, *in l. coram, de verb. sign.* tamen respectu alio, secretum dicetur, quod vulgo notum non est, *l. 1. §. summa cum vilitate, de ijs qui dein. vel effud. lib. 9. P. tit. 3.* Itaque prætorio iure testamenta ita demum rata erant sine mancipatione, si testium septem signacula adhiberentur, *d. §. sed prædicta.*

6 ¶ Tandem †autem iure prætorio cum ciuili coniuncto, & in vnum corpus redacto, testamentorum tres species esse cœperunt vsitatę. Aliud namque testamentum paganicum, aliud militare. *§. 1. de milit. test. ap. Iustin.* Et rursum paganicū, aliud quod scripturam solemnem exigit, vnde solemne dicitur, *§. sed cum*

paulo

Digitized by Google

paul. vlt. de test. nu. aliud quod sine scriptura fieri posset, *§. pen. de hered. & falc. in auth. §. fi. de test.* nuncupatiuum dictum. De quib. postea.

¶ Ex † his antiquæ omnes disponendi maiorum formulæ, & libertas disponendi vt cuique placuisset legibus 12. tabul. cõcessa, *l. verba, de verb. sign.* modum & cancellos recepit, *l. 1. ad l. Falc. P. §. 1. eo. tit. ap. Iustin.* constituta regula rebus, personis, & formæ. Arguuntur & ratione rerum testamenta eorum, qui non vt viros oportebat, sed nimis molliter & remisse fecerant institutiones de vxoribus, eis vniuersarum rerum suarum vsumfructum relinquentes, filiis autem nudam proprietatem, qui interim fame peribant, neve in posterum id fieret cautum est. *§. prohibemus autem, de trien. & sem. in auth.* neue liceret plus quam dodrante legatis donare, *a. l. 1. al l. Falc.* Personis, quæ disponere nõ possent, lex quoque posita, quibus relinqui non posset, vt paulo post dicemus Deo fauente. Et placuit quoque, non cuilibet disponendi formam arbitrio concedere. Quemadmodum Scæuola Iurisconsultus *l. codicillis 91. §. fi. de leg. 2.* non probat nudam voluntatem testatoris declinantem à lege, qui ita disposuerat de suis bonis, *Lucius Titius hoc meum testamentum scripsi sine vllo Iurisperito, rationem animi mei potius secutus, quam miseram & nimiam diligentiam: & si minus aliquid legitime minusue perite fecero, pro insito & legitimo haberi debet hominis sani voluntas.* Et Plato quoque in ea sententia fuit, ne committeretur modus disponendi singulis ex arbitrio. Sic enim scribit, *Pla. 11. de legibus. Multa singuli diuersaque, & inter se & legibus, & viuentium moribus, moribusque suis contraria propere testabuntur, si quis statuet, quodcunque testamentum in fine vitæ conditum fuerit, id omne fore inuiolatum. Stulta enim & abiecta quadam morositate ferme omnes præmuntur, quando morituros se iam arbitrantur, facit §. illud quoque, de trie. & sem. in auth.* Et cum quisque suorum velit esse dominus, moriturus homo. Frequentissime hu verbu vtitur. *Graue nimium inquit est, si Deus si mea mihi non licebit cuicunque velim relinquere, & alii plura, & alii pauciora, prout erga me mihi bonine liquide fuerint inuenti tum in morbo, tum in senio, tum in aliis infortunium meum comprobati. Vnde priscî legislatores, o Clinia, molles fuisse mihi videntur, qui legem scripserunt illam, per quam licet cuique vtunque velit simpliciter sua disponere: quod ego qui leges condo, aliter statuendum censeo & leges disponendi ponam.* Ex quibus video recte abrogatam legem Valentiniani, qui in nouellis statuit, *in nouell. Valenti. tit. 4. de testam.* licere testari cunctis iure ciuili, iure prætorio, per nuncupationem, municipalibus gestis, per testimonium principis & subscriptione conditoris. Et refert se indulsisse Leonio, & vxori eius iucundæ, ius liberorum, id est, vt in eadem carta mutuo se possent in casu, quo alter alteri superuiueret, heredes scribere, *tit. prad. §. fi.* Statuit insuper, valere testamentum per scripturam quam vocat holographem, iure testamenti in quacunque propria manu voluntatē suam ob defectum testium requisitorum solus scripserit, aliquibus adhibitis.

¶ Cæterum † coram principe vel iudice factum, receptum testamentum, & validum habetur. *Omnium*, inquiunt CC. Hónor. & Theodos. *testamentorum solemnitatem superare videtur, quod incertum mera fides precibus inter tot nobiles probatasque personas, etiam conscientiam principis tenet. Sicut ergo securus erit qui acta cuiuscunque iudicis, aut municipum, aut auribus priuatorum mentis suæ postremum publicauit iudicium: ita nec de eius successione inquam tra fabitur, qui nobis medijs & toto iure (quod in nostris est scriniis constitutum) esse succedit, &c.* Idipsum in Galha approbatum fuisse videtur ex legib. Caroli Magni, *in capitula. constit. Carol. Magn. impress. ab Alex. Weissenhorn. cum commentar. Ancopachei. pagi. 64. habetur lex & rubr. de adopt. lib. 2. l. Langob.* Is enim sic statuit, *Qui filios non habuerit, & alium quemlibet sibi heredem facere voluerit, coram rege, vel coram comite & scabinis, vel missi dominicis, qui tum ad iustitias faciendas fuerint ordinati, traditionem faciat.*

¶ Et hoc † proculdubio verum remanet, apud acta coram aliquo iudice testamentum factum valere, perinde si coram principe fieret, & absque testibus, dum tamen reperiatur scriptum in actis curiæ, *per l. omnium, & l. sancimus, ibi vel inter acta manifestauerit. C. de testam.* quia acta in iudicio non requiruntur testes, *l. in donationibus, C. de donat. not. glo. in l. fi. C. de re iudica.* Veruntamen dubitatum est, an omnino nulli testes exigantur, an aliquis numerus, non tamen tantus quantus in testamentis alibi factis. Et hic pugnantes sunt sententiæ, *de quibus vide Guill. Benedict. in c. Raynut. ad verb. testamentum 1. num. 18. & 19. de testam.* Inter quas iudicio meo resoluendum est, requiri testes saltem duos, qui dicant ita coram iudice testamentum factum fuisse: quia & constare de omni facto debet, an factum sit, antequam de viribus quæratur. Nec acta ipsa iudicialia fidem faciunt, antequam constet esse acta iudicialia, test bus duobus viris fide bona electis, *ea. quoniam contra falsam, de probat.*

¶ Et † probatio omnis plena saltem duobus ẽget testibus, *l. vbi numerus de test. P.* Facit & quod traditum est, testamentū probari posse per instrumentum, *ita concludit glo. in l. fin. C. de fideic. & ibi Bart. & plenius in l. heredis, de testa. in P. Guido Pap. ita seruari tradit decis. 331.* probando scilicet casum amissionis eius scripturæ, & eius quod in eo continebatur, si testamentum factum coram septem testibus fuisset deperditum vel subtractū, *Bal. sing. 156. inco. nemo prudens, Boer. cons. 48. nu. 11.* Et hodie remissa est omnis testamentorum solemnitas in testamentis ad pias causas, dum tamen apparet de voluntate perfecta, *idem eo. cons. num. 4. & 5.*

¶ Nam † testamentum duplici modo imperfectum dici potest, & ratione solemnitatis, & ratione voluntatis. Et aliquando vbi constat de voluntate, etiam si solemnitates deficiant, valet testamentum, *docet Boer. decis. 240. nu. 43.* Et proinde quamuis remittatur solemnitas, tamen est probanda voluntas.

De Testamento Solemni & in Scriptis facto.

Cap. 4.

1 *Testamentum in scriptis & solemne quid.*
2 *Testamentum subscribendi formula.*
3 *Subscriptio & signatio in testamento solemni testium requiritur.*
4 *Testamentum in quacunque materia scribi potest.*
5 *Testes testamentarij omnib. actib. testamenti adesse debent. Et idonei censentur habita ratione conditi testamenti, & si postea non sit.*
6 *Signata in testamento reserari non debent, vsque ad apertionem.*
7 *Testamenti tabulæ quomodo aperiendæ.*

TEstamentum † in scriptis antonomasticõs dicitur, quod solemnitate maiore perficitur. De qua sigillatim agitur in l. ad testium, de testa. P. & in l. hac consultissima ar. eo. tit. C. vbi Paul. Castr. ponit 13. requisita ad testamentum perficiendū solemne. Porro Io. Faber *ad §. possunt, de testa. ap. Iustin.* & post eum Chassanæus, *in §. 4. ad ver. illa par son testament valablement faict, nauv. des successions, in consuet. Burg.* quæ hodie in praxi illius testamenti perficiendi sunt, tradunt. Et in summa, qui ita testari velit, debet scribere per se testamentum, si nolit aliquos scire, quid in eo scriptum sit, *l. hac consultissima, de test.* vel per alium, puta secretarium suum, *auth. & non obseruato, eo. C. l. seruus 28. eod. P.* saltem nomen heredis per se vel vnum ex testibus, *§. f. a. his omnib. de testa. l. iubemus 29. & l. nostrum 30. eo. tit. §. quia vero ante, nouell. 119. 2.* Vocare debet testes septem eosque rogare, vt sint testes quomodo hoc testamentum sibi condiderit, *l. 2. heredes palam, §. in testamentis, de testa.* & scripserit, vel subscribat: & si nesciat literas, ottauum adhibere debet testem, qui subscribat, *l. cum antiquitas, C. eod.* In quo videtur corrigi, l. hæc consultissima.

¶ 3. Quando † per se testator subscribet, debet iubere, vt in continenti ie omnes testes subscribant, *d. l. hac consultissima.* Subscriptiones hanc formam habent, primum testatoris. *Ego talis volo hanc cartam testamentum esse meum, & sicut in ea scriptum est, testatus sum.* Subscriptio testium. *Ego talis, Petrus puta Gregorius, vocatus & rogatus in testem ad testamentum talis, quod hac schedula continetur, manu propria subscripsi, & talis signo signaui.* Sic enim Vlpianus tradit, *l. singulos 30. de testam. P. singulos testes, qui testamento adhibentur, propriis distinctis signis annotare conuenit, quis & cuius testamentum signauerit.* Ponuntur subscriptiones in ima parte testamenti.

¶ 4. In † eodem testamento apponuntur sigilla, *vide Boer. in §. 7. in off. mag. de testa. in consue.* Bruneman. singulorum testium, qui se subscripserunt: nam vtrumque subscripsio & signatio requiritur. *Si quis ex testibus*, inquit Vlpian. *in l. ad testium numerum 22. §. si quis ex testib. de testa. P. li. 29. ait. 3. nomen suum non adscripserit, veram tamen signauerit, pro eo est, ac si adhibitus non esset, & si, vt multi faciunt, adscripserit se, non tamen signauerit, adhuc idem dicemus.* Signare, idem explicat esse: quando annulo vel aliquo instrumento habetur characterem, signi fic impressio, *d. l. ad testium, §. signum autem, §. possunt, de testa. ord. ap. Iustin. signatorius, de verb. sig.* Nec interest annulo seu sigillo proprio, seu testatoris vel alterius sig. auctit. *d. l. ad testium. §. si ab ipso. & d. §. possunt.* Sigilla lino debent appendi, quo inuoluta vel plicata clauditur charta testamentaria: vel linteo, quo includitur testamentum. Nam signatas tabulas accipi oportet, etsi linteo, quo tabulæ inuolutæ sunt, signa impressa, id est, additis linis vel cordulis appensa, vel alia clausura fuerint. *d. l. ad testium, §. fi.* Si linteum non adsit, consuetudines admittunt signa in alia materia: vt si testamentum filo, vel alia materia claudatur, *Chass. & Ioan. Faber, in proxime citatis locis.* Quemadmodum & in attestationibus seu depositionibus testium solet imponi ab amanuensi vel iudice supra lini nodū, sigillum.

¶ Neque † interest testamentum fuerit ne scriptum in tabulis, aut membranis aut chartis papyraceis, aliaue materia, *§. nihil autem, de testa. apud Iustin. Vlpian. in l. 1. & 4. de bonorum poss. sec. tabul. li. 37. P. tit. 11. Const. Cæs. in l. quoniam indignum 19. de testam. li. 6. C. tit. 23.* aut quibus literis, dummodo ne notis scribatur, quod prohibitum est, *l. sed cum patrono 6. §. fi. de bonor. poss. P. §. 1. de testam.*

Digitized by Google

perf. in auth. Nec quoque refert, quo idiomate fiat, cum omni sermone & Græco & Latino & alio idiomate exprimi testamentaria voluntas possit, l. quoniam indignum, & l. hac consultissima, §. fi. C. de testam. facit l. 1. §. fi. de verb. oblig. P. nec obest, nocte vel die dispositisse, d. l. ad testium, §. posse. l. non minorem, C. de transact. Requiritur nihilominus, vt istæ solemnitates continuo actu adhibeantur, & vno contextu, nullum alienum actum à testamento, imm: scendo, l. heredes palam 21. §. fi. de testa. P. d. l. hac consultissima, §. final.

5 ¶Testes adsint, donec suprema contestatio peragatur, l. qui testamento, 20. §. fi. de testa. P. Illique sint idonei tempore quo signarunt, quamuis mortis tempore non sint idonei, d. l. ad testium, §. 1. l. 3. de testibus. P. aut saltem exigitur vt tempore testamenti pro idoneis habiti vulgo sint, l. 1. C. de testa. §. sed cum aliquis, q. ap. Iustin.

6 ¶Sed † & exigitur, sigilla, clausaue à testatore non reserantur: nam si quid ex testamento mutare placuerit, ex integro omnia facienda sunt, l. heredes palam, §. si quid, eod. P. Et si signata, turbata sunt ab ipso testatore, non videtur signatum, d. l. ad testium, §. si signa. Et videtur testator mutasse voluntatem. Si tamen casu fortuito, vel alio modo inconsulto, incisa vel turbata fuerint, non obest testamento l. nostram 30. C. de testam. l. 1. §. si linum, & §. si rosa, de bon. poss. secun. tab. P.

7 ¶Et † ita fere eadem obseruatione in aperiendis, ac in claudendis tabulis testamenti vtuntur. Et, cum ab initio aperiendæ sunt tabulæ, inquit Vlpianus, l. 4. quem. testa. aper. li. 29. P. tit. 3. prætoris id officium est, vt cogat signatores conuenire, & sigilla sua recognoscere, vel negare, vt ait Paulus, l. vel negare 5. eo. Si modo præsentes sint. Nam si quis ex signatoribus aberit non longe in alterius territorio, mitti tabulæ debet testamenti, vbi ipse sit, vti agnoscat. Caius in l. sed si quis ex signatoribus 7. eo. Et si maior pars signatorum fuerit inuenta, poterit ipsis interuenientibus resignari testamentum, & recitari, l. sed si maior 6. eod. Et si quis se neget sigillum suum agnoscere, non ideo quidem minus aperiuntur tabulæ: sed alias suspectæ fiunt, d. l. 1. §. fi. eo. Quod si, inquit Vlpianus, l. si in duobus 10. §. 1. eod. suo natura tabulæ patefactæ sunt, apertum videri testamentum non dubitatur. Hodie testamentorum aperiendorum alia est formula, vt interpellato iudice & eius auctoritate, honestis viris conuocatis aperiantur, & si opus sit postea obsignentur, leg. 1. & 2. Cod. eod. titul. iuramento prius exacto de calumnia ab eo, qui petit inspiciendi & describendi testamenti potestatem, leg. 3. Cod. eod.

De Testamento Nuncupatiuo.

Cap. 5.

1 *Testamentum solemne difficulter effectum sortitur.*
2 *Nuncupatiuum testamentum quid.*
3 *Imperfectum testamentum sine solemnitatibus.*
4 *Testes septem iure communi in testamento nuncupatiuo, vt in solemni, adesse debent.*
5 *Testamentum inter liberos duobus testibus sustineri potest quomodo, & in eo qua alia obseruanda. nu. 6. 7. 8. & 9.*
10 *Parentes non succedunt filiis ex minus solemni voluntate.*
11 *Scriptura reperta in arca patris instituens liberos sine testibus, quando faciat testamentum validum inter liberos.*
12 *Testamentum inter liberos etiam minus solemne conditum, non reuocatur posteriori, nisi solemni & expresse.*
13 *Testamentum ad pias causas quomodo minus solemne valeat: & in fauorem etiam relictum laicis, in eo. nu. 15.*
14 *Legitima non relinquitur necessario filiis titulo institutionis in testamento ad pias causas.*
16 *Ingredientis religionem testamentum minus solemne valet.*
17 *Testamentum coram principe factum non eget solemnitatibus. Idem si apud acta.*
18 *Necessitas dispensat in solemnitatibus testamentorum.*
19 *Testamentum militare solutum legibus communibus.*
20 *Testamentum secundum consuetudinem loci, vbi testamentum fit.*
21 *Testes duo iure pontificio, cum presbytero parochiæ, testamento sufficiunt. Num in Gallia, & alibi, ad pias causas idem.*
22 *Testium adhibendorum testamentis Leonis Cæsaris sanctiones.*
23 *Testes in omni vltima voluntate saltem 5. requiruntur, in testamentis septem.*
24 *Testamentorum nuncupatiuorum solemnitates communes cum solemnium ritibus.*
25 *Testamenta nuncupatiua quare scribantur.*

1 DIfficilis † cum sit testamenti perfectio, frequentior est vsus nuncupatiui: potissimum, cum metuendum sit, ne testamentum factum tanquam solemne, in quo tamen solemnitates requisitæ omissæ sunt, vllo iure valeat; nec tanquam testamentum solemne, quia illud factum non est: nec tanquam nuncupatiuum, vel iure codicillorum, quia ita valere non voluit, *facit l. 1. de iure codici. in P. hoc expresse resolut in l. ac si certe Iul. Clarus li. 3. sentent. iuris in §. testamentum, q. 4. num. 2. post Bart. in l. final. de iure codicil. P.*

2 ¶Nuncupatiuum dicitur testamentum, quod sine necessitate scripturæ fieri potest à testatore, præsentibus septem testibus simul vnoque tempore collectis, coram quibus nominat seu nuncupat heredem, quem sibi delegit & instituit, & reliqua suæ voluntatis exponit, *l. hac consultissima, §. per nuncupationem, l. in testamentis 26. l. habemus 29. de test. §. fi. eod.* Plinius, *lib. 14. cap. 22. testamenta sua alij nuncupant*, id est, viua voce quid de rebus suis fieri velint declarant. Et Vlpia. *heredes*, inquit, *l. heredes palam, 21. de testamentis, P. palam, ita vt exaudiri possint, nuncupandi sunt. Licebit ergo testanti heredes vel nuncupare, vel scribere: sed si nuncupat, palam debet nuncupare. Quid est palam? non vtique publicum, sed vt exaudiri possit: exaudiri autem, non ab omnibus, sed à testibus. Et si plures fuerint adhibiti, sufficit solemnem numerum exaudire.*

3 ¶Testamentum †hoc non solemne, respectu solemnitatis requisitæ in testamento, quod de essentia habet scripturam, & alia, de quibus præcedente capite actum est: verum respectu formæ suæ obseruandæ, solemnitates habet quasdam, & solemne secundum illas, & imperfectum si non adhibeantur, dici potest. Nam & in hoc testator, & qui instituitur, debent esse idonei, item testes.

4 ¶Et † hi numero 7. secundum generalem regulam, & vt sint rogati, *d. l. heredes palam, §. in testamentis*, qui factionem habeant testamenti, *§. testes autem eo. apud Iustin.* non sint mulier, *l. qui testamento, §. mulier. de test. P. vbi gloss. in ver. poterit, admittit, in codicillis tantum.* impubes, *d. §. testes autem. l. 3. §. pen. & l. inuiti 19. de testib. P.* seruus, *d. l. qui testamento, §. seruus, l. in omnibus 135. de reg. iur.* furiosus, *l. furiosi 41. eod. d. l. qui testamento, §. ne furiosus.* mutus, *l. 1. quemad. test. aper.* surdus, *l. 1. §. 1. de postul. P. l. 1. quemad. test. aper.* cui bonis interdictum est, *l. fides ei abrogata, l. is cui 18. de testa. d. l. furiosi, de regul. iur. l. 1. de cura. furio. P.* intestabilis, *d. l. is cui §. fi. & lege cum lege 26. de test.* Qui testamento heres instituitur, in eodem testamento testis esse non potest: quamuis diuersum in legatario, & herede scripto, *leg. qui testamento, eod. P. §. sed neque, eod. apud Iustin. l. dictantib. Cod. eod.* Nec qui in potestate est testatoris, puta filius fa. *d. l. qui testamento, & d. §. sed neque.* Septem testes requisiti: de substantiali forma esse dicuntur, *Bart. in l. nemo potest. l. opposit. de legib. l. & ibi Ripa, nu. 28.* iure & solemnitate ciuili.

5 ¶Numerus † testium iure communi, vt dixi, septenarius est: dispensat tamen interdum huic numero, vel fauor, vel necessitas, vel consuetudo. Fauor namque interdum liberorum minuit numerum, vt in testamento à patre inter filios condito imperfecte ratione iftius solemnitatis, requiruntur tantum duo testes, *glo. in dict. auth. quod sine, C. de testa.* imo fœmina in eo testamento esse potest testis, *glo. in d. auth. Decius, in l. 2. nu. 31. de regul. iur.* nec exigitur testes esse rogatos aut notarium, *gl. in l. §. in verb. excepto testamento. C. de codicil. Deci. consi. 610. nu. 2. Iason. consi. 68. li. 2. consi.* Quod intelligendum est, quando testamentum imperfectum est ratione extrinsecæ solemnitatis, & alia persona mixta non est voluntati paternæ, *hac consultissima §. ex imperfecto, de testam.* & si ea est in fauorem filiorum: alioquin si testamentum imperfectum sit ratione voluntatis patris, & solemnitatis intrinsecæ, puta, quia plane non constet de eius mente, nō sustinetur illud testamentum, *sic intelligit, §. ex imperfecto glo. in l. si quis cum testamentum 25. de test. quam sequuntur docto. Iul. Clarus, li. 3. sentan. §. testamentum. q. 9. & Paul. Cast. ad d. §. ex imperfecto, nu. 3.* vel quia iniuste disposuit. *vide Boerium, decis. 240.* Tunc enim verum est, testatorem magis cæpisse, quam fecisse testamentum, *d. l. qui 25. de testa.* Fauor autem liberorum facit, vt voluntas quælibet ex arbitrio distribuentis bona filiis sustineatur, & à iudice probetur etiam in non diuisis, *l. inter omnes, C. famil. ercisc. l. si cogitatione, & l. quoties, eo. C. l. sed & si eo. P.*

6 ¶Quamobrem † si pater in ea minus solemni voluntate prætereat filium aliquem, & testamentum ex eo corruat, non potest defendi ex §. imperfecto, l. hac consultissima, C. de testam. Testamentum enim tunc corruit ratione substantiæ per præteritionem, non ratione solemnitatis, *l. si filius, 7. iuncta glo. in ver. rumpatur, de lib. & posth. Guil. Bened. in c. Raynutius, in ver. testamentum 1. num. 76. & 89. de testam. Et inter cetera, quæ ad ordinanda testamenta necessario desiderantur*, inquit Caius, *l. inter cetera 30. de lib. & post. principale ius est de liberis heredibus instituendis vel exheredandis, ne præteritis illis rumpatur testamentum.* Et nullum sit, *simile in l. cum apud hostes. eod. in l. si quis enim in fine de vulg. §. 1. de exher. liber.* Quamuis, si ratione solius præteritionis iure nouissimo statuente testamentum paternum rumpatur, legitime & ex septem testibus peractum, non rumpatur, nisi quantum pertinet ad institutiones: cetera autem firma maneant, *auth. hæc caussa. de liber. prate. §. aliud, & §. seq. & §. sine igitur, §. & hæc, vt cum de appell. cognos. in auth.* Præterea esset contra iuris regulas, vt §. ex imperfecto, qui fauore liberorum constituit, contra filios. *l. quod fauore, C. de legib.* retorqueretur.

¶ Quin-

Digitized by Google

7 ¶ Quinimo † concludunt interpretes, vt valeat testamentum imperfectum inter liberos, requiri relictum in eo alicui ex filiis, vt relinquatur titulo institutionis: alioquin non admitti. *Refert plures interpr. Iul. Clarus, lib. 3. senten. qu. 8. num. 6. Consentit Guil. Bened. in repet. ca. Raynutius, in ver. testamentum 1. num. 72. & seq.* Sunt & alia, quæ considerantur in hoc testamento minus perfecto valido inter liberos, quæ fuse explicat Guiliel. Benedictus in ca. Raynutius. in ver. testamentum 1, à num. 72. vsque ad num. 90. de testa. Nico. Boer. in decisio. 240. & 24. num. 5.

8 ¶ Quæ † omnia intelligenda sunt de filiis naturalibus & legitimis, sine distinctione sexus patris & matris. At si de naturalibus tantũ agatur, quatũ ad matrẽ pertinet, filij naturales eodẽ iure, ac legitimi & naturales vtũtur, *§. nouissime, ad Orfic. §. sed si suspecti ne inoffi. testam.* nisi mater esset illustris, *l. si qua illustris, ad Orfici. C.* vel natus is esset ex damnato coitu, *authen. ex complexu de incest. nupt. C.* Sed si instituatur à patre, vel linea paterna: rursum distinguitur, an relinquatur illi testamento solemni, aut nuncupatiuo. In primo casu debet obseruari forma subscriptionis, iuxta authen. si modo. C famil. ercisc. & auth. quod sine. de testam. Et tunc valet testamentum, licet testamenti solemnitas non adhibeatur. Et ita intelligenda authen. de testam. §. ex imperfecto. Et si solemnitas subscriptionis scripturæ non adsit, deficiente quoque alia iuris solemnitate, corruit testamentum. Quod si testamentum fuerit nuncupatiuum, non subsistit inter naturales, tantum minus solemne & imperfectum. Et ita resolu it & plura adnicit Guiliel. Bened. in c. Raynutius, in ver. testamentum 1. nu. 83. 84. Copiosè etiam Boerius quæst. 240. nu. 12. 13. 14. 15. Iulius Clarus li. 3. sent. iuris, §. testamentum, quæstio. 12. nu. 1. 2. 3. 4. quos vide si egeas.

9 ¶ De † legitimatis porro, dubium non est Chassanæo, *in §. 5. ad verba, quand le prestre bastard. num. 7. titul. des successions des bastards, in coniuct. Burgun.* quin inter legitimos testamentum minus perfectum valeat, ac inter naturales & legitimos. Et hic tamen fauor liberorum potius, quam parentum inspiciendus.

10 Nam † quamuis eadem pietas in successione ascendentium & descendentium videatur, *l. nam & si parentibus de inoffi. test. P.* tamen sicut ex testamento imperfecto succedunt filij parentibus, non possunt ex minus solemni voluntate filiorum succedere parentes, *Guill. Bened. in d. ver. testamentum, num. 85. & Boer. 240. nu. 220.*

11 ¶ Testes † ergo duo in testamento nuncupatiuo sine scriptis facto inter liberos, sufficiunt, ex §. ex imperfecto. At si de scriptura facto quæratur, illud notandum est, quod quotidianum vsum habet, inuentam post mortem patris in arca eius, vel alibi apud notarium, vel alium, schedulam seu chartam scriptam & subscriptam manu propria eius, qua contineatur eius dispositio, diuisioque bonorum inter filios, etiam sine testibus factam, & si se ei nõ subscripserint, sequendam esse, iuxta auth. quod sine. de testa. C. dummodo apposita sit dies. *Bal. in d. auth. quod sine. de testa. C. nu. 4.* & extense sine notis pater suam descripserit voluntatem. Idem si pater non scripserit, sed ab alio scriptam subscripserit, *Paul. Castr. cons. 93. li. 1.* dummodo subscribendo dicat, esse suum testamentum. *Iul. Clar. li. 3. sent. §. testamentum. q. 14. nu. 4.* Si autem nec scripta, nec subscripta sit à patre inuenta schedula, nihil efficitur: nisi ea subscripta à liberis sit, quia tunc valebit iure contractus inter illos initi, *Idem, eo. nu. 6.* Late de hac quæstione schedulæ repertæ in arca testatoris Guil. Bened. in cap. Raynut. in ver. testamentum 1. nu. 87.

12 ¶ Tanta autem est vis huius testamenti inter liberos etiã minus solemnis, vt alio sequenti posteriore non censeatur reuocatum, nisi in posteriori reuocatorio obseruentur plene iuris solemnia: & expresse reuocari prius testamentum, dictum sit in secundo, *auth. hoc inter liberos, de testa. C.*

13 ¶ Rursum † fauor piæ causæ solemnitates testamenti remittere dicitur: quod eius gratia cum duobus testibus admittitur, *c. relatum de testa.* Pluribus rationibus & doctorum & legum probationibus firmat Guid. Bened. in d. verbo, testamentum 1. num. 57. & seq. dummodo imperfectum non sit ratione voluntatis, vt disputat Boerius, in dec. 93. nu. 10. puta, si non habeat formam, ex qua fides aliqua possit adhiberi, vt disputat Iul. Clar. li. 3. sententiarum, §. testamentum, q. 7. Si tamen habeat aliquam probationem, valebit: quamuis etiam solo nutu testatoris voluntas eius constaret, *d. glo. in c. cum tibi, de testa. Cor. in l. iubemus, nu. 23. de test. & ibi Alex. nu. 3.*

14 ¶ Et † tantus est hic fauor, vt etiam in testamento, in quo pia causa instituitur, non requiratur, vt legitima relinquatur filiis titulo institutionis. *Bart. in l. 1. num. 62. de sacrosanct. eccles. C. Alexand. in l. inter cetera, numer. 4. de liber. & posthum. Paul. consil. 194. colum. fi. in 2. volum.* quia hæc solemnitas iuris est omnino ciuilis, & in hoc testamento iuris ciuilis solemnitates non considerantur.

15 ¶ Sed † & illud singulare est, vt quando in testamento, minus solemni, quo pia causa instituitur, extraneo alicui relinquitur, valeat non solum testamentum, sed quod in eo scriptum est debeatur etiam aliis laicis relictum, *Sal. in auth. Chassa. nu. 7. de sacros. eccles. C. Guill. Bene. in d. ver. testamentum, nu. 69. vbi refert similes plures Docto.* Quia ex quo sustinetur principalis institutio, reliqua quæ in testamento scripta sunt, sustineri debent: quod tamen negatur in testamento inter liberos, d. §. ex imperfecto. Huic ego sententiæ subscribo, dummodo fraus nulla detegatur, & ne prætextu religionis ansa fuerit data decipiendi succedẽtes ab intestato. Sed hæc consideratio ex peristasibus negotij relinquenda est iudicio iudicis.

¶ Fauore † quoque religionis, sine solemnibus recipitur testamentum factum ab eo, qui ingreditur religionis ordinem sacrũ, *§. illud, de monach. in auth. Panor. in c. in præsentia, de prob. per illum text. c. l. 15. Guil. Bened. in d. ver. testamentum, nu. 53.* 16

¶ Fauore † quoque & priuilegio principalis auctoritatis, iam diximus remitti solemnitates in testamentis factis coram principe, & apud acta, *l. omnium, C. de testa.* 17

¶ Necessitas † porro solemnitates à iure ciuili præscriptas sæpe mutat, vel tollit, potissimum in testium, nu. veluti, si agatur de testamento cæci, quod 8. exigit, *l. hæc consultissima. C. qui testa. fac. non poss.* Vbi penuria est hominum, vt ruri, quinque in rusticis testamento sufficiunt, *l. fi. C. de testa.* Hocque prorogant ad alias personas & loca, vbi plures haberi non possunt, ex similitudine rationis, *vide Guil. Bened. ad d. ver. testamentum 1. nu. 12.* puta, si testator peste tactus, si belli causa quis fugerit, *idem Bene. eo. nu. 13. & 14. Bal. in l. fi. C. de testam.* Existimant enim tunc sufficere quinque testes, *hæc disputat Boer. decis. 2. nu. 8. 9. 10. 11.* Quæ vera existimauit censura senatus, si modo ciuitatem populus vel curia eius dereliquerit, & aer corruptus fuerit, aliter minime. Fidem facrunt duo, placita curiæ supremæ Parisiensis, vnum 3. Februarij, 1530. & aliud 7. Februarij, 1525. vt refert Papus, *lib. 2. Rapso arest. tit. 1. arc. 1.* Testamentum autem iuro hoc necessitatis factum etiam conualescente ægroto, & periculum euadente valebit, si in ea voluntate testator decesserit, vt Boerius ait, *vbi sup. nu. 12.* Sed Guido Pap. si cum duobus testibus & curione fecerit peste ægrotus, nec moriatur intra annum, sed conualescat, iuratã tradit, *Guid. Pap. decis. 543. nu. 3.* 18

¶ Ad † necessitatem † simul & priuilegium, militare testamentum, quod solutum est regulis iuris communis, *l. 1. de milit. testam. P. l. milites, Cod. eod.* pertinet, de quo postea, Deo fauente. 19

¶ Consuetudo † porro, & lex municipalis seu leges principũ, omnibus præscriptis solemnitatibus præferuntur, *l. si non Specialis. C. de testa.* Et proinde generaliter statuendum est, & solemnia & testes adhibendos esse testamentis, secundum morem regionum vbi fiunt, *Petr. de Ferra. in for. liber. quando petitur hered. ab intest. in gio. vallatum legitur numeri, Guid. Pap. latè. q. 262. Bal. in l. citãtos populos, §. col. & ibi Bar. 11. colum. de sum. Trin.* 20

¶ Quia † ex his iam ius alteri quæsitum est, *facit l. si fundus, de euict. l. 1. de vsur. ex ratione, § si vero præter hæc, de tabel. in auth.* Iure pontificio sufficiunt duo testes cum presbytero paroch. *ca. cũ esses, de testam.* Atque Ioan. Faber, *in l. 1. de sum. Trin. vide Boer. q. 93.* existimat in Gallia sufficere solemnitatem, ca. cum esses, de testa. inter liberos, vel ad pias causas condito testamento, & proculdubio in aliis, in terris ecclesiæ. Sed & Guido Papæus *decis. 543.* refert sæpe vidisse iudicari, testamentum validum factum à peste affecto, secundum c. cum esses. Consentiunt etiam alicubi municipij, leges aliter tamen Tholosæ, aliter Lutetiæ, aliter alibi condendum est. Verum in Gallia illud obseruandũ, presbyterum non posse officio tabellionis fungi: & proinde non posse excipere testamentum, vt constitutione regia, & Senatusconsulto placuit, *Boer. q. 242. nu. 4.* 21

¶ Leo † Imperator dispensauit sua constitutione testium numero, hoc modo, *in constitut. Leo. nou. 41* ἐξεῖναι τοῖς ἀφ' ὑψηλοῦ διὰ πίστιν τῶν μαρτύρων κυρώσαι τὰς διαθήκας· ἐὰν ὦσι πρόσωποι ἕξ ἢ ἑπτὰ, ἐναντίως τῶν ἄνω ἢ τῶν διὰ τελείων νόμων, id est, vt in ciuitatibus quinque: in viculis vero & agris tres testes, ad testamentorum fidem sufficiant. Et alibi, *in constitut. Leo. 40.* permittit disponere sine scriptis, vel cum scriptura, captiuis cum quinque vel tribus testibus. Item alibi, *eo. 42.* subscriptionem testium non exigit, nec signacula, ad validitatem testamenti. 22

¶ Hæc † omnia tamen ius Codicis Iustiniani auctoritate editum, alio modo, vt dictum est, reformauit, & voluit saltem, in omni vltima voluntate quinque testes adesse, *l. fi. C. de codicil.* in testamento septem. 23

¶ Non † immorabor in aliis solemnitatibus seu requisitis in nuncupatiuis testamentis, quæ communia sunt cum solemnibus: puta, quod vno contextu fieri debeant seu continuo actu, *iuxta l. heredes palam, §. fi. de testa. P. leg. cum antiquitas. Cod. eo. quid continuus actus, in l. continuus de ver. obl. P.* rogatis, præsentibus & audientibus testibus, *d. l. hac consultissima, §. per nuncupationem, 9. & d. l. heredes palam.* Scribuntur, autem istæ voluntates nuncupatoriæ, non pro necessaria solemnitate, sed ad probationem & fidem diuturniorem, vt alij actus legitimi, *l. contrahitur, de p. & gno. P.* 24

¶ Debentque † hic testes esse bonæ fidei, & famæ, & quales in aliis actibus probationem tantum facere notatur. Si tamen

Digitized by Google

habeantur tales quo tempore adhibentur, quamuis infames vel incapaces, reipsa sint, fauore vltimarum voluntatum probant, *l. 1. C. de testa. gloss. fi. in l. cum lege. eod.* P. & monachi mendicantes, *Geo. Natha, in repe. §. ex imperfecto nu. 181. l. hac consultissima, C. de testam. Iul. Clar. lo. 3 testamentum. q. 55. nu. 7.* & alij, exceptis illis, qui instituuntur in eodem testamento vniuersaliter, & filiis qui in potestate testantis sunt: etsi, si alius testetur, pater & filij adhiberi possint, *l. qui testamento, §. mulier.* nisi mulier sit, quæ reiicitur, De notario adhibendo, vide Guid. Pap. dec. 543.

De Militari Testamento.

Cap. 6.

Lib. 2. Instit. tit. 12. Lib. 29. P. tit. 1. Lib. 6. C. tit. 21.

1 *Militare testamentum vnde dictum, quid sit, eius priuilegia, quo priuilegio in castris, & extra castra dispones vtantur diuerso, nu. 2. 3. 4.*

5 *Testamentum militare post annum à missione expeditionis non valet.*

6 *Testamentum filiæfam. militis de castrensibus non iure militari, sed communi extra expeditionem fieri debet.*

7 *De Castrensibus tantum in expeditione damnatus crimine militari miles disponit.*

8 *Filiusfam. miles de castrensibus disponit, & 15.*

9 *Miles, etsi priuilegiatus de alienis non disponit.*

10 *Testamentum militare pro parte valere potest, sine iure accrescendi, supra dodrantem legatur.*

11 *Miles qualis esse debet, qui iure militari testamentum condere possit.*

12 *Quando & quomodo inutile ante expeditionem factum, in expeditione firmetur.*

13 *Captus ab hostibus nec iure militari disponit.*

14 *Impubes nec iure militari testari potest.*

16 *Militare testamentum nullam formam à iure, sed ex arbitrio militis habet.*

17 *Militare testamentum duo exigit, 1. vt constet militem ita voluisse in expeditione, 2. vt ita condidisse appareat: & ideo duo testes necessarij saltem.*

18 *Militaris testamenti alia priuilegia, effectus, & rationes priuilegiorum, nu. 19. & 20.*

1 TErtia †species testamentorum est militum, à quibus militare appellatur, quod & paganico opponitur, *l. ius nostrum, de reg. iur.* Paganum quamuis à Plinio, id quod ad rusticos pertinet, dicatur: vt pagana lex, *Plin. li. 28. c. 2.* Videtur species nuncupatiui testamenti, sed quod priuilegio donetur, aliam classem sequitur, *Caius, l. 2. de milit. test.* P. & imaginem retinet eius, quod priscis temporibus fiebat in procinctu.

2 ¶ Testamentum † militare itaque est voluntas vltima, quam declarat miles in expeditione, quoquo modo potuerit, secundum priuilegia iure sibi concessa, *hæc finitio probatur, ex §. 1. eo. & l. 1. eo. P. & latius ex seq. & l. milites 15. C. eo.* Quare tot diuersitates videntur esse testamentorum militarium, quot formulæ cõdendi permissæ.

3 ¶ Nam †& miles pro parte testatus & pro parte intestatus decedere potest ex priuilegio, quod paganis denegatur, *l. ius nostrum 7. de reg. iur. in P. §. non autem, & §. fi. de here. instit. l. si miles vnum ex fundo 6. de milit. test. P.* & ad tempus heredem instituere, *l. in fraudem 16. §. miles, & l. miles ita heredem 42. de milit. testa. P. l. certi iuris est 8. C. eod.* vel perfecte, vel iure communi, *l. eius militis, §. militia missus. l. idemque erit, §. eo. tit.* simpliciter per nuncupationem, aut scriptura, vel in clypeo, vel in vagina, vel gladio, literis sanguine suo rutilantib. aut in puluere, *l. milites in expeditione 15. de milit. test.* C.

4 ¶ Disponunt milites † de bonis suis castrensibus, & non castrensibus, sed distinctione adhibita. Nam duo priuilegia sunt militibus concessa in caussa testamentaria: vnum patresfa. respicit, aliud filiosfa. Item latius priuilegium testandi in procinctu, quam extra expeditionem. In expeditione condenti testamentum, dispensatio ad necessitatem, & temporis angustias, & penuriam experitorum hominum, seu Iurisperitorum refertur, vt condant quomodo tunc possint, *d. l. milites.* Aliud priuilegiũ, quod extra expeditionis necessitatem conceditur militibus alibi exsistentibus, puta in hybernis, ad fauorem militiæ refertur maxime.

5 ¶ Proinde † paterfamil. qui potestatem habet disponendi de omnibus bonis suis, & iure communi testari debet: nisi in expeditione sit, quamuis in hybernis sit, non potest quoquo modo disponere, *dict. §. 1. de milit. testam.* Neque in expeditione factum testamentum, post annum quo militia missus est, testamentum militare valet: si intra illum non fuerit mortuus, *§. sed hactenus, eo. l. quod dicitur, & l. quod constitutum, eod. P. l. Papinianus 8. §. Papinianus, de inoff. test. P.* Oportetque adhuc illam missionem esse honestam, non ignominiosam, *l. testamenta eorum, de mil. test. P.*

6 ¶ Atque ita Iust. in priuilegium quod indulgentia principum datum erat militib. vbicunque degentibus, præter formulam antiquam eorum, qui tantum disponebant in procinctu, restrinxit ad eos, qui in expeditione essent. Ceteris vero, qui extra expeditionem in æstiuis, vel hybernis, vel apud se degerent reseruauit quidem priuilegium testandi de castrensibus bonis, licet filiisfa. sint, seu de peculio castrensi. ea tamen lege, vt non iure militari, sed communi disponere tenerentur, eadem obseruatione in eorum testamentis adhibenda, quam in testamentis paganorum adhiberi placuit, *l. pen. C. de testa. milit. §. 1. eod. ap. Iustin.*

7 ¶ Nisi † in expeditione damnati sint patresfa. crimine militari, nam tunc permittitur illis disponere tantum de castrensibus, & intestatis succedit in aliis fiscus iure proprio, *l. & militib. nostris, 13. C. eod.* Et tunc permissione illi concessa iure quoq; militari in illis disponit castrensibus, si delicto sacramenti fidem non ruperit, *l. ex militari, 11. de mili. testa. P.* hoc est, si non obstante crimine, adhuc tamen sacramento militari inuiolato miles dici possit.

8 ¶ Ergo † miles filiusfamilias, ratione istius priuilegij, recte testabitur ex formula iuris communis de castrensibus bonis, nõ de aduentitiis, *l. pen. qui test. fac. poss. C. l. fi. C. de coll. l. pe. de testa. in P. §. 1. quib. non est permi. fac. test.* Et vt ait Iuuenalis *Satyr. fi.*

> *Solis præterea testandi militibus ius*
> *Vsuo patre datur: Nam quæ sunt parta labore*
> *Militia, placuit non esse in corpore census,*
> *Omne tenes cuius regimen pater.*

9 ¶ Disponit † miles, iure militari tantum, & exemplo paganorum, de bonis propriis, non alienis, neque alienum ius minuere potest, *l. cum filiusfa. miles, 29. l. ex militari. §. fi. & l. milites enim, 12. de milit. testam. l. milites etiam, eo.* P. Ideo fundum dotalem perperam legat, prohibente lege Iulia alienationem. *l. dotalem, 17. eo.* nec in fraudem creditorum amplius, quam vnum seruum heredem necessariũ facere poterit, *l. in fraudem plane 16. eod. P.* Sicuti nec is qui iure communi testatur, *l. qui soluendo, 60. de hered. instit.* P. Quia priuilegium non debet alicui nocere, *l. nec anus, de emancip. liber. C. leg. 2. §. si quis à principe, ne quid in l. pub.* P.

10 ¶ De † suis porro in parte testari, & in aliis intestatus, vt dixi, decedere potest. Et ideo singulari iure militari aliquem instituendo ex fundo, in reliquo præsumitur voluisse intestatus decedere, *l. si miles vnum, 6. & l. si duobus, 38. de militar. testament.* P. Nec habet locum ius accrescendi, *l. 1. & 2. C. de test. mil. l. si filius quis patri 42. §. Papinianus, de bon. liber.* P. Contra quam in paganorum testamentis receptum sit, *l. 1. §. si ex fundo, de hered. instit. P. cum sim.* Quamquam si per quotas diuersis hereditatem reliquat, intelligatur in illas quotas voluisse hereditatem suam diuidere, & ita intestatus non fit pro parte, *l. 3. C. de testa. milit.* Potest & supra dodrantem legare, neque ideo locum habebit Falcidia: si quid tamen legauerit, vel fideicommiserit supra vires patrimonij, minuitur, *l. in testamento 12. C. eo.*

11 ¶ Persona † militis, qui disponit, consideratur, vt is iam sit in numeros & ordinem militum allectus cinctus, vel statim cingendus, extra tyrocinium, *l. ex eo tempore 43. & l. filiusfamil. 44. de milit. testa.* vere miles armatæ militiæ, non scriniarij vel notarij militum, *l. scriniarios 16. C. eod.* Nisi & quidam castra sequantur necessario, & hostili terra degentes, eodem mortis periculo, & pugnandi necessitate teneantur. Tunc enim & illi, communicato priuilegio eorum, qui rempublicam defensuri sunt eodẽ iure vtuntur, etiam si sacramento militari non fuerint constricti, *l. fi. de milit. testa. P. l. 1. de bon. posse. ex testa. milit. P.*

12 ¶ Quando † enim quis in militia decedit, videtur quodammodo tunc, quæ non militaria sunt, iure militari firmare, si eo tempore aliquid addiderit testamento prius facto cum paganus esset, vel si id legi tunc fecerit vel signauerit: nam tunc fit ex paganico, etiam minus solemni, militare, perfectum & ratum, *§. sed & si quis, de mil. test. apud Iustin. l. idemque 9. l. in fraudem, 16. §. testamentum, l. tribunus militum 21. §. 3. de milit. test.* P.

13 ¶ Qui tamen † in hostium venit potestatem captus, nec iure militari testari potest, *l. facere 10. eodem* P. nec communi, *l. eius qui apud hostes, de testam.* P. quia hostium seruus factus, *§. 2. de iure pers. l. hostes 24. de capt. & postl. remer.* P. & incapax factionis actiuæ testamenti.

14 ¶ Requiritur † item in eo, qui iure militari vult disponere, vt egressus sit ætatem impuberem: quia indignum visum est temporibus, eum, qui nondum stabilem mentem adeptus est, propter priuilegia militum, sapientium hominum iura pertractare. Et in tam tenera ætate, ex tali licentia, parentibus forte suis, vel aliis propinquis nocere, propriam substantiam extraneis relinquendo, *l. fin. & l. si Rufinus 4. C. de testa. mil. 30. §. 1. de mili. testa.* P. *l. 3. de manum. test.* P. Extra hanc ætatem pupillarem, & surdus, & mutus, milites iure militari testari possunt, cum & nutu illis

licear

Digitized by Google

liceat hereditatem suam relinquere, §.quinimo,de milit. testam.l. 4.eod.in P.

15 ¶ Nam † obest, vt diximus, potestas paterna huic testamento militari : ideoque si miles, qui sui iuris est, & in expeditione testamentum condiderit, se in arrogationem vel adoptionem dederit, testamentum eius irritum non fit, sed valet, vt eius quoque, qui exsistens in potestate condiderit, & emancipatus postea fuerit, §. denique etsi, eo. l. miles filiusfa. 23. & l. idem est, & l. si paterfam. 24. eo.P.l. 1.§. sed si filiusfamilias de bonor. poss. secun. tab. P.

16 ¶ Quamuis † testamentum iure communi factum,capitis minutione tollatur,§.alio.§.non tantum, quib.mod.test. infi. De formula & modo testamenti militaris, non est quod dicamus:cum dictum sit,nullam constitutam fuisse,l.si à fratre suo 14.C.de testa. milit.Faciant, inquit Vlpianus,l.1.de milit.testa.l. in fraudem 16.§. sicut.eo.tit.P.l.milites.C.eod.testamentum milites quomodo volent, faciant quomodo poterunt, sufficiatque ad bonorum suorum diuisionem faciendam,nuda voluntas testatoris. Id est,voluntas sine solēnitate. Et Papinianus, l.miles si testamentum 36.& l. eius milites 55. §. fin. de mil.testa.P.militis testamentum sola perficitur voluntate. Quomodocunque eam expresserit, vel literis, vel etiam nutis intelligibilis, Lucius Titius 41.eod.

17 ¶ Itaque † animaduertendū est hic constare debere non obstante omni priuilegio : primum, an voluntas aliqua fuerit militis, quæ dicitur voluntas eius:nam non omne quod à milite dictum est, voluntas erit testamentaria : vt si dicat ioco commilitoni, ego te heredem facio, tibi omnia mea bona relinquo. Serio enim hæc nisi dicantur, non faciunt institutionem, l. diuus Traianus 2. de milit. test. P. §. plane, eod. tit. apud Iustin. 2. Dum constat voluntatem seu testamentum esse, inquirendum est, an illa voluntas, illudve testamentum fuerit illius militis, de cuius successione agitur, an vero suppositum fuerit, d. l. diuus, & l. Lucius Titius & d. §. plane. Idcirco duo saltem testes necessarij sunt, vel qui dicant militem ita disposuisse, g'o. in l. 1. in ver. nudas de milit.test. tunc, si de his constet, & quod factum in expeditione, & si intra annum de eo postea agatur, iam ratum erit. Nec metuendum est à querela inofficiosi, qnæ contra illud mota non irritat,l.si.C.de inof.testa.

18 ¶ Et † potest filium, si sciat se habere,præterire miles,leg.sicut certi 9.de testa.milit. C. & filio emancipato & exheredato pupillariter substituere,leg.miles ita heredem, §.exheredato. de milit. testa.P.Sed ne substit. militari Deo fauente alibi, in substitut. & hereditatem dare etiam in codicillis directo, l. milites, eod. tit. P. quæ omnia iure priuilegij permittuntur. Quemadmodū quando illis permittitur heredes instituere deportatos, & eos fere, qui testamenti factionē non habēt:exceptis seruis pœnæ,l.neque enim 14.§.deportati,de milit.testa. P. & aliis,quorū institutionem lex eis specialiter prohibuerit,l.ex testamento militis.C.de test.milit.Vt apud Triphoninum Iurisc5s. Mulier,in quam turpis suspicio cadere potest, nec ex testamento militis aliquid capere potest, vt Adrianus rescripsit, l.miles ita heredem 42.§.mulier,de milit.testa.P.l. mulierem, de his quib.vt ind. P. l.2.de donat.inter vir. & vx.C. Nec tutorem ei, qui in aliena potestate est, miles dare potest, d §. mulier.& l.cum filiusfamilias 29.de milit.test.P.l.2.de test.tut. P.l.impuberi, de admin.tut.P.

19 ¶ Effectus † testamenti militaris est, qualis ex testamento alio valido sequi solet,aditione facta, in excipiendis & mouendis actionibus debitorum & creditorum, legatariorum & fideicommissariorum,l.si certarum 18.§.Iulianus,l.si à milite 30 in prin.& §. edictum,de milit.testa.P.

20 ¶ Rationes † porro horum priuilegiorum principaliter sunt. Prior suadet remitti militibus iuris solemnia in condendo testamento, ob nimiam militum imperitiam, quam vocant aliquando leges simplicitatem,§.1.eod.l 3.C. eod. l.1. eod. P. milites enim magis arma, quam leges scire expedit ciuiles, l.fi.C.de iure delib. Secunda, quia quamuis sciant solemnia requisita milites, tamen locus hostilis & necessitas vrgens pugnandi, non patitur nec permittit illa illos adhibere : sæpe enim miles animam efflans, testamentum incipit, scribit, & non perficit, morte præuentus,l.milites, C.de test.milit. Et maritus, cum in ipsa acie donasset ciuitate cohortes Camectum,idque aduersus leges factum esset: vere tamen & egregie se excusauit, inter armorum strepitum se iuris ciuilis leges exaudire non potuisse,Val.Max. lib.5.c.1.Postrema, fauor est militiæ, & reipublicæ. Qui enim se pro republ.deuouent, digni sunt vt cum iam vltimum vale pro reipub.defensione dicunt, aliquo priuilegio donentur testandi. l.milites C.de loca. Et qui in vno grauatur, in alio releuari debet,reg.iuris,secundum naturam.

De quibus Testari possumus. Cap. 7.

1 *Testari de quibus liceat,& seq.*
2 *Ecclesiastici fructus beneficiorum cuius sint, & quibus dispensandi.*
3 *Testari num possint mero iure clerici.*
4 *Beneficia ecclesiastica successionis hereditariæ non debentur.*
5 *Restitutioni subiecta non possunt in testamentum grauati venire.*
6 *Aliena res quomodo relinqui vel legari possit.*
7 *Testamenti relicta & mandata debent esse secundum ius, & bonos mores.*

COmmunis † in omni specie testamentorum est quæstio, de quibus rebus testamentum fieri possit,quæ iure institutionis relinqui,quæve mādari & statui possint. Et ideo paucis hæc quoque,& summo digito,indicabimus: de omnibus suis rebus mobilibus & immobilibus & nominib.testari quemlibet posse, nisi aliquo iure prohibeatur. Duo sunt in perficiendis actibus necessaria,voluntas & potestas,l.multum interest,C.si quis alt. vel sibi. Et in vltima efficaci voluntate,oportet testatorem & velle, & posse quod velit:possumus autem,quod natura,facto,iure possumus,vt contra,dispositio testamentaria non admittitur de eo, quod natura & impossibilitas facti,& iuris respuit. Hereditas successio est de eo,quod defunctus habuit, l. hereditas, de reg. iur.l.nihil aliud.de ver.sign.P.neque plus iuris transferri potest in successores,quam defunctus habuerit,l.nemo plus iuris, & l. nemo plus commodi,de reg.iur.l.traditio.de acq.rer.dom.P. 1

¶ Quare † nemo iure testari poterit de rebus ecclesiasticis, 2
vel ex ecclesia,pendente sua administratione quæsitis,ca.1.de testa.ca. 1.de pecul.clerico.auth.licentia,de episc.& cler. C. ca.nulli dubium,c.nulli fixum,12.q.5.potest tamen secundum receptum morem testari beneficiarius ecclesiasticus de fructibus perceptis ex suo beneficio,secundum glos.in c.fin. de offi. ord.in. in Sex. quam ibi sequitur Io.Andr.existimans sacerdotes esse beneficiorum possessorum vsufructuarios.Quod tamē improbat Panormitanus & tantum vsuarios ratus,neque de fructibus disponere iure posse pluribus docet,Pan.in c.1.& fin.de pec.cler. & in c.cum esses,de test.Cuius sententiam lubentissime comprobo, tāquam conuenientem diuinis & humanis sanctionibus. Neque puto in rebus ecclesiasticis curioni,vel priori vel antistiti quippiam aliud ex fructibus beneficii deberi,præter victum & vestitum:reliqua esse pauperum,ministerio diuino mancipanda. Habentes,inquit D.Paulus,alimenta & quibus tegamur, his contenti simus,1.ad Cor.6.Sunt canones,qui prohibeant expi esse antistitibus res ecclesiæ in proprios vsus conuertere. Et primum quidem,ex rebus suæ ecclesiæ,sibi & suæ ecclesiæ seruientibus,esse necessaria subministranda,reliqua quæ supersunt, fidelibus ministranda,c.res ecclesiæ,c.nulli,c.si primatum 12.q.1.c. de præ.Hæc fuit prima intentio eorum,qui vendiderunt propria bona, & obtulerunt Deo & ecclesiæ apostolicæ,vt communicarentur & diuiderentur singulis,prout cuique opus erat,Actuum 4. c.pontifices,12.q.3.Et ideo bona ecclesiæ, bona pauperum dicuntur, ca.aurum,c.gloriæ episcopi 12.q.2.Quinimo Diuus Augustinus tradit,clericum præfectum ecclesiæ, si patrimonium aliunde habet,nihil ex ecclesia retinere debere sibi commissa, tanquam procuratorem,D.Augustin.ad Bonifac.cuius sent.refertur in c.fi.12. q.1.Quod & in canonibus apostolorum erat cautum, vt episcopus,ita demū pro necessariis ecclesiæ bonis participaret. Quod si ex aliqua causa iusta, propria retineret, à sumtibus ecclesiæ abstineret,c.præcipimus,c.ex his,ea.q.Et de fructibus ecclesiasticis idipsum expressum inuenio in concilio Antiocheno, ca.35. retatum in ca.episcopus 12.q.1.Episcopus ecclesiasticarum rerum habet potestatem ad dispensandum erga omnes qui indigent,cum summa reuerentia & timore Dei, participet autem & ipse quib.indiget, si tamen indiget:tam suis,quam in fratrum,qui ab eo recipiuntur necessariis vsibus pro futuris,ita vt nulla qualiber occasione fraudetur,iuxta sanctos apostolum sic dicentem, habentes victum & vestitum, his contenti simus.Quod si contentus his minime fuerit,conuertat autem res ecclesiæ in domesticos vsus & eius cōmoda,vel agrorum fructus,non cum presbyterorum diaconorumque conscientia pertractet,sed horum potestatem domesticis,aut propinquis,aut fratribus filiisque suis committat, vt per huiusmodi personas occulte res lædantur,synodo prouinciæ pœnas iste persoluat,&c.Proinde in concilio Athenienſi,in ca.episcopi, de rebus 12.q.1.ca.1.ca.cum in officiis,cap.adhæc,de testa.de istis testari vel contemplatione ecclesiæ quæsitis eos non posse, sic statutū est. Episcop. de rebus propriis vel acquisitis,vel quicquid de proprio habēt, heredibus suis,si voluerint derelinquāt:quicquid vero de prouisione suæ ecclesiæ fuerit,siue de agris,siue de fructib.siue de oblationibus,omnia in iure ecclesiæ seruari censuimus.In cōcilio Carthaginensi,4.c.placuit 12.q.3.c.relatū,in 12.c.quia nos 9.de test.Placuit,vt Episcopi,presbyteri,diaconi,vel quicunque clerici,qui nihil habentes ordinantur, & tēpore episcopatus vel clericatus sui agros & quæcunque prædia nomine suo comparant,tanquam rerum dominicarum inuasores,crimine tenentur : nisi admoniti eadem ecclesiæ contulerint. Si autem ipsis proprie aliquid liberalitate alicuius, vel successione agnationis euenerit, faciant inde quod eorum proposito congruerit. Non enim iustum est, vt ecclesia,quæ susceperit extraneum,efficiat in alieno diuitem, & in suo retineat fraudatorem, c. sacerdotes 12.q. 4. ¶ Possem † & hic disputare, neque nunc aliquomodo testari posse 3

Digitized by Google

episcopos, vel curiones, vel ecclesiasticas personas, quæ se triplici voto Deo adstrinxerũt, paupertatis, castitatis, & obedi ętię, *nos de istis votis diximus in person. ecclesiast.* si diaconi, subdiaconi, presbyteri fiant maxime paupertatis, cuiuscunque sint ordinis clericalis, & nominatim propriis renuntiant, si tales esse velint, quales se dici volunt, *c. non dicatis, c. expedit, c. scimus, ca. nolo, c. habebat* 12. q. 1. Nec enim ad excusationem pertinet, quod dicunt, vota monachorum esse: nam monachi, clerici olim non erant, *c. generaliter* 16. q. 1. *glo. in c. à subdiacono* 93. *dist.* Et clericis tamen episcopis & aliis, renuntiatio propriorum, professio paupertatis imposita est: potissimum in ecclesia occidentali orthodoxa. Nam in orientali aliquando propria habere cõcessum iis, qui ex cõiugio ad clericatus & pręposituras ecclesiasticas transferebantur, vt filios & vxores, quibus antea onerati erãt, ex propriis retentis alere possent. *c. præcipimus* 12. q. 1. Scio tamen aliam fuisse sententiam glossarij, ad c. clericos 12. q. 1. Vbi duplici diffugio quærit excusationem in peccatis, scil. in ecclesia primitiua olim hoc fuisse verum, ac si dicat, hodie nequaquã, & laicos quoque propriis renuntiasse. Item, inquit, iura quæ loquuntur, vt clerici renũtient propriis, loquuntur de cõsilio. Quę omnia mihi non probãtur. Nam scimus quidẽ & laicos aliquos, vt sequerẽtur perfectionẽ à Deo prædictam, *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes & da pauperibus*, sponte sua vẽdidisse, & ad pedes Apostolorum retulisse, & aliis quidem recte de consilio dictum est, vt si vellent, venderent: non autem hoc illis lex faciendi posita. Quod expressum est à D. Petro, Actuum quinto: *Anania cur tentauit Sathanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto & fraudare de pretio agri? nonne manens tibi manebat, & venundatum erat in tua potestate.* At clericis, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum eorumque discipulorum imitari propius instituunt, maxime vita communis, seu in communi sine proprio necessaria, vt ait D. Clemens, epist. 4. *c. dilectissimus* 12 1. q. 1. & D. Ambr. libr. de fugâ seculi, *c. duo sunt, ea. q.* Quod autem hoc sit præceptum istis clericis & non consilium, & quod is, qui proprium habere voluerit, sit à clero pellendus, vide ex D. Augustin. ca. certe ego sum 12. q. 1. Sed plura dicere supersedeo, ne moueam bilem aliquorum: viderint alij quid sentiant. Hoc mihi tamen verius videtur, nulla inuidia cuiusquam tactus & si velint curiones, ecclesiasticæque personæ sibi permitti de propriis retentis seu obuenientibus disponere, saltem abstineant ab ecclesiasticis, iuxta c. illi autem 12. q. 1.

4 ¶ Ceterum, † quemadmodũ de bonis ecclesię permissum non est testari, multo magis nec de ipsis beneficiis possessis, quæ hereditario iure vel successionis non deferuntur, *c. 1. de succes. præb. c. episcopo. in 1. & 2. c. plerique c. Moyses. & c. apost. 8. q. 1. c. præsentium, c. conquerente, c. ex transmissa, de fil. presbyt. ca. consuluit, de iure patron.* Et si qui pontifices fuerint ex voluntate decedentium subrogati, illud factum est, vel ex auctoritate superioris, priuilegio concesso, Vt *concessum Moguntino episcopo. in c. petitisti. 7. q. 1.* vel consensu eorum, qui electionem habent, non ratione electionis, sed per modum deliberationis & prouisionis, *vt in c. si transitus, 79. dist. & in c. si Petrus 8. q. 1.* Et fuit aliquando tempus, quo dominus ex successione voluit deferri Sacerdotium, *Num. c. 3.* vt quãdo sibi delegit tribum vnam Leuitici generis ad seruiendum in tabernaculo, & Aaronis filios, *Exod. 28. 29. Leuit. 8.* & Phinees & posteros ad sacerdotiũ, *Num. c. 25.* Sed postea idẽ dominus, cum impij filij ex bonis patribus generarentur, protulit hanc sentẽtiam contra Heli sacerdotem, *1. Reg. c. 2. loquens loquutus sum, vt domus tua, & domus patris tui, ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum. Nunc autem absit hoc à me. Sed quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles, &c.* Tradunt iura etiam, *§. 1. de defenso. ciuit. in auth. §. simile modo, quibus mod. tut. fin. l. fi. de tute. & rat. distr. P.* administrationes, quales sunt beneficiorum solicitudines, non transire in successores, sed morte exstingui, vtpote officia personalia, in quibus electa industria personæ, quæ aliis non communicatur, *inter artifices, c. 5. de soc. P.*

5 ¶ Ea quoque quæ lex maiorum vel statutaria defert proximioribus necessario post mortem alicuius non possunt testamento distribui, vt subiecta restitutioni, *auth. res quæ, c. comm. de leg.* vt regnum, quod proximiori per genus defertur, *c. grandi, de supp. negl. prælato.* Nec potest testator auferre, quod lex alicui defert, *arg. leg. si arrogator, de ado. P.* Et si testamento deferatur, quod quis alicui reddere tenebatur, nihil de suo tradidisse videtur, *in l. vnum ex familia. §. 1. de leg. 2. l. 2. de lib. & eor. libe.* Videndus est, §. præterea, de prohib. feud. alien. in vsib. feud. gl. & Hostien. in ca. licet de voto. Et quomodo in hac regnorum successione sit consuetudo sequenda, videnda gl in c. Moyses 8. q. 1. in c. grandi ibi: *iure regni*, de suppl. negl. præl. in Sex. Consuetudo enim cum pro lege habeatur, *l. nam & consuetudo, l. de quib. l. diuturno, de leg.* non dubium est hac, veluti ex lege, modũ succedendi adiici posse, *§. 1. de eo, cui liber. cauf. bona addic.* & solam vim legis deferre successionem, *§. 1. de legi. agna. succes. tit. de senat. Tertull.*

6 ¶ In † summa, heres in rebus alienis institui non potest non secus quam de tertij hereditate pactum fieri non potest, *l. fi. de pact. conuen.* Et si admittatur legatum de re aliena, & heredis in testamento, fieri posse id dicemus, non quidem in præiudicium domini, *c. filius, de testam.* sed vt emamur per heredem à domino, & vendere sponte velit, vel eo nolente, æstimatio persoluatur, *l. cum alienam rem. C. de leg. §. non solum, eo. tit. ap. Iust.* Quod tamen idem non est, ac heredem facere de rebus alienis, cum nemo alteri testamentum faciat, neque heredem: excepto filio pupillo, cui singulari iure pater testamentum facit *c. 1. §. fi. de testa. in 6. l. 2. de vulg. l. Papi. §. sed nec impuberi, de inoff. test. in P. §. 1. de pupil.* vt furioso exemplo pupilli, *l, humanitatis, C. de impub.*

¶ Insuper † ea, de quibus voluntatem suam testator explicat, 7
quæve fieri iubet, debent esse secundum bonos mores & honestatem. *Nam quæ facta laedunt pietatem existimationem verecundiam nostram, & vt generaliter dixerim*, inquit Papinianus, *l. filius qui fuit in potestate 15. de condictic. institit. P. quæ contra bonos mores fiunt, nec facere posse credendum est.* Et Modestinus, conditioni non esse parendum ait eius, qui ea conditione heredem instituit, *Si reliquias eius in mare abliciat. l. quidam in fuo, 27. eod.* Sic cum quidam scripsisset in testamento, vt formosissimæ duę mulieres, quas in dominio habebat, alius item, vt impuberes digladiatori dimitterentur, populus editis iis gladiatoribus tantam iniuriam atque inhumanitatem non æquo animo tulit, quinimo hanc testantium voluntatem irritam esse voluit, iussitque, *Athenæ. libr. 4. cap. 17.*

De Qualitate personarum, quæ testari possunt.

Cap. 8.

Lib. 2. Instit. tit. 12. Lib. 28. P. tit. 1. Lib. 6. C. tit. 22.

1 *Testatoris qualitas in primis consideranda in Testamentis condendis.*
2 *Testamenti factio duplex.*
3 *Testamentum qui non possint condere, ob nullam, corruptam, vel non liberam voluntatem, & sequentib. 5. 6. 10.*
4 *Filiusfam. de quibus testari possit, & quomodo ad pias causas.*
7 *Obsides an testari nunc possint.*
8 *Monachi an testari possint.*
9 *Ecclesiasticæ personæ de quibus testari possint.*
11 *Vltimo supplicio damnati, carceribus perpetuis addicti, & excommunicati an testari possint, num. 12. 13.*
14 *Intestabiles ex consuetudine & testabiles qui fiant. Et quis infamis non testetur.*
15 *Vsurarius manifestus, bannitus, & deportatus quando testari possint. & 16. 17.*
18 *Intestabilem esse, & testari non posse, quomodo differant.*
19 *Confiscatio bonorum non porrigitur ad ea, quæ postea acquirit damnatus.*
20 *Testamentum muti, surdi, cæci quando valeat.*
21 *Cæcus cum duobus testibus disponit inter liberos.*
22 *Testari non impediunt vitia corporis, dummodo mens sana sit.*
23 *Peregrini num testari possint.*
24 *Alienigenæ in Gallia non testantur de quæsitis, nisi affiliati.*
25 *Prouinciæ & ciuitates, quæ habent in Gallia ius regnicolarum.*
26 *Testamentum nec per nuntium, nec per procuratorem, nec per aliũm fit.*

IAm † in testamentis res, de quibus testamenta fieri possunt, 1
vel non possunt, explicatę sunt: nunc de personis ad testãdum idoneis agendum, & postea quæ harum partes & de forma disponendi, vt deinceps quæ instituì possint doceamus. *Si quæramus*, inquit Caius, *l. si quæramus 4. de test. P. & ibi gloss. 1. annot. 13. quæ iure communi testari prohibentur, an is valeat testamentum, in primis animaduertere debemus, an is qui fecit testamentum, habuerit testamenti factionem: deinde, si habuerit, requiremus an secundum regulas iuris ciuilis testatus sit.*

¶ Factio † testamenti duplex, actiua, id est, posse testari: & passiua, 2
id est posse testamento institui, *§. testamenti, de hered. quali. & diff. l. filiusfa. 16. de testa. P.* Hic de actiua agendum quam habere dicuntur, ij quibus expresse prohibita non est. Prohibentur autem iis, qui nullam habent voluntatem, & qui habent sed habent vel corruptam, vel pendentem ex aliena, nec liberam, vel à lege impeditam.

¶ Ob † nullam voluntatem seu nullum iudicium, prohibentur testari pupillus, & impubes, ante 14. annum completum in masculis, 12. in fœminis, *l. qua ætate. eo. §. præterea, de quibus non est permi. fac. testa.* quia nullum eorum animi dicitur iudicium, vel voluntas rationabilis, *l. cum prætor. §. non autem, de iudic. P. leg. 1. § impuberes. de fal. mo. C. l. pupillus, de reg. iur. P.* Item furiosus non testatur extra dilucida intervalla, *c fi. de test. l. furiosum, qui test. fac. non poss. C. §. item furiosi, & §. furiosi, quibus non est permissum fac. testa. P. leg. in aduersa 17. de testam. P.* eadem ratione, quia mente careat. Ob corruptam mentem inhibetur dispositio prodigis, quibus interdicta est bonorum suorum administratio: quod tamen interdi-

ctione

Digitized by Google

ctione vetustius habu erint testamentum, hoc valebit, §. *item prodigus, quibus non est per. fa. testa. l. is cui, lege bonis 18. de test. P.* Abrogata itaque est constitutio nouella Leonis 39. περὶ τοῦ μὴ δύνασθαι τοὺς ἀσώτους τὰ ἑαυτῶν διοικεῖν, in qua permittebatur prodigis necessarios, seu proximos heredes instituere, aut pauperibus distribuere: sicut & res suas probe gerere. Estque communis interpretum approbata sententia, neque pupillum, *Bart. in l. 1. num. 18. C. de sacrosan. eccles.* Panor. *in rubr. de testam. num. 9. Guil. Bened. in repe. c. Raynutius, ad ver. adiecta impuberi, num. 68. vbi adfert rationes. de test.* neque prodigum, *Bald. ad l. 1 num. 17. de sacrosc. eccles. Alex. cons. 182. num. 6.* neque furiosum etiam ad pias causas, *Barto. ad d. l. 1. nu. 16. de sacr. eccles. C.* testari posse. Ratione non liberæ voluntatis, qui in alterius potestate sunt, testamentum condere non possunt. Velle enim non creditur, qui alterius imperio obsequi cogitur, *l. velle. de reg. iur.*

4 ¶ Ita † filiisfamilias testari prohibitum, in aduentitiis & propriis. *l. senium. §. fin. & l. pen. qui testam. fac. non poss. C. l. qui in potestate, de test. P. §. 1. quib. non est permis. fac. test.* etiam si in illis pater non habeat vsumfructum, *Ang. Paul. Alex. in d. l. pen. C. qui testa. fac. non poss.* & quamuis pater ei permittat, *l. tam is. §. 1. de don. caus. mor. P. d. l. qui in potestate.* nisi de castrensibus, vel quasi castrensi. quæ sibi omnino quæsiuit, *in l. pen. & fi. C. qui test. fac. non poss.* Et quamuis æquitate canonica, cum patris assensu filiusfa. de aduentitiis ad pias causas iudicari possit, *ca. licet, de test. in 6.* tamen hoc non in testamenti formula, sed alia vltima dispositione fieri posse traditum est, *glo. Ioan. And. ad d. c. licet, in ver. iudicare.* forsan vi donationis causa mortis, quæ ex consensu patris à filiofam. fit, *in l. tam is, §. 1. de dona. caus. mor. P.* Quo fit illud notabile, vt si in vltima voluntate illa ad pias causas à filiofamil. facta, legata fiant aliis personis, legata non debeantur & adiiciantur perperam, nec tamen accrescant piæ causæ, sed reseruentur venientibus ab intestato, *Alexan. Salycet. Bald. in l. senium, in fi. C. qui testam. face. poss. Iul. Clar. lib. 3. sent. in ver. testamentum. q. 5. nu. 8. Bened. in c. Raynutius, ad ver. testamentum, 1. nu. 69. per textum, in l. mulieri, & Tiro, de cond. t. & demost. P.* Seruus item, cum suæ voluntatis & liberæ non sit, testamentum sibi condere non potest, *le. si filiusfamilias 19. de testa. P. ad c. illud. c. vlt. voluntas 13. q. 2.* Neque seruus

5 † heredem habere potest, *l. seruus commu. de succes. C.* Quia nec is velle creditur, qui obsequitur imperio domini, *leg. velle. de reg. iur. P.* Nihilque possidet vel sibi acquirit, de quo disponere possit, nec suum habere potest, *§. item vobis, per quas person. nob. acquir. l. etiam inuitu, de acquir. rer. dom.* Incapax quoque eorum, quæ iuris ciuilis, *l. quod attinet. de reg. iur.* sunt, quorum sunt testamenti condendi solemnia, *l. 3. de test. P. l. si non speciali. & l. testandi. C. eod. tit.* Excipit Vlpianus, *in titulis, tit. 20.* seruum publicum populi Romani, qui ex semisse testari poterat. Et Leo Imperator seruis suis & in posterum seruis Imperatoris, ex arbitrio testari permittit, in constitutione nouella 38. ἐπεὶ οὖν τοὺς βασιλικοὺς οἰκέτας ἔξεστι τῶν οἰκείων οὕτω καὶ ζῶντας τὸ τῆς διαθήκης ἐπιτελεῖν καὶ τὸν βίον καταλύσαντας. Seruis † proximi sunt, qui de statu suo libertatis dubitant, quia nec ij testamentum iure faciunt, *l. qui testamento 13. & l. de statu suo 14. de testa. P.* Neque si conditum sit, heredes eorum adire hereditatem possunt, quamdiu de statu incerti sunt, *l. heres institutus, de acq. her.* exceptis militibus, & veteranis, *l. ex militari, §. fin. de milit. test. l. Aristo. de cod. P.* Eadem prohibitionis lege testamentum facere prohibentur captiui, qui serui hostium sunt, *l. eius qui apud hostes. de test. P. §. eius qui apud hostes, quib. non est permis. fac. test.*

7 ¶ Huius † generis & obsides sunt, *l. obsides, de test. P.* quia & isti inter captiuos annumerantur, & dominium rerum suarum amittunt, *l. diuus, de iure fisc. P.* Ceterum Leo Cæsar, nouella 40. eo quo nunc excussæ sunt volumine, & secundum Cõstantinum Harmenopulum 25. *lib. 5. Prom. iur. c. 1.* permittit testamentum captiuo, illudque valere apud suos contributos statuit: primum inquit, quod ita æquius visum fit, ne afflicto detur afflictio: Neue 2. à suis bonis, tanquam ab alienis appelletur, & à dispensatione eorum, quæ labore acquisiuit, reiciatur. Item 3. vt proximi, filii & alij promtius impellantur ad eum liberandum, quem sciunt in fauorem alterius posse disponere, alioquin negligentes quod ab intestato ad se venturam hereditatem putent. Et 4. ne inimici eius heredes ei fiant, quem nec aspicere dignarentur. Ideo concessit, vt possint testari in presentia quinque vel saltem trium testium, sine scripto, vel cum scriptura: dummodo illi iuramento illius esse voluntatem asseuerent. Nisi in fauorem hostium disponant: quo casu vult testamentum esse irritum. Hodie inter Christianos non fiunt captiui vel obsides serui & hostium: ideo ius testandi illis ademtum non est. *Panor. in rubri. de testa.* Qui à latronibus capiuntur, vel à pyratis, *l. hostes sunt, 24. de cap. & postli. reuer. P.* seu seditiosis, *l. si quis ingenuam 24. §. in ciuilibus, eod.* cum quibus ius belli indictum non est, serui non efficiebantur eorum: & proinde capti poterant testari, *l. qui à latronibus, de testa. P.*

8 ¶ De monachis † porro, cum distinctione responsum est: ante ingressum religionis licere cuique alioquin non impedito de bonis suis libere disponere, §. *illud, de monach. in auth.* etiam non seruata iuris solemnitate, *Bart. in auth. si qua mulier, num. 7. vers. ex hoc dico, C. de sacrosan. eccles. Decius, cons. 31. num. 3.* Nec rumpitur testamentum cõditum ingressu religionis, si testator dum illud conderet, cogitauit de ingressu, & aliquid institutionis nomine monasterio, quod ingressurus erat, reliquit, si capax successionis illud erat: quamuis etsi nihil reliquerit, sustineri testamentum prius communis sit opinio, *Bart. in d. auth. si qua mulier, nu. 8. Ripa, in l. si vnquam, q. 35. nu. 49. C. de reuoc. don. nat. iuxta d. §. illud, de monach. in distinct. loquente.* Quod si ante ingressum religionis quis testatus esset, non cogitans de ingressu, & postea ingrediatur: per ingressum rumpitur testamentum, si monasterium sit capax successionis, atque monasterium loco filii est, & dummodo ingrediendo quis se & bona sua dedicauerit expresse monasterio, non aliter, *Bart. ad d. auth. si qua mulier, num. 7. Imola in c. 1. nu. 11. de testa.* Sed Iulius Clarus hanc opinionem procedere ait, quod pertinet ad institutionem, cetera autem firma remanere & præstanda, *Iul. Clar. lib. 3 sent. in §. testamentum, q. 28. nu. 4. per auth. ex causa, de liber. præt.* At si post ingressum & ante professionem tempore nouitiatus velit quis testari, potest, quamuis eo decedente ab intestato pendente hoc tempore, ei succedat monasterium si capax sit, non proximi, *Ideo Car. eod. num. 6.* Quod si post professionem religionis quæratur, num testari possit, respondetur, nihil sibi residuum facere monachum professum paupertatem, sed se & sua monasterio consecrare, si vtique capax sit successionis & possessionis immobilium, *auth. ingressis, de sacrosc. eccles. c. quia ingredientibus 19. q. 3.* & ideo non posse testari, quia nihil habeat, *c. 2. de testa. ca. non dicatis 12. q. 2.* imo nec velle nec nolle, quia propriam voluntatem eiurauit, *c. fi. de testa. in 6.* Leges tamen permittunt ingredientibus religionem, & post ingressum circa filiorum, quos in seculo reliquerunt, partes, voluntatem adiicere, iuxta formam auth. si qua mulier, de sacrosc. eccl. C. vnde colligunt, testamẽtum ante ingressum factum reuocari in illis tantum casibus, in quibus licet illis testari inter liberos iuxta præd auth. si qua mulier.

9 ¶ In clericis † autem prælatis, & beneficia ecclesiastica habentibus, num testari possint, breuiter distinguũt: de patrimonialibus posse disponere, siue habuerint ante clericatum siue post, dummodo contemplatione vel ex fructibus ecclesiæ non obuenerint, *ca. nulli 12. q. 5. ca. ae Syracusana 28. dist. c. de testa. auth. licentiam, & auth. prohibitum, C. de episc. & cler.* De fructibus beneficii collectis quoque recte disponere pluribus placuit, *glo. in c. præsenti, §. porro, in ver. reseruari, de offic. ord.* Et ita sententia hæc obtinuit.

10 ¶ Quid † autem nos de illa sentiamus, in præcedenti capite exposuimus. Quia etiam non sunt suæ potestatis deportati, & in metallum damnati, testamentum facere neque ẽt, *l. eius qui apud hostes. §. 1. de testam. P.* Interdixit & Tyberius Cæsar testamentum facere iis, quibus aqua & igne interdictum esset. *Dio Cass. lib. 57. histo. Rom.* Arnoldus Ferronus, in commentariis ad §. 15. titul. de testamentis, in consuet. Burdegalen. lib. 2. tradit etiã damnatos perpetuo ad triremes, seu remiges ex Regis voluntate tantum testari, arg. l. si quando, de inoffi. test. C. Alioquin non, cum sint pœnæ serui, l. eius qui. de testa. P.

11 ¶ Damnati †, vltimo supplicio & capitali crimine, serui pœnæ efficiuntur, *l. qui vltimo supplicio, de pœn. P.* vt ad bestias, ad ferrum, in metallumque damnati libertatem amittunt eorumque bona publicantur: vnde apparet amittere testamenti factionẽ, *l. eius qui apud hostes, 8. §. fin. de testamen.* & si quod ante fecerint, irritum esse, vt respondit Vlpian. *l. si quis filio 6. §. irritum, de iniusto rup. irrit. fac. test.* nisi appellatum à condemnatione sit, & pendente, indecisaue prouocatione testamentum fiat, & moriãtur, *l. qui à latronibus 13. §. fin. de test. P.* Quemadmodum si quis post accusationem in custodia fuerit defunctus indemnatus, testamentum eius valebit, *l. si quis 9. eod.* nisi post mortem sententia bona adimantur, vel publicentur, vt in criminibus accidit, quorum vindicta post mortem pœnam accipit, *in l. ex iudiciorũ, de accus. in P.* vel si reus mortem conscientia criminis sibi consciuerit, *l. si quis filio exheredato, §. eius qui, de iniust. rup.* Iure tamẽ Codicis & Nouellarum libertas damnatis ad mortem non adimitur, *nouel. constit. 22. de nupt. §. deportati, vnde sumta est, auth. sed hodie, de don. inter vir. & vxor. C.* nẽque omnium bona publicantur, *auth. bona, de bon. dam.* Sunt & consuetudines in Gallia quarundam prouinciarum, ex quibus bona damnatorum non deferuntur fisco: & proinde in illis criminibus, in quibus bona non publicantur, ademta reis & damnatis ad mortem non videtur potestas testandi.

12 ¶ Vnde † pendet decisio quæstionis, num damnati ad perpetuos carceres possint testari, alioquin perdifficilis solutionis. Siquidem Parnerm tanus, *in Rub. de test. num. 4. Bertrand. consi. 194. nu. 2. lib. 1. & 2. par.* in laico putat prohiberi testamentum: Iulius Clarus negat, *lib. 3. sentent. §. testamentum, quæstio. 23. num. 1.* quod hæc pœna non sit iuris ciuilis, sed iuris pontificii. Ego tamen dico, crimen, ex quo imponitur pœna carceris, esse considerãdum, num fiat ex eo publicatio bonorum, vt tunc non possit testari: si vero non publicentur, possit.

13 ¶ Idipsum † censeo dicendum in excõmunicatione, vt si causa eius adimat bona, & publica sit excommunicatio, prohibeat testamentum. Et ita intelligenda glos. in capit. decernimus, in ver. testificando, de senten. excommun. quæ adimit testamen-

Digitized by Google

tum: contra, si non publicentur ex eo bona, & excommunicatio sit occulta. Et ita audio sententiam eorum, qui dicunt testamenti factionem excommunicato non negari, *vt Abbas in rubr. de testamen. num. 3. Barbat. in cap. quia ingredientibus, colum. fin. de testam.*

14 ¶ Porro † auctoritate legum & consuetudinum, & qui habent plenam vel liberam voluntatem, & sui arbitrij sunt, intestabiles aliquando fiunt: vel veluti, si ob carmen famosum quis damnetur, *l. in cui lege 28. §. fin. de testa. in P. l. ob carmen. de testibus. P.* Et ita infamis ex causa, quæ adimit testamentum, intestabilis dicetur: non autem ex quacunque infamia, *Bart. ad d. l. u cui, §. fin. Panor. in rubr. de testam. num. 8.*

15 ¶ Iure † etiam pontificio, vsurarius manifestus non potest testari: nisi prius præstita sit cautio pignoratitia vel fideiussoria de restituendis vsuris, vel ipso facto restitutæ sint, *c. quanquam, de vsur. in 6.* Quod si condiderit iam, non prius sortietur effectum, quam cauerit eius heres, & cum illud sine præcautione, nullum fit: tamen conualescere dicunt data cautione, *Alexan. in l. Gallus. §. ille casus, num. 8. de lib. & posthum. Felin. in c. cum dilectus, num. 3. de accusa.* Quod & locum habet etiam, si manifestus vsurarius destitisset fœnerari postea, *Socin. consil. 127. in prin. 3. vol.* nam agitur hic de acceptis restituendis, vt saluti animæ consulatur, & vt iuxta verbum Domini, etiam inuiti cogantur intrare beatitudinem, addita restitutione ablati.

16 ¶ In eo † porro, quod de Iudæis quidam dicunt eos hac lege non teneri, *Aretin. consi. 158.* quia qui extra ecclesiam sunt, nihil ad nos: certe subsisto, etsi videam eam opinionem obseruari. Magis Christianum enim puto, illos in hoc etiam punire: vt iis, quibus vita inter nos indulgetur, vt resipiscant testes interim sint nostræ salutis, omni suspicione testes alieni, extranei à fide, non detur ansa conueneseédi in delictis, cum pernicioso Christianorum, cum quibus conuersantur, exemplo. In banito vero, num testamentum eius valeat, si is in perpetuum relegetur, & bona eius confiscata sint, recte dicemus eum disponere non posse: contra, si confiscata non sunt, vel si confiscatio quidem alicubi fiat, sed bannitus habeat bona in alio loco, qui iurisdictioni eius, qui relegat vel bannit, non subiicitur. Nam de illis disponet iure communi, *l. eius qui apud hostes, 8. §. 1. de testa. P.* Extra territorium ius dicenti non obtemperatur, *l. fin. de iurisd. om. iud. P.* Scio plura hac de re tractari per interpretes, vt per Bar. in l. eius qui. §. 1. nu. 3. de testa. per Nellum, in tractatu Bannitorum, in 1. parte secundi temporis, nu. 52. per Iulium Clarum, in 3. lib. sent. §. testamentum, quæst. 19. & alios: sed illorum parerga non placent, & breuiter, quæ sentio, sufficit contulisse. De deportato, qui ciuitatem & libertatem amittebat, proculdubio respondum est, esse intestabilem, *d. l. eius qui, §. 1.*

¶ Sed † dignum est obseruatione in hac potestate condendi
17 testamentum, multum interesse, aliquem dici intestabilem lege aut non posse testari, quod bona ei ademta sint.

18 ¶ Nam † qui intestabilis est, etiam si bona habeat, testari non potest: at qui testari non posse dicitur ob detectum bonorum, si alioquin capax sit factionis actiuæ, potest sine bonis testamentum condere. Nam testamentum & hereditas considerantur etiã in eo, qui nihil in bonis reliquit, *l. hereditas, de petit. her. P.* Et ita qui potest testari pupillariter, potest substituere filio suo, etiam si nihil ipse habeat in bonis: quod non posset, si non haberet testamenti factionem. *l. 2. §. filius, de vulga.* Poterit & dare tutorem filiis suis, quod non potest fieri, nisi in testamento, aut in codicillis testamento confirmatis, *l. 3. de testa. tute. vide Imolam, in ea. quia ingredientib. nu. 7. de testa.*

19 ¶ Item † in confiscatione bonorum ex illo crimine, ex quo quis intestabilis non fit, non comprehenduntur bona, quæ post confiscationem acquiruntur, sed ea tantum, quæ delinquens habuit tempore publicationis, *Nellus tract. de bannitis, 1. part. secundi temporis, n. 8. Curt. Senens. consi. 59. num. 13. Ias. in l. si stipulatus fuerim, §. cum stipulamur. num. 7. de verborum obligatione.* non hereditas delata, & nondum adita, *Decius consil. 44.* Quod explicat Iulius Clarus, *libro quinto, §. fin. quæstio. 78. num. 25. & num. 24.* vt deportatus vel alius cum publicatione bonorum damnatus, transmittat intra annum à die delatæ hereditatis eandem ad fiscum, si ius adeundi tale sit, quod transeat in extraneos heredes: non etiam si non transit ad extraneos heredes. Et ita quoque concludit Iason *in l. si quis mihi bona. §. seruus municipũ, circa fin. de acqu. hered. P.* Sunt & alia, quæ non transeunt in fiscum, quæ explicat Clarus, lib. 5. §. fin. quæ. 78. in quibus ius testamenti condendi locum habere poterit.

20 ¶ Inhibet † & lex aliquando surdi & mutui testamentum, si surdus omnino non audit, non autem si tarde exaudit: aut si mutus eloqui nihil potest, non autem si tarde loquitur, *§. item surdus, quib. non est per. fac. testa. l. discretis, qui testa. fac. non poss. C.* Cœcus autem olim poterat testari, exemplo aliorum, qui cœci non sunt, *Iul. Paul. li. 3. recep. sent. tit. 4.* Ex constitutione tamen Iustini Imperatoris non potest, nisi notarium cum septem testibus adhibeat, vel loco notarij octauum testem, *l. hac consultissima, qui testa. fac. poss. C.* Quam firmauit Iustinianus, *§. cæcus autem, quib. non est permis. fac. testa. exstat. nouell. Iustinian. 119. §. quia vero. & nouell. Leo. Cæsa. 69.*

¶ Receptum † tamen est, cœcos posse etiam cum duobus testibus testamentum condere inter liberos, non obseruatis solemnitatibus, l. hac consultissima, qui testa. fac. poss. C. *Bald. ad d. l. hac consultissima, num. 1. & seq. Soci. cons. 263. circa prin. libr. 2. Ias. in d. l. hac consultissima, n. 4. & consi. 20. num. 2. versi. facit etiam multum, libr. 1. & alij quos citat Iul. Clar. libr. 3. senten. §. testamentum, q. 17. num. 2.* iuxta §. ex imperfecto, l. hac consultissima, de testam. C. quia inter liberos cessat omnis falsitatis suspicio, sed & fauore liberorum parentibus hoc licuit: quod etiam patre cœco conseruandum est, dummodo pater talis, cœcus sit, qui alioquin testari possit. 21

¶ Nam † vitium hoc corporis cœcitatis, non adimit patri iudicium & mentem sanam, & proinde testamento impedimento 22
esse non debet: quemadmodum nec senium ætatis, nec ægrimdo corporis, *l. senium, 3. Cod. qui testament. facer. poss.* nec manus amissio, *in l. qui manus, 10. de testam. P.* nec inhabilitas ad generandum Eunuchi, *l. eunuchus, 5. qui testament. facer. poss. Cod.* vel alia vitia corporis similia, quæ non transeunt ad animum. De † peregrinorum & aduenarum testamentis num Romæ, vel in di- 23
tione Romana valuerint aliquando, cautum est consuetudine, ne valerent. Sed tandem placuit horum testamenta secundum iuris regulas condita, rata firmaue esse. Et abrogatæ consuetudines & priuilegia locorum aduersantia, & pœna statuta in eos, qui prohibuissent eos testari, vt ipsi intestabiles efficerentur, & & punirentur in eo, in quo deliquissent: reseruatis etiam, illis decedentibus ab intestato bonis proximis illorum, *auth. omnes peregrini, consum. de succes. §. fi. de statu. & consuet. in volum. auth. coll. 10.* Quemadmodum & apud Memphyticos obseruatum testatur Diod. Siculus *in 2.* At in † Gallia, allophylis seu exteris 24
& aduenis inhibita est testamenti factio, & dispositio eorum bonorum, quæ in Gallia quæsierunt. Et ideo rex illis succedit, tanquam ab intestato, & iure bonorum vacantium, vt diximus, dum ageremus de fiscalibus compendiis ex successionibus ad fiscum delatis: vocaturque hoc ius, *droict d' aubaine*, vel albanagij, id est, alibi nati. Similesque sunt isti aduenæ seu alibi nati, Latina libertate donatis seruis, qui quidem pendente vitæ tempore liberi erant, sed mortis tempore serui efficiebantur, & testari de suis non poterant, *l. 1. de Lat. liber. toll.* Excipiuntur † tamen à 25
leg. ἀπεξούσιους, seu ἀποφύλακας, seu abbinatus, illi, quibus rex indulsit ius regnicolatus, quod vocant, *lettres de naturalité*, & Baldus, ius ciuitatis, *consil. 123. vol. 3.* aut singularibus codicillis, aut generalibus, concedendo ius hoc certis extraneis prouinciis, vt illorum incolæ possint in Gallia acquirere & testari. Ita hoc ius concessum Alexiæ Mandubiorum comitatui in ducatu Burgundiæ, 14. Kal. Febr. 1497. Allobrogibus Sebusianis, vt declaratum Senatusconsulto Parisiano nonis Aprilis, 1568. Auenionensibus, quia Auenio dicitur pars Galliæ ab Historiographis. Biarnensibus, Britonibus, quia Americæ regno vnitæ anno Domini 1532. Flandrensibus, Henrici II. lege Lotharingis. Germanis, Brabantinis omnibus, quos victoriani municipes in Gallicæ ciuitatis societatem asciuerunt. Mediolanensibus, quia & ex Gallica ditione Decius Mediolanum dicit, *cons. 192.* Neruis seu Tornacensibus, edicto Henrici II. edito 4 Id. Novemb. 1552. Samarobrinensibus, lege lata mense. Quintili 1406. & ex constitutione mens. septembr. anni 1482. Exstat & priuilegium Burdegalæ ciuitati concessum, mense Februarij anno 1474. quo incolæ eius alienigenæ fiũt ciues regni. *Boer. decis. 18.* Hoc ipsum priuilegium concessum est alienigenis Tholosæ in mea ciuitate habitantibus, *Guil. Bene. in cap. Raynutius, ver. & vxorem nomine, numer. 194. de testam.* Et diploma eius priuilegij promulgatum in curia Tholosana 1476. Quod priuilegium firmius est singularibus codicillis, qui à rege solent impetrari, qui sæpe reuocantur per principes qui concesserunt & eorum successores. Vt reuocauit omnes literas naturalitatis concessas pro beneficiis obtinendis, Ludouic. 12. per constitutionem lectam publicatam Lutetiæ 13. Iunij, anno Domini, 1499. si non residerent ipso facto. Reuocauit & huiusmodi literas nondum demandatas exsecutioni rex noster Henricus III hoc anno 1580. Sed & lege promulgata in Senatu Parisiensi, Idib. Iunij, 1499. statutum ita demum priuilegiatos gaudere priuilegio naturalitatis, si re vera regnum incolant, non aliter. Gaudent & hoc iure omnes mercatores extranei nundinas frequentantes priuilegiatas, vt Campanas, & Lugdunenses, & aliorum locorum, ex Caroli 7. edicto 7. Februarij 1443. Prohibet † etiam lex alium pro alio te- 26
stari, quia institutiones captatoriæ prohibentur, *l. illa institutio, & l. captatorias, de hered. instit. P. l. captatorias, de testa. mil. C.* excepto, vt diximus alibi pro filio pupillo, *l. 2. de vulga. P. §. 1. de pupil.* vel furioso, *l. humanitatis, C. de impu.* ideo neque per procuratorem, neque per nuntium quis testatur, *Guil. Ben. in c. Raynutius in verb. condidit, num. 15.*

De Requisitis in testamento.

Cap. 9.

1 *Testamento requisita relatiue.*

2 *Testari*

Digitized by Google

2 *Testari an duo possint simul in eadem charta, & testamento.*
3 *Contractus in testamento num fieri possit.*
4 *Forma testamentorum duplex: substantialis & probatoria.*
5 *Institutio heredis, caput testamenti.*
6 *Institutio expressa & tacita quando valeat.*
7 *Institutio certa sit, & quomodo talis erit.*
8 *Institutio vniuersalis & singularis: directa & obliqua.*
9 *Institutio quos verbis fieri possit. Non obseruandas in ea verborum formulas, nu.10.*
10 *Heres pure & sub conditione, non ad diem institui potest.*

1 POst † quæstionem, à quo testamentum fieri possit, recte sequitur alia, secundum quam formulam est faciendum: cuius pars aliqua expedita est in explanatione testamenti solemnis nuncupatiui, & militaris. Proinde dicta non expedit recantare, testandum esse secundum solemnia singulis testamentorum generibus decreta, neque contra legum præscripta, *l. nemo potest, de lega. 1. l. testauas, C. de testam. l. 3. eod. P.* testes idoneos vocandos, rogandos, adhibendos, omni actui continue facto testamenti.

2 ¶ Testamentum † aliam formam habet, quam contractus, & verba contraxerunt, gesserunt, non pertinent ad testandi ius, *l. verba contraxerunt, 20. de verb. sign.* Vt non visus mihi sim sine ratione dubitare de sententia Iulij Clari, *li. 3. sentent. iuncto, in verbo, testamentum, q. 60.* & Belloni, *consil. 85.* dicentium, testamentum duarum personarum coniunctim in eadem charta factum, se inuicé instituentium, & de bonis suis disponentium, valere: & esse communem opinionem: esse tamen quasi duo testamenta separatim facta, quamuis raro contingant. Fatebor enim lubens in eadem charta duorum testamentum conscripti tum valere, vt & diuersis tabulis, & plurium plures contractus vna membrana conscribi posse: vt & disputat Nic. Boerius *decis. 253. num. 5. & 7.* At ideo vnico testamento plures disponere posse, & se mutuo, vel ex consensu aliquem in casu, quo alter superstes esset: vel ita heredé instituere, pollicemur quod tu vxor & ego maritus tales instituemus heredes, nec alios casu, quo alter alteri nostrum superuixerit, subsisto. Et existimo verius, hanc dispositionem ad pactum de futura successione improbatum, vel ad captatorias vetitas pertinere voluntates. Vt non possit quoque hæc formula disponendi probari velamento donationis caussa mortis: vt Diocletianus & Maxi. expresse videntur his verbis rescripsisse, *l. licet, 19. de pact. C. Licet inter primatos huiusmodi scriptum, quo comprehenditur, vt is qui superuixerit alterius rebus potiatur, ne donationis caussa gesta efficaciter speciem ostendat: tamen cum voluntas mittum,* &c. Et † quamuis placuerit interpretibus, contractus inter disponendum fieri posse à testatore, si testator non resiliat valde ab ipso actu testandi: vt si dicat disponendo, vendo tibi decem aureis tale prædium, *glos. fi. in l. heredes talem, §. fin. de test. P. Paris consil. 2. num. 19. vol. 3. Roma. cons. 171. num. 16 Boer. aeci. 353. num. 4.* 3 Tamen contractus, qui absorbet naturam actus testandi, sese compati cum testamento nequit. Et ideo pactum de successione deferenda inter disponendum factum cum libertatem mutandę voluntatis absorbeat, quę propria est testamentis, *l. 4. de adim. lega. l. si quis in principio, de leg. 2. c. cum Marthæ, de celeb. Miss.* in hoc reciproco testamento non admitteretur. Porro, num in contractu testamentum fieri possit, vide disputatum apud Bartol. Bald. Castrensem, *in l. tale pactum, 41. §. fi. de pact. P.*

4 ¶ Forma † in testamentis duplex consideratur, vt sæpe monuimus: substantialis, & probatoria. Inter substantialem præcipuam, est heredis institutio: inter probatorias, rogatio testium, notarij publicatio, & id genus alia.

5 ¶ Caput † & anima testamenti, heredis est institutio, sine qua nullius rei effectus est, *§. ante heredu, de legat. Vlp. in titu. tit. 1. & 24. l. quod per manus, de iure codicill. l. 1. de her. instit. P. Iul. Paul. lib. 3. recept. sent. cap. 6.* Institutus heres dicitur, & qui scriptus est, scilicet in testamento in scriptis facto: & qui nuncupatus est, quando sine scriptis testamentum fit, *Vlp. in l. 1. 4. institutum actum, de her. instit. P.*

6 ¶ Institutio † debet esse aperta, vt intelligatur quis instituatur: nam tacita omnino reprobatur. Proinde valet quidem hæc institutio innominata eius, qui certo successurus est, vt apud Scæuolam *in l. si quis ita, 82. c. Si quis ita heres instituatur, si legitimus heres nolit vindicare hereditatem meam, puto deficere conditionem testamenti, illo vindicante.* Ibi enim vocatus censetur tacite, qui auctoritate legis proculdubio successurus erat ab intestato: & in defectum eius alius. Notant & interpretes tacitam institutionem sufficere ad validitatem testamenti, si persona instituti talis sit, quæ de necessitate iuris non debebat instituí, vel exheredari, sed erat extranea, puta collateralis & consanguinea: & tunc sufficit tacita institutio ad validitatem testamenti, & substitutionis. Contra, si persona talis sit, quæ expresse debeat institui vel exheredari, qualis filii est: in qua tacita non sufficit institutio, *Guli. Bene. in cap. Raynutius, in ver. adiciens, vt Alteroiha, num. 26. de testam. Iul. Clarus lib. 3. sentent. §. testamentum, q. 35. num. 2. & 3. facit l. inter cetera. 30. de lib. & posth. P.* quemadmodum nec tacita exheredatio, *l. 1. & 2. eod.*

7 ¶ Debet † & esse certa heredis institutio, vel per se, vt quando nominare tenetur heredem testator, nuncupatiue disponens, *l. heredes palam, de testa. P.* vel scribere, testatus in scriptis, *l. hac consultissima, C. eo.* vel relatione ad certum facta, in responsione. vt si à tabellione interrogatus, num velit talem esse heredem, respondeat velle, *glos. in l. iubemus, C. eod. explicat Clarus, lib. 3. §. testamentum, q. 37. num. 2. & seq.* vel dicat se talem heredem facere, qui scriptus est in aliqua schedula, de qua tamen constet, nec dubitetur, *Clarus vbi proxim. qu. 36. nu. 2.*

8 ¶ Institutio † aut generalis seu vniuersalis proprie est heredum, aut particularis rerum singularium, proprie legatorum. Vtraque aut directa, aut obliqua: de quibus postea. Vniuersalis est illa, quæ vnum vel plures heredes facit in quota, quæ omnia & singula hereditatis complectitur iura, res & actiones. Vsque adeo, vt vno herede tantum in fundo instituto, nullo coherede adito, omnia ei ex natura institutionis, quæ testatoris erant, accedant, *l. 1. §. si ex fundo, de hered. instit.* contra, si habeat coheredé vniuersalem, *l. quoties, C. eod. l. coheredi, §. fin. de vulg. P.*

9 ¶ Vlpianus † formulam disponendi tradit, *l. 1. §. qui neque, de hered. instit. P. Qui*, inquit, *neque legatorum est quid, neque quemquam exheredaturus, quinque verbis potest facere testamentum, vt dicat: Lucius Titius mihi heres esto.* Vel tribus, *§. hæc autem, d. l. 1. Lucius heres esto.* Item, *d. l. 1. §. si ex fundo, Lucius heres.* Item, *Lucius esto.* Et si ita, *Lucius*, solum modo: videlicet, si hæc loquatur, dicens se velle condere testamentum, & eius gratia id agat & pronuntiet.

10 ¶ Constantinus † Cæsar *in l. quoniam indignum, in de test. C.* indignum esse ait, ob inanem obseruationem irritas fieri tabulas & iudicia mortuorum. Ideo statuit non esse obseruantiam verborum in institutione heredis, vtrum imperatiuis, vel directis verbis fiat, vel inflexis. Et in quolibet verborum genere formatam institutionem valere, si modo per eam liquebit voluntatis intentio.

10 ¶ *Heres*, † vt ait Iustinianus, *§. heres & pure, de here. instit. ap. Iusti. & pure & sub conditione institui potest: Ex certo tempore, vel ad certum tempus non potest: veluti post quinquennium quam moriar, vel ex Calendis illis, vel vsque ad Calendas illas heres esto. Denique diem adiectum haberi pro supernacuo placet, & perinde esse ac si pure heres institutus esset*, id est, sublato vitio temporis substituere institutionem vt puram, vt ex ea adiri possit hereditas, *l. si quis instituatur, 23. l. hereditas, 34. eod. P.* excepta dispositione militis, qui cum pro parte testatus, & intestatus decedere possit, *l. ius nostrum, de reg. iur.* potest & ad certum disponere tempus, vel temporariè heredem instituere, *l. in fraudem, 16. §. miles & tempus, & l. miles ita heredem, §. 2. & l. quærebatur, §. fin. de milit. testa. P. l. si tibi, C. eod.* In incertum autem diem potest & paganus instituere, *l. qui filio, & l. in tempus, de hered. instit. P. l. filius à patre. 2. respon. de lib. & posthum. in P.* Neque hodie interest, & institutio fiat in principio testamenti, vel in medio, vel in fine, *§. ante heredis, de legat. 1. de hered. instit. P.*

De Secundis Institutionibus, seu Substitutionibus in genere.

Cap. 10.

Lib. 28. P. titul. 6.

1 *Testamenti instrumentum ad omnes pertinet, quibus aliquid tribuitur.*
2 *Substitutio quid, & substitutum, quando in locus est instituto, non admitti.*
3 *Substitutio quomodo pura & conditionalis dici potest.*
4 *Testamentum, deficiente primo gradu, à secundo vires accipere potest.*
5 *Substitutiones in Gallia non admittuntur vltra quartum gradum.*

1 TAbularum † testamenti instrumentum non est vnius semper hominis, hoc est, heredis, sed vniuersorũ, quibus quid illic adscriptum est: quin potius publicum est instrumentum, *l. 2. quemad. testa. aper. lib. 29. P. tit. 3.* Partes eius, secundæ tabulæ, & codicilli, *l. 2. §. ad caussam, & l. sicut, 11. eo. & l. Scæuola, l. quidam reliquerunt, l. ab intestato, 16. §. fin. de iure codic. P.* In secundis tabulis secunda apponitur institutio, quæ substitutio dicitur. Et ita Modestinus respondit *l. 1. de vul. P. heredes aut instituti dicuntur, aut substituti. Instituti dicuntur, primo gradu: substituti, secũdo vel tertio.* Et vt ait Vlpianus *l. 2. §. aefertur, de bonor. poss. sec. tab. Primo autem gradu scriptos accipere debemus omnes, qui primo loco scripti sunt.*

2 ¶ Definiunt † generaliter substitutionem interpretes, esse secundam institutionem, *Accurs. in l. 1. de vulg. P. & in rub. eod. ap. Iustin. & Bald. in rubr. Cod. de impu. & in l. 1. C. de edic. d. Adrian.* Dico tamen, verius definiri, secundi heredis conditionalem institutionẽ potius, quam secundã institutionem. Sic enim le-

Digitized by Google

ges vocant substitutum, secundum institutum, *l. Cicero, de pœn. P. l. 1. de ed. d. Adri. tol. C. l. precibus, C. de impub.* nec tamen secundo institutum, cum nemo sibi substitui possit, *l. sed si plures, §. nemo institutus, de vulgar. P.* Sic enim in vniuersum substituere & hic & in aliis, est in locum alterius subrogare: vt dum dicimus, substitui iudicem, *l. pen. iudica. sol. P.* pecora, *l. si grege, 22. de leg. 1.* arbores, *l. in fraudem, 45. §. conductor, de in. fisc. P. l. arbores, de vsufr.* tutores, *l. tutores, §. in eum, de admin. tuto. P.* & similia. Nam & in contractibus, legatis, & aliis, quam vltimis voluntatibus, substitutio fit, *l. quoties, de don. quæ sub mo. l. 1. & don. can. mor. l. vt heredibus, & l. cum pater, 79. §. eorum, de leg. 2.* Estque subordinatio post aliud. Quo fit notabile, vt nunquam concurrat substitutus, quandiu instituto hereditas deferri potest, *l. cum in testamento, 37. de hered. instit. P. l. 3. de acq. hered. P. l. si mater, de vulga. P. facit l. post aditam, Cod. de impub.* Vterque enim quidem & institutus, & substitutus ex mente testatoris vocatur, *l. si quis hereditarius, §. si quis heredum, de hered. instit. in P.* sed suo loco, vt primus institutus, si velit, vel si possit, tanquam prædilectus præferatur, alius ordine, si ille nolit, vel si non possit esse heres, post illum, *l. 1. de vulg. P. §. 1. eod. tit.* Proinde in ima seu secunda cera scribi substituti dicuntur, id est, post institutionem; quæ primum obtinet locum. Sicque scribit Suetonius de Iulio Cæsare, *c. 83. Nonissimo testamento tres instituit heredes sororum nepotes: C. Octauium ex dodrante: Pinarium, & Q. Petum ex quadrante: reliquos in ima cera.* Terminos hos omnes Horatius sequentibus versibus exprimit, *libr. 2. Serm. Saty. 5.*

Si cui præterea validus male filius in re
Præclara sublatus aletur: ne munifestum
Cælibis obsequium nudet te, teniter in spem
Arripe vt officiosus, vt & scribare secundus
Hæres: & si quis casus puerum egerit Orco,
In vacuum venias: perraro hæc alea fallit.
Qui testamentum tractet tibi cumque legendum,
Abnuere, & tabulas à te remouere memento:
Sit tamen vt limus rapias, quid prima secundo
Cera velit versu, &c.

3 § Adiecimus † finitioni substitutionis, nomen heredis, vt hanc testamentariam ab aliorum actuum substitutionibus distingueremus. Conditionalis porro institutio ad priorem institutionem, vt plerumque refertur, si ea non subsistat, *l. 1. de vulg. Theophi. in §. 1. eod. tit. in Institut. iur. ciuil.* Conditio fit præ *si l. demonstratio, de conditio. & demonstrat. P.* Obseruatione tamen dignum est, habita ratione casuum substitutionum, vt si non sit heres, si nolit adire, si non possit, &c. omnem substitutionem esse conditionalem. At ratione aliarum conditionum, quam quæ substitutionum sunt, interdum substitutionem dici fieri pute, id est cum aliæ conditiones quam naturales substitutioni non miscentur: interdum dici fieri sub conditione, cum aliæ admiscetur. Ita intelligendus Iulius Paulus, dum ait, *l. 3. sentent. tit. 6. §. 11.* substitui & pure & sub conditione posse. Sic & alia pleraque legum capita explicanda, *l. qui liberos, 8. & ibi gl. in verb. pure, l. cohereai, §. cohæres, de vulg. l. in ratione, §. quod vulgo, ad l. Falc. Boer. q. 38. num. 27.* Neque ideo putandum est minus substitutionem institutionem esse, quod ea sit conditionalis, *l. in ratione, 1 §. quod vulgo, ad l. Fal.* Quemadmodum non ideo minus emtio dicetur, quod ea conditionalis sit, *§. penult. de emt.*

4 ¶ Numerus † prioris & secundi non mutat substantiam rerum, sed facit ordinem. Quare si primus gradus vitietur vel de medio tollatur, vt si ante additionem institutus non possit esse heres, testamentum vires accipit à secundo gradu: & tunc secundus institutus primus fit, *l. 3. §. fin. de libe. & posthu. l. ex facto, §. Lucius, de vulga. P. l. si filius, 75. de here. instit.* Quod & deficiente 2. de 3. & 4. & sequentibus gradibus intelligendum. Substituere enim nobis possumus iure ciuili 2. 3. 4. & vlteriori gradu, *l. 1. de vulg. P. §. 1. eo. apud Iustin. l. si posthumus, 14. de lib. & posth. P.* Nam appellatione secundi heredis, vlterius vocati continentur: vt secundarum nuptiarum nomen, ad repetitas & 3. & 4. loco nuptias pertinet, *glos. in rub. de sec. nupt. C. per l. si quis priorn, §. tamen, eod. vt in electione, in c. cum Vintonien sis, 25. de elect.* Vel quod semper respectu deficientis gradus, qui proxime vocatur, secundus fit, *l. antiquitas, C. de vsufr.* vel quia ea quæ de secundo gradu dicuntur, & in sequentibus suo ordine locum habent.

5 ¶ Hodie † tamen constitutionibus regiis substitutionis gradus restricti sunt. Atque in constitutionibus Aureliacensibus, *in constitutio. habitu in comitiis Aurelia, 1560. articul. 59.* vt obuiam litibus eatur, iussum est iudicibus, ne habeant rationem substitutionum vltra duos gradus post primam institutionem numerandos, in quacunque fuerint dispositione facti, siue in contractu matrimonij, siue in vltima voluntate. Subinde constitutiones Molinenses caucrunt anno Domini 1566. idipsum, *consti. Molinens. art. 57.* sed poreſtatem substitutionis ad quartum prorogarunt gradum, non vltra. Atque placuit ea lege, teneri quoque & subiici substitutiones factas ante constitutiones Aureliacenses: dummodo quæsitum non fuisset ius alicui viuenti. His additipulari videtur nouellarum constitutionum lex quædam, *nouell. 159. §. penul. in authent. de restitut. fideicom.* quæ tradit prohibitiones alienationis, extendi non debere vltra quatuor generationes vel gradus. Vbi ratio hæc, πολλῆς ἡμῖν δόξαν εἰσφέρουσιν εἶναι παραγγέλιας, τὸ ἀναγκαῖον ὑστέρῳ χρήσῃ· τὸν τοιοῦτον εἰς μίσον ἀγωνίζεσθαι, id est, & præter modum scrupulosa diligentia vsum est plenum, si post quatuor generationes huiusmodi quæstionem produxerimus in medium. In qua explicatione monitum lectorem velim, vulgarem authenticorum omittendam esse interpretationem, quæ verba illa perperam vertit, titulo de restitutione fideicommissi. Sic quarta generatio, olim terminum constituit apud Deum remunerationis, vel vindictæ terrestris, *Genes. 14. Exod. 4.* Neque affectio, vel proximitas sanguinis quartum gradum egreditur, vltra quam licitæ nuptiæ, *c. fi. de consang. & affinit.* Et proinde cum cesset affectio post quartum gradum, nihil interesse videtur defuncti, curare vt bona restituantur iis, qui de familia sunt post hunc gradum: & sine caussa iusta videbitur interdicere alienationem per onus substitutionis, quæ videtur nudum tunc præceptum de non alienando, *authen. res quæ, C. com. de leg.* Et nudum præceptum de non alienando testatoris, in iure non admittitur, id est, quod sit sine legitima caussa, *in l. Lucius Titius, 91. de leg. 3.* Et quando nihil interest pacticentis, ne alienatio fiat: idipsum ab eo caueri inquit, *l. penultim. iuncta gloss. de pact. P. l. fin. iuncta gl. de pact. inter ems. & ven. C. gl. & text. in l. ea lege, de condic. ob caus. C.*

De Diuisione substitutionum.

Cap. II.

1 *Substitutionum prior diuisio: in simplices & duplices, & quæ sint: alia in directam, & indirectam: alia in sex species, in vulgarem, pupillarem, &c.*
2 *Directa substitutio quæ, quando obliquatur facta in codicillis: & quando in codicillis directa remanet, tres casus. Directa verba quæ essent ciuilia, & non ciuilia, num. 3. 4. 5.*
6 *Indirecta verba substitutionum quæ.*
7 *Communia verba substitutionum.*
8 *Verba dubia quomodo interpretanda.*
9 *Substitutiones num sint Aquiliana, Velleiana, & Iuliani formulæ.*
10 *Vulgaris & pupillaris, duæ veræ & simplices substitutiones, aliæ ex illis.*

PRior † substitutionum diuisio, erit Modestini, *l. 1. de vulg.* vt alia sit simplex alia duplex. Quæ verba, non ad casus vulgares, sed ad species substitutionum sunt referenda. Simplex ea erit, quæ vnicam substitutionis continet speciem, si solum vulgaris, sola pupillaris, &c. Duplex, quæ duas vel plures sub se continet, *facit l. coiri, pro soc. P. l. eam quam, C. fideicom. l. 1. §. si quis simpliciter, & l. inter stipulantem, in princip. de verb. obl. P.* veluti, *Lucius & Titius heredes sunto, inuicem substituo,* & alter pubes, alter impubes sit, *vt in l. Lucius, 45. de vulgar. l. precibus, de impub. C.* Sic compendiosa erit duplex, quæ cum plura tempora contineat, sub verborum compendio, varias etiam substitutiones complecti potest. Fit enim sub cōditione, quandocunque decesserit institutus vel si intra 25. annum vel intra aliud tempus, quo vulgaris pupillaris, & fideicommissaria continentur, *d. l. precib. & Leonario, de vulg. P.* Reciproca quoque duplex quæ pluribus diuersi iuris vel ætatis institutis fit, & alterum in alterius locum, per mortem vel alium defectum vocat. Et ita in ea potest contineri vulgaris & pupillaris si impuberibus fiat, & mater excluderetur, *l. Lucius, eod.* Et Bartolus ait, in hac contineri posse octo substitutiones & fideicommissariam. Substitutionum rursus, quædam sunt per se simplices: & aliæ per se duplices. Per se simplices sunt vulgaris, & pupillaris & exemplaris: quę tamē duplices esse possunt extensiue non natura. Quomodo interdum vulgaris continet pupillarem, & pupillaris vulgarem. Duplices per se, compendiosa & reciproca.

¶ Secundo, † diuido substitutiones, in directam, & in indirectam. Directa est in qua locum non habet aliqua quartarum deductio, neque quicquam remanet apud institutum, sed ex integro substitutus ad integram, quando succedit, vocatur hereditatem: accipitque directo, id est, nulla persona interposita à testatore, hereditatem, neque ab ipso, qui pro non adiecto habetur, quando substitutus admitti potest. Ita nuda voluntate sine alterius ministerio fit heres, *l. cum heredes, de acq. poss. P. notæ gl. in ca. pastoralis, de cau. poss.* Indirecta seu obliqua substitutio est, in qua substitutus accipit hereditatem testatoris, per manus heredis instituti, vel succedentis ab intestato, *l. eam quam, C. de fideic. l. precib. in fi. de impub. C.* Directa tantum fit in testamento, non in codicillis: quia in testamento solum institutionem receptum est fieri, *l. hereditatem, C. de codic. §. pen. eo. tit. ap. Iustin. d. l. eam quam, l. hereditas, C. de in quib. vt indig. l. quod per manus, de iure codicil. P.* Indirecta, obliqua, quæ & fideicommissum dicitur, etiam in codicillis fieri potest, *proxime cita. ll.*

¶ Et †

Digitized by Google

2 ¶ Et † proinde si directa fiat in codicillis, obliquatur & conuertitur in fideicommissariam, retenta significatione verborum prout sonant: commutatione sola, vt directa in indirectã conuertatur, *l. Scaeuola, vbi & gl. Bart. & Angel. ad SC. Trebel. P.* Sic recte Guil. Benedictus scribit *in ca. Raynutius, ad verba, adiiciens vt Alterocha, nu. 3. par. sec.* intelligi debere *l. vnicam, §. sin autem aliquid, de cad. toll. C.* dum dicit in quacunque vltima voluntate posse fieri substitutionem scilicet, vt si in codicillis fiat, obliquetur, nec plus duret, quam duraret directa, si iure directo valeret. Cape exemplum, vt si vulgaris duret vsque ad aditam hereditatem, *l. post aditam, C. de impub.* si pupillaris, vsque ad minus tempus adiectum quam fit pubertatis, puta ad decennium. Tũc illud tempus quoque obliquata non egredietur, *l. si ita quis substituerit, de vulga. P.* Ceterum tunc demum obliquari dicemus directam, si constet testatorem voluisse codicillari. Nam si constet eum voluisse non codicillos, sed testamentum condere, non obliquatur, nec iure codicillorum valent tabulæ, *l. 1. de iure codicil. P. l. coheredi §. ...um filiæ, eod.* quia actus agentium non operantur vltra eorum intentionem, *l. non omnis, ac reb. credit. in P.* In dubiis tamen, si apposita est institutio vel exheredatio, censetur testator voluisse testamentum condere, *l. in codicillum, C. de testam.* si non apponantur, codicillari, *l. illud, §. tractari, de iure codicil. P. Not. hac gl. & dicl. in d. l. non codicillo Jo. de Platea, & Ang. in §. 1. de vulg. gl. in l. verbum simil. eod. P.*

4 ¶ Attamen † excipe tres casus, in quibus directa substitutio in codicillis facta, directo quoque valet. Primus quando statutum ciuitatis, aut patriæ consuetudo id permitteret, *Bal. in l. de quib. 8. colla. vers. item quæritur, de legib. P.* Secundus, quando codicilli à patre inter liberos fiunt, vel inter alios ab intestato succedentes, qui si ex substitutione in codicillis facta directo vocentur, directe succedunt, & totum capiunt nulla quarta deducta secundum Bartolum, *in l. militis codicillis, de milit. testa. P. Ludo. Rom. consil. 174. colum. 13.* Quod & aliqui prorogant ad relicta ad pias causas, vt quæ habent fauorem liberorum: quod tamen reprobat Baldus, *in l. 1. §. fin. d. hic quæro an hereditas C. ne sacrosan. eccles. Guil. Bened. ad d. ver. adiiciens vt Alterocha, num. 5. in v. r. testamentum, 3.* Tertius, in militis codicillis, *l. miles in codicillis, de milit. testa. P.*

5 ¶ Directa † substitutio verbis directis fit, quæ autem directa sunt, copiose explicat Guil. Bened. &. *in 2. par. rep. ca. Raynutius, ad ver. eidem succederet, fere per totum.* Ea porro, vel ciuilia, vel non ciuilia dici solent. Ciuilia directa primum habentur ea, per quæ aditi potest hereditas, nulla petitione ab alio medio facta, vel iure ciuili, vel prætorio, *l. cum heredes, de acquir. posse. P.* Potissimum in Gallia, vbi *le mort saisit le vif. Late Chassan. in rub. des successions, §. 1. in consuetu. Bur.* Quæ tamen consuetudo non habet locum in substituto, qui non saisitur, seu possessionem non accipit ab herede mortuo, sed ab ipso testatore, *item Chassan. §. quarto, eiusdem titul. ad verb. & sont saisis, vsque ad versic. sea inxta prædicta quæro. 2.* Verbum, per quod immediate succeditur testatori, directum habetur, *l. cum quam, C. de fideicom.* veluti verbum, moriatur, *vt in cap. si pater, de testa. in 6. 3.* Verbum, quod alterius excludit ministerium, directum dicitur, *l. si quis ita, de vsufruct. in P.* vt, *Adiicio, si talis moriatur, bona mea tali adiicio, tit. de eo cui li. cau. bo. adiici. ap. Iustinian. l. 2. de fideicom. libert. P.* Idem in verbis, *Adiudico, l. sed si res, com. inuid. §. fi. de offi. iudic. Assigno, §. 1. de assig. liber. ca. 2. de offic. ordin. in 6. l. qui patri, de acquir. hered. l. 1. quan. non pet. par. C. Accrescat,* si testator dixerit, *Cedo, cõstituo, restituo, Bal. in l. humanitatis, C. de impuber. do, distribuo:* quia ipse testator tunc sibi arrogat exsecutionem, & donare est accipiétis facere, *§. sic itaque, de act.* Item, *instituo,* vt constat ex titulis de heredibus instit. *heres esto, Bar. in l. centurio, nume. 15. de vulg. P.* dici ciuilia hæc putat Bartol. quod à lege duodecim tabularum fuerint introducta, *Bartol. in dict. l. centurio.* Vt alia non ciuilia, quæ aliunde habent inuentionem vt, *Dominus est, l. verbis ciuilibus, de vulgarib.* & quæ diriguntur ad substitutum, vt, *Ipse manu sua capiat, & non ab alio, dict. l. eam quam.* Quod ad me pertinet, nec verbosas fuisse leges duodecim tabularum mihi persuadeo: neque vtile immorari in istis verborum differentiis & aucupationibus, de quibus controuertunt interpretes, num ciuilia vel non ciuilia sint: cum & indignum hoc leges nouæ exstimauerint, *l. quoniam indignum, 15. de testament. Cod. l. in legatis, Cod. de legat.*

6 ¶ Indirecta † verba quæ sint, recte ex superioribus colligi possunt lege contraria, quando per ea res à testatore recta non transeunt in aliquem, *glos. in l. 2. ad vers. actiones, Cod. commun. de leg.* Dicuntur & precaria & fideicommissaria, qualia dicunt, *restituat, l. coheredi, §. cum filiæ, de vulgar.* & alia, *in l. fundi Trebatiani, de vsufru. legat. P.* vt *detur, distribuatur, quando talis decesserit, talis, Bartol. in l. centurio. numer. 20. & 21. de vulgar. l. cum quidam, de leg. 2. l. verbum reddendi, de verborum significat. reddatur, Barto. in dict. l. centurionum, 45. volo, cupio, mando, fideicommitto, §. final. de singul. reb. per fideicom. relict. la. C. com. de leg.*

7 ¶ Quibus † addere licet verba communia, quæ & directe & oblique intelligi possunt: qualia putant, *remaneat. l. si cum ante, C. de donation. ante nupt. reuertatur seu redeat, l. 1. de donatio. l. 2. de alimen. & cibaria legat. P. perueniat, Archidi. in ca. cum qui, de præb. in 6. l. 2. §. peruenisse, de rei vindic. l. heredes mei, in l. 1. cum ita, ad Senatusc. Trebel. vbi directum est, perueniat. & obl quam, in l. fideicommissi in §. hæc verba, de leg. 3. l. heredibus, §. fin. & d. l. heredes mei §. cum ita, heres esto, l. fin. C. de hered. instit.* His omnibus addit exemplu Guil. Benedict. in cap. Raynutius, par. 2. ad ver. eidem impuberi, numero decimoquinto, de testamen. De verbo *pertineat*; & Bart. in l. Centurio, de vulgar. numero quadragesimonono, de verbo, *habeat,* numero quinquagesimo, de verbo, *remaneat* 51. de verbo, *succedat,* 52. de verbo, *reuertatur,* 53. *deuoluatur,* 54. & de aliis sequentibus numeris, quæ si scrupulosius videre desideras, eum consulito.

8 ¶ Obseruabis † autem in dubiis communibus verbis, inspici substitutiones quibus adiiciantur, directæne sint an oblique: vt si in pupillari ita dictum, *Si filius meus heres non erit, hereditatem meam restituat Titio,* directe intelligetur quia ibi est facti restitutio non iuris, *l. inter omnes, iuncta gl. qui satisfa. c. g.* Item in dubia mẽte testatoris, pro directis fit interpretatio *gl. §. in d. l. verbis similib.* si tamen de voluntate constet ea, vt potior sequenda, *l. cum virum, C. de fideic. l. cum quæstio, in princ. & fin. C. de legat. 1. in conditionibus, & l. Publius, de condi. & demo. l. 2. C. com. de legat.* Et sententia verbis præponenda, vt animus corpori *c. ledul., 38. iust.* Mutat & proprietatem verborum non solum mens loquentis, sed & vsus loquendi, *l. Labeo, de supel. legat. P. c. quamquam 2. q. 7. c. quamuis, de verborum signifi.* qui ex consuetudine maioris partis incolarum ciuitatis, vel loci perpenditur, *Panormitan. in c. ex parte, & ibi gloss. in vers. primo casu, de consib.* nisi ad vsum loquendi testantis nos referamus, qui solus sufficit, *l. librorum, §. quod tamen Cassius, de leg.*

9 ¶ Subdiuiduntur † rursus substitutiones directæ *glo. in §. qua ratione, de pupil. gloss. in ca. Raynutius, in ver. absque liberis, de testa.* in sex species, in vulgarem, pupillarem, exemplarem, militarem, compendiosam & reciprocam. Quibus alias addit ties Marius Salomonius. *ad l. Gallus, de liber. & posthum.* Aquilianam, Velleianam, & ex consilio Iuliani. De Aquiliana dicit mentionem fieri in principio l. Gallus Aquilius, de liber. & posthum. P. De Velleiana, in § & quid si tantum, & § nunc de lege Velleian. eiusdem legis. De Iuliana, in §. fi. eiusd. l. Sed inibi animaduerte, casus illius legis pertinere potius ad conditionalem institutionem, quam ad substitutionem, vt docetur ex lege si mater, §. 1. de vulgar. P. Et quamuis substitutio sit cõditionalis, scilicet secundi heredis institutio: tamen non conuertitur propositio, vt omnis conditionalis institutio sit substitutio.

10 ¶ Addo † duas tantum mihi principales substitutiones videri, vulgarem & pupillarem. Ceteras autem ad has referri, vel ex his compositas: vt exemplaris, exemplo pupillaris inducta. Militaris vtraque esse potest speciali iure: compendiosa & reciproca, vtraque continere possunt. Ideo in Pandectis, titulus substitutionum, in epigraphe de istis duabus meminit, *De vulgari & pupillari substitutione.* Et in institutionibus iuris ciuilis duo tituli tantum, *De vulgari & De pupillari.* Quæ quamuis vera sint, tamen facilioris explicationis gratia, de vtrisque sex speciebus separatim Deo fauente agemus.

De vulgari substitutione.

Cap. 12.

1 *Vulgaris substitutio quare inducta, vnde dicta quid sit, diuisio in expressam, & tacitam & mixtam, & quæ vtraque formula vtriusque, & sinu. Nu. 2. 3. & 5.*

4 *Substitutionis casus expressus an porrigatur ad omissum.*

6 *Substitutio vulgaris num in Gallia locum habeat, & quando, & nam. 7.*

1 VVlgaris † substitutio, vt paucis dicam, ideo dicta, quod vulgo à quolibet inter testandum fieret, ne metu ex defectu heredis instituti primi intestatus fieret, & ex lege Papia ad fiscum bona deferrentur, *l. vni, in princip. de cad. tol.* Facile enim probarunt IC. hanc testatorum prouidentiam. Cum enim concessissent, vt vti quisque legasset super familia pecuniaue sua, ita ius esset, *l. verbum, 12. tabul. 100. de verbor. sign. P.* necessario permitti oportuit, vt quibus permissa institutio heredis, permitteretur & cautio, ne sine herede decederent deficiente primo, vel ante mortem testatoris, vel ante aditam hereditatem, vel eo repudiante. Atque satis constanter veteres decreuerunt, testamentorum iura ipsa per se firma esse oportere, *Caius in l. illa institutio, 32. de her. instit. P.* Eadem ratione quotidianam quæstionẽ, vulgarem dici nemo dubitat de qua & vulgus quærat, *l. vulgaris est quæstio, & l. si seruus nauem, de furt. P.* Hinc & vulgarem modum loquendi *l. si quando, de leg. 1. l. cum vulgari. de do. præleg.* Vel vulgarem substitutionem dicemus, quod ius commune sequatur, *vt in l. edicto, §. extra, de iure fisci, P.* ¶ Diffinimus † autem eam, vt 2 sit substitutio directa, sine aliquo speciali, facta in locum & subsidium, *l. potest, 36. de vulg. §. 1. eod. apud l. fin.* instituti. Circumcido hic, vt opinor, superflua adiecta à Iasone, Azone, & ceteris: vt

Digitized by Google

Quæ à quolibet & cuilibet, &c. Vbi excitantur pugnę de lana caprina. Nostra, verba, sine aliquo speciali, vtrumque demonstrãt, & ab idoneis tantum fieri ostendunt, & idoneis, *iuxta l. vt gradatim, de minor. & honor.* P. Separantque à pupillari, exemplari & militari, vbi specialia inuenies, in prima pupilli, *l. moribus, de vulgar.* in secunda furiosi, *l. humanitatis, de impuber. C. in lex facto, de vulg. §. qua ratione, de pupill.* in tertia, militis, *l. milites etiam, §. de militar. testament.* P.

3 ¶ Diuiditur † hæc vulgaris, in expressam, tacitam & mixtã: quarum distinctionem ex formulis substituendi venari oportet. Formulæ vulgariter substituendi sunt. *Si noluerit institutus esse heres, si non possit esse, si moriatur ante aditam hereditatem, si non nascatur.* Et istæ formulæ negatiue conceptæ respiciunt institutum. Aliæ vero respectu substituti, efferuntur affirmatiue, vt, *Heres esto*, vel *substituo*. Fit etiam verbis communibus vulgaris, vt in reciproca & militari, *vt in l. iam hoc iure, l. Lucius, l. centurio, de vulg.* P. In summa, ex his duo colliguntur casus, quibus prospicitur per substitutionem vulgarem: vnus, quo institutus nolit esse heres: alter, quo non possit, *l. 3. C. de hered. instit.* Hinc liquet expressam dici vulgarem, quando propriis verbis specialibus vel generalibus expresse substituitur ita, *si non sit heres, l. 1. in 2. resp. de vulg.* aut, *si voluerit esse heres, l. 2. & l. cum proponas*, C. *de hered. instit.* aut, *si me viuo nascatur, l. Gallus Aquilius, de lib. & posth.* P. Generalibus & verbis fit expressa, per verbũ, *Substituo*. Quãobrem, *in l. iam hoc iure, & l. Lucius, de vulga.* P. In reciproca, quæ verbis generalibus fit, vulgaris substitutio intelligitur: nam vt voluit Baldus, *in l. prætor, per illum textum, de ope. no. nuntiat.* P. illud dicitur expressum, quod venit ex mente legis, vel ex generalitate verborum. Tacita porro substitutio vulgaris ea dicitur, quæ non ex verbis testamenti, sed ex legitima mentis interpretatione à lege inducitur, vt quæ continentur in expressa pupillari, *d. l. iam hoc iure, de vulg. & in l. quamuis, de impub.* C. vt si ita dictum à testatore, *Titium & Seium instituo, eosque inuicem substituo*. Vbi tacita est substitutio, si alter esse non potuerit vel noluerit, *l. cum in testamento, §. hac verba, de hered. instit. l. iam hoc iure, & l. Lucius, de vulgar. l. Titius, in 2. 24. iuncta l. seq. de hered. instit.* Credidit enim lex eam voluntatem fuisse testantis, vt in casum omissum succederet substitutus, & eum oblitum aut morte præuentum, non expressisse, *l. hac consultissima, §. at cum humana, qui testam. fac. non poss. C.*

4 ¶ Mixta † vulgaris dicitur, quæ respectu alicuius casus expressa est, ratione autem alterius tacita. Vt si quis substituerit in alterum casum, si noluerit, vel in casum, si non potuerit heres esse institutus: in qua, casus expressus ad non expressum porrigitur, *d. l. cum proponas, & ibi Iason, de hered. instit. l. si. C. de impub.* Guill. Bened. *ad ca.* Raynutius, *ad vers. absque liberis, nu. 43.* Sicuti prouisio Galli Aquilii, porrigitur ad quemcunque casum similem, *in l. Gallus, § & quid si tantum, de lib. & posth. & alibi in l. cũ pater, §. hereditatem, de leg. 2.* cum facile de similibus ad similia fiat transitus, *l. an inutilis, §. acceptilatio, & l. si acceptolatum, de acceptil. l. in rem, 24. §. itẽ quæcunque, de rei vindic.* Et verisimiliter testator de vtroque cauisset, si cogitasset, *l. Lucius, §. Titius, de libe. & posth.* P. *l. tale pactum, §. fin. de pact.* Quinimo præsumitur testator in sua dispositione conformiter legem imitatus, & de eo cogitasse, quod lex cogitauit & disposuit, *Bartol. in l. precibus, Cod. ne impub. iuncta l. si duo, de acq. her. facit in argum. l. nemo potest, de leg. 1. §. disponat, de nupt. in aut.* Legis autem dispositio, vt in vulgari vno casu expresso alter contineatur, *d. §. & quid si tantum, l. Gallus.* Subinde sufficere dicunt iura, aliquid impleri per æquipollẽs, *l. si mater, Cod. de institution. sub con. fac. l. fina. §. mand.* P. *l. Iulianus ait, de cond. & demon.* P. *l. fideicommissa, § si cui, de lega. 3. l. seruo, de condict. indeb. cum sim.*

5 ¶ Finis † propter quem inducta est substitutio vulgaris, ne sine herede decedat testator, *d. l. vni. in prin. & §. pro secundo, de ca. toll. C.* Explicat & Appianus Alexandrinus, dum de publicatione testamenti Iulii Cæsaris post eius necem agit, *lib. 2. bello ciuil. Miserandum*, inquit, *vel inprimis visum est, cum Dec. Brutum, ex eius percussoribus, inter secundos heredes scriptum populus cognouisset. Consuetudo nempe Romanorum in testamentis fuit, primis heredibus secundos addere: vt si primi heredes non aliissent, nanciscerentur vltimi.* Rationes porro, quæ permittunt testamenti factionem & institutionem, permittunt & suadent vulgarem substitutionem, in qua nihil aliud agitur, quam vt heres institutus inueniatur.

6 ¶ Ceterum † quod pertinet ad ius Gallicum, Tiraquellus existimauit *in præfat. tractat. Le mort saisit le vif, numer. 2. Boer. in tonsi. Bituricen. sit. de testa.* Leonar. *Alesinus Lemonicensis, in tracta. substi. ca. 2.* in Gallia locum non esse substitutioni vulgari. Quia ideo locus est vulgari, quia heres ante mortem non adierit hereditatem: nam si adiisset exspirat, *l. post aditam, C. de impuber.* In Gallia autem, heres semper adiuisse censeatur, propter generalem consuetudinem, quod mortuus saisit viuum, habeatque sine apprehensione corporali possessionem, qui potest heres esse, *arg. l. heres in omne ius, de acq. her.* P. Quemamodum in suis iure ciuili receptum etiam, *l. in suis, de lib. & posth.* P. *l. in suis, de legit. her. l. 3. C. de iure delib.* Quibus non adstipulor, cum alii sint casus, quã si heres non adierit, quo institutus locum facere possit substituto. Et quidem vera esse posset in eo sententia illorum, & tolli, *l. quoniam sororem, eod.* sed aliunde, ad hoc vt locum habeat substitutio vulgaris oportet, quod deficiat spes institutionis, vt institutus non sit heres, nec possit esse heres per se, vel per alium, puta dominum vel patrem, *l. si paterfamilias, de heredit. instit.* P. *l. cum proponas, C. eod. §. fin. de vulg. apud Iustin.* quia repudiauit hereditatem vel lapsum est tempus adeundi, *Guil. Bene. in verba, si absque liberis, 2. num. 44.* Et Bartholom. Chassan. expresse defendit, & in Burgundia & alibi substitutiones vulgares, pupillares, & alias non reiici à consuetudinibus, *Chass. §. 5. ad ver. ne ordõnances, num. 1. des successions, in consil. Burg. Citat. & tex. in constitutionibus Parlamenti Burgundia, §. des inuentaires en quels cas ilz se doiuent faire.* Habent enim locum ibi rationes receptæ substitutionis vulgaris vt alibi. Nempe, quod in subsidium institutionis deficientis ea egeamus, *§. 1. de vulg. apud Inst. l. potest.* P. Et quod interfit testatorum, heredes relinquere, & habere, *§. 3. quib. ex can. manum. non li. l. vni. in princ. de cad. toll.* Ideo non inutiliter trademus paucis, quando ea locum habere possit, hoc est, quando substitutus vulgariter succedat.

¶ In † summa itaque dicimus, eam tunc locum habere, 7
quando institutus succedere non potest: quod pluribus accedere potest modis. 1. Si is institutus est, qui non est in rerum natura, puta, iam mortuus: tunc enim substitutus vocatur, *l. vni, §. in primo, de cadu. toll.* Vel si natus non est, *l. fin. §. final. de instit. sub cõdit. fac. Cod.* Vel 2. si institutus adhuc superstite testatore decessit, *dicta l. vni. §. pro secundo.* Aut pendente 3. conditione, sub qua institutus est, *dict. l. vni. §. sin autem aliquid sub conditione l. ab omnibus, §. 1. de leg. 1. 4.* Si heres incapax sit, vt deportatus, qui institui non potuit, *l. 1. & 2. C. de hered. instituen. 5.* Si institutio prima corruat, quod in ea filius sit præteritus, *l. 1. §. fi. de lib. & posth. 6.* Si heres institutus nõ paruerit cõditioni, sub qua institutus est, *l. 1. & 2. C. de inst. sub cond. fac. 7.* Si heres institutus non adierit hereditatem, vel ante additionem decesserit, *d. l. vni. §. in nouissimo, de cadu. toll. l. quoniam sororem, de iure delib. 8.* Si expresse repudiet hereditatem institutus, *l. heredes, 3. de impuber. Cod.* vel si constitutũ sit tempus ei à iudice, intra quod adeat, *vt in l. si curatoris, de iure delib. Cod.* & in intra illud non adierit: quia postea non potest adire, *l. quandiu, 3. de acquiren. hered. P. 9.* Institutus si nolit esse heres ex testamento, sed omissa causa testati velit ab intestato testatori succedere, vocatur substitutus vulgaris, *l. heres, Cod. de impub.* & præfertur causa testati causæ intestati, *l. antequam, C. com. de successio. l. quandiu, de reg. iur. cum simil.* Et prouisio hominis tollit prouisionem legis, *l. fin. C. de pa. commen. l. maritus, de procur. C. l. 2. §. si duo, de bono. poss. sec. tab.* P.

Quis præferatur in Successione testatoris, an Transmissarius instituti, an Substitutus vulgaris.

Cap. 13.

1 *Transmissionis ius quibus, & in quibus competat, & suus heres quis dicatur.*
Item hereditas non adita quibus casibus transmittatur ad heredes, eod.
2 *Transmissarii heredes præferuntur vulgaribus substitutis, & seq.*
3 *Suitatem non tollit substitutus vulgaris.*
4 *Coniunctus num vincat transmissarium.*
5 *Transmissarius venit ex iudicio defuncti.*

ARdua † certe & per difficilis ex superioribus proxime ex- 1
plicatis proponitur quæstio. Mortuo instituto & transmittente, quis præferatur, an transmissarius, an substitutus: veniunt quippe aliqui ex legis auctoritate, & quodam priuilegio ad hereditatem non aditam. Nam iure communi hereditatis non adita non transmittitur, *l. quoniam sororem, de iure delib.* C. *l. vni. §. in nouissimo, de cadu. toll. C. l. eam quam, C. de fideicom.* Exceptis tribus casibus, primus in suitate: nam suus heres transmittit hereditatem nõ aditam patris, in ascendentes vel descendentes, & extraneos, ratione suitatis, *l. apud hostes, 8. C. de suis, & legit. libe. lib. 6. C. tit. 54. ca. venire præterito, de acq hered. & l. 3. de iure del.* C. Barto. *in l. 1. de his qui ante apert. tab.* C. Suus porro heres dicitur, qui & olim necessarius filius, filia, nepos, neptisve ex filio, & deinceps ceteri liberi, qui in potestate morientis modo fuerint. Suus quasi sinẽ, seu domesticus heres non aliunde quam ex propria domo acceptus, qui viuo quoque patre dominus quodam modo existimatur, *§. sin autem. de hered. qual. & differ. l. in suis, de lib. & posth. l. in suis, de suis & legitim.* P. De quo interrogatus aliquando Angelus Politianus, cum profiteretur se de omni quæstione responsurum, à Socino, obmutuit, vt refert Alciatus *in fin. lib. 4. de verb. sign.* Explicat & ratione his verbis Iustinianus, *§. sin autem, de hered. quæ ab int. defer. lib. 3. Instit. tit. 1. Sin autem heredes filii etiam ignorantes: & licet furiosi sint, heredes possunt existere. Quia*

quibus

quibus ex causis ignorantibus nobis acquiritur, ex his causis & furiosis acquiri potest: & statim à morte parentis quasi continuatur dominium. Secundus casus, in filiis, filiabus, nepotibus, neptibus, & aliis descendentibus etiam non suis, & in potestate testantium non existentibus: qui instituti à patribus, matribus, auis, proauis, auiabus, siue soli, siue cum extraneis, vel substitutis, ante apertas tabulas defuncti, siue nouerint se scriptos heredes, siue ignorauerint in liberos suos cuiuscunque sint gradus vel sexus, derelictam sibi hereditariam portionem, nulla præscriptione huiusmodi, si tamen non recusant hereditatem, possunt transmittere, *l. vni, de his qui ante aper. tab. her. transmit. lib. 6. C. titu. 51. refertur in l. vni. §. in nouissimo, de ca. toll. lib. 6. C. tit. 50.* Tertius casus, in spatio anni ad deliberandum instituto dato num velit adire vel repudiare hereditatem, intra quem si decesserit, transmittit ad successores, siue ex testamento, siue ab intestato, ius hereditatis sit delatæ, non aditæ, *l. cum antiquioribus, Cod. de iure delib.* Atque de istis institutis nunc est quæstio num qui veniunt iure transmissionis in locum instituti, præferantur substitutis. Mihi placet illa sententia, præferendos esse trãsmissarios substitutis.

2. ¶ Cuius † prior ratio videtur, quod iura interpretẽtur verba conditionis, *Si heres non erit, & si alium heredem non fecerit, l. si patersamilias, 40. de hered. institu. §. fin. de vul.* Alium autem fecisse heredem videtur, qui transmittit & transmittendo videtur heres esse voluisse non repudianda: potissimum in Gallia, vbi consuetudo quod mortuus saisit viuum. Vt hæc ratio conuelli non possit diffugio, quod verba, *Si heres non erit*, continent tantum conditionem, si alium heredem non fecerit, quando aditio præcessit institutionem alterius heredis. Hæc enim prorsus iuuenilia sunt. Quorsum enim requiris intelligi vel alium heredẽ non fecerit, si institutus adierit? Aditione enim instituti, exspirat vulgaris substitutio, *l. post aditam, C. de impub. 2.* Probat Paulus Iurisc. *in l. si quis filiumfam. 7. §. 1. de acquiren. hered. P.* Vbi si filius priusquam sciret se patri necessarium exstitisse heredem, relicto decesserit filio necessario, is nepos ab aui hereditate abstinere, quemadmodum & patri permissum esset: & ita ius patris in filium transmittitur, non adita hereditate. Neque calumniari oportet verba, ibi substitutum non datum patri. Nam neq; lex exprimit, vt si substitutus datus esset, hoc ius denegetur. 3. Probatur *ex l. vni. §. cum autem, de cad. toll. C.* vbi hereditas non adita defertur ad substitutum priusquam perueniat ad fiscum: exceptis personis, in quibus dictum erat ius transmissionis locum habere. Et proinde transmissarij præferuntur substituto. 4. *Q. lex vnica, de his qui aut. aper. tab. C.* vul. transmissarios ad hereditatem non aditam patris peruenire, siue is pater fuerit solus institutus, siue alius fuerit substitutus: nec obesse vllo modo præscriptionem seu oppositionem non aditæ hereditatis. 5. Coniunctus præfertur ex præsumta voluntate testatoris substituto vulgari, *l. quidam testamento, 3. de vulg. P.* at transmissarius præfectus coniuncto, *l. 3. C. de iure delib.* Ergo trãsmissarius præfertur substituto, per regulam, si vinco vincentem te, à fortiori vinco te, *l. de accessionibus, de diuer. & tempo. præscrip. P.* 6. Et proculdubio verum est, heredem heredis esse heredem testatoris, *l. fin. de hered. C.* Et in hac quæstionis resolutione, constituto basim, & fundamentalem considerationem, pendente beneficio transmissionis institutum censeri superesse, & tamen nec velle vel nolle, donec per eius heredem declaretur, vel aditio, vel repudiatio seu abstensio. Et proinde eodem pendente tempore substitutum excludi, *per l. quandiu, l. 3. de acquiren. hered.* vbi Vlpian. *Quandiu prior heres instituus hereditatem adire potest, substitutus non potest.*

3. ¶ Ex † quo omnia fere tela in contrariam sententiam collecta, elidi possunt. Nec verum est quod quidam putant, substitutionem vulgarem tollere suitatem, quæ est fundamentum transmissionis, vt diximus. Nam iam docuimus tres esse species transmissionis, & vnam tantum ex suitate pendere, & ita falsam in aliis esse rationem. Subinde neque leges, quas ad hanc adferunt suitatem tollendam, id probant. Citant enim *l. si filius heres, 16. de libe. & posthu. P.* vbi filio substitutus nepos, præterito posthumo, succedit patri. Et putant suitatem posthumi substitutione tolli, quod nunquam sensit Africanus: sed ait posthumo non nato admitti substituta. Non enim præstat impedimentum posthumus, qui natus non est, *reg. iur. non præstat.* contra, si speraretur nasci, vt Papinianus explicat. Nec secundo quod adferunt *ex l. heredes mei, 57. §. cum ita, ad Treb.* vbi pater nõ transmittit in filium spem substitutionis, huc pertinet, *l. ventre præterito, 83. de acq. her. P.* Nam non animaduertunt in nostra quæstione, ante mortem patris hereditatem delatam, & tantum exspectari heredis voluntatem: cum tamen *in §. cum ita*, ante delatam decessisset pater relicto filio. Tertio minus facessit ratiuncula, præferendum eum qui venit iure communi, in concursu venientis iure speciali, *l. eius militis, §. militia missus, de mil. testa. P. l. centurio, de vulga.* Substitum autem venire iure communi, *l. vni, in princ. de cad. toll. C.* & transmissarium iure speciali, *d. l. vni, §. in nouissimo.* Nam nec hic concurrunt & transmissarius & substitutus, sed expresse docuimus, primum ordinem dari trãsmissariis, qualis daretur institutis. Item nec veniunt iure speciali, sed iure communi transmissarij & naturali, potissimum postquam lex generalis hoc ius illis sanciunt. 4. Nõ obest *l. quidam ita in testamento, 25. ad Treb. P.* vbi inquiunt mater substituta præfertur transmissariis heredibus filij instituti. Nam in illa l. filius decesserat, antequam heres institutus, cui ille substitutus esset, adiret hereditatem: & ita filius decessit, antequam ei delata esset hereditas, & dies restitutionis ei facienda venisset vel cessisset. Et ita nulla est quæstio ibi iuris transmissionis. 5. Perperam citant *l. fin. de hered. institut. vers. sin autem*, ibi, *Herede Plotio prius herede sibi instituto si sic adiecerit testator, Sempronius Plotij heres esto: tunc existimandum est, si non Plotius heres sibi fuerit, tunc Sempronium in totum, pertenire Plotij ex substitutione vocari.* Nam illa verba, *Si non Plotius heres sibi fuerit*, continent, vt docuimus, vel alium sibi heredem delata hereditate non fecerit, quod contingit in transmissario.

¶ 6. Non † pugnat quod dicunt, substitutus præfertur coniuncto, vt in specie *l. 2. §. si duo, de bo. poss. secun. tab.* idem in *§. si quis non implens, vers. si vero de hered. & falc. in auth. hoc amplius, C. de fideicom. l. vni. §. in primo, & §. pro secundo, de cad. toll. C.* At, inquiunt, coniunctus vincit transmissarium, *in l. 2. C. ad SC. Orficia.* Alij citant quoque *l. 2. §. ita demum, ad Tertul. in P.* Ergo inquiunt, substitutus vincet coniunctum, per regulam, si vinco vincẽtem te, à fortiori vinco te, *l. de successionibus, de diuers. & tempor. præs. P.* Siquidem minor propositio non probatur per iura citata, in quibus nullus transmissarius heres. 4

¶ Siquidem † *in l. 2. C. ad SC. Orfici.* heres matris erat, qui hereditatem non transmittit, quia suus non est, eo quod mulieres non habent liberos in potestate, *§. fœmina, de adop. l. nulla fœmina, de suis & legitim. hered. P.* In §. vero, ita demum, filius decesserat ante delatam hereditatem. 7. Leue quod adducunt, prouisio hominis tollit prouisionem legis, *l. si. de pact. conuent. C. l. maritus, de proc. C. l. cum ex filio, § si. de vulg.* at transmissarius venit ex prouisione legis, substitutus vero ex prouisione hominis, *l. quis liberis, 8. §. hæc verba, cod.* Ergo substitutus præferendus. Nam *in §. hæc verba qui liberis*, non apitur de transmissariis. Et falsum est, quod transmissarius non veniat ex iudicio defuncti, vt docet *l. 1. de his qui ante apert. tab. C.* 5

An fiscus succedens instituto indigno, præferatur substituto vulgari.

Cap. 14.

1 *Indigno ablatum quando applicatur, vel non applicatur fisco.*
2 *Fiscus an excludat substitutum vulgarem ex indignitate instituti: Heres non vindicans mortem defuncti, priuatur hereditate. cod.*

CErtum † est, ablatum ab indigno ex eius culpa, applicari fisco, *l. Papinian. §. meminisse, de inoffi. testam. l. Clandius, in fine, de his quib. vt indig. P. cum simil. ibi nota. l. 1. C. eod.* nisi vel indignitas ex errore proueniat testatoris, quia tunc quod aufertur, defertur venientibus ab intestato, *l. pater, C. de hered. instit.* vel nisi indignitas ipsius priuandi committatur erga certam personam, ad quam potius ablatum pertinet, *l. pen. C. ad legat. l. post legatum, §. amittere, de iis quib. vt indig. l. 2. §. fi. & ibi Bart. de collat. bon. P.* Ideo quærunt interpretes, num instituto existente indigno, substitutus vulgaris excludatur à fisco. Et hoc pleno Marte, & veluti ambiguo disputant, confundentes substitutiones fideicommissarias cum vulgaribus, nec plane inhærentes naturæ nostrę substitutionis.

¶ Proinde † omissis superfluis velitationibus respondendum 2
& iudicandum censeo, substitutum vulgarem non excludi à fisco. Nam si ex sua persona indignus est institutus & ideo non possit succedere, iam intelligimus eum adire nõ posse. Quamobrem eo de medio sublato, non vt olim hereditas fiet caduca, sed ad substitutum primo peruenit: & postremo loco ad ærarium, si nullus ab intestato successor reperiatur, *l. vni, §. cum autem, & in princip. l. C. de cad. toll. auth. hoc amplius, C. de fideicom.* Et iniquissimum esset, ex facto heredis instituti, qui ex sua persona incapax succedendi est, fieri præiudicium prouisioni testatoris quam ei lex permisit, & substituto, *l. Papinianus, §. meminisse, versic. eo autem solo, de inoff. testa. P. l. non debet, de regu. iur. l. si vnus, § ante omnia, de pactis, P.* Quod si hereditas fuerit per institutum adita, certe ridicula est quæstio, an substitutus vulgaris præferatur: quia aditione exspirauit substitutio, *l. post aditam, Cod. de impub.* Neque ad rem facit Martiani responsum, quod contorquent in contrariam partem, cuius verba hæc, *l. si sequens, 15. ad Senatusconsul. Syllan. Si sequens gradus vltus fuerit necem testatoris, an prioris hereditas ad illum transferatur? Et ait Papinianus non esse hoc. Nam pœna illius, huius præmium esse non debet.* Nam illa verba recte indicant primum, non agi de substitutione vulgari, sed fideicommissaria, si dicas substitutum in post aditionem exspectare hereditatem. Et proinde tunc fiscus pendente vita instituti & conditione, recte percipit fructus hereditatis restituendæ, iuxta singulare 1. Statius Florus, §. Cornelio, de iure fisc. P. Vel si agi de substitutione vulgari

Digitized by Google

contendis; recte excluditur ibi substitutus, tanquam sine iure, à fisco, quod iam à priore adita fuisset hereditas, & ita in culpa esset, quod non vindicasset mortem defuncti. *l. 3. §. eleganter, eod.* Quomodo enim priuari posset à fisco hereditate, si nondum eam nactus esset? Priuatio enim præsupponit habitum, *l. decem, de verb. obliga. l. Iulianus, de diuor. P.* Quin & si dicas ante aditam hereditatem vindicandam esse aliquando mortem defuncti, *quando ante aditionem vel post vindicanda est mors defuncti, vide glos. magnam, ad l. cum fratrem, 9. ad ver. non verentur, de iu. quib. vt indig. C.* ab herede, in idem recidit solutio: nam qui ante aditionem vindicat, vult esse heres, & ita excluditur substitutus.

Num Repudiante hereditatem instituto filio vel seruo, pater vel dominus adeuntes, excludant substitutum vulgarem.

Cap. 15.

1 *Ætas secunda filij quæ dicatur. Et pater, repudiante hereditatem delatam filio, quando adeundo eam sibi acquirit.*
2 *Hereditatem repudiare filiusfam. sine patre, & contra pater sine filio an possit.*
3 *Repudiatio hereditatis filiifam. adeunte patre, an excludat substitutum vulgarem? Seruus quomodo, & in quibus deteriorem conditionem domini facere possit, eod.*

1 QVia † iure Codicis Iustinianei cautum est, vt si filiusfam. heres ab aliquo institutus sit, & is in secunda ætate sit, id est, in ea, in qua consensus eius requiratur, & noluerit adire, patri detur licentia adeundi, vt ad eum perueniat hereditas pleno iure, tam per vsumfructum, quam per dominium, quasi ipse pater fuisset ab initio heres institutus, *l. cum non solum, 8. §. sin autem in secunda ætate, & §. similique modo, de bon. quæ libe. &c. lib. 6. C. tit. 6.*

2 ¶ Cum † etiam iure Pandectarum ex sententia Vlpiani, *l. qui in heres, 13 §. fin. de acquir. hered. Neque filiusfa. repudiando sine patre, neque pater sine filio, alteri nocet: vtrique autem possunt repudiare.* Propter ius, quod pater habebat plenum quidé in quæsitis per filiumfam. qui omia patri iure antiquo quærebat, *l. placet, eod.* hodie quo ad vsumfructum, *l. fi. de bonis quæ lib. §. 1. & 2. per quas pers. acq.* Et ita deteriorem non liceat patris conditionem facere repudiando. *l. filius, C. de pact. reg. non debet.*

3 ¶ Ideo † quæritur hic, num hoc ipsum verum sit, quando filio repudianti datus est à testatore substitutus vulgaris: & nũ pater adeundo, repudiante filio, excludat substitutum? Et putarunt interpretes quidam, excludi substitutum propter proxime citata. Sed verior est meo quidem iudicio contraria sententia, pro qua mihi videtur textus expressus in l. qui liberis, §. hæc verba, de vulg. P. Vbi seruo repudiante dominus non potest substitutum expellere. Potest enim etiam iubente domino, seruus nolle adire, & ita locum substituto facere, vt expresse rescripsit Alexander Cæsar. *l. cum proponas, 3. de hered. instit. C.* Quãadmodum & adeundo potest quærere hereditatem domino, & ita excludere substitutum, aditione alium heredem faciendo. *l. si patersfamilias, 40. eod. P.* Neque hic oportet fucum facere ex vulgari regula, seruum non posse præiudicium vllum facere domino, *l. seruus, de pact. C. l. seruo inuito, ad Treb. P.* quia illud perpetuo intelligendum est in iam quæsitis, non in quærendis per seruum, in quibus nolens quærere, præiudicare potest. *l. fin. C. de acquir. hered.* Qui enim non vult acquirere, fraudem facere non dicitur: quia is patrimonium non diminuit, vt ait Vlpianus, *in l. qui autem cum posset, 6. quæ in fraud. creditor. in P.*

De effectu vulgaris substitutionis, & eius interitu.

Cap. 16.

1 *Substitutionis vulgaris effectus, & seq. num.*
2 *Testamentum, deficiente institutionis gradu, quando à substitutione vires capit.*
3 *Substitutus vulgaris præfertur venientibus ab intestato.*
4 *Substitutus vulgaris succedit immediate testatori, non instituto. Non transmittit prædecedens instituto. Succedit in id in quod successurus erat institutus, & iure accrescendi expellit coniunctum, quando autem consequatur pupillarem hereditatem. num. 5. 6. 7. 8. & 9.*
10 *Substitutio vulgaris quando contineat tacitam pupillarem.*
11 *Substitutio vulgaris quibus modis exspirat. & cur tollatur aditione facta per institutum. & num. 12. 13. & 19.*
14 *Copulatiue tripliciter quomodo pluribus fiat vulgaris substitutio.*
15 *Disiunctiue quando dicatur facta vulgaris substitutio.*

QVid operetur † vulgaris substitutio nunc explicandũ est, ne per peram instituta de ea videatur tractatio vel controuersia. Dicunt quidam. primum per eam tolli suitatem: quod tamen iam antea supra, dum de transmissariis ageremus, falsum esse docuimus. *sup. c. 13. num. 3.* 1

¶ Secundo, † efficit hæc substitutio, vt deficiente primo seu anteriore gradu, testamentum accipiat vires à substitutionis gradu. *l. 3. §. fin. de lib. & post. l. ex facto, §. Lucius, de vulg. P. l. vni. in prin. de cad. toll.* Nisi anterior gradus nullus esset propter qualitatem testatoris, veluti si testari non posset, *vt in l. qui in pote testate, & l. qua ætate, de testa. P.* substitutio ipsa esset inutilis, *l. si ego, de iniust. rup. P.* aut primus gradus rumperetur agnatione posthumi præteriti, quia & tunc sequentes gradus rumperentur, *l. nam & si sub conditione, §. rumpendo, eod.* aut si emancipatus esset in primo præteritus, & in secundo iniuste exheredatus, *l. non putauit, §. à primo gradu, de bon. poss. cont. tab.* 2

¶ Quo † fit 3. loco, vt quia firmatur à gradu substitutionis testamentum, substitutus præferatur venientibus ab intestato ad successionem testatoris, *l. heres instituta, C. de impube.* & quamdiu succedi potest ex testamento, cessat intestati successio. *l. quandiu, de regul. iur. l. antequam, Cod. commun. de succes. cum simil.* 3

¶ Et † consequenter quarto loco, per vulgarem substitutionem non deficienti instituto, sed testatori immediate succeditur. *§. 2. de vulg. leg. 1. eod.* 4

¶ 5. Ius † constitutionis vulgaris personale videtur, vt non transmittatur ad heredes substituti, si is decesserit antequam possit esse locus substitutioni, *l. si ex plurib. de suis & legit. her. P. l. toties, de acq. her. P. l. qui plures, 23. de vulg. P. l. heredes mei, §. cum ita, ad Trebell. P. quia substitutio quæ nondum competit extra bona nostra est*, vt respondit Paulus, *l. substitutio, 42. de acq. rer. dom. P.* Et idem ad heredes plus iuris, quam habeat moriens, non transfert. *l. nemo plus iuris, de reg. iur. cum simil.* 5

¶ 6. Substitutus † vocatur in omne ius, quod habiturus fuisset institutus ex testamento testatoris, si adiisset hereditatem. *l. si Titius coheredi, 27. de vulg. P.* ¶ 7. Quod † ius accrescendi transit ad eum, ad quem transit portio iure huius substitutionis. *l. cum ex filio. 39. §. fin. eod.* 6 7

¶ Impedit † & 8. ne iure accrescendi pars sub conditione relicta perueniat ad pure ex alia etiam parte institutum. *Mart. in l. cum heres institutus 52. §. fin. de acq. hered. P. & Pompo. in l. si te solum, 27. de hered. instit.* Sic substitutus excludit coniunctum, *l. 2. §. si duo, de bon. poss. sec. tab. l. vni, §. in primo, & §. sin autem aliquid, & §. cum autem. de cad. toll.* nisi de contraria mente testatoris cõstet, *l. 4. C. de instit. sub cond. fact. l. quidam testamento, de vulg. P.* vel nisi sit substitutio directa copulatiue pluribus facta, *arg. proxime citat. ll.* quia conditio non intelligitur verificata vno eorum decedente, *l. si heredi plures, de condit. instit.* Quod tamen diuersum est in substitutione coniunctim pluribus facta. *l. fin. §. pen. de leg. 2. l. Lucius, §. Caio, ad Trebell.* Verum in hac quæstione considera, quando coniunctio & substitutio in eadem persona concurrat, vt in l. qui patri, 59. de acq. her. P. quia tunc substitutio & coniunctio se iuuant, non autem expellunt, vt in l. qui testamento, C. de impub. l. vni. quando non peten. par. 8

¶ 9. Substitutus † vulgariter potest nanciscihereditatem pupillarem, in casu l. ex duobus, 34. §. filium impuberem. de vulg. P. 9

¶ Postremo, † substitutio vulgaris filio impuberi testatoris facta, porrigitur ad pupillarem tacitam: nisi de contraria voluntate testatoris appareat. *l. quamuis, C. de impub. l. 2. in fine, & l. iam hoc iure, de vulg. P. l. fin. ae inst. & substit. sub condit. fact. C. l. qui fidum, §. qui filium, de vulg. P.* Nam quod contineatur pupillaris tacita à verisimili colligitur: verisimile enim est testatorem, si eũ casum cogitasset, substituisse pupillariter. Et proinde idipsum dicendum est ac si substituisset *l. Titius, §. Lucius, de libe. & posth. l. sale pactum, §. fin. de pact. P. l. cum res, de leg. 1.* Adhæc si mens contraria appareat, cessat præsumtio, *l. cum de indebito, de probatio. P.* quia in conditionibus princeps est voluntas testatoris, *l. in conditionibus, de cond. & dem. P. l. cum quæstio, C. de leg.* Simili modo si expressa pupillaris, & expressa vulgaris fiant à testatore, iam cõstat de mente, neque altera sub altera continebitur, *l. cum ex filio, §. filio, de vulg. P.* vel si ei fiat vulgaris, cui expressa pupillaris fieri non potest: vel si fiat vulgaris ex formula consilii Galli Aquilii. Quia non potest huic accommodari pupillaris, quod ea præsumatur mortuus instituturus ante testatorem. *in l. Gallus, de liber. & posthum.* Obseruanda hic itaque pro fundamento extensionis, mentis præsumtio, quod id voluisset testator: & ideo expressa ad tacitam pupillarem prorogetur. Si de aliis quippe qui in testamento apponuntur casibus agas, qui nõ pendent ex voluntate præsumta testatoris, sed vel ex legum solemnibus, vel habent dissimilitudinem casuum, vt temporis vitæ, & temporis mortis, aut aliorum casuum omissum non contineri expresso facile probabis. *l. commodissime, eod. P. l. si quãdo, C. de inoffic. testam. l. si ita quis institutus, de hered. instit. P. l. statu liberum. §. Stychum, de legat. 2.* potissimum in his, quæ stricti iuris dicantur, vt in contractibus

Digitized by Google

tractibus,*l.quidquid adstringendæ,de verb.oblig.P.l.si cum dotem,solut.matrim.P.l.si extraneus,ae conditio.cau.dat.cau. non seq.l.qui per statutum,de iureiur.P.* à quibus distant testamenta, quæ latiorem mentis interpretationem admittunt. *l. in testamentis, de reg.iur.* Neque enim etiam hic pupillaris sub vulgari ex verbis substitutionis continetur: nam pugnantia sunt, succedere si sit heres per pupillarem, & si non sit heres per vulgarem. Vt certe videantur vtraque ex repugnantia & contrarietate reiicienda. *l. vbi repugnantia,cod.l.scriptura, C.de fide instru.* Sed ex mente testatoris, vt vtroque casu is præsumatur voluisse substitutum admitti: & si pupillus non esset heres, & si quidem esset, sed in pupillari ætate decederet. Ita verum est, ex contenta voluntate sub vulgari conditionem impleri in forma specifica, vt fieri par est. *l.qui heredi,& l.Mæuius,ae condit.& demonst.* Si enim moriatur pupillus ante aditam, iam vulgaris impletur in expressa: si post aditam, in specifica tacita.

¶ Ceterum, † vt finem vulgaribus substitutionibus imponamus, hæc quæ enumerauimus obtinent, quando substitutio vulgaris efficax est & viuit: non si extinguatur, vel locum non habeat. Idcirco tradunt iurisconsulti modos, quibus extinguatur. Quorum prior insignior est, si adita sit hereditas ab instituto, cui facta est substitutio. *l.post aditam,de impub. C.l. si legata, C. de leg.l.si quis filiumfamilias, te acq.hered.* Quia defecit conditio, & consequenter potestas petendi ex conditione, *l. 1. de mat. vid. toll.C.l.si pupillus, de cond. instit.* iamque aditione testator habet heredem, *l.3.§.si quis ita,ae hered. instit. P.* vt postea substitutus heres esse non possit: quia vni testatori duo in solidum heredes esse non possunt. *in l.quod contra,§.vni duo, de regu.iur.l.hereditatem,§.pater,de castr.pec.P.* Quod & in pluribus substitutionis vulgaris gradibus, verum est, vt adita hereditate omnes expirent. *l.mater.§.fin.de vulg.P.*2. Postquam institutus adita hereditate factus est heres, non potest desinere esse heres. *l.& si sine, §.sed quod Papinianus.de minor.25.annor. Caius,l.ei qui soluendo,de hered.instit. P. §. restituta, de fideicom. hered.l.sicut. C.de repud.vel abst.hered.* Et postremo, vbi hereditas adita est, desinit esse iacens, sitque patrimonium eius qui adiuit. *l.sed si plures, §.filio impuberi, de vulgar. l. 1. §. veteres, ae acquir. possess.* Substitutus autem non dicitur instituto succedere sed testatori. *l. 1. in secundo responso, ibi,tunc Seius mihi heres esto,de vulg. §. 1. versic. quo casu,de pupil.*

12 ¶ Nec † interest, num iure ciuili vel iure prætorio adita fuerit hereditas: nam eum, qui agnoscit bonorum possessionem, pro herede se gerere non ambigitur. *l.pubertem, C.de iure deliber.* Heres quippe, qui agnoscit hereditatem de iure prætorio, videtur adire iure ciuili secundum Bartolum: nisi à iure ciuili fuisset exclusus.

13 ¶ Quin † & exsistentia sui heredis, expellit vulgarem substitutionem, vt aditio hereditatis, *l. Lucius, de vulg. P. Bart. in l.1.eod.* Quo fit, vt si plures sint heredes instituti, puta tres vel quatuor, vnius aditione expirat substitutio, etiam quoad alios, si copulatiue fiat substitutio.

14 ¶ Copulatiue † autem fiet tripliciter. Primum, si testator substituat cõiunctiue per copulam negatiuam: *neque*, vt, *Titium, Caium Sempronium instituo, si neque Titius, neque Caius, neque Sempronius heredes sint, Catonem substituo.* Ibi enim conditio exigit nullum eorum esse heredem, & ita vno adeunte deficit substitutio. *l.quidam testamento,de vulga.P. Barto. in l. heredes mei, §.cum ita,ad Treb.P.l.hoc articulo,de her.inst.P.* Secũdo, si testator substituat simpliciter, aliqua copula non adiuncta, neque affirmatiua, neque negatiua: veluti si dicat, *Titium & Seium heredes instituo, & si prædicti heredes non sint, Caium substituo.* Nam vno horum adeunte, extinguitur substitutio: ita vt coheres excludat substitutum in parte repudiantis. *l.cum quidam, C.de impuber.* Tertio, quando testator adiecit copulatiuam, &, substitutioni, puta: *Titium & Caium heredes instituo, & si Titius & Caius heredes non fuerint, Sempronium substituo.* Nam & hic aditione vnius ex coheredibus extinguitur substitutio, quod pertinet etiam ad alium vel alios adiectos, & portio repudiantis accrescit coheredi iure accrescendi. *Bart.in d.l.1.de vulgar. P. Bald. Ang. Salyc.in d. l. cum quidam, Paul. Castr. in l. si is qui ducenta, §. cum ita, de reb. dub. P.*

15 ¶ Nisi † substitutio esset facta seruo communi duorum dominorum, heredi instituto, *l.& Proculo, de lega.2.l.si heredi, §.qui duorum, de condit.& demonst.* Siquidem tunc, si seruus iussu vnius domini partem adierit, iussu autem alterius partem repudiet, substitutus admittitur ad partem repudiantis, quia verba institutionis relata ad seruum communem, intelliguntur separatim & disiunctiue adiecta. Quemadmodum quando testator substituit disiunctiue dicens: *Titium & Caium heredes instituo: & si Titius aut Caius heres non sit, vel non sint substituo Sempronium.* Quo casu, vno heredum adeunte, substitutio, quod pertinet ad eum, non quo ad alium, exspirat: & ita, vtroque non exsistente herede, ad vtriusque partem substitutus admittitur, & altero moriente ante aditionem vel repudiante, ad partem quoque eius. *l.penul.de iniusto rup.P.l.ex duobus,§.fi'ium,& l.cum ex filio,§.fin.& l.coheredi,§.heres,de vulg.* Et ita intelliguntur omnia iura, quæ tradunt substitutionem præferri coniuncto. *vt l.vni. §.pro secundo, de cad.toll.l.æquissimum, §.si duo, de bon.poss. sec.tab. l. quæ pater, de acq.hered.*

16 ¶ Ergo † adita hereditate, substitutio vulgaris primum exspirat. 2. Eadem locum non habet, si substitutus repudiet hereditatem. *l.si nemo,de reg.iur.* Aut si 3. antequam conditio substitutionis aduenerit, decesserit: quia substitutio, quæ nondum competit, non transmittitur. *l.substitutio,de acqui.rer.dom. l.toties, de acq.hered.l.heredes mei, §.cum ita,ad Senatusc.Trebel.l.si ex pluribus,de sun & legiti.hered.* Aut 4. si conditio ipsa apposita defecerit. *l.si plures,de condit.instit.P.l.1.de indic.vid.tol.C.* Et postremo, si substitutus necauerit instituentem. *l.Cicero, de pœn. P. l.si ab hostibus,§.fin.sol.matrim.P.*

De substitutione pupillari, eiusque definitione & diuisione.

Cap. 17.

1 *Substitutio pupillaris contra ius commune. Et eius substitus. duo singularia.num.2.*
3 *Pupillus pupus quis dicatur.*
4 *Pupillaris substitutionis definitio, eiusque diuisio in expressam, tacitam,mixtam: in proprie pupillarem, & exemplarem. num. 5.& 6.*
5 *Pupillaris substitutio contenta sub reciproca & compendiosa, pro expressa est.*

PVpillaris † substitutionis faciendæ, ius singulare est, moribus introductum, præter imo contra communem iuris dispositionem, *Theoph.in §.1.de pup.subst.in Inst. iur. ciuil. l.moribus, de vulg.* postea tamen legibus receptum, *d.l.moribus, & l.iam hoc iure,ae vulg.P.* Potuit autem populus hoc sibi vtendo & moribus statuere, qui potest moribus etiam scriptis legibus officere, & eas desuetudine abrogare, in parte vel in toto. *l. de quibus, de lib. P.* Et ita etiam alia pleraque, more Romano, seu moribus vtentium, recepta, quæ videntur à iure aliena communi. *l.more nostræ ciuitatis, de acq.hered.l.more maiorum, de iurisd.omn. iud. l. more Romano, de seruit.* Faciuntque mores & consuetudo ius proprium, *ca.mos est, & c.consuetudo, 1.dist.l.omnes populi. de iusti. & iur. l.cum prator, de iudic. P.l.magistratus, ad municip. P.* Sed & ius commune consuetudines circa vltimas voluntates expresse seruari iubet. *in l.si non speciali, C.de testament.* Singularia præcipua duo in hac substitutione.

1 ¶ Primum, † quod pater pro alio, pro filio videlicet, testetur, cum ius commune respuat hoc testamentum: quia voluntatis nostræ non est sententia, sed sit captatoria reprobata. *l.1.eod. P.l.captatorias, de testam.mil.l.illa institutio, de hered.instit.* Nec quis ab alio rogari potest, vt sibi alium heredem faciat. *l. ex facto, ad Senatusc.Trebel.l.filiusfamilias, §.vt quis, de legat.1.* Secundũ, quod per hanc decedit testatus pupillus, qui per ætatem testari non potest, *l.qua ætate, de testamen.§.præterea, quib.non est perm. fac.testa.* vt etiam mater per eam priuari legitima possit. *l.Papinianus, §. sed nec impuberu, de inoffic.testamen.contra l.nam & si parentibus, eod. tit. P.& §.sed nos, de* SC. *Tertullia.l.1.C.eod.* Pupillaris ab ætate eius, cui fit, dicta est substitutio. *Theoph. lib. 2. Instit.iur.ciuil.§.1. de pupilla.*

2 ¶ Pupilli † pueri dicuntur, & proprie qui patre carent, qui desierunt esse in patris potestate, vel morte eius, vel emancipatione. *l.pupillus, 239. de verbo.sign.* Et sumto latius vocabulo etiam omnes qui in impuberi sunt ætate. *l.si seruus, 141. §. si pupillus, de verb.obl.P.l.quam Tuberonis, §.pupillus, de pecul.P.l.si infanti, §.fin. de iure delibe.* Pupillus à pupo declinari videtur, pupum enim & pupam vocarunt tenerum puerum, aut teneram puellam, vt apud Martial. 4. Epigram.

Pupam se dicit Martia, cum sit annus.

Et Catullus:

Deprendi modo pupulum puellæ trusantem.

Et Persius Satyr. 2.

Dicite pontifices in sacris quid facit aurum,
Nempe hoc, quod veneri donatæ à virgine pupæ.

Vnde & imaguncula, quæ concipitur in oculi acie, in cornea tunica, dicitur pupilla. *Plin.lib.11.c.37. Cic.1.ae natur. deor.* Sicut & apud Hebræos à nomine אִישׁ vir, formant אִישׁוֹן *ison*, pupillam, quia in ea apparet parua figura hominis, vt ait Rabbi Kimhi, in Psalm. 17. Pupillus porro & pupus, à pubecula, imperfecta videlicet minorum puerorũ pube, à qua puberes maiores masculi 14. annorum, fœminæ 12. appellantur. *c.puberes, 3.de d.sp. impub.c.1.de delict.puero. l.minor 25.annis, 33. de minor. 25. an. l.fin. quan.tuto.vel curat.esse desin.§.1.quib.mod.tut.finit.* ¶ Substitutio † pupillaris variis modis, neque sine pugna interpretũ definitur. Ego, cum otiũ non detur, non immorabor in referendis aut refellendis singulis ne crescentes inflem crebris sermonib.vtres. Sed meam tradam vt opinor suis numeris absolutam, & totam substantiam pupillaris cõtinentem. Ea est, substitutio pupillaris est substitutio directa, ab eo qui sibi testamentum cõdit, facta li-

Digitized by Google

beris impuberibus in sua potestate constitutis, sub ea conditione expressa vel tacita, si in ætate impubere decesserint: per quã & in impuberis & patris bonis succedit substitutus. Pro genere verba, substitutio directa. Nam ea est ex genere directarum, vt docuimus in principio tractatus substitutionum, *& probat, l. si testamento iure facto, l. 7. de impub. C. l. Scævola, ad Trebell.* & datur per hanc directo pupilli hereditas, *l. precib. C. de impub.* Reliqua finitionis, pro differentiis sunt aliarum substitutionum & huius, quæ latius ex his quæ dicemus, apparebunt.

5 ¶ Pupillaris † substitutio triplex, expressa, tacita, mixta, id est, partim expressa, partim tacita. Expressa est quando forma substantialis exprimitur in testamento patris, veluti: *Si filius meus intra pubertatem decesserit, tunc Caius heres esto, l. 1. de vulg. §. 1. cod. apud Iustinian.* Tacita est, quæ non exprimitur in testamento, sed intelligitur: & aliis substitutionibus continetur, vel compendiosa, vel reciproca, quæ potest fieri impuberibus, *l. Lucius, eod.* vel vulgari. *vt supra docuimus.* Verum ea, quæ continetur in compendiosa & reciproca, non est omnino tacita: quæ continetur autem sub vulgari, est omnino tacita. *l. quamuis, C. de impub.* Nam tacita pupillaris contenta sub reciproca, aut compendiosa tantum habet vim, ac si expressa esset: at contenta sub vulgari minime, *l. fin. de Instit. sub. cond. facl. C.*

6 ¶ Mixta † dicitur, quoad extrema: vt, *Si filius sit heres, Caius heres esto. §. substituitur, de pupil. l. qui liberos, de vulg.* Est & pupillaris quædã propriè pupillaris, alia quasi pupillaris, quæ exemplaris dicitur. *l. humanitatis intuitu, de impub. C.*

De quibus bonis fiat substitutio pupillaris.

Cap. 18.

1 *Substitutio pupillaris pertinet, & ad propria bona pupilli. & 5.*
2 *Aditione hereditatis patrimonium defuncti & heredis vnum fit.*
3 *Arrogato quare in bonis proprijs arrogator non substituit pupillariter.*
4 *Pupillo bona, cui substitutum sit, an alienari possint.*

1 SVbstituitur, † seu heres instituitur, & fit pupillo, non solum in bonis, quæ à testatore filius percepit, sed etiam in propriis bonis pupilli aliunde quæsitis, *§. 1. de pupil. l. sed si plures, §. ad substitutos, de vulgar. l. si ita scriptum, §. qui filio, de bonor. possess. sec. tab.* etiam maternis, *§. 1. vt lic. matr. & auia, in auth.* Neque interest, an in omnibus bonis pupilli substituerit pater, an tantum in aliqua re: siquidé particularis illa substitutio ad reliqua omnia bona trahitur. *l. coheredi, §. fin. de vulg.* Vt in aliis institutionibus, vbi coheres datus non est vniuersalis, receptum est. *l. 1. §. si ex fundo, de hered. instit. cum similib.* Quando videlicet pupillaris fit per verba directa & ciuilia, non autem si fiat per obliqua & cõmunia: nam tunc substitutio in re particulari per ea verba facta, non trahitur ad vniuersa, vt annotauit Alexander, *in l. 2. de vulga. l. cogi, §. generaliter, ad Trebel. Barto. plene in l. centurio, circa fi-*
nem, quæ sint verba directa, obliqua & communia tradit.

¶ Cur † autem substitutio pupillaris ad bona pupilli propria
2 referatur, ratio est: quod adita per filium patris hereditate, fit vnum patrimonium patris & filij per vnionem. Et ita post aditionem, non tam in bonis filij, quam suis pater substituisse videtur. *l. sed si plures, §. filio impuberi, de vulgar.* Quemadmodum adita hereditate defuncti per heredem, vna censetur causa vtriusque, bonorum confusione. *l. debitori, C. de pact. l. Stychum. 95. §. aditio, de solutio. l. licet, C. ad leg. Falcid.* Et vnita se mutuo consequuntur, vt in vnitis beneficiis liquet. *c. quia sæpe, de preben. in 6. glo. in ca. gratia, ad ver. de iure tenere, de rescript. 6. ca. translato, de consti.* Alia ratio, quod heres substitutus pupillo, & ex eius voluntate ei succedere videtur: quia testamentum patris testamẽtum filii est. *l. Papinianus, §. sed nec impuberis, de inoffic. testam.* P. Tertia, quia si in parte bonorum pupilli tantum succederetur, is pro parte testatus, & pro parte intestat⁹ decedere videtur, quod ius non patitur. *l. ius nostrum, de regul. iur. cum similib.* excepta voluntate militis, *l. sed si plures, §. ad substitutos, de vulg. l. miles ita heredem § si miles, de milit. testam. P.*

3 ¶ Obserua † tamen, substitutionem pupillarem factam arrogato filio non extendi nisi ad legitimam, quã à patre adoptãte habuit, nõ ad bona, quæ aliũde arrogatus ante arrogationẽ habebat. *l. sed si plures, § in arrogato, de vulg.* Cuius ratio aliunde pendet, videlicet ex pacto & cautione data in arrogatione, qua se pater obstringit de reddendis bonis arrogati proximioribus arrogari, si is in pupillari ætate decederet, *l. non enim aliter, de adopt. P. §. um autem eod.*

4 ¶ Porro, † non inutiliter quæritur, ad quæ bona pupilli pertineat substitutio, an ad omnia quæ pupilli fuerunt tempore quo adiit hereditatem paternam: an ad ea tantum, quæ tempore mortis pupilli, esse eius inueniuntur. Et, num si à tempore additionis distracta pupilli, aliqua sint bona, reuocari possint, vt subiecta restitutioni. Et iustis certe rationibus placuit, bona propria pupilli posse ex legitima causa, quæ minorum bona distrahi permittit, alienari, nec post eius mortem reuocari posse per substitutum. Diuersum autem in bonis patris, quæ fideicommissariæ substitutioni obnoxia sunt. *Guilelm. Benedict. in cap. Raynutius, ad ver. si absque liberis, 2. nu. 85.* Ratio prior, quia testamentũ pupilli censetur, *d. l. Papinianus, §. sed nec impuberis, de inoffi. testam.* testatori autem, libera est alienandi facultas bona sua quamdiu vixerit, *l. cum seruus legatus, 15. & l. rem legatam, 18. de adm. leg. P. c. cum Martha, de celebrat. miss. l. si quis in principio, de leg. 3. l. cum hæc status, §. aut oratio, de donat. inter vir. & vxor. cum simil.* Secunda, quod substitutio pupillaris est directa, non fideicommissaria: & proinde non competit, nisi pro bonis, quæ erant tempore mortis, argumento sumto à contrario sensu, authentic. res quæ, C. commun. de legat. Sed & res interdum subiectæ restitutioni alienari possunt, necessitate cogente vel debitorũ, vel legatariorum. *l. cum hereditas, & l. ita tamen, §. actiones, ad Trebel. P.* Et tertio loco exstat textus, qui de substituto pupillari meminit, ne possit reuocare quæ à tutore minoris alienata sunt, si id fecerit, vt alimenta præstaret matri aut sorori, quæ aliter viuere non possent. *& l. 1. §. sed nonnullos, de tut. & ratio. distr.*

¶ Notandum † autem & adhuc est, quod sicut expressa pupillaris trahitur ad omnia bona pupilli, ita etiam & tacita sub vul 5
gari contenta. *Guillel. Benedict. ad d. cap. Raynutius, ad verb. si absque liberis, 2. num. 85. in fine, de testam.*

An Substitutus excludat ascendentes pupilli, aut matrem in legitima & hereditate ab intestato eis debita.

Cap. 19.

1 *Substitutus pupillaris an excludat matrem. & num. seq.*
2 *Matrem excludit substitutus etiam in bonis ex linea materna pupillo aduenientibus: Etiam si compendiosa contineatur, non si tacita sub vulgari.*
3 *Mater quare non excludatur à successione filij per tacitam pupilarem sub expressa vulgari comprehensam, & qui casus excipiantur. num. 4.*
5 *Pupillaris substitutio quibus rationibus excludat matrem à successione pupilli. Contrariæque rationes sublatæ. num. 9.*
6 *Testati causa potior intestati.*
7 *Lex indefinite loquens, indefinite intelligenda.*
8 *Patris magis quam matris consilio lex ae liberis fidit.*
10 *Pater & mater an pares sint in causa filij.*
11 *Mater exheredari sine causa à filio non potest.*
12 *Legitima num sit iuris naturalis.*
13 *Pupillaris & exemplaris substitutio differunt.*

EX superiori † proxima resolutione, qua substitutus succe- 1
dit in omnib. bonis propriis pupilli, oritur dubium quotidianum: Num ascendentes qui habent legitimam in bonis intestati filii, vt mater, auus, auia, *auth. presbyteros, C. de episc. & cler. §. presbyteros, de sanctiss. episc. in auth.* excludantur per substitutionem pupillarem. Potissimum in Galliarum quibusdam prouincijs, vbi mater succedit, sicut pater filio etiam cum testamento decedenti, in bonis mobilibus, ea lege, vt debita personalia, & in funus impẽsa persoluant, si filius nullo relicto filio extraneũ instituat. *consuet. Turonij, titul. des successions, artic. 16. in Aurelia. eo. tit. art. 257.* Alibi, in acquisitionibus immobilium, *consuet. Parisio. eod. ca. tit. art. 128. Britan. eo. tit. art. 565. & alibi.* Et in hac quæstione quidam putant absolute, matrem & alios expressa pupillari excludi, *Ang. Are. in §. 1. ibi quæro quis sit effectus, de pupil. Bart. in l. Papinianus, §. sed nec impuberis, de inoffi. testa. P. & in l. moribus, n. 31. de vulg. & ibi Dyn. & Alex. consi. 45. 1. vol. & consi. 11. in 3. vol. Io. ab Imola in c. Raynutius, de testam. & Benedict. in d. c. in ver. si absque liberis. 2. in tracta. pupillaris substitutio, num. 86. & Matth. de afflict. decis. Neapolit. 319. num. 2. & decis. 38. num. 3. Guido Pap. decis. 533.* quidam arbitrantur iure quidem antiquo id fuisse verum, sed nouo antiquatum.

¶ Prior † sententia placuit etiam Baldo, qui cũ aliis addit, 2
vt mater etiam excludatur in bonis, quæ obtigerint pupillo ex linea materna. *Bald. Alex. & Imo. in l. sed si plures, §. ad substitutos, de vulg.* Mihi probatur hæc sententia, tam ex iure Pandectarum in l. Lucius, 2. responso, de vulga. P. quam iure Codicis, & ex l. precibus, in 2. responso, de impub. C. & iure Pontificio ex cap. 1. de testam. in 6. vbi etiam compendiosa & breuiloqua substitutio idem operantur, vt continentes expressam in se pupillarẽ, quod pertinet ad verbum dispositiuum quamuis, quantum ad verbum conditionis distinctiuum pertinet, sit tacita. Quod tamen diuersum est in tacita pupillari, quæ continetur sub vulgari expressa, quæ matrem non excludit. *glos. & interp. in l. fi. de instit. sub cond. facl. C. & l. precibus, C. de impub.*

¶ Sed † perpendamus causas huius varietatis. Dicunt igitur, 3
tacitam ex vulgari ideo non excludere matrẽ, quod ea plurimũ laborauerit circa gestationem, partus, & lactationem filii, *l. fi. §. quis earum, qui potior. in pignor. hab. Cod. ca. fin. de conuersa. coniuga-*

Phalaris.

Digitized by Google

Thalaris Panormæ, cpist. gra. 19. Bald. in l. precibus, C. de impuber. per l. ...sidius, qui pot. in pig. hab. C. & fraudare labores iniquum esset, *l. pen. §. illo, de necessa. hered. instit.* nec afflictæ dandam esse actionem, *l. tam demens*, C. *de episc. aud. l. diuus, de offi. præsi. P. l. pœna, §. fin. ad l. Pompon. de parricid.* sed in solatium liberorum amissorũ, bona & legitimam ei esse deferenda. *l. iure succursum, de iure dot. P.* Quæ tamen ratio mihi in hac caussa non probatur: quia & eadem posset habere locum in pupillari tacita compendiosa, & in expressa: cum tamen diuersa sententia verior sit. Proinde alia ratio quærenda, quæ substantiæ rei sit accommodatior quod in vulgari expressa pater non cogitauerit de exheredatione matris filij cum substituit, sicut in compendiosa breuiloqua, & expressa pupillari facta impuberi. Et exheredationes, vt odiosæ, sint restringendæ potius, quam extendendæ, *l. cum quidam, de iure. & posthum.* Item quod per vulgarem, *l. 1. de vulga.* succeditur potius patri, quam filio, cui per pupillarem succeditur. *l. 2. eod. & l. Papinianus, §. sed nec impuberis.*

4 ¶ Demuntur † tamen quatuor casus, in quibus tacita pupillaris matrem excludit: quos notat Guil. Benen. ad c. Raynutius, ed ver. si absque liberis, 2. in tract. de pupill. n. 88. 89. 1. Si constet ex dictis extra testamentum, testatorem id voluisse, *l. in testamento, in fi. de test. milit. C. gloss. in l. precib. in verb. omnimodo, de impub.* vt si, viuens aliquando affirmauerit, nolle se, moriente pupillo, aliquid vxorem suam ex bonis suis capere. vel illi succedere. *arg. l. quoties, §. 1. de hered. instit. l. Titia, §. 1. de verb. obl. P.* 2. Si testator vxori aliquid reliquerit in testamento, adiecta hac vel simili conditione, ne quid vltra in bonis suis petat. *arg. l. peto, in prin. de legat. 2. l. fideicommissa, §. si quis ita, de legat. 3.* 3. Si mater marito facta fuerit inimica. *l. 3. in fin. de adim. leg.* 4. Si substitutus sit magis, quam vxor, dilectus testatori, puta, si filius. *Bart. in l. hereditatis mei, §. cum ita, ad Treb. P.*

5 ¶ Et † hæc possunt fi. mare sententiam, cur expressa pupillaris, vel quæ pro expressa habetur, excludat matrem. Quæ aliis quoque rationes habet. Prima quod in hac agitur de successione, quæ ex testamento patris ad substitutos defertur: quia testamẽtum patris dicitur, per quod heres institutus est pupillo, & testamentum filij est testamentum patris. *l. patris & filij, de vulga.* Et in vtrumuis filij, est veluti appendix tabularum testamẽti patris: quandoquidem non prius filio heredem dat, quam sibi ipse instituerit. *l. 1. §. fi. & l. 2. §. primus, & §. quisquis, de vulga. P. §. liberis, de pupil.* Ceterum, matri non potest mouere querelam vllam aduersum mariti testamentum, quod illam non instituerit, vel quod præterierit: quia querela non datur nisi certis personis, *l. 1. de inof. testam. P. l. patris, C. eo.* non vxori, cui tantum subuenichatur ab intestato, per edictum, vnde vir & vxor. *l. 1. vnde vir & vxor. C.* Et proinde à successione legitimę filij remouebitur, quia testamentum patris est. *expresse in l. Papinianus, §. sed nec impuberis. de inoffi. testa. P.*

6 ¶ Hinc † alia ratio sequitur, testati caussam tollere caussam intestati, *l. antequam, C. com. de success. l. quamdiu, in 2. de acquir. her. l. quamdiu, de reg. iur. l. 2. de bon. poss. sec. tab. cum simil.* Substitutũ autem venire ex testamento subsistente patris & filij: matrem autem ab intestato. Et proinde certe expelli. Nõ potest petere filij bona separari à paternis, quibus vnita sunt, *l. sed si plures, §. filio, de vul. l. 1. §. præterea, de separat. in P.* alioquin pro parte pater & filius testati, pro parte intestati decederent, quod ius in paganis non patitur. *l. suos nostrum, de reg. iur. P.*

7 ¶ Tertio, † lex indefinite loquẽs, generaliter & indefinite est intelligenda, *l. si pluribus, 45. de leg. 2.* Porro, l. sed si plures, §. ad substitutos, de vulg. tradit indefinite, bona quæcunque peruenire ad pupillum, ad substitutum pertinere. Proinde nihil ex his detrahetur, matris caussa: cum de ea lex nõ meminerit, nec excipiat. *l. cum vero §. de viro, sol. mat.* Quinimo nec substitutus potest omittere successionem filij retenta paterna. *l. quidam el gio, de iure delib. C.*

8 ¶ Addi † potest, probum consilium patris, de quo lex bene præsumit, *l. consilio, de cura. furio. C. l. isti quidem, quod met. cau. P.* qui cum mores vxoris rectissime perspectos habeat, non creditur absque caussa matrem præterisse: puta, sciens eam male affectam in filium, vel luxuriosam, iuxta l. lex quæ tutores, de administ. tuto. C. Sed & postremo, matres quę se excluſas per substitutionem pupillarem videbunt, si filius in impubere ætate moriatur, officiosiores erunt & diligentiores in conseruanda vita filiorum, vt maiores facti aliquid consequi ex eorum sententia possint. *arg. l. sin. vbi pupil. educar. deb. C. lib. 5. tit. 49.*

9 ¶ Qui † sententiam contrariam secuti sunt, vt Petrus de Bellapertica, Iacobus de Aretinis, & alij, dixerunt iura Codicis & Pandectarum correcta fuisse iure Nouellarum, quo mater non potest à filio priuari legitima, nisi ex caussa ingratitudinis expressa. *§. sine igitur, vers. sancimus, vt cum de app. cogn. in auth.* Ego tamen nullam huius substitutionis in vllo iure expressam inueni correctionem. Nam esto, filium non posse absque caussa matrem priuare legitima: in hac substitutione, nec hoc filius facit, sed pater, *d. l. Papinianus. §. sed nec impuberis.* Et quod expresse non corrigitur, cur stare prohibetur? *l. sensib. C. de testa.* Potissimum cum cuitanda sit iurium correctio. *c. cum expediat, de elect.*

10 ¶ Nec † ad rem secundo pertinet, quod aiunt, patẽ in parem non habere imperium. *l. non magistratus, de recept. arbit. P. l. ille à quo, §. tempestiuum, ad Senatusc. Treb.* Matrem autem putent patri æqualem esse in successione filij hodie. *auth. defuncto, ad Senatusc. Tertullia. C. §. 1. de here. ab intesta. veniens. coll. 1. l. 2. §. obiicitur, ad Senatusc. Tertul. P. l. 2. C. eod.* Quamuis olim mater expelleretur à patre. Et ideo non posse per patrem matrem priuari successione filij. Nam falsum est matrem & patrem esse pares in potestate filij. Nam fœminæ non habent liberos in potestate, *§. fœminæ, de adopt. & l. nulla, de sui & legitim. P.* & ideo vt patres non possunt pupillariter substituere. *l. 2. de vulg.* Et si patres sunt in successione, hoc verum ab intestato, sed hic pupillus intestatus non dicitur decedere, sed testamentum patris est testamentum filij. *l. Papinianus, §. sed nec impuberis.*

Huc † pertinet tertia ratio eorum eiusdem finis, quod ea 11
quæ filius per se facere non potest, non potest ministerio patris. *l. neque per se, de her. instit. l. qui libertus, de oper. lib. cum ibi not.* quia qui per alium facit, per seipsum fecisse videtur. *l. scire oportet, §. aliud, de excus. tutor. P. l. 1. §. ...fecisse, de vi & vi arm.* At inquiunt, neque etiam iure Pandectarum filius matrem per se sine caussa exheredare poterat. *l. nam & si parentibus, de inoffi. testam. P. d. scripto, vnae li. P.* nec hodie *§. aliud quoque capitulum, vt cum de appel. cognosc. in auth.* Non poterit ergo per ministerium patris: ne quod vna via prohibetur, alia permitti videatur. *contra cap. cum quid, de hered. instit.* Cum nemo etiam alterius facto possit exheredari. *l. patersam. testamento, de hered. instit.* Nam & maior & minor propositio, in hac quæstione deficiunt. Siquidem & filius, qui per se ob ætatem nõ potest disponere, per patrem testatur. Et quamuis iure communi Pandectarum legitima ascendentibus in bonis filii debeatur, tamen & eodem iure recepta est exclusio matris per substitutionem pupillarem, per sæpe citatã l. Papinianus. §. sed nec impuberis, de inoffic. testa. P. Ita aliæ rationes tolluntur, quæ rem non attingent. sed ex regulis communibus decerptæ obiiciuntur: quod limitata caussa substitutionis, vt testari tantum pro filio liceat. *argum. l. in agru, de acquirer. dom.* Omittunt alium finem enim, & vt excludatur mater. Item quod aiunt vt priuilegium concessum intelligatur sine alterius iactura, *l. 2. §. si quis à principe, ne quid in loc. pub. l. nec ius*, C. *de preci. Imp. offer.* quodque iniuria irrogatur filio, si sine caussa beneficiorum immemor exheredet matrem. Nam hæc omnia falsa sunt: siquidem & concessum est patri disponere vt velit, & priuilegium concessum hoc expresse habet, vt matrem excludat. Item nec iniuria vlla irrogatur filio, quia testamẽtum patris est: & vt audiemus, Deo fauẽte in rationibus substitutionis huius, potestatis ratione, pater tanquam de bonis propriis videtur potius disponere, quam de filii, vt nulla matri iniuria irrogata videatur, si vxorem nolit sibi nec filio succedere.

¶ Et † quod adferunt aliud, legitimam esse iuris naturalis, 12
§. primum itaque, de hered. & falcid. in auth. l. nam & si parentibus, de inoffi. testa. P. nec tolli patrem vel ius ciuile posse, *§. sed naturalia, de iure natu. l. eas, de ca. diminut.* Eadem solutione eluditur, quod nulla legitima vxori debeatur in bonis mariti. Quamuis vltra, lapsos putem eos, qui dicunt legitimam matribus & ascendentibus, imo & descendentibus iure naturæ deberi: cum iure naturæ nihil sit priuatum, sed omnia sint communia, *c. quo iure, 8. dist. Cic. 1. Offic.* Atque lex ideo & consuetudo, recte minuit tollitque legitimam, *Oldrad. 135. per l. fin. C. de fiacicom.* vt constat ex titul. de Senatusconsul. Tertullia. collatione facta iuris antiqui & noui.

¶ Quod † porro postremo tradunt, in substitutione exem- 13
plari matrem non posse per patrem excludi successione, ergo nec in pupillari, quia ad exemplum eius exemplaris permissa, *l. humanitatis, de impuber. C.* consequentia decipiuntur. Nam exemplaris quidem in certis pupillarem imitatur, sed non in omnibus, vt ex collatione ambarum apparet, & ex diuersitate tractationis: neque vllum simile in aliquo est idem. *l. si eadem, C. de codicill.*

Quis possit substituere pupillariter.

Cap. 20.

1 *Pupillariter quis possit substituere, & sequen. & Falcidiam vnam ex patris & pupilli testamento tantum sumi.*

2 *Filij institutio vel exheredatio caussa præcipua testamenti paterni.*

3 *Testamentum prius sibi patrem, quam filio facere debere, quomodo intelligatur.*

4 *Emendationes Pandectarum leuiter inculcatæ.*

5 *Ordo scripturæ quomodo in testamento pupillari seruandus, & in alio.*

6 *Exheredatio filij quo loci testamenti fieri debet.*

7 *§. Prius. l. 2. de vulga. explicatio, per totum fere cap.*

8 *Pupillaris substitutio quam possit fieri in testamento patris imperfecto.*

9 *Bonorum possessione rupto testamento conseruantur tabulæ pupillares.*

Digitized by Google

1 QVi † substituere vult pupillariter, primum debet esse capax factionis activę testamenti. Et quisquis testamentum impuberi facit, debet prius sibi facere, nec soli filio potest, *l. 2. §. quisquis, & §. prius, de vulga. l. 1. §. 1. eod. §. liberis, de pupill. apud Iustin.* quia patris & filii vnicum est testamentū, *l. patris & filii, de vulgar.* vna hereditas, *l. patersam. de privil. cred.* Vnaque Falcidia vtroque locum habet, *iuxta l. in ratione, 11. §. quod vulgo, ad leg. Falcid. P.* Et quamuis ratione effectus videantur quodammodo duo esse testamenta, alterum patris, alterum filii, tanquam si ipse sibi heredem instituisset: verius tamen est, vnum esse testamentū duarum caussarum, id est, duarum hereditatum. *§. igitur, de pupill.*

2 ¶ Testamentum † hic cum dicimus, intellige perfectum, quod subsistat, quod effectum aditione sortiatur, quod iure fiat, *l. si testamento, 7. C. de impub.* solemnibus iuris seruatis, *d. l. patris & filii, 1. de iniust. rup. P.* Et proinde in testamento iniusto, vbi filius nō est iuste exheredatus, aut institutus, sed præteritus, substitutio pupillaris facta non valuit, *l. 2. §. sed si eos, circa prin. de vulg. P. vide infra nu. 9. de hoc latius.* tanquam omissa caussa præcipua testamēti patris, quæ versatur circa institutionem, vel iustam exheredationem filii. *l. inter cetera, de lib. & posth. §. 1. de exhered. liberor.* Quare irrito facto patris testamento, irritum fit pupillare & substitutio, vt si ex patris testamento non adeatur hereditas, *l. 2. §. adeo, & l. sed si plures, §. si ex asse, de vulga. P.* vel saltem pro adita non habeatur. *d. l. 2. §. plane, & l. 1. si quis omiss. causs. test.* Quia ex testamento, ex quo adita hereditas nō est, nihil debetur. *l. si nemo, de testa. tute. P. l. filium quem in potestate, 20 §. sed cum exheredatio, de bon. poss. con. tab. §. 1. de hered. quæ ab intest. de test.* Ideo si pupillus decedat, eius substitutus cogere potest heredem institutum adire hereditatem. *l. 2. §. interdum, de vulg. l. nam quod, & l. cogi, ad Trebell.* P. Proinde nec sufficit filii testamentum esse solemne, nisi & paternum tale sit: quia sequela est & pars paterni, *§. liberis, de pupil.* nec potest paternum confirmare. *l. ex pupillari, 44. & l. qui plures, 38. §. fin. de vulg.* Neque accessorium principale confirmare potest. *l. quod per manus, de iure codicil.* Excepto pupillari testamēto à milite iure militari facto. *l. miles ita heredem, & l. in fraudem, §. pen. de militari test. P.*

3 ¶ Ac † controuertitur hic inter interpretes, an pater prius sibi heredem, & postea filio facere: an vero inuertere ordinem, vt prius filio, postea sibi facere possit: numne de substantia sit, nō inuertere ordinem scripturæ. Dubiū natum est ex §. prius, l. 2. de vulgar. qui contrarius sibi videtur ex aliquorum sententia: in principio enim sic scribitur: *Prius autem quis debet sibi heredem scribere, deinde filio substituere, & non conuertere ordinem scripturæ. Et hoc Iulianus putat prius sibi adhibere, deinde filio heredem scribere. Ceterum, si ante filio, deinde sibi testamentum faciat, non valere. Quæ sententia Imperatoris nostri rescripto ad Iunium Lupum Britanniæ præsidem, comprobata est.* Porro in versiculo, *Sed si quis,* immediate sequenti dicitur, vt putant, contrarium, & filio prius substitui posse, responsum est his verbis: *Sed si ita quis fuerit testatus, si filius meus intra decimū quartū annum decesserit, Seius heres esto: & deinde filius heres esto, valet substitutio, licet conuersa scriptura filij testamentum fecerit.* Et paulo post, *vt non ordo scripturæ, sed ordo successionis seruetur.* Pró quorum responsorum conciliatione, Accursius tres adfert vagas interpretationes, *in d. §. prius, ad verbū comprobata.* Prior, vt posterior, §. illius pars priorem corrigat, vt verius sit ordinem scripturæ non esse spectandum. Quam tamē Bart. in d. §. prius, num. 1. improbat: eo quod, inquit, verisimile non sit, Iurisconsultum statim se voluisse corrigere. *l. non ad ea, de cond. & demonst. P.* Secunda interpretatio, agi in fine, §. prius, de æquitate, in principio de rigore iuris, & hanc quoque eodē loco, eadem ratione improbat idem Bart. Tertia sententia, vt prior par. §. prius loquatur, quando substitutio pupillaris facta est filio exheredato: secunda vero, quando sit filio non exheredato, sed instituto, & hanc glos. Bart. & Bald. approbant. Quia, inquit Bartolus, dum instituitur filius, siue primo siue secundo loco, non videtur ordo scripturæ inuersus, habita ratione, ordinis intellectus: contra, quando est exheredatus. Et proinde aliqui existimarunt, in §. prius, mendum esse, & textum omissionem pati. quod colligunt ex Vlpiani titulis, tit. 23. vbi verba hæc: *etiam exheredatis filiis substituere licet.* Et paulo post: *Non aliter impubere filio substituere quis heredem potest, quam si sibi quis heredem instituerit, vel ipsum filium, vel quemlibet alium.* Ex quo loco videntur consarcinatores, vt vocant, Pandectarum collegisse §. prius, sed errasse in coniungendis duobus locis, quemadmodum & arguunt eosdem inculcatæ sæpius perperam repetitionis.

4 ¶ Ceterum, † mihi istæ reprehensiones collectionis Pandectarum nunquam placuerunt, potissimum ex centonibus illis tiuulorum, quia adscribuntur Vlpiano, & sententiarum, quæ adscribuntur Paulo, collectæ. Nam nunquam arbitratus sum ea esse genuina opera Vlpiani, vel Pauli, sed cuiusdam anonymi, ex Vlpiani & Pauli legibus collectanea. Et si sint, illa nihil facio in emendandis legibus in corpore iuris ciuilis positis, vtpote cum Iustinianus abrogauerit omnia scripta Iurisconsultorum, illis exceptis, quæ in leges iussu Iustiniani translata sunt. *l. 1. §. iubemus, cum seqq. §§. de vet. iur. enuc. C.* Atque expresse Iustinianus scribit ita, *in d. l. 1. §. sed in hoc studium.* in quo noui emendatores peccant nominat. m. *Hoc etiam nihilominus obseruando, vt si aliquid in veteribus legibus vel constitutionibus, quas antiqui in suis libris posuerunt, non recte scriptum inueniatis,* (vos scilicet, quibus legum cōditio & emendatio commissa est) *& hoc reformetis, & ordini moderato tradatis, vt hoc videatur esse optimum & quasi ab initio scriptum, quod à vobis electum & ibi positum fuerit. Et nemo ex comparatione veteris voluminis, quasi vitiosam scripturam arguere audeat, &c.* Sed & ad rem propius, neque illa explicatio §. prius, de exheredatione placuit: quia extra textum, & diuinatoria est. Nec verbum in §. prius, de exheredatione: & proinde pro omisso consulto habendum est. *l. si vero, §. de viro, l. mat.* Imo ratio apposita in textu, cur ordinem scripturæ in hac substitutione inspici oportet, nempe, *quod patris & filii vnum sit testamentum,* locum habet & in instituto & in exheredato filio: quia & exheredato substituitur filio, *§. igitur, & §. liberis, de pup. P. l. patris & filii, de vul. P.*

¶ Et † in summa sic tres interpretationes glossæ & interpretū §. prius, ex fine eiusdem §. reprobantur, in illis verbis: *vt non ordo scripturæ, sed ordo successionis spectetur.* Igitur alia explicatio & quarta §. prius sit. Primam partem intelligi, si testamentum patris & filii fiant ex interuallo, & separatim, quod fieri potest, *l. si quis enim, 16. §. fin. de vulg. P.* tunc enim expedit primum sibi instituere heredem patrem, & postea filio: non econtra. Et ita §. prius, aperte docet: *Ceterum, si ante filio, deinde sibi testamentum faciat, non valere.* Secunda autem pars intelligitur, quando in cōtinenti & vno contextu sibi & filio pater testatur: tunc enim nihil interest, quo ordine heres filio vel patri instituatur, dummodo vterque eodem contextu scribatur. Hæc enim priscorum obseruatio, vt superflua, sublata est in institutione ipsa, quæ capax est testamenti, quæ fieri debebat ex simplicitate antiquorum, initio, donec responsum & statutum est, nihil interesse quo ordine scriberetur heres, an in prima, an media parte testamenti, an post, an vero ante legata. *l. 1. & l. quo loco, 20. de hered. instit. P. §. ante heredis, de legat. apud Iustin.* Et in §. prius, quod de ordinatione dictum erat ante, per diuersitatem testamentorum explicatur postea. Alioquin quæ in continenti fiunt, videntur inesse rei, etsi ordine turbato scribantur: non si ex interuallo fiant. *l. iurisgentium, §. quinimo, de pact. P. l. continuus actus, de ver. oblig. l. heredes palam, de testam. P.* Et omnia eodem tempore censentur facta secundum debitum ordinem intellectus, *l. pen. de instit. resolut. sub cond. fact. C.* etiam in testamentis, *l. cum in testamento, 37. §. hec verba de hered. instit. P.* Et hoc modo scripturæ ordo inspici non debet in eadem scriptura, quæ continet ea, quæ sua natura mutuo supponuntur & subordinantur: nec mutatus simpliciter ordo scripturæ, mutat caussam iuris aut voluntatis. *l. cum pater, 79. §. fidei tuæ, de lega. 2. l. nec ordo, 6. de solut. P.*

¶ Sic † exheredatio filii prior in testamēto patris scribi potest, etsi in ordine scripturæ nondum sibi instituerit heredem pater, *l. 1. de hered. instit.* Et tamen planum est, exheredationem filii ab institutione præcedente heredis patris pendere. *l. si tibi, §. sed cum exheredatio, de bonor. poss. con. tab. P.* Et puto hanc sententiam veriorem esse.

¶ Scio † tamen aliam, quinto loco aliquos comminisci, quod in §. prius, librarii & excusoris mendum esse dicatur, in illis verbis. *Quæ sententia Imperatoris nostri rescripto ad Iunium Lupum Britanniæ præsidem comprobata est.* Et putant calcographum imperitum, literam I, inuersam, hoc modo, l, quod i, & m, significat, pro con, excusam. & ita pro comprobata affirmatiue, legunt improbatam negatiue. Sed istæ restitutiones mihi valde displicēt, & suspectæ ignorantiæ sunt, quæ immutant mentem in contrariam sententiam: sic enim facile ex arbitrio quilibet posset scripta corrumpere.

¶ Sed † hæc omittamus, prosequamur institutionis caussam, num vbi testamentum patris imperfectum est, quod tamen validum est inter liberos, *l. hac consultissima, §. ex imperfecto, de testa. C. l. fin. C. famil. ercisc. l. parentibus, B. de inoffi. testa.* substitutio pupillaris in eo facta valeat. Cuius resolutio est perdifficilis, propter pugnantes in ea interpretum sententias. Communis namque dicitur opinio, quam sequuntur Bartolus, *in l. 2. nu. 3. de vul. P.* Paulus Castrensis, *consil. 353.* & alii, qui distinguunt, an qui substitutus est in eo imperfecto testamento sit de liberis testatoris, an vero extraneus, vt si sit de liberis, sustineantur tabulæ pupillares. Nam quia pater potuit in minus solemni testamento filios instituere, potuit & substituere, *l. sed si plures, §. quos possum, de vulgar. P.* Contra, si extraneus substitutus sit. Quia nec in testamento imperfecto patris, datio tutoris personæ extraneæ cō seruatur. *Accurs. in d. ct. ex imperfecto.* Quanquam possit datio idonei alio iure confirmari. *l. peto, 71. §. mater. de leg. 2.* Quando igitur retinebitur testamentum patris, retinebitur & testamentum filii, vt eius appendix & sequela. *ca. 1. de testam. in 6. l. ex pupillari, de vulgar. P.* At alia Aretini est sententia, qui sine aliqua distinctione, substitutionem in minus perfecto testamento patris sustineri scribit, siue substitutus sit de liberis, siue extraneus: quia substitutio pupillaris in fauorem filiorum introducta sit, *l. si pupillus, in 1. de acquir. hered. P. l. ex tribus, cum ibi no. de inoffi. testam. C.* sicut & dispositio §. ex imperfecto. Et proinde eius vtilitas, potius quam substituti qualitas inspicienda sit, *l. 3. de lega.*

Digitized by Google

lege. pr. est. in. l. quia. §. Titio, de cond. & demonstr. cum caussa principalis inspici debeat. *l. qui ex ceptione, de condit. indeb.* Idemque est iudicium eius, qui ministrauit, & cui ministratum est. *l. non aliter, §. 1. de iudic. P.* Quæ tamen sententia Aretini pugnat expresse cũ contexu §. ex imperfecto, dum ait, testamentum minus perfectum inter liberos corruere, in eo in quo persona extranea ad heredem admittitur. Tertia porro opinio est Salyceti, *in l. si testamento, C. de impub.* existimantis §. ex imperfecto, & iura similia, loqui tantũ de diuisione facta bonorum à patre, quam & facere potest in testamento etiam imperfecto, & alibi, nihil autem tractare de substitutione pupillari. Et ideo in casu nostro correcto, sequẽdas esse communis iuris regulas: vt pupillaris substitutio non valeat, nisi in dispositione patris solemni. Quod enim mutatũ non est, cur stare prohiberur? *l. sancimus, C. de testam. l. præcipimus, in fin. C. de appella. l. 2. C. de testam. tute.* Sed & hæc sententia reiicitur ex verbis d. §. ex imperfecto, qui generaliter loquitur de voluntate paterna in testamento inter liberos apposita: & ideo generaliter sit intelligendus. Socinus autem cum alia distinctione resoluit, vt si extraneus pupillis substituatur, exstantibus cõmunibus liberis testatoris. Sententia communis Bartoli & aliorum verior sit, in imperfecto testamento illam substitutionem non recipi contra, si non exstantibus substituatur: nam tunc veram Aretini opinionem. Ceterum, ego subscribo communi.

9 ¶ At† maxima orta est quæstio, num, quia ex caussa exheredationis vel præteritionis rumpitur testamentum patris quod pertinet ad institutiones, *auth. ex caussa. de libe. prater. C.* rumpatur quoque, quod pertinet ad substitutionem pupillarem. In qua omissis aliis interpretationibus breuiter dico, subsistere substitutiones pupillares aliis factas quam rumpentibus testamentum, quia, inquit §. siue igitur, versic. si vero contigerit, vt cum de appella. cognosc. in auth. vnde sumta auth. ex caussa: *Rupto eo modo testamento conseruantur tutelarum dationes, fideicommissa, libertates, & alia capitula concessa legibus.* Et quia tutela conseruatur testamentaria, conseruabitur & substitutio: nam vtraque cõspirat ad vtilitatem pupilli. Et eius etiam sunt sententiæ Paulus Castrensis: *ad fin. d. auth. ex caussa. Bartolus in l. 1. de vulga.* & alii, *glo. fin. in d. l. 1. & ibi etiam Bala. Castrensis, Imola, Alex. Socin. Ias. de vulgar.* Huic affinis est resolutio, qua dicimus, quamuis testamentum rumpatur per bonorum possessionem contra tabulas, nihilominus conseruentur tabulæ pupillares, & legata relicta ab earum substituto præstantur. *l. ex duobus, §. vltim. & l. seq. eod. P.* Quia rupto per bonorum possessionem contra tabulas testamento, consideramus tantum auctoritatem prætoris, quæ non potuit iuris ciuilis dispositionem omnino imitari, nec potest vere heredem, sed quasi heredem facere. *l. 2. de poss. bon. petit. sublata, §. quos autem prætor. de bono. poss.* Et ita ex prædictis apparet, substituere volentem pupillariter esse debere idoneum factionis testamenti, & re ipsa sibi & filio testari debere. 2. Exigimus, vt pater sit, & habeat filios, quibus substituit, in potestate, eosque impuberes. *l. 2. de vulg.* Quę explicabimus Deo fauente mox proprio capite, quibus substitui potest.

De forma substitutionis pupillaris.

Cap. 21.

1 *Substitutionis pupillaris formula tractatur, & de expressa, tacita & mixta, num. 2. 3. 4.*
3 *Pupillaris substitutio expressa quando contineat, vel non, tacitam vulgarem.*

1 SVbstitutio† pupillaris formam accipit secundum qualitatẽ adiectam, quæ est vel expressa, vel tacita, vel mixta ex vtraque, partim tacita, partim expressa. Expressæ formula est, quando in euentum acquisitæ hereditatis, & mortis, aut in euentum mortis duntaxat verbis expressis substitutio fit.

2 ¶ Hist† vel similib. verbis: *Si filius heres erit, vel in pupillari ætate decesserit, Seius heres esto. l. quis liberis, & l. coheredi, §. fin. & l. pen. de vulga. P. §. 1. de pupill.* Similia verba sunt, *Si impubes decesserit, si prius quam in suam venerit tutelam decesserit, Seius heres esto, l. si ita scriptum, §. qui filio, de bon. poss. sec. tab.* Item, *Quisquis mihi heres erit, idem impuberi filio meo heres esto, l. cum filio impuberi, 3. & l. si liberis, §. hæc verba, de vulga.* Quam expressam esse tenet Guillel. Bened. *in c. Raynutius, ad ver. si absque liberis, in tract. pupi. nu. 4.* Atque si duo impuberes heredes filii relinquantur & ita substituatur. *Et qui supremus aut nouissimus morietur, Titius heres esto, l. ex duobus, de vulga. l. qui duos, de rebus dub. P.* Aut hoc modo, *Si vterque impubes decesserit, Titius heres esto, l. pen. C. de impube. l. qui duos impuberes, de vulga.*

3 ¶ Tacita† pupillaris habet formulam, sub vulgari expressa qua continetur, *vt in l. iam hoc iure, de vulg. in l. quamuis, C. d. de impub.* sicut & pupillaris expressa continet tacitam vulgarem, *d. l. iam hoc iure.* Nisi testator diuersum senserit, *d. l. iam hoc iure,* vel nisi pupillaris fuisset seorsum facta ex interuallo à testamento paterno, vt fieri potest, *l. si quis eum quem, §. 1. de vulga.* Quo casu pupillaris non continet tacitam vulgarem, vt tractat Iason, *in d. l. iam hoc iure, col. 5.* Item 3. si persona substitutæ esset tantum capax successionis bonorum pupilli, & non patris, *l. si in qui, 11. de vul. P.* Et 4. si exheredato substituatur pupillariter, *l. qui habebat, eo.* Quia tunc testator non censetur voluisse suam hereditatem ad substitutum venire pupillarem per mediam personam filii, quem exheredauerit. Item 5. nec pupillaris tacita continetur sub vulgari expressa, quando substitutio facta est impuberi & aliis maioribus cohere dibus, *l. 2. & l. quamuis, C. de impub. & d. l. iam hoc iure.* Baldus quatuor modis adhuc dici tacitam pupillarẽ tradit, quem videto, si egeas, *Bald. in l. precibus, 6. oppos. de impub. C.* & Guillelmum Benedictum, *in c. Raynutius, in ver. si absque liberis, in pupil. substi. num. 91.*

¶ Mixtæ† pupillaris formula, est in reciproca contenta, *vt in l. centurio, d. l. iam hoc, leg. Lucius, de vulg.* Contendit tamen idem Benedict. *prad. loco, num. 71.* non inueniri mixtam pupillarem, partim expressam partim tacitam quod casus, quia tantũ hæc substitutio in vnum casum confertur, si filius intra ætatem pupillarem decesserit. Ideo cum vnum tantum casum habeat, nullum casum alium comprehendere potest. Quamuis diuersum sit in vulgari, in qua plures casus sunt, *l. 1. de vulga. l. Lucius, de hered. instit. P.*

Quibus substitui possit pupillariter.

Cap. 22.

1 *Pupillariter quibus substitui potest. & sequen. numer. 2. 3. 4. 9. &c.*
3 *Arrogatis filiis & adoptatis quando substitui pupillariter possit. In legitimatis autem, num. seq.*
4 *Heres capax successionis quot temporibus esse debet.*
5 *Spuriis & naturalibus tantum substitui non potest pupillariter.*
6 *Pupillaris substitutio descendentibus nepotibus sit in potestate constitutis.*
7 *Pater, cui interdictum bonis sit, non substituit pupillariter.*
8 *Pupillaris extraneo facta inutilis transit in vulgarem tacitam, non in fideicommissariam.*
10 *Pupillaris substitutio intra minorem ætatem quam in pubertatẽ fit, non vltra: nec puberi facta iure fideicommissi valet.*
11 *Directa verba non obliquantur communi iure, & quando obliquantur in testamentis.*
12 *Pupillaris continet vulgarem tacitam.*
13 *Pubertatem maiori spatio quam iuris prorogata, num impuberi substi tui possit pupillariter. & seq.*
14 *Pupillaris substitutio moribus introducta, & moribus emendari potest.*
15 *Pubertas quo iure determinata est.*
16 *Pupillaris substitutio non propter defectum generandi inducta solum.*
17 *Pupillaris fieri tantum potest filiis in potestate constitutis.*
18 *Mater filio pupillariter quare non substituit. Et intra quod tempus pupillaris per matrem facta obliquatur. num. 19.*
20 *Matres non habent in filios patriam potestatem.*
21 *Exemplaris substitutio cur potius matri, quam pupillaris permissa.*
22 *Sexus masculini & feminini in quibus sublata differentia.*
23 *Pupillaris substitutio etiam in Gallia à patribus tantum, non matribus fit.*
24 *Pupillariter non substituunt hæretici, Iudæi, & ethnici. numer. 25. 26.*
26 *Pater qui nihil habet substituere pupillo suo potest.*
27 *Exheredatio bona & mala mente quomodo fiat.*
28 *Legitima filii quando fideicommisso onerari nequit.*
29 *Fideicommissum quando, & quomodo impone potest heredi filii à patre.*
30 *Præterito filio cur substitui pupillariter non possit. Et num in nepote præterito instituto filio emancipato iacens sit, & num iure nouissimo id correctum, disputatur. num. 31.*
31 *Præteritio matris pro exheredatione, differt à præteritione paterna filiorum.*

NOn† quemadmodũ in vulgari cuilibet substitui, ita & in pupillari potest. Sed tantummodo liberis, impuberibus, & in potestate constitutis testatoris. Et in primis necessariũ est eos esse naturales & legitimos liberos, seu filios testatoris, *l. 2. de vulg. P. §. liberis, de pupi.* ¶ Nec tamen interest cuius sexus sint. Extraneis vero non substitui tur pupillariter, *§. extraneo, de pupi.* ¶ Si† tamẽ legitimi tãtũ sunt per arrogationẽ filii, obseruatur, ne vltra quã pater arrogator dedit filio arrogato impuberi, substituere possit, *l. sed si plures. §. in arrogato, de vulga. l. si arrogator, de adopt.* propter cautionem interpositã, in arrogatione, de restituẽdis bonis impuberis, proximis. si is in ea ætate moreretur, *l. non enim aliter, 18. & l. hæc autem, l. satisdatio, 20. de adopt. P. §. cum ante, es. tit. ap. Iustin.* Quamuis in adoptatis paulo aliter distinguendũ

Digitized by Google

vt si adoptatus non adoptetur à coniuncta persona, ei non possit vllo modo substitui, quia is qui in patris naturalis est potestate, datus in adoptionem extraneo, non transit in eius adoptatis potestatem, sicut arrogatus sui iuris exsistens antea: contra, si adoptatus talis sit, vt in eius potestatem adoptatus transeat, *l. cum in adoptivus, C. de adoptio.* In † legitimatis autem, num substitutio pupillaris admittatur: Alciatus, *l. 2. nu. 5. de vul. vbi citat eius sententiæ S. Nasarium, & Galiaulam, quos ait fuisse IConsultos,* contra Paul. Cast. *in d. l. 2.* sententiam adiicit, posse quidem legitimato impuberi extra aleam substitui: sed si legitimatio post mortē patris improba iterum approbetur, dixit conualescere substitutionem. Castrensis contra. Et mea sententia melius, quia post mortem patris nulla habita legitimatio, non potuit patre mortuo reuiuiscere. Neque quod nullum est, confirmari potest, *c. quia diuersitatem, de conces. præb. c. fin. de confir. vtil. vel inutil.* Sed nec voluntates vltimæ suspendi possunt, sicut viuentium, *l. fin. §. fin. com. prædio. P.* adueniente namque die, legatum vel dispositum statim valet, vel infirmatur. *l. cum filius, 78. §. seruus, de lega. 2. l. 2. in fide don. cau. mor.* Et capacitas heredum tribus temporibus, testamenti mortis testatoris, & aditionis, exigitur in extraneis, *§. in extraneis, de hered. instit. apud Iust. in l. si alienum seruum, 49. §. in extraneis, eod. P.* In suo saltem tempus mortis inspiciendum testatoris. *§. sui, de hered. qua. & differ.* Quo tempore hic legitimatio nulla inuenta est. Et ita ab initio hac necessario capacitate requisita, & non interueniente, quod ab initio non valuit, actu sequente reparari non potuit, *l. quod sponsa, de donat. ante nupt. P. l. quod ab initio, de reg. iur. P.* deficiente persona quæ ratum habere possit, testatoris videlicet.

5 ¶ Atque † explorati iuris est, naturalibus tantum liberis nō posse pupillariter substitui, *l. Lucius, 45. & ibi gloss. in ver. naturalem, de vulga.* Multominus spuriis nostri temporis, qui tale priuilegium non habent, quale naturales olim approbati propter receptas concubinas, *l. 1. de natur. liber. C.* Quia nec certum patrē habent, in cuius dicantur esse potestate, & matrem sequuntur, *§. si aduersus, de nupt. ap. Iustin. l. vulgo concepti, de sta. homi. P. §. vulgo quæsitos, de succ. cogna.* Neque filij in potestate patris esse possunt, nisi ex legitimis nuptiis procreentur, *§ 1. de patr. pot. l. Paulus, de sta. homi. P.*

6 ¶ Ceterum † in hac pupillari substitutione, quæ liberis naturalibus & legitimis fit, intelligimus liberos esse, non tantum filios primi gradus, sed etiam nepotes, & inferiores, si sublatis filiis sint in aui potestate, *l. liberorum, de verb. sig. §. fi. qui testam. tuto. dar. poss.* Item posthumos, qui, quod pertinet ad eorum commodum, pro natis habentur, *l. qui in vtero, de sta. hom.* & continētur appellatione filiorum, *§. fi. qui testa. tuto. da. poss.*

7 ¶ Singulare † tamen vnum & notabile monet Bartolus, *in l. 2. num. 23. de vulg. contra quem plures sentiunt interdictione, concilia Gui. Bened. in ver. absque liberis, in pupillari, num. 62. 63. 64.* patrem non posse liberis suis pupillariter substituere, si eius vtilitatis esset, vt ei viuenti administratio bonorum filij & suorum interdicta esset, *probat l. fin. §. quibus, de sent. pas. C. l. si cum dotem, §. eodem tempore, sol. matrim. P.* quia nec is sibi testamentum facere potest, *l. is cui bona, de test.*

8 ¶ Infertur † quoque ex superioribus, extraneis impuberibus non posse substitui pupillariter: verum si de facto fiat, illa valere poterit iure vulgaris, & casus pupillaris expressus continebit tacitam vulgarem, & vitiato expresso nō vitiabitur tacitum, *ita tuetur Bart. nu. 57. post Guil. in l. 1. de vulga. P. Bald. cons. 114. vol. 3. & cons. 140. vol. 1. facit l. si fideiussor, de leg. 1. l. si. de hered. instit. C.* vt in aliis quibusdā iuris admittitur articulis, *l. 1. §. 1. qui. mo. pig. vel hyp. sol.* Et quia tūc peccatū est ratione materiæ nō perfecte dispositę, cui adiiciebatur forma, scil. ratione personę cui fiebat, forma aliqua, quæ poterit suscipi à materia, supererit: & ita valebit meliori iure, quo valere poterit, *l. si vnus, §. si acceptilatio, de pact. P.* Et proinde notabiliter respōderunt Bartolus & Baldus, *in proæmi. cita. locis,* expungendam esse gloss. §. extraneo, de pupilla. quādo tradit pupillarem factam extraneo, transire in fideicommissariam, quod falsum est, cum transeat tantum in vulgarem.

9 ¶ Ergo † liberis substitutio tantum pupillaris fit: sed eos rursum oportet esse impuberes, *l. 2. §. 1. de vulg. §. masculo, de pupil. apud Iustin.* Siquidem per eam introductum est, vt pater pro filio, qui in ea ætate est vt ipse testari non possit, pro eo habeat licentiam disponendi, *§. 1. eod. l. qua ætate, de test. P.* quia causa cessante, & ætate pupillari transeunte, cessat effectus seu potestas substituendi, *argum. l. adigere, §. quamuis, de iur. patro. c. cum cessante, de appellat.* Et in vltima die ætatis 14. annorum in masculis, 12. in fœminis exspirat illa substitutio, non ante ex propria natura, *l. in pupillari, & l. 2. de vulga.* quia nonnisi illa die incipit dari potestas testandi per se, *d. l. qua ætate.* Quamquam & minori ætate possit exspirare. si pater breuius tempus, quam impubertas sit, adiecerit, *l. si ita quis substituerit, & l. qui plures liberos, in 2. & l. ex facto, § item quero, de vulga. P.*

10 ¶ Nam † tēpus pupillaris substitutionis, in arbitrio est testatoris, quod pertinet ad restrictionem, nō autem quod pertinet ad prorogationem: veluti, vt possit substituere pupillo, si intra septimū aut nonum, aut decimum tertium annum mortuus fuerit: non autem, si vltra 14. 15. &c. Adiecto enim tempore minori, eo finitur, sed si maius adiiciatur, ætate pubere finitur, *d. l. in pupillari.* Quin, quod notabile est, si maiori & puberi facta fuerit pupillaris, ea non valebit etiam iure obliquæ substitutionis, id est, non valet iure fideicommissi post ætatem puberem, *Bart. in l. verbum cum pilib. nu. 7. & alibi inibi, de vulga. facit l. centurio, eod. in.* Nam cum pubertatem substitutio pupillaris nō egrediatur, nō potest ad ea incipere, *arg. l. vsumfructum cum moriar, de vsufru. lega.* Sunt tamen aliqui, qui distinguant. Num testator, dū substitueret pupillariter, sciuerit esse puberem, & illam adiecerit conditionem, si in pupillari ætate decesserit: nam tunc, vt aiūt, conditio impossibilis, quā testator putauerit possibilē, vitiat dispositionem, *vt in seruo manumisso, 58. de cond. inde.* Si vero ignorauerit, putant tunc pupillarem trahi ad fideicommissum, quod verba directa obliquentur, *per gl. in d. l. verbum ciuilib. de vulg.* Sed hæc distinctio nō placet. Nam etsi pater ignorauerit esse filium puberem, tamē adiectio conditionis, si intra pupillarem ætatē decesserit, &c. satis mentem exprimit suis. testatoris, pupillarē tantum voluisse facere. Et proinde, qui non potuit quod voluit, & qui noluit quod potuit facere, efficit vt actus alio iure, quo alioquin valere non poterat, non valeat, *l. 1. de iur. cod. c. Pl. multum interest, C. si quis alteri vel sibi.* & expressa nocent, non expressa non nocent, *l. nonnunquam, de cond. & demonst. P.* Neque quisquam præsumitur dixisse, quod prius mente nō agitauerit, *l. in ambiguo, de reb. dub. P.* Atque tolerabilius visum est, testamētum irritari, quam fieri contra voluntatem defuncti, *l. quoties, 9. §. si duo, de hered. instit. l. pen. de iniusto rup.*

¶ Nec † verba mere directa obliquantur in testamēto communi iure, *l. centurio, & l. verbis ciuilibus, de vulga. P.* quamquam in codicillis, propter naturam eorum, quod directo illis non detur hereditas, *l. eam quam, C. de fideicom. l. non codicillum, C. de cas. cum similib.* aliquando obliquentur, *l. ex facto, & l. Scæuola, ad Treb. P.*

¶ Admitterem † tamen extensionem directæ pupillaris expressæ, ad vulgarem directam tacitam, tāquam sub ea comprehēsam: sicuti in casu substitutionis quo posthumus nasceretur, *vt in l. ab exhereandi substituto 129. §. fin. & ibi Ioan. ab Imo. ae legi. And. Barba. in repe. c. Raynutius, colu. 81. in mater. substitut. vulga. Bart. in l. verbis ciuilib. nu. 7. ae vulg. Boer. aecis. 28. num. 15.*

¶ Ceterum † hic quæri solet, si per statutū municipale cautum sit, vt pupillaris ætas duret vsque in 20. annum, vel vt minor non possit testari, nisi in 20. Num huiusmodi substitutio facta pupillo vsque ad 20. annum, vel alium adiectū statuto, prorogetur: possitne pater vsque ad illud tempus pupillariter substituere. Et certe Bart. & Alex. rati sunt, hic nō posse pupillarē recipi. Contrariū autē defendūt Baldus & Cumanus. Referam quæ Bartolū mouere potuerunt, sed refellam statim, cum Baldum sequar. Prior ergo Bartoli sententiæ ratio dari potest.

¶ Quod † pupillaris substitutio speciali iure recepta est: & iura singularia, vt contra iuris præcepta inducta, extendi non debeant, *l. quod vero, de legib. P. l. 1. ae constit. prin. c. 1. de fil. presbyt.* Et olim cum hæc porrigenda erat ad exemplarem, opus erat principis rescripto, *l. ex facto, ae vulga.* Sed hæc ratio seipsam reprobat. Nam moribus inducta est substitutio pupillaris, *l. 2. eas.* moribus ergo emendari & amitti aliter potest, *l. de quibus, ae legib. P.* Atque quod olim rescripto impetrabatur de exemplari, iure communi receptum est, sine rescripto, ex similitudine rationis, *l. humanitatis, C. de impu.* Et quia fauore pupillorum recepta est substitutio, eodem fauore prorogari tempus poterit: vt etiam in iure aliquando eorum fauore ætas pupillaris ad 18. annum prorogatur, *l. Mela. ait, de alimen. & cib. lega. lib. 34. P. tit. 1. §. minorem, ae adopt.* Alia ergo ratio danda.

¶ Secunda † ratio, quod statutum municipalis lex est, & mos pro lege habetur, *d. l. de quibus. l. omnes populi, ae instit. & in l. magistratibus, ad municip. P. l. 1. de constitut. in 6.* Porro, lex bona debet esse secundum naturam, *c. erit autem lex, 4. dist.* Contra naturam autem esse videtur, vt quis sit pubes & impubes, & diuerso iure, vna eadem res censeatur, *l. eum qui ædes, de vsucap. P.* Cuius rationis reiectio pendet ex eo, quod pubertas annis mēsuram accipit, non natura: quia interdum quis citius, interdum tardius pubes vere est, cum malitia suppleat ætatem, *c. puberes, & capitu. de illis, c. vlt. de despon. impub.* Sed à iure ciuili & honestatis, quod sublata nudatione corporum, visum fuerit eam ætatem pubertati constituere, in qua vt plerumque quis pubem & lanuginem, & potestatem generandi habet, *l. fin. quan. tut. vel cur. esse desi. §. 1. quib. mod. tut. fin.* Proinde, statutum poterit hanc iuris communis determinationem ex causa prorogare, vel minuere, secundum naturam hominum in prouinciis natorum, quorum alumni alicubi citius proceres fiunt, quam alibi, vel tardius mētem habent. Ita ius ciuile, aliud ius ciuile tollere potest, *d. c. 1. de constit. in 6. c. eas, de cap. dimin. cum sim.*

¶ Tertia † autem ratio erit, vt dicant substitutionē pupillarem non tam respectu ætatis, quantum ratione impotentiæ generandi liberos in pupillo exsistētis introductā, quia nō potest in ea ætate habere liberos, qui sibi succesuri sint. Vt ideo pater illi det heredes, sicut de exēplari respōsū est, *l. ex facto, de vulg.* Quare, inquit, licet minores 25. an. statuto testari nō possint, tamen ob eam rationē pater nō poterit substituere pupillariter.

Addi

Digitized by Google

Addi potest, quod statuta non recipiunt interpretationem extensiuam, sed declaratiuam: exemplo eorum, quæ iuris stricti sunt, *l. quicquid astringenda. de verb. obl. P.* quæ non extenduntur ad casus non expressos, vel similes personas vbi verba cessant, *Bald. in l. illam, l. collatio. de colla. C. & in l. si defunctus, in l. col. vers. & idcirco fin. & in l. fin. circa prin. de suis & legit. C.* At & hæc ratio eliditur, quod substitutiones propter liberos, qui suscipi possunt, introductæ non sunt, nam & liberi, vt dictum est, etiam intra 14. annum suscipi possunt: & tamen non ideo impediantur iure intra 14. annum, neque susceptí liberi defectum supplent ætatis. *l. 2. de minor. 25. an. P.* Neque etiam prohibitum est, statuta à personis & rebus ad similia extendere, ex similitudine rationis, *Bart. in l. omnes populi, 6. q. princ. vers. item quæro, de iust. & iure*, potissimum si sint fauorabilia, *late de ipsa Bald. in l. non dubium, C. de legi.* Ergo remanet in statuto, quo pupillaris ætas prorogatur vltra 14. ann. vsque ad tempus prorogatum, quo quis disponere possit, substitutionem pupillarem prorogari. Quia præcipua ratio est pupillaris substitutionis, quod sibi propter ætatem pupilli testamentum facere non possunt, *§. 1. versic. nam moribus, de pupill.* Et tales esse præsumit statutum, quod pupillarem prorogat ætatem. Sed hæc de impubertate hactenus.

17 ¶ Sequitur † nunc, vt 3. loco doceamus, liberos, impuberes, in potestate esse patris debere substituentis pupillariter, & aliter nō admitti substitutioné, *l. 2. §. quod sic, de vulg. §. 1. & fin. de pupil. l. testamento*, C. *de impub.* in potestate inquam patria, non alia, quæ multiplex est, *l. potestatis, de verb. sign.* in qua non admittitur substitutio. Ideo tutor non potest pupillo substituere, in quem habeat aliam potestatem, quam patriam: *l. 1. de tutel. P. §. 1 eod.* Non maritus vxori, quamuis eam habeat in potestate. *Genes. 3. 1. Petr. c. 3. c. hæc imago, 33. q. 5.* Non pater emancipato. Quia & post emancipationem, pater amissa vel remissa potestate, & eius commodis, fit tantum filij impuberis legitimus tutor, *§. 1. de fiduciar. tut. Theo. in §. 1. eod. in Institu. iur. ciuil. & in §. 1. de legi. pat. tute.* Item, si post liberationem à patria potestate, quæ pluribus modis contingit, *tot. tit. quib. mod. ius pat. pot. sol. ti. de emanc. libe. C.* pro filio testaretur pater, iniuria fieret filio quod is sine caussa priuaret matrem, quæ priuatio ex persona patris & potestatis sustinetur: potissimum quod post liberationem à potestate, videtur ius quæsitum proximis. Neque facessit quod dictum est, iure nouissimo sublatam esse in successionibus differentiam suitatis seu potestatis & emancipationis, *§. nullam, & fere per tot. tit. de heredi. ab intest. venien. coll. 9.* Nam hoc verum est in successionibus ab intestato delatis, non in aliis, *glo. in l. si emancipati, in*
18 *ver. venientem*, C. *de collat.* ¶ Hinc † sequitur, matrem substitutionem pupillarem filio non posse facere, eo quod non habeat filios in potestate, *d. § fœmine, de adopt. l. nulla, de suis & legit. P. §. ceteri, de here. qualit. & diffe. l. illud, §. ad testamenta, de bon. poss. con. tab.* Et liberi, non matris sed patris familiam sequuntur, *§. 1. ver. at qui pet. de legi. ag. tut. § fin. de pat. pot. ap. Iustin. l. cum legitimæ, de stat. homi. l. familiæ iuncta l. pronuntiatio, de verb. sig.* Neque habere potest in potestate, quæ suæ potestatis non est, *l. sic euenit, 21. ad l. Iul. de ad. P. l. homo liber, 54. §. fi. de acq. rer. dom. l. fi. C. de tute.* vxor videlicet, quæ marito materfamil. facta, in eius videtur esse potestate, vt suo loco docuimus. *sup. in 2. par. Synta. dum de pot. in vxorem tractauimus.* Neque lex tantum fidit matribus, tanquam mulieribus, quantum patribus, propter fragilitatem sexus, & imbecillitatem consilij *l. 1. ad Velle. P. l. lex quæ tutores, de admin. tut. C.* Maxime cum potestas patria in regimine, & tutela filiorum defensione & cautione consistat. Alienam autem subire tutelā & defensionem, munus virile est, non fœminarum, *l. alienam, C. de procur. l. 1. quam mulier tut. offic. fung. poss. l. iure nostro*, C. *ae testam. tut. l. nec filium, & authen. si pater. tit. de diuer. fac. apud quem fil. &c. lib. 5. C. tit. 24.* Quod si in iure offendas aliquando legem dicentem, matrem fecisse tabulas pupillares, intellige, vel tabulas pupillares dici: quod pupillus in his institutus sit, vel, quod substitutionē quidē fecit pupillarē, sed inutiliter, *sic intellige l. si mater,*
19 *33. de vulg.* Quāuis † Bart. & Bald. tradūt, *in l. verbum ciuilib. eod.* substitutionē pupillarē factam à matre impubere obliquari & valere in vim fideicommissi pendente impuberi ætate non vltra.

20 ¶ Neque † immoror in eo quod quidam arbitrati sunt, iure pontificio mulierem posse substituere pupillariter. Propter c. ex parte, 67. de appellat. dum dicitur matrem desiisse habere filios in potestate. Ergo, inquiunt, habebat: cum priuatio præsupponat habitum, *l. decem, de verb. obli. l. Iulianus, de diu. P.* Nam in eo capite non agitur de potestate patria, sed tutoria, cum matres possint esse tutrices filiorum, *l. 2. & authen. mater, quan. mul. of. tu. fun. poss. C.*

21 ¶ Hoc † modo nihil facit ad rem, quod exemplaris, quæ ad exemplum pupillaris permittitur, & matri concedatur, *l. humanitatis, C. de impu.* Quia diuersæ sunt substitutiones, nec potestas patria consideratur in exemplari, nec excluso proximorum ab intestato: nec valet argumentum à separatis, *l. 1. de mino. P.*

22 ¶ Item † falluntur, qui ideo videntur matrem admittere, qui indistincte efferunt, sublatam esse sexus differentiam, *l. maximū vitium. C. de lib. præt. §. nostra autem constitutio, de exher. libe. in auth. l. lege 12. tab. de leg. hered. C.* Nam hoc verum est in negotiis, in quibus sexus potentia & impotentia nihil cōtribuit, vt in successione accipienda: contra autem, vbi sexus aliquid agit. Vt, in generatione nemo tam stultus erit, qui dicat masculorum & fœminarum distinctionem non esse: sic in regendis actibus, melius virorum, quam mulierum consilium & robur. Et in summa, in multis deterioris conditionis sunt mulieres viris, *l. in multis, de stat. hom. P. l. fin. C. de arb.*

¶ Dubium † porro superest, num in Gallia matres substitue- 23
re vel ipsi etiam patres pupillariter possint. Quia glossa quædam *gloss. in §. sus autem potestatis, de patr. potest. & ibi Angel.* asserit, Francigenas non habere filios in potestate, quam sequuntur Angelus & Alexand. *in l. placet, de acquirend. hered. in addi. ad Bartol. & in l. fin. C. de inofficios. testament.* & Baldus, *in §. 1. de duo. fra. de no. benef. innest.* qui & glossam illam extendit ad filios Britonum. Item alij, *Ludouic. Roman. Alexand. & Iason. in l. fin. qui testam. fac. poss. Benedict. in cap. Raynutius, in ver. si absque liberis, 12. in tracta. pupi. numero trigesimo octauo.* quibus ansam dedit Iustinianus, dum ait, ius patriæ potestatis in liberos proprium esse ciuium Romanorum, *§. ius autem patrium, de patr. potest. l. patre furioso, de his qui sunt sui vel alien. iur. P. l. item in potestate, & l. nam ciuium, de stat. hom. P.* Et hinc sequeretur, non posse substitutionem pupillarem in Gallia fieri. Sed cum fundamentum falsum sit, poterit admitti contrarium proculdubio. Iulius enim Cæsar, lib. 6. Commentariorum belli Gallici tradit, ius necis & vitæ, & potestatis inter Gallos in liberos fuisse. Sunt & tritæ singulorum fere locorum Galliæ consuetudines, quæ passim de emancipatione agant liberorum, vt vel analphabetus statim intelligere possit, & esse potestatem à qua emancipatio liberet. Et constat quoque, iura ciuilia Romanorum esse recepta in Gallia, in quantum ratione vtantur, *Ba. in l. nemo, de senten. & re iudi. C. & in c. vltim. de consue.* non vt leges superiorum: quia Gallia nullum alium, quam suum regem, *c. per venerabilem, qui filij sint legit.* neque Imperatorem superiorem habet, qui ei leges dare possit temporales. Item cum moribus recepta est substitutio pupillaris apud Romanos, quid prohibet quin apud Gallos moribus non recipiatur? Atque Guillelmus Benedict. tradit, in his, in quibus versatur honor aut fauor liberorum, non censeri filios esse extra patriam potestatem, sed tantum, vbi & quando eis expedit, *Guil. Benedict. in d. ver. si absque liberis, 2. numer. 45. secundum Bartol. l. item in potestate, de iis qui sunt sui vel alien. iur.* In Gallia igitur emancipatis, vel liberatis à patria potestate, patri non erit permissum substituere, neque matri: vt cessante & deficiente fundamento substitutionis pupillaris.

¶ Consequens † etiam est, vt neque hæreticis patribus, qui- 24
bus filij non succedunt, sicut nec crimine maiestatis humanæ reis, *authen. gazaros, de hæreti. C. l. quisquis, ad leg. Iul. maiest. C. c. cum secundum leges, de hæret. in 6.* permittatur hæc substitutio: quia neque hæretici filios dicuntur habere in potestate, *c. 2. §. fi. eod.* neq; sibi testamentum facere possunt, *d. l. quisquis*, ideo nec liberis, *d. l. 2. §. quisquis, de vulg.*

¶ Idipsum † resoluendum de patribus Iudæis, vel ethnicis, vt 25
filiis Christianis factis seu baptizatis substituere pupillariter nō possint, quia non habent illos in potestate, *glo. in c. Iudæorum, 28. q. 1.* quanquam filij huiusmodi, parentibus possint succedere, *c. Iudæi, de Iudæis.*

¶ Deinde, † & id seruandum in patribus, qui ob aliquod de- 26
lictum, bonorum suorum dominium etiam ante sententiam amiserunt, *vt in l. quæsitum, qui & à quib. manum. li. non sit, P. c. quanquam, de vsur. in 6. cum similib.* quia testari non possunt: non secus quam illi, quibus interdicitur bonorum administratio, *l. in cui, de testam. P.* Verum non ideo solum, quod amittant bonorum administrationem, à testamento arcentur, sed quia lege fiunt intestabiles, & alieni à testamenti factione. Alioquin & qui bona non habet, testari potest, *l. hereditas, de pet. here. P.* & pupillo substituere: quia potestas in pupillum non est impedita prohibitione testandi.

¶ Quare † & ratione potestatis & facultatis testandi, pa- 27
trem posse quoque substituere pupillariter filio, quem exheredauit. *§. non solum, de pupil. l. 1. §. substituere, de vulgar. l. cum quidam, C. de leg. l. in ratione, in 1. §. final. & l. qui fundum, 80. §. quo filius, ad legem Falcidiam, P.* etiam si exheredatio fiat mala mente, id est, propter caussas ingratitudinis, *de quibus in §. caussas, vt cum de appella. cogno. in authent. in l. prima, & secunda, de liber. & posthum. P.* nam & maximo beneficio pater filium prosequi videtur etiam exheredatum, quod ei indigno, de successore prouideat. Neque odio filij, sed propter naturam paternam illi prospicere censetur: qui etsi iusta de caussa offendatur, tamen semper consilium capere præsumitur pro liberis, *l. nec in ea, §. fin. ad legem Iuliam de adulter. P. adde l. ipsi quidem, de eo quod met. cau. P. l. fin. de cura. furio. C.* Neque per substitutionem patri ob potestatem permissam, pater filio etiam non ingrato non dicitur substituere in propriis bonis scilicet testatoris. sed in propriis bonis pupilli etiam aduentitiis, vt non opus sit pro validitate istius substitutionis, patrem filio cui substituit bona sua relinquere, *l. sed si plures, 10. §. ad substitutos, de vulga. P.* Et heredem dare non onus est, sed fauor prouidens impuberi, *l. 6. §. 1. de inter. act. §. 1. quibus manum. non lic.* Multo ma-

Digitized by Google

gis si non mala mente, sed alia de caussa quam ingratitudinis, *vt in l. multi non note, de li. & post. P. l. si patronus, 12. §. si quis nō mala mente, de bo. libe.* pater filium exheredet, poterit ei substituere pupillariter. Proinde, & in legitima exheredato substituere hoc modo poterit, *l. ex tribus, cum ibi nota. C. de inoffic. testam.* At eam fideicommisso, vt neque alia pupilli bona onerare, alio modo non poterit, *l. si arrogator, de adopti. l. quoniam in prioribus, de inof. test. C. l. coheredi, §. cum filio, ver. nec fideicommisso, de vulga.*

28 ¶ Quia † filius legitimam non à patre, sed à lege habet, *§. primum itaque, de hæred. & falc. in auth. si arrogator. de aucptio. P.* Et quem non honoro, grauare non possum, *l. ab eo, C. de fideicom.* Hisque rationibus, nec substitutus pupillariter nonnisi cum distinctione à testatore patre grauari relictis, vel restitutione po-

29 test. ¶ Nam † quod receptum est, patrem grauare posse legitimum heredem, seu substitutum filij impuberis, in bonis propriis, etiam in legitima *l. si Titio, §. pen. cum 2. seq. ll. ae leg. 1.* hoc intelligendum est, si modo heres habet pupilli hereditatem ex voluntate expressa vel tacita patris, *l. 2. §. interaum, de vulg. l. ita tamen, §. à patre, ad Treb. l. conficiuntur, de iur. codic. ll. P. d. l. si Titio, §. fin. cum 2. seq. ll.* & sub ea conditione grauatus is substitutus sit, sub qua pater ei filio poterat substituere. Atque etiam tunc substitutio illa fideicommissaria, finitur cum pupillari ætate, *l. plane, 2. de lega. 1. l. si pupillus, 2. respo.* Quare si filius exheredatus sit, cum nihil ex iudicio defuncti peruenerit ad substitutum, nec impubes, nec substitutus grauari possunt relictis, *tit. de acq. her. l. coheredi, 40. §. cum filia, de vulg. P. l. 1. cum seq. de leg. 3. l. ab exheredati. 116. de lega. 1. l. pater, de vulg. l. cum quidam, C. de lega.*

30 ¶ Sed † quæritur, num præterito filio, quemadmodum exheredato, pater substituere pupillariter possit. Et placuit nō posse. Quia præteritio filiorum reddit ipso iure testamentum nullū, *l. 1. & l. filio præterito, l. posth. mi, de iniusto rup. P. l. inter cetera, ae isb & posth. P.* Quamobrem, cum testamentum paternum corruat, & substitutio pupillaris sit accessorium & sequela paterni testamenti, non poterit ipsa sustineri, *l. 2. §. adeo, & l. ex pupillari, de vulga. P.* Ex nihilo enim nihil sequitur. Quod intelligendum venit, si de præteritione conqueratur filius: nam si testamētum paternum ipse per se vel cum tutoris auctoritate approbauerit, & renuntiet iuri agendi & dicendi testamentum, *a. l. si is præterito, in fine. facit l. si ad pupillum, de auc. tuto. P. Barth. in l. 2. num. 21. de vulga.* Potest enim renuntiare filius suo priuilegio, *l. si quis in conscribendo, ae pact. C. de episc. & cler.* neque volenti fit iniuria, *l. nemo videtur, de reg. iur. P. l. venditor. C. de rei vindicat. l. cum donationis, C. de transl.* Et priuilegium agendi non præstat impedimentum, quod non sortitur actionis effectum, *Angel. in l. 2. de vulga. P.* Quanquam in contraria sententia sit Angelus, *Bart. & alij post illum, in l. Gallus Aquilius, §. & quid si tantum, de liber & posth.* quem tamen non sequuntur reliqui interpretes. Sed & tradunt. *§. 1. §. nullam, de heredi. ab intest. veni.* vt si auus substituerit nepoti suo impuberi, in potestate retento emancipato filio, eo casu præteritione nepotis, si filius emācipatus fuerit instit tutus, non vitietur substitutio: quod hodie nullum, non ideo dicatur testamentum sublata differentia potestatis & emancipationis, quod pertinet ad successionem, *l. meminimus, §. cum igitur, de legi. her.* & emancipatus instar suorum succedat, *auth. ex caussa, de libe. præter.* emendato titulo, de coniungendis cum emancipato liberis.

31 ¶ Ceterum, † non modica est difficultas, num hoc tantum verum sit iure Pandectarum, an vero correctum sit iure nouissimo, quo ex caussa præteritionis seu exheredationis, rumpitur testamentum, tantum quod pertinet ad institutiones, ceteris firmis manentibus. Nam communis interpretum dicitur esse sententia, *Alexan. Areti. & alij, in l. 1. §. fin. de vulgar.* corrigi per authent. ex caussa, de lib. præt. C. l. filio præterito, de iniust. rup. P. Neque hodie præteritione testamentum nullum dici: sed iisdem rationibus, quibus sustinetur exheredatione facta pupillaris, sustineri quoque in præteritione. Contraria tamen verior est sententia: neque auth. ex caussa, aut §§. Nouellæ, vnde sumta est, de præteritione paterna loquuntur, ex qua nullum fit testamentum: sed de materna præteritione. Nam §. aliud quoque capitulum, vt cum de appel. cognos. ex quo verba illa auth. ex caussa, *præteritionis vel exheredationis*, sumta truncatim sunt, meminit primum de vtroque parente, matre & patre, & statim prohibet, ne illi prætereant vel exheredent filios sine caussa: referendo præteritionem ad matrem, quæ proprie non dicitur filium exheredare, & cuius præteritio pro exheredatione habetur. *§. mater, de exher. libero.* Sic enim scriptum in illo §. aliud est. *Sancimus igitur, non licere penitus patri vel matri, auo vel auiæ, proauo vel proauæ, suam filium vel filiam, vel ceteros liberos præterire, aut exheredes in suo facere testamento.* Et ita ibi glo. in ver. præterire, explicat *Sic etiam tuetur Petrus, Bar. Dyn. in distin. magna, ad l. Gallus Aquilius, de lib. & posth. Iac. Butrig. Paul. Cast. ad d. auth. ex caussa, de lib. præter.* C. Et in §. siue igitur, eiusdem Nouellæ, Iustinianus, qui tradit rumpi tantum testamentum quoad institutiones ex caussa exheredationis tantum meminit, non de præteritione patris. Nec est alius textus in ea Nouella, qui dicat, præteritione patris non fieri nullum testamentum, sed tantum ex caussa exheredationis patris irritum fieri, quod pertinet ad institutionem & caussa quoque præteritionis matris, quæ pro exheredatione, vt dixi, habetur. Et Raphael existimabat hanc interpretationem esse veriorem authenticæ ex caussa, sicut inquit, *Existimabat Deum esse in cœlo.* vt refert Paulus Castr. ad d. authen. Ceterum, communem opinionem tenendam in foro. Ego autem quicquid fori subsellia reclament, tenendam iam explicatam à me mentem authenticæ & sequendam puto: neque imitandas nobis Palamedis aues, quæ se mutuo sine ratione sequuntur.

Anacephaleosis pupillaris Substitutionis Effectus, Rationes, & Modi exstinctionis eiusdem.

Cap. 23.

1 *Pupillaris substitutionis totius anacephaleosis: quæ in ea requirantur, effectus, rationes. num. 2. 3. 4.*
2 *Hereditas tribus modis pro adita habetur.*
5 *Patris in filiorum personam & bona, maxima potestas.*
6 *Pupillari substitutioni aduersantes rationes submota. & 7.*
8 *Pupillaris substitutio quibus modis exspirat.*
9 *Religionis ingressus quando tollat pupillarem substitutionem.*
10 *Professio religionis vetitæ in Gallia ante 25. & 20. annum: & ante professi apponant in fauorem aliorum, quam monasterij.*
11 *Pupillaris num exspiret mortuo filio ante patrem.*

IN † gratiam eorum, qui breuioribus delectantur, ex superioribus excusis colligemus paucis: primum, quę requirantur in substitutione pupillari: 2. effectus, propter quos inuenta: 3. rationes quare recepta: vt ea intereat. 1

¶ Igitur † substitutio pupillaris nouem exigit. 1. Vt qui substituit, factionem habeat testamenti, & sibi condat & filio, *l. 2. §. primus, ae vulg.* 2. Vt testamentum subsistat, & nullum non dicatur præteritione, vt sit institutus vel exheredatus filius, *d. l. 2. in prin.* 3. Adeatur hereditas ex testamento patris, *d. l. 2. §. cæ. vers. ad o. l. si heres, de reg. iur.* vel pro adita habeatur, id est, aduenerit casus, qui pro additione habetur: vt nomen nudum heredis, *l. ex duobus, §. finale vel.* aut suitas, *l. pater familias, ae priuil. cred. si filius qui pa. ae vulgar. l. filius qui se paterna, ae acquirere.* aut ejectū si quis omissa caussa testamenti, *a. l. 2. §. plane, ae vulga.* 4. Vt is cui substituitur, sit de liberis, *d. l. 2. §. l. & §. liberis, ae pupil.* 5 Fiat in potestate substituentis constitutis, *d. l. 2. §. cæ. bus, ae impub. C. ae. si pater, de test. in 6.* 6. Qui post mortem substituentis sui iuris efficiantur, nec sint recasuri in alterius potestatem, *a. l. 2. & l. coheredi, §. cum filia, de vulg.* 7. Vt sint liberi impuberes, *a. l. 2. de vulg.* 8. Nec fiat substitutio vltra ætatem impuberem, *l. in pupillari, eo.* 9. Vt substitutus possit & velit pupilli hereditatem accipere, *l. precibus, §. si vero, d. in ub. C.*

¶ Effectus † pupillaris substitutionis sunt, primus, vt excludat omnes venientes ab intestato & matrem, vt præcedenti capite docuimus, *si testamento, & arch. precibus, eod.* 2. Vt pupillus moriatur testatus, *§. ae pupil. l. 2. in fine, & l. patre & filij, de vulg. P.* 3. Vt in pupillari expressa cōtineatur vulgaris, *l. pater familias, & glo. in l. 1. ver. & mas superiori C.* 4. Vt quos pater possit sibi heredes facere necessarios, possit & filio, *l. §. prius, vers. constat, & l. sed si plures, §. quos possum, de vulg. P.* 5 Vt qui hereditatem pupillarem adiuit, si pupillus patris heres sit, cogatur & adire paternam: & contra, *quidam eligio, de iure del. be. C. sed si plures, §. siue impubers, de vulga. P.* 3

¶ Rationes † porro substitutionum pupillarium plures sunt, aliquas refero: 1. Quia reipublicæ interest ne quis re sua male vtatur, *l. 2. de in qui sunt sua vel alien. iur. l. 1. ae cura. furio.* Itaque ne hoc accidat minoribus, recte lex permittit patri dispositionem bonorum filiorum impuberum, qui multis captionibus expositi sunt, *l. 1. de min. nor. 25. an.* Et melius est occurrere ante iacturam, quam postea illis auxilium concedere, *l. fin. in quibus cau. rest. in integr. non est neces.* Præsumit autem lex, patrem ita prospecturum filio de herede vtiliore, qualem ipse filius, si compos mentis esset sibi eligeret, propter affectum naturalem patris in liberos, quo nullus maior præsumitur, *l. f. de cura. furio. l. isti quidem, d. eo quod met. cau.* 2. Filius minor, vel dictante ratione naturali, præsumitur consentire voluntati patris, *l. 2. §. final. solut. matrimon. P.* Vt vox patris pro voce filij, & contra, habetur, *§. et vero, de inuti. stipulatio.* Ij pro eadem persona, *l. fin. de impu.* Parique patris filius, vt ideo acquirat omnia patri, iure potissimum pandectarum, *l. placet, de acquirend. hered.* & hodie, vsumfructum aduentitiorum, *l. cum oportet, de bon. quæ li. C. §. 1. per quas person. nob. acquir.* Vt contra filiusfam. etiam viuente patre, quodammodo dominus rerum paternarum censeatur *l. in suis, ae libe. & posthu. P. l. in sum, de suis & legitim. hered. P.* Recte igitur ratione tantæ coniunctionis bonorum & personarum, pater pro filio testabitur impubere. Quando etiam maxime pupilli interest, habere heredem, *l. & quia, de inter. acti. in P.* Et qui impugnat substitutionem pupillarem, videtur impugnare vtilitatem pupilli, *l. si pupillus, 42. de acq. hered. P.* 4

¶ Tertia,

Digitized by Google

¶ Tertia, † cui licet quod plus est, & quod minus est multo magis licere debet, *l. non debet, de reg. iur. ea cui licet, eod. in 6. l. si legato, de manu. test.* At parentibus potestas maxima in filios & olim concessa & nunc est, vt & nunc is haberent potestatem, *l. fi. C. de pat. pot. Dio. Halic. in 2. & nos alibi in pat. pot.* hodie autem & in vita, & post mortem personæ filij haberent curam. Nam de ea post mortem quoque disponunt, cum testamen o possint dare pupillis, etiam inuitis, tutores, *l. 1. l. certarum, 12. & l. quia persona, de testa. aute. P. §. certe, §. permissum, de tutel.* videlicet, vt præsumit lex amicissimos. Multo magis licebit eis de filiorum bonis testari in fauorem eorundem. Quin & lex permisit patri, filiæ destinare maritũ, vt voluntas post eius mortem seruetur, *si pater pactum, C. de sponsa.* Pluris autem est persona, quam bona, *l. sancimus, 17. de sacrosan. eccle. C.*

6 ¶ Ex † quibus rationes omnes, quæ aduersum pupillarem substitutionem obiici possunt, submouetur. Siquidem quia potestas efficit patria, vt pater & filius pro eadem persona sint, & bona filij censeantur patris, eademque voluntas, pupillare testamentum non tam filij quam patris censetur. neque pendere dicitur ex alieno arbitrio, non vllum odium sequitur, sed fauor pupillorum inde decedentium cum testamento.

7 ¶ Neque † etiam verendum est, quod herede instituto filio, is possit insidiari pupillo: vt in l. Cicero, de pœn. in P. Quia ea ratio & cum locum habeat in testamentis, non potuit testamenta improbare: nec propter abusum, qui aliquando potest ex bonis rebus ab improbis committi, res ipsas bonas improbabis: non ob adulterium, matrimonium: non ob incestum, castitatem Vestalium: non ob tyrannidem, regnum, &c. Sed & potest pater testator insidijs occurrere, si metuat de salute pupilli, obsignando tabulas pupillares iubendoque ne resignentur, nisi aut pupillus intra impubertatem decesserit, vel in suam tutelam venerit, *Caius lib. poster. Instit. iur. ciuil. tit. 5. Iustin. in §. sin autem quis. de pup. l.*

8 ¶ Exspirat † porro pupillaris substitutio, modis qui colligi possunt ex tractatis superiore capite. 1. Ex parte instituentis, si testamentum patris non sustineatur: puta quia ipse intestabilis, *vt in l. lex Cornelia, de testa. l. lege Cornelia, eo.* quia præteritum filium *l. filio præterito, de iniu. rupt. Ivos de hoc, ca. proximo.* vel si alio modo corruat. 2. Exstinguitur ex parte pupilli, si pupillus desinat esse in potestate testatoris, vel quia viuente patre sit sui iuris, *l. cohæredi, §. cum filia. 2. resp. de vulg.* vel moriatur ante patrem, vel pendente vita patris efficiatur pubes *§. masculo, de pupill. l. impuberes, de vulga P.* vel post tempus substitutionis appositum pupillari breuius, quam pubertatis, moritur, *l. si quis ita, & l. ex facto, §. quæro, eo.* Aut si intra ætatem pubertati designatam, liberos susceperit: nam tunc liberi excludunt substitutum, *d. l. in pupillari, eod.* propter rationem præsumtionis voluntatis testatoris, quæ non præsumitur voluisse præferre alienam successionem propriæ soboli, *l. cum acutissimi, C. de fideicom. l. cum auus, de cond. & demon. l. l. generaliter. §. cum autem, de instit. sub cond. fact. C.* Item, quod filij inueniuntur præteriti, dum agnascuntur post testamentum patris pupilli. Fieri autẽ potest, vt & impuberes aliquando generẽt. vtpote malitia supplente ætatẽ, *vt notat. glo. in c. 1. de del. puero c. de illu, c. 9. de despo. impub. viae Guil. Bened. in cap. Raynutius ad verb. si absque liberis, n. 114.* Tertio, ex parte substituti exstinguitur, si is incapax succedendi sit: vt puta, si deportatus, si præmoriatur pupillo, *l. vni. §. pro secundo, de ca. toll. l. si ex pluribus, de fun. & legi. ber. l. Lucius, §. Paulus, de vulga. l. tertius, de acqui. hered.* vel si repudiet hereditatem. *l. precibus, §. pen. de impub. C.* Item 4. si conditio adiecta substitutioni non impleatur, *l. qui liberis, de vulga. P. §.*

9 ¶ Finitur † per ingressum, & professionem religionis impuberis, factam ex dispensatione summi pontificis, *Guill. Bene. in d. c. & d. loco. num. 113. & 114.* Et monasterium est loco filij, *communis opinio, in c. in præsentia, de prob. §. sed & hoc præsenti, de sanct. episc. in auth.* Et quod operatur mors naturalis in substitutione pupillari, id operatur mors ciuilis, *l. si quis ita, §. fin. de lega. 2.* monasterij ingressus, qui pro mortuo reddit ingredientem, *l. Deo nobis. de epis. & cler. C. §. illud, de mona. in auth.* dummodo monasterium capax sit possessionis bonorum in communi. Alioquin enim, si nec in communi, nec proprio possit possidere, vel uti monasteria mendicantium, *vt in clem. exiui, de verbor. signif.* non monasterio, sed substituto quærentur bona, ingresso & professo religionem impubere: perinde ac si in ætate pupillari mortuus esset, *Guil. Bened. in proxi. cita. loco, nu. 13.* Quod si non professus ex dispensatione, sed tantum oblatus impubes sit monasterio, per talem ingressum non finitur substitutio, cum pœnitere possit vsque ad annos discretionis, *c. cum simus, & c. significantibus, ca. cum virum, de reg.* & intra annum probationis etiam maior, *c. statuimus, 23. & c. ad apostolicam, 16. eod. tit.*

10 ¶ Est † in Gallia etiam lex posita est in comitiis Aurelianensibus, *in const. Aureliac. ar. 19.* ne fiat professio religionis: masculorum ante 25. annos: fœminarum ante 20. annum. Et si ante facta fuisset, permittit professis religionem disponere de bonis, quæ illis obuenerunt ante vel post, in fauorem tamen aliorum, quam monasterij.

11 ¶ Adiecta † est quæstio & decisio in capella Tholosana 390. Si impubes sit heres institutus in partẽ, & datus substitutus pupilliariter, & impubes sit mortuus viuo patre, an admittatur substitutus in vim vulgaris substitutionis, quam vide cum Autereij coniectaneis.

De Exemplari substitutione.

Cap. 24.

1 *Inuentio humanarum rerum alia ex alia cum tempore fit.*
2 *Exemplaris substitutionis origo, & vt olim permissa, eius definitio & diuisio, quibus bonis fiat, eius forma, & quibus fiat, eiusque finis & differ. cum aliis, effectus, & vt intereat. nu. 3. 4. 5. 10. 15. 16. 17. & seq.*
6 *Mater substituit filio exemplariter.*
Quando autem & quomodo conuolans ad secundas nuptias, substituat. num. 7.
8 *Pater repetens nuptias, filiis prioris matrimonij substituere potest exemplariter, & eorum bonorum administrationem habet.*
9 *Spurius non potest substituere exemplariter pater, sed bene mater.*
11 *Pater prodigus aut vilis personæ non possit filio substituere pupillariter vel exemplariter: & contra, filius patris prodigo cur non possit.*
12 *Correlatiuorum quando dicatur esse eadem disciplina.*
13 *Inofficiosi querela locum non habet, si quid relinquatur filio, sed dirigitur ad supplementum.*
14 *Furiosis quibus exemplariter non potest substitui.*
15 *Filio sanæ mentis quando exemplariter substitui potest.*
18 *Exemplaris substitutio excludit matrem.*
19 *Filij naturales, & spurij quomodo differant.*

NAtura † hominum sagax, quæ simul omnia nosse non potest, vel necessitate cogente quædam probat, vel ratiocinatione colligit, ex inuentis alia etiam elicit, & coniectura facta similium sequitur inuenta. Quod & iurisconsulti etiam faciendum monent, *l. neque leges, 19. cum tribus seq. de legi. P.* propter naturales quotidie nascentes, antequam inuidias formas: cum humani iuris conditio semper in infinitum decurrat, & nihil sit in eo, quod perpetuo stare possit. *l. 2. §. sed quia diuus quidem res. de vet. iure enucl. C. §. vt autem ex, de re eccl. l. non aliena. in auth.* 1

¶ Ideo † cum moribus probatum viderent homines, ob ætatis defectum permissam patri substitutionem pupillarem fauore pupillorum: propter similitudinem quandam pietatis, visum quoque iustum est, ob defectum quoque mentis, vel ob vitium corporis quod testari filios prohiberet, & parentibus permittendum esse pro filiis testari, vt tandiu testamentum valeret huiusmodi, quandiu causa duraret. Et proinde ab initio, quia hac de re nihil sancitum erat, primum cœpit princeps consuli, vt ob eam similitudinem fauoris filiorum vitio illo miserabilium, exemplo fauoris pupillorum qui mente carent, liceret substituere parentibus, *l. ex facto, 43. de vulga.* directo. Ad principem namque inter iuris & æquitatis rationem interpretatio competit, *l. 1. & fin. C. de legib.* Postea autem, cum sæpius ea de re interpellaretur, & ne priuilegio concesso ex arbitrio, qui illud impetrarant, abuterentur, Imperator Iustinianus legem tulit: per quam potestatem quidem hanc omnibus parentibus indulsit, sed eam certis circumstantiis vallauit, quæ nisi interuenissent, non subsisteret, *in l. humanitatu, 9. C. de impuber. & al. subs.* De quibus nunc agendum est. 2

¶ Exemplaris † substitutio est substitutio directa, per quam licet parentibus furiosis, mente captis, mutis, prodigis, surdis, puberibus liberis heredem scribere, ex legis præscripto: qui, quemadmodum substitutus pupillariter, possit etiam bona propria filij sine controuersia inofficiosi, ex ea institutione capere, *hæc finitio collig. ex l. ex facto, de vulg. & ex l. humanitatis, de impu. C. §. qua ratione, de pupilla.* Quæ finitio per sequentia explicatur. Exemplaris triplex dicitur esse expressa, tacita, & mixta partim expressa, partim tacita. Expressa est quæ verbis expressis fit, vt, *Si filius in furore vel surditate moriatur, Titius heres esto.* Tacita quæ sit, tradit Guillelmus Benedictus dubitari, & num: sit, *in ea, Raynutius ad ver. si absque liberis, 2. in substitutione exemplari, num. 34. 35. 36.* Tandem autem resoluit, esse, quæ contineatur sub expressa vulgari furioso facta. Si tempore, quo vulgaris facta est, furiosus filius esset, *argumen. l. quoniam, & leg. si prædia, de rebus eorum, P.* aliter si postea furiosus factus fuisset, quia aduersam fortunam hominis cogitare ius ex tacitis non patitur, *l. inter stipulantem, §. sacram, de verb. oblig.* 3

¶ Item † in pupillari expressa facta furioso, vel alij, cui potest exẽplariter substitui, contineri quoque tacitam exemplarẽ: sed non simul & eodem tempore valere. Nã quandiu filius furiosus impubes erit, & si in ea ætate decesserit, omnia, quę naturę sunt pupillaris, seruantur: at moriente eo post pubertatem iure tantum exemplaris substitutionis succedetur. Vt etiam exemplaris expressa, hac distinctione, & vulgarem & pupillarem contineat: 4

Digitized by Google

& ita quoque resoluũt anteceſſores noſtri peritiores, *Bartol. poſt Oldra. in l. ex facto, & ibi Alexan. & alij, de vulga. Bald. in l. humanitatis, ver. ſi quinto principaliter quæritur, Bened. prædicto loco, qui & ait mentionẽ fieri de tacita exemplari, in l. in teſtamento, de teſta. miſit. C.* Partim expreſſæ partim tacitæ ſubſtitutionis exemplaris tradit formam idem Benedict. *præ. loco, num. 37.* in compendioſa. Si teſtator, inquit, dicat, *Titium & Caium heredes inſtituo, & eos inuicem ſubſtituo.* Aliudque exemplum apud eundem vide mixtæ quoad caſus ſubſtitutionis.

5 ¶ Subſtituitur † porro in exemplari omnibus bonis eius, cui fit ſubſtitutio, & in relictis à parente illi, exemplo pupillaris ſubſtitutionis: præterquam ſi ab vtroque parente matre & patre fuerit ſubſtitutum. Nam tunc ſubſtitutus à patre, habebit bona filij à patre prouenientia & aduentitia: ſubſtitutus vero à matre, bona quæ à matre proceſſerunt. Et ita reſoluit Iaſon, *in l. ex facto, de vulg. Bene. vbi ſup. num. 39.* qui rationes reiicit aduerſarias Imolæ.

6 ¶ Subſtitutio † autem hæc fieri poteſt à patre & matre, non habita ratione poteſtatis, ſed pietatis, *l. humanitatis intuitu, C. de impub.* Imo & à patre arrogatore ſimul, ſi furioſus arrogatus ſit. Sed à patre naturali, vt proxime dictum, in bonis ab illo procedentibus ſeu profectitiis, aliunde tamen quam à matre & arrogatore, in quibus mater, *d. l. humanitatis*, & arrogator ſubſtituere poſſunt. Sicut in pupillari, arrogator in iſtis recte ſubſtituit. Et naturalis quoque, in aliis pupillo, *l. ſi arrogator. cum 4. præced. de adoptio. l. ſed ſi plures, §. in arrogato, de vulg.* In quo iura communia acceperunt reſtrictionem, quę ſtatuunt neminẽ poſſe cum duobus decedere teſtamentis, *l. quærebatur, de mili. teſta. l. 1. & 2. de inoff. teſt.* Quod ſi pater non ſubſtituerit, mater in omnibus, in quibus pater ſubſtituere poterat recte ſtatuet. Excipienda videtur mater, quæ ad ſecunda vota tranſierit, quæ filio exemplariter non poteſt ſubſtituere, *Iaſ. Bart. & alij, in l. ex facto, de vulga. Bened. vbi ſup. num. 15.* quia fundamentum poteſtatis ſubſtituendi ceſſat, videlicet pietatis.

7 Nam † tranſeundo ad ſecunda vota, iam lex iudicat matrem à ſe ablegaſſe filiorum curam & pietatem, *l. lex quæ tutores, de adm. tuto. l. 2. C. vbi pupi. edu. deb.* ſiue ante, ſiue poſt ſecundas nuptias hanc fecerit, *Bart. in d. l. ex facto, q. 4. & ibi Ang. Raph. Paul. Caſt. Alex. Aret. in l. humanitatis.* Sũt tamẽ, qui huic exceptioni reclament, *Imola, in l. ex facto, de vulg. Bald. in d. l. humanitatis*, maxime ſi antequam mater ad ſecundas tranſeat nuptias, prouideat de curatore ſeu tutore filio, quia de caſu cura filiorum illi ineſſe demõſtratur, nec priuatur eius inteſtati ſucceſſione, *l. 2. §. filius, ad Tertullia. l. mater, §. & l. omnem, 6. ad Senatuſc. Tertull.* Proinde tertia opinio media inter vtramque adfertur ab Angelo Aretino, in §. qua ratione, quam ſequitur Guillel Benedict. *vbi ſupra, num. 16.* inſpiciendam eſſe ipſam ſubſtitutionem matris, de quo ſubſtitutio facta ſit: vt ſi ſubſtituti ſint venientes ab inteſtati furioſi ſucceſſione, ſubſtitutio valeat facta etiam à matre binuba, vtpote apparente adhuc in ea cauſſa humanitatis. Sin autem ſubſtituta fuerit alia perſona, ex qua appareat malus matris animus, puta amaſius matris, non valeat. Et hoc quoque Nicolaus Boerius ſequi videtur, *deciſ. 188. num. 4.* Et ego hanc ſententiam probo.

8 ¶ De † patre autem omnes conſentiunt, vt etiam is qui repetit nuptias, liberis primi matronij poſſit exemplariter ſubſtituere, *Boer. vbi ſupra, num. 2. Doctores, in l. ex facto, Guillel. Benedict. vbi ſup. num. 16.* Quia quamuis ad ſecundas perueniat nuptias, tamen non priuatur adminiſtratione bonorum filij prioris matrimonij, *l. fin. de bon. mat. C. l. generaliter, de ſec. nupt.* Remanet tamen quæſtio, an pater vel mater, qui habent naturales tantum, poſſint illis ſubſtituere exemplariter. Cui quæſtioni fit ſatis ex dictis in ſubſtitutione pupillari, patrem certum non dici in vulgo quęſitis, *l. vulgo concepti, de ſta. homi. §. ſi aduerſus, de nupt. apud Iuſtin. l. quia ſemper, de in ius voc. P.*

9 ¶ Et † proinde, non comprehendi appellatione parentum, *l. 1 de nat. lib. l. quamuis naturales nati ex certa concubina parentes habeant naturales, l. parentes, de in ius voc. P. l. ſed ij ſunt quam vulgo concepti, d. l. 1. de natu. lib. C.* quibus tantum permiſſum eſt ſubſtituere pupillariter, in l. humanitatis intuitu, C. de impub. At in matribus reſponſum eſt, poſſe etiam illas vulgo conceptis ſubſtituere, *Bened. vbi ſup. nu. 12.* quia mater ſemper certa eſt *d. l. quia ſemper, de in ius voc.* & ſpurij ſuccedunt etiam ab inteſtato matribus, *l. ſi ſuſpecta §. 1. de inoff. teſta. §. noniſſime, ad Orfici. apud Iuſtin.* niſi eſſet mater mulier illuſtris, cui dedecus tales eſſent filij, *l. ſi qua illuſtris, ad Orfic. C.* Vel ipſi eſſent ex damnato inceſtu nefario editi, qui non ſuccedunt, nec alimentis digni ſunt, *auth. ex complexu, de ince. nupt.* nec inſtitui poſſunt à patre vel matre: & ſi inſtituantur, hereditas fiſco defertur, *Bar. in d. auth. & l. auferetur, §. 1. de iure fiſc.*

10 ¶ Et † hæc quæ dicta ſunt de patribus, de auis, auiabuſque, & aliis parentibus intelligenda ſunt, vt poſſint ſubſtituere nepotibus, deficientibus videlicet patribus & matribus, *l. humanitatis, in princ. de in pub.*

11 ¶ Excipiunt † aliqui parentes prodigos & viles perſonas, quibus non permittatur ſubſtituere exemplariter, *Bald. in d. l. humanitatis, Bald. in d. l. ex facto*, quod bonorum filiorum illis adminiſtratio ſit prohibita, *l. fin. de ſent. paſſ. C. l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, ſol. matrim.* Alij autem non excipiunt, & poteſtatem quoque patribus prodigis permittunt, *Imola & Alex. in d. l. ex facto*, quia contendant pupillarem etiam huiuſmodi permitti fauore pupillorum, & auctoritate rigoris patriæ poteſtatis, quæ tamen non conſideratur in exemplari. Diſtinguit autem Guill. Benedictus, *vbi ſup. in exemp. ſubſt. num. 44. q.* vt Angelus, Aretinus, matribus conuolantibus ad nuptias ſecundas, vt ſi pater vilis & prodigus ita diſcrete ſubſtituit exemplariter filio mente capto, vt bonus paterfa. feciſſet, valeat: ſin minus, corruat ſubſtitutio. Ego porro in perſona vili huic ſententię ſubſcribo, at in perſona prodigi ſubſiſto, ſi bonis ei interdictum ſit: nam is inteſtabilis eſt, *l. in cui, de teſtat. P.*

¶ Conſtat † itaque ſubſtituere parentes tantum liberis poſſe 12
exemplariter, non extraneos, neque fratres fratribus, vel conſanguineos alios: imo neque filios poſſe ſubſtituere patribus furioſis, vel ſimilibus, quibus ſubſtitui poteſt, *Bart. ad d. l. ex facto*, quia l. humanitatis, de impube. parẽtibus in liberos hanc ſolum conceſſit poteſtatem neque extenſio facienda eſt in caſibus, qui recepti ſunt contra iuris communis regulas, *l. quod vero, 13, de legi. P. l. ſi vero, §. de viro, ſol. mat. P.* Atque perindignum viſum eſt, concedere liberis in parentes poteſtatem, *§. ſed quod ſancitum, de nup. in auth. eo. 4. c. cum inferior, de maio. & obe.* Item 3. per reſolutionem l. humanitatis, ſequeretur filium pro patre diſponẽtem, ſeipſum debere inſtituere, quod certe ſtolidum pene eſſet: quia debet eſſe diſtinctio perſonarum inter dantem & accipientem, *c. fin. de inſt. c. debitum, de baptiſ. c. dicimus, 24. q. 1. l. 1. de auctо. tuto. P. l. 1. §. fuit quæſitum, ad Trebell. P. l. prætor, de tuto. & cura. dat. ab im. C.* Sicque diuerſa ratio correlatiuorum patris & filij, impedit, ne quæ licent patri liceant filio, *argum. l. curatorem, de inter. matr. C.* Quamuis in aliis, vbi eſt ſimilis ratio correlatiuorum, eadem dicatur eſſe diſciplina, *l. ſi. de ind. vid. toll. C. l. 1. de cupre. lib. 11. C.* Neque ex eo quod patri furioſo filius dari poteſt curator, *l. 2. de cura. furio. P.* ideo ſequitur, eum pro patre furioſo teſtari poſſe. Nam aliud ſtatuitur in adminiſtratione bonorum, quæ conceditur in vita alicuius: aliud in diſpoſitione, quæ poſt mortem defertur, *arg. l. 1. §. fuit quæſitum, ad Trebell. P.*

¶ Scio † Iaſonem huic ſententiæ aduerſari, *ad d. l. ex facto*, ſed 13
ſequor priorem, vt meliorem meo iudicio. Forma porro & modus in hac componenda ſubſtitutione ſecundum quam parentes teſtari debeant, eſt, vt primum ſibi teſtamentum faciant, & in eo legitimam relinquant filiis, quibus ſubſtituere exemplariter propoſuerunt, *d. l. humanitatis*, vel hodie ſaltem aliquid pro legitima, *ſic reſoluit Boer. deci. 188. num. 4. Bene. in ver. ſi abſque liberis, 2. in ſubſt. exemp. num. 20. Boe. & Alex. in d. l. ex facto*, cum hodie non agatur inofficioſo, ſi minus quam ſit legitima, filius relinquatur, ſed agitur ad ſupplementum, *ex l. omnimodo, de inofficio. teſtam. C.* Hinc efficitur, filio exheredato fieri non poſſe exemplarem, quia inſtitui debeat in legitima. Quamuis in confeſſo ſit, furioſum poſſe exheredari ob cauſſas ingratitudinis commiſſas ante furorem, *vt in l. tam demonstu, C. de epiſc. aud. in l. fin. de curat. furioſ. vbi furioſus erat exheredatus.* quod tamen in hac exemplari, quæ humanitatis cauſſa permiſſa eſt, non permittitur.

¶ Item † de forma eſt, vt conſideremus, cui fiat teſtamen- 14
tum, vel ſubſtitutio: nam non omnibus licet exemplariter ſubſtituere, ſed tantum primo furioſis, & mente captis, qui perpetuo furore ſine dilucidis interuallis detinentur, *d. l. humanitatis.* Ideo phanaticis, & qui laſciuia aut phreneſi morbi temporalis tenentur, non licebit ſubſtituere exemplariter, *Bal. in d. l. ex facto*, quia illi morbi perpetuo non occupant ægrotum, *l. 1. §. apud Iulianum, de edil. edict.* Item ſi furioſi habeant dilucida interualla, hoc modo ſubſtitui nequit, quia pendente illo tempore ipſi per ſe teſtari poſſunt, *l furioſi, qui teſta. fac. poſſ. C.* Et ceſſat ratio Imperatoris, qui in l. humanitatis, exigit perpetuum furorem. Eodem modo ſi furioſi antequam furore occuparentur, teſtamenta legitime condidiſſent, ſubſtitui non poſſit exemplariter: legitime enim factum, ſuperueniente furoris impedimento, non minus quam morte non debet intercedere, *l. in cui de teſta. P. §. præterea, cum §§. ſeq. quib. non eſt perm. fac. teſt.* Mortuo quippe & inſenſibili ſimilis dicitur furioſus, *Bald. in d. l. humanitatis, l. 2. §. furioſus, de acq. poſſeſſ.* Neque tollit ſemper factum, quod impedire poſſet faciendum, *l. ambiguis, §. 1. de reg. iur. c. factum, eod. in 6. l. patre furioſo, de iis qui ſunt ſui vel alien. iur. P.*

¶ Secundo, † exemplaris fieri poteſt muto, ſurdo, & prodi- 15
go: dum tamen iſti eius morbi ſint, qui teſtari omnino non poſſint, *vt in l. diſcretis, C. qui teſta. fa. non poſſ.* Et ita interpretes concludunt, *Bart. Bald. in d. l. ex facto, Bald. Paul. Caſtr. Alex. Iaſ. in d. l. humanitatis, Guill. Bene. in ver. abſque liberis, 2. in exemp. ſubſtitut. num. 5. & 6.* Sanæ porro mentis filio fieri non poteſt exemplaris, niſi, vt ait Salycetus, *in d. l. humanitatis, 7. col.* ea conditione fiat in caſum, quo filius ſanæ mentis furioſus, vel prodigus, vel ſurdus, vel mutus efficeretur. Et tunc etiam exigitur, vt is mortis teſtatoris tempore talis factus fuerit: aliter non valet, *Alex. in d. l. ex facto, 16. eo. de vul. & Guillelmus Bened. vbi ſup. nu. 8.* Neque in hac exigitur, vt filius ſit in poteſtate: nam & emancipatis & à matre ſubſtitutio recte fit, *d. l. humanitatis*, Attamen obſeruatus, vt is cui

ſit,

Digitized by Google

fit,post mortem substituentis non sit recasurus in potestatem alterius, *Bened. vbi sup. num.* 19. vel ante furorem factus non fuerit intestabilis, quia hæreticus, *vt in l. Manicheos, C. de hæreticis*, puta quia deportatus, *l. si quis filio. §. irritum, de inuisto rup. P.* &c.

16 ¶ Quis † autem substitui possit illis,planus est textus in l.humanitatis, vt si is cui exemplariter substituitur habeat liberos, vnus vel omnes, tantum: substitui possint: si non habeat, vel habeat non sapientes, sed fratres tantum vel sorores illi sint,vnus vel omnes substituantur tantum. Vltra autem Iustinianus non procedit. Et proinde,si neque filij,neque fratres ei sint, extraneum ei potest substituere.

17 ¶ Finis † huius substitutionis, vt is cui substituitur qui testari per se non poterat,cum herede decedat. Item secundo,inquit l. humanitatis,vt occasione huius substitutionis,ad exemplum pupillaris,querela nulla contra eorum testamentum oriatur. Qui autem voluerit otiose videre, in quibus cum pupillari substitutione conueniat hæc exemplaris, & in quibus differat, & quomodo à vulgari,compendiosa,& breuiloqua distideat, consulat Guill. Benedictum, ad ver.si absque liberis,2. in exemplari substit.fere per totum tractatum.

18 ¶ Atque † propter singulares eius effectus, vtilem esse dubium non est:nam primum per expressam exemplarem ab intestato venientes,& mater,vt in pupillari,excluduntur à substituto veniente ex testamento,*d.l.humanitatis,& l. ex facto,Bened. vbi supra,num.*15. Eodem modo, si extraneus substitutus sit deficientibus filijs & fratribus,excludat mater,*iam ibid.num.*32. *vbi disputatur,& glo.in §.qua ratione, de pupilla.* 2. Per exemplarem succeditur ei,cui substituitur,in omnibus bonis: vt in pupillari, *l.sed si plures, §. ad substitutos,de vul.*

19 ¶ Quæ † omnia intelligenda veniunt,quando exẽplaris locum habet. nam si ea perimatur, aliter statuendum. Cessat autem exemplaris,primum, cessante causa propter quam licuit substituere,si furiosus,ad bonam mentem sit reuertus, vel prodigus ad meliorem frugem, vel surdus, mutus à morbo conualuerint, *d.l.humanitatis,vers. ita tamen,§. qua ratione, de pupi. l. ex facto, de vulga.& ca.cum cessante,de appell.* 2. Si tales habeant liberos legitimos & naturales,*d.l.humanitatis §.vel si filia,d.l.ex facto,ratio ex l.cum accutissimi, C. de fideicom. l. generaliter, §. cum autem, de instit. sub cond.fact.C.l.cum auus, de cond.& demon. P.* Nam quamuis furiosus non possit matrimonium in furore contrahere : tamen contractum sine furore, in furore retinet, *ca. dilectus filius, de sponsa.* Et in hac substitutione directa necessarium est, legitimos simul & naturales filios agnosci,*l.patre furioso, de in ius vocand. filij vel alienat.* quamuis in obliqua & fideicommissaria aliquando ex voluntate testatoris conditio sine liberis deficeret per naturales tantum,*l.ex facto,§.*1.*ad Trebell. P.* olim permissos ex concubinatu:non hodie,vetito concub natu. & effectis tantum spurijs omnibus sine matrimonio iusto natis, *l. fi. C. de concubi.* Et quando lex desiderat filios, intelligit de legitimis & naturalibus simul, *l.generaliter,§.pen.de instit. rest. sub cond.fact. C.* Tertio, finitur hæc exemplaris, si prodigus, aut surdus, mutus aut furiosus tempore dilucidi interualli delictum admittant, ex quo bona fisco adiudicentur, vel si legitimæ ingrediantur monasterium, *Guil. Benea. vbi sup. num.*51. Quarto, si furiosus in dilucidis interuallis sibi condat testamentum, extinguitur exemplaris, quamuis postea recidat in furorem: alioquin si non condat testamentum, tunc cessante morbo cessat quidem substitutio, sed recrudescente morbo, retinetur, *l. ex facto, de vulga. P. quod quomo. sit intelligendum, explicat d. Ben. vbi sup. nu.*48. *&* 49.

De Militari Substitutione.

Cap. 25.

1 *Militaris substitutio quid, qualis, vt differat à vulg.Et pupill.diuisio, de quibus rebus fiat,& effectus.nu.*2.3.4.*&* 6.
3 *Compendiosa substitutio à milite facta quas alias contineat.*
5 *Militaris substitutio filio facta comprehendit eius legitimam.*

1 Militare † testamentum extra iuris ciuilis communes regulas pluribus donatum est priuilegiis,in totum & in parte, *l.*1.*de milit.test.C.* vt docuimus proprio capite antea. Potest & singulari iure miles igitur substituere, ideo de ea substitutione pauca tradenda sunt. Substitutio militaris, est substitutio qua miles etiam post aditam hereditatem, secundo gradu directo sibi heredem facit. Quæ finitio probatur ex l. Centurio, 15. de vulga. P. quæ intelligitur in his tantum bonis, quæ heredes,quibus substituitur, ex testamento militari iure facto, sunt consecuti, non in aliis, *Vlp. in l.milites etiam,*5.*cod. P.* Directo capit substitutus militaris bona,in quo singulare ius habet,non obstante aditione heredis instituti, *l.miles ita heredem.§.exheredato. eod.l.in testamento,eo.C.l.centurio, de vulgari. explicat. Guil. Bened. in ver. absque liberis,* 2. *in compendio num.* 11. sicuti in pupillari receptum erat.

¶ Sed † differt à pupillari, quod substitutus pupillo,videbatur 2
institutus in testamento filij,in primo gradu, quia testamentum patris & est testamentum filij,*l.Papinianus §. sed nec impuberis,de inoff.testa.* at in eo, substitutus non dicitur succedere patri, sed pupillo, *§.*1.*de pupilla.* Differt & à vulgari, quod vulgaris adita hereditate expirat, *l.post aditam,de impub.C.* hæc militaris,minime. Et ita miles hic, cum substitutus illi etiam sit directus heres,& institutus adiens, cum duobus heredibus decedit insolidum institutis, contra iuris communis regulas, *l. quod contra, §, vni duo,de reg.iur.*

¶ Hanc † substitutionem militarem, & expressam, & tacitam 3
dicimus. Expressa est,quando ad certum tempus aliquem heredem instituit,& post illud alium, *l.quærebatur, §.fin. & l. miles ita heredem,de milit.testa.P.* Tacita,quæ continetur sub compendiosa, & quæ habet speciem fideicommissi, *vt in l. precibus, in fine, de vulga.* Sic Guillel. Benedictus tradit, *ad ver.si absque liberis,* 2. *in repro.num.* 40.*&* 41.reciprocam per militem factam personis disparibus, ex voluntate testatoris, non aliter, continere vulgarem, pupillarem, exemplarem, & militarem. Continetur & sub militari pupillaris tacita, *in l.in testamento,* 1.*de milit. testa. l.centurio,de vulg.*

¶ De † rebus tantum à milite relictis heredi,non de bonis pu- 4
pilli fit militaris substitutio,*d.l.milites etiam.§.de milit.testam.* Miles porro,qui substituit,& in expeditione esse debet,secundumque arbitrium concipere substitutionem potest, dummodo capacem successionis substituat. Finis & rationes istius priuilegij, eiusdem generis sunt, ac militaris testamenti : & ideo ea omnia mutuanda sunt à superiori capite de militari testamento.

¶ Notandum † tamen præter hæc, quod concludit Guillel. 5
Bened ctus,*in comp.substs.in ver.si absque liberis,*2.*num.*20.quod in substitutione à milite verbis directis facta,venit legitima filij,ita quod non potest per heredem retineri : & vniuersa bona testatoris pertinere debent ad substitutum. Et hoc latius examinat propter sententiam Pauli Castrensis contrariam glo. fina.in l.precibus,de impub. C.

¶ Effectus † quoque istius substitutionis coniecit in vnum 6
locum,& differentias cum fideicommissaria substitutione,idem Guillelmus Benedictus,in tractatu compendiosæ substitutionis à nume.12.per plures sequentes ad c. Raynutius, & ad ver.si absque liberis,2.de testamen. Et ibi abunde videbis de natura eius vt superfluum sit ea,quæ ibi ordinate dicta sunt, in hanc paginam transcribere.

De compendiosa Substitutione.

Cap. 26.

1 *Compendiosa substitutio accedit militari, num sit substitutio, quid sit, diuisio, formula eius, & quas alias contineat, numer.* 2. 3.4.5.
4 *Verba directa, obliqua, & communia quæ: quando directa obliquentur, & contra.*
6 *Militaris substitutio quæ bona contineat. Et l.Precibus, de Impub. explicatio.*
7 *Militaris directa substitutio in quo similis fideicommissariæ.*
8 *Compendiosam quid operetur quando continet fideicommissariam.*
9 *Legitima fideicommissa grauari quando potest.*
10 *Compendiosa substitutio mixtim quomodo dicatur fieri.*
11 *Compendiosa facta verbis obliquis vel communibus continet fideicommissariam: num idem si directis.*
12 *Pupillaris, exemplaris, & aliæ in compendiosa comprehensæ, expressæ, non tacitæ censentur; & excludunt matrem.*

Militari † substitutioni accedit compendiosa,sic enim Bart. 1
sentire videtur,dum ait,*in l.precibus,num.*9.*de impu.& in l. centurio.num.* 11. *de vulg.* Compendiosa substitutio quandocunque est substitutionis species distincta ab aliis: vt quando fit à milite post aditam hereditatem, & valet iure directo, vt L. Centurio, de vulga. P. Quandoque non est substitutionis species, sed est quædam adiectio, vt quando fit à pagano: Ita enim nihil valet iure pupillaris directe post aditam hereditatem, vel fideicommissi,vt infra videbitis. Vnde tunc non est substitutionis species per se,sed adiectio quædam. Hæc ille.Quod Guillelmus Benedictus intelligit quoad effectum, ratione cuius & in vulgarem,pupillarem,exemplarem,aut fideicommissariam transit : contra quoad formam, propriam etiam in pagano esse speciem, *Guil.Bene.in c.Raynutius,in ver.absque liberis,* 2. *in compendiosa,num.* 4.*&* 5. Compendiosa, † est substitutio quæ compendio verborum seu breuitate sermonis fit, sub vna mortis conditione vel alia, plura tempora, quæ ad alias substitutiones simplices referri possunt, continens, *hæc finitio Bar. in l.centurio, num.*9.*de vulga.* Hæc duplex, vt dixi, ex Bart. propria in mi-

Digitized by Google

3 lite, & adiectio aliarum in pagano. ¶ Quæ † à milite fit, habet tantummodo bona testatoris, quæ ad institutum perueniunt: quæ à pagano, secundum substitutionum quas complectitur naturam, & ex formula substituendi, mentienda est.

4 ¶ Itaque † formulæ substituendi compendiosæ cognoscendæ, & verba illarum, quarum alia respiciunt eum cui fit substitutio, alia substitutum: vel directa, aut obliqua, aut communia de quibus alibi dictum. Directa sunt, per quæ qui vocatur à testatore capit hereditatem directo, & non ab instituto, vel ab alio medio: vt, *heredem facio, instituo, heres esto, l. verbum ciuilibus de vul. & ibi Bart, fusè.*

¶ Obliqua, per quæ testator vult à medio, seu ab instituto substitutũ capere, vt patet ex ẽ pla, *in l. coheredi, § cũ filiæ de vulg. l. cum quidam, in l. de leg. 2. & in l. fundi, de vsufruct. lega. P.* Communia, quibus testator potest & directe & oblique mentem exponere, & in quibus quid potius senserit quam dictum fuerit, sequimur, *l. nam hoc iure, de vulg.* Hæc itaque verba, in compendiosa obseruamus: nam directis & communibus illa fieri potest, *d. l. coheredi, § cum filiæ eod.* non autem obliquis, quia tunc transit in propriam obliquam fideicommissariam. Et verba quidem directa, quæ iure directo operari non possunt, aliquando trahuntur ad fideicommissum, *l. ex facto, 17. ad Senatus. Trebell.* sed vix vnquam obliqua ad directa conuertuntur, aut perraro, & nisi certis casibus, *vt in casu l. Antoninus, de fideicom. libe. l. neque enim, §. fi. l. seq. eo. P.* etsi vulgaris fiat verbis obliquis, quæ propter substitutionis naturam in directa commutantur, *l. si Titius, de condi. inst. l. humanitatis de impub. ibi, rogauit, l. heredem instituit, c. si pater, de testa. in 6.* Sed & communia, quæ secundum varias acceptiones possunt esse directa & obliqua, non impediunt, quin compendiosa substitutio directa sit: vt si testator vtatur verbo, *detur*, quod sui natura dicitur obliquum, *l. fundi Trebatiani, de vsufru. lega. P.* nihilominus substitutio erit directa: quia hic non denotat substantiam substitutionis, sed modum eam exsequendi, *vt in l. si quis ad declinandam, C. de epis. & cler. vbi est quidem institutio directa, sed modus exsequendi obliquus per exsecutores datos. Guill. Bene. in ver. si absque liberis, in 2. in compen. subiit. num. 57.*

5 ¶ Formula † communis, *filium meum instituo, & quandocunque decesserit, substituo ei talem.* Vide ibi dictionem, *quandocunque*, complecti plura tempora, ex quibus plures species substitutionum oriuntur, tempus nempe ante aditionem, vnde vulgaris: tempus ante pubertatem, vnde pupillaris: & tempus pubertatis. Item, limitatio fit interdũ temporis, vt, *quandocunque filius meus intra 25. annum decesserit, talem substituo, l. centurio, de vulg.* Interdum fit cum alia conditione adiecta indefinito tempori, vt, *quandocunque sine liberis decesserit, l. precibus, C. de impub.* Inspicitur porro persona eius, cui est facta substitutio, vt effectum & finem eius distinguamus. Nam eius ratione & temporis plures vel pauciores continebuntur in compendiosa substitutione. Nam si pupillus sit, cui fiat à pagano hæc substitutio, *quandocunque, &c.* & moriatur ante aditam hereditatem compendiosa continebit tantum vulgarem, *Bart. in d. l. centurio. & alij, in l. precibus*, si in pubertate post aditionem, tantum pupillarem, & aditione exspirat vulgaris. Si post pubertatem decedat, adhuc distingue, an furioso, prodigo, vel alij cui exemplariter substitui potest, compendiosa facta fuerit, an alteri: si furioso, & is in furore moriatur continebitur quoque exemplaris, & excludetur mater & alij ab intestato venientes, vt in pupillari. Si autem aliis fiat, & moriantur post pubertatem, inspicitur num fiat à milite, vel à pagano.

6 ¶ Et † si facta sit à milite, substitutus ex militari substitutione capiet omnia bona, quæ testator heredi instituto reliquit, iure hereditatis, etiam exclusis venientibus ab intestato, & militaris in compendiosa continebitur, *d. l. centurio, de vulga.* Dico ea quæ testator heredi reliquit, iure institutionis: nã alia quæ heres institutus propria habuit, aut donationes, aut prælegata etiã à testatore procedentia, non veniunt in militarem substitutionem, quia eorum, non testatoris sunt. *Alexan. in l. Marcellus, §. quidam. ad Trebell. P.* Sic intelligenda l. precibus, de impub. C. vt in substitutione militari compendiosa, mater succedat, non obstante substitutione filio puberi ab intestato: substitutus vero militaris iure directo omnibus bonis patris testatoris. Sicque ibi substitutus militaris in bonis patris succedit directe quidem, sed, *velut ex causa*, inquit textus, *fideicommissi*, id est, perinde ac fideicommissaria substitutione rogatus filius fuisset restituere ei hereditatem paternam: & ita velut ex fideicommisso de manu matris capit.

7 ¶ In † hoc enim directa militaris substitutio similis est fideicommissariæ. Quia sicut per fideicommissariam non tenetur filius propria bona substituto restituere, *l. coheredi, §. cum filiæ de vulga. P.* sic neque ex militari. Neque hic immorabor in refellendis sententiis Pauli Castrensis & aliorum, qui aliter de explicatione l. precibus, sentiunt: mihi siquidem cum aliis quibusdam, verior videtur sententia prædicta.

8 ¶ At † si loquamur de alio quam milite, compendiosam faciente, si is cui substitutum est hoc modo, post pubertatem adita hereditate decesserit, continebitur sub hac compendiosa, per verba communia facta, fideicommissaria quoque: hocque ea operabitur, vt mater quid em & alii venientes ab intestato, succedant filio instituto in bonis propriis, sed per fideicommissum teneantur paterna bona restituere substituto compendiose per verba communia.

¶ Nec † enim bona propria filii aliunde quam à patre quæsita, in restitutionem fideicommissi veniunt, nec donationes, nec prælegata ei facta, quæ, vt ante diximus, dicuntur eius propria bona, *Alex. in l. Marcellus, §. quidam, ad Sena. Treb. Bart. & Iaf. in l. cum virum, C. de fideicom.* Quamobrẽ notabile est quod obseruat & concludit Benedictus, *in tract. compendio. nu. 48.* in tali restetutione fideicommissi hereditatis patris detrahetur legitima filii, in qua non potuit grauari, *c. Raynutius, de testa.* si intelligatur relictum fideicommissum ab ipso filio, hoc est, si filius ipse censeatur grauatus de restituenda hereditate: quia tunc nõ potest imponi grauamen filio in legitima. Contra, si fideicommissum relictum sit ab eius herede, quia eius substitutus vel heres grauari potest, *l. fundum per fideicommissum, §. fin. cum l. seq. de lega. 1.* Si igitur compendiosa substitutio à filio nominatim facta sit, & fideicommissum ab eo relictum erit: vt, *quandocunque filius meus morietur, eidem talem substituo*, & legitima detrahetur. Si vero relictum sit nominatim ab herede, non detrahetur. At quando dubium est, an à filio, aut ab herede relictum sit: tunc variæ inter pretum sunt sententiæ, *quæ refert & earum probationes Guil. Bene. prad. tract. compen. nu. 48.* Ego autem probo, censeri relictum à filio, *l. coheredi, §. cum filia, ac vulg. l. codicillis, in prin. de vsufruct. lega. & ibi Bart. Qui tamen alibi sibi ipsi dissentit. Franc. Areti. late, in cons. 155. in 8. & 11. col. Alex. cons. 12. in ca. attentis verb. 53. par. cons.* & legitimam ab herede eius retineri & Trebellianicam, iuxta naturam fideicommissi vniuersalis iniuncti filio, *c. si pater, de testam. in 6.* Fit † & mixtim substitutio compendiosa, cum verbis communibus & casu seu conditione aliqua adiecta. Vbi idem ac in superiori obseruandum propemodum aduersum interpretes disputat Guillelmus Benedictus, *vbi proxime, n. 49. 50. 51.* vt si dicatur, *quandocunque filius meus decesserit sine liberis, eundem ei substituo.* Nam hæc verificari potest in pupillari, & post pupillarẽ ætatem. Idem si dictum sit absolute *si filius meus decesserit sine liberis, substituo talem, vel volo bona mea pervenire ad Titium.* Nam illa compendiosa est, & continet pupillarem vulgarẽ, exẽplarẽ si furiosus, & fideicommissariam, *idem eo. nu. 53. & 56. facit, l. recusare, §. Titius, ad Senat. Trebell. d. si quis seruo de man. testa. Nico. Boer. decis. 28. num. 10. Ang. Aretin. in l. §. qui fideicommissariam, de hered. in fi.* Resoluit & Boerius, *decis. 38. num. 11.* verba *si heres erit*, adiecta compendiosæ, non impedire quin ea sit fideicommissaria, nec esse de essentia aut substantia compendiosæ: vt in illa, *si heres erit, & decesserit sine liberis masculis ex suo corpore natis, eo casu volo, &c.*

¶ Et † omnes quidem consentiunt continere & fideicommissariam, compendiosam, si ea fiat verbis obliquis aut communibus, vel in codicillis, vbi iure directo non substituitur. Sed num, si directis fiat, vt per verba, *instituo, substituo, &c.* controuertunt: nam pupillarem & vulgarem contineri, & exemplarem fatentur quidam, sed fideicommissariam negant. Obtinuit tamẽ contraria sententia, & verior habetur, potissimum cum clausula apponatur in testamentis, *si non valet quod ago vt ago, valeat iure codicillorum*, idque oblique. Et hanc quæstionem vide disputatam, & ita concluſum apud Guill. Benedict. in c. Raynutius, ad verſi. si absque liberis in compendiosa, à num. 31. vsque ad num. 37. facit l. Scæuola, ad Trebell. P. de Ferrariis in pract. in c. formæ libelli quo agitur ex substitutione, in ver. compendiosæ: gl. in l. verbis ciuilibus, de vulga. dicens semper clausulam illam, *si sine liberis*, esse fideicommissariam.

¶ Tanta † porro est vis istius compendiosæ, vt prædictæ substitutiones pupillaris, exemplaris, vulgaris, fideicommissaria, in ea contentæ censeantur, expressæ, non tacitæ: & ideo pupillaris & exemplaris, ex ea locum habentes, excludunt matrem, *ide Bene. in compen. num. 6. & in tracta. vulg. artic. 4. princ.* vt pupillaris expressa, *in l. precibus, de impub. C.* & exemplaris, *l. humanitatis, eo.* Proinde & rationes generales substitutionum, & singulares cuiusque speciei, & causæ voluntatis sustinendæ defuncti, robur huic substitutioni compendiosæ dare, dubium non est.

De Substitutione Breuiloqua, seu Reciproca.

Cap. 27.

1 *Substitutionis compendiosæ & reciprocæ præcipua differentia, num substitutio, quid sit, quomodo diuidatur, quot & quales substitutiones, & quando contineat. n. 2. 3. 4. 5. & 6.*

7 *Fideicommissaria substitutio num contineatur sub reciproca disputatur. & 8.*

9 *Reciproce substituti quomodo vocentur in partes deficientium eo pro modo institutionis, an in partes viriles.*

10 *Substitutos in viriles partes vocare voluisse testatorem quando appareat. 11. & 12.*

13 *Breuiloquæ substitutionis formulæ.*

Digitized by Google

1 AFfinis, † propemodumque similis substitutioni compendiosæ est breuiloqua. Sec in hoc maxime differunt, quod breuiloqua fieri non potest, nisi pluribus institutis, vni nequaquam: nec potest fieri quin simul plures non contineat substitutiones: cum tamen compendiosa & vni fieri possit, & ad vnam solam speciem substitutionis restringi possit, prout casus contingit, aut interpretatio verborum patitur, etsi apta sit plures species continere.

¶ Vocatur † hæc substitutio quoque reciproca, *in l. iam hoc*
2 *iure, de vulg.* Et de hac similis est controuersia, quæ explicata est de compendiosa: num reciproca sit species propria substitutionis. Nam Bart. & alii, *in l. Lucius, nu. 2. eod. & Iason ibi*, negant esse, sed dicunt adiectionem quandam aliarum, sicuti dictum est de actionibus institoria, tributoria, & de peculio, *l. 3. §. cui congruit, de pecu.* Item nomen eius esse occidentale, non substantiale, *Bald. ad c. si pater, de testa. in 6. Barb. ad c. Raynutius, in breuiloqua.* Subinde quia hæc resoluatur in alias species, vt in vulgarem, pupillarem, vel aliam, non constituere propriam speciē, *argum. l. adeo, §. cum quid, de acq. rer. domi. l. in testamento, de milit. test. C.* Alij contra, inter substitutionis species reciprocam connumerant, *gl. in §. quæ ratione, de pupi. subst. gl. in rub. de vulga. Bald. in l. precibus, vers. iuxta hoc quæro, de impub. C.* Et sic Modestinus quoque eam distinguit ab aliis, *l. iam hoc iure, §. quod ius, de vulg.* Et verius certe est, quod Alexander tradit, *in l. Lucius, eod.* ratione formæ reciprocam esse propriam substitutionis speciem: quod pertinet autem ad effectum, minime proprium habere. Et docetur idipsum à finitione.

3 ¶ Reciproca † quippe est substitutio, quæ plurium personarum substitutiones, *l. testamento, de impub. C.* ad inuicem, *l. iam hoc iure, & l. Lucius, de vulga. l. cum in testamento, §. hæc verba, de hered. instit. P.* vno breui sermone complectitur.

4 ¶ Pro † diuisione istius reciprocæ, nihil aliud obseruandum in præsentia puto, quam quod ea interdum vnam, interdū plures substitutionum species, habita ratione personarum instituarum & substituendarum, continet. Nam si pater duos filios impuberes exheredatos inuicem substituit, hæc reciproca substitutio non continet, nisi pupillarem reciprocam, seu ratione duorum impuberum, duas pupillares, vnam in qualibet persona pupilli: non autem vulgarem, quia filij instituti non sunt, *Guill. Bened. ad d. c. Raynutius ad vers. si absque liberis, 2. in breuiloq. num. 11.* Et pupillariter quidem exheredatis pater substituere potest, *l. 2. §. sed si ego, de vulga. P. §. non tantum, de pupil.* siue bona mente, *vt in l. multi non, de lib. & posth. P.* siue ob ingratitudinem exheredet: *vt in l. cum quidam, C. de legat. l. ab exheredato, §. fin. de leg. 1. in ratione, §. fin. ad leg. Falc.* at onus imponere non potest illis, quos non instituit, *l. ab eo, §. de fideicommisso, l. coheredi, §. cum filiæ, de vulg. P.* Sic reciproca facta duobus furiosis puberibus exheredatis ob causam ingratitudinis aliquam commissam ante dementiam, continebit tantum duas exemplares, seu vnam speciem substitutionis exemplaris. Iason tamen existimauit, *in l. in testamento, in 1. de testa. milit.* non posse contineri tantum duas exemplares in reciproca: ratus non posse exemplarem fieri exheredatis, per l. humanitatis, C. de impub. Sed si non adeatur hereditas dementium, duas vulgares ait contineri. Quod si substitutio reciproca fiat duobus impuberibus heredibus institutis à patre vel auo paterno, quatuor contineri possint. Nam si ante aditionem decedant, continet vulgares duas: si in pupillari post aditionem, duas pupillares, *l. iam hoc iure, de vulga.* Atque inter omnes conuenit, pupillares istas contentas in hac reciproca, esse expressas ratione effectus, quamuis sint tacitæ ratione verborum: & ideo quia expressæ, substitutum excludere ex hac compendiosa matrem, *l. Lucius, & ibi Bart. nu. 7. eod.* Quod non facit tacita pupillaris, *Bald. in d. l. Lucius, col. 6. & ibi Imol. & Alex.* Itē quatuor substitutiones continebuntur in reciproca, quādo fit puberibus mente captis, vel aliis cui exemplariter substitui potest à patre vel matre. Nō continet ante aditam hereditatē duas vulgares, post aditā duas exēplares, in persona cuius, Et si compendiosa reciprocæ factæ furiosis addatur, octo continebuntur, quatuor proxime explicatæ, duæ vulgares, duæ exēplares, & vltra duæ fideicommissariæ, & duæ pupillares: vt si ita dictum sit, *Impuberes duos meos filios mente captos instituo, & si decesserint in pupillari ætate, vel post in dementia, vel post quandocunque, eos inuicem substituo.* Quod si compendiosa addatur reciprocæ in duobus pupillis non mente captis, sed continebuntur duæ pupillares, duæ vulgares, duæ fideicommissariæ: vt si ita dictum, *Instituo duos filios meos impuberes, & si decesserint in pupillari, vel alias quandoque, eos inuicem substituo.* Et hæc pro exemplis sint, quando duo tantum instituti & substituti inuicem sunt: nam si plures quam duo sunt instituti & substituti multiplicant interpretes numerum substitutionum: vt si octo impuberibus facta sit, totidem geminatæ reciprocæ.

5 ¶ Quæ † omnia intelligēda sunt, quādo personæ institutæ capaces sunt substitutionum, quæ dicimus contineri in reciproca, & æqualis sunt qualitatis, nō aliter, *l. 2. de impu. C.* Nam si pupillo, pubere, & extraneo institutis, fiat reciproca siue cōpendiosa, cōtinetur tantū vulgaris reciproca, quia illa pariter in omnibus locū habere potest reciproce, nō alię, *d. l. 2. d. in testamēto. C. de test. mili. l. iam hoc iure, de vulg.* siquidem extraneo pupillaris non fit, nec puberi. Et quia pupillus non potest eis pupillariter succedere, non poterunt etiam illi reciproce pupillo pupillariter et in eo casu succedere. Ita disparitas personarum arguit diuersā mentem testatoris, si aliter non exprimatur: alter enim suus, alter extraneus, nec ita extraneus dilectus vt suus, vt pares cēseatur testator voluisse facere. Nemo enim censetur alienam sobolem propriæ antepositisse, etiamsi filium nominatim grauet de restituenda relicta hereditate, *generaliter, §. cum autem, de instit. sub conditio. facil. l. cum auus, de cond. & demonst. P. l. cum acutissimi, C. de fideicom.*

¶ Ratio, † quia quando verbū referri potest ad duo vel plura, 6
relatio intelligi debet, si æqualiter ea possit determinare. Nec solum in hac substitutione, *l. hereditatem, l. quamuis, C. de impub.* sed & in aliis, vt in vulgari, *d. l. quamuis*, pupillari, *l. iam hoc iure, de vulga. l. in testamento, l. de testa. mili. C.* breuiloqua, *l. Lucius, de vulga. P.* in sententiis, *l. fin. de sent. & inter. omn. iud. C.* legatis, *l. si legatarius, 8. §. cum sta, de legat. 3.* & similibus, *Bart. & Alex. in d. l. Lucius, Salyc. con. Bald. in d. l. ex testamento.* Ideo vnius etiam ex pluribus disparitas etiam inter multos æquales, facit ne etiam inter æquales admixto inæquali, substitutiones aliæ, quam vulgares locum habeant, *Guil. Bene. in substi. breuiloq. ad vers. si absque liberis, 2. n. 37.* Si tamen de contraria sententia testatoris constet, eam sequimur, & breuiloqua ex eius voluntate expressa, ad impares etiam traducetur. Probatur autem ea voluntas, vel per scripturam testamenti, si in testamento expressa est: vel per testes, duos videlicet, si agatur de militari testamento & voluntate: sin autem de pagani, per plures, *idem Bene. vbi sup. num. 45.*

¶ Inæqualitatem † autem seu disparitatem personarum, Guil- 7
lelmus Benedictus distinctione trium temporum obseruandā putat, *idem eodem numero 32. 3. 50. 51. 52. 53. 54.* Nam aut disparitas personarum est ab initio, cum fit & duratura est semper: vt si fiat pupillo, & puberi reciproca, vel viro sanæ mentis, & furioso. In primo namque casu, non continebitur pupillaris, nec in 2. exemplaris, sed tantum in vtroque vulgaris, *dicta leg. iam hoc iure, de vulga. & d. l. 2. & l. quamuis, de impub.* Aut fit ab initio personis disparibus, cū quibus postea superuenit paritas: vt si postquam pater duos filios instituit, suum & emancipatum, & inuicem substituit, pupillaris tunc quidem habere locum non potest, sed vulgaris: ceterum, si post factum testamentum, emancipatum impuberem adoptauit, facta est æqualitas, sed non ideo reciproca continebit pupillarem. Quia ab initio inæqualitas & dispositio non potest confirmari ex eo quod postea fit, *in l. 1. §. si filius, de lega. 3. l. si ita, de auro & arg. leg. Bart. in l. Lutius, Salyc. in d. l. in testamento*, quia per adoptionem fictio non fit eorum, quæ ante facta non sunt, *l. qui iure mil.* Aut 3. ab initio quo fit, interuenit in breuiloqua æqualitas, sed postea inæqualitas superuenit. Et in hoc casu distinguitur, num inæqualitas superueniat sine facto disponentis, aut ex facto eius: si sine facto, puta quia pater duos filios impuberes vnum anniculum, alium duodennem habens, instituit, & inuicem substituit, quo casu locum habere posset pupillaris: postea superuixit, & 12. factus est pubes, & ita inæqualitas personarum orta, tunc habet locum pupillaris & vulgaris tantum, si pubes superueniat pupillo, *Guil. Bened. vbi sup. nu. 54.* secus si facto testatoris inæqualitas fieret, puta quia testator emancipasset filium voluntarie, *Guil. Benedict. eod. eodem nu. 54. vbi rationes.* Et hæc expeditam satis habent decisionē.

¶ Verum, † dubitatum est, num sub breuiloqua seu reciproca 8
contineatur fideicommissaria? Et melior visa fuit sententia Bartoli, *in l. 2. de impub. & in l. centurio, de vulga.* in reciproca simpliciter facta, *inuicem substituo*, non contineri fideicommissariam: quā uis omnes instituti videantur huius capaces, *§. extraneo, de pupil.* Et hic recte videtur Alexander, *in d. l. 2. de impub.* reprehendere Baldum, dum is tradit, *in l. humanitatis, 15. col. eod.* in formula, qua testator dixit, *filium meum heredem instituo, & Titium substituo*, contineri vulgarem si filius repudiet, & fideicommissariam, si adeat: quod verbum *substituo*, sit verbum commune fideicommissariæ quoque substitutioni, *l. generaliter, §. cum autem, in gloss. in ver. substituit. de instit. sub cond. facil.* Nam, inquit Alexander, hoc falsum est, cum neque in compendiosa contineatur fideicommissaria. Atque verbum *substituo*, sine cōmemoratione mortis, refertur ad directas substitutiones, quæ proprie substitutiones sunt, non ad fideicommissariam obliquam, quæ improprie dicitur substitutio, *Paul. Cast. & Bald. in rub. de impub. C.* Et is, cui restituitur hereditas, non dicitur per omnia succedere in locū heredis, nisi quod pertinet ad iura vtilia, *§. restituta, de fideicom. hered. l. 1. §. 1 ad Treb. P.* sed institutus, qui restituit bona, heres dicitur, nec desinit post restitutionē heres dici, *l. etsi fine dol. ma. 8. §. sed quod Papinianus, de mino. 25. an. P.* Alii distinguunt, an substitutio reciproca fiat in codicillis, & tunc in ea contineatur fideicōmissaria, quod codicillis directo nō possit dari hereditas, *l. hereditatē, 2. cō similib. ibi not. per glo. C. de codicil. C.* & in illis directa obliquetur, & retineatur quarta, *l. Scæuola, ad Treb. P.* An vero in testamēto: & tunc si à testatore dictum sit, *eos inuicē substituo vulgariter & per fideicōmissum.* Extra dubium est, & fideicōmissariā contineri, ob expressam voluntatē testatoris. Quod si simpliciter breuiloqua fiat, continet in disparibus vulgarē tā: ū, vt

Digitized by Google

dixi. Ceterum, si reciproce addita est compendiosa, cum verbo distributiuo temporis, i. 2, *quandocunque alter vestrum decesserit, vos inuicem substituo*, breuiloqua continet fideicommissarias, *Ias. in d. l. 2. de impub. Bened. vbi sup. nu. 36.*

9 ¶ Sed † cum hęc facile tradiderim, operæpretiũ est aliud caput difficilius explicitũ ab interpretibus, luce facilíori illustrare. Quod vnica hac regula intellecta consequemur. Ex disparibus opinionibus institutis pluribus, illisq; inuicem seu reciproce substitutis, altero illorum decedẽte, alij vocantur pro modo institutionis, *l. 1. vbi & hoc tractant interpr. & l. 3. de impub. §. & si ex disparibus, ac vulga. l. quoties, 23. ad Trebell.* Quia partes appositæ in institutione, cẽsentur repetitæ in substitutione, *l. qui liberum, §. hæc verba, l. sed si plures, 10. ac vulga.* si aliud non sit expresse cautũ à testatore. Sic & in legatis, sermo postremus refertur ad voluntatem primam, ex qua dependent, *l. si mihi, & tibi, 12. §. fin. de legat.* Item secundo, huius reciprocę substitutionis natura est, habere vt docuimus reciprocæ successionis æquitatem, *l. nam hoc iure, l. Lucius, de vulgar. l. 2. C. ac impub.* Proinde superstes quilibet non poterit in plus succedere defuncto, quam pro modulo, quo ei præmorienti successurus fuisset defunctus. Accedit 3. quod portiones in testamento delatæ videntur institutis à testatore pro benemerito cuiusque, *l. nec adsecit, pro soc. P.* Proinde in substitutione eidem gradus affectionis, secundum expressam voluntatem defuncti, retinendi sunt in substitutione: cum accessorium sequi debeat naturam principalis à quo pendet, *c. accessorium, de regu. iur. in 6.* Quemadmodum statuit lex in diuisione facienda à iudice bonorum à patre relictorum, *l. quæ pater, 33. fam. ercisc.* vt, si bona pater diuiserit inter filios, & postea alia quæsierit, & ante diuisionem eorum decesserit, iudex sequatur formulam iam cœptam à patre in reliquis. Ceterum, hæc resolutio temperanda est circumstantiis legitimis. Primum, vt ita demum intelligamus conclusionem vbi habere quando substitutio est absolute breuiloqua, vel fideicommissaria, vel vulgaris, & de mente testatoris contraria non appareat. Nam si quædam adminicula sint, quibus doceri possit, testatorem vocasse substitutos ad partem deficientis per viriles, illa sequenda voluntas est, quæ in omnibus vltimis dispositionibus princeps & regula est *l. si mihi & tibi, 12. §. fin. de lega. 1. l. cum de lanionis §. optimum, de fun. instr. leg. P. l. in conuentionibus, de cond. & demonst. P.* maxime in fideicommissis, *in l. fideicommissa, 11. §. item si quis certam, ac leg. 3.* & omnibus aliis similibus, *l. cum quæritur, §. fina. de lega. C. leg. non aliter, ac lega. 3.*

10 ¶ Colligimus † porro voluntatem fuisse testatoris substitutos voluisse succedere in viriles, & non pro rata & modulo portionis relictæ in institutione, si testator iubeat restitui substitutis successionem, si modo quilibet certam summam dederit. Nam si ex disparibus partibus institutos, parem pecuniam singulos dare iusserit, propius est, vt voluerit eos viriles & pares partes recipere: si vero summa pecuniæ dandæ congruat portionibus hereditariis datis, pro portione accipere debent, *l. quoties, ad Senatusconsc. Trebell. text. Iuliani repetita à Caio, in l. virum, l. fina. de rebus dub. P.* Voco hic partes viriles, quando secundum numerum personarum substitutarum, diuiditur hereditas deficientis instituti, *l. vni. §. vbi autem legatarij, C. de cad. toll. & expressius in §. sed vt manifestetur, versic. sin autem, in cad. l. vni. ac cad. toll. l. virilis, de lega. 1.* vocant interdum hanc diuisionem, in capita. Secundo, censentur à testatore ex disparibus instituti, in viriles in substitutione breuiloqua vocati, si substitutio eorum fiat nomine proprio, contra, si appellatiuo, *l. turpia, 57. §. fina. de lega. 1. l. nonnunquam 24. ad S. natusconsc. Trebellia. P quæ iungenda est cum l. quoties, quæ illam præcedit. Idem in l. Lucius, 78. §. Mœuia filium, eodem titu.* Ratio istius differentiæ est, quia personalis adiectio numerat partes & habetur tunc potius ratio personarum, quam partium seu portionum, *Baldus in l. de impub. C.* Præterea quando substitutio fit sub nominibus appellatiuis, fit per vnitatem personæ, sine interpositione copulatiuæ: vt, *heredes meos inuicem substituo.* At quando fit per nomina propria, necesse est adiici copulam, vel punctum nomine eius. Copulæ autem vis est, distribuere vim verbi æqualiter inter personas nominatas, copulatas seu coniunctas, *l. reos, §. cum in tabulis, de duobus reis, l. 1. & 2. si plu. vna sen. cond. sue.* C. Nominatim institutio fiet & substitutio, si instituam ex diuersis partibus Sempronium, Meuium & filium impuberem: & postea substituam eidem impuberi Caium, Sempronium, & Meuium. Sic enim oportet exprimere nomina ad effectum distinctionum portionum, *l. Lucius, §. Mœuia filium, ad Trebell. P.* Quanquam ad effectum certitudinis, interdum nominatim quid exprimi dicatur, non tantum per proprium nomen, sed etiam per ea quæ certum faciunt: & quandoque demonstratio vices nomine agit, *l. 2. de lib. & posth.*

11 ¶ Per † appellationem vero sic institutio aut substitutio fiet, *l. nominatim, 34. de condi. & demonst. quisquis mihi heres erit eumdem substituo filio meo, l. qui liberis, §. hæc verba. de vulga. vel, heredes institutos substitutos substituo:* vel. *filios meos alios substituo.* In quibus succeditur tantum pro portionibus hereditatis, non pro virili, *l. si heredes nominatim, 127. de leg. 1. l. Lucius Titius, 90. §. Luc. Titius, de leg. 2. l. liber ita esse iussus, 8. §. fi. de lega. lib.*

¶ Obserua † tamen, interdum concurrere nominationem cum appellatiuo nomine, quo casu appellatio viriles facit partes: & appellationes nominibus additæ, pro certiori demonstratione habentur, *ita decisum in specie, l. si communis seruus, 37. de stipu. seruo.* In quæstione tamen, si testator dixerit, *Relinquo ab heredibus quos supra nominaui*: vel *substituo heredes, quos supra nominaui.* Num heredes isti grauati vel vocati censeantur pro virili, aut pro portione hereditaria. Scinditur Schola Italorum à Gallicana. Aiunt enim Itali nominatim videri vocatos & grauatos. Quam sententiam sequitur Cynus, *in l. 2. C. de im. ub.* Nos autem rectius meo iudicio, contrariam veriorem dicimus sententiam, & nominatos eos appellatiuo nomine, non proprio, & idcirco pro portionibus hereditariis grauatos & vocato. Quod & defendit Bart. *in d. l. turpia, num. 2. de lega. 1. & in l. Lucius, §. Lucius, de lega. 2.* Et iure expressum id reperi, *l. si pater si eo, 9. de vulg. P.* Sed & notandum ex his, si quando quidam nominatim substituti, alij per appellationem inueniantur illos per viriles partes: istos, secundum portiones hereditarias successuros, aduenięte substitutione, *l. qui cõpiures, 32. eod.* Formulæ secundum † quas fit substitutio breuiloqua seu reciproca, sunt. Prior quæ propria & frequentior est. *Eos inuicem substituo, l. si plures, & l. iam hoc iure, eod.* Item, *vter eorum viuet, l. Titius & Seius, cum l. seq. de hered. instit. l. si finaum. sub conditione, §. hus verbis, de lega. 1.* Est & substituti nis reciprocæ fideicommissariæ formula, *quicunque heredum morum decesserit sine liberis, alteri restituat heredita em, l. iubemus, C. ad Trebell. secundum Sa yce. in l. in testamento, de test. milit. C.* Si tamen dictum sit *quicunque eorum decesserit sine liberis, alter sit heres, vel a rum substituo*, fit directa reciproca, non fideicommissaria, *Guill. Bened. in tract. recipr. num. 1.* Cur autem possit fieri reciproca, iam apparuit ex his quæ notauimus in explicatione quæstionis, quæ contineantur substitutiones sub hac reciproca: huc etiam transferri oportet, quæ de singulis vulgaris, pupillaris, & exemplaris substitutionis tractatione dicta sunt, quæve de effectibus earum, & rationibus.

De Fideicommissaria Substitutione.

Cap. 28.

Lib. 2. Instit. tit. 23.

1 *Fideicommissorum origo.*
2 *Fideicommissum improprie quomodo dicatur substitutio.*
3 *Fideicommissum quid dicatur, & de prætore fideicommissorum.*
4 *Fideicommissaria substitutio quid, quotuplex, & de quibus rebus fiat. num. 5. 6. & 11.*
7 *Fideicommissi grauamen imponi non potest vltra relictum.*
8 *Fideicommissum vulgare aliud, aliud pupillare, & eorum vires & distinctio.*
9 *Pupillare fideicommissum quid, & vt exspiret.*
10 *Legitima an grauari possit fideicommisso, à persona filij vel eius heredis, distinguitur non intellectu.*
12 *Fideicommittere quis possit, de forma fideicommittendi, & quando feudum veniat in restitutionem fideicommissi. num. cr. 13. & seq. 17.*
17 *Fideicommissum & pure, sub die, & sub conditione fieri potest: & quomodo relinq. num. 18. 19.*
15 *Familiæ restitutio facienda, vt regulanda.*
16 *Electio heredis grauati de restituendo vni ex familia, quomodo decidenda.*
19 *Conditio quid, & fideicommissum conditionale ante aduentum conditionis non transferri in suos etiam, præmoriente substituto.*
20 *Fideicommissi clausula, si sine liberis moriatur heres, expressa, & tacita.*
21 *Clausula, si sine liberis, an perpetuo fideicommissum inducat.*
22 *Filij, qui impediunt fideicommissum per clausulam, si sine liberis decesserint, superstites grauato esse debent. & num. 32.*
23 *Filij tantum legitimi & naturales excludunt substitutum fideicommissarium per clausulam, si sine liberis. & numero 27.*
24 *Legitimatus per rescriptum principis non proprie legitimus nec eiusdem iuris ac legitimus naturalis.*
Tales tamen quando succedat proximis patri. nu. 28.
25 *Adoptiui & legitimati iuris eiusdem, & minoris aliquando legitimati.*
26 *Monasterij ingressus non tollit fideicommissum, si sine liberis ex suo corpore natis moriatur, nec loco filiorum est.*
29 *Filij sunt in conditione clausulæ, si sine liberis, num sint in dispositione, & vocati ad fideicommissum, & seq.*
30 *L. generaliter, C. de institut. restitut. sub cond. fact. explicatio.*
31 *Filij in clausula, si sine liberis, quando tacite censentur ex voluntate testantis vocati ad fideicommissum.*

Digitized by Google

33 *Fideicommissum iniunctum ascendentibus, vel alijs quam descendentibus, non habet clausulam subintellectam, si sine liberis, vt subintelligitur in descendentibus.*

34 *Voluntas testatoris præferatur in vltimis voluntatibus.*

35 *Filiorum masculorum adiectio in fideicommisso, si sine liberis, an vocet ad fideicommissum eos masculos.*

36 *Fideicommissarius patruus rogatus de restituendo filijs, an vnum eligere possit, & seq.*

37 *Instituti aut substituti plures quomodo, & in quibus partibus succedant optime distinctiones copulatiuæ & disiunctiuæ, & personarum, & aliorum, & seq.*

38 *Disiunctiua vel alternatiua dictio posita inter personas, quando resoluatur vel non in coniunctiuam.*

39 *Substitutus per fideicommissum liberis, an oporteat expectare mortem omnium liberorum: an vero si aliquis illorum decedat, admittatur remissiue.*

40 *Instituti plures per dictionem* cum, *quomodo succedant.*

41 *Fideicommissum non inducitur per verba consilij, vel enuntiatiua simpliciter, nec ioco.*

42 *Clausulæ fideicommissariæ faciunt fideicommissum tantum, si de mente constet, & personæ sint idoneæ. Fideicommissum autem in testamento nullo quando valeat. & nu* 43.

1 SVpereſt † nunc, vt de poſtrema ſpecie ſubſtitutionis, ſeu de fideicommiſſo, loquamur. Notum autem eſt vel initiatis iure, quomodo paulatim ex fide particulari, fideicommiſſa in neceſſitatem venerint ſub Auguſto, id enim in ſuis inſtitutionibus iuris ciuilis Iuſtinianus, & Theophilus tradunt, *in §. 1. de fideicom. hereditat. lib 2. Inſtit. tit. 23.* Ideo id proſequi prætermitto.

2 ¶ Item † quod notius eſt, fideicommiſſum non proprie, ſed catachriſticôs ſeu abuſiue dici ſubſtitutionem, *l. tutores, 40. §. heres, de admi. tut.* quia verba potius iure directo explicari debent, *c. 1. de testam. in 6. glo. in l. Verbis ciuilibus, de vulga.* Quo fit, vt interpretes dicant, verba ſtatutorum, quæ ſubſtitutione loquuntur, non comprehendere fideicommiſſum. Quia fideicommiſſarius proprie non dicatur inſtitutus vel heres, *l. Lucius, in fine, de leg. 3. l. poſtulante, ai Trebel. P.* nec fideicommiſſum hereditas, *l. ſi Titius, de lega. 3.* cum fideicommiſſarius non à teſtatore, ſed per manus fiduciarij heredis grauati accipiat hereditatem, *l. cogi, & l. quia poterat, ad Trebell. P.* Item, quod hoc fideicommiſſum & ſine præcedente inſtitutione relinquatur aliquando, *l. ſi quis cum teſtamentum nullum, & l. conficiuntur, & l. quod per manus, de iure codicillo. l. quærebatur, de mili. teſtam. l. hereditatem, C. de codicil. §. fin. eod. titu. apud Iuſtin.* Late tamen ſumto vocabulo, appellatione ſubſtitutionis venit fideicommiſſum, *l. Titia, in 2. §. Seia, de leg. 2. l. generaliter, §. vim autem, de inſtit. ſub cond. fact. C.*

3 ¶ Fideicommiſſum † dicitur, id omne quod ex fide alicuius pendet, quaſi commiſſum fiduciario: vnde fiduciarius heres is, cuius fide hereditas teſtituenda relicta eſt perſonæ à teſtatore expreſſe, *l. ſi poſtulante, 67 §. fin. ad Trebel.* Et ex ſola fide inſtituti olim pêdebat hæc reſtitutio, poſtea adhibita eſt coactio, cum perfidia fallerent datam fidem inſtituti, *d. §. 1. de fideic. hered.* Imo adhibitus prætor, qui de fideicommiſſis exſequendis cognoſceret, *l. 2. §. primus deinde diuus. de orig. iur. P.*

4 ¶ Fideicommiſſaria † ſubſtitutio eſt ea, per quam quis vocatur ex diſpoſitione defuncti oblique, ſeu mediante perſona alterius, ad hereditatem, vel rem ſingularem hereditatis. Vel breuius, eſt ſubſtitutio obliqua, per quam teſtator à perſona honorata aliquid alteri reſtitui iubet, *l. coheredi, §. filiæ, in 2. reſpõ. de vulg* Et hæc finitio maxime pertinet ad fideicommiſſum quod fit in vltimis voluntatibus. Nam cum fideicommiſſaria hęc ſubſtitutio fiat in contractibus quoque, diſtinguere oportet eam à noſtra: puta illam, quæ fit in donatione inter viuos, quæ admittitur ex l. quoties, de donat. quæ ſub mo. C. & in l. in donatione, C. ad l. Falci. in qua non habet locum Trebelliana vel Falcidia, iuxta l. ſi vſusfructus. §. dos. vbi Barto. ad l. Falcid. P. gloſ. & interpr d. l. in donationibus. Cum diuerſum videbimus obſeruatum in ea quam tractamus, de qua ſolum agimus. Hæc duplex, vel vniuerſalis. vim particularis.

5 ¶ Vniuerſalis † eſt, quando ex ea reſtituenda eſt hereditas, vel pars illius in quota. *tit. de fideicom. hered apud Iuſtin.* Nam hereditas, eſt quid vniuerſum, *§. in primis, & §. nihil autem intereſt, de fideicom. liber. apud Iuſtinia.* Particularis, quando iubetur reſtitui quid particulare, vt ſeruus, fundus, vinea, &c. *tot. tit. de ſing. reb. per fideic. relict. apud Iuſtinia.*

6 ¶ Hinc † conſtat de quibus rebus fiat fideicommiſſaria ſubſtitutio, nempe de rebus vniuerſalibus, de hereditate, & de rebus ſingularibus. Et ſicut quis poteſt grauare heredem ſuum in teſtamento vel in codicillis, onere fideicommiſſi reſtituendi fideicommiſſario: ſic grauare poteſt illum, cui mortis cauſſa donauit bona ſua, vt illa omnia, vel partem illorum, aut rem ſingularem alteri reſtituat, *l. cum hi, §. idem erit, de tranſ. P. l. cum pater, §. eorum, & melius in l. vt heredibus, de lega. 2. l. 1. §. fin. de cad. tol. C. l. 1. C. de donat. cauſ. mort.* Poteſt & fideicommiſſum imponi ab initio in donatis inter viuos, quæ ſtatim firmantur, non autem poſtea, *l. quoties, & l. perfecta, de dona. quæ ſub mõ. C. l. in donationibus ad leg. Falc.* ¶ Reſponſum † autem eſt, quod nemo inuitus poteſt fideicommiſſo grauari, vltra quam apud eũ de bonis grauãtis remaneat, deducto onere. *l. in talibus, §. fin. & ibi Bar. & l. non amplius, §. 1. de leg. 1. l. Pam. hilo, §. fin. de leg. 3. l. ab eo. C. de fideic.* Fitque computatio lucri grauati, habita ratione tantũ corporis legati vel fideicõmiſſi, nõ imputato ei lucro ſed deducto, quod ex ſua induſtria ex corporibus legatis vel relictis potuit colligere vltra valorem rei relictæ, *l. Imperator, §. ſi centum, & §. cum quidam, de leg. 2.* puta, ſi vſuras lucratus eſt, vel ſi pluris rẽ vẽdidit quam valuerit, *l. 3. ad leg. Falc. P.* Habetur tamen ratio prælegatorum factorum eidem heredi, *l. Nezennius. eod. Iaſon in l. ab eo. C. de fideicom.* vel ſi plura eidem ex eodem grauante obuentura grauato ſint, *l. Titio Seio, §. Seia liberis, de leg. 2.*

8 ¶ De † rebus pupilli aliquãdo poſſe fieri fideicommiſſum traditur, *Vaconius, à Vacuna, lib. 4. Nouar. declarat. iuris, c. 64. num. 11. & lib. 6. c. fi. nu. 7.* Et ita diſtinguẽ dũ alia diuiſione fideicõmiſſũ, in vulgare & pupillare. Vulgare eſt, per quod oblique ſuccediture teſtatori: ſicuti vulgaris ſubſtitutio eſt directa ſucceſſionis delatio. Quo fideicõmiſſo grauatus filius, eius propria bona nõ continentur, *l. coheredi, §. cum filiæ, de vulga.* nec conſequenter legitima, quæ ſine vllo grauamine debetur, *l. quoniã in prioribus, C. de inoffic. teſtam. in. cum ratio de bon. damnato. P. l. fin. C. de codicil.* Sicque ex fideicõmiſſo filii per heredem eius detrahetur & inſuper Trebellianica, quæ à quolibet herede deducitur in reſtitutione, *§. & quia, de fideic. hered. c. Raynaldus, de teſtam.*

9 ¶ Fideicommiſſum † pupillare eſt, per quod oblique ſuccedit filio: quemadmodum directo per pupillarem, *l. ſi fundũ per fideicommiſſum, §. ſicuti. de leg. 1.* In quod veniunt omnia bona filii, cuiuſcunque generis ſint reſtituenda: etiam propria, & aliunde quã à patre quæſita, & ipſa legitima, *d. §. ſicuti.* Excepta Trebellianica, quę à quocunque herede grauato retineri poteſt. *d. et Raynaldus, ac teſtamen. l. iubemus, ad Trebellia. C.* Et hoc fideicommiſſum tantũ locũ habet in impubere decedẽte in pupillari ætate, nam ſi pubes factus moriatur, euaneſcit, *l. quod ſi faeicommiſſum, ae leg. 1.* ſicut & ſubſtitutio pupillaris, adueniente pubertate, *l. in pupillari, de vulga.* Quamobrem † recte animaduerſum eſt Vconio à Vacuna, *lib. 4. declar. iuris, c. 64. num. 18. Sed ante Vacunam id docuit Ruinus, conſil. 58. poſt hũm. 19. lib. 2. Iul. Clarus, lib. 3. Sent. in ver. teſtamentum, q. 72. num 3.* diſtinctionem, quam faciunt interpretes de grauamine in legitima, num è filio vel ab herede eius factũ ſit, hãc diuiſione vulgaris & pupillaris fideicommiſſi temperandam. Dicunt enim filium grauari non poſſe, niſi quatenus relictum excedit legitimã: nunquam autem in legitima. Ceterum, heredem filii fideicõmiſſo & in legitima grauari poſſe: *Guillel. Bened. in ca. Raynutius, ad verb. ſi abſque liberis, 2. in compend. ſubſtitut. num. 18. & plene ad ver. reliqua, per fideicommiſſum, §. fin. de lega. 1. & l. cum patrõnus, de leg. 2.* ſi fideicommiſſum poſt mortem filii iniunctum fuit, *tractãt doctores, in l. coheredi, §. cum filia, de vulga.* P. Quod ita accipiendum, ita demum ab herede grauamẽ in legitima filii imponi poſſe, ſi impubes filius vel filia, cui ſubſtitutum eſt, moriatur: vt tunc ſit fideicõmiſſum pupillare, quo ſimul cum aliis filii facultatibus legitima cõtinetur, cum per illud ſuccedatur pupillo. *d. l. ſi fundum, §. ſicut, ae lega. 1.* Contra ſi filius filiæve moriantur puberes: quo caſu euaneſcit pupillare fideicommiſſum; *d. l. quod fideicommiſſum, de lega. 1.* Ceterum, ſi pater expreſſe heredi filii prohibeat detractionẽ legitimæ filii, expedita res eſt, legitimam ab herede filii grauato nominatim, non detrahi, *l. ſi Titio, §. fin. eodem, & ibi Iaſ. nume. 15. & ſequen. & num. 30. in l. ex tribus, num. 2. & ſequen. de inoffic. teſtamen.* Iulius tamen Clarus tradit, *in 3. lib. ſenten. iur. inver. teſtamentum, quæſt. 72. num. 3. & 5.* hoc intelligendũ eſſe, quando filius adhuc eſſet pupillus. Nam inquit, ſi eſſet pubes tempore iniunct. fideicommiſſi, vel poſtea ad pubertatem peruenifſet, tunc indiſtincte, ſiue fideicommiſſum ſit iniunctum expreſſe ipſi filio, ſiue eius heredi, ſiue ſimus in dubio à quo relictum ſit, ſemper detrahitur legitima à fideicommiſſo.

11 ¶ Conſtat † etiam teſtatorem poſſe non ſolum proprias res per fideicommiſſum relinquere, ſed etiam & heredis, aut legatarii, aut fideicommiſſarii, aut cuiuslibet alterius, *§. poteſt autem, de ſing. reb. per fideic. rel. l. cum alienum, 10. l. prædia, 1. l. heredum, 15. de legat. C. ſed ſi, 40. de lega. 1.* hoc obſeruato, ne plus quiſquam rogetur al cui reſtituere, quam ipſe ex teſtamento acceperit. Nã quod amplius eſt, inutiliter relinquitur, *d. §. poſt autem, l. plane, 2. §. fina. l. filius ſam. 114. §. vt quis, de lega. 1. l. 1. §. fina. cum ſequen. de leg. 3. vide §. nõ ſolum, & §. quod autẽ, de leg. apud Iuſtin.* Poteſt & relinqui fideicommiſſoria libertas ſerius, *§. libertas quoque de ſing. reb. per fid. rel. l. ſeberi, 6. & l fideicommiſſaria, 10. & toto titu de fideicom. liber. C.* In ſumma, quæ legari, quæve in teſtatoris ditione ſunt fideicommiſſo onerari poſſunt: niſi ſi quid ſingulari iure prohibetur, & niſi excedat hereditatis dodrantem, ſupra quẽ grauare non poteſt teſtator heredem iure cõmuni. vt poſtea docebimus Deo fauente, minuente fideicõmiſſum quarta ex Senatuſconſulto heredi grauato relicta, *§. ſed quia heredes de fideic. here. toto titu. ad Senatuſconſ. Trebel.*

¶ Feudum † autem num in reſtitutione fideicommiſſi veniat, 12

Digitized by Google

si grauetur filius: responsum est non venire à Dyno, Bartol. Alexand. in l. si patroni, §. 1. ad Trebell. P. Alexand. consil. 91. Excipit tres casus Benedictus, *in c. Raynutius, ad ver. si absque liberis, 2. in compendiosa, num 26. & 27.* Si fideicommissarius esset de liberis testatoris, & descendentibus, ad quos feudum deuolueretur: vel si sit de personis comprehensis in inuestitura, vel si receptum esset pro se vel heredibus. In Gallia tamen feuda, exceptis legibus feudo datis, sunt veluti patrimonialia, & possunt libere transferri, vt in feudorum libro annotauimus. Quis possit fideicommittere, si petas respondebo breuiter, quemlibet qui testari vel codicillari possit.

13 ¶ Sed † si de formula quæras, secundum quam fideicommissum fiat, res cum tractata non sit, longiorem solutionem expostulat. Explanauimus tamen, quæ verba essent directa, quæve precaria siue fideicommissaria: & diximus obliqua esse, *Rogo, peto, deprecor, requiro, volo, mando, iubeo, præcipio, fideic ommitto, hereditatem restitui.* Sed neque vtilitas in his huius fideicommissi præcipua versatur, vtiliora nobis indaganda sunt, & altius res repetenda.

14 ¶ Sciendum † igitur fideicommissum, & pure, aut ex die, aut sub conditione relinqui posse, *§. potest de fideic. hered.* Et hic formulæ variè mutant potestatem restituendi. Purum fideicommissum fit, si dies vel conditio non apponatur ad faciendã restitutionẽ, & presens est restitutio à morte testatoris: veluti si ita dictũ sit, *Sempronium heredẽ instituo, rogoque eũ, vt Caio restituat hereditatem*, purum est fideicommissum. Et statim mortuo testatore cedit tempus & dies restituendæ hereditatis, & ius quæsitum censetur Caio: vt etiam si moriatur ante restitutionem realem vel verbalẽ, transmittat hereditatem ad suos: & quanquam institutus nondum agnouerit vel adierit hereditatem, vel decesserit ante aditionem, *l. si in personã, C. de fideicom. l. cum ita 33. §. quod à legatario, de lega. 2.* Et ita defendunt interpretes, *Guil. Bened. vbi sup. in fideicom. substit. num. 64. & seq.* contra quasdam glossas, *glo. in l. cum filio, de lega. 1. gloss. in l. à testatore, de condit. & demon. quas ibi doct. reprehendunt.* quæ hoc non admittunt, si aditio realis facta non est.

15 ¶ Alia † similis formula puri fideicommissi, *vni ex familia restitui volo.* Alia, *cui voles ex familia, aut quibus voles.* Alia, *familiæ, restitui volo, l. vnum ex familia, 69. §. sed & si fundum de leg. 2.*

16 ¶ In † quibus perpetuo purum quidem fideicõmissum est, sed electionis perdifficilis quæstio. Nam si testator vtatur formulis, *vni ex familia restitui volo*: vel, *cui voles ex familia*, electio est heredis, vt eligat ex familia cui restituat: verum electione facta semel, non poterit variare, cum electo ius quæsitum sit, & statim petere possit, *arg. l. huiusmodi, §. Stychum de leg. 1. l. apud Iulianum, de optio. lega. P.* Quod si moram in eligendo faciat, omnes de familia petere possunt, quod vni relictum est, *l. vnum ex familia. §. rogo, de leg. 2.* At si dixerit, *cui voles*, vel, *quibus voles*, in electione heredis fideicommissi exit restitutio: & plures poterit etiam eligere ex familia, etiam vlterioris gradus, *l. vnum §. si de Falci.* Verumtamen si cesset in eligendo heres, omnes de familia ad petionem fideicommissi admittuntur, *l. cum quidam, 14. de leg. 2.* Si tamen testator vtatur formula, *familiæ restitui volo*, heredi non relinquitur electio, sed gradatim admittũtur, qui de testatoris erãt proximiores, quo tempore is decessit, *l. cum ita, 33. §. in fideicommisso, eo.* Et proinde quando electio heredis est, ante electionem, quod pertinet ad fideicommissum, & cessit, & venit dies fideicommissi & putũ ita est, *quid sit cedere & venire diem, vide l. cedere diem, de verb. sign. P. & tit. quan. dies le. ced. P.* sed ratione substituti, quia in incerto is est, cũ pendente cõditione alius ab alio possit eligi, nec cessit, nec venit dies petitionis, *d. l. vnum ex familia, §. rogo, & §. si de Falc. in fi.* vt trãsferri fideicõmissum possit ante restitutionis morã. Cum autẽ ab omnib. petitur de familia, cessante herede in electione, cessit & venit dies, quoad omnes simul audiendos, & admittendos si velint, secundũ sententiam Scæuolæ, qui notat sibi contrarium Marcellum, *d. l. cum quidam, 24. & l. si tamen, 25. de lega. 2.*

17 ¶ Vlpianus † meminit aliarum formularum, *l. ex facto, 17. ad Trebel.* vt ex Iuliano, *heres fidei tuæ committo, vt hereditatem Titij restituas*, cum esset is qui rogatus esset, à Titio institutus. *Et peto vt illi des*, aut *illi fideicommissum relinquas.* Alia à Paulo recepta, *l. vbi pure, 19. §. ter rogo. eod. Rogo Luci Titi, hereditatem meam cum Titio partiaris.* Idem enim est ac si dictum esset, *rogo hereditatem illam restituas.* aut, *vt heredem facias. d. l. ex facto, 7.*

¶ Ex † die certo fideicommissum iniungi potest, vt *post quin-*
18 *quennium, post pubertatem, cum in tutelam suam peruenerit, &c. restituas hereditatem. §. heres, de hered. instit.*

¶ Sub † cõditione, quando cõditio substitutioni adiicitur. Cõ-
19 ditio dicitur, quando quid in eum casum confertur, qui potest esse vel nõ esse, *exstat tit. de cond. & demonstr. P.* Et hoc fideicommissum, si substitutus moriatur antequã conditio aduenerit, non transfertur in heredes iure transmissionis, *l. vni, §. sin autem sub, de cad. toll. C.* quamuis sit filij, *glo. & Bart. in l. vni, de his qui ante aper. tab. C. glo. in l. heredes mei, §. cum ita, ad Trebell. P. text. in l. si in personam, C. de fideicom.* Licet glos. in l. is cui sub conditione, §. fin. de actio. asserat cõtrarium, & gloss. in l. si in personã, C. de fideicommiss. Quas tamen reiiciunt merito interpretes. Et hoc late examinat Guil. Benedictus in c. Raynutius, ad verb. si absque liberis, in fideicommissaria, num. 71. & 72. dicens tamen, glossas veras esse in contractualibus substitutionibus, in quibus fit transmissio: quia ius quæritur à die contractus. *d. l. is cui sub conditione, de actio. §. ex conuentionali, de verb. oblg.* Talem existimant esse conditionem, *cum moritur*: nam mortis dies incertus est, etsi certum sit moriendum esse. *l. 1. de condit. & demonstr.* Fideicommissum itaque hoc modo relinquitur, quod & tempus & conditionem habet: vt, *restituas vni ex familia cum moriens, cui voles aut quibus voles. d. l. vnum ex familia, heres meus, de cond. & demonst.* Item & illud, *veto de familia alienari.* In quibus conditionibus vsque ad mortem heres grauatus potest mutare electionem cum fideicommissi dies non cedat, nisi post mortem heredis. *d. l. vnum ex familia.* Quod si ante mortem non elegerit, omnes de familia gradatim ad fideicommissi petitionem admittuntur, *l. peto, §. à patre, & l. cum pater, ad leg. Falc. l. filius fam. §. cum pater, de leg. 1.* id est, eo ordine quo admitteretur ab intestato. *glo. in l. cum ita, §. in fideicommisso, ad ver. nominati, de leg. 2. hoc plurium interpr. Sententiuerat Iulius Clarus, libr. 3. sentenc. iuris, in verb. testamentum, q. 76. num. 12. Socin. cons. 45. num. 8. lib. 3. cons. & cons. 86. eo. vol. Curt. iun. cons. 22. num. 12.*

¶ Miscentur † & conditiones in fideicommisso hoc, veluti, *Si* 20
vita sine liberis decederet Philinus, Licinio Frontoni hereditatem restituat, l. 1. C. de pact. Item, *si alter illorum sine liberis decedat, superstiti restituat partem suam hereditatis, l. de fideicommisso, 11. de transact.* Et hanc eandem conditionem referunt verba, *si sine herede moriatur filius.* Pius enim Cæsar sic rescripsit, *si quis ita fideicommissum reliquerit, fidei tuæ fili committo, vt si sine herede moriatur, restituas hereditatem Seio: videri eum de liberis sensisse.* Et ideo decedendo sine liberis, exstitisse fideicommissi conditionem. *l. ex facto, 17. §. si. ad Trebell.* Quamuis responsum est, hanc conditionem, *si sine liberis*, intelligi etiam non adiectam in impositio fideicommisso filio. Nam si susceperit filius grauatus liberos, exspirat fideicommissum ex præsumta mente defuncti, si de contraria non appareat: nec in dubio præsumitur testator, præstitisse suæ soboli alienam. *l. generaliter. §. cum autem ae instit. restit. sub cõd. fact. C. l. cũ acutissimi, C. de fideic. l. si quis, de cond. & demost.*

¶ Existimarunt porro aliqui hanc conditionem, *si sine liberis*, 21
perpetuo fideicommissum inducere. *gl. magi. in l. precibus, ad verbum fideicommissi, de impub.* Repugnant tamen alij, si conditio illa adiiciatur, impuberis institutioni. Nam tunc moriente instituto in pupillari ætate, substitutio erit directo pupillaris: postea vero, si moriatur maior, fideicommissaria, *Dyn. & Barto. in l. centurio, de vulg. P. Ias. & Alexand. in l. precibus, de impube. Bart. consil. 22. num. 1.* Quod notabile est, si quidem illa verba, *si sine liberis*, habent locum intra pupillarem ætatem, si impuberibus fiat, & efficitur directa pupillaris, *vt in c. si pater, de test: am. in 6.* post pubertatem autem interpretanda sunt, vt omni tempore valeat substitutio. *iuxta l. quoties, de rebus. dub.*

¶ Sed † ad hoc vt deficiat substitutio fideicommissaria per 22
hanc clausulam, operæpretium est, liberos relinqui superstites tempore mortis grauati. Aliter dicendum, si post susceptos liberos & mortuos, ipse heres moriatur sine liberis superstitibus: non enim impeditur fideicommissi restitutio. Et ita iudicatum fuit in curia Parlamenti Burdegal. 4. Augusti, 1510. in causa viduæ domini de Rieux, Susannæ de Borbonnio, *refert Papus, libr. 20. Rhapso. arest. tit. 3. arest. 18. facit, l. ex facto, §. pen. ad Treb.*

¶ Item † secundo, vt legitimi & naturales filij sint, qui exclu- 23
dant substitutum: potissimum si dictum sit, *si sine liberis ex suo corpore natis decedat.* Quare neque legitimi tantum, nec qui pro filiis habentur, neque legitimati per rescriptum principis, neque naturales tantum excludent substitutum fideicommissarium. *Io. Calderi. in vol. con. tit. qui filij sint legit. cons. 1. Bald. ad l. Lucius, 2. de hered. instit. & in l. si ita quis, §. is cuius, de leg. 2. Salyc. in l. generaliter, §. cum autem, de instit. sub cond. fact. C. Io. Imo. in l. ex facto, 7. col. de vulg.* Quia 1. verba intelligenda sunt, secundum naturalem & veram significationem liberorum seu filiorum, qui dicuntur nati tantum ex legitimis nuptiis. *l. filium, de iis qui sunt sui vel alieni iur. §. natura si quidem, quib. mo. nat. effic. sui, in auth. §. si aduersus, de nupt. apud Iustinia.* Sicque cõmunis se habet explicatio nominis, & secundum vsum loquendi communem dispositiones testatorum sunt explicandæ, *l. Labeo, de supel. lega. P.* vel in propria significatione. *l. non aliter, de leg. 1.* Et naturales tantũ illa appellatione absolutа non continentur, nec spurij, hodie maximè. Cum naturales tantum procul à patris successione arceantur, omni illicito coitu reprobato iure diuino. Et naturales etiã à feudo ideo reiciũtur paterno, etiam si fuerint legitimati rescripto principis. *§. naturale, si ae feu. fue. cont. int. domi. & agna in vsib. feud.* (Non enim hic loquor de legitimatis per subsequẽs matrimonium, qui pares sunt naturalibus & legitimis, & eadẽ iura habẽt. *l. aiui Constantini, 5. & l. iubemus, 6. & l. cum quis, 10. & l. seq. de nat. lib. C. c. 1. & c. tanta, qui fil. sint legit.*) Neq; enim rescriptũ principis facit legitimum, sed fingit esse legitimum, & iura legitimi dat, vt possit succedere, & alia gerere, quæ tantũ naturalibus & legitimis conceduntur. *cap. per venerabilem, eod.* Atque legitimatio respicit

Digitized by Google

respicit legitimati, non aliorum, commodum vel incommodum, si non consentiant legitimationi. §. *filium vero, quib. mod. nat. effic. sui, in auth.* Itaque cum in excludendo substituto, clausula, *si sine liberis*, non respiciat vtilitatem filiorum, cum illi non vocentur, nec sint in dispositione, vt paulo post ostendemus, legitimatio non poterit commodum adferre patri, vt legitimationis prætextu fraudem paret substituto: ne ex dolo suo lucretur. *l. 1. & l. ne ex dolo, de dolo, P.* Neque rescripta principum censentur concessa in fraudem vel iniuriam cuiusquam, *l. 2. §. mersto, & §. si quis à principe, ne quid in loc. pub. P. l. sicuti, §. pen. & fi. si verus, vind. l. 2. C. de preci. Imp. offer. cum simil.* Ergo conditio, *si sine liberis*, non de legitimatis intelligetur, sed de legitimis & naturalibus.

24 ¶ Facit † & arg. de adoptiuis, qui legitimi tantum sunt, & ex iuris fictione, *l. si arrogator, de adopt. P. §. minorem, eod. titul. apud Iustin.* qui tamen appellatione filiorum simpliciter non veniunt, sed naturales & legitimi, ne veritas imagine naturæ obumbretur, vt ait Papinianus, *in l. filio quem pater, 22. de lib. & posth. P.* Et responsum ab eodem Papiniano est expresse, *l. fideicommissum, 75. de cond. & demonst. P. l. si ita quis, 153. §. fin. de legat. 1. §. sed adoptivi, de excus. tuto.* substitutionem, *si sine liberis quem autem suum obierit*, adoptionis commento non excludi. Quia & in plerisque aliis iuris articulis, adoptiui non proficiunt patri adoptiuo, vt nec eum releuent ab onere tutelæ. *d. §. sed adoptivi, l. 2. §. remittit, eod. tit. P. facit §. adoptivi, si de fem. def. fuer. contro. int. domi. & cog. de.* Hoc enim genus filiorum adoptiuorum, non naturalis familiæ est, sed insertum naturalitati, & transitiuum, & commigrationis in alienam familiam, vt ait Gellius. *lib. 5. c. 19.* Vnde & θέσις, id est, positionem, adoptionem vocant Græci: & qui adopratus ab Ægeo olim, Theseus idcirco dictus, apud Plutarchum in vita Thesei, vbi & ipsum Ægæum, Pandionis dicit thetam, id est, adoptiuum. Et ab eadem translatione vocauit adoptionem Demosthenes, ἐνθέσιον, in orat. περὶ παραπρεσβ. Et ita vere pater intelligitur is solus, quē lex fecit, & natura non de reliquit. *l. cum in adoptivo, §. omma, de adopt. C.*

25 ¶ Proinde, † cū illis rationibus non impediat substitutum fideicommissarium vocatum, si sine liberis decedat heres, adoptiuus legitimus filius, neq; etiā legitimus per rescriptum principis factus: quia legitimus & legitimatus eiusdem iuris & priuilegij dicuntur. *gl. in l. 1. in verb. parentib. ad municip. P. gl. fi. in l. filios, de municip. & origin. lib. 10. C.* Imo minoris in quibusdam legitimatus, quia legitimatus nō proprie legitimus, seu cum nota improprietatis, quasi legitimus, *glo. in c. innotuit, in ver. coniugata, de cle.* Et restitutio natalium, quæ fit legitimatione, *imperiali, C. de nupt.* dicitur fieri quasi natalibus: habet autem dictio, *quasi*, notam improprietatis. *l. posthumorum, ae inuist. rupt. P. si cum dotem, §. fin. sol. matr. Doctores in l. si ante nuptias, eo. tit. P.* Sic aliud esse legitimum, & aliud esse legitimatum. *glo. in l. cum legitimæ, de fal. hom.* Hic mutus igitur aeneus esto, neque naturales seu spurios, qui ex damnato coitu orti sunt conditionem, *si sine liberis*, impedire, ne detur occasio delinquendi, *contra l. conuenere, de pactis conuen. P.* & ne damnatus concubitus approbetur. Et quia lex eos non probat, *l. legem Anastasii, 7. de natur. lib. C.* Neque etiam omnino legitimatos per rescriptum, qui radicem ab hac commixtione habent infectam, & vix auelli à crimine paterno possunt. Neque omnis, qui pro filio habetur, æqualis est ei, qui natus est ex legitimo matrimonio.

26 ¶ Quare † etiam addemus, conditionem, *si sine liberis, ex suo corpore natis qui moriatur*, non deficere per ingressum monasterij. Nam quamuis monasterium loco filij esse dicatur. *§. sed hoc præsenti, de sanctiss. episc. in authen. c. in præsentia, de probatio.* tamen monasterium nō habetur tanquā filius ex corpore ingredientis natus: & ita, hic nihil officit substitutio. *Hostien. & Io. And. in c. Raynutius, de testa. Bald. in auth. nisi rogati, C. ad Trebell. & in l. Deo nobis, de episc. & cler. C. vt in l. Lucius, in 2. de hered. instit. P.*

27 ¶ Neque † hic immorandum censeo in refellendis argumentis Alexandri, qui legitimatos & fictitios filios, & spurios autumat aduersū ea quæ diximus, efficere, vt deficiat substitutio. *Alex. ab Imola, tomo 5. consil. cons. 2. & 87. vbi disputat has quæstiones.* Leuia enim sunt fundamenta, quibus cōstruxit opinionē, & partim iure Christiano subruta, partim falsis suffulta. Nā quod præcipuū habet & angulare, ex l. ex facto, §. si quis rogatus. de vulga. P. vbi naturales tantū faciunt, vt deficiat conditio. Subruitur, ex quod ibi apparebat de mēte testatoris, quæ id voluerat: & quidem iure Pandectarum id poterat velle licite, dū concubinatus permissus permittebat impune habere liberos naturales. *l. 1. 2. 3. de cocub P. l. 1. C. eod.* Quod tamē recte apud nos antiquatum est, vt cito vt illicito concubinatu, præter vxorium, *c. nemo, 32. q. 4.* Et istæ ordes naturalitatis tantum, inter fæces & quisquilias spuriorū cōiectæ sunt: vt interpretari clausulam, *sine liberis*, de spuriis, non modo non absurdum, sed & impium & turpissimum sit, vt non debeat tam aperte patri contra ius diuinum & humanū, ex illis lucrū accedere, ex quibus pœnam meretur, meliusque sit silentio hanc progeniem obliterare. *iuxta l. 1 qua illustris, ad Orficiā. C. §. 1. de leuon. in auth. l. 2. de ind. vid. toll. C.* Neque turpis voluntas testatoris, vel mandatum quod aduersatur bonis moribus, locum sibi inter Christianos vindicare debet, vt nec gentiles passi sunt, *l. si quis inquilinos, §. fin. de leg. 1. l. iubi gentium, §. prætor ait, ae pact. P. l. filius qui fuit, 15. de cond. instit. P.*

¶ Neque † etiam verum est, quod in omnibus legitimati patres fiant legitimis & naturalibus in successionibus. *per §. & quoniam varie, §. reliqui, §. illud, §. adoptionis, §. quia vero, quib. med. nat effic. sui, in auth. §. liceat, quibus mod. nat. effic. legi. in auth.* Nam verum id quidem est, si de legitimatis per matrimonium agas, *ei tanta qui fil. sint. legit.* at in aliis, minime. Nisi quod pertinet ad successionem legitimantis patris & proximorum eius, qui consentiunt legitimationi, quibus tantum succedunt ab intestato legitimati: non autem aliis proximis non consentientibus, quibus tamen succedunt naturales & legitimi. *§. filiū vero, quib. mod. nat effic. sui, in auth. l. communium rerum, 9. C. de nat. libe.* Quod autem de potestate principis nugatur Alexander, nihil ad voluntatem præcedentium facit, cui princeps, non censetur, vt monui, iniuriam inferre: ne iniuriæ occasio inde nascatur, vnde iura manere solent. *l. memmerint, Cod. vnde vi.* Esset que hoc rescriptum contra honestatē publicam & aduersus castos mores. 28

¶ Ex † clausula tamen superiori, sinuosa & inuoluta admodū oritur quæstio, num liberi qui sunt in conditione illa substitutionis, *si sine liberis moriatur*, sint in dispositione: hoc est, num liberi susceptiqui propter defectum conditionis substitutionis faciunt exspirare fideicommissum, sint vocati & substituti patri, qui ea conditione grauatus erat, vt illis liberis necessario sit restituenda hereditas per patrem: an vero excluso substituo succeptione liberorum, pater sit liber in dominio ipsius hereditatis, & possit de ea ex arbitrio perinde ac si nulla esset substitutio vel grauamen, disponere. In hac quæstione, sententiæ interpretum sunt ex diametro pugnantes. Nam quidam arbitrantur esse in dispositione vt in conditione, & vocari ad hereditatē, vt Baldus *in l. 1. de cond. inser. C.* Ludo. Romanus, *in l. si cum dotem, solu. matr.* Petrus Ancharanus, *consi. 70.* & alii, *Socin. in l. cum anus, de condit. & demonstr. & in fin. & consi. 77. num. 4. lib. 1. Curt. Sen. consi. 51. num. 22. Old. consi. 21. cum simils. quos citat Nicol. Boer. decis. 155. num. 19. & Iul. Clar. lib. 3. sent. iuris, in verb. testamentum, q. 77.* Quidam tantum in conditione, & non in dispositione, post gl. fin. l. Lucius, in 2. de hered. instit. P. *citat plus quam ducentos auctores Iulius Clar. prædi. q. 77. & Boer. in d. decis. 155.* Ego porro breuitati studendo & facilitati, concludendum cum distinctione arbitror. An conditio, *si sine liberis*, apposita fuerit pure institutioni extraneis: & tunc vere sunt tantum in conditione liberi, non in dispositione vocati, nec videatur testator voluisse grauare instituendum de restituenda filiis hereditate. Ita deferunt clausulæ hæ ex sententia Zenonis Cæsaris in fideicommisso appositæ, *l. iubemus, ad Senat. Treb, C. si sine liberis decesserit: &, vt liberis restituat.* Neque mentio facta aliquarum personarum in conditione, facit institutionem earum, *vt in l. si quis eum, 16. §. fi. de vulgar. l. ex facto agitatum, 19. & l. si quis ita heres instituatur, de hered. instit. P. l. si quis sub conditione dandorum. si quis omi. caus. test. P.* quādo videlicet verba enuntiatiua prolata sunt propter aliud, quā quod disponitur, vt in quæstione proposita. Alioquin enim, si verba enunciatiua ponuntur in conditione non respectu alterius, sed sui ipsius, & præcedentia & sequentia exigunt implementum, faciunt dispositionem cum conditione. *vt in l. pen. §. de colla. aot. P. l. denique Pegasus, 8. §. pen. de pec. lega. P. l. Proculus, 8. fin. de vsufruct. & quemad. quis vtat.* Secundo considero, an institutus & grauatus cum clausula, *si sine liberis*, sit ex filiis testatoris. Et in hoc casu puto subdistinguendum, an nulla alia coniectura mentis testatoris est quam conditionis, *si sine liberis*, ex qua possimus inferre voluisse testatorem filios vel natos ex filio succedere patri & tunc quoque, vbi nulla adest alia mentis coniectura, stamus conclusioni, vt sint tantum in cōditione, non in dispositione.

¶ Nam † prætexere hic scrupulum, quod pater videatur propriam sobolem magis dilexisse quam extraneos, *Cyn. l. cum acutissimi, de fideicom. l. cum auus, de cond. & demonst. in P. l. generaliter, §. cum autem, de insti. resti. sub cond. fact. C.* nihil ad rem. Siquidē dum patri relinquitur hereditas, non extranei præponuntur, & præsumitur testatorem potius in dispositione filij sui, quā neporum, remanere voluisse hereditatem. Magis enim dilectus filius, quam nepotes. Quin & relinquendo filio, videtur vna reliquisse, sed ordine & ex arbitrio filii, nepotibus: non per viā substitutionis, ne grauaretur magis dilectus filius, sed per viam successionis, qua filii nepotes ad patris, non aui hereditatem iure naturæ & ratione vocantur. *l. scripto, vnde lib. l. cum ratio, de bon. dam. P. l. isti quidē, in fi. quod met. cau. P.* Et hoc ipsum in specie docere videtur l. generaliter, de instit. rest. sub condit. fact. C. vbi susceptis liberis hereditas respectu neporū dicitur paterna, non aui. ibi, *omne fructu paterno, &c.* Et in §. fi. eiusdem l. verbum trāsmissionis, notandum est, ex qua succedunt patri filii in cōditione positi: vnde indicatur successio ab intestato, *l. vni, de his qui ante aper. tab.* non ex dispositione filii. Ibi, *non concedente ad substitutos eam partem venire, sed ad filios vel filias, nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes, transmittente &c.* Subinde & id firmatur ex l. 1. C. de pact. leg. de fideicommisso, C. de trāsact. vbi grauatus de restituenda hereditate, *si sine liberis decederet*, recte remittit spē

Digitized by Google

fideicommissi, quamuis postea filios cum moritur reliquerit: quę remissio non probaretur, si filiis teneretur restituere hereditatē. Quia res quæ fideicommissariæ restitutioni obligata est, nō potest alienari & alienata reuocatur ab herede per fideicommissum substituto. *l. fi. §. sin autem, & auth. res quæ, C. comm. de leg.*

31 ¶ Aut † aliqua adest coniectura mentis testatoris, qua colligimus voluisse etiam vocare tacite liberos instituti filij: & tunc dicemus filios esse in dispositione quoque & conditione, & vocatos ad fideicommissum. *vide de hoc Iulium Clar. vbi sup. lib. 3. q. 77. num. 2. & q. 78.* Veluti primo, si testatori filios filij grauasset: nam tunc & honorasse & vocasse censetur. *Bart. ad l. centurio, nu. 37. de vulga.* Nam relinqui non potest onus ab eo qui non honoratur, *l. ab eo, C. de fideicom.* & ita iudicatur, *Guid. Pap. decis. 39. Cranet. cons. 155. num. 5. Mantua, consil. 92. nu. 10. lib 1.* Exemplum demus, ne confundamus hanc clausulam oneris cum alia clausula, quam ad onus falso plures referunt: nempe, *si filius meus sine liberis, & liberi eius sine liberis.* Vbi nullum cum sit onus liberorum, ponunt tamen absurde. Ergo exemplum est oneris in hac clausula, *Instituo filium meum, & si filius meus sine liberis decesserit volo vt restituat hereditatem meam Titio. Et si filij nati vel nascituri ex ipso filio meo instituto, pariter sine filiis decesserint, volo vt restituant hereditatem meam eidem Titio.* Vide ibi filios filij grauatos de restituenda hereditate. Ergo vocatos. Nemo enim restituere potest quod prius non acceperit *l. decem, de verb. oblig. P. l. Iulianus, de dinor. P.* Et fideicommissum à legatario ita demum debetur, si ad eum peruenerit. *l. fideicommissum, de leg. 1. l. 1. §. pen. com. de lega. C. & l. Imperator, 72. de leg. 2.* Nemo enim dat, quod non habet, *l. si vniuersa, C. de leg.* Ceterum, de ea clausula, *si liberi sine liberis decedant*, num vocati sint liberi, pugnant acerrime interpretes. Et Bartol. quidem vocatos tradit, *ad d. l. centurio, num. 37.* cum eo Bocrius *decis. 155. num. 21.* Guid. Papæus, *decis. 39. & 189.* qui & addit iudicatum sæpe secundum hanc sententiam, & alij. *quos refert Iuli. Clar. libr. 3. sent. in §. testamentum, q. 78.* Repugnat plures, *quos idem Clar. eo. loco refert.* & dicunt non ideo impositum esse grauamen patri, sed duas conditiones additas, *si sine liberis*, vnam, *& si liberi sine liberis decedant*, etiam. Ceterum, Iulius Clarus tandem fatetur, quod si tales filij essent ex descendentibus testatoris, & vltra grauamen esset aliqua coniectura mentis testatoris, qua ipsi vocati censeantur, veriorem sententiam, vt illi grauati censeantur, & esse in dispositione, non aliter. Quinimo & ait, onus impositum liberis instituti, non facere vt institutus censeatur grauatus de restituenda illis hereditate, sed onere reiecto institutum esse liberum. *idem vbi supr. in fin.* Ego lubentissime assentior huic distinctioni: & addo, apponi solere hanc clausulam, *& liberi sine liberis*, non vt censeantur vocati, sed ad exprimendum id, quod ei iure communi inest clausulæ, *si sine liberis moriatur*, in qua continetur, vt liberi antequam faciat deficere fideicommissum, superuiuant instituto. Nam si præmoriuntur non impediunt fideicommissum, *glo. in c. præsentia, in ver. si absque liberis, de proba. per c. Raynutius, de test. l. ex facto. §. pen. ad Treb. P. Ita iudica. Senat. Burdegal. refert Pap. lib. 2. arest. tit. 3. arest. 18.* quia conditio ad tempus mortis relata est, & illud inspicimus in ea implenda vel reiicienda.

32 ¶ Qua † ratione suscepisse liberos non sufficit, nisi perseuerē ad tempus requisitum. Vnde nō obest l. cum vxori, 4. quan. d. es leg. vel fideic, ced. C. vbi legatum vxori, *cum liberos habuisset*, filio nato sortitur effectum, etsi postea moriatur ante matrē: quia filij non erant relati ad tempus mortis matris, vt hic, quo casu aliter responsum. *gl. in d. l. cum vxori, per l. ex facto, §. si quis autem, ad Trebel.* Obseruanda autem decisio illius legis pro nostra quæstione, vt conditio, *si liberos habuerit*, vno nato possit impleri vel deficere per rationem l. non est sine liberis, de verbo. sign. P. Et expresse id decisum in l. iubemus, 6. §. sin autem, ad Trebellia. in P. Verumtamē, si filius decesserit quidem sine liberis, reliquerit autem nepotē ex filiis vel filio vel filia, deficit fideicommissum. Nec videtur decedere sine liberis, qui nepotē ex filio relinquit. *in l. 1. de condst. instit. l. generaliter, §. fin. de instit. restit. sub cond. fact. C.* Etenim nepos liberorum appellatione continetur. *l. liberorū, de verb. sign.* & excludit vt filius substitutū. *l. iubemus, §. sin autē, ad Treb. C.* Quod & in appellatione filiorum intelligendum est, potissimum in vulgariter loquentibus: in sermone quorum non inspicitur differentia propria, quæ à peritis inter filios & liberos constituitur. *l. quod si nepotes, 6. & ibi glo. de testa. tute. §. fi. qui testa. tutor. dari poss. & l. filij, & l. iusta, de verb. sign.* Vt dum à lege priuilegia interdum filiis concessa non dantur nepotibus: sicut in retentione quartæ dicitur, in l. iubemus, §. fin. ad Trebel. C. Et proinde testatores, qui differentiam quandam constituī sciūt inter filios & liberos, addunt. *& liberi sine liberis*, vt tollant omnem ambiguitatem, vt Vlpian. dixit de verbis geminatis idem significantib. in ædilitio edicto, *κατὰ τὸ αὐτὸ, in l. 1. §. si intelligatur, de ædilit. edict. P.*

33 ¶ Quemadmodum quamuis in fideicommisso impositio filio generali vel particulari instituto, vel donatori causa mortis, intelligatur clausula, *si sine liberis*, vt monui, *ex d. l. generaliter, §. cum autem, & §. fin. de institu. sub. condit. fact. C. l cum acutissimi, C. de fideic. l. cum auus, de cond. & dem. P. vide Guill. Bened. in ca. Raynutius, ad ver. si absque liberis, 1. num. 2. & 3.* idem in impositio amico, *ideo num. 8.* tamen tollendæ quæstionis causa, solent exprimere clausulam testatoris, *si sine liberis here. filius moriatur.* Quia forsan norunt institutis maioribus & ascendentibus, vel cognatis, vel extraneis, & rogatis sine clausula, *si sine liberis*, etiam susceptis liberis teneri ad restitutionem, neque æquali priuilegio gaudere, ac descendentes, *l. liberorum, §. quod tamen Cassius, & l. non aliter. de leg. 3. l. in conditionibus, de condit. & demonstr. P.*

¶ Excipio † semper voluntatem testatoris contrariam, quæ 34
sequenda est etiam contra propriam significationem verborum, *l. habeo, §. alienam, de fundo instr. facit expresse, l. Caio, §. Imperator, de alim. lega. P.*

¶ Sed † dicet aliquis, si testator dixerit, *si filius meus moriatur* 35
sine liberis masculis, num masculi fiant in dispositione, & illis fit restituenda hereditas. Et in nodi istius solutione, longe maior est controuersia. Nam Guido Pap. dixit, hanc fuisse coniecturam mentis, testatorem voluisse reddi hereditatem liberis, quod adiecerit notam masculorum. *decis. 184. & 299. & 600.* Id primum defendere videtur cum pluribus aliis quos refert Nicol. Boer. *decis. 155. num. 26.* & Bart. *in l. liberorum, de ver. sign.* Sed contraria verior habita est sententia, & secundum eam iudicatur in curiis supremis, vt ipse Guido Pap. annotauit. *idem prad. decis. 184. num. 4. & q. 600.* Et conclusum, quod verba illa, *si sine liberis masculis*, potius ad conditionem, quam ad dispositionem pertinerent: quemadmodum & verba, *si sine liberis*, in quibus continentur tam masculi quam fœminæ, vt ea expressa, quæ tacite insunt, nihil operentur. *l. 2. de lega. 1. cum similib.* Subscripserunt huic sententiæ vt ianiori plures, Ripa, *ad l. centurio, nume. 162 de vulg. & in l. 1. num. 8. C. de pact.* Hieronymus Mamphredus, *lib. 1. Attestatorum, in 6. part. num. 2.* Paris, *cons. 31. num. 22. & cons. 44. num. 12. vol. consil.* Socinus iun. *consi. 118. nu. 15. lib. 1. cons. & cons. 177. n. 10. & seq. lib. 2.* & alij. Probi tamen & acuti iudicis erit, mentem scrutari testantium, num voluerint illos vocare, vel non, & secundū quæ proba videbuntur iudicare: cū volūtatis quæstio in manu & æstimatione sit iudicis, si de ea dubitetur. *l. voluntatis quæstio. 7. C. de fideic.* Obseruata regula iuris, quod testator in dubio censetur velle minus grauare heredem, quam fieri potest, *l. vnum ex familia, §. si rem, de leg. 2. Socin. iun. lib. 1. cons. 9. nu. 4.* vt pro removendo onere certandum sit.

¶ Sed † ponamus, filios institui vocatos apparere in illa clau- 36
sula, *si sine liberis*, ex voluntate certa testantis, de modo restitutionis grauior insurgere potest quæstio, pluribus existentibus liberis institutij, an institutus grauatus possit eligere vnum cui restituat: an vero teneatur omnibus restituere. Et resoluit Guido Papę, posse institutum vnum eligere, citat l. filiusfamilias, n7. in §. cum pater, de legat. 1. vbi si pater filium, ex quo tres nepotes habebat, heredem instituit, fideicommisitve, ne fundum alienaret, sed remaneret in familia: filius videtur impleuisse voluntatem patris, si vnum ex suis filiis instituisset ex illo fundo, nec alij fideicommissum petere possunt. Citat & l. fœminæ, C. de sec nupt. vbi mater repetens nuptias, quæ tenebatur relinquere liberis prioris matrimonij lucrum omne, quod ei à patre illorū aduenerat, poterat eligere vnum ex liberis cui rest. tueret: quāis illa eligendi facultas postea ei erepta sit. Ego num secundum hanc sententiam iudicandum sit dubito, cum probatio §. cum pater, videatur habere dissimilem speciem. Nam cum in familia res relinquenda est, impleta videtur voluntas vni ex familia relinquendo, non minus quam si grauatus esset vnum ex familia eligere. *l. vnum ex familia, 69. §. ae Falcidia. de lega. 2.* Et l. fœminæ, emendata postea est, vt docet authen. lucrum hoc, de secund. nupt. C. vt æqualiter lucrum illud inter liberos, non arbitrio parentis, distribuatur.

¶ Quare † hic distinctione opus est, vt dicamus pluribus in- 37
stitutis vel substitutis seu vocatis per copulam, inter quos solum cadit causa affectionis & non necessitatis instituendi vel substituendi, hoc est, si tales sint quos testator non tenebatur instituere, omnes tales personæ censentur vocatæ simul & semel, nō autem ordine successiuo puta si dictum, *instituo fratrem meum & eius filios.* Et hæc communis approbata per interpretes sententia, *Alex. cons. 120. nu. 7. vol. 5. Deci. cons. 95. nu. 2. Cœpol. cons. ciuil. 53. nu. 4. Interpr. in l. Gall. Aquilius, §. quidam recte, de lib. & posth. Et alij quos refert Iul. Cla. qui eius est sententiæ, & ita disting it libr. 3. sentent. iur. in ver. testamentum, 80. num. 2. Guid Pap. cons. 122. nu. 1. & consil. 135. & alij* quamuis dissentiat Bart. *in d. §. quidam recte, l. Gallus.* Quod si inter institutos per copulam, locum habeat non solum affectio, sed necessitas instituendi, saltem causatiua, eo ordine non censentur vocati simul & semel, sed ordine successiuo: vt si instituitur filius & nepos ex eo testatoris, primum filius ex eo deinceps nepos ex eo censentur vocati. *Interp. in d. §. quidam, potissimum Alex. ibid. num 6. Ias. 20 & alij quos refert Clar. vbi supra nu. 3.* Verumtamen tunc sumus extra quæstionem fideicommissi. Nam conclusum est, filios & nepotes vocatos simul in hac necessitate instituendi per testatorem esse, ne testamentum testatoris inutile esset, si pendente eius vita filius decessisset, & tempore mortis nepos reperiretur præteritus: idque non iure fideicommissi, sed per vulgarem substitutionem. Et hæc est communis opinio. *Decius consil. 205. n. 9. & cons. 248. n. 6. Paris, cons. 82. nu. 11. volum. 2. Æmil. Ferret. consi. 10. nu. 1. Clar. vbi supr. num. 4.*

38 ¶ Ac

Digitized by Google

38 ¶ At † si plures personæ inter quas affectionis ordo cadit, vocantur per alternatiuam: puta: *instituo Titium, vel eius filios*, tũc videntur vocati non simul vel semel, sed ordine successiuo. Primo Titius, deinceps eius filij per fideicommissum & in hoc conueniunt omnes interpretes. *Dec. consil. 95. num. 4.* Obseruare tamen oportet, l. pen. C. de verb. sig. quæ per disiunctiuam vocatos, æqua lance vocatos ait, & resolui in coniunctam: nisi dicas æqua lance succedere, scilicet ordine vel simul, si aliud nõ prohibeat. Quare si quis substituat filios vel nepotes Titij, disiuncta non resoluitur in coniunctam, propter ordinatam affectionem, vnde mens testatoris elicitur: neque quamdiu aliquis ex filiis supererit, vllus ex nepotibus admittetur, *Paris. consil. 21. nu. 11. vol. 3.* & dispositio facta de personis, quæ mutuo sibi succedere possunt ab intestato, in dubio intelligitur eo modo & ordine, quo de iure communi vel municipali ad successionem ab intestato vocarentur, *Socin. consil. 104. nu. 26 nu. 1.* vt si omnes de familia nomine collectiuo vocati sunt, vt, *Substituo omnes de familia mea*, censentur vocati gradatim etiam plures, sed in eodẽ gradu proximiores, *l. si. C. de verb. sig. gl. in l. cum ita, §. in fideicommisso, in verb. nominati sunt de lega. 2. Socin. consil. 43. n. 8. & consil. 86. nu. 8. lib. 3. Curt. sen. consil. 22. nu. 12. Paris, consil. 3, num. 41. libr. 1. & consil. 38. num. 1. lib. 2. cons.* Vnde sequitur, vt quia omnes, qui in eodem gradu sunt, æqualiter ab intestato succedunt siue filij sint, *§. 1. de here. ab intest. veni. in auth.* siue remotioris gradus, *§. si vero neque fratres, eo.* & filios quoque vocatos ad fideicommissum æqualiter: neque in electione patris esse, alterum, ex illis eligere. Quia par affectio præsumitur testatoris, nisi contrarium appareat, in omnes, ac erga vnum ex filiis: omnes enim eodem gradu.

39 ¶ Porro † si lubeat prosequi vltra, num, si liberis liberi vel alij substituti sint, oporteat expectare istos, qui substituti sunt liberis, mortem omnium liberorum: an vero vno moriente, substitutus vel substituti per fideicommissum ad illius partem admittantur, vide quæ tractantur in l. cum quidam duobus, l. 10. & ibi gl. de impub C. Bart. in l heredes mei, §. cum ita ad Trebellia. P. l. pen. de iniust. rup. irri. testam. P.

40 ¶ Ceterum, † quando plures personæ, inter quas cadit ordo affectionis, vocantur, per dictionem, *cum vt, instituo Titium cum Mœuio eius filio*, hoc casu. Titius & Mœuius admittuntur simul & semel, non ordine successiuo. *Ias. in l. Gallus, § quidam recte, num. 30. de lib. & posth. P.* Si vero plures vocantur nomine collectiuo cum aliis, sub duplici denominatione puta, *instituo Titium & nepotes Mœuij*, nepotes plures pro vna persona habentur & diuidunt hereditatem cum Titio in partes æquales, idipsum in substitutione. *Soc. tun. consil. 104. num. 25. lib. 1. Iul. Clar in 3. lib. in verb. testamentum q. 80. num. 7. facit l. si quis Titio, 2. resp. de vsufru. accres.* Vide tamen latius hanc quæstionem tractatam, in l. fi. in text. & gl. & ibidem per interp. C. de impub.

41 ¶ Sed † hæc hactenus de clausula, *Si sine liberis*, dicta sint, quam misceri cõditionali mortis fideicommisso diximus. Petgo, dicoque & alias cõditiones apponi posse, *vt in l. fideicommissa, 11. §. cum esset, & §. fideicommissum, §. si cui, de leg. 3.* secundum voluntatem testatoris per qualiacunque verba, dummodo sint dispositiua. *l. 2. C. communia leg.* Verba namque consilij, vel adulatoria non inducunt fideicommissum Quia mens fideicommittẽdi testatoris nõ apparet, *l. generali capite, 32. de vsu & vsufru. leg. P. l. cum pater, 79. §. mando, de leg. 2. l. pater filium 35. §. pen. de leg. 3.* Nec verba simpliciter enunciatiua probant mentem, *c. si Papa, cap. 10. & ibi inte. ae priuil. in 6.* nisi quod factum est ab enuntiante referant, idque sine præiudicio alterius, & tantum vt probent contra referentem & confitentem. *l. ex hac scriptura, 16. de donatio. in P.* Neque verba iactantiæ de instituendo aliquem heredem, eum heredem faciunt. *l. eius bona 31. de testam. P.* Nec si quis ioco dixerit *ego te heredem facio. l. Iulius Traianus, 25. de milit. testam. P. l. si. C. de test.* Vt neque obligatio nascitur ex his, quæ promittuntur ioco, vel enunciatiue demonstrationis causa, *l. obligationum substantia, 3. de act & obli. P.* aut si consilij causa alicui mandata sunt *l. 2. §. fin. mandat. P.* Excepta semper, vt monui, voluntate testatoris contraria, qua & per verba enuntiatiua inducitur fideicommissum, si ad grauatum diriguntur: exempla passim in iure occurrunt. *vt in l. vnum ex familia, §. fin. & l. peto, 71. in prin. de leg. 2. l. pater filium, §. pen. de leg. 3.* Atque Vlpianus sic respondit, hoc sensu, *l. etiã hoc modo, 118. de lega. 1. Etiam hoc modo, cupio vt des, opto vt des, credo te daturum fideicommissum est.* Addit Neratius, *l. & eo modo, 121, eod. & eo modo relictum, exigo, desidero vt des, fideicommissum valet. Sed & ita volo hereditatẽ meã Titij esse: Scio hereditatẽ meã te restituturũ Titio.*

42 ¶ Porro † fideicommissa quocunque sermone relinqui possunt, Latino, Punico, Græco, vel alio, *l. fideicommissa, 11. de lega. 3.* ab intestato, & ex testamento in epistola. *l. 1 §. hoc autem Senatusconsultum, ad Treb. l. eam quam, l. & in epist. & l. ex testamento, C. de fideicom. §. præterea de fideicom. heredit.* & in testamento nullo, puta ex defectu solemnitatis: dummodo ei apposita sit clausula: *Si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum. Guil. Benedict. in ver. si absque liberis, in fideicõmissaria, n. 7.*

¶ Formulæ † fideicommissorum prædictæ & similes, ita demum fideicommissum ponunt: si de formata seu certa voluntate appareat disponentis, siue in testamentis, siue in codicillis, vel sine scriptura, *in l. & sine scriptura, 5. ad Senat. Trebell. C.* aliter probata: & si legitimæ personæ sint, seu idoneæ, quibus restitutio facienda est. De illis igitur pauca & de reliquis, quæ ad fideicommissa pertinent, dicenda sunt.

De iis, quibus fideicommissum relinqui potest: & de reliquis, quæ ad hanc substitutionem fideicommissariam pertinent.

Cap. 29.

1 *Fideicommissum olim relinquebatur factionis passim a testamenti incapacibus, & capacibus: quo autem successu cœperit approbari nu. 2. & 3.*

4 *Fidem pro fideicommisso incapaci relinquendo accommodare non est licitum.*

5 *Filiis spuriis quomodo non liceat fideicommissum relinquere, item & aliis.*

6 *Fideicommissum indigno relictum quando fisco applicetur.*

7 *Fideicommissariæ substitutionis finis & effectus aliqui.*

8 *Fideicommissum purum, non conditionale transmittitur.*

9 *Fiduciarius heres etiam incapax quando cogitur adire, & quæ & quibus actionibus. nu. 10. & 11.*

12 *Fideicommissi restitutio re & verbis fit, & quomodo.*

13 *Substitutionis fideicommissariæ ius quando transeat in heredem substituti, eo ante restitutam hereditatem mortuo.*

14 *Fideicommissi restitutio quæ simul contineat restituendam.*

15 *Fiduciarius non cauet restituendo fideicommissario, sed contra fideicommissarius fiduciario de euictione rerum.*

16 *Prælegata quando veniant in restitutionem fideicommissi.*

17 *Conditionis implendæ fideicommissi causa quando restitui debeat ab instituto fideicommissario.*

18 *Sepulcri ius remanet penes institutum restituentem fideicommissum.*

19 *Fructus percepti hereditatis à grauato quando non restituuntur cum fideicommisso. & 20.*

21 *Restitutio fideicommissi quando ante diem fieri vel non fieri possit.*

22 *Donatio facta vxori non venit in restitutionem fideicommissi ei iniuncti à marito.*

23 *Restitutioni res subiectæ quando recte à fiduciario alienentur, & an reuocari à fideicommissario possint: & quando illa agere possit, & quas actiones habeat. num. 24. & 25.*

26 *In restitutionem fideicommissi non veniunt quædam alia remissiue annotata.*

PErsonæ, † quibus olim fideicommissaria restituenda erat hereditas vel legatum, factionem non habebant, vt plerũque testamenti: nam illis cum non possent hereditatem vel legata aperte relinquere, restitui fidei committebant illorum, qui ex testamento capere poterant, *§. 1. de fideicom. hered.* Et ita primis temporibus infirma erant fideicommissa, quia nemo inuitus tenebatur præstare, vtpote quod fides esset data aduersus ea, quæ à lege prohibita erant. *l non dubium, C. de legib. l. pacta quæ contra, C. de pact. l. iurisgentium, §. prætor ait, eod. P. l. si quis inquilinus, §. fin. de leg. 1.* cum quid enim directe prohibitum est, non debet per obliquum in fraudem legis permitti, *l. cum quid, de reg. iur. cap. tua, de procur. c. constitutus, de conte. præb. l. 4. §. is autem, ad Senat. Mace. P.* suppositione personarum, *c. vlt. de donat. int. vir. & vxor. l. hac ratione, §. non tantum, eod. tit. in P. c. sicut non sno, 46. dist.* Quo casu & plures habebant perfidiæ excusationem in male promissis fidem rescindendam. *c. in malis, c. vnusquisque, 22. quæst. 4. cum simil.*

¶ Fuerunt † & aliquando postea relicta fideicommissa capacibus sub eadem fide accipientium, certis de causis indirecto, fides tamen accommodata honestis & bonis voluntatibus non implebatur. vt plerumque ab heredibus, cum de modo hoc disponendi nondum statutum fuisset. Ideo clam ita factum & indirecto, videbatur ad quandam legis transgressionem pertinere, vt prædicta, quæ relinquebantur incapacibus, *arg. l. si. de verit. nupt. P. l. non intelligitur, 3 in prin. & §. 1. de iure fisc. P.* Neque ob eam causam cogendi erat actio, deficiente lege, quæ hanc approbaret volũtatẽ. *l. cõsideremus, de trien. & semis. l. illã, C. decollat.*

¶ Quamobrem † consulibus primum data cura est ab Augusto cognoscendi de hac fide data, nempe vt viderent, si contra leges restitutio facienda iuncta fuisset, vt tunc improbaretur: sin contra, impleretur. A consulibus ad ordinariam iurisdictionem prætoris, *§. 1. de fideic. hered. apud Iust. l. 2. §. post deinde dies, de orig. iur. P. l. 2. C. qui potio. in pign. hab. l. quæsitum. 17. l. per legem, de lega. 8. l. si cui, de cond & demonstr. P. l. 4. in fin. qui ad li. proclam. poss.* & in prouinciis præfidum, *l. cum etiam, 5. de reb. cred. C.* item, hac de re transiuit notio. Leges deinde latæ sunt, quæ omnibus magistratibus formam iudicandi de istis imposuerunt: vt etiam nunc implorato officio iudicis extra ordinem interpellare possint. *l. pecuniæ, 178. in fine, de verb. signif.* fidei elusores, & cogi. *l. cogi. & l. quia poterat, ad Senat. Treb. P.* tanquam creditores, *l. in fraudem, 27. qui & à quib. manu. lib. non fiant.*

¶ Insertum † tamen est legibus, ne ius antiquum & optime con-

Digitized by Google

stitutum læderetur, ne incapaces factionis testamẽti, qui & præsentibus legibus tales sunt, per obliquum institui possint, ne illis fideicõmissum relinquatur, vel vniuersale, vel singulare. Quapropter etiã nunc nõ licet accommodare fidẽ restituendi personis prohibitis, *l.1.de heredib. instituend.* C. *leg.3. de his, quæ pro non scri.hab.l.omnib.26. ad Senatus. Treb.* P. *Nisi licite*, inquit Martianus, *l.filiusfamilias, 117.§. si quid alicui, de leg. 1. vbi glo. explicat vitium cum ipse non est idoneus legato, vt si muto legetur militia, &c. de qualitate rei, in l.legatum, §. vini, de an. lega. quid relinquatur, quod ipse quidem propter corporis sui vitium, vel propter qualitatem relicti, vel aliam quamcunque probabilem causſam habere non potuit, alius tamen hoc habere potuit: nam tunc quanti solet comparari, tantam æstimationem accipiet.* Si testator sciuerit qualitatem eius cui relinquit, non enim etiam aliter æstimatio debetur, *l.fideicommissa, 11. §. si seruo, de lega.3.*

5 ¶ Non † licet autem relinquere directo, nec consequenter per fideicommissum filiis ex damnato coitu natis, adulterinis, incestuosis, nefariis, *§. si. quib. mo. nat. effic. sui, in auth. ex complexu, de incest. nupt. C. auth. licet patri, de nat. li. c. per venerabilem, in fi. qui fil. sint leg. t.* spuriis, *l. humanitatis, 8. cum auth. seq. de nat. libe.* exceptis alimentis, idque de æquitate canonica & eleemosynę causſa, non aliter, *c. cum haberet, in fin. de eo qui duxe. in matri. quam prius poll. per adulterium, & ibi gloss.* idem iuris est de aliis, quibus iura prohibent aliquid relinqui, quorum aliquos enumerat glo. in §. legari, de leg. apud Iustin. & gl.1. in l.1. de iure fis. in P. Et in summa, omnibus non expresse prohibitis licet relinquere fideicommissum: siue singulares sint, siue faciant vniuersitatem, vel collegium, vel ecclesiam, item ciuitati, villæ, castro, sub nostra ditione constitutis, *l. omnibus, ad Treb. l.3. C. eo. l.1. de sacrosanct. eccles.*

6 ¶ Incapaci † fideicommissum relictum, fisco defertur. Et qui contra leges, vel in fraudem earum, tacite fidem accommodauerit de eo restituendo, priuatur omni commodo, *l.1. de delato. lib. 10. Cod. l.1. l. cum tacitum, 49. leg. ita fidei, 40. de iure fisc. in P. l. heres qui tacitam, 11. de iis quibus vt indignis, P. l. etiam, 3. C. ad leg Falc. l. beneficio, 59. eod. P.* In fraudem tacite accommodare quid sit, explicat & docet Callistratus, *in l.3. in princ. & §.1. & 2. de iure fisc. P.* Si quis autem cum rogatum se indigno restituere sine fraude resciens se detulerit præmium delatoris retinet de quo in l. edicto, de iure fisc. P. & in l. vni, de iis qui se defer. lib. 10. C. Vt excusatur pœna qui palam rogatur, *l.3. de iure fisc. P.* vel si seruus, *l. si tacitum, ad legem Falcid.* vel filius est, *l. in fraudem, §. fi. de iis quib. vt indign. P.* qui rogatur restituere indigno.

7 ¶ Ceterum † fideicommissariæ substitutionis approbatæ fines & effectus sunt plures, singulares quosdam prosequor. 1. Vt heres scriptus in testamẽto nullo ex defectu solẽnitatis, puta quia testes non sunt adhibiti secundum leges, vt filius est præteritus, vnde intestatus decessisse videtur testator: si in eo clausula apposita est: *Si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum*, heredes ab intestato venientes teneantur restituere hereditatem instituto, tanquam ab intestato per fideicommissum vocato. Quæ decisio est aurea & notab. Guill. Benedict. *in c. Raynut. ad verb. si absque liberis in fideicommissaria, nu.17. &* 18. quod & prorogat ad testamentum inutile, sine illa clausula expressa, si tamen subintelligi potest: quam ex quadruplici causſa suppleri tradit, ex æquipollẽtibus clausulæ codicillari testamento appositis, ex iuramento testatoris, ex magno amore quo diligebat institutum, ex consuetudine patriæ. Alioquin ex minus solemni voluntate non debentur fideicommissa, nisi per heredem sint agnita, *l. si veritas, C. de fideicom.*

8 ¶ Alius † effectus, vt purum transmittatur fideicommissum, vt dictum est, *sup. proximo c. num.13.14. 15. & seq. vide quoque de hoc Guillel. Bened. in ver. si absque liberis, in fideic. substi. nu. 63.64.65.66. 67.68.69.70.* non conditionale.

9 ¶ 3. Vt † propter vim datam fideicommissis heres cogatur restituere inuitus hereditatem, vel rem fideicommissam substituto, *l. cogi, 16. & l. quia poterat, & sequ. vsque ad Trebell. P. §. 1. de fideic. hered.* secundum formulam qualitatis fideicommissi, vel puri, vel conditionalis, vel in diem, ne pereat fideicommissum: siue heres sit capax hereditatis adeundæ, siue incapax factus fuerit ex propria culpa, vel dilecto, post capacitatem tamen in eo exsistentem tempore mortis: puta, quia indignus factus fuerit, vel ex aliquo eius facto hereditas fisco vindicata fuerit. Nam fiscus tantum partem fideicommissarij retinet ex Trebelliano, dodrantem vero restituit substituto, *l. Marcellus, 3. §. fin. ad Treb.* eo iure quo grauatus incapax factus retinuisset, & tamdiu, & vsque ad diem restitutionis, *l. Statius Florus, §. Cornelius, de iur. fisc. P.* Sic enim inspicimus in hac restitutione potius capacitatem substituti, quam grauati: nisi grauatus incapax fuisset omni tempore institutionis, vt ea tunc pro non scripta habeatur: *glo. in l. eam quam, C. de fideic.* Quo casu perit substitutio, nec venientes ab intestato, aut fiscus tenentur restituere fideicommissum, *l. si in metallum, de iis quib. vt indign.* Exceptis tribus casibus, in quibus fit restitutio, 1. si incapax sit propter delictum à grauato circa testamentum commissum, *l filius, §. si. ad leg. Corn. de falſ. l. fin. de his quæ pro non script. habe.* aut si 2. heredis institutio non valeat ob errorem testatoris, *l. eam quam, C. de fideic. facit l. fin. de hered. instit.* P. aut 3. *si fideicommissum esset ad pias causſas relictum. l. pater filium, §. Iulianus, de lega. 3. videndus de istis casibus Guill. Bened. prad. loc. num. 75. 76. 77.*

¶ Cogitur † etiam & suus se immiscere hereditati, si grauatus sit: quia per beneficium abstinendi comparatur extraneo, *l. nam nec emancipatus, de lega.1.* Extraneus autem cogitur adire, etiam si repudiasset hereditatem, *Bart. ad l. ita tamen, §. si pater, ad Treb. P.* ne fideicommissum pereat volente substituto, & eius periculo, *l. quia poterat, eod.* adiri. 10

¶ Coactio † restitutionis fit duplici remedio, veluti ex duplici causſa: nam aut non vult heres grauatus adire, nec per consequẽs restituere, & tũc officio iudicis cogitur. *d. l. quia poterat, ea. § quia autem, de fideic. hered.* Aut adiuit sponte quidem, sed non vult restituere: & tunc actione directa vel vtili ex testamento. *glo. in l. & sine scriptura, 5. ad Treb C.* Quod si heres iussus adire, repudiet, & intra illud tẽpus, quo iussus est, decedat sine additione, vt fraudaret fideicommissarium, si habeat substitutum vulgarem, ille restituere cogetur, *l. non iustam, 3. eod.* sin minus, heres eius cuiuscunque generis sit, siue testamentarius, siue ab intestato, *l. post consanguineos, in fin. de suis & legit. hered. C.* 11

¶ Restitutio † fit, aut re, aut verbis. Re ipsa, si passus est grauatus res hereditarias, aut totas aut aliquas possideri à substituto, ea mente, vt is velit restituere, & ille suscipere. Verbis, si verbo vel per nuntium, vel per epistolam dicat se restituere, vel iussu eius alius restituerit, vel sine iussu factam ratam habuerit restitutionem, *Vlp. in l. restituta, 7. & l. multer, 41. & seq. l. postulante, 44. §. 1. l. facta, 63. ad Senat. Trebell. P.* obseruatis personis, quæ solæ vel cum tutore, vel auctore restituere debent, *l. 1. §. sunt quæstum, & d. l. restituta, §. fi. eo.* Et hæc accurate ex iure scripto seruanda sunt: quo, si hereditas adita non sit per heredem, & is antequam interpellaretur de additione, & post tempus deliberãdi mortuus fuerit, exstinguitur fideicommissum purum, *l. ille à quo, §. si de testamento, ad Trebell.* nec debetur ab eius herede, nisi post mortem eius esset locus transmissionis in heredes, vt si grauatus sit de suis, *l. ita tamen. §. si pater. eo. P. l. vni, de iis qui ante ap. tab. C.* vel intra tempora deliberandi transmittat ius adeundi, *l. cum antiquior, ae iure delib. C.* vel adsint casus alij, in quibus hereditas non adita transmittitur, vel grauatus minor 25. annis decederet, quo casu etiam iste ad heredes transmitteret ius restitutionis non postulatę in fauorem fideicommissariorum substitutorum, *Panorm. de acq. hered. facit in arg. l. cum in plures mejjem, l. cat.* P. *probat. l. quod si minor 25. l. si minorem actum, de admi. tut. P.* aut si post interpellationem adeundi mortuus est, vt dictum est. In Gallia tamen, quia fideicommissi restitutio potius dicitur successio quam solutio, *l. non enim solutio, 38. ad Senat. Treb.* & cum successiones non exigant illam necessario realem & formalem additionem, sed mortuo testatore vel grauato statim ex consuetudine in possessione censeatur heres propter illam consuetudinem, qua *le mort saisit le viſ & prochain heritier*, vt de suis iura respondent, *l. in suum, de libe. & posth. l. cum miles, in princ. ex quib. cau. maio. Io. Fab. in ti. de inter. ap. Iust. Tiraq. tract. le mort saisit le viſ.* 12

¶ Sic † dicimus ob defectum restitutionis interpellatæ tamen vel ex eo quod heres ipse noluit ad re, vel aliter non adiuit hereditatem, non ideo exspirare substitutionem, si tamen dies cesserit & venerit pendente vita grauati & substituti, sed perinde est ac si fuisset restitutio facta. Et ita iudicari in curia suprema Tholosana notat Guillelmus Benedict. ad c. Raynutius, ad ver. si absque liberis, 2. in fideicommissaria substitutione, num. 85. *& idem Guill. Bened. eo. in substit. com. num. 65. & ad verba, mortuo itaque testatore, 2. nu. 71. 72. & seq. vbi explic. illud axioma le mort saisit le viſ, facit l. facta, 63. ad Treb. P.* Idque secundum æquitatem canonicam, qua idipsum receptum est, per c. in præsentia, quod adiponderat Baldus, de probat. apud Gregor. Sicque conuenit eo facere potest, vt sine actu aliquo extrinseco transferatur possessio realis, vt in l. raptores, in fin. in illis verbis, *plenissima possessio, &c.* C. de episco. & cleric. 13

¶ Et † his explicatis & distinctis planum fiet facilius, quid veniat in restitutionem fideicommissi. Nam palam est ex prædictis, corpora hereditaria restituenda, item omnes actiones hereditarias actiuas & passiuas transferri in fideicommissarium, sine periculo ipsius grauati, ex prouisione Trebelliani Senatusconsulti facti sub Nerone Anneo Seneca, & Trebellio Maximo Consſ. *l.1. in prin. eod. §. restituta, de fideic. hered. ij consules fuerunt suffecti in locum P. Marij Celsi, Asinij Galli mortuorum.* Quo etiam vtrique, & vocato & grauato prospectum est. Nam & heredes conuenti à creditoribus exceptione vtuntur: vt & illi, in gratiam substitutorum quibus restituerunt, si agant contra debitores hereditarios, repelluntur exceptione, quod fideicommissariis agendi facultas competat, *d. l. §. sublata est.* 14

¶ Idcirco, † nec debet cauere heres de euictione prædiorum vel mancipiorum, vel ceterarum rerum fideicommissario, cum restituit hereditatem: quinimo in contrarium cauere heredi oportet, si quid euictum esset eorum, quæ ab ipso herede venissent, scilicet iuste, vt ait Neratius. *l. de euictione, 89. ad Trebell. P.* 15

¶ Restituit † & heres grauatus prælegata, si post prælegata rogaui ę 16

Digitized by Google

gauit defunctus heredem portionem ſuam abſolute reſtituere non autem, ſi rogauit tantum portionem hereditariam reſtituere, *l.3.§.quidam liberis, l.in fideicommiſſariam, 69.§ fin. eod.* aut ſi poſtquam rogauit de reſtituenda portione, eidem prælegauit, *l. Titia, ad leg. Fal. P.* vel prælegata alienari prohibuit, etiam ſi adiecta ſit clauſula, *vt quæ quid ad heredem hunc peruenerit, reſtituatur. l. Lucius Titius, 78.§.pluribus, ad Sena. Treb. P.* Quamuis iſta clauſula ſui natura exigat, niſi de voluntate contraria appareat, reſtitutionem quoque prælegatorum. *in l. cum virum, 16. C. de fideicommiſſ.*

27 ¶ Non † reſtituitur quoque quod heredi dandum eſt, vt impleat ipſe conditionem reſtitutionis, nec ei auferendum, ſi coactus reſtituat, ſi accipiat à legatario particulari, *l. qui heredi dare, 44.§. cum hereditas, de cond. & demon.* contra ſi capiat à fideicommiſſario vniuerſali, *l. is qui, de cond. inſti. P.*

28 ¶ Reſtituta † quoque hereditate iura ſepulcrorum apud heredem manent, *l. quia perinde, 42. ad Trebell. P.* & ius patronatus eccleſiæ. *vt ait idem Benedict. ad ver. ſi abſque liberis, 2. in compendioſa, num. 24.*

29 ¶ Sed † quæritur, num fructus hereditatis à fiduciario herede reſtituendi ſint ſubſtituto: an vero retineri poſſint. Et in hac quæſtione deciperetur qui ſequeretur Angelum, qui conſilio 331. ponit regulam, grauatum non teneri reſtituere fructus, ſeptem exceptis caſibus. Quare reminiſci oportet diſtinctionis modi fideicommittendi pure, in diem, & ſub conditione, vt ſuperiori capite enucleauimus. Ex quo reſpondemus breuiter, quod fructus quidem ante hereditatem aditam à pure grauato percepti fideicommiſſario, ſeu ſubſtituto reſtituendi ſemper erunt, *l. ita tamen, §. ſi ſeruum, ad Treb. P.* & quodcunque hereditati iacenti acceſſit, vel per vſuras, vel ſerui hereditarii induſtria. *l. deducta, eod.* Contra, ſi poſt aditam percepti ſint, vel vſuræ aduenerint, vel ſeruus hereditarius hereditatem aliam quæſierit: quia hæc apud heredem adeuntem remanent. *l. in fideicommiſſariam, l. poſtulante, § ſane, §. fin. & d. §. ſi ſeruum, l. ita tamen, & l. facta, §. ſi heres, eod.* Et quæ ante additionem accedunt hereditatis reſtituendæ nomine veniunt, quæ vero poſtea percipiuntur, cũ adita hereditas non amplius ſit hereditas, ſed heredis bonis annumeretur: heredi quæruntur non hereditati, *d. l. in fideicommiſſariam.* Et de his reſtituendis non cenſetur grauatus. *l. fatetur, §. heres, eod.* Niſi teſtator dicat velle hereditatem cum fructibus reſtitui, tunc etenim ceſſat præſumtio, & fructus quoque reſtituendi ſunt. *d. l. in fideicommiſſariam.* Fructus voco quicquid ex hereditate percipi poteſt, quicquid fert hereditas: ſic fructus à ferendo dicti videntur. *Varro 4. de lingua Latin. l. item ſi funai, & l. arbores, de vſufr. P. l. diuortio, §. ſi vir. ſolut. matr. P. l. in pecudum, de vſur. P. §. in pecudum, de rer. diuiſ. l. mercedes, de petitio. here. l. prædiorum, & l. vſuræ, de vſufru. l. in fructu, de v. ſ. fr. lega. P.*

20 ¶ Hic † tamen quis mirari poterit, cur heres qui tenetur pure reſtituere, non teneatur ad fructus poſt additionẽ perceptos, cum videatur ceſſiſſe & veniſſe dies reſtitutionis poſt additionẽ: & reſtitutionis nomen omnẽ cauſſam & fructus perceptos cõtineat, quos habiturus fuiſſet ſubſtitutus, ſi ſtatim facta fuiſſet reſtitutio. *l. reſtituere autem, 33. & l. reſtituere videtur, 75. & l. fin. de ver. ſign. P. l. præterea, de rerum vindi. P. l. cum fundus, de reb. credi. & ſi cert. peta. P. l. Iulianus, §. fin. ad exhib. melius in l. in condemnatione, 134. §. l. de reg. iur. P.* Ceterum, ratio poteſt eſſe ex eo, quod ſubſtitutus in mora eſt perendi, & quod heres nõ ſit poſſeſſor malæfidei. Siquidem qui donare aliquid tenetur ſine incerto die, non efficitur moroſus ſine interpellatione, *l. ſi ex legati cauſſa, de verb. oblig. P. l. quotieſcunque, ſi cert. peta.* & ideo à petitionis tempore tantum debet fructus, & id quod intereſt, *d. l. reſtituere, 35. & l. vnũ, ſi cert. peta. P. l. mora, de vſur. vide expreſſam, l. & ib. gloſſ. in l. 1. 3. & 4. de vſur. C. & de fru. lega. ſeu fideic.* & in mora tamen eſt qui non petit, & ideo mora eſt illi nociua: quia mora cuilibet committenti eam, nocere debet. *l. in cõdemnatione, 134. § vnicuique, de reg. iur. l. mora, de verb. oblig. P.* Et cum in colendis fundis & colligendis fructibus fiduciarius heres operam conſumſerit, non eſt æquum, vt Marcellus ſcribit, *in l. poſtulante. §. ſi. ad Treb. P.* cũ reddere fructus, & alterius procuratorẽ cõſtitui. Vt contra liquido conſtat, ab herede cõmiſſa in reſtituendo mora, fructus in reſtitutionem venire. *d. l. fideicommiſſariam, l. ita tamen, §. l. l. poſtulante, §. fin. & l. deducta, ad Treb. P.* Si autem de fideicommiſſo in diem, vel ſub conditionẽ reſtituendo quæramus, eadem pene vtemur diſtinctione fructuum, ac in puro. Nam ſi fructus ante aditam hereditatem percepti, aut tẽpore iacẽtis hereditatis, ſunt ipſius hereditatis: & ideo reſtituendi. Qui vero percepti ſunt medio tempore ante diem reſtitutionis faciendę, vel ante euentũ conditionis, heredis ſunt & ſucceſſoris eius, non ſubſtituti. *l. Paulus, de vſufr. l. eſſe, ad Treb. P.* Et idem de vſuris eo tempore perceptis, quod de fructibus dicendum eſt, *l. deducta, §. qui poſt, eo.* etiã ſi teſtator dixerit, *Quicquid ex hereditate, bonisve meis ad te peruenerit, cum morieris reſtituas*, nam nec fructus tunc veniunt, *l. quod hunc verbis, de lega. 3.* Sicuti nec in clauſula, *quanta pecunia ex hereditate ad heredem peruenijſſet. l. ſcribit, ad Trebellian.* nec in illa, *quicquid ad te ex hereditate bonisve meis peruenerit, id omne poſt mortem tuam tali reſtituas d. heredes mei, eod.* nec in illa, *quicquid ex hereditate ſupererit cum morieris, reſtituas, dict. l. deducta, §. quod ex hereditate.* hic tamen excipe contrariam mentem teſtatoris, quæ efficit, vt & fructus reſtitui debeant percepti, ſi de ea mẽte apertis in voluntate præcedentibus & ſequentibus coniecturis liqueat, *vt in l. Baliſta, eod. l. 2. §. nonnunquam, de vſur. P. l. cum quis, §. mulier, de dote præle.*

¶ Colligitur † & mens teſtatoris ex diſtinctione certiſſima 21
Pegaſi: num dies reſtitutionis adiiciatur & eius delatio, in fauorem heredis: & tunc non teneatur reſtituere fructus medio tẽpore perceptos. An vero in fauorẽ legatarij ſeu fideicõmiſſarii ſubſtituti, veluti ſi in tempus pubertatis ei qui impubes ſit fideicommiſsum relictum ſit: & tunc etiam fructus antecedentis temporis reſtituuntur. *l. ſi ita, §. Pegaſus, de leg. 2. facit l. 2. §. cum Polidius, de vſur.* Quo caſu notandum eſt obiter, in fauorem fideicommiſſarii in diem ſuſpenſa reſtitutione, non poſſe reſtitui ei ante diem tuto hereditatem: alioquin ſi ante diem reſtituerit heres, nullo modo liberatus eſt.

¶ Contra, † ſi in fauorem heredis dilata dies eſt, *l. cum qui, &* 22
Scæuol. in l. liberto, §. filium, de annuis leg P. quia ſi velit, poteſt ante tempus reſtituere. *l. poſt mortem. C. de fide.* Non venit in reſtitutionẽ quoque donatio, quam in vxorẽ grauatã inter viuos contulit, neque aliud quoduis, quod heres habiturus eſſet, ſi alius fuiſſet heres, quæ extra bona defuncti cõputari debẽt, vt reſpõdit Paulus: quamuis nominatim vxoris fidei maritus committere poſſit, vt eam reſtituat. *in l. ſequens quæſtio, 70. de leg. 2.*

¶ Res † autem alienatæ ab herede reuocantur à ſubſtituto, 23
quia ſubiecta reſtitutioni alienari nequeunt, *l. ſi. §. ſed quia noſtra maieſt. com. de leg. C.* ſi ſine neceſſitate cogẽte hereditatis alienatio fiat ſponte, vel in heredis, non hereditatis cauſſam. Et mihi placet ſententia Azonis, *in d. l. ſi. § ſed quia*, alienationis reuocationem eſſe in arbitrio ſubſtituti, vt ſi velit reuocet, vel permittat imputari alienatum in quartam Trebellianicã grauato iuxta iura antiqua. *l. 3. §. res quæ, ad ſenatuſc. Treb.* P. Ne detur anſa delinquendi heredibus. Et propterea quod in alienis bonis nulla debet non dominis concedi diſtrahendi ex arbitrio facultas, *l. nemo externus, de Iud. C. tit. de reb. alie. non alie. l. ſi. §. fin. C. de pact.* Cũ nemo rem ſuam vendere cogatur, *l. nec emere, de iur. deliber. C.* Et hoc habita ratione heredum. Nam ſi heres ſit de liberis, qui & duas quartas, Trebellianicam & legitimam detrahit, & is vẽdiderit ex corporibus hereditariis, recte vſque ad legitimã poterit defendi venditio: quia legitima in iis corporibus ei præſtanda eſt, *l. ſcimus, §. repletionem, de inof. teſt. C.* Et hæc eſt ratio, cur in Auth. res quæ, C. com. de lega. res ſubiectæ reſtitutioni in fauorem filiorum, vel pro dote filiarum, vel pro donatione propter nuptias alienari poſſunt, videlicet, quando grauati ſunt filii, non aliter. Facit & l. mulier, 22. §. cum proponeretur, ad ſenatuſc. Treb. P. In Trebellianica autem non admitteretẽ idipſum inuito ſubſtituto, ſed puto cum Pomponio, *in l. ſi heres, 70. §. ſi heres antequam, ad Treb.* P. alienata ex hereditate ſine cauſſa lege approbata, reſtituta hereditate, cum his quæ perierũt dolo vel culpa eius repetenda eſſe, *l. mulier, 22. §. ſed enim, eod.* Nec imputari poteſt ſubſtituto, quod pendente conditione vel die reſtitutionis, alienari paſsus res ſit, & ſilueri: quia antequam ceſſerit & venerit dies, agere non poterat. Et medio tempore alienatio tenet, quæ reſoluitur adueniente reſtitutionis tempore, ●
d. l. ſi. §. ſin autem ſub conditione, C. comm. de leg. non antea quia fieri poteſt, vt ante fideicommiſsum exſtinguatur, puta morte ſubſtituti præcedente, vel alio modo: & ita cõfirmetur ex iure cõtinuato, vel ſuperuenientе alienatio. *l. rem alienam, 41. de pig. act. P. & l. vindicantem, de euict. P.* ¶ Neque, † niſi facta fideicommiſſi 24
reſtitutione, res fideicommiſſi tranſeũt in fideicommiſsarii bona, *l. facta, 63. ad Treb. P.* atque tunc vel adueniente die vel conditione habet actiones, & in inſtitutum grauatum vel heredes eius, & in detentores rerum, ex teſtamẽto, hypothecariam, & rei vindicationem, *l. ita tamen, 27. §. ſi ex Trebelliano, eod. l. 1. C. com. de fideic. l. 1. de fideicom. hered. petit. P. l. cum ſponſus. §. 1. de publ. act.* Vide autem Guido. Pap. in deciſ. 601. tradentem fideicommiſsarium vniuerſalem, pro rebus alienatis poſſe agere rei vindicatione contra tertium poſſeſſorem, etiam non facta ſibi reſtitutione, re & verbo. Vide & Salycet. in 3. oppo. in l. fin. §. fin autem, com. de legat. C. & Pau. Caſtr. in eandem legem & §. ſed quia. Quod ego intelligo, ſi modo dies venit & ceſſit reſtitutionis, non antea. Sicuti rata non eſt alienatio facta à fideicommiſsario ante reſtitutionem, quamuis reſtitutione facta confirmetur, *l. filiam fratribus, 56. ad Trebell.*

¶ Non † eundum tamen inficias pro ſoluendis debitis here- 25
ditariis creditoribus vel legatariis, ſi non ſint alia ex quibus ſatisfieri poſſit, *iuxta l. magis puto, §. nõ ſemper, de reb. eor. qui ſub tut.* P. alienationem ab herede factam valere, ſi ſine fraude fiat, nec reuocandam ex capite reſtitutionis, neque imputari in quartã, *hoc examinatur in l. 3. §. res quæ, ad Treb.* P. *in gloſſ. Auth. contra rogatus, in fin. C. cod. propter rationem, l. ſcimus, 22. §. etſi præfatam, verſ. ſin vero creditores, C. de iure delib. vide l. Titius rogatus, 54. ad Trebel. P.* quia bona non dicuntur, niſi deducto ære alieno, *l. ſubſignatum, §. bona, de ver. ſig.* P. *facit l. ſi. §. in computatione, de iur. delib.* C. Sed & placuit pro redemtione captiuorum alienata non repeti, *Auth. contra rogatus, C. ad Treb. §. nobis ergo, de reſtit. fideicom. in Auth.* Ex quo etiã iudicatũ duobus ſenatuſconſultis curiæ ſupremæ Bur-

Digitized by Google

degalensium recte puto, posse bona restitutioni suppositi alienari per heredem, pro redemtione sui facienda à carceribus, in quibus detineretur ob mulctam in se dictam ob culpam, nō ob delictum, *refert Pap. lib.20. arest. tit.3. arest.6.* Et in eo casu quoque alienari bona ecclesiæ possunt à prælatis, *ca. sacrorum, 12. q.1.* Et in casu captiuitatis, dominus potest subditis collectā seu subsidia imponere, *Alex. in addit. Bart. ad l. placet, de excusat. mune. lib. 10.* C. Putarem tamen imputari in quartam heredis pretiū acceptum, vel iustum rei valorem, rata manente venditione, si vēditio facta sit sine caussa necessaria vtilitati hereditatis, *d. l.3. res quæ, ad Treb. P. & ibi glo.* Et hæc actenus de his quæ veniunt in restitutionem fideicommissi dicta sufficiant.

26 ¶ De † aliis namque omissis, leges apud Barto. ad l. Marcellus, §. quidam, ad Treb. P. Et apud Guido. Pap. in q.303. vbi resoluitur non venire in restitutionem, supplementum legitimæ datum filio grauato. Quid etiam statuendum de damnati, & de bonis bonis per pupillarem substitutionem aduenientibus grauato.

De extinctione fideicommissi.

Cap.30.

1 *Voluntas decedentium & mens præcipua in fideicommissis & postremis iudiciis.*
2 *Fideicommissum extinguitur pluribus modis, & seq.*
3 *Filij grauati de restituenda hereditate, intelliguntur grauati tantum si decedant sine liberis.*
4 *Fideicommissum non agnitum non transmittitur, non debetur quoque deficiente conditione, repudiatum à substituto vel eius heredibus, minus solemni existente voluntate, eod. & numer. 5.6. & 9.*
7 *Remissio fideicommissi quando valeat.*
8 *Monasterij ingressu quando deficiat fideicommissum, & monasterium quando loco liberorum sit.*

1 RAtio † præcipua cur fideicommissa sustineantur, est voluntas disponentis, cui fides accommodata est, & quā peruerti vel infringi nefas visum est, *§.1. de fideic. hered. l.2. C. de fideicom.* ad quam optimus iudex semper, tanquam nauta ad stellam polarem, oculos intendit. Itaque animaduertendum est, quamdiu voluntas ea duret, & num secundum voluntatem possint relicta sustineri, quibusque modis ea voluntas & fideicommissa deficiat. ¶ Deficiunt † autem pluribus modis, & extinguuntur: 2 primum, si non adeatur hereditas, & is qui rogatus est restituere, ante additionem mortuus est, *l. ille à quo, §. si de testamento, in illis ver. ne prius heres decedens fideicommissarium decipiat, ad Treb. P.* quod supra latius explicauimus locum non habere, vbi est locus transmissioni, vel si heres interpellatus fuisset de adeundo, vel si de Gallica ageremus consuetudine, *hoc superiori capite dictum, & per Guil. Bened. expli. in verba, si absque liberis, 2. in fideicōmiss. substit. nu.70.71.72.73.74.75.*

3 ¶ 2. Extinguitur † fideicommissum impositum filio, si is liberos suscipiat, etiam si non dictum sit, si sine liberis decedat: idque ex præsumta mente testatoris, qui non videtur alienam successionem suæ prætuliſſe, *l. generaliter, §. autem, de instit. sub cond. facti. C. l. iubemus, §. sin autem, ad Treb. C. l. cum acutissimi, C. de fideic. l. cū alius, de cond. & demonstr. P.* Sed addere potes, hanc conclusionem restringi 12. modis, de quib. agit Guil. Bened. ad verba si absque liberis, 1. à nu. 7. vsque ad 23. Atque in summa explicat l. cum acutissimi, C. de fideicom. non habere locum, 1. si descendentes grauent ascendentes, 2. si liberi relinquantur naturales tantū, seu spurii 3. si legitimi tantum adoptiui, 4. si pure grauentur filii, nec adiecta sit mortis conditio, 5. si grauati sint restituere in diem certam, 6 si filius præteritus sit, extraneo instituto, 7. si filius cum extraneo heres instituatur, 8. si grauamen esset de re particulari, 9. si grauato supereſſet mortis tempore tantum soboles successionis incapax, puta si deportatus vel cordiger monachus filius, 10. vel supereſſent filii exheredati dūtaxat, 11. si alius quam filius grauetur, 12. si pia caussa esset substituta filio. Sic etiam monuimus in c. 28. clausulam *si sine liberis*, deficere vno vel plurib. susceptis & superstitibus tempore mortis. Quod & probat l. heredibus, 77. §. fin. ad Trebel.

4 ¶ 3. Exspirat † fideicommissum conditionale vel ad diem incertam relictum, si ante euentum diei vel conditionis, & ita non agnita fideicommisso substitutus moriatur: puta ante heredem, qui tantum post mortem restituere debet, *diximus in c. 28. de condit. & puro fideic. probat l. vni. §. sin autem sub conditione, de cad. toll. l. heredes mei, §. cum ita, ad Treb. P. l. iubemus, §. sin autem, de fidei. C. Guid. Pap. decis. 232.* Et substitutio quæ nondum competit, nō transmittitur, *l. stoties, de acq. hered.* nec in bonis nostris est, *l. substi* 5 *tutio, de acquir. dom. l. 4. de alim. & cib. leg. P.* ¶ 4. Si † conditio apposita deficiat, nec impleatur, non debetur, vt cessante caussa, propter quam relictum est fideicommissum, *l. epistola, 73. ad Trebel. P. l. legatum, 4. de cond. inf. C. facit c. cum cessante, de appel.* ¶ 5. Si † 6 substitutus vel heres eius, hereditatem recusset, *§. sed quia heredes, de fideicommiss. hereditatibus, & ad senatusconsultum Trebellianum, l. si nemo, de testam. tut. P.* Nemo enim adire hereditatem sine grauamine relictam, cogendus est, *l. nec emere, de iure deliberan. C.* Idipsum obtinet, si pacto remissum sit, *l.1. C. de pact. l. de fideicommisso, C. de transactionib. l. Lucius Titius, 78. ad Trebellianum.* ¶ Si 7 † remissio vt oportet, nec temere fiat, non aliter: veluti si fiat aut in iudicio, aut in partis præsentia, aut in scriptis coram notario & testibus iurata, vel reiterata, quæ fuse videbis examinata à Guilielm. Bened. in repet. ca. Raynutius, ad verba, si absque liberis, 2. in substitutione fideicommissaria, à nu. 105. vsque ad n. 139. Vbi & de forma & circumstantiis renuntiationis fideicommissi, & quomodo visis & intellectis verbis testamenti fieri debeat, & de reliquis ad hanc quæstionem pertinentibus. Vide & Boerium, quæstione 47. num. 7. & 8.

¶ Septimo, † exspirat fideicommissum cum conditione *si sine* 8 *liberis quis moriatur*, si institutus ingrediatur monasterium: nisi ei aliud monasterium, vel pia caussa substituatur, *§. sed & hoc præsenti, de sanctiss. episc. in Authent. nisi rogati, C. ad senatusconsultum Trebellian. vb. disputatur de hac quæstione.* Eritque monasterium loco liberorum, videlicet si ipsum successionis capax sit, hoc enim liberorum loco est, *d. l. §. sed & hoc præsenti, & ca. in præsentia, de probatio.* alia monasteria, minime. Potissimum mendicantium, quæ in Gallia incapaces sunt possessionis, & hereditatum, vt omnia monasteria, *latius de his postea, Deo fauente, interim vide Guilielm. Bened. ad ver. & vxorem nomine, num. 220. & seq.* sed horum maxime, qui cum baculo & pera, ex sui ordinis professione, id indicante mendicantium titulo, viuunt vel viuere debēt, nisi si quid acc piant eleemosynæ titulo. Et de cordigeris iure pontificio expresse id cautum est, *in Clemen. exiui, §. dubitauerūt, & §. nos autem, de ver.* Dicunt ergo monasterium capax successionis loco filii haberi, & ingressu religionis deficere fideicōmissum. Idipsum & si presbyteratum quis in aliqua ecclesia adipiscatur, ecclesia illa locum liberorum facit: nēpe si ita se alicui ecclesiæ seculari consecrent, vt perpetuo ibi sint, & in ecclesiæ illius vtilitatem bona sua consecrent, non aliter. *Auth. ingressi, de sacrosanct. eccles. C. & §. illud, de monach. in Authent.* Et sic intellige §. sed hoc præsenti, & §. presbyteros, de sanctiss. episcop. in Authent. non de quibuslibet clericis, sed de adictis certæ ecclesiæ in perpetuum, qui se & sua ei ecclesiæ consecrant: vt monachi monasterio. Et dummodo monasterium vel ecclesia, aut qui in illis habitant, fraude, dolo, vel aliis artibus ingredientem non pellexerint, vt fieret monachus: nam tunc omni iure successionis eius priuantur, *ca. constituit, 20. quæst. 3. Panorm. in ca. in præsentia, de probat. num. 3. & 46.* ne dolus & fraus patrocinetur, *l.1. & l. ne ex dolo, de dolo.* Admonent tamen recte interpretes, ita demum deficere conditionem fideicommissi ingressu monasterii, si clausula simpliciter concepta sit, *si sine liberis*: diuersum autem statuendum si clausula habeat, *si sine liberis ex se natis.* Quia ciuilis filiatio vel fictitia, ad mentem testatoris accommodari non potest, neque monasterium nasci dicitur ex eo, qui religionem profitetur, neque naturalis conditio ciuili fictione impleri potest, *l. si ita quis testamento, 53. §. fin. de legat. 2. Papin. in l. fideicommissum, 75. de cond. & demonst.* Et ita Angelus de Vbaldis Perusinus, ad §. sed & hoc præsenti, de sanctiss. episco. tradit post Ioan. de Bellouisu, monasterium loco liberorum non esse, si testator dixerit, *si filius decesserit sine liberis ex suo corpore descendentibus, &c.* Item si mentio habeatur de alio vocabulo quod importet naturalem quandam significationem, vt, *si sine liberis masculis*, vel simili. Et tunc non exspirat fideicommissum ingressu religionis instituti. Huicque sententiæ subscribunt Baldus *in l. si ita quis §. fin. de legat. 2.* Salycetus *in Authen. nisi rogati, ad Treb. C.* Hostien. & Ioan. Andr. *in ca. Raynaldus, de testam.*

¶ Octauo, † ex minus solemni voluntate non debetur fideicommissum, *l. si veritas, 23. C. de fideicom.* quod in fine superioris ca. 28. explicauimus. nisi addita sit clausula codicillaris, quæ ab intestato faciat fideicommissum. Quia tunc sustinetur, vt etiam ex æquitate canonica heres in conscientia teneatur voluntatem certam testatoris apparentem in minus solemni voluntate adimplere, *Pan. ad c. quia plerique, in fin. de immu. eccl.* Et ita etiam Iust. in §. fi. de fideicom. her. statuit, negantem fidei suę restitutionem commissam, postea vero confitentem, sed ad subtilitatem iuris recurrentem, quod non solemni voluntate rogatus est, cogi ad restitutionem fideicommissi. 9

De Trebellianica deductione. Cap.31.

Lib.36. P. tit.1. Lib.6. C. tit.48.

1 *Trebelliani Senatusconsulti caussa impulsiua.*
2 *Pegasiani Senatusconsulti cautio.*
3 *Fiduciarius heres grauatus ratione suæ partis tenetur ad debita defuncti, non hereditatis seu legatorum.*
4 *Trebellianica quarta quid dicatur, & eius partitio, & n.5.*

Digitized by Google

6 *Trebellianica ex quibus non detrahatur, & quando cesset, & 8.9. 10.16.17.18.19.*
7 *Trebellianica & Falcidia ex corporibus hereditariis detrahuntur: vt & quarta omnes, num. 25.*
8 *Princeps institutus & grauatus, quomodo & quando detrahit quartam Trebellianicam.*
12 *Heres grauatus coactus adire, amittit commodum quartæ, & quæ ex indicio defuncti percepturus erat.*
13 *Inuentarium non faciens heres, num amittat quartam Trebellianicam, vt Falcidiam.*
14 *Trebellianica prohiberi potest, ne detrahatur à testatore, vt & Falcidia: & num prohiberi possit liberis primi gradus grauatis, an vero tacite, & quomodo prohibeatur. & 15.*
Filij grauati de restituenda hereditate, vt & nepotes, duas quartas detrahunt, Trebellianicam & legitimam, eod.
20 *Trebellianica semel detrahitur ex pluribus gradibus substitutionu.*
21 *Trebellianica ex quibus causis minuatur. & seq. 23.*
22 *Feuda quando imputentur in quartam Trebellianicam, & item matrimonialia lucra.*
24 *Fructus quos & quando imputet in Trebellianicam heres grauatus.*
26 *Trebellianicæ quartæ finis & ratio.*
27 *Institutionis generalis ad particularem methodus.*

1 DIximus proximo † superiori capite, fideicommissum exspirare, quando non adibatur ab herede instituto hereditas, quod facile accidebat, quando suspectam & oneribus implicatã putabat hereditatem, & nullo vel modico lucro sperato omnino eandem repudiabat, §. *sed quia heredes, de fideicom. here.* §. 1. *ac l. Falc. apud Iustin. l. quia poterat. 4. ad Treb. P.* Cui malo obuiam vt iretur, primum Senatusconsulto Trebellianico caueri cœptum est heredi, vt si heres rogatus fuisset infra dodrantem restituere hereditatem, pro rata parte in vtrumque & fideicommissarium & heredem darentur actiones. In heredem quidem, iure ciuili: in eum vero qui recipiebat hereditatem ex Senatusconsulto Trebelliano. ¶ At † si plus quam dodrantem vel totam hereditatẽ
2 restituere grauaretur, ex Senatusc. Pegasiano quartam partem retinebat: verum interpositis stipulationibus de oneribus pro rata subeundis, vel de hereditate vendita, si sponte adisset. Si autem coactus, vt omnes actiones & commoda ad fideicommissarium pertinerent, §. *ergo, & d. §. sed quia, de fideicom. her.* Subinde
3 † Iustinianus vt hanc nebulam illustraret, omnem auctoritatem Pegasiani Senatusconsulti abrogatis captiosis illius cautionibus, in Trebellianum SC. transtulit, illud ampliando, atque statuit, §. *sed quia stipulationes, de fideic. here.* vt ex eo hereditates fideicommissariæ restituantur, siue habeat heres quartam ex voluntate testatoris, siue plus, siue minus quarta bonorũ remaneat, liceat ei vel quartam, vel quod deest, ex auctoritate Imperatoris retinere, vel repetere solutum, quasi ex Senatusc. Trebelliano, pro rata portione actionibus, tam in heredem quam in fideicommissarium competentibus, videlicet si fiat restitutio sponte. Ita quarta pars hereditatis penes fiduciarium, cum onere suo remanet pro debita Trebellianica quarta parte, non deducto ære alieno: sicuti de appellatione bonorum dicitur, *vt l. subsignatum, 39. §. bona, de verb. sig. P.* Quare hereditatis eius quota, etiam æs alienum continebit, *l. nomen, 264. §. portionis, eod.* Notandum tamẽ teneri grauatum ad onera tantum hereditatis, non legatorum, scilicet vt creditoribus defuncti pro rata partis suæ teneatur, non ad legata: quia ea soluit fideicommissarius solus, *l. 1. §. pen. & fi. & l. cum hereditas, & l. deducta, §. qui post, ad Treb. P. l. 2. & ibi gl. 1. & l. fi.* C. *eo. tit. gl. in §. sed quia stipulationes, de fid. her.* At perinde est hic dicere de bonis deducto ære alieno quartam deberi grauato: & non deducto, quartam eidem deberi ex hereditate. Recidunt enim in diem, quia deducto ære alieno proprie bona dicentur, *l. mulier bona, de iur. dot. P.* Eo tantum discrimine obseruato, quod grauatus nõ tenetur subire æs alienum hereditatis, legatorum & fideicommissorum specialium, quamuis teneatur pro rata subire æs alienum testatoris. Excipit Iustinianus quãdo testator voluit vna re certa præcepta pro Trebellianica, heredem restituere hereditatem. Nam omnes actiones tunc insolidum transeunt in fideicommissarium, remanente re libera penes grauatum, tanquam penes legatarium. *§. si quis vna, de fideic. hered. apud Iustin. l. quoties, 13. de her. instit. lib. 9. C. tit. 24. l. creditores,* C. *de her. act. l. 1. §. si heres, præcepto fundo, & l. si legatus suspectus, 30. §. multum interest, ad Treb. P.*

4 ¶ Hinc † colligendum quid sit quarta Trebellianica, vt sit quarta pars hereditatis defuncti, quæ debetur heredi instituto grauato de restituenda tota vel parte hereditatis, in præmium aditionis & restitutionis. l. 1. ad Trebel. P. Differt eo nomine à Falcidiæ quarta, quod Falcidia non à grauato de restituendo hereditatem detrahatur, sed ab instituto pure sine grauamine, & tamen supra dodrantem onerato legatis, §. 1. *de lege Falc. & tot. tit. ad l. Falc.* vt dicemus in Falcidia Deo fauente. Verum Iustinianus ait, §. *sed quia heredes, de fideicom. her.* Senatusconsultum Pegasianũ, ad similitudinẽ Falcidiæ, quæ ex legatis detrahi permittebat quartam partem, introductum esse, vt grauatus ex hereditate restituenda quartam etiam hereditatis deduceret.

5 ¶ Trebellianica diuisionem non recipit, quia vnius est speciei, nisi partiamur in veram, quæ quarta pars est bonorum subiectorum restitutioni, & in eam, quæ plus vel minus continet propter voluntatem defuncti, qui iussit aliquid certum percipere heredem grauatum pro quarta Trebellianica, §. *si quis vna, eod.* ¶ Detrahitur autem hæc Trebellianica, quando locus est 6
detractioni, ex vniuersali fideicommisso, videlicet quod sit de hereditate: non autem ex re singulari restitutioni subiecta, *l. lex Falcidia, 47. §. fi. ad l. Falc. in P. tract. Guid. Pap. dec. 466. Panor. in c. Raynutius, in vlt. col. de testa.*

7 ¶ Communis † autem opinio est interpretum, detrahi quar-
tam Trebellianicã de qualibet re hereditaria, *Bart. in l. in quartam, in 4. q. ad l. Falc.* in quo conuenit cum Falcidia, quæ ex singulis deducitur corporibus hereditariis legatis, *l. linea, margaritarum, l. Platius, ad Falc. P. gl. in l. 2. C. eod.* Nisi heredi res certa pro Trebellianica à defuncto relicta sit, quam solam, si sufficiat, detrahit, & ab aliis abstinet corporibus, *d. §. si quis vna, de fideicom. her.* Aut si inter heredem & substitutum ita conuentum sit, vt vna re contentus sit, seruanda est lex, *l. 1. §. si conueniat, depos. P. l. filium quem habentem,* C. *fam. ercisc.* Vel si iam fructus percepros imputare teneatur, & illi sufficiant pro Trebellianica, *l. in fideicommissariam, ad Treb. P. l. quod ad bona, §. fructus, ad l. Falc. P.* Vel si res alienatæ ab eodem, imputandæ sint, *l. 3. §. res quæ, ad Trebel.* Addit insuper Guido Pap. in iure patronatus hereditatis restituendæ, heredem restituentem retinere quartam, & vna cum substituto cui restituit eum vel heredes eius vice eius compatronos esse, & pro quarta præsentare debere, *Guid. Pap. decis. 507.*

8 ¶ 2. Ex † restitutione facienda pauperibus, non detrahit gra-
uatus quartam, *c. si pater, de testa. in 6.* Paulus tamen Cast. *in cons. 298. incip. præsupposita pro vera opinione,* ait detrahi ex fideicommisso relicto hospitali, sine auctoritate episcopi fundato. Num autem de relictis generaliter ad pias causas detrahi possit, glo. in c. si pater, in verb. Trebellianicæ, de testam. in 6. aserit detrahi, & ibi Archid. quem plerique sequuntur. Alij plures negant detrahi. *Bar. Ang. & alij in l. Marcellus, ad Trebel. Bal. in l. id quod pauperibus, 17. q. & ad l. si quis ad declinandam, de episc. & cler. C. Cyn. & DD. in Auth. sed cum testator,* C. *ad l. Falc. Ias. in d. l. Marcel. num. 33.* Pro quorum sententia in cap. Tholos. concluſum est, nec detrahi posse, *q. 83. Cap. Thol. Bar. in l. 1. §. ad municipium, nu. 3. ad l. Falc. P.*

9 ¶ 3. Non † detrahit heres Trebellianicam ex rebus resti-
tuendis, quas detraxisse conuincitur, sed portio illa ad fiscum deuoluitur, *l. rescriptum, de his quib. vt ind. P. l. Paulus respondit, 48. ad SC. Treb. P.*

10 ¶ 4. Non † detrahitur ex re alienari per testatorem prohi-
bita, *l. sed in ea re, & ibi Bal. expresse,* C. *ad l. Falcid. Bart. & Cyn. in Auth. sed cum testator, eo. tit. Guid. Pap. decis. nu. 2.* quia & ea prohibitione censetur prohibita Trebellianica, quæ ex singulis corporibus hereditariis deducitur, vt dixi.

11 ¶ 5. Si † princeps institutus grauatus sit hereditatem, resti-
tuere, si nihil nomine quartæ relictum sit, plerumque non solet retinere Trebellianicam: sin autem quippiam prælegatum fuerit nomine Trebellianicæ, nunquam solet supplementum postulare, si minus quarta ei relictum sit, *l. si legatus, 30. §. fin. ad Trebel. P.*

12 ¶ Sexto, † qui coactus adiuit hereditatem periculo fidei-
commissarij substituti, non debet quartam Trebellianicam detrahere, amittitque omne commodum, quod habiturus esset, si sponte adiisset, imo & substitutionem pupillarem, *l. ita tamen, 27. §. qui suspectam, & §. si præceptis, l. nam quod, §. qui compulsus, l. quia poterat, ad SC. Trebel.* quamuis pluribus restituere grauatus, ab vno tantum restituere compulsus fuerit. Nam totam quartam & tunc amittit, si vnus ex pluribus totam hereditatem restituere coegerit, *l. cogi, 16. §. Metianus, ad Trebel. P.* Et si pro parte sua restituenda tantum compulsus fuerit, pro ea parte, pantem amittit Trebellianicæ, *Guil. Benedict. in verb. absque liberis, in substitu. fideicommiss. num. 86. in fine expressus textus in d. l. cogi, §. idem Metianus.*

13 ¶ Septimo † putant aliqui non detrahere Trebellianicam
heredem, qui non fecit inuentarium rerum hereditariarum, *Matth. Mathesil. si. mgul. 158. probare nititur. Et pro hac opinione Castren. consil. 210. & 211. volumine secundo, in nouis, gloss. in §. si vero non fecerit, de hered. & Falcid. in Authent. in ver. substitutus, Salycet. Imola, ad l. Marcellus, §. 1. ad Trebellian. P. & alij.* Contraria tamen sententia verior est, quam plures sequuntur, *Iacob. de Bellouis. in dict. §. si vero, de hered. & Falcid. in Authent. Bartol. in dict. l. Marcellus, §. 1. gloss. in Authent. sed cum testator, ad legem Falcidiam,* C. *& ibi Bartol. & Angel. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. titul. de instr. edit. §. fin. versic. nunc videmus, & alij plures,* & secundum quam iudicatum refert Aufrerius *ad decis. Capel. Thol. 314. in fin. addition.* qui tamen decisum fuisse notat in Capella, posse cogi grauatum inuentarium facere per substitutum, officio iudicis, per Bartolũ, in l. cum tale, §. 1. de cond. l. & demon. in P. & in l. Marcellus, 1. respons. 5. colla. ad Trebellian. P. in §. si vero non fecerit, nu. 4. de hered. & Falcid. in Au-

Digitized by Google

then. &c. Ratio mihi videtur esse aperta, quia sine fideicommissum sit conditionale, vel in diem, fieri potest, vt illud deficiat pendente die vel conditione, & ita remaneat grauatus immunis ab onere, & rerum suarum descriptionem sponte facere non tenetur: neque videtur malitiose inuentarium præmittere, qui interim dominus est, & potest fieri plenius dominus. Etsi pure grauatus est, frustra petitur inuentarium fieri, cum statim restitutio fieri debeat. At cogi ad inuentarium officio iudicis posse, multa, causa cognita, mouere possunt iudicem, quæ nisi exponantur, pro bona fide grauati semper concludendum erit, *l. merito, pro Ioc. P. ca. fin. de præsumpt.* In quo singulariter differt Trebellianica à Falcidia, quam heres amittit, si non fecerit intra tempora à iure constituta inuentarium, *§. hinc nobis, & §. seq. de hered. & Falcid. Authen. auth. sed cum testator, §. his cessantibus, ad l. Falcid C. d. fin. §. sin autem dubius, C. de iure delib.* Scio tamen Guidonem Papæum hoc admittere in heredibus primi gradus filiis, non in extraneis, & vult hos extraneos ob non factum inuentarium priuari Trebellianica decis. 53. Sed ego contrariũ sentio.

14 ¶ Octauo, † non detrahitur quarta hæc, si fuerit expresse prohibita à testatore. Nam posse prohiberi placuit verius esse, *per Auth. sed cum testator, ad Trebell. C. & ibi gloss. & in §. si vero expressim, de hered. & Falcid. Bart. in d. l. Marcellus, Bald. ad l. filium, quem C. fam. ercis.* quemadmodum & Falcidia. Et in vno gradu prohibitio facta, censetur repetita in sequentibus, vt docet Guido Papæ *q. 545. num 1. & q. 592. num. 1.* Verum dubium maximum, nũ prohibitio fieri possit in liberis primi gradus, qui detrahunt & communi iure, si grauentur de restituenda hereditate, duas quartas, legitimam & Trebellianicam: vnam tanquam filii, alia tanquam heredes extranei, *ca. Raynutius, & ca. Raynaldus, de test. Guia. Pap. probat decis. 52. Si capis videre controuersias Interpret. nunduas vel plures, vel vnam tantum detrahant filii, consule Fernandum, in 5. præfat. l. in quartam, ad leg. Falcid. vbi inuenies argum. in vtramque partem, & solutiones.* Et legitimam quidem sine vllo onere, *l. quoniam in prioribus, & l. scimus, C. de inoffic. testam. l. quanquam, de fideicomm.* C. quia à lege naturali, non à patre habere videntur, *l. cum ratio, de bon. damnat. l. scripto, vnde lib.* & ideo nec à patre in ea rogari possunt, *l. si arrogato, de adoption. P. l. coheredi. §. cum filiæ, de vulg. l. ex tribus, C. de inoffic. testam.* Idque non adhibita distinctione quando sub conditione grauãtur de restituenda hereditate: quo casu verum quidam tantum id putant, non etiam si pure grauentur. Nam tunc aiunt, vnam detrahi tantum quartam legitimæ, quod disputat & improbat Fernandus ad l. in quartam, in 5. præfat. num. 3. & 6. ad leg. Falcid. vbi & num. 5. quod dicitur detractione quartarum in filiis grauatis, habere locum in nepotibus grauatis, docet. Et certæ communis opinio dicitur esse à Guido. Pap. & secundum eam iudicatum, vt prohiberi illis Trebellianica non possit, *Guid. Pap. decis. 53. hanc sequitur, & secundũ hanc iudicandum post plures relatos interp scribit suse Iul. Clar. lib. 1. in ver. testam. q. 63.* Mihi tamen verior videtur contraria sententia, *quam sequitur etiam Fernandus, in 4. præfat. commentar. leg. in quartam, num. 10.* Primum, quia relicta legitima filiis, in reliquis bonis pater liber est in disponendo, vt scribit Iustinianus in §. si vero vltra, ibi *reliquum, &c.* de trien. & semi. in Auth. Facit & rub. cum sua dispositione in nouellis, *coll. 8. vt liceat matri & aviæ & aliis parentibus, post legitimam partem liberis relictam, quomodo voluerint relictam facultatem suam alijs disponere. 2.* Quia filius Trebellianicam capit, vt diximus tanquam quilibet extraneus heres, *d. c. Raynutius, & Raynaldus, de test.* potest autem, vt conuenit inter omnes fere, interdici extraneis Trebellianica. 3. Sic hoc ferendum est, vt familiæ integræ conseruentur, *num. 36.* quæ valde diuiderentur, si duas quartas contra prohibitionem testatoris detraheret heres. Quare post plures sententias relatas interpretum Iulius Clar. *lib. 3. sent. iur. in verb. testamentum, q. 63.* distinguit, & putat nõ prohiberi, si grauetur restituere extraneo: contra si grauetur restituere filiis vel familiæ. Ego non distinguo, sed posse vtroque casu prohiberi puto iure nouissimo quia iure antiquo & Codicis nõ poterat prohiberi quarta hæc vel expresse, *l. 1. §. inde Neratius, ad Trebell. l. quod de bonis, ad leg. Falcid. P. l. iubemus, C. ad Trebell.* nec tacite vel per verba, *vt totam hereditatem grauatus restituat. l. qui totam, eod. P.*

15 ¶ Hodie † vtroque modo potest, atque de expressa iam consensum in eo omnium video. De tacita lis adhuc pendet, & iudicia varia ea de re lata sunt. Plures enim negant, nonnisi expresse prohiberi posse, *Paul. Castr. qui eius sententiæ alios refert, in Auth. sed cum testator, C. ad l. Falc. in c. auditis, de præscr.* Sanior tamen contraria visa est sententia. Et Fernandus quidem, *in 4. præfat. ad l. in quartam, num. 11. ad l. Falcid.* præceptor alias meus, posse tacite prohiberi quartam per has clausulas tradit, *omnem hereditatem restituas, tota hereditas restituatur: bona omnia, vniuersum patrimonium: totum, & quicquid: omnia & quæcunque, &c. per glo. in l. Accom, de fideic. liber. quam Bart. probat in l. Centurio, 27. de vulg.* Placito suprenæ curiæ Parisiorum etiam inuenio decisum, *apud Pap. lib. 20. rhapsar. arrest. tit. 3. arrest. 19. per ea quæ expresse ostantur in l. 1. §. inde Neratius, & l. Marcell. P.* Eadem concludit Iulius Clarus, *vbi supra q. 61. num. 4.* ex his verbis, *volo omnia & singula bona peruenire ad talem,* continere prohibitionem detractionis Trebellianicæ, & Falcidiæ. Item in illa, *volo pleno iure bona peruenire.* Idipsum iudicatum testatur Guido Papæ *decis. 537. vbi contra. refert ratio. & cons. 122. incip. Ioan. Molaris. num. 5.* Num autem idipsum contineat clausula, *sine aliena diminutione,* vide Philippũ Corneum, consilio 187. incip. Trita & vulgata, 1. & 2. colum. in 1. colum.

¶ Nono † non trahit heres grauatus Trebellianicam, si in- 16
stitutus sit gratia eius cui debet restituere, vt notat Bal. *in l. post mortem, C. de fideicom. 4. colum. vers. vnum est valde notandum, & in l. iubemus, col. ver. quarto quæritur, ad Trebel. C. Cyn. in additio in. l. fideicommisso, §. cum Polidius, de vsur. in P.* ¶ Huc † pertinet & 10. 17
vt si filius alicuius instituti sit, & pater eius rogatus sit hereditatem ei filio restituere, pater non possit detrahere quartã hanc. *l. cum filio, 11. de lega. 1.* quamuis reliqua, quæ Trebelliani Senatusconsulti sunt, in eo fideicommisso locum habeant, *l. 1. §. si filio, ad Trebellia.*

¶ Detrahet † tamen, si ipse pater rogatus & institutus fit, 18
Bart. in l. cogi, ver. si pater, num. 1. eod. & in l. 1. nu. 2. eod. Vndecimo, generaliter in omnibus testamentis, in quibus cessat Falcidia, cessat Trebellianica, *idem in l. Marcellus, num. 3. eod. & ibidem Ias. num. 10. 12.* Ex hereditate, quam testator tenebatur alicui reddere, heres grauatus de restituendo, non detrahit Trebellianicã, *dict. l. cogi, 16. §. sed & si miles, & ibi Barto.*

¶ Hinc † etiam nota singulare, quod si gradus fideicommissi 19
facti sunt plures, puta institutus grauatus est restituere Sempronio, & Sempronius post mortem suam Caio, Caius post mortẽ Antonio, institutus primus quartam Trebellianicam capiet, *l. 1. §. inde Neratius, ad Trebell. vide Bal. in l. cum virum, 3. col. vers. quæro an substitutus, de fideicomm. C. Ang. ad §. si vero expressum, de here. & Falc.* non sequentes Sempronius restituendo Caio, nec Caius restituendo Antonio: ne per Trebellianicarum † detractiones, 20
hereditas nulla fiat. Nisi forsan fideicommissarius ex persona instituti retineat, puta, si cum posset retinere institutus, gratiam quartæ fecit substituto, nec detraxit, sed totum restituit: nam tunc fideicommissarius restituens alii hoc nomine retinebit, *d. l. cogi, ad Trebell.* Item si coegit heredem adire, tunc eius præmium accipit, cum suo periculo adita sit, *d. l. Marcellus, §. quod autem, eod. glo. in d. §. inde Neratius.* ¶ His † & aliis quibusdam 21
modis igitur, tolli poterit ex integro Trebellianica heredi. vel pro maiori parte. Sed & vltra minui ex aliis quibusdam caussis, si ea detrahatur, receptum est. Minuitur enim interdum, vel auctoritate testatoris, quando, vt diximus, testator voluit esse contentum heredem certa re pro Trebellianica: vel auctoritate legis, quando detractionis tempore minus quam deberet accipit, dum in eam alia imputantur ab instituto percepta, vel deperdita, vel alie nata, *l. 3. §. res quæ, ad Trebellia. P.* Exceptis quæ perierint ex hereditate sine culpa & dolo instituti, quæ prius deducuntur, quam ineatur ratio Trebellianicæ: quia ea non tenetur in quartam Trebellianicam vel Falcidiam heres imputare, *l. mulier quæ duobus, §. sed enim, eod.* Quemadmodum nec ea, quæ ex contractu inter viuos à testatore quæsita sunt, *pater filiam, 14 ad leg. Falc. P.* Cessat enim ratio Trebellianicæ quæ est, eam dari vt illiciatur ad adeundum heres. Quod autẽ ex contractu possidetur, aliam habet caussam: nisi & ea ratione dari in contractu dictum sit, vt in Trebellianicam vel Falcidiã imputetur, *l. cum quo, §. final. eod. l. etiam, §. sed & si non mortis caussa de bon. liber.*

¶ Itaque iura feudalia, emphyteutica, & quæ ex pactis matri- 22
monialibus maiorum heredi competunt, non impurabuntur in quartam Trebellianicam, vt aiunt, Paul. & Alexand. in l. si patroni, ad Senatusconsultum Trebellianum, nisi, vt proxime dictum est. tẽpore acquisitionis id cautum esset, vt imputarẽtur, *ita d. l. cum quo, §. 1. & d. l. etiam, §. sed & si.* vel velit tempore institutionis testator expresse ea imputari & compensari: vt & in Falcidia receptum est, *l. si debitor, 12. ad leg. Falc. P.* Qui potuit enim prohibere integram, potuit & legem pro parte dare imputationi. ¶ At in † summa, ea solummodo, quæ grauatus iure here- 23
ditario percipit, computare debet in ratione Trebellianicę, *l. in quartam, 90. vbi exempla sequentia eod. l. filium quem habentem, C. famil. ercisc. l. quod statuliber, de mor. cau. donatio.* siue legatum siue fideicommissum præcipere, siue deducere, vel retinere iussus est, & pecunia quæ accepta restituere debetur, & quod implendæ conditionis gratia ei datur. Quando autem partem acceptam à coherede imputet, vel non, iam tractatum inuenies, in gloss. l. in quartam, in ver. *à coherede.* ad legem Falcidiam, P.

¶ Sed † de fructibus quæritur, num si heres ante restitutio- 24
nem perceperit fructus, qui ad quartam ascendant, num imputantur. Pro cuius solutione hic repetenda veniunt, quę diximus in quæstione, num fructus percepti ex fideicommissaria hereditate restituendi sint substituto. Et proinde resoluo, si pure iniunctum sit fideicommissum, & in mora sit petendi substitutus, non imputabuntur in quartam, *l. mulier, §. si heres, ad Trebellian.* qui ex negligentia fideicommissarii non iudicio defuncti percepti sunt. Quod si in diem, vel sub conditione fidecommissum relictum sit, fructus medio tempore perceptos sibi in quartam, & quartæ fructus imputat: eos enim ex iudicio defuncti percepisse videtur, *l. filius familiæ, ad legem Falcid. P. l. in fideicommissariam, ad Trebellian. P. l. cum pater, §. Titio de legatis 2.*

Exceptis

Digitized by Google

Exceptis liberis grauatis, qui perceptos fructus nõ imputãt, *l. iubemus, C. ad Trebell.* neque nepotes, *d. l. iubemus, §. illud*, vel pronepotes, nec alij descendentes, *Bar. in d. l. iubemus.* Verumtamẽ extraneus non computabit fructus perceptos ex quarta sibi retinenda, sed sibi retinet præcipuos, *d. l. in fideicommissariam.*

25 ¶ Siquidem † forma communis substantialis omnium quartarum est, vt detrahantur & in proprietate & vsufructu, non in nuda proprietate, vt videbis tractatum in §. proh bemus, vers. non licebit, ad verbum relinquat, de trien. & sem. in Auth.

26 ¶ Finis † Trebellianicæ deductionis est, cum relatione approbationis fideicommissi similis. Ratio quoque eius, & prohibitionis caussa & imputationis, à voluntate pendet testatoris, quam sequendam omnibus voluntatibus sæpius monuimus. Possem hic addere pleraque alia subtilia, sed ea potius relinquenda sunt scholis, quam digna sint volumine de rebus vtilibus & grauissimis instituto. Quare hactenus etiam sufficienter dictum puto, de institutionum generalium seu vniuersalium formulis, gradibus illarum, quę per substitutiones annectuntur. Nunc dicendum nobis est, de alia institutione particulari, quæ etiam in testamentis fieri solet, de legatis videlicet.

De Legatis.

Cap. 32.

Lib. 2. Instit. tit. 20. lib. 30. 31. 32. P. tit. 1. lib. 6. C. tit. 37.

1 *Legare quid in genere, & in specie: & legatus vnde dictus.*
2 *Prælegatum quid, & quando illud retinet heres repudiando hereditatem.*
3 *Legatum quid, diuisio, & formulæ antiquæ. & 4.*
5 *Legatum per vindicationem, per damnationem, per sinendi modum, per præceptionem olim quale. & nu. 6. 7. 8.*
9 *Legata ad vnum genus redacta.*
10 *Legari quæ possint. & seq.*
11 *Instrumenta plurium rerum indicata: & penus quid continet.*
12 *Supellex quid.*
13 *Vsus fructus omnium bonorum legatus vxori quid contineat.*
14 *De legatis 1. 2. 3. tituli quid contineant in summa.*
15 *Legatum fructuum nascturorum quomodo purum & conditionale est, & transmissibile.*
16 *Legari quæ sunt in commercio hominum permisso, & illa vt intelligantur.*
17 *Aliena res legata quando ab herede dari, vel eius æstimatio debeat.*
18 *Euictionis nomine pro legata re, quando heres legatarius teneatur.*
19 *Legatum eius quod testator dicit se habere & non reperitur, inutile est.*
20 *Monumenta legari nequeunt, sed ius inferendi mortuum.*
21 *Legatum non valet eius, quod quis legatario tenebatur restituere.*
21 *Sua res quando domino legari vel donari potest.*
23 *Legatum summæ legatario debitæ, quando compensandi caussa factum videatur.*
24 *Legatum inutile pluribus modis est. Vtile quod.*
25 *In gymnicum certamen legatum Vennensibus improbatum.*
26 *Domibus coniuncta legari nequeunt.*
27 *Legare, aut fideicommittere quis possit.*
28 *Legatum propria auctoritate nec sibi nec alij nemo vtiliter scribit.*
29 *Lycurgi lex de non donando, nisi testamento abrogata.*
30 *Legare potest qui potest testamentum condere, etiam ab intestato & codicillis.*
31 *Legata debentur & fideicommissa ex testamento irrito ratione exheredationis vel præteritionis.*
32 *Feuda an legari possint.*
33 *Testamenti protinus inualidi legata non debentur.*
34 *Legatum à coacta voluntate testatoris factum non debetur.*
35 *Legandi formulæ iuris, remissiuæ.*
36 *Legatum purum, & præsens quid.*
37 *Conditio de præsenti, de præterito, & de futuro quid operetur. Et de futuro conditio qualis sit, deq; potestatiuæ, casuales, & mixtæ conditionis natura nu. 38. 39. 40. 41. 42. 43.*
44 *Conditiones possibiles plures coniunctim vel disiunctim impositæ, quomodo implendæ.*
45 *Conditionis implendæ ius non transit ad heredes.*
Conditiones facti tres, vt detur, fiat, contingat: & contra, ne detur, ne fiat, ne contingat, eo.
46 *Conditiones quomodo impossibiles iure & facto, & num per impossibiles vitietur relictum. & 47.*
48 *Legatum in diem certum vel incertum relinquitur, & de vtriusque natura. & seq. 49.*
50 *Dies quis lucis dicitur, & quis artificialis & naturalis.*
51 *Modus in vltimis voluntatibus quid, & quomodo à caussa & conditione differat.*
52 *Caussa falsa quando vitiet legatum, cum distinctione caussæ impulsiuæ & finalis. & nu. 54.*
53 *Conditionis & demonstrationis differentia.*
55 *Legata fideicommissis exæquata esse quomodo intelligatur.*
56 *Fideicommissum particulare & legatum in quibus differant à fideicommisso vniuersali.*
57 *Falcidiæ & Trebellianicæ differentia.*
58 *Ordo scripturæ in testamento, institutionis & legatorum non inspicitur.*
59 *Legatum pluribus coniunctim & disiunctim fit.*
60 *Electio vel optio legati ad quem pertineat.*

LEgati † nomen generale est, ex significatione vna ad plura relatum: videtur enim legare idem esse quod eligere; mandare, decernere. Vnde apud Varronem 4. *de ling. Latin. Legati, qui lecti publice, quorum opera consilioque vterentur.* Sic lege 12. tab. legatum, voluntatis electio cuiuscunque generis dicebatur, siue institutionis generalis, siue singularis, teste Pomponio, *Verbis*, inquit, *l. verbis duodecim tabularum, 120. de verb. sig. §. disponat, de nupt. in Authen. 12. tab. his, vti quisque legassit, suæ rei ita ius esto, latissima potestas tributa videtur, & heredes instituendi, & legata & libertates dandi, tutoresq; constituendi: sed interpretatione coangustatum est, vel legum auctoritate, vel iura constituentium.* Liuius *lib. 1. decad. 1.* Numitori gentis Syluiæ regnum legat. Ita generali appellatione legati venit fideicommissum, & donatio caussa mortis, *l. & fideicommissum, 85. de leg. 3.* Hodie tamen, nomen ad singularia relicta vltima voluntate, vt plerunque pertinet. Neque dicuntur iuris scilicet vniuersalis successores legatarij vel fideicommissarij, sed rerum particularium, *§. sed legatarij, de test. ord. apud Iustin.* 1

¶ † Interdum prælegatum, idem est quod legatum, vt notat gl. rubricaria in tit. de dote præleg & alij. *Ioan. Andr. in c. 3. de consuet. & facit l. vir vsurus, de don. int. v. r. & vx.* Proprie tamen prælegatum, id est, quod heredibus vltra & præter portionem hereditatis legatur, id quod habent præcipuum, & quod coheredibus non communicatur, quodve etiam repudiando hereditatem possunt retinere, si de contraria voluntate testatoris non constat, vel nisi ea mente prælegauerit testator, vt eo prælegato inuitatus institutus hereditatis partem agnosceret, vt Papinianus vtrumque respondit, *l. filio pater, 89 & Marcel. in l. sed si non, 9 vers. Papin. in l. quid ergo, 92. de lega. 1.* Et proinde singulari iure, heres vulgari substitutione facta, vel fideicommisso grauatus, restituendo fideicommissum retinet præcipuum prælegatum, nisi iusserit & illud defunctus restitui, *l. cum responso, 12. C. de legat. l. 3. §. quidam liberis suis, & ibi Bart. ad Treb. P.* Et si Falcidiæ locus sit prælegata accipiet, antequam legis Falcidiæ ineatur ratio, *l. quod de bonis, §. pen. ad l. Falc. P.* 2

¶ Legatum † definitur, vt sit delibatio hereditatis, *l. legatum est, de leg. 1.* Sed latius, vt sit donatio quædam à defuncto relicta, ab herede præstanda, *§. legatum, de legat. apud Iustin. l. legatum, 30. de legat. 2.* 3

¶ Diuisio † legatorum olim fiebat per quatuor legandi genera, per vindicationem, damnationem, sinendi modum, per præceptionem, *§. sed olim quidem, de lega. apud Iustin.* quæ differebant inter se materia, forma, & effectu, vt explicant quidam libelli, qui nomine institutionum Caij, *Caius lib. post instit. tit 6. de legat.* & titulorum Vlp. *in titu. tit. 24.* ante sententiam Iulij Pauli *lib. 3. senten. c. 8.* inscribuntur vel honorantur. Sed aperte Theophilus in §. 2. de lega. in suis Instit. Vbi per vindicationem verba legatorum fuisse refert, *do illi solidos centum.* Vlpianus vbi supra, si Vlpiani quidem sint tituli, addit eius generis vindicationis similia verba, *do, lego, capito, sumito, habeto.* 4

¶ Porro † inquit Theophilus, vindicatio hæc dominum faciebat legatarium, simul atque heres adiisset: ita vt aduersus quemuis actione in rem vti posset. Vindicare enim est per actionem in rem auferre. Per damnationem sic fiebat legatum, ait Theophilus, *Damno te heres, illi dare solidos centum.* 5

¶ Addit † Vlpianus, *heres meus damnas esto dare dato, facito: heredem meum dare iubeo.* Nascebatur, inquit Theophilus, hinc actio contra heredem in personam, quæ dicitur ex testamento. 6

¶ Sinendi † modo relinquebatur legatum, sic, *Damno te heres, vt illi permittas illam rem accipere.* Et hinc itidem actio ex testamẽto competebat. Similes formulæ, *Heres meus damnas esto, sinere Lucium Titium sumere illam rem, sibiq; habere.* 7

¶ Præceptionis † verba sunt, *Præcipuam ille ex parte heres rem illam accipito. Lucius Titius illam rem præcipito.* Exigebatur autem quod per præceptionem relictum erat, iudicio familiæ erciscundæ. 8

¶ Et hæc † quidem olim, sed postea Constantinus, Constantius, & Constans, CCC. sustulerunt ex legatis verborum formulas, *l. in legatis, 21. de lega. C. §. sed olim, eod. tit. apud Iustin.* Iustinianus dehinc penitus id perfecit, *l. 1. & 2. C. com. de legat.* Et legatorum genera ad vnam reduxit naturam & substantiam, quibuscunque olim perficerentur modis, & verbis, *§. nostra autem constitutio, de leg. l. 1. C. com. de legat.* 9

¶ Legantur † & prælegatur res singulares, individua, corpus, 10

Digitized by Google

& quid vniuersum, & per se, & cum adiunctis: vt grex, quo nomine, & oues adiunctæ post testamentum debentur, §. *si grex, de lega. l. si grege*, 21. *& seq. de lega.* 1. Nã vniuersitates augentur & minuũtur, vsque dum dies legati cedat, hoc est, donec debeantur, *l. idem que.* 8. §. *fi. de petit. leg. P.* vt & transferri possint ad heredes, *l. 3. quã dies lega. ced. C.* Exemplũque explicatur in peculio legato, apud Iustinian. in §. si peculium, de leg. tot. tit. de pecul. legat. P. quod vniuersitatem facit *glo. in l. quod dicitur, ad ver. sed dotis, de impen. in rebus dot. fac. Ias. in l. 3. nu. 10. de eden.* Consideramus & in ancillis legatis partus, qui legato cedũt, §. *si quis ancillas, de lega.* Legatur fundus instructus, & sine instrumento, *toto tit. de fun. instruc.* ¶ Instrumentaque separatim alicuius loci vel artificii quo, legato plura continentur secundum legum tractationem, quæ ea indicant. Quæ instrumenta tabernæ *l. tabernam. 7. & l. taberna*, 13. *eo.* fundi, *l. instrumenta*, 8. *& seq.* 4. *& l. si ita §. fina. l. pictorum*, §. *instrumento* 12. *eod.* cauponæ & balnei, *l. taberne*, 13. *& 2. seq. eod.* villæ & vineæ, *l. villæ*, 16. *eo.* pictoris, *l. pictoris*, 17. *eo.* lanionis, *l. cum de lanio-nis*, 18. *eo.* Legatur & penus, quæ plura continet ad vitam necessaria, & alimenta, explicata luculenter in l. 3. de penu legat. P. & à Gellio lib. 4. c. 1. Legantur & alimenta, *tit. de alim. & cibo. leg. P.*

12 ¶ Supellectilis † nomine, omne domesticum instrumẽtum patrisfam. quod nec argẽto aurove facto, nec vesti annumeratur, res mobiles non animales, & quæ explicantur in l. 1. 2. 3. de supell. lega. P. cum legibus aliis eius tituli. Item alia, aurum, argẽtum, mũdus muliebris, vestis ornamentum, vnguentum, statuæ, quæ plura sub se eiusdem speciei & generis continent, vt docetur tot. tit. de aur. & arg. lega. &c. P. Debitoribus legantur debita, tit. de lib. legat P.

13 ¶ Est † & legatum vsusfructus omnium bonorum, quod fieri solet vxoribus relictis, vel institutis post mortẽ eius filiis: de quo vide Bart. ad ca. Raynutius, ad ver. reliquit, nu. 7. 8. 9. de testam. vbi quid eo legato contineatur, ostẽditur, & apud Guid. Pap. q. 541. nu. 4.

14 ¶ Totus † liber de leg. 1. de rebus tradit; de leg. 2. de personis, de legat. 3. de verborum explicatione, in legatis exigitur. Longiores sane, quam Enchiridio cõtineri possint: ideo tantum ex his adferemus pauca.

15 ¶ Legatum † fieri potest de rebus, quæ in rerum natura non sunt, sed tamen sperantur futuræ, quale fructus ex fundo nasciturus §. *ea quoq; res, de lega.* Et hoc legatũ, quod pertinet ad transmissionem, non conditionale, sed purum est, *Papin. l. conditiones, 68. de condit. & demonst.* ratione vero præstationis, conditionale, vt si nihil natum sit, nihil debeatur, *l. quod in rerum natura, 4. de lega. 1. l. etiam, 17. de leg. 2. l. 1. in fin. de condit. & demonstr. P. l. interdũ 73. de verb. oblig. l. emtio, 8. de contrab. emt. P.*

16 ¶ Legari † & possunt tam corporalia quam incorporalia, dũmodo possint esse in commercio hominum, quod lege non prohibeatur, veluti iura, seruitutes, actiones, *Africa. in l. cetera*, 43. *de lega. 1. §. tam autem, de leg. apud Iustin. tit. de seruit. l. 1. & de vsu & vsufruct. legat. P.* Quæ extra commercium hominũ sunt, legatis non dantur *l. idem Iulianus*, 41. §. *si de lega. 1. alias* §. *legis, apud Iulianum*, §. *& si talis res sit, de legat. apud Iustin.* nec contractibus trãferuntur, *l. inter stipulantem. §. sacram rem, de verb. obligat.* Si tamẽ rerum hominum commercium recipiatur, quanquam illæ in commercio heredis non sint, nihilominus debentur legatæ veluti si res aliena legetur, & ita in commercio heredis non sit, si ea redimi non possit, dabitur legatario æstimatio, *l. sed si res aliena 42. cum simil. ibi nota. de leg. 1. arg. l. multum interest, de verb. oblig.*

17 ¶ Legatur † & factum, vt si heres damnetur, vel ei iubeat testator vendere cuipiam rem iusto pretio, vel certo, *l. si fideiussor. §. fin. & heres æquo pretio, de leg. 1.* Res suas & heredis testator legare potest, §. *non solũ, de legat.* nec interest suam vel heredis putauerit, §. *si quis rem suam, eod. l. vnum ex familia, §. si rem tuam, de leg. §. potest, de fing. reb. per fideicom. relict.* Quia heredis & testatoris videtur vnum esse patrimonium, *l. debitori, ae pact. C. l. sed si plures, §. filio impuberi, de vulg.* Item, quia heres adeundo videtur conditionem impositam & onus agnoscere, & cum defuncto quasi contrahere, *l. apud Iulianum, §. fin. & l. seq. ex qui. cauſſ. in possess. eat. P. §. heres quoque, de obliga. quæ ex qua. cont. nas. u.* Veruntamen, si res sit communis testatori cum herede, non censetur in dubio voluisse testator partem heredis, sed suam legasse, *l. alimenta, §. fin. de alimen. & cib. leg. l. 5. §. fin. de leg. 1. l. qui concubinam, §. qui feudum, de leg. 3.* vt si rem, in qua vsumfructum habet, leget, ius suum tantum censetur legasse. Et ideo nihil legasse videtur iure suo morte extincto, *l. vxor. 20. de leg. C.* Potest & testatorem alienam, & alterius quam heredis, legare, & valet legatum, sed cum distinctione: vt si sciens prudensq; testator rem alienam legauerit, heres teneatur eam redimere: vel si dominus eam noluerit à se abdicare, æstimationem legatario dare. ¶ Si vero † cũ suam putaret, aliena legauerit, nõ teneatur illam redimere, nec dare æstimationem nisi coniunctæ personæ legetur, §. *non solum, de leg.* & nisi aliqua ecclesiæ, alteri, ecclesiæ testator legauerit, propter personarum legatariorum statum, iuxta c. filius, ca. 5. de testa. apud Gregor. *nũ iure pontificio res aliena legari possit, vide Ias. ad l. cum alienam, num* 11. *C. de legat.* Qua distinctione recte intelligitur, quando heres de euictione legati tenetur, ex responso Vlpiani in l. si domus, 74. §. de euictione, de legat. 1. Existimo autem Papiniani responsum, in l. cum pater, 79. §. euictis prædiis, de lega. 2. emendatũ esse per postremam partem l. cum item alienam, C. de leg. dum mihi dicitur, filio relictum prælegatum non euinci, etsi pater rem alienam legauerit vt suam. Alioquin extra dubium est in genere vel in specie legatum, veluti si seruus legatus est, & postea in diuiduo seruum vel aliam rem soluat heres, qui quæve euincãtur, de euictione teneri heredem, *l. qui concubinam, 29. §. si heres tibi, de legat. 3.* ¶ Si tamen † res legetur, quam dicit testator se habere, & in hereditate non inueniatur, inutile est legatum, *l. si ita legatum sit, 68. l. si quis legauerit, 75. de legat. 1.* magis deterius est, quam vtile, *l. si domus. 74. eod.* si dolo malo heredis factũ nõ sit, vt illa nõ inueniatur, *in l. cum ita legatur, 33. de legat. 2.* Item, si mihi quod Titius debet, fuerit legatum, nec Titius debeat, sciendum est nullum esse legatum: quia si debitor esset, actiones aduersus eum heres mihi duntaxat præstare cogeretur, *l. si sic legatum. 38. §. 1. de legat. 1.* Quod si debitum quippiam fuisset tempore testamẽti, sed testator viuus exegisset, exstingueretur quoq; legatum, *l. fideicommissa, §. si rem, de legat. 3.* Similiter si quis legauit quinque vel alia, quæ in arca habebat, & nihil in arca repertum sit, sine culpa heredis legatum inutile est, *l. si seruus legatus, 112. §. qui quinque, ae legat. 2.* Vt & Martianus respondit in alia specie, *l. heres testatoris, 5. de lega. 3. heres testatoris legata, quæ in profundo esse dicuntur, quandocunque apparuerunt, præstat*, non autem antea.

¶ Monumenta † porro legari non posse, manifestum est: cius autem mortuum inferendi legare nemo prohibetur, *l. monumenta, 14. de leg. C.*

¶ Neque † ea quæ quis non habet, legantur ab inope, *si vniuersa, 15. eod.* Item quia legatum dicitur in definitione sua donatio, liquet non posse dici legatum relictum, quod alioquin testator tenebatur legatario restituere, vel relinquere *leg. si quis de legat. 1* nemo enim in necessitatibus liberalis exsistit, *l. rem legatam, de adim. lega.*

¶ † Nec proprie res dominis earum relinqui, vel legari dicitur, *l. proprias tuas res, C. de leg. §. sed & si rem, eod. apud Iustinian.* Si conditio aliqua adiiciatur, quæ suspendat tempus, quo fieri possit, vt res domini esse desinat ante eius implementum. *Paul. mea res, 97. de cond. & demonstra. P. l. nemo, rem suam, de verbo. obligat. P.* Quod enim meum, amplius meum fieri non potest, §. *fi itaque alienetis, de action.* Quia ex pluribus causſis dominium quæri non potest, *l. 3. §. ex pluribus, de acquir. possess.* Si igitur aliqua causſa sit propter quam quod legatur dominis præstari adhuc non deberet, vel si exceptio aliqua esset contra petentem, recte ea ratione ius quod non habet dominus, domino rei legatur, *l. si creditori meo, 28. de legat. 1.* non aliter, *l. si in autem, 29. eo. Mœuius fundum, & l. domum ex familia, 69. de lega. 2. cum simil.* Adnota tamẽ distinctionem §. si res aliena, de legat. ¶ † Quare notabile illud est, quod institutio, seu legatum factum ei, cui restituere aliquid tenebatur testator, censetur animo compensandi factum, si iusti legatum sit quanti est debitum, *l. cum notissimi, 23. §. fin. pater fam. sol. matrim. in P. vide l. 1. §. si. de do. præleg. P.* alioquin inutile legatum est factum creditori, si nihil amplius sit in legato, quam in credito, § *ex contrario, de legat.*

¶ Sunt † autem pluribus modis legata inutilia ex parte rerum & personarum, & modo legendi si deficiat legatum ex persona legantis, vt si non possit restari, puta si seruus. Ex parte rerum, si res legari non possit. Si incapax persona cui legatur, &c. quæ persequi longum & fastidiosum est. Tu tamen dices, quæ aliqua lege reprobata non inuenies. Improbantur vero expresse ambitiosa & inhonesta, contra bonos mores mandata, *l. si quis inquilinos, 105. §. si. & l. turpia, 57. de leg. 1. l. quidam, de condit. Instit. l. 1. de his quæ pœnæ nom. Ff. l. generaliter, de var. oblig. P.* Neque illud legatũ approbatum, quo Rutilius Crepio testamento cauerat, vt certa summa Senatoribus curiam ingredientibus viatim ab herede daretur: quia ambitiosũ nec honestũ, nec tutum, vt vnus locuples priuatus, de tanto ordine ciuium benemeritus videatur, vt refert Suetonius *in Domic. c. 9.* Ita ambitiosa decreta rescindi debere etiam ordinum, respondit Vlpianus *in l. ambitiosa, 4. de decret. ab ord. facti. P. vbi similes pulcre citatos tex. à glo. vide.*

Sustulit † legatum factum Viennensibus in ludum Gymnicum Trebonius Rufinus, in suo duumuiratu: quod & approbauit Imperator Traianus: ne per hoc impudicum & nudum certamen, propter otium & voluptatem Viennensium mores inficerentur, vt ait C. Plinius *lib. 4. Epistol.*

¶ Legari † & vetat Senatusconsultum res substractæ ædificiis, deturpant aspectum ciuitatis, *Africa. in l. cetera, 43. §. item quæri, §. sed & si quis, de leg 1.* Pertinet enim ad decus vrbis ædificia non derelinqui, *l. prætor ait, 20. §. hoc interdictum, de nou. oper. nunciat. P.* cum deformentur vrbes ruinis, *l. fin. ne quid in loco pub. P.* Exstat & edictum de ædificiis priuatis hac de re, *lib. 8. C. titul. 10. in l. 2.* Ita nec legari, nec fideicommitti posse ædes destruendas, tradit Martianus *in l. filius familias, 171. §. ædes, de leg. 1.*

¶ Legari

¶ Legari † vel fideicommitti tantum ab eo potest, qui testamentum condere potest, *in l.2. cod. l.1. ad leg.3. ex testamento, C. de fideicom. vt in l.2. de lega.1.* Et ideo in finitione additum est, legatum esse donationem à defuncto factam, *§. legatum, ad leg.* Et repellitur exceptione doli, qui agit vel heres vel legatarius, si nō habeat voluntatem testatoris, *V lp. in l. apud Celsum, 4. de dol. ma. excep.* A defuncto porro dicitur relicta donatio legati, quod nōnisi morte legata, vt vltimæ voluntates testamentariæ, fir mentur, *c. cum Marthæ, de celebr. miss. l. si quis, in principio, de leg. l. 4. de adim. lega. P. l. cum hac statua §. oratio, de donat. inter vir. & vxor. P.* Et ante mortem adimi, transferri, augeri, minuive legata & fideicommissa possint, *l. g. §. non solum, & l. sicut adimi, 5. & l. translatio legati sit quatuor modis, de adim. legat. P. l. fideicommissum, 27. de fideicom. C.*

28 ¶ Quod †si alius quam testator & sine eius voluntate legatum in testamento vel sibi, vel alteri scripserit inutile est, & perinde ac si scriptum vel relictum non fuisset, *l. 1. & l. si. de his quæ pro non script. hab.*

29 ¶ Legatorum † relinquendorum formula ex testamento solo aliquando pendebat, vt in alia voluntate relicta non deberentur: vt quondam ex lege Lycurgi in republ. Spartiatarum ex testamēto tantum bona sua donare, vel relinquere licuit. Sed postea & sine testamento licuit: quia male hæc restrictio reipublicæ cesserat, quod fieret magna inæqualitas in ciuitate, aliis nimium opulentis, aliis nimium pauperibus, *Aristot. 2. Polit. ca. 7.*

30 ¶ Sic †& iure ciuili, & testamento licet, & ab intestato relinquere legata & fideicommissa, dummodo is qui relinquit, potuerit si voluisset testamentum condere, *l. filius familias 117. de legat. §. præterea, de fideicom. hered.* Item in Codicillis, *l. 4. C. de codicill.* quia Codicillos is demum facere potest, qui de iure potest facere testamentum, *l. Iulius Verus, 6. §. codicillos, & l. conficiuntur, §. codicillis, de iure codicill.* Et ab iisdem & nutu relinqui legatum & fideicommissum potest, dummodo si voluissent, loqui potuissent. *l. & in epistola, C. de fideicom.*

31 ¶ Et † quamuis corruat testamentum patris, ex causa exheredationis, vel matris ex causa præteritionis: tamen conuenit inter Doctores, legata particularia & fideicommissa præstanda, in Authen. ex causa, de lib. præter. C. præstantur & tunc legata & fideicommissa, in Codicillis facta, *gl. in l. 1. §. itaque, de codicill. quā esse approbatum, tradit Cursius iunior in d. Auth. ex causa, num. 62. de lib. præter. Iul. Clar. li. 3. sentent. iur. in ver. testamentum, q. 54. nu. 5.* Nō enim corruit testamentum ex eo, quod incapax testandi fuerit pater, sed ex eo quod institutio filij in eo omissa sit, vel exheredatio. Simile exemplum in li. de hered. instituend. P. Et in eo qui dolose omissa causa testamenti, vt fraudet legatarios & fideicōmissarios, ad intestati successionem recurrit. Nam & hic defuncti testatoris voluntatem circa legata & fideicommissa exsequi cogitur, *l. 1. §. fi. & l. 2. & l. quia autem, 6. cum similibus, si quis omiss. causa test. tam. ff. 29 p. tit. 4.*

32 ¶ Patet †& inde ex aduerso, quia vasallus iure feudorum non potest de feudo testari, vt non possit illud legare pro anima, *§. donare, qual. olim fea. alien. poss. in vsib. feu.* neque in hoc legato debetur æstimatio legatario, *Bald. ad d. §. donare, nu. 3. Soc. iunior cons. 72. nu. 60. & cons. 74. nu. 20. & seq. l. 1. cons. Iul. Clar. li. 4. & ver. fœdum, q. 40. n. 5.* sicuti diximus contractum admitti in re aliena legata. Id tamen plures habet ratione naturæ feudi distinctiones, *vide & præ. Clarum in præ. q. nu. 6.* de quibus nos in feudis, & in Gallia feuda cum sint patrimonialia, habent aliam regulam, vt suo loco monuimus.

33 ¶ Obseruandum †autem ex testamento protinus inualido, nō deberi ex eo legata vel fideicommissa particularia relicta, nec actiones dari, veluti si imperfectum sit, *l. si quis cum testamentum, 25. & ibi Bart. ac testam. l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. eod. l. 2. C. de posth. hered. instit.* nisi illud ex clausula Codicillari possit, tanquam Codicillorum iure sustineri, *docet Gusl. Bened. ad ver. si absque liberis, 2. in fideicommissaria substitutione, nu. 157. 1, 8. 159. & seqq.*

34 ¶ Item † ex coacta legatione non potest fieri petitio, si testamentum & quod in eo dispositum est, ex coacta voluntate testatoris fiat, *idem ad verb. condidit, nu. 7.*

35 ¶ Exempla † legatorum concipiendorum, & variæ formulæ, ex iure ciuili depromtæ; collectæ sunt apud Spiegelem in suo Lexico, in verb. *Legatum.* Proinde ad illum recurre, ego nō immorabor in iam elaboratis: & alia methodo dico breuius, ne indiuiduis teramus tempus, legatum relinqui aut pure, aut sub conditione, aut in diem, aut ex die, aut sub modo, aut cum caussa, aut per fideicommissum, aut vni, aut pluribus, disiunctim aut coniunctim.

36 ¶ Legatum † purum, dicitur idem quod præsens, quod conditionali opponitur, *l. 1. de cond. & demonstr. P.* Et quoddam tamen & purum & conditionale diuersis respectibus videtur: vt legatum annuum, quod in singulos annos debetur, hoc est, omni anno, *l. legatum, §. viui, de annu. legat. P.* plura enim legata continere videtur, & primi anni erit purum, sequentium conditionale. Videtur enim hanc ineſse conditionem, si viuat: quia mortuo legatario non transit legatum ad heredes, *l. 4. eod.*

¶ Conditio † vel de præterito, vel de præsenti est, & illa non 37
suspendit legatum, neque alium actum cui adiicitur secundum Modestinum, *l. itaque, si cert. pet. P. l. cum in secundo, de iniust. rupt. l. conditio, 100. de verb. obl. l. si iam facta, de cond. & demonst. P.* vel de futuro eaque proprie, & ea vel quandoque impleri potest, possibilis, *in l. 2. eod.* vel nunquam, & hæc impossibilis, *in l. 3. eod.*

¶ † Possibilis dicitur, quæ impleri potest, non impediente na- 38
tura, rerumque successu vel legum prohibitione. Eaq; triplex, potestatiua, casualis, mixta, *l. vnic. §. sin autem aliquid, de cad. tol. l. si. de necess. hered. instit.* Potestatiua, quæ vt exsistat in hominis potestate situm est, *l. suus quoque, §. puto, de hered. inst. P.* Casualis dicetur, quæ extra nostram operam, & aliunde quam ex nobis impleri vel deficere potest, vt conditio, *si vixerit.* Victoria enim à Deo, non ab hominibus. Mixta ex vtraque componitur, vt, *si captiuum filium à Turcis sospitem reduxerit.* Ibi enim diligētia & factum eius, in potestate est hominis, vt fiat vel omittatur: sed sospitem reducere, aliunde quam ab homine pendet.

¶ Potestatiuarum † conditionum rursus, alia in dando, alia in 39
faciendo consistit. In faciendo est duplex, vna quæ ex arbitrio alterius vt impleatur pendet, cuius naturam si sciuerit testator, & cognouerit nonnisi arbitrio alterius demandari posse exsecutioni, nisi impleatur, facit deficere dispositum: contra, si non perspexerit, *l. si. C. de condit. inser. l. in testamento, de condit. instit. P.* Alia dicitur promiscua, quæ & viuo testatore, vel eo mortuo impleri potest, in qua nihil impedit, quominus qui huic conditioni paruerit quocunque tempore, hereditatem datam vel legatum sub hac conditione relictum, consequatur, *l. 2. de cond. & demonstr. P. l. si tam scripta, 11. §. item sciendum, & l. conditio, eo. l. lege si quis, C. de cond. instit.* Qui potestatiua conditione faciendi aliquid capere debet, si is facere paratus sit, sed per alium impediatur tertium, videtur implesse conditionem, & heres est, vel legatum consequitur, *l. multa, & l. si Titius, 14. & l. cum si ea datur, §. si. de cond. & dem. P. l. qui potest, de reg. iur. l. Labeo, de contrah. emt. P.* vt contra, si non fiat, non debetur relictum, *l. 3. de cōd. inser. C.* Quemadmodum quando casu etiam desinit esse res, vel persona in qua aliquid faciendum est, ante impletionem vel factum, *l. legatum. 4. e d.*

¶ Conditiones † quæ in non faciendo consistunt, affines sunt, 40
pro quibus implendis, hoc est, vt consequamur hereditatem, legatum, vel fideicommissum sub hac conditione, *si quid non fiat à nobis*, relictum: oportet Mutianam cautionem præstari, *l. Mutiana cautionis, l. is cui, 18. l. cum tale, 71. in prin. & §. 1. & l. mutia, 76. §. 1. & 2. de cond. & demon. P. l. 3. §. si quis ita. de adim. leg. cum sim.*

¶ Conditiones † in dando consistentes, implendæ quoq; sunt 41
in forma specifica saltem ex parte eius, qui consequi vult relictum ea conditione: etsi incapax sit rei datæ is, cui datur, *l. qui heredi, & l. Maurus, de condit. & dem. l. ei qui ita, 13. de cond. inst.* Et quamuis regulariter necesse sit de iure conditionem impleri, *l. pen. quando res leg. ced.* tamen cum id fieri non potest, sufficit de facto eam impleri, *l. mulier, §. si quis, de cond. inst. P.* Et proinde, inquit Paulus, *3. eod. si ita heres institutus sim, si decem dedero, & accipere nolit, cui dare iussus sum, pro impleta conditio habetur.* Sed & aliquando huius conditionis in dando consistentis non habetur ratio, quando dare grauatur heres vel legatarius supra quantitatem à lege permissam: vt si heres supra dodrātem legatis premiatur, *l. 1. ad l. Falcid. P.* vel in legitima filius, *l. quoniam in prioribus, de inoffic. testam.*

¶ Casualis † conditio, cuius implementum ex caussis quæ ex- 42
tra nos sunt, interdum omnimodo exstitura est, etiam si ignoretur certum tempus: & tunc ea non suspendit dispositionem voluntatis, perinde est ac si pure relictum esset, *l. si pupillus §. si sub dictione, ac nouat. P.* Interdum habet incertitudinem, nū exsistat vel non, & tunc euentus exspectandus est: neque dilatio tollitur, nisi caussa, in qua suspensa est dispositio, sublata fit, *l. si quis, de acq. vel omit. hered. P.*

¶ In mixta † vero conditione, quæ ex facto legatarij & extra- 43
nei, vel alterius pendet, conditio habetur pro impleta, si is cui iuncta est, paratus sit implere, & tamen per factum extranei non impleuerit, *l. si quis in testamento, 11. de condit. inst. P.* contra, si per eum steterit, *l. vxorem, §. heres, de leg. 3.*

¶ Ceterum † obseruandum est, in implemento possibiliū con- 44
ditionum, interdum plures apponi vni relicto, vel copulatiue, vel disiunctiue. Et si copulatiue apponantur necesse est eas omnes impleri, vt locus sit petitioni: si disiunctiue, alteram quam libuerit, *l. si heredi plures, 5. e condit. instituti. §. si plures, & §. si autem disiunctim, de hered. institut. apud Iustinianum, l. si ita quis, & l. si quis, & l. si quis ita, de verborum obligationib. l. cum pupillus, de conditionib. & dem.* Nisi separatim lures testamento diuersis locis insertæ sint conditiones: quia tunc eas oportet omnes impleri, *l. sub diuersis, & l. quod traditum, l. nam ad ea, l. per fideicom. eo. P.* Quod si pluribus impositæ sit vna cōditio, si diuidua est: potest impleri pro portione eius quod quisque cum aliis præstare debet, *l. si plures, C. de cond. inser. l. cum fundus, 55. de condit. & dem.* si indiuidua, non sufficit ab vno impleri, nisi manifesta sit pro ea sententia voluntas testatoris, *l. talis, eo. l. si ita fuerit, de manum. testa.* Sed & si

Digitized by Google

diuidua conditio vni imposita est, non potuit pro parte implere. *l. cum fundus, de cond. & dem.*

45 ¶ Atque †illud singulare notandum, ius implendi conditionē non transire ad heredem illius, qui eam adimplere debebat, nec in heredem eius, in cuius persona impleri oportebat. *l. à testatore, eo. l. vn. §. sin autem sub conditione, de cad. tol. C.* Vt legatum intercidit, si persona ea decesserit, cui legatum est sub conditione, *l. intercidit, 58. de con. & dem.* 2. Quod maxime in conditionib. consistentibus in facto sequendum est. *Quæ*, vt ait Pau. *in l. in facto, 59. eo. varietatem habent, & quasi tripartitam recipiunt diuisionem, vt quid detur, vt quid fiat, vt quid contingat vel retro, ne detur, ne fiat, ne contingat: Ex his dandi faciendique conditiones in personas collocantur, aut ipsorum quibus quid relinquitur, aut aliorum. Tertia species neutrum ponitur, de quarum differentia videl. multum interest, 21. eo.*

46 ¶ Conditiones † impossibiles iure, vitiant institutionem filij & dispositum, si eas senatus vel lex improbet, aut si contra bonos mores, si derisoriæ, *l. filius qui in potestate, 15. de cond. insert. P.* In aliis autem quam filiis habētur ac si appositæ non essent: hoc est, perinde hereditas vel relictum capietur, ac si conditio heredi tati vel legato apposita non fuisset, *l. 1. §. fi. de in quæ pœn. nom. relinq. C. l. 1. & l. conditiones contra, 14. de condit. instit. l. turpia, de reg. l. Quinque modis limitat hanc regulam Guil. Bened. ad ver. relinquit, nu. 16. 17. & vide de impossibilitate eum ibi n. 11. 12. 13. 14. 15.* Idipsum dicendum in impossibilibus ipso facto conditionibus, *in l. 3. de cond. & demon. P. d. l. 11. mulier, l. si quis instituerit de cond. instit. §. impossibilis, de her. instit. apud Iustin.*

47 ¶ Item † de conditione non faciendi, si ea sit contra honestatem vel vtilitatem reipublicæ, quæ etiam remittitur: vt si legetur mulieri, si non nupserit. Ex quæ nuptiæ in perpetuum inhibitæ videntur virgini, & si vidua, perpetua viduitas imposita nā tunc sublata vt reprobata conditione, legatum debetur. *Titio centum, 70. §. Titio centum, in 2. leg. cum talis, 71. §. Mœviæ, de cond. & demon. l. 2. C. de indic. vid. toll.* Quod hodie correctum est in vidua, *Auth. cui relictum, eo.* Et olim quoque licuit liberorum causa, quandiu impuberes essent, legatum matribus ea conditione relinquere, ne nuberent: nec dabatur legatum, si nuberent, *l. sed si hoc, 61. §. fi. de con. & demonstr.* Probata tamen est contraria conditio, *si Titio nubat*, vt non nisi nubat, legatum petere posset: quia per hanc conditionem inuitatur ad matrimonium, *l. cum ita legatum, 62. & d. §. Titio centum, 2. eo. tit.*

48 ¶ In † diem relinquitur legatum, vel certum, transmissibile est ad heredes legatarij, quia certum est deberi, contra si in diem incertum, *hæc tractat l. 1. §. 1. & 2. de con. & demonst. Nota tamen distinctionem, l. cum qui rogatus, 15. de annu. lega. P.* In diem certum erit legatum in exemplo, *lego vsque ad pubertatem, l. mela. 14. de adim. legat. P.* Obserua tamen quæ traduntur & distinguuntur per gl. & Interp. in l. obligationum fere, 43. de actio. P. exemplum etiam vide in l. ambiguitatem, 12. de vsufr. & hab. C. li. 3. tit. 33. De vtroque & in diem certum, & incertum facto legato vsusfructus.

49 ¶ Ex † die relinquitur legatum, vt, *à Paschate lego vsque ad Pentecosten.* Ad legatum ad diem referri possunt ea, quæ differūt dationem legati ad certam diem vel incertam: vt, *lego decem cum ad legitimum statum peruenerit.* Ibi enim non conditio est, sed dilatio petitionis. Et ideo die legati cedente, mortuo legatario transmittitur legatum ad heredes, *l. ex hu verbis, 5. & l. 3. C. quan. dies legat. vel fid. ced. li. 6. C. tit. 52. l. si post diem, 5. eo. li. 36. P. tit. 2.* Ex die videntur deberi & legata, quæ in annos singulos relinquuntur, quorum petitio singulis annis cedit ab initio, non autem à tempore primi anni, *l. cum in annos, 10. l. nec refert, 11. l. nec sem. l, 12. quā. dies legat. vel fid. ced. P.* Et tamen annus incœptus habebitur pro completo, quod pertinet ad ius transmissionis legati eius anni, quo legatarius defecit, *l. à vobis, §. de annu. & men. leg. li. 33. P. tit. 1.* Sicuti Vlpianus tradit duo perpulcra & notabilia, quotidianaque exempla, his verbis, *l. 2. eo. In annos singulos heres damnatus sinere me fundo vti frui: si initio anni quo colere deberem moram feceris, licet postea patiatur, quia cultura sum exclusus, tamen totius anni nomine mihi tenebitur. Quemadmodum si diurnas operas Stychi dare damnatus, non à mane, sed à sexta diei hora det, totius diei nomine tenebitur.*

50 ¶ Quæ verba † postrema, de die lucis intelligenda sunt, qui constat 12. horis, vt Dominus dixit ad discipulos, *nonne 12. sunt horæ diei? D. Iohen. Euang. 11. c.* media pars diei artificialis, qui cōstat 24 horis, duabus dimidiatis noctibus, & luce media: incipiendo in hoc artificiali die, ab hora prima nocturna, *l. more Romano, 8. ad filiū, li. 2. P. tit. 12.* cum lucis dies incipiat naturalis ab ortu solis apparente, seu ab aurora, quæ in æquinoctio est hora vt plerūque sexta, demtis singularibus regionum distinctionibus ab hoc circulo æquali distantibus. Et proinde in lege 2. §. 1. de verbor. signi. P. Sic Paulus intelligendus, *Cuiusque diei*, inquit, *maior pars est horarum septem primarum diei, non supremarum.* id est, maior pars lucis diei est à sexta hora matutina vsque ad primam pomeridianam, *d. l. C. de his quæ sub mo. leg. vel fid. relinq. li. 6. C. tit. 45. l. in suæ ciuili, 122. de reg. iur. P. ca. si post. §. si qua, quan. dies leg. ced. P. l. 1. C. de inst. ref. sub cond. fact.* & ita septem horarum: non computatis supremis, quæ ante horam sextam sunt matutinam: videlicet à computatione facienda huius diei, omissis horis quæ à 12. noctis progrediuntur ad sextam matutinam, & ita supremæ sūt, id est, anteriores. Duodecim autem horis lucis in duas partes diuisis, ponendo sextam matutinam, pro prima, & sextam vespertinam pro duodecima, erit ip 7. hora, quæ est prima pomeridiana, maior diei pars lapsa. Sed hæc obiter; alibi de tempore latius dictum est à nobis in 6. Syntaxeōn artis mirabilis, *& lib. pralu. opt. Iurisc. li. 4. ca. 2.*

51 ¶ Sub † modo relinquuntur quoque legata, estque modus instar conditionis, sed non tam adstringit quantum conditio, & effectum sortitur sine implemento modi. sæpe legatum, si per grauatum non stet, quo minus modum impleat. *dict. l. 2. de his quæ sub mo. & c. cum sim.* Exemplum est, si legans Sempronio cētum sunt, vt Titiæ nubat, *l. quodcunque, §. non solum. de verb. obl. P. l. qui prumsit, de cond. indeb. gl. 2. in d. l. de his quæ sub mo. C. gl. 2. in l. 1. de con. & demonst. gl. 2. in fi. de fal. cau. adiec. lega. C.* &c. Distingue facile modos à conditionibus, per voculas *si, &* cæt. quæ vt plurimum conditionem inducunt, *in proximis etiam locis & l. demonstratio falsa, 17. §. fi. de cond. & demon.* & voculam vt; quæ facit modum. Quemadmodum facit causam dictio, *quia, d. l. de his quæ sub mo. & ibi Interp.* Sed maxime exitus & effectus distinguit, *l. liberos, §. Titius, de annu. leg. l. cum in testamento, ad fideicom. libert. l. si tibi, de leg. 3.* Modus in summa est, quando certum quiddam requiritur faciendum ab eo, cui per legatum vel fideicommissum relinquitur. Et ita à conditione distat, quia sub modo legatum statim peti potest, data cautione de faciendo quod postulatur: cum tamen dies conditionalis non cedat legato, nisi conditione existente.

52 ¶ Causa adiecta legatis vel fideicommissis interdum vera, aliquando falsa. De vera, dubium non est, quin sub ea factum legatum valeat, veluti in remunerationem. Sed de falsa distinguitur, num illa sit impulsiua, quam Græci vocant προτρεπτικὴν vel finalis impulsiua, quæ animum testatoris commouet ad legandum, non vitiat legatum vel fideicommissum, siue ante cedat, siue sequatur: veluti si quis dixerit, *Titio, quia me ab ente negotia mea curauit, Stychum do lego*: vel ita, *Titio, quia patrocinio eius capitali crimine liberatus sum, Stychum do lego.* Licet enim neque negotia testatoris vnquam gesserit Titius, neque patrocinio eius liberatus sit, legatum tamen valet, *§. longe magis, de leg. demonstratio falsa, 37 §. 1. l. cum talis, §. falsum, de cond. & demonst. l. 2. C. de fal. cau. adi. lega.* nisi probari possit testatorem aliud voluisse, vel per errorem id protulisse, *c. eo.*

53 ¶ Et ita † æquiparantur falsa causa, & falsa demonstratio, quæ etiam non vitiat legatum vel fideicommissum, si de corpore cōstet & voluntate defuncti. *§. huic proximi est, de lega. d. l. demonstratio falsa, 17. §. l. 1. & l. falsa, 33. de cond. & demonst.* Sufficit enim habere finem, ad quem verba dirigantur, *c. intelligentia, de verb. signi. apud Gregor. l. si vno anno, oct. P.* Et demonstratio est, sermo designans voluntatem loquentis, quam si consequamur, erratum nō vitiat dispositum, non minus quam si dum constat de corpore, erratum sit in nomine vel cognomine rei legatæ, *l. si fortasse, ann. 7. C. de lega. §. si quis in nomine, eo. tit. ap. d Iustin. l. si in nomine, C. de testam.* Quanquam in errore nominis appellatiui cōtrarium statuatur, *l. 4. de legat. 1.* Sic demonstratio plerunque vicem nominis habet, siue demonstratio fiat vel per officium, vel artificium, vel per necessitudinem, vel affinitatem, *l. nominatim, 34. de cond. & demonst. P.* Vnde inter conditionem & demonstrationem hoc interest, quod demonstratio plerumque rem factam ostendit, conditio futuram, *d. l. nominatim.* Quare recte inspicienda in hoc quæstione sunt verba testatoris, & stricte explicanda, secundum typum demonstratum, ex quo incerti demonstratio accipit effectum: veluti si testator leget, *Quodcunque dotis nomine peruenisset, peruenturumve esset*, qui petit, numeratæ pecuniæ probationem exhibere debet, *l. 3. de fal. cau. C.* Et Diocletianus & Maximianus in quotidiano themate rescripserunt, *l. final. eo.* Refert maxime an dotem tibi reddi maritus, an quæ instrumento dotali conscripta sunt legati, seu precario verbis statuit: quippe cum superiore quidem casu, datum probanti repeti tantum, posteriore vero (nihil nocente falsa demonstratione) quod significatum est instrumento postulari possit.

54 ¶ Ceterum, † causa falsa finalis adiecta legato, quæ in modi conditionis inseritur, vitiat legatum vel fideicommissum. *§. longe magis, de legat. d. l. cum tale, §. falsam causam, & dict. l. demonstratio falsa, §. quod autem, de condition. & demonstration.* veluti hoc modo, *Titio, si negotia mea curauerit fundum do lego.* Quia nisi conditio hæc impleatur, legatum deficit, *l. 2. de his quæ sub mod. Cod. l. qui heredi, 44. §. fina. de condition. & demonstrationib. P. cum similibus.* Et cessante causa finali, cessat effectus, *ca. cum cessante, de appellationibus, l. generaliter, 40. C. de episcopis & cler. l. 2. §. fin. de donation. P.*

55 ¶ Inter † formulas legandi appositū quoq; videtur fideicōmissum particulare, quando testator dicebat, *grano vel rogo heredem meū, vel fideicommitto dare Titio centū, vel domū, aut fundum, has form. ponit Guil. Bened. ad ca. Raynutius, ad ver. si absq; liberis, 2. in fideic. subst. num. 143.* Quæ formula videtur similis speciali legati, quę olim fiebat per damnationē, de qua antea dictū. Proinde cū omnes species antiquę legandi reductæ fuerint ad vnam substā-

tiam

tiam,§.*sed olim, le leg.* & sublata sit verborum solemnitas,ista formula & substantia eius, quæ fideicommissum habebat ab herede singularium rerum relictarum,æquata est legatis per omnia à Iustiniano,§.*sed non vsque,eo.l.*2.C.*com.de leg.* Iussu cuius Pandectarum volumina composita sunt, cum auctoritate addendi, minuendi,& corrigendi Iurisprudentum responsa, *l.*1. & 2.*de vet.iure enucle.*Quo factum est,vt consarcinatores Pandectarum in l.1.de legat.1. absolute dixerint ex mente Iustiniani & Constitutionum eius,per omnia exæquata esse legata fideicommissis,scilicet illis particularibus,quæ antiquitus fiebant per dãnationem.Ita perinde hodie est dicere,*lego vel fideicommitto.*Et res quæ legari possunt,possunt ita fideicommitti, & ab iis qui legare possunt:& quibus legari,& fideicommissum hoc relinqui.Eademque lata interpretatio voluntatis, quæ fit in fideicommissis,& facienda est in legatis sine differentia, *a.*§.*sed non vsque. Sic sublata differentia.& equata,l.in testamentis,ae reg.iur.*P. *cum l. nummus,de lega.*3.*contra Aleia .in l.*2.§.*si quis ita,de verb.obligat.* Et legata quæ olim infirma & inutilia dicebantur, ad similitudinẽ fideicommissorum robur acceperunt,§.*post mortem,&* §. *praterea,de lega.* Ita hodie,sicuti à legatario fideicommitti poterat, legari quoque ab eodem,vt ab herede licet. §.1.*in p.iuncta gl. de sing.reb.per fideic.rel.*l.1.§.*fi.com.de lega.* C.

56 ¶Ceterum,† communio & exæquatio legatorum & fideicõmissorum,est fideicommissorum singularium, non vniuersaliũ, à quibus legata discedunt in pluribus,1. heres cogi potest à fideicommissario vniuersali adire hereditatem & restituere, *l, quia poterat,& l.cogi,ad Trebel.*P.*cum simil.* non autem à legatario vel fideicommissario particulari,*allegat Barto. l.si quis omissa, si quis omis.can.testa.& facit l.nam quod.*§.*fi.ad Trebel.*2. In legato vel fideicommisso particulari, dominium recta via à testatore in legatarium transit,*l.à Titio,de iure.P.longe l.fi.*C.*de leg. vt tollas .l.Imperator,de lega.*2. In fideicommisso vniuersali, minime: quia requiritur aditio & restitutio,*l.restituta,ad Trebel.*3. Valet fideicommissum vniuersale,licet hereditas non sit soluendo,*l.si heres,ab eod.*P.non etiam legatum vel fideicommissum particulare,*l.si vniuersæ,*C.*ae legat.*1.1 §.*si is qui quadringenta,ad Trebellia.* 4. De fideicommisso vniuersali detrahitur Trebellianica, de particulari vel legato minime, vt paulo ante in Trebellianica docuimus.

57 ¶ 5. Quod † l.cum auus,de cond.& demonstr.P. & similes,*l. generaliter.*§.*cum autem,de instit.sub cond.fac.*C. *l.cum acutissimi, C. de fideicom.*quæ dicunt grauatum de fideicommisso restituendo, non restituere si liberos susceperit,locum tantum habent in vniuersali non in particulari,*Soc.in d.l.cum auus, de cond. & dem.* 17.*col.* nisi substitutio facta fuisset filij in re particulari tantum, & in ea fuisset grauatus, quo casu eius soboles excluderet substitutum,*d.l.generaliter,*§.*fi.*non aliter,*Guil.Bened.aa c.Raynutius, ad Ver.si absque liberis,in l.num.*15.6.In Trebellianicam fructus nõ imputantur percepti liberis primi gradus,*l.iubemus,Cod.ad Trebel.*imputantur tamen in Falcidiam,*l.quod de bonis,*§.1.*ad l. Falc.* P.Sunt & aliæ differentiæ,à Bartolo,Iaco.de Nigris,& aliis interpretibus ad l.1.de leg.1.coniectæ, quarum plures tamen vel falsæ sunt,vel omnino ab aliis expugnatæ.aut sub dubio: & idcirco qui eas voluerit videre, illos consulat.

58 ¶Fuit † & legandi & fideicommittendi olim scrupulosa obseruatio,vt nonnisi post institutionem vtiliter legaretur,*Vlp.in tit.*1.& 24.*Iul.Paul.li.*3.*Sentent.ca.*6.nempe quod tunc legata nõnisi ex institutione vim acciperent, *l.quod p.r manus,*10. *ae iure codicill.*& fundamentum esset testamenti institutio,*in l.*1.*de here. instit.P.*Sed hoc sublatum postea & ante & post fieri posse declaratum est,neque ordinem scribendi institutionem & legata obseruandum vsque adeo,vt inde legata aut fideicommissa periclitarentur,§.*aut heredis,de lega.l.antiquitates,*24. C.*de testa.* si modo constaret de voluntate testatoris, quam contemni propter verborum inuersum ordinem non expedit,vt ante Iustinianum annotauit Papinianus,*l.cum pater,*44.§.*fidei tuæ,de lega.*

59 2. ¶Est †& formula alia legandi pluribus vnam rem,vel coniũctim,vel diuisim seu disiunctim §.*si eadẽ res,de legat.*In qua quæstione tractatur de coniunctione triplici, re,verbis, & vtroque modo facta,& de iure accrescendi,de quo suo loco,Deo fauente, postea dicemus.

60 ¶ Cum † autem plures res vni cum optione vel electione legantur,& aliæ formulæ obseruandæ, de quibus,& cuius sit electio,legatarij an heredis,vide §.si generaliter,§.optionis,de lega.l.Lucio,de legat.2.l.plane,34.§.pen.de legat.1.Et toto tit.de optio.& elect.leg.li.33. P.tit.5.

Quibus legari possit,& de effectu,actionibus, & rationibus legatorum.

Cap. 33.

1 *Legatarius debet capax esse factionis passiuæ testamenti, tempore mortis testatoris.*

2 *Heredis capacitas tribus temporibus considerandis.*

3 *Legari quibus omnino non licet,& quibus non nisi ad certam summam,&* §*eq.*

5 *Posthumis non licuit testamento relinquere, hodie contra.*

6 *Mulier quæ,& quando ex legatis capere non potuit.*

7 *Incertæ personæ an legatum fieri possit.*

8 *Legari heredi non potest,nec legatarius & heres quis dici simul potest.*

9 *Legatum alicuius rei, num sit metiendum à tempore testamenti, an à tempore mortis testatoris:vt adiuncta postea legata res censeantur legata.*

10 *Legatorum effectus vt peti possint,& quando:& quando trãsmittuntur.&* 11.

12 *Legata non petuntur regulariter, nisi adita hereditate.*

13 *Legata ab herede peti & præstari debent,non propria auctoritate capi.*

14 *Legatariis quæ actiones pro petitione legatorum competant, &* nu.16.

15 *Legatarius quando satisfiare teneatur heres,& quando non.*

17 *Heres non satisfaciens voluntati testatoris,quando priuabatur hereditate.*

18 *Pœnæ nomine legatis adiecta.*

19 *Legata pluribus ex causis deficiunt,nec debentur.&* seq.

21 *Translatio legati quot modis fiat.*

22 *Testator quare mutare possit libere suam dispositionem.*

23 *Voluntas testatoris indaganda, & sequenda.*

24 *Legatum ad vsum vsum, an in alium transferri à republ. etiam possit.*

25 *Opera antiqua sarcienda prius, quam noua incipienda.*

26 *Legatum quanae peti nequit ex causa personæ testatoris,ex persona heredis,& ex persona legatarij.&* nu.27.& 28.

29 *Indignus quando legato efficiatur legatarius etiam post mortem testatoris.*

30 *Repudiatio legati antequam deferatur,non officit,quin cum debeatur peti possit.*

31 *Legatorum præstandorum rationes.*

ILlis †solis legari potest,quibus est testamenti factio passiua.§. 1
*legari,ae legat.Vlpia.in tit.*24.*tit.*id est, qui saltem ex testamento relicta capere possint, vel sibi vel iis quibus subiiciuntur, quærendo,*l.filius familias,*16.*ae testa.*P.§.*testamenti factio, de hered. qual.& differ.* Quæ capacitas exigitur in puro legato, tempore mortis testatoris,quo tempore si legatarius incapax sit,quamuis postea capax fiat,excluditur à legato,per regulam seu legẽ Catonianam,*Paul.in l.*2.*de reg. Cato.li.*34,*P.tit.*7. In conditionali enim tempus inspicimus, quo impletur conditio, si capacitas adsit,*Pap.in l.*3.*& Vlp.l.*4.*eod.*

¶ Qua † in re legatarius vel fideicommissarius particularis 2
differunt ab herede extraneo,in cuius capacitate exigimus, vt capax sit tribus temporibus,testamenti, mortis testatoris, & additionis, *l.si alienum seruum,* 49. §. *in extraneis , de her. qual.& diff.*

¶Quibusdam †omnino legari prohibitum,aliis tantũ ad certam vsque quantitatem permissum. Proscriptis legari non poterat,vetante lege Cornelia,quæ proscriptum iuuare prohibet, vt notat Cicero 3.*in Verrem,&* 2.*de Finib.* Martianus tamen tãtum seruos pœnæ eximit à iure capiendi,si in metallum dãnati sunt,*l.quidam sunt serui pœnæ,*17.*de pœn.* P.*cum simil.sibi à gl.not.*nisi si quid alimentorum causa legetur, *l.si in metallum , ae his quæ pro non scrip.hab.*P.*l.legatum de cap.diminut.l.in metallum,de iur.fisc.* Quemadmodum responsum est ex æquitate canonica de adulterinis & incestuosis filiis & spuriis, quibus alimentorum & eleemosynæ tantum gratia legari permissum,*ca.cum haberet, de eo qui duxit matrim.quam prius pollue.per adulter.*cum aliunde à iure ciuili ab omni facultate percipiendi quicquam à parentibus excludantur,§.*vlt.quibus mod.s natur.effic.sui,in Nouell. Authent. ex complexu,de incest.nupt.C.*Non legatur etiam deportatis,*l.1.de here.instit.*collegiis illicitis,& nisi probatis,*l.collegium,* 8. *eodem l.1.quod cuiusque vniuers.nomen.*P. *l.cum senatus, de rebus dubiis,*P. *cum simil.in d.l.collegium nota.*

¶Non †ecclesiæ olim donec Constantinus Cæsar permisit,*l.* 4
1.*C.de sacrosan.eccle.ca.futurum,*12.*q.*1.non Manichæis , *l. Manichæos,*4.§.*quos bono.de heret.*C. Iudæorum collegio, *l.* 1.*de Iud.C.* Iudicatum & aliquando à Senatu,in causa Genutii legatarii qui se castrauerat, se castrantem indignum esse ex testamento aliquid capiendi,consulente Senatum Æmylio Lepido Consule, *Val.Max. li.*7.*c.*7.

¶Non †licuit testatori quoque antiquitus,posthumo alieno, 5
qui non erat futurus suus,quicquã legare,§.*posthumo, le leg.* propter turpitudinis suspitionem,*l.si quis,*9.*de hered.instit.P.*& quia cum eo nõ erat testamenti factio, quod nondum erat ciuis,nec homo quidem:ideo nec semper olim institui poterat,§.1.*de bon. possess.apud Iustinian.l.posthumus,de inoffic. testam.l.*1.§.*si filius, & l. extraneus,de ven.in possess.mitt.* Sed hæc prohibitio abrogata est, & institutio & legatum posthumi extranei etiam probata,*d.* §. *posthumo.* Cessantibus & improbatis rationibus prohibitionis,

Digitized by Google

cū plures honestæ causſæ esse possint sine turpitudine, propter quas quis possit alienum posthumo recte instituere, vt amicitia, affinitas, necessitudo parentum, & benemerita, ob quæ dantur hereditates, *l. nec adiecit, pro soc. P.* Et quod (vt alia ratio contraria tollatur) visum fuerit verius prudentibus antiquis, vt qui in vtero est, quantum ad suum commodum pertinet, pro nato habeatur, *l. qui in vtero, de stat. hom. P.*

6 ¶ Prohibitum †& olim lege Voconia, mulieri vltra quadrantem bonorum testamento relinquere, *Dio. Cass. lib. 46. Gell. lib. 16. c. 5. Cic. 2. de finib. & 3. in Verrem, Quintil. lib. 9. c. 2. Flo. lib. abbrevia. Liuij* 41. Erat & mulier, quæ ad secūdas transibat nuptias intra annum luctus, omnium hereditatum, legatorum fideicommissorum, suprema voluntate relictorum, expers, *l. 1. de sec. nupt. C.*

7 ¶ Incertæ †etiam personæ legatum fieri non potest, si omnino incertitudo non possit certa fieri, *l. Paulus respondit, l. 5. de reb. dubiis, l. qui plures, 18. de vsu & vsufr. leg.* si enim vel demonstratione sequente, seu euentu, vt *lego ei qui filiam suam filio meo collocauerit*, verificari possit, incerta persona non omnino dicetur, *§. incertus, in l. de leg.* Vt quando sententia incerta refertur ad ea, quæ illam certam facere possunt, certa est, *l. 1. & 2. de sentent. quæ sine cer. quan. prof. C.* Et sic valebunt legata facta in ludum, vel certamen literarum, vt ei præmium detur, qui dicendo vel eruditione viceritsic enim victoria persona certa fit. Vt Tholosæ in Floralibus ludis Calendis Maij fieri testamento statuit quædā matrona nomine Clementia: eam ob rem ditissimis legatis relictis ciuitati, vnde præmium suppeditarent Capitolini. Legatum & illud incertæ personæ receptum, quæ certa fieri potest. hac cōditione, *si quis mihi restitutionem impetrauerit.* Et quod pauperibus generaliter relinquitur, *l. quidam re legati, 6. de pœn. P.* Quia hęc incertitudo electione haberi potest, certos eligendo pauperes, secundum legum ea de re statuentium certitudinem, *l. ita quos pauperibus, & l. si quis ad declinandam, de ep. sc. & cler.* Sic Iustinianus in alio exemplo, *§. sub certa, de leg. 3. §. hoc amplius & l. si seruus legatus §. huius, de legat. 2. i. quidam, de relig. domi. Sub certa*, inquit, *demonstratione, id est, ex certis personis incertæ personæ recte legabatur: veluti ex cognatis meis qui nunc sunt, si quis vxorem filiam meam duxerit, & heres meus illam remiserit.* Sed & locis pijs & ecclesiæ, sine determinatione alicuius, quod relinquitur valet, vt determinādum arbitrio episcopi, *Aegid. Magister, tractat. des amortissemens, Card. in Clem. quia contingit, de relig. domi. Bart. in l. legatum, de vsufr. leg. P.*

8 ¶ Seruo †heredis etiam pure inutiliter legati, sub conditione autem recte constitutum, *§. an seruos, de leg.* quia is domino legatum acquirit, *l. non minus, 31. de hered. instit.* Et domino heredi legari non potuit, quia nemini à seipso recte legatur, *l. & quidem, 18. & l. legatum, 116. §. 1. de leg. 1.* cum nemo tumpsius debitor dici possit, *l. quæsitum, 91. eod. l. debitori, 7. Co. de pact.* Nec simul potest quispiam esse legatarius, & heres, *vide Boer. ad §. 6. 10. col. de testam. in cons. Biturig.*

9 ¶ Vide †& decisionem Capellæ Tholosanæ 190. de legato facto filiolis, quomodo intelligantur tantum illi, qui tempore testamenti erant, non postea nati. Idipsum de legato facto rerum, quæ Tholosæ erant testatori. Et de legato facto laboragij, quod habebat in aliquo testator: num post testamentum quæsita ibi proxima, & quæ sunt mortis tempore contineantur.

10 ¶ Effectus †legatorum probatorum est, vt relicta iure peti possint, videlicet eo modo, quo dari posse legibus placuit, tempore debito, & à quibus oportet. Tempus idoneum præstationi vel solutioni legatorum est, cum dies præstandi cessit & venit. Pure quidem legata & in diem certum, debentur à morte testatoris: exceptis quibusdam casibus, *l. 2. quan. dies leg. ced. l. vnica, §. cum igitur, & §. in nouissimo. de cad. toll. l. à Titio, de furt. P.* Conditionalia autem, vel in diem incertum relicta, cedunt existente die vel conditione, *l. legatarius, 38. §. si legatum, de leg. 1. de his etiam superiori c. dictum, cum de conditione, causſa, modo ageremus.* Cedere diē dicimus, quando res promissa incipit deberi: venire diem, quando dies venit, quo pecunia peti possit, *l. cedere diem, 213. de verb. sign. vbi hæc explicantur in textu.*

11 ¶ Transmittuntur †autem legata per mortem legatarij in eius successores, à die qua debentur, quamuis peti non possent tunc, *d. l. vn. §. cum igitur, & §. in nouissimo, de cad. toll. C. l. 3. & fin. C. quan. dies lega. ced. li. 6. C. tit. 50.* exceptis legatis personalibus, *l. 2. & 3. eod. P. li. 36. tit. 2.* quia personalia non mutant personas, quibus conceduntur, *l. quia tale, solut. matrem.* Alia contra. Quia semper legata peti non possunt, etsi debeantur. veluti ante aditā hereditatem. Nam post aditam tute petuntur, transitque dominium in legatarios, *Iulia. in l. si tibi homo, 88. §. si tibi seruus, de leg. 1. vbi gl. singularis, quæ explicat & conciliat iura quæ dicunt à die mortis transire legatorum dominium, cum illis, quæ dicunt à die hereditatis aditæ transire. Quando dominium transeat recta via in legatarium, & quando non, docebit abunde Guil. Bened. in c. Raynutius, ad ver. si absque liberis. 2. in fideic. & legatorū tractatione, nu. 150. de testam.* Quod si ante diem quo debetur, fiat caducum legatum, ad substitutum, coniunctum, vel heredem cum suo onere perueniet, *d. l. vni. §. in fi. de cad. toll.*

12 ¶ Regulariter, † si hereditas non adeatur, vel nisi pro adita habeatur, peti legata nequeunt, *l. eam quam, C. de fideic.* Aditione enim videtur heres contrahere cum defuncto, & se obligare solutioni relictorum, *§. heres quoque. de obl. ex quæ ex qua. cont. nas. l. 3. §. si. & l. 4. ex quib. caus. in possess. eat. l. 42. P. tit. 3.*

13 ¶ Et †ita ab herede peti oportet, & præstari legata: quia legatum, est donatio ab herede præstanda, *§. legatum, de lega. l. legatum, de leg. 2.* Nec propria auctoritate capi à legatario potest, paucis exceptis, *de quibus vide Bened. ad c. Raynutius. ad ver. si absque liberis, 2. de fideicom. nu. 145. 146.* Et si de facto is acceperit, cogitur captum heredi restituere per interdictum quorum legatorum: nisi ex voluntate heredis accipiat, *l. 1. quor. legat. P.* Nemo enim iudex in causſa propria sibi dicere debet, *l. qui iurisdictioni, de iurisd. omn. iud. C. 11. ne quis in sua prop. cau. iudic. C. 2.* Sicut rem suā amittit, qui propria auctoritate ab alio possidente repetit, *l. ex statu, quod met. caus. P. l. 1. C. de iudic. 3. pen. ad l. Iul. de vi pri. l. si quis in tantum, C. vnde vi, & eum qui, de prab. in 6.* sic vt violentus possessor, legatum debitum, *l. non dubium, C. de legat. 3.* Non licet accipere propria auctoritate legatum, quia alioquin posset valde præiudicari heredi, circa detractionem Falcidiæ: minuit enim legata Falcidia, *l. 2. & 3. & l. in tempora, ad l. Fal. C. l. in quantitate, §. fi. e. P.* Atque ic ipsum reliquit Gordianus, *l. error facit, C. eo.* heredem restituentem integrum legatum sine detractione Falcidiæ, non posse postea repetere ad contributionem complendam.

14 ¶ Satis †superque etiam legatariis prouisum est, vt legatum si petant, consequantur legitimis actionibus, vt opus non sit eos ad arma prosilire, *l. equissimum, de iudic. P.* personali ex testamēto, hypothecaria, rei vindicatione, *l. 1. C. com. de lega. §. nostra autē, de leg.* Quod explicat, & quando non competant, abunde Guil. Bened. in ver. si absque liberis, 2. in fideicommissis, n. 139. 155. 154. Adita namque hereditate agit legatarius personali ex testamēto directa, contra heredem *a. §. nostra autem.* Quod si nolit adire, & hereditatis bona à nullo possideantur, petere potest ic mitti auctoritate iudicis in bonorū possessionem remedio prætoris, *in l. qui. ex can. in poss. eat.* aut dari bonis curatorē. Et si differat adire, & interim bona legata ab aliis possideantur, ea petere potest à possessoribus hypothecaria, *d. l. com. de leg. C.* Et si in fraudē legatariorum nolit adire, siue id fiat dolo, vt alius, vel vt ipse succedat ab intestato, datur legatario actio vtilis, vel in factū ex edicto, *l. Iancinus, & ibi glo. C. de sacrosanctis eccles.*

15 ¶ Rursum †si heres adepta hereditate vel bonorum possessione per prætorem, recusat soluere legata, eo quod illa sint, vel in diem, vel sub conditione, quæ nondum exstiterit, legatarius & fideicommissarius & eorum successores, de dando legato impleta conditione vel die aduenīente, dolumque malum futurū, petūt sibi satisdari ab herede cuiuscūque qualitatis sit, vel quantumcunque facultatum, *l. 1. vt leg. vel fidei. nom. caut. lib. 36. P. tit. 3.* excepto fisco, *d. l. 1. §. si fiscum*, qui semper præsumitur fore soluendo. *l. 1. de fin. aota. P. l. 3. §. idem sciendum, si cui plus quam per l. Falc. P.*

Remittitur & satisdatio rebus publicis, accepta tantū repromissione, *l. si quando, 6. §. si. vt leg. nom. caue. P.* Item si testator remiserit heredi satisdationem, *l. haec, 12. eo. l. 2. 4. & l. pen. C. vt in poss. legat.* vel heres statim docere se paratum dicat, nihil deberi, *l. 3. vt in possess. leg. vel fideic. iur. caution. &c. li. 36. P. tit. 4.* vel legatum esse inutile aut nullum, *l. hac stipulatione, 14. §. idem, vt legatum.* In puris quoque legatis satisdatione opus nō est, nisi mora solutioni nectat heres, *l. etiā, 12. eo. tit. P.* Nam tunc summarie & de plano legatario vel fideicommissario satisdari iudex statuit, *l. 1. vt in poss. lega. &c. C.* Vt contra in legato sub conditione de nō faciendo, legatarius vel fideicōmissarius heredi cautionem Mutianam dant, *l. Mutianæ cautiones, de cond. & dem. P. cum simil.*

16 ¶ Quod si heres cautionem recusat legatario vel fideicōmissario, poterunt iterum petere à iudice se mitti in possessionem bonorum, causa rei seruandæ, tanquam pignoris iudicialis non dominij iure, ad cogendum ea detentione heredem ad satisfaciendum, *l. 3. & l. qui legati, 5. vt in poss. lega. C.* Olim Pandectarū iure, ob contumaciā satisdationis, missio fiebat in possessionem omniū bonorum hereditariorum, *l. 1. & l. in cui, §. seq. eo. P.* cū interdicto, *Ne vis fiat ei qui in possessionem missus est, quominus ea vtatur prætoris possideret forma decreta, l. 1. §. sed sine non vis fiat, si qui in poss. miss. est, ff. 43. P. tit. 4.* Et Alexander Cæsar, in puniēda cōtumacia non satisdantis heredis, voluit primum mitti legatarium vel fideicommissarium in possessionem bonorum hereditariorum: & si adhuc post sex menses fideicommisso vel legato satisfactum non esset, missionem fieri statuit in proprias res heredis, *in l. cetera est, 6. C. vt in possess. leg.* Quod postea Iustinianus temperauit, & pro quantitate legati vel fideicommissi in bona hereditaria fieri tantum voluit, *in nouell. de exhib. reis.*

17 ¶ Sed †& alia reddidit remedia, vt si intra annum monitus satisfacere voluntati defuncti heres non obtemperasset, priuatur hereditate, *Auth. hoc amplius, C. de fideicom. Auth. sed cum testator, ad l. Falcid.* Iure pontificio, ab episcopo interdicitur hereditas cum fructibus, *ca. si heres, 6. de testam.* In Gallia, nec post annum cadit hereditate, sed sententiæ vel cogitur parere, vel hereditati cedere, *& quæ sit in hac re praxis, docebit Bened. in repet. cap. Raynutius, in ver. si absque liberis, 2. in fideicom. tract. nu. 194.* aliisque ordi-

Digitized by Google

ordinariis remediis coercetur contumacia.

18 ¶ Neque † egemus illa formula antiqua legandi, qua pœnæ nomine legatis aliquid addebatur, implendæ voluntatis testatoris causa. Quia hodie sine pœnæ adiectione, satis roboris habent legata, & remedia sunt paratissima ad cogendum heredem vt impleat, §. *vlt. de legat. 1. ac hu quæ pœn. nomine.* Veruntamen iure pontificio & nunc receptum est, pœnam imponi posse heredibus, vt si contra determinatum legatum veniant, contenti sint portionibus ab intestato eis venientibus, *in c. Raynaldus, & ibi vers. adijciens, de testam.* nisi legatum & conditio turpia essent, *l. vt repræsentanda, c. inj. & ibi Bart. & cons. fac. quendam, de cond. inst.* Quæ intelligenda sunt, si modo legata sint legitima & vtilia, & ex mente testatoris relicta, non reuocata, neque exstincta. ¶ Nam † pluribus modis deficiunt legata facta: pauca indico, 16
1. Vel quia destituuntur fundamento, videlicet non adita hereditate. *c. si ita homo, §. cum seruus, de legat. 1. vn. C. quor. legat. l. si veritas, & l. eam quo, C. de Iudæis.* de quo vide Nic. Boerium, q. 41. nu. 2. 3. & 8. vbi excipiuntur legata pia, quæ ante aditam hereditatem seruari & peti possunt, *Imol. in c. Iohannes, & c. cum tibi, de test. a. Pan. in cl. Ambitiosæ eod. Decius. Capel. Tholos. 89.* Item 2. deficit legatum, quia res legata in hereditate non inuenitur, *l. si ita legatum sit, 67. l. si homo, 73. l. si quis legauerit, 75. de leg. 1. cum simil.* vt diximus. 3. Si res interiit penitus, vel de nouo aliud in locum destructi legati subrogatum sit, nisi de contraria voluntate testatoris appareat, *l. si ita legatam, §. Tabernam, de sup. leg. P. l. qui res, §. aream, de solu. l. si hortum, §. aream, de l. 2. 4.* Si testator rem suam legatam voluntarie alienauit, *§. si rem suam, & §. si quis aream. de legat. 1. Sychem, 6. de legat. mensis, in fi. rem l. gatam, 18. de adim. lega. P.*

20 ¶ Hic † tamen & mens testatoris excutienda est, *l. fideicommissa, 11. § si rem suam, de legat. 3.* expressa vel tacita, num voluerit adimere legatum: vt puta, si vni totam rem legauerit, alteri vero postea partem eius, pars ex legato priori ademta videtur, *l. cum quæstio, 23 C. de lega.* Item si quæ filiæ legauit pater, viuus in dotem postea dedit, non debetur legatum, *§. filiæ legatorum, 11. C. eo.* Vel si quod legauerat, alteri reparatim leget, si appareat euidentissime ademtionem factam: alioquin in vtrisque admittuntur ad eadem partem legatarij, *l. si partibus, 33. de leg. 1.*

21 ¶ In † ademtione expressa & declarata per testatorem, dubium non est legatum non posse peti, *l. 3. § si Titio fundum pure, & §. cum Titio, & pluribus adim leg. li. 34. P. tit. 4.* Idem in translatione, nam sicuti adimi per testatorem legatum potest, sic & transferri, *l. sicut adimi, l. 5. eod. §. 1. de adim. leg.* Transferri autem quatuor modis legatum Paulus docet, *in l. tria sunt, 6. cum 3. seq. de adim. P.* aut enim à persona legatarij, in personam aliam transfertur, quamuis secunda sit incapax legati, *l. & si transferam, 20. eod. l. plane, de leg. 1.* aut ab eo qui dare iussus est, transfertur, vt alius detur: aut cũ res alia pro re datur, vt pro fundo decem aurei, aut quod pure datum est, transfertur sub conditione. Quod tamen legatur alij sub conditione, quod alij pure legatum erat, non plane facit translationem à primo, sed ita demum, si conditio extiterit, *l. quod si, de adi. legat.*

22 ¶ Neque † quicquam prohibet priorem scripturam à posteriore corrigi, commutari, reciudi, *l. nihil probibet. eod.* cum non obligetur sua dispositione legatarius testator, nec cogi possit stare voluntati primæ, data facultate ei mutandi & tollendi, quæ sibi placuerit antea, *l. cum hic status, §. at oratio, de don. int. Vir. & vxor. l. 4. de adim. lega. P.* etiam si ipse sibi legem posuerit, ne reuocetur quod disposuerit, *l. diui, §. licet, de iure codic. l. si quis, in princ. 22. de leg. 3.* Semper enim mutabile permanet ex arbitrio domini testamentum & translatio, vsque ad mortem, qua firmatur ambulatoria voluntas, *c. cum Martha, de celeb. miss.* Et † proinde in omnibus legatorum ademtionibus, siue expressis siue tacitis, in quibus plures nascuntur quæstiones, semper sequenda est voluntas testatoris, & per aperta, & per coniecturas: vt exempla prostant in l. si fuerit, de rebus dub. P. l. Titiæ textores, de legat. 1. l. 3. §. si quis duobus, adimen. lega. P. Et in dubio, vna ademta vel excepta re incerta ex pluribus, illud sequẽdum est, quod melius est, vt heres minimum grauetur, *l. si ita scriptam, & l. apud Iulianum, §. Seio, de legat. 1.* Et ita in tacita ademtione ad præsumtionem voluntatis ex eo, quod fit à testatore, concluditur, in l. legatum, 14. §. fi. & l. seq. de adimen. leg. P.

24 ¶ Translatio † legatorum & fideicommissorum à testatore tantum fit, non ab herede, vel aliis. Et proinde vnum pro alio dari non potest legatario inuito. nec alio modo per heredem, quam à testatore statutum sit. Neque legatum ad opus Reipub. certũ, in aliud opus à Reipub. administratoribus transferri vel cõmutari potest, *l. 1. & l. legatum, 5. de admin. rer. ad ciui. part. li. 50. P. tit. 8. l. 1. de spectac. li. 11. C.* Et ita iudicatum est, in legato facto in nouum opus Theatri, à quodam, in opus Reipubl. Trebianorum quod Trebiani postulabant à Tyberio Cæsare, vt ad viæ munitionem transferatur: quod negauit fieri posse Senatus & Cæsar, *Sueton. in Tyberio, ca. 31.* Notabis tamen exceptiones istius elle axiomatis, si auctoritate principis fiat commutatio, si pecunia relicta ad opus illud non sufficiat: si opus in quo legatum destinatum est, non admittatur à Republ. vt si pecunia relinquatur, vt ex reditu eius spectacula vel venatio fiant. Et tunc in opus aliquod aliud vtile & necessarium, commutatio legati fiet: conseruata semper memoria liberalitatis defuncti, inscriptione operi eius nomine facta, *l. l. legatum, l. legatum ciuitati, 16. de vsu & vsufr. leg. P.* Scæuola tamen admonet, *l. quidam reipubl. 17. eod. & l. liberto, 21. §. Lucius, de annu. leg.* vt si Reipubl. legata prædia sunt, vt de eorum reditu quotannis ludi edantur, cum adiectione, *Quæ legata peto, precationes, & rogo, ne in aliam speciem, aut in alios vsus conuertere velitis.* Si ludi sint permissi, vt Tholosæ florales, & cessauerit Respub. in illis edendis, fructus Prædiorum temporis intermissi, ad heredes pertinere testatoris, nec à Republica in alia conuerti posse opera. Sicque forma pollicitationi ludorum licitorum edendorum constituta, seruanda est, *l. Septitia, 10. de polli c. P.* Quæ tamen vera possunt esse, quando prohibita est à testatore translatio: alioquin mumme. Ceterum arbitrarer, & exstante prohibitione: has easdem expensas certam num & ludorum, vrgente opere publico, quod necessitatem habet accelerationis, vt si muri reficiendi sint, sine metu restitutionis posse conuerti per aliquot annos in opus illud, quo peracta restituantur certamina. Et hæc Diocletiani Cæsaris sancta, & ita intelligenda videtur constitutio, in l. 1. de expens. ludo. li. 11. C.

¶ Idipsum † obseruandum censeo in aliis legatis in opus nouum publicum factis vt prius ex his antiqua vtilia opera publica sarciantur, quam noua inc.piantur, *l. si de oper. pub.* non obstãtibus quibuscunque conditionibus, vel pactis traditioni legati impositis. Quæ ita demum rata sunt, si vtilitatis publicæ interest, vt si damnosa sint obseruari non debeant, vt ait Papyrius, *l. Imperatores 13. de pollicitat. P.* cum vtilitas publica præferenda sit priuatæ, *l. vtilitas de primip. li. 12. C. l. actione, §. Lab. pro soc. P. l. vn. §. si de eod. tol. C.* 25

¶ Subinde † peti non potest legatum, consideratis personis legantis, heredis & legatarij. Legantis, si non potuit testari, si perperam testatus est, & voluntas improbetur, vt ex superioribus colligi potest. Et quidam referunt ad personam testatoris, factum, si aduenit, si translulit à legatario, si legatum vendidit &c. 26

¶ Ex † parte heredis non debentur, si non adit, *in l. si nemo, de regul. iur. & paulo ante diximus.* si is qui præstare debebat, ante testatorem decessit, *l. Ce sus pater, 29. de leg. 2. l. Titia vsf. 95. de cond. & demon. P.* si tacitam fi em contra leges accommodauerit, *l. heres qui, 11. de vs quib. vt ind g. P.* & sic de similibus. 27

¶ Ex † parte legatarii, non debentur: veluti, si is ante diem vel conditionem legati exsistentem decesserit, quod supra explicauimus: vel si viuo testatore moriatur, *l. si Augusta, 9. de leg. 2. l. vn. §. ea etenim, de cad. toll. C. l. si §. de iis quib. vt ind g. P.* vel non impleuerit mandatum testatoris cum præcepto factum, vt nisi faceret, legatum amitteret, *l. fi. in fin. C. de fideic. l. vni. §. fin. de vs quæ pœn. nom. C.* si capitales legatario cum testatore inimicitiæ intercesserint, nec reconciliatio secuta fuerit, ademtum quoq; censetur legatum & exceptione petens legatarius reiicitur, *l. 3. §. final. & l. 4. de adim. legat. P. l. si inimicitiæ, 9. de vs quib. vt indig. P.* Quod in legatis singulare, & in fideicommissis particularibus: cum inimicitiæ capitales cum herede testamentum non vitiẽt, sicut legatum, l. *ex parte, 22. de adimen. lega.* In ea causa est, qui accusat testatorem de crimine capitali, vt ei videatur capitaliter inimicus & legato priuatus censeatur, *l. pen, §. Seia testamento, de adim. leg. P.* sed & si palam & aperte testatori maledixerit, & infaustas voces aduersus eum iactauerit, idem erit dicendum. Si quoque ei controuersiam status mouerit, denegatur eius quod testamento acceperit persecutio, ex qua specie statim fisco defertur, vt respondit Vlpianus *l. si inimicitiæ, 9. de vs qui. vt indig. P.* vel illicitæ mercis negotiatorem testatorem detulerit post eius mortem, *l. 1. eod.* 28

¶ Ex † capite enim indignitatis priuetur beneficio accepto. Sicut & is hereditate, qui cum vxore defuncti concubuit ab eo instituitus. *gl. fi. in d. l. 1. eo. & gl. in l. sororem. ad ver. indignam, C. eod.* Hic locus est ab ingratitudine, de qua alibi commodius. Priuatur & legato, qui testamentum celauit, postea hoc in lucem emerserit, *l. si legatarius, 25. C. de lega.* Item qui principale testamẽtum de falso accusauit, nec obtinuit, priuatur ab omni eius cõmodo, *l. post legatum, §. si pater, & §. qui principale, de vs quibus vt indign. P.* Vt & iudex, qui de falso male pronuntiauit, *d. l. post legatum, §. quidam, & præsidem.* 29

¶ Item † si repudiauit vt oportet legatum. *l. legatum seruo, 7. l. legatarius, 28. §. si legatum, l. seruum fili, 46. §. si quis in rem, de leg. 1. l. Titia, 35. §. Lucius, l. si mihi & Titio, 57. l. si mihi pure, 61. de legat. 2. l. ex repudiatione, 26. C. de fideicom. cum sim. l.* videlicet postquam cœpit deberi: alioquin repudiatio antea facta non officit, quin qui præcociter repudiauit, possit petere, iuxta l. si ita scriptum, 46. §. si sub conditione, de leg. 2. Sed & qui sibi legatum scripsi, illud non potest, vetante lege Cornel. a de falsis consequi, *l. 1. & fi. de iis quæ pro non script. hab. P.* Omitto casus alios his affines, qui si non occurrant, aut si prædicti non impediant petitionem legati, illud effectum sortietur, secundum mentem decentium. 30

¶ Et † rationes, quæ fauent implemento voluntatis vltimæ, fauent legatis, quia & legatum dicitur liberalitas ex testamento 31

Digitized by Google

procedens, *l. penult. si cui plusquam per l. Falc.* P. §. *legatum, de lega.* Et per legata fit distributio & renuntiatio beneficiorum secundum gradus: vt iis, qui plus de nobis bene meruerunt, plus relinquatur, aliis minus. Et quemadmodum ob benemerita hereditates extraneis solent deferri, *l. nec adiecit, pro. soc.* sic & pro modulo affectionis, sanguinis, & propinquitatis, legata ab iisdem solent relinqui, *l. Titius, 25. vbi Iaſ. num. 9. de lib. & poſth. & in l. cetera, §. ſi quis, num. 9. & l. ſi domus, §. ſi fundus, nu. 22. & l. qui ſi liabus, num. 16. de leg. 1.* Iustum quoque est, heredem qui fidem adeundo dedit de implenda voluntate testatoris, & ex quasi contractu cum defuncto aditione initio habetur, *§. heres quoque, de obl. g. quæ ex q. a. c nt. l. apud Iulianum, §. fin. & l. ſeq. ex quibus eau. in poſſeſſ. eat.* ad soluendam cogi, *§. 1. de oblig. §. 1. de act. l. obligationum ſubſtantia, de actio. P. l. 1. §. ſi conueniat, depoſ. cum ſimil.* Sed hæc sufficiant de legatis præstandis integris. Videamus nunc de exceptione, per quam legata tantum diminuta præstantur de lege Falcidia.

De lege Falcidia, seu de diminutione legatorum.

Cap. 34.

Lib. 2. Institut. tit. 22. lib. 35. P. tit. 2. lib. 6. C. tit. 49. Nouel. 1.

1 *Hereditatis in vncias diuisio.*
2 *Testatorum legandi vti vellent lege duodecim tabularum data potestas, restricta legibus. Voconia. Furia, Falcidia.*
3 *Falcidia lex de minuenda legandi potestate, quando, & à quo lata, & quid sit, ex quibus accipiatur, & contra quos, numero 4. 7. & 8.*
5 *Legitima aliquando dicta Falcidia, & eius cum Falcidia differentia.*
6 *Trebellianica & Falcidia quarta conuenientia, & differentia.*
9 *Falcidia quando, & ex quibus non detrahitur, & num prohiberi possit à testatore, nu. 10.*
11 *Legitima non minuitur illis legatis, quibus minuitur Falcidia.*
12 *Falcidiam quæ non patiuntur, cum sint oneri heredi aut legatarijs.*
13 *Inuentarium non faciens heres, num amittat Falcidiam.*
14 *Falcidia ab herede, non per legatarium, detrahitur.*
15 *Falcidia quomodo detrahenda.*
16 *In Falcidiam quando sibi debitum à testatore heres imputat.*
17 *Funeru impensa quæ deducatur in computatione Falcidiæ.*
18 *Æris alieni loco quæ in ratione Falcidiæ habentur.*
19 *In Falcidiam quæ imputat sibi heres.*
20 *Falcidiæ computandæ & ineundæ forma & praxis.*
21 *Fructus hereditatis qui veniant in computationem Falcidiæ.*
22 *Heredes retentiones imputant in Falcidiam.*
23 *Falcidia quando detrahenda, & ex quibus rebus.*
24 *Æstimatio est facienda ex rei veritate, non conuentione partium.*
25 *Æstimatio annuæ pensionis & alimentorum quomodo fiat à iure.*
26 *Falcidia quando detrahitur ab herede, eius finis, effectus, & rationes, nu. 27. 28. & 29.*

1 HEreditas cuiuscunque valoris †sit, totum vnum veluti corpus, quod assis nomine continetur, *l. asse toto, 77. de hered. inſt.* P. *l. ſocietatem, pro ſoc. Varro 4. de ling. Lat.* in duodecim vt plerunque diuiditur partes, quas vncias dicimus. Singulæ autem vnciæ habent propria nomina ab vncia vsque ad assem, *§. hereditas plerumque, de hered. inſtit. apud Iuſtinianum, l. ſeruum meum, 50. §. ſi. eo.* P. vncia, minima pars: sextans, duæ vnciæ, seu duæ partes totius: quadrans, tres vnciæ, quæ faciunt quartam partem totius: triens, quatuor vnciæ, quia ter quatuor faciunt duodecim: quincunx, quinque vnciæ: semis, id est semias, sex vnciæ: septũx, septem vnciæ: bes, octo vnciæ: dodrans, nouem vnciæ: deunx, vndecim as, 12. Varro in 4. vnciam ab vno dixit. At Iulius Pollux, li. 8. vocabulum Siculum ἑγκίαν, ὅσῳ δύνατα χαλκῶν ἕνα. Potest tamen ex arbitrio totam diuidere hereditatem in plures vncias seu partes testator, & ex vno asse facere dupondium, id est, 24. partes, & plures aut pauciores: & tot vnciæ assem facient, quot testator voluerit, *d. §. hereditas. l. interdum, 13. l. Sabinus, 18. eod.* P. *§. videamus, eod. apud Iuſtin. l. coheredi. 41. de vulg. Paul. lib. 3. Sentent. titul. 4.*

2 ¶ Has † partes olim ex permissione 12. tabul. testator ex voluntate legabat, propter verba illius, *vti quisque legaſſet, ſuæ rei ita ius eſto.* Et licebat totum patrimonium, vel pene totum legatis exhaurire, *l. verbum 12. tab. de verb. ſignif. §. 1. de lege Falcid. apud Theoph. & Iuſtinian.* Postea autem placuit hanc legandi licentiam coarctare. Et lata quidem post hæc lex Furia, qua cauebatur, ne cui vltra mille aureos legare liceret: & si plus legaretur, quadruplum eius quod plus quis accepisset, redderetur, *Theoph. in d. §. 1. Vlp. in tit. 1. & 18.* Sed quia hæc non prospiciebat heredibus, alia lata est Voconia, quia cautum, inquit Theophilus, ne legatarius plus haberet quam heres. Erat illius legis hoc caput & aliud, ne quis census, id est, in censum relatus, virginem neve mulierem supra quadrantem bonorum suorum heredem instituere: à Q. Voconio Tribuno plebis, anno 583. ab vrbe condita, lata, *De hac lege meminit Dio Caſſ. li. 56. Gell. li. 17. Liuius li. 41. Cic. 3. Verrina.*

¶ Huic †tamen, cum ei facile fraus fieret, alia addita est Falcidia, quæ totum defuncti patrimonium in duodecim vncias diuisit, & vetuit, ne cui vltra dodrantem, id est, nouem vncias totorum bonorum legare liceret, siue sit vnus heres institutus, siue plures. Vt quadrans, id est, quarta pars bonorum seu tres vnciæ, apud heredem heredesve manerent, *l. 1. ad legem Falcid.* P. *§. 1. eo. apud Iuſtinianum.* Scribit Dio Cassius cautum fuisse, vt heres quartam partem bonorum sibi relictorum, si oneratus sit legatis, accipiat, *Dio Caſſius li. 48. hiſtoriar.* Lata hæc lex à P. Falcidio Tribuno plebis tempore Augusti adhuc Triumuiri, *Appian. Dio in Auguſto, ca. quandam, 2. diſtinct.* Et hac lege factum est, vt tantum ex legato solum debeatur, quantum deducto quadrante supereſt, vt ait l. quotics, 67. ad leg. Falc. in P. 3

¶† Et si nihil supereſt, exstinguatur, l. Plautius 49. §. fi. eod. tit. Falcidia est quarta pars bonorum defuncti, quæ deducitur & completur ex legatis, quibus onerata est supra dodrantem hereditas. 4

¶† Quæ definitio ex his quæ dicenda sunt, apparebit. Falcidię nomen interdum comprehendit legitimam quartam, quæ debetur filiis, & ita valde improprie, *vt in auth. vnde ſi parens, C. de inoff. teſta. & ibi gl.* Interdum & Trebellianicam, *vt in l. Titia. ad leg. Falc. P. l. ſi vt allegas, C. eod. tit. cum ſimilib.* quia Falcidia prorogata fuit ad fideicommissa, ex quibus quarta exemplo Falcidiæ, longe post tempora introductionis eiusdem Falcidiæ, retineretur, *l. 5. ſed quia heredes, de fideicommiſſ. hered.* Interdum proprie, pro quarta quæ ex legatis deducitur, de qua hic acturi sumus. Conuenit cum vtrisque ratione alicuius similitudinis, sed diuersa prorsus ab ipsis in pluribus: vixque consentit cum legitima, *Fernan. ad l. in quartam, in 2. artic. 2 capitis, num. 4. docet 12. circumſtantiis differre legitimam ab aliis quab. quarta.* in alio, quam in quantitate: & in ea quoque interdum dissidet, cum secundum numerum liberorum variet, nec quarta sit perpetuo, *auth. nouiſſima, de inoff. teſt.* 5

¶† At cum Trebellianica conuenit in pluribus, quod vtraque sit quarta bonorum hereditatis, *l. 1. ad Treb. P. §. ſed quia ſtipulationes, de fideicom. hered. l. 1. §. ſecundo capite, & l. in quartam, ad leg. Falcid.* P. vtrique finis similis, ne sine herede decedat testator, *d. §. ſed quia heredes, & §. 1. ad legem Falc.* Vtraque per heredem heredis detrahitur, non detracta ab herede, *l. quanquam, ad leg. Falc. C.* Et contra voluntatem testatoris olim, *l. Titia, & l. quod bonæ, eod. P.* non hodie, *authen. ſed cum teſtator, eod. C.* vt latius dicemus Deo volente postea. Differunt tamen in pluribus. Quia diuersi sunt nominis, *l. ſi idem, Cod. de codic.* Falcidia, ex legatis, *l. 1. ad leg. Falc. P. vide Iaſon. ad rubr. ad Senatuſc. Trebell. P. nume. 6. 12.* Trebellianica, ex fideicommissis vniuersalibus capiatur, *§. ſed quia ſtipulationes, de fideicomm. hered.* Et in aliis pluribus, quæ constare possunt ex collatione vtriusque, & ex his quæ de vtraque seorsum tractantur. 6

¶† Accipitur Falcidia de legatis & fideicommissis particularibus tantum, pro modo seu rata eorum, *§. ſed quia heredes, eo. 1. §. & cum quæſtum, de lege Falc. l. 2. C. ad legem Falcidiam, l. ſi quis teſtamento, 82. de leg. 1.* ex vsufructu legato, *l. ſi vſusfructus ab initio, 5. de vſufr. li. 7. P. tit. 1. l. 1. §. non ſolum, & §. ſi vſusfructus, l. ſi & vſusfructus, 80. ad l. Fal.* ex iuribus & nominibus, *l. 1. §. non ſolum, eod.* ex legato vtiliter creditori, & ratione commodi, *d. l. 1. §. ſi quis creditori, l. 2. item quæritur, de dote præleg.* ex eo quod emi vendi ve iussu est. *l. in ratione 30. §. vendere, ad l. Falc.* ex indiuidui æstimatione, *l. lege Falcidia, 7. eo. P. l. in imponenda, §. 1. eo.* C. ex pretio statuarum, *l. lineam margaritarum, 26. in princ. eo. P.* ex linea margaritarum, *d. l. lineam, §. fi.* ex relictis ad alimenta, *l. diui Verus, 88. l. hereditatem, eo. P.* Et vt in summa dicam omnia legata quamuis pro operibus publicis conficiendis, statuisque ponendis data sint, ad contributionem dodrantis, pro rata suæ cuiusque quantitatis reuocantur, *l. in imponenda, 6. §. 1. eo. C.*

¶ 7. Et aduersus omnes datur pro modo legatorum, *l. 2. C. eod.* & in legatis principi factis, *l. & in legatis. C. eod.* Ad municipum quoque legata, vel etiam ad ea, quæ Deo olim relinquebantur, lex Falcidia pertinebat, *l. 1. §. ad municipum, eod.* P. & ad prælegata coheredum, *l. à coheredibus, 17. eo. C. l. Nezennius, eod.* P. ad mortis caussa donationem, *l. ſi mortis cauſſa, 5. eo. C. l. 2. de donat. cauſſ. mort.* & mortis caussa capionem, *l. pen. C. ad leg. Falc. l. cum pater, §. 1. l. alienus, & l. ſi heres cui, eo. P. vide tamen Bar. hoc diſpu. in l. 1. §. item ſi ita, nu. 1. & 3. ad leg. Falc.* P. *& l. qui pretio nu. 3. de donat. cauſſ. mor.* ad ea quæ morte confirmantur: vt & detrahitur ex donationibus inter virum & vxorem, si morte confirmantur, *l. in donationibus, 12. C. eo. l. ex verbis, & l. donationes, 1. de dona. int. vir. & vxor. C.* contra, si statim vbi factæ sunt, valeant, *l. ſi vſusfructus, §. 1. ad leg.* 8

Digitized by Google

leg. Falcid. P. *Quæ autem sint illæ donationes quæ statim coniugi factæ valeant, docet l. 1 qu. d. mutuata gloss. de don. int. vir. & uxor.* C. Item & ab his, quæ ab intestato restitui debent, *l. filius familias*, 18. *ad l. Falc.* P. *c. Raynaldus, & c. Raynutius, de test.* ex pensionibus annuis, quando dies soluendi legatum venit, non ante, *lex Falcidia*, 47. *ad l. Falcid.* P. Interim autem viuente pensionario, quantum æstimari poterit res onerata pensione, pro incunda ratione, docebit te l. cum Titio, 55. ad l. Falc. P.

9 ¶ † Sunt tamen casus, in quibus non detrahitur Falcidia: vt iure Codicis cessat in testamento militis militantis, *l. in testamento*, 7. *C. ad l. in testamento, ad mil. testam.* C. *vide Iason. in l. captatoriæ, nu. 1. eo. tit.* non etiamsi non sit militans, puta quia veteranus, *l. si post, & l. ad veteranos, ad leg. Falc.* P. Laborant Interpretes in ratione istius decisionis notanda, *refert Fernand. in l. præsit. l. in quartam, num. 9. eod. tit. vide Bar. in §. final. num. 4. de hered. & Falc. in auth.*

10 ¶ † Sed ego inutilem recuso laborem aliorum recensere. Dehinc non detrahitur Falcidia iure nouissimo, si prohibuerit testator, *l. auth. ita cum testator, C. ad leg. Falc. §. hinc nobis, & §. si vero expressim, ac heres.* & *Falc. in auth.* quamuis fuerit diuersum iure Pandectarum, *l. quod de bonis, 1. §. frater, ad l. Falc.* P. aut Codic. Iustinianei, *l. pen. C. eo.* Item si æs alienum totum euacuet hereditatem, quemadmodum legata cessant, *l. si vniuersa, Co. ad leg.* ita & Falcidia, *l. successores, 16. C. ad l. Falc. l. in ratione, 1. §. quod vulgo, eod.* P. & Trebellianica, *l. successores, & l. 1. §. si vero, ad Trebel.* Neq; etiam accipietur de prædiis dotalibus, vel de instrumentis seu chartis, seu instrumentis prædiorum dotalium, *l. si prædiorum*, 15. *C. ad l. Falc.*

11 ¶ † De prohibitis alienari, *§. si quando, vt sponsalit. largi. & c. in auth. auth. sed & in ea*, C. *ad l. Falc.* de legatis ad pias causas, *§. si autem heres, de eccles. tit. in nouel. auth. similiter*, C. *ad l. Falc. l. si quis ad declinandam, de epis. & cler.* C. *vide glo. & Bart. ad l. pœnales, §. si Titio, ad l. Falc. numero detrahatur de legatis.* inter quas annumeraretur relictum ad pontem construendum, vel ad ecclesiam ædificandam, *gl. in d. auth. similiter, Bart. ad l. sancimus, 2. nu. 1. de sacros. eccles.* C. quamuis hæ detractiones non minuant quartam iure naturæ debitam, id est, legitimam *gl. in d. auth. similiter, per l. quoniã in prioribus. C. de inoff. test.*

12 ¶ † Et notabile hic est non ideo onerari alia legata, vt patiantur detractionem eius quod detraheretur à legatis, quæ nõ patiuntur Falcidiam: sed periculo esse heredis non detractum, *gl. in d. auth. similiter, arg. l. si à seruo. l. non est dubium, & l. seq. ad l. Falc.* P. *Consentit Bart. in l. ex asse, nu. 1. eo. per l. si post militem, eo.* Contrarium tamen in aliis est, vt si testator prohibeat in vno legato Falcidiam, legatarij, non heres onerentur, *vt ait Bart. ad l. qui quadringenta, per illam legem mil. ad l. Falc.* P.

13 ¶ † Heres quoque qui non fecerit inuentarium rerum hereditariarum, & adierit, tenetur ad solida debita, & legata integra, etiã supra vires hereditatis, nec vtitur beneficio legis Falcidiæ, *l. si. §. sin vero, & §. sin autem, ac in. de lib. C. §. si vero non fecerit, de her. & Falc. in nouell. authen. sed cum testator, §. quo non obseruato, ad l. Falc. C. c. Raynaldus, 18. in fi. de testamen.* Sunt & alij plures casus, in quibus cessat Falcidia, quos inuenies enumeratos facile per gl. in l. testamento, C. ad l. Falc. per gl. in §. hic nobis, de hered. & Falc. gl. in §. si de lege Fal. apud Iustinia. gl. ad c. Raynaldus, ad verba, beneficio. contra voluntatem, de testamentis & in gl. fin. c. fi. eo. tit. Concluduntur casus, illis versibus, à prædictis glossis legibus & iuribus probati, quos memoriæ causã facilioris transcribatur.

Falcidiam cessare facit pars debita natis,
Dos, miles, vetitum, libertas, sponte solutum.
Res vetita vendi, pietas, & chartula, crimen,
At heres si non facit inuentaria subsit.

14 ¶ † Extra casus ergo vetitos, dicemus, ab heredibus oneratis legatis, vel per legata vel fideicommissa exhausta hereditate, capi quartam hanc Falcidiam. Nunquam autem à legatario, etsi fideicommisso grauetur, *l. in singulis, 76. & l. lex Falcidia, 47. §. nunquam, ad l. Fal.* P. Nisi heres partem, quam ex legato eius accipere debebat, illi cedat: quam ex persona heredis, non legatarij iure, capiet, *l. pœnales, §. fi. eod. vide Bart. in §. 1. de herea. & Fal. in auth. nu. 3. & in l. 1. nu. 2. com. de leg.* C. Detrahit ita Falcidiam heres heredis, qui decessit ante solutionem legatorum, *l. quamquam pater tuus, l. 10. ad l. Fal.* C. Et filius qui succedit in locum heredis, à quo tanquam ab indigno hereditatem abstulit, *l. in specie, 3. C. eo. l. 3. §. si. ad Se. Treb.*

15 ¶ † Detractio porro facienda est, secundum iuris ciuilis præscriptas regulas, computatione & ratione inita. Iustinianus modum deducendæ & retinendæ quartæ sic tradit, *§. cum autem, de lege Falc. facit l. 1. hæc verba, si cui plus quam per l. Falc. &* c. P. *Cum autem ratio legis Falcidiæ ponitur, ante deducitur, æs alienum, item funeris impensa, & pretium seruorum manumissorum: tunc demum in reliquo ita ratio habetur, vt ex eo quarta pars apud heredem remaneat: tres vero partes inter legatarios distribuantur, pro rata scilicet portione quod cuique eorum legatum fuerit.* Subiungit postea exempla. Fit primũ deductio non computandorum, postea imputatio, dehinc computatio.

16 ¶ † Cum ære alieno deducendo intelligimus id quod debetur ipsi heredi à defuncto, mortis tempore, *l. in imponenda, 16. ad l. Fal. l. si. §. in computatione, versi. si vero, de iure delib.* C. *l. pater filium, 54. ad l. Falc.* P. quum non dicantur eius bona, præterquam deducto ære alieno, *l. subsignatum, §. bona, de verb. sig.* Nisi testator statuerit, vt in quartam Falcidiæ heres sibi debitum imputaret, *l. si debitor, ad l. Falc.* P. *l. Lucius, §. maritus, ad Trebel.* Quod intelligendum putant iure veteri, quando ex fructibus fideicommissi quartam sibi compensare posset, non aliter. Quare hic considera quæ dicuntur in gl. l. fin. §. in computatione, versi. si vero, ad verbum confundantur, de iure delib. in quæstione, num huic quartæ, quæ debetur iure institutionis, imponi possit onus, *vide & l. cum pater, 79. §. Titio, ad l. 2.* Quam non prosequor, cum monuerim hoc iure. quo vtimur, & in totum & pro parte Falcidiam tolli posse: & heres possit explorare apud se ante additionem, num sine suo incommodo adire possit, aut velit repudiare hereditatem, & ita iuri suo renuntiare, sui gratia partim inducta Falcidia, *l. potest heres. 71. ad l. Fal.* P. Et cum permissa sit prohibitio testatori, quod in eius fauorem quoque inducta eadem quarta sit, ne sine herede decedat, *§. 1. de lege Falc.* & possit suo fauori renuntiare, *l. si quis in conscribendo, C. de episc. & cler. & C. de pact.* Ergo si prohibitio non sit, ante detrahendum quod extra bonorum quantitatem est: deinde quod ex bonis apud heredem remanere oportet, *l. in quantitate, 73. §. fi. ad l. Falcid.* P.

17 ¶ † Funeris ea ratione impensa, & necessaria in sepulturam, tanquam æs alienum deducentur, non autem in monumentum construendum legatum, supra hanc impensam, sed Falcidiam & hoc legatum patietur, *l. 1. §. de impensa, & l. 2. eo. Constat eratamen l. militis, 5. C. de rei vind. & iunct. fine.*

18 ¶ † Æris alieni loco etiam habentur, & proinde deducuntur ante imputationem Falcidiæ, serui manumissi, & pretia alienorum seruorum, qui iussi sunt manumitti, & statuliberi: quia isti omnes extra familiam & bona defuncti, & hereditatis esse videntur, *l. sed si non seruus, 36. § fin. l. cum serui, 37. l. statuliber, l. æris alieni, 39. ad leg. Falc. P.* Item quicquid explicandarum venditionum causã expenditur, *in l. quantitatis patrimonij, 72. eod.* Res etiam legata, quæ perierit ante rationem initam legis Falcidiæ sine dolo vel cura heredis vel legatarij, *l. 1. §. fin. & l. 2. & 3. si cui plus quam per leg Fal. in* P. *l. Paulus, 34. ad leg. Falc.* P. Nec veniunt in computationem legata inutilia, quæ non valent, *l. in rationes, 30. §. fi. eod.*

19 ¶ † Quæ non imputantur heredi & præcipua apud eum remanent, ea quoque deduci par est, *d. l. in quantitate, 73. §. fin. eod.* Itaque imputat tantum quæ hereditario iure heres habet à testatore, non quod legatorum nomine fideicommissorũve, id est, prælegatorum à coherede acceperit, *l. quod autem, 74. l. in quarta, 90. & l. Nec mnius, ad l. Falcid. P. l. deducta, §. nummus, ad Trebel.* P. nisi ideo legatum ei datum est, vt integra legata vel fideicommissa præstet, *d. l. quod autem.* Nõ imputat quoque quod implendæ conditionis causa, vel à coherede, vel à legatario, vel ab statulibero capit: quia mortis causa capit, non hereditario iure, *d. l. quæ autem, 75. eo.* Quamuis in quartam iure naturæ debitam, hæc & alia, quæ à patre percepta sunt, vel ab alio qui legitimam debet, imputentur, *l. Papinianus, §. si conditioni, de inoff. testa.* Imputatur tamen prælegatum, respectu eius legatarij qui coheredi dat, non aliorum, *l. filio, 93. ad l. Falc.* Non autem imputabit etiam heres in quartam fructus ex re sibi legata perceptos, *l. Paulus respondit, 24. in eo.* Bartolus de imputatione facienda in quadrante Falcidiæ distinguit, *Bart. ad l. in quartam, nu. 3. ad l. Falc.* Aut heres capit ex bonis defuncti extra causam testamenti aut ex ipso testamento. In primo casu rursum, aut propter hoc nominatim datum & expresse, vt sibi imputet in Falcidiam, & imputatur, *l. cum quo, eod.* aut accepit propter aliam causam, & tunc non imputatur, *l. pater filium, in princ. eod.* In secundo casu, dum ex testamento capit distingue: an iure hereditario capiat, aut iure legati, aut prælegati, aut causa conditionis implendæ aut vi modi, aut ex causa pretij ex iussu testatoris. Et in primo casu, imputatur acceptum in Falcidiam, *d. l. in quartam, & l. quod autem.* In secũdo, aut legatur sibi à legatario, & nihil sibi imputat: quia non habet ratione sui iure hereditario, *l. si à me, eod.* sed ratione eius qui dat, *l. Nec Iennius, eod.* Si vero legatur à coherede, tunc aut quæris quoad ipsum heredem, & totum imputatur, *d. l. Nec Iennius. & l. si filio, eod.* aut quoad alios, & tunc aut legata fuit pecunia vel corpus nõ hereditarium, & nihil eius imputatur, quia nihil iure hereditario capitur. Aut fuit prælegata pecunia hereditaria, & tunc aut ipse iussus est sibi retinere & detrahere, & totum computant, *l. cum pater in princ. & d. §. nummus, de leg. 2.* aut coheres fuit sibi iussus dare pecuniam hereditariam, & tunc sibi pro hereditaria parte imputat, *d. l. id autem, & l. in quartam, ad l. Fal.* Si vero corpus hereditarium, tunc aut detrahit Falcidiam ex voluntate defuncti, & imputatur in quartam portionis hereditariæ: aut contra vel præter voluntatem, & tunc computatur tota hereditaria portio, *l. Titia, & d. l. Nec Iennius, eod.* In tertio casu, quod capitur conditionis implendæ, si legatarius possidet ita, quod ab herede conuenitur, imputatur in quartam, quod pertinet ad dantem, non quoad alios, *d. l. Nec Iennius.* Si vero ipse heres possidet & conuenitur, distingue, an fuit datum ab statu-

Digitized by Google

libero, & tunc dic vt in l. id autem, ad leg. Falcid. P. aut ab extraneo, & tunc nullomodo imputatur in Falcidiam, nec quoad dãtem, nec quoad alios, *d. l. ita autem & l. si fundus legatus, eod. l. pen. C. eod.* In quarto casu, quod capitur in vim modi, imputatur in quartam, *l. in ratione, § tamet si, eod. P.* vt & id, quod quinto loco capitur loco pretij, *l. si fundus, & l. si dignum, & l. ad veterani, § 1. eod. P.* Fernandus decem conclusiones ponit, per quas discerni posse docet, quid imputetur, vel non imputetur in quartam Falcidiæ, quas apud illum vide, in 3. capite principali, repetitio. l. in quartam, ad l. Falc. P. in primo articulo.

80 ¶ †Quæ sufficiat indicasse, vt procedamus ad formam deducendi, imputandi, & computandi in detrahenda quarta. Forma itaque erit, primum, vt eligatur arbiter, & coram illo legatarij & fideicommissarij. & quorum interest vocentur. Verba Vlpiani, *l. 1. § cum dicitur si cui plus quam per leg. Falc. lic. li. 35. P. tit. 3.* hęc sunt, *Cum dicitur legem Falcidiam locum habere, arbiter autri solet ad inundam quantitatem bonorum, tamet si vnus aliquod modicum fideicommissum persequatur, quæ computatio præiudicare non debet ceteris, qui ad arbitrium missi non sunt. Solet tamen ab herede etiam ceteris denuntiari fideicommissarijs, vt veniant ad arbitrum, ibique causam suã agant, plerumque etiam creditoribus vt de ære alieno probent.* Ad arbitrum recurritur, quando petunt solidum legatum legatarij vel fideicommissarij, & obicit heres esse locum Falcidiæ: nam ad exceptionem illam elidendam, oportet arbitrum eligi. Et si noluerit expectare qui petit eius sententiam, interim pendente iudicio debent satisdare & cauere per stipulationem, se restituturos quanto amplius, quam per legem tenuerit, acceperint: vt rescripsit Antoninus Cæsar, *l. 2. ae vsur. & fruct. leg. li. 6. C. tit.* 47. & legibus anterioribus responsum erat, *toto ti. potiss. l. 1. si cui plus quam per. &c. P.* Ita vocatis coram iudice seu arbitro iis, quorum interest, omnium instrumentorum & rationum defunct: coram eodem editio fieri debet, vt exploret ea per quę probetur, quantum sit in bonis, *l. pen. § fi. ad l. Falc. P. l. 1. C. de ed. en. l. 2. quem ad. test. aper. l. fi. de bon. auctor. iud. possi. l. P.* Subinde heres contributionem facere debet eorum, quæ imputari possint aut cõnumerari in portionem quartæ, & legatorum comprehensorum testamento patris substituentis filio impuberi, & à filio relictorum, vel aliorum legatorum cum rebus imputandorum, *l. 1. in princ. si cui plus quam per leg. Fal. P. l. 1. § interdum, & l. idem dicitur, & l. in ratione. § quod vulgo, & § quæsitum, & l. qui fundum, § coheres, ad l. Fal.* Sic habita tota massa hereditatis, deducũtur primum deducenda ex bonis computandis, & quæ remanent apud heredem, vt dictum est, *ex § fi. ae l. Falc.*

21 ¶ † Postea videndum, quæ inter bona connumeranda sunt. Habeturque primum generaliter ratio quantitatis patrimonij, quod fuit tempore mortis testatoris, *l. quæstitas, eo. l. in quantitate, 73. & l. in duplicibus, 78. eod. P.* quia ex tempore incipit esse hereditatis, *l. hereditas, 63. de reg. iur. l. nihil aliud, de verb. sig.* & ad id tempus aditio retrotrahitur, *l. omnia, 154. l. omnes, 161. de reg. iur. l. si ex hered. § fi. de sup. seru.* Quare fructus quidem pendentes & accessiones quæ fuerint tempore mortis, computabuntur, *l. in ratione, 9. ad leg. Fal. l. quia pars rei, l. fructus, de rei vind. P.* sed postea nata & percepta, & lucrata ex rebus hereditariis, etiam ante additionem hereditatis lucro heredis solius sunt, nec ideo minus deducet quartam ex legatis, si mortis tempore non habuerit quartam deductis legatis, *l. quod de bonis, 15. § fructus, l. Paulus, 24. l. in ratione, ad l. Fal. d. §. quantitas, eod. l. mulier, § si heres, ad Treb.* Quia in periculo heredis est diminutio: vt si tempore mortis hereditas quartæ & legatis sufficeret, & postea inops fieret, nihilominus solida legata præstare cogatur, etiam si tarde adierit, quod in arbitrio eius esset maturius adire, *d. § quantitas, & l. in ratione, 10. ad l. Fal.* & quando voluerit rationem Falcidiæ inire, *l. legu Falcidiæ, 58. eo. P.* Sed quid de peculij incremento dicendũ, explicat Marcellus in l. cum quo, de peculio, 56. ad leg. Falcid. Excipimus fructus rerum sub conditione vel in diem legatarũ, qui medio tempore & pendente conditione percepti, veniunt in contributionem & computationem *l. sed si non seruus, 36. § fi. & l. in quantitate, 73. § in diem, ad l. Fal. si l. mulier. 22. § fructus, ad Treb. P.* Idem de interusurio legatæ sub conditione summæ, vel in diem dicendum est, *l. circa legem 66. & l. qui quadringenta, 87. § qui ducenta, & d. l. in quantitate, § in diem ad legem Fal. P.*

22 ¶ † Insuper retentiones omnis temporis heredi imputantur & computantur in quartæ rationem, ne minuantur aliorum legata: vt si inutilia sint legata propter incapacitatem legatarij, vel si alio modo apud heredem remaneant, *l. in ratione, l. 11. & l. non est dubium, 50. l. nec interest, 51. l. ex asse, 52. eo.* Si autem portio grauati coheredis superuenerit per ius accrescendi, vel aliter portioni coheredi non grauatæ, & vtendum sit Falcidia, non fiet contributio in ratione ineunda portionis non grauatæ, sed separabitur, *l. 1. § si coheredi, & § si coheredem, eod.* cum distinctione l. 1. § id quod ex substitutione, & l. quod si alterutro, 77. & l. qui fundum, 86. § qui filium suum, ad legem Falcidiam. P. Item cum distinctione, vt si iure potestatis vel dominij portio non grauata accrescit portioni grauatæ, fiat contributio: secus, si e conuerso, *l. si pupillus, 21. § fina. & l. Nezennius, 22. § seruo herede instituto, l. cum quo, 56. § Scythum, ad leg. Fal. P. l. maritum, 25. eod. tit.*

†Postquam autem facta erit computatio, contributio, imputatio, & deductio, detractio facienda est ex rebus ipsis, si diuiduæ sunt: aut si indiuiduæ, ex æstimatione rerum. *Bart. in l. 1. § si vsusfructus, eo.* Omnia tamen legata æstimanda sunt, vt cognoscamus num dodi antem excedant, *d. § si vsusfructus.* etiam non habita ratione æstimationis factæ per testatorem, iure veteri recepto, *l. quod de bonis, 15. § si ad leg. Fal. P. l. si fundum, 83. § si libertus, ae leg. l.* non iure Nouellarum, quo diximus testatorem posse prohibere Falcidiam, *§ si vero expressim, ae her. & Falc. in Nouell. vide & nouell. 48.*

†Alioquin vbicunque detractio facienda est, huius æstimatio pretij rerum ex veritate facienda est, *l. in Falcidia, 44. ad leg Falcid. P.* Sicque in hæc verba respondit Vlpianus, *in l. in lege Falcidia, 62. eod. corpora si quæ sunt in bonis defuncti secundum rei veritatẽ æstimanda erunt, hoc est. secundum præsens pretium, nec quicquam eorũ formali pretio*, id est, à contrahentibus conuento, *æstimandum esse sciendum est.* Paulus prosequitur, *l. pretia rerum, 63. eo. pretia* inquit, *rerum non ex affectu, nec vtilitate singulorum sed communiter funguntur.* Idque exemplis illustrat. *in d. l. pretia.* Pretium iustum, pretiũ commune est, quo habita consideratione loci, vbi res sunt, & temporis quo æstimari debent, res vendi possunt, *d. l. pretia, & l. si. § si. de admiss. tuto. C.* nõ habita ratione æstimationis factæ per iuramentum in litem, *l. cum pater, 60. § fin ad l. Falc. P.* vel pluris, quod quis ex stultitia vel prodigalitate emtoris vel affectione consequi posset, *l. 3. & l. in lege Falcidia, 45. eod.* Relatio autem, vt monui, fit ad tempus mortis testatoris. Hicque arbitrium boni viri, & expertium in censura rerum, adhibendum est: potissimum in his quæ à iure non habuerunt æstimationem.

¶ †Sunt autem quędam à iure æstimata, vt si legatum sit Reipub. in annos singulos, cum de Falcidia quæritur, Marcellus putat. *d. l. in quantitate, & eo. § quantitas eod. ap. Iustin.* tantum videri legatum quantum sufficiat sorti ad vsuras trientes eius summę quæ legata est, colligendas, *l. 3. § fi. eo. P.* Quomodo æstimetur legatum alimentorum ad vitam relictum, inuenies in l. hereditatum, 68. ad l. Falc. P. de quibusdam alibi.

¶ † Ceterum, cum diximus ab heredibus detrahi quartam Falcidiæ, obiter monẽdi sunt iuuenes, cuiuscunque heredis hoc nõ esse beneficium, sed tantummodo heredis cuius hereditas est exhausta, vel supra dodrantem onerata legatis, & pro sua parte, *§ 1. & § cum quæsitum, lege Falc. l. in singulis, eo. P.* non autem legatariorum, *l. lex Falcidia 47. in fi. eo.* Non enim competit finis propter quem inuenta est Falcidia, legatariis: nempe vt essent inuitati, saltem lucro ad additionem heredes: & vt testati decederent, qui eos instituissent, *d. § 1. de lege Falc. Vlp. ti. 24.* Datąq; est hæc ideo facultas à lege heredibus, & itte eius effectus, vt possint quadrantem retinere, & ex sinpulis legatis corrodere pro portione æstimationis, vt illum suppleant, non autem ex vno tantum legato, *l. 2. C. ad l. Falcid. d. l. in quantitate, § vltim. & l. Plautius, eo. P.*

¶ † Rationes autem istius quartę, quantitatis videlicet statutæ, & æquitatis eius plures sunt. Quod autem ad quantitatẽ pertinet, cur nec plus nec minus quam quadrans heredi decernatur, sicuti in aliis iuris taxationibus & quartis, nihil amplius possumus adferre, quam quod iustam hanc esse visum fuerit prudentibus pro mercede heredis. Et æstimatio mercedis communiter confertur in arbitrium boni viri, vt non omnino pro media parte qui industriam confert negotio, mercedem reporter, sed quod illi videbitur, *l. societatem, pro socio, P. § in bonafidei, de actionum similib.* At si quæramus, cur mercedem ex aditione referre debeat heres: æquum id esse suadet, primum vtilitas testatorum, quorum interest habere heredem, *l. & quia, de interro. actio. P.* & reipub. suprema hominum voluntates sortiri effectũ, *l. vel negare, quem. testa. aper. P.* Fieri autem illud non poterat, recusantibus heredibus, ob nullum vel modicum lucrum, adire defunctorum hereditates. *§ 1. de lex. Fal. § 1. de fidei. her. l. in quantitate, 74. ad leg. Fal. P.* Cum nemo cogatur adire vel acceptare hereditatem alterius inuitus, & cum suo incommodo, *l. verba hæc, de cond. insti. P. l. si quis omissa, si quis omi. cau. testa. P. l. in quantitate 74. ad leg. Fal. P.* Secundo iure naturæ æquum est, eum sequi commoda, quem sequuntur incommoda, *l. secundum naturam, de reg. iur. l. vni § pro secundo, de cad. toll.* C & iniquum, vt vnus lucrum sentiat, alter damnum patiatur, *in l. si non fuerint, 29. § si pro soc. P.*

¶ † Onus autem inesse hereditatibus nemo dubitat, etiamsi lucrosæ videantur: vt recte cautum sit, non licere pupillo sine tutore acceptare hereditatem, etsi lucrosa sit, ne, vt ait Iustinianus, ei aliquod damnum aduenial, *§ neque tamen, de auct. tut.* Lucrosa namque etsi sit, tamen damnosa est, propter lites quas cõuenit excipere vel mouere contra creditores debitores, & legatarios testatoris: cum tamen alioquin nostra interesit, litibus non vexari, *l. minoribus de minor. 25. an. P.* Nec factum eius improbat Prætor, qui maluit potius re carere, quam sæpius pro ea litigare, & verecundia eius, qui lites exsecratur, non est vituperanda,

Digitized by Google

peran'a,*l.item si res fuerint,§.fi.de alien.iud.mut. can. fac. lib.4.P. titu.7.*

¶ ††Tertio,quia heres adeundo, soluendo legata, & reliqua 29
loco testatoris exercendo,videtur recte negotia eius, & ex mãdato gerere,*vt in l.3.hæc verba,de procur.*P.& ideo salario aliquo remunerandus est æstimando à lege vel iudice,*l.i.mand.C. l.1.5. in honorarijs,de extraord.cogn.P.*Et labor non debet esse sine mercede *§.ne autem,ac inscrib.in auth.*Quare etiam æquum est,& eius portionem primam detrahi, tanquam mercedem eius, qui totius hereditatis & legatariorum commoda gerit:& sine cuius additione nihil legatarij consequerentur.

Cuius Personæ institutio possit in testamento fieri.

Cap. 35.

Lib.2.Instit.tit.14.lib.28.P.tit.5.lib. 6.C.tit.24.

1 *Heres instituj qui non prohibetur,potest:etiam respub.plures,vnus, ignotus, &c.*
2 *Hereditates delatas qui principes acceptarunt & quas, & qui noluerunt.*
3 *Heredes principes cur olim scribebant priuati Romani, & lex eadem re lata Ælij Pertinacis.*
4 *Pauperes & captiuos in genere instituj heredes possunt.*
5 *Posthumi heredes instituj possunt sui & alieni hodie, non olim, & quare.*
6 *Spurij seu bastardi non possunt heredes instituj à patribus directe vel per fideicom. & sic.*
7 *Matris cuiuscunque nobilitatis sit filij spurij succedunt:sed non incestuosi vel adulterini,&c.*
8 *Filij presbyterorum abominandi,& instituj à patribus directo vel per obliquum non possunt,neque in ecclesia eadem beneficium cum patribus habere.*
9 *Spurius quomodo ab auo,quam à patre, instituj potest.*
10 *Naturalis filius ex testamento patris capere potest: spurius non vtique.*
11 *Fiscus quando capit hereditatem vel legatum, spurio si à patre relinquantur.*
12 *Spurij nepos naturalis & legitimus an instituj ab auo:& quomodo possit.*
13 *Legitimatus spurius quando ex testamento patris instituj potest.*
14 *Vxori illegitimæ,puta ante adulterij cognitæ,testamento hereditas relinqui non potest,sed fiscus capit & relictum.*
15 *Collegia licita tantum heredes instituj possunt:vt ecclesiæ: mendicãtes autem religiosi vt possint.*
16 *Mendicantium vsura,& cumulatio pecuniæ detestata. Et vsuræ omnibus prohibitæ.*
17 *Fœminæ olim non poterant vniuersales heredes instituj.Sublata lex Voconia. eod.*
18 *Deportati instituj heredes non possunt.*
19 *In metallum damnati non instituuntur heredes.*
20 Banniti an heredes instituj possint.
21 Pagani hæretici heredes etiam consanguinei scribi nequeunt.
22 *Heredes instituj possunt non prohiberi,furiosi,muti,&c.*
23 *Heredum differentia triplex,vel sui, & necessarij, vel extranei, & qui.*
Et num vxores inter suos heredes marito. eod.
24 *Extranei heredes qui dicantur.*

1 CVm superioribus ††capitibus,de modo institutionis vniuersalis & singularis dictum sit:postulat ordo,vt persequamur quæ personæ instituj heredes possint. Pro cuius resolutione dicimus,generaliter cuiuscunque personæ institutionem approbari, *arg.c.cum locum,de sponsal.l.qui accusare ac accus. l.1. de his, qui sunt sui vel alie.iur.*P.si speciali non prohibeatur, *l.filius familias,* 16. *de test.*P.*l.neque per se,*10.*de her.instit.§.in extraneis.* si ratione habeat testamenti passiuam: siue is sit proximus, siue extraneus penitus,& incognitus,*l.extraneum,* 9.*&* 11.*de here.inst.*C.*§.fi.eod. apud Iusti.*plures & vnus,*§.& vnum,eo.*ciuitates,vici,municipia, *l.hereditatis,*12.C.*eo.l.omnibus,ad Trebel.*P.*l. si heres, §.vicu, & l.si quis à filio,§.fi.de leg.1.* qui non sunt principibus nostris, hostium nomine, *d.l.omnibus.* Misitheus doctissimus & ditissimus,socer Gordiani Imperatoris factus, decedens remp. Romanam reliquit heredem, vt quicquid eius fuerat vectigalibus accederet, vt ait Iulius Capitolinus,*in Gordi.Iunio.* Item liberi homines, & serui tam alieni quam proprij, & cum libertate expressa, & sine eius expressione,*§.1.de her.instit.l.pen.de necessa.serv. her. l.b.6. C.tit.*27.Tam priuatæ,quam publicæ personæ.

2 ¶ ††Vt & possit princeps heres instituj,videlicet in testamento perfecto,non in imperfecto,*l.3.de test.ad.si quis,6.qui testa. fac. poss.*P.*l.ex imperfecto,de leg.3.§.fi.quib.mod.testa.infir.*quia princeps & Augusta in causa institutionis,priuati, iure communi veniuntur,*l.cum heredes instituuntur,*7.*C.qui testa.fac.poss.l.nolumus,*20.*de testa.*Noluerunt sibi relinqui, neque admiserunt relicta sibi vel necessitudinibus suis,codicillis vel epistolis,Valetinianus,Theodosius & Archadius Cæsares,sed ea reddi voluerunt liberis disponentium vel proximis successoribus priuatis, vsum illarum dispositionum ratum relinquentes:admittentes tamen hereditates,quæ ex testamentis solemnibus vel nuncupatiuis legitime illis relinquerentur,*l.2.eod.li.*4.C.*Theo.tit.*4.Non ita Tyberius, qui omnium hereditates sibi delatas lubens adiuit, quia auaritissimus, *Dio Cass.li.*8. In quo vitij genere tamen superatus est à Caio Caligula,qui edicto statuit,vt qui ante sibi heredem destinasset Tyberium,Caio legaret,*Iaem li.*59. At Flauius Domitianus ab iis, quibus liberi erant, nunquam hereditates accepit,*Sue. in Domitia.cap.*9. Adrianus quoque hereditates ignotorum, & eorum quibus erant filij, vel proximi, repudiauit, *Spartia.in Adria.* Idipsum fecit Antoninus Pius, alio nomine dictus Aurelius, *Iul.Capito. in Anton.Pio.* Octauius nunquam quicquam ex ignoti testamento capere sustinuit, *Sueto. in Octauio,ca.*66.

3 ¶ ††Solebant enim antiquorum quidam heredem Imperatorem instituere,vel ad captandam Imperatoris auram,iactabant, se instituturos: vel illum ea de re instituebant, vt cum quibus lit igarent fortiorem aduersarium pararent,& odiosum hostem. Quamobrem melioribus postea sancitum est temporibus,ne liceret passim Imperatorem scribere heredem: eumq; litis causa instituere nimis inuidiosum visum,nec calumniæ facultatem ex principali maiestate capi oportere, vt respondit Paulus Iurisconsultus,*in l. imperatorem,*91.*de hered.instit.li.*28.*P.tit.*5.Placuit & bona eius, qui se Imperatorem instituturum iactasset, à Fisco occupari non posse,*l.eius bona,*21.*de iudiciis.in P.* Ælius Pertinax legem tulit, vt testamenta priora non prius essent irrita, quam alia perfecta essent:neve ob hoc aliquando fiscus succederet.Ipseque professus est,nullius se auitorum hereditatem,quæ aut adulatione alicuius delata esset,aut lite perplexa, vt legitimi heredes aut necessarij priuarentur. Addiditque Senatusconsulto,*Sanctius est P.Conscriptum Rempub.obtinere,quam ad diuitiarum cumulum,per diuersorum ac deteriorum vestigia peruenire,Iul.Capi.in Pertina. vita.*

4 ¶ ††Instituj etiam possunt heredes captiui ac pauperes in genere,quorum hereditatem adit Episcopus loci illius,vbi locum testator habebat,vel œconomus ecclesiæ:qui distribuunt in redemptionem captiuorum,vel in vsus pauperum. Neque corruit institutio ex ratione incertarum harum personarum,*Nouel.*131. *§.sed & si quis,l.ea quæ pauperibus,*24.*l.multi,*28. *l.etsi quis ad actionarium,*37.*de episc.&cle.*C.*si pater,de testa.in* 6.Quamuis alioquin iure communi, institutio incertæ personæ non admittatur. Possunt & instituj, nati & non nati,id est, posthumi, *rub. de post.hered.instit.in P.&* C.*§.testamenti,de her.quæ.& differ. l.filiusfamilias* 16.*de testam.P.li.placet,*6.*sed est quæstionum,cum simil.de libe.& posthu.li.*28.*P.tit.*2.etsi sint sui, vel adoptati ex iure nouo, *§.1.de bono.possess.§.posthumo,ac lega. apud Iusti.*

5 ¶ ††Nisi quando iure Pandectarum prohibita esset alienorum posthumorum institutio,propter suspicionem turpitudinis, *l.si quis posthumos,*9.*§.sed & si,§.sed & si heres,de lib.& post. P.* Alioquin enim,vt iure antiquissimo, non erat omnis institutio posthumorum alienorum prohibita iure Pandectarum.Nam & in eo Paulus ex sententia Galli admisit, extraneos posse instituj legitimos heredes,*l.pen.de leg. Idem in l.filius* 28. *§.pen. l.posthumum,*27.*& l.si quis posthumos,§.pen.& fi.de lib.& posthu.* (intelligo autem cessante suspicione turpis generationis vel stupri) & ex ea natos quam testator potest æbere in matrimonio.Tanta enim fuit antiquorum Romanorum morum disciplina, vt non tantum à vitio ipso,sed etiam à suspicione ipsius vitij subditorum actus alienos esse vellent:& res sæpe non alia ratione,quã quod mali essent exempli,prohibuerint & punierint, *l.si quis aliquid,*38.*§.qui aborti nis,de pœn.in P. l.*3.*§.sed ex Senatusconsulto, & l.si mulierem,ad l.*Cor.*de sica.P.l.obseruare,de iudic.P. l.exemplo, C.de probat.cum similib.*

6 ¶ ††Et hodie hoc etiam inter Christianos obseruari par est,ne ab Ethnicis,qui Dei veri cultum ignorabãt,in bonis vincamur. Et proinde recte statutum video, heredes non posse relinqui nothos & spurios, incestuosos, adulterinos, & alios illegitimo coitu progenitos,à parentibus,*auth.ex complexu,de incest.nup.§.fi. quib.mod.nat.effic.sui,in authen.*Coll.7.*l.1.&* 2.C.*de nat.li.*5.*C.tit.* 27. qui tanta turpitudine notati adhuc non verentur publice proprio ore instituendo crimen collaudare. Et dictum in prouerbio olim, πόδα ἐν ἀγχιστείαν, vt ait Suidas,*in ver.* id est, *nothos non esse additionem hereditatis.*

7 ¶ ††Et quamuis placuerit in vilibus personis matribus, quibus castitas & animæ salus, ridiculum est filios spurios succedere posse ex testamento, & ab intestato,cum legitimis liberis, quia mater certa sit,*§.nouissime,ad Senat.Orfi.&§.vulgo quæsiti,de succe. cognato.*& iam satis cognita incontinens:tamen plures negant, *Bal,in auth.ex complexu,gl.in l.si quis illustrem,ad ver.cum legitimis,*

Digitized by Google

ad Senat. Orficia. & verissimum puto, id incestuosis, adulterinis, & nefariis esse admittendum. Satis enim qui ex talibus cõiunctionibus orti sunt, Deo exosi sunt, & improbissimæ naturæ dicuntur, degeneres, ignobiles, furentes libidine, & à quibus ira Dei prouocatur, vt scripsit regi Anglorum Bonifacius martyr, *cap. si gens Anglorum, 59. distinct.* peiores euasuri, si cum pernicioso ceteris exemplo succederent genitoribus. Quare etiam Iustinianus, in mulieribus illustribus, ne possent instituere spurios, his verbis Christiana cum ratione statuit, *l. si quæ illustris 5. ad Senat. Orfi. l. 6. C. tit. 56. Sancimus vt neque ex testamento, neque ab intestato, neque ex liberalitate inter vivos habita, iustis liberis existentibus, aliquid penitus ab illustribus matribus ad spurios perueniat. Cum in mulieribus ingenuis & illustribus, quibus castitatis obseruatio præcipuum debitum est, nominari spurios satis iniuriosum, satisque acerbum, & nostris temporibus indignum esse iudicamus.*

8 ¶† Quæ ratio satis superque potest concludere, aduersus eos quos non pudet, cum castitatem vouerint, filios nefarios instituere, vel rogare alios instituendos: vt eis hereditatem relinquãt: & quod nefandissimum est & abominabile, in eadem ecclesia sibi successores in beneficiis deligunt, vel beneficiis coemtis in exedris cum dedecore cleri constituunt, contra c. cum dedecorem, 15. & c. ad abolendam, 16. de fil. presbyt. apud Grego. Sed omitto quæ non possum sine horrore effari, & propter quæ satis nobis compertum est, sanctuarium Dei pollui, & prouocatã iram diuinam vsque adeo, vt nostris temporibus iudicium in domo etiam Dei exerceatur.

9 ¶† De spuriis tantum admonebo quod notat Barto. *in l. si is qui ex bonis de vulg. & pupil.* filium spurium seu naturalem tantum, quanquam non posset instituí iure quo concubinatus erat permissus, nisi in duabus vnciis, existantibus legitimis liberis, *l. 2. de natu. lib.* C. tamen eum à patre potuisse substituí legitimo pupillo, vt ei succedat, non autem patri, *§. fin. quib. mod. natu. effi. sui, sed viae ibi gl. in ver. participium.* In spuriis contra, quanquam eius non sit prohibita institutio ab alio quam à patre facta vt potest instituí à fratre, *Bald. cons. 5. 1. vol.* & aliis. Sed & inquit Bartolus, *in d. l. si is qui, num. 3.* potest instituí ab eo qui institutus est à patre, quia cessat omnis fraudis suspicio, *per l. edicto, l. sed heredem, de alie. iudi. mut. cau. fac.* Sequuntur opinionem Bartoli, Bald. & Imola, *ad d. l. si is qui.* cum distinctione, dummodo pater non grauauerit expresse institutum, de restituenda hereditate spurio: vel dummodo de ea restituenda ei tacite fidem non accommodasset institutis, iuxta ea quæ habentur in l. non intelligitur, §. 1. de iure fis. *l. sicut, §. supernacuam, qu. mod. pig. vel hyp. sol.* & in l. Lucius §. in testamento, de lega. 1. Quod vel maxime constare videtur, si institutus passus sit, post mortem testatoris, spurium bona patris possidere, vt ait Ioannes Imola, quia fraus inde colligitur, *l. 1. de natu. lib. C.* Nam neque etiam per mediam personã capere à patre potest, quod per se non poterat, *Guil. Bene. ad c. Raynutius, ad ver. & vxorem nomine, in succes. ab. intestato, nu. 122. per d. §. si. quib. modis nat. effic. sui, & auth. ex complexu, de incest. nupt.* In summa resoluendum est, spurium vel adulterinum vel alio damnato coitu, puta ex stupro aut virgine commisso natum, nullo modo succedere patri ex testamento posse, neque quicquam capere ex bonis patris, inter viuos vel ex vltima voluntate, *vt apud eundem Bened. vbi supr. num. 114. & seqn. vsque ad 122.*

10 ¶† Neque hic habeas rationem eorum, quæ disputantur in contrariam partem pro naturalibus liberis: quia hodie nullo modo concubinatus, nec consequenter naturales liberi approbantur, vt sæpe monui. Et ita etiam concludit Iulius Clarus, *in 3. lib. sent. iur. in §. testamentum, qu. 31.* spurio vel ex damnato coitu nato patrem nihil posse testamento relinquere, *auth. licet, de natu. libe. C. c. per venerabilem, qui fil. sint leg.* naturali, certa ratione posse, vt dictum: nisi forte occasione alimentorum. Quod si pater spurium in testamento heredem scripserit, vel reliquerit quippiam in eo, illud pro non scripto habetur.

11 ¶† Verum illi relictum, fisco non deferetur: sed si de institutione agatur, hereditas defertur venientibus ab intestato: si de legato, heredibus institutis, si qui exstant, *Bart. in l. final. num. 8. de ijs quib. vt indignis, & in l. hereditas, num. 1. eod. Alex. cons. 74. num. 6. vol. 3. & in l. si is qui, n. 3. de vulg. Iason in l. hereditas, num. 9. de iis quib. vt in dig. & in l. pater tuus, num. 11. & 12. eo.* si modo palam ei relinquatur. Quod si clam, & in fraudem legum heres de restituendo fidem accommodauerit, fiscus aufert relictum & bona, tanquam ab indigno, *l. eum qui, de iis quib. vt indig. P. Soci. cons. 84. li. 4.*

12 ¶† Ceterum dictum est, auum posse instituere nepotem legitimum & naturalem filij spurij, *Cornæus, cons. 1. col. 16.* dummodo in contemplationem filij non fiat nepotis institutio, vt ipse vsumfructum percipiat, *Bar. in l. Gallus, §. quod si is, de li. & posthu. & ibi Ias. nu. 21.* Et dummodo etiam auo legitima non sit soboles, *Alex. in d. §. quod si is, nu. 7. Cor. con. 25. col. 2. li. 1. Deci. cons. 462. vide de hac q. Iu. Clarum, li. 3. sent. 4. 32. nu. 2. & 3.*

13 ¶† Receptum tamen filium legitimatum instituí posse, si legitimatus fuerit tempore testamenti, vel ante tempus mortis: non autem si legitimatus fuerit post mortem, *Alex. in d. l. Gallus, §. instituens, de li. & post, Clarus in li. 3. q. 31. nu. 6.* nisi sub conditione, si legitimabitur, instituatur, *Cagnol. in l. quandiu, n. 3. de reg. iur. Ias. in d. l. Gallus, §. instituens, nu. 5. & cons. 113. li. 2. col. pe.*

¶† Et quia merito sceleris parentum recordatio facit, vt spurij instituí ab iis non possint. Iustiori ratione receptum est, vt non possit instituere testator eam, quam polluit per adulterium: nec contra, adultera adulterum: sed ab iis vt ab indignis auferatur hereditas, *l. Claudius Seleucus, 13. de iis qui. vt ind. P.* Et qui duxit vxorem, quam ducere prohibebatur lege, nihil ex eius testamento capere potest: quamuis ea, quæ à viro hoc modo decepta est, possit capere ex eius testamento, *l. fin. de lega. 1. l. 2. de iis quib. vt ind.* Quintus Metellus prætor vrbanus denegauit bonorum possessionem secundum tabulas Verilio cuidam lenoni petenti, herede instituto: nec factum testatoris comprobandum esse declarauit, nec eas tabulas pro iustis haberi conuenire, quibus veluti in stabulum contaminatum quis fortunas suas protecerit, effuderit. Interesseque reipub. vt honestæ personæ & honestis verbis vocentur ad hereditates. Iuris ciuilis vnam & præcipuam partem esse, honeste viuere, *Val. Max. li. 7. c. 7.* Et nõ esse institutionem faciendam præter honestum, docet Plato, *11. de legib.* 14

¶† De collegiis responsum est, licita posse instituí: illicita minime, *l. collegium, de her. inst. C. l. 1. C. de Iud.* Item ecclesias heredes constituí posse, *l. 1. C. de sacros. eccle. cap. futuram, 12. q. 1.* monasteria quoque, imo & mendicantium ordinum religiosos, licet proprietatis bonorum sint incapaces: non vt bona teneant, sed vt vendantur per Episcopum, & pretium in eorum necessitates conuertatur, *Guil. Bene. in c. Raynutius, in verb. & vxorem nomine in successione ab intest. nu. 217. Gusa. Pap. latius dec. si. 327. vi. e & de hac re distinctionem Iulij Clari, li. 3. sent. iuris, q. 39. vide Clem. exeuntes, §. cupientes, de ver. sig. quæ prohibet coram gentis habere hereditates.* Exemplo institutionis factæ captiuorum & pauperum, iuxta l. si quis ad declinandam, de episc. & cler. C. 15

¶† Audio tamen aliquos mendicantes, qui in paupertate & mendicitate ratione professionis viuunt, vel viuere debent, bona quidem immobilia non cumulare, quia non liceat: verũ pecunias corrogatas ex venditione rerum immobilium relictorũ, ad vsuram dare, vt inde victum, sicut dicunt, habeant, id ego fieri non credo ab iis, qui religionis dogmata tenent, nec puto curæ eis conseruare in victum plura quam quotidianum, eos qui propriis cessarent, vt in paupertate viuerent. Verum si fiat, malleni cum illis dispensari, vt proprietate potius rerum in cõmuni fruerentur, quam vt vsuris animam irretirent. Væ enim illis qui prædicant non furandum, & furantur, *ad Rom. c. 2.* scandaloque sunt aliis infirmioris conscientiæ hominibus: quamuis vtrumque vetitum sit mendicantibus, & proprietatem rerũ contra regulam habere, & vsuras ex pecuniis, prætextu religionis colligere. Nihil enim interest quod ad diuitias pertinet quas eiutarunt, immobilia possidere, vel pecunias ingentes, ex quibus vsuras colligunt, in ditione habere, vtrumque enim mendicitas respuit, vt pugnans & aduersarium professioni paupertatis, *hæ probatur ex concil. gener. Lugdunen. in c. 1. §. confirmatos, ac relig. domibus, in 6. quo prohibetur mendicantibus nouum quid acquirere, vel quo sita distrahere & relicta applicantur in vsus terræ sanctæ reuocanda. Et Cardin. in cle. exiui, §. prosinde, de verb. sig. ex æquitate illos permitti ait, sed iure non posse probari, vt succedere possint, & in c. nimis prauæ, 17. de excess. præla. inuenies dictum à Greg. 9. fratres minores in arctissima paupertate viuere, & hortos & habitationem tantum habere.* Leo Cæsar vsuras omnino nouella prohibuit, & ne cuiquam omnino in vllo negotio liceat vsuras accipere. *Vt nemo, inquit, iuri seruando studiosius addicti sumus, legem Dei violemus. Sed & si quid vel tantillum exceperit fors imputator, Consta. Harmeno. lib. 3. Promptua. iur. tit. 7.* Adfert & ex sacris canonib. leges Harmenopulus has, *ἐπ ἐφοδίοις τίνας ὅσας ἐ συγχωρεῖται λαμβάνειν. ἀλλαχῆ ἢ εὑρεται, ἢ ὡς κατάρατος γὰρ τὸν τοιοῦτος ὁ ἱερὸς κανὼν τῆς ἐν Νικαίᾳ ἁγιωτάτης συνόδου φησί, καὶ οἱ τὰς ἐν τρούλλῳ τῆς ἁγ. λευκωμένας. πῶς γὰρ ὡς ἐδὲ πράγματα ἔχειν συγχωρεῖται, ἢ βιωτικὰς καὶ ἐκκλησιαστικὰς πράγματα ἐκαχ. λεύθερα*, id est, *In sacros ordines cooptato nequaquam permittitur vsuras accipere. Quin & alibi reperias, de clero tolli quisquis hoc fecerit: vt in 17. cancne Nicenæ synodi, quæ & generalis fuit. Et 10. Trullanæ, quæ & sexta dicitur, præceptum est. Qui enim hoc sacris initiato liceat, cui ne facultates quidem possidere conceditur, aut temporalibus simul & ecclesiasticis occupari?* hæc tamen illis relinquo emendanda, si contingant, qui clauum ecclesiasticæ disciplinæ, & æquitatis summam orchestram à Deo consequuti sunt. Lex quædam Valentiniani & Theodosij prohibebat instituí clericos vel monachos heredes, correxit hanc Martianus Cæsar, lib. legum Nouella. tit. 5. de testament. clericorum.

¶† Mulieres olim instituí ex asse non poterant, nec supra quadrantem lege Voconia prohibemur, *Dio li. 56. Cic. 3. Verri. D. Aug. 3. ae ciui. Dei.* Hodie in successionibus nulla est sexus differentia, *l. maximum vetium, 4. de li. præt. C. l. lege duodecim tabularum, de legi. her. §. nostra, de exhered. liber.* 17

¶† De deportatis, constat eos instituí heredes non posse, & hereditatem in ea causa esse, in qua esset, si scripti heredes nõ fuissent, *l. 1. C. de her. d. instit.* 18

¶† In metallum quoque damnati non scribuntur heredes, nec capere possunt præter alimenta ex testamento, *l. si in metallum, 3. de* 19

Digitized by Google

3. *de his quæ pro non scrip. hab.* Neque illi qui in rerum natura non sunt, *l. pen. l. ex tit. l. vni. §. ea enim, de cad. toll.* quibus comparantur mortui ciuiliter.

20 ¶ †Sed de bannitis seu exsilio ob contumaciam veniendi dānatis, non modica quæstio est, num succedere possint, & plures distinctiones adferuntur, Sed communem dicit esse Bartolus, *in quæst. q. 1. incipi. Lucana ciuitatis, n. 29.* vt si bannitus impune non possit occidi vel offendi, is capax successionis sit: si vero impune possit offendi, non sit capax successionis in hereditate sibi delata, ex statuto eius ciuitatis, à qua bannitus est: aliorum autē bonorum, iure communi sibi delatorum, capax fit, & capere possit ex testamento. Vide de hoc plura apud Iulium Clarum, li. 3. senten. iuris, quæst. 20. & 19. Relegati porro in insulam, & quib. terra Italia & sua prouincia interdicitur, testamenti faciendi cum ius retineant, *in l. eius qui, 8. §. in insulam, de testa.* in P. capaces erunt & factionis passiuæ.

21 ¶†Pagani, hæretici etiam consanguinei episcopi, ab episcopo heredes institui nequeunt sine pœna anathematis, *c. si quis episcopus, c. 5. de hæret.* Quod & ad clericos reliquos, alios quam episcopos, pertinet, *c. non eos, 6. eod.* quia nihil possunt eiusmodi personæ capere ex testamento, *c. excommunicamus, in 1. §. credentes, eo. t. Manichæos, de hæret. C.* Sicuti nec ij qui tenentur crimine læsæ maiestatis humanæ in sum. Pontif. Cardinales, vel principes cōmisso, *c. felicius, c. 5. de pœn. in 6.*

22 ¶ †Et si qui sint alij, quos expresse prohibitum sit heredes instituī. Nam generaliter qui non prohibentur, institui possunt cuiuscunque sint qualitatis siue furiosi, siue prodigi, *d. l. filius familias, de testament. §. si. de hered. qual. & diff.* muti, surdi, *l. 1. de her. instit. P.* & alij.

23 ¶†Omnes porro heredes qui instituuntur, sub triplici differentia colligi possunt, aut necessarij, aut sui & necessarij, aut extranei *§. 1. de her. qual. & asser. ap. Iustin.* & illa, vel testamentarij, vel ab intestato succedunt, vel ex contractu. Necessarius est seruus heres institutus, ideo sic appellatus, quia siue velit siue nolit, post mortem testatoris protinus heres & necessarius heres fit, *& c. d. §. 1. & l. 1. de necessa. ser. hered. inst. C. l. 1. C. quo manumi. non poss.* Sui & necessarij dicebantur, *§. sin autem, de her. qual. & diff. l. lege Cornelia, 12 de test. l. qui in aliena 6. §. 3. de acq. hered.* filij aut nepotes & deinceps ceteri liberi in potestate moriētis constituti: sui dicti, quasi domestici heredes, & viuo quoque patre etiam quodammodo domini existimari, *l. in suis, de lib. & posth. §. sin autem, de hered. quæ ab int. defer. apud Iustin.* Necessarij vero ideo dicti quia siue vellent, siue nollent olim heredes erant, *§. necessarij, de her. qual. & diff.* & donec illis per prætorem succurtum est, & data abstinendi, si vellent, facultas, *l. necessarius, 57. de acqu. hered. P. l. nam iuec, 89. de leg. 1.* pro qua sufficit si se non immiscеat, *l. qui se, de acq. her. P. l. 1. si minor se ab here. abjti. C.* Suidas verbū quidem nouum & inauditum Laurentio Vallæ, ied & nouum & incognitum erat Politiano viro doctissimo nomen sui heredis, *Alciat. in fi. lib. 4. de ver. sig.* vt enim prisca nomina exoleuerunt, ita alia cum ætate adinuenta & mutata, vt ait Varro, 4. de lingua Latina. Vsus Iurisconsultorum hoc nomen recepit, & secūdum Horatium, in arte poetica,

Multa ferunt anni venientes commoda secum.
Multa recedentes adimunt.

Et paulo post,

Semper in adiunctis, aeuoque morabitur aptis.

Nec ego Ciceronem, vel Liuium, vel alium quemuis tanti facio, quanti nostros Iurisconsultos, in terminis artis nostræ: nā peritis in vnaquaque arte est potius credendum. Inter suos sunt ergo, qui in potestate parentis sunt mortis tempore & proximiores, *l. scripto, 7. si tab. test. nulla exsta. li. 38. P. sit. 6.* non enim omnes qui in potestate sunt, sui heredes dicuntur, sed qui primum gradum tenent, & posthumi, *§. posthumi, de her. quæ ab int. defer.* Putant aliqui, vxores lege Romuli matresfamilias, quæ per coemtionem transirent in manum mariti, vt ait Dionysius Halicarnas. li. 2. inter suos heredes connumeratas, quod vna succederēt cum liberis, vt ait idem Halicarnas. Sed hodie hoc ius abrogatū est, *l. 1. & auth. seq. vnde vir & vx.* C. Mulieres, quia filios nō habent in potestate, *§. fœmine, de adop. l. nulla fœmina, de suis & leg. her. P.* suos habere heredes nō possunt, *§. ceteri, versic. quia de causa, de her. qual. & diff.*

24 ¶ †Extranei porro heredes omnes, dicuntur præter necessarios & suos, & si sint filij qui tamē extra potestatem patris sint, proximi, & penitus alieni, serui manumissi, *d. §. ceteri, l. tutelas, 7. de c. dimin.* Notabile tamen est quod tradunt iura, appellationē heredis in conditione adiectam, *si sine herede decesserit, restituas Seio*, intelligi tantum, si sine liberis vel filiis decessit, *l. ex facto, 17. ad Treb. P. & ibi gl. & Bart. & Bald. & Cast. in l. antiquitas, de vsuf. leg. rursus. Bart. in l. 1. de cond. inser. C. & late idem in l. 1. si liber. imp. soc. & c. li. 10. C. de li. & eor. li.* Tradunt & interpretes appellatione heredis nō venire in fideicommisso extraneos, vt Bald. in l. Gallus Aquilius, §. etiamsi, de lib. & post. & in §. 1. de natu. succes. feu. Bart. in l. pro herede, §. si quid tamen, de acquirend. her. Neque etiam in feudo, vt ait Paulus Castrensis, consil. 176. gl. in l. ex facto, ad Trebel. Proprie enim solus filius heres videtur esse, ex ea nota, quod filius sit, *ad Galat. 4. d. l. in sum.*

De Fine, propter quem ea quæ diximus in superioribus testamentis, summa cum prouidentia & labore tradita sunt, & de ratione eorundem.

Cap. 36.

1 *Testamentorum tractationis vniuersa finis.*
2 *Voluntates morientium sortiri effectum reipub. interest, tuenda & sequenda, & 3.*
4 *Voluntas defuncti probata, præualet proprietati verborum & scripturæ: dubia in arbitrio iudicis est. & 5.*
6 *Testamentorum exsecutio à quibus fit.*
7 *Heres cogitur exsequi voluntatem testatoris, si non obtemperet intra annum quomodo cogatur, & priuetur successione.*
8 *Exsecutores testamentorum qui dicantur, qui possint esse vel non, & quot dentur, & nu. 9. 10. & 11.*
12 *Exsecutores testamentarij debent inuentarium conficere, & rationes gestis reddere; quando vendere res hereditatis possint.*
13 *Exsecutor testamentarius sibi non potest soluere debitum à testatore in Gallia.*

IVrisconsultorum †cura & solicitudo in testamentorū disquisitione & tractatione summopere laborauit, vt non sit alia iuris pars quæ prolixius videatur tractata. Vnica causa finalis illa, vt voluntas testatoris, quæ libera morientibus relicta est, *l. 1. C. de sacros. eccles.* esset manifesta, *l. in testamentis, 26. & l. hac consultissima, de testam. l. fi. C. de codicil.* non dubia, *l. in ambiguo, de rebus dub. l. precibus, de impub. C.* vel calumniis aut falsis suggestionib. impedita, secundum leges rite ordinata, & vt hoc modo composita, *§. nemo potest, 58. de leg. 1. §. disponat, de nup. in auth.* in suo statu conseruaretur auctoritate publica. Nam & eius interest, suprema hominum iudicia sortiri effectum, *l. vel negare, quemad. testa. aper. P.* 1

¶ †In actis publicis, nihil est lege grauius: in priuatis, firmissimum est testamentum, *Cic. Phili. 2.* Etenim, inquit Arnobius, 2. *contra gentes*, morti vicini maxime valemus scientia, ita vt de futuris vaticinemur, vt proditum est à Platone in apologia Socratis, dixisse Socratem. Cui sententiæ & accesserunt Romani, fidemque eius rei faciunt testamenta Patriarcharum in Genesi mundi, c. 27. 49. & 50. Depresso namque corpore, quod aggrauat animam, exitui suo proxima anima, veluti incipiens à carcere absolui, spiritualia sincerius contemplatur & liberius: potissimum cum hæc caduca, quæ relictura est, incipit despicere, & mentem ad futura transfert. ¶†Ita voluntatem Virgilij seruandam Augustus dicebat, 2

Iusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis,
Legibus at, inquit, seruanda fides suprema voluntas
Quod mandat fieri quæque iubet, parere necesse est.

Et Plinius, *li. 7. c. 30.* Diuus Augustus carmina Virgilij cremari contra eius testamenti verecundiam vetuit. Lex erat duodecim tabularum, *Paterfamil. vti super familia pecuniaue sua legassit, ita ius esto, Cic. 2. de inuentio. l. verbu legis, de verb. sig. l. 1. ad l. Fal.* Vbique nobis tuenda est voluntas deficientium, *§. sancimus, de her. & Fal. in auth. l. 3. de lib. præt. li. 6. C. tit. 28.* quia ea facit, vt quod scriptū est in testamento, valeat, & ita valeat vt sensit testator, quamuis aliter scriptum intelligi possit, *l. ex facto, 35. §. rerum autem, de her. instit. l. si mihi & tibi, 12. §. fi. de le. 1. l. cum de Lauinio, 18. §. optimum, de fun. inst. vel inst. leg. P. l. in conditionibus, 19. & l. pater Seuerinam, de cod. & idem l. fidei commissa, 11. §. item si quis de leg. 3. l. cum quæsitum, 23. 3. fi. C. de lega.* Neque vtique in causa testamentorum, vt ait Marcellus, ad definitionem verborum descendendum est, cum plurimi abusiue loquantur, nec propriis vocabulis ac nominibus semper vtantur, *Mare. in l. non aliter, §. de leg. 3.*

¶ †Et ita voluntas, si de ea constet, verborum proprietatibus anteponenda, *l. pediculis, §. Labeo, de auro & argen. leg. P. l. non aliter, 67. de lega. 3.* Hac ratione Martianus probat, *l. seruo alieno, 116. §. si quis à primo, de legat. 1.* repetitum legatum bis vel amplius semel deberi. *Quia voluntas*, inquit, *defuncti hæc est, vt semel debeatur.* Et eadem, ab euidente mente testatoris reiicitur conditio, quæ verbis inesse videtur, ab Vlpiano, *l. si cui legetur, 51. §. hoc autē legatum, eo.* Vt contra, quamuis verba enunciatiua non inducant dispositionem, vel fideicommissum, si tamen doceatur talem fuisse voluntatem defuncti, inducunt, vt respondit Modestinus, *l. Titia cum testamento, 35. §. Caius Seius, & §. Titia, de leg. 2.* imo voluntas testatoris probata præualet scripturæ, vt minus scriptū quam dictum iudicemus, *l. qui quartam, 15. de legat. 1.* Et si aliunde ex præsumtione quadam certa peti possit mens testatoris, illa adhuc præualet scripturæ: veluti, si quis allato falso nuntio de

Digitized by Google

morte filij sui, mutauerit institutum quem fecerat antea filium, si is redeat, filius succedet, *l. si. de her. instit. P.* Et ita Centumuiros etiam iudicasse tradunt Cicero, *1. de orat.* & Valerius Maximus, *li. 7. c. 7.* Et Lælius Crassus, in Coponij institutionis quæstione, de controuersia substitutionis Manii Curii dicebat, voluntatem non verba valere oportere, *Nam si*, inquit, *voluntates sententiæque negligantur, quanta in verbis futura sit captio, cum in ceteris rebus, tum in testamentis. Ex bono & æquo, non ex callido versuto que iure res iudicari debere: scriptum sequi, calumniatores esse. Boni vero iudicis, voluntatem scriptoris auctoritatemque defendere, Cic. li. de Inuen. in 1. & 2. de orat. in Bruto. in Topicis, in Orat. pro Cæcin. Facit l. pe. ad exhib. P. c. intelligentia, de verb. sig.*

5 ¶† Ceterum, si nimium ambigua voluntas sit, iudicis æstimatio erit, quid de ea statuendum sit, *l. voluntatis, C. de fideico. l. 2. l. Mutius, 7. §. fi. de ann. leg.* P.

6 ¶† Certa voluntate facta, exsecutioni ea demandari debet, vel per heredes, vel per exsecutores in testamento datos, vel à lege constitutos. Heredes, vt respondeant negotiis hereditariis, & quæ habebat testator facienda explicent operæpretium est, cum succedant in ius vniuersunti, *l. hereditas, de reg. iur. §. licet autem, quib. ex causs. man. non lic.* & hoc est pro herede se gerere, *l. pro herede de acquir. hered.* Et ita omnia legata ab herede diximus præstari, *§. legatum, de leg.* omnes actiones in eum dirigi vt in defunctum, & ab eo omnes actiones defuncti exerceri, *l. vni, vt act. ab her. & con. her. C. distingue per l. vni. ex del. def. in quan. her. ten.* C. atque sit contumax sit principali & pontificali auctoritate voluntatem testatoris implere cogetur, *l. hereditas etiam, de petit. hered.* P.

7 ¶† Et si intra annum monitus personaliter à iudice ipso, non impleuerit quæ pro impletis haberi sine facto suo nõ possunt, priuatur iure successionis. Tria enim in hac priuatione requiruntur, 1. vt adimpleri sine eo non possit, 2. vt moueatur personaliter à iudice, 3. vt intra annum non impleat. Et tunc hereditate priuatur & prælegatis, etiam si aliter testator fuisset ei ea relicturus, *auth. hoc amplius. C. de fideicom. §. si quis autem non impleuerit, de her. & Falc. in auth. explicat hoc pluribus Guil. Benèd. in c. Raymutius, ad ver. si absque liberis, 2. in fideicom. substi. num. 198. 199. 200. vsque ad 209.* Quæ tamen vera non sunt in sex casibus, quos explicat Guillel. Bened. *in prælit. loco à nu. 209. vsque ad 218.* 1. Si iusta de causa citra negligentiam heres implere non possit, *Pan. cons. 60. facit l. nulli, C. de episcop. & cler.* 2. Si implemẽtum non respicit commodum pecuniarium alterius, *l. non oportet, iuncta gl. fi. de his quib. vt indig.* vel animam testatoris, cuius implementum non debet differre, *c. licet, de vo. & vot. red. §. si quis autem, cum §§. præced. de eccle. tit. 3.* Si damnosa est hereditas, & eo priuato alij noluit eam acceptare, *Guil. Bened. dat rationẽ in prælo. nu. 212. gloss. in §. si vero non impleuerit, de her. & Fal. colla. 1. Facit text. l. si quis solidum, de here. instit. gl. in l. ea sola, de reg. iur. P. 4.* Si agatur de regno, comitatu, aut baronia. *Panor. in c. intellecto, de iureiur. Bald. in authen. hoc amplius, C. de fideic.* nisi filius patri implere promisisset, & ageretur de salute publica, vt in c. licet, de voto. 5. Si testator pœnam non implenti heredi imponat, cessat legalis, cui renuntiasse testator videtur, *l. 1. §. 1. de pen. lega. l. si fundum sub conditione, §. Stychum Sempron. de leg. 1.* Postremo morosus heres non dicetur, nec ea de causa priuatur iure suo, si testator exsecutores testamentarios constituerit speciales, *Bart. in d. authen. amplius, per tex. in l. multa, de condit. & demon. §. si quis autem, de eccles. tit. in auth.* quando heres sine exsecutore nõ potest exsequi: alias contra. Et nisi remoto vel mortuo exsecutore, iudex monuisset heredem, vt impleret, *Vide quæ in probationem adfert Guil. Bened. in practa. loco, nu. 215.* Potes hic addere alia remedia quæ diximus dari contra heredes legatariis, paulo ante cap. 33.

8 ¶† Iure pontificio, si ante annum non exsequatur heres voluntatem testatoris à die monitionis, in rebus piis exsecutio deuoluitur ad episcopum, *c. nos quidem, de testam. §. si quis adificatione, de eccles. tit. vide Panor. in c. sudicante, & c. si heredes, de test.* Et si adhuc parere de facto contemnat, ex concilio Moguntino, ab episcopo loci illius omnis res, quæ ei relicta est, canonice interdicitur cum fructibus & reliquis emolumentis, *d. c. si heredes, 6.* etiam si testator dixerit, ne ad episcopum cura deuolueretur, *ca. tua nos, 17. de testa. §. si quis autem pro eedemtione, de eccles. tit. in auth. auth. licet, de episc. & cler.* Nam & in negligentiam quoque exsecutoris dati deuolutio fit ad episcopum, *l. nulli, 28. eo. tit.* Exstat Emanuelis Comneni Imperatoris Orientis constitutio nouella Græca, li. 1. iur. Orienta. de exsecuto. testamentorum, qua instituto Christo, vel pauperibus, vel pia causa, iubetur, ne his exsecutionis vltra duos menses prorogetur, & ira quartum diem, si fieri possit propter salutem animæ defuncti fiat distributio: vultque episcopum in casu negligentiæ, & ecclesiæ œconomũ, vel ipsum Imperatorem fieri exsecutorem.

9 ¶† Exsecutor datus, vel alius is dicitur, qui secundum conscientiam, id est, secundum id quod voluisse scit vel præsumit testatorem, facit quod à testatore ei iniunctum est, *d. l. nulli, §. & si quidem.* Exsecutorem alioquin dicimus, qui ad finem iã decretum ducit, *l. exsecutorem, de exsec. rei iud.* habita ratione eius quod exponendum est à testatore iussum, secundumque impositam formam. Et ita, cum pro diuersitate negotiorum, plures species constitui possint exsecutorum, hic agetur tantum de testamentario seu vltimæ voluntatis.

10 ¶† Ex dispositione iuris communis omnes cuiuscunque sexus viri & mulieres possunt esse exsecutores vltimarum voluntatum. Item minores 25. annis, *l. à filio, 55. de alim. & cib. lega. gl. in c. religiosus, de testam. in 6.* Et religiosi, petita licentia à superiore, *d. c. religiosus.* De mulieribus ad secundas nuptias transeuntibus tamen, Barto. *in d. l. à filio herede*, ait, si exsecutrices datæ sint, illis dari coadiutores, vel munus earum ad episcopum deuolui. Qui habet personatum vel ecclesiasticam dignitatem, non potest esse exsecutor testamentorum laicorum, *c. ex parte 70. dist. c. literas, de concess. præb.* quia prohibentur istæ personæ esse administri & procuratores laicorum, *c. sacerdotibus, ne cler. vel mona. c. ex parte, de post. prælat. eu. episcopo, 8. dist.* ministri autem dicuntur exsecutores, *l. si quis à Titio, 10. de leg. 2. d. ca. religiosus, ac testa. in 6. ca. fi. 86. dist. l. generaliter, de episcop. & cler.* nisi sint exsecutores coti. quæ disposita sunt pro anima defuncti, & relictorum ad pias causas, *Clem. exias, § proinde, & §. verum, de verb. sig.* Excepti mẽdicantibus cordigeris, qui nullo modo dari possunt exsecutores: nisi distributio sit facienda inter eiusdem ordinis monachos & moniales, *Bart. in tract. mino. li. 3. c. 1.*

11 ¶† Possunt vnus & plures dari exsecutores, quorum vno mortuo, aut exsequi nolente vel absente, alter exsequi potest, nisi contrarium testator expresserit, *c. fi. §. fin. de test. in 6. vide Spec. in tit. de instrum. edit. §. nunc vero aliqua, in vers. queritur an exsecutores præsentis, nu. 49.*

12 ¶† Forma generalis exsequendi, vt ante omnia conficiant inuentarium bonorum, si sint generales exsecutores: nam sine eo non possunt rationem gesti reddere, ad quam tenentur, & ad reliqua præstanda, *iuxta l. Lucius, 53. de manu. test. li. 40. P. tit. 4. l. si quis ita, §. l. si duo, de statu. li. eo. li. P. tit. 7.* Quemadmodum qui nomine tutorio administrat, antequam aliquid gerat, inuentarium facere debet, *l. tutor qui repertorium, de admini. tuto.* & rationum redditionem ab inuentarij exhibitione incipere, posteaque rationalia exhibere, *l. 1. §. de seruis, de tutel. & ratio. distra.* excutiendæ namque sunt exsecutorum rationes, vt sciamus reliqua quæ ab illis sunt præstanda, *l. si cui libertas, 49. de cond. & demonst.* Creditur tamen testamentorum exsecutorum iuramento, nunc accepta expenderint, dummodo illorum non interfit, vt sint bonæ famæ & vitæ, & sine suspicione, *Bal. in l. captatorias, de testa.* Cyn. Bar. *in l. pro redemtione, §. 1. per illum tex. C. de donatio.* Cuuet & stylus Parisiensis, *du petit chastelet*, tit. *des examinateurs*, c. 10. vt exsecutores testamẽtarij cogãtur statim post annũ à morte testatoris reddere rationem exsecutionis. Ira & placuit, vt quod testator viuus vni exsecutori dedit expendendi causa in sepulturam vel in aliam rem si non expendatur, quod supereſt non expensum restituitur heredi *Sca. l. Lucius Titius, 90. §. 1. de leg. 2.* Nudus quippe minister est, nesiue quicquam apud eum remanere debet, *l. si quis Titio, eod.* Potestas tamen pendente exsecutione retinendi data penes eum est, videlicet mobilia, non immobilia: neque heres ante exsecutionem conqueri de interdicto possessorio aduersus eum potest pro mobilibus, quamuis recte audiatur pro immobilibus, vt placuit curiæ Parisiensi supremæ 1. Septem, 1377. *vide Tiraq. le mort saisit le vif. par. 7. Pap. li. 20. arresto. tit. 9. ar. 4. & 5.* Attamen aliquando & immobilia defuncti vendere potest pro legatorum solutione, si mobilia non sufficiunt: vt iudicatum in eadem curia, 12. Iunij 1555. *Paulus li. 20. tit. 6. ar. 9.* ¶† Notabile illud, vt in hac exsecutione non possit exsecutor in Gallia sibi à testatore debitum accipere, quamuis iure communi liceat: sed debet ab herede petere, *Spec. tit. de instrumedit. §. nunc aliqua. vers. 39.* vt placuit eidem curiæ 5. Maij. 1536. *Papon li. 20. rhapsa. arr. tit. 9. ar. 2.*

DE ME

Digitized by Google

DE MEDIIS, QVAE AD CAVSSAM TESTATI ET INTESTATI pertinere possunt.

LIBER XLIII.

De Codicillis.

Cap. I.

Instit. Lib. 2. tit. fi. P. lib. 29. tit. 7. C. lib. 6. tit. 36.

1 *Codicilli pertinent ad causſam teſtati & inteſtati: item bonorum poſſeſſio.*
2 *Codicilli vnde dicti, & codex.*
3 *Codicilli quid, & eorum cum teſtamento differentia. Et quod hereditas directo codicillis nec dari nec auſmi poteſt.*
4 *Codicillorum ſpecies, quomodo differant ab epiſtolis, de quibus fiant, & à quibus forma codicillandi, quomodo cum teſtamento & ſine teſtamento fiant. nu. 5. & 7.*
8 *Codicilli ante teſtamentum facti habent vires à teſtamento.*
9 *Codicilli poſt teſtamentũ facti vel approbantur vel improbantur eũ ipſo teſtamento.*
10 *Lentulus primus codicillis validis vſus.*
11 *Militis codicilli etiam ſine teſtamento valent.*
12 *Codicillis ſcripta valent, ſi modo nihil derogent inſtitutioni: non aliter.*
13 *Codicilli plures fieri poſſunt valide non teſtamenta.*
14 *Codicillaris clauſulæ effectus & forma.*
16 *Iuramentum negotio appoſitum continet, vt valeat meliori iure quo valere poſſit actus.*
16 *Codicillaris clauſula quando non firmat teſtamentum. & 22.*
17 *Codicillorum finis in teſtamento firmare teſtamentum & voluntatis vltimæ facilior exitus.*
18 *Subſtitutio directa in fideicommiſſariam, quando teſtamentum iure codicillorum ſubſtinetur, tranſit quando non. nu. 22.*
19 *Codicillorum pendentium ex teſtamento, ante & poſt teſtamentum factorum, & eorum quæ fiunt in teſtamento ipſo notabilis differentia.*
20 *Codicillorum & teſtamenti differentia in conſideranda capacitate factionis teſtamentariæ.*
21 *Quæ actiones dentur pro relictis in Codicillis.*
23 *Codicillorum admittendorum rationes.*

1 CODicillorum †ius aliquando ad teſtamenti naturam accedit, & aliquando fauet cauſſæ inteſtati, medium quoddam inter vtramq; ſucceſſionem: vt & bonorũ poſſeſſio. Quare de illis, antequam aggrediamur reliqua, exſequamur pauca oportet. Iulianus ait, Codicillorum ius eſſe ſingulare, vt perinde habeantur in his ſcripta, ac ſi ſcripta in teſtamento eſſent, *l. 2. §. 1. de iure codicil. P.* Finguntur enim ibi quædam, ac ſi facta fuiſſent, & ad venientes ab inteſtato aliquando referuntur, *l. ſi quis cum teſtamentum, eod.* ¶†Codex à codice, à codice vero codicillus, & co-
2 dicilli dicuntur, vt ait Varro, cum enim codex dicatur teſtamẽtum à Iuſtiniano, & à Iuuenale:

Nam codice ſæuo
Heredes vetat eſſe ſuos.

Recte appendices teſtamentorum, vel chartulas, quæ pro teſtamentis habentur, codicillos dicimus. ¶† Codicilli dicuntur in
3 quæſtione propoſita, voluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo quod quis poſt mortẽ ſuam ſine heredis inſtitutione directa fieri voluit. Hãc finitionem à teſtamento, *l. 1. de teſta. P.* mutuati ſumus, additis verbis, *ſine heredis inſtitutione directa*, quæ ſubſtantialem eius & codicillorum oſtendunt differentiam: quia codicillis non poteſt directo relinqui, vt in teſtamentis, ſed tantum per obliquum, per fideicommiſſum hereditas. *§. codicilli, & §. directo, de codicill. l. 2. §. fi. de iure codicil. P. l. 2. & l. ſi idem. C. de codicil. l. Scæuola ad Trebel. P. cum ſimilib.* Neq. in illis exheredatio, quemadmodum nec inſtitutio fieri poteſt, *l. non codicillum, C. de Codicil.* nec adimi data hereditas: *l. 2. C. eo. l. hereditas, 4. de iis quib. vt indig. C.* Exceptis codicillis militis, in quibus hæc fiunt, *l. militis cidicillis, de milit. teſta. P.* quia militis voluntas omnis pro teſtamento legitimo ſeruatur, ſi iure militari fiat, *l. 1. l. miles ſi teſtamentum, eo. cum ſimi.*

4 ¶ †Codicillorum duę ſpecies, alij namq. cum ſcriptura, alij per nuncupationem ſine ſcriptura fiunt, *l. ſi. C. de bon. libe. l. ſi. §. ſi. bi ſine ſcriptis, C. de codicil. l. generaliter, de ſacroſ. eccleſ.* proprie autem, cum ſcripturam breui, & veluti tabulis & pugillaribus cõprehenſa voluntas, codicillorum nomen accipit: per extenſionẽ vero & abuſiue, & quæ ſine literis apparet, *Azo in ſumma, de codici. C.* Diſtincti tamen codicilli ab epiſtolis & literis, *l. litera, 17. de iure codici. P.*

§ †Fiunt codicilli de iiſdem bonis, de quibus fit teſtamen- 5
tum, & per codicillos eadem vel legatis vel fideicommiſſis relinqui poſſunt. Poteſt & is tantum codicillis diſponere, qui poſſet, ſi daretur otium & tempus, & ſi vellet, teſtamentum condere nõ autem qui ad teſtamentum faciendum inhabilis eſt, *l. diuus, 6. §. codicillos, de iure codic. P. l. conficiuntur, 8. eo.* Vt in exemplo furioſi liquet, qui cum teſtamentum facere non poſſit, *l. furioſum, C. qui teſt. fac. non poſſ. §. item furioſi, & §. furioſi, quib. non eſt per. fac. teſta.* vt dictum ſuo loco, neq. codicillos faciet, *l. nec codicillos. §. C. de codic. l. 2. §. furioſus. eo. P.* Et quemadmodum qui de ſtatu ſuo dubitat teſtari nequit, *l. de ſtatu, de teſta. P. l. 1. de leg. 3.* Sic codicillari, *l. Ariſtot. 9. de iu. codic.*

§ †Forma, ſecundum quam codicilli fiant, non habet ſolem- 6
nitatem teſtamentorum, ſed exigit tantum voluntatis probationẽ per quinq. ſaltẽ teſtes, *l. ſi. §. ſi. de codic. C. §. ſi. eo. apud Iuſti. l. ſi. C. de fideic.* In quo correcta lex Cõſtãtini, *l. 1. de teſta. lib. 1. de teſt. lib. 4. C. Theo. ti. 4* quæ exigebat in illis ſeptem: cum teſtamentũ ſeptem ad minus deſideret iure ciuili, *l. hæc conſultiſſima, & l. iubemus, C. de teſtam.* Et proinde, neq: in iſtis requirimus teſtium obſignationem, rogationem, ſubſcriptionem, ſubſignationẽ, *d. l. diuus, §. codicillos, & §. licet, de iure codic. P.*

§ †Fiunt codicilli aut ſine teſtamento, aut cum teſtamẽto, *l. cõ-* 7
ficiũtur, 8. §. de iure codic. §. non tantũ, de codic. l. nõ idcirco. 4. eo. C. ſine teſtamento, quando qui vult inteſtatus decedere explicat voluntatem ſuam vltimam, ſaltẽ coram teſtibus quinque, *d. l. ſi. §. ſi. C. eo. §. ſi. eo. apud Iuſt. facit. l. quoniam, de natu. li.* Ideo enim fideicommiſſa dari poſſunt ab inteſtato ſuccedentib quoniã creditur paterfamilias ſponte ſua his relinquere legitimam hereditatem, *l. cõficiuntur, & l. ſi quis, 3. de iure codi. P.* Et in ſũma iſti codicilli ab inteſtato mortui nhil deſiderant, ſed vicem teſtamenti habẽt, *l. ab inteſtato 16. eod.* Formula huius diſpoſitionis eſt à Iuliano poſita: *Quiſquis mihi heres erit bonorumve poſſeſſor, eius fideicommitto, d. l. ſi quis. 3.* Cum teſtamento codicilli facti recte definiuntur à Theophilo, *§. 1. de codi. in inſtit. iur. ciuil.* & Conſtantino Harmenopulo, *lib. §. ti. 7.* κωδικελλὸς δὲν ἐπιτρέπει διαθήκης γενέσθαι τὸ διαλειπόν ἀναπλήρωσις, id eſt, *Eorum qui in teſtamento voluntati teſtatoris deſunt ſupplementum.* Iſtorum trifariam diſtitues differentiam, ratione teſtamenti: nam aut ante teſtamentum, aut poſt teſtamẽtum, aut cum ipſo teſtamenti tempore fiunt.

¶†Qui fiunt ante teſtamentum ex ſententia Papiniani, *l. ante* 8
tabulas, 5. de iur. codic. P. non aliter vires habent, quam ſi ſpeciali poſtea voluntate confirmentur. Sed CC. Verus & Antonius reſcripſerunt, ex his codicillis qui teſtamentum præcedunt, poſſe fideicommiſſum peti, ſi appareat eum qui teſtamentum fecit à voluntate, quam in codicillis expreſſerat non receſſiſſe, *§. non tantum, verſ. ſed cum autem, de codic.* Ad teſtamentum enim, quod quoquo tempore fecerit teſtator, pertinent codicilli, *l. ab inteſtato, eo. P.* Et teſtamẽto facto etiam ſi codicilli in eo confirmati non eſſent, vires tamen ex eo capient. Deniq; ſi ex teſtamento hereditas adita nõ fuiſſet, fideicommiſſum ex huiuſmodi codicillis nullius erit momenti, *l. 3. §. fin. eo.*

¶†Poſt teſtamentum fiunt codicilli, vt appendices & additiones teſtamẽti, extra ſubſtantialia, & habentur codicilli pro parte 9
teſtamenti, obſeruationemq; & legem iuris inde traditã obſeruant, & legata in codicillis vel fideicommiſſa poſt teſtamentum diriguntur ad heredem, qui ſi tempore codicillorum mortuus eſt, non debentur, *l. quidam reſcripſerunt, 14. de iure cod. P. l. ſicut, quemad. teſt. aper. P.* Et teſtamento facto codicilli ius eius ſequuntur *d. l. ab inteſtato.* Videtur hæc ſpecies codicilli prior inuẽtione eſſe, ex teſtamento Lentuli tempore Auguſti inducta. Hic enim teſtamento facto heredes filiam ſuam & Auguſtum Cæſarem, & alios quoſdã inſtituerat, ac ſcripſerat in eo teſtamẽto ita, vt ait Theophil⁹ *in §. 1. de cod. in Inſt. iur. ciui. ſi quos poſtea codicillos fecero,* 11
firmi & vtiles ſunto, hoc eſt, futuros codicillos firmauit. Et ita clauſula illa referebatur ad futuros. Similẽ tamẽ clauſulã videtur re- 12
ferre Celſus, quã & præteritos ante teſtamẽtũ & futuros cõfirmare reſpondit: ea eſt, *ſi quid tabulis aliove quo genere ad hoc teſtamentũ pertinẽs reliquero, ita valere volo. Platiana, 18. de iure codic.*

Digitized by Google

11 ¶ † Excipiuntur militis codicilli, qui per se stare possunt, & ad testamentum conditum non referuntur, sed iure militari va-
12 lent, *d. l. conficiuntur, 8. §. si miles, de iure codic.* Sed valent vtique quæ in codicillis ante vel post testamentum factis relicta & scripta sunt, si inuiolatam relinquant cauſſam præcipuam testamenti, videlicet institutionem, neque enim permissum codicillis est, pure institutis liberis in testamento, conditionem vel substitutionem directam adiicere, *in l. diuus, 6. & l. quod per manus, 10. de iur. codic. §. si. de codic.* Quia qui conditionem adiicit, effectu adimit hereditatem in casu deficientis conditionis, *l. pen. de condit. inst. P.* & cõditio facit institutionẽ, *l. 7. eo. tit.* dari autẽ aut adimi directo hereditas codicillis non potest, vt dictum est, sed tantum testamento, *l. 2. de codic. C. §. codicillis, eo. cum simi.*

13 ¶ † Codicilli ante & post testamentum plures fieri possunt, *§ fi. e. l. diuus, §. codicillos, in 1. eo. P.* diuersi, & diuersarum rerum, & omnes simul valent, nec posteriores superiores reuocant: nisi constet testatorem prioribus derogare voluisse, *l. 3. C. de codic.* In quo constituitur alia codicillorum in testamentis differentia. Quia nemo cum pluribus testamentis validis decedere potest, sed posterius validum rumpit prius, *§. posteriore, quib. mod. testam. infir. l. 1. de iniusto rup. P.* exceptis militum dispositionibus, *l. quærebatur, de mili. testa. P.* Siquidem in testamentis fit institutio heredis, eaque vniuersalis omnium bonorum, *l. hereditas, de regul. iur. ibi in vniuersum ius, &c.* Et duo in solidum eiusdem rei domini esse non possunt, *l. si vt certo, § si duobus vehiculum, commod. P.* In codicillis vero, fit vt plerunque dispositio de certa parte bonorum, vel de vniuerso fideicommissum, cum ordine temporis instituti & substituti qui diuerso tempore domini rerum fiunt successiue.

14 ¶ † Postremo in ipso testamento ponitur clausula codicillaris, *si non valet quod ago iure testamenti, valeat iure codicillorum.* Nã hæc clausula facit, vt vltima voluntas, quæ ex aliquo capite solemnitatis non valet iure testamenti, recipiatur tanquam codicilli, *Plene Bart. in l. 1. & Bald. & Salyc. in l. fi. C. de codic. Guil. Benedict. in c. Raynutius, ad verbum testamentum, 3. num. 17. de testa.* Non enim quis potest agere simul tanquam ex testamento & tanquam ex codicillis, ex eadem scriptura, *l. fin. Cod. de codic.* Prodest itaque apposuisse illam clausulam, vt saltem ex codicillis sustineatur voluntas: vt si agnatione rumpatur testamentum, virtute codicillorum remaneat grauamen in agnato herede obliquum, si testator dicat velle dispositionem suam valere iure codicillorum, *l. 1. eod.* vel si mortuus agnatus posthumus ante testatorem, iure codicillorum firmentur tabulæ testamenti, *l. conficiuntur, §. si post factum, de iure codic.* quæ ruptæ erant per natiuitatem posthumi, *l. posthumus, de iniusto rup. P.* Tuetur & Guillel. Benedictus *in loco prox. cita.* etiam natiuitate posthumi præteriti superstitis, ruptum testamentum, per clausulam illam iure codicillorum firmari, eamque expressam & tacitam, suos effectus habere.

15 ¶ † Tacitam vocat, quando per æquipollens adiectum intelligitur: veluti, si testator dicat in voluntate minus solemni, *l. cũ patrem, § filius matrem, & l. codicillis, §. fin. de legat. 2. l. cum quis decedens, §. codicillis, de lega. 3. Volo testamentum meum valere omni iure meliori quo valere potest,* vel si similibus verbis vtatur. 2. Si testator iurauerit in testamento, nam iuramentum eius est virtutis vt contineat clausulam, vt actus valeat meliori iure quo valere potest, *l. cum pater, § filius matrem, de lega. 2. & ibi Bart. & Bald.* vt si iurauit testator quod darentur legata, vel adegerit heredem vt iuraret se daturum. Ita & habere iuramentum vim clausulæ codicillaris defendit Bart. *in l. eam quam, C. de fideic. & in l. si quis, in princ. de leg. 3.* & pluribus firmat Guillel. Benedict. *vbi supr. nu. 20. 21. 22. 23. vsque ad 46.* Quo loci & de viribus iuramenti copiose & de periuriis disputat. 3. Suppletur clausula codicillaris, ex affectione & amore singulari, quem gerebat testator erga personas in minus solemni voluntate honoratas. *glo. & Bald. in l. si iure, de testam. manu. C.* Et hoc idem Benedictus fusissime per multas digressiones de viribus amoris & amicitiæ firmat, *idem Ben. in prælo. loco n. 46. vsque ad n. 54.* Et ibi videbis ex culice factũ elephantem. 4. Suppletur ex consuetudine illa clausula, vel
* statuto loci, *idem eo. nu. 54.* 5. Guido Papæus existimat, *decis. 323. per gl. in l. si iure, de testam. manumiss. C.* paria esse rogare venientes ab intestato, vel dicere si non valeat iure testamenti, valeat iure codicillorum. Verum sciendum est, non cuiusque testamenti esse hanc interpretationem.

16 ¶ † Nam si testator voluerit testamentum tantum facere, nec voluerit clausulam apponere, illa non subintelligitur, & testamentum inualidum, quod alioquin valere poterat iure codicillorum, nullo iure valebit, *in l. 1. de iure codic. l. illud, 13. §. 1. eo. tit. l. fi. §. illud, C. de codicil. l. coheredi, §. cum filia, de vulga.*

17 ¶ † Finis codicillorum est propter quem inuenti sunt, vt facilius voluntas vltima sortiretur plene effectum suum, etiam
18 cessante solemnitate testamentaria. ¶ † Effectus itaque codicillorum, & clausulæ codicillaris, quæ facit valere testamentum iure codicillorum, est, vt faciat venientes ab intestato, videri grauatos de restituenda hereditate heredi scripto, vtque habeat testamentum vim fideicommissi, *l. ex ea, §. 1. in gl. fi. de testam. Guido Pap. dec. 513. & 323. l. ex testamento, C. de fideicom. Dyn. Cyn. Bart. in auth. ex causa, de lib. præter.* Et si substitutio in eo testamento per verba directa facta fuisset, trahatur ad fideicommissarium, *Bald. in l. verbum similibus, in fi. de vulg. Mathes. sing. 141. incipiente, noto mirabilem doctrinam.* Notabile tamen, quod admonet in hoc Ioan. Petrus Ferrariensis *in praxi, titu. de for. libelli pro lega. res singu. ad ver. non valet nec valebit, per gl. in auth. ex causa, de li. præt. & l. in testamento, C. de fideic. l. Scæuola, ad Trebell.* cum testamentum improbatur & valet tanquam codicilli, heredes qui ex directis fiunt fideicommissarij, non dici heredes testamentarios, nec ita plene percipere hereditatem ac ex testamento, sed cum aliqua diminutione: puta retenta quarta Trebellianica à succedentibus ab intestato, qui censentur per clausulam rogati de restituendo instituto. Efficit itẽ hæc clausula, vt per eam confirmetur substitutio pupillaris, & succedentes ab intestato pupillo, teneantur substituto hereditatem pupillarem restituere, *Ferrar. vbi sup. ex Bart. argu. l. Scæuola, ad Treb. l. cum fideicommissũ, de lega. l. qui duos, in fin. de vulga.*

19 ¶ † Sed & affectus alius, vt rupto per præteritionẽ & agnationem posthumi testamento, *l. si enim præteriti rumpunt natiuitate, l. Gallus, de li. præter. l. posthumorum. §. 1. de iniusto rup. P. l. 2. de posth. her. instit. C.* cui clausula apposita est, *si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum.* non rumpantur codicilli, in quos transit testamentum, *l. ab intestato, de iure codicillo. P.* quia isti codicilli non dependent ex testamento, ea ratione in testamento subrogati. Quod notabile est. Nam non idem statuendum est in aliis codicillis, qui ex testamento pendent, qui ante vel post testamentum fiunt: nam illi cum testamento confirmantur tãtum, & testamento deficiente abolentur, *vt in l. 1. C. de codicil. a. l. ab intestato.* Et nisi adita sit ex testamẽto hereditas, codicilli qui ex eo pendent, deficiunt, *l. si quis, 3. §. fi. de iure codicillo.* Et ita est intelligendum de codicillis in testamento factis, non de aliis axioma, quod tradit Constantinus Harmenopulus, *lib. 5. Prompt. tit. 7.* ἀνοφορμῆτος ἔστιν τοῦτο τὸ αἰ διαθῆκαι μὴ γένωνται, ἤγουν οἱ κώδικοι, id est, *posthumo agnascente testamenta rumpuntur, non etiam codicilli.*

20 ¶ † Est alius non minus vtilis, quam superiores codicillorũ effectus: vt in censenda conditione capacitatis testatoris, inspiciamus an fuerit capax factionis testamentariæ tempore mortis: quamuis in testamentis, testamenti tempus consideretur, *l. 1. §. sed si filius familias, ad lega. 3.* Idem dicendum de capacitate eius, cui relinquitur codicillis, vt sufficiat tempore mortis testatoris codicillantis capacem. *l. 2. de iure codic. P.* quamuis in testamentis heredis extranei capacitas tribus temporibus exigatur, testamenti, mortis testatoris, & addictionis, *l. si alienum seruum, §. in extraneis, de hered. instit. P.*

21 ¶ † Hinc sequitur, vt cum iure fideicommissi valeant relicta in testamento in ius codicillorum transfuso, paratas esse eas dẽ actiones, quas pro fideicommisso dari diximus, & pro legatis, & actionem ex testamento, *Spec. in tit. de testam. §. 1. vers. ex codicillis. gl. & doctio. in c. Raynalaus, in gl. hic agebatur actione ex testamento, ad test. Guid. Pap. q. 313. num. 3.* Etiam vtilem, cum ad instar testamenti codicilli sint inuenti, *gl. in §. codicillis, in ver. directo. de codicil.* non competit tamen remedium l. fin. de edic. diui Adr. tol. C. vt ibi notat Cynus.

22 ¶ † Sed obserua breuiter ex Ioanne Petro Ferrariensi, antequam des actionem, clausulam codicillarem facere, vt testamentum valeat iure codicillorum, si testamentum corruat ex defectu solemnitatis necessariæ, *d. l. fi. §. fi. eo. l. codicilli. §. fi. de leg. 2.* si testamentum fiat quasi caducum, & heres decedat ante testatorem, si deficiat ex causa præteritionis posthumi, *l. eam quam, C. de fideic. cum similib.* vt dixi: contra autem in præteritione vel exheredatione nati, nam non obliquatur institutio, legata tamen manent, *tractant docto. id l. 1. de iure codicil. & auth. ex causa, de lib præt. C.* Nihil tamen operatur, si testamentum sit imperfectum ratione defectus voluntatis testantis, *l. fideicommissum, §. 1. de legat. 3. l. ex ea scriptura, de testam. per gl. in l. in qui, eod. titu.* plures alios casus vide apud eundem de Ferrariis, *in loco sup. cita.*

23 ¶ † Porro rationes quæ fauorabiles reddunt codicillos, ex pluribus tres recensebo. Prior est, approbatos eos esse, ne facile quis decederet intestatus, non adhibitis solemnitatibus testamentorum, quas nimium curiose exigebat antiquitas in mutãdo vel corrigendo, minuendo vel augendo eo quod in testamento scriptum erat, *l. heredes palam, §. si quis post factum testamentum, de testam. P.* Alia ratio à locis peregrinis, & ab incommodo ad seruandas solemnitates tempore in quibus necessitas & occasionem arripere disponendi breuioribus tabellis, solemnitatibusque compendiosis iubet: & est ratio Iustiniani, probata Augusto in Lentuli codicillis, *§. 1. de codicil.* Postrema est, à securitate dispositionis, quæ improbata testamento gratificandi dat modum, vt actus valeat per codicillos, *l. si miles qui destinauerat, de milit. testam. P.*

De Bonorum possessionibus.

Cap. 2.

Instit.

Digitized by Google

Instit. Lib. 3. tit. 10. P. lib. 37. tit. 1. C, lib. 6. tit. 11.

1 *Bonorum possessio quid.*
2 *Bonorum possessio, & possessio bonorum differunt.*
3 *Bonorum possessio pluribus ex caussis defertur, diuisio ex testamento, ab intestato, ordinaria, extraordinaria, vtilis, necessaria &c. & 4.*
5 *Bonorum possessiones 3. quæ non tribuunt ius in proprietate quæ.*
6 *Bonorum possessio edictalis, & decretalis quæ.*
7 *Bonorum possessio & hereditas de iisdem rebus sunt.*
8 *Heredes non faciebat prætor, sed quasi heredes, quare.*
9 *Bonorum possessionem petendi formulæ, quarum vsus, vt actionum, sublatus in Gallia.*
10 *Tempus ad petendum bonorum possessionem quantum detur.*
11 *Iuris ignorantia non excusat in bonorum possessione petenda.*
12 *in Tribunali expedire debent quæ causæ cognitionem desiderant:*
13 *Bonorum possessio quibus detur.*
14 *Bonorum possessionis finis, consequi quæ heres iure ciuili consequitur.*
15 *Bonorum possessionis deferendæ rationes.*
16 *Bonorum possessio in quibus casibus hodie dicitur necessaria.*

1 MEdium † aliud, inter testati & intestati causſam, constituitur bonorum possessio, quæ est ius persequendi retinendique patrimonij, quod cuiusque cum is moritur, fuerit, *l. 3. §. bonorum igitur possessionem, de bono. posse.* Qui non possidet, petit: qui possidet, agit vt retineat. Hereditatis autem bonorumve possessio, non vti rerum possessio accipienda est: est enim iuris magis, quam corporis. Et si nihil corporale sit in hereditate, attamen recte eius bonorum possessionem agnitã Labeo ait, *d. l. 3. §. hereditatis.*

2 ¶ † Ita bonorum possessio, & possessio bonorum differunt ex consensu, vt opinor, legislatorum: nam ex proprietate sermonis, inuersio verborum parum mutat significationem, vt possessio bonorum, sit detentio naturalis quæ ã corporalis cum iure aut sine eo, *tot. tit. de acquir. possess. potissimum in l. 1. & 3. & l. naturaliter §. nihil commune, Tit. vt in possess. leg. P. ex quib. caus. in possess. eat. cum simil.*

3 ¶ † Bonorum autem possessio, hereditas sit à prætore delata, vel ex causſa testamentaria, vel secundum vel præter tabulas, vel ex causſa intestati contra tabulas, vel contra voluntatem defuncti, vel secundum voluntatem: nec non ab intestato habentibus ius legitimum, vel non habentibus propter capitis diminutionem, *l. sed cum patrono, 6. §. bonorum possessionis beneficium, de bon. possess. P. §. sicut autem, & § aliud autem. in. apud Iustin.*

4 ¶ † Ex quib. conflatur diuisio seu distinctio bonorum possessionum: vt aliæ dicantur ordinariæ, aliæ extra ordinariæ. Ordinariæ, secundum tabulas, & contra: extraordinariæ quibusdã illæ, quæ ab intestato, vnde legitimi, vnde proximi & cognati, vnde vir & vxor, Testamẽtaria bonorum possessio vtilis est, quæ cõfirmat testamentarias & legitimas hereditates *§. 1. de bon. p. ff. apud Iustin.* Alia ab intestato necessaria, cum prætor proprio beneficio successorem facit, cum iure aliquo non vocabatur, & tamen æquum videbatur eum ad successionem admitti. Glos. fin in l. fin. C. vnde legit. tradit hodie esse sex ordinarias bonorum possessiones, & septimam extraordinariam, quæ datur, quoties ex nouis legibus defertur hereditas ex testamento vel ab intestato, *vide §. decima, in fi. & §. septima eod.*

5 ¶ † Prædictarum autem sex, quatuor esse ab intestato, duas ex testamẽto. Addit, dicit & glo. præd. alias tres, quæ non tribuunt ius in proprietate, sed in possessione tantum, nempe Carbonianam, *tit. de Carbon. edict.* eam quę datur ventri, *de vent. in possess. mitt.* & quæ datur gratia ordinãdæ litis, *l. Papinianus, §. 1. de inoff. test. P. l. 2. C. eo.* Quod & notat gl. in l. Papinianus, 8. §. 1. in verb. *bonorum*, de inoff. testa. P.

6 ¶ † Et istæ omnes rursus, vel edictales dici possunt vel decretales, *l. 1. §. decretalis, de successo. edict. P. cum simil. ibi nota.* Edictalis bonorum possessio decernebatur, ex edicto prætoris mortui, sine cognitione causſæ. Decretalis, quæ impetrabatur à prætore viuo. id est, quæ causſa cognita dabatur. hanc vulgo dictam extraordinariam monuit Alciatus, quia à decreto pendeat, *Alc. in l. de lata, de verb. sig.* Voluerunt † tamen iura posteriora deinde

7 sufficere edictalem, nec prætoris decreto opus esse, *l. 2. qui a. m. ad bon. posse. C. facit glo. in l. 2. §. dies, quis ord. in bonor. posse. ferun.* Res, personæ, & negotia fere hic eadem regula, ac in successionibus iuris ciuilis, considerãtur. Bona namque, de quibus bonorum datur possessio, vniuersitatis habent successionem, ea succeditur in ius mortui, suscipiturque eius commodum & incommodum, *l. 3. de bono. poss. l. 2. de posse. hered. peti. P.* Id enim continet bonorum appellatio, de cuius danda possessione hic agitur. Et eadem sunt quantum ad effectum, bona, & hereditas: *vt in leg. nam quod, in fin. & l. si legatum, §. si quis, ad Trebell. P. Item veniunt §. ait Senatus, de petit. her. l. 1. §. 1. quor. bonorum, 2. de verb. sign. P.* siue sit patrisfam. siue filiifam. qui tamen testandi ius habeat, *d. l. 3. §. datõ autem, de bono. poss.*

8 ¶ † A prætore autem constat hæc beneficia bonorum possessionis fuisse introducta, *§. 1. eo. apud Iustin.* qui æquitatis interpres erat, quique iuris ciuilis adimendi, vel corrigẽdi, vel supplendi gratia, propter vtilitatem publicam, potestatem summam habuit: vnde ius prætorium & honorarium dictum, *l. in ius autẽ, 7. & l. nam & ipsum, 8. de iustit. & iur. Theophi. in §. 1. de bon. poss.* Eaque illi, vt opinor, potestas permissa est primum ex causſæ cognitione: vt, prout suaderet æquitas, discussis eorum illo negotiis, dispensandi supra ius ex certa proposita ratione haberet auctoritatem. Nulla tamen facta ex illorum iudicio lege generali, ab initio, quo tempore erant illorum edicta annua tantũ, vt magistratus *§. 1. de perpe. & tẽpor. action. apud Iusti.* quãuis facta sint aliqua postea perpetua. Et proinde bonorũ possessores, quos prætor successores faciebat, dicebantur nõ domini vel heredes, *§. quos autẽ, de bon. poss. l. qui vsumfructũ, si vsusfru. peta. P. l. si. de suis & leg. hered. C. §. fin. de hered. qual. & differ.* quales dicebantur qui iure ciuili succedebant: quia ius ciuile erat maioris auctoritatis, ratione legis generalis, & ratione auctoris, seu populus, seu princeps is fuisset. Imitabatur tamen prætor, in deferendis successionibus ius ciuile: & ideo bonorum possessores, quasi heredes faciebat, *l. 1. de posse. hered. pet. lib. 3. P. tit. 5. l. prætor, de reg. iur.* In omnibus enim vice heredum, bonorum possessores habentur, *l. 2. de bono. posse.*

9 ¶ Formulæ petendi bonorum possessiones erant secundum edicta, & secundum leges & senatusconsulta, propter verba prætoris, *vt ime quaque lege, Senatusconsulto bonorum possessionem dare oportebit, ita dabo, l. vni, vt ex leg. & Senatus. bon. poss. dar. lib. 38. P. tit. 5.* Quæ de singulis causſis petendi propositæ, erant obseruanda. Sed postea hoc in desuetudinem abiit, sublatis formulis agẽdi superstitiosis, *l. 2. de formu. & imp. sublat. C.* potissimum hodie iure pontificio, quo vtimur. Ex quo sufficit nudam intentionem agẽtis exponi iudici, sine expressione nominis actionis *c. dilecti, de iudic.* Et proinde, qui vult bonorum possessionem petere, omissis ambagibus potest adire iudicem, & illi causam exponere petitionis, *l. si. qui adm. ad bon. possess. poss. §. fi. de bon. poss. vide ibi Ioan. Fabrum.* maxime in Gallia, vbi nulla bonorum possessionis mentio fit, sed agitur ad ius successionis debitæ petitione heredi tatis

10 ¶ † Conseruata tamen sunt per Iustinianum tempora potestatis experiundi pro hac successione: in liberis, anni: in aliis autem agnatis & cognatis, & centum dierum, *§. cum igitur, de bon. possess. l. 1. §. si. de succe. edic. l. 1. & 2. & 4. C. qui admi. ad bon. poss. poss.*

11 ¶ † Nec prodest in bonorum possessione, quominus dies cedat iuris ignorantia: & ideo heredi instituto etiam ante apertas tabulas, dies cedit. Satis enim est scire mortuum esse, seque proximum cognatum fuisse, copiamq; eorum quos consuleret habuisse, *l. iuris ignorantiam, 6. C. eod.* Neq. mulieres etiam ab hac iuris ignorantia excusantur. Quandiu tamen per facti quæstionẽ incertum est, ex quo capite possessio sit delata, vtrum secundũ tabulas, an ab intestato, tempus agnoscendæ bonorum possessionis præfinitum non potest cedere, *l. quandiu, 5. eo. l. si plures, 9. de bon. poss. P.* Rusticitatem autẽ, absentiam vt & ignorantiam facti excusare placuit, *l. pen. C. qui admitti ad bon. posse. poss.*

12 ¶ † Ceterum si causſa cognita bonorum possessio datur, non alibi quam pro tribunali dabitur: nec decretum de plano interponi poterit, *l. §. si causſa cognita, de bon. posse. l. cum si, de transact.*

13 ¶ † Datur hæc bonorũ possessio non inuitis, *l. 3. §. inuito, de bon. poss. P.* sed volentibus & idoneis ad petendum municipibus: societatibus, curiis, & corporibus, *d. l. 3. à municip.* ventri furioso, & priuatis contra fiscum etiam, *l. non est ambigendum. 12. eo.* & aliis, *§. sunt autem, & §. sed eas, de bon. poss. vt in l. sed cum patrono. de bono. poss. l. 1. & 2. de bon. poss. furio. infa. muto, & c. l. 13. P.* siue masculi sint, siue fœminæ: liberi vel serui, vt notat Vlpianus, *l. seruus, 7. de bon. poss.* Sũt & singulares tituli qui id exponãt: vt vnde liberi cognati, proximi, vir & vxor admittantur. Et potest quis acquirere bonorum possessionem, vel per semetipsum, vel per alium, *l. 3. §. acquirere, l. 20. eo. & l. fin. de bon. poss.*

14 ¶ † Impubes per tutorem, *d. l. seruus, §. impubes, l. infanti, & l. bonorum, 7. C. qui adm. ad bon. poss. poss. iunge l. si pupillo, 11. eod.* qui tamen cum petere possit pupilli nomine, tamen repudiare non potest, *l. tutor, 8. de bon. poss.* Finis, ob quem prætor introduxit bonorum possessionem, est, vt adepta ea & admissa, commoda & incommoda hereditaria, & dominium eorũ quæ in bonis sunt, tribuantur bonorum possessori, *l. 1. eod.* & alia, quæ heredi iure ciuili facto dantur, *l. 2. de posse. here. petit. P.* Imo vt & ius accrescẽdi in ea locum habeat, *l. 3. §. si. cum. 3. & seq. de bon. poss. P.* & vtilis actio petitionis hereditatis. *glos. in l. 2. in ver. cisse, eo.*

15 ¶ † Sunt rationes ab æquitate, necessitudine, seu iure sanguinis mutuæ, quæ suasetunt prætorium edictum, de bonorum possessionibus, recipi inter leges: quas Iustinianus in §. 1. & 2. de bono posses. prosequitur. Vt nunc fere illud ius prætorium in ius ciuile transierit. Et hereditatis appellatio contineat bonorũ possessionem, *l. hereditatis. 138. de ver. sig. l. 1. & l. qui patru, C. vnde lib.* Et in effectu etiam heredes sunt bonorum possessores, *l. in cõditionibus, §. si patrem, de cond. & demonst.* Quemadmodũ in Gallia

Digitized by Google

nulla mentio in praxi distinctionis horum fit, sed omnes vocantur heredes. Et proinde pauca de istis tradam, tum etiam, quod permixtim, prout negotium iuris ciuilis occurret, in causa successionis intestati, addemus Deo fauente, quæ in illis prætor innouarit, vel addiderit, conuenientiori vt arbitror tractatione, ceteris abrogatis.

16 ¶ † Interim glo. fin. ad l. fi. vnde legi. C. nos monet, notandos esse casus, in quibus bonorum possessio est hodie necessaria. Nã multum inquit refert, an de iure ciuili adiri possit hereditas: nã in his licet vsque ad triginta annos, *l. licet, cum ibi not. de iure deli. C.* An vero de iure prætorio, per bonorum possessionem hoc facere debeat. Quo casu, qui petit si de liberis est, intra annum: si alius, intra centum dies tantum petere debet. *l. 1. §. 1. quis ordo in bono. poss. seru.* Sed hoc ego in Gallia, vbi non fit mentio bonorum possessoris, sed tantum heredis, verum non puto postremum. Si tamen desideres videre vnum & viginti casus, in quibus necessaria erat bonorum possessio, nec poterat adiri hereditas iure ciuili, consule Angelum Aretinum, ad §. 1. de exhered. libero. vbi numerantur & probantur.

De Bonorum possessione secundum tabulas. Cap. 3.

Lib. 37. P. tit. 11. Lib. 6. C. tit. 11.

1 *Tabulæ pro testamento.*
2 *Bonorum possessio secundum tabulas quid, quotuplex, ex quibus tabulis detur: secundum tabulas quomodo dicatur, quibus detur, & quibus non, effectus petitionis, in quibus etiam hodie hæc bonorum possessio necessaria sit. nu. 3. 4. 5. 7. & 8.*
6 *Heredis nomine deleto, quando deleantur legata.*

1 TAbulæ, dicebantur testamenta in quacunque materia inscripta, siue essent tabulæ ligneæ, siue chartaceæ, vel coriũ animalis alicuius, vel alterius materiæ. *l. 1. & 4. de bonor. possess. sec. tab. P.*

2 ¶ † Ita secundum tabulas bonorum possessio à prætore dari dicitur, secundum testamentum conditum in scriptis tabulis, septem testibus signatis: nam si eundem numerum affuisse sine scriptis testamento condito doceri potest, iure ciuili testamẽtum factũ videtur: ac secundũ nuncupationem bonorũ possessionẽ deferri exploratiuris est, *l. fin. de bono. poss. cont. tab. C. §. sin autem, de bon. posse. apud Iustin.* ¶ † Ita dupliciter, secundũ tabulas vel secundum testamẽtum, bonorum possessio duplex: vna, quæ ex scripto: alia, quæ ex non scripto pendet testamento, *l. si ita scriptum §. fin. de bon. posse. sec. tab. P.* Et primo proprie secundum tabulas directa: aliæ per nuncupationem, secundum tabulas vtilis, vt not. glo. in l. fin. in ver. *doceri*, in fin. de bon. poss. secun. tab. C. de tabulis hoc edictum loquitur testamenti solemnis.

3 ¶ † Ergo prima quæstio, vt existat, vel existiterint. Et sint supremæ tabulæ, id est, vltimum sit testamentum, *l. 1. §. non autẽ, & §. sufficit, & §. semel, de bon. poss. sec. tab. l. vni. §. fin. si tab. test. exsta. li. 37. P. titu. 2.* in originali seu archetypo non in exemplo: nam ex exemplo non petitur bonorum possessio, *in d. l. 1. §. sed si vnus, facit l. 2. de fi. instrum. auth. si quis in aliquo, C. de eden.* Et rursum tabulæ debent esse obsignatæ sigillis & signis septem testium, *l. cũ tabula, 7. de bono. poss. sec. tabu. P.* Et Pomponius ait, vt bonorum possessio secundum pupillares tabulas admitti possit, requiri vt testamentum patris sit signatum, licet secundæ tabulæ resignatæ proferantur, *l. vt bonorum, 9. eod.*

5 ¶ † Secundum tabulas, seu secundum testamentum dicitur quis petere bonorum possessionem: non quod prætor sequatur testamentum, quinimo contra testamentum aliquando decernit: sed quia exstante testamento, vel solemni, vel nuncupatiuo, hanc bonorum possessionem decernit, *gl. fi. in l. fi. vnde legit. C. §. sunt autem. de bon. posse.*

6 ¶ † Dabatur scripto heredi hæc petitio bonorum possessionis secundum tabulas, cuius nomen scriptum reperitur in testamento, vel scriptum fuisse ostenditur, quamuis post prolatas tabulas deletum sit. Si enim in testamento nomen eius deletum fuerit, vt penitus legi non possit, non dabatur hæc bonorum possessio, nec peti poterat contra aut secundum tabulas, *l. 1. si tab. testa. exsta. in P. l. 2. §. si consult. de bon. poss. sec. tab.* quamuis delecto inconsulte etiam viuo testatore nomine heredis, ex tabulis legata peti possint per legatarios, *l. 1. §. sed & si legi, de his quæ in testam. del.* Sufficiet tamen, si certa demonstratione heres sit in testamento demonstratus, & de certa parte institutus: & ita non aliter succedet, *l. fi. de bono. poss. sec. tab.* Exceptis his qui dolo impedierunt mutare testamentum, *l. 2. quib. non competit bonor. poss. li. 38. P. tit. 14.* Et quod dicitur de instituto, dicendum & est de substituto, sed ordo seruandus: defertur namque bonorum possessio secundum tabulas primo gradu scriptis heredibus: mox illis non petentibus, sequentes, non solum substitutos, verum & substitutis quoque substitutos admittimus, *in l. 2. §. defertur, & §. si duo, de bono. poss.* ne hereditas iaceat, *l. 1. de bono. poss. furios. insan. muto, surdo & ceco compe. lib. 37. P. titu. 3.* Et quilibet pro ea, qua quisque parte heres erit, si plures sunt, bonorum hanc possessionem petere potest, *d. l. 2. §. pro qua quisque, de bonor. poss. sec. tab.* Dabatur & secundum tabulas bonorum possessio etiam illis, qui iure ciuili ex his tabulis hereditatem petere poterant. Dabatur autem, vt remedium paratissimum, & veluti per interdictum à prætore propter eius auctoritatem, *l. 2. §. defertur, ibi nam sicut ad edendum, & c. l. si ita scriptum, 8. §. qui filio impuberi, l. qui ex liberis, 11. §. testamento facto, & l. final. de bonor. possess. sec. tab. P.*

7 ¶ † Non possunt tamen instituti sub conditione, conditione pendente petere bonorum possessionem secũdum tabulas, nisi vtiliter sint instituti, *l. vj demum, 6. & l. si. sub conditione, 5. eo.* & nisi qui testatus est, habuerit potestatem testandi tempore testamẽti & mortis, *l. 1. §. exigit prætor, & sequenti. §§. eod.* Et proinde quæ de capacitate institutorum heredum dicta sunt, eadem in personis, quæ possunt bonorum possessionem secundum tabulas petere, repetenda erunt.

8 ¶ † Effectus quoque iidem, ac testamentorum. Quamobrem quidam existimauerunt, superfluum esse beneficium prætorij bonorum possessionis secundum tabulas, cum iure ciuili satis superque heredibus scriptis vel nuncupatis subuentum sit. Maxime hodie. Quibus tamen se obiiciunt glossarion, Bartolus, & alij, *in l. fi. Cod. vn. de legi.* dicuntque & hodie in iure Romanorum, posse vti heredes hoc remedio voluntarie & sponte. Imò & iure antiquo & codicis fuisse necessarium hoc beneficium prætorium secundum tabulas contendũt, in certis casibus tres adferẽt glossarion, Bartolus cumulat sex. 1. Si moriatur posthumus viuo testatore, & ita ruperit testamentum, *l. posthumus, de iniust. rupto testam. P.* 2. Si capitis diminutione infirmetur eius testamentum, qui postea tempore mortis suæ inuenitur sui iuris, *§. non tamen, quib. mod. testam. infirm.* 3. Si pendente conditione institutionis petatur ab herede bonorum possessio, *l. 2. §. si pendẽte, & l. si sub conditione, 5. de bon. posse. sec. tab.* 4. Vt filio præterito confirmante testamentum, valeat illud iure prætorio, *l. filio præterito, & l. 1. §. idem circa, de iniust. rup. P.* 5. Si propter furorem instituti non possit adiri hereditas testamentaria, dicunt bonorum possessionem esse & fuisse vtroque iure necessariam, *l. cum heres, ad Treb. P.* 6. Quando institutio est facta sub conditione impossibili, quam remisit prætor, *l. facta, §. si in dando, ad Treb. P.* Et ita æquitatis & necessitatis rationes, hoc ius sustinet quoque videntur. Sicuti & in l. vni. de bon. pos. ex testamento mili. eorum testamenta qui in hostili loco & expeditione sunt, & tamen inrati non sunt milites, vt iure ciuili, militari potestate testari possint: nihilominus tamen iure prætorio heredes sustinentur, & dabatur ex eius beneficio, scriptis heredibus bonorum possessio secundum tabulas. Mouitque prætorem æquitas, vt quamquam militum conditio distet & ab iis personis, quas constitutiones principales separant, tamen qui in procinctu versantur, cum eadem pericula experiantur, iura quoque eadem sibi vindicare debeant.

De Bonorum possessionibus Contra tabulas. Cap. 4.

Lib. 37. P. tit. 4. Lib. 6. C. tit. 12.

1 *Bonorum possessio secundum tabulas potior, quam contra tabulas.*
2 *Pandectarum ordo confusus & inuersus in bonorum possessionibus.*
3 *Bonorum possessio contra tabulas quæ dicatur, quotuplex, de quibus sit & quibus deferatur, & quo ordine. & nu. 4.*
5 *Bonorum possessio contra tabulas matris non poterat dari, & quare dabatur suis.*
Bonorumque possessores in praxi non nominantur, sed heredes dicuntur.
6 *Bonorum possessionis petendi formulæ diuersæ.*
7 *Bonorum possessio contra tabulas quibus competat.*
8 *Emancipati cum suis quomodo succedebant edicto contra tabulas.*
9 *Posthumis non natis quomodo succurritur.*
10 *Carboniauum edictum quale, & de quo detur. Et 11.*
11 *Exheredatis quando competebat bonorum possessio contra tabulas.*
13 *Bonorum possessiones datæ liberis contra tabulas patris, & datæ patronis contra tabulas liberti differentia: item differ. bonorum poss. contra tabulas patroni, & liberorum. n. 15.*
14 *Bonorum possessio contra tabulas filij emancipati quando non debeatur parentibus.*
16 *Bonorum possession. contra tab. pater petere poterat intra annum emancip.*
17 *Bonor. poss. contra tabulas effectus.*
18 *Legata & fideicommissa quæ debeantur rupto testamento per bonorum possessionem contra tabulas.*

Vlpianus

Digitized by Google

1 VLpianus † docet considerari in bonorum possessione danda, primum an tabulæ exstent, & secundum eas prius dandam esse bonorum possessionem, si fieri possit, vel contra: vel si non exstent, ab intestato, & ita causam testati esse potiorem, deinde de intestati causa agendum esse, iure prætorio, quemadmodum & iure ciuili. *Post eam quam prætor*, inquit, *Vlp. l. 1. si tab. test. nulla exst. l. 3. §. 8. P. ti. 6. locutus est de bonorum possessione eius, qui testatus est, transiturum fecit ad intestatos, eum ordinem secutus, quem & lex duodecim tabularum secuta est. Fuit enim ordinarium, ante de iudiciis testantium: & sic deinde de successione ab intestato loqui, quandiu, de acq. hered. P. l. antequam, comm. de succes. l. 1. de bon. posse. sec. tab. C.*

2 Qua in re video interuersum ordinem in Pandectis sæpe, à lib. 37. vsque ad 39. Nam prius, *de bonorum possession.* recte quidem generaliter actum est, sed postea sæpe mutatur stylus: nam in 2. titulo 37. libri agitur de bonorum possessione, *si tabulæ testamenti exstent.* Et 4. tit. *de bonorum possess. contra tabulas.* Postea 11. iterum venitur ad bonorum possessionem *secundum tabulas*, sed statim additur alius 12. tit. de bonorum possessione contra tabulas, *si à parente quis fuerit manumissus.* Et 13. iterum, de *secundum tabulas militis.* Interserit deinde parerga qui Pandectas confarcinauit, vsque ad tit. 6. lib. 38. vbi iterum redit ad bonorum possessionem contra tabulas. Sunt & alia interposita quæ confundunt ordinem edicti prætoris, ex quo prius de secundum tabulas vel contra, quam de intestati bonorum possessione dicendū erat. Quē ordinem secutus prætor, inquirit, qua methodo perueniat ad intestatorum successiones, num exstent vel fuerint tabulæ: & si fuerint, num secundum eas deferri possit bonorum possessio, de qua dictum: an contra, de quo nunc.

3 ¶ † Bonorum possessio contra tabulas ea est, quæ datur certis personis præteritis, vel non rite exheredatis, contra testamentum defunctorum: vt postea apparebit. Duplex hæc, vel contra testamentum in scriptis factum, vel contra nuncupatiuum, *l. 1. C. de bono. posse. cont. tab. liber. & c. lib. 6. C. tit. 13.* ¶ † Res de quibus fit
4 hæc bonorum possessio, sunt hereditates defuncti, quas consecuturus fuisset ex voluntate eius legitima, id est, si secundum leges testamētū factū fuisset. Et ita prætor eodē omnino iure & ordine vocat bonorum possessores ad bonorum possessionem contra tabulas, quo vocantur iure ciuili ad successionem, *l. 1. de bono. p. sse. con. tab.* P. Vt qui à successione repelluntur ciuili iure, repellantur & prætorio, *l. non est, §. fi. de bon. posse. P.* Omne quę ius quod per causam hereditariam scriptus heres nanciscitur, ad eū transferri æquum vilum est, quē prætor heredis loco constituit, *l. cum emancipatus, 3. de bonor. possess. cont. tab.* Consideratur & hic pro re, testamentū contra quod agitur, vt tabulæ exstiterint, sufficiatque illas exstitisse mortis testatoris tempore, ex quibus vel adiri hereditas, vel secundum eas bonorum possessio peti potuerit: quamuis neutrum eorum postea secutum sit, vel sequi potuerit, respondit Triphoninus Iurisconsultus, *l. Quod vulgo, 16. eod.*

¶ † Deinde considera, quis fecerit testamentum: nam tantum
5 datur bonorum possessio contra testamentum patris filiis, *l. 1. in princ. eod. & rubr. C. de bonor. poss. con. tab. quam prætor, lib pollic.* & parentibus, contra testamentum filii, *l. 1. si à parent. quis fue. manum. lib. 37. P. tit. 12.* & patrono & liberis eius, contra testamentū liberti, *l. 1. de bono. posse. con. tab. lib. qua patro. & eius li. dat. lib. 6. Cod. ti. 15.* At, vt Paulus ait, *in l. illud notandum, 4. §. ad testamenta, de bon. posse. sec. tab. ad testamenta fœminarum, edictum contra tabulas bonorum possessionis non pertinet, quia suos heredes non habent, §. ceteri, de hered. qual & differ.* id est, non habent potestatem in liberos, *l. nulla fœmina, de suis & leg. herea. P.* A prætore hæc bonorum possessio data est, quam & Iustinianus vocat necessariam, *§. sed eas, & §. sunt autem, de bono. poss. apud Iustinian.* & Bart. ait, *ad l. fin. vn. legit. num. 5.* olim illam necessariam tantum filio emancipato: quia filius suus iure ciuili etiam P. præteritus poterat dicere nullum testamentum & succedebat iure ciuili. *§. 1. de hered l. b. l. filio præterito, 17. §. 1. de iniusto rupt. P. l. inter cetera, de libe. prat. P. cum similib.* filius vero emancipatus, eo iure poterat impune præteriri, *§. emancipatos, de exhered. lib. §. emancipati, de hered. ab inte. veni. l. 6. §. 1. de bono. posse. cum similib.* Quare ei prætoris necessarium erat beneficium bonorum possessionis contra tabulas: non etiam suis necessario dabatur, sed vt honestius & verecundius contra testamentum paternum ageret, si vellent. Et hodie quinque bonorum possessionem hanc esse necessariam iure ciuili putant, si ponimus, vt inquit Bartolus, exheredationem rite factam id est, cum causa, ex authen. ex causa, de liber. præter. C. Quamuis Gallica praxis hæc no mina bonorum possessionis non nouerit; sed heredum tantum.

6 ¶ † Et ita formula petitionis possessoriæ bonorum euanuit. Sunt autem iuris prætorii tot formulæ, quot edicta, quibus personis diuersis petendi bonorum possessionem datur licentia: in quibus debet adiri iudex vel decretem interponi, vel saltem in præsentia iudicis admitti, *l. fin. qui admitti ad bono. p. ssess. poss. Cod.*

7 ¶ † Edictum primum & originale fuit liberorum causa, vt ex inscriptione rubricæ codicis Iustinianei patet, *de bonorum possess. contra tabul. quam prætor liber. pollicetur, idem in l. non putauit, 8. §. vt autem, de bono. poss. contr. tab.* Hic liberos accipere debemus naturales & legitimos, & adoptiuos, si neque instituti neque exheredati fuerint: item posthumos, *l. eod. P. l. 2. eod.* C. & sui iuris factos seu emancipatos, *a. l. 1. §. & sui iuris, l. maximum vitium, C. de libe. præter.* & ex his natos, *l. notandum 3. cum distinctione, §. 1. 2. 3. 4. eod.* Quę distinctionem in filiis adoptiuis capiunt, vide apud Azonem in summa titul. de bonor. posses. con. tab. vide & l. non putauit, §. in adoptionem, §. vt autem, l. si in adoptionē, l. si post mortem: §. 1. de bonorum posses. contra tabul. P. Consideratur & in aliis liberis, num possint instituiinam præteriti qui institui non possunt, non habent hoc beneficium. Qui vero institui possunt, si instituantur, ipsi quoque non habent: quia secundum tabulas habere possint, nisi alius non institutus incipiat vti edicto illo contra tabulas, *leg. 3. §. si quis ex liberis, & l. alsus, §. fin. de bon. poss. cōtab.* At quando adoptatus non possit vti, docet l. cum emancipatus, 13. & l. si pater, 17. & l. si. eo. tit. P.

¶ † Quando autē olim filius testatoris præteritus, & eius filius 8
nepos in potestate defuncti retentus, concurrebant, ius ciuile nepotes vocabat, vt suos: repudiabat autem emancipatos, vt extraneos. Et proinde prætor, vt concordaret emancipatos præteritos, quibus dabat bonorum possessionem, cum suis, qui iure ciuili vocabantur, aliud edictum fecit, *De coniungendis cum emancipato liberis*: quo in portionem dimidiam nepotes cum patribus emancipatis vocabat, *in l. 1. cum suis §§. vsque ad §. emancipatus, de coniung cum emancip. lib. P.* Quod hodie emendatum, & sublata potestatis differentia primus ordo successionis ante nepotes patri eorum, filio videlicet defuncti testatoris datur: & concurrus filii fit cum filiis alterius fratris, *§. consequens de hered. quæ ab intest. defe.* vt suo loco Deo fauente in successionibus ab intestato dicetur.

¶ † Ratione quoque posthumorum incertorum præteritorum, aliud edictum propositum, vt si prægnantem se dicat mulier ex eo qui decessit, vel ex filio eius & ex eo ferre posthumū in vtero, quem præteriit testator, mittatur in possessionem vēter, vice contra tabulas bonorum possessionis, *l. 1. & to. tit. de ven. in poss. mitt. lib. 37. P. tit. 8.* Et illa est, vt diximus, bonorū possessio, quæ nō tribuit ius in proprietate: sed est quædam detentio, quæ suspendit alios successores. Tandiu namque solum in possessione venter esse debet, quandiu aut pariat, aut abortum faciat, aut certum sit mulierem non esse prægnantem. *d. l. 1. §. fi. eo.* Et deinceps, si eū ediderit qui repulsus est, discedere à possessione debet, *l. 2. eod.* Et est hæc bonorum possessio communis succedentibus contra tabulas, & secundū tabulas & ab intestato, *l. extraneo. 6. & l. vbicunque, 7. eod. P.* 9

¶ † Accedit huic aliud edictum Carbonianum quando con- 10
trouersia mouetur successuris liberis cōtra tabulas, an liberi seu filii sint legitimi, vel extranei, vel si forte serui ditantur, vel ex ancilla nati, & tamen illi adhuc impuberes sint. Nam tunc causa cognita, perinde possessio datur, ac si nulla de ea re controuersia esset, & iudicium in tempus pubertatis causa cognita differtur, *leg. 1. de Carbo. edict. lib. 37. P. tit. 10. l. 1. C. eo. lib. 6. titu. 17.* data cautione pro pupillo qui mittitur in possessionem, ei qui controuersiam mouet, de bonis restituēdis, si appareat iudicio agitato eum non esse filium, vel ingenuum seu liberum. Alioquin qui controuersiam mouet, si satisfecerit, ipse mittetur: & si venter satisdare velit vel non possit, datur interim curator, *l. sed & si, §. §. quotiescunque. & seq. §§. & leg. 1. de Carbo. ed. P. d. l. 1. C. eod.* Quod si is qui controuersiam impuberi facit, ex liberis sit, eueniet, vt siue caueat is cui status cōtrouersia sit, siue nō caueat, simul cum eo sit in possessione, *d. l. sed & si.*

¶ † Extenditur edictum Carbonianum, ad quæstionem, qua 11
impubes negatur iure adoptatus, *l. si impubes 7. eod.* etsi dicatur in partu quis suppositus, *l. quod Labeo, 9. eod.* etiam non obstante contrario iuramento matris, *in l. cum mulier, eod.* vel si obiectum crimē sit adulterii matri. *l. Titia, 13. & l. 1. §. si mater eod. P.* Porrigitur item hoc edictum ex iisdem causis ad bonorum possessionem intestati, *l. Carbonianum, 3. l. de bonis, §. 1. eod.* ad similitudinē eius dilatio longa quæstionis status, datur in bonis matris, *d. leg de bonis*

¶ † Et hæc intellige de præteritis liberis dicta. In exhereda- 12
tis namque responsum, non dari bonorum possessio: contra tab. si per omnes gradus institutionis, vbi subtitutio, exheredentur secus si in aliquo tantum fuerunt exheredati, & in aliis præteriti, *l. non putauit. 8. cum suis, §§. & l. 1. de bon. posse. con. tab.*

¶ † Datur & bonorum possessio contra tabulas liberti patro- 13
no. & eius liberis, si libertus maior centenario, scilicet maiorē summam possidēs quam centum aureos in bonis, *§. sed nostra, de successio. liber. apud Iustinian.* non relictis vel institutis liberis, extraneum instituēdo patronum præterierit: quo casu pro legitima parte quā in huiusmodi bonis habet ex lege patronus. si operas vel munus viuente liberto nō receperit in remunerationem libertatis, *l. 2. de bon. p. sse sec. tab. liber. libr. 6. C. tit. 13.* agit vel liberi eius patro. bonorum possessione contra tabulas, *l. 1. eo. ti. C.* & pugnant tantum pro ea parte tabulæ, pro qua succedere debent *d. l. 1. eo.* non omnino nec in omni parte. In quo differe hæc bonorum possessio contra tabulas, quæ datur patrono, ab eo quæ datur liberis contra tabulas, parentum, *l. cum emancipatus, 12. eo. P.* Vt & in alia specie l. illud notandum, de bonorum possessio. secun. tabul. Beneficium libertatis à patrono libertis con-

Digitized by Google

14 cessum, ius successionis dat patrono & eius liberis. ¶ † Et huius bonorum possessionis exemplo, introducta fuit olim bonorum possessio, quæ debetur parentibus præteritis in testamento emancipatorum. Quod æquissimum prætori visum est, quod filius habuerit à patente beneficium quærendorum bonorum, *l. 1. si à par. quis fuer. manum. lib. 37. P. tit. 12.* Nisi, vt diximus de patrono, pater iam remunerationem emancipationis habuerit, & acceperit pecuniam vt emanciparet, vel postea viuus in eum filius quantum satis est, contulit, ne iudicia eius inquietaret, vel nisi filius militare cœperit, *d. l. 1. § si parens, si à par. quis fuer. manum.* vel si pater coactus fuerit, quod male filium contra pietatem afficiebat, eum emancipare, *l. fi. eo. tit. P.*

15 ¶ † Differentiæ duæ ponuntur inter bonorum possessionem parentum, & patronorum: vna, in l. 1. §. fi. Si à par. quis fuer. manum. P. Altera, in l. 2. eiusdem tituli. Petit tamen parens, vt patronus portionem sibi debitam hac bonorum possessione tantum, si turpis persona à filio non fuerit instituta. Si enim turpis, veluti meretrix instituatur totorum bonorum, contra tabulas bonorum possessio parenti datur, *l. Paconius ait, § eo.* habetque ad petitionem exsequendam, annum, vt liberi, *l. 1. §. fin. de succes. edict. P.*

16 ¶ † Hodie, cum iure ciuili parentum successioni prospectum sit, euanuit dicta bonorum possessio, vt Iustinianus dixit de decem personis enumeratis à prætore quinto loco edicti, *in § sunt autem, & § sed eas, de bonor. poss.*

17 ¶ † Effectus, propter quem laborarunt prætores, in materia bonorum possessionis est, vt non obstantibus tabulis testamentariis, heredes vel quasi heredes essent, quos tales esse ratio æquitatis & naturæ suadebat: & ideo daretur huiusmodi possessoribus admissis, possessoria bonorum petitio, *l. 1. & 2. de possess. hered. petit.* etiam cum iure accrescendi, *l. si duobus, 12. de bon. poss. sec. tab.*

18 ¶ † Imo iure Pandectarum, in bonorum possessione contra tabulas parentum, rupto testamento, corruebant omnia legata ex præteritione. Exceptis quibusdam personis, quibus in ea caussa legata solui debebant, & fideicommissa: vt liberis, parentibus, vxoribus, nutribusque dotis nomine, & neporibus relicta, *l. 1. 2. & 3. de legat. præst. bono. posse. com. tab. petita, lib. 37. P. tit. 5.* Conseruatis etiam donationibus caussa mortis, *l. sed & si, 3. eod.* Hoc obseruato in fideicommissis, vtsi ex prædictis personis quidam rogati essent restituere legatum, extraneis, non deberetur legatum, quia commodum ad extraneos peruenturum erat: contra: si restitutio facienda esset personis priuilegiatis, dummodo vtiliter data sint, *d. l. sed & si, § item si quis, cum seq. §§.* Plura tamē hic essent consideranda & de virili parte, *de qua l. Saluum, § 1. cum duabus legib seq. eod.* & à quo relicta essent gradu legata, *de quo in l. seq. & si pro dote, cum 3. ll. seq. eod.* & quemadmodum is qui in potestate est, & qui potest alio modo quam per bonorum possessionem contra tabulas succedere alio iure, non tenetur legata etiam iis personis præstare, *l. is qui in potestate, 15. & l. si duo, 16. eo.* & alia similia. Sed ius Nouellarum legem aliam dedit vt ex caussa præteritionis vel exheredationis, excepta institutione, scripta vel relicta in testamentis firma maneant, *authent. ex caussa, de lib. præteri.* ideo illa prætereo. Veruntamen stare adhuc arbitror, vt is qui egerit contra tabulas & nō abstinuerit, priuetur relicto sibi in his tabulis iure, puta legato vel fideicommisso, *l. sub conditione, in fin. de bono. pos. cont. tab. l. is qui, de vulg. P. l. 2. & l. 5. § qui principaliter, de iis quib. vt indig. P.* Sicque Constantinus Harmenopulus scribit, *in lib. 5. Promptuarii 6. ὁ αἴτων τὴν κατὰ τῶν διαθηκῶν ἐπιστασίαν, ἐὰν μὴ ἐκ τοῦ λογαριασμοῦ ἄρῃ, ἢ τὴν διαθήκην αὐτὴν ἀφαιρεθῇ τοῦ τὰ κεκληροδοτημένα ἄρῃ*, id est, *Qui bonorum possessionem contra tabulas postulat, excidit à legatis, & sibi mortis caussa donatis, siue ea ipsi, siue cui eorum qui illi acquirunt, relicta fuerint.* Adde l. cum secundis tabulis, 16, & l. 2. de iis quib. vt inpig. P.

De Bonorum possessionibus ab intestato delatis. Cap. I.

1 *Bonorum possessio ab intestato quadruplex.*
2 *Vnde liberi bonorum possessio quibus competebat.*
3 *Vnde legitimi successio quibus delata.*
4 *Vnae vir & xor edictum quando locum habuit.*
5 *Edicti successorij tempus, & rationes.*

QVatuor feruntur † iuris prætorij successiones ab intestato, per bon. possessiones delatæ secundum ordinem successorij edicti, cum tempore agnoscendi vel repudiandi concesso, *l. 1. de succe. edict. P.* Et quando tabulæ testamenti non exstabant, ab intestato fecit prætor gradus succedendi, primum liberorum, secundum legitimorum, 3. cognatorum, 4. viri & vxoris, *l. vnic. in princ. vers. seu successione, si tab. test. nulla exstab. P. l. 3. vn. li. P. l. 1. qui ordo in bono. possess. seu. P.* Et in singulis gradibus, si plures essent, dabatur facultas petendi singulis. 1

¶ † Liberi qui vocabantur ab intestato, emancipati erant, nō adoptiui, *l. 1. & 2. vnde lib. lib. 38. P. tit. 7. l. fin C. eod.* nec sui olim quia necessarij heredes erant, donec abstinendi data est facultas, *l. 1. § sciendum, ae suis & legit. P. § sui, de her. qual. & differ.* Si emancipati habebant filios in potestate, dimidiam habebant, *l. si quis, 4. & l. si pater, 5. vnde lib.* si extra potestatem, prioribus non petentibus alij successorio edicto nepotes & pronepotes ordine vocabantur de capite in caput, & de gradu in gradum, expulsis posterioribus à primis, *l. 1. & 2. C. de success. edict. eod. lib. 6. tit. 16. l. 2. C. vnde lib.* Et ita per bonorum possessionem vnde liberi agnoscentes, pro rata ab intestato succedunt parte, *l. 1. vnde lib. li. 6. C. tit. 14. l. 2. si pars hered. peta. P. l. 1. § pro qua, de bon. poss. sec. tabul.* Non existentibus liberis vel repudiantibus, vocabat prætor legitimos, *l. 2. vn. legi. l. 38. P. titu. 8. l. 1. C. eod. § 1. de leg. agnat. suc. l. vlt. § 1. de grad. affin. P.* id est, agnatos per virilem sexum descendentes, *§ 1. de legit. agna. suc. l. pen. vnd. li. P.* 2

¶ † Legitimi porro agnati dicti sunt, quia post suos à lege duodecim tabularum ad successionem defunctorum ab intestato vocabantur, *§ 1. de legi. ag suc. l. Iurisconsultus, 2. de grad. affin. P.* Et proinde cognati, qui in loco agnatorum sunt, vt filij sororis pro legitimis & agnatis habeantur, & vterini, *in l. pen. C. de legi. hered.* & qui ex Orficiano & Tertulliano SC. admittuntur, *l. 2. § fin. & l. 3. vnde legi. P.* Post hos cognati vel adoptiui vel naturales & legitimi, *l. 1. § hæc autem, vnde cogn. P. l. fin. C. eod.* vel naturales tantum certi, *l. si spurius, 4. vn. cogn. P.* dummodo fertilis non sit cognatio, *d. l. 1. § pertinet autem, eo.* Cognatos porro hic, non generali appellatione, qua omnes agnati & cognati continentur, *l. inter agnatos, § vnde leg. P. l. 1. vn. cogn. l. 4. § 1. de grad. cog.* intelligi par est, sed tantum per fœmininā lineam iunctos, *§ 1. de suc. cogn. l. vlt. § 1. de grad. affin.* 3

¶ † Post agnatos & cognatos ad decimum vsque gradum, prætor excluso fisco vocat vxorem defuncti intestati, edicto vnde vir & vxor, si ea tempore mortis ei fuerit iuncta legitimo matrimonio & non diuerterit, *l. vni, vn. vir & vxor, lib. 38. P. tit. 11.* Et hæc quidem de iure prætorio obtinent antiquo, quæ dixisse sufficiet in bonorum possessionum explicatione. Quomodo autem hæc iura in melius iure ciuili fuerint reformata, & quomodo istæ personæ hodie succedant ab intestato, in successione intestati copiose, Deo fauente, & ordinate docebimus. ¶ † Prætoris tamen interim monebimus edictum successorium, maxime olim habuisse temporis præfinitionē perendi bonorum possessionem, in liberis & patre annum, in aliis centum dierum. Ne mora fieret creditoribus hereditariis longior, & vt elapso hoc tempore, deuolueretur à proximiore gradu in sequentem, ius petendi bonorum possessionem ab intestato, *l. 1. de succes. edict.* Quanquam creditores possent aliis remediis sibi consulere, & petere dari curatorē bonis, *l. 1. de curat. bon. dan. P.* Hic desideratur es. & in successionibus quoque ab intestato, cognitionem graduum consanguinitatis & affinitatis. Sed habes lib. 9. Syntagm. hanc iam explanatam, cap. 9. & c. 10. 4 5

DE PRAELVDIIS AD CAVSSAM INTESTATI. LIBER XLIIII.

Quibus modis caussa Intestati ex caussa testamenti oriri potest, & de reuocatione valida testamenti.

Cap. I.

1 *Testamenti caussa præfertur caussæ intestati.*
2 *Intestatus quis dicatur, & intestati duæ species.*
3 *Testati caussa quomodo pereat.*
4 *Testamentum quomodo inutile reuiuiscat.*
5 *Adoptiui filij non succedunt in Gallia, & quomodo olim succedebant.*
6 *Testamentum quomodo expresse vel tacite dicitur reuocatum à testatore, per lapsum 10. ann. vel voluntate simpliciter, vel posteriore testamento, & 7.*
8 *Cum duobus Testamentis paganus decedere non potest, miles contra.*

9 Testa-

Digitized by Google

9 *Teſtamentis duobus vel pluribus commorientibus, quod poſterius in dubio præſumatur.*
10 *Teſtamentum inter liberos quomodo poſteriore non renocetur.*
11 *Clauſula derogatoria teſtamento appoſita quid operetur, & quomodo eidem derogetur, & num. 12. & 13.*

1 PRiſſima cura debet eſſe eorum, qui volunt ſuccedere ab inteſtato, diſpicere, num teſtamẽtum aboleri poſſit defuncti, vt cauſſa teſtati pereat. Nam quandiu ea locum habet, nõ eſt locus, vt monuimus alibi, ſucceſſioni ab inteſtato, *le. quandiu, de acq. her. P. l. vni. ſi tab. teſta. nullæ exſta. P. l. antequam, com. de ſucce. C. cum ſimili.*

2 ¶ † Inteſtatus namque is dicitur, qui deceſſit nullo condito teſtamento, vel aliquo quidem condito, ſed quod non ſortiri poſſit effectum. Hoc explicat latius Iuſtin. *§. de hered. quæ ab int. defer.* ex Vlpiano, *in l. 1. de ſuis & legi. hered. P. Inteſtatus*, inquit, *decedit, qui aut omnino teſtamentum non fecit, aut non iure fecit, aut id quod fecerat, ruptum irritumve factum eſt: aut ſi ex eo nemo heres exſtiterit.* Duæ tamen ſunt ſpecies inteſtati notandæ: vna, quæ ſpecialis: alia, quæ vniuerſalis. Specialis, quando aliqua de re ſingulari non meminit teſtator in teſtamento, ratione cuius omiſſionis ſi ſuppleri non poſſit, decedere dicitur inteſtatus: veluti, ſi nihil ſtatuat de tutoribus filiorum, in illis erit inteſtatus, *§. quod autem, de legit. agnat. tute.* Vniuerſalis vero, quando omnino quis non fecit teſtamentum, vel fecit, ſed eius non habetur ratio. Prior cauſſa inteſtati non deuoluit ſucceſſionem hereditatis ad venientes ab inteſtato, altera contra.

3 ¶ † Subruitur porro cauſſa teſtati, vel ratione rerum, ex cauſſa ipſius teſtamenti: vel ratione perſonarum, à quibus fiunt teſtamenta: vel ex negotiis ſeu actionibus teſtamenti, non factis ſecundum legum formulam, vel ex perſonis cuius ſit inteſtitutio. Eruntque tunc diſpoſita ſine effectu, ceſſante fine & rationibus teſtamentariis. Ex parte itaque teſtamenti inteſtatus quis dicetur, 1. ſi teſtamenti tabulæ non exſtent, nec conſtet de nũcupatiuo, *l. vni, ſi tab. teſta. nul. exſta. P. d. l. 1. de ſuis & legit. P. §. 1. de hered. quæ ab int. defer.* Iure tamen pontificio, qui alij commiſit ſuarum rerum diſpoſitionem, non dicitur inteſtatus: & ſi teſtamentum non relinquat aliud, vt ait gl. in ca. cum tibi, §. ordinatio rerum, de teſtam. 2. Si teſtamentum ſit deletum, vel interciſum, vel inductum ex voluntate teſtatoris volentis mutare voluntatem, *l. 1. & l. proxime, de in. quæ in teſta. delen. li. 28. P. titu. 4. l. vni. ſi tab. teſta. exſta. li. 37. P. tit. 2. 3.* Sic ſolemnia deſint teſtamẽto in ſcriptis facto teſtium & aliorum, quæ ponuntur in l. hac conſultiſſima, de teſta. l. ſi. de fideicom. C. ſi non ſint teſtes rogati, *leg. heredes palam. §. pen. de teſta. P. aut. rogatu, de teſtib. C.* ſi non fuerit teſtamentum abſolutum vnico contextu, *l. ſi u qui teſtamentum, & le. heredes palam, de teſta. P.* ſi non fuerit recitatum non ſolemne teſtamentum, *l. ſi ea commiſſa, 11 §. quoties, de leg. 3.* ſi imperfectum ſit niſi inter liberos fiat, quorum fauore valet quomodocunque factum, *l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, de teſtam. C. cum authen. ibi poſito.* Sicuti & alibi ſuo loco demonſtrauimus, idipſumque in teſtamento ad pias cauſſas compoſito, & in teſtamento habente clauſulam codicillarem, locum habere.

4 ¶ † Ex parte teſtatorum, à quibus fiunt teſtamenta, recidit cauſſa teſtati in cauſſam inteſtati, variis modis: vt ſi teſtamentum ab eo factum eſt, qui poteſtatem non habebat condendi: quo caſu improprie tamen dicitur quis inteſtatus, vt ſi furioſus, pupillus, & ſimiles teſtentur, *in l. 1. de ſuis & leg. here. P. qui teſtari non poſſunt, docet titu. quib. non eſt per. fac. teſta. & nos in teſta. docuimus.* Item ſi teſtamentum quidem potuit facere teſtator tempore quo condidit, ſed poſtea incapax factus ſit. puta quia capite minutus. Nam teſtamentum rumpitur etiam minima capitis diminutione, *§. alio autem modo, quibus mod. teſta. infir.* vt ſi ſe arrogandum dederit, *l. conficiuntur, 8. §. qui poſt factum, de iure codici. iunge. §. minima, de ca. diminu.* Multo magis, ſi maximam patiatur capitis minutionem: nam per illam etiam teſtamentum irritatur, *l. eius qui, §. 1. de teſta. quæ autem illa ſit, in §. maxima, de ca. dimin. docetur.* Ex æquitate tamen prætoris, ſi teſtator tempore mortis inueniatur in ſtatu legitimo condendi teſtamentum, irritum per capitis diminutionem, teſtamentum conualeſcit, ſi eius voluntatem retineat, *§. non tamen per omnia, quibus mod. teſt. infir. le. qui ex liberis. §. teſtamento, de bonor. poſſe. ſec. tab. P.*

5 ¶ † Secundum autem facta per teſtatorem, teſtamenta ſubuertuntur pluribus modis, vt, ſi quis poſt factum teſtamentum adoptauerit ſibi filium, vel arrogauerit: teſtamentum enim ab eo antea factum rumpitur, veluti agnatione ſui heredis, *§. 1. quibus mod. teſt. infir. l. 1. in fin. & l. 3. & l. certum, de iniuſt. rup. & c. P.* In Gallia tamen metuendum non eſt, hanc adoptionem rumpere teſtamentum, quia nec vlla adoptandi conſuetudo recepta eſt: & ſi quidam tanquam filij nutriantur, alumni nomine & priuilegio tantum digni ſunt, nec ſuccedunt patribus nutriciis nec eos tenetur inſtituere qui promiſit tanquam filios habere, *l. quidam cum filium, 133. de verb. obl. P.* Et ita etiam Maluerius tradit, *in §. item ſi defunctus, de probat.* filios adoptiuos in Gallia non ſuccedere, quem ſequuntur Guill. Bene. *in ca. Raynutius, in ver. & vxorem nomine, nu. 760. de teſta.* Tiraquellus, *in tract. de retra. §. 1. gl. 8.* & Rebuffus, *tract. de ſentent. prouiſional. art. 1. gl. 2. nu. 27.* Et quãuis in Gallia priſcis tẽporibus, & in Longobardia legamus adoptionem factam, & ſucceſſores electos adoptiuos à principibus, vt ſuo loco in adoptiuis filiis oſtendimus: attamen hoc deſuetudo ſuſtulit, & ſucceſſio illis delata aliquãdo, nõ iure adoptionis, ſed ex voluntate teſtamentaria decedentium, probabilius eſt dicere. Scribit tamen Tiraq. per legitimationẽ filij naturalis, quæ in Gallia vel ſubſequente matrimonio, vel diplomate principis fit, rumpi teſtamentum antea factum, *Tiraq. in l. ſi vnquam, ad ver. ſuſceperit liberos, num. 8. de reuoc. don. C.*

6 ¶ † Facto quoque teſtatoris corruit teſtamentum, ſi expreſſe reuocet, vel tacite, *l. 1. §. ſi heres ſi tab. teſta. nulla exſta. P. l. ſancimus, 27. de teſt. C. arg. l. nihil tam naturale, de regu. iur.*

7 ¶ † Expreſſe, quia teſtibus præſentibus dixerit annulare ſe & reuocare, & nolle teſtamentum valere quod cõdidit: & poſtea decenniũ in ea voluntate lapſum ſit, quo ſuperuixerit teſtator, *l. ſancimus, 27. de teſta. C. arg. l. nihil tam naturale, de regu. iur.* Sic enim admittit communis opinio reuocationem teſtamenti ſimplicem valere in l. ſancimus, & ibi Alex. & gl. fin. C. de teſta. Et alioquin non valere ſimplicem reuocationem teſtamenti ſolemniter facti, niſi aliud teſtamentum ſolemne factũ ſit, cum inſtitutione heredis, & alia interuenerit, quæ accedunt teſtamẽtis, *§. ex eo, quibus mod. teſt. infi. Bart. in l. ſi. iure, n. 3. de leg. 3. Ale. conſ. 159. nu. 8. li. 7. Socin. Iunior. conſ. 42. num. 1. li. 3. vide Guill. Ben. ad dect. ca. Raynutius, ad ver. teſtamentum, 2. nu. 8.* Pugnant & interpretes in computatione illius decennij. Nam gloſſa, *in d. l. ſancimus, in ver. fuerit.* Ioan. Faber, *ad d. l. ſancimus*, & Azo, *in Sum. de teſt.* ſcribunt, antequam teſtamentum prius ſolemne perfectũ reuocetur per reuocationem ſimplicem dictam, & fiat nullum minus ſoleni vſitate, exigi, vt decem anni lapſi ſint à priore vſque ad reuocationem. Hoſtienſis tamen, *in ſumma tit. De teſta.* apud Greg. §. qualiter infirmentur, verſ. item per poſterius, ſcripſit ſufficere teſtatorem vixiſſe per 10. annos poſt primum teſtamentum: nec intereſſe quo tempore medio reuocauerit, atque ſecundũ hanc ſententiam iudicatum eſt in Senatu Gratianopolitano 10. Martij, 1459. *Pap. li. 20. areſt. titu. 1. are. 3.* Et hæc quæſtio ad ſimplicem reuocationem teſtamenti verbo tenus factam pertinet, nõ ſi facto aliquo reuocatum doceatur à teſtatore in ſcriptis factũ: veluti, ſi factum cancellet, incidat, deleatve: nam ſtatim tũc annullatum cenſetur ſine alia declaratione, vel fine ſequẽte teſtamẽto, *leg. 1. §. ſi heres, ſi tab. teſtament. exſta. P. l. noſtram, C. de teſta. Cruetta, conſi. 228. num. 1. l. coheredum, 41. de vulg. P. l. 1. §. pen. de bonor. poſſe. ſec. tab.* Et ſi agamus de nuncupatiuo, eadem ſolemnitate quæ conditum eſt, exiſtimo reuocatum cenſeri, *arg. l. nihil tam naturale, de reg. iur.* Item ſi teſtator dixerit, & palã teſtatus ſit, eos quos teſtamento inſtituerit, de ſe male meritos: nam & tũc illi nihil ex teſtamento poterunt capere, *le. hereditas, C. de his quib. vt indign. & ibi Io. Faber.* Quid enim quærimus aliud in fundamento teſtamentorum, quam voluntatem defuncti, quam ſi apertam habeamus, cur contra eam teſtamentum, quod improbatum eſt, recipiendum putamus? *§. poſteriore, quib. mod. teſta. infir. le. 1. de iniuſto rupto, P.* Ceterum iuris explorati eſt, regulariter vltimũ teſtamentũ valere & tollere prius. Nec intereſt an aliquis exſtiterit heres ex eo, vel non: hoc enim ſolũ ſpectatur, an aliquo caſu exſiſtere potuerit, *d. §. poſteriore, l. cum in ſecundo, 16. de iniuſt. rup. P. §. cum autem, de hered. quæ ab int. defer.* Et ſi ſecundum perfectum deficiat, nec ex primo, iam rupto poſteriore, nec ex ſecundo heres erit: & ita inſtitutus paterfam. decedit, *li. ſuper. c. 1. plura de hac Guil. Bene. ad c. Raynutius, ad ver. teſtamentum, 2. in prin. de teſtam.*

8 ¶ † Neque cum duobus validis teſtamentis paganus decedere poteſt, vt alibi expoſuimus in codicillis, *l. 1. C. de milit. teſt. cum ſimilibus, l. quærebatur, eod. P.* excepto milite, qui vnum in paganicis, aliud in caſtrenſibus relinquere poteſt. *l. 1. §. non autem. de bonor. poſſe. ſec. tab.* Ideo duobus exſtãtibus, ſupremum accipiemus, id eſt, illud poſt quod nullum factum eſt, *l. qui accuſare, de adult. C. l. ſi. C. de rei vind.*

9 ¶ † Quod ſi non conſtat quod fuerit poſterius, nullum teſtamentum eorum valebit, vt abunde videbis diſputatum per gl. in l. 1. §. non autem, ad verbum veteres, de bono. poſſe. ſec. tab. lib. 37. P. titu. 11. Boer. deciſ. 311. Ex ordine tamen ſcripturæ, vel ex aliis circumſtantiis, poſſumus interdum colligere prioritatem temporis, & ex hora, & aliis quæ diſputat Guill. el. Bened. in ca. Raynutius, ad ver. teſtamentum, 2. num. 27. 28. 30. 32. Et idem eodem num. 31. ſcribit, in concurſu duorum vel plurium teſtamentorum, de quorum prioritate non eſt certitudo, poſterius præſumi, 1. Illud, ex quo nactus eſt illius heres hereditatis poſſeſſionem: nam alter qui negat, probare debet prius, & pro poſſeſſore interim iudicandum, *arg. l. ſi duobus, §. ſi prius, de bonor. poſſ. cont. tab. l. hac conſultiſſima, §. ſi quis de teſtam. vide l. 1. C. de iis qui ſibi adſcrib.* 2. Præſumi teſtamentum poſterius, in quo heredes eſſent ex illis qui vocantur ab inteſtato, aliis aliorum teſtamentorum exſiſtentibus extraneis. 3. Poſterius & validius cenſendum, in quo pia cauſſa inſtituta eſt: quia vt in cõtractibus, *leg. 1. de iure fiſ. lib. 10.* ita in vltimis voluntatibus fauendum ei eſt, *Ludo. Rom. in auth. ſimiliter, in 12. ſpecie piæ cauſſæ, ad leg. Falcid. C. Bald. ad le. 1. de hered. vel actio. vend. C. Iaſon. in leg. fin. de edict. diui. Adr.*

Digitized by Google

toll. Addit & 4. illud posterius, in quo relinquitur doctori pro salario.

10 ¶ †Ceterum, posterius testamentum rumpere primum intelligendum est, etiam si in posteriori non fiat expressa reuocatio præcedentis. At excipe primum testamentum, prius factum inter liberos etiam minus solemne, quod non reuocatur vt solemni posteriore, sine expressa reuocatione: nempe, si in secundo sint instituti extranei, *ant hoc inter liberos, C. de testam.* Contrarium namque verius esset, institutis liberis, & posterius sine expressa prioris derogatione valeret, *glo. in §. 1. de testam. imper. in auth. Ludo. Rom. con. 179. incip. amplissime dict. §. col. & consil. 388. incip. in c. præmisso, Guil. Bene. ad ca. Raynutius, in ver. testamentum, 2. num. 9. &* 10. Item intellige non reuocari testamentum inter liberos per posterius, si primum fiat in scriptis: nam si sit nuncupatiuum, coram duobus testibus factum, tollitur per posterius, etiam in eo instituto herede extraneo, coram testibus factum, *Angel. in authen. hoc inter liberos, C. de testam. Alexa. cons. 146. quæuis in fectiua contrarium tenent, in d. auth. hoc inter liberos, sequitur hanc sent. Guil. Bene. vbi sup.* Sed & tradunt reuocari tacite posteriore testamento, vbi instituta est pia causa, testamētum prius factum inter liberos. Item & sine derogatione expressa quoque reuocari posse codicillos, in quibus æqualiter vocati sunt filij, per testamentum subsequens, etiam instituto extraneo: quæ probat Guillel. Benedict. *Idem Bene. in proxim. cit. ver. testamentum, 2. num.* 11. 12. *&* 13. Additque singulariter, *Idem eo. num.* 14. nisi hæc quatuor concurrant, non posse dici reuocatum sine expressa derogatione testamentum factum prius inter liberos, etiamsi testator prius illud cancellauerit, *Suffragatur Angel. & Alex. in le. nostrum, C. de testam.*

11 ¶ Quia in eo testamento arbitrantur interpretes contineri clausulam derogatoriam ad testamenta sequentia, in quibus secundo loco est necessaria alia derogatoria clausulę derogatorię: id est, si testamentum dicat testator, *velle esse suum vltimum, nec aliud velle facere, & si fecerit, præsens testamēto ei derogare*, hoc est nolle sequens valere. Illa clausula facit, vt testamentum posterius tacite non reuocet prius, nec aliter valeat, quam si in posteriore addita fuerit clausula, *non obstante priore testamento, & clausula derogatoria, quam in quantum necessarium est reuoco, & ei derogo.* Ita est derogatoria derogatoriæ, quæ facit valere posterius testamentū, *tracta. hoc in leg. si quis in princ. de legat. 3. & ibi interp. Bar. & alij.* Si modo per singula reuocatio primi fiat. Non enim sufficit generaliter dixisse, *non obstante meo primo testamento, l. 1. §. fi. & ibi Bald. de lat. lib. toll. C. glos. in c. cum quidam 18. dist. gl. in c. 1. de constit. in 6. facis. l. si ita scriptum, de legat. 1. late Guille. Benedict. vbi sup. numer. 15. 16. 17.*

12 ¶ †Obserua hic conuenire inter interpretes iuramentum appositum in testamento de seruanda voluntate, vim habere derogatoriæ clausulæ: ideo si in primo ponatur, vel in secundo seu posteriore, perinde testamentum habendum est, ac si derogatoria clausula apposita esset, & eodem modo ei derogatur. Quod pluribus prosequitur & probat Iulius Clarus, *in 3. li. §. testamentum, q. 94.* & Guillelmus Benedictus, *Idem Bene. vbi supr. nu. 18. 19. 20. Vide & de clausu. hac Guid. Pap. qu. 127. Paul. Castren. 281. in antiq. de ver. derogatorio, vide d. Papa. cons. 64. incip. visis duobus testamentis, & consi. 65. incip. viso themate, in. §. ver. item dicta dubia.* quæ non recensebo, sed ad illum te reiciam, vt videas plura de clausula derogatoria testamentorum.

13 ¶ †Nota tamen pro forensi obseruatione quod Salycetus tradit in l. sancimus, in 6. quæst. de testam. C. vt si ex iusta causa possit obliuiscī testator prioris derogationis, quod potest generaliter reuocare eam in secundo testamento, per d. l. si quis in principio, in ver. *sciens*, de lega. 3. Aliter vero si testator est doctus, nec occasionem habeat ex tempore vel ægritudine obliuionis, necessariam esse derogationem specialem, per l. diui, §. licet, de iure codicil. P. & ita iudicatum, arresto senatus Gratianopo. 2. Ang. 1457. *idem Pap. decis. 127. num. 3.*

De Præteritione Filiorum.

Cap. 2.

Lib. 28. P. 2.

1 *Filij instituendi, vel exheredes faciendi, alioquin irritum testamentum illis præteritis.*
2 *Præteritio quid, & quotuplex. & 3.*
4 *Præteritio filiorum dicitur si non instituantur, etiam si legetur illis.*
5 *Præteritio quæ sit, quæ rumpat testamentum. Exceptiones, num. 12.*
6 *Præteritio de quibus personis fieri dicatur.*
7 *Præteritio iure ciuili & prætorio examinanda.*
8 *Legitima liberis an iure institutionis relinquenda, & an alio titulo relinqui possit.*
9 *Legitima supplementum impedit querelam inofficiosi.*
10 *Institutio filij debet esse expressa.*
11 *Præteritio num rumpat testamentum, non conquerente præterito.*
13 *Codicillaris clausula facit valere dispositum in testamento, vbi filius est præteritus.*
Præteritio filij in matris testamento non vitiat eius testamentum, caussa inserta. 20.
14 *Præteriti qui conqueri possint. & seq.*
15 *Posthumus quis rumpat agnatione testamentum*
16 *Nepotes non sunt prætereundi, sed instituendi vel exheredandi.*
17 *Adoptiui filij instituendi vel exheredandi erant.*
18 *Naturales tantum filij de præteritione paterna non possunt conqueri.*
19 *Filia dotata renuntians non facit partem, nec admittitur ad partem intestati patris*
20 *Parentes in testamento filij præteriti rumpunt testamentum. Et ibi de præterit. Patroni*
21 *Præteritio filiorum quando nullum testamentum reddit.*
22 *Testamentū nullum quando intra 30. annos à præterito dici possit.*
23 *Præteritione filij quare irritetur testamentum, rationes.*
24 *Successio aliquibus prouinciis tantum fuit ab intestato, si filij essent.*
25 *Institutio honoris est titulus.*
26 *Institutionis tituli in filios utilitas.*

PLato libro 11. de legibus sanciuit, vt qui testamentum conscribit, primo heredem de filiis, quem putauerit dignum, instituat. Iure ciuili idipsum comprobatum est, & incidit in caussam intestati ex facto testatoris testamētum, si in eo prætereatur filius: *nullius quippe momenti testamentum est*, vt ait Papinianus, *l. 1. de iniusto rup. P. cum filius, qui fuit in patris potestate prætermissus est.* Et Caius Iurisconsultus *l. inter cetera, 30. de liber. præt. vel exher. P. Inter cetera*, inquit, *quæ ad ordinanda testamenta necessario desiderantur, principale ius est, de liberis heredibus instituendis vel exheredādis: ne præteritis illis rumpatur testamentum. Namque filio, qui in potestate est, præterito, inutile est testamentū.* Iustinianus id probat & addit, patrem, si silentio in testamēto filium præterierit, inutiliter testari: adeo, vt si viuo patre filius mortuus sit, nemo heres ex eo testamēto exsistere possit, quia scilicet ab initio nō constituerit testamentum, *§. 1. de exhered. liber. apud Iustin.* 1

¶ †Ex quibus constat quid sit præteritio, nempe, vt sit silentium non expresse instituti, vel nominatim exheredati. Nā heres vel exheres quis nominatim fieri debet. 2

¶ †Triplex præteritionis species ponitur, vna quæ proprie præteritio, de qua hic agitur, quæ rumpat testamētum. Alia impropria, cuius iterum duæ species, quæ habent præteritionis propriæ formam, sed non effectū, vna est quæ permittitur militibus, qui prætereundo filios, censentur exheredare, propter facultatem concessam disponēdi vt voluerint, *l. milites, de testa. milit. C.* Dummodo cām præteritionis testamēto adiiciant, non aliter, *§. si in expeditione, de exhered. lib.* Alia quæ matris & aliorum per lineam maternā cōiunctorum, vt aui materni & proaui, qui si prætereant filios vel nepotes, illorū præteritio pro exheredatione habetur, *§. mater eo.* 3

¶ †Præteritionem dicimus ratione institutionis. Nā qui legatum vel fideicōmissum filio reliquerit, nec instituerit non ideo minus dicitur præteriisse, *leg. ita 27. §. qui rogatus, ad Senat. Tribel. l. si filia, 7. de li. & posthu.* nam & legata vna cum testamento corruebant, vt nihil prodesset reliquisse, *l. filio, 17. §. 1. de iniusto rup. P. l. Papinianus, §. si. de inofic. testam. P. l. maximum vitium, de li. præt. C. §. eadem, de exhered. li.* 4

¶ †Sed videamus à quibus dicatur facta in testamētis præteritio, quæ noceat testamento. Et primum ex præcedētibus liquet, præteritionem à patre factam filiorum, rumpere testamentum: non autem factam in testamento matris, nisi cum distinctione. Nam hodie mater, aut ascendētes per lineam maternam tenētur instituere vel exheredare filium, aliter præteritione nullū est testamentū, si præteritio fiat nulla inserta caussa: quod si in testamēto inserta sit caussa legitima, eo casu præteritio habetur pro exheredatione, *Iul. Clarus, lib 3. in §. testamentū. q. 47. Corneus cons. 118. lib. 2* 5

¶ †Præteritio dicitur etiam fieri à descendentibus ascendentium, vt exheredatio: quia succedunt sibi inuicē, vt videtur eadem ratione, sed turbato ordine, *l. nam & si parentibus, de inoff. testam.* De fratribus vix admittitur quæstio præteritionis, nisi turpes personæ per mortuos fratres instituantur, *in l. fratres, C. eo. l. 1. eo. P.* de extraneis, nulla. 6

¶ †Ceterum secundum duo iura erit præteritio examinanda, secundum ius prætorium, & ius ciuile. Iure ciuili tantum instituendi erāt sui filii & masculi, vel exheredandi, non fœminæ, vel emācipati. Prætorium autem vtrisque subueniebat præteritis per bonorum possessionem contra tabulas, *§. emancipatos. de exher. liber. l. 1. & 4. de bono. poss. con. tab. P* 7

¶ †Ius porro pontificium æquitatem habet, vt sufficiat quocunque titulo reliquisse filiis. adhoc vt testamētum patris sustineatur, *Guil. Bene. in c. Raynutius in ver. in eod. testamento relinquens, num. 11. per d. ca. de test.m.* At in formula relinquendi iure ciuili distinctio adhibenda Pandectarum, Codicis, Nouellarum. Iure autiquo Pandectarum etsi variæ sint sētētiæ, aliquibus asserentibus legitimam filio relinqui debere iure institutionis, & alioquin præteritum dici si alio modo relinqueretur, *l. si emācipatus,* 8

Digitized by Google

patus, de bon. poſſ. cont. tab. le. ita tamen, §. qui rogatus, ad Trebell. P. l. inter cetera, de lib. præter. P. aliis alia ſentientibus: tamen reſoluitur per plura iura antiquo iure potuiſſe relinqui legitimã quocunque relati titulo, *l. qui filium, vbi pup. educ. deb. P. l. etiam. §. ſi debita patrono, de bon. libe. le. ex aſſe. ad leg. Falci. P. l. pater quoque, & l. cum pater impuberi, eod. titu. l. Papinianus, §. ſi quis, de inoff. teſta. P.* dummodo filio relinqueretur integra legitima, *le. cum quæritur, eo. Guil. Bene. vbi ſup. num. 7.* In quo differt à iure Codicis illud ius. Nam conueniunt quidem, vt etiam quoquo relati titulo relinquatur, ſufficiat relinquere filio legitimam, *le. omnimodo, l. ſancimus, §. cum autem, de inoff. teſtam. C.* vt euitetur præteritionis vitium. Sed iure nouo non ideo rumpebatur vt antiquo teſtamẽtum, ſi minus legitima quo relati titulo relinquatur, ſed datur ad ſupplementum actio ex l. omnimodo, de inoff. teſta. Cod. facit l. parentibus, eod. titu. Sed expreſſe in §. hæc autem diſpoſuimus, vt cum de ap. cog. gl. in d. auth n. nouiſſima, in ver. titul. & ibi Bart. Bald. Paul. Caſt. & Ial. Imo verum eſt quocunque titulo relinqui poſſe in teſtamento facto inter liberos minus ſolemni: cum tamen in ſolemni iure inſtitutionis tantum relinqui debeat, *glo. in d. auth. nouiſſima. & gl. in c. ſi pater, in verb. inſtituit, de teſt. in 6.* At in praxi & fere ex conſuetudine generali Galliarum, iam receptum video ex æquitate, vt ſufficiat filio aliquid relinquere quocunque relicti titulo, etiamſi iure inſtitutionis nõ relinquatur, ſecundum gl. in auth. nouiſſima, de inoff. teſtam. C. & glo. in §. tum autem, in ver. *teſtamento, eod.* apud Iuſtin. per tex in §. pater, de trien. & ſemiſ. in auth. & ſecundum Azon. in Summa. Et ita iudicatum in Senatu Burdegalenſi, menſe April. 1537. refert Papus, libr. 20. Rhapſo. ar eſt. titu. 1. are. 7.

9 ¶ † Remanet tamen ius Codicis incorrectum, vt non ideo minus valeat teſtamentum, quod filius legitimam integram iure inſtitutionis non acceperit, nam non rumpitur ideo, ſed agitur ad ſupplementum, etiam ſi in re aliena inteſtatus inſtitutus ſit, vel in quinque tantum ſolidis, *Guill. Bene. vbi ſup. num. 20. &*

10 *21. per gl. & Bart. in l. 3. §. ſed vt cum, de mino. P.* Inſtitutionem hanc hanc expreſſam dicunt eſſe debere interpretes, vt per verba *inſtituo, relinquo iure inſtitutionis*: vt ſi verba inſtitutionis adiiciãtur, illa non cenſeantur iure inſtitutionis dicta, & rũputat teſtamentum, vt diſputat Guido Papę. deciſ. 425. debet enim exheredatio eſſe alioquin in gradu, vbi præteritio, *l. 1. C. de lib. præt.* qura per fideicommiſſum non poteſt relinqui legitima, *per d. §. aliud quoque capitulum; l. ex facto, §. Lucius, & le. ſi qui, de vulg. le. ita tamẽ, §. qui rogatus, ad Trebell.* Niſi & ſubſtituendo quis inſtituat, vt dicendo, *inſtituit & ſubſtituit, Guid. Pap. deciſ. 457. per le. ſcimus, §. cum autem, de inoff. teſta. Vide de iſtu quædam alia apud Guil. Bened. vbi ſup. nu. 37. &* 38. Alioquin enim in primo gradu inueniretur præteritus, & rumperet teſtamentum, *§. eadem, de here. quæ ab int. deſer.* videlicet ſi velit agere.

11 ¶ † Nam ſi nolit conqueri de præteritione is qui poteſt, ſuo ſilẽtio inuitis etiam aliis firmatur teſtamentum, vt valeat non obſtante præteritione, ſiue is ſit de deſcendentibus, ſiue de aſcendentibus, vt diſputat & probat Boerius deciſ. 96.

12 ¶† Sũt & 10. caſus excepti à Matthæo Matheſilano, ſingul. 104. & à Paulo Caſtrenſ. ad leg. quoties, de hered. inſtit. & 27. exceptiones, in quibus valet teſtamentum factum à patre, quo inſtitutus expreſſe non eſt filius, quos fuſiſſime & prolixe explicat Guillel. Benedict. ad cap. Raynutius, ſup. ver. *in eodem teſtamento relinquens*, 1. à num. 55. ad num. 242.

13 ¶ † Vbi frequens eſt explicata quæſtio & ſequentibus, vt clauſula codicillaris adiecta in teſtamento, in quo filius præteritus eſt, operetur, ne corruat teſtamentum præteritione, *Ita etiam plurib. probat. Iul. Clar. lib. 3. qu. 47. per clauſu. Codicillare teſtamentum valere iure Codicillorum, & cenſeri grauatum præteritum venientem ab inteſtato, de reſtituenda hereditate inſtituto in teſtamento: niſi poſthumus eſſet præteritus, de quo non cogitaſſet teſtator, puta, quia nondum natus, qui procul dubio non obſtante clauſula rumpit teſtamentum, vt idem probat ibidem.* & nume. 252. reſoluit matrem non teneri nominatim inſtituere filium, vel exheredem facere, quia non habet etiam in poteſtate: & ideo præteritionem matris non vitiare teſtamentum, ſed prætoritionem haberi pro exheredatione, videlicet quando filius fuit præteritus cauſſa præteritionis in teſtamento inſerta, tali, quæ ſi vera eſſet, iuſta haberetur & legitima *gl. in c. Quintanallus, de iureiur.* Aliter enim ſi præteritio fieret ſine cauſſa expreſſa, teſtamẽtum eſſe nullum, *dict. §. aliud quoque, vt cum de ap. cog.* excepto caſu l. 3. de liber. & poſthu. C.

14 ¶ † Dicimus autem ex hac præteritione conqueri poſſe & nullum dicere teſtamentum, non tantum maſculos, ſed etiam fœminas, *l. maximum vitium, C. de libe. præt. & §. ſed hæc quidem, de exhered. liber.* abolita defferentia iuris duodecim tabularum, *de quo in §. 1. verſ. ſed non ita, de filiabus eod.* & retenta æquitate iuris prætoriani, *§. emancipatos, eod.*

¶ † Item & poſthumos, quia præteritio vitiat teſtamentum, 15
non tantum filiorum naturorum, ſed etiam poſthumorum, qui aut heredes inſtitui debent, aut exheredari olim, *l. placet, leg. ideoque, de lib. & poſthum. §. poſthumi quoque, de exhered. lib.* quia per nativitatem poſthumi rumpitur iure ciuili teſtamentum, & fit qui teſtamentum condidit & eum præteriit inteſtatus, *l. 1. de poſſ. hered. inſtitut.* ſi modo naſcatur mortuo teſtatore viuus, non abortiuus, quamuis excedat ſtatim è vita, *l. 2. eod. l. qui mortui, de verbo. ſign. Quod dicitur, de lib. & poſthu.* & modo ad nullum monſtrum natus declinet, *l. quod certarum. C. de poſthu. hered. inſtit.* At quando viuo teſtatore, poſt teſtamentum vbi præteritus erat, naſcitur poſthumus, & viuo eodem moritur, non officit, *l. poſthumus de iniuſt. rup. P.* non minus quam nati poſt teſtamentum, generaliter inſtitutis, qui naſcerentur, *l. fin. C. d. tit. & poſt. &c.*

¶ † Quæ dicuntur de filiis, eadem dicta cenſentur locum 16
habere nepotibus, non prætereundis de medio ſublatis patribus, *§. poſthumorum, de exher. l. 2. & §. fin. C. de li. præt.* Ideoque, quia ſublatis patribus poſt teſtamentum agnaſcuntur auo primum gradum tenent, *Vlp. tit. 23.* ne præteriti rumperent teſtamentum, lex Velleia. proſpexit de formula illos exheredandi vel inſtituendi. Eiuſque duo fuerunt præcipua capita, primum tractat de his, qui poſt factum teſtamentum ſuperſtiti adhuc patri adnaſcuntur inſtituendis vel exheredandis, *l. Gallus, 29. §. nunc, de lege Velleian. de li. & poſth.* Alterum de inſtituendis vel exheredandis illis, qui quidem nati ſunt tempore teſtamenti, ſed nondum qui ſunt, fieri autem & in locum prioris ſuccedendo, quaſi agnoſcendo rumpere teſtamentum poſſunt, *d. l. Gallus, §. nunc videndum.*

¶ † Adoptiui liberi quandiu ſunt in poteſtate patris adopti- 17
ui, etiam eodem iure vtentur, vt vel inſtituendi vel exheredandi ſint, ne præteriti rumpant teſtamentum: emancipati non vtique, *§. adoptiui, de exhered. li.*

¶ † Quemadmodum nec naturales tantum de præteritione 18
conqueruntur, quia inſtituere eos patres non coguntur, *gl. in l. 1. in verſ. naturales de bonor. poſſ. con. tab. Nota. in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, num 72. de teſtam. Iul. Cla. lib. 3. q. 42. num. 4.* contra, ſi legitimati ſint, *idem eo. qu. 42. nu. 5. & tota quæſt. 84. vbi plures ei- tas auctores, & ratio.*

¶ † De filia dotata & præterita dubitatum eſt, an in ſola dote 19
inſtituta, tanquam præterita rumpat teſtamentum, cum inſtitutionullius videatur momenti, veluti facta de re inſtituta, exiſtente dote proprium eius patrimonium, non patris, *l. 3. §. ſed vtrum, de minori.* Et placuit quibuſdam poſſe in ea inſtitui recte filiam, & inſtitutam ita, non cenſeri, *gloſſ. in d. §. ſed verum, in ver. patrimonium, l. 3. eo. P. Alex. conſil. 177. num. 11. lib. 2. Imola ad cap. Raynutius, num. 9. de teſtam.* præteritam. Et Guillel. Benedict. hanc ſaniorem ſententiam putat, vt ſufficiat in dote accepta vel danda inſtituiſſe filiam, neque ei vltra neceſſario relinquẽdam, *Guill. Bene. ad d. ca. ad ver. Alterutra filia vltra dotem, num. 11. Vide & Guid. Pap. conſ. 61. num. 3. & conſ. 98.* quia dos eſt loco legitimę, & in legitima computatur, *le quoniam nouella, de inoff. teſtam. C. eod. l. §. videamus, de rei vxo. act.* nec præteritus dicitur, qui relinquitur legitima, *§. aliud quoque capitulum, vt cum de app. cogn. leg. cum quæritur.* Sunt tamen qui contrarium verius putent, & in aliquo modico ſupra dotem, & cum dote inſtituendã. Ideo cõſulunt, *gl. in d. §. ſed verum, & ibi Bart. Iulius Cla. li. 3. q. 44.* vt inſtituatur, vel in decem imperialibus, vel noſtro more & cõſuetudine apud nos ſeruata in quinque ſolidis, vt ſecundum omnium ſententiam valeat teſtamentum. Aduerte tamen quod tradit Guido Papæus, quæſt. 295. & 598. filiam dote contentam, quæ renuntiauit, & filium qui etiam renuntiauit bonis paternis cum iuramento, non poſſe conqueri de patris teſtamento, quod in eo fuerint præteriti, nec inſtituti: quia non computantur in numerum liberorum, & habentur pro mortuis, quod ad ſucceſſionem etiam inteſtati pertinet, nec faciunt partem, nec admittuntur ad partem, ad ſimilitudinem filij exheredati, *le. 1. §. ſi pater de coniung. cum emanc. li.*

¶ ¶ Notant inſuper interpretes, filios quoque cum moriũtur, 20
in teſtamento oportere in aliquo parentes inſtituere vel exheredare: alioquin præteritos rumpere teſtamentum, *hoc diſſuse Guid. Benedi. in ca. Raynutius, ad ver. in eo teſtamento relinquens, 1. n.* 248. *& ſeq. de teſta.* Et liberos centenarios ſine liberis decedentes, patronos: ſed hos non rumpere, niſi pro parte ſibi debita, teſtamentum, *§. ſed noſtra, de ſuc. libero.*

¶ † Effectus omiſſæ inſtitutionis vel exheredationis neceſſa- 21
riæ eſt, vt ipſo iure fit teſtamentũ nullum, potiſſimum iure Pandectarum & Codicis, ſi filius ſuus præteritus eſſet, *l. inter cetera, de liber. & poſthum. P. l. 1. de inju. rup. P. cum ſimil. b.* nam ſi emancipatus præteribatur, infirmatur per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, *gloſſ. in §. exheredatos, in ver. voluit, de hered. fact. & diximus in bonor. poſſ. cont. tab.* Hodie iure nouiſſimo ex cauſſa præteritionis quoquo paternæ, omnino annullatur, quãuis ex cauſſa exheredationis pro parte tantum inſtitutionis corruat, vel ratione præteritionis matris; quæ pro exheredatione habeatur, de

Digitized by Google

qua intelligenda auth. ex causa, de lib. præter. C. nō præteritione simplici, vt alibi docuimus. Imo hodie emancipatus præteritus potest dicere testamentum nullum ipso iure, & filia, *gloss. in §. 1. ad ver. vel omittunt. de inoff. testam. text. in §. sed hæc quidem de exhered. libe. in l. maximum vitium, Cod. de lib. præter.* Scio tamen in contraria sententia plures esse, qui dicant testamentum, in quo filius præteritus est à patre, rumpi tantum quod pertinet ad institutionem, cetera autem firma manere: quia peccauit tantum in institutione, & in ea puniendus tantum sit, *ita sentit Guill. Benedi. vbi sup. num. 230. & 23. plures eius sententia affer. refer. Iul. Clarus, lib. 3. in §. testamentum. q. 52. num. 2. & q. 54. qui ita seruari ait in praxi.* per dictam authentic. ex causa. Sed ego do cui authenticam illud non probare, si conferantur §§. ex quibus sumta est, sed tantum loqui §§. de præteritione matris. Verumtamen opinor sententiam in praxi posteriorem seruari, non ex iure Nouellarum sumtam: sed vel ex æquitate, vel ratione clausulæ codicillaris, quæ assolet poni vel subintelligi in testamentis, cuius vis testamentum, quod sine ea omnino erat nullum, sustinetur iure codicillorum. Ita concurrentibus duobus fauoribus, nempe ex vna parte eorum, qui institui in aliqua portione debent, quod pro legitima debeatur aliqua pars in bonis decedentium: & ex alia, testamentorum fauore quæ multis rationibus conseruanda sunt, temperamento quodam vtendum fuit, vt ne præteriti remanerent sine remedio, neve testantium voluntates omnino subuerterentur.

22 ¶ † Et notant interpretes, *Bald. & Angel. in leg. filio præterito, de iniust. rupt. P. Ioan. ab Imol. & Raph. Cuman. in l. si filius qui in potestate, de lib. & posthum.* contra sententiam Bartoli, *in d. le filio præterito*, filium præteritum per 30. annos habere ius dicendi testamentum nullum, & ita iudicando seruari ait Guido Pap. quæst. 426. num. 2. & 597. Si tamen decesserit, antequam dicat testamentum, vt concludit Ioan. Ferrariensis cum distinctione, in forma libelli quo petitur hereditas ex testamento super verbis, *ac realiter & actualiter introducatur.*

¶ † Porro rationes, cur præteritione testamentum infirmetur, quod pertinet maxime ad liberos, prima est: æquum non esse, vt liberi quorum causa omnia parantur, extrancis institutis, contemnātur immerito: quod veneranda obseruauit antiquitas, arctissimum procreationis vinculum inter homines rata. Quod nec Iulianus Pompeij Magni familiaris, nec Sextilius & Publius Pupilius, heredes à M. Anco instituti, ignorarunt: qui cesserunt hereditatem filio M. Anci Coriolani exheredato; *Val. Max. lib. 7. ca. 7.* Lataque est à Calphurnio Pisone præfecto vrbis constitutio, de liberis ita impie non exheredandis: idemque sancitum Æmilij Lepidi decreto, *Idem eod.* Videturque oblitus suiipsius vel naturæ paternæ, qui filiorum mentionem instituendo non facit: naturaliter namque filiis parentes prouident, ne vnquā illis sint bona defutura, vt ait Chrysantas apud Xenophontem, *lib. 8. Cyriped.* Et ex voto omnia illis parant, *l. pe. de bon. liberto. P.* ratione dictante naturali, *l. cum ratio, de bo. damnato.*

24 ¶ † Obseruatumque aliquando antiquitus, ne liceret heredem extraneum instituere, nisi deficientibus descendentibus, vt scribit Plutarchus, *in Solo.* Et apud Athenienses sola successio erat legitima, quibus Lycurgus præsciuit, patrem filio relinquere successionem. Contra quam legem cum Epitades, suborta cum filio contentione, rogationem tulisset, vt liceret cuique & domum & hereditatem cui libuisset relinquere, cunque ei ceteri cupiditatis gratia idem sancientes obtemperassent, experimento didicerunt Epithadis legem labefactatæ reipub. causam fuisse: & ideo absoluta est ab Ægide priore restituta. *Idem in Ægyde.* Recaredus Gothorum rex Leuuilgildo patre melior, pius & optimus, in ipsis regni sui exordiis catholicā fide adeptus, æra 635. vt ait Procopius, *libr. 8. histor.* & alij, *Franc Taraphæ, de regib. Hispaniæ, in Recared. Ioan. Magn. in Gotho. Historia. libr. 16. cap. 10.* anno Domini 576. legem hanc de hoc statuit pulcerrimam, *lib. 4. Cod. legum Wisgoth. titu. 2. l. 20. Omnis ingenuus vir atque fœmina, siue nobilis siue inferior, qui filios aut nepotes aut pronepotes non reliquerit, faciendi de rebus suis quicquid voluerit, indubitanter licentiam habebit: nec ab aliis quibuslibet proximis ex superiori vel transuerso venientibus, poterit ordinatio eius in quocunque cassari. Quia recta linea decurrens, non habet originem quæ successione naturæ hereditatem possit accipere. Ex intestato autem iuxta legum ordinem, recte sibi hereditare poterunt successionem.* Ergo quia opus est filiis relinqui legitimam saltem à lege debitam, *leg. si arrogator, de adopti. P. l. cum ratio, de bon. damn.* non potest facere testator vt suo silentio filius ea priuetur, *l. nemo potest, de lega. 1.* fieret autem, si testamentum staret: cum nemo pro parte testatus & pro parte intestatus decedere possit, *l. vix nostrum, de reg. iur.*

25 ¶ † Sed 2. cum tanta sit coniunctio & parentum in liberos affectio, vt nulli alteri eius amori postponatur, *l. consilio. de cura. furio. C.* titulo honorabili relinqui debet, qui in institutione est, *notatur in l. filium. de lega. pr. ff.* Nulla enim alioquin, vel modica habebitur gratia à filio patri, si quolibet alio fine honore titulo relinquat legitimā, quam eo inuito habere potest. Et tunc fit, vt pater naturalem filium non teneatur instituere, cum ei in bonis patris non debeatur legitima, *l. vxorem, §. pater, de lega. 3. gloss. in l. 1. de ben. poss. con. tab.* Et hac eadem honoris ratione concludunt interpretes, *Guill. Benedict. ad cap. Raynutius, ad ver. in eodem testamento relinquens, 1. num. 248. 249. 250. 251.* instituendos à filiis parentes multo magis, quia filii honorare illos tenentur, *Exod. 20, D. Marc. 7. l. 2. de iust. & iure, P.* Facit §. hæc autem disposuimus, vt cū de app. cog. in nouel. consti. 115, vbi hæc verba scripta sunt notabilia. *Sola est nostræ serenitatis intentio, à parentibus & liberis iniuriam præteritionis & exheredationis auferre. Considerare namque debent parentes, quia & ipsi filii fuerunt, & eadem à suis parentibus sperauerunt. Et similiter qui nunc filii sunt, debent studere parentum animos sanare: quia & ipsi parentes fieri desiderāt, & à suis filiis optāt honorari.* In quibus verbis nota præteritionem dici iniuriam, & institutionem honorem: vt in l. filium, de legat. præst. Et apud Valer. Maximum in prin. c. 7. lib. 7. loquentem de testamentis: *Quæue ad alios, quam qui exspectabant honorem hereditatis transtulerunt.*

¶ †. Tertia ratio ab vtilitate filii trahitur, quia dum portionē 26
legitimæ capit nomine institutionis, etiam in re aliqua, tāquam heres, potest, si institutus coheres vel alii repudiēt, ius ex testamento colligere iure accrescendi, *l. fin. §. si ex fundo, de here instit. P.* quod nō fieret, si alio titulo acciperet. Quarto, liberi præteriti non possunt, quia lege necessarii heredes sunt, *§. 2. de her. qual. & differ.*

De Exheredatione liberorum.

Cap. 3.

Lib. 2. Insti. tit. 23. Lib. 28. P. tit. 2. Lib. 6. C. tit. 28. & 29.

1 *Exheredatio quid & exheres quis*
2 *Abdicatio quid, & quomodo differat ab exheredatione.*
3 *Exheredatio duplex proprie & improprie sumta.*
4 *Exheredatio proprie sumta, iusta & iniusta est, & qua vtraque.*
5 *Posthumus exheredari non potest mala mente, &* 17.
6 *Exheredatio infamiam quomodo contineat exheredati*
7 *Ingratitudinis causæ ad exheredationem legitimam filiorum parentum & fratrum, &* 8.
9 *Donatio ex quibus causis ingratitudinis reuocari possit.*
10 *Exheredatio à quibus fit.*
11 *Exheredatio quomodo, & qua formula fiat. Et sequentibus.*
12 *Exheredatio an valeat sine causæ expressione.*
13 *Et talis facta sine dicta expressione inutilis, etiam si heres velit probare ingratum filium*
14 *Ingrati pœnitentiam agentes & reconciliati vel religiosi facti, exheredari nequeunt à patre. Remittitur & pacto efficaciter ingratitudo, eod.*
15 *Prodigo interdicto bonorum facta tollitur tantum per iudicium contrarium iudicium, vel si per triennium postea probe administret sua prodigus.*
16 *Exheredatio facienda est ab omnibus gradibus institutionis & substitutionis, & quomodo fiat.*
17 *Exheredari qui debeant, vel possint.*
18 *Exheredationis finis, effectus, & rationes, & nu. 19. & 20.*

DIximus superiore † capite, instituēdos vel exheredādos fi- 1
lios in testamento, *l. inter cetera. de lib. & posthu. P. §. 1. de exhere. lib.* si illud velimus conseruari, præteritioneque testamentum subruere ostendimus: nunc, exheredationem iustam sustineri, iniustam autem tollere vim testamēti, & quomodo tollat, docendum est. Exheredatio, est priuatio iuris succedēdi in portione debita per legem in bonis testantis post eius mortē, *colligitur ex leg. si patronus testamenta, §. si quis non mala mente, & leg. Paulus, 2. de bon. liber.* Quæ filiis maxime competit finitio, & illis postea, quibus ius quodammodo successionis in viuentium bonis est. Exheres enim, qui extreaneus ab hereditate fit, demonstrat antea ius sibi fuisse. Priuatio enim supponit habuisse, *l. decem. de verbo. oblig. l. Iulianus, de diuort.* Filii viuentibus parentibus quodammodo condomini bonorum paternorū sunt, *l. in suis de liber. & posthum. l. in suis. de suis & legit. P.* & sui & domestici heredes, *§. sui autem, de hered. qual. & diffe.* & dicti participes bonorum apud Terentium, *in Heautont.* à Menedemo.

Nec fas est me vlla voluptate frui, nisi vbi ille huc salvus venerit,
Meus particeps.

¶ † Differt exheredatio ab abdicatione, quæ Græcis familiatis, 2
& dicta ἀποκήρυξις ἀπὸ τῆς πατρίδος, abdicatio à familia, quia ea fiebat in vita patris: exheredatio post mortē. De abdicatione legitur apud Plutarchum in Themistocle, & de ea pluribus sæpē verbis rhetores in vmbratilibus declamationibus agunt, & Alciatus, *libr. 2. disiunct. c. 28.* Vsurparunt & aliquando abdicationem Romani in summa paupertate, cum filii alimenta præstare nequibant. Scribit namque Dion. Halic. *lib. 2. antiq. Roman.* Romulum necessitatem tantū colonis imposuisse, educandi ex prole quic-

quid

quid esset masculinum, & è filiabus primogenitas: reliquam vero prolem exponi permisisse, potissimum si ad monstrum accederet, aut mutilum quid haberet, post triennium habito iudicio quinque vicinorum proximorum, si proles exponenda esset. Vocant & leges hanc abdicationem etiam, quæ fiebat ἀπονοίας filios, ἀποκήρυξιν, quasi denegationem paterni nominis, quam improbarunt Diocletia. & Maxim. *l. abdicatio, C. & le.pen.de pat.pot. C.* Iura enim sanguinis nullo iure dirimi possunt, *l.iura sanguinis, de reg.iur. P. licet autem cognationis, de pac. P.* non secus quam quæ facta sunt pro infectis haberi nequeunt, *l.in bello, §. facta, de capt. & postl. reuer. P.* Fiebat tamen abdicatio more Græco alio modo, dum ex Pitaci, Solonis, Charundæque legibus licebat filium contumacem, non nece, vt Romanis erat permissum, afficere, sed leuius habere exheredare, domo ve pellere, *Dio. Halic. d. li. 2.* Cum tamen generaliter abdicare sit reiicere aliquid, à se dimittere, vt se abdicare magistratu & officio, pro depositione magistratus recte dictum est, *l. 2. §. & cum placuisset, de orig. iur. leg. penul. de offic. præsid. P.*

3 ¶ † Exhedatio alia est improprie dicta, alia proprie. Improprie, si is qui necessario non erat instituendus, exheres dicatur: veluti, si frater, si spurius, vel alius cui legitima non debetur, *vt in l. quidam cum filium, de verb. oblig. gl. in li. de bono. posse. cont. tab. P.* Præteritio tamen filij in testamento matris accipienda est pro exheredatione, *§. mater, de exher. liber.*

4 ¶ † Proprie exheredatio ea est, quam ante definimus, eius cui legitimam tenemur relinquere. Et ea duplex iterum est, iniusta, & iusta. Iniusta est, quæ sine caussa legitima aut non legitima fit: iusta contra, quæ cum caussa. Iniustam inofficiosi testamenti querela emendat, & rumpit testamentum in institutione, *auth. ex caussa, de libe. præter. C. de inoffi. test.* vt dicemus Deo fauente. Iusta defendit contra filij querelam testamentum, de qua hic. Caussæ & res quæ exheredationem iustam faciunt, quę sunt pro materia exheredationis, in genere sunt, vel sine nota, vel cum nota exheredati. Sine nota, quando pater propter filij exheredati vtilitatem eum exheredat: veluti si impuberem exheredat, & tamen postea fideicommissariam relinquit eidem hereditatem, *Vlp. in l. multi non notæ, 18. de lib. & posthu. P. l. si patronus testamento §. si quis non mala, & l. Paulus, de bon. libe. P. cum simili.* Cum nota est, si quis ob delictum & ingratitudinem exheredes fit, *vt in l. 1. 2. 3. & simili. de libe. & pos. hum. P.* Exheredationes quæ caussam iustam non habent, ob quam priuatio fiat hereditatis, iniustæ & reprobæ sunt.

5 ¶ † Et proinde emendatum est ius antiquum quo licebat posthumos exheredare, *in leg. si quis posthumos, de libe. & posthu.* & alios liberos ex arbitrio: indignum enim visum est, vt qui natus adhuc non est, quive nullo modo male meritus videri potest, de successione ei beneficio naturæ & legis delata, detrudatur sine caussa, *leg. si quis in suo, 13. §. si. de inoff. testa. C. § sed fœminini, de exhe. li. in P. l. si. § fin. de lib præt. C. auth. non licet, eod.* Atque præscriptæ sunt præcipuæ caussæ, ex quibus tantum exheredatio fieri & priuatio legitimæ possit, nouella Iustin. in §. caussa, vt cum de appell. cognos.

6 ¶ † Præsumitur autem semper exheredatio facta mala mente, & notæ caussa, si de contrario aperte non liqueat, *l. testamento centurio, de manu. testam. P. Bald. in l. liberti. C. de oper. li. Ange. in l. si tibi. §. si pactus, de pact. P.* & semper præsumitur male meritus exheredatus, & turpiter & flagitiose viuere, *l. si filiam, C. de inoff. testa.* Notam dicitur continere hæc exheredatio, nempe ob delictum. Et quamuis ea, quæ pater testamento suo filios increpans scripsit, infames filios iure non faciant: tamen, vt ait Alexander Cæsar, apud bonos & graues, opinionem eius, qui patri displicuit, onerant, *l. ea quæ pater, 13. ex quib. caus. infa. irroget. C.* Et verecundiam onerant ea, quæ si per sententiam iudicis cognoscerentur, infamiam iuris adferrent, *l. verbum precibus, 17. eod. tit. ex qui. cau. infa. irrog. l. 2. de obseq. à li. vel li. par. vel patro. præst. P.*

7 ¶ † Caussæ exheredationis iustæ liberorum 14. sunt. 1. Si quis parentibus suis manus intulerit, 2. Si grauem & inhonestam iniuriam eis iniecerit. 3. Si eos in criminalibus accusauerit, quæ non sunt aduersus remp. vel principem. 4. Si cum maleficis hominibus vt malefícus versatur. Et reliquæ aliæ, quæ enumerantur in d. §. caussas, quas versibus his concludunt:

Bis septem ex caussis, exheres filius esto:
Si patrem feriat, vel maledicat ei:
Carcere detrusum si negligat, ac furiosum:
Criminis accuset, vel paret insidias:
Si dederit damnum graue, si nec ab hoste redemit:
Si testari vetet, se societ ve malis:
Si mimos sequitur, vitietque cubile paternum:
Non orthodoxus filia si meretrix.

8 ¶ † Iuste porro exheredationis parentum caussæ, quib. à filiis exheredantur, septem enumerantur ab eodem Iustiniano, §. si quidem, & §. si talis, vt cum de app. cog. Tres autem, quibus fratrem exheredat frater etiam turpi persona instituta, de quibus in §. ingratitudinis, de nupt. in auth.

9 ¶ † Ceterum obseruandum est, & alias ob caussas, quam in prædicti s iuribus enumeratas, posse personas filiorum parentum, fratrum, exheredari, si in illis eadem vel similis sit ratio cum ceteris expressis, vel si maiores vel grauiores sint ingratitudines. *§. porro, quæ sit pri. cau. benefi. amit. & ibi Aluar. Angel. in leg. lex Cornelia, ab initio, de iniu. P. Bald. l. solo, de libe. caus.* Quemadmodum de donatione dictum est, vt licet certæ ingratitudinis eius caussæ enumeratæ sint, tamen aliæ similes vel grauiores ansam reuocandi dare possint, *gl. in l. si. in ver. voluerit, de reuo. dona. C. & ibi Cyn. & Salyc.* Ideoque iusta visa est caussa ingratitudinis & exheredationis liberorum Orientalibus Iurisconsultis apud Constantinum Harmenopulum, li. 5. Prompt. iuris ti. 10. si ex diurno morbo decumbentibus ipsis parentibus cum vocarentur, ope sua eos dignari noluerunt. Et à Lactantio, *lib. 5. diuina. Institutio. c. 19.* filius perditus & impius existimatur, qui patrem suum derelinquit, nec illi obsequatur. Ob eamque caussam dignus putatur.

¶ † Exheredatio fit ab iis, quibus ingrati succedere possint, nō 10
ab aliis à parentibus, filiorum à filiis, parentum: à fratribus, fratrum, vt proxime diximus. Addit autem aliam, quæ à iudice fit, Guillel. Benedi. *in ver. in eodem testamento relinquens, 2. n. 46. ad ca. Raynutius de test.* quando inquit, iudex post mortem patris interdixit bonis filio prodigo, quem pater poterat ob id exheredare, *le. si furioso, de cura. furio. P.* Efficitur enim tanquam exheres, quia de bonis nequit disponere vel contrahere, *leg. in cuis de verbo. oblig. P. videndus text. & ibi gl. & Pano. ad ca. ex parte vestra, de consuet.* Exstat istius exheredationis exemplum apud Valerium Maxi, *lib. 3. cap. 5.* de Q. Fabij Maximi Allobrogici & Imperatoris clarissimi filio, cui Q. Pomponius prætor vrbanus bonis paternis interdixit: neque in tanta ciuitate, qui illud decretum reprehenderet, inuentus est. Dolenter enim homines ferebant, pecuniam quæ Fabiæ gentis splendori seruire debebat, flagitiis dissici. Et quem nimia patris indulgentia heredem reliquerat, inquit, publica seueritas exheredauit. Sed opinor hic nō proprie posse accommodari titulum exheredationis. Quamuis enim non possit prodigus res suas alienare, tamen eas posset dicitur, & hereditatis relictæ capax est, & factionem habet passiuam testamenti.

¶ † Neque conuenit hic formula, qua exheredatio filij vel fi- 11
liæ nunc primum in testamento tantum, non in codicillis, *l. non codicillum, C. de testam. §. codicillis, de codicill. apud Iustin.* Et nisi 2. nominatim, *§. 1. & §. sed non ita, §. de fœminini, §. sed prætor, §. sed hæc quidem, de exhered. li. l. fin. C. de lib. præt.* id est, nominando filium, qui exheredatur, vt possit sine dubitatione cognosci, vel per proprium nomen, vel agnomen, vel cognomen, *l. 1. de lib. & posthum. ae agnominib. & cogno. Roma. tractatio. Tit. Probus in epito. libr. 10. Valer. Maxim.* vel per demonstrationem certam, vt si filius vnicus sit. *filius meus exheres esto, l. 2. de lib. & posth. P. idem in posthumo, l. 3. §. nominatim, de iniu. rup. P.* vel, *non viminandus filius*: vel, *ex Seia natus exheres esto. l. 3. de lib. & posthu. P.* vel, *ceteri omnes filij filiæque meæ, exheredes sunto, leg. Titius testamento, eod.* Idem idipsum de posthumis olim exheredandis dictum erat, *in l. 5. de iniust. rup. P. 2.* Pure etiam exheredatio facienda, non sub conditione etiam potestatiua, *leg. 3. §. pure, de li. & post. & ibi interp. Bar. Paul. Alex. Ias. l. si quis Sempronium, & leg. iam dubitari, de hered. instit. l. sub conditione, de bonor. poss. cont. tab. P.* nisi, inquiunt interpretes, cum filius instituitur sub conditione casuali, & in defectum eius exheredatur, *l. si pater, & l. iam dubitari*, de instit. *subs. sub cond. fact. C. vide AZo. in summ. de libe. præt.* vel agatur de filio nascituro, *l. 1. §. sed & si incertum, de vent. in posse. mitten. 3.* Requirit exhedatio valida, vt fiat consulto, non temere, aut calore iracundiæ: aliter non valet, etiam cum iusta caussa, *leg. filiam, Cod. de inoff. testam. & ibi Bald. Sal. & Ias.* Quemadmodum nec alij actenus iracundia promouente gesti, rati sunt, *leg. quicquid calore, de reg. iur. c. si quis iracitur. 2. q. 3. gl. in c. ex literis, de donat.* Et vt ait Paulus, *Quicquid calore iracundiæ fit aut dicitur, non prius ratum est, quam perseuerant ia apparuerit iudicium animi fuisse, l. 3. de diuor. lib. 24. P. tit. 2.*

¶ † Proinde 4. loco exigit iusta exheredatio infertionē caus- 12
sæ legitimæ, ob quam exheredatio fit. Atque ita expressio est de forma substātiali, *auth. non licet, de libe. præt. C. §. adoptiui, de exhered. lib.* quæ, num sufficiens caussa sit, leges postea docent. At num ea vera sit, onus est probationis ad heredem pertinens, qui eam legitimis testibus, & omni exceptione maioribus docere debet: alioquin pro filio præsumitur, *l. omnimodo, de inoff. testa. C.* Excipit tamen Guillel. Benedi. casus quosdam, in quibus expressio caussæ exheredationis omissa non vitiat eandem, *Guil. Benedi. in c. Raynutius, ad ver. in eodem testamento relinquens, 2. numer. 18. & seq.* Primus, si mater cum videret maritum suum prodigum, filium exheredauerit, sed rogauit institutū, vt cum sui iuris filius esset, ei restitueret hereditatem cum fructibus, veritatne pater hereditatem depopularetur, cū ad eum vsusfructus ex persona filij peruenturus esset. *l. 1. C. de bon. mater, & pro hac sent. stant. Bar. Ang. Imo. in l. cum ex filio, in princ. ad Trebel. P. Bald. in authent. ex causs. de liber. præt.* Et hęc exheredatio est nō mala mente, sed fauore filij sine nota facta admittenda, *l. multi non, de li. & posth. Pd. filius matrem, C. de inoff. test.* Secundus casus, quando filius conse-

Digitized by Google

fit in testamento exheredationi paternæ, & subscripsit: nō enim alia exigitur causſæ expressio, *l. non putauit §. si quis sua manu, de bon. posſe. con. tab.* Etenim volenti iniuria non fit, *l. 1. §. vsque adeo, de iniur. P. l. nemo. de reg. iur. l. 3 §. si quis volentem, de li. h. m. exhib. cum simi.* Et hoc expresſe à præteritionis argumento firmatum videtur: in l. filio præterito, 18. de iniusto rup. P. Tertius casus est, vt expressio causſæ non requiratur in exheredatione eorum, qui sunt in primo loco seu gradu: vt si exheredatur pater, nepos, *Bald. in l. si pater filium, 11. col. de inoff. testamen. P. vide Bened. vbi sup. num. 21.* Idipsum 4. casu verum in exheredatione fratris, *Bar. in l. fratris, C. de transl. mol. Salyc. & Bald. ad l. filio præterito. de iniust. rup.* Vt pater mox ingressurus religionem, & de ingressu cogitans, possit sine causſæ expressione filium exheredare, *Benedic. vbi sup. num. 24.* Sextus, in patre exheredante filiam, statuto vel consuetudine à successione exclusam, *Idem numer. 25. Bald. in l. posthumus, §. si ex his, de inoff. testam.* Idipsum obtinebit, si remuneratione pactitia excludatur, propter ca. quamuis, de pact. in Sex. & si agatur de filio bannito, seu deportato, vel aliter incapaci successionis, cum habeantur pro extraneis, quos etiam heredare ridiculum est, *l. quidam cum filium, §. in eo autem, de verb. oblig. P.*

13 ¶ † Extra hos casus, requiritur causſæ expressio in exheredatione: neque auditur heres, si vbi non est expressio, voluerit excipere cōtra filium de ingratitudine, quam probare potest commissam, quamuis contrarium tueatur Angelus, *in §. ingratitudinem, de nup. in auth. & contra Angelum defendit Benedi. vbi sup. num. 26.* Quia remissa censetur iniuria quæ pro parte à testatore obliuioni data est, & dictus § causſas, expressionem nominatim exigit. Vnde heres non poterit Camarinam, vel bene conditū malum mouere, aut obicere ingratitudinem, *arg. l. si. C. de renoc. don.* Sed neque causſa sola, propter quam filius exheredari iuste à patre potest, repellit eum à petitione legitimæ, *l. in arenam, C. de inoffic. testam.*

14 ¶ † In hāc sententiā duo notabilia adfert Guill. Benedictus, *vbi sup. nu. 39. 40. & 41.* de personis ingratis, vt non possint exheredari si pœnitentiam delicti admiserint, & patri & Deo satisfecerint: pluraque exempla per pulcra de pœnitentiæ effectu refert, quæ non transferam. Accedit quod per ingressum religionis, ingratitudo purgatur, vt filius exhedari non possit, in ca. fin. 19. quæst. 3. Aliud notandum, vt si post testamentum factum, cuius tempore filius erat ingratus, pater remiserit ingratitudinem, pacto, vel reconciliatione, *§. fin. de iniur. l. non solum, 11. §. 1. l. sed si vnius, 17. §. si ante iudicem, eod. tit. P.* ea non officiat filio, vt textus sacræ paginæ, in filio prodigo à patre reconciliato, nos docet Luc. decimo quinto. Imo si post ingratitudinem filius notabilem gratitudinem exhibuerit patri, tollitur nota ingratitudinis & effectus, *Bald. in l. si liberi, de inoff. testa. C. Iason, in l. ex hoc iure. 19. C. de iustit. & iure.*

15 ¶ † Sic contrario & posteriore actu, ipso iure tollitur præcedens. Nam & prodigus ex decreto iudicis iudicatus, cui bonis interdictum est & curator datus, si per triennium subsequēs res suas prudenter curet & administret, cessat ipso iure curatela, & interdictio, etiam nulla interueniente iudicis declaratione, *Guido Pap. q. 260.* quamuis regulariter iudicis declaratio exigitur, *Barto. in l. is cui, de ver. oblig. P.*

16 ¶ † Postremo requiritur in formula exheredationis, vt si plures gradus sint, exheredetur persona ab omnibus, *leg. 3. §. filius cum sequenti. vers. de libe. & posthum. P.* quod potest fieri, vel ante heredum institutionem, vel inter medias heredum institutiones, vel inter gradus, *l. 3. de iniusto. rup. P.* vel post omnes gradus, *l. 1. C. de lib. præt.*

17 ¶ † Qui porro sint qui exheredari possint vel debeant, satis ex superioribus constat eos esse, quibus tenemur relinquere legitimam, seu quos instituere oporteat necessario non extraneos, *d. l. quidam cum filium, §. in eo, de verb. oblig.* Posthumos olim licuit exheredare, *l. posthumorum, 3. de iniusto rupt. P. §. posthumi, de exhered. libe. apud Iust. cum simil.* hodie non licet: nec infantes, qui ejus ætatis non sunt, vt causam ingratitudinis committere possint, quive alterius odio opprimi debeant, *l. si quis, 11. §. legū. C. de inoff. testa. l. si. §. si. de li. præt.*

18 ¶ † Finis ramque exheredationis iustæ est, immeritum de aliquo priuari eius beneficio: propter benemerita enim deferūtur successiones, *l. nec audeat, pro soc. P.* Græci, vt Phurnutus ait, *lib. qui Θεωρία ἐστὶ τῶν θείων φύσεως, ἐστὶ τοῦ ἑρμοῦ, ἡγεμόνα ἔδωκε διδάσκαλον αὐτοῦ χαρίτων τὸν ἑρμῆν, ἐμφαίνοντες ὅτι εὐλόγως δεῖ χαρίζεσθαι τῷ μὴ εἰκῆ ἀλλὰ πρὸς ἀξίους. ὁ δὲ χαρισθεὶς εὐχαριστους γίγνεται πρὸς τὸν εὐεργέτην*, id est, *Tradiderunt gratiarum autem esse Mercurium docentes non citra neglectum & negligentes indignisque beneficia esse danda. Qui enim ingratitudinem expertus est, ad benefaciendum tardior est.* Et D. Bernardus, *in Sermo. 2. de septem panibus.* peremptoria res est ingratitudo, hostis gratiæ, inimica salutis, latissimus vagandi hic de ingratitudine campus, & de eius delicto cōmissio in parentes & in patronos, sed locus vulgaris nimium & frequētior apud omnes. Et Lilius Gregorius Gyrardus libros integros edidit eruditos aduersus ingratos: nosque in lib. 39. huius Syntagmatis c. 1. num. 14. de crimine ingratitudinis aliqua tradidimus. Sed & otiū mihi libere philosophandi nunc deficit, ideo plura non adiiciam: vide tamē, si plura cupias, quę de hac ingratitudine Guill. Benedict. cumulauit, ad ca. Raynutius: in ver. *in eodem testamento, 2. nu, 30. & 31. 32. 33. 34. 36. 37*

19 ¶ † Porro effectus exheredationis iustæ sunt, vt omittant exheredati legitimam, in quam alioquin successuri erant, Sic pro mortuis habentur, *Bald. & alii, in auth. nouissima, C. ae inoff. testam.* quod pertinet ad commodum illorum, *l. 1. §. si pater. de consang. cum emancip. lib.* Imo ingratitudo, propter quam fit exheredatio, tantæ est efficaciæ, vt si filius ingratus vellet aliquam rem à patre venditam, iure redhibitionis gentilitiæ seu retractus proximitatis retrahere, offerendo pretium intra annum, iuxta constitutus, de in integ. resti. tanquā proximior, repellatur exceptione ingratitudinis, *Guill. Bene. ad d. vers. in eodem testamento, 2. n. 22. arg. §. quæsitū, de capita. qui curiam. venati. §. insuper, de prohib. feud. alien. per Federic. in v. b. feua* ¶ † Ratio expulsionis, ab eadem 20
pendet ingratitudinis detestatione: quia digni sunt delinqentes qui etiam fame pereunt, *l. bona fide. de poss. P.* Alia à pœna sontibus & contumelias inferentibus debita, quæ eo maior esse debet, quo personę, quibus inferuntur, magis sunt honorabiles, *§. pœna autem, de iniur. apud Iustin.* Et atrox fiat iniuria, si patrono vel parentibus à libertis vel liberis inferatur, *§. atrox, ex l. prætor ea. xit, §. at in actione, §. præterea. & §. fin. eod. tit. P.* Singulæ etiam causſæ ingratitudinis, vniuersas & plures ad eandem exheredationem contendentes, tibi suggerent rationes.

De Inofficioso Testamento.

Cap. 4.

Lib. 2. Instit. tit. 18. lib. 5. P. tit. 2. lib. 3. C. tit. 28.

1 *Exheredatio vel præteritio matris sine causſa irritum reddunt testamentum, quando non.*
2 *Inofficiosum testamentum quomodo dicatur, & inofficiosi querela non datur, si aliud sit remedium*
3 *Querela inofficiosi cur ita dicatur.*
4 *Inofficiosum testamentum dicere quid sit.*
5 *de Inofficioso agens & succumbens priuatur omni relicto ex testamento, nisi adsistat ante sententiam, vel alterius nomine agat.*
6 *Inofficiosi querela quadruplex Azoni ex ratione personarum quomodo: vna tamen constituenda & nu. 7.*
8 *Legitima iure institutionis descendentium & ascendentium institutionis tantum iure relinquendā*
9 *Inofficiosi testamenti querela contra quæ testamenta proponitur, cōtra quos, & quomodo conuertatur, nu. 10. 11. & 13.*
12 *Ingratitudinem exheredationis quis probare possit, filius exheredatus, an extraneus.*
14 *ad Legitimæ supplementum quando agatur.*
15 *Legitimæ repletionem sibi propria auctoritate non facit filius, nec ei pactum de ea cum patre factum nocet.*
16 *Inofficiosi testamenti querela quanto tempore competat: & an præscribatur quinquennio nu. 17.*
18 *Inofficiosi testamenti querela vel supplementum quando detur nepotibus vel aliis gradibus primis exclusis, & quibus aliis.*
19 *Querela inofficiosi datur contra testamentum matris, sed pater non agit pro inuito filio.*
20 *Querela inofficiosi à quibus & in quos præparata vel non trāsmittatur*
21 *Alimentorum prouisio quando agenti inofficiosi querela detur.*
22 *Testamentum ex causſa exheredationis quando in totum. & quando nunc in parte irritum fiat & c.*
24 *Rationes querelæ, & legitima quare priuari non possunt, quibus debetur.*

QVia plerumque siue causſa † exheredatio fit, vel saltem ex 1
causſa non legitima, vel ex falsa, vel quia matres liberos præterierunt, quarum præteritio pro exheredatione habetur, *§. mater, de exhered. libe. vide de hoc, & de hac querela Val. Max. li. 7. cap. 7.* placuit irritum esse testamētum ex causſa exheredationis, *auth. ex causſa, de lib. præt. §. aliud quoque capitulum, & seq. & §. & hac, vt cum de app. cog. in nouell.* Verum distingue, an sine causſa fiat exheredatio, nec inseratur: nam tunc ex sententia omnium doctorum fere, testamentum omnino fit ipso iure nullum nec opus est querela seu remedio ad illud rescindendū, *Imola in l. 2. nu. 6. & 7. de testam. & in l. filio præterito post. nu. 30. de iniusto rup. P.* Idipsum tenendum est, si cum causſa fiat exheredatio inserta testamento, quæ ex legitimis causſis non est, *Imo. in d. l. 1. nu. 6. de testa. & d. l. filio præterito, nu. 3.*

¶ † At si cum causſa legitima per se, inserta quidem in testa- 2
mēto, sed quæ non probatur commissa ab exheredato exheredatio fiat, testamentum tanquam inofficiosum rescinditur, iuxta auth. ex causſa de lib. præt. & datur querela inofficiosi testamēti, *§. 1. de inoff. testam.* & contra præteritionem matris, *l. si instituta, 27. §. fi. eod. titu. P.* Aliud est enim dicere testamentum nullum, aliud

Digitized by Google

liud dicere inofficiosum. Neque dãtur hæc duo] remedia simul, sed oportet alterum eligere, *l. Papinianus, 8. §. si quis irritũ, de inoff. testam. l. nemo, §. quotes, de reg. iur.* Inofficiosi quippe querela remedium extraordinarium est, quod non datur, si ordinariũ aliud sit, vel alia actio, *d. l. Papinianus, §. si quis impubes, & §. tum autem, eod. titu. apud Iustinian. l. 1. §. generaliter, de Carbo. edict.* exemplo subsidiariarum actionum, *l. in ea ipsa, in 2. 17. de num. 25. an. P.* Quamuis huic actioni adiungi soleat, veluti ad effectum eius, petitio hereditatis, vt quis rescisso testamento, petat se heredem declarari, sibique adiudicari hereditatem, *l. qui de inofficioso, 20. de inoff. testam. P.* Vbi tamen nota, petitionem hanc proprie non esse hereditatis, quod pluribus probat argumentis Azo, in Summa tit. de inof. testa.

3 ¶ † Hoc remedium, querela dicitur, vt & querela bonorum possessionis contra tabulas, *l. nam & si parentibus, 15. §. heredi, & l. eum qui, 21. eod.* eo quod agatur de lite mouenda inter patrem & filium, & de iudicio eorum perperam prolato, *l. pater filium, eod.* quod si impugnaretur aperte, haberet quodammodo famosam actionem iniuriarum, *in l. prætor ait, 7. de iniur. P. & l. 1. de in qui not. infam. P.* Nam liberi queruntur se esse exheredatos iniuste, aut inique: si de matre agatur, præteritos, inofficiosi quæstionis colore, quasi non sani mente fuerint parentes cum testamentum ordinarent. Sed hoc dicitur, nõ quasi parens vere furiosus sit, quia recte quidem facit testamentum, sed non ex officio pietatis. Nam si vere furiosus sit, nullum esset testamẽtum, *§. 1. de inoff. testam. lib. 2. & nam & ut, § fin. eod. tit.* P. Vix autem pro iniuria illata, inter patrem & filium accusatio admittitur: nec libertorum aduersus patronos, *l. qui accusare, 8. de accusat. P.* Verumtamen liberi libertique non sunt prohibendi, suarum rerũ defendendarum gratia, de facto parentum patronorumque queri, *l. hi tamen omnes, 11. §. 1. eod. l. fin. C. quis accus. non pos.* Accusationis inter has personas pietas & obsequium reuocat intentionem, *l. inter, 13. eod. l. 3. de pat. pot. C. l. 2. de abolitio. C.* at ratio naturalis & æquitatis suadet audiri has personas verecunde de officio patris & patroni conquerentes, & contra etiam, si isti decidant ab officio: ideo eorum accusationes querelæ dicuntur, *in l. 2. de in qui sunt sui vel alie iur. P. l. 1. §. hoc autem, cum 2. vers. seq. de offic. præf. vrb.* Itaque controuersia inofficiosi testamenti, dicta querela potius & modestius, quam accusatio: cum tamen accusatio sit, *l. posthumus, 6. §. si quis instituta, de inoffi. testam.*

4 ¶ † Inofficiosum testamẽtũ dicere nihil aliud est, quã allegare, quare exheredari seu præteriri à matre quis non debuit, vt ait Marcellus, *in l. 3. eo. P.* id est docere immerentem: & ideo indigne præteritũ, vel etiam exheredatione submotũ, *d. nã & ut §. huius, eo.*

5 ¶ † Quo fit, vt is qui agit de inofficioso, si non obtineat, priuari debeat omni emolumento, quod ex testamento impugnato consecuturus erat, & illud deferatur fisco tanquã ab indigno ablatum, *l. Papinianus, 8. §. meminisse, eod. P. l. si patronus, de bonis liberto.* P. si vsque ad sententiam in iudicium lite improba perseuerauerit: non etiam, si ante sententiam destitit, *a. §. meminisse. l. fi. de eo quod cer. loc. P. & l. si cum §. 1. de eo quod met. cau. l. hoc edicto, de publicia.* Saluis tamen etiam agenti & non obtinenti aliis, quæ extra testamentum à testatore habuerat, vel donatione inter viuos, vel dotis constitutione, quæ nihilominus à succumbente vindicantur, *l. etiam si, 11. de inoffic. testam.* P. Sed & is qui nomine alterius, puta tutor pupilli, vel curator minoris, inofficiosi querela non priuatur relicto, sibi in testamẽto impugnato, etiamsi non obtinuerit, *Laduersus, 30. §. ach tores, eod. §. si tutor, eod. apud Iustin. l. tutorem, de his quibus vt indign. l. cum quidam, a. administr. tut. C.* officium enim suum necessarium nemini gerenti debet esse damnosum, *l. sed si quis ex signatoribus, qui testa. ap. e.* P.

6 ¶ † Quadruplicem videtur Azo constituere querelam inofficiosi, ex ratione personæ quibus datur sumta. Nam inquit, inter patrem & filium, dicitur pietas, *l. pen. de obseq. à lib. & libert. par. & pat. præst.* inter patronum & libertum, obsequium, *l. officio, de negot. gest.* inter Deum & homines, religio, *l. veluti, de iust. & iure,* P. inter hominem & alium quemlibet, beneficium, *l. seruus ea lege, de ser. ex port.* P. Ideo contra hæc diuersa officia commissa, inofficiosa dici possent diuersa.

7 ¶ † Sed illud non placet, & inofficiosi querelam generaliter vnam esse censeo, quando peccatum est contra officium instituẽdi vel exheredandi: non si contra alia officia. Nam sequeretur amicos necessario instituendos, quorum gesta ex officio amici geri dicuntur, *l. 1. manda.* P. Contra officium pietatis inofficiosum testamentum dicit lex in reliquo recte facto testamento, *l. 2. de inoff. testam.* P. Vt intelligamus etiam fraternum testamentum ex connexione quodammodo pietatis, & certis de caussis, hoc nomine contineri *l. fratris, C. eod.* Materia & res, de quibus hic contenditur, hereditatis nomine continentur.

8 ¶ † Nam portio hereditatis est ea, de qua querela instituitur, non autem res singularis: quia superiori capite diximus, iure institutionis, id est, iure heredis, filius & alius personis, quibus debetur legitima, hodie relinqui debere quartam partem seu legitimam, abrogatis iuribus contrariis, *l. quale, §. igitur quartam, cum simil. de inoff. testa. apud Iustinia.* Et dicitur quarta bonorum pars, quæ à testatore relinquenda est, *in l. cum quæritur, 6. C. eod.* Et hoc modo filia præterita à matre, ad successionem eius citra inofficiosi querelam aspirare non potest, *l. filiam præteritam, 15. C. eod.* nec contra mater à filio præterita, sorore instituta, *l. cum filium tuum, C. eod.* ¶ † Cõtrouertitur in inofficiosi querela, quãdo 9 contra testamentum proponi possit, & si proponi possit, num in illo quis immeritus vel inique exheredatus est. Ergo sciendũ est agẽti prius, quæ tabulæ impugnari possint. Nam militis testamentum non patitur hanc querelam, si militari iure conditũ sit, *l. ae inofficioso, 9. l. testamento, § fi.* Aliter enim in veterano, qui desiit militare, vel post annum à tempore militiæ mortuus sit, sancitũ est, *l. Papinianus, §. Papinianus, de inoff. testa.* P. Neque etiam aduersus testamentum fratris, sororis, patrui vel auunculi, amitæ vel matertetæ, proponitur, *l. fratres, 21. eo. C.* nisi scripti heredes infamiæ vel turpitudinis, vel non leuis notæ macula aspergantur, vel liberi sint non bene merentes ex maximis beneficiis. Quibus casibus tantum fratres consanguinei agere possunt contra tabulas de inofficioso, non etiam vterini, *l. fratres, 27. eod.* Et quamuis ab intestato, differentia inter vterinos & consanguineos sublata sit, *auth. essante. de legit. hered. C.* tamen in hac quæstione odiosa, non sunt æquales. *gl. in d. l. fratres, ad ver. arceantur.* Ita aduersum aliarum personarum quam descendentium vel ascendẽtium & fratrum consanguineorum testamentum, inofficiosi querela non proponitur, *l. 1. de inoff. testam.* P. Sed aduersus testamenta eorundem, oportet videre num subsistat: quia validum, excepta caussa inofficiosa, esse debet, *l. 2. eod.* Et ex eo adita requiritur vt sit hereditas.

¶ † Nam ex hereditatis aditione nascitur querela, *l. Papinia-* 10
nus, § si conditione, eod. quæ proponitur contra scriptos heredes, vel aduersus fideicommissarios vniuersales, perinde ac si pro herede vel pro possessore possideant, *l. 1. l. si heredem, l. cum duobus, & l. cum filium, l. si maritus, eod. C.* Nec habetur ratio dignitatis heredis, vel conditionis, *l. Papinianus, §. si imperator, eod.* P. Nec interest ipse sit ex liberis, vel ex extraneis, vel ex municipibus, *l. pen. vers. quantum, eo.* P.

¶ † Et tunc inter illos disputatur, num iusta sit exheredatio, 11
vel iniusta: & num caussæ sint sufficientes, an vero illegitimæ, *vt indagatur in l. in arenam, 1. l. cum te pietatis, 8. in l. filium in orbitate, 20. eod. C.* Et rursum si legitimæ sint, an illas commiserit exheredatus, *l. 3. & 4. eod.* P. *l. si maritus, 22. l. liberi, 28. §. si autem, eo.* vel si non commiserit, an inconsulto calore fuerit exheredatus, *l. si filium tuum, 19. de inoff. testa. C. & ibi Bald. & Iason.* aut si cum consilio, num ob vtilitatem exheredati fiat exheredatio. Nam cum non notæ caussa facta sit testamentum sustinetur, nec admittit querelam, *l. filius matrem, 25. & sequen. & l. si pater puella, 12. C. eod. l. multum non notæ, de iniusto rup.* P. Quod enim fauore filiorum inductum est, non debet in odium eorum retorqueri, *l. quod fauore, de legib.* C.

¶ † Proponitur porro ab exheredato querela, sed de proba- 12
tione num iusta caussa numve ingratus fuerit filius, vel gratus, dubitatum est à quo fieri debeat: an à filio, vt probet se gratum, an ab herede, vt probet ingratum filium. Et lege quidem Constantini liberi exheredati præsumebantur ingrati, nisi se gratos ostendissent: & contra exheredati ascendentes, grati existimabantur, nisi heredes docuisset ingratos, *l. liberi, 28. de inoff. test. C.* Ex Iustiniani tamen constitutione contrarium statutum, & oportere argui ingratos, si testator eos ingratos dixisset, *l. nemo modo, 29. eod.* Quod certe æquius est, cum quilibet præsumatur bonus & gratus, nisi de contrario doceatur, *l. merito, pro soc. P. ca. fi. de institut.* Item odia constringi conuenit, *c. odia. de reg. iur. l. legatis, l. fi. de adi. lega.* P. Sicque Paulus respondit aliam esse caussam institutionis, quæ benigne acciperetur: exheredationes autem non esse adiuuandas, *l. cum quidam, 19. de liber. & posthu.* P. Sed & tertio, accusatio testatoris videtur esse exheredatio, probari autem accusationes, alioquin reus absoluitur, etsi ipse nihil præstat, *in l. qui accusare, de eden. C. l. actor, de probat. c. licet, de accusat. l. libellorum, eod.* P. Qui enim iure naturæ debitam legitimam, vel iure ciuili constitutam petit, habet pro se probationem apertam, quod succedere debeat, si persona eius in confesso sit: puta, quia filius est, ergo heres, *ad Gal. 4. D. Paul. l. in suis de lib. & post.* P. vel si parens sit *l. nam & si parentibus, de inoff. testa.* Et proinde qui excipit de ingratitudine, & dicit ingratum eum, oportet probare: non eum qui negat, *l. 2. de probat.* P. Et in l. ab ea parte, 5. de probat. in P. Paulus respondit, *ab ea parte qua dicit aduersarium suum, ab aliquo iure prohibitum esse specialiter, lege, vel constitutione, id probari oportere.*

¶ † Forma, secundum quam experiri hac querela oporteat, 13
sparsim tractatur in iure, & praxis eam docere facile potest: primum implorato officio iudicis, conqueri oportere iniuste & immerito se esse exheredatum, & ita in ius vocandũ heredem qui adiit, vel possidet hereditatẽ, veluti petitione hereditatis, *l. 1. C. de inoffi. testa. l. qui de inofficioso, eod. P.* Aut alia via ex Vlpiani sententia, si filius possideat, per exceptionem proponeretur, & per viam condictionis. Verba Vlpiani hęc, *l. Papinianus §. si filius exheredatus, eod.* P. *Si filius exheredatus in possessione sit hereditatis, scriptus quidem heres petet hereditatem: filius vero in modum contradictionis querelam inducet, quemadmodum ageret si non possideret, sed peteret.* Et vltra, si suspecta sit collusio legatariis, inter heredes scriptos, & eum qui de inofficioso testamento agit, adesse etiam legatarios. & voluntatem defuncti tueri constitutũ est: eisdemque permissum est etiã appellare, si contra sententiam pronun-

Digitized by Google

tiatũ est, *l. si suspecta. 29. eo. P. l. si superatus, de pig. P. l. à sententia, §. si heres, & §. idem respondit, de appellati. l. Paulus respondit, §. cũ, de procu. P.*

34 ¶ † Ex igitur etiam, vt perpendamus, si nihil relictum sit actori de inofficioso, aut si quippiam is consequutus sit à patre. Nam si nihil habuerit, vel si habuerit, sed quod relictum est eui ctum fuerit, aget querela: si vero aliquid habeat quod tamẽ non sufficiat pro legitima parte tunc omissa querela agetur tãrum ad supplementum hodie: quamuis olim agi posset de inofficioso, *l. omnimodo, 30. l. scimus, 36. l. quoniam, 29. C. ae inoffi. testa.*

35 ¶ † Fiet porro supplementum & repletio ex ipsa substantia patris, *d. l. scimus, §. repletionem.* pro tata, tam de rebus quæ remanserunt apud heredem, quam de rebus legatis, *l. si libertus sub cõditione, §. libertus. de bon. libe. P. Bar. in l. in quartam, vlt. col. vers. quæro per quos, ad leg. Falc. & cons. 34. incip. factum tale est, circa finem.* Idque auctoritate iudicis petitione in heredem directa. nõ autem propria auctoritate res capiet filius pro sua parte, *Bart. in l. 2. quan. & quib. quar. pars deb. lib. 10. C.* Dat autem eam repletionem ei iudex, non obstante pacto & promissione facta cum patre de non petendo, *l. si quando, 35. §. 1. C. de inoff. testa.*

16 ¶ † Hæc actio inofficiosi moueri debet intra quinquennium, post quod perimitur, *l. si quis filium, 34. l. scimus, 36. §. fin. eod. C. l. Papinianus, §. si. eo. l. 2. in quib. causs. in int. rescis. non est nece. C.* facta computatione à tempore aditæ hereditatis, *gl. in §. 1 in ver. agere, de inoff. test. apud Iustin. Azo in summa, de inof. C. num. 3. tex. in l. scimus, 36. §. illud, de inoff. testam. C.* Videtur enim renuntiare tacite querela, per lapsum constituti temporis: quod constituit in mora, quando dies adicitur à lege, vel ab homine, *l. magnam, de constrah. & committ. C.* Et ideo priuatur iure suo, & repellitur: vt is etiam, qui expresse renuntiauit querelæ, *l. qui repudiantes, 17. & l. nam etsi, 15. §. 1. de inoff. testam. P. l. si proponas, 23. §. 1. eod. l. nihil interest, 12. eod.* vel tacite alio modo voluntatem testatoris agnoscendo, *l. Papinianus, §. si condstioni, & l. si proponas, 23. §. penu, eod. P.*

17 ¶ † In actione autem ad supplementum data, num idem vel maius tempus requiratur, facit quæstionem. quod hæc in locum inofficiosi subrogata sit, *l. commodo. eod. C.* & subrogatum regulariter inducat naturam eius cui subrogatur, *l. si eum §. si iniuriarũ, si quis cautio. P. §. fuerat, de actio.* Vnde Bartolus ratus est, eodem quinquennio aboleri condicendi supplemẽti legitimæ quęstionem, *Bart. in d. l. si quis filium, de inoff. testa. C. & cons. 14.* Verumtamen contraria sententia recepta est, vt quemadmodum datur ius petendi hereditatem à possessoribus per triginta annos, *l. licet, 8. C. de in deliber.* sic etiam habeat ius petendi supplementũ legitimæ, ex *l. omnimodo, de inoff. testa. C. Guill. Bene. in c. Raynutius ad ver. mortuo itaque testatore 2. nu. 64. de test. Bal. Ias. & alij, in d. l. si quis filium, Guido Pap. decis. 82.* Quia condictio ex lege personalis est, *l. 1. de condict. ex leg. P. §. appellamus, de actio. Ang. in §. 1. de inoff. test. Alex. cons. 128. in 1. par. cons.* personales vero præscribuntur 30. annorum spatio.

18 ¶ † Elapso tempore querelæ, vel renuntiatione eius facta, per eum qui agere poterat, fit delatio ad sequentem gradum, à patre non agente in nepotem volentem agere, *l. omnes, & l. sicut, de præscr. 30. Gel 40. anno.* Agunt enim & nepotes sublato patre de medio de inofficioso testamento aui: sed primo filius, si se filium doceat, *l. pater filium, 14. & l. si in qui, 31. de inoffi. P.* postea, nepos, *l. 3. si instituta, 27. §. ei qui se filium, eo.* Subinde omnibus, tam parentibus contra testamentum filiorum, *l. si proponas, 23. eod. l. neptem, 7. C. eod.* quam liberis contra testamentum patris, *l. 1. & l. nam & si parentibus, eod. P. §. 1. eod. apud Iustin.* de inofficioso liceat disputare. si ab intestato sint successuri, non aliter, *d. l. 1. de inoff. test. P. §. 1. eod. ap. Iust nia. d. l. posthumus, 6. §. si quis eod.* Et de inofficioso testamento matris etiam spurij agere possunt, *l. si suspecta, 29. §. de inofficioso, eod. P.* si modo mater non sit illustris per l. si qua illustris, ad Senatusc. Orfic. C. Sororibus autem & fratribus non licet contra omnes heredes fratris agere, sed tantum contra turpes personas institutas, *§. 1. vers. non autem, de inoff. testa. l. fratrũ, & l. fratres, C. eod.* Vltra fratres & sorores, cognati nullo modo aut agere possunt, aut agẽtes vincere, *in d. §. 1. & vers.* possunt tamen falsum testamentũ dicere, vt ait Harmenopulus his verbis, *cons. Harmen. li. 5. tit. 6.* γονεῖς τε καὶ τέκνα καὶ ἀδελφοὶ κατὰ τὴν τάξιν τῶν διαθήκας μόνον ἀναιρεῖν δύνανται ὁ λοιποὶ συγγενεῖς. οἱ πλάγιοι δὲ καὶ ἔτι διαθήκην. &c. id est, *parentes, liberi, & fratres, querelam inofficiosi testamenti intendunt, necnon etiam & reliqui cognati, Facit l. 1. de inoff. test. P. Vt falsum tamen ij quoque arguere & criminari possunt.* Aduersus etiam testamentum filij in adoptionem dati, pater naturalis agere potest, *l. aduersus, eod.*

19 ¶ † Pater tamen non poterit inuito filio, cuius solius iniuria est exheredatio, eius nomine querelam mouere contra testamẽtum matris, *l. Papinianus, eod.* aduersum quod querela datur, *l. nam & hi, 5. eo. P. l. filiam præteritam 15. C. eod.* vt & matri aduersus testamentum filij, *l. liberi. 28. §. fin autem, eo. C.*

20 ¶ † Et ita, fit etiam in istis personis decedentibus antequam experiantur, transmissio querelæ, & potestatis agẽdi in heredes. vt illi agere possint loco defunctorũ de inofficioso, & veluti iure representationis. In liberos quidem succedẽtes, fit trãsmissio querelæ, nõdum etiam præparatæ vel institutæ à patre præmoriente, *l. si quis filium 24. §. fin. melius in l. sciendum, 36. §. si. eod. C.* vt & ius dicendi testamentũ nullum transmittitur ad solos liberos, *l. 1 de in qui ante aper. tab. C. Ias. in l. cum mota, de transf. & l. quæsita, qui admit. ad bon. poss. & in l. si infans, C. de iure del. lib. 9. col.* In quo corrigitur ius antiquum, quod non nisi præparatã ad vltos heredes transmitti patiebantur, *l. posthumus, 6. §. si. ae inoffi. testam. P.* quod seruabitur in heredibus extraneis eorum qui querelã habent, in quos non transmittunt nisi præparatam vel motã, *d. l. posthumus.* Docet autem Paulus quemadmodũ litem quis præparasse videatur, & possit transmittere actionem, in l. quemadmodum, 17. de inoff. testa. nempe si comminatus fuerit accusationem, si denuntiauerit, vel libellum ea de re obtulerit, *viae Guid. Pap. dec. 214.* nisi postea trãsegerit. *l. cum mota, C. de transact.* vel litem dereliquerit, *Papinianus §. si quis post litem de inoff. testa. P.* Non enim sufficit litem instituere, si non in ea perseueratur, etsi mutatio fiat voluntatis, *l. nam & si parentibus, §. 1. eod.* Item, si hereditatẽ ab heredibus institutis exheredati emerint, vel res singulas, scientes eos heredes esse, aut cõduxerint prædia, aliudve quid simile fecerint, vel soluerint heredi quod testatori debebant. Nam iudicũ testatoris agnoscere videntur, & à querela excluduntur, *l. si proponas, 23. §. si hereditatem, eod.* In aliis personis quam liberorum agentium cõtra testamentum parentum, querela nõ præparata non trãsmittitur: præparata cõtra. Vt si agatur de testamento fratris per querelam impugnãdo, *l. si pater tuus 5. eod. C. Cyn. & Bart. in l. scimus, §. fin. C. eod.* Sicuti fratris hereditas non adita non transmittitur, *l. quoniam sororem, C. ae iure delib.* Et proinde quoque, non transmittitur contra testamentum descendentium, in quo ascendentes fuerunt exheredati: quia illa querela non transmittitur ad suos liberos, *Angel. in l. nam & si is de inoff. testa. P. Guil. Bene. in ca. Raynutius, ad verb. mortuo itaque testatore, 2. nu. 147. de testa.* quamuis Cyous & Salycetus dubitent, *in d. l. scimus, §. fi. C. de inoffi. test.* Verumtamen in suis, in quos diximus transmitti querelam non præparatam, Guil. Benedictus temperamentum adfert, nec absolute ita resoluendum docet. Et primum hoc verum esse ait, quando qui decessit heres descendens, exheredatus non potuerit præparare in vita querelam, quia forte heres scriptus nondũ adierat hereditatẽ, *vt in l. Papinianus, §. si conditioni, eod. P.* Nam si heres scriptus adiisset hereditatem, vt sic filius potuerit præparare querelam contra testamentũ patris & non fecit, nec velle præparare declarauit, non transmittet nunc, quemadmodum nec olim Neque lex, si filium, C. de inoff. testam. ad alium casum extra cõprehensũ, in quo permittit transmissionem. Secundo tradit intelligi debere, transmissionem querelæ fieri non præparatæ in liberos descẽdẽtes à filio exheredato, dũmodo illi sint heredes moriẽtis, & trãsmittẽtis exheredari: cũ ex eius tantũ persona venire possint, *vt notatur in l. si Ie patris, C. vn. lib. & l. si quis filiũ, de acq hered. P.* Nã si heredes non sint, non trãsmittit in eos exheredatus querelam non præparatam, *Paul. Castr. & Iason, in d. l. si quis filiũ. C. de inoffi. test.*

¶ † Effectus istius querelæ ex iure antiquo erat, vt nullũ rederetur testamentum, vbi pro conquerente iudicatum fuisset, neque quicquam ex eo testamento valeret, *d. l. Papinianus, §. pe. l. cum mater, 28. l. si non mortis. 25. §. fin. de inoff. test. P.* Vt nec fideicommissa deberẽtur, etiamsi testator rogauerit venientes ab irtestato, tanquam à demente condito testamento *l. Titia filiã, 23. de inof testa. P.* Et reuiuiscebant actiones, quę aditione testamenti erant vel extinctæ, vel confusæ, *l. si maritus, 22. C. eo. si. l. 3. de condeb. P. l. vxorem, de manu. testa.* Neque ex eo testamento debebantur libertates relictæ, reuocarentur & legata soluta, nisi post quinquennium de inofficioso actum esset, quo casu pro singulis libertatibus sufficiebat dare 20. aureos, *l. Papinianus, §. fi. de inoff. testa. P.* vel nisi fideicommissariæ essent libertates. *l. si autem intra, 9. & l. si sub hac conditione, 6. eod.* P. Ita qui obtinebat in querela, consequebatur quantum consequuturus fuisset, si testator decessisset sine testamento. Et si solus successurus fuisset, solus & tutę succedebat, *l. mater decedens, 9. eod.* si cum aliis, in pari gradu & cũ illis pro modo intestatę successionis, *l. Papinianus, §. quoniã posthumus, §. si quis ex iis personis, & l. qui repudiantis. 17. eod. tit. P.* non habita ratione relictorum, cũ restitutione fructuum, *l. filio. 16. §. fin. eod. P.* Retinebat tamen & partem institutus, si alioquin successurus fuisset ab intestato in ea, *d. l. mater, & l. si proponas. 23. eod.* Supplet interdum ius Codicis institutionẽ in exheredatione seu præteritione posthumi, per matrẽ mortuã in puerperio post testamentũ conditũ, vbi erat posthumus præteritus: vt perinde illi virilem partem constituat ex præsumpta mente matris, quæ intercepta est morte, ac aliis liberis, *l. 3. C. inof. test. & ibi gl. & §. mater. de exhere. lib.* 21

¶ † Quod si obtinuerit in querela qui egit coram iudice, & à sententia prouocatum fuerit, placuit interim pupillo propter inopiam, pro modo facultatum, quæ per inofficiosi testamenti accusationem pro parte ei vindicabantur, decerni, *l. si. instituta, 27. §. de inofficioso, de inoff. testa. P.* ante sentẽtiam vero, nullo modo decernuntur pendẽte lite in hac querela alimenta agenti, quamuis in Carboniani edicti quæstione decernantur, *l. qui de inofficioso, 20. eod.* 22

¶ † Iure

Digitized by Google

23 ¶ † iure Nouellarum, ex causſa exheredationis, vel præteritionis matris, irritum fit teſtamentum quoad inſtitutiones, cetera vero firma manent, & legata & fideicommiſſa præſtantur, §. ſine igitur, §. aliud quoque capitulum, & ſeq. §. & hæc. vt cum de appel. cog. auth. ex cauſſa, de lib. præt. C. vbi inter hoc tractant fuſiſſime. quia pater vel alius qui mala exheredauit, in inſtitutione ſolũ peccauit, & in ea punitur, & factum emandatur, vt inique exheredato detur ea legitima portio ab inteſtato. In legatis vel fideicommiſſis & aliis in teſtamento nihil peccauit, quia teſtamentum rite conditum erat, ſed contra officium tantum pietatis exheredatio facta, l. 2. de inoff. teſtam. P. §. 1. eodem apud Iuſtin. Quare pœna non debet egredi delictum, l. ex facto, §. ſi. de Vulga. P. l. deſcriptum, de his quib. vt indig. P. Et dummodo legitima debita detur filiis vel aliis quibus debetur, eorum reliquum patrimonium eſt relictum liberæ teſtatoris diſpoſitioni, l. parentibus, de inoff. teſt. C. De legitima mox.

24 ¶ † Rationes autem, quare irritum ſit teſtamentum in inſtitutione ab exheredato, plures ſunt: quædam accipe: Primo, quia nemo iure ſuo fine facto ſuo priuari non poteſt, c. 1. de cleri. egrot. ea quæ ſunt, de iis quæ fiunt à maio. par. capi. Et legitima pars, quæ debetur filiis & parentibus, à lege naturæ & ciuili præſtanda eſt, l. nam & ſi parentibus, de inoff. teſta. P. l. cum ratio, de bon. damna. l. ſcripto, vnde vi. P. l. ſi arrogator, de adop. P. Et proinde fieri non poteſt per teſtatorem, vt leges non habeãt locum in ſuo teſtamento, ſine iuſta & permiſſa cauſſa, l. nemo poteſt, de leg. 3. l. ſi quis inquelibet, §. fina. de leg. 1. l. non dubium, C. de legi. Secundo, quia ceſſante cauſſa, ceſſat effectus, c. cum ceſſante, ac appellat. Ceſſat autem cauſſa exheredationis, quando nec iuſta eſt, vel non probatur: quod plerumque accidit. Cum falſo parentes inſtimulati, vt reſpondit Marcellus, l. 3. de inoff. teſta. P. liberos ſuos exheredant. Neque, vt ait Caius, l. non eſt enim. 4. eod. conſentiendum eſt parentibus iniuriam aduerſus liberos ſuos machinare, quod plerumque faciunt maligne contra ſanguinem ſuum inferentes iudicium, mouere alios delinimentis inſtigationibuſque corrupti. Tertia, quod teſtamentum in eo, in quo irritum ſit vel euacuatur cenſetur factum à quaſi demente, l. 2. & l. mater, §. præterea, eod. P. §. 2. eod. apud Iuſti. Et proinde, cum à demente factum non valeat: ideo & in eo capite infirmatur, §. item furioſi, & §. furioſi, quib non eſt per. fac. teſta. d. furioſum, C. qui teſtam. fac. non poſſunt. Quis enim putaret conſtare mente eum, qui crudelis in filios, ſui quodammodo obliuiſcitur? Peccat enim contra naturalem omnium rationem, imo contra naturam, qua & ferę ſuos diligunt & nutriunt, l. 1. §. fin. de inſt. & iur. §. ius naturale, de iure nat. ap. Iuſtin. Vt non immerito D. Auguſt. eccleſiæ hereditatem relictam exiſtentibus actis filiis, recuſauerit, c. quicunque, 17. q. 4. Sæpe enim, imo vt plerumque & filij in quærẽdis & conſeruandis bonis parentum inſudant, quia illis quærunt, l. placet de acq. hered. §. 1. per quas perſ. nob. acq. Et crudele nimium eſt, labores & obſequia eorum non tantum ſine remuneratione eſſe, ſed ad alios extraneos peruenire. Quare eccleſia eleemoſynas eorum bonoꝝ, tãquam alienorũ reſpuit, cap. non eſt putãda, 1. q. 1. & anathematis mucrone domnãtur patres concilio Gangrẽſi, qui filiis nutrimentum & neceſſaria non exſoluunt, cap. ſi quis reliquerit, 30. diſtinct.

De Legitima.

Cap. 5.

1 *Legitima conſideratio non ſit in ſucceſſione ab inteſtato. Et quanta illa ſit hodie, & fuerit olim.*
2 *Hereditas legitima, ab inteſtato ſucceſſio cur dicta.*
3 *Legitima pars quid ſit.*
4 *Quibus nominibus appellatur. Et legitima collateralium non eſt aucta hodie, vt aſcend. & deſcend.*
5 *Decurionum filiorum legitima dodrans.*
6 *Legitima trientis & ſemiſſis quomodo emendatio. & 7.*
8 *In Legitima computanda qui faciant partem, quamuis non admittantur ad partem.*
9 *Legitima quantitas augeri, & minui conſuetudine poteſt: ſed num tolli, diſputatur.*
10 *Legitima iuris naturalis non eſt.*
11 *Naturale aliud, & aliud quod propter cauſſam naturalem eſt. Alimentorum & legitimæ differentia.*
12 *Legitima intra quod tempus peti & præſcribi poſſit.*
13 *Legitima filij priuantur confiſcatis bonis patris.*
14 *Legitima donationibus patris immenſis non minuitur.*
15 *Pater vendere poteſt in præiudicium legitimæ filiorum.*
16 *Legitimæ ex quibus rebus capienda ſit. Quando non detur in corporibus hereditarijs, & in quibus. Quid ſi in pecunia conſtitutam agnouerit filius? & 17. & 20.*
18 *Regna inter liberos non diuidantur ratione legitimæ quare.*
19 *Legitima ex lege domus vel ſtatuto poteſt aſſignari in pecunia.*
21 *Compenſatio non habet locum in petitione legitimæ quomodo.*
22 *Legitima parentum aſcendentium poteſt pecunia reliqui.*
23 *Legitima minuit donationes primogenito factas.*
24 *Legitima à quo, vel ab hærede ſolo, vel à legatario petatur.*
25 *Legitimæ petendæ vt conſtituenda formula, vel cum de ſupplemento agitur. & ſeq.*
26 *Legitimam quando propria auctoritate poſſit filius accipere, & quando teneatur ab hærede petere.*
27 *In legitimæ ratione faciendæ, quæ antea deducenda ſunt.*
28 *Legitimæ nullum onus vel grauamen vel conditio imponi poteſt. Excepta 12. caſibus, vt infra.*
29 *Alienatio legitimæ quando poſſit prohiberi filio à patre.*
30 *Filius hæres inſtitutus à patre an retenta legitima abſtinere poſſit ab hereditate paterna.*
31 *Dos poſt mortem patris à filia quando tantum cum onere ſerit peti poſſit.*
32 *Filius an teneatur ſoluere capta à patre ad teſtimonium vitæ patris.*
33 *Legitima poſt mortem tantum debentis debetur, & quando ante. & ſeq.*
34 *Legitima cauſſa data ſi ſufficiens filio accipienti ante mortem conſumta, excludunt eum à petitione alterius legitimæ.*
35 *Dotate filiam, & vxorem filio quærere cogitur pater.*
36 *Filio carcerato anticipare in vita legitimam pater tenetur.*
37 *Iudæi Chriſtiano facta filio legitimam in vita tenentur dare.*
38 *Religionem ingredienti dare legitimam filio tenetur.*
39 *Legitima an debetur habita ratione valoris & rerum hereditatis quæ fuerunt tempore mortis teſtatoris. Sed quid ſi poſt datam dotem, vel datum filio cum renuntiatione, ante mortem patris ſufficiens tempore quo datur pro legitima, num auctis facultatibus tempore mortis inuentis, habeant ſupplementum, & nomer. 40.*
41 *In Legitimam quæ imputantur. & ſeq.*
42 *Donationes propter nuptias factæ filij nomine, vt & data ingreſſu monaſterij, in eius legitimam imputantur.*
43 *Donationes tamen ob benemerita ei factæ, præcipuæ illi ſunt.*
44 *Officij vel honoris habendi cauſſa pro filio impenſa quando imputentur in legitimam.*
45 *Licentiatura vel doctoratus, militiæ, & ſacerdotij cauſſa impenſa pro filio, an ei imputentur.*
46 *Studiorum cauſſa impenſa quando imputentur in legitimam, & num libri, item. Puculij caſtr. vel quaſi caſtr. data à patre vel quæſita non imputantur in legitimam filij. eod.*
47 *Beneficium quod pater procuranit dari filio, & expenſa pro eo facta non imputantur.*
48 *Officia empta pro filio & dignitatum pretia quando imputantur in legitimam filij.*
49 *Donatio ſimplex, quæ morte confirmatur facta filio, an in legitimam imputetur.*
50 *Legitima quibus debeatur perſonis, & quo ordine. & 52.*
51 *Legitimati quomodo legitimam in bonis patris petere poſſunt.*
53 *Religionem profeſſi iure ciuili poſt mortem patris excepti cordigeris, legitimam petere poſſunt. In Gallia nulli Religioſi petunt.*
54 *Filia dote contenta renuntians cum iuramento, ſupplementum legitimæ petere non poteſt, & nam nepotes eius filij petunt.*
55 *Legitima quando debeatur aſcendentibus in bonis deſcendentium.*
Legitima deſcendentium & aſcendentium differentia. eod.
56 *Fratres quando petunt legitimam in bonis fratrum.*
57 *Legitima debetur honorabili titulo, & quomodo. Hæres non ſolvens pro legitima relictum, in duplum condemnatur iure, quomodo autem in Gallia obſeruatur.*
58 *Legitimam in proprietate & vſufructu conſequi debet filius, etiam ſi hæres vniuerſalis deducto alioqui valore vſufructus inſtitutus ſit.*
59 *Legitimæ præſtandæ rationes.*

DIximus proximo capite, † inofficioſi querelam illum finem & effectum habere, vt qui ſucceſſuri erant alioquin ab inteſtato teſtatori, quibuſque teſtator relinquere ex lege certã portionem, ſeu legitimam bonorum ſuorum partem tenebatur, illam hoc remedio conſequerentur. De legitima itaque illa parte dicamus, ordo poſtulat. Nam de legitima mentio non fit, quando ab inteſtato ſucceditur omnino defuncto. Quia maior eſt pars ſucceſſionis ab inteſtato, quam legitimæ, quæ metienda eſt ex triente vel ſemiſſe hodie, aut nouiſſima, de inoffi. teſtam. §. 1. de trien. & ſemi. in auth. olim ex quarta, l. parentibus. 8. C. de inoffi. teſta. l. Papinianus, §. ſi quis mortis, fo. P. l. pe. de colla. C. eius partis, quam quis habiturus eſſet ab inteſtato. Et ita qui ſuccedere nõ poterunt teſtari ab inteſtato, multo minus petere poterunt legitimam. Latior enim eſt ſuccedendi facultas ab inteſtato, quam per legitimam, nam non omnis qui ab inteſtato ſuccedit, poteſt teſtamento facto petere legitimam, vt tranſuerſalis, cognati vltra fratres, quibus denegatur querela inofficioſi teſtamenti, l. 1. de inoffi. teſta. P. Et tamen, quia ij, quibus neceſſario debetur legitima, ſi teſtamentum fiat, ſuccedunt nullo teſtamẽto facto ab inteſtato, ſi ipſi excludantur ab inteſtati ſucceſſione, excludentur conſequenter à legitima quæ pendet ab ea inteſtati ſucceſſione in tertis perſonis. Et ideo nomina ſibi quodam modo reſpondent ſucceſſionis ab inteſtato, & legitimæ: ſed quota ſeu quantitas, & pars ſucceſ-

Digitized by Google

sionis, diuersa tamen. Quia legitima, est pars successionis debitæ ab intestato, legitimaque illa quota & pars nomine totius dicitur. Successio vero ab intestato legitima hereditas vocatur, *l. 1. & 2. de bonor. posse. P.* & eius successores, legitimi heredes. vt titulo, *De suis & legitimis heredibus, P.* & C. &, *De legitima successione agnato.* apud Iustinia. cum similibus.

2 ¶ † Prior enim hæc ab intestato successio videtur cognita à lege, vt bona in familia remanerent decedentibus possessoribus. Vnde à lege, prima legitima meruit dici. Et quanquam & aliæ testamentariæ successiones à lege approbatæ, dicantur quoque legitimæ, *l. lege obuenire, & l. verbū legū, de verb. sig.* vt & legitimæ conuentiones à lege probatæ, *l. legitima, de pact. P.* tamen secundum excellentiam, legitima hereditas absolute, dicitur de intestati successione. Vt dum de iure ciuili loquimur, dicimus appellationem quæ communis esse potest cuiusque ciuitatis legibus, κατ' ἐξοχὴν ad solum Romanorum ius referri: vt absolutam vocem Poetæ Græci ad Homerum, *§. omnes populi, & §. sed ius quidem ciuile, de iure na. ap. Iustinian.* Ita proprio nomine intestati successio vt legitima à testamẽtaria secernitur, *l. nec u, §. fin. & l. illud de acq. hered. P. l. si quis ita heres, de hered. instit. P.* quemadmodum & tutela legitima à testamentaria quod immediate vna à lege descendat, testamentaria autem mediate à lege per voluntatem & electionem testatoris, *facit l. 1. de legit. tutor. P. §. 1. de legit. agnat. tut.*

3 ¶ † Legitimam itaque definiamus, vt sit portio seu quota aliqua pars hereditatis, seu bonorum testatoris, quæ per leges debet præstari à testatoribus necessario certis quibusdam personis, pro ratione trientis aut semissis partis, quam consequuturi erant ab intestato.

4 ¶ † Legitimam plura iura portionem hanc appellant, *authen. res quæ, com. de lega. authen. si qua mulier, de sacros. eccles. l. si quis in suo, C. de inoffi. testa. cum simil.* alia bonorum subsidium, *vt in l. si totas, C. de inoff. donat.* debitam partem, *l. scimus, de inoffi. testa. C.* debitum iure naturæ, vel naturale debitum, *authen. hoc amplius, C. de fideic.* portionem minusculam, *l. si quis in suo, iuncta glo. in ver. legitima, de inoffic. testa.* olim etiam dicebatur quarta bonorum, *l. cum quæritur, l. parentibus, C. eod. l. Papinianus, §. quarta, eod. P.* Nunc, si quatuor sunt filij vel pauciores, aucta cum sit, dicitur triens: cum plures exstant, semis, id est, dimidia pars paternę substantię, *§. 1. §. frequenter igitur, de trien. & semi. §. porro hanc particulam, de in quæ nupt. iter. in Nouel. auth. nouissima, C. de inoffi. testa.* Vocatur & Falcidia improprtissime, *auth. vnde si parens, eod.* Quia quemadmodum Falcidia erat quarta pars hereditatis debita heredi, exhausta vel onerata hereditate legatis, *§. 1. verf. & cū super hoc, de leg. Falc. §. sed quia, de fideic. hered. apud Iustin. l. 1. ad leg. Fal. P.* ita & hæc quartam partem tantum consequebatur, qui de inofficioso agebat nomine legitimæ eius quod consequuturus erat ab intestato, antequam iure Nouellarum augmentum accepisset trientis vel semissis in persona liberorum, & ascendentiū. Et hodie in persona etiam collateralium, agẽtium de inofficioso, legitima in quarta remanet: neque incrementum ad trientẽ, vel semissem accepit, *Paul. Cast. in l. fratres, C. de inoffi. testa. Iason etiam ibi, in gl. §. hoc obseruando, de trien. & semi. gl. in auth. nouissima, de inoff. test.*

5 ¶ † In filiis autem decurionum, aut filiabus, quæ decurionibus nupserunt auctior filiis legitima constituta, vsque ad dodrantem seu nouem vncias, triente solo vel quatuor vnciis relictis dispositionis parentum, *§. excipiatur de trien. & semi. in Nouel. constit. 15.* In legibus Langobardorum, lib. 2. ti. *De eo quod pater filiis vel filiabus habeat necesse relinquere.* in l. 1. Luithprandus rex sic de legitima statuit. *Tertiam relinquat filiæ suæ, sicut glorioſissimus Rotharius rex instituit. Quia qui Thinx facit.* id. donationem *& postea filia nascitur, in tertiam partem ipsum Thinx rumpitur secundum anterius edictum. Et si duæ fuerint aut amplius, in medietatem. Et ideo dum ipsum edictum loquitur de Thinx, quod est donatio, nobis apparuit quod per nullam donationem, nec per Lanechild,* id est, per donationem, sub specie remunerationis, *possit filiam suam, de ipsa tertia portione substantiæ suæ exheredem facere: & si duæ aut plures sunt, de medietate.*

6 ¶ † Ardua tamen & difficilis est quæstio inter interpretes, quo modo triens & semis intelligi debeant. Num triens sit intelligẽdus & semis de tertia & media parte bonorū patris, *vt dicitur in §. fi. de inoffi. testam. ap. Iustin. in §. fi. de nupt. in auth. colla. 4. in §. 1. de trien. & semi.* quæ deinde inter liberos diuidatur, qui legitimam habent, an vero tertia & media pars eius quod quisq; est habiturus, ab intestato, *vt in l. illud, in prine. C. de colla. l. parẽtibus, C. de inoff. testa. l. Papinianus, §. si quis mortis, eo. P.* Quam antinomiã resoluit Fernandus, Bereng. *Fernan. ad l. in quartam, in 2. præfat. in 2. c. n.* 3. duabus conclusionibus. Prima, quando nulli succedunt ab intestato, nisi quibus legitima debetur triens & semis recidunt in idem, siue d cas tertiam vel mediam partem bonorum, siue tertiam vel medi ã eius quod quis habiturus esset ab intestato. Exẽplum cape. si Titius habet quatuor filios, si dicis legitimã esse trientem, id est, tertiam partem bonorum heredibus diuidendam, quisq; vnam vnciam habebit, quia in triẽte quatuor vnciæ sunt. Idem erit si dicas, triens est legitima, id est, tertia pars eius quod quisq; laturus erat ab intestato. Nã ab intestato succedẽtes quatuor filij, haberent singuli tres vncias. Et trium vnciarum tertia pars, est vncia vna. In semisse idem constitue. Pone sex esse filios, dicas legitimam esse semissem, id est, mediã partem diuidendam inter eos: sic quisq; eorũ vnam vnciã est habiturus. Quod si dicas legitimã esse semissem eius quod habituri erant ab intestato singuli, idẽ reperies: quia si sex sunt liberi, æqualiter succedẽt in 12. vnciis assis: ergo quilibet habebit duas vncias ab intestato, quarũ media pars vncia etit pro legitima, & ita semis duarũ vnciarum. Et hæc exempla primam explicant regulã. Altera porro regula, quando sunt aliqui ab intestato successuri, quibus legitima nisi certis de caussis non debetur, triẽs vel semi exponi debent tantum tertia pars eius quod essent habituri, si contigisset eos successisse ab intestato, & nõ de tertia parte bonorũ. Sic explicat Fernandus duobus exemplis: vno, quaddo Titius habuit duos filios naturales & legitimos, & duos legitimos seu adoptiuos, vel duos alios exheredatos.

7 ¶ † Nam ratione eorum, quibus legitima non debetur necessario, qui tamen ab intestato admittetẽtur, minor fit legitima eorum qui institui debent, non succedentibus computatis illis qui ab intestato æqualiter succedere possent, secundum Fernandum, *in l. in quartam, 2. præfat. c. 2. nu. 16. ad leg. Falc.* puta, retine exemplum, pater cum tribus fratribus relictus est à filio, qui heredes instituit extraneos honestos omissis fratribus, relicta legitima patri. Iure ciuili triens est legitima patris, id est, quatuor vnciæ, has quatuor itaque non recipiet integras, quia fratres faciunt partem, quemadmodum facerent ab intestato, nec admittuntur ad partem: quanquam plures repugnent Fernando, *Ang. Bald. & Ale. Paul. Cast. ad l. plane, §. si duobus, de succes. libe. Bar. in l. pater filium, de inof. test.* Quare notandũ est, à successione intestati defuncti exclusos per legẽ vel statutũ, veluti Tholosę filias dotatas per patrẽ, & in Gallia, liberos ingressos religionẽ, vel alibi filias existentibus masculis, & similes, neq; ad partẽ admitti, neq; partẽ in præiudicium aliorum potentiũ legitimam facere, & perinde ac si nunquam fuissent, *Paul. Cast. in l. plane, §. si duobus, de succes. liber. vbi per Imo. & Bart. & per Angelum, in §. proæsse, de succes. liber. apud Iustini. Saly. Ale. & alij in authen nouissima, C. de offi. test.* quia nec ab intestato successuri sunt.

8 ¶ † In exheredato legitimę, facto testatoris, tamen variatum. *vide Ale. & alios, in a. §. si duobus*, an faciat partem, quamuis non admittatur ad partem. Et sanior videtur opinio, vt faciat partem, *l. Papinianus, §. quoniam, ae inoff. test. P.* Quia alioquin ab intestato erat successurus, nisi fuisset ingratus, & quia aduersum patrẽ ingratus fuit, & commodum eius partis heredis est solius, *l. si patriũ, de probat. in P. & auth. hoc amplius, C. de fideic.* reliqua autem quilibet tantũ suam consequẽtur partem. *Fernand. vbi sup. n. 16. verf. secundus casus, & verf. tertius casus.* Sic si filia renũtiauit patri dote contemta, ea quidem facit partem, sed nõ admittitur ad partẽ, & pars eius apud heredẽ nomine filiæ remanet, *Bene. 3. par. q. de legitima, Paul. Castren. cons. 105. in fi. vide Arnold. Ferro. libr. 2. consue. Burdegal. §. 10. de testa.* & ita pars illa ab herede obiicietur petẽti legitimam. Sed nota quod in hac parte debet computari & cumulari dos quam filia accepit. Quando autem ob crimen commissum, filius redditus est incapax successionis ante mortem patris, puta quia deportatus, vel alia de caussa fit incapax: hic nõ faciet partem, nec admittitur ad partem, quia successurus nõ erat ab intestato, & pro mortuo est, *l. 1. §. qui filium, de bono. possess. cont. tab.* Item quãdo moritur Titius, relicto patre, matre, & duobus fratribus, instituto extraneo, relicta parẽtibus legitima. *vide DD. in l. pater filium, de inoffic. testam.* Quæ omnia de iure communi & scripto Romanorum vera sunt, non etiam ex cõsuetudine locorum Galliæ aliquorũ, vt Burgũdiæ, vbi tertia pars est debita substantiæ vel patrimonij patris, vel alterius prædefuncti, *Bartholom. Chassan. ad §. 2. ad ver. la partie des biens, tit. des successions, in consuet. Burg.* atque alibi maior, alibi minor esse potest, pro diuersa consuetudine. Nam tuentur interpretes communi suffragio, statuto seu consuetudinẽ legitimam augeri, vel minui posse. *Bart. in l. fi. de bon. damnat. P. Iaſ. in l. extraneum, B. de hered. instit. Socin. cons. 93. col. & cons. 5. decis. c. Tholos. a 37.*

9 ¶ Sed † num omnino tolli possit, certant interpretes, aliis asserentibus tolli non posse omnino, *Felin. in c. cum ex officioso, de præscrip. Soci. cons. 150. & 30. §. vol. 1. aduer. decis. 188. nu. 6. Oldr. cons. 94. Alberi. plures citat ad l. quoniam in priorib. de inoff. testam. Bald. in l. sancimus, C. de testam.* quod quasi iure naturali debeatur, *l. fi. §. fin autem, de curat. furio. C. §. 1. de here. & Falc.* quia dicunt legitimam esse iuris naturalis, per §. primum itaque, de here. & Falc. in auth. Et non possint ea quæ naturalis iuris sunt, tolli per ciuile ius, quamuis temperari & minui possint. *§. sed naturalia, de iure natur. l. eas, de c. deminut. cum simil.* 2. Quod legitima in locum subrogata sit alimentorum, *Bald. in l. 1. §. ius naturale, nu. 8. de iust. & iur.* quæ iure naturali præstantur & debentur filiis, parentibus & proximis. *l. si quis à liberis, de lib. agnos. P. iunge, l. necare, eo.* Sunt autẽ alij, qui notent tolli omnino posse statuto aut consuetudine, *Paul. Cast. in l. quod, de bonis, §. fi. ad l. Fal. P. Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero, de condit. & demonstr. P. decis. cap. Thol. 437. Soci. cons. 188. in 8. col.* Panormitan. autem distinguit, *in c. Raynut. de testam.* vt si filius habeat vnde viuere possit, tolli possit omnino: contra, si nõ habeat. Barthol. vero Chassa. existimat,

legitimam

Digitized by Google

legitimam filiorum quidem omnino tolli non posse, quia debetur, inquit, iure sanguinis, *Chass. ad consuet. Burg. rub. des successions, §. 2. ad ver. La tierce partie des biens, nu. 2. & 3. Socin. cons. 30.* quod ius tolli non potest, legitimam tamen parentum & collateralium, quæ iuris ciuilis est per l. nam & si parentibus, de inoff. test. P. tolli posse, *l. iura sanguinis, de reg. iur.*

10 ¶ Mihi † tamen istæ rationes non placent: nam & legitima iuris naturalis non est, quamuis debeatur propter naturalem causam. Quippe quod si esset iuris naturalis, vt torqueam in suos auctores rationem, filius & si impius & ingratus, quæ naturæ essent, non posset amittere: amittit autem, cum exheredatur recte. Quin & mihi pugnantia interpretes dicere videntur, dum dicunt esse iura naturalia, quibus adscribunt legitimam, immutabilia, & fatentur tamen minui & augeri posse. vnde sequitur mutabilem esse legitimam, non immutabilem: idcirco neque esse iuris naturalis, sed ciuilis. Dehinc consequenter quia mutari potest, ita tolli alio iure ciuili. *l. eas, de capitis dimin. cum simili.*

11 ¶ Eadem † ex caussa eliditur ratio alimentorum, quoniam caussa dicunt deberi legitimam. Nã & ingratus filius alimẽtis priuari potest: non quidem omnibus alimentis, vt aliunde non possit viuere, sed possit à patre, cui ingratus est, petere alimenta, *l. si quis à liberis, §. idem iudex æstimare, de lib. agnos. P. l. fin. C. de alend. lib.* Sic aliud est ius petendi alimenta ab aliquo, & aliud alitillud enim in actione consistit hoc vt viuamus certe in naturali facto, quo non potest priuari superstite vita filius. Corpus enim naturali refectione dicidentis partis eget, vt conseruetur in essentia. Ius aliud erit naturale, aliud quod caussa rei naturalis fit. Si diceremus subrogatam esse legitimam in locum alimentorum, recte concludemus ex natura eius cui fit subrogatio, *in l. eum debere, de serui, verb. prad.* non deberi legitimam filiis vel parentibus, quibus satis ad alimenta bona sunt, alimenta illis non debentur coacte *l. si quis à liberis, § sed si filius de libe. agnosc.* Quod tamẽ falsum est, quia & diuitib. debetur legitima. Item aliunde, quod, quamuis filius, quamdiu vixerit teneatur alimenta præstare patri, ratione pietatis: tamen heres eius ad ea nõ cogitur *d. l. si quis, §. item rescriptum est.* Et tamẽ legitima ab eodem post mortem debetur. Ratio porro quæ ad iura sanguinis confugit, & legitimam filiorũ tolli nõ posse, parentum autem & fratrum posse adstruit: repugnat distinctioni. Nam iura sanguinis & agnationis in fratribus & parẽtibus sunt, d. l. nam & si parẽtib. vt in vtriusque hoc ius esset immutabile. Et si tollitur in ascendẽtium vel collateralium gradu. ex eadẽ ratione tolletur in filiis statuto & consuetudine. Et ego ita etiã sentio. Neq; tamen arbitror vllam esse consuetudinem vsq, adeo atrocem & barbaram in Britannia seu alibi, quæ aliquid nõ relinquat filiis, etiamsi successio integra deferatur primogenitis. Et si quam inueneris consuetudinẽ hac de re aliter statuentem, cognosces quandam esse singulatẽ ea de re rationẽ.

12 ¶ Insuper † nemo dubitat præscriptionem iuris ciuilis esse, *l. 1. de vsuca. P. c. vigilanti, de præscript.* & tamen nemo inficias ibit, præscribi posse legitimam, & ita tolli, ne filius eam lapso tempore petere possit, videlicet post 30. annos, *Bald. in l. licet, de iure delib. C. glo. in l. 3. de acq. her. P. glo. in l. vni, quan. non pet. par. C. quamuis Iason, in d. l. licet impræscriptibilem dicat legitimam, sed alij illum non sequuntur.* Addunt in liberis alios 30. & ita sexaginta, si ex alio capite perant successionem. Vt tanquam extranei habeant 30. tanquam filij: per vnde liberi, alios 30. *Bald. in d. l. licet, vide Fernan. in l. in quartam, 2. præfat. in 4. legitimarum, art. nu. 4.* nisi in eodem gradu alij successissent, vt explicat Benedict. *in c. Raynutius, in verb. mortuo itaque, 2. nu. 155 & 156. & 63.* Plures etiam concedunt, nec hos 30. nocere traditum est, si mala fide possideatur filiorum hereditas. *c. quia non currit tunc præscriptio, ca. possessor malæ fidei, de regul. iur.* vel si ex iusta caussa suspensa est petitio, in qua restitueretur etiam minor, iuxta l. 1. §. fi. ex quib. cau. maio. Dicunt & non impediri etiam filium, cui obiicitur præscriptio, petere saltem alimenta in quo ego subsisto.

13 ¶ In † legitima porro ascendentibus vel collateralibus debita, conueniunt omnes, exemplo aliarum actionum similium, præscriptione 30. ann. eam tolli. *Fernan. vbi supr.* Et ita iudicari in quæstione petitionis legitimæ à filio tradit Guid. Pap. q. 82. Vide de his plura ap. Franciscum Cremensem, *fing. 50. incip.* Antiqua est quæstio. Et eundem Papæum, *cons. 170. & 220.* In Gallia adhuc receptum est, ex delicto patris priuari filios legitima, vbi bona confiscantur, nisi specialiter aliqua portio liberis reseruetur à iudice in condemnatione, vt plerumque fieri assolet. *Guil. Bened. in c. Raynutius, ad ver. & vxorem nomine Adelasiam, num. 285. & 286.* Nam abiit in desuetudinem auth. bona damnatorum. C. de bon. damnato. quæ inhibet confiscationem bonorum ob delicta, nisi incertis debitis, & crimine læsæ maiestatis, *vt in l. quisquis, ad leg. Iul. maiest. C.* Cum tamen in Gallia perpetuo, exceptis patriis consuetudinibus contrariis, confiscato corpore confiscentur & bona. Idque sine retentione quartæ vel legitimæ filiorum In quo etiam desuetudine abolita est in eodem regno l. fin. de bon. damnato. P. Et omnia crimina capitalia æqualia in hoc cum crimine læsæ maiestatis fiunt. *Massuer. in praxi, titu. de pœn. §. fin.* Exstat autem textus expressus in crimine proditionis seu perduellionis vel maiestatis, priuari filios legitima ex delicto patris, in l. quisquis, §. 1. ad leg. Iul. maiest. C. *tractant hoc canonistæ, in Clem. pastoralis, §. ceterum de re iudic & Cardin. ibi.* Et enim ne exẽplo paterno simile facinus audeãt perpetrare, ibi Archadius & Honorius eos priuãt paterna auita, proximorũque omniũ hereditate ac successione, & ne ex testamentis extraneorum capere possint vt sint perpetuo egentes & pauperes, comitãte eos perpetuo paterna ignominia. Et in §. ad filias, eiusdẽ legis, Falcidiã seu legitimã in bonis matris minime perduellionis, permittunt, quia per infirmitatẽ sexus minus aufuræ credebantur. Ius etiam Pontificum tradit, nõ tantum legitima priuari filium ex crimine perduellionis, sed etiã & beneficiis, siin peccatũ sit in principẽ spirituale, c. *felicis, §. quod si quis prædictorum, de pœ. in 6.* non etiam si peccatum sit in temporalẽ regem, *Phil. Francus, in d. §. quod si quis.* In quibus consideratur odium patris & filiorum, ex præsumtione quod vindicaturi sint mortem patris, si per facultates liceret. Mali corui enim, malum ouum. In crimine hæreseos patris idẽ dictum est, vt filii priuẽtur in eius legitima. *auth. Gazaros, de hæret. c. vrgente, eod. in 6.*

14 ¶ Ar † ex facto patris alio, in quo non officit cõsideratio prior, recte placuit, ex voluntaria patris largitione non posse minui siue tolli legitimam. Et ideo reuocãtur inofficiosæ donationes, vt inofficiosa testamenta, cum in fraudem legitimæ debitæ fiunt, *l. 1. de inoffic. dona. C.* quando contemtis superioribus vel inferioribus descendẽtibus, donationes immensæ fiunt contra officium pietatis, nihil relinquendo ascendentibus vel descendẽtibus. Et ita datur querela illis inofficiosæ donationis, siue donans testatus siue intestatus moriatur, contra donatorem, *l. precibus, 23. de in off. donat. C.* Vt eatenus immoderate donatum reuocetur & vsque ad legitimam debitam iis qui agunt, cuiuscunq; sint conditionis illi quibus donatum est, siue extranei, *l. 1. 2. l. 1. ties, l. si liqueat, 8. l. cũ donationibus, 7. C. eod. auth. hoc & si parens, de inoffic. testa. C.* ad similitudinem querelæ inofficiosi testamenti. *l. fi. eo. C. de inoff. donatio.* Quod & impugnanda inofficiosa dote obseruari debere rescriptum est. *l. 1. C. de inofficiosis dotib.* Si tamen alia actio dari non potest. *l. si filius tuus. l. 4. C. de inoff. aonat.* Neque enim in præiudicium filiorum, parentibus licet profundere donatione patrimonium perperam, fraudandæ legitimæ caussa, quam non à testatore, sed à legis beneficio habent, *l. si arrogator, de adopt.* Neque consequenter remittendo debitum, quæ hæc, remissio pro donatione habetur. *d. si mulier de cond. sine can.*

15 ¶ At † non reuocatur ea ratione venditum necessario sine fraude, pecunia accepta, propter liberam administrationem, quæ cuique in rebus suis permittitur. *l. nemo externum. C. de Iudæ. l. in re mandata. C. manda.*

16 ¶ Dicunt † tamen in ludo prohibito, per patrem amissa à filiis posse reuocari, si immobilia sunt, vsque ad legitimam illorum, *Chassan. ad §. 2. ad ver. du trespasse, titu. des successions. num. 5. in consuet. Burg. Citat auctores Ferrara. eius sententiæ, in 2 præfat. ad l. in quartam, c. 4. Bald. in l. 1. in fin. si quid in fraud. patro. C. Iason inl. ait prætor, §. sed quis in fraudem, 2. col. de iure.*

17 ¶ Sed † perpendamus nunc, de quibus rebus sumenda est legitima. & responsum est, optionem filiorum esse, in quibus velint sibi dari, arbitrio tamen boni viri, seu iudicis, *l. nõ amplius, §. vlt. de leg. 1. l. scimus, de inoffic. test. C.* Nec eam in pecunia numerata inuitus, sed ex ipsa substantia bonorum corporibusque hereditatis detrahetur, *§. 1. de trien. & semi. Bene. 31. par. in q. de legitima. num. 1. & d. l. scimus, §. repletionem, & ibi Bald.* etiam si debeatur nominibus, *§. & hæc omnia, de trien. & semi.* vel ascendẽtibus, *§. 1. eod.* Non tamen ex re meliori, vel viliori, sed ex re mediocri. *Guid. Pap. aecis. 668. Iason. in d. l. scimus, & in l. filium quẽ, 8. col. fam. erciscu.* Et ita interponi quoque boni viri seu, iudicis arbitrium oportet, ne vel minuatim omnia conscindantur, vel ne eam filius ex ipsa substantia detrahere omnino prohibeatur. *Bart. & Ioa. Imo. in l. suus de her instit. per l. 2. quan. & cui. quart. par. deb. C. Alex. in l. in quartam. ad l. Falc. P. Paul. Castr. consil. 254. Phil. Decius, cons. 8. facit l. potest, Imo. de leg. 1.* Nec in vsufructu costituatur solum, *d. l. scimus.* Nec paterpotest statuere, vt filius pro legitima pecunia sit contentus. *Bald. & Dd. in d. §. repetitionem. l. scimus cõtra Salycetum.*

18 ¶ Nisi † certe agatur de regno, comitatu, aut ducatu, aut marchionatu, aliisq; dignitatibus indiuisibilib. in quibus filii, post eũ, qui iure heredis accipit regnum, debent contenti esse (si alia nõ sit consuetudo) pecunia, vel rebus pro legitima assignatis, *sta disputat Guido Pap. in decis. 476. & 487. & consil. 131. incip. circa processum, Pet. Iacob. in sua praxi, tit. de success. regni Franc. circa princi. ver. sed quid dum decessit ille Carolus, Boerius decis. 204. num. 14. Bened. in ca. Raynutius, in ver. in eod. testamento, 1. num. 145. Panorm. in cõns. 3. in solu. 2. dubii, vol. 2, Bald. in auth. hoc amplius in ver. oppono C. de fideic. Paul. Castren. cons. 163. glo. Innoc. Io. Andr. & Hostiens. in c. licet de voto.* vocant in Gallia appanagium vel appannagium. Quia iste dignitates regię sine corruptione vix diuidi possũt, *§. 1. de feudo Marchiæ in lib. feudo. nos de his lib. 6. Syntag. c. 6. Bal. §. præterea ducatus, de prohi. feud. alie. in feud. facit glo. in c. si heredes. de testam. in c. maiorib. de præben.* Tum propter imperium, quod male patitur duos principes, vt nec mundus duos soles. tum etiam,

Digitized by Google

quia & regnum, & ducatus, & comitatus, & marchionatus, & baronia, certis constant determinationibus, & veluti membris, quę si separentur, non amplius talia dicuntur, vt docuimus lib. 6. huius Syntagmatis iuris, c. 7. num. 30. & c. 10. num. 2. & 9. Et in hac causa recte exceptio fit, ne filius in corporibus hereditariis petere possit legitimam.

19 ¶ Quam † extende ad familias nobilium quæ ex lege maiorum indiuisibiles sunt: quam sequi expedit, cum reipub. interfit integras eas conseruari. *l. 1. §. pen. de ven. inspic.* Multoque magis id receptum erit, si consuetudine, lege, vel statuto municipali cautum id ipsum fuerit, vt in pecunia teneatur filius legitimam capere. Iam enim antea probauimus, statuto posse mutari & tolli legitimam.

20 ¶ Sed † & si filius relictam legitimam in pecunia per parentes semel agnouerit, non potest petere in corporibus hereditariis nec supplementum, *l. si quando, §. sed hoc, & §. fin. de inoffic. testa. C.* quod fiet ex arbitrio boni viri, *l. si non mortu, 25. eod.* si tamē non agnouerit voluntatem patris, vel si minor aduersus illam agnitionem in integrū restituatur, *quod potest ratione affectionis, quod res maiorum fuerint, l. si in emtionem, de minor. 25. ann.* inuitus non cogitur in pecunia, etiam si pater statuerit legitimam accipere.

21 ¶ Nec † etiam statuere potest pater, vt cum legitima, quod sibi filius debet, compensetur, nisi debitum eius naturæ esset, quod in legitimam esset imputandum: vt est dos promissa, vel propter nuptias donatio, vt in l. si cum dotem, §. si pater. de iure dot. vbi & hoc tuetur Alexand. Idem & Baldus post Cynum, probat in l. cum pater em, C. eod. tit. filius quippe in legitima pro creditore habetur. *l. si patronus, de donat. P. melius in l. Papinianus, §. si impubes, de inoff. testam.* Et aliud pro inuito creditore solui non potest. *§. 1. quib. mod. tol. obl. l. 2. si cert. pet. a. P. l. debitorum pactionib. C. de pact.*

22 ¶ Notabile † tamen illud est, vt quamuis parentibus debita portio ex substantia defuncti quoque debeatur, *§. 1. de trien. & semi.* filius tamen possit aliquid certum vel pecuniam assignare pro eorum legitima. *Phil. Franc. in c. si pater, de testam. in 6. Franc. Ripar. in l. in quartam, n. 127. ad l. Falc.* Cum de legitima filiorum ita pater non possit.

23 ¶ Quinimo, † & legitima horum cum detrahatur ex omnibus corporibus hereditariis, accipitur quoque ex donatione facta primogenito, & de bonis quæ fuerunt defuncti ante donationem primogenito factam, *Guillelm. Benedict. in 3. part. rep. c. Raynutius, in q. de legitima, num. 1. per glo. quam seq. communiter Doctores, in l. 1. in 6. q. de inoffic. dona. C.* Vt & diximus capi ex inofficiosis donationibus, & dotibus.

24 ¶ Sed † à quo legitima & supplementum eius peti debeat, controuersum apud iuris interpretes est: aliis dicentibus, & à legatariis peti posse iure, & actione hypothecaria, maxime si filius vellet in corporibus hereditariis sibi solui: aliis negantibus, & tantummodo ab herede peti posse asserentibus. Quorū sententias, & auctorum nomina, & rationes inuenies apud Nicolaum Boerium, q. 185. & Guid. Pap. q. 82. Resoluit tamē Boerius distinguendum secundum Alexandrum, *in d. l. in quartam.* vt si per legata remaneat ad eum modum diminuta legitima, vt heredi reliquum nihil sit deducta Falcidia ex quo suppleri ea possit vel confici, tunc posset qui petit experiri contra legatarios conditione ex lege, *ita intel. l. si ex patronis, & l. si libertus sub conditione, §. 2. de bo. lib. P.* contra, si non remaneat ita diminuta legitima. Verum prius discutiendus in omni casu heres erit, *sic intelligendus, in §. ceterum, vt cum de app. cog. in authen. in verb. ab heredibus, l. omnimodo, de inoffic. testam. C. l. 1. §. si heres institutus, ad S. C. Treb.* vt cognoscamus num remaneat quippiā apud eum, quod sufficiat *iuxta l. Moscu, de iur. fisc. P.* Idque sequitur Bald. ad rubri. de rer. diuis. P. Et ita iudicatum fuisse in curia Senatus Burdegalensis Boerius in citato loco notat. 13. Deci. 1511. hoc etiam probabilius videtur Guidoni Papęo, omissis inuolutionibus eorum, qui distinguunt, num legatarij aeceperint legati nomine corpus hereditarium, vt tunc teneantur contribuere ad supplementum legitimæ, *l. lineam Margaritarum, ad leg. Falcid.* P. an vero sit relictum in quantitate vel aliud in genere, quo casu non agatur contra eos: quia genus non est in substantia bonorum. ex quibus debetur legitima. *d. l. sciemus. § repletionem, C. de inoffi. testa.* Nam hæc distinctio, *quæ est Paul. Castr. in l. in quartam, ad leg. Falc. P.* non pertinet ad quæstionem contra quem experiundum sit, & à quo peti possit, sed ad quæstionem, quis contribuere debeat ad conflandam legitimam, & qua forma sit pro legitima habenda, procedendum.

25 ¶ Quod † etiam vt paucis explicem, dico, legitimam titulo institutionis in testamento relinquendam esse, quibus debetur, vt docuimus in institutione filiorum & exheredatione: quod si non sit relicta, sed fuerit facta exheredatio iniusta, agitur ex causa exheredationis iniustæ, vt superiori capite docuimus inofficiosi querela, & si aliqua pars, non integra tamen relinquatur, hodie ad repletionem agitur faciendam.

26 ¶ Pro qua impletione facienda & legitima cōsequēda, adeūdus est iudex, vocandus heres institutus, vt suppleat. Non enim propria auctoritate filius capere potest hereditatis portionem iure cōmuni Romanorum, quando legitima indeterminate relicta est, *Bald. in l. 2. per illum textum. quand. & quib. quart. pars deb.* id est, quādo certa res pro legitima non est relicta: cōtra, si incerta re relinquatur, *sic intellige Bald. in l. si quis in suo, de inoffi. testam secundum Guill. Benedict. ad ca. Raynutius, ad ver. si absque liberis moreretur, 2. in fideicom. substit. num. 147.* quam propria auctoritate retinet potius, quam accipiat, *l. in suis, de liber. & posthum. P.* Et in ea re, si velit, loco heredis est, *Bartol. in l. ex facto, l. in magna, de hered. instit. P.* nisi & illa res ab herede possideretur, & de controuersia dubitaretur, quo casu nolente herede sponte tradere, iudex adeundus est, *l. 3. de pignoribus*, C. Neque enim licet etiam rem suam, alio possidente de facto, propria auctoritate repetere impune, *l. extat, quod met. cau. P. l. 1. C. de suffrag. C. cum qui, de præb. in 6. cum similib.* ne ad arma veniatur, & ex ciuili quęstione nascātur rixæ criminales, quas potest iudex sua iurisdictione cōpescere, *l. aquisitum, de vsufruc. P.* Quinimo legitima iure priuari posset ob eam temeritatem, per l. nō dubium, C. de lega. Habet tamē excusationem aliquando ab illa lege, & à l. si quis in tantā, vnde vi, C. filius qui capit pro legitima rem aliquam, *Paulus Picus, in l. in quartā, & ibi. Fernand. in 3. art. repe. leg. n. 7. ad leg. Falc.* potissimum in Gallia, vbi ex generali consuetudine mortuus saisit viuum, quod pertinet ad ius & ciuilem possessionē, alio non possidente: quod late explicat Guill. Benedict. ad ver. *mortuo ita q. testatore, 2. nu. 66. & 67.*

¶ Et † cum hac distinctione existimo, intelligi debere, quod Bartholom. Chassan. tradit, *in §. 2. ad ver. on ne peut exhereder. n. 7. des successions, in cons. Burg.* filiū posse propria auctoritate legitimam accipere. Sententia autem vel condemnatione secuta, vel spōte herede legitimam offerente, deductio fieri debet coram arbitrio prius æris alieni, funeris impensæ, & libertatum datarum, *l. Papinianus, §. quarta autem, de inoffic. testa. P.* vt in aliis quartis ineundis Falcidiæ & Trebellianicæ monuimus, quia bona non dicuntur, nisi deducto ære alieno, *l. subsignatum. §. bona, de verb. sign.* Ex quib. duo colligo, & legitimam sine onere deberi, & nō si post mortem eius, de cuius hereditate agitur. 27

¶ Primum † docet, nec conditionem, nec grauamen imponi posse in eo, quod pro legitima relinquitur, vel datur vel accipitur, siue sit dilatio temporis dādi, siue conditionis, quæ reiicitur in legitima. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa.* Et ita emendata est l. si pater, C. de inoffic. testam. per l. quoniam in prioribus, eiusdem tituli. Neque solum reiicietur à legitima grauamē omne, dum in ea tantum est filius institutus, sed etiam in aliis instituatur. 28

¶ Nam † pro parte legitimæ reiicietur adhuc, etsi in residuo duret, *l. sciemus, §. cum ante, &c.* quia filius eam non habet beneficio patris, sed legis, *l. si arrogator, de adopt.* Guill. Benedictus tamen 12. casus adfert & colligit, in repetitione, c. Raynutius, ad verb. *reliquit*, à num. 32. vsque in finē, de testam. In quib. onus aliquod seu cōditio imponi potest à parētibus legitimæ filiorum: quorum aliquos leuiter, vt quotidianos indico: reliquos enim apud illum videbis. 1. Quando conditio legitimæ apposita est in vtilitatem filiorum, *in l. quoniam in prioribus, per te. in l. filius matrē, de inoffi. testam C.* vt fic dum videt filium prodigum vel infirmæ ætatis, prohibeat vsque ad certum tempus, relictis interim alimentis, nō autem in perpetuum, alienationem legitimæ, potuit prohibere ita ad tempus, quāuis alienatio fieri possit, non obstāte prohibitione, vsq; ad legitimā. Et ita iudicatū Senatus cōsulto Burdegalensi, in vigilia natiuitatis beati Ioannis Baptistæ, anno Domini 1499. Idipsum dic de institutione facta cum conditione, vt filii maneat in communione vsque ad certum tempus. De qua & quid in ea contineatur, vide Nicolaum Boerium, decis. 87. 29

¶ 2. Recipit † onus conditionem legitima, si repudiante eam filio, perueniat ad substitutū vel alium: quemadmodum in patroni legitima responsum est, *in l. patronus, de leg. 2. & Paul. Castr. in d. l. quoniam in prioribus ita tradit.* Hic aurea est consideratio, quā do filius heres institutus à patre possit retinere & acceptare legitimam, omissa hereditate, & quando non: quod explicatum habes à prædicto Benedicto, vbi sup. nu. 34. quod nota, quia est hæc quotidiana quæstio forensis. 30

¶ 3. Conditio † ex statuto recipitur si illud statuat, quod existantibus masculis filia dotata non succedit: quia tunc relicta ei legitima seu dos non petitur, nisi quando nupserit, *Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero, de cond. & demonst. vlt. coll.* 31

¶ 4. Singulare † est, legata relinqui posse à filio per patrem, pro male ablatis, & in restitutionem raptorum. Nam hæc in foro conscientiæ à filio restituenda sunt, & minuunt legitimam, vt æs alienum. Et veluti pro redemtione animæ defuncti ex laqueo dæmonis, soluenda sunt, non enim dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, *c. peccatum, de reg. iur. in 6.* quia filius tenetur ex captiuitate patrem redimere, alioquin legitima priuādus est, vt ingratus. *auth. si captiuus, de epis. & cler. C. §. caussas, vt cū de app. cog. in auth.* 32

¶ In † foro tamen contentioso putant aliqui probandum esse prius male acceptū à testatore: nec ei credi simplici eius assertioni in diminutionem legitimæ filii. *Guill. Bened. vbi sup num 41. arg. eorum quæ notat Bart. in l. si forte, de cast. pecu. P.* Quod diximus 33

Digitized by Google

mus autē potest mortem deberi legitimam tantum, satis per se constat: vel ex eo, quod ante mortem debentis præmatura dicatur eius petitio. *l. 1. si impuberis, de collat. bon. disputat hāc q. Guid. Pap. decis. 486. & Chassa. cum suis exceptionib. ad §. 2. ad ver. du trespassé, tit. des successions, num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. in cons. Burg.* Exceptis quibusdam casibus, in quibus cogitur pater loco legitimæ quædam dare, filio, qui tamen quamuis referantur ad legitimam, & quanquam horum nomine data computantur post mortem patris in legitimam, tamen improprie legitima dicuntur. Quia legitima est iure institutionis vt dixi, debita: institutio autem hereditatis est, quę tantummodo mortui dicitur, *in l. 1. pro herede, in P. l. opinione, C. eo. l. l. de hered. vel act. vend. P.* Cū viuentis non dicatur hereditas, vt docet finitio eius, *l hereditas, de reg. iur. l. nihil aliud, de verb. sig. P.*

34 ¶ Primum † itaque si pater velit aliquid pro futura legitima largiri filio, potest in vita sua *l. cum quo, §. fin. ad leg. Falc. P.* & suo priuilegio renuntiare, vt solet fieri dum emancipantur liberi, & quædam illis dantur, in quibus sibi negotiari possint. Et ita inuenimus factum fuisse D. Lucæ Euangelio cap. 15. in prodigo filio, qui à patre petiit, & consecutus est substantiam sibi debitā post mortem. Num autem parentes facere idipsum debeant, exitus vitæ illius prodigi erudire satis potest. Dicunt autem interpretes, *Bart. & Paul. Castr. in l. si cum dotem, §. si post. solut. matr. P.* dissipata hac parte data nomine futuræ legitimæ per filiū, nō teneri patrem ei aliam legitimam vel portionem relinquere.

35 ¶ Secundo, † etiam inuitus pater cogitur dotare filiam viuēs, & filio conditionem quærere. *l. qui liberos, & qui constituere, de ritu nupt.*

36 ¶ Tertio, † si filius, pro debito sit carceribus detentus, vel pro delicto capitali cogi possit pater ei legitimæ portionem tradere, neque patrem qui præuenit tempus solutionis, teneri ei iterum testamento legitimam relinquere, docet Guil. Benedictus. *in ca. Raynutius, ad ver. in eod. testamento relinquens. 1. num. 214. & 215.*

37 ¶ † Quarto, † Iudæus filio ad Christianismum conuerso tenetur legitimam dare, vt quibusdam placuit, *Ioa. de Ana. in ca. Iudei de Iude. licet ibi Feli. repugnet, facit in arg. l. cognouimus, C. de here. Guil. Benedict. vbi sup.*

38 ¶ † Item † si ter ingrediatur religionem, *c. cum simus, de reg. & transact. ad religio. aut ingressi, C. de sacros. eccl.* quia tunc habetur pro mortuo ciuiliter.

39 ¶ Post † deductionem eorum, quæ deduci oportet, quæ docet & l. fi. §. in computatione, de iure delib. C. ineunda ratio est bonorum, & ea in vnum conferenda: & si recte conferri nō possunt vel diuidi, æstimanda imputationibus adiectis. Et habenda primum ratio valoris, hereditatis vniuersæ, quæ fuit tempore mortis testatoris. *l. cum quæritur, de inoffic. testam. C. l. etiam, §. si patronus, & l. si patronum, §. fina. de bon. libert. l. fina. si quid in fraud. patro. P.* Quare filii, qui ante mortem patris moriuntur, non considerantur ratione legitimæ, potissimum si filios non relinquāt, qui tamen si sint, mortuo patre ex proprio capite & in stirpes succedunt, vt qui ab intestato vocantur, *vide de his Fernandum, in repet. l. in quartam, in 2. præfat. c 21. num. 8. & seq.* quemadmodum suo loco dicetur.

40 ¶ Quare, † si tempore quo legitima anticipata est, puta quo dos data est, *vt in l. cum quo, §. fin. ad leg. Falcid. P.* facultates parētis fuerunt tenues, & tempore mortis exeuisse appareat, crescit legitima, & petitur supplementum, etiam si filia simpliciter bonis paternis renuntiauit: quia renuntiatio ad præsentia extēditur, *Bald. in l. pactum dotali, de collat. C. in l. quamuis, C. de fideico. Paul. & Alex. in l. ratione, ad leg. Falc. P. tex. in l. si quando, §. 1. de inoffi. testam. C.* Idē, si filius aut filia, aliquo accepto pro legitima, quod sufficiebat eo tempore quo dabatur, cum iuramento renuntiauit. quo casu tenet renuntiatio, *c. quamuis pactum. de pact. in 6.* Et hæc probabiliora videtur sententia aliquibus, *Bald. in cap. cum Martinus Ferrariensis, num. 19. de constit. & con. 369. incip. quadā puella, versic. pone.* quia iuramentum intelligitur appositum cum clausula, *si res in eodem statu remanent. ca. cum inter, de renunt. glo. in c. quemadmodum, de iureiur.* Et ita tenet Fernandus etiam, *vbi sup. num. 9.* & alij. Quibus tamen plures & melioribus rationibus obsistunt. Et cum illis resolutum est, filiam vel filium accipientes legitimam, vel aliquid loco legitimæ, quod sufficiens erat pro eadem, habita ratione patrimonii dantis tunc existentis: non posse supplementum post renuntiationem petere auctis facultatibus patris tempore mortis. Quemadmodum, nec diminutis facultatib. tempore mortis, non deberet datum illis diminui. Plures istius rationes & assertas quæstionis, reiectis aduersariis consideranibus, adfert Nicolaus Boerius per totam 62. decisio. & addit in fine ita iudicatum arresto curiæ Senatus Burdegalensis, 1519.

41 ¶ Ceterum, † si nulla renuntiatio facta est, auctæque inueniantur facultates tempore mortis, vel si minus acceptum fuerit in vita testatoris, & supplementum petatur, ad imputationē descēdendum. Quamobrem imputauit minus accipiendo filia, quæ accepit ipsam dotem, *l. quoniam nouella C. de inoff. testa. Bart. & Imo. & alii in d. l. quartam*, atq; omnia accessoria dotis, vt vestes, annullos, torques, monilia, & alia id genus occasione matrimonij data, *Paul. Castr. cons. 120. Alex. cons. 27.* & tamen negat Fernan. in reb. consumtis, *ad d. l. in quartam, in 3. c. tertiis art. n. 9. in ampliatio.*

¶ Imputatur † & legitimæ religiosi vel religiosæ, quod in ingressu datum est monasterio, *Bart. in l. 1. §. si parens, si quis à par. fuer. manum, & in l. Titio centum, de cond. & demonst.* Idipsum dicendum est, de donatione filio facta propter nuptias, *d. l. quoniam nouella.* Et ea quæ pater donat filio ducenti vxorem, contemplatione matrimonij, quę interim valet. *Pomponius Philadelphus fam. ercisc. Bart. in l. frater à fratre, de cond. indeb.* 42

¶ Idemque † in aliis donationibus ei factis ob causſam, vt quæ militiæ causſa sunt factæ, *l. omnimodo, §. impuberi, de inoff. testam.* Nisi ob bene merita ferent, quia præcipue tunc essent filio, & censentur esse peculij aduentitii, vt ait gloss. in auth. vnde si parens, de inoff. testa. Et aduentitia non communicantur. *l. fin. C. de collatio.* Quare lucrum proueniens ex industria & labore filij operantis nomine suo non patris, etiam in rebus & pecuniis paternis, non imputatur, vt aduentitium ex causſa industriæ filii. *Bar. in l. cum oportet, de bonis quæ lib. & in l. si quis pro eo, §. item si fideicommisso. P.* 43

¶ Donata † quoque filiis quæ transmissibilia non sunt ad heredes, non imputantur, vt victus, alimenta, vestitus. & alia, quæ officio paterno in filios parentes viuentes expendunt, *l. qua pater, fam. ercisc.* quæve pro honore filiis impetrando consumunt, *text. & glos. in l. de muner. & hon. P.* nisi animo repetendi fiāt, pro filio qui bona propria aliunde quam à patre habet. *Alexand. in addit. ad Bart. ad d. l. 3. §. fi. de muner. & honor. l. fin. de peti. hered.* 44

¶ Proinde, † pecuniæ expensæ in graduando filio, pro baccalaureatu, licentiatura, doctoratu, & pro militia, sacerdotio nō imputātur, *Bart. in l. 1. §. nec castrense, de coll. bo. P. de Doctoratu, Bal. in l. omnimodo, §. imputari, de inoff. test.* Si pater tradendo horū gratia pecunias, protestatus non sit se pro legitima tradere: nam tunc imputarentur, si cū hac lege dentur, *l. cū quo, §. fi. ad l. Fal.* Sic dicimus donata à patre, quæ efficiuntur peculii castrensis, vel quasi, vel eo nomine aliunde quæsita, non imputari filio in legitimam, vt equi, arma, & c. *l. fi. & l. si filius, famil. ercisc. C. Bart. in d. l. §. hoc castrense, de collat. bono.* 45

¶ Et † quia libri sunt arma scholasticorum, *glo. in l. nepos Proculo, de verb. sig.* & Aduocati & Doctores milites videntur, *l. aduocati, C. de aduo. diuers. iudicio.* & gaudent beneficio quasi castrensis peculij, *l. forti tui culminis, eo. C.* dubitatum est de libris datis filiis, num illis imputentur in legitimam. Et Iason quidem tradit libros Licentiato vel Doctori datos, non imputandos, sed donatione quasi castrensis peculij proprios fieri. *Iason in l. filiæ licet, C. de collat. num. 8.* Idipsum, si dentur clericis etiam filiis in potestate constitutis, simplici tonsura sacra iniatis: dicunt enim & esse tunc eos quasi castrensis peculij. *idem eod.* Nisi filii mali fuerint scholastici, & reprobatæ vitæ qui priuilegio scholasticorum indigni sint, *Bart. ad d. §. nec castrense*, vel nisi tempore donationis, successioni renuntiasset, *Bald. in d. l. pactum dotali b.* vel nisi in donatione pater protestatus sit, se dare pro legitima. *l. qua pater, ad leg. Falc. d. l. cum quo, §. fin. eod.* Quæ si non concurrant impensa studiorū causſa in filios facta, & libri non possunt computari vel imputari in legitimā, etiam si pater postmodum moriens id dixerit, *l. pater filiam, ad leg. Falci P.* cum perfecta donatio, neque modum, neque conditionem postea admittat, *l. perfecta donatio, C. de don. quæ sub mod. l. velles necne. C. de reuoc. donat. l. sicut ab initio, C. de actio.* Porro, si pater non quidem expresse dederit, sed tradiderit libros filio simpliciter, si eius nomine emerit putandum est præcipuos esse ei, *iuxta l. filiæ cuius, C. famil. ercisc.* Ideo cum pater vel mercator vel rusticus est, præsumitur nomine tantum filii emisse, & ei donasse: nisi in Calendarii sui rationes retulerit, vt imputaret. *Paul. Castr. cons. 184.* Si autem eiusdem professionis sit pater, peculii nomine filio videtur libros tradidisse, *iuxta l. fi. de pecu. leg. P.* si donatione vsus nō sit: exceptis libris grammaticalib. Et ita debet imputatio fieri eorum librorum, æstimatione facta pretii eius sunt tēpore mortis testatoris, non quo emti sunt, & sufficit conferre pretiū; potestque libros retinere. *Ias. in d. l. filiæ licet, num. 10. de collatio. de æstimatione à mortis tempore faciendā, in l. illud, de collat. l. omnimodo, § impubes, de inoffic. testam.* 46

¶ Noluerunt † imputari quoque Doctores in legitimam expensas factas à patre in habendo episcopatu, vel beneficio: nec sacerdotium ipsum quod precibus aut gratia pater pro filio impetrauit: vt docet Arnold. Ferronus, in comment. ad consue. Burdeg. lib. 2. §. 10. 47

¶ Imputari † voluerunt tamen iura in legitimā ea, quæ pecuniis patris emta sunt in nomine filii, officia, militiam, feuda, quę emi vendive possunt, & quæ transmissibilia sunt ad heredes filii secundum æstimationem & modū, l. omnimodo 32. §. imputari, de inoffi. testam. C. Ea vero, quæ nomine filii emta sunt, quæve cum persona filii exstinguuntur, vt inde lucrum aliquod ad heredes eius transmittatur, si nulla protestatione imputationis dantur, eidem non imputantur, nec conferuntur, *l. 1. §. sed an id, de collat. bono. P.* Alioquin quæ cum hac conditione, vt in quartā imputentur, dantur à testatore filio, aut aliis quibus legitima debetur, post mortem eius, siue dentur mortis causſa, vel inter viuos, imputantur, & agitur ad supplementum tantum, *l. si quando, 35. §. & generaliter. de inoffi. testam C. §* [illegible] *eo. ap.* 48

Digitized by Google

Iust. contra, si nihil dictum sit de hac imputatione. *gl. in d. §. & gener aliter, ad ver. computetur, Bart. & Pan. Cast. ad d. l. in quartam.* Quanquam in eo casu imputentur in quartam iure institutionis debitam, seu in Falcidiam. *l. cum quo, § fin. ad leg. Falcid. P.* Et enim cum diximus ante computationem legitimę deducendum esse æs alienum, recte istæ donationes adducentur, nec imputabuntur: quia tempore mortis patris factæ non fuerunt, *l. cum quæritur, C. de inoffic. testam.*

49 ¶ Quod † Fernandus exemplis illustrat in donationibus factis filiis, quæ valent statim, vt si fiant emancipatis, *l. 2. de imme: sis donationibus.* Vel filiis in potestate constitutis, de vsufructu aduentitiorum. *l. cum autem, §. id autem, de bone. quæ lib.* vel aliorum cum iuramento, *Bald. in l. fina. C. de vsuca. pro don. Idem & Alexan. in l. si donatione, C. de collat.* si filio suo princeps dederit, *l. pen. C. de don. int. vir. & vxor. Iason in l. frater à fratre, ae cond. in fi. repetit.* vel mater filio, *in l. si constante, & in l. si constante, & ibi gloss. de don. int. vir. & vxo. C.* Contrarium ergo in donationibus, quæ non valent in vita testatoris, dicendum est, vt liberis in potestate constitutis imputantur, & est communis opinio, *Bart. in l. in quartam, per l. filium quem habentem, fam. ercis. Cyn. in l. si quã do, §. & generaliter, C. de inoff. testa. Arg. Imol. in d. l. in quartam, Alex. ad illud, de coll. C.* quamuis plures reclament, & dicant regulam esse generalem, vt quicquid filius patris iudicio vltimo consecutus est ex eius substantia, imputet in legitimam, siue iure institutionis, siue fideicommissi, vel legati percipiat: *Bart. Paul. Imol. ad d. l. in quartam, per l. omnimodo, §. repelationem, de inoff. testa. C. facit. §. 1. ver. sed quod contigerit, de trien. & semi. in auth.* Exceptis fructibus, quos non imputat legitimam, *§. fr hibemus. eod.* Donationes autem simplices filiis familias factę ad nutum reuocabiles sunt, & mortis tempore effectum sortiuntur tantum, *l. donationes quas parentes, in magna, de dona. int. vir. & vxor. C. l. 2. C. de inoffi. don.* Quę tamen ratio vera quidem est in se, ceterum nõ videtur satis accommoda donationi filiisfam. factæ, quę confirmatur quidem silentio mortis tempore, verum tamen retrotrahitur ad tẽpus quo cõscripta post nõ habita ratione mortis, *d. l. donationes quas parentes.* Quamobrẽ existimarem hanc donationẽ, quæ acta legitimæ insinuata est, quæve confirmatur morte, sed retrotrahitur: non esse imputandam, si aliter dictum non sit in eius traditione: & ita inclinare in hanc sententiam video Paulum Castrens. in l. omnimodo, §. & generaliter, de inoffi. testa. per l. illud, de colla. C. & l. pen. fam. ercis. C. Sed de imputatione satis.

50 ¶ Quibus † debeatur legitima, videamus breuius. Vt tres ordines sunt succedentium ab intestato, descendentium, ascendẽtiũ & collateralium: sic & eorum qui legitimam petere possunt in bonis testatoris defuncti, liberorum, ascendentium, & fratrũ tantum, *l. 1. de inoff. testam. P.* in casu, in quo querela in officiosi testamenti illis dari potest vel debet. *interp. in l. si quis filium, C. eo. Bart. & alii, in l. ex filio, de vulg P.* Neque tamen omnibus simul debetur, sed ordine. Nam si quis decedat relictis descendentib. liberis, ascendentib. & collateralib. non oẽs possunt petere legitimã: sed tantum eo ordine, quo successuri essent ab intestato defuncto testatori, vel plures, si in eodem gradu, vel soli, si nullus alius sit in eo vel cũ eo concurrens. Quia sæpe diximus, legitimam, partẽ esse eius, quod quis habiturus esset ab intestato, *sup. hoc. c.* Itaque quia prima successio est intestati descendentiũ, qui excludunt ascendentes & collaterales, *§. 1. de here. ab intest. veni. in auth.* dicimus filiis exsistentibus vel nepotibus, qui instituti sunt, vel qui petere possunt male exheredati legitimam, vel in aliquo instituti supplementum, patrem testatoris excludi & matrem & superiores à legitima & querela inofficiosi. *l. pater filium, de inoff. testam. P.* Si autem illi nõ sint, vel si sint, & tamen succedere non possint, quia repudiarũt, vel abstinuerunt se ab hereditate, vel recte exheredati sunt omnes, admittuntur ascendentes ad eius petitionem, *d. l. pater filium.* quia tunc habentur qui impediebant pro mortuis, *l. 2. §. 1. de bon. poss. sec. tab. P.* patiaque sunt aliquid non esse, vel esse inutiliter. *l. quoties, qui satis. cog. P. l. fin. ad leg. Flau. de plagia. C.* Filij legitimã in bonis patris & matris habent, *§. 1. de trien. & sem. in auth.* siue sint emancipati, *glo. in §. exheredatos, de hered. & Falc.* siue masculi, siue fœminæ: quia sublata est potestatis & sexus in successionibus ab intestato, ex quibus hęc legitima pendet differentia, *§. emancipati, de here quæ ab int. defer. l. maximum vitium, de lib. prat. C.* Siue sint adoptiui, siue naturales & legitimi, *l. cum autem, de inoff. testa. apud Iustin. l. si arrogator, de adopt. P.* non tamen nothi & spurij, *§. 1. de incest. nupt. l. 1. & ibi gl. de bon. possess. cont. tab. l. vxorem, §. pater naturalis, de leg. 3. per rationem, l. vulgo. concepti. de stat. hom. §. si aduersus, de nupt. ap. Iustinia* exceptis matribus non illustribus, *l. si qua illustris, ad Orficia. C.* & dummodo incestuosi, adulterini, nefarij filiiue presbyterorum ne sint, qui omnino ab omni etiam matris successione repelluntur. *auth. ex complexu, de in cest. nupt. C.*

5 ¶ Legitimati porro per subsequens matrimoniũ, per omnia legitimis & naturalibus similes sunt in successione. *§. fin. eod. in auth. §. fin. de hered. quæ ab int. def. apud Iustinia. c. 1. c. tanta, qui filij sint. legitimi.* Idipsum si legitimentur impetrante patre eoque viuo per rescriptum principis: habent enim & legitimam in bonis patris, quemadmodum naturales & legitimi. *§. sit igitur, qui. mod. nat. effic. legit. colla. 6. in auth.* Non etiam si mortuo patre legitimentur. *gl. & interpr. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ae libe. & posthu.* De reliquis legitimatis per oblationem vel per nominationem in testamento non loquor, quod illæ formulæ desierint esse in vsu: hos tamen dicunt habuisse legitimam in bonis patris. *vide Fern. in l. in quartam, 2. præfat. c. 1. nu. 9.*

¶ Posthumis, † si abortiui nascantur, legitima non debetur, 52
l. 2. de post. hered. instit. natis denegari non potest. *§. posthumi, ae exher. lib. l. inter cetera, de. lib. & posth.*

¶ Iure † scripto, religionem ingredientib. debetur legitima, 53
quam post mortem patris petere possunt, *auth. ingressi de sacro. eccles. C. l. fin. §. 1. de episc. & cler. C.* exceptis iis, qui neque in communi, neque in publico quicquam habere possunt. quales cordigeri sunt. *clem. exiui, de verb. sign.* At in Gallia, qui ingrediuntur aliquam religionem cuiuscunque sint ordinis, vbi eam professi sunt, incapaces sunt successionis petẽdæ à patre. *Fern. in d. 2. præfa. c. 1. nu. 10.*

¶¶ Non † potest & filia dote contenta, quæ cum iuramento re- 54
nũtiauit, regressum habere & petere legitimam, *c. quamuis pactũ, de pact. in 6.* quando autem nepotes ex ea possint petere, vel ex persona matris, vel ex propria, hoc videbis apud Guill. Benedict. in 3. part. q. de legitima, num. 6. & 7. Guido. Pap, deci. 598 nu. 2. Bart. in l. qui superstitis, de acqu. hered P. Tractatur & optime à Fernando, in 2. præf. l. quartam. c. 1. num. 11. & 12. vbi & 13. nu. hereditatis bona mente deberi tradit legitimam, non si ob ingratitudinem exheredentur: & 14. tradit etiam nepotes & pronepotes posse petere in bonis aui & proaui, sublatis aliis mediis personis, & suo ordine: prout ab intestato vocantur.

¶ Quod † si non supersint liberi, possunt petere ascendentes 55
legitimam in bonis filiorum & nepotum. *§. non autem de inoff. testam. l. nam & si parentibus, eod. P. §. 1. & §. hoc obseruando, de trien. & semi. in auth.* Et prędloco Fernand. num. 15. & 16. colligit in quibus conueniat legitima ascendentium & descendentium: & in nu. 17. differentias, inter quas duæ notabiliores, 3. & 7. illi. vna, quod filius grauatus de restituenda hereditate duas quartas detrahit. Trebellianicam & legitimam iure communi, & nisi si quid aliud prohibeat. *c. Raynaldus, de testam.* At parentes grauati à descendentibus, vnam tantum detrahunt. *Bald. in l. à milite, §. fi. & Iaso. in auth. nouissima. de inoffic. testa. C.* Altera, quod filius grauatus de restituẽdo, non imputat fructus in quartã Trebellianicam, *l. iubemus, C. ad Trebell.* parens grauatus contra, *l. filiusfamil. ad leg. Falc.*

¶ In † collateralibus legitimã tantũ debetur fratribus, quando 56
turpis persona instituta: non vlterioris gradus cognatis, *l. 1. de inoffic. testam. P. l. fratres, & l. fratris, C. eod.* ¶ Effectus † totius istius 57
tractationis, vt iis quibus debetur legitima, eam habeant etiam integram honorabili titulo per institutionem: alioquin per querelam inofficiosi si eam consequantur, si nhiil eius nomine relictum est. Et si quid relictum est, vt per conditionem, ad supplementum heredes adigantur, *l. omnimodo, & l. scimus, §. repletionem, de inoffi. testam. C.* vt diximus. Quod si heredes contumaces sint dare, quæ testamento relicta filius sunt, eo nomine iure ciuili tantundem cum relicto soluere damnandi sunt. *l. si quis in suo, 33. C. eod.* Quod in Gallia non seruatur, sed multis grauissimis erga liberos solent heredes contumaces damnari.

¶ Consequitur † autem filius legitimam in proprietate & v- 58
sufructu. *auth. nouissima, de lib. prat. c.* Et perinde ac si institutus sit filius heres vniuersalis, & vsusfructus relictꝰ sit alteri, cõsequetur nihilominus pro portione legitimę quoq; vsũfructũ, rato manẽte vsufructu relicto in ceteris. *l. omnimodo, de inof. test. C. gl. in d. aut. nouissima, & in l. quoniam. in prior, b. eod.* Sic improbanda gl. §. prohibemus, de trien. & semi. Quę contrarium decidens ex diametro aduersatur legibus. Item & reiicienda cautela, quæ adfertur à Cæpolla, caut. 24. pro priuando filio legitima quam etiam reprobat Chassanæus, *ad §. 2. ad ver. si non pour aucunes des causes. & c. num. 27. tit. des successions.*

¶ Rationes † porro & reliqua istius legitimæ, consentiunt 59
cum his quæ diximus in institutione facienda, & in capite, de inofficioso testamento.

De aliis mediis, quibus testati causſa ad causſam intestati perueniat

Cap. 6.

1 *Testamentum coacte factum, nullum: nec qui coegit, succedit ex eo institutus.*
2 *Testamenntum mutari vel fieri prohibens, non succedit.*
3 *Testamentum caduci causſam, quot modis accipiat.*
4 *Testamentum metu factum. nullum est.*
5 *In carcere testamentum factum an valeat.*

CVm iam liqueat, † quomodo ex reb. ipsis & ratione & facto ipsius te- 1
statoris, & omissione solemnitatum, testamẽtũ cor-

ruat

mat: superest vt dicamus, quomodo ex negotiis, quæ superueniunt caussæ testamentariæ per personas alias intestatus quis efficiatur: doceamus Laconice. Ergo, si quis aliquem testari coegerit in sui fauorẽ vel alterius, quæstione criminali heres submouebitur, nec valebit testamentum. *l.1. si quis aliq. testa. prohib. vel coeg. lib.6. C. tit.34.* Quia ex voluntate alia est testamentum inutile, vt captatorium. *l. illa institutio, & l. captatoriæ, de her. instit. cum simi. contra l.1. de testam. P.* Neque obtinet institutio in fauorem eius, qui testamentum fieri ita curauerit, neque etiam in fauorem alterius: quam cogentis, *l.1.§.1. si quis aliq. test. prohib. lib. 39. P. tit.6.* Et hoc abunde disputatur à glo. in l.2. ad verb. *remoueri*, si quis ali q. test. prohib. C.

2 ¶ Quemadmodum † & is qui impedimento fuisse monstratur, ne testamentum ordinaretur, vel ne ordinatum mutaretur, vt indigna persona, successionis compendio remouetur. *l. 1. C. eo. l.2. eo. P.* Corruit etiam testamentum, si heres non adeat hereditatem, vel si ea repudietur. *l. si nemo, de testam. tute. l. intestatus, de verb. sign. l. eam quam, C. de fideicom. l.1. de iniusto rupt. P. l. vni, §. cum autem. de cad. tol. C.*

3 ¶ Hucque † pertinet consideratio caussæ testamentariæ, quę in caussam caduci incidens, facit testamentum corruere: primũ, si tempore testamenti cõditi mortuus sit heres institutus, quem testator putabat adhuc viuere, *l. vni, §. in primo eod.* 2. Si heres moriatur ante testatorem, *d. l. vni, §. pro secundo.* 3. Si heres extraneus moriatur ante aditam hereditatem, *d. l. vni, §. in nouissimo*, nisi decessisset intra tempora, quæ concessa essent ad deliberandum. *l. quoniam, de iure delib.* Et exceptis casibus per glossi & Bart. in l. ventre præterito, de acq. hered. P. In liberis etiam aliter prospectum est, in l. vni, de iis qui ante aper. tab. C. Item postremo, si heres sit incapax successionis, cuiusmodi plures esse diximus, in c. de his qui institui possint.

4 ¶ Sed † & metu alicuius testamentum conditum impugnari potest ex edicto prætoris, *quod metus caussa*, si metus cadat in constantem virum, *l.1. & l. metum in magna, de eo quod met. caus.* vel si talis sit, qui induceret restitutionem per officium iudicis: vt metus reuerentiæ vel verecundiæ, præsentiæ patris vel mariti, *hoc explicat Benedict. ad ca. Raynutius, ad verb. condidit. nu.2.3. & seqq. facit l.1.§. quæ onerandæ, quar. rer. actio non det. Angel. in §. quadrupli, de act. Panor. in c. cum inter, de elect. de preci. principi.* vel si testes cogantur. *l. quis testamento, in fin. de testam.*

5 ¶ Et † quamuis testamentum in carcere factum à testatore detento ob crimen, ante cuius damnationem mortuus sit, valeat, nisi aliud impediat, etiam si in carcere tyranni detineatur, *Guil. Bened. ad d.c. Raynutius, ad verb. mortuo itaque testatore, 1. nu. 22.* tamen si quis carcerem patiatur ea de caussa, vt oblique vel directe ad testandum cogatur, arbitror inutile esse, & caussam intestati potiorem esse, *idem Benedict. ad verb. testamentum, 31. n.13.* per Pauli responsum, in l. qui in carcerem, 22. de eo quod met. cau. P.

DE SVCCESSIONIBVS INTESTATI. LIB. XLV.

De intestati successione in genere.

Cap. I.

Lib.3. Instit. tit.1. lib.38. P. tit.17. lib.6. C. tit.54. c.57. Noucl.118.

1 *Intestati successio à iure diuino firmata.*
2 *Testamenta præter iuris & naturæ ordinem videntur recepta & permissa, & quare.*
3 *Intestatus quis mortuus præsumitur, nisi de contrario doceatur.*
4 *Intestati successio quibus personis deferatur: formula & ordo succedendi, finis, & rationes. num. §.6. & seq.*
7 *Lex intestati successionem deferens, imitatur naturam voluntatis humanæ.*
8 *Proximior in successione à quo tempore consideratur.*
9 *Lucrus & hereditas mortui ad eandem personam pertinent.*
10 *Tutela filiorum mortui, & hereditas ad eundem deferuntur.*
11 *Familiæ conseruatio in successione proximorum. & de Iubilæi Hebræorum vtilitate.*

1 ESTamẽtaria caussa prior explicata est, quę veluti priuilegiata, voluntati expressæ dominorum permissa fuit. Vnde præcipua eius pars institutio est, quasi extranei intra ius succedendi facta positio. Iure tamen communi proprie dicta est legitima quoque successio, ea quæ sine testamento certis personis defertur, ex iure diuino maxime suum robur habens, vt familiæ integræ conseruarentur, quo mandatum erat, vt res transmitterentur ad posteros eiusdem generis, *Leuit.25.n.27. Deut. 2. & 4. & Psal.2. ibi, dabo tibi gentes hereditatem tuam.* veluti lege quadam naturæ id suadente. *l. fin. quor. bonor. C. glo. in c. ius naturale, 1. dist. §. principium itaque, de her. & Fulc. in auth.*

2 ¶ Et † sunt plures regiones seu prouinciæ, quæ non norunt, nec adhuc admittunt aliam, quam intestati successionem, nec in omnibus admittunt testamenta, *au bailliage de Marne, tit. des successions, arti. 237. in consuet. Et d'Orleans, titu. des donat. & testamẽts, art.14. & tit. des successions, art.265. Aux coustumes de Paris, tit. eod. des successions, art.120. Poitou, tit. des testamens, art. 208. Ploys, tit. des successions, art.137. Chartres, eod. tit. art. 95. Bourbonnois, eod. tit. art.324. Auuergne, tit. des testamens, art.53. Augõtinois, eod. tit. art.114. &c.* quæ pluribus visa sunt veluti contra ordinem naturæ inuenta, eo quod quis disponat de rebus suis posteaquam desinit esse dominus rerum, post mortem videlicet, quæ vt omnia, §. *deinceps, de nupt. in auth. coll.4.* ita dominium soluit. Etenim testamentum tantum post mortem valet. *ad Hebræ. c.9. c. cum Marthæ, de celeb. missa.* Neque firma est eius omnino dispositio, antequã dicatur quodãmodo quoq; contraxisse heres cũ testatore, post mortem eius adeundo. *l. apud Iulianum, §. fin. & l. seq. ex quib. cau. in possess. eat. P. §. heres quoque, de oblig. quæ ex qua. con. nas.* Et ita per priuilegium potius, & ex consensu gentium sustinentur testamenta per fictiones, cum vere nemo sibi eligere successorem possit post mortem, quo tempore potestate caret: vt de electione, successoris in episcopatu responsum est, *c. Apostolicam, §. his omnib. 1. q. 1. facit l. quod sponsæ. de donat. ant. nupt. C.*

3 ¶ Et † proinde, cum res reuertatur ad suam naturam, *l. si vnus ex argentariis, §. pactus ne peteret, vers. quod & in specie, de pact.* P. si non aperte doceatur de mortui testamento, is præsumitur decessisse intestatus. Et qui testamentum allegat, probare debet: quia intentio eius, qui sine testamento dicit & ab intestato se esse successorem, iure communi defenditur. *§. intestatorum, cũ §§. seqq. de hered. quæ ab int. defer. l.1. §. fin. de suc. & legiti. authent. in successione, C. de suis & legiti. hered. lib.6. C. tit.54. §.1. de here. ab int. veni. in auth. l. Iurisconsultus, de gradib. affinita.* Et iusta hereditas illa absolute quæ ab intestato defertur. *l. si igitur, de her. ab intest. veni. in authen. auth. defuncto, ad Tertul. C.*

4 ¶ Intestatus † quis dicatur, iam superiori libro satis explicauimus. Res istius successionis, quæ hereditatis sunt testamentariæ. Personæ porro, sunt descendentes, ascendentes, collaterales, masculi, fœminæ, nati & posthumi, à quibus, & quibus debetur successio.

5 ¶ Formulæ vero succedendi, secundum quas negotia expedienda sunt istius successionis, habent secundum personas specialem ordinem: vt primum vocentur descendentes postea, ascendentes, hisque deficientibus collaterales, *§. restat, d. titu. de her. ab int. veni.* & alij post hos: vt postea Deo iuuante apparebit.

6 ¶ Finis, † habere hereditatem defuncti, & in locum eius venire.

7 ¶ Rationes † porro cur hæc successio intestatorum recepta sit, ex pluribus tres accipe. Prior erit, quod in subsidium voluntatũ viuentium morte interceptarum lex successionem hanc introduxerit, vt quod fere omnes desiderant, nempe sibi coniunctos sanguine potius sua bona habere, & quo gradu proximiores sunt, eo magis vt plus dilecti, id sua prouidentia suppleret, *facit l.1. sam. cris.* Sicque ex arbitrio viuentium, desideria morientiũ non sine ratione colligimus. *l.4. de natur. lib. C.* Sequitur in hoc lex naturæ non corruptæ in homine voluntatem, & vt natura vocat volentes proximos regulariter sanguine ad successionẽ, *l. sin quor. lega. C.* sic & lex. *l.2. §. legitima, de suis & legit. her. P.*

8 ¶ Considerat † vero proximitatem, secundum tempus quo sine testamento quis decedit: vel si cum testamento, quo tẽpore ad caussam intestati recidit, vel repudiatione facta, vel alio modo. *d. l.2. §. proximum non eum. de suis & legit. §. proximis., de legit. agnat. succes. l. si ex duobus, vnde legit. P.* Proximus is est, quẽ nemo capax successionis antecedit in gradu, *l.2. §. hereditas, & §. legitima, de suc. & legit. her. P. l.1. §. si quis proximior, vnde cognat.* eiusque numeri erit qui adhuc natus non est, verũ conceptus nasci speratur, & genitus, & qui gestatur in vtero. *d. l.2. de suis & legi. & cũ autem, de here. quæ ab int. defer. apud Iustin.* Quia quod pertinet ad suum commodum, qui in vtero est, pro nato habetur. *l. qui in vtero, de stat. hom.* Hicque proximus superlatiui vim habet, perinde ac si dicamus proximioré. *vt in §. fin. de ca. dimin.* Et in eos itaq;, quia proximi & proximiores dicuntur, recte primum defertur successio & hereditas: alioquin qui eos præterit & præponit ex-

Digitized by Google

traneos, videtur iniuriam illis irrogare. l. 4. *de inoffi. test. P.* Quod Cicero innuit, dum de liberalitate tractat, 1. *Officior.* dicens: *Ne maior sit benignitas quam facultas. Nam qui benignores esse volunt, primo in eo peccant, quod iniuriosi sint in proximos.* Cui videtur consentire Papinianus, *l. si fratres, 53. §. idem respondit, in 1. pro soc. P.*

9 ¶ Secunda † ratio, deferri successiones intestati ad proximiores, quia ad hos luctus etiam magis pertinet defunctorum, *l. manifestissima, §. sed cum in secundam, de furt. C. l. vni. §. pro secundo, de cad. toll. C.* vt ait l. iure succursum, de iure dot. P.

10 ¶ Et 3. † secundum naturam est, vt ad quem pertinent incommoda, pertineant & commoda. *l. quo tutela, de regu. iur. §. 1. de legit. patro. tute. §. ex his, de hered. ab intest. veni. in authen.* Proximioribus autem proximorum defertur onus, nempe tutela. Ergo & successionem deferri æquum est. *Leuit. Numero 25.*

11 ¶ Sed † & postremo, familiarum nomen ex eo conseruatur, dum ad proximos tantũ deuoluitur successio defunctorũ: quod maxime curæ fuit Hebræis populo Dei vsque adeo, vt tempore Iubilæi, singulis quinquaginta annis, res rediret in familiam pristinam. *l. cum scimus. §. in omnib. de agric. & cens. lib. 11. C.* Omnes quippe cognati qui de familia sunt, videntur esse vnum quodammodo corpus.

De successione descendentium filiorum & filiarum ex legitimo matrimonio, secundum iura ciuilia & Pontificia.

Cap. 2.

1 *Intestati successionis primus gradus filiorum legitimorum & naturalium.*
2 *Filiorum ab intestato antiquorum varia successio.*
3 *Matris successio filio quando non delata, & quando delata, & quomodo.*
4 *Spurij quomodo succedant matri, & de edicto vnde liberi, eod. & num. 5.*
6 *Filiorum intestati patris in iure nouissimo successio qualis.*
7 *Monachi succedunt ab intestato parentibus iure scripto, non iure Gallico. & 8. & 9.*
10 *Religionis ingressus patris quid relinquat filiis.*
11 *Filij damnatorum capitali crimine, an, & quomodo succedant in Gallia patri.*
12 *Filij in successione patris intestati cur præferantur parentibus descendentibus.*
13 *Filij præ ceteris diliguntur proximi.*
14 *Filij propemodum iidem cum patribus & persona & voce.*

1 PRior † successionis ratio considerat descendentes, inter quos filij naturales & legitimi primum gradum tenent. Scripcum quippe est in lege diuina, *Filius ergo heres, ad Galat. 4. c. D. Pau. auth. in successione, de suis & legiti. C. §. intestatorum, de hered. quæ ab int. def. §. præferuntur, de Senat. Tert. lib. 3. Instit. tit. 3.* Qui dicantur filij, iam in personis docuimus, *lib. Syntag.* Res autem, nempe hereditas quæ defertur, communem habet cum hereditate notationem. Personæ quoque hic ascendentium considerantur, à quibus successio pendet: & descendentium, quibus defertur: quæ separatim explicatæ sunt in nuptiarum tractatu, dũ de gradibus consanguinitatis locuti sumus, *lib. 9. Syntag. c. 9. num. 14.* Et ideo ista generalia nec hic, nec in aliis sequentibus capitibus speciali explicatione prosequemur, sed tantum formulam succedendi, finem, & rationes, quibus successio distinguitur, & lumen capit.

2 ¶ Igitur † vt intelligamus ordine, & veluti historice successionis filiorũ seriem, & iurũ antiquæ mediæ & nouæ iurisprudentiæ variam sententiam, & emendationem, prius quæ in iure ciuili tradita sunt Romanorum, deinceps quarundam gentium aliarum leges hac de re subiiciemus. Inre legum duodecim tabula. vocabantur ad successionem legitimam parentum sui tantum, id est, qui erant in potestate eorum tempore mortis, exclusis filiis emancipatis Nam illi secundo ordine vocabantur, & exheredati quoque tanquam proximiores consanguinei, *l. 1. §. queri. cum seq. §§. de suis & leg. hered. P. §. sui. de hered. qual. & dif.* Sui aditione non egebant, sed statim eo iure fiebant heredes, facta continuatione in eius dominij patris, *l. in suis, 14. de suis & legi. her. P. l. in suis, ad l. & posth. P.* Et vellent aut nollent, fiebant heredes necessarij, *in d. §. sin autem.* Et hæc in bonis tãtum paternis obtinebant. In maternis vero, quia matres non habent filios suos vel in potestate, *l. nulla fœmina, de suis & legit. P. §. fœmina, de adopt.* eo iure 12. tab. filij matribus non succedebant.

3 ¶ Nam, † vt ait Iustinianus, *§. 1. de Sena. Tertull. lex duodecim tabular. ita stricto iure vebatur, & vroponebat masculorum progeniem: & eos, qui per fœminini sexus necessitudinem sibi sungnntur, adeo expellebat, vt nec inter matrem & filium filiamve vltro citroque hereditatis capienda ius daretur. Nisi quod prætores ex proximitate cognatorum, eas personas ad successionem bonorum, possessione vnde cognati accommodata, vocabant*: donec fuit admissa successio, vt legitima filiorum in bonis matris, ex Senatusconsulto Orficiano, *in §. 1. de Senatus. Orficia. d. lib. 3. Inst. tit. 4. l. 1. C. eod. lib. 6. titu. 55.* lato sub M. Ælio Antonino philosopho, & filio eius Commodo Cornelio Scipione Orphito, & Velio Rufo cos. anno Domini nostri Iesu Christi 181. *meminerunt de istis consuli. Eusebius, de temporib. Eutrop. lib. 8. c. 6. Lamprid. in Antonino.* Post quod Senatusconsultum, prætor quando beneficium bonorum possessionis iis personis dabat, & ex edicto, *vnde legitimi*, succurrebat ex hoc Senatusconsulto, *l. 2. §. fin. & l. 3. vn. legit. P. l. 1. & fi. vt ex le. & senat. & c. in P.* Itaque per Orficianum, filius filiave matris aliis consanguineis defunctæ præferuntur, *d. l. 1. ad Orfi. C.* imo & patri vel matri defunctæ, qui nepotibus existentibus filiis non succedãt, siue filij emancipati sint, siue in patris sint potestate, *l. quoties, 4. C. eod.* Et ita filij, si plures sint tempore mortis, in viriles partes succedunt matri. Et si antequam hæreditatem maternam quærerent, ex rebus humanis exemti sunt, transmittunt ad suos ius adeundi, si non repudiauerint, *l. 2. iuncta gl. C. eo. l. 1. de iis qui ante apert. sub. C.* Neque necessarium fuit beneficium prætorium filiis matris, cũ iure ciuili successionem petere possent ex Senatusconsulto illo, *l. 3. C. eo.* Vt vereri non deberent lapsum anni, qui tantum in successionibus prætoriis dabatur liberis, *l. 1. §. largius, de succe. edic. P.*

¶ Et † proinde factum etiam, vt matribus succederent spurij 4
filij, id est, sine matrimonio legitimo, vulgo ex meretrice concepti, *§. nouissime, de Sena. Orfi. l. 1. §. sed & vulgo quæsiti, ad Sena. Tertul. P.* Exceptis matribus illustribus, quibus non succedunt spurij, legitimis & naturalibus existentibus, propter generis dedecus, *l. si qua illustris, C. ad Orfi.* ¶ Huius † Senatusconsulti 5
Orficiani prætor secutus naturalem æquitatem, quæ non considerabat patriam potestatem, & ita filios admittebat sine suitate ad successionem matris, detulit quoque emancipatis liberis vna cum suis successionem bonorum patris ab intestato morientis, per edictum, *vnde liberi, l. fin. C. vnde libe. l. 2. 4. §. eod. tit. P. §. emancipati, de hered. quæ ab int. defer.*

¶ Atque † tandem nouissimo iure ciuili, expensis naturalibus 6
caussis plenius, factum est, vt in gradu hoc primo descendentiũ, sicuti in ceteris ascendentium, sublata sit omnis sexus & potestatis differentia, & qui eiusdem gradus sunt, pari modo admitti statutum est, *§. 1. de her. ab int. veni. in authen. coll. 9. tit. 1. auth. in successione, de suis & legit. li. C.* Quodque in successione patris intestati lex duodecim tabul. approbat, vt nulla distinctio esset sexus filiorum & filiarum, *l. maximum vitium, de liber. præteri. C. l. lege 12. tabularum, de legi. her. C.* hoc ipsum ius nouum in matrem extendit, vt nulla esset differentia patris & matris. Vt ait Phalaris ad Erythriam vxorem scribens, *epist. 54.* Ἐγὼ δὲ τὸν γονέα τοῦ λόγου, τοῦτον αἰεὶ ὠνόμαζον τὸν πατέρα, καὶ τὸν ἀγνοοῦντα ἐναντιοῦσθαι, id est, *Secundum ius vigidissimum filius patris non matris est: secundum vero humanum, vtriusque.*

¶ Itaque † facta est æqualitatis regula huic successioni sine 7
distinctione, vt descendentes ascendentibus præferantur, *d. l. intestato. & l. si matre. & auth. si. §. intestatorum, de here. quæ ab intest. defer.* nulla quoque distinctione adhibita natorum & posthumorum, *d. l. intestato & §. posthumi. de her. quæ ab int. defi. iuncta notione l. qui in vtero. de stat. homin. P.* secularium aut religiosorum. Nam illi iure ciuili succedunt, vel monasteria loco eorum, *l. si. §. si vero, C. de episc. & cler. auth. nisi rogati, ad Trebel. C.* nisi ex iure pontificio, professi sint regulam Sancti Francisci, *clem. exiui, §. cũ enim ad veritatem, de verbo. signif. in cle.* Tradunt interpretes filiã quæ in ingressu monasterij non fuerit dotata, posse post ingressum monasterij petere dotem, ac si nupsisset marito. Attamen datum à patre, & positum supra altare, pro legitima censeri positum, neque quicquam vltra peti posse pro eadem, *Guil. Benedi. ad c. Raynutius, ad verb. dotem quam ei dederat, num. 7. de test. Bald. in l. fi. de dot. promis.* Excipe legem Burgundiorum, qua ita statuitur, *in legi. Burgund. à Gundabado rege promulgatis, tit. 14. de success. §. 4. 5. 6. 7. Si qua puella se Deo vouerit, & in castitate permanserit, si duos fratres habuerit, tertiam partem hereditatis accipiat, hoc est, de ipsa terra quam pater eius sortis iure possidens mortis tempore reliquerit: si plures habuerit fratres, portio semper ei debita reseruetur: si vnum habuerit tantum, non medietatem, sed tertiam partem consequatur, ea conditione, vt post obitum eius, scilicet monialis, quicquid in vsufructuario de paternis rebus acceperat, ad proximos parentes pertineat, nihilque inde alienandi habeat potestatem: nisi forte quod in matris bonis est, in ornamentis ceterisque rebus, aut suo labore conquisita, hoc in tantum concessimus esse præstandum.* Quod in fauorem religionis factum est. Alioquin exstantibus masculis, filiæ non succedunt ex lege Burgundiorum antiqua, *§. 1. eius d. tit. vbi sup.*

¶ Ceterum † hic generalem consuetudinem regni Galliarum 8
oportet annotare, ex qua filij vel filiæ, qui quæve ingrediuntur religionem, fiunt incapaces successionis paternæ, maternæ, & proximorum aliorum: quod pluribus rationibus firmat Guil. Bened. ad ca. Raynutius, ad verba, *& vxorem nomine Adelasiam.* à numero 250. ad numerum 264. *probant hanc consuetudinem, quæ nõ succedunt monachi & religiosi, domini de Rota, in decis. 1. 3. de consue. Felin. in eccleſiæ sanctæ Mariæ, 26. col. ver. sexto quæro. de constitut. Bart. cons. 35.* Prima, quod familiarum nomina exstinguerentur.

Secundo.

Digitized by Google

Secundo, quia manus mortuæ monaſteria: & ideo oneribus realibus res oneratæ, pernitioſiſſime transferrent onera ad alios laicos,& ipſi opiparas hereditates poſſiderent. Tertio,quia auariſſimum genus,vt plerunque, cõtra profeſſionẽ ciuilationis bonorum temporalium.Quarto, quod iure diuino Deus prohibuerit dari eis ſucceſſionem inter proximos, & ſacrificia,oblationes,primitiæ,decimæ, & reliqua id genus proportione illis dentur,Deutero.8. cap. Quinto, quia pro mortuis & ſepultis habeãtur,*vide D.Hieron.3.parte operum,tract.8.epiſto.36.incip.cuncti mei ſenſus,c.relatum,§.licet,de teſta.*Facit ſexto, quod monachorum cognatio eſt in cœlis,*§.1.de milit.vaſ.qui arma.bel.dep.in vſi.feud.c.non dicatis,12.q.2.*

9 ¶ Solent † tamen curiæ ſupremæ,interdum ex æquitate,profeſſis,præſertim monialibus, ſubſidium quoddã, quod vocamus *proviſionem*,ſuper hereditate vel bonis paternis quandiu vixerint in alimenta concedere: ſi monaſterio facultates non ſunt pro victu idoneę.Nunquam tamen bonorum proprietas in totũ vel in partem adiudicatur.Idq;exẽplo ſeruorum, qui licet ſint bonorum incapaces,tamen de alimentis eis prouidetur per iudicẽ, *l.ſi quando,de ord.cognit.C.*De virginum Deo dedicatarum ſucceſſione,plura videto apud Antonium Capicium,10. deciſio. Neapolita.Et de ea quæ vi metusve cauſſa ingreſſa erat religionẽ,in ca.1.de iis quę vi metusve cau.Et ibi Pau.Butrig.& Calderi.cõſ. 1.de iis quæ vi vel metu,deci.conſ.219.

10 ¶ Statuunt † & ciuilia iura, ſi pater ingrediatur religionem, liberos tantum legitimam conſequi,ſi poſt ingreſſum monaſterii moriatur,antequam inter eos diuidat bona ſua, vel antequã teſtatus fuerit.*§.ſi qua.de ſanctiſ.epiſc.in authen.colla.9.auth.ſi qua mulier,C.de ſacr.eccle.*Exceptis iis qui minorum ingrediuntur religionem,qui relinquunt bona omnia filiis vel aliis proximis, ipſo ingreſſu:niſi ante teſtati ſint aliter,*Bar.ad d.auth.ſi qua.per d.clemen.exiui.de verb.ſign.*

11 ¶ Hinc † excipiuntur etiam in Gallia filii damnatorũ vltimo ſupplicio,qui niſi ſpeciali nomine ex ſententia iudicis reſeruatam habeant partem ſucceſſionis paternæ, excluduntur à fiſco. Quia,*confiſcato*,vt diximus, *corpore confiſcantur & bona*, Niſi exceptum ſit,quantum pro filiis vel vxore detrahendum ſit. Et paulo ante in legitima annotauimus idipſum in omnibus crimi nibus vltimo ſupplicio plectendis ſeruandum eſſe, quod in bonorum proſcriptione ex crimine læſę vel imminutæ maieſtatis humanæ ſtatutum eſt,in l.quiſquis,ad leg.Iul.maieſt. C.nec ſeruari auth.bona damnatorum,de bonis proſcriptorum 6.cap.ſed potius contrarium ius,l.de bonis matris,6.eod:titu. Et ſi quando ex æquitate & gratia iudices reſeruent filiis & filiabus portionem quandam in eo ſequimur l.fina.C.eod.& l.cum ratio.de bon.damnatorum P.Imitati Adriani Cæſaris humanitatem, qui liberis proſcriptorum duodecimas bonorum conceſſit, vt ſcribit Ælius Spartianus,*in vita Adria.*

12 ¶ Cur † autẽ liberi potius, quam pater vel mater defuncti admittãtur,ratio datur à Pomponio in hæc verba, *Non ſic*,inquit, *l.ſcripto.vnde libe.P.parentibus liberorum, vt liberis parentum debeatur hereditas. Cum parentes ad bona liberorum ratio miſerationis admittat:liberos vero,ſimul naturæ & parentum commune votum.* Miſerationis ratio,eſt pietas reciproca & turbatus ordo, ex quo ſuperiores veniunt in ſucceſſionem deſcendentium,*in l.nam.& ſi parentibus,de inoff.teſta.P.*& in ſolatium liberorum amiſſorum,*l. iure ſuccurſum,de iure dot.*P.Ordo naturæ eſt,ſeniores prius interire, vt prius nati ſunt:poſteriores ſupereſſe,& ſuccedere.Vnde ratio naturalis,liberos prius vocari debere ad paterna bona ſuadet,*l.cum ratio.de bon.dam.P.§.primum itaq;, de hered.& Falc.& §.1.de trien.& ſemi.in auth.*Ita enim filiis prouidens parens communis omnium natura,ne vnquã bona illis ſint defutura, vt ait Chryſanthas apud Xenophontem,*lib.*8. *Cyrip.* Et Tryphoninus lege conſignauit.*l.nihil intereſt,50.de bon.libert.lib.38.P.titu.2.*omnia quæ noſtra ſunt,ex voto liberis nos parare.Et Euripides,*in Iphig.Aulide de actu* 4.

δι' ὃν τὸ πατρὶ κἀμοὶ φίλτατον μέγα,
παῖσιν τὸ κοινὸν, ὥσθ' ὑπουργεῖν μᾶλλον τέκνοις,

id eſt,

Res efficax peperiſſe,fateq; vim amoris maximam,
Omnibus commune eſt,vt pro ſuis maxime labarent liberis.

Et Phalaris,*epiſt.* 54.*ad Erythriam vxor.* ὃς πῶς γὰρ οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστι ἕνεκα παιδοποιΐας γυναικὸς ἢ παιδὸς ἐν ὁπωσοῦν εἶναι, id eſt, *Quis enim familiarum gratia locupletari cuperet, non vxores vel filij ſolicitus?*

13 ¶ Secunda † ratio ducitur à præſumtione legis,quę eſt ſubſidiaria,quæve colligit ex his quæ fieri ſolent,noluiſſe defunctũ alienam ſobolem propriæ pręponere,atque filios ſuos magis dilexiſſe,*l.cũ acutiſſimi,C.de fideic.l.cũ auus,ae cond.& demon.l.generaliter,§.cum autem,de inſti.ſubſtit.ſub con.fac.*Cum nullus affectus ſit qui vincat paternum,*l.ſi.§.1.de curat.furio. C.l.ſibi quidem, quod met.cau.*P.Vt neque paterna vel materna iura aboleri poſſint, *l.cum adoptiuis.§. cum enim per omnia.de adopt.C.*Et ita præſumit lex patrem,ſi diſpoſuiſſet filio hereditatem non fuiſſe ablaturũ, *l.pen.de in.codicil.P.*

14 ¶ Tertia † ratio,quod filiis parentes,non parentibus filii thesaurizant,*c.cũ Apoſtolus de cenſib.ca.prædicator.16.q.1.ad Gala.12.*Et proinde filii etiam dicuntur viuentibus patribus quaſi domini, *l.in ſuis,de li.& poſth.& l.in ſuis de ſuis & legi.P.l.licet inter gẽtes,* 58. *§.patronos,de verb.ſig.P.* cum quibus,vt ait Cicero, *Verri.3.* viui bona noſtra pariimur:quia pro eadem perſona habentur,*l.ſi. C.de impube.*eademq; filii & patris vox *§.es vero, de inuti.ſtipu.*vnum corpus,vna caro,*c.contradiximus,§.hac auctoritate,35.q.3.*Et in filio pater viuit. Etenim,vt ait Calliſtratus,*l.liberorum appellatione,220.§.ſi.de verb.ſig.P.*idcirco filios filiasve *concipimus atque edimus, vt ex prole eorum earumve diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.*Filij,inquit Ariſtoteles,*8.Ethic.*à parẽtib.geniti ſunt,veluti alteri inſeparati. Fuerunt & aliqui vſque adeo huic ſententiæ addicti,vt putarint & mores patris aut maiorum, cum etiam corporea forma infundi in corpus filii, *D. Thomas 1.par.quæſt.fin.art.1.* Vt Tertullianus, *lib.de anima.* vir grauiſſimus alioquin,cuius tamẽ opinio reprobata eſt,ex anima patris deradi,vt ex omnibus membris ſemen,& in generandum filium transfundi rati ſunt.Notum & illud eſt Garamantes populum Africæ,in Cyrenaica regione, quibus nulla certa vxor eſt,ex iis qui tam confuſo coitu parentum paſſim ex incertis naſcuntur,quos pro ſuis colant, formæ ſimilitudine cognoſcere, *Pompo.Mela.lib.1.de ſitu orbis,c.8.*

De Succeſſione inteſtati filiorum Primogenitorum, Secundum leges & conſuetudines regionum.

Cap.3.

1 *Primogenitura ex lege naturæ priuilegia quædam, ex conſuetudinibus alia,& perſonalia in lege ſcripta diuina.& nu.2.& 3.*
4 *Regnum ſucceſſione delatum melius quam electione datum, quare.*
5 *Cyri regis de primogenito ſententia.*
6 *Regnum Gallorum ſeu Francorum antiquorum catalogus,nomen & ſeries,& in primogenitos per ſucceſſionem regni delatio: eorum leges,& inſignia noua & antiqua.n.7.8.9.10.11.& 12.*
13 *Regnum Francorum iure gentis,non electionis delatum proximioribus.*
14 *Feudi lex vel pactum vt primogenitus ſuccedat,ſeruatur.*
15 *Primogenitus vt ſuccedat in dignitate patris,dicitur etiam genitus ante dignitatem adeptam.*
16 *Britannorum primogenitus ſolus ſuccedit excluſis aliis.*
17 *Primogenituræ ius transfertur in ſuos,primoque genitus præfertur patruis.*

QVia filiorum ſucceſſio pene naturalis,vt probatum omnino eſt,omnes quoque orbis regiones in ea cõueniunt:pau- 1
cis tamen immutatis vel circa ordinem filiorum,vel circa ſexus diſtinctionem.Lege naturæ, populus Deo peculiaris,ante datã Moſi legem,primogeniti,*quos dicatur primogenitus vide c.Ioſeph, dever.ſig.l.ex duobus,de vulga.l.quæ duos,de re iudi.* ceteris in quibuſdam præponebantur: gerebãt enim veſtem quandam ſingularem inter ceteros,qua vt opinor ſacrificabãt altiſſimo,& vtebantur diebus ſolemnibus,*Geneſ.27.*fratribus imperabant,duplicem portionem capiebant,benedictionem à patre accipiebant præcipuã,priores in donis,maiores in imperio,*Geneſ.49.* Et horum imitatione,paſtori eccleſiæ,in terris primo,ſummo pontifici,inſignia ſupra omnes põtifices & ſacerdotes Conſtantinus imperatoria conceſſit,quæ enumerantur in ca.Conſtantinus Magnus,96.diſt.Plura etiam primogenitis principatus Galliarum, ducum,& baronum,in ſucceſſione parentum deberi oſtendit & enumerat Ioan.de Terra rubea, in primo tractatu cõtra rebelles ſuorum regũ, art.2.Idque per decem concluſiones, *ead.fere refert Guill.Bened.ad c.Raynutius, in ver.& eodem teſtamento relinquens,* 1.nu. 156.157.

¶ Liceat † in Galliæ pleriſq; prouinciis,& in pluribus nobiliũ 2
ſucceſſionibus,eam primogenituræ legem obſeruare, quam vt me expediam,perpendes ſecũdum proprias cuiuſque cõſuetudines,in quibus ſtatuitur,quid præcipuũ debeat habere primogenitus,& vt plerunque vt capiat titularem domus habitationẽ ſeu caſtrum,vel domum fortiorem,cũ clauſura ſeu ſepto quatenus volatus caponis extendi poteſt.Et ſi nihil aliud præter hæc ſit,fratres ipſa priuãtur cõſuetudine illis rebus,quæ apud primogenitũ remanẽt,vt alias iudicatũ in curia ſuprema Pariſienſi.25.Maij,1555.*Pap.lib.21.Raph. are.tit.5.du droict d'aineſſe. are.*2.Quod tamẽ ius nota eſſe perſonale:& ideo repudiãte primogenito,non pertinere ad ſecundogenitũ viuo primo,ſed diuidi inter fratres æqualiter: vt alio areſto prædictæ curiæ dictũ eſt,9. Septemb. 1552. *idem eo.ar.1.probat. l.cum patronia,2.8. de leg.2.*

¶ In † lege diuina poſt legem naturæ à Deo data, literis con- 3
ſignata per Moſem & eius poſteros primogenituræ beneficium maxime in deferendis dignitatibus,quæ hereditario iure transmittebantur,cõſeruatũ eſt,iuxta prophetiã Iacobi patriarchæ, *Nõ auferetur ſceptrũ de Iuda,& dux de femore eius,donec veniat qui mittendus eſt,& ipſe eſt expectatio gentium,Geneſ.49.* Sic Adonias filius primogenitus Dauidis iure primogenituræ recte regnum

Digitized by Google

patris sui petebat, nisi Salomonem fratrem eius diuina dispositio vocasset, 3. *Reg.* c. 2. Ochoziæ regi frater eius successit in regno, quia Ochozias filium non habebat, 4. *Reg.* 1.

4 ¶ Sunt † & alia regna, quæ non successione hereditaria trãsferuntur, sed per successionem generis in primogenitos, vel ex præscripto legis diuinæ, vel ex lege regni, vel ex consuetudine approbata & conseruata per manus maiorum, ob pacem & cõcordiam populi & subditorum, & ad legum statutarum robur. Etenim præter tumultus, cædes, & ciuilia bella, quæ in electionibus principum solent oriri, vbi successio locum non habet, experimento edocti fuerunt, nullam posse translationem regni à genere in genus fieri sine mutatione Reipub. & absque legum priorum abrogatione, *c. translato, de constit.* Docuit & euentus quoque, plurium principatu qui vni succederent, diuisionem esse scepteri, & bellorum segetem: vt ex Remo & Romulo didicit Roma. ex Caino & Abele, primi parentes: & alia regna & Gallia domesticis exemplis, quę prosequitur Guillel. Benedict. in c. Raynutius, ad ver. *in eodem testamento relinquens* 1. à num. 158.

5 vsque ad 169. ¶ Cyrus † moriturus, duobus filiis existantibus Cambyse & Tanaozare, cõsentaneum sibi visum esse dixit, duecm eum relinquere, & regnum ei, qui prior esset natus, Cambysi scilicet, & rerum plurium consentanee peritus esset, *Xe-*

6 *noph. lib. 8. Cyripæd.* ¶ In † Galliæ regno succedit primogenitus solus, quo deficiente sine liberis, alij fratres ordine: & aliquando diuisum fuit regnum, sed cum hoc ad internecionem vsque peruenissent, tandem eo in vnum ex asse redeunte, ne postea idipsum fieret, placuit. Quemadmodum & in prisco Francorum regno obseruatum est, ex quo Antenor ante natiuitatem Domini, anno 440. cœpit imperare, cum in Schanzinis insulis victus & necatus est à Gothis, vnde pulsi Sicambri sub filio eius. Nam huic post mortem Marcomirus filius natu maior successit, *vide de his, & sequentibus, in 1. li. Breuiarij historiæ Francicæ Trithemij.* qui regnauit 28. annos. Et postea eius primogenitus ex tribus filiis alius Antenor, prælatus Priamo & Nicanori fratribus in regno Sicambrorum: isque reliquit filium alium vnicum Priamum successorem.

7 ¶ Cui † successit Helenus filius: Heleno, filius primogenitus Diocles: Diocli, alius Helenus primogenitus, qui depositus regno vt inutilis à proceribus, communi decreto, ante natiuitatẽ Domini anno 284. In cuius locum alius Dioclis filius Bazanus constitutus, qui postquam regnauit 36. annis, disparuit rex & summus pontifex ante natiuitatem Domini 248. Et huius filius primogenitus Clodomirus regnum accepit, & postquã regnauit 18. relictis tribus filiis, habuit primogenitũ succẽsorẽ Nicanorẽ: & hic Marcomirũ primogenitũ: Marcomirus Clodiũ primogeni-

8 tũ: & hic aliũ filiũ primogenitũ Antenorem. ¶ Cui successit primogenitus Clodomirus Clodomiro primogenitus Merodacus: huic Cassander primogenitus: Cassandro, Antharius primogenitus: Anthario, Franchus primogenitus, qui regnauit 28. annis, à quo Sicambri dicti sunt Franci, vt auctor Hunibaldus historiographus antiquus eius gentis, victoria de Gothis habita, ante natiuitatẽ Domini an. 24. & mortuus ante eãdẽ natiuitatẽ anno 9. & factus rex filius eius primogenitus Clogio, rex Magus & Astrologus, qui pugnauit contra Tyberium Cæsarem. Natus eius regni anno 18. Dominus noster Iesus Christus, 18. Calend. Ianuar. Regnauit autem an. 30. Et ei in regno successit Herimericus primogenitus occisus in bello à Gallis, anno Domini nati 32. Cui quia non erat filius, successit Marcomirus eius frater, cui postquam is regnauit 18. annos, Clodomer eius filius primogenitus successit: qui mortuus anno 12. regni, habuit in regno successorem Antenorum filium, qui 6. annos regnauit, submersus & interceptus à Gallis anno Domini 68.

9 ¶ Et † huic Rharerius primogenitus successit. Huic autẽ, post eius regni annũ 21. Rhichimerus, qui ann. 24. regni sui mortuus habuit filium primogenitum Odemarum successorẽ, qui regnauit annos 14. Cuius tempore fuerunt inter Gallos & Francos induciæ, & mortuus post leges correctas & noue sancitas, ann. Domini 117. Et Marcomerus filius eius regnauit 21. annos, cui successit Farabertus primogenitus: qui postquam regnauit 20. annos, reliquit Sunnonem primogenitum regem. Et huic successit filius Hildericus, qui regnauit an. 40. mortuus an. Domini 253. Quo tempore cum Franci cœpissent bellum gerere in Romanos, consilio pontificum & vatum gentis suæ, insignia, quæ vocamus *Armoiries*, noua sumserunt, abiectis ranis tribus, quas olim ex Scythia in albo vellere adduxerant, scilicet Leonem cũ anteriore corporis parte blauij coloris depinxerunt, pedib. ad capturam seu prædam extensis, ore rugientis more aperto, cuius inferior pars corporis in caudam serpentis desinebat, cũ qua collum Aquilæ subtus in vellereque aureo expansisq; alis, depictæ, fortiter alligatum videbatur comprimere & suffocare. Et hæc insignia habuerunt Franci vsque ad Clodoueum Christianum, qui tria lilia habuit pro leone à cœlo demissa. Regno tamen Ludouici primi per filios in duo regna diuiso, liliorum insigne Francis Occidentalibus siue Gallis remãsit proprium: Leonis vero atque caudæ serpentis insignia, regnum Francorũ Orientale seu Germanicum retinuit. Quod quando imperio Romano annexum fuit, insignibus prioribus abolitis, Aquilam retinuit imperij notam. Post Hildericum regnauit eius filius Banterus 18. annos. Dehinc Clodius eius primogenitus, 27. Post hunc eius filius Walterus, 8. an. mortuus ann. Domini 306. huic successit Dagobertus primogenitus, qui regnauit 11. an. Post hũc eius filius Clogio, qui regnauit 2. annos, mortuus in prælio Gallorum anno Domini 319. Cui quia nõ erat filius, successit frater Clodomerus, qui regnauit annos 18. Et huius filius primogenitus Richimerus regnauit postea 13. mortuus in prælio contra Romanos, an. Domini 350. ¶ Cui † successit Theodomirus ann. 10

10 10. regni sui comprehensus à Romanis Galliam inhabitantibus, vna cum matre Hastila capite trũcatus anno Domini 360. Veruntamen in regno successit eius filius Cogio, qui regnauit 18. ann. Cui successit Marcomirus primogenitus, qui occisus est ab exercitu Romanorum per Valentinianum anno Domini 393. Secutum tunc interregnum 26. annorum, administrato regno per duos duces, primum per Dagobertum fratrem Marcomiri, qui regnauit 5. ann. sub quo Valentiniano denegatum à Francis tributum, deinde per Genebaldum eius filium, an. 21. Post cuius obitum anno Domini 419. Pharamundus Marcomiri ducis Frãcorum Orientalium filius, communi voto procerum electus est in regem, qui postquam regnauit an. 7. & successit in regno Clodius Crinitus eius filius, qui regnauit 20. ¶ Et † postea huius fi-

11 lius primogenitus Merouеus, 12. qui reliquit regem Hildericũ filium, qui regnauit 23. deiectus ab imperio per populum ob luxuriam, an. Domini 499. & in locum Ægidius quidã Romanus substitutus, reuocatus tandem an. 483. ¶ Et † reliquit regẽ Clo-

12 doueum filium, qui regnauit ann. 30. & Gallias subegit factus Christianus primus rex Gallorum, baptizatus à D. Remigio cũ copiosa multitudine, an. Domini 499. Et ita collige retẽta successione filio. um si esset, & horum deficiente causla, proximorum masculorum fuisse regni Gallorum ditionem: mutataque fuisse nomina regum & gentis, sed non ordinem succedendi, quanndiu idonei ex genere fuerunt administrationi. Fuerunt enim cum successione hac regni, primum Troiani cũ Antenore dicti: cum Scythis Scythæ, & Sicambri: cũ Germanis Germani: cum Franco Franci. Cum quibus nationibus & mores aliquos & linguam mutarunt. Et posti emo Galliis potiti, post 930. ann. quibus eas impugnati ũt Sicãbri Galli, nomenque & mores retinuerũt. Et tamen regũ creandorũ per successionẽ consuetudinẽ inuiolatam habuerũt, & primogenitos prætulerũt sine diuisione, excepta triplici progeniei mutatione, de qua vide Paulũ Æmiliũ, Annoniũ, Ganguinũ, reliquosque Galliæ historiographos, ex quib. nõ delibabo plura, cum sint horũ libri satis triti.

13 ¶ Volui † autem superiores reges recensere, vt reipsa cõuellerem quorundam sententiam, qui priscos Franciæ reges dixerũt electione factos, nõ successione: nescio an malitiose, an vero imperite id cõfinxerint. Cum certe propria natura regni huius sit, in vnũ aut filium aut proximiorẽ, filio deficiente, peruenire eũque solũ: nec tã iure volũtatis vltimæ præmorientis, quãtum iure consuetudinis receptæ, ex lege tacita regni. Vt in aliis etiã quibusdã regnis obseruatur, quæ hoc modo iure generis deuolui in proximum dicuntur. Quale Hungariæ, *c. licet, de vo. & re. reuemi. ap. Greg.* Portugaliæ seu Lusitaniæ, *c. grandi, de supplen. negli. prela. in* 6. Et glo. in c. Moyses, 8. q. 1. resoluit hanc consuetudinẽ esse, & reipub. vtiliorem, & ideo præscriptibilem, *c. fin. de consue. Hoc etiam approbat Ægi. Roma. lib. 3. de reg. prin.*

14 ¶ Tuentur † & interpretes, vt consuetudine, sic & pacto & testamento caueri posse, vt feudũ ad primogenitos solos perueniat, *Iaſ. in l. 2. C. de iur. emphy coll. 54. Fel. in c. prudẽtiam, §. 1. de offic. deleg. Paul. Castr. conſ. 160.* & proximum succedere primogenitũ primum dehinc ceteros. Videbis autem fusissime apud dictum Ioan. de Terra rubea, tract. 2. contra rebelles, explicatum: num rege impedito aliquo casu, possit & debeat dari regimen imperij interim proximiori. Et secundo, num dandum sit ei, qui ob aliquod crimen eo indignus est, vel est priuatus iure successionis ob rebelliones, vel alios excessus. 3. Num si is proximior ita indignus se ingerat regimini, dicatur Tyrannus. Quæ quidem lubentissime prosecutus fuissem, me nisi malitia & inuidia istius pernicioſi ſeculi, quo nihil non impunitum est: remoraretur.

15 ¶ Adiiciam † tamen primogenitũ hic intelligendũ esse, habita ratione prioris natiuitatis, non tẽporis, quo rex aut princeps, aut nobilis, vel alius, qui huius iuris habiturus est successionẽ adeptus bona est in quibus iure primogeniti succedẽdum est, sicuti in successione regni Persarum Dario mortuo iudicatum est, in quo prælatus Artobarzanes primogenitus eius, etsi genitus fuisset ante quã pater eius regnũ fuisset adeptus, Xerxi genito tẽpore imperij, vt narrãt historiæ auctores, *Herod. in 7. Plutar. in Artaxerxe. Iuſtinus ex Trogo. lib. 2. & 16.* ¶ Ita † in Bri-

16 tannia, quã Anglia vulgus vocat, maior natu ex liberis totũ patrimoniũ defuncti quãdocunque quæsitum patris habet, vt ait Arg. Aretinus, *in §. igitur, n. 28 in proœ. Inſti.* In lege diuina, tanta nõ erat primogeniti portio, sed tantũ quãta duplex, quãta esset duorum aliorum filiorum. Sic enim Deus statuit de familiarum successione, *Deut. 21. Si quis habuit duas vxores, vnam dilectã, aliam odioſam, & fuit filius odioſæ primogenitus, & filius dilectæ ſecundogenitus: non poterit filiũ dilectæ facere primogenitum, & præferre alteri, ſed primum exoſæ, qui primogenitus eſt, agnoſcet primogenitum, & de bonis*

Digitized by Google

de bonis quæ habebit, dabit ei cuncta duplicia. Iste est enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita.

¶ Plures †de primogenitura sunt quæstiones vtiles & quotidianæ, vt quod hoc ius transmittatur per primogenitum in filios eius si is moriatur viuo patre, & quod filij eius seu nepotes patruis præferantur, de quibus vide copiosè disputantem Guillelmum Benedict. ad verba, *in eodem testamento relinquens*, l. num. 186. & seq. 27

De More gentium in successione filiarum & filiorum diuerso,

Cap. 4.

1 *Intestati successionis lex Wisigothorum, 12. tabularum, Voconia, Langobardorum.*
2 *Filiæ exclusæ à successione intestati patris vbi, & seq. 3. 4. 6. 7.*
5 *Burgundiorum de successione filiorum lex.*
7 *Salicæ leges à quibus latæ.*
8 *Francorum regnum non transit ad fœminas. Aliter in regno Nauarræ statuitur.*
9 *Isabella regis Edoardi 3. Aglorum vxor exclusa à regno patris Gallarum.*
10 *Angliæ & Franciæ bellorum causæ.*
11 *Pax cum Anglis & Francis quando.*
12 *Regna quædam ad fœminas quoque per successionem deuoluuntur. Vectigales tamen nec sunt, nec habent ab intestato heredes.*

1 COmmunis †gentium mos fuit, vt plurimum, vt æqualiter filij & filiæ succederent parentib. intestatis sine sexus distinctione. Quod & legibus Wisigothorum, apud quos vocantur primo ordine, vt apud Romanos, primum filii, post hos nepotes, subinde pronepotes, *in C. le. Wisigoth. lib. 4. tit. 2. l. 1. & 5.* Et si illi non sint pater, mater, auus, auia, *eo. lib. & tit. l. 2.* & deinceps gradu proximi, *l. 4. eo.* Non distinguebat etiam sexum lex 12. tab. in hac successione intestati, *l. maximum vitium, de lib. præter. C.* Lex Voconia autem, vt antea diximus, ad certam partem tantum admittebat filias & fœminas alias. Lex Langobardorũ ad tertiam tantum partem, ex constitutione Luithprandi, *in leg. Langob. tit. 45.*

2 ¶ Ceterum, †prouinciæ quædam, quæ nobiliores habitæ sunt, qui vtrumque sexum accuratius considerauerunt, & naturâ cuiusque, masculos præposuerunt. Et legislator omnium sapientissimus Deus, sic legem promulgauit, *Num. 27. Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hereditas. Si filiam non habebit, habebit successores fratres: quod & si fratres non habuerit, dabitur hereditatem fratribus patris eius: sin autem nec patruos habuerit, dabitur hereditas his, qui ei proximi sunt. Eritque hoc filiis Israel sanctum lege perpetua.*

3 ¶ Iure †Armeniorum antiquo, fœminæ non succedebant parentibus, nec fratribus, donec id emendauit Iustinianus, nouella constitutione 21.

4 ¶ Boioariorum †ducatus olim iisdem fere legibus successionis intestati vtebatur. Hunc populum fuisse in Europa Pius II. tradit, & ab aliis dictos Boios, & Noricos, vel Bauaros, vt ab Strabone & Plinio, *li. 3. c. 17.* Sunt & Plinio, *eadem li. 4. c. 18.* Boii, Lugdunensis Galliæ populi. Quidam Borbonenses esse putant. In Boioariorum horum legibus itaque inuenies, *l. li. leg. Boiuar. c. 18. tit. 3. & 4.* primum fratres æqualiter diuidere ab intestato patris bona, etsi ex diuersis geniti sint matribus: vnumquenque autem suæ matris habiturum successionem. Et si sine liberis decessit, filias: si sine filiabus, proximos succedere. Alemanorũ autem hæc lex, *in l. Alemano. tit. 58. §. 1. Si autem sorores absque fratre, relictæ post mortem fratris fuerint, ad ipsas hereditas paterna pertingat, &c.* In legibus Anglorum, seu Vermiorum, aut Thuringorũ, hęc etiam, *in leg. Anglo. Vermiorum seu Thuring. tit. 7. de allod. l. 1.* Si hereditatem defuncti filius non filia suscipiat, si filium non habuit qui defunctus est, ad filiam pecunia & mancipia, terra vero ad proximum paternæ generationis consanguineum pertineat. Et in sequentibus legibus ibidem subiicitur, ita tantum succedere fœminas proximiores in mancipia & pecuniam defuncti, res autem alias peruenire ad proximos paternæ generationis. Si tamen mater decederet, statutum ita, *l. 6. eius. tit. Mater moriens, si filio terram, mancipia, pecuniam dimittat: filiæ vero, spolia cælli, id est, murenas, muscas, monilia in aures, vestes, armillas, vel quicquid ornamenti proprij videbatur habuisse.* Et postea, *l. 7. eod. Si nec filium nec filiam habuerit, sorori vero habuerit, sorori pecuniam & mancipia, proximo vero paterni generis terram relinquat. Vsque ad quintam generationem paterna generatio succedat. Post quintam, l. 8. eo. autem filia ex toto, siue de patris siue matris parte in hereditate succedat. Et tunc demum hereditas ad fusum à lancea transeat.*

5 ¶ Burgundiorum, †*in li. leg. Burgun. tit. 14. de succes.* similis lex à Gundebado rege publicata hæc, *vt si quis filium non reliquerit, in loco filij filias in patris matrisque succedat: & si forte filium nec filiam reliquerit, ad sorores vel propinquos hereditas redeat.*

6 ¶ Saxonum † porro breuior & similis lex, *in l. Saxo. tit. 6. de here. & vidua, l. 1. Pater aut mater defuncti, filio non filiæ hereditatem relinquit.* In lege autem Salica, quam Pharamundus rex Francorum, per Sicambros illos prudentissimos, Wisogastem, Bodogastem, Salogastem, & Windogastem, iussit componi, & vocata pactionum nomine. Quod postea emendauerunt & auxerunt Christiani post Clodoueum regem primum Christianũ, Clodoueus, Childebertus, & Lotharius, *tit. 62. de Allod. l. 6.* Sic scriptũ est, *De terra Salica, in mulierem nulla portio hereditatis transit, sed hoc virile sexus acquisierit, hoc est, filij in ipsa hereditate succedunt. Sed vbi inter nepotes aut pronepotes post longum tempus de allode terra contentio suscitatur, non per stirpes sed per capita diuidantur.*

7 ¶ Ratione †istius legis Salicæ, semper in regno Galliarũ, quod Franci instituerunt, masculi filii exclusis etiam filiabus sceptrũ tenuerunt, *vide Io. Ferraldum, tract. de prærogat. coronæ, & regni Franciæ.* Et hæc lex & consuetudo in contradictorio iudicio firmata est, & ferro & rationibus approbata. Sic enim iudicatum est contra filiam Ludouici Hutini, vxorem Caroli comitis Ebroicensis, quæ post mortem patris sola superstes, eo sine masculis mortuo, petebat regnum Galliarum & Nauarræ, cuius etiam erat rex pater: statutumque secundum consuetudinem, eam repelli à successione regni Galliarum, quod illud non nisi masculis deferretur, & proinde delatum regnum Philippo Longo eius patruo fratri Ludouici Hutini. Datum autem illi filiæ regnũ Nauarræ, quod iure successionis transferri in heredes cuiuslibet sexus solet. Subinde, cũ Philippus Longus rex mortuus fuisset, relicta tantum filia, quam dederat in matrimonium comiti Attrebatensi, alius frater eius Philippi, dictus Carolus Pulcer, regno successit, exclusa filia. Et ita tres fratres filii Philippi Pulcri, quẽ D Ludouicus genuerat nempe Ludouicus Hutinus, Philippus Longus & Carolus Pulcer, regnum ordine genituræ, non existantib. fratribus, qui decesserant, filiis masculis, adepti sunt. 7

¶ Sed †& postea cum Carolus Pulcer in fata concessisset, relicta vxore prægnante, Philippus Valesius interrex seu administrator regni constitutus est, nepos Philippi D. Ludouici filii, descendens ex Carolo Valesio filio Philippi, excluso rege Edouardo III. eius nominis Angliæ rege, ex Isabella Philippi prædicti D. Ludouici filii, nata, quæ superstes erat generato: quamuis esset propinquior Isabella. Atque post modum, mortuo posthumo Caroli Pulcri, excluso Anglo Philippus Valesius rex coronatus est, ex Parium Franciæ iudicio & sententia, cui subscripsit Edouardus: atque is ex consensu Anglorum, fidelitatis iuramentum præstitit pro Aquitaniæ ducatu eidem Valesio, anno millesimo trecentesimo vigesimonono. 8

¶ Sicque †non tantum fœminæ & filiæ à regni successione excluduntur Francorum, sed etiam earum filii, *iuxta §. hoc autem, qui feud. da. poss. ca. 1. §. ad finis, de grad. succes. in feud. in vsib. feud.* à proximioribus ex genere masculino: me transeat hoc regnum in alienam familiam per filias, *§. 1. de legit. agnat. tut. & §. si de pat. po. ap. Iustis.* & quia excluſa aliqua persona, ex ea descendẽtes quoque excluduntur, *l. si viua, de natu. lib. & l. si vxor, de bo. matern. C. & vide nominatim hac de re, & de reprobata successione Angli. in regno Francorum glo. anti. in proœ. Pragma. Sanc. in vers. consanguine. s, Bal. in l. 1. de Sum. Trin. & ad l. 1. ver. & adde, de Senat. in P. & ibi Corset. Pe. Iacobi, ad tit. de verbo. succes. in regno Franciæ, in practica Ant. Corset. in tracta. de potesta. regia. q. 66.* Et fuerunt certe non ignoro hac de re præclia plura & diutina inter Anglos & Francos: quod putarent ex proximitate Isabellæ, regnum post Carolum Pulcrum, ad illam & eius posteros peruenire iure ordinariæ successionis, non considerata lege Salica, & principum maiorum præscripta & inueterata ab omni æuo consuetudine, quæ haberet etiam sine lege expressa vim inuiolabilem. Neque ad rem facit conuentio inita in matrimonio contracto, inter Catharinam Caroli VI. regis Francogalliæ iliam, & Henricum V. Anglorum regem, qua cautum erat, vt scribit Ganguinus in Carolo VII. ex præscriptione pactorum factorum à Philippo Burgundo: *vt si superstite Henrico vita accederet Carolus VI. Franciæ regnum Henricus adiret: si contra, idem quod Henricus præcederet, & cui Henrico virilis proles superstes esset Carolo deficiente, Henrici filius Franciæ principatum haberet.* De hoc scribit etiam Paulus Æmilius, *in Caro. 6. li. 10. Histor. In Tretassibus Catharina filia Caroli VI. quo nec sui nec regni, nec mentis potens foret, nihil actrectante, nubit Henrico hæ legibus, vt rex gener, si socero regi superstes foret, liberi ex Catharina procreati, in regnum Franciæ succederent. Interea rem Franciam administraret Anglus gener, reclorque Franciæ diceretur.* Et hæ pactiones factæ sunt nulla facta mentione Caroli septimi, qui filius erat tunc Carolo 6. natus, & rex destinatus vt Delphinus. Quare & multiplici ratione ipsæ improbatæ sunt, & quod à non sanæ mentis factæ sint, & dictante hoste, & contra regni legem, & quod sit id contra naturæ communis & iuris etiam ciuilis regulas, vt filius non ingratus exheres sit, quodve sine procerum consilio, & sine causa Delphinus regno priuetur, regnũque in alios quam legitimos successores transferatur.

¶ Quamobrem †optime sibi consuluerunt Angli, qi ãdo post multas clades, ancipitesque victorias, tandẽ anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto, nubente Maria sorore re- 10

Digitized by Google

gis Angliæ, Ludouico XII Francorum regi remiserunt regi ius, quod petebant sibi in regno Gallorum competere, idque ex consensu & consilio Anglorum.

22 ¶Ex †quibus constat, in Gallia nõ esse commissa, ex iure suo, mulierib. rerumpub. gubernacula nec sceptrum. Quamuis in regno Nauarræ, Apuliæ, Amazonum, & alibi, diuersum ius seruatum sit, quodque seruandum ex more maiorum est. Vnusquisq; enim in suo sensu abundat. Suntque rationes locis quibusdam singulares, quæ seruari ita suadent. Quamuis vbique notum sit quod dicebat Menander:

στῦλος γὰρ οἶκου παῖδες εἰσὶ ἄρσενες, id est,
Columna domus sunt filij masculi.

Plato, *li. 11. de legib.* filiæ, quæ viro est desponsata, nihil vult à patre relinqui. Et lege 12. tab. virgo Vestalis, neque heres est cuiquam intestato, neque huic intestatæ quisquam, *Gell. li. 1. c. 12.*

De Successione liberorum Legitimorum tantum.

Cap. 5.

1 *Adoptati & arrogati succedunt patribus adoptiuis & naturalibus etiam ab intestato, & 2.*
3 *Spirituales filij quid consequantur ex successione intestatorum parentum spiritualium, & pater qua teneatur filio præstare.*

1 LEx †vocat adoptatos & arrogatos ad portionem & successionem patris adoptantis vel arrogatoris, *l. si arrogator, de adopt. P.* Et ideo adoptati succedunt patri adoptanti ab intestato, *§. sed ea omnia, ac hered. quæ ab int. defer. apud Iustin. l. cum in adoptiuis. §. sed ne, de adoptio. P.* Neque tamen ideo minus succedunt patribus naturalibus & legitimis, cum semper iura naturalia cõseruent, *d. l. cum in adoptiuis.* Atque ita iure codicis adoptiuus succedit tantum vna cum liberis naturalibus & legitimis ante vel post genitis patri adoptiuo, *l. si te parens, §. ac sua & legi. in C.* dũmodo tempore mortis patris adoptiui, in eius inueniatur potestate, scilicet modo ne sit emancipatus: non aliter, *d. l. cum in adoptiuis, §. sed ne articulum, vers. sed si quidem, & §. sin autem per emãcipationem, ac adopt. C.*

2 ¶Succedit †autem patri adoptanti ab intestato, non autem aliis proximis eius, *d. §. sed ne articulum, vers. sed si quidem, in fi.* Adoptio enim non ius sanguinis, sed ius agnationis adfert, *Paul. in l. qui in adoptionem, 23. de adopt. P. §. sunt autem agnati, vers. per adoptionem, ac legi. agnat. success. apud Iustin.* quamuis in arrogato omnia iura patris adoptiui remaneant intacta, *d. l. cum in adoptiuis, §. fin.* succedatque non tantum patri, sed etiam eius agnatis, & illi ei succedunt, *l. 2. §. parui autem refert, de suis & legi. P. §. per adoptionem, de legit. agnat. succe. §. cum autem impubes, de adopt. ap. Iustin.* dummodo non sit emancipatus tempore mortis eius, cui succedit, *d. l. pen. §. sin autem de adoptio. C.* Nisi iure Pandectarum dicamus in eius successione intestati impuberis officere agnatis, & patri arrogatoris cautionem de restituendis proximis eius bonis, iuxta l. non enim aliter, de adopt. in P.

¶Legitimi † filii spirituales, quos sacramenta ab adochis seu patrib. lustri alib. in baptismo ex lege coniungunt, nihil petunt temporale in successione spiritualium patrum, *Bal. in auth. nisi rogati, ad SC. Trebel. C.* sed spirituale. Res enim indiget eo alimẽto & cibo quo generata est, nempe spirituali. Qualis autem sit ille cibus, ex D. Augustino relatum est, in ca. vos ante omnia, de consecra. dist. 4. Sunt enim duo, quæ filiis naturalibus & legitimis debentur, quia duplici cura patribus vinciuntur, corporis & animi: vnum alimenta corporis, *l. necare, & l. si quis à liberis, & to. tit. de lib. agnosc. P. l. vini. & §. taceat & fileat. de rei vxo. act. C. l. fi. §. ipsum autem filium, de bon. quæ li. C.* & pro illis ex voto communi parentum successio bonorum, *l. cum ratio. de bon. damn. l. scripto. vnde li. P. l. nam & si parentibus, de inof. testa. P.* quæ plene corporalia sunt, *l. cum heredes, de acquir. her. P.* Aliud institutio seu doctrina vel eruditio, *ca. sicut ij, §. necasse, 47. distin.* quia nõ alia maxime ratione patribus Deus singulari iure commendasse videtur filios, quam vt probos & bonos reip. conseruent & relinquant: pro illorum sceleribus ex incuria admonitionis & castigationis commissis, coram Deo responsuri, *l. licet Heli, de sim. 1. Reg. c. 2. d. ca. sicut, 13.* Spirituales porro filii præcipue, & veluti in suffragium parentum naturalium ratione institutionis & doctrinæ fidei, patribus spiritualibus committuntur.

De Successione filiorum Naturalium tantum, & Spuriorum.

Cap. 6.

1 *Naturales tantum filij qui, & quomodo ab intestato patri succedebant: & quibus hodie illis inter Christianos similes, & quare. nu. 2.*
4 *Spurij non succedunt ab intestato patribus.*
4 *Spurij turpes, parentibusque dedecori, non sunt de eorum agnatione, non ferunt iure arma domus. & nu. 5.*
6 *Baculus interiectus insignibus seu armis domus quid significet.*
7 *Nobiles & degeneres vnde facti.*
8 *Nomen bonum melius diuitiis multis.*
9 *Spurij in Gallia nõ succedunt patribus eorumque agnatis, nec sunt liberorum nomine comprehendendi.*
10 *Nothus seu spurius in quantum Athenis succedebat intestato.*

PErmittebatur † olim apud Romanos concubinatus eius mulieris quam quis poterat nulla lege prohibente sibi coniungere vxorem, quamquè habebat indubitato affectu sibi coniunctam, vt alibi in personis docui, *vide l. 1. C. de natur. li. l. 1. & 2. & tot. tit. de concu. P. l. 1. C. de adopt.* Et ideo filii, qui inde nati erant succedebant in aliquo, ex testamento, & ab intestato cum deficiebat patri soboles ciuilis, id est, cum non supererant filii naturales & legitimi, aut coniunx legitima, in duas paternæ substantiæ vncias: vt matri etiam inter eos, si superuenisset virilis portio daretur. Et si legitimi & naturales essent, pasci tantũ ab aliis illos statutũ est, *auth. licet, C. de natu. lib. §. si vero filios, & §. si. quib. mod. nat. effic. sui.* Veruntamen ij nunquam proximis vel cognatis patrum naturalium succedebant, *§. filium vero, eod.* 1

¶Hodie † inter Christianos hæc superflua tractatio est, cum omnis concubitus præterquam vxoris legitimæ interdictus & damnatus sit, tanquam fornicatio improba, *1. ad Cor. 7. ibi, vnusquisque ob fornicationem. &c.* Proinde naturales inter spurios hodie numerantur. Et quæ dicentur de spuriis seu bastardis, eadẽ censentur de naturalib. dicta, si Christiane loquamur. 2

¶ Itaque † absolute dico succedere ab intestato non posse patribus naturali bus tantum, siue soli sint, siue filii naturales & legitimi super sint, *d. auth. licet, in fin. de natu. lib. C. l. 1. C. eod. §. natura quidem, qui. mo. nat. effi. sui, colla. 7. c. cum inhibitio, §. 1. de claud. d esponsa.* patrem enim certum cui succedant non habent, seu demonstrare non possunt, vel honeste non demonstrant. *§. vulgo quæsitos, de succes. cognato. §. si aduersus ea. de nupt. apud Iustinian. l. vulgo concepti, de sta. homi.* Ex quibus mihi verior videtur sententia, vt nec illi bastardi, qui dicuntur *adulterij*, quia honeste sunt asserti filii, nec patres honeste demonstrantur, non possunt iure succedere: etiam si sit consuetudo contraria, quæ corruptela potius & mali exempli dicenda est, *c. cum haberet, de eo qui duxit in matri. quam prius, &c. c. fin. de consue.* Neque me remoratur ab hac sententia Bartolus, qui contrarium sentit, *in l. heredibus, §. 1. ad Trebell.* nec illi, qui dicunt ita iudicatum, *Pap. lib. 21. Rapsod. arest. titu. 3. are. 1.* Nam mihi in hac causa suspectus est Bartolus, qui se eius generis fatetur, *Bart. in l. si quidam cum filium, de verborum obligat.* Et legibus, non iudicatis exemplis disputanda veritas est, *l. non exemplis, de senten. & inter loc. comm. iudic. C.* Et si quando princeps vel senatus sine exemplo cuipiam subuenit, id non est trahendum in consequentiam, *l. 1. §. final. de constit. princi. in P.* 3

¶Sed † & exstat contrarium iudicium illudq; celebre de Leotychide. Siquidem Agis frater Agesilai rex Lacedemoniorum, filium reliquit Leotychidem quẽ ille vinus non agnouerat, sed moriens eundem suum esse dixerat: tamen obstante assertione, in regno Agidis ab Ephoris prælatus est Agesilaus, vt proximior, Leotychidi vt spurio. *Æmil. Probus, in vita Agesilai. Xeno. lib. 3. ver. Græc. Plutar. in vita Agidis.* Quid enim prodest assertio eius quod peccati habet vestigia, nisi in pœnitẽtiã & pœnã? Et quare proximi legitimi successores, turpi hac assertione priuari bonis possint, nõ video: cũ nec eos directe vel indirecte institui posse antea docuerimus, *Sup. lib. 42. c. 35. nu. & seq.* Quod fieri posset, si assertio illa probaretur, aut idoneos successioni redderet. Et quomodo dãnatũ à lege diuina & humana delictã poterit ab eo, qui ex illo pœnã meretur, aprobari & reddi bonã? 4

οὐ γὰρ μὴ καλὸν, εἰπεῖν ἃ μὴ καλὸν.
οὐδ' εἰ νόμιμον παῖδι, πατρὶ λοιδορεῖν,
μίασμα πατρὸς, *Euripid. in Phonic. actu. 3. vers. 129.*
id est,
Non enim quod non est honestum, potest esse honestum.
Neque liberi illegitimi, scilicet honesti sunt, *qui matri turpia parentes,*
Et patri probrum & piaculum.

Deturpant enim familiam, & pessimis moribus prædicti vt plerumque & degeneres fiunt, *c. si gens Anglorum, 56. dist.*

¶Ideo † non dicuntur de familia vel de agnatione patris, neq; trãseũt in eos nec deferũt insignia seu arma domus, *Bart. in l. 1. de dignita. li. 12. C. & in tra. de insignib. & armo. Bald. in l. generaliter, §. cum autẽ, de inst. & substit. sub cond. fact. & in l. cum legitima, de sta. hom. glo. antiqua, in §. sint viri, ad verb. filij, de num. & stat. Cardinal. in pragm. sanctio. vide plura apud Guil. Bened. ad verb. Raymetins, de clera, nu. 30. 31 32. 33. 34. 35.* vt inhabiles ad ea quę dignitatis sunt gerenda, *c. per venerabilem, quia filij sint legitimi.* quia nec nobilitatem sui generis retinent, *l. 1. de natu. li. C. l. humilem, C. de incest. nupt.* 5

¶Scio † tamen inoleuisse apud quosdam consuetudinem, vt 6

permit-

Digitized by Google

permittant deferri insignia & nomen domus spuriis, interiecto baculo, quod vocant barram, quæ incipit à sinistris & desinit in imum latus dexterum sic ⍁, vel sic ⍁, vt significent, non ex legitimo & dextero, sed ex infelici & damnabili concubitu natũ ex talis domus hominibus, cuius insignia intercepta baculo hoc modo dispositio notantur. Pendet autem à sinistris in dextræ imam partem etiam ad differentiam baculi interiecti in insignibus & armis nobilium, per quem pendet à dextro latere in imum sinistri, hoc modo ⍁ significatur hos qui hæc insignia ferunt, non ex linea recta processisse, sed ex transuersalibus & collateralibus esse, *Nic. de Wal. in tract. de successionibus, par. 1. col. 19. & 20. Guil. Bened. in d. vers. Raynutius de clera, nu. 31. ad cap. Raynutius de test. Chass. §. 3. des successions de Bastards, nu. 22. 25. in consuet. Burgun.*

7 ¶ Honesta † certe ista postrema distinctio, aliam vero nõ possum probare, quod mihi videatur in contumeliam nobiliũ virorum inducta, vtpote vestigiis peccati in perpetuam memoriã splendidis & nobilibus insignibus interpositis, & nota hærente commaculatis. Cum tamen interfit nostra partus non subiici, vt ordinum dignitas tam harumque salua sit, *l. 1. §. pen. de vent. inspic. in P. l. super iactu, de quæstio. C.* Et maxime veræ nobilitati exotum esse debeat, non solum non lætari cum male fecerint, vel male gestum improuide publicare & iactare: sed etiam omnino male agere, ex quo nota inuri sibi, generi maiorũ, & successoribus possit. Vt enim virtus est bene gestum, ex grege hominum communis naturæ, fecit dignos honore, *Senec. li. 5. epist. fin. omnium vers. 44. Plat. in Charmid. ver. 3. Polit. cap. 8.* non viles, vnde nobiles: sic & vitium ex nobilibus facit viles, degeneres, & plebeios. Et miror adhodum, cur nobiles faciant non inis & splendoris domus bastardos seu spurios participes, concedendo insignia & nomen domus. Et tamen ideo non permittant illos in bonis succedere, quamuis insignia ferant, ex testamento, nec ab intestato, *vt Imola Pap. Iribi, decis. 580. num. 2. Chass. ad §. 3. des successions de bastards, in consuet. Burgun. vbi errat, quia confundit spurios cum naturalibus, & putat prohibitionis tantum pertinere ad adulterinos, incestuosos, &c. Quamus Capol. plures cautelas meditatus sit ad instituendos spurios, cas. 37. sed nunc bene videtur ipse qui legit. Ego reprobo.* Admirationis causa mihi videtur esse iusta, quia nomen, quod æternas facit familias, patiantur potius conspurcari, quam bona, quæ temporalia sunt. Et quod pluris bona, quã illud faciant. Cum tamen πλοῦτον χρημάτων κρείττω ὁ θεὸς ἢ πλοῦτος ἀνθρώπους, vt ait Isocrates, id est, *bene auarire apud homines præstat omnibus diuitiis.*

8 ¶ Quod † antea Salomon dixit, *Prouer. 22. melius est nomen bonũ, quam diuitiæ multæ, vel quam vniguenta pretiosa, Eccles. c. 7.* Et alibi, *curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam thesauri magni & pretiosi, Eccl. siastici c. 41. ca. nolo, 12. q. 1. cle. exiui., §. cæterum, 1. in fi. de verb. sign. ap. Clem.*

9 ¶ Sed † retineamus quod agimus, spurii ergo non succedent etiam in Gallia patribus vel eorum agnatis, & ita conueniunt omnes: quia non habent iura sanguinis, *Bar. in l. fi. C. eod.* Neque agnati vel cognati dici possunt, *l. spurius, vn. cogna. P.* neque liberorum appellatione continentur. Neque conditio, *si sine liberis*, naturalium, multo minus spuriorum causa verificatur, *l. generaliter, §. final. ibi, sine iusta parte decesserit, Cod. de iustitu. vest. sub cond. fact. Cod. & ibi Salyc in §. cum autem, & Bal. in lecum acutissimi, C. de fidei. Guill. Bene. in c. Raynutius, ad ver. si absque liberis, 1. num. 8. & 9.* Neque filiorum vel nepotum nomine comprehẽduntur, quando de filiorum priuilegiis vel commodo agitur, *Bart. in l. tutela, de cap. diminut. & in l. pronuntiatio, de verb. sign. & in l. 1. & 2. de appellat. P.* vel de honoribus, vel dignitatibus: quamuis si de incommodo agatur contineri dicant, *Ioan. de Pla. in l. 1. de impo. lucra. desc. C. lib. 10. l. hos accusare, §. omnibus, de accusa.* in odium eorum, qui cum non sint de genere paterno, tamen impudenter se inferant eidem. Dictumque, *filij adulterorum in consummationem erunt, & ab antiquo thoro semen exterminabitur: & si quidem longæ vitæ in nihilum computabuntur, & sine honore erunt nouissima eorum, Sapien. 4.* Et alibi, *Genes. 16. ad Gal. 4. Eijce ancillam, scilicet concubinam, & filium eius: non erit filius ancillæ heres, cum filio liberæ.*

10 ¶ Lex † Athenis fuit, vt si quis nothum haberet filium, legitima filia caperet hereditatem, notho autem quinque minę relinquerentur, *Suid. in ver. Πέντε μνᾶς.*

De Filiorum Legitimatorum successione intestati.

Cap. 7.

1 *Homo sibi ingenium format etiam contra naturæ inclinationem.*
2 *Filij boni ex malis parentibus orti, & contra mali ex bonis. Quomodo similes & patribus. nu. 3.*
4 *Filij boni vix ab optimis relicti & generati.*
5 *Legitimationis faciendæ ratio.*
6 *Legitimatio per Subsequens matrimonium, quæ requirat.*
7 *Legitimati rescripto principis quomodo patri succedant, & cur agnatis eius non succedant.*
8 *Legitimatus ex rescripto excludit in successione patris cognatos. Sed an excludatur à legitimis & naturalibus patris liberis. nu. 9.*
10 *Legitimatio per rescriptum principis vbi publicari & euulgari debeat, antequam effectum habeat.*
11 *Legitimatio ad succedendum, & ad beneficia à quibus fieri possit.*
12 *Possessionis rerum ecclesiasticarum cognitio ad curias regias cur pertinet in Gallia.*

TAnta † interdum est hominum industria & ingenium, vt 1
liquando seipsos vincant, & sibi ingenia aliter, quam natura inclinet, forment. Quemadmodum enim vis consuetudinis rerum pernitiosarum, & vitiorum amor, illustrium virorum filios degeneres reddit: sic eadem in bona assuefactio, & animorũ probus cultus viles & natura turpes, & humiles in præstantiores viros subuehit, & promouet: exque plebeis nobiles facit. Et notam turpitudinis vel omnino obliterat vel saltem operit. Ex bonis mali sæpe orti: & contra, ex malis optimi.

¶ Quibus † est paterna virtus pro exemplo, quos domesticæ 2
imagines monent quotidie, quæve in splendore maiorũ honorantur, vere nobilia portenta dici possunt, teterrimis ignauiæ ac nequitiæ sordibus imbuta, quando à vestigiis virtutis degenerant. Citius quoque deteguntur isti sordidi, veluti in sole, maiorum tenebræ: in candido panno, maculæ. Vt contra, qui à vilibus parentibus orti, qui ex impio concubitu, si in fragem meliorem peruenerint, cito tales deliguntur: vt inter sordes, mixta honestas: inter tenebras, stella. Eoque maiore digni huiusmodi honore, quo summo animi nixu perdifficilem viam tentarunt; & veluti prodigioso impetu è consueta natura emersêrunt. Facilis, inclinante & iuuante naturæ nostræ corruptione, ex gradu virtutis & honoris lapsus, facile enim corpus quod corrumpitur aggrauat animam & deprimit, facile lapis deorsum tẽdit: at dignum opus laude, gratia præeunte Dei, quæ nunquam non præsto desiderantibus adest, inferiorem partem hominis & corpoream superare, mentem domare, & in carceribus istius ergastuli animæ, principem eam esse, ei dominari cum ratione, & carcerem etiam suum regere.

¶ Ex † impudico quidem & prohibito semine, communi 3
quodam naturali successu, editur partus similis parentibus: nec mirum: plantæ enim & arbores & animalia sibi simile generant.

τίκτουσι γ' γυναῖκες ἐοικότα τέκνα γονεῦσιν, *Hesio. in Ergis.*
id est,
Pariunt mulieres similes filios parentibus.

Et vt ait Horatius, *Ode 4. li. 4.*

Fortes creantur fortibus & bonis:
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Et vt Theseus dicebat apud Senecam, *in Tragœ. quã Hippolytus.*

Redit ad auctores genus:
Stirpemque primam degener sanguis refert.

Sed & frequentius deterior partus solet esse genitore, quia & senescit mundus: senescunt, & minus valida fiunt quæ in eo renascuntur, quo magis ad interitum properant.

Ætas parentum peior auis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem, Horat. Ode 6. li. 3. Carm.

¶ Et † proinde meliorem se gignere hoc propemodum mira- 4
culum, vel ad laudem filii maxime conducit, qui talem se esse curauit. Telemachus ideo laudatur apud Homerum à Pallade Mentoris sub persona.

αἰ δ' ἢ τοῖος γ' ἔσκε γένος τῷ πλωτοπόρῳ
ὅς σ' ἐπὶ ἔργοισι βάλοι τελευτήσειν ἀμφοτέροισι.
πολλὰ γὰρ τοι παῖδος ὁμοίου πατρὶ πέλονται.
οἱ πλέονες κακοί: παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους, *Homer. Odyss. 2.*
id est,
Si vero non illius, scilicet Vlyssis, esses filius & Penelopes,
Non sane præterea sperarem te perfecturum esse quæ moliris.
Pauci enim filij similes patri sunt.
Plerique peiores: pauci vero parentibus meliores.

Et Ælius Spartianus dicebat, *in vita Seueri*, neminem prope magnorum virorum optimum & vtilem filium reliquisse satis clarere: aut sine liberis interiisse. Neminem reliquit Romulus, Numa, qui vtilis esset reipublicæ: non Camillus similes sui, nõ Scipio, non Catones, non Demost. Virgil. Crispus, Terent. Plaut. & ceteri. Non Iulius, non Augustus nec adoptiuum. Marcus Imperator infelicem Commodum reliquit: Seuerus Septimius Bassianum, qui occidit fratrem Getam in sinu matris.

¶ Optimũ † itaq; visum est nomothetis, rest. rere natalibus 5
auctoritate publica ex caussa cognita laudabili, *arg. l. 1. de prec. Imp. offe. C. ibi, laudabilis fidei exẽplũ*, quę in principis arbitrio es-

Digitized by Google

set, vt viros dignos vera ingenuitate, & ex spuriis legitimos faceret: vt cum tales facti essent, vt digni ea sententia & approbati, admitti ad successionem parentum possent considerantib. potius quod in illis est vel esse dicitur boni, quam quod cõmuniter in reliquis mali esse cognoscitur.

6 ¶ Emendat † eluitque notam natalem subsequens parentũ matrimonium, si pater ex cõcubina ante habita susceperit spurios, quæ nec meretrix publica fuerit, & postea eam matrimonio sibi coniunxerit. Quo casu illegitimi ante geniti habent proculdubio omnia iura naturalium & legitimorum liberorum, & patri succedunt vna cum aliis naturalibus & legitimis, *c. 1. & c. tanta, qui fil. sint legit. §. fi. de incest. nupt. in auth. §. 1. in fi. quib. mo. na. effi. sui, §. quib. connumerari, de hered. quæ ab int. defer. apud Iusti. l. cum quis, & auth. nunc*, C. *de nat. liber.* Ange. Areti. *ad §. intestatorum, nu. 7. de here. quæ ab inte. defer. facit § si quis ergo, quib. mod. nat. effi. sui.* in hac quæstione scribit, quod ad hoc, vt filij legitime ntur per subsequens matrimonium primum requiritur, vt filii nati sint ex parentibus, inter quos esse potest matrimonium: secundo, quod de hoc matrimonio non tantum consensus de præsenti maritalis interueniat, sed & fiant instrumenta nuptialia & dos cõstituatur. Ego tamen arbitror, pro substantia matrimonii dotẽ & instrumenta non exigi, *l. cum multæ, de donat. ante nup.* C. *l. iubemus, C. de repud.* sed benedictiones sacerdotis: vt matrimonium clandestinum, quod non probat ecclesia tanquam occultum & incertum, appareat & probetur, *c. 1. & 2. & 3. de clana. dispensat.* Nec in dubium etiam reuoco matrimonium cum meretrice contractum, *ca. inter opera caritatis, de sponsa.* neque filios postea natos inde per l. filium. de stat. hom. Sed num ex meretrice antea vulgo conceptos sibi afferre quis possit suos, & num illi succedãt ob sequens matrimonium, dubito & subsisto, propter l. vulgo concepti, d. tit. de stat. homi. Si tamen à coniuge ante generatos ostendi possint, eos admitterem non aliter.

7 ¶ Legitimatis † per rescriptum principis eadem quoque iura dantur in bonis patris, si soli sunt. & si cum consensu patris legitimati sunt, cum testamento aut ab intestato decedente patre, *§. illud tamen, qui. mo. nat. effi. sui.* Minus autem consequuntur in bonis proximorum patrum, quam legitimati per matrimoniũ: quia rescripto legitimati non succedunt ab intestato agnatis vel cognatis patris, vt alij, *§. filium vero, quib. mod. nat. eff. sus, in auth.* Quia præiudicium proximis ex legitimatione fieri nequiuit, nõ vocatis, nec consentientibus, *l. de vnoquoque, de re iudi. l. iurisgentium. §. ante omnia, de pact. Rib.* C. *res inter alios acta, &c.* Nec princeps rescriptum in alterius præiudicium censetur indulsisse, *l. 2. §. si quis à pr nipe, ne quid in lo. publ.* P. *l. nec anus, de emancip.* C. *l. 2. de prec. impe. offer.* C. *l. si quis sepulcrum, ne rel. gio. & sumt. fu.* P. Fidẽ facit arrogatio, quæ per indulgentiam principis ea lege facta censetur, ne inde præiudicium fiat proximis, qui successuri essent impuberi arrogato, si intestatus decederet. Quare illis cautio eius rei causa ab arrogatore datur, *l. non enim aliter, 18. de adopt. in P.* Atque ita adoptio non iure facta, à principe cõfirmatur, cum æstimatione iudicis, adhibitis etiam iis, qui contradicerent, id est, qui læderentur confirmatione adoptionis, *l. adoptio, 38. & l. nam ita, D. Marcus, 39. eo.* Dum libertum etiã princeps natalibus restituit, id facere non solet nisi consentiente patrono: nus enim patroni, hoc beneficio impetrato admittur, *l. 2. & fi. de natural. restit. li. 40.* P. *tit. 11.*

8 ¶ Excludit † tamen legitimatus ex voluntate patris proximos & consanguineos patris ab intestato in bonis eius patris: etsi proximi legitimationi non consenserint. Cum pater nõ tenetur alios quam liberos, vel ascendentes, eosque tantum in legitima, si nolit aliter, instituere, *l. cum quæritur, & l. parentibus, C. de in offi. test.* Et proinde, illis non vocatis, potuit sibi filium legitimare, etsi ita heredem ab intestato designare.

9 ¶ Quod † intelligi par est, secundum Guil. Bened. *in c. Raynutius, ad ver. & vxorem nomine Adelasiam, nu. 189. 187. 188.* quando legitimi & naturales liberi non supersunt. Nam si illi sint, tunc debet consensus eorum haberi in legitimatione spurii per rescriptum principis faciendã: etenim illorũ interest, cũ vel portio illorum minor ex ea legitimatione sit futura, crescente numero liberorum. Itaque si legitimatio fiat antequam nascantur ex iusto matrimono liberi, cessabit natis illis legitimatio in hoc effectu succedendi: in aliis autem honoribus & dignitatibus, ius filiationis & legitimationis seruatur intactum: dum tamen honores & dignitates aliis præiudicium non adferant: nam tunc simplex legitimatio eatenus beneficium suum nõ extendit, *Innoc. in c. per venerabilem, qui fil. sint legit.* Atque in feudis, naturalis tantum seu spurius legitimatus, neque solus, neque cum aliis fratribus admittitur successor. Idque ex consuetudinibus feudorum ab Insubricis seu Longobardis editis, *§. naturales, si de feu. def. fac. cont. int. domin. & agn. vasal. li. 2. feud. tit. 26.* Quamuis in Gallia contraria sententia Senatusconsulto curiæ supremę Parisiorum, an. 1456. contra dominum de Ventadour firmata fuerit, *refert Papus li. 21. Rhapso. tit. 3. are. 7.*

10 Placuit † autem eidem curiæ 23 Decemb. anni 1545. hanc natalibus restitutionem principalibus codicillis factam euulgari & describi in camera seu curia computorum, & in curia iuridici loci natiuitatis eius qui legitimatur, & in curia Senatus eisdem prouinciæ, priusquam ex legitimatione sequi succedendi possit potestas, *Pap. vbi sup. arest. 12.*

¶ Sed † & vltra requiritur, legitimationem fieri ad hunc effectũ 11
per principem temporalem, seu secularem, cuius iurisdictioni maxime temporalia commissa sunt, *cap. quo iure defendu villas, 8. dist. c. conuenior, 23. q. 8. l. deprecatio, ad l. Rhod. de iac. P.* & successionum leges circa bona: alioquin facta per spiritualem, veluti per summum Pontificem, extra loca, quæ ei subiiciuntur etiam in temporalibus, quæve sunt de patrimonio sedis Apostolicæ, non egreditur beneficiorum & dignitatum aut rerum ecclesiasticarum terminos, *ca. per venerabilem, qui filij sint legit. P.* Quemadmodum nec legitimatio Imperatorum vnquam porrigitur ad facultatem & potestatem habendi vel possidendi sacerdotia, vel alia, quæ sunt spiritualis causæ & dignitatis, *glo. in ca. lex Imperatorum, 10. dist. glo. in c. si officia secularia, 59. aistin. & gl. fi. in c. peruenit, 101. aistin.*

¶ Et † si quando inuenias in constitutionibus Gallicis vel His- 12
panicis dispensatum allophylis, vt possint per codicillos regios naturalitatis, vt dicunt, seu iure regnicolæ officia aut beneficia ecclesiastica in regno possidere, non existimes hoc de restitutione natalium intelligi: aliunde enim debent esse legitimi & naturales. Nec tam ratione iuris ecclesiastici principem statuere, quam ratione bonorum ecclesiasticorum, quorum possessio & inuestitura regiæ ditioni subiicitur, potissimum in Gallia ex rescripto Martini Papæ, *quod transcripsit Guido Pap. decis. 1. nu. 4.* Et causa possessionis videtur potius quid temporale, quam spirituale, *Guido Pap. cosil. 78. incip. circa processum, & cons. 78. Io. And. in c. fi. de iudic. & ibi Archid. & Inno. facit c. cauſam, qui fil. sint legit.* Habent enim & spiritualia corporalia, *ca. si quis obiecerit, 1. q. 3. ca. ad iure vero patronatus, de iure pat.* Ita ea ratione sæpe de inuestitura & iuramentum fidelitatis accipit ab episcopis, *facit c. lectis, c. cum late, 63. d si.* & ab aliis beneficiorum possessoribus pro bonis temporalibus possessis, non autem pro rebus spiritualibus, pro quibus fidem principi laico vel hominum, seu, vt loquuntur, homagium, facere prohibitum est, *c. fin. de reg. iur. apud Gregor. c. ex auligenti, de simon.*

De Nepotum Successione.

Cap. 8.

1 *Nepotis appellatio an sub filiorum contineatur, & qui nepotes.*
2 *Descendentes præferuntur in successione ascendentibus & collateralibus.*
Representationis ius in successionibus intestati quomodo considerandum. eod.
3 *Nepotes cum patruis succedunt in stirpes.*
4 *Nepotes ex filia quando cum patruis, & quando neptes admisse ad successionem intestati aui: & quæ successio in stirpes & in capita.*
5 *Primogeniti filij nepos an excludat patruus in auito feudo vel regno.*
6 *Regna clientelaria non deferuntur nepotibus deficiente primogenito.*
7 *Primogenituræ ius cessibile & transmissibile.*
Et quæ à rege alienari non possint.
8 *Feudorum per successionem intestati possidendorum varie leges.*
9 *Nepotes quare cum patruis succedant tantum in stirpes, non in capita.*
10 *Nepos ex filia quæ renuntiauit dote accepta, nũ ex propria persona vel matris succedat auo.*
11 *Nepotes soli ex diuersis filiis succedunt auo in stirpes, quemadmodum cum patruis.*
12 *Nepotes olim rigore iuris excluſi iure prætorio succedebant.*
13 *Occidens eum cui succedit ab intestato, non ei succedit nec eius filius: & cui hæc deferatur successio.*

NEpos † appellatione filiorum aliquando continetur, *l. Lucius in 2. de hered. instit. l. 1.* C. *de cond. infer. glo. in c. in præsentia, de probat.* & consequenter liberorum nomen, cuius latior appellatio, illos continet, & ex illis descendentes, *l. liberorum, 220. de ver. sig.* P. *l. 1. si tab. testa. non exsta. l. sed & si hac lege. §. liberos. de in ius voca. cum simil.* Atque nepotes hic non tantum filiorum filii, sed etiam inferiores descendentes intelliguntur posteri, ἀπόγονοι, vt apud Virgilium, 6. *Aeneid.* 1

Forte recensebat numerum carosque nepotes.

Latiorque, quam suorum appellatio: nam & suos & emãcipatos, & filios filiæ complectitur. Continentur & suorum nomine nepotes, si in potestate auorũ sunt, & qui deinde sunt qui suo ordine succedunt. Sic. n. ait Iustinianus, *§. intestatorum, de here. quæ ab intest. defer. Sui heredes existimantur, vt supra diximus, qui in potestate morientis fuerint, veluti filius filiave, nepos neptisve ex filio, pronepos proneptisve ex nepote, ex filio nato prognatus prognatave.*

2 ¶ Ita-

Digitized by Google

2 ¶Itaque † ſucceſſio horum nepotum tanquam filiorum vel ex filiis deſcendentium, erit potior aſcendentium & collateraliũ. Vt etiam innuit Vlyſſes in oratione, quam habuit de armis Achillis contra Aiacem, apud Ouidium, *li.13. Metam.*

Aiacu meritum non ſit, nec ſanguinis ordo,
Sed virtutis honos ſpoliis quæratur in iſtis.
Aut ſi proximitas, primuſque requiritur heres,
Eſt genitor Peleus, eſt Pyrrhus filius illi,
Quis locus Aiacis?

Duplex modus ſuccedendi nepotum in locum patris, vel ex perſona eiuſdem patris iure repræſentationis, vel ex perſona propria. Nec perpetuo nepos, quando ſuccedit in locum filij, venire dicitur ex perſona propria, vt ſentit Bart. *in l. 2. C. de li. præt. & in l. 1. §. ſi filius, de conſtitu. cum emancip. libe. P. per tex. in l. 1. §. ſi ſit, & ibi Bart. de colla. dot.* qui etiam in eo ſibi contrarius eſt, vt ſcribit Iaſon, *in l. Gallus Aquil. §. & quod ſi tantum, de lib. & poſth. nu. 48.* Ioa. Faber, in §. cum filius, de here. quæ ab inteſt. defer. Sed tantum habet id locum in filiis filiorum & filiarum, non in pronepotibus, puta inquit Faber, ſi habeat nepotem & ex alio nepote defuncto pronepotem. Et ita pronepotem videri excludi, *§. per huiuſmodi, de here. ab int. veni. in auth. Speculator, in ſu. de ſucce. ab inte. verſ. quid ſi aliquid.* tunc temporis videlicet, *Ioa. Pap. in ſi. de here. quæ ab int. defer. Chaſſ. ad §. 10. des ſucceſſions, ad verſ. & tantes ſucceſſions, nu. 4. in conſ. Burg.* quando pronepotes veniunt ad ſucceſſionem patruorum cum aſcendentibus: ſecus, quando pronepotes ſuccedentes aſcendentibus ſunt in pari gradu. Ponitur autem quædam regula generalis à Chaſſanæo, quod repræſentatio in ſucceſſione collateralium habet locum ex diſpoſitione iuris, & non vltra: ſed conſuetudines diuerſas interdum in linea directa obtinere: interdum non, *Chaſſan. vbi proxi. numero primo.* Ita & bona de quibus ſucceſſio fit & à qua lege defertur, & forma conſtitutionum in delatione, & quibus perſonis, conſideranda ſunt: adhibitis ſingulorum finibus & rationibus, quæ ſeparatim vix enucleari poſſunt, ſed ſimul.

3 ¶Filij †ergo ſoli ſuccedunt, ſi ſoli ſint: & ſi aliquis illorũ mortuus ſit, & filios reliquerit, cum illis nepotes, ita & pronepotes in locum patris ſuccedunt ratione paternæ patris, in ſtirpes: ſi concurrãt cum filio aliquo mortui vel filia, fratribus patris ſui. Vt ſi mortuus inteſtatus reliquerit filium & nepotes ex altero filio, diuidetur ex æquo in duas partes hereditas: & ita filius mediam partem habebit, nepotes tantundem ſimul ex hereditate conſequentur, aliam videlicet dimidiam, quam inter ſe diuidãt, *§. cum filius, de here. quæ ab inteſt. def.*

4 ¶Quod † in nepotibus per filios deſcendentibus antiquæ leges tantum amplectebantur, ex filia vero nepotes vel neptes excludebant, quamdiu ex maſculis erant nepotes vel neptes: donec emendatum hoc ius fuit, *§. item vetuſtas, eod.* Et primum quidem Valent. Theod. & Archad. CCC. admiſerunt etiam nepotes ex filia: veruntamen non æqualiter cum patruis vel auunculis ſeu materteris, ſed cum diminutione tertiæ partis, *l. ſi. defunctus, de jur. & legi. lib. C.* Conſentiunt autem cum Diocletiano. Et Maximian. in hac ſucceſſione nepotum ex diuerſis filiis varij numeri auo ſuccedere ab inteſtato, *l. 2. eo. C.* non pro virilibus portionibus, id eſt, non partitione facta hereditatis ſecundũ numerum perſonarum, & vt dicunt, in capita: ſed pro ſtirpibus, id eſt, habita ratione portionis filiorum, ex quibus nati ſunt. Vt tantundem vnus vel plures nepotes ex vno filio conſequantur, quantum conſecutus fuiſſet pater ſi viueret. At iure nouiſſimo, differentia omnis ſexus & ſuitatis olim obſeruatæ ſublata. Et hæc lex lata, *In ſucceſſione mortui patrisfamilias ſive filiifamilias liberi eius ſi ſint, omnibus aliis prælati ſuccedunt. Primi quidem gradus æqualiter ſuccedunt: nepotes & vlteriores, in ſtirpes. Non diſtinguendo ſexum, vel iura poteſtatum, ſed naturali cauſſa inſpecta, auth. in ſucceſſione, de ſuo. & legit. li. §. 1. de her. ab int. veni. in auth. d. §. item vetuſtas, de here. quæ ab int. defer.*

5 ¶ Ceterum † in feudis nepos ex primogenito filio excludit patruum in ſucceſſione feudi, vbi alia non eſt conſuetudo, *Bal. in l. cum antiquioribus, C. de iure deli. Panor. in c. licet, de voto Guil. Bened. in ca. Raynutius, in verſ. teſtamento relinquens, 1. limit. 18.* quã donatus vel conceptus eſt tempore mortis aui, de cuius ſucceſſione agitur. Nam ſi poſt mortem aui conceptus eſſet, ſuccumberet petitioni, & patruus præferretur, *Bal. ad l. 3. de ſuis & legi. her. C. Guill. Bene. in d. ca. ad ver. Et ſoboles quam geſtat in vtero, nu. 45.* Sic in illa quæſtione plurib. argumentis agitata à Iaſone, *Iaſ. diſputat hanc quæſt. in vtramque partem, in l. poteſt, de acquir. her. à nu. 32. vſque ad 51. vbi reſolutio, & quando nepos excludat patruum, vide Boer. in conſu. Biturig. §. 2. de teſtamen.* num in regno, quod primogenito debetur ex lege, nepos primogeniti mortui excludat patruum, & Alexand. ex Baldo, *in d. l. 3. de ſuis & legit.* videtur reſoluere. *Alex. in d. l. is poteſt.* vt ſi nepos primogeniti natus eſt poſt patruum, tunc nepos debeat excludi à ſucceſſione regni, vel aliorum bonorum quæ primogenitis deferuntur: quia non poteſt tunc nepos dici primogenitus, neque in eum tranſlatum dicitur ius primogenituræ, cum natus ſit poſt patruum. Et, inquit Iaſon, primogenitus intelligitur natus primus de genere vel de agnatis, *c. Ioſeph, ae ver. ſig. Quod certarum, de poſt. her. inſt. C. §. 1. de grad. ſucceſſ. in feu. §. cum vero Conradus, qui feuda. poſſ. in vſib. feu.* Quod ſi natus ſit ante patruum ſubdiſtinguitur: an lex vel ſtatutum, ex quo defertur regnum vel res primogenito, deferat primogenito filio: & tunc ſtricte verba intelligi debent, & nepos non præfertur patruo: quia appellatione filij proprie nõ venit nepos, *l. filij appellatione, & l. iuxta, de ver. ſig. l. ſi quis filiab. & l. quod ſi nepotes, de teſta. tute.* Quod ſi ſtatutum vel conſuetudo dicat ſolummodo, vt primogenitus ſuccedat, nepos hic natus ante patruum præfertur. Sunt viri docti in hac quæſtione, de nepotis primogeniti & patrui prælatione, vtrinque acerrimis probationib. ſua caſtra defendentes. Ego tamen quid ſentiam, cum liberum ſit cuique ſententiam dicendi in tam copioſa varietate, dico: primum mores regnorum & familiarum, conſuetudinemq; antiquam ſequi oportere, ſi de ea appareat: in conditionibus enim rerum pacta appoſita ſequenda ſunt, *in l. traditionib. de pact. P.* Quod ſi variauerit conſuetudo, vel quæſtio de nouo emerſerit, quæ ex maiorum exemplis explicari nequeat, arbitror filij primogenituræ ius ad nepotem quandocunque natum, dummodo conceptus fuerit pendente vita aui, transferri patre mortuo ante auum, *& ita tradit Io. Fab. ad §. cum filius, de here. quæ ab int. def. Chaſſ. ad §. 10. des ſucceſſions, nu. 2.* Nam ſi filius ſuperuixiſſet auo filij ſui, nulla eſt quæſtio, cum iam ex perſona filij, ius quæſitum ſit ei: & ab eo ad ſuos recte transferat, *vt in c. licet, de vot.* Ratio autem huius ſententiæ illa videtur eſſe, quod vbi natus eſt filius, ius primogenituræ in illum tranſlatum ſit, & impleta ſit voluntas ſtatuti: ideoque deſignatus quodammodo rex vel ſucceſſor dicatur, non iure hereditario, ſed ex diſpoſitione legis potiſſimũ in regno libero. Atque ius ita quæſitum natiuitate prima per ſanguinis primitias, transfunditur eadem ratione ſanguinis in nepotem, *vide in cap. quam periculoſum gloſſam 7. q. 1.* Quia ſanguinis inſtitutus curſus à natura, interuertu non poteſt, *l. in curbas, & l. ſi quis prioris, de ſec. nup. C.*

6 ¶ Contra † quam obſeruetur, ſi agatur de regno non libero clientelari deferendo ex pacto primogeniti: nam in eo, mortuo primogenito, nec nepos ex eo, nec ſecundo genitus filius ſuccedit, ſed redit ad dominum. Vt in regno Siciliæ iudicatum, quod in eo caſu ad ſummum Pontificem redit decedente rege ſine ſuperſtite primogenito, *l. ſi. ad l. ſi poteſt, nu. 45. de acq. here.* Regnũ enim eſt de feudo Eccleſiæ Romanæ, vt Apuliæ, & Neapolitanũ inueſtituram accipiens à principe ſacerdotum Romano, *ca. Apoſtolicæ, de re. in. in 6.* Nec ſucceſſionem hic admittimus hereditariam.

7 ¶ Sed † & conſtat, quæ cedi poſſunt, ſi nihil aliud prohibeat expreſſe, tranſmiſſibilia eſſe ad heredes, *l. ex plurib. de adm. tuto. P. l. quidam, de acq. rer. dom.* Primogenita autem libere cedi poſſe docet ſacra pagina, in exemplo Eſau & Iacobi, *Geneſ. 25. & 27. c. ſi. §. item opponitur, 22. q. 2.* Tranſmittetur ergo per primogenitum in nepotes patris ſui, videlicet ſecundum intentionem legis, vt qui ex primitiis generationis naſcuntur, perpetuo ad ius de quo agitur, vi legis ſuccedant. Et in hac ſententia probanda iure diuino & naturali, totus incumbit Oldradus, per 18. conſũnas, conſ. 224. incipiente, *iſta ſunt allegationes factæ.* Quare nec de his plura addam. Moneo autem, vt ſi de feudi ſucceſſione agamus, legem impoſitam traditionis ſummopere & præcipue cõtemplemur, & naturam feudi: num diuiſibile, indiuiſibile, fœmineum, paternum, antiquumve ſit, an tranſmiſſibile, vt docuimus in libro feudorum antea in rebus, *li. 6. Synta. c. 2. & 3.* Hæc enim euoluunt facile ſucceſſionis cauſſam nepotum. Exempli cauſſa, Feudum Marchiæ, ducatus, comitatus, vel alterius regalis dignitatis, de quo fit à rege vel imperatore inueſtitura, mortuo inueſtito redit ad regem, nec ad filios vel nepotes tranſmittitur: niſi inueſtiantur de nouo, *§. 1. de feudo Marchiæ, in vſib. feud.* Vt etiam in bonis, quæ diademati regio annectuntur, ſi concedãtur à rege alicui, morte eius ius exſtinguitur, vt vſufructuario decedente vſusfructus, & redit ad regem, non ad filios poſſeſſoris: quia eorum proprietas non poteſt diſiungi à iure diadematis, & quæ coronæ ſunt, inalienabilia ſunt iure communi.

8 ¶ In †aliis feudis, interdum ſoli nepotes, interdũ cum patruis ſuccedunt, prout conſuetudo ſeruata eſt, &, vt dictum, ex natura feudi, *§. 1. de natur. ſucceſſio. feud. §. 1. de ſucceſſ. feud. §. 1. & 3. de feud. Mar. in vſib. feudo.* Siquidem & aliquando patruus nepotes excludit, vt tractat And. de Iſer. in §. 1. de nat. ſucceſſio. feud. in feud, col. 7. & in § præterea, de prohibita feud. alien. per Feder.

9 ¶ Ceterũ †in rebus, quæ iure communi recipiunt cenſurã, iure repræſentationis cum patruis in bonis aui inteſtati admittũtur collatione vtrinque facta acceptorũ: ita vt non ſuccedant cũ patruis per capita, ſed in ſtirpes: quia ratione propriæ perſonæ excluderentur, vt remotiores in gradu. Nam proximior gradus eſt filiorum, quam nepotum: quare non ſuccedunt in tanta portione ac filij, ſed in ea tãtum, quam pater eorum tanquam vnus ex filiis, ſi viueret, habiturus eſſet, *hoc examinat Guil. Bened. in c. Raynutius ad ver. & vxorem nomine, nu. 65. 66.* Et ita ſubrogati habent eandem cauſſam, quam habituri eſſent ij, in quorũ ſunt loco, *l. reum qui, §. qui iniuriarum, ſi quis cautio. P.*

¶ Scio †tamẽ aliquos dixiſſe, nepotes ſuccedere auo ex perſona propria. & nõ patris: repræſentato tantũ in gradu filio, & nõ in perſona, *Bar. in l. ſi auus, de lib. præ. & Alex. conſ. 4. col. 4. vol. 4. & conſ. 20. 1. volum.* Sed verior eſt contraria ſententia, quam etiam

Digitized by Google

Bartolus sequitur sibi contrarius, *Bart. in l. Gallus, §. & quid si tantum, col. pe. de lib. & posth.* Quanquam si agatur de nepote filiæ, quæ renuntiauit dote aliqua accepta & iurauit, quæ ob iuramentum non potest ex sua persona petere supplementum, *ea. quamuis, de pac. in 6.* dicere possumus nepotem ex ea, mortua matre ante auum, posse petere supplementum legitimæ, vel agere querela inofficiosi, si in aui testamento relictum illi nihil est, quod illi sufficiat pro legitima, idque ex propria persona, *Bal. in l. fi. in 4. col. C. end. Guia. Pap. decis. 598. Bar. ad l. qui superstitus, de acq. hered. Guil. Bened. in 3. par. c. Raynutius, in q. de legitima, nu. 6.* Is enim non potest excludi iuramento matris, quia iuramentum personale est, & auus debet legitimam etiam nepoti. Quia nepos, sublata filia loco filiæ est: & ideo succedit in locū filiæ. Et si plures sint nepotes ex ea, cum patruis loco vnius filiæ, tantum partem capiunt.

31 ¶ Quinimo † & si nepotes tantū sint successuri nullis existētibus patruis, si ex diuersis filiis vel filiabus plures sunt nepotes imparis numeri, adhuc remanet forma succedēdi per stirpes, nō per capita. Vt si ex vno fratre sint nepotes tres, ex alio duo, ex alio vnus solum, tantum consequetur vnus, qui suam stirpem & locum patris tenet, quantum duo. & tantum duo, quantū tres: non secus ac si cum patruis concurrerent. Et ita iudicatū scribit Guido Pap. *quæstio. 6. 134.* Quæ communis est, *Bel. in §. 1. in fi. de nat. succes. Feli. in vsib. feud. Ange. in §. cum filius, de hered. quæ ab int. defer.* & sanior opinio, propter locum quem tenent. Et ita se sæpe consuluisse scribit Guillel. Benedict. *ad cap. Raynutius, ad ver. & vxorem nomine, n. 69. de testam.*

32 ¶ At † ex rigore iuris ciuilis etiam placuit, ne nepotes venire possent ad hereditatem aui, sed tantum ex iure prætorio, *l. qui se patru, C. vnde li. Ias. in l. si quis filium, § si filius, nu. 12. de acq. hered.* Locum ergo veluti gradus semper tenent ex æquitate patris, etsi ex eius persona non veniant.

33 ¶ Et † proinde si filius patrem occiderit, & indignus factus fuerit successione, nepos quoque ex eo, occiso auo, succedere non debet etiam non conscius vel socius sceleris aut necis illatæ, & ita contra sententiam Baldi, *in l. si quis incestu nup. C.* resoluitur, *Nic. Bel. decis. 25. nu. 8.* commni interpretum calculo. Et homicida reddito incapaci, bona quæ hac via scelerata assecutus est, ab heredibus euincuntur, vt ab indignis, *l. cum ratio. §. fin. de bon. damn. & ibi Bart. & Paul. Cast. in l. codicillu, §. matre, de lega. 2. l. Lucius Titius, & ibi glo. & Bart. in 2. vota. de iu. fisc.* Sic si frater fratrem occidat, intestato quidem si proximior sit, succedit: sed ab eo & ab eius filio, successio à fisco vindicatur, velut ab indignis: nisi sit alius qui in æquali gradu sit cum interfectore, ad quem non ad fiscum deuoluetur hereditas, homicida & eius filio exclusis. Quod & exemplis illustrat Boerius, decis. 25. in occidente agnatum, vel vxorem, vt eis homicida succedat quidem, sed tanquam ab indigno, dummodo alij gradu non sint æquales, qui possint succedere, euincatur hereditas, *d. l. Lucius Titius, & ibi Bart. & gl. Bald. in l. eam quam, ver. hæc faciunt ad quæstionem, de fideic.* C.

De Successione delata Ascendentibus intestatorum descendentium.

Cap. 9.

2 *Heredum pronuntiatio non pertineat ad descendentes, vel collaterales, vel institutos.*

3 *Ordo successionis turbatur succedentibus, ascendentibus, descendentibus.*

3 *Mater iure 12. tab. non succedebat filio, quare, & quomodo iure ciuili succedat. & nu. 4. 5. 6. & 8.*

7 *Ius liberorum quid.*

9 *Ascendentium quæ sit hodie in descendentium successione lex posita.*

10 *Auus, auia, & superiores quomodo succedant descendentibus.*

11 *Ascendentium successio quomodo recipiat distinctionem ex bonis paternis, vel maternis.*

12 *Filij fratrum quomodo cum patruis & patre vel matre defuncti intestati patrui succedant.*

13 *Fratres fratrumque filij excludunt auos auiasque defuncti in successione intestati fratru, sine patre & matre decedentu.*

14 *Spurij intestatis decedentibus qui & quando ascendentes succedant.*

1 DVbitatum aliquando est, † num appellatione heredum legitimorum veniant ascendentes: & concluſum etiam est, in clausula substitutionis facta alicui, *si sine herede legitimo decederet*, non contineri ascendentes, nec collaterales, sed tantum descēdentes, *l. ex facto, §. fi. ad Treb. P. l. 2. & 3. de su. & legi. heredi. C. vide Guia. Pap. q. 457.* Licet in contractibus, & in legibus vt plerumq; heredis nomen omnes in vniuersum directo succedentes, contineat, *l. fi. C. de hered. instit. l. sub diuersis, §. 1. de condi. & dem. l. quadam, §. is autem, de eden.*

¶ Ordo † certe turbatur in successione, dum præcedunt filij 2
parentibus, *l. nam & si parentibus, de inoffic. test. Non debent enim filij thesaurizare parentibus, sed parentes filijs*, inquit D. Paulus, *2. ad Cor. 11. & c. cum Apostolus, 6. §. prohibemus, de censib. ca. prædicator §. q. 1.* Et ordine naturæ filius succedit patri, *l. scripto, §. non sic parentibus, vnde liber.* atque in lege successionis intestati in Numero c. 27. Deus meminit de descendentibus & lateralibus, de ascendentium successione nequaquam. Nec Plato etiam, in hac successionis lege meminit, *Plato 1. de legib. Si quis omnino sine liberis masculis fœmisque decedat intestatus, mas & fœmina qui ex eodem genere tanquam consortes domum desertam ingrediantur, quib. sors propriè competat. Prima soror, deinde fratris filia sororis filia tertia, quarta paterna soror, paterni fratris filia quinta, sexta paternæ sororis filia.* In Aruernia & in quibusdam aliis locis, ex consuetudine conseruata nunquam descendentibus ascendentes succedunt, sed illis sine liberis fati munus obeuntibus, vocantur ad intestati successionem ex latere proximiores: iisque deficientibus, fiscus, *Masue. in 9. idem, ac consue. de successione, & vlt. volunt.*

¶ Lege 12. tab. † pater, decedente sine liberis filio vel nepote 3
qui in eius esset potestate, ei succedebat solus, excluſa matre, cui nec suus heres erat, *§. 1. de senatusc. Tertullia. li. 3. Institut. tit. 3. l. 2. C. ad senat. Tertullia.* At emancipatis filiis, nec pater succedebat, nisi contracta fiducia eos emancipasset, & nominatim in emtione & venditione & emancipatione fictitia, *de forma emancipationis, in §. præterea, & ibi etiam Theophilus, quib. mod. ius patr. pot. sol. & §. 1. de succes. liber. Caius li. 2. Inst. tit. 6.* sibi ius succedendi retinuisset. Quod emendauit Iustinianus, sublatis emancipationis antiquis & solemnibus ritibus, statuens, vt quamuis fiducia de succedendo inter emancipandum contracta non esset nominatim, tamen pro quasi contracta haberetur, nihilominus filio emancipato succederet, *l. fi. C. de emanci. libero. §. fi. de legi. agna. succ. apud Iustinia.*

¶ Matris † repulsam à successione filiorum iustam pluribus ra- 4
tionibus quidam contendunt: quod vel per eam successionem, nomen & splendor familiarum occidat, translatis bonis in extraneas appellationes, & in alios honoris titulos, quia filii non matris, sed patris familiam sequantur, *§. sunt autem, vers. at qui, de legit. agna. succe. §. fi. de pat. pot.* vel quia alienum à iustitia videatur, agnatorum spolia in alienum virum transferri: quod & durum pati dicit Ioan. Faber, *in rub. de nupt. in fine*, contraque intentionem defuncti antea patris, cuius etiam animam post mortem tristari scripsit Iustinia. quando mulier secundas experitur nuptias, *§. quæ vero, de nup, in auth.* vt pote quod sæpe secundo viro, & bona & vitam sui filii addicit, lugubrem facit omnem patrimonii statum, & proximorum mouet lacrymas, dum maiorum imagines videnti reuulsas aut aliorum titulis bona adscripta, *l. lex quæ tutores, de admi. tut.* C. Quibus alias nectit causas Guil. Benedictus, in ca. Raynutius, ad verba, & *vxorem nomine Adelasiam*, nu. 20. 30. 31. 32. 33. Vnde non improba videtur alicubi consuetudo, vt matres non succedant filiis. Cuius generis & edictum latum fuit à principe nostro Carolo 9. anno Domini 1567. mēsis Maii apud sanctum Maurum, quo bona quæ filio obtigerunt ex parte vel linea paterna, adimebantur matribus: relicta eis pro omni legitima illis debita, media parte horum bonorum in vsufructu tantum, & vsusfructus nomine quamdiu vixissent. De aliis tamen non fit mentio bonis aliunde procedentibus, publicatum hoc edictum in curia senatus Parisiensis eodem anno, 29. Iulii Tholosanus tamen senatus publicationem non est passus.

¶ Iure † ciuili, Claudius Cæsar matri ad solatium liberorum 5
amissorum legitimam eorum detulit hereditatem, *§. 1. de senatusc. Tertull.* Postea autem senatusconsulto Tertulliano, vt ait Iustinianus, *d. §. 1.* quod D. Adriani temporibus factum est, plenissime de tristi successione matri non etiam auiæ deferenda, cautum est, vt mater ingenua ius trium liberorum habens: libertina, quatuor, ad bona filiorum filiarumve admitteretur intestatorum, licet in potestate parentis sit: vt scilicet, cum alieno iuri subiecta est, *idem Paul. in l. filij, 6. ad senatus. Tertull. li. 38. P. tit.* 18 iussu eius adeat hereditatem, cuius iuri subiecta est. Huius senatusconsulti Antoninum Pium ab Adriano adoptatum auctorem facit Zonaras, *Claudius*, inquit Suetonius, *in Claudio, c. 19. cōstituit pro conditione cuiusque ciuis vocationem legu Papiæ Poppææ: Latinis ius Quiritium: fœminis ius quatuor liberorum, quæ constituta hodie seruantur.* Et Beroaldus ad Suetonium tradit beneficiū hoc liberorum ab Adriano libertinis postea tributum. Vlpianus in titulis siquidem Vlpiani est opus, sic scribit de hoc senatusconsulto intestati filii, *Vlpia. in titu. 26. Hereditas ad matrem ex lege duodecim tabular. non pertinet: sed si ius habeat liberorum, ingenuarum: libertina quatuor: legitima heres sit ex senatusconsulto Tertulliano. Si tamen ei filio, neque suus heres sit, quive inter suos heredes ad bonorum possessionem à prætore vocantur: neque pater ad quem lege hereditas bonorumve possessio eum ve pertinet: neque frater consanguineus: quod si soror consanguinea sit, ad vtrasque pertinere iubetur hereditas.* Quæ omnia excepta sunt ex l. 2. cum suis §§. & sequentibus legibus ad senatusconsul. Tertul. in P.

¶ Qui-

Digitized by Google

6 ¶ Quibuſque † apparet matrem ex ſenatuſconſulto non ſuccedere, ſi pater filio defuncto ſuperfuiſſet, *vt in l.2. C. ad Tertul.* filioque defuncti obſtitiſſe matri, *l.2.§. liberi, & l. in ſuſpenſo, 8. eo. P.* imo adoptiuos tam filios quam nepotes, vtpote in familiã
7 tranſlatos, *l. æquiſſimum, 5. eo. P. & d. § liberi.* Filiam † autem mortui vna cum inteſtati morte admitti, *2. §. ſed ſi quis deceſſerit, ad Tertull.* P. Iulius Paulus explicare videtur quale ſit illud ius liberorum in ſucceſſione matris, his verbis, *Iul. Paul. li. 4. recep. ſent. c. 9. Ius liberorum plura habebat priuilegia horum hoc vnum, quæ domata Liuia. Dio Caſſ. li. 55. de iure liberorum, compoſuit librum Marcus Verrius Flaccus Maurus. Ius liberorum mater habet, quæ tres filios aut habet aut habuit: aut neque habet, neque habuit. Habet, cui ſuperſunt: habuit, quæ amiſit: neque habet, neque habuit, quæ beneficio principis ius liberorum conſecuta eſt.*

8 ¶ Fuit † Conſtantini poſtea lex, quæ non habita ratione iuris liberorum, matri deferebat hereditatem diminutam, ex tertia vel alia parte delata agnatis, qui antea non excludebantur ab hereditate, *in l. 1. de legit. here. li. 5. C. Theo. ti. 1.* Theodoſius vero & Valentinianus, matrem iure liberorum ſubnixam, patruo capite minuto ſtatuerunt dare tertiam partem: ſi nullo vero huius ſubnixa ſit auxilio, quartam, *l. ſicut mater, 7. eo. tit. C. Theo. § ite vetuſtas, de here. quæ ab int. defer. Explica. exem. Theophi. in § pen. de ſenat. Tertul.* Iuſtinianus iterum ſuſtulit omnino ex ſenatuſconſulto neceſſitatem iuris liberorum, & conſtituit legitima iura, quæ ex ſenatuſconſulto præſtantur, omnimodo matrem habere: licet tres liberos ingenua, vel libertina quatuor minime pepererit, *l. 2. de iur. lib. in. C. tit. 5.* Verum illud retentum eſt, vt nisi defuncti præferrentur matri & additum, vt & filiæ eiuſdem mortui neptes & pronepotes eam excluderent. *§. præterea, de ſenatuſc. Tertull.* Abolita liberorum plurium neceſſitas, cũ non videatur peccaſſe mulier nec arguenda, quod non plures ſed pauciores pepererit. Sublata etiam illa diminutio tertiæ vel quartæ partis cum conſtitutione, vt ſine vlla diminutione filiorum ſuorum ſucceſſionem acciperent, excluſis omnibus perſonis legitimis: excepta fratris & ſororis perſona, vt dicemus, *§. ſed nos conſtitutione, eo. l. §. C. ad ſena. Tertyll.* Sublata etiam l. in ſucceſſione, *l. 9. de legi. here. C.* Sublatæque pœnæ ſterilitatis & cœlibatus, *l. 1. de inſtr. pœ. cæliba. & orbitat. lib. 10. C. tit. 58.* Veruntamen adhuc iure Iuſtinianeo & Codicis, pater potior matre. Et in lucris nuptialibus, & in bonis maternis quæſitis filio, primum ſuccedebant defuncti liberi ſi eſſent: & ſi non eſſent, fratres excluſo patre. Poſt quos, ſi illi non eſſent, pater admittebatur, etiamſi defunctus fuiſſet in poteſtate patris: in cuius tamen bonis quamdiu vixiſſet pater haberet vſumfructum, *in l. fin. com. de ſucceſſ. li. 6. C. tit. 58.* Atque his modis ſæpe variatum in ſucceſſione aſcendentium, matris, patris, auorum & auiarum, & concurſu illarum, vel in diſtinctione facta rerum, de quarum ſucceſſione agebatur, vel perſonarum, vel poteſtatis, qualitatis, vel temporis, vel ſexus.

9 ¶ Sed † tandem illa, & vniuerſæ ſuccedendi formulæ antiquæ, prætoriæ, iuris antiqui & antiquioris, in vnam reſolutionem redactæ ſunt, *& iſtam ſe. reſolutionem tradit Guill. Bened. in repet. c. Raynutius, ad ver. & vxorem nomine, nu. 73. 74. 75. 76. & ſeq.* Vt ſi pater ſolus ſuperſit mortuo filio in poteſtate conſtituto, ſolus ſuccedat: ſi vero vna cum illo mater ſuperſtes ſit, vterque filio æqualiter ſuccedat in proprietate & vſufructu bonorum caſtrenſium: in bonis vero aduentitiis, in quibus pater quamdiu vixerit habet vſumfructum, *l. cum oportet, de bo. quæ lib. C.* mater cum patre in proprietate ſuccedat: vſumfructum pater quamdiu vixerit integrum retineat, & eo mortuo mater cum vſufructu partem ſuam poſſideat. Sic emendata eſt lex antiqua quoque, qua pater accipiebat caſtrenſis filii non iure hereditario, ſed iure peculii ſolus, *l. 1. & 2. & l. proponebatur de caſtr. pecul.*

10 ¶ Quod † ſi agatur de liberis emancipatis, bona eorum diuiduntur æqualiter inter ſolos parentes primi gradus, inter patrẽ & matrem ſi ſoli ſint. Sed ſi defuncto non ſint primi gradus aſcendentes, puta pater aut mater, ſed tantum ſecundi vel tertij gradus, auus auia, vel proauus & proauia paterni vel materni: inter paternos & maternos auos & auias æqualiter etiam bona diuidentur. Vt ex bonis defuncti, puta Titii, auus & auia eius ex parte patris, mediam partem conſequantur: auus & auia ex patre matris, aliam mediam. Et ita auus & auia patris faciunt vnum gradum, & vnam ſtirpem loco filij: auus & auia matris, aliã ſtirpem. Et proinde quia iſti ſuccedunt in ſtirpes, ſi Titius deceſſerit relicto tantum auo paterno, vel auia paterna ſola, & relictis auo & auia maternis: tantundem conſequetur ſolus auus vel ſola auia patris, quia ſtirps eſt, quantum auus & auia matris, qui aliam ſtirpem faciunt: & contra, tantum auus vel auia ſolius matris, quantum auus & auia ſuperſtitis patris. Nam deficiẽtis portio, eis qui ſunt de ſtirpe accreſcit, quamdiu aliquis ex illa ſuperuixerit, neque ad alterius ſtirpis perſonam defertur, *§. conſequens, & §. reliquum, de heredi. ab int. veniẽt.* Si tamen auus & auia materni aut paterni concurrerent cum patre vel matre, vel cũ his duobus vel cum altero horum, excluderetur auorum & proauorum gradus à proximiore paterno & materno, *auth. defuncto, ad Senatu. Tertyl.* Exceptionem tamen huc adferri oportet, ex diſtinctione potiſſimum bonorum, in qua praxis variat, ſed de iure quod tenendum ſit, explicatur.

¶ Nam † ſi quæ diximus de æqualitate ſucceſſionis per ſtirpes 11
aſcendentium, intelligenda ſunt, quando bona filiorum, de quorum ſucceſſione agitur, ſunt aduentitia, & aliunde quam ex liberalitate patrum, auorum, matriſve proceſſerunt, puta quia induſtria, arte vel officio filij acquiſita ſunt, vel ex donatione aut hereditate extraneorum à familia, obuenerunt: quia in his verò diuiſio in ſtirpes eſt. At in bonis, quę ex parte matris vel patris, vel eorum deſcendentium aduenerũt, reſoluitur vt proximior in gradu eius lineæ à qua proceſſerunt, præferatur alterius lineæ aſcendenti, etiam in æquali gradu exiſtenti. Vt puta, Titius, cui donatum eſt ab auo paterno, deceſſit inteſtatus relictó patre & matre ſuperſtitibus, in ſucceſſione eius pater præfertur matri: item mater patri, ſi ex linea materna bona quæ reliquit Titius habuiſſet, *l. quod ſcitu, §. ſi. de bo. quæ li. & ibi Bart. & d. auth. defuncto.* niſi mater excluſa à ſucceſſione eſſet filij propter conſuetudinem municipij. Si tamen qui deberunt ſint in gradu diſpari cum proximioribus ex alia linea, ab illis excludentur: veluti auus paternus dedit Titio nepoti mortuo, mater Titii præferetur auo paterno in his etiam bonis, & in aliis quæſitis ex linea paterna. Et ita etiam pater Titij excluderet auum maternum in bonis quoque quæſitis ex linea materna, *authen. defuncto, C. ad Tertyl. & dicta l. quod ſcitu, de bon. quæ lib. C. Guillelm. Benedict. vbi ſupra, nume. 74. & 75. Chaſſan. ad §. 6. ad verba, ligne directe, numer. 7. & 8. titul. des ſucceſſions, in conſuet. Burg.* Sic in ſuperioribus aliis, etiam in bonis ab alia linea quæſitis, proximiores ex alia linea defuncto potiores ſunt, *gl. in §. conſequens, de her. ab int. veni. glo. 3. in auth. defuncto, ad Tertyl.* quamuis in deſcendentibus paulo diuerſum ſeruetur, *de ratione diuerſitatis interp. in d. auth. defuncto, & Alex. conſ. 115 Anci. Antonius, 2. vol. & cõſ. 80. 1. vol.*

¶ Et † hæc ita diſputantur, quando aſcendentes ſoli reperiun- 12
tur ſuperſtites Titio morienti. Ceterum, quando Titio fratres ſunt vtrinque coniuncti ex patre eodem & matre, illi ſuperſtites cum aſcendentibus gradu proximis ſuccedunt, fratrumve filij: licet pater & mater adſint, diuidenda videlicet inter ipſos hereditate pro perſonarum numero, vt aſcendentium atq; fratrum quiſque pro ſe æqualem portionem habeat, ſed & fratrũ filij portionem ſui parentis accipiant. Nullo in hoc caſu vſufructu omnino patre ſibi ex filiorum filiarumve portione vindicãte: quia pro eo vſufructu ei hereditatis pars in proprietate tribuitur. Nulla differẽtia inter has perſonas ſexus, an per maſculinã, vel per fœmininã lineã mortui perſonam contingãt, ſuiue iuris vel alienæ poteſtatis ſint, conſtituta, *hæc expreſſe in §. ſi vero cum aſcendentibus, de her. ab int. veni. in auth. nouella conſt. 118. vndo auth. defuncto, au Senat. Tertyll. Cod. §. 1. vt fra. fil. ſucced. in auth. noue. conſt. 127. §. & quoniam mater, de nup. in auth. auth. & cum ſrlis, C. ad Sen. Tertyll.* Pau. Caſtren. etiam ait, auth. defuncto, ad Tertyl. locum habere & non admitti fratres defuncti cum patre vel matre, ſi non ſint vtrinque coniuncti, id eſt, vtroque parente: aliter vero præferri patrem aut matrem fratri defuncti ex vno latere coniuncti. Sed tamen, inquit, ſi frater ſit coniunctus ex patris vel matris, qui quævo ſuccedere vult, admitti ſimul debet. Cui tamen diſtinctioni in eandem auth. defuncto refragatur Baldus, idque etiam excludi fratrem in hoc caſu iudicatum eſt, ſecundum Baldum, *vide Papum, in Rhapſod. arreſto. li. 2. tit. 1. are. 7. §. Cornæum, conſ. 242. volum. 2.*

¶ Verba † porro illa, *vt fratres fratrumque filij ſuccedant vna cũ* 13
aſcendentibus proximis, dubia inter interpretes ſunt, extra patrẽ & matrem. Nam omnes quidem probant, fratres fratrumque filios ſuccedere citra controuerſiam cum patre & matre, nec fratres eos excludere. Sed num ſi pater aut mater ſuperſtites non inueniantur, an fratres defuncto vtrinque coniuncti, auum, auiam & ſuperiores excludant, dubium eſt. Etenim glo. in auth. defuncto, ad verbum, *proximis*, alia gloſſ. in §. ſi vero cum aſcendentibus, ad verbum, *proximis*, de hered. ab inteſta. venien. tradunt, auos & auias & ſuperiores, proximiorum nomine venire, ſublatis de medio patribus vel auis, & vna cum fratribus defunctis ſuccedere. Sed verior videtur contraria ſententia, vt frater vel fratres defuncto vtrinque coniuncti decedentes ſine patre & matre, ſoli ſuccedant, excluſis auis & ſuperioribus. Et ita proximi intelliguntur, cum quibus concurrant tantum pater & mater, *Iac. de Bellouiſ. in d. §. ſi vero. per illum text. Bald. in auth. defunctis, col. 14. ad Tertyll. C. Alex. conſil. 80. 1. vol. Chaſſan. ad §. 6. ad verb. Et au regard des autres biens, nu. 2. des ſucceſſions in cõſue. Burg.* Ceterum, quia dictum eſt, fratres ex vtroque parente coniũctos ſuccedere fratri defuncto. patet emendatam eſſe Codicis Iuſtinianei l. ſi quis vel ſi qua, l. 17. ad Tertul. quæ ex altero tantum coniunctos cum matre admittebat. Ex quibus colligere poteſt perſonas quibus ſucceditur, & quæ ſuccedunt, formam ſucceſſionis, & effectum.

¶ Adde † tamen in ſpuriorum filiorum inteſtatorum ſucceſſio- 14
ne, diſtinctionem parentum: vt pater vulgo quæſito nullo modo ſuccedat. Quod & in eo quem genuit ex concubina domo retenta verum puto, quicquid ſentiant interpretes. Nam ſi protinus ablegentur à ſucceſſione patris huiuſmodi ſpurij, qui nihil peccarunt, quanto magis patet à ſucceſſione eorum, quos cum

Digitized by Google

scandalo & peccato maximo generasse se profitetur, §. *fin. quib. mod. nat. effic. sui. in auth.* Eadem est vtriusque ratio, saltem prohibitionis successionis ascendentium & descendentium, per l. nā & si parentibus, de inoffic. testam. P. At mater, in quibus casibus, & quatenus, & eo modo quibus succedit ei filius spurius, non adulterinus vel incestuosus, iisdem succedit, *l. si quæ illustru, C. ad Orficia. §. fi. de Senat. Tertull. §. vulgo, de successi. cognat. l. si spurius, vnd. cog.* P. Est, Heraclidis & Plutarchi testimonio, *in Solone*, lex Solonis, μηδὶ τοῖς ἐξ ἑτέρας γυναικὸς εἰσαγομένοις τῶν τῆς τετρας τρίφεις, Spurij patr. a. e. e. esse ne habeant. Qui enim inquit, in compressione mulieris decorum non seruat, non prolis, sed libidinis gratia eo se impelli liquido docet.

De Rationibus & Exceptionibus successionum intestati ascendentium: & de legibus harum successionum extra ius Iustinianeum.

Cap. 10.

1 *Ascendentibus intestatorum descendentium cur deferantur successiones. & nu. seq.*
2 *Honor parentibus reddendus in quo consistit vere.*
3 *Patris & filij magna persona, & eius & bonorum coniunctio.*
4 *Mater quare filio intestato succedat.*
5 *Mater excludi an statuto à successione filij possit, & an exclusa petat saltem legitimam.*
6 *Ascendentes an in feudis filiorum descendentium intestatorum succedant.*
7 *Pater & ascendentes ex quibus causis priuantur successione descendentium.*
8 *Mater priuatur successione filij, si transeat ad secundas nuptias, & si ei pupillo non petieris tutorem.*
9 *Pater, qui male habuit filium, indignus eius successione.*
10 *Filius non succedit, qui eos necauit, vel mortu eaussam præbuit: si furiosorum curam non habuerit: si exposuerit. & num. 11. & 12.*
3 *Patris & matris successio intestatorum filiorum, ex legibus Alemannorum, Salicis, & Ripuariæ.*

1 QVamquam † ordine turbato, vt diximus, & præter spē naturalem, ascendentes descendentibus succedant: tamen æquum visum est pluribus rationibus, & Deo ita statuente, vt iuniores senioribus præmoriantur, descendentium bona ad superioris ordinis gradus, deficientib. descendentibus: pertinere. Prior est, vt qui morte filiorum & descendentium luctu & mœrore affliguntur, in aliquo releuentur, inque solatium liberorū amissorum hereditatem luctuosam consequantur, §. *& primus quidem, de Sena. Tertul. ap. Iust. l. iure succursum, de iure dot.* P. *l. fi. §. cumque com. de succ.* C. Et, vt Cicero pro Quintio, *ad quem summus mœror ex morte alterius venit ad eundem summum successionis honorē peruenire oportet.*

2 ¶Secunda, † quia idem ius debetur ex vinculo simili pietatis & naturæ, parentibus & filiis: quod nō distinguitur alio discrimine quam inuersione ordinis mortis, *l. nam & si parentibus, de inoff. testa.* P. Imo si vinculum obligationis, quo filij parentibus nectuntur, inspiciamus, maiori cum ratione deferenda erūt bona filiorum parentibus, quam parentum filiis. Cum non possimus Deo aut parentibus gratiam & beneficia pro dignitate acceptorum & pro meritis rependere, *Arist. li. 9. Ethic. c. 1. Patris honor post Deum, Iosephi li. 2. cont. Appionem*, honorari iussit Deus parentes, *Exod. 20. 2. Prouer. 20. Eccle.* Honor porro ille nō consistit in sola reuerentia, sed in benefaciendo, & in largitione bonorum, *Marc. 7. Plato, 5. de Repu. 1. ad Tim. 5. si qui filij parentes, 30. dist.* Quod si propter benemerita responsum est deferri successiones, *hinc adiecit pro sce.* P. quis negare poterit, deberi hereditatem patri & matri, qui de filiis optime meriti sunt? Et Phalaris, quamuis Tyrannus, tamen natura impellente simile profert testimonium, scribens Paurolæ filio, *epist. Phala. 19.* Μάλιστα μὲν ἀμφοτέρους τοὺς γονέας σὲ χρῆ, τέκνον σοι φρονοῦντα, καὶ σοὶ πλείστα ποιεῖν δεῖ, τοῦτο δὲ σοὶ μὲν καὶ ἄλλως δυσβίᾳ, νῦν μοι μάλιστα τοὺς τῆς γενέσεως καὶ τροφῆς ἀμφοτέρους ἀμοιβῆς χάριτος. ἐπαινῶ πατρὸς μᾶλλον μᾶλλον ἢ μητρός. ἐγὼ δὲ τὸν τῆς ἴσης καὶ ὁμοίας πατρὸς ἂν δικαίως φαίην τίνειν αὔξησιν, καὶ τῆς μητρός, ἀλλὰ μὴν τιμῆς καὶ σεβασμοῦ, μυρίας ἄλλας ἀνέτλησε πόνους, id est, *Maxime te vtrumque parentum amare oportet, o fili, & plurimi facere: hoc enim filio pium & honestum, vt genitorum, & eorum qui tot beneficia in eum contulerunt, recordetur. Quod si ab officio desistendum est, matris potius quam patris. Non enim tibi sunt in educatione patris & matris paria officia: sed hæc cum filios vtero tulerit, pepererit, educauerit, alios innumeros fert labores.* Prima, inquit Valerius Maximus, naturæ lex est, diligere parentes, *Val. Max. li. 5. c. 4.* Est locus hic omnibus familiaris & tritus, etiam initiatis bonarum disciplinarum literis, quare nec huic diutius immoror: sufficitque mihi indicasse, quæ ad hanc nostram rationem de subuentione paterna & materna dici possunt, quæ otium cuiusque potest facile producere, *l. fi. de impube. & aliis substi. C. l. cum scimus, §. fi. de agri. & censit. li. 11. C.*

3 ¶Tertia † igitur ratio, quod propter personarum filij & patris coniunctionem naturalem, vt pene pro eadem persona habeātur, §. *ei vero, de inn. stipu.* & eadem voce ad propria bona reuerti dicitur pater succedendo filio, *l. 1 §. largius, de success. edi.* Nec est ferendum, patrum & filiorum, vt neque sororum & fratrum, vxoris & mariti familiam diuidi, *in l. pen. comm. vtri. iud. li. 3. C. tit. 38.* Et cū vel ex occasione patris, vel eius generationis causa, ob quam videntur omnia à patre accepisse, filii bona sibi quæsierint: ea ipsa æquum est redire ad eundem patrem & matrem, quasi ab iis profecta. Ne liberalitatis superiorum in filios munificentia, formidine iniecta amittendi, reuocetur, *l. 2. de bon. quæ libe. C. l. dos à patre, soluto matri. C.* vt res de facili redit ad suam naturam, *l. si vnus, §. pactus, de pac.* P. Exemplo nobis esse possūt arbores & plantæ, quæ vbi æstate fructus & folia produxerunt, vbi hyemis aduenientis frigoribus, ramos à se productos penitus exui foliis & veluti vita sentiunt, statim succum & alimentum, vimque omnem, quam per truncum in ramos sparserant, ad radices vnde processerant, reuocant: vt aduenientе vere & tempore opportuno regenerationi inseruiant.

4 ¶Et † iure etiam primo ciuili Romanorum, filii ratione vitæ & necis personæ, & bonorum omnium, in libera erant paterna dispositione, propter ius patrium à Romulo parentibus cōcessum, *Dion. Halic. li. 2. & 8. Antiq. Roma. l. fi. de pat. p. t. C.* Omnia etiam filius iure Pandectarum patri quærebat, vt nec momento dominium quæsitorum apud illum remaneret, *l. placet, de acquir. here.* P. *l. 2. de castr. pecul.* P. *l. fi. C. eo. tit.* Rationes autem, quæ extra potestatis patriæ considerationem faciunt, fauent etiam matri: sed & illa quod eodem iure Romano, mater fam. quæ conuenerat ritu legitimo in manum mariti, similis filio erat in successione mariti, & vna cum filiis succedebat, *Dion. Halic. in 2.* Et proinde mirum non est, si cum filiis mortuo filio succedat. Sunt & labores plures, quos mater pro liberis sustinet, vt docuimus ex Phalaride, & doctius, *c. 2. de conuers. infidel.* vt recte miserationis ratio, & debiti naturæ ius rectissime eas admitti suadeant. Et vt malæ famæ est qui dereliquit patrem: ita maledictus à Deo, qui exasperat matrem, *Ecclesiast. 3. 6.* Quod contingeret, si priuaretur filij luctuosa successione.

5 ¶Atque † Baldus, *consil. 83. in 5. par. cons.* annotauit, statutū excludens matrem à successione filii esse iniquum, & contra naturalem rationem, nec valere etiam adhibita confirmatione principis, quia princeps non censetur statuta confirmare, nisi quatenus iusta sunt, vt ait Cynus, *in l. 1. de his qui sunt sui vel alieni.* Plura de hoc statuto disputat Nicol. Boerius in §. 3. de testam. in consuet. Biturig. Consentiunt autem omnes interpretes, quod valet statutum seu consuetudo, qua pater & mater certum quid tantum accipiant de bonis & successione filiorum descendentium, vt *Alber. de Rosat. in 1. par. statu. quæst. 60. & 2. par. quæst. 110.* potissimumque tuentur illud illi, qui omnino legitimam ascendentium tolli posse defendunt, *Lud. Roma. consil. 32. pen. col. Chassa. ad §. 2. ad ver. que ne leur laisse leur legitime, nu. 5. & ad ver. la tierce partie des biens, nu. 4. sit. des successions in consuet. Burgund.* Imo & exclusam matrem à successione vniuersali filii, excludi à successione legitimæ, *l. asinius l. si quando, §. fi. nu. 10. & 11. de inoffi. testa.* C. *Paul. Cast. in l. Titio centum, §. Titio genero, col. penul. de cond. & dem.* P. *& cons. 106. Alex. cons. 68. in 4. vol. vide Paul. cons. 75. in 1. volum.* quia ea eis debetur, qui ab intestato succedere possunt, *l. parentibus, C. de inoff. testam.* vt diximus in ca, de legitimis, superiori libro.

6 ¶Quare † & in feudorum successione maxime inspiciunt cōsuetudinem quæ obtinuerit in præcedentibus actibus. Verum communi consuetudine feudorum, descendentibus non succedunt in feudis ascendentes, *in §. 1. de success. feu. in vsib. feud.* per rationes quas quidam adstruunt, quod minus idonei bello senes quam iuuenes: quia per feudi traditionem consulitur heredibus, id est, filiis, non ascendentibus, & aliis: de quibus disputant interp. in §. 1. de natu. succes. feu. in vsib. feu. glo. in §. 1. de natur. success. feu. eod. li. Bart. Chass. in §. 6. ad verba, *& les enfans de ses freres*, n 5. & 6. & 7. Vbi & idipsū ad emphyteosin extēdit ecclesiasticā Guill. Benedict. de hac etiā vetita ascēdentibus feudi & emphyteoseos ecclesiasticæ successione tractat, in c. Raynutius, ad ver. *Et vxorē nomine Adelasiam*, n. 92. 93. 94. Quæ tamē de feudo nouo dicta intelligunt. Et ideo successionem in feudo antiquo vel paterno locum habere concludunt, secundum sententiam Petri Iacobi, *in praxi, tit. de libel. ex condic. & morib. pen. col. Chassa. ad §. 1. tit. des successions, ad ver. & les enfans de ses freres, num. 12. Iac. de Ardizo in tit. de success. feud.* Deinde probatur & succedere patrem filio, si in manibus domini eiurauit feudum cliens in fauorem filii, vt filium inuestiret, ea lege vt si filius præmoreretur, ad patrem feudum rediret, *de Ardizo, in §. 1. de nat. succ. feu. Chassa. vbi sup. nu. 8. in 1. limit.* Item si filius cōtemplatione patris de feudo fuisset inuestitus propter seruitia patris, *Aluar. & alij inter. ad tit. 1. de nat. succ. feu. ar. 1. l. dedit dotem, de sol. bon. P. l. sed si plures, §. in arrogato, de vulga.* P. In Gallia vero proprij sunt

mores

Digitized by Google

mores etiam in feudo, tamen ex conſuetudine generali, in illis ſucceſſio, quæ locum habet in patrimonialibus, *Chaſſa. vbi ſup. nu.10.& ad §.1.ad ver.en choſes feudales, tit.de feu.in conſue.Bur. Io. Fab.in auth.ingreſſi, de ſacroſ.eccle.Guill.Benea.in c. Raynutius, ad ver.& vxorem nomine Adelaſiam, nu.94.*

7 ¶ Obſeruant † nihilominus iura Iuſtinianea caſus, in quibus admittur ſucceſſio aſcendentibus. 1. Si parentes qui habebant filios ex primo matrimonio, vel maritus mortua vxore matre eorum, vel mater mortuo marito, nuptias repetant. Nam tunc cõiunx, qui matrimonium repetit, non poteſt in proprietate ſuccedere in his bonis, quæ à priore præmortuo coniuge filio mortuo aduenerunt: in alis tamen ſuccedit, ſiue auitina ſint, ſiue aliunde quæſita, vna cum fratribus mortui, *§. ſin autem inteſtatus, §. ſi vero expecte, de nup. coll. 3. Corrigitque, a. 9. ſin autem, l. cum igitur aliquando ſit, de non elig. fec. nub. in auth. eo. l. tit. 2. vide l. fœminæ, & auth. ex teſtamento, & auth. vxore, de iure. nu. t. C. §. Gregoriana, verſ. perſpeximus, a non el g. iec. n. b. in auth. eod.* Hoc diſputat & concludit Guil. Bened. in d. verbis *& vxorem nomine Adelaſiam*, nu. 83. 84. 85. 86. 87. 88. Chaſſan. in §. 6. tit. *des ſucceſſions*, ad verba *ligne directe*, nu. 7. in 4. limitat. Angel. in §. hinc nobis, per illum tex. de nup. in auth. Et quamuis inramiæ, l. *C. de iure. nu. t.* pœna remiſſa ſit tranſeunt. bus ad ſecundas nuptias, *pen. & ſi eo.* p. opter dictum Apoſtoli, *nubat i. Domino*, quia poſt mortem ſoluta eſt mulier à lege viri: tamen remanent pœnæ legales, & adẽtionis bonorum ex hac coniunctione repetita per habentem liberos, ſi in fauorem liberorum ſunt, *Otara. conſ. 33. bi, quia habuit vxorem, vide Roman. conſ. 182. & conſ. 190. vide Imol. Dec. conſ. 230. Interpr. a c. ſin. de iure. nupt. Bart. in l. ſi bi rorum, § i. de in quo. nu. P. Fel. in. ſenten. eccleſia ſancta Maria, conſ. 16. de conſtit.* vt tradit iudicari vbi ſup. Bened. nu. 90. Vt etiam l. omnem, C. ad Tertulla. locum habeat, mi teſtator vel teſtatrix, a quibus bona proceſſerunt, prohibuerint, quas has locum habere, *Bal. & Paul. Caſtr. in l. quam quem habentem C. quan. ter. ſ. c.* Quod autẽ diximus de lucri priuatione prætexta ſecundi matrimonij, multo magis etiam habere locum quando ſuus vel alia vel ſuperiores ſuccedunt deſcendentibus, ſcribit D. Guilielmus Benedictus, vbi ſupra, nu. 9.

8 ¶ Docent & † iura noſtra, ſecundo loco matrẽ excludi à ſucceſſione filij, ſi eo cõſtituto in minori ætate, in qua mortuus fuerit, non petierit tutorem dari intra annum, *...ſciant, de legit. here... C. §. ...de Se...Certum. Bar...in l. §. quod ſi forte, eod. P.* vel ſi ventri non petit curatorem. *l. 2. §. ...ſi pregnans, ad Tertul. P. Bart. in l. matres, e...P.* Putat tamen Chaſſanæus, ex negligentia nõ petiti tutoris minori, non priuari matrem ſucceſſione: quia iure mater tutrix & legitima adminiſtratrix perſonæ & bonorum filij eſt, ſi vel. t. *Chaſſ. ad §. 6. des ſucceſſions, ad ver. ligne directe, n. 7. limit. 2.* Et cenſetur quis ſemper iure ſuo vti, ſi agatur de euitando crimine. *...mertio, pro Ioc... P.* Veruntamen ſi ad ſecundas nuptias conuolet, ceſſat hæc præſumtio, ſi non petierit tutorem: & ideo ius illi adimit ſucceſſionem, *§. ſi autem iuſe...am, de nupt. in auth. ...omen, 6. C. ad Tertu...2. §. ſi mater tutelam, eo. P. vbi ariſtinctio ponit...r.* Hanc tamen pœnam putat ſublatam eſſe per conſuetudinem idem Chaſſanæus, *vbi proxi...in 3. limitat.*

9 ¶ Tertio, † priuat filii ſucceſſione contra tabulas filij patrem reipõlum eſt, ſi contra pietatem eum male afficiens, cum manumittere coactus fuerit. *l. ſi...à patrono fue...m...P.*

10 ¶ Neque † qui deliquit, dignus præmio eſt. *...legatorum, §. ſi. de interd. & re ega.* Sed nec is, quarto qui liberos necauit, eorũ habet ſucceſſionem. *l. ſi ab hoſtibus, §. finat. Iolut. matrim.* Idipſum ſi culpa eius mortui ſunt *l. 3. de his, quibus ve indig.* Si enim indignus eſt ſucceſſione defuncti, qui non vindicauit eius mortem, *l. here...em, eod. P. l. 1. C. eod. cum ſimilib.* multo magis qui eam intuit.

11 ¶ Subindè † quinto loco, parentes, qui liberorum in furore conſtitutorum curam neglexerint priuantur ſucceſſione eorũ, vt indigni, *auth. liberi, C. ad ...ſc. ...uſen. §. ſi vnum de prædictis parentib...vt cum de appell. cognoſc.*

12 ¶ Proximum † eſt ſexto loco, vt qui quæue, filium filiamue expoſuerit, vltra pœnas quas meretur criminis, priuetur ſucceſſione, *...ae infant. expoſ. l. 2. eo. C. l. ...§. pœna, de libe. agnoſ. P. l. nec filium, C. de pat. pote.* Sic enim expoſitus, videtur incertum patrem & matrem, vel eum habere, qui dignus filio non ſit, cum filium dignum ſe non exiſtimauerit. Et ideo vtilitati omni ex filio proueniente priuandus, *l. ſi. pro dere. P. l. 1. §. ſed ſcimus, de lat. lib. toll. C.* quamuis certus fuerit. Dicũt enim comici & tragici poetæ, aliquique alij hiſtoriæ auctores, mulieres ſeu meretrices, quæ fœuo crimine exponebant liberos, non oblitas penitus ſe eſſe matres, ſed ex ornatu ſuo quædam cum filiis exponere, ex quibus aliquando cognoſcebant liberos. *Pet. Victor, li. 2. var. lectio. ca. 3. Plutarch. in Theſeo.* Quod tamen fallax eſt argumentũ probationis. Et hæc quidem ita ſe habent in iure ciuili propoſita & emendata. Reliquum eſt, vt quid de ſucceſſione aſcendentiũ alibi & apud aliquas nationes ſtatutum ſit, paucis indicemus: vt ex paucis liceat colligere ſuum cuique morem, & leges patrias confirmatas à ſuperiore, in ſuccedendo ſiue ex teſtamento, *l. ſi non ſpeciali, 9. C. de teſtamen.* ſiue ab inteſtato, eſſe ſequendas. Tanta enim eſt humanorum ingeniorum diuerſitas, tantæque ac variæ legum occaſiones, vt non iiſdem regulis eadem apud diuerſos temperari nequeant.

13 ¶ Lex † Alemanorum in ſucceſſione parentum, hæc, *in legib. Alemano. tit. l. 92. §. 1. Si qua mulier, quæ hereditatem paternam habeat, poſt nuptum pragnans peperit puerum, & in ipſa hora mortua fuerit, & infans viuus remanſerit aliquanto ſpatio, vel vnius horæ, vt poſſit aperire oculos, & videre culmen domus, & quatuor parietes, & poſtea defunctus fuerit, hereditas materna ad patrem eius pertineat: & tamen ſi teſtes habet pater eius, qui vidiſſent infantem oculos aperire, vt potuiſſet culmen domus videre & quatuor parietes, tum pater eius habet lic ntiam cum lege defendere.* Statim autem iure ciuili, vbi natus eſt poſthumus, ſit heres patris & matris, ſi viuus perfecte natus eſt: & ſi vocem non emiſerit, & licet illico poſtquam in terram cecidit vel in manibus obſtetricis, deceſſit. *l. 2. & 3. Cod. de poſth. hered. inſtit. li. 6. C. tit. 29.* Lex autem Salica ſic habet, *in tit. 62. de allod. Si quis mortuus fuerit, & filios non dimiſerit, ſi pater aut mater ſuperſtites fuerint, in ipſam hereditatem ſuccedant.* Et hæc lex cum legibus iuris ciuilis nouis conuenit. Lex quoque Ripuaria hæc, *in tit. 58. §. 1. Si quis abſque liberis defunctus fuerit, ſi pater materque ſuperſtites fuerint, in hereditate ſuccedant.*

De ſucceſſione inteſtati collateralium fratrum filiorumque.

Cap. II.

1 *Hereditas inteſtati defuncti vario ordine delata ad collaterales.*
2 *Agnati qui, & quando ab inteſtato ſuccedebant: & qui conſanguinei fratres, & vterini.*
3 *Agnati tantum proximiores ſuccedunt.*
4 *Fumine quomodo & quando ex l. 12. tab. & media Iuriſprud. & noua vocarentur ad ſucceſſionem inteſtati.*
5 *Collateralium perſonarum ſuccedendi quis hodie ordo.*
6 *Fratrum filij & ſororum etiam dotatarum iure repræſentationis quomodo ſuccedant patruis.*
7 *Frater vterinus tantum, & conſanguineus tantum defuncti, quomodo ſuccedant inteſtato.*
8 *Fratrum inteſtati ſucceſſionis tria ſingularia.*
9 *Fratris indigni hereditas ab inteſtato ei deuoluta, cui deferenda, fiſco an proximioribus.*
10 *Spurij quibus collateralibus ſuccedant ab inteſtato, quive eis ſuccedant.*
Sed quid ſi illi inceſtuoſi ſint vel adulterini, vel matres illuſtres. In Gallia non ſuccedunt, nec illis ſucceditur ab inteſtato. Et qui illorum bona habeant. nu. 11. 12. 13.
14 *Adoptini quomodo conſanguinitatis iure ſuccedant tranſuerſalibus.*
15 *Adoptiuorum bona vt in familiam redeant adoptantis, à quo proceſſerant, lex Solonis.*

HEreditas inteſtati defuncti, † ſi non ſuperſunt deſcendentes vel aſcendentes, defertur ad coniunctos ex latere. Variatus tamen huius ſucceſſionis ordo, ſicut & qui erant deſcendentiũ & aſcendentium. Nam leg. 12. tab. primum, vt dixmus, deferebatur ſuis: dehinc conſanguineis: poſtea agnatis, & per fœminæ ſexum proximioribus. *l. 1. §. fi. & l. 2. de iuris & legit. hered.* P. Et ex eadem lege admittebantur pari modo fratres & ſorores ad ſucceſſionem fratris prædefuncti, quamuis non eſſent ex eodẽ patre vel matre geniti, *l. 1. C. de legit. hered.* Alio iure frater & ſoror præmortui, cum filiis ex fratre alio præmortuo quoque ſuperſtitibus, ſicque nepotes cum patruis non concurrebant in hereditatem patrui. *l. conſanguinitatis, eod. P.* 1

¶ Legis † verba 12. tabul. erant, *Vlpian. in tit. 26. §. 1. de legi. agn. ſucce. P. ſi inteſtatus moritur. cui ſuus nec exſtabit heres, agnatus proximus familiam, id eſt, bona, l. pronuntiatio, 155. de verbo. ſign. P. habeto.* Agnati ſunt, cognati per virilis ſexus perſonas cognatione cõiuncti, *§. ſi memo Iuus, de legit. agn. ſucceſ. P. §. 1. de leg i. agnat. tut. ap. Iuſt. l. 2. §. agnati, de ſuis & legit. in P. Vlp. in tit. 11. & 25.* quaſi à patre connati: vt ex eodem patre nati fratres vel ſorores, agnati ſibi ſunt, qui & conſanguinei dicuntur etiam. *l. inter agnatos 5. vnde leg. l. 2. de ſuis & leg. l. ſi. §. 1. de gra...affi. Paul. li. 4. rece. ſent. tit. 8.* ſi ex diuerſis non eadem matre nati ſint: quo caſu eſſent & vterini dicti. *l. fratres, 27. C. ae in...ffi. teſtam.* Item patruus fratris filio, & inuicem is illi, agnatus eſt. Eodem numero ſunt fratres patrueles, id eſt, qui ex duobus fratribus procreati ſunt, qui & conſobrini vocantur, *§. quarto gradu, de gra...gnatio. l. ſi. §. quarto gradu, de grad. affin.* qua ratione etiam ad plures gradus agnationis peruenire poterimus. Conſanguinei tamen proprie in hac quæſtione ſucceſſionis, fratres & ſorores ſunt ex eodem patre: reliqui ab iis deſcendentes, agnati. *Theophil. ad §. ceterum, de leg. agn ſucceſſ. l. 2. in princ. & l. 3. §. conſanguinei, de ſuis & legit. hered.* 2

¶ Verum † non omnibus ſimul agnatis dat lex hereditatem, ſed iis, qui tunc proximiore gradu ſunt, cum certum eſſe cœpe- 3

Digitized by Google

rit aliquem intestatum decessisse. §. *sunt autem agnati, de legit. agnat. succe. l. 2. de suis & legit.* P.

4 ¶ Lex † duodecim tabular. quidem indistincte vtrumque sexũ masculorum & fœminarum secundum agnationis gradum vocabat: sed media Iurisprudentis postea secuta, quæ statuit, vt iure consanguinitatis seu fraternitatis sorores quæ essent, defuncti hereditatem caperent: in vlteriori gradu vero exsistẽtes, non caperent. Masculi autem earum hereditates ab intestato, etiam si longissimo gradu essent, admitterentur. *l. lege 12. tabularũ, de li. prater. §. ceterum inter masculos, ac legit. agna. succe.* Hanc mediã Iurisprudentiam ad legem Voconiam refert Iulius Paulus, lib. 4. tit. 8. *ia ipsum tradit Vlp. in tit. tit. 26.* Idque statutum ita erat, ne fœminæ ditiores factæ, se viris æquarent. Videbaturque ex dignitate familiarum esse, vt in familiam masculorum, vt dignio rum fœminis omnib. *l. 1. de Senato. P. l. in metu, de statho.* remanerent bona: & ita familiarum splendor conseruaretur, *l. pen. §. pe. de ven. in pi.* P. quem in liberis, qui in aliam familiam non transeunt, consequimur, & æternitatis nomen per illorum generationem certius putamus. *l. liberorum, 220. l. pronuntiatio, 1 § 1. l. familiæ, 196. de verb sig.* P. Ceterum prætor subinde temperauit hanc legem ex æquitate, cui visum fuit iniquum, fœminas agnatas tãquam extraneas omnino excludere. Et ideo eas ad bonorũ possessionem admisit, ex ea parte edicti, *vnde cognati*, qua proximitatis nomine bonorum possessionem pollicetur: dummodo neque agnatus vllus, neque proximior cognatus, interueniat, *d. §. ceterum, & l. 4. vn. cog. §. 1. de Iurei. cog.* id est, sicut colligitur ex Theophilo, *ad §. ceterum, de leg. agn. succes. in suis insti.* vt ita tantũ admitterentur, cum deficerent omnes cognati & cognati cuiuscunque quos gradus, & fœminæ iure tantum tertiæ speciei cognationis admitterentur, vt proximæ, si nulli essent masculi ex cognatione, & omnibus remotioris gradus masculis prælatis fœminis. Sanciuit deinceps Iustinianus, *§. ceterum, de leg. agn. succes. l. pen. & fi. de legi. here.* C. omnes legitimas personas, id est, per virilem sexum descendentes, siue masculini, siue fœminini generis essent, simili modo ad iura successionis legitimæ ab intestato vocari, secundum sui gradus prærogatiuam: nec ideo excludendas, quia consanguinitatis iura sicut Germanæ non habent.

5 ¶ Atque † tandem iuris nouissimi ordo intestatæ successionis delatæ collateralibus, hic fuit status & fixus. Vt si quis decedat sine descendentibus, vel ascendentibvs, vel cum illis: sed qui repudiarunt hereditatem, vel eam consequi non possunt, vel si nõ adita & non transmissa decesserunt, iuxta l. defunctis, C. de legit. hered. si sunt ei fratres vterini & consanguinei simul, id est, ex vtroq; nati parẽte patre & matre, illi succedãt, *§. reliquum, de here. ab intest. veni. col. 8.* & excludant fratres ex altero tantum latere coniunctos: qui tamen, si soli supersint, sine fratribus vtrin que coniunctis, mortuo siue ex patre tantum, siue ex matre tãtum coniuncto succedunt soli, aliis agnatis exclusis. *auth. itaque, commu. de succes. authen. cessante, auth. post fratres, l. de legi. hered.* C. *§. si igitur defunctus de here. it. ab int. veni.* Ita duo vincula coniunctionis fraternæ vno sunt fortiora. *§. sed hodie, de ad. l. cum in adoptiuis, C. eo. §. 1. de consangui. coll. 6.* Et vnum proximius vnius etiam lateris fraternitatis fortius, ratione gradus præstantiusque aliorum agnatorum. Neque hic distinguendum est à quibus, an à patre vel à matre bona defuncto aduenerint: nam siue sint paterna, siue materna semper vtrinque coniunctus excludit ex altera parte coniunctum. Vtpote succedens in patrimonio bonisq; non patris aut matris, sed fratris. *Et ita tenet Dyn. in tract. de succes. ab intest. circa finem, per auth. itaque, C. commu. de succes. Nicol. de Vbaldus de Perusio, in tract. de succes. ab intesta. in 3. part. princ. Mat. Matth sila. in tract. etiam de succes. ab int. venient. in 3. art. princ. & ibi Ludou. Bolognin. in additionibus.*

6 ¶ Quod † si defunctus reliquerit fratres vtrinque coniunctos, & filios præmortui fratris vtrinque coniuncti: filii fratris vtrinque coniuncti succedunt loco patris in stirpes cũ patruis vtrinque coniunctis, *d. auth. cessante, C. de legit. hered. §. si igitur defunctus, de here. ab int. venien. in auth.* Et ita hic locus est iuri repræsentationis inter filios fratrum. Quod & in sororum filiis obtinet. *l. lege duodecim tabularum, de legi. hered.* etiam si sorores dotatæ fuerint à patre communi earum & decedentis: quia hic non agitur de successione patris, sed fratris: neque cõferre quippiam oportet acceptum. *l. 1. eod. C.* Imo si defunctus decesserit relictis filiis fratris sibi vtrinque coniuncti, cum fratre quoque ex altero latere, puta matris aut patris tantum, coniuncto: illi filii fratris excludent à successione consanguineum tantum, vel vterinum tantum fratrem defuncti, idque iure repræsentationis. *§. defuncto, vers. vnde consequens, de here. ab int. veni. in auth.* Succedit porro vtrinque coniunctis defuncto, non exsistentibus proximis, frater ex vno tantum latere coniunctus, exclusis remotioribus agnatis, eo quod sublata sit agnationis & cognationis differentia, quod pertinet ad hanc intestati successionem. *d. auth. post fratres, l. de legitim. hered. cum aliis proxime citatis authen.*

¶ Sed † si concurrant in successione defuncti, frater vterinus tantum defuncti, & frater consanguineus tantum eiusdem defuncti, dicunt in bonis quæsitis mortuo à patre, præferri consanguineum tantum: in bonis vero à matre quæsitis: vterinum tantum: in aliis vero bonis aliunde quæsitis per defunctũ, æqualiter succedere, vel eorum filios loco illorum, si sint. *gl. si. & Bald. in d. authen. itaque, commu. de succe. per l. de emancipatis, in fin. de legi. hered. §. 1. in fi. de consan. & vterinis, in auth. coll. 6, Dyn. in d. tract. de succes. ab int. & Nicol. de Vbal. vbi supra.* Excludunt etiam ij filij fratrum, vt fratres, patruam & amitam, auunculos & materteras defuncti. *Bald. ponit exemplum in auth. post fratres.* Exempli causſa, Petrus & Paulus fratres fuerunt, Paulus decessit relictis duobus liberis fratribus Stycho & Ioanne: decessit etiam Ioannes, superstite Antonio filio relicto: decessit nuperrime & Stychus sine liberis, superstite Petro patruo, & Antonio nepote transuersalium epos excludit patruum, non quidem proprio iure, sed repræsentationis: quia si illius personam respicias, is est in tertio gradu collateralium, & pari modo etiam patruus ex alia parte: vnde cum in æquali gradu sint, concurrere deberent. *auth. post fratres, ibi, vt pares in graau, pariter admittantur, de legit. hered.* At si respicias ad ius repræsentationis, vt hic patris locum tenens, est in secundo gradu, & ita remotiorem in tertio patruũ defuncti excludit.

¶ Obseruandum † autem est, tria esse singularia in hoc gradu 8
secundo etiam hodie fratrum, & filiorum fratrum in successione fratrum. Primum est ius repræsentationis, *§. hoc etiam addendum, de legit. agn. suc.* quod non habet locum in vlterioribus agnatis, vltra fratres fratrumque filios. *§. si vero neque fratres, de hered. ab intest. veni. in Nouel. Iustinia. auth. post fratres fratrumque filios, de legit. hered.* Secundo, vt quod & dictum est, vtrinque coniunctũ præferri coniuncto ex altero tantum latere, & filios quoque vtriusque lateris coniuncti, non habeat locum in vlterioribus transuersalium gradibus, extra fratrum filios. *glo. in d. auth. n. post fratres ibi, & filiorum filios, & c. Iacob. de Bellouiso, in a. §. si vero neque fratres.* Nam in vlterioribus tantum proximitatem gradus inspicimus: sublata differentia omni masculorum & fœminarũ iure ciuili, *a. auth. post fratres.* Exempli causſa, si quidam Petrus decesserit, relictis Ioanne & Martino fratribus patrualibus vel consobrinis: si pater Ioannis coniunctus erat patri Petri defuncti ex vtroque latere: pater vero Martini coniunctus esset tantum ex vno latere patri eiusdem defuncti Petri: non præferetur Ioannes, qui filius erat patris coniuncti ex vtroque latere patri defuncti: sed concurrent Ioannes & Martinus æqualiter. 3. Singulare, vt inter fratres defuncti fratrumque filios, successio diuidatur per stirpes, non per capita, post vero gradus hos, inter vlteriores vocatos, defuncti hereditas diuidatur in capita. *§. si vero neque fratres, de hereaib. ab intest. venien.*

¶ Cetẽrum, † frater cum suis filiis priuatur successione, vt in- 9
dignus, si fratrem necauerit: & iure ciuili, successio alioquin ei debita, non ad proximiores, sed ad fiscum peruenit. *l. cum ratio, §. si. de bon. damnat. P.* Hodie tamen æquius putat Bartolus, *in l. hereditas, nu. 3. de in, quibus vt indign.* C. si nondum ad fiscum delata successio est, potius adiudicandam proximioribus, priusquam deferatur patricidæ. Et ita etiam sæpe iudicatum est in curiis supremis, *Aufrer. dec. capel. Tholos. an. 13. Ioan. Gallus, qu. 146. P. li. 20. Rha. so. aresto. tit. 1. ar. 1.*

¶ Sed & † hic operæpretium est, & in omni collateralium suc- 10
cessione annotasse, quod diximus in ascendentium & descendẽtium intestatorum hereditate de spuriis, vt si agamus de patris collateralibus: illi neque spuriis, neque spurii illis succedant. *l. hac parte, & l. si spurius, vnde cogn. §. filius vero, quib. mod. natu. effi. sui.* Quemadmodum dictum etiam olim de naturalibus, *l. fi. C. de natu. lib.* Si vero de maternis collateralibus, recte dictum est, illos inuicem sibi succedere, *§. nouissime, ad Senat. Orficia. §. fin. de nupt.* quia in istis est certitudo matris, & naturalis, proximitatis effectus, *d. l. si spurius, & l. hac parte, vn. cog.*

¶ Dubium † tamen hic remanet, quia illustris mulier non ha- 11
bet heredem spurium, neque ei heres illa est, *l. si qua illustris, ad Orficia.* C. neque etiam quælibet mater succedit incestuoso, adulterino, nefando, & similibus, *auth. ex complexu, C. de incest. nupt.* neque illi matri: num idem ius seruandum sit in collateralibus matris, vt illi non succedant istis, neque isti collateralibus. Resoluunt autem Ioan. Petrutius, *ad leg. 2. de in ius vocand.* P. & Nicolaus de Vbaldis Perusin. *in tractat. de succes. ab intest. art. 3.* inter spurios illustris mulieris, & inter natos ex incestuoso, adulterino, infandoque concubitu, & ipsos transuersæ lineæ matris proximos, esse ius mutuum successionis ab intestato: & ita fratres legitimos & naturales, & naturales tantum, & contra, & alios nõ excludi successione. Nec obest, quod mater illis non succedat, nec illi patri: quia hoc fit propter matris delictum. *§. fi. quib. mod. natur. effic. sui, in authen. & in l. fin. C. de natur. libe.* quod personam non egreditur, *l. si qua pœna, & l. crimen paternum, de pœn.* P. *l. sancimus, C. eo.* Acriusque puniendi delinquentes, & qui magis delinquunt, non delinquentibus. *ca. sicut dignum, de homicid.* Nec negari potest inter huiusmodi personas, coniunctionẽ esse sanguinis & proximitatis. *d. l. si spurius, & l. 1. vnde cogna.* Et proinde regulas iuris generales, quæ vocant proximos, in illis locum habere,

Digitized by Google

bere, maxime cum non in illis, sed in matris successione inueniantur tantum correctæ. Quodque non inuenitur emendatum, stare non debet prohibenti, *l. sanctimus, C. de test. l. præcipimus, C. de appell. c. cum expediat, cod. apud Gregor.* Attamen si statutū esset, vt filii excluderent sorores: quia verba statuti sunt stricte intelligenda, spurius non excluderet sororem legitimā in successione, etiam si is legitimatus esset, *Guillelm. Benedict. ad c. Raynutius, ad ver. duas habens filias, nu. 146. 147. de test. Ludo. in l. si qui pro emore, de vsucapio.* quia etsi sit legitimus, tamen non est legitime natus, ex nuptiis videlicet iustis. Sed & Guillelmus Benedictus contra prædictos Petrutium & Nicol. de Vbaldis resoluit, *ita Ben. ad ve. & vxorem nomine Adelasiam, nu. 144.* spurios ex damnato coitu natos, veluti ex incestu, adulterio, nefariove cōplexu, nullo modo aliis nec inter se succedere posse: quia neq; cognati, neque fratres nominari debeant, nec consanguinei, nec consobrini: sicuti nec quoad patrem vel matrem, nominandi sunt filii. *§. si. quibus mod. natur. effic. sui.* At si essent spurii plures eiusdem matris illi sibi inuicem succedunt, siue vnus sit naturalis, siue alter sit naturalis & legitimus. *d. §. volgo, de success. c. gen. §. fi. de leg. agn. success. d. l. si spurius, vnae cog.*

12 ¶ Ego † certe iustiorem existimo sententiam consuetudinis generalis Galliæ, per quam nec spurii succedunt collateralibus patris, vel matris. *Guil. Bened. in d. ver. & vxorem nomine, nu. 148. 149. 150.* Et ita sublata est l. si qua illustris, ad Orfic. auth. licet, de natur. libe. C. Quis enim inter Christianos est, qui non sciat ex damnato à lege diuina coitu nato, spurios, ex præcepto, *non mœchaberis? Exod. cap. 20. Matth. 5. ad Ephes. 5. cap. non mœchaberis, 32. quæst. 5. cap. meretrices, 32. quæst. 4.* Et quia conuenit inter interpretes, ex damnato coitu natos non esse omnino collateralium matris successores, idipsum de istis dicendum est inter Christianos.

13 ¶ Quare † & in Gallia spuriis seu bastardis, quia ipsi incipiunt progeniem suam & lineam licet quidem testari, & heredes quos voluerint scribere, *Bocrat. §. fi. de testam. in consuet. Bitur. in consuetu. Aurelianen. tit. des successions, tit. 14.* & si filios habeant, ab intestato illos relinquunt heredes. Attamen si intestati decedant sine filiis legitimis & naturalibus, vel sine nepotibus vel descendentibus ex ipsis, non habent collaterales ex parte patris vel matris heredes, sed fiscum regis, vel domini iurisdicti locorum, vbi fuerint nati & domicilium habuerunt, & mortui sunt, *Guillelm. Benedict. vbi supr. nu. 1, 1.* tanquam si bona essent vacantia. Et ita iudicatum Arelato Senatus Patriensis 7. Septemb. 1545. *Pap. lib. 21. Rhapso. arest. tit. 3. arest. 5. & 6.* Norunt hanc honestatem Græci, quorum Archos Euclides auctor citatur à Demosthene, *aduersus Marchatarum, ora. cui & λόγος ἐστὶν ὑπὲρ τῆς κλήρου, de hereditate Agnonis*, in hæc verba, *τοῦτον δ' οὐδεὶς ἀμφισβητεῖ τῶν ἐγγυτάτω μὲν ὄντων, οὐδ' ὁποτέρῳ, ἀπ' ἀνεψιοῦ ἀρχόντων.* id est, *spurio autem neque sui sibi propinquitatis, neque istem sacrorum, neque publicorum, ab Euclide prætore.*

14 ¶ De † adoptatis autem quid sentiendum est, & num succedāt iure consanguinitatis & proximitatis si quæras, respondeo: ius familiæ & agnationis ciuile esse, *§. sed agnationis, de legit. agnat. tut.* ideo per actum ciuilem adoptionis acquiri, *l. qui in adoptionem, 232. de adopt.* P. & tolli, *§. minus, de hered. quæ ab intest. defer.* Verum consanguinitatem, quia nexus est sanguinis & naturale ius, *l. si non qui, 44. de adopti.* P. *l. 1. de suis & legit. l. iura sanguinis, de reg. iur.* per adoptionem non posse acquiri. At quia lex adoptatis iura consanguinitatis in successione, & aliis actibus communicat, non vi significationis consanguinei, sed respectu ciuilis effectus dicuntur. *§. si nemo suus heres, ver. nec dubium, de legit. agna. succ. l. 1. §. fi. & l. 2. de suis & legit.* P. *l. 2. §. fi. sit, & l. si quis, 7. ad Senat. Tertul.* P. Et qui adoptatur iisdem agnatus est, quibus & pater agnatus: & legitimam eorum hereditatem consequitur. *l. 2. §. 2. de suis & legit.* P. Sed id cum distinctione intelligendum est, nam qui in adoptionem dati sunt extraneo, & ideo nō transierunt in potestatē patris adoptantis, succedere non possunt collateralibus patris adoptantis. *l. cum in adoptionis, §. sed ne articulum, de adoptio. C.* Qui autem transeunt in potestatem adoptantis, quod personæ coniunctæ dati sunt in adoptionem, succedere possunt ex eo capite, quod sint naturaliter coniuncti, *§. nullū vero, de hered. ante ven.* & si ex eo capite gradus naturalis nollent succedere, sed tantum ex gradu ciuili, scilicet adoptionis, possent, inquit Guillelmus Benedictus, *in cap. Raynutius, ad ver. & vxorem nomine Aaelasiam, decis. 3. nu. 192. & 193. de test.* agnatis patris adoptiui succedere, si adoptio ante soluta non fuerit emancipatione: non autem succedere possent cognatis, *l. qui in adoptione, de adoptio.*

15 ¶ Disputat † autem ex legibus Athenienſium Demosthenes, oratione aduersus Leocharem, pro Aristodemo propinquiore Archiadæ, cuius petebat hereditatem, ex lege Solonis decedentibus adoptatis sine prole legitima, hereditatem redire ad proximos eius qui adoptarat, à quo bona processerant, ὁ δέ, inquit, *Σόλωνος νόμος, ὦ ἄνδρες διαδίδωσι τὸν τοιοῦτον εἰς τὸ τοῦ οἴκου, ὅταν παιδία μὴ λείπῃ· οἱ μὲν τὰ κατὰ νόμον εἰς ποιοῦνται ὄντα ἴδια, οὐχ οὕτως εἰς ἐκεῖνα ἴδιον κτῆμά ἐστι βουλεύσασθαι ἔξεστιν, ἀλλὰ τοῖς νόμοις ἀκολουθεῖν ἐκεῖ ἀνάγκη πᾶσι, εἰς ὁ νόμος λέγει. ἔστι δὲ ὑπεναντίωσις, ὅταν Σόλων οἴηται εἰς τὰ ἀρχαῖα, ἐξεῖναι αὐτοῖς διαδίδοσθαι ὅπως ἂν ἐθέλωσι. τοῖς δὲ παιδοποιεῖσθαι, ἐπὶ-*

ξη διαδίδ. ἀλλ' ἐᾶσαι ἐξουσίαν ὑπάρχειν ἐκεῖνα ὑπὲρ ὧν ἐγένετο ἡ ποίησις ἐκείνοις ἀποδίδοσθαι τὰ ἀναγκαῖα, τοῖς ἐξ ἀρχῆς οἰκείοις οὖσι καὶ γνησίοις, id est, *Solonis lex nec testamentum facere adoptiuum, nec legare ea quæ sunt in familia, dum adoptatur, sinit sure omnino. Nam auctoritate legum adoptato in alienas opes, non sic vt de primatis rebus est statuendum: sed ex præscripto legum singula, vt præscripta sunt facienda. Sicut lex ait. Qui non adoptati fuerant, cum Solon magistratum iniret, eis testamenti faciendi suo arbitratu, ius esto. Adoptatis vero ius non esto. Sed aut viuentes relicto iusto & naturali filio, in familiam redeunto, vel defuncti hereditatem primis cognatis adoptatoris restituunto.*

De successione Collateralium vlterioris gradus, quam fratrum.

Cap. 12.

1 *Cognati post agnatos tantum lege 12. tab. ad successionem intestati vocati.*
2 *Fœminæ cognatæ & agnatæ quando, & quomodo ad hereditatem intestati admissæ.*
3 *Edictum, vnde legitimi, & vnde agnati, quid continet.*
4 *Cognatorum & agnatorum ex latere quomodo regitur hodie successio intestati.*
5 *Feudorum ab intestato successio vsque ad quem gradum.*
6 *Agnati vel cognati quando non succedant vsque ad decimum gradum.*
7 *Clericorum & ecclesiasticarum personarum ab intestato decedentium, ad quem pertineat hereditas.*

POst fratres fratrumque filios, † proximiores defuncti admittuntur ad successionem intestati. Verum & ius antiquū à nouo distinguere oportet. Siquidem lege 12. tabul. post consanguineos fratres vel sorores, delata fuit tantum hereditas ad proximiorem vel proximiores eiusdem gradus agnatos, exclusis cognatis, qui post agnatos tantum vocabantur, *l. 1. de suis & legit. hered. §. 1. & seq. ae legit. agna. suc. §. si plures sunt gradus, cod. l. pronunciatio, 195. de verb. signi. Paul. li. 4. recept. sentent. titu. 8. §. post suos, de suc. ess. cognato. l. ad intestati, 5. C. de legit. hered.* Qui sunt autem agnati, docent Iustinianus, *in §. sunt autem, de legit. agna. tut. & §. sunt autem, de leg. agn. succ. l. 5. vnde legit. li. 38. P. tit. 8.* & alii, *l. sunt autem, de legit. tut. l. Iurisconsultus. §. inter agnatos, de gradib. affinit. P. l. inter agnatos vnde legit.* pro virilis sexus esse personas cōiunctas cognatione, quales fratres ex eodē patre nati, qui & cōsanguinei patruus fratris filio, si fratres patrueles ex duobus fratribus geniti, & reliqui eodē modo ex istis procreati. Qui autē per fœminini sexus personas iunguntur, cognati tantum dicuntur, *§. at qui per fœminini sexus, de leg. agn. tut. l. Iurisconsultus, §. cognationum, de gradib. affinit.* vt amitæ tuæ filius non est tibi agnatus, sed cognatus, & tu illi: quia qui nascuntur, patris non matris familiam sequuntur. Proximior agnatus dicebatur, habita ratione temporis in quo res ad intestati causam peruenit. *d. l. 2. §. interdum, & l. sequ. de suis & legit. hered. P. §. sunt autem agnati, de legit. agn. suc. l. 1. §. proximus, vnde cogn. P.*

¶ Sanciebat † etiam lex 12. tabularum vt fœminæ iure tantum consanguinitatis capiant hereditatem intestati, si sorores sint, vlterius non capiant: masculi autem ad earum hereditates, etiāsi in longissimo gradu sint, admittantur. Qua de causa fratris tui aut patrui tui filiæ vel amitæ tuæ, hereditas ad te pertinebat, tua vero ad illas non pertinet. *§. ceterum, de legit. agn. suc. l. lege 12. de tab. C. ad legit. here.* Et iure quoque sequenti ciuili sorores succedebant, vt agnatæ filiæ, excludebantur cognatæ. *l. consanguinitatis, 3. & l. patruo, 7. & l. in successione, 9. Cod. eodem.* Postea tamen alias cognatas prætor, vt antea diximus, ad hereditatem vocauit, ex parte edicti qua proximitatis nomine bonorum possessionem pollicetur: ex qua parte tamen ea lege admittebantur, si neque agnatus vllus, neque proximior cognatus interueniebat. *d. §. ceterum, & d. l. leg. duodecim tab. l. 4. vnde cog.* P. Sic etenim & cognatos à iure 12. tabularum incognitos, prætoris æquitas admisit, deficientibus agnatis. *l. 1. eod. §. 1. de succ. cogn.* Et vt agnati succederent vsque ad decimum gradum, ordine prioritatis: ita & agnati vsque ad sextum. *§. final. eo. computationem graduum docet l. 1. & l. Iurisconsultus, de gra. affin. Vide rationem, cur cognationis gradus non extenderentur vltra 6. apud Iul. Paulum lib. 6. tit. 11.*

¶ Addidit † & prætor, cum ob varias de intestatorum successione leges, iura de hereditate deferēda difficile comprehendērentur, edictum, *vnde legitimi, & vnde agnati*, quod iuuat omnes intestatorum hereditates. *in l. generaliter, 3. vnde legit. lib 38. P. tit. 8.* Fecitque agnatis gradus ad succedendum idoneos, ne quis facile decederet sine herede. *§. adhuc autem, de bon. poss. ap. Justin.* Et cum lex 12. tabularum statuisset, vt repudiāte primo vel proximo agnatorum, eidem amplius non deberetur hereditas, prætor adhuc viam succedendi iisdem aperuit per edictum, *vnde*

Digitized by Google

gitimi, & vnde proximi, l. 1. §. quibus ex edicto, de successor. edict. quæ emendatio imperfecta à Iustiniano dicitur, §. placebat autem, de leg. agn. succ. Cum aliis etiam legibus quæ deferebant hereditates, siue cum Senatusconsultis, & beneficium prætor bonorum possessionis, in l. vni. tit. vt ex legib. Senatusco. bono. possess. detur in P. adiecit & bonorum possessionem, per quam decem personas præferebat in successione emancipati manumissori extraneo, qui filium liberum alterius emerat, iuxta l. 2. de patri. qui fil. distra. C. nempe patrem, matrem, auum, auiam ex parte patris & matris, filium, filiam, fratrem, sororemve consanguineos vel vterinos, §. quæ autem, & §. sunt autem, de bon. possess. vbi & enumerantur omnes bon. possess. duæ ex testamento, vltò ab intestato.

4 ¶ Ceterum † iure nouissimo tanta sylua remediorum, & varietatis Labyrinthi, omnesque differentiæ istæ cognationis & agnationis in successionibus intestati defuncti antiquantur, nec considerantur in iure nunc ciuili Romanorum scripto. Sed cognati cum agnatis defuncti, si in æquali gradu sunt, æqualiter succedunt: si soli, in priori gradu posteriores gradus excludunt. Sublata etiam sexus differentia. Et si plures sunt, in capita succedunt non stirpes. aut §. in successione, de suis & legit. lib. auth. post fratres, C. de legit. hered. §. hinc autem, §. illud, §. si vero neque, de here. ab intest. ven. in auth. Idipsum sanctum, in C. Wisigoth. li. 4. tit. 2. l. 8. Et ita omnes tam agnati quam cognati suo ordine vsque ad decimum gradum vocabuntur. Ang. & alij in §. fi. de success. cogna.

3 ¶ Singulare † autem prohibent in feudorum successione, in ducatu, marchionatu, comitatu, & in regno, vt cognati & agnati succedant etiam vsque ad centesimum & vltra gradum, secundum Baldum, in tit. de feud. Marchia, nu. 6. Notat Guil. Bened. in c. Raynutius, ad ver. & vxorem nomine, nu. 91. & 92. de testa. Is tamen in §. hoc quoque, de successio. feud. explicare videtur cum distinctione: ne succedatur in feudo inter collaterales, nisi vsque ad septimum gradum, inter ascendentes vero masculos, vsq; ad infinitum. Quod & firmat in §. hoc quoque, de iis qui feud. dare poss. in consuetud. feudo.

6 ¶ Ceterum † obseruandi sunt casus, in quibus nec ad decimum vsque cognati aut agnati succedunt. Primus, si agatur de successione libertini: nam agnati & cognati patroni, non, succedunt nisi vsque ad quintum gradum, §. sed nostra constitutio, ver. multu, de suc. tibe. apud Iustinian. 2. In eo qui decessit post incestas contractas nuptias, vt ei non succedant proximi vltra tertium gradum, siue ascendentes sint, siue descendentes, siue collaterales, l. si quis incesti, C. de incest. nupt. Idipsum verum 3. dicunt in damnato de aliquo crimine publico, in quo confiscatio locum habere posset. authen. bona damnatorum, de bon. proscri. C. nisi damnatus fuisset ex forma statuti, quo casu succederetur ei vsque ad decimum gradum iure communi. Bal. in l. 2. qui test. fac. poss. C. In Gallia tamen confiscato corpore, confiscantur & bona, & excluduntur à fisco agnati, & alij: nisi quid nominatim a iudice reseruetur illis dum dicitur sententia. Quarto agnati & cognati militum, iure ciuili non succedebant, nisi ad quintũ vsque gradum, quo deficiente bona fisco & principi quærebantur, l. 2. de vetera. milit. succes. vtpote ex præsumtione certissima, quod ex militari præda, quæ populi seu principis est, quæsita essent: & facile eo rediret vnde separata essent.

7 ¶ De † bonis autem militum cœlestis militiæ, sacerdotum & aliorum ex clero, quid sentiendum sit, respondent Pontificia iura: bona intuitu ecclesiæ, vel ex ecclesiis quas regunt, vel quæ illis cõmissæ sunt, acquisita relinqui ecclesiis debere, aliis vero aliũde quæsitis succedere proximiores ex genere, c. 1. de succes. intest. c. 1. 2. & c. cum in officijs, de testa. c. 1. & fi. d. pec. cler. c. pen. & fi. 12. q. fi. l. si quis presbyter, & auth. licentiã. C. de episc. & cler. In Gallia tamen, nescio quo genio receptum video, clericos de fructib. beneficiorum possessorum, libere posse disponere. Et proinde in illis etiam, tanquam in bonis propriis intestati, posse proximos succedere, gl. in c. præsenti, de offic. ord. in 6. gl. in §. itẽ quod si in ecclesia, de ann. in pragm. sanct. in vers. acquisitos, Mas. uer. in praxi. tit. de successio. §. item de consuetudine regni, Guil. Bened. in c. Raynut. ad ver. & vxorem nomine Adelasiam, 1. dec. n. 264. Extat constitut. Caroli VI. lata an. Dom. 1385. mens. Octob. nisi intestati fuissent monachi, qui nihil habere censentur, quod monasterij non fit. auth. ingressi, de sacro. eccl. Notat tamen Hostiens. in c. fi. de pecu. cler. quod constitutio, quæ permittit disponere clericis de fructib. non excusaret eos a peccato, qui tempore mortis diuitibus exsistentibus proximis, prætermissis pauperibus, bona relinquunt. Quod & scribunt Hugo Cardinalis, & Archidiaconus, in sum. 12. q. 3.

De legibus successionis collateralium alterius iuris quam Romani.

Cap. 13.

1 *Collateralium successionis intestati mortui leges nationum, & num. seq.*

2 *Vidua defuncti à proximo, ad quem deferebatur intestati hereditas, ducenda erat.*

3 *Orba mulier quæ, & lex orbæ.*

4 *Familiarum splendorem conseruari, ad Reipublicæ pertinet vtilitatem.*

5 *Ad alienigenas bona ne transferantur regni, Reipubl. interest.*

6 *Fœmina à successione intestati exclusa, quomodo filius ex ea excludatur.*

7 *Fœminæ quæ excluduntur ab intestati successione, lege Salica, Ripuariæ. Langobardorum, Constantini Porphyrogenetæ. & num. 8. 10. 11. & 12.*

9 *Imaginaria venditio in quibusdam iuribus abalienandis.*

QVæ diximus proxime, † iuris ciuilis Romanorum sunt, partim à iure diuino Græcorumque legibus delibata, partim proprio more & consuetudine constituta. Et proinde non arbitror alienum ab eorum explicatione, fontes indicare, & de aliarum nationum seu gentium moribus successionis obiter quædã referre. In lege Moysis, Deo iubente & auctore promulgata, sic scriptum est, ad consultationem de hereditate patris mortui sine liberis petita per filias Salphaad, *Num. c. 27. Iustam rem postulant filiæ Salphaad, da eis inter cognatos possessionem patris sui, & vt in hereditatem succedant. Ad filios autem Israel loqueris hæc. Homo cum mortuus fuerit absque filijs, ad filiam eius transibit hereditas: si filiam non habuerit, habeat fratres successores suos. Quod si & fratres non fuerint, dabis hereditatem fratribus patris eius: sin autem nec patruos habuerit hereditas debitur ijs qui & proximi sunt. Eritque hoc filijs Israel sanctum lege perpetua.* Hanc legem explicans Origenes, *in d. c. 27. Hæc*, inquit, *quid vigoris habeant secundum historiam, palam est omnibus, qui sciunt, leges istas non solum apud filios Israel custodiri, sed apud omnes homines, qui tamen legibus viuunt.* Et rursum in eundẽ locum, *Supponitur lex de successione, vt primo filius: secundo, filia succedat: tertio frater: quarto, patris frater. Quintus vero gradus certum aliquem non designat, sed quicunque ex omni familia fuerit succedat.* Prorogauit & legem illam successionis agnatorum intestati Deus ad filios patrui, *Nu. 36.* non tamen voluit vt absolute succederent exclusis omnino filiabus vel proximis mulieribus, sed ea lege, vt filiæ ducerent filios patrui, & remaneret in familia Ioseph hereditas Salphaad: sicque filiæ Salphaad nupseruntfiliis patrui sui, de familia Manasses, qui fuit filius Iosephi. Ita & lex successionis videbatur proximorum constituta, vt qui volebat succedere iure proximitatis, cogeretur vna vxorem defuncti sine sobole in vxorem ducere, vt suscitaret ex nomine defuncti semen. Et si proximior respuisset viduam, ius ad sequentem gradũ deferretur & vxoris & hereditatis, soluereturque vidua reiecta reiicienti calceum, & spueret coram reiiciente in terram in contemtum eius, vnde in perpetuum opprobriũ diceretur apud posteros eius domus, domus discalciati. *Deu. 25. & Ruth. 3. & 4. cc.* Sic. n. ait lex, *d. c. 25. Deu.* בישראל בית חלוץ הנעל ונקרא שמו *vocabitur nomen eius in Israel, domus accinctoe & constrictos lumbos habentis, & calcei.* Hinc arbitror Græcos legẽ successionis mutuasse, qua proximiores agnati vel masculi cognati fœminas orbas, filias & proximas defũctorũ, vel ducere in vxores, vel matrimonio collocare. Legem Demosthenes sic refert, *orat. cont. Marcatarum*, ἐάν τ' ἀγνὼς πλάτ' ὄρφις ἀπολίπῃ τὸν ἀνδρόμβιος ὁπποθενοῦν ἐὰν μὲν παῖδας κατὰ λόγον θυγατέρας. οὗτοι κύριοι τοῦτων. ἐὰν δ' μὴ, τοὺς δ' κυρίους ὄντας τῆς χρημάτων. ἐὰν δ' ἀδελφοὶ ὦσιν ὁμοπάτορες, ἢ ἂν παῖδες ἐξ ἀδελφῶν γνήσιοι, τοῦτοι δ' πατρὸς μοῖραν λαγχάνουσιν. ἐὰν δ' μὴ ἀδελφοὶ ὦσιν, ἀ ἀδελφῶν παῖδες, ἐξ αὐτῆς κατὰ ταῦτα λαγχάνουσιν, κρατοῦσι δ' τὰς δίκαιας ἢ τοὺς ἐκ τῆς ἀρρένων. ἐὰν ἐκ τῆς αὐτῆς ὦσι, ἢ ἐὰν γένει ἀπωτέρω ἐὰν δ' μείζους φρὸ: πατρὸς μίκρας ἀνεψιάδων, παίδων, τοὺς φρὸς μητρὸς δ' ἀνδρὸς κατὰ ταυτὰ κυρίους εἶ. ἐὰν δ' μηδ' ἐπιγεγόνασι μὲν αὐτοὶ τούτων, τὸν φρὸς πατρὸς ἐγγυτάτω κύριον εἶναι, id est, *Quisquis intestatus moritur si quidẽ muliebris sexus liberos reliquerit: filijs cum hisce, sin minus, ij bona possidento. Sin fratres fuerint germani, & si liberi è fratribus, legitimi patris partem sortiuntur. Sin fratres nõ fuerint, aut fratrum liberi ex eis, eadem ratione sortiuntur. Præferuntur autem & mares, & à maribus propagati, si ex isdem fuerint, etsi genere remotiores. Si vero non fuerint à patre vsque ad sobrinorum liberos: ij qui sunt à matre viri, pari ratione potestatem habento. Sin ex neutra parte inter hos fuerint, proximus à patre obtinento.* Et paulo post, substituitur de mulieribus proximis lex: περὶ ὁπλιτέων ὅσοι θνῄσκοι πλοῦσοι, ἐὰν μὲ βούλωνται ἔχειν ὁ ἐγγύτατα γένος, ἐνδιδότω ὃν δοκῇ, ὁ ὢν πεντακοσιομέδιμνος πεντακοσίας δραχμὰς, ὁ δ' ἱππεὺς τριακοσίας. ὁ δ' ζυγίτας, ἑκατὸν πεντήκοντα φρὸς τοῖς αὐτῆς. ἐὰν δ' πλείους ὦσιν, ἐκ τῆς αὐτῆς γένει τῇ ἐπικλήρῳ, φρὸς μίαν ἐνδιδότω ἕκαστον. ἐὰν δ' αἱ γυναῖκες πλείους ὦσι, μὴ ἐπάναγκες εἶναι πλέον ἢ μίαν ἐνδοῦναι τῷ ἐγγύτατα γένει: ἀλλὰ ἐγγύτατα δεῖ ἐνδιδόναι ἢ αὐτὸν ἔχειν. ἐὰν δ' μὴ ἔχῃ ὁ ἐγγύτατα γένει ἢ μὴ ἐνδῷ, ὁ ἄρχων ἐπαναγκάζῃ. ὁ θητὸς τὰ χιλίας δραχμὰς ἐὰν δὲ τῇ ἄρᾳ. ἐπιγεγράφθω δ' τὸν μὴ ποιοῦντα ταῦτα ὁ βουλόμενος φρὸς τὸν ἄρχοντα, id est, *Pupillarum seu fœminarum in hereditate succedentium, aliquam, quæ in proletariorum ordine sunt, si noluerit habere proximus, dote data collocato: patritius quingentis drachmis, eques, trecentis: semiques, centum quinquaginta, ceterea quæ ipse habet. Si vero plures fuerint in*

eadem

eadem familia pro portione quisque mulieris heredis relicta, conferat. Quod si mulieres plures fuerint, nec necesse sit cognato plus vna elocare: sed proximus aut elocato, aut ipse ducito. Quod nisi genere proximus eam vel elocauerit vel duxerit, prætor seu magistratus eum cogat vel elocare, vel ducere. Quod ni prætor coegerit, debeat mille drachmas sacras Iunoni. Citat autem quinam eum qui detrectarit.

¶ Principium † legis docet agi de muliere, ad quam diuersa hereditas pertinebat, quæ nullos habebat coheredes. Id enim est ἐπίκληρος dicta, aliis vt Eustathius tradit πατρῶιχος. Sic recte Budæus, *in Comment. ling. Græc. ex Iseo.* ἐπίκληρον annotat dici virginem vel mulierem, quæ vtroque parente orbata sit, cui successio optima, vna vel plures obuenerunt. Quod & firmat Iulius Pollux, in Onomastico. Filia quæ secum vna ferebat hereditatem pro dote, dotalis filia heres. Nam ius erat agnato proximo agnatove ἐπικλήρου hanc mulierem vindicandi, tanquã ex lege ciuili sibi donatam. Sicut & Pollux & Harpocration eo nomine dicunt ἐπίδικον dici. & ἐπίκληρον. Si proximus nolebat hãc puellam ἐπικληρεῖν ducere, cedebat ipso iure hereditati. Et aliquando si illa esset tenui patrimonio, quo non posset commode nubere, proximior ex lege iam citata tenebatur vltra ea, quæ ipsa habebat, dotem ei constituere. Ita & Iulius Pollux lib. 3 c. 3. ait legem Solonis, vt proximus orbam illam ἐπικληρεῖν duceret in vxorem, vel dotaret. Fortunatianus quoque *lib. 1. Rhetor. Lex est, orba nubat proximo, vel si eam nolit in matrimonium ducere, det decem millia.* Hic orbam vocant cum Demosthene ἐπίκληρον nomine tenus, & tanquam esset hereditate aliqua donata, sed quæ pauper tamen erat, & ideo dotanda à proximis cognatis: quemadmodum cõtra, si illa diues esset, cogeretur illis nubere cum hereditate. Secundumque naturam successionis intestati visum est æquum, vt ij, ad quos hereditas peruenirent, & onus quoque subire tenerentur. §. 1. *de leg. agn. tut. l. secundum naturam, de reg. iur.* Sic Harpocrat. cum iam legem citasset præscriptam ex Demosthene, ἐφεῖ ἀγχιστέα κλῆρον. Demosthenem in illis verbis, τὴν ἐπίκληρον τοῦ ἐγγυτάτω γένους, ait, ἐπίκληρον nomi nasse τὴν πατρῷαν οὐσίαν, quam θῆτας, appellant Attici: id est, fœminam pauperem, quæ mercede conducitur. Additque fuisse teste Possidippo, ἐπιτάττειν τὸν ἐγγύτατον γένει τῶν θητῶν, ἢ χαμαιτύπτειν αὐτὴν γαμεῖν, ἢ πέντε μνᾶς διδόναι. Necessarium esse genere proximos accipere has mulieres in vxores, vel dare quinque minas. Adstipulantur Suidas, θῆτα, inquit est, ἐπίκληρος ἡ ἔχουσα οἰκίαν πατρῴαν καὶ γονέας ἀπὸ τῆς φυλῆς. ἐὰν δὲ μὴ ἀγχιστεύσωσιν ἀφαιροῦνται καὶ τὴν οὐσίαν τὸν πεντακοσίων δραχμῶν, id est, Thetes, inquit, est epicleros seu hereditaria mulier, seu heres quæ nõ habet dotẽ derelicta inops à patre, à proximioribus autem dotata secundum legem quingentis drachmis. De hac lege loqui videtur etiam Terentius, *in Phormione.*

Lex est orbæ, qui sunt genere proximi
Eum nubat: & illos ducere eandem hanc lex iubet.

Et in Adelphis.

Hæc virgo orba est patre,
Hic meus amicus illi genere est proximus:
Hanc leges cogunt nubere hanc.

Nolebat illa lex mulieres heredis, quæ à proximo parente contigerant, maiorum possidere sosas, nisi & proximi masculi illis iungerentur: nec etiam omnino inopes contemnebat. Et ita nomini & splendori familiarum, & necessitati mulierum subueniebat, dum ab illis hereditatem transferebat.

¶ Putarunt † sapientes antiqui, è republica esse conseruare familiarum splendorem posteris, vt benegestorum maiorum memoria, cum nomine & bonis in perpetuum, *l. 1. §. denuntiare, de vent. inspic. P. l. si super statu, C. de quæst. l. ab omnibus, 1. de leg.* superstes, ad imitationem virtutis & actionem impelleret. Vt ferunt Themistoclem dixisse, Miltiadis trophæa sibi somnum adimere. *Plut. in Polit & Val. Max.* Quod & considerarunt cum sanctorum hominum sententia in legibus respondendis & cudendis nomotheta, ideo statuentes confluere hereditates ad masculos. §. *ceterum, de leg. agn. tut. l. maximum vitium, C. de libe. præt. & ibi Bald. Ias. & alij.* vt pro sæpe & custodia essent virtuti, quæ magis elucet in viris quam fœminis, quæ minus audent, quæve à consortiis hominum arcentur. *l. maritus, de proc. C. l. 2. §. 1. de iis quæ ver. et a. impet. C. l. sancimus, de recap. arb.* Felicitas namque & nobilitas indigent opibus, nec facile vt præclaras res, aget is, cui deficiunt facultates. *Arist. Ethico. 1. c. 8.*

Et genus & virtus, nisi cum re vilior Alga est. Hor. Ser. 2. Sat. 2.

§ ¶ Bona † namque dicta, quia beant. *l. bonorum, §. bona, de verb. sign.* Et paupertas sordes inferre dicitur, *l. quisquis, §. 1. ad leg. Iul. maiest. C. l. 1. de custo. reor. C. & in l. pietatis, C. de susp. tut. c. si testes, §.* ἐὰν τε πίστις *fides, 4. q. 3. c. hæc autẽ, 30. dist. gl. in c. de multa, in fi. de præb.* & prohibet ne ad dignitates promoueantur inopes. §. 1. *de defens. ciuit. in auth. l. nobiliores, C. de commer. mercat.* Et metus, & malesuada fames, & turpis egestas. Transeunt autem fœminæ, & cognati nati ex illis, in alienas familias: quia sequuntur filij non matrum, sed patrum familias. §. *at qui per fœminini sexus, de leg. agn. tute. & §. fin. de pat. pot. apud Iust. l. cum legitima, de stat. hom. P.* Idcirco statuta pleraque Italiæ, & aliorum locorum leges, fœminas, extra sorores & filias defunctorum, reiiciunt ab intestati successione: ne alienigenæ bona eorum possideant, neve maiorum imagines non videre affixas, vel videre reuulsas. *l. lex quæ tutores, de adminis. tut. C.* Sed & è republica est, non pati, per alienigenas spoliari incolarum opes, & cum mulieribus patrimonia ampla alio transferri, & pauperes agnatos & viros qui obsequiis reipublicæ commodis nascuntur, & patriæ moriuntur. *l. postliminium est, 19. §. filius, de ca. & postlim. reuer. P.* videre inopes. Vtile ei namque habere diuites, aut diuitiis abundantes subditos. §. *cogitatio, vt ind. sine quoquo suffr. in auth. §. sed & maior asperitas, ver. expedit, de in qui sunt sui vel alien. iur. l. 2. cod. P. l. seruum quoque. §. publice, de procur. P.* Quo etiam factum est, vt statuta alia, quæ prohibent, ne alienigenis res veneant, neve quæ ad communem vtilitatem loci pertinent, puta triticum, vinum & similia, alio transferantur, rata iustissimaque & fauorabilia dicantur, *Bart. in l. filius familiæ, §. diui, num. 12 & 13. & ibi Rip. num. 80. & 102. de lega. 1. Alexan. consil. 41. num. 11. volum. 5.* vtpote, quæ communiter omnibus incolis & auaritiæ & commodo tantum aliquorum permitti possent, quorum vtilitas postponi debet publicæ, *l. vtilitas, de primipilo, lib. 12. C. l. actione, §. Labeo, pro soc. P. cum simil. lib.* Fauorabilis & legitima Gallica constitutio, toties repetita, ne allophyli in Gallia officia vel beneficia ecclesiastica possiderent, siquidem per hos pecuniarum translatio extra regnum fit maxima cum reipublicæ & pauperum incolarum iactura, quibus debentur maxime fructus sacerdotiorum, & à quibus prædam faciunt & spolia in suos transferunt, illis fame pereuntibus. Quod autẽ prohibent statuta fœminas admitti ad successiones proximorũ recte et à iisdẽ rationib. prohibere videtur in natis masculis ex illis, qui sæpe alio cũ matribus & patrib. se cũ suis trãsferũt. Et quia mater succisa videtur à successionis stipite, & ita radices non agit inter cognatos, reiectus videtur ex consequentia iure qui nascitur ex ea vice palmes. Quemadmodum filia excluſa à successione patris omnino, excluditur & ex ea nepos. *Tiraq. tract. de iure primigenior. quæst. 12. nu. 12. & 16. vbi plures citat Alexand. consil. 56. nu. 4. vol. 5.* quia non dicitur nepos de agnatione matris: illa enim principium & finis est suæ familiæ, sed de genere patris, *l. pronuntiatio, & l. seq. de verb. sign.* ratione cuius defertur successio intestati. Et quamuis mutuetur sexus in nepote, & is ratione sexus idoneus videatur successioni: tamen remanet substantia alienæ radicis exclusa, & fructus nõ censetur genuinus eius arboris vnde mater excidit, vt potius de substantia mariti matris sit, veluti ex alterius arboris insitione editus. *Auth. cessante, de leg. here. l. Gallus, §. nunc videtur de lib & pos. & §. cum filius, de hered. quæ ab int. def.* cuius substantiam & genus refert, *§. hic autem notandum, de in qui fen. dam. poss. in vsib feu. c. vulnerato 1. q. 1. fi. C. de nat. lib. l. fin. § fi. C. de nupt. tot. tit. de fil. præter.* Ita origo eius huic masculo ex filia & extraneo edito officit, & origo hic non conuenit, quæ debet concurrere cũ sexu masculino: vnde effectus nõ potest sequi successionis. *ex origine formatur euentus, l. nã origo, quod vi aut clam, P. l. si filius familias, in fin. ad Macedo. C.* Quemadmodum, si filia ex filio agnato nascatur, illa excluditur hoc iure statutorum, *l. voluntas, & ibi interpr. C. de fideicom. l. lege duod. tabul. C. de leg. her.* quod cum origine proba non concurrat sexus. Duo enim hæc sunt necessaria ad conseruationem agnationis, sexus masculinus, & quod ex masculinis agnatis quis genitus sit, *§. 1. ad leg. arg. suc.* quorũ altero deficiente, quia substantialis causa ex his componitur iunctis, deficit succedendi potestas, *arg. l. fin. de adsisso. C. auth. ut si contra clus, de fid. instru. C. l. si in qui ducenta, §. vtrum, de reb. dub. P. §. si pares, de hered. instit. ap. Iust. l. si heredes plures, de dona. inst. leg. sæpe, de verb. sig.*

¶ Referam † quasdam leges gentium variarum, quæ ipsis ex cõtextu confirmãt. In legib. Salicis, *lib. leg. Salic. ti. 62.* sorores quidem defunctorum, aut illis non existentibus sorores matris & patris, vocantur ad successionem vt propinquiores. Sed post illas generationes, quicũque proximiores fuerint præferuntur, qui ex patruo genere veniunt. Additurque posteà, hęc lex, *De terra vero Salica in mulierem nulla portio hereditatis transit, sed hic virilis sexus acquirit: hoc est filij in ipsa hereditate succedunt. Sed vbi inter nepotes aut pronepotes post longum tempus de allode terra contentio suscitatur, non per stirpes sed per capita diuidatur.* Obseruabãt tamen Salicæ rei successores, propinquitatis gradũ: vt potior esset qui propinquior: nisi is propinquior cessisset iuri proximitatis: &, vt lex loquitur, nisi se exemisset de parentilla publice & forma præscripta, quia tunc nec proximis succedebat, nec proximi illi, *eo. lib. tit 6.*

¶ In † legibus Ripuariæ, tit. 58. de allode eadem proprie disposita. Leg. 2. *Si pater materque nõ fuerint, frater & soror succedãt. L. 3. Sin autem nec hos habuerint, tunc soror matris patruusque succedãt, & deinceps vsque ad quintum geniculum, qui proximus fuerit, in hereditate succedat.*

L. 4. Sed dum virilis sexus exstiterit fœmina in hereditatem aniatica nom succedat.

¶ Ceterum † in lege Ripuariæ, si quis libertũ suum ingenuitati restituisset, & effecisset, quem vocant Denariũ, succedendi aliam constituebant regulam. Et legem ita habebãt, *in legib. Ripuar. tit. 59. §. 4. Si autem,* homo denariatus, *absque liberis decesserit, non alium nisi fiscum nostrum heredem relinquat.* Vocat Pipinus, in legibus additis legibus Longobardinis & Frãcitis, ti. 10.

Digitized by Google

hominem denarialem, quem æqualem facit in iure succedendi, homini chartulario. Denariatum autem hominem quomodo facerent, patet ex alia lege Ripuariorum, cuius verba, *vbi supr. §. 1. Siquis libertum suum, per manum propriam seu per alienam in præsentia regis, secundum legem Ripuariam ingenuum dimiserit per denariũ, & eius tem chartam acceperit, nullatenus permittimus eum in seruitium inclinare. sed sicut reliqui Ripuarij liber per maneat.* Erat, vt opinor imaginaria venditio iuris patronatus, qua consentiebat patronus ingenuitati liberti. Sicuti mos erat olim in emancipationibus liberorum seu filiorum patrem obseruare vanas venditiones & figuratas vna, vt ait Accursius, nummo interueniente, quibus, si contracta non esset fiducia, successionem filij à se ablegabat ante Iustiniani cõstitutionem, *l. fin. & ibi glo. in verb. figuratus, de emancip. libero. §. fin. de leg. agn. succeſſ.* Hoc ius autem ingenuitatis libertus tantum à principe cõsequebatur consentiente patrono, quia ex ea restitutione ius successionis patronus amittebat, *l. penult. & fin. de natal. rest. lib. 40, P. tit. 11.* Atque per mancipationem familiæ, adhibitio libripende & testib. fiebat translatio hereditatis per emtionem imaginariam, *§. sed vt nihil antiquitatis, de test. Vlp. in tit. tit. 20.* es seu numus vnus, dicis causſa tantũ adhibitus, *l. cum in 36. & l. si quis, 38. de contrah. emt. l. sicut, 20. loca.* P. non veri pretii causſa. Imaginaria etenim venditio nõ est, quæ fit pretio accedente, *l. imaginaria, 16. de reg. iur. P.*

10 ¶ Lex † Langobardorum, prohibet ne vlla mulier ab intestato succedat, præter filiam, sororem, amitam, non alia vlterioris gradus, estque sanctio eius rei Astulphi regis, *in l. recolimus, de succeſſio. lib. 2. leg. Langobar. Meminit eius gl. in §. in hoc ante, in ver. legibus, qui feuda dar poſſ. in vſib. feudo. Alberic. de Roſat. in dictiona. in ver. fœmina, in vltim. §.*

11 ¶ Exstat † etiam Constantini Porphyrogenetæ Imperatoris Orientis constitutio. *lib. 1. inſt. Orienta. 2. conſuet. Porphyr. Conſtantini.* περὶ λαϊκῶν ἀπαθάνατος πλουτούντων χωρὶς παιδῶν, de laicis decedentibus ab intestato sine liberis. In qua statutum, μὴ κληρονομεῖσθαι ἐξ ἀδιαθέτου συγγενῶν αὐτῶν· ἀλλὰ τὸ πεῖνι τῆς ἰδίας τῶν ὑπὸ πλουτούντων φυχωθῆναι εἰς ψυχικὲς διαθέσεις. συνεισφερόμενον τοῦτο ἐκ τῶν πραμάτων τῶν εἰκοστῶν τῷ πλουτήσαντος εἰς ἀπορηθῆναι ἐκδημίαν, id est, *non succedere, huiusmodi decedentibus sine liberis ab intestato, ex linea transuersali cognatos, sed tertiam partem bonorum eorum qui sic moriuntur, ad pias causſas salutaresque animæ largitiones procedere: cum eo etiam collectis pretiis seruorum qui mortuus est, vt poſt eius in eo ipsõ liberatis.* Alia Athanasii Cæsaris ea constitutio, in lib. 2. iuris Orientalis circa finem, quæ bona in tres trientes intestati filii partitur: vnumque defert pauperibus: alium patri vel matri: alium, sponsæ vel coniugi.

Quando succedant sibi ab intestato vir vxor.

Cap. 14.

1 *Vxor marito ex lege Romuli quomodo cum liberis & sine illis marito succedebat.*
Quomodo iure Pontificio vxori vir, & iure ciuili, & ex moribus locorum. 2. 4. 5.
3 *Vxor num excludatur à successione mariti intestati à socio liberalitatis, vel collegio.*
6 *Dotis lucrandæ consuetudo an inspicienda secundum domicilium mariti, an secundum locum, vbi contrahitur matrimonium.*
7 *Dotis & incrementi eius lucrandi consuetudo in vxore vel viro præmoriente, an locum habeat in sponsa de præsenti, an si soluta non sit, & nu. & 10.*
8 *Vxor an censeatur ante annos nubiles ducta.*
11 *Dos quomodo restituenda, & qua dilatione.*
12 *Dotis & augmenti lucrum quomodo censendum, morientibus simul vxore & marito.*
13 *Vxor & maritus quomodo sibi succedant Parisiis in conquestibus.*
14 *Vxoribus Galli antiqui in quantum succedebant, & contra Lex de eo Francorum, Parisiorum, Saxonum, & aliorum Gallorum, & num. 15. 16. & 17.*
18 *Affrayramenta vxoris & mariti.*
19 *Vxor marito cum filiis, & sine iis cum propinquis quemadmodũ succedit marito lege Boiariorum, Wisigothorum, Caroli: Magni, Iuris ciuilis Orientalis & Occidentalis imperii. & num. 20. 21. & 22.*
22 *Sponsa de præsenti an succedat marito. & contra maritus ei.*

1 DE vxorum † successione & maritorum, mores diuersi & leges variæ. Iure prisco Romuli, vxor per sacra farris ducta, cõiugio nulla re dissolubili iungebatur. Eratq; mulier viro obsequens & pudica, & domus domina æquè, ac maritus, & in eius defũcti bona succedebat heres sicut parẽtis filia. Ex asse quidẽ, si is liberis carens ac intestatus decederet: quod si prolem habe-

ret, ex æquo cum liberis, *Dionyſ. Hal. carnaſſ. lib. 2. antiqu. Roma. Vlp. in tit. 22. & 29.*

¶ Successu † téporis lex illa antiquata Romæ, atque vt maritus à successione vxoris intestatæ, sic vxor à mariti successione repulsa est. Sed prætoris remedio postea, deficientibus descendentibus, ascendentibus & collateralibus vsq; ad gradum decimũ, & vltra in feudis, & post patrẽnos patronasq; septima species bonorũ possessionis intestati delata fuit viro & vxori superstiti. *§. ſicut autẽ bonorũ poſſeſſiones. de bo. poſſ. ap. Iuſt. Modeſtin. l. 1. quis ordo in bon. poſſeſſ. ser. P.* Quando videlicet iustum fuisset & legitimum matrimonium, quod vsq; ad mortẽ durauerat. Idq; & ius ciuile probauit Imperatorum. *l. 1. C. vn. vir. & vxo. l. 11. co. in. P.* Quod & puto considerandum, si matrimonium hodie non fuerit thori causſa separatũ ex causſa fornicationis seu adulterii. *c. ex literis, ca. ſignificaſti, de diuort. l. conſenſu, de repud. C.* qua causſa cum coniux seu etiam dote vel donatione propter nuptias priuetur in pœnam adulterij, in commodum innocentis coniugis, *cap. plerumque, de donationib. inter virum & vxorem, l. viro, atque vxore, ſolut. matrim. P.* & multo magis priuabitur hereditate mortui cõiugis, à cuius thoro ex suo delicto separatur, *dict. §. de iur. deli. C.* Si tamẽ thorus esset separatus ex consensu, vt propter ingressum religionis, *vt ex c. ex publico, &c. cum ſis, de conuer. coniug.* non officere puto: dummodo etiam intra annum luctus mariti, ad secundas coniux superstes qui hereditatem petit, nõ cõuolauerit, iuxta l. 1. §. omnium, de secun. nupt. C. cuius pœnas ciuiles non putant esse correctas in c. fi. de secun. nupt. nisi in quãtum infamis vxor fiebat ex repetitis nuptiis.

¶ Excludebant † porro vxorem proximi, *l. 3. C. quo bono.* ipsa fiscum, *dict. l. 1. C. vn. vir & vxor.* Et putant aliqui excludi & fiscum & vxorem à socio liberalitatis, in liberalitate seu donatione facta à principe mortuo & alteri, non in aliis tamen, sed in his tantum, in quibus vt iure quodam accrescendi potior vxore videtur, *l. vnic. ſi liber. imper. ſoc. lib. 10. C.* De collegio porro vbi erat maritus, dubitat num præferatur vxori Azo, & iustius illi videtur, non præferri, nisi in bonis, quæ occasione collegij defunctus quæsierat, *Azo in tit. de her. d. decurio. Bal. in l. 1. vn. vir & vxo. ſic intell. gl. in d. l. 1.* At nos in omnibus præferri & collegiis docemus & socio liberalitatis imperialis ca. seq. ¶ Iure † nouissimo introducta alia causſa successionis, vt si cũ liberis decesserit maritus locuples, relicta cõiuge superstite, quę nõ habuerit dotẽ, illa accipiat ex eius bonis quartã partem, si sint tres vel pauciores filij: si plures, succedat cũ eis pro virili in vsufructu, relicta liberis proprietate, imputatoque in talem portionem quod habuit à marito, *Auth. præterea, C. vnde vir. & vx. §. quoniã vero, de exhi. reis, in auth. §. quia vero, in 2. vt lic. matr. & auiæ, in Auth. de ſucceſſione vxoris late disputat Bened. ad c. Raynutius, ad ver. & vxorem nomine Adelaſiam, in ſucceſſ. ab inteſta, à nu. 224. vſque ad num. 253.* Notabile que quod tradunt interpretes, in auth. præterea, vnde vir & vxor, cum gloss. vt & in prædicta parte succedat cõiux deficiẽtibus liberis cum proximis prędefũcti. Exstinguitur porro in ipsa persona vxoris ius successionis intestati. Nã si deficientibus omnibus prędictis ascendentibus, descendẽtibus & collateralibus, vxor nolit esse heres, vel nõ si superstes, ad fiscum bona hæc, quæ deferebãtur vxori peruenerunt, vt vacantia, *l. iuncta gl. de donat. inter vir. & vx.* Itaque affines & cõiuncti seu proximi vxoris, marito eis, ea deficiẽte nõ succedunt, *l. 3. & l. affinitas, com. de ſucce. C.* Vxor enim affinis nõ est, *l. non ideo, C. de teſtm.* quamuis ex nuptiis eius legitimis affinitas initium capiat, *l. 4. §. affines, & §. ſciendum, de gradib. affin.* Vnde recte improbatur sententia eorum, qui dicebãt & socero dari vtilem bonorum possessionem, vnde vir & vxor. *hoc reprobat Guil. Ben. ad ver. & vxorem nomine, in ſucceſſ. ab inteſtato, 219.*

¶ Fuerunt, † sunt q; locorum etiam in hac re propriæ & variæ cõsuetudines, in quibus si cõtingat agi de vxorũ vel cõiugũ successione, mores iusq; proprios sequemur. Vt Tholosæ, mortua vxore maritus ei succedit in vniuersa dote, nisi quid aliud tantumsit pacto, & contra, præmoriente marito in tantũdem succedit ei vxor in quantũ media pars dotis est, videlicet in incremẽtũ seu augmẽtũ dotis, quod tantũ ad mediã datæ dotis partem ascendit. Et similis aliis in locis cõsuetudo, vel statutum lucrandæ dotis, vel donationis propter nuptias: in quorũ lucro alter alteri præmortuo cõiugi succedit, siue is testatus siue intestatus decesserit, Nec hoc dubium est.

¶ Sed † illud nihilominus discutiendum non perperam erit: si consuetudo sit loci domicilii mariti, vt maritus lucretur dotẽ præmortua vxore: alia vero vel contraria loci vbi nuptiæ fiunt, vel vbi contrahitur matrimonium, quomodo regulanda erit hæc successio. Quare illud prius annotandum erit, lucra hæc maxime in fauorem personarum contrahentium per consuetudines & leges delata. Et proinde primo loco inspici oportet, quid placuerit de istis inter contrahentes, *l. legem quã dixiſti C. de pact. l. 1. de pactis con. C. Fel. ad. c. 1. n. 30. de ſponſalib.* qui possunt remittere ius in sui fauorem introductum, *l. penul. C. de pact. ſi iudex, de minor. 25. an. l. 1. de remiſſ.* Quamuis enim cõtra leges generales pacta inita reiiciantur, *l. non dubium, C. de legib. pacta quæ contra, l. de pact. l. interpretium, §. prætea. ff. a ea*

Digitized by Google

P. attamen si illæ sint aliquorum gratia, & in commodum illorum latæ, pacta admittentur, rataque erunt, *l. pacisci, de pactis, P. l. quædam, §. si venditor, ae ædil. ed. P.* Neque dotis caussa subsistantiã constituit matrimonij, cum sine dote matrimonium esse possit: etsi sine matrimonio non dicatur esse dos, *l. cum multæ, de donat. ante nup. l. dotis appellatio, l 3. de iure dotium, P. l. incestæ, de vit. nupt. P.* Quod si nihil dictum sit inter contrahendum de dote lucrãda, sequitur consuetudinem loci domicilij mariti, vt secundum eam lucro cedat, *Pamor. in c. 1. nu. 11. de sponsal. & ibi Felin. num. 24. ex Bar. in l. exigerem, de iud. Chass. ad §. 2. ad vers. an Duché de Bourgoigne, num. 1. 2. 3. 4. & seq. tit. des arrests appartenans à gens mariez, in consuet. Burg.* non habita ratione loci, vbi instrumentum factũ est, vel vbi contractum est. Quod est singulari iure in hac quæstione receptum, *l. exigere, ae iudic. P.* vel quia censetur contractum in loco vbi destinatur solutio faciendæ, & repetitio quoque, quæ fit in loco domicilij mariti. Atque destinatione solutionis faciendæ, eo loco censetur contractus factus, & secũdum mores eius loci, *l. contraxisse. 20. de actio. P. l. 1. 2. 3. ae bon. auctor. iud. p. ssid. l. heres absens, § fin. ae iudic. l. quæro, ae solut. P. Boer. in cõsil. 50. n. 22. in specie dotis, & Bal. cons. 229. vol. 1.* in eo casu quo dos reddenda vel lucranda est à marito: nam si dos alij quam marito restituenda sit, post mortem vxoris vel mariti, inspicimus loci consuetudinem vbi contractum est, *Felin. in c. 1. nu. 27. ae sponsal. per Bal. in rub. ae privil. d. c. 2. ver. sed statim quæro.* Sicque hic tantum consideratur mariti domicilium, vt commune sit vxoris, & ibi vbi mariti est, sit & vxoris in quo & munera & actiones suscipit & exercet, *l. s. §. item rescripserunt, 2. ad munic. P. l. fin. de inco. lib. 10. C. & l. mulieres de dignit. lib. 11. C. l. penul. de iurisdict. omn. iud. P. l. vnic. de mulier. & in quo lo. c. lib. 10. C.* Alioquin si maritus tempore initi matrimonij domicilium non habeat: vel si habeat, in loco vbi fit instrumentum dotale, vel vbi nuptiæ celebrantur, contractum esse dicendum secundum mores illius loci vbi negotium geritur, nisi aliter præscriptum placuerit, *l. si fundus, de euict. P. l. 2. C. quemadmodũ dies. apert. l. obligationum, de act. P. l. heres absens, §. 1. & l. omnem, ae iud. l. 2. Romana, §. contrahentes, de for. compet. in 6.* Iudicandum itaque de luc o & in aliis secũdum loci, vbi tractatur negotium laudabilem consuetudinem, *c. cum venissent, de eo qui mittit in poss. can. ei qui. . . si prius, §. placuit, ae aqua plu. arc. P.* Et Masuerius certe ait seruari, vt si vterque contrahentium in loco resideat vbi contrahitur nihilque dictum sit de consuetudine, censeatur contractum matrimonium secundum loci consuetudinem, *Masuer. in §. 6. incip. item de consuetud. Alueruic, tit. de do. & matrim. p. 5. Bar. in d. l. si prius, §. placuit.* Is tamen alibi distinguit, *tam in §. 23. incip. item cum agitur, ae dot. in praxi,* quod si agatur de dote mulieris præmortuæ in totum vel pro parte lucranda, attenditur consuetudo loci, quo maritus fouet aut fouebat domicilium tempore contracti matrimonij, & tempore mortis vxoris suæ, & non loci contractus vel originis respectu bonorum mobilium: in bonis vero immobilibus seruatur consuetudo loci vbi sita sunt, secundum Bart. in l. exigere, de iudic. P. & in l. cunctos populos, de sum. trin. C. & in l. 1. quæ sit longa consuet. Quod ego intelligerem verum, vt locus rerum immobilium intelligatur dare legem huic contractui, si nominatim de dotis in dotẽ in eo loco sit statutũ, vel cõsuetudo de illis sit seruata: alioquin æquale ius mobilium & immobilium arbitror. Sic igitur sibi succedẽt in dote & incremẽtis superstites coniuges defunctis, ex pacto vel consuetudine.

7 ¶ Remanet † autẽ scrupulus an cõsuetudo, quæ loquitur de lucrãda dote vel incremẽto, habeat locũ in sponsis de præsenti moriẽtibus ante nuptias cõtractas publice. Et placet equidẽ cũctis, lucrũ locũ nõ habere in spõsis de futuro, quia nõ censetur esse sponsa domicilij mariti ante nuptias vel matrimonium, *l. ea quæ, in 2. ad municip. P. & ita Fel. tenetur in c. 1. limit. de sponsal.* Sed in spõsis de præsenti dubiũ facit, quod sponsa de præsenti vere vxor dicatur, *c. pen. & fi. eo. c. 3. ae sponsa. duo. cũ simi.* At aliũde concurrit, quod traductio facta nõ est in domũ mariti, & vere non videatur vxor, nec consummatũ matrimoniũ, *l. mulierẽ absenti, 5. de ritu nupt. P. l. quæsitũ, 9. de sponsa. l. quod seruus, de cond. cau. da. cau. nõ seq. P.* Et Boerius notat *decis. 22. nu. 33.* in dote quam vocãt doeriũ, spectari magis verba de præsenti, quam carnalis copulæ consummationẽ, *per l. cũ fuerit, ae cond. & de. l. nuptias, de reg. iur. P. cũ simil.* Tamẽ per consuetudiné approbatã ab interpretib. exigi, vt ea spõsa vel vxor traducta sit in domũ viri, & vt vir ibi vel alibi eã cognouerit, vel saltẽ cũ ea cõcubuerit, licet non cognouerit, seu non fuerit copula secuta, *Boer. vbi sup. Decius cons. 160. Guid. Bened. ad c. Raynutius, ad verb. & vxorẽ nomine, nu. 232.* Quia tũc matrimoniũ cẽsetur suis numeris absolutũ & cõsummatũ, & recte tũc coniugiũ vocatur, cũ sibi despõsata & traditur & vtitur, *c. si quis desponsata sibi & tradita, & c. statutum est, 27. q. 2.* Et secundũ hanc resolutionẽ iudicatũ in curiis supremis istius regni Galliarũ refert Boer. decis. 22. n. 33. nõ lucrari doté maritũ, nisi cũ vxore cõcubuerit: eademq; tradit in cõmen. ad §. 1. de cõsuet. matrim. & Boer. in consuet. Biturig. Nõ valde tamẽ laborãdũ est de traductione in domũ mariti. Nã si sine ea & ante fuerit cõcubitus secutus, idipsũ respondendũ est. Et sæpe viri sunt pauperes, alioquin boni & optimi, periti, & negotiis gerendis donei, qui iũgũtur matrimonio diuitibus mulieribus, quæ egẽt viro nõ diuitiis. Et ita vir ingreditur potius domicilium vxoris, quã ea trãsferatur in domicilũ viri, idq; licite, *l. cæterũ, §. mulieri, de vsu & hab P.* quãuis hoc satis sit lugubre. Ideo, inquit Bal. quãquã domicilũ habeat alibi maritus, si tamẽ in domo vxoris perpetuũ sibi deligat domicilũ metiẽda erit dos ex cõsuetudine domicilij illius vxoris, *Bald. in l. 2. §. modo quæro, si à non comp. iud. C. facit l. lex Cornelia, §. 1. de iniur. P. Fel. in c. 1. n. 26. ae sponsal.*

¶ Consideramus † itaque concubitũ magis, quam traductionem & copulam. Et proinde non est sequenda iuris ciuilis subtilis illa distinctio, quæ existimat etiã traductã ante annos nubiles, & decedentẽ intra eosdẽ, non vere dici vxorẽ, neque dotẽ vel fructus à marito retineri sed restitui, ac si per spõsum fuissẽt percepti, *l. quod seruus, 8. & l. si donaturus, in fin. de cond. cau. da. cau. nõ sec. P. l. quæsitũ, ae sponsal. P.* Sed post nuptias initas, siue minor siue maior ea sit, existimo censuisse vxoriam esse ferendam postquã vna cõcubuerit: propter dubiũ nũ cognita fuerit, quemadmodũ dicitur in c. iuuenis, de sponsa. Et sæpe malitia in matrimoniis supplet ætatẽ, *c. ae illud, ae despons. imp.* Nisi forsan præmaturas nuptias quispiã dolosè aucupatus sit lucri caussa. Et ita cũ nostra sententia distinguit Iurisconsultus in l. pen. §. fin. quod cũ fal. tuto gest. esse d ca. in P. Scio nihilominus quid sentiat aduersarium huic nostræ opinioni Boer. decis. 23. nu. 37. per illum textum: sed ipse satis rectus illi aduersatur ob doli distinctionem, vt nolim longius trahere quæstionem. Et mihi id iustius tutiusque quod sentio videtur, aliorum iudicia nihil moror.

¶ Addo † insuper, spõsum de præsenti succedere in lucro dotis, vxori etiã nõ cognitæ nec traductæ si per eã steterit, quo minus cognosceretur vel trãsferretur, sine culpa tamẽ viri, *arg. l. quæro, §. inter locatorẽ, loc. P.* Exemplũ & probatio, in l. Deo nobis, de episc. & cler. C. quãdo post spõsalia de præsenti ante copulã vxor vult ingredi religionẽ, quod licet, *c. cõmissis, de sponsa. cũ simil.*

¶ In † lucranda tamen dote ex consuetudine vel statuto municipali obseruatione dignum summopere iudicoiut si vxor vel eius parentes in dotis constitutione solutioni faciendæ diem adiecerint, puta, vt singulis annis ex mille libris Turonensibus in dotem constitutis, centum soluerentur: & mulier post quatuor annos præmoriatur marito, maritus non lucratur ex vi statuti totas mille libras seu integram dotem, sed quadringentas, quorum dies solutionis venit & cessit, pro sexcẽt s actione denegata, *Ang. cons. 158. incip. quod si aliquod matrimonium, Jas. in d. §. donaturus, §. fi. col. fi. vers. istẽ adde quod cõsulunt Ang. de condican. dat. P. Boer. dec. 22. n. 40.* Quamuis quod mirum est si in prædicto casu, quo datur dilatio ad soluẽdam dotem per partes, vxori præmoriatur maritus ante dilationes solutionis, & intra decem annos: puta, vt proximo exẽplo, intra quatuor annos, illa non prorata solutæ vel soluendæ dotis incrementum habebit, sed totius dotis, proinde ac si soluta fuisset, *Boer. dec. 22. nu. 30. & 41. quo id confirmatum refert Bur. Senatusc. Guido. Pap. decis. 430. & decis. 565. Masuer. in praxi tit. de dote, §. 29. incip. item si fuerit contractum, Decius cons. 530. num. 8.* Et ita antiquata & abrogata dicunt iura per consuetudinem, Auth. sed quæ nihil, & l. æqualitas, de pact. cõuen. C. vt notant inibi gl. Bald. & Salyc. & §. illud, de non eligẽd. sec. nup. in Auth. Ratio porro huius articuli est, quia maritus dilationem solutioni dotis indulgendo, videtur fidem habuisse de dote, vt perinde habeatur, ac si ei soluta fuisset, *§. vendita, de rer. diuis. l. quod vendidi, de contrah. emt. P.* Et potuit quidem sibi præiudicare maritus, at vxori non potuit, in cuius fauorem dilatio apposita, *l. eum qui Calendis, §. fin. de verb. obl.* non debet in odium retorqueri, *l. quod fauore, de legi. C.*

¶ Proderunt † & dilationes, inquiunt, soluendæ doti appositę in cõductione dotis, ipsi heredi, vt pro restituenda dote recepta tot dilationes ei dẽtur, quot datæ sunt pro soluẽdo eo quod data tũ est ex dote: alioquin enim statim dos reddenda esset. nõ habita ratione dilationis datæ, in l. vn. §. exactio, de rei vxo. act. C. Attamen semper integrũ augmentũ, à morte mariti debetur. Et ita tractat Masuerius in §. item si fuerit conuentũ, §. 29. de dote & matr. in praxi. Guil. tamen Bened. in verb. *& vxorẽ nomine,* in successione intestati, n. 221. c. Raynutius. de testam. dicit contrarium fuisse iudicatũ in senatu Tholosano, mense Aprili. 505. quo mariti heres nõ fuit comdemnatus ad augmentum præstãdum, nisi quatenus dos erat soluta. Et hæc certe iustior est sententia, iuxtaque æquitatis & rationis modulũ, & secũdũ Auth. sed quæ nihil, & l. qualitatis, C. de pa. conuen. facit c. fi. de don. int. vir. & vxor. ¶ Ceterum, † si contingat vno eodem iue periculo, morte exstingui vtrumque maritum & vxorẽ, quid in lucro dotis & incrementi dicendum sit, distinguit & docet ad proxima citata verba Guil. Bened. nu. 222. & 223. ¶ In † Franciæ parte, quæ Parisiorũ dicitur, & Lutẽtiæ, alia lex intestati viri & vxoris, vt vxor succedat viro, & contra in dimidia parte bonorum immobiliũ, quæsitorum constante matrimonio, etiam exstantibus liberis, *Io. Fab. in §. 1. de acquir. per arrogationem, apud Iustin, Oldra. cons. 247. incip. præsupp sita cõsuetudine,* & restituta dote, iuxta c. 2. de don. inter virum & vxor. Vocant cõquestus seu *acquestes,* videlicet ea quæ ĩtum accedũt mariti vel vxoris bonis ex opera, industria, vel solertia eorundem, *l. coiri societatem, & l. questus, cum 6. ll. seq. pro soc. P.* Et proinde cõquestus appellatione seu acquisitorum, non continebuntur, quæ alteri ex coniugibus aduenerunt iure

Digitized by Google

hereditatis, donationis, legative: neque in diuisionem successionis venient, neque ea quæ ex venditione horum peruenerunt, *Ioan. Fab. in proœm. Instit. ad ver. Alemanus, in rub. gloss. ad verbum quæstus, de concub. in prag. sanct. facit l. 1. de iis qui sibi adscri.* C. Quia ea siue pecunia sit, siue res quę ex pecunia inde proueniēte emtę sunt, locū tenent eius rei ex qua conflatæ pecunię sunt, *l. si eū, § . qui iniuriarum, si quis cautio, P. l. filia, §. Titia, de cond. & dem. P. l. si donatæ res, §. si sponsus, de don. int. vir. & vxor.* Et ita seruari tradit Masuerius in titul. de societate, §. itē & dicuntur conquestus, in praxi. Disputat & de hac societate & successione viri & vxoris, Benedict. vbi sup. nu. 224. 225. vsque ad 231. Vbi & intelligit consuetudinē locū tantum habere in bonis, in quorū detētione est vir aut mulier habilis, non in aliis: & in bonis post contractū matrimonium acquisitis, non antea. Nisi societas omniū bonorū inita sit. Item & si consuetudini derogari pacto posse, notat. Quæ apud ipsum copiosè explicata videto.

14 ¶ Refert † autem legem antiquam eandem fuisse Gallorum ex Iul. Cæs. lib. 6. Comment. de bello Gallico, cuius hæc subiicio verba. *Viri quantas pecunias ab vxoribus acceperunt, tantas ex suis bonis, æstimatione facta cum dotibus communicant: huius omnis pecuniæ coniunctim ratio habetur fructusq; seruantur, vter eorum vita superauerit, ad eum pars vtriusque cum fructibus superiorum temporum peruenit.* Quæ tamen verba non indicant quid adstruit Benedictus, vt pro parte dimidia in quæsitis succedat superstes coniux, quin contra significant, dotis & donationis propter nuptias fructus vtriusque, ad superstitem peruenisse.

15 ¶ Ceterum, † lex erat Francorum antiqua, quæ ad rem melius facit, quam non vidit Benedictus, quæ in hæc verba scripta est, *lib. 4. legis Francicæ, 9. tit. de vxoribus defunctorum & quam partem collaborationis post obitum maritorum accipere debeant, Volumus vt vxores defunctorum, post obitum maritorum, tertiam partem collaborationis, quam simul in beneficio collaborauerunt, accipiant. Et de his rebus quas is qui illud beneficium habuit aliunde, adunxit, vel comparauit, vel ei ab amicis suis collatum est: has volumus tam ad orphanos defunctorum, quam ad vxores eorum peruenire.* Est & alia lex illorum, hæc, *eo. lib. 4. legis Francicæ, 99. eiusdem inscriptio, Quicunque ex quacunque natione legitimam vxorem acceperit, si eam mori contigerit sine filiis amborum, eorum vir vxori suæ succedat, & omnia bona percipiat.*

16 ¶ Accedit † proximius adhuc Parisiorum consuetudini lex Saxonum, cuius hæc verba, *in legib. Saxon. tit. 8. de acquisitis, §. vni. De eo quod vir & mulier simul conquisierint, mulier mediam portionem accipiat. Hæc apud Westphalos. Apud Osphalos & Angrarios, nihil accipiat: sed contenta sit dote sua.*

17 ¶ Porro, † cōsuetudines in hac parte per Gallias plures sunt differentes. Nam ex iure Burgundiæ, mulier nupta in ducatu Burgundiæ ex generali eius ducatus consuetudine, succedit in mediam partem acquisitorum a marito pendente matrimonio. Sed num maritus pariter ei succedat in casu, quo ipsa præmoreretur, nihil dicitur, *§. 2. des droicts appartenans à gens mariez, in cōs. Burgun.* scilicet inter nobiles: alioquin inter plebeios, non participat nisi in mobilibus & quæsitis, Idemq; in comitatu Borbonij receptum est, & Niuernensi. Apud Bituriges vero, vxor & maritus sunt communes in bonis mobilibus & acquisitis constante matrimonio, *§. 2. de consuet. matrim. in consuet. Bitur. ad quem, §. plura Boer. cumulat gl. 1. quæ pertinent ad hanc cōmunionem vxoris & mariti.* Idipsum Aurelię, *in consuet. Aur. tit. de soc. inter vir. & vx. §. 1.* Et alibi obseruatum ex consuetudine. Ex qua & mulieres, sicut viri, interdum etiā cautius & subtilius negotiantur, & quia quærunt & laborant cum maritis, participes quoque esse debere lucri rectum & æquum putarunt, atq; etiam successionis causam in his, quæ earum ope quæsita sunt.

18 ¶ Maxime † quod societatem ex ipso matrimonio coniuges coisse videntur, *c. 2. de sponsa. l. aduersum, de cri. exp. herea. C. l. 1. de rit. nupt.* atq; ex ea, iustum sit vt damnum, ita & lucrū communicari, ne sit societas leonina *l. si non fuerint, 29. ff. pro soc. P.* cum non ad alia quam ad ea quæ cognita sunt ex opere non extendatur societas, vt nec alia societas quælibet, *l. nec adiecit cū trib. seq. eod.* Tractant de hoc affrayamento inter coniuges, interpretes in l. alimenta §. fi. de alim & cib. leg. Quamuis alioquin iure responsum sit, mulieres teneri operari in vtilitatem maritorum, *l. liberte, C. de oper. libert.* Et omnia acquisita per vxorem, censentur acquisita vel ex bonis mariti, vel contemplatione eius, euitandæ suspicionis turpis quæstus causa. *l. Quintus Mutius, de don. int. vir. & vx.* P. *l. etiam,* C. *eo. ti.* Et ciuitates etiam & regiones, quæ optime consultum voluerunt filiis, nunquam matribus decedente marito in bonis mariti quæsitis, hoc iure conquæstus ius reseruarunt: satis prætudicij inde filiorum pendere inopiam, matribus cum bonis patris in alterius mariti ditionem peruenientibus, *Io. Fab. in rub. de nup. apud Iust.* Et proinde temperamentum,

19 existentibus liberis, maius addiderunt. ¶ Et † in legibus Boioariorum de hac successione, vna, *lib. leg. Boioar. c. 19. tit. 1. Quæ post mortem mariti in voluntate permanet, æqualem inter filios suos, id est, qualem vni ex filiis, vsufructuario habeat possessionem: vsque ad tempus vitæ suæ vsufructuario iure possideat.* Alia, *eo. lib. & c. 19. tit. 4. De eo qui sine filiis & filiabus mortuus est, mulier accipiat portionem suam dum viduitatem custodierit, id est, meditatæ pecuniæ: meditas autem altera, ad propinquos mariti pertineat. Si autem mulier mortua fuerit, aut alium maritum tulit: tunc quod proprium habet & de mariti rebus, quæ per legem ei debentur secundus accipiat, ceteras res propinquis priorum maritis accipiant. Si autem maritus, qui nec filios nec filias, nec nepotes nec pronepotes, nec vllum de propinquis habet, in vxorem aut donatione aut testamento, siue partem, siue omnes contulerit facultates, & hæc deinceps in viduitate persistit. & memoriam mariti cum pudicitia castitatis obseruat: omnia quæ à marito ei sunt donata possideat, & ea in quem voluerit pro suo iure transfundat.*

¶ In † legibus Wisigothorum, si maritus decesserit relictis filiis, vxor cum liberis æqualem capit portionem, fruendam tantum quādiu, vixerit, *l. 14. ti. de success. in C. l. Wisigo. li. 4. ti. 2.* Verū ea quæ maritus sibi acquisiuit in militia, vel ex operis etiam seruorum vxoris, remanēt integra sine diminutione penes liberos, nec vxor quæ cum seruis suis est sub potestate mariti, vsūfructū in his, habet alicuius portionis, *l. 15. eo. tit. in C. Wisigot.* 20

¶ Exstat † lex Caroli Magni lib. 2. legum Langobardorum, tit. de succes. §. fi. *Quicunque ex quacunque natione legitimam vxorem accipit, acceperitve, si eam mori contigerit sine filiis amborum, vir vxori succedat, & omnia bona percipiat.* 21

¶ Constantinus † Harmenopulus meminit *lib. 5. Prom. iur. tit. 8. de indotata vxore*, cōstitutionis Leonis Cæsaris, qua portio quæ iure ciuili nouo, vxori inopi debebatur cum liberis in vsufructu, *§. quoniam vero, de exhib. rei, in Auth. §. quia vero legem audum posuimus, vt sec. mat. & auie. & c. in aut. vnde constata aut. præterea, vnd. vir & vx.* datur eidem & in proprietate. Addit tamen non concurrentibus filiis & proximis fratribus, *Const. eoa. lib. 5. tit. 8. c.* *περὶ κληρονομίας ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, de hereditatis viri & mulieris, τὸ μέντοι κύριον γυναικὶ κληρονομεῖσθαι ἀλλήλους, ὅταν πᾶσα ἡ συγγενῶν ἀπουσία τυγχάνει. Δύο μοναὶ συνοικήσασι τῇ γυναικὶ, κληρονομεῖ αὐτῆς. Tum demum, sibi vir & vxor mutuo succedunt, cum omnis deficit propinquorum cognatio. Qui per duos menses cum vxore conuersatus est, ei succedit.* Quod postremum etiam Eusthatius annotauit, libro præscriptionū & dilationū temporis, in ca. de præscriptione 60. dierū. § 13. Quamuis in iure nostro ciuili, Romanorumque, vxor admittatur in bona defuncti: etiamsi tempore mortis mariti adhuc in domū eius traducta nō fuerit. Et sufficit tātū inter eos matrimonium per verba de præsenti fuisse contractum, quando agitur de successione hac, proximis non existantibus, deferenda, *per l. nuptias, de reg. iur. l. 2. ver. amor. & ita resoluit Bened. in c Raynutius, ad ver. & vxorem nomine Adelasiam, in succes. ab inte. nn. 232. de testa.* Quamuis diuersum sit resolutum antea, dum agitur de lucranda dote vel increméto, ex vi & dispositione statuti. Exstat constitutio Athanasii Imp. nouella, *l. 2. iur. Orie. in Athanasii const. 2.* quæ corrigit legem antiquā, quæ statuebat viro aut mulieri, qui quæve relicto filio decesserit defuncto postea filio, horum, inquā alterutri, qui superstes fuerit, iure hereditatis cedere omnia filii bona vel paterna vel materna ex cuiuscūq; origine aduenissēt filio, exclusis omnibus aliis proximis: iussit autē nouella non ita fieri, *ἀλλὰ παρεῖδε ἑαυτῷ τὸν πατέρα αὐτὸς ἢ μητέρα εἰς μνημόσυνα τῷ ἀποιχομένῳ, καὶ τοῖς γονεῦσι τὸ πέμπτον καὶ μητρῷα τὸ τέταρτον, ἢ τῇ μητρὶ, id est, sed quod seruari debet triens ipsius dotis in defunctis memoriam, alter parentibus triens, ac demum qui superest triens sponso aut sponsæ.* Idipsum iussit & constitutione β, Athanas. *περὶ κληρονομίας τῶν ἀτέκνως ἀποχρεωσάντων, de hereditate eorum, qui sine liberis in viduitate decesserunt.* Variat tamen à priore in cognatis. Sic enim scribit, *τὸ γ' τῆς οὐσίας ἐκείνου τῷ διαστείλαντι ἀποκαμβάνειν τὸ γ', εἰς μνημόσυνα τῷ ἀποιχομένῳ, καὶ τοῖς γονεῦσι τὸ πέμπτον καὶ μητρῷα τὸ τέταρτον, ἢ τῇ μητρὶ, εἰ δὲ μὴ τὸ ὀφειλόμενον ἀπίοιδος μέρος, τοῦτο τῷ τοιούτῳ ἀποτίνυσθαι κληρονομίαν. ἀν' ἢ μᾶλλον συγγενὴς περιῇ τῷ ἀποιχομένῳ τῷ ἀμείνονι εἶναι τὸ ἄμεινον, τοῦτο καὶ ἐκείνῳ μνημοσύνης τὸ ἄμεινον, i. Voluit trientem vnum bonorum horū dominationem. seu eos qui in sua parœchia habent, accipere: trientem in memoriam eorum insumi: residuum vero trientem, parti superstiti insumi: quæ si etiam decesserit, eius cognatos qui ex lege vocantur, ei succedere. Si vero nullus cognatus defuncto exstiterit, fisco dimidium, & dimidium illius memoriæ tribui.*

De aliis successionibus intestatorum delatis quibusdam aliis personis.

Cap. 15.

1 *Heredes habere defunctorum interest, ideo plures vocati ab intestato ordine à lege.*
2 *Peregrinantium intestatorum bona quibus debentur.*
3 *Socius liberalitatis imperialis præfertur fisco in successione intestati socij.*
4 *Vxor an præferatur marito in successione intestati socio liberalitatis imperialis & collegio.*
5 *Magistratus quando succedit suis officialibus.*
6 *Fiscus an in Gallia præferatur socio imperialis liberalitatis, moriēte ab intestato socio sine proximis.*
7 *Monasterium ecclesiaque quando succedat defuncto clerico.*

8 *Militum*

Digitized by Google

8 *Militum hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani successio ad quem pertinet.*
9 *Liberti ab intestato quomodo succedebant patroni ab intestato.*
10 *Successio per bonorum venditionem qua.*

1 QVia † defunctorum interest, ne sine herede moriantur, *l. & quia,6.de inter.actio.* ideo lex,quæ fauet defunctis, deficientibus proximis ad aliorum personas ex certa caussa, & quodammodo defuncti præsumta voluntate, eorum bona defert, excludit etiam aliquas,quę hoc prætextu possent in bona irre-
2 pere. ¶ †Vt sancitum,ne nutricatio caussa esset succedendi *l.nutritoribus,*10.C.*com.de succes.l.si quis cum filium,de verbor.obl.* nec hospitij ius,sed hospitium decedentium bona vel proximis reseruarentur,vel illis non comparentibus,piis locis consecrarẽtur,*Auth.omnes peregrini,com.de succes.*C.*§.omnes peregrini, de stat. & consuet.in auth.collat.*10.

3 ¶ Probat † autem successionem, deficientibus proximis defuncti, eius qui defuncto in liberalitate à principe consequenda, socius fuit, in ea liberalitate & fisco præferatur superstes & coniunctus socius, *l. si liberalit.imper.soc.&c.lib.*10.*C. tit.*14. Succedit etiam collegium, curia, collegiato vel curiali mortuo sine proximis,*tot.tit.de hered.decur.lib.*6.C.*tit.*61.¶Quę
4 †tamẽ vera sunt,si vxor nõ supersit mortui,quæ maxime in bonis, quę nec à principe,nec à collegio vel curia quæsiuit defunctus,succedit,*l.*1.*eo.*Sed & ego opinor,vxoré & socio & collegiis præferri in omnibus:quia maior est societas, quæ est inter coniuges,quam fuerit cum illis. Sunt enim coniuges, socij diuinæ & humanæ domus,*l.aduersum.de cri.exp.h.re.*C.*c.*2.*de spons.* cum in matrimonio fiat diuini,& humani iuris communicatio, *l.*1.*de rit.nuptia.* Fiuntque duo vnum, & duo in carne vna, *Genes.*2.*c. lex diuina,*27.*q.*2.*D.Matth.*19.Et proinde cum societas sit species fraternitatis,*l.verum,pro soc.P.* Et hæc societas duplici vinculo diuino & humano constringatur,præferretur socia vxor,vel socius coniunx,etiam imperialis liberalitatis socio, & curiæ, omnibusque collegiis societate tantum humana iunctis,in quibuscunque bonis. Sic duo vincula sunt vno fortiora, *l.re coniuncti, de leg.*3.*l.triplici,de verb.sign.cum simil.*Quinimo,præfertur etiam in caussa simili, non existentibus proximis, collegiis ecclesiasticis in bonis mariti clerici facti. Vt notat Bart. in l. si quis presbyter.de episc.& cler.per illum textum. Et hanc sententiã illustrat probationibus & exemplis Benedictus in repet. cap. Raynutius,ad ver.*Et vxorem nomine Adelasiam,* in successione ab intestato.num.233.& 234.de testam.apud Greg.

5 ¶ Itaque † deficientibus proximis & vxore, succedit collegium,& socius liberalitatis imperialis,in illa liberalitate,*d.l.*1.*si libe.imper.soc.sine hered.dec.lib.* 10. *C.* exemplo coniunctionis & iuris eius accrescendi,quę in hereditatibus,legatis & bonorum possessionibus locum habet, & præfert coniunctum disiuncto,*l.* 2.*quan.non pet.par.peten.accres.C.l.si ex pluribus. de sus & legit.P.l.* 1.*§.his ita,& §.vbi autem,de cad.tollen.C.l.re coniuncti, de leg.*3.*l.triplici,de verb.sign.* in bonis vbi coniunctio:vt etiam mercatorum collegium fisco præfertur,in bonis quæ habet in collegio mercator sine proximis decedens,non in aliis,*l.D.Commodus,de iure fisc.P.* Et succedit in eodem casu magistratus suis officialibus, *l.fi.C de apparit.præf.præto.lib.*12.C.

6 ¶ Dubitat † tamen Benedictus, *ad d.c. Raynut. & d. ver. & vxorem,&c.n.*255.num hæc vera sint in Gallia. vbi princeps iure vacantium bonorum,vt dicemus ca.seq.successiones sibi vindicar. Et ego certe puto, locum non habere:cum iure societatis introducta sint collegia, ratione cuiusdam finis publicæ negotiationis,politiæ,vel vtilitatis,*l.*1.*quod cuiusque vniuer.nom.P.* Et societas post mortem non duret,sed morte soluatur, *§. soluitur adhuc,de societ.apud Iustin.l.*1.*& l.verum est.*64.*§.fin.pro soc.in P.*ne pacto propogari possit post mortem, vt per societatem impediatur successio intestati,vel proximorum, vel testamentaria,*l. si fratres,*53.*§.idem respondit,l.adeo,*6...*eo. P.* Et ideo puto ad fiscum peruenire,quæ ex collegij vel alia curiali societate,peruentura essent ad proximos defuncti ab intestato, si habuisset: ea vero, quæ etiam existantibus successoribus proximis collegio, vel ex statuto,vel lege vel consuetudine solent reseruari, nullis existentibus proximis ad collegium quoque, non ad fiscum perti-
7 nere. ¶ Proinde † ecclesia aut monasterium, capitulumque ab intestato mortuo clerico prælato canonico,vel fratre religioso,si ius habet exuuiarum vel spoliorum,præfertur & proximis & fisco: si non habeat hoc ius, sed proximi non sint, defuncto succedit etiam in omnibus,si sint proximi, res suas tantum retinet,*c.pen.& fin.*12.*q.*5.*l.si quis presbyter,de episc. & cler.c.*1.*de succes.ab int.*

8 ¶ Inter † fratres ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, per obitum priorum,castellani,empostæ,baiuliuorum,commendatariorum,& aliorum administratorum bonorum ordinis, commune ærarium percipit iura mortuarij & fructus vacantis prioratus,commendæ, castellaniæ, empostæ, baiulatus, vnius anni, computandi à die S.Ioannis Baptistæ proxime mortem sequẽtis,vsque ad alium diem sequentem S. Ioan.Baptist. vt habetur in statutis eiusdem ordinis milit.S.Ioan.Hospit.Hieros. *tit.* 5.*de communi erario,c.*4.qui soluuntur ab iis,qui in eodem ordine locum demortuorum subeunt,*ca.*3.*eiusdem tit.vbi sup.* Insuper omnia bona mobilia & immobilia, quorumcunque fratrum eiusdem ordinis, pertinent post eorum mortem ad ærariũ commune ordinis:vocant hæc *spolia.* Demtis fratribus capellanis & seruientibus officij, vt dicunt, quorum bona seu spolia perueniunt ad illos,in quorum prioratibus, baiulatibus, & commendis,residentiam habuerint,*c.*20.*eiusdem tit.* Excipit statutum & vasa, & alia obsequio ecclesiæ deputata, quæ ecclesiis relinquuntur,*c.*21.*eo.*quemadmodum vtensilia,vt ait, & instrumenta rustica,relinquuntur successoribus in administratione, diuisis tamen pecoribus inter successores in beneficio, & ærariũ commune,*c.*22,*eod.*

¶ Erat † antiquis & in iure ciuili, successionis ius patronis 9
in bonis liberti tantum,ex lege duodecim tabularum, si is decessisset sine legitimo herede,*§.*1.*de succes.liber. l.*3.*de suis & legit. hered.P.* Iure prætorio pars dimidia deinde delata bonorum liberti,patrono,*§.*2.*d. tit.de succes.libe.* Subinde lege Papia, cum filiis liberti patronus in virilem partem vocatus, si sestertium centum millium esset patrimonium,*§.postea,eod.* Postea & Iustinianus, decedentibus sine liberis ab intestato libertis, patronis ex lege duodecim tabularum, delatam successionem reseruauit,*§.sed nostra constitutio,eod.* Succeditque liberto non tantum patronus, sed etiam coniuncti vel proximi patrono vsque ad quintum gradum: vt si eiusdem patroni vel patronæ, vel duorum vel duarum pluriumve liberi sunt, qui proximior est, ad liberti seu libertæ vocetur successionem, & in capita non in stirpes diuidatur successio: eodem modo & in iis qui ex transuerso latere veniunt seruando,*d.§.sed nostra.* Nisi forsan à patrono alicui ex liberis suis, vel alteri assignatus fuerit libertus nam tunc ad eum solum peruenit liberti successio, *§.*1.*de assign. liber.l.*1.*eod.P.*

¶ Erant † & aliquando duæ successiones,antiquatæ deinceps 10
per bonorum creditorum venditionem, & ex Senatusconsulto Claudiano,quæ quia sublatæ sunt,item quia viuorum erant nõ mortuorum successiones,à nobis prætermittuntur. De illis tamen qui desiderauerit videre, quæ tradita & emendata sunt, consulat Iustinian.in titul.12.lib.3.Institut. iur. ciuil. *De successionibus sublatis. quæ sieb.per bonor. vendit. &c.* & in eum Theophilum,& l.vnic.de Senatusc.Claud.tollen.lib.7.C.tit.24.

De delatione successionis intestati in fiscum.

Cap.16.

1 *Fiscus defunctis intestatis,quando succedat.& seq.num.*
2 *Denariatus homo quis,& quis ei succedebat.*
3 *Proximitatis gradus contra fiscum,quomodo probatur.*
4 *Fiscus primato succedens heres,tenetur ad onera hereditaria.*
5 *Feudum rediens ad regem non facit hominium subdito regis.*
6 *Fiscus ecclesiæ præfertur fisco regio in successione clerici.*
7 *Allophylus succedit in Gallia princeps.*
8 *Heredi indigno quomodo succedat fiscus.*

DEficientibus † personis, quæ legitimam succedendi ha- 1
beant auctoritatem, vel illis succedere aliqua ex caussa prohibitis, vel nolentibus hereditatem defuncti, respublica & patria eiusque fiscus seu ærarium commune, quod penes regem & principem est,vocatur,tanquam ad bona vacantia, *l. vacantia,*4.*de bon.vac. lib.*10.*C.l.fin.§. sin autem in furore,de curat.furio.lib.*5.*C.titul.*70.*l.vn.§.tum autem in superiore,de cad.tol.C.* Et vbi princeps fiscum habet, à bonis vacantibus ciuitates excluduntur, *l.*1.*de bon.vacant.lib.*10.*C. tit.*10. Theodericus rex Gothorum scribit apud Cassiodorum *lib.*5.*varia. c.*24. Epiphanio viro spectabili consulari prouinciæ Dalmatiæ, & iubet, bona cuiusdam Ioannæ quæ viro successerat,sine testamento mortuę & sine proximis,vt caduca fisco adiudicari & aggregari. Idemque alibi,*idem lib.*6.*varia. c.* 8. Cassiodorus docet, in formula comitiuæ priuatarum rerum, deficientibus legitimis heredibus, postremo loco bona intestati deferri ad fiscum. In lege Boioariorum sic quoque scriptum, *cap.* 19. *titul.* 3. *Quod si maritus & mulier sine herede mortui fuerint, & nullus vsque ad* 7. *gradum de propinquis, & quibuscunque parentibus inuenitur, tunc illas res fiscus acquirat.*

¶ Succedebat † ex lege Ripuariæ princeps, seu eius fiscus, 2
homini denariato vel denariati, id est, liberto per minimum coram principe ingenuitati restituto, *in l. Ripuar. titul.*56.*§.*4.

¶ Notandum † autem est, in quæstione qua fiscus ad bona 3
intestati venit,veluti ad vacãtia ex defectu cognatorũ, si aliquis se dicat proximũ & ex genere defuncti,& cõsanguinitatis gradum probare non possit,sufficere probasse,quod ipse & defunctus,de cuius agitur hereditate,habebãtur pro cognatis vel cõsanguineis inter incolas loci vbi degebãt, vel vbi defunctus habebat domiciliũ: vel quod se mutuo appellabant cognatos, vel quod dictum fuerit aliquando à defuncto, si cõtingeret eũ de-

Digitized by Google

cedere intestatum & sine liberis, quod ille suus futurus esset heres: vel quod defunctus in lecto morituru fassus sit, eũ sibi esse proximũ: vt scribit Masuerius in praxi titu. de prob. §. 33. incip. *item si fiscus.* Docet & Cynus ad l. non epistolis, C. de probat. Facit c. per tuas, de probat. Bal. in l. filium, de iis qui sunt sui vel ali. iur. P.

¶ Ceterum † nemo dubitat, vt opinor, hereditates, quæ ad fiscum tanquam ad heredem deuoluuntur, transire in eum cum suis oneribus, & præstare fiscum onera, quę priuatus succedens eidem præstaturus fuisset, l. si seruus, §. si quis, de lega. 1. l. fiscus, dẽ iure fis. P. Res enim sequuntur sua onera, l. 2. *de præd. & aliis reb. nauicula. libro* 12. C. ca. recolentes, *de statu monachor. c. cum non sit, de deci.*

¶ Expungendus † tamen error Speculatoris *in tit. de feud. vers.* 24. *quæritur. Quam male sequitur Chassan. ad* §. 1. *ad ver. en payant & supportant, tit. des successions des bastards, in consuetud. Burgun.* dum ait, quod si rex succedat alicui suo feudatario, qui tenebatur facere homagium seu hominium suo subdito & feudatario: quod rex etiã Franciæ tenetur illi etiam suo feudatario facere homagiũ pro illo fundo, in quo successit. Videtur enim alibi sibi cõtrarius, vbi disputat, nũ rex Franciæ qui acquisierat à rege Aragoniæ ciuitatem Montispessuli, quam ipse Aragoniæ rex habebat ex fide & hominio episcopi & capituli eiusdem ciuitatis, teneretur vt succedens in locum regis Aragoniæ, præstare fidẽ & hominium eidem episcopo & capitulo. Tandem enim resoluitur, *Ægid. Magi. in tract. de feud. & homin. ca.* 1. *citatque arestum eius rei, anni* 1558. 25. *Februarii*, post multa, minime teneri regem hominium præstare suo vasallo, tum quod dominum non recognoscat in temporalibus, *c. per venerabilem, qui filii sint legit.* tum etiam, quod omnia feuda mouentur & pendent à rege.

¶ Et † quando retrofeuda reuertuntur ad regem, redeunt ad primam naturam, & proinde non subiiciuntur fidei vel hominio amplius, *facit cano. quæris, de confect. distinct. 4. l. si vnus*, §. *pactus, versic. sed si pactum, de pactis, Pand.* Guillelmus Benedictus fuse explicat, quando fiscus succedit tanquam ab intestato, vel tanquam ex confiscatione, propter delictum. Et proinde vltra nihil addam, sed remittam egentem hac tractatione ad eũdem, ad ca. Raynutius, ad ver. *Et vxorem nomine Adelasiam*, in successione ab intestato, à num. 270. vsque ad nu. 298. de testam. & de vacãtibus, sequentibus numeris. Nos quoque de hereditatibus, quę in fiscum deferuntur, aliqua annotauimus lib. 3. Synt. g. ca. 12. l. xstat & decisio Rotæ 865. in antiquis, incipiẽs, *mortuo Titio*, titul. de testament. qua bona clerici decedentis sine legitimis heredibus, fisco ecclesiæ adiudicantur, non secularis principis.

¶ Trium † autem est in Gallia, regem vel fiscum eius succedere allophylis iure albanagij, id est, iure alibi natorum, si regni colis diplomate principis nõ fuerint inserti, & vt dicimus, si nõ fuerint affiliati. Cui iuri suffragatur ius commune, *l. 1. nõ lic. habi. Metroco. & c. lib.* 11. C. *tit.* 55. *Notat hoc Guilielm. Bened. in c. Raynutius, in ver. & vxorem nomine Adelasiam, decis.* 5. *numer.* 48. *& seq. de testam. Pap. in rhapso. aresto. lib.* 5. *tit.* 2. Ita succedit quoque peregrinis decedentibus in regno, non naturali satis, antiquata Authen. omnes peregrini, commun. de successionibus exceptis scholasticis.

¶ Tenet † & fiscus locum heredis, quando bona heredi, tanquam ab indigno ademta, illi deferuntur, vt *in l. cum quidam*, & *in l. Claudius, in fin. de iis quib. vt indign. & l. 1. l. hereditas, vbi & videnda glos. C. eod. tit.* Sed hæc & similia, magis ad ius confiscationis, & ad pœnas delictorum, quam ad iura successionis pertinere videntur, Ideo successioni ab intestato finem hic impono.

DE ACQVIRENDA, VEL AMITTENDA HEREDITATE LIB. XLVI.

De ratione huius libelli.

Cap. I.

1 *Continuatio libri* 46. *ad præcedentes. & nu.* 5.
2 *Heres necessarius quis.*
3 *Heres suus, & necessarius quis.*
4 *Aditio hereditatis quibus heredibus non erat necessaria, & præcedent.*
6 *Mortuus saisit vivum ex consuetudine, quid significet.*
7 *L. cum heredes, de acq. poss. an sublata sit ex Galliarum vsu.*
8 *Aditio hereditatis an sine actu corporali fiat.*

1 POST QVAM † iam superioribus libris explicauimus ea, quæ pertinent ad causam testamenti, & intestati defuncti: ordo videtur postulare, vt effectum vtriusque causæ doceamus, & cõmunia pertractemus. Scopus vtriusque est, habere & constituere heredem, qui talis, nisi habeat, vel habuerit, vel velit habere hereditatem, vel ius hereditatis, non potest esse nec dici.

¶ Antiquitus † quidem erãt heredes aliqui necessarij, qui vellent nollentve, hereditatem habebant defuncti. Cuiusmodi seruus heres institutus, qui omnino post mortẽ testatoris liber necessarius fit heres, *§. necessarius, de here. qual. & differ. l. lege Cornelia*, 12. *de testam. P.* si is testatoris seruus, non si alienus, *§. seruus, de hered. instit. l. si alienum, eo. tit.* P. & pure institutus sit, reiecta cõditione, *si velit*, quæ faceret illorum voluntarium, *l. ex parte, de acq. hered. P. l. si sub conditione §. fin. de her.* alioquin enim nisi in seruo conditio perperam adiecta, l. Corn. *de her. inst. P. l. verb. de cõd. inst.* Et hic seruus nõ egebat aditione, sed cogebatur ob præmiũ acceptæ libertatis heres esse, *l. 1. de necess. her. inst* C. l. 1. *qui manu. non poss.* & talis erat à die mortis testatoris. ¶ Erãt † & sui & necessarii heredes, liberi qui in potestate morientis fuerãt eius mortis tempore, qui omnino, siue vellent siue nollent, tam ab intestato quam ex testamento heredes erant, *§. sui & necessarij, de her. qual. & differ. l. is qui potest*, 15. *& l. necessariis*, 57. *de acquir. hered. lib.* 29. *P. tit.* 2. *l. constitutionibus*, §. 1. *de cond. & demonst. P. l. filio* 17. §. 1. *de iniusto. rupt. P. d. l. lege Cornelia*, 12. *de testam.* & in eos dominium & hereditas continuabatur ex lege 12. tab. sine aditione, *l. in suis*, 11. *de l. b. & posth. l. in suis*, 14. *de suis & legit. P.* donec prætor ipsis permisit volentibus se abstinere ab hereditate, vt potius parentum, quam ipsorum bona à creditoribus possiderentur, *d. §. sui autem, de her. qual. & differ. & d. l. necessariis*, 57. *de acqui. hered. l. nam nec*, 91. *de leg.* 1. Et hoc beneficium vsque adeo in edicti perpetui trãsiuit potestatem, vt ea de causa non fuerit postea necessarium adiri prætorem viuentem, vel iudicem, vt abstinendi ab hereditate peteretur licentia, *l. ei qui se non immiscuit*, 12. *& l. si quis filium, §. 1. de acquir. here. P. l. si min. se abst. abstin. lib.* 2. C. *tit.* 59. ¶ † Fuerũt 4 & alij necessarij heredes, in quibus nec crctio, nec aditio hereditatis erat necessaria: idque quo tẽpore decemuiralibus legibus Romani vtebantur, & quando testamentum fiebat per æs & libram, & heres familiam emebat, *§. 1. de testa. Gell. lib.* 15. *ca.* 22. *Cic. 1. de Orat.* tunc enim cum fiebat familiæ emancipatio, heres fieri & adire videbatur, in contractu emptionis fidem suam accõmodãdo adhibitis testibus: vt vel ex contractu cõueniri possit emptionis, *§. 1. de emt. l. 1. eo. P.*

¶ Verumtamen † cum sequentibus temporibus placuerit, liberam relinqui hereditatis agnitionem, visũ est æquũ neminem cogi debere adire, *l. nec emere, de iure delibe. C.* Et proinde & de iure deliberandi tractandum fuit & spatium ante aditionem cernendi & cõsultandi datum, vt videret heres, vtrum sibi expediret hereditatem agnoscere. Proinde nos de hoc iure ante acquisitionem, vel repudiationẽ dicemus, & subiiciemus deinceps Deo fauente, quæ ad vtramque partem pertinent, quid, & quotuplex, de his quæ petitur seu de petitione hereditatis à quib. acquiratur vel per quos fiat aditio, de forma acquisitionis hereditatis per collationem, de personis, quibus nõ queritur heredi tas, & ibi de ademtione, repudiatione, de iure accrescendi, & de fine & rationibus acquisitionis, vel repudiationis. ¶ E † quãquã 6 in iure Gallico, & alibi de aditione corporali non valde contẽdatur, propter consuetudinem generalem, qua, *mortuus saisit vivum, de qua consuet. proprium opus, le mort saisit le vif, edidit Tiraq. hanc consuetu. habere locum Papiæ, Mediolani, tradit & examinat Barbat. consil.* 58. *incip. sapienter dicit Psalmista, in* 14. *col. cum* 3. *seq. in* 2. *vol. Simile statutum dicit Ioannes Imolens. consil.* 16. *in ciuitate Imolensi, & Franc. Aret. cons.* 16. *in Senensi ciuitate*, tamen propter repudiationem, collationem, & ius deliberãdi, vel ob inuẽtariũ necessitatẽ, & alia quædam, quæ ex sequentibus apparebunt, val de vtilis & necessaria est aditionis, & repudiationis speculatio.

¶ Neque † etiam verum arbitror, quod tradũt ex consuetudine 7 sublatam esse, l. cum heredes, de acq. poss. P. Nam concesso, quod heredes

Digitized by Google

heredes in Gallia se dicant saisitos seu possessores hereditatis, sine alio corporali ministerio: nihilominus egemus illorum declaratione, vt sciamus num velint esse heredes, vel nolint aut velint repudiare. Si enim cum heredes instituti sunt, iura trāseunt ad illos à morte testatoris, egent declaratione repudiationis, nisi velint se implicari oneribus hereditariis.

8 ¶ Addit † Baldus, quod exstante hac consuetudine, per quam fiat translatio sine actu aliquo possessionis, ideo non censetur sublatum remedium possessionis adipiscendæ executiuum. Et quamuis possessio ipso iure continuetur in heredem perinde, ac si fuisset apprehensa: tamen quia ipsa possessio est iuris, pro adipiscenda actuali possessione, potest intentare quis remedium, l. fi. de edict. D. Adria. tol. quod est remedium adipiscendi rem, & interdictum quorum bonorum. De quibus vide fusè disputantem & citantem interpretes Bart. Chassanæum, ad §. 1. *des successions*, num. 1. 2. 3. 4. vbi & de consuetudine, *le mort saisit le vif*, &c. in consuet. Burg. Vbi & restringitur regula illa in quatuor casibus, inter quos & excipitur causa heredum succedentium ex testamento. Sed & si is qui dicitur saisitus morte alicuius ex consuetudine, vendat ius suum alteri antequam adipiscatur realem possessionem, talis emtor non poterit se dicere vestitum vel saisitum, *Bal. ad rub. de causs. possess. & propr. Chass. ad §. 14. ad ver. la femme Mariee, nu. 15. des droicts appartenans à gens mariez, in consuet. Burg.*

De iure deliberandi.

Cap. 2.

1 *Deliberandi iuris caussæ impulsiuæ.*
2 *Heres qui cœpit administrare, non habet ius deliberandi.*
3 *Deliberare vnde dicatur.*
4 *Cretio hereditatis quid, & forma: duplex, vulgaris & continua, & quæ, num. 5.*
6 *Cretio num distingueretur ab aditione.*
7 *Ius deliberandi subrogatum in locum cretionum, & plenius illis.*
8 *Deliberandi tempus à quo petitum, & nunc à quo dictum & numero 9.*
10 *Transmissio iuris deliberandi quando fieret.*
11 *Deliberandi forma de adeunda hereditate, & quid pendente tempore fiat.*
12 *Deliberandi ius cui concedatur.*
13 *Adeundæ delatam hereditatem ius quando in heredes transmittatur.*
14 *Transmissio iuris deliberandi in Gallia quando consideratur.*
15 *Transmissionum in iure species quæ, naturalis & sanguinis quæ, conuentionalis quæ, & legalis, nu. 16. 17. & 18.*
19 *Suitatis transmissio quæ.*
20 *Transmissio hereditatis ratione sanguinis. Differentia eius cum transmissione suitatis, & conuenientia & num. 21.*
22 *Transmissio ex l. cum antiquioribus, de iure delib. C.*
23 *Deliberandi extra tempus quando quis possit adire.*
24 *Deliberandi ius à iure adeundi differt.*
25 *Successorij edicti tempus, quomodo differat ab aditione.*
26 *Hereditas delata quæ dicatur.*
27 *Tempore deliberationis creditores hereditarij non possunt experiri.*
28 *Rationes iuris deliberandi. & seq.*
29 *Debita maxime apparent mortuis debitoribus, & quare non ante sæpe.*
30 *Ditiores quam sint se arbitrantur homines.*
31 *Domina rerum in incerto esse non debent.*

1 HEreditates † quamuis videantur esse lucrosæ, nihilominus sæpe damnum habent, §. neq; tamen, *de auct. tut. apud Just.* vel ratione æris alieni latentis, quod post mortē solet detegi: vel ratione legatorum & fideicommissorum, quæ aliquando totā exhauriunt hereditatem: vel ratione litium, quibus non vexari nostra permaxime interest. *l. minoribus, de minor. 25. an. P.* Interdum hereditas ex testamento defuncti, ex pacto maiorum, vel ab intestato defertur, & eligenda est causa ex qua quis velit dici heres, propter diuersos exitus diuersorum modorū, *vt in l. is qui pactus, 15. cum duab. seq. de acqu. her. P. cum simil.* Ex his dubium, imminensque periculum, in præcipiti facto reprehensio, & bene præcipiunt, qui vetāt quicquam agere, quod dubites noceat, an prosit. Et in rebus magnis memoriaque dignis, consilia primum, deinde acta, postea euentus spectantur, *Cic. 2. de Orat.*

2 ¶ Principium † namq; hoc esse debet heredis prudētis deliberare. Nā si prius se immisceat negotiis hereditatis, & postea deliberandi tempus postulet, sero sapit, nec permittitur, nec habet relinquendæ hereditatis facultatē, §. *extraneis autem, de her. qual. & diff. l. suus, & l. sicut, C. de repu. her. Et ita iudicatum refert Pap. in Senatu Paris. 7. Mar. 1529. lib. 21. Rhapso. arest. lib. 19. are. 1. Chass. ad §. 12. ad ver. par benefice d'inuentaire, nu. 3. des successions, in consuet. Burg.* nisi minor sit 25. annis, qui iuuetur restitutione eanquam decepsus, *l. prætor, §. sed & si hereditatem, de minor. 25. an. l. 1. C. si minor se ab here. abstin.* ¶ Deliberare, † à libella qua quid perpenditur, dictum est, vt ait Sextus Pompeius Festus, libro quarto, de verb. sig. Quemadmodum enim per libellam seu libram, res ad iustum & certū pondus reducuntur: sic consultatione & perquisitione diligenti, res quæ dubia est, ad certitudinem quandā deducitur, nū expediat heredi scripto vel ab intestato vocato adire hereditatem, vel repudiare. ¶ Deliberatio † fiebat olim, & per cretionem, & sine cretione. Vlpianus in titulo, fragmento 22. *Cretio est, inquit, certorum dierum spatium, quod datur instituto heredi ad deliberandum, vtrum expediat ei adire hereditatem, necne.* Addit postea, quomodo hæc fiebat in testamentis cretionis conditio, hoc modo, *Titius heres esto, cernitoq; in diebus centum proximis quibus scierus poteriſque: nisi ita creueru, exheres esto. Quare, inquit, cernere est verba cretionis dicere, ad hunc modum, cū me Mevius heredem instituerit, eam hereditatem adeo, cernoque.* Ita duplex erat formula instituendi, & duplex inde deliberandi & adeundi modus, & effectus.

3 ¶ Et † cretio aut vulgaris, aut continua: vulgaris in qua adiicitur hæc verba, *quibus scierit poteriſq;*. Continua, in qua adiiciuntur. Sine cretione heres institutus, si cōstituerit nolle se heredē esse, statim excluditur ab hereditate, & amplius eā adire nō potest. Cum cretione vero heres institutus, sicut cernēdo fit heres, ita non aliter excluditur, quam si intra diem cretionis non creuerit. Ideoque etiam si constituerit nolle se esse heredem, tamē si supersint dies cretionis pœnitentia actus, cernendo heres fieri potest. Et qui vulgarem habet cretionem, dies illi dati cōputantur, quibus scit se heredem institutum esse, & potuit cernere: ei vero qui continuam habet cretionem, etiam illi dies computātur, quibus ignorauit se heredem institutū: aut sciuit quidem, sed non potuit cernere, hæc in fragmentis Vlpiani. ¶ Sextus † vero Pompeius, libro tertio, de verborū significationib. *Creui*, inquit, *modo significat hereditatem adii: modo maior ætate vel censu sum, modo iudicaui, modo diuisi: quæ omnia à duobus verbis, creſco & cerno, veniunt: cuius vnius origo ex Græco trahitur, quod illi κραι. νειν dicunt perficere.* Et sic consentit cum Vlpiano Sextus Pōpeius, dum ait. *Creui, hereditatem adii.* Et Vlpianus dixit, *Sicut cernendo fit heres*, vt cretio esset aditio. Quamuis quidam Pompeii interpres dicat non id significari, putans quod cretionē aditio hereditatis sequebatur, quod aliter se habet, Docet & prædicta formula cretionis, *Cum me Mevius heredem instituerit, eam hereditatem adeo cernoque.* Ibi enim aditio præcedit, *adeo*: cretio sequitur *cernoq;*. Per cretionem enim apparebat heres. Varro & iussum in testamento, cernito, explicat, id est, facito vt videāt te esse heredem. Verba eius in 5. de lingua Latina, *Dictum cerno à creo, id est, à creando, ab eo quod cum quid creatum est, tunc denique videtur. Hinc fines capillorum describimus, quod finis videtur discrimen: & quid id in testamento, i. facito videant te esse heredem. Itaque in cretione adhibere iubēt testes.* Et ita Cicero mihi videtur vsurpare cretionem, pro ipsa aditione perfecta, & cernere pro adire pro eo quod Græci dicunt, ἐμβατεύειν εἰς τὰ πράγματα, vel εἰσπλεῖν εἰς οἰκίαν, immiscere se hereditati, & bonis, vel ingredi & adire bona. In qua sententia & est Budæus, in commentariis linguæ Græcæ, pagina 98. *& Bud. in annot. prior. ad Pandectas, ad l. 2. de orig. iur.* Cicero ita pro aditione ponit cretionē, vt ad Herēnium, *Vt de eo si dicas qui multas hereditates adierit, prospice tu, qui plurimum cernis.* Et contra Rullum, *Hereditatem creuimus.* Et alibi *ad Atticum 6. Quare adiunges Ausidium nostrum, hominem amantem me, nunc credo eo magis, quod debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hereditate creuisse.* Item *ad Atticum, 11. Galeonis hereditatem creui.* Dies porro cretionum, dicebantur tempus in quo debebat ex lege præscripta, declarare voluptatē acceptationis hereditatis heres. ¶ Cretionum † ius postea abolitum fuit, *l. cretionum, de iure deli. C.* necessarioq; aliud tempus deliberandi oportuit constitui, quia cretiones non nisi in hereditatibus testamētariis, neq; etiam in omnibus, sed tātum in quibus testator cernere heredem iussisset, locum habebant, & ideo in suspēso erāt hereditates testamēti sine cretione & intestati, de quibus etiā deliberandum est. ¶ Petebatur † olim tempus deliberandi à prætore, secūdum negotiorum necessitatē, vel longius, vel breuius, *l. 1. §. pen. & fi. eo. P.* non minus quam 100. dierum, *l. 2. eod. P. l. si curatoris, 9. eod. C.* Et in edicto aiebat prætor, *Si tempus ad deliberādum petet, dabo, d. l. 1. §. ait prætor, eod. P.* Cum dicit autem tempus, nec adiici diem, sine dubio, inquit Vlp. *d. l. §. fi. l. 1. in vendītione. §. de tempore de bo. auct. iu. pos. P.* ostēdit esse in ius dicētis potestate, quē diem præstituat. Nec non illud sciendum est, nonnumquam semel nonnunquam sæpius, diē ad deliberandū dandū esse, dūmodo prætor suadeatur, tēpus, quod primum aditus præstituerat, non sufficisse. *l. 3. de in. del.* Sed hoc impetrari non debet nisi magna ex caussa *l. 4. eod. tit.* Ius tamen Codicis statuit, peti posse à magistratibus, & à principe, & sæpius: dummodo à magistratibus impetrata dilatio, nouem menses non excedat, si à principe, annum. *l. fin. §. sed quia, eod. C.* Constituit autem Iustin. nec peti tempus, sed concedi ex lege annum, quo omnis deliberandi facultas concluderetur: data nihilominus potestate

Digitized by Google

transmittendi ad successores hoc ius, si intra illud deliberandi tempus decessit heres, qui adire vel repudiare debebat, *l. cum antiquioribus, eod. C.* Nunc in Gallia, heres à die qua sciuit sibi delatam hereditatem, eam agnoscere debet intra 40. tantum dies. Vt intra tantundem tempus inuentarium conficiat & cautionem exponat apud magistratum, fore vt satisfaciat creditoribus pro modo bonorum, vt in lege municipali Biturigum continetur.

9 ¶ Porro † omnibus heredibus repudiare hereditatem licet delatam, quod non prius facere tenentur, quam ad hoc in iudicem euocentur, qui tempus ad deliberandum præfinit, etiam non petentibus, vt scribit Car. Molinæus *ad 5. par. quæst. Io. Galli, q.* 180. *facit l.* 1. *§. fane, de succes. edict. P.* Alioquin enim nisi interpellentur, videntur ignorasse delatam sibi hereditatem fuisse, & ante non videtur præscribi anno adeũdi viuentis heredis facultas, quæ iuris ciuilis est, *§.* 1. *de perpet. & temp. act.* vel alio longiori tempore nisi intra quod adire deberet, constitutum esset tempus à magistratu, *l. si curatoris, 9. de iur. del. C. l. quamdiu, de acq. her. P.*

10 ¶ Quod † autem ad ius transmittendi pertinet heredis morientis, si à tempore scientiæ moriatur, intra annum, præscriptio ei & heredibus currit adeundi, secundum l. cum antiquioribus, & l. quoniam sororem, de iure del. C.

11 ¶ Forma † deliberandi, vt primum petatur dilatio, vel secundum iuris terminum eam amplectatur. Subinde pendente tempore deliberandi, forma seruetur, vt interim non tantum creditoribus, sed etiam heredi instituto, prætor vel magistratus subueniat, iisque copiam faciat instrumentorum inspiciendorum, vnde instituere se possint, expediat necne agnoscere hereditatem, *l. Aristo. scribit, 5. de iur. de. P. l. Aristo. 28. ae acq. he. P.* Sic inspiciendarum tabularum testamenti aperiendarum, & describendarum dabitur facultas, *l. 1. & 2. quemadm. test. aper. P.* sine quibus heres certus de oneribus impositis esse non potest, neque quicquam illis inuisis & perpensis respondere, *d. l. 2. quemad. testam. l. 20. eo. l. de his controuersiis, de transact. P.* Petebantur autem ab herede aperiri intra tertium aut quintum à morte testatoris diem; *Iul. Paul. lib. 4. recep. sent. tit. 6.* adeundus ea de re iudex seu magistratus competens, *l. 1. quemad. test. ape. lib. 6. C. tit. 32.* vel per libellum, vel pro tribunali, vt pro morte loci, adhibitis & conuocatis testibus, qui signarunt, vel aliis honestis viris præsentibus, aperiantur, & ab iis rursum, si opus est, obsignentur, *l. 2. eo. C.* Legum porro antiquarum in aperiendo solemnitates, *de quibus in l. cum ab initio, & l. sed si maior, & l. 1. §. vlt. eo. tit. P.* si ius codicis seruetur, *de quo in l. 2. & 3. eo. C.* non valde exiguntur. Fit & publicatio testamentorum coram iudice, vt deinceps eorum rata & publica sit fides & auctoritas, *l. publicati, C. de testam.* & de his quæ ibi scribuntur & disponuntur, transigi agiue possit, *l. 1. quemad. test. ape.* Et quamuis tabulæ intercidant, tamen disposita in illis rata & debita sint, *d. l. publicati, & l. vn. si tab. testa. exstita. in P.* Pendente etiam deliberandi tempore, prætor vel iudex aditus, bonis prospicit & hereditati iacenti ex ea parte edicti, qua dicit, *l. ait prætor, 7. de iure del. P. Si iusta causa deliberandi videbitur, bona interea diminui, nisi causa cognita boni viri arbitratu, vetabo.* Sic enim prohibentur alienationes, & exercitium actionũ. Et in causæ cognitione vertitur, an iusta causa sit, vt diminuere prætor permittat, qualis funeris causa, item eorum quæ sine periculo non possunt omitti, puta, si debitum vrget, ædificia sarcienda, agri colendi, &c. *de quibus vide d. l. ait prætor, & l. filius, 9. l. Aristo. §. & l. igitur, 6. eod. P.* Et petitur à iudice & conceditur interdum hæc diminuendi vel negotia gerendi necessaria & vrgentia heredi deliberanti, qui tamen debet protestari se id non agere nomine aditionis, *d. l. Aristo, §. si maior sit hereditas*, alioquin enim euacuareiur repudiandi priuilegium. Datur & interdum curator bonis eius rei gratia, & ad conseruandam hereditatem, *l. 1. de curat. bon. dam. libr. 42. P. tit. 8.*

12 ¶ Deliberandi † ius datur heredi instituto, dummodo is seruus non sit: nam eo casu, non seruis sed dominis, cuius sunt serui, datur, *l. 1. de iur. deliber. P.* Serui enim pro nullis in iure ciuili habentur, *d. l. 1. de iure deliber. l. quod attinet, & l. seruus, de reg. iur. l. qui testamento, §. seruus, de testam. P. cum simil.* Et si plures heredes sunt, & singulis potestas deliberandi datur, *l. si plures gradus, 10. de iure delib.* siue ij sint ex testamento, siue ab intestato heredes, *Azo in Sum. tit. de iure delib. C.* scilicet vniuersales: quippe quia legatariis seu heredibus particularibus non datur, *gl. in l. 1. ad ver. petet, eo. P. per l. si hereditatem, mand. P.* Petitur & nomine pupillorum vel minorum à tutoribus vel curatoribus deliberandi tempus, *dict. l. ait prætor, de iure delib. P.* Competit & ius deliberandi fisco, quando succedit tanquam heres, puta spuriis, vel aliis decedentibus ab intestato sine proximis vel vxore: & si is, cuius heres est, habuerit ius transmittendi, hoc eodem iure, vt alius heres quilibet, vtetur fiscus, *Cyn. in addit. ad l. si quis mihi bona, §. si quis plane, de acq. here. & ibi Bal. Chass. ad §. 1. ad ver. des successions, aes Bastards, in consuet. Burgund.*

13 ¶ Effectus † porro & finis deliberationis est, vt priuilegium, quod olim tantum suis heredibus concedebatur, vt ante aditam hereditatem delatam, & ante apertas eius tabulas morientes transmitterent ius adeundi ad heredes, *l. 1. de iis qui ante apert. tab. Cod.* communicetur etiam heredibus extraneis, & possint, si moriantur, intra annum à tempore scientiæ computandum delatæ hereditatis, adeundi facultatem etiam ad heredes transmittere. Si vero decesserint post annum, nihil transmittant, *l. cum antiquioribus, & l. quoniam sororem, de iur. delib.* Neque si moriantur ignorantes sibi delatam hereditatem, vt ait Ias. in l. cum antiquioribus. nu. 3. & alii C. de iur. delib.

¶ In † Gallia certe proculdubio vbi agitur de hereditate proximorum, descendentium, ascendentium, vel collateralium, transmissionis huius subtilitas contemnitur, propter consuetudinem quod horum mortuus siue sciens, siue ignorans delatam sibi hereditatem, saisit viuum proximum de genere, seu vt verba sonant, *le mort saisit le vif plus prochain heritier habile a luy succeder, §. 1. des successions, in consuet. Burg. & ibi Chass. num. 1. 2. 3. 4.* Et ita vi generalis consuetudinis transmittitur & ius deliberandi & adeundi, imo ius hereditatis in extraneum heredem, *Guil. Bened. ad rep. c. Raynutius, ad ver. mortuo itaque testatore, vbi transmissionum tractat materiam, nu. 188. & 71. & 72.* Ceterum, si heres ignorantis ex aliis sit quam degenere, puta heres sit institutus extraneus omnino, dubium remanet, num ius deliberandi ad heredes transferat mortuus intra annum. Et tandem placuit cum iure communi, hunc nec vi prædictæ consuetudinis transferre ignorantem morientem non aditam hereditatem, quoad ius adeundi, nec quoad ius deliberandi, quod non habet locum in ignorante. Sed tunc regula generalis erit obseruanda, vt hereditas non adita ad extraneos & testamentarios heredes non transmittatur, *l. quoniam sororem, de iur. delib. C. l. vni. §. nouissimo, de caduc. toll. C. Ratio ex l. nemo plus iuris, de reg. iur. & in d. l. cum antiquioribus.* 14

¶ Et † ita consuetudinem hanc, *le mort saisit le vif*, non habere locum in testamentariis extraneis à proximitate heredibus defendit Chassanæus, *ad §. 1. des successions, num. 5. in 3. limit. in consuet. Burgun. & in §. 14. des droicts appartenans a gens mariez, ad ver. la femme Mariee, numer. 12.* & notat Guillelmus Benedictus *in d. c. Raynutius, ad verb. mortuo itaque testatore.* Quod vt eo facilius intelligamus, nos oportet transmissionum species distinguere in genere & in specie, ex quibus appareat, quæ ad successores transmittantur, cum voluntate vel sine ea, decedẽtium. Alia namque naturalis, alia conuentionalis, alia legalis, quas tres transmissiones explicat præd. Benedict. *ad verb. mortuo itaque, &c. incipit qte à nu. 105. & in seq. persequitur.* 15

¶ Naturalis † dicitur ea, quæ transfert, quæ naturæ sanguini adhærent & generi, vt si transferat nobilitatem, sic dicimus natalibus nobiles, *l. nobiliores, de commer. & mer. C.* 16

¶ Conuentionalis, † quæ ex virtute pacti quæsitum, natura conuentionis transfert ius in successores quærentis, *vt in l. iurisgentium §. pactorum, de pact. P. l. si pactum, de prob. P. l. in cui sub conditione, de act. P §. ex conditionali, ae verb. obl. apud Iust.* 17

¶ 3. Legalis † seu legitima dicitur. *l. legitima, de pac. P. l. 1. de cond. ex lege Pand.* quando ratione legis, quod nobis quærendum est, potest quæri à nostris heredibus nostro nomine, & perinde ac si viueremus. Et hanc triplicem lex introduxit in hereditate nobis competente non adita, transferenda in nostros heredes ex triplici causa, *Bart. hac explicat in l. Ventre præterito, de acq. hered. Bened. ad d. c. & ver. mortuo itaque, & tractat de prima specie à nu. 108. vsque ad nu. 151. tractat & de tribus membris, Bald. in d. l. cum antiquioribus, §. 8. & in l. 3. de hered. inst. C.* 18

¶ Prima, † ratione & beneficio suitatis, ratione cuius, si filius vel nepos in potestate morientis patris vel aui constitutus, moriatur antequam adierit patris vel aui hereditatem, siue sciat sibi delatam, siue ignoret, semper transmittit eandem ad heredes sibi succedentes, siue ij sint extranei, siue sui, siue ex testamento vel ab intestato, ei succedant, *in l. apud hostes, C. de fun. & leg. her. l. 3. de iur. delib. C.* Et enim iam viuo patre quodammodo erat filius dominus, & mortuo eo continuatur in eum dominium, siue is sit ignorans, siue sciat delatam hereditatem, quod pertinet ad plenum ius, & ad naturale dominium, *l. in suis, de suis & legit. P.* 19

¶ Secunda † species transmissionis legalis, quæ non ratione patriæ potestatis seu suitatis, sed ratione sanguinis lineæ descendentis vel ascendentis. Nam si moriatur aliquis ex descendentibus, heres ascendentis cuius non adierit hereditatem, siue in potestate eius fuerit, siue non, hereditatem non aditam transmittit ad liberos descendentes succedentes ei beneficio, l. vn. de iis qui an. aper. tab. C. 20

¶ Differt † autem à prima suitatis transmissione, quod hæc transmissio fiat in liberos descendentes ex se solum, non autem in heredes extraneos ei succedentes, vt ea quę suitatis est. Vtraque tamen in hoc conueniunt, vt si descendentis hereditas delata sit ascendenti, vel collateralis collaterali, & is ascendens vel collateralis ante aditam hereditatem decesserit, non possit trãsmittere ad successores suos, *Guillelmus Benedictus vbi supra num. 152. per l. quoniam in prioribus, C. de iure deliber. Bartol. in dict. l. vnic. de iis qui ante aper. tabul. vbi improbat glossam quæ sentit contrarium, Bal. in l. 2. C. ad Orific. & in l. cum antiquioribus, de iur. del.* excepto casu, *l. si infãti, de iure delib. C.* Iure sanguinis & naturali, des- 21

Digitized by Google

li,descendẽtibus succeſſio aſcendentium debita dicitur in l. ſcripto,vt liber.P. & l.cum ratio, de bon. damnator. P. Et proinde tranſmiſſio hereditatis,in prima & ſecũda ſpecie tranſmiſſionis, fieri dicitur.Qua ratione videtur mihi in conſuetudinibus,filiorum & deſcendentium tranſmittendi poteſtas prorogata vſq; ad conſanguineos ſeu ſanguine proximos ſuccedentes.Vt quamadmodum in deſcendentibus hereditas tranſit & continuata videtur ſine miniſterio externo,ſic & in collateralib. mortuus quoque dicatur inueſtire viuentem, ſeu ſaiſire,& heredem eodem iure facere,*l.non facile,4.§.cognati,l.Iuriſconſultus.§.1.de grad.affin. P.l.1.vnde cognat.P.l.fin.de inſtit.& iur.P.* quia ius ſanguinis dicitur eſſe inter cognatos,& nullo iure ciuili iura ſanguinis dirimi poſſint,*l.iura ſanguinis,de reg.iur.*

22 ¶ Tertia tranſmiſſionis legalis ſpecies, quæ fit ex beneficio l. cum antiquioribus.de iure delib. C.quãdo quis ſciens ſibi delatam hereditatem,infra annum ſibi à iure ad deliberandũ datum an adire velit vel non moritur:& ſic pendente, adhuc tempore deliberandi,non adita nec repudiata hereditate, tranſmittit nõ quidem hereditatem,vt in duobus primis membris,ſed illud ius deliberandi,& poteſtatem adeundi, *l. cum antiquioribus, de iure delib.C.& Bart.ibi & in d.l.ventre præterito,vlt.colum. verſic.ſeptimus caſus,* in quantum ſupereſt de anno.Si autem ignorans delatam moriatur,non tranſmittit ius deliberandi:quia non dicitur cœpiſſe deliberare in eo quod ignorabat.Sed & ſi heres trãſmittentis,& qui cœperat deliberare,intra annum non adeat,nõ ad-

23 mittetur poſtea. ¶ Niſi †heres ex cauſſa legitima diſtuliſſet adire, nempe vt prius vindicaret mortem defuncti: vel ratione vẽtris, *vt in l.ſi quis in graui,§.elegãter,ad Senat.Sylla.*P.de quo num admitteretur prius dubium erat,vel ſi fuerit impeditus mota falſi controuerſia contra teſtamentum, vel alia de cauſſa legitima, *Bal.in l.cum antiquioribus,in fi.de iur.delib.*

24 ¶ Notandum † eſt,hoc ius deliberandi dici,non autem adeũdi:nam ſi quis viuat, ſi nõ coactus fuerit à iudice certo appoſito termino deliberare,& ſi non repudiauerit, poteſt adire quãdiu vixerit,*l ſi curatorib.9.C.eo.l.quandiu heres,de acq.hered.* Et in ſuis id expreſſius,nulla lõgi tẽporis præſcriptione ſummoueri poſſe,quin poſſint ſe immiſcere. Longiſſima vero tolli poſſe hanc facultatem,puta 30.annis receptum eſt,exemplo aliarum actionum,*l.licet,C.de iur.del.* Addit etiam Bart.*d.l.licet, & l.ſicut, & omnes,de præſcript.30.vel.40.ann.C Bar.ad d.l.licet.* quod contra filiam inſtitutam ſolam à matre,ad eam ſubmouendam ab aditione,ſexaginta anni requiruntur:triginta quidem, vt contra non adeuntem ex teſtamento:triginta vero, vt contra venientem ab inteſtato:quam deciſionem dicit mirabilem Paulus Caſtren. *in d.l.quandiu,in 1.de acquir.hered.* hancque probat Iaſon & Baldus, *Iaſ.in d.l.licet,num.5.& ibi Bald.*

25 ¶ Et † hæc iure ciuili introducta dilatio adeundi, quia aditio iuris ciuilis eſt: cum tamen ex iure prætorio remedium deliberandi non ita prorogaretur in edicto ſucceſſorio, quod petendi bonorum poſſeſſionem tempus præſcribebat: ſuis quidem filiis & parentibus, anni:proximioribus autem aliis,centum dierum tantum ſpatium,*l. 1.& §.largius, de ſucceſ. ea. P.l.4.qui admit.ad bonor. poſſ.poſſ.C.* Illudque dabatur, quando filius per bonorum poſſeſſionem vnde liberi non veniſſet intra tempus, ſi nemo in eo primo gradu erat, cui accreuiſſet eius portio,omiſſam additionem, *iuxta l.ſi pluribus,de ſuis & leg.her. P.* Verum ſalua erat etiam moræ anni reſtitutio filio, vt excluſus per, *vnde liberi*, poſſet poſtea petere bonorum poſſeſſionem ex tempore alterius edicti, *vnde legitimi, d.l. §.ſed videndum, de ſucceſſ. edicti.* Ita proximitatis nomine dabantur dies computandi ab elapſo termino, vnde liberi ſi illa ſucceſſionis ſpecies adeſſet: alioquin tempus vtrumque computabatur vtile primum à die ſcientiæ delatæ hereditatis,*l.qui admit. ad bon.poſſeſſ. poſſ.C.* Subducebatur enim tempus ignorantiæ, ſicut & iuſti impedimenti, ab vtili tempore, *l. quandiu, eo. l. annus vtilis, 6. de calumniat. P. lib.3.tit.6.*

26 ¶ Delata †porro dicitur hereditas,quam quis poſſet adeundo conſequi,*l.delata,151.de verb.ſign.P.*

27 ¶ Alius † effectus iuris deliberandi eſt,vt creditor hereditarius,pendente tempore deliberandi non poſſit pignora capere vel exſecutione vti,*gl.in l.ſi cum dotem,ad §.tranſgrediatur,ſol matrim.*P.ſed debet exſpectare inuentarij confectionem. ſi velit eius beneficio vti heres,vt ſciatur num bona ſufficiant ære alieno liberando.Et ita iudicatum in Senatu Pariſienſi 24.Martij,1527. *Pap.refert.lib.21.rhapſo.areſt.tit.10.areſt.7.*

28 ¶ Rationes †cur ius ius deliberãdi fuerit heredibus indultũ ex pluribus quaſdam refero.Prima,quod cum plurib.legibus conſultum fuiſſet morientibus,& vt ſucceſſiones eorum conſeruarentur.& vt heredes haberent:æquum viſum eſt.& proſpici heredibus, & dandum eſſe tempus, quo poſſent ſibi antea cauere, quam repentinis aliorum negotiis inuoluerentur in ſui perniciem,*l.Ariſto.5.de iure delib. l.Ariſto.28.de acquir.hered.P.* Deliberatio omnibus rebus neceſſaria, quę hominum indiſcuſſos calores poſſit refrænare,*c.anteriorum,2.q.6.* Temporeque indigemus,vt aliquid maturius agamus. Neque ſunt præcipitandi opera noſtra aut conſilia nec ordo corrumpendus,*c.ponderet,50.diſt.* Cautela & illa laudabilis,in qua totũ ratio agit,& furor nihil ſibi vindicat: agendumve nihil prius quam cõcitata mens ad trãquillitatem redeat,*c.illa prepoſitorũ ſolicitudo,11.quæſt.3.* Et Martialis dicebat *lib.12.Epig.epigr.99.*

Non ignorat onus quod ſit ſuccedere Macro:
Nam ſua qui metitur pondera,ferre poteſt.

¶ Eſt,†vt dixi,latens æs alienum in hereditatibus, potiſſimũ 29
in maioribus:vbi enim ſunt diuitiæ multæ,ibi ſunt plures, qui eas comedunt,*§,neque tamen, cum gloſſ.fin.de auctor.tut.* Et plures ſunt creditores,qui pẽdente vita debitorũ,vel metu dignitatis eorum,vel amicitia, vel ſpe beneficii conſequendi non repetũt debita:poſtquã autem cecidit vitæ & arboris ſuperbiæ truncus, accurrunt ad ſua repetenda. Et qui ſtantis arboris fructus non poterant attingere collapſo trunco à ramis facile repetũt,& ſuccеſſoribus non parcũt. Sæpe plures viuũt alienis ornati plumis,qui deſtituti fauore & vento ſecundo,exeuntur.Et ita ſibi heredes deliberare par eſt:

Ne ſi forte ſuas repetitum venerit olim
Grex auium plumas,moueat cornicula riſum.

Quis credidiſſet vnquam Epaminundam inopem omnino fuiſſe,niſi vidiſſet eum ob inopiam publico funere à Thebanis ſepultum:& poſtquam repertorium bonorũ eius feciſſet, ferreũ veru tantum in eius domo inueniſſet? Hæc enim tantum inuẽta eius feruntur bona,*Plutarch.in vita Fabii Maximi.* ¶† Lyſãdri 30
paupertas poſt eius mortem tantũ detecta eſt,*idem in eius vita.*
Sunt & plures,qui dum volunt videri diuites,legatis pluribus infarciunt teſtamenta, quæ vix poſſent exſolui à duplici hereditate relicta:& fere omnes amplius de ſuis facultatibus ſperãt homines,quam in his ſit,*§.in fraudem,quib. ex cauſ.mand.non lic.* Idcirco heredibus indultum eſt ſui gratia tempus deliberandi.

¶ Tertio† loco,etiã creditorum cauſſa tempus cõſtitutũ de- 31
liberandi,ne diffugii & ſubtractionis vel expilandæ hereditatis anſa daretur nimium moroſis heredibus,ſed ſcirent cũ quibus experiri citius deberẽt,*in l.1.de ſucceſ.edic.P.l.ſi plures,* 10 *de iure deliber.P.* Item poſtremo,ne dominia rerũ diutius ſub incerto eſſent,*dict.l.1.de ſucceſ.edict.* quod ne ſint,intereſt maxime Reipublicæ,*l.1.de vſucap,P.*

De confectione & iure inuentarii hereditarii.

Cap. 3.

1 *Inuentarii conficiendi beneficium à Iuſtiniano introductum,& quorſum.Inuentarium quid,quotuplex,& à quibus fieri debet.& nu.2.3.& 5.*
4 *Annotatio bonorum per inuentarium*
6 *Inuentarium hereditatis quid,& quid contineat, quidve deſcribi in eo debeat.*
7 *Inuentarii tutoris & heredis differentiæ, & inſtrumenta quomodo eo comprehendenda.*
8 *Inuentarium hereditatis coram quo fieri debet.*
9 *Inuentarii hereditarii cõficiendi forma, & fieri poſſe poſt aditam hereditatem intra tempus conceſſum,quæres autem deſcribantur in eo.& n.10.*
11 *Inuentarii hereditatis neceſſitas quem reſpiciat.*
12 *Inuentarium qui heres cogi poteſt facere.*
13 *Fiſcus delatæ hereditatis non conficiens inuentarium, non tenetur ſupra vires.*
14 *Inuentarii conficiendi tempus quomodo contra minores,& eccleſiam,& hoſpitale heredes præſcribitur.*
15 *Inuentarii confectio, an & quando remitti heredi per teſtatorem poſſit.*
16 *Tutori filiorum, an teſtator poſſit remittere confectionem inuentarii.*
17 *Inuentarii hereditatis vtilitates & effectus.*
18 *Inuentarium non conficiens hereditatis non tenetur in conſtituta ſupra vires hereditatis exceptis caſus.nu.21.*
22 *Inuentarii de hereditate conficiendi rationes.& ſeq.24.*
23 *Inuentarium certitudinem rerum conducit, ſit expenſis hereditatis.*
25 *Inuentarii faciendi in patria conſuetudinaria poteſtas à cancellaria literis impetratur,cum duabus cautionibus.*

SVccedit† iuri deliberãdi remedium inuentarii,ex beneficio Iuſtiniani introductum,*in l.fi.C.de iure deliber.Si heres,* inquit, 1
dubius eſt,vtrum admittenda ſit necne defuncti hereditas, non potest ſibi eſſe neceſſariam deliberationem, ſed adeat hereditatem,vel ſe immiſceat, omni tamen modo ab ipſo inuentarium conficiatur, &c. Inuentarium eſt,*ὑπογραφὴ, ἀπόφασις,* repertoriũ & deſcriptio inuẽ- 2
torum.*Tutor,* inquit *l.tutor qui repertorium, de admi.tut.P.qui repertorium non fecit, quod vulgo inuentarium dicitur,dolo feciſſe videtur.* Eſt hoc nomẽ ex genere eorum,quę *ὀνόματα,* ad aliquid referuntur:ſecundum enim,ea quæ deſcribenda ſunt, inuẽtarium fieri dicitur,eſt enim *τὸ ὅσον ἐστὶ μετὰ μέτρου ἔχοντος ὕφεσιν ἢ ἀναγραφὴ, i.eſt aſſertio vel deſcriptio eius inquiſiti,quod potuit inueniri.*

Digitized by Google

3 ¶ † Inuentarium itaque erit, aut solemne & cum publica auctoritate factum, vel simplex à priuato. Et vtrumque plenum aut non plenum dici potest, *de omnibus istis membris. in l fi. de arbit. tut. C.* Publicum dicitur inuentarium, quod persona interueniente publica fit, veluti magistratu, *l. magistratus pub. pers. l. 1. de iustit. & iur.* notario seu tabellione, qui & seruus publicus dicitur, *l. 2. rem pupil. sal. fore, P.* & fidē habet publicam. Solemne vero dicitur, quando requisita per iuris dispositionem in confectione seruantur, de quibus postea Deo fauente. Priuati inuentarij facit causſam descriptio, & veluti index rerum memoriæ causſa: quemadmodum quando in testatum seu scripturam reducunt heres & legatarius vsusfructus, res fruendas & statutum earum, vt appareat facilius, an deteriores factæ sint, *l. 1. vsufructu. quem. caue. P. l. fi ego*, 10. *§. plane, si rerum libellus, de iure delib.* P.

4 ¶ Fiebat † & inuentarium à publica persona, & de bonis in publicum redigendis, cum descriptione & indagatione plena rerum & qualitatis earum, eius qui proscriptione damnatus fuisset, *in l. si quis intra prouinciam, de bon. proscr. C.* vel cuius bona annotantur, *l. 1. & fi. de requir. reis, P.* vel dum bona vacantia fisco incorporantur, *l. fin. de bon. vac. lib.* 10. C. Plenum inuentarium est, vbi omnia quæ describenda sunt, enumerantur cum suis qualitatibus & numeris & cum certitudine. Non plenum autem, quod summarie & de plano, & veluti capitatim raptimque fit, vel in quo omittitur descriptio plena describendorum.

5 ¶ Palam † autem est, vsum repertorij in pluribus esse necessarium ad certitudinem memoriamque rerum acceptarum, vel relictarum, de quibus fiunt libelli & tabulæ publicæ vel priuatæ, si restituendæ sint. Exempla plura sunt in iam dictis annotandis bonis reorum, vel in fiscum deferendis vacantibus si accipiatur ab administratoribus secularium vel spiritualium rerum aut personarum: si per curatorem datum ventri, *l. 1. §. pen. de curat. bon. dan. P. l. 1. de vent. in poss. mitt. P.* bonis, *d. l. 1. §. pen. d. tit. de cur. bon. dan. P. l. 1. C. eod.* vel à tutore dato pupillo, *l. tutor qui repertorium, de admin. tut. P. l. tutores, C. eo.* ab episcopo, qui accipit bona distribuenda pauperibus, *l. nulli, 28. de epis. & cler. C.* à creditoribus, si capiantur bona debitorum vt veneant, *l. fi. de bon. auct. iud. possid* quando episcopus vel moritur, vel crimine damnatur, ab œconomis ecclesiæ, *c. caritatem, 12. q. 2. c. sicubi. 12.* Fit & hereditatis inuentarium per heredem, *in l. fi. C. de iure del.* de quo locuturi sumus.

6 ¶ Et † hoc inuentarium, est descriptio omnium bonorum defuncti, facta auctoritate iudicis aut coram iudice ciuitatis & loci, & præsentibus illis quorum interest, solemnitatibus à lege vel consuetudine statutis, adhibitis. Si modica tamen sit hereditas, vt sumtus qui in inuentario requiruntur, exhaurire possint aliquam partem vel maiorem hereditatis, inuentarij solemnis confectio remittitur, *Pyrrhus in c. 18. de succes. in consuet. Aurel. Bar. in l. mediterraneæ, de ann. & trib. C. Chass. in §. 13. des successions, ad vers. par benefice d'inuentaire, num. 1. & 2.* Quando autem fit omnia & singula quæ hereditatis sunt, in individuo enumeranda & describenda sunt omnia quæ defunctus habuit penes se tempore mortis, *d. c. sicubi, & c. caritatem, 12. q. 2. ibi subtiliter seruabantur, & l. fi. §. sui autem, de iure delib. C.* alioquin enim datur licentia creditoribus, legatariis, si maiorem putauerint substantiam à defuncto derelictam, quam heres in inuentario annotauerit, quibus voluerint legitimis modis, quod superfluum est approbare, & per tormenta seruorum hereditariorum, vel sacramenta illius, si probationes defecerint: vt si aliquid heredes surripuerint, celauerint, vel amouendum curauerint, postquam fuerint conuicti, in duplum hoc restituere, vel hereditatis quantitati computare compellantur, *d. l. fi. ibi, licentia danda, l. ab omnibus de legat. 1. l. an bona fidei, C. de iu. delib.* Iam enim ex quo quis non res ponit in inuentario, dolose facere videtur, & suspectus efficitur, & si sit tutor vt suspectus remouetur, *Bar. in d. l. tutor, de adm. tut. P. Pan. cons. 73.*

7 ¶ Debet † igitur & instrumenta rerum cum rebus aliis inferere, & quæ debentur testatori, *vide Chassa. in §. 6. ad ver. par inuentaire, numer. 2. & 4. des enfans de plusieurs licts, in consuetu. Burg.* Tenor tamen instrumentorum non transcribitur: quamuis in inuentario tutoris contrarium seruetur, *l. chirographi, de admin. tut. iuncta gloss.*

8 ¶ Inuentarium † debere fieri coram iudice, seu à iudice loci, *Bar. in l. tutor qui repertorium, in 2. col. de adm. tut.* dictum est in finitione: veruntamen sufficiet ex consuetudine, vt fiat coram amanuense quem vocant graphiarium, *Io. Fab. & Saly. in l. tutores, C. de adm. tut.* Hodie in amplis hereditatibus iudex, vel si ei consiliarij sint, vnus ex illius sede, conficiunt. Si tamē agatur de bonis presbyteri defuncti, dubitari potuit coram quo iudice fieri debeat: & an per ecclesiasticum iudicem. an vero per tēporalem vel coram amanuenses. Sed soluit Guido Pap. *decis. 261.* vt si institutus ab eo fuerit laicus, vel si is alio modo ei succedat, quod per curiam seculare fieri debet: quia bona, quæ erant affecta clericali priuilegio, desierunt esse ecclesiastica, & sequuntur hereditum cōditionē *cit. l. fiscus, de iur. fisc. P. l. 3. C. de epis. & cler. l. Paulus respondit per procuratores, 89 §. 1. de acq. her. P.* Et ita iudicatum tradit. Ante additionem enim hereditas repræsentat defunctum, sed adita heredem, *l. 1. §. Scæuola, si quis test. liber. hic l. hereditas in multis, ac acq. rer. dom. P.* Vt cōtra, si laici hereditas deuoluatur in Ecclesiā, vel personam ecclesiasticam, aut ad pias causſas, inuētarium ad episcopum pertinet, *l. nulli, 18. de episc. & cler. C.* Et bona successionis laici perueniendo ad presbyterum, incipiunt vti priuilegio bonorum presbyteri, *Aut. item nulla communitas, eo Gui. Pap. expresse decis. 382.* secundum c. clericis, de immun. eccles. Quod tamen dicitur reuocatum in Cle. 1. & ibi Card eo. tit. Sic episcopi bonis fit inuentarium per clericos, œconomosque ecclesiæ, *ca. caritatem, 12. quæst. 2.*

¶ Forma † conficiendi inuentarij, traditur à Pan. in cons. 73. incip. *Iesu Christi eiusque piissimæ matris*, 4. col. ver. *causſa ergo breuitatis*, in 2. vol. vt ante omnia signum fiat venerabilis crucis ab heredis manu, *omissum autem signum non vitiare inuentarium, scribit Iaſ. ad l. fi. numer. 4. de iure del. tamen Christianum est*, apponi. citentur legatarij & creditores, vt adsint certa die & certo loco ad confectionem faciendam, *vt d. l. fin. eo. C. Auth. sed cum testator, ad l. Falcid.* Citatio, si certi sint, nominatim fiat: si incerti, fiat publice per præconem proclamatio, Bar. *in d. l. fin.* Et loco creditorum vel legatariorum absentium, vltra testes in inuentario descriptos, alij tres locupletes viri, fidei & opinionis bonæ & probi adhibendi, in quorum præsentia fiat inuentarium, *§. sancimus, verb. si absunt, de here. & Falc.* Debet incipere inuentarium heres intra triginta dies à tempore quo scit sibi hereditatem delatam, & intra sexaginta sequentes perficere, omniaque in hereditate inuenta perscribere, *d. l. fi. de iure delib. C. & d. §. sancimus*, Iason ad l. fin. de iur. delib. C. num. 3. 4. addit cum his solemnitatibus alias, & explicat non dici inuentarium inchoatum intra triginta dies, ex eo solo quod heres vocasset notarium & testes, & in principio chartæ posuisset signum crucis, diesque sexaginta esse continuos, id est, continere triginta, intra quos incipi debet, & triginta intra quos compleatur. Verum obtinuit etiam non cœptum intra triginta, si compleatur intra sexaginta valere, *Gui. Pap. dec. 571. num 1.* Sed si res sunt alibi, quam vbi cœptum est inuentarium, datur annus ad inuentarium perficiendum à morte testatoris computandus, *d. l. fin. §. sui autem alius.* 9

¶ Posse † & intra illud tempus fieri, etiam post aditam hereditatem, tradit Paulus Castrens. ad d. l. fin. numero 3. *gloss. in ver. delatam, d. l. fina. facit l. 3. §. si quis heres, de statu liber.* Et ita tempus inuentarij faciendi incipit currere à die delatæ hereditatis, & ante additionem: & post continuatur. Addunt, vt res mobiles & immobiles describantur, vt quæ sunt testatoris, & quæ non sunt, quæ tamen in hereditate reperiuntur, vt depositæ, *Paul. Castren. in d. l. fin. num. 5.* mutuo acceptæ, vel precarie, quia & hæc petitione hereditatis veniunt, *l. non tantum, de petit. hered. P.* Consulere autem sibi heredem, si protestetur ea, quæ postea inuenerit se scripturum & additurum inuentario. Deinde & notarij publici scriptura, & subscriptio inuentarij per heredem exigitur, vel subscriptio eius procuratoris: quia per procuratorem fieri potest inuentarium, *Paulus Castrensis, numero octauo, Iason, Bartolus, Baldus, & alij ad dictam legem final.* Et hæc latius explicantur apud prædictos Iasonem, Bartolum, Paulum Castrensem, in præd. l. fin. & quædam per Guill. Benedictum, ad c. Raynutius, ad vers. *mortuo itaque testatore*, 1. num. 398. & seq. de testam. 10

¶ Necessitas † in hereditatis quæstione conficiendi inuentarij, heredis est, qui si vel non conficiat, omittendo dolose quæ inuenta sunt in hereditate, priuatur beneficio inuentarij, *Masuer. in tit. de succes. §. item si heres dolose, §. 49. in praxi, vide Pan. Cast. ad d. l. fi. nu. 4. ibi Bal. & Iaſ. de iure del. ber. C.* 11

¶ Cogi † tamen non potest facere, nisi nolit, nisi sit heres graduatus de restituenda hereditate post aliquod tempus. Nam is adigitur inuentarium facere ope iudicis, vt disputatur in decisione Capellæ Tholos. 314. & ad illam per Aufrerium. Num autem currat & tempus & necessitas conficiendi inuentarij in eo cui restituatur ex fideicommisso hereditas, & num is iuuetur inuentario heredis grauati, remissiue tractat Guido Pap decis. 571. num. 6. Bar. in l. in ratione, §. quod vulgo, ad l. Falcid. P. & in l. 1. §. de iure delibe. P. qui respondit teneri iterum eum qui restituitur, de nouo facere, vt fruatur beneficio, ne teneatur supra vires Idipsum & probat Pau. Cast. num. 3. ad §. & si præfatum, & ibi Bal. l. fi. de iur. del. C. 12

¶ In † fisco vero non conficiente inuentarium, respōsum non ideo subiici pœnis, l. scimus, de iure delibe. C. quia is non tenetur vltra vires hereditarias, *l. 1. §. an bona, & l. non possunt, de iure fis. P.* Et ita iudicari tradit Guido Pap. *decis. 571. nu. 3. & decis. 333.* licet videatur contrarius, §. pen. de hered. & Falc. 13

¶ Attamen † contra minores currit hoc tempus, sed restituitur probata læsione. *l. pupillus, de her. & Falci. in Auth. gl. in l. auxilium, §. 1 de minor. 25. an. Guid. Pap. decis. 141. 142.* Idipsum dicitur in ecclesia & hospitali, heredibus institutis, *§. fin. de her. & Falc. & ibi Iac. de Bellouiſu, in Authen.* veruntamen vt in minore, est locus restitutioni, *c. quia contingit, §. illi etiam, de relig. domib. in Clemen. Gui. Pap. decis. 571. nu. 4.* 14

¶ Remitti † autem an possit hæc necessitas inuentarij à testatore 15

Digitized by Google

more heredi, post varias sententias distinguit Iul. Clarus *lib. 3. sent. iuris, in §. testamentum, q. 67. nu. 2.* vt non possit remittere in præiudicium creditorum: alioquin si remiserit, & ipse non fecerit, in solidum conuenitur ab illis. At in præiudicium legatariorũ, aut fideicommissorum, quibus si noluisset nihil quoque relinquere cogebatur, posse.

86 ¶ Sicuti † & potest tutori remittere confectionem inuentarij, non quidem simpliciter, sed tantum si prohibeat, *l. fi. arb. tut. & Bar. in l. nemo potest, num. 12. de leg. 1.* Si tamen iudex videat minori expedire confectionem inuentarij, non obstante prohibitione illud facere tutorem cogat, *Bar. vbi sup. l. vtilitatum, & l. in confirmand. de confir. tut. Bal. ad d. l. fi. arb. tut. C.* Deberique fieri descriptio bonorum, non obstante prohibitione testatoris, *Boer. ad §. 7. in gl. hoc consuetudo videtur probari, de consuet. & sta. perf. in consuet. Bitur.* Vide de remissione inuentarij, Guid. Pap. decis. 352. & cons. 63. Iason. in l. cum necessitatem, C. de fideicom. Ang. cons. 144. circa finem.

¶ Effectus † huius inuentarij legitime peracti, propter quos
87 tot solẽnitates et afhxæ sunt vtilitates plures habent, quos ponit textus in l. fin. §. & si præfatã, & seq. de iurè deliber. Et ibi Iason, Paulus Castrensis, Bartolus, & alij explicant. Et primo, nõ tenetur heres conficiens inuentariũ, vltra vires hereditatis creditoribus hereditariis. Quamobrem inuentarium beneficium dicitur, & contrarium iuris antiquis regulis, *l. si te bonis, & l. quæ dotis, sol. mat. P. 2.* Hoc heres conseruat sibi beneficium Falcidiæ, quod amitteret sine inuentario cum sine adiens, teneatur legatariis, vltra vires hereditatis, *d. l. fin. §. si quis autem temerario, de iur. del. C. Auth. sed cum testator, ad Treb. 3.* Ex hoc potest integra legata & debita soluere aliquibus non accepta cautione de restituendo, vt pro rata aliis contribuerent: nisi sciret alios esse legatarios & debitores, & ita malitiosè alias aliis ex integro præiuleret, vt olim, *facit l. 1. si cui plus quam per l. Falcid. Paul. Castr. ad d. §. & si præfatam, l. fin. de iure delib. 4.* Propter factum inuentarium heres, si pecuniæ non sunt in hereditate, quibus satisfieri possit creditoribus, non cogitur ipse res vendere hereditatis, vt pecunias conflet, & ita vitet obligationem de euictione: sed dat in solutum res ipsas, *Paul. Cast. vbi sup.* Et ita aliud pro alio, etiam inuito creditore, contraque iuris communis regulas soluitur, *l. fin. §. 1. si cer. pet. P. vide de hoc auth. si debitor, C. de fideiuss. in Auth. decis. Cap. Tholos. 108. 5.* Confecto inuentario, si hereditas desinit esse soluendo propter interitum superuenientem rerum sine sua culpa damnum est creditorum vel legatariorum, non suum, *Bar. in l. ratione, §. diligenter, ad l. Falcid. P. 6.* loco. Conficiens inuentarium, prohibet per illud, vt si quid per testatorem ei debeatur per aditionem, & possit illud repetere, *l. fi. §. in computatione, de iure delib. C. l. in imponenda, ad leg. Falc. C.* quod alioquin iure communi non fit. Nam adita hereditate sine beneficio inuentarij, confunduntur actiones inter debitorem testatorem & heredem creditorem, *l. debitori, 7. de pact. C. l. pen. de hered. act. l. licet, C. ad leg. Falci. l. Stychum, §. solutio, de solut. P. cum simil.*

¶ Inuinet † autem præcipuum damnum heredi, vt si non
88 confecerit inuentarium, teneatur supra vires hereditatis creditoribus & legatariis, *d. l. fi. §. etsi præfata, & §. si vero postquam, & §. si vero non fecerit, de her. & Falc. in Auth.* propter suspicionem expilationis furti, non autem in conscientia, *Bal. ad l. fi. de iure deli. Bar. ad rub. de acq. her. Mart. Laud. tract. ponit. Guid. Pap. q. 571. num. 9.*

¶ Cui † tamen regulæ sex adfert exceptiones Iason, *in d. §. & si præfatam, num. 2. quas ibi videto probatas.* Iudico autem tantum, 1. Si creditores & legatarij fateantur nihil amplius fuisse in hereditate. 2. Si mortuus, de cuius hereditate agitur, dum viueret, cessisset bonis, 3. Si heres sit cui libertatis causa bona adicantur. 4. Si defunctus reliquisset quippiam alicui taxandum officio iudicis, vt alimenta. 5. In executoribus testamentariis. 6. In fisco herede.

¶ Addendus † est alius effectus non contemnendus istius be-
90 neficij inuentarij, quod pendente tempore confectionis faciendæ, heres pro debitis hereditariis conueniri non possit personali vel hypothecaria actione; nullo tamen ex hoc incertullo creditoribus hereditariis circa temporalem præscriptionem præiudicio generando, *d. fi. §. dare tamen, de iure delib. C.*

¶ Veruntamẽ † si conueniatur heres, nõ vt heres, sed tanquam
91 simplex possessor reali iudicio, quia illud competit cõtra quemcunque possessorem, *l. Nesennius, §. fundum, de re ind. P.* pendente etiam dilatione faciendi inuentarij interpellatio recte fit. Itẽ si pro legatis ad pias causas, puta pro soluẽdis legatis pauperibus, qui fame premuntur: vel pro sumtibus in funere faciendis, qui ante etiam confectionẽ inuentarij detrahi ab hereditate debẽt, *d. l. fi. §. in computatione, de iure delib. C.* interpelletur. Et ita docẽt Cynus, Bald. & alij interpretes, ad l. fi. §. donec, de iure deliber. C & Aug. in tractatu suo, inuentarij. Addunt & cõueniri hoc tempore, pro male ablatis à testatore repetendis, pro deposito recuperando, vel commodato, *Paul. Cast. & Ang. in l. 1. §. hæc stipulatio.*
92 *collat. 12. si cui plus quam per leg. Falc. P. Bal. in d. §. donec.* Si is heres alios debitores hereditatis ad necessitatem conueniat, vt & tunc ipse conueniri possit, *Chass. ad §. 13. ad ver. si autem veniens, vi.*

des successions, nu. 10 ver sic. quinto limita. in consuet. Burg. vide Bal. & Iaf. in d. l. debitori, de pact. Guido Pap. tamen *dec. 571. nu. 8.* absolute probat, heredem, licet per alios nõ possit conueniri, pẽdente tempore inuentarii, posse tamen hereditarios debitores conuenire: excipiendo enim conuentus impedit litis ingressum, *Iaf. in l. fi. §. licentiam, de iure delib. C. Guid. Pap. d. dec. 571. nu. 7.* Si tamen exceptio hæc inuentarii conficiendi omissa fit in initio, non ideo minus valet, quod in lite gestũ est, nec ideo processus nullus est ipso iure, *dec. Capel. Thol. 257.* Ab initio vero obiicitur. Et ita recte ea exceptione, executiones virtute instrumentorũ debiti defũcti non fiunt intra tempus conficiendi inuentarium, *Bal. in d. l. fi. §. & si præfatum, Iaf. in ea. l. §. licentia, Vitalis de Cãpani in tract. clausul. cla. nihil nouari inuentarii confectione pendente.* quod seruari in praxi monet Barthol. Chassã. *ad §. 13. & ad ver. si autem se velent, tit. des successions, nu. 11. vers. & ideo.*

¶ Rationes † porro istius inuẽtarij & effectus, possunt colligi 18
ex pluribus. Quarum prima quia inuentarium facere tenentur, qui de acceptis reddere debẽt rationem, *l. Orphanotrophus, & ibi Bal. de epis. & cler. C.* Inuentarium namq; dicitur caput & principium omniũ rationum, quod & simplices administratores facere tenẽtur, *l. nulli, C. ea. l. 1. de tut. & rat. distrah.* Rationes vero acceptorum & inuentorum in hereditate reddere tenentur heredes creditoribus, dum volũt se ab omni periculo eximere. 19

¶ Secunda † ab honestate pendet, cõuenire homini probo nõ solum malum non esse, sed & esse alienum ab omni mali suspicione, *Psalm. 33. cum simil. l. tutor qui repertorium, de admin. tut.* Is autẽ qui non vult inuentarium facere, præsumitur esse dolosus, & dolo non facere. Et proinde tanquam ex maleficio, contra illum de exsistentibus iuratur in litem, *l. non figura, de actio. P. l. contrahitur, de pign. §. c. 2. de prob. l. non solum, §. sed vt probati, de ope no. no. P. l. chirographis, de admin. tut. P.* ¶ Tertia, † quia quãuis negotium non pendeat ex vi inuentarii, tamẽ ad certitudinis probationem conducit scriptura, *l. si. §. computa. de iur. del.* cũ ad liberationem heredis, nec vltra teneatur: tum etiam ad eluendam fortuitarum rerum suspicionem. Neque quicquã interest heredis, fieri inuentarium, cum & sumtibus hereditariis fiat non suis, *ea. veniens, in 2. de testib. in 6. l. postquam liti, C. de pact. cum simili.* Et sic repellitur eius malitia, per exceptionem receptam tua nõ interest. Sed nec iure naturæ æquũ est, vt is velit locupletari cũ alterius, nempe creditorum, iactura, *l. nam hoc natura, de cond. ind. P. l. iure naturæ, de reg. iur. P.* Eius autem voluntatis esse præsumitur, qui nõ patitur dominos & creditores, rebus suis prospicere, *iuxta c. adferte mihi gladium, de præsum.* ¶ Proinde in Gallia, in lo- 19
cis quæ consuetudine reguntur, beneficium inuentarii cõceditur per principem, codicillis ea de re impetratis ab officinis æquitatis, seu à cancellariis, *Pap. lib. 21. raphs. arresto. tit. 10. art. 1.* quibus id permittitur, dummodo cautiones interponantur. Cautiones porro, quæ præstãtur ab huiusmodi heredibus literas impetrantibus, sunt duæ, vna iuratoria, de fructibus & mobilibus in hereditate inuẽtis, non etiam de immobilibus: altera fideiussoria, de faciendis sumtibus funeris, & soluẽdis debitis, vsq; ad valorem prædictorum mobilium, & ita iudicatum, *dum vbi proximo.* Ceterum, quæ sint rationes temporis concessi inuentario faciẽdo, possunt accipi à rationibus iuris deliberandi.

De adeunda hereditate.

Cap. 4.

Lib. 29. P. tit. 2. Lib. 6. C. tit. 30.

1 *Adire hereditatem quid est.*
2 *Aditio & repudiatio, extraneorum immistio, & abstentio suorum*
3 *Aditio vel immistio duplex, expressa & tacita.*
4 *Aditio de qua re fieri dicatur, nempe hereditate.*
5 *Aditio hereditatis pro parte fieri non potest, nec pro parte repudiatio.*
6 *Adire hereditatem qui possint. &. 7.*
8 *Seruus non potest, nisi iussu domini adire hereditatem.*
9 *Per procuratorem an quæratur successio.*
10 *Mutus & surdus pro herede gerere possunt.*
11 *Cui interdictum bonis, quando & quomodo adit hereditatem.*
12 *Aditio nomine infantis & collegii heredum per quos fiat.*
13 *Manacho delata hereditas per quem aditur.*
14 *Aditio hereditatis verbo, & nutu quomodo fiat.*
15 *Adire hereditatem gradatim, de restituenda cogitur.*
16 *Aditio & sine & coram iudice fieri potest.*
17 *Adeundi hereditatem plurium succedentium ordo. & 18.*
19 *Adeundi facultas quanto tempore præscribatur.*
20 *Adire volens, cuius status esse debeat.*

IN aditione, † prima causa est cõsideranda, an adeunda sit he- 1
reditas, & hoc tractauimus iã in 1. 2. & 3. cc. superioribus. Vi-

Digitized by Google

deamus igitur quid sit aditio, & de reliquis. Adire hereditatem, inquit Azo *in summa, tit. de iure delib. C.* nihil aliud est, quam velle eam habere, animo scilicet & facto, ire ad hereditatem, suscipere, agnoscereve tanquam suam.

2 ¶ Aditio, † quia diuersum quid constituit aditum ab eunte ad illud, proprie extraneorum esse dicitur, qui aspicendo hereditatem (sic enim apisci pro adipisci dictum refert antiquis Sextus Pomponius Festus) venit in bona quæ nullo modo possidebat antea quemadmodum cum non acceptam delatam, repudiare dicitur. Qui autem sui sunt, non adire, sed se immiscere hereditate, vel pro repudiatione, abstinere se ab eadem dicuntur, *§. extraneos, de her. qual. & differ. nota. in rubr. de acquir. her. P.* quia viuente patre qui erant in eius protestate filij, quasi domini erant, *l. in suis, de lib. & posthum.*

3 ¶ Duplex † aditio vel immixtio, expressa & tacita, *§. in extran. de her. qual. & diff.* Expressa est, quæ verbis aperte declaratur, cum facto, dicente herede, se adire vel adiuisse hereditatem: veluti, quando grauatus est de restituenda hereditate, cogitur eam adire à fideicommissario substituto, *l. nam quod, 14. §. quo compulsus, & l. cogi, 16. §. generaliter, ad Senatusconsc. Trebellia. P. in l. quando in, 68. de acquir. hered. P.* idem si sponte adiuit, *vt l. eum qui, 51. §. fin. eod.* Tacita aditio, quando heres ea gerit, quæ non solent geri nisi ab heredibus, nulla protestatione contraria præeunte: sic enim dicitur, se gerere pro herede reipsa, *l. pro herede, 20. & gerit, eo.* tacita voluntate, cuius testimonium in contrarium nullum fuit editum. Maxime hoc in suis heredibus verum erat, qui iure ciuili heredes fiebant, qui ingerendo se, ipso iure immiscere sese videbantur, nisi mente diuersum protestarentur manifesto. In extraneis non vtique obseruatum olim. Nam filij emancipati, bonorum possessionem petere debebant: & si gerebant aliqua hereditatis, antequam decretalem bonorum possessionem à prætore ac cepissent, nõ dicebantur pro herede gerere, *l. 1. l. puberem, l. suum heredem, C. de iure deliber.* nec iure Codicis, antequam à iudice loco prætoris impetrassent, *l. fin. & penult. C. qui admit. ad bon. possess. possint.* In Gallia tamen æquale ius omnibus heredibus constituitur, vt ingerendo se, videantur se pro herede gerere: quia mortuo testatore vt sui, domini etiam extranei fiunt, si velint, & mortuus saisit viuum. Vnde gestio pro immistione habetur. Pro herede quippe dicitur gerere, qui tanquã dominus hereditatis facit: antiqui enim heredes dominos dicebant, *§. penult. de hered. qual. & diff. d. l. pro herede, 20. & l. gerit, 87. de acquir. hered.* Rectius tamen opinor distingui ea quæ geruntur, an gerantur alio animo quam hereditatis agnoscendæ, quod constabit declaratione, *l. Antistius Labeo. 62. eo. P.* & protestatione. Aut si declaratio nulla fiat antea, colligendum est ex gestis: an gesta sint eius naturæ, quæ fieri possint ab alio quam ab herede: an vero non soleant nec possint fieri ab alio, quam ab herede, *d. l. pro herede*, an ab vtrisque fieri possint. Nam quæ ab aliis quam iure heredis fieri possunt omnino, certe illa non habent immixtionem: veluti, si quis non quasi heres, sed quasi filius patroni, egens à liberto patris velit ali, proculdubio hoc extra causam est se immiscendi bonis, *Pau. in l. si quis non, 79. de acquir. her. P.* Item si rem hereditariam, vt rem alienam penes se habeat nesciens hareditariam, *l. cum bonis, 86. eod.* Si surripuit rem hereditariam, *l. si quis extraneus, eod.* Si tanquam inquilinus vel vt custos, vel alia de causa quam vt heres, in domo habitauerit paterna, *l, 1. de repud. her. C.* Si possideat rem vt emtor ab heredibus paternis, *l. 2. eod.* si tanquam socius viuentis patris, *l. si pupillus, 42. §. si in societate, de acq. her. P.* Si quis vero gerat ea, quæ non fiunt, nisi ab herede, pro herede se gessisse videtur: vt si institutus cum filio, iusserit filium adire, *l. si ego, l. si seruus, l. si ex sua, eo.* Si heres, re etiam non hereditaria, quasi hereditaria vsus fit, *l. si quis extraneus, 21. §. 1. l. gerit, l. cum bonis, eo.* quia animus ibi inspicitur, vt voluerit esse heres, *l. si quis, 6. C. de iure delib.* Si aliquid accipiat ex voluntate defuncti heredi debitum, vt pecuniam quam dare iubeantur statuliberi, *d. l. pro herede, 20. §. Papinianus scribit, de acquir. hered. P.* Si seruos hereditarios manumisit, *l. si pupillus, 42. §. fi. l. Pantonius, 85. §. fin. eo. l. 3. C. de iure delib.* sic de similibus. Quod si gerat negotium heres, quod ab herede, & ab alio ad conseruationem hereditatis, vel ob pietatem geri potest, si heres gerat sine protestatione, pro herede gessisse videtur: si protestetur, non vtique, *d. l. pro herede, l. 2. C. de iure delib.* vt puta, si filius patrem sepeliuit, si iusta ei fecit, si seruos hereditarios pauit, aut iumenta hereditaria, si ea distraxit, si fundos aut ædes locauit, vel fulsit, vel quid aliud fecit, vt saluæ res essent.

4 ¶ Aditio † fieri dicitur de hereditate, ideo eius qui viuit bona, hoc nomine aditi vel repudiari nequeũt: quia viuentis hereditas non est, sed mortui, *l. 1. de her. vel act. vend. l. 1. pro hered. P. l. opinione, C. eod. l. hereditas, de reg. iur. l. nihil aliud, de verb. sign. P.* & qui hereditatem adiuit viuentis, nihil egit, *l. qui superstiti, 93. de acq. her. P.* Quin si putet testatorem, vel eum de cuius hereditate agitur adeunda, viuere, non potest adire, *l. si qui heres, 13. §. si quis, l. heres institutus, 23. eod. l. si quidem, C. soluto matrimon. l. nouus, Cod. de captiu.*

5 ¶ Rursum † postquam hereditas delata est, eius pars adiri non potest, & altera omitti: sed aditio de tota facienda est, *l. [illegible] 2. si quis, 35. & l. duo sunt heredes, 38. de acquir. hered.* Atque filius, heres institutus, hereditatem non potest repudiare retenta legitima, *Pau. Castren. in l. heres institutus, C. de inp. facit l. cum hereditate, 55. de acquir. hered.* quia legitima filij cum est vnita cum reliquo patrimonio patris, non consideratur separatim & diuisim à reliquis bonis. Ita filius abstinendo se bonis patris, immiscere se non potest legitimæ, aut petere eam: vt etiam notat Cynus in l. heres institutus, Cod. de impuber. Nec abstinendo potest legitimam separare, vt notãt interpretes post Bartolum in l. quia poterat, ad Trebellian. P. Ne vna & eadem res diuerso iure censeatur, cõtra l. eum qui ædes, de vsucapion. Bartholom. Chassanæus, ad §. 12. ad verb. *ne retourne point*, versicul. *secundo respondeo*, in consuetud. Burgund. Ita ius aditionis indiuisibile, & qui institutus est ex asse, qui se gerit in aliqua parte pro herede, totam agnoscere videtur, *l. si ex asse, 10. l. si solus, 79. l. ex semisse, 73. eod. cui facit l. 4. de omni agro deser. libro 11. Cod. l. testamento, C. de impub. l. quidam elogio, 20. de iure delib. C.*

6 ¶ A quibus † porro adiri debeat hereditas, planum est, ab illis posse, qui heredes instituì possunt, vel capaces sunt successionis, vel per se, vel per alium quærendæ. Atque regula generalis est, vt qui possit in aliis dici idoneus vt se obliget, possit per se adire: qui vero non possit, & ei inhibeatur aditio per se. Idcircoque nec pupillus, nec reliqui à contractibus reiecti, adire possunt, *l. more nostræ ciuitatis, de acquir. vel amit. hered. P.*

7 ¶ Fuit † tamen olim ius ciuium Romanorum, vt soli testamento ciuis Romani hereditatem capere possent. Nec vllus peregrinus huius hereditatem adire poterat. Quod Cicero docet, oratione pro Archia Poeta, dum probat Archiam ie pro ciue gessisse, quod sæpe adiisset hereditates ciuium Romanorum. Et pro Cecinna, Ebutius Cecinnæ aduersarius dicitur negare heredẽ posse esse Cesenniæ Cecinnam, quod ciuitas ademta esset Volateranis à L. Sylla: & ideo ciuis non esset. In Topicis quoque, inter iura ciuitatis, ponit nexa & hereditates.

8 ¶ Homo † liber per se iure ciuili, non seruus, nisi domini solius non fructuarij iussu, adire hereditatem potest, *l. si quis bona, 25. §. iussum, & l. aditio, 45. eo. §. 1. per quas per nob. acquir. §. alienus, de hered. instit. apud Iustin.* Domino iussus eius tamen quæri hoc modo, vt bonorum possessione etiam intelligimus, *l. seruus, 7. de bonor. poss. P. l. seruo, ad Trebell. P.* quam per nos ipsos & per alios nobis subditos, iussu nostro acquirere possumus, *l. 3. §. acquirere, de bon. poss. P. l. placet, 78. de acq. her. P.*

9 ¶ Per † procuratorem autem, sicut in bonorum possessione, non possumus adire: & in hoc differt hereditas à bonorum possessione, quod tractatur in l. per procuratorem, 89. & ibi gl. 1. & l. Pomponius, 85. de acq. hered. in P. Ita Vlp. *d. l. si quis, 25. & l. qui putat, 73. §. qui bona fide, de acq. her. Si quis mihi bona fide seruiat, seruus alienus, iussu meo adeundo mihi prænuncio, nec acquiret mihi, nec potest.* Mutus, surdus, gerendo se pro herede, obligantur, *l. mutum, 5. eo. §. fin. de her. qual. & diff. l. 1. §. mutus, de her. inst. P.*

10 ¶ Potest & eorum nomine & à furioso curatore adiri, *vt cautum in l. fin. de bon. poss. inf. furio.*

11 ¶ Item † eum cui lege bonis indictum est, posse adire hereditatem constat, *d. l. mutum, §. si.* videlicet eo modo, quo se obligare potest, nempe cum auctoritate curatoris, *l. cum quidam, de adm. tut. C. l. in cui, de verb. obl.* dummodo ei ob prodigalitatem bonis sit interdictum, non etiam si ob crimen, *vt in l. Manichæos de hæret. C. l. pen. ad l. Iul. maiest.* Pupillus quoque cum auctoritate tutoris, solus non potest, *l. potuit, 5. C. de iure deli. l. more, l. 8. & l. pupillus, 9. l. pupillum etiam, 49. si per epistolam, 50. de acqui. her. P. l. bonorum, 7. quæ adm. ad bon. poss. pos.* C. Adit & nomine infantis heredis, pater hereditatem, *l. si infanti, de iur. del. C.* vel alius, *l. infantis, 3. qui adm. ad bon. poss. poss. lib. 6. C. tit. 9.*

12 ¶ Sed † & syndicus seu auctor municipũ, curiarum, collegiorũ, corporumq; eorum nomine adire hereditatẽ potest, *l. 3. §. à municipibus, de bon. poss. P. l. 1. §. quibus, l. nulli, & l. ciuitates, quod cuiusque vniuer. nom. P. facit l. omnibus, C. de her. decur. l. vn. de liber. municip. P.*

13 ¶ Monacho † veto instituto, vel vocato ad hereditatem, hereditas immediate defertur monasterio, absque ministerio aut facto monachi heredis instituti, & sine eius aditione, vt aiunt Innoc. Pan. & Io. Andr. *in c. in præsentia de proba.* Et iure ipso censetur ei acquiri, cuius monasterij est monachus, *l. fi. C. de sacr. eccles.* & abbas, vel monasterium per syndicum seu œconomum, huius hereditatem per tractant, *c. 9. de synd. ap. Greg.* Videtur enim monachus propriam voluntatem eiurasse, & in monasterium, *c. non dicatis, 12. q. 1. ca. si religiosi, de elect. in 6.* eam & se, & sua transtulisse, *Auth. ingressi, de sacr. eccle.* C. Disputat autem copiose Gui. Bened. ad c. Raynutius, ad ver. si absque liberis, 2. in vulgari substitutione, numero 80. & seq. An instituto heredẽ monacho, & substituto alio vulgariter, nolente adire monacho, præferatur monasterium: in aditione & iure substituto, vti apud eum videre licet.

14 ¶ Aditio † ex animi parte declaratur & cognoscitur, & ita fieri dicitur, si quis sine actu vel reali prehẽsione, dicat se velle esse heredem, *l. cum heredes, de acq. poss. P. l. si soror, C. de iure delib. l. [illegible]*

Digitized by Google

apud Ausidium, de opti. leg. P. l. iam dubitari de her. inst. de præsenti, pure & sine conditione, & sponte & sine clausula actus suspensiua: veluti si dicat, *ideo, agnosco, volo heres esse*, non etiam si dicat, *volo adire, heres ero. l. seruo electione*, §. 1. *de leg.* 1. Quia inter actus legitimos, qui nõ recipiunt diem aut conditionem, annumeratur aditio à Papiniano, *l. actus legitimi*, 78 *de reg. iur. P.* Sic verba enuntiatiua, relatiua ad actum, aditionem indicant animo factã: vt si dicat, *do tibi centum aureos, quia heres sum Titii, l. emtor. in fi. de rei vind. P. l. 1. de coll.* Sic etiam scripto hoc declauerit, dicens, *Titii heres, tibi scribo*, vel si subscribat tãquam heres, *l. gerit. l. pro herede quis*, § 1 *l. Pantomus, l. si quis extraneus*, §. 1. *de acq. her.* Scriptura enim probat voluntatẽ, & est imago mentis, si consensus ei accedat. Vnde mutus scriptura se gerere potest pro herede, si literas norit: vt etiam nutu scripturam comprobare potest. *facit l. mutu. de leg.* 4. Et si literas nesciat, etiam nutu solo potest adire, præsentibus & explicãtibus signa muti, proximis, vel familiaribus, qui norunt signorum muti consuetudinem, *eiusmodi, l. octaui gradus*, 9. *cum gl. vnd. cog. P. l. de tutela, C. de in integ. rest. min. vide Bar. in l. mutum, de acquis. her. P.* Sed & si quis dixerit, *Si soluendo est hereditas, adeo hereditatem, nulla aditio est, l. eum qui duobus* 51. §. *fi. eo.*

25 ¶ Porro † qui metu coactus adit hereditatem, siue liber sit heres non sit, siue seruus sit, heredem dominum non facit, *l. qui in aliena*, 6. §. *fi. eo.* Et si metu compulsus adiit, potest contra aditionẽ petere restitutionem, & abstinẽdi facultatem. *l. si metus causa, eo. l. fin. vn. leg. C. nec emere, C. l.* 3. §. *inuito. de bon. poss. P. l. si mulier*, § *si metu, in* 2. *quod met. cau. in P* excepto herede grauato de restituẽda hereditate, qui velit nolit, & adire sine periculo tamen suo, & restituere cogitur à iudice, *l. cum aliquis*, 21. *C. de iure deliber. l. quia poterat. & l. nam quod* §. *qui compulsus, l. ille à quo*, §. *temp. stipu., & l. cogi. ad Trebel. P.* Quemadmodum & seruus necessarius heres instructus, §. 1. *de here. qual. & dif. l. si plures*, § *filiæ, de vulg. l. fi. de nec. serv. her. instit.*

¶ Aditio † potest fieri & sine iudice, & coram eo pro tribunali, quamuis bonorum possessio, quæ datur causa cognita, nonnisi pro tribunali detur, *l.* 3. §. *si causa, de bon. pos. P.* vel hodie corã quocunque iudice, *l. fi. qui admi. ad bono. poss. p. ff.* C. Fit tamen aditio solum post delatam hereditatem, non ante, *l. quandiu institutus*, 68. *de acqu. her. l. puberem*, 12. *de iure del.*

¶ Delata † porro hereditas dicitur, quam quis possit adeundo consequi, *l. delata*, 151. *de verb. sig. P.* vt si is solus vocetur, vel post alios, prioribus vel repudiantibus, vel aliter suum ius amittentibus, §. *cum igitur, de bon. poss. apud Iustin. l. si duo*, 38. *& l. si quis heres* 71. *de acq. he. l.* 1. *& 2. C. de succes. edic.* Quandiu autem ex testamẽto aditi potest hereditas, tandiu ab intestato non defertur. *l. quandiu, de reg. iur. P. l. quandiu potest.* 39 *l. in plurimum*, 69. *de acquir her. l.* 1. *si tab. test. nul. ex. si ab. P. l. antequam, comm. de suc. C. cum sim.* Quare pendente causa falsi testamenti, ab intestato non aditur, si dubitatur de testamento, *l. nec is qui non valere* 17. *de acqui. her.* aliter contra, *l. cum quidam* 30. *eod.* nisi falsum commissum ab alio quam herede dicatur, *l. cum falsum*, 40. *eo, l.* 1. *de bon. poss. sec. tabu. lib.* 6. *C. tit.* 11. Idipsum statuendũ de controuersia, quæ circa validitatem testamenti agitur, vel ex capite rerum, vel testatoris, vel heredum, vt quandiu rumpi testamentum, & contra tabulas bonorũ possessio peti potest, nõ adeatur ex testamẽto hereditas, *l.* 2. *eo. P. l. ventre præterito*, 83. *de acq. her. P.*

¶ Ex † testamento etiã, aditionis seruantur ordines: vt coheredi non deferatur portio coheredis adeunda, prius quam ipse repudiauerit coheres, *l. cum hereditate*, 55. *de her. inst. P.* Primoque defertur institutis heredibus, & illis nõ adeuntibus, substitutis, *l.* 2. §. *defertur, de bon. poss. sec. tab. P. l.* 3. *de her. instit. P. l. quandiu. institutus eod. l.* 1. *de ed. D. Adria. toll.* C. coniunctis, & aliis uo ordine *l. vnic.* §. *cum autem*, C. *de cad. toll. Auth. hoc amplius, C. de fideicomm.* Ab intestato quoq; proximioribus adeũdi vt succedendi datur licentia primo suis, nihilque vel repudiantibus vel non existẽtibus, legitimis, *l.* 2. *vnde leg. P.* iuxta ordinem edicti liberorum, legitimorum cognatorũ, viri & vxoris, *l.* 1. *si tab. testa. nulla exst. P.* & secũdũ ea, quæ in successione ab intestato docuimus antea.

¶ Potest † aditio fieri quocunque tempore, feriato & non feriato: quia fori cõtentiosi non est, sed voluntatis. & sine strepitu iudicii fit à viuente & sub finẽ vitæ. Quia & disponẽdo, seu testando de hereditate sibi delata, eam agnouisse videtur, *l. si auia, de iure del. C.* dummodo præscriptum non fuerit contra eum ius adeũdi 30. annorũ spatio, vel alio modo, vt supra docuimus hoc libro c. 2. & docet Azo in tituli sũma de iure delib. C. Gui. Pap. decis. 332. l. licet, & ibi interp. potissimum Bal. vers. tertio quæro de iure deliber. C gl. in l. cũ antiquioribus, in ver. beneficio, eo. tit. Melius gl. in l. 3. & l. quãdiu, in 3. de acq. her. l. fin. in fin. & ibi gl. ad verb. ex vna parte, de ed. D. Adri. toll.

¶ Ceterum † eius est aditio, qui certus est de suo statu, & cõditione, & suo nomine nõ alieno adeat. At in eo qui dubitat, an filiusfam. an pater fam. sit, dum adit & errat, *l. qui in aliena*, 6. §. *si is qui de acqui her.* in seruo qui dubitabat relictã sibi libertatem, *l. qui putabat*, §. *qui bona, & §. fi. eo.* & in eo qui se falso pupillũ existimauit, *l. qui se pupillum.* 95. *l. si is ad quem, & l. eum qui duobus. eo. P.* iura distinguunt. Item certus esse debet, & se heredem esse, nec alio præueniri, & pro qua parte sit aditurus, & num sit necessarius vel extraneus, vt ex natura cuiusque successionis rite adire possit, & subsistat aditio, *l. is qui putat, & l. seq. eo.*

De Effectibus & Rationibus aditionis

Cap. 5.

1 *Aditionis finis. Et cur hereditatis aditione testamentum confirmari dicatur.*
2 *Actiones quare ab heredibus, & contra heredes dentur: Nisi sint pœnales.*
3 *Hereditatis vicesima quando pro aditione ab Adriano postulata, & oblita. & num.* 7.
4 *Octauij Cæsaris vectigal de vicesima.*
5 *Descriptio orbis sub Octauio qua & quando.*
6 *Iesus Christus quando natus.*
8 *Aditio obligat heredem legatarijs & creditoribus ex quasi contractu.*
9 *Aditio confundit actiones inter debitorem & creditores sibi succedentes. Excepti* 2. *casus. num.* 10.
11 *Carcerationis obligatio debitoris non mandari executioni potest contra heredem eius.*
12 *Carcerum obligatio pro debito ciuili odiosa.*
13 *Iuramentum quando, & quatenus transeat in heredem iurantis & recipientis iuramentum.*
14 *Aditionis introductæ rationes.*

EFfectus † & fines, propter quos aditio faciẽda est, vtiles sunt. 1
Vnus generalis, vt aditio videatur confirmare testamentum alioquin nullum futurum, *leg. si nemo*, 142. *de reg. iur. l. si alienum*, §. *in extraneo, de hered.* Sic aditione desinit esse hereditas, & bona defuncti dicuntur patrimonium heredis, *l.* 1. §. *veteres, de acqu. poss.* nisi obæs alienum heredis, creditores hereditarij petant separationem bonorum, vt aiunt I. Consulti, in titu. de separat. lib. 42. F. tit. 7. Heres in omne ius mortui, nec tantum in singularum rerum succedit: cum & ea, quæ in nominibus sunt, ad heredes transeant, vt ait Pompo. in l. heres, 37. de acq. hered. P. Facit & finitio hereditatis, in l. nihil, de verb. sig. P. l. hereditas, de reg. iur.

¶ † Atque cum post aditionem heres & hereditas repræsentent defunctum, eiusque ius & personam, *in l. hereditas, de acq. rer. dom. P.* sequitur vt heres teneatur omnium creditorum actiones excipere ciuiles, ex persona defuncti, & pariter ipse ex eadem persona actiones, quæ competebant defuncto, potest mouere & sequi, sublato iure antiquo, *l. vni. vt actio ab her. & cohær. inc. lib.* 4. *C. ti.* 11. *l. veteris, de contrah. & commit stip. C.* In criminalibus vero, si lis cœpta non sit, pœnales actiones non dantur contra heredes, nisi in quantũ in illos ex delicto petuenerit: ne alieno scelere detineantur, *l. videamus, quod met. cau. P. l. in heredem, de calumniat. P. l. penul. de in ius voc. P. l. si vero plures*, § *qui autem, de iu. qui deiec. P. l. vni. ex del. def. in quant. her. tene. libr.* 4. *C. tit.* 17. Quod si lis contestata fuerit, in solidum etiam tenentur heredes, *d. l. vni.* §. *pœnales, de perpet. & temp. actio. l. omnes, de reg. iur. ff.* Idque post agnitam hereditatem, coram iudice simpliciter exhibito testamento, *l. fi. de edicto di. Adria. toll.* sine vlla diminutione hereditatis.

¶ † In quo antiquatum fuit edictum Adriani, de quo meminit l. 3. cum tit. de edict. diui Adria. toll. lib. 6. C. titu. 33. Olim enim ex eo edicto heres sibi adire licere postulabat, eiusque nomine fisco vicesimam hereditatis pendebat, vt notat Iustinianus *d. l. fi.* 3

¶ † Refert tamen Dio Cassius, Octauium, qui præcessit imperio & ætate Adrianum, vicesimam hereditatis & legatorum, exceptis quæ proxime genere iunctis, ac pauperibus morte aliorũ relinquebantur, statuisse inferri in ærarium militare Cæsaris, quod ipse fecerat pro nutriendis militibus, quo tempore fames magna suborta est. *Dio Cass. li.* 55. *hist. Roma.* 4

¶ † Atque leges de vicesima parte hereditatis addidisse M. Antonium Philosophũ scribit Iulius Capitolinus, in eius vita. Verumtamen idem Dio notat, *idem li.* 56. hanc vicesimam sublatam ab ipso Octauio, cum eam ægre populus pateretur: eumq; idem populus cum senatu dixisset, se quamuis aliam exactionem subiturum potius quam illam, misisse Cæsarem per vniuersum orbem, vt is describeretur anno vrbis conditæ 766. imperij autem sui 10. Non alia de causa, quam, vt cum singuli maiorem iacturam vererentur, dum descriptio agrorum, & oppidorum, & vrbium fieret, mallet vicesimã. Hæc ille Dio quidẽ, sed meo iudicio vendax est annorum vrbis & imperij supputatio: nam vt notat Cuspinianus ad Cassiodorum in Læ. Scribonio, & L. Aratino Consul. qui fuerunt an. 10. Augusti Imperij. Is annus fuit ab vrbe condita 719. annus vero 766. incidit in annum 57. Imperij Augusti, Cn. Pompeio, & Sex. Apuleio Consu. quorum cũsulatu obiit

Digitized by Google

Augustus, vt ait Velleius Paterculus, Imperij an. 56. & sem. Notatque Orosius, *li. 7. c.* & Eutropius, *li. 7.* anno ab vrbe cõdita 767. Claudium Tyberium post mortem Augusti Cæsaris Imperium adeptum. Proinde suspicor descriptionẽ, de qua meminit Dio, fuisse eam, de qua scribit D. Lucas, *cap. 2.* qui proximio. erat Augusto, & primam esse ait, his verbis, ἐγένετο δὲ αὕτη ἀπογραφὴ πρώτη ἐπὶ Κυρηνίου τῆς Συρίας, ἐπὶ δὲ Κυρηνίου ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας, id est, *Factum est autem in diebus illis: exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ* Cyrenio. Consentit Iosephus, dum ait, *lib. 18. antiq. Iud. cap. 1.* Cyrenium virum per omnium magistratuum & principatuum officia celebratum, consulem, & aliis dignitatibus clarum, censorem gentis Iudæorum à Cæsare Augusto destinatũ, vt appretiaret vniuersorum substantias. Et inde Iudam Gaulonitem & Saddochum Pharisæum, seditionis & rebellionis cœpisse occasionem, & armatos collegisse homines prætextu libertatis, quam onerari seruitute illa descriptionis & pensitationis prætendebant.

6 ¶† Meminit de hoc ipso Iuda, qui fuit tempore descriptionis, D. Lucas, in actis Apostolorum, *Actuum 1.* & post omnes etiam Eusebius Cæsariensis in ecclesiastica historia, *lib. 1. c. 3.* Anno autem, quo fiebat hæc descriptio, natus est Dominus noster Iesus Christus. Anno autem Imperii Augusti 42. natus certo tenetur, quanquam Cassiodorus & Tertullianus putent, natum anno 41.

¶† Erat autem ille annus ab vrbe condita, 751. Nullum autem
7 priorem descriptionem, vniuersi orbis, inueni, neque etiam ante Octauium Cæsarem pacatum orbem plena pace inuenies, *Sex. Pompe. Rufus consularis, in hist. vide Strab. in vlt. lib. Geograph.* vt ditioni Romanæ obtemperãs hanc descriptionem admittere posset. Sed è diuerticulo ad viam. Ergo illa descriptione voluit persuadere Octauius subditis, vt paterentur vicesimam hereditatũ. Et forsan sublatam suscitauit Adrianus, vel in adeundo, ne fraus fieret edicto prospexit.

8 ¶† Quod postea sustulit Iustinianus possessionem sine vicesimæ solutione, per aditionem coram iudice testatam, concedens rerum ab alio non possessarum, pro quibus contendendi iure, aditione etiam facta, vt domino heredi viam fecit. Heres quoque legatorum nomine, quasi ex contractu legatariis obligatus dicitur ex aditione, *§. heres quoque, de obl. ga. quæ ex qua. contra nasc.* per quam contrahere videtur cum defuncto, & fidem suam voluntati testatoris accommodare, *l. apud Iulianum. §. fi. & l. seq. quibus ex cau. in poss. ea.* nec aditione facta, vel agnita hereditate, licet illi pœnitere, *l. sicut, de repud. hered. C.* Et ita tenetur satisfacere oneribus hereditariis, omnibus inquam defuncti creditoribus insolidum, si non refugerit ad beneficium inuentarii, vt antea diximus: item legatariis, sed non vltra vires hereditatis, sed in tantum, in quantum est in hereditate, cum ii certent de lucro, *l. fi. de codicill. C.* priuato cum herede, etiam in Falcidia, si inuentarii remedio sibi non prospexerit, *l. fi. C. de iur. delib. auth. sed cum testator, ad l. Falc. C.*

9 ¶† Sed & si creditor adeat hereditatem debitoris, vel contra debitor creditoris, illico confusæ sunt actiones inter debitorem & creditorem antea natæ, *l. 1. & l. si adulta, C. de her. actio. l. si vxor, de bo. auct. iud. poss. C. de pact.* Neque vna & eadem, tanquam creditor & tanquam debitor censeri potest eiusdem rei, & eodem tempore. Nec sui ipsius quispiam debitor esse, vel creditor, nec sibi dare potest: cum cõstituenda sit differentia inter dantem, & accipientem, *c. fi. de instit. c. debitum, de Baptis.* præterquã in duobus casibus non confunduntur actiones, 1. si coactus sit adire, vt restituat, *l. debitor, ad Sctum. Treb. P. 2.* Si inuentario confecto, adeat, *l. si. §. & si præfatam, C. de iure delib.* Sed & notat Baldus aditione facta etiam sine inuentario, non confundi actionem realẽ, quæ heredi contra defunctum pro dominio alicuius rei competebat, *Bald. in d. l. si vxor. de bo. auctо. iud. possi.* Quemadmodum nec confunditur hypothecaria, si heredi contra defunctũ dabatur, *d. l. debitor, ad Treb. & l. cum quis, §. fi. de solut.*

11 ¶† Ceterum, cum dictum sit, obligationes & actiones actiuas & passiuas in heredes trãsire, dubium maximum occurrit, num obligatio carceris, qua nexus erat debitor defunctus, transeat in heredẽ, vt is possit incarcerari pro ea obligatione, perinde ac defunctus: quia expeditũ & sine dubio est, & debitores hereditarios, qui obligati fuit cũ nexu carceris, posse ab heredibus ex vi obligationis defuncti coniici in carcerem. In qua quæstione Chassaneus, *ad §. 6. ad vers. Contre le principal oblige ou ses hoirs, tit. des cens. es.* num. 1. & 2. in consuet. Burg. respondit, si statutum dicat, quod debitor possit pro debito incarcerari, quod in eo casu, potest in carcerem coniici eius heres: eiusque sententiæ citat auctorem Bartolum, *in l. postulante, ad Treb. P.* Mihi tamen verius & iustius videtur, ex instrumenti obligatione carceris cum defuncto contractæ, non posse coniici heredem in carcerem, sed alia via in eum esse procedendum. Si tamen ex propria postea culpa vel sua mora vitiosa, vel alia causa propter ipsum debitum carcerandus iudici videatur, *vt in l. 1. qui bon. ced. poss. C. lib. 7. tit. 71.* nihil est contrarium sententiæ meæ: quia tunc, non ratione instrumenti prædecessoris seu sigilli obligatorij incarceratio fit, sed facto. Quemadmodum in statuto, & in Bartoli opinione, locum habet: quia heres de eo in carcere non detruditur tãquam heres, sed tanquam post aditionem hereditatis debitoris, debitor factus, & verba statuti seu legis ei conueniunt, vt debitor pro debito incarcerari possit. Cum tamen, si quis velit heredem pro sigillo habente carceris obligationem, carceri dare, verba habeat pugnantia. Etenim in illo sigillo personale metum est pactum de carcere, *obligo sa personne & biens.*

¶† Et quæ pure personalia sunt, non transeunt in heredes, 12
l. quia tale, fol. mat. P. potissimum si odiosa, quæ restringenda potius sunt quam amplianda, *ca. odia, de regu. iur. in 6. l. cum quidam, de libe. & posth. P.* Odiosa autem hæc carceratio ob debitum ciuile, & ob ea debitum, personam vexari, quæ omnibus rebus præstat, *l. iustissima, de ædili. edi. P.* & cuius gratia res omnes creatæ sunt à Deo, *l. in pecudum, de vsur. P. §. in pecudum, de rer. diuis.* Nec iura etiam ciuilia vel pontificia permittunt, imo puniunt oppignorationem liberi hominis pro debito, *c. 2. de pigno. l. ob as alienum, de act. C. l. qui filios, C. quæ res pignor. obli. pos. l. fi. eod.* P. Quod abunde nos alibi docuimus, dum de mutui repetitione egimus, *sup. li. 22. c. 6.* Perpendenda est & consuetudo Galliæ generalis, vt nunquam etiam pro suo debito ciuili quis incarceretur, nisi ad careceres expresse se obligauerit eius causa: vt ait Ioan. Faber. in §. item quæritur, de actio. Et Stephan. Aufrer. in addi. ad decisi. Cap. Tholos. 61. heres itaque carcere non tenetur, quia seipsum ad illum expresse non obligauit.

¶† Accedit alia prope similis quæstio, num iuramentum 13
transeat in heredes in qua responsum est, iuramentum personale, *l. generaliter, C. de inreiur.* ex parte eius qui iurat, & reale ex parte eius cui iuratur, *§. à. de inreiur. à morient. præstit. in auth.* & proinde transire in heredem recipiẽtis non in heredem iurantis, *Imo. in c. veritatis, de iureiu. Io. And. & Anch. in c. cum C. clericus, de foro compe. in 6.* neque compelli posse vel vocari ob illud coram iudice ecclesiastico, *ca. fi. eod. Imo. in d. c. veritatis, Guid. Pap. decis.* 414. & Guido Pap. ait, *decis.* 46. *vbi distinguit, & deci.* 224. *vbi tradit dispensari posse*, quantum ad spiritualem, iuramentum non transire ad heredes iurantis: quo pertinet vero ad robur contractus, in quo iuratum est, transire quia cum contractus robur capiat à tempore quo contrahitur, mutatione personæ heredis, quod stabile factum est, non mutatur. Et ita etiam quod pertinet ad probationem iuratam, transire ad heredes iurantis, *auth. quod obtinet, C. de probat.* Sicque iudicari notat. Quare Henricus de Bouenco, *in repet. auth. sacramenta puberum, si aduers. vendit. C.* tradit ex contractu iurato oriri actionem, non tantum cõtra iurantem, sed etiam contra heredem eius, *arg. l. nam postea, §. fi. & l. ait prætor, §. fi. cum l. seq. de iurei. P.* & firmum esse contractum iuratum etiam iure canonico, *ca. cur contingat, eod. ap. Gregor. c. licet mulieres, eo. in 6. c. quamuis pactum de pact. eod.* Verum heredem contra contractum agere posse, in quibus defunctus egisset si non iurasset, ex causa tamen, neque teneri periurij pœna, nec dispositione iuramenti ei opus esse, *Fel. in c. debitores, in vlti. col. vers. 7. & vlti. de iureiu. Guid. Pap. dec.* 140. *num. 5. & 404. Ancha. in d. c. cum C. clericus.*

¶† Atque ex his pendẽt rationes, cur aditio necessaria sit, 14
quibus & addenda quæ in ca. 1. istius libri dicta sunt, & quæ ad heredum necessitatem pertinent, 1. puta ne irritum sit testamentum, nullo adeunte, *in l. 1. in fi. de iniust. rupt. P.* vtque, vt adita hereditate, peti possint in testamento relicta, *l. si nemo, de test. tu. l. filium, §. sed cum exheredatio, de bon. pos. cont. tabul. P. l. si nemo, de reg. iur.* Vtque habeant, aditione facta, creditores cum quibus pro debitis experiantur & ne vacua dominia seu bona diutius sine dominio sint, *l. 1. de succes. ed. P.*

De Repudianda Hereditate.

Cap. 6.

Lib. 29. P. tit. 2. Lib. 6. C. tit. 31. & 19.

1 *Repudiare hereditatem quid.*
2 *Repudiatio hereditatis duplex, repudiatio, & abstentio.*
3 *Repudiationis materia, hereditas.*
4 *Pactum de futura successione quare reiicitur. Et qui repudiare possint. eod. & seq.*
5 *Tutor solus quare pupilli delatam hereditatem repudiare non potest.*
6 *Fideicommissarius de restituenda hereditate, cogitur adire.*
7 *Filius institutus pro parte non potest repudiare. Nec legitimam retinere repudiata aliqua hereditate. Retinet tamen ex contractu matrimonij debitam partem repudiata hereditate. & num. 8. & 9.*
10 *Repudiatio hereditatis dupliciter fit, & quomodo re & verbis.*
11 *Repudiatione vnius alteri succedendi via aperitur. Nisi duplicẽ iure qui repudiat, possit adire.*
12 *Actiones non confunduntur inter heredem & debitorem repudiatæ hereditatis.*

¶ Repudia-

Digitized by Google

11 *Repudiatio facta semel, raro revocatur: & quando revocatur.*
14 *L. fi. de repud. hered. C. in 9. casibus non habet locum.*
15 *Repudiatione facta, gesta per illum quæ tenuant.*
16 *Repudiationis permissæ rationes.*
17 *Beneficium sine damno alicuius conferri debet, nec inuito, &* 18.
19 *Contractus ab initio liberi sunt.*

1 COmmunia † pleraque eorum, quæ diximus requiri in aditione facienda, & repudiationi esse, *l. fi. & l. sicut, de repud. & abstin. her. C. Bart. & alij, in l. gerit, de acq. her. P.* iura iam enucleata docent, quæ coniunctim de vtraque loquuntur: vt opus tantum sit pauca, quæ singularia repudiationi videntur, referre. Et in primis, vtrum repudiatio fieri possit considerandum erit, ex parte rerum, personarum, & modo repudiandi. Repudiare hereditatem, est nolle eam adire in extraneis: in suis autem, vt dixi, est abstinere.

2 ¶ † Sic nomine tenus repudiatio est duplex, repudiatio & abstensio. Quod tamen de repudiatione dicitur idipsum dictum censendum in abstentione, *l. nam nec, 91. de leg.* 2. nam vtroque casu hereditas amittitur, *l. is qui heres, 13. de acqu. hered.* Et vtrumque nomen dicitur de omittenda hereditate, quæ est res adeunda, vel repudianda. Si enim non sit hereditas, repudiatio quæ fit, inefficax est in hac tractatione, ad quam repudiationis nomen restringitur. Sic enim oportet verborum generalium intellectum referri ad tractata, *c. intelligentia, de ver. sign. ap. Greg.* neque enim hic de repudio vel libello diuortij agitur: cum non tractemus de nuptiis vel sponsalibus, quæ hæc considerãt, *l. inter diuortium, §. 1. eod. P. l. 2. & to. tit. de dinor. & repu. P. & tit. de repud. C.*

3 ¶ † Hereditas hic est materia, circa quam versatur repudiatio, & quæ reiicitur. Itaque ea consideranda, num sit, id est, num testator vel dominus bonorum, de quorum repudiatione agitur, mortuus sit, etenim nisi qui certus est de morte eius, repudiare non potest, *d. l. is qui heres, §. si quis dubitet.* Hereditas nulla quippe viuentis est, *l. 1. pro here. P. l. 1. de here. vel act. ven. C.* Quare qui superstitis repudiauit bona, post mortem eius adire hereditatem, & bonorum possessionem petere, non prohibetur, *l. qui superstitis, 93. de acquir. hered. l. nec nos, de capti. C.*

4 ¶ † Quo fit, vt pactum de futura successione non admittatur, nec prohibeat, quin is qui eiurauit hoc pacto, possit succedere, *l. si de suo & leg. C. l. si quando, C. de inoff. testam. l. fin. & l. pactum, C. de pact. cum similib.* Is porro dicitur posse repudiare, cui delata est hereditas. Non enim potest amittere, qui non habet, & priuatio præsupponit habitum, *l. si vniuersa, C. de leg. l. decem, de ver. obl. cum simil.* Et is potest repudiare, qui potest adeundo, si velit, consequi & acquirere, *l. nolle adire, 4. & l. is potest, 18. de acqu. her. l. eius est nolle, de reg. iur.* per se quidem, dummodo sit compos mentis, paterfamilias, liber, maior 25. annis, *gl. ff. in a. l. impotest.* & in summa sit suæ potestatis.

5 ¶ † Quare furiosus, qui nullius est voluntatis, nec per se, nec per seruum suũ iussu suo adire vel repudiare hereditatẽ potest: cum id nonnisi voluntate domini fiat, *in l. qui seruum suum, 47. de acq. heredi. P. l. furiosi, de reg. iur. P.* Neque filius fam repudiando sine patre, neque pater sine filio, alteri nocet, vtrique autem possunt repudiare, teste Vlpiano, *l. is qui heres, 13. §. fi. l. placet, de acq. hered. P. l. filius, C. de pact. l. retinente, 11. C. de iur. acli. l. 2. de repud. bon. poss. C.* Idemque est, si legitima hereditas filiis superuenerit, *l. idemque, 14. eod.* impuberum abstinentia vel aditio non obligat eos hereditati, vel non impediuntur, quominus reuocare abstensionem sine tutore vel curatore factam possint, *l. impuberibus, 11. & l. necessarius, 57. de acq. here.* Quamuis nec tutor, sine pupilli consensu possit repudiare hereditatem, *l. tutor autem, 8. de bon. poss. P. l. 1. §. tutor, de successo. edic. P.* cum eius tamen consensu, possit, *l. potuit, C. de iure delib. l. si ad pupillum. de auct. præst. P.* vel adhibitis etiam amicis & proximis pupilli, & iudice in consilium repudiationis, *gloss. ex Azo. in d. l. tutor autem, 8. de bon. poss.* Ne in potestate tutorum sit, commentitiis oneribus repudiando hereditatem, pupillũ bonis spoliare. Cessat enim tũc tutoris nomen, vbi is prædonis sibi vsurpat officium, *l. qui fundum, § si tutor, pro emt. P. iunct. §. 1. de tutel. ap. Iustin.* ¶ † Repu tiare non potest heres, grauatus de restituenda hereditate, si substitutus eam aditi suo periculo postulet, *l. quia poterat, 4. ad Sena. Treb. P. l. sed & si, §. plane, & l. cogi, eod. P. l. 4. C. eod.* Aliter enim nemo cogi adire, sed libere repudiare potest, *l. nec emere, de iure delib. C. l. 1. §. nec cogitur, solu. matrim.* Per seruum dominus bonorum possessionem repudiat, *l. 1. §. seruum, de succes. edic. P.* Procurator sine voluntate domini non potest, *dict. l. 1. §. vnusquisque, & l. 2. de offic. procurat. Cæsa. P.* Nec is qui se gessit aliquo modo pro herede, postea repudiandi facultatẽ habet, nisi tanquam minor restitutionem impetret, *§. extraneis, de hered. qual. & differ. l. sicut, & l. fi. C. de repud. hered.* † Is quoque, qui ex aliqua parte adiit, alterius repudiationem facere non potest, *l. 1. & 2. & l. si solus, de acqu. hered. P. vide l. cum hereditate, eod. tit. l. quidam elogio, 20. C. de iur. delib.* Pluribus disputatur à Guil. Bened: cto, ad c. Raynutius, ad ver. *si absque liberis moreretur*, 2. à nu. 48. vsque ad 56. de testa. quod filius etiã heres institutus, nõ potest repudiare hereditatem retẽta legitima, nec capere legitimam iure institutionis, & reliquum relinquere substituto. Neque succedentem ab intestato, legitimã rẽtinere posse repudiatis aliis bonis: propter ius succedendi indiuiduũ. Quod & Panormi. circa finem d. c. Raynutius testatur, Paul. cõs. 254. col. 1. Bald. in l. 3. C. de impub. Bar. in l. accusatus, si quis omis. cau. testa. P. Ange. Aret. in §. fi. de hered. qualit. ¶ † Probat tamen idem Bened. nu. 50. sententiam Baldi, ad l. 3. de impub. repudiare filium posse hereditatem, si habeat vulgarem substitutum, & nimium supra legitimam oneretur legatis. Pro qua facit l. si libertus patrono, de oper. libe. P. Tuetur & nu. 53. tertia limitatione, ab intestato posse legitima retẽta reliqua bona repudiare. Panor. tamen in fi. d. c. Raynutius, reiicit hanc sententiam, & bene, propter ius succedẽdi indiuiduum. Verissimũ tamen est, vt si filio res particularis relicta sit iure institutionis pro legitima, & illa onerata sit legatis, posse vt legatarium retinere legitimã sine onere, & reiicere reliquum & repudiare, vt ait Franc. Areti. cons. 160. 16. col. in fin. 6 7 8

¶ † Item, si filius ex contractu certam patris bonorum partẽ habeat ex pacto inter viuos, à patre institutus postea, retẽtis bonis & parte ratione contractus, potest repudiare reliqua bona, auth. vnde si parens, & ibi Iaf. in 2. part. inof. testa. C. Bened. vbi sup. num. 54. & 55. Facit l. quidam elogio, de iur. delib. C. Repudiatio fit cum effectu, ab eo qui certus est, vel esse debet de iure suo, *l. in repudianda, 23. de acqu. hered. P.* nam si ignorans sibi delatam repudiat, nihil agit, *l. is qui heres, cum sequ. vsque ad l. qui hereditatem, eo. l. mater decedens, de inof. test. P. l. nec ignorans, de donatio. C.* 9

¶ † Recusari porro hereditas nõ tantum verbis, sed etiam re potest, & alio quouis iudicio voluntatis, vt respõdit Paulus, *l. recusari, 94. de acqui. here.* Verbis mens exprimitur, vt si dicat, se repudiare nolle adire amplius hereditatem, vel aliis similibus declaret mentem. Re ipsa vero, si passus est heres occupari ab alio tanquã ab herede res hereditarias, hac mente, vt ille vellet tanquã heres possidere: hic vero permitteret: vt Vlpianus explicat in l. restituta, 38. ad Senatusc. Trebell. Item si post cognitã delationem factam hereditatis, intra annum deliberandi non repudiauerit, nec adierit, & moriatur post ãnum, videtur repudiasse facto tacite, nec ad eius heredes ius transmittit, *l. cum antiquior. bus, 19. & l. quoniam sororem, de iure delib. C.* Si tamen vixerit, licet se hereditati non immiscuerit, tamen non ex eo censetur repudiasse, quod intra annum nõ adierit, nec alia longi tẽporis præscriptione ab aditione submouebitur, *l. licet, 8. eo. C.* præterquam si in ius vocato, vt adeat vel repudiet, certũ tempus deliberãdi à iudice illi definitum sit, intra quod si non adierit, videtur repudiasse, *l. si curatore, 9. C. eod. tit.* Quemadmodum in edicto successorio bonorũ possessionis delatæ per prætorẽ, lapsus temporis constituti & concessi ad petendam bonorum possessionem, repudiationem tacitam arguebat: quia postea excludebãtur à petitione & aditione morosi & sequẽtibus gradibus & ordinibus successorum, ius veluti repudiatũ, deferebatur, *l. 1. & 2. C. de succe. edic. lib. 6. C. tit. 16. l. 1. eod. P.* Qua ratione successio adẽta vni, alterius fit adeuntis. 10

¶ † Et hic etiam effectus repudiationis est præcipuus, vt repudiatione expressa vel tacita secuta, alius vocetur ad bona defuncti: nisi idem ipse qui repudiauit, ex alio capite ad aditionẽ admittatur. Vt si intestati patris successionẽ filii repudiauerint, ex edicto, *vnde liberi*, delatam: possunt iterum eandẽ adire per edictum, *vnde legitimi*, & tanquam proximiores agnati remotiores expellere, *l. 2. vn. legi. P. l. si. C. de repu. her. l. 1. §. quibus ex edicto, vers. sed videndum, de succe. eod. P.* Et quoties duplici iure alicui defertur successio, repudiato nouo iure, quod ãte defertur, superest vetus, *l. quoties duplici, 92. de regu. iur.* Nec prius excluditur, quam vtroque modo delatam repudiet hereditatem, *in leg. in plurimis, 69. de acq. hered.* Si filius quoque qui adiuit hereditatem ex testamento, videtur repudiasse tanquam successor ab intestato: vertũ si testamentum defecit, non prohibetur adire ab intestato, vt legitimus heres, *l. legitimam, 8. & l. post quam legatum, 46. de petit. hered. P.* Cum distinctione, l. nec is qui nõ valere. 17. §. heres institutus, de acqui. here. P. & l. illud, 76. eiusdem tit. Et cum res etiã seu bona ex diuersis successionibus ad nos pertinere possint, repudiata vna non censetur repudiata altera, *l. hereditas materterã, 5. de petit. hered. C. l. fi. si min. se ab her. abst. lib. 2. C. tit. 39.* 11 12

¶ † Alius effectus repudiationis, vt per eam repudians liberetur ab õnibus creditoribus hereditariis, *l. si pupillus, 42. & l. si pupillus se ab hereditate, 88. l. pe. & fin. de acqu. hered. P. l. 1. de rep. hered. C.* nisi is qui bonis paternis se abstinuit, per suppositam personã emtoris, & ita dolose, bona patris mercatus probetur, *l. si in quibus, 90. de acq. hered.* Proinde si quæ actiones erant repudianti contra defunctum, reiecta aditione, qua confusæ fiũt, supersunt integræ & reuiuiscunt, *l. cum bonis se patris, 86. eod.* 13

¶ † Raro autem aditio admissa reuocatur, vt postea liceat repudiare: vt contra repudiatio facta vix aditionem in eadem persona & ex eadẽ causa admittit. Quod pertinet enim ad effectũ, repudians & mortuus æquiparãtur, in hereditate delata, *l. 1. quã. non peten. par. C. l. 2. §. si consanguinea, ad Senat. Tertull. P. §. pen. de*

Digitized by Google

bon.poss.ap.Iust.l.2.de bo.poss.sec.tab. P.Angin §.si plures, de leg. agn. succe Ex gratia tamen suis iunioribus 25.ann.datur restitutio adue rsus aditionem & repudiationem, l.1. si min. ab hered. se abstin. C. l.1. & 2. C. si vt omiss. hered. vel bon. poss. vel quid aliud acq.lib: 2.C.tit.40. Tempus restitutionis ponitur in l.fina.C.de repud. heredit. Forma vero restitutionis, in authentic. si omnes creditores, C. si min. ab hered. se abst.in §.ad hæc quoque, vt sponsal. largi.in Nouell. Quomodo vero & sine restitutione filius suus possit iure communi reuocare abstentione in vita, si non moriatur ante reuocationem & duobus concurrentibus, si intra triennium reuocet, & si res sit integra, id est, ab alio agnita, non sit hereditas & alteri acquisita, vel bona alienata; iuxta l. fin. C. de repu. hered. docet Guillel.Benedict. plurib⁹, ad c. Raynutius, ad ver. mortuo itaque testatore, 2. de testa. num.127. & sequentib. vsque ad 154.

14 ¶ † Vbi incipit notare nouem exceptiones, vsque ad num. 144.in quibus est derogatum l.fin. de repud.hered.C. Primum, si agatur de hereditate matris, vel lineæ maternæ, cuius tantum repudiatio reuocatur intra annum, per l. filij mater, ad Senatus. Tertull. P. Confert tamen cum l.2.de in.& fac.igno.C.2. Si de filio emancipato quæstio: quia differentia potestatis tantum sublata in successionibus ab intestato, Bar.& alij in d.l.fi. C. de repud. hered.improbatis glos.eius l.Ange.in §.emancipati, de hered. quæ ab intest.defe. 3. Vt non possit pater vel ascendens repudiationem successionis sui filij vel nepotis reuocare, vt filij sui ascendentium: quia cessat ratio suitatis, gl.& Bald.in d.non instam. C. ad Treb. Et ita non triennium, sed annus illis daretur, iuxta d.l.filij mater ad Tert.Bald.ad l.2.de iur.& fact.ign.4. Nec filio suo datur reuocandi abstentionem facultas, si renuntiasset suæ legitimæ ex testamento vel ab intestato competenti, vel querelæ inofficiosi, vt in l.si quis filium, C.de inoff.testa. Et ita tenet Bal. Ale. Iaf.in d.l.fi.de repud.hered. quia non est heres vniuersalis, qualem requirit repudiantem, l.fin.de repud.hered.C. sed partricularis, similis legatario, qui legatum repudiatum petere non potest, nec reuocare repudiationem, l.proinde, si cert.pet. P.5. Non reuocatur repudiatio, quæ inducitur ex lapsu temporis & præscriptione, Bart.& Pas.in l.2.de iur.& fact.ign.C.6. Non reuocatur, si suo fuerit additus vulgaris substitutus, glos. Bald. Alex. Iaf.in d.l.fi. de repu.hered. C.7. Si pater filium suum instituerit sub conditione, si voluerit, post abstentionem expressam, reuocare illam non potest: quia per illam conditionem suspenditur suitatis necessitas, l.Cornelius, 69.& l.iam dubitari, & ibi notat Imol.de hered.inst. P: Octauo etiã loco, intelligenda est l.fina.de repud.hered.C. triennio tantum dari reuocationi repudiationis, quando repudiatio esset perfecta. Nam si illa ex alio capite non subsistat, vt puta quia erronea, & antequam delata hereditas facta est, vel alio modo inefficax est, poterit perpetuo reuocari, l. is qui putat, cum l. seq. de acq.her. P. Et postremo, triennium reuocationis datur filio tantum suo, si post abstentionem superuiuat, non etiam si moriatur inter hoc tempus: quia non transmittit post repudiationem ius reuocandi ad heredes, Ange. Ioan. Imol. in l. ventre, eod. Quamuis videatur officere l.si quis filium, §.1.de acq.her.

15 ¶ † Ceterum quæ gesta sunt ab eo qui bona fide gessit, vel per eius tutores, qui postea licite abstinuit, rata habenda erũt, l. quoties pupillus, 44.de acq.her. non etiam, si mala fide, leg. pupillus, quæ in fraud. cred. P.l. non est nouum, & l. tutores, de cond. indeb.

16 ¶ † Porro, rationes, cur permittitur repudiatio, colligi ex dictis in aditione possunt, & ex effectibus repudiationis, Vt illa, ne quis ad onera teneatur hereditatis, quæ euitat repudiando. Nã, vt ait Vlpianus, in l. quia poterat, 4. ad Sena. Treb. P. opinio, vel metus, vel color eius, qui noluit adire hereditatem, inspicitur, non substantia hereditatis. Non enim præscribi instituto heredi debet, cur metuat hereditatem adire, vel cur nolit: cur varie sint hominum voluntates, quorundam negotia timentium, quorundam vexationem, quorundam æris alieni cumulum, tametsi locuples videatur hereditas: quorundam offensas vel inuidiam, quorundam gratificari volentium in, quibus relicta est hereditas; sine onere tamen suo. Et si cui videatur hereditas litibus inuoluta & negotiis, laudanda est illius voluntas, qui maluit rebus carere, quam sæpius pro illis litigare. Et verecunda eius cogitatio, qui lites exsecratur, vituperanda non est, l.4. §. si. de alie. iudi. mut. cau. fac. P. l. illud, §. qui tamen, de pecul. P.

17 ¶ † Altera ratio, quod heredis institutio est velùti rogatio, vt hereditatem adeat, si velit heres institutus, vel is ad quem defertur à lege. l. Cornelius, & l. iam dubitari, de her. instit. P. l. verba, ac condit. instit. P. Et ita si velit beneficium impartiat defuncto, cuius beneficium & vtilitas aditio dicitur, l. & quia defunctorum, de interro. act. Beneficia vero conferre, ab initio voluntatis magis est officij, quã necessitatis, l. in commodato. 17. §. sicut, comm. P. Et proinde debet heredi esse liberum adire vel repudiare. Quod si tu existimes contra beneficium esse deferre alicui hereditatem, adhuc se offert ratio, quod nos iuuari non decipi beneficio oporteat, d.l. in commodato, §. sicut, ca. vni. de commod. ap. Greg. Quare cum heres præuideat, vel arbitretur sibi fore damnosam aditionem eius beneficij, recte antequam subiiciatur oneribus, pedem inferre in bona se continere poterit.

18 ¶ † Præterea 3. inuito beneficium non datur, l. inuito. 69. de reg. iur. P. l. hoc iure, §. non potest, de don. Et inuito nemini bonorum possessio acquiritur, l. 3. §. inuito, de bon. poss. li. 37. P. tit. 1. Licitumque cuique est, renuntiare priuilegio & beneficio in sui solius vtilitate & commodum introducto, leg. si quis in conscribendo, C. de pact. & de episc. & cleri. c. gesta. 84. dist.

¶ † Sunt & postremo contractus ab initio liberi, vt contractu facto sunt necessarij, l. sicut, de act. C. d. l. in commodato. §. sicut. Contrahere vero cum defuncto videtur hæres, si adeat hereditatem: & ita obstringetur creditoribus & legatarijs hereditarijs, l. heres quoque, de obli. quæ ex quasi contr. Itaque liberum erit heredi repudiare, & non obligari. 18

De Petitione hereditatis.

Cap. 7.

Lib.5.P.tit.3. Lib.3.C.tit.31.

1 *Continuatio tit. De petitio. hereditatis, & quando illa detur.*
2 *Petitio hereditatis, actio quæ sit, & 3.*
4 *Petitionis hereditatis finitio, & diuisio, & alia. nu.7.*
5 *Possessoria bonorum petitio quæ, & quibus detur.*
6 *Fideicommissaria hereditatis petitio qua sit, & cui detur.*
8 *Petitione hereditatis quid intendit recipere actor, contra quos experiatur, & nu.9.11.12.*
10 *pro Herede quo dicatur Possidere.*
13 *Hereditas & res hereditariæ coram quo iudice peti debeat, & formula petendi & interrogandi in iure, & nu.14.*
15 *Inofficiosi testamenti querela contra hæredes, est petitio hereditatis.*
16 *Petitione hereditatis pendente, quomodo qui sciunt iudicia legatorum vel debitorum particularia.*
17 *Libellus petitionis hereditatis quid debeat continere.*
18 *Petitio totius hereditatis in quo differat à petitione partis.*
19 *Petitio hereditatis quibus detur, quo tempore præscribatur, & effectus, nu.20. & 21.*
22 *Fructus qui veniunt in petitione hereditatis, restituendi, & 22.*
23 *Petitione hereditatis quæ veniunt restituenda, & eius effectus, & nu.24. & 25.*
26 *Hereditatis restitutio habet priorem rationem gestorum.*
27 *Hereditatis petitionis concessæ rationes.*

POstquam † constare potest de iure succedendi, vel ex testamento vel ab intestato, & leg. legitimam hereditatem, de petit. hered. P. per ea quæ iam explicauimus: superest, vt hoc ius, vel res quæ iuris huius hereditatis sunt, & ab alio detinentur, legitimis modis consequamur, vel adita verbo, vel facto hereditate. Idcirco perueniendum est ad actiones, quia actio est ius persequendi in iudicio quod nobis debetur, l. nihil aliud, 51. de oblig. P. §. 1. de act. ap. Iustin. & interdicũt leges, ne vel nostra ab alio detẽta propria auctoritate repetamus, ni velimus incidere in pœnas de vi priuata, & iure nostro priuari, l. exstat, de eo quod met. cau. P. l. pen. & fin. ad leg. Iul. de vi pri. P. l. 1. de suffra. C. cum simil. Consultatione itaq; præcedente, qua cognitum est nobis, hereditatẽ ad nos pertinere, adeũdus est iudex, & eius ductu & auspiciis petẽda hereditas. Eaque ratione veluti per anacephalæosin, qui Pandectarum libros ex Iurisconsultis collegerũt, in titu. De petitione hereditatis, in Li. 2. 3. priusquam tractent de petitione hereditatis, recensent quibus modis hereditas ad nos pertinere dicitur. 1

¶ † Hanc actionem, dicimus petitionem. In rem enim actiones, petitionis verbo significari videntur, leg. petunia verbum, 178. §. actionis verbum, de verb. sign. Et quamuis actionis verbum sit generale, pertinens ad omnes actiones in personam, petitiones in rem, & persecutiones, d. §. actionis verbum. 36. de oblig. P. tamen vt plerumque & stricte, actio in personam infertur, petitio in rem, persecutio in rem & in personam rei persequendæ gratia, l. actio in personam, 27. de actionib. P. Dicitur & actio in rem, vindicatio: & quæ in personam, condictio. Actio in rem est, per quam rem nostram, quæ ab alio possidetur, petimus, & semper aduersus eum est, qui rem possidet. In personam est, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis, ad faciendum aliquid vel dandum, & semper aduersus eundem locum habet, l. actionum genera, 24. de actio. omnium autem actionum, & §. appellamus, de actionib. Et quibus componitur aliud genus actionis mixtæ, quæ & in rem & in personam est, §. quædam actiones, eo. Et petitio hereditatis, etsi in rem sit, habet tamen quasdam actiones personales, vt puta eorum, quæ à debitoribus sunt exacta, item pretiorum, vt ait Vlpianus, in l. sed & si lege, 28. §. petitio hereditatis, de petit. her. P. Inter actiones, quæ de vniuersitate propositæ sunt, & petitio hereditatis connumeratur, l. item videndum, §. fin. & l. seq. de pet. hered. l. 1. sancta gl. 1. de rei vindic. P. 2

¶ † Petitur enim vniuersitas quædam bonorum, hereditatis nomine: quia & ea est successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit, l. hereditas, de reg. iur. P. l. nihil aliud, de ver. sig. P. Est & bonæ fidei, in l. cum hereditatis, 12. §. fin. C. de petit. hered. 3

¶ † Petitio hereditatis itaque, est actio in rem vniuersalis & bonæ fidei, pro repetenda hereditate rebusque eius successori compe- 4

Digitized by Google

competens. Et quia hæc actio hereditatis delatę naturam sequitur, non secus quam aliæ actiones obligationem à qua profluũt, quiave hereditas, vel à iure ciuili, vel à prætore, vel à lege quadam speciali & Senatusconsultis defertur, *l.1.2.3.eo.P.* sic petitio hereditatis aliquas distinctiones habet, diuersaque nomina accipit, vt alia dicatur heredum directe succedentium, alia eorum qui per obliquum. Duæ sunt primi generis, vna, quæ & propriè petitio hereditatis dicitur, quando iure ciuile competit ius agendi pro hereditate delata ab intestato, vel ex testamento, *& tot. titu. de petit. her. P. & C.*

5 ¶ † Alia autem, est successionis petitio prætoria, quæ auctoritate magistratus datur. Bonorum possessionis nomine, possessoria bonorum petitio dicta, dum facit prætor quasi heredes per bonorum possessionem, *l.1. de posse. bon. peti. lib.5. P. tit. 3. §. quos autem, de bon. poss. ap. Iusti. l. prætor, de reg. iur.* & imitatus ius ciuile, iuuatque eos qui remedio ciuili in petitione successionis destituti erant, quos tamen succedere æquum visum est. Et proinde, tantundem isti bonorum possessores per magistratum consequuntur, quantum per actionem ciuilem, qui succedebant ex aliqua lege, Senatusconsulto, vel constitutione principum, iure ciuili directo, *l. 2. de poss. bon. peti. P. l. 2. de bon. poss. P.* Quocirca actiones quas mouet bonorum possessor pro hereditate consequenda, non prætoriæ quidem ideo sunt, sed ciuiles, vt ex emto, & similes. Etenim prætor, non actiones dat, sed dando facultatem succedendi, actiones, quæ petitioni hereditati competunt, communicat: & veluti ad eos quos facit quasi heredes, prorogat, *glos. 2. ad d. l. 2. de poss. bono. peti. P.*

6 ¶ † Per obliquum petitio hereditatis, fit ab herede subtituto per fideicommissum. Et est actio quæ proponitur iis, quibus restituta est hereditas ex Senatusconsulto Trebelliano. Nam quisquis sit is, qui susceperit restitutam hereditatẽ ex Senatus. Trebelliano: ex quo actiones transeunt, fideicommissaria hereditatis petitione vti poterit, *l.1. de fideic. hered. petit. lib. §. P. tit. 6.* quæ actio eadem recipit, quæ hereditatis petitio ciuilis, *l. 2. eod.*

7 ¶ † Potest & diuidi commodius ex his petitio hereditatis, vt alia sit directa, alia vtilis. Directa est, quæ datur ex verbis & mẽte legis succedenti directo, per legem aut Senatusconsultum proprio vel alieno nomine, ex testamento vel ab intestato, *in l. 1.2.3. de pet. here. P. Azo in sum. tit. de petit. hered. C.* Vtilis est illa, quæ ex mente legis datur, & non expressis verbis: qualis *gl. ff. 1. in l. 2. de poss. bon. petit. P.* possessoria, & fideicommissaria. Alio modo etiam, quæ ex iure ciuili est, dici potest directa & vtilis: vt directa sit quæ datur contra eum qui pro possessore possidet. Alia vtilis, quæ datur contra eum qui à possessore rem habet, *l. etiam si putauit, 15. §. quid si quis, §. si quis scient, & §. apud Marcellum, de pet. her. P.*

8 ¶ † Per hanc actionem, heres petit sibi restitui vel dari hereditatem tanquam ad se pertinentem, & consequenter omnia & singula, quæ hereditatis sunt, iura, corpora, & singulares res, *l. heres in omne tus, 37. de acq. her. P. & l. pecunia, 178. §. hereditas, de ver. sig. l. hereditas, 50. & l. item videndum, 18. §. fi. de peti. hered. P.* Sic enim Vlpian. & Caius his verbis explicant, *Vlp. in l. regulariter, 8. & Caius in l. licet, 10. eod. Regulariter definiendum est eum teneri petitione hereditatis, qui vel ius pro herede, vel pro possessore possidet: vel rem hereditarium, licet minimam. Itaque qui vel ex asse vel ex parte heres est, intendit quidem hereditatem suam esse totam, vel pro parte: sed hoc solum officio iudicis restituitur, quod aduersarius possidet, aut totum si ex asse sit heres, aut pro parte ex qua heres est.* Addit Vlpia. *l. item videndum, 18. § fi. eod. Et placuit vniuersas res hereditarias in hoc iudicium venire siue iura, siue corpora sint.* Subicit Paulus, *l. & non tantum, 19. eo. & non tantum hereditaria corpora, sed etiam quæ non sunt hereditaria, quorum tamen periculum ad heredem pertinet: vt res pignori datæ defuncto, vel commodatæ, depositæve. Et quidem rei pignori datæ specialis petitio est.* Item res, pro quibus actio competebat defuncto. & quodcunque restitui potest, *d. l. & non tantum, §. veniunt.* Et ideo non veniunt seruitutes, *d. l. & non tantum, §. seruitutes.* Veniunt & empta necessario nomine hereditatis, non si emta sint non necessario, *l. item veniunt, eod.* Item pretium venditorum, *l. item veniunt §. simili modo, eod.* Et augmenta hereditatis, quæ à tempore mortis accesserint, fructus, partus ancillarum, & alia, *d. l. item veniunt, §. item non solum, & §. fructus. §. & si in rem, eo. & §. & si hereditas, de offic. ind. apud Iusti. lib. 4. tit. 17.* Item, quia hoc est iudicium vniuersale, veniunt in illud & ea, quæ post litem contestatam cœpit reus ex hereditate possidere, *l. 4. de petit. her. P.*

9 ¶† Pro istis vero hereditariis repetẽdis, datur actio cõtra quẽcunque detinentem, *l. si scripti, 9. eod. C.* nomine seu titulo vero, vel falso heredis, siue totam hereditatẽ, siue partem possideat. *l. 2. C. eo.* siue minimã eius rem, qua tamen præstita ab hac petitione liberabitur. *in l. regulariter, 9. & l. licet, 10. eo. P.* nisi alias possidere cœperit, *l. 4. eo. tit. P.* Datur & aduersus non possidentem, qui tamen desierit dolo possidere. *in l. nec vllam, 13. §. in autem, l. etiam si is §. item si quis, & l. sed & si lege, §. perinde, eo.* & quando possessor litis æstimationem non præstat, *leg. Stychum aut Pamphilum, 65. §. dolo fecisti, de solut. P.* Et ita conuenitur qui possidet petitum, vel pro herede, vel pro possessore, *d. l. regulariter, & l. hereditatis, de petit. hered.*

¶† Pro herede possidet, qui putat se heredem, & est, *vt in Ll.* 10
& toto titu. pro hered. P. & C. l. pro heredo de acq. here. P. Et huic tantum est decreta actio hereditatis petitio. Item is pro herede possidet, qui nomine heredis, aut ei non sibi possidet, qualis est procurator heredis, *l. etiam, 15. §. si quis absentis, de petit. hered.* Et tertio loco, pro herede dicitur possidere is, qui se putat heredẽ esse, & tamen non est, sed eo titulo ficto vsurpat possessionem, vt in eum verus heres possit experiri, *l. pro herede, 11. eo.* Pro possessore vero possidet prædo, qui sine titulo rem detinet hereditatis vel alienam, *d. l. pro herede. §. fi.*

¶† Qui enim interrogatus cur possideat, respondeat: 11
quia possideo, nec contendit se heredem vel per mendacium, vel vllam aliam causam possessionis possit dicere. Et ideo fur & raptor, petitione hereditatis tenentur, *l. qui interrogatus, 12. & l. nec vllam. 13. eod.* Et in summa, si titulus quo quis possidet, pro non titulo habetur is, qui ita possidet, pro possessore possidere dicitur, *exempla in d. l. nec vllam, §. omnib. & sequent. & l. etiã si, §. si quis absentis nomine, §. si quis scie., §. apud Marcellũ, §. heredẽ, §. non solum, eod. P.* Sed & Vlpianus refert, Neratium libro 6. membranarum scripsisse, ab herede peti posse hereditatem, etiam si ignorat pro herede vel pro possessore defunctum possedisse, etiã si putauit heres eas res ex hereditate esse, quæ sibi delata est, *Vlp. in l. Neratius, 14. & l. etiã, 15. eod.* At quando titulo rato quis possidet, puta emtionis, donationis, rei vindicatione quidẽ, nisi obstet præscriptio, cõueniri ab herede poterit, sed non petitione hereditatis, quæ longo tempore non præscribitur, *l. prædonis. eod.*

¶ † Contra ementem bona fide, vel à fisco vel ab alio, datur 12
vtilis petitio, & aduersus alios titulo vero possidentes, *l. hereditatem quidem. 4. in quib. cau. cess. long. tem. præs. li. 7. C. tit. 34. leg. hereditatis. 7. C. de pet. her.* Sed & is, qui non possidet, si tanquam possessor liti se obtulit, cum actor eum possidere putaret, hoc iudicio petitionis hereditatis est condemnandus, veluti ex clausula doli, *d. l. etiam, §. si quis scien. & seq.* Si seruus vel filius familias res hereditarias teneat, à patre dominove hereditatis peti possunt, si facultatem restituendarum rerum habet, & si dominus pretium rerum hereditariarum venditarũ in peculio habet, *d. l. etiam. §. non solum, & l. qui se liti, 48. de pet. her. P. l. pen. de dol. P. l. si qui se 26. de rei vind. P.* Competit & ciuili vel honorario iure factis heredib. cõtra scriptos & alios heredes, quis repudiauerint hereditatem, *l. filiifamilias. 37. §. fin. & l. idem Iulianus, 8. l. si à domino, de pet. her. P. facit l. locum, §. si penes, de tabu. exhib. P. l. quemadmodum §. 1. eo.* Fideicommissaria tamen hereditatis petitio non datur aduersus restituentem hereditatem, *l. si scripti heredes, 9. C. de petit. her.* Qui alterius etiam hereditatem administrat procuratorio nomine, petitione hereditatis non tenetur, nisi heres eius, cuius possessionem administrauit, exstiterit: vt colligitur ex Pauli responso, in l. cum multi heredes, 9. si pars hered. petat. P. Verumtamen procurator possidentis conueniri poterit, negotiorum gestorum nomine, vt ait Papin. in l. cum heredis, 10. eod. tit.

¶† Forma experiundi, vt primũ in ius vocetur possessor rerũ 13
hereditariarum: olim porro vocabatur ad cõsuetum iudicii, vt in l. fin. C. de petit. hered. hodie tamen, cũ ex vsu centumuiri abierint, vocatur corã iudice ordinario rei competente, penes quẽ iurisdictio est. Sequimur & l. vni, vbi de heredẽ agi oport. li. 3. C. tit. 20. l. si scriptũ, 11. C. de probatio. Subinde qui in ius vocat detinentem, petit in iure interrogari, quomodo possidet, an pro herede an pro possessore: cogitur enim vocatus ad id respondere, *l. 3. de fideic. her. petit. P.* Si respõdeat se possidere pro herede, cõtendẽdum est quis sit heres, quod si dicat se nõ possidere pro herede, dicere debet quomodo ergo possideat.

¶ † Si nolit dicere titulum, iam intelligis pro possessore eum 14
possidere: si dicat titulum, vt ex emtione, donatione, &c. & probet, de valore tituli actione contenditur. Si non doceat, petitione hereditatis res agitatur, tanquam si pro possessore respondisset se possidere. Et ita docet gl. in l. qui interrogatus, 12. de petit. hered. in P. hicque agitatur exceptio ab eo, qui possidet & interpellatur, num petens sit heres. quo non probante, etiam si possidens de suo iure non doceat, obtinet & excludit petitorẽ. Atque res alienas possidẽs, licet iustam tenendi causam nõ habeat, nonnisi suam intentionem implenti restituere cogitur. *l. cogi possessorem, 11. C. de pet. her. ante lit. contest. l. qui interrogatur, de interr. act. P.*

¶† Hucque coniicitur quæstio inofficiosi testamenti, quæ ab 15
aditione hereditaris pendet, *l. si. C. de rei vin. l. qui accusare, C. de edend. §. commodũ, de inter. l. exstat decretum, de iure fis. P. l. si quidem, C. de except. l. 2. C. de prob. l. negantes, de actio. P. l. cogi, C. de pet. her. cõsimil. l. Papinianus, §. si conditioni parere, de inoffic. test. P.* cuius controuersia intra quinquẽnii à tempore aditionis mouẽda necessitio est, *l. illud, §. sciendũ, de inof. test. C.* & perinde contra heredes mouetur ac si pro herede aut pro possessore possiderent. *l. 1. C. eo.* Sed de inofficiosi querela, suo loco alibi à nobis dictum est.

¶ † Agitatur & in hac contentione petitione hereditatis, 16

Digitized by Google

quæstio validi vel inualidi testamenti, vel tituli quo quis succedere, vel successisse se dicit, qua tamen pendente controuersia; iudicia particularia, per quæ fieret præiudicium petitioni hereditatis, quiescũt, *leg. si quis libertatem, 7. de petit. hered. P.* & si agatur de falso testamento, petitio legatorũ suspẽditur, *l. si testamentum, §. eo. iuxta tamen l. si is à quo, vt in possess. legat. P.* Et generaliter, dum de petitione hereditatis contenditur, legatarij non possunt petere legata ab scripto herede, nisi præstita illi cautione: quamuis creditores hereditarij, ab herede vel à possessore sine cautione petere & capere possint, *in l. fin. C. de petit. hered.*

17 ¶ † Partes libelli istius petitionis sunt, vt actor dicat se heredem esse, vel institutum, vel ab intestato, talis, & eius se hereditatem agnouisse, vel animo adisse. Et quamuis ratione eius successionis aditæ, verus dominus rerum & bonorum defuncti sit, nihilominus aduersarius tales res possidet indebite & præter ius. Et proinde petit, sententia iudicis se declarari verum heredem prædicti defuncti, & hereditatem eius ad se pertinere, vt aduersarius cogatur res indebite detentas & occupatas hereditatis restituere, cum fructibus, accessionibus & expensis, *vide praxes Ferrarienses, & Petri Iac.*

18 ¶ † Quod obseruatur & in petitione totius hereditatis, & in petitione partis, *l. quæ de tota, 76. de rei vind. P. l. 1. §. pars here. peta. lib. 5. P. tit. 4.* differentia in aliquibus constituta, potissimum in quæstione, quando & aduersus quos agere debent heredes qui petunt. Nam si petunt plures heredes, & plures sint possessores: coheredes, non à singulis, sed omnes ab omnibus petere debẽt, *d. l. 1. §. quinimo, eo.* Et si petatur pars tanquam ab herede, non hac actione, sed familiæ erciscundæ iudicio petendũ est, *d. l. §. 1. proinde, & l. non possumus, 7. eo.* Et si cum coherede possideat extraneus tantum conueniendus est petitione hereditatis, *d. l. 1. §. si ego, & §. item si cum.* Atque in hac partis petitione, ratio habetur eorum, qui sperantur admitti ad partem, *d. l. 1. §. fi. & l. 2. & 3. 4. 5. eo.* Et potest etiam conuentus possessor, partem possessarum rerum libere cedere, pro altera autem potest litigare, *l. permittendum, 8. eo. l. quidam, de re. cre. & si cert. pet. P.*

19 ¶ † Datur porro hæc petitio hereditatis eis, qui intendunt se esse heredes, *l. legitimam, 8. eo. P. l. scripti, 9. C. eod.* seruato ordine succedendi: vt primum scriptis & testamentariis, & iis locum non habentibus, legitimis ab intestato, *l. si debitor, 45. de pet. here.* Nec vtetur petitione hereditatis, qui se heredem non contendat, *in l. ei qui partes, 57. eod. l. emtor, C. de hered. vel act. vend. tit. de fideic. here. petit.* Aget is itaque petitione vtili, vt & qui emit hereditatem à fisco, & is cui ex senatusconsulto Trebelliano restituta est hereditas, *l. 1. §. si qui totam, si pars here. peta. P.* Et in summa, qui totam vel partem hereditatis petit, ius non ex eo metitur, quod possessor occupauit, sed ex suo iure, *l. hereditatis, 7. de petit. her. l. hered. in quibus causs. cess. lon. temp. præs. C. l. licet, C. de iure deli.* Quare petitio hereditatis competit maxime ex iure actoris, quia successor ab intestato, vel ex testamento, quamuis & ex facto rei conuenti, consideretur quoque, vt quia rem hereditariam possidet, vel quia dolo desiit possidere: vt diximus.

20 ¶ † Sed videndum antequam detur, num præscriptionis exceptione ab agendo submoueatur. Non enim viuit agendi facultas petitionis hereditatis, vltra 30. annos: minori enim spatio non excluditur: quia partim personalis, partim realis est, *l. cum autem, §. fin. & l. seq. de æd. ed.* Si agatur tamẽ de suis, & sexaginta annos requiri in peremtione petitionis, diximus in c. de adeunda & repudianda hereditate, & de iure deliberandi.

21 ¶ † Effectus istius petitionis sunt, declaratio facta per iudicem, heredem esse vincentem, vel non esse. Et si sit, res hereditarias ad illum pertinere, restituique ab aliis possessas debere, cũ fructibus & accessionibus. In fructibus tamen & accessionibus distinguitur, inter bonæfidei & malæfidei possessorem condemnatos. Et glossa quidem singularis est in l. item veniunt; 22. §. fructus, ad verbum, *omnes* de petitio. hered. quæ asserit falsam esse sententiam eorum, qui dicunt bonæfidei possessorem victum possessionis hereditatis non facere fructus suos: putat enim suos facere. Sed quamuis faciat suos, nihilominus restituendos per hanc actionem. Et peti iure actionis per rei vindicationem, vt in redhibitoria responsum, *d. l. item veniunt, §. item non solum. & §. fructus, & l. cum here. 59. l. sed & si lege, 28. §. fi. l. quod si omes, 29. & l. ancillarum, 30. de petit. hered. P.* Ego certe non immorabor in istis inutilibus quæstionibus. sed dicam cum Iurisconsulto, augmento hereditatis venire in hereditatis petitionem, siquidẽ ex ipsa hereditate accedunt, non quæ extrinsecus: quia ea personæ possessoris accedunt. Et fructus augere hereditatem, siue ante, siue post aditam hereditatem acceserint: videlicet si eos possideat, & locupletior ex illis ita factus sit. *l. 1. C. eo. tit. §. & si heredi, de offi. iudi.* Consumtos autem nec exstantes, non restituit. *l. illud. 43. de peti. her. P. l. 1. §. si. & l. 2. C. eod. l. fructus, 34. & l. ceterum. 31. de rei vind. l. certum est, 22. C. eod.*

22 ¶ † At malæfidei possessor, qui sine titulo possedit, vel qui post litem contestatam suum titulum sufficientem non potuit ostendere à tempore malæfidei, & litis contestatæ, de perceptis & consumtis, & de percipiẽdis, id est, qui per alium percipi potuisset, tenetur. Post petitam hereditatem, quilibet possessor cõtestatus lite, incipit esse malæfidei, vel ex quo scire potuit & debuit iam ei fuit, *l. item veniunt. 22. §. petitam, eo. P. l. 1. C. de iis quibus vt indig.* ¶† Ceterum, vt plenius intelligas quæ restituenda sint per iudicium huius actionis, lege integrum Senatusconsultum, sub Adriano factum, & eius explicationem, in l. item veniunt, 22. §. præter hæc, cũ §§. seq. & legibus vsque ad l. Si à domino, quæ est 39. de petit. hered. P. hoc autem senatusconsultum primũ fauore factum erat, sed Imperator Ælius Antoninus, ad priuatos hereditatis petitores traduci præcepit, in l. 1. de petit. here. C. Vide & de his possessoris bonæ & malæfidei præstationibus Alexandrum, in l. si marito, solut. matrim. P. 23

¶† Effecit autem instituta & proposita actio petitionis hereditatis, ne possessor hereditatis, de qua controuersia erat, antequam lis incoaretur ex ea possit distrahere, nisi maluerit pro omni quantitate hereditatis, vel pro æstimatione rerum eius satisfdare, aut nisi prætor caussa cognita permittat diminutionẽ: veluti funeris, vsurarum, vel pignorum liberandorum caussa, *l. diuus Pius, §. de petit. hered. 4.* 24

¶† Sed & per hãc nõ tantũ prospicitur petitori obtinẽti, sed etiam possessori succumbenti in debitis solutis creditoribus, iuxta l. si quid possessor, 34. cũ suis §§. de petitio. hered. *l. de hereditate, 5. C. eo.* habetur & ratio impensarum vtiliter, vel necessario factarum, *l. heres furiosi, 54. eo. P.* siue agatur de bonæfidei possessore, siue de prædone, *l. plane, 41. l. si à domino, 39. §. fructus, eod.* Ne petitor aliena cũ iactura locupletetur, *l. nam hoc natura, de condic. indeb. P. l. iure naturæ, de reiur* P. Vtiles quæ sint & necessariæ in petitione hereditatis cõsidet ãdæ, docet Caius, in l. vtiles, 42. de petitio. heredit. P. quæve in rei vindicatione, l. in fũdo, de rei vindi. P. quæ in aliis, l. 3. §. nos generaliter, de impẽ. in reb. dor. fact. P. l. impensæ. 79. de verbo. signific. P. Verumtamen hoc interest inter bonæfidei possessorem & prædonẽ, in caussa impẽsarum. Quod bonæfidei quidem possessor omnino impẽsas deducat, licet res nõ exstẽt in quas fecit. sicut tutor & curator cõsequitur. Prædo vero non aliter, quam si res melior sit, *d. l. plane,* Nã prędoni probe dicitur, nõ debuisse in alienam rem superuacuas impensas facere: vt tamen potestas ei fiat tollendorum, quæ sine detrimento ipsius rei tolli possunt, *d. l. vtiles de petit her. P.* Habetur & ratio sumtuũ factorum à possessore in mortui infirmitatem, & funus ex suo proprio patrimonio, fitque compẽsatio, *l. in restituenda, 4. C. eo.* 25

¶† Et in summa, damnatus restituere possessam hereditatem, eam restituere non compellitur, nisi pro omnibus quæ rite ab eo gesta sunt, petitor ei satisfaciat, rationibus inter petitorem & possessorem prius contractis, *l. fi. §. sin autem ex contractibus, C. eod.* Et ideo, si postquam legatum petitor à possessore accepit, vicerit hac actione, legatum tenetur ei restituere, *l. postquam legatum, 46. & l cum is, 47. eo. P.* & si legata vel alia soluit recte, tanquam heres, habet ius retentionis, donec pro illis à victore satisfiat, *l. quod si possessor, 19. de petit. here. P.* Et quemadmodum possessor euicta hereditate tenetur restituere, & actiones si quas nactus fuerit: ita etiam illi petitor cauere debet de eo quod abest: vt si possessor cauerit damni infecti, *l. illud quoq;, 43. §. actiones eod.* 26

¶ Rationes introductæ actionis petitionis hereditatis, possunt esse illæ generales, quæ pro omnibus actionibus adferuntur, nempe, vt iure & per iudicem quisq; sua repetat, non propria auctoritate, *ex l. extat, quod me. cau. l. pen. & fin. ad leg. Iuli. de vi. priuat. P. l. 1. C. de suffrag.* neve iudex permittat ad arma venire, quos potest sua iurisdictione compescere, *l. æquissimum, de vsufruct. l. nullus, C. de Iudæ.* Et ne possessores rerum alienarum locupletentur cum alterius iniuria, *c. locupletari, de re. iur. in 6. l. nam hoc natura, de condi. indeb. P. l. iure naturæ, de reg. iur. P.* Adest & fauor institutionis, quia ita suprema hominum iudicia sortiuntur effectum. Quod etiam fieri publice interest, *l. vel negare, quemadmodum test. ape. P.* Item cauetur iudicio petitionis hereditatis, ne hereditas ad alios quam ad legitimos perueniat successores: ne ad alienas familias bona vsurpata perueniãt. Et ita ne maiorũ splendor vel exstinguatur vel conspurcetur. 27

De Collatione Bonorum.

Cap. 8.

Lib. 37. P. tit. 6. Lib. 6. C. tit. 20.

1 *Collationis bonorum æquitas.*
2 *Conferre quid.*
3 *Collatio in successionibus quid: & eius diuisio, nu. 4.*
5 *Quæ conferantur: & nu. seq. & emancipatus quæ conferat bodie.*
6 *Peculium castrense vel quasi non confertur.*
7 *In Filium Impensa, tam Studiorum caussa, quam dignitatis & librorum: num conferantur? & rationes, nu. 8. & 9.*
10 *Conferuntur, quæ in legitimam imputantur.*
11 *Profectitia bona, quod pertinet ad collationem, quæ dicantur.*

12 Colla-

12 *Collatio profectitiorum in quibus rebus cesset.*
13 *Remuneratoria donationes quare non conferantur, & quales esse debeantur eam ob rem.*
14 *Quæ Donationes in filiosfam. per patrem facta conferantur.*
15 *L. illud, C. De collatio. explicatio.*
16 *Donatio caussa mortis cur non conferatur.*
17 *Fructus percepti ex donationibus, quæ morte patris confirmantur, conferuntur.*
18 *Officij emi per patrem filio fructus, num conferri debeant.*
19 *Lucrum ex pecunia paterna acquisitum per filium, num conferri debeat.*
20 *Vsura an conferendæ sint prouenientes ex pecuniis patris.*
21 *Dos quæsita per filiumfam. vel donatio propter nuptias per filiam, non conferuntur.*
22 *In Collationem non veniunt, quæ filiis quærantur post mortem patris.*
23 *Conferre quantum debebat olim emancipatus.*
24 *Conferre qui teneantur successuri.*
25 *Emancipati quando & quomodo conferant suis, & contra quomodo emancipatis sui.*
26 *Conferendi potestas transit in heredes.*
27 *Conferendi forma, seu facto, & cautione.*
28 *Collatio in qua successione locum habeat.*
29 *Filia, quæ post renuntiationem dote acceptæ bonorum vult succedere patri, debet conferre.*
30 *Collationis finis, est æqualitas.*
31 *Collationis inducendæ rationes.*

1 EX variis† succedendi formulis, concurrentibus heredibus, dum in petitione hereditatis obtinuerunt, pro distinguenda cuique parte, proque ea suscipienda sine iniuria alterutrius, ad collationem bonorum perueniendum: potissimum olim, vbi filius qui in potestate est aliquo in cõmodo affectus est, interuentu emancipati, *l. 1. §. totius, de collat. bono. P.*

2 ¶† Conferre generali sua significatione, vnde & collatio, nihil aliud est, quam in vnum locum ex diuersis ferre, congerere: vnde prodierunt appellationes munificentiæ, collatio beneficiorum in iure pontificio: & alia, conferre signa, manus, & similia. Conferreque dicimus Gallice, *mettre en vn.* vt conuenire dicũtur, qui ex diuersis locis aut motibus animi, in vnum veniunt locum. & in vnam concordant sententiam, *l. 1. §. conuentionis, de pact.* P. Quare hoc genus debet secundum res quę conferuntur, vel secundum negotia, ob quæ res conueniunt vel conferuntur restringi, *c. intelligentia, de ver. sig.*

3 ¶† Collatio itaque, quando agimus de successionibus, definietur, vt sit bonorum propriorum cuiusdam generis, cum hereditariis facta inter succedentes pro portionibus distinguendis vna consideratio, *colligitur ex l. 2. de coll. bono. P. ex l. fin. de collat.* C. Dico consideratione tanquam vnius corporis esse collationem, ex bonis propriis & hereditariis: non enim dico communicationem, quia aliquando in collatione bona propria, quæ quis habet aliunde quam ex hereditate, non communicãtur, sed per retentionem remanent penes possidentem: qui tamen ea confert, sed minus accipiendo ea retinet, *l. dotis, C. eo.* Et interdũ sine communicatione, liberando, vel cauendo partem conficit, & cõtribuit collationi, *l. 2. l. si emancipati, C. eod.* Quæ adfert successurus, ea dicuntur conferri: illa autem quę hereditaria sunt, nõ conferri, sed diuidi dicuntur. *l. filiæ licet, 12. eod.* C.

4 ¶† Collationis olim vna erat species, quia tantum olim emãcipati conferebant suis, cum quibus succedere volebant, & non sui emancipatis. Hodie vtrinque fit, & ita alia est, quum conferunt sui emancipatis, alia quæ suorum emancipatorum posset dici.

5 ¶† Facienda collatio de propriis eius qui succedere vult, cũ bonis hereditariis. Nam aliena non conferuntur, quamuis sint penes conferentem, sed propria, *l. 1. & l. 2. §. illud, & l. 3. §. emancipati, de collat. bonor. P.* Et ideo fit deductio eris alieni à bonis cõferentium, *§. illud, & l. ea demum, C. de collat.* Cum bona etiam tãtum dicantur, deducto ære alieno, *l. subsignatum, §. bona, de verb. sig. P.* Antiquitus iure Pandectarum, omnia bona propria tã aduentitia quam profectitia, nisi aliqua speciali lege exciperentur: emancipatus conferebat suo cum quo in bonis paternis succedere desiderabat, *in d. l. 1. & 2. ibi, bona sua omnia. de collat. bono. P.* Hodie tamen confert tantum profectitia, *l. fin. C. de collat.* Ratioque diuersitatis vtriusq; iuris: quia antiquo iure nihil sibi quærebat filiusfamilias, sed omnia patri, *l. placet de acq. her. P.* Emancipatus vero acquirebat sibi. Quare cum & sua opera augeret bona patris filius in potestate constitutus, æquum visum fuit, vt qui pẽdente tẽpore sibi quęsiuisset emancipatus si vellet bonorum paternorum fieri particeps, filio suo sua conferret. Ne incommodo aliquo afficeretur qui erat in potestate, interuentu emancipati, *l. 1. in c. & § toties. & l. si filius. 10. de collat. bono. P.* Hodie autem nec filiusfami. quærit ex integro patri aduentitia, nisi quoad vsumfructum. Et cum emancipati & sui differentia in acquisitione, sit tãtum in profectitiis quæ patri suus quærit, *l. cũ non solum, de bon. quæ lib.* C. non autem emancipatus: ideo hæc profectitia emancipatus tantum, in quibus potest esse inæqualitas, quod pertinet ad bona paterna, confert.

¶† Non conferuntur autem vtroque iure, præcipua remanẽt etiam in potestate patris exsistenti, quamuis ea perueniant ad emancipatum, *l. si fratres, 53. §. iidem Papinianus, pro soc. P.* quale est peculium castrense vel quasi castrense, *l. 1. §. nec castrense, de collat. bono. P. l. fi. C. eod.* & alia quæ studiorum caussa sine reputatione à patre in emancipatũ elargita erant, si non animo reputandi concedantur, *l. qua pater, fams. ercis. P.* 6

¶† Scio tamen disputatum, num libri, & similia quæ studiorũ caussa filiofam. vel emancipato data, castrensis sunt, conferantur, *Bart. in l. 1. §. nec castrense, de collat. bono. P. Idem & Cyn. in l. filia. C. de collat. Nicol. de Mater. in l. si donationes, C. eod.* & num peculij castrensis vel quasi censeantur. Et quidem, quando libri imputentur in legitimam alibi dictum est. De collatione tamẽ superest quęstio. Pro qua, dico breuiter, expensa in filium studiorum caussa per patrẽ sine protestatione repetendi, & quæ consumta sunt bona fide studendo, & in ea caussa per filium, non venire in collationem, sed propria esse filiorum, *per l. quæ pater, 51. fami. ercis. P. l. Ne Zennius, de negot. gest. l. fi. de testi. hered. auth. ex testamento, de coll. C. Bart. in l. nec castrense, 1. de coll. bono.* Quod si meretricibus, vel ludo, quæ studiorum caussa data erant, filius consumserit, cessante caussa studij, priuilegium illi denegatur, *Bart. in auth. quod locum, C. de collat. Petr. de Bella pertica. in l. actum quod, C. eod.* & imputare sibi & conferre tenetur, tanquam qui perdidit culpa sua & dolo, *arg. l. 1. §. consertur. & l. 2. §. de illis, de collat. bono.* Et quod non impendit pecunias in rem ob quam datæ erãt, & caussa non secuta, *l. pen. §. fi. de dona. C. & tot. tit. de cond. ob causs. dat. & de cond. ex causs. data causs. non. sequ.* P. Studiorum caussa hic cessat, quæ priuilegia multo habet, & quæ faciat liberos data à parte sibi non imputare nec cõferre. Facit enim in primis, quod officii paterni munus præcipuũ sit, instruere liberos & nutrire, animaque potior est corpore, *l. sancimus, de sacr. eccl. C.* Et quemadmodum iure naturali tenetur qui genauit nutrire alimentis corporalibus generatos, *l. 1. §. fi. de iustit. & iu. P. §. ae iure natur.* & conseruare ita & animum eorundem debet bonis præceptis imbuere: & si ipse non possit vel nesciat, æquum est vt suis expensis ab aliis fieri procuret. Deinde laboriosum certe opus est studium literarũ, prudentiæ atque virtutis disciplina, & ob ea multa pericula subeunda in peruagãdis prouinciis, multisque iniuriis expositа discentium, vt suos aliquando docere possint, peregrinatio: vt miseratione saltem, si non remuneratione, studiorũ labor dignus sit, *auth. habita, C. ne fil. pro pat.*

¶† Et ideo collatio eius gratia impensi non exigitur. Quẽadmodum nec eius quod indignitatẽ filij impensum est, quæ onus habet. *l. 1. §. sed an id quod, ae collat. l. fin. de petit. hered. P. l. si vni ex heredibus, §. idem scribit, famil. ercis. c.* quæve nihil commodi ad successores mortuo filio transmittit, *l. commodo, §. imputari, de inoffic. testam. C.* Fiunt impensæ virtutis caussa, vnde commodum inæstimabile oritur, cum in libros impenduntur, *l. pen. ad exhib. P.* Et in hanc caussã studiorum, pecuniæ mutuo datæ filiofamilias, repeti possunt per creditores à patre, tanquã in rem patris versæ. *l. Macedonianæ, Senatusc. Maced. C.* 8

¶† Sed & peculiũ quasi castrẽse dicitur, quod aduocatis lucro cedit, *l. fori tui culmina, 4. de aduoca. diuers. iud. C.* vt pote qui in castris fori & tribunalis iudicialis, glorioſæ vocis munimine, se suorumque vitam & clientum bona defendẽdo, militare videntur, *l. aduocati, 14. eod.* Libri quòque, scholasticorum arma dicuntur, *gloss. in l. nepos Proculo, de verb. signific.* vt pote tyronum. Quocirca cum res, quæ castrensis sunt peculii, non cõferantur fratribus sed præcipua sint, non possumus, vt opinor, recte in expensis & libris studiorum caussa datis, collationem statuere, præter legis & patris voluntatem. Dubitandum tamen non est, alios libros qui non dati sunt filiis, quique eius nomine comparati non fuerint, sed qui fuerint patris defuncti, in medium & diuisionem esse producendos: misi improbatæ lectionis sint, quia tunc non diuidi, sed corrũpi debẽt, *Vip. in l. cetera. 4. famil. ercisc.* 10 P. 9

¶† De aliis rebus in collatione generalis regula ponitur, ea conferenda esse, quæ imputantur in legitimam, in Lillud, C. de coll. Ceterum horum pauca prosequamur quæ profectitia sunt. 11

¶† Cõstituũt enim resolutionẽ interpretes, profectitia bona censeri quæ veniant in collatione, quando processerunt ab illis, de quorũ hereditate agitur diuidẽte, *l. vt liberis, C. de coll.* Sicq; dos, donatioque propter nuptias, computantur in legitimam, quando profecta sunt ex eius substantia, de cuius hereditate agitur, *l. quoniam nouella, C. de inoff. test.*

¶† Ceterum casus quidam sunt, in quibus nec ea profectitia conferuntur: vt si pater expressim velit non cõferri, *§. illud quoque, de trien. & semis. in authe. vnde sumta auth. ex testamento, C. de coll. 2.* Dicunt & donationes simplices non conferri factas in filiumfa. *l. pen. C. eo. glo. in d. auth. ex testamento, ad verb. datorum.* quia morte tantum confirmantur. Neque etiã istæ in legitimam cõputantur, nisi expresse sit dictum in donatione, *l. si quando, §. & generaliter, de inoffic. testam. C. Ias. in d. auth. nu. 10. l. si cum mortis, de C. inoff. test. l. etiã, §. si debita, de bõ. liber. P.* Et sic, videtur esse acquisitum ex illis post mortẽ patris: quæ autem filii quærũt post mortem, non cõferunt, *l. ea demum. 6. C. de collat.* In quibuscunque autem casibus donatio facta filiofam. vel emãcipato sta- 12

Digitized by Google

tim valet, in illis habet locũ collatio, scilicet vt ea post mortẽ patris conferantur, *Iaſ. & Alex. in d. auth. ex teſtam.* Inuenies porro qui sunt illi casus, quibus valeat statim donatio facta filiofam. apud Iasonẽ, ad l. frater à fratre, de cond. indeb. P. Quocirca donationes quæ factæ emãcipatis statim valent, & donationes quæ in pactis matrimonij filiisfam. à patre sunt validæ, *Guid. Pap. de eſ. 145.* conferentur.

13 ¶ † Tamen remuneratoriæ filiisfam. factæ, quamuis statim valeant, *vt aiunt interp. in auth. vnde & ſi parens, de inoffi. teſta. Soc. conſ. 125. inci. viſa. verſ. confirmo.* non conferuntur: quia censentur ex peculio aduentitio filiorum, & eorum industria quæsitæ, *gl. in l. donatione, & ibi Iaſ. de coll.* Sicuti nec aduẽtitia cõferuntur, *l. ſi. C. eo.* Si modo de meritis appareat vere, nec ex relatione seu assertione sola patris colligantur, *interp. in d. l. ſi donatione, Soc. cõſ. 295. in 3. & 4. eod.* & si merita eius generis sint, ex quibus tãtum extraneus consequi à patre mereretur, quantum filius obtinuit, *ca. relatum, ibi iuxta ſeruitij merita, de teſta.* Nam quod excedit meritum, donatum, non dicitur aduentitium: quamuis quidam repugnent & aliter explicent, *Chaſſ. ad §. 5. des ſucceſſions, ad verſi. le teſteur par teſtament. nu. 49. in conſ. Burgun. diſpu.* Sed & merita ea debent esse ad hunc effectum, ad quę ratione obsequij filius nõ teneatur: quia obsequialia merita, remuneratione nõ exigunt, *l. filia, C. de pa. Bard. in l filiæ cuius, fam. ercisc.* Et turpiter videtur acciperę, qui accipit vt faciat ea, quæ facere debet alioquin, & tenetur ad restitutionem, *l. ſi. de cond. ob tur. cau. P.*

14 ¶ † Adferuntur autẽ à gl. auth. ex testamento, Ç. de coll. 3. casus, in quibus donatio, quæ fit liberis, quæve tempore mortis cõfirmatur, conferanda est. Primus si pater vni filio donauerit inter viuos, alteri ob causam: ne altero conferente, alter inęqualitatẽ constituat, *l. pen. C. de coll. 2.* Si pater iussit cõferri, *l. ſi quando, §. fin. de inoff. teſt. C. l. ſi non mortis, eo. P. 3.* Si ita dedit, vt datũ esset in peculio profectitio, *l. ſi donatione, C. de coll.* Nam tunc nõ est propriè donatio, quia peculii dominiũ ad patrem pertinet, *Iaſo. in auth. ex teſtamento. nu. 4.* Addit Iason. *Idem vbi ſup. nu. 10.* alios casus, 4. Si is cui simplex donatio fit, emancipetur, quod tunc ea donatio esse incipit ex numero earum quæ statim valent, *in l. ſine emancipatis, C. de don. l. donationes in concubinam. 32. §. pater, eo. P. l. ſi. Cod. de eman. libe.* & conferuntur. 5. eadem ratione, quia donatio facta ab Imperatore filiis statim valet, & à rege qui superiorem non habet, *§. item ſacramenta, de pa. iura. firm. coll. 10. in auth. Lud. Ro. cõſ. 446. incip. prim⁹ præpoſitæ cõſultationis articulus, facit l. donationes quas parentes, de don. int. vir. & vxor. C. l. omnium, C. de teſt.* eadem post eius mortem venit in collationem, secũdum aliquos, quibus tamen merito repugnat Iason, per l. cum multa, C. de bon. quæ lib. Et donationem hanc habere peculij aduentitii naturam, tradit: quod non confertur, *l. fin. C. de coll.*

¶ † Resolutum ad hæc est, donationes quæ ante emancipatio-
15 nem vel post, filiis sunt à patre, vel ab eo cui succedere desiderant, conferendas esse, *l. vt liberis, C. eo.* Quia statim vbi factæ sunt valent, *l. 2. C. de inoff. don. cum ſimi.* nec peculii iure teneri possunt, *l. ſi. C. de inoff. teſta.* Et quamuis aliqui interpretes in contraria sint sententia, tamen Iason pro hac pugnat, *Iaſ. in d. aut. ex teſtamento. nu. 14. ibi. tertius articulus.* Neque facessere dicit, Lillud, C. de collatio. vbi filius donationem habens à matre, conferre nõ tenetur, nisi propter æqualitatem, quando is habet donationem simplicem, frater vero nullam habuit: vel nisi conferri iusserit pater donando, filius autem intuitu matris, eius est naturæ & qualitatis, cuius emancipatus respectu patris: quia fœminę non habent filios in potestate, *§. fœmina, de adopt. l. nulla, de ſuis & legit.* P. Nam respondet cum Bart. & Baldo, filios matris intuitu, diuersum genus constituere in successione matris, à filiis emancipatis volentibus succedere patri: quod emancipati iure 12. tab. & iure antiquo ciuili non succederent, & ideo pro iniuria, qua afficere suos videbantur, quando cum illis succedere volebant, decretum erat, vt illi conferrent: in iure vero successionis, matris intuitu, æquale ius filiorum nullam habebat iniuriam, nec distinctio erat liberorum, neque olim ab illis collatio desiderabatur. Minus quoque ad rem facit, quod filii sui succedẽtes possunt agere contra emancipatos, vt restituant quod est immensum in illorũ donatione, *l. 2. C. de inoff. dona.* Si quidem hoc non pertinet ad collationem succedendi causa. Illi enim non dicuntur succedere, quibus inofficiosa donatio, in quantum excedit, minuitur.

16 ¶ † Ceterum inficiandum non est, donationem causa mortis, factam emancipato vel suo, propriam fieri, nec conferendam: quia ea non valet pendẽte vita patris, nec simplex est, sed morte confirmatur, *l. pen. de col. bon. P.*

17 ¶ † Veruntamen, etsi donationes simplices profectitię, quæ tantum firmantur morte patris, non conferantur, tamẽ fructus ex his percepti in vita eiusdem patris, conferri debebunt: quia donationes quę firmantur morte, retrahuntur ad fructus perceptos, in vita patris, hisque, si filius nolit cum aliis succedere, filii sunt, nec restituuntur, *l. donationes quas parentes, C. de don. int. virũ & vxor.* Quemadmodum de fructibus aduentitiorum filiifam. dicitur, qui quęruntur patri, *l. 1. de bon. mater. C. l. cum oportet, de bon. quæ lib.* & si donati sunt filio, cõferri debent percepti pendẽte eius vita: illi enim profectitii sunt, *Iaſ. in pri. ad auth. ex teſt. cõtra Ang.* Quos tamen si voluntate patris filius, cuius proprietas erat, percepit, censentur donati: eosque, si successione patris abstinet, restituere non tenetur, *d. l. cum oportet. §. fin autem.*

¶ † Sic quando filius tenetur conferre æstimationem militiæ vel officii, quod vendi & ad heredes transmitti possit, quicquid 18
filius lucratus est ex illa militia vel officio, deducta per filium æstimatione oneris personæ suæ, ex sententia Bartoli, *in l. 1. §. nec caſt. coll. 4. de coll. bon. P.* confertur. Ego tamen dubito in hac conclusione: quia, expressum nõ est legibus quippiam de fructibus milititiæ, quã imputari voluit, *l. illud, C. de coll. in l. omnimodo, §. imp. de inoff. teſta.* Et quia in collationum quæstione, nihil imputandum est vel conferendum, nisi legibus expressum sit, etiam in profectitiis, *l. illam, C. de collat.*

¶ † Maius porro dubium est in quæstione quotidiana, num si
pater quãdam pecuniã tradidit filio, ex qua filius alias lucratus 19
est negotiando, lucrum illud ex pecunia conferendum sit. Et glos. iuncto textu in l. cum oportet, de bon. quę libe. C. per illũ textum, illud tanquam ex substantia patris quæsitum & profectitiũ esse existimat, vt & ea quæ contemplatione patris filio aduenerunt. Atque idipsum in vsuris quæ litis ex pecuniis patris obtinere, quas censet ex re patris venientes, *facit §. 1. perſequas per. nob. acq. l. Baliſta, ad Trebel. P. L. in fideicommiſſi, §. nonnunquam, de vſur. l. ex re, de vſufruct. P.* Et eius sententiæ est Bart. in d. l. cum oportet, & in l. 1. §. nec castrense, de coll. bon. P. Sed & cum illis idem Bart. *in tract. de duo. frat. & in conſ. in c. contra tellus, & in l. illud. C. de coll. vide Io. Imol. & Alex. in l. 3. ad l. Fal.* P. perpendit morem regionis: vt si filius negotiatus fuerit in pecunia patris, & lucrum inde factum sit industria eius, is partem accipiat, quam accepturus fuisset ex more regionis institor, tanquam aduentitiam, perpensa industria filii, num ea sit digna tanto lucro. Et hanc certe proximam æquitati mentem opinor, si agamus de emancipato accipiente pecuniam profectitiã. In suo vero, qui tenetur operari patri subsisto, nec arbitror sine magna causa verã, adstipulari rq: lubens Baldo, *in auth. ex teſtamento*, C. *de coll.* qui reprehendit in prædicta opinione Bartoli. Quod si non constat pecunias, in quibus filiusfam. negotiatus est & lucrum fecit, fuisse paternas vel profectitias, sequenda est gl. ad d. l. cum oportet, ad ver. *ex eius ſubſtantia*, in fine.

¶ † Sed vlterius dico, fœnebrem pecuniam quæsitam contra
prohibitionem vsurarum per filium nomine suo, qua turpe est 20
illius lucrum, non venire in collationem, etiamsi tunc fuerit in sacris patris, *iuxta l. quod ſeruus, de acq. rerum dom. P. l. cum auob. §. idem Papinianus, pro ſoc. P.* Si tamen vsuras nomine patris exercuerit, acquiret patri, non tanquam filius, sed tanquam negotiorum gestor, *l. qui proprio, §. item quæritur, de pro.* P. Possunt tamen ab vtrisq: cuinci, & ab illo & à coheredibus, tanquã illicite quæsitæ, & quæ secundum iura pontificia restituendæ veniunt, *cle. 1. de vſur. & tot. tit. in antiq.* Eaque respondere ratione possemus, has, vt turpia lucra, conferendas non esse, nec diuidendas *per l. cæterę, fami. ercis.* Quemadmodum quæ pernicioſe alea vertit, vel alio modo turpi filius quęsiuit, conferri non debent, potius à fisco vindicanda, *in l. videamus, quod met. cauſſ. P. l. in hered. de calumniat. P. l. vni. ex deli. aef. in quan. here. tene. P. l. Lucius Titius, 9. de iure fiſc. P.* potissimum si non liqueat, cui facienda sit restitutio.

¶ † Non confertur etiam fratribus dos à filiofam. lucrata ex 21
morte vxoris per statutum, puta Tholosæ, quia tale lucrum est aduentitium, *Bart. in l. 1. de bonis quæ li. Bal. in auth. ex teſtamento, C. de collat. l. 2. §. emanc. pati, de coll. dot. P.* Et aduentitia non conferuntur, *l. fin. C. de collat.* Et proinde filiafam. quæ post mortem patris vult vna cum fratribus succedere, non tenebitur conferre monilia, vestes, & alia incrementa, quæ lucrata est ex morte sponsi vel mariti, *Bald. in l. cum in te, C. de donat. ante nupt.* tenetur tamẽ conferre dotem profectitiam, *l. filiam dum fratribus, C. de collat. l. pater, ad l. Falci. P. l. 1. de collat. dot. P. l. vt libe. de col. C.* imputando & minus ex hereditate accipiendo, *l. dotis quidem petitio, C. eod.* Dos enim in periculo est mulieris, etiamsi maritus eius, cui data est, sit soluendo: cum ei imputari possit, maritũ vergente ad inopiã, quod nõ repetierit dotẽ, si modo sui iuris fuerit, & legitimæ ætatis, non aliter, *auth. quod locum, C. de collat.* Et hęc procul dubio vera, quando filia ab intestato vult cum aliis succedere, vel cõtra tabulas. Tamẽ iure Codicis, filia quæ succedebat coheres ex testamento, non conferebat, præterquam si pater dixisset, *l. filiã, in 1. eod.* Hodie contra, & ab intestato, & ex testamento ordinata collatione, *authen. teſtamento, eod.* Sicque Arcadius & Honorius dotem profectitiam, à patre vel eius occasione acceptam, voluerunt filiam cum fratribus succedere volentem, miscere, & in medium proferre iusserunt, *l. vni. vnd. libe. libr. 4. C. Theod. tit. 2.* quando videlicet dote non contenta, vel legato, vult succedere: alioquin enim, si iis, vel altero illorum contenta, abstineat se à successione paterna, non cogitur conferre, *l. ſi pater pro filia, 4. de col. dot. P. l. à patre, & l. filiam, de collat. C. l. vni. §. videamus, de rei vxor. act. C.* Placuit autem Senatui Parisiensi, 21. Augusti 1536. dotis fructus, seu pensiones solutas, pẽdente dilatione solutionis dotis, non conferri fratribus, etsi dos conferatur. Hæc enim proueniunt matrimonii iuita recepta sũt, *l. pro oneribus, de in. dot. C. l. dotis fructus, eod. P. c. ſalubriter, de vſur.* ¶ † Item generaliter nõ 22

conse-

Digitized by Google

conferuntur ea, quæ filiofam. solui debent post mortem patris, quæve post mortem illi quæruntur: sicuti nec olim emancipati illa conferebant, *l. pennis. de collat. bon. P. l. ea demum, 6. & l. nec emancipati, 15. de collatio. Cod.* Paulus quoque respondit, de illis quæ sine culpa vel dolo conferre debentis perierunt, ea non reuocanda in collationem *l. 2. §. de illo, & l. 1. §. confertur, ae collat. bon.* 23 *P.* ¶ † Implicata & erat olim quæstio, quantum emancipatus, qui omnia sua conferebat, conferre debebat, quam explicat L. 1. §. nunc videamus, de coniungen. cum emanc. liber. lib. 37. P. titu. 9. Sed hodie facilis est quæstionis solutio, cum non conferantur aduentitia, sed tantum profectitia, *l. fin. de coll. C.*

24 ¶ † A quibus vero postuletur collatio, seu qui sint qui conferre teneantur, leges expedite docent, cum distinctione iuris antiqui, noui, & nouissimi. In primis autem illud sanciendum est, inter extraneos aliqui succedentes, non esse locum collationi, *l. si. C. com. vtr. iud. 2.* Neque locum habere, cum ascendentes succedunt descendentibus, *Bal. in l. quoniam nouella, 2. coll. per illam legem, C. de inof. testa. probat l. vt l. berus, C. de col. Cyn. Alex. Iason in l. si emancipati, C. eo. vbi inuenies rationes.* Nec 3. quando collaterales succedunt collateralibus, *Paul. Castr. Bald. & alij, ad d. l. si emancipati, vbi vide gl. vtiles in hac materia & resolutorias quæstionum gl. fi. in l. 1. C. de legit. hered.* Vel 4. si filij succedant cum extraneis, *d. l. si. C. com. vtr. iud. Ias. in d. l. si emancipati, nu. 25.* Locū igitur habebit tantum collatio, quando ascendentibus succedūt descendentes, tribus adhuc concurrentibus & non aliter: vt notat Iason, *Idem eo. num. 30. & 32. 1.* Vt isti successores descendentes vocentur ex primo capite, *vnde liberi*: nam si postquam ex eo capite excluſi sunt, per caput, *vnde agnati*, vel ex tertio, *vnde cognati*, succederent, *vt in l. 1. §. sed videndum, de succeſſ. edi. P. glo. in l. 1. qui adm. ad. bon. posſe. poſſ. P.* non habebit locum collatio: quemadmodum non habet locum inter agnatos & cognatos, *& ita tradit Bald. in d. l. si emancipati, colla. 3.* Secundo exigitur, ante quā conferant, vt isti successores descendentes sint in primo gradu, aut succedant in locum primi, nullusque eos antecedat: aliquin interueniente alia disparitate gradus, inter eos non est locus collationi, *idem eod. col. 4.* Proinde inquiunt Bald. & Iason, *in d. col. 4. & Iason d. num. 33.* si pater habet filium in potestate, & ex eodem ipso filio nepotes, si instituit filium in vna vncia, & nepotes in vndecim, non erit inter eos facienda collatio. Quia postquam filius primum gradum tenet, nepotes poterant præteriri ab auo, qui non tenebatur vllam legitimam illis relinquere, *l. si quis filio exheredato, & l. posthumum, ad sc. tr. l. rup. P.* Et ita instituti videntur, tanquam extranei. Et inter extraneos cessat collatio, id est, extranei non tenentur conferre filiis testatoris, *d. l. si. C. com. vtr. iud.* Sequitur & inde, quod exstante statuto, vt filius ex sistentibus filiæ non succedant ab intestato, si pater instituerit filium & filiam heredes, non esse locum collationi, *Ias. in d. l. si emancipati, nu. 33.* quia pater huic filio non tenebatur relinquere legitimam, *Bal. in l. maximum vtrum, vlt. col. C. de libe. præter.* Vide tamen distinctionem hac de re plenior em apud eūdem Iasonem, *vbi sup. num. 34.* Tertio adhuc exigitur, vt collatio locum habeat etiam inter successores descendentes, quod tales succedant pari titulo vniuersali. Nam si succedant titulo particulari, puta quia legatum vel fideicommissum eis relictum acceptarēt, & cōtenti nollēt esse heredes vniuersales patris, tales singulares successores non tenerentur conferre, *l. à patre, & l. filiam cum fratribus, C. de collatio. l. si. de colla. dot.* Itaque tria requiruntur in capacitate eorum, qui conferre debeant, vt sint descendentes, iique primum locum teneant, vel loco primi gradus sint: & vt heredes sint vniuersales, id est, vt succedant in quota, velut in vnciis certis: vel per capita generaliter, & in partes, non autem in singularibus rebus.

25 ¶ † Isti autem vel sunt sui omnes, vel emancipati omnes, vel sui cum emancipatis succedentes. Emancipati succedentes suis tantum conferebant, sed si succedebant soli patri antiquo iure, non sibi conferebant: vtrique enim erant incogniti lege 12. tab. & iure aliquo Cæsarum, nec alter alteri irrogabat iniuriā, *l. 3. §. quoties, & §. emancipati, & l. 1. §. fin. & l. 2. §. si tres, de col. bono. P. l. si emancipati, de coll. C. l. si. iam quem §. videamus, de b. n. poſſ. cont. tab. P.* sicut quando emancipatus cum suo succedebat, *l. 1. in prin. de coll. bon. P. d. l. si emancipati, facit l. filiæ dotem, C. de coll.* vel cum filiis suis, id est, cum nepotibus, *l. 1. §. si sit filius, de coniun. cum emanc. li. P. l. 1. §. si ex dodrante, & l. 3. §. fin. de coll. bono. P.* qui locum patris in potestate mortui exsistentis repetebant, *§. cum filius, de her. quæ ab int. defer. l. si plures, de col. bono. P.* Veruntamen hodie emancipati quoque inter se conferunt profectitia ab eius successione, de qua agitur, *l. vt liberi, de col. C.* propter æqualitatem in successionem commendatam. Conferunt & emancipati cum suis succedentes hodie sola profectitia, *l. fin. C. eo. iunge rationem l. si fratres, §. idem Papinianus, pro soc. P.* cum olim omnia sua bona conferre succeſsuri cum illis tenerētur, videlicet etiam aduentitia, *l. 2. §. si tres, de col. bon. P.* Ita & suus cum emancipato succedens, cum sibi hodie reseruet aduētitia propria, tenetur emancipato vicissim conferre profectitia, *l. vt liberi, & l. filiæ dotem, C. de colla. facit l. 1. in princ. de col. dot. P.* Similiter cum sui solum succedunt, conferunt etiam sibi profectitia, & dotes, & donationes propter nuptias, *l. dotis, 5. filiæ dotem, 4. & l. filiæ licet, 12. l. vt liberis, 17. C. de col.*

¶ † Transit & collationis ius quæsitum in heredes, *l. si maritus, 14. eo. l. 1. §. biennium, de col. bon. P.* Erit tamen regula generalis: neminem teneri alis conferre, nisi expresse per legem dicatur, *l. illā, de col. C. & ibi Baſ. nis.* vt diximus. †Forma cōferēdi, vel re, 27 vel cautione conficitur: re ipso facto inita collationis ratione. Cautione, datis fideiussoribus aut pignoribus de conferendo, *l. 1. §. quamus, & §. iubet, de col. bon. P.* quæ cautio committitur, quando post interpellationem de conferendo factam, tantum tempus lapsum est, in quo conferre potuisset, si voluisset, continetque condemnationem quanti ea res sit, quæ non confertur, *l. si quis, §. §. fin. eo.* Quod si quis neque conferre, neque cauere velit, denegantur ei petitio hereditatis, & quæ inde sequuntur actiones hereditariæ, quousque conferat vel caueat: vel si possidens contemnat conferre iudicis officio adigitur, *l. 1. §. si pater, & §. sed si nonnunquam, 8. eo.* Si tamen inter partes conuenit quid conferendum sit, non est opus cautione: sed quando inter successores, inter quos collationi locus est, controuertitur, num aliquid sit conferendum: tunc enim suspenditur collatio eius data cautione de conferendo si necesse sit, *l. 1. de col. dot. P. l. si pater, 8. de col. C. d. flores in l. cur emancipati, ex textus in l. posthumi præterito, 11. C. eo.* Fit insuper collatio, non tam adferēdo, quā minus accipiendo, videlicet computando in partem acceptum tam, *l. dotis, 5. C. eo. l. 1. §. sed si tantum, de col. bon. P.* vel delegatione facta vel cautione *l. 2. C. de col.*

28 ¶ † Porro hic obseruandum est primo loco, non cuiusque successionis olim fuisse collationem. Nam ex testamento succedentibus non erat opus collatione, *l. 1. & l. filiæ dotem, C. eo. l. si filia, de col. dot. P.* Hodie tamen, ex testamento & ab intestato, nisi prohibeat expresse defunctus, locum habet, *§. illud, de trien. & semi. in auth. ex testamento, C. de co. l. 1. & ibi interpre.* Secundo necessarium erit, vt successio, quæ requirit collationem, sit iuris vniuersi, non rerum singularium, *l. à patre, C. eod. l. §. quoties, & §. si ipso. de col. bonor.* Tertio notandum, collationem fieri, quando successio eodem iure ad successores deuoluitur: puta, si coheredes sint omnes ab intestato, vel omnes per bonorum possessionem contra tabulas vel secundum, vel omnes ex testamento. Neque inter successores diuerso iure locus erat collationi, *l. pater filium, cum l. seq. de col. dot. l. 1. §. 1. de col. bon. P. l. filium, §. videamus, de bono. poſſ. com. tab. P.* Vna enim & eadem res, diue. si iuris non potest censeri, *l. cum qui acres, de vsucap.* nisi qui diuerso iure succedunt, potuerint eodem iure succedere, quod ex æquitate Scæuolæ manere dicitur, *l. si filius, de col. bono.* Hodie tamen, collatio locum habet & inter succedentes diuerso iure, ex sententia Bartoli in l. pater, de collat. dot. & vide Alex. & Aret. in l. si emancipati, C. de collat.

29 ¶ † Et proinde hodie, si filia renuntiauit bonis paternis cum iuramento, ob quod non habet regressum ad bona paterna, per c. quamuis, de pact. in sex. Velit gratia iuramenti obtenta, succedere patri, in quibus casibus admittitur iure particulari, in legitima censenda debet conferre quod accepit nomine dotis, etsi quid accepit aliud. Item si velit ab intestato succedere cum fratribus, vt vitetur inæqualitas, *l. pen. & l. vt liberis, C. de collat. fin. C. com. vtr. iud.*

30 ¶ † Finis propter quem collatio petitur & fit, est æqualitas, & vt communicata vel contributa æqualiter diuidantur, *l. vt liberis, vbi, æqua lance, l. illud, 20. vbi Bar. l. illud, de trien. & semi. in nouel.* Æqualitas autem hæc non est arithmetica, sed geometrica, vt collatis omnibus quæ conferenda sunt, vnusquisque accipiat portionem secundum dispositionem testatoris, vel legis delatā. Sic enim referenda est æqualitas ad relictum. Veluti, si vnus ex coheredibus institutus sit in duabus vnciis, alter coheredum in decem: reportatis omnibus conferendis in aceruum hereditatis, quæ ita crescit, vnus duas vncias totius, alius decem accipiet. Et si æqualiter instituti sunt, æqualiter diuident: quamuis vnus plus alio conferat, quia plus à defuncto acceperat. Et ita proportio est in diuersis partibus geometrica, quemadmodum & in specie l. 1. de impub. & aliis subsit. C.

31 ¶ † Rationem habebat collatio quę fiebat olim omnium bonorum ab emancipato suo, quo tempore omnia quærebat suus pater etiam in proprietate, *per l. placet, de acquir. hered. P.* emancipatus autem sibi: æquum esse, vt sua bona in medium conferrēt, qui appeterent paterna, *l. 1. de col. bon. P.* Item vt iniuria, qua videbantur affici ab emancipatis sui in successione expetita, compensaretur collatione, *l. si filius, 10. de col. bono. cum simil. sup. citatis.* Hodie quoque ratio æqualitatis remanet, vt qui aduentitia non quærit suus patri nisi quoad vsumfructum, sed propria habet, *l. cum oportet, de bo. quæ lib. C.* ita nec emancipatus is conferat aduentitia, sed vterque tantum profectitia, *l. fin. de collat. C.* & si plus vnus altero profectitiorum acceperit, vel vnus quippiam, alius nihil, communicando ad æqualitatem reducuntur iustam. Vt qui filij fuerunt eiusdem patris, vel matris, vel aui nepotes, quibus succedūt, & æqualis gradus pro modulo proportionis geometricæ æqualia referant. Sic iustum existimarunt nomothetæ tantum ante nuptialem donationem vxorem lucrari, si marito lucrandā dotē dedisset, propter æqualitatem conseruādam, non aliter: cum æqualitatis & iustitiæ sint iurisconsulti

Digitized by Google

amatores, §. fin. de nō elig. sec. nub. in auth. auth. equalitas, & authen. sed quæ nihil. de pact. conuen. tam sup. dot. &c. C. Neque sunt ferēdi in iudiciis, qui per prærogatiuas prętendunt aliquid plus ab aduersarijs petere, quam ipsi ab aliis pulsati fieri patiantur, l. fi. C. de fructib. & lit. exp. Et vix est inter duos vel plures negotium cōponendum, in quo non exigatur quædam ęqualitatis proportio: vt in emtionib. l. 1. de cont. emt. P. in institutionibus heredū, l. quotie. §. heredes, de here. instit. P. in sustitutionibus, l. iam hoc iure, de vulg. l. quamuis, C. de impub. legatis, l. legata inutiliter, §. fin. de legat. 1. & aliis.

De Modis, quibus alicui adimitur hereditas, vel pars eius obiter.

Cap. 9.

1 *Iuris accrescendi præludia, & continuatio huius cap. cum præcedente.*
2 *Hereditate, vel parte eius quis pluribus de caussis priuatur.*
3 *Defunctum accusans de negotiatione illicita, priuatur eius successione: vel alia iniuria afficiens, non succedit ei. nu. 7.*
4 *Captiuum non redimens, an ei possit succedere.*
5 *Vxorem defuncti polluens non potest defuncto succedere.*
6 *Partum suppositum dicens pupillum defuncto, nec obtinuit, non potest defuncto succedere.*
8 *Vxor contra prohibitionem legis nubens, non potest instituere maritum.*
9 *Voluntatem defuncti non implens, quando priuetur hereditate: nūq; hoc verum sit in Gallia.*
10 *Hereditates vacantes, vel partes earum deficientium institutorū, quibus deferantur.*

2 SVperioribus † explicationibus satis, vt opinor, apparuit, qua ratione heres secundum expressam aut tacitam voluntatem defuncti, portionem bonorum eius sibi relictam consequatur. Superest nunc vt doceamus, qua via & ratione, heres, legatarius, vel fideicōmissarius, portionem alterius personæ deficiētis volens aut inuitus cogatur agnoscere, vel quando possit ratione suæ partis, vel personæ, alterius partem consequi. Sane perdifficilis est quæstio, & in qua Mæandri flexus & recessus plures sunt, tum ob caussam propter quam portio remanet non agnati, tum propter coniunctionis & disiūctionis distinctiones: tū maxime propter iuris accrescendi quæstiones, quæ nō possunt nisi priuationibus partiū & coniunctionibus præeuntibus illucere.

2 Quare postrema erit iuris accrescendi indagatio. ¶† Caussę porro plures sunt, ex quibus vocabatur ad hereditatem, vel hereditatis partē, excluditur à successione: vel quia non vult, & repudiat: vel quia non potest adipisci, vt incapax aut indignus, *vt in l. cum quidam. 12. de iis quibus vt indig. P. cum simil.* De repudianda libertate plana est via, *l. nec emere, de iure delib.* secundum explanationem nostræ superioris tractationis, *sup. cap. 6.* Diximus & insuper, quibus modis caussa testati perueniebat in ca usam intestati, *lib. 44. cap. 1.* & quomodo liberū erat vocatis ab intestato reiicere successionem, pro parte sibi delata, vnde aliis succedēdi facultas acquireretur.

3 ¶† Quæ non repetam, sed vltra moneo obiter cū pluribus de caussis quis possit hereditatem, vel eius partem, aut rem nāciſci, & totidem posse vt indignum priuari: veluti, si post mortē defuncti eundem illicitæ mercis accusator detulerit, quāuis ex ea caussa, non institutus seruus libertatē meruerit, *l. 1. de iis quib. vt indig. leg. auser. lib. 34. P. tit. 9.* Item si per eius negligentiam & culpam is qui eum instituit mortuus fuerit, *l. 3. eod.* puta si furiosum non curauerit: si medicum non adhibuerit, vel adhibuerit quidem, sed malum, *auth. liberi, C. de episc. audi. l. quod si nolit, §. emancipium, de ædil. edi. P.* si alimenta negauerit eidem, *l. necare, de li. agno. P.* Quia omnes heredes officiose se erga defunctos gerere debent, *l. portiones, 21. de iis quib. vt indig. P.* Atque si heres, qui nō vindicauit necē illatam per alium defuncto, segniter se gerēdo & cum culpa sua ab alio prætuentus, indignus est hereditate, *l. necessarios, 5. §. 1. ad Sena. Syllania. P. l. 1. de inr. fis. P. l. heredem, 17. l. ei qui, 20. d. tit. de iis quib. &c. P. l. 3. C. eo. lib. 6. tit. 35.* multo magis, si ipse ei necem vel caussam mortis intulerit, *l. si ab hostibus, §. fin. sol. matr. P.* Quare merito lucrū illi adimitur, ne ex scelere ditetur, *l. 1. ex del. def. in quan. here. tene. C. l. in heredem, 5. de calumnia. P.* quodque nō debeat lucrum consequi ex eo, quo pœnam meretur, *in l. si cui, ex quib. can. maio. P. l. 1. §. 1. si quis aliq. test. prohi. P. l. fine hereditaria, de neg. gest.* Excusatur tamen non vindicans mortem ab alio illatam, si heres pupillus sit, *d. l. 3. & l. minoribus, & l. 6. C. de iis quib. vt indig.* si ignorentur auctores homicidij, *l. si ideo, 7. & l. cum fratrem, 9. eod.* aut si alius sine negligentia heredis, accusationem instituat prius pręueniendo, *l. sororem, 10. eod. C.*

4 ¶† Et iure ciuili, qui non redimit ab hostibus captum, ei non potest succedere. *l. si captiui, C. de epis. & de Cleri.* Potest tamē iusta esse excusationis caussa, ob quā nō imputetur heredi omissio redemptionis, si minor sit, si inops, si tempora non patiantur, si ab alio prœuentus redimatur. Sed & voluntas ipsius capti excusat, qui noluit se tāri redimi quanti inscriptus erat: ei enim magis imputandum quam heredi, quod maluit parcere suis facultatibus, quā cum earum aliqua iactura redimi. Neque ex parte heredis tunc oritur ingratitudo vel indignitas, ob quam heredes expuunguntur à successione.

8 ¶† Exstat & ademtionis hereditariæ caussæ decretum iuris, si iniuriam mortuo intulerit eius vxorem violando vel polluēdo, *secundum gl. in l. sororem, in fin. C. de iis qui. vt indig. & gl. fin. in l. 1. eo.*

6 ¶† Vel si dicat pupillū eius relictū, suppositū, accusando partus subiecti matrē & vxorē defūcti, nec obtinuit, *d. cū in secūdis tabulis, 18. eo. P.* Si viui, cui successurus est hereditatē vel partem donauerit, *l. 2. §. fi. eo. l. quidā, §. fi. & l. seq. de donat. P. l. fi. C. de pact.* qui testamentū de falso accusauerit, nec obtinuit, *l. post legatū, 5. in pr. & §. si pater, & §. qui principale, de iis quib. vt ind. P.* Si tutor datus cū legato à tutela se excusauerit, *d. l. post legatū, §. amittere.* ¶† Si inimicitiæ capitales nō reconciliatę interuenerint inter legatarium & testatorem, & verisimile sit testatorem noluisse ei legatum vel fideicommissum præstari, *l. si inimicitia, 9. de iis quibus, vt indig. Pandect. l. 3. & l. ex parte, de adi. leg. P. l. fideicommissum, C. de fide. commiss.* Aut si palam & aperte testatori maledixerit, & infaustas voces aduersus eum iactauerit. Si status ei controuersiam mouerit, *d. l. si inimicitia.*

9 ¶† Aliquādo & adimitur hereditas, si ab vxore quā contra iuris prohibitionē accepit instituatur, *l. 2. de iis quib. vt ind. P. l. fin. de leg. 1.* vel ab vxore, quam prius polluerat per adulterium, *l. Claudius Seleucus. 15. eo. tit.* vel meretrix instituatur à milite, *l. mulierem, 14. eo. l. miles ita heredem, §. pen. de milit. test. P.* vel si heres tacitam fidem accommodauerit de restituendo fideicommisso ei personæ, cui relinqui prohibitum est, *l. cū qui, 18. in prin. & §. pro parte, de iis quib. vt ind. P. l. in fidei, de iure fisc. P.* ¶† Sed & quando heres non implet voluntatem defuncti monitus intra annum, hereditas ei aufertur iure ciuili, *auth. hoc amplius, C. de fideicom.* quamuis iure Gallico remedia alia prodita sint, vt cogatur officio iudicis, vel implere, vel cedere hereditati. ¶† Et ex his omnibus modis, interdū ad fiscum, cum suo onere defertur hereditas *vt l. 3. §. fi. ad Senat. Trebell. P. l. Statius Florus, §. Cornelio, de iu. fis. P. l. 2. & l. Claudius, de iis qui. vt ind. cum similib.* interdum ad substitutos, interdum ad coniunctos per ius accrescendi. Quando autem ad fiscum hereditates deferantur, alibi latius dictū est in prima parte Syntagmatis, dum tractauimus de iis quæ in fiscum deferuntur, *libr. 3. c. 12.* Et paulo ante in hac tertia parte, in successionibus ab intestato. *Sup. lib. 45. cap. 16.* Quomodo vero per ius coniunctionis & accrescendi deferantur hereditatis vel legati partes, dicendum nunc est. Et primum quidem de coniunctione, deinde de iure accrescendi, quibus istæ partes repudiatæ vel ademtæ aliis accedunt, maxime in Gallia, cuius moribus nullo fere casu, quod aufertur ab indignis, fisco defertur.

De Coniunctione & Disiunctione, quibus vtimur in iure accrescendi perpendendo in successionibus, aliisque iuris negotiis.

Cap. 10.

1 *Coniunctio quid. Qui item disiuncti: & coniunctionis diuisio. num. 2.*
3 *Verborum coniunctio quot modis fiat.*
4 *Coniunctio legalis alia, alia hominis quæ.*
5 *Coniunctio hominis quæ, ea duplex. conuentionalis, testamentaria.*
6 *Coniunctio fit re, verbis, aut vtroque modo. Et re coniuncti qui.*
7 *Generi quando per speciem derogetur, & quando non.*
8 *Verbis coniuncti, & re disiuncti, qui dicantur.*
9 *Coniuncti re, & verbis qui.*
10 *Coniunctionum copulatiuarum exempla, & coniungendi formulæ.*
11 *Coniunctio ius accrescendi in quibus inducat. Et coniunctionis effectus, & rationes. & nu. 12. & 13.*

VT † Intelligamus vtrum coniuncti vel disiuncti aliqui dicātur, & qui ad partem vacantem properāt, & quando ius illis accrescit, inquirendū est de ipsa coniunctione, quæ explicat oppositam disiunctionem. Coniunctio est, & norunt omnes, copulatio, & duorum vel plurium ad vnum proximitas maximam dicuntur coniuncti, Vt disiuncti sunt, qui & separati dicūtur, *in l. re coniuncti, in ver.* Separatim. *de leg. 3. si pluribus, de leg. 1. l. si separatim, de condit. & demonst. in l. 1. §. idem ait. & §. interdum, & l. pen. de vsufr. accrsc. P.* ¶† Coniunctio diuiditur in realem, verbalem, & mixtam, *l. triplici, de verb. signif. l. re coniuncti, de leg. 3.* Coniunctio quę re fit, secundū diuersa negotia in multiplici est differentia. Nam dicimus matrimonium, viri & fœminæ coniunctionem.

Digitized by Google

ctionem, *l.1. de rit. nup. §.1. de pat. pot. l.1. §. pen. de insti. & in. P. cum similib.* eamque realem: vt animorum ex consensu per verba de præsenti, verbalem, *c. pen. & fin. de spon. l. nuptias, de regul. iur.* Et consummatam, ex vtroque mixtam. Item coniunctas personas, sanguine, vel affinitate, vel amicitia iunctas, *de quib. in l. sed & hæ personæ, de procura. P. per interp.* Coniunctas tabernas, *l.1. de seruis. lega.* & sic de similibus.

3 ¶† Verbis multa coniungimus, vel vnica tractatione, vel dictionibus coniunctiuis, vel alio modo quo possit aliquid alicui applicari ita. Est & coniunctio dictionum, orationum, locutionum. Ceterum in hac successionis & contractuum tractatione, non tam late vsurpatur coniunctio, quantum patere nominis generalis intelligentia potest.

4 ¶† Sed ratione originis duplex coniunctio & disiunctio, *vt ait glo. in l. quidam, de pecul. lega. Explicat Iason, in l. re coniuncti, de leg. 3. nu. 41.* dicitur: vel legis, vel hominis. Legalis ea, quæ per legis dispositionem inducitur, veluti dum vult lex, disiunctiuam, *aut, vel,* inter personas positam, reduci ad copulatiuam & coniunctionem, &, *l. fin. C. de verb. sign. c. in calice. de consecra. dist. 2. explicat Iason latius, in l. re coniuncti, nu. 41. 42. 43. de le. 3.* Item & legis verbalis & realis coniunctio, *vt in exemplo l. seruus communis. 66. de acquir. hered. P.* Domini plures vnius serui communis heredis instituti, lege coniuncti dicuntur: & ideo vno iubente seruo hereditatem adire, pro sua parte quidem fit dominus hereditatis, & ceteris non iubentibus dominis, totius, tacitoque iure omnes aliorum partes ei accrescunt. Cum etiam pluribus liberis, cessante legitima successione, bonorum possessio defertur, beneficium edicti perpetui quibusdam omittentibus iis solis, qui bonorum possessionem agnouerunt, portionem non petentium accrescere, auctoritate legis in dubium non venit, *l. vni. quan. non peten. par. petent. accr. li. 6. C. tit. 10. l. 1. §. si nemo, ad Sena. Tertull.* Coniunctim enim per legem vocãtur, qui sunt eiusdem gradus, vt diximus in successionibus ab intestato.

5 ¶† Coniunctio ab homine fit, quando is per suam dispositionem complectitur copulatiue duo vel plura, vel in vltima voluntate, vel in conuentione seu contractu. Vnde quædam hominis conuentionalis, quædam testamentaria dicitur coniunctio. Conuentionalis in contractu consideratur, *de conuentionali tractat Iason, ad l. l. re coniuncti, num. 44. & inter. & Bartol. in l. si mihi & Titio, de verb. oblig. P.* quæ poterit intelligi ex iis quæ dicemus de coniunctione testamentaria, quæ inuenitur vel circa institutionem, vel substitutionem, *l. vni. §. hæc ita definitis, de cad. toll. C.* vel legata, aut fideicommissa, *d. l. vni. §. vbi autem, l. 1. & tot. tit. de vsufr. accres. P.*

6 ¶† Coniunctionis materia ex qua constat, & vnde contraria disiunctio consistit, vel ex re, vel ex verbis, vel ex re & verbis, *l. triplici, 141. de ver. sig.* Paulus, *in l. re coniuncti, 87. de lega. 3. explicat his verbis. Re coniuncti videntur, non etiam verbis, cum duobus separatim eadem res legatur. Item verbis, non etiam re: Titio & Seio fundum æquis partibus delego.*

7 ¶† Et coniuncti re qui concursu partes faciunt, *d. l. vni. §. vbi autem, vers. sin vero non omnes, l. si fortidianum, C. de lega. §. si eadem res, ex apud Iustin. l. coniunctim, de leg. 3. l. 1. §. interdum, & l. 3. de vsufr. accre. P.* Possuntque esse coniuncti re, qui & verbis disiuncti dicuntur, *l. sicut, §. 1. qui. mod. vsuf. amitt. l. si pluribus, de le. 1.* Re cõiuncti tamen non dicuntur, quibus eadem quãtitas legata est, si verbis separentur, sed potius multiplicata summa videtur: nisi de contraria voluntate appareat, *vt in l. si pluribus, 45. de leg. 2. l. quingenta, 12. de probat. P.* Vbi autem verba coniungunt, & rei coniunctio est quantitas vni sola debetur, *l. si quis testamento, 82. de leg. 1.* Quod autem quidam putant, in stipulationibus, *mihi decem, & Titio decem promittis, l. stipulatio ista, 38. §. alteri, vers. eum qui dicit. l. eum qui ita stipulatur, & l. si mihi & Titio, de verb. obl. P.* esse quantitatis coniunctionem, falluntur, quum tantum decem censeantur in promissione: non ea ratione, quia coniunctim promissum sit, sed quia quod pertinet ad tertium, stipulatio alteri facta, si nostra non interest, inutilis sit. *d. l. stipulatio ista, §. alteri, de verb. oblig. l. quo tutela, §. fi. de reg. iur. l. quæcunque, de actio. P. l. vt inter, C. de inutil. stipu. §. alteri, ao. tit. apud Iustin.* Neque etiam re coniuncti dicentur illi, quorum vni genus, alteri species relicta est: quia species subducta de genere, in genere non continetur, & per speciem generi derogatur, *l. vxorem, §. felicissimo, & l. seruus vrbanus, §. fi. de le. 3.* Attamen recte dicuntur re coniuncti, quorum vni totum integrale, quod nonnisi cum suis partibus tale dici potest, vt domus: alteri vero pars legata est, *l. si alij, de vsufr. leg. P. l. idem Neratius, §. fi. cum duab. ll. seq. de vsufr. accres. P.* Si tamen totum, partium dissectione facta nomen retineat, non erunt re coniuncti, *l. quod in rerum, §. pen. de leg. 1.* præterquam, si post partes legatas, totum alicui postea legetur, *iuxta l. Mæuio, 42. de leg. 2.* Contra quam accidat, quando alicui primum hoc totum, & postea alij pars legatur, *l. cum quæstio, C. de leg.* Eo quod per speciem, vt dictum est, generi derogetur, *d. l. vxorem, §. felicissimo & d. l. seruus vrbanus, §. fin. l. in omni iure, de reg. iur.*

8 ¶† Verbis coniuncti dicuntur, quos verborum à testatore prolatorum complexus, portionibus pro indiuiso factis, ad eandem rem coniunctim vocat, *l. triplici, de verb. signifi. l. huiusmodi, §. quibus, de lega. 1.* Portionum appositio facit disiunctos re, & ita re non sunt tunc, sed verbis coniuncti, *l. hæc §. vbi autem, vers. sin autem omnes, de cad. toll.* Exigimus tamen propter ius accrescendi, ita fieri. Nam si partes discretæ sint, cessat ius illud, *l. recte dicimus, de verb. sig. P.*

¶† Re & verbis coniunctos ex istis intellige, si vtroque mo- 9
do coniuncti inueniantur. Idque planum magis fiet, si formulas coniunctionis, vel à lege, vel ab homine prolatas, excutias. In verbis, vel scriptis vel prolatis. Etenim & re & verbis coniunctio fit dictionibus vel prolatis, vel scriptis.

¶† Coniunctiones copulatiuas vel norunt grammatici esse, 10
&, que, cum, &c. quæ & vim suam apud iurisconsultos retinent in eadem oratione, *d. l. triplici. vide l. sicut, §. 1. quibus modis vsufr. amittit. §. si eadem res, de lega. ap. Iustinia. l. si quis Titio, 8. de vsufr. accresc.* non si inter duas vel plures: quo casu vim suam amittit copula, quod pertinet ad vim iuris accrescendi, *l. 2. de in qui not. infam. P.* Coniunctio quippe verbalis inducitur ex vnitate sermonis, *d. l. triplici.* ex collectiuis & pluralibus dictionibus, *l. si pro filio, de vulga.* Exemplum coniunctionis realis, *fundum Sempronianum Titio lego: Eundem fundum Caio lego, vide Iaso. in l. re coniuncti, nu. 17. de lega. 3.* Verbalis & non realis exemplum, *Titio & Seio fundum æquis partibus do lego, d. l. re coniuncti.* Vel, *Titius & Mœuius ex parte dimidia heredes sunto, d. l. triplici.* Vel, *Titius cum Mœuio ex parte dimidia heredes sunto.* Possunt &, inquit Paulus, detrahi articuli & copulæ, *&, que, cum,* & similes, *d. l. triplici,* veluti, *Lucius, Titius, Publius, Mœuius heredes sunto.* Sed ratio est, quia comma seu incisum, positum in oratione post *Lucius Titius,* habet vim coniunctionis. Vt quando etiam in oratione plura coniungenda sunt, comma habet vim coniunctionis, &: vt si dicamus, domini, serui, liberi, parentes interfuerũt, idẽ est ac si diceremus, domini & serui, & liberi & parentes interfuerunt. Alia exẽpla eorũ, qui re tantũ coniuncti dicantur, verbis autem disiuncti, vt si Titio primum lego Stychum, deinde eundem lego Meuio. Nam Titius & Meuius verbis dicuntur disiuncti & separati, re autem coniuncti, *§. si eadem res, de lega. apud Iustin. l. 1. §. idem est, & §. fi. de vsufr. accres. P.* cum non videatur fuisse testatori animus adimendi primo, *l. si pluribus, de lega. 1.* Verbis autem tantum coniuncti dicentur, & disiuncti re, si dictum, *Titio & Mœuio pro æquis portionibus, lego, l. si ita quis, de hered. instit.* Porro, vt coniuncti re dicantur, necessarium est, vnam, eandemq; rem, vel vnam eandemque rei portionem, legatam vel relictam esse duobus vel pluribus, *vt in l. Mœuio, de lega. 2.* Nam si quis ita dixerit, *fundi dimidiam portionem lego Titio: alteram Mœuio:* illi nec re, nec verbis coniuncti erunt, *l. & Proculo, eod.* sed omnino & re & verbis disiuncti seu separati. Re & verbis ita potest etiam dici coniunctio, *Titio & Mœuio Stychum lego*, quia vtrique sic in solidum eadem oratione verborumque conceptione legatum videtur, & concursu faciunt partes, *l. coniunctim, de leg. 3. d. §. si eadem res. l. quidam relegatus, §. fi. iuncta l. vtrum, de reb. dub. P. l. si mihi & Titio, de legat. 1.*

¶† Ceterum istæ coniunctiones non omnium negotiorum 11
faciunt eandem resolutionem, sed eorum quæ idonea sunt ad suscipiendum coniunctum. Et proinde in vltimis maxime voluntatibus, in quibus pluribus quis legare vel relinquere potest, locum habet. At in stipulationibus, non ita: nam in illis natura cõtractus repugnat, quia alteri nemo stipulari potest: ideo nec concursus, nec ius accrescendi semper locum habet in illis, *l. si mihi & tibi, & l. stipulatio ista, §. alteri, de verb. obl. g.*

¶ Fines† & effectus coniunctionis adferuntur 3. à Bart. in l. 12
re coniuncti, de leg. 3. num. 19. quem aliqui in aliquibus improbant. Dico tamen ex coniunctione inductum, vt ad vnam rem duo vel plures vocari videantur, ex concursu æqualiter diuidendam, *l. si quis Titio, 8. de vsufr. accres. P. l. interdum, de here. instit. in l. plane in 1. de lega. 1.* quia pro eadem persona coniuncti habentur, propter sermonis vnitatem, *l. vnica, §. his ita. de cad. toll. C.* Alius effectus, in substitutionibus familiaris, vt substituti inuicem in reciproca substitutione, secundum ordinem cõiunctionis factæ in institutione, censeantur vocati ad deficientis partem. *l. coheres, §. discretas, de vulga.* Postremus & præcipuus vt ex coniunctione fiat ius accrescendi, & non decrescendi, *l. triplici, de verb. sig. l. re coniuncti, de leg. 3.* de quibus mox dicendum est.

¶† Rationes autem, quę in iuris accrescendi tractatione ad- 13
ferentur, huic coniunctioni adiungere licebit. Æquum etiam & iustum visum est, vt quos voluntas testatoris sermonibus coniunxit, ex eius voluntate coniunctos existimemus. Nemo enim dixisse existimandus est, quod mente prius non agitauerit, nec aliud, quam quod vox significat, *l. Labio, de supell. lega.*

De Iure Accrescendi, & Non decrescendi.

Cap. II.

1 *Ius accrescendi & decrescendi ex prouisione legis nascitur.*
2 *Accrescendi ius quid: & diuisio, in non decrescendi & accrescendi.*
3 *Ius non decrescendi quid, & eius cum iure accrescendi differentia. & num. 4.*

Digitized by Google

5 *Accrescendi iuris res, ex contractu, iudicio, & hereditaria.*
6 *Iurisdictiones vtuntur iure accrescendi.*
7 *Ius accrescendi quale inter coniunctim vocatos ad successionem cõiunctione legali.*
8 *Ius accrescendi inter coniunctos voluntate hominis, quomodo locum habeat. & seq.*
9 *In iure accrescendi quando portio portioni vel personæ accrescat.*
10 *Verbis coniuncti vtuntur iure accrescendi.*
11 *Re & verbis simul coniuncti, quomodo iure accrescendi vtantur.*
12 *Disiuncti nam vtuntur iure accrescendi.*
13 *Ius accrescendi in quibus casibus locum non habeat. & sequent.*
14 *Fideicommissaria restitutio non habet ius accrescendi, contra directa: & quare.*
15 *Ius accrescendi prohiberi potest à testatore expresse vel tacite. Nec habet locum inter succedentes diuerso iure: vel si contra voluntatem testatoris succedent. nu. 16. & 18.*
17 *Alimentorum caussa relicta quare non admittant ius accrescendi.*
19 *Ius accrescendi non habet locum post aditam hereditatem, quomodo intelligatur. & exceptiones.*
20 *Ius accrescendi an inductum iure 12. tabul.*
22 *Ius accrescendi & non decrescendi quando inuitis & cum aut sine onere iungat partem.*
23 *Ius accrescendi an pro virili, an alio modo pro portionibus accrescat.*
25 *Coniunctorum qui præferantur, an re tantum, an verbis tantum, an vtrinque coniuncti: & nam coniunctus præferatur substituto vulgari. nu. 24, 25. & 26.*
27 *Coniuncti post substitutum vocantur. si deficiat.*
28 *Iuris accrescendi finis, effectus, & rationes. nu. 29.*

1 DVo † sunt, quæ pendent ex coniunctione hominis vel legis, ius accrescendi videlicet & decrescendi, quæ ex prouisione legis oriuntur, *l. si in testamento, in fi. de vulg. P.* ex qua coniũctus ad portionẽ vacantem coniuncti, veluti ex substitutione testatoris, vocatur, *l. si Titio & Mœuio, §. 1. de leg. 2.* Eadem fere ratione, qua leges substitutiones vulgares admiserunt aliquando, ne voluntates defunctorum irritæ fierent & caducæ, *l. vnica, in prin. de ca. tollen.* Vocat & Iason ius accrescẽdi, tacitam substitutionem, *Iaſ. in l. re coniuncti, nu. 34. de lega. 3.* Et iure quidem Pandectarũ, ius non decrescendi à iure accrescendi distinctum nomen non habebat, sed accrescere dicebatur & quomodo non decresceret, *Lhæc scripturæ, § fin. de cond. & dem. P.* Iure tamen codicis, distinctũ nomen ius decrescendi habuit, *l. vni, §. vbi autem, versic. sin vero non omnes, de cad. toll. C.*

¶ † Ius accrescendi, est ius, quo portio non agnita vel defecta iusta agnitione, portioni agnitæ, vel personæ habenti portionem accedit, vel communicatur, *probant finitionem, l. 2. & 4. de vsufr. accres. l. si seruus communis, §. fide acquisitore. l. si. ex pluribus, de legit. hered.* Ius accrescendi, generali nomine, in ius accrescendi, & ius non decrescendi diuiditur. Ius accrescendi iã definitũ est, in quo portioni portio accedit non agnita vel defecta domino, seu repudiata, *vt in quæstione l. si minor 25. annis. 61. de acq. her. P.* vel quæ pro non scripta habeatur, *vt in l. vni §. pro secundo. de cad. toll. C.* vel vere caduca sit, *in d. l. vni. §. in nouissim.* Et ita portio portioni regulariter dicitur accrescere, *l. si totam de acq. here. P.* Et vt dictum, aliquando personæ: vt in vsufructu coniunctim pluribus legato, cuius pars repudiante vel deficiente vno, defertur vsufructuario coniuncto, non domino proprietatis, *in l. si Titio in fi. & l. interdum accrescendo, de vsufru. P. l. & an eadem, in fine princip. de re iudic. P.*

¶ † Ius non decrescendi est, ius quo portio nõ acceptata à cõiuncto per concursum, remanet apud coniunctum aliam portionem habentem, *d. l. vni. §. vbi autem, vers. sin. vero.* Differunt autem, vt venientibus iure accrescendi, inuitis non accrescat portio delata deficientis, *d. l. vni. §. vbi autem l. si minor. 25. an de acq. here. P.* contra, si veniant per ius non decrescendi, *l. neminem, de lega. 2.* quia is cui totum ab initio delatum est, partem acceptare, partem vero repudiare non potest, *d. l. neminem & l. cui fundus, de cond. & demonstr.* Quod tamen intellige de legatis, vt portiones non accrescant nisi volentibus. Si enim quæstio sit de hereditate, & inuitis, tũc adeuntibus deficientis portio accrescit, d. l. vni, §. vbi autẽ, de cad. tol. Quia nemo pro parte testatus, & pro parte intestatus in paganis decedere potest, l. ius nostrum, de reg. iur. Et ita explicat Iason, in l. verbis coniuncti, num. 5. de leg. 3.

¶ † Item secundo qui veniunt per ius accrescendi, tenentur subire onus delatæ portionis, *d. l. vni. §. pro secundo.* non etiam qui iure decrescendi eam nanciscuntur *d. l. vni. §. vbi autem, vers. fin.* Sed & in eo tertio distant, quod ius accrescendi habet locum inter re coniunctos, *d. l. & §. eo. versic. sin. vero pars:* ius vero non decrescendi, inter re & mixtim in proprietate coniunctos. *d. §. vbi autem, vers. fin. & §. sin autem. disiunctim, Iaſ. in l. re coniuncti, n. 102.* Et vt Paulus Castrens. ait. *in l. vni §. his ita, de cad. toll.* ii, inter quos ius accrescendi locum habet, dicuntur disiuncti: vt quando legatur eadem res in diuersis portionibus.

¶ Res † de quibus quæritur, an habeat in illis locũ ius accrescendi, sunt vel contractuales, vel iudiciales, vel hereditariæ. Sic in contractibus, quibus natura conuentionis non repugnat, locũ habet ius accrescendi aliquo modo. *l. seruus, de cont. emt.* Notat enim Iason, *ad l. re coniuncti, num. 129. de leg. 3.* ius quidem accrescendi, quod inducitur ex coniũctione verbali inter coniunctos verbi tantum, non habere locum in contractibus, *per l. si mihi & Titio, ac verb. obli. P.* veruntamen ius non decrescendi, quod caussatur ex coniunctione reali, habere. *l. proximam. commu. prad. P. Et hæc est communis opinio. Bar. in d. l. si mihi & Titio.* Et hanc quæstionem latius per distinctiones distinctam vide apud Barto. ad d. l. re coniuncti, num. 65. Et eãdem Iason, num. 195. Sic inuenies inter liberalitatis imperialis socios, incerto casu esse locum iuri accrescẽdi, ratione partis. *l. 1. si liber. imperia. soci. & c. lib. 10. C.* Et in stipulationibus, si interfit eius, qui sibi & alij stipulatur, alij ac quiri. *d. l. si mihi & Titio, & ibi Bart.* & in emptione, *l. fundus ille, de contrab. emt. P.* & in assignatione libertorum, *l. verum, de assign. liberto. P.* Item coniunctione legali & hominis iunctis, in stipulatione: vt si seruus qui pluribus est, Titio & Seio dominis stipuletur, vno nolente, alteri accrescit repudiantis pars. *l. item si communis seruus, de stipu. ser.* P. In donationibus quoque caussa mortis, *d. l. vni. §. hæc omnia.* quamuis in mortis caussa capione locum non habet, *l. pen. in pri. de condit. & demon. P.* in quo reprehenduntur Barto. & Paul. Castrens. asserentes contrarium, per Imolam, Raphaelem, Alexand. & Aretinum, *in d. l. si mihi & Titio, de verb. obig. P.* Et num in emphyteosi ius accrescendi locum habeat, videbis fuse tractatum per Bart. & Dyn. in d. l. si mihi & Titio, & per Cynum, in l. 1. quan. nõ peten. par. C.

¶ Iudiciales † res. quæ admittunt ius accrescendi, in ipsa iurisdictione consistunt. Nam inter collegas in iurisdictione ordinaria, habet locum ius accrescendi. *l. 1. & ibi Bula. de offic. consulis, P. l. Imperatores. & l. si magistratus, & ibi Angel. & Imola, de appellat. Bald. in d. l. vni. in vltim. quæ. quand. non pet. par. C. Iaſ. in l. re coniuncti, num. 197. de leg. 3.* 6

¶ In † caussis successionis quoque ius accrescendi maxime locum habet vel inter coniunctos coniunctione legali tantũ, & inter coniunctos voluntate hominis. Lex vel statutũ vocat successores ab intestato, & facit locum iuri accrescendi in coniunctione existentibus, & in eodem gradu. *l. 1. §. si nemo, ad Senat. Tertull. P. l. si ex pluribus, de iuris & legit. hered. P. l. 3. §. fin. cum. 2. ll. seque, de bon. poss. P. l. vni. quan. non pet. & ibi interp.* Sic in aliis, in quibus conuenit finitio coniunctionis legalis, quæ est quando plures coniunctim ad acquisitionem alicuius rei à lege vocantur, *Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu. 43. Plura de hac coniunctione legali apud Bart. ibi num. 59. 60. 61.* vt si testator legat seruo plurium dominorum, illi plures domini vocantur ad acquisitionem legati facti seruo, *an l. 1. §. idem ait, de vsufruct. accres. P. l. si seruus communis, de acq. hered. P. l. verum, §. si duo, pro soc. P.* pro parte. Cæterum in hac coniunctione, si legati facti de proprietate rei seruo, alter dominorum nolit partem, alteri non accrescet, *l. & Proculo, 20. de l. 2. & hæc est sentent. glos. in d. l. & Proculo, & Iason in l. re coniuncti, nu. 43. de leg. 3.* quamuis in legato seruo facto vsusfructus contrarium responsum sit, *l. 1. §. idem ait, de vsuf. accres.* nisi cũ cõiunctione legali, esset coniunctio hominis. *l. item si communis seruus, de stipu. seruo. P. Bart. ad d. l. re coniuncti, num. 68.* Alia legalis coniunctio, in qua habet locum ius non decrescendi, *in l. hac edictali §. his illud, de secund. nupt. C. & ibi per Bald.* Alia heredibus, pluribus vxoris legatarij morientis, in qua respondet Põponius, *Legatarius pro parte acquirere, pro parte repudiare non potest: heredes autem eius possunt, vt alter eorum partem suam acquirat alteri repudianti. l. legatarius, 38. de leg. 1.* ¶ Inter † coniunctos ex voluntate hominis, coniunctiones & disiunctiones distinguunt ius accrescendi. Inter coniunctos re tantum, coniuncto deficiente, locus est, vt dixi, iuri non decrescendi, non iuri accrescendi. *l. vn. §. vbi autem, vers. fin vero, de cad. toll.* Quia cũ solidum singulas ab initio relictum sit, altero non concurrente ex coniunctio, nihil vere dicitur accrescere, sed potius non decrescere, *d. §. vbi autem, vers. sin.* 8

¶ Excipiuntur † tamen re tantum coniuncti, in vsufructu, qui si post agnitionẽ alterius ab altero deficiat, accrescit coniuncto. *l. 1. §. interdum de vsufru. accres. l. sicut, §. 1. vsusfruct. amittat. P.* Quia cum concursu semel diuisus sit vsusfructus, & ita ab altero decreuerit, quando iterũ acquiritur accrescere intelligitur. *l. inde Neratius, de vsufruct. accres. P.* Vnde prior differentia inter vsumfructum & proprietatẽ coniunctim legatis, colligitur: vt ille iure accrescẽdi quæratur. Imo, nonnisi iure nõ decrescendi. Qui aliæ annectuntur duæ. Namque differunt, vt ius accrescendi, quando in proprietate recipitur, trãseat in heredes *d. l. vni. §. his ita. l. si ex pluribus, de suis & legiti. hered. l. hæc scriptura §. fin. de cond. & demonst. P.* at in vsufructu non tranferatur, *d. l. vni. §. libertatibus.* Nempe quod vsusfructus sit personalis, & cum persona exstinguatur. *§. finitur, de vsufruct. l. sicut. §. finitur. quibus mod. vsufruct. amitt. P. l. in omnibus, de reg. iur. P.* Tertia, quod in proprietate portio vocans accrescẽi portioni, *l. si totã, de acq. her. P. l. si Titio. de vsufruct. P.* in vsufructu vero, accrescit personæ, *d. l. si Titio, in fin. & l. interdum, de vsufruct. accres. P.* Quarta, quia in proprietate cessat ius accrescẽdi post agnitionem portionis, *l. 1. §. interdum, eod. l. si minor 25. annis. de acqui. hered. P.* in vsufructu vero,

Digitized by Google

vero etiam post agnitionem ius accrescendi locum habet. *l. inde Neratius, §. fin. & l. 1. §. interdum, de vsufr. accres. l. si Titio, de vsufruct.* Et hæc ad re tantum coniunctos pertinent.

10 ¶ De † verbis autem tantum coniunctis proculdubio receptum est, esse locum inter eos iuri accrescendi. *d. l. vni. §. vbi autem in princ. l. Mevio, de lega. 2. l. si ita quis heredes, de acquir. hered.* P. Iaf. *ad d. l. re coniuncti, nu. 88.* Cum enim solidum verbis coniunctis tantum relictum non sit, omne quodcunque portioni accedet, eidem accrescere intelligitur: nisi forsan partes omnino discretæ & separatæ sint, inter coniunctos. *l. 2. secundum vnum intellectum, quibus mod. vsufru. amit.* P. *l. hainsmodi, §. quibus, de leg. 1.* Quia tunc quælibet pars facit suum proprium totum. *d. recte dicimus, §. pen. de verb. sign. l. si eadem, de offic. assess.* P.

11 ¶ Porro † inter re & verbis simul coniunctos, si vnus ex coniunctis non concurrat, erit locus iuri non decrescendi. *Iaf. in d. l. re coniuncti, nu. 90.* Quia cum concursu partes fiant inter re & verbis coniunctos, solidum singulis ab initio relictum intelligitur. *l. si mihi & tibi, & l. si duobus, §. fi. de leg. 1. l. coniunctim, de leg. 3.* Et hæc de coniunctis.

12 ¶ De † disiunctis nunc dicendum, num habeat locum inter illos ius accrescendi. Qua in re distinguendum inter legata, & hereditatem. Nam inter disiunctos omnino, qui sunt separati verbis & re, seu portionibus, in legatis non est locus iuri accrescendi. *l. 1. vers. 2. de vsufru. accres.* P. *l. & Proculo, de leg. 2.* At inter heredes etiam omnino disiunctos, erit locus, *l. vni. §. hu ita, de cadu. toll. C. l heredes sine patribus, de her. inst.* P. ne vnus & idem decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. *l. ius nostrum, de reg. iur.* P. *§. non autem, de hered. inst.* Excepta militis, qui ita pro parte intestatus esse potest, hereditate. *in d. l. si duobus, de milit. test.* Pa. 2. *C. eod.* Item absurdum est, vnum partem hereditatis eiusdem agnoscere, & partem respuere, *d. l. vni §. hu ita.* cum successio ius sit, *l. hereditas, de reg. iur. & l. hereditatis appellatio, 119. de verb. sign.* & ius indiuisibile, *l. 1. de ver. diuis.* P. Et proinde pro parte aditi, & pro parte repudiari non possit. *l. 1. & 2. de acq. hered.* P. *l. neminem, de leg. 2.* Subinde, cum heres repræsentet personam defuncti, & pro eadem persona habeatur, *§. 1. de inoffic. test. & mor. præsen. in auth. quo in l. cum à matre, C. de rei vindi.* fieri nequit, vt pro parte heres repræsentet, & pro parte non repræsentet defunctum partem adeundo. Quod tamen accideret, si iure accrescendi pars vacans non deferretur heredi. *gl. in l. 2. de pretio strpul.* P. equeretur & aliud iure absurdum, *l. eum qui ædes, de vsucap.* P. *& quia circa, de priuileg.* vt vna eademque res diuersi iuris censeretur. *Bald. in l. 1. in vltim. column. de secund. nupt. C. per l. Lucius, §. quæ habebat, ad Trebell.* P.

13 ¶ Referunt † interpretes, potissimum Bart. & Iason, in d. l. re coniuncti, casus quosdam, in quibus ius accrescendi locum non habet: quorum aliquos recensebo. Primus erit, in dispositionib. limitatis: limitata enim causa limitatum producit effectum. *l. in agris, de acquir. rer. dom.* P. *l. age cum Germiano, C. de transact.* Nec ad rem facit quod agitant interpretes, quod filia, quæ dote cõtenta esse iubetur, vel cui relictum aliquid, filio fratre general. ter herede instituto & repudiante hereditatem, non obstante illa renuntiatione, vel exclusiua voce seu limitatiua, quod tantum dotem vel relictum accipiat, succedat si velit in bona vniuersa repudiata: illud namque, vt opinor, non iure accrescendi, sed ratione successionis ab intestato repudiante herede, fit. Proximior namque filia est, fouata testamenti causa: & causa intestati oritur, repudiante herede sine substituto hereditatem. *l. si nemo, de reg. iur.* P. *de hac quæst. Iaf. in d. l. re coniuncti, num. 162. 163.* Secundus, quando portio redditur vacans, non ipse iure, sed ope exceptionis, *l. si duo patroni, & ibi glo. ver. iurasset, de iureiur.* P. & *ibi Bald. Albert. & alij, facit l. vnum ex familia. §. sed si vno, vers. Verum, de leg. 2.* quamuis Iason in contraria sit sententia, in d. l. re coniuncti, nu. 166. & 167. per textum in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, in ver. *Sed liberum accrescere, de testam.* C. Quem tamen puto textum, ipso iure vacantem portionem habere, non per exceptionem.

14 ¶ Tertius, † in fideicommissaria substitutione: in qua, si vnus ex fideicommissariis repudiaret partem suam, non fieret locus iuri accrescendi alijs, *Io. Petr. de Ferr. in prax. tit. de for. lib. quo agitur ex substitutione, in gl. fin. per tot. §. sed & quoties, & Ioseph. §. si quis heres, & §. Mutianus, & §. eidem Mutianus, ad Treb.* P. Iaf. *in dict. l. re coniuncti, nu. 168. & ibi* Bart. contra quam accidat in substitutionibus directis. Nam in directa substitutione, ideo est locus iuri accrescendi, *d. l. vni. §. hu itaque* pro parte testator decedat testatus, & pro parte intestatus, quæ ratio in fideicommissaria cessat, nam heres institutus partem repudiatam consequitur: ita cũ in ea parte testator habeat heredem, alteri non accrescet. *l. 1. §. fi. ad Trebel.* P. *l. si. C. eo.* Et huic sententiæ adstipulor, quamuis in contraria videatur sententia Iason, vbi supr. nu. 169. per l. filius familias, 117. §. diui Verus, de lega. 1. quæ tamen contraria est ex diametro eius sententiæ, in illis verbis: *Cum possit die fideicommissi cedente sui iuris constitutus, ipsis restitui: vel si aliquis ex his decesserit, non omnibus.* Minusque ad rem facit, quod citat 2. loco ex l. vni. §. pen. de cad. toll. dum inibi scribitur, dicta in constitutione antea de iure accrescendi, habere locum in omni vltima voluntate, & in omni relicto, etiã in codicillis, in quibus relinquitur, vt Iason ait, fideicommissum. Etenim ille §. pen. loquitur de idoneis ad recipiendum ius accrescendi, *iuxta l. vt gratiam, de mune. & hon.* & in quibus non repugnant iura, quorum correctio non est temere facienda. *l. 1. C. de inoffi. don.*

¶ Quarto † non habet locum ius accrescẽdi, si testator expresse vel tacite prohibuerit. De voluntate expressa, potissimum in legatis, *l. dominus, §. 1. & ibi glos. de vsufr.* P. dubium non est, si alius quam coniunctus capere possit quod vocat, & testamentum subsistere possit: alioquin nequaquam. Nam vt monui, vel in totum corruit dispositum, vel ad intestati causam recidit: ne quis pro parte testatus, & pro parte intestatus decedat. Tacite porro videtur prohibere testator, si testando det substitutum vulgarẽ, *l. 2. §. si duo, de bon. poss. sec. tab.* P. Hicque notant interpretes, per illa verba, *instituo talem in sua legitima, & quod aliud petere non possit*, testatorem videri prohibuisse ius accrescendi, Bart. *in l. pater filium, de inoffi. test. & in l. quoties, §. si duo, de her. inst. & ad l. si quis priorem, per illum text. ad Treb.* P. *in l. sed si plures, §. ex asse, cum suis concordantibus, de vulg.* P. *cui sententiæ repugnat Alex. in d. l. si quis priorem, in vlt. col. & in l. quoties, de her. d. inst.* etiamsi reduceretur res ad causam intestati. Quod postremum tamen non facile probauerim, cum recidente re in causam intestati, non quæramus de iure accrescendi ex causa testati.

¶ Quia † quinto loco inter succedentes diuersi iuris non habet locum ius accrescendi, *l. sed cum patronus, in princip. de bon. poss. Salyc. in l. vni. quam non petent. par. C.* ne vna & eadem res diuerso iure censeatur. *contra l. eum qui ædes, de vsuc.* P. *l. finali. de calum.* Quemadmodum neque in diuersis hereditatibus obtinet, *l. si sub conditione, in fin. quib. mod. vsusfru. amitt.* aut si à diuersis heredibus, diuersis legatarijs relinquitur. *in l. pen. iuncta gl. de vsuf. accresc.*

¶ Sexto, † cessat ius accrescendi, quando pluribus est relictum in causam alimentorum, *l. dominus, & ibi gl. de vsufr.* quia causa alimentorum non est iterabilis. *l. alimenta, §. basilica, de alimentis & cib. leg.* P.

¶ Septimo, † in eo qui habet legatum contra voluntatem testantis. *l. mulieri & Titio, in fine, iuncta glos. de cond. & demonstr.* P. Reliquos casus vide apud prædictos interpretes Bart. & Iaf. in d. l. re coniuncti, vbi & addũt: quod portio iam adita, si vacet, nõ facit locum iuri accrescendi, *per l. aquam, §. fi. quemadmodum seruit. amitt. l. 1. §. interdum, de vsufr. accresc.* P. quodque minus locum habet ex acquisitorum resolutione, *secundum Azonem in Summa tit. de assignatio. liber. Bald. in auth. si quas ruinas, C. de sacrosan. eccl.* aut post emolumentum alteri quæsitum, *Bart. in l. si mihi & Titio, de verb. oblig.* Vt nec post aditam hereditatem. *glo. in l. mater decedens, in ver. semissem, de acq. her.* P. Quia ius accrescendi euanescit adita hereditate. *gl. in l. ex contractu, de re iudic.* P. Quã tamen regulam limitant Bart. & Iaf. nu. 176. & sequ. sex modis, de quibus eum videto.

¶ Disputant aliqui post Accursium, in l. Celsus. 29. in §. fin. & glo. fi. de legat. 1. num ius accrescendi à iure 12. tabul. vel Græcorum manauerit. Ego hoc lubens, grauioribus præsus, prætermitto.

¶ Monebo † tamen, in iure accrescendi quædam pro forma obseruari, quæ tradit Bart. in dict. l. re coniuncti, num. 50. 51. & sequ. scilicet, quod in iure non decrescendi, inuitis portio aduenit: (quia legatum scindi nequeat, *l. 2. & l. seq. de lega. 2.*) Eaque fit ex coniunctione reali, sine onere, *l. vni. §. sin autem, de cad. toll. l. separatim, de cond. & demonst.* ex cõiunctione vero re & verbis simul, cum onere, *glo. in d. §. sin autem.* In iure autem accrescendi, inter legatarios accrescit volentibus tantum pars. *d. l. vni. §. vbi autem.* & si portio sit pro non scripta, alio modo tamen quam ex delicto deficientis, accrescit sine onere, *d. l. vnic. §. in primo.* nam si pro non scripta sit delicto eius, qui capere non potest, accrescit cum onere. *l. si de in qua pro nõ script. hab.* P. At in iure accrescẽdi hereditatis, si quis adiuit suam portionem, postquam portio coheredis vel repudiatione, vel alio modo cœpit vacare, sponte videtur se hereditati toti obligasse, & portio vacans illa accrescit inuito. *l. si duo, de acq. hered.* P. Sed si antequam vacaret portio, quis adiuit portionem suam: si quidem portio in casu quo vacaret, esset ei destinata per testatorem, puta per substitutionem, tunc accrescet inuito. *l. si quis heres, & l. si tu ex parte, eo.* P. Quod si non fuerit destinata expresse: tunc, aut vacat per restitutionem in integrum, & accrescit volenti tantum, *l. si minor, eo.* aut alio modo: & tunc habet locum l. cum hereditate, de acq. here. P. Sicque putat Bart. intelligendam, l. vni. in §. his ita, de cad. tol. dum videtur rescriptum, portionem accrescere heredibus inuitis. Accrescit autem pars in hereditate cum onere parti, si onus appositum sit simpliciter, *d. l. vni. §. hu ita, de cad. tol.* aut si nominatim omnibus coniunctis fuerit impositum, *l. quæ conditio, 2. respon. de condit. & demonstr.* P. *l. ciuitatib. §. Lucio, de lega. 1.* contra, si ab vno nominatim onus sit impositum, *l. Celsus. §. final. & l. final. de leg. 2.* Quid autem differant nominatim & simpliciter onus relinquere, docet l. 1. §. in substitutione, ad leg. Falcid. P. Item quando portio vt caduca vel quasi caduca accrescit heredi, accrescit cum onere, *d. l. vni. §. in nouissimo, & §. pro secundo.* cum distinctione tamen, l. vni. §. sed vt manifestemus, cum

Digitized by Google

seqq. §§. de cad. toll. C.

22 ¶Ceterum portio, quæ defertur aliis adeuntibus, defertur nō pro virili, sed pro portionibus hereditatis vel legati. *l. liber homo. §. cum quis, de hered. instit. P. l. Manio, de lega. 2.* Et proinde quæ accrescit, eadem actione petitur, qua portio petita vel petenda esset, quam habet is cui accrescit, *l. si Titio, §. 1. de vsufr. P. l. interdum, de vsufru. accresc. P. l. & an eadem de re ind.* P. quia accessorium sequitur naturam sui principalis, *c. accessorium, 4 de regul. iur. in 6.*

23 ¶Huic †autem resolutioni necessarium est, annectamus, cuius sit hæc petitio: & concurrentibus re tantum coniunctis, & verbis tantum coniunctis, & verbis & re simul coniunctis, quis præferatur in consequendo hoc iure accrescendi. Planum enim ex superioribus iam videtur, quod ius accrescendi non habet locum nisi inter coniunctos, excepta causa hereditatis, & coniunctione legali. Ita remanet scrupulus eximendus, quis præferatur in horum concursu. In quo variatum est ab antesignanis interpretibus. At nos, vt ordine procedamus, distinguemus, num concurrant coniuncti eadem tantum specie coniunctionis cum disiunctis: vel cum coniuncti, cum coniunctis diuersa specie coniunctionis. Quando itaque eadem coniunctione vocati sunt cōiuncti, præferri disiunctis proculdubio est, *d. l. vni. §. his autem, l. heredes sine partibus, & l. si liber homo, §. cum quis, de hered. instit.* & omnes simul admitti, vt dictum est, pro modo portionem, neque inter eos prælationis quæstio agitanda. *l. vni. §. vbi autem, de cad. toll. l. Manio, de leg. 2.* Vbi enim est eadem ratio, ibi idem ius constituitur, *l. final. de constit. pecu. P. Iaslud, ad leg. Aquil. P.* Quamuis quandam distinctionem ex Bartol. moneat Iason inter verbis coniunctos, si vnus minus alio sit coniunctus, quod vide apud eundem Ias. in d. l. re coniuncti, numer. 121. & 122. & 123.

24 ¶In † concursu vero diuerso modo coniunctorum, sic statuitur, vt re & verbis coniunctus, præferatur re tantum, aut verbis tantum coniuncto, *l. re coniuncti, de lega. 3.* duo enim vincula sunt vno fortiora. *l. cum in adoptivo, ver. si pater, de adopt. P. & in authen. itaque, comm. de success.* C. Sic in quæstione institutionis, *Titius & fratres mei filij heredes sunto*, portio vnius ex filiis deficientis accrescit fratribus priusquam accrescit Titio. *Ias. post Bart. in d. l. coniuncti, n. 124.*

25 ¶At † maius dubium est inter interpretes, quando defunctus moritur, relicta ex vno parte, coniuncto re tantum, & ex altera verbis tantum, quis præferatur in iure accrescendi, an vero vtrique æqualiter admittantur: vt ecce, sic scriptum est in testam. *Titio lego fundum Sempronianum, Caio & Seio lego eundem fundum Sempronianum æquis portionibus.* Cuius repudiat vel moritur ante aditam portionem, vel ante delatam, quæro cui accrescet eius portio? an Titio re coniuncto, an Seio verbis coniuncto. *§. si quis vero non implens de her. & Falc. in auth. l. vni. §. in primo, & §. pro secundo, de cad. toll. C. & colligitur ex ordine literarum primo vocatur substitutus, postea coniunctus. Idem in authen. hoc amplius, C. de fideicom. probatur, & l. 2. §. si duo, de bon. poss. sec. tab. P.* Trifariam in solutione contenditur. Mihi autem otium non datur refellendi singula, verum adstipulator sententiæ, vt verbis tantum coniunctus præferatur re tantum coniuncto, propter rationes quas videro cum aduersariis rationibus in l. re coniuncti, apud Iasonem, à nu. 125. vsque ad nu. 133. & videtur id probare d. l. re coniuncti.

26 ¶ Affinis † in dubio erit & quæstio, num substitutus vulgaris præferatur coniuncto, vel contra coniunctus substituto. In qua resoluendum, substitutum præferri cuilibet coniuncto, in deficientis parte. *d. §. in primo, & §. pro secundo, l. vni. de cad. toll.* Quod & in legatis receptum est. *d. l. vni. in princ.* Quia cum substitutio veniat ex prouisione & voluntate expressa & permissa hominis, *l. si in testamento, de vulg. P.* ius vero accrescendi ex prouisione legis. *l. fin. de pact. conuent. C. l. mariti, de procur. C. gl. fin. in l. quo patri, de acq. here. P.* recte cedet ei ius accrescendi: quia prouisio hominis tollit subsidiariam prouisionem legis. *l. si Titio, §. Iuliano, de leg. 2.* Item secundum ius accrescendi est voluti tacita substitutio in defecta domino portione. *l. cum ex filio, §. filio, de vulga. P.* Et proinde facta expressa substitutione, expressum iubet silere tacitum, *l. fi. §. 1. in ver. partemve, de her. instit. C.* cum etiam accrescendi ius, vere nō sit substitutio, nec expressa nec tacita, sed quasi substitutio: id est, accedens quodammodo ad vim substitutionis, vnde etiam tacita substitutio, præfertur iuri accrescendi. *l. fi. C. de necess. ser. her. instit.* Idem censendum est de coniunctis legali coniunctione, vt per substitutum excludantur. *vt in l. quidam testamento, 30. de vulg. P.* Excipitur tamen vt monui alias, si de contraria voluntate testatoris constet expressa vel præsumta: nam ex ea tunc præfertur coniunctus. *l. non aliter, de lega. 3. l. si. de instit. restit. sub cond. fact. C. §. disponat, de nupt. in authen.* Tenet enim clausum successionis voluntas testatoris, vt quocunque voluerit eam inclinet. *vt in l. pen. C. de impuber.* Huc referri potest resolutio, cur in substitutione directa copulatiue, vel pluribus collectiue facta, nempe per verba *si neque, vel si vterque*, substitutus excludatur à coniuncto, *argum. l. si heredi plures, de condit. instit. P.* Quia voluntas nō fuit testatoris vocandi substitutum, nisi in eo casu & conditione, si vterque decessisset vel repudiasset. *l. fin. §. filium, de lega. 2. l. Lucius, §. Caio ad Trebell. P.* quamuis in fideicommissaria substitutione aliter responsum sit. *l. qui potest, de acq. hered. l. testamento, C. de impub.* Accedit, quod quando idem est substitutus qui & coniunctus est, is vt coniunctus præferri potest, *l. dominus, §. fi. de vsufr. P. l. cum virum, C. de fideicommiss.* Erit igitur voluntas causa expulsionis coniuncti, appositio substituto, non secus quam cessare diximus ius accrescendi ex prohibitione expressa vel tacita testatoris. *authen. hoc amplius, C. eod. l. 2. §. si duo, de bono. poss. sec. tab. P. l. si, quis heres, & l. nec is §. de acquir. hered.*

¶At † si substitutus non possit succedere, vel si noluerit, tunc 27
vocantur coniuncti iure accrescendi. Sublato enim impedimēto, quod obstabat iure accrescendi, remanet quod impediebatur integrum. *l. pignori, qui à quibus manu. lib. non fiat, l. à Titio. de rei vind. P.* Imo & testatoris voluntas fuisse videtur coniungendo, vt si substitutio quam priorem fecit, non obtineret, ius accrescendi locum haberet. *l. si. de iure, de leg. 2.*

¶Effectus † & finis iuris accrescendi est, vt portio vacans, non 28
dicatur vacans aut in cōtrouersia, sed certis personis deferatur, eodem iure quo portio cui accrescit, vel eidem personæ cuius est, portio cui accrescit: lucrumque & damnum, volentes & inuitos secundum distinctiones præcedentes, vel cum onere vel sine eo sequatur, postquam partem suam agnouerint. Is enim qui partem suam sponte agnouit, videtur ab initio voluisse aliam partem, si vacaret. Qui enim scit, aut scire potuit, socio abstinente, fore se oneribus implicandum, ea conditione adire videtur, *l. si solus heres, & Vlp. in l. si duo, 38. & l. pen. de acquir. here.* Nemo enim ab initio cogitur adire vel repudiare hereditatē vel legatum, *l. nec emere, C. de iure delib.* & qui videt iam à socio repudiatam partem, potest libere cum sua & aliam repudiare, & si ipse ante aditam vel repudiatam à socio, suam adierit, potest repudiante socio, & ipse suam & illius reiicere. *Marcell. l. cum here dis as, 55. l. si minor 25. annis, de acq. her. P. l. 1. §. si quis adita, & l. 2. §. si bonorum ad Senat. Tertull.* P. Alioquin si velit suam portionem retinere, inuitus, & deficientis partem accrescere pati cogitur, vel non decrescere. *l. qui ex duabus, 53. §. fin. de acq. her.* P. Transitque hoc ius accrescendi ad heredem heredis, *Neratius in l. qui patri heres exstitit, 59. eo. Hæc scriptura, §. fin. de cond. & demon.* P. veluti appendix præcedentis institutionis, *l. si quis heres, in l. ae acq. her.* P. Et ita qui vult antecedens, vult & consequens. *l. illud. eod. l. 2. de inrisd. omn. iud. P.*

¶Et †inde etiam vna colligitur ratio iuris accrescendi à con- 29
sequentia institutionis, & à præcedēte partis acceptatione. Cui addi potest alia, ex causa successionis testati: ne pro parte quis testatus, & pro parte ab initio iuris successionis intestatus decedat, quod ius nostrum non patitur, *l. ius nostrum, de regul. iur. l. si duob. de milit. testamen.* quamuis ex post facto aliquo modo possit. *l. pater filium. de colla. dot. P. l. circa, & l. nam & si parentibus, de inoffic. testam. P. l. cum duobus, C. eod.* Item 3. quia absurdum videatur partem hereditatis ab aliquo acceptari, partem respui, & improbare iudicium defuncti. *l. vni. §. hinc ita, de cad. toll. l. nam absurdum de bon. lib. P. §. non tantum, de here. & Falc. in Nouel.* Idipsum & de legatis dicendum, quæ coniunctim facta sunt. *l. legatarium, 38. de lega. 1.* Indiuidua aditio relicti. *l. 1. & 2. de acq. here. P.* vt & indiuidua debet esse voluntas defuncti. *l. cum qui. §. fi. de in, quib. vt ind. P.* cum qua debent concordare, qui eius vtilitatem assequi desiderant. *l. si duobus, 16. de l. 1.* Adde 4. accrescendi prouisionem inductam, ne pars defecta possessore, incidat in causam caduci vel quasi, & ad impediendam legis Papiæ dispositionem, & ad fiscum repellendum, exemplo substitutionis. *d. l. vni. in princ. & §. fin. de caduc. tollen. & l. fin. de iis, quæ pro non script. hab. l. 1. de vsufruct. accresc. P.* Et hæc hactenus de testati & intestati tractationis quæstionibus & negotiis, dicta sufficiant: reliquum est, vt singularem iudicialium negotiorum perquisitionem aggrediamur.

Digitized by Google

DE IVDICIIS ET IVDICIBVS, ET EORVM IVRISDICTIONE, ET ADMINISTRIS.

LIBER XLVII.

De Iudiciorum comprobatione.

Cap. I.

1 *Fines duo rerum omnium, proprius & communis.*
2 *Iudicium suum quisque consequitur.*
3 *Iudiciorum ab aliquibus conficta reprobationes, & solutiones quæstionum, & nu seq.*
5 *Iudicio certare Christianis, quando & quomodo liceat.*
6 *Litigare quomodo permittatur perfectis Christianis.*
7 *Litigiosus, non ordinandus: non litigiosus, laudandus.*
8 *Iudicia reddentes an dicantur contemnibiles.*
9 *Magistratus, Dij, honorandique principes ciuitatis, &c.*
10 *Lites in quibus execrabiles, & fugiendæ. nu. 11. & 12.*
13 *Litigantes perpetuo tristes.*
14 *Iudicia medentur litium controuersijs.*
15 *Iudicia inuenta ad emendandum vitam hominum.*
16 *Iudicium iustitiæ praxis.*
17 *Iustitiæ æqualitas non potuit distribui melius, quam per iudicia.*
18 *Iudex medius sine affectione inter contendentes litigantes.*
19 *Legum sanctiæ quare à iudice possint expendi, & ea quæ.*
20 *Iudicis officium quiescit, dum de lite conueniunt controuertentes.*
21 *Iudicij & arbitrij differentia.*

1 REVM † omnium, vt plerunque duo fines, vnus proprius: vt medicinæ, sanitas, alius communis, ad quem diriguntur proprij fines, *Aristot. 1. Ethico. ad Nicomach.* vt societatis humanæ cõseruatio & vtilitas. Iustitiæ vltimus finis, est idoneos vitæ æternæ reddere populos, & Deus vltimus scopus, cuius regni ministri dicuntur principes. *Sapient. 6.* At finis proximus, legibus hominum conclusus, qui dirigat ad postremum, est voluntas ius suum cuique tribuendi. *§. 1. de iust. & iur. apud Iustin. l. iustitia, eod. in* P. Postremum quoque quod cetera complectatur præceptum iuris, suũ cuique tribuere, *§. iuris præcepta, eod. l. iustitia, §. 1.* seu conseruare, in quo & potissima est diuinarum & humanarum legum ratio, sine qua parum aut nihil prodesset acquirere, & nulla daretur auctoritas in alium transferendi, castigandi, nec distinctio vlla bene aut male viuendi. In quibus ius quoque versatur, & iudicium fit. *l. fi. de legib.* P.

2 ¶ Nam † & iudicium, dicitur reddere quod suum est cuique, & tertia summaque pars in eo cõsistit administrationis reipubl. *Aristot. 4. Politic. c. 14.* Nemo enim sine iure in iudicium prouocat, ne sine iudicio suum consequitur ab inuitis. *l. si procuratorẽ, §. mandati, sumto à contrario sensu, mandati.* P. De iudiciis igitur agamus, quæ & catastrophen & finem huic etiam vniuerso seculo imposituræ sunt.

3 ¶ Ceterum, † exemplo bonorum agricolarum, antequam disputationem de illis instituamus, pessima quorundam semina auerruncabimus, vt fertilior tractationis sit ager. Et principio opinionem, vel melius errorem eorum, qui plus iusto sapere voluerunt, submouebimus, eo pernitiosiorem, quo sacris literis abutens, persuadere quæ vult nititur: adstruens ab homine Christiano, & iudicia & magistratuum proinde potestatem, ablegari debere. Atque singulis rationibus seu probationibus propositis germanam & veram mentem subiiciemus. Primum itaque, omnia forensia & iudicia impugnari & subrui videntur, ex Dei optimi maximique Domini nostri Iesu Christi præcepto. *Matth. cap. 5. Audistis quia dictum est, oculum pro oculo, dentem pro dente: Ego autem dico vobis non resistere malo. Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe ei & sinistram. Et qui tecum vult iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, &c.* Quibus verbis constare videtur, potius iniuriam patiendam esse, quam vindicandam in iudicio: & satius esse amittere propria, quam pro illis litigare.

¶ Ceterum † hæc sententia nunquam prolata est à Deo ea mente, in quam transfertur, *arg. l. si quando, ibi, neque enim credendum est, &c. C. de inoffi. testa.* Alioquin enim abolendæ essent legitimæ ex Dei auctoritate potestates, vt infra docebimus, constitutæ. Et ideo referenda sunt verba ad axioma, *Audistis quod dictum sit, oculum pro oculo, &c.* quod permitiose Iudæi mandatum peruerterant, iudicium talionis ad vindictam singularum personarum traducentes, vim vi repellere propria auctoritate, hinc permissum esse male colligentes. Quem sensum resicit bonus legislator, & perfectionem vitæ Christianæ docendo, consulit, non autem iubet, potius se disponere ad maiores iniurias perpetiendas, quam iam acceptas propria auctoritate vindicare. Sic enim conformis fit Christianus suæ orationi quam à Deo didicit, *D. Matth. c. 5. D. Luce c. 11.* & petit sibi dimitti peccata à Deo, sicut ipse suis debitoribus remittit. Illud ipsum pertinet ad pallii dimissionem & togæ, si is qui petit, inde tibi contentionem grauem moliatur: vt videlicet moneat, satius esse bona externa amittere, quam rapinæ causa proximum odisse, & ita rem repetendo, crabrones irritare, aut pacem soluere caritatis fraternæ. At istis remotis circumstantiis, quin quilibet possit ius suum repetere, non prohibetur, vt tamen hoc munus iudicis sit, & publicæ auctoritatis, non priuati. *l. nullus, Cod. de Iudæis.* Explicat D. Paulus, *Roma. cap. 12. Nolite*, inquit, *esse prudentes apud vosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed coram hominibus omnibus, si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, non vosmetipsos defendentes carissimi: Scriptum enim, mihi vindictam, ego retribuam, dixit Dominus. Sed & si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi: Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Hæc D. Paul.

¶ Et † alibi idem, delictum constituit in contentione forensi, non ea ratione quidem, quod iusto iudicio quis repetat per iudicem quæ sua sunt, sed quod in repetendo non legitima mente, sed appetitu auaritiæ, vel odio fratris id fiat, quodve à Christiana perfectione declinetur, & quod contendentes pari à proximo nolint modicam iniuriam. Sic enim verba eius hæc docent. *D. Paul. 1. ad Corinth. 6. relatum, in ca. 1. 23. q. 3. & c. sex differentiæ, eo. & c. 1. 14. q. 1.*

¶ Iam † *quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini?* Declarat D. Augustinus illa verba, vt perfectis liceat sua repetere simpliciter, sine causa, sine lite, sine iudicio. Sed non conuenit eis iure mouere causam coram iudice. Siquidem, qui perfecti sunt, nihil habere dicuntur, aliud ve nihil possidere, saltem vt his inseruiant, quam Deum, vt constat ex præcepto diuino. *D. Matth. 19. Mar. 10. Luca 18. Act. 2. & 4. Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Item, Dominus pars hereditatis clericorum*, vnde clerici dicti, *c. cleros, 21. dist.* Nec antiquis sacerdotibus Leuitici generis, pars data bonorum temporalium inter tribus alias Israelis, *Deutero. 12. Iosue 14.* Quare qui perfectionis gradum subeunt, nec possunt, nec dicũtur vere sua repetere, quia propria non habent, *priuatio præsupponit habitum, l. decem, de ver. obl. P. l. Iulianus, de diuor.* P. Et si petant, professio & desiderium eorum repugnant. *l. professis, de manumiss. patrim. l. b. 10. C. l. reddatur, de profess. & med. d. lib. 10. c. 1. 14. q. 1.* Si tamen ecclesiastica possideant, vt perfecti, & administri œconomi, tutores aut curatores eorum, *c. aurum, 12. q. 2.* recte repetunt, defendunt, & iure vt eas conseruent ad iudicium prouocant, vt in concilio Carthaginensi deciditur. *cap. episcopus, 14. q. 1.* Proinde & verba illa: *Si quis abstulerit tibi tunicam, da ei & pallium*, censentur exhortantis ad perfectionem, non præcipientis, vel prohibentis repetere iniuste rapta, aut concedentis impune aliena rapere, vel iniurias inferre. *d. c. episcopus, §. fi.* Et proh. betur quidem in iudicio stare, captando lucrum: sed non euitando damnum. *d. c. episcopus, §. 1. & ibi vide Archid.* Sed & omnibus etiam interdictum est illis præceptis, ne temere moueant lites, vt plerique ex animo faciunt, aduersarii potius diuexandi causa, vel aliena inuadendi, quam iuris sui persequendi. Et sunt multi, potissimum qui superbia tument, qui neque ad horam sine contentione viuere queant. Sicque *perversi suscitant lites. Prouer. c. 16.* Cum tamen non oporteat Christianum hoc modo esse litigiosum, *c. olim, de accus.* sed abstinere à lite, & ita minuere peccata. *Eccles. c. 28.* Huc pertinet quod D. Iacobus c. 4. admonet, *vnde*, inquit, *bella & lites in vobis, nisi ex concupiscentiis vestris quæ militant in cordibus vestris?* Et proinde non tam iudicium, quam impia causa litigandi, & pronus ad iurgia & contentiones animus, reprobatur.

Digitized by Google

7 ¶Idcirco †merito à D. Paulo, ne huiusmodi litigiosus ordineretur inter ecclesiasticos, inhibetur. *tota, 66. & 90. dist.* Et contra verecundia illius laudanda potius quam vituperanda, qui maluit re carere, quam sæpius pro ea litigare. *l. 4. §. fi. de alien. iudic. mut. caus. fac. P.* Vt & refert Vipianus, *l. 1. §. quod tamen, de trib. act.* P. prætorem exitimasse inesse æquitatem in cessione domini de peculio serui, à quo merces accipiendo obligatur, ne contribueret disquisitioni factæ ut à sententia litis liberaret.

8 ¶Secundo † loco, quidam magistratuum & forensium hominum vilem rati sunt conditionem, quod D. Paulus sufferit, ad id munus exequendum deligi contemtibiles. *1. ad Corinth. 6.* Cuius tamen verba alium tentum habent, quando recte perpenduntur, quam vulgo explicentur. *vide Conradum Largum, 5. part. Method. in præfat.* Illa autem sic scripta in archetypo sunt. Τολμᾷ τις ὑμῶν πρᾶγμα ἔχων πρὸς τὸν ἕτερον, κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων καὶ οὐχὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων; οὐκ οἴδατε ὅτι οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσι; καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος, ἀνάξιοί ἐστε κριτηρίων ἐλαχίστων; οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν, μήτι γε βιωτικά; βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τούτους καθίζετε, id est, *Audet aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum iudicari apud iniustos*, id est, ethnicos, *& non apud Sanctos*, id est, apud Christianos, *An nescitis quoniam sanctis de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis vel per vos iudicabitur mundus, cedo, indignine estis qui de minimis rebus iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? Quanto magis quæ huius vitæ sunt? Secularia igitur negotia si habueritis, contemtibiles hos constituite* (sic explico verbū, καθίζετε, per secundam personam pluralem indicatiui non per imperatiuum) *ad iudicandum?* Quibus verbis tantum abest, vt D. Paulus reiiciat curam iudicandi ad contemtibiles, quin contra persuadeat causas Christianorum à Christianis, non à gentilibus terminandas esse: iisque meliorib. qui de præstantioribus, nempe de mundo, & Angelis iudicare possint, & multo magis de istis secularibus. Arguit enim Corinthios, quod contentiosi sint, & quod litigarent apud infideles, quasi indigni essēt Christiani, & ita contemtibiles redderentur ad iudicandum: vel quod ethnicos, qui contemtibiles dicuntur, pro iudicibus eligerent.

9 ¶Neque †vnquam legi, magistratus contemtibiles dici posse, qui auctoritate Dei in hoc munere defungantur, & quibus obedire D. Paulus etiam ethnicis Christianos iussit, *ad Roma. c. 13.* Vt & alibi, sacræ literæ potestatem illorum Dei esse docēt, *Sap. 6. n. 11. c. magnum, & c. qui resistit, 11. q. 1. & c. prodest, 23. quæst. 5. cap. monet, 22. q. 1. cap. qui culpatur, 23. q. 1.* Et quomodo D. Paulus etiam viles iudices ausus fuisset nominare, quos à tanto munere Deos scimus nominatos, *Psal. 81.* Et de quibus dictum, quod iudicium Dei non hominum exerceant, *Deuter. c. 1. 2. Paral. c. 19.* Dictus & magistratus, princeps ciuitatis, *l. Spadonum, §. si ciuitatu, de excus. tut.* P. & magistratus, & honor & in legibus, & apud bonos auctores dicitur. Sic vidimus Iuliani Cęsaris impietatem in Christianos refelli manifeste, dum duobus edictis quæ exstant in eius epistolis, & apud Ammianum Marcellin. li. 22. scholis, & bonis & fortunis interdixit, cauillatus improbissime, se id agere, ἵνα ἀπὸ τῆς βασιλικῆς τῶν οὐρανῶν ἐνδιαίτης πορρωτέρω, vt facilius in regnum cælorum veniant. Quinetiam militiæ munerib. & magistratu gerendo interdixit, dicens. Euangelium eis ius gladij adimere, vt tradit Socrates, in ecclesiastica historia, & de iniurijs cōquerentes reiiciebat, dicens, ὑμέτερον τὸ κακὸν πάσχειν, id est, *vestrum est iniurias perferre.*

10 ¶Tertio loco abhorrent plures à iudiciorum etiam nomine, quod lites maxime & merito plurib. de caussis exsecrētur. Primum, quod illæ sint veluti seminarium doli, inimicitiarum, & sæpe delictorum, *cle. vnaum, de sepul. l. properandum, de iudic. C.* vt etiam Dio Prusiens dicat, *lib. περὶ ἀνδρίας*, lites esse bellum sempiternum inter homines, quod gerunt inter se perpetuo omnes, neque indictum, neque vllis conditionibus aut fœderib. dirimendum.

11 ¶Indeque †2. constat, per lites interpellari quietem & felicitatem seu pacem mortalium, vt Hesiodus cecinit, *in prin. ἔργων.*

οὐκ ἔστ' ἄρα μοῦνον ἐπὶ χθονὶ φῦλον ἐρίδων,
ἀλλ' ὅσσον γαῖαν
εἰσὶ δύω. τὴν μέν κ' ἐπαινήσειε νοήσας
ἣ δ' ἐμπαπτήνασα, νεμεσσητὸν δὲ καὶ ἥν γε.
ἣ μὲν γὰρ πόλεμόν τε κακὸν καὶ δῆριν ὀφέλλει,
σχετλίη· οὔτις τήνγε φιλεῖ βροτός, ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης
ἀθανάτων βουλῇσιν ἐρίζειν πημοσύνῃσι βαρείῃσι,

Id est,

Non vtique est vnum contentionum genus, sed in terra
Sunt duo. Alterum certe laudauerit prudens:
Altera vero culpanda est, per diuersa enim animum trahit.
Nam hæc quidem bellumque malum & litem auget,
Permitiosa, Nullus hanc amat merito sed necessitate
Fatali quadam contentionem colunt quamuis grauem.

Suidas quoque in verbo κρατὴρ, ait, prouerbium vsurpatum, κρατὴρ δικῶν, id est, *Crater forensium rerum*, pro receptaculo malorum. Martialis item, *lib. 11. epig. 47.* inter ea quæ vitam faciunt beatiorem, connumerat, vt nulla sit lis vnquam. Et rursum, *idem lib. 5. epig. 21.*

Si tecum mihi, care Martialis,
Secretum liceat frui diebus.
Si disponere tempus otiosum.
Et vere pariter vacare vitæ:
Nec nos atria, nec domos potentum.
Nec lites tetricas forumque triste
Nosceremus, nec imagines superbas.

Cicero vsucapionem, vt finem litium, finem solicitudinum dixit, *Cæcin.* Et Iustinianus, *in l. omnes, de epsc. & cler. C.* turbulentam obseruationem prætorii, quæ immineat litigantibus. Quare Plinius, *li. 6. ca. 83.* apud Seras in Taprobanæi insula, Antichthonum Indiæ gentem felicissimam, neque lites vllas, nec forum esse ait.

¶Accedit † miseriarum litium cumulo, sumtuum in eas necessitas, quibus splendida patrimonia cito deuorantur, reuocatis à lucro exercendo litigantibus, iamque quæsitis subtili ingenio extortis, aut euanescentib. in mercedes & salaria seu honoraria pragmaticorum, procuratorum, patronorum, & in sportulas iudicum. Qua ratione Hesiodus in Ergis, iudices sæpe vocat, δωροφάγους, *donivoros.* Et Martialis suader Sexto potius soluere, quam litigare, *Martia. lli. 2. ad Sextum.* 12

Et petit, inquit, iudex, petit & patronus,
Soluas censeo, Sexte, creditori.

Est hæc prima media & vltima cautio iudiciorum, de expensis soluendis & insumendis, *aut offeratur de lit. contest. C. §. sancimus, de exhib. reis in aut. h. colum. 5. §. ne autem, de iudic. coll. 6. titu. de sport. & iunct. in auers. iud. fac. li. 3. C. tit. 2. titu. de suffrag. lib. 4. C. tit. 3.* Vt vere certe dictum videatur, satis lucrari eum, qui à lite discesserit, *Panor. in c. Quintauall. lib. de iure iur.* Et proinde transactionem. per quam lis finitur, remedio leg. 2. de rescin. vend. C. non tolli: quod satis lucri consequi contrahentes videātur, vel ex eo solo, quod lis sopita fuerit, neque datur repetitio eius, quod eo nomine solutum sit, *l. in summa, de con. in ebi. P. l. 2. C. de transact.* etiam prætextu instrumentorum nupertime repertorum, *l. sub prætextu. 20. l. Lucius, §. fi. ad Senat. Tre. in P. Doctor. in §. pen. ae emt.*

¶Sed † & litibus adhuc addit crucem, quod qui litigant perpetua animi anxietate conficiantur, quandiu certant de victoria, quia dubius est litis euentus, *l. quod debetur, ae pecul. P.* 13

¶ †Ceterum, hæc omnia & similia his, iudiciorū minime tollunt necessitatem: quinimo quo magis lites detestabimur, eo magis recta iudicia probanda nobis erunt, magisque necessaria cognoscemus, vt litium capita & perniciem hanc portentosam, quæ grassatur inter homines, si non possimus omnino extrūdere, saltem quantum fieri poterit emēdemus. Quanto magis enim morbi grassantur, tanto diligentioribus & melioribus egemus medicis & pharmacis. Iudicium quippe finem litibus imponit, per legitimos tramites, & iusto ordine incedens adhibita condemnatione vel absolutione, *l. 1. de re iud. P.* Et hic finis iudiciorum est circuncidere lites, *l. properandum, C. de iudic.* quod & fieri maxime interest reipublicæ, *§. 1. de pœn. teme. litig.* Ideo Rogat D. Paulus, *1. Tim. c. 2.* obsecrationes fieri pro regibus, & pro iis qui in sublimitate sunt constituti, vt vitam quietam & tranquillam agamus. Cura quippe potissimum, *l. 3. de offi. præfec. vig.* principi quietis reipubli. commissa est, & eius magistratibus, *l. 1. §. quo, de offic. pra. vrb.* qui sua iurisdictione arma quiescere iubent, *l. æquissimum, de vsur.* Scopus etiam nomothetis in legibus sanciendis, & hic fuit, finem imponere litibus, *leg. 1. de nomoth. C. leg. magnam, ae con. & comm. ship. C. cap. finem litib. de don. & cons. leg. 1. de iureis. P. l. si. pro suo, P.* Studentque generaliter & iudices litigantium vel contendentium concordiæ, *c. fin. de transs. c. Studeamus, 90. dist. c. si primates, 5. qu. 2. c. si quis membrorum. 23. qu. vlt.* secuti legum normam & mandata, *l. nemo, de sen. & interlo. omn. ind. C.* Atque hæc est prior ratio cur iudicia recepta sunt, tanquam neceessaria: ad sopiendas hominum pene immortales lites.

¶Altera †quod fragilis sit, & ad delinquendum hominis natura prona, & necessarium fuerit remedia quædam cōquiri, quibus ignorantia errantium doceretur, & malitia publica auctoritate emendaretur, *l. 1. de iust. & iur. P. l. 1. de legi. P. l. 2. eo.* Promittunt iurati magistratus, *rempublicam saluam fore, l. 1. de magi. con. ls. 27. P. tit. 8.* Et præstant iudicando. Ita & laborem iudicandi ea continere respondit Moses Ietro, *Exod. c. 18.* (*Venit ad me*, inquit, *populus quærens sententiam Dei: cumque acciderit eis aliqua disceptatio veniunt ad me, vt iudicem inter eos, & ostendam præcepta Dei & legis eius.*) Plato *6. de legib.* ciuitatem reuera ciuitatem esse dixit, si iudicia recto ordine fuerint constituta. 14

¶Tertia †ratio, à iustitiæ pendet consideratione, cuius praxis est iudicium. (*Si vere enim*, inquit Dauid, *Psal. 57. iustitiam loquimini recte iudicate filij hominum.* Iustitia porro proprium opus est humanæ rationalis conditionis, qua actus omnes quilibet suos & aliorum regat & emendet. 15

κρίνω Ἡσίοδ. *in Ergis* δίκας ἰθείας, βίᾳ δ' ἐπιλήθου πάμπαν
τὴν γὰρ ἀνθρώποισι νόμον Κρονίδης διέταξε κρίσιν,
ἰχθύσι μὲν γὰρ καὶ θηρσὶ νομὸς πέφυκε τοιοῦτος
ἐσθίειν ἀλλήλους ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐν αὐτοῖς.
ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ὃ πολὺ φέρτερον ἐστιν, γίνεσθαι.

Id est,

Et iustitiæ quidem animam adhibe, violentiæ autem obliuiscere

Prop-

Digitized by Google

Prorsus, Namque legem hanc dispersuit hominibus Saturnius
Piscibus quidem auersu, auibus, volucribus.
Vt se inuicem deuorent, quandoquidem iustitia non est in ipsis:
Hominibus autem dedit iustitiam, quæ multo optima est.

Iustitia itaque homines arcet à mutuis iniuriis, quas sibi inferunt bruta, quæ ea priuantur, vt recte ab Hebræorum sapientibus dicitur *Pirke abot. seu in capital. patrum*, c. 1. פרקי אבות *marbaZeaca, marbe salam*, id est, *quo multiplicat iustitiam, multiplicat pacem.* Hanc proponit lex, & secundum eius mandata deinceps magistratus exsequuntur. *Lex 2. tit. de legib. l. 1. C. de eg. Wisig. tit. 2.* æmula diuinitatis, antistes religionis, tonsdisciplinarum, artifex iuris, bonos mores inueniens atque componens gubernaculum ciuitatis, iustitiæ nuntia, magistra vitæ, anima totius corporis populatis. Magistratus autem administri legis sunt, & ad effectum perducunt legem, *l. 2. §. post originem, de orig. iur.* P. & iura cuique reddunt. Et aduersus iniustitiam, petulantiam, timiditatem, vt ait Plato, ex omni genere artium maxime conueniens animaduersio, castigatio, iudicialis censura, *Plat. dialog. 15. in Sophista, seu de ente.* Prospicit magistratus & prohibet, ne tenuis vitæ homines à potentioribus opprimatur, *l. illicitas, §. nec potentiores, de offi. præs.* P. hos tuetur, neque illis illatas iniurias inultas abire sinit, *l. 2. de lucr. adnoc. li. 12. C.* consilio indigentibus, auxilium afflictis præbet: vtpote pro patre & tutore subditis præpositus, *§. illud videtur, vers. ex diuerso, vt supra quoque fusius. in authen. col. 2. tit. 2. §. quod si delinquentes, de mand. prin. in auth.* Et vt patres consilium capiunt pro liberis, *l. nec in eo, §. fi. ad l. Iul. de adult.* P. & in pietate potius quam in atrocitate potestas eorum consistit, *l. diuus, ad l. Pompo. de parricid.* P. sic & magistratus & iudicis munus illud prospicere negotiis subditorum, & cum temperamento castigare eorum delicta, *l. respicientium, de pœn. & l. interpretatione, eod.* Vtiliter pantes aliena & contumaces ad restitutionem cogere, *l. quidam existimauerunt, si cert. per.* P. pœnas pellimus, præmia bonis reddere, *l. 1. de iust. & iur.* P. Quocirca D. Paulus, (*Obedite*, inquit, *præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim pernigilant, tanquam rationem reddituri pro animabus vestris. ad Hebræ. c. 13. c. correspondebit, cum similib. cita. de offi. ord. ap. Greg.*) Et Vlpianus ad vtilitatem prouinciæ pertinere tradit, esse aliquem, per quem negotia sua prouinciales explicent: & ideo per consulem debere officium tuum persequi tamdiu in prouincia, quousque successor ei aduenerit, *l. meminisse de offi. procon.* P.

17 ¶Quarta † ratio iudiciorum, ab æquitate iustitiæ est, quæ non potuit alio modo constitui quam iudicibus & magistratibus, qui neutram contendentium partem nisi secundum æquum & bonum fouerent. Qui enim contendunt, plerunque fere semper propriis affectibus mouentur, & impetu quodam obnubilata mente petunt vel denegant, vel sentiunt citius quæ sibi commoda videntur, quam rationem excutiant: diuersitas corporum diuersitatem nobis indicat animorum, nec vnum velle omnibus, *l. quia poterat, ad Senat. Treb.* P. *§. quia diuersitatem, de conc. præ.* vt plures in vnam sententiam ægre conueniunt, *leg. 2. §. de mas quia difficile, de reg. iur.* P. nec voto vno consentiunt, *leg. 1. de lib. proiner.* P. vt ad dissentiendum naturalis facilitas, *l. 1. si vnus, §. fi. de recept. arbitr.* P. Et proinde, medius quidam in componendis sine affectu litibus necessario esse debet, qui iustitiam exsequatur in ciuitate & regat, vt animi pathemata in corpore, *Aristot. 4. Polit. cap. 4.* Iudex enim ad æqualitatem & medium de-
28 ducit, vt nec plus nec minus quam oporteat singulis concedat, *Idem lib. 4. Ethic. cap. 4. & sape alibi & l. vbi falsi, ad leg. Cor. de fal. li. 9. C. tit. 22. §. & equum, titul. quod præstat. ab eis qui admini. accipiunt, in authen. col. 2.* ademta singulis iudicandi facultate in re sua, si alterius interfit, *leg. 1. ne quis in sua causa.* P. *l. quo iuris dissensoni, de iurisdict. omn. iudic. l. Iulianus, de iudic.* P. *l. nullus, C. de Iudæis.* quia sibi nemo recte imperare dicitur, *l. pen. de arb.* P. Et recte iudicaturi ab omni suspicione abesse debent, *l. apertissimi, Cod. de iudic. cum simil.*

19 ¶Quinta † ratio ex legum exsecutione faciliori pendet, quia leges longissimi & futuri temporis considerata causa, eaque vt omnibus conueniente statuunt: & proinde iudicis auctoritas fuit necessaria, quæ præsentibus negotiis, & singularibus personis, earum iussa & sancita accommodet, *Aristotel. cap. 1. Rhet. ad Alexand.* Neque leges aut senatusconsulta ita scribi possunt, vt omnes casus qui quandoque inciderint, comprehendant, *l. neque leges, 9. cum sequ. de legi.* P. Quamobrem, cum in aliquo articulo sententia manifesta est, is qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet, *l. non possunt, 11. eod.* vel certa iurisdictione supplere. *l. nam vt ait, 12. eod.* cognoscendo enim discutit negotia, & causarum merita partium assertione panduntur, *l. fin. C. si per vim vel alio mod. cap. ex literis, de in integr. rest.* adhibita disquisitione, per quam iudici mandatur diligenter causas rimari, *cap. iudicantem, 30. quæst. 5. l. iudices Cod. de iud.*

20 ¶Neque † quis arbitretur superflua publicarum personarum iudicia, quo sine iis possint aliquando ex conuentione lites trãsigi & sopiri: vt transactione, *l. non minorem, C. de transact. & tot. tit.* iuramento, *l. fi. §. 1. de fide iussor. C. leg. 1. de iureiur.* P. *cum similib.* vel compromisso, *leg. 1. & totit. de recep. arbit. & de arbit.* P. & C. licereque foro renuntiare, *l. si quis in conscribendo, C. de pact. l. si quis in conscribendo. C. de epis. & cler.* & dum partes conuenerint, vana sit de iudice quæstio, *l. 1. §. inde quæritur, de nou. op. nun.* P. Siquidem non improbamus, imo laudamus, quod iurgia & controuersiæ amice componantur. Non enim iudicis potestas exigenda tunc est, quæ tantum ad pacem cogit inuitos, & qui sponte quæ iusta sunt non faciunt, neque tunc etiam lis est vere, vbi cõtestatio coram iudice facta non est, *l. 1. Cod. de lit. contest. c. 1. eo. ap. Greg.* quamuis catachrestico pro omni controuersia etiam non forensi, vsurpetur appellatio interdum, *l. litis nomen, de verb. sign.* P. *c. forus, eod. ap. Greg.*

¶Et † aliud quoque est arbitrium, aliud iudicium: iudicium est 21
pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem obtineamus, aut amittamus. Ad arbitrium hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum, quantum postulauimus, assequamur? vt scribit Cicero, aliaque plura addit, *pro Q. Rosc.* Neque etiam iudicia solum pertinent ad cõtrouersias parandas, quas possunt inter se controuertentes tollere, sed & in alius vertantur, in quibus nihil auctoritas priuatorum potest. (*Iudicia*, inquit idem Cicero, *idem, pro Cæcin. post pri. aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt: quorum alterum leuius est, propterea quod minus ladit, & sæpe domestico disceptatore administratur: alterum est vehementissimum, quod ad grauiores res pertinet, & non hon. rariam operam amicis, sed seueritatem iudicis ac vim requirit.*) Igitur vt finem huic controuersiæ imponam, iis qui iudicia improbabant, dico, quod Demosthenes ait Athenienses, *in orat. suasor. sent.* ὑμῖν τοῖς συνοῦσιν, *de orat. scilicet Reipub.* ἐν ταῖς δίκαις ἐνίοις ἤδη τῶν ἀγώνων ἐν δὲ τῷ παρόντι πάσαις ὑμῖν ἐνκαθέζεσθαι, &c. *In iudicio vobis salus sita est, & suffragio rempub. conseruetis oportet. Ego vero noui ista iudicia priuatis inter vos dissidiis dirimendis esse comparata, vt ex æquo seruirent omnibus: hostes vero armis superandi sunt, in hu consistit salus reipublicæ.*) Vt maximum merito beneficium se largiri ratus sit Ludouicus 12. Gallorum rex subditis, si lites circumciderent, *in const. Lud. XII. an. 1512.*

De Nominis Iudicij acceptione.

Cap. 2.

1 *Iudicare quid est.*
2 *Fasti & nefasti dies.*
3 *Iudicij acceptiones.*
4 *Iudicium, actio & accusationes cur dicantur.*
5 *Inscia, & dicuntur, quæ ad ordinationem sententiæ pertinent, quare.*
6 *Iudicium, sententia dicitur.*

IVdicare, † idem est quod ius dicere, vel dare, *Paul. in l. 2. & Vlp. in l. 3. quod quisque iur.* P. & ius dicentis ita officium latissimus est, *Vlp. in l. 1. de iurisd. omn. iudi.* P. Varro iudicij nomen declinat, *5. de ling. Lat.* à verbo *dicio*. Et hinc iudicare, quod tum ius dicatur, hinc & iudicem qui iudicat accepta potestate, id est, qui quibusdam verbis dicendo finit; & à dicando iudicium, & dicare & dictere. Sic & ædes sacras à magistratibus præeunte pontifice, dicendo dedicari. Iurisconsulti quoque sæpe pro iudicare, sententiam dicere vsurpant, *Vlpia. l. iudex posteaquam, de re iud. li. 42. P. tit. 1. Iulia. in l. qualem autem, 22. & l. sacere, 23. de arbit. in P. lib. 4. tit. 8.* 1

¶Siquidem † & munus iudicum tribus verbis compendiose 2
constare dicebatur, *do, dico, addico*, vel aliis, *abdico*, quæ fari aut proloqui certis non licebat diebus, quibus iustitium erat, vel feriæ. Vnde & nefasti dies, vt iudiciales fasti, teste Ouidio, *1. Fast.*

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur:
Fastus erit per quem lege licebit agi.

¶Proinde nomen hoc iuris dicendi, ex generali translatione, 3
iudicij latiorem in aliis locis & causis quam forensibus fecit significationem. De iure namque dicere & ratiocinari, extra disceptationem forensem possumus. Atque ita ad plura porrigitur iudicij acceptio, quæ referunt Accursius, *l. g. in §. præterea, quib. non est permis. fac. test.* Ioannes Andreas, *in rub. de iud. in 6. & ad reg. in iudicium, de reg. iur. in Mercur.* Godofredus, Hostiensis, *in summ. rub. de iudi.* Panormitanus, *ad can. rub. apud Greg.* Paul. Castrensis, *ad cand. C.* & alij, Io. *Mona. ad can. in 6. Lu. ae Penn. ad l. 2. ae petit. bon. sub lib. 10. C.* In quibus distinguendis, facilis erit ratio ex dicendi causis, iuxta vulgarem iuris in similibus regulã, *c. intelligentia, de ver. sig. l. si vno anno, loca.* P. consideratis rebus & personis, quibus iudicij nomen accommodatur: vt si dictum sit, furiosus aut minores iudicio non vti aut carere, *l. cum prætor, de iud.* P. *c. ex parte de corp. viti. ap. Greg. c. infamia, §. stria. 3. q. 7.* de mẽte & discretione agi nemo dubitabit, non de sententia forensi, cum nec de lite mentio fiat.

¶Sed † & in tractatione controuersiarũ forensium, ex quibus 4

Digitized by Google

dicium dicitur, vnum & idem cum aliqua differentia appellatur iudicii nomine, & pars pro toto. Proinde, quia iudiciũ incipit ab ea parte edicti, quæ de in ius vocando est, *§. fi. de pœn. temer. litig.* actiones, quarum caussa in ius quis vocatur, quandoq; dicuntur iudicia, *vt in l. in bonæfidei, 23. de vsur. li. 4. C. tit. 32. l. mora, §. in bonæfidei, eo. tit. in P. sæpe in tit. famil. ercis. com. dui. fini. reg. in P. & l. in omnib. de iudic.* P. & in criminibus publica iudicia, accusationes, *vt tit. de publi. iudi.* Et Theophilus refert, *in §. de act.* quas Athenienses δίκας dicebant, eas à Romanis actiones vocari ab eo quod improbos & perfidos ad iudicia agamus. Et vt Budæus notat, *in comment. ling. Græc.* per δίκην generali nomine, dicebant litem actionem, pœnam, mulctam, & iudicium. Subinde † quia & actionum & caudarum sit diuisio, litis contestatio, & alia media quibus peruenitur ad sententiam, iudicialis dicũtur potestatis, *l. properandum, C. de iud.* Quod voluit Isidorus, dũ ait, *in c. forus, de verb. sig. ita intellige c. illud sine. 12. q. 1. Iudicium esse, dũ caussa discutitur.* Eius mentis & sunt quæ de ordine iudiciorum traduntur. & tituli inscriptio, *De iudiciis*, huc pertinent illa phrases iuris, *In iudicio comparere, c. 1. de iudic. in 6. in aliqua iudiciorum parte aliquid opponere, c. 1. de exce. in 6. l. 1. Cod. de iudic.* & similes. In hac quoque significatione intelligenda glossa quę notat, *gl. in l. iudicium solutur. in ver. iudicium, de iudic.* P. iudicium non dici nisi lis fuerit contestata: & regula, *Vbi cœptum est iudicium, ibi finem accipere debere, Marc. in l. vbi cœptum, 30 de iudic.* P. Item secundum hanc mentem, res in iudicium nõ videtur deducta per solam citationem, ex Cæsarum placitis, *l. 1. de lit. cont. li. 3. C. tit. 9. auth. offeratur, eo. tit. §. sancimus, ae exhib. in auth. coll. 5. tit. 7.* Sic intelligendus & Paulus Iurisconsultus, dum restitutionem à iudicij accepti tempore incipere respondit, *l. restituere autem, 35. de verb. sig. P.* hoc est, à lite contestata. Quando autem à vocatione in ius iudicium incipiat, & quando à litis contestatione videbis vberrime tractatum à Luca de Penna, *in leg. hac lege definimus, de proxim. sacro. scri. li. 12. C.*

6 ¶ Postremo, † & iudicium dicitur res iudicata, seu sentẽtia prolata per iudicẽ, qui forensi præest cognitioni, *vt in l. de qua re, 74. §. fi. de iudic. P. l. inter stipulantem, 83. §. 1. de verb. oblig.* Isidorus iudicium hoc aut sententiam, vocat iustitiam, *in c. forus, de verb. sig.* Hic vltimus actus Theatri forensis est, & vere perfectum iudicium, quod suis partibus constat, principio, medio, & fine, de quo nobis futura tractatio.

De Definitione Iudicij.

Cap. 3.

1 *Iudicij finitio traditur.*
2 *Leges sequenda in iudiciis, non hominum voluntates.*
3 *Iudicium quomodo actus legitimus.*
4 *Iudex sine iurisdictione non est legitimus.*
5 *Iudicu munus vim habet cogentem, & auctoritatem publicam.*

1 QVid † sit iudicium, varie apud diuersos disputatur interpretes, & maxime à Venusino in 2. parte Speculi, qui improbatis aliorum finitionibus, definit, iudicium esse iustitiæ administrationem, quæ fit à iudice in caussa proposita coram eo. Raynaldus Corsus illa reiicit, & ait, *lib. 3. in agatio. iur. ciuil. c. 1.* esse alieni iuris obscuri per legitimos tramites explicationem. Aliam Voconius à Vacuna adfert definitionem, *lib. 1. nona declarat. iur. cius. c. 2. nu. 4. & li. 5. c. 67.* vt sit iusti & iniusti diiudicatio. Omitto harum finitionum censuram: norunt enim qui sciunt finitionis legitimæ partes, & qui iudiciorum nouerint substantiam, genus & differentias desiderari, neve latius vel angustius concipiantur definitiones definito, *l. 1. §. dolum, de dolo. P.* Nostra hæc erit: Iudicium est actus legitimus, coram eo, vel per eum qui iurisdictionem habet factus, vel ad eius iurisdictionis ordinem pertinens, vt eius officio controuersia finem accipiat. Actus legitimus generis loco est. Siquidem actus legitimus est, qui à lege aliqua probatur, & secundum leges fit, *l. legitima, de pact. P. l. 1. de condict. ex leg. P.* Et proinde plura, quam iudicium continet.

2 ¶ Hic † tamen inter legitimos actus est, quia non potest dici iudicium, nisi secundum leges fiat, *l. nemo, de sent. & interlo. omn. iud. C. de sent. ex breui. recit. C. cum simil.* Et magistratus tunc recte administrant rempubl. si leges sequantur. Qui enim vult legem dominari, vult præesse Deum & leges: qui autem ex hominis arbitrio vult regi ciuitatem, sæuissimam belluam addit, vt scribit Aristoteles. Quanquam sciam ab eo quæsitum diligentissime, *Aristot. 3. Politic.* vtiliusne sit virum optimum, quam legem optimam imperare. Verius & puto, leges potius optimis consultationibus stabilitas, sequendas: vt inflexibiles, quam mutabiles hominum voluntates. Vt Plato quoque recte putat, interitũ Reipubl. imminere, cum non leges magistratibus, sed magistratus legibus imperant.

¶ Actus † iudicij secundum leges erit, si personæ saltem tres 3
adsint actoris, iudicis, rei, quas leges desiderant, *l. Iulianus, in 2. & l. inter hirgantes, de iudi. in P. l. 1. ne quis in sua caus. iudi. C.* vel aliæ, quæ istis vt appendices accedunt, vt procuratores, aduocati, testes, amanuenses, & similes. Item si reliqua, quæ leges mandant, iudices exsequantur, quæ ex sequentibus quæ sint cognoscentur.

¶ Subinde † finitio meminit de iurisdictione eius, coram quo 4
fit iudicium. Nam qui neque iurisdictioni præest, neque est à principe aliqua præditus potestate, neque ab eo qui ius dandorum iudicum habet datus est. nec ex compromisso sumtus, vel si ex aliqua lege non est confirmatus, iudex esse non potest, *l. qui neque, 81. de iudic. in P. l. 1. C. quis pro sua iurisd. iudi. dare dari ve poss.* potestas quippe publica exigitur vt ars, quæ per officiũ seu magistratum, vt per instrumentum operatur.

¶ Quippe † iudicare munus publicum est, *l. quippe iudicare, de* 5
iudi. P. l. filius fam. l. de iis qui sunt sui vel alie. iur. P. l. 1. §. huius studij, de iusti. & iur. §. huius studij, eod. apud Iust. l. potestatis, de verb. sig. & vim habet cogentem, *l. æquissimum, de vsufru. P. l. qui restituere, de rei vindic. P. l. huiusmodi, §. fi. de leg. 1.* vt lege duodecim tabularum quoque docetur, *Magistratus non obedientem & nocuum ciuem, mulcta, vinclo, verberibus, coercento, ni par maiorve potestas prohibessit, Cic. 3. de legib.* Vt ea interfit Reipub. sententias iudicũ mendari exsecutioni, propter auctoritatem rerum iudicatarũ, ne illusoria sint earum edicta, *l. seruo inuito, §. cum prætor, ad Treb. P. l. fi. ne quid in lo. pub. l. si prætor, 75. de iudi. P. Quintilia. c. Instit. c. 1. Cic. pro Clue.* Sic cum inter Aricinos & Ardeates populus Romanus iudicassset de agro ambiguo apud Senatum querentibus Ardeatibus de iudicij iniquitate, is censuit, quod semel à populo Romano scitum iudicatumve fuisset, salua eius maiestate, rescindi non posse, *Liuius, li. 3. & 4. Decad. 1.* Et Plato auctore Cicerone, *3 de leg. b.* è genere Titanum eos existimat, qui, vt illi cœlestibus, aduersantur magistratibus. Sed hactenus de finitione iudicii, in qua continetur iudex, vt caussa efficiens iudicij: iurisdictio tanquam ars per quam efficit: officium, veluti potestatis concessæ instrumentum: finis, litis decisio. De diuisione autem pauca subiiciamus.

De Diuisione Iudicij.

Cap. 4.

1 *Iudiciorum species sunt plures vt diuinum & humanum.*
2 *Iudicia Dei vera, de occultis, & alia quam humana, eaque publica & priuata. nu. 3.*
4 *Purgatio vulgaris, an inter iudicia diuina annumeranda.*
5 *Sortium iudicium an permissum.*
6 *Iudicium humanum quomodo diuinum quoque dici possit.*
7 *Iudicij humani diuisio in publicum & priuatum, & quid vtrumque vno, & alio modo. nu. 8. & 10.*
9 *Arbitros eligere vel accipere, qui in Gallia cogantur.*
11 *Iudiciorum 3. diuisio, in ecclesiastica, & secularia: & quæ illa.*
12 *Iudices ordinarij de rebus sui fori ecclesiastici, sunt episcopi, & ali ex priuilegio, quorum iurisdictionem clericus non potest eximere.*
13 *Sacerdotes iudicasse, & habuisse iurisdictionem etiam inter gentes probatur.*
14 *Causse quædam in vtroque foro spirituali & temporali tractari possunt.*

TItuli † seu inscriptiones de iudiciis plurali conceptæ nume- 1
ro, nos admonent formas seu species iudiciorum plures esse. Proinde eas recensebo ea qua potero breuitate, vt facilior sit instituta tractatio. Prior & summa iudiciorum diuisio, in diuina & humana est iudicia, *de vtroque meminit §. si miles rusticum, de pace ten. & eius violato. in vsib. feud. Si omnia.* inquit Anacletus, *in hoc seculo vindicata essent. diuina iudicia locum non haberent, c. si omnia, 6. q. 1.* Diuinum iudicium proprie est, quod Deus sine ministerio hominis constituit, in hoc vel in futuro post obitum seculo.

¶ Hæc † iudicia vera, vtpote iudicis, quẽ nihil quod non sciat 2
effugere potest, iustificata per semetipsa, & de secretis quę hominib. non apparent, *c. 2. de clandest. desp.* quæ ideo ad solum tribunal eius referũtur, & temere ab hominib. vsurpãtur: vt nõ possit ex suspicione humano cõdemnari examine, quod Dominus suo reseruauit iudicio, *c. si quãdoq; à sacerdotib. 15. q. 6. c. homẽ presbyteri, 2. q. 1.* Et ipse idipsũ sãcit, *nolite iudicare*, videlicet de occultis: *& non iudicabimini. D. Matth. c. 7.* Explicat D. Paulus, *1. Cor. 4.* Nolite ante tempus iudicare, quousque veniat Dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit occulta cordium. Ita imperscrutabilia eius iudicia, *ad Rom. c. 11.* & longe diuersa sæpe ab hominum opinionibus, quia non iuxta intuitum hominum is iudicat, *1. Reg. 16.* Et sæpe Deo probantur, quæ nobis improba videntur: & contra, *c. sacerdotibus, 11. q. 1.* Vt neque

Dominus

Digitized by Google

Dominus damnat, quem iudicant homines improbi, *Psal.36.* Decipiuntur & traducuntur hominum iudicia, odio, amore, cupiditate, pretio, *cap. quatuor modu, 11.q.3.* Dei autem, incorrupta & inflexibilia.

3 ¶Iudicium † Dei & publicum, & priuatum est: nam & eius vindicta seu sententia, interdum palam omnibus apparet, & in plures: interdum priuatim & secreto punit. Publicum exercuit in punitione Datani, Chore, & Abironis, *Num. c.16.* in superbia Nabalis, *1. Reg.25.* Oziæ regis Iudæ, *2. Paral.26.* Heliodori, *2. Macch.4.* Herodis, *Act.12.* & contra sacerdotes Baal, *3. Reg.18.* & in alios. Exercuit & generale iudicium in diluuio tempore Noachi, *Genes.8.* & tale & maius erit postremum in consummatione seculi, *D. Matth.25.* Priuati meminit D. Paulus, *Si nos ipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur: dum iudicamur autem, corripimur a Domino, 1. ad Corinth.11. c. in actione, & c. iudicat seipsum, ae pen. dist. 1.* Sunt & iudicia cuiusque diuina, dum ab hoc corpore separantur animæ, vt explicat Dionysius Carthusianus, lib. de quatuor nouissimis.

4 ¶Annumerant † inter iudicia diuina leges quarundam nationum, *§. si miles rusticum, de pace tenen. in auth.* purgationem vulgarem, quæ fiebat per aquam bullientem, & frigidam, per ferrum candens, per duellum, & similia, quę improbata nunc sunt, *c. 1. 2. 3. 4. purgat. vul. lib. 5. Decr. t. 35. c. sicut nostram, ne cler. vel mona. &c. c. ex tuarum, de purg. can.* De quibus in ordine iudiciorum, Deo fauente, in probationibus dicemus. Optime enim perpensis purgationis huius periculosis, vita est ex dæmonis suggestione potius, quam ex Dei voluntate vsurpata, *c. Mannam, c. consuluisti, 2. q. 5.*

5 ¶Referunt † & sortium iudicium aliqui ad iudicia diuina, sed fortunę apud Christianos nomen Dei impie adscribitur. Neque sacræ paginę loci qui de sortium iudicio meminerunt, *Hester. 3. nu. 33 Iunę, 13. & 7. Num. 4. 2. Reg. 14. Act. 1.* in exemplum trahenda, aduenientę perfectione Legis Euangelicę, *c. non exemplo, c. sors. c. 33 qui de paganis, 26. q. 2. c. 1. 26. q. 1. c. fin. & tot. tit. de sortileg.* Quomodo autem sortium iudicia in iure ciuili permittantur in concursu repugnantium & habentium certum factum & parius, quisve in eo prior erit ne se concursu impediant, *vt in l. si duobus, com. de lega. C. §. optionis, de legat. l. sed si amb., de iudic. P. l. si quæ sint cautiones famil. ercisc. P.* diximus in criminibus, quando de magis & magicis egimus, lib. 34. c. 5.

6 ¶Iudicium † quoque humanum ratione potestatis diuinum dici potest, cum quod non sit potestas nisi à Deo, *ad Rom. c. 13.* tum etiam quod reges & magistratus ministri sint regni Dei, *Sapien. 6.* & iudicium, hoc est, auctoritatem Dei non hominum exercent, *2. Paral. c. 19.* Ceteru ratione ministerij concessi hominibus, *Proverb. 8 ibi. Per me reges regnant, & principes iusta decernunt,* dicimus iudicium quod per homines exercetur, esse humanum. Hoc rursum dicitur publicum & priuatum. Publicum porro & priuatum bifariam accipitur.

7 ¶Primo † publicũ dicitur, quod proficiscitur ab eo qui cum iurisdictione seu potestate publica ius dicit: munus quippe iudicandi, publicum est, *l. quippe, ae ius. P.* & omnibus qui iurisdictioni subiiciuntur sua natura cõmune, & alius quam suæ iurisdictionis per extensionem seu prorogationem ex cõsensu litigantium, dum consentiunt in non suum iudicem, qui tamen iudicandi habet potestatẽ, *l. 1. C. ae iurisd. om. iud. l. 1. & 2. ae iudic. in P.* Alioquin enim, priuatorũ consensus eum, qui nullam habet iurisdictionem seu potestatem publicam, iudicem non facit, *l. priuatorum, de iurisd. omn. iud. l. quo neque, de iudi. in P.* nisi delectus ab vniuersitate vel collegio iudex, confirmetur à principe, *§. 1. de defensor. ciui. in auth.* penes quem magistratus creandi potestas translata est, *l. 1. ad l. Iul. de ambi. in P.* Quo casu & tenentur eius collegii, vel artificii, vel vniuersitatis diligentis homines, iudicium delecti iudicis subire: sine præiudicio tamen maioris magistratus, *l. fi. C. de iurisd. om. iud.*

8 ¶Priuatum † contra dicetur iudicium, quod ab eo qui nullam habet iurisdictionem fertur, cuius generis est arbitrium: quod compromissa non dicantur iudicia, sed ad exemplum iudiciorũ introducta, *l. 1. de rece. arb. P.* Estque arbitrium, res libera extra necessitatem iurisdictionis posita, vt nec iure ciuili quispiam cogatur compromittere, *l. 3. §. 1. eod.*

9 ¶Quanquam † in Gallia, in controuersiis proximorum, ad sopiendas ab ipso limine lites, & ad necessitudines fouendas, edicto regio placuerit, proximos conuenire debere de arbitris, altero contendentium petente: & nolentes, posse iudicis officio adigi, vel dari, si eligere eos noluerint, infra electioni faciendæ per iudicem constitutum tempus.

10 ¶Secundo, † publicum iudicium dicetur ratione actionis popularis, quæ cuilibet ex populo interdum datur, *l. 1. §. consequens, de susp. tut. P. l. 1. de popul. act.* inde iudicia publica criminũ, quorum accusatio cuique permissa est, *§. de pub. iudi. tit. ae publi. iudic. in P.* Contra, priuatum iudicium dicetur, quando delictum priuatum est, id est, cuius accusatio non cuilibet, sed tantum damnum passo, permittitur, *tota tit. de priua. del. potiss. l. fin. de furti. P.* Publicum est aliquando iudicium dictum, quod fiebat à populo de quæstione ad illum delata, aut de facinore aliquo certo commisso: vt si ageretur de lege Cornelia testamentaria, de numaria, & de similibus, vt scribit Cicero in prætura vrbana. Quę iudicia, potestate populi, ad senatum primum delata, *l. 2. §. deinde. cum difficile, de orig. iur. in P.* subinde in principem translata, *l. 1. ad l. Iul. de ambitu, §. sed quod principi, de iur. natur. apud Iustinia. l. 1. de const. princ. P. l. 1. de offic. præfect. prato. P.* desierunt esse in vsu. In summa igitur colligo ex superioribus duas diuisiones iudiciorum, priorem in diuina & humana: secunda, in publica & priuata.

¶Tertia † autem sit in ecclesiastica, & secularia. Ecclesiastica 11
dico, quæ à personis ecclesiasticis, de rebus & personis suæ iurisdictionis feruntur. Secularia, quæ à iudicibus laicis, de rebus quoque & personis sibi subditis feruntur, *de vtriusque in ca. non ab homine, can. at si clerici, de iud.* Duo sunt genera Christianorum, clericorum videlicet & laicorum, *c. duo sunt, 11. quæst. 1. qui discernitur clerici in c. clericos, 21. distinct.* Duo gladij, duæ potestates, *Luce. cap. 22.* Duo quibus regitur mundus, auctoritas sacra pontificũ, & potestas regum, *sanct. duo sunt, 96. distinct.* hæc duo in vna & eadem ecclesia, sub vnius Dei imperio exercentur, *c. vnam sanctã, de ma. o. & obed. in extrauag. comm.* Et proinde se mutuo iuuant & fouent, inconfuse tamen, nec Imperator iura pontificatus arripere debet: nec pontifex iura Imperatoris vsurpare. Cum idem mediator Dei & hominum, homo Dominus noster Iesus Christus, actibus propriis & dignitatibus distinctis, officia potestatis vtriusque decreuit: vt Christiani Imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent: pontifices pro cursu temporalium tãtummodo, legibus imperialibus vterentur, *c. cum ad verum, 96. distinct. ca. quoniam idem mediator, & c. imperium vestrum, 10. distinct. c. per venerabilem, qui fil. sint legiti.* Sic quando incorrigibilem suæ iurisdictionis hominem ecclesia emendare suo iudicio non potest, brachio & gladio temporali committit, vel relinquit castigandum, vel tollendum, *c. at si clerici, & c. cum non ab homine, de iudi.* exauctoratione, seu degradatione facta, *ca. nouimus, de verbor. signif. apud Gregor. c. 2. de penu. in 6.* Et canones non erubescũt in temporalibus leges ciuiles sequi, *c. 1. de quæ. me. muni. c. si in adiutorium. 10. distinct.* nec contra, leges ciuiles canones in spiritualibus, *c. si vero. vt cleri. apud prop. epis. in auth. c. si clerici, de iudic.* Imo ciuiles cedunt canonibus & iudiciis ecclesiasticis, quando illæ aduersantur iuri diuino, quod tuentur iura pontificia, *c. Euphemium, 2. quæst. 3. tota 10. dist.* Quæ diuina sunt, imperatoriæ potestati subiecta non sunt, *c. conuenior, 23. q. 8.* Sed contra, in his quæ ad animorum salutem pertinent, ipsi Imperatores & principes pontificibus subiiciuntur, & iudicari debent ab illis, non autem illos iudicare possunt: vt ingenue fassus est Constantinus Magnus, in Synodo Nicæna, *Rufinus li. 10. hist. Eccles. c. 1.* & Valentinianus, *c. Valentinianus, 63. dist. Theodore. li. 4. histor. c. 7.* CC. Et maior pontificalis imperiali potestate, quanto maioris est dignitatis anima, cui illa præest: corpore, cui princeps imperat, *c. soliti, de maio. & obed. c. suscipitis, 10. quæst. c. præcipimus, 12. q. 1. l. sanximus, de sacros. eccl. C.*

¶Hinc † sequitur, quia forum habent prælati ecclesiastici & 12
iurisdictionem, esse eos quoque iudices ordinarios rerum & personarum suæ iurisdictionis, *l. 1. de iudic. C.* vel aliorum ex gratia pontificali, *c. cum ab ecclesiarum, de offic. & pot. iud. ord.* neque iudicem laicum de his posse cognoscere, *c. 1. § 2. l. si clericus laicum, de for. compe. c. quanto, ca. at si clerici, c. cum non ab homine, de iud. cum similib.* etiam consentiente clerico, qui secus quam iure Codicis Iustinianei statutum est, *l. si quis in conscribendo, C. de epis. & cler. & C. de pact.* non potest iure pontificio huic foro renunciare, *c. si diligenti, de foro comp.* Et si iudex laicus velit impedire iudicia ecclesiastica, excommunicari poterit. *c. 2. de iud. & c. 2. de foro comp.*

¶Docuimus † alibi, *lib. de Arte iurũ, c. 8. nu. 4. & 5.* iudicandi po- 13
testatem ab omni tempore & apud omnes gentes fuisse quoque apud sacerdotes, & eos qui curam sacrorum gerebant. Sic iudicasse Ægyptiorum sacerdotes constat, *Ælian. li. 14. c. 34.* Druidas apud Gallos, *Iul. Cæs. li. 6. commentar. belli Galli.* apud Romanos pontifices, non solum de rebus sacris, sed etiam & de rebus ad rempub. pertinentibus, *Halic. li. 2. Cic. pro domo sua, & de Haruspi. resp. l. 2. §. deinde ex his legib. de origi. iur.* Iudicarunt & apud Hebræos in populo Dei sacerdotes, *cap. vt Heli, 1. Reg. 2. Samue. 1. Reg. 7. & alij. 2. Paralipo. 19. Ezech. 44. cum simil.* Et in nouo Testamento haberi dignos qui iudicent de secularibus cum de Angelis etiam & de mundo iudicaturi sint, ex D. Pauli Epistola priore ad Corinth. ca. 6. liquet. Nec repugnant Cæsares, qui sacerdotale iudicium tuentur & defendunt, & priuilegia eius legibus stabiliunt, *l. omni innouatione, l. omnes, l. priuilegia, de sacros. eccles. C. §. de eccles. tit. in auth.* neque vsurpari à iudicibus seu magistratibus, qui loco eorum præsunt, potestatem ecclesiasticam sinunt.

¶Sunt † tamen negotia & caussæ, quæ in vtroque foro agitari 14
& iudicari possunt: vt si de vsuris agatur, *c. cum tu, de vsur.* de raptoribus, seu spoliatoribus ecclesiarum, *c. cum sit generale, de foro compe.* & de similibus. In his dubitatum scio, num qui in vtroque foro possint diiudicari, si in vtroque pœna diuersa damnentur, vtraque pœna plecti possint: an per concursum se impediant, & altera præiudicium faciat alteri. Et certe non se mutuo impedire in aliquibus delictis, sed vtramque pœnam exsequendam

Digitized by Google

Iaculit: vt in hypothesi ca. Statimus, de maledi. apud Gregoriũ. Quod & in aliis locum habere dixerunt plerique. Sed Panormitanus tutius, *in ca. statuimus, de maledic.* distinguendum suadet, cum notatis ad cap. felicis, de pœn. in 6.

De Diuisione iudiciorum, ratione Causſarum, quæ deducuntur in iudicium.

Cap. 5.

1 *Iudiciorum quarta diuisio ex causſis, quæ in iudicium deducuntur.*
2 *Iudicia distincta per tribunalia apud Athenienſes.*
3 *Iudicij 4. diuisio, in Ciuile & Crimina. Et quid vtrumque.*
4 *Accuſatio ciuiliter criminis fieri poteſt.*
5 *Iudiciorum 5. diuisio, in iudicia Vniuerſalia, Generalia, & Singularia: & quæ ſint illa, & ſeq. nu. 6. & 7.*

1 QVarta † iudiciorum diuiſio, ex natura generali negotiorũ, quæ in iudicium deferuntur, colligitur. Qua ratione 2. ſpecies iudiciorum facit Ariſtot. 4. *Politic.* Vnam, quæ rationem repoſcit: alteram, de iniuriis. 3. politiæ; quæ ad ſtatum ciuitatis pertineat. 4. eſt quæ magiſtratibus & priuatis hominibus conſtituebatur, quæ verſatur circa crimina & pœnas. 5. de priuatis contractib. habentibus magnitudinem. 6. & 7. de homicidiis ſponte & fortuito factis. 8. de iudicijs peregrinorum.

2 ¶ Demoſthenes † autem, iudicia & cauſſas per tribunalia nõmina certis negotijs deſignata, diſtribuit, *Demoſth. ora. con. Ariſtocratem.* Itaque iudicium Areopagiticum, Areopagi videlicet, vbi de capitalib. ageretur. 2. Iudicium ad Palladium, vbi de cædibus fortuitis. 3. Iudicium ad Delphicum, vbi ageretur de nece, quam quis dicebat ſe lege permittente perpetraſſe. 4. ad Prytaneum, quo ſi lapis, vel lignum, vel ferrum, vel quippiam lapium damnum dediſſet, de eo iudicium fiebat. 5. Ad Phræatteum, vbi iudicabatur qui ad necem fortuitam ab exſilio rediens, nondum compoſito negotio cum cognatis cæſi, accuſabatur de cæde.

3 ¶ Omitto † propemodum infinitas ſimiles, quæ à negotiis & cauſſis, & locis iudiciorum traduntur, & confingi poſſunt diuiſiones, vna tantum generali, quæ hæc omnia complectatur, conuentus ero: vt dicam horum ratione, iudicia vel ciuilia, vel criminalia dici. Ciuile iudicium dicitur, vbi non agitur de criminibus, ſed de negotijs pecuniarijs, & de controuerſijs quæ de rebus ſunt. Sic in rubr. *Quando ciuil. actio. crimen. præiudi.* C. opponitur criminalis ciuili. Item ciuile iudicium in criminibus priuatis dicitur, ſi de illis quis experiatur ciuiliter, id eſt, ſi pro illis æſtimationem tantum damni dati reddi petat, neque ad vindictam reum depoſcat publicam. Vt contra criminale dicitur, ſi pro vindicta publica criminis publici vel priuati, inſtituatur accuſatio, *l. ſi. de priua. del. P. l. ſi. de furt.* P. *l. ſi.* C. *de iniur. c. fin.* & *ibi gl. de procura.* Proinde, ſi pro crimine priuato vel alio agatur: vt pœna, ſeu mulcta adiudicetur alicui ex litigantibus, erit iudicium ciuile: ſi autem vt adiudicetur fiſco, criminale, *g. o. in l. 3. ad ver. centum aureorum, de ſepul. violat.* P. & *ibi Bar. Io. de Plat. in l. 2. in vlt. verb. de ijs qui ex publ. ratio. ciuil. li.* 10. C. ſiue agatur ciuiliter de crimine, ſiue criminaliter. In quo reprehendunt interpretes gloſſarium l. ſi qua per calumniam, in verbo, *auri*, de epiſc. & oler. quod ſentit pœnam fiſco applicatam ita demum criminalem eſſe, ſi actum ſit criminaliter, non ſi actum ciuiliter: quod tamen aliter ſe habet, *Bala. & Iaſ. in rubr. de iudi.* C. *vide Iulium Cla. li. 5. ſent. in. q. 1.*

4 ¶ Cæterum, † qui petit reiici teſtem vel accuſatorem per exceptionem criminis oppoſiti, ciuiliter & non criminaliter videtur iudicium exſequi: quia ideo teſtes non puniuntur, ſed reiiciuntur, *c. 2. § ſi. de ord. ap. Greg. c. ſuper hu. & c. qualiter & quando, de accuſ. c. licet Heli, de ſimon.* Quod & in accuſatoribus recipiendum, *proxim. cita. iurib.* Inter criminalia iudicia & ciuilia differentiæ plures conſtituuntur, de quibus nos alibi tractauimus, *ſup. lib. 32. c. 24. 25. 26.* Et ideo eas conſulto prætermittimus, ne repetitione membranas occupemus.

5 ¶ Quinta † iudiciorum diuiſio quoque à natura petitionis inſtitutæ ſit, in iudicia vniuerſalia, generalia, & ſingularia. Ad petitiones namque iudiciorum ſubſtantia, & eorum ſententia referri debet, vt iudicium ſit conforme libello, *l. vt fundus, com. diui.* P. Vniuerſale itaque iudicium erit, quando vnius iuris petitione plures res petí cenſentur ſimul, etſi nominatim ſingulæ non exprimantur. Vocat Vlpianus actiones de vniuerſitate, *Vlp. in l. 1. de rei vind.* P. huiuſmodi eſt petitio hereditatis, *l. item videndum, § ſi. & l. ſeq. de petitio. hered.* P. quæ in iure conſiſtit, *l. 1. § incorporales, de ver. diuiſ. in* P. *§ incorporales, de reb. corp. & incorp.* & proinde plures res vnica petitione, quæ hereditatis ſunt, vel ad hereditatem ſeu heredem pertinent, veniunt, *l. ſi hereditatem petam, 4. & l. ſi quo tempore, 44. de petit. hered.* P. Eius quoque generis poſſeſſoria hereditatis petitio, qua per eam tantum bonorum poſſeſſor conſequitur, quantum ſuperiori actione heres conſequi poteſt, *Cal. l. 2. de poſſ. here. petit.* P. Idipſum obtinet in fideicommiſſaria hereditatis petitione, quæ ei competit, qui ſuſcipit ex Senatuſconſ. Trebell. reſtituendam hereditatem, *l. 2. de fideicom. here. petit.*

6 ¶ Generale † iudicium eſt, de petitione generis, quod eſt aliquorum quodammodo ſe habentium ad vnum aliquid, & ad ſe inuicem, collectio, *Porph. lib. de quinque voci.* Huiuſmodi eſt iudicium, negotiorum geſtorum, tutelæ, pro ſocio, *l. pro ſocio, pro ſoc. in* P. *cum ſimil.* & ſimilia. Sententia tamen lata ſuper petitione generali, reſtringitur ope replicationis ad proſecuta, tantũ, vt non obſit ei, qui ex ea tantum petiit ſingulare, quominus quod non petiit, quodve ea continetur actione, petere poſſit: vt recte explicant in iudicio tutelæ Seuerus & Antoni. CC. *l. licet, 2. de iudi.*

7 ¶ Singulare † iudicium, de re ſingulari vel ex ſingulari contractu petita, ſit: veluti in exemplo mandati, commodati, depoſiti apparet, *d. l. pro ſocio.* & in actione in rem, *l. 1. de rei vind.* P.

De Diſtinctione alia iudicij Ordinarij, & Extraordinarij.

Cap. 6.

1 *Iudiciorum 6. diuiſio, in ordinarium & extraordinarium.*
2 *Iuriſdictio ordinaria, & delegata quæ.*
3 *Extraordinarij & ordinarij Romæ magiſtratus, & qui nulli. nu. 4.*
5 *Iudicia ordinaria & extraordinaria alio modo ſecundum rationem agendi nominata, quæ, & qualia.*
6 *Ciuilia iudicia, & ordinaria & extraordinaria cur dici poſſint.*
7 *Ordo iudiciorum in ſumma, quomodo conſiderandus.*
8 *Ordo in quibus accurate non ſeruetur.*
9 *Criminalia iudicia, quæ ordinaria, quæue extraordinaria dicantur: & quare.*

SExta diuiſio iudiciorum, † in ordinaria & extraordinaria eſt. 1 Verumtamen hic obſeruandum, varie ordinaria vel extraordinaria dici. Nam ſi habeamus rationem poteſtatis iudicantis, ordinarium iudicium eſt, quod à iudice ordinario fit. Extraordinarium, quod à delegato, *c. quoniam contra, & ibi gloſſ. proba.* Ordinarius iudex dicitur, vel eccleſiaſticus, qui à ſummo pontifice, vel à principe ſi ſit ſecularis, legitimam poteſtatem accipit, vt traditur in concilio Mileuitano, *ca. à nullis, 2. qu. 6. facium, tit. de offi. iudic. ordina. & de offic. & pot. iud. delegat.* Vlpianus, *in l. more maiorum, de iuriſd. om. iud.* P. ordinarium iudicem ait eſſe, qui ſuo iure, non alieno beneficio habet iuriſdictionem. Et Paulus, *l. Pomponius, l. quia, eod.* qui principaliter, id eſt, non ratione alterius, a lege vel principe habet.

2 ¶ Iuriſdictio † ita ordinaria & iudicia, quæ ſiunt à iudice ordinato per principem, vt in ſuo territorio ſubditis ſibi commiſſis ius dicat. Delegata contra, quæ & mandata iuriſdictio, quãdo non à principaliter iuriſdictioni commiſſo, ſed ex eius mandato ab alio, non proprio nomine, ſed mandatus exercetur, & in certa parte negotii, vel negotiorum totius iuriſdictionis. Quia ſi in locum iudicis aliquis ſubrogetur, qui vices iudicandi habeat abſolute, & ſine mandato iudicis ſpecialis, certe hic vicarius, & ordinarius dici meretur iudex, & non delegatus, *l. 2. de eo qui vic. alterius gerit, C.* ſi concedatur à lege vel à principe huiuſmodi vicarios habere. Nam paſſim iudicibus inire ciuili non eſt conceſſum, imo prohibitum, niſi principi videatur adiutorio officium egere, *toto titu. vt nulli iudi. liceat hab. loci ſenat. niſi certis ex cau. diuina conceſſe. iuſſio, auth. quæ eſt conſtit. nouel. 134.* Quo caſu & princeps conſulendus. Vt quando in Gallia Senarchus videmus locum tenentes iudicum, particularium cauſſarum, & generaliter ad cauſſas à principe ſuffici. Alioquin certe æquum non eſt, vbi ordinatæ ſunt iuriſdictiones, & in quibus iudicum perſona & induſtria electa eſt, quemque ex arbitrio ſibi vicarium eligere. Quia inter artifices longa eſt differentia ingenii & eruditionis, *l. inter artifices, de ſolutio.* Delegatio tamen certarum cauſſarum, non ideo improbatur: ſi modo eius generis iudex ſit, qui poſſit delegare, & res quoque ex illis, quæ delegari non prohibentur, non aliter, *l. 1. & l. placet, de pœna. iudi.* C. *l. 2. ſi à non comp. ind.* C. *l. 1. qui pro iuriſd. iudi. da. derive poſſint, C.* Sed aliud eſt delegare, aliud vicarium ſeu locum tenentem conſtituere.

3 ¶ Poſſent † quoque dici iudicia ordinaria, quæ à magiſtratib. ordinariis, id eſt, conſuetis: & extraordinaria, quæ ab extraordinariis, id eſt, præter conſuetum ordinem conſtitutis, ſiebant. Nam & extraordinarios magiſtratus vrbanos, & prouinciales:

vrba-

Digitized by Google

vrbanos, quibus etiam in vrbe imperium esset, multos ac diuersi generis fuisse inuenimus, prout negotia occurrebãt: quę extraordinariam curationem exigerent, *mandat ab vtrisque, l. si in aliquam, 7. §. fin. de off. proconſ. P.* In hoc genere erant Præfecti annonæ, Tribunis præter ordinem à plebe, non centuriatis aliquando creati comitiis; qualem legimus L. Minutium, apud Liuium *lib. 4. dec. 1.* & Pompeium, quo anno Cicero ab exsilio reuocatus est, *Cic. pro dom. ſua.* Erant & extraordinarij magistratus, designati ad ædes sacras dedicandas, *idem eod. Liu. lib. 5. dec. 3.* locandas, *lib. 2. dec. 3.* triumuiri ad reficiendas, quinqueuiri ad muros reficiendos, pro sacris conquirendis, *idem lib. 5. dec. 3.* Duumuiri classis ornandæ reficiendæve causſa nauales dicti, *idem lib. 10. dec. 1.* Prouinciales extraordinarij plures fuere magistratus, in prouincias necessitate vrgente missi, vel occupatis bellis, vel aliis reipub. negotiis ordinariis prouincialibus vel non creatis, vt cõtinuari oporteret ex necessitate finita imperia, tempore administrationis elapso. Hinc fuerunt proconsules, proprætores, & deducendarum coloniarum causſa creati triumuiri, quinqueuiri, decemuiri, vigintiuiri aut plures, aliique plures id genus magistratus, qui & creari poterant à Consulibus, Prætoribus, & Tribunis plebis tantum habitis comitiis: sine comitiis autem, à solis interregibus & Dictatoribus.

4 ¶ Quibus † cognitis apparet reliquos ordinarios magistratus dici, qui singulis annis ad suum munus obeundum in vrbe eligebantur: inter quos ædiles curules, Tribuni pleb. ædiles plebis, Triumuiri capitales, Triumuiri nocturni, Triumuiri auro ære, argento flando, ferundo, Præfecti: Quæstores, Tribuni militum. Videtur antiquus quoque interpres Nouellæ Iustiniani 69. voluisse in epigraphe ordinarias præfecturas esse, quæ administrationem cum dignitate habent, non eas quæ honoris causſa codicillis principis sine administratione conceduntur. Sic enim concipit rubric. illius constitutionis, *Vt ordinariæ præfecturæ vrbanæ & prætorianæ duæ. & præfecturæ, quæ in cingulo & in actu sunt solæ, non etiam honorariæ, liberent à curiali fortuna.* De quo tamen nec verbum quidem ordinarij in Græca epigraphe eius Nouellæ, quæ sic se habet: *περὶ βουλευτῶν, ὅτε δεῖ τότε τιμὴν προσφέρειν τοῖς ἐπιλαβομένοις, ἐλευθεροῦσθαι βουλῆς, ὅτε ἐμπράκτων τυγχάνει λάβῃ*, id est, *De Decurionibus, vt accepta dignitate præfectoria, tum demum curia liberentur, cum in actu positam acceperint.*

5 ¶ Alio † modo & ratione diuersa, dicuntur ex formula agendi vel iudicandi, iudicia ordinaria & extraordinaria. In quo capite distinctio ex relatione fit vel ciuilium ad criminalia, vel ciuilium inter se, inter causſas diuersæ speciei constituta diuersa temporum variorum separatione, & distincta natura negotiorum. Quod & in criminalibus obseruabimus. Primum itaque, quia ciuilium negotiorum longior est discutio, plures dilationes, & formula quædam certa, & alia plura in illis sunt præscripta, quam in criminalibus. ideo dicimus iudicia, ciuilia, ordinaria: criminalia autem extraordinaria: & si de crimine agatur, extra ordinem procedi, *l. locatio. §. quod illicite, de public. & vectig. P. l. ſi de furt. in P.* Sic ad ordinarium ius remitti quæstionem, dixit Vlpianus, pro iudicio ciuilium causſarum, *l. fina. de prima. del. P. vbi gl. ad ver. ordinarium tanquam à vero aberrans est repudianda.* in quo auctor non teneatur se subscribere: quemadmodum si extra ordinem agatur. Et hoc modo ordo exercendorum iudiciorum, qui antiquitus seruabatur, in vsu esse hodie desiit, *l. ordo, 8. de pub. iud. P.*

6 ¶ In † ciuilibus rursum negotiis, quædam ordinaria & extraordinaria simul dici possunt, sed habita ratione diuersorũ temporum. Olim quippe erant formulæ agendi præscriptæ & ordinatæ, à quibus discedi non licebat, *l. 2. §. deinde ex hu legibus, de orig. iur.* & qui à syllaba conceptionis aberrabat, cadebat à causſa, *Quinti. 3. & 7. li. inſti. orat. & Cic. de Orato. & orat. pro Murena.* At iure alio quo vtimur, sublatæ sunt omnes illæ verborum aucupationes & agẽdi priscæ formulæ, *l. 1. & 2. de formu. & impet. ſubl. C. ca. dilecti, de iudic. apud Greg.* Et proinde sic omnia nunc iudicia extraordinaria, id est, præter illum antiquum ordinem, *§. fi. de interd. §. 1. de ſucce. ſublat. quæ ſieb. per bono. vind. apud Iuſtin.* non autem extraordinaria habita ratione alterius præstituti ordinis circa alia, quam præter modum agendi veterem: nam huius ratione, ciuilia iudicia ordinaria sunt quædam, quæ exigunt aliquem consuetum & præscriptum ordinem, vel à lege, vel à cõsuetudine cuiusque curiæ, quem vocant stylum: vt sententia prolata contra solitum iuris ordinem, nullam auctoritatem rei iudicatę habeat, *l. prolatam, de ſenten. & interloc. om. iud. C, c. cum dilecta, de reſcript.* Ordo iure prescriptus quis sit, suo loco docebimus, Deo fauente.

7 ¶ Sed † illum interim considera, vel ratione qua procedendum sit: veluti offeratur libellus, lis contestetur, iuretur de calumnia, &c. *anth. offeratur, de lit. conteſt. C.* vel ratione distinctionis concurrentium causſarum, vt prius de vna, posterius de alia cognoscatur vel agatur. Quo pertinet titul. de ordine iudicior. C. *lib. 3. tit. 8.* & titu. de ordin. cognitio. *li. 7. C. tit. 19. & li. 2. Decret. tit. 10.* dum prius de possessione, quam de proprietate agi iubetur, *l. ordinarij, 13. de rei vindicat. C. l. ſi quis. final. regund. C. c. cum dilectus, de cau. poſſeſſ. l. exitus, de acq. poſſe. P.* prius de vi, quã de possessione, *l. ſi de vi, de inq. P.* &c.

7 ¶ Contra, † extraordinaria iudicia erunt, quando hic ordo seu modus agendi non considerabatur, propter negotiorum, de quibus tractatur, facilem vel exiguam cognitionem, *authen. miſi breuiores, de ſent. ex breu. recit. C.* Quemadmodum proditum est in postulationibus, electionibus, prouisionibus beneficiorum, & decimarum petitionibus, & aliis quibusdam iudiciarium ordinẽ non exigi, sed summarie & de plano sine strepitu iudicii de illis cognoscendum, *clem. diſpenſioſam, de iu. in C. item. l. nec quicquã, §. de plano, de offic. proconſ.* Videlicet vt non exigatur litis cõtestatio, feriarum introductarum ob necessitatem hominum, obseruatio, dilationum termini, aduocatorum iurgia, exceptionũ admissio: hoc enim est de plano cognoscere, *clem. ſæpe, de verb. ſig. apud Clem. glo. Bartol. in §. 1. ad ver. ſummarie & de plano, ff. quom. in crim. leſ. maieſt. proceda. ſit, in authenticorum, extraueg. ſa. it. l. miles, 10. l. ſexagima, ad l. Iul. de adult. P.* Sunt & negotia sua natura, si nemo contradicat, quæ expediri possunt summarie & de plano: & tamen si quis obsistat, exigunt ordinarium iudicium: veluti si de missione in possessionem agatur, *Bal. in l. fi. de edic. D. Adrian. tol. 6. q.* Manifesta quoque, iudiciaria subtili inquisitione nõ indigent, & ordine indagandæ veritatis causſa instituto, *ca. ad noſtram, in 3. de iureiur. apud Gregor.* Et hæc eadem, quæ diximus in ciuilibus negotiis, de iudicijs criminalibus dicta censebuntur: vt relatione inter se facta quædam ordinaria sint, videlicet quæ exigunt ordinem, l. libellorum, de accuſation. in P. Quæ vero habent pœnam certam à iure impositam. Quædam extraordinaria, quæ citra solemnitatem l. libellorum, expediuntur summarie & de plano: vt si agatur de crimine læsæ maiestatis, in quo seruato tamen ordine qui ad veritatis criminis cognitionem pertinet, de reliquo summarie & de plano & celeri calculo tractatur, ne pœna eludatur, *§. 1. quomodo in crimi. deſ. maie. proced. ſit, in extraua. authen.* Vt docuit Agesilaus insigni exemplo, in deprehensis in coniuratione Lacedæmoniorum. *Val. Max. lib. 7. cap. 2.* Omittitur in plerisque inscriptio, *l. 1. C. de abigen.* accusatoris necessitas, si per viam inquisitionis vel denuntiationis iudex cognoscat, *c. inquiſitionis, c. ſuper iis, c. qualiter & quando, c. olim de accuſ.* Neque manifesta egent tanto iudiciorum ambitu, *c. manifeſta, & c. de manifeſta, 2. q. 1. ca. ſi omnia, 6. q. 1. §. fi. de act. eme. in P.* Crimina quoque, quæ definitam in iure non habent naturã, aut quæ ex locorum vel temporum peristasibus recipiunt pœnam grauiorem vel leuiorem, extraordinarium iudicium recipere dicuntur, *l. 1. & tot. tit. de extraord. crim. in P. l. aut facta, §. pen. & fi. de pœn. in P. l. 1. de abige. in P. l. 1. de cui. expil. hered. in P. l. 2. de crim. ſtellio. P. cum ſimilib.* Item leuia crimina & domestica, summarie & de plano deciduntur, *l. leuia, de accuſ. P. l. nec quicquam, §. de plano, de offic. proconſ. P.*

De Rebus quæ deducuntur in iudicium, & de Præcautione circa consultationem.

Cap. 7.

1 *Iudiciorum materia, causſæ seu negotia.*
2 *Lis à causſa quomodo differat.*
3 *Causidici quare dicti aduocati.*
4 *Causſarum iudicialium species.*
5 *Litigatori quomodo sibi prospicere debeant.*
6 *Consultatio bona in quibus consistit.*
7 *Litigio male cæpto plura damna imminent.*
8 *Consultor quando tenetur de consilio dato. Et vtr. 12.*
6 *Consultationes litigantium iudex non tenetur sequi iudicando.*
10 *Iurisprudentibus respondẽdi quando abrogata auctoritas.*
11 *Doctorum exsistente varia in lectura & consilijs sententia, quid potius sequendum.*
13 *Consultores qui consulendi.*
14 *Litis cessio in potentiorem prohibita.*
15 *Patrocinia & clientela magnatum prohibita.*
16 *Clientelæ antiquorum ius, & quale. Et 17.*
18 *Clientela & hominium in feudis quid.*
19 *Actor antequam litiget, debet conuenire & monere reum.*

IVdiciorum materia, † circa quam versantur, negotia & cõtrouersiæ sunt, dicimus causſas. Nomen porro causſæ hic nõ pertinet ad adiuuantem, efficientem, aut efficiendi sociam causſam, de quibus Cicero in partitionibus oratoriis: sed ad definitum genus quæstionis, quod vocant Græci *στάσιν*, differentem à genere infinito, quod illi vocant *θέσιν*. Dicunt & nostri casum, facti speciem. Et causſam à casu, quod ita de ea contingat tractari, *c. forus, de verb. ſig.* Acceditque propius diuisio causſarum Rhetorum in genus demõstratiuum, deliberatiuum, & iudiciale. Quorum postremũ ad nostram tractationem pertinet: quod habet in se petitionem & defensionem. *Cic. 1. de inuent. & in Rhetor. Ariſtot. in Rheto. ad Alexan.* Quare omnis res posita in disceptatione & controuersia, causſa est, *Cic. de Orato.* rei genetali ſi-

Digitized by Google

uerra appellatione, *iuxta l. res appellatio, de verb. sig.* P. Nomen ita causſæ in iure ſæpius vſurpamus, *ea. quia in causſa, de procurat.* vt planum faciunt tituli, *Si in comman. ea. causſa in integ. reſtit. fuer. postul. C. lib. 2. C. tit. 26. In quib. caus. minor. non restit. vel non poſſ. C. lib. 9. Cod. tit. 25. Vbi causſ. fiscal. vel diuti. domus, homi. eius agatur, et od. lib. 3. tit. 26. Vbi causſa. agi debeat. Cod. &c. eod. lib. titul. 22.*

2 ¶Sunt † quidam, qui ſubtili indagatione putant, litem à cauſſa abire, quod exiſtiment litem de ciuilibus negotiis ſeu iudicijs dici, cauſſa in vero tantum de criminalibus: quod aliquando Iuriſconſulti his adiectionibus, vt ſint, *vt in l. 1. §. adhibere, de teſtibus, P. l. causſa vel lites, de transact. C.* Vt & cauſſam dicere in criminum reis tradunt, *in l. 1. C. de calumnia. l. 2. de custo. reo.* Alij putant litis nomen pro genere eſſe, cauſſam vero ſpeciem litis, *gloſſ. & Alberic. in d. l. causſas vel lites de transact. C.* Ego tamen, ſi diſtinctione opus eſſet, arbitrarer potius genus eſſe cauſſam, & litem cauſſæ ſpeciem: quia cauſſa omnis, quæ in iudicium deducitur, litem non habet, quæ conſiſtit in petitione & conteſtatione, *titu. de lit. conteſt. C.* Et ita recte criminalis quæſtio, cauſſa diceretur: conteſtatio ciuilium quæſtionum, cauſſa conteſtata & lis. Et litis nomen extenderetur ad actionem ſiue in rem ſiue in perſonam ſit, *l. litis nomen, de verborum ſignificat.* non autem ad accuſationem. Sed verius eſt confundi ſæpius hæc, & cauſſas dici quæſtiones ciuiles & criminales, *l. quoniam liberis, C. de teſti. c. una. de procurato. cum ſim. lib. paulo ante citato.*

¶Inde † & cauſſidici, à cauſſis, quia in foro lites agitant, aduocati, *l. quiſquis, C. de poſtulan.* Et Martial. ſic vocat, *lib. 5. Epig. 34.*

Carpere cauſſidicus ſert ut mea carmina, quis ſit
Neſcio: ſi ſciero, ne tibi cauſſidico.

Et rurſum, *idem li. 14. Epig. 219.*

Pauper cauſſidicus nullos referentia nummos
Carmina cum ſcribat, accipe cor quod habes.

4 ¶Ex †, quibus efficitur tot cauſſarum ſpecies eſſe, quot ſunt rerum in iudicium deductarum: vt publicæ, fiſcales, priuatæ, *et. vbi cauſſæ fiſcales, C.* bonæ, malæ, *l. petitor, de liber. legat. lo. 34. P. lit. 3.* criminales, ciuiles, meri, mixti imperij, iuriſdictionis, &c. *Bart. in l. 1. de off. cui mand. eſt iuriſd. in P. & in l. imperium, de iur. omn. iudic. in P.*

5 ¶In † omnibus autem, partes ſunt litigantium, proſpicere num recte proponantur, agantur, vel defendantur. *In omnibus quippe, vt ait Cicero, 1. officio, negotijs, priuſquam aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens: & ea eligenda ea quæ dubitationem adferunt, ſanè here homines docto debemus, vel etiam vſu peritos: & quid ijs de vnoquoque officij genere placeat, exquirere.* Et Ariſtoteles rerũ humanarum omnium auguſtiſſimum dicit, conſultatione vti, *Ariſtot. in princ. Rhetor. ad Alex.* Vt etiam Cæſares noluerint edictum à ſe editum promulgari, quin prius peritorum Senatorũ calculis probaretur, *l. humanum. C. de legib.* Proinde conſultanda erit cauſa, antequam deferatur in iudicium cum peritis in iure, num ius agendi vel defendendi ſit: tum maxime quo magis dubia erit reſolutio, & litigator imperitior, *l. ſi autem, Cod. ne ingen. manum. li. 7. C. tit. 14. l. Lucius, quib. ad lib. procla. non lic. P. c. ponderet. 50. diſtin.* Et plane, inquit Caius, qui agit certus eſſe debet, cum ſit in poteſtate eius quando velit experiri: & ante debet rẽ diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere. Neque ij iuſtam prætendere poſſunt ignorantiam, etiam ſi in alterius ſuccedant, *l. qui in alterius, 43. §. fi. de regu. iur.* Et Labeo, iuris ignorãtiam non prodeſſe ita intelligendum putat, ſi ignorans Iuriſcõſulti copiam haberet, vel ſua prudentia inſtructus ſit, *l. regula, §. ſed facti, de in. & fac. ignor. P. Vbi ex iniquitas ad nocendum occaſiones ſuggeſſerit: ſcientia autem virtus ante iudicat quam imperiat, quid honeſtum, quid decorum ſit. c. inter hæc horum, in 1. de pœni. diſt. 3.* Dantur & induciæ poſt vocationem in ius, vocato, vt conſulat peritos & amicos, num contendere debeat, & vt componat reſponſiones, *c. ex indic. 3. q. 3. l. 1. de cle.* P. Neque mora reprehenditur eius, qui diſtulit, vt adhiberet amicos negotio, *l. ſi cenam, 21. ad vr. Iur.* P.

Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt
Videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt,
Proſpicere, Terent. in Adelphi. act. 3. Sce. 3.

6 ¶*Euβυλία*, † id eſt, bona conſultatio, eſt in conſiliis prudentia. Conſilium quomodo in præſentibus rebus non recte habeamus, *Clem. Alex. li. 2. Stroma.* & de futuris quoque deliberatio, vt aiunt Demoſthenes, *22. exordio proœmio.* & Polybius, *li. 1.* nempe de his quæ in noſtra ſunt poteſtate ita, ne vel aliter faciamus. Nemo enim conſueuit deliberare de neceſſario vel fortuito, & aliunde contingentibus, *Ariſtot. 3. Ethico. c. 3. & 5. & Rheto. ad Alexand.*

Quæ res in ſe neque conſilium neque modum
Habet vllum, conſilio regere non potes, Terent. in Eunucho actu 1. Sce. 1.

7 ¶In † poteſtate litigantium eſt, litem quidem exordiri vel ſuſcipere, vel nolle litigare, *l. vni. vt nemo inuit. age. vel accu. cogna. lib. 3. C. tit. 7. l. fi. de vſur. pupil. C.* At inquit Iuſtinianus, *auth. qui ſemel, quo. & quan. ind. finem. proſe. deb. C. §. omnem, de lite. in authen. Qui ſemel actionem propoſuit, ſine conuentione iudiciaria, ſine precibus principi oblatis ſua. cuique inſinuatis, & per eum aduerſario cognitio, neceſſe habet vſque ad finem litem exercere:* vel ſi deſiſtat, non impune fert in ciuilibus. Et multo magis in criminalibus, in quibus qui deſitit, regulariter vel tanquam colludens aduerſario. *c. 1. & 2. de collu. actor.* vel vt præuaricator, *l. 1. & 3. de prauari. in P. Lathletas, §. prauaricator, de his qui not. infa. P. l. 1. ad Sen. Turpill. P. l. prauaricatores, de ver. ſig.* P. plectitur: aut ſi vſque ad finem litem iniquam foueat, vt temerarius litigator ſumptuum rationem aduerſario refarcit, & ſæpe tam mulcta victus, inconſultæ actionis & perperam initiatæ litis, & ſui facti pœnitet, *l. properandum, §. ſin autem, de iud. C. l. cum quem tenere, eod. P. l. vni. de petit. & aſſiſtent. li. 10. C. Theodoſ. 13.* Quibus obuiam itur à prudentibus, cõſiliũ tione mature habita. Satiusque eſt in tempore occurrere, quam peſt vulneratam cauſam remedium quærere, *l. ſi in quib. cau. pig. tac. reſtit. non eſt neceſſe.*

¶Ceterum † prouide deligendi ſunt conſultores, qui periti 8
ſint, in ea re de qua deliberatur, *Plato in Lache vel de fortitudine.* Quia conſilium in caput tãtum conſulentis, non eius qui conſilium dat, vertitur. Et conſilij non fraudulenti, nulla eſt obligatio, *l. conſilij, de regu. iur. c. nullus, ex conſilio, eod. in 6.* Quia conſilium non imponit neceſſitatem, *c. quod præcipitur, 24. q. 1. c. cum olim, de arbitr. vacat. in. l. 1. 2. 5. de ſer. corrup.* P. & quilibet explorare debet, an conſilium ſibi expediat, *l. 2. §. fi. mand.* P. Qui conſilium dat, quod melius ſibi videtur dicit, ſi mala fide conſulat: ideo non tenetur ad bonam fidem. Si autem ea abſit, tenetur: vtpote, ſi quid quod prauum ſit agere conſilio ſuo perſuadeat, vt furari, ſcortari, ludere, & alia id genus: ſolius enim tunc eſt criminis, vt opem conſilio dans, *l. in furti, §. recte, de furt. in P. l. 1. de ſer. corrup. P.* Quo fit etiam, vt quando neceſſarium eſt, aliquem ſequi conſilium alterius, conſilium obliget dantem, *l. 2. quod quiſq. iur. P. iuncta l. 1. & l. conſtitutus, §. non minus, de off. aſſeſſ.* C. vt cum aſſeſſor iudici conſilium dat, illud erit nocuum ipſi conſulenti: quia is tenetur ſequi conſilium aſſeſſoris, *§. 1. vt noll. lic. hab. loc. ſeruan. in auth.*

¶Cum † tamen iudex non teneatur hodie ſequi ſententiam 9
patronorum, qui conſultoribus reſpõdent: ſi iniqua ſibi videatur, *Ludo. Rom. conſ. 228.* Sunt enim ſententiæ & opiniones doctorum probabiles, non neceſſariæ, *gl. ad rub. C. de legib.* In qua re, longe diſſident noſtrorum doctorum, qui tamen ſe Iuriſconſultos profitentur, ſententiæ ab antiqua Iuriſconſultorum auctoritate, à quorum reſponſis non licebat iudicibus diſcedere, *§. fin. de iure natur. l. 2. §. poſt originem verſ. iuris ciuilis ſcientiam, de oreg. iur.* Quo tempore *Itabatur*, vt ait Cicero, *3. de orato. ad Iuriſconſultos, vt non ſolum de iure ciuili, verum etiam de omni officio & negotio referretur: & in conficiendis teſtamentis, & contractibus adhiberentur, & earum ſententias iudices ſequerentur.* Atque oratores, vt idem alibi tradit, ſenectute graues, depoſito cauſſarum forenſium onere, domi, quo ſuam dignitatem, etiam tuerentur tum, ius reſpondere ſolebant, *idem 1. de orato.* addit & in ſolio ſedentes eos reſpondiſſe, *idem 2. de legi. facit & Æmilius Lampridius, in Alex.* vnde & auditorium habere dicuntur, *l. lecta, ſi certum pet.* P.

¶Et † poſt mortem quoque illorum reſponſa vt iuris decreta 10
habita. Donec primi Theod. & Valentin. CC. ſancierunt, *in l. 1. de reſpon. prud. en. lib. 1. C. Theod. tit. 1.* Papiniani, Pauli, Caij, Modeſtini, omnia ſcripta firma tãtum & ratam eorum eſſe ſententiã: eorum quoque qui horum ſententias operibus ſuis miſcuerunt, vt Scæuolæ, Sabini, Iuliani, Marcelli, omniumque quos illi celebrarunt. In contrariis ſententiam Papiniani teneri. Infirmat autem aliorum ſcripta, & notas in Papinianı, Pauli, Vlpiani corpus factas, vt antea quoque dudum factum fuiſſe referunt. Subinde Iuſtinianus iuſſit omnibus Iuriſconſultorum libris adiici lineam, & meliorem reſponſorum delectum haberi: ceteris quæ non fuiſſent in corpus Pandectarum tranſcripta abrogatis, *l. 1. ac vet. iure enuncle. C.* Potuit autem hoc Iuſtinianus facere, qui legem contendi & antiquandi ius vt Imperator ſolus habebat, *l. 1. & fin. C. de legib.* Remanſit noſtris iuris profeſſoribus interpretandi iura auctoritas ſola, quæ ſi æqua videatur, ſequenda: non aliter.

¶Et † certe in dubiis doctorum peritorum rata vt plerunque 11
eſt ſententia, & quo magis deliberata: vnde ſi diuerſũ ſentiant doctores iidem in eodem facto, in conſiliis ſeu reſponſis ab ea ſententia quam tradiderunt in lecturis ſeu prælectionibus, putant plerique, *Alexan. 1. volum. conſ. 185. Boer. dec. 155. num. 24.* magis inhærendum conſiliis, quam lecturis, vtpote maturius reſponſis prolatis. A quibus tamen lubens diſſentio, quod ſæpe expertus fuerim, conſilia potius ad gratiam aliquorum, vel ad quæſtum dari, & conſulentes magis ad communem ſententiam quam ad veritatem conuertere oracula. Lecturas autem ſciam nitide à doctoribus & incorrupte, ſine affectibus & conſcientia fieri.

¶Exiſtimo † nihilominus aduocatos, & qui conſilium peten- 12
tibus dant, debere conſilia maturius quam ſoleant perpendere, ſi Deum habeant præ oculis, cum oporteat eos recordari ante tribunal diuini iudicij ſe non impune laturos, ſi perperam vel

Digitized by Google

per ignorantiam suo pessimo consilio,in discrimen vitæ vel fortunarum consultorem coniecerint. Et hoc modo in foro conscientiæ,si ad consilium eorum sententia damnosa in clientem data est,teneri damna resarcire, recte mihi respondisse videtur Abbas,*in c.tua nos,de homici.in princip.*Non enim culpa caret imperitus, qui officium vsurpauit, in quo sciebat vel scire debebat,suam operam vel imperitiam altero damno futuram,*l.idem iuris,§.fi.ad l.Aquil.in P.§.iniuria,&c. apud Iustin.* Et condonatur interdum clientibus quod secuti sint consilium aduocati, si ille datus à iudice pro consilio eis sit,vt puta,si eius consilio furtim è carceribus elabantur,& ita iudicatur,*Boer.q.215.Io.Papus,Rhapso.arest.li.23.tit.2.art.du pris des prisons.*

33 ¶ Quando † itaque litigaturi bene sibi consulturi iri desiderabunt,deligant patronos peritos:quibus tuto sua & se committere possint, ne ducis cœci ignorantia litibus & impensis se involuant,& iacturam rei controuersæ subeant.

34 ¶ Vetatur † autem,ne quisquam suo diffidens iuri, in potentiorem causam vel litem transferat:quod si fecerit,iactura caussæ mulctatur,*l.1.ne lic.potent.litig.patron.præsta. vel actio.in se trãs. C.l.1.de ijs qui potent.nomi.sib.præd.affi.C.l.1.2.3.4.ne fisc. vel respub. procura.qui.lit.cau.in lit.præstet.C.* Et ex constitutione regia Ludouici 12. cessiones debiti in potentiores factæ ratæ non sunt, sed improbatæ,*constitu.Ludoui.12.artic.155.*vt antea quoque sanxerat Carolus *5.constitu.arti.4.*Aperte namque videtur esse voracitas cedentium,qui alios actionum suarum redimunt exacto res,*l.fi.de trit.ne loc.potentio.C.*& potentioribus pares esse nõ possumus,*l.3.de alien.iud..mut.cau.facta.* nec inferiores cogere possunt superiores,*l.nam magistratus,de recep.arbi.P.l.ille à quo, §.tẽpestiuum,ad Senatusc.Trebell.P.*Et contra,qui maiores sunt ratione potestatis, possunt metum inferioribus incutere, *l.si per impressionem,quod met.cau.in P.l.1.C.si quacum.præsi.pot.&c.*C.l.1.*§.si vector prouinciæ vel ad eum per spon.sed.arrhas,C.li.5.tit.2.* In potentiorem autem prohibitam esse cessionem secundum Odofredum,quem sequitur Speculator, *in 2.par.Spec. tub. de cessione actiones*, intellige, respectu cedentis, non respectu eius contra quem ceditur: videlicet vt is cui cessio fit, non fit potentior cedente,etsi æqualis sit potentiæ cum aduersario cedentis. Quãquam contrariam tueantur sententiam cum Alexandro alii, *in rub.ne lic.potentior.*

15 ¶ Simili † fere ratione sublata sunt patrocinia vicorum, rusticorum & ciuitatum,quæ se in tutelam magnatum & patronorũ conferebant, vt clientela illorum tuti, aduersarios se audacius opponerent: neve alius princeps, quam Imperator constitueretur cautum,ex sanctione Arcadii &Honorii Cæsarum,*in l.34. 5.de patroc.vic.li.11.C.Theodos.tit.24.*& Leonis, *l.1. vt nemo ad suum patroc.fugi.rusti.vel vic.ven.li.11.C.Iustinia.*

16 ¶ Antiquitas † moribus priscorum,quibus ex lege & permissione Romuli,ius clientelæ ditioribus & probis frequens & cõcessum erat, *Dion.Halic.li.2.Antiq.* Tantaque erat inter patronos & clientes fides,vt patronus contra cognatos proprios etiã clientum defensionem subire teneretur, *Gell. lib.20. cap.1.* nec contra clientem furantẽ experiri posset pro re sua patronus,*l.si libertus,de fur.P.* Clarissimi,inquit Cicero,*in diuinatio.viri nostra ciuitatis temporibus optimis,hoc sibi amplissimum pulcerrimumque ducebant,ab hospitibus clientibusve suis & exteris nationibus, qui in amicitia populi Romani ditioneque essent, iniurias propulsare, fortunas illorum defendere.* Tractat de hac lege clientelari Plutarc. in vita Romuli,vbi eos πελάτας clientes dictos autumat, à verbo πελάω, vel πελάζω,aut πελάζομαι appropinquo, accedo alicui voluntarie, quia in fidem alterius venientes eum in patronum adoptabant.Significat id Cicero,*vexauit*, inquit, *Puteolanos, & Caium Cæsium,quod Brutos sibi adoptassent.* Erat antiquis hæc clientela, & publica, & priuata, oppidorum, ciuitatum, & singulorum.

37 ¶ Iulius † Cæsar factiones videtur vocasse, *lib.6.commentar. belli Gallici*,has clientelas quæ in suo tempore erant,patronos, principes factionum, non tantum in ciuitatibus & oppidis, sed etiam in priuatis domibus,ad quorum arbitrium summa omnium rerum rediret eorum,quorum tutela committeretur.Ambactos autem clientes.

28 ¶ In † iure autem militari,*sparslas*,seu feudorum existimant aliqui συμπελατείαν, seu clientelam esse in vasallis hominium, seu Gallis *droict d'hommage*,& clientes esse vasallos: patronos vero, quibus fidelitas seu fides iurata promittitur.Quia in illo iure & vasalli dicuntur fideles & clientes,*§.1.de conuent.int.domi. & fide. li.1.feud.tit.10.§.& de alien.feud.eo.lib.tit.13.* Sed nec de his,nec de aliis, quos dici clientes aliquibus placuit censuales, hic prosequor sermonem: sufficiat nos monuisse pauca de clientibus & patronis forensibus,quæ in causæ præparatione exiguntur.Addere etiam libet ad ciuilitatem, & ad Christianam maxime dilectionem pertinere,litigaturum optime de suo iure instructũ, aduersarium conuenire extra iudicium debere prius & interpellare,num sine lite velit negotium transigere,*l.debitores.10.de pig.act.li.8.C.tit.14.l.quidam Iberus,de seruit.verb.prad.P. c.si quis, 30.q.7.ca.omnes decimæ,16.qu.1.*potissimum si de criminibus experiendum sit,de iniuriis,aut similibus. *D.Matthæi*, ca.17.*ca.si peccauerit,2.quæstio,1.ca. quoniã, de iudic.ca.2.5.super hu, ca. qualiter, de accusat.* Ita Plato hunc ordinem iudiciorum rectum fecit, *primum agitur,inquit, Plato,dial.11.de legibus, arbitri iudices quos ipsi elegerunt locum habitant, vi commodius conciliatores quam iudices appellari possunt. Deinde vicini & tribules; secundum partim duodecimam distributi: apud quos, si reconciliati à primis non fuerint,maiori cum damno litigent.* Sed his expeditis de personis iudiciorum agamus, à quibus expediantur causæ seu negotia iure.

De Personis quæ iudicia exigunt, & de ordine dicendorum sequentibus libris.

Cap. 8.

1 *Iudicia habent personas principales & accessorias.*
2 *Persona accessoria iudiciorum.*
3 *Ordo librorum 47.48.49.& 50.istius Syntagmatis.*

IVdiciis personæ † interesse debent quædã necessario vt principales:quædam,vt accessoriæ.Principales,iudex,actor,reus, *ca.forus.§.in omni,de verb.sig.l.inter litigantes,& l.Iulianus, de iudi, P.*Adiicit Fabianus S.Pont.testes idoneos,*d.c.1.4.q.4.*Verius tamen inter accessorias personas,quæ vel actoris,vel rei, vel iudicis intentionem firment,annumeramus.

¶ Accessoriæ † itaque testes, vt & amanuenses, apparitores, assessores, & alii cohortales iudicibus accedunt: & aduocati, procuratores, solicitatores seu pragmatici litigantibus, *ca. quoniam contra,de probatio.*In his personis, vt in reliquis negotiis obeundis,*l.vt gradatim,de muner.& honor. P. l.§ quæramus, de testam.P.* considerabimus num idoneæ sint, & quæ à iudiciis arceantur.

¶ Initium † autem à iudicibus faciemus, qui clauum tenent in moderandis controuersiis, & potestatem accipiunt cum inquisitione habita de naturalibus,moribus,facultatibus: & num sufficere iuncto muneri possint coniuncta legis consideratione secundum quam munere fungi quemque debere placuit, *l.honor municipalis,§.1.de muner.& hono.*P.Præponimus autem iudicũ & personarum quæ illis accedunt tractationem, vt vna cum illis intelligamus eorum potestatem & iurisdictionem, quã singulis hoc libro distribuemus Deo fauente. Explicaturi in 48. ordinem secundum quem huiusmodi iudicia debeant perfici,& ea quæ ordinis sunt. Vt in 49. exhibeamus inquisitionem personarum litigantium,&eorum qui illis seruiunt,quæ sibi possint & causæ controuersæ conueniens tribunal deligere. Donec perueniatur ad 50.vbi de fine iudiciorum, sententiis, & effectibus, appellationibus, executione & auctoritate eorum agetur.Coniuncta exegesi de iuramento,quod fere omnibus partibus iudiciorum & negotiorum humanorum fidem,robur, & decisionem addit. Et ita quatuor libris integra tractatio habebitur iudiciorum: nam in hoc 47. explicuimus, vtrum iudicia admittenda, quid sit iudicium, & diuisiones eius, de quibus fiat;& nunc proponimus disputare, à quibus iudicium fiat cum magistratibus potestatem cuique propriam coniungendo.

De Iudicum consideratione ex eorum Persona.Et primum de prohibitione iudicandi per naturam.

Cap. 9.

1 *Iudex idoneus,vel non idoneus ex quatuplici capite censetur.*
2 *Iudicare prohibentur,natura,lege,moribus, & qui natura,in num. seq.*
3 *Surdus quando ad tempus:& quando in perpetuum iudicare prohibetur.*
4 *De Surditate superueniente & naturali, curabili & incurabili.*
5 *Auditus læsi varia species.*
6 *Surdi natura quare & muti simul sint. Et ij non iudicant, nec testantur:retinent tamen dignitatem, morbo superueniente. Ex num.7.10.& 11.*
8 *Famulis ægrotis,perinde ac seruientibus, merces debetur.*
9 *Officia iudicum adimi sine delicto nequeunt iudici.*
12 *Furiosus iudicare non potest,& quare.Alia autem negotia num gerere possit.eod. & nu.13.& 15.*
14 *Magistratus periculosi in republ.qui vel furore vel iniquitate dicuntur.*
16 *Impuberes iudicare vel arbitrari, aut munera reipubl. obire non*

Digitized by Google

quent.

17 *Rerumpubl. subuersiones ex administratione iuuenum & inexpertium virorum.*

18 *Senum consilium præstantius, quam iuuenum.*

19 *Ætas magistratibus quando lege definita. Et de ætate iudicum, nu. 10. & 21.*

22 *Consilium capiendum à senibus. Et nu. 23.*

24 *Senatum filij cum patribus aliquando cur ingressi.*

25 *Minoribus quare permittatur interdum rerum suarum, & reipublicæ administratio.*

26 *Iurisdictio transit in Gallia in heredes.*

1 IVdices ad munus iudicandi †idonei censentur, vel incapaces muneris, aut ex propria persona, seu statu proprio: vel ratione assumtæ vel tractandæ dignitatis officij, & iurisdictionis: vel habita ratione litigantium: de quibus ordine dicendum. Et in summa ex propria persona idoneus censebitur omnis, qui expresse non prohibetur *l. cum prætor, de iudic. P.* Exemplo aliorũ edictorum, quæ cum prohibeant aliquibus, aliis permittere videntur, *l. mutus, de procurat. 3. de colleg. illic. P. ca. consuluisti, 2. qu. 4. ea. cum apud, de sponsal.* Vt quod non mutetur, stare minime prohibeatur, *l. sancimus, C. de testam.*

2 ¶Prohibentur † autem iudicare ex propria conditione quidam natura, quidam lege, quidam moribus, *l. cum prætor, 12. de legi. P.*

3 ¶Natura †primum surdus iudicare non potest, *d. l. cum prætor.* saltem quandiu eo morbo laborat: & in perpetuum, si surditas perpetua sit. Debet quippe iudex auditu, voce contendentium vel patronorum instrui, & litis contestationem iudici j partem ordinare, quod fieri non posset sine auditu: vnde & audientia cauſſæ dicitur, *l. nulli, 10. C. de iudic.* & sæpe litigantes expedit interrogare *l. iudices, eod. c. iudicantem, 30. q. 5. tit. de interro. actio.* Plurimumque, vt ait Arcadius Iurisc. *l. de minore, 10. §. tormenta, de quæstio. P. in executienda veritate, etiam vox ipsa, & cognitionis subtilis diligentia adfert. Nam & ex sermone, & ex eo quæ quis constantia, qua trepidatione quid diceret, vel cuius æstimationis quisque in sua ciuitate est, quæ in ati illuminandam veritatem in lucem emergunt.* Et rei à magistratibus de criminibus, quibus accusantur, audiendi sunt, *l. diuus Adrianus, 6. de custo. & exhibit. reor. P.* Sunt plura quæ summarie & de plano & extemporario iudicio, iudex sedendo pro tribunali expedit vt breuiores lites, *authen. nisi breuiores, de sent. ex breuic. recitan. C. lib. 7. tit. 44.* & modici ponderis, quas sedendo continue, pedarij iudices in regia basilica vel domuncilis iudicant, matutino tempore, meridie, & vespere, *§. sedebunt, & §. audient. de iudicib. in auth.* Surdus in hac cauſſa dicetur, qui nihil protinus, vel valde difficulter exaudit, ex morbo vel natura, *l. 3. §. suras, ad Senat. Syllan.*

4 ¶Surditas †namque superueniens, vel naturalis est. Superueniens interdum temporalis imperfecta & curabilis, interdum & perpetua & perfecta. Surdaster is, qui non clare audit, sed tarde, *§. item surdus, quib. non est per. fac. testa. ap. Iust.* Et secundum Galenum, *lib. 4. in aphoris. Hippoc. apho. 28.* surditas ex habitu difficulter soluitur: sed ea quæ fit repente in febribus, vel aliter accidit ex recurrente ad cerebrum bile, aut ex cholera cũ meatus auditorios occupauerit, soluitur cum hãc ipsam bilẽ natura expellente ad excretionem peruenerit. Atque idem alibi, *Galen. lib. 4. in apho. apho. 60.* tradit, aluum turbatam, & fluentem ex naribus sanguinem, morbum hunc surditatis soluere, quãdo in febribus aures obsurduerunt, & quando biliosa excrementa retinerentur, & ad caput recurrerent, sine tamẽ propria atque præcipua instrumenti auditus passione. Et mederi posse deperdito auditui, docet Quintus Serenus in medicina, dum agit de vitiis aurium succurrendis, his verbis,

Si vero abstrusa sensus morietur in aure:
Lumbricos terra fœumque ex anſere rauco
Exeque sic veterem poteris expellere morbum.

Et Aurelius Cornelius Celsus, *lib. 6. medic.* ad compressa auriũ per saniem seu per sordes (quas dicit Almansor ceram) foramina, ad tinnitum. & ad grauedinem remedia adfert: & Almansor, *lib. 9.* eiusque interpretes.

5 ¶Atque † ex distinctione cauſſarum impedientium aliquantulum auditum, sine omnimoda auditus amissione & qui minus exaudiunt, non surdos, neque etiam morbum eorum surditatem dicunt, *Arculanus, in 9. lib. Almanso. c. 39.* sed vel grauedinem, aut defectum, vel Tharsen, vel gnarem. Grauedinem putant diminutionem, quæ vel ex generatione contrahitur, vel ex tẽpore. Defectũ dicunt habere abolitionẽ auditus & surdita tẽ defectu foraminis auditus, siue fit à natura solidtas foraminis, siue ex tempore contigerit: In Tharse, est diminutio auditus, consentiens cum grauedine. In gnare vero, diminutio fit ex defectu nerui auditiui. Contingit & debilitas audiendi ex ieiunio & vigiliis, quam curari tradunt medici ampliori cibo, & balneis, *Ioan. Matthæus de gradib. 1. parte Almanso. c. 34. Alman. ipse lib. 9. c. 39.*

6 ¶Natura †surdi, arte humana curari vix aut nunquam possunt, & minus idonei iudicandi muneri sunt. Nam tales fere simul & muti, & vocem quidem emittere possunt, locutionem autem nullam, vt admonet Aristoteles, *lib. 4. de hist. animal. c. 9.* Plinius, *lib. 10. ca. 69.* & Iustinianus, *l. discretis, qui testa. fac. poss.* Quæ surdi magna ex naribus loqui consueuerunt, & resonant instar tintinnabuli, ob clausti inferioris angustiam: quia pulmo eorum vitiatus est, *Arist. lib. Proble. sect. 10. 33. q. 14. & sect. 11. q. 2.* Cõsentiunt & omnes, curam surditates non esse, quæ prouenit ex priuatione, seu (vt loquuntur) ex carentia foraminis, vel ex carẽtia nerui auditiui, aut dum ipse neruus creatus fuit solidus: quia ex defectu virtutis informatur, *Arculan. in d. lib. 9. Alm. c. 39.*

7 ¶Proinde †recte concludunt nostri Iurisconsulti, mutum & surdum perpetua infirmitate detentum, aut surdum incurabilẽ, non posse iudicis officio publice defungi, *d. l. cum prætor, nec iudex l. 5. propter casum, de posth. P. vbi ratio.* neque testari, *l. qui in potestate e. §. si. de testam. P. l. si mutus, eod.* Verumtamen si post adeptam iudicandi dignitatem, surditas superuenerit, donec de medela speratur inuito possessore dignitas vel officium ad alium non transferatur, sed retinebit qui casu talis surdus factus est: subrogato interim alio, qui eius loco iudicialia sui tribunalis negotia exerceat, iuxta ea quæ de cœco notat glo. in l. cœcus, de iudic. P. vtque de clericis in ægritudinem incidentibus, responsum est, toto tit. de clerico ægrot.

8 ¶Quocirca, †& interim dignitatis stipendia, & prouentus, si qui sint, accipiet: non iecus, quam ægrotis famulis, non seruientibus, mercedes debentur, *l. sed adaes, 22. §. fin. & l. qui operas, 42. loca. P.* Cum & ægroti in seruitio facti, seruire nobis intelligãtur, *l. 4. §. Stychus, de sta. lib. P. l. in rebus commodatis § possunt, commod.*

9 ¶Neque † debet vel potest quispiam inuitus compelli ad cessionem officij, vel beneficij, ex capite vel prætextu ægritudinis etiam perpetuæ superuenientis, *c. fin. de cler. ægrot. ca. scripsit quæsitor. & ca. quamuis triste. 7. q. 1.* Et maxime si regium sit officium, honor enim delatus à principe, nunquam finem habet. *l. Iurisperitos. de excusato. tuto.* quod ad alia officia dominorum iurisdictionalium, quę non sunt in Gallia sine delicto vel morte amobilia.

10 ¶Et †hæc de surdo. Secundo natura iudicare prohibetur mutus, *d. l. cum prætor.* vel arbiter esse, *l. sed & si in seruum, 9. de recep. arb. P.* Expedit enim in iudiciis, vt diximus, sæpe interrogationes fieri, *l. iudices, C. de ind. titu. de interrog. actio. P.* pluraque sunt quæ summarie & de plano in sede oporteat definire, & interloqui, *§. 1. de iudic. in authen.* vnde sententiæ interlocutoriæ, & interlocutiones, *tit. de sent. & interloc. omn. iudic.* Debent & iudices propria voce sententias quasdam proferre, *l. 1. & fina. de sent. ex breui. recit. lib. 7. C. titu. 44.* vt & iurisdictionis nomen, à dictione iuris, *l. 1. de iur. omn. iud.* non mutum, sed loquentem, satis retis requirere videatur.

11 ¶Mutum †tamen non dicemus eum, ἀσαφῶς, seu obscure loquitur, sed eum qui ἀσάφως, id est, sine significatione, *l. mutum. 9. ædil. edict. P. §. nam & mutus, quib. non est per. fac. testament. apud Iustinianum*, & sine articulatione, *l. Labeo, de suppellect. legat. P.*

12 ¶Tertio, † perpetuo furiosus natura prohibetur iudex esse, nec arbiter: qui mente & iudicio in iudicibus requisito, careat, *l. cum prætor, de iudic. l. sed & si in seruum, l. 9. de recep. arb. P.* Et furiosus commotionis tempore, iustum esse putat quicquinque fecerit, *ca. illa 21. quæst. 3.* Cicero tradit. 3. *Tusculæ.* furorem esse, mẽtis ad omnia cœcitatem: & ita differre ab insania, quæ est non sanitas mentis, inconstantia sanitate vacans: ita tamen vt officium fueri possit, & communem vitæ cultum. Sic furiosus nullũ negotium legitime gerere potest, *l. in negotiis, de reg. iu. §. furiosis, de instit. stipul.* Similemque eum Iurisconsulti faciunt ignoranti, *l. Iulianus, de dinor. P.* dormienti, *l. 1. §. sed si furiosus. de acq. poss.* & vitioso, *l. 1. §. interdum. & l. 4. de ædil. edict. P.* Furiosum autem dicunt, qui in continua mentis alienatione est, & intellectu caret, vnde fatuus. & morio, differunt à furioso. *l. duus, de offic. præsid. P. l. penult. de cura. fur. C.* Illi enim sine motu mentis fere sũt, & lumine mentis carere videntur, vnde amentes: furiosus vero concitatos habet impetus, *L. 1. §. fi. & l. 2. de postul. P.*

13 ¶Plura †nos alibi, *lib. 13. cap. 5.* in curatore furiosi, de furiosis, deque speciebus dementiæ & furoris locuti sumus: ideo in his nunc non immorabor, sed dicam tantum, furiosum qui habet dilucida interualla, actus, qui intellectu perficiuntur & ab hominibus sanæ mentis, posse in illis interuallis facere, & ita iudicare, *l. cum furiosus, 39. de iudic. P. l. patre furioso, de iis qui sunt sui vel alien. iur. P. ca. si qui, 32. quæstio. 7. l. furiosus, C. qui testam. fac. poss.*

14 ¶Tutum †tamen non esse censeo, huiusmodi hominibus, qui furere aliquando solent, committere magistratus: etsi habeant dilucida interualla. Solent enim interdum negotia, quæ offeruntur iudicanda, pluribus præter expectationem mouere bilem, & concitare quiescentem in phreneſim & furorem: cum & ita quæ facile in sanis excandescit, furor breuis sit. Periculosum certe vtrumque in repub. habere malos & improbos, & insanos magistratus: κοπὸν φύσις, inquit Æschines, μεγάλης ἐξουσίας λαβοῦσιν, μεγάλης ἀπεργάζεται συμφορὰς, mala natura magnam potestã

Digitized by Google

potestatem adepta, magnas invehit calamitates. Et rursum Iamblicus, ὑμῖν ὅπλων μεγίστων δῶρον μάχαιραν μὲν μαχητὴν δύναμιν, id est, *perinde periculosum est, insanienti gladium, ac improbo viro magistratum committere.*

35 ¶ Ceterum † si magistratum vel dignitatem habenti supereniat furor, æquum est illum retinere, vt alia sua, *l. qui furere, de sta. homi. P. l. patre furioso, de iis qui sunt sui vel alie. iur. P. l. 1. §. quãuis, de postul. P. §. item furiosus, quib. non est perm. fac. testa.* Postremo, natura prohiberi videntur impuberes à iudicandi munere, *d. l. cum prætor, de iudic.* vel ab arbitrio dicendo, *d. l. sed & si in seruum, l. 9. de arbit. P.*

36 ¶ Et † lege Iulia cautum, ne minor viginti annis dicere sententiam cogatur, *l. cum lege, 46. de recep. arbit. P.* Nec impuberes, id est, minores quatuor decim annis munera publica subire possunt, quamuis penuria sit hominum, *l. 2. §. fin. de iure immunit. P. l. Lucius, §. fin. ad municip. P.* Legitima & perfecta naturaliter tantum ætas intelligitur viginti quinque annorum, *l. fin. C. de iis qui ven. ætat. impe.* quam statuerunt saltem adesse debere administra re volentibus rempub. leges, *l. non tantum, §. 1. de decurio. P. l. ad rempublicam, de mune. & hon. P.*

37 ¶ Et † certe rerum publ. inde præcipites vidimus & legimus subuersiones, quod in pupillari ætate constituti, imberbes iuuenes custode vix remoto clauum iudiciorum, officiorum, sacerdotiorum, & consiliorum publicorum habuerunt, quicquid videbant igorantes. Non enim eorum ætas potuit exuere naturam nomine dignitatis. Impuberes natura inscii, *l. 1. §. impuberes, de fal. mone. C. l fin. rem pup. sal. so. l. in eo quod plus, §. pupillus, de reg. iur. l. cum prætor, §. fin. de iudi. c. ex parte, de corp. vitia.* leues, proni ad animi affectus, in considerati, in experti rerum. Vnde & iudiciorum, regnorum, sacerdotiorum irrepsit, quamuis male, cõtemtus. Sic enim natura comparatum est, vt cum fundamenta ruant, collabãtur ędificia. Exemploque perniciosum videatur, vt qui seipsos regere nequeunt, aliis imperent: cum adhuc regi deberunt, *c. indecorum, de æta. & qua. §. fin. de Attil. tuto. ap. Iustinia.* Tempus iuuentutis sua sponte infirmum aliorum libidine infestum est, *Cic. pro M. Cælio.* Consilia iuuenum perdiderunt Roboam. Reg. 12. & 2. *Paral. ca. 10. Effunde Domine,* inquit Hieremias *c. 6. super parvulum furorem, & super consilium iuuenum simul.*

38 ¶ Et † Plato, *3. dia. de rep.* Verum enimuero, inquit, non iuuenem sed senem esse oportet bonum iudicem, qui sero quale quid iniustitia sit, didicerit, tanquam qui non proprio eam in animo suo senserit, sed alienam in alienis animis longo tempore nouerit, atque idcirco cuiusmodi sit malum discernat, scientia potius quam propria experientia iudicans. Adfert & boni medici similitudinem, vt is melior dicatur, qui diutius inter ęgrotos conuersatus fuerit, vel qui ipse diutius æger fuerit. *Non te prætereat,* vt monet Ecclesiasticus, *c. 8. narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis, quoniam ab ipsis discES intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum. In antiquis est sapientia, & in multo tempore est prudentia.* Non erubescit Iurisconsultus citare rusticorum, sed antiquorum, prouerbium, *l. si chorus, §. 1. de leg. 3.* iubetque antiquioribus munera reipublicæ & honores deferri, *l. vt gradatim, de muner. & honor. P. l. semper, de iure immunit. P. l. 1. de albo scrib. P.* neque cum damno reipublicæ vult iuuenib. committi, *l. ad rem publicam, de mu. & hono.* aut impuberibus dari vocem in capitulo, *ca. cum ex eo. de elect. in Sex.*

39 ¶ Atque † ne cura reipublicæ temere iuuenibus committeretur, Q. Fulvio Flacco, & L. Manio Alcidino Consulibus rogatio primum lata est à L. Iunio Tribuno pleb. quot annos nati, quemque magistratum peterent caperentque, *Liuius, lib. 10. dec. 4.* Suadebat Męcænas Octauiano, *Dio Cass. lib. 52.* ne ad equestrem dignitatem minores octodecim annorum deligeret: quod diceret hac ætate corporum firmam affectionem, & ingenium conspici. In Senatorum ordinem nonnisi 25. annorum allegeret: cum enim, inquiebat, huiusmodi administratio suorum bonorum non concedatur, concedetur reipublicæ; Item non fieri Prætorem ante annum 30. qui quæsturam & tribunatum gessisset.

20 ¶ Hæc † quidem probe, sed sapientius sibi prospexit Romulus, qui curiam suam primam & consilium delegit composuit ex senioribus: vnde Senatus nomen accepit à senibus & patribus, qui & Senatores dicti, *Dion Halic. in 2.* Et curia à Plutarcho in Romulo, γερουσία Nouerat enim optima iudicia esse & fieri cum ratione, experientia, & prudentia, *Plato 9. de Rebub.* quæ longe
21 absunt à iuuenibus. ¶ Sic † Lycurgus apud Spartiatas primum constituit iudices, & statuit in de mortui locum assumi eum, qui virtute ceteris præstare iudicatus esset, ex illis scilicet, qui annũ sexagesimum transegissent, *Plutar. in Lycur.* Et Philo Iudæus ait, moris fuisse, seniores ad magistratus legitimos gerendos vocari, *Philo Iudæ. li. de agricultura, tom. 1. operum.* Indicat & Q. Curtius dũ loquens de exercitu Alexandri, ita scribit, *Curt. lib. 2. de gestis Alexan. Ordines quoque nemo nisi sex agenarius duxit, vt si principia castrorum cerneres, Senatum te alicuius reipublicæ valere diceres.* Lex quoque erat Chalcidensium, ne quis natus infra annos quinquaginta, vel magistratum ageret, vel legationem obiret, *Heraclides in Politiis, & in rep. Chalcedensium.*

¶ Et † Ouidius epistola 5. 22

Quia grauius Antennor, Priamus quod suadeat ipse
Consule, quem ætas longa magistra facit?

Euripides in principio Tragœdiæ Iphigeniæ in Aulide, inducit Agamemnonem regem cum sene noctu consultantem, de ducẽda Iphigenia: docens senes in primis adhibendos in consilium. Et apud Homerum Nestor grandæuus in cõsiliis præcipuus est. Sicque Odyssea 3. Thelemachus ait.

τὸν δ' ἐδάλω ἔπος ἄλλο μεταλλῆσαι ἠδὲ πυθέσθαι
Νέστορ', ἐπεὶ σέβεαι δίκας ἐκ φρένα πάντων
τέλεις δὲ δὴ μὲν φασὶν ἀνάξασθαι γένος αἰδρῶν,
id est,

Nunc volo aliud dictum inquirere, & interrogare
Nestorem: quoniam supra modum nosti iura & ingenia aliorum.
Ter enim ipsum dicunt imperasse seculis virorum.

Et idem Homerus, ipsum refert dicentem Agamemnoni, *Homer. Ilia. 4.*

ἀλλά μ' ὄις, ἵππῳσιν μετίσσομαι, ἠδὲ κελεύσω
βυκτῇ μ' ἐμβύσειν· τὸ δὲ γήραος ἔδρι γαίρειν,
id est,

Verumtamen, & sic equitibus interero & adhortabor
Consilio & verbis. Hoc enim decus est senum.

Atque vt alii dixerunt.

γνῶμαι δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων, id est,
Sententiæ meliores sunt seniorum.

Et νέῳ ὄντι γλῶσσα κρείσσων. νίσσου, ἀκούειν τῶν γεραιτέρων δίκαι, id est, *Iuuenem tacere magis quam loqui decet: iuuenis cum sis, audire seniores velis.*

Apud Euripidem in supplicibus actu 1. sic etiam Chorus ait,

——ἀπώλεσας πόλιν,
νίκῃ φθόῃ χθεὶς, id est,
Verbem perdidisti inductu iuuenum.

Præclara & illa verba Iocastæ Thebanum reginæ ad Etheoclem filium apud eundem Euripidem in Phœniss.

ὦ τέκνον, οὐχ ἅπαντα τὰ τῷ γήρᾳ κακὰ
Ἐπίκτητος ἐσ σὲ, ἀλλ' ἀμαθίᾳ
ἔχεις· ἐπίσταμαι δὲ τῶν νέων ἀνδρῶν ἐγὼ μᾶλλον.
id est,

O fili, non omnia mala senectuti adsunt, Etheocles, sed experientia plus demonstrare potest sapientiæ, quam iuuenes. Omittam pleraq; alia hac de re sæpe repetita similia apud Euripidem & alios, sufficiet indicasse sortem digito apud Plutarchum in bello, εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτεύοιτο. *Si seni sit regenda respublica:* vbi resolutio, ἡ μάλιστα σώζεσθαι πόλις εἴωθε βουλαῖς γεραιτέραις, καὶ νέων ἀνδρῶν ἐρετμοῖσι μάχαις. Ita maxime seruatur ciuitas in qua sunt consilia senũ, & iuuenum hominum sunt optimæ pugnæ. Perusc, seu explicatio in illam sententiam Hebræam Ben Syræ בבא בביתא סימנא טבא בבית *saba bebetha, simana taba bebetha, senex in domo, signum bonum est in domo* Et addit quicunque honorat senes: perinde est ac si honoret Deum sanctum benedictum: nisi enim senes essent, mundus non consisteret. Vnde si dixerint tibi senes, destrue domum tuam & fac ex ea stercorium, destrue consilio senum. Si vero iuuenes tibi dixerint, fac vt loco stercorarij istius domus exstruatur, contemne eos nec acquiesce consilio eorum. Destructio enim senũ est ædificatio: & ædificatio iuuenum, est destructio. Addit mũdũ durare propter senes. & omnem prouinciam, in qua non est senex, dignam esse quæ deuastetur. Et vbi videmus in ciuitate senes perire & interire, signum esse & præsagium malum euentorum in ciuitate: quia propter malitiam tollitur iustus, *Esaiæ 57.* Adfert exemplum Loth & Sodomæ, quę quamdiu Loth ibi fuit, stetit: vbi autem recessit consumta est, *Genes. 19.* Item suspensam esse vindictam totius orbis in diluuio, donec abiisset Mathusalem, *Genes. 7.* Et in summa omnem acquiescentem consilio senis, liberari ab omni tribulatione. Ita & Respubl. tribunalia, domus, rectissime regis prudentia & experientia senum: & contra, iuuenum gubernaculis intercidere. Fieri enim non potest, vt iuuenes præcaueant quæ nunquam viderunt cõtingere.

¶ Bene † consultum aliquando Romanis, filios Senatorum vna cum patribus in curiam admitti, vt negotiis assuescerent exẽ 23
plo parentum terminandis. Sed tamen iuuenilis ætas, non potuit etiam parentum imitationi assuescere, vt necessarium fuerit, ex cepto vno Papyrio aditum in posterum eis denegare, *Gell. lib. 21. c 23. & Macro. in 1. Saturnal. c. 6.* aliisque magistris eruditionem illorum committere, vt in vmbratili exercitatione prius præludia Senatoris discerent, quam cũ periculo Reipub. vel Senatoris frequentarent. Quemadmodum apud Persas erãt magistri, qui filios regum iudicandi artem, & morem priuatim docerent, antequam negotia serio pertractarent, *Xenoph. libr. 1. Cyrped.*

¶ Non † ambigimus tamen, quibusdam recte ob anticipatam 24
ætatis prudentiam studio, labore, & industria, veniam ætatis concedi, & gratiam fieri, vt ex more maiorũ res suas pertractare ante tempus possint, *tit. de iis qui ven. æta. impe.* C. & pariter Reipub. ex principis voluntate, qui pro nutu potestatem iudicandi concedit, & magistratus, *vt in l. quidam consulebant, de re iud. P. c. cum*

Digitized by Google

vicesimum annum, de offi. & pot. iud. deleg. Id autem ex causa, puta, quia penuria aliorum est, & quia idonei viri sunt: adulti tamen non minores 14. annorum, *Cal. in l. non tantum. vers. neque enim, iunctis turib. per gl. cita. in verb. ex causa, de decurio. lib. 50. P. tit. 2.* Potest enim prudentia supplere ætatem, *l. si. de desponsi. impub.* vt malitia, *c. de illis, in 2. eo. c. puer, de del. pue. l. 3. si min. se maior. d. xer. §. in summa, de oblig. quæ ex del. nascun. l. sed & si, §. fin. de accusa. P.* Sic euenire posse Vlpianus ait, *l. 1. de offic. cons. P.* vt consul minor 20. annis sit. In hac tamen causa quæ raro accidunt legem constituere non debent. Nec Salomonis prudentia à Deo sine exemplo præcociter infusa, trahi debet in consequentiam.

26 ¶ Admonebo † tamen aliquando iurisdictionem ad aliquē impuberem, & pupillum pertinere, & tamen ipsum iudicare nō posse. Vt planum est in Gallia, vbi iurisdictio patrimonialis est dominis locorum, & transit in heredes eorum, remanente iure prouocandi litigantibus fori illorum, ad regium & maius tribunal, *Petr. Iacobi, in practica, & in libello, super iurisdictione.* Et proinde heredum minorum nomine, vt etiam dominorum maiorum ætate iudices iudicant, & domini locorum iudices pro sua iurisdictione dare dicuntur, *vt tit. qui pro sua iurisd. iudi. aa. possi. C.* Et si ipsi minores sunt, vel furiosi, eorum tutores aut curatores dabunt & prospicient huic negotio, ad similitudinem rerum aliarum patrimonialium, *arg. l. consilio, de curat. furio. C. Bart. in l. quidam consulebant, nu. 13. de re iud. Otara. cons. 52.*

De iis qui Lege prohibentur iudicare.

Cap. 10.

1 *Senatu motus iudicare prohibetur.*
2 *Turpitudo iudicis, in quibus versatur.*
3 *Magistratus sine turpitudine & infamia vitæ esse debet.*
4 *Mercatores à iudicandi munere & administratione Reipub. reiiciendi.*
5 *Mercatores necessarij in republica.*
6 *Mercatura honesta & prohibita, vtraque tamen animæ periculum minatur.*
7 *Mercaturam aliqui philosophi cur exercuerint.*
8 *Mercatores mercantur officia, vt inde lucrentur.*
9 *Legum imperiti iudicare non debent.*
10 *Iudicare non debent causæ delegatæ à summo pontifice, nisi in vrbibus vbi peritorum copia.*
11 *Iudices imperiti literarum de quibus iudicare possunt.*
12 *Assessores quare municipalibus dantur magistratibus.*
13 *Officia publica prohibitum erat gerere in loco originis. Quando in Gallia etiam in locum habuit, & quare.*
14 *Magistratus quare locupletibus potius, quam pauperibus, dandi, & num. 15.*
16 *Iudices ex censu electi.*
17 *Pauperes boni digni magistratu.*
18 *Magistratus petere vel gerere seculares, cur non liceret sacerdotibus: an autem spirituales.*
19 *Cœcus an iudicare possit.*
20 *Visu plura in iudicio expediuntur, nec aliter.*
21 *Magistratus duos gerere simul non licet.*

1 PAulus † Iurisconsultus lege iudicare prohiberi refert, Senatu motum *l. cum prætor, 12. §. penul. de iudic. P.* eoque exemplo contentus fuit: videlicet si propter turpitudinem Senatu moueatur, ex lege Iulia repetundarum, vt notat Marcellus, *l. 2. de Sena. P.* nisi restitutus sit, vel tempus condemnationis elapsū sit, *l. 3. §. Imperator, de decurion. lib. 50. P. titu. 2. l. 1. & 2. de iis qui in exsil. dati vel ab ords. mo. sunt, lib. 10. C. tit. 59. obserua tamen l. ordine,*
2 *§. ad municipa. P.* Idem † Marcellus, & cum eo Venuleius explicare videntur, illam turpitudinem versari, in pecunia accepta ob dicendum testimonium, vel ad denuntiandum: vel ob iudicandum, vel non iudicandum, ne aliquem vinciat, vel vt quendā in publica vincula coniiciat, *Venule. in l. eadem lege, 6. & Marcel. in l. lex Iulia, 7. ad l. Iul. repet. P.*

3 ¶ Exstat † lex apud Ciceronem, *pro Cluentio. hominibus turpi iudicio damnatis in perpetuum, neque vllum ad honorem, neque in curiam aditus esto.* Et lex alia statuit infamibus, vel eis quos scelus vel vitæ turpitudo inquinat, portæ dignitatis ne pateant, *l. 2. de dign. lib. 12. C. tit. 1. l. 1. de infami. lib. 10. C. tit. 57. l. militi, 3. de re milit. lib. 12. C. tit. 36.* Et insuper eos ad prouincias regendas accedere tantum, qui ad honoris insignia, non ambitione, non pretio, sed qui probatæ vitæ habeant testimonium, *Theodo. & Valentin. in l. sancimus, 6. ad leg. Iul. repet. lib. 9. C. tit. 27.* Quare nec reus criminis postulatus, nisi se purgauerit, nouos honores adipisci potest. *l. de reo postul. lib. 12. C. tit. 58.* intra annum accusationis: post quem potest, *l. reus, de mune. P.* Retinet tamen qui postulatus est & intra annum, quos habet honoris, *l. libertus, §. in quo ad municip. P.* ne veluti inauditus damnetur iniuste. Adiecimus autem, motos esse Senatu cum ignominia debere, qui iudicare postea prohibentur: eo quod & Senatu moueri possent interdum sine ignominia. Vt si quando numerus minuendus esset Senatorū, qui exercuissent nimia indulgentia præcedentium Principum, vt factum fuisse tempore Octauij refert Sueton. Tranquillus, *in Octa. c. 35.* Addo & alios qui iudicare legibus aliis prohibentur, & secundo loco, mercatores.

¶ Prohibet † enim lex viles negotiatores, artiumque vilissimarum ministeriis vacantes ad vllam dignitatem cōcendere, 4
l. 3. de commer. & mercat. C. mercatores, C. de iud. l. ne quis ex vltimis negotiatoribus, 6. de magis. artis. lib. 12. C. tit. 1. l. 1. negotiato. ne mil. lib. 12. §. fin. de cohor. & princ. cornicular. eod. lib. C. tit. 58. Apud Thebanos lex est, vt nemo habilis esset ad honores reipub. suscipiendos, nisi per decem annos à mercatura destitisset, *Aristot. lib. 3. Polit. c. 3.* Et non sine causa admiratur fortunā Tarquinij Prisci Valerius Maximus, & fatendum dixit quod mercator fuisset, & quod etiam Demaratho consule natus, *Valer. Max. lib. 3. c. 4.* Aristoteles, *lib. 7. Polit. c. 9. Manifestum est*, inquit, *quod in curitate quæ optime gubernetur, & quæ iustos habeat ciues, simpliciter & non ad supp situm neque artifices, neque mercatores esse oportere. Vilis est enim huiusmodi vita, & virtuti aduersa.* Reddit autem rationem alibi, *iuxta Probl. sectio. 18. quæstio. 4.* quod mercator eo melior est, quo sibi plus acquirit. Non ideo tamen improbamus mercaturam, sed negotiatores, regendæ reipublicæ dicimus non idoneos.

¶ Nouimus † autem, quod Plato voluit, *lib. 2. de Rep.* necessarios esse & vtiles in repub. mercatores qui necessaria aliunde 5
importent, & commutent cum his quæ nobis superfluunt, & ij meliores propolis, qui quia per fora vagantur ementes vt carius vendant, sunt viles. Mercatura enim si tenuis est, vt ait Cicero, sordida est putanda: si magna & copiosa, multa vndique apportans multisque sine vanitate impartiens, non est admodū vituperanda: atque etiam, si satiata quæstu, vel contenta potius, vt sæpe ex alto in portum: ex ipso portu se in agros possessiones que contulerit, videtur iure optimo posse laudari, vt sordidos haberi dicit eos, qui mercantur à mercatoribus, vt statim vendant: nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur. Et ita mercatura & turpis & honesta esse potest, *c. qualitas, de pœnitentiis. 5.* difficilis tamen actione, quia vix sine peccato exercetur, *d. c. qualitas, & c. ementes, & c. seq. 88. dist.*

¶ Exercuerunt † quidam mercaturam, non lucri studio, sed 6
vel iuuandi suos animo, vel vt inde honeste sibi lucrum compararent, quod nullo modo iniuria proximum afficerent: ideo non sunt vituperandi.

¶ Et † Plutarchus meminit, *in vita Solon.* Solonem admodum 7
iuuenem ad mercaturam se contulisse, pericli tandi atque videndi magis, quam lucri cupiditate impulsum, vt sapientiæ studiosum. Et ita quoque Thaletem & Mathematicum Hippocratem negotiatos. Et Platoni etiam, olei in Ægyptum exportationē, viatici cum peregrinationis suppeditasse. Sed hodie hæc exempla nostri temporis mercatoribus parum conueniunt: cum eius eorum sit longe alius.

¶ Et † valde lugendum est, eos qui pecunias vsuris, fallaciis, 8
circumuentionibusque congregauerint, rempublicarum & dignitatum mercari officia, ex quibus iterum, lucro allecti, miserā cum subditorum iactura negotientur. Quod si prisci Romani admisissent, non mirarentur tantopere, quod Varro ex macellaria patris taberna ad consulatum conscenderit, & largitione sordidissima duodecim fasces & Dictaturam consecutus fuerit, *Valer. Maxim. lib. 3. c. 4.* Quod Titius Aufidius, paruis exiguæ Asiæ antea publicanus, postea proconsularem cum imperio dignitatem Asiæ obtinuisset, *idem lib. 6. c. 10.* & Pub. Rutilius, qui antea publicanis operam dederat in Sicilia: Siculis vniuersis leges dederit consul effectus, *idem eod.* Tertia lex à iudicandi munere arcet legum imperitos, quive experientia rerum carent, *§. 1. de iudic. in Nouell. const. 82. ca. in princ. 20. dist. im. ca. animus, 61. distin. §. nos autem sanctimus, const. Nouel. 101.*

¶ Exstat † regia constitutio Gallica, per quam nōnisi aliquo 9
gradu iuris insignitis licet iudicandi officium vsurpare, iuxta *L. nemini, 11. de aduoca. diuer. iud. iudicio. C.* debet enim iudex per se, non per vicarium iudicare, *rub. vt nulli. iudicare. hab. loci seruato. & cum auth. & secundum leges & iura, non suo sensu, l. cum sens, de sent. & interloc. omn. iud. C. §. quia vero, vers. omnis iudex, de iudic. in authen. §. iusiurandum, de defensor. ciui. in auth. §. 1. de offic. iudic. ap. Iustin. c. 1. & c. ne inuiti quis cogatur licet, 3. qu. 7. ca. de libellis, 20. dist.* Colluthus Thebæus Lycopolita, in principio Ἁλώσεως, id est, *de raptu Helenæ*, scribit versu 10. iudicium pastoris, nempe Paridis, turbasse mare & terram, videlicet iudicū ignari hominis.

--ἤνυτε πᾶ τὸ ἔπλετο νείκεος ἀρχὴ,
ὅππῃ ἐγ' Ἀνθρώποισι θεμιστεύσασι νομῆες,
id est,
Inexspectatum quodnam fuit contentionis initium,
Vt etiam immortalibus ius dicerent pastores?

¶ Prohibuit † ius pontificium, ne alibi quam in vrbibus, in quibus copia peritorum haberi possit, causæ à summo Pontifice delegatæ tractentur, *c. statutum, de rescri. in Sexto.* Et vt indignus præ- 10
latura ab ea deiiciatur, cui scientia sufficiens nō est, *ca. fi. de ætate & qual.*

Digitized by Google

& qual. c. nisi, §. pro defectu. de renuntiat. Ignarus literarum facile negat ea, quæ pro veritate statuta sunt, & super eo inconuincibilis est, *§. nos autem, in auth. de tabellio.* Et ita ignorantia iudicis, plerumque est calamitas innocentis, *D. August. lib. 19. de ciuit Dei, c. 6,* Ut proinde intolerabilis ignorantia in iis qui præsunt, *a. si in laicis, 38. distin.* vt pote mater errorum, *c. 38. distinct.* & iniustitiæ. Quia ait Terentius, *in Adelph. act. 1. Sc. 2.*

Homine imperito, nunquam quicquam iniustius,
Quia nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.

11 § Cautius † igitur agetur, si iudicium literarum imperitis nõ permittatur, nisi saltem causarum sibi commissarum peritiam habuerint, *ca. cum, de iudic.* Sic enim permissum est militibus, de re militari iudicare, *l. magisteriæ, 6. de iurisd. omn. iudic. C. l. pen. C. de iudic. l. fina. de re milit. lib. 12. C.* artificibus quoque, de rebus sui artificij, *l. fina. C. de iurisd. omn. iudic.* Docetque exemplis Valerius Maximus, *lib. 8. cap. 14.* suæ artis vnumquemque, & auctorem & disputatorem optimum esse. Ex Q. Scæuola, qui quotiescunque de iure prætorio consulebatur, ad Furium & Cassellium, qui huic scientiæ dediti erant, consultores reiiciebat. Et ex Platone philosopho, qui conductores sacræ aræ, modum & formam eius secum sermone conferre conatos, ad Euclidem Geometram ire iussit, scientię eius & professioni cedens.

12 § Quare † administratores ciuitatum, qui curæ negotiorum vulgarium præponuntur, vt administrationis capaces, sibi assessores tamen coniungunt, dirimendi iuris gratia, *l. §. 1. de iudicib. in authen.*

13 § Quarto † prohibebat lex iuris ciuilis Romanorum, nequis officia quædam aut magistratus gereret in ea prouincia ex qua oriendus esset, vel larem antea elegisset, quemadmodum de apparitoribus & officiis Palatinis statuit Constantinus Cæsar, *l. 3. de diuer. offic. & appar. iudic. lib. 12. C. titu. 60.* & alij Cæsares in aliis administrationibus publicis, nisi gratia fieret, *l. fina. de crim. sacrileg. C. l. fin. de offic. rect. prouinc.* Illudque & aliquando in Gallia obtinuit, ex constitutione Philippi Pulcri regis, & Carol. 5. *Gaguinus lib. 9.* Et in regno Castellæ in Hispania, hodie seruatur & in quibusdam Italię populis, qui alienigenas suis ciuibus præficiunt magistratus, ne si ciues ciuibus præsint, vel nimia indulgentia illis parcant, aut odio vetere præter modum in illos sæuiant, *Cumes, in regn. cancella. de idiomate, quæst. 1.* Nunc tamen in Gallia non habetur ratio originis, & originarii etiam præficiũtur magistratibus, antiquatis priorum Regum constitutionibus, *Bene. in repet. c. Raynutius, ad verb. duas habens filias, num. 47. & ad ver. & vxorem nomine, circa fin. vbi agit de success. intestati, num. 488. cum seq. Quo loco refert constitutiones regnum,* quæ locum tum vel maxime habuerunt, cum magistratus in Gallia essent temporales, quales fuerunt ante Ludouicum 11. qui perpetua fecit officia, vt constat ex eius constitutione, & ex Gaguino in Ludouico 11. historia, lib. 12. Verum antea & Carolus 7. admisit originarios in parlamentum Tholosanum, dũ illud institueret anno
14 Domini 1444. § Quinto, † lege prohibentur à muneribus publicis, & iudicandi munere, pauperes, qui vix de suo victum sustinere possint, *Vlpia. in l. rescripto, 6. de mun. & honor.* P.

Magnum pauperies opprobrium, iubet
Quidvis & facere & pati.
Virtutisq; viam deserit arduæ, Horat. lib. 3. Carm. Ode 24.

Et Diogenes Laertius in Thalete refert, celebratum apud Spartiatas fuisse prouerbium, neminem pauperem bonum esse. Verentur hic leges, ne inopes iudices prædandi occasionem ex officio accipiant: à qua nec diuites semper abstinent, & male audiunt, vt dorophagi. Ex quo aliquando factum fuit, ne apud Romanos vllus ex plebe magistratus crearetur, nec ante quam populus secessit in montem sacrum, & Tribuni plebeii magistratus, & ædiles creati sunt ex plebe, *l. 2. §. iisdem temporibus, de orig. iur. Dionys. Halic. in 9. §. plebiscitum, de iure natur. apud Iustinian* quamuis vniuerso populo ius esset confirmandi & eligendi per suffragia magistratus: iusque decernendi de maioribus caussis, legesque faciendi, *Dio Halic. in 4.* Nam & Romulus plebi tria commisit, magistratus creare, leges sancire, de bello referente rege decernere: ita tamen, vt Senatus in his quoque accederet auctoritas, *idem lib. 1. Liuius, in 1. Varro 4. de ling. Lat.* vt non licuerit etiam creatis Consulibus, iniussu populi de capite ciuis cognoscere, *dicta l. 2. §. ex actis, de orig. iur.* Illud autem permissum, quod plurium suffragiis factum, palam bonam fidem habebat: at magistratus singulis ex plebe, nonnisi summa cum pugna permissus: qui enim ex fece populi sunt, vel inopes, aut malæfidei vt plerunque sunt.

¶ Quare † Solon, cum locupletibus magistratibus relinquere
15 cogitaret, reliquam rempublicam temperare ita cœpit, ad quã plebs non accederet, ciues descripsit ex censu, & ex iis qui tam in aruis quam in consitis agris iugera quingenta possiderent primam classem descripsit, vocauitq; quingentomedimnos. Secundam ex iis equum alere possent, vel trecentum iugerum censum haberent, eosque equites vocauit. Tertiæ classis autem ζευγῖται id est, coniunctos, nominauit & socios, quibus duobus census erat trecentum iugerum. Reliquos vero, quibus nullum jus esset adipiscendi magistratus, mercenarios dixit, *Plutar. in Solo. Arist. 2. Politico.* Idipsum & apud Romanos obseruatum fuisse refert Gellius, *li. 16. c. 10.* ¶ Et † ex ratione etiam census quon- 16
dam eligebantur iudices ex equestri ordine, cuius erant quadringenta sestertia, ex Senatusconsulto lato anno ab vrbe condita 785. C. Asinio Pollione, & C. Antio Verere Coss. *Plin. lib. 33. c. 2.* Sestertium aut nummus valebat 10. denarios Turonenses nostræ monetæ. Illud & Martialis, *lib. 5. Epig. 39.*

Calliodorus habet censum quis nescit equestrem,
Sexte, sed & fratrem Calliodorus habet,
Quadraginta secat qui dicit οὖτος μεζες,
Vno credis equo posse sedere duos.

Census Senatorius duplex quam equestris erat, & sub Augusto etiam triplex, vt ait Tranquillus in Octauio. Et ita census delecti erant magistratus, vt obiter de eo etiam conqueritur Ouidius, 1. *Fastor.*

In pretio pretium nunc est, dat sensus honores,
Census amicitias, pauper vbique iacet.

¶ Laudo † quidem eam ætatem, quæ sordidos ex plebe ab 17
imperio & magistratu prætextu paupertatis deturbaret. Vt Romani maxime Proletarios, qui non plus quam mille quingentum æris in census referebant: & capite censos, quorum extremus census fuit æris trecentum septuaginta quinque, *quoniam res pecuniaque familiaris,* vt ait Gellius, *lib. 16. c. 10. obsidis vice pignorisque esse apud rempublicam videbatur, amorisque in patriam fides in ea firmamentumque erat.* Verumtamen probos viros, qui alioquin digni sunt, non ideo depellendos à reipublicæ administratione arbitror: si probatæ alioquin, & spectatæ sint eruditionis & fidei. Laudabiliores enim sunt cui cum possint ditari communibus artibus, exiguo & sufficienti patrimonio & victu contenti sunt: quia ita oderint auaritiam, neque cupiditate habendi ducentur. Qualis fuit apud Romanos L. Valerius Publicola, qui in consulatu defunctus, collatione nũmorum publica, sua non inuenta pecunia, sepultus est, *D. August. lib. 5. de ciuit. Dei, ca. 18. Ammianus Marcelli. lib. 14. Euseb. de temp.* Vt apud Thebanos, Epaminundas, *Plutar. in vita Fabij.* Omitto paupertatem aliorum clarissimorum virorum de republica bene meritorum. vt Aristidis, *de quo Æmil. Prob. in eius vita.* Lysandri, *idem in Lysandro* Lemmachi, *idem Probus in vita Niciæ.* & similium, quibus si respublica commissa non fuisset in summas incidisset calamitates & clades. Et certe qui propter censum præferuntur, sæpe nundinationibus sordidis ad dignitates prouehuntur, perniciem conseruati status optimi secum adferentes. Vt non immerito Plinius in principio sui libri 14. conqueratur, quod cẽsus faciat magistratus, & equites. Sanctus enim & vtilius inquirere, non quale patrimonium magistratus, sed cuius existimationis sit, quomodove ante actam vitam transegerit, *vt in l. non omnes, de re milita. P. c. significasti, in ver. si se, & c. de homicid. l. ne minis licere, l. 11. ac adsca. diuerso iudicio. C.* Nam male agitur, dum id quod virtute effici debet, pecunia tentatur.

§ Sexto, † lege Sacerdotibus, nec magistratũ capere, nec pe- 18
tere permittebatur, cum tamen vteretur sella curuli, & lictore, honoris caussa, & ne ægre ferrent quod à magistratibus arcerẽtur: tum etiam quod apud Græcos nonnullos, sacerdotii dignitas par esset regiæ maiestati, nec vulgaris vel ignobilis ad illud negotium eligeretur. Dehinc secundo, quod statæ sunt sacrificia Deo, & sæpe contingeret, vt pariter occurrentibus illis & necessario determinandis negotiis reipublicæ, non possent vtrisque interesse. Item tertio, quod nefas esse putauerunt, Deo tem diuinam facere & primitias, & inter ciuium cruciatus quotidie versari, quæ omnia latius tradit in Problematibus Plutarchus, *Proble. 108.* Huc pertinet quod ait Paulus Iurisconsultus Sacerdotio aduenienti, nõ cogi arbitriũ sententiam dicere: quod nõ tantum honori personarum, sed maiestati Dei indulgetur: nisi post sacerdotium quis arbitrium suscepisset, *l. non distinguemus, 17. §. sacerdotio, de recept. arb. P.* Prætor quoque pollicetur se excusaturum eos, qui operam ad iudicandum dare non possunt: vt si qui sacerdotiũ nacti sunt. vt discedere ab eo sine religione non possint, & hos in perpetuum excusari i. *l. prætor. 13. de vacat. mun. P. iunge l. omnes, C. de episc & cler.* Quæ intelligenda maxime sunt de iudiciis rerum temporalium, quibus raro aut nunquam se immiscere debent Dei sacerdotes, multo magis Christiani, qui vero Deo inseruire debent iugiter. Et nemo Deo militans implicat se negotiis secularibus, *2. ad Timoth. 2. ca. 1. & toto titulo clerici vel monachi negot. secul. se immisc. lib. 3. Decret. al. nu. 50. Gregorius, 16. 50. cum simili, ibi not.* Et, *Absurdum est,* vt ait Iustinus Cæsar, *in l. consulta diualia, 23. de testamen. C. si promiscuis actibus rerum turbentur officia, & alii creditum, alius subtrahat. & præcipue clericis, quibus opprobrium est si peritos se velint disceptationum forensium ostendere.* Quod autem pertinet ad causslas ecclesiasticas & officia iurisdictionis earum sine dubio paulo ante docuimus, *supra hoc li. c. & lib. de arte iur.* cos haberet iurisdictionẽ, qui ecclesiis & populo in diuinis præsunt, *quemadmodum probat Cice. pro domo sua, & lib. de Haruspi. respon. Liui. in l. ossa, 8. de relig. & sumt. funer. P. l. hereditas, 53. de petit. hered. P. l. nulli, §. quod si vno, & auth. licet, C. de episc. & cle.*

¶ Septimo, † monetur dubium, num cœco lege munus iudi- 19

Digitized by Google

candi prohibeatur. Et quidem absolute videtur respondisse Vlpianus, cum posse iudicare, *l. cæcus, 6. de iudic. P.* dum ait, *Cæcus iudicandi officio fungitur.* Et id Appij Claudij Centemani exemplum firmaret, qui sententiam in Senatu de non reddendis captiuis Pyrrho dixit, qua pacem Pyrrhi diremit, *Cic. lib. 2. offic. & pro Cælio, l. 1 §. quamuis, de postu. P. Valer. Max. lib. 8. c. 15.* Sed & Timoleon Corinthius, cum ætate prouectus esset, & sine vllo morbo lumina oculorum amisisset, calamitatem ita moderate tulit, vt neque eum querentem quisquam audierit, neque eo minus, priuatis publicisque rebus interfuerit, *Æmil. Prob. in Timol.* Ceterum, quemadmodum id sit intelligendum, explicat idem Vlpianus, *in d. l. 1. §. quamuis, de postul.* vt possit quidé cœcus antequam dignitatem, superueniente cœcitate, retinere: adipisci autem nouam non possit. ¶ Ego † tamen in ea sum sententia, etsi aduersentur interpretes, nunquam cœcum iudicem per se iudicare posse actu, eo quod multa sint quæ oculis iudicum subiici debeant, antequam iudicentur: vt si agatur de finibus regundis, *l. si irruptione, fin. regund. P.* de tormentis seu de quæstione rei habenda, *l. de minore §. tormenta, de quæst. P.* de collatione scripturarum, *l. vbi falsi, ad leg. Cor. de fal.* deque aliis, quæ nō nisi visu percipiuntur. Et,

Segnius irritant animos demissa per aures,
Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus, glo. in §. si. de gradu affini. iuncto textu.

21 ¶ Octauo † prohibebat lex, ne qui haberet magistratū, alium peteret: de qua disputatum fuit in Caij Decimi Prætoris mortem, *Liu. lib. 9. deca. 3.* Et Aristoteles tradit, non nisi vnum magistratum à singulis gerendum, & singulas curas singulis concessas melius expediri, *Arist. 4. Polit. c. 15. facit ca. cum singula, de præben. in 6. ca. quia in tantum, & c. de multa, co. ap. Greg. c. 1. 89. distinct. l. 2. de excepto. lib. 12. C. l. nemo, 13. de assessor. C.* Difficile cum sit, vnū hominem duorum vicem sustinere, *l. si plures, 10. de pac. P.* Sed hæc hactenus de prohibitione iudicandi ex lege, quibus facile addi poterunt, quæ ex aliis iuris capitibus occurrent. Sequitur vt dispiciamus de prohibitis ne iudicent moribus.

Qui Moribus iudicare prohibeantur.

Cap. II.

1 *Mulieribus prohibitum iudicare vel arbitrium suscipere Romanis moribus, & quare.*
2 *Mulieres vbi dominantur & imperant. & nu. 3. 4. 8.*
5 *Senaculum mulierum Romanarum inductum, & postea sublatum.*
6 *Mulieres quæ dicuntur ex consuetudine posse iudicare.*
7 *Mulieres quædam eruditæ.*
9 *Viduæ imperium, signum iudicij vltimi seculi.*
10 *Sibyllinorum oraculorum fides, & quæ fuit illa quæ ea edidit.*
11 *Mulierum dominatio, rebus & reipublicæ quare perniciosa.*
12 *Magistratuum & iudicum publicum munus.*
13 *Mulieres consortiis hominum sine læsione pudicitiæ esse nequeunt.*
14 *Iudices esse debent oculatissimi & constantes, non auari, numer. 16.*
15 *Mulieres facile decipiuntur, & consilio infirmæ, & eas sexus à publicis negotiis excusat. nu. 17.*
18 *Serui moribus iudicare vel arbitrium dicere prohibentur, quare.*
19 *Artifices viles, tanquam serui à iudicando remouentur.*
20 *L. Barbarius Philippus de offic. prætor. P. sententia.*

1 MOribus † Romanis prohibitum erat, primum mulieribus iudicare, *l. cum prætor, de iudic. P. l. 2. de reg. iur. c. mulierem, 33. q. 5.* vel arbitrium suscipere, *l. fin. C. de arbit.* quia compromissū ad similitudinem iudiciorum redactum est, *l. 1. de recep. arbitr. P. l. pen. § fin. eod.* Erat Romanis, mulierum consortium in publicis negotiis infaustum: vt iussum sit etiam legibus rusticis apud Varronem, *lib. de re rusti. cap. 83. Mulier cum pro bubus votum sit, ad eam rem diuinam ne adsit, neve videat quomodo fiat.* Et mulieres in multis deterioris conditionis habentur, *l. in multis, de sta. homi. P.* quam viri Et masculinum genus dignius fœminino, *l. 1. de senator. P. Aristo. lib. 1. Politic.*

2 ¶ Dissentiunt † cum Romanis, aliarum quarundam gentium mores & leges. Vt apud Spartiatas, mulieres priuatim in domibus dominabantur, & in publicis sententiam dicebant de maximis rebus, & auctoritatem habebant etiam tempore Plutarchi, *in compar. Numæ & Lycurgi.* Germani, consilia mulierum & iudicia non aspernabantur aut negligebant, *Cornel. Tacit. de morib. German.* Iustinianus Cæsar consilium capiebat à Theodora vxore, vt ipse profitetur *§. hæc autem omnia, vt ind. fine quoquo suffra. & alib.* nescio an honeste: nam ex eo male audiuit & Theodora vt superba & amara, & Iustinianus vt stolidus & muliero-

sus, flexus à mulieris arbitrio in quam voluit partem: vt sæpe Flauius Blondus, & Io. Magnus Gothus, *lib. 13. hist. Gotho. cap. 25.* Apud Ægyptios mulieres munera obibāt virilia, *Polyd. Vergil. lib. 8. de inuento. rer. ca. 7.*

¶ Iudicauit † Debora populum Israeliticum, *Iudi. 4. Ioseph. 3 5. antiquit. ca. 6.* Et Plato in ea fuit sententia, mulieres institui & doceri eadem, quæ bene instituti viri sciunt, posse: & idcirco negotia in republica curare posse, atque omnia cum priuata, tum publica pacis & belli studia communicat mulieribus cum viris, ne mancum inquit sit genus humanum: eo tamen pacto, vt in singulis graviora viris, leviora mulieribus committantur, *Plato dialog. 5. de rep.* Quæ tamen refellit merito Lactantius, *lib. 3. de fal. Sapien. c. 22.*

¶ Iustinus † ex Trogo etiam recensēt, *lib. 1.* Semiramidem 4 Nini maioris vxorem, & Nini alterius matrem, post mortem mariti primum sexum mentitam magnas res gessisse: quarum magnitudine, vbi inuidiam superatam credidit, quæ esset fassam fuisse, quemve simulasset: nec hoc illi dignitatem ademisse regni, sed admirationem auxisse. Quod & verum est, sed temeritatis perpende eius exitum, & infamiam legum.

¶ Quemadmodum † & licet exemplum proponere senaculi 5 mulierum Romanarū, quod ab Heliogabalo Imperatore permissum matronis habere in colle Quirinali, vbi cū Senatusconsulta facta fuissent digna mulieribus, ridicula dico, de legib. matronalibus, qua veste, modo, ornatuve deberent incedere, merito sublatum fuit, *Lamprid. in Heliogabal. Flaui. Vopisc. in Aureliano. Meminit & Plutarc. in comp. Numæ & Lycur.* Cautumque post occisum Heliogabalum cum matre, ne vnquam mulier Senatum ingrederetur: vtque inferis eius caput dicaretur, deuouerenturque per quem id esset factum, *idem Lampr. in Helioga.*

¶ Ferunt † & contrariis moribus fieri posse, vt mulieres ho- 6 die iudicent, *per legem de quibus, de leg. b.* quia consuetudo dat iurisdictionem, *l. 1. C. de emanci. libero.* seruandamque loci consuetudinem. Vt in Gallia quædam mulieres dicuntur habere iurisdictionem ordinariam, vt Regina, *c. dilecti, de arbit.* & alibi Comitissa Matildæ & Campaniæ, *Accurs. in l. fina. de arbit. C. Paul. Castren. in l. cum prætor, §. penult. num. fin. de iudic.* Quod quidem satius est attribuere iurisdictioni, vt illarū iurisdictio sit, exercitium autem illarum nomine per viros fiat, quemadmodum quando feudi nomine iurisdictio competit pueris & minoribus, quorum nomine constituuntur iudices. Scio tamen & dictum fuisse ab aliquibus, & hāc dignitatem iudicandi posse personæ mulierum concedi ex priuilegio principis, *glos. in l. Imperialis, §. similes, ad ver. dignitatem, de nupt. C. gl. ff. in l. 1. de mulier. & in quo lo. C.* qui & certis delegare potest scienter, *vt ca. Mem. nū 2. q. 5 & c. cum deuotissimam, 12. quæst. 2.* Permittitur & Abbatissæ iudicare inter suas virgines, de his quæ ad regulam pertinent, & inter eos qui suæ sunt iurisdictionis, *c. dilecta, de maio. & obed.* Sicuti & Virgilius refert, *lib. 1. Æneid.* reginam Didonem munere regis functam, quæ

Tum foribus diuæ media testudine templi,
Septa armis solioque alte subnixa, resedit:
Iura dabat legesque viris, operumque laborem
Partibus æquabat iustis, aut sorte trahebat.

¶ Non † deest pluribus mulieribus ingenium, cognitioque 7 bonarum artium fuit Theano Metapontina vel Thuria Pythagoreæ philosophi Theophronis filia, & ipsa philosopha: alia Theano Locrensis, quæ Lyrica scripsit, *Suidas in Theano.* Alia Corinna Thebaria aut Theagæna, discipula Myrtidis cognomento Musa Lyrica, quæ quinquies fertur vicisse carmine Pindarum, quæ quinque libros scripsit Epigrammatū, & leges Lyricas, *idem in Corinna.* Fuerunt & aliæ peritæ in aliis rebus, quas prætermitto: quæ possent certe quamplurimos nostri temporis, potissimū iuuenes iudices superare doctrina. Et ego etiā nec hoc fieri posse nego, qui sciam mulieres quasdam inueniri plus æquo curiosas, & iudicandi auidas. Sed probabilius iustiusque mihi visum est, quod moribus prudentium Romanorum receptum & sanctum quodque habitum est, quodque non tantum reipublicæ, sed ipsis etiam mulieribus vtile sit, & honestum.

¶ Quod † enim Debora iudicauerit populum, singulare & 8 diuinum exemplum, & Prophetissæ opus est & mysterium. Et vna hirundo non facit ver. Vt & maximum spectaculum fuisse Dio Cass. ait, *lib. 60. hist.* quod Agrippina vxor secunda Claudij Cæsaris, Claudio publice quoque de republica respōdenti, aut legatos audienti, adfuerit. ¶ Notat † & Sibylla ruinæ postremæ 9 seculi, & Antichristi proxime venturi signum, vnius viduæ imperium & dominationem: dum ait fere in principio 3. lib. Oraculor. dum dixit ex Sebasta, id est, ex Samaria, (Samariā namq; Herodes nominauit Sebastam) in Iudæa venturum Antichristum, *Strabo lib. 16. Plin. lib. 5. c. 13.*

ἡ τότε δὴ κόσμος ὑπὸ τρεῖς παλλάκιος γυναικὸς
ἔσσεται ἀχλύσας ἡ πεδάσασα κακὴ πανδίς,
ἣν δ' ὑπὸ τὸν κόσμου πανδὶς χθὼν βασιλεύσῃ,
ἡ ῥίψει χρύσεια ἡ ἀργύρεα εἰς ἅλα δῖαν.
ἡ χαλκόν τε σίδηρον ὀπιμείων τ' αἰθέρα πᾶσιν.
εἰς τόπον ἵξει, τότε δὴ σφι χάος φθίσεται ἠ
χρεύσει κόσμος.

Dest

Digitized by Google

id est,

Et tunc certe mundus sub manibus mulieris.
Eris gubernatus, & creditus, omnino:
Quando videlicet vidua toti mundo dominabitur.
Et proiecerit aurum & argentum diuinum in mare,
Et æs & ferrum vnius diei hominum
In pontum proiiciet. Tunc elementa omnia
Viduabuntur mundo.

10 ¶ Hæc † Sibylla cecinit, quæ Erythræa vocata, & quæ se dicit in suis oraculis iussam à Deo oracula edere & vxorem vnius ex filiis Noę, & se vna cum illis iactatam vndis in arca diluuij tempore, *ipsa is ait, lib. 1. Sibyllin. oracul. in excusis cum versione Castalionis, regione, pag. 153. se dicit nurum Noachi.* Qui voluerit illi deferet, non enim Christianum ducebant omnino antiqui Christiani, fidem adhibere illius responsis omisso veri Dei numine. Cæ tamen Romani & alii gentiles summam ei & indubitam auctoritatem deferrent. Et vtrumque videtur indicasse Aurelianus, dum scribit ad Senatum, cum esset controuersia de inspiciendis libris Sibyllinis, dicens, *Flauius Vopisc. in Aureliano. Miror vos patres sancti, tandiu de aperiendis Sybyllinis dubitasse libris, proinde quasi in Christianorum ecclesia, non in templo Deorum omnium tractaretis.* Quod tamen intelligendum est, ne Christiani vterentur illius oraculis sorte consultis, vt faciebant gentiles, vt notat Theologi acrosticis versibus, vbi & nomē Domini nostri Iesu Christi, & passio iudiciique vltimi tempus, tam multis ante seculis prædicuntur, aliaq; quā plurima quæ fieri partes gentilibus incredulis obiiciant, *acrostici versus ponuntur, lib. 8. oracul. Sibyl. pag. 238. quorum capitales litera, reddunt, Ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτὴρ σταυρός, Iesus Christus Dei filius crucifixus, admittunt & explicant, Euseb. τῶ λόγῳ βασιλικῷ. D. Augusti. lib. 18. de ciuit. Dei c. 23. memsinit & de acrosticis Sibyllis, & versus eius generis & Sibylle non furantis sunt sed afflati anima fuisse, Cic. ll. 2. de diuina.* Sed id quod ibi dicitur, mulieris donationem mundi perniciem proximam indicare, qui experietur forsan sero credet, vel melius cognoscet: nō enim hoc valde difficile est scitu.

¶ Cum † communis sit omnium sententia, male se habere res 21
cum à natura degenerant. Et ordo autem naturalis, mulieres viris subiici, & non dominari, *Genes ca. 3. c. cum caput, ca. hæc in ag., ca. mulierem, &c. Adam, 33. q. 5. ad Corinth. 11. ca. sicut, de oper. isb. cu similib.* quia præstantioris naturę est, regere: inferioris, regi. Scribit Lucas de Penna, *in l. si quis, de profes. & med. lib. 10. C. Iacob. Bonaud. de Sancto, ad artic. 11. primi tractatus. Ioan. de terra rubea. contra rebelles, in 9. conclu.* prouerbium antiquorum. *Quum regna regunt mulieres, gens tota proclamat sicut veh. aetiam cū Regina muliere regi.* Et idem refert se audiuisse à senioribus, vocari dominam, quę succedit in regno, non reginam sui populi, sed ruinam. Nos in Gallia, nunquam experti id sumus, in qua non fœminæ, sed Reges imperant. Aristoles etiam lib. 2, Politico, male à mulieribus ciuitatem regi docet, & improbādam rempublicam Lacedæmoniorum, quod magna ex parte imperio muliebri regeretur. Nec referre, mulierene magistratum gerant, an magistratibus gerentibus imperent: vtrumq; enim par est & vterque status est γυναικοκρατία, improbumq; vtrumque, quippe quod genus mulierū imperiosum est & quod hominum mores sib. subiici valde desiderat: vnde & infelix fine deterrione gubernatio ciuium, imo & domus. Quid enim, inquit D. Augustinus *super Euange. D. Ioā. serm. 2.* miserius domo, vbi fœmina habet imperium in virum? Quod & Iuuenalis, *Sat. 6.* graphice depingit, dum statum turbulentum illius imperij exhibet.

Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.
Et clames licet, & mare cœlo confundas, homo sum &
Nihil vnquam dotabis coniuge vendes
Hæc obstante nihil, hæc hæc si nolet emetur.
Hæc dabit affectus, ille excludentur amicus
Iam Senior. &c.

¶ Sed † propius ad rem, nemo ignorat iudicandi munus esse 22
publicum, *l. quippe iudicare, de iudic. P.* & magistratuum publicas esse personas, *leg. 1. §. fin. de iusti. & iure P.* iudicemque publicam personam dici, *§. penult. de actio. tuto.* quia & palam publiceque copiam sui, egentibus, à mane vsque ad vesperam in tribunali facere debet. *§. sedebunt. de iudic. in authen. Exodi. cap. 17.* Vt olim & in hortis ciuitatum iura reddebantur, *Deuteron. 16. Amos, 5.* Et Senatores aliquando sub dio publice apud Romanos, & apud Athenienses, quibus ideo dicti indices Heliastæ, ἀπὸ τῶν ἁλιάζειν, à sole, quod soli expositi iudicarent, *Demost. contra Timocratem.*

¶ Ceterum † contra mulierum pudicitiam visum est viris o- 23
ptimis, eas interesse consortis hominum, *l. mortuus, C. de procu. leg. 2. de in qui ve. ætat. impet. C. cap. definitus, 18 quæst. 2. cap. mulieres, de iudic. in 6. Æmil. Prob. in prin. hist.* Melius ideireo fiet, si à iudicando abstineant.

¶ Secundo, † iudicem oportet esse oculatissimum, in negotiis expertissimum, & in officio constantissimum & inflexibilē, *l. obseruandum, 19. de offi. præs., P. respiciendum, de pœn. P. Deuteron. 16. & cap. 1.* Scriptum enim est, *Ecclesiast. ca. 7. Noli quærere esse iudex, nisi virtute valeas dirumpere iniquitates & extimescas faciem potentis, & pereas simul in cognitione tua.*

¶ † Mulieres vero, facile deceptioni expositæ sunt, propter 24
sexus & consilij infirmitatem, *leg. 2. §. pen. ad Sena. Velle. P. Si mulier, C. eod. cap. ex parte, de prius leg. §. quæsitum, de æqualis. dot. in authe.* nimiumq; misericordes, *Aristot. 9. de Animal. &* credulę.

Vt corpus teneris, mens sic infirma puellis:
Fortius ingenium suspicor esse viris, Ouidi. in epistol. Leand.

Debilia & minus valida in omnibus rebus, & à perfectione spē ciei decidua, dicūtur fœminea. Dixit & Euripides in Antiope.

ὅσον Ν' ἡ γυναικεία φύσις
ὑφὲν ἀμείνων λαλεῖν.

id est,

Voluptas quædam est mulieribus, nihil sani inuicem loqui.

¶ Omitto † quod Iurisconsulti dicant, eas esse procliues ad 25
uaritiam, *l. sea si ego. 4. ad Senat. Velleia.* P. quam vt pestem iudiciorum & reipublicæ à iudice abesse procul debere responsum est. *Ex. 18. Ecclesiast. 20. l. solet, & l. plebiscito, de offi. præsid. P.*

¶ Et † ne plura adiiciā, concludo, non quidem mulieres à iu- 26
dicio dicendo detur bari, quod mente careant, vt ait Paulus, *l. cum Prætor, de iudic.* P. sed quia moribus ita constitutum fit. Et vt cum Arnobio loquar, *lib. 7. con. gent.* est in mulieribus sexus fragilitas, quæ eas à muneribus excepit. Vnde & recte in fragmentis Menandri dictum est.

Μισῶ γυναῖκα τὴν συμβουλίαν.
Nunquam in consilium mulierem admiseris.

¶ † Moribus † etiam in iure ciuili prohiberi dicuntur iudica- 27
re, vel arbitrari serui, *d. l. cum prætor, l. non distinguemus, §. si seruus, de re. cap. urbi.* P. Moribus quippe & lege serui fiunt, & natura moribus, vt captiuitate, venditione, &c. *l. ex hoc iure, de iusti. & iurisp. cum simil. Aristot. 1. Polit. cap. 4.* Natura, vitio, *idem d. c. 4. Cic. in Paraa.* Et quod attinet ad ius ciuile, serui pro nullis, *l. quod attinet, de reg. iur.* habentur & tanquam mortui, *l. intercidit, ae cond. & demonst. P.* Quin & lege Atheniensiū cauebatur, ne de libero homine ex solo iudicio serui, & nisi euidentissimis probationibus iudicium sumeretur, *Thucydi. in 1. Æmil. Prob. in Themisto. & Pausania.*

¶ † Ad † seruos pertinent artifices viles, qui determinatā quā 28
dam habent seruitutem, vt ait Aristoteles, *lib. 1. Politi. cap. sui.* & ideo gubernacula reipublicę ex probis moribus illis nō deferuntur.

¶ Verumtamen † l. Barbarius Philippus, de offic. præto. P. monet, 29
si seruus in magistratū irrepserit pro libero habitus, & postquā delectus fuerit, rata esse quæ in magistratu, qui datus à populo vel ab imperatore, qui potestatem habent dandi libertatem, gesta fuerint. Sic communis opinio, quod liber fuerit, tanquam à libero gestum, firmat facta per eum, *leg. 1. C. de iustam. leg. 3. in fin. ae supel. leg.*

De Iudicum & Magistratuum distinctione, propter diuersam Dignitatem & potestatem.

Cap. 12.

1 *Corporis partes alia aliis nobiliores, idipsum in reipubli. partibus & curatoribus.*
2 *Iudicum diuisio, in priuatos & publicos: & horum in eos qui sine & qui cum magistratu sunt.*
3 *Publica & priuata iudicia quæ.*
4 *Iudices priuatarum qui olim.*
5 *Arbitri accepti & dati à iudice, qui & à quibus dabantur arbitri seu iudices.*
6 *Magistratus maiores & minores qui: & medii, minimi, & parui. & num. 7. 8. & 9.*
10 *Pares iudices quoties, & quomodo concursum faciant.*
11 *Tituli dignitatum magistratuum & iudicium; & num. seq. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.*

Diuersa membra † in vno corpore humano sunt, & alia aliis 1
nobiliora. Sic in corpore Reipublicæ aliæ partes alii nobiliores sunt, aliæ aliis nobiliores: & ita quibus cura partiū corporis eius demandatur, alii aliis præstant, & diuersi gradus dignitates & potestates nanciscuntur.

¶ Iudicum † itaque alii priuati, alii publicis & horum publi- 2
corum alij sine magistratu sunt, alii cum magistratu. *§. si qui vero constit. Nouell. 53. d. properandum, C. de iud. l. quidam consulebant, de re iudic. P.* Magistratus autem in primis illi appellādi sunt, secūdū Aristotelem, quibus de quibusdam rebus dicendæ sententię, & iudicandi & imperandi permissa est potestas, *Aristote. 4. Polit.* Et vt ait Cic. *3. de legib. Videtis magistratus vim esse, vt præsit, præscribatq; & vtilia & coniuncta cū legibus* Magistratū dixit, Paulus Iurisconsultus, eum qui maiorem curam & solicitudinē reipub. cui præest, impēdit, *l. quibus §7. de verb. sig. P.* Vnde & Festus

Digitized by Google

dictum putat Magistrum populi Dictatorem Fenest. *lib. 2. de magistratib. c. 8.* Sed proprie apud Romanos is magistratus dicebatur, qui à populo potestatem seu imperium accepisset. Et ita non omnes Quæstores, vel Proquæstores erāt magistratus, qui ad prouincias regendas mittebantur, sed tantūm qui eligebantur à Senatu vel magistratibus pro ordinandis consulum prouinciis, quo magistratuum delectu comites dabantur vt pecuniam attributam acciperent: & nisi Quæstores à populo creati, prouincias deinceps obtinuissent, *Carol. Sigo. lib. 2. de comi. Roman. ca. 2.* Vt alij præter eos qui Rempub. gerebant auctoritate populi olim, & nunc auctoritate Regis qui populi potestatem habet, magistratus dici videantur. Et ij duplici modo publicæ personæ, ex parte videlicet officij, & ex parte eius qui officium concessit. Sic sacra pagina vocat Iudices Israelis magistratus. *Constitues Iudices & magistros in omnibus portis tuis, quas Dominus daturus est tibi, vt iudicent populum iusto iudicio, Deuter. 16. ca.* Ita priuati exercent personæ tunc publicæ nomen, & exuto magistratu priuati iterum dicuntur, *Vlp. in l. eum qui iudicare, 13. de iurisdict. omn. iud. P.* Generaliter apud Festum, de verb. significa. magistrari, est moderari, temperare: vt inde, non tantūm magistri doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, viarum, collegiorum, equitum, dicuntur: quia omnes ij, magis ceteris possunt. Vnde & magistratus qui ex imperio potentiores sunt quā priuati. Quæ vox, inquit duabus significationib. notatur. Nam aut personam ipsam demonstrat, vt cum dicimus, Magistratus iussit: aut honorē, vt cum dicimus, Titio magistratus datus est.

3 ¶ Omnes † quidem iudices, qui de priuatorum negotiis vel reipublicæ cognoscunt cum publica auctoritate, reipub. operā dant, *l. 1. vt magistratus, 6. iuncta l. 5. præced. ex quib. cau. maio. P.* nam & omnes promittunt rempub. saluam fore, *l. 1. de magi. conuen. P.* Et cunctis dictum, *Salus populi suprema lex esto, Cic. de legib.* Cetetum harum personarum publicarum rerum alia potestas, alia circa priuatorum causas: vnde priuata iudicia à subiecto, vel à re controuersa dicuntur, in quibus iniuria priuatis illata vindicabatur. Et alia publica, in quibus quæ reipub. illata terminatur, cumque plurium interest vt vniuersorum. Scribit Dionys. Halicarnass. *in 4. antiq. Roman.* Tullium regem Romanorum, de regia potestate detraxisse dimidium, & quod cum omnes reges priores ad se reuocarent iudicia omnium litium, & cognitionē criminum tam ad priuatas iniurias, quam ad rempub. pertinentium, ipse separauit hæc, læsæ reipub. se faciens iudicem, priuatarum personarum querelas ad alios relegando iudices, quibus leges & regulas præscripsit, quas sequerentur in iudiciis.

4 ¶ Et † fuerunt priuatarum rerum iudices, nec ij tamen priuati, arbitri, centumuiri, decemuiri, litibus iudicandis præpositi & recuperatores. Publicarum vero, duumuiri, perduellionis, populus, decuriæ iudicum si credamus Carolo Sigonio, *lib. 2. de iure antiquo Romano. ca. 18.* In actione priuata, si de iure controuersia erat; dabantur vel arbitri, vel centumuiri, vel decemuiri: si de facto, recuperatores: si de neutro eorum, edictum interponebatur. Arbitri potērant esse & priuati, accepti & dati à potestatem habentibus.

5 ¶ Priuati † sunt, qui sine vlla publica iurisdictione sententiam ferunt inter volentes, & in conuenientes, vt tot. tit. de recept. arbi. in P. & C. de quibus Deo fauente post personas iudicum & administratorum eorum, agetur, non prius: eo quod arbitria ad similitudinem iudiciorum redacta sint, *l. 1. de recep. arbit. P.* & ita necessarium sit iudices, qui formam dant, præscire. Dati arbitri & alij delegati, à iudicibus auctoritatem & iurisdictionem habentibus, constituebantur iudicio. Nam ius dicentis officium, latissimum est, quia & potest bonorum possessionem dare, in possessionem mittere, pupillis non habentibus tutorem constituere, iudices litigantibus dare in causis delegabilibus, *l. 1. de iurisd. omn. iudi. P.* Et ita iurisdictio quoque, est iudicis dandi licentia, *l. 3. §. fi. eo. tit.* Et qui iudicare iubet, magistratum esse oportet, non priuatum, *l. eum qui, eod.* nemo enim dat quod non habet, *l. si vniuersæ. C. de legā.* Et priuatorū consensus, qui arbitrū constituere potest iudicem nō facit eum qui nulli præest iudicio, nec quod is statuit, rei iudicatæ obtinet auctoritatem, *l. primatorum, 3. C. de iurisd. omn. iud.* iudicis quamuis possint prorogare iurisdictionem consentientes, *l. 1. C. eod. l. 2. de iudic. in P.* Nec ipse procurator Cæsaris, dare iudices potest, *l. 1. C. de pedane. iud.* & si fecerit, sententia ab istiusmodi arbitris prolata, nullo iure subsistit, *l. 2. si à non comp. iud. C.* Magistratus itaque dat iudices in negotiis suæ iurisdictionis, *l. placet, de pēd. iud. C.* quando per occupationes publicas, vel per negotiorum multitudinem, non potest de omnibus cognoscere, paucis exceptis, *l. 1. qui pro sua iurisdict. iud. dare dari ve poss. C.*

6 ¶ Magistratuum alij maiores, alij minores, iique vel medij, vel minimi, *§. illud etiam, 1. & §. illo videlicet, de appellat. & intra quot temp. appel. sit, in auth. §. pen. de non alie. reb. eccle. in auth.* & pares: quemadmodum legimus dici maiorem & minorē administrationem magistratuum *l. properandum, de iudic. C.* & Aul. Gellius, *lib. 13. cap. 14.* ex lib. M. Messalæ de auspiciis patritiorum auspicia in duas potestates diuisa fuisse dicit, & inde maiores & minores magistratus. Maiores & maximos dixit, Consules, Prætores, Censores: & minoribus magistratibus, tribunis, comitiis dari magistratus, sed iustius curiata lege: maiores vero, centuriatis comitiis. Maiores etiam dicere possumus magistratus, qui pleniſſimam habent iurisdictionem: qualis inest Proconsuli, ad quem omnium partes, qui Romæ vel quasi magistratus, vel extra ordinem ius dicunt, pertinent. Et ideo maius imperiū habet omnibus magistratibus in ea prouincia quæ ei assignata est, *Vlpia. in l. si aliquam, 7. §. fi. & l. & ideo, & l. sequ. de offic. proconsi. P.* Itē & maiores comparatione facta aliorum, quorum non est tam angusta plenave potestas: qui aliis imperant, nec aliis superioribus cedunt, *vt apud Vlp. in l. 3. §. fi. & Paul. l. 4. de recep. arbit. P. & in l. ille à quo, §. intempestiuum, ad Senatusc. Treb. P.* Vocantur & maiores iudices & magistratus, à Bartolo, qui de maioribus rebus & arduis iudicant, *Bart. in l. 1. de offi. eius cui mand. est iurisd. C. & in l. imperium, de iur. omn. iud. P.* & qui maiores infligere possint pœnas, *idem Bart. in l. si qua pœna, n. 4. de pœn.* Dici & posse maiores iudices arbitror eos, qui aliorum & ita minorum rescindere sententias vel confirmare possunt: ad quos prouocatio est, *ca. vt debitus honor, ac appell. l. potestatibus, de offi. recto. prouin. C.* Ita secundū relationis speciem, & aliqui maiores & minores esse possunt aliis, & secundum quid, vt dicunt philosophi.

7 ¶ Vt † iudices præfidiales in iis, in quibus non prouocatur ab illis ad curiam supremam, maiores eius causa sunt: ratione vero criminalium causarum, nisi cum latrunculatore cognoscant, & in aliis, in quibus appellatur, minores. Sed & comparatione facta causarum criminalium, & ciuilium: iudices criminalium maiores erunt, quam qui de ciuilibus cognoscunt: quia criminales maiores sunt ciuilibus, *§. si igitur, ibi. vt omnes obed. iudic. prouin. in auth.* Et maiores quoque ad quos prouocatur, respectu eorum à quibus appellatur: quia semper ad maius tribunal dirigitur prouocatio, *l. 1. §. si quis in appellatione, ac appella. P. §. illo vide. licet, eod. in auth.* Et in summa iudex qui præst melioribus & honoratioribus, eo honoratior habetur, *§. no. autem, de defens. ciuit. in auth. col. 3.*

8 ¶ Minores † itaque intelligemus iudices esse, qui causas minores dirimunt: id est, ciuiles, vsque ad quinquaginta solidos, secundum ius antiquum, *in l. 1. eod. C.* iure Nouella. un. vsque ad trecentos solidos *§. & iudicare, eod. in authen.* quorum causas Iustinianus vocat breues, & vilium personarum, *§. si tibi, de mandat. princip. in authen. & authen. nisi breuiores, de sentent. ex breui. recit. C.*

9 ¶ Minimi † porro iudices erunt, qui humiliora & viliora iudicant paruiq; momēti & qualitatis, quales pedarij, qui iure appellantur pedanei iudices, *l. fi. C. de pedane. iudicib.* qui à Græcis dicuntur habere cognitionem, *κατὰ πόδα μικρὰν.* prope vel fere paruam, *in constit. Nouell. 82. in princ.* Pedarij dicti per metaphoram à pedibus, quod quemadmodum pedes inferiores sunt corporis partes, ita isti inter iudices minimi, & vltimi. Existimat autem Gellius, *lib. 3. c. 18.* pedaneum iudicem dici barbare pro pedariq. Et pedarios Senatores olim dictos, nondum maioribus honoribus functos: qui nondum Magistratum ciuilem gesserant, quia & ii pedibus itarent in curiam.

10 ¶ † Pares vero magistratus & iudices dicuntur, qui eiusdem ordinis sunt, vel eiusdem potestatis: de quibus axioma, Parem in parem non habere imperium, *d. l. ille à quo, §. tempestiuum, ad Senat. Trebel. l. nam magistratus, de recep. arb. P.* Nam faciunt concursum in iurisdictione, nisi alter illorum potior sit tempore, *l. si pluribus, cum sibi notatis per docto. de leg. 1. c. 1. de offic. lega. notat Bald. ad l. nullum, ca. fin. C. de testibus, Specul. tit. de reiu. p. §. 9. versi. tem quod sublatum, Boer. in §. 3. de iurisd. omn. inuic. in consuet. Burg.* Et ita pares maiores inter se & minores & minimi.

11 ¶ Distincti † sunt rursus isti ordines iudicum, secundum diuersos titulos quibus honorabantur à Cæsaribus vel à populo. Variatū tamen in illis, & diuersa est sententia: vereor autē ne ignorantia historiæ nostros vulgares interpretes fefellerit, vel certe temporū confusio. Referam tamen eorum sententiam, & quod in probatioribus monumentis melius explicatum puto. Glossa itaque in §. 1. titulo, vt ab illustrib. & qui super eā dignitate sunt, &c. in auth. ad verba, *post magnificentissimos*, facit 6. gradus vel titulos dignitatis, super illustres, magnificentissimos, illustres, spectabiles, clarissimos, minimos.

12 ¶ Speculator † porro, *in 1. par. lib. 1. Partis. titu. de iurisd. omn. iudi. §. iudicum igitur*, cēset iudices alios esse maximos, eosque dicit superillustres, spirituales & temporales: vt Summum Pontif. Imperatorem, Patriarchas, quod super omnes sint. Quod tamen Cyno displicet, *in l. 3. vbi Senat. vel cla. P.* quod ij supra gradum non in gradu sint.

13 ¶ Alios ‡ deinde magnos & illustres constituit, & superspectabiles: quales dicit præfectos Prætorio, Orientis & Illyrici, Africæ, Vrbis, & Quæstores: & in spiritualibus, Primates, & Metropolitanos.

14 ¶ Alios † medios seu spectabiles, vt Magistrum militū, Proconsulem, Præfectū vigilum, Præfectum Augustalem, Præfectū Ægypti, Vicarium, Ducem, Comitem rerū priuatarum, Comitem Orientis, Episcopum. ¶ † Alios autem constituit minimos, 15
& hos clarissimos: vt Præsides: & in spiritualibus, Archidiaconū, & Archipresbyterū. ¶ †† Alios infimos, quales defensores ciuitatum, & locorū, magistratus municipales & pedarios: & in spiritualibus, 16

Digitized by Google

qualibus, rectores seu curiones Ecclesiarum. Additque, omnes istos gradus habere merum aut mixtum imperium, exceptis magistratibus municipalibus, & qui eos sequuntur, *per l. 1. de offi. præfect. vrb.* P. *per l. observare, & l. sequ. de offi. proconsul. l. magistratus. ad municip.* P. *l. magistratibus, de iurisdict. omn. iud.* P. quod ii leuia tractent, *§. nos igitur, & §. audientia, de defens. ciuitat. in auth.*

17 ¶ Ceterum, † l. 2. vt dignita. ordo seruet. lib. 12. C. Illustres facit primos in honore, qui actu præcesserint, id est, qui & administrauerint illustrem dignitatem: secundos, qui vacant: tertios, eos quibus insignia & tituli administrationis mittuntur, & præfert præfectum prætorio, non quæstorium præfectorio. Iustinianus autem in §. 1. Nouellæ 71. μεγαλοπρεπεστάτους, magnificos illustres dixit, cum epitheto magnifici, nominans illustres: quod glossæ dedit occasionem erroris, putans aliquos dici magnificentissimos, alios illustres: nominat & ibi clarissimos λαμπροτάτους, de aliis non meminit. Sicut de illustri & clarissimatus tantum dignitate mentio habetur in l. 1. vbi sena. vel cla. C. Verum, in libro qui inscribitur notitia vtriusque imperij, tituli magistratibus alio modo tribuuntur. Nam tripliciter magistratus diuidunt, in illustres, spectabiles, & clarissimos. Illustres dicuntur in imperio Orientis, prætecti prætorio Orientis, & præfecti prætorio Illyrici, magistri militum, præsentiales officiorũ, Comes largitionum rerum priuatarum.

18 ¶ In † imperio vero Occidentis, præfectus vrbis, præfectus prætorio Italiæ, præfectus prætorio Galliarum, Quæstor, & Iulio Materno, Consul. Spectabiles vicarij vrbis Romæ, & alij vicarii, vt Hispaniæ, Britanniarum, septem prouinciarum, quibus suberant correctores, & præsides: tales & comites Limitanei, Comes Africæ, Duces prouinciarum. Clarissimi præsides prouinciarum & tractatus, & correctores qui iurisdictionem habẽt, vt in Apulia, Calabria, omnesque prouincias consulares regentes. Iulius tamen Maternus in principio sui operis, vocat patricios ac Senatores superillustres. Existimo tamen hos titulos ex arbitrio Cæsarum mutatos, & officia concessa ex eorum nutu, cum dabantur titulis exornata: obseruata titulorum dignitate, secundum merita ante gestos honores. Aliosque subinde additos vt perfectissimi titulorum qui loco Clarissimi erant, vt auctor Ammianus Marcel. sic scribens de Constantino Principe, *lib. 21. Nec sub eo dux quisquam cum clarissimatus prouectus est, qui alias perfectissimi discebantur.* Illa autem perfectissimatus dignitas quibus daretur à principe, docetur in l. vni, de perfectissima dignita. lib. 12. C. tim. 33. Cassiodorus, libr. 6. Variar. explicat formulam illustratus: libr. 7. formulam clarissimatus.

de Imperio Magistratuum in genere.

Cap. 13.

1 *Imperium an ommes magistratus habere dicantur.*
2 *Imperij acceptiones. Et quare imperium merum potestas, & num. 3.*
4 *Imperij diuisio in merum, mixtum, & iurisdictionem.*
5 *Gladij potestas absolute dicitur potestas, quare.*
6 *Merum & mixtum imperium quomodo distinguantur.*
7 *Imperium merum & summum, aliud esse à mero & participe meri.*

1 SPeculator arbitratur, † vt proximo capite dictum est, omnes Magistratus imperiũ habere, exceptis municipalibus qui merum non habent inquit, & illis qui inferiores eis sunt. Si tamen potestas explicatur imperium, *l. potestatis, de ver. signi.* P. omnes Magistratus qui habent aliquam potestatem, habebunt aliquod imperium, sine quo explicari iurisdictio concessa nequit, *l. fin. de offi. eius cui mand. est iurisd. l. 2. de iurisd. omn. iud.* P. Vt ideo necessarium sit admonere, diuerso modo vsum pari imperium.

2 ¶ † Nam generaliter imperium accipitur pro potestate, iubendique auctoritate. Vnde imperium habet in domesticos sibi subditos, paterfamilias, maritus, in vxorem: pater, in filium: & quilibet iudex, in homines suæ iurisdictionis: Tribunus, in milites: dux que & qui præest exercitui.

3 ¶ † Aliquando imperium à potestate separatur, vt apud Ciceronem *3. de legib. Imperia, potestates, legationes cum Senatus creuerit populusue iusserit, ex verbo exeunto.* Vt & potestas à Magistratu, in edicto Prætoris, *in l. 1. quod quisque iur. P.* Aliquando imperium pro omni magistratu, vt in lege Cic. *idem Ci. 3. de l. iusta imperia sunto.* Et apud Liuium, *in 9. eo animo duo imperia data creata per populum.* Et quod citatur ex Messala apud Gellium, lib. 13. c. 14. *maius imperium à minore rogari non est sue.*

4 ¶ † Dicetur & imperium in quo regnatur regnum ipsum, monarchia, dominatio. Quę cum tam varia sint, potestatis auctoritate diuersa, & conuenienter nomine nos quatenus ad iudicandi munus pertinet, secuti nostros Iurisconsultos diuidemus, in summum seu merum, mixtum, & iurisdictionem: videlicet eam in qua & aliquomodo imperium seu iussus quidam sit: vt duo consideremus instrumenta iudiciorum, imperium & iurisdictionem. sic in finitione imperij, latius erit potestatis nomen & generalius, quam imperij, quod est species potestatis. Ita in l. imperium, 3. de iurisd. omn. iud. P. definitur per illud potestatis genus, imperium.

5 ¶ † *Imperium merum est, habere gladij potestatem, ad animaduertendum in facinorosos homines.* Ecce ibi definitum imperium in potestate gladij, eamque potestatem restrictam, vt gladius exerceatur contra facinorosos: vt videas inde excludi potestatem etiam gladij in alios, quam facinorosos, *quod etiam, inquit Vlpian. in d. l. imperium, 3. de iur. om. iud.* P. *potestas* appellatur, videlicet κατ' ἐξοχήν. quia enim maior potestas est animaduertere in corpus, quam de fortunis seu bonis cognoscere ideo ista potestas animaduertendi, & imperium in corpus. per excellentiam dicitur potestas: non quod omnis potestas in eo consistat, sed quia hæc præcipua & maxima sit in iudiciis, vt cum ius ciuile dicimus absolute, intelligimus Romanorum: cum poetam, apud Græcos Homerum: apud Latinos Virgilium, non quod vnum ius ciuile tantum Romanum sit: quælibet enim ciuitas suum habet, sed quia illud præstantius: vt plures quidem poetæ sunt, sed illi præcipui, *§. sed ius quidem ciuile, de iure natur. apud Iustin.* Vocantur & hodie ciuitates liberæ nomine potestatis absolute, vt dicunt, *le potestat de Venise, Genes, &c.*

6 ¶ Laborant, † & vix conueniunt interpretes in mero & mixto imperio declarando, cum tamen verba Vlpiani, in d. l. imperium, clara sint: vt imperium merum sit in sola animaduersione: mixtum autem, ex ea & iurisdictione componatur, quando seruata dictione iuris, seu ex legum tenore & ordine iudiciorum fit animaduersio: vt iurisdictio quoque prorogetur ad dicendum ius de criminibus, nempe quia potestas iudicantis & id possit continere, & de illis quæ animaduersionem habent possit cognoscere. Vt de aliis quoque quæ ciuilia sunt: quia & ius dicentis late patet, & alia continet quam criminalium decreta, *l. 1. & l. imperium, in fi. de iur. omn. iud.* P. Cum enim magistratus legum & iuris exsecutor sit: leges autem, & de caussis ciuilibus & criminalibus statuant, necesse est iuris seu legum dictionem commissam magistratibus, vtrorumque notionem habere, in quantum distributum est magistratibus hoc est, in quantum potestas illis concessa, *in l. 2. post originem, ibi, per eos qui iuri dicendo præsunt, effectus rei accipitur, &c. de orig. iur.* P. Bartolus dicit merum imperium dici, quod consistit in his quæ respiciunt publicam vtilitatem principaliter: & mixtum in his quæ respiciunt priuatam, *Bart. in d. l. imperium.* Vel merum, quod consistit in mero & libero officio iudicis. Alij dicunt merum versari circa negotia quæ respiciunt personas, mixtum circa alia, quorum & melior videtur sententia: siue de condemnando, siue de absoluendo agatur, *l. solet, de offic. Proconsul.* Videtur itaque recte dictum, iubere, cauere prætoria stipulatione, & in possessionem mittere, magis esse imperij quam iurisdictionis, id est, magis animaduersionem in personam habere, quia persona magis consideratur. Omitto quæ disputat de his Alciatus, lib. 2. Parado. c. 8. Et contra cum Angelus à Sancto Ioanne. Arbitror autem merum imperium, quod est habere gladij potestatem, à mixto differre vel maxime, quia sine iurisdictione possit merum dari: ad mixtum non sit, nisi cum ea. Et quod non competat merum imperium, nisi ex speciali concessione à lege vel principe facta, nec iure magistratus, *l. iubere, cauere, de iur. om. iu.* P. Et ita mandata iudictione, imperium quod est merum, non videtur mandari: contra quod non est merum, cum sine modica coercitione pro tutanda iurisdictione cognitio esse non debeat, *leg. 1. §. fin. de offic. eius cui mand. est iurisd.* P. *d. l. solet. de offic. Proconsul.*

7 ¶ Iurisdictio † necessitatem cum potestate dicendi ius accipit, & est potestas de publico cum necessitate, vt suo loco dicemus paulo post. At imperium merum iuris ordinem non semper sequitur, quando potissimum exercetur ab iis qui nulli subiiciuntur, qui habent merum & summum imperium: contra, si exerceatur ab illis quibus à summis & principibus cõceditur, qui non nisi ex præscripto & secundum legem concessionis vtuntur gladio: cum tamen qui concedunt, liberè vtantur. Vnde velim annotari aliud esse habere imperium merum & summum per se, aliud consequi merum imperium, id est, consequi ea quæ à mero imperio & absoluto procedunt: nam Magistratus non habent absolutum, liberum & merum imperium, sed quatenus illis concessum est, & illis merum, pars meri dicetur, pars pro toto. Qui autem principes sunt sine superiore, illi habent liberum & absolutum cum omni potestate. Et hoc indicat gladij ius, de quo pauca mouebo: & postea de iis qui liberum habebant, vel aliquatenus liberum.

De Gladij iure.

Digitized by Google

Cap. 14.

1 *Gladij nomen summam potestatem indicat. Gladius spiritualis, & temporalis.*
2 *Occidendi ius à principe pendet.*
3 *Gladij potestas proprie in bello, & gladius à clade.*
4 *Cingulum quid est in potestatis significatione.*
5 *Gladij honor vel ius, potestas animaduertendi.*
6 *Gladius, insigne & symbolum maioris potestatis.*
7 *Gladius nudatus aliquibus principibus, alius tectus, cur præfertur.*
8 *Manus regia quid, & quare regis potestas eo nomine appellata.*
9 *Regibus potestas non est omnibus absoluta & libera.*
10 *Regnandi species, & seq. nu.*
11 *Tyrannis, regia potestas electiua.*
12 *Regnum dimitatu, tanquam patriafam. inter domesticos.*
13 *Regnum Barbaricum quod dixit Aristoteles.*
14 *Basilarchia quid.*
15 *Regum potestas à Deo.*
16 *Romanorum principes in potestate regia varij.*

1 GLadij nomen summam † potestatem vitæ & necis cõtinet, supra quã humana alia maior nõ sit. Quod apud D. Lucam, c. 22. Deus Dominus noster Iesus Christus docuit, dum duorum gladiorum significatione, sufficere dixit duas potestates summas in terra, vnam spiritualem, aliam secularem, *c. dilecto filio, de sent. excom. in Sex. c. quoniam*, 10. *dist. cap.* 1. 23. q. 8. Gladius spiritualis separat animam à Deo, & à corpore Ecclesię, tẽporalis, animam à corpore, 1. *Reg.* 15. Vltor iniquitatum gladius. *Iob. cap.* 19. & mortem vltimum omnium remedium habet in subditos. Quare & omnes aliæ pœnæ appellatione gladij venire possunt, cum ei cui quod plus est, concedatur, & multo magis quod minus est, licere debeat, *c. cui licet, de reg. iur. in Sex.* Nihil enim habent homines quod pro pœna imponere possint vltra mortem, *Matth.* 10. D. Paulus explicat, quid gladius, & cuius potestati concedatur, *ad Roman. c.* 13. *c.* 1. 23. *q.* 8. (*Omnis anima*, inquit, *potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt. Itaque, qui resistit potestati. Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac & habebis laudem ex illa. Dei enim est tibi minister in bonum: si autem malum feceris, time. Non enim sine caussa gladium portat: Dei enim minister est & vindex in iram ei qui male agit. &c.*) Quæ verba referuntur solum ad principes & reges, qui exercent pœnas in non obtemperantes & rebelles, *ca. sunt quædam, 23. q. 5. cap. postulasti, 21. de homicid. cap. solita, de ma. & obedient.*

2 ¶ Et † à quibus solis, vel ab illorum tantum auctoritate, ius necandi legitime hominem, procedit. Et si quis sine illorum iussu gladium arripuerit, & occiderit, ipse necandus est, *cap.* 2. 23. *q.* 8. vt contra, eius iussu occidens miles, *c. miles*, 23. *q.* 5. reus non est criminis homicidij, vt habetur in concilio Bracharensi. Iubebant & reges legitimi, sine caussæ notione cuilibet quos morte dignos putarent, occidere: vt constat exemplis libri 1. Reg. c. 19. & 22. & libr. 2. Reg. c. 1. & 3. Reg. c. 2. Meminit & Q. Curtius, Alexandrum Magnum mandasse, Eudemium Athenienſem vera monentem, iugulari: & cum id statim factum esset, subiisse pœnitentiam regem facti, & iussisse sepeliri, *Q. Curtius, lib. 3. de gest. Alex.*

3 ¶ Iussitque † Moses princeps populi occidi idololatras subito ab vno quoque proximorum, *Exod.* 32. Et proprie gladii potestas dicitur esse in prælio committendo, & gladius mutata litera c. in g à clade formari videtur, & ab hominum strage quæ per instrumentum gladij fit, secundum Varronem, *lib. 4. de ling. Lat.* Neque antea milites gladium cingebant, quam essent exituri in bellũ & pugnaturi: quo tempore instante periculo mortis, priuilegiatum testamentum militare fieri dicebatur in procinctu, *Aul. Gell. lib. 15. cap. 27. §. 1. de testamen. ordin.*

4 ¶ † Idemque dictum est in procinctu versari, & inter pericula esse, *in l. 1. de bono. pos. ex testa. milit.* P. Et cingulum pro ense qui in cingulo pendet, secũdum aliquos, in l. fi. de præpos. sac. cubic. lib. 12. C. tit. 5 Et pro insigni militari, *vt in l. penultima, C. de pact. l. fi quis in conscribendo, C. de pact. l. si quis in conscribendo, C. de epis. & cle.* Iudicibus quoque dicimus esse cingulum, forsan & vt verius est, propter eam illis concessam animaduertendi facultatem: quare in illis dicimus parua vel magna cingula, pro maiori & minori potestate gladij: & exercitatos iudices in magnis cingulis, *§. Getus igitur, de iudic. & vt nullatenus cum inrein. elig. & l. 2. vt ordo dig. ser. lib. 12. C. tit. 8. l. omnes, 9. de mete. co. lib. 12. titu. 41.* Ita Lampridius scribit in vita Alexandri Cæsaris, eum nunquam honorem iuris vel gladij vendidisse: dicentem, necessarium esse, vt qui emit vendat.

5 ¶ Scribit & Dio, Octauium Cæsarem, pro prætoribus suis qui loco suo per annum & amplius quantũ illi placeret, imperarẽt: in suis prouinciis concessisse, vt militarem habitum gestarẽt, gladiumque & ius capite plectendi milites haberent. Neque enim vlli procõsuli aut prętori præfectione licuisse se gladio accingere, quo ipso necandi milites ius adimebantur. Nã & Senatoribus & equitibus quibus, alterum concedebatur, alterũ quoque aderat. Meminit, & huius cõcessionis iuris gladii ferẽdi Xiphilinus, *ex Dione, in Domitia.* dũ scribit Parthenium cubicularium Domitiani, & interfectorẽ, à Domitiano magno honore ferẽdi gladii donatum. Item Herodianus. *lib. 3. histo.* refert, Seuerum Imperatorem supra Romanæ ditionis homines, in Plautianum præfectũ cohortibus maximos honores contulisse. Si quidẽ inquit, perpetuo larum clauum habebat, atque in secundis cõsularibus inueniebatur, ensẽ præterea gestabat, ceteraque omnia supremæ dignitatis insignia

¶ Igitur † insigne magnæ potestatis gladius erat, & ideo ex ore 6
Dei procedere dicitur gladius magnus, *c. 1. & 19. Apocal.* quia & maxima & suprema eius potestas. Rex enim is regũ & Dominus dominãtiũ, cui imperiũ mortis & vitæ, Basanus rex 6. Sicãbrorum, qui & postea Franci dicti, quoq; pergeret sibi funem præferri iussit & gladium in signum iustitiæ manifestũ quã vsq; adeo exsequebatur rigide vt neq; proprio filio, vel fratri pepercerit, ve alii qui cõtra legẽ equitatis, quã posuerat, deliquisset. Is enim Sedamum filium de adulterio accusatum, propria manu nullo habito respectu procerum interecedẽtium, ex lege capite truncauit, dicens: nõ ego te fili occido, sed lex patria, *Tritemi lib. 1. breuiarii histor. Franc. in 6. rege Basano.* vnde & dictus Iustus. Dũ cõsalutatus est Imperator Aulus Vitellius, & circumferretur à militibus per celeberrimos vicos: districtus seu nudatus gladius Iulii Cæsaris, detractus à delubro Martis, ei porrectus in prima cõgratulatione fertur à Suetonio Trãq. *in Vitel. c. 8.* Et olim qui se Regum clientelæ debẽbãt, tacto gladii capulo obsequiũ polliceri solebant, *Saxo Gramm. lib. 2. histor.*

¶ Cur † autem quibusdam principibus præfertur gladius nu- 7
datus, aliis tectus vagina, videtur iudicare Egnatius. *Bapt. Egn. lib 2. exemplo Veneto.* his verbis, *Reges & principes præferri sibi nudum ensem iubent. Supremæ suæ potestatis augmentum quasi aliena sententia nõ egeant. At Duces Venetorum vagina videlicet aurea tectum pone gerunt: vt nec celeritatem ad vlciscenda facinora præmaturam significẽt, nec sibi arbitrij penitus esse totam Rempubl. sed subsequentis Senatorij ordinis summam esse potestatem, quod etiam Consulum Romanorum præligati fasces denotabãt.* Sed & delictores qui gladio & securi occiderẽt, ipsos Reges præcedebãt, qui hãc illis ineſſe potestatem significarent. Sic enim Romulus duodecim accepit lictores seu carnifices, qui illum præcederent more Ethruscorũ apud quos, quia ex duodecim populis Rex crearetur, singuli singulos lictores dabãt Regi, vt pote potestatẽ suã gladii in eũ conferentes liberam tãquam insignia regia, *Liu. in 1. ab vrbe condita. Dio. Halic. in 3.* Memorabile est quod narrat Q. Curtius, augurium certissimum mutationis futuræ regni Persarum, ex gladio prænuntiatum, *Recensebant*, inquit, *Curt. lib. 3 de gest. Alexan. Darium in principio imperii vaginam acinacis persicam iussisse mutari in eum formam qua Græci vterentur, protinusq; Chaldæos interpretatos, imperium Persarum ad eos transiturum, quorum arma essent imitatus.*

¶ Dicta fuit & hæc Regum potestas, & imperium merum & 8
summum aliquando manus regia à Pomponio, *in l. 2. in princip. & §. quod ad magistratus pertinet, de orig. iur.* P. Manusque pro potestate plena accipitur: vt in manu domini dicebatur esse seruus, *l. 4. de iusti. & iur. P. l. 1. de iu qui sunt sui vel al. iur. P. cum similib.* Et inter præsagia & signa imperii aduẽturi Vespasiano, illud adiicitur: quod illo prãdente quondã canis extraneus triclinio manum humanam intulit *Suet. in Vespas. c. 5.* Sicque dictum ab Ouidio in Epistolis.

An nescis longas Regibus esse manus?

Hincque factum aliquãdo, vt solis regibus extra manicas manus proferre liceret, aliis nequaquam ante regẽ consistentibus. Quod planum est ex Xenophonte dum scribit, *lib. 2. rer. Græcar* Cyrum occidisse Antobisacem & Mitreum filios Darię sororis Xerxis, patris Darii, hanc ob caussam, quod sibi occurrẽtes manus intra manicam nõ contraxerãt, quod regi soli fieri soleret. Est enim manica quam manus longior, & cum quis manum intra eã cõtinet, facere omninõ nihil potest. Sic & vsurpauit manum pro potestate Seneca poeta, *in Thyeste.*

Qui vult regnare, langa da regnet manu.

¶ Sciendum † tamen est, non omnibus regibus liberas fuisse 9
manus, nec potestatem ex eorum arbitrio solo pendere: sed & gladium quosdam cũm aliorũ auxilio mouere & exercere quẽadmodum nec vnus, nèque absolutus fuit modus reges constituẽdi. Nam quidam cum potestate limitata imperia & regna à populo accipiebãt: quidam absolute, vt obseruatum videbimus apud Aristotelem, *lib. 5. Poli. ca. 10. & 11.* Vt in Lacedæmoniorũ Repub. Rex videbatur constitutus secundũ leges: nec enim habebat omnium potestatem, sed cũ egrediebatur extra regiones imperium eorum, quæ ad bellum pertinebãt. Et hæc inquit Aristoteles, tamen regia potestas absoluta, quasi auctoritatem belli perpetuam habebat: vitæ autem necisque alicuius non habebat potestatem, nisi dum bellũ gerebat. Vt etiã apud antiquos obtinuisse ostendit Homerus. Nam Agamemnon in cõcionibus maledictis & iurgiis vexabatur, sed cum à concione in prælium redierat, occidendi habebat potestatem.

¶ Et hanc constitui primam speciem regni. Altera dixit simi- 10
lem illi,

Digitized by Google

lem illi, quæ erat tempore heroum: volentium scilicet subditorum, & in determinatis rebus. Dux enim belli & iudex controuersiarum, erat Rex, & dominus cæremoniarum erga Deum.

21 ¶ Erant † & tres species Regiæ potestatis, quæ dicebatur apud Græcos, apud quos erat frequens Aesymneteia, electiua Tyrannis, potestas regia data ad tempus, quæ vel ad vitam eius cui dabatur, aut alio tempore præfinito, vel rebus gestis finiebatur. In quam ferrur electus à Mytileneis Pittachus aduersus exsules.

22 ¶ † Quarta, vnius qui dominatur, in ciuitate, ad instar gubernatoris domus, quæ omnes superiores continet, excepta po-
23 strema, *Dio. Halic. in 5.* Vocat autem idem Aristoteles aliam quintam potestatem regiam barbaricam, eam videlicet penes quam est auctoritas regni non omnibus perpetua, quæ vel ex genere, vel ex electione ad regem accedit. Vnde αὐτοκρατορικὸν & arbitrij proprij regnum, & plenum imperium, *Num autem optimum sit vni concedere omnem dominationem, disputat Aristote. prad. lib. 3. Poli. c. 11. & 12.* Cuius generis non erãt reges Spartiatarum, qui non erant sui arbitrij vt quicquid vellent facerent: sed Senatus erat potestas in negotiis ad rempub. pertinentibus, *Dio. Halic. lib. 2. antiquit.* Imo licebat cuiuis magistratuum ex Ephoris legibus regem in vincula coniicere, vt in Pausania factum Æmilius Probus narrat, *in Pausa. vita.* & Thucydid. *in 1.* Sicque Plato scribit, *3. de le.* Ephororum potestatem, tanquam frænum iniectum fuisse imperio. Et Cicero, *3. de legib. plura de Ephororum potestate Aristo. lib. 2. Polit. cap. 7. Non sine causa*, inquit, *Ephori Lacedæmonij obiecti sunt regibus, nec non apud nos Consulibus Tribuni.* Carthagine, quotannis reges bini creabantur, *Æmil. Pro. in vita Hannibal.*

24 ¶ Apud † Thebas, præfinitum tempus imperij lege, quæ & capite mulctabat eum, qui diutius imperium retinuisset, *idem in Epamin. Plut. in Proble. regum, in Polit. & in vita Pelop. Ælia. lib. 13. de var. histo.* vocabant Bœotarchiam.

25 ¶ † In nostra Gallia Rex noster αὐτοκράτωρ est, & monarcha absolute plene & sui arbitrij, *c. per venerabilem, qui fil. sint legit.* quod testatur titulus quo se exornat, *Dei gratia Francorum Rex*, à nemine alio quam à Deo potestatem se accipere ostendens, *ad Roma. c. 13.* Quia vera potestas etiam regnum à Deo est. Quod & Homerus ostendit, *Ilia. 1.*

μήτε σὺ σκαιὸς ἴδμεν' ἐϊσάμεναι βασιλῆϊ
Ἀντὶ βίλν ἐπεὶ ἦ ῥα τ' ὄμοιν ἐμμορε τιμῆς
χερσὶν ὑπ' ἀρχὸς βασιλεὺς ᾧ τε ζαχεπόδος ἐδ ἀνακτ.

Id est,

Neque tu cum Pelide rege velis contendere,
Quia nunquam similem sortitus est honorem
Sceptrifer Rex, cuique Iupiter honorem dedit.

Et rursum idem Homerus, *idem Ilia. 2.*

Θυμὸς δὲ μάλα ἐστὶ διοτρεφέος βασιλῆος,
Τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι: φιλεῖ δὲ μητιόεντα Ζεύς.

Id est,

Ira magna est à Ioue nutriti regis,
Honor autem ex Ioue est: diligit enim sapiens Iupiter.

Et paulo post,

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,
εἷς βασιλεύς, ᾧ ἔδωκε κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσιν βασιλεύῃ. id est,

Non bonum est multorum principatus, vnus sit princeps,
Vnus Rex, cui dederit filius Saturni obliqua consilia habentis,
Sceptrumque & iura, vt ipsis dominetur.

26 ¶ Ceterum † in Republ. Romanorum, in potestate principali variatum est, & aliquando maior, aliquando minor fuit, ipsa mutata sæpius forma Reipubl. Nam ab initio, vrbe condita, Romulus, vt scribit Dionys. Halicarnass *in 2.* cum leges, iura & officia Regis & Senatus, populique conscriberet, Regi adscripsit munera, vt sacra curaret & sacrificia & quæ ad placandum Deũ per eum gererentur: vt legum & morum patriorum haberet custodiam, de iniuriis grauissimas causas decerneret, Senatum cogeret, populum in concionem prouocaret, primus sententiam diceret, quod pluribus placuisset ratum haberet: & præterea, summum in bello imperiũ, quod significat imperium illud merum gladij liberi, quod iurisdictionem non considerat. Siquidem iam de dicendo iure, de iniuriis, & de alijs locutus erat Halicarnassæus, cum de hoc iure imperij subiicit. Aliud tamen in imperio Consulum, Censorum, Dictatorum, & Cæsarum postea decretum. De quibus pauca dicamus. De principibus & eorum imperio legitimo & illegitimo, iam etiam dictum est, lib. 18. Syntagm. cap. 1. & 2.

De Imperio & potestate Consulum Romanorum.

Cap. 15.

Lib. 1. P. tit. 10. Lib. 12. C. tit. 3. Nouell. Constit. 105.

1 *Consules in locum exacti regis Romanorum creati, & in quo diminuta in illis regis potestas.*
Quare Consule. & Hippati dicti, nu. 2.
3 *Consules in quotuplici differentia.*
4 *Consules institiæ in iure qui.*
5 *Consulis maius quam Prætoris imperium. Et qui consulares iudices.*
6 *Exconsules, & exconsularis dignitas.*
7 *Consules, aut ordinati, aut suffecti designati, & nu. 11. & 12.*
8 *Consules ex patribus primum, deinde ex plebeis creati.*
9 *Consules à populo in comitiis creati.*
10 *Consulatum nec petere nec gerere licebat, priusquam quis certos alios magistratus gessisset, & esset ciuis.*
13 *Designatorum Consulum auctoritas & potestas, & 14.*
15 *Manumissiones cur Consules initio Consulatus expedirent, & numer. 20.*
17 *Missilia Consulibus prohibita largiri.*
17 *Consulatum petebant tantum præsentes, non absentes.*
18 *Consulum tituli, potestas, & officia.*
20 *Consulum duorum quis honoratior esset.*
21 *Consularis potestas quando paulatim lapsa est à gradu.*
22 *Rerumpub. status, morbi, interitus, & reuolutio.*
23 *Romanorum Reipubl. quoties, & quomodo variauerit.*
24 *Imperium seu gubernatio vnius melior, quam plurium.*
25 *Principatum vnius quæ videntur deiicere, & solutiones.*
26 *Decurionum ciuitatum quorundam fastus & insolentia.*
27 *Rex malus vnus melior, quam plures magistratus, imperantes pessimis populo.*

REgum imperium graue † visum est, & vnius dominatio displicuit populo Romano, vt ait Liuius, *in 2.* Quare exactis regibus & monarchica dominatione loco Regis Consules creati 1
sunt, *idem eod. Nos de consulib. lib. 18. Syntag. cap. 3.* Quibus tamen Regia potestas non est concessa omnino. Nam illud imperij ius & annum factum est, & diminutum, fasces q; cum securibus alligati illis prælati: quia non plenæ potestatis, nec poterãt in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi, data tantum potestate in illos coercendi, & in carcerem mittendi, *l. 2. §. exactis deinde regibus, de orig. iur. P.* Et extra vrbem securi alios percutiẽdi. Ademta Consulibus ex regio fastu, toga picta, purpurea, & corona aurea tantum, *Dio. Halic. in 3.* ἐμάκρυνε hos magistratus siue περιέλαυνε dixit populus seu consules: † qui & postea dicti à Græ- 2
cis, quia præcellerent & essent summi magistratus ὕπατοι: quos oporteret ex Senatus consilio, quemadmodum mos erat Regibus, decernere, Senatus placita referre ad populum, *idem lib. 4. Liu. in 2.* Eratque in consilio à Senatu capiendo & in statuendo nomen eorum accommodatum. Nam, vt ait Sextus Pompeius Festus, *in libris de verb. sig.* (*Consules antiqui ponebant non tantum, pro consilium petas, & perconcleris, sed etiam pro iudices, & statuas.*) Et maxime potestas statuendi in illis quæ foris gerebantur, quia in vrbe reipubl. curam gerebat Senatus: qui tamen in rebus difficilimis iubebat ipsos Coss. videre, ne quid detrimenti respub caperet. Hoc & attigit Quintilianus, *lib. 1. Institut. Orator.* Loquimur porro hic, de Consulibus in locum Regum subrogatis Romæ primum, non de aliis qui quadam similitudine idipsum nomen habuerunt: quos ne confundamus, cauendum est.

¶ Idque † ne fiat, qui sint alii indicabo leuiter, & distinguam 3
Consules, in veros, de quibus hic præcipue, & in alios qui similitudine quadam consules dicuntur. Item in alios qui consulares, non Consules appellantur. Similitudo consulũ hodie nominetenus Romæ vix apparet. Referunt tamen quidam Lucium 3. Sum. Pont. 177. aliquando anno sui pontificatus 4. mense 2. die 18. ab vrbe deiectum, eo quod Consulum nomen abolere adnitebatur. Imperatorum & declinantis etiam imperij tempore, vltra Consules annuos, erãt Consules codicillares nomine tantũ, sed cum dignitate qua donabãtur ab Imperatoribus. Vt legimus Clodoueum regem Frãcorum, victo rege Gothorum Alarico, ab Anastasio Imperatore accepisse Consularis dignitatis codicillos, & Turoni in basilica Beati Martini blathea vel trabea indutum & chlamyde, impositum que diadema eius vertici, vt ab ea die facta largitione Consul & Augustus sit nominatus, *Greg. Turonen. lib. 2. histo. Franc. cap. 38.* Solebant enim Cæsares, etiam cum libuisset Consulatum gerere, *§. fin. de eo Consu. in authen.* vt auram popularem sub specie Magistratus Democratici captarent, cum tamen imperium ex arbitrio regerent non obstãtibus collegis: nihil enim collegæ aut parua gerebant sine Cæsaris arbitrio: vt annotatum est in Iulij Cæsaris cum M. Bibulo consulatu. Cum enim omnia volũtate sua gereret Cæsar, quidam periochum dicebant, non Cæsare & Bibulo Coss. sed Iulio, & Cæsare Coss. factum, bis eum scribentes nomine & cognomine, pro duobus. Prodierunt de hoc versiculi vulgo.

Non Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare factum est:
Nam Bibulo fieri Consule, nil memini. *Suet. Tranquil. in Iulio Cæsa. cap. 20.*

Digitized by Google

4 ¶ Nominantur † alicubi in iure Pontificio, Consules iustitiæ, aliqui annui administratores oppidorum seu municipiorū curatores. *l. licet ex suscepto, cap. 10. de fo. compet.* quales etiam dicuntur Caduræi, qui ciuitati singulis annis in principio mēsis Maii præficiuntur: Parisiis dicti, Eschevini: Tholosæ, Capitolini: Burdegalæ Iurati, & alibi aliis nominibus. Quibus imperiū vel potestas permittitur, iuxta leges municipales à principe comprobatas, *vt in l. magistratus, ad municipa. P. l. magistratibus, de iurisdict. omn. iudic.*

5 ¶ Consulares † iudices erant alii, quam Consules. Nunquam enim Consules iudices, sed Prætores olim dicti sunt, vt ait Liuius, *lib. 3. de cap. 1.* quanquam post Prætores introductos, maius fuerit Consulis, quam Prætoris imperium, *Gel. li. 13. c. 14. & 15.* Consulares itaque iudices erant, qui aliquando Consules fuerant, vel qui cum Consulari potestate mitterentur. Sic scribit Spartianus. *Ælius Spartia. in Adriano.* Adrianum Consulares iudices quatuor per omnem Italiam constituisse. Et ita etiam Consulares, à Consulibus, qui in dignitate, seu qui Consulatum gerunt actu, distinxit Vlpianus, *in l. si. de recept. arbit. P.* Missos & sæpe in prouincias administrandas Consulares viros legimus, alios tamen quam Consules, qui rebus imperij Romani summa olim primum delata potestas.

6 ¶ Erant † & Exconsules, qui Consularem quidem dignitatem habebant, sed administratione carerent & commodis. Vnde erat & dignitas Exconsularis moderatoris prouinciæ, concessa Fisci aduocato post biennium, *in l. petitioni, C. de aduocat. diuers. iudicio.* Erat & formula Exconsularitatis, de qua Cassiodo, *in 6. Variar.* Erant & Exconsules, qui desierant esse Consules, vt Exprætecti, Exquæstores dicti: Consulares & viri, qui prouincias Consulares regerent.

7 ¶ Verorum † autem Consulum, quidam ordinati, & quidam
8 suffecti in locum deficientium dicebantur: alij designati, scil. eet in futurum annum. Creabantur † porro vel ordinabantur Consules primum ex patribus & patritiis solum, non ex plebe: quo factum est, vt creati fuerint Tribuni militum, partim ex plebe, partim ex Patribus cum Cōsulari potestate, quo tempore plebs contendit cum patribus, & voluit quoque ex suo corpore Consules creare, & patres recusare, *leg. 2. §. deinde cum post aliquot. de orig. iur. P. Liu. in 4. 5. 6. de cor. tribuno. nu. & creat.* Vt etiam post multas contentiones necessarium fuit, Tribunum plebis constituere, quia plebe eligeretur, qui obsisteret imperio consulum. Et ob id hæ ad inuicem dignitates Consularis, & Tribunatus, maiore inter se contentione ac furore subrogari cœptæ à Senatu populoque Romano, vt scribit Appianus Alexandrinus, *lib. 1. bello ciuil.* Deinde lege Licinij Stolonis, ex plebe etiam creari cœpti sunt, *Vide Liuium & Fenest. lib. de magistra. cap. 7. de Stolonis lege hac, Gell. lib. 17. cap. 21. lib. 2. §. deinde cum placuisset, de orig. iur. P.*

9 ¶ Creabantur † Consules à populi suffragiis in comitiis centuriatis auspiciis maioribus. Et primum quidem, exactis regibus, Iunius Brutus qui curam habebat sacrorum, & ius comitia agendi, congregauit populum', rogauitque, iuberet ne exsulare Tarquinium cum vxore eius & liberis? quæ vbi approbata fuit suffragiis ciuium rogatio, Inter regē creauit qui designaret Magistratus populi, qui nominauit Magistratus designandos in locum regum cum comitiis & suffragiis populi, vt recenset Dionys. Halicarn. *lib. 4. Antiq. Roman.* Centuriatis quoque comitiis Consules, vt maiores Magistratus rogari, tradit Gellius, *Aul. Gell. lib. 13. c. 13. & 14. Liu. lib. 8. Decad. 4.*

10 ¶ Lexque † dicta, & multis temporibus seruata nisi per gradus magistratuum gestorum, consulatum peti posse, alioquin à tribuno plebis à petione reiiciebantur, vt ex Liuio constat, *Liu. li. 2. Dec. 4. ibi, Tribuni plebis, T. Quintium Flaminium Consulatum, &c.* Nam post Quæsturam sequebatur Ædilitas, deinde Prætura, postea Consulatus: sed ita vt inter omnes istos Magistratus biennium interesset. Non potuit & esse Consul, qui ciuis non esset, etiam si in Latio natus: donec postea & exteri tales facti sunt, à tempore Balbi Cornelij maioris, *Plin. 7. histor. nat. c. 44.*

11 ¶ Et ex his forma eligendi pendere videtur, nam tales esse debebant qui petebant Consulatum secundum commune ius, vt gradus Magistratuum percurrissent. Et ita in comitiis centuriatis in campo Martio habitis, & interdum altero Consulum comitia habente, petebant. Consules vero de futuris designandis comitia rogabant. Quod si vnus pendente anno moriebatur, vel vitio creatus diceretur collega superstes, de collega sufficiendo rogabat. Vtroque mortuo per Interregem nouorum Consulum creandorum caussa, comitia habebantur. Vbi vero Consules propter bellum adesse non potetant, Dictatorem dicebant qui comitia consularia haberet, *meminit de hu Liuius, in 9. ibi, Dictatorem idem annus habuit P. Cornelium Scipionem, &c.*

12 ¶ Duo † tantum eligebantur non plures ab initio, *Liu. ex Dio. Halic. in 4.* nec pauciores. Et vno demortuo alius in locum eius subrogatur. Et exegit aliquando Augustus Cæsar, quoties sibi Consulatus daretur, vt binos pro singulis collegis haberet, quod non obtinuit reclamantibus cunctis, satis maiestatem eius imminui, qu od eum honorem, non solus, sed cum altero gereret *Sueton. Tranquil. in August. c. 37.* Erant Cōsules duo annui, & si loco mortis vel alio modo amouebantur, qui in locum sufficiebātur, eius anni quoque Consules dicebantur. Erant & designati, qui creabantur in sequentē annum, vt ait Flauius Vopiscus, illique duo ex prisco more qui iam ex designatione veluti inter Cōsules censebantur, cedebāt tamen administrātibus, at cum aliqua res relata esset ad Senatum, Consules qui præsidebant primū, designatos Consules super ea re sententiam rogabant, ac deinceps ceteros Senatores Designatos, Calendis Martii, & vt plerumque Calen. Ianuarii iniisse consulatum tradunt historiographi. & nostri Iurisconsulti consentiunt, *l. item veniunt, 22. §. præter hæc, & vide ibi gloss. in verb. Consules, de petit. hered. P. l. Publius Mœuius, de condit. & demonstration. P. §. hæc omnia, de Consul. in Authen.* quamuis perpetuo id seruatum non fuerit. Nam scribit Dion. Hal. *in 9.*

¶ Spurium † Seruilium, & A. Virginium, Sextili mense cōsu- 13
latum iniisse: & posthumium Cōminium. & Spur. Cassium Calendis Septembribus, *idem lib. 6.* alii inierunt 5. Decembris, alii Idibus Maii. Fuit autē introductum, vt Calendis Ianuarii iniretur consulatus circa sexcentesimum annum ab vrbe condita, *vt conijci potest, ex lib. 3. Liuij, Decad. 5. ex Dione & ex epist. Cicer. ad Attic. sed vide Plutarch. in Problem. dum de Ianuarii mense ait.* Fiebat vero ante perpetuo designatio, vt sciretur qui futuri essent Consules, Sicque indicat Cicero *pro Flacco, Cum* inquit, *bellum iam gerente Catilina, omnes me auctore duos Consules Calen. Ianuarii scirent esse oportere.* Porro varietas temporis ineundi Consulatum, refertur ad seditiones, aliasque causas quibus comitia impediebantur. Et vrgente quoque necessitate, & die quo creābātur, inibant, *Liuius in 9.*

¶ Tempore † etiam imperii prævalentis dominationi popu- 14
li, designabantur Cōsules in varios menses & pro libidine Cæsarum plures. Sic apud Cor. Tacitum, *lib. 7. Otho. Consul. cum Titiano frat, in Calend. Martias designatus: ipse proximos menses Virginio destinat, vt aliquod exercitus Germanico delinimentum: suggerat Virginio Pompeius Vopiscus, prætextu veteris amicitiæ, &c.* Et tradit Lampridius sub Commodo 35. Cōsules designatos. Ita in anno sequenti tot Consules exercebant, quot designati: nā designati veri Consules erant & ius habebant, quamuis nō adhuc illud exercerent. Sicuti de iudicibus, alijsque electis dicitur, eos iurisdictionem habere, quamuis non habebant adhuc exercitium, *l. fin. quibus ex cau. maior. in integ. rest. C. gl. 1. in l. primatorum. C. de iurisdict. omnium iud.* Ceterum, duo viri constituti Consules exemplo Lacedæmonū, quod minus iniurioſi & molesti putarentur diuisa potestate bifariam, ambobus eandem vim obtinētibus, vtque alter alterum reuerereretur & reuocaretur à licētia: & quia æmulatio ad virtutis opinionē ex æquata potestate maxime nascatur. Nō dabātur illis coronæ, sceptra, nec toga regia auro & purpura intexta, nisi in festis & pompis triūphalibus assumerētur, vt ait Dionys. Halicarn. *in 4.* honoris Dei caussa. Dabatur at sella eburnea in qua ius dicerent, prætexta cādida duodecim fecures cum duodecim lictoribus, qui eas per vias præferent. Addit Cassiodorus *in 6. Varia. c. 1. vide l. 1. de Consul. lib. 12. C. §. fin. eo. in Auten.* palmatam vestem, calceos aureos sellā curulem. Refert Flauius Vopiscus præter palmatam vestem, datum fuisse fascem & baculum Cōsulibus, & alia quæ dam de quibus vide apud eum, in Aureliano: & late de omnibus Wolphgangū Lazium, lib. 9. commēt. Reip. Roman. c. 4. Ausonium in gratiarum actione pro consulatu ad Gratianum: Sidonium Apoll. libr. 8. epist. epist. ad Siagrium 3. & 8. Ouid. Fast. 1. 161.

Iamq; noui præunt fasces, nouæ purpura fulget, &c.

¶ Fuit † & mos in initio cōsulatus, seruos manumittendi. Quia 15
Iunius Brutus primus libertatis assertor, ob detectam proditionem per Vindicem seruum Vitelliorum, eūdem manumisit, *Liu. in 2. Putarch. in Problem. Pomp. in l. 2. §. initium successionis, de orig. iur. P.* Hanc manumittendi initio magistratus consuetudinem tradit Cassiodorus in formula consulatus, *Cas. lib. 6. Variar. in for. consul. & c. 1.* Atque Ammian. Marcell, eas manumissiones factas Calendis Ianuarii, *Ammia. Marcel. lib. 22.* Facit L. pridie Calēdis. de feriis, in P Et carmine Claudianus *in 4. Honorii consulatu,* sic explicat.

Aspice mox lætum soluit clamore tribunal,
Te festos ineunte quater solemnia ludit
Omnia libertas: deductum Vindice morem
Lex celebrat, famulosq; iugo laxatus herio
Ducitur, & grato vernat secundior ictu:
Tristis conditio pulsata fronte recedit,
In ciuem rubuere genæ tergoq; remouit
Verbera, promissi felix iniuria voti, &c.

¶ Fiebant † largitiones in initio huius Magistratus, per Cōsu- 16
les, & quidem prodigæ missilis nomine. Sed postea missilia illa prohibita fuerunt, *toto tit. de Consul. & non sparg. ab his pec. & c. lib. 12. C. tit. de Cōsul. lib. in Authen.* ¶ Nō † dabatur hæc dignitas nisi 17
præsentibus & petentibus per seipsos, non enim licebat absenti per amicos petere ex lege vt ait Appinianus Alex. *libr. 2. bello. ciuil.* Alia lege nōnisi ciuis creabatur, quæ, vt dixi ante abrogata fuit, vt & antiqua quam recitari iussit Q. Fabius recusās cōsulatū

qua

Digitized by Google

qua intra decem annos, eundem Consulem refici non liceret, *Liu. lib. 10. Flor. in libro 50. & 55. Epit.* Nam ea non fuit perpetuo seruata ob penuriam hominum, vel quod hominibus illis qui repeterentur, tum maxime Respublica egeret. Consularis ætas erat olim annus 43. *Cic. 1. Orat. con. Antonium.* Vlpianus autem & posse accidere ait, vt minor sit 20. annis, *Vlpian. in l. vn. §. fin. de offi. Consul. lib. 1. Part. tit. 10.* Antiquus Consul hac formula nouum denuntiabat. *Quod bonum faustum felix fortunatumque mihi Magistratuique meo, populo plebique Romanæ, L. Licinium Consulem denuntio, Cic. pro Mure.* Iurabant noui Consules imprecatione & conceptis verbis, quibus caput suum domumque suam, si scienter fefelliſſent, idolotum, quæ putabant Deos, iræ consecrarent.

28 ¶ Cuius † iuramenti forma integra exstat apud Polybium, in 3. & Plutarchum in Sylla. Cuius esset potestatis, & finis eius Magistratus, notum est ex eo, quod monui, Consules in locum Regiæ auctoritatis, quibusdam tantum ademtis, suffectus: vt merito dicantur tutores annui Reipubl. cæ publici consilij principes, amplissima potestas Consulatus, *Cicer. contra Rullum.* & vt idem Cicero *pro Plancio* dicit, *honorum populi finis est Consulatus.* Polybius notat Consules habuisse prope potestatem regiam, non autem tantum absolute. Illud enim, ne imperium esset merum & summum prohibebat, quod populus sibi potestatem retinuerat: & cuius Magistratus, si quid in Tribunos plebis erat Magistratus, vt vocat *& Iustin. in §. plebiscitum, d. iure natur. arbitrat Plutarch. in Probl.* iubere poterat duci Consulem in carcerem. Sicut quidam colligunt ex verbis Ciceronis in Oratione Agraria contra Rullum, *Ego Consul, qui concionem meam? qui Tribunum plebis perhorrescam? qui spe & fine causa tumultuer? qui timeam ne mihi in carcere inhabitandum, si Tribunus plebis auci ſuſſiſſet? &c.* Liuius iura omnia regiæ potestatis & insignia primos Consules tenuisse ait, *Liu. in 2.* idque tantummodo cautum, ne si fasces habuissent duplicatos, duplicatus terror videretur. Fas erat illis, quotiescunque visum esset, Senatum habere: sed exercitum scribere, legiones supplere, naues reficere, earumque numerum augere, loca publica ædificare, instaurare, atque alia huiusmodi iniussu Senatus facere, eis interdictum erat. De his & Polybius, *lib. 6.* ita scribit, *Consules Romæ præsentes, antequam exercitus educantur, omnium publicarum actionum potestate fungunturs, in reliqui principes cunctis subiiciuntur & obediunt, præter Tribunos plebis: illi in Senatum legationes dicunt, & vrgentia negotia proferuntur, & totum negotium ipsi exsequuntur: illorum est conuocare concionem, proferre edicta, ea quæ à pluribus decreta sunt, dispensare. Denique & bellicus apparatus ad eos pertinet, atque vniuersa quæ sub cælo est œconomia prope imperatoriam ac regiam habet potestatem, &c.*

19 ¶ Par † ambob. Consulibus quidem potestas, tamen prior ille inter illos honores, qui prior allectus erat, etsi secundo loco allectus alias Consul fuisset secundum legem Iustiniani *in l. 1. de Consul. lib. 12. C.* Et constitutum, vt non vtique duodecim lictores cum duodecim fascibus & securibus præcederent: sed per singulos menses alteri adessent duodecim lictores, alteri duodecim lictores, & ita vicissim post mensem secures sibi traderent, *Dio. Halic. in 5.* Quare si in castris essent ambo, non simul imperabant, sed alternis diebus, *Polyb. lib. 3. histor. vide Plut. in Fabio Max.* In rogandis sententiis in Senatu, vt in principio Calendis Ianuarij fuerat institutum, sic toto anno seruabatur, vt colligitur ex Suetonio Iulio Cæsare, cap. 21.

20 ¶ Fuit † vtriusque & officium, vt Censorum, examinare manumissiones faciendas seruorum qui sint, qua de causa, & quomodo libertatem assecuti sint *Dion. Halic. in 5.* Hoc est quod Vlpia. videtur dicere, reseruatum esse Consulibus suo tempore illud manumittere & consilium manumittere volentibus præbere, *Vlp. l. 1. de Consul. lib. P.*

21 ¶ Virgis † vtebantur Romæ, extra & secuti iure prisco, sed postea successu temporum, potissimum sub imperio Augustorum, imminuta est paulatim auctoritas, & tandem abolita omnino Democratia. Nam consentiente populo in Octauij Augusti imperium, auctoritas declinauit plurimum, quæ sub dictatoribus fuerat pene exstincta, quanquam Cæsares huic magistratui quendam honorem haberent in aliquibus, vt inescaretur interim incautus populus, & veluti quibusdam præludiis assuesceret se monarchiæ.

22 ¶ Sic † enim fert volubilitas humanæ naturæ, vt quæ nunquam in eodem statu subsistat: quæve ex aliis senescentibus, quæ displicere incipiunt, alia noua regeneret: vt quod fuit, atque aliquando displicuerit, placere incipiat, & contra. Respublicæ in suo statu, & pueritiam & iuuentutem, senectutem, & interitum patiuntur. Reges interdum sibi causam subuersionis regni præparant, vel excessu vel defectu, vel tyrannide, vel nimia indulgentia. Ita & in aliis rebus publicis, quarum sex species habent fere ortus & interitus ex sese causas & successiones, quas explicat his verbis Polybius *in 5. Sex sunt*, inquit, *politiarum genera. Monarchia, quæ natura constat: neque tamen quælibet monarchia statim regnum dici debet, sed ea tantum quæ sub eius rum consensu conciliatur, & magis pro animi sententia regitur ac gubernatur, quam timore & violentia. Ex monarchia regnum nascitur, vbi vero regnum in mala cognata, tyrannidem scilicet mutatur, rursus ex horum destructione Aristocratia, id est optimatum gubernatio, prodit, quæ tamen natura quadam in Oligarchiam mutatur. Cum vero multitudo iniustitiam eorum, qui præsunt ita perculta displicuit, nascitur Democratia, id est, populi dominatio. Rursum cogente plebis contumelia & iniquitate, temporis successu Ochlocratia insurgit, scatrisque perpetuis, vt necesse sit redire ad Monarchiam.* Et postea, *quamadmodum ferrum rubigo, ligno vermiculi ac teredines aduersantes, perniciem adferunt: vt etiam si externa omnia nocumenta effugiant, ab istu tamen quæ cognata habent, abrumpantur: eo pacto Respub. cuilibet prona ut ipsi quædam adnascitur & adhæret peculiaris malitia, vt te regno, Monarchia: Aristocratiæ. Oligarchia: Democratiæ, bellis Cheirocratia, seu seditio plebis. Vt fieri nequeat quominus cuncta prædicta, dicto iam accursu temporum, dicloque iam modo nonnumquam.*

¶ Exemplum † cadit ex eo, quod nunc in manibus est, vide Romanum regnum superbia vnius in manus cadere Consulum à Consulibus in plebis contentionem, in Decemuiros, & in Tribunos: à Tribunis & Consulibus, in Dictatorem: à Dictatore, in Triumuiratum: ab eo, in seditiones, ab his, in populum: à populo, in Augustum & Monarcham. 23

¶ Vt certe vix electio liqueat, quæ sit melior, an vnius, an plurium gubernatio. Ceteris tamen paribus, semper Monarchia præstantior & securior habita est apud bene sentientes, *disputat hanc quæst. Aristot. lib. 3. Polit. c. 11. & 12.* & qui experti fuerunt furores & varias populi mentes. Hæc enim natura multitudinis est, vt ait Liuius *lib. 4. Decad. 3.* vt aut seruiat humiliter, aut superbe dominetur. Vulgus, facta fortunatorum non conatur imitari: sed luxum sequendo, suam incontinentiam publice traducit, *Suid. in Verb. Στατεύω.* Dominus noster Iesus Christus, qui totius potestatis fons, vnus Deus & homo, hominibus suo loco reliquit in hoc seculo vnitatem potestatis in animam, vnitatem potestatis in corpore & bona. Homini vna tantum regens anima, in mundo hoc visibili, vnum sidus regnum alia Sol. Omnia animantium corpora, vnum caput tantum habent: Apibus & Gruibus, vnus Dux. Non bene resonant fides vel voces, nisi sit vnus cõsensus. Perfectum dicitur, quod vnitatẽ accipit: & quod ab vnitate suæ compositionis deficit, interitui proximum est, siue res naturales, siue artificiales contemplemur. Potentius fortiusque, quod vnius tantum mouetur imperio, nam vbi plures imperant, factiones fiunt, vt variæ sunt hominum sententiæ, & est ad dissentiendum facilis humana fragilitas, eaque sine discretione vel inquisitione eius quod fit, sed affectionis cius qui iubet. Cũ plurium voluntates vni coniunguntur, cessat omnis dissẽdi occasio. Et virtus vnita melior & efficacior se ipsa dispersa. Sunt alia quamplura, quæ veram possunt probare hanc sententiam, melius esse vnum imperium quam plurium in Republica: quæ facile colligi possũt ex oppositione, collatione, cõtrarietate specierũ Rerumpublicarum: cõsideratis caussis & rationibus primi imperij hominis, in creata patris familias, in familiã in liberos: & ex successu, & fine omniũ Rerumpubl. Itẽ si adiicias, maiorẽ esse spẽ per debere qui iubeat, minorẽ qui obtẽperet: æquales vero nõ posse recte sibi imperare. Animaduertere quoque licebit in Democratia, multo etiam sed necessitate cogente populo, imperasse vel gessisse Rempublicam perpetuo quosdam selectos, ex quibus si plures auctoritatem accepissent, natæ fuissent atroces seditiones. Etenim imperfecta est omnis semper res & proinde gubernatio, quæ ad suam vnitatem non peruenerit. Sed hæc prosequi & probare latius otium mihi non est, & potius ad Rhetorum declamationes, quam ad properatẽ ad iudiciorum exitum, pertinent.

¶ Scio † nihilominus his plura obiici posse, præcipue principum tyrannidem, exactiones intolerabiles Monarchę, crudelitatem, negligentiam & incuriam defensionis populi, & his similia. Sed vnica solutione respondebo, quod scriptum à Mario Maximo, & dictum Traiano ab homunculo, Rempr. prope meliorem & tutiorem esse, in qua princeps malus est ea, in qua sunt amici principis mali, & vbi principes plures mali. Siquidem vnus malus, potest à pluribus bonis corrigi: multi autem mali, non possunt ab vno quamuis bono, vlla ratione si peterari, *Lampr. in Alex. Severo.* Et vt ait Dio Cassius *lib. 44. histor.* populi seu Democratiæ principatus in Republica speciosum nomen habet: videturque ex legum æqualitate, non plus vni quam alteri tribuere. Verum re ipsa comprobatur, nihil ei cum sua appellatione conuenire. Contra Monarchæ nomen, auditu difficile: penes vnum tamen summam esse reipublicæ, conducibile omnium maxime est. Facilius enim quispiam vir bonus vnus, quam plures, reperitur: vt si illum quis inuenire difficile putet, necesse est fateatur, & plures inuenire difficilibus esse. Non est certe putandum, viros aliquos damnasse Monarchiam, quod vellent probos semper præfici: sed quia ipsi ambitiosi in imum & magis sibi quam aliis deferri desiderarent. Potuit hoc experiri quotidie illos qui sub reipub. nomine degunt. Vident enim multa viris indigna ab ambientibus Magistratus committi, vt popularem auram aucupentur, vt probos actu vel vi à gubernaculis dei-

Digitized by Google

turbent, vtque ipsi imperent populi prætextu.

26 ¶ Vidi† alicubi homunciones, ciuitatum Magistratus municipales ambientes, & venales voces eligẽtium mercari, vt vel federent in populari administratione ceteris optimis ciuibus infesti, vel vt prædam ex populo cõpilarent: vidi & eo decurionatu ita reddi tumidos & inflatos, vt vix seipsos qui esset agnoscerent: quãuis scirent post annũ abeundum esse Magistratu. Quid, bone Deus, isti futuri essent, si perpetuam illis Deus donaret Democratiam? Certe tyrannis essent quibuscunque, & lupis peiores. Ex fece enim plebis cum quis repente in honores erigitur, insupportabilis & omnino odiosus efficitur, vtpote qui subita mutatione, velut ebrius honore, cuius indignus erat, quomodo in honore se temperare debeat, nescit. Vt facile inebriatur qui sitim passus merum abunde bibit, cum sciat se iterum carituru eodem. Cum tamen Princeps & Monarcha perpetuus, omnibus numeris dignitate plenus, rationem consideret, & dignitate satiatus & assuetus eius honoribus, nihil habeat antiquius in animo, si vel mica ei sit salis, quam fungi dignitate, certus quando & quæ voluerit subditis imperare se posse.

27 ¶ Sed † & demus vnius principis graues esse canones, tributa, indictiones, superindictiones: nonne tolerabilius est populo, vnius ingluuiem pati, quam plurium auiditatem? Vnus iam locupletatus, amplius non officit: at si vno locupletato & depulso, vt in Democratia fit, alium & alium aduoces & sufficias, regni ciuitatisque pecuniam breui tempore consument funditus. Recordemur hic quæso, & ita finem facio, apologi lepidissimi Æsopi, *de quo scribit Aristot. lib. 2. Rhetor. ad Alex. c. 20.* in causa Demagori Herinacei, qui voluit vulpi μιχοῤῥῶσαι esse. Cum enim vulpes in foueam decidisset, fluuium transeundo, eique longo tempore cum exire non posset, affl ctæ muscæ multæ caninæ insedissent, eam transiens aspexit Herinaceus, misertusque eius rogauit, si vellet vt ab ea caninas muscas depelleret: cumque ipsa negasset, causam miratus quærebat. Tum illa, iam inquit, hæ saturæ parum iam sanguinis trahunt: quod si has tu excuties, famescentes venient aliæ, quæ quod mihi sanguinis restat, totum ebibent. Quod etiam in praxi norunt, qui variorum rectorum experiuntur mutationes.

De Patriatus, & Censoris potestate.

Cap. 16.

Lib. 50. P. tit. 15. Lib. 12. C. tit. 3.
De censib. & censitorib. Lib. 11. C. tit. 57.

1 *Consularis dignitas prima post imperatoriam aliquando.*
2 *Patritiatus dignitas secunda post imperatoriam, & summa, quæ. num. 3.*
4 *Patritij tempore Romuli, & postea qui.*
5 *Censores Romanis quando additi, qui primi creati, & ad quid, ex quo appellati. & num. 6.*
7 *Censuræ partitio.*
8 *Censorum de quibus erat iurisdictio seu cognitio, & seq.*
9 *Senatores Censores legebant.*
10 *Morum emendatio Censorum erat.*
11 *Iudicium de moribus coniugum, quale & quando sublatum.*
12 *Cœlibes censoria non damnati.*
13 *Sponsam temere repudiasse, censorio iudicio castigatum.*
14 *Vitæ censura primatorum, cur ad censores pertinebat.*
15 *Conuiuiorum sumtuaria lex abrogata.*
16 *Insinuationes instrumentorum coram Censore. Et quæ alia ad eum relata.*
17 *Familiaritas inopis vetita.*
18 *Censorum apud Platonem iurisdictio.*
19 *Sacrificiorum pretia à Censoribus curabantur.*
20 *Lustratio quando fiebat à Censoribus.*
21 *Censorum creandorum formula. & censuræ duratio.*
22 *Censorum collega mortuo, alter quare se abdicaret magistratu.*
23 *Vngebantur Magistratus, Censores, & eius scribæ, dum auspicabantur Magistratum.*
24 *Censura à potestate Tribuni plebis liberata.*
25 *Censuræ Magistratus finis, & rationes censoriæ pœnæ. num. 26.*
27 *Morum emendatio nunc fit à magistratibus ordinariis.*
28 *Censores rerum censualium huius temporis.*
29 *Censu grauatus conqueri potest.*
30 *Censiti coloni, & adscripti qui.*

1 FVit ante † Imperatoriam potestatem, Consularis, exactis regibus, prima potiorq; in regenda Republica, quanquam consilij instar Cõsulibus essent Senatus & populus, ad quos negotia decernenda, quæ ipsi exsequerentur, deferrentur. Sub Imperatoribus primum illa imminuta & postea sublata, cœpit ex prima secũda dici dignitas post imperatoriam, vt Iustinianus etiã verbis aliquando eam declarauit, dum adularetur populo, *§. penul. de Consul. in aut. Noue l. const. 105.* Verum † & ille alibi Patritiatus dignitatem præposuit, secũdamque post Imperatoriam fecit, *l. nemini, de Consul. lib. 12. C. vbi gradus magistratuum ad hanc dignitatem.* Sicut & tempore Græcorum Imperatorum, illa summa post Imperatoriam fuit. Et hæc nõ ex successione, sed à principe cõcedebatur. Sic Carolus Magnus Patritius factus est, antequã fieret Imperator Romanorum ab Adriano summo Pont. *c. Adrianus 63. dist.* Patritiique tunc tẽporis Reipublicæ, vt patres filiis prospicit bãt. ¶ Ostendit † autẽ Cassiodorus, qui & ipse fuit hac 3
dignitate decoratus, formulã Patritiatus, & qualis ea fuerit dignitas, & quomodo à principe Patritii honorabãtur, *Cassiod. lib. 6. Variar.* Honorabãtur enim à principe loco patris, quare ea adepta dignitate soluebãtur patritii à patria potestate, *l. sancimus l. fin. de Consul. lib. 12. C. & §. filiusfamilias, quib. mod. ius patr. pot. sol. §. generaliter, tit. const. quæ dignit. in Auth. collat. 6.* Πατρίκιος, inquit Suidas, παρὰ τὸ πάτερ, *Patritius pater communis seu Reipublicæ.*

¶ Quodcirca † hæc dignitas, maxime conuenit cum Cõsulatu. 4
Sed & longe alia est à Patritiatu priscorũ Romanorum, quem confundit Accursius & eius asseclæ cum illa dignitate. Nã teste Liuio *in 1.* Patritii dicebantur Senatorii ordinis viri, quiq; essẽt ab iis progeniti. Et alibi, *idẽ lib. 10.* Patritios dictos dicit, qui patrẽ ciere auumq; possent, id est, ingenuos. Aliter & Patritii nobiliores & illustres vocati, ex instituto Romuli, qui cũ ordinaret suam Rempublicã, illustres genere & virtute celebres, opibusq; vt tunc ferebant tempora abundãtes, quibus essent liberi, secreuit ab obscuris, egenis, & humilibus, & hos vocauit patres alios plebeios, exemplo ab Athenienſium Repub. sumto, in qua bifariã erat distributa Reipubl. multitudo, in patritios ex illustribus familiis, pollentes opibus, penes quos fuit ciuitatis regimen: & in ceteros ciues rusticos, quibus nullũ erat in Republica suffragium, licet tandẽ ii quoq; ad Magistratus gerendos admissi fint. Et hoc ipsum pene iisdem verbis explanat Dionysius Halicarnassæus *in 2.*

¶ Additi † etiam sunt Consulibus Censores, veluti subadiuuę, 5
primum quidem ad censum exigendum, cum Consules bellis occupati non sufficerent, & populus Romanus auctus esset, *l. 2. §. post deinde cum census, de origin. iur. P.* ab exactis regibus ãno 68. ab vrbe vero condita 312. M. Geganio Macerino iterum, & T. Quintio Capitolino quintum Coss. Primiq; creati Censores, L. Papirius Mugillanus, & L. Sẽpronius Attratidianus. Postea vero illorum potestas ad mores porrecta est. Sed audiamus Liuium hæc suis verbis referẽtem, *Liu. in 4. Idem hic annus censuræ initiũ fuit, rei à paruæ origine ortæ, quæ postea tanto incremento aucta est, vt morum disciplinæq; Romanæ penes eam regimen, Senatus equitumq; centuriæ, decorũ dedecorisq; discrimen sub ditione eius magistratus, publicorum ius priuatorumq; locorum vectigalia populi Romani, sub nutu atq; arbitrio essent.* Factum & hoc docet, quo tẽpore prædicti Consules docerent ob continuas Consulum militias, aliasque res censum legitimum annis decem & septem intermissum esset, pluribusq; ob id fieri supremam iniuriam. Et iterum, quãdo ad mores censendos animum adhibuerint, docet. *Censores inquit vacui ab operum locandorum cura, propter inopiam ærarii ad mores hominum regendos animum aduertunt, castigandaq; vitia, quæ velut diutinos morbos corpora ægra ex sese gignunt, nata bello erant.*

¶ Censores † à re appellati sunt. *Censio*, inquit Sex Pompeius, li- 6
bris de verborum significatione, *æstimatio vnde Censores. Censores dicti, quod rem suam quisq; tanti æstimare solitus sit, quantum illi censuerint. Et censui censendo agri proprie appellantur, qui & emi & venire iure ciuili possint.* Prædia videlicet, quæ essent mancipi, de quibus fieri poterat professio apud ærarium & Cẽsorem, vt ait Cicero in orat. pro Cecinna, *Nam agri qui nõ hoc iure, sed vsu tũ tum tenebantur, censui censendo non dicebantur, neq; in censum deferebantur à possessore.* Et Varro 4. *de ling. Lat. l. censere est, III. d e verb. sign. P. Censor. ad cuius censionem, id est, arb trium censebatur populus.*

¶ Constat † ex his duplicem fuisse censuram, rerum seu facul- 7
tatum, & personarum: & binos fuisse Censores creatos, æqualis tamen & eiusdem potestatis.

De quibus † autẽ censura fieret, lex duodecim Tabularum a- 8
pud Ciceronem posita sic indicat. *Censores, populi ætates*, id est, ætates *soboles familiæ pecuniasq; censento: vrbis templa, vias, aquas. ærarium, vectigalia tuentor.* Aitque Plutarchus *in vita Pauli Æmil.* Censura maxime omnium magistratuum reuerentiæ, plurimæ potestatis, tum in aliis rebus, tum maxime ad morum emendationem. Nam Senatores è Senatu remouere potest, equitibus equos adimere, ex plebeiis ærarios facere, notare infamiã, cẽsũ agere, lustrum condere. Census itaque fiebat de numero personarum & bonorum, & à tempore quo primum nati erãt. Et ita censum habuit personarum quoque primum Ser. Tullius Rex, *Dion. Hali. in 5.* & post eum Cõsules, *idem in 9.* & Censores, *Liu. in 4. & fere alibi in aliis libris, & in epit. eius apud Florum. lib. 13. 14. 16. 18. 19. 20. 40. 42. 46. 47. 48. 54. 56. 59. 60. 63. 98. 115.* Et Dionys. Halicarnassæus in fine 11. lib. *Censum necessarium ait legitimum, ex quo numerus militaris ætate hominum cognoscebatur, diuitiarumq; magnitudo, pro modo quarum oportebat vnumquemque ad belluas tributa pendere, nullo intra decem & septem censu condito à L. Corn. & Q. Fabii consulatu. Ita vt boni quidem viri & vtiles in censibus militiisque*

Digitized by Google

nalitiisque essent. *Flagitiosissimi vero & prauissimi, sine censu relinquerentur, locumque alium perciperent in quo liceret eis vt vellent viuere.* Censebant & notabant in tabulis nomina omnium, ætates, vxores, liberos, locũ vbi habitarent, vel in vrbe, vel in agro. Sicuti minutatim rerum numerus, locus, domus, vicini describebantur, *l. de ætate, 3. & l. forma censuali, de censibus, P.* Ita enim Seruius Tullius, *Dion. Halic. in 5.* à quo populus Romanus primum relatus est in censum, digessit in classes, & in curias collegiaq; distribuit, atq; eius solertia sic ordinata est Respublica. Vt omnia patrimonij, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque discrimina in tabulis referrentur: ac si maxima ciuitas minimæ domus diligentia contineretur, vt iisdem verbis scribit L. Florus, & alij, *Flor. lib. 1. Epit. c. 6. Liu. in 1. Eutr. lib. 1. c. 9.*

9 ¶ Sextus † etiam Pompeius scribit ad officiũ pertinuisse Censorum ex Tribunitia potestate, vt ex omni ordine optimum quemque curiatim in Senatu legerent: quo factum est, vt qui præteriti essent, & loco moti haberentur, essent ignominiosi.

10 ¶ De † moribus quoque personarum cognouisse, & censuram habuisse constat, & ita puniebant inertes, qui incuriose agrum vineamque tractauissẽt, pœna qua ærarios facerẽt: & Romanum equitem, qui equum gracilentum aut parum nitidum, habuisset, *Aul. Gell. lib. 4. c. 12. Fenest. de Magi. c. 17. Plin. lib. 18. c. 3. & 6.* Referebant in ærarios, hoc est, inter eos qui ærario pendere debebant, pœnæ nomine, eũ qui intempestiue lasciuisset, qui oscitanter eis respondisset, vel irreuerenter locutus fuisset, *Gell. li. 4. ca. 20.* Equiti, qui nimium pinguis & obesus esset, equum adimebant, *idem lib. 7. c. 22.*

11 ¶ Cognoscebant † & de moribus coniugum, & accusatione eorum, de sponsalitiis quoque quæstionibus, iudicio censorio vel prætorio certabatur, *Varro 5. de ling. Lat. dum agit de spons.* Exigebantque Censores solemne iuramentum de vxoribus his conceptis verbis, *Et tu ex animi tui sententia vxorem habes? Gell. lib. 4. c. 20.* Facit relatum à Cicerone *2. de Orator. vide de hoc iudicio de morib. Asco. Pedia. in orat. Cic. in Pisonem, quod ridicule respondet Catoni Censori L. Portius Nasica, cum ille, ex animi tui sententia tu vxorem habes? non hercule inquit, ex animi tui sententia.* Si vero in solemni iuramento respondisset maritus, se non habere ex animi sui sententia vxorem, vel ob prauos mores iussisset vxorem res suas sibi habere, cognoscebat Cẽsor. si sibi videretur, de moribus. & coercebat. Huc pertinet lex, quæ statuit conueniri non posse pacto inter coniuges, ne de moribus agatur, *l. conuentione, 5. de pact. P.* Concurrebat & accusatio morum, interdum viri & vxoris, quo casu neuter audiebatur, *l. viro & vxore, sol. matr. P.* nisi alter coniugum moribus illis argueretur esse, qui soluere poterant matrimonium, *l. consensu, C. de repu.* Sed opinor posterioribus tẽpor b. in coniugio iudicium de moribus Censorum sublatum: remanente tamen legum publicarum de illis in manu ordinariorum iudicum exsecutione, vt admonet rub. *C. de repu. & iud. de morib. sublat.*

12 ¶ Fuit † & Censorum notio in transigentes vitam in cælibatu. Et ita Camillus & Posthumius, Censores, æra pœnæ nomine, eos qui ad senectutem cælibes peruenerant, in ærarium deferre iusserunt, iterum puniri dignos dicentes, si quodammodo de tam digna constitutione queri fuissent ausi, *Valer. Max. libr. 2. c. 4.* Subinde cum Q. Pompeius & Q. Metellus Censores primum plebei facti fuerunt, Appio seu C. Claudio, & M. Perpenna seu Perperna Coss. Metellus censuit, vt vxores omnino omnes liberorum creandorum caussa dicere cogerentur, cuius oratio in Augusti tempora perdurauit. Nam eam Augustus Cæsar, cum de maritandis ordinibus ageret, velut eo tempore scriptam, in Senatu recitauit, *abbreuiator Liuij lib. 59.*

13 ¶ Cognoscebant † & non solum de matrimonio spreto, sed etiã & de male tractato. Et ita M. Val. Max. & C. Iunius Brutus Censores. L. Ant. Senatu mouerũt, quod quam virginem in matrimonium duxerat, repudiasset, nullo amicorum in consilium adhibito, *Val. Max. li. 2. c. 4.*

14 ¶ In summa, vt cum Dione Cass. *lib. 40. hist.* dicam. Censoris potestas erat, quæ priuatim quoque in vniuscuiusque vitam ius habebat. Et vt rursum ait, ex censoria appellatione, & in vitam & mores inquirendi, census agendi, in equestrem ac Senatorium ordinem adscribendi, aliosque ex his remouendi pro suo arbitrio licentiam consequebantur, *idem lib. 53.* Vt ferunt, *Gell. lib. 17. c. fin. Val. Max. lib 2. c. 4. C.* Fabritium Licinium. & Q. Æmylium Papum Censores Romæ, P. Cornelium Ruffinum, qui bis Consul & Dictator fuerat, Senatu mouisse caussamque isti notæ subscripsisse, quod eum comperissent argenti facti cœnæ gratia, decem pondo habere.

15 ¶ M. Antonius, † & L. Flaccus Censores, Duronium Senatu mouerunt, quod legem de coercendis sumtibus conuiuiorum latam, Tribunus plebis abrogauerat, *idem ibid.*

16 Datum † & aliquãdo negotiũ Censoribus, ne in fœnere modus excederetur, *Fenest. lib. de Magistrat. c. 17.* Et penes eos fierent testamentorum & instrumentorum publicorum insinuationes, *l. consulta diualia, 23. de testa. C. l. repetita, C. de epis. & cler.* Legimus & Censores M. Attilium Regulum, & L. Furium Philippum, iussisse post Cannensem infelicem pugnam, L. Cæcilium Metellum, Quæstorem, ceteroscque eiusdem noxæ reos caussam dicere, qui cum eo iurasse se Italia abituros: pronuntiasseq; eos verba, orationemque aduersus Rempub. habuisse, & ademisse habẽtibus equum, tribuque mouisse, & ærarios fecisse, *Liu. lib. 4. Decad. 3. Val. Max. d. lib. 2. c. 4.*

17 ¶ Erant † similes istis Censoribus apud Carthaginenses, qui dicebãtur Præfecti morum, quod innuit in Halmicare Æmylius Probus, dum scribit præfectũ morum vetuisse, ne posthac Hasdrubal cum Hamilcari esset, eo quod eum turpius diligere ab Hannibale seruo spargeretur. Plato *6. de legib.*

18 ¶ † Cẽsores suos cõstituit Magistratus, eorumque iurisdictionem præscribit, fori venalis ordinem legibus statutum conseruare: fontium quoque & templorum, quæ in eo loco sunt, curã habere, neve quis iniurioſi quicquã agat ibi, & si fecerit, seruus quidem & peregrinus verberibus & vinclis pœnas luat: ciuis autem, à Censoribus drachmis centum iure censorio condẽnetur. In maiorem autem mulctam ad huius duplum, ne condẽnarent, nisi Ædiles quoque adessent.

19 ¶ Plutarchus † aliud officium & munus adfert Censorũ, *Plut. in vita Cat. Censor. vide eund. in Problem. 62.* Sacrificiorum pretia curare, & descriptionibus præesse, & officia distinguere.

20 ¶ Postremum † vero, quod putabant Censores agere debere, erat lustratio ciuitatis, quam vocabant *Lustrum conditum*, facto Sacrificio sue, bue, tauriſq; tribus: quẽadmodum Seruius Tullius fecerat, vt meminit Liu. *in 1.* In hostiis variat, in ceteris cõsentit, & formã adfert Dionys. Halicarnassæus, dum ita scribit *in 4. perfecto censu, omnes ciues iussi sunt armati adesse in Campo Martio, ibi instructos in sua quemq; centuria, equites, pedites velites, cum Solitaurilibus hostiæ, taurus, aries, & hircus ter circumducta circum exercitum, Marti mactatæ sunt. Hoc modo etiam nostra ætate post censum Romani lustrantur à Magistratu sanctissimo, quod lustrum sua voce nominant.* Perpulcra de lustratione exercitus seu ciuitatis, vel agrorũ, & de Solitaurilibus, vide copiose apud Lilium Gregorium Gyraldum, Syntagm. 17. histor. Deor. gentium Cẽsores, vt ait Varro *libro quinto, de ling. Latin.* inter se sortiebãtur vter lustrum faceret, idque initio magistratus & aliquando lustrum condebat solus Patritius, deinde & id plebeio datũ est à tempore C. Domitii, qui primus ex plebe lustrum condidit, *Florus*, Qui primus tamen Cẽsor fuisset, princeps Senatus eligi solebat, *Liu. lib. 7. Decad. 3.*

21 ¶ Censorum † creãdorum formula erat, vt qui peterent antiquitus censuram, essent patritii. Tamen postea & plebeiis ea data. *Fenest. lib. de Magistrat. ca. 17.* Creabantur vero, indictis censoriis comitiis, *Liu. lib 9.* maioribus auspiciis & centuriatis, vt Cõsules & Prætores, *Aul. Gell. lib 1. 3. c. 12.* Idque quinto quoq; ãno prius. Nam tantum temporis durabat cẽsoria potestas, postquã lustrũ fiebat, donec lege Æmylia à dictatore Mamerco Æmylio lata, suffragiis populi cautũ est, ne quis vltra decẽ & octo mẽses eum Magistratum prorogaret; *Liu. lib. 4. & 9. Decad. 4.* Sicq; factum est, vt intra annum cum dimidio, suo fugerẽtur officio Censores, & postea abirẽt Magistratu, vt reliquũ tempus quinquẽnii seu lustri, vacaret à Magistratu: nisi si qua necessitate vrgente, Censores creandi essent. Et ita quinquẽnio lapso, alii Cẽsores creabantur in menses totidem decem & octo. Quare remansit lustri semper appellatio, quamuis nec semper quinto ãno fieret, abeuntibus ex necessitate Cẽsoribus, aut cum aliquando prorogabatur in aliud tẽpus, habita solũ ratione eius, quod fieri destinatũ erat, in lustri faciẽdi definitione ex lege. Idcirco inuenies in iure nostro, lustrum locationis, pro quinquẽnio, *l. 4 §. res pignoris, de reb. cred. P.* quia soliti essẽt veteres locare prædia rustica & vrbana in quinquẽnium. *l. si in lege locationu, § si domus vel fundus, & §. seq. locat. P.* Nec me latet tamẽ controuersia eorum, qui dicunt Olympiada & lustrum idẽ esse, & illis esse quatuor annos, vt quintus semper fit initiũ futuri lustri, *Alcia lib. 2. Disquisit. c. 1.* aliis, & meli⁹ meo iudicio, sẽtientibus, lustri quintum annum, vltimum esse lustri. Quod & Mart. liquide probat,

Vt qui prima nouo signat quinquennia lustro,
Impleat innumeras Burrus Olympiadas

Vide ibi prima quinquennia excipi lustro nouo. Asserunt & historiagraphi qui supra de Censoribus citati sunt, quinquennalẽ fuisse hunc primum mogistratum.

22 ¶ Et † in fine census fieri lustrationẽ, id est, quinto anno. Intra tempus gerendi Magistratũ, si collega moriebatur, vel vitio electus erat, debebat alter ex collegis se abdicare magistratu, neque licebat alium in locum eius suffic ere: ex eo tempore, quo cum C. Iulius Censor decessisset, & in eius locum M. Cornelius suffectus fuisset, *Liu. lib. 9. Decad. 1. Plut. in Problem.*

23 ¶ Censores † magistratum ineuntes priusquam agerent, sacrorum Anserum alimenta locabant & imaginis splendorẽ curabant: cuius rationem perquirit Plutarchus in Problemat. 92. Varro autem de initiatione huius Magistratus sic scribit, *libro 5. de ling. Lat. Nunc primum ponam de censoriis tabulis. Vbi noctu in templum censura auspicatur, atque de cælo nuntium erit: praeconi sic imperato, vt viros vocet. Quod bonum fortunatum, felixque salutareque sit populo Romano Quirit. Reique publicæ Quiritium, mihique, collegæque meo, fidei, magistratuique nostro. Omnes Quiritẽs pedites, armatos, priuatosque curatores omnium Tribuum.*

Digitized by Google

quis pro se prove altero dari curationem volet, vocet in licium hunc ad me. Praco in templo primum vocat, postea de more item vocat. Vbi sunt, Censor, Scriba, Magistratus, myrrha vnguentisque vnguentur.

24 ¶ Hæc † Censoris dignitas aliquando Tribunis aliquo modo subdita, donec postea fuit inde liberata, vt ex verbis Liuij constat, *Liu. in fi. li. 9. decad. 3. Inuidiam cum essent*, inquit, *Censores, crescendo ex his ratus occasionem Cn. Bebius Tribunus pleb. diem ad populum, vtrique scilicet Censori dixit. Ea res consensu patrum discussa est, & ne postea obnoxia populari aure censura esset.*

25 ¶ Censuræ dignitatis finis & rationes sunt, vt res ordinatæ & mores optimi in repub. introducerentur, & introducti conseruarentur, *vt sup. dictum est.* Et illis commissa, disciplina legitima regerentur, solicitudine proprij Magistratus. Neve censu vel exactionibus populus supra id quod æquum est, opprimeretur, *l. 1. 4. & pen. de censib. lib. 11. C.* Et qui facultatibus abundarent, immunes cum pauperum detrimento non essent, *l. 4. §. 1. de censib.* Atque vt intelligerentur quæ prouinciæ non essent censuales, ratione rerum, ratione personarum, vel ex vtraque causa, *l. cum possessor. §. eo.*

26 ¶ Vt † autem effectum sortirentur eorum iudicia censuræ & notæ, pœnarum constituendarum datum erat arbitrium, amouendi à Senatu, adimendi equum equitibus, & transferendi in ceritum tabulas plebeios, *de quibus in l. 1. 2. 3. pen. & fin. eod. tit.* submouēdi à curia, transferēdi in aliam curiam, æratios faciēdi seu mulctandi, infamandi: nam nota censoria inter bonos & graues infamiā habebat, *Asco. Pedia, in ora. in Pisonem, & auctor. Rhetor. ad Heren.* Remittebant tamen postea ipsi, vel eorum successores, pœnas & notas: pluresque fuerunt qui censoria nota ad virtutē excitati & ipsi Censores postea fuerunt, vt Geta, & M. Valerius Messala, *vt ait Gell. lib. 7. c. 18.* & al.

27 ¶ Hodie † & iure ciuili Romanorum scripto, & in Gallia, censura circa mores proprium non ostendit Censorem, sed habet iudices ordinarios, & Magistratus plures, quibus morum data est castigatio.

28 ¶ Manet † & in censendis seu æstimandis rebus, aliquod tantum vestigium in Censitoribus, qui cognoscunt de censu debito, & de exactione, *iuxta l. 3. & 4. de censit. in P.* qui in tabulis scribunt agros, qui in censum referuntur cum adiectione nominis fundi, & in qua ciuitate, & in quo pago sit, quos duos vicinos habeat, item & aruum, quod intra decem annos proximos satum erit, quot iugerum esse videatur: vinea, quot vites habeat: oliuetum, quot iugerum sit, quot arbores habeat: pratum, quot iugerum, &c. Quæ qui defert, æstimat, non Censor, *Valer. Max. lib 2. c. 4. in fin.* Si seruos quis deferat in censum, debet scribere & profiteri nationes eorum, ætates, res, officia, & artificia specialiter, *in l. forma censuali, de censib. P.* Possessio ad exemplum horum fiebat per possessores, in tabulis censualibus proximarum vrbium tributariarum, syluarum lacuum, salinarum, *d. l. in forma, §. in seruo deferendo.* Census autem modum, is qui dicebatur Per æquator seu Censitor, aliquo tempore imponebat, secundum quantitatem & qualitatem rerum professam, *d. l. forma, cum suis §§.* Isque quondam mittebatur in prouincias ad inspiciendas res censendas, vt referret quæ male essent censa, quæ grauarentur in censu prouinciæ, *l. 2. & 3. de censib. & censito. li. 11. C.* quæ facta sterilia, quæve fertilia essent, & in quibus fertilia cum infertilibus essent tributo compensatione facta æquanda, *l. omne territorium, eo. l. qui vtilia, cum ll. seq. de omni agro des. lib. 11. C.* Quæ tamen inspectio & æstimatio fuit in aliquibus prouinciis sublata, inducta loco eius tributi, quod ita percipiebatur, oblatione, *l. fin. de anno. & tribu. lib. 10. C. titu. 16.* exceptis desertis agris seu vacantibus, qui æstimatione facta locantur possessoribus.

29 ¶ In † quibus, vt & de peræquationibus olim licitum est cōqueri contra peræquatorum & censitorum iniuriam, de iniusto onere infra annum, *l. qui grauatus, & l. fin. de censib. lib. 11. C. tit. 57.* Vt si per gratiam vel inuidiam, vel negligentiam, culpam incurrissent peræquatores, & qui discutiebant æstimationem rerum, cum bonorum iactura in quadruplum mulctam subirent, *l. peræquatores, eod.* Quemadmodum & contra, qui mendacij in professione conuicti essent, condigna pœna afficiebantur, *l. 2. eo.* & res fisco deferebantur iure commissi, *l. 3. de vect. & commi. C. l. commissa, de publ. & vnde P.*

30 ¶ Fiebat & professio aliquorum inquilinorum & colonorum, quorum nomine census præstabatur reipub. à dominis qui cogebantur profiteri, *d. l. forma censuali, §. qui inquilinum, de censib. P.* & in finitiones præstare pro censitis, hoc est, in censum relatis, seu pro colonis originariis, in locis vbi censiti erant. Et hoc munus seu tributum sequebatur dominos prædiorum, quibus adscripti, & cum quibus censiti erant, *in l. 2. penes quos, de agric. & censit. lib. 11. C. tit. 47.* Sequebantur enim prædia, *l. si quis prædium, eo.* & prædia illorum distractionem, *l. quisquis, eo. tit. C.* censiti adscriptive,

---

De dictatoris potestate & imperio.

Cap. 17.

1 Dictaturæ initium.
2 Dictator Monarcha dictus.
Quare Dictator, & quis sit, & nu. seq.
3 Dictator à collega vel principe, non à populo creabatur.
4 Dictator vnus tantum fiebat, & quando duo.
5 Regia dignitas annua.
6 Francorum legislatores qui, & num Dictatoris nomine dicti.
7 Magistri domus regiæ siue Maieri Francia, num Dictatores dicti.
8 Magistratus omnes in potestate Dictatoris, excepta Tribunitia potestate.
9 Equo vti, quare non licebat Dictatori.
10 Dictator à quo diceretur, quæ forma, ex quibus, quando crearetur, & quarum rerum causa, & quandiu Dictatura tempus duraret, & nu. 11. 12. 13. 14. & 15.
16 Annales, & anni clauis fixis numerati.

MAgna vis necessitatis vrgētis, quæ etiam superbissimos cogat stultitiam suam fateri, & aliquando resipiscere. Putabant Romani in tuto esse, excusso vnius Monarchę regno, & sine eo recte à pluribus gubernari rēpublicam posse: sed ecce vix nouem anni elapsi fuerunt à depulsione regum, cum cœperint trepidare, vbi audierunt Manlium Octauium Tusculanum Tarquinij Superbi generis, qui & penes illum exulabat, cum quadraginta populis in se coniurasse, Latino, Sabinoque bello impendente. atque ideo ad vnius imperium recidere, quem Dictatorem dixerint, *Liuius, in 2. Dion. Halic. in 5. Feneſt. de Magiſtr. c. 8. Euſeb. lib. de temp. & Eutrop.* & Monarchas. 1

¶ Sicut † his verbis ex Græco conuersis Plutarchus *in vita Camil.* ait, *Ante pugnam ineundam Deos consulere mos fuerat*, scilicet Romanis, *& in minoribus periculis sæpe Monarchas, quos Dictatores appellabant, eligere consueuerant: non ignorantes quantum in se vtilitatis periculosa tempora haberent, si vnus in principatu vna sententia & libera & impuni Magistratu fungeretur, & in manibus ad res pulcre ordinandas iudicia retineret.* Vocaturque ab iis qui Græce res Romanas narrant, δικτατορία, ἀνυπεύθυνος μοναρχία, *iam in Fab. Max.* absoluta potestas, & liberum imperium. 2

¶ Quis † sit & quare appelletur Dictator, Plutarchus docet, *idem in Marcell. Non enim*, inquit, *Dictator à populo aut à Senatu deligi potest, verum alter Consulum, aut Imperator, progressus ad populum, quem censeat Dictatorem aicit. Vnde quia dictus sit, Dictatorem appellant. Nonnulli Dictatorem ab eo nuncupatum appellant, quod non populi suffragio aut assensu, verum quod is censeat imperetque. Siquidem iussa Magistratuum, quæ Græci διατάγματα, Romani vocant edicta.* Eadem fere scripsit Varro *lib. 4. de ling. Lat. Dictator*, inquit, *quod à Consule dicebatur, cui dicto omnes audientes essent.* Et alibi, *idem lib. 5. de ling. Lat.* cum de verbo *dico*, tractat, & quod à δικάζω, *iudico*, manauerit. *Hinc Dictator magister populi, quod is à Consule debet dici, hinc antiqua illa, dicis imo, & dicis caussa, & addictus, &c.* Dionys. Halicarnassæus *in fin. 5.* dum de T. Largio agit, primo Dictatore. *Huic primo omnium Romæ summa & libera belli ac pacis, omniumque aliorum negotiorum potestas est credita, cum Dictatoris nomine: siue à potestate edicendi & imperandi quidlibet, tam aliis præscribendi iusta & æqua suo arbitrio, quæ edicta Romani vocant: siue, vt quidam malunt, quod à collega dictus, hoc est nominatus sit. Non enim à populo magistratum accepit more patrio, sed ab vno viro designatus, &c.* Vocabatur & is magister populi, *Cic. 3. de finan fi. & Varro 5. de ling. Lat. Feneſt. de magiſtra. c. 8.* 3

¶ † Dictator vnus tantū dicebatur & fiebat, non plures. Quod Polybius *li. 3. hiſtor.* explicat, & refert populum M. Minutio Rufo Magistro equitū dato Fabio Maximo Dictatori, cum frumentantes milites Annibalis, circa Gerionem vicissent, Dictatoris etiā imperium vna concessisse. Et iam duos Dictatores vno tēpore in vnoque exercitu fuisse: rem ante eum diem inauditam, eosque legiones, sicut mos erat Consulibus, diuisisse inter se, cōtra Annibalem. Veruntamen postea debellato propemodum Minutio, reparata victoria pugnante Fabio Maximo, imperij dictaturæ summa ad Fabium rediit. Fuit Dictator vnus itaque Romanis, quamuis exemplar, cui similis fuit hęc potestas, duos haberet aut plures. Nam Thessali habuerunt suos Archos: Lacedæmonij, Harmostas: Albani post Amulij Numitoriſq; obitum, deficiente stirpe regia, Magistratus annuos cum regia potestate, quos dicebant etiam Dictatores, vt ex Licinio scribit Dionysius Halicarnassæus, *lib. 5.* ¶ Apud † Heduos, vocant Galli, *Autun en Bourgogne*, propemodum fuit similis Magistratus, sed annuus, qui regiam dignitatem annuam gerebat. *Iul. Cæſ. lib. 7. de bello Gallico.* 4 5

¶ Ioan. † Pap. in principio procemij Rapſ. Aresto. existimat apud Francos olim fuisse dictaturā, & Dictatores tempore Pharamundi, eosque legum constituendarum caussa constitutos. Ego nunquam memini me legisse idipsum alicubi. Inuenio tamen anno Dominicæ natiuitatis 419. Pharamundū Marcomiri Ducis Francorum Orientalium filium, electum in regem communi voto procerum, post interregnum 26. annorum, in quorum decursu post mortem Marcomiri primogeniti Clogionis Francorū regis Dagobertus & Genebaldus, tanquā Duces regnum rexerant 6

Eundem-

Digitized by Google

Eundémque lego Pharamundum tertio anno sui regni, vt restitueret leges bello sopitas, & alias constitueret, ex cõsilio heroũ, quatuor conuocasse viros prudentissimos, Salagast, Wisogast, Vindegast, Basogast, qui leges ordinarunt, Salicas dictas, vel Saligas, vt Tritemius scribit in Breuiario historiæ Francorum, à nomine prioris nomotheţ, qui erat Iouis pontifex. Quibus postea Clodoueus, intelligentiæ capitula adiecit. Verum illi legislatores quatuor non possunt dici Dictatores, quia non erant absolutæ & regiæ potestatis, nempe quod imperabat tunc Pharamundus: quemadmodum neque quisquam recte Dictatores diceret eos, quibus demandauit Iustinianus compositionem Pandectarum, *l. 1. §. 2. & l. 2. §. sed cum omnia, de vet. iur. enucl. §. igitur, in proœm. Instit.* Codicis, *l. 1. §. ideoque, C. de no. Cod. fac. l. 1. ac emend. Cod. Iustinia. C.* & Institutionum iuris ciuilis, *§. cumque hoc Deo propitio, in proœm. Institut.* Neque ideo Raymundus Capellanus Gregorij 9. Sum. Pontif. Barchinonensis, cui Gregorius mandauit munus leges pontificias congregandi, *§. pen. & Deo propitio*, Dictator vel Summus Pontifex fuit. Nec Anlegisius Abbas Lobiẽsis, qui tempore Imperatorum Caroli Magni, & filij eius Ludouici, & nepotis Lotharij, eorumque iussu leges collegit Francicas, quæ etiam nunc excusæ exstant.

7 ¶ Lapsi † quoque mihi videntur, qui putant, *vt Io. Duretus in lib. De l'harmonie & conference des Magistrats Romains & Magistrats Francois lib. 1. fol. 40. in excus. Lugd.* in Francia olim magistros domus regiæ, dici posse Dictatores, cum integrã haberent administrationem regni. Nam maiores domus regiæ, seu comites palatij, nunquam fuerunt suæ potestatis: nisi cum regnum vacuerunt, vsurpauerunt, *Tritem. lib. 1. Bre. hist. Franc. Gagum. lib. 3.* sed supra illos erat rex. Vt tẽpore Clotarij filij Chilperici, erat maior domus Garnerius, & post eum Anlegisius, & cum Pipinius erat maior domus, erat Clodoueus Rex: post Pipinium Grunaldus filius sub eodem Rege. Sub Clotario alio Ebruuinus, quem corrupte historiographi quidam vocant Ebroinum.

8 ¶ † Dictator Romanus, sui arbitrij erat, neque populi neque principis alterius, neque Senatus imperium agnoscebat, pendente suo Magistratu vel Magisterio populi. Et ita de omnibus quæ libuisset statuendi & animaduertendi habebat, & in omnes potestatem, tanquam Rex, sine prouocatione, *Pompon. in l. 2. §. populo deinde aucto. de orig. iur. P. Liu. lib. 2.* & ad tempus illi de omnibus summa concredita erat potestas, *Aurelius Iurisc. in l. 1. de off. præf. prat.* eiusque edictum erat pro numine obseruatum, vt ait Liuius *lib. 8. decad. 1.* & dissoluebat omnes Magistratus præter Tribunitiam potestatem, *Plut. in Antonij vita.* De hoc & Polybius, *in 3.* sic scribit: *Dictator differt à Consule, quod Consules duodecim fascures præcedunt: Dictatorem quatuor & viginti. Præterea necesse est eos multa ad Senatum referre: at huius summum est & liberum imperium, sub quo mox ceteri Magistratus cessant, exceptis Tribunis.* Addit insuper gradus dignitatis hos disciplinæ rei militaris, vt milites pareant Centurioni: Centurio, Tribuno: Tribunus, Legato: Legatus, Consuli: Consul, Magistro equitum: Eques, Dictatori.

9 ¶ Ab † hac dignitate regia detrahi visum est, antiqua lege, quod non liceret Dictatori equo vti, nisi cum in bellum proficisceretur. Cum, quod ex eo popularem quodammodo videretur referre potestatem: tum etiam, quod eum in phalange pedestri, quam præcipuam rati sunt, perpetuo adesse debere existimarẽt. Donec Fabius Maximus sibi vti equo à Senatu impetrauit, vt scribit Plutarchus *in Fabio.*

10 ¶ Dicebatur † Dictator à Consule vno interdum ab vtroque, vt passim inuenies apud Liuium, nunquam à populo. Et si quando à populo diceretur in reb. ancipitibus, vt dictus Q. Fabius, is tanquã illegitime creatus, non Dictator, sed Prodictator appellabatur, *Liu. lib. 2. Decad. 3.* Forma dicendi erat, sine comitiis, ex
11 more in noctis silentio: sic enim his verbis indicat Liuius de Fabio Consule loquens, *idem lib. 9. Decad. 1. Nocte deinde silentio, vt mos est, Lucium Papyrium Dictatorem dixit.*

12 ¶ Cum † diceretur dictator, dabatur ei dignitas tantum ad tempus semestre, neque enim vltra retinere fas erat, *l. 2. §. populo deinde aucto, de orig. iur. P. Fenest. lib. ac Magistra. ca. 8. Liui. 3. & 9.* & tyranni habiti sunt, qui hanc vltra retinuerunt. Narrat Appianus Alex. *lib. 1. bello ciui.* verbo non voluntate Dictaturam in perpetuum Syllæ datam, sed eum libere eam disposuisse. Plutarchus etiam *in vita Sylle* scribit, Syllam se Dictatorem dixisse ad annos vsque centum ac viginti, eique deuicto Mario factorum omnium tributam licentiam per Senatusconsultum. In posterum quoque datam potestatem necis, confiscationis, sortitionum, possessionis, populationis auferendi & conferendi regnum cuicunque libuisset. Dixit autem se ab annis 120. esse Dictatorem, eo quod per totidem annos intermissa fuerat, huius honoris vsurpatio, vsque ad suam Dictaturam, *Vell. Paterc. in poster. vel histor.* Deposuit tamen, tandem & priuatus mortuus est. Vnde Iulius Cæsar dicebat, Syllam nescisse literas, qui Dictaturam deposuerit, & debere homines consideratius loqui secum, ac se pro legibus habere, *Suet. in Iulio Cæs. c. 77.* Ideoque ille vsurpauit sibi delatam Dictaturam. Nam populus & Senatus post deuictum Pompeium, in omnem vitam eum Dictatorem elegit, & cum Dictatura tradidit perpetuum Consulatum, Præfecturam morum, prænomen Imperatoris, cognomẽ patris patriæ, *App. Alex. lib. 2. bel. ciuil. Suet. in Iul. Cæs. c. 76.*

¶ Cetcrum, † quia hoc prætextu ipse sibi Monarchiam vsur- 13
pauerat, Dictaturæ honos in perpetuũ sublatus est, *Luc. Florus lib. 116. Epit.* Laudat in hoc Cicero M. Antonium, dum ait, *Cic. 1. Phil. in M. . . . Multa præterea eaq; præclara. ad singulare enim M. Antonii factum festinat oratio. Dictaturam, quæ vim iam regiæ maiestatis obscurarat, funditus ex Repub. sustulit, de quo nec sententias diximus. Senatusconsultum quod fieri vellet, attulit: quo recitato, auctoritatem eius summo studio secuti sumus, eiq; amplissimis verbis per Senatusconsultum gratias egimus.* Recusauit & postea Octauius Cęsar eandem, quam pertinaciter offerebat populus *Vell. Paterc. prad. volum. post.*

¶ Poterant † creari vel dici Dictatores plebeii quoque vt Pa- 14
tritii: vt ex plebe C. Martius Rutilius dictus, qui & C. Plãcium ex plebe Magistratum sibi equitũ dixit.

¶ Creatus † est porro, quando opus erat vnius rãtum imperio, 15
potissimum dum bella imminebant gerenda. Et tunc erat potestas semestris. Propter alias etiam causas creatus, quibus peractis finem accipiebat Dictatura. Sic legimus, *Liu. in 7.* Dictatorẽ creatum fuisse, claui figendi caussa: quia, sicut memoria maiorũ proditum erat clauo à Dictatore fixo, pestis sedata fuerat. Quare & morborum ingruentem sæuitiam, eadem claui à Dictatore facta fixione, comprimi posse putabant. Cuius & rei caussa creatus L. Manlius Dictator, clauũ fixit dextro lateri ædis Iunonis. In quo licet mirari vel impostura dæmonum, vel superstitionẽ seu stultitiã populi Romani: vt aliquando eiusdem rude ingenium.

¶ Nam † vt ait Liuius *eod.* annales antea in clauis fuerunt, & 16
per numerum clauorum fixorum fuerunt anni numerati, quod raræ literæ eo tempore fuissent: ideircoq; clauum ex lege vetusta figebat Prætor maximus. De hinc à Consulibus ad dictatorẽ, quia maius ei imperium erat, claui figendi solemne translatum est. Et intermisso deinde more, res etiam se digna visa est propter quam Dictator crearetur. Meminit & idem auctor, *idem eo.* Feriarum constituendarum caussa aliquando Dictatorem dictũ P. Valerium Publicolam, postea Lęlium Furium. Fuit & aliis de caussis dictus, veluti legendi Senatus, ferendæ vel abrogãdæ legis, Reipub. constituendæ, seditionis sedandæ, quæstionis exercendæ signi dandi mittendarum quadrigarum, *vide Bartholom. Marian. in annal. Consul. in ab. 252. ab vrbe.*

De magistro equitum, & eius imperio.

Cap. 18.

1 *Magister equitum quis esset Romæ.*
2 *Præfecti prætorio principis auctoritas. Ius gladii, nu. 4.*
3 *Magistri militum magistratus & potestas.*
5 *Cancellarius, Conestabulus, Meier vel maior domus, Consiliarius magnus in Gallia qui.*
6 *Magisteria dignitas diuisa.*

SIcut Censores Consulibus auxiliares dati sunt, ita Magister 1
equitum datus Dictatori, *Liu. in 8. Plut. in Fabio Eutrop. in 1. Dion. Halic. in 5.* Magister equitum secundum Polybium, *lib. 3.* est Magistratus qui erat officio Dictatoris subiectus, tenebatque in exercitu eius locum, si quando illum abesse necessitas Reipubl. cogeret, quemadmodum coniungebantur Regibus Romanis prioribus, Tribuni celerum: & Imperatoribus, Præfectus prætorio eorum, *l. 2. §. populo deinde auctor. de origin. iur. l. 1. de offic. præf. præto. P.*

¶ Successit † namq; in locum Magistri militum officium Præ- 2
fectorum prætorio sub Imperatoribus, qui associati principali curæ militiæ gratia secundam post principes gerebant potestatem, etiam data eis plenior licẽtia ad disciplinæ publicæ emẽdationem, *in d. l. 1. de off. præf. Fene. de Magist. c. 9.* Vnus erat Magister militum, isque creatus seu dictus à Dictatore: vnus Præfectus prætorio, creatus à Principe: potestas vtriusque maxima. Fuerunt tamen alii præfecti Prætoriorum aliarum prouinciarum, quorũ nõ fuit tãta dignitas, de quibus suo loco paulo inferius, Deo fauente, & de Prætoribus.

¶ Magistratum † habebat legitimum Magister militũ, *d. l. 2. §.* 3
populo deinde auctor. & ius summum in omnes milites & ad cẽsos, *Liu. in 2. Fenest. d. c. 9.* Et Varro, *Magister equitum*, inquit, *quod summa potestas huius in equites & ad cen̄os: vt est summa populi Dictator, à quo is quoque magister populi appellatus.*

¶ Sic † Præfecto prætorio qui ei successit, vt Magistro equitũ 4
ius gladii dabatur: retento tamen in eum maiori imperio per Principem. Quod admonet Dio in Traiano, dum ait Traianũ, Præfectum prætorii cingulo donasse eius dignitatis insigni, eique dixisse, *accipe hunc ensem: & si quidem recte atque e Repub. imperauero, pro mẽ, sin secus, in me vtere.* Cuius facti meminit Pli-

Digitized by Google

nius, in Panegyrico Traiani, referens eius verba, *Ego quidem in me, si omnium vtilitas ita posceret, Præfecti manum armaui.* ¶ Existimant † aliqui Cancellarium Galliæ olim habuisse eâdem potestatem in Francia, quam haberet Magister militū, & præfectus prætorio, *vt Budæus, in l. 1. de off. præf. prat. P.* Ego tamē arbitror, nūnquam similes fuisse potestates: quia & quo tempore habuit Francia Cancellarios iustitiæ præfectos, habuit & alios qui armorum curam subirent, & puto potius Magistro militum, & Præfecto prætorio, similem fuisse quem dicimus Conestabulum, vel Comitem stabuli, qui priscis Francis fuit comes palatij, Meierve seu Maior domus dictus, vt alibi docuimus, in prima parte Syntagmat. *diximus lib. 6. Synt. c. 8. num. 8.*

6 ¶ Quo † loci, & declinante imperio, magisteriam militum dignitatem, ab Imperatoribus diuisam, in equitūm peditumve præfecturas seu magistros præsentiales ostendimus, ex libro notitiæ Imperij Romani. Sic refert Tritemius lib. 1. Breuiarij Historiæ Franciæ, tempore Clotarij primi eius nominis regis, Cancellarium eius fuisse Bauduinum, & qui non adhuc Cancellarius, sed Consiliarius magnus diceretur: & Momaudum Alteſolium, tempore Meronei & Childerici filij. Tamen tempore Clotarij erat equorum regalium præfectus Lauche secundum Aymonium.

De Decemuiris, & Triumuiris summi imperij.

Cap. 19.

1 *Decemuirorum Romanorum introductio. & num. 6.*
2 *Decemuiratus regius post mortem Romuli quo.*
3 *Decemuiri agro diuidundo.*
4 *Decemuirorum differentia.*
5 *Decemuiri à Lysandro constituti.*
7 *Decemuiri legum causſa quomodo electi, & eorum nomina: eorum superbia & expulsio. nu. 8.*
9 *Triumuiratus primus, Pompeij, Sylla & Marij: alius Octauij, Antonij, & Lepidi. num. 10.*
11 *Triumuiri Senatus legendi causſa, & aliorum negotiorum: vt Reipub. constituenda moneta, & aliarum rerum.*

1 DIsplicuit populo iterum Dictaturæ & Consulatus administratio, & recidit Reipubl. in Aristocratiam. Et cum omnes Magistratus se abdicassent magistratu imperij & legum sanciendarum summa potestas in Decemuiros translata est, qui quādiu opus esset & donec opus commissum explerent, prorogare sibi possent imperium, anno 301. vel secundum alios 302. post vrbem conditam, *Liu. in 3. Dionys. in 2. & 10. l. 2. §. exactu & §. & cum placuisset, leges quoque de orig. iur. Fenest. historiam nominaque Decemuiro. narrat in lib. 14. de Magist. Eutro. li. 1. 12. Euſe. li. de temp. Soli. 2.* Ita Decemuiratus ille, erat decem virorum ablolutum & plenum imperium, sed ad tempus. Fuerunt autem & alij Magistratus Decemuirales, sed nō eiusdem potestatis, cuius isti erant qui per triennium imperarunt. Et cum occupare perpetuo regnum voluissent, factoue Appij Claudij aduenīte indigno, erga L. Virginij virginem & filiam, magistratu pulsi sunt, *Liuij vbi supra, & Dion. Halic. in 11. Valer. Max. lib. 5. c. 1.*

2 ¶ Fuit † alius Decemuiratus antiquior, cum regio imperio creatus post mortem Romuli, & paulo post exstinctus. Mortuo enim Romulo ducenti pātres conscripti, ex quibus Romulus Senatum constituerat, distributi fuere in decurias, ex quibus Decemuiris sorte committebant vrbis imperium: qui non simul, sed vnus post alium quinis diebus lictores habebant, ceteraqs insignia regia, quę ceu per manus tradebātur à primo deinceps vsque ad vltimum: & tum quinqueduanus ille magistratus migrabat ad sequentem decuriam, & inde rursum ad aliam. Quod tamen Decemuirale breui imperium durauit & abrogatum est à populo offenso crebris mutationibus potestatum: quod & dispar ingenium, nec voluntas esset eadem in omnibus, vt scribit Dion. Halic. *in 2.*

3 ¶ Fuerunt † & aliquādo alij Decemuiri creati à M. Iulio prætore vrbis, pro metiendo diuidendoque agro Apulo Samnitino: quod is publicus populi Romani esset, *Liu. lib. 1. Decad. 4.*

4 ¶ Sed † neque isti, neque Decemuiri quoque sacrorum causſa, Duumuirorum loco, quinque ex patribus quinque ex plebe creati, *de quib. apud Liu. lib. 6. Dec. 1. & lib. 2. Dec. 3. & sæpe alibi*, ad euitandam populi suspicionem, habuerunt imperium merum summum aut liberum, quale habuerunt Decemuiri legum sanciendarum ratione facti.

5 ¶ Ad † quos tamen magis accedebant Decemuiri, quos Lysander elegerat in singulis ciuitatibus Spartiatarum, qui tamen ei essent amicitia vel obsequio, vel hospitio coniunctissimi, vel qui quod ei placuisset se facturos spopondissent, vt omnia pro nutu suo regeret, & crudeliter gereret, *Æmyl. Probl. in Lysan. Diod. Sic. li. 14. in princ. Xeno. in 3. rer. Græc.*

¶ Potestas † absoluta Decemuiralis quæ prope per trien- 6
nium durauit, originem habuit à legibus sanciendis. Cum enim placuisset leges extraneas acciri, quæ sine inuidia plebis & patritiorum latæ essent, missi legati Athenas, vt ait Liuius & Feneſtella Sp. Posthumius Albus, A. Manlius, & P. Sulpitius Camerinus, qui retulerunt Romam tertio post legationem anno transcriptas ex Græcorum constitutionibus leges, *l. 2. §. exactis, & §. & cum placuisset, de orig. iur. §. & non ineleganter, de iure nat. gen. & ciuil. Moyses, 7. dist.* quas decem principes lecti iubente populo conscripserunt, consulari potestate creati, qui suo arbitrio leges corrigerent & promulgarent, interprete Hermodoro Ephesio, cui ideo statua in comitio publice dicata est, *Iul. Flor. lib. 1. Epit. c. 24.*

¶ Porro, † secundum morem priscum ferendarum legum, 7
Decemuiri pro censendis legibus, decem comitiis centuriatis à populo cum plena potestate, & sublata prouocatione & intercessione, electi sunt, *Plin. lib. 34. c. 5.* Appius Claudius, T. Genutius, P. Sextius, L. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, P. Sulpitius, P. Curiatius, T. Romulius, Sp. Posthumius, *Feneſt. vbi sup.* Decimo die ius singuli populo reddebant, eo die penes præfectum iuris duodecim fasces erant, collegis nouem singuli accensi apparebant. Ij legem decem tabulis publicarunt: & cum adhuc duę deesse tabulæ videretur, cum Appio Claudio alij decem viri creati sunt, Appius Claudius, M. Cornelius Maluginensis, M. Sergius, L. Minutius, Q. Fabius Vibulanus, Q. Petilius, T. Antonius Merenda, Cæso Duillius, Sp. Oppius Cornicem, M. Rabuleius, qui præter morem priorem tyrannice cœperunt regere & apparere singulis cum duodenis fascibus, & ita 120. lictores omnium implebant, vt esset species decem regum, *idem c. 14. de Magistra. ex Liuio in 3.* qui omnia pro nutu gerebant.

¶ Quamobrem † seditione orta, cum neque sequente anno 8
vellent se abdicare magistratu, sessione facta, tandem abolita est ista potestas, & rediit ad consules. ¶ Subinde † fluctante 9
Republica orum est imperium Triumuirorum, Cn. Pompeio, Magni Pompeij patre, Cornelio Sylla, & Caio Mario imperantibus, & sibi summum ius, & merum imperium, gladiique potestatem vsurpantibus, oppresso populo ceterisque eius magistratibus. *Liuius in 3. Decad. 1.* Hinc bellum ciuile, quod processit ab ambitione & bonorum nimia cupiditate Marij, *de hoc Triumuiratu, vide Vell. Pater in prior. histor. lib. Plutarch. in Mar. & Sylla. Florum lib. 77. abbrevia. Liuij. D. August. lib. 3. de ciuit. Dei, c. 27. 28. Eutrop. lib. 5. Oros. lib. 5. c. 19. Plin. lib. de viris illustribus, c. 67. 68. 69. 75. & Soli. c. 40. Luc. in 2.*

¶ Fuit † & paulo post alius Triumuiratus summus & in quo 10
non minori iactura & calamitate ciuium certatum est, quam in primo. Post mortem namque Iulij Cæsaris partiti sunt imperiū Antonius, Lepidus, & Octauius, quo facto postea Octauius dignitate Lepidum spoliauit, dehinc Antonium circa Actium bello vicit, *Appian. lib. 1. bellor. ciuil. Plutarch. in M. Anton. Cicer. & Brut. abbrev. Liuij, lib. 14. & 120. Cor. Tac. in 3.* ¶ Triumuiratum 11
† Reip. constituēdæ per 10. annos administrasse Augustum, Suet. scribit, & totidem annis Triumuiratum durasse, *Suet. in August. c. 27.* Alius tamen hic Triumuiratus, qui summi imperij, à Triumuiratu ab ipso eodem Augusto tribus viris dato, Reipublicæ constituendæ etiam causſa, videlicet, vt Senatores legerent ex animi sententia, quos idoneos arbitrarentur: cui & alium Triumuiratum adiecit eorum, qui turmas equestres recognoscerent & recenserent, quale erat olim officium. Censorum Meminit & Gellius de Tribunis & aliis Reipublicæ custodiendæ, quos dixit habuisse ius consulendi Senatum: verum, quod habuerint summum imperium non meminit. Et in summa monendi sumus, non omnes Triumuiros esse summi imperij, sed habere iurisdictionem pro modo negotij illis commissi. Triumuiri quippe dicebātur & dici possunt, tres viri vni negotio prępositi simul, vti Triumuiri coloniarum insp iciendarum & deducendarum, *de quibus & aliis Wolphgan. Lazius lib. 3. comment. de repub. Roman. c. 3.* nocturni ob incendia, *l. 1. de offic. præf. Vigil*, capitales conquirendæ pecuniæ causſa, monetales, qui & Treuiri dicti, quorū munus erat numismata probi auri, æris, & argēti, & iusti ponderis examinare, vt iuste militibus distribueretur. Item Triumuiri pecuniæ cudendæ A. A. A. F. F. id est, auro, argento, ære flando, feriundo.

De Monarchiæ imperio, & potestate eius inter Romanos.

Cap. 20.

1 *Dictatura vsurpata, initium imperij fuit.*
2 *Imperatorum nomen in castris, ducum erat cum vocis potestate.*
3 *Imperatorum nomen in regia dignitate primus vsurpauit Iulius Cæsar.*
4 *Imperium in decennium collatum Octauio, & successorum eadem nos.*

¶ Imperatorij

3 *Imperatori ampla data omnium Magistratuum Romanorum potestas.*
6 *Magistratuum potestas à solo principe pendet.*
7 *Officiarii Magistratus Galliæ, mortuo rege firmari à successore debent.*
8 *Legum potestas penes principem.*
9 *Regia lex de imperio Hetruscis regni, Medorum regis, Iudæorum. num.10.11.12.*
13 *Artes Imperatoria & regiæ duæ, militaris & legalis.*
14 *Iudicia bona firmamentum regnorum, &* 15.
16 *Regiæ dignitatis finis, & rationes, &* 17.
18 *Regis seu principis propria & soli competentia.*

1 POstquam imperium Reipubl. Romanæ per plura Magistratuũ discrimina, nunc apud duos, nunc apud vnum, postea apud plures iactatum fuit, tandem aliquando ad vnitatem regiã recidit, mutato nomine regni tantum in imperiũ. Quod initiatum est per vim perpetua Dictatura, primum vsurpata à Iulio Cæsare, & conuersa imperium summum, merumque & liberum.

2 ¶ Imperatores, †cũ Romana Respub. partim Democratia, partim Aristocratia gubernaretur, Senatus, Cõsulum, & Tribunorum iussu, dicebãtur ratione fortitudinis & nauatę strenue cõtra hostes operæ, vt docuimus lib.16. Syntagmatis, cap.2.nu.7. & seq. ideo nõ repeto. Duces tunc & Imperatores dicti, qui & haberent in exercitum sibi commissum vitæ necisque potestatem, & in hostes. Qualem & fuisse Germanorum Ducibus sic scribit Iul. Cæsar *lib.6.belli Galli Cum bellum ciuitas aut ille ultum defendit, aut infert, Magistratus qui ei bello præsunt, vt vitæ necisq; habeant potestatem deliguntur.*

Quare † Iulius Cæsar, cum Dictaturam obtinuisset perpetuam, 3 nihilominus nomen Imperatoris retinuit, quo fuerat antea & donatus & salutatus, à militibus. *Plut. in eius vita.* Quãuis antea hoc nomen esset inferius dignitati regiæ. Quamobrem eius sũmæ potestatis successores, imitati Iulium Cæsarem, Imperatoris nomen pro titulo retinuerunt. Quod etiam ille titulus antea, nonnisi insigniter strenuis, decerneretur à Senatu. *Cic. Phil.14.* Et ita Dio Cassius obseruat, populum Iulium Cæsarem Imperatorem appellasse, tanquam illi summũ ius concessum esset. *Dio Cas. lib.33. hist.*

4 ¶ Mortuo † porro Iulio Cæsare, abolita perpetuo Dictatura, eiusque principatus, vt docuimus in Dictatoris exagesi. Quare populus Octauio Cæsari Augusto in tempus decennii contulit imperium, eoq; exacto per continuatam decennalem renouationem, idipsum permisit quandiu vixit, eoque mortuo eius successores illud consecuti sunt, vt quamuis perpetui essent, tamen singulis annis festum, veluti renouati imperii agerent. *Zon. tomo 2. in Octauii vita. Dio Cass. lib.52.* Refert & Suetonius in Augusto, *c.27.* Augusto tribunitiam quoque potestatem perpetuam datam fuisse, in qua semel atque iterum sibi collegam cooptauit: item recepisse morum ac legum regimen atque perpetuum.

5 ¶ Zonaras † etiam omnem potestatem quæ Consulum, Tribunorum plebis, Censorum, ceterorumque Magistratuum denique qui olim fuerant, in Imperatorem translatã, *vide quæ diximus de his, lib. de arte iuris, c.9. nu.17.* datumque insuper, vt legibus & à legum nexu solutus esset. Tribunitia potestas maxima pars imperii putabatur. vt ait Flauius Vopiscus *in Tacito.* Qua propter obseruatũ fuit, Imperatorũ salutationes & inaugurationes his titulis ornari. Sic legimus apud Iulium Capitolinum *in Macrino*, quod Macrino & Proconsulare Imperium, & Tribunitiam potestatem detulerant. Et rursum in Balbini & Maximi vita, *Decretis*, inquit, *omnibus Imperatoriis honoribus, & insignibus omnibus, percepta Tribunitia potestate, iure Proconsulari, Pontificatu maximo, patris etiam patriæ nomine, meruerunt imperium.* Idem etiam auctor, eadem fuisse delata Antonino Pio, scribit in eius vita. Vnus ergo Princeps, omnũ Magistratuum potestate donatus cœpit esse, cuius potestas libera est: & ita de omnibus, quibus omnes Magistratus & Reges olim, & populus statuebãt, ipse statuere & cognoscere potest. Et proinde Magistratus creatio in manu est Principis. *l.1. ad leg. Iul. de ambi. P. §.1. quæ sunt reg. in vsib. feud.* vt erat in manu populi antea, *Dion. Halic. in 2. Gel. li. 14. c.14. & lib.15. c.27. & passim. apud Liu. & Cic. pro Plancio.*

6 ¶† Sic candidati, qui circuibant populũ suffragiorum caussa, *vide Liu in 4. Fla. Blond. lib.3. Triũphan. Romæ, Plut. in vita Coriol. & Problem.* 48. desierunt esse Omnium Iudicum & officiorum iurisdictio, omne imperium ex voluntate & fonte principis procedit, *vt num.11. Exod.18.* & mortuo officiario ad principem reuertitur. Et successor in regno perinde liber ac qui præcessit, nec si nolit tenetur leges prædecessoris sequi, & quibus vult officia & Magistratus admittere, & confert, *Bald. cons. 161. incip. proponatur quod per commune, 3. vol.*

7 ¶ Quod † & in Monarchia Gallicana recte seruatur, vt necessarium sit mortuo Rege, omnes Magistratus à successore Rege confirmari & auctorari propriis codicillis, quamuis interim quod è Republica & populo est, iustitiam non faciant: *ita placuit Senatui, vide Ioan. Lucium, lib.4. Placitg. tit.1. plac.15.*

¶ Solutus † est legibus supra, cõtra, & præter leges statuit princeps, *l.3. C. de testa. l. Princeps de legib.* solus legem abrogat & condit, *l. fin. C. de legib.* solus interpretatur, *l.1. C. eod.* solus ab aliis latas confirmat, aut auctoritate donat, *l.2. de offic. præf. Orien. & Illyr. C.* quia olim & hoc ipsum populus poterat, *Dion. Halic. lib.1. Cic.3. de legib. & Philip.5. § lex est, de iure natur. apud Iustin. l. de quibus, de legib.* Vnde dicebat Phalaris, *epistol.62.* ἐνομά μι ὁ νόμος ὑπὲρ ἐμοῦ ἐστιν οὐκ ἐμοὶ ὁ νόμος ὢν· νόμος γὰρ οὐδὲν ἄνευ ἀνάγκης, id est, *Nec alia de caussa est nomen meum grane, quam quod non obtempero legibus: Lex enim ego sum subactis.* Sic que, vt dixit Demosthenes, 2. *orat. con. Philippum*, Rex & tyrannus omnis est libertatis inimicus, & legibus princeps lex animata in terris, *§.1. de consulib. in Authent.* supplet sua præsentia omnia solemnia iuris, *l. omnium, C. de testiam. l. pen. de donat. int. vir. & vxor. C. l. sancimus, iuncta Auth. seq. C. de donat.* Salutem reipubl. tueri, huic magis quam alii conuenit, *l.3. de offic. præf. vigil. P.* & pro ea vigilare, *§.1. vt dini iussi. subscript. habe. glorios. quæst. in Auth.* ordinatione diuina dicitur, electusque ad regendum populum, *c. si ergo, 8. dist.* & omnes iuuandos, *c. Clemens, 8. q.1.* præter leges reliqua multo magis facere potens, quæ faciebat populus, *l. Barbarius Philippus, de offic. præf. prat. P.*

¶ † Regia lex de imperio lata est, per quam potestas à populo in principem translata est, *l.1. de offic. præf. prat. l. de const. princ. P. l.2. §. nouissime. de orig. iur. P. §. sed & quod principi placuit, de iure nat. apud Iustin. late Theoph. in §. tres diximus, eo. in Institut. iur. ciuil.* cuius rogationem quidam tribuunt Hortensio, alij Horatio. Quamuis & Hortensio Dictatori quidam tribuant legem illam solum, qua cautum vt plebiscita pari modo patritios, quo plebem & omnes Quirites tenerent, *Gell. lib.15. c.27. Liu. libr.3. l.2. §. deinde cum esset, de ori. iur. P.* Puto ego tamẽ tum latam hanc regiam esse, cum Augusto populus potestatem omnem concessit, vt scribit Zonaras.

¶ Plena † enim illa fuit lex & sine aliqua seruatione, distans à 10 regia illa, quæ à Hetruscis Tarquinium Priscum in Regẽ poscẽtibus, tranlacta est. Nam tunc conditionibus adiectis transtulerunt imperium, quod is neminem Hetruscorũ occisurus esset, exsilio pecuniaue mulctaturus, ciuitates ipsas sine præsidiis relinqueret, sine actionibus, easque suis legibus viuere permitteret, in nullo mutato statu Reipublicæ, *Dionys. Halicarn. in 3.*

¶ † Quemadmodum & Medi Deiocem Regem sibi elege- 11 runt & Regibus se subiecerũt, vt ditio eorum bonis legibus administraretur, & ad sua quisque opera diuertens, nunquam ab aliquo impunitate scelerum violaretur, *Herod. in 1.*

¶ Plenior † autem lex est imperij in 1. Reg. lib.c.8. constituta, 12a seu declarata à Deo, à quo vere omnis potestas, *ad Rom.13.* & per quem Reges regnant, & Principes dominantur, *Prouer. 8. l. inter claras. C. de sum. tri. & fide eath.*

¶ Formulam autem exercendi hanc potestatem nomen indi- 13 cat Regis, quod à bene imperando & regendo dicitur, *c. cleros, vers. Pontifex. 21. dist.* Et Horatius,

——*At pueri ludentes. Rex eris aiunt,*
Si recte facies.

Et Ausonius,

Qui facit recte, non qui dominatur, erit Rex.

Si secundum leges optimas, vel à se, vel ab alio recte sanctas, viuat & imperet. Est enim digna vox in maiestate regnantis, subditum se bonis legibus profiteri, *l. digna vox, C. de legib.* quamuis ex potestate, illis non teneatur, *l. ex imperfecto, 23. de lega.3.* Duæ sunt artes bene imperandi, legum peritia, & ars militaris: legibus in pace, armis belli tempore vtitur, *§. 1. in proœm. Institut. iur. ciu.* & in rebelles, impios & contumaces, gladio, vtque leges defendat, *l.1. de Iust. Cod. conf.* C. obtemperare cogat, *l. qui restituere, de rei vind. P.* puniat, *l. cum nos, ad l. Iul. de adult. C.* idque propter Reipubl. vrgentem necessitatem. Legibus, iudicis, & iurisdictione concessa viris selectis, vel per seipsum non patitur ad arma subditos prosilire si possit aliter controuersias eorum dirimere, *l. æquissimum, de vsufruct. l. nullus. C. de Iud. l.1. Cod. vnde vi, l.1. quando lic. sine iud. se vindica. C.* Atmaque priuatis prohibet, & eorum sibi potestatem retinet, & cui vult concedit, quando expedire videtur, *§.1. de armis, in Auth. l.1. ad l. Iul. de vi publ.* Ita cum discretione & iure æquoque & bono, gladio vtitur. Atque vt recte vti possit omnium legum notitiam habere, & omnia iura in scrinio pectoris continere præsumitur, *l. omnium, C. de testa.* diciturque & plenus philosophia, *l. penult. C. de his quib. vt indign.* pater & anima legum, *§. dubitatum, de incest. nupt. in Authen.* Et verum officium regnum est & præcipuum, populum suum recte & iuste iudicare, & gubernare cum intellectu & prudentia. Quare cum à Deo lex futuro regi præscriberetur, inter cetera adiectum est, *Deuteron.17. Habebit secum volumen legis Dei, accipiẽs exẽplar à Sacerdotibus, Leuitica tribus, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & cærimonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in dexteram partem vel sinistram, vt longo tempore regnet ipse, & filij eius super Israel.*

¶ Et ab † hac præcipua parte regni, qui optime imperabãt, po- 14 pulo Israelitico, dicti sunt Iudices, vt constat ex libro Iudicum. Iustitiæ sceptrum, fundamẽtum etiam est potestatis, quo diruto

Digitized by Google

vel effosso, cadit regnum, & incidit in tyrannidem, & auferetur merito à possessoribus. Scriptum enim est, *Ecclesiast. cap. 10. propter iniustitias, iniurias, & diuersos dolos, regna transferuntur de gente in gentem.* Item *Prouerb. 25. Auser impietatem de, vultu Regis, & firmabitur iustitia thronus eius.* Et iterum *Sapient. c. 6. Si delectamini sedibus & sceptris, o Reges, populi diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis. Diligite lumen sapientiæ omnes qui præestis populis.* M. Tertull. Cicero his subscribit, 2. *Officior. Mihi quidem,* inquit, *non apud Medos solum,* vt ait Herodotus *in 1. sed apud maiores nostros, iustitiæ fruendæ caussa videntur olim bene morati Reges constituti. Deinceps posteris per manus à patribus regna tradita sunt.*

15 ¶ Iudicare † debet Imperator & Rex in propria persona, potissimum de miserabilibus personis, & ab impiis & potentioribus oppressis, *l. 1. quan. imp. inter pupil. & vid. C.* Iudicauit ipse Mydas Rex Phrygiæ Gordij filius, qui & sellam regiam in qua ius solitus dicere in templo Delphico sacrauit, *Herod. in 1.* Dicebat Rex Persarum ius in throno aureo, purpura pro tapetibus extensa, adstantibus qui in hastis mala aurea deferrent, *Athen. lib. 12. c. 3. Dipnosophiston.* quemadmodum & hodie iudicibus adstat cum hastis vel baculis, hostiarij. Alexander quoque Magnus, iura dicebat cum proceribus sedens in throno aureo, *idem d. lib. c. 18.* Iudicabat & ipse Gelon Syracusarum Rex, *idem eod. c. 15.* & Iulius Cæsar, *Appian. Alexand. lib. 1. bello ciuil.* Et apud Mossynœos perpetuo Rex iura poscenti cuicunque reddebat, sed maiori cum seueritate: quod & ipse pœnas lueret, si male iudicasset, quod ex verbis Apollonij Rhodij collige, is enim sic scribit, *Apoll. Rhodig. lib. 2. Argonaut. versu 528.*

Αὐτὰρ ἐν ὑψίστῳ βασιλεὺς μέσσοισι θεμέστων
Γ'ημένος πολίεσσι δίκας καὶοῖσι δικάζων
Σχέτλιος, εἴ τινά που θεμιστόνων ἀλιτήσας
Λιμῷ μιν κεῖν' ἦμαρ ἐπιλείσαντες ἔχουσιν.

Id est,

Porro in altissima Rex domo sedens,
Æqua multis iura populi dictitat.
Miser. Si enim alicui sua reddendo erraverit,
Fame ipsum ea die includentes, afficiunt.

16 ¶ Sicque † constat, cuius caussa, & propter quem finem, & quibus rationibus Imperatoria vel Monarchica dignitas gladium, summum merumque imperium, & sceptrum habet. Non enim sui tantum caussa, aut vt suis fruatur voluptatibus, sed vt seruiat subditorum & Reipub. commodis, & tranquillitati. Nihil enim aliud est regnum, secundum Antigoni sententiam, quam nobilis seruitus, *Ælian. lib. 2. de var. hist. c. 20.*

17 ¶ Improbum † reddunt principem & à fine probi regni auertunt nimia licentia, rerum copia, amici improbi & auarissimi, satellites detestandi, aulici stulti vel detestabiles, iudices per illũ quos fieri non oportet, facti, rerumpublicarum ignorantia, & inscitia eius, quod probandum est, amotio eorum quos retinere oportuit, contra ius regni imperare: vera nõ inquirere, proprios sequi affectus, *notat hæc Flavius Vopiscus in Aurel.*

38 ¶ Dispensare † princeps debet, quæ potestati summæ sunt, cũ ratione ex æquo & iusto. Quocirca ei quædam tanquam superiori relicta sunt, quæ aliis omnino interdicuntur. Iura item illius propria sunt, vt quæ regalia dicuntur. *§. 1. quæ sint regal. in Auth.* dare veniam ætatis, *l. 2. de iis qui ven. ætat. imper. C.* legitimatio per rescriptum, *§. illud, & §. penult. qui. mod. natur. effic. sui, ca. per venerabilem, qui fil. sint legit.* in Gallia gratiæ, indulgentiæ criminum, abolitiones, restitutiones in integrum, & alia quæ vel à magna Cancellaria regis, vel ab aliis officinis æquitatis, impetrari debent nomine regio.

De distinctione iudicum, & ratione imperij & iurisdictionis.

Cap. 21.

1 *Imperium] merum & liberum non tractatur à Iurisconsultis.*
2 *Imperium iudices merum non dicuntur habere.*
3 *Merum imperium quid, & quæ ad illud pertineant, num. 4. 5. 6. & 7.*
8 *Iurisdictionis finitio, diuisio in plenissimam, plenam & semiplenam: alia diuisio in imperium & iurisdictionem: alia in altam, mediam, & bassam, num. 9. 10. & 12.*
11 *Libelli subscriptio à iudice, inaudito aduersario, in quibus fiat.*
13 *Imperio mixto quæ tribuantur.*
14 *Confiscationis ius, cuius iurisdictionis sit.*
15 *Proclamationes sub pœna confiscationis personæ & bonorum, à quibus fieri possunt.*
16 *Iurisdictionis bassæ seu inferioris, quæ dicantur.*
17 *Conductores seu redemptores fructuum iurisdictionis, quas emendas & confiscationes petunt.*
18 *Furti cognitio ad quos iudices pertineat.*
19 *Iurisdictionis alia, mediæ, & inferioris quæ sint, certantur, & resolutio.*
20 *Iurisdictio competit consuetudine, lege, priuilegio, pacto, præscriptione, & seq.*
21 *Præsidialium iudicum iurisdictio.*
22 *Præscriptio iurisdictionis quæ requirat, & qualis sit, & seq.*
23 *Caussæ regiæ solius notionis.*
24 *Superioris domini ius & iurisdictio, præscribi nullo tempore potest.*
25 *Iurisdictio Ecclesiastica à laicis vsurpari vel scribi non potest.*
26 *Ecclesiasticæ personæ, pro quibus criminibus à foro laico iudicentur.*
27 *Iurisdictio non præscribitur à priuato.*
28 *Iurisdictioni præscribendæ quod temporis spatium exigitur, & num. 30.*
29 *Iurisdictionis contentio in possessorio, quomodo interim terminanda.*
31 *Iurisdictionis metiendæ potestas etiam ex qualitate determinata, & quantitate summarum attributa.*
32 *Territorium iurisdictionis est inspiciendum.*
33 *Territorio iurisdictiones quædam non adhærent.*

HActenus dictum sit de Magistratibus summis & maioris auctoritatis apud quos summum, merum, & liberum videatur esse imperium. De aliis dicẽdum nunc est, qui imperij meri quandam habent caussam, aliique aliis maio ẽ, sed non imperiũ regium: nam certe vix illud iurisconsultorum subiicitur tractationibus, nisi quatenus iura regia conseruare satagunt, quæ regalia dicuntur, *§. 1. quæ sint regalia, in Auth.* 1

¶ Ideo l. imperium, sub titulo de iurisdictione omnium iudicum, ponitur non sub aliquo titulo, de iurisdictione regis. Et proinde de mero, absoluto, libero, & summo, pauca vel fere nihil aggrediatur explicare: de mixto vero & iurisdictione abunde in ea lege, & in toto titulo tractatur. Ita iudices qui creantur à principe, non dicuntur absolute habere merum imperium summum, sed aliqua iuris lege determinatum, vel ex limitatione principis d stinctum, vt ita ius animaduertendi gladio habeant, cum limitata potestate ex iure vel constitutionibus regis, vel codicillis eiusdem. Quemadmodum & obseruare licet in illis Magistratibus, qui olim vel à populo mittebantur, vel nunc à principe mittuntur in prouincias cum Imperio. Illi enim quia principem aut populum referunt, ius gladij & de imperio mero potestatem habent, & ita in illis merum imperium, sed non absolute merum, vel liberum aut summum, illudque quod habent non est rerum omnium: vnde nec alius libere mandare possunt, *l. illicitas, 6. §. qui. Vniuers. de off. præs. l. nemo potest, 71. de reg. iur. P. l. solet, de off. Procons. P.* Quare & cum prouincia illi etiam iurisdictionem accipere dicebantur, *l. obseruare, 4. §. posthæc, de off. Proconsul. P.* quam in prouincia tantum designata exerceant: neque adhuc in ea primas partes, sed post principem gerunt, *l. 1. & l. & ideo, §. eo.* 2

¶ Proinde † ius quod dicuntur habere gladij ad animaduertendum in facinorosos, intelligendum est, quando legitima cognitio, rectèque præcedit, non aliter, *Petr. Jac. in prax. de libello super iurisdict. §. item exsecutio sententiæ. Probatur & ex l. 4. §. condemnatum, de re iudic. P. l. pen. & fin. commina. vel epist. vic. ro iud. non hab. C. lib. 7. tit. 17.* Vnde est ibi iurisdictio, & mixtum imperium cum iurisdictione, & non merum absolute, sed secundum quid, cui accedit, quod & præsides prouinciarum præfecti, vicarij, & id genus alij, quibus committebatur gladij ius à populo vel principe, tenebantur, imo cogebantur reddere rationem gestorum, num secundum leges vel contra administrassent, *l. vnic. vt om. iud. tam ciuil. quam mil. post depositam administrationem, & c. lib. 1. C. tit. 50.* 3

¶ Illud † autem nõ conuenit habenti liberum summum, & merum absolute imperium. Iuridicũdo etiam Magistratus præesse, de omnibus loquens Magistratibus Pomponius respondit, *l. 2. §. post originem, de orig. iur. P.* Quocirca si verum fateri velimus, dicemus ea, quæ nostri interpretes referunt ad merum imperium, esse mixti imperij, quãdo de Magistratibus agimus, in quibus nõ potest inueniri merum imperium, id est, sui iuris absolutũ & liberum. Neque aliud imperium in illis quam quod exerceri debeat, cum legum & principis temperamento. Etsi, vt monui, non negem ea, quæ à solo principe exerceri possunt, posse committi Magistratibus, & quæ meri sunt imperij. 4

¶ Ratione † cuius, si velis dicere Magistratus habere merum imperium, pro eo quod tractent cum cognitione caussæ & ordine iuris ea quæ potest princeps sine eo ordine & sine alterius licentia, consentio, imperium merum, secundum quid tamen, posse nos dicere Magistratus quosdam habere, alios non habere. Idque lubentius admitto, ne declarata proprietate, nimium ei inhærendo peruertam id, in quo laborarunt maiores, qui iuris lucernam nobis prætulerunt, & definierunt quæ meri imperij dicerentur: quæ ita cum contigerint vnico verbo nobiscum conuenient, vt meri imperij dicantur, id est, quæ de mero imperio participant, & ad ius gladij liberum pertinent cum exercentur à principe Ita meri imperij dicitur potestas imponẽdi vltimum supplicium, vel capitales pœnas, ius animaduer- 5

Digitized by Google

maduertendi in facinorosos homines, *l. imperium, de iurisd. omn. iud.* Vltimum supplicium mortem interpretemur, *l. vltimum supplicium, de pœ. in* P. Colligit autem Chassaneus casus pro quibus pœnæ vltimi supplicij imponantur in iure, *Chassaneus in rubric. des iustices & droicts d'icelles*, ad illa verba, *droicts d'icelles, in consuetud. Burgund.* extra quos in crimini bus extraordinariis leges relinquunt arbitrio iudicis pœnas imponendas, perpensis negotiorum circumstantiis. *l. respiciendum*, 11. & *l. hodie*, 13. *de pœn.* P. in quibus iudex consilio adhibito vltimum etiam supplicium, si ita rectum videatur, potest imponere, *Fel. explicat in c. ex literis, col. 10. ver. tertia declaratio, de constitu. & in c. inquisitionis, colum. pen. de accus. Alex. cons. 5. circa fin. & cons. 111. col. 3. 1. vol. Boer. in §. 3. de iurisd. omn. iud. in consuetu. Bitur.* dummodo non committat in legem expresse. Dicunt & iubere cauere prætoria stipulatione & in possessionem mittere, esse imperij magis quam iurisdictionis, *l. iubere cauere, de iurisd. omn. iud.* P. Et ea quæ specialiter conceduntur à principe Magistratibus, quæ non competũt iure Magistratus, *in l. 1. de offic. eius cui mand. est iur.* & quæ maiori potestate quã Magistratus exercentur, *Bar. in d. l. imperium, nu. 5.*

6 ¶ Illud † etiam quod ad iussionem efficacem Magistratus pertinet, dicunt ad merum imperium pertinere: vt compellere aliquem capitis pignoribus, mulcta, carcere, coercitione criminali, quæ congerit in vnum Chassaneus *in d. rub. des iustices, & a. verba, vers. quæ sunt de mixto imperio.* Iubere ponitur interdum pro dicere, *Ter. in Eun.* quod interdum idem est ac decernere. ἐπιζεύγνυμι mandare, imperare, vt necessitatem obtemperandi inferre videatur, vt & ille versiculus indicat:

Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.

Et Terentius, *Sex. Pomp. Festus, de ver. sign.*

Iubesne. CH. iubeo, cogis atque imperes.

¶ Sed & † illud huius imperij dicunt esse, quod expediri po-
7 test officio, vt dicunt nobili iudicis, quale sit, mox aperiam Deo iuuante. Nos plenissimam quod dicũt merum imperium, iurisdictionem dici posse arbitramur, qua datur plenior potestas, & de capite hominis iuris dicendi potestas, *l. secunda, §. & post, de origin. iur.* Etenim sub nomine iurisdictionis in genere sumtæ, imperium omne quod Magistratus exercent, contineri arbitramur. & vltra, iurisdictionem in specie, sine mero aut mixto, vt dicunt, esse posse.

¶ Quod † vt facilius appareat, dico, Iurisdictionem in ge-
8 nere definiri, vt sit potestas, *l. potestatis verbo, de verb. sign. P.* de publico introducta, *l. 1. §. huius studij, de iust. & iur. P. §. huius studij, de iure nat. apud Iust. l. filiusfamilias, de iu qui sunt sui vel alie. iur. P. l. quippe iudicare, de iud. P.* cum necessitate *§. sedebunt, de iustic. in Auth. l. munerum, §. iudicandi quoque necessitas, ac mun. & honor. l. 2. de offic. ciuil. iud. Exod. 18.* iuris dicendi, *l. nemo, de sent. & inter l. omn. iud. C. quid contineatur in actione iuris docet, l. 1. de iur. fis. omn. iud. P. l. prospexit, qui & à quib. man. libe. non fiant*, aut æquitatis statuendæ *l. placuit, de iud.* C. Sic enim conuenit inter interpretes definiri *in d. l. 1. de iurisd. omn. iud. P.* Hæc itaque iurisdictio late patet, & continet in omnibus suis partibus & Magistratibus imperium aliquod, *l. potestatis verbo, de verb. sign. P.* pro gradu potestatis vel maius vel minus, & modicam coercitionem quæ & inferiori inest iurisdictioni, & imperij cuiusdam habet speciem, sine quo iurisdictio aliqua esse non potest, *l. fin. de off. eius cui mand. est iurisd. P. l. 2. & l. magistratibus municipalibus, de iurisdict. omn. iud. P.*

¶ Quare † commode diuidetur iurisdictio in plenissimam,
9 plenam, & semiplenam *gl. in l. si in aliquam, §. fin. de off. Proconsul. P.* Plenissimam referunt, qui maiorem post principem in aliqua prouincia habent auctoritatem: qualem habebat Proconsul, *d. l. si in aliquam, §. fin.* & Præses prouinciæ, *l. 4. & l. omnia, & seq. de off. præs. P.* Plenam habent illi, quibus nostri interpretes tribuunt ea, quæ dicunt esse mixti imperij. Semiplenam illi, qui habent modicam coercitionem. Iurisdictio sic maior, vsurpatur pro mero & mixto imperio *gloss. in §. iusiurandum, in ver. quæ iurisdictione egent, de defens. ciuit. in Authen. Chass. in rub. des iustices, num. 24. contr. Bal.* hoc est, quando cognoscitur de his, quæ meri aut mixti imperij dicuntur esse.

10 ¶ Alio † tamen modo quidam diuidunt iurisdictionem, in imperium, & iurisdictionem: vt & species sit & genus. Vt adoptio diuiditur in adoptionem, & arrogationem, *l. 1. de adopt. P.* Ita enim accipiunt iurisdictionem in specie, prout differt ab imperio mixto. Bartolus antesignanus huius sententiæ, imperij scilicet mixti ea arbitratus est, *Bart. in l. imperium, n. c. §. 23. de iurisd. omn. iud.* quæ expenduntur officio iudicis nobili, aut per actionem seu accusationem publicam vtilitatem respicientem. Iurisdictionem autem in specie, quando controuertitur de vtilitate publica, & de eo quod expeditur officio iudicis mercenario. Vocat officium nobile, quod actioni non seruit: mercenarium quod seruit. Quæ certe nomina potius obscurant quam explicent Iurisconsultorum responsa. Non enim video, quomodo recte nobilis & mercenarius iudex in hac quæstione dici possit. Verumtamen, quia patres vsi sunt his nominibus, explanabo potius sententiam & mentem, quàm verba. Puto enim metaphora tracta à famulis, qui addicti sunt præcepto eorum, quibus inseruiunt, dixisse mercenarium officium iudicis, quod legum formulis & actionibus inseruit, id est, quod nihil aliud potest, quam legibus præscribatur statuendum in actione proposita, cuius propriam naturam sequi tenetur iudex, qui habere dicitur solam iurisdictionem, *l. sed & quæd. §. 1. quod met. caus. in* P. Et ideo non dimittitur eius arbitrio, *l. 2. §. nunc, de eo quod certo loc. in P.* Et in illa iurisdictione modica quidem coercitio est, *in l. fin. de off. eius cui manda. est iurisd. P. l. 2. de iurisd. omn. iudic.* videlicet, vt iuri quis satisfacere cogatur, & sic præponderat iurisdictio imperio illi modico, quod propter tutandam iurisdictionem, adhibitum est pro conseruanda auctoritate iudicandi de publico concessa. Quod cum accedat iurisdictioni, suum ei non dat nomen: quia accessorium est, & accessorij naturam eius cui accedit accipit, *l. accessorium, de reg. iur.* Dicetur hoc officium mercenarium melius, ordinarium. Vt contra, quando imperium magis præualet in iurisdictione, iurisdictio imperiũ dicitur: quod magis ea accedat ad imperium, *l. iubere, de iurisd. omn. iud.* Vnde officium forsan nobile interpretes antecessores nominarunt illud, quod ad imperium magis accedit, quod nobile sit munus imperare, & posse extra formulas actionum, id est extraordinario iudicio, vel sine actione à iure proposita, quando æquum videbitur, propter potestatem maiorem concessam statuere extra ordinem, vt patent exempla in iure, *in l. quod si minor, §. fi. de minor. 25. an. P. l. qui bona, §. qui damni, de damn. P. l. 1. & tot. tit. de var. & extraor. cogn.* Est hoc officium iudicis extraordinarium, quod absolute dicitur officium iudicis, *Vlp. l. officium autem. 9. de rei vind. P. Canis in l. officio iudices, 27. fam. ercisc. P.* Quia iudices qui habent maiorem potestatem, & publicam rerum concessam curam, Rempubl. potius quam singulorum saluam fore promiserunt, *l. 1. de magistr. conuenien.* Et quamuis iura noua statuere, nec constituta immutare possint (nam ea sunt principis, *l. neque leges, 9. & l. seq. de legib.*) tamen data facultas iis, qui huic maiori iurisdictioni præsunt, procedendi ad ea quæ his, quæ statuta sunt, similia sunt, vt & possint certa iurisdictione supplere, *l. non possunt, 11. & l. nam vt ait Pedius, de legib. in P.* Ad officium itaque pertinebit proprie quoquomodo lites delatas dirimere, *l. quidam existimauerunt, 21. de reb. cred. P.* Maxim hodie cum præscriptiones formularum actionum, non considerentur ex prisca necessitate, *l. 2. de form. & impetr. subla. C. c. dilecti, de iud. d. l. 1. de iurisd. om. iud. P.* Quare & quod sine contestatione præcedente iudex potest, id recte officium dicetur. Et ita Vlpianus respondit, *l. 1. de iurisd. om. iud. P. Ius dicentis officium latissimum est. Nam & potest bonorum possessionem dare.* (scilicet cã quæ non tribuit ius, non autem eam quæ cognitionem desiderat: nam ea est iudicij, non officij, *l. 2. §. in bonorum possessione, quib. ord. in bon. poss. serue. P. pupillis non habentibus tutores, constituere: iudices litigantibus dare.* Dicimus & ex officio iudicis fieri, quæ præter actionis vel obligationis causam decernuntur, *vt in l. quæro an fideiussor, 56. loc. P. l. qui per collusionem, 51. §. fin. de act. emt. P.* & quando ex causa actio admittitur eius, cui iure non permittitur. & ira ei subuenitur ex officio, vt in l. si lõgius, §. 1. de iud. P. l. cum filiusfamilias, de reb. cred. in P. l. cum debitoris, l. 7. C. de iud. cum simi.

¶ Dicitur † quoque esse huius officij, & ex causis mixti im- 11
perij, sine contestatione decernere per subscriptionem petitionis libelli, parte non audita, *glo. in l. 2. de assess. C.* quod fit tantum in his, quæ cognitionem causæ non desiderant, *l. nec quicquam. §. vbi decretum, de off. Procon. l. omnia quæcunque, de reg. iur. P.* Neque enim subscriptio vel responsio, mutat causæ statum vel possessionis, etiã si fiat à principe, *in l. 2. C. si per vim vel alio mod. abs. poss. fuerit occup.* Quare nec potest hæc potestas subscribendi mandari, *l. 2. C. de assessoribus.*

¶ His † adiungere operæpretium cẽseo, quæ pragmatici seu 12
practici de istis iurisdictionibus & imperio tradunt, & eorum sectionem qua curiæ & vulgus vtitur. Dicunt itaque iurisdictionem diuidi in altam seu supremam, & inferiorem, quã vocant bassam: alij addunt & mediam. Petrus Iac. *de li. super Iurisf. in sua praxi*, qui altam & bassam tantum constituit, altam dicit habere meri imperii causas: medium mixti. Et meri tradit imperii esse, impositionem pœnæ mortis naturalis, amissionem libertatis: vt damnationem in metallum, amissionem ciuitatis, deportationem in insulam, *gl. in l. 2. in ver. oportere, vt ne. pri. tit. præd. suis vel alien. & c. C. per l. illicitas, §. qui vniuersas, de off. præf. P.* mutilationem membri, atrocem verberationem, relegationem, bannitionem quam comparat deportationi, crimen falsi. Angelus *ad l. imperium, de iurisd. omn. iud. 3. colum.* ad altam iurisdictionem & merum imperium vult pertinere quoque statuti noui condendi facultatem. Ideo, inquit, si quis est infeudatus de castro vel de ciuitate cum iurisdictione, si in feudum ei datum sit castrum vel ciuitas, non potest condere statuta: quia appellatione simplici iurisdictionis, non veniunt quæ meri vel mixti imperii sunt sed tantum quæ simplicis iurisdictionis sunt. Nisi ea concessa sit plenissima iurisdictio. Nam tunc generalis iurisdictionis appellatio, & quæ imperii sunt meri & mixti, cõtinet, *Bald. in l. si aliquam, §. cum plenissimam, de off. proconsul. P.* Sicuti & verba, omnimoda iurisdictio. *gl. in clemen. 1. §. omnimoda, de foro competen. anec toute iurisdiction.*

¶ Mixti † imperii idẽ Pet. Iacobi dicit esse, quæstiones inge- 13

Digitized by Google

nuitatis, ea quæ magis iudicis officio, quam iure actionis expediuntur, compellere aliquam capitis pignoribus, ius bannizandi in nemoribus & hortis, pafcuis, & aliis locis, quod & Chaſſan. probat *ad rubric. des iuſtices. num. 28. in conſuetud. Burgund.* ius pedagii exigendi in via publica, ius ponderandi, menſurandi, & frangendi falſas menſuras, omnes cauſſas ciuiles ſupra trecentos ſolidos, *vt in §. & iudicare, de defenſor. ciuit. in Authen.* Addit Chaſſaneus *vbi ſup. verſ. quæ ſunt*, eſſe mixti imperii, cognoſcere per viam ſupplicationis de cauſſa, de qua alias non fuit ſupplicatum, idque iuxta ſententiam Bartoli & Iaſo, *in d.l. imperium.* Item mittere in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, expellere re ipſa de poſſeſſione, dare bonorum poſſeſſionem quę tribuit ius, interponere auctoritatem alienationibus & tranſactionibus alimentorum, emancipationibus, manumiſſionibus, cauſſa nullitatis, ponere rem in manu curiæ, ne litigantes veniant ad arma, iuxta l. æquiſſimum, de vſufruct. At diſſidet Chaſſaneus, à Pet. Iacobo in bannitione, quam dicit non eſſe meri imperii, & eos poſſe bānire, qui non habent altam iuriſdictionem, vt etiam Io. Fab. notat *in §. cum autem, quib. mod. ius pat. pot. ſolui.*

14 ¶ Confiſcationis † porro poteſtas, ex legis diſpoſitione veniens, cuilibet iudici, cui res committitur vnde confiſcatio oritur, competit: ſi habeat de iis quæ meri imperii ſunt, notionē, *l. illicitas, §. qui vniuerſas, de off. Procon. P. §. 1. de inceſt. nupt. in Authen. l. qui contra*, C. *eod.* vel ſi ex conſequentia pœnæ veniat confiſcatio, vt in deportatione, *l. deportatorum, Cod. ad leg. pœn. l. 1. §. iniquibus, de legat. 3.* aliter enim, nemo confiſcat in caſibus à iure non expreſſis, ſine Principis auctoritate, *l. vnic. ſine iuſſu prin. lic. cert. iuat. confiſc.* C. *Bal. in l. fin. de off. præf.* Summis vero Magiſtratibus, qui arbitrium & pœnam mortis habent, confiſcare licet, *Bal. Odofre. Cyn. Azo in d.l. vn. ne ſine iuſſu prin. &c.*

15 ¶ Chaſſaneus *ad §. 1. num. 1. & 2. des confiſcations, in conſuet. Burgund.* in hac confiſcatione, ait Capitaneum Mediolani, qui habet liberū arbitrium in criminalibus ordinariis & extraordinariis, facere indiſtincte confiſcationem omnium bonorum, & facere banna, id eſt, prohibitiones, ſub pœna confiſcationis bonorum & perſonæ, quæ banna non poſſunt fieri, niſi ab habentibus pleniſſimam poteſtatē, *Ang. & Bald. in d.l. vnic. ne ſine iuſſu prin. &c. vide deciſ. Capel. Tholoſ. 73. & l. 2. vt ne pr u. tit. & c.* C. Et ita etiam fieri à Baillivis ſeu Seneſcarchis banna. Verum illud addit, bannum ſiue proclamationem, *à la peine de la hart*, id eſt, vt ipſe opinatur, ſub pœna quod quis punietur tanquam reus criminis maieſtatis, quo præcepto inquit, & banno, vtuntur tantum Principes, aut eius vicarij: quos vocat gubernatores prouinciarum, locumque Regis tenentes, generales, duces in bello, & quādoque Senatus. Ego certe noui, *le art*, aut *la art*, eſſe vinculum faſciculorum Lutetiæ, & inde pœnā hanc, *de l'art*, aut *le hart*, eſſe ſuſpenſiones, quę exercetur etiam ab aliis quam principibus, vicariis, præfectis, & Senatu. Melius tamen, eorum dixiſſet propriam communicationem, *à peine de rebellion*, aut *d'iſtre punis comme rebelles*; nam omnes iudices de proditione vel maieſtatis crimine non cognoſcunt, quamuis de aliis delictis notionem & iudicū habeant.

¶ Baſſæ † ſeu inferioris iuriſdictionis, Petrus Iacobus *vbi ſupr.* 16 *de for. libel. pro iuriſ.* notat dici, cauſſas quę ſuperiorum non ſunt, tam ciuiles, quam criminales, quæ competunt quibuſdam Magiſtratibus iure Magiſtratus quem gerunt, & quæ ponuntur in §. nulla, & §. & iudicare, & §. audient, de defēſor. ciuita. in Auth. Addit Chaſſaneus *in dict. rubric. des iuſtices, & droicts d'icelles, verſicul. quæ autem ſunt de baſſa.* torturam pro eruenda veritate teſtium in ciuilibus negotiis, eſſe huius iuriſdictionis: item ſimplicem cognitionem de leuioribus criminibus, incarcerationem cuſtodiæ cauſſa, non in pœnam, *ca. qualis carcer, ca. quamuis, de pœn. in 6.* quia tunc carceris meri imperij eſt, niſi daretur ob modicam coercitionem, *citat Chaſſan. l. 2. Cod. de ſportu. quæ tamen parum ad rem facit.* Itaque, qui inferiorem hanc ſeu baſſam iuriſdictionem habet, reos maiorum criminum carceribus concludere poterit, vt ad ſuos maioreſq; iudices reiiciat. Refert Iacobus quoque ad iuriſdictionem hanc, poteſtatem excubiarū, quam dicuntur *faire le guet de nuict*. Et ius arma tunc temporis ferendi, eius iuriſdictionis putat, præfectum vigilū, *de quo in l. 3. §. ſciendum, & l. 4. de of præf. vig.* qui hæc agit, qui cum meri imperii ius non habeat, *l. vnic. C. eod.* tamen comprehenſo reos noctu remittit ad proprios iudices, alios fuſtibus cædit, *l. ſi. eo. P.*

17 ¶ Ad † inferiorem ſeu baſſam etiam iuriſdictionem pertinet mulcta, quam dicunt emendam, vſq; ad ſeptē, vel ſexaginta ſolidos Turonenſes, ſoluendos ſecundum diuerſas locorum conſuetudines pro contumacia, aut rebellione, vt dicunt iuſtitiæ, aut pro crimine, *Chaſſ. in §. 6. & 7. des iuſtices, & droicts d'icelles in conſuet. Burg.* Et mulctæ iſtæ ſeu emendæ dicuntur eſſe inter emolumenta & fructus iuriſdictionis, *idem in d. §. 7. nu. 2. ex Bald. in fin. ſolut. matrim. & in l. 1. de fruct. & lit. expen.* Mulctarum enim ſeuera compendia, ærario principis eſſe quærenda reſcriptum eſt, niſi iudex nominatim ea vel curſui publico, vel operibus Reipub. aliiſque neceſſariis cauſſis deſtinauerit, *in l. mulctarum. de modo mul.* C. Mulctam ſecundum iuriſdictionum gradus, iudices vel maiorem vel minorem imponunt, *l. final. C. eod.* Hinc ſunt redemtores mulctarum, *arrantiers des emendes*, ad quos mulctæ impoſitę tempore conductionis ſuæ pertinent: ſi ex natura delictorum commiſſorum debeatur mulcta, ſtatim vbi committuntur. Vocant apud nos alicubi, *le ſang. du ſeigneur & l'emende.* Quāuis poſt tempus lapſum conductionis, qui deliquit mulctetur, & mulctatio in tempus conductionis alterius inciderit. Si tamen mulcta imponatur, quia arbitraria, non ex natura delicti, non habebitur ratio temporis commiſſi delicti, ſed eius in quo cōdemnatio fit. Et ideo redemtor ſeu conductor emendarum, qui eſt tempore condemnationis, mulctam accipiet, non is qui fuit redemtor, quo tempore crimen commiſſum eſt, *ita decidit Chaſſa. ad §. 7. in ver. l'amende, nu. 7. verſ. iuxta titu. des iuſtices & droicts d'icelles, in conſuet. Burgun. ex Bald. in l. ſi. de iuriſd. omn. iud. Io. de Anania, in c. 1. ne prela. vic. ſuas, Bald. in l. de fruct. & lit. expen. Alex. in l. dinor. §. ſi vir, colla. pen. & fin. ſol. matrim. P.* Licet videatur contrarius Guido Papæ *deciſ. 535.* 18

¶ Et hæc † eadem poſſunt reſolui in redemtoribus confiſcationem bonorum. Sed & de furti pœna reſoluunt, vt ſi furtum ſit, pro quo pœna mutilationis membrorum, vel mortis pœna imponatur ex conſuetudine vel ſtatuto, ea ſit meri imperii: ſi autem caſtigatione ſolum animaduertatur, inferioris poſſit eſſe iuriſdictionis: quod meri imperii cauſſæ, maxime ex pœna imponenda cognoſcantur, *l. quod ad ſtatum damnatorū, de pœn. in* P. Sunt ideo pro inſignibus iuriſdictionis, quæ cauſſas imperij habent meri, furcæ ſuſpenſionis, quia in illis maiorum criminum ſoluuntur pœnæ, *Bal. in §. 1. in 5. col. tit. quid ſit inueſt. in vſib. feudor. Floria. in l. arboribus §. de illo, de vſufru.* Sicuti palus, numellæ, vbi minora caſtigātur, inferioris ſunt ſigna, niſi aliæ concurrant contrariæ probationes. Et hæc quidam ita reſoluūt præcipui interpretes.

¶ Quibus † tamen alii quidam repugnant, & vix conſentiunt 19 in definitione eorum, quæ meri mixti imperij, & iuriſdictionis ſunt: quidve in alia ſeu ſuprema, media, vel inferiori annumerādū ſit iuriſdictione. Mediam quippe iuriſdictionem Longoualius dixit *in l. imperium, 3. par. de iuriſd. omn. ind.* quando iudex de realibus, perſonalibus, mixtiſque actionibus cognoſcit. Ioan. Gillotus *lib. 2. de iur. ſ. & imp.* quæ mixti imperij ſunt ad mediā pertinere iuriſdictionem contendit, & de cauſſis mediocribus cognoſcere. Io. Brechæus *in comment. au grand. couſtumier de France, & in tit. des droicts & moyenne iuſtice.* exiſtimat mediā de quibuſcunque criminibus ciuilibuſq; negotiis cognoſcere. Maſuerius autem aliter ſtatuit, *titul. de iudicib. & eor. iuriſdictione, in ſua prax.* Et ita ii, pluresque alii non ſatis conueniunt. Et proinde vt ſubmoueantur omnes ſcrupuli, ſatius erit inſpici conſuetudines ſingulares locorum antea obſeruatas, quomodo hactenus diſtinxerint, altam, mediam, & quam dicunt baſſam iuriſdictionem, quidve ſingulis permiſerint.

¶ Nam † conſuetudo dat iuriſdictionem. *l. 1. de emanc. libr.* C. 20 *l. viros ſpectabiles, 8. de diuerſ. iudi. & apparito. iud. l. b. 12.* C. *tit. 60. l. Magiſtratus, ad municipa.* P. *l. magiſteria, de iuriſd. omn. iud.* C. *l. teſta. omnia.* C. *de teſta. l. 2. de fund. limitrotrop. lib. 11.* C. *tit. 59. l. cum prætor, §. 1. de iudic.* P. *l. 3. in fin. de teſtam. §. non valent, de defenſ. ciuit.* etiam ſi agatur de cauſſis meri imperii, *ca. conqueſtus, 9. q. 3. c. cum contingat, de for. comp. c. duo, de offic. ord. c. fi. de off. archid.* Conſuetudo enim obſeruata, legis inſtar eſt. *§. ex ſcripto, de iure natur. l. de quibus, de leg.* P. lex autem dat & diſtribuit iuriſdictionem. *l. more, de iuriſd. omn. iud.* Conſiderabis quoque priuilegium, quod auget etiam iuriſdictionis poteſtatem, *vt c. dilectis filii, de for. compet.* & minuit, *c. 1. de priuileg. in 6.* Item & pactum traditionis iuriſdictionis, vel conceſſionis poteſtatis, *examinat Boer. deciſ. 217. num. 4. Bald. in conſil. 439. incip. magnificus dominus & marchio, volum. 3.* Sic enim pacta in traditionibus rerum appoſita, generaliter ſeruari reſponſum eſt, *l. in traditionib. de pact.* P. maxime in regno Galliæ, vbi iuriſdictiones ſunt dominis patrimoniales. Quamobrem Carolus eius nominis rex 5. in ſuis conſtitutionibus, articulo 5. ſtatuit, Baronibus, Comitibus, Epiſcopis & aliis ordinariis, iuriſdictiones relinqui intactas, nec auocandos ab eorum foro clientes: præterquam, vt ipſe ait, in caſu reſorti ſeu appellationis, & in iuribus ſuperioritatis, vel ſupremi dominii.

¶ Franciſcus † quoque primus eius nominis Rex, in edicto 21 declatorio iuriſdictionis Præſidialium iudicum, eoſdem ordinarios exemit ſeu eorum clientes à ſubſelliis & ditione præſidialis fori, paucis exceptis caſibus, qui enumerantur in conſtitutione prima eius, *Des iuges préſidiaux*, art. 11. 12. 13. 21. 24. 30. Veluti dū vult præſidiales cognoſcere ſolum de cauſſis nobiliū ciuilibus & criminalibus, de feudis vaſallorum regiorum, de militaribus bannis & heribannis, de beneficiariis ſeu feudalibus negotiis, hominiis ſeu homagiis, indulgentiis, moratoriis dilationibus, quæ dantur debitoribus non ſoluēdo per anni vel quinquennii ſpatium, & de aliis quæ prioribus conſtit. Senarchiis cōceſſa ſolis erant.

¶ Adhæc, † ſi quid vſucaptum ſeu præſcriptū ſit in iuriſdictione, ſequendum eſt, *Pet. Iac. in praxi, ti. de confeſ. in rem actio. §. quæſtio quia, de præſ.* Vt autem recte ea, quæ pluribus inuoluuntur, facilius paucis euoluamus, circa hanc præſcriptionem legitimam, annotabimus res præſcriptas, perſonas præſcribentes, & contra 22

quas

Digitized by Google

quàs præscribatur, & negotium seu id quod faciendũ est circa hanc præscriptionem. Primũ in rebus contemplari oportet, an ille qui præscribere vult iurisdictionem alterius, habeat similẽ iurisdictionem. Nam cum sint tres species iurisdictionis, alta, media, & inferior, quarum vna altera non est, præscriptio vnius non inducit præscriptionem alterius, *Paul. Castr. ad l. imperium, n. 3. & ibi Ias. Cyn. in l. 1. de emanc. li. C. Ludo. Roman. cons. 368.* quia præscriptio est stricti. iuris.

23 ¶ Sunt † regiæ notionis casus, qui pertinent tantũ ad Magistratus regios, quos præscribere nõ possunt iuridici domini locorũ vllo tẽpore, de quibus neque etiã reguli, nisi speciali priuilegio notio illis detur, iudicare possunt. Quorũ capita quædã cape. Primo, perduellionis crimẽ, & legis Iul. maiest. art. Secũdo, in contemptores regiarum constitutionum animaduersio. 3. Violatum fidei regiæ præsidium, seu, vt dicunt, *Enfrainte de sauuegarde.* 4. Notio de nominibus seu debitis regiis. 5. Vis armata, seu commissum coactis hominibus, crimen legis Iuliæ de vi publica. 6. Crimen falsificationis seu adulterationis codicillorum regiorum, vel sigilli regis. 7. Regij Magistratus, & apparitorum eorum crimina & violationes, dum mandata regia exsequuntur. 8. Publicatio facienda commeatus, vel remeatus datus extorri. 9. Tutela Ecclesiarum cathedralium vel aliarum, quæ fundationis regiæ sunt. 10. Interdictum vti possidetis in sacerdotiis, aut in profanis per occupationem, vocant *complainte & maintenue.* 11. Contractus per quos pacisscentes se subiecerint regiæ cognitioni. 12. Ius regij morticinij, dicunt *main morte.* 13. Notio de cæde vel vulnere illato in fraudem iudicii in regijs tribunalibus cœpti. 14. Discussio regij priuilegii. 15. Crimen raptus, incendij, perturbationis diuini cultus. Vt constat de omnibus per constitut. regias Ludouici, & Caroli 5. Vna 8. Idus Maias lata, anno 1372. altera, eiusdem tituli de regiis casibus.

24 ¶ Ius † superioritatis iurisdictionis regis, non potest ab inferioribus dominis habentibus iurisdictionem contra Principem præscribi: quia quæ sunt in signum subiectionis data, impræscriptibilia sunt, *c. cum non liceat, & c. cum ex officij, de præscript. l. comperit, de præscr. 30. vel 40. an. C.* Posset enim si hoc fieret, paulatim collabi imperium, & redderentur subditi acephali, *Bal. in auth. quas actiones, C. de sacr. eccl. & in prooem. seu facit c. nulla ratione, 9. dist.* Et cum omnes iurisdictiones habeãt vim à regia permissione, tanquam radij à Sole, fieri non potest, vt remanente iurisdictione, non agnoscatur Sol vnde dependet. Quomodo etiam poterit quis dicere, præualere iurisdictiones concessas à principe contra auctoritatem principis, quum ille quando libuerit possit supprimere, & ad se reuocare, & alias singulares stabilire, augere, & minuere pro arbitrio? Et hæc potestas annexa regio diademati est, & innata ei videtur.

25 ¶ Res † etiam quæ sunt iurisdictionis ecclesiasticæ omnino non possunt præscribi quocunque tempore à laicis iudicibus, nec contra, *c. causam quæ, de præsc. ap. Gregor. c. quamuis sit graue, de decim.* ad laicum enim ius spirituale & ecclesiasticum non pertinet, *c. Massana, & c. sacrosancta, de elect. c. bene quidem, 96. dist.* Neq; prohibere is potest iudices ecclesiasticos in his, quæ iurisdictionis eorum sunt, iudicare, *cap. 2. de foro compe. c. 2. de iud.* & de quibus nullo modo cognoscere laicis possunt, *c. contingit, de arbit. c. ecclesia, de constit. d. c. bene quidem, 96. dist. ca. cum laicis, de reb. eccl. nõ alien.* Et sicuti, quando in Gallia iudices regij cognoscunt de criminibus, & caussis quibusdam personarum ecclesiasticarum, id non fit ratione præscriptionis, sed vel ratione priuilegij, vel ratione criminum, quæ principibus, quibus Deus iussit pacem Reipublicæ temporalem & armatam, castiganda committuntur. Sic & de caussa possessionis beneficiorum quæ temporis maxime est, & ne ad arma perueniatur, vtque vim arceat, Tribunal regium cognoscit. quod & priuilegio Martini Papæ, regibus nostris concessum nominatim est, *Guido Pap. decisione prima.*

26 ¶ † Considerantur que inibi magis res, quam personæ, quẽ admodum in criminibus excutiendis coram iudicibus regiis, personarum ecclesiasticarum dicitur, si rei delationis armorũ, imminutæ humanæ maiestatis infractionis saluæ gardiæ, Sodomiæ, adulterationis sigilli regij, fortilegij, & aliorum, quæ indicat Chass. ad rub. *Des iustices, & Droicts d'icelles,* in Consuetu. Burgund.

27 ¶ † Non præscribet etiam iurisdictionem, qui ex sua persona incapax est in aliis quam caussis iam explicatis spiritualibus vel temporalibus: veluti priuatus, qui nullam habet iurisdictionem, aduersus habentem non præscribet, quia ex sua persona incapax est, vt notat Lucas de Penna *in l. viros spectabiles, de diuers. offic. lib. 12. C.* Et ex tali præscriptione neruus publicæ disciplinę rũperetur, *ca. peruenit. 10. q. 1.* ideo nõ admittitur, *c. cũ inter, de consuet.* At qui aliquam iurisdictionem seu imperium, poterit aduersus alium habentem præscribere, *argu. ca. cum olim c. audi. tis, c. audientiam. de præsc.*

28 ¶ † Cum personis iungeneus est modus præscribendi, & formula. Nam Petrus Iacobi, *in libell. de confess. in rem actio. §. quæstio quia, de præscript.* absolute dicit, non posse præscribi iurisdictionis caussas, per decem annos: quia dicat iurisdictionem, non habere caussam perpetuam, & ideo non videatur præscribi lõgo tempore vel longissimo, nec alio modo quam vsu cuius initii exstet memoria, exemplo seruitutum discontinuam caussã habentium, *l. hoc iure, §. ductus aquæ, de aqua quoti. & æsti. l. foramen, de seruitut.* Et quod dicitur, consuetudinem dare iurisdictionem, *d. l. 1. de emanc. liber. C. cum simil.* contendit intelligendũ esse de vetusta consuetudine seu de vetustate. Et longum tempus, pro legitimo exponendum, *per leg. 2. de diuer. offic. lib. 12. C. l. testamenta omnia, C. de testam.* Sic etiam sentit Paulus Castrensis, *in l. imperium, nu. 4. de iurisd. omn. iud.* ea quæ sunt imperii meri nõ posse præscribi, nisi tempore cuius non exstet initii memoria: puta cognitionem caussarum criminalium, & non criminaliũ, si mulcta earum in fiscum deferatur, *vt in l. apparet, §. si quis seruitutem, de iti. actuque priu. P. in leg. Vsu aquæ, & l. diligenter, de aquæ duc. lib. 11. C.* Nam per hoc tempus possunt non alii præscribi contra principem, ea quæ in signum specialis priuilegij relicta, *cap. quibusdam, de ver. sign.* & contra principem vtrumque, Summum pontificem & Principem, centum annorum spatium sufficit, *l. fi. & auth. quas actiones, C. de sacros. eccles. §. quod autem, tit. vt eccles. Rom. 100. an. præscr. gau. in auth. cap. ad audientiam, c. cum nobis, ca. si diligenti, in fine, de præscr. cap. nemo, 16. q. 3.* exceptis, vt dixi, iuribus superioris dominij, & prælationis, *c. qui cathedram, 93. dist. ca. quia ex sola, c. rogamus, & c. schisma, 24. qu. 1.* Probabiliter tamen respõderi posse ait P. Iacobi, cum de iurisdictionis acquisitione quæritur: si homines, vel incolæ alicuius ciuitatis, vniuersitatis, vel municipij, vel maior eorum pars, adierint litigandi caussa iudicem alicuius Baronis vel Comitis, in territorio iurisdictionem exercentem, non per errorem, sed scientes nullã eum in illos habere iurisdictionem, & ita fecerint per decem annos sine interruptione, vt consuetudine ea videatur iurisdictio quæsita. Videntur enim ex consensu, scientes prorogasse iurisdictionem, *l. 1. & 2. de iudic. P. l. si per errorem, de iurisd. omn. iud. P.* Contra si qui litigauerint coram alieno iudice, qui non habuerint vniuersitatem: quales sunt pagi, quibus non sunt Decuriones seu Consules. Quia illi non possunt dare iurisdictionẽ, cum neque statutum possint condere, aut legem non scriptam, *P. Iacob. vbi sup. & Innoc. in c. cum accessissent, de constitutio. Luc. de Pen. in l. viros spectabiles, de diuers. offic. li. 12. C.*

29 ¶ † Ceterum si duo Barones vel alij qui iurisdictionem habent, litigent de iurisdictione possessorio interdicto retinendę, secundum eum iudicandum est pro vindiciis, qui tempore litis contestatæ possidet, vel quasi possidet, non vi, non clam, non precario, *arg. §. hodie, de interdict.* Si autem de proprietate quæratur, pro eo iudicandum, qui ab immemorabili temporis initio, se possedisse ostendit, quia iurisdictio habet interpolatam possessionem.

30 ¶ † Quid autem ego in tam difficili quæstione sentiam, explico: iurisdictionem sicuti seruitutes, cum titulo & bona fide posse præscribi, inter præsentes per decem annos: inter absentes, viginti. Et mihi videtur iure Codicis textus expressus, in l. fin. de præscript. long. tempor. *lib. 7. C. tit. 33.* per quem vniuersæ iuris antiqui & PP. controuersiæ sopitæ videntur. Si sine titulo vero, aut sine eo quod tituli habet vim, quis velit vsurpare sibi iurisdictionem, ad immemorabile tempus recurrendum est, quod vice tituli est, *dict. l. hoc iure, §. ductus aqua, de aqua quot. P.* Bona fides est fundamentum omnium præscriptionum, *cap. si diligenti, & cap. vigilanti, de præscrip.* vt non vi, non clam, non precario possideat, *l. si quis diuturno, si ser. vind.* ita enim possidere, est mala fide possidere. *gloss. in l. clam possidere, de acquir. possess. P. gloss. in l. 1. §. plane, de aqua quot. & æstiu. vers. sufficit, in ver. iure.* Interpretantur autem maxime bonam fidem requiri Doctores, quando de decennii vel vicennii præscriptione agitur. Non enim desiderari probationem bonæ fidei putant, *Paul. Castr. in l. seruitutes, in 3. de seruitut. P. post Cyn. in l. 2. de seruis. C.* eo quod præsumatur, in præscriptione triginta annorum, vt rescriptum est in dominio soli & rerum corporalium vsucapiendo, *in l. sicut, & l. omnes, de præscript. 30. vel 40. ann.* Qui plura voluerit hac de re expendere, videat Longouallium, in l. imperium, de iurisdict. omn. iudic. in 3. part. Et si discedere velit caussam continuam habere contra Petr. Iacob. iurisdictionem, consulat Barto. in l. iusto titulo, §. non mutat, de vsucap. Ioannem Fabrum, ad §. retinendæ, de interdict. Albericum, in l. foramen, de seruitut. P.

31 ¶ † Superioribus adnectenda est consideratio qualitatis iurisdictionis, quatenus limitata est à principe, *l. per rationem, l. in agru, de acquir. rer. dom. P.* Quantitas inspicienda quoque de qua iudicare permissum est, vt in præsidialium iurisdictione. Et tunc obseruandum etiam, separatim censendas esse actionum formas, ne cumulatione augeatur, vel minuatur iurisdictio, *l. si idem cum eodem, 1. 1. de iurisd. omn. iud.* habendaque ratio eius quantitatis, quæ petitur, non eius quæ debetur, *l. cum quædam puella, 19. §. fi. eod.*

32 ¶ † Subinde, & territorium cuique iudici concessum, spectãdũ est in æstimãda iurisdictione, *l. pupillus, §. territorium, de ver. sig. l. fi. de iurisd. omn. iudi. P.* qui suum territorium non excedit inter

inuitos, d. l. fi. de iurisd. l. fi. de offic. præf. vrb. l. 1. 2. & 4. de offic. Pro cōs. c. fin. de constitut. in 6. l. fi. vbi & apud quem cognit. in integ. rest. ag. sit. C. Nec secundum iura ciuilia in alieno territorio fine iudicis proprii consensu, iudex exsequi potest suam sententiam, l. properandum, §. sin autem, de iudic. C. l. à diuo Pio. §. 1. de iudi. Et olim in Gallia eius rei gratia literæ seu codicilli à Cancellaria impetrabantur, vt exsequi liceret sententiam in alterius territorio, vocabant literas *pareatis*: idque donec constitutione regia permissa est iudicibus regiis, sine permissione & literis illis, *pareatis*, exsecutio sententiarum. Sunt enim in Gallia omnes regii iudices, omnesque illorum curiæ eiusdem domini & regis.

3 ¶ † Sunt tamen quædam iurisdictionis species, quę non tam adhærent territorio, quantum personis certis in quas exercent potestatem, l. more, de iurisdict. omn. ind. cap. cum contingat, de for. compet. l. fin. C. vbi & apud quem in inte. resti. &c. Sicque Episcopus, quamuis non habeat territorium temporale, tamen in sua Diœcesi habet iurisdictionem, ca. cum Episcopus, de offi. ordin. in 6. vt & Archidiaconus, ca. adhac, & ibi Innoc. c. cum nostrum, de off. archid. Quare & habet Episcopus in personas sibi subditas iurisdictionem etiam extra suam diœcesin, clem. vni, de foro compet. Idipsum dicēdum de latrunculatoribus, qui potestatem habēt à præpositis Mateschalcorum, in latrones, & viarum obsides, & alios suæ iurisdictionis, quæ potius administrationi quam territorio adhæret.

De Iudicibus De legatis in genere.

Cap. 22.

Lib. 1. P. tit. 21. Lib. 3. C. tit. 4. Lib. 1. Decreta. tit. 29. Lib. 1. Sex. tit. 14. Lib. 1. Clem. tit. 8.

1 *Iudices ordinarii, & delegati qui.*
2 *Recuperatores iudices qui dicti, & quare.*
3 *Διαιτηταί, item λαχοντοὶ iudices.*
4 *Delegati iudices à quibus dantur.*
5 *Pudicitiæ prostratæ proximi sanguine iudices constituti.*
6 *Arbitri ex edicto litigantibus dati.*
7 *Senatus iudices dat.*
8 *Delegari quæ causæ possint.*
9 *Delegatio omnium causarum iure pontificio an fiat.*
10 *Delegare quis possit.*
11 *Delegatus quando possit subdelegare.*
12 *Delegandi formulæ.*
13 *Delegatio cui fieri possit.*
14 *Index petitus ab vno ex litigantibus an dari debeat.*
15 *Delegationis fines seruandi, effectus, & potestas.*
16 *Delegatus non exsequitur sententiam manu militari, sed inuocato auxilio ordinarii.*
17 *Commissarij abusum quis corrigit.*
18 *Delegati potestas vnde metienda est, & quibus modis finitur. nu. 19. & seq.*
20 *Iurisdictio quando & quomodo prorogari possit à litigantibus.*
21 *Delegationis potestas exstinguitur morte delegati vel delegantis, quomodo.*
22 *Delegandi iurisdictionis causæ, & rationes.*
23 *Conseruatores iudices qui dicantur, eorum potestas & qualitates, species conseruatorum pro quibus dentur, potestas, à quibus dentur, qui dari possunt fines, & rationes: quando exstinguatur potestas, & nu. 24. 25. 26. 27. 28. 29. & 30.*

1 RAtione iurisdictionis, rursū iudices dicuntur, vel ordinarii, vel delegati. Ordinarii illi dicti, qui consuetam & assiduam exercent iurisdictionem, ab alio iudicis vel magistratus imperio non pendentem: qui habent potestatem iudicandi, vel à lege, vel à principe, aut ecclesiastico, vt à summo Pontifice, vel temporali, vt rege vel Imperatore, *cap. à iudicibus, 2. q. 6. l. & quia, de iurisd. omn. ind.* suo beneficio, non alieno, *l. more, eod. P. l. 2. §. qui mandatam, de offic. eius cui mand. est iurisd. P.* vt delegatus, qui alterius iudicis vices agit, neque quicquā proprii in iurisdictione habet. *l. 1. §. qui mandatam, eod.* Expedit o primum delegatos, vt liberius illis obiter explicatis, quę iuris ordinariis sunt persequar.

2 ¶ † Delegati dici possunt commissarii & recuperatores, quibus negotium aliquod iurisdictionis vel cognoscendum, vel exsequendum committitur. Principio tamen & proprie recuperatores dicti sunt, quibus Prætor mandabat cognitionem interdicti recuperandæ possessionis: à recuperatione facienda vel statuenda, recuperatores dicti, per quos res recuperaretur. Hinc & iudicium Prætoris recuperatorium apud Ciceronē in frumētaria. *Veniāt Syracusas, & te Prætore videlicet æquo iure, Aproximum delitias tuas ac vitam tuam iudicio recuperatorio persequantur.* Et rursum alibi, *Cic. 2. Rhetor.* hoc iudicium ad possessionis causam retulit, *Non enim,* inquit, *oportet in recuperatorio iudicio eius maleficijs, de quo inter recuperatores quæritur, fieri præiudicium.* Et Plautus, *in Bacchidib.*

Postquam quidem Prætor recuperatores dedit.

Aditus namque Prætor iudicij formulam constituebat, additis semper dictionibus, *si, ne, vti, vt,* Vt constat ex titulis interdictorum, & iudices dabat, quod quia optime explicat Budæus ad l. imperium, §. iudicandi quoque necessitas, de muneribus & honor. in annotat. posteriorib. in P. non prosequor. Meminit de recuperatorio iudicio & Sueton. his verbis, *in Vespasia c. 3. Inter hæc Flauiam Domitillam duxit vxorem Statilij Capellæ equitis Romani Sabraicensis ex Africa delegatam olim, latinaque conditionis, sed mox ingenuam & ciuem Romanam recuperatorio iudicio pronuntiatam patre asserente, &c.* Dabantur isti iudices post quæstionem propositam prætori, statim & sine delatione, pro possessione controuersa, vt ex verbis Plinij *Iunior. li. 3. Epistol. epistol. Maximo suo.* Colligitur, dum ait, *Nam vt in recuperatoriis iudicijs, sic nos in his comitijs quasi repente apprehensi synceri iudices fuimus.* Successu tamen temporum factum est, vt delegati ab aliis quam à Prætore, & alias ob causas quam pro interdicto, recuperatores dicerentur. Sicut legitur apud Liuium, *libr. 6. dec. 3.* cum esset quæstio de præmio coronæ muralis inter Q. Trebellium centurionem quartæ legionis, & Sextum Digitum socium nauale, dictū est, Scipionem dedisse recuperatores, qui cognita causa, testibus auditis iudicarent, vter prior oppidum transcendisset. Recuperatores quoque dicti, qui de petitionibus cognoscerent, quibus quis sibi res postularet, *Philipp. Beroald. in Suet. de Domitian. ca. 8.* Similes recuperatoribus Athenis fuerunt qui *διαιτηταί* vocabantur, & qui *λαχοντοὶ*, *Budæus in l. munerum. §. iudicandi, de muneribus & honoribus. P.*

¶ † Dati etiam iudices, delegati interdum dicuntur, *in l. placet, 2. de pedan. iudic.* Iudices ergo delegati, recuperatores, 3
vel dati: vel dantur à principe, vel ab aliis.

¶ † Delegātur enim cognitionibus certis negotiorum à principe, vel aliarum causarum iudices, qui tamen ex sua iurisdictione notionem delegati negotii non habent: vel alii qui Magistratū non habent. Sic scribit Iulius Capitolinus, *in M. Ant. M.* Cæsarem in Senatus honorificentiam, multis & Prætoriis, & Consularibus, & priuatis decidenda negotia delegasse, quo magis in exercitio iuris eorum crescceret auctoritas. Frequens delegatorum à principe in iure fit mentio, *l. fi. vbi & apud quē in integ. resti. agn. C. leg. 2. C. de sportul. sci. tit. ae offic. & pot. ina. de lega.* 4

¶ † Fuerunt ex edicto Tyberii iudices dati mulierum sanguine proximi, pro pudicitia vindicanda prostrata p. r matronas, quibus non esset accusator publicus, vt illi de maiorum more eas coercerent. *Suet. in Tyber. c 35.* Id enim permiserat antea Romulus, *Dion. Halic. in 2.* Quod & Gallis lex olim permittebat. Sic enim scribit Iulius Cæsar, *lib. 6 commentar. Viri in vxores sicut in liberos vitæ necisque potestatem habent: & cum paterfa. illustriore loco natus decessit, eius propinqui conueniunt, & de morte si res in suspicionem venit, de vxoribus in seruilem modum quæstionem habent: & si compertum est, ignibus atque omnibus tormētis excruciatam interficiunt.* 5

¶ † Auctoritate quoque rescripti principis, dantur arbitri seu iudices contendentibus, ab aliis Magistratibus, ad quos rescriptum dirigitur, *vt in l. 1. §. si quis in appellatione, ver. denique, de appella.* Vt hodie in Gallia proximis vna litigantibus, & de cōtrouersiis negotiatorū ex edicto regio dātur arbitri, qui sanguine proximi sunt, vel alii. Quando autem quis cogatur in arbitros compromittere, tractatum inuenies apud Bart. in 2. quæstione, quæstionum per illum disputatarum. Dantur & alii arbitri seu iudices, ex officio à Magistratibus qui & ab illis delegati dicuntur, *l. 1. C. de pedan. iudicib. l. sancimus, in 1. de aduocatis, iudicio. l. 1. & 3. §. de iurisdict.* hodie etiam inquit Budæus, *in d. l. munerum. §. iudicando, de muneribus & honor. P.* à collegio eorum, qui cancellariis regiis interfunt iudicum fiunt cōstitutiones & principalibus rescriptis fiat, nisi Cācellarius adsit, ad quē tūc summa earum rerum defertur cognitio. Vocamus in praxi, *lettres de commettimus.* 6

¶ † Apud Athenienses archon, dabat iudices de contractibus. *Iuli. Pollux lib. 8. in magistratibus Athenien sium.* Petebantur & olim apud Romanos à Senatu iudices, maxime ex Domitiani instituto *Sueto. Tranquil. in Domi. ca. 8.* Vidi ego & sæpe in suprema curia Tholosana, litigantes & contendentes de suspectis iudicibus ordinariis reiici ad forum extraneum, sine præiudicio tamē ordinariæ iurisdictionis in aliis: committendo extraneo foro eius rei notitiam. Notum est etiam, præsidialium consiliariorum causas, ex delegatione constitutionis regiæ, in proximam præsidialium sedem reiici. Exstat tit. *de officio eius cui mād. est iurisd. P.* 7

¶ † De legato materiam habet idoneam de qua fiat: & ideo requiritur vt causa quæ delegatur, sit iurisdictionis eius qui delegat, aliter nihil agitur, *leg. 1. qui pro sua iurisdictione indic. dare. poss. lib. 3. C. tit. 4.* Item vt causa sit delegabilis: nam qui ita adhærent magistratui, vt propterea videatur creatus, de legari nō 8

possunt

Digitized by Google

possunt per eum qui illum habet Magistratum, *l. 2. de pedan. iud. C.* quia ipse ea per seipsum, veluti quod officij commissi sibi sint gerere debet. Ad munus, si media committat, permittēte lege, contestationem audire & sententiam ferre debet, *auth. ad hac, de iudic. C. §. illud, vt de' seu funera eorum non iniuria, &c. in auth.* Electa quippe videtur industria & persona, vt non possit alij delegari munus illi concessum, *l. inter artifices, de solutio. c. si. §. si. de offi. & po. iudi. de eg.* Et proinde, quæ dicuntur meri aut mixti imperij, delegari non possunt, *l. 1. de ff. eius cui mand. est iurisd. Alex & Paul. Castr. in l. imperium, de iurisd. omn. iud.* Et in maioribus negotiis, putaam criminalibus, neque testes per delegatum, sed per ipsum iudicem examinari debent iure ciuili: quāuis in ciuilibus, per delegatos examinentur, *authen. apud eloquentissimum, C. de fide instrum. l. de minore, §. plurium, de quæst. P.* Receptum singulari iure tamen est fauore causſæ, causſas quasdam delegari posse maiores, vt in fauorem pupillorum, & in alis lege expressis *l. 1. § fi. & l. 2. & l. cognitio, in princip. & §. 1. de iurisd. om. iud. P.* Etsi enim tutoris datio, neque imperij neque iurisdictionis proprie dicatur: attamen non alij competit, quam cui princeps, lex, aut Senatusconsultum cōcessit nominatim, & regulariter mandari non potest, *l. muto, 6 §. tutoru datio, de tut. P.* Ex causſa itaque potest, vt maiores aliæ quoque causſæ, si ex necessitate Magistratum abesse expediat, *l. nec manaare, de tutor. & curat. dat. ab in &c. P.* vel si alia grauis vel maiori causſa sit impedimento, *l. 1. §. huius rei, de offi. eius cui mand. est iurisd. P.* Notant autem interpretes. *c. si pro debilitate, de off. deleg.* iure pontificio, causſas quę meri imperij dicuntur; posse delegari, quas iure ciuili licet iudicibus valde occupatis & absentibus necessario, delegare.

9 ¶ † Et ita iudex quilibet, potest etiam in causſa capitali eius vnum capitulum vel totam causſam delegare, contra auth. apud eloquentissimum, de fid. instrum. C. Et sequimur ius Pontificiū, quod omnia delegare permittit, secundum Io. Fabrum, in auth. ad hæc, de iudicib. & Guido Papæ, decis. 624.

10 ¶ † Delegatio fit ab eo qui potestatem hanc habet, vt à principe & ab alis idoneis Magistratibus. Qui enim delegare non potest, nihil per delegationem concedit, *glo. in c. quod sedem apostolicam, in verb. committere, & ibi Pano. de offi. ordi.* illique debet esse Magistratus, *l. 1. & l placet, in 1. de pedan. iudic. C.* nam delegatus à iudice delegare non potest, *l. eum qui iudicare, 13. de iur. om. iud.* quod nihil proprium habeat, *l. si. de off. eius cui mand. est iurisd. P. l. iudice, de iud. C. l. more maiorum, de iurisd. omn. iud. P. c. super quæstionem. § si vero, de offi. deleg.*

11 ¶ † Exceptis quibusdam, & primum si delegatus sit ad vniuersitatem causſarum, nam is in quibusdam subdelegat, *l. 1. §. fi. & l. si prætor, de iurisd. om. iu. P.* quia & Prætor omnem iurisdictionem demandare potest, *l. 1. in ver. ab eo, C. qui & à quo appel.* & ita quoque iudicis dandi consequenter licentiam, *l. si let, de iurisd. om. iud. 2.* Subdelegat delegatus à Proconsule, *l. 1. & l. imperium, §. si. eod. P.* Sed & hodie 3. Senator à Senatu commissarius vel delegatus, subdelegat executionis realis alibi faciendæ causſam: dummodo & accedant literæ regiæ seu cancellariæ, quibus subdelegatus à principe auctoritate donatur, *l. legatus, & l. legati, de offic. procon. l. cum rector, de iud. P. 4.* Et delegati à Principe subdelegare possunt, *iuxta le. à iudice, in fine. C. de iudi. c. super quæstionem, & c. ex literis, de offi. & pot. iud. de. eg. c. 1. eod. tit. in clem. d. l. a iudic.*

12 ¶ † Formelæ delegationis vel commissionis notæ sunt apud pragmaticos ex qualitate mandantium & rerum mandatarum prælectiptæ. fiebat & apud recuperatores sponsio in interdicto vnde vi, vt ait Cicero pro Cæcinna.

13 ¶ † Cui autem possit delegari, resoluitur: iudicem datum vel delegatum, subditum esse debere iurisdictioni eius qui delegat, *l. vni. C. qui pro iurisd. iud. dare poss. gl. in c. pastoralis, de offic. ordin. glos. in l. eum qui iudicare, in verb. magistratum, de iurisd. om. iud.* Debet enim is esse, cui imperari possit: & ius dicenti extra territorium impune non paretur, *l. si. tit. de iurisd. P.* Si tamen exsequendum sit iudicium in aliena iurisdictione, iudices requirunt per literas iuridicum loci, liceat vt in suo territorio exsequi, iuxta l. à Diuo Pio §. 1. de re iudica. Debet & esse is cui delegatur vel datur, vt iudex alioquin idoneus, *l. statutum, §. in nullo, de rescrip.* & sine suspicione. Et ideo Callistratus iubet obseruari, ne detur is iudex, quem alter litigantium nominatim dari petit: id enim esse iniqui exempli Adrianus rescripsit, nisi hoc

14 à principe respiciente ad verecundiam petiti iudicis, permittatur, *l. obseruandum, 47. de iudic. P.* Multo † magis nec dari debet is delegatus vel commissarius, qui procurauit sibi delegationē fieri. Qui se enim ingerit suspectus est, *l. vxori, §. 1. ad leg. Corn. de falſ. l. quæ omnia, de procur. P. l. si quenquam, C. de episc. & cler.* Potest tamen absente aduersario iudicem delegatum sibi generaliter petere litigans, sed absens adiungi ei collegam postulare potest, vel datum ex iusta causſa reticere, vt alium iudex subsortiatur, *auth. offeratur, de lit. con. C.* Sed & ex plurib. iudicibus obiectis, si alterius maxime non interest, & si suspecti non fiant, sibi vnū vel plures quilibet poterit deligere, *c. iudices, 3. q. 8.* Commissio tamen citationis faciendæ expeditur ad petitionē actoris, & ad requisitionem partis dari debet, vt ait Aretinus in c. 1. de iudice, *facit c. licet, de accusatio. l. ad peremtorium, de iudic. P. l. si finita, §. Iulianus, & ibi Bart. de dam. inf.* Sunt tamen casus, in quibus etiam citatio valet etiam non petente parte, de quibus vide Chassa. ad *§. 6. des inst. ces. nu. 65.* in constit. Burg. Adde & legitimæ ætatis, saltem 20. annorum, esse debere qui delegatus: nisi à Principe minor delegetur, iuxta c. cum vigesimum, de offic. deleg. Et in summa quæ in persona idonei iudicis requiri dictum est, in delegato requiruntur fere. Tractat & hæc fuse Hostiensis in Sum. ad tit. de offic. deleg. §. cui possit delegare: vbi & in reliquis plura de hac materia videto.

15 ¶ † Effectus & finis iltius delegationis sunt, iidē ac iudicis: vt & ordo quoque & reliqua iudicij seruētur, de quibus in ordine iudiciorum, & possit delegatus cōdemnare vel exsequi eo modo præscripto suę delegationi & mandato, cuius fines diligēter seruare debet, *l. diligenter, mand. P. §. si qui, eod. tit. apud Iustin. cap. cum dilecta, & ibi interp. de rescrip. Iason in transactionis placitum, de transact. C.* Ideoque necessarium est, vt mandati habeat literas, sine quibus illi non creditur, *ca. cum in iure pertum, de offic. delega. & ibi gloss. & interp. Bald. in l. vni. ne lic. in vna ead. cauſſ. ter appellat. ca. cum à nobis, de testibus. l. 4. §. fin autem, C. de arbit. l. vni. de manda. princ. C.* Et ideo fides etiam post sententiam delegati debet fieri de commissione seu de delegatione, vel ea debet inseri ante sententiam, vt probet iuxta l. publicati, C. de testam. Potest & delegatus iudex cum tueri in possessione, cui virtute suæ commissionis adiudicauit possessionem, *glo. pen in c. ex parte, de testib.* secus si commissarius sit simplex, non iudex, *Masuer. in praxi. tit. de possessio. §. 21. incip. item si commissarius.* Potest & iudex delegatus qui condemnauit soluere, condemnato dilationem solutionis causſa dare etiam post sententiam, *c. querenti, de offic. deleg.*

16 ¶ † In exsecutione rei iudicatæ per delegatum à Principe, si opus sit manu militari, debet exsecutionem suæ sententiæ cōmittere ordinatio iudici, quia nō potest manu armata eam exsequi, *Felin. in cap. de cetero, coll. 3. de re iudic. Chass. ad rub. des iustices, & droits d'icelles, nu. 70.* & ea sola exsecutio fit per ordinarium habentem notionem causſarum meri imperij, *Ang. in l. qui rem tuere, de rei vind. P.* Potest tamen delegatus à Principe, præcipere & cogere ordinarium iudicem, vt auxilium opemque ferat in exsecutione sententiæ, si egeat: *vt notat Bartol. in l. à Diuo Pio in princ. de re iudic. facit c. pastoralis, & c. significasti, de offic. ordina. l. fin. C. de iudic.*

17 ¶ † Ceterum si apparitor regius, qui vocatur commissarius, vel alius delegatus à Rege vel à Curia abutantur potestate, vel excedant fines mandati: correctio pertinet ad Regem vel iudicem, ad quem dirigitur causſæ cognitio, vel ad curiam delegantem: at si abusus transeat in crimen aut delictum, ordinarius index loci posset eos punire, *Masuer. in praxi. tit. de pœn. §. 32. incipot, item si seruiens, Cyn. in authen. qua in prouincia, C. vbi de crimi. agi opor. facit l. quod promulgati, de offic. præf. vrb. & ibi Io. Fab.* Iudex nihilominus à summo Pontifice vel à Principe delegatus, maior in ea prouincia illis est, quorum causſam susceperit terminandam: quod dignitatem gerat Principis. Ideo & Episcopos aliasque personas contumaces punire potest, temperare tamen & secundum negotii qualitatem, *c. sane, 11. cap. præterea, 5. c. de causſis, 4. §. illis, & ca. si quando, 8. de offic. iud. deleg. c. 2. eo. tit. in Sex.*

18 ¶ † Officium & potestas in vniuersum delegati, ex clausulis eius mandati colligitur: & si plures delegati sunt, illas clausulas in decernendo obseruare debent: an duobus negotium committitur simul & simpliciter, vnusve sine alio cognoscere aut iudicare possit, *c. causſam matrimonii, 16. de offi. deleg. duo ex tribus, de re iudicat. P. l. fin. de aduo. fisc. C. l. si fiscus, de iure fisc. c. obeuntibus, 63. dist. cum simil.* an vero tribus vel pluribus causſa committatur, cum hac clausula, *quoa si omnes interesse nequiuerint, duo rem nihilominus exsequantur,* De qua clausula & effectu, vide ca. prudentiam, 21. cum suis §§. & c. cum causſa, 22. c. licet, 30. c. vno, 42. de offic. deleg. Et Hostien. in summa eius tit. §. quod si eius officii, vers. Spectat ergo ad officium, cum sequentibus. Adiicitur & interdum clausula, *appellatione remota*, qua non obstante tamen, ex iusta causſa appellatur, *cap. edoceri, de rescrip. cap. vt debitus honor, de appellatio.*

19 ¶ † Et sic per appellationem interpositam, delegati potestas quiescit & finem accipit. Vel si sententia exsequutioni demandata nō sit, per illam appellationē suspēditur, *c. pastoralis, 28. §. præterea, de offic. deleg. d. c. vt debitus honor, de appel.* & redit iurisdictio vel ad delegantem, vel subdelegantem, si is totam causſam subdelegauerit: quia à commissario ad committentem fit appellatio, *ca. super quæstionum, 27. §. porro, de offic. delega. cap. si duo ex tribus, cap. 3. eod. in Sex.* Si subdelegans idoneus sit: aliter, ad delegantem primum, *cap. si is cui causſa, 9. de off. deleg. in Sex.* Quemadmodum cum Episcopi delegatus recusatur, coram Episcopo recusationis causſa est probanda: quāuis si agatur de aliis à Summo pontifice delegatis: vno vel pluribus recusandis, inspiciēda sit clausula mandati, iuxta cap. si contra vnum, 4. de offic. deleg. in Sex. Nā & interdum additur, vt omnes, vel duo, vel vnus, cognoscere & exsequi mandatum Apostolicum possint, vel aliud quippiam simile, quod sequendum est, *cap. cum plures, eod.* Item si mandatum exsecutionem acceperit, finitur potestas, *cap. in li-*

Digitized by Google

teris, *eod. apud Gregor. l. iudex postea quam, de iudic.* P. non secus quã, quum certum tempus mandato præfixum est causſę decidendæ, eo transacto, nisi præfixus dies de partium voluntate prorogabitur, mandatum exspirat, *c. Pastoralis, & c. de causſis, 4. de off. dele. l. diem proferre, de recep. arbit.*

20 ¶ † Sic enim receptum est, solemnitates iuris in fauorem litigantium inductas, ab eisdem posse remitti ex consensu, *cap. licet, de resti. spolia. l. 1. de fer.* P. *ca. tuis, eo. tit. apud Greg.* Quare prorogare possunt tempus iurisdictionis, nisi princeps vel qui delegat hoc excipiat, *l. 2. §. sed & iudex, de iudic.* P. Regulariter enim delegationes & rescripta, cum sint stricti iuris, non extenduntur, nec à persona ad personam, nec ad alias res quam quæ rescripto continentur, *c. significante, ca. significauit, c. Rodulphus, de rescri. ca. cum olim, & c.* P. & C. *de offi. dele. l. de qua re, de iudic.* P. Quamquam in ordinaria iurisdictione, plerunque & maxime ex consensu partium, ad ista fiant iurisdictionis prorogationes expresse vel tacite, vt videbis tractatum apud Hostiensem, in summ. titul. de offic. & pot. iudic. deleg. §. quibus modis eius iurisdictio prorogetur.

21 ¶ † Et proinde cum delegatio fit stricti iuris, & vix prorogationem personarum admittat, extinguitur morte delegati, *l. inter causſas, manda. P. c. vno delegatorum, cui iunge c. quoniam abbas, de offi. de leg.* & delegantis, *ca. gratum, eod.* re integra, & lite non cõtestata, non aliter, *§. omne, & §. si vero ciuilium, e litigio. in auth. ca. relatum. 13. de offi. deleg.* Item si delegatus semel à se iurisdictionẽ abdicauerit, nec ex partium consensu eam resumere poterit, *c. significantibus. 38. eod.* minus etiam, si is qui mandauit reuocet mãdatum, *l. iudicium soluitur, de iudic. P.*

22 ¶ † Rationes delegatorum præcipue colligi possunt ex necessitate iudiciorum: vt citius & facilius lites per plures expediãtur, impeditis ordinariis, vt diximus, in aliarum causſarum expeditione, *l. 1. §. fin. de offic. eius cui mand. est iurisd. in P. ca. si pro debilitate, de offic. deleg.* Et à natura causſarum quoque fauor celeritatis decisionis apparet, vt cum de possessione controuersia est, sopienda prius per recuperatores: ne ad arma perueniatur, *l. aquissimum, de vsufruct. P.* & sciamus quis partes actoris, quis rei sustinere debeat, *§. commodum, de inter, cum simil.*

23 ¶ † Ea de causſa præter ordinem magistratuum, dicuntur delegati, qui conseruatores appellantur à Summo pontifice delegati, vt à manifestis iniurijs & offensis defendere possint sibi commissos, *ca. 1. de offi. deleg. in Sex.* Quibus & datur iurisdictio ad hunc effectum, cum potestate castigationis faciendæ in contumaces, obseruata tamen modestia & temperamento, *ca. 2. eo.*

24 ¶ † Istius conseruatoris potestas & qualitates, ponuntur in ca. fin. de offic. delegat. in Sex. vbi glosſę notant differentias & conuenientias delegatorum aliorum & conseruatorum. Duplices constitui possunt eius species, vna est conseruatorum electorum nominatim & personaliter: vt si Petrus Abbas Sancti Victoris, conseruator detur pro conseruandis priuilegijs Titii, vel pro cõseruando Titio: Altera species eorũ qui electi nomine dignitatis dicuntur: vt cũ datus est Abbas S. Saturnini conseruator priuilegiorum scholasticorum in Academio Tholosana studentium: & Abbates Marsiliaci & Moisaci, conseruatores priuilegiorum scholasticorum studentium in vniuersitate Cadurcensi.

25 ¶ † Dantur conseruatores diuersorum negotiorum & personarum, & nomen indicat, tantum conseruandæ alicuius rei causſa datos: vt dicimus defensores locorum & ciuitatum, ferme eadem cum potestate dari à principe, *toto tit. de defenso. ciuit. in 1. C. tit. 56. & in auth.* Sunt enim à principe introducti conseruatores & defensores singulari iure, vt & iniurias repellant, parentis visem sibi commissis exhibeant, descriptionibus non patiantur affligi, officialium insolentiæ & iudicum procacitati, salua reuerentia pudoris, occurrant. *l. 4. de defensor. ciuita.* C. De defensoribus iam tractationem exsecuti sumus, lib. 18. Syntagm, huius, ca. 18. vt opus non sit hic crambem recoquere. De conseruatore tantum ago.

26 ¶ † Limitat autem Summus pontifex, vt plerũque per rescriptum, potestatem conseruatorum: & generaliter tamen statuit, vt nonnisi de manifestis iniurijs & violentijs scienter se intromittant, *cap. 1. & ca. fi. §. vt autem, de offic. deleg. in Sex.* Recipiet tamen super notoria iniuria probationes, si contestatio fit: ne negatione reorum, eludatur eius iurisdictio, *cap. bonæ, de electio. arg. l. si quis ex aliena, de iudiciis. cap. super literis, de rescript.* Quamuis enim manifesta & notoria non indigeant probatione, *ca. ex parte. & c. cum olim, de verb. sig. c. fin. de cohabit. clor. & mulier. c. manifesta. 2. q. 1.* tamen non omnia omnibus eodem modo manifesta sunt, & ideo egent cognitione, *d. cap. de manifesta, 2. q. 1. & d. cap. cum olim.* potissimum si negetur: quia negatione res videtur fieri dubia, *l. 3. quib. ad lib. procl. non licet, C.*

27 ¶ † Ab eo autem solo conseruator datur, qui potestatem habet iurisdictionem constituendi: idcirco conseruator non subdelegat, *ca. fi. §. vices, de offic. ae leg. in 6* nec alium conseruatorem creat, quanquã alius delegatus à principe, subdelegare possit in totum, & pro parte delegatum, *cap. fin. & cap. pastoralis, eod. apud Gregor.* Quare & plures interdum dantur conseruatores vnius negotij, vel personarum, vt altero deficiente ad alterũ veniatur Citationes nihilominus iure ipso & denuntiationes sententiarum, committere possunt: non alia, nisi ex beneficio literarum mandati liceat, *d. ca. fi. §. vices quoque.* Forma enim rescripti, vt dixi in delegatis aliis, & in istis est sequenda, quam si excedat, suspensus est ab officio ipso iure, *d. ca. fin. §. vt autem conseruatores, eod. nu. 6.* & litigator qui potestate eum excedere procurauerit, ipso iure excõmunicatus est, & tenetur satisfacere expensas aduersario hoc modo perpetuum fatigato, *d. ca. fin. §. pars vero.*

¶ † Illi vero idonei dicuntur ad conseruatorum munus tan- 28
tum, qui aliqua dignitate fulgent, vt Episcopi, & superiores, Abbates, quive dignitates aut personatus in cathedralibus vel collegiatis Ecclesiis obtinent, *d. ca. fin. in princ.* quamuis alii delegati possint esse & canonici simplices, *ca. statutum, de rescrip.* Nec potest tamen subditus cuiuscunque sit dignitatis, conseruator deputari superioris, *d. ca. fin. vbi excipiuntur reges & reginæ, per cap. ne aliqui, de priuileg. in Sex facit ca. accedens, 2. vt lite non cont.* quamuis in aliis causſis iudex ei delegatus dari possit. Item nec conseruator conseruatoris esse potest, *d. ca. fin. de offic. de leg. in Sex.* veluti si datus sit Abbas S. Saturnini cõseruator Abbatiæ Moyssacensis: Abbas Moyssacensis, non potest dari conseruator abbatiæ Sancti Saturnini: etsi in aliis causſis delegatis mutuo delegari iudices possint.

¶ † Fines & rationes huius conseruationis, nihilominus 29
iudicum aliorum delegatorum propemodum generaliter similes sunt, & conseruatores eodem ordine, iisdemque administris exsequi sententias possunt, & eadem statuere circa munera, expensas, assessores, notarios, testes, *d. ca. fin. §. officium autem, & c. statutum, de rescrip.* Possuntque in auxilium si egeant aduocate manum armatam, & brachium seu potestatem iudicis secularis, *ca. 1. & c. quoniam, de offic. ordina.* Verum illud obseruandum est cõseruatorum delegationem extingui cũ potestate, per obitũ cõcedentis, *d. ca. fin. §. officium, & c. cum plures, & c. si super gratia, de offi. de leg. in Sex.* Quod intelligo, quãdo personæ certæ & non dignitati conseruatoris ius datum est. Nam si priuilegium sit personarum vniuersalium vt scholasticorum, qui quandiu vniuersitas, & studij scholæ permanent, supersesse creduntur. Item si Abbati talis vel talis abbatię conferatur munus, hoc munus conseruatoris tandiu perpetuum erit, quandiu extrema dignitatis & subiectorum exsistent, cum beneficium principis perpetuũ ex concessione censeatur, & perseueret etiam post mortẽ eius, *ca. 1. 2. 3. 4. 24. q. 2. cap. decet, & cap. priuilegium, de reg. iur. in Sex.* nisi à successore reuocetur, vel alio modo qui habent priuilegium illud amittat. Ita delegatio facta, transit ad successorem in dignitate, *cap. quoniam abbas: 14. de offic. de leg. apud Gregor. l. mortuo in dice, de iudic. §. & hoc iubemus, vt null. ind. lic. hab. loc. conser. in authen.*

De Iudicibus qui ex numero Equitum Romæ eligebantur.

Cap. 23.

1 *Iudicum decuriæ.*
2 *Equites iudices, & eorum decuria. & nu. 3.*
4 *Album iudicum quid.*
5 *Iudices ex equitibus per vices decuriarum iudicabant.*
6 *Sortitio iudicum, & per quem fiebat: & quomodo. nu. 7.*

ANte Augustum erant † decuriæ iudicum, habentes insi- 1
gnia in ferreo annulo, itque non equites sed iudices vocabantur.

¶ † Equitum enim nomen subsistebat in turmis publicorum 2
equorum. Sed postea iudices dicti equites & equites iudicum seminarium. Equitum nonnisi quatuor primum decuriæ fuere, illęque postea distributę Tribunorum æris, selectorum & iudicum: fuerunt & nongenti selecti ad custodienda comitiorum scita in comitijs, vt omnia recenset Plinius, *lib. 33. cap. 2.* Dio Cassius idipsum propemodũ refert, *lib. 44. histor.* additque antea in iure dicendo plebeios quoque affuisse, priscis namque temporibus, ex lege Romuli populus tãtum diuisus fuit in Senatores & plebem, *l. plebs, de verbo. sig.* postea vero, diuisi patritii & equites à plebe, *§. plebiscitum, de iure natur.* Deinceps & Iulius Cæsar, iudicia adduo genera iudicum redegit, equestris ordinis, & Senatorii. Tribunos vero ærarios, quorum erat tertium genus, sustulit, *Suet. in Iulio, c. 41.*

¶ † Augustus primas tres tantum horum iudicum decurias 3
vnam auxit ex inferiore sensu, quam ducennariorũ dixit à cẽsu quæ iudicaret de leuioribus summis, *Idem in Augusto. cap. 32.* Siquidem à virtute primum, postea ex censu petiti sunt. Fuit & aliquando tempus quo Sylla ab equitibus iudicia transtulit. Vt & quando C. Gracchus frater Tyberii Gracchi Tribuni plebis, à Senatu trãstulit in equites. M. tamen Liuius Drusus Tribunus plebis, etiam eam potestatem, quam nacti equites erãt, Gracchanis legibus, restituere Senatui voluit. Tandẽ autem & Cotta, inter vtrumque ordinem, iudicandi munus partitus est, *Vell. Paterc. l. lib. post. histor. Rom. meminit, & Cicer. act. 2. in Verrem.*

Scribit

Scribit & Aurelius Cassiodorus in Chronico, & Iulius Obsequens à Seruilio Cepione Consule, anno ab vrbe condita 647. iudicia equitibus & Senatoribus communicata.

4 ¶† Omnium porro istorum iudicum nomina, per decurias scripta erant in loco qui album dicebatur, Græcis λεύκωμα, nostris matricula. Erat enim λευκωμάτιον γεγραμμένον, i. est, *tabula dealbata*. Lamprydius in Alexandro, vocat pictatium, illam tabellam dealbatam, vbi iudicum nomina scribebantur. Et Suidas quoq; tradit fuisse parietem dealbatum, vbi edicta publica describerentur, verba cuius sunt, λεύκωμα τοῖχος ἐφ' ᾧ ἀναγράφουσι γύψῳ πρὸς γραφὴν πολιτικῶν πραγμάτων, ἀντίθεσις, id est, *album, est paries gypso illitus ad negotiorum politicorum descriptionem aptus*. Suidæ se supponit Alciatus, 1. prætermissorum, de pariete negans album dici. Cum Suida autem, id asserit Turnebus in præfatione ad Plinium. Ego & de pariete & de tabella album dictum arbitror, sicuti & de charta. Quod & indicat Vlpianus, *l. si quis id quod 7. de iurisd. omn. iud. P. firmat id gloss. in §. pœnales, de actio. gloss. in clem. dudum, de iudic. Si quis*, inquit, *id quod iurisdictionis perpetuæ caussa, non quidem prout res inciderit, in albo, vel in charta, vel in alia materia propositum erit, dolo malo corruperit, datur in eum quingentorum aureorum iudicium*. Meminerunt & iura de albo iudicum, vtq; qui ordine prior in eo scribitur, prior dicat sententiam, *l. 1. de albo scriben. li. 50. Pand. t. 3.*

5 ¶† Ex hoc albo equitum iudices capiebantur, Prætorisq; imperio tenebātur iudicare illi qui de decuria, quæ iudicandi vices habebat, erant: nam non omnes decuriæ continuo in officio iudicandi erant, sed vacationem iudicandi in orbem habebant, Augusti instituto, *Sueto. in Augusto, c. 32.*

6 ¶† Neque etiam in ea decuria cuius vices iudicandi erant, omnes iudicio vacabant, sed ex ea certus numerus assumebatur sortibus ex vrna ductis, cum res aliqua nata iudicium poscebat. Sortiendique iudices potestas erat, qui ob id dictus iudex quæstionis in criminalibus. Prætor vrbanus præerat iudiciis capitalibus: quemadmodum & in Galliarum parlamentis vnus ex præsidibus præest Tholo capitali, vocant *la Tournelle*, non tamen is qui sortiebatur iurisdictionem, vt colligere possumus ex oratione Ciceronis pro Murena. Vocabatur & hic Prætor etiam Quæsitor, à quæstione, id est caussa & publico iudicio, in quo inquirendum & iudicandum de crimine. Hic vrnam mouebat, Iudices dabat, & iudicio præerat: vt sub persona Minois explicat Virgilius, *6. Æneid.*

Nec vero hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes,
Quæsitor Minos vrnam mouet: ille silentum
Consiliumque vocat, vitasque & crimina discit. &c.

Vocatur & iudex quæstionis in iure, *in l. 1. ad leg. Cor. de sicar.* Et apud Ciceronem, *pro Rabirio. Iudex sedebat, Prætor quærebat.* Et Iuuenalis,

---improba quamuis
Gratia fallacis Prætoris vicerit vrnam.

Et ab ea antiqua sortiendi iudices consuetudine, iurisdictioni adhæsit nomen resorti: & resortum dictum, territorium quod curiæ alicuius notioni attribuitur.

7 ¶† Porro ex illo seminario iudicum, vel decuria equitum, ad iudicium publicum eligebantur 75. per tabellas in vrnam coniectas, quibus singulis singula iudicum omnium nomina continebantur. 75. autem sorte prius exeuntes retinebantur, *Cic. Orat. in Pison.* Quod si ex illis 75. quidam essent reiecti, vel vt suspecti recusati ab accusatore vel reo: tunc iterum pilæ seu tabellæ, in quibus aliorum iudicum nomina scripta erant, in vrnā coniiciebantur. Et fiebat alia subsortitio in locum reiectorum, *Ascon. Pedia. in Diuina. Cicero.* Et hoc fiebat, cum decuriæ iudicū ordinatæ fuerunt: nam antea alia methodus iudicandi de criminibus. Et Duumuiri etiam aliquādo perduellionis à Tullio Regi facti, in caussa Horatij, à quibus & ad populum fuit prouocatio, *Liu. in 1.* Creati & postmodum Consulatu Ciceronis, à Prætore non à populo, vt is qui Saturninum Tribunum pleb. sua manu occiderat, damnaretur, *Cic. pro Rabirio.*

De Centumuiris Iudicibus.

Cap. 24.

1 *Centumuiri Iudices vnde dicti, & ex quibus sumti. Et nu. 2.*
3 *Centumuiri, de quibus iudicarent. Eorum quatuor classes. nume. 4.*
5 *Centumuiros quis in iudicium cogeret.*
6 *Centumuiralis iudicij imago in Germania.*
7 *Ad hastam cur Iudices Centumuiri cogerentur. Hastæ symbolum. num. 8.*
9 *Subhastationes quare dictæ venditiones publicæ.*
10 *Baculus in iudicio, quod habet symbolum.*
11 *Equitum ordo, seminarium Senatus.*

1 EX equitum etiam †ordine eligebātur Centumuiri Iudices, qui in proprium transferebantur album. Primū quia centum delecti erant, Centumuiri dicti: sed postea sederunt centū & octoginta iudices, qui diuisi in quatuor partes & classes. Sic monet Plinius Iunior, *lib. 6. Epist. epist. penul. Accusa*, inquit, *Varilia, quadruplici iudicio bona paterna repetebat. Sedebant iudices cētum & octoginta, tot enim consilio quatuor conscribuntur: ingens vtrinque aduocatorum & numerosa subsellia, præstantium corona, &c.* Antequam tamen equites in ordinē ordinem certum fuissent redacti, Centūuiri erant, & aliunde deligebantur. Nā vt ait Festus, ex 35. Tribubus vel curiis Romæ existentibus, terni ex singulis electi sunt ad iudicandum, & centum & quinque viri cōstituti, qui faciliori appellatione dicti Centumuiri.

2 ¶† Lapsus in hac significatione Accursius, dum ratus est, *in l. si de petit. hered. C.* Centumuiros Senatores esse: & Centumuirale iudicium, dici placitum Senatus, eo quod Senatus ad cōsultationem Consulum circa petitionem hereditatis, *l. item veniunt, 22. §. præter hæc, & §. Senatus, eod. P.* de qua Centumuirale iudicium cognoscebat. Nam aliud est legem dare petitioni hereditatis, aliud secundum legem cognoscere. Senatus quippe & nūc principes leges imponunt inferioribus iudicibus de caussis quas ipsi non iudicant. sed iudicandas inferioribus relinquunt. Neque Senatus interpellabatur pro iudiciis, quæ ad Centūuiros deferebantur.

3 ¶† Iudicabant quippe de hereditate, & de testamentorum quæstionibus *fin. Valerij Max. extant exempla, li. 7. ca. 7. & apud Plin. Iun. lib. 6. epist. pen. epist. l. citra filiam, 13. & l. qui repudiatus, 17. de inoff. testa. P.* de causis vsucapionum, tutelarum, gentilitatū, agnationum, alluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, fluminum, stillicidiorum, vt ait Cicero, 1. de Oratore. Ex quib. Centumuirale iudicium fieri dicebatur.

4 ¶† Conueniebant vero isti Centumuiri in quandam basilicā dictam Iuliā, vbi diuinebantur in quatuor Tholos seu quatuor tribunalia seu classes, quas vocāt curiæ Gallicæ, *chambres*. Quod liquet ex Quintiliano, dum loquitur de Thracalo oratore his verbis, *li. 12. inst. orat. c. 5. Certe cum is in Basilica Julia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia, vt moris est, agerentur, atque omnia clamoribus, fremerent, & auditum eum & intellectum, & quod agentibus ceteris contumelia sum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini*. Meminit & de Basilica quoque qualitate causarū Centumuiralium, & de aduocatis earum Plinius Iunior, *li. 2. epi. ad Maximum scribens.* etiam sic ait. *Distringor*, inquit, *Centumuiralibus caussis, quæ me exercent magis, quam delectant, sunt enim plerāque paruæ & exiles: raro inciderit vel qualitate personarum, vel negotij magnitudine insignis. Ad hoc perpauci, cum quibus iuuat dicere: ceteri audaces atque etiam magna ex parte adolescentuli obscuri ad declamandum huc expresse transeunt, tam irreuerenter & temere, vt mihi Attilius noster recte dixisse videatur, sic in foro pueros à Centumuiralibus caussis auspicari, vt ab Homero in schola.*

5 ¶† Centumuiri iure hastæ præerant, vt legit apud Pomponium Budæus, in l. 2. ad §. deinde cū esset necessarius, de orig. iur. in P. Vbi tamen Zasius legit, pro Centumuiris Decemuiros. Et Budæus etiam putat, Decemuiros illos ex Centumuiris fuisse, quive cum opus esset Centumuiros cogerent ad hastam, id est, cogerent in locum ad quem hasta fixa conuenire solerent. Suffragatur Suetonius, *in August. cap. 36.* dum ait auctorem fuisse Augustum, vt Centumuiralem hastam, quam Quæstura functi consueuerant cogere, Decemuiri cogeret. Et Quintilianus, dū agit de præiudiciis, *li. 5. ca. 2. Instit. Orato.* monet Centumuirales partes in duas hastas diuisas fuisse.

6 ¶† Wolphgangus Lazius lib. 3. Reipubl. Romanorū, c. 10. refert, huius Centumuiralis iudicii imaginem in Germania remānsisse, vbi iudicia celebrata ex multis colonibus cōplentur, quibus Soulterus, veluti apud Romanos vir quæstorius cū hastula præsidet: quæ & in Austricis regionibus consuetudo persecurat, vbi rustici passim aliquo numero à iudice prouinciali quē vocant *Panrichter*, congregantur, cum de aliquo iudiciū est habendum. Extat Caroli 5. Imperatoris, *in constitu. Carol. 5. de caussa capitali & publicio iudicio. art. 82.* ex Germanico sermone trāslata, qua mores adhuc extare hos constat. *Die dicta aduenient pulsata campana, iudicium publicum ex more aperiatur, seque iudices ad locum iudicij solitum & consuetum conferant. Iudex quoque seu Prætor, scabinos ac reliquos iudices sedere iubeat ipseq; emet sedeat, accepto in manibus suis baculo, seu vndo seu educto vel euaginato gladio iuxta regionis cuiuslibet vsum & consuetudinem, eaque decenter consessione sic vsque ad finem caussæ perseueret atque commoretur.* Et rursum eadem constitutione statutum, *artic. 96. Quando reus per diffinitiuam pœnæ addicitur, declaraturque: Iudex loco olito baculum suum frangat, reumque lictori commendet, mandetque medio suo iuramento sententiam latam fideliter exsequi, atque tunc ex iudicio surgat iudex, &c.*

7 ¶† Ceterum remanet inquirendum, cur ad hastam iudices cogerentur, vel ad bacillum, quod nemo hactenus quod sciam, docuit: curve hasta figeretur.

8 ¶† Existimo autem, hastam symbolum esse memoriæ & præsentiæ Dei, & regiæ potestatis. Siquidem, vt ait Iustinus ex Trogo, *lib. 43.* per ea tempora quibus Romulus exortus est imperiū, reges hastas pro diademate habebant, quas Græci σκῆπτρα

Digitized by Google

dixerunt: nam & ab origine rerum, pro diis immortalibus prisci hastas coluerũt. Ob cuius religionis memoriam, hastæ simulacris addebantur. Accedit, quod Romani Quirites dicti sunt, à Quirino Romulo, qui ita dictus erat ab hasta quam Reges ferebant, potissimum Sabini, Curetes ab hasta dicti, quæ illis curiis dicitur, vt ait Festus & Ouidius, *Fasto. 2.*

Siue quod hasta Quirin prisco est dicta Sabino,
Bellicus à telo venit in astra Deus.
Siue suo regi nomen posuere Quirites:
Seu quia Romanis imperat ille Cures.

Erant in sacrario, in regia, sacræ hastæ, quas per se motas, malũ omen Romanis portendere existimatum est: & ideo placandi numinis caussa litatum, *Gell. li. 4. ca. 6. Liu. li. 40.* putabant enim per hastas, Romanos indicari. Sicque Romulum primum dictũ, & ab eo Romanos Quirites, testantur Liuius, *in 1.* Florus, *in Epito. li. 1. c. 1.* & alii. Quare & iudicium sub hasta, veluti populare Romanorum & vulgi dicebatur: & ordinarium, proprium que & municipale Romanorum erat tribunal. Et insignia hastę, populum, iudicii rerum quotidianarum, & caussarum vulgarium, admonebant.

9 ¶† Hinc quoque factum est, vt cum publica venditio, ad quam qui voluisset ex populo admitti posset, exercenda auctionibus & licitationibus esset, sub hasta fieret, vt apparet ex titu. *De fide instrum. & iure hastæ fiscali, li. 10. C. tit. 3.* Inde hastæ, & subhastationes, pro licitationibus & proclamationibus seu proscriptionibus rerum venalium. Et solemnis venditio fieri dicitur, habitis hastis, *l. 1. & 4. de fid. instr. li. 10. C.* Dicimus & solemnitates hastarum, *Les inquants solennels, l. 2. si aduer. fisc. li. 1. C. tit. 37.* Sic Suetonius scribit, *in Iulio Cæsa. c. 50. Bello ciuili*, inquit, *super alias donationes* (quas scilicet Iulius Cæsar fecerat Seruiliæ matri M. Bruti, qua abutebatur) *amplissima prædia ex auctionibus hastæ minimo addixit.*

10 ¶† Si bacillum vero ab hasta distinguas, forsan non incongruũ erit ad caduceum Mercurii referre, qui pacis habebat symbolum. vt hasta belli, *vt not. Gel. li. 10. c. 27.*

11 ¶† Et tempora pacis, legibus: & belli, armis regenda sint, *§. 1. in princ. Instit. iur. ciui.* Sed hactenus de equitibus, transeamus ad Senatum, tanquam ex seminario ad sata, nam gradus ad Senatorium ordinem erat equestris ordo. Et ita Perseus Rex Macedoniæ apud Liuium, *li. 42.* appellat seminarium Senatus, & principes iuuentutis equites.

De Senatoribus Romanorum, & Senatu.

Cap. 25.

1 *Senatores vnde appellati. Senatus à quo introductus. auctus. nu. 2.*
3 *Senatusconsulta quo numero Senatorum rata fierent.*
4 *Senatores qui dicti.*
5 *Senatus vnus Romæ tantum.*
6 *Senatum qui cogerent.*
7 *Quæstor candidatus principis.*
8 *Senatores à quibus lecti, ex quibus, & ætas eorum, numer. 9. & 12.*
10 *Census Senatorius quantus, & Senatores ex censu electi. nume. 11.*
12 *Senatores lecti ex aliis Magistratibus.*
13 *Senatoribus tria iussa.*
14 *Senatores abire Italia non poterant.*
15 *Senatus quoties, & quando haberetur, & in quo loco. nu. 16.*
17 *Togam Senatores deferre semper & indices vsßit Adrianus.*
18 *Præfecti prætorio dignitate Senatoria donati.*
19 *Senatus tria fuerunt Senatusconsulta decreta iudicia.*
20 *Senatus primi, antiqua quæ potestas, & quod de iudicijs non cognoscebat.*
21 *Senatus Romani prisci, tituli honoris, potestas eximia. nume. 22. & seq.*
23 *Religionis contentiones à Senatu pacatæ.*
24 *Senatusconsulta quomodo fierent. Duo vno die non fiebant.*
25 *Senatus referentibus Consulibus tantum statuebat.*
26 *Senatus non erat adstrictus legibus. & nu. 31.*
27 *Senatusconsulta per discessionem, & per sententias fiebant.*
28 *Senatusconsultum tantum quomodo fieret.*
29 *Senatusconsulta facta euulganda deferebantur ad ediles, vbi, & per quos.*
30 *Senatus auctoritas quando iudicijs decernendis priuatorum applicata. Ad eum appellatio, eod.*
32 *Senatus quomodo ius, non legem facere posse dicitur.*
33 *Senatus Principis ex Senatu magno.*
34 *Senator vrbis Romæ quis hodie, & eius iurisdictio.*

1 SEnatores & Senatus, †à senectute dici, nemo est qui ignoret. Romulus quippe Rex primus Romanorum, suffragijs curiarum & tribuum ex iisdem centum delegit ab ætate dictos senes & patres; ex quibus nati Patritii dicti, vt docẽt historiæ Romanæ enarratores, *Liuius in 1. Dionys. Hali. in P. Plutar. in Romu. Salust. in Coniura. Catili.* Solentque & dici Senes, qui consilio, ratione & sententia pollent. Vnde & apud Lacedæmones hac appellatione, constituta γερουσία, Senum consilium, *Plut. in vit. Lycur.* Addidit Tarquinius Priscus huic collegio alios centum, & ideo priores patres isti conscripti dicti fuerunt, *idem in Romulo, & problem. 53.*

¶† Vt & ij qui postea Censorum vel Consulum decreto allecti fuerunt, vt ait Festus, & Feneſtella, c. 1. de Magistrat. Creuit enim illius ordinis Senatorij numerus. Fuitque tempore Machabæorum, trecentorum, *1. Macchab. 8.* Refert & Appian. Alexand. *lib. 4. bello. ciuil.* tempore Triumuiratus Lepidi & Cæsaris fuisse proscriptus Senatorii ordinis trecentos: Equestris vero, ad duo millia. Excreuit & mirum in modum dehinc numerus, vt vulgus eos vocaret abortiuos Senatores: donec Octauius iussit per binas lectiones restitui Senatum suo pristino splendori, & numerum circuncidi, *Sueton. Tranquil. in Octauio, cap. 35.* 2

¶† Constat & antea supra modum auctum numerum, ex eo, quod vt Senatusconsulta rata esset, ea oportuisset fieri 400. Senatoribus præsentibus: donec etiam cum postea Octauianus videret non tot frequentes conuenire, minori numero rata fieri voluerit, *Dio Cass. li. 54. histor.* Et aliquando non prohibita fieri, si saltem centum adessent, *Liui. li. 9. de bello Macedonico, dum de Bacchanal. agit.* 3

¶† Ex quibus monemur, non omnes qui sententiam dicere possent in Senatu, dici Senatores, nisi lecti & in illum essent ordinem cooptati. Siquidem & qui honoribus functi erant & Magistratibus, in Senatum venire poterant, & dicebant quidem sententiam, sed non erant Senatores. Innuit id Liuius, dum ait, *lib. 33. Consules edixerunt quoties Senatum vocassent, vt Senatores, quibusque in Senatu dicere sententiam liceret, ad portam Capenam conuenirent.* Et iterum, *Liu. lib. 36. P. Cornelius Consul edixit, qui Senatores essent, quibusque in Senatu sententiam dicere liceret, ne quis eorum ab vrbe ob. ret.* In quo lapsus videtur Paulus Iurisconsul. dicens, *Paul. l. fi. de Senator. P. Senatores antè accipiendum est eos esse, qui à Patritiis & Consularibus vsque ad omnes illustres viros accenduntur: quia & ij soli sententiam dicere possunt.* Nisi intelligamus Paulum latius Senatorum nomen accepisse, pro iis qui sententiam dicunt, & ita Senatores extraordinarii sunt: aliter vero aberrat toto cœlo Paulus: maxime cum eius temporibus iam inualuisset mos, vt nec ex Patritiis Senator legeretur, sed potius ex censu, vt & eques, *Plin. lib. 33. cap. 2. Sueton. in Augusto.* Ait & Cicero, *6. ad Atticum*, Pontifices, Augures, & alios quouis Sacerdotio præditos ciues, nisi qui habuissent Magistratum, aut à Censoribus lecti essent, non venisse in Senatum. 4

¶† Vnus fuit Senatus Romæ tantum, nisi velimus inter Senatus numerari Senaculum mulierum matronarum, quod permisit Heliogabalus in colle Quirinali à mulieribus haberi, vbi statuebant mulieres conuentu solemni: quæ, quo vestitu incederent, quæ cui cederent, quæ pilento, quæ equo saginario, quæ asino veherentur, quæ carpento mulari, quæ boum, quæ sella, eaque vel pellicea vel oscea, vel argentea, & quæ aurum & gemmas in calceamentis haberent, & alia de similibus rebus ridicula faciebant Senatusconsulta, & proinde Senaculum illud sublatum est, *Lamprid. in Heliogaba.* nec dignum est vt de eo plura dicamus. 5

¶† Senatus habebatur & cogebatur, vt ex Varrone notat Gellius, *lib. 14. c. 7.* apud maiores Romanos, per Dictatorem, Consules, Prætores, Tribunos plebis, Interregem, Præfectum vrbi, neque aliis præter illis quibus concessum ius fuit faciendi Senatusconsulta. Alii tamen in faciendis Senatusconsultis, vt dixi, sententiam dicebant, vel saltem intererant. Nec omnes qui intererant sententiam dicebant, nam & ex more antiquo, liberis Senatorum curiam ingredi, & latum clauum ferre permissum fuit, vt celerius Reipubl. administrandæ assuescerent, sed non vt sententiam dicerent. Et hodie in Gallia Episcopi in orchestra interesse possunt inter Senatores Parlamentorum, sed non omnes sententiam dicunt, nisi qui Patritii regni seu pares Fraciæ sunt, aut si dignitatẽ hanc consequuti sunt à principe. Qualem Parisiis habet Antistes seu Episcopus Lutetiæ, Hetęriarchus S. Dionysij, *Ioan. Luci. li. 4. Placit. tit. 7. plac. 2.* Et Tholosæ alij Episcopi quos vocant consiliarios natos, nempe quod ratione dignitatis Episcopalis adeptæ, simul ius sedendi in orchestra Senatus habeant. 6

¶† Vt & olim Romæ Quæstores, principis candidati, qui in Senatu orationes Cæsarum recitabant, habebant ius gerendorũ primorum honorum, & dicendæ in Senatu sententiæ, *Aurel. in l. 1. §. fi. de offic. Quæsto. P.* Refert & Lampridius, *in Alex.* Alexandrum Cæsarem dedisse Senatoriam dignitatem Præfectis prætorio. 7

¶† Senatores lecti aliquando à rege Romulo, & ab aliis postea Regibus, & à Consulibus & Censoribus pro arbitrio, vt ait Festus: donec lata fuit lex Ouinia Tribunitia, qua sancitũ, vt 8

Cen-

Digitized by Google

Censores curiatim in Senatum legerent. *Sigon. lib. 2. de antiquo iure Rom. c. 2.*

9 ¶† Electio de idoneis fiebat, inspecto genere, ordine, censu, ætate, magistratu. Genus fuit secundum Zonaram, primùm plebeiũ à Romulo delectum, secundum alios, Patritiorum, *Plutar. proble. 53.* Successit tamen & plebeiorum genus. Aliquando ex equestri ordine suppletum à Bruto, vt ait Liuius, *in 2.* & est ea de re lex apud Appianum. Census postea fecit distinctionem Plebeij, Equestris, & Senatorii ordinis, *Senec. 2. acclama. Arnob. lib. 6. con. gentes, Plin. li. 33. c. 2.*

10 ¶† Census Senatorius etiam ampliatus qui prius erat centum millium drachmarum, scilicet 26. millium aureorum, ad ducenta quinquaginta millia drachmarum productum, *Sueto. in Augusto. c. 41. Dio Cass. li. 54.* Fuit tamen seculum quo Equestris & Senatorius census idem videbatur, quando Equites & Tribuni ærarij simul iudicarent ex lege quam tulit Aurelius Cotta, de quo videndus Asconius Pedianus in orationes Ciceronis in Pisonem pro Milone, & in Diuinatione. Budæus quoque in annotationibus posterioribus in Pand. ad l. munerum, §. iudicandi quoque necessitas, de muneribus & honoribus.

11 ¶† Melioribus interdum seculis etiam, non tam census Senatorii quam probitatis est habita ratio. Et Tyberius Cæsar, Senatores ad paupertatem redactos, ideo eo ordine cedere volẽtes, & multos locupletauit, non tamen nisi adhibito examine, quod & Octauius fecerat: multis Senatu propter luxuriam & paupertatem, cuius rationem reddere non possent, motis, vt ait Dio Cassius, *li. 57.* Sicut & Adrianus Cæsar, Senatoribus qui non vitio decoxerant, patrimonium pro liberorum modo, Senatoriæ professionis expleuit, teste Ælio Spartiano in eius vita. Solebant & posteriores dona largiri Senatoribus, quorum partem quandam Nicephorus Phoca Imperator Orientis retinuit in fisco, causatus sibi ad bella gerenda deesse pecuniam, vt legimus in primo lib. iur. is Orientalis eius constitutionem ea de re ordine. 4.

12 ¶† Nec dubium etiam est, ætatem sane certam & grauem huic Magistratui desideratam fuisse, & eorum qui iam aliis antea perfuncti essent minoribus Magistratibus. Et legebantur olim in Senatores quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, vt ait Sallustius & alij, *Sal. in Catil. coniura. Cic. in Caro. Quintil. lib. 1. instit. orat. c. 6. Plutarch. in libel. num iuni sit regenda resp.* Sicque refert Cicero in lege duodecim tabular. scriptum, *Omnes Magistratus iuniorum auspiciumque habento, eorque ij Senatus esto, eius decreta rata sunto.* Sine etiam lectione Censorum fuerunt facti Senatores, qui Tribuni plebis essent, post Atinium plebiscitum, ante quod Senatores non erant, quamuis eis usus habendi Senatus esset, *Gel. lib. 14. cap. 8.*

13 ¶† Senatoribus tria iussa esse Cicero ait, in legibus: primum, vt adsint: nam grauitatem res habet, cum frequens ordo est. 2. vt loco dicãt, id est, rogati. 3. vt modo, id est, ne sint in dicendo infiniti. Lex 12. tabularum erat: *Senatori qui non aderit, aut causa, aut culpa esto.* Et olim Senatores captis pignoribus in curiam venire cogebantur. Atque Octauius Augustus, & Caius Caligula, tardè venientibus absque verisimili causa, maiorem quam ante mulctam proposuerunt. Et sub Traiano, cum quidam Senator cessasset in Senatum venire, Prætor Licinius Nepos, ei mulctam indixit: quæ tamen innumeris postea deprecationibus à Prætore remissa est, *Dio Cass. lib. 54. & 60. & Plin. Nepos, lib. 4. epistio.*

14 ¶† Idem etiam Octauius edixit, vt facilius adesse posset muneri nequis Senator Romanus iniussu suo permissuque extra Italiam abiret, quod suo tempore Dio Cassius testatur seruatum. *Cum nullis, inquit, Dio Cassius lib. 52. histor. Senatori aliquo, quam in Siciliam, Galliamque Narbonensem liceat proficisci peregre: eo autem propter propinquitatem, ac quia pacatæ sunt regiones armisque vacant, etiam sine venia impetrata, licet Senatoribus quoties velint proficisci, ijs qui aliquam habent locorum possessionem.* Scribit tamen Seneca, quod Senator post sexagesimum quintum annum in curiam venire non cogeretur, nec vetaretur, *Sene. 2. declam.*

15 ¶† Cogebatur autem Senatus non quotidie, nec absentibus Consulibus olim, nisi necessitate vrgente, vt indicat Cicero his verbis Cornificio scribens, *Cic. lib. 12. epist. fam. epist. omnium, 267. Senatus sæpius pro dignitate tua appellaretur, si absentibus Consulibus, vnquam, nisi ad diem nonam ageretur.*

16 ¶† Locus ad quem cogeretur Senatus, maxime triplex erat, sic enim scribit Festus: *Senaculum locus Senatorum.* Et antea: *Senacula tria fuisse Romæ in quibus Senatus haberi solitus sit, memoriæ prodidit Nicostratus in libro qui inscribitur de Senatu habendo: vnum vbi nunc est ædes concordiæ inter Capitolium & forum in quo solebant Magistratus D. T. cum Senatoribus de iis deliberare. Alterum ad portam Capenam. Tertium citra ædem Bellonæ, in quo exteranum nationum legatus, quos in vrbem admittere nolebant, Senatus dabatur.* Primum Senaculum, vt colligere est, magis frequens & curia dicebatur & opinio basilica, apud Græcos γερουσία, auctore Varrone. 4. *de ling. Lati. & de Annium, in commentar. ad Fabium Pictorem de aureo seculo, Dion. Halic. in* 2. Et si alio cogeretur, oportebat esse inaugurarum locum & consecratum. Nam in templo tantum, non alibi haberi poterat, vt ait Varro & Gellius, *li. 14. ca. 7.* Ideo Veteliũ ædes vel templum, sine consecratione erat, ne apud eas Senatus haberetur, *Seruius, in li. 8. Æneid. Virgi. in illos vers. Est immensa gelidum lucus prope Ceretis amnem, Reliq one patrum late jacet.* Formam his omnibus firmiorem videtur dedisse Augustus, vt narrat Suetonius, *in Augusto, c. 35. Qui autem, inquit, lecti, in Senatores scilicet probatique religiosius & minore molestia Senatoria dignitate fungerentur, sanciuit, vt priusquam consuerit quisquam, thure ac mero supplicaret apud aram eius Dei, vt ait, in cuius templo coiretur: vt ne plus quam bis in mense legitimus Senatus* (id est, ordinarius: indictus enim alius, qui pro occurrente necessitate cogebatur quolibet tempore) *haberetur, Calendis scilicet & Idibus. Neve Septembri Octobrive mense, vltos adesse alios, necesse esset quam sorte ductos, per quorum numerum decreta confici possent.*

17 ¶† Adrianus Imperator, semper Senatores & equites Romanos togatos in publico esse iussit, nisi à cœna reuerterentur, *Spartian. Adrian.* Toga tamen Senatorum non erat insigne, sed calceus limatus & latus clauus, vnde & illi Laticlauii dicti. Latus clauus, erat vestimentum succinctorum, quod clauis, vocant Galli *agraphes ou crochets*, iungebatur in pectore, quale vestimentum quod apud Hungaros hodie circa pectus & longitudinem brachiorum clauos aureos vel coccineos habet, supra quod vestimentum toga poterat mitti, vt scribit Wolphgangus Lazius, *li. 2. commentar. de Repu. Rom. ca. 3.* Omitto plura quæ de palmata veste hac dicuntur à Lazaro Baysio, quæ apud ipsum videre poteris libello de re vestiaria, vbi tamen fatetur ingenue non satis illi liquere post multa prolata, quæ vestis diceretur latus clauus.

18 ¶† Nam florente quidem imperio, vt ait Lampridius, tantum laticlauio vsi sunt Senatores, & Præfecti prætorio, quibus Senatoriam dignitatem concessit Alexander Cæsar, *Lampri. in Alexand.* Sicut. & Claudius princeps, Heduis: quia fœderati antiquo iure cum Romanis & Gallis fratres dicti, *Corn. Tacit. lib. 11.*

19 ¶† Tria ex potestate Senatorum & eorum imperio prodisse accepimus, nempe Senatusconsulta, decreta & iudicia. *Senatus decretum*, vt scribit Sex. Pompe. Fest. *à Consulto Ælius Gallus sic dicit quid, vt id dicat particulam quandam esse Senatusconsulti: vt cum provincia alicui decernitur, quod tamen ipsum Senatusconsulti est.*

20 ¶† De iudiciis, Senatus priscus nunquam antea, & nisi quando prævaluit imperium & declinauit eius auctoritas, cognouit: vt series eius potestatis explicabit. Principio namque Romulus qui regnum fundauit, de potestate Senatus Augusta quædam & magnifica constituit, de quibus Dionys. Halic. sic scribit, *lib. 2. Rom. antiquita. Senatus Romulus hanc dignitatem & potestatem addidit, vt is de quibus à Rege ad ipsum referatur, de his decernat & ferat calculum, ita vt semper obtineat plurium sententia: & id quibusque à Laconica Reipubl. desumtum est. Lacedæmonum enim Reges non erant sui arbitry, vt quicquid vellent facerent, sed Senatus erat potestas in negotiis ad Rempubl. pertinentibus. Plebi autem commisit tria hæc, magistratus creare, leges sancire, de bello reipublicæ Rege decernere. Ita tamen vt Senatus quoque in his aceat auctoritas.* Idem & postea auctor alibi scribit, *iidem in 3.* aliam Senatus fuisse potestatem eligendi interregem, mortuo Rege, donec alius createtur: & subinde cum interrege eius facultatem eligendi Regem; quare post mortem Tulli Hostilii elegit Ancum Martium, eoque mortuo accepit potestatem regendi Rempubl. quapropter interregem elegit, & postea Regem Tarquinium Priscum.

21 ¶† Dixerunt ideo quidam, Senatum Romanum constare regibus, *Liu. lib. 9. decad. 1.* Cicero, Senatum orbis consilium dixit. *Cic. circa finem Philipp. 4.* Et alibi, *Pro Sex. Roscio, Maiores cum regiam potestatem non tulissent, ita Magistratus annuos creauerunt, vt consilium Senatus reipublicæ præponerent sempiternum: de egerentur autem in id consilium ab vniuerso populo: aut usque in illum summum ordinem, nisi qui omnium ciuium industria ac virtute pateret Senatum Reipubl. custodem, præsidium, propugnatorem collocauerunt:* Theodericus rex Gothorum, conuentum Senatorum ait dignitatem esse imperantium, *in epistio. 3. Senatui vrbis Romæ, apud Cassiod. li. 1. varia.*

22 ¶† De Senatus potestate Polybius sic scribit, *Primum potestatem ærarij habet, etenim in ipsius arbitrio sunt reditus & sumtus. Neque enim Quæstoribus ne ad particulares quidem vsus integrum est aliquid expendere sine illorum decreto, nisi in consules tantum: per hunc namque & sumtus fiunt, & est quod indultum est Censoribus. Consimiliter & quæcunque flagitia per Italiam commissa publicam animaduersionem requirunt: vt pote proditionis, coniurationis, veneficij, cæsis dolo perpetratæ, horum puniendorum cura Senatum concernit. Præterea, si qua priuatus vel ciuitas quapiam ex Italicis, vel consultatione aliqua, vel æstimatione, vel auxilio, aut custodia opus habet, horum omnium procurationem habet Senatus. Denique si legatio quædam aliquo mittenda sit extra Italiam; quæ vel consiliet quosdam vel adhortetur, siue omnino imperet aliquid vel accipere, vel bellum denuntiare, de his prohibet Senatus. Si militer cum Roman*

Digitized by Google

legati venirent, quomodo tractandi sint quilibet, quidque respondendū, cuncta hæc perficiuntur per Senatum. Potestatem quoque exercuisse Senatum in Tribunos plebis, docet quod recitatur à Dione Cassio *lib.* 40. Senatum Q. Pompeium Rufum Tribunumpleb. etsi sacrosanctum magistratū, tamen quia seditionem agere videbatur, impediendo ne comitia Consulum fierent, in carcerem coniici fecisse.

23 ¶ † Senatus idem de pacandis nouis de religione ortis seditionibus cognouit, sub Tyberio, *Corn. Tacit. sub Tyberio.* Cōcessisse & ius nundinarum innuit Plinius Secundus, *lib. 5. Epistol. epist. 4. Valeriano scripta. Auus Pratorius Solen, à Senatu petiit, vt sibi instituere in agris suis nundinas permitteretur: Contradixerunt Veientinorum legati, adfuit Tuscilius Nominatus, dilata caussa est alio Senatu.* Quod ius ad solos principes postea translatum est, *l. 1. C. de nundinis.* Credo & de sacerdotiis Senatum aliquando statuisse. Siquidem scribit Dio, eum in honorem Iulii Cæsaris constituisse, vt si ei filius nasceretur Summus pontifex esset, *Dio Cassius li. 44.*

24 ¶ † Senatusconsulta erant statuta per Senatum ad rogationem seu consultationem eorum qui ius agendi & habendi Senatum haberent, solemni more facta, sole exorto & ante solis occasum. Siquidem cautum illud lege erat, ante solis ortū aut post occasum, facta rata non haberi, & Censoribus notis exposita esse, *Gell. li. 13. c. 7.* Hæc non fiebant de rebus quæ alicuius momenti essent minori numero quam centum conueniente, *Liui. in 9. de bello Macedo. dum agit de Bacchanal.* interdum & plures adesse debebant pro varietate temporum, vt & paulo ante monuimus. Atque quamdiu maiestas in Senatu fuit conseruata, duo Senatusconsulta eodem die fieri nō poterant, *Iul. Capit. in Maximiano.* propter auctoritatem quæ erat in Senatu, vt potestas in populo, *Cic. 3. de legib.* Ille namque censebat, hic iubebat. Ita Liuius, *lib. 7. de bello Maced. Senatus eam pacem seruandam censuit, populus iussit.*

25 ¶ † Et ita Senatus vix quippiam aut nihil, nisi referentibus Consulibus, aut aliis quibus ius cogendi erat Senatum, *quos enumerat Gell. li. 5. c. 7. & 8.* decernere poterat. Ea ratione cōqueritur Cicero, in orat. de reditu suo, quod de eo noluissent Consules referre ad Senatum, qui tamen cum equitibus maxime eius exsilium lugebant: sed non referentibus Consulibus quippiam statuere non possent. Et sæpe Senatus prouincialiū querelas delatas ad Consules reiiciebat, & expositas sibi, Consules vel ad populum, vel ad Patres referebant.

26 Senatus censebat & statuebat ex arbitrio, non addictus legum formulis aut laqueis, *Quintil. l. 3. lib. loquens de controu. simplic. & cōiunctis, & li. 7. de qualit. loquens.*

27 ¶ † Senatusconsulta olim fiebant in consilio, vt ait M. Varro, aut per discessionem Senatorum, si consentiretur: aut si res dubia videretur, per disquisitionem sententiarum singulorum. Singuli autem consulebantur gradatim, incipiebatur vero à Cōsulari gradu, ex quo gradu super quidem antea rogari solitus fuit qui Princeps in Senatu lectus fuisset. Fuit & modus postea consulendi mutatus, vt is primus rogaretur, quem rogare vellet qui haberet Senatum, *Gelli. vbi sup. li. 15. ca. 7. meminit de discessio. illa Suet. in Tyberio ca. 31.*

28 ¶ † Fuit & genus Senatusconsulti quod tacitum dicebatur, *de hoc Iul. Capit. in Gordiano & Phi. Beroal. ad Sueto. ca. fin. in Domitia.* eo quod illa Senatusconsulta, quæ huiusmodi erant, non essent omnibus publicanda. Fiebat autem huiusmodi tacitum, vt non scribæ, non lictores publici, non censuales illis actibus interessent, sed Senatores exciperent & Senatores officia scribarum explerent, ne quid forte proderetur. Vt etiam Fabius Maximus perhibeatur punitus, quod belli Punici sententiam forte fortuna per imprudentiam P. Cerusso narrauerit. *Val. Max. li. 2. c. 1.* Et sic probe respondit Papyrius matri interroganti quid in Senatu ageretur, tacendum esse, neque id dicit licere, *Gell. li. 1. cap. 23.* Cuius moris exemplo & Paulus respondit, consiliorū Principis renuntiatores, vel viuos vri, vel furca suspendi, *l. si quis aliquid, 38. de pœn. in P.* Instituit & Augustus, ne acta Senatus publicarentur, *Sueto. in Augusto, ca. 36.*

29 ¶ † Euulgabantur antea, quæ ipsi voluissent. Nam & deferebantur Senatusconsulta olim quæ vnoquoque tempore fiebant per Consulos ad Ædiles in ædes Cereris, nec vltra in potestate Senatus erant, neque Consulum: cum tamen ante arbitrio eorum Consulum supprimerentur vel enuntiarentur, *Liuius in 3.* Postea & Senatusconsulta ad ærarium deferri institutum, vbi & leges in ære incisæ erant, *meminit Cice. Philip. 5.* Dio Cassius scribit, *lib. 54.* Senatusconsulta seruanda data Quæstorib. tempore Octauiani, ab vrbe vero condita 744. cum Tribuni plebis, & Ædiles, quibus illud negotium traditum erat antea, per apparitores suos hoc egissent, & inde error & confusio incidisset.

30 ¶ † Retinuit aliquando sibi populus iudicium de capite ciuis, neque Senatus de eo poterat statuere iniussu populi, *Liui. li. 6. belli Punici secundi.* Neque certe Senatus eo suam demittebat auctoritatem, vt iudicia priuata exerceret, quamdiu in sua integra maiestate fuit, sed ex quo institutus fuit, & ante monarchiā, maiorem receperat potestatem: vt etiam, cum populus legis sanciendæ caussa difficile in vnum conuenire et, legis sanciendæ potestatem in eum transtulerit, *§. Senatusconsultum, de iure natural. l. 2. §. deinde quia difficile, de orig. iurisp. Pandecta.* At postea, aduenientе principatu, oppressa Republica à Iulio Cæsare & Octauio, cœpit corruere eius splendor. Nec postea Senatus amplius exercitus mandauit, nec prouincias decreuit, nec insignia regni gessit: quia tunc ad vnius arbitrium translata sunt. Et tunc de reis Senatus cœpit iudicare, & eorum caussas audire, cum antea non fuisset vsitatum, hoc esset Senatorium, *Cicero. actio. vlt. in Verrem.* Cœperunt & peti sub Domitiano Iudices ab eo, *Suet. in Domit. c. 3.* Et à datis, si quid à legis præscripto excessissent, ad eum appellatum: vt à datis per Consules, ad eosdem Consules prouocatio erat, *l. 1. §. 1. de appel. P.* Instituit & Nero, vt omnes, appellationes à iudicibus ad Senatum fierent, *Sueton. in Nero.*

¶ † Remansit illi auctoritas, vt ex formulis legum non teneretur iudicare, *Quint. in 3.* ne liceat ab illo appellare, *l. 1. à quib. appel. non lic. P.* aut rescripta contra eius sententiam impetrare à principe, *l. 1. C. de Senatusc. l. rescripta, de precib. imp. offe. C.* Et ita forsan, tunc temporis ius facere potuisse Senatum non ambigitur, *l. non ambigitur, de legi. P.* Sicque Quintilianus loquitur, *lib. 5. Instit. Orat. c. 1. vbi de præiudiciis agit. Aduersus consulta autem Senatus & decreta principum, & Magistratuum remedium nullum est, nisi aut inuenta quantulacunque caussarum differentia, aut aliqua, vel eiusdem potestatis hominum sit constitutio, quæ sit priori contraria.* 31

¶ † Sicque quod dicitur, ius facere posse Senatum, de iudicio intelligendum est, non de lege generali, cuius auctoritatem sibi soli retinuit Princeps Romanis, *l. 1. & fin. C. de legib.* Et ideo Iustinianus, cum leges ordinari iussit, pleraque Senatusconsulta prisca abrogauit, & pauca pro legibus inseri iussit, quæ facta fuissent tempore Imperatorum, vel relatione Consulum, vel oratione habita à principe ad Senatum: qualia Velleianum, Syllanianum, Macedonianum, & similia in corpore iuris Iustinianei contenta. Voluerunt tamen Theodosius & Valentinianus, quod que huic collegio ex pristina maiestate reseruatum est, vt in legibus figendis suffragia Senatus & publicatio accederent: eo tamen cauto, vt auctoritate principis firmentur, *l. humanum, 8. eod. C.* Ademit & expresse Leo Cæsar Senatoribus Romanis potestatem Senatusconsulta faciendi, quæ vim legis haberent, constitutio. 78. Nouel. titul. ἀφεῖ τὴν ἀνδρείαν τὸν συγκλήτου νόμου ἔχειν τοῦ νομοθετεῖν τὰ σύγκλητον, id est, *ne amplius Senatusconsulta fiant.* 32

¶ † Adrianus etiam, vt plurimum cœpit diuidere Senatus auctoritatem, quum aliquos ex Senatoribus in aulam suam transtulit. Nam receptis optimatibus in amicorum cohortem, quæ superiorum imperatorum tempore promiscue constare solebat ex Equestri ordine & Senatorio, domesticum quendā Senatum circa se habuit: qui, quoniam is continuatis pene delectaretur peregrinationibus, comitatus Cæsaris dici cœpit, & ipsius amici comites: quorum consiliis atque opera in bello ac pace vlus est. 33

¶ † Crebris deinde Cæsarum voluntatibus, & bellis, paulatim abrogata Senatui Romano fuit auctoritas, datum & Summo Pontifici Imperium, qui Cardinalium habet Senatum, *c. Ecclesia, 16. q. 1. vide de hoc consilio Marti. Lauden. in suo tract. 2. de Cardina. qu. 11. Barba. cons. 1. col. 1. Innocent. Sicul. Felin. in c. cum te, de re iudic.* quique Summum Pontificem eligunt, *cap. in nomine Domini, 23. dist.* Remansitque Romanæ antiquitatis tantum leue vestigium, in eo qui nunc prætor vrbanus dicitur, & vocatur Senator à Summo Pontifice constitutus: qui in cliuo Capitolino residet, & ordinaria potestate ciuibus ius dicit, tresq; habet vicarios: quorum duo priuatis iudiciis præsunt, qui dicti collaterales: tertius est latrunculator, *Octauian. Vestr. li. 2. Introduct. in acti. Roman. aula, c. 15.* 34

De Senatu aliarum gentium quam Romanorum.

Cap. 26.

1 *Senatus Dei, & de Senatu Moysi dato à Deo. nu. 2.*
3 *Zanedrim consilium 70. seniorum Israelis, quale.*
4 *Senatus Athenienſium geminus, perpetuus, & annuus.*
5 *Helieum prætorium Athenienſium, & eius iudices.*
6 *Amphictyonum Senatus Græcia totius, vbi, & quando habebatur.*
7 *Lacedæmoniorum Senatus 32. Seniorum.*
8 *Heduorum Senatus.*
9 *Consilium magnum militum ordinis hospitalis S. Ioan. Hierosolymi, quale.*

SEd quia in Senatus Romani narrationem incidimus, nō erit alienū ab instituto, aliarum gentium Senatus summæ potestatis 1

statis referre, consilii Reipublicæ caussa collectos. Præstantissimus erit ille, quem refert D. Ioannes in Apocalypsi. Non consilii, sed obsequii caussa, adstare agno immortali 24. Seniorum, *Apocalyp. ca. 4.*

2 ¶† Meminit & sacra scriptura Senatus Mosayci à Deo instituti, dum dixit ad Moysem, *Nume. ca. 11. Congrega mihi septuaginta viros de Senioribus Israel, quos tu nosti quod Seines populi sint ac Magistri, & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum, vt veniam & desuper loquar tibi, & auferam de spiritu tuo tradamque eis, vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris.*

3 ¶† Frequens & mentio apud Thalmudistas consilii & Senatus Israelis, Zanedrim, quod dicunt institutum à Deo in deserto, pene quod erat publica potestas: & totius regni gubernatio erat penes septuaginta Seniores. Zanedrim à Thalmudistis vocatur collegium sceptri & publicæ potestatis totius regni, cui præerat vnus Rex. Et apud Hebræos vetustissimos, dicebatur Senatorium consilium magistrale: apud Romanos, Senatorium dictionale: apud Etruscos, Lucumonem: apud Græcos γερουσία & palæologum. Zanedrim est vox mutata per interpretes seu Thalmudistas à Græco nomine συνέδριον, vocant enim ita curiam & collegium Græci.

4 ¶† Apud Athenienses fuerunt, duæ βουλαὶ, seu duo Senatus: vnus perpetuus, qui iudicaret in Areopago de cædibus voluntariis, & aliis similibus rebus. Alter, qui Rempublicam administraret, quive singulis annis mutabatur constans ex quingentis viris, qui essent ætate Senatoria, vt ait Lysias, *in arg. oratio. Demosth. con. Anarotionem.* Suidas porro Areopagitas & Sicarios iudicaret, & grauissime Rempublicam gubernare solitos tradit. Iulius Pollux ait, *lib. 8. Onomast.* illorum fuisse notionem cædis voluntariæ, incendii, veneficii duntaxat exitabilis. De iis plura D. Augustinus, *li. 18. de Ciui. Dei ca. 10.* & Lucianus, *de Gymnas.* Iulius Pollux, *li. 1.* dum tractat ὁ βασιλεὺς τῶν. tradit etiam Regem in Areopagum actiones inducere, & cum ceteris deposita corona iudicare. Addit idem, tribus tantum diebus huc Senatum singulis mensibus habitum, tertio, & quarto, & pridie Calendarum.

5 ¶† Suidas item ait in verbo ἡλιαία, maximum fuisse prætorium Athenis Heliæum, ita appellatum, quod sub dio esset, & solis radiis feriebatur: vbi mille, vel mille quingenti viri, ex binis vel ternis coacti prætoriis Heliastæ dicti, publica negotia disceptabant, & post iurisdictionem triobolum accipiebant.

6 Publicum Græciæ totius fere consilium, Senatus amphictyonum erat, *Cicer. 2. de Inuent. Plin. lib. 35. cap. 9.* ad Thermopylas conuenire solitus, apud quem communes caussæ agitarentur, vt ait Suidas. Strabo tamen, *li. 9.* non totius Græciæ, sed tantum septem ciuitatum commune dicit consilium. Et alicubi scribit, *idem eod.* in Onchesto habitum fuisse. *Onchestus*, inquit, *ibi est*, (id est, circa Thebas) *vbi consilium Amphictyonum in Halartia ora, in vnum cogebatur ad lacum Copaidem, solumque Tenericum.* Et paulo post, circa Delphos habitum scriptum reliquit, quod esset ibi veluti vmbilicus terræ, & medium vniuersæ terræ. Conueniebat in eum locum bis tantum in anno ille Senatus, Vere scilicet, & Autumno: & ibi cognoscebat de mutua ciuitatum Græciæ concordia, de simultatibus, & bello contra Barbaros agendo, *Dio Halic. in 4.*

7 ¶† Lacedæmoniorum Senatus constat 32. senioribus, cum quib. Ephori & rex iudicabant, *Pausa. li. 3. in Lacon. Plu. in Lycurgo.*

8 ¶† Erat apud Heduos, quos dicunt nunc *Autunen Bourgongne.* Senatus maximæ auctoritatis, Iulii Cæsaris tempore, *li. comment. belli Gallici.*

9 ¶† In statutis militum ordinis hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, de magno consilio seu eorum Senatu, sic cautum inueni titul. 10. cap. 1. Quod maiores consilium & Senatum introduxerunt, & viros graues titulis dignitatum insignitos scripserunt. Et consiliarii nuncupati sunt, Magnus Commendatarius, Mareschallus, Hospitalarius, Admirallus, Draperius, Turcopolerius: qui baiuli conuentuales dicuntur, quia suarum linguarum Præsules exsistunt. Dicitur porro ibi Mareschallus, qui præest terrestri exercitui: Admirallus, qui naualis: vt explicatur in c. sequentibus eius tituli 10. & tit. 19. c. 37. Draperium porro vocant eum qui in contractibus pannorum emendorum interuenit, & qui spolia seu exuuias mortuorum perscribit, & annotat repertorio. Non enim milites istius ordinis suo arbitrio vestes comperare possunt, vt in eorum statutis habetur, tit. 12. c. 23. & 24. quamuis tit. 19. de verborum significatio. c. 27. scriptū sit, Draperium nunc esse magnum conseruatorem, qui & baiulus conuentualis est linguæ Aragoniæ, Cataloniæ & Nauarræ. Vt Turcopolerius dicitur Anglicæ linguæ, præsidens Turcopolis, id est, leuis armaturæ equitibus, co. tit. 19. c. 7. Baiuli autem lingua Gallica *Baillifs*, domorum vel aliorum prædiorum Præfecti & administratores. Vnde & ibi notatur, eodem tit. 19. ca. 5. Commendas à maioribus eius ordinis Baillas dictas.

De Senatu Gallicano.

Cap. 27.

1 *Galliarum rex distribuit ex arbitrio iurisdictiones.*
2 *Senatus Francicus primum fuit apud regem.*
3 *Conuentus Gallici mobiles, & summæ iurisdictionis. & nu. 4.*
5 *Curia Franciæ ascebatur Parlamentum Parisiorum.*
6 *Scacharium quid, & quando Rothomagense concessum.*
7 *Parlamentum, cur curia suprema dicta.*
8 *Iustitium quando rumpatur & indicatur in Senatu.*
9 *Parlamenti Tholosani introductio, & antiquitus Parisiensi.*
10 *Iure scripto iudicari debent homines linguæ Occitanæ.*
11 *Parlamentum Burdegalense quando creatum, quando Delphinale, Aquense, Rothomagense, Diuionense. nu. 12. 13. 14. & 15.*
16 *Parlamentorum potestas.*
17 *Magistratus dari debent probatis, non probandis.*
18 *Parlamentorum caussæ, & iurisdictio. nu. 19. & 20.*
21 *Parlamentum an legem facere possit.*
22 Curia ordinat: *formula placitorum parlamentorum est, non inferiorum iudicum sententiarum.*
23 *Parlamentorum classes, & tribunalia.*
24 Chambre criminelle, & du temps de vacations, *de quibus iudicent.*
25 *Requestarum iudices, recuperatores, & notio eorum.*

PRinceps †noster Monarcha solus, nullius addictus Principis vel legum imperio, iura subditis & Magistratus ipsos præscribit, iurisdictionisque cuiusque modum ex sententia distribuit, cum regni maioribus districtus & occupatus negotiis, tot populorum non possit audire vel dirimere controuersias. Atque vt id syncerius & iustius faceret, gradus iudicum minorū & maiorum constituit: vt quod à minoribus iudicatum fuisset, à maioribus, ad quos prouocatio esset, diligentius & rursum discuteretur, & si opus esset emendaretur. Attamen ne in infinitum litigantium malitia aut contumacia per varios iudices excurreret, metā imposuit, quatenus prodire fas esset, summosque quosdam adiecit Magistratus cum maiori potestate, in quibus lis finem acciperet. 1

¶†† Hos summos secum principio esse voluit Rex Galliarum & Francorum, vt illis maiestatem vltimæ dictionis adferret. Neque prius huius cōsilii status, vel certus locus, vel stata prius curia, vt tempus definitum fuit considendi, sed indicebatur conuēctus eo loci quo Regi, vt Senatus ille videretur ambulatorius, ibi consistens vbi Regi, & quandiu placuisset: & ad hunc cōfluebant ex quacunque regni parte, vt sine spe prouocationis contendentes negotiorum finem in iure caperent, quemadmodum scribit Gaguinus in Pipino, *li. 3.* 2

¶†† Cuius consilii vestigium remansit in conuentibus, qui postea dicti sunt *grands iours, Des grands iours, in constitu. Ludo. 12. art. 72.* quando videlicet pars Curiæ Parlamenti, æstiuis potissimū diebus, quibus iustitium in fede præcipue est, in aliquam prouinciam ad tempus se transfert, vt sua præsentia facilius crimina expediat prouincialium, aliasque maiores controuersias. Ignorat Gaguinus, vnde hic conuentus habendi mos profluxerit. 3

¶†† Ego tamen arbitror, à Britannia ex instituto Druidum in Gallias peruenisse. Sic enim docet Iulius Cæsar, de Druidum Senatu agens, *Iul. Cæs. lib. 6. Commenta. Li certo anni tempore in finibus Carnutorum, quæ regio totius Galliæ medio habetur, consident in loco consecrato. Huc omnes vndique qui controuersias habent, conueniūt, eorumque decretis iudicisque parent. Disciplina in Britannia inuenta, atque inde in Gallam esse translata existimatur.* Meminit & idem Iulius Cæsar, de his conuentibus Gallicis, lib. 5. *Cæsar conuentibus Galliæ peractis in Illyricum proficiscitur.* Et in Italia fuisse hos conuentus in 7. *Quieta Gallia, Cæsar vt instituerat, ad conuentus peragendos proficiscitur.* Fuerunt & in Bœthica, iuridici cōuentus quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astygitanus, Hispalensis, vt ait Plinius lib. 3. dum de Bæthica agit c. 1. Ita & tempore Regum Francorum, longo interdum annorum interuallo, vt scribit Paulus Æmilius, *lib. 8. in Philip. Pulcro.* in paucos admodum dies indictum consilium alias alibi agebatur ratis initio controuersis: quod ciuitates suæ quæque præfecturæ iudiciis domesticis contentæ, turpe ducebant longinquum summumque auxilium appellatione implorare. Sed paulatim glisscente calumnia, multitudine caussarum increscente, primum quotannis semel, idque in paucos dies: postea & semel & iterum, sed alio quam proxime semper loco, iurisdictio exercebatur. 4

¶†† Tandem à Philippo Pulcro Basilica Lutetiæ Parisiorū in regia vrbis insula ædificata, vbi iudicia sine prouocatione fierēt, ac velut à sinu Regis ius peteretur. Gaguinus refert Ludouico Hutino Philippi Pulcri Regis filio. Sed ad ad patrem melius primū institutum relatum ab Æmilio, vt quæ vaga fuerat antea iu- 5

Digitized by Google

sisdictio in regia vrbe certis sedib. consisteret: ne litigatores peregrè semper & incerti vexarentur in posterum. Id factum circa annum Domini 1294. autumant sub Philippo Pulcro, *Ioan. Montaigne de auctoritate sacri consilij.* & ideo Parlamentum Parisiense, prius dicebatur Franciæ curia, *Ioan. Fab. l. 1. C. de summa trinit.* Exstat constitutio edita à Philippo illo Pulcro, anno 1302. ne Consiliarii Parlamenti ab vrbe abnoctarent, quominus omnibus concessibus curię interessent.

6 ¶† Tunc temporis & Normani domi iura petere velle perseuerabant: Rothomagi, quod ea sit vrbs regionis princeps, quotannis vere ineunte ac autummo sexies septenis in singula ea anni tempora diebus forum agebatur, si per bella aliasve occupationes liceret, quæ sępenumero vel vere accidebant, vel fando prætexebantur: eum conuentum iuridicum Scacharium, pro statario vocitabant, *Paul. Aemil. in Philip. Pulcro, lib. 8.* Sic enim Scacharium interpretatur Paulus Æmilius. Alii tamen Scacharium, dicunt conuentum iuridicum, qui per prouincias fiebat, cum summa potestate dicendi ius de omnibus, non secus quam Parlamętis esset à Germanica voce *Scheken*, id est, mittere. Quia in constitutionibus Regis & Imperatoris Caroli Magni, dicebantur missi dominici, qui illos conuentus iuridicos per prouincias Principis peragebatur.

7 ¶† Parlamentum, Curia illa regia stataria Parisiensis dicta, à causarum auditione & decisione: est enim nomę vulgare Gallicum *parler* loqui, vnde Parlamentum compositum à verbo Græco λαλῶ, & illam appellationem curiis maioribus antiquorum attributam, ostendit Annius Viterbiensis, *in commenta. ad 2. libr. breuiary Philonis.* in quibus explicatę & peroratę causæ decidererentur, ita docet Senatores, qui παλαιοὶ & γέροντες dicebantur etiam verbistas dictos, i. magistros, quorum verbo pareatur. Hinc que dictatores, vt Varro etiam & Festus affirmant, quod eorum dictis obtemperaretur, & quod diceretur is quoque à Consule: & Senatum Romanum: publicę potestatis, Senatorium consiliũ dictionale hoc vnicum Parlamętum, postea dummodo diuisum est per Philippum Longum fratrem Ludouici Hutini, anno Domini 1306. vt notat Budęus, *ad l. fin. de Senator. in annotatio. prior. ad P.*

8 ¶† Sed legendum puto apud Budæum, anno Domini 1316. quo anno tantum regnum obtinu. t: anno quippe 1306, fuit Rex frater Hutinus. Is Philippus Longus trifariam diuisit parlamentũ, quod ex centumuiris constatum est: nempe vt in eo essẽt duodecim Pares Franciæ, seu Duodecemuiri curandę Reipub. caussa octo Magistri supplicationum vel requestarum domus regię: octoginta alii, quorum quadraginta essent clerici, alij laici, *glos. antiqua ad §. qu. circa in verb. Parlamenta, tit. de conclusio. Ecclesiæ Gallic. in pragma. sanction. Guil. Benea. in rep. c. Raynutius, in ver. & vxorem nomine, decis. 2. nu. 187. 188. 189.* Ioannes Lucius, *lib. 3. placito. curiæ, tit. 1. prac. 4.* totam originem paucis explicat, vt Philippus Pulcer anno Domini 1302. certum locum curię Reipublicę assignauerit, Lutetiam regiam vrbem. Postea perennis à Ludouico Hutino constituta sit anno Domini 1315. Quo tempore vel nõ multo post cœpit amplissimus ordo quotannis postridie Martinalium iurisdictionem auspicari, & persequi vsque ad 5. Idus Septembris, reliquo anni tempore iustitio optima ratione contributo.

9 ¶† Cœperunt & actionum curialium tunc formulæ, siue stylus parlamenti. Quo tempore curia Parisiẽsis introducta & stata fuit, eodem & Tholosanum parlamentum constitutum inuenio, anno 1302. in constitutione Philippi Pulcri, art. 47. ea lege si id Tholosanis è re sua videretur. Sic enim se habent constitutionis verba. *Propterea, propter subiectorum nostrorum commodum & causarum expeditionem, proponimus ordinare, quod duo Parlamenta Parisius: & duo Scacharia Rothomagi, dieśque Trecenses, bis tenebuntur in anno. Et quod Parlamentum apud Tholosam tenebitur sicut teneri solebat temporibus retroactis, si gentes terræ consentiant quod à præsidentibus in Parlamento prædicto non appellabunt.* Ex quibus etiam postremis verbis, *Sicut antea teneri solebat, temporibus retroactis.* Colligo etiam parlamentum fuisse antiquius apud Tholosanos, quam Parisienses: sed intermissum fuisse, propter bellorũ tempora. Verisimile enim non est, tantam ciuitatem quæ regia fere semper fuit, & suis Regibus & Comitibus liberis tantum seruiebat eosque habebat, ceterisque vicinis imperauit, Senatu vel consilio summo caruisse. Fuit & Wisigothorum regia, tempore Clodouei primi regis Francorum, quæ Alaricum regem tum habebat, cum eo necato in imperium venit Clodouci. Sicuti & Burdigala, Vesates, Caduci, Ruthieni, Aruerni, totaque Aquitania, vsque ad Pyrenæos montes, *Iaco. Meyerus, lib. 5. Annalium Fland. Annoni. li. 1. ca. 22.* Et Aribertus cum Aquitaniam fouendam accepisset, à Dagoberto rege Francorum & fratre, Tholosam regni sedem erexit, *idem Annoni. lib. 4. histo. Franc. ca. 17.* Postea autem & ad reges Francorum rediit, obsessa sæpe & bellis agitata: vt non mirum, si eius Senatus alio aliquando trãslatus est, & iterum in suam pristinam sedem restitutus. Quare & apparet ex constitutione Caroli 7. anno Domini 1444. stabilitum iterum Tholosæ parlamentum pro lingua Occitana, & pro Aquitania, ad quod Senarchorum & aliorum Iudicum qui intra fines earum regionum iudicarent prouocationes decidendę peruenirent vltimo iudicio.

¶† Conuentum tamen tunc inter Regem & actores seu Syndicos prouincię linguę Occitanię, quorum incolę à Iustino Tectosages sunt nominati, quod scripto iure & communi regerentur. Ex quo nec pro iniqua prouocatione, mulcta seu emenda non deberetur, *Guil. Bened. ad ca. Raynutius, ad ver. & vxorem nomine, decis. 2. nu. 191. de testam.* Ferunt subinde Parlamentum trãslatum Montepelsulum, & postea reuocatum Tholosam, à Ludouic. 11. anno Domini 1461. *Ioan. Montaigne tract. de auctor. sacri consilij.* 10

¶† Et postea Burdegalense in Aquitania à Ludouico 12. erectum, de quo vide constitutionem eius, artic. 75. anni Domini 1499. 11

¶† Delphinale quoque, quod primum fuit consilium creatum per Hubertum Viennensem Delphinum. die 1. Augusti, anno Domini 1040. à consilii nomine mutatum in parlamenti auctoritatem, per Ludouicum 11. anno Domini 1453. *Guid. Pap. q. 44. & q. 454.* 12

¶† Parlamentum vero prouincię Aquense, primo erectum in Senatum per Ludouicũ illius nominis 11. Comitem prouincię, patrem Rhenati vltimi Comitis, anno Domini 1415. Deinde mutatum nomen in consilium, quod & rursum redit in parlamentum, anno Domini 1501. 13

¶† Rothomagi quoque Scacharium transiuit in parlamentum anno 1489. Et Diuioni aliud constitutum. 14

¶† Vt inde colligamus, illam primum curiam vnicam Francię Lutetianam ciuitatem fuisse in septem sedes, quarum illa prima & digniorem, propter regiam ciuitatem habeat: secundam, Tholosanum parlamentum: 3. Burdegalense: 4. Gratianopolitanum: 5. Diuionense, *De Diuionensi parlamento. vide Bartol. Chaya. in prou. consuet. Burgun. ad ver. de nox Parlament. 6.* Aquense: 7. Rothomagense, *Ioan. Montaigne, vbi sup.* Quare opinor omnes Senatores, omnesque curias parlamentorum, cum sint eiusdem propemodum priuilegii & auctoritatis, & ab eodem fere fonte, dici collegas & vnum veluti tempus constituere, non secus quam omnes Cancellarios in regno Francorum. Sicque alterius Curię seu parlamenti Senatoribus, in altera Curia recte aditum patere debere, & ius dicendi sententiam, habita ratione temporis quo in album transcripti sunt eius ordinis, *Et ita etiam Ioan. Lucius scribit iudicatum & seruatum lib. 4. placito. curiæ tom. 7. plac. 5.* 15

¶† De auctoritate & potestate parlamentorum, multa adfert Boerius in commentariis tractatus sacri Consilii: ideo pauca de iis monebimus. Magna quippe & quotidiana eius Senatus est auctorita. & potestas, & quę exigat viros non trium vel quatuor horarum examine in sermone & ingenij perspicacitate probatos, sed multis annis graues, certę experientię & bonę vitę, sine examinatione disputationis, sine disputatione & longa temporis serie perspectos, quorum virtus, conscientia & ingenij dexteritas & probitas, à multis annis cœperit, & perseueraueiit. Memini enim aliquando me legisse in constitutione Ludouici 12. anni 1512. etiam prohibitum in sede Senescharchi Tholosani, ne in consilium assumerentur iudiciorum, nisi praxim aliarum sedium exercuissent, & postulationis munus vltra tres annos. Experientia cum doctrina in iudicis necessaria est, maxime vbi alterius iudicis superioris calculus emendatorius non exspectatur, vt in Senatu: in quo non tantum dicere eloquenter & acute, quantum syncere, mature & bene desiderandum est. Respublica ægra, Senatui curanda vltima sententia cõmittitur: huius morbi, non loquendo subtiliter, sed probe consulendo curantur. Defleo quod in multis Galliarum supremis aliisque Curiis, collegæ admittantur imberbes, & rudes, & noui omnino, sub spe discẽdi. Dolendum quod sufficientiæ eorum Centores, imperfecte iudicium & calculum proferunt, prælata inquisitione. Deus bone, tam perfunctorie de vita & moribus & breuissimo examine doctrinæ, si modo auribus per tres horas placuerint. Cum tamen nummularii & argentarij noua numismata suspecta habentes, non tinnitu tantum, sed & lapide Lydio bonitatem probent. Turpius eiicitur, quam non admittitur hospes. Discunt quidem noui & iuuenes Senatores, idque nõ dissiteor, sed dum discunt, Respublica detrimentum immedicabile capit: discentis vox trutinam in peiorem partem rapit, & væ regno cui hæc sunt, vbi numerãtur non ponderantur voces. Discendi illic non est tempus & locus: sed iudicandi. idque vltimo iudicio. Nam à senatu seu parlamentis, vt de Senatu Romano dictum est antea, prouocari non potest: liceat quamuis supplicare contra Senatus iudicium, *in constitu. Ludoui. 12. anni Dom. 1479.* non quidem vt olim intra 30. annos, sed intra biennii tantum, exemplo supplicationis præfecti PRÆTORIO, *l. 1. de offic. præf. præto. C.* 16

¶† Ægre ferendum est, quod hodie prius Magistratus dentur vel vendantur, quam personæ probentur. Melius olim, & Respublica etiam hilarior, quãdo ex iam probatis meliores ad hoc munus eligebantur, dum ex peritissimis Iurisconsultis, aduocatis: ex optimis aduocatis, Senatores & iudices: ex optimis iudicibus & Senatoribus, Præsides & Cancellarii. Et certe mihi videtur non valde augustum, audire codicillis donatos officiorum 17

& Se-

Digitized by Google

& Senatorum sub incudem reuocari studiorum: idque turpius cum codicillis & munere regio, repulsam merito pati ob ignorantiam: hoc enim mihi videtur esse crimen sacrilegii, reprobare quem Princeps codicillis approbauerit. Sed tamen in hoc curiæ suprema est pro salute Reipubl. reliqua cautio, contra ambitionem petentium Magistratus.

¶ †Causas, quæ sint cognitionis Curiarum supremarum tradidit, constitutio Caroli 7. art. 5. 6. 7. 8. & quæ notio earundem circa iurisdictionem rerum iuris diadematis, vel domanii, constitutio Francisci 1. eius tit. anni 1543. extat & constitutio Latina, de foro competenti. Cognoscunt & de beneficijs vacantib. in regalia in prima actione, *vide de isto casu Ægidium Magist. tit. de regali. c. 12.* de causis Parium Franciæ, si modo illorum interest directe, nō si per obliquum, vt explicat Carol. 7, art. 10. Cognoscunt, in causa prouocationis, nisi expresse prohibeantur à constitutionibus, etiam de iudicatis à Præsidialibus & iudicibus regis, delegatiue à Rege, & à conseruatorib. vniuersitatum, conseruatoribus apostolicis, & aliis iudicibus Ecclesiasticis per viam abusus, exsecutoribus arestorum, consiliarijs libellorum supplicum palatij, Magistris supplicum domus regiæ & thesaurarij. vide Rebuff. in constitutio. regias tit. de appellationibus ab abusu, glos. 3. art. 1.

¶ †Sed etsi nomophylax seu cancellarius interdum prouocationis codicillos negauerit, ad curiam prouocantibus, per oraculum Parlamenti impetrantur: & proinde ac si obtenti essent eius auctoritate pronuntiatur. *Io. Lucius lib. 4. Placito. curiæ, plac. 2. & 4.* A præfectis etiam rationum regiarum curiam appellari posse, pronuntiatum est 4. Non. Septemb. 1383. *idem eod. pla. 3. 6. & 7.* Committuntur & pleraque à principe supremis curijs, prætor ordinem discutienda, quæ ibi tantum explicari possunt: vt causæ capitulares, Prælatorum, Comitum, Baronum, ciuitatum, quibus id iure singulari datum est ex Caroli 7. constit. art. 5. Proculdubio etiam apud Senatum, tractanda omnis accessoria arestatorum curiæ eiusdem, à qua processerunt: exsecutiones, interpretationes, reformationes arestorum, siue per viam supplicationis ciuilis, siue per propositionem erroris impugnētur.

¶ † Interdum cognouerunt de duello, & monomachia priuatorum. Decernendæ item in exteros pignorationis seu clarigationis, quam nunc *repressalias* appellant, ius & potestatem olim curiæ supremæ fuisse probare potest Senatus curiæ Parisiensis supremæ placitum quæ tamen nunc penes solum principē esse videmus, *idem Luc. vbi sup. pla. 1.*

¶ †Sicuti & leges quidem ratione iurisdictionis in suo territorio Parlamentum facere potest, & de quibus constitutio regia aduersum non inhibeat: ut sine consensu principis leges statuere, non potest. *Io. Faber in l. fi. Cod. de legi. Aufre. in additio. ad quæst. Tholos. 405. Ioan. Faber. & Angel. Aretin. in §. sed & quod Principi placuit, de iure natur.* Sicque intelligo quæ de summa eius potestate traduntur: multa quamuis publicanda mittat Senatui Princeps, hæc ita demum constitutionis vim in territorio Senatus habent, cum publicata seu approbata fuerunt, iuxta l. humanum, C. de legibus. Consilij enim causa, non tanquā Rex, id facit. Melius tamen non diffiteor Rempubl. se habituram, si Rex noster Christianissimus ex Senatuum tantum suorum consilio, leges ferret plurium iudicio expensas, & mature consultas, plus enim plures probi & boni, quam pauci, ingenio & cōsilio pollent. Et Magistratus optimi, regi addictissimi, ea etiam conscientia esse debent, vt malint se abdicare magistratu, quam in Deum & principem consensu adulatorio peccare.

22 ¶ † Obseruarunt interpretes curiam supremam non vti inscriptione regia, sed curiæ. Dum enim statuit, hac formula vtitur, *La cour ordonne*, non autem *Le Roy ordonne*, aut *Le Roy veut et*: quia formula illa, *Rex statuit*, est propria consilij, in quo Cancellarius, magnus Regis Consiliarius, eo modo edicta pronuntiat, *Iacob. Bananius de Sanseto, ad Ioan. de terra rubea, in prax. com. ra rebelles, Ioan. Montagne, in tracta. de auctorit. magni. consil.* Neque etiam illa verba, *curia statuit, curia præcipit*, aliis iudicibus quam Parlamento permittuntur, *Bonaud. de Sanse. vbi supr.*

23 ¶ † Curia Parlamentorum in classes diuisa est, primumq; tribunal, Parlamenti nomen retinet, vocant *l'audiance*, vbi peroratæ causæ deciduntur. Reliquæ classes propria nomina habēt, vt primæ secundæ aut tertiæ classis inquestarum, in quibus sunt proprij Doctores seu Præsides. Alia classis si adest, dicitur Requestarum seu libellorum. Tribunal primum, & classis Inquestarum, supremo iudicio sine prouocatione decidunt lites. Primum vt plerunque, ex tempore explicata, terminat: vel si quid consilio dignum sit, non liquere tunc, sed amplius deliberādum censet. In classibus vero Inquestarum, negotia quæ ex scripturis & probationibus perpendendis & percurrendis constant, diiudicantur. Statuit Ludouicus 12. anno Domini 1499. artic. 74. Senatores seu Consiliarios priusquam in orchestrum maioris tribunalis seu audientiæ, dicunt *cameram magnam*, conscendant, versari debere & veluti præludere in classibus inquisitionis, seu inquestarum.

¶ †Est & Tholus criminalium causarum, vbi & causæ perorantur criminales summo iudicio, vocant *Chambre de la tournelle*, pro quarum decisione ex curia certi deliguntur quotannis, eaque classis nunquam iustitiam facit, & exigit assiduos suos Senatores, ex constitutione Caroli 8. artic. 90. Et tempore iustitij, residet in curia quoque classis iudicum delectorum ex omnib. ante finem Parlamenti, vocant *Chambre seant au temps des vacations*, aut *Chambre retenue*. Cui certæ summæ tantum notio, videlicet reditus centum librarum, vel rerum valoris centum librarum, datur: & beneficiorum valoris annui ducentorum aureorum, ex constit. Franc. 4. *des abbreuiations de proces*, anni 1539. artic. 1. 2. 3. 24

¶ †At requestarum iudices, sunt ex Parlamenti corpore, veluti recuperatores & delegati à Principe in causis ciuilibus priuilegiatarum personarum: vnde vocantur Commissarij requestarum: & priuilegia quæ illis diriguntur, vocantur *Committimus*: quod per diplomata Cancellariæ, illis notio committatur causarum possessionis & personarum, *Constitutio Ludouici 12. art. 42. & 43. Caroli 8. artic. 76.* Quæ personæ habeant causas commissas huic curiæ, tradunt constitutiones propriæ. Ab istis ad curiam supremam est prouocatio, vt à iudicibus regis alijs. Non cognoscunt de criminalibus principaliter, vbi regij procuratores instant: nisi illæ criminales quæstiones incidat potē motam causam in quæstionem. Non item cognoscunt de hypothecarijs, *Molina. in 7. par. styli parlamen. arresto 93.* nec generaliter de in rem actionibus alijs, neque nisi inter personas priuilegiatas: quales sunt præcipui officiarij diadematis, seu *de la couronne*, Senatores priuati consilij, Magistri libellorum ordinarij domus regiæ, notarij & secretarij, domestici & officiarij salario donati, eius, vel augustæ, fratrum, sororum, auunculorum, materterarum, filiorum Franciæ, nisi negotiatores sint. Item officiarij curiarum supremarum, duodecim aduocati Senatus Parisiensis, famæ hilarioris: sex aliorum Senatuum, totidem & procuratores, capitula, communitates, ecclesiæ pro rebus ecclesiasticis tantum. 25

De Consilio Principis, seu de consilio Prætoriano vel aulico.

Cap. 28.

1 *Senatus olim, consilium proximum Principis,*
2 *Octauius sibi consilium semestre elegit.*
3 *Consilium magnum & primatum Principis: quis ei præsideat, & ex quibus Senatores eius delecti. Et nu. 4. & 5.*
6 *Consilium magnum, olim consilium primatum Regis sine iurisdictione contentiosa.*
Nec tantæ auctoritatis, ac Parlamentum: à quo eliguntur eius Senatores: eius iurisdictio & sedendi modus, fines, & priuilegia, nu. 7, 8. 9. 10. & 11.

QVandiu † Senatus Franciæ sequebatur principem, nec certum locum receperat, tandiu is erat & sacrum illius consilium. Sed vbi legem consedendi perpetuo in aliquo loco accepit, opus fuit delectu virorum, qui sequerentur consilij causa principem. Quemadmodum & apud Romanos Ælius Adrianus quodammodo Senatum Romanum in aulam suam transtulit. Nam receptis Senatorum optimatibus in amicorum cohortem, quę superiorum Imperatorum temporibus promiscue constare solebat ex Equestri ordine ac Senatorio, domesticum quendam Senatum circa se habuit. Qui, quoniam is continuatis pene, delectaretur peregrinationibus, comitatus Cęsaris dici cœpit. & ipsius amici, Comites, quorum consilijs & opera, in bello & pace vsus est, *Ælius Spartia. in Adrian.* 1

¶ †Octauius Cęsar etiam sibi instituit sortiri semestria consilia ex Senatu: ne inuidia contemnere aliquos videretur, cū quibus de negotijs ad Senatum frequentem referendis ante tractaret, *Sueton. in August. ca. 35.* Legimus fere omnes reges & monarchas aliquod cōsilium penes se habuisse, cum grauia pertractarent. Vt de Asuero legitur Hester c. 1. de Alexandro Magno, & alijs. 2

¶ † Consilium Magnum est veluti consilij priuati & sacri Regis appendix, in quod tantum proximi sanguine heroes, & selecti admodum pauci admittuntur, *vide Budæum, ad l. fin. de Senator. vbi primatum strictum & interius aulicum fuisse dictum ait.* 3

¶ † Cancellario magno, & Magistris libellorum domus regiæ assident Senatores huius ordinis, semestri partito labore, *Ludo. 12. in consti. de l'augmentation du grand conseil.* Præsidet namque si ibi adsit Cancellarius, & eo absente præsens si sit. Sin minus olim in tribunali iuridico controuersiarum, antiquior ex consiliarijs laicis: in sessionibus consilij, antiquior ex clericis. 4

¶ † Consilij istius causa, olim aduocabantur ex curijs supremis Senatores principio: subinde tamen, cum illi in propriis se- 5

Digitized by Google

dibus desideratentur necessarii : satius visum est ei ordini alios allegere, qui sequerentur sine prouincialium incōmodo Principem, & cum Cancellario negotia ad principem relata, eius auctoritate diiudicarent. Quemadmodum Præfectus prætorio, & Quæstor sacri palatii, tempore Theodosii & Valentiniani, Iudiciis sacris præsidebant, & disceptationibus ad Imperatores relatis, illis in negotiis orbis occupatis, *l. præcipimus, de appellatio. lib. 7. C. tit. 62.* Scribit Cassiodorus curiales dictos fuisse olim appellatione minoris Senatus, quos poterat verberare Præfectus Prætorio, *Cass. lib. 6. variar. cap. 3. in formula præfecti prætor.*

6 ¶ †Carolus Molinæus ad quæst. 192. in decisis per arresta apud Ioan. Gallum, per illum quæstionem tradit, magnum consilium olim vbi erat Cancellarius, nihil aliud fuisse quam priuatū Regis consilium: hodie tamen fieri iurisdictionem contentiosam & ordinariam.

7 ¶ † Notat & in quæstione 109. consilium fuisse regium, quod magnum consilium dicimus, nec tantæ esse auctoritatis, ac est curia parlamenti. Sicque in omnibus diplomatibus, vt scribit Ioannes Lucius, *li. 4. Pacto. tit. 1. plac. 10.* in quibus ordinis amplissimi, id est, Senatus, & prætoriani consilii, id est, magni consilii mentionem haberi contingit: ipse semper amplissimus ordo præponendus est. Quod & Carolus 8. rescripsit, & in acta publica regestum est Idib. Iunij 1499. Profert idem placita, quibus dictum à curia ad prætorianum consilium auocationem non fieri, *idem Luc. d. lib. 4. tit. 1. pla. 5.* & contra à prætoriano consilio prouocanti ad curiam supremam, exercendæ prouocationis potestatem fieri, eamque in rem curiales codicillos dari, *idem eo. pla. 9.*

8 ¶ † Deliguntur istius consilii Senatores à Principe, nec enim ab alio Principi dantur, vt dabantur Lacedæmoniorum regibus. Neque tenetur princeps, si nolit, sententias eorum sequi: quia neque qui tenetur aliquos in consilium adhibere, tenetur eorū sententiam sequi, *cum olim, de arbitr.* Facit dictum & ratio Xerxis, qui Græciæ bellum inferentibus, adhibitis Aliæ principibus: *Ad vestram, inquit, me tam ammodo vsus consilio, vos contraxi. Veruntamen mementote, parentium magnorum vobis, quam seruientium, Val. Max. li. 9. c. 5.*

9 ¶† Huic consilio quæ iurisdictionis contentiosæ & ordinariæ, præscripta sunt constitutionibus regis, quæ pragmaticis vel cognitæ sunt. Cognoscebant & de controuersiis ex causa episcopatuum, abbatiarum, archiepiscopatuum, & aliorum beneficiorum ad nominationem regiam pertinentium exceptis regalibus. Item de leprosariis, hospitalibus, pedagiis petitis à dominis cōtra mercatores, qui terra vel aqua negotiātur: nisi aliis curiis priuilegio committantur. Idem de contrarietate & nullitate arrestorum, *Rebuff. in const. regiis tit. de grana. concil. artic. 14. vsque plenam horum & aliorum iuris factionem illius concessam edicto Henri. 2. ann. 1557. 2. Septemb.* nisi arresta data essent in priuato Regis consilio, vt arresto dictum est magni consilii 4. Ianuarii 1553. Cognoscunt de controuersiis finium ten territoriorum curiarum suprematū, de prouocationib. à præposito domus regiæ, in causis tantum ciuilibus, Alia Franciscus Rex eius nominis primus, quædam illis concessit, anno Domini 1531. Maij 10. Quæ postea ademit & assignauit iurisdictioni parlamentorum, Baillliuorum, Senarchorum, & iudicum regalium, vt testatur edictum constitutio eiusdem mensis Martii, anni 1541. Cetera, constitutio Comitiorū Aureliæ habitorum, art. 3. inhibuit consilio prætoriano iurisdictionem aliarum causarum, quam suæ creationis prioris: neue se immiscerent de contrarietate aut nullitate arrestorum curiarum suprematum. Remanerent autem illius potestas in sua iurisdictione suprema sine prouocatione: & causarum de quib. rite cognouit iudicia in quacunque regni parte exsequi posset. *Ex constitu. Lud. 12. publicata an. Domini 1498.*

10 ¶Formulas † sedendi iurisdicendi, & conueniendi, poteris facile discere ex stylo magni consilij. Fines & rationes institutionis huius ordinis sunt, tuuare consilio Principem, vel eius magnum Consiliarium Cancellarū, *l. iurisperitos, de exc. tut. P.* Iitesque circuncidere. Senatores huius Curiæ illustrat latens Principis comitatus, immunitatibus pluribus & priuilegiis idcirco donati, *l. vnic. de præpos. lab. li. 12. C. tit. 18.* Inter domesticos principis transcripti, literis seu codicillis publice ea de re datis, &c. Martij 1547. publicatis & actis inscriptis, regesto consilii magni, 23. Apr. 1548. Indultum & personis Ecclesiasticis eius ordinis, ne ad contributionem decimarum, quas à beneficiis percipit Rex, teneantur pro beneficiis per illos possessis: exceptis abbatiis & Episcopatibus, vt codicillis regiis declaratum, publicatis in dicto consil. 26. Apr. an. Domini 1548. Omitto cetera priuilegia, quæ satis nota sunt.

1 *Cancellarij, scribæ dicti.*
2 *Cancellarius Franciæ cur ita dictus, à quibus & ex quibus electus, potestas, & officium eius, nu. 6. 7. 8. & 9.*
3 *Rex Galliæ per interpretem respondet.*
4 *Reges Assyriorum non omnibus visi.*
5 *Persarum Regem nemo videt, nisi edoctus à Chiliarcho de adoratione eius.*
10 *Cancellariorum in Gallia varia nomina.*
Et Cancellariatus officium quis ferat instituisse: eius insignia, similis Quæstori Cancellario, nu. 11. 12. 13. & seq.
14 *Cancellarij fuerunt Imperatoribus: Regibus Anglicis, & à quo tempore, nu. 15.*
16 *Cancellarij officium: & munera: adiuua nu. 17.*
18 *Libellorum Magistri qui, quot per successionem temporum in Gallia: ordinarij, & extraordinarij: eorum notio, num. 19. 20. & 21.*
22 *Officiorum controuersiæ coram quo iudice tractentur in Gallia.*
23 *Cancellariæ cur singulis Parlamentis coniunctæ.*
24 *Sigillorum regiorum in Cancellaria Senatores custodes.*
25 Audiencier *quid & eius munus.*
26 *Cancellaria quos codicillos veniales concedere possit.*
27 *Cancellarius magnus quæ rescripta per se subscribat.*

MEminimus superiori capite, † de Cancellario cōsilii Prætoriani præside, seu principe: ideo pauca de eo seorsum dicenda. Cancellarii nomen in constitutionibus Caroli Magni, & Lotharii, pro notario & scriba quolibet ponitur. Sic enim legitur in Capitularibus Caroli Magni, *commentario illustratis per Ameibachium, c. 11. tit. hæc sunt capitula, quæ pro lege obseruanda. Vt nullus Cancellarius pro vllo iudicato, aut scripto, aliquid amplius accipere audeat, quam dimidiam liberam argenti, de maioribus scripta, &c.* Est & in legibus Longobardorum, *lib. 2. leg. Longo.* titulus de Scribinis & Cancellariis. Wolffangus Lazius, Cancellarios scribas dictos, quod intra Cancellos scriberent, & ita in lege Salica vsurpari, *lib. 2. commentar. de repub. c. 4.* Consentit Philippus Beroaldus, in Poesi, & in Hendecasyllabis de officio scribæ,

Cancellarius, inquit, vt recentiori
Scribas nomine nuncupem, vetustos.
Dicti qui capit, &c.

1

¶Sic †& in iure Iudices dicuntur habere Cancellarios, *in rubric. & l. 3. de assess. & domesticis, & Cancellarium iudicum, C. lib. 1. tit. 52.* Sed hæc est appellatio nominis generalis, quæ in Magistratu hoc summo restringitur, *κατ' ἐξοχὴν*, ad vnum Cancellarium, dictum magnum Consiliarium olim Regis. Et alij quidem putant, Cancellarium hunc dici, à cancellis aulæ principis, intra quos princeps residebat supplicantibus aut consulentibus responsurus: is autem Cancellarius ei assidebat, & eius nomine per Cancellos respondebat.

2

¶ Non † enim per se principes nostri perpetuo respondent, sed per alium sæpe vt per interpretem. Cuius munus Cancellarius exsequitur nunc. Et maxime tunc cum nostri Reges nonnisi Calendis Maii videri poterant, quibus tantum prodibāt in publicum & salutabāntur, reliquo anni tempore per Maiorem domus & alios negotia expedientes regni, *Tritem. li. 1. breuiarij histor. Franci.*

3

¶† Sicuti apud Assyrios à tempore Nini, qui Zames Nineas dictus, vsque ad Sardanapalum, cui regnum ab Arbaēto ademtū, & in Medos translatum, Reges per internuntios responsa tantum dabant, raro à viris visi, *Iustinus ex Trogo li. 1.*

4

¶† Narrat & Æmilius Probus, quod nemo ad Regem Persarū accedebat, quin prius more patrio ad Chiliarchum eius veniret, qui doceret & moneret eum qui in conspectu Regis venturus erat, Regem venerari, *in Conone.* Tradunt & Hannibalē post Cannensem victoriam elatum, nonnisi per interpretem loqui solidum.

5

¶Alij †Cancellarium à cancellando, id est, à licerando & inducendo: Illud enim cancellare significat, *Val. Max. lib. 9. cap. 5.* quod potestatis eius sit Cācellarius, vt possit, si præter æquitatem & ius videat libellos vel codicillos oblatos subscribendos, vel sigillo regio authorandos inducere, cancellare, & reiicere, *l. cancellauerat, de his quæ in test. delen. l. inauctum, cum glo. C. de solutio.* Quemadmodum & libellorum alij Magistri, æquitatis & iustitiæ tantum libellos admittere & suscipere, male autem & iniuste conceptos reiicere debent *glo. in l. 1. in verb. libellu. de offic. assess. tex. & glo. sacerdotibus, 11. q. 1. l. sicut, de paga.* C. Vnus hic Cācellarius præcipuus ideo absolute dicitur Cancellarius, vel magnus Cancellarius, vel Cancellarius Franciæ: alij namque eius sunt subadiuuæ, vt Magistri libellorum, & Cancellariarum officia.

6

¶Eligebatur † hic Cancellarius olim ex Curia Parisiensi suprema per Senatores & Præsides eiusdem, summa cum diligentia, qui magis esset idoneus tanto muneri. Sed postea Rex sibi hanc electionem reseruauit, & non tantum ex vno Senatu, sed ex reliquis eum qui sibi videtur huic muneri commodior. Cācellarium cōstituit, qui post electionem iurat in manibus Regis, se

7

De Cancellario seu Nomophylace, vel Iuris præfecto Galliæ.

Cap. 29.

Digitized by Google

gis, se probe & incorrupte officio suo functurum, quod mandatis eius obtemperabit, quod consulet quod è re eius, & vtilitate Reip. sibi iustum æquumque videbitur, nihil odio, fauore aut gratia cuiuspiam faciet: eiuratque sacramentum fidelitatis, si quod aliud alicui fecerit, vide formam optimam & vere dignam Rege, & iuramenti verba concepta, apud Ioan. Lucium, lib. 3. placitor. tit. 7. plac. 1.

8 ¶ Est † huius maxima potestas & dignitas Principis os, quod mentem Regis explicat, & leges eius nemine figit & refigit, præfectus iuris & æquitatis custos, & dispensator supra iuris rigidas leges. De potestate & dignitate Cancellarij Luc. de Pen. in rubr. de Præf. præt. lib. 12. C. Bud. in tit. de offic. Præf. Præto. in P. & ibi, Purpuratus in l. 1. col. 11. Chassa. in Catal. gloriæ mundi, 7. par. consi. 7. Guillelm. Bened. in cap. Raynutius, in verba, & vxorem nomine, nu. 105. de testament.

Hic est qui leges regni cancellat iniquas,
Et mandata pii Principis æqua facit.
Si quid obest populo, vel legibus est inimicum.
Quicquid obest per eum definit esse nocens, Luc. de Pen. ad l. neminem. de decurio. lib. 12. C.

Paulus Æmilius Cancellarium nostrum posse dici præfectũ iuris, voce etiam à Liuio vsurpata, ait lib. 3. in Philippo primo. Referrque lib. 8. in Ludouico Hutino, tantam potestatem sibi arrogasse Engerranum Cancellarium eius, vt vnus omnia posse & solus dominari videretur, & nullus regiis literis obediret, nisi coniuncta ab Engerrano epistola, quę dicto audientes esse iuberet: nec coactores regię pecuniæ, † mensarij. cum quippiam numerare iussi erant, à rege, ne assem quidem depromisissem, nisi Engerrano.

10 ¶ Magna † auctoritas huius Cancellarij semper in Gallia, sed nomen aliud, nam Momaldus Allefolius, quatenus per historias memoriam huius Magistratus alius repetere licuit ex Trithemii breuiario & aliis historiæ auctoribus, Magnus consiliarius dictus est Francię, sub Merouęo, & Childerico eius filio. Annonius vocat hunc Vnimomadum, *seu, vt alij, Aymoni. lib. 2. hist. Franc. cap. 7.* cuius consilio Childericus omnia ageret, dum regni potiretur sceptro, anno Dom. 461. huic in regimine successit in potestate sub Clothario & Chilperico, vt ait Vincentius Beanneſius, Parulus: postea Iniuriosus, qui successit Bauduinus Episcopus Tullensis in Lotharingia, & eum dictum referendarium tunc testatur Isidorus Hispalensis in Chronico ab initio mundi vsque ad Heracuum Imperatorem. Alij iis successerunt, qui nec his nominibus dicti, sed feruli annulorum regiorum, quales dici possunt, *garde des anneaux ou seaux du Roy*, quales fuerunt paulo ante Poncherus Senonensis Archiepiscopus, Montelonus, Chemantus, Bertrandus, Moriuleus, qui tamẽ Cancellarij tunc non erant sed pro Cancellario, custodes sigillorum. Cancellarij dignitatem in officium etiam transiuisse quidam putant, quo tempore Childebertus eius nominis Rex primus, instituit illud officium regium, ficuti & Connestabulum, Admiraldum, Magistrum Baliſtariorum, Camerarium & cubicularium, Præfectumque equorum regiorum, quem vocarunt postea *grand Escuyer*, Sic enim refert antiquus Chronicorum Galliæ auctor.

11 ¶ † Dicuntur & Archigrammatei Cancellarij, Archicancellarij, qui regium diadema pro insigni ferant, vocant *Mortier*, insignitum vnionibus & auro, & paludamentum, & focale, & sigilla regia, seu anulum signatorium olim. Ferunt enim diadematis speciem ij & præsides Senatuum, qui expressius referunt Maiestatis regię munus.

12 ¶ † Sic tradit Plato in Minoe, Rhadamantum curam regiã pro Minoe subiisse, & instructum in parte regia ea, vt ius probe omnibus diceret. Nec fuerunt vnquam vix Principes aut Monarchę, qui secum aliquem non haberent, qui præcipuam consij sui & annuli seu sigilli habuerint curam, & cum ea fere regiam post principem auctoritatem, quamuis nominibus aliis appellarentur.

¶ † Talis præfectus annuli & sigilli regij, legitur fuisse Aman Assueri imperatoris Medorum & Persarum, *Hester. c. 3. & 8.* qui nomine Regis rescripta & mandata signabat: cui suspenso ob calumnias & annuli abusum successit Mardocheus, cui etiam traditus annulus Regis, & factus est princeps palatij, & super scribas & librarios Regis fuit præpositus, *ibid. c. 8. & 9.* Balthasar etiam talem constituit Danielem, postquam explicauit diuina mysteria, *Dani. 5. & 6.* Talis in domo Pharaonis regis Ægypti Ioseph, ad quem Rex dixit, *quia ostendit tibi Deus omnia quæ locutus est: nunquid sapientiorem & tibi similem inuenire potero? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet. Vno tantum regni solio te præcedam.* Rursumq; ad eum. *Ecce constituí te super vniuersam terram Ægypti: tulitq; annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius, vestiuitq; eum stola Byssina & collo torquem aureum circumposuit, fecitque ascendere super currum suũ secundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & scirent præpositum vniuersæ terræ Ægypti, &c. Gen. 41.*

¶ Hancque huius dignitatem Cassiodorus *lib. 6. varia. c. 3. in formula Præf. Prætor.* dixit esse Cancellarij munus, Liuius quoque indicat, Regis scribam fuisse secundę post Regem dignitatis, dum de Cn. Minutio, in 2. sic scribit: *Cum militibus stipendium forte daretur & scriba cum Rege sedens pari fere ornatu multa ageret,* &c. Et postea scribam pro rege, obtruncatum dit. Scribit Plutarchus in Alexandro, Eumenem fuisse Archigrammatea, id est, Principem Cancellariorum Alexandri magni. Atque hoc munus fuisse inter Imperatores, sub Caio saltem Cęsare, non obscure indicat Iustinus ex Trogo, dum referente Iustino, *lib. 43.* Trogus scripsit, patrem suum Trogum Pompeium sub Caio Cęsare militasse epistolarumque & legationum simul & annuli curam habuisse. Quod habuerint autem & alij Cęsares Cancellarii nominis viros eximios, probabit Abbas Vrspergensis, qui in Chronico anni millesimi centesimi vndecimi tradit Henricum 4. eius nominis Imperatorem habuisse Cancellariũ episcopum Maguntię, & eius consilio omnia fere gessisse. Et rursum dum agit de Friderico 1. Ænobarbo, seu *Barberousse*, dicit ei fuisse Cancellarium nomine Raynaldum.

¶ Polydorus † Vergil. *lib. 9. hist. Angli.* narrat Guillelmũ Cõquęstorem dictum regem Anglię, anno Domini 1070. cum & 15
conuentus iuridicos statuisset, vt in Gallia antea ex eius voluntate indictos statariã etiã sine prouocatione curiã apud Westmonasterium, fiscũ, & procuratores erarij, instituisse etiam collegium scribarum, qui diplomata scriberent, & eius collegij magistrum vocasse Cancellarium, qui paulatim supremus effectus est Magistratus, qualis hodie habetur. Dicit alibi, *lib. 13. in Hen. 2.* magnũ regni Cancellariũ, & munus eius esse consultante de Rep. in Comitiis generalibus per procuratores populo coram Rege, rogandi sententias etiam Regis, *idem lib. 11. in Henr. 1.* Est apud Mascouitas supremus Consiliarius, qui apud principem versatur, dictus, Ocolnik, *Sigism. Baro. in reb. Moscouiticis.* § † Cã- 16
cellarius autem dictat rescripta, vel dictata legit, & subscribit à principe impetrata. Sicuti olim faciebat apud imperatores Quęstor, vt constat ex §. 1. Nouel. Vt diuinę iussio. hab. subscriptio. glorioſi. Quęstoris. Similem enim faciunt Cancellarium quidam huic Quęstori Principis: vel hunc dicunt habere eius potestatem, *Guil. Bened. ad c. Raynut. ad ver. duas habens filios, 2. decis. nu. 195. & seq.* Quam obrem vt ille Quæstor, & hic cauet, ne contra id quod oportet rescripta dictentur, vel eliciantur, *§. quia vero verisimile, de non alie. reb. eccl. in auth. l. fi. ae diuer. rescr. C.* neue ea subscribantur, *l. fi. de pet. bono. subla. lib. 10. C. tit. 12.* Vtq; e Quęstor olim, minoris laterculi seu thesauri & officiorum eius habebat curam, *l. 1. de offic. q. li. 1. C. tit. 33.* sic & hic, curando thesauro, quod vocant, Financias, officium exhibet. Fungitur & officio Quęstoris palatij cognoscentis de appellationibus, & aliis quæstionibus, quę ad Imperatorem deferebantur: is enim occupatus circa negotia imperij, remittebat eas ad illustrem Præfectum prætorio, & illustrem Quęstorem sui palatij, *l. præcipimus, 32. l. si quando, 36. D. de appellat.* Per hunc Rex legationes ad se missas audit, & respondet eisdem. Hic sigilla regia conseruat, hisque subnotat. assidet Regi in facto interiori consilio: præsidet autem in magno. In curijs supremis cum adfuerit, primum locum post regium occupat. Huic aliquando curia suprema Parisiorum imperauit codicillos aliquos subscribere: Verum Cancellarius à Prato, impetrauit à principe Francisco eius nominis primo, pro se & successoribus in officio, ne post hac curię supremę obtemperare tenerentur.

§ † Et quia sub dispositione vtri illustris Quęstoris, erant leges dictandę, & preces: sic & illi habebant subadiuuantes, & ad- 17
iutores memoriales de scriniis diuersis, qui tantam leuarent curam, *in lib. inscripto, notitia vtraque. tum Orientis, tum occidentis,* Magister scriniorum erat qui habebat & sub se magistros scriniorum memoriæ, epistolarum, libellorum. Magister memorię, annotationes omnes dictabat, emittebat, & precibus respondebat. Magister epistolarum, legationes ciuitatum, consultationes, & preces tractabat. Magister libellorum, cognitiones & preces tractabat. officium autem nemo ipsorum habebat, sed adiutores electos de scriniis, vt scribitur in notitia vtraque imperij. Adiutores magistri officiorum, duodecim: magistri epistolarum seu libellorum sacrorum, septem, *l. comperimus, ad prox. sacr. scrinio. li. 12. C. l. si quando, C. de appellat.* Erant & Referendarij sacri palatij, qui libellorum oblatorum referebant petita ipsi principi, quęque subditi ab eo postularent, *Constituti. Nouell. 11. tot. tit. de referend. sacri. pa. a. & §. non enim aliter, tit. quom. oper. epis. in auth. de libellis agente Papin. in l. rescriptum de distract. pig. P. vide de libellis, scriniis & eorum præpositis Bud. in l. nec quicquam, de offic. proc. P.*

¶ Pari † modo Cancellarii Francię habent sub se adiuuas, qui eos releuent ab onere subscribendi, nempe quos vocant Secretarios: habent & in libellis excipiendis vel perpendendis, magistros libellorum, & illis minores Cancellariis subadiuuas, referendarios dictos, qui referunt in consilio, corã Cancellarię præside vel magistro libellorum. sigillorũue custode, petita per libellos. Et horum omnium in dispositione legum Romanorũ Imperatorum quodammodo adūbrata officia in titulo, de proximis sacrorum scriniorũ, li 12. C. tit. 19. & in tit. 20. de agent. in reb. & 21. tit. de præpositis agentium in reb. co. lib. 12. C.

¶ Primum † in Gallia, magistri libellorum tantum duo, vnus laicus, alius ecclesiasticus, qui in comitatu Principis oblata 19

Digitized by Google

ē preces susciperetur. Subinde anno millesimo ducentesimo octuagesimoquinto, paulo ante tempora Philippi Pulcri, cōstitutū vt dos literati viri Cancellario assisterent, tres autem iura redderēt ad vestibulum regiæ: anno 1342. numerus auctus & sex facti, quo tempore Magistri libellorum cęperunt dici. Rex Ioannes inde quatuor cōstitutione ea lege creauit, vt bini comitatu Regio alternis mensibus essent. Dehinc anno 1407. octo creati, plures postea, *vide Rebuffum, in ordinatio. prime. lib. 1. titu. 5.*

20 ¶ Fuerunt † & magistri libellorum in duplici differentia, alii ordinarii, qui stipēdiis regiis gaudent: alii extraordinarij sine stipendiis, & codicillares vtriq; à rege creati. Verum postea Aureliæ in comitiis, constitutione art. 33. expuncti extraordinarii, omnibusq; aliis quam ordinariis interdictum munus.

21 ¶ Iiorum † iurisdictioni relinquebatur notio, de officiorum controuersia & eorum litiū disceptatione, quæ iis intēderetur, qui in comitatu Principis officio aliquo fungerētur: & de personalibus actionibus, & possessione inter easdē personas cōtrouersa, *Cōst. Phil. Pulcri in 3. par. sty. parla. tit. 2. §. 10.* Quæ postea iurisdictio translata est in recuperatores libellares ad basilicam, quos vocant *Commissaires des requestes du Palais*, reseruatis quibusdam capitulis.

22 ¶ † Nam magistri libellorum regii hospitii in propria curia quæ sedet Parisiis, sicut & curia requestarū, cognoscūt in prima actione seu instātia, de causis magistrorum libellorum palatii, vel filiorum illorum, promouent in pure personalibus actionibus, & possessoriis, ex constitutione Ludouici 12. edita 1499. art. 45. & 49. & olim cognoscebant de controuersiis actuariorum, insinuationum pro finibus limitibus, & locis excipiendarum insinuationū ex constitutione Henrici 2. an. 1553. Hodie tamen cōtrouersiarum illarum fomes sublatus, suppressis insinuationū actuariis, & delata insinuationū auctoritate ordinariis locorum iudicibus, per constitutionem editam in comitiis Aureliæ habitis, art. 83. Retinēt & hodie notionem de causa possessionis & personaliū actionū inter aulicos officiarios qui in comitatu ordinario sunt, quos vocant, *de la suite*, idq; tantum defēdendo: & concurrūt cum præposito hospitii, quē & vocāt *Preuoſt de l'hoſtel*, in iurisdictione illorum, vt liquet ex constitutione regis Ioannis, an. 1355. art. 1. constitutione Philippi Pulcri, art. 6. Franc. 1. an 1539. Iudicant & de omni controuersia, officiorum regiorum, siue illa sint antiquæ vel nouæ creationis, quomodocunq; & per quemcunq; modum vacationis fuerint impetrata: si inter impetrantes quæstio de titulo sit, vtroq; dicente se habere iustum, quo defendatur, titulum. Si tamen quęstio in officio moueatur contra impetrantem officium, per illos qui intercedunt, & obiiciunt, vel per subreptionem impetratum, vel in damnum Reipublicæ creatum, notio tunc ad Senatum, cui dirigitur publicatio vel receptio officiarii, pertinet: perinde ac si quæstio solum esset de exsecutione vel exercitio officii, vt notat Rebuffus, li. 1. ordinatio. Regia. tit. 5. Horum quoq; magistrorum libellorum munus est, dum in comitatu sunt, referre & exponere Principi recusationes propositas libello contra curias supremas Parlamentorum, easq; iudicare in priuato vel sāctiori Regis cōsilio, vt habebatur in constitutionibus Aureliacensibus, art. 38. Atque in aula principis modus eduliis ex eorum consilio imponitur.

23 ¶ Iuuant † etiam Cancellarium magnum illi, qui Cancellariis seu officinis æquitatis iuxta singulas supremas curias, præpositi sunt. Voluit enim Princeps ita distribui officinas, vt sūtibus litigantium parceretur: & ne prouinciarum negotia turbarētur. Et idcirco quia vna quęq; curia suprema habet propriā codicillorū officinam, à qua seu à Nomophylacia, & velut à Rege impetrātur remedia appellationum, & aliarum rerū, quæ ibi expediri solēt, recte curia Parisiensis veritū voluit: ne quis de rebus intra suæ ditionis fines agēdis alibi supplicaret, quā in Cācellaria sui Parlamēti: nisi quis impetrauerit ab ipso Rege, regii oraculi antistitium, cuius diplomata effigie regia obsignata, per omnia tribunalia, infima, summa, obnoxia, liberaque, suo iure sibi vindicant imperium, *Io Luc. lib. 3. Placito. curiæ tit. 7. pla. 3.*

24 ¶ Sunt † ex Senatoribus curiarum suprematum quidam custodes sigillorū, quibus earum Cancellariæ vtūtur. Sicuti & in quibusdam Præsidialiū Iudicum sedibus, alii sunt, qui ex Regio salario munus consequuntur expediēdi & sigillandi literas, quas vocāt supplicationes ciuiles propositionis, erroris, restitutionis in integrū, appellationis, descertionis, ātecipationis, cōsēsus seu, vt dicunt acquiessamenti, & similes in negotiis, quæ coram sede illa Præsidiali, vbi statuitur custos sigillorum, tractāda sūt. Isq; custos sigilli, consiliarii etiam eius sedis officium & priuilegia exercet, *in constitu. Henric. 2. anni Domi. 1557.* Omitto alios alterius negotii sigillorum regiorum custodes, qui in cōtractibus obligationem sigillo suppositam firmiorem reddunt, & eorum exsecutionem faciliorem.

25 ¶ Defert † adiuua custodis sigilli Præsidialis, ei quem vocant, *le Cler des gardes seaux aux Presidiaux*, prouentus & reditus sigilli quotannis ad suę Cācellariæ prēconem iudiciarium, quem etiā vocant, *audiancier*. Fuerūt namq; ac Henrico 11. an. 1551. mens. Ianua per edictum creati sex præcones iudiciarii, & totidē ātigraphi vel eorum obseruatores, quos vocant, *cōtrerolleurs*, vt lex Cancellariis Parlamentorum Galliæ interessent: singulis videlicet, vnus præco, iudicarius & antigraphus vnus, cum stipēdiis ex sigilli prouentibus, quorum cura & receptio ad illos pertinet, vt reddāt rationem magno primæ Cancellariæ audiētiario & Cācellario. Et ideo non debent huiusmodi præcones audientarii à loco suæ Cācellarię abesse, sine vrgēte necessitate: qua aduenīente possunt munus suum delegare interim cuipiā ex secretariis aut notariis seu referēdariis suæ Cancellariæ. Munus etiā horum præconum, æstimationem iuste inire eorū quæ pro codicillis præstāda sūt. Fuerūt iis alii postea additi, vt neq; vix inueniās alterius officii genus in nostra Frācogallia, quod nō habuerit incrementum in numero: pluraq; alia in aliis sūt & de iure Cancellariæ nuper inuecta, plura antiqua inducta & expuncta. 26

¶ Reuocatum † autem illud intactumq; mansit, quod statutū ne adita Cancellariæ ingrediātur, eoq; accedāt loco quo sigilla custodiuntur, famuli, litigātes, pragmatici, aut alii quā magistri Requestarum, curiæ supremæ Senatores, Secretarii, & qui pro ministerio exiguntur necessarii, *constit. Ludoui. 12. 1498. art. 1, 136.* Interdictum ne concedantur codicilli gratiæ, delicti vindicādi pœna corporali: nisi in casibus iustitiæ, *in constitut. Franc. 1. anno 1539. art. 168. & ae casib. vide tibi Constantium, en Cōment. & in arti.* 164. id est, qui sūt iure ciuili excusabiles. Inuenies in cōstitutione Caroli 8. anni 1489. tit. *de la iuſtice du pays de Lāguedoc*, ad art. 64. duos Senatores curiæ supremæ à Cancellario committendos Tholosæ, vt sigillum Cancellariæ tenerent: quod tamen im mutatum est, & vnus sigilli custos factus. Item art. 65. vetatur, ne Secretarii referant vel consultent codicillos, sed subscribant: prius tamen consultatos, ab vno ex referendariis, qui in cauda illorum scribat nomen suum. In 66. ne codicillos appellationū Cancellariæ concedant, omisso medio, &c. Subinde autem in art. 72, & seq. vsque ad 96. traduntur quæ de custode sigilli parui Montis pessulani seruanda sunt, & circa vicarios eius in ciuitatibus constituendis certis, numeratis art. 78. circaue rigoris expeditionem, & exsecutionem, quæ ibi videto. Sufficit mihi fontes indicasse, & in summa admonuisse. Cancellariæ magnæ & sigillorum, quæ in potestate Cancellarii magni sunt, ista omnia proxime relata officia & operas, esse appendices, & veluti auxilia magni officii & vnici Cancellarii.

¶ Neque enim necessarium est, ipsummet Cancellarium omnibus rescriptis regiæ auctoritatis se subscribere: hoc enim & nimium laboriosum esset, & impossibile: cum quotidie ex diuersis Cancellariis plura prodeant. Itaque per regios Secretarios hoc munus impletur. etiam in magna Cancellaria: in qua tamen ipse se subscribit, in remissionibus seu abolitionibus criminum, gratiis, legitimationibus, literis naturalitatis, vt ait Boerius, *in additio. ad tract. de auctorita. mag. Consili, nu. 10. ad ver. quia literis.* Sic & in priuilegiis per Regem codicillis concessis, codicilli subscribi & signari debent per vnū ex Secretariis regiis. & testificari per ipsum Cancellarium, qui hoc verbum adiicit, *visa*, & subscribit, *in constitut. regia Francis. 1. de la declaration touchant les amortiſſements.* 27

De Prætoribus, & de Præfectis prætoriis diuersis.

Cap. 29.

Lib. 1. P. tit. 14.
Lib. 1. C. tit. 29. 30. & 43. & lib. 12. C. tit. 3.

1 *Continuatio Prætorum ad Cancellarios.*
2 *Prætor quis dictus, prætorium quid, & prætorianæ cohortes.*
3 *Prætor vrbanus loco Consulis ordinatus.*
4 *Prætores qui in prouincias mittebantur.*
5 *Prætorum differentiæ, & species, & seq.*
6 *Prætores Romæ vnus primum, postea duo, postea plures, & num.*
8 *Prætores vrbani, & prouinciales, & nu. 9.*
10 *Prætores de quibusdam negotiis Romæ plures creati: & illi de quibus viris electi, & à quibus.*
11 *Prætorum ornamenta, & insignia.*
12 *Præfecti prætorio qui, & species.*
13 *Præfecti prætorio Orientis diœceses & prouincię: Italiæ, Galliarū, & Africæ, nu. 14. 15. 16. & 17.*
18 *Prætorum in iure constituendo & interpretando auctoritas.*
19 *Edicta Prætorum annalia, & perpetua: quando, & quomodo in albo scripta, & cur difficilia intellectu. num. 20.*
21 *Edictis potius, quam per epistolam vel alio modo, cur Prætor ius constitueret.*
22 *Prætorum vrbanorum quædam caussæ, & iurisdictio eorum.*
23 *Prætorum prouincialium potestas in iure dicendo & aliis.*
24 *Magisteria dignitas qualis, & quanta, & num. 25.*

26 Magi-

Digitized by Google

26 *Magister officiorum quis olim, & eius cura.*
27 *Magisteria dignitas militum præsidialium, alia dignitate magisteria.*

1 QVia pleriq; istius †sæculi viri illustres, doctrina & eruditione Cancellarii nostri, auctoritatem Præfectorum Prætorio potestati æquant, dicēdū ordine censeo proxime post Cancellarii munus & iurisdictionem, de prætoribus eorum distinctione, & potestate.

¶ Prætor †dictus, qui præiret iure & exercitu, vt notat M.
2 Terentius Varro, 4. *de ling. Lat.* & alii, *Cic. 3. de legib. Iustinia. §. 1. Nouel. 24. de præsid Pyſſ. Theophi. §. quatuor, diximus, de iure nat. gent. & ciu.* Exactis Regibus dicti Consules Romani Prætores. Sicq; Festus vel Paulus apud eum ait, *Prætoria porta in castris appellatur, qua exercitus in prælium educitur. Quia initio Prætores erant, qui nunc Consules: & si bella administrabant, quorum tabernaculum quoque dicebatur Prætorium.* Docent idipsum verba legis de clauo figendo apud Liuium, *lib. 7. dec. 1. Lex vetusta*, inquit, *est priscis literis verbisq; scripta: vt qui Prætor maximus sit vi Idibus Septembribus clauum pangat.* Et paulo post, quis fuerit ille Prætor indicat, *à Consulibus postea ad Dictatores, quos maius imperium erat, solemne claui figendi translatum est.* Et alibi, *idem lib. 3. dec. 1.* Prætores & Consules iisdem auspiciis creatos fuisse tradit: & Cōsules non iudices, sed Prætores dictos. Prætorium adiectiue, id quod ad Prætores pertinebat dictum est: vt de porta Prætoria iā dictum ex Festo, & domus vbi prætor habitabat, seu vbi ius dicebat. *§. 1. const. 24. Nouel. de prætorio Pyſidiæ.* Dicerent nūc palatium quamuis, & aliquando inter palatium & Prætorium distinctio apposita, *l. nulli iudicum, de offi. recto. prouinc. lib. 1. C. titul. 44.* Sic cōsilium Principis, qui est Prætor, & præit omnibus & Imperatoris, vel Consulis, quādo præerat ceteris, Prætorianum dictum, & cohortes circa aulam horum Prætorum, siue in castris, siue in vrbe Prætorianæ dictæ. Et per quandam translationem ædificia magnifica, quæ digna sint Principibus & Prætoribus, Prætoria dicta aliquando, vt apud Suetonium, in Caligula *c. 37.*

¶ Et † præfectus prætorio dictus tempore Cæsarum qui ma-
3 num & potestatē militarem in palatio seu Prætorio Principis habebat: vt tempore regum Tribunus Celerum qui eandem potestatem habebat, *leg. 1. de offic. Præfe. præto. P.* Et præfecti etiam Prætorio Orientis Illyrici, &c. qui in illis locis vicariā Imperatoris, vt præeuntes ceteris, gerebant administratione Prætores ab initio soli Romæ Cōsules annui, qui & bellica & ciuilia negotia regerent: donec oportuit Cōsulibus necessario bellis adesse, & vrbē relinquere: vel suo loco alios delegare. Et tūc loco illorū alii creari in partem oneris, & Prætores dicti. Si quidem vrbe abeuntes, vnum iuris dicendi causſa in vrbe reliquerunt, qui Prætor dictus est Vrbanus, *l. 2. §. eumq; Consules, de orig. iur. P. Theoph. in d. §. quatuor in primis, de iure natur.* quia in vrbe ius diceret, maximusque respectu Prætorum postea additorum. Et hic absentibus Consulibus cōsulare munus obibat, vt ait Cicero ad Plancium, *lib. 11. Epist. fa.* Et alibi, *Idē lib. 10. placuit nobis vt statim ad Cornutum Prætorem vrbu, litera deferrentur, qui, quod consules aberant, consulare munus sustineret.* Minor autem potestas prætoris vrbani ipsa Consulari, quia in suffragium illius erat iuncta, & minus imperium habebat, *Gel. lib. 13. c. 14. Val. Max. lib. 2. c. 3. dum agit de controuersia iuris triumphi Lucretii consul. & Q. Valerii Prætoris.* Ideo sex tantum ἑρμηνεῖς, qui præibant Prætoribus siue iure siue exercitu, dati sunt fasces & totidem lictores, Consulibus vero duodecim, vt ait Appianus Alexandrinus *in Syriaco*, nisi si quando cum dignitate consulari missi essent in prouincias: nam tunc addebātur prætoribus sex alii fasces & lictores, *Plutarch. in Paulo Æmilio.*

¶ Quos † enim mittebant Consules sui loco in prouincias
4 quibus nec ipsi adesse possent, & illi Prætores dicti sunt: quāuis non essent omnes insignibus consularibus exornati, & Proprætores etiā dicerentur. Sicque ait Sextus Pompeius Festus in libris de verborum significa. *Prætor ad portam nunc salutatur, in qui in prouinciam pro prætore aut proconsule exit. Cuius rei morem ait fuisse Cincius lib. de Consulum potestate talem. Albanos rerum potitos vsq; ad Tullum Regem. Alba deinceps diruta vsq; ad publium Decium Murem consulem, populos Latinos ad caput Oetinæ, quod est sub monte Albano consulere solitos, & imperium communi consilio administrare. Itaque quo anno Romanos Imperatores ad exercitum mittere oporteret Sussu nominis Latini, cōplures nostros in Capitolio à Sole oriēte auspicii operam dare solitos: vbi aues addixissent, militem illum, qui à communi Latio missus esset, illum quem aues addixerant, Prætorem salutari solitum, qui eam prouinciam obtineret, Prætoris nomine.* Ita differentiæ plures cœperunt esse prætorum, postquam alterius potestatis ac curæ plures additi sunt. Fuitque prætor vrbanus, peregrinus: alii minores iuridici. *Prætores prouinciales, præfecti prætorio principis*, in aula principis: & præfecti prætorio principis, extra aulam eiusdem. De quibus ordine dicendum, & de eorum potestate. prætor itaque vrbanus vnus fuit pro absentibus Consulibus creatus vt munus illorum obiret.

5 ¶ Postea † vero crescente multitudine populi cum is non sufficeret oneri, alius additus est qui de peregrinis, qui in vrbē cōfluebant eorumque de causſis iudicaret: dictus ideo Prætor peregrinus, *l. 2. §. post deinde aliquot annos, de ori. iur. P.* Lucius Florus consulatu Posthumii duos Prætores primum creatos fuisse tradit, *lib. 19. Epito.* Liuius in fine 6. primę decadis refert, seditionem fuisse ortam inter plebem & Senatum, cum rogationibus Tribunitiis Dictator victus, & primus de plebe factus est Consul. L. Sextius, eamque sedatam à Dictatore his conditionibus, vt concessum à nobilitate esset plebi de cōsule plebeio: à plebe nobilitati. De Prętore vno qui ius in vrbe diceret ex patrib. creando. Et postea lib. 7. in principio tradit, annum illum fuisse insignem duobus Magistratibus, prætura & curuli Ædilitate, quos sibi patritii quęsierant honores. pro concesso altero plebi consulatu: & consulatum L. Sextio à plebe datum: & prętoram Sp. Furio: Ædilitatem M. Filio Camillo patres dedisse: collegam autem L. Sextio, L. Æmilium Mamercum *Prætorem*. Dici & collegam Consulum prętorem, iisdemque auspiciis iura cum iis reddentem & creatum. Rursum lib. 8. notat, anno ab vrbe 114. c. Sulpitio Longo, & *P.* Ælio Petr. coss Q. Pub. Philonem *Prætorem* primum de plebe aduersante Sulpitio Consule, factum.

¶ Quo † tempore Illyrici, quibus bellum indictum eb lega- 7
tum occisſum, subacti fuerunt, in deditionem venerunt, ampliatus *P*rętorum numerus, & quatuor fuerunt. *Florus lib. 20. Epit. Liuii.* Et ipse Liuius sæpe meminit totidem creatos. *lib. 3. 4. & 5. decad. & seq. & lib. 9. decad. 4.* transiuitque nomen prætoris, quod summam quandam principio referebat Cōsularem dignitatem, in Magistratum, & prætores dicti à præeundo ceteris Magistratib. in iure sibi commisſo dicendo. Et ann. ab vrbe condita 180. Cn. Cornelio & Q. Minutio Coss. primum sex prætores creari cœperunt, crescentibus late prouinciis, & sese diffundente imperio.

¶ Verū † noto nō omnes hos vrbicos fuisse, sed ex illis sex duos 8
tantum sortitos vrbanam, & peregrinam Prætoram, reliquos sortitos prouincias. Nam tunc vrbana, M. Sergio: peregrina iurisdictio M. Minutio Ruffo contigit. Sardiniam prouinciam vero, L. Atilius: Siciliam, L. Manlius Vollo: Hispaniam citeriorem, T. Sempronius Longus: vlteriorem, Mælius est cōsecutus, vt ait Liuius, *idem lib. 2. decad. 4.* Illudque apud ipsum obseruaui alibi, *idem lib. 5. decad. 3.* dum ait, Appium Claudium Pulcrum Magistrum equitum dictum, cui Sicilia in prouincia fuerat. Et paulo post creatos quatuor Prætores, eosque Prætores prouincias sortitos, & P. Cornelium Syllam vrbanam, & pęregrinam habuisse, quæ antea duorum sors erat: Cn. Fuluium Flaccum, Appuliam: Claudium Neronem, Sueſſelam: Marco Iunio Syllano inter Consules relicto, quibus bellum cum Annibale & binæ legiones decretæ. Sic ergo constat Prætoram in iure dicendo sorte datam inter Prætores Romæ. *Cic. meminit Orat. pro Muræn. ibid. Sors ea fuit, scilicet Prætura, quam omnes tui necessarii optauimus iuris dicendi. & orat. 7. in Verrem, cum tibi sors contigisset, vt ius diceres, &c.* Hinc intelligimus quod dictum est per Pomponium Iurisconsultum, capta deinde Sardinia, Sicilia, Hispania, & Narbonensi prouincia, tot Prætores fuisse creatos, *Pompon. in l. 2. §. capta deinde Sardinia, de orig. iur.* P. Sicque distinctio notanda Prætorum iuridicorum maiorum, duorum videlicet vrbani & peregrini ab iis qui sortiti erant prouincias administrandas.

¶ Nam † & creatis qui auctoritatem *Prætoris* gererent, sor- 9
tiebantur Consules cum illis prætorias prouincias, & secundum sortionem sine inuidia in earum administrationem mittebantur cum Imperio Prętorio: neque enim mittebantur cum hoc imperio ad omnes alias administrationes Prefecti. Et isti soli hoc nomine mittebantur ornati, quo ceteris omnibus pręirent & præponerentur: permisſa eis tam Reipubl. quam legum præscriptione. Vnde & ea loca in quib⁹ pulice ii Magistratus vel ius reddere, vel habitare solebant, Prętoria appellarunt, atque vt pleręque in Rempub. leges, ex vna Prætorum voce inferrentur Romani constituerunt. Et multi prætores partim Siciliam, partim Sardiniam insulam, partim Hispaniam, partim terra mariq; alii aliud vel Imperio adiecerūt, vel rexerunt, vt scribit Iustinianus, §. 1. Nouel. 24. de præsi. Pyſidiæ, annotatque olim Romanos maioribus Magistratib. in prouincias missis, plus dignitatis sibi comparasse, & Prętores vocasse, & eis legum & armorum potestatem dedisse.

¶ Pro † necessitate quoque negotiorum in ciuitate Romana ac- 10
cidentium, additi Prętores ciuiles, vt pro necessitate prouinciarum alii, cum potestate certarum rerum. Sic creati aliquando à suffragiis & comitiis populi, interdum à Dictatoribus, interdum à Senatu, interdum ab Imperatoribus, prout Reipublicæ administratio & summa in hanc varietatem incidit Tempore Syllę & Marii, fuerunt Romę etiam senes prętores *Velle. Paterc. lib. prio. bis for.* Romæ Sylla cauit, ne prętor fieret prius, quam fuisset Quęstor: & ne esset Consul, nisi decennium post prętoram excurriſſet, *Appia. lib. 1. de bellis ciuil.* Isque publicas cum cōstituisset quęstiones de parricidiis, de falso, de sicariis, quatuor, adiecit prętores, *leg. 2. §. deinde Cornelius Sylla de orig. iur. P.* Addidit duos Iulius Cęsar. Auxit & numerū Octauius *Sueton. in Octauio. c. 37.* inuenti sunt & cum illis ab aliis instituti septemdecim,

Digitized by Google

d. leg. 2. §. dimus Claudius. Subinde tandem ad numerum ternarium reducti, cautumque à Martiano & Valentiniano, *l. fi. C. de offic. præt. lib. 1. C. tit. 43.* ne vltra tres in vrbe crearentur per singulos annos iique iudicio Senatus ordinarentur, ex iis, qui proprium larem in vrbe haberent, non ex prouinciis. Cic. in legibus, *Prætor esto: quotcunque Senator creuerit, populusque iusserit, tot esto.* Addit ibi lex comitiis populi, auctoritatem Senatus: vt à populo & Prætura petita sit, *conf. ex l. Barbarius Philippus, de offi. præto. lib. 1. P. tit. 14.* Verumtamen Leo Imperator, postea Nouella constitutione, inter excussas 47. ademit potestatem Senatui præficiendi tres illos Prætores in vrbe, & ad potestatem Imperatoriam transtulit, titulo ἐφ' ᾧ τὰς ἐκλογὰς τῶν ἀξιούντων τοὺς βασιλικοὺς στρατηγοὺς καὶ ἄλλων παῦσαι ἀρχῶν ἐφεσιμαίους. De abrogatione legis quę Senatui Prætores: decurionibus vero, Præfectos statuere permittebat.

31 ¶ Cuius † autem referunt auctoritatem Prętores, iam ex his quę diximus liquere arbitror, consulatem & propemodum regiam per illos sustineri, idque & eorum etiam insignia probabant: cum Prętoria ornamenta essent Sella curulis, latus clauus, paludamentum, toga prętexta, dimidiatus fascium consulatium numerus, *Wolph. Lazius, lib. 9. comment. reip. ab. Roman. cap. 6.* Et Traianus Cęsar Consul, ad Prætores multa remittebat, atque vt collegas vocabat: non quod ita populare gratumque audientibus, sed quia ita sentiebat, vt scribit Plinius in Panegyrico Traiani. Et vix fuerunt Prætores missi in alias prouincias, quam in eas quibus olim antequam ditioni Romanæ iunctæ fuissent, imperauerat, Rex, vel alia potestas, quæ summo & libero iure vixisset. Vt viderentur per Prætorum regiam quodammodo dignitatem, Romani illas regere. Et si perpendas Prætorias prouincias in Nouellis Iustinianeis relatas, sic plerumque obseruatum inuenies in Prætoribus Pysidię, *Nouel. const. Iustinia. 24.* Lycaoniæ, vbi regnum olim Archadiæ, *Const. Nouell. 25. & 146.* Phrygiæ, *d. Nouell. 145.* Thraciæ, *Nouell. 26.* Paphlagoniæ, *Nouell 29.* Siciliæ, *const. Nouell. 104.* &c. Quæ tamen fuerunt factę prouinciæ, consulares, vel præsidiales, aut ducales, secundum alia Imperatorum tempora, vt inuenies in notitia vtriusque Imperij. In locis vero vbi erant Imperia olim, Romani quoque in memoriam, quod sibi imperia quæsiuissent maiores Prætores constituerunt annuos: & Prætorium Principis sub Imperatoribus dici voluerunt Cæsares, sedem illius gubernationis, & eos qui eo mittebantur, præfectos prætorio nominarunt.

32 ¶ Ita † & recte quidem à dignitate, & quod præirent ceteris in prouinciis sibi cõmissis, Prætores quoque dicti, *l. 1. §. Deo itaque nobis, de offic. præf. Afri. lib. 1. C. tit. 30. & tit. de offic. præf. præ. Orien. & Illyrici.* Si consideres vero principem, Imperatorem, cuius ibi vices gerebant, non Prætores recte vocabis, quia Prętor erat ipse Imperator, qui omnibus præerat iure & potestate, sed Prefectos prętorio principis, id est, qui administrarent Prætorianam & primam principis curam: vt in aula ipsa Principis non recte dices Prefectum prętorio, appellari Prętorem, quia ibi is non prœest solus, sed Princeps aut Imperator: At nõ falleris, dicendo eum esse Prętorem, respectu sibi subditorum quibus prœest, *l. vni. de offi. præf. præt. lib. 1. P. tit. 11.*

33 ¶ Fuerunt † autem illustres Præfecti prætoriorum Principis quinque. Primus prefectus prętorio vbi erat Princeps, de quo in Cancellario fumus locuti. Duo in Africa Orientis & Illyrici: duo in Occidente, Italię & Galliarum. Et vt scribitur in notitia vtriusque Imperii sub dispositione virorum Illustrium præfectorum prætorio per Orientem, vltra tempore Archadij & Honorij C. C. quinque diœceses erant, Oriens, Ægyptus, Asiana, Pontica, Thracia. Prouincię Orientis quindecim, Palęstina, Phœnice, Syria, Cilicia, Cyprus, Arabia, Dux & Comes rei militaris, Isauria, Palestina Salutaris, Palestina secunda, Phœnice Libani Eufratensis, Syria Salutaris. Osrhœna, Mesopotamia, Cilicia secunda. Ægypti sex Prouincię, Lybia superior, & inferior Thebais, Ægyptus, Archadia, Augustanica. Asianæ prouincię decem, pamphilia, Hellespontus, Lydia, pysidia, Lycaonia, Phrygia pacatiana, Phrygia Salutaris, Lycia, Caria, Insulę, Ponticę prouinciæ decem, Galatia, Bithinia, Honorias, Cappadocia prima & secunda, Pontus Polemoniacus, Hellenopontus, Armenia prima & secunda, Galatia Salutaris. Diœceseos Thracię prouincię sex, Europa, Thracia, Hæmimontis, Rhodope, Mœsia secunda, Scythia.

34 ¶ Sub † dispositione vero virorum illustrium prefectorum prętorio per Illyricum, duę erant Diœceses vltra tempora Archadij & Honorij CC. Macedonia, & Dacia. Macedonię prouinciæ sex, Achaia, Macedonia, Creta, Thessalia, Epirus vetus, Epirus noua, & pars Macedonię Salutaris. Dacię prouinciæ, Dacia mediterranea, Dacia Ripensis, Mœsia prima, Dardania, Præuallidana, & pars Macedonię Salutaris.

35 ¶ Sub † dispositione viri illustris prefecti prętorie Italię, tres Diœceses, Italia, Illyricum, Africa. Prouincię Italiæ decem & septem, Venetię, Æmilię, Ligurię, Flaminę, & Piceni Annonarij, Tuscię, & Vmbriæ. picen. Suburbicarii, Campaniæ, Siciliæ, Appuliæ, Calabriæ, Lucaniæ & Brutiorum, Alpium Cottiarum, Rhetię primę, Rhetiæ secundę, Samnij, Valeriæ, Sardiniæ, Corsicæ. Illyrici prouincię sex, Pannoniæ secundæ, Sauniæ, Dalmatiarum, Pannoniæ primæ, Norici mediterranei, Norici Ripensis. Africæ prouincię 7. Byzantium, Numidia, Mauritania Sitifensis, Mauritania Cęsariensis, Tripolis, præfectus annonæ Africę, prefectus fundorum patrimonialium.

¶ Sub † dispositione præfecti prętorio Galliarum, Diœceses 36
Hispaniæ, Galliarum, Britanniæ. Hispaniæ prouinciæ septem, Bœthica. Lusitania, Callecia, Tarraconensis, Carthaginẽsis, Tingitania, Baleares. Prouinciæ Galliarum decem & septem, Viennensis prima, Germania prima, Germania secunda, Belgica prima, Belgico secunda, Alpes maritimæ, Alpes Penninæ & Graiæ. Maxima Sequanorum, Aquitaniæ prima, Aquitania secunda, Nauem populi, Narbonensis prima, Narbonensis secunda, Lugdunensis secunda, Lugdunensis tertia, Lugdunẽsis Senonia. Britanniarum quinque prouinciæ. Maxima Cæsariensis, Valentia, Britannia prima, Britannia secunda, Flauia Cæsariensis.

¶ Ignorandum † autem non est, mutatam fuisse hanc imperij dispositionem. Et ideo tempore Iustiniani, tres prefecti 37
prætorio fuerunt Oriente. Cum enim fuisset antea Africa erepta, & postea recuperata, is fecit maximam eius Africæ. prefecturam. Ita fuerunt præfecti prætorio tres. Orientis, Illyrici, & Africæ, *leg. 1. de offic. præfect. prætor. Afric.* Sub fratribus namque Cæsaribus Archadio in Oriente, Honorio in Occidente regnantibus, iam imperium in varias partes scissum est, ob præfectorum perfidiam, *Socra. lib. 6. histor. Eccles. cap. 1. & Blond.* Iustinianus autem per Ducem Belisarium, Cosroem regem parthorum vna cum Parthis reduxit, & Tyrannos Vandalorum in Africa superauit, *Euagoras. lib. 4. cap. 16. Procop. lib. 1. 23. 4.* Lapsa est dehinc paulatim imperij ditio, & partem sibi Franci, partem Germani, partem Turca vindicarunt, defieruntque istæ prætorianæ etiam potestates: vt hodie illis non sit locus. Verumtamen necessarium est eas in suo statu prout fuerunt constitutæ considerari, ad iura ciuilia Romano. intelligenda, quæ de Prætoribus Romanis & prouincialium frequentem inculcant tractationem, vt quæ fuerit illorum potestas prima, & incrementum eiusdem, sine maximis erroribus ignorari non possit.

¶ Prętorum † Romæ auctoritas in negotiis, & in prouinciis 38
sibi commissis magna fuit, in iure constituto conseruando, interpretando, & statuendo cum æquitate. Et sic fere omnia prætoris edicta, quę præter ius ciuile aliquid statuunt, semper rationes ad æquitatis anchoram referunt, *vt in l. 1. de part. P. in l. 1. quod quis. iur. P. & simil.*

¶ Videtur tamen Varro, *§. de ling. Lat.* iudicia primum prætoris ad legem conformia, & Cęsorum ad æquum reducta significare, dum ait, *In Comœdiis vides dici spondeo tuam gnatam filio vxorem meo? Quod tum & Prætorium ius ad legem, & Censorium iudicium ad æquum æstimabatur.* Et ab intio quidem limes huius potestatis videbatur esse sola iuris interpretatio. Vnde neque extra casus iuris prætores heredes facere dicebantur, sed quasi heredes: imitati hoc ius ciuile, *l. 1. & 2. de poss. hered. pet. lib. 25. P. tit. 5. §. quos præt. de bon. poss. Paul. l. præt. 118. de reg. iur. P.* Et si qua iuris condendi potestas inter statuendum concedebatur, temporalis illa erat, vt Magistratus annua auctoritas. Et vt aiebat Cicero, *3. Verrina. Quo plurimum auctoritati Prætoris tribuebant, legem annuam eius esse dicunt.* At tandem tanta in iure constituendo concessa prętoribus in iudiciis, potestas, vt priora abrogare, & noua inducere possent: maximusque tum illis honos habitus, & ius prętorium honorarium dictum est per excellentiam. *§. prætorum quoque edicta, de iure nat. gent. & ciuil. l. ius autem ciuile. §. 1. de iustit. & iure, P.* Et de prætorum munere, honos, *Blond. lib. 2. triumphan. Rom. Feneſt. de Magistra. c. 19.* quamuis alioquin ceteris Magistratibus honorem esse dicamus, *l. 1. de alb. scrib. P. tit. de muner. & honor. P. c. licet, de probatio.* cum honor sit omnis administratio Reipublicę, *l. honor. est, de muner. & honor. P.*

¶ Ita † factum & deinceps, vt & edicta eorum, quę annalia 39
antea constituebant prętores, efficerentur perpetua, & tantę auctoritatis ac ius ciuile. *§. sed cum paulatim, de testam.* Quinimo & aliquando proprium ius illis variare licuit, & ex voluntatis arbitrio diuerso modo iudicare, donec modus eius lege impositus, ne pendente Magistratu in iure variare liceret: & quo iure essent vsuri proponerent. Locus Dionis id mihi manifeste docere videtur, quem è Græco sic conuersum habes, *Dio. Cass. lib. 36. prætores solebant iura ea, secundum quæ essent iudicaturi, scripto edere: neque enim prætores id ius quod ad contractus dirigendos positum erat, obseruabant, neque id vnquam fecerant, neque iuri scripto steterãt. sed sæpenumero ea variauerant, crebroque per gratiam & odium certorum hominum, veluti fieri assolet, multa gerebantur. Donec C. Cornelius Tribunus plebis rogationem tulit, vt statim ab initio ante fores præ dicerent, quo iure essent vsuri, & deinde ab eo nequaquam deflecterent.*

¶ Ex † quibus verbis, qui iura tractent discere facile possũt, 40
quorsum album prætoris dicatur, & quid in eo proscriptũ esset. Nam proscriptio illa fiebat edictorum in albo prætoris, iurisdictionis perpetuo sequędę caussa, *l. si quis id quod, de iurisdictione. ind.* P. non enim interdicta, quę erant decisiones singulariũ negotiorum, sed edicta secundum quæ interdicta iudicabantur & alia, describebantur. Exemplaque edicti in genere concepta

semper

Digitized by Google

semper inuenies, *vt in l. iurisgētiū, 7. §. prætor ait depact. P. in l. 1. §. ait prætor, de postul. l. 2. §. ait prætor, quod met. cau. cum simil.* Docuimus antea lib. 21. c. 19. edicti & interdicti differentiā, vt opus nō sit repetitione. Fuerunt annotationes & commentaria pluta in edicta Prætorum antiquorum iurisconsultorum, eo quod illa verbis Laconicis, vt paucis scribi possunt, concipiebantur difficili ita contextu: breuitas enim sermonis hoc habet naturale vitium, obscuritatem. *Dum breuis esse laboro*, inquit Horatius, *obscurus fio.* Quare illis subtilior fuit adhibenda tractatio. Sicque & Iustinianus, *l. memīmus 15. de legit. hered. C. lib. 6. tit. 57. Sed &*, inquit, *subtiliore tractatu habito necessarium diximus, & si quid ex Prætoria iurisdictione frugi inuentum est & hoc cum perfectissima dispositione disposita per nostras leges ampliari.* Et Q. Scęuola clarissimus, legum vates & certissimus, quotiescunque de iure prætorio consuleretur, ad Furium & Casellium, quia huic scientiæ dediti erant, consultores reiciebat. *Val. Max. lib 8. cap. 13.*

21 ¶ Dignum † autem est obseruatione quod annotauit Theophilus, *in §. quatuor diximus, de iure nat. in Instit. iur. ciuil.* quod Prætor constituebat ius non per epistolam, aut per decretū, sed per edicta tantum: cum tamen Princeps verumque faceret. Quia, inquit, Magistratus multis est obnoxius suspicionibus amicitiæ, corruptionis per dona & odium, quæ in principem nō cadunt: neque enim is auro inescatur, qui fortunarum & personarum nostrarum est dominus: nec gratia ducitur, quoniam ei quem diligit aliter prodesse potest. nec odit, quia aliter necare & vindicare potest. Porro ideo tantū per edicta iura cōstituere Magistratibus permissum est, quod edicta res ipsas præcedant, id est, antequam negotia & causſę exsistant, proponi soleant: ita omnis deterior suspicio cessat.

22 ¶ Liuius † scribit cognouisse prætores de Legaris, *lib. 6. dec. 1.* ab illis, & a Tribun. pleb. petri solitos tutores, *idem lib. 9. dec. 4.* seipsos tamen dare non poterant, *l. fin. de offic. præt. C.* Factus dehinc & prætor tutelaris, cum ante tutor à Consulibus daretur, & liberatus est Prætor vrbanus magnus ea molestia, sub Marco Imperatore, vt scribit Iulius Capitolinus, *in vita Marci.* Habuerunt & Prætores curam ærarii cum Quæstoribus, *Cornel. Tacitus l. 13.* Iudices dabant & recuperatores pro interdictis, vt iam diximus cum de delegatis & equitibus paulo ante locuti sumus: Et, vt Cicero, *pro Flacco. Iussi mus Prætor iuris disceptator, qui priuata iudicet, iudicarive iubeat.* Et alibi, *idem pro Cæcina, Prætor qui dies totos aut vim fieri vetat, aut restitui factum iubet: qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum istis interumque controuersiis interdicit.* In §. deinde Cornelius Sylla, l. 2. de orig. iur. P. alias aliorū Prætorum notiones refert Pompon. Iurisconsultus cum plures cōstituti sunt singulis peculiares, de falso, de parricidiis, de sicariis: de frumento, de fide commissis, qui inter fiscum & priuatos ius dicerēt. Vlp. *l. vnic. de offic. præt. P.* Prætori concedit, vt pater eius apud illum manumittere possit: & Paulus, *l. 2. eod.* seipsum apud se emancipare vel in adoptionem dare: quamuis ipse nec se tutorem, nec specialem iudicem dare possit. *l. fin. eod.* Constantinus notionem illis statuit, *in l. 1. de offic. præt.* de libertatis statu, de restitutione in integrum, de tutoris datione, vel ordinatione curatorum, de emancipatione liberorum. Iustinianus pene collapsam Prætoris dignitatem iterum sublenauit. Nouel. 13. *τῶν Πραιτώρων τοῦ Δήμου, de Prætoris plebeis.* Statuitque ita nominādos eos qui tuendæ quieti & disciplenę publicæ prosint. Refert & ibi eorum antiquam dignitatem, quomodo ea non absit longe à Consulatu, & quem secundum leges locum obtineat. Et quemadmodum olim Consules in amplissimo ordine principatum tenebant, Tribuni pleb. autem moderabantur: ita & se velle, vt ex Senatoriis viris prætores omnia prædicta munera obirent, ex auctoritate & codicillis imperatoriis, datq; notionem de perpetratis cædibus, de adulteriis, de aggressionibus, de rapinis, & id genus aliis: de motu populari. Dat illis assessorem, viginti milites, triginta matriculartos, qui illorum iussionibus seruirent, flagitiose viuentes continerent, vniuersum statum ciuitatis ad formam competentem redigerent.

23 ¶ Prætores † prouinciales, potestatem maximam & fere regiā quoq; habere dicebantur, habebantq; iurisdictionē & auctoritatem legum, & contra eos qui non obtemperassent, potestatem armorum, *§. ac si is magistratus, consti. 24. Nouel. Iustinia.* Maiorem qui Præfecti prætorio principali erant, quos ad similitudinem Tribunorum Ceterum, & Magistrorum militum Imperatores sibi adlegerunt, data eis pleniori licentia ad disciplinæ publicæ emendationē. sine spe prouocationis ab his quæ illi decernerēt, vel restitutionis per alios, quam per illos contra sententiam eorum faciendæ. *l. 1. de offi. præf. præt. lib. 1. P. tit. 11.* Cassiodorus in formula Præfecti prætorio, eius latius describit potestatem. *lib. 6. Varia. c. 3. Huic*, inquit, *dignitati cum Principe sura communia sunt: exhibet enim sine præscriptione longinquos, magna quantitate multitat errātes: fiscum pro sua deliberatione distribuit euectiones similis potestate largitur: vacantia bona præscribit, delicta prouincilium Iudicum punit, verbo sententiam dicit: quid est quod non habeat commissum, cuius vel ipse sermo, Iudicum pene est, vt non possit leges conaere, cum sine appellatione possit iudicare? Potestati igitur dignitas nulla est æqualis, vices sacra vbique iudicat, nullus miles de foro ei præscribit, excepto officiali Magistri militum: credo vt vel illis aliquid antiquitus cederes, qui viabantur pro repub. bella tractare. Hic Præfectus, militia perfunctis Tribunorum & notariorum honorem tribuit*, &c.

¶ Excipit † ibi Cassiodorus officium Magistri militum, ne illi imperet Præfectus prætorio. Erat enim illo tempore, quo ipse loquitur, magisteria dignitas inter prætorias cohortes & vrbanæ præfecturæ milites, primatū habens, & à quibus, vt idem Cassiodorus notat, ei humile præbebatur obsequium, *idem in formul. Magisteria dignita. l. 6. Variar. c. 6.* Huius etiā Magistri iurisdictionem fuisse ait & officium, circa palatii disciplinam, & insolentium scholarum procellosos mores, Senatores & alios venientes ad principem trepidos admonere, loquentes componere, & verba sua etiam interponere, vt princeps decenter audiret. Erat ille donator aulici consistorii, promissor diei: per eū Legatorum quamuis festinantium denuntiabatur aduentus, nemo per prouincias Iudicum olim fasces assumebat, nisi & hoc ipse fieri decreuisset, æquatores quoque victualium rerum in vrbe regia propria auctoritate constituebat. 24

¶ Quidam † hunc magistratum in Gallia putant dici, *Grand Maistre*, qui olim cognoscebat de controuersiis aulicorum, & eorum qui curiam petebant, de criminibus & furtis in domo Regis seu palatio commissis, qui olim quoq; concedebat officia regia, & eo absente loco eius cognoscebat de grauioribus negotiis: sub cuius cura erat etiam magister ordinarius domus Regis. Sed qui contulerit potestatem vtriusue, recte cognoscet aliam vtriusque fuisse auctoritatem. Magisteria namque Romanorum dignitas, maxime belli curam habebat. Et super omni limite sub sua iurisdictone constituto inquirebat, quem admodum se militum numerus haberet, dabatque operam circa castrorum curam, & singulis annis omnia Principi referebat. *l. 1. de offic. magist. offic. lib. 1. C. tit. 34.* Nominabat Principi milites & duces, qui idonei curis & honoribus militātibus essent. *l. 1. C. eo.* Rerum maiorum militarium & Senatoriorum personarū exauctorandarum solus habebat potestatem. *l. 3. eo.* Erant illi cōmissæ castrorū positiones, & valli, fossæ, tentoria, tabernacula, tormenta bellica, & similia. Et magisteriæ etiam potestati inter milites inesse iurisdictionem Imperatores Honorius & Theodosius rescripserunt, *l. magisteriæ, 6. de iurisd. om. iud. C.* 25

¶ Fuit ante Arcadium & Honorium tempus, in quo erat adhuc Magister officiorum alius à Magistro militum. Nam Anastasius, Magisteriam dignitatem magnificam per Orientem cōstituit, cui & duces & milites præsentales obedirent., *l. fi. de re milit. lib. 12. C.* Fuerunt autem per Orientem ante tempora Arcadii & Honorii Magister officiorum per Orientem, & Illyricū, vnus: & per Occidentem aliter, vt scribitur in notitia vtriusque Imperii. Sub Oriētalis dispositione erāt scholæ Scutariorū primæ, & secūdæ, gentiliū sagittariorū, clibanariorū armaturarū iuniorū, agentiū in rebus, mensores, lāpadarii: scrinia memoriæ, memoriæ epistolarum, libellorum, dispositionum, officium admissionum: fabricæ Oriētis, 5. Ponticæ, tres: Asiana vna: Thraciarum, duæ: Illyrici, 4. Erantque illi Magistro officiorū de schola agentium in reb, adiutor, subadiuuę, adiutores duo, Fabricarū tres, Barbariorum tres, Orientis vnus, Asianæ Pōticę vnus, Thraciarum & Illyrici vnus. Curiosus cursus publici præsentalis: vnus curiosi per omnes prouincias, interpretes diuersarum gentium. Rerum earundem scholæ & scrinia, & fabricæ in Illyrico, Italia, & Galliis fuerunt, eademq; munera fuerunt Magistro officiorum per Occidentem. Deferunt leges istis notiones militarium causſarum quarundam, *d. l. 1. 2. 3. 4. offic. magi. offic.* C. quas l. fin. de re milit. lib. 12. C. Magistris militum & peditum, & Ducibus concedit: illi namque & Magisteriam dignitatem habere dicuntur militarem, vt docuimus antea lib. 19. c. 17. 26

¶ Verumtamen † ex istis colligitur, Magisteriam dignitatem Magistrorum equitum & peditum præsentialium, minorem Magisteria dignitate, de qua tractat Cassiodorus, quam etiam dicit non cessisse Prætorianæ seu præfecti prætorio Principis, cuius maximam fuisse docuimus potestatem, & fere à rege secundam. 27

¶ Ad † cuius etiam imaginem tres Præfecti Prætorio in Oriēte, & duo præfecti in Occidēte, dignitatē & potestatē magnā subierunt: vt legem quoque condere possent, modo legibus iam constitutis non aduersarentur. *l. 2. de offic. præf. præto. Orient. lib. 1. C. tit. 29.* Iudices suarum administrationum deponebant ex causſa delictorū, & alios subrogabant, *l. 3. & 4. eod.* Rescripta principis ad eos solos referebantur, *l. fi. C. eod.* Et in summa in sua præfectura habebant dispositionem iuris & armorū, excepto quod libellus illis oblatus, non constituebat litis contestationē, *l. 1. eod.* sicuti in libello principi oblato receptū aliquando est, *l. 1. & 2. quan. libel. princ obla. lit. cont. fac. C.* Et leges generales constituere non poterant, nisi Principis essent iudicio approbatæ, *d. l. 2. de off. præf. præto. Afri. l. 1. & fi. C. de legib.* Aderant singulis præfectis minorū Prætoriorū, princeps cornicularius, adiutor, cōmētariēsis, ab actis, numerarii quatuor, in his auri vnus, operū alter, subadiuua, cura epistolarum, regerēdarius, exceptores, adiutores, singularii: vt scribitur libro notitiæ vtriusq; imperii, de quibusdam 28

Digitized by Google

etiam meminerunt ll.1.2.3. de apparitoribus Præfecto Prætorio,& priuileg.eor.lib.12.C.

De Ædilibus.

Cap. 31.

1 *Ædiles vnde dicti,& qui.*
2 *Ædilitas ne ante Tribunatum plebis antiquior.*
3 *Ædilium duo ordines, adilisque Curulium origo, conatus, & potestatis incrementum,nu.5.*
4 *Ædiles à quibus crearentur,munera & officia eorum, insigniaque eorum.6.7.8.&9.*
10 *Annonaria rei cura,penes quos.nu.11.12.& 13.*

1 QVia ædilium edictum, † iuris honorarij & prætorii pars dicitur,& cohæret iuri prætorum vrbani & peregrini,*l.5. §.prætoria,de verbor.obliga.P.§.prætoria,de diuisio.stipul.§.prætorum quoque edicta, vers. proponebant, de iure natur. apud Iustin.& ibi Theophil.* dicendum post prætores de ædilib. Theophilus Ædiles dictos esse ait,*§.porro ædiles,eod.* vel à cura ædium sacrarum quam habebant, ne quis ante quadragesimum forte annum ad sacerdotium admitteretur: item ædiles quasi adiles ab adeundo,nam,inquit, quo tempore plebs recessit à Senatu, quemadmodum Consul inter patres ius reddebat, ita & in plebe creatus est quidam quem illi adirent, qui ope aliqua egerent, vel ita dicti,quod magis est placet quod forum ii curarent, à Græcis *ἀγορανόμοι*. Sextus Pompeius Festus, *Ædiles*, inquit,*initio dictus Magistratus,qui ædium non tantum sacrarum, sed etiam priuatarum curam gerebat. Postea hoc nomen & ad Magistratus translatum est. Dictus est autem ædilis,quod facilis ad eum plebi aditus esset. Sed & adilatus dicebatur eadem dignitas: sicut pontificatus, aut Magistratus.* Et Varro,4.*de ling.Lat. Ædilis,qui ades sacras & priuatas procuraret.Item,* inquit Pomponius,*l.2.§.isdem temporibus,de orig. iur.P.vt essent qui ædibus præessent, in qua omnia scita sua plebs referebat,duos ex plebe constituit,qui etiam ædiles appellati sunt.*

2 ¶ Dubitat † Festus, vtrum ædiles ante Tribunum pleb. creari cœperint & ædilitatem plebeiam pro vetustissimo Magistratu habet, *Fest.de Magistr. c.13.* atque suæ sententiæ consecturam adfert, quod exactis Regibus ad secessionem plebis in sacrum montem factam, maxima pars populi tanto tempore absque aliquo in Repub. Magistratu qui eum tueretur exstiterit.Et quod apud Liuium non multo post Tribunos pleb.creatos legat quodam tempore, cum alter Consul obisset & alter ægram animam traheret.

3 ¶ Oppugnant † hanc sententiam plures & verius, Plutarchus,*in Mario.*duos constituit ædilium ordines, vnum in quo ipsi ædiles in iure dicendo,sellis curuos pedes habentibus, vterentur,qui nomen Magistratus retinebat. Secundum autem ædilem popularem Magistratum appellatum. De plebeiis vitis tantum ædiles eligebantur ab initio, postea vero anno ab vrbe 390.creari alii cœperunt ex patritiis,in tertia secessione plebis à patribus, quando concordia facta, ludos fieri maximos censuisset Senatus,& vt dies vnus triduo adiiceretur, ædilib.plebis id recusantibus, conclamantibus autem iuuenibus patritiis, se id immortalium causa lubenter facturos,si ædiles fierent. Vnde factum,vt Dictator qui comitia habebat,duos ædiles ex populo rogauerit. Et ita Cn.Quintius Capitolinus,& P.Cornelius Scipio,ex patritiis primi ædiles additi sunt duo. Quos,vt Prætorem curuli sella & prætexta instrui placuit, *hæc & plura Liuius lib.7. Decad.1 Fenest.l.2.§.deinde cum placuisset creari,de Magistrat.* Cicero, ædilis curulis Magistratum, multis annis post Decemuiros institutum ait,*Cic.lib.6.Epistol.ad Atticum, eius libri omnium autem,*107. ¶ Cuiuscunque † tamen conditionis fuisset, prius à suffragiis populi creabantur, vt ceteri Magistratus, ad quod alludit quod scribitur à Plauto,in Stycho.

Sine populi suffragio,tamen ædilitiam hic quidem gerit.

Notans temeritatem parasiti, qui in domo aliena sine potestate imperabat.Aliquando & postea,Cæsares ædiles crearunt. Et refert Pompo.Iurisc.*l.2.§.deinde Corn. Sylla, de orig.iur.* Iulium Cæsarem duos prætores, & duos ædiles qui frumento præessent. à Cerere, Cereales dictos constituisse. Deinceps ædiles Senatusc.creatos fuisse,& sex in vrbe aliquando ius dixisse.

4 ¶ Magistratus † principio ædilis fuit populi: subinde, vt de prætoribus dictum est, adeo creuit eius auctoritas, vt ad eos summa rerum & maiestas consularis Imperij aliquando venerit, *Pomp. Lætus,in Magist.in edil.* Dion.Halic.de illorum ortu, caussa, & potestate, & formula creandi sic scribit, *in 6. circa fin. Petierunt à Senatu permitti sibi vt quotannis duos è plebe crearent subministraturos Tribunis pleb.quicquid opus sit, & lites nonnullas eorum permissu diiudicaturos,ædiumque sacrarum, locorumque publicorum, atque annonæ curam habituros. Hoc queque per Senatum concesso,creauerunt, quos tunc ministros & socios Tribunorum ac Iudices appellabant:nunc vero ab officiorum vno ædiles vocant,potestatem habentes alterius ministram vt antea. Curant autem multas magnas res, suntque è maxima ex parte Græcorum agoranomis similes.* ¶ Exemplo † Rei-6 pub.Romanorum,fuerunt coloniæ quædam gubernatę & ciuitates & oppida formam Magistratuum popularium mutuati sunt. Ideo & in municipiis quibusdam ædiles fuerunt, qui ædilium munera Romanorum, saltem aliqua cum eo nomine obibant, *vt in l.qui insulam,§.1.loca.P.in l.non tantum, §.in qui in edilitate, de excus.tuto.* Et Spartianus quoque per latina oppida Dictatores & ædiles fuisse, vt Vlubris Areti Monariæ oppido scribit, *Spart.in Adria.* Meminit & Iuuenalis,*Sat.*10. sed hunc plebeium, & veluti minimum facit Magistratum.

Et de mensura vti dicere,vasa minora
Frangere pannosus vacuus ædilis Vlubris.

Et Persius,*Sat.*3.

Fregerit heminas Areti ædilis iniquas.

¶ Ex † quibus etiam colligimus, vnum ædilium munus, circa mensuras,vt curarent iustæ & probæ essent: talia essent & pondera:quæ si talia non reperissent,liceret frangere, *l.item quæritur,§.si quis mensuras,loca.P.* Præcipua namque circa forum venale cura eorum,& circa venalia: & idcirco de his edicta proponebant quæ vēdebantur, vt res sine vitio morboq; venderētur:& si cū illis venderentur,palam facerent, *§.proponebant, de iure natu.gen.& ciuil.l.1.de edil.edict.P.* Et ita tradit Aulus Gellius,in edicto ædilium Curulium, qua parte de mancipiis vendundis cautum est,scriptum sic fuisse,*Titulus seruorum singulorū, vt scriptus sit curato, ita vt intelligi recte possit, quid morbi vitiique cuique sit:quis fugitiuus errove sit,noxaue solutus non sit, Gell.lib.4. c.2.* Deceptis etiam succurrebat emtoribus vel actione redhibitoria,vel quanto minoris,vel in factum.*l.1.& 4.& l.scientū, 9.l.redhibere,21.l.cum autem,23.de edil.edict.P.cum similib.* vt ostēdimus alibi copiose,*lib.25.Syntagm.c.21.* *Ἀγορανόμους* similes dixit potestatis aliqua parte Dionys.Halycarnassæus, *lib.6.* quod venalium curam haberent, vt ait Budæus in commentar. ling. Græcæ,& de macello ius dicerent, quod hodie politici decuriones,vel capitolini nostri curant. Suidas *ἀγορανόμους*, Ædiles magistratus fori dicit,*Suid.in vers.ἀγορανόμοι.* & rerum venal ū curatores,& forte quinos deligi solitos in Pyræum, totidem in ipsam vrbem Athenis.Idem alibi,*idem in ver. διαγραμμα*, hos ædiles seu fori curatores, quantum cuique meretrici dandum esset decreuisse tradit:item in classibus,belli temporibus in conferendo tributo, quantum cuique pro facultatibus conferendum esset,statuisse,inde *διαγραφὰς*,id est,descriptores dictos. Et alibi,*in verb.κατὰ.* citat Theophrastum lib. de legibus,qui scribat Ædiles & agoranomos duas res curare debere: tum vt in foro modestia seruetur: tum vt mendaciis abstineant non vendentes modo,sed ementes etiam. Cura etiam eorum,ne vetita venderentur,emerenturve, & potestas eos qui hæc facerēt flagellandi,vt ex verbis Suetonij arguitur, dum de stultitia & iracundia Claudii Cæsaris loquitur,*Sueton.in Claud.Cæs.c.38. Item scribam Quæstorium, itemque prætura functum virum Senatorium, inanistos & innoxios relegauit: quod ille se aduersus priuatum: inimicum, erantius habuisset, hic in edilitate inquilinos prædiorum suorum, contra vetita coacta vendentes, mulctasset, villicumque intercedentem flagellasset.* Aristoteles,*lib.6. Politic.c.* 3. curam ædilitatis duas partes habere præcipuas notat:quarum prior rerum necessariarum, vt in foro adsint vendanturque, super qua cura constituendum censet Magistratum,cuius officium sit circa contractus, & circa honestatem.

8 ¶ Alteram † autem curam huic muneri coniunctam ac propinquam, circa vrbem de publicis priuatisque rebus, de ædificatione decenti,de viarum cōstructione, ac directione, de finibus regundis,vt sine querela sint, & sic de similibus. Partes eius muneris esse, Præfectos de muris reficiendis, fontium curatores,portuum conseruatores. Varro,Festus Pomponius Iurisc.Dionysius & Theophilus,vt paulo ante diximus,circa ædificia publica & priuata curam ædilium fuisse, in notatione nominis docent. ¶ Plato,*lib. 6 de legib.* etiam id munus proprium ædilis putat: fori vero curam alterius agoranomi, ad viarum, inquit,ædificationumque exordinādorum curam præpositi, ne aut homines intereant,vel ipsæ feræ noceāt, & vt tam in ipso vrbis ambitu, quam in suburbiis consentanea quæque gerātur, ædiles sint:qui vero fori venditionisque rerum curā habebunt, rerum sint venalium curatores *ἀγορανόμοι*.Papinianus ad ædiles pertinere ait,*l.pen.de via publ.lib.43.P.titul.*10.curare adæquare vias quæ sunt secundum vel iuxta ciuitates, ne effluuione noceant domibus,pontem faciant vbicunque oportet,studeant ne parietes domorum quæ ad vias publicas ducūt,labi possint: ne quis effodiat vias,ne subruat vel cōstruat in his aliquid, ne permittant proiici stercora in vias,non rixari in eis.

9 ¶ Cicero † de hac ædilitate altiora & præstantiora recenset munera,vocatque ædilitium maximum munus, & ipsam ædilitatem magnificentissimam,lib.2.Officiorum. Et cum ipse eam adeptus esset,his verbis eius curam sic exprimit,*Cicer.Orat.7.in Verrem.Nunc sum designatus ædilis, habeo rationem quid à populo acceperim:mihi ludos sanctissimos maxima cū cæremonia Cereri, Libero Liberæque faciendos:mihi Floram matrem populo plebique Romanæ,ludorum celebritate placandam:mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate & religione, esse faciun-*

dos:

dos: mihi sacrarum ædium procurationem: mihi totam vrbem tuendam esse commissam. Ob earum rerum solicitudinem, fructus illos datos antiquiorem in Senatu sententia dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem, ius, imagines, ad memoriam potestatemq; prodendam. Prospiciebant & ædiles, ne incendia ędium fierent, *l. 1. de offi. præf. vigil. P.* Erant & frumento præpositi illi, qui dicti ædiles Cerealcs, *l. 2. §. deinde, Corne. Sylla, de orig. iur.*

10 ¶ Loco † quorum, vel in eorum auxilium, creati fuerunt & Præfecti annonæ, qui præessent pani & aliis rebus venalibus ad vsũ quotidianũ pertinentibus, *l. numerũ, §. Irenarchæ. vers. item Episcopi, & §. qui annonam. de muner. & honor.* Præfectura prætoriana triticeas copias procurabat: Præfectus vero annonæ, propius curam exsequebatur, & efficiebat, vt panis per vrbem exuberaret, per officinas pistorum, ciborumque pensum & mundiciam panis exigendo. Cuius etiam dignitas par cum Præfecto vrbi, & eius carpentum mixta glorificatione cõscendebat, vt refert Cassiodorus in formula Præfecti annonæ, *Cassio. li. 6. Varia. ca. 18.* Munus & hoc Lutetiæ cauendi ne annona vexetur vel fraudetur, Præfecti eius vrbis etiã est, vt notat Ioannes Lucius, *lib. 6. Placito. curiæ. tit. 3. plac. 3.*

11 ¶ Romæ † etiam aliquãdo, anno ab vrbe condita 719. cum fames vsq; adeo magna oborta fuisset, vt gladiatores, mancipiaq; venalia vltra octoginta millia passus fuerint ab vrbe Romana reiecta, multosq; ex suis ministris tum Cæsar tum alii ablegauerint, Iustitium indictum, & Senatorib. vt quo vellent proficiscerentur permissum fuerit, viri Consolares frumento & pani præfecti, *Dio Cass. lib. 55. histor.* Res ardua certe & solicitudinis necessariæ quæ annonam respicit, & vitam omnium qui in Repub. sunt, & ad cuius procurationem viri sapientes & experientia insignes, præfici debeant, similes Iosepho, cui hoc munus Pharao vt sapientiori delegauit, *Genes. 41.*

12 ¶ Sicque † Carolus Bonus Comes Flandriæ, ipsemet manũ admouit huic negotio: & cũ anno Domini 1126. sterilitas in Gallia & Flandria grassaretur, iussit in tota Flandria canes occidi, ne exiguum annonæ consumerent, *Meyerus lib. 4. histor. Fland.*

13 ¶ Erant † & Romæ Episcopi dicti, qui curam panis & annonæ & pretii habebant, *l. 1. §. episcopos. de mune. & hono. P.* Et tanta hinc fuit habita hæc solicitudo, vt etiam ad sacros ecclesiæ Episcopos delata sit, *l. 1. de Episc. aud. C.* Et in Gallia & alibi diligẽter prouisum fuerit circa annonam: vt explicauimus in lege Iulia de annona, *lib. 36. Syntag. huius c. 30.* vbi plura. Hoc addendum, curam quoq; adhibendam, ne tabellites qui apparitores sunt curatorum annonæ, pistores clandestina fraude concutiant, & si faciant ordine moueantur, *l. fin. de apparitor. præfect. vrb. l. b. 12. C.* cauereq. debere Magistratus superiores, ne decuriones ipsi prætextu dignitatis monopoliorum sint factores aut auctores, vt propriam expleant auaritiam, *contra l. 1. de monopolis, C.*

De Prouincialibus Magistratibus aliis quam Prætoribus.

Cap. 32.

1 *Inconstantia rerum mutat omnia.*
2 *Prouinciarum Romanorum varia diuisio. Et qui Proconsules in prouinciis dicti. quæ illis subdita: vbi potestas eorum, & quod minores Consulibus, qualis eorum potestas, iurisdictio, & cura. & num. seq.*
3 *Rectoris prouinciæ nomen, commune omnibus regentibus prouincias.*
9 *Præsidis prouinciæ imperium & potestas. Iurisdictio & officium. num. 14.*
10 *Proconsules quæ habeant sub sua dispositione. & officia.*
11 *Vicarii Proconsulum quæ habebant sub sua dispositione: & eorum potestas. nu. 18.*
12 *Consularis prouinciæ rector quid habebat sub se.*
13 *Correctoris iurisdictio, & officia.*
15 *Curatoris Cæsaris munus in prouinciis.*
16 *Quæstorum ærariorum munus & officium.*
17 *Receptores generales financiarum in Gallia.*
18 *Legati Proconsules quam iurisdictionem haberent, & qui dicantur.*
20 *Legatus Cæsaris, Præses & Corrector.*
21 *Legati Summi Pontificis nati, missi à latere.*
22 *Legati Principis à legatis Proconsulis differentes.*
23 *Præfectus Augustalis quis, & iurisdictio.*
24 *Insinuati instrumentorum coram iuridico Alexandriæ.*
25 *Prouinciarum rectores militares.*
26 *Limenarchæ duces.*
27 *Rector prouinciæ generaliter quis, & forma constituendi eundem, insignia.*

1 INconstantia † rerum humanarum effecit, ne perpetuo tenore prouinciæ, eorumque rectores aut leges perseuerare potuerint, *§. vt autem lex, de non alie. reb. eccles. su auth.* Et proinde cogimur mutationi naturali, vel ex præscripto Imperatorum aut populi, stylum dicendi variare, & varias Magistratuum ordinationes proferre, vitandæ in iure confusionis caussa.

2 ¶ Prouinciæ † ante Imperatorum monarchiam, in Consulares & Prætorias distinctę erant, vt ait Cice. Philip. 1. Octauius Cæsar, postquam solus Imperator fuit declaratus, prouincias ditioni Romanæ subditas, inter se & populum diuisit: militia & custodia egentes sibi reseruauit, pacatas populo tribuit. Quos in suarũ prouinciarũ gubernationẽ mittebat Præfectos vocabat: veluti illius locũtenẽtes, & Proprætores. Eos vero, qui eas quæ essent populi, regerent, Proconsules: tanquam propinquiores pacis omnes etiã & Præsides dicebãtur, vt auctor Dio Cassius *li. 53 vide & Suet. in Aug. c. 47.* A Dione tamẽ in appellatione missorum ad gubernacula prouinciarum dissidet Strabo, in reliquis consentiens, *Strabo lib. 17.* vt inde mirum non debeat videri, si parum in his nominibus immoremur. Atque secundum generalem appellationem, omnes Præsides prouinciarũ in suo quẽque gradu, dici posse non dissident jura. Sic enim Martianus, *Nomen Præsidis,* inquit, *l. 1. de offic. Præsid. lib. 1. P. tit. 18. generale est: eo quod & Proconsules & legati Cæsaris, & omnes prouincias regentes, licet Senatores sint, Præsides appellantur.*

3 ¶ Communis † & appellatio rectoris prouinciæ, quæ omnes Iudices & moderatores prouinciarum complectitur, *l. 1. & 2. & tot. tit. de offic. recto. prouin. C.*

4 ¶ Pro consules † erant vicarij Consulum in prouinciis illorum administrationi commissis: imperium enim residebat penes Consules, sed administratio & exsecutio committebatur Proconsulibus. Ante tempora Archadii & Honorii, in Oriente erant Romanorum prouinciæ Consulares quindecim: præsides prouinciarum, 40. Proconsules duo, Asiæ & Achaiæ. Comes Orientis, & Præfectus Augustalis. Vicarij 4. Asianæ Diœceseos, pontice, Thraciarum, & Macedonię comites rei militaris duo Ægypti & Illantiæ duces, per Ægyptum, duo. Libyæ & Thebaidos, Per Orientem, 6 per Ponticam vnus: per Thracias, duo: per Illyricum duo. In occidente erat Proconsul Africæ cuius vicarii sex: vrbis Romæ, Italiæ, Africæ, Hispaniarum septem prouinciarum, & Britanniarum. comites rei militaris, sex: duces 12. Consulares prouincias regentes, 22. correctores, tres: præsides 31. vt videbis in notitia vtriusque imperii, vbi obseruabis distinctionem potestatum secundum nomenclaturam, accipiendo proprie nomina secundum illius temporis dispositionem. Nam Proconsules maioris potestatis inuenies, quã comites: & hos maiores quam duces, & consulares prouincias ministrantes, minores iis.

5 ¶ Proconsul † vtramque potestatem & armorum & iurisdictionis habebat, sed non tantam, quantam consules vbiq;. In ciuitate namque Romana, potestate sua Proconsules non fungebantur, *l. 1. de offic. procons. & lega. lib. 1. P. tit. 12.* & portam Romæ ingressi deponebant imperium, *l. si. eod. tit.* quia illic consulum locus erat, quorum erant illi alibi vicarij. Neque etiã plenissima potestate & iurisdictione contentiosa vtebantur, donec peruenissent in eas prouincias, quæ eis decretæ erant, *l. 1. 2. 3. & l. 4. §. post hæc, eod.* Neque mandare iurisdictionem poterant, priusquam eo peruenissent: nisi mora maxima terenda esset in itinere necessario, *d. §. post hæc, & l. aliquando, §. eod.*

6 ¶ In † ea porro prouincia quæ sibi commissa erat, Proconsul maius Imperium habebat omnibus post principem, *l. & ideo, 8. eod.* Neque quicquam in prouincia erat, quod per ipsum non expediretur, excepta fiscali pecunia, quę ad procuratorem Principis respicit, *l. nec quicquam 9. eod.* Explicat Iustinianus Nouella 30. Proconsulem datum esse prouinciis magni nominis & imperii antiqui. & ideo, talem dari Cappadociæ edicit, vt non solum præsideret legibus & cohorti ciuili, sed etiã militibus prouinciarum Pontici tractu, & Tamiacis. Sic que Nouell. 103. de administratore Palestinæ statuit, quem in Proconsulem erigit, tum quia olim erat solita illa prouincia per Proconsulem Regi: tum etiã quod in ea Dominus noster Iesus Christus natus fuerit. Data ei Proconsuli potestate non tantum in iurisdictionis caussas, sed etiam in milites: ita tamen, ne spectabilis locorum Dux confunderetur cum Proconsulari potestate. Eundem magistratum cum toga purpurea & summo imperio, *insigne hoc stola etiam dicitur in Nouell. 31. §. 1.* Proconsuli adsignando cũ suis militibus Magistro vero militum eorumque Ducibus, præsidia & omnia quæ armatæ militiæ sunt. Ita exceptis illis, Proconsul habebat plenissimam iurisdictionem, & omnium partes, qui Romę vel quasi Magistratus, vel extra ordinem ius dicunt, *in l. si in aliquam, 7. §. fin. de offic. Procõs.* P. iure tamen Magistratus.

7 ¶ Ideo, † quia tanquam Magistratus iudicabat, statutũ ne quod decretum pro negotii decisione desiderabat, per libellum expediret, *d. l. nec quicquam, 9. §. 1.* vtque eos solos aduocatos patiatur postulare, quibus per edictum permittitur, *d. l. nec quicquã. §. 1.* detque non habentibus, *d. l. nec quicquam, §. obseruare.* De plano tamen cognosceret de caussis obsequii filiorum & libertorum, erga parentes & patronos, *d. l. nec quicquam, §. de plano.* ędes sa-

Digitized by Google

eras & opera publica sarta tecta custodiret, cœpta perfici procurare, prout vires eius Reipublicæ permittunt: curatores operum diligentes præficeret solemniter: ministeria quoque militaria, si opus esset, ad curatores adiuuandos daret, *d.l. si in aliquâ, eo.tit. P.* & omnia negotia prouinciæ curaret, vsque ad aduêtum successoris, *l. meminisse*, 10. *eod. l. 1. de offi. præf. Augusta. lib. 1. P. titu.* 17. At modestia, abstinentia à malis, qua vti debent prouincias sibi designatas ingressuri, & formula, describitur ab Vlpiano in Lobseruare 4. & in l. si in aliquam, 7. & in l. solet, 6. § non vero, de offic. proconf. Et in summa quæ præsidum communia sunt, ab illis obseruantur, *d.l. nec quicquam, § fi. eo.* eadem namque quæ de Proconsulibus relata sunt, de Præsidibus quoque tradita sunt: & si quos potentiorum habent contumaces, vel ad Prætorianam præfecturam, vel ad principem referre possunt, *l. 2. de offic. recto. prouin.* C. *lib. 1. tit. 44.*

8 ¶ Restricta † tamen vel dilata potestas fuit ex arbitrio Imperatorum, vt in Nouel. Iustinia. 31. inuenies in quadruplic. distinctione Armeniæ, primæ partis Proconsulem ciuilem constituit: tertiæ autem, dici Præsidem comitem Iustinianeum, cum potestate in milites ciuilem & militarem Magistratum: duarum autem aliarum partium Armeniæ præpositos esse ordinarios. Rursum autem in Nouel. 28. ex duobus Præsidibus Ponti vnum nouum constituit præfectum, quem vult vocari, moderatorem Iustinianeum Helenoponti: adsignans ei cognitionem caussarũ ciuilium & criminalium in vrbibus suæ Diœceseos, ea tamen lege, vt vicarios non habeat in illis, sed ipse oberrando vrbes lustraret, *§. insuper*, *Nouel.* 28. Vlpianus etiam in l. 1. de tutor. & curat. dat. ab iis, &c. lib. 26. P. tit. 5. moderatorem prouinciæ ad tempus dictum constituit, qui defuncto Proconsule vel Præside, temporis caussa moderamen prouinciæ habet, eumque vi-

9 ces Proconsulis & Præsidis agere respondit: Præses † prouinciæ, in suæ prouinciæ homines tantum imperium habet, & hoc dum in prouincia est: & in ea quoque, interdum in extraneos, si quid in ea deliquerint, *l. 3. de offic. præs. P.* Maiusque imperium habet in ea prouincia omnibus hominibus post principem, *l. 4. eod.* & de omnibus caussis, de quibus vel præfectus vrbis, vel præfectus prætorio, vel Consules, vel prætores, ceterique cognoscunt: Correctorum & præsidum, inquit Hermogenianus, est notio, *l. ex omnibus*, 10. *eod. Mart. in l. omnia*, 11. *& Procul. l. sed licet*, 12. *eod.* Qui vniuersas prouincias regunt, ius gladij habent, in metallum dare possunt, *l. illicitas*, 6. *§. qui vniuersas eod.* latrones, sarilegos, plagiarios, fures conquirunt & puniunt, *l. congruit*, 13. *eod.* & alios maleficos, *l. fin. eod. P.* Illicitas exactiones cohibent, resarciunt, vindicant, *d.l. illicitas*, humiles à potentioribus, ne opprimantur cauent, concussiones militares prohibent, & coercent, *d.l. illicitas §. ne potentiores, & seq.* adoptant apud se & emãcipant, *l. 2. eod. P.* iudicem dant, *l. 5. & l. generaliter*, 9. *eod. titu.* Et quemadmodum proconsul deformitati ædificiorum consulit, hi & refici ædes iubent, *l. præses prouinciæ, l. 7. eod.* furiosis & eorũ custodiæ prospiciunt, & crimina eorum censent, num animaduersione sint digna, *l. congruit*, *§. fin. & l. diuus eod. P.* Et in hoc officio esse iubentur perpetuo, propter vtilitatem prouincialium: vt nec liceat eis quamdiu admi istrant, prouinciæ suæ fines excedere, nisi voti soluendi caussa, dum tamen non abnoctent, *l. illud obseruandum*, 15. *de offi. præsid. P.* Præscripsit & Callistratus modestiam & grauitatem istius Magistratus, in l. obseruandum 19. de offi. præsi. *P.* Modestinus vero, à muneribus præterquam ab esculentis & poculentis, abstinentiam ex plebiscito, *l. plebiscito*, 18. *eod.* Martianus, quomodo etiam à propriis iniuriis & suorum vindicandis abstinere debeant, pendente administratione. Et Celius, quomodo in officio perseuerare debeat, donec. successorem acceperit, *l. sorte*, 17. *eod.*

10 ¶ In † notitia vtriusque imperij Proconsul dicitur habere sub sua dispositione vicarios, prouinciasque Consulares, legatos duos: & pro officio principem agentium in rebus Ducenarium, Cornicularium, numerarios duos, primiscrinium, commentariensem, adiutorem, ab actis, subadiuuas, exceptores, singulares, & reliquum officium.

11 ¶ Vicarios † vero Proconsulum, habere sub sua dispositione Consulares regentes prouincias, correctores interdum, & Præsides. In officio autem, *officium hic & in simil. b. accipitur pro officialibus, vt in Lillicitas, § ne tenuis vita, de offic. præsid.* vicariatus vicarium habere, principem de schola agentium in rebus Ducenarium, Cornicularium, numerarios duos, commentariensem, adiutorem, ab actis, curam epistolarum, subadiuuas, exceptores, singulares, & reliquos officiales.

12 ¶ Consularis † habebat sub sua dispositione prouinciam, & in officio principem de officio præfecti prætorio, Cornicularii, Tabularios duos pro numerario, adiutorem, commentariensem, ab actis, subadiuuam: exceptores, & reliquos cohortalinos, quibus non licebat ad aliam transire militiam sine annutatione clementiæ principalis.

13 ¶ Sub † iurisdictione vero viri clarissimi Correctoris, erat prouincia ei deputata, & habebat principem ex eodem officio, Cornicularium. Tabularios duos, Commentariensem, adiutorem ab actis, subadiuuam, exceptores, & ceteros cohortalinos, quibus quoque non licebat ad aliam transire militiam sine annutatione clementiæ principalis.

14 ¶ At † sub iurisdictione viri perfectissimi Præsidis, erat prouincia illi deputata: habebat principem ex eodem officio, Cornicularium, Tabularios duos, Commentariensem, adiutorem, ab actis, subadiuuam: exceptores & reliquos cohortalinos, quibus etiam non licebat ad aliam transire militiam sine annutatione diuinæ clementiæ.

15 ¶ Mittebat † autem Cæsar, ad suas prouincias curatores, id est, eos qui publicos reditus colligerent, & qui impẽsas in Cæsaris præsides, & negotia, & Magistratuum stipendia facerent, vt scribit Dio Cassius, *lib. 53.*

16 ¶ Erant † & Quæstores ærarij in vrbe, & qui comitarentur Præsides & prætores in prouincias qui gererent pecuniæ publicæ curam: quorum officium, in pecunia conquirenda, conseruanda, & legitime eroganda, *l. 3. §. deinde cum erarium populi, de orig. iur. P. l. 2. & 3. de offic. quæsto. C.* & illi insignibus quidem vtebantur dignitatibus, sed neque lictorem, neque viatorem habebant, vt ait Gellius, *lib. 13. c. 12.* & ideo neque vocationem, neque prehensionem.

17 ¶ Alij † erant ita isti Quæstores & alterius dignitatis, quam esset Quæstor candidatus Principis. De quo in Cancellario diximus antea, & de quo videndus Cassiodorus lib. Varia. c. 5. In Gallia sunt tribuni ærarij, quos vocant Financiarum receptores generales, numero 4. instituti constitut. à Carolo 6. edita, art. 17. Et ab Henrico 2. Quibus præponuntur Ærarij præfecti, seu generales Financiarum, quorum munus olim obibant prætores prætoriique viri: aliquando & Magistri officiorum, vt l. 2. de offic. Quæsto. C. Aliquando Quæstor sacri palatij, l. 1. C. eo. Sublunt iis particulares susceptores vendit. Additi & Præfecti fisci, & dicti Franciæ thesaurarij, ad quorum fiscalem arcam, regij canones & reditus à singularibus Quæstoribus antea ferebantur. Hodie & constituti, qui soluant Magistratibus salaria, dicti *Payeurs de gaiges*. Sed illi nullam habent iurisdictionem: habent autem generales Financiarum, qui vna cum Magistris ratiociniorum, vacant expungendis rationibus Quæstorum regionalium, & ex constitut. Caroli 7. & 8. patrimonio regio auctoritatem accommodabant. Suntque horum munera constitutionibus regiis propriis abunde præscripta. Vt de iurisdictione curiæ oblationalis seu vectigalium, vocant *Des aides*, exstet constitutio Henrici 2. mensis Martij 1551.

18 ¶ Ex † qua œconomia iuris ciuilis Romani plura capita faciliora redduntur: nam dicitur Proconsulem habere vicarios, id est, qui proconsularem etiam referunt potestatem & principis auctoritatem, qui in ciuilib. caussis comitibus militum præferebantur: vt & in militaribus, comites vicariis, censeturque dignitatis præfecturæ, cuius vicarius est, pars, *l. 1. de offic. vica. lib. 1. C. tit. 42.* Et ideo princeps etiam honorifice illorum allationes audit, *l. 2. C. eod.*

19 ¶ Intelligimus † deinceps, legatos Proconsuli duos fuisse, qui tantum iudicent quantum illis mandet Proconsul, *l. legati*, 1. *de offic. Proconf. P. l. pen. de offi. eius cui manda. est iurisd. P. l. 2. quis & à quo appelle. P.* Mandat autem iurisdictionem illis, quando prouinciam ingressus est designatam, non antea, *l. obseruare*, 4. *de offic. Proconf. P.* Dio Cassius legatos dictos fuisse ait, qui cum Proconsulibus mittebantur, quibus iurisdictionem suam Consules mandarent, quippe mittebantur cum Præsidibus à Cæsare, *Dio Cass. lib. 53.*

20 At † Papinianus Cæsaris legatos putat esse, qui Præsides & Correctores dicuntur: sic enim respondit, *l. Legatus Cæsaris* 20. *de offi. Præs. P. Legatus Cæsaris*, id est, *præses & corrector prouinciæ abdicando se, non amittit imperium.* Similes quoque facit in potestate Hermogenianus Correctores & Præsides, dum ait, *l. ex omnib.* 10. *eod. Ex omnibus caussis, de quibus vel Præfectus vrbis, vel Præfectus Prætorio itemque Consules & Prætores, ceterique Romæ cognoscunt, Correctorum & Præsidum prouinciarum.*

21 ¶ In † iure quoque pontificio inueniuntur legati summi Pontificis, in triplici differentia, vt alij nati, alij missi, alij à latere dicantur: de quibus diximus, lib. 15. c. 4. num. 17. istius Syntag. quibus summus pontifex suo nomine prouincias committit regendas, & ibi veluti vicarios constituit cum maiori potestate & imperio, quam habeat ordinarius. De quibus & exstant tituli, de offic. lega. apud Gregorium, libro primo, titulo 30. & lib. Sexti. 1. tit. 15.

22 ¶ Verum † isti legati Principis Correctores & Præsides, lõge distant à legatis Proconsulis, qui delegata proconsulari non imperiali vtebantur potestate. Et ita legati Proconsulis nihil proprium habebant, nisi à Proconsule eis mandata fuisset iurisdictio, *d.l. legati Proconsulis*, 13. *de offic. Proconf. P.* neque etiam mandata iurisdictione, animaduertendi, vel coercendi, vel atrociter verberandi ius illis erat: sed si quid erat, quod maiorẽ animaduersionem exigeret, remittebant ad Proconsulem, *l. si quid erit, & l. solet, eod. P. l. 1. C. eod. l. 2. §. fin. de offic. eius cui manda. est iurisd. P.* Tutores tamen, postquam Proconsul ingressus est prouinciam, dabant, *l. penultim. de offic. Proconsul. l. 1. de tutor. & cura. dat. ab iis, &c. P.* & tunc etiam de suspectis tutoribus cognoscebant, *in l. cognitio. 4. de offic. eius cui manda. est iurisd. P. l. 2. §. 1. de susp. tut. P.* Neque ante ingressum manumittebãt, quia apud eos legis

Digitized by Google

legis actio non est,nec talem habent iurisdictionem,*l.2.§.fin. & l.3.de offic. Proconſ.P.*post ingressam vero prouinciam,contra, *l. apud Proconsulem,17.de manum.vin.P.l.2.de offic.eius qui vic, alic. iudic.vel præsidebit.lib.1.C.tit.51.*

23 ¶ Legati † quoque Proconsulum, non principem,sed suum Proconsulem consulere debent,*l.solet,§.legatum, de offic. Proconſ.* Inter Proconsules & Præsides annumerandus est prefectus Augustalis,præses videlicet ab Augusto in prouinciã Ægypti missus cum potestate & imperio proconsulari,*vide Tacit.lib. 11.l.1. de offic.Præf. Augusta.P.*qui & exemplo Proconsulum, tantum accepto successore prouincia decedebat,*l.1.1.eod.* totam diœcesim Ægyptiacam disponebat & iudicabat,*l.1.C. eod.* iudicum ordinariorum eiusdem curam habebat: & quamuis amouere eos ob crimina loco non posset vel punire,tamen principi eorũ delicta referebat,*l.2.C.eod.* Manumissiones expediebat,*l.apud Prefectum,21.de manum.vind.lib.40.P.tit.2.*

24 ¶ Iudex † dictus iuridicus Alexandriæ,in eius præfectura erat: verumtamen,nec à præfecto Augustali,nec à Præside quoquam, vel eius legatis dabatur,sed solo principe,cum summo imperio. Eo magistratu fuerunt contenti Alexandri, cum Decurionibus seu cõsiliariis,qui illi adiuncti sunt à Seuero,*Spartian Seuero.* apud hunc iurid. cum,instrumentorum & donationum insinuationes fiebant,perinde validæ acsi coram moderatore prouinciæ,vel aliis magistratibus,aut defensore plebis fierent,*l.vni.de offi.iurid. Alex.C.* Data & huic legis actio, vt & apud ipsum adoptare liceret,*l.1.eod.P.* Item tutoris dandi potestas,*l.2.eod.P.*

25 ¶ † Fuerunt † & alii in prouincias regendas missi vel ad partes,vel loca quædam prouinciarũ cum exercitu, & cũ Magistratu ciuili & militari,vel altero illorum:potissimum autem militares rectores,in prouincias limitaneas & proximas hostib.quæ ve armata manu egerent ad continendam pacem,& exercendas leges.Hinc inuenies Irenarchas, *l.vni.de Irenarch.lib.11. C. l. pen.& fi.& tot.tit.de offi.milit.iudic.lib.1.C.tit.47.* duces missos, vt in formula ducatus docebit Cassiodorus,lib.7.Varia.c.4.Inuenies & Comites rectores armatos,& iuridicos, de quibus quædam iam diximus lib.6.istius Syntag.c.9.Habes de horum aliqua potestate,tit de offic.Comit. Orient.l.b.1.C.titu. 40. De comite Isaur.Nouella 27. Iustiniani, vbi & de comitibus Galatiæ,Partianæ, Phrygiæ, & eorum dignitate: quibus & datur à Magistratibus appellationum causarum,quingentorum aureorum cognitio,cui aque rei militaris & iurisdictionis,qualem habebant olim in illis locis vicarii principis. Comites viri spectabiles dicti, in notitia vtriusque imperii,habebant principem ex officio Magistri militum præsentialium à parte peditum vel equitum secundum comitatiuæ dignitatem, Cornicularium, Adiutorem, Commentariensem ex officio Magistri militum præsentialium alternis annis. Numerarios duos,ex vtrisque officiis Magistri militum præsentialium, singulos Subadiuuam, regendarium,exceptores,singulares,& reliquos officiales. Viri vero spectabiles Duces habebant Principem ex officiis magistrorum militum præsentialium alternis annis. Numerarios vtrosque,Commentariensem, Cornicularium,Adiutorem, Subadiuuam, regendarium,exceptores, singulares, & reliquos officiales.

26 ¶ Nisi † prohibet,quin iis adscribamus Limenarchas qui portubus præficiebantur, quos Aristoteles 6. Polytic. vocat λιμενάρχας, de quibus Budæus in l. Limenarchæ,de seruis fugitiuis.

27 ¶ In summa,prædicti & omnes alii, quibus quocunque titulo regenda prouincia vna cõcessa est generaliter,vel plures rectores generali nomine dici possunt, vt etiam habeant sub se Præfectos speciales,atque Iudices.Formulam constituendi Rectorẽ prouinciæ refert sui temporis Cassiodorus,lib.6.Variar.cap.21. quam videro. Inter cetera autem ait,pro insigni fuisse chlamidem clauatam:& Iustinianus alicubi datam stolam purpuream tradit,*Nouel.31. §.1.* Sed de insignibus non valde laborandum, cum illa variarint pro sententia populi & Cæsarum.Aliquãdo, qui cum Proconsulari potestate mittebantur,sex Lictores habebant, *l.Proconsules,14.de offic. Proconſ.* P.si vero mitterentur cum potestate Consulari,& Consulares integri fasces dabantur cũ aliis insignibus Consularibus,penula, & carpento, vt scribit in formula Consularium ratus Cassiodorus, *lib.6.Varia.c.20.*

28 ¶ Sicque † Iustinianus Prætoribus suis Pysidię & Lycaoniæ dedit insignia curules,sellas aureas,securem consularem, & fasces, *Nouel.24.* Latius Cicero dicit,quib.exornari solebant Prætores prouinciæ:*Deinde,*inquit, *Cic.in Rullum. ornatur apparitoribus,scribis,librariis,præconibus,Architectis,præterea mulis, tabernaculis,tentoriis,supellectili.Sumtũ hauriet ex arariis,suppeditatæ socios finitores,ex equestri loco ductẽtes in annos singulos stipatores corporis cõstituit.* Et Iulius Cipitolinus scribit,*in Alexãdro,* Alexandrũ Imperatorẽ ex more veterũ instruxisse Magistratꝰ,quos in prouincias mittebat:ita vt Præsides acciperent,argẽti põdo vicena,vialas,senas,mulos binos,equos binos,vestes foreses binas,domesticas singulas,balneares singulas,aureos cẽtenos,cocos singulos:& si vxores non haberent,concubinas singulas,quod sine iis esse nõ possent, redditurí depositã administratione, mulas, mulos, equos,muliones,& cocos:cetera sibi habituri,si bene egissent: in quadruplum redditurí,si male.

¶ Illud † tamen quod de vxoribus & concubinis traditum est, 29
non fuit aliquando sine controuersia. Si quidem vt auctor est Cornelius Tacitus,*lib.3.Annal.* Seuerus Cecinna censuit, ne quem Magistratum,cui prouincia obtigisset, vxor comitaretur: inesse quippe mulierum comitatui, quæ pacem luxu, bellum formidine morentur,& Romanum agmen in similitudinem incessus barbarici conuerteret. Non imbellicem tantum, & imparem laboribus sexum:sed si licentia adsit,sæuum, ambitiosum, potestatis auidum.Neque oportere eas cõtra leges Oppias, domos,fora,& exercitus regere. Contra tamen censuit Valerius Messalinus,neque inde pacis impedimentum,socias priuatas:reuertentibus à labore maritis nullum honestius, quam vxorium leuamentum: ob noxias quasdam auaritiæ, vt etiam quosdam Magistratus,& libidinibus.Et placuisse quondam Oppias leges, remissum aliquid postea,sic Reipublicæ temporibus postulantibus.Nõ æquum sexum natura inualidum relinqui, exponi suo luxu & libidinibus alienis:vix manere illæsa præsenti custodia matrimonia,quid fore si per plures annos in modum dissidii oblitterentur? Et Liuia Augustum in Orientem & Occidentem comitata.Hypsycratees Mythridatem,*Val. Max.* etiam tempore belli,vt & Cleopatra Pompeium,*Plutar.in Pomp.* Quocirca & vicit tandem sententia Messalini,isque suasit Senatus consulto cauẽdum,licere quidem ducere vxorem,sed vt quamquam insontes essent Magistratus & culpæ alienæ nescii, prouincialib. vxorũ criminalib. perinde quam suis plecterentur,*Corn,Tac.lib.4.* Meminit de hoc Senatusc.Vlpia,his verbis,*in l.observare,4. §.proficisci,de offi.Procon.P.Proficisci autem Proconsulem melius est sine vxore, sed & cum vxore potest, dummodo sciat Senatum Messala & Cotta Coss.censuisse futurum,vt si quid vxores eorum qui ad officia proficiscuntur, deliquerunt,ab ipsis ratio & vindicta exigatur.* Sic enim in culpa videtur esse maritus, qui pernitiosam prouincialibus secum duxit vxorem,vt pro ea culpa teneatur:non secus,quã caupo,nauta,stabularius,qui vtitur opera malorum hominum,pro illis tenetur,*§.penult. de oblig. quæ ex quas.del.l.1.& fi §.hac autem actione nauicaupon.stab.&c.lib. 4.P. tit.9.* nempe pro pœna pecuniaria. Siquidem & vxor pro suo delicto etiam plectitur.*l.fin. C.de iniur.*

¶ Porro † Octauius Cæsar, vt refert Dio Cass. *lib.* 53. leges 30
quasdam omnibus rectoribus prouinciarum fere communes,statuit:1. Ne quem delectum militum agerent:2. Ne pecuniã præter eam quæ constituta erat,exigerent, Senatoris Imperatoris ve iniussu:3.Cui successor missus esset,is statim ex prouincia abiret:ac ne iedeundo domum tempus tereret, sed intra tertium mensem Romam reuerteretur. Adde alias,& 4. Ne ante successoris aduentũ prouincias relinquãt,etsi tempus lapsum sit administrationis,*l.meminisse,10.de offi.Proconſ.P.l.1.de offic.præf.Augustal. P. l.1. §.administrationem,C. vt omnes iudi.&c.* neque Romã rediterent,priusquam iuberet Imperator,*l.nullus prouincia moderator, 9.C.de offi.recto.prouinc.C.* Statuit & Zeno Cæsar,vt omnes Iudices, Præsides prouinciarum, Rectores,aut Correctores, Proconsules,Præfectus Augustalis,Comes Orientalis, Duces & alii prouinciarum Rectores.post administrationẽ depositam, quinquaginta dies in ciuitatibus vel certis locis remanerent,vt omnibus cõquirendi de illis si quid admississent,vel furati fuissent, daretur libera facultas,*l.1.vt omn.iudi.tam ciuil.quã mil.&c.C.§. necessitatem, vt iud.sine quoquo suffrag. &c.in authen.* 5. Commune est,vt potioris gradus iudicibus inferioribus competens reuerentia tribuatur & contra, maior minores officio suo bene fungentes,iniuriis impune afficiat, *l.potioris, §. de offic. recto. prou. C.6.* Moderatores prouinciarum curam gerant, ne quid potentum procuratores perperam,iniusteque committant, *l.moderatores,11.eod.l.illicitas.6.in princ.& §.ne potentiores,de offic.Præsi.* pacatam prouinciam & quietam à prauis hominibus,& à criminibus conseruent,*l.3.& l.congruit.13.eod. P.7.* Nulli patriæ suę administratio sine speciali permissu principis permittatur,*l.fin.C.de officio recto.prouinc.* 8. Factum est Senatusconsultum Caluino & Messala Consuli,nequisquam ex iis qui Consulatum vel Præturam gessissent,exteriorem aliquam prouinciam ante elapsum quintum annum acciperent. Sperantes hac ratione certamina de occupandis Magistratibus tolli posse,si pateret eum qui obtinuisset,non statim cum potentia aliqua futurum,*Dio Cass.lib.* 40.9.Maiorani Imperatoris lex, Rectori prouinciæ totius anni tẽpore,non plus quã triduo vna ciuitas submini stret:aut si diutius voluerit commorari,de proprio sibi sciat esse viuendum, *Maiorianus Impe.l.legum Nouell.titu.1.de curialib.*10. Ne in fœnus dent in prouincia negotientur ve,quandiu prouinciam administrant,*l.principalibus, 34.de rebus cred.in P.l.eos,& l.quisquis,C.eo.* non contrahant,emendo,vendendo,&c.*l.non licet, & l.qui officiis,de contrahen. P.l.1.C.de contract.iudic.l.seruientes, de nume. & actua.libro* 12.C.*tit.*50.vxorem ducendo,*l.si quis officium,38.& l. præfectus cohortis,63.de vit.nupt.P.l.3.§.videamus,de donat.inter.vir. & vxor.P.l.1.si rect.prouinc.vel ad eum pert.C.*

De Rectoribus prouinciarum in Gallia.

Cap.33.

Digitized by Google

1 *Gallici magistratus quare differant à Romanis.*
2 *Gubernator prouinciæ in Gallia, quis, & eius potestas.*
3 *Seneschalchi, legitimi locorum Toparchæ. Interesse cur debeant in parlamento tempore causarum suæ Seneschalliæ.*
4 *Seneschallus & Seneschia vnde nomen habuerunt.*
5 *Baillif vnde dicitur & baillinia.*
6 *Præsidiales iuridici, nom Præsides dici possint.*
7 *Residentia iniuncta omnibus iudicibus in suis Præfecturis.*
8 Seneschaucées, & leurs Lieutenans.
9 *Iuridicus ne quis esset loco suæ natiuitatis statutus.*
10 *Officia Magistratuum ne sint venalia.*
11 *Seneschallus de quibus negotijs iudicet.*
12 *Seneschallus recipitur tanquam in curia suprema suo parlamenti.*
13 *Officia Magistratuum in Gallia, temporalia aliquando.*
14 *Iuridici conuentus in Gallia olim non statuti, vt nunc.*
15 *Senarchia de quibusdam appellationibus cognoscit. Iurisdictionis eius augmentum, nu. 17. & 18.*
16 *Vigerius quis, & quid significet, & iurisdictio eius.*

1 IN † Gallia, quia diuersum sermonis idioma est, & diuersus regendæ Reipubl. modus, Rectoribus prouinciarum exemplo Romanorum omnino non vtimur, ex parte quamuis cum Romanis consentiamus. In ea iurisdictiones & potestates ex nu:u & Principis voluntate distinguuntur.

2 ¶ Sunt † tempore belli maxime Rectores prouinciarum, quos dicimus, *Gouuerneurs du pays*: qualis Gubernator noster Tectosagum, alius Aquitaniæ, Picardiæ, & similes, qui pro Proconsulibus exsistunt. Quidam & legati cum potestate regia, vicarij Regis, quos vocant etiam *Vsroys*, quorum potestas Præfectis prætorianis comparari potest. Etsi non diffiteat Rectores vel Gubernatores, etiam vices Regis agere in militaribus caussis, & in prouinciis sibi commissis. Magna horum erat olim auctoritas: concedebant enim veniam & abolitionem criminum, nundinas mercatus nobilitabant, legitimabant seu restituebant natalibus, auocabant à iudicibus ordinariis causas ad se. Quæ tamen omnia postea ademta, & restituta regiæ soli potestati, edicto Ludouici 12. Hodie Rector Delphinatus, omnia officia concedit, pluraque potest: exceptis Curiæ supremæ Parlamenti officiis & indulgentiis seu veniis criminum. Fallunter qui putant Vicarium generalem Regis, quem vocamus *Lieutenant general pour sa Maiesté*, Proconsulibus similem dici. Nam melius hic qui vices agit in vniuersis prouinciis Galliarum, diceretur Magister militum, qualis sub Dictatore: vel Præfectus prætorio, sub Imperatoribus: vel tempore priscorum Regum Francorum, Meier vel Magister domus: ex cuius auctoritate tota militaris opera regeretur, qui secundus post Regem in ea potestate, maior Proconsulibus & Gubernatoribus, Præsidibusve prouinciarum. Et certe hoc etiam munus vix conceditur, nec concedi debet alii quam principis fratri, vel filio, vel ei qui designatus est successor imperii. Periculum enim est, ne qui hac inuestitur dignitate, allectus dominandi dulcedine, & qui iam omni manu militari armatum se videt, inuadat principatū eius cuius vicariatum gerit: saltem ita olim contigit, quando Meieri & domus Francię maiores, vsurparunt imperium. Est itaque ille vicarius Regis generalis, maior, qui etiā habet sub se alios Galliæ Polemarchos, quos vocant *Mareschaux*, syllabis prioribus Polemarchi decisis.

3 ¶ Subduntur † & illi gubernatores prouinciarū, qui & habēt alios sub se, veluti Toparchas, id est, certorum locorū gubernatores: qui interdum præter morem antiquum Senarchiis & Bailliuis additi sunt, & interdum cum Seneschallis, & gubernatores in Seneschallia addontur & regunt secundum Principis voluntatem. Verum Senarchi sunt legitimi Toparchæ & antiquiores istis singularibus gubernatoribus addititiis. Sunt enim Senarchi veluti proprii & naturales locorum gubernatores, non tantum paludatis, sed etiam togatis gubernatoribus adscribēdi. Vt etiam Philippus 6. cognomento Valesius, eos nominauerit in constitutione anni 1344. rectores prouinciarum: dum ait, tēpore appellationum agitandarum in diebus ordinariis suæ Seneschalliæ eos in parlamento interesse debere. *Vt*, inquit, *apparere possit de ipsorum gestu, vita, & moribus, & quomodo per ipsos digne regantur prouinciæ eis traditæ, sub eorum regimine, &c.* Militari namque opera & iurisdictione, sibi commissos regunt: duces nobilium tempore belli suæ Toparchiæ sunt, & bannum & heribannum sub illis solis pugnat ducibus. Et ex constitutione Hērici I I. dici 9. Febr. 1547. art. 3. Si modo ipsi Toparchæ militiæ regendæ & ducatui idonei sint. Nam illis non idoneis, ex nobilibus Toparchiæ eligitur vnus, ex rectoris prouinciæ decreto, si rector sit: sin minus, per delegatum ea de caussa per principem in locum Seneschalli, qui ordines tempore militiæ Toparchiæ ducat. Eaque de caussa vidi aliquando conqueri Cadurci certe trenuum Toparcham seu Seneschalchum, quod fuisset Præfectus singularis à principe in sua Toparchia gubernator, tanquā putans sibi id dedecori esse. Cuius cōtrouersiæ caussa etiā in variis scidit ciues sententias & simultates, vt vereor, ne quid inde grauius postea ortum fuerit.

4 ¶ Senarchia † vel Seneschalchia, quam vulgari nomine Seneschalchiam & Bailliuam dicimus, inde *& Seneschal & Baillif*, pro Toparcha & præfecto declinationem nominis habent ab vna significatione. Siquidem Senarchia dicta videtur, ex compositione nominis Latini & Græci, senum ἀρχία, senum principatus: & Senarchus siue Seneschalchus, qui huic concilio senū Præfectus est. Vel si malimus integram compositionē dictionibus. Græcis cōstare, Cœnarchiam dicemus, ex Græco κοινὸν & ἀρχία, id est communis principatus, vt Perionius obseruauit. Et Cœnarchus, princeps eius administrationis dicetur. Potest dici à Germanico idiomate, Seneschalcia, à verbo *Seken & Scalk*, quasi indagatio & perquisitio, seu censura hominis pessimi & veteratoris, quod in ea sede de iudiciis agatur maxime virorū iniquorum. Quidam etiam dicunt vetus verbum, *Sen*, iustitiam significare, & scalcum præfectum: atque dicunt inde seneschalcos, iustitiæ præfectos, sed diuinare id dici. Lupanus.

¶ Dicitur † & Baillius, quasi βουλή, id est, consilium. Noluit enim princeps omnino ciuitates præclaras, solis Toparchis committere sine consilio prudentum virorum, qui eis assiderent. Sicuti & iuridico Alexandriæ, Seuerus, teste Spartiano in eius vita, adiecit ordinem decurionum. 5

¶ Præsides † certe prouinciæ iuridici isti dici non possunt, quia nec vni prouinciæ præficiuntur, & plures in eadem prouincia sunt Seneschalli: vt in Aquitania, plures, apud Tectosages, plures, & alibi similiter. Sicuti nec potestas præsidis illis cōuenit: nā ab iis prouocatur, à præsidibus nequaquam. Exstat & constitutio Caroli 6. cognomine Pij, anni Domini 1338. qua prohibentur alia nomina quam vulgata, & præpositi. Sic enim statuit, *Nullius Seneschalliæ, Bailliuiæ, aut alterius iurisdictionis regimen volumus gubernari, vel alio nomine præterquam Seneschalli, Baillini, vel Præpositi: sicut antiquitus fuerit concessum.* 6

¶ Itaque † prouinciæ diuisæ sunt in Gallia, in has præfecturas etiam locorum, vt facilius res tum ciuiles, tum militares regerentur: quemadmodum & Plinius lib. 5. cap. 9. refert Thebaidem in Asia diuidi in præfecturas oppidorum, quas nomos dixerūt. Fidem facit, quod Senarchorum institutio primaria exigebat, vt per seipsos suum munus exsequerentur, neque vicariis vterentur, aut Subpræfectis, nisi ob grauem & necessariam absentiam, ex constitutione Caroli 7. art. 86. An constitut. Philip. Pulcri 1302. Atque iubetur constitutione Caroli 6. an. 1388. & aliis pluribus constitutionibus, vt ipsi sint assidui, seu, vt dicunt, residentes in præfectura: quemadmodum aliis statis curiis principalibus & inferioribus necessitas assiduitatis & residentiæ imposita est à Principe pendentibus diebus iuridicis, Senatoribus etiam & præsidibus Senatus. Exstatque constitutio Francisci primi, *sur la residence des officiers, Conseilliers, Presidens, Baillifs, &c.* Et constit. anni 1539. art. 129. Et constit. Caroli 8. art. 3. & 77. Caroli 7. art. 2. Ludou. 12. art. 13. & 25. Quinimo nec ex principis consilio possunt esse, vt absint pendente præfectura, ex constit. Caroli 6. anni 1388. Sunt Senarchiæ iudices maiores & minores seu Subpræfecti aliquando, si tractus iurisdictionis paulo latior sit, & si populosus locus sit, vocant *Lieutenans & sieges de Seneschaux*. 7

¶ Sed † Subpræfecti à principe non à Seneschalcho instituuntur & præficiuntur, nec delegati sed ordinarij iudices fiūt: sub ditione tamen & potestate eiusdem Seneschalchi. Et ideo iudicia eorum nomine Seneschalchi proferuntur, & negotia eodem nomine expediuntur: quamuis ipse per seipsum non iudicet. Nam iudices illi additi, in hac parte operam præstant, ipse autem nomine & potestate regia iudicia auctorat & tuetur, & executioni mandari iubet. 8

¶ Et † ideo placuit Ludouico 12. artic. 48. suæ constitutionis, ne alij præfecturæ vel subpræfecturæ regēdæ iudiciorū Senarchiæ præficiantur, quam qui gradum prolytratus seu licentiaturæ, vel doctoratus, in aliqua famosa vniuersitate adepti fuerint. Prohibitum & aliquando, ne iuridicus quis patriæ suæ fieret à Philippo Pulcro, & à Carolo 5. vt olim in l. fin. de offic. rect. prouin. C. apud Romanos. Sunt & constitutiones Regum, quæ statuunt de qualitate præficiendorum & de examine illorum, & aliorum officialium, vt constitutio Henrici 2. anni 1547. & 1548. 9

¶ Omitto † etiam, forsan quia abiit in dissuetudinem constitutionem vetantem mercari vel emere officia, cuiuscunque curiæ maioris vel minoris, regis Caroli 8. art. 68. quæ publicata an. 1463. cui alia consentit Ludouici 12. art. 40. 10

¶ De † quibus notio sit Senarchis & curiis illorum, satis liquere arbitror ex Regum vulgaribus constitutionibus, eam esse rerum domanij Regis, litium nobilium, dationis tutorum vel curatorum, de conseruatione vel cura ædium sacrarum, vt sartæ rectæve sint, vtque priuilegiatorum criminum illorum examinatio, si agatur de læsa aut imminuta maiestate, de fide publica violata, de vi armata, de feudorum adnouatione tradenda per vasallos Regi, de exsecutionibus obligationum factis virtute cuiusq; sigilli secundum cōsuetudinem. Et proclamationes armorum facitis nisi in terris Baronū & aliorum habentium hanc iurisdictionem. De pontium, itinerum, murorū refectionibus statuūt, si proprij Magistratus sint negligentes: de sacerdotiorū querimonia, domanij res quę olim prima actione seu in prima instantia in parlamētis tractabātur, vt ait Imbertus lib. 1. Instit. 11

Foren.

Digitized by Google

Foren. §. porro, nunc etiam pertractant. Cognoscunt & de aliis, quorum iurisdictio illis concessa est, de quib. stylus & constitutiones satis admonent prædictorum Regum, & Francisci I. 16. April. 1533. art. 3. 4. 5. 6. 7. &c.

¶ Senescharchi † antequam possessionem nanciscantur Præfecturæ, coguntur iurare in verba concepta sacramenti hac de administratione constituti, in curia suprema Parlamenti, ad quam ex eorum iudicibus prouocatio est, se ius Regis conseruaturos & domanij, suum cuique sine discrimine personarum reddituros, dona, munera v e nec xenia, imo nec edulia à sibi commissis accepturos, neque vxores, famulosve, aut comites accipere passuros, non subditos oneraturos, idipsum suos iudices efficere curaturos. Et proinde dū statis diebus anni causæ prouocationis ordinarie cuiusque Senarchiæ agitātur in Parlamēto, ad quod ab illis prouocatio est, singuli Toparchæ in causis suæ Bailliuiæ interesse auditorio debent, redditurі gestorum si opus sit rationem: & vt inibi triumuiros regios moneant & instruant de iuribus regiis & domanij suæ Senarchiæ, & de abusibus officiariorum regiorum, vtque curent negotiorum gestorum, & quæ appellatione agitantur ex sua Toparchia acta perferri, aliaque similia gerant, quæ præscripsit Carolus 6. an. 1388. & Carolus 7. 1453.

13 ¶ Senarchiæ † aliquando non habuerunt officium perpetuum seu administrationem perpetuam non iuridici illorum semper perpetui, vt neque alij officiarij in Gallia: & ideo pendente administratione vel officio non licebat eis, vt liquet ex constitutionibus prædictorum proxime regum & aliorum, emere, contrahere, vel vxorem ducere, vel beneficium ecclesiasticum assequi, sine licentia principis, pro se vel suis habere vel impetrare, exemplo administrantium prouincias Romanorum vel officia prouincialia. non mutuo accipere supra 20. libras, *vide sup. cap. 32. in fine leges similes R clorum prouinciarum Romanorum.*

14 ¶ Erantque † conuentus illorum iuridici, non stati, vt nunc, sed per Toparchiam in locis præstantioribus indicti, vocabant *Assises*, id est, Sessiones: vnde *Sieges*. Quare & exemplo Romanorum Magistratuum ex constitutione Caroli 6. post depositam administrationem Senarchiæ & iudicaturæ, per quinquaginta dies in Senarchia tenebantur residere, vt iuri starent, & responderent coram successoribus, libellis, petitionibus, conquestionibus aduersus illos propositis, summarie & de plano iudicandis.

15 ¶ Ceterum, † quemadmodum cognitiones Senarchorum, curiæ supremæ examinis appellationis causa subiiciuntur: sic & Iudices quidam ordinarij sunt, à quibus prouocatio ad Senarchiam defertur. Et nouit quælibet Senarchia suos sibi hac de causa fines.

16 ¶ Sunt † & cum his in quibusdam ciuitatibus vicarij, quos Viguerios Tholosæ & alibi dicimus, quorum iurisdictio aliquādo suppressa reuixit. Viguerius in quibusdam cum Decurionibus & Senescallo concurrit, ludex tamen ordinarius est, minimarumque causarum & minorum criminum. Vt ridicule lapsi sint, qui putant Viguerios dici, quasi Vergobretos. Erat enim Vergobretus maior & regiæ propemodum auctoritatis apud Heduos, auctore Iulio Cæsare, à quo maxime distat Viguerius. Arbitror autem, quantumuis dilatent philaterias Viguerij, Viguerios dictos esse, vel à nomine composito Vices gerentis, vt dicimus idiomate communi *Vschancelier, Viroy, Vigerand.* pro Vicecancellario, pro Vicario regis, & pro Vices gerente alicuius, & Viguerium pro vicario accipiendum Senescalli, sic me monet constitutio Philippi 4. dicti Pulcri, anni 130. dū ait, *Volumus insuper & ordinamus, quod nullus Senescallus, Baillinus, aut Iudex quicunque, habeat præpositum, Viguerium, seu iudicem, qui eidem consanguinitatis affinitatis vel naturæ vinculo teneatur, ne personæ prædictæ in causis, quæ ad ipsos per appellationes peruenire debeant, minus fideliter iudicent.* Alicubi isti Viguerij se dicunt exornatos custodia arcis, vnde arcis loci dicūtur custodes, Castellani, & sigilli interdū, & Præpositi *Preuosts.* Et idcirco iurisdictio illorum secundū definitā à Regibus vel Senescallis naturā distinguēda est. Cognoscunt vt plerunque de tutelis non nobilium, de suspectis tutoribus & curatoribus, de annonæ profligatione, de abusibus cauponum, hospitum, pistorum, lanionum, pharmacopolarum, propolarum, & negotiatorum intra vrbem seu suam iurisdictionē, de pactionibus, & obligationib. sub sigilli certi rigore transactis, de aliis quoque criminibus iniuriarum, inuasionum, nisi vel contraria prohibeat iurisdictio vel cōsuetudo, quę in possessate forensi consideranda alias monui, ne transgrediātur terminos quos patres & maiores eorum posuerunt & obseruarūt. Sūt & nouissimis temporibus Senarchis additi subpræfecti paludati, quos vocant *Lieutenans de Seneschaux de robbe courte*, alicubi, & qui latronum grassantium prehensiones & iudicia exsequerentur: quales præpositi Mareschalchotum vel Subpræfecti fuerunt, sed dicti nomine Viceseneschalchorum *Viceseneschaux*, proprie Latrunculatores.

17 ¶ Sic † enim variatio temporum mutauit nomina rerum, auxit & minuit iurisdictiones Præfectorum ex nutu & arbitrio Regis pro necessitate prouincialium. Et ita etiam Præfecti prouinciarum locis facti perpetui Senarchi, & iudices quoque illorum rogati aucti, & perpetuæ *sellæ* seu concilia, eaque stata, & iudicum officia cum titulo à principe concessa iis, qui pro Senarchis ipsis iudicarent sportulasque reciperent, manu armata Senarchis concessa. Additæ etiam prorogatiuæ istis consiliis, iurisdictiones rerum omnium ciuilium, exceptis dominialibus principis de aquis & nemoribus eiusdem statuendi diffinitiue, sine prouocatione 250. librarum Toroneusium: & quingentarum, quarum exsecutionem non obstante prouocatione, sine præiudicio tamen illius, possent prosequi, vt habetur in constitutione Henrici II. mensis Martij 1551. vbi de origine illorum.

¶ Fuit † aliquando & summa iurisdictionis ampliata, cum primum nouus Magistratus creatus est, dictus Præses præsidialis: nempe Magistratus in eo consilio Toparchico, primus, qui præsideret præsidibus sine iudicibus, introductis: non quidem prouinciæ, hoc enim falsissimum est, & temere præsidis prouinciæ nomen & purpuram quidam sibi arrogant hoc falso prætextu. Neque Rex eos nominat Præsides prouinciæ, sed Præsides præsidiales: iam enim præsidiales scilicet iudices & cōsiliarij dicuntur, & dicebantur olim qui præsidebant ceteris Seneschalliæ sedibus. Nam fere singulæ Seneschalliæ habent duas vel plures eiusdem Senarchi in diuersis locis classes, sed vna fuit electa præ & ante alias sedes, quæ aliis præsit, appellationes aliarum terminando: vnde qui in illa sede, quæ præcipua inter alias est, constituuntur, iudices præsidiales dicti sunt, & in quantum de appellationibus iudicant sedium inferiorum. Et iidem quoque dicti ordinarij, in quantum de sibi subditis & suæ iurisdictioni, in prima actione extra causam edicti quo prouocatio interdicitur, iudicant. Quare iidem iudices, & ordinarij in causis extra edictum, & præsidiales & superiores dicuntur in causis edicto permissis huic iurisdictioni. Et proinde præses præsidialis statuitur inibi, non vt prouinciæ præsideat, nam nec præsidiales ipsi iudices, neq; Seneschalli ipsi, prouinciā habent, sed partem prouinciæ seu diœcesin: at potius vt præsidialibus præsit, & absente Seneschallo prospiciat in curia sibi commissa, vt probe & ex iure omnia à iudicibus gerantur. Præcedit hūc honore, veluti suum vicarium, ipse Senarchus: præses vero prouinciæ Romanorum nullum superiorem habebat in sua prouincia, & primus erat post principem. Præsidere autem & iudici maiori hunc oportere, satis nomen & officium indicat, quamuis viderim hac de re controuersias. Sed hæc iustior sine affectu est sententia. Neque etiam æquum est, vt qui caput constituitur consilij, membrum quod subiicitur sequatur: quamuis repugnet misera Magistratuum quorundam istius seculi ambitio. Itaque aucta curia nouo Magistratu, & quodammodo Senarcho togato, iurisdictio præsidialis creuit, in his quæ refert Rebuffus in primo tomo constitutio. regiarum, titul. 12. articul. 11. Verumtamen postea, quia imminuta maxime videbatur Senatuum inde auctoritas, ad suam rediit originem, ex edicto Caroli 9. Molinensibus habito, 1566. art. 15. & Parisiis mense Martii 1568. Et fuerunt qui existimarunt hoc munus, hancque nimiam iurisdictionem super fluam, vbi parlamentorum tot, nempe septem, adsunt supremæ curiæ: cum Magistratuum multiplicatio videatur litigandi occasio, vt aiunt. Vix enim possunt assuescere grauitati Senatorię qui in ordinariis & primis actionibus coguntur pragmaticis & vilioribus negotiis consenescere. Ego tamen in his non immorabor; audiuit namque in comitiis Aurelianensibus & Blesensibus, & alibi subditorum hac de re libellos princeps: statuet, vt opinor quod ę Republ. & ad salutem populi sibi à Deo cōmissi videbitur, parcetque ærario, quod tot salariis geminatorum officiorū pene exhauritur. Scit enim melius paucis bonis Rempublic. regi, quā pluribus malis quorū forsan maior pars potius proprio lucro quam Reipubli. saluti studet. Intelligit namque forum ita sancte vt iustitiæ & Dei sedem tractari oportere: vt non prædæ petenda sit inde, vnde prædatores & latrones supplicium debitum maleficiis acceperi sunt. Sed hæc hactenus de Magistratib. prouincialibus Gallicis dicta sint. Omitto plura de Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Castellanis, & aliis iuridicis dominis locorum: quod iam de illis dixerimus in feudis, lib. 6. Syntagm. huius cap. 7. 8. 9. 10. 11. Redeamus ad Romanos Magistratus ordinarios vrbicos.

De Tribunis plebis.

Cap. 34.

1 *Tribunus, & tribunum, & tribus vnde dicta: Tribunorumque species & vires.*
2 *Tribuni plebis qui, officium, & origo. Item & potestas. numer. 6 & 7.*
3 *Tribuni plebis primum creati quo, & quot: à quo, & qui creari debeant. num. 4.*
5 *De tribunorum potestate, & vt essent inuiolabiles. lex.*
8 *Populi Romani varia & mutabilis, inconstansque mens in regimine Reipub.*

Digitized by Google

9 *Prohibitio vnius ex Tribunis aliorum voluntates retinebat.*
10 *Tribunitia potestas translata in principem.*

1 INter † eos qui maxima vtebantur in populo potestate, Tribuni plebis fuerunt. Tribuni à tribubus dicti sunt, primum enim Romulus tum populum ordinaret, eum in tres partes diuisit, quas tribus dixit: qui vero his præfecti sunt, tribunos, *Dio. Halic. in 2. Plutar. in Romulo.* Pecuniam quoque à tribubus exactam, tributum inde dixerunt: pecuniam videlicet à populo imperatam, & quæ tributim à singulis pro portione exigebatur vti assignata erat: eaque & ad tributum dictum. Ab eo quoque quibus attributa erat pecunia vt militi redderent, Tribuni ærarij, *Varro 4. de ling. Latina.* Fuerunt & à tribuendo plures dicti Tribuni, qui alterius considerationis sunt, quam Tribuni plebis. Sunt Tribuni Celerũ, Tribuni militum. Et omnes qui iura dicebant inclinante Imperio, Tribuni per abusum dicebantur: vt & Prætoriani milites Romæ, suum Tribunum habuerunt. Fuerunt Tribuni decurionum in municipiis Romanis: armaturarum, cubiculi Augustalis, stabuli, apud Spartianum, Herodianum, Capitolinum, Lampridium. Quorum tamẽ stante imperio in statu prisco non meminerunt Liuius, Appianus, Tacitus, Cæsar, Paterculus, vt docet Wolfgangus Lazius *lib. 2. commenta. de Republi. c. 10.* Neque de Tribuno voluptatum, qui moderaretur spectacula, de quo scribit Cassiodorus, libro septimo Variar.

2 ¶ Et † hæc possent parum in historia vetusta offundere tenebras: quas vt vno verbo discutiam, dico nos loqui de Tribuno plebis, non populi, nec de aliis qui habent aliam notæ particularem distinctionem. Plebis autem Tribuni erant illi, quibus plebs commissa nominatim erat, eiusque defensio, contra Patrum, Consulum, Patritiorum, & aliorum Magistratus, iniurias & oppressiones. Initium Tribunorum fuit ex eadem caussa. Cum enim transactum fuisset bellum Volscorum, Equorum, & Sabinorum, & Plebs à Patribus peteret remissionem debitorum, & nexuum contractorum, vt sæpe polliciti erant Patres, neque obtinuisset, putaretque se illudi, secessionem fecit in mõtem sacrum, vrbem solum relinquens, anno decimoseptimo post fugam Tarquiniorum, neque prius cum Patribus compositum est negotium, quam illi permissa est electio potestatis & Magistratus plebeij.

3 ¶ Et † proinde tunc Tribunos Plebs comitiis curiatis creauit, L. Iunium Brutum, & C. Sicinium Bellutum, quos antea duces habuerat: & cum iis C. & P. Licinios, & Sp. Icilium Rugam, hos quinque primum creatos numerat Diodorus Siculus, *in 6. de horum origine & potestate etiam in l. 2. §. h saem temporibus, de origin. iur. Feneſtel. lib. de Magistrat. cap. 10. Liu. in 2. D. Augustin. lib. 2. de ciuit. Dei, ca. 18.* Scio tamen hic & Ciceronem in Bruto, Liuium & alios controuertere de caussa secessionis, & de numero Tribunorum plebis primo creatorum. Scio & Feneſtellam tandem dixisse, decem Tribunis in Plebem fuisse iurisdictionem. Sed pugnas conniueo quæ parum ad iuris ciuilis interpretationem conducunt.

4 ¶ Ceterum † quia Plebeius iste Magistratus erat, *§. hisdem temporibus, l. 2. de orig. iur. §. plebiscitum, de inſti. & iur. ap. Iustinia.* qui magis sibi fauere videbatur à Plebe comitiis curiatis creabatur, secundum formulam comitiorum consuetam, qua primi creati potestatem Tribunitiam acceperant, ad quartum Idruum Decembrium: sic enim postea formula illa eodem tempore ineundi Magistratum illum, seruata, vt ait Dionysius Halicarnassæus, *in 6.*

5 ¶ Lexque † tum primum de potestate sacrosancta lata est, cuius verba refert hæc fuisse, *Tribunum miotum nemo vt vnum è vlg⁹, quicquam facere cogito: nec verberato, nec alium verberare iubeto. Si quis contrafecerit, sacer esto: & bona eius Cereri dicata sunto: & qui eum occiderit, purus à cede esto.* Qua lege omnes ciues adacti fuerunt iurare per sacra omnia, se vsuros in sempiternum, & ipsos & posteros, additaque imprecatio: ita vt eius confirmatores superos ac inferos haberent propitios: transgressores vero, iratos vtrosque, vt obligati grauissimo scelere.

6 ¶ Huius † auctoritatis Tribunitiæ dati sunt adiuuæ iudicandi caussa, ædiles, vt idem ait. Ipsi Tribuni pleb. non iudicabant, neque in ius vocabant, sed intercessionem & prehensionem habebant, & propria auctoritate in vincula duci iubebant. *Sed quærentibus nobis,* inquit Aulus Gellius, *lib. 13. cap. 12. quam ob caussam Tribuni, qui haberent summam coercendi potestatem, ius vocandi non habuerint: illud occurrit. Quod Tribuni pleb. antiquitus creati videntur, non iurisdicundo, nec caussis querelisque de absentibus noscendis, sed intercessionibus faciendis quibus præsentes fuissent, vt iniuria quæ coram fieret, arceretur. Ac propterea ius ad se vocandi ademtum, quoniam vt vim fieri vetarent, assiduitate eorum, & præsentia opus erat.* Liuius scribit, *in 5.* Camillum sceleris Plebem arguisse, quæ iam in suos versa, non intelligeret se prauo iudicio de Tribunis intercessionem sustulisse: quod intercessione subsata, tribunitiam potestatem euertissent. Et alibi, *idem in 3.* Tribunorum auxilium, & prouocationem duas arces libertatis tuendæ vocat. Appellabantur enim Tribuni contra vim Magistratuum.

7 ¶ Estque † potestas adiecta Consulatui, fræni instar, quod à libera voluntate nocendi plebi eos reuocaret. Sicque lex duodecim tabularum, de illis cauet, *Cic. 3. de legib. Plebes quos cõtra se auxilii ergo decem creassit, Tribuni eius sunto. Quodque ei prohibes. sint, quodq; plebem rogassint, ratum esto.* Rogabat vero plebem tanquam proprius Magistratus, Tribunus pleb. pro plebiscito sanciendo: quod quidem prius tantum inter Plebeios legis vim habebat, donec & cẽturiatis comitiis sãcitum, vt & alios ex populo Patritios quoque teneret. Q. autem Hortẽsius eam legẽ tulit, *l. 2. §. deinde cum esset, de orig. iur. §. plebiscitum, de iur. nat. gent. & ciu. Liuius, lib. 3. Gell. lib. 10. c. 10.* Creuit ea ad summam vsque dignitatem potestas, vt quamuis curiam Senatus Tribunipleb. bis ingredi non liceret, tamẽ ante valuas eius positis subselliis decreta Patrum attentissima cura examinabãt, vt si qua ex his improbassent, rata esse non sinerent. Et ideo veteribus Senatusconsultis T. litera subscribi solebat, qua significaretur, Tribunos quoq; censuisse, *Val. Max. lib. 2. c. 1.* Et in hoc immutata est & Senatus & legis Romuleæ auctoritas, qua olim quicquid visũ fuisset curiis pluribus & comitiis de legibus decernẽdis, id ad Senatum referebatur. Qui mos mutatus postea, vt ait Dionys. Halic. *in 2.* Non enim senatus Plebiscita, sed plebs Senatusconsulta suo assensu comprobabat.

8 ¶ Mira † inconstãtia populi, cui fere omnibus momentis quæ placuerunt displicent, & contra, Voluit Reges, Romanus: post hos, Consules: subinde, Decemuiros: inde Consules, post Tribunos militum, deinde Tribunos plebis, eosque ãnuos, modo Dictatores semestres, modo Imperatores decennales, postea perpetuos. ¶ Et † potestatem hanc Tribunitiam etiam sibi grauem 9
aliquoties sẽsit, vel maxime ex eo, quod vno ex pluribus Tribunis prohibente, nihil alii etiamsi complures essent, efficere possent, *Plutar. in vita. Graccho.* Quinimo nec huic sellam curulem ad ius dicendum, neque lictores habere permisit non purpurã ferre, sicut ceteris Magistratibus. Siquidem & finis & rationes, propter quas potestas Tribunis data est, repugnabant. Nã Tribunatus potius Magistratui & Imperio oppositus fuit, quam vt esset Imperium vel Magistratus, & vt popularem gerens statum, nõ esset aspectu grauis, nõ aditu difficilis: sed facilis multitudini commodus ac tractabilis, vnde, vt ait Plutarchus in Problemat. nec domus Tribunitiæ ianuã claudi mos erat, sed noctu & interdiu patere semper, tanquam portus quidã ac profugium quibus opitulandum esset, vsus Tribuni communis, sicut in ara, honore sacrosanctus. Neque quia quotidianum Tribunitium erat auxilium licebat Tribunopleb. vllum diem integrum Roma abesse, *Gell. lib. 3. c. 2.*

¶ Tribunorum † potestas translata tandem in Principes, 10
qui & susceperunt curã defendendæ plebis, *Corn. Tac. lib. 1. de Augusto Cæsar. loquens*, vt docuimus supra, de Imperatorũ agẽtes potestate. Successerunt & in locum Tribunorum, qui Plebem ab iniuriis Prouincialium Magistratuum defẽderent in ciuitatibus, defensores ciuitatis, *in l. 3. 4. 5 6. 7. de defens. ciuit. C.* quinquennalis potestatis, de quibus & alibi dictum est.

De Præfecto vrbi.

Cap. 35.

Lib. 1. P. tit. 12
Lib. 1. C. tit. 28.

1 *Præfectus vrbi quis, & quando perpetuus, & de quo iudicaret. Et num. 2.*
3 *Præfectus vrbi Romæ quæ habebat sub sua dispositione & iurisdictione.*
4 *Gubernator vrbis Romæ quis.*
5 *Iustitiarius magnus.*
6 Preuost de Paris, *& eius iurisdictio.*
7 *Politici Magistratus quam habent iurisdictionem.*
8 *Vicarius vrbis quando, & cuius potestatis olim. Vicarius vrbis Romæ quis nunc. nu. 9.*
10 *Nocturni Magistratus. & nu. 11. & 12.*

MAgistratus † vrbicus, Præfectus vrbi dicebatur. Sed hic ab 8
initio fuit extraordinarius, postea vero Imperatorũ arbitrio cœpit fieri perpetuus. Præfectus vrbi erat primũ is, qui ius Romæ dicebat cum omni imperio Latinarum Feriarũ tempore, *vide Gellium, lib. 14. c. fin.* Erant enim soliti proficisci ex vrbe omnes vrbani Magistratus in Albanum montem quotannis ad sacra Ioui per triduum vel quatriduum faciẽda pro Latino populo, quibus indiciarum olim inter Romanum Latinumque populum factarum memoria renouabatur. Et his conceptiuis Romanarum Latinarumque feriarũ diebus, ex Albano mõte Latino populo carnẽ petere ex sacris ius cum Romano fuit, vt ait Varro, *5. de ling. Latin. idem Pompon. l. 2. §. deinde Cornelius Sylla, de orig. iur. P.* Adeo autem Magistratus tunc ex vrbe proficiscebantur, vt nec Tribunus quidem plebis, cui alioquin nullum

Digitized by Google

lum diem Roma abesse licebat, *Gell. lib.3.cap.* 2. Romæ maneret. Quamobrem ne tum vrbs sine aliquo Magistratu esset, vt petentibus ius dici posset, Præfectus vrbis tunc introductus est. Non secus quam Prætor Vrbanus creatus primum fuit. Consulibus vrbe abeuntibus, *Feneſt. lib. de Magistrat. cap.* 19. Antequam tamen Latinarum feriarum causſa Præfectus vrbis creatus fuisset, inuenio apud Romanos, regum tempore creatum fuisse vrbanum hunc præfectum, & primum à Romulo, dehinc, vt arbitror, ab aliis. Verba autem Dionys. Halicarnassæi illud indicat, & de quibus creatus fuerit, *Dion. Halic. libr.2. Ceterum Romulus postquam hæc disposuit, confestim decreuit Senatum legere, vt essent quibus cum administraret Rempublic. centumque vtros secreuit ex ordine patritio, ratione hac. Ex omnibus vnum præcipuum ipse declarauit, cui rerum vrbanarum regimen committeret, quoties ipse foras duceret exercitum.* In quo videtur lapsus Feneſtella, vel ipse Dionysius Halicarnassæus, cui contraria obiicit his verbis Feneſtella, *de Magist.c.19. De Præfecto vrbis, nusquam antea quicquam reperitur, quam de Sp. Lucretij patris Lucretiæ præfectura: non tamen alios reges præter Tarquinium Superbum præfectos vrbi creare potuisse negauerim. Quo res sese vertat, cum Regibus proficiscis opus foret, penes præfectum vrbis summa rerum relinquebatur.* Vt colligamus ex illis tamen verbis, & Dionysij Halicarnassæi, certissimæ præfectos vrbis fuisse aliquando vicarios Principis & Regis cum potestate regia, absente Rege. Quare exactis Regibus potestate Principis translata in Consules, eius Præfecti loco, absentibus Consulibus constitutum arbitror Prætorem vrbanum maximum, vt vicarium, qui in vrbe ius pro Consulibus diceret. Et cum feriarum Latinarum tempore hunc quoque Prætorem & alios Magistratus abire conueniret, Præfectum vrbi temporalem reuixisse, & tandiu iuris dicundi causſa, imo imperandi in vrbe relictum, vt etiam exemplo Consulum & Prætorum, illo tempore, si opus fuisset, posset Senatum habere, *Gell.lib.14.c.fin.*

2 ¶ Translata † vero potestate Magistratuum creandorum in Principem, Præfectura vrbis cum Prætura quoque introducta est, eaque annua, vt reliqui erant Magistratus. Suetonius Tranquillus autem de Octauio Augusto ait, eum præfecturæ Magistratuum etiam extra necessitatem feriarum induxisse, & præsentibus aliis Magistratibus in vrbe, *Sueton. Tranq. in Octauio, cap.* 37. Duo etiam illustres Præfecti vrbis in notitia vtraque Imperij ponuntur.

3 ¶ Vnus † Præfectus vrbis Constantinopolitanæ: alius præfectus vrbis Romæ, sub cuius dispositione erant administrationes & officia: præfectus videlicet annonæ, & præfectus Vigilum, Comes formarum, Comes riparum & aluei Tiberis, & cloacarum, Comes portus Magister cēsus, Rationalis vinorum, Tribunus fori suarij, Consularis aquarum, Curator operum maximorum, Curator operum publicorum, Curator statuarū, Curator horreorum, Galbanorum, Centenarius portus, Tribunus rerum nitentium. Officium vero Princeps, Cornicularius, adiutor, Commentariensis, ab actis, primiscrinius, seu numerarius, subadiuuæ, cura epistolarum, regendarius, exceptores, adiutores censuales, nomenclatores, singularij. Vlpianus, *l. 1. de offic.præf.vrb. P.* & Feneſtella, *d. cap.* 19. referunt *Seueri* Imperatoris & Fabium Cylionem epistolam, qua narratur vrbem fidei præfecti commissam, & iurisdictionem eius limitatam, vt quicquid intra vrbem admitteretur, esset notionis præfecti: & si quid extra, intra centesimum lapidem non vltra commissum fuisset. Et in summa, intra eam iurisdictionem posset de adulterio serui cognoscere: de interdictis quod vi aut clam, vnde vi: de animaduersione tutorum & curatorum qui male versati fuissent, de querela seruorum aduersus dominos patronorum contra liberos. Ad curam etiam præfecturæ huius dictum est pertinere curam carnis, vt iusto pretio vendatur, forum suarium, & ceterorum pecorum & armentorum, quietem popularium, disciplinam spectaculorum, *d.l.1.§ cura carnis, & §. quies quoque, de offic.præfe.vrb. P.* Valentinianus & Valens, curam annonæ præfecto vrbi concesserunt, *l.1. eo. C.* Et Valentinianus, Theodosius & Arcadius eiusdem præfecti Constantinopolitanæ vrbis moderamini corporatorum omnia genera, vniuersos ciues, & populares, *l. 4. C.de off. præf. vrb.* Valentin. Valens & Gratinan. præfecturam hanc omnibus præferri dignitatibus, & potestatibus voluerunt, sine detrimento tamen & iniuria alieni honoris, *l.3.C. eod.* Paulus de argentariis notionem quoque habere tradit, *l. 2. eod. P.* cum & epistola *Seueri* eorum officium curare debere dicat, *d.l.1.§. hoc quoque officium, eod. P.* vt numularij probe se gerant circa negotium suum, & temperent ab iis quæ sunt prohibita. Sed & extra centesimum vrbis lapidem iudices eos dare posse, respondit Vlpianus, *l. fin. eod. P.* Theodericus præfecto vrbi potestatem dedit cognoscendi de iniuriis factis Senatoribus, *Cassiod. lib.1. Varsar. epist.31. ad Romanum populum*, oportereque eum dixit esse pacis custodem: & in hac matre dignitatum præconium præfectum vrbis esse, populū quietum, *idem epist.32. Agapeto Præfecto vrb. lob.1. Varsar.* Ita hoc munus continendi & puniendi seditiosos, quod pertinebat ad prætorem vrbanum, communicauit præfecto vrbi, *apud Cassiod. lib.1.epist.43.* Tempore etiam huius Theoderici, præfecturę vrbicæ fuisse honorem perpetuum constat ex eius epistola apud Cass. lib.1. Varia. epist. 42. Artemidoro scripta. Et idem Cassiodorus in formula præfecturæ vrbanæ tradit eius esse muneris & honoris de Senatoribus iudicare, considere supra Consules viros, iudicare quoque non tantum intra vrbem, sed etiam vt dictum est, intra centesimum lapidem, & ex designatis ex lege prouinciis per appellationem cognoscere, *idem lib.6. Variar.c.4.* Emanuel Comnenus Imperator Orientis addit, vt si exsecutores testamentis dati, quibus pauperes instituti heredes sunt, negligentes sint, detur alius procurator ab Imperatore Constantinopolitano, quod si is absens fuerit: à Præfecto vrbis, vna cum sanctissimo ecclesiæ œconomo ea procuraretur dispensatio, *lib. 1. iuris Orien. constit. Ema. Comneni. 1.* περὶ διοικητῶν τῶν διαθηκῶν, *de exsecutoribus testamentorum.*

¶ Hodie † Romanæ est Mareschallus vrbis, curia, sabellorum seu gubernator vrbis, cui camera apostolica delegauit alterum. Ecclesiæ gladium, scilicet temporalem. Et hic habet territorium duntaxat vrbem, & infra 40. ab vrbe lapidem. Attributæ & ei notiones personarum certarum, quas Sum. Pontifex sibi reseruauerat, nempe familiarium Cardinalium suorum, exemtorum: Romanam Curiam sequentium, nempe oratorum, Principum & ciuitatum, officialium Romanæ Curiæ, insignium mercatorum, & reliquarum personarum Romæ Curiam sequentium. Perit gladio si opus sit, iudicat de causſis contumeliarum, induciarum, securitatum seu fideipublicæ ruptæ, paceaque violata, de controuersiis patronorum & clientum seu vasallorum, & Baronum: de mercede petita summarie & de plano, præsidet paci, manum armatam ceteris officialibus communicat, vt habetur in bulla Sixti IIII. & Iulij II. ea de re. Et apud Octauianum Westrium, lib.2. Introductionis in Romanæ aulæ actionem ca.5. vbi & huic Gubernatori tradit esse duos vicarios, vnum in publicis, alium in priuatis negotiis expediendis. Bolognetus, vbi de Magistratibus Neapolitanis loquitur, magnum Iustitiarium Præfecto vrbi æquiparat, *Bologne. in rubr. de offi.præfect.vrbi num.17.* 4

¶ Purpuratus † vero negat, vel exstare eius officij similitudinem, *Purpuratus in l.1.num. 96. de offic.præf. vrb.* cui consentio. Neque enim Decuriones vel alii Magistratus municipales, de quibus alibi diximus, hanc habent potestatem, qualem diximus habuisse ante, Præfectos vrbis. Nec etiam vicarij Principis, legati in prouincias vel ciuitates, eius generis gerūt Magistratum, non Viguerij, non ipse qui præpositus Parisiorum dicitur, seu *Preuost de Paris.* 5

¶ Nam † illius auctoritas proximior est Seneschallorum potestati & cognoscit de causſis quidē ciuilibus & criminalibus, vnde ei duo vicarij sunt ciuilium & criminalium notionum, habetque delegatos, quos vocant auditores castelleti, *auditeurs du chastelet*, qui de minutis & leuioribus causſis iudicant: vt de mercedibus famulorum & mercenariorum, & agricolarum vsque ad quadraginta solidos summarie & de plano, & de aliis personalibus actionibus, quæ non excedunt pro sorte & expensis viginti libras Parisienses: non autem de realibus, & hereditariis petitionibus. Exstant † de his constitutiones. Non eundum tamen inficias, Tholosæ Capitolinos, & alibi Decuriones seu Escheuinos, vel præpositos ciuitatum publicosque Magistratus, & Castellanos, seu vicarios, habere aliquam partem notionis Præfectorum vrbis: tamen non similem, & alicubi multo inferiorem secundum quod vel Principi placuit, vel consuetum est. 6 7

¶ Sic † & à præfecto vrbis, iam tempore Theoderici, vicarij vrbis alia potestas esse cœperat cum prędictis habens aliquam communem portionem, propriam tamē iurisdictionem datam à principe, in qua litigantes apud illum, sub prętoriana aduocatione cōfligebant, isque vice sacra sententiam dicebat, vita ei committebatur hominum: eumque voluerunt Principes sine chlamyde nō salutari, scilicet vt sub veste militari semper visus, nunquā crederetur esse priuatus. Hicq; ad similitudinē summorum Magistratuū carpento vtebatur, intra quadragesimum vrbis lapidem iura custodiebat. Preneste ludos edebat, dignitatem senatoriam habebat, vt omnia prescribit Cassiodorus in formula vicariatus vrbis Romę, lib.6. cap.15. 8

¶ Sed † neque dicere possumus in vrbe Roma, vel vbi S. Romanus Pontifex exsistit, vicarium vrbis esse prefectum vrbi. Nam tunc vicarius vrbis accipitur pro iudice ecclesiasticarum personarum seu clericorum, tam in vrbe, quam in diœcesi sua ordinaria exsistentium. Quare & is ex lege Diœcesana Synodum conuocat, monasteria regularia, prēter exemta, visitat, cognoscit & de laicis ratione intę confraternitatis, vel seruitij vel hospitij hospitalium, monasteriorum, vel aliorum piorum locorum, ius dicit inter Iudęos vrbis, pupillos, viduas, & alias miserabiles personas, velut ordinarius ecclesiasticus vrbis Iudex. Et plura alia determinat, de quibus te admonebit Octauianus Westrius, lib.2. Interductionis in Romanę aulę actiones. 9

¶ Sed † & inter vrbanos præfectos, vel inter præfecto vrbi subditos, legimus fuisse Magistratus vespertinos, quinqueuiros 10

Digitized by Google

cis & vltra Tiberim constitutos, qui possent nocturno tempore, quo apparere Magistratus inconueniens iudicabatur, vices Magistratuum obire, l. 2. §. *eodem tempore, vers. & quia Magistratus, de orig. iur.* Quorum postea muneri ædiles successerunt, l. 2. §. *deinde Cornelius, vers. Nam præfectus.* Fuerunt & rursum in vrbe Triumuiri incendiorum nocturni, qui excubias agerent noctu, ne incendia fierent, l. 1. *de offi. præf. Vigil. lib. 1. Pand.* tit. 15.

11 ¶ Et † cum præfecto annonæ, & præfectus vigilum in vrbe constitutus, non quidem vt Magistratum gereret, sed vt vtilitati vrbicæ consuleret, d. l. 2. §. *deinde Cornelius, vers. Præfectus annonæ.* Præfectus Vigilum à Cæsare constitutus, notionem habebat de nocturnis furibus, effractoribus, incendiariis, defraudatoribus, in capsarios, qui suscipiebant in balneis custodienda vestimenta, ij noctu excubias facientes & vrbem pererrantes ferebant hamos & dolabras, *Paul. l. 3. de offic. præf. Vigil. P.* Similes illis dicere possumus, quos vocamus in ciuitatibus, *Capitaines du guet tant à pied qu'à cheual.* Cassiodorus in forma Præfecti Vigilum vrbis Romæ, *lib. 7. Variar. c. 7.* sic dici Præfecto ait, *Circa fures solicitus esto: Quos si tibi leges minime punire præcipiunt tamen eos indignandi licentiam non tulerunt. Credo vt quamus essent raptores detestabiles, tamen quia dicebantur Romani, maiori eos subderent dignitati. Horror tibi pœnarum ademtus est, non potestas: actus tuus, nocturna venatio est.* Et rursum in forma præfecti Vigilum vrbis Rauennatis, lib. 7. Variar. *Tibi* inquit, *fortunarum securitas commissa est, ciuitatis ornatus, vtilitas omnium, scilicet vt circa grassatores domesticos bellum pacatum gereres, si quem ciuium ladendum esse sentires: custodi fortunas omnium: securus somnus te vigilante carpitur: in pace positus somnis de nocturno fure victoriam, aut futura furta prohibes, aut commissa concludu.*

12 ¶ Nocturnis † etiam operis inseruire dicitur apud eundem Cassiodorum, *eodem lib. 7. c. 15.* Comes Romanus: dum enim de comitiuæ Romanæ formula agit, tradit, comitem eum & eius comitiuæ milites inuigilare debere nocte, ne statuæ dimouerentur locis suis, vel sepulcrorum monumenta furto auferrentur, & debere insidiantes priuatorum fortunis & mœnibus punire, rei veritate dicussa.

De aliis Magistratibus quibusdam per Satyram.

Cap. 36.

1 *Facialium collegia, & potestas.*
2 Preuosts des Mareschaux *qui, & munus, vm.* 3.
4 Lieutenants criminels *& eorum notio.*
5 *Quæstores seu inquisitores curiarum.*
6 *Inquisitores criminum à quibus & qua puritate fieri debeant, & num.* 7.
8 *Duumuiri, & Triumuiri capitales.*
9 *Magistratus circa curam & ornatum mulierum.*
10 *Magistratus Galliæ qui essent antiquitus.*
11 *Iudices aulici.*
12 *Comes rerum priuatarum, & eius iurisdictio.*
13 Preuost de l'hostel, *quis in aula princip.*
14 *Confessoris regij potestas.*
15 *Ecclesiastica iurisdictionis gradus & species, remissiue.*
16 *Archi Magistratus Græcorum, qui, & eorum potestas.*
17 *Collegiorum & corporum, vt & artificium proprij iudices.*
18 *Conseruatores scholasticorum priuilegiorum.*

1 LOngum † admodum esset, si species omnium Magistratuum Romanorum, & aliarum gentium vellem ad amussim persequi, & fere etiam superfluum: quando, vt toties dixi, Magistratuum & Iudicum definitio, iurisdictio & numerus ex arbitrio principum pendeant. Per Satyram & veluti indicando adhuc præter superiores quosdam proferam. Romæ itaque erat collegium Fœcialium, quos Græci dicerent εἰρηνοδίκας, ij selecti erant ex prætatissimis familijs fungebãturque per omnem vitam eo sacerdotio, sacrum Magistratum hos gerere dixerũt: cuius fertur auctor Numa. Cum enim videret imminere bellũ cum Fidenatibus, nisi res ex agris Romanorum raptas mallent sine bello reddere, Fœcialium hæc officia induxit, quæ darent operam ne Romani vlli fœderatæ ciuitati iniustum bellum inferrent. Quod si qua prior propter fœderis conditiones aliquid commisisset, legatos agerent, & verbis primo suũ ius repeterent: Quod si dedignaretur facere postulata, tum vero bellum indicerent. Itidẽ, si qui illam contra fœdus conquererentur iniuriam, causam eorum cognoscerent, & comperto crimine sontes comprehensos læsis darent. Iudicarunt item de legatorum iniuriis, & daret operam, vt seruarentur conditiones fœderum, pacem conficerent: si quid Imperatores contra iuramentum peccauissent, cognoscerent, atque expiarent, & alia exsequerentur, quæ præscribit Dion. Halic. in 2.

2 ¶ Erat, † inquit, latrunculator, qui de latronibus vias obsidentibus potissimum cognosceret, & de aliis criminibus, nõ de ciuilib. caussis, *l. solemus, 61. §. fi. de iud. P.* Romæ nunc vnus ex viriis Senatoris iudicis Capitolini, latrũculator est. *Oldan. West. lib. 2. Introd. in aulæ Rom. actio. ca. 15.* Sunt in Gallia Iudices criminales & Subpræfecti paludati & togati, qui criminibus expungendis, inquirendis, & puniendis vacant, & paludati dicuntur *Preuost des Mareschaux*, de quibus diximus alibi, *lib. huius Syntagm. ca, dum de Magisteria dignitate locuti sumus*, à quibus præfecti sunt alij prouinciis dicti, olim *Preuosts prouinciaux*: nunc mutato tantum nomine *Vicesenescaux, Vibailliss. Preuosts prouinciaux.* Qui certe vices Senarchorum in suo munere agunt, & ideo recte Subpræfecti etiam Senarchorum dicuntur. Et meretur hoc officium nobilium hominum ministerium, qui neque odio, nec amicitia, nec auaritia dicuntur, quive probos sibi eligant comites, accidere enim potest, & vtinam non fiat, ipsosmet præpositos persequendis & expellendis prædonibus & latronibus constitutos, in prædones & latrones conuerti, & vias obsidere, idque eo facilius quo necandi & suspendendi potestatem habent. Vnde constitutione regia sanctissime huic malo prospectum est, ne quem prius morte afficiant comprehensum, quam consilio proximioris sedis Iudicis togati criminalis & reum, & crimen communicauerint, *const. Henr. II. mens. Nouemb. ann. 1554. art. 18. & 21.*

¶ Loco † horum fuerunt aliquando Subpræfecti Senarchi paludati dicti, *Lieutenants du Seneschal de robbe courte*, qui intererant iudiciis quæstionum criminalium, in sedibus, seu curiis Senarchiarum, *vide const. Henr. II. mensis Martij, de la creation du Lieutenant de robbe courte. ann. 1554. Nouemb. omnes illorum*, potest asque ponitur. Horum Præpositorum Mareschallorum munus est, vias & prouincias perambulare & lustrare, curare vt itinera tuta sint à latronibus & erronibus, inquirere in eos, compertos prehendere, & num sint suæ iurisdictionis excutere. Longum esset omnia istius muneris recensere, & frustra fieret, cum existent de horum iurisdictione & formula iudicandi, constitutiones regiæ Francisci I. anni 35, 6. Henrici II. an. 1549. & 8. Nouemb. 1554. Carol 9. *in constitut. Molinens. an. 1566. art. 41. & 42. & const. Carol. 9. ann. 1563. de l'establissement des Viscenescaux*: Molinensium ann. 1566. art. 41. 42. 43. Aureliacen. art. 71. & constit. 1561. 3

Togatis † vero Subpræfectis latrunculatoribus, iurisdictionẽ esse norunt vel pragmatici, de crimin ibus omnibus cum consilio suæ sedis cognoscere. 4

¶ Erant † cum his olim, & aliqubi nunc Quæstores criminales, item & ciuiles, qui inquisitiones facerent, sed hoc munus & onerosum populo & superfluum visum est, cum & propriũ sit iudicis ipsius crimin um, inquirere, *c. inquisitionis, de accus. l. congruit de offic. præsid.* P. postea cognoscere & iudicare. Exstat creatio Subpræfectorum criminum in sedib. Senarchiarum & præsidialium curiarum., Henrici II. mensis Maij, ann. 1552. 5

¶ Ceterum † & adhuc remanet aliud officium iudicandi in piis locis, de his qui à fide aberrant, cuius Iudices non alio nomine quam Inquisitorum hæreticæ prauitatis, dicuntur, & ipsa notio, inquisitio, *c. in fidei fauorem, §. ca. statutum, 9. ca. officium, 10. ca. inquisitores, 16. can. vt inquisitionis, 18. de hæret. in 6. cum sim.* 6

¶ Quamuis † non diffitear, aliquando generales inquisitiones committi aliis quam iudicibus posse, vt inquirant & referant crimina iudicibus, tum in foro spirituali, *ca. qualiter & quando, in 1. 27. de accusat.* tum temporali, in quo aliquando erant curiosi, delatores, & officia eius rei caussa, vt abunde docuimus, lib. 32. cap. 4. istius Syntagmatis. Tutius tamen arbitror, propter concussiones & temerarias inquisitiones, delationes, & imposturas delegatorum & delatorum, & Iudices criminibus præpositi, munus hoc per se obeant vel non temere omnibus committant: multa enim requiruntur in quæstione vel inquisitione habenda criminum, de quibus nos copiose alibi. *lib. 32. c. 1. & 6.* quæ non possunt exsequi omnes, vel nesciunt, nisi diu exercuerint munus. Adde quæso maximum & damnosum abusum iudicum, qui committunt & delegant actuariis & vilibus pragmaticis, quibus manus venales & pennæ, indagationem criminum: quorum corruptione plura crimina latent, vel in perniciem & caput innocentium, testium dicta aliter quam prolata sint & alia mente præscribuntur, & interim innocens decreto subscripto dictis testium carceribus concluditur, vinclis detinetur, & antequam de innocentia docuerit, carceris sæpe pœdore & horrore conficitur & interit. 7

¶ Fuerunt † aliquando Romæ Duumuiri, *Liuius in 1.* & postea Triumuiri capitales, qui carcerum custodiam haberent, vt cum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret, *l. 2. §. eodẽ tempore, de orig. iur.* Verum non sola custodia commissa, sed reorum etiam & cognitio & damnatio, vt constat ex Liuio, dum agit de caussa Horatij fororicidæ, damnati à Duumuiris. Et de caussa C. Manilii Capitolini. Eorum etiam opera in coniuratores cum Catilina animaduersum refert Salustius, & Fenestella lib. de Magistr. capit. §. Iudicium & quæstionis peccati sententiam & pœnæ impositionem, si vxor aliquid peccasset, arbitrio mariti commisit Romulus lege, *Dio. Halic. in 2.* 8

¶ Eadem † lege seu more Gallorum, potestas data, in vxores mariti. 9

Digitized by Google

maritis, *Iul. Cæs. lib. 6. Commentar. belli Galli.* Quæ tamen certe melius dicetur concessa iubendi & castigandi potestas, quam animaduertendi iudicio publico. Vt honestius visum est, familiares quæstiones intra priuatos parietes, quam in oculis omnium cõponi. *L. reprehensum. §. Iurta domestica. de pœn. P.* grauesque aliquando visum est, hac de re adire Censorum supercilium, *vid. ac rep. & ibi de mor. Iubla. C.* vel aliud iudicium, de mulierum temperantia, reique familiaris diligentia: quale fieri alicubi testatur Theophrastus, vt refert Athenæ. *lib. 13. ca. 32.* Neque enim defuerunt qui Magistratus constituerunt, penes quos cura esset honestatis mulierum, *Dio. Halicar. in 2.* Sicuti & erant apud Athenienses γυναικονόμοι ἄρχοι, Magistratus ornatui mulierũ, muliebrique mundo præfecti, qui mulieres inornatas mulctabant, earumque multas scribentes apud Platanum, quæ in Ceramico est, exigebant. Viginti hos primum eligebant, postea triginta Re pub. & legum curatores. vt auctor Iulius Pollux, *lib. 8. Onomast. dum agit, περὶ γυναικονόμων ἀρχῶν.* Certe quantum coniicere possum ex vtu quotidiano, hic Magistratus valde erat controuersiis vexatus, hisque futilibus & ridiculis, inutilis, sed magnus pro componendis inquietis querelis & ambitiosis mulieribus labor, qui non nisi similibus, nempe mulierib. Senaculo Romano, fuit olim commissus, vt dictum alias est.

¶ Iulius † vero Cæsar lib. 6. de bello Gallico, qui fuerint in Gallia Magistratus iuridici, sic explicat: *Cum bellum ciuitas aut ille latum defenait, aut infert, Magistratus qui ei bello præsint, vt vitæ necisque habeant potestatem, deliguntur. In pace nullus communis est Magistratus, sed Principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt, controuersiasque minuunt.* Et nunc etiam in Gallia videmus tot iuridicos dominos, qui inter sibi subditos ius dicunt.

¶ Vt † erant apud Francos comites ciuitatibus: centenarii, pagis, qui sub se vicarios & scabinos habebant, qui iura reddebant *Beat. Rhena. lib. 2. rerum Germanica.* Erant sub Imperatoribus quibusdam, iudices creati rerum certarum, tum in aula, tum extra, qui nomen mutarunt, vel amiserunt, vt vir spectabilis Castrensis, sub cuius pedagogia dicuntur fuisse in notitia vtraq; imperij, ministeriales domini ciuitatis, curę Palatinorũ, & ad eũ cium eius, tabularium dominicum, tabularium dominatum Augustarum: forsan huic simile dixeris officium eius, qui in Gallia & in aula Principis dicitur, *Grand panetier, Cassiod. libr. 6. Variar. cap 8.*

¶ Erat † tempore Cassiodori Comitis rerum priuatarum iurisdictio, quæ olim rationalium curam Principis habebat: postea, & ne quis se probrosa commixtione pollueret, dũ vicino sanguini reuerentiam non haberet: dehinc, ne quis defunctorum sepulcra marmoribus, vel columnis nudaret, aut cineres defunctorum deiceret, scelerata bonorum persecutatione: habebat & per prouincias non modicam tributorum quantitatem, canonarios dirigebat, cum aliis iudicibus bona non sinebat esse vacantia: bona defunctorum intestatorum sine legitimo herede proximo postremo ad fiscum deferebat: depositas pecunias quę dominum ignorabant quoque fisco applicabat. Fiscalis pecuniæ receptio ei committebatur, *l. 1. de offici. comit. rerum priuata. C.*

¶ In † Gallia aulici norunt fuisse octo domus regiæ Magistros, sub cubiculi sacri Magistro, qui olim aliquam habebant iurisdictionem, quæ hodie translata in præpositum hospitij, quem dicunt *Preuost de l'hostel, Boerius in commenta. ad tractat. de auctio. mag. cons. nu. 114*

¶ Ex † constitutione etiam Philippi Longi, anni 1316. Confessor, seu qui audit exomologeses pœnitentiæ caussa regis, poterat iubere signari & sigillari literas seu codicillos vel rescripta ad beneficia consequenda, & archelemosinarius eas literas, quæ pertinerent ad eleemosynas, leprosaria, hospitalia, ex quibus lites variæ consurgunt, tum ratione iurisdictionis, tũ ratione visitationis, reformationis, & administrationis.

¶ Sunt † Romæ Summo Pontifici gradus iurisdictionis ecclesiasticæ quoque, apud alios de quibus iam locuti sumus, li. 15. Synag. huius de consistorio Summi Pontificis, c. 4. De Patriarcharũ Senatu, ca. 9. De iurisdictione Archiepiscopi. ca. 11. Episcopi, 12. Abbatum, 13. Archidiaconi, 14. Archipresbyteri, 15. De officialibus Romanæ curiæ & Episcoporũ 41. 42. Et alibi de aliis, vt eos repetere pigeat. Cum percurrerimus etiam superioribus capitibus maiores & minores Magistratus Romanorum, aliarum quoque gentium similis auctoritatis Magistratus adiecimus, vt Græcorum & Hebræorum, aliorumque populorum, vt non opus sit repetitione.

¶ Addere † tantum oportet speciem Magistratuum, qui Græcis dicti Archi, quorum iurisdictionem recenset Iulius Pollux, l. 8 dum refert. ἀνόματα ἀρχόντων ἀθήνησιν. ἡ τὰς, inquit, ἀρχὰς ἄλλας ἄρχουσι τὰ δικαστήρια, τὰ ἰδία, ἢ τὰ δημόσια, ἢ τὰ συμβόλαια πρὸς τὰς πόλεις κυρῶσι ἢ τὰς δίκας ἀποσυμβολοι οἱ σύγκοι, ἢ τὰς τῶν ψευδομαρτυριῶν ἐξ ἕξεως παγ, &c. id est, Insuper & archontes iudicia sortiuntur & priuata, & publica: vrbium commercia rata faciunt, contractuum iudices inducunt, & falsi testimonii ex areopago. Et paulo post subiicit. ἄρχων orgia disponit, & Thargelia cum suis procuratoribus, actiones vero apud illum sortiuntur, iniuriarum, ebrietatis in arbitrorum delictum, orphanorum tutelæ, heredum & hereditariæ altercationes, curatores quoq; mulierum quæ ab illis, vltimo impregnatæ videntur, orphanos elocat. Vlpianus in oratione Demosthenis contra Timocratem, sic Archontum munus explicat: ἄρχοντες ἐννέα εἰλήγαμεν. οἱ ἐξ. Θεσμοθέται, οἱ πρὸς τοῖς τὸν νόμον τοῖς τῶν ἐθνῶν γραφὰς. ὃ τὰ εἰς βασιλέως εἶδε τῷ ἄρχοντι ἐν τῷ κατὰ ἀσεβείας λόγῳ, τὸ δὲ αὐτῷ ἦρχον. εἶτα ὁ πολέμαρχος, ὃς τὰς ἐπιμελεῖτο τῶν τριττύων καὶ τῶν δημοσίων τοὺς παῖδας τῶν ἀποθανόντων γενναίως ἐν τῷ πολέμῳ εἶτα ὁ ἄρχων ὁ ἐπώνυμος, ὃς τὰς ἐπιμελεῖτο τῶν χηρῶν καὶ τῶν ἐφετῶν καὶ ἄλλων τινῶν. id est, Nouem principes vel archontes vocabantur, sex thesmothetæ, qui violatarum legum actiones dabant. deinde vnus rex, de quo in Androtioniana disseruimus oratione, quodnam eius munus fuerit. Deinde belli Dux, cui curæ erat vt è publico alerentur liberi eorum qui fortiter in acie occubuissent. Deinde archon annuus, qui viduas & pupillos, & alia quædam curabat. Meminit Paulus ex Adriani epistolis, de his Magistratibus, *l. pars literarum 48. de indic. in P.*

¶ Artifices † fere vbique gentium suos habent primarios proprietorum negotiorũ cognitores, & veluti iuridicos: itẽ collegia & vniuersitates, qui eatenus permittuntur, quatenus à superioribus Principibus vel Magistratibus cõfirmantur, & sine præiudicio ordinariæ vel superioris iurisdictionis, *l. priuatorum, & ibi gio. & l. fin. C. de iurisfisc. omn. suæ.* Et Romæ etiam nunc in Capitolio, vbi Senator vel Iudex Capitolinus iudicat, sunt certæ sedes, vbi singula artificum sodalitia, quæ descripta sunt in tabula parieti in porticu affixa, delegunt suos consules artifices, qui sodalibus suæ artis de plano ius dicunt, à quorumque sententiis grauati, conseruatores vibis ibidem residentes appellant, *Octauian. West. lib. 2. introduct. in aulam Romanam. cap. 15.*

¶ In † Gallia quoque vt & alibi, conseruatores sunt Iudices, de quibus diximus supra in delegatis iudicibus, *sup. hoc lib. c. fi. de lega. in 6.* maximè Scholasticorum, qui per sex menses in aliqua academia & aliqua artium studuerint, & dum ibi studeant, & intra tempora studiis assignata. Sunt autem conseruatores priuilegiorum scholasticorum, & apostolici & Regij. Vide de constitutionibus eorum per reges Gallorum sancitis, Rebuffum lib. 4. orbi. Regia. tit. 51. Ab iis iudicibus olim prouocatio erat ad Senatum: ex constitutione vero Henrici II. mense Iulij 1552. in causis edictalibus præsidialium, eorundem præsidialium est. Extat porro Philippi Pulcri constitutio, publicata anno Domini 1345. qua scholastici Parisiis studentes, habent causas commissas & delegatas curiæ Præfecti Parisiensi, vocant *Preuost*, quem Princeps dedit conseruatorem illis quamdiu percurrunt tempus discendi, vt gradum consequantur. Concessum autem eius rei gratia artium scholastici tempus quatuor annorum: Decretorum & Legum, septem: Medicinæ, octo: Theologiæ, quatuordecim, Regentibus vero vel Professoribus publicis quamdiu profitentur. Item Ludouic. 12. constitutione de priuilegiis vniuersitatum, art. 6. & 8. eadem priuilegia conseruari & dari vult, sed vere & sine fraude scholasticis, non aliis, & qui saltem iam per sex menses studuerint: eaque de re testimoniales codicillos à rectore eius academiæ subscriptos & sigillatos obtinuerint, neque per sex menses à loco studij abfuerint.

De Iudicibus mercatorum.

Cap. 37.

1 *Mercatorum curia fere vbique gentium propria.*
2 *Comites sacrarum largitionum habent curam mercatorum & negotiationum.*
3 *Mercatorum lites iudicabat Atæcus Senatus.*
4 *Negotiatorum iudices negotiatores etiam in Gallia.*
5 *Baillius palatij Lutetiæ iurisdictio in mercatores.*
6 *Conseruatores nundinarum Lugduni.*
7 *Aquarum iurisdictio. & nu. 8.*
9 *Camera Apostolica de mercatoribus Romæ quomodo cognoscat.*
10 *Aquarum Magistri & subpræfecti eius iurisdictio.*
11 *Nemorum regiorum Magistri iurisdictio.*
12 *Inquestarum domanij Regis camera Lutetiæ de quib. cognoscit.*
13 *Arbitri mercatorum.*

IVdicum † diuersorum ratio & Magistratuum multiplex numerus, eo dirigitur, vt lites facilius expediantur, & ne immortales sint sub iudicibus mole negotiorũ occupatis. Et proinde cum commercia hominũ maximæ vtilitatis sint, & facilis de-

Digitized by Google

beat esse expeditio, placuit negotiatoribus præponi proprios Indices, & fere apud omnes gentes, cum & iuris gentium cõmercia sint, *l. ex hoc iure, de iusti. & iu. P. nos de mercatoribus & nundinis diximus, lib. 24. Syntag. cap. 2. & 3.* & bona fidei, in quorum compositione Curia mercatorum debet summarie & de plano & ex æquitate cognoscere, & iudicare, nõ inspectis apicibus iuris, *Guil. Bened. in cap. Raynutius, ad ver. si absque liberis, 2. in tractat. fideicommissaria substitu. numer. 51. Bart. in l. si fideiussor, §. quædam, & in l. Quintus Mutius, manda. P. Bald. in l. si pro ea C. eod.*

2 ¶ Comitibus † sacrarum largitionum tributam horum curam indicat Cassiodorus in formula comitiæ sacrarum largitionum, *Cassiod. lib. 6. Var. c. 7.* Sicque ait hos comites quibus primiceriatus adiungebatur, committere curas littorum aduentitia prouisione lucri. Negotiatores, quos humanæ vitæ constat esse necessarios, hinc fuisse subiectos. *Nam*, inquit, *quicquid in ære, argento, gemmis, vestibus, ambitio humana potest habere pretiosum, huius ordinationi obsecundabat, & ad iudicium eius con-*
3 *fluebat de extremis partibus aduenientia.* Salis † quoque commercium. Iulius Pollux lib. 8. in nominibus iudicialibus, ait, & Senatum cognouisse de illis, & ideo esse Senatus decreta & iudicia temporalia & metallica. Demosthenes etiam recenset legem Atheniensium, *in Ξεναρχὴν πρὸς ἀπαγωγὴν, in exceptione contra Aptatorium in princip.* τοῖς μὲν ἐμπόροις ἀνδρὸς Ἀθηναίου, ἢ τοῖς ναυκλήροις κελεύει νόμος δίκας πρὸς τοὺς δανειστὰς, ἂν παθεῖν τι ὑπ' αὐτῶν φάσκωσι, τὸν ἐπώνυμον ἄρχοντα ἀναβαίνειν εἰς Πύρραν τοῦ πλοίου, ἢ ἐπὶ θάλατταν δύο. ἡ γὰρ ἀγορὰ τοῖς ἐμπόροις ἐκεῖ κεῖται, ἵνα ἀπὸ τοῦ καταστήματος ἐκεῖθεν ἀναβαίνωσιν ὅ, τι ἂν αὐτοῖς κατεγνωσθῇ. *ἵνα μηδεὶς ἀδίκως μηδέν τῶν ἐμπόρων ἀπολέσῃ*, id est, *Mercatoribus, o viri Athenienses, & nauicularijs, iubet lex esse actiones apud nomothetas seu sex viros, si qua iniuria in mercatu afficiantur, siue hinc, id est, Athenis, alio nauigantes, siue alibunde huc, id est, Athenas. Et fontibus vincula, mulctam statuit tantisper dum iudicatum soluatur, ne quis temere vllum mercatorem circumueniat.* Vlpianus in Commentarijs ad orationem Demosthenis contra Midiam, ad verba illa, τῶν ξενικῶν, ait, ἐξῆν γὰρ τοῖς ξένοις ἐμπόροις ὅπου Cu'λοιντο φεύγειν τὰς δίκας, id est, *licuisse mercatoribus peregrinis iudicio experiri vbi vellent.*

4 ¶ Et † quamuis iure scripto communi, *l. si cohortalis, de cohortal. lib. 12. C.* mercatores, negotiatores trapezitæ, ab omni munere dignitatis officij prouincialis vel honore arceantur, tanquam pro contagione officiorum habiti, vt opinor, propter sordes lucri, cui intenti iugiter omnibus sunt artibus: tamen in Gallia iudices negotiatorum proprij sunt, negotiatores ipsi. Permisit enim Rex negotiatoribus, deligere ex seipsis vnum, quem dicunt iudicem, alicubi, vt Tholosæ vocant priorem, & alios consilij causa, quos vocant Consules: addunt & assessorem togatum, vt de litibus & cõtrouersijs motis inter negotiatores, viduas eorum, institores & exercitores, cognoscant sine prouocatione, vsque ad certam pecuniæ summam quingentarum alicubi librarũ, cum facultate exsequendi iudicia huiusmodi, non obstante appellatione & sine eius præiudicio. Possunt & sequestros, vsque ad programmata subhastationum pignorũ in causam iudicati seu rerum immobilium in pignus captarum, constituere: verumtamen subhastationes & additio dominij, quam vocant, *Interpositionem decreti*, illis non permittuntur, sed hoc iudici ordinario relinquitur, *Constit. Caroli 9. 1563.*

5 ¶ Est † etiam Lutetiæ quidam alius mercatorum Iudex, dictus Bailliuus palatij, *Bailli du Palais*, qui de propolis seu mercatoribus minutarum rerum, & aliarum venditarum & emtarum intra fines palatij tantum, cognoscit.

6 ¶ Lugduni † vero, præter mercatorum Curiam, adhuc conseruatores nundinarum Lugdunensium & priuilegiorum earum, instituti sunt à Ludouic. 12. Bailliuus Matisconensis, & Senarchus Lugdunensis, qui summarie & de plano inter mercatores, de rebus negotiationis cognoscerent, *constit. Ludou. 12. anno 1499. vide constitu. Francisc. 1. 16. Iunij 1536. Henrici 2. 1555.* Subinde tamen concessum est Scabinis & Consiliarijs eorum Lugdunensibus, vt eius rei causa possent eligere & delegare idoneum his negotijs, qui curaret ne aliquis officiarius, nundinarum tempore tantum, mercatores diuexet, controuersias inter eos subortas ex negotijs nundinarum, vel amice componat: & si spõte nollent conuenire, arbitros duos ex mercatorũ corpore deligere in arbitros eosdem cogeret, vel inuitis non suspectos daret, quorum arbitrio si non acquiescerent, reiceret postremo eosdem iuris constituendi causa ad ius ordinarium, eiusque Magistratus. Sunt & in aliorum locorum nundinis conseruatores quoque, & iudices proprij eorundem. Extra quas tamen nundinas non adeuntur hoc iure à mercatoribus, sed alij qui quandam priuilegiatã iurisdictionem habent, nempe Iudex & Consules mercatorum, vel ordinarij iudices eius generis.

7 ¶ Est † & species Curiæ, quæ Marsupij nomine seu *la bourse des marchands*, dicitur. Permisit enim Lodouic. 12. constit. anni 1499. art. 41. negotiantibus per fluuios nauigabiles, habere bursam seu crumenam aut arcam communem, videlicet habere corpus & ærarium, *iuxta l. 1. §. quibus, quod cuiusc. vniuer. nomi. P.* & syndicum, cum potestate imponẽdi aliquas moderatas ex mercibus collectas, pro tutione & defensione ipsarum mercium, & reparatione locorum nauigabilium. Eaque de causa principé habent delegatos iudices, qui de huiusmodi negotijs cognoscant, & coràm quo syndicario nomine agant, si quis ripas fluminum subruat vel ædificet, vel in fluminibus alueisve illorum quicquam agat, quo nauigatio libera tutaue impediatur: si domini locorum & portuum vectigalia noua aut insueta imponant, exigãtve, si vim impedimentumve nauigantibus & mercibus faciant: si quorum opera, culpa, & facto naues submergantur & de similibus, in quibus possunt vel ripenses vel prædones abuti aquis, de quibus diximus, lib. 1. Syntag. cap. 4. Fuit & iurisdictio in mari vicinisque locis constituta, cum ad securitatem negotiatorum, & ad pyratarum prehensionem, tum etiam ad commerciorum vsum commodiorem.

¶ Et † iam etiam prædicto lib. 1. Syntagmat. cap. 3. de legi- 8
bus quarum, & iurisdictione quæ in mari exercetur, & Almyracho dictum est. Iurisdictio eius copiose explicata à constitutione Francis. I. *Sur le faict de marine*, & à Rebuffo, tit. *de l'Admiral.* Imperat. n. is in omni parte maris nomine regio, vt ideo riparienses domini illi obsistere nequeant vel repugnare. Quare is sibi vindicat decimam, eius muneris causa omnium spoliorum aut manubiarum ex hostibus, pendente nauali expeditione. Cognoscit de omnibus controuersijs, quæ ratione nauiũ & nauigationis maritimæ nascuntur, vel ex delictis tempore belli commissis vel alio tempore, vel ex contractibus, aut ex aliis causis vel commerciis & piscationibus. Ipse sedem habet principalem Lutetiæ in palatio, in mensa marmorea. Constituit autem Iudices & vicarios seu locum tenentes, aduocatos, procuratores in maritimis oppidis & vrbibus, qui de negotijs suę iurisdictionis cognoscant, & iudicent: & si quid grauius dignumque maiori iudicio accidat, ad illum reiciant.

9 ¶ Sic † Romæ in camera apostolica, cura suscipitur mercium & negotiorum mercatorum mare & Tyberim nauigantium, vocant ripales causas, inter mercatores, vel inter eos & nautas, vel inter alterum ipsorum & alterius generis homines priuatos. Pro quarum faciliori expeditione duo substituuntur vicarij, qui in ripa fluminis sedentes ius de his dicant, quorum vnus dictus Camerarius, de maritimis & inferioris ripæ mercibus cognoscit: alter vero, de montanis & superioribus ripæ, quę Ripatam dicunt, mercibus. Et si maius quodpiam sit negotium, vel si prouocatio adiiciatur, camera appellatur Apostolica, quæ hac de causa vnum ex Cardinalibus seu decanum, præsidem eius causæ terminandę constituit, vt refert Octauianus Weſtrius. lib. 2. Introduct. in aulę Rom. actionem, cap 12.

10 ¶ Accedit † aliquantum superioribus iurisdictio Magistri magni aquarum, & subpræfectorum eius seu forestarum, quibus cura & custodia iniungitur aquarum seu fluminum publicorũ, & nemorum regiorum: vt & prouentus & fructus piscationis & venationis, regio ærario sine fraude concedantur. Delicta in his commissa per illos coerceantur. Cognoscunt & curant de fluminibus, torrentibus, paludibus, viuariis, pistrinis aquatilibus, alluuionibus, ripis, & piscationibus: & de piscationis rebus & nassis, & aliis instrumentis piscatorijs, ne sint contra modum constitutionibus regijs præscriptos, docet constitutio Henrici II. mensis Februar. 1554. art. 16. & 33. constit. Caroli anni 1402. Francisci I. anni 1516.

¶ Magistri † pariter nemorum, eorumque vicarij curant, vt 11
conseruentur nemora regia, ne fraus fiat in vsu quibusdam concesso, aut in venditione decreta, ne delictum in illis committatur, ne ligna furto subtrahantur, & similia procurent, quę bonus paterfa. in propriis syluis esset facturus. Olim Magnus magister aquarum & nemorum vnus erat tantum in Gallia: postea magistri plures minores in prouinciis constituti, subinde & alij subpræfecti, & locis particularibus designati cum iudicibus, vicarijs, seu locum tenentibus aduocato & procuratore, & consiliarijs regijs, addita turba aliorum officialium præfectorum nemorum, custodum, thesaurariorum, satellitum, & similium, de quibus omnibus eorumque iurisdictione & munere tractat constitutio prædicta Henrici II. mensis Februar. 1554. Francisc. I. *Des eaues & forests*, annorum 1516. & 1518. Vbi & statuitur horum officia non ab alio, quam à Rege creari vel concedi posse, & antiquata constitutio Philippi VI. anni 1348. qua vicarij non cõcedebantur magistris aquarum & nemorum, necessitate illis imposita per seipsos visitandi & decidendi certis sessionibus, hisque certis locis indictis, quibus vocarentur de negotijs suæ iurisdictionis contendentes. Remansit tamen illud caput, vel saltem in Magistros alios particulares transfiatum est, vt singulis annis bis visitent, & lustrent sibi nemora subdita, præsentibus custodibus & satellitibus cuiusque nemoris: vtque facti diarũ, de lustratione, & de statu scripta conficiant, quę vocant, *Procés verbaux*, quæ procuratori regio actis intervenientibus transmittant, vt si quid delictum admissum inueniatur, ipse regius procurator accurate & suo alioquin periculo prosequatur iuridice. Vicarius Magistri magni aquarum & nemorum potest, si velit, prouincias vniuersi regni perlustrare, & curias in diuersis locis eius generis cogere, illisque præsidere: verum sine quapiam lucri exactione, vt cauetur art. 2. const. Henrici II. anni 1554. Inhibetur ex constit. Ioannis regis, art. 3. ne se immiscrant cognitioni

Digitized by Google

tioni aquarum vel ſyluarum, dominorum, Baronum, & Prælatorum Gallię, niſi in caſu negligentię, quo caſu etiam per prę-
uentionem Henric. II. vbi ſupra, art. 30. permittit eos cognoſcere de abuſu & delictis commiſſis in ſyluis nobilium Baronum & Prelatorum. Appellationes vero ſubpręfectorum, vt viridariorum, & gruyatorum, ad Magiſtrum eius prouincię deuoluuntur.

¶ Eſt † theſauri etiam ſeu domanii camera, in palatio Lutetię creata, inqueſtarum, quæ ſupremo iudicio omnes lites, quę per prouocationem ab omnibus iudicibus quibuſcunque regni cõfluunt, determinat & decidit: ſi de domanio ſint aquarum, vel ſyluarum, iuxta tenorem conſtitut. Franciſci I. anni 1543. Si quęſtio ſit de reditu 25. librarum, aut de cenſu quinque librarũ, vel de vſu & proprietate aduerſus Senatus placita aquarum vel nemorum. Sunt & theſauri alicubi etiam ſedes & iuridici, à quorũ ſententiis prouocatio eſt ad claſſem illam inqueſtarum domanij, & ita ad Senatum. De cura nemorum, quæ erat inter Romanos & alios, diximus iam h. 3. iſtius Syntagm. c. 16. Alia ſpecies iudicum mercatorum, eſt arbitrorum: ſtatuit namque Franciſ. II. menſe Auguſt. 1560. in fauorem mercatorum & commerciorũ, ne negotiatores litib. retinerentur pene immortalibus neve à negotiationibus diſtraherentur, vt pro negotiis negotiationem reſpicientibus, non cogerentur mercatores inter ſe contendẽtes coram ordinariis litigare, ſed compellerentur arbitros eligere tres, vel plures impari numero mercatores, vel alterius generis, ſi res exigeret: quorũ ſententia eius eſſet efficaciæ & effectus, cuius ſunt tranſactiones aut ſuprema curiarũ iudicia, nulla relicta ſpe intercedendi, ſeu vt dicunt opponendi, vel prouocãdi. Et vt hanc iudices regij tenerentur, quandocunque fuiſſent requiſiti, executioni demãdare ſummarie & de plano ſine ſtrepitu iudicij, perinde ac ſi per eos lata eſſet: Et ſi quando cõtrouertentes non poſſent, vel nollent conuenire de arbitris, eo caſu poſſe iudex competens prætigere dilationem nominationi vel electioni per litigantes faciendæ, qua elapſa ipſe poſſet nominare & eligere, nulla ea de re admiſſa prouocatione.

De Iudicibus ſummis & inferioribus ærarii Gallici.

Cap. 38.

1 *Ærarij Gallici tres ſummæ curiæ.*
2 *Oblationum curia*, Generaux des aides, *& eius notio.*
3 Eſleux, *officiary curiæ oblationalis: eorumque iuriſdictio & cura. & nu. 4.*
5 *Salinariorum & antigraphorum cura & iuriſdictio in Gallia. & nu. 6. & 7.*
8 *Magiſtri portuum, viarum, & limitum, iuriſdictio.*
9 *Irenarcharum munus.*
10 *Rationalium curia, & eius iuriſdictio.*
11 *Monetalis curia*, Chambre des monnoyes, *& eius notio, & ſubpræfecti.*

1 TRes † ſummas curias in Gallia inuenio de ærario principis iudicantes, curiam oblationum, rationalium, & monetalẽ. De ſingulis pauca admonebimus, & de aliis curiis quæ ad has ratione ærarii regij accedere videntur.

2 ¶ Curia † oblationum *de oblatio. tracta. à nobis inuenies, libro 3. Syntag. ca. 6.* dicitur, *Cour des aides ou Generaux des aides.* Iſtius curiæ antiquior quam à tempore Henrici II. fuit inſtitutio. Ceterum, is menſe Martij 1551. & Maij 1552. officia in ea conſtituit, iuriſdictionemque fixit, vt cognoſcerent de indictionibus & ſuperindictionib. quas vocant *Tailles & creues*, de gabellis, ſeu ſalinarum vectigalibus, oblationib. vectigalib. aliis ſoluendis in egreſſu vel ingreſſu regni, vocant *Traites foraines*, traiectionib. mercium, æquipollentiarum, ſeu tranſmutatis tributis mutui regij, quod vocant *Emprunt*, de ſalario quinquaginta millia militum peditum, de tranſuectionibus per Ligerim, de facultate tranſuectionis mercium, de conceſſionibus ſeu largitionibus regiis, de munitionib. & præſidiis, de contractibus factis inter publicanos ratione ſubſidiorum, de fori vinarii vectigalibus: tum in primis actionibus, tum etiam in vltima conſertatione & vltimo iudicio. *vide Rebuf. li. 1. ordina. reg. tit. 20.* Antea non ita fuit ampla iuriſdictio ex conſtitutione Ludouici 11. an. 1500. & Ludo. 12. *Touchant la iuſtice des aides.*

3 ¶ Huius † curiæ veluti officiarij appẽdices ſunt, qui electi dicuntur, *Eſleux*, quib. commiſſa eſt quodammodo luſtratio prouinciarum & peræquatio, & inquiſitio, qui ſunt qui indictionib. obnoxij eſſe poſſunt, quive immunes ſunt, & feuda habẽt, quæ omnia deſcribunt & deſcriptiones mittunt ad Senatchũ proximum, & ad rationalem curiam. Sicque deſpiciunt ſeparatim, num ſupra quam oporteat indictio fiat prouincialib. quibuſdam, num peræquatio collectarum iniuſta ſit, quas fraudes commiſerint exactores, num ſupra quam in dictum ſit, exactũ fuerit. Iudicant iſti ſummarie, & ſine prouocationis ſpe, adhibitis ſecum aduocatis & gradu inſignitis numero quinque de ſuperindictis, vſque ad ſummam decem ſolidorum, & de expenſis vſque ad 40. Exſtat de his & aliis capitulis eius muneris conſtitutio Henri. II. menſis Aprilis anni 1557. Hoc enim munere putarunt diſtributionem ſummarum indictarum populo per regem iuſtius fieri poſſe, referentibus electis qui adſunt diſtributioni quos vocant Alimpos, quæ in quaque prouincia cognouerint. *conſtit. Ludo. 12. Touchant la iuſtice des aides, art. 36. Franc. I. conſti. ſur les aides, tailles, & gabelles, art. 4. & 7.*

4 ¶ Iniuncta † etiam eis cura viarum & pontium, dataque poteſtas, vt ſi reparatione aliqua indigere videantur, poſſint cogere ad refectionem & collationem ſumtuum dominos qui res poſſident, vel iuxta ſunt. Sed & ipſos dominos locorum, qui portoria & vectigalia capiunt loci, vſque ad ſummam 20. librarum annuatim impendendarum, pro refectione, ſumtibuſque eius coactionis moderatis, vſque ad vigintiquinque aut triginta ſolidos, prouocatione iuridicis præſidialibus reſeruata. *conſtitut. Henrici II. ann. 1557. art. 6.*

5 ¶ Inter † oblationalia ſatis vectigal annumeratur. Quamobrẽ Salinarij ſeu præfecti horreorum ſalis regii & eorum antigraphi, vocati *Grenetiers & contrerolleurs*, creati ſunt officiarii regis perpetui, qui cognoſcerent & iudicarent de ſuis propolis, qui emunt, vt iterum vendant ſalem, de fraudibus eorum, de falſis ſalinariis, ſociiſque & receptatoribus eorum, quos & inquirere, iubere comprehendi, & damnare ſecundum admiſſi qualitatem poſſunt, iſti & ius perquirendi habent per priuatorum domos, & inquirendi quantum ſalis quiſque poſſideat, ne præter vſum neceſſarium comparuerit. Si quid in emtione quoque ſalis peccatum ſit, ſi breuia non ſint veritati venditionis conuenientia, & plusquam ſcripto venditorum contineatur detulerint, animaduertunt, etiam coercitione corporali, iuriſdictioneque ordinaria. Item & de aliis negotiis iudicant, quæ vel de menſuris, contumacia, vel fraudibus ſimilibus circa ſalis negotiationem ſuboriri poſſunt, exceptis perſonis vicariorum ſeu locumtenentium, & cuſtodum reformatoris gabellarum, quæ pro criminibus iiſdem reiiciuntur ad cognitionem reformatoris. *de hu eſt conſtitut. Franc. I. ſur le droict de gabelle du ſel.* Præſcribit conſtitutio Ludouici 12. art. 50. & 52. quomodo iſti granetarij ſeu præfecti horreorum regiorum ſalis, debẽt aſſidui eſſe in loco horreorum, & adeſſe vẽditioni & traductioni ſalis, retenta modiorũ diſtractorum præſcriptione, cuius exemplar tranſmittant ad curiam oblationalem. Vetaturque illis ne munus ſuum ſoli ſine antigraphis obeant, ne negotientur, nec quippiam oneris propria auctoritate ſali imponant, quæ ſanciuit Franc. I. conſti. *ſur le faict des aides & gabelles*, art. 36. 39. 40. 52. Si quid autem iſti peccauerint, ſtatuit notionem eſſe curiæ oblationalis, non alterius.

6 ¶ Expuncta † ſunt horum præfectorum horreorum ſalis officia, apud Petragoricenſes, Pictones, Xantonenſes, Rupellanos, Angoliſmenſes, Lemouicos, ex contractu & pactione inita certis legibus cum Principe, vt liquet ex conſtitutione Hẽrici II. menſis Octobris 12. die anni 1549. item alia extraordinaria temporalia edicto eiuſdem menſis Septemb. 1555.

7 ¶ Iſtis † præfectis ſunt ſimiles officiarij, alibi dicti conſeruatores paludum, ex quibus ſal conficitur: qui iuriſdictionẽ ſimilem exercens in proprietarios, negotiatoreſque ſalis paludalis, & eorum operarios & mercatores: de omnibuſque delictis & controuerſiis ea de re inter illos ortis cognoſcunt, & de cauſſis appellationum deuolutarum à ſingularib. ſeu particularibus ſuſceptoribus, antigraphis, aliiſque particularib. officiariis paludum, quas decidunt vltimo iudicio, vocatis in conſilium viris idoneis, vt docet conſtitutio Franc. I. anni 1545.

8 ¶ Ad † oblationũ cauſſam quodãmodo pertinere videtur, quę colligũtur ex vectigalib. mercium exportatarũ regno, & importatarum in illud: quas vocãt cõſtitutiones. *Droici de traitte & impoſitiõ foraine*, & aliquib. dicitur *Receue*, aliis *droict de receue, droict de hault paſſage.* Cui iuri ne fraus fieret, neve prohibita exportarẽtur in regna aliena, neve extranea in prẽiudiciũ regni importarẽtur, Iudices & adminiſtri in limitib. regni appoſiti ſunt, illiq; dicti Magiſtri portuũ, pontiũ, & viarũ, ſeu limitũ. Habent ij munus & curam limitũ traiecti. Limenarchis ſimiles & Irenarchis: ſed qui limitatã habeãt poteſtatẽ eamq; ciuilẽ, nõ militarẽ, nec qualẽ habuerũt Duces limitanei. *de quibus nos alibi.* Singulis Magiſtris portuũ, pontium, & traiectionũ datur Princeps muneris, ſeu locũ eius tenens & vicarius generalis, ſuſceptor, vel exactor, aut quęſtor vectigalis impoſiti per Principẽ ſingulis mercibus, curioſus ſeu viſitator generalis, procurator Cęſarianus ſeu fiſcalis, actuarius ſeu exceptor, põderator, menſurator, calculator, ſigillator, cõmẽtarienſis, quẽ vocãt *geolier*, in domo vbi eius Curię ſedes ſeu auditorium cõſtituitur, item ſex vel plures obſeruatores ſeu cuſtodes locorũ qua trãſuectio fit. Iudicat hæc Curia in prima actione de cauſſis illis domanii foranei, de traductionibus & trãſuectionibus mercium, auri argẽti tacti vel infecti, armorũ: rerũ ad bellũ pertinentiũ pretioſiorum equorũ vel mulorum, ſi contra legem à Principibus impoſitam quid inducatur vel educatur, vel fraus in vectigali fia.. lus.

Digitized by Google

quoque illis est, exploratores regni, errones, tabellarios extraneos prehendendi, & ducendi ad Ducem limitaneum, vel ad Rectorem illius prouinciæ, vel ad eius vicarium vel Subpræfectum cum literarum fasciculis penes illos compertis. Prohibetur illis nominatim, ne inter iudicandum interlocutorie vindictas, quas vocant *main leuee*, dent mercium prehensarum sub cautione vel fideiussione, sed diffinitiue iudicent, num in commissum inciderint merces, vel male fuerint captæ & retentæ. Idque propter dolos etiam horum Iudicum, qui, si liceret interim vindicias dare, compositione pecuniaria commissi ius eluderent. Relicta tamen prouocandi libertas à iudiciis istorsi ad Senatum immediate. Exstat de his omnibus Henrici II. constitut. 14. Nouemb. anni 1551. Atque de rebus quæ obnoxiæ sunt vectigali huiusmodi, & de forma antiqua alia exigendi, exstant constitutiones Franc. I. annorum 1541. 1542. 1543. Henrici II. mensis Septemb. 1549. Verum latius prospectum est per dictam constitutionem 1551. Et præmia etiam concessa officiariis, vt vigilarent diligentius circa trajecta. Data namque tertia pars commissorum & mulctarum inter officiarios diuidenda: videlicet inter susceptorem, visitatorem, procuratorem generalem, actuarium, ponderatorem, mensuratorem, calculatorem, sigillatorem, commentariensem, & custodes. Et certe merentur quidem, si officio probe fungantur: sed vereor ne plures eius muneris administri, malint totum, quam tertiam partem, & dissecent ex composito, & aliquo dato vel retento inuisu principis plura egredi vel ingredi permittant, quam describant. Eget admodum viris bonis & diuitibus hæc cura, maxime ob securitatem negotiatorum & viatorum. Audiui enim aliquando, in regnis quibusdam Liminarchos, quib. redditur ratio pecuniæ translatæ vel mercium exportatarum & importatarum, vel per se prædam earundem agere, vel iubere agi. Quod in contumeliã regum conuertitur. Et nisi prospiciant, vt latronum auctores & participes in suspicionem aliarum gentium veniunt.

9 § Circa † lationes Irenarchæ maiorem habebant auctoritatem. Verum ad munus Irenarcharum cura horum Præfectorũ trajectibus accedit aliquantum. Nam Irenarchæ ad prouinciarũ tutelam quietis ac pacis per singula territoria faciebant stare concordiam. *l. 1. de Irenarch. lib. 10. C. l. fi. § Irenarchæ, de mun. & honor.* P. Stabant in limitibus Imperij, habebantque stationarios, vt apud nos Magistri portuum custodes vel speculatores limitum, quib. mandatum erat sub pœna capitis, ne superexactionem facerent, neve apud se carcerem, vel personam in custodia haberent. *l. 1. de Cohortalib. lib. 12. C.* Exstat & in edicto Imperatoris Pij, vt Irenarchæ cum apprehenderint lationes, interrogent eos de sociis & receptatoribus, & interrogationes literis inclusas atq; obsignatas ad cognitionem Magistratuum mittant. Apud quos nihilominus & qui cum elogio mittuntur, audiendi iterũ sunt: & si quid Irenarcha maligne interrogauerit, vel dicta non retulerit, ipsum Irenarcham puniendum in exemplum, ne quid tale postea facere moliatur. *l. D. Adrianus, c. § sed & apud, & § fi. de cuj. ous. reor. l. 48. l. sit. 3.*

10 ¶ Rationalium † Magistratuum curia, *Cour de comptes*, est veluti totius ærarii & domanii Principis memoriale, inuentarium, & calculus, *ordonn. constitut. regia, des aduertissements*, nam omnia quæ rationes ærarii respiciunt, eo deferri debent, & omnes qui pecuniam ærarij quam vocant, *finances*, pertractant, obnoxii huic Curiæ sunt, a qua per eius Præsides & Auditores expunguntur aut probentur rationes eorum. *constitut. Henric. II. 1553.* Concessit & Princeps, vt si quando in euoluendis Quæstorum rationibus aliquid fraudis annotarent, aut peculatum, vel aliud quippiam officio indignum mulctarent sine prouocatione: & si grauiori pœna animaduertendum in eos esset, regius Procurator rationalis cum Procuratore regio Senatus collatis vocibus vna in eos exercent conclusiones: & tandem iudicium eorum conuenientibus aliquo Præside & Auditoribus Curiæ rationalis cũ alio Præside & Senatoribus Senatus, perageretur. *Carol. IX. ordinat. mensis May, 1567.* In ea Curia solent describi immunitates à tallis, iura morticinii, quæ vocant, *affranchissements & admortissements, constit. des amortissements*, feudorum regiorum detectores, hominia & nomenclaturæ, cum onere & immunitate, & nomine rerum eo nomine possessarum: largitiones seu dona Principis, antequam Quæstores imperata concedant. Solent enim ibi examinari rescripta Principis, num per fraudẽ vel subreptionem vel obreptionem, liberalitatem extorserint, numve è regni Regisve fit, an dominialia inalienabilia petãtur, & quomodo. Ibi quoque literæ seu codicilli restitutionis natalium, seu legitimationis, & priuilegia regnicolatus seu codicilli naturalisationis discutiuntur & describuntur, antequam quispiam beneficiis codicillorum vti possit. Et ratio horum & similium est, quia hæc minuunt Quæstorum & reditus ærarii regii prouentum cuius initur ratio ab exactoribus, quæstoribus, susceptoribus, & thesaurariis singulis annis in hac curia computatorum seu rationum: proinde necessarium est, ea omnia veluti ex promptuario parato auditorib. ad manus esse, ne prætextu munificentiæ regiæ & quæstoribus ab iis qui res possident, vel ab ipsis quæstorib. Regi imponatur. Sicque res ordinate transigitur, vt Quæstores immunitatis prætextu non admittant, nisi signata & per rationes promulgata & admissa priuilegia: ipsi autem fidem de iis facientes, à non receptis, alioquin recipiendis, liberentur, & ita pro receptis habeantur.

¶ Monetalis † curia, quæ Parisiis supremo & ordinario iudicio ei donata residet, & à Principibus recentiorib. maiorem & firmiorem potestatem, & consilii & antistitum maiorem numerũ habuit, donec Aureliæ in comitiis imminutum ius eius est. Curiæ eius notio itaque prior hęc fuit, expendere num numi publice percussi, legem mixtionis vel puritatis habeant, secundum decreta statuta de illorum percussione: & idcirco Magistri monetales diuersarum prouinciarum, singulis annis deferunt in pixidibus frustum exiguum materię vel metalli ex quo fabricarunt monetam, sub præpositorum monetalium, & actuarii testimonio, vt probatio fiat, num in legem commiserint, vt constat ex constitutio. Francisc. I. *Sur le faict des monnoyes*, articulo vicesimosecundo, & septuagesimotertio. Magistri etiam monetales & præpositi, item generales monetę iudices Parisiis perquirunt diligenter & emendant, siquid aurifices, tractatores auri, numularij: argentarii seu mensarii, collybistæ, quos vocant *changeurs*, vel alii qui metalla tractant, quippiam in fraudem legis monetæ præscriptę admittant: si radant, aut minuante pondere, prouocatione à Magistris ad solos curiæ monetalis iudices permissa, vt constat ex constitutionibus Henrici secundi, mensis Nouemb. 1548. & Augusti 1555. Iudicabant generales monetæ, vel saltem vocabantur, vt interessent iudicio in litibus monetarum, ex prædicta constitut. Francisci primi, *Sur le faict des monnoyes*, articulo septuagesimoquarto. Quare & iudicabant de omnibus monetis regalibus, abusu, delictis commissis à Magistris, custodibus, præpositis, probatoribus, inciforibus, anticustodibus, operariis seu percussoribus monetæ, de collybistis, purgantibus, separatoribus, tractatoribus auri argentiue, minetariis, collectoribus arenarum auri, aurificibus, celatoribus, staterum factoribus, & aliis negotiantibus circa monetam, de litibus & controuersiis eorum: & iure concursus, & per præuentionem Senarchorum & Bailliuorum, de falsa quoque moneta. Eadem iurisdictionis prærogatiua gaudebant Magistri & præpositi monetariorum, in locis sibi commissis, reseruata tantum prouocatione ad curiam summam generalium monetalium. Verum constitutione comitiorum habitorum Aurelię, articulo 41. circunciss est hęc potestas, & tantum reseruata cognitio & iudicium pixidum monetalium huic curiæ, directoque & ordinario monetarum. At delictorum & abusuum circa monetam discussio, decisio siue per ipsos monetarios, siue per adulterantes monetam, delata est Senarchis vel eorum vicariis seu suppręfectis. Qui voluerit de monetarum legibus singularia cognoscere, videat quæ diximus, libr. trigesimosexto, Syntagma. c. 2. de falsa moneta.

De Arbitris & Compromissariis.

Cap. 39.

Lib. 4. P. tit. 8. Lib. 2. C. tit. 55. Lib. 1. Decret. tit. 43. Lib. 1. Sex. tit. 22.

1 *Arbitria ad similitudinem iudiciorum.*
2 *Arbiter quis.*
3 *Arbitrorum distinctio, & species.*
4 *Arbitrium quid, & diuisio arbitrorum, nu. 6.*
5 *Arbitrij & iudicij differentia, & nu. 15.*
7 *Amicabilis compositor vt differat ab arbitrio.*
8 *Compromissum quid apud Græcos.*
9 *Compromittere de quibus liceat: & quibus. n. 10. 11. 12. & 13.*
14 *Arbitrij compromittendi formul. & seq.*
15 *In compromissum quæ veniant.*
16 *Arbitrandi dies an proferri ab arbitro possit.*
17 *Arbiter duo vel plures quando alium vel tertium eligant.*
18 *Compromisso faciendo quæ clausulæ apponi debeant.*
19 *Arbitrij dies labitur à tempore acceptati per arbitrum compromissi.*
20 *Arbitrium nemo cogitur suscipere, susceptum tamen cogitur & quando exsequi.*
21 *Arbitri sententia qualis esse debeat, & an possit retractari.*
22 *Citatio coram arbitris, perinde ac coram iudicibus.*
23 *Arbitri qui esse possint.*
24 *Arbitrorum esse finis, & ratio, & supra iudices fauor.*
25 *Arbitrium an valeat ex compromisso sine pœna.*
26 *Pœna arbitraria, & compromissi quando committitur.*
27 *Arbitrorum sententia quando impune reuocatur ad arbitrium boni viri. & seq.*
28 *Dolus consilio efficit arbitrorum sententia. Et nam idem in dolo reipsa commisso. nu. 29.*
30 *Arbitrorum sententia à quo iudice sit executioni demandanda.*

31 Pro-

Digitized by Google

31 *Præscriptio interrumpitur per contestationem coram arbitro.*
32 *Arbitria quomodo in Gallia obseruentur.*
33 *Arbitriorum seruandorum rationes. Et nu.* 34.
35 *Arbitri apud Athenienses, Iudices & compromissarij diuersa potestatis.*

QVia † lites arbitrorum & compromissorum sententia dirimit, & ad exemplum iudiciorum compromissa reguntur, *l.1.& l.quamuis* 37. *de recept.arb.P. vide Iaso. in l.ex hoc iure, num.* 45. *de inst.& iur.& ad l.nec quicquam, num.* 5. *de offic. procons.P. & in l.debitorib. num.* 4. *de re iud.P.* de arbitris pauca admonere oportet.

¶ Arbiter † generali significatione is dicitur, qui libera sententia quod sibi videtur aliqua de re explicat: & inde arbitrari, libera voluntate aliquid declarare. *l.si quis arbitratu. de verb. oblig.P. Arbiter*, inquit Festus, *dicitur iudex quod totius rei habeat arbitrium & facultatem, arbitrarium, cum adhuc res apud arbitrum geritur, arbitrium dicitur sententia, quæ ab arbitro statuitur.* Iudicis autem nomen à iudicio mentis, vt arbiter priuatus & publicus esse potest. Sic enim dicimus furiosum pupillum carere animi iudicio. *l.cum prætor, de iud.P. cum sim.* Ita & sententia, quod arbitratum est, dicitur, *l.inter Castellianum*, 49. *de recept.arb.P. cum sim.* Inuenies inter interpretes, synonyma pro arbitrio, laudum, arbitramentum, quæ quamuis non sint verba polita, tamen tibi aperient sententiam eorum, quæ in iure tractantur.

¶ Verum † non omnis arbiter in iure, est ad lites alienas more iudicial componendas electus à priuatis. Et proinde differētia arbitrorum, & arbitriorum adhibenda est. Alij namque dicuntur iudices dati à Magistratib. seu delegati, arbitri quoque. *l.arbitro.* 9. *& seq. si quis cautio, l.1. C. de pedane. iud.* Item arbiter dicitur, qui moderator & dispensator liber rei suæ constituitur. *l.in re mandata, C. mand. a. cum sim.* Dicitur & arbitrium generaliter boni viri, iudicis æqua sententia, hoc est, id quod bonus & probus seu iustus vir statuere debet, non cuiuslibet praua sentētia, *l.hac venditio, de contrah. emt.P. l.in proposita. pro soc. in P.* sed incorruptum animi iudicium, quod pendet ex religione iudicantis, *l. quæsitum, de testib.P.* quare & arbitrium tutelæ dicitur iudicium, quod pendet arbitrio iusto iudicis, secundum ea quæ proponētur, *tit. arbit. tut. C. li. 5. C. tit.* 51. Et arbitrariæ actiones, quæ liberā habent, sed ex eo quod legitimum est, electionem, quæ & refertur ad arbitrium iudicis. *l.2. & 3. §. fi. l. ideo*, 4. *de eo quod cert. loco, P.* Quomodo autem in tribus versetur arbitrium iudicis circa arbitrarias actiones, docet Iason ad l. in actionib. nu. 8. de in lit. iurand. P.

¶ Aliud † genus arbitrorum, in electis versatur per contendētes, litis decidendæ causa. Et ita arbitrium est facultas sententiæ dicendæ de aliqua re, à priuatis priuato concessa. *facit c. à iudicib. 2. q. 6.* Dico à priuatis priuato concessam: vt distinguam arbitrium, quod datur iudici dicendæ sententiæ auctoritate publica in priuatos. Item vt excludam auctoritatem iudicādi prorogatam interdum à priuatis, dum consentiunt in eum qui iurisdictionem quidem habet, sed non in consentientes, *l.1. & 3. de iud.P.* qui tamen se iurisdictioni eius subiiciunt scienter, ratione cuius consensus Iudex efficitur proprius, non arbiter. Possunt tamen consentire in alienum iudicem tanquam in arbitrum: sed alia est causa eius, quam quando consentiunt in nō suum iudicem, & tanquam in ordinarium. *l.si quis ex consensu, de Episco. audien. C. l.ait prætor, de re iudic.* Priuatorum quippe consensus non tribuit iurisdictionem ei qui non habet, vt is cum auctoritate publica iudicare possit, aut cum pari efficacia. *l. priuatorum, de iurisd. omn. iud. C.*

¶ Et † interest ita inter arbitrium, quod iudicis potestatem à publico & dictionem iuris habet, & arbitrium eius qui habet à priuatis, illudque liberum. Nam Iudex arbitrium suscepit publicum à quo non potest vllo modo discedere, & secundum iuris decreta, quorum executor est, *l.2. §. post originem, de orig. iur. P.* iudicare tenetur, *l. nemo, de senten. & interlo. omn. iud. C.* Et arbiter, prout ei bonum videbitur, iudicat. *in l. qualem autem sententiam*, 22. *& l. item si vnus*, 19. *§. Pomponius, de recept. arbi. P.* Quod tradit his verbis Cic. *pro Coma. Aliud est iudicium, aliud arbitrium: iudicium est, pecuniæ certæ: arbitrium incerte. Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem obtineamus, aut amittamus. At arbitrium hoc modo adimus, vt neque nihil, neque tantum quantum postulauimus consequamur.*

¶ Disputat † & Iason, num arbitri habeant aliquam iurisdictionem vel notionem, *Ias. in l. arbitro, nu. 9. qui satisd. cog. P.* De iudicum arbitrio hic non fiet mentio, sed de aliis, quorum in summa: *Duo sunt genera, Proculus in l. societatem mecum*, 77. *§ arbitrorum, pro soc. P. vnum eiusmodi vt siue æquum sit, siue iniquum parere debeamus, facit l. diem*, 32. *§. stari, de recept. arbit. P. dummodo absit dolus, l. arbitrorum, C. eo. quod obseruatur*, inquit Proculus, *cum ex compromisso ad arbitrum itum est. Alterum eiusmodi, vt ea boni viri arbitratum rediri debeat, etsi nominatim persona sit comprehensa, cuius arbitratu fiat.* Breuius, arbitrorum horum alius dicitur ex cōpromisso: alius sine compromisso. Compromissio habet secundum nominis notationem vtrinque & vna factam promissionem vel sponsionem, de sequenda sententia arbitri in quem conuentū est, pro determinatione negotij commissi. Sicuti conuentionē dicimus, in vnam sententiam consensum, *l.1. §. conuentiones, de pa. P.* Is autem dicitur proprio arbiter, qui receperit arbitrium (siquidem arbitrium pro commisso, & tota negotij cognitione & sententia vsurpatur promiscue) *l. Pomponius ait, & l. qualem, de recept. arb. P.* & qui iudicis partes suscepit, finemque sua sententia controuersiis se impositurum pollicetur. *l. idem Pomponius*, 14. *§. recepisse, eo.* 7

¶ Differt † ita ab eo quem dicunt amicabilem compositorem, in quem non compromittitur, & qui iudicium non suscepit dicendum, sed qui experitur, num sponte possit ad pacem contēdentes reducere. *Quod si*, inquit Vlpianus, *expedio, d. §. recepisse. hactenus interuenit, vt experiretur an consilio suo vel auctoritate discussis litem parerentur* (scilicet contendentes) *non videtur arbitrium recepisse.* Et hanc speciem arbitrii amicabilium compositorum, vocat glossa arbitratum, *in d. §. recepisse.* Vocat Iason eos quasi partium pronexetas, in l. si conuenerit, 14. de re iudic. P. quæ species cum non habeat iudicij formam, hic etiam omittetur. Verum eam distingui à compromissario arbitro monet authēt. si vero contigerit, *sumta ex §. si vero contigerit, tit. vt differ. iud. audi. interpellan. allegat. in auth.* de iudic. libro tertio, C. titulo primo, in illis verbis: *Iubemus sanctissimum Episcopum vel Archiepiscopum locorum, audire causam vna cum clarissimo Iudice: vt ambo, aut per amicabilem compositionem dissoluant quæ dubia sunt, aut per annotationem in scriptis factam, aut cognitionaliter iudicent inter litigantes.* 8

¶ Compromissum † vocant Græci διαιτησία, nam διαιτᾶσθαι est, compromissum pacisci, vsumque compromissorum, & διαιτηταί, seu arbitrorum frequentem fuisse apud Græcos docet Demosthenes, & Iulius Pollux. Sed duas species apud illos arbitrorū præcipue inuenies, aliquos videlicet αἱρετοὺς διαιτητάς, electos Iudices, παρ' ὁποτερωοῦν ἢ διαιτᾶν, à quorum arbitrio abire tantum licebat re integra. Alterum genus arbitrorum, quos τοὺς κατὰ νόμον διαιτητάς dicebant, id est, qui non delecti à litigantibus, sed delecti publice Athenis erant, & sorte ad iudicandum vocati: vt ex Equitibus Romæ sortiti iudicaturi iudices. Et erant Athenis per singulas tribus annuatim electi quadraginta quatuor. Et ita ab illo sorte dato arbitro, appellabatur ad iudices ordinarios, vt constat ex fine orationis Demosthenis, κατὰ Δοσιθέου. Ait & Vlpianus Sophista, in Commentar. oratio. Demosth. contra Midiam, quod εἰ διαιτητὴ νόμῳ τινὸς ἕνεκα διαιτᾷ, quod arbitri erant legitimi quidam iudices. 9

¶ Plenum † compromissum dicitur tripliciter. 1. quia validiss. *l. idem Pomponius*, 14. *§. si vero, de recept. arb, P.* 2. quia habet doli clausulam, *l. ita demum*, 36. *§. fi. eod.* 3. & quia est de omnibus controuersiis, *l. si cum dies*, 26. *§. plenum, eod. P.* de omnibus enim & de quibusdam tantum controuersiis compromitti potest in arbitrum *d. §. plenum, & l. de rebus*, 48. *eo. P. l. pen. & fin. eo. C.* nisi nominatim lege prohibeatur. Vt ex Sententia Iuliani Iurisc on. *l. nō distinguemus*, 77 *§. Iulianus indistincte, de recept. arbit.* de famoso delicto ad arbitrium iri non potest, vel de ea re, de qua publicū iudicium constitutum est: veluti de adulteriis, sicariis & similib. de quibus vetare debet Prætor, sic compromissum est sententiam dicere, nec concedit dictæ sententiæ exsecutionem. Vindicta enim publica est, & iudicium publicum, cui priuatorum pactis offici non potest. *l. ius publicum. de pact. P.* Nec singulis est committendum, quod per Magistratus expediri potest. *l. non est singulu, de reg. iur.* Neque gladii potestatem priuati habent, sed quibus imperium ex publico datur. *l. imperium, de iurisd. omn. iud. P.* Vnde nec priuati iudicare possunt, quæ vtilitatem respiciūt publicam, qualis est vindicta maleficiorum. *l. ita vulneratus, ad l Aquil. P.*

¶ Intereste † Reip. delicta nocentium palam fieri, & detegi. *l. eum qui nocentem, de iniur. P.* Sed neque arbitri ex compromisso sententia infamiam facit, quia non per omnia sententia est arbitrium, *l. quid ergo*, 13 *§. ex compromisso, de ijs qui not. infa. P.* Idcirco etiam de liberali causa, seu de quæstione libertatis, nō compromittitur: vt de ingenuitate, de libertinitate, de fideicōmissaria libertate, quia fauor libertatis est, vt maiores iudices habere debeat. *d. l. non distinguemus, §. de liberali causa, l.2. de pœnan. iudicib. C. ca. pen. de in integr. restit.*

¶ Accursius † etiam tradit, *in d. l. non distinguemus, §. de liberali, ad ver. idem dicendum*, non posse compromitti de adsciptitia causa, propter l. ne diutius, de agrico. & censib. lib. 11. Cod. de causa quoque matrimonij, vt expresse decisum in c. pen. de in integ. restit. apud Grego. propter periculum quod imminet, ne quis quod Deus coniunxit, velit separare, compromitti nō potest, quia nec pacisci potest de ea vel transigi. *c. fi. de transact.* Nec de populari actione, *d. §. de liberali, ver. idem dicendum.* nec de causis aliis meri vel mixti Imperij, *Bart. & Accurs. ad d. §. Iulianus indistincte, l. non distinguemus.* Non de rebus, quibus incapax est qui compromittit: vt si laicus de decimis compromittat. *in c. 3. de arb. ap. Gregor.* Promittitur autem de controuersia beneficiorum amicabilis compositio, & de electione: sed non arbitrium. *ca. ex parte, & c. cum inter canonicos, de electio. ca. nisi essent, de*

Digitized by Google

præbend.c.cum olim, de arbit.

12 ¶ Iudicatur † & per arbitrum de rebus & controuersiis, quæ tempore compromissi fuerunt, non de illis quæ postea superuenerunt,etiam generali compromisso de controuersiis omnibus facto.*l.de his rebus,51.de recept.arbit.*P.*l.si ita,de aur. & argent. leg.*P. Cauſſa quoque restitutionis in integrum per ordinarios, non per arbitros finitur, nisi coram illis mota fuerit incidenter.*c.pen.de in integr.restitut.lib.1. Decretal. titul. 41. vide Iaso.in l. cum procurator,n.6.de oper.no.nuntiat.*P. Non compromittitur etiam de cauſſa criminali criminaliter intentata.*d.c.pen.*Si tamen agitur de eo quod interest ciuiliter, potest compromissum fieri pro eo,vt notat Masuer.titul.de arbitr. c.10. Item non valet compromissum. Sed & de re sua nemo arbiter esse potest in forma iudicij, quia & se facere, iubere, vel prohibere non dicitur, l.si de re sua, 56.de recept.arbit. P. neque quisquam sibi ius dicere in foro contentioso potest. *l. qui iurisdictioni præst, de iurisd.omn. iud.*P. *l.Iulianus,de iudic.*P. l.1. *ne quis in sua can. iudic. C.*

13 ¶ Compromitti † porro potest ab iis generaliter,qui agere & conueniri possunt: & contra non compromittunt,qui in iudicio esse non possunt,vel eo nomine quo non tenentur. Veluti mulier alieno nomine compromittens,non tenetur pro pœna propter intercessionem,*d.l.non distinguemus,§.si mulier.*pro qua non obligatur,*toto tit.ad Velleian.in* P.*& C.* Idipsum in seruo, qui, quia ciuiliter non obligatur,nec conuenitur,nec agit, *l.seruus ex delicto,13.& l.seruus effectus,29.de actio.*P. *l.quod attinet, de regul. iur.P.cum similib.l.seruus,6.* C *de iudic.* neque etiam compromittit efficaciter: neque etiam,si alius liber homo cum eo cõpromiserit,aduersus eum executio fiet,*d.l.non distinguemus.§.si seruus,& l.1.cet prætor, 3.§. si seruus,de pecul.*P. ne claudicet ex vna parte arbitrium,*l.si cum dies,§.penul.de recept.arbitr.*P. *facit l.Iulianus,§.offerri,de action.emt.*P. Si pupillus vero sine tutoris auctoritate compromiserit, non est arbiter cogendus sententiam dicere:quia si cõtra eum pronuntietur,pœna non tenetur, præterquam si fideiussorem dederit, à quo pœna peti possit. vt Caius & Iulianus responderunt.*in l.si pupillus,* 40. *de recep. arb.* Item Præfectus ecclesiæ non potest de cauſſa libertatis eius seu exemtionis in præiudicium ecclesiæ compromittere. *c. cũ tempore,5.de arb apud Gregor.* Procurator quoque litis,sine speciali mandato compromittere non potest in præiudicium domini,*c. per tuas,9.de arbit.*nisi vel dominus ratum habuerit,*c.contingit,de transac.l.mandato,de procurat.*P.*l.certe,§. si procurator meus, de precar.*P.vel esset procurator cum libera,l.transactione,C.de trãsactionibus vel procurator in rem suam, Ioan. Andreas in c.qui ad agendum,in vltim.gloss.de procuratorib.Nicol.Boer. decisio.233.nu.16. & nu.17.

14 ¶ In † arbitrio constituendo pœnæ adiectio requiritur,vt cogatur arbiter sententiam dicere.*d.l.non distinguemus, §. 1. de recept.arbit.* Sicque Prætor in priore parte edicti de arbitris ait: *Qui arbitrium pecunia compromissa receperit,l. 3.§. ait prætor,eod.* P. Sed non sufficit pœnæ adiectio, nisi quoque accedat compromissum.*l.litigatores, 11.cum suis §§.& l.12.& 13.eod.* P. Et tamen pœna non venit in arbitrium electi, sed est fulcimentum arbitrii,vt etiam arbiter non possit sententia statuere, ne pœna petatur.*l.quid tamen,25.§.item si arbiter,de recept. arb.* P.

15 ¶ Dehinc † quod actum tantum est,in compromissum venire sciendum est.*l.si cum dies,26.§.plenum. eod.* Nam vt ait Paulus, *d. l.non distinguemus,§.de officii.& §. item si iubeat,de recept. arbit.* P. *cap. cum dilectus,6.de arbitr.vide Iason.in l.Aquiliana. nume. 6.7.8. & 9. de transact.*P.*& in l. curatores,num.10.de offic.procurat. Cæsa.* P.*De officio arbitri tractantibus, sciendum est, omnem tractatum ex ipso compromisso sumendum esse. Neque enim aliud illi licebit, quam quod ibi vt efficere posset, cautum est. Non ergo quodlibet statuere arbiter poterit, nec in re qualibet, nisi de qua compromissum est.* Neque arbiter fines compromissi excedere potest. Stricti iuris enim arbitria sunt,& singulari quodam iure inducta.Ita in multis differũt arbitria à iudiciis,& arbitri à iudicibus,quorũ plura notat glossa final.c.cum dilectus,6.de arbit. apud Gregor. quæ huc non transferam.Adiicitur formæ,vt arbiter diem præstitutum iudicio præferre possit:tunc enim proferre potest vbi formulæ,consentientibus litigatoribus.*l.arbiter ita sumtus,38.de recep.arb.P.vide Boer.decis.233.n.19.& seq.vbi tractat materiam prorogationis dati arbitrij.*

16 ¶ Quid † autem veniat in prolatione diei,& quomodo proferenda sit,docent,l.Labeo,l.30.in princ.& §.1. l.ne in potestate, 31.l.diem præferre, 32.l.non distinguemus.37.§. dies cõpromissi, de recep. arb.in P.

17 ¶ Non † valet formula compromissi. *Vt quod Titio discepetanti placuerit,id Seius pronunciet,*quia libera facultas arbitri sententiæ non est futura.Ita tamen valebit: *Arbitratu Titij aut Seij fiet.l.item si vnus,19.§.item Pomponius,de rec.arb.P.*Solet etiam electio arbitrorum fieri, & in compromisso clausula adiici duorũ: *Vt si duo dissentirent,tertium assumant Sempronium. d.l.item si vnus, §.si in duos.*Potest & compromitti in duos absolute,& si non cõueniant,potest illos Prætor cogere,ac tertiam certam personã eligere: tutius tamen in imparis numeri arbitros conuenitur,*d. l.item si vnus,§.principaliter,ca.speciali,de appell. c.1. de arbit.* quia vix conuenitur post sententias diuisas in tertium: & duo electi simpliciter arbitri,sine clausula,vt tertium certum, puta Sempronium eligant,nec, si non conueniant, possunt per se tertiũ eligere. Quia diuisis sententiis, quilibet vellet suę sententiæ suffragatorem eligere,*ca.innotuit,& ibi And.& Panorm. eod.Panorm.cons.64.Ang.cons.84.*Ideo,inquit Ioannes Andreas, satius fiet,si cogantur à iudice de tertio conuenire.*in d.cap.innotuit,& adfert rationes.* Possunt tamen & volentibus contendentibus arbitris tertium deligere,qui tamen amicabilis compositoris habebit nomen seu mediatoris,non arbitri.*c.cum à nobis, inucta gl. ad ver.mediatorum,de arbit.* Quod si in tres fuerit compromissũ, sufficit duorum consensus,si modo tertius præsens fuerit, non aliter.*l.si in tres,20.& l.sicut tribus,21.de recep.arb. ca.1. de arbi. ca. 1.& 2.eo.tit.in 6.*Et plurium sententia obtinebit. *l.diem proferre, 32.§.& si plures,& l.item si,§.si.& l.seq.de recept. arbit.* P. *argumen. l.quod maior pars ad municip.*Singulareque est,quod refert Vlpianus ex Iuliano,in l.diem proferre,32.§.si plures,vbi & glos.notanda ad verbum,*consenserunt,*de recept.arbit.P.Quod si ex tribus arbitris vnus in quindecim,alius in decem, tertius in quinque conueniret,quinque debere præstari: quia in hanc summã omnes consenserunt.

¶ Et † quia multæ ac perdifficiles quæstiones nascuntur de potestate concessa arbitris, num secundum ius tantum, vel ex arbitrio iudicare,& quamdiu possint, ideo in concipiendo cõpromisso prospiciendum est,vt clausulæ omnes necessariæ adiiciantur. Primum,vt litigantes compromittant pro se & suis heredib.2.Consentiant in arbitros nominatos, tanquam in arbitros & amicabiles arbitratores,volentes & arbitrium recipientes.3 Dent potestatem examinandi negotium, interloquendi, & definiendi iuris ordine seruato,vel prætermisso,extraordinarie,prout illis melius videbitur,omni die feriato, vel nõ omni hora,in omni loco,sine scriptis,in scriptis, præsentib. litigantibus,vel absentib.vel altero illorum. Item cum potestate citandi partes, ad locum, locaque quæ voluerint, contumaciam puniendi, sententiam interpretandi, corrigendi, & mutandi. 4. Quod promittant se obtemperaturos eorum arbitrio & dicto. nec in contrarium dicto vel facto acturos,per se vel interpositam personam,renunciando priuilegiis,legibus, rescriptis quibus contrarium permitteretur,& daretur auxilium contra arbitrium pro se & suis heredibus: idque sub pœna stipulata certæ summæ,interdum pro parte regi,& pro parte litiganti soluendæ,ab eo qui non obtemperauerit,vel appellauerit. Et quod liceat non obstante illa prouocatione ingredi possessionem, vel rem habere adiudicatam ab arbitris, propria auctoritate. Iuramentum quoque adhibetur, conseruandi bona fide quæ placita erunt. 18

¶ Subinde † requiritur pro necessitate arbitrij,vt arbitri susceperint arbitrium,& sciant se arbitros:aliter vero non cogũtur sententiam dicere.*l.3.§.tametsi,& ibi Bald.de recept.arb.* Et sic tantum tempus arbitrãdi compromisso adiectum,incipit currere à tempore quo præsentibus & acceptantibus arbitris compromissum fit, vt notant Petrus de Ferrar. in titul. de libello, quo agitur ad pœnam ex compromisso,ad ver. intra duos menses,& plures eius sententiæ Doctores citatos inuenies apud Nicolaum Boerium,decisio.233,num.1.& 2. Nemo porro cogitur arbitrium seu compromissum recipere. 19

¶ Ceterum,† qui semel receperit,si nolit negotium finire.cogitur per iudicem sententiam dicere: non enim æquum vilum est,eum qui vel iam negotia tractauit,& intima nudauit, & secreta aperuit eludere arbitrium,vel ob gratiam, vel ob sordes, vel alio modo corruptum.*d.l.3.§.tametsi,de recept.arbitr.*P. Cogit autem superior iudex inferiores se, arbitros, non qui sunt in pari aut maiori dignitate.*d.l.3.§.fi.& l.4.& 5.eo.*Et in Gallia, cõtra morosos arbitros impetrantur mandata seu rescripta ad libellos ea de cauſſa porrectos,à Curia Senarchi, in forma communi:qua mandatur arbitro vel arbitris,vt in cauſſa procedãt: alioquin is,cuius interest accelerari iudicii, curabit eius auctoritate vocari in ius & arbitros & litigantes, seu compromittentes,vt videant & audiant declarari nullum compromissum, & litem veniant defensuri corã Senarcho, in eo statu quo est vel erat die vocationis seu adiornamenti,vt ait Masuerus,titul. de arbitris.§.13.incipiente, Item si arbitri. Non cogetur tamen dicere sententiã,si sordes aut turpitudo arbitri manifesta sit:si eũ infamauerint litigatores,si spreta eius auctoritate ad iudicium vel ad alium arbitrum ierint,mox ad-eũ redierint. Vlpianus in l.sed & si in seruũ,9 §.fi.& l.litigatores,11.Paul. in l.vel ad aliũ, 10.de recept.arbit.P.Repetit Vlpia.in l.licet autem,l.16.eo.tit. cauſsã,si infamatus sit à litigatoribus:addit insuper,aut si inimicitiæ capitales inter eum & litigatores ortæ sint: si ætas aut valetudo postea contingens ei id munus remittat, aut occupatio negotiorum propriorum, aut profectio vrgens, aut munus aliquod Reipublicæ cauſsa.Addit & Paulus, & l.& si qua postea, l. 17. Nec si qua incommoditas postea post susceptum arbitriũ ei incidat.Sed & si plures sint, qui arbitrium receperint, nõ vnus cogendus erit sententiam dicere,sed aut omnes,aut nullus. *l.item si vnus,19.§.1.de recept.arbit.*P.Nec omnes quidem si vnus ex litigatorib. bonis cesserit,*d.l.Pedius, 6.§.in seruum, & d.l. ite si*

vnus

Digitized by Google

nus, vbi ratio. si sacerdotium obuenerit arbitro, & post arbitrium nō susceperit: si de negotio transactum est, vel res de qua compromissum est interierit, nisi aliquis litigantium in hoc casu interest, *l. non distinguemus, 37. §. sacerdotio, eod. l. omnes*, C. *de episco. & cler. §. 1. vt cler. apud prop. episco. con. in authen.* vel si dies sint feriati, in quibus non cogeretur ipse Iudex sententiam dicere, præterquam si dies exitura fit. *l. ideo Pomponius, 34. §. fi. & l. si feriatu, 41. de recept. arb.* P. *iunge l. omnes, C. de fer. l. 1. eo. P. l. sed etsi aies, de iudic.* P. Item: si finitum sit compromissum, ipso die morte, tēpore, acceptilatione, iudiciō, pacto. *l. non distinguemus §. summa res de arbitr.* P.

21 ¶ Sententia †vere, quam cogitur dicere, libera quidem est, *l. qualem, 22. eod.* sed talis esse debet, per quam lis finiatur, de quo videnda l. non distinguemus, §. quæsitum est, de recep. arb. Et ita dicere sententiam existimamus eum, qui ea mente quid pronunciat, vt secundum id eos à tota controuersia discedere velit, *l. dicere sententiam, 23. eo.* sique de omnibus compromisso contentis iudicauit, *l. qui tamen, 25. eod.* quæ pronunciata definitiua arbiter esse desinit, nec eam mutare aut corrigere postea potest. *dd. dicere, §. fi. & l. quia arbitri. 24. eo. l. quod iussit, & l. index postea quam, de re iudica.* P. ante definitiuam autem potest: & circa accessoria postea etiam cognoscere, vt examinat glo. in l. quia arbiter, 24. de recept. arb. P.

22 ¶ Quærunt †autem plures, num vocatio debeat fieri litigantium coram arbitris qui receperunt arbitrium, & cognoscere volunt de negotio compromisso. Et placuit arbitros posse citare seu vocare absentes, *Bald. in Alberic. in l. sed interpellatur, §. 1. per illum textum, de recept. arbit. in l. sancimus*, C. *Boer. decis. 283. num. 38. 39. copi. se.* vel ad comparendum, vel ad edendas defensiones, vel alia iudicialia facienda, quod ad iudiciorum formulam cōpromissa sint. Et ita coram arbitro contestatio fit, testium productio, examinatio, & alia similia iudicialia valida efficacia, & probantia: dummodo is sententiam dixerit, in cuius personam compromissum est: non aliter vt ait Vlpianus in l. compromissis, 50. de recept. arbit.

23 ¶ Et †dummodo arbitrorum personæ tales sint, in quas compromitti possit, quales sunt omnes qui speciali annotatione legum non prohibentur. Sic Pædius & Pomponius, referente Vlpiano, responderunt, parui referre ingenuus quis, an libertus: integræ famæ quis sit, an ignominiosus: tales enim eligi possūt, sicut filiusfamilias, *l. Pædius, 7. de recept. arbitr.* P. etiā in re patris, *l. sed & si filiusfamilias, 9. eodem.* Est enim hæc iurisdictio vel potestas concessa iudicandi, ex consensu vtriusque partis. *l. quia etiam, 6. eod. l. in priuatu, de iud.* P. Veruntamen prohibetur iure, esse Iudex vel arbiter seruus. *l. cum Prætor, eod. l. Pædius, §. in seruum, de recept. arb.* P. Neque in pupillum furiosum, surdum, mutumve compromittitur, *l. sed & si in seruum, 9. de recept. arb.* P. neque minor arbiter sit viginti annis ex lege Iulia, *l. cum lege Iulia, 46. eo.* saltem ex aliis legibus omnino minor octuodecim annorum, *l. cum Prætor, §. fi. de iud.* P. *l. quidam, de re iud.* P. *ca. cum vicesimum, de offic. deleg.* non mulier, *d. l. fi. vbi ratio, C. de arbit. l. cum Prætor, de iudic.* P. *diximus paulo antea, quæ & quando iudicare possent.* nisi sit consuetudo contraria probata, *c. audita, de arbit.* nec dominus rei, de qua compromittitur, *l. pen. de recept. arb.* P. Item qui iudex sit, arbitrium recipere eiusdem rei de qua iudex est, in seve compromitti iubere, prohibetur lege Iulia: & si sententiam dixerit, non est danda pœnæ persecutio. *l. sed & si in seruum, §. si quis iudex, eod. cap. infames, §. si quis, 3. q. 7.* Nihil tamen prohibet, quin ipse iudex ordinarius tanquam arbitrator seu amicabilis compositor, possit arbitrari etiam in causis suæ sedis, sed non tanquam arbiter compromissarius. *ca. causam, de electio. ca. cum tempore, de arbit. apud Grego.* Et ita etiam de consuetudine seruari notauit Accursius, *ad d. §. si quis iudex, l. sed & si in seruū, de rec. arb.* P.

24 ¶ Finis †& rationes arbitrorum sunt eius generis, ac iudicum: & præcipua litium determinatio, vnde effectus prope pares. Sed magis videntur leges detulisse arbitris, quam iudicibus, ex eo, quod per arbitros, ordo iuris, qui maximo solet litigatores enecare, & pecunias ex marsupio exhaurire, circunciditur, & breviores fiunt decisiones. Neque immunem à pœna compromisso adiecta respondit Paulus, qui postquam compromisit, relicto arbitro in iudicium coram ordinario iudice aduersarium vocauerit, *l. si quis rem, eo.* quinimo etiam hodie, si constet de compromisso per literas ipsius arbitri, & aduersarius vocatus excipiat de compromisso coram ordinario, Iudex debet remittere ad arbitrum electum litigantes. Et hoc iure vtimur, si arbitrium factum fuerit in forma pœnæ & iuramenti: non autem si ad arbitros, vt ad amicabiles compositiones tātum, itum est. *Masuer. tit. de arb. §. 1. in praxi.*

25 ¶ Tuetur †enim Iudex ordinarius, arbitrorum compromissa & arbitria, si ea legitima sint. Iure tamen ciuili antiquo nulla vis erat arbitrij, si compromissum non esset pœnali stipulatione suffultum, neque etiam tunc ex compromisso exceptio nascebatur rei iudicatæ, sed pœnæ petitio, *in l. 2. de recept. arb.* quāuis si stipulatio stari sententiæ adiecta fuisset simpliciter, incerti actione quanti interfuisset ageretur *l. diem proferre, 32. §. fin. eo* P. Iure tamen Codicis, exceptio rei iudicatæ datur, in tribus casibus: si post sententiam arbitralem litigantes iacuerint per decem dies sine controuersia: aut si se sententiæ subscripserint, vel expresse aut tacite probauerint eandem: aut si de seruando cōpromisso iurauerint, *l. ne in arbitris, & l. pen. C. eo.* quod tamē iuramentum prohibitum fuit adhiberi compromissis iure Nouellarum, sta tutiq; nullum sic fieri posse arbitrum, vt cum sacramenti religione iudicet, sed pœnam statui posse, qua præstita liceat à iudicatis recedere, *§. quia vero multæ, de iudic. in authen. auth. decernit, de arb.* C. Recipit tamen ius Pontificium hoc iuramentum, & firmat per se promissa sine pœna numaria. *c. 2. & c. per tuas, de arbit. c. quod licet 22. q. 1. Et hoc ius seruandum tradit Panorm. in c. 2. de arbit. Bald. in d. auth. decernit.*

26 ¶ Itaque †iure antiquo & Codicis, nulla erat prouocatio à sententia arbitrorum, & ex cōpromisso iure facto, propter metum pœnæ. *l. 1. C. de arbit.* quia ea soluta recedi poterat à sententia. *d. auth. decernit.* Et ideo tantum dabatur actio, vt nunc etiam contra contumacem, pro pœna consequenda, etsi dolo malo nō obtemperasset, *l. ita demum, de recep. arb.* P. nulla data exceptione, siue bene siue male iudicatum fuisset, & sine spe reducendi sententiam ad arbitrium boni viri. *Panorm. in c. Quintauallis, nu. 13. de iureiur. Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum, pro soc.* P. Quia sibi imputare debet qui compromisit, & ita minus probabilem sententiam æquo animo ferre debet. *d. l. diem proferre, §. stari, l. cum mandato, de minor.* P. *l. sed & si quis, de institi. actio.* Committitur & pœna compromisso inserta & debetur per eum, per quē factum erit quominus arbiter arbitretur, & quando, nisi in præsentia litigatorum sententia ferri potest: si enim dictum est, vt etiam in absentia eorum pronuntiari possit, per eum qui abest stetisse tamen non videtur, *d. l. diem proferre, §. si quis litigatorū, & seq. l. 2. C. de arbit.*

¶ Sed adhibenda distinctio huic contumaciæ, Iuliani & Pegasi, quā refert & explicat Papinianus, in l. si cum dies cōpromissi, 26. §. si arbiter iussit, & Pomponii in l. arbiter calendis, 15. & l. arbiter ex compromisso, 55. de recept. arbitr. P. Item pœnā debet qui soluendi præcepto arbitri moram fecit, cum distinctione, l. si cum dies, 26. §. fi. l. vtique, 27. & l. Celsus, 28. cum iuris §§. & l. seq. & l. fin. de recept. arbit. P. Et qui omisso arbitro ad iudicem ordinarium redit, pœnam debet. *l. si quis rem, 35. de recept. arbitr.* P.

27 ¶ Ex †causis tamen quibusdam, contra sententiam arbitrorum exceptionem dari præter regulam generalem, & alia ratione placuit, & ad arbitrium boni viri sententiam esse reducēdam. Vt si arbiter ex certis causis inimicus factus, manifeste ante sententiam apparuit, & testationem etiam conuentus fuerit ne sententiam diceret. *l. non distinguemus, §. cum quidam arbiter, eod. facit, l. apertissimi, Cod. de iudic.* Item si sordes, vel euidens gratia eorum qui arbitrati sunt interuenerit, doli exceptio datur, potissimum quando doli abfuturi clausula compromisso apponitur, quæ facit arbitrium plenum. *l. 3. C. de arbitr. l. ita demum, 36. de recept. arbitr. vbi ratio.* Et si enormis læsio interueniret in ea sententia, contra eam agere licere sine metu pœnæ responsum est, & ita retractandam sententiam per viam exceptionis doli aduersus pœnæ petitionem, quamuis appellatio denegetur. *d. l. non distinguemus, §. cum quidam, Panorm. in c. 2. & c. per tuas, de arbit.*

28 ¶ Insuper †adhuc conclusum est, vt non obstante renuntiatione iurata, quod non habebitur contra sententiam arbitri, regressus ad arbitrium boni viri, & non obstante iuramento possit ad dictum arbitrium recurri, & ita per iudicem reparandum dolum qui interuenerit consilio. *Cyn. in l. cum antea, Co. de arbitr. decis. capel. Tholos. 267.* Nullo enim pacto fieri potest, vt dolus futurus remittatur, *l. iurisgentium, 7. §. & generaliter, l. si vnus, 28. §. illud nulla pactione, de pactis, P.* quia pactum illud esset contra bonos mores, & induceret ad delinquendum, *l. alia lege, §. eleganter, solut. matrim. P. l. conuenire, ac pact. dotal.* P. neque ideo obligat eius iuramentum, *regu. non est obligatorium, in Sex. d. §. & generaliter, l. iurisgentium, cap. inter cetera, 22. q. 4. c. quanto, de iureiurand. c. 1. de consuet. in 6.*

29 ¶ Et †in hoc dolo consilio admisso consentiunt interpretes sine controuersia. Verum, num prætextu doli reipsa commissi, possit recurri ad arbitrium viri boni & Iudicis contra arbitrium habens læsionem in re, controuertitur. Placet autem mihi Panormitani sententia, *in ca. Quintauallis, de iureiurand. colum. 20. vide Bart. in l. si societatem, §. arbitrorum, pro soc.* P. per quam si renuntiatum est regressui ad arbitrium boni viri, non potest quis conqueri ob magnam etiam læsionem. Verba enim renuntiationis debent aliquid operari. *c. si Papa, de priuileg. in Sex. ca. in hu, eod. l. si quando, de legat. 1.* At si maxima & enormis læsio sit, quia illa videtur in dubio excepta, *l. omnes, §. Lucius, quæ in fraud. cred.* P. poterit peti reductio ad arbitrium boni viri, vel per appellationem arbitrium emendari: quæ quia sufficere possunt, si legantur apud auctorem, non transcribam.

30 ¶ Iustinianus †autem docet, cuius iudicis auctoritate, sententia arbitri executioni mandari debeat, in l. cum antea, l. §. de arb. nempe per iudicem ordinarium, rei fugientis qui obtemperare contemnit, coram quo, quæ gesta probataue sunt co-

Digitized by Google

ram arbitris, vim habent, ac si coram ipso gesta & probata fuissent.

32 ¶ Et † proinde fit etiam præscriptionis interruptio, per constitutionem factam coram arbitris, perinde ac si in ordinario iudicio lis fuisset contestata. *d.l.cum antea, §. penult. & final. de arb. C.*

33 ¶ Quid †autem in iure Gallico receptum sit, facile cognoscetur, si id in quo abrogatum ius ciuile, vel in quo interpretum sententiæ non seruantur, indicauero. Ludouicus 12. in constitutio. anni 1512. artic. 34. statuit aliquando, vt qui cum pœna compromisissent in arbitros, possent prouocare ad iudicem ordinarium, à prolata sententia: & iterum liceret ab illo ad maiorem iudicem appellare sed ea lege, ne prius prouocare liceret, quã pœnam compromisso contentam appellans soluisset: cum cautione tamen eam repetendi, si postea arbitrorum sententia improbaretur. At Franciscus eius nominis secundus Rex, mense Augusti 1560. edixit, vt iudicia lata per arbitros firma ratave essent, etiamsi pœna compromisso non fuisset adita, neq; prius permitteretur appellatio, quam ea fuisset mandata executioni in solidum pro principali negotio, impensis, & pœna si qua adiecta fuisset: sublata spe pœnę solutæ vnquam repetendę, etiam si sententia arbitrorum pro parte, vel in totum infirmata fuisset. Voluit & ab arbitris appellari Senatum eius diœceseos, non ordinarium Iudicem, nisi de ea summa in sententia quæstio esset, quæ intra fines Præsidialis iurisdictionis esset: quo casu prouocatio ad Iudicos præsidiales defertur. Cauerat quoque idē rex Franciscus secundus, mense Augusti millesimo quingentesimo sexagesimo, vt sententiæ arbitrorum mercatorum, à iudicibus ordinariis regiis summarie, & de plano demandarentur executioni, sine strepitu iudicij, non obstante intercessione seu oppositione, nec admissa appellatione, perinde ac si transactū esset, vel supremo iudicio res decisa fuisset. Subinde vult, vt si conuenire nolint mercatores de arbitris, cogantur à iudicibus causarum illorum: & si intra dilationem ipsi non nominarint, vel non elegerint, iudex possit ex officio nominare & eligere, sine prouocatione aliqua. Idipsum sancitum in negotiis & controuersiis proximorum pro bono pacis, vt in communi diuidūdo, familię erciscundę iudiciis, in litibus bonorum patris, matris, auorum, auiarum, filiorum, nepotum, fratrum, sororum, in casu restitutionis dotis inter sanguine coniunctos: tamen maiores, vt teneantur nominare & eligere idoneos aliquos, proboſque tres viros ex proximis, vel amicis, vel vicinis, ex quorū sententia fiat diuisio, tutelæ redditio, dotis restitutio, aut constitutio. Addit & horum iudicium, eius vis & efficacię fore, vt possit mandari executioni per iudices ordinarios locorum, non obstantibus oppositionibus seu appellationibus quibuscunque, & sine illarum præiudicio. Statuens nihilominus, appellationē nō prius admitti, quam si re ipsa & in solidum arbitrium fuerit mandatum executioni, nec alibi quam ad curiam supremam eius diœceseos esse appellandum: & si prędicti nolint sponte de arbitris conuenire, copi posse à iudicibus secundum ea, quę dicta sunt paulo ante de mercatoribus. Hoc ipsum Carolus nonus, anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, mēse Februarij, in constitutionibus apud Molinenses editis, articulo octuagesimotertio confirmauit, & denuo mandauit arbitrorum prędictam constitutionem seruari, in diuisionibus & aliis controuersiis proximorum, seu sanguine coniunctorum, sine quoquam impedimento.

34 ¶ † Sic palam est maximam vim leges Gallicas tribuisse sententiis arbitrorum, & parem illis dedisse auctoritatem, quę est transactionibus; & summis iudiciis, quod certe acceptit vim majorem à iuramento, quodque seruari potest & debet sine detrimento salutis æternę. *c. quamuis. de pact. in 6. l. 2. de iureiurand. P.* Et variatio improba visa est eius hominis, quem semel in fide vnius negotiis approbauctis, *l. Pomponius, de negot. gestis, P.* Neque etiam incognitum est, omnimodo custoditi debere iusiurandū, aduersus eum, qui contentus eo fuit cum deferret, *l. qui iurasse, 26. de iureiur. P.* Adde pactionem litigatorum, quę æque determinat lites, ac iudicis sententia, *l. 1. ec.* propter datam fidem obligationis, eius qui potuit se non obligare, nec se committere arbitrio ab initio alicuius, & quę habet postea necessitatem promissionis exsequendę, *l sicut, de action. C. l. in commodato, §. sicut cōmod. P.* Et si male contra se quis putat arbitrium prolatum, debet sibi imputare qui talem arbitrum & iudicem sibi delegerit, *l. diē proferre, 32. §. stari, de recep. arbit. P.*

35 ¶ † Demosthenes etiam in oratione secunda, aduersum Bœotum, ratione ducta à sententia arbitri, tutum & sine controuersia negotium probat, cum maxime presente parte & non prouocante prolata fuit. Vbi & sępe alibi & apud Græcos διαιτητὴς vocatur arbiter, & διαιτα arbitrium: eo quod à conciliatoribus istis & arbitris, seu mediatoribus, certę leges constituuntur dissentientibus, quas si seruare voluerint, putant vitę concordiam salutarem inducturos. Sic enim διαιτα victus ratio & modus à medicis dicitur. Vnde forsan & conuentus solemnes qui habētur in Gallia & Germania, dici creduntur *Dietes*, nisi malimus sessiones illas dici, quasi diales, à die stata qua fiunt, quod vero proximius est.

36 ¶ † A iudicibus arbitris Athenienſium, non à compromissariis, fiebat etiam ex causa absentię prouocatio, quod Vlpianus in oratione Demosth. contra Midiam sic ait, ad verba illa, τὸν ἐφ' ἡμέραν ἀρχὸν τοῦ ἐνιαυσίου. Ἵσως διὰ τοῦτο κατεδικάσατο ἐρήμου, ἵνα μηδεὶς ὦσιν ἀδικίαν, ἀντιδίκου ἐφεστῶτος τοῖς ἄρχουσι καὶ τὸν ἀπόντα δεῖν τοῦ κρίνοντος καὶ φόβου, ὡς οὐδὲν δίκαιον κρίνειν. Cum arbitri sententiā rescidissent, moris erat, vt condemnati absentes, si iniuriam sibi putarent factam, refortirentur apud Nouemuiros, quod est, culpant iudicium, & dicerent, se de integro velle experiri. Plato libro vndecimo, de legibus, dum de diuortio componendo agit, hos mediatores iudices esse tradit, qui ex legum custodibus deligantur, qui medij sint cum mulieribus curatricibus connubiorum: quorum sententia, si non possit conciliare male cōsentientes coniuges, vt perperam adhibita opera, permittantur diuortium facere, & aliam viam, quam arbitri dicti statuant, eligere.

De Administris iudiciorum, & iudicum.

Cap. 40.

1 *Apparitores iudicum varij nominis, vnde.*
2 *Executores vnde.*
3 *Cohors quid.*
4 *Sergens vnde dicti, & quot species.*
5 *Satellitum varia nomina. & nu. 6.*
7 *Viator quis, & quibus esset Magistratibus.*
8 *Tribuni plebis non habebant vocationem, sed intercessionem.*
9 *Lictores qui erant, & nu. 10.*
11 *Regij custodes & stipatores. & nu. 12.*
13 *Reges alloqui libere non licuit, nisi per admissionalem.*
14 *Apparitores qui dicantur, de quibus irrearentur, & à quibus, num. 16. & 17.*
15 *Accensorum & lictorum differentia.*
18 *Mandata generalia, nec dari à iudice, exsequendave non sunt ab apparitoribus, & quando possint illa exsequi: qui quidem exsequuntur per se, non per substitutos, testibus adhibitis, intra fines suos sine excessu, eorum mulctatio & punitio, eorumque auctoritas, vt sint inuiolabiles, & inuandi. nu. 19. 20. 21. 22. 23. 24. & 27.*
25 *Hostiarij magni consilij vbique in Gallia Pretoriana decreta.*
26 *Executio non fit in aliena iurisdictione sine licentia iudicis propij.*
28 *Satellitibus in carcerem ducentibus eximentes reum, quæ pœna puniendi.*
29 *Literas de manu apparitoris eximens vel confringens, qua pœna puniatur.*
30 *Apparitorij dicenti se fuisse verberatum, vel sibi ademta mandata, quomodo credatur, & in quantum.*

EGent † qui munus publicum gerunt, pluribus administris, vt congrue & expedite mandata exsequantur, & occurrentibus negotiis subseruiāt. Apparitores dicti generaliter illi, quo ſū opera vtuntur rectores prouinciarum, magistratus, & iudices. Variæ tamen & diuersæ appellationes, vel ratione muneris iniuncti, vel ratione nominis, quo placuit Principi eos insignire, vel ex aliis causſis, quæ vix epitome comprehendi posſunt.

1

¶ † Ceterum, eā quæ quotidiano vſui expeditam faciant lectionem, breuiter tantum commemorabo. Inuenies itaque eos administros vocatos, *vt liquet ex lib. 12. C. tit. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60.* exſecutores, *l. ait prætor, §. ſi exſecutor, de negot. geſt. P. l. ſi pignora, de euict. §. triplic. de act.* ab exſequendo, Cæſarianos & Catholicanos, *l. pen. §. fi. de bono. proſcript. C.* quod illi eſsent in causſa Cęſaris, præfecto Orientis per totum Orientem administri: id enim catholicum, vniuerſale & generale ſignificat.

2

¶ † Item cohortales, *tit. de cohort. li. 12. C. l. 2. de off. præf. vigil. §. deinde, de defenſ. ciu.* qui cohorti vel numero certo adſcripti ſūt. Eſt enim cohors, militum certus numerus, quę aut milliaria, peditum 1050. equitum vero 132. vel quingentaria, quæ conſtabat 550. peditibus, & equitibus, *66. Alex. ab Alex. li. 2. Genial. diet. c. 4.* vel proprie militum peditum ducatus, vt equitum turmam. Ex quorum tamen ſimilitudine, omnis congregatio plurium, dicitur cohors: & ita Magiſtratuum etiam comitatus & ſatellitium, cohors dicetur, & eius adminiſtri cohortales, & cohortalini. Sed proprie etiam defenſores, & alij iudices, habebant ex ſtatis prouinciarum cohortalibus adminiſtros, qui iuſſa eorum exſequerentur, *§. ex prouincialibus autem, de defenſ. ciuit. in Auth. conſtit.* dicti & adminiſtri, quod cauſſas præparent, *§. ijs qui cauſſas præparant, de iud. in Auth. conſtit.* 82.

3

¶ † Sunt Lutetiæ & alibi in Gallia, ſatellites ſeu viatores, aut prehenſores, qui dicuntur *Sergens*, ab vno eorum officio, quod incar-

Digitized by Google

incarcerent homines: id enim significat nomen compositum, *de serrer les gens*. Quamuis alia sint horum officia, nempe vocādi in ius & exsequendi iudicia, vigilias & excubias agendi. In duplici genere, nam vel sunt viatore peregrini, seu equites, vel pedites, quos vocant, *Sergens à cheual, & sergens à verge*. Tholosæ plura genera sant horum satellitum, nam quidam regii, vt alibi, qui in potestate regia officium exsequendi habent: quidam ciuili, qui vocantur capitolini, & excubiarū, *Sergens des capitols, & du guet*. Cohortales cū familiam habeant propriam, & sint sub cohorte præfecti vigilum, quem vocant *Capitaine du guet*, & illius cohortales, *Forrons*, à nomine vulgari *Forrer*, i. sine ratione & cōsideratione qualitatis cuiusquā negotium exsequi. Quod nomen maxime odiosum scholasticis, cum quibus illi bellum gerunt, nullis conditionibus componendam, vnde illos furones quasi furiosos vel fures dicunt.

5 ¶† Quia etiam apparitores iudicum præcepta nuntiant, nuntii quoq; dicti, *l.1.§.nuntiatio, de oper.no.nunt.c.cum parati, de appe.l.* hos vocant & massarios & baiulos, vt not ād gl. & Bal. ad §. iis qui causas, de iudic. in Auth. Exceptores, officiales, vt in §. deinde eos de defens. ciuit. in Auth.

6 ¶† Apud Moscouitas seu Ruthenos, *Nedelsnik* est commune quoddā officiū eorum, qui homines in ius vocant, malefactores capiunt, carceribusq; coercent: qui & nobilium numero continentur, vt scribit Sigismundus Liber Baro in com. rerum Moscouitarum, dum agit de ordinat. Ioan. Basilii Magni Ducis.

7 ¶† Viator etiam dicebatur antiquitus, Senatus minister, per quem ex agris vel oppidis vocabantur in curiam, vel iudicium: si quidem proceres vt plerūque, extra vrbem Romam, in agris morabantur, & cum in consilium publicum desiderabantur, à villis auocabantur in Senatum, ex quo qui munus illud obibāt, viatores à via dicti sunt, *Colum. 1. de re rust.* Sic Cic. *de Sene. Anilia* inquit, *accessebatur Curius & ceteri senes: ex quo qui eos accessebant, viatores nominati sunt Viatores*, ait Festus, *qui Magistratibus apparent: e quibus initio tribunum omnium, cum agri in propinquo erant vrbi, atque assidue homines rustic. abantur, crebrior eorum opera erat in via quam vrbe, quod ex agro plerumque vocabātur homines à Magistratibus, & frequens eorum erat ab agro ad vrbem via.* Nemo enim est qui ignoret, & viatorem dici eum, qui frequens est & versatur quotidie in itineribus, *l. heres absens, 19. §. proinde, de ind. P. l. licet, §. in fictum: nau. ca. p. stab. &c.* P.

8 ¶† Viatorum nomen deinceps ad Tribunorum plebis ministros translatum est, qui illorum iussu, quem iussissent apprehendebant: non enim habebant vocationem, sed tantum prehēsionem Tribun. pleb. quamuis aliquando vsurparint, *Gell. li. 13. c. 12.* Cicero pro M. Fonteio. *Cum L. Pisonem C. Gracchus in concionē vocari iuberet, & viator quæreret quem Pisonem? quod erant plures: cogis inquit, me dicere inimicum meum frugi.* Et in Vatinium *Miserum ne viatorem qui M. Bibulum §. consulem in carcerem traheret.* Habebant & alii magistratus suos viatores, *in l. fin. de ind. P. l. magis puto, §. illud quæri potest, de reb. eo. qui sub tut. &c.* P. Reges, Consules, & prætores inter reges & Magistratus quibus erat imperium, lictores, Liuius in 2. *Ardens itaque ira tribunus viatorem mittit ad Consulem: Consul lictorem ad Tribunum.*

9 ¶† Lictores erant, qui dignitatis insignia præferrent Regibus, & maioribus Magistratibus: sed & illi viatores erant, vt liquet ex Valgii Rufi scriptis, quæ probat Aul. Gell. *lib. 12. ca. 3.* Hi enim lictorem dicunt à ligando appellatum esse, quod cum Magistratus populi Romani, virgis quempia verberari iussisset, crura eius & manus ligari vnicuique à viatore solita sint: eumque qui ex collegio viatorum officium ligandi haberet, lictorē fuisse appellatum. Quod firmatur ex oratione Ciceronis pro C. Rabirio, *I lictor, colliga manus.* Erant illa verba Iudicis cōdemnantis, vt apud Liuium *in 1.* vnus ex duumuiris in caussa P. Horatii post condemnationem. *P. Horatii tibi perduellionem iudico*, inquit, *I lictor, colliga manus. Accesserat lictor, iniiciebatque laqueum.* Erat & lictoris munus etiam ad mortem exsequi dānationem Idque paulo post apud Liuium oratio patris Horatii indicat dum prouocatione delata ad populum ait, *Hunccine quem modo decoratum ouātemque victoria incedentem vidistis Quirites, eum sub furca vinctum inter verbera & cruciatus videre potestis? quod ex Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent? I lictor, colliga manus, quæ paulo ante armatæ imperium populo Romano peperērunt, I, caput obnube liberatoris huius vrbis: arbori infelici suspende, verbera vel intra pomerium, &c.* Solebant & lictores, qui præcedebant Consules, fores ædium percutere, quas intraturi erant Consules. Sic Plinius *lib. 7. c. 30. Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello, intraturus Possidonii sapientiæ professione clari domū, fores percuti de more à lictore vetuit. Et fasces lictorios ianuæ submisit is, cui se Dies Occidens quæ submiserat.* Ita & lictores solebant in omnibus in summa iis quibus subiiciebantur, obtemperare, turbam submouere, ante Magistratus verberare, securi ferire, adstare parati ad omnia, vt etiā Magistratus vix aut raro expedirent negotia sui imperii vel iurisdictionis, nisi præsentibus lictoribus, vt iudiciis maiestatem & auctoritatem adderent, *l. ego, 8. de manumiss. vind.*

10 ¶† Hostiarii seu admissionales curiæ, qui vocantur *Huissiers*, cum lictoribus participant: quia deferunt virgas, & præcedunt incedentes Magistratus & aditant iudicantibus, in carcerem ducunt iussi, quamuis munus solum carnificis ab illis separatum sit. Et ita etiā lictores *ραβδοῦχοι* dictos seu *ῥαβδοφόροι*. Plutar. scribit in Romulo, τὸν δὲ Δωσιθέου πάππον ἐν τοῖς ἀγῶσι τοῖς ἐπ' ἀνδράσι καλουσιν ὑπὸ τῶν ῥαβδούχων λαβόντα, μὴ ῥάβδου βαστάσαντος πρότερον ὑπὸ τοῦ ῥαβδούχου καὶ δήσαντος, i. *Vincire Latini antiqui vocabant ligare, nam allegare vnde qui ferebant virgas, lictores, & virgæ baculo dicuntur, propter eundem vsum baculorum.* Tradit & quando istis Rhabduchis vteretur Romulus, dum ait, *Purpura ornatus incedebat, & in sede conspicuus sedens dabat populo iura, iudiciaque exercebat. Habuit autem lectos iuuenes ad custodiam sui corporis, qui quod regi quotidie præstō forent, à celeritate ministerij celeres nuncupati, præcedebant alii baculis submouentes vulgum, loris etiam accincti, vt quos iuberet res. continuo comprehensos vincirent, &c.* Rursum in Probl. *Cur lictores dicti sunt? an quod petulantes colligabant? Hi enim lora in sinu gestantes Romulum sequebantur. Ἢ ὅτι τοὺς τὰ ἀδικοῦντα ἀλλήλους ἐπιτάττοντες ἄγειν πλείστοις τῶν Λατίνων δοκοῦσι, λέγειν. An C. interpositum est, cum ante sine C. lictores dicerentur, quasi publici quidam ministri. Nam λάτον, nostris etiam temporibus, publicum est, multis Græcorum & legibus scriptum esse, neminem vt ita dicam latere puto.* Tiro tamen Ciceronis libertus, lictores vel à lino, vel à licio dictos scripsit: licio enim transuerso qui Magistratibus, inquit, præministrabant, cincti erant, vt notat Ph. Bero. in com. ad lib. 9. Apulei Asini aurei. Sic etiam pro ministris eorum, qui habent imperium & prehensionem, *ῥαβδοῦχοι* ponuntur in Act. Apost. *c. 16.* dum scribitur, *ἐπέμψατο οἱ στρατηγοὶ τοὺς ῥαβδούχους*, &c. *Die facta, misertis anceps virgiferos scil. viatores, lictores, apparitores.* Admissionales hostiarij proprie dicuntur, qui aditum dant ad Magistratus, qui arcent à subselliis litigantes importunos, vel turbam in subsellia irruentem, pacemque inducunt auditorio, dicti maloferi alicubi.

¶† Vt aderant Athenis, Thesmotetis forum implentibus, & foro funibus circumdato in ambitum 50. pedum iussu Regis, ministri publici, ne quis iudicio non indigens accederet, *Iul. Pol. lib. 8. c. 4. par. 34.* Habebant Reges stipatores & protectores, qui sibi adstarent, & parati ad mandata essent milites præsentiales equites & pedites. Dion. Hal. in 2. & Plut. in Romulo satis explicant, Romulum videntem iuuenum manu sibi opus esse ad tutelam corporis, & quorum in reb. vrgentibus vteretur ministeriis, trecentos robustissimos ex nobilissimis familiis delegisse commendatos curiatum suffragiis, denos per singulas curias, vel à celeritate ministerij celeres dictos: vel à duce primo illorum, cui nomen id fuerit, cui tres suberant centuriones, & illis rursum alij minores præfecturas obtinentes, qui per vrbem hastati ipsum assectabantur, & iussi exsequebantur ministeria: in militia vero antesignani erant & protectores, egregiaque eorum opera exsistebat in prælijs, quod primi inirent pugnam, & postremi se reciperent. Equites quidam, vbi campus esset ad equestre certamen accommodus: pedites vero in aspero solo & inuio. Quem morem Romulum accepisse à Lacedæmoniis ait Dionysius, apud quos generosissimi quique iuuenum erant in regia custodia, quibus, Reges vtebantur, protectoribus equestri atque pedestri pugnæ idoneis. Sic Virg. lib. 1. Æn. Didonem stipatam iura reddentem statuit,

Tum foribus diuæ media testudine templi,
Septa armis, solioque alte subnixa resedit.

Tempore Cæsarum erant Præfecti prætorio, *l. 1. de offic. præf. præt. C.* loco Tribunorum Celerum, dehinc Magistri militum Præsentialium peditum & equitum, & protectores veriusque scholæ, maximæ auctoritatis, cum Consulari & clarissimatus dignitate, *l. 1. de domest. & protect. lib. 12.*

¶† Sunt & Principi nostro Gallico, stipatores & celeres tum alienigenæ hastati pedites, tum etiam nobiles ducenti, olim tantum centeni *δορυφόροι*, qui Regem comitantur. Vtriusque dux illorum Magister custodiæ, dictus, horum Princeps vel dux nobilium, Centurio Prætorianus.

¶† Aditus Principis non facilis est, nec esse debet, qui enim sancte & iuste imperant, multorum inuidiā in se rōcitant: sic proditores & temerarij, impiique & importuni plures, arceri à cōspectu Principis debent. Et proinde facti sunt admissionales, innuę Præfecti, hostiarii ve Principis: quorum officiū erat admittere intra cubiculum volentes salutare & alloqui Principē. Tamen Lampr in Alexandro eum laudat, quod salutaretur patēte velo admissionabilibus submotis. Ammianus Marcellinus vocat Magistrum admissionum, eum qui præerat huic officio. Xenophon quoque Cyripediæ meminit apud Astyagem Regē eius fuisse officij quendam Sacam, qui quos oporteret ad Astyagē deduceret, intēpestiuos arceret. Refert & Herodotus in 1. Deiocem Regem primum Medorum, regia constructa cauisse principio, ne quis ad Regē ingredi permitteretur, sed per nuntios cuncta transigerentur: adeo vt nec conspici Regem à quoquam fas esset. Quod apud Reges obtinuit, ad Magistratus translatum est, & eorum admissionales constituti sunt à Rege. Sunteque iidem & apparitores & administris.

¶ Apparitores† quippe quamuis dicantur omnes qui Magistratuum imperio præsto erant, *l. apparitores de exact. tribut. C. l. 1. C. de Port. l. cum clericis, de episcop. & cler. Cod.* vt l. 1. circa

Digitized by Google

rapientes in carcerem, vt 1. Reg. ca. 19. præcones, interpretes, accensi, carnifex, & similes plures, quos enumerat Sigonius lib. 2. de antiq. iure Rom. c. 15. tamen qui perpetuo in iure dicundo apparent, ipsis Magistratibus apparitores dicuntur significantius, quos vocamus, Huissiers à verge. Val. Max. id subindicat lib. 2. c. fin. in prin. Est & illa quasi primata censura, maiestas clarorum virorum sine tribunalium fastigio, sine apparitorum ministerio, potius in amplitudine sua obtinenda.

35 ¶ Accensos † quoque ministratores Cato esse scribit, Varro lib. 5. de ling. Lat. officium accensi & nomen his verbis demõstrat. *In commentariis consularibus scriptum sic inueni. Qui exercitum imperaturus erit, accenso dicit: hoc Calpurni voca in licium omnes Quirites huc ad me. Accensus dicit sic, omnes Quirites in licium visite huc ad Iudices, C. Calpurnius dicit, voca ad conuentionem omnes Quirites huc ad me: Accensus dicit sic, omnes Quirites ite ad conuentionem, huc ad Iudices. Deinde Consul loquitur ad exercitum, impero qua conuenit ad comitia centuriata. Quare hic accenso, illic præconi dicit, hæc est causa. In aliquot rebus idem, vt Præco accensus acciebat: à quo accensus quoque dictus. Accensum quoque solitum ciere Bœotia ostendit, quam comœdiam alij esse dicunt: hoc versu, vbi primum accensus clamarit meridiem. Hoc idem Cosconius in actionibus scribit, prætorem accensum solitum tum esse iubere, vbi ei videbatur horam esse tertiam, inclamare horam esse tertiam: itemque meridiem & horam nonam, &c.* Varie sentiunt de Accensi declinatione latinitatis disputatores, *idem & lib. 6.* putat enim Varro in *6. de ling. Lati.* à Censeo, quod sint à censura & potestate pendentes eius cuius ministri sint: vnde & dicti Censores. *Accensi*, autem Festo, *dicebantur qui in locum militum subrogabantur: dicti ita, quia ad censum adiiciebantur.* Sed Varronis hic magis quadrat sententia: vel à ciendo dictus, quod cierent vel vocarent, quos iuberet Consul, & horam iudicij & comitiorum nuntiarent. Vt videamus quoque nunc etiam in curiis supremis, tempore audientiæ aperiendæ, per hostiarium percussione virgæ, vel alio modo ex procuratorum aula, ipsos aduocatos, procuratores & clientes in auditorium mox referãdum vocari: subinde verò dissoluendo consilio hora decima, vel quinta promerediana audita: signum ab iisdẽ percusso pluteo vel scamno eadem virga abeundi dari. Et virga illa nostri hostiarij, Accensos Consulum videntur referre, cum accensi à lictoribus differre videantur: quod accensi non ferrent fasces, vt lictores. Idque indicat Suet. Tranq. de Iulio Cæsare, *c. 20.* loquens, *antiquum etiam retulit cum esset Consul morem, vt quo mense fasces non haberet, accensus ante illum iret, lictores pone sequerentur.*

36 ¶ Accipiebantur † isti apparitores ex cohortibus interdum militum prouincialium, interdum de aliis personis huic muneri idoneis. Et viles fere erant horum personæ, & ex seruorum genere, quod colligi potest ex Strabone *in 5.* & Gellio *lib. 10. c. 3.* qui scribunt Romanos, abeunte Annibale, Brutios ignominiæ caussa à Romanis præliis quibusdam antea superatis, non milites scribi statuisse, nec pro sociis haberi, sed Magistratibus in prouincias abeuntibus parere, & administrare seruorum vice. Idem & aduersos Picentos & Lucanios obseruatum qui viatorum & tabellariorum loco habiti sunt. Et munus certe lictorũ propemodum infame est, ligandi & prehendendi, vimque inferendi necessitatem habens. Omitto plura quæ ipsi inter exsequendum coguntur audire & pati, præter animi ingenui mentem. Statutum etiam in Gallia, ne satelles seu nuntius esse possit clericus, sed laicus tantum, aut clericus coniugatus: eique lex imposita, vt vestem variam vel virgatam deferat vt agnosci possit, fideiussoresve det idoneos, qui soluere possint, si quid perperam, malitiosè, aut cum culpa sua damni dederit, *in stylo Castelleti tit. des Sergeans, art. 14. const. Franc. 1. sur les eaues & forests, art. 19.* Ipseque non nisi idoneus admittetur, *const. Carol. 5. artic. 6. per Thraciam, de cohortali. lib. 12. C.* In Curia tamen spirituali, solent clerici & personæ ecclesiasticę, decreta superioris episcopi significare personis ecclesiasticis, puta citationes, monitiones, excommunicationes, exsecutione armata relicta brachio seculari implorata. Quia vero longissime Barth. Chass. prosequitur qualitates quę prohibent, ne quis fungi possit officio apparitoris seu nuntii, *in §. 6. ad ver. des messagers & sergeans, à nu. 9. vsque ad nu. 59. tit. des iustices & droicts d'icelles, in cons. Burg.* plura non adferam hac de re, sed ad eum te relegabo.

37 ¶ Nuntij isti & apparitores vel creabantur à Magistratib. pro sua iurisdictione, aut dabantur ab eo, qui Magistratum & iurisdictionem cõscẽdebat. Iure cõi, quilibet iudex, siue ordinarius, siue delegatus creat & eligit discretiõe prędia sibi apparitores, qui eius emandata exsequi possint, *c. Pastoralis, 27. §. item cum totũ negotium, de off. del. & ibi Bal. idem & Sal. in l. 2. de sport. in C. §. necessarias, de ind. in auth.* sed & arbitri, per nuntiũ sua mãdata exseque possunt, *l. sed & interpellatur, §. 1. & l. diem proferre, §. 1. de recept. arb. P.* Poterãt antiquitus Senarchi & alii iudices in Gallia, apparitores seu viatores creare, donec cõstitutione regia prohibitum fuit, & cautum, vt qui à Senarchis vel eorum iuridicis creati essẽt, se vellẽt viatoris fide & potestate vti impetrarẽt codicillos eius officii à Rege. Idipsũ de aliis à reliquis regiis iudicib. creatis statutũ, *l. quicunq; chartas, & seq. de cohort. lib. 12. C. l. in his officiis, de diuer. off. eo. lib. 12.* iuq; ad certũ numerũ pro necessitate arbitrata redacti, singuliſq; adscripti locis & curiis, vt & apud Romanos factum legimus, *l. 2. & 3. de appar. Procons. & lega. lib. 12. C. l. 1. de appar. comit. Orien. lib. 12. C. l. per Illyr. de cohort. d. lib. 12.* Quare & Franc. *1. ord. des eaues & forests, art. 51.* prohibuit, ne huiusmodi apparitores darentur posthac à Magistro seu Præfectis aquarum, vel nemorum. Permissum tamen est dominis territoriorum iuridicis, & qui iurisdictionem altam (vt vocant) habẽt, habere pro exercitio, & exsecutione rerum suæ iurisdictionis viatorem seu apparitorem, quem vocant baiulum, si consuetudo talis obseruata fit: nam in creatione horum officialium, seruandus est mos antiquus, alias perperam fit, *l. non tantum, de decur. C. Bar. in l. actuarios, de numer. & actuar. lib. 12. C. Chass. ad §. 6. des iustices & droicts d'icelles, ad verb. messagiers & sergeans, nu. 7.*

¶ Officium † hoc secundum formulas præscriptas legibus, & 38
constitutionibus regiis, & mandata iudicum illis commissa exerceri debet. Nam sine mãdato iudicis nemo vocari, exhiberi, vel affligi debet, *l. neminem, C. de exhib. reis, c. 1. de iud. Io. Fab. in §. 1. de pœn. temer. litig. l. cum clericus, de epi. & cle. C. Gui. Pap. dec. 62. n. 3.* quin & illa mandata esse debent nominatim de certis, & pro certis concepta. Neque ex mandato generali vocare aut exsequi potest apparitor: neque mandatum etiam à iudicibus generale concedi debet, *Ang. in d. l. neminem.* Et proinde recte cõstitutum edicto regio Ludo. 12. c. 60. an. 1513. mense Iulii, ne darentur posthac à iudicibus mandata generalia *de debitis*, quę erant generalia ad omnia debita: neve darentur guardię generales, Sic, Iasetiam resoluit *in l. fin. de colla. de edic. D. Adri. tol. vide Chass. vbi supra. nu. 63.* post Ang. non esse à iudicibus dandam generalem licentiam capiẽdi quoscunq; debitores: in quo si peccetur, & apparitor exsequatur, nulli, mulctęq; obnoxium est, quod gestum erit.

¶ Sed † & quod alioquin recte gerere potest, & exsequi appa- 39
ritor, exigit mandatum in scriptis præcedens, iure communi, quopossit constare de potestate, vt non credatur regulariter iudici asserenti ita illud commississe, potissimùm si de vocatione agatur, vel alio actu controuerso, *c. quoniam contra, & ibi Io. Andr. de' probat.* Quãquã soli nuntio aliquãdo credi relatũ sit, ẽt in magnis negotiis, *§. 1. ibi per nũtiũ, & ibi Bar. quom. in l. maiest. cri. pro. ced. sit, in Aut. in extraord. c. prudentiã: de off. del.* Obtinuit autẽ cõmuni vsu idipsũ, si de leuioribus ageretur caussis, vel stylus obseruatus & consuetus scripta non requireret, vel si de prehensione comperti in flagitio ageretur, *Bar. in l. mensem de exh. reis, C. Pan. in c. cum non ab homine, de iud.* Fertur tamen Senatusconsultis inhibitum ne iubeant Episcopi viua voce citationem, *Boer. ad §. 15. de iurisd. omn. iud. in cons. Bitur.*

¶ Probantur † vero mandata seu commissiones vocandi, ex- 40
sequendi, vel aliud agendi: per literas, per iudicem, vel eius actuarium subscriptas, vel sigillo iurisdictionis, vel iudicis, vel Regis sigillatas, ex more cuiusque fori.

¶ Adhæc † iubet Lud. 12. const. an. Dom. 1499. art. 15. vt ipsi 41
apparitores per seipsos mandata iudicum exsequantur, nõ per substitutos, vel vicarios, indicta secus facientibus pœna nullitatis eorum, quæ gesserint & mulctæ. Idque etiam constituit. Phi. Pulcer art. 23.

¶ Placuit † etiam deinde, vt testato quæ gesserint in breui- 42
culum conscribant, referantque iudici & suo chirographo subscribant. Vt enim fraudibus illorum obuiam iretur, neve litigantibus, in quos mandata exsequuntur, calumniandi daretur locus, recte sancitum est, vt, ni velint pro nullo gestum haberi, duobus testibus præsentibus, illorumque nominibus cum loco originis scriptura comprehensis, & relatione factum confitmẽt, & subscribant, relicto apographo eis contra quos exsequuntur, quod vocant, *Coppie ou double, const. Fran. 1. ann. 1539. art. 22.* Et si illi non aderint, antigraphum affigant foribus, vt redeuntes denuntiationis certi fiant, vel ex gestis, vel inquisitione adhibita, cum testibus quos denuntiationi adfuisse refert scriptura, *facit l. 4. §. prætor ait, de damn. inf. P. l. aut qui aliter, quod vi aut clam, in P. vide Guidon. Pap. q. 445.*

¶ † Obseruandum autem est, iure scripto Romanorum non 43
licuisse apparitoribus designatis certis iudicibus vel Magistratibus ad alterius prouinciam, vel curam, vel officium transire: sed oportere suo ministerio esse intentos, *c. si cohortalis. & l. nullus, & l. fin. de cohortal. lib. 12. C. l. 1. de apparit. præf. ann. eo. lib. l. 1. de diuers. offi. eo. lib. l. quicunque palatio, de except. eo. lib. l. 2. de except. & l. in prouinciis, de numera. d. lib. vbi ratio, & in consulta dinalia, C. de testa.* Sic etiam in hoc regno, apparitores ibi habent ex officio potestatem, vbi ordinantur & præficiuntur. Siquidem non vbique officio apparitoris fungi possunt, nec in omnibus: sed tantum in præscriptis locis, & limitatis, curiisque assignatis. Alij enim sunt Senarchiis adscripti, alij curiis supremis, & eorum mandatis, hostiarij videlicet curiæ supremæ: alij recuperatorum libellorum ad basilicam, alij aquarum, alij traiectorum, alij nemorũ caussis, alij foro præfecturarum, alij vicariorum seu Vigueriorum, alii Castellanorum, alii salinorum, officialium & aliorum votis.

¶ † In quibus Princeps illis fines potestatis, & veluti terri- 44
torium attribuit, quos non licet illis transgredi, *vide Bar. in l. 1. de off. consul. & in l. 1. §. præsides, de requi. reis, P. Guid. Pap. q. 436.*

vel si

vel si transgrediantur, perperam & nihil agunt, possuntque cõprehendi & castigari à iudicibus loci, in quorum excedunt territorio, & extra potestatem quippiam temere amoliuntur vel exsequuntur, *Io. Fab. in l. 2. C. de off. præfect. vrb. Guid Pap. q. 318.* Eo adhibito temperamento, vt viatores seu apparitores Regii non possint ab aliis, quam iudicibus regiis castigari, ob spretam venię petitionem exsequendi, quod vocant pragmatici *pour n'auoir demandé licence d'executer, ou pareatis.* Vetũtamen licebit cuilibet iudici apparitorem retinere, & iubere coram se sistere, vt de mandatis seu commissione doceat, ratione cuius exsequtionem parat, *Imber. lib. 1. Institu. Forens. circa prin.* A iure communi, quod in Gallia seruari etiam Io. Fab. tradit, *in d. l. 2. C. de off. præf. vrb.* priuilegium apparitorum est: vt coram alio conueniri non possint, quam coram eo cuius ministerio addicti sunt: & ita etiam Ioannes de Platea annotat, *ad rub. de appar. præf. vrb. lib. 12. C. tit. 54. & probat l. 2. de off. mag. milit. lib. 12. C. sttu. 32. l. officium, de re mili. in fi.* ne à ministerio, cui deputati sunt auellantur, *l. 2. de decan. lib. 12. C. tit. 27. l. penul. de silentia. lib. 12. C. ti. 16.* Sed hoc in aliis criminibus, quam in officiando apud alios iudices, & in præiudicium iurisdictionis illorum commissis, cum vnicuique iudici liceat etiam pœnali iudicio iurisdictionem tueri, *l. fi. de off. eius cui mand. est iurisd. P. l. si quis ex aliena, de ind. P. l. 2. de iurisd. omn. iud. P.* & cognoscere etiam contra alienigenas in sua iurisdictione delinquẽtes, *l. 3. de off. præf. in P. l. 1. & Auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi oport. l. 1. vbi Senat. vel clarisf. C.* Cognoscet & proprius iudex de delictis ministri & officialis sui: igitur in reliquis, & de his quoque, si is remittatur ei à iudice in cuius territorio abutebatur munere, vt solet fieri. Ita enim statutum generaliter est in omnibus officialibus & accensis, seu administris, vt sub eo Magistratu & præside cõueniãtur, ad cuius prouidentiã & illorũ officia & ministeria noscũtur pertinere. Sit exemplũ in fabricensibus, qui cõueniuntur corã Magistro officiorũ, ad cuius curã armorũ fabrica & ministeriales fabricẽses pertinent, *i. pen. & fin. de fabricens. lib. 11. C. tit. 9.* dummodo iudex, sub quo apparitor reus versatur, sufficientem habeat iurisdictionem cognoscendi de controuerso crimine vel negotio, de quo apparitor interpellatur, non aliter, *l. fi. de re milit. l. b. 12. C. l. Magisteriæ, de iurisd. omn. iud. C.*

25 ¶† Receptum tamen est in hostiariis seu apparitoribus Prætoriani seu Magni consilii, vt mandata cõsilii eius exsequi possint, vbique in Gallia, sine alia veniæ petitione exsequẽdi. Quia certum nõ est territorium cõsilii Prætoriani, & de causis sibi attributis totius Galliæ notionẽ habet, & proinde exsequi illi libere licet quę statuta sunt. Cum & vbiuis locorum in Gallia iudicare hoc consilium possit, vt pote quod curia stata non sit.

26 ¶† Alioquin enim iure communi receptum est, iudicem non posse mãdata sua exsequi in aliena iurisdictione per aliũ, quam per nuntium illius prouinciæ vbi est, iudex, *Bar. in cõmen. ad extrauag. ad reprimendum, ad ver. per nuntium, quo in cri. læs. maiest. procedi. fit, in Auth. facit §. deinde, de defen. ciuit. in Auth. l. à diuo Pio. de re iud. P.* Et proinde venia seu licentia exsequẽdi in aliena prouincia impetrari debet, vel à cancellaria regia, vel à iudice seu domino loci, vel per eius apparitorẽ exsecutio fieri debet. Exstat tamen constitutio regis Fran. eius nominis 2. an. 1560. mens. Aug. qua cautum est, quia regii omnes iudices nomine & auctoritate eiusdem principis & monarchę iudicant, vt omnia placita supremarum curiarum, & iudicia præsidialium, Senarchorum & iudicum regalium: item decreta, commissiones, seu mandata eorũ & codicilli cancellariarum in causis ciuilibus vel criminalibus impetrati, exsecutioni mandari possint in quacunque parte regni, sine necessitate postulandi veniam vel licentiam, & vt constitutio loquitur, *sans que les parties soyent tenues, de demander aucune permission, placet, visa, ne pareatis*, à curia qualibet parlamenti, Senarchi, præpositi, aut aliorum iudicum vel eorum vicariorum: & si quis prætextu eius quod non fuerit impetrata venia vel licentia exsequendi, impedierit exsecutionem mandatorum, statuitur, vt is obnoxius sit omni damno & expensis remoratæ exsecutionis: & insuper, vt si appellatio ob id, vel alia de causa interponatur, à prædicta exsecutione, ne ea alibi quam coram eo à quo mandata processerint, tractetur & agitetur: inhibita eius rei notione omnibus iudicibus aliis quã mandantibus, qua intercessio seu oppositio, vel appellatio obiiciatur exsequentibus, prohibita omni cognitione & potestate iudicis eius loci, in quo exsecutio fit. Quædam curiæ contemnunt hanc constitutionem, sed certe cum ea sanctissima sit, videbunt qui clauum tenent, abusum hunc castigationem mereri. Verumtamen vbi qui intercessit ad eum, qui tulit edictum accersitus est, litem ad suum forum reuocare, nihil eum si debeat prohibet.

27 ¶† Apparitorum potestas, ex persona principis, qui eos hac facultate donat exsequendi, perpendenda est, nõ ex propria persona, non secus quã legatorum: vt etiam sacrosancti & inuiolabiles videantur. & oẽs ciuitates, pagi, hominesve, cuiuscunq; sint generis, interpellati ab illis opem ferre, nõ possunt impune negare auxilium, alioquin tanquam regiã auctoritatem contemnẽtes, arbitraria pœna plecti à iudicibus possunt, vt cautũ cõst. Molineusum Car. 9. art. 33. cautum etiam eadẽ const. est, art. 31. vt qui ab apparitoribus virga seu caduceo per illos deferendo tãguntur & iubentur eos sequi ex mandato iudicũ, statim veniãt: & ni venerint, habeãtur pro reis cõuictis eius criminis quo arcessiũtur. Vetũ in art. 32. ne aduersarii interfint exsecutionibus huiusmodi, ne rixarũ occasio oriatur, prohibetur: neve comitẽtur alii apparitores, quã testes ei negotio necessarii. Quod si quis eos iniuria, dũ officiũ exsequuntur, affecerit, capitis pœnæ obnoxius est, & manus ei ãputatur in Gallia: exepta patria Delphinali, vbi pecuniaria pœna ex corporali debitori cõstatur, vt disputat & probat Guido Pap. *decis. 557.* Tractat & Bar. *in l. si quis, §. si quos, de pœn. P. in l. si non comitis, C. de iniu.*

28 ¶† Porro, si quis eximata manu satellitum in carcerem ducendum, punitur secundum, *l. addictos, C. de epis. aud.* Et tanquam reus maiestatis, *l. cuiusque, §. si. ad l. Iul. maie. P. vide de hac pœna. Gui. Pap. dec. 579.* Sed & qui eximit debitorem confessum aut conuictum, tenetur non aliter, quam si pro eo fideiussisset, *l. 3. de exactor. trib. lib. 10. C. tit. 19.* alioquin punitur pœna legis Iuliæ de vi priuata, *§. corripiatur, & ibi Bar. vt omn. obed. ind. prouin. in Auth.* Et Vlp. ad edictum, *Ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat*, ait, in eum qui vi exemerit, in factum iudicium dari, in quo non continetur, quod in veritate est, sed quanti ea res est ab actore æstimata, de qua controuersia est: si modo cum effectu exemerit. nã si non obstante conatu eximendi quis adductus sit, cessat edictum, *l. si per alium, §. §. 1. & §. final. ne quis eum qui in ius voc. est vi exi. lib. 2. P. tit. 7.* Veluti locum illud non habet, secundum Offilium & Paulum Iurisconsultos, si persona quę in ius vocari non potuit, exempta est: quia sane, si deliquit qui vocat, non deliquit qui eximit, *l. 1. §. Offilius, eod.* Et fortius dicendum est, non videri vi eximi eum, cui sit ius ibi non conueniri, *l. 2. eo.* Quę tamen mihi vera videntur ratione actoris, ad cuius instantiam iudex mandauit apparitori comprehendi, vel duci, vel vocari exemtum, vt non possit is tunc agere iure contra eximentem, sed mutua compensatione delicta actoris & eximentis tollantur, *l. viro & vxore, solut. matrim. P. l. fi. §. de eo per quem fact. erit, &c.* P. Ceterum ratione exsequentis & mandantis, delictum non potest excusari: quia eius erat cognoscere, nũ vocatus esset suæ iurisdictionis: vocati autem partes, non contemnere debent auctoritatem vocantis. Legati enim ceteriq; qui reuocandi domum ius habent, in ea sunt caussa, vt in ius vocati veniant priuilegia allegaturi, *l. si quis ex aliena, 5. de indic. in P.* Neque peccat apparitor, si ex forma mandati exsequatur, *Baldus in cap. nouit, de appellationibus, Ioan. Andreas in c. fi. de restit. spoliat. c. venerabili, de offi. del.* quia nudum ministerium cum auctoritate principali exercet. Et proinde violentia & temeritas delinquentis vel eximentis, compensari non potest cum facto iudicis vel apparitoris, quia in eo non est delictum: & compensatio non fit, nisi cum eo qui delictum commisit, *iuxta arg. l. 1. de compens. P. & l. fin. eod. C.* Sed neque delicta publica compensari possunt, quia vnusquisque ex delicto ad pœnam soluendã Reipubl. obligatur. Respublica autem non dicitur delinquere, quia vindictam reposcit malefactorum, *l. ita vulneratus, ad l. Aquil. P.* Atque maxime interest Reipubl. mandata iudicum & Magistratuum exsecutioni demandari: & ne elusoria fiant edicta, siue bene siue male pronuntiata sint, propter auctoritatem publicam, *l. si prætor, 75. de iudic. P. l. fin. ne quid in loc. pub. P. l. fin de bon. quæ lib. C.* Cum liceat coram iudice eodem, aut superiore, si quid per errorem aut suggestionem falsam aduersarij vel iniuste aliter statutum sit, ita per Magistratum & non per priuati temeritatem emendare, *l. nemo. C. de Iudæis.* Neque est singulis concedendum, quod per Magistratum expediri potest & debet, *l. non est singulis, de reg. iur. P.* Si quis etiam reum dignum morte exemerit, recte rescriptũ est capitali pœna puniẽdũ, quia supplicio publico eũ eripuerit, *l. fin. de male. & mathem. P.* Et Paulus, legis Iuliæ de vi priuata, crimen ait committi, cum cœtum aliquis & concursum feciſſe dicitur, quominus quis in iudicio produceretur, *l. Iuliæ, ad l. Iul. de vi pub. P.* Martianus vetta, legẽ Iulia de vi publica caueri respondit, ne quis reum vinciat, impediatve, quominus Romæ intra certum tempus adsit, *Mart. in l. lege Iulia, 8. eod.* Vlpianus quoque eum hac lege de vi publica teneri vult, qui dolo malo fecerit, quominus iudicia tuto exerceantur, *l. qui dolo malo, 10. eod.* Itaque qui obstiterit exsecutioni, qui eam impedierit, vt rebellis iustitiæ & principi, punitur atrociotibus pœnis in Gallia maxime.

29 ¶ Sed † & qui literas curiæ Parlamenti vel Cancellariæ vel alterius iudicis, quibus mandata exsequendi continent ademerit, vel extorserit de manibus apparitoris, falsi pœnis subiicitur, *Guid. Pap. dec. 575. num. 5. Bald. ad l. si quis id quod, de iurisd. omn. iud.* P. Multo magis si fregerit, quia corrupti albi Prætoris pœna tenetur, *d. l. si quis id quod, & ibi Bald. l. hodie, ad leg. Corn. de falsi.* P. vel alia arbitraria, *Ioan. Fab. in §. pœnales, de actio.* habita ratione facti, & quo animo factum est: non secus ac si sequeretur, de eo qui statuas principis deiecerit vel confregerit, *vide distinctiones in l. 4. §. final. & l. non contrahit, 5. l. qui statuas, 6. & l. furioso. 7. ad l. Iuliam maiest. P. l. 1. si quis Impe. maled. C. l. pen. & l. fin. C. de Stat. & imagin.* Et .n. imaginis principis impressione solent sigillatæ literæ auctoritatem recipere. Et Ioan. Gallus in decisionibus arestorum, quæst. 12, refert quendam famulum

Digitized by Google

Magistri Guidonis Beaulaigue, fuisse mulcta honoraria & pecuniaria dānatum, ob iniectionem manuum in apparitorem, quē vocant seruientem.

30 ¶ Ceterum † quamuis olim crederetur relationi gestorū ipsius apparitoris: tamen quando se dicebat vel iniuria affectū, vel verberatum, vel literas sibi seu mādata fuisse erepta, non illi credebatur omnino, sed illius relatio pro denuntiatione habebatur, vt posset de eo delato inquiri, non autem ex delatione, vel relatione illius posset quis damnari, quod iure statutum videtur *in l. ea quidem, C. de accusat.* Hodie quoque idipsum verum erit, cum non simplici relationi executoris credatur, nisi duorum ad minus testium præsentia ea roboretur: idque iustissimis de caussis, ne cui fraudi via aperiatur. Multo minus fides ei habebitur, si dicat sibi iniuriam factam fuisse: nam tunc & in caussa propria suspectum est testimonium: neque admittitur, nisi in quantum, propter eam relationem iubere debet Iudex de relatis inquiri, data licentia reo etiam contrarium probandi. *iuxta l. optimam. §. fin. de contrah. & comm. stip. C.* Et ita resoluit Guido Pap. decis. 557. Sunt enim apparitores eatenus priuilegiati, quatenus secundum mandata munus obeunt: at si abutantur, vel insolentius se gerant, vt est huiusmodi hominū genus, vt plerumque insolens sit, & temerarium, castigandi diligenter sunt & acriter, ne inde oriatur iniuriarum occasio, vnde iura nasci debent, *l. meminerint, C. vnde vi.* & grauiorem pœnam meretur, qui priuilegio fulcitus, eo in perniciem alterius vtitur, *Auth. presbyteri, de episc. & cler. C.* Et priuilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate, *in l. Iudæos, & ibi gloss. de Iudæis. C. l. qui sine, de negot. gest. P. c. priuilegium, 2. quæstio. 3.* Executores mandatorum Magistratuum, seu apparitores, nudi & simplices sunt administri, nec debent vel latum vnguem excedere mandata, nullam enim habent cognitionem, *l. executorē, C. de exsecut. rei iud. l. ab executore, 4. & ibi gloss. de appellat. & rela. P.* ideoque multo minus excedere possunt, *l. diligenter manda. P. c. cum dilecta, de rescript.*

De Scribis, & Amanuensibus.

Cap. 41.

1 *Scribæ iudicum qui, & notarij. Synonima & species quales eligendi, nu. 2. 3. 4. & 5.*
6 *Senatus Amanuenses & scribæ, & nu. 7.*
8 *Amanuenses iudicii à quibus creentur, & eorum leges, numer. 9.*
10 *Scribarum officia, & munera per constitutiones iudicata. Qualia Athenis num. 11.*
12 *Scripturæ & scribarum finis caussa.*

1 INter † administros necessarios Magistratibus & iudiciis, Scribæ exceptores, seu Amanuenses, vel ab actis, & magistri scriniorum annumerantur: ij autem sunt, qui dicta actave excipiūt, & inquisita omniaque iudicialia bona fide describunt, *c. quoniam contra, de probat. §. his qui lites de iud. in Auth.*

2 ¶ Erant † notarii, qui per notas, quæ in iudicia dicerentur citius excipiebant, exceptores. Vnde & notarij nomen habent τὰ χυγράφοι. Et, vt est apud Martialem *libr. 14. Epig. 208.*

Currant verba licet, manus est velocior illis.
Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

3 ¶ Sed † de notariis & notis postea agetur. Dicitur & plerumque qui inseruit iudiciis, γραμματεὺς, scriba, ὑπογραμματεὺς, actuarius, grapharius vulgo à verbo γράφω, scribo: tabularius, totque sunt fere species horum, quot Magistratus quibus inseruiunt, & ratione horum maiores vel minores: ratione etiā negotiorū, quę describant, diuersæ nomenclaturæ, libellares, epistolares, memoriales, criminales, ciuiles, præsentationum, audientiales. &c.

4 ¶ Quocirca pro magnitudine & pondere seu dignitate negotii, personarum ad hoc munus habetur delectus, quorum explorata sit diligentia, fides vel capacitas pro negotio expediendo. Hoc officium vile fuit apud Græcos aliquando, vnde per contumeliam Æschines vocatur à Demosthene. *orat. de Corona.* λιβεσγραμματεύς, pestifer scriba. Vide & hoc munus tabulis publicis excipiendi destinatū, & ideo fere de seruis, publicis istis ministeriis præficiebantur vt plerunque, *l. 2. remp. sal. fore. P.* docet. Archad. & Hono. id emendarunt & inhibuerunt, ne serui hoc munus obirent, *l. generali, de tabu. lib. 10. C.* Sūma quippe fides requiritur in personis, quarū scripta habitura sunt formā publicā & auctoritatē, vt nō immerito de personis magis probatis huic officio prouidendū fuerit. Quare paulatim re melius considerata, cœpit scribarum ordo honestius haberi, vt ex Cic. orat. 5. in Verrem liquet. Et Iustinianus, *§. ex prouinciali, de defensi uit. in Auth.* ex probatis iam viris, habere defensores ciuitatum voluit Amanuenses, const. 15. Nouel. εἰσὶ τῶν ὁ δικῶν, *de defensoribus, ἐν ᾧ τὸν ὀπτίκιον πέμπειν ἐχεν ἡ πλείονα ἢ ἐλάττονα αὐτοῖς ὑπαγορεύσαι ἢ ἐλάττονας. εἰ δὲ πλείονα αὐτοῖς ὑπαγορεύσουσιν.* id est, *Et habeant, scilicet defensores ciuitatis, cui cohorte illi prouinciæ destinata exceptorem futurum illis in ministerio. & duos cohortales, qui ab ipsis indicata exsequantur.* Et rursum, Nouel. 82. εἰσὶ τῶν δικαστῶν, &c. *de iudicibus.* τῶν τὰς δίκας ἀκροωμένων ὅπως αὐτοὺς ὡς ἂν πλεῖστα τῆς ἑαυτῶν χώρας μέρη ὠφελήσωσι. ἐπάγει δὲ δικαστὰς φησὶ τοὺς ὑπογραφέας χωρὶς μέντοι δυοῖν τῶν τὰς δίκας παρακολουθοῦντι τῷ ἡγουμένῳ, id est, *iis qui lites præparant eadem forma exsistentibus, vt hactenus definitum est: vnoquoque iudice duobus vtente amanuensibus, & duobus qui lites præparent & introducant, §. iis qui litis præparant, de iudic. in Authent.*

5 ¶ Erat † apud Cæsares Primicerius notariorum, sub cuius cura erat notitia omnium dignitatum & administrationum tam ciuilrū quam militarium. Erāt & notarii Principis, qui decreta eius antequam publicarentur, & perfecta essent, conscribebant & celabant aliis quā viris grauissimis, vt constat ex formula notariorum apud Cassiodorum, lib. 6 variar. c. 16. Et tandem transiuit in officium certum munus scribę, quod ante mercenarium erat, vt ait Ælius Probus. Et Adrianus, teste Spartiano in eo, ab epistolis & à libellis equites Romanos habuit, vnde & hoc munus postea honorabile magis, legimusq; eos qui tēpore Imperatorum eorum rescripta, placita, edicta, mandata, & pragmaticas sanctiones scribebāt sacro encausto, dictos eo nomine, & scripsisse dictata à Quęstore sacri palatii: iisdemque fuisse subadiuuas & adiutores libellenses, epistolares, scrinii memoriales adiutores primicerios, *vide de his omnibus l. præcipuus. §. in his, & §. nostri vero, de appell. C. l. fin. de diuer. rescript. C. l. hac parte, de præpos. sacr. scri. Cod. l. eos, de excus. milit. C. l. 1. & 2. de primi. cer. qui in sacr. palat. milit. C. l. sacri, §. hoc autem, de diuer. rescrip. C.*

6 ¶ Notarii † Imperiales dici possunt Secretarii Regis, quorum erat priuilegium, vt vbique instrumenta authentica conficere possent, vt notat Bart, *in l. 2. de offic. proconsi. P.* Fuerunt aliquando in Senatu Romano ex Senatoribus delecti scribę, qui singulari fide pollerēt. *Itaque*, inquit Cicero pro Sylla, *introductis in Senatum iudicibus, constituti Senatores, qui omnia iudicum dicta, interrogata responsa præscriberent. At quos viros? non solum summa virtute ac fide, cuius generis facultas in Senatu maxima, sed etiam quos sciebam memoria, scientia, consuetudine, & celeritate scribendi facillime quæ dicerentur persequi posse: C. Cosconium, qui tunc erat prætor: M. Metellum, qui tunc prætura petebat: P. Nigidium, Appium Claudium: credo esse neminem, qui in omnibus aut vere referendis, aut etiam scribendis putet ingenium defuisse.* Adhibebantur autem tum maxime scribæ isti authentici & temporanei ex Senatoribus, quando Senatusconsultum tacitum faciendum erat: nam electis curia scribis communibus, eo tempore vnus ex Senatoribus officium scribę explebat, ne quid forte proderetur, vt ait Iulius Capitolinus in Gordiano.

7 ¶ Et † alium etiam fuisse in Senatu Romano Amanuensem, dictum Rectorem decumanarum, non erit difficile colligere ex epistolis per Theodoricum Regem Gothorum scriptis, vna Capuano. 21. altera Senatu, 22. apud Cassiodo. lib. 5. Variar. Nam in 21. concedit rectoratum, vt vocati decumanarum, Capuano viro illustri, & in 22. explicat, quid ei concesserit. *Capuanū*, inquit, *spectabilem virum æstimatio nostra respexit, qui curiæ vestræ sententiam meritoris natus facundus ediceret, & Senatus scrinia conscientiæ puritate seruaret: vt actus illius mundo celeberrimos sua reddat integritate laudandos.*

8 ¶ In † suprema Parisiensi & Tholosana Curia, sunt notarij & secretarii curię, qui ex constitutione etiam antiqua Car. 7. art. 104. assiduitatem habebant in Curia iniunctam, vtque gnauiter & diligenter incumberent expeditioni delegationum seu cōmissionum & mandatorum Curiæ. Fuit Amanuensis seu secretarius consilii magni seu Prætoriani, vna cum collegio Senatorum institutus, vt constat ex const. Lud. 12. an. 1498. Actuarii seu Amanuenses præficiuntur interdum à iudicibus, qui notarios vel viros idoneos fideique probatæ sibi eligunt, pro actis excipiendis, *vt in l. quoniam contra falsam, de probat.* Interdum Principes vel domini iurisdictionales, eligunt & officia conferunt, eademque per loca iurisdictionum, quæ ab eorum ditione pendent, distribuūt. At Honorius & Arcadius CC. *l. nullus iudicum, 8. de assess. domest. & Cancel. iud. C.* prohibent iudicibus qui stata habent iurisdicti onem, ne sibi eligant cancellarios, *Periculo enim*, inquiunt, *primatum officij, cancellarios sub fide gestorum ex eodem officio electos, iudicibus applicari debemus.* Sed nec in Gallia ordinario iure licet curiæ, sed tantummodo actuariis, qui singulis tribunalibus præficiuntur actis describendis, neque illis nisi vni Amanuensi acta describenda delegare, ex const. Lud. 12. art. 30.

9 ¶ Quæ tamen leges sint præscriptæ actuariis & Amanuensibus, vsus facile docere poterit. Illæ tamen maxime reducuntur ad duo præcipua capita, vt fide primum & cum diligentia acta conscribant & expediant. Iustinianus in §. quæ vero aguntur ab eis, de defensorib. ciuita. in Auth. cōqueritur de iudicibus, quod

non

Digitized by Google

non curarent hoc munus scribarum in istis perseuerare, & ita conqueritur, primum, vt quæ ab ipsis agerentur, instar actorum non essent, nec confici iuberent acta monumentorum, si quid eis iuberent superiores iudices, per omnia eis inseruientes & eorum nutibus. Item, quod si quod monumentum aliquando conficerent, illud venundarent: & postremo, quod nullum haberent archiuũ, in quo gesta apud se reponerent, & ita deperiret, quod apud illos fieret, quæ ne fierent postea, cauet & emendat. In Gallia actuarii munus (quod licitatione redemtoribus conceditur, vt prouentus domanii regis in ærarium eius inferatur) nonnisi idoneis conceditur. Et si is qui licitatione vicerit, talis non reperiatur, temerariam refarcit licitationem, ex const. Lud. 12. an. 1499. art. 60. Cauet ideo & Franciscus. 1. ne actuaria, seu vt dicunt, *les Greffes*, vna vni generali redemtori locarentur, ne ipse pluribus subinde negotiationis causa sublocaret, *constit. Franc. 1. sur la reformation de la iustice de Normandie, art. 34.* Leges præscriptæ illis, ne actuarii ad libellos rescribant, nisi ex curiæ decreto, *const. Car. 8. art. 103.* regesta actuum iudicialium conficiant, veluti ephemerides, *constitut. Lud. 12. art. 129. an. 1499.* dum curia sedebit, adsint, ne tunc temporis expeditioni decretorum vacent, *constit. Caroli 7. art. 76*, edicta curiæ non euulgent, antequam penes se litis acta habeant nec subsignent edicta sententiarum alibi, quam in vno proprioque regesto conscripta. Et si abesse eos contigerit, eorum nomine qui subscribat eligant vnum eumque solum, *const. Lud. 12. an. 1499. art. 99. 101. 113.* Non dent acta, quæ vocant *proces*, cuipiam Senatori vel consiliario iudici habendi, vel referendi causa, quin prius per distributionem curiæ & iussu Præsidis statutum sit: idque propter fraudes, *Car. 7. ord. art. 105.* Recipiant acta iudicialia & edicta seu iudicia: ad illorum enim onus & curam pertinet ratio omnium actuum, siue producantur siue edantur, à litigantibus, siue repetantur, vt neque apud acta iam concluſa & instructa edictorum teneantur copiam facere litigantibus, vel alias ex consilio, iniussu curiæ, sineque subscriptione recipientis, *Fran. 1. ordin. sur la iustice de Norman. art. 26. & 27.* Et hinc est, quod causæ apud actuarium non edantur instrumenta, nisi cum repertorio vel inuentario, *constit. Lud. 12. sur le faict des aides. ar. 12. Franc. 1. sur l'abbreuiation des proces, art. 12.* vt sciatur quid edatur, quidve in iudicium venerit. Exigunt insuper constitutiones, vt assidui sint actuarii, *constit. Car. 8. art. 6. Car. 9. in comitiis Aurel. art. 77.* cancellarios habeant & scribas actuarii immunes, pro illis alioquin responsuri, vtque nihil pro opera sua accipiant.

10 ¶ De † actuario criminali vide const. Caroli 8. & Henrici 2. publicatam 4. Aug. 1550. ar. 1. *Sur le reiglement de la iustice criminelle.* De actuario præsentationum, stylum parlamenti, *Des Greffiers*, art. 3. 4. 5. De actuariis cameræ seu curiæ rationalium vel computorum & eorum munere, const. Henr. 2. *sur les finances*, editam 22. Decemb. 1557. De actuariis ordinariis sedis Præsidialis Henrici 2. const. *Sur l'ampliation de l'edict de creation des Conseilliers, Magistrats, & Iuges Presidiaux*, 6. April 1551. de actuariis appellationum Curiæ præsidialis & eorum munere, const. Henr. 2. mense Iulii. 1552. publ. Paris. an. 1552. mens. August. art. 6. De actuariis electorum, quos vocant *les Esleus*, vide const. Ludo. 12. *Sur le faict des aides*, ar. 12. 24. 33. 34. De actuariis insinuationum, in sedibus iudicum regiorum constitutis, eorumque munere & potestate abũde in const. Henr. 2. *Sur les insinuations*, mense Maii, 1553. & mense Martii, eiusdem an. De actuariis & tabularijs impositionis foraneæ tractationis, const. Franc. 1. *Sur l'imposition foraine*, De actuariis salinorum, const. Fran. 1. *Sur le faict de la gabelle*, art. 4. Stylus insuper parlamenti de munere & officio ciuilium & criminalium actuariorum, docet & stylus cuiusque iudicialis fori, atque melius quam referri possit, quid amanuensibus & exceptoribus, aliisque scribis obseruandum sit, planum facit. Siquidem omnibus iurisdictionibus & negotiis publicis fere adhibentur scribæ, & vt diuersa sunt negotia, sic cuiusque actuarii diuersa erunt officia, & diuersi fines.

11 ¶ Iulius † Pollux lib. 8. *cap.* γραμματεῖον, tradit, scribam vnũ Athenis delectum ad tabulas seruandas & decreta: alium secundum, ad seruandas leges: item antigraphum, quem dicimus *Contrerolleur*, primum delectum, sed postea sorte creatum, qui omnia transcriberet, & apud Senatum deponeret. Erat & Græcis γραμματεὺς, vel ὑπογραμματεὺς, seu scriba publicus vel cancellarius, cuius officium erat δικας γράφειν, id est, iudicia in acta referre, eademque si poscerentur lectitare: vt Aristophanes innuit in Nenulis.

δ' τὸν γράφοντ' ἤδειν γραμματέα.
Id est,
Nunquam scripsit hoc iudicium amanuensis.

12 ¶ Omnium amanuensium & scripturarum principalis finis & ratio est, memoria gestorũ, ne ea interpellari vel mutari possint, & vt cõstet quid actũ sit, *l. contractus, de fid. inst.* C. *l. contrahitur, de pign. l. non figura. de act.* Et ita curare maxime debet iudex, vt sit salua rerũ probatio. *l. current, de testib. in P.* Inito honore cõsulatus cũ M. Bibulo Iulius Cæsar primus omnium instituit, vt tã Senatus quã populi diurna acta conficerentur & publicarentur, *Suet. in Iul. Cæs. c. 30.* hoc est, vt ait M. Sabellicus *ad d. c. 30. Suetonij*, curauit vt quæcunque cum populo aut in curia agerentur, eodem die quo acta essent, ad exitum perducerentur, perductaque in publicum referrentur. Quo sane instituto, omnem longioris consultationis adimebat facultatem. Et Vopiscus, ex actis populi & Senatus, seu historiam sumsisse scribit. Sic Plinius *lib. 35. c. 2. Tabling*, inquit, id est, γραμματοφυλάκια, vel χαρτοφυλάκια, *codicibus implebatur & monumentis rerum gestarum.* Scriptura memoriam longiorem gestorum excipit, fides publica & publicatio, immutationem, veritati præscriptę prohibet, *c. quoniam contra, de probat.* ne nocentes clandestinis & domesticis fraudibus, quæ actis publicis inscripta vel insinuata sunt, adulterari possint, *l. data iampridem, C. de don.* Et quod antea malitiis hominum poterat corrumpi vel negari, publicatione facta fidem indubitatam accepit in posterum veritatis, *l. in donationibus, C. eod. l. 2. & l. testamenta omnia, C. de testa.* si modo coram competenti iudice fiat publicatio & insinuatio, *l. consulta diualia, C. eod. l. repetitę, & l. placet, de epi. & cler.* Et hinc insinuationum formulæ originem habuerunt. Et olim iure Romano adibatur iudex, aperiendi testamenti, vel alterius vltimæ voluntatis causa, actis publicis apertione consignata, secundum morem locorum, *l. 1. 2. & fi. quomod. testa. aper. C.* Quod & in donationibus, *in l. donationes quas parentes, C. de don. inter vir. & vxo. l. in hac, l. secundum, C. de don.* aliisque receptum est, *vide quæ insinuari debeant hodie apud actuarium insinuationum constit. Henr. 2. mens. Mar. an. 1553. & in const. Molinens. Car. 9. art. 58.* Ita & auctoritate iudicis per publicam personam transcripta tantam habent vim, quantam authographa, ex quibus transcripta fuere, *c. 2. & fin. de fid. instru. l. sancimus, de dimens. reser. C. l. si quis in aliquo, C. de eden.*

De aliis Notariis, seu Tabulariis publicis.

Cap. 42.

1 *Scribæ aliis personis, quam Magistratibus necessarij, & seq.*
2 *Legistæ, tabularii, & tabelliones qui, & tabellionum munus, num. 3. & 10.*
4 *Notarii Gallici, varij, regij & apostolici, academiarum, capitulorum, vile munus, quis possit esse notarius, & à quo creentur, n. 13. 14. & 16.*
5 *Notæ notariorum, & num probent, num. 6. & 7.*
8 *Notariorum minutæ.*
9 *Instrumenti ingrossatio & in mundum redactio, quid.*
11 *Tabellionum & notariorum in Gallia altercatio.*
12 *Insinuationum actuarij qui subiati.*
15 *Notarij apostolici à quo examinentur, & cui iurent.*
17 *Notarii officium sibi usurpans, qua pœna puniendus. Leges notariis in præscribendis actibus datæ. De quibus vetatur, illis contractus præscribere: & quæ contractibus inserenda, ex constitutionibus regijs, & iure. nu. 18. & 19.*
20 *Notarius quibus teneatur edere & ostendere protocolla.*
21 *Instrumenta quando dicantur esse in forma authentica, iure ciuili & Gallico.*
22 *Notarij certis locis designati & adscripti.*
23 *Notariorum inducendorum causæ, & finis.*
24 *Notarius num emendare possit, qua scripsit, & quomodo, & in quibus possit.*
25 *Rasura scripturæ quando faci suspicionem habeat,*
26 *Instrumentorum per notarios conficiendorum leges Gallicæ quædam nouæ, & testibus dicentibus, minus vel plus dictum quam scriptum, quomodo credatur.*
27 *Protocolla notariorum, quando faciant fidem in iudicio.*
28 *Notarij mortui protocolla quomodo in mundum redigantur.*

CVm dixerimus † monumenta & probationes rerum gestarum conseruari scripris, scribas quoque aliis personis quã Magistratibus necessarios per se cõstat. Habebat ita & Quæstor Scribas, vnde & Scribæ Quæstorij, *apud Suet. in Claud. Cæs. c. 48.*

¶ Erant Logistæ, qui rationes conficiebant, ac data & accepta in tabulas referebant: vnde & Tabularij, Logographi, *l. 1. & tot. tit. de tabell. scri. & logogr. lib. 10. C. tit. 69.* Boethi illorum subadiuuæ: & illorum consilium, Medogrammatei: & rationum distinctores, Diastolæ dicti, *de quib. omnib. in l. fi. eod. tit. C.*

¶ Tabelliones † etiam & tabularij à tabulis, quibus olim scriptitatum fuit, *Fel. in c. fraternitatis, de her. Iaf. in l. prætor, col. 2. de ord. P.* vnde tabellionatus officium, *c. sicut. 8. ne cler. vel mon. secul. meg. se immis.* Fuerunt & fide publica donatæ quædam personæ, quæ conuenta, & priuatis literis inter priuatos præscripta, publicæ fidei dedicabant.

¶ Tabelliones † quoque à Iustin. dicti, *l. contractus, de fid. inst. C. Nouell. de tab. in Auth.* qui vulgo in Gallia dicuntur notarii, à notis quibus solent volũtates priuatorũ excipere, vt postea latius & ad formã auth. perducant. Ita n. notarij Græcis σημιογράφοι, qui per signa nota sibi fere tantũ, vt dicũt, per abbreuiaturã

Digitized by Google

scribit. Vti de notis Iulij Cæsaris, quib' interdū scribebat, quibus celaret omnibus mandata, refert Suet. Tranq. *in Iulio Cæs. c. 56. Exstant.* inquit, *& ad Ciceronem & ad familiares domestica de rebus epistolæ, in quibus si quæ occultius perferenda, erant per notas scripta, id est, si structo literarum ordine, vt nullum verbum effici posset: quæ si quis inuestigare vellet, aut persequi quartam elementorum literam, id est, d pro a, & proinde reliquas commutet.* Est quædam ars notariatus scribendi scilicet per notas, & celeriter exipiendi, vt exceptorum, qui in auditorio Iudicum, Aduocarorum partium & Iudicum sermones & sententias præscribunt, qui notis maxime vtuntur, sibique cognitas confingunt.

5 ¶ Solet † inde vulgus vocare tabellionum primas exceptiones & prescriptiones informes, notas, *vt in c. cum P. tabell. de fid. instrum.* factas præsidentibus conuenientibus, aut in præsenti negotio, quas deinceps transcribunt in proprio codice notarum. Dicunt & hanc notationem vel notam, schedam originalem, à Græco nomine σχίδια, quę sunt assulæ & fragmēta, quæ fabri materiarii à lignis quæ dolant decidunt à verbo σχίζω, findo, scindo, seco: vnde σχίδιον, & σχιδαξ, & per diminutionem σχίδιον. Solent interdum notarii id dicere, *Le bromillard* Itali vocant hanc tabellionum primam notam, *Bastardellum*, cuius scripturam se non probare, ait Bal. *in rub. de fid. inst.* quod explicat Lanfr. *ad c. quoniam contra, ad ver. instrumentorū productiones, n. 2. de prob.* quando notę non sunt cognitæ alii, quam notario, quę fit in hunc modum breuioribus adiectis notis, *Talis Petrus, talis loci, vendidit, &c. talem rē, &c. Martino & c. præsentibus talibus, &c. renuntiauit, &c.* In quum n. esset illis fidem adhibere, quæ propemodum nihil significāt, vel quę in diuersas clausulas trahi possunt, vnde abiit in prouerbium, pro re periculosa, *Et cetera notariorum.* Quod facere exprimit quidam Italus in facetiis vulgari idiomate scriptis, dictus *Pisanano Arboto.* Interrogatus enim, quam orationem singulis diebus Deo dicere oporteat, respondit, cum lecto surgeres post pater & aue dicendum, *Segnor mio Iesu Christo guardate me da sorta de villani, de guaz zambaglio, di medici, da cetere de notari, &c.* Alberi. autem ait, *ad l. contractus, de fid. instru.* C. Si in dicto Bastardello sit apposita indictio, vel annus Domini, & signum notarii, fidem plenam fieri ex eo, *idipsum & tradit Masuer. in prax. tit. de lite. not. & notat. §. item si in notula. 632.*

6 ¶ Quia † censetur notarius simpliciter rogatus, & apposuisse clausulas consuetas, *Alex. cons. 27. incip. In causa & lite, & cons. 28. & 105. inci. cuerende domine, 2. vol. Chass. ad §. 23. ad verb. & qui n'ont point payés, n. 3. tit. des droicts appartenāts à gens mariez, in cōs. Burg.* Quare & facet plenam fidem, quod in libro notarii extenditur, quodque vocant imbreuiaturam, *Bal. ad d. rub. de fid. inst. Alb. ad l. contractus, eo. C. Fel. in c. cum P. tabel. de fid. instru.* Quid porro continere hæc imbreuiatura debeat, docet Alex. 2. *volum Cons. c. 151.*

7 ¶ Vocant † & istas primas completas descriptiones, exceptis vulgaribus clausulis, quę omnibus contractibus similib. apponi solent, Protocolla πρωτόκολλα, i. prima membra, vel primas membranas: quę postea latius extendi debeant, & facile fine dāno cōmentientium à solo notario suppleri possint, vel dicemus cum duplici ll & o. πρωτόλλα, protocolla, à glutine: quod istæ primæ annotationes frusto membranæ excepte, postea conglutinentur & iungantur in vnum volumen per exceptorem.

8 ¶ Dicitur † n. gluten, κόλλα. Solent etiam notarii plures, hæc prescripta prima minutis literis excipere: vnde & vocant illa excepta, *les minutes*, in quibus, si quid inter contrahendum vel explicent vel corrigant vel addant qui conueniunt, vel alii qui intercuentu notarii veniunt, inducitur, corrigitur, & additur.

9 ¶ Quare † postea habita relatione ad minutatim prius scripta, quod in forma probante exscribitur, instrumentum dicitur ingrossati vulgo: & habita ratione authographi, primis lituris & correctionibus quodammodo maculati, illa transcriptione scriptura dicitur in mundū redigi, *d. l. contractus, de fid. inst.* C. Cuius tamen veritatis probatio ad primam scripturam extensan. & minutam refertur, si de fide ingrossati dubitetur. Et proinde Franc. 1. eius nominis Rex optime cauit, integra conseruanda nec confringenda protocolla, vt ad illa recurri possit, si de fide completi instrumenti dubitetur, *const. Fran. 1. ann. 1539. art. 173. & 174* Si enim protocolla & instrumenta ingrossata producantur eiusdem negotii, sibi inuicem fidem abrogantia, potius protocollo credendum est, *l. Sempronius, 158. de leg. 2.* Item si arguatur de falso instrumentum, debet protocollum exhiberi. *Bar. in l. fin. de fun. instr. P. & in l. vbi, C. de fal. iuncto §. illud, de tabel. in aut. vbi & gloss.*

¶ Personarum † quæ conuentiones priuatorum perscribe-
10 rent, aut fide publica donarent, non vnum solum est proditum genus: nam aliquando Magistratus municipales perscripsere instrumenta pactorum, *l. si quis decurio, C. de pact. l. 1. & 2. de tab. lib. 10. C.* in quorum locum suffecti notarii, veluti exceptores conuentorum: quibus additi tabelliones, veluti eorum officii exactores, qui prescripta prima & excepta, auctoritate donarent, vt *in tit. de t. b in auth. Nouel Iustin.*

11 ¶ Ita † aliquando in Gallia Car. 7. lege publicum munus notariis ademit, & tabelliones instituit, qui tamen possent pro pactorum præscriptione & exceptione sufficere, vel delegare notarios, qui singulis trimestribus contractuum instrumenta tabellioni deferre tenerentur, in publicas authenticas tabulas redigenda, & vt haberent publicum auctoramentum. Idque statuit mense Quintili, anno 1433. Sed & hic abrogauit postea tabellionum munera: & remansit notariorum auctoritas, cum potestate excipiendi obligationes & alios actus, & in mundum reducendi. Verum Ludouicus 12. ann Dom. 1512. art. 62. numerum notariorum esse definiuit ex inquisitione Senarchorum & Bailliuorum, & arbitrio officiariorū Regis. Francisci iterum eius nominis primus, restituit tabelliones per edictum, *Des notaires & tabellions*, eosque distribuit per Castellanias, Senarchias, & iurisdictiones, cum sigillis ordinariis, ad sigillandas obligationes & sententias cum iis quoque restituit officia sigillatorum, & custodum sigillorum, voluitque Notarios illorum esse administros, & veluti substitutos, neve tabelliones alios quam Notarios regios excipiendis actibus subrogare possent, contra quam aliquando ex arbitrio subrogabant. Præfixit & singulis quantū mercedis pro præscriptione & auctoramento capere possent, & quantum in ærarium Principis pro sigillo transmittendum. Inhibens omnibus notariis, ne instrumenta pactionum vel obligationum in mundum reducerent, sed id munus tabellionibus relinquerent: exceptis Notariis ciuitatis Parisiorum, quos eo priuilegio donauit, vt & emolumento, vt loquitur, præscriptionis & ingrossationis seu instrumenti authentici conficiendi, potirentur, nullo tabellione inibi creato. Sed displicuit postea hoc tabellionum munus, veluti populo onerosum, & notariis restituta integra potestas plene, acta, obligationes, & alia excipiendi, & ingrossandi. Atque recente const. comitiorum Aureliæ habitorum, art. 85. abrogata tabellionum officia per Franc. 1. & post per Henricum 2. introducta.

¶ Et † art. 8. c. insinuationum quoque actuarii translata auc- 12
toritas insinuandi in iudices ordinarios, exceptis actuariis insinuationum rerum & personarum ecclesiasticarum.

¶ Notarii † dicuntur regii, qui hac auctoritate donantur pu- 13
blica præscribendarum conuentionum, obligationum, & excipiendorum testamentorum, & actuum fide publica insigniendorum, qui tantum de rebus temporalibus actus præscribunt. Pro spiritualibus namque quibusdam excipiendis, alii sunt notarii, qui dicuntur apostolici, qui procurationes ad renuntiandum, & de aliis in curia Romana faciendis acta conficiunt, & fidem adhibent actus eius muneris circa spiritualia. Sunt & notarii capitulorum & academiarum qui Secretarii dicuntur, in institutione eius officii fidei fadiendæ auctoritate donati.

¶ Notarii † persona, quamuis de idoneis huic muneri deli- 14
genda fit, tamen vilis habetur, vtpote omnium seruitio & obsequio necessario exposita, *l. 2. rem pup. sal fore, P. l. non enim, de adop. P.* & vile eius officium dicitur, *glo. in l. vniuersos, de decur. lib. 10. C. vide Barb. in l. post cessionem, num. 4. de proba. & in rub. de fide instru. Bal. in c. Messana, de elect. in. Guido Pap. sing. 34. 139. 280. 624.* vt etiā Notarii munus suscipiens perdat priuilegium officii, *l. 2. de tabular. lib. 10. C.* Nec Notarii possunt esse Decuriones, *l. vniuersos, de decur. lib. 11. C.* Prohibitum & Ecclesiasticis ne tabellionatus laici munus exerceant, *e. sicut, ne cler. vel mon. secul. negot. se immisc. officium, de hor. in 6. Spec. in ti. de sta. monach.* Interdictū & Procuratoribus curiarum supremarum, ne munus hoc exerceant. Num autem spurius possit esse tabellio vel notarius, tractat Ioan. Lupus in c. per vestras, de don. inter vir. & vx. C. Constitutio porro Car. 9. Aureliæ decreta, art. 82. statuit notariatus officium dandum maioribus 25. ann. tantum. cum attestatione ea de re facta Cancellario magno, & de probis moribus, & rerum experientia eorundem.

¶ Apostolici † quoque notarii tales esse debent, qui ab E- 15
piscopis aut Archiepiscopis vel officialibus, seu vicariis eorundem examinari, si sufficientes per se huic muneri & idonei inueniantur, iuramentum fidei in manibus eorum præbent. Eaq; de re codicillos testimoniales recipiant, quos describi curant regestis Episcoporum, Archiepiscoporum, & Senarchorum, secundum constitutionem Henrici 2. ann. 1550. *touchant les impetrations des benefices Ecclesiastiques.*

¶ Creantur † Notarii publici & authentici, tantum in Gallia 16
à Rege, sublata potestate concedendi officia notariatus Senarchis, aliisve Magistratibus, ex constitutione Philippi Pulcri, art. 20. Ludouici 12. an. 1512. art. 42. Francisci 1. *Des Notaires & Tabellions.* Apostolici creantur à summo tantum Pontifice. Sic exoleuit etiam potestas concessa iure cōmuni Magistratibus creādi sibi notarios, *vt in §. ex prouinciali. de defen. ciui. in Auth. Pan. & Felin. in c. cum P. Tabellio, de fid. instru. Oldr. consil. 85. incip. quis possit, c. quoniam conuenta, de probat.* habent tamen Magistratus per se, & in sua iurisdictione auctoritatem publicam, vt actus coram illis facti, & præscripti publicam habeant fidem, *l. fin. C. de magist. munic. l. 1. de offic. iurisd. Alex.* C. Sed hoc ratione potestatis publicæ, & iurisdictionis cōtentiosæ & maioris dignitatis, quam notariorum: neque etiam ipsi qui hoc habēt à Principe, aliis committere possunt, & ita nequeunt notarios publicos creare: nec ab alio, quā à Principe potest hoc munus impetrari. Ius enim publicū in solum Principem trāslatum est, & eius

ministe-

Digitized by Google

miniſterium, is autem ex arbitrio, prout que bonum ſibi videtur, diſtribuit ſingulis.

17 ¶ Et † proinde qui inſtrumentum tanquam notarius fecerit, cum tamen non ſit, reus mortis eſt, *l. eos, ad leg. Cor. de falſ. P. Bal. in l. dat. opera, in verſ. dubitatur de eo, C. qui accuſ. non poſ.* Quod intelligendum explicat Hippol. de Marſ. ſing. 55. ſi is, qui nunquam fuit tabellio creatus, conficit inſtrumentum tanquam tabellio: contra in eo, qui aliquando creatus, ſed poſtea eo funere priuatus fuit, qui tanquam tabellio faciens inſtrumentum non punitur pœna mortis. *Bal. in l. ſi quis, de aquæ. lib. 11. C.* quia hic iuuatur primordio veritatis, *arg. §. quæ vero, de non alien. reb. eccle.* ſed alia pœna tamen dignus eſt.

18 ¶ Notariis † leges, ſecundum quas præſcribere acta debeant & munere fungi, plures appoſitæ ſunt. In breui nãque ſeu imbreuiatura vel notis primis, vnde reductio fiat in mundum, eos obſeruare par eſt: vt nomina & cognomina contrahentium ſcribãt, quibus agnoſci poſſint qui contrahunt, *l. ad recognoſcendos, de ingen. C. l. 1, de mutu. nom. C.* Sed & iubetur ne contractus conſcribãt vel excipiãt, niſi cognouerint contrahentes, vel niſi ſufficiẽter edocti fuerint tales eſſe, quales dicuntur qui contrahunt, vel negotium gerunt. Idque ſanctiſſime conſtituit Lud. 12. an. Do. 1499. art. 66. Fieret enim aliter facile perſonarum ſuppoſitiones & impoſturæ, potiſſimum in teſtamentis conficiendis. 2. Debent eorum qui gerunt negotium, qualitates ſeu dignitates, vel officia exponere: num aduocati, mercatores, Magiſtratus, &c. nam ex iſtis contractuum validorum aut inutilium oriuntur periſtaſes: & ſi controuerſia de geſtis agitetur, mouent in diuerſas ſententias iudices, *Ias. de re iudic. Pal. medicus, de var. & extraor. cogn. P.* Item locum domicilij contrahentium apponere habent ex conſt. Eran. 1. an. 1539. art 67. 3. Scriptura debet eſſe ita plena, vt quid actum fuerit ſine dubio intelligatur, iuxta tit. De tabell. in authen. 4. Per eam exprimi debet, quid, quale, quantum, quis, & cui promittatur, *d. l. 2. de re iud. l. Paamo, de incen. rui. & naufra. l. vbi autem non apparet, de verb. obl. P.* quantitas pecuniæ, & ſpecies eiuſdem, aureæ, argenteæ, vel alterius generis, vt cauit Fran. 1. an. 1539. ar. 179. Iubet inſuper art. 179. Iubet inſuper art. 180. vt in contractib. venditionum, donationum, permutationum, & ſimilium rerum immobilium, adiiciant, num res nobiles ſint, vel clientelares, & ſub cuius dominij cenſu ſit, & quantum cenſus nomine præſtet. Prohibet etiam notariis Lud. 12. in conſt. ann 1512. art. 65. ne contractus vſurarios recipiant, indicta pœna ſi fecerint mulctæ arbitrariæ & priuationis officij. Item de rebus quæ prohibentur venire in contractum, contra prohibitionem legum conficere actus non debent: imminet enim ſi fecerint, & damnũ & pœna corporalis, vt in iubemus nulli. 14. §. iis tabellionib., de ſacroſan. eccl. C. l. 2. de eunuch. lib. 4. C. tit. 42. l. 1. vt nemo ad ſuum patroc. ſuſc. ruſti. lib. 11. C. §. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. & §. illo. & §. callidis, de prohib. feud. alien. per Feder. in vſib. feud. Et 5. cauſſa conuentionis, ſine qua contractus non eſt efficax *l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla, de pact. P. l. 2. §. circa, de dol. except. P.* 6. Si agatur de mutuo, dies ſolutionis faciendæ, & locus adiici debet. 7. Annus, menſis, & dies, quo actus ſit, perſcribi debet, *§. ſi. de tabell. in auth.* Et ex recenter hoc anno 1580 publicata Bleſenſi conſtitutione debet adiici hora ante vel poſt meridiẽ. & locus vbi fit actus. 8. Iubetur, vt ſubſcribant illam notam teſtes, duo ſaltem qui adfuerint: & ſi non norint literas, ſubnotent aliquo ſigno, cum inſertione à notario in actu facta, quod non nouerint literas, vel ſe ſubſcribere, & quod ideo ſubnotarint tantum, *in conſt. Aurel. art. 84.*

¶ Ita & † 9. notarij debent per ſe ſcribere, complere & ſubſignare, *§. 1. de tabellion. in auth. l. hæc conſultiſſima, de teſtam. l. contractus, de fid. inſtr. C.* 10. Statuit Franc. 1 conſtit. ann. 1539. art. 17. & 174. vt notarij conficiant libros regeſtorum & protocollorum, in quibus ordine deſcribant & inſerant ſummaria illa ſeu minuta actuum receptorum in extenſo cum ſigno vel ſubſcriptione notarij, *idem in §. fin. de tabellion.* Veratur autem inibi art. 177. ne notarij ſeu tabelliones, illa regeſta ſeu protocolla propalent, vel oſtendant in illis ſcripta aliis quam contrahentibus, vel heredibus eorum, vel iis quorum intereſt: niſi à iudice mandatum ſit. Quando autem alicuius intereſſe dicatur diſpicere rationes vel inſtrumenta aliorum, docebit Vlp. *in l. ſi quis. §. pertinere, de eden. P.* Sed & eod. art. 178. ſtatutum, ne notarij pluries quam ſemel inſtrumenti copiam edant, niſi à iudice cauſſa cognita & parte vocata dictum fuerit, *vide quid tradat hac de re Manſuer. tit. de lite. notis & notatis, §. item aduertendum, §. 17. in praxi*, quod & ius ſcriptum decreuerat, *l. ſi quis ex argentariis, §. prætor ait, & fin. de eden. P. & ibi Bar. Maſuer. in rubric. de liter. notandis, §. item poſtquam, num. 4. Spec. in tit. de inſtru. edit. §. poſtquam, verſic. quid ſi ſolum.* Nullo tamen modo tenentur inſtrumentum edere, quod fuerit cancellatum tanquam inutile & nullum, *Iacob. Rebuf. in l. Labeo, in 1. lectu. in fin. de pact. P.*

¶ Subinde pro forma authentica, iure cautum eſt, nõ prius authenticum dici inſtrumentum, quam in mundum reductum ſit, & perfecte extenſum, *iuxta l. contractum, de fid. inſtru.* Nec habere iure poterat exſecutionem paratam, niſi in inſtrumentũ publicum reducatur, & ſigillo muniatur regio, vel alio authẽtico. *Rebuff. in 3. par. prax. benef. in tit. de breui apoſtolico, nu. 14. vide DD. in c. 1. de fide inſtru. gl. in l. generali. de tabul. lib. 10. C.* Quæ autem in inſtrumenti forma publica requirantur, ſeu vt loquuntur, in ingroſſatione, *tradit gl. in l. generali, ad ver. ſeruatur, de tabel. lib. 10. C. Panor. in c. 1. ae fid. inſtrum. vide & Spec. in tit. de inſtru. edi. Bar. in l. ſi quis. §. ſi inſtrum. de eden. vbi tandem & concludit inſpiciendã eſſe loca, in eo conſ. viae & gl. in c. vt circa, in ver. publico cum gl. ſeq. de elect. in 6.* Conſtitutum tamen inuenio in comitiis Aurel. habitis art. 84. *& hoc iuri conſonam notat Maſuer. in prox. tit. de liter. not. & nota. §. item danda eſt fides, §. 19. & 20.* Notarios cogi edere contractus contrahentibus & aliis quibus ius eſt petendi; ſub breui ſcriptura, & non in forma vere authentica inſtrumenti, ſubſcripta tamen & ſignata per ipſos: eaque breuia tantæ eſſe autoritatis & fidei ac inſtrumenta authentica antiquata; idque vt parcatur ſumtibus ſuperfluis.

¶ † Sed & hic debent diſtingui loca cuius fuerint notarii, ſi- 22
quidem fuerunt tantum certis prouinciis & locis & municipiis adſcripti & deſignati, qui ſuo intra illos fines tantum munere fungerentur, non poſſent alibi conſcribere authenticas pactiones, tanquam extra territorium, vt notat Pau. Caſtr. *in conſ. 226. 2. vol. arg. l. in agru, de acq. rer. dom. C.* & ita ex tempore iudicatum in ſenatu Tholoſano. 6. Maii, 1566. dum ageretur de cauſſa notariorum loci de Conchis, quibus quia conſcripti erant ſuo loco, & reducti ad certum numerum, curia iniunxit vt abſtinerent à vicinis locis & intra ſuos limites ſe continerent. Ceterum, vt ait Imbertus, *lib. 1. Inſtit. forenſ.* licet inſtrumentum extra tabellionum iuriſdictionis territorium ſit confectum, mandari tamen poteſt exſecutioni intra illius territorii metas: nam & in conſuetudinem veniſſe refert. Fel. *ad cap. cum P. Tabellio, de fid. inſtru.* vt inſtrumentum extra territorium notarii poſſint conficere, ac id nuſquam non gentium vires habeat, cum id ſponteneæ ſit iuriſdictionis, vt etiam tradit idem Pau. Caſt. *in l. fin. de tempor. in integ. reſt. C.* Et hoc etiam Pictonum ſtatuto municipali cautum eſt. Ita proculdubio, qui generaliter notarius nulli adſcriptus loco creatus eſt à Rege, Principe, Imperatore, ſeu ſummo Pontifice, vbique in ditione & imperio creantis poterit inſtrumenta conficere, vt ait Ægidius Bellame. *conſ. 42.* Sicut & qui adſcripti ſunt collegio notariorum Pariſiorum, Montiſpeſſuli, & Aurelię. *§. 368 in conſt. Aurelian.*

¶ † Fines & rationes harum perſonarum publicarum notariorum, accedunt ad rationes Amanuenſium & ſcribarum publicorum, de quibus ſuperiori capite actum eſt. Nam & hi notarii genus non mutant ſcribarum, ſed ſpeciem eius conſtituunt. Et præcipuus finis erit probatio certa, quæ fidem ſine dubio geſtorum faciat. Et magis ſtatur fidei notarii, quam apparitoris contrarium referentis. *Cyn. in l. ſi quis decurr. C. de ſal. Maſuer. tit. de lit. not. s, & notatis, §. fin.* 23

¶ † Vt non immerito dubitatum fuerit, niſi notarius poſſit emendare, in quo dicit ſe erraſſe. Et certe, fide incongrua latinitate agatur, licet: neque ideo ſcriptura in veritate vitiatur *Io. Fab. in l. ſi in nomine, C. de teſt. videt. ex parte, de fid. inſtru. l. errore; & l. antiquitate, eo.* C. quamuis reſponſum ſit, falſam latinitatem vitiare reſcripta ſummi Pontificis, *t. ad audientiam, de reſcri.* Et actorum verba emendare, tenore ſententię perſeuerante, non eſt prohibitum, *Herm. in l. actorum, 46. de re iudic. P.* Licet & addere in extenſo clauſulas communes, quę ſunt de natura contractus vel actus: alię autem additiones vel diminutiones nõ permittuntur, niſi vocatis partibus quarum intereſt. Eaque de cauſſa iubetur notariis, vt mentem prius intelligant eorum, qui actum gerunt, deinde perſcribant, & ſcripta præſentibus gerentibus & teſtibus legant, & recenſeant, & interrogent vtrumne ita contraxerint: an addere vel ſubtrahere quippiam ex recenſitis velint, *à Peſtille du chaſtellet de Paris, ca. de notariis, art. 7. & 8.* quia concluſo negotio neque notarius ipſe, neque alter ex contrahentibus altero inuito vel inſcio, quippiam alterare, minuere, vel addere poteſt, *l. iuuita, l. ſicut, C. de act. l. in commodato, §. ſicut, commod. P. reg. iur. mutare conſilium.* 24

¶ † Quinimo ſi raſuræ ſint appoſitæ in loco ſuſpecto, illæ 25
etiam in ingroſſato fidem vacillare faciunt, *l. iubemus. C. de probat. §. 1. de fid. inſtru. & caut. in Auth. Cyn. in l. fin. de edict. diui Adria. tol.* Ceterum ſi latius videre deſideres, quæ reddunt raſuram non ſuſpectam, & de materia raſurę, conſule Panorm. *in c. ex literis, de fide inſtru. cui accedit l. fin. de edict. diui Adr. tol. C.* Et quando raſura dicatur eſſe in loco ſuſpecto, idem Panor. docet *in c. inter dilectos, de fide inſtrum.* Et an certificatio notarii tollat ſuſpicionem, docet *in c. cum venerabilis, de religio. domi.* Et raſura in loco ſuſpecto præſumatur facta ab officiali, vel à parte ſeu aduerſario, idem *c. ſi. de crim. fal.*

¶ † Conſtitutio Caroli 9. in comitiis Aureliæ edita, pluribus 26
dubiis obuiam iuit, quæ ex notariorum præſcriptionibus oriri poſſent, cum art. 84. ſtatuit, *hoc etiam fuerat ſtatutum in conſtitut. Ludo. 12. art. 66. in primo publicatis. & in l. ſi quis ex argentariis, §. 1. de eden. P. §. ſed etſi inſtrumenta publica, de inſtru. fide. & caut. in auth.* vt notarii curẽt inſtrumẽta ſeu notas & protocolla ſua ſignari à contrahentibus, & teſtibus alioquin nullo actu declarato. Quo fit, vt dubiũ tollatur de teſtibus, quibus creditur minus ſcriptum fuiſſe quam dictũ aſſerentibus, etiam ſi vnus ſit qui id dicat, qui tamen referatur in inſtrumento præſens fuiſſe *l. in fide*

Digitized by Google

quemadm. teſt. aper. P. Nam ſi extra teſtes qui ſcripti fuerint in inſtrumento, is qui hoc aſſerit, fuerit. non facit vacillare fidem ſtrumenti: vel ſi ſcriptus is quidem ſit, ſed dicat ſe non recordari, *l. iuriſiurandi, C. de teſtib. c. cum Ioanes Eremita, eod. tit. vide Io. Fab. in l. exercendis, C. de fid. inſtru.* Quæ omnia non obtinere mihi videntur, quando ſubſcripti teſtes ſunt: niſi & illi forſan cauſſam dicerent, cur inter contrahentes placuerit, ne quod conuentum eſt, præſcriberetur omnino. Nam tunc, ſi conuenientia ſint teſtimonia, tanquam de rebus extra actum in ſcripturam redactum, ſi aliunde non reprobentur, admitti ad probationem poſſent.

27 ¶ † Subinde quia contrahentes ſe ſubſcribunt vel ſubſignant, videtur indubitatæ fidei protocollum, dum accedit illi notarii ſubſcriptio. Et ſi dubitetur de ingroſſatione vel exemplario authentico, ad protocollum perueniendum eſt, vnde ſumtum fuit inſtrumentum, *Authen. ſi quis in aliquo, C. de eden.* Verumtamen ſi ante expeditionem inſtrumenti ſubſcripti à notario, moriatur notarius, abbreuiatura ipſius nō facit fidē in iudicio, vt ex ea ſequatur effectus propter clauſulas, quæ extendi debent à perito notario.

28 ¶ † Et ideo debent prius in mundum redigi per alium notarium ex mandato iudicis, *iuxta c. cum P. Tabellio, de fid. inſtru.* vbi Felinus tractat hanc materiam per 15. quæſt. Obſeruatur autem in illa tranſcriptione per alium notarium facienda, 1. vt poſtulet pars, vel aliquis à iudice fieri illam deſcriptionem, vel inſtrumenti editionem cuipiam committi, 2. vt ſtatuat id iudex. 3. vt notarius ad id delegatus exſequatur, idque 4. fideliter. & 5. vt in formam publicam reducat, *d. c. cum P. Trebellio, de fid. inſtrum. 6.* Vocentur in deſcriptione vel exhibitione protocollorum, quorum intereſt, *c. chartæ, 3. q. 9. c. cum dilecta, de confir. vti. vel inu.* aliter enim ingreſſata non faciunt fidem, vt ait Guido Pap. *deciſ. 2.* qui tamen addit ſemper poſtremum requiſitum non exigi: vt ſi curia vel iudex alicui notario, vt nunc fit ex cōſtitutione, ingroſſanda vel expedienda generaliter protocolla mortui, etſi non agatur de inſtrumento debiti. Niſi in hoc caſu quæſtio ſit de inſtrumento alias ingroſſato, quod etiam notarius ſi viueret, non poſſet rurſum edere parte non vocata: vt idipſum quoque in eo, cui commiſſa eſt ingroſſatio ſeruandum ſit. Remanebit nihilominus in omnibus poteſtas & facultas aduerſario, contra quem editur inſtrumentum, arguendi ipſum de falſo, vel de alia omiſſione, vel aliis exceptionibus vtendi, *Pau. Caſt. conſ. 195. incip. viſis, ver. ſed in illa, in 2. parte conſil.* Interim tamen per ſe fidem faciet liber protocollorum, *§. oportet, de inſtr. fid. & cau. in auth. l. fin. circa in medium, de aſſeſſ.* Bar. *in l. contractus, de fid. inſtru. C.* vt ait Innocen. *in c. 1. de procurat.* Et diſputat Guido Pap. *conſil. 48. incip. circa definitionem:* ſi modo imbreuiatura ſit extenſa, & ſit talis qualem requirit conſtitutio regia, *Gui. Pap. q. 19. Bal. ſuper rub. de fid. inſtr. C.* vt editio tantum requiratur. Quę tamen poſt mortem notarij, ex ſtylo curiarum, non poteſt fieri, niſi præcepto iudicis etiam per heredem notarij, quanquam de iure communi heredi permittatur, vt ait Panorm. *in d. ca. cum P. Trebellio.*

DE ORDINE IVDICIORVM LIBER XLVIII.

De ordinatione iudiciorum in genere.

Cap. I.

1 *Libri 48. ad ſuperiores continuatio.*
2 *Ordo iudiciorum quid, eius diuiſio, & qualis in Gallia ſeruetur, num. 3.*
4 *Ordo quis ſeruandus ſecundum auctoritatem præſcribentis.*
5 *Ordinis iudiciorum tria præcipua capita, & num. 6. & 7.*
8 *Ordinis iudiciorum conſtituendi rationes.*

1 POſtquam † ſuperiori libro, de rebus iudiciorum, & de perſonis iudicum abunde, vt opinor, dictum eſt: exigit methodus, vt ad ordinem perueniamus, & veluti in praxin iudiciorum contemplationem adducamus. Siquidem, vt ait S. Pompeius Feſtus, *Ordiri eſt, rei principium facere: vnde & togæ vocantur exordita.* Sed & ordinare principio partes conuenientes & conſequentes addere.

2 ¶ † Ordo quippe eſt iudiciorum, rerum & negotiorum loco certo tempore & modo in lite gerendorum apta ſeries & diſpoſitio, cum contextu continuo. Cicero 1. *Offic.* definit ordinem eſſe *compoſitionem rerum aptis & accommodatis locis.*

3 ¶ † Et poſtea, *ordinem*, in qua intelligitur ordinis conſeruatio. Iudiciorum ordo duplex, ſubſtantialis, & non ſubſtantialis. Subſtantialis ille, qui omiſſus vitiat iudicium, *Anchar. conſ. 166. circa fin. Felin. in ca. 1. de let. conteſt. col. 4.* quia ſubſtantia, per quam res tantum eſſe & ſubſiſtere poteſt, non adeſt. Et ita prolata ſententia contra hunc ordinem iudiciorum non ſubſiſtit, *l. prolatam, de ſent. & interloc. omn. iud. C.* Quemadmodum in aliis, omiſſio ordinis neceſſarij vitiat actum, *l. 2. §. prius, de vulg. P. l. vt debitum, de here. actio.* vel ipſo iure, vel facto iudicis, *l. 11. cum ibi nota. C. de appellat.* Hic ſolemnitates maiores, & formulæ ſeu ſtylus curiarum, ſeruantur, quodque prius, quodve conſequenter, & vltimo loco mandatum eſt fieri. Non autem ſubſtantialis dicitur ordo ille, quo prætermiſſo ſuſtineri poteſt geſtum, & ſine quo iudicium legitime procedit: ad quem pertinent illæ priſcæ formulæ ſtyli cuiuſque curiæ, & quædam leues obſeruationes, & quæ ex cauſſarum neceſſitate omitti impune poſſunt, *l. 2. de for. imper. ſubl. C. c. dilecti, de ind.* quia veritate rei ſimpliciter inſpecta & probata, repudiamus iuris apices, *l. ſi fideiuſſor. §. quædam mand. P.* iuriſque ſubtilitates, *l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. P. l. ſunt perſonæ, 43. de relig. & ſum. fun. P.* Et Philippus Pulcer Rex Galliarum edixit, propter ineptitudinem libelli, vel ob iuris omiſſam ſolemnitatem, dummodo ex probatis de negotio conſtet, non eſſe prætermittendam vel differendam ſententiæ probationem. Diximus de his antea, dum egimus de iudicio ordinario vel extraordinario, *ſup. libr. 47. ca. 6.* Neque in Gallia iudices Iuriſconſultorum ordinem per omnia ſeruant, ſed rei veritate inſpecta ad examina cauſſæ perueniunt, *Guid. Pap. q. 58. Boer. ad §. 2. gloſſ. 1. de iuriſd. omn. iud. in conſue. ud. Biturig. Bened. in ca. Raymutius, ad ver. ſi abſque liberis, in ſubſtit. fideicommiſſaria.* Sic & accidentalis & voluntarius ordo, non ſubſtantialis dici poterit, quod adſit & abſit ſine actus corruptione, *vt in l. ambiguitatem, & l. præpoſteri, C. de teſtam.* qui interdum requiritur, & interdum non requiritur, *vt in l. vt gradatim, de muner. & honorib. l. honoris, in princ. de decurio. P. §. ordinatione, de monach. in Auth.* Vt ecce, in his quæ certam habent voluntatem, in inſtrumentis vel ſcripturis, non valde ordinē poſitionis exquirimus. *l. nec enim, 6. de ſolutio. l. 11. cum pater, 79. § fidei tuæ, de legat. 2. l. quidā, de pecul. leg. P.* contra in incertis, ad euitandam confuſionem, *l. generaliter, 24. §. ſi quis, de fideicom. libert. P. l. quoties, 41. in princip. de vſufruct. & quemad. quis vtat. P.* Atque in aliis, in quibus poſitio vel aliud inuoluit negotium, ordinem ſequimur & perpendimus, & deſideramus, *l. 2. §. prius, de vulga. P. l. cum vnus, de bon. auctor. iudic. poſſid. P. l. ſi finita, §. ſi plures, de dam. infect. P.* Et ita ſubſtantialis ordo ad confuſionem vitandam actuum, ſeruari debet neceſſario, *§. ſi quis autem non implens, de hered. & Falc. in Auth. c. ad petitionē Galteri, 22. de ac. cuſt.*

¶ † Habebitur autem ratio à quo fuerit præſcriptus obſeruandus ordo, an à lege generali, vel ab ſtylo, vel à iudice qui de cauſſa cognoſcit, & per ſententiā præſcribit. Nam ſeruandæ leges vi generales regni, *l. leges vt generales, & l. leges ſacratiſſimæ. C. de legib. l. cum iis, de tranſactio. P. l. à diuo Pio, §. in venditione, de re iudic.* magis ſtylus receptus, & proba conſuetudo localis, *ca. 1. de conſuet. in 6.* ſed fortius mandatum iudicis, *l. ſi prætor, de iudic. P. l. fin. ne quid in loc. publ. P.* cui conſilio adhibito ſic ordinem ſeruari quem propoſuit expedire viſum eſt. Eaque quæ mandantur ſecundum præſcriptum tenorem executioni demandanda ſunt, *l. diligenter, mand. P.* 4

¶ † Omnis ordo porro iudicialis in tria capita deducitur in vniuerſum, quorum primū docet principia & veluti preludia litis, & præparat viam conteſtationi legitimæ negotij principalis: & hoc caput in conteſtatione cauſſæ, vbi ſtatus cauſſæ exponitur, finem accipit: ante enim fiūt velitationes leues, & libelli exhibiti iudici præcedunt aliquando, vel inquiſitiones, & querimoniæ, ex quibus decernitur vocatio in ius, vt ſæpe in criminalibus accedit citatio, agiturq; in primis cōgreſſibus de ipſa vocatione, & num coram iudice competenti fiat, num competat exceptio vel præſcriptio fori, vel ratione iuriſdictionis nō idonei iudicis, ex cauſſa rerum controuerſarum, priuilegij perſonarum, vel domicilij earum, recuſationis iuſtæ iudicis: & de aliis exceptionibus mo- 5

rantibus

Digitized by Google

ta ntibus ingressum iudicij. Expenditur & contumacia, iuramentum calumniæ, & satisdatio: postea petitio fit rei principalis in iudicio, in auditorio, seu per oblationem libelli, ex quibus sequitur contestatio.

6 ¶ † Hac facta caput secundum ordinis dirigitur ad principale negotium, & statu causæ constituto, eoque dubio, examinantur exceptiones etiam, si quæ dilatoriæ vel peremtoriæ, interrogationes fiunt & responsiones, confessiones, negationes, iisque contrariis decernuntur probationes vtrinque, dantur ea de causa dilationes. Subinde eduntur ex præcepto iudicis factæ p obationes, & acta quæ negotio inseruiunt, concluditur totum negotium, & quiescunt litigantes, eiurant se nihil velle amplius dicere vel cedere, & causam omnem iudicis sententiæ, vt instructam & paratam relinquunt. Et hactenus explicabitur Deo volente hoc lib. 48.

¶ †Tuncque caput secundum finitur, & incipiunt partes iudicis circa prolationem sententiæ, isque accurate omnia considerat: & primum ex causa agentium, defendentium, & personarum,
5 quæ negotia tractarunt, & eorum, qui pro his litibus, se immiscuerunt, ité fori & causæ exceptiones. Et postremo loco, quod etiam, si Deus voluerit, absoluemus l. b. 50. consulat, interdum refert ad principem ipse, interdum & litigantes supplicant principi, interdum pro sententia dicenda declarat sibi non liquere, aut interlocutoriam vel diffinitiuam sententiam conficit & profert, absoluit, vel condemnat. His aliquando acquiescunt contendentes, sæpius autem prouocant ad maius tribunal, in quo si
8 appellatio alia non liceat, res fit iudicata, sequitur exsecutio, litis & iudiciorum finis.

¶ † Ita suo marte & legitimo tramite hæc misera ciuilis belli œconomia, suis gradibus disposita & absoluta remanet. Sic enim teterrimæ necessitatis leges compulerunt, etiam in inordinata hominum contentione ordinem quærere, ne ex vna contentione infinitæ oriantur. Neque enim, vt ait Car. 7. rex Gallorum, art. 1. suarum constitutionum, regnum posset perseuerare vel stabiliri sine iustitiæ probo ordine. Nihil enim inordinatum fieri debet, vt ait Iustinianus, §. *si quis autem non implens vers. inordinatum, de hered. & Falc. in Auth.* siue de ciuilibus, siue de criminalibus agamus, *c. qualiter & quando, §. pen. & fin. de accus.*

De citatione, seu vocatione in ius.

Cap. 2.

1 *Citatio primus actus iudicialis.*
2 *In ius vocatio quid est.*
3 *Adiournement, quid sit disputatur, & num. 4.*
5 *Citatio quot modis fiat, & nu. 6. 7. 8. & 10.*
9 *Citatio quæ dicatur re ipsa fieri.*
11 *Sententia non valet contra non vocatum, pro eo valet.*
12 *Prehensio personæ non datur pro ciuili causa.*
13 *Vocatio in ius fit vel per apparitores, vel per iudicem, & num. 14.*
15 *Citatio, qua forma fieri debet, & nu. 6. & 17.*
18 *Domicilium citationis faciendæ causa quale legitimum dicatur.*
19 *Præco quomodo vocet in ius, & vbi.*
20 *Adiornamentum debet esse libellatum, excepto vadimonio.*
21 *Citatio die feriata an fieri, & ad diem feriatam possit, & num. 23.*
22 *Citatio ad diem & locum certum fieri debet.*
24 *Condictio in ius quomodo olim fieret.*
25 *Vocationis in ius finis, & rationes, & nu. 26.*
27 *Iudicio nemo sisti debet, nisi ipsius iudicis.*
28 *Iniuditus damnandus non est, quantumuis malus.*

1 PRimus qui fit in iudicio actus à vocatione incipit, §. *omnium, de pœn. tem. litig. apud Iustin. l. 1. de exsecut. rei iudic. C.* etiamsi agatur de quæstionibus seu controuersiis summarie & de plano decidendis, *Clem. sæpe & citationem de verb. sig. c. quoniam contra, ibi citationes, & c. de proba.* Quia libellus qui offertur interdum iudici, aut inquisitio criminum, ex cuius inspectione prehensio vel vadimonium, vel citatio decernuntur à iudice, non dicuntur esse actus iudiciorum, vel ex processu, vt loquuntur, *l. libertus aduersus, in 2. de in ius voc. P.* Vt nó mirum, si per libellum aditi feriatis dieb. possit iudex, *l. miles. 11. §. sexagintà, de adul. P.* iustitio exsistére, & quo tempore lis agitari, vel iudiciũ, vel vocatio no potest, *gl. & interp. in c. fi. de iudic. & in l. 1. defer. in P.*

¶ †In ius vocare, est citare, iuris experiundi causa ad iudicem
3 vocare, *l. 1. de in ius voc. P. §. fin. de pœn. tem. litig. l. 1. §. eum quoque, de eden. P.* Putat Goueanus *lib. 1. lectionum var. iuris, c. 48.* in ius vocare non esse, id quod nos dicimus *adiorner*, sed in ius ad Magistratũ manu ducere: primo, ex Terentio, dum ait, *in ius ambula*: ex Plauto, *in ius rapiam te.* Secundo, ex *l. 2. de in ius voc. P.* vbi Pontifex dum sacra facit, isq; qui propter religionẽ loci inde se mouere non possit, qui in causa publica equo trã suehitur, qui vxorem ducit, vel familiare funus, & similes, vocari in ius non possunt: quia ire nó possunt. Tertio probat, ex eo quod Prætor proposuerit, tit. *ne quis eum qui in ius voc. est, vi eximat.* Et tit. *In ius vocati eant.* Quin eximere, est vi de manu auferre. Et quarto, quod recenseat Val. Max. l. b. 2. de institutis antiquis, mulieris in ius vocatæ corpus tangere licitum non fuisse. Hæc Goueanus. Cui tamen non adstipuler, cum inter manuductionem seu prehensionem & vocationem, valde interesse doceat Gell. *libr. 13. c. 12. Labeo*, inquit, *Antistium à Tribuno pleb. per vrat. rem vocatus vt veniret, & mulieri cuidam respondere iussit eum, qui missus erat redire. & Tribunis dicere, ius eos non habere se neque quenquam alium vocandi: cum moribus maiorum, Tribunis plebis prehensionem haberent: vocationem non haberent. Per quæ igitur eos se prehendi & venire subere, sed vocandi absentem ius non habere.* Addit & Gell. eos qui vocationem habent, & imperium & prehensionem habere sed non contra. Vnde constat vocationem quidem latius patere, quam constituat Goueanus, quia verba illa, *iuris experiundi causa vocare* pertinent & ad comprehensionem, & ad simpliciter vocatum. Vnde & in praxi *adiourner*, est etiam vocare, vel prehendere, vel vadimonium statuere, vt die certa iudicio quis se sistat, vel per se vel procuratorem, secundum negotij qualitatem. Et ita quod ait Goueanus, in ius vocare, esse interdum in ius rapere, fatendum est: sed non omnem vocationem, inde sequitur esse manuductionem: quia vocatio genus est, prehensio species, quamuis impropriè. Nam aliud est propriè vocare, aliud ducere. Iudicium quoque accipere non tantum quem per se, sed etiam per procuratorem posse, explorati iuris est, *l. recte defendi, 63. de iud. facit l. 3. & l. post litem, 17. de procurat. in P. cum simil.*

¶ † Atque responsum est, vocatum omnem in ius, non 7
statim venire debere: quod fieret tamen, si duceretur & raperetur in ius: sed datur dilatio vocato quædam ad componendos penates, antequam liti incumbat: & vt consulet, num velit defendere, vel liti cedere. Faque de causa vocationis libellus vocato editur, quo & causa & dies, qua defendere debet, continetur, *l. 1. de edend. P.* quod in praxi dicitur, *bailler exploict de l'adiournement, & bailler assignation à iour competant.* Et proinde propter hanc vocationem ad diem certam, mouerat quæstio de cõtumacia, quod quis vocatus die statam non venerit, *in l. si quis ex aliena, de iud. P.* dantur quoque excusationes, cur statò tempore venium non sit, *l. 1. 2. 3. & seq. si quis caut. iud. sisten. cau. fact. non obtem.* Recte ergo adiornamenta dicuntur vocationes in ius ad certam & statam diem. Diem enim Galli vocant *iour*, non Tholosani *iom*, quemadmodum & Hebræi יום, *iom*. vocant & iuta Pontificia citationes, *c. quoniam contra, de probatio. cum simil.*

¶ † Citare etiam apud bonos auctores, est vocare: vt apud 4
Ciceronem 1. Verrina, *Citare reum, non respondit: citat accusatorem,* &c. Et iterũ pro Cluentio, *Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum, vt re semel atque iterum prædicata, condemnatus in iudicium venerit.* Et alibi passim. Neque admiserim, citationem ad vocem præconis tantum referri, nisi & vocem illam intelligamus, quãdo apparitor vocat, & diem dicit vocato priuatim sistendi vel defendendi. Itaque vocatio seu citatio, genus erit, habens species ex modo vocandi discretas.

¶ † Nam quidam vocantur viua voce, quidam per edictum 5
seu literas aut codicillos, per nuntium, ita vel per epistolam, vt ait *l. sed & interpellatur. 64. §. 1. de recep. arb.* P. quidam reipsa. Viua voce vocatio fit, vel priuatim, vel publicè: priuatim, quando apparitor deprehenso seu inuento vocando, vel in propria domo, vel alibi, diem dicit & vocat in ius, *l. 4. §. Prætor ait, de dam. inf. P.* interdum sola viua voce, si stylus & consuetudo sit, vt sine literis mandato iudicis apparitores possint vocare. Item si præsentes inueniuntur in iudicio, qui necessarii sunt controuersiæ decidendæ, non aliter vocantur, quam viua voce iudicis, qui iubet vt respondeant, vel adsint certa die iudicio responsuri, vel suam causam defensuri, *Auth. si minor ab hæ. fe abst.* data dilatione perentibus ad iustruendam responsionem vel litem, ad quam vocantur, *Anton. Butrig. ad c. fin. de iud. Bar. Bal. & Ang. ad l. 1. de in ius voc. P.* Neque enim alia vocatione eget, qui præsens inuenitur, cum finis citationis sit comparere. Et ideo cum præsente etiam non vocato aliter, qui defendit, valet iudicium, & perinde habetur, ac si vocatus fuisset. *d. Auth. si omnes.*

¶ † Publicè per vocem præconis fit solemnis vocatio, per edi- 6
ctum peremtorium, *Auth. qui semel, & l. tres, C. quom. & quand. iud. l. diuus, de inte. rest. P. l. fin. Cod. de fer.* quod vocamus in praxi, *adiornement à tres briefs iours.* Peremtorium edictum dicitur, ad quod peruenitur ordine: vt initio quis petat post absentiam aduersarij, edictum primum: mox, alterum per interuallum nõ minus decem dierum, & tertium: quibus propositis, peremtorium impetret. Quod inde hoc nomen sumsit, quod perimeret disceptationem, *l. ad peremtorium, 68. cum duabus seq. de iud. P.* In peremtorio comminatur absenti is, qui edictum edit. etiam absente vocata parte cognituram se & pronuntiaturum, *l. in peremtorio, 71. eod. tit.* Ita & post edictum peremtorium impetratum, cum dies eius superuenerit, & absens citari debet, & siue respõderit, siue non respondent, agetur causa, & pronuntiabitur: nó vtique secundum præsentẽ, sed interdum vel absens, si bonam causam habuerit, vincet. Quod si is qui edictum peremtorium impetrauit, absit die cognitionis: is vero aduersus quẽ impetratum sit, adsit, tunc circumducendũ erit edictum peremtorium,

Digitized by Google

ceteraque deinceps exsequenda, quæ tradit Vlp. *in l. & post edictum, 73. de iudic. in P.* Admonet tamen idem, *in l. nonnunquam, 72. eod.* quando dentur, & nũ tria edicta præcedere semper debeant peremtotiũ. *Nonnunquam autem*, inquit, *hoc edictum*, scilicet peremtorium, *post tot*, videlicét tria, *numero edicta, siue præcesserint, dantur: nonnunquam post vnum vel alterum, nonnunquam statim, quod appellatur vnum pro omnibus. Hoc autem æstimare oportet eum, qui ius dicit, pro conditione causſæ, vel personæ, vel temporis, & in ordinem edictorum vel compendium moderari.* Ex const. Nouella Iustiniani, hodie adiicitur non tantum decem dierum interuallum, vt olim, sed & triginta. *§. omnem vero causſarum finem, vers. si vero causſam persequi distulerit, de litig. in Auth. Exſtat hac de re constitutio Eman. Conneni, Caſ. 13. tit.* περὶ μετακλήσεως τῶν δικῶν. *de vocat. absentium, lib. 1. iuris Oriental.*

7 ¶ † Secundo citatio seu vocatio per edictum fit, quando edicta vocationis scripto comprehensa pro rostris figuntur, seu, vt cum vulgo loquar, in loco publico, vel domo ex qua quis euocandus est, literæ, citationisque expleta affiguntur, *l. 1. §. præsides, de req. reis, P.* vel exempla porriguntur alicui ex domesticis eius qui vocatur, vel vicino proximo, *l. 1. de lib. agnoscend. P.*

8 ¶ † Sic enim traditum est, denuntiationẽ ad domum fieri debere, si in persona quis non possit comprehendi, *a. l. 1. §. permittit, eod.* saltemque primam citationem cuiusque negotij ad domum fieri oportere, *§. si vero, de exhiben. reis, in Authent.* & vt frequentius, cum mandatis seu literis iudicis, sine quibus nullus vocari debet, *§. final. C. eod.* Ideo apparitor, qui non inuenit in domicilio vocandum, debet & mandati & vocationis exsecutæ exemplar domesticis relinquere, vel domus vocati valuis affigere, adiectis testibus, qui adfuerint, cum quibus mandata se expleuisse refert. Creditur autem relationi apparitoris, vt affertioni iudicis, *l. aries cautionis, §. Prætor ait, de dam. infect.* P. Sed hodie in Gallia minime creditur, nisi testes adhibiti sint, cum explere non possit vel exsequi mandata apparitor sine testibus, qui recordẽtur, si opus erit, se interfuisse relatis, *ex constitut. Aureliacen. art. 93.* Quod & in titul. 1. legis Salicæ, cautum est, §. 3 dum dicitur *manuitionem*, vt vocat vocationẽ, *in ius per manuentes fieri debere ad domum manuiti, cum testibus: & eum manuire debere, aut vxorem eius, aut aliquem de familia, qui ei possit notum facere, demto eo, qui in ambasciata, seu legatione principis est, qui manuiri non potest.* Nec sufficit in relatione expletorum dixisse apparitorem, se exsecutum fuisse, vel vocasse quempiam, præsentibus vicinis, nisi & in individuo nomina & cognomina adiiciantur, saltem duorum præsentium, vt dictum fuit placito curiæ supremæ Parisiorum, 6. Martij, 1542. *Pap. lib. 1. rapsod. arest. tit. 4. arest. 7.*

9 ¶ † Tertio, citatio seu vocatio, quamuis improprie, dicitur reipsa fieri, per captionem seu prehensionem, *Accurs. in l. consentaneum, C. quom. & quand. iud.* cuius species est vadimonium, vel manuductio, vocant *adiournement personnel, main mise.*

10 ¶ † Addi potest alia vocationis species, quæ per tubam, vel sonitum campanæ fit: quando vocanda est vniuersitas in locum consilij, *gl. & Bar. in l. de decur. lib. 11. C.* vel capitulum conuocandum. *gl. in c. si capitulo, de concess. præb. in 6. ad verb. facta. gl. & Clem. 2. de sen. excom. est tex. & ibi Panor. in c. in causſis, de elect. in 6.* Et hoc est munus vnum sonitus campanæ. De aliis videbis Io. And. & Pan. *in c. 1, de offic. custo.*

11 ¶ † Vocatio in ius habet causſam materialem, lites: iuris enim experiundi causſa fit. Nam de omnibus causſis, in quibus procediturr etiam sine strepitu & figura iudicij, sine creatione sententia lata valet pro absente non citato, *Alex. in l. furioso, col. 2. de re iud. Bart. ad extrauag. quomodo proced. sit in crim. læsæ maiest. in Ver. & figura, post lib. feu.* in aliis non valet, sed vocandi sunt, quorum interest, *in l. de vnoquoque, de re iudic. P. l. nam ita diuus, de adopt. l. si quando, & ibi Bal. de testib. C.* & qui, si præsentes essent, contradicere possent, & actum iudicialem impedire, non aliter, *Al. x. in l. recusare, in prin. ad Trebel. l. 4. §. 1. de fideicom. lib. Paul. Cast. conſ. 34. vol. 2.*

12 ¶ † Pro pecuniaria causſa & ciuili, non facile datur prehensionis decretum, vel vadimonium, *l. nemo. de exact. tribu.* sed pro criminali causſa. *c. 1. de iud. in 6.* Et regulariter, nemo de domo sua inuitus extrahi debet, vt in ius veniat, *l. nemo, de reg. iur. P. l. plerique, 18. de in ius voc. P. ratio in l. satisque pœnæ, 19. eod. tit.* neque agere quisquam, vel defendere cogitur, vt habetur in tit. & rub. *vt nemo invit. age. vel accus. coga. lib. 3. C. tit. 7.* Si tamen incidat in criminalem ciuilis prehensio decernitur, vt pro contumacia, *l. consentaneum, C. quom. & quand. iud. §. si vero etiam, de exhib. reis, in auth.* si nolit condemnationẽ soluere, *l. 1. C. qui bon. ced. poss.* ordine exsecutionis seruato, si debitor fugiat, *l. à diuo Pio, §. in venditione. de re iud. P. melius l. cum eo, ad l. Iul. pec.* P. iubetur vocatio à iudice.

13 ¶ † Fit autem vt plerumque per apparitores, vel nuntios, *l. ait prætor. §. si debitorem, quæ in fraud. cred. P.* cum mandatis iudicis vt dixi. Et de apparitoribus legitimis, videbis quæ dixi lib. 47. cap. 40. Ipse & interdum iudex statuit diẽ litigandi præsenti, vt adsit. Alius priuatus, nisi habeat apparitoris officium, hodie non citat: explicat tamen vocato, iudicis iussum actuarius causſæ.

10 ¶ † In appellationibus factis à Paribus Franciæ, Rex consueuit adiornare per literas suas, quę mandantur eis præsentari per Bailliuum regium vel seruientem ab eo commissum. Similiter scripto iure, viri clarissimi vocantur de mandato Imperatoris, & non aliter, per l. quoties, C. de dignit. lib. 12. Masuer. in prax. tit. de adiornamentis, §. item in appel. &c.

¶ † Forma obseruata in communi citatione, vt primo mandata intercedant iudicis, *l. 1. §. sed & interpellatur, §. 1. de recep. arb. P.* vel speciale de certis vocãdis, quale nunc requiritur, *l. neminem, C. de exhib. reis, §. si quis vero plures. de her. & falc. in Auth.* vel generale, vt in locis iurisdictionis dominorum inferiorum, vbi agantur causſæ leuioris ponderis, quæ summarie & de plano, & sine sumtibus subditorũ expediri debent, in quibus Baiulus domini, seu *le Baille.* videtur habere mandatum generale de vocandis litigãtibus ad iudicem loci, si quando iudex etiam sine scriptis iubeat vt notat Masuer. tit. de adiornamen. *§. 2. facit l. fin. iunct. gl. de iud. P. Auth. nisi breues, de sent. ex brevi. recit. C.*

¶ † Prohibet Caroli 8. const. art. 101. vadimonium non dari, & vt dicunt, non decerni adiornamẽtum personale, ex requisitione aduocatorum vel procuratorum fisci, sine præcedente decreto iudicis: & ne ipsum decretum iudicis, ea de re fiat sine præcedentibus eisque perspectis iudici inquisitionibus, multo magis idipsum de prehensione statuendum erit. 16

¶ † Cum constiterit de mandato, *c. cum iure peritus, de off. deleg.* 17 igitur non ante vocare debet apparitor, & secundum eius formam & iussa, *docet Masuer. in prax. tit. de adiorn. §. 7. incip. item & super forma, l. 1. §. si quis ita, de verb. obl. & ibi Bart. & in l. si quis pro eo. de fi. ejuss. P. l. diligenter, mand.* & debet cõuenire ipsum vocandum, si possit in persona inueniri: si vero nõ inuenerit, si diligẽter per quos fieri potest in loco domicilii vocare, & referre in expletis se nõ inuenisse, & ideo eum citasse in domicilio: & sic obseruari tradit Masuer. *vbi sup. §. 9. item sciendum est, facit c. Lecta matrim. accus. post. ca. causſam quæ, de aol. & contum. DD. in l. 4. §. ut ties. & §. quod ait prætor, ae dam. inf. in l. 1. §. 1. de lib. agnos. l. seruet portet, ac excus. tut. P.* Diligentia porro personam indagandi sit tantum in initio institutionis causſæ, cum primum vocatur quis in iudicium: postquam enim cœpit intentari lis, sufficiet facta in domicilio citatio simpliciter, *Masuer. vbi supr. §. 5. & 12.* Nam qui citatus postea litem non prosequitur, censetur esse in dolo & mala fide, *Auth. qui semel, quom. & quan. ind. C. facit c. causſam, de elect. apud Clem.*

¶ † Si plura aduocanda sunt domicilia, sufficit in præcipuo 18 fieri vocationẽ, aut in eo, in quo dum vocatur habitat, vel in alterutro æque principali. Imo sufficit in eo loco fieri, in quo reddere tenetur vocandus, etsi inibi non resideat, vt in loco beneficij seu ecclesiæ, *c. si duobus, de appell. c. ex tuæ, de cle. non resi. mam in c. si. de dol. & cont. g. in c. quoniam contra, §. porro, de prob. notail. heres absens, in princ. de iud.* Si agatur de iuribus dominicis, in loco castri vel domo destinata dominis eius castri, vt habetur in vio Parlamenti. tit. de adiornam. Si domus non sit, in palo vbi fidei proclamationes affigi, cum iniunctione facta procuratori domini loci, vt vocationẽ ei significet. Vocatur vxor in domicilio mariti, *Innoc. in c. si. de eo qui mit. in pos. causſa. rei seru.* Erro vero seu vagabundus, in loco consuetæ antea habitationis, vel per publicam proclamationem, vel edicto. *Bal. in l. si quando. 11. q. de testi. Cinus. conſ. 63. vol.* Et si pro re immobili vocetur, vocatio figitur in ipsa immobili. Vocatur collegium seu monasterium vnà cum prælato, in monasterio vel collegio, in persona Prioris si exstet, sin minus in persona eius, qui est de collegio, vel de conuentu, vel sit in capitulo cũ sonitu campanæ, *vide c. si capitulo, ac ibi præb. in 6. & ibi gl.* De vtroque Masuer. in d. tit. de adiorn. §. 8. Si mandentur vocari habitantes alicus pagi, sufficit vocare Consules, *l. 1. & ibi Bartol. de iure recip. l. b. 11. C.* nisi forsan mandentur vocari Consules & habitantes, nam tunc Consules & maior saltem pars habitantium debent vocari, *d. c. si capitulo. gloſſ. & Bart. l. non potest de reg. iur. l. in honorariis, §. fin. de act. P. l. collatione militi. c. fin. de maior. & obed.*

¶ † Per præconem & tubã fit citationis proclamatio in eo lo- 19 co, vnde verisimiliter possit vocatus rescire vocationem, *Clem. causſam, de elect.* Fit & in locis celeberrimis edictis vocationisque affixio, testibus in expletis nominatis qui interfuerunt. At quando agitur, inquit Masuerius, criminaliter, ad bannum & confiscationem bonorum, absens adiornandus est in domicilio, necnon iudicio, & in loco publico, ad sonũ tubæ, iuxta ea quæ habentur in Clemen. 1. de iudic. Et tum publice edictũ legitor, & eius exemplar: postea affigitur, vt ibi per aliquot dies perlegi possit, *Milius in suo repert. in verb. citatio quando committitur. Rota dec. 223. Tiraq. in tract. de vtroque retra. §. 9. in 2. gl. num. 8. & seq.* Quomodo autem, & quando describantur & annotentur bona defuncti, vide Iul. Clar. lib. 5. sent. iuris, *§. si q. 44.*

¶ † Citationis codicilli, seu mandatum debet continere causſam, ob quam quis vocandus est, vt sciat quam ob causſam in ius vocetur, *c. præterea. de dilat. §. ad exclusa enda, ae liceg. in Authen. aut qui aliter, quod vi aut clam, P. Clem. si. vt lit. non contest.* Dicunt constitutiones regiæ & praxis, *faut que les lettres d'adiournement soyent li belles.* vt breui intentione causſã contineat vt ait 1. Franciscus 1. const. ann. 1539. art. 16. *suxta l. 1. de eden.* Quod & Car. 9. statuit, mensis Ian. 1563. Edicto *du reiglement de la iustice, art. 1. ad*

Digitized by Google

iecta pœna nullitatis assignationis & regressu pro damnis inde passis, contra apparitorem vocantem, cum etiam olim non expressa caussa remorari posset vocatus iudicium: vel si aliud exponeretur in iudicio: quam libello vocatorio comprehensum esset, dicendo se ad id non fuisse vocatum, vel inducias sibi dari postulando vt deliberaret, & vt aduersarius scripto intentionem suam comprehenderet, *c. Auferen. l. casta actio, C. de eden, l. non potest, de iud. P. gl. & interp. in cognificantibus, ae lib. oblata stylo parl. tit. de aduoc. in fi.* Exigit & constit. Franc. 1. *sur l'abbreuiation des procez*, ar. 22, vt apparitores & executores mandatorum iudicis, teneantur relinquere apographum seu exemplar mandatorum & expletorum vocato, vel ei contra quem exequuntur, sumtibus actoris seu instantis aduersarij, quamuis non petatur. Similis gl. in ca. causam, in verb. *porro*, de elect. in Clem. quamuis, in verb. *oblatos*, de appel. clem. sæpe, & ibi Ioan. Andreas de verb. significat. facit auth. offeratur, de libel. oblat. quia offerre, est etiam non petenti dare, l. Iulianus, §. offerri, de actio. emt. P. Notandum tamen, si vocatus ex mandatis nō libellatis comparuerit, tenere citationem: item notandum, non inseri caussam vocationis in decretis vadimonij seu adiornamentis personalibus, ne detur occasio fugiendi reo vocato, sed sufficit mandari, vt veniat respondurus inquisitioni contra illum confectæ. Nam postquam venerit, tunc iudex explicat crimen propter quod vocatus fuit, l. 1. C. de exhib. reis. & ibi Salic. & in l. absentem, de pœn. Bart. in extra. ad reprimendum, ad verb. *per eastium*, quem. in crim. læs. maiestat. proc. sit. post feuda.

21 ¶ † Debet & executio mandati die non feriata fieri, in qua silent tribunalia: nisi comprehensum sit propter certam rationem, adiornamentum fieri diebus feriatis & non feriatis, in loco sacro vel non sacro: sed caussa debet esse legitima, vt puta, si in aliis diebus, nec alibi liqueat non posse inueniri vocandum, quia latitet, & ita expediat. cum etiam domicilium ibi, vbi conueniri potest, non habeat. Alioquin communis omnium resolutio & stylus habet, fieri non posse valide vocationem, nisi die iuridico, *l. ex quacunque, si quis in ius voca. non ven. P. l. fin. C. ed. de ferin.* etiam si quis ita vocetur, vt se sistat iudicio, die non feriata, *nota per interp. & Panor. in c. conquestum, ae sr. Paul. Castr. in cons. 270. 1. vol.*

22 ¶ † in executione etiam vocationis obseruare debet apparitor, vt dum vocat, certam diem locumque certum dicat, quibus teneatur per se vel procuratorem iudicio cōparere vocatus. Improbant quippe & inhibent constitutiones regiæ vagas & generales vocationes, quibus apparitor iubeat venire in quocunque loco fuerit Iudex, aut post festum Paschæ, vel post alterum diem festum mobilem & variantem, *in constitu. Franc. 1. sur les eaues & forests, art. 24.* Aliquando tamen locus non adiicitur, vel hora iudicij, cum certitudinem per se habent ea, & intelligitur ad horam competentem, locumque consuetum vocatio facta, *l. si locus, de iurisd. cum à nobis. de electio.*

23 ¶ † Debet etiam constitui dies sistendi iuridicus, alioquin si dies assignatus con partitioni non sit iuridicus, sed incidat in feriatum, secundum iuris dispositionem nō valet, *Doctor. in d. l. ex quacunque, & Panor. in d. c. conquestus de fer.* nisi pro actibus fiat vocatio, qui etiā diebus feriatis expediri possint, *quales numerani in l. 2. & 3. de fer. in P. ita explicat gl. iff. fin. in d. l. ex qua unque.* Hodie tamen ex consuetudine omnium curiarum Galliæ recepta, adiornamentum factum die feriato & ad diem feriatum valet, sed dies assignatus, ipso iure prorogatur ad diem sequentem non feriatum, & hoc nisi in Cancellatio. Sicque iisdem fere verbis tradit Masuerius in prax. titul. de adiorn. §. 6. incipient. *Item adiornamentum factum, vide de hu quæ nota in l. 1. § nuntiatio, & l. 2. de oper. no. nunt. P. glo. in l dies, & ibi Ioan. Fabrum. C. de fer. Rober. Maranthum, de ord. iudicio. in cita. 6. par. num. 123.* Tunmodo legitimus terminus comparendi comprehendatur assignatione dieī. Nam dari debet idonea dilatio & præfigi in expleto comparendi: puta vt intra 2. 3. quindecim dies, aut mensem, &c. Isque terminus ex more regionum & curiarum definitur, vti visus fuit sufficiens & idoneus ad veniendum, & componendos penates, post quem debeant se sistere, vel procuratorem exhibere, ni velint contumaces, & vt dicunt, deficientes *de faillans*, dici. Id te vulgaris docebit praxis. Et iudex etiā vir bonus poterit dilationem moderari ex distantia locorum: quemadmodum & iura docent, vicena millia passuum ad singulos dies itineris dari, subducta etiam necessitate legitima impendimentorū *l. 1. 2. si quis caut. iudic. sist. causs. fac. non obtemp.* Et hoc iure in Gallia, & alibi iure scripto, viuitur, abrogatis formulis antiquorum, vocandi in ius: vel partim in alium modum eorum nomina deformatis. Nam & testes adhibebantur olim in vocatione, quę fiebant non ab apparitore semper, sed & ab ipso qui contendere volebat iudicio cum vocato. Ideo qui in ius aduersariū trahere volebat, prius aliquē de præsentibus antestabatur, id est, testabatur, vel dicebat coram illo, se eum in ius vocare. Priusquam autem illum de testimonio ferendo rogaret, eius auriculam attingens iniam dicebat, *licet ne antestari?* hoc est, visne mihi testimonium præbere? Illo autem respondēte, *licere*, tunc iniiciebat in aduersariū manū, & in iudicium rapiebat. Rationem, quare testis adhibēdi tangeretur auricula, sic adfert Plinius, *li. 11. c. 45. est*, inquit, *in aure ima, memoria locus, quam tangentes antestamur.* Adde etiam ex l. vulgaris est. 21. de fur. P. vt qui aurem alicuius tangit, totum hominem tangere videatur ex Trebatij sententia. Fidem istius moris antiqui facit Horatius, 1. *Serm. Satyr. 9.*

——*Quis tu turpissime? magna*
Exclamat voce, & licet antestari? ego vero
O pono auriculam. rapit in ius.

In testes autem ita tantum liberi homines accipiebantur, vt innuit Plautus, *in Persa.*

Age, inquit Saturio, *ambula id ius leno.*
DOR. *Quid me in ius vocas?*
SAT. *Ais apud Prætorem dicam, sed ego in ius voco.*
DOR. *Nonne antestaris?*
SAT. *Tuan' ego caussa carnufex, cuiquam*
Mortali libero aures atteram?

¶ † Sed & Theophilus explicans Iustiniani locum de cō- 24
dictione, alium morem refert vocandi: vt qui cum aliquo litem haberet, denuntiaret hoc aut illo die in iudicium accipiendum, aut ad litem prosequendam adesset. Vnde quia condicere, prisca lingua denuntiare significat, omnes etiam personales actiones, quibus à persona petereturcondictiones ciebantur: vt omnes actiones in rem, vindicationes. Hodie vero κατ' ἐξοχὴν, condictio dicitur, actio, quam actor intentans dicit, si apparet hunc dare oportere. Nulla enim hoc tempore aduersario fit denuntiatio, quoniam non denuntiat ei petitor, vt hoc aut illo die ad iudicium, vel ad litigandum veniat, *ita in §. appellamus & ad illum Theophilum, ae actio. apud Iustin.* Expectares hic nos actutos de iis quoque, qui in iudicium vocari possint, sed de illis dicemus commodiori loco, Deo fauente, in lib. 4. c. 1. & 2. Interim habes epitomen personarum, quæ iure ciuili vocari non possunt in ius, in l. 2. & seq. vsque ad 12. de in ius vocand. P.

¶ † Finis propter quem vocatio fit in ius, est, vt iudicio in- 25
terfit, si velit, vel si oporteat, & vt in crimin. ibus adesse cogatur vocatus.

¶ † Rationes vocationis plures sunt, quarum aliquas refero. Primum vocari debere contendentes, quod congruentius 26
sit & ex dignitate auctoritas publicę, venire eos ad iudicem quam iudicem ire ad litigantes, *l. iubemus adscriptitios. 3. §. fin. de episc. & cler.*

¶ † Item secundo, nemo in iudicio esse debet, nisi prius à iu- 27
dice iussum fuerit, *l. nemnem, ae exhib. reis*, C. paucis exceptis, *velutis in specie l. capite quinto, ae aduc. P. l. si in seruitute, de iure. P. l. ait Prætor. §. si arbitrem quæ in fraud. cred. P. l. fin. C. de Mathemat. cum simil. b.* Nec est singulis permittendum, quod per Magistratus fieri debet, *l. non est singulis, de reg. iur. P.*

¶ † Tertio, nemo inauditus, & nisi vocatus, iudicandus est, 28
l. absentem, ae pœn. P. l. absentem, de accusat. C. Cum, præsentibus iisquorum interest, negotia tractanda sint, *l. de uo quoque. de re iud. P. clemen. 1. eod. tit. ca. Deus omnipotens, 2. q. 1. clem. sæpe, de verb. sign.* aliter sententia corruit. *l. 1. quæ sententiæ sine appella rescin. P.* veluti ex vna parte subsistens, deficiente forma iudicij, quod duorum litigantium ad minus & iudicis persona constituitur, *l. inter litigantes, & l. Iulianus, de iud. P.* Iudex vnam aurem actori, aliam autem reo conseruare debet. Neque contra ius naturale & diuinum priuare debet defensione, quæ naturalis est, *l. vt vim. de iusti. & iure P.* reum: quod accideret si eum non vocaret, vt defenderet. Nos & monet quarto, id faciendum Deus, qui antequam iudicaret Adamum, eum in ius vocauit, *Adam vbi es?* Genes. 3. Et rursum ad Cain, *vbi est Abel frater tuus?* Genes. 4. Et quamuis diabolus in iudicio esset, tamen audiri deberet, vt aut decisio Rotæ 364. incip. *Cum iura.* & 201. incipien. *licet in caussa*, in nouis. Vt neque princeps supplere possit omissam citationem, *Felin. in c. ex parte, 2. ae offi. deleg. & in c. quæ in Ecclesiarum, nu. 26 & ibi etiam Decius, num. 23. de const. Boer. deci. 247. nu. 7. Socin. consi. 120. vol. 3. Deci. consi. 63. incip. viso puncto.*

De Contumacia.

Cap. 3.

Lib. 2. Decret. tit. 14.
Lib. 2. Sex. tit. 6. Lib. 2. Clem. tit. 4.

1 *Citatus venire debet ad Iudicem vocantem, aliter contumax, & seq.*

2 *Exemi actio quid apud Demosthenem. ἀνεξαίτητον, & exemodicium quid, nu. 3. & 4.*

5 *Contumacia in quos dicatur fieri, & de lex actoris & rei: vtraque vera & ficta, & quis contumax. n. 6. 7. & 10.*

8 *Domicilium eligere debent vocati in curia, vbi vocantur.*

9 *Citationes duæ contumaciam faciunt contra garandum.*

11 *Citatio vna quando peremtoria est, & in quibus constituat contumaciam. & num. 25.*

12 *Testium receptionis datur vna citatio aduersario tantum, vt comparet si velit.*

Digitized by Google

13 *Exsequendi sententiam contra contumacem formula.*
14 *Citatio vnica in negotiis, quæ celeritatem desiderant, peremtoria: & quæ illa negotia.*
15 *Contumaciæ purgationes vel excusationes, & quando per nuntium mitti debeant, nu.* 16. *&* 17.
18 *Contumacia actoris & rei, diuersa censura.*
19 *Contumacia rursum quædam peremtoria, quædam dilatoria, & eius indicandæ praxis.*
20 *Contumax contemnandus semper ad expensas restituendas.*
21 *Citatio à trois briefs iours, annotatio bonorum, & missio in possessionem bonorum contumaciam, quando & quomodo fiat.*
22 *Contumaces & absentes rei criminum, quomodo in Gallia damnentur.*
23 *Contumace reo comparente, deficiente accusatore, quid statuendum.*
24 *Contumacis iudicium in causis ciuilibus, ex constitutione Francisci.* I.
26 *Contumaciæ effectus.*
27 *Dilatio peremtoria alicui ex litigantibus data.*
28 *Contumacia restitutio, & prorogatio.*
29 *Vsucapio seu præscriptio interrumpitur citatione libellata, & contumaciæ.*
30 *Contumacia mitius quomodo puniatur iure pontificio.*
31 *Contumax delictum committit in iudicem, & litigantem: & ita vtrique pœnam debet & quam.*
32 *Citatus quando non teneatur comparere coram iudice citante.*
33 *Beneficiaria in caussa, contumacia non adimit superiori nouam inquisitionem.*

1 SIue † à non suo iudice quis sit vocatus, aut citetur perperam, nihilominus tamen tenetur ad iudicem qui vocat venire, *l.* 2. *si quis cautio, P. l. si quis ex aliena de iudic. P. l. non videtur*, 10. quia fine præiudicio iuris fit citatio. Neque ex eo quod vocatus venit, ideo in iudicem cõsensisse videtur, *d. l. non videtur.* Potestque exceptiones vel fori, vel actionis, vel priuilegij allegare coram eodem iudice tuto, *d. l. si quis ex alien. l. neque* §. *quid ergo, de fideic. liber. P.* habiturus etiam temerariæ vocationis sumtus contra aduersarium, *l. eum quem temere, de iud. P. cum simil.*

2 ¶ † Quod si non venerit, neque qui defenderet, miserit, nulla legitima excusatione iuuatus, contumax fit, & pœna contumaciæ afficitur. Vlpianus in enarratione orationis Demosthenis contra Midiam ad verba illa, *τέλος ἐρήμων. Ἔρημα*, inquit, *ὅταν δίκην. ὑ γὰρ ἀντίδικος, ὃν ὑ χρὴ παρὰ τοῦ μὴ διδόντων ὑπευθύνους, ἀλλὰ φυγοδικοῦντος λέγεται, ἐάλωκε γὰρ ὁ νόμος τῷ ἐμπροσθεν ἡμέραν ἡλικίαν ἔχοντα τὸν μὴ ἀναπολόγητον εἰς τὴν ἡμέραν ἐρήμην ἀλλοτριοῦν. ἢν ἡ παρὰ τοῦ τὸν ὑπεύθυνον εἰσάγοντος τίμημα χιλίαι δραχμαί.* id est, *Damnari absentem. Eremi, iudicij nomen est: neque enim se sistebat. In eos igitur hoc dicitur, qui parere nolunt, sed iudicium detrectant. Iubebat enim lex eos quibus iudicij dicta erat dies, si ad statum diem præsto non essent, indicta caussa damnari. In eos autem legibus mille drachmarum pœna statuta erat.*

3 ¶ † Hæc Vlpianus vbi *ἡμέραν*, quemadmodum alibi sæpe Demosthenes pro stata die in vocatione posuit, vt dicere licet *ἀναστῆναι πρὸς τὴν ἡμέραν* & *ἀναστῆναι πρὸς τὴν δίκην*, dicimus adesse iudicio die vadimonij, ita *ἡμέρα ἔμμηνος*, est rata & fixa dies.

4 ¶ † Et erat *φυγοδικεῖν ἢ παραλιπεῖν τὴν δίκην*, deserere vadimonium, cum non occurrebatur ad diem vadimonij. Cuius pœna etiam ignominia erat, vt docet Demosthenes eadem oratione *παρὰ Μειδίᾳ*. Et solebant Iudices *ἐρημοῦν τὴν ἡμέραν* dare, desertionem vocabant, in praxi defectum, seu *defaut*, hoc est de absente secundum præsentem pronuntiabant. Eremodicium potest vno verbo dici, Latinis desertio instantiæ *ἐρημοδίκιον* etiam dixit Iustinianus, *in l. properandum*, 11. §. *cum autem eremodicium*, *eo. C.* In superiores quis dicitur contumax: in inferiores vel pares, fastidiosus, I. *Rhetor. ad Herennium.*

5 ¶ † Contumax à superbia ob quam quis tumidus & inflatus est, dicitur, qui alij cedere vel obedire contemnit.

6 ¶ † Ideo cõtumax definitur is, qui cũ obtẽperare iudici posset, obedire contẽnit, *ex l. contumacia*, §. *pœnã, de re iud. P. c. certum est* 11. *q.* 3. *l.* 1. §. *si quis municipalis, &* §. *si quis in iudicio. si quis cant. P.* Non enim omnis qui non obedit, contumax est: tamen omnis contumax inobediens est. Etenim qui non obedit, quia non potest, contumax non est: veluti si impossibilitate facti, vel iuris obtemperare non possit præcepto, vt *in specie c. Odoardus, de solut. c. olim vobis*, 15. *de restit. spolia. c. cum tu, de vsur. l. si accusatoribus, de accusatio. C.*

7 ¶ † Contumacia duplex est, actoris, & ea quæ rei, *l. & post edictum*, 73. *de iudi. de vtraque in l. si properandum. C. eo. tit.* Rursum vtraq; potest esse, aut vera aut ficta, quod idem est ac si dicamus, veram esse bene probatam: & fictam, præsumtam. Vera est illa, quæ nascitur ex vocatione vel insinuatione facta personæ contumaci, quando ad facié denuntiatum est, *de isto Bart. in l. final. de in int. restit. P. Alexan. in auct. l. properandum*, §. *sin autem reus.* Sed & verus contumax dicetur, qui tribus edictis vel vno edicto peremtorio pro omnibus, vocatus & interpellatus non facit sui copiam, *in l. contumacia, de re iudic. c. de illicita.* 24. *q.* 3. *c. quoniam, porro, vt lit. non contesta. non proc. ad test. examinat.* Contumax præsumtus dicitur, quando citatio facta est ad domum, & non ad faciem. Nam propter dubium, num ad eius notitiam citatio peruenerit, statum non dicitur verus contumax, sed talis præsumitur, *Bart. in d. l. fi. col. pen. de in integ. restit. P. Cardina. in cle.* 1. *in* 9. *q. de dol. & contum.* Et proinde in praxi, ad veram contumaciam constituendam, distinctio adhibetur eius de quo componitur contumacia, considerata re, & formula citationis & qualitate personarum quarum dicitur contumacia, antequam perueniatur ad finem & effectus contumaciæ, & rationes pœnarum locum habeant. Quare contumacia consideratur, non tantum ratione vocationis & contemtus veniendi: sed etiam, si quis dum venerit non obediat mandatis Iudicis: vel qui sine mandato, cum iudicio abire non debet, iniussus abierit, *c. horum*, 11. *q.* 3. Et qui non restituit quod iubetur, nisi manu armata cogatur, contumax est, *l. qui restituere, de rei vind. P.* Qui respondere vel defendere non vult.

8 ¶ † Statuit constitutio Franc. I. arti. 23. omnes vocatos in ius debere se sistere iudicio personaliter, vel per procuratorem, die dicta per vocationem, & inibi eligere domicilium in prima assignatione seu vocatione: alioquin reiici ab omnibus petitionibus vel exceptionibus, *hoc sumtum ex Innocen. in c. audiuis, & c. constitutus, de procurat. Ioan. ab Imola ad l. qui ante calendas, de ver. oblig. P. Barto. ad d. extrauag. ad reprimendum.*

9 ¶ † Statuitur & art. 21. quod post duos defectus, seu vocationes geminatas auctoris vocati ad euictionem luendã, vocant garandum, si legitimæ factæ fuerint, & postquam liquebit de illis, sententiam contra auctorem illum ferri posse, quod & in stylo Parlamenti responsum est, in §. item si garandus, de dilationibus quæ dantur pro garando. Facta tãtum prius probatione per petentem suæ intentionis & iuris, *l. hæc autem*, §. 1. *quib. ex causs. in possess. eat. P.* Dignus est enim qui, quia non defendit potius propter contumaciam & absentiam, quam propter malam caussam, condemnetur, *c. si. de emt. & vend. & ibi glo. in ver. contumaciter, de emt. & vend. l. ideo de euictio. P.*

10 ¶ † Item art. 24. statuit, in omnibus caussis ciuilibus vel criminalibus, *arg. l. absentem de pœn. P. l.* 2. §. *final. de cus. oc. reo. P.* in quibus consuetum olim erat vti quatuor defectibus seu edictis sufficere duos defectus commissos, legitimo modo obtentos per vocationem factam in faciem aut ad domum: demto quod Iudicibus permittitur tertiam vocationem decernere ex officio, si vocationes seu adiornamenta non fuerint facta in persona seu in faciem, & si negotium id exigere videatur. Ceterum antequã ad damnationem deficientis Iudex procedat, constare ei debet de contumacia, tempe de vocatione, & lapsu diei quo sisti reum oportuerat: item de lapsu termini qui vltra diem statam in citatione solet indulgeri ex gratia à iudicibus, secundum stylum cuiusque curiæ, quem vocant *Surseance*, & ita declaratoria sententia contumaciæ exigitur, *l. eum qui delatorem, & ibi Bartol. de iure fis. P. c. cum secundum, & ibi gl. de hæret. in Sex. pene Bald. in l. iubemus*, §. *œconomus, de sacrof. eccles.* Et super contumacia iudicanda, iterum vocatur absens. Tamen si in prima vocatione, vocatus dixerit se non compariturum, & relatione apparitoris testificata appareat, non iterum vocari, sed contumacia indicari debet. *Guid. Pap. sing.* 947. *facit l. cessante, C. quom. & quan. iud.* Neque diffugium quærendum est, quod vel ira percitus, vel temere responderit se non pariturum. Siquidem neque iocandum, neque irascendum est, cum agitur de publica auctoritate conseruanda, *c. vt debitus honor, de appellat.* Neque quisquam dixisse existimandus est, quod prius mente non agitauerit, *l. Labeo*, §. *idem de supell. lega.* Verum hic etiam tutius aget Iudex, si extra iudicium vocatione facta, in qua dies sistendi dicta est, exspectet diem, num compareat vocatus, & pœnitentia doceat calore iracũdiæ id dixisse. Ea autem præterita, nec comparẽte, tanquam rata exsistẽte voluntate, *l.* 3. *de dinor. P.* poterit condẽnare sine alia vocatione vt contumacem, *Panor. in c. cum parati, de appella.* Quod si quis in iudicio dixerit se non compariturum, potest statim condemnari vt contumax, *idem in d. c. cum parati.* Idipsum statuendum contra latitantem malitiose & dolose, vnaque citatio peremtoria sufficiet. Itẽ si is qui vocatus comparuit, & iussus in iudicio nolit respondere, tanquam cõtumax sine alia vocatione dãnari potest, *notatur in l. cessante. quomod. & quan. iud. C.* statuto defectu. ¶ † Sunt & plures casus, in quibus sola vnicaque vocatio sufficit: & si quis in tempore eius vocationis non compareat, vel deficiat, habetur pro contumace, & statuitur legitime in negotio, perinde ac si vocatus adesset. Quorum aliquos videbis apud Felinũ, in ca. ex literis, de constit. veluti in caussis per se manifesti s, probandis & protritis, *c. cum sit, de rescind.* aut si agatur de verificatione seu agnitione, idiochiri seu chirographi, quam dicunt *Verification de cedule.* Si vocatus & citatus in persona nõ compareat, statuitur defectus vel contumacia, & in defectum eius idiochiron pro aduerato habetur, vt ex eo tempore habeat obligationem hypothecariam bonorum deficientis, ex constit. Franc. I. ann. 1539. art. 91. & 92. Siquidem exceptio omnis fori, & incompetentiæ Iudicis, vocato agnoscẽdi chirographi caussa denegatur, propter necessitatem: quod res sit tempore peritura, *Alex. & alij, in l.* 2. *de iur. omni. iud. P. Anchar. cons.* 74. *incip. ex Theoricis facit text. in l.* 1. *de eo*

quod

Digitized by Google

quod cer.lo. l.vni C. vbi conuen. qui cer.lo. dari proui. Et ita per hanc constitutionem abrogatur l. heres absens, in §. proinde, de iudi. P. Neque tamen quod coram non suo Iudice fiet, habet vim condemnationis: sed tantum probationis, & non executionis. Quare recepta praxis est, vt dum agnitum vel denegatū fuerit chirographum coram Iudice delegato vel commissario dato hac de re, reiciatur contestatio vel definitio solutionis si petatur ad iudicium, condemnationis obtinendæ caussa.

¶ † Sufficit etiam vnica vocatio, eaque existimatur peremtoria, in actibus qui exigunt vocationem post institutam litem: vt pro recipiendis testibus, *Panorm. in c. in nomine domini, de testi.* vt liquet ex constitutione Caroli, *Sur le stille du Parlement*, art. 30. Pro exclusione eorum quæ fieri mandantur præcepto præcedente vel styli præscripto, dictum *Intimation de forclusion*, pro alimentis decernendis, & aliis, de quibus legito Imbertum, li. 1. Instit. forens.

¶ † Datur & edictum seu vocatio sæpe in quibusdam casibus cum commination, vt quamuis vocatus non adsit, nihilominus etiam eo absente procedetur: veluti in executione sententiæ, ne moratoriæ dilationes eludant iudicatum. Et proinde executor qui vocauit aduersarium, vt adesset certis loco, die, & hora, facta summaria inquisitione cum quibusdam testibus, de die, hora, & loco in quo exsequitur, & vbi adesse iussit, iubetque acciri per apparitorem coram se vocatum, qui si non appareat vel procurator eius nomine, statuit defectum seu declarat contumacem, & exsequitur: nisi velit edictum circunducere, vel horā vel diem diffindere, ita statuens, *Defaut, sauf s'il comparoist dans telle heure ou tour.*

¶ † Sic primæ citationi peremtorium edictum adiungitur, in his quæ celeritatem desiderant, si de collatione vel verificatione instrumentorum agatur, de præbendis medicamentis, vel alimentis vulnerato. Si quis intercedat bonorum captioni per instrumentum & obligationem authenticam factæ, & ratione eius intercessionis seu oppositionis, reiectus ad iudicem non venerit. Si de inuentario ab hærede cōficiendo, per prēconem admoniti publice, qui sua interesse putant nō aduenerint. Item si addito peremtorio quis conuenitur, vt rationem reddat eorum quę in causam iudicati publice receperit, vel sub manu regia, vel vt in fidem publicam aduersarium recipi videat, & securitatem ei iuret, dicunt *pour estre mis en la sauuegarde, & asseurance formelle du Roy, & de Iustice.* id est, vt iuret ei, neque per se, neque per alium vllam ei offensionem in persona bonisque illatum iri: vel, vt adsit rebus suis captis ob iudicatum vendendis & distrahendis per licitatorem, vt dicunt, *pour faire les inquants.* Idem in interdicto vtrobi, quod vocant Galli *aduen, vide l. 1. vtro.* P. Vide hac de re exceptionem, si agatur de conuncta quæstione proprietatis, apud Imbertum: & ibi etiam de aliis actionibus, quæ duobus tantum edictis reum contumacem peragi desiderant. Sed & de his stylus & consuetudo curiarum, te facilius admonebit.

¶ † Contumacia proprie, vt diximus, ab eo committitur, qui contemnit cum posset obedire, & ideo, qui pro contumace habitus est, potest purgare vel excusare contumaciæ præsumtionem. Exempli caussa, *Si quis*, inquit Vlpianus, *l. 2. §. si quis municipalis, & §. seq. si quis cautio.* P. *& l. contumacia, & l. quæsitum, de re iudi.* P. *municipalis muneris caussa, sine dolo malo suo impeditus, in iudicio secundum promissionem suam non stetit, æquissimum est ei tribui exceptionem. Simili modo, & si ad testimonium desideratus, ad iudicium occurrere non potuerit, ei subueniendū est.* Item si valetudine, si tempestate, vique fluminis prohibitus: & ita dies erit diffusus, nisi ipse se in impedimentum & necessitatem coniecerit, *d. l. 2. §. si quis tamen, l. si fideiussor*, §. 1. *qui satisd. cog.* P. *cum simil.* Item si à Magistratu detentus fuerit, se non affectante, *d. l. 2. §. simili modo, & l. 4. in princ. & §. 2. si quis cautio.* nō autem si priuatus eum detinuerit, quia ipse condemnatus habet actionem in eum qui detinuit in id quod eius interest, *d. l. 2. §. fi. & l. 3. eod.* Excusatur etiā à cōtumacia coram tribunali inferioris Iudicis, si ad maius fuerit vocatus, *l. contra papillum, §. fide re iudic.* Si Reip. caussa absit, *l. 2. l. item ij, 4. l. milites, 7. cum 10. leg. seq. ex quib. cau. maio. in integ. restit.* P. si Principi adhæreat: sed ea ratione illustres tantum personæ, & quæ codicillos regios ostēdunt officij excusantur, quos vocant *Lettres d'estat.* De quibus fidem iudici per nuntium facere debent. Alia sunt impedimenta, in l. 2. de in ius voc. P. alia in l. vim facit, quod vi aut clam. P. alia in l. si per alium, ne quis eum qui in ius voc. est vi exi. & in c. ex parte, de appellat. Si locus inquam, aditu tutus non sit, vt ideo appellare permittatur.

¶ † Hic obseruandum tamen est, casus quosdam esse fortuitos, de quibus superuenientibus in impedimento potest impeditus iudicem certiorare per nuntium: alios de quibus nō potest. Quare in prioribus contumax est, nisi nuntium mittat qui eum excuset, cur nō venerit: potissimum, si ad vadimonium teneatur, vocant tunc nuntium *Exoimne*, qui præstito iureiurando coram iudice referat testificationem, scripto in loco impedimenti comprehensam, de impedimento, veluti, quod in ægritudinem, quæ neque vectionem, neque pedestre iter patitur, inciderit, vt medicorum testimonio liquere debet: quod captus ab alio magistratu sit, quod mulier sit prægnans, & obstetricum testimonio, itineri tuto non possit se committere, &c. Nam si nuntius vel procurator ita instructus non mittatur excusandi gratia, non vitat vocatus contumaciam, *l. sed & si, 26. §. 1. ex quib. cau. maio.* P. Vbi autem impedimentum subito acciderit, de quo Iudex statim moneri non potuit, excusatio quam citius fieri poterit proposita, releuabit, vel contumaciam statutam rescindet.

§ Porro in nuntiis, vsus habet & stylus, nuntios illos constitui in caussis vadimonij, dum personaliter comparere debet vocatus: alioquin non admittetur in ciuilibus negotiis, in quibus procurator sufficere potest. Nulla enim excusatio vel rara eius qui potuit nuntium mittere, & non miserit mandatum alicui procuratori qui suo nomine liti interesset. Sed & in caussis vadimonij, ex stylo Prætoriani consilii, art. 20. qui & seruatur in aliis curiis, cognitores seu procuratores litigantium, qui debent personaliter adesse iudicio, non audiuntur proponentes excusationes absentiæ, vt dicunt, *allegans Exoimne*, nisi nuntius certus adsit cum speciali mandato de excusatione: & nihilominus dabitur eremodicium seu defectus, sine præiudicio excusationis probandæ, vt dicunt, *defaut sauf l'Exoimne.* Et in hac probanda, sicuti in iustis censendis excusationibus, arbitrium erit iudicum, qui perpensis matura periistasibus, de illis statuere libere possunt, boni viri iudicio. ¶ † Perpendent tamen & cuius sit contumacia, actoris, vel rei: nam maior putatur actoris, quā rei. Actor quippe potuit omnia negotia ex consilio componere, antequam reum vocaret: reus vero, quadā necessitate comparendi sibi imposita, ita facile sæpe non potest sibi consulere, vt pro voluntate quæ vult exsequatur. *Cum actor*, vt ait Paulus, *in l. pure mihi decem, 5. §. fin. de do. mal. & met. except.* P. *simile respondit Caius in l. qui in alterius, 43. §. fin. de reg. iur.* P. *Idem in l. si quando, & auth. quod fieri, C. de dilatio. d. l. §. fi. de anna. except.* P. *quidem in sua potestate habeat, quando vtatur suo iure: is autem cum quo agitur, non habeat potestatem quando conueniatur.* Vocant contumaciam seu eremodicium ex parte actoris pragmatici *Conge*: Et contumaciam ex parte rei, *defaut*, in curiis supremis. In aliis omnes contumacias vocāt, *defautes.* Sed & in curiis supremis tertium genus adiicitur, vocatum *Conge defaut*, simul, vt in appellationibus vtrinque deuolutis & desertis: puta, si ego appellaui curiam à sententia Iudicis, & te vocaui die dicta ad mensem fistendi. Si ego non comparuero per me vel per procuratorem, tu qui ad diem dictam te sistis, impetras in Parlamento contra me contumaciam & congedium, id est, licentiam abeundi, & eremodicium litis: si vero ego adfuerim iudicio, tu deficias die stata, contumaciam tuam dices defectum. Quod si tu anticipatione appellationis, breuiori termino me appellantem ad curiam supremam præuenias & voces, quia tunc ex noua vocatione vterque nostrum ratione appellationis & anticipationis est actor & reus vocatus & vocans, si alter nostrum in neutro termino adfuerit, impetratur eremodicium cum titulo defectus & congedii.

¶ † Et in omnibus rursum consideranda formula styli cuiusque curiæ, num contumacia sit peremtoria, an dilatoria, dicunt, *Assauoir s'il importe gain de cause, ou non.* Nam quæ peremtoria est, edictum aliud non exigit seu vocationem, nisi cōtumax pro accipiendo iudicio contumaciæ vocetur: cum in aliis alia edicta citatoria statuuntur, antequam cōtumacia iudicetur. Vbi autem contumacia declarata est, sic statuit Iudex, *defaut, & sur l'vtilité d'iceluy, la partie baillera sa demande dans tel temps*, &c. Siquidem contumacia declarata sit, iudicium agitur & negotium discutitur, perinde ac si præsens esset contumax, *l. & tertium, 70. de iud. P. l. contumacia, de re iud.* P. *l. 2. §. fin. vbi in rem actio. C.* Nō enim eo ipso quod cōtumax est, pro iudicato habetur vel pro conuicto, nisi declaratio hæc procedat. Vt de hoc disputat Ioan. Constantinus, in commentar. ad constit. regias, de litibus breui decidendis, Franc. 1. anni 1539. in art. 24. In quo derogatum est antiquo stylo curiæ, de quo loquitur, §. item aduerte, tit. de defectu super actione personali. Quamuis in tota fere Italia contrarium receptum sit consuetudine, quæ vult contumacem haberi pro conuicto & confesso. Quæ adhuc intelligenda esset, vt discussio caussæ etiam eo absente fiat, & ex officio Iudicis si innocens reperiatur absoluatur, *d. l. & post edictū, 73.* in fumtus tamen contumaciæ condemnatus & damno litis, *l. contumacia, de re iud. P. l. properandum, §. cum autem, & §. vel coercetur, de iud. C.*

¶ † Siquidem & iure, contumax qui comparuerit postea, nō debet audiri, quin prius expensas ob contumaciam factas aduersario restituat. Et est constitutio Caroli 9. ann. 1572. mense Ianuarii, *Sur le faict de la Iustice & punition des rebellions faictes contre les officiers d'icelle.* art. 10. Vt omnes cōtumaces, tales declarati Senatus cōsulto, vel sententia Iudicis Senatus placito firmata, nō admittantur ad purgandā contumaciā. Et si in carcere redierint, par est in statu legitimo eos esse, si edicta rescindi postulēt, nō inde soluātur, quin prius multā adiudicatam aduersario vel litiganti ciuiliter, consignauerint: & nisi vltra summam sufficientem & ex arbitrio Iudicis æstimandam, pro iudicio in posterū peragendo, deposuerint penes actuarium, *sunt text. in l.*

Digitized by Google

sancimus, & ibi Bald. C. de iudic. auth. ei qui iurat, de bon. autho. iud. poss. C.

21 †Alia formula Franc. 1. *De l'abbreuiation des proces*, artic. 25. vt in causa criminali, in qua vadimonium statutum est, seu adiornamentum personale, si non compareat reus, statuatur defectus: & prehensio: quod si iterum non compareat, hoc secundo edicto statuatur, vt quia prehendi, vel inueniri non potest reus contumax, citabitur voce præconis ad tres breues dies, cum annotatione bonorum, & iniectione manus Regiæ in ea, donec paruerit vocationi: ita annotatio bonorum fit, vbi reus nõ potest damnari, quia de causa adhuc non constitit: & crimen nõ admittit adhuc condemnationem. Et post annotationem, *de hu ouus. in l. 1. & ibi Fab. & l. 21. de exhi. reis, C. l. 1. & 2. eo. P. de inuentario etiam bonorũ reorum. in l. si quis. de bon. proscript. C. vide de his omnibus, & de forma peremtorii & restitutione contumacis in causa criminali, Imbertum li. 3. Instit. forens. & Guid. Pap. decis. 328.* id est, descriptionem bonorum, vocatur triplici edicto quod dicit constitutio *ad tres breues dies*, qui quomodo in citatione obseruentur, docetur à Guido Pap. decisio 429. Et in istis annotationib: contumaciæ reorum ciuilium & criminalium, similes videntur. Nam sicut in ciuilibus vt contumax compareat, aduersarius qui vocauit vel qui litem prosequitur, impetrat missionem in possessionem bonorum vel quasi, contumacis. vt tædio affectus contumax, saltem vt sua bona redimat, compareat & desinat latitare, *l. 2, & l. Fulcinius, 7. §. 1. quib. ex can. in poss. eat. P. l. is cuius, vt in poss. leg. P. cuue fraternitatis 3. vt lit. non cont. nõ proce. ad test. rec. li. 2. Decret. ti. 6. c. cum Ecclesia, in 1. de cle. prop.* & si postmodum non compareat, dominium etiam habeat, *c. quoniam frequenter, 5. §. final. vt lit. non contestat.* Quod bona non habeat, vel do alia controuersia quæstio sit, quam de repetitione, sententia excommunicationis fertur in foro spirituale in contumacem, *d. c. cue fraternitatis, & c. quoniam frequenter. §.* Ita in criminalibus, bona rei annotantur, vt eodem tædio affectus compareat, intra annum veniẽs bona annotata repetiturus, nõ post, *l. 1. de requir. reis. P.* & numerato anno à die, quo nota fuit ea annotatio, vel esse potuit, & ex quo possessa bona fuerunt à fisco, *l. anni spatium, eo. l. hodie, de diuers. & tempo. prescrip. P.* Non tamen loquor de Italiæ moribus, qui diuersi sunt in Marchia, Tuscia, Insubria seu Lombardia, nã quælibet prouincia suũ ius habet quod sequi debent, qui in ea iudicant.

22 ¶†In Gallia mos alius, vbi absentes rei criminum, maxime qui nunquam auditi vel conuicti fuerunt, non damnantur vltimo supplicio, sed tantum relegatione, vel eius loco bannitione & bonorum confiscatione, iuxta l. absentem, de pœn. P. Et l. absentem de accusa. C. & l. 2 de requiren. reis, P. Et iure Pontificio damnari possunt depositione, in c. veritatis, 8. de dol. &

23 contum.

¶†Accidit aliquando etiam, quod is qui edictum peremtoriũ impetrauit, absit die cognitionis: is vero, aduersus quem impetratum est, adsit. Et tunc circumducendum est edictum peremtorium, neque de causa cognoscetur, neque secundum præsentem pronuntiabitur: & instantia tantum edicti perit, ex integro tamen litigari poterit, *l. & post edictum, 73. de iud.*

24 ¶†Dat etiam legem & vtilitatem, seu effectum contumaciæ in causis ciuilibus, Franc. 1. constit. præd. ann. 1539. art. 26. His verbis. *En toutes actions ciuiles ou y aura deux defauts sera par vertu du second, le defaillant desbouté des defenses, & par mesme moyen permis au demandeur de verifier sa demande: & apres l'enqueste faicte, sera la partie adiournée pour voir produire lettres & tiltres, & bailler contredicts si bon luy semble, & prendre appointement en droict. Sans ce qu'il soit necessaire que le defaillant soit adiourné pour bailler vn ny.* Et artic. 27. addit, quod non debeat sententia dari contra reos causæ ciuilis contumaces, nisi probauerint intentionem suam actores. Quare post edictum & contumaciam declaratã in ciuilibus, citatur iterum contumax ad sententiam audiendã, & ad impugnandas productiones, singulari diuersaque ratione quam in criminalibus obseruetur, vbi peremptorie vocato reo, proceditur ad sententiam contumaciæ sine noua citatione, quia in ciuilibus effectus contumaciæ est, vt litis damno coerceatur declaratus contumax, vt dicunt in praxi, *que le defaut importe gain de cause*, & non auditur in posterum in suis exceptionibus, vel defensionibus, *l. contumacia, de re iud. P.* Et absentia rei, præ-

25 sentia Dei suppletur, *in l. properandum, §. cum autem. C. de iud.*

¶†Verum vocatio vnica in ciuilibus omnibus negotiis vt dixi, non est peremtoria, exceptis paucis, veluti ad sententiam diffinitiuam audiendam, *c. 4. de do. & contu. ca. quoniam, §. 1. vt lit. non contest. & c.* ad mittendum actorẽ in possessionem ex primo decreto. *l. consentaneum, C. quo. & quan. iud. l. properandum, §. si quid de iudic. C. l. cum proponas, iuncta auth seq. de bon. auct. iud. poss.* si non probet termino constituto, iuxta c. finem litibus, de dol. & cõtum. & vt reus possit absolui ab instantia seu obseruatione iudicii. & in quibusdam aliis paulo antea recensitis, & in his quæ media causæ respiciunt lite instituta, vel productiones testiũ, *l. si quando, C. de testib. §. pen. eo. in auth. c. 3. eo. apud Gre.* & similib. At in causis criminalib. edictũ peremtorium proponitur cum comminationib. vt nisi se sistat iudicio reus tali die, in absentem sententiã pronuntiandam iri. Et hic est vnus ex effectib. contumaciæ.

¶†Alius secundus effectus quoque ex superioribus colligitur, vt propter contumaciam sistendi ad diem vadimonij, prehensio possit decerni, & in carcerem duci contumax, *probat & d. l. consentaneum, & ibi gl. & Bart. §. si vero etiam quidam, de exhib. reis in auth.* Tertio, ne possit contumax, vetus appellare ex prædict. constitutione Franc. 1. articul. 28. & 29. *l. post edictum, §. final. de iudic. P. l. ex consensu, §. final. & ibi gloss. & Bartol. de appel. P. l. 1. C. quor. appell. non recip. l. properan. ti. §. sin autẽ vetus, C. de iud. vide Boer. dec. 206. nu. 9.* Saltem nisi refusis impensis contumaciæ & mulcta 40. solidorum. Vt idem statuit constit. ann. 1528. articul. 6. Et denegetur etiam ei audientia, priusquam contumaciam purgauerit, *l. sed & si per pratorem, §. sed & si dum iuncta gloss. ex quibus cau. maio. in integr. restitut. P.* Quarto, contumax in non respondendo, *c. si post præstitum, de confess. in Sex. l. de ætate. §. qui tamen, de interro. actio. P.* vel in recusatione iuramenti, *l. manifeste. & ibi interp. de iurat.* Quinto vt possit excommunicari, *c. cue fraternitatis, & c. quoniam frequenter, §. fi. vt lit. non cont. non proc. & c. gl. in c. 1. de do. & 6. gl. in c. constitutus, de sent. ex com.* vt diximus, præcedente tamen citatione, *c. cum contumacia. de hæret. in Sex.* Sexto, habeatur præsẽte in sui prætudicũ, *auth. qui, in prouincia, in fi. C. vbi de crim. age oporteat.* Septimo, si comparuerit reus vocatus, actor autem contumax est, euanescit vocatio: & absoluitur reus, & actor condemnatur pro sumtibus, *l. & post edictum, §. 1. de iud. P.* quos tenetur refundere antequam iterum agat. Atque procenitur contra actorem contumacem, ex forma l. qui semel, C. quomod. & quand. iud. Verum si restituatur contra contumaciam actor, & vicerit, soluet tantũ expensas contumaciæ, vel illas compensabit pro quantitate expensarum litis, in quas reus damnantur, vt plene vide in decision. capell. Tholos. 408. Addit c. 1. de dol. & contum. in Sex. actor qui ad terminum non venit ad quem vocauit aduersariũ, condemnetur reo pro expensis: nec iterum possit vocare, priusquam cauerit desistendo.

¶†Octauo, generalis etiam hic constituitur regula, vt omnis terminus à iudice alteri ex litigãtibus constitutus ad aliquid agendum, peremtorius est. *Ioan. Anar. in addi. ad Sy. ec. ti. de testib. §. nunc videndum, Felt. in c. causam quæ mu. 3. de rescrip. facit l. 2. C. quomod. & quan. iud.* & contumax dicitur *Forclos*, id est, cui foris agendi causa in eo clauditur.

¶†De restitutione contumacis, & qualiter intra annũ se possit purgare, vide Boerium decis. 63. & 64. & 326. nu. 3.

†¶Nono, queamdmodum citatio libellata, quæ cõtinet causam vocationis certe, prodest ad interrompendam præscriptionem, *l. sicut de præscrip. 30. vel 40. ann. & ibi Faber.* sic etiam & contumacia in non respondendo vocationi, quia facit vocationem ratam, & vocatum omnibus exceptionibus exclusum.

¶†Decimo iure Pontificio etiam *c. cap. 1, de do. & contu. apud Gregor.* si causa propter dilationem & contumaciam non periclitatur, patienter contumax admittitur etiam post moram anni data cautione qua se adstringere debet standi iudicio, omisso rigore mulctæ, & in locum missionis in possessionem rei seruandæ causa contra contumacem, fit rei contentiosę sequestratio: idque interdum mitius agendo, condemnato pro contumacia fugiente in expensis, *cap. 2. de dol. & cont.* à tempore citationis admissæ, *ca. cum dilecti, eod.* Nam & contra contumacem etiã iure Pontificio fit missio ex primo decreto rei contentiosæ seruandæ causa, & si non comparuerit intra annum, nullo defendente, fit missio in plenam possessionem ex iuris rigore. *c. contingit. c. causam, quæ eod, c. 12. 3. & 4. de eo qui mitti. in poss. cum re ser.*

¶†Addendum insuper, hos effectus & alios plures ex contumacia oriri, veluti ex delicto contumacis. Videtur enim offendere Iudicem & Rempub. qui iudicis dicto non paret, aut parere contemnit, vt mulcta dignus sit, *l. vni. §. si. si quis ius dic. non obtem. P. l. 2. si quis in ius voc. nõ ierit. P.* Et vltra pœnã, qua quanti aduersarii litigantis interest cum sumtibus castigatur, *l. sancimus, C. de iudic.* Et interest Reipublicę ne elusoria sint edicta vel iussa Iudicum. *l. seruo inuito, 65. §. cum prætor, ad Sena. Treb. l. si. si quis in ius voc. non ier. P.* Quare & omnibus Magistratibus secundum ius potestatis suæ, concessum est, iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio, *d. l. vnic. si qui cautio. l. qui restituere, de rei vindic.*

¶†Videbis tamen distinctionem gloss. in l. 2. Si quis in ius vocan. non ier. P. in ver. *Sciatur*, quando vocatus non teneatur ire in ius: si aperte & manifeste non sit ex vocantis iurisdictione, *in §. de iurisdi. om. iud. P.* contra, si sit dubium. *ex l. si quis ex altera. 22. §. sed & si dubitetur, de iudic. P.*

¶†Singulare tamen, quod in causa beneficiarie, sententia contra contumacem lata, quod pertinet ad superiorẽ, nõ transit in rem iudicatam, quominus is de iuribus partium possit inquirere. *c. cum olim, 7. de dol. & contuma.* vt in aliis quibusdã. Sed de his videbis in lib. 50. inferius, cap. 1.

De Satisfatione iudiciali. Cap. 4.

Digitized by Google

Lib. 4. Instit. tit. 11. Lib. 2. P. tit. 8. Lib. 2. C. tit. 57.

1 *Satisdationes iudiciales, quæ & quot exigantur. & seq. nu. 2.*
3 *Sponsio ante litem certæ pecuniæ inter litigantes quare.*
4 *Diamartyria in iudicio quid.*
5 *Consignationes litis caussa quales factæ.*
6 *Procurator actoris quando caueat de rato, & quando audiatur sine procuratione.*
7 *Cautiones quales præstantur à reo in iudicio.*
8 *Iuratio sisti cautio quæ formulæ quando committatur, in quantum perire condemnato in ciuilibus, & criminalibus, & quomodo in Gallia seruetur. & nu. 10. 11. 12. 13. & 15.*
9 *Fideiussor locuples quis dicatur in caussa iudicij.*
14 *Iudicatum solui cautio, quid contineat, & quando committitur, & in quantum.*
16 *Salua-gardia personæ quando detur, & quomodo in ea caueatur.*

1 POstquam † in iudicium venerint, vel adducti fuerint actores, & rei antequam aleam iudicij rei principalis subeant, prospici oportet & litigantibus & iudiciis, ne illusoria sit opera. Et proinde cautiones exiguntur & satisdationes. Satisdatio, est cautio seu promissio accedentibus pignoribus vel fideiussoribus, *l. sancimus, C. de verb. sig. l. 1. qui satisd. cog. P. l. si manato Titij, §. si. mand. P. l. ergo §. adiecit, de fiuct. iuber. P. c. sin. de pign. & ibi glo. l. promissor, 21. §. fin. de const. pec.* Bifariam considerandæ, vel ex parte rei, vel ex parte actoris: & vtraque habet membra quædam, quæ simul expediuntur, cum quæritur de quo, & à quo dentur, & cum propria formula.

2 † Sic omnia complectitur finitione Caius, *Satisdare*, inquit, *l. 2. qui satisd. cog. P. dicimur aduersario nostro, cui pro eo quod à nobis petiit ita cauemus, vt eum hoc nomine securum faciamus datis fideiussoribus.* Ex parte actoris satisdatur de lite persequenda, *§. quia vero compertum, in Nouell. constit. 53. & §. ceterum, cum sequent. const. 112.* de lite intra duos menses contestanda, *§. 1. & seqq. Nouell. const. 96. auth. libellum, de libel. ob act.* de sumtibus & omni damno litis restituendis, si iniuste litem mouisse appareat, *§. ne igitur, Nouell. 96. & d. §. ceterum, Nouel. 112. d. auth. lib. 11um, & auth. generaliter, C. de epis. cop. & cleric. §. suscepto, de exhibend. reo, in auth. Nouel. 53.*

3 † Item accedebat sponsio de certa pecunia danda, si non obtinuisset, *§. quia vero compertum, ea. Nouel. 53.* Similis erat obseruatio apud Athenienses, sponsionis, vnde & postea sponsionis actio, qua qui experiri vellet pecuniam deponebat, intercedente stipulatione pecuniæ, quam perdebat qui sponsione vinceretur. Atque coram Iudice aut recuperatoribus disceptabatur. Deponebant autem litigantes apud acta decimam partem æstimationis litis, in caussis priuatis, in publicis vero, quintam & inde genus actionis, διαμαρτυρία dictum, *ex Iulio Poll. Bud. in comment. ad ling. Græc.* Meminit Suidas, in verb. διαμαρτυρία.

4 † Diamartyrian modum fuisse quendam præscriptionis, & prius quam res in iudicium deferretur, licitum fuisse cuique testificari dari oportere actionem, aut non dari: differreque à præscriptione: quod hæc testificatio non modo à reis, sed etiam ab accusatoribus fiat. Ac principio producebat aliquem actor, qui testaretur dandam esse actionem, sicque de hoc primum iudicium fiebat contra ipsum testem, non aduersus eum cuius intererat. Quod si actor testem non produxerat, reo producere licebat, qui testaretur actionem non esse dandam: atque rursum, cum teste res erat, ac falsi testimonij actio aduersus διαμαρτυρόμενον, secundum Budæum in forensibus, διαμαρτυρία est contestatio, quæ fit circa litis ingressum ne contestetur.

5 † Statuit aliquando C. Caligula, vt pro litibus ac iudiciis vbicũq; cõceptis, quadragesima summæ de qua litigabatur, daretur: nec sine pœna erat, si quis composuisse vel donasse negotium conuinceretur, *§ sin autem per procurat. de satisd. apud Iust. l. 1. C. eod.* Et aliquando in Gallia simile inuentum vexauit subditos consignationum litium, atque antequam litem contestari possent apud Quæstores regios consignationum, deponi certã summam oportuerat per actorem, qui si vicisset à reo repetebat depositum. Regis autem erat periculo victi depositũ, quod tamen ius merito sublatum est. Cauet etiam procurator actoris de rato, si apud acta præsente aduersario factus non sit: nam si eo præsente fiat non cauet, aut si dubium non sit de mandato, *§. sed hodie, eod. apud Iust. c. 1. de dol. & contu. apud Iust. c. 1. de dol. & contum. apud Gregor.* Cauet tamen de defendendo, & iudicatum solui.

6 † Vsus forensis hodie in Gallia apud inferiora regiaque tribunalia, inualuit: vt quamuis nemo cognitorum seu aduocatorum pro alio possit sine mandato agere, tanquam procurator quis admittatur sine mandato, ea lege, vt iubeatur mandatũ aut ratihabitionem domini ostendere suo periculo; idque receptũ ad vitandas absentium cõtumacias, nam alioquin ex eo die quo procurator ille comparuit, edictum in dominum seu absentem decerneretur.

7 † Reus porro satisdat iure, iudicio sisti vsque ad terminũ litis, *§. si vero aliquis, de satisd.* etsi procuratorem dederit, quod veniet tempore recitandæ sententiæ, *l. hæ ita erant, & §. sed hodie, & §. si vero al quis, eod.* & iudicatum solui, *§. 1. & §. sin autem per procurat. eod.* procurator vero cauet de rato, *§. hæc ita erant. & §. si vero reus, eo.* & iudicatum solui, *l. 1. & 3. de cust. reo. P. l. cum clericus, §. 1. de episc. & cler. C.* iudicio sisti cautio prima ordine iudiciorum esse videtur, † vbi enim quis vocatus est, 8 vel venire debet si vadimonio sit vocatus, & si venerit, & velit abesse, debet sistendi cum opus fuerit iudicio satisdare & fideiussores dare: vel iurare & sumpsius cautionibus promittere, seu per iuratoriam cautionem se venturum & repræsentaturũ polliceri. Idemque si prehensus velit carceribus mitti, *l. si vero, §. 1. qui satisd. cog.* P. Exstat & rub. *In ius vocati vt eant, aut satis vel cautum dent, lib. 2. P. tit. 6.* Iniuria enim fieret ei qui negotiis quibusdam occupatus necessariis, offert fideiussorem de sistendo locupletem, & idoneum & approbatum, si non accipiatur, *l. 2. in princ. & §. 1. l. si fideiussor, 8. eod. P.*

¶ † Fideiussor locuples dicitur in iudicio sistendi caussa, non 9 tantum facultatibus, sed etiam conueniendi facilitate, *l. arbitro, 9. & l. si ab arbitro, 10. eod.* talis autem dicetur qui ex arbitrio litigantium & iudicis approbatus erit, *d. l. si ab arbitro.* consideratis personarum agentium & defendentium qualitate & negotiis, de quibus agitur. Nam & qui sua voluntate accepit fideiussores, contentus esse debet: nisi eis magna aut insignis calamitas post fideiussionem accidisset, quia tunc ex integro caussa cognita satisdandum esset, *l. 2. §. Prætor ait, qui satisd. cog. P. l. 1. 2. 3. in ius voc. vt eant. P.* Ratione proximitatis agentium, minus locupletes facultatibus exigebantur fideiussores etiam, *l. inter omnes, 12. qui satisd. cog. P.*

¶ † Habebatur & ratio rerum petitarum, *l. sciendum est, 15. eod.* 10 & facultatum interpellatorum, *l. de die ponenda, 8. qui satisd. cog. P.* Formulæ constitutæ de sistendo, quæ ex conuentione interdũ litigantium constituebantur vel ab stipulatore, adhibito moderamine iudicis. *Nouel. 52. de exhib. reu, & 112. de litig. §. ad excludendas, l. pen. de dign. li. 12. C. cum simil. ibi no. Harmeno. lib. 1. Promp. tit. 2.* Sed & interdum iurabant quidam sine fideiussoribus, se staturos, vel ob dignitatem quam gerebant, *d. l. de die ponenda, §. iubetur, & l. 1. de custo. reo. P.* vel ob necessitatem, quia fideiussores inuenire non poterant, *l. ei pro quo, 17. de in ius voc. P.* Sed neque is qui paratus est statim docere de re de qua agitur, onerandus est satisdationis onere: qui dicat hodie constat, hodie agamus, *l. si eum iudicio sisti, 10. & l. si quis quenquam, 11. si quis cautio. P. l. 1. 2. 5. & 6. si ex noxa. caussa. lib. 2. P. tit. 9.*

¶ † Committitur hæc stipulatio & cautio, si in iudicio non 11 sistatur, vel res vel persona, pro qua fideiussio est interposita: cessantibus excusationibus iusti impedimenti, de quibus dictum est in citatione & contumacia, secundum ea quæ tractantur in titu. *l. si quis cautio. iudicib. sist. caus. fact. non obtemp. lib. 2. P. tit. 11.* Et non solum committitur, si non sistatur vel exhibeatur is, qui sisti promissus est, *l. sin. in ius voc. vt eant. P.* sed etiam si sistatur quidem, sed non in eadem caussa in qua fuit ante, *l. 3. si quis in ius voc. non ier. P. l. 2. §. fin. qui satisd. cog. P. l. diem proferre, in fin. de rec. arb. l. quoties quis, in princ. de verb. oblig. P.* vel si plures sistere quis promiserit, & tamen omnes non sistat, *l. qui autem, §. illud tenendum, si quis cautio. P.*

¶ † Tenetur autem ad pœnam, si qua adiecta est stipulationi 12 fideiussionis: sin minus, quanti interest actione incerti, æstimatione relata ad tempus illud quo sisti debuit, nisi euanescat cautio vel fideiussio: vt si quis eum qui sisti debeat, defendat: vel si transactum de lite sit, *l. neque impuberes, 22. de in ius voc. P. l. 2. si quis caut. P.* vel pro eo fideiussum, qui in iudicio esse non potest, vt quia seruus, *l. si seruus in iudicio, 9. eo.* vel pro eo, qui desiit posse conueniri, *l. si. eo.* ¶ † At in quantum teneatur fideiussor, qui 13 in criminalibus reum se sistere promisit, tractauimus alibi, *lib. 24. Syntagm. c. 3. nu. 16. & c. 4. n. 13.*

¶ † Quod ad cautionem iudicatum solui pertinet, nemo am- 14 bigit, tres clausulas sub illa stipulatione contineri de re iudicata soluenda, de re defendenda: & de dolo malo, *in l. iudicatum solui, 6. iudica. sol. P. l. stipulatio, §. habet, de ope. no. nuntiat.* quando alieno nomine quis agit vel defendit, *§. 1. de satisd. P. l. qui proprio, §. qui proprium, de procur. P. l. exigendi. C. eod.* non si proprio nomine, *§. sed hodie, de satisd.* Et huius stipulationis tantum dies quidẽ cedit post rem iudicatam, ex clausula iudicatum solui: sed exactio eius quod peti potest, in tempus reo principali ad soluendum indultum, differtur, *l. 1. iudi. sol. P.* contra fideiussores, *l. fin. §. fin. de vsu. rei iudic. C.* Ex aliis tamen clausulis ante committitur, vt si non defendatur reus boni viri arbitratu, vel si male lis agatur, *l. si reus, 12. iud. sol. P.* nisi ex aliqua caussa legitima defendenda lis non sit, non debeat, vel non possit, *l. hæc stipulatio, 15. & l. iudicatum solui. 16. & l. vir bonus, 18. iudic. sol. P.* vel iudicium pereat, *l. 2. l. si seruus, 11. & l. cum apud, 20. eo.* Et ex clausula doli mali, si non sit defensa in solidum, *l. ex clausula, 17. eo.* vel si quid dolo malo commissum sit, *l. nouissima clausula, 19. eod.* Habet autẽ iudicatum solui stipulatio, expeditam quantitatem: in tantum enim committitur, in quantum iudex pronuntiauerit, *l. iudicatum solui, eod.*

¶ † Hodie porro in Gallia, iudicatũ solui, aut iudiciũ peragi, nõ satisdatur, *l. 9. Fab. ad §. 2. de satisd. 10. Gallus in q. desis. per arest.*

Digitized by Google

quæstione 49. Attamen,inquit,Innocentius libro primo Institutionum. forensium. Si actor sit peregrinus & procul à regni finibus latem foueat, vel aduena: reus postulabit,vt procuratorem,qui forum in quo agitur frequenter, ad cœptam litem dare compellatur, ac in eiusdem fori territorio domicilium constituat,in quo requiratur quoties opus erit. Extat & arestum Parlamenti Tholosani, in 6.par. styli Parlamentu aresto 16.propter contumaciam & suspectos de fuga ita latum. Communi iure autem non egemus iis cautionibus in hoc regno, cũ procuratores constituantur cum omnibus clausulis de rato habendo,& de indemni reddendo procuratore, qua obligatione mandati edita penes actuarium,satis dominus dicitur fideiubere pro procuratore,seu cognitore, quem sibi deligit litis institorem & administrum,*Bart.in rubric.iudica.solui.P.*Quo fit etiam,vt non concipiatur sententia vel condemnatio in persona procuratoris apud nos,sed domini seu clientis, *Io. Gallus in 5.part.styli parlam.quæ.44.& 49.*Iustis tamen de caussis,in aduenis aut dum agitur de beneficiorum ecclesiasticorum lite, Henricus 2.sanciuit, litigantes deuolutarios,debere sibi domicilium constituere in ea prouincia,in qua sacerdotia sita sunt, & quorum lis incidit: teneri item eos cauere de iudicato soluendo,secundum formam iuris communis: aut aliter inanem esse illorum actionem.

16 ¶†Cautiones & satisdationes initio litis agitantur,& petuntur ante contestationem rei principalis. Aliæ autẽ & iudiciales sũt,quæ in quacũque litis parte peti possunt.Qualis est quam dicunt *saluagardiæ* cautionẽ per quã dat fideiussores aduersarius petenti coram iudice & auctoritate iudicis, de non offendendo ipsum nec in persona, nec in rebus, per se,vel interpositam personam:quę statuitur,quando cõstat iudici de minis, & quod is qui minatus est,eius generis est, qui minas solitus sit facile exsequi:vt hæc & alia tractata inuenies apud Bart. in l.illicitas, §.ne potentiores,de officio præfid.& apud Felinum,in rubr. de treuga & pace.Item alia quæ in moratoria dilatione' soluendi concessa à Principe,præstari debet aduersario,de soluẽdo,ab eo qui impetrauit, *l.vniuersam,de pro.Imper.offer.* pro hac interdũ datur in iure Pontificio iuratoria cautio, de soluendo, *vt in c. Odoardus de solutio.*

De libelli Oblatione.

Cap. 5.

Lib.2.Decret.tit.3.

1 *Iudex idoneus vel non idoneus pluribus modis dici potest,idque editio libelli docet.*
2 *Petitioni iudiciali conformis debet esse sententia: petitio iudicialis quid.duplex sine scriptura,& cum libello.Item conuentionalis,& accusationis.Et nu.3.& 5.*
4 *Petitio iudicialis quando in scriptis redigi debet.*
6 *Aduocatus qua methodo debeat petere in iudicio,an voce,vel libello.Et nu.7.*
8 *de Libelli clausulis.Et num libellus petitionis possit post editionem mutari.Et nu.9.*
10 *Libelli iudicialis seu petitionis scriptæ finis.*
11 *Plus petens quam debeatur,quomodo plectatur.*
12 *Libellorum petitionis rationes.*

1 QVando†ad iudicium per actores & reos ventum est, de foro competenti disputandum videtur,sed quia Iudex competẽs vel incõpetens & non idoneus,dici potest ex plurib.capitibus, tam ex parte rei controuersæ & eius actionis, quam ex parte ipsius personæ litigantium, & negotii, ideo petitio edenda prius erit ab actore, vel libellus intentionis porrigendus:de quo nunc agendum est, remissis exceptionibus & præscriptionibus fori in libium sequentem.

2 ¶†Intentionem suam & actionem actor in iudicio tanquam speciem & imaginem litis futuræ, *l.edita actio,C.de edend.*explicat per petitionem, cui conformis debet esse sententia,*l.vt fundus,cõ.diuis.c.licet Hebr,ac simonia,ca.qualiter,in fi.de accus.*nã secundum eam,vel in fauorem petẽtis,vel contra actorem lis agitur, *l.1.de plus petit.*C.Petitio itaque erit, actionis & iuris competẽtis iudici & aduersario,in iudicio facta declaratio.

3 ¶†Et ex modo edendi hanc petitionem,duplex erit eius species:vna quæ sine scriptis,voce actoris vel eius aduocati explicatur:alia quæ scripto fit,id est, libello.Non egemus scriptura in leuioribus negotiis,& quæ summarie debent explicari. *c.si quis cum clerico 1.q.1.notat gl.in c.1.de lib.oblat.c.e.sæpe,& ibi gl. de verbo.sig.vide decis.Capel.267.& Spec.in tit.de lib.concep.§.10. vers. 9.& 11.& ibi Ioan.Andr.vbi colliges casus in quibus non requiritur libellus.*sed actuarius seu amanuensis Iudicis, coram quo actor petitionem exponit,excipit intentionem, & rei defensionem,quo casu omissio editionis libelli, non est necessaria ordinis iudicialis,& omitti potest:quia perinde valet petitio illa iudicialiter facta & contestata,ac libellus editus. Quare aduocatus qui in iudicio exponit,demta scriptura,eadem debet voce complecti,quæ literis edendo libellum perscriberet,& eodẽ fere ordine caussam perorare ac describere. Et supplet mentẽ iuris descriptio petitionis quæ excipitur ab amanuense, nã de actione & petitione per eam scripturam cui fides constat, *cap. quoniam contra.de probatio.*

4 ¶†Si tamen reus postulet sibi edi scripto actoris petitionem, & mereatur negotium,recte fit, & solet ita fieri,si statuatur editio,& fiat.Suntque interdum subscriptiones & formulæ necessariæ in petitione;&tunc,cum ne varietur.tum etiam vt formulæ necessariæ obseruentur,edi debet & offerri libellus, quẽ vocant in ciuilibus,*la demande par escript.*Et sine ea editione, nõ valet processus iudicialis,*auth.offeratur, de lit.contest.C.c.fi §. offeratur 3.q.3.c.1.& ibi Pan.& alij,de lib.obl.l.1.de edẽ.*P.Idipsũ seruatur in accusatione instituenda ,in qua libellus accusationis scriptus& subscriptus edi primum debet,iuxta l.libellorum,de accusation.P.c.legem ecclesiasticarum,2.quæstio.1.

5 ¶†Ita ex duplici materia ciuili & criminali, constituitur & duplex libelli species,conuentionalis,& accusationis,*gl.ff.in ca. 1.de libel.obiat.*Conuentionalis cõtinet libellũ seu supplicationem,quæ aliquando porrigitur Iudici,antequam citatio vel vocatio decernatur,*Felin.in a.c.1.*Sunt enim caussæ,in quibus non nisi venia petita vocatio fieri poterat, & libellus ideo porrigebatur,*l.libertus aduersus patronum.15.de in ius voc.P.l.1.& 2.quæ.princ.obl.&c.iuncta l.4.de in ius voca.P.cum similib.*Continetur & hac appellatione citationis mandatum,quo narratur compendiose scriptis intentio seu caussa ob quam quis vocetur, *vt in l. 1.de edẽ.P.& in citatione antea diximus.*Est & libellus qui datur in caussis appellationis,qui dicitur libellus dimissorius vel apostoli nomine,de quo in tit.De libell.dimissor.in P.li.49. tit. 6.Et nos de hoc,refutatoriis, & aliis libellis appellationum, agemus Deo fauente,lib.50.huius Syntag.ca.2.Postremo libellus conuentionalis, dicitur petitio iudicialis scripto latius quam citatione comprehensa,ob quam conuentio &vocatio in iudicium facta fuit,quæ porrigitur ab actore seu petente.

6 ¶†Formula seruata tantum ea,quæ possit liquido & sine dubio constare iudici & parti, de eo quod in petitionem & iudicium deducitur. Et vt ita probe componatur,quatuor partibus principalibus constare debet. Prima,quę est epigraphe & inscriptio,continebit nomẽ petentis, & in quo caussæ genere petat,&à quo,& corã quo Iudice,*l.2.de for.& impet.subl.*In secũda parte debet aperte & sine inuolutione exponere negotium de quo agitur,& hypothesin nitidam suæ petitionis,*c.2.de lib.ob lat.*omissis antiquorũ scrupulosis formulis. Sufficit enim omisso etiam proprio actionis nomine, dũmodo constet quid petatur,*c.dilecti.de iud.*& petitio certa fit,*l.Domitius.de test.P.l.prec.b.* C.*de imp.b.*homine,quãtitatequalitate,vel demõstratione,*l.certũ,de reb,cred.P.l.vbi autẽ nõ tãtũ appareat.de verb.obl.P.*Si res immobilis petatur,adiici debẽt nomẽ,fines,vicini,promixique limites,mẽsura,iugera,& aliæ qualitates necessariæ ad rei mobilis vel immobilis certitudinẽ,iuxta l.si in rẽ 6.in prima,de reivin. P.l.si forma censuali,de censib.P. c. cum olim,de verborum significatione,*vide gl.in c.2.in verb.significantibus,de libel.oblat.*In aliis oportet esse relationem factam ad certum, vt ad testamentum certæ personæ,aut ad instrumentum certi anni & diei & personarũ,*l.ait Prætor,5.1.de re iud.P.*Tertio debet petitor addere caussas suæ petitionis: difficile enim est Iudicem & aduersarium aurem accommodare petitioni ,quæ caussam petendi nõ habet ex qua obligatio oriatur,*l.iurisgentium, §.sed cum nulla, de pact.in P.* neque tenetur respondere aduersarius, *c.fina. de lib. oblat.*

7 ¶Postrema†& præcipua libelli pars est conclusio, in qua Iudex maxime iudicium adhibet,& per quã finis propositę actionis edifferitur,& quod petitur fieri,explicatur:vt parũ aut nihil solicitus sit iudex de superfluis vel parergis narratis in libello, si illi de conclusione constet,ad quam verba dubia præcedentia, vt ad lapidem Lydium probari debent & reduci.Neque vitium scripturæ inspiciendum,si de mente constet.*Zasius, conf. 14. & in constit.Latina Philip.4.reg.Galliar.*Hic dubium visum est, nũ alternatiue quis possit concludere:sed tamen placet in his,quæ in electione sunt solius actoris,statam,non dubiam aut alternatiuam esse debere conclusionem: contra, si in arbitrio sit aduersarii interdum:nisi & electio quæ est actoris, in alternatiuæ conceptione,sit in fauorem conuenti'& defendentis,*ca.ex literis,de pign.& ibi.Panor.late de alternatiuo libello. Io. Andre ad c.constituturus,de int.restit. & admitti docet per illum text. & per c. cum dilecti. de emt.vide & gloss. fi. in c. cum dilectus. 8. de relig. domib.*

8 ¶†Subiiciuntur & conclusioni communiter hæ clausulæ,*autrement conclud pertinemment, & proteste des despens.* Prior clausula,*omni meliori iure concludo, & pertinenter*,efficit, vt in casu dubio,libellus debeat aut possit interpretari in fauorem ipsius,atque habeatur pro concepto,quo aptius cõcipi possit, *Alex.conf. 121.col.pen.1.vol.Iaf.in §.omnium.col.20. & 21. de actio. decisi. cap.Tholos.32. & 232.* Altera vero clausula,*protestor de expensis* interpellat Iudicem, vt expensas adiudicet, ni velit litem suam

Digitized by Google

suam facere secundum Bartolum, *in l. properandum, §. sin autem alterutra, C. de iud.* Post formam autem petitionis libello comprehensam, datur defendendi reo licentia.

9 ¶ † Sed tunc, num cognito libello & edito possit immutari libellus quæritur. Et breuiter distinguendum est, in non substantialibus mutari & emendari posse, veluti in congruitate sermonis, *Io. Faber in §. si minus, de actio.* In substantialibus vero minime post litem contestatam neque eius scripta, ex quibus vel confessio prodest aduersario, vel ius ei quæsitum est: ante quānis liceat, *d. §. si minus, Bal. & Cyn. in l. edita, C. de edi.* Late de hoc gloss. in ver. *Emendari*, & ibi interp. in l. edita actio, C. de eden. Potest tamen declarari post contestationem, *l. in delictis, §. si de tract. de nox. actio. P.* quia qui declarat, nihil de nouo adiicit, *l. heredes palam, §. fin. de testib. P.* neque prodest quicquam clausula quæ apponi solet à quibusdam, *salvo iure addendi vel mutandi, &c. aut emendandi*, quia per illam clausulam, non licet etiā post contestationem addere vel mutare, *interp. in d. l. edita, gl. iss. in ca. inter dilectos, de fide instru.* Et proinde in curiis non auditur quispiam allegans noua, in causa appellationis: nec admittitur ad libellum vel articulationem factorum nouorum iure communi. Et proinde necessarium est impetrari à Cancellaria regiaq; benignitate codicillos, quibus permittatur & admittatur impetrans, ad facta noua proponenda & capitanda, seu, vt loquuntur, articulanda: imminente tamen pœna multæ contra impetrantes & proponentes noua, quæ ad litem non pertinent, secundum constitutio. Francisc. 1. anni 1539. de litibus ex breuiculo decidendis, art. 112.

10 ¶ † Quocirca quia libellus continet statum & cardinē causæ, circa quem lis contestatur & agitatur, secundum eum debet fieri probatio intentionis præscriptæ, & ille est finis præcipuus libelli: neve variare liceat, vtque de lite veluti obsignatis tabulis contendatur. Et qui in libello vnum deduxit, & aliud probat, non obtinet in lite, *l. habebat, de instit. act. Bart. in l. 1. cod. Boer. consil. 25. nu. 21. & 22. in addi. Aufreru, ad quæst. 11. capel. Thol.*

11 ¶ † Quamobrem in l. 1. C. de plus peti. permissum est, errorem emendare & petitionem maioris summæ ante litem inchoatam, & actionem restringere: sed postea, minime. Imo & nunc, non pœnis quidem priuationis debiti, sed damno sumtuū plectitur, & quanti interest conuenti, *c. 1. de plus petit. lib. 2. de cre. tit. 11.* si velit mutare actionem: quod permittitur sumtibus restituendis, temperata lege antiqua ciuili, qua plus petens quam deberetur re, loco, tempore, aut causa, priuabatur actione & debito, *§. si quis agens, de act. d. l. 1. de plus peti. C. in Claudio Capit.* Quod & ante quodammodo emendare visus est Claudius Cæsar, de quo sic scribit Suetonius, *Tranq. 14. Nec semper præscriptā legum secutus duritiam lenitatemque mulctarū, ex bono & æquo perinde vt afficerentur moderatus est. Nam & in qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones.*

12 ¶ † Rationes esse libellorum ex superioribus colligi possunt, vt certæ sint petitiones, & postea sententia certa sit, *d. l. vt fundus, fin. ercisc. cum simili lib. §. curare, de act.* Itemne liceat variare in præiudicium rei, & in iudiciorum contemtum, post agitatam cum multis contentionibus causam. Sed & tertio, vt cognito libello possit apud se deliberare reus, num vel satisfacere petitis, vel litigare velit, *l. 1. de eden. P.* Item quarto, vt arguatur rei fugientis contumacia & mens, qui maluit litigare, quam soluere, *l. nemo rem suam, in 1. §. 1. de verb. oblig.* de qua per contestationem litis appareat. Nam forsan & aliquando, ante actionis editionem habet iustam causam ignorandi, *tractatur per gl. iss. & text. in l. vinum, de reb. cred. P.* Et ideo ante iudicium contestatum quando non est citatio libellata, nec edita actio libello, expensæ sunt faciendæ ab ipso actore: imo etiam expensis eiusdem apographum libelli seu petitionis dari debet, *gl. iss. in clem. 2. in verb. oblatos, de appel.* quia sine interpellatione non potest dici in mora reus, *l. cum filius familias. §. fin. & l. si ex legati, de verb. oblig. l. mora, de vsura, P. l. illud, de peric. & com. rei vend. P.*

De Litis Contestatione.

Cap. 6.

Lib. 3. C. tit. 9. Lib. 2. Decret. tit. 5. Lib. 2. Sex. tit. 3.

1 *Contestatio libelli quomodo fiat, & eius finitio. nu. 2.*
3 *Contestatio litis duplex, expressa, & tacita.*
4 *Litis contestatio per quæ fiat, & à quibus. nu. 6.*
5 *Exceptiones quæ ante litis contestationem tantum admittantur.*
7 *Contestationem sequuntur articulationes, positiones, probationes, & dilationes.*
8 *Positionibus litigantium quomodo litigantes respondeant.*
9 *Reconuentiones quando tantum fiant, & mutuæ petitiones.*
10 *Contestationis finis, rationes, & effectus.*

1 Libello † porrecto aduersario; coram Iudice contestatio libelli vel litis facienda est. Et ex hac parte propriè iudicij, quod ex contentione partium nascitur, vt ait Cicero pro Murena, vt per hanc formam, † *Ager qui Sabinas, meus est, imo meus:* 2 *tunc iudicium. Contestari est*, inquit Sext. Pomp. Festus, *cum vterque reus dicit testis esto. Contestari dicuntur litem duo vel plures aduersarij, quod ordinato iudicio vtraque pars dicere solet, testes esto.* Et inde à testibus, qui ad dictorum probationem adhibendi sunt, contestationem dictam apparet. Vel quod actor sic sibi ius esse testetur, reus vero diffiteatur. Litis itaque contestatio, est assertio vel petitio proponentis, cum responsione rei coram iudice, voce, vel in iudice scripto facta, *colligitur ex l. 1. C. de lit. contest. c. 1. eo. ap. Greg. l. & quia de iurisd. omn. iud. P.* In Gallia lis contestata dicitur, non tantum si petitio & responsio facta fuerit coram Iudice, sed etiam si quippiam de illa interlocutus est Iudex, & si quando aliquid statuit vt edant seu producant, aut si dicatur litem haberi pro contestata, dicunt *tenu pour conteste, Imber. lib. 3. Institut. for. c. 9. hoc etiam vide æquum esse ap. Ludoui. Rom. & alibi obseruari consil. 164. Cardi. in clem. constitutionem §. fi. in fi. de elect. Bar. & Bal. in l. nulla, & l. nihil, C. de procu. Panor. in c. insinuante, de offi. delega. Feli. in c. olim, de accusatio.* vel si libellus oblatus sit principi, *l. 1. quan. libel. prin. obla. tit. &c.* C non alij, *l. 1. de off. præf. præto. Orien.* C. ¶ † Contestatio litis duplex, vnà quæ fit expresse, per 3 verbum nego, vel simile, *l. 2. de iura. cal.* C. *l. rem non nouam, §. patroni, de iud. C. l. eleganter, §. si quis post, de condict. indeb.* P. altera quę tacite, vel per inuolutionem alterius facti fit: vt per exceptionē pacti, *arg. l. non vtique, de exhib. reis*, C. § *sancimus, eod. in auth.* vel quando Iudex haberi pro contestato statuit. ¶ † Fit autem vtraque, vel de iis quæ ingressum iudicij impediunt, vel de lite principali. Siquidem controuersia quæ fit circa exceptiones peremtorias, contestatio quidem est, sed non contestatio litis principalis, cuius iudicium à contestatione rei principalis incipit, nec ea censetur facta per exceptionem peremtoriam à reo oppositam, *c. 1. & 2. de lit. contest. in 6.* sicuti nec per solas positiones & responsiones non fit iure contestatio litis, *c. vni. eo. ap. Greg. c. dudum in 2. eo.* Accedit quod vna & eadem res, duos diuersos effectus non producit, *c. maiorem, de baptis. c. deinde, 26. dist. l. eum qui ædes, de vsuca. p. l. qui hominem, de solut. P.* Contestatio autem litis principalis iudicium constituit: exceptio vero peremtoria prohibet. Et proinde, contestatio exceptionis prior erit & præiudicialis, & alia à litis præcipua contestatione. Proponuntur exceptiones tamen & contestationes à reo, vt & replicationes ab actore, *l. 1. & 2. de excep. P. §. 1. de replic. ap. Iustin.*

¶ † Ante litem, exceptiones fori declinatoriæ, seu fori præ- 5 scriptiones obiiciuntur, contestatione in lite principali facta, non admittātur, *l. fi. de excep.* C. Idipsum de dilatoriis rescriptū, *l. si quis aduocatus, 12. C. eo.* Nec post litem contestatam recusare licet Iudicem, neque petere alium addi, *§. sed & illud, constitut. Nouell. 53. auth. offeratur, de libell. oblat. C. & §. 1. 93. Nouell. de executor.*

¶ † Cōtestationes fiunt ab actoribus ipsis & reis, & à personis 6 procuratorum vel aduocatorum eorundem, secūdum formulā assertionis, negationis, exceptionis replicationis, positionis & responsionis. Et si quis neget vel dicat sibi dubium videri, vel nonnisi cum aliqua conditione se debere, *l. siquidem, C. de excep. l. exceptionem, de probat. C.*

¶ † Post hanc contestationem, ad capitulandam seu articulā- 7 dam petitionem & defensionem, dantur à Iudice dilationes, habita ratione negotiorum, & consuetudinis seu styli cuiusque curiæ. Non. n. seruantur illæ dilationes decē vel viginti dierū, & similes quæ legibus ciuilis iuris Romani præscribuntur, *in dict. §. sed & illud, & authent. offeratur, & authen. libellum, C. de lit. contest.*

¶ † Postulat & ius Pontificium, fieri positiones, hoc est, asser- 8 tiones in articulis vtriusque petitionis & defensionis, de quib. ante probationem summarie & de plano iurabat aduersarius, se credere vel non credere verum esse quod ibi posuisset: vt in confessis releuaretur à molestia probandi qui proposuit per aduersarij confessionem, *c. statuimus, de confes. in 6. l. eum qui, de iureur. ca. 2. de proba. ap. Greg.* Ita ad illas positiones, tenetur aduersarius respondere per verbum credo, vel non credo, aliter teneretur iterum respondere, *Bal. in l. fi. n. 9. de edict. diui Adriat. tol. Panor. & alij, in cap. 1. de probat.* Sed tunc demum tenetur hoc modo iuratus aduersarius de aduersarij positionibus respondere, quando ipse actor prius iureiurando suas positiones veras esse affirmauerit, *c. præsentia. de testi. in 6.* Et hæc formula Romæ, *vide de hac positionis formula plene Octau. Westrium, li. 5. introduct. in aula Roma. actio. c. 14.* & alibi seruatur. Verum in Gallia constitutione regia ex vsu abiit, & articuli sine illa assertione editur, & de illis sine assertione vt fiat probatio statuitur.

¶ † Fiunt & in hac contestatione mutuæ petitiones, *l. neque* 9 *scriptura, C. de cōpens.* neque enim actor reconuentus à reo corā eodē iudice, reuocare cōtra se potest: quem contra eundē reum delegit & probauit, *l. cum Papinianus, & auth. & consequenter, de sent. & interlo. omn. iudi. C. c. 1. de mut. petitio. §. fi. de exsecutio.* Quare & à Iudice qui non admittit reconuentionem, appellari potest, *l. 1. §. fin. quæ sent. sine appel. resc.* Quod intelligi par est, si reconuentio fiat ante litis contestationem: non si post, *d. auth. & consequēter, & gl. in c. 1. de mutuis petit.* Item si coram Iudice ordinario nō

Digitized by Google

etiam coram arbitro, qui limitatam sibi concessam potestatem non potest egredi, *l. de his, de recep. arbit. P.*

10 ¶† Contestationis finis & rationes sunt, inuenire statũ caussæ, de quo sine errore possit lis iudicari, & vt sciatur quid probatione dignum sit, quidve reiiciendum: quod aliter fieri non potest, quam illis interrogationibus & responsionibus præcedentibus litigãtium, quia causarum merita, & partium assertione panduntur, *l. fin. si per vim vel alio mo. C.* Neque secundo debent inauditi condemnari, *l. de vnoquoque, de re iudi. P.* Itẽ tertio, pro confesso litigandum non est, sed pro dubio, *l. quidam existimauerunt, 21. de reb. credi. P. l. 1. C, de const.* Et de dubiis non potest iudicium fieri sine probatione, illa vero non fit nisi lite contesta, *c. 1. & to. tit. vt lit. non conte. non pro. ad test. examinat. libr. 2. Decret. tit. 1. c. 1. de can. propri. c. cum dilectis, de purgat. can.* paucis exceptis, *l. fi. §. illud, de tem. appell. c. quoniam frequenter, §. sunt & alij, vt lit. non contest. cum simil.* Sed & postremo, plura sunt quæ ex litis contestatione sequuntur, quæ si lis omittatur, non sunt. Nam viam præcludit postea, vt dixi, dilatoriis exceptionibus non propositis, *l. Pomponius, §. rati, de procur.* interrũpit vsucapionem, *l. more, C. de re vend. l. sicut. & ibi Bald. de præs. 30. vel 40. ann. not. plene, in l. naturaliter de vsucap. P.* quia constituit aduersarium in mala fide, quod pertinet etiam ad fructus restituẽdos, *d. l. more, & l. certum, de re vend. C. Bar. in l. litigator, de fruct. & lit. exp.* constituit & in mora, maxime in his quæ debẽtur officio iudicis, *Alex. in consil. 48. col. fi. 4. vol. l. cum postulassem, de dam. infec. P. l. vinum, de reb. cred.* sed & perpetuat actionem, *l. ordinata, §. in principio, de libe. can. Alex. & interp. in l. si eum, §. qui iniuriarum, si quis cautio. P.* Et plura efficit, quæ te docebit, Speculator. tit. de litis contest. §. penult. & fin.

De Iuramento calumniæ.

Cap. 6.

Lib. 2. C. tit. 58.
Lib. 2. Decret. tit. 7.
Lib. 2. Sex. tit. 4.

1 *Iuramentum de calumnia quid: duplex actoris, rei: pro quibus præstetur, à quibus: formula iurandi: omitti & remitti an possit, & quando exigatur: finis, & rationes, nu. 2. 3. 4. 8. 10. 11. & 12.*

5 *Interrogationes in lite quando, & à quo fiant: & fieri expensis interrogare volentis, nu. 6.*

7 *Confessiones quales: in iudicio, & quomodo probent.*

9 *Aduocati in Gallia quando iurant de calumnia.*

12 *Calumniæ accusatio etiam competit finito iudicio.*

1 COntestatione † facta & statu caussæ composito procedendũ est ad probationes, & ad indagandum ex vtraque parte veritatem, *l. 2. in prin. & §. sed prædictum, de iureiu. propt. cal. dan. C. l. rem non nouam, §. patroni, de iudic.* C. præcedit iuramentum de calumnia, quod dicitur & præstatur à litigantibus, de omnibus bona fide agendis in lite, omni malitia & falso reiectis.

2 ¶† Calumnia, pro omni petitione iniusta aut pro accusatione falsa, & pro omni malitia hic accipitur, *glos. in clem. 1. de sentẽ. & re iudi. in non tab.* Sicque apud Iustinianum generaliter rescriptum, *§. 1. in proœ. Institut. vt per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat.* Dicitur ideo & iuramentum malitiæ, *capit. 2. §. fina. de iur. cal. in 6.* duplex accusatoris in criminalibus, & in ciuilibus, quod & iuramentum veritatis, *c. 1. §. fin.*
3 *de iur. cal. in 6.*

¶† Præstatur namque de caussis criminalibus & ciuilibus. Olim tamẽ non iurabatur de calumnia in caussis spiritualibus, & decimis ecclesiasticis, *c. 2. eod. apud. Greg.* cũ tamen nouo iure Pontificio iuretur & de omnibus, *c. 1. §. fin. eod. in 6.* in quibus probatio exigitur, *l. 1. Cod. de iureiur. propt. cal. dand. §. quia vero, &*
4 *Nouell. Iust. 50.*

¶† Iuratur vero ab actore, reo, *§. nam & actor, & §. ecce enim, de pœ. teme. litig. l. 2. in prin & §. hoc etiã huic, de iur. propt. cal. dan. C. §. 1. Nouell. const.* & ab aduocatis vtriusque partis, pro se, quod iniustam caussam non fouebunt, &c. & nominatim in caussa qualibet de calumnia. *d. l. rem non nouam 12. §. patroni, C. de iudic. §. vtrinsque etiam, de pœn. teme. litig.* iurãt & procuratores, *auth. principales, C. de iureiu. propt. cal. dan. cap. 2. §. procuratores, eod. in 6.* Sed personalis hęc calumnia cum sit, sacramentum quoque personale est: ideo iussit Carolus 9. constitutione edita Aureliæ in comitiis, art. 58. in omnibus personalibus actionibus, debere litigantes seipsos iudicio sistere in principio caussæ, iuramenti eius caussa. Sed vereor, & ita video in abusu, ne hoc seruetur. Omnis sexus, *d. auth. principales.* de calumnia iurare tenetur, cuiuscunque sit dignitatis, *l. 2. §. sin autem, C. de iur. propt. cal. dan.* C. imo & clericus, in casu contra laicum, *ca. ceterum, §. de iuram. cal.* quamuis olim non iuraret, *c. 1. eod.* Item vniuersitatis vel eius œconomus, vel syndicus, *c. 4. & fin. eod.* item & tutores, *d. l. 2. §. quod obseruari, C. de iur. cal.* Si noluerit actor iurare, cadit à iure & actione: si reus nolit, pro confesso habetur, *l. si non fuerit, de iureiur. P. l. delata conditione, C. eo. c. fi. de iur. cal. l. 2. §. quod si actor, C. eod.* Remittitur tamen patrono, & parentibus, *l. in iurandum, quod ad pecunias, §. qui in iurandũ, de iure iur. P. de die ponẽda. §. iubetur, qui satisd. cog. P.* Suidas in ver. *αἰτωμασία* refert antomasiã fuisse actionem contra aliquem iureiurando firmatã, de iniuriis quas sibi factas diceret scriptam, dum inquit, deferebant ad magistratus tam actores, quam rei de controuersia ex æquo vtrique iurantes: alteri, se vere accusaturos, alteri se vere respõsuros esse. In const. Franc. 1. ann. 1539. art. 38. idem statutum fere. Sic enim statuitur. *Et seront tenues les parties affermer par serment des faicts contenus en leurs escriptures & additions: & par icelles ensemble par les responses aux dicts interrogatoires confesser ceux qui seront de leur science & cognoissance, sans les pouuoir desnier ou passer par non scauance.*

¶† Interrogationes in iudicio etiam fieri nemo ambigit, per ea quæ traduntur in tit. De interrogat. action. & per art. 37. ec- 5
iusd. constit. Francis. 1. Fiunt autem vel quando iudici videbitur, & in quacunque parte litis, in his quæ expressa sunt à litigatoribus apud Iudicem vt in hereditatibus, vel in aliis rebus quæ in caussis vertuntur, & in illis quorum difficilis est probatio, *l. vbicunque, 22. de interro. act. P. l. 1. 2. 3.* vt interrogatus cõfitẽdo vel mentiendo, sese oneret responsione, *l. volusi prætor, eod.* ideo fiunt positiones quæ dicuntur *faicts*, de quibus interdum statuit Iudex aduersarium responsurum, dicunt in praxi, *qu'il se fera ouyr cathegoriquement.*

¶† In quo & Iudici & aduersario considerandæ sunt natur- 6
ę positionũ, quib. quis tenetur, vel nõ tenetur respõdere, primo, ne cogatur respondere positioni incertæ & confusæ: quia responsio nihil releuat Iudicem, cum non faciat probationem, *l. ad probationem. C. de probat. c. præsentia, eo. arg. l. 1. §. si quis argentum, depos. P.* Secundo, si non faciat ad caussam, vocaturque in praxi, *faict impertinent.* Tertio, si iam fundauerit suam intentionem reus, & positiones contrarias actor ponat: quia dubia caussa amplius non est, *Bal. ad c. 1. de probat. Ias. in l. admonendi, in. 8. l. in poste. lec. de reb. cred.* Quarto, si positio superflua est, vt si alias idẽ respõderit, vel in principio litis, vel alibi, *Bal. in ampliorẽ. §. in refutatoriis, de tẽp. appel. & in l. contractib. §. illo, C. de nõ nu. pec.* Quinto, si fiat de facto alieno & alterius, quã interrogati, *l. qui interrogatur, cũ gl. de inter. act.* P. Sexto, si positio negatiua, quæ probari nõ potest, *c. quoniã cõtra, de proba c. 1. de cõfes. in 6. gl. in l. 1. C. eo.* Septimo si captiosa, *per rationem l. in fundo, de rei vind.* Octauo, si contraria alii propositæ positioni: quia allegans contraria nõ est audiendus, *l. 1. C. de fur. l. eum qui. & l. contra maiores. C. de inoffic. test. l. per minorem, de iud.* P. Nono, si positio sit rei quæ iuris communis dispositionis est: ius enim certum est, *l. ornamentorum, de aur. & arg. leg.* P. *l. 2. de iur. & fact. ign. P.* nec eget probatione. contra, si statuti ciuitatis vel municipalis esset.

¶† Ex interrogationibus & responsionibus sequuntur cõ- 7
fessiones vel negationes. Confessiones sub Iudice factæ, vim probationis habent contra confitentem, *l. non alienum: 11. l. de ætate, 12. §. qui interrogatus, l. 1. de confes. C.* si ius vel natura non repugnet, *l. confessionibus, 14. l. si is cuius. 15. de interro. act.* & error nõ interuenerit, *l. de ætate, §. ex caussa, & l. qui iusto errore, e.* & si alia omnia interuenerint, quæ probat gl. ad l. 1. C. de confess. & in fauorem tantum eius, cuius caussa interrogatus fuit, non aliorum, *l. si. eo. P.* Nam & illius etiam expensis interrogatio fieri debet, non interrogati, *arg. l. generaliter §. his, de reb. cred. gl. & Bar. in l. 2. §. defendi. ex quib. cau. in pos. eat. P. l. sed & §. §. 1. ad exhib. P.* nec alterius: & ad eum solum, commodum pertinet probationis vel mendacii, si interrogatus mentiatur respondendo, *in l. non alienum, & l. de ætate. §. si cum esset, & l. 4. de interrog. act. P.* Quod si neget interrogatus, fit contestatio, & ad iuramentum calumniæ prius, postea ad alias probationes perueniendum est. Formula porro iuramenti de calumnia, secundum negotium in quo iuratur exigitur.

¶† Actor iurat non calumniandi animo litem se mouisse, sed 8
existimando se bonam caussam habere. Reus, quod putans se bona instantia vti, ad reluctandum peruenerit, *l. 1. & 2. de iureiur. propt. cal. §. 1. de pœ. tem. litig.* Addit Iustinia. iurare debere etiam, nullam in tota lite se exacturos probationem, nisi quam pro veritate putarint esse necessariam, *auth. in isto. de iureiur. propt. cal. §. fin. de iis qui ingred. ad appell. in auth.* Quod nihil penitus caussa patrocinii iudicibus, vel alii cuicunque e personæ pro hac caussa dederint, vel promiserint, vel postea dabunt per se vel per interpositam personam: exceptis quę leges dare permittunt, *auth. principales. de iure. prop. cal. §. 1. vt litig. iur. in auth.* In aliis, in quibus caussæ natura alia est, quod quisq; credit & existimat iurandum est, *d. l. 2. §. quod obseruari, de iure propt. cal.* C. Iurãdi alia Aduocati formula etiam, in l. rem non nouam, §. patroni, C. de iud. Alia Iudicis, in l. C. de iureiur. prop. cal. Procurator porro iurat in animam constituentis, & solum cum speciali mandato, *Bart. in l. 2. §. si. eo. sit.*

¶† In

¶ † In Gallia aduocati non præstant iuramentum hoc calumniæ non inferendæ in singulis causis, sed vel semel dum admittuntur ad subsellia generaliter eo ipso iuramento se obstringunt pro omnibus: vel in curiis supremis, semel in anno singulis Martinalibus in auguratione bus,

¶ † Ceterum, non quilibet potest petere hoc sacramentum ab ipsis litigantibus iure, sed tantum is qui positiones constituit, cuius solius interest: ideo si petatur, omissio eius nō vitiat gestum iudicio. Et si non petitur, remissum esse censetur, *c.1.de iura.cal.in 6. Hosti.in Sum.vt lit.non cont.n.3.auth.hoc sacramentum C.de iureiur.propt.cal.dand.* Iudex tamen illud exigere potest in quacunque parte litis, secundum Baldum, etiam post conclusionem, *Bald.in l.1.§.sed nunquid,de iure.propt.cal.C.* In eo tamen quod per conclusionem exigatur, gl.in c.ex literis,de iureiur. dissentit,& illam communiter Doctores sequuntur. Alioquin iuramentum hoc semper recte petitur.

¶ † Finis namque propter quem iuramentum inuentum est, iam aduenit,& postea sero sapiunt Iudices: is enim est, litium facilior & promtior terminatio. Nam sacramenti timore, contentiosa litigantium instantia compescitur, *l.1.eo.§.de pa.teme. litig.* Instantia autem iam peracta est aduenientе conclusione negotii: & ita tacite remissum iuramentum de calumnia, perinde ac si non necessarium visum fuerit,& ita non vitiat omissio actum: quanquam expresse remitti à litigantibus non possit, videlicet vbi opus est eo, *l.2.§.sed quia veremur,de iureiur. prop.cal.C.* Sic enim non expressa nocent, *l.si quis Sempronium,de hered.inst.P.l.nonnunquam, de condi.& demon.P.* quia & dolus futurus remitti non potest *l.si vnus,20.§.illud nullapactione,de pact.P* quamuis commissus remittatur, *l.cum donationes,C.de transact.* Nec valent pacta quæ inducunt ad delinquendum, *l.conuenire, de pact.dotal.P.l.alia lege.§.elegantер,fol.matr.P.*

¶† Satius tamen si requiratur, visum est ante litem adhiberi, vt circuncidantur lites, *c.semel litibus,de dolo & contu.l.properandum,de iudi.C.l.fratris*, C.de *transa.* Item ad euitandam vexationem litigantium, *l.de die ponenda.8.§.iubetur,qui satisd.cog.P.c.1. de accusat.* dicunt & fauorabile esse iuramentum calumniæ iurāti, vt si calumnioſe præsumatur quippiam, & perperam dictum sit per eum, excusetur propter iuramentum: non tamen immunitatem habeat ab expressa calumnia, *Bartol.in l.si quis,§.stellionatus,ad Turpill Bald.in l.si tibi,de lib.cau.C.* Et enim receptum est, etiam finita causa ciuili, posse de calumnia accusare reum, *glos.in l.& in priuatu,ad Senat.Turp.P.*

De Dilationibus.

Cap.8.

Lib.2.P.tit.12.
Lib.3.C.tit.11.
Lib.2.Decret.tit.8.

1 *Dilatio quid.*
2 *Tempore res fiunt & pereunt.*
3 *Dilationes iudiciales, extraiudiciales, & conuentionales quæ, & quotuplices dantur secundum res, de quibus agitur, & quæ considerandæ in illis præfigendis, nu.4.& 5.*
6 *Deliberatoriæ inducie quando in iudicio dandæ sint, & vbi.*
7 *Dilationes plures in iudicio quando dentur.*
8 *Appellationes duæ præparatoriæ dilatoriæ quæ.*
9 *Probandi causa dilatio, cuius temporis, & quando datur & pro quibus, & quot, nu.10.*
11 *Dilatio prorogata & noua quomodo differant, & quid sit prorogatio.*
12 *Dilatio data à iudice litigantibus quando possit per illū reuocari.*
13 *Dilationum spatia continua, nec interpolata feriis.*
14 *Dilationes extraiudiciales à quibus dantur: & à quibus iudiciales, nu.15.*
16 *Dilatio cuiusq;, & necessaria.*
17 *Dilationes quæ forma danda.*
18 *Dilatio ad cuius vtilitatem pertineat. Finis dilationum & rationes, nu.19.& 20.*

IN omnibus fere iudicii partibus, incidit mētio de dilatione, & maxime vbi de consultando & probando quæstio vertitur Proinde de dilationibus antequam ad probationes peruenia mus, quędam compendioſe admonebo. Dilatio est, spatii temporis ad aliquid agendum vel dicendum constitutio, vel extensio, per cōsēsū quorū interest, vel per legē, vel per iudicē facta,

Tempus item, inquit Lucretius, l.de re nat. per se non est, sed rebus ab ipsis.
Consequitur sensus? Transactum quid sit in æuo,
Tum qua res instet, quid porro deinde sequatur.
Nec per se quemquam tempus sentire fatendum est.

¶ † Omnia tempus proprium habent quo fiant: & suis spaciis transeunt vniuersa sub cœlo, *Ecclesia.c.3.* Et quædam certo tempore fieri debent, in quo si non fiant, facultas agēdi perit, *vt in l.3.C de ser.leg.1.de cōd.ex leg.l.vbi adhuc,C.de iure dot.* Et nos plura de temporum obseruatione diximus, lib.4.Præiudior.optimi Iurisc.per 14.capita, vbi de horis egimus, *vt in l.in omnib.de actio.P.* Pereunt autem res temporariæ in nouissimo momento temporis decreti, *l.ratum,42.de sol.P.* & cum aliquo intellectus temperamento, *l.quod dicimus 105,eod.*

¶ † Dilationum aliæ cum mora, quæ culpam habent: quales sunt illę quæ reprehenduntur. & morosæ actiones, iuxta l.mora,de vsur.P.l.quod te,de reb.cred.P.l.si ex legati causa, de verb.oblig.cum similib. Alię sine culpa indultæ & legitimę Dilationum dantur species 38.ab Specul.§.1.de dilatio. quas longum nimis & tædiosum esset recensere. Quare sufficiet præscire, dilationum alias esse peremtorias, quæ perimunt facultatem agendi: alias dilatorias quæ differunt tantum, non autem perimunt, *l.ad peremtorium, c8.cum seq.de iud.P.* Rursum alias iudiciales, ex quibus quædam nocere solent, aliæ non nocent: alias extra iudiciales: quæ vel conuentionales, vel sine conuentione & de rebus quę non pertinent ad iudicium, & de rebus quę pertinent. Iudiciales quoque dicentur, & quæ dantur à iudice. Et hæ diuersæ, secundum actus quibus adiiciuntur: vt citatoriæ, deliberatoriæ, probatoriæ, productoriæ, &c. Extra iudicialium ergo nomine continebuntur conuentionales, non cōuentionales & legales. Conuentionales sunt, quę ex conuentione partium seu litigantium, ratione præstationis vel alterius actus faciendi dantur, *l.de die ponenda,8.qui satisdat.cog.P.cap.pastoralis,27.§ fi.de offi.dele.*

¶ † Sic legales, quæ à lege generali, vel statuto seu stylo dantur. Habemus in illis concedendis rationem de rebus de quibus agitur in genere,& in specie. Nam in contractibus quibusdam dilationes moram cum culpa constituunt, in aliis non constituunt: sed hæc ad moram quæ ex persona solet oriri referenda sunt, *l.mora,de vsur.* de quibus suo loco in contractibus dictum est *supr.lib.21.Syntag.c.14.* Leges, certis negotiis definita quædam substantialia adiecerunt tempora, quæ vix prorogari, vel minui possunt. Vt eremodicio ciuilium quæstionum à tempore litis contestatæ, triennium: criminalium vero, biennium, *l. properandum,C.de iud.l.fin.vt in c.cert.temp.crimin.quæst.termi.*

¶ † In præscriptionibus alia tempora 10.20.30.vel 40.annorum,& in aliis: quæ si pertineant ad iudicia, vix breuiari possunt,& nisi magna ex causa: *Alex.& alii in l.2.de re iud.P. Pano. in c.cum sit,de appel.* ex qua discedatur à dispositione legis: vel nisi à lege libertas breuiandi, vel prorogandi detur facultas. Quare Iudex, dum minuit legalem dilationem, debet causam exprimere, vt cognoscatur num grauamen aliquodve iniustum ex sententia inductum sit, *l.qui testamento,& ibi glo.& Bar.de excu.tut.P. Ange.& Imo.in l.qui Romæ,§.duo fratres,de verb.oblig. Ange.in tract.malef.inver.Iudex commisit,vers.& est notandum.* Sic alioquin dicunt omnem dilationem esse peremtoriam, quę datur à lege, vel à statuto, nec requirere ministerium Iusticis, *Ang.in l. fin.de ser.P.vt in l.mancipiorum,de optio.legat.P.l.peremtorias,C.senten.resc.non,poss.l.Attillicinus,de pact.dotal.P.* Considerat & lex & Iudex in iudicialibus dilationibus dandis, negotia & causas, ante contestationem, post citationem, post contestationem: & nū citatoriæ, deliberatoriæ, & probatoriæ sint. Citatoriæ veniendi causa dantur, considerata distantia locorum, qualitate personarum & negotiorum. Idem deliberatoriæ & aliæ ex gratia ad exspectandum vocatum, *ca.præsenti decreto,§.q.2.l.properandum,§.& si quidem,de iudic.C.* Idem in deliberatoriis dicendum, num quis velit litigare, vel cedere, *l.1.de edend.P.* Alioquin si tempus, consideratis istis & stylo, non sit sufficiens, iusta est prouocandi à peremtoria dilatione causa, *c.1.de dilat.* Continet autem interdū & plerumque citatio, quæ plena & sufficiens est: tempus veniendi & deliberandi, nempe causam litis instituendæ, & editionē causę: vt deliberare possit vocatus de lite persequenda, vel omittenda, *c.fi.de lib.obl.c.fin.§.q.2.* Interdum, propter locorum distantiam, vna vocatio sufficit pro pluribus, *cap.cum ex literis,in fi.de in integ.restit.* Quamobrem longior dilatio concedenda est,& vtrique negotio sufficiens: quia explicata in edicto vocationis causa, alię inducię non dantur ad deliberandum, *c.præterea, de dilation.*

¶ † Et proinde constitutioni. Francis. 1.an. 1539. art. 18. cautum est, ne ante litis contestationem dentur dilationes deliberatoriæ, quas vocant *d'aduis*, vel absentiæ, nec aliæ quam vocandi causa auctorum, quas etiam vocant *garand.* Quod & cauerat cōstit. Caroli 7. art. 65. Sancitum enim est, vt antea monui, omnes vocationes seu citationes esse debere libellatas, id est, continētes causam vocationis, ex qua reus deliberare antequā veniat, possit. Aliter namque dare dilationem expedit deliberandi causa, *auth.offeratur,de lit.con.c.inducie accusantis,§.offeratur, 3.q.3.* Quemadmodum & ex noua libelli per actorem interpretatione, alię, *c.3.& fi.de dilatio.* & præparatoriæ ad probandum, *c.1.2. 3.4.& 5.in 3.q.5.* In vocatione porro simplici ad procedendum in causa intermissa, vel per viā anticipationis, vel ad prosequē-

Digitized by Google

dam causſam appellationis, ſufficit dari dilationem intra quam poſſit tantum vocatus componere ſarcinulas ad veniendum, *l. ab hoſtibus, §. fin. ex quib. cau. maio.* P.

7 ¶ † Dandæ interdum plures dilationes ad conuincendam malitiam fugientis, & ad inſtruendam contumaciam, *in auth. iubemus, C. de iudi. §. ſed hoc, vt cum de appell. cog. in auth.* Deliberatoriæ inducię reo, non actori qui inſtructus venire debet, dantur, *l. 2. C. de dilatio. l. qui in alterius, de reg. iur. P. l. petendæ, §. de tempo. in inte. reſtit.* C. Poſt vocationem aliquando ex noua cauſſa etiam alia dilatio conuento & vocato reo datur: veluti, ſi vocatus vt agnoſcat chirographum, eo agnito opponat ſolutiones: nam earum gratia vt liqueat, conceditur illi dilatio, datis tamē interim pignoribus, & manu, vt dicunt, Regis & Iuſtitiæ munita, *M. aſp. in praxi ſirenſi, tit. de contumacia, §. 10. incip. Item ſi quis fuerit adiornatus. & tit. de dilat. §. item cum quis adiornatur, vide & conſtit. regiam Franciſ. 1. 1539 art. 92.*

8 ¶ † In cauſſa appellationis, per prouocationm ad curiam deuoluta, dilationes præparatoriæ duæ dantur ferendorum actorum gratia, quas vocant *pour porter le proces qui eſt par eſcript.* Siquidem practici conſtituunt differentiā, inter *proces par eſcripte, & cauſſe d'appel*, quod proceſſus in ſcriptis, ex iiſdem actis, quæ deferri debent, iudicetur in decuriis inquęſtarum: cauſſa vero appelli, in auditorio præcipuo, peroratio negotio. Elapſis porro duabus dilationibus conceſſis ad ferendum proceſſum, decernitur à curia eremodicium, ſeu congedium, contra prouocantem, qui acta iudicialia non detulit, cum exceptione tamen alicuius breuioris dilationis, quam dicunt *Sauſſi dans le terme*, ſeu *ſurceāce*. Et ita præſcribit conſtitutio Ludouicici 12. anni 1512. art. 19.

6 ¶ † Probatoriæ dilationes ſunt, quæ probationis faciendæ cauſſa conceduntur, conſideratā primum locorum intercapedine, vbi faciendæ ſunt, *c. 1. de dilat.* Secundo, vt probatio reſeuet probantem-*l. ad probationem, 27. de probatio.* C. Tertio, vt non petatur per calumniam, *l. 2. de temp appe'.*

10 ¶ † In ciuilibus negotiis regulariter ſemel tantum datur dilatio eiuſdem cauſſę: in criminalibus duę accuſatori, tres reo, *l. ſi. de ferin.* P. niſi in ciuilibus ad conuincendam contumaciam plures decernantur, *auth. iubemus, C. de iud. §. quod vero, & ibi glo. vt cum de appell. cogn. in Auth. qui ſemel*, C. *quo. & quan. iud.* Verat etiam Carolus 7. in conſtitution. publicata anno Domini 1446. art. 28. ſine cauſſæ cognitione dilationem ſecundam dari. Cauſſa namque cognita, interdum apparet æquum & iuſtum eſſe, aliā dandam vel datam prorogandam: vt ſi aliquod inopinatum impedimentum emerſerit quo non potuit ante res perfici, *l. oratione, de feriis*, P. aut ſi res extra communes conſiderationes ſita ſit, *l. 1. C. de dilat. c. inducię, 3. q. 3.* vel ſi quis abſens ſit ob morbum ſontium ſeu nocentem. Sicuti iudicatum eſt in accuſatione P. Scipionis Africani, à Tribunis plebis, cum duo QQ. Petilii illi diem dixerunt, & pecuniæ captæ à rege Antiocho, reum accuſarunt: vti conditionibus gratioſis & mollibus pax cum eo populi Romani nomine fieret: vt auctor Liuius, libro 8. decad. 4. & Appianus, in Syriaco.

11 ¶ † Facilius vero prorogatur data dilatio, quam noua detur, *glo. in l. ſi. de ferin.* P. Prorogatio dicitur extenſio dilationis datę à termino dato & nondum elapſo, in longius tempus, *leg. ſed & ſi manente, §. de precar.* P *l. 2. §. ſed ſi index, de iudic.* P. Noua vero eſt dilatio, cum finito termino prioris, alia datur: quod non debet fieri, niſi ex cauſſa: veluti, ſi aduerſarius impedimentum obiiciat negotio, & facto ipſius is, cui dilatio data eſt, non poſſit exſequi. Sed & cauſſa eſt iuſta, ſi addat ſuo libello quippiam aduerſarius *Ang. in l. 1. §. ſi quis ſtipulamini, de verb. oblig.* P. vel ſi nouam cumularet actionem, *glo. & Barto. in l. edita, Cod. de eden. glo. in cap. litera, de dilat.*

12 † † Nam in his danda noua dilatio. Facit cognitio cauſſę requiſita in noua dilatione, vt quæ ſine cognitione conceſſa eſt, poſſit facile à Iudice reuocari. *Innoc. in c. querelam, de ele. Bart. in l. quod iuſſit, de re iudic.* ex interuallo, vel in continenti etſi partium non interſit. *Butri. in c. ſignificante, de appell. Ang. de Wald. in l. ſiue pars, C. de dila.* aut niſi conſenſu vtriuſque partis indulta eſt, ita noceat reuocatio. Nam ea Iudici tunc non eſt permittenda, cum eo tempore ceſſet eius officium, *vt aiunt proxime citati DD. in l. ſiue pars, & cap. ſignificante, citatis.*

13 ¶ † Dilationum ſpatia, continua nihilominus computabis in omnibus, *glo. in l. 2. de diuer. & temp. præſc.* P. Et ita continebuntur feriati dies cum non feriatis, item ſolemnes, & ſtati, quorum qui dilationem poſtulauit, potuit habere cognitionē & quos potuit prævidere, & proſpicere ne in illos incideret: contra, ſi feriæ ſuperuenirent repentinæ, quibus ſubductis alii dies in locum earum totidem ſubrogandi ſunt, & diffinienda dilatio, *l. ſed & ſi per pratorem, 26. §. ſi feria, ex quib. cau. maio.* P. idque reſtitutionis beneficio. Nam iure communi, & dies feriarū repentinarum annumerantur in continuatione temporis præſtituti dilationi: vt & ferię ſolemnes, *d. l. ſiue pars, §. fi. & tit. C. de feriis.* Sed erga repentinas, reſtitutio dierum: erga ſtatas, & ſolemnes, nequaquam.

14 ¶ † Dantur extraiudiciales & iudiciales dilationes à lege etiam litigantibus, *l. 2. & l. debitoribus, de re iud. P. l. 12. 3. de vſur. res iud. C. l. 1. de calumniat.* P. conſuetudine, ſeu ſtylo cuiuſque curię, *cap. conſtitutus, de in int. reſt.* Bar. *in l. ſi arrogator, de adopt.* P. *Tiraq. tract. de retract. gentil. §. 1. glo. 10.* Solent conſuetudinarias dilationes & ex ſtylo datas practici vocare, *delai ordinaires*, quas ordinarias dilationes, procuratores aut aduocati ſine ſtrepitu iudicii conſueuerunt accipere coram amanuenſi vel actuario iudicis, coram quo debite certatur, vt in acta reducant, & ſcripto cōſtet de illis, iuxta conſtitu. Caroli 8. art. 41. 57. & 60. Cuiuſmodi cenſentur dilationes, ad appellationis & cauſſæ acta in curiam deferenda, ad producenda, &c. nam ſtatæ & certæ ſunt ex cuiuſque curiæ ſtylo, ad ea & ſimilia facienda dilationes: extra quas ſi longius poſtuletur tempus, in iudicio contendendum eſt renuente altera parte, & cauſſa cognoſcenda, aut ex conſenſu aduerſarii, dilatio in dulgebitur extraordinaria. Sic enim abiis quorum intereſt non dari, diſpenſatur ſi velint: vt & in extraiudicialibus, ab homine concedantur conuentione.

¶ † A Iudice autem frequentis dilationum moderatio & 15
definitio pendet, qui veluti clauum in concertatione tenens, ſecundum locorum diſtantiam, perſonarum qualitatem, negotii exigentiam, conformes iuri, vel arctiores, vel longiores decernit, *ca. cum ſit Romana. de appe. c. cum longe, 63. diſt. c. vbicunque, 13. q. 2. l. qui bona fide, 13. §. fi. & l. ſeq. & l. ſi finita. §. tertio, de dam. infect. l. nonnunquam, de iud.* P. *l. 2. de re iudic. P. l. continuus, 137. §. cum ita ſtipulatus, de verb. obl.* Hæc enim vt pleraque commiſſa ſunt arbitrio iudicis vt generaliter à lege ſtatuta, poſſit ſua iuriſdictione in indiuiduis ſecundū quod magis conuenire videbitur, temperare, & ſua iuriſdictione explicare, prorogare, & ſupplere, *in l. neque leges, & l. non poſſunt omnes articuli, & l. nam vt ait Pedius, de legib.* P. Hic tamen in rebus & negotiis, conſiderabit contractus, & quo tempore in illis placuit inter paciſcentes præſtari, medio tempore relicto libero debitori, *l. quod in diem, de ioint. l. cum tempus, de reg. iur.* Inter pellat dies adiectus debitorem, & dilationem finit legitimam, & illegitimæ, nempe morę, initium dat, *l. magnam, de contrab. ſtip.* C.

¶ † Et reipſa negotium habet dilationem interdum ciuilē, 16
interdū neceſſariam. Ciuilē videlicet, vt non ſtatim vbi dies aduenit ſolutionis quis teneatur ſatisfacere, ſed modicum tempus aliud exſpectandum ſit, *l. quod dicimus, 105. de ſolut.* P. Neque hic momenta, quemadmodum in quibuſdam aliis, obſeruanda ſunt, *vt in l. ideoque, de vſucap.* P. *l. 1. de manumiſ.* P. *l. 3. §. minorem, de minor. 25. ann.* Naturalis cauſſæ dilatio neceſſaria eſt, veluti ſi res præſtationem habeat difficilem, vt tempus ei accommodum exſpectandum ſit, *l. cum res, de ver. ſign. cum ſimil.*

¶ † Forma dandarum & accipiendarum dilationum, ex ſtylo & conſuetudine, vt dixi, cuiuſque curiæ ſumenda eſt. Nam 17
quędam ſunt in quibus dandis non vocatur aduerſarius, nec eſt cauſſæ cognitio neceſſaria: Quædam, quæ nonniſi vtroque modo dantur, *l. à procedente, C. de dilat.* Accedit autem neceſſario adiectio finis propter quem dentur, & certus terminus. Num autem ex arbitrio poſſit dilationes breuiare vel augere Iudex, reſoluitur poſſe: niſi lex prohibeat, *glo. in c. cum ſit Romanæ, de appel.* ex cauſſa videlicet, *c. quod ad conſultationem, 15. de ſent. & re iudic. c. ex ratione, & c. oblatæ, de appel. l. 2. de re iud.* P.

¶ † Conſtat autem eius eſſe dilationem, qui impetrauit. In- 18
terdum conceſſa, communis non eſt litigantibus: vt ſi de deliberatoria agitur, quæ reo non actori datur, *l. 2. C. de dilatio.* Aliquando autem communis vtrique, litigantium, vt quæ probāndi, *l. petendæ, C. de temp. in int. reſtit. peten.* & producendi gratia indulgetur, & ſimiles quæ praxis facile docet. Si tamen non communis reo detur, actor eius termino & dilatione vti poterit, *d. l. petendæ, & l. per hanc, de temp. appel. C. l. fin. de appella.* Quod ſi is cui data eſt dilatio re integra renuntiauerit eidem, neque aduerſarius illius termino vti poterit, *l. ſi iudex circumuento, de minor.* P.

¶ † Fines dilationum ſine dubio multi ſunt, & aperti, vt de- 19
liberatio, probatio, exhibitio, inſtructio, auditio, productio, concluſio & ſimilia.

¶ † At rationes, cur dilationes dari ita conſiderate expe- 20
diat, plures ſunt: quarum prior, ne nimia licentia litigantes lites protrahant, & aduerſarios iuſte ſuum proſequentes eludant: quod ne fiat, breuibus ſed idoneis temporum ſpatiis faciendа circumſcribuntur, vt lites breuiores reddantur, quod & Reipu. expedit, *l. properandam, de iud. C. l. 2. C. de temp. appel. cler. diſpen. ioſam, de iud. c. 2. de ſent. & re iud. c. venerabilu, de dol. & contu.* Sed & ſecundo fugientibus pleniores indulgentur dilationes: ne illis vlla tergiuerſandi detur occaſio, & vt loquar cum lege, ad conuincendam eorum malitiam, *auth. iubemus*, C. *de iud.* Tertio dantur, ne præcipiti calumniantium celeritate, iuſtæ defenſiones reis præripiantur, *c. inducia, in 1. 3. q. 3. c. tranſmarinos. 98. diſt.* mature cum tempore res perpendantur, & conſilio non præcipitentur, neve ordo gerendorum corrumpatur, *c. ponderent. 50. diſt. l. & quia defunctorum, de interro. act.* P. aut damnum ex temeraria reſponſione ſequatur, *l. qui interrogatur, 9. eod.* Item 4. in fauorem iudicis & ſententiæ hę dantur, quia oportet iudicem cuncta timari, & ordinem rerū plena diſquiſitione diſcutere, inter-

rogandi

Digitized by Google

rogandi respondendi, obiiciendique ab eo præbita patientia, vt ibi actio illuminata sit plene ambarum partium, *c. iudicantem, 30. q. 5. c. in primis, 2. q. 1. l. iudices, & auth. iubemus, de iudi. C. ca. occidit Phinees, 23. q. 8. l. 2. C. de eden.* nec in dubiis certa fieri potest sententia, *d. c. iudicantem.* Sed & postremo, qui habet dilationem legitimam habet excusationem ne in moram vitiosam incidat: neve quippiam ea pendente innouetur, *c. 2. & c. præterea, de dilati. l. 3. C. eod.* Vtque etiam elapso termino, aduersarius illi præscribere possit peremtorie, veluti per sententiam interlocutoriam. *l. qualem. 27. de recep. arbit. P.*

De Probationibus in genere.

Ca. 9.

Lib. 22. P. tit. 3.
Lib. 4. C. tit. 19.
Lib. 2. Decret. tit. 19.

1 *Probatio quid Eius species, plena & semiplena. nu. 2. & 3.*
4 *Probatio artificialis & inartificialis quæ.*
5 *Probationes inartificialis regulares & irregulares quæ.*
6 *Probatio de quibus fiat.*
7 *Iudex non supplet probationem facti sed iuris.*
8 *Probationes quis permittat, & in quibus & quæ requirantur in illis, nu. 9. & 10.*
11 *Probationis onus ad quem pertinet.*
12 *Probationis finis & rationes, nu. 13. & seq.*
14 *Probationibus ab vtraque litigatorum parte ex æquo concurrentibus & contrariis, quid iudici statuendum in ciuilibus & criminalibus.*
15 *Probatio dubia contra quem est explicanda.*
16 *Probatio de iure naturali est.*
17 *Probatio plena & leuis in quibus fiat.*

1 CAussa, † inquit Isidorus, *c. forus, de ver. sig.* aut argumentis, aut probatione constat. Argumentum inuestigatione sola, sine testibus aut tabulis inuenit veritatem. Probatio, vtrumq; habet. Cum igitur negatio fidem litis faciat dubiam, probationes facie dæ sunt. Probatio, est rei dubiæ aut nõ apertæ per media in iu-
2 dicio facta legitima manifestatio. † Rebuffus, *in §. fi. in ver. specie probationis, de regia ad prælat. nominatio. in concord.* viginti species adfert probationis. Nos à tãta mole exonerabimus, lectorem, in pauca diuisionem conficiẽdo: vt probatio um alia sit plena, alia semiplena. Plena ea per quam fides tanta fit iudici, vt plene instructus sibi videatur, *Bart. in l. admonendi, 3. col. vers. quando dicatur, de iureiu. P. 3. §. 1. de test. P. in c. cum causa, de prob.* qualis probatio per duos vel tres testes ad minus, *l. vbi numerus, de testi. P. c. 4. eo. Ioannis, c. 8. Deu. 17. D. mat. 19.* Nam quamuis quædam negotia ad plenam fidem quinque, *l. fi. C. de Codic. l.* vel septem *l. fin. C. de don. c. su. mort. l. iubemus, & l hac hac consultissima, C. ae testa. l. hac consultissima, qui test. fac. poss. C. l. heredes palam, §. in testamentis, de testamen. P. l. fin. de iis qui in eccles. manumitt. Cod. cap. testium de testib.* vel plures, *c ap. præsul. & cap. nullam damnationem. 2. quæst. quinta,* exigant: tamen plena probatio dici non potest per vnum testem. *cap. licet, de testib.* Dicitur & plena probatio instrumentum publicorum, quæ eandem vim in iudicijs quam testes habent, *l. in exercendis, 15. de fide instr. C. ca. cum Ioannes, eod. ap. Greg.* Dicunt & plenam probationem interpretes, quæ constat ex semiplenis duabus vel pluribus, puta vno teste, & confessione parte absente facta, *Bar. in l. admonendi, num. 47. de iureiur. P. probat idipsum cap. fi. de succes. ab intest.* Accedit & iuramentum cum semiplena, in defectum plenæ probationis plenam faciens, *Bart. ad d. l. admonendi, num. 12. facit l. bonæfidei, C. de iureiur. ca. fin. iuncta glos. eod. vt & in legitimos, §. de legi. tuto.* Item & ex vno teste & fama, potest plena probatio fieri, *Barto, in d. l. admonendi, nu. 48. ca. 1. de appel. Nota. in l. 3. §. eiusdem vero de testi. P.* Et quamuis regula videatur constitui, duo imperfecta non efficere vnum perfectum, vt in l. 2. § fin. & l. spadonem, §. qui de excusat. tut. & l. 1. qui nume. libe. se excus. cum similib. Illa tamen est intelligenda quando duo imperfecta tendunt ad diuersa: vt quando duo diuersa tendebant ad diuersas species excusationis. Contrarium vero intelligendum est, dum imperfectorum vnus & idem finis est. Vt hic dum de fide facienda in iudicio agitur quã Iudex nõ ex vno genere probationum, sed ex pluribus colligere debet, *d. l. 3. §. eiusdem quoque, de testib. P. Bart. in d. l. admonendi, num. 48. & 49.* Et sic singula quæ per se non prosunt, cumulata iuuant vel officiunt.

3 ¶ † Semiplena probatio est, quæ plenam fidem non facit: cuiusmodi dicuntur iudicia, *Bart. ad l. pen. de quæ. P.* vnus testis opinio, fama, scripturæ priuatæ, rationes, confessio extra iudicialis, modica præsumtio. & alia quæ docent interpretes ad l. admonendi, de iureiur. P. & in ca. fin. eod. apud Gregor. gloss. l. in bonæ fidei, ad verb. *decidi*, C. de iureiur.

4 ¶ † Cetertũ, plenarum & semiplenarum probationum rursus partitio fit in probationes artificiales, quas Græci dicũt ἐντέχνους: & in inartificiales, quas Græci dicunt ἀτέχνους, *de quib. vide Arist. 1. & heto. ad Theo. Quintil. & Cice. 2. de Orat.* Artificiales ex causa trahuntur, & quodammodo ratione gignuntur, & proferuntur circa ius causæ, ex legibus & rationibus hinc inde deductis, ab exemplis, à iudicatis, ab auctoritate Senatusconsultorum. Inartificiales probationes sunt, quę arte dicendi carent, & quas extra dicendi rationem vsurpat orator. Cicero, 2. de Orato. inter artificiales probationes ponit non excogitata ab Oratore, sed quæ in re proposita tractantur, tabulas, testimonia, pacta, conuenta, quæstiones, leges, Senatusconsulta, res iudicatas, decreta, responsa, & reliqua non excogitata ab Oratore.

5 ¶ † Has inartificiales rursum diuidemus, in ordinarias seu regulares & in extraordinarias seu irregulares. Regulares & quæ frequentiori vsu habentur, sunt, aspectus, monumenta, notoria, confessio, iuramentum, præsumtio, & ibi fama, tortura, testes, instrumentorum productiones. Irregulares sunt, iudicia, reuelationes quæ seruiunt torturę, purgationes vulgares & canonicæ de quibus Deo fauente singulari notatione agemus postea.

6 ¶ † Fiunt autem probationes de dubiis, non de claris & manifestis, *ca. manifesta, & c. de manifesta, 2. q. 1.* manifesta tamen & nota solum Iudici, vel soli aduersario, pro manifestis ad iudicium cõstituendum non habentur: sed oportet ea quoque aliter fieri manifesta, & probari aliis. Neque quæ nouit Iudex vt priuatus, pro indicio sufficiunt: nisi & ea cognouerit tanquam Iudex, *d. cap. de manifesta, ca. si sacerdos, de offic. ord.* id est, nisi & probata sint & manifesta publice. Gerit enim personam publcam, dum iudicat, *l. 1. §. ius publicum, ff. iusti. & iure.* Neque secundum conscientiam seu scientiam propriam statuit, *gloss. in §. pubertatem, ad ver. ex habitu, quib. mo. tut. finit. gloss. in c. dilecto, in ver. recusastis, de testi. glo. in ca. 1. de offic. ordi. gloss. in l. illicitas, §. veritas. de offic. præsid. P.* sed secundũ allegata & probata, vt & leges iubent, *d. l. illicitas. §. veritas, ca. iudicet, 3. q. 7. c. summouere, 11. q. 3. l. rem non nouam, C. de iudi. c. l. nemo, de sen. & interlo. omn. iudic. C. ca. 1. de offic. ord. c. 1. de const.* Sic dicitur probatio fieri non aduersario, sed iudici. *l. quingẽta, 12. de probati. P. l. 1. C. de condictio. ob. turp causs. l. procurator, C. de eden. l. doce ancillam, C. de rei vind. cum simil.* Docuit exemplo suo nos Deus, qui quamuis omnia nosset, & nouerit antequam fiãt, tamen voluit formula iudiciali negotia discutere quę puniret. *Descendam*, inquit, *& videbo*, &c. Genes. 11. & 18. Vide cap. Deus omnipotens, 2. q. 1. Quod si Iudex videat probationem fieri aduersus ea quę ipse certo nouit, puta quia interfuit & conscientię puritate tactus, nolit iudicium exsequi pro ea falsa probatione, bene quidem faciet si se à iudicando abstineat, si possit: at si non possit, vt quia solus Iudex, debet commouere reos: si nihil proficiat debet exactis iudicare, *gloss. in d. § pubertatem autem, in verb. ex habitu, quib. mod. tute. fini. tex. in d. c. si sacerdos, de offi. ordi. ca. si tantum, & c. placuit, 6. q. 2.* Sed & litigator cautus & sibi prospiciens, ne tunc probatio perite sibi possit antequam iudicem adeat, curare debet vt alium iudicem habeat, ne illius scientis testimonium sibi pereat, *iuxta cap. si dilecto, 40. de testib.* cum iudex non possit esse testis, vel partis officium cum munere iudicandi obire, *d. cap. de manifesta, & l. inter litigantes, & l. Iulianus, de Iudic.* P. Et quamuis receptum sit Iudices secundum quod eis æquum & bonum videbitur iudicare debere, potissimum si magni & summi tribunalis sint, *§. pen. iusiur. quod præsta. ab iis qui admini. accip. in Aut. auth. hodie, C. ae iudic.* illud tamen, quod æquum & bonum videbitur, non ad motum ànimi cuiusque Iudicis referendum est, sed ad æquum & bonum, iuré vel constitutionibus regni & consuetudinibus probatum scriptum, vel seruatum, *l. placuit, de iudi. d. §. pen. ibi secundum legem, & c. tit. insiuran. quod præst. & c. §. iubemus, vt iud. non exp. facer. iussio in auth. §. insiurandum, de defens. ciui. in auth.* Et ita iuramentum Iudicum se refert ad custodiam & obseruationem legum, *l. rem non nouam, de iudic. C. cum simili. l. nemo, C. de sent. & interlo. om. iud. l. fin. ad leg. Iul. repet. Cod.* quarum sunt veluti anima & exsecutores, *l. 2. §. magistratus, de ori. iur.* non arbitri. Cum ad solum principem pertineat iura noua condere, vel æquitatem non scriptam supplere, *l. 1. & fin C. de legib.* non ad Magistratus qui legem quamuis duram, prout scripta est sequi tenentur, *l. prospexit, qui & à quib. ma. lib. non fiant, P.* quamuis possint certa iurisdictione supplere ea quæ legibus non expresse, sed per extensionem continentur, *l. non possunt, de legib. P.* potissimum in his quorum arbitrium lex eis commisit vt circa æstimationem iniuriæ atrocis. *l. 2. de fer. in P. de finibus regundis. l. si irruptione, § fi. fini. regun. P.* de ætate aspectu censenda, *§. pubertatem autem quib. mo. tut. fini. ap. Iustinian. l. minor. de min. 25. ann.* & de similibus.

7 ¶ † Possunt & supplere allegationem iuris omissam à clientibus, vel ab aduocatis eorum: at factum vel eius probationem, non possunt, *l. vni. vt quæ deficiunt adu. iur. por. supplet*: vt necessarium sit illud eis apparere probatione aliunde petita. Et in summa, de omnibus quæ certa esse debent Iudici, ad certam sententiam proferendam, certa debet esse probatio vel certo liquere.

Digitized by Google

8 ¶ † Statuitur itaque probatio tantum à Iudice, & quid probandum sit ipse decernet: & ea quæ probata non releuant, non admittet, sed quæ necessaria erunt ad litem terminandam, *l. ad probationem, 22. C. de probat. c. cum contingat, de offic. deleg. ca. dilecti de except. cum simil. l. pen. §. fin. ne quis eum qui in ius voca. est vi exi. l. matrem, 17. C. iud.* Decernitur vero iuxta articulos seu capita libelli oblati, *c. significauerunt, de testib. l. argentarius, §. cum autem, vbi glo. de edem. P.* vel iuxta dicta vel posita in actione vel exceptione per litigantes: cum, vt dixi, Iudex supplere non possit factum litigantium.

9 ¶ † Vocari debent in facienda probatione quorum interest, vt interfint si velint in causis ciuilibus, *auth. sed & quis, C. de test. Hostien. in Sum. de probat. num. 7. l. de vnoquoque, de rei iud.* aliud namque, quando ex officio Iudex vel inquirit, vel testes examinat. Fieri & debet post litem contestatam, nempe postquã proposita asserta & negata sunt, idque iure communi, & sine cõtumacia rei, & exceptis causis quas te docebit tit. *Vt lite non contest. non proced. ad test examinat. vel recept.* Nam plura sunt quæ sine contestatione admittuntur, nec egent superflua probatione: & plura inutilia liti sæpe proponuntur & excipiuntur, quæ iubet omitti Iudex, ne superfluis sumtibus oneret litigantes, *leg. nam hoc, 9. C. vnde cog. leg. neque, 10. C. de probatio. cap. in. præsentia. eod. apud Gregorium.* aut ne nimium horum prætextu iudicii differatur. Forma tamen alia, quando sine litis contestatione negotium cognoscitur: vt si summarium & possessorium sit iudicium, sine contestatione & libello probationes fiunt & eduntur, & sæpe sine Iudicis auctoritate, & ex conuentione partiũ, *vide Bal. in l. diffamari, de ingen. manu.*

10 ¶ † Et aduersarius sæpe non vocatur in probatione ad futuram rei memoriam, quæ & fit sine contestatione præcedente, *ea quoniam, § sunt & alij, vt lite non contesta. &c.* vt neque vocatur aduersarius quando fit probatio ad instruendum Iudicem solum, puta si inquisitio ex officio fiat in dubia partium probatione, vt notat Bald. in l. certum, in 2. col. ver. ité oppono quod imo differant, vnde legit idem Bald. in l. si qua per calumniam, ver. sed potest, de episc. & cler. C. Addit. auth. atqui semel, de probat. C. formam, vt non fiat probatio post publicationem testium in iisdem articulis *cap. fraternitatis, & c. intimauit, 18. & c. causam quæ, 19. de testib. ap. Grego. c. iurauit, de proba. c. cum Ioan. de fid. instr.* nec regulariter post conclusionem in causa, vt tractat Iason in l. admonendi, num. 50. & seq. pluribus, de iureiur. P. gl. in cle. sæpe in verb. conclusionem, de verb. sign. Specul. in tit. de renuntia. & conclusio in causa.

11 ¶ Probandi † onus ad eum pertinet qui asserit, vel allegat: siue actor sit, siue reus, *l. 2. l. ab ea parte, 5. l. quidam, 15. l. verius, 21. l. eũ qui, 22. de prob. P.* non ad eum qui negat, quia negantis nulla dilecta per rerum naturam probatio. *l. actor, 23. C. de proba. ca. quoniam contra, 11. de proba.* Indirecta quanquam aliqua esse possit, *c. ex tenore, de testib. vide de his, quæ not. per glo. in c. bonæ, de elect.* & negotiationis etiam iuris, *l. ab ea parte, 5. de proba. P.* Actor in assertione exceptionum censetur, quod pertinet ad onus probandi reus. *d. l. C. de proba. l. si pactum, 9. l. quingenta, 12. l. quoties, 18. § 1. l. in exceptionibus, 19. l. cum de indebito, 25. eod. P.* Si tamen quis asserit se dominum alicuius rei esse quam possidet, possessio sufficit pro intentionis suæ probatione, vt aliam tituli probationem non teneatur edere. & transfert onus probandi in aduersarium dicentẽ cum non esse dominum, *l. circa eum, 14. & l. quidam, 15. eod. P. l. 2. & l. actor, C. eo. l. fin. C. de rei vin. l. cogi, C. de petit. her.* nisi forsan violenta sit possessio, *l. vis eius, 25. C. de prob.*

12 ¶ Finis † probationis est præcipuus, veritatis & eius quod dictum est facere fidem & certitudinem. Et proinde illa debet esse quæ directo concludat ea de quibus fiat: aliter vero non recipietur *l. matrem tuam, & l. ad probationem, 21. & l. ad probationẽ seruitutu, 22. C. eod. l. liberos, in fin. de lib. cau. C. l. 2. C. de ingen. manum.* Et actore non probante reus absoluetur, *l. qui accusare, C. de eden. l. actor, C. de probat. cum simil. lib.* Neque regulariter onus probandi per penuriam probationis eius transfunditur in reum: nisi in paucis, de quibus monebit te glos. & interpret. in l. actor, 23. C. de proba ion.

13 ¶ Ratio † item vna necessitatis probationum à veritate indagãda per Iudicem desumetur, quia nonnisi probata sequi debeat. & non nisi de quibus appareat iudicare possit, *l. illicitas, §. veritas, de offic. præsi. P. l. quidam, de rebus credi. l. 2. & de eden. l. 2. de in int. rest. c. iudicantem, 30. q. 5. c. occidit Phinees, 13. c. 8.* maxime in criminibus, in quibus probationes debent esse luce meridiana clariores. *l. fin. C. de probat.*

¶ Quare † si probant æquè reus & actor, & testes, & aliæ 14
probationes sint æquipollentes, in dubium redit res, & in primum statum, vnde reus absoluitur: nisi fauorabiliorem causam actor foueat. *c. 3. de proba. per rationem, l. Arrianus. de actio. P. & l. fauorabiliores, de reg. iur. c. inter dilectos, de fid. instrum. l. respiciendum, de pan.* Pro rebus enim fauorabilibus, in dubiis iudicandũ est, *c. fi. de re iud.* vt pro libertate, *d. c. 3. de probat. l. antep. de manumiss. P. l. inter pares, de re iud. P. l. libertas, de reg. iur.* in causa inofficiosi testamenti *l. si pars iudicantium. de inoffi. testam. P.* pro matrimonio, *c. si quis acceperit, 33. q. 2. l. 2.* pro dote, *l. 1. soluto matrim. P.* In causis tamen criminalibus, ratio concursus probationum accidit, in quibus reus ad probandum negatiuam non admittitur, quãdiu potest actor seu accusator probare. *ca. ad nostrã, 12. & ibi interp. de probat.* Non enim contra probationes inducitur purgatio canonica. Obseruatur tamen, vt si dum auditur reus in crimine aliqua vt dicunt facta vel casus attenuantes vel restringentes delicti qualitatem, allegauerit, fiat de iis seorsum extractis probatio. Fit & ex officio iudicis, quando dubia vtrinque probatio est, inquisitio noua: vt de veritate habeatur certa notio.

¶ Hoc † obseruato, vt semper interpretatio fiat in dubio 15
cõtra producentem, *c. in præsentia, de probat. iuxta rationem l. veteribus, de pact. P. & l. quicquid adstringendæ, de verb. oblig. P.* quãuis Decius, consi. 189. col. 7. in fin. videatur voluisse excipere confessionem dubiam, quæ explicanda sit in fauorem confitentis, non contrariis.

¶ Sed † & alia ratione dicimus Iudicem non posse omitte- 16
re necessarias probationes, vel eas prohibere: quod sint de iure naturali, vt in ore duorum vel trium stet omne verbũ. *D. Math. 18. c. nouit, de iudicib.* Et quemadmodum actiones & exceptiones Iudex tenetur admittere, vt ius cuique tribuat: sic defendentibus vel asserentibus temere non debet assentiri antequam constet an debeatur, vel an sit ita vt asseritur vel negatur, quod nõ potest in dubio aliter apparere, quam per probationes. Alioquin crederetur vnicuique in causa propria in præiudicium alterius: quod ne fiat vetant iura, & ne quis in propria causa testetur, *l. omnib. 9. C. de testib.* vel ius dicat. *l. 1. ne quis in cau. prop. ind. C. l. qui iurisdictioni præest, de iurisd. omn. iud. P.*

¶ Addunt interpretes, & in rebus pleni præiudicii, plenas e- 17
xigi probationes, in aliis leues. *Bart. in l. 1. §. fin. de pact. stip. idem & Alex. Iaf. in l. iudices, C de iudi.*

De probationibus quibusdam in specie.

Cap. 10.

1 *Aspectu quomodo fiat probatio.*
2 *Monumentorum veterum scripturæ vel sculpturæ an probent.*
3 *Ære leges & alia inscripta ad perpetuam memoriam.*
4 *Monumentum quid.*
5 *Scripturæ ex tuderibus priuatis erutæ non probant.*
6 *Notoria probant, & quæ duplicia illa.*
7 *Notorium iuris quid.*
8 *Notorium præsumtum quid.*
9 *Notoria quando, & vbi probanda.*
10 *Confessio quando probet spontanea.*
11 *Confessus in quo pro iudicato habeatur.*

EXplicatis in genere † probationum substãtialibus, superest 1
vt modos quibus probatio elicitur indicemus breuiter. Est itaque in iure probandi receptus modus per aspectum, quando videlicet res subiicitur oculis: vt si quando de pubertate, maxime in quæstione matrimonii controuertatur, persona inspectione corporis probatur. *c. puberes, de sponsal. impub. l. fin. C. quan. tuto. vel cura. esse desi. C.* Item si cognitam vel incognitam à viro se dicat mulier, obstetricum oculis & probationi subiicitur, *c. proposuisti, & c. causam matrimonij, do probat. c. nec aliena, 27. q. 2.* additis etiam matribus familias probis mulieribus. *c. fraternitatis, de frigi. & malefic.* Si queratur etiam, num mulier sit prægnans. Nam & istæ obstetrices probatissimæ artis & fidei, cum aliis mulieribus, inspiciendi ventris causa adhibentur. *l. 1. de ven. inspic. lib. 25. P. tit. 5.* Fiunt & locorum inspectiones per ipsum iudicem, qui res controuersas suis subiicit oculis, *l. si irruptione fini. regund. P.* & secundum ea quæ vidit, iubet depingi ichnographiam, vel topographiam, quam praxis vocare solet, *vne figure, ou monstree.* Sunt & in aliis quæstionibus de visu probationes receptæ, vt in c. præterea, 27. de testib. cap. literis, 12. & cap. tertio, 13. de præsumt.

¶ Alia † species probationis, per monumentorum antiquo- 2
rum inscriptiones, vel sculpturas si publico iudicio vel auctoritate factæ sint: veluti si στῆλαι, *Plin. meminit lib. 6. cap. 29.* Græcis, vel cippi Latinis, publico decreto consecrentur, vel pilæ cum inscriptione ad perpetuam rei memoriam. His enim nomina proscriptorum insculpebantur, vt omnibus facilius aut diutius innotescerent: item & fœdera, vt colligitur ex Panegyrico Isocratis, & sæpe de his meminit Demosthenes.

¶ Nec † est qui nesciat, antiquitus leges Solonis axibus li- 3
gneis inscriptas, & Romanorum in ære 12. tabulis, vt Machabæorum lib. 1. c. 8. Romani rescripserunt Iudæis, in tabulis æreis, quas ad illos miserunt, vt essent memoriale pacis & societatis. Fuerunt & alia monumenta ita publice dicata, & constituta, quibus fides non est abroganda.

¶ Monumentum † dico quodcunque memoriæ retinendæ 4
causa factum est. *l. 2. §. Prætor, de relig. & sumt. funer. P.*

¶ Reli-

Digitized by Google

1 ¶Reliquæ tamen sculpturæ & inscriptiones ex ruderibus vel aliis priuatorum monumentis erutæ, vel transcriptę, auctoritatem probationis non habebunt, *l. monumentorum, eod. C.* non secus, quam scripturæ priuatæ. Et miror quosdam istius seculi & anteriores, habitos doctos, quod nobis pleraque stultissima pro authenticis inculcent, quod ita in quibusdam monumentis & sepulcris vel tabellis, exaratum inuenerint: cum oportuisset illos prius nobis fidem facere, quod illi qui scripserint, fuerint viri docti, vel publice probati, quod ita omnes eius temporis crederent, aut facerent: & quod iam antiquo illo tempore monumenta fuissent posita fide publica. Idipsum licet conqueri, de quibusdam manuscriptis prototypis, vt aiunt, quę & à tineis cõseruata & vindicata se nuper inuenisse autumant. Ex quorum, vt aiunt fide nihil non audent iam receptum corrumpere, & vt dicunt, emendare: imo impudenter auctoris nomen immutare. Quasi vero non liceat cuique hoc modo in necem auctorum, noue se inuenisse scripta antiqua confingere pro arbitrio, si ea temeritas, audacia, & superbia admittatur. Et perinde ac si fieri non poterit aliquem priuatum in suo scripto libro ex nutu, aliud nomen quam auctoris scripsisse, aut corrupte pleraque descripsisse, addidisse, vel minuisse. Sed missos faciamus istos restauratores nouos effossores ruderum somniorum suorum enarratores progrediamur ad certiores probationes.

6 ¶Per† notoria etiam tertio loco fit probatio. Alia autem illa erunt, quæ nulla tergiuersatione celari possunt aut dissimulari. *c. cum olim, de verbo. sign. vide gloss. in c. manifesta. 2. quæst. 1.* Notorium triplex est, facti, iuris, & præsũtionis. Notorium facti est, quod se offert oculis omnium, & quod non potest negari propter sui euidentiam. Verum hic distinguo, factũ aliquod esse, quod tale permaneat: aliud, quod aliquando tale, aliquando non tale, & interpolatum ex vno statu in alium tranfiens. Notorii facti permanentis est illud, quod nõ eget probatione alia, quam sui ipsius: quia non potest legitime negari, *ca. tua nos, de cohabita. cler. & mulier. l. 3. §. item diuus, de testib. P. c. quando de sacr. de fil. presbyter.* Neque in eo iudicando est opus ordine iudiciali, *d. c. quando est, & c. cum sit Romana, de appella. c. de manifesta, & ca. quæ Lotharius, 2. q. 1. c. ad nostram. de iureiur. l. ea quidem, C. de accusa.* excepta sententię causa, pro qua ordo sequendus iuris, etiam in notoriis, *c. 3. & ibi gl. de donat.* Triplicique modo hoc notorium manifestumve iterum dicitur, nempe aut per sententiam, aut per confessionẽ in iure factam, aut per rei euidentiam, *c. fin. de cohabit. cler. & mulier. gl. in c. quæsitum. per illum textum de tempo. ordina.* Quod si agamus de facto interpolato notorio, ei adhibenda est semiplena probatio, vt in manifesto vsurario: quem si præter famam publicam constiterit per alia argumenta esse vsurarium, in eum Iudex sine accusatore potest pœnam per Concilium Lateranense indictam statuere. *cum in diuersi, de vsur.* Porro facta notoria, quæ statim transeunt & mutant statum, egebunt probatione, quia negari possunt quæ fuerunt & non sunt, *glo. in dict. æ. de manifesta, 2. q. 1.*

7 ¶Notorium† iuris est, de quo quis est confessus & condẽnatus. Quia res iudicata pro veritate habetur, *l. ingenuum, de testa. ho. P. l. res iudicata, de regul. iur.* nisi dicamus & contra negantem ita iudicatum, requiri probationem, saltem sententiæ, vel aliorum ad eum tantum finem, quod ita confessus sit, vel ita iudicatum fuit, *c. sicut. de sen. & re iudic.*

8 ¶Notorium† præsumptum erit, quando constanter ita quippiã tale esse præsumitur, quale dicitur, quod quis habetur pro filio alicuius, quia eum vocabat patrem, vel quia natus ex cõcubina apud illum domi retenta, *c. quoniam, & c. Michael. c. per tuas, de probat.* quia filiationis causa difficilis est probationis, *l. Lucius de condit. & demon.* P. & ita semper pro matrimonio præsumitur, vt eius sit filius qui maritus est, *l. filium, de iis qui sũt sui vel alie. iu.* P. neque etiam matri cõtrarium iuranti in morte credatur, *in l. pen. de probatio. P.* admittatur tamen interdum aliqua contraria probatio, vt liqueat ex Carboniano edicto.

9 ¶ Sed† & notandum, interdum notoria non egere probatione, erga eum cui notoria & vbi notoria sunt: sed tamen, in aliis locis, vbi notoria non sunt de notorio alibi exsistente, debet adferri probatio iudici, *glo. in c. ad nostram, 21. ad ver. obseruandis, de iureiur.*

10 ¶Confessio † quoque probat, in positionibus potissimum negatiuis, quæ vix aliunde possunt probari, quam per aduersarii confessionem, *c. de confess. in 6.* Quare interrogatus, si contumaciter non respondet, habetur pro confesso, *d. c. 1. l. de ætate, §. qui tacuit, de interrog. actio.* cum distinctione l. de ætate, in § nihil, & §. 2. & l. non alienum, de interrog. act. P. & dummodo circumstantię adsint, quas explicat gl. & interp. in l. 1. C. de confess. lib. 7. tit. 50. videlicet, vt facta sit à maiore 25. ann. *l. certum, §. fin. de confess. li. 42. P. tit. 2.* mentis compote, *l. si non conuitii, de iniu. l. quicquid calore, de reg. iur.* sponte, *l. 1. §. si quis vltro, & l. diuus de quæstio. P.* scienter, sine errore, *c. fin. de confessis, l. error, de iur. & fact. ignor. l. non fatetur, l. de ætate, §. fin. de interrog. act. P.* & à domino non à procuratore, *d. c. fin. de confessis.* aduersario præsente, *l. certum, §. si quis absente eo. P. l. fin. de inter. actio. P.* contra se, & non in alium, *l. exemplo, C. de proba. l. de ætate, §. 1. de interr. actio. P.* nisi aliter probetur pro se in *c. 1. de confessis, l. si quis in grani, §. 1. ad Syllan. P. c. veniens de testi. l. filia, Cod. de accusat. c. neganda. 3. quæstion. 11.* de re litigiosa, *l. confessionibus, de interrog. act. P.* & coram suo iudice, *l. voluit, §. quod ait prætor, eo. c. at si clerici, de iudi.* cui nõ repugnet lex. *vt si confiteatur mulier, contra §. famina, de adoptio. in fraudem creditorum, l. 2. qua in fraud. cre. P. l. si is cuius. in fin. de interrog. actio. P.* vel natura, *l. confessionibus, & l. si is cuius eod.* vel fauor negotii, *l, vt contra libertatem, l. interrogatus l. liberos, in 1. & 2. de lib. causs.*

¶ Postquam † confessionem, cessant partes iudicis, præterquam in condemnando, *l. proinde, ad leg. Aquil. c. præterea, in 2. de transact.* Et confessus eo modo pro iudicato habetur, in eo quo confitetur. *l. 1. C. de confess. l. 1. 2. 3. 4. eod. tit. P.* Ceterum, hæc de confessione spontanea intelligenda sunt: de coacta & tortura paulo post Deo fauente, post præsumtiones. agetur. Et de iuramenti probatione in postremo huius Syntagmatis libro. 11

De præsumtionibus & suspicionibus.

Cap. II.

1 *Præsumtio accedit notorio, & in quo differat.*
2 *Præsumtio quid. Eius diuisio, in leuem, probabilem, & violentam. Temeraria & leuis vis, & quæ probat 2. & num 3.*
4 *Præsumtio probabilis quæ. Item violenta. num 5.*
6 *Præsumtionum alia diuisio in affirmatiuas, negatiuas, de vero, aut verisimili.*
7 *Præsumtionum probantium vel non probantium caussa vnde sumantur.*
8 *Præsumtio à fama orta, cuius probationis.*
9 *Præsumtio à iure, iuris, & de iure, quæ & eius effectus.*
10 *Præsumtio tracta per iudicem.*
11 *Præsumtio ex quibus colligatur ad probationem.*
12 *Præsumere cuius sit.*
13 *Præsumtionis fines, & rationes.*

ALiquando in iure† suspicio & præsũtio alicuius facti, æquiparantur cum apparentia eiusdem, vt in c. dixit dominus, 32. q. 1. Verum re ipsa minus est suspicari, quam scire, vt ex Cicer. ad Atticum constat: *Non modo si quid scies, audieris, sed etiam quid suspicabere.* Et alibi, *Suspicabar, vel potius intelligebam nihil esse.* 1

¶ Suspicio, † inquit Baldus, *in rub. de probation. & ad l. ea quidem, C. de accusat.* est passio animi, non elicientis firmiter aliquam conclusionem. Præsumtio προλῆψις, sententia præassumta, præueniens veram cognitionem, antequam de ea liquido constet. 2

¶ Præsumtio† seu suspicio triplex erit, leuis & temeraria vna, alia probabilis, alia violenta *glo. in c. dixit dominus, 32. q. 1.* Temeraria & leuis illa, quę sine caussa vel ratione aliqua legitima concipitur, opinio irrationabilis, *de qua & Bart. in l. admonẽdi de iureiu.* P. qualis ea quæ sibi vindicat, quæ sua non sunt, *vt in c. nullus alterius, 9. q. 2. c. de viro, 12. q. 2.* quando se alterius qualitatis & conditionis arbitratur quam sit. *c. præsumit, 2. q. 7. c. inter cetera, 10. q. 3. Eccles. asti. c. 18.* Hæc autem suspicio seu præsumtio nullam facit pro præsumente probationem, aut in eius vtilitatem, saltem adhærendum sit: vt nec semiplenam faciat, *l. 3. §. si quis de minor. 25. an. & ibi glo. in ver. plenior.* nec ex tali suspicione quispiam damnandus est, *l. absentem, de pœn. P. l. chirographum de probatio. P.* neque offerenti vel allegãti talem præsumtionem datur à iudice iuramentum in supplementũ probationis. *d. l. 3. §. si quis de minor. l. non est. de eo quod met. cau.* Vani enim hominis metus, vel præsumtio non consideratur. *l. metum autem vani, 6. & l. seq. de eo quod met. cau. P.* Suspiciosi leuibus de caussis & falso, valde pauperes, & plura confingentes: item meticulosi, vecordes, senes, & iuuenes. Et 3

> *Omnes quibus res sunt minus secunda, magis sunt nescio quomodo*
> *Suspiciosi, ad contum. eliam omnia accipiunt magis. Terent. in Adelph.*

Item mala agentes, qui conscientia scelerum torquẽtur. Sicque Cicero, 7. *in Verrem. Et te conscientia tumidum, suspicionumque faciebat.* Et pro Milone, de ea falsa suspicione: *Ciues de Repub. optime meriti, in quibus homines res præclarissimas obliuiscuntur: sed etiam nefarias suspicantur, ἡ χθὲς ὃ τὴν γυναῖκα ὑπεξήγαγεν ὀργιζόμενος, Vlp. Sophista in enarrat. orationis Demosthen. de falsa legatio.* id est, & tempus nocturnum suspicionẽ mouet. Inuidi & pessimi quoque de bonis plura mala suspicãtur, & horum etiam suspiciones reiici iubet, cau. fina. q. 1. & alia iura. *c. omnes, §. 6. q. 1. ca. in cunctis, 11. q. 3.*

¶ Probabilis † præsumtio est, quæ approbari facile potest aliqua legitima ratione, sed non plene aperta & concludẽte: & proinde hæc cum alia semiplena probatione iũcta probat, *vt in fin. quod met. cau. P. c. illud, & c. adferte mihi gladium de præsumt.* Per hanc præsumtionem & suspicionem reiiciuntur iudices su- 4

Digitized by Google

specti, *l. apertissimi, C. de iud.* Idem enim est facere suspectum iudicem ac lupum custodem, *c. si. 4. q. 4.*

5 ¶ Aperta, † & violenta præsumtio est, quæ videtur habere causas necessarias præcedentes. vt si quis inueniat vxorem prægnantem cum qua non concubuit, præsumtio est violenta esse adulteram: vel si anniculum cum redierit ex peregrinatione decennali in domo inuenerit. *l. filium cum definimus, de iis qui sunt sui vel alien. P.* Si mulier contra mariti prohibitionem inueniatur alloqui cum prohibito, in locis suspectis. *§. si. vt lic. matr. & auiæ, in auth.* Suspicio quoq; violenta fornicationis, si videantur nudi simul, soliique in secretis locis, horis electis. *ca. literis, 12. & c. tertio loco, 13. de præsumt. ca. cum caussam, de probat.* Quo fit etiam, vt maritus ex sola suspicione adulterii accusare possit vxorem: eo quod rei difficilis sit probatio. *l. quamuis. 2. l. 30. ad l. Iul. de adult. C. d. c. dixit dominus, 32. q. 1.*

6 ¶ Omnes † rursum suspiciones, vel sunt affirmatiuæ, vel negatiuæ. Et rursum omnis præsumptio, quæ fidem aliquam faciat, vel debet esse de vero, vel de verisimili. Atque plene illa probabit, quę est de his quæ conformia sunt veritati. *Bart. in l. 2. de excus. tuto. P.* Earum vero quæ nullam habent verisimilitudinẽ, nulla habebitur ratio, *Bald. in l. fin. in 2. colum. de here. instit. C. & in l. generaliter, 7. quæst. de non num. pec. Cod. & ad tu. de prob. apud Greg. Felin. c. quanto, num. 2. de præsumt. tex. in c. quia verisimile non est, de præsumtp.*

7 ¶ Procedunt † autem caussæ præsumtionis, vel suspicionis, à natura rerum, personarum, negotiorum, à fama, à facto. In naturali caussa præsumtiones magis vrgent, quod immutab lem caussam habere videantur. *§. sed naturalia, de iure natur. l. eas, de capi. diminut.* Hinc certa visa est præsumtio maternæ probationis, in iudicio Salamonis, in puero intra duas matres diuidendo. *ca. afferte mihi gladium, de præsumt.* Et præsumtio est certa pro affectione parentum in liberos, vt nihil sceleris contra illos moliri velle præsumantur. *l. consilio, de cura. furio. l. nec in ea lege, ad l. Iul. de adult. P. c. à nobis, de cohab. cler. c. interdixit, 32. distinct. ca. omnibus, 81. dist. l. eum qui, de episc. & cler. C.* Admittit tamen in contrarium probationem & ideo non probatio sed præsumtio dicitur, quæ probatione falsa demonstrari possit ex rei veritate. Sicuti, vt retineamus exemplum proximum, & denegeres in nostri pos. nt parentes, qui liberos occidunt, *tit. de his qui par. aut. l. b. occid. C. ad leg. Pompon. de parric. l. 3. & 4. de inof. test. P.* qui eis insidiantur, qui eos non diligunt, *l. lex quæ tutores, de adminis. tuto. C.* Et sic de similibus. Verũ illud habent præcipui istæ præsumptiones, vt tamdiu illis credatur, quamdiu de contrario fides vel probatio non erit facta. *l. non omnes, §. à barbaris, de re milit. P. l. merito, pro soc. P. c. fin. de præsumt.* Sed & præsumtio vna per contrariam præsumtionem elidi potest. *l. cum de indebito, 25. de probat, c. cum in iuuentute, de præsumt.*

8 ¶ A fama, † caussa suspicionis, vel bona vel mala oritur. In qua Iudex non constituit iudicium, sed inquirit de ea, *c. cum non licuit, de accus.* quod latius docuimus lib. 32. huius Syntag. c. 1. & 6. Nec fama per se sufficit ad faciendam probationem. *cap. si testes omnes, § sæpe etiam, 4. q. 3.* Cum aliis tamen adminiculis, aut alia semiplena probatione, vt vno teste, in caussis ciuilibus non in criminalibus, probare potest. *glo. in d. §. sæpe. & Panor. in c. veniens, in 1. de testam. c si mala fama, 2. q. 5.* & nisi cum aliis adminiculis legitimis, *vt in c. illud. & ibi glo. ad verb. si fama, loci. de præsumt. c. cum caussam, de probatio. c. 1. de appell. l. 3. §. eiusdem, de testib.* Probatur autem ipsa fama per duos testes, *in causam in literis, de probat.*

9 ¶ A iure † vero seu à lege suspiciones oriuntur, quarum aliæ iuris tantum: aliæ iuris & de iure dicuntur: de quibus, sed paulo quã oporteret cõfusius, meminit glo. in l. non est verisimile, 23. de eo quod met. cau. P. in ver. *Præsumtioni.* Præsumtionem iuris dicemus, quæ æquitatem quandam habet. Ius enim est ars æqui & boni. *l. 3. de iust. & iur. P.* Iuris vero & de iure, quæ æquitatem etiam habet, sed vltra in corpore Iuris scripti continetur, & faciunt ambæ fidem. *Bald. in rubr. de prob. apud Greg.* Felinus tradit præsumtionem iuris & de iure esse, quando ius in aliquo facto certum aliquid præsumit, & vltra præsumtionem illud firmat, & de eo statuit. *Fel. in c. quanto, num. 3. de præsumt. & ibi Panor.* Vbi autem ius aliquid præsumit, sed pro præsumtione non firmat, aut non statuit pro ea, est præsumtio iuris tantum. *vt in c. in qui fidem, de sponsal.* Lucas de Penna ad l. quicunque, de apochis publ. lib. 10. C. tradit, 180. præsumtiones, in quibus lex aliquid præsumit. Norant insuper interpretes, regulariter non admitti probationem contra præsumtionem iuris & de iure. *vt in d. c. in qui fidem, & l. fama, arbit. tut.* Felinus autem id explicat, & restringit sex modis, *Fel. in d. c. quanto.* Ego tamen vnicam adiicio exceptionem, si veritas contra præsumptionẽ appareat. Nam puto contra omnes præsumtiones, & in quacunque parte litis, obiici posse rei veritatem, & illam manere præcipuam.

¶ Procedit † aliquando & præsumtio ex sententia & mente
10 iudicis extra iuris præscripta, secundum ea quæ ei proponũtur, *l. in rebus, & ibi gl. singularis, C de rebus cred. ca. ferrum de terra, 50. dist. c fraternitatis, de frigi. & malef. c. cum dilecta, de rescript. c. cum Bertoldus, de re iud.* & sic ex diuersis animi motibus iudicat. *l. de minore, §. tormenta, de quæstion. l. 3. §. 1. versus magis scire debes, de testib. P.*

¶ Ceterum † præsumptio probabilis, secundum media quædam, quibus verisimiliter ducimur, ad veritatem vt plerumque formari debet: vti, ex verbis dicemus animum elici & præsumi. *Bart. in l. Xennius: per illum tex. de verb. oblig.* vt non aliud quis dixisse censeatur, quam prius mente agitaverit. *l. Labeo, de suppl. leg.* Ex præteritis coniicimus & præsumimus futura, *c. mandata, 6. §. si. & c scriba eu, de præsumt.* Ex consuetudine, voluntatem, *l. librorum, §. quod tamen Cassius, de lega. 2.* Ex præsentibus, alia non præsentia, *c. ex studio, de præsumt.* Et sic de similibus, de quibus vide Hostiens. in summa, in tit. de præscript. in 3. diuisione.

¶ Præsumere † proprie dicitur esse, legis vel iudicis: vt persuadere, aduocati: testari vel deponere, testis, secundum Baldũ in l. siue, ad finem, de probatio. Præsumunt quoque & priuati, sed illa præsumtio efficax non est in præiudicium vel vtilitatem alterius. quemadmodum legis vel iudicis. Nam & finis præsumtionis probantis, est releuare onus probandi. *Bald. in Lecum de indebito, & l. ei incumbit, de probat. P.* Oportuit autem præsumtiones, sicut & alia iudicia, admitti ad euincendam aliquã probationem eorum, quæ occulte & semotis arbitris testibus fiunt. Et vt leuius sit onus probandi, *l. non omnes, § à barbaris, de re milit. P. l. consensu, § super plagis, de repu. C. & præterea, de testib.* Ne veritas, quæ exquiri omnimodo debet, pereat. *l. si. C. de probat.* Instrui autem iudicis religio potest. ex pluribus iudiciis, quæ suspicionem inducunt. *l. iudicia, de rei vind. C.*

De Tortura seu Quæstione.

Cap. 12.

Lib. 48. P. tit. 18.
Lib. 9. C. tit. 41.

2 *Quæstio generaliter quid, & quotuplex. Et nu. 2.*
3 *Quæstionis varia tormenta. Et illa pro quibus inferantur, & à quibus statuantur, nu. 4. & 5.*
6 *Iudicia præcedere quare debeant torturam. Et quæ sufficiant ad torturam. num. 7. & 8.*
9 *Diuinorum iudicia & accusationes non probant, sed puniuntur.*
10 *Indicia plena. Et nu. 11. & seq.*
12 *Homicidæ miraculosæ detecti. Et num. 13. 14. 15. 16. 19. 18. 19. & 20.*
21 *Indicia super quibus quis est torquendus, an communicanda reo.*
22 *Torturæ dandæ qui interesse debeant. Et modus habendæ quæstionis. num. 24.*
23 *Iciunus torquendus. est.*
25 *Torturæ forma, qualitas, quantitas, modus, & interrogationes quo pacto fiant. Repetitio quando, & quoties faciendæ, num. 26. & 27.*
28 *Torqueri quæ personæ non possint iure scripto: & iure Gallico, item num. 29.*
30 *Torturæ exhibendæ fines.*
31 *Tortura num sufficientibus probationibus detur.*
32 *Tortura an detur pro detegendis sociis criminis.*
33 *Torturæ rationes.*

PEr quæstionem † seu torturam aut tormenta, sit etiam occultorum & sine testibus gestorum probatio, ex præsumtionibus quibusdam, vt tortura videatur esse effectus præsumtionis, *l. si. de quæst. P.* Quæstio generaliter dicitur, inquisitio rei dubiæ: & non tantum tormenta continet, sed omnem inquisitionẽ & defensionem mortis, *l. 1. §. quæstionem autem, de Senatus. Sylla.* Gallice vocamus vulgo quæstionem *la gehenne*: hæcque manauit appellatio, à verbo Hæbraicorum גיהנם *gehinnon*, id est, vallis hinnon. Is erat locus iuxta Hierusalem, vbi immunditiæ proiiciebantur & cadauera comburebantur. Dicunt & גיהנם gehennam, infernum locum mortuis deputatum. erat hinnon locus ab eius domino ita dictus, vbi erat Idolum Moloch, cauum æreum, quo concludebantur pueri mactandi, & igne circumicto necabantur: tympanis circa interim percussis, ne miseri cruciati eiulatus audirentur, vt coniicies ex c. 32. Hieremiæ, & 4. Reg. 23 Inde nostris *Schenne*, cruciatus morituorum, & ad mortem damnandorum.

¶ Quæstio † duplex est, ciuilis & criminalis, hoc est, de ciuilibus negotiis, vel criminalibus. Quod facile erit distinguere
2 ex his quæ in disputationem incidunt, *c. intelligentia de verb. sign.* Secundum vero communem tractationem quæstio de criminibus intelligitur. & Iudex quæstionis is, qui cognoscit de crimine publico, *l. 1. ad l. Cornel. de sicar.* & Quæsitor qui præest iudicio capitali. & tormentis, cogitque fateri reatus, vt apud Virgilium, *6. Æneid.*

Gnosius

Digitized by Google

Gn ſius hæc Rhodamantus habet duriſſima regna,
Caſtigatque auditque dolos, ſubitque fateri,
Quæ quis apud ſuperos furto lætatus inani,
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

Et proinde quæſtio in criminalibus dicitur, interrogatio & reſponſio per tormenta facta. Et ita per quæſtionem intelligere debemus tormenta ipſa, & corporis dolorem ad eruendam veritatem, & malam manſionem, *l. item apud Labeonem, 15. §. quæſtionem, & §. quæſtionis, de iniur. P. ca. illi quis. q. 5.*

3 ¶Sunt † enim tormentorum ad eam rem variæ ſpecies, quas norunt quilibet iudices & pragmatici: vt mala manſio, numellæ, taxilli, mantilæ, pondera & ſimilia, quæ torquendo corpus & dolorem incutiendo, & tædio cogunt verum occultum torros fateri. Quare & denegatio victus inter tormenta eſt, *d. l. item apud, §. quæſt. autem, de iniur. l. 2. §. ſi quis autem, ad vi & vi ar. l. nemo carcerem, ad exact. trib. lib. 10. C.* ferulæ iuuenibus adhibitæ, ad reuelandam veritatem. *l. fin. & ibi glo. in ver. ſeruos, & ibi Bart. in 1. oppoſ. & Bald. de iis quib. vt indig. vide l. de minore, de quæſt. P.*

4 ¶De † criminibus quæſtio habetur, & pro his ſeruandis. *l. 1. eod.* Id tamen non ſemper, neque in omni cauſſa, nec in omni perſona. Sed cum capitalia & atrociora maleficia aliter explorari & inueſtigari non poſſunt. *Paul. in l. edictum. D. Aug. 2. eod. cit.* Si de crimine maieſtatis agatur, vel fraudati cenſus, *c. quæſtionem, 12. q. 2.* pro veneficio, *l. 3. de q. C.* pro ſuppoſito partu, *l. ſuperſtatu. 9. eo. C.* pro falſitate teſtamenti, *l. cum teſtamenti. m, eod.* pro rebus ab hereditate ſubtractis, *l. fin. eo. C. l. fin. §. licentia, C. de cura delib. l. 1. de iureiurand. prop. cau. num. 4. an. C.* ſi teſtes vacillent, tam in cauſſa ciuili quam criminali propter ſuſpicionem falſi, *§. ſi vero ignoti, ex teſtib. in auth. ex ſib. 70, 15. & l. vnius, 18. §. teſtes, de quæſt. P. c. illiteratus, ac præſumt.* Regula autem poni poteſt pro criminibus, in quibus pœna capitalis imponitur, torturam ſtatui poſſe. Sed & propter mendacium quis torqueri poterit, *Roman. conſil. 8. Bart. in l. fin. de quæſt. vide ac. 1. Boery, 163. nu. 21. &* pro furto. *Bart. in ſ. ad quæſt. P.*

5 ¶Quæſtiones † ſtatuuntur non à priuatis, ſed à iudice idoneo, qui habeat notionem cauſſarum quæ meri imperij dicuntur: nam tortura ad pœnam eius eſt generis. *Bald. in l. ſi ea, de in quibus vt indign. C. per l. defenſores, ac defenſor. ciuita. C.* vt per pedancos iudices imponi non poſſit. *Bartol. in l. 3. de iur. ju. omn. iud. P.* Neque temere ad eam perueniendum eſt, ſed ordine conſtituto, vt nonniſi prius certum ſit, maleficium fuiſſe cõmiſſum, ad torturam perueniatur, *l. 1. §. item si. ma, ad Senat. Sylla. P. Gloſſ. in ca. ſolet, de for. compet. l. ſi quis, §. ceterum, ad leg. Corn. de falſ. l. 1. §. hæc verba, ne vi fiat ei. P.* quia delictum eſt veluti præparatio pœnæ, *l. aliud eſt fraus, de verb. ſign.* Dehinc aliqua iudicia ſunt, eaque vrgentia, quod qui torquendus eſt, illud commiſerit, *l. 1. & ſi. & l. vnius, §. in ea, de quæſt. P. & l. miſite. eod. C. conſt. Carn. 5. Imper. ac cauſ. capital. art. 20.* neque tortus aut cõfeſſus in quæſtione exhibita ſine iudicijs præcedentibus, ſibi præiudicat: etſi in confeſſione perſeuerauerit. Quia à quæſtionibus iudicia criminalia non incipiunt, *l. diuus, 9. maritus, 20. & l. pen. de qu. P. l. milites, 8. C. e. l. 2. 3. ſi ex falſ. inſtr. &c. C.* paucis exceptis, in quibus ſuſpicio & præſumtio vehemens eſt pro iudicijs: vt quãdo torquentur ſerui pro criminibus adulterij dominarum, *c. quæſtionem, 12. q.* aut ſi maritus dicatur vxorem occidiſſe, *l. vlt. ad leg. Cor. de ſica. C.* ſi agatur de occiſo domino, vt liquet ex tit. ad Senatuſc. Syllania. ſi certus ſit percuſſor *l. penult. ad Syllania.* & in ſimilibus. Alioquin enim per ſe fallax iſta torturæ probatio. Quod ex verbis conſtat Ciceronis pro P. Sylla. *Quæſtiones,* inquit, *nobis ſeruorum ac tormenta minitatur, in quibus quanquam nihil periculi ſuſpicamur, tamen illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiuſque tum animi tum corporis, regit quæſitor, flectit libido, corrumpit ſpes, infirmat metus, vt in tot rebus & anguſtijs, nihil veritati loci relinquatur, &c.* Et ideo omnino ei non eſt fidendum. Nam plerique tanta patientia ſunt in tormentis, vt ea contemnant, neque per ea extorqueri ab iis veritas poſſit ſeruantes apprime quæ in aliis mandat Horatius, *1. Epiſto. lib. epiſt. 8. ad Lollium.*

Arcanum neque tu ſcrutaberis vllius vnquam.
Commiſſumque teges, & vino tortus & ira.

Nota Calani Indi in ſubeundo igne conſtantia, ſeu ſtulta immobilitas. Omitto taciturnitatem in tormentis Harmodij & Ariſtonis, & alterius Theodori apud Liuium tortí à Tyranno. Alij autem tanta ſunt impatientia, vt malint in quouis mentiri, quam tormenta pati. Habes exemplum apud Valer. Maxim. *lib. 8. c. 4.* de M. Agrii argentarii ſeruo. Quo fit, vt neque pertinaces, nec nimium timida vnquam vel vix verum fateantur. Et vt quidam, non tantum ſe, ſed etiam alios falſo crimentur. *l. 1. §. ſi quis vltro, & §. quæſtioni, & l. exiſtimat. de minore, §. tormenta, de quæſt. P.*

6 ¶Addenda † itaque ſunt indicia ante torturam, quæ cum ipſius confeſſione probabunt ſimul, † non autem ſeparatim tortura: aut indicia etiam ſola per ſe, quia ex præſumtionibus ſolis nemo damnandus eſt capitaliter, *l. abſentem, de pœn. P.* etſi ex iudicijs indubitabilibus plerumque ad mulctam pecuniariam fiat damnatio. *Alex. conſ. 15. vol. 1. conſ. 116. vol. 3. Paul. Caſtren. conſil. 197. incip. viſa inquiſitione.* Et ita puto intelligendum Bartolum, *in l. licet Imperator, de leg. 1.* cum Salicero, *in l. ea quidem. Cod. de accuſ. & in l. ſi quis, per illum text. de adulte. in l. 3. ad leg. Iul. maieſt. P.* qui dicunt ex indubitatis indiciis, aliquem capitali pœna dãnari poſſe non ex dubijs. *l. ſi famil. erciſcun. C.* Siquidem arbitror neminem capite damnandum, niſi ex lucidis & indubijs probationibus, *l. ſi. C. de probat. l. abſentem, de pœn. P. vbi ratio,* conuicto vel confeſſo prius cum illis reo, *l. qui ſententiam, 16. C. de pœn.* Sed & illud receptum ex indiciis ſi quædam pro reo, alia contra eundem facere poſſunt, neminem ſubijci torturæ, ſed potius abſoluendum, *Hyppoli. in ſua praxi, in ver. diligenter, nu. 190. vide Boer. quæſt. 161. num. 10. vbi ita iudicatum eſt.* quia in obſcuris, & in pœnis, benignior ſententia ſequenda eſt, *l. ſemper in obſcuris, de reg. iur. P. cap. in pœnis, eo. in 6.* & vna præſumtio aliã tollit, *l. cum ad indebito, de proba. P. l. diuus, de in integ. reſt.* Vt bona fama elidit indicium contrarium. *l. de minore, §. iuriſum, de quæſt. P.* Sed & Felinus addit, extortam patris confeſſionem metu, ne torqueretur filius, non ei nocere, in c. adferte, de præſumt. per rationem §. final. de noxal. act. & l. iſti quidem, quod mer. cauſ. P.

¶ Indicia † porro quæ ſint ſufficientia ad torturam, non licet omnino deſcribere, quia plerique arbitrio iudicis examinantur. Nam, vt ait Cicero, *6. Verr. Eſt boni iudicis parum ex rebus coniecturam facere vnuſcuiuſque, & cupiditatis & continentiæ præſumtionis, ſceleris patrati.* Indicia ab indicando dicta ſunt, demõſtratiua ſigna veritatis latentis, vt in 1. inſtrumenta, & l. fin. C. de probatio. Signa certiſſima ſceleris Cicero quædam oſtendit, *eadem 3. in Cæcilian. aude l. ac minore, §. tormenta, ac quæſt. Ac mihi quidem,* inquit, *cum illa certiſſima viſa ſunt argumenta, atque indicia ſceleris, tabellæ ſigna, manus, denique vnuſcuiuſque confeſſio: tũ multo certiora illa, color oculi, vultus, taciturnitas: ſic enim conſtupuerant, ſic enim terram intuebantur, ſic furtim inter ſe nonnunquam conſpiciebant, vt non ab alijs iudicari, ſed ipſi à ſe viderentur.* Indicia maioris certitudinis ſunt, quam præſumtiones ſimplices, vt ait gloſ. in l. cum probatio, de probatio. Et quædam ad inquirendum contra ſuſpectum inducere poſſunt iudicem, quæ tamen non ſunt idonea ad torquendum ſuſpectum.

¶ Carolus V. † Imperator, in conſtitutione de capitalibus cauſſis, art. 21. recte prohibuit, ne quis indicijs maleficiorum ſeu mathematicorum, id eſt, eorum qui maleficis artibus prohibitis vtuntur, ac prætagiunt & diuinare præſumunt, vinciatur torqueaturve, ſed potius huiuſmodi mathematici & accuſatores puniantur: quod cum iure ciuili conuenit. *l. item apud Labeonem, 15. §. ſi quis Aſtrologus, de iniu. P. l. nemo, ne mathem. C. c. 1, de ſortileg.*

¶ Indicia † autem alia plena videntur quibuſdam. Primo, fama, qua circumfertur aliquem crimen commiſiſſe: ſed hæc nõ plene probat, vt dictum eſt, per ſe, ſed cum alijs: quia plerunq; ſpargitur temere, vel ab inimicis falſo euulgatur, *vide Aſcia. ſ. 1. Parerg. c. 6 Quintil. li. 5. c. 3. & aecia. 18. Lucia. ac calum.* Secundo, quod crimẽ ſimile aliud ante quis commiſerit, *l. capitalium, §. ſolent, ac pœn.* vel viſa fuerit illa perſona conuerſari cum ſuſpectis eiuſdem ſceleris. Tertio, ſi illa perſona in locis ſuſpectis & periculoſis viſa ſit. Quarto, ſi præcellerint homicidium iniuriæ verbales, minæ verborum prolatæ à ſuſpecto, *vide Boer. quæſt. 163. & quæſt. 166.* vel lis alia inter læſum & ſuſpectũ, quia ſæpe ex ciuilibus ſolent naſci criminales controuerſiæ. *l. properandum, ac iniu. C.* Quinto, onerat ſuſpectum accuſatio conſtans & iurata læſi, quanquam non probet. *l. qui ſententiam, C. ac pœn. l. ſi quis grauis, §. 1. ad Senat. Sylla.*

¶ Sexto † inducit ſuſpicionem & indicium, fuga ſuſpecti poſt crimen admiſſum, & facit ſemiplenam probationem, *gloſſ. & Bald. in l. admonendi, ac in reiur. P.* Iuſque Saxonicum ait, haberi fugientem pro confeſſo, *libro 2. iuris Saxonic. artic. 33. proba. §. ſuper hoc, ac collatio auth. l. 1. C. vt omnes iudic. tam ciuil. quam crimi. &c.* & dicunt, fugam ſignum maleficij commiſſi eſſe, & indicium ſufficiens ad torturam. *§. ſi vero etiam quidam, de exhib. reo, in auth. conſiliario, ac aſſeſſor. C.* Fuga tamen cum animo fugientis comparanda erit. *...gnus ſit fugitivus, §. idem, de edil. edi. P.* Plura de hac ſuſpicione fugæ vide apud Iulium Clarum li. 5. §. fin. quæſt. 21. practic. criminal. Septimo, ſi quis viſus fuerit fugere cũ gladio educto ſeu euaginato, ex loco vbi mortuus inuentus eſt: nam & hoc indicium ſufficit ad torturam. *Iaſo. ac Bellouſus, in tracta. criminalis. m, tit. ac quæſt. Bart. in l. fur eſt manifeſtus, per illum text. de furt. P. Bal. in l. neque natales, ac probat. C. Paul. in l. ſi. §. item quæro quæ dicantur indicia indubitata, eo. tit. C.* Octauo, ſi aliqua res ſuſpecti inueniatur in loco maleficij, puta vagina, gladius, calceus, vel aliud quippiam eius. *c. tua nos, §. fin. ac homicid. Alber. in l. indicia certa, C. ac rei vindic. Boer. dec. 166. nu. 5.* Nono, conſcientia ſceleris cum quibuſdam indicijs ſuadet de occultis contra aliquem inquiri & exponi eundem quæſtioni. Sic Bellus cum occidiſſet patrem, & nemo præter ipſum ſciret, cum iret cœnatum, pergulam accepit vt nidum hirundinum deturbaret: quod cum faceret, rogatus id faceret interrogatus, reſpondit, eo quod nimium diutius mentitæ eſſent, exprobrantes quod patrem occidiſſet: quod indicio tortus tandem fatus eſt crimen, vt ait Plutarchus, *li. de ſera numi. vind.* Conſcientia propria illi fuit ex-

Digitized by Google

minis Iudex: cum conscientia cogat plura etiam de se suspicari, & plura dici de se putare, vel detegi, quæ aliter se habent: veluti sorex suo iudicio periit.

13 ¶ Sic † narrat Procopius in historia Gothorum, Theodoricũ cum occidisset Boetium & Symmachum socrum eius immerito, cum in mensa oblatum ei fuisset caput pisces, sibi persuasisse se videre caput Symmachi, atque eius horrore in phrenesim incidisse: vnde paulo post obiit.

14 ¶ Caput † etiam sacerdotis Iouis Hopplosinij in Caria locutũ est, & detexit homicidam Cercida, qui antea ignorabatur. *Aristo. lib. 3. de part. animal. ca. 10.*

15 ¶ Detexerunt † & indicarunt præter ordinem reum Grues, Ibyci Rhegini ex Italia poetæ Lyrici interfectores. Is enim cũ occideretur in solitudine aliqua à latronibus, & superuolarent casu Grues, illis dixit, illæ meæ vltrices erunt. At postea ignoto crimine per multum tempus cum latrones latuissent, accidit vt vna in theatro sedentes latrones cum præteruolantes Grues vidissent, dixerint, ἰδοὺ οἱ ἰβύκου τιθασοί, id est, *en Ibyci vltrices*, Quæ verba cum quidam ex adstantibus audiuisset, Magistratui indicauit, à quo capti tortique crimen confessi sunt, & damnati. *Plutarch. in libello, de fluuiis l. quæ in epigram. græco, sic. Antiphaja, ibi, ἰβύκου τιθασοί, &c.* Et ita vt scripsit Ausonius, *in monosyllabis.*

Ibycus vt periit, vinaex iuste altricolans Grus.

16 ¶ Et † Archilochi poetæ interfectores arguit, & indicauit ipse Apollo Delphis. *Plin. li. 7. c. 29.*

17 ¶ Per † somnum etiam caupo homicida socii, socio in somnio detectus: scribit enim *Valerius Max. li. 1. c. 7.* ex duobus sociis Archadibus vnum nocte quadam ad cauponam declinasse, & cauponem trucidatum socio in somnis apparuisse, opẽ implorasse, tandemque obtestatum, vt qui vitæ suæ auxilium ferre neglexisset, nec saltem vltionem non denegaret. Corpus enim suum à caupone trucidatum, tum maxime terræ ad portam stercore coopertum: eum autem tam constantibus familiaris sui precibus compulsum, protinus ad portam cucurrisse, & plaustrum, quod in quiete demonstratum erat, comprehẽdisse, cauponemque ad capitale supplicium adduxisse.

18 ¶ Pro † indicio certissimo etiam habitum est reseratio & emissio sanguinis occisi & vulnerati, præsente homicida, vt alibi docuimus abunde, libr. 36. istius Syntagmat. cap. 20. numer. 9.

19 ¶ Et † docet Valer. Marcius Marnensis, lib. de doctrina promissiua. c. 21. per indicium sortium iactatarum deprehensos esse in delicto occulto Ionatam, *Reg. 14.* & Achan, *Iosuæ 7. Prouerb. 16.* & Ionam, *Ionæ c. 1.*

20 ¶ Refert † Plutarchus, *de comparat. terrest. animal. & marino.* tria maleficia per anomala indicia detecta punita. Primum homicidij, quod detexit canis, qui cadauer domini interfecti seruabat, Pyrrho, cui cum adesset quietus, in aduenientes homicidas summo impetu insurrexit, vnde comprehensi, torti, scelus confessi sunt & damnati. Addit & Heliodi interfectores, à cane ipsius proditos, pœnas dedisse. Et tertio, sua memoria accidisse ait, vt canis dictus Capparus, templi Æsculapii custos, cum vidisset neminem ædituorum sua voce commoueri, sacrilegum secutus est quocunque profugeret, cibum eius reculans, donec agnitus canis illum sacrilegum detexit: qui comprehensus, tortus, fassus, pœnas luit. Refert de alio homicida à cane detecto in Pireo Plin. *lib. 8. c. 40.* Sunt & alia indicia apud interpretes declarata, quæ prætermitto: ne longior sim quam res postulet.

21 ¶ Post † indicia vero perpensa an legitima sint, & idonea ad torturam statuẽdam, dubitatum est, num edere teneatur Iudex suspecto capita indiciorum, vt respondeat. Et plures sunt in hac parte sententiæ, quas refert Iul. Clarus. li. 5. sent. iuris, §. fi. in pract. criminal. q. 64. nu. 28. Et resoluit opinionem communem esse, si petatur ei debere: sin minus, posse sine editione iudicem ad torturam peruenire. Sed vt video in Gallia antequam ad sententiam condemnationis torturæ perueniatur, melius fit, cum reus examinatur à iudice, vt respondeat libere quæ voluerit, vtrisque responsionibus ex scripto statuatur, nũ exceptiones aliquæ per illum opponantur, quæ præsumtiones & iudicia contra illum facientia eludant, si probentur: & tũc ad probandum releuantia ante torturæ mentionem admittatur. At si nihil quod releuet deducatur, vel si nihil probetur, remanentibus vrgentibus indiciis, ad sententiam & executionem torturæ perueniendum est: nisi prouocatio fiat, quæ executionem differt, *l. 2. de appellat. recipi. & ibi interpr. Guido Pap. decis. 74.* cum eius executio non sit reparabilis: vt merito vetitum sit ipsis iudicibus inferioribus, post appellationem etiam præsentare seu exhibere reis torturam. *Bal. ad a. l. 2. & ad l. generaliter, §. sed iuramento, 2. col. vers. sed quia si est talis.* Si tamen appellatum non fuerit, antequam torquendus alligetur, sed tunc tantum: non obstante prouocatione ad torturam proceditur, vt placuit curiæ supremæ Parisiensi. *refert Pap. li. 24. rhapso. arresto. tit. 9. arest. 13.* Sed & in iudiciis criminalibus, in quibus non admittitur appellatio, vt si coram latrunculatore fiat discussio erronis, vel alterius criminis cui non est remedium appellationis concessum, non obstante ea ad torturam peruenitur.

¶ Et † tunc reus præsente regio procuratore regioque patrono, necnon iudice eiusque actuario, duobus etiam causidicis, apparitoribusque vocatis torquebitur. *Imbert. li. 3. institu. foren.* 22

Iure ciuili interdum admittebantur accusatores, & socii criminum, *l. 1. §. 1. de custo. reor. li. 9. C.* aliquando aduocati & procuratores reorum, *l. si postulauerit, §. quæstioni, ad l. Iul. de adult. P.* Sed abiit vtrumque merito in desuetudinem, propter fraudes, quas aduocati & procuratores præsentes possent committere. *Alberi. in rub. de quæstion. in fin. Ang. ad l. custodias, de quæst. ind. P.* Et certe quidam videtur esse abusus, vt procuratores & aduocati Regis, qui vices agunt aduersarij & accusatoris in criminibus, intersint, tormentis.

¶ Ieiunus † ad torturam torquendus est, qui saltem non comederit per decem præcedentes horas. *Iul. Clarus, prac. quæst. 62. §. fi. n. 39. vbi citat auctores.* 23

¶ Modus † per iudicem definitus & gradus torturæ sequendus, qui statuit pro modo indiciorum. Nam pro indiciis non sufficientibus, vel imperfectis, vt puta pro vno teste de visu nõ maiore omni exceptione, vel pro duobus loquentibus singulariter de diuersis separatim indiciis, non statuet plenam torturã, vel eculeum: sed leuem, vel metum torturæ, vel exhibitionem. Putant enim esse gradus torturæ quinque. Primo, minas de torquendo. Secundo, conductionem ad locum tormentorum. Tertio, spoliationem & ligaturam: nam hæc metum incutiũt, & habentur pro specie torturæ. *Bald. in l. interpositas de transf. C.* quamuis certe non vere in his sit tortura, & eo metu confessio voluntarie non metu facta dicatur. Quarto, eleuatio in eculeo. Quinto, successio per funem & lapsum, *modus visitatus adhibitus ponderibus interdum pedibus rei, vtuntur de ea loqui, l. nullus ad l. Iul. maiest. C.* In litigatura adhibent quidam taxillos, & hoc dicitur moderatio torturæ, quæ non permittitur omnibus iudicibus. E vestigio autem sententiæ torturæ dicta quæstionis instrumenta explicabuntur, isque reus excruciabitur. *vide constitut. Ludo. 12. art. 112. & 113.* antequam ad alios actus Iudex & consilium diuertant: nisi forte nox, aut iusta quæpiam causa in posterum diem cogat negotium reiiciendum. Interim tamen summo silentio sententia premenda, ne detur reo appellandi vel responsiones falso texendi occasio. 24

¶ Torturæ † autem qualitas & quantitas statuetur secundum morem regionum, nullis adhibitis nouis tormenti generibus, quæ magis ad carnifices immanes, ad Phalarydem vel Perillũ quendam, quam ad Christianos iudices pertinent. *varias species tormentorum enumerat Marsil. in l. 1. nu. 27. de quæstio.* Quare merito rei sunt delicti & necis, si modum excedant consuetum. Ita enim quæstionem haberi oportet, vt tortus saluus sit, vel innocentia vel supplicio. *l. quæstionum, 7. de quæstio. vide quando index accusetur, vel ex culpa, vel excessu torturæ. Barto. in illa lege, Bello, consil. 84. nu. 12. Iul. Clarus, vbi supra, num. 37.* Subinde actuarius, iudice verbis præeunte, notis mandabit tormenti genus, quantusque illis fuerit impetus, quotiesque inflictus, qua fronte, constantia, duritiave illum sustinuerit: quę ante cruciatum, in ipso cruciatu, & postea statim responderit. *l. de minore. §. tormenta, de quæst. P.* Tortura namque peracta, responsa ad iudiciũ reducuntur, num vel ex confessione firmentur indicia, & sufficiãt ad condemnationem: an vero negatione purgata censeantur, & sufficiant ad absolutionem, vel totalem, vel à pœna corporali. 25

¶ Quando † quis confessus est in tortura, non statim illa confessio probationem facit, nisi reus ratificet eandem à tortura remotus in iuris auditorio, *Boer. decis. 163. nu. 18. Panorm. in c. cum in cotemplationem, nu. 17. de reg. iur. & ibi Io. Andre.* idque expresse apud acta extra carceres & tormenta. Atque illa ratificatio nõ statim post torturam fieri debet, aut exquiri, sed post lapsum saltem vnius diei: ne metus tormentorum adhuc recens, qui mentem interdum turbat, perseueret. Et in hoc arguendi sunt præcipites iudices, qui nimia acceleratione cogunt quodammodo, quę vera non sunt sæpe fateri. *vide Ange. in l. 4. de custo. reo. C. Bart. in l. 1. §. ainus Seuerus, de quæstio P. nu. 3.* Quod si in auditorio iuris neget, & reuocet quę fassus est in quæstione, repeti debent tormenta, *Bart. in l. vnius, §. reus, eod. Bossius de tortura, n. 34. quæ ita in praxi seruari ait, & Simancas, de hæret. c. 63. num. 43.* tanquam ex indicio confessionis nouo: sicuti ex nouis indiciis repeti potest tortura. *l. repeti, 16. & l. vnius, 18. §. 1. de quæstio. P. l. & si certus, ad Syllania. P.* Sed si post repetitionem perseueret coram iudice negatiua extra tormenta, sine nouis indiciis denuo quæstio repeti nequibit post tertiam torturam, ne in infinitum procedatur ad tormenta: sed erit absoluendus, si conuictus aliunde non fit. Quod si in tormentis constanter neget reus, videtur purgasse indicia, *Alberic. in rub. de quæstio. C. nu. 9. & ad l. 2. nu. 2. eo. P. Boer. decis. 163. nu. 12.* & est sub fideiussore saltẽ relaxandus, *Marsil. in l. repeti. de quæstio. P. nu. 24.* Et hęc est communis praxis, quamuis Gomez, c. 13. delict. nu. 19. dicat diffinitiue absoluendum. Quod Gallia non seruat, sed ibi statuunt ex consuetudine iudices, non linquere: *Qu'il sera plus amplement enquis. Cependant eslargi, à la charge de se representer si besoin est.* Aliquando etiam si indicia plene purgata non sint, statuũtur pro modo delicti & indiciorum, leuiores pœnę quam pro crimine proba- 26

probato debeantur, vel ad remos, vel ad pœnam pecuniariam. Repetitio fit torturę, si vt eam esse opus iudici ex causa, vel quia leuiter tortus primum fuit, vt iterum sufficienter torqueatur: dummodo in prima tortura sit protestatus iudex, quod eum iubeat à tortura deponi, vt iterum torqueatur: & ita dicat cum deponitur, iudex, se iubere animo repetendi. Si tamen sufficiēter semel tortus fuerit, & nihil confessus fuerit, non potest sine nouis indiciis repeti, vt tractant Dyn. & alij in l. repetendi, de quæstio. Albert. in rubr. C. de quæstionib, Alexand. consil. 5, nu. 4. volum. 1. Bartolus tamen in l. vnius, §. reus, num. 2. reiatur consuetudinem in praxi seruari, vt etiam repeti possit huc tortura. Sed ego desiderarem iudicium hic maiorum iudicis & arbitrium, expensis circumstantiis & indiciis vrgentibus criminū, ne temere fiat repetitio. Et melius fieret, si leui tortura primū tentarent, num possent extorquere verum à reis: postquam, si contemtu tormentorum videant pertinaciam aut magis indicia colorari, non alienum erit à iustitia durius illos torquere iterum, iuxta præcedentia indicia si vrgeant vade. Multum autem iuuabit iudicem in hac tormentorum quęstione absoluēda, quomodo reus antea vixerit, & in qua opinione habitus fuerit considerare. *d. l. de minore, §. tormenta, & l. non omnes, §. a barbaris, de re milit. P. tutor quoque, §. quæritur, ae jusjurand. ea. cio in iuuentute, præsumt.*

27 ¶ De † die vero torturę inferendę, in grauioribus sceleribus quę notionis accelerationem desiderant, non dubitatur quin festiuo quoque fieri possit an alias, minime, *l. 3. C. de quæstio.* Quo modo autem interrogatio generalis esse debet non in multiduo docet l. 1. §. qui quæstionem habiturus, de quæst. P. Et quod inc. pratur à timidiore, l. 18. eo. Et hęc intelligi par est, de personis quę torqueri possunt.

28 ¶ Porro † iure omnes torqueri possunt in casibus, vbi tormenta recte cum sufficientibus indiciis statuuntur, & liberi & serui, viri & mulieres. *l. nemo, C. eo. Excipiuntur autem iure scripto, in dignitate aliqua positi, illustres, & eorum progenies, nepotes, & pronepotes. l. diuo Marco, 11. C. de quæstio.* decurriones: nisi in crimine maiestatis, *l. decurriones, 6. & seq. eod. l. omnes municipes, de decurio. li. 10. C. innocentes, l. pen. eo. C.* milites, *l. milites, eo.* Doctores, Cyuilis *l. nobiles, C. de quæst. & in l. 4. auth. Iul. maiest. C. ita seruari statutum Mediolani si traxit Clarus, li. §. fin. quæst. 6. nu. 16.* Clerici, nisi infames, *Panorm. in c. cum in contemplationem de reg. iur.* senex decrepitę ętatis. *Tiraquell. tract. de pœnit. temperan. ca. 8. l. 3. §. ignoscitur. Syl. am. P.* Verendum enim ne in tortura deficiat, & subtrahatur ita iudicio: seruus aduersus dominum, paucis exceptis, de quibus in l. 1. C. & 7. C. de quæstio. l. 3. & 50. eo. tit. P. nec aduersus tutores vel matres domini sui, l. 2. C. eo. non liberi famuli aduersus dominos. l. 1. §. si seruus, eo. P. Nobiles, *l. nullus, C. ad l. Iul. maiestat.* minores quatuordecim annorum, excepto crimine læsæ maiestatis, *l. ae miserè, 10. l. ex libris, 15. §. 1. ae quæstio. P.* in quo torquenturin aliis vero, loris, vel ferula, vel virgis possunt terreri: item mulieri prægnans, *l. prægnantis, de pœn. P.* sed & de lactantibus, placuit Senatui Mediolanensi, 11. Maij 1557. quandam felicitatem, testem quæ puerum lactabat non esse torquendam, vt refert Iul. us Clarus, *præ. q. 64. nu. 25.* item excipitur & qui de se confessus est, ne in caput aliud torqueatur. *l. repeti. §. 1. ae quæstio. P. l. 4 C. eo.* Sunt & aliæ personæ iure à tormentorum examine exemtæ.

29 ¶ At † in Gallia, promiscue omnes cuiuscunque dignitatis & nobilitatis sint, cum luculentioribus delicti indiciis torquentur: si indicia duorum idoneorum testium hæc constent, vt ait Imbertus li. 3. Institut. forens. & alij. *Testatur Guilelm. Benedict. ad ver. mortuo itaque testatore, nu. 222. Tiraquell. de vera nobil. li. c. 20. nu. 134. Auffrer. in stylo parlamen. c. 19.* Cęnseo tamen, & mulieres prægnantes, aut nimium iuuenes, & decrepitos, excipiēdos. Verum aliquando si maximum sit scelus, num terreri vel exhibitione tormentorum debeant, & si indicia concludant, iudex vir bonus ipse dispiciet.

30 ¶ Fines † torturæ sunt, pœna, indagatioque veritatis. Interdum enim tormenta statuuntur ad pœnam criminis, cum in vinculis vel numeliis quis continetur, vel in hypogeis, quæ vocant *Inferne*, concluditur. Item dum successioni addicitur, quam vocant *L'estrapade*, vel si in mala mansione extenditur ob maleficia, aut si legatur, *vt in l. si hominem, 7. depos. l. item apud Labeonem, §. quæstionis, verbo. de iniur. P.* Possemus & ad pœnam referre tormenta fustigationis, verberum, & similia, de quibus in pœnis criminum dictum: & de hac tortura hic non agitur, sed de ea quæ irrogatur ad veritatem eruendam in defectum probationum.

31 ¶ Nam iudex qui plenas probationes habet eius quod interrogat reum torquēdum, peccat mortaliter, si eum subiiciat torturæ. Sed & is qui instat, dictus *partie ciuile*, temere accusans, ex cuius accusatione subiicitur quæstioni reus, si nihil reus in tortura confessus fuerit, actionibus de calumnia conueniri & accusari potest, per absolutum reum, ex constitutio. Francis. I. ann. 1539. arti. 84. Soleut tamen conuictum de crimine negantem iudices communi practica subiicere quæstioni, ad plenissimam probationem, vt ipse suo ore confiteatur, etiam eo colore adhibito, vt de sociis velint eum interrogare. Et ita seruari in Gallia video. In Italia quoque, quod pluribus Doctorum sententiis probat Iul. Clarus. §. fi li. 5. in practica crimin. quæst. 64. nu. 7. Papus & ita iudicari ait, li. 24. Rhapsod. arest. tit. 9. arest. 1.

¶ Et † quamuis iure communi quis non debeat interrogari de 32
sociis delicti, nec pro illis detegendis torqueri, *l. repeti, de quæst. P. l. fi. C. ae accusa.* tamen aliud seruatur in praxi communi, *adque glo. ait, in l. non tam minus, & ibi Bal. de accusat. C.* Quare & qui mandato alterius occidit, potest torqueri super eo qui mandauit, & fur pro sociis furti. *Bart. in d. l. repeti. ae quæstio. Franc. Aretin. consil. 61. incip. in causa illorum, de Mansio.* Ratio autem potior torturę inferendæ, quia interest Reipubl. delicta manifesta esse & detegi, vt puniantur. *l. eum qui nocentem, de iniur. P. l. ita vulneratus, ad l. Aquil. P.* Atque ita more maiorum inductū est, vt delicta quæ clam committuntur semotis testibus per tormēta appareant. *Cic. in Part. oroto. Iul. Paul. li. 5. recep. sent. tit. 14. & 16.* Inuenta namque tortura in defectum probationum. *Andreæ de Isernia, ad ca. 1. §. insuper, colum. 1. de content. int. dom. & fidel. in vsibus feud.* Sed & tortura purgationis instar accusato, vt supra diximus.

De Testibus.

Cap. 13.

Lib. 22. P. tit. 5. li. 4. C. tit. 20. li. 2. Decret. tit. 20. & 21. Lib. 2. Sex. tit. 10. Lib. 2. Clem. tit. 8.

1 *Testes qui dicantur, & vnde, & quid testimonium.*
2 *Testium alij idonei, alij non, eorum species.*
3 *Testium numerus quibus feratur.*
4 *Testes quando arcuntur idonei, & primum vocandi à iudice.*
5 *Testimonium ferre possunt qui non prohibentur nominatim, & qui prohibentur. & seq.*
6 *Testis vnus in quibus probet.*
In crimen alibus nec semiplene. nu. 7.
8 *Fama quando faciat pœnam probationem.*
9 *Probatio plena duobus ad minus testibus constat.*
10 *Testes plures quam duos quæ necessario requirant.*
11 *Testes domestici non probant pro domestico, nec contra numero 12.*
13 *Testes mutuo qui ex Iudæorum præscripto esse sibi nequeant.*
14 *Vxor an subdita viro, & quando agat contra maritum testari. nu. 15.*
16 *Sponsa an possit pro sponso vel contra testari.*
17 *Domesticus testis quando probat cum alio omni exceptione maiore. & nu. 19.*
18 *Testes domestici in instrumentis adhiberi possunt.*
20 *Testes affidati quando probent contra obycientem.*
21 *Testes plures de vna domo in alieno negotio esse possunt, & pater in filij tę amento, & contra quare.*
22 *Domestica domesticis testibus probari possunt. & nu. 23.*
24 *Testes pretio redemti non probant & reijciuntur.*
Item pauperes. nu. 25.
26 *Testimonium potentiorum contra tenues suspectum, eiusque qui habet similem causam. nu. 27.*
28 *Mulieres an testes suoneæ.*
29 *Laicus contra laicum quando testimonium dicat.*
30 *Testes reijciuntur per exceptionem & obiectionem criminum, quomodo.*
31 *Testis pro vtraque parte dicere non potest testimonium.*
32 *Testis in sua causa nemo.*
An in causis communibus & vniuersitatis. nu. 33.
34 *Inimicus non est idoneus testis, & quales debeant esse inimicitiæ.*
35 *Testimonium qui in summa dicere non possunt.*
36 *Testium producendorum & examinandorum forma.*
37 *Testes in iudicialibus negotijs citandi, & si non veniant, cogantur venire: qui autem non cogantur. nu. 38.*
39 *Testes in iudicium vocari debent testimonij causa, & quando nō citandi.*
40 *Examen de futuro, & ad futuram rei memoriam, quando & quomodo fieri debeat. nu. 41.*
42 *Testes non examinantur, nisi iurati.*
43 *Testium examinationi, vel iurationi faciendæ vocatus quid & quomodo protestari debeat.*
44 *Testes plus quam decem pro vno probando articulo non sunt admittendi.*
45 *Testibus relegi necessario debent depositia.*
46 *Testium examinatio cuius sumtibus fiat, & quando post conclusionem.*

Digitized by Google

47 *Testibus vtrinque à litigantibus pro se productis & probationibus, quid Iudici statuendum sit.*
48 *Testis dubie deponens iterum examinandus, & in examinatus ab vno Iudice, coram alio examinari debeat. nu. seq.*
49 *Testium finis probatio Rationes nu. 50.*
51 *Probatio testium num præstet probationi instrumentorum.*
52 *Falsitas instrumenti per testes suos euincitur.*
53 *Testes falsi quomodo puniendi.*

1 INter † probationes legitimas, vtilitas testium annumeranda est, dummodo illi adhibeantur negotiis secundum naturã illorũ, idonei, & iuxta legum requisita solemnia. Testes dicuntur quasi superstites, vel antistites, *l. forus, de ver. sig. Alcia. li. 2. parerg. c. 2.* qui stant dictis vel factis. Et ita testari, est fidem facere per testes, qui adfuerunt aliquo sensu: puta, visu, auditu, præsentia, vel alio modo legitimo. Frequens nomen apud omnes, testari, pro testimoniũ dicere, vel mentẽ suam exponere, vel asseuerare quæ quis sentit, Iul. Pollux li. 8. Onomast. *Testimonium, inquit, dicitur, cum quis oculatus testis testatur: contestatio, cum quis à vidente se audisse dicit: contra falsos testes iudicium exstat. Eum qui testamentum negabat obtestabantur, testamenti necessitatem proponente. Cogebantur autem vel testari, vel se non vidisse, iurare, aut non interfuisse aut mille drachmas persoluere. Obtestari autem est in testimonium vocare, sed* [illegible] *est, reum fieri de mille drachmarũ persolutione.* In his protritis non immotor.

2 ¶ Testes, † vel sunt legitimi seu idonei, alij non idonei, vtraq; species plures circumstantias admittit, vnde testes recipiunt quasdam proprias appellationes, quas cognosces in progressu explicationis. Nam ex idoneis, quidam dicuntur assidui in l. 12. tab. id est, locupletes, *Aul. Gell. lib. 16. Noct. Attic. c. 10.* alii classici, qui testamentis adhibentur, *Sex. Pompe. Festus. lib. de verb. sign. in ver. classici.* alij omni exceptione maiores, &c. & inter non idoneos, tot sunt appellationes, quot sunt fere caussæ ex quib. reiciuntur, vt domestici, familiares viles, redemti, seu conducti, &c.

3 ¶ De † omnibus testimonia ferri possunt & exigi, tam ciuilib. quam criminalibus negotiis *l. 1. de test.* P. iudicialibus, & quæ extra iudicium fiunt & priuatim, & publice. Et hæc notiora sunt, quam egeant demonstratione. Vis autem istius probationis cõsistit in reliquis, vt sciamus à quibus testimonium legitimũ, & illegitimum feratur: & quemadmodum testari debeant, effectus & causas testimonij.

4 ¶ Testes † idonei dicentur probationis gratia, qui testimoniũ ferre possunt, & qui testantur quemadmodum oportet. Vocati namque in primis debent ab eo qui testib. examinandis præpositus est, nempe à Iudice vel ab eius delegato, cui collega iungitur vt plerunque quem vocant *adiointi*, ex consensu litigantium electus, vel in contumaciam aduersarij vocati eam ob caussam, ex officio est datus nec recusatus, quod te docebit fuse Imbertus lib. 1. Institut. forens. & constitutio Philippi Pulcri, item & §. & quoniam sancimus, de testib. in auth. Fel. in c. cum caussam, 1. eod. tit. Paul. Castr. ad l. Iudices, de fid. instrum. C. Colligat autem Iudicis vel delegati sine suspicione esse debet, neque proximus Iudicis, vel delegati, ne vna colludere possint: debet que cum assumitur sacramento se obstringere, nõ reuelaturũ testificata: item erit vir discretus, cap. si qui testiũ, 8. de testib. In quibus negotiis Iudex testiũ examinationem cõmittere possit & cui, vide l. Iudices. & auth. apud eloquentissimũ, de fid. instrum. §. hæc omnia, & §. quoniam, de testib. in auth.

5 ¶ Ferre † vero possunt testimonium, qui non prohibẽtur nominatim, quare opus est nosse qui prohibeantur à dictione testimonij, *enumerat causas reiectionis aliquas, c. testes, 4. q. 3.* Nos quosdam indicabimus, & eorum qualitates ex quibus reiciantur. Primum ergo non faciunt fidem singulares testes, qui de diuersis confessionibus factis, aut temporibus separatim deponunt, & testantur, *c. l. cet caussam, de proba. c. cum dilectus, de accusat.* Quia nunquam vnus testis cuiuscunque sit dignitatis aut fidei, probat: sed in ore duorũ saltẽ, vel triũ, stabit omne verbũ, *Deut. 19. c. cum à nobis, in princ. & ca. licet in 1. de testib. cap. pen. & 6. q. 2. l. iurisiurandi. C. de testi. l. marstus, de quæst. P.* Ita Q. Scæuola excellentissimus vir, testis in reum productus, cum id respondisset, quod salutem periclitantis maxime læsurum videbatur, discedens adiecit, ita sibi credi oportere, si & alij idem asseuerassent: quoniam vnius testimonio credere, pessimi esset exempli, *Val. Max. lib. 4. c. 1.* Vt neque princeps possit statuere generaliter vt vnius testimonio stetur: quod ex diametro pugnaret hoc præceptum cum iure diuino, *Deut. 19.* cui prævalere nequit. *gl. in l. si de const. princ & in l. si. si con. ius vel vtili. pub. C. ca. sunt quidam, 25 q. 1.*

6 ¶ Si † contra inuitum vnus producatur, nam pro volente, cui non fit iniuria, & vnus fidem faciet, *vt in c. quicunque, 11. q. 1. Ludouic. Roma. sing. 358.* Sed & receptum est in caussis ciuilibus, testem vnum, non quidem plenam probationem facere, sed semiplenam: si is sit fide dignus, & omni exceptione maior, id est, diuersus quem nihil proponi potest, cur reiici debeat, *gl. in §. eam, verborum, de inutil. stipul.* quem dicunt practici *sans reproche.* Sic enim notant interpretes, *in l. admonendi, de iureiuran. P. & in l. in bonæ fidei, C. de reb. cred. in c. fi. de iureiur. probatur ex c. ex insinuatione, de procura. Hippol. de Marsil. sing. 197.* hanc semiplenam probationem sufficere ad probandam adhibetur. Quod firmat Hippolytus de Marsil. qui singulariter addit, *idem Hippol. d. sing. loco.* vt & arbiter qui sententiam protulit, & qui non est testis idoneus in sua caussa, possit vt Iudex iurare in supplementum probationis actorum coram se gestorum, & faciat plenam probationem. Hoc etiam scripsit Cardinalis consil. 140. colum. 5. Quod intelligi par est, si is testis caussam reddat testimonij, non aliter, *Bald. in §. non autem, si de inoffi. fend. fuerit contr. in vsibus feudo. Ludou. Roma. in repetit. rub. de arbitr. colum. & Ant. de Corse. in singularibus. de teste, incipien. licet vnus testis facit l. sola, de testib. P. c. solam, 4. quæst. 1.* Nam & modica quælibet præsumtio, elidit semiplenam probationem vnius testis, nec ex eo locus erit supplemento iuramenti *Ludo. Roma. consil. 91. pen. col. Bal. in §. sacramentum, de cessione recte feud. in Hippol. de Marsil. d. sing. 397.*

7 ¶ Nunquam † autem in criminibus, vnius testis fides faciet, nec contra reum probationem etiam semiplenam, vt aiũt Cyn. & Angel. in l. quisquis, C. ad legem Iuliam Maiest. vbi improbant glossam quæ contrarium tuetur. Sicuti & Lanfrancus de Oriano, in cap. quoniam contra. ad ver. *testium depositiones*, nu. 132. de probation. Excusabit tamen vnius testis dictum accusatorem à pœna talionis, & per consequens a calumnia, vt notat Bald. *in alia. ad Specu. & ad tit. de accusat.* & Hyppolitus de Marsil. *sing. 47.*

8 ¶ Colligit † etiam Speculator, in §. restat de numero, vers. hoc tamen fallit, tit. de testib. 40. casus, in quibus ait testimonium vnius testis admitti, quem videre poteris. Interim dignum cognitu est, testimonium vnius testis ex quo alteri præiudicium non infertur, sufficere, *vt in l. Theopompus, de do. præ. eg. P. c. paruulos, c. cum itaque, de consecr. dist. 4.* Atque in summariis & leuioribus caussis, vnus testis faciet plenam fidem, vt necessarium non sit etiam ad iuramentum probationis peruenire: vt & in his fama videatur habere etiam vim plenæ probationis, *l. vb. de iure dot.* Et ita resoluit Matthesilla. singul. 1. ex mente Bartoli, in l. de minore, §. tormenta, de quæstio. P. Et Antonius Butrigarius, in c. veniens, in 1. de testib. & in c. 1. de appellat. Sed & idem Matthesil. sing. 2. ait in caussis possessoris agi de leui præiudicio, & ideo per famam vel vnum testem, fieri plenam probationem, ex Bartolo in l. 2. §. fi. vbi in rem actio. C. Neque ibi exigi iuramentum, quanquam in diuersa sit sententia Barto. in l. admonendi, in vlt. col. de iureiur. P. & in extrauagan. ad reprimendum. in vers. summarie, quom. in crimin. læsæ maiest. proced. sit in feudis.

9 ¶ Duo † itaque ad minus requiruntur testes in plena probatione, qui quidem omni exceptione maiores sunt: vel saltem, quorum alter sit eximiæ fidei & omni exceptione maior, alter vero sine perfidia, quamuis alioquin minus sit idoneus. Facit enim testimonii communio, vt vnius habilitas nutantem habilitatem alterius affirmet, *Bartol. in l. si quis ex argentariis, §. 1. ver. quid enim per illum text. de eden. P. & ibi Iaf. & Alexan. & iidem Alexan. & Bart. in l. Gallus Aquilius, §. fi. de lib. & posth. facit pro hac communione l. si communem quem. fernit. amit. l. si in qui duos, & ibi Bart. de l. b. lega. Panor. ad c. ad audientiam, de præscr.* Et ita explicat Nicol. Boerius, ad consuetud. Biturigen. §. 9. annota. 3. de iurisd. om. iud.

10 ¶ Sunt † tamen negotia, quæ plures exigunt testes quam duos ad plenam probationem, & in quibus minor numerus quam decernatur, non sufficit. Nam quamuis Tholosæ sufficiant duo testes cum Notario, & iure pontificio duo cum presbytero parrocho, *c. cum esses, de test.* tamen iure ciuili septem requirũtur, *l. hac consultissima C. de test.* interdum & 8. vt in testamento cœci, *l. hac consultissima qui testa. fac. poss. C.* in codicillis quinque, *l. si. C. de codicil.* in testamento rustici quinque, *l. si. C. de testa.* in chirographaria subscriptione, interdum tres, interdum quinque, pro modo quantitatis debiti, *l. final. cum auth. seq. C. si cert. pet.* In comparatione literarum, tres, *l. comparationes, C. de fi. instrum.* in confessione mulieris quæ elidat Senatusc. Velleianum, tres etiam, *l. antiquæ, Cod. ad Velleian.* vt & in legitimatione naturalis filij ex nominatione legitimi, *§. ad hoc autem, vt lic. matr. & auia, in Authen.* Sunt & alia quæ maiorem aut minorem exigunt numerum, de quibus docet Archidiaco. in Summa. 2. qu. 5.

11 ¶ Secundo † non sunt idonei testes, quos quis de familia sua produxit: qui & dicuntur domesti, *l. 2. C. de testi. c. in literis, ex. c. si testes §. testes quos accusator, 4. q. 3. c. consanguinei. 3. q. 5. c. 1. 14. q. 2. l. pen. de testib. P. l. 1. §. ad quæstionem, de quæst. P. l. pridem placuit, C eod.* Et Cicero pro Roscio, testem mutum dicit, qui de accusatoris domo producitur. Domestici dicuntur, qui cum aliquo degunt, &c. & qui ex familia alicuius sunt, *l. respiciendum, §. final. de pœn. P. l. 1. si fa. fur. fec. dic. l. 1. §. familiæ nomen, de publi. & vectig. l. 2. §. familiæ autem appellatio, de vi bon. rap. P. l. de testatio, §. famil. de verb. sig. l. fi. C. eod. l. ædiles etiam, 25. §. familiam, de adil. edict. l. 1. §. familiæ, de vi & vi ar. P.* Inter domesticos proculdubio annumerantur filij, fratres, pater, & illi qui sunt in potestate, *l. tria onera, in 2. de excus. tuto, P.* itemque familiares, *in l. si. §. fi. de iudi. qui ad ea.*

Digitized by Google

ad eccles. consug. l. pen. de test. Et glossel. 2. quædam l. eos, C. de testibus, annumerat vicinos antiquos, inter familiares. Vicini porro dicuntur, qui se inuicem clamantes audire possunt, vt notat Bartolus, *in l. si tertius, colum. 1. de aq. plu. arc. arg. l. 1. §. eodē autem lecto, ad Syllania. P. Panor. in c. quoniam, de præsumt.* Proximi seu sanguine coniuncti sunt etiam de familia, *l. pronuntiatio, 195. de verb. sig. l. vnum ex familia, de lega. 2.* Neque de vxore dubitatur, quin sit de mariti domo & familia, *l. 1. §. si vir aut vxor. C. ad Sena. Syllania. l. quicunque, de re milit. li. 12. C.* quia socij sunt coniuges diuinæ & humanæ domus, *l. aduersus de cre. exped. hered. C. l. 1. ver. annota. P. c. 2. de sponsa. l. ceterum, de vsu & habita. l. fi. §. item rescripserunt, in l. ad municip. P. l. 1. de ritu nup. P. l. exigere de iudic. P. l. mulieres, de incol. li. 10. C.* Et diximus in nuptiis, vxores matresfam. transire in manum & potestatem mariti. Et alibi, cum de potestate mariti in vxorem egimus, docuimus ei maritum imperare posse. Proinde dicimus & has personas, quibus imperari potest, idoneas non esse pro testimonio ferendo, in eius fauorem qui potest imperare, *l. idonei, de testib. P. l. seruus pro domino, C. eod.* Et sicuti domesticæ scripturæ idem non faciunt, *l. instrumenta domestica, & l. exempli, C. de probat.* sic nec testes domestici, *l. in exercendis, de fid. instr. C.* Existimauit autem quod est singulare Felinus, dominum domus posse esse testem pro subdito: nisi subditus sit potens, dominus autem vilis, in quem imperium, *Felin. in c. in literis, num. 12. de test.* Ego vix eum admiserim in domesticis, cum & ex amicitia suorum domesticorum colligi possit præsumtio, quod eos velit defendere. Et ex alio capite, hic testis reiici poterit, si lucri causa, amicitia, vel inimicitia obiiciatur: hæc enim solet testibus obiici, *c. si testes, §. testium vites, 4. q. 3. Iob carmen, 21. §. fin. quæstium, 13. de testib. P. l. eos testes, §. fin. eod. C.*

¶ Notabile † etiam est, vt non tantum leges submoueant domesticos testes in fauorem dominorum a testimonio, sed etiā, vt ne contra eos audiri possint, caueāt, *l. pen. & iniquum, de ijs qui accus. non poss. C.* Quamobrem nec pro, nec contra maritum, recte dicemus, ni fallor, vxorem produci posse in testem regulariter, vt faciat probationem. Quia est domestica, am citię causa coniuncta, & familiaris, & in eius potestate, *c. hac imago, & c. mulier, ca. mulierem, 33. q. 5. 1. ad Corinth. 11.* communes fortunas & infortunia cum eo habens, *l. si cum autem, §. si maritus, sol. ma. P. Et ita etiam reci. respondit Alberi. in tracta. de testib. Ioan. de Platea, in l. quæcunque, de re milit. li. 12. C. Iaso. in l. sed & si quis, si quis cautio. P. Felin. in c. in literis, nu. 7. de testib. glo. in l. 1. §. si vir, ad Syllan. P. glos. in ca. in summa, 3. qu. 5. glos. in l. 2. C. de testib. glos. in l. præsentes, §. fine, in ver.* domestica *de ijs qui ad eccles. confug. C.* Sed & Cyn. de Pysto. *ad d. l. 2. C. de testib.* existimat maritum eadem domesticitatis ratione à testimonio vxoris repelli: quanquam, inquit, & alia ratione id fiat, quia & sunt mariti qui magis vxores timent, quam dominos. Vinum enim & mulieres corrumpunt interdum viros prudentiores, *vt constat ex Salomone, ex Rachele & Iacobo, Genes. 39. Samsone & Dalida, Iudic. 4. Constat & l. 4. de inofficio. testam. P. cum simil.*

43 ¶ Et † Rabi Mosce, qui sancti nomen habuit, pariter & Paulus Isaelita, in commentarijs ad præceptum Iudæorum negatiuum 214. filios nepotes, neptes, & vxores eorum, & maritos, in mutuo testimonio: item affines & cognatos, surdos, cœcos, impudentes, dementes, & præsumtuosos, arceri, & dictis testimoniis mutuis per legem submoueri tradunt.

44 ¶ Nec † tamen me latet, in diuersa sententia fuisse Speculator. in tit. de teste, §. 1. vers. sed nunquid de vxore, vbi notat indefinite, vxorem pro marito admitti. Quam opinionem Stephan. Aufterius, *tracta. de testib.* existimat procedere in vxore, quæ virum non timet, & est bonæ famæ: subscribens Cyno, in l. 2. de testib. Panorm. in c. in literis, nu. 7. eo. tit. & consil. 12. volum. 1. vers. nec obstat, vbi tamen fatetur minus eius testimoniū probare. Quorum ratio est, quod non per omnia censeatur vxor in potestate mariti, nec ei omnino subdita. ex l. si vxorem, de conditio. insert. C. nisi quod pertinet ad quædam obsequia, vt notat etiā idem Panor. ad ca. literas, de restit. spoliator. Felin. in d. c. in literis, num. 7. de testib. Posset & adferri æqualitas quædam inter has personas, ex ca. si dicturi, 32. qu. 6. Verumtamen istæ rationes non concludunt, ideo admittendum esse testimonium vxoris pro marito, vel contra. Nam vt monui, ex alio capite quam subiectionis, repelluntur: puta, quia domesticæ, & communia cum maritis habeant omnia familiares amicæque, quæ omnia reiiciunt testes.

45 ¶ Quo † fit, vt multo magis non possit cogi testari cōtra maritum, quod & probat Cynus, ad l. 2. C. de testib. & Panor. ad d. c. in literis, in fine: qui tamen excipit, si defectus sit testiū, quo casu ait cessare priuilegium: idipsumque asserit, in cap. si quo, de testibus, & in c. 1. de testib. cogend.

46 ¶ Et † hæc omnia ad sponsam porrigunt, *glo. & Bald. in l. 2. Co. de testib.* quia & affinitas seu principium affinitatis inter sponsos est, *l. quod Seruius, de cond. cau. da. P.* sicuti inter coniuges, *l. non ideo, C. de heredi. insti.* Sed & Baldus eadem statuit in concubina, quod ea non differt in affectu animi ab vxore, sed tantum in honore, *l. item legato, 47. §. parui enim refert, de leg. 3. l. pellicem, alias incipit, Masuerius. 144. de verb. sign. P. adde l. affectionis, de donat. P. l. pen. de concub. P.* In focarius & meretricibus affectio quædam est, *l. affectionis de donatio. P.* Et sæpe, quod proponit in Hercule furente Seneca, causa bellandi est amor, & fictæ sunt & dolosæ adulationes in focariis, quibus & spoliant facultatib. sæpe scortantes, *l. 2. de dona. int. vir. & vxor. C.* Sed num istarum & scortantium cum illis, pro illis testimonia admitti debeant Iudex arbitrabitur ex affectionis æstimatione. Viles enim sunt personæ, *l. 1. C. de na. lib.* & reiiciendæ, maxime si domi habeantur. Clandestinis namque ac domesticis fraudibus, facile quidquis pro negotio opportunitate confingi potest, & id quod verū est aboleri, *l. data, C. de dona.*

¶ Omittendum † tamen non est, quod interpretes arbitrātur, 47
domesticum testem productum, probare cum alio teste omni exceptione maiore, si cum eius dicto concordet, *Hyppol. in l. de minore, §. tormenta, de quæst. P. Bal. & Ang. in l. si quis ex argentarijs, §. 1. de eden. vide Iaso. in l. dictantib. de testa. C.* quia domesticus testis, etsi plene non probet, tamen probat semiplene, *Bala. in sua marga. in ver. testes familiares, Hyppol. in l. 1. §. ad quæstionem, de quæstio. P. Bart. in l. 2. de excus. tut. Felin. in c. cum dilecti, 8. de accusat.* & lex non resistit examinationi testis, licet non assistat, vt assistat. Verum non probo illam sententiam, & existimo neque semiplene generaliter probare domesticum testem contra aduersarium domestici, si obiiciatur de domesticitate, vel familiaritenam reiiciendus est, nec facit iudicium, *vt etiam idem Felin. docet, sibi contrarius in d. c. cum dilecti, num. 9. 10. 11. & 12.* Si tamē non obiiciat aduersarius, sed consentiat, veram priorem sententiam puto.

¶ Quocirca † in instrumētis adhibitos testes familiares & do- 48
mesticos, facere fidem communi calculo respondent interpretes, *Hyppol. de Marsil. in d. l. 1. §. ad quæstionem, de quæstio. P. Bertachi. in tracta. de episcopo, par. 5. li. 4. num. 61. in 11. limitatio. Capolla, caute. 217.* in quo adest cum illis notarius seu persona publica plenę fidei. Volentibus enim & præsentibus, neque reclamantibus quorum interest, adhibentur: & probant magis leges tráf actiones & solutiones obligationum, quæ fiunt adhibitis amicis & proximis, *l. transactionem, 35. C. de transact. l. sciendum, de vsur. P.* quod & expresse firmare videtur capite super prudentia, in fi. 14. q. 2.

¶ Sic † si aduersarius sit præsens, dum producitur testis domes- 49
ticus, & taceat, quia videtur approbasse tacendo, productioné, non potest excipere contra illum ex hoc capite, si tunc sciuerit eum domesticum: quia reprobatio testium in gratiam eius inducta videtur, & proinde non contradicendo, consensisse, & suo priuilegio renunciasse videtur. Et sic resoluunt interpretes, *Bald. in l. si quis testibus, col. fin. ver. dubitatur. de testib. C. Alberi. tract. de testi. fol. 3. col. 3. inter tractat. primi volum. tractatuum.* Quē admodum contra non examinabitur, si de eo ante examinationem opponatur. *Felin. & Panor. in d. c. in literis, de test. Bertachinus tract. de episco. lib. 4. par. 5.*

¶ Quare † si quis etiā testibus quibusdā vsus fuerit contra me 50
in vna lite, & ego eosdē producā in alia lite pro me, nō potest aduersarius de personis eorū excipere: quia iā probati sunt, *l. si quis testib. C. de testi.* quos vocant in praxi *testes affidatos*: nisi posteaquam testimonium pro aduersario dixerunt, doceatur factos fuisse eius inimicos, vel à me pretio corruptos. Si tamen qui examinatus fuit pro aduersario, à me in eadem lite producatur contra eundem, potest obiici illi quod sit redemtus, & corruptus pretio, *l. produci. eod.*

¶ Sequitur † etiam ex prædictis, quod ex vna domo plures te- 51
stes alieno negotio adhiberi & acciri à volentibus possunt, *l. pater & filius, 17. eo. P.* tum quia non sunt cuiusquam, cuius interest, domesticum: tum etiam quod inter volentes approbantur. Et ita pater in testamento volentis filii, & contra filius in testamēto patris esse testis potest, *l. qui testamento, in 2. §. 1. de testamen. P.*

¶ Pari † modo probant domesticum testimonium iura, in re- 52
bus domesticis probandis quæ aliunde probari non possint, quę inter priuatos parietes fiunt, & in eo idonei sunt. Et si de controuersiis domesticorū agatur, videtur par affectio domesticorū testiū in domestico, *arg. l. quoniam, de here. C. l. non solum, 67. §. de vno, de ritu nup. P.* siue agatur de criminibus, *l. cōsensu, §. fin. autem, de repud. C. Hyppoli. in l. de minore. §. tormenta, de quæstio. gl. Bart. Bal. in l. 2. C. de testi. facit l. in adulterij, & l. si. C. de adulter. l. si. §. licentia, de iure delib. C. l. 1. C. de quæ.* siue de aliis nota tantum domesticis, *c. in literis, & ibi Feli. 3. fallen. de testi. Lanfran. de Oriano. in c. quoniam contra, in ver. testibus, de probatio.* Aut de vita domesticorum. Atque probari innocētiam alicuius posse per suos domesticos docent interpretes *c. in decima actione, 18. q. 2.* videlicet si ex alio capite non reiiciantur: eo quod adhuc præsūtio sit communis pro innocentia cuiusque nisi de contrario appareat, *Hyp. de Marsi. sing. 59. & 72. Bal. in l. edita, C. de eāē. & in l. patrētes, de test. C. Iason in l. sed & si quis 1. col. si quis cautio. P. Horia. in l. testis idoneus, de test. Bertach. in tract. de episcopo, li. 4. par. 5. n. 6. & 60. limi. 8.* Et ita recipio non autē generaliter sentētiā fere omniū inter retum famulū qui sine mercede seruit pro domino

Digitized by Google

admitti in testem, *c.fi.de præsumt. l.merito, pro soc. P.*

23 ¶Sed † & monendi sumus, iisdem fere caussis domesticum in domesticum ferre testimonium posse, si tantum habeatur quæstio in exceptione domesticitatis, *Spec. in titul. de teste, §.1. ve. de quo mercenario Ludo. Rom. cons. 402. Hyp. de Marsil. sing. 5. & in l.1. §. idem Numio, de q. P.* alioquin si sit reuerentia personæ addita, testimonium non valet, *Iac. de Arena. & Cyn. de Pistor. in l.2. C. de testib.* Ceterum in cautela, quam omnes interpretes admittere videntur, *l. libertorum, C. de testib. l. pridem, C. de quæst. & l. seruos, C. eo. l. seruos, C. de testi.* vt qui vti vult famuli vel domestici testimonio, cum abiiciat à se, postea vero eum examinare faciat: distinguendum esse arbitror, an vere vel ficte, eiusque rei gratia prius à se quis famulum dimiserit: nam si per simulationem & ad tempus reiiciatur, intentione ea, vt post dictum testimonij repetatur & restituatur obsequio, eius testimonium tanquam domestici recte reiicietur, *tradunt Odofre. Bald. & Cyn. in l.2. C. de testib. Spe. tit. de teste, vers. quid si olim, Hyppol. in l.1. §. item Numio. de q. Bar. in l.1. §. si seruus, per illum textum, de q. Felin. in c. in literis, nu.8. & ibi Panor. nu.6. de testi. Tiraq. in tract. cessante caussa, nu.101.102.103.* Neque enim est malitiis hominum indulgendum, *l. in fundo, de rei vind. P.* neque ex fraude sua lucrum consequi dominus debet, *l. ne ex dolo, de dolo. P.* Et affectata absentia non solet considerari, vt prosit, *in l. & qui data opera, ex quib. eau. maio. P.* Facile autem detegi potest illa fraus, si testimonio dicto redeat ad dominum, *l. sed Iulianus, §. mutui, ad Senat. Macedonia.* Contra, si mora longa interposita, & postquam cum alio fuerit famulus, ad pristinum dominum redierit, *l. si ventri, §. fi. de priuil. credi. P.* si modo Iudici liquere possit ex illa mora interpolata, memoriam prioris domini fuisse penè obliteratã. Alioquin sunt textus expressi, *l. seruus, C. de quæstio. l. vnius, §. seruus, & l. etiam, eo. tit. P.* qui statuunt ob memoriam prioris seruitij transacti, testimonia reiici. Sicuti & qui desiit esse Decurio, ob memoriam prioris dignitatis non torquetur, *l. fi. de decurio. P. l. nihil sibi, 17. de quæst. C.* Subsistat igitur prior reiectionis testimonij caussa legitima, in domesticis & familiaribus, quibus & continentur parentes, filij, nepotes, neptes, vxor, maritus, famuli & familiares.

24 ¶Secundo, †porro caussa erit, si testes corrupti sint pretio, vel redemti, *c. licet, de prob. c.1. & c. sicut, 9. de testi. cum sim. c. fi. 14. q. 3.*

25 ¶Tertio, †si pauperes nimium, in quibus timeatur redemtio & corruptio. Si non habeant quinquaginta aureos in bonis, *l. 3. de testib. P. l. nonnulli, de accus. P.* Iuuenal. Satyr. 3.

Quantum quisque sua nummorum seruat in arca,
Tantum habet & fidei, iures licet & Samothracum,
Et nostrorum aram contemnere fulmina pauper
Creatur atque deos.

Et paulo post,

Nil habet infelix paupertas durius in se,
Quam quod ridiculos homines facit.

Apud Moscouitas vnius nobilis personæ testimoniũ magis probat, quam plurium vilis conditionis, vt scribit Sigism. Liber Baro, in commentar. rerum Moscouitar. Et est hic locus protritus & vulgarissimus, à miseria pauperum & necessitate, qua cogit ad turpia, dicere quidlibet, facere, aut etiam pati. Quare & viles & humiles personæ, parum & nihil fidei habere videntur, in §. corroborantes. 90. Nouel. Iustin. humiles & abiectæ personæ numerantur in l. humilem, 7. de incest. & inutil. nupt. C. l. 1. C. de natu. liber. Vt proculdubio, fides mendicantium & pauperum vacillare videatur: nisi aliunde sint exploratæ fidei, vt dicit Iustinia. in §. fi. de susp. tutor.

26 ¶Quarto, †est & potestatis aduersus tenuiores suspectum testimonium Const. n. Harmenopulo, *lib. 1. titu. 6.*

27 ¶Quinto, reiicitur qui habet similem caussam ei pro qua deponit, *ca. personas, de test.* quia eius interest, & in propria caussa dicendi testimonii facultas adimitur, *l. omnibus, C. eod.* Eodẽ modo reiicitur socius criminis, *c. veniens. eo.* seruus pro domino, *l. serui responso, eo. P.* filius pro patre, *l. testu idoneus, & l. seq. eod. P. l. omnibus, C. eod.* potest tamen frater contra fratrem dicere testimonium, *c. literas de præsumt.* quia non continetur edicto prohibitorio de testibus, *l.1. de testib. P. glo. in c. insinuante, de offi. deleg. gloss. in c. cum Ra. canonicus, in ver. cum sint, de offic. delega.* De affine te docebit cap. absens, 3. quæstio. 9. l. lex Cornelia, de iniur. P. vix autem reiicitur consanguineus ex caussa sanguinis, nisi magna proximitas sit, quæ amicitiam & pro consanguineo testatũ arguat. Non autem cogi possunt contra proximos & affines, qui proximi sunt, testari, *c. fin. §. lege Iul. 4. q. 3. cui iunge c.1. 3. quæst. 5.* Lucas Patriarcha Constantinopolitanus excommunicauit præfectum monasterii Gerotrophii, quod testimonium tulisset contra suum filium spititualem, *lib. 2. iur. Orien. in sanctio. Luca.*

28 ¶Sexto, †mulier iure ciuili, in criminalibus & in ciuilibus admittitur vt plerumque in testimonium, *l. ex eod. 18. de testib. P. l. quidam testamento, §. mulier, de testam. P.* Iure canonico, excluditur in criminalibus, *c. forus, de verb. sign.* nisi per viam inquisitionis testentur, *c. quoniam, & c. ex literis, de testib. ca. ex eo. 15. q. 3.* Iure Gallico, in vtrisque caussis admitti debent, *Io. Gallus, in quæ. per arrest. decis. q. 316. in 5. part. stili parl. dispositi per Molineum.* Et hodie etiã in foro ecclesiastico, admitti mulieres pro criminalibus, notauit Alexander, *consil. 24. 2. vol.* Excipiendæ tamẽ meo iudicio, meretrices, quæ viles sunt, & parum fidei habent: nisi forsan tam graue & occultum fuerit crimen, vt per alias personas detegi non posset: vt si de simonia, *c. tanta est labes & ibi glo. de simo. per l. 3. de testib.* vel coniuratione in Rempub. *l. in quæstionibus, 8. ad leg. Iul. ma. Sallust. in Catil. coniur.* vel de aliis grauioribus agatur, *l. mulierem. 13. de accus. P. l. fina. ad leg. Iul. de anno.*

¶Septimo, †non testatur laicus contra clericum, exceptis quibusdam criminib vt c. 3. de testib. c. tanta, de simon. iuxta c. de cætero, 3. de testib. cum simil. Puto tamen non seruari hanc prohibitionem, si quid aliud non impediat. 29

¶Octauo † reiiciuntur & per viam exceptionis ob crimen testes, *c.1. & 2. de except.* optimus namq; quisque ex pago vel ciuitate assumi debet in testimonium, & cui is contra quem testari debet, nullum crimen possit obicere, vt iussit Carolus Magnus, *in c. de his quæ pertinent ad leges clericorum occisorum, c. 8.* Ita is qui semel peierauit alibi, recte reiicietur, *l. qui accusare, de accusat. P. & in legib. Langobar. l. qui semel, & l. falsa persona.* & sic de aliis. Verum notandum est, ex probatione criminis obiecti per exceptionem: non esse puniendos à Iudice testes, neq; eos infames fieri, *c.2. §. fi. de ora. cognit. c. cum tu, de test.* 30

¶Nono, †qui contra aliquem testatus est, pro eodẽ testis esse non potest: & contra, *l. produci. eo. c.1 statutum, 2. q. 7.* Sed & placuit Senatui Parisiensi, aduocatum & procuratorem caussæ & litis vnius clientis, non posse produci ab aduersario testimonij caussa, *Io. Gallus, in qu. decis. per are. q. 98. facit c. Romana, de testi. in Sex. l. mandati, §. §. fi. eo. P.* Attamen notabile est, quod refert Ægidius Magister, tract. appellationum c. 9. & 10. ar. esto placuisse Senatui Parisiensi, 15. Maij 1338. monitiones ad finem reuelationis, impetrari posse ab Episcopo, nullo excepto pro rebus tẽporalibus & realibus, contra coheredes, etiam si lis mota esset. Et, abrogatam fuisse antiquã clausulam monitionum, *demta parte & consilio*, per quam litigans non cogebatur seipsum prodere, nec poterãt exquiri probationes ab officina & domo aduersarij. Et proinde ratione monitionis & excõmunicationis, hodie moniti ipse aduersarius eiusq; cõsiliũ, si illa clausula in monitione nõ fuerit apposita, cogũtur deponere pro aduersario, si qui nouerint, & ipsi quoque testes qui pro aduersario deposuerint. Veritas enim sola est, quæ potior debeat omnibus rebus esse, 3. *Esdræ*, 4. *Tobiæ*, 4. *Ecclesiast.* 4. *D. Io. c.* 14. *Euan.* 31

¶Decimo, †in caussa propria nemo testimonium ferre potest, vel in ea ex qua vtilitas ad eum peruenit, *l. omnibus, C. de testib. l. nullus, eod. P. l. 2. §. biduum. quan. appell. sit.* Si vtilitas vero publica sit, admittetur, vt in c. in omni negotio, de testib. vt ita in vtilitate priuata tantum excludatur, & si modo proprie res eius & singulariter dici possit. 32

¶Alioquin †in caussis communibus, quæ vniuersitatis sunt, & commodum in vniuersum omnium respicitur, nec semper impetratum est testimonium, pro rebus vniuersitatis, *Accurs. & alii in l. tantum, §. vniuersitati, de rer. diuis. P. l. si municipes, quod cuiusque vniuersi. l. sed si hac, §. patronum, de in ius voc. P. c. qui manumittitur, 12. quæst. 2.* Sic clericus pro sua Ecclesia testimoniũ dicere potest, *c. cum numerus, 12. & c. insuper, 6. de testib. ca. si per prudentiam, 14. q. 2.* quia quæ vniuersitatis sunt, nullius dici proprie possunt, sed singulorum, *l. 1. §. ea ante mores, & l. in tantum, §. 1. de rerum diuis. P. §. vniuersitatu. eod. apud Iustinia. §. cogitandum, de monach. in Auth.* Ita quilibet de collegio, & pro collegio, & contra, testis esse potest, *Accurs. ad a. l. in tantum. §. 1.* Verumtamen si quod commodum particulare ex caussa vniuersitatis vel communi, ad testem de vniuersitate peruenire possit, non erit idoneus testis in eo: vt si agatur de piscinis communibus, aut de syluis seu pascuis, ex quibus, qui de vniuersitate sunt, vel pisces, vel ligna, vel fœnũ, vel aliud percipiãt, *l. parẽtes C. de test. Bart. & alij in l. sed si hac. § patronum, de in ius voc. P. Capo. lsb. 2. de seruit. vrb. præd. c. 9. num. 10. 11. 12.* Nec audiuntur ideo, socii criminis, exceptis grauioribus criminibus: vt in simonia, cap. veniens, 10 cap. personas de testibus. 33

¶Vndecimo, †reiicitur testis inimicus caussa expressa, *authen. si testis dicatur, §. si odiosus, C. de testib. c. quoties aliqui, 5. de testib. ca. quæ tuor 11. q. 4.* Ideo Cn. & Q. Capionib. L. & Q. Metellis testibus, in Q. Pompeium nouum hominem. Iudices sapientissimi non crediderunt. Nam eorum virtuti, generi, rebus gestis, fidem & auctoritatem in testimonio, cupiditatis atque inimicitiarum suspicio derogauit, vt ait Cicero pro M. Fonteio. Et M. Æmilii Scauri, cuius iniuriati nutu prope terrarum orbis regebatur, testimonio, nec in C. Fimbriam, nec in C. Memium, neque in C. Flauium, neque in C. Norbanum, creditũ est, propter inimicitias, vt narrat Valerius Maximus, *lib. 8. c. 5.* 34

¶Decimosecundo, † in summa, lege Iulia de vi cauetur, nec hac lege testimonium dicere liceat, ei qui se ab eo parenteve eius liberauerit, quive impubes erit, quive publico iudicio damnatus erit, quive eorum in integrũ restitutus non erit, quive in vinculis custodiave publica erit, quive cũ bestiis vt depugnaret se locauerit, quive palam quæstum facit fecerit ve: quive ob testimonium dicendum vel nõ dicendum, pecuniã accepisse iudica- 35

tus

catus vel conuictus erit, vt scribit Callistr. in l. 3. §. lege Iulia, de testib. in P. qui addit iterum eodem, epitomen reiectionum. *Nam*, inquit, *quidam, propter reuerentiam personarum: quidã propter lubricum consilii sui: alii vero propter notam & infamiam vitæ huc admittendi non sunt ad testimonij fidem.* Quæ non prosequar fusius, cũ glossæ in dictum §. lege Iulia & interpretes sufficere possint. Reiicitur & minor viginti annis, *l. in testimonium*, 20. *de testib.* ob carmen famosum damnatus, *l. ob carmen*, 21. *eod.* cuius vita aliqua ex caussa culpabilis, §. *sanctimus, de testib. in Auth.* reputandarum damnatus, *l. reputandarum*, 15. *eod. P.* vel de adulterio, *l. scio quidem*, 14. §. *ex eo, eo. P.* quia infamis, *l. infamem, de pub. iudi.* Hermaphroditus vero, an ad testamentum adhiberi possit, qualitas sexus incalescentis ostendit, *d. l. reputandarum*, §. *fin. & l. quæritur, de sta. hom.* Sed † quia testes etiam reiici possunt, si in his admittendis vel
36 examinandis non fuerit legitima forma seruata: videamus pauca de illa. Considerabo itaque res, personas & negotia, quibus adhibentur, num agatur de voluntariis negotiis & extraiudicialibus, an de iudicialibus. In extraiudicialibus, interdum non rogati & fortuiti fidem & testimonium dant, interdum negotia sunt, quæ rogatos tantum admittant, nisi priuilegium personæ testis repugnet, quemadmodum si sacerdotes sint, qui nec rogari nec adhiberi testimonio debent. tamen si interfuerint negotio, casu, possunt examinari, ne veritas pereat, *c. fi. 12. q. 2.* Et eodem modo qui per inquisitionem de factis testantur, rogati nõ dicentur: qui illi negotiis gestis casu potius, quam rogati interfuerunt, *l. 1. de testib. P.* Sunt autẽ volũtarii actus, quibus ad probationẽ futurã rogari & vocari testes debent, vt intersint & recordẽtur eorum quæ geruntur, si in posterum illos interrogari de gesto contingat & necessarium sit. Rogati testes in negotiis quibusdam à iure desiderantur, vt in testamentis, *l. heredes*, §. *fi. de testam.* in codicillis, *l. fi. C. de codic.* in diuortio, *l. nullum, de diuort. P.* in solutione facienda, *l. testium. & auth. rogati. C. de testib.* Ratio ponitur in §. si quidem, de testibus in authen. Ex quo sumta est authen. rogati, Cod. eodem titul. Et maxime rogati debent esse in iis, in quibus determinatus numerus est testium: non in aliis in quibus & qui casu adsunt, testari potuerunt, *in l. ad fidem, eod. P.*

37 ¶ In † iudicialibus negotiis vocandi sunt seu citandi testes, quos examinari necessarium sit: si enim se ingereret & offerrent vltro, suspecti essent, *l. quæ omnia. de procurat. Alexan. cons. 72. vol. 2. Bart. in l. post legatum, § his vero, de his quib. vt indig. c. illi, §. 9.* Vocantur autem, & si nolint venire, cogi possunt, ne veritas occultetur, & probatio eius pereat, *c. 1. & tot. tit. de testib. cogen. l. si quando, C. ae testib.* Sic Plato 12. de legib. Si quis sponte testimonium ferre noluerit, citetur ab indigẽte, citatusque tempore idoneo adsit, testimonium prout sciuerit adferat: si nescire se dicat, iure iurando tribus inuocatis, Apolline, Ioue, Themide nominatis, nescire se affirmet, ac liberetur. Primum tamen monendi sunt testes, vt dicant testimonium, non cogendi: si tamen se subtrahant, cogendi, *c. 3. ae testib.* Apud Athenienses, qui ad testimonium vocati præsto non erant in iudicio, mille drachmis mulctabantur, vt ait Suidas in verbo, ἀκλητος, Sicuti & in eos, qui testes mendacii conuictos subornassent, dabant actionem κακοτεχνιων. Quod intelligendum est de illis qui testimonium
38 ferre coguntur.

¶ Nam † sunt aliquæ personæ, quæ cum non teneantur testari contra certas personas, contra illas etiam testimonium non coguntur ferre: veluti inuiti testimonium non dicunt Publicani, qui non detrectandi testimonii caussa aberit, qui aliquid præbendum exercitui præbuerit, pupillis, *l. inuiti testimonium, l. 19 de testib. P.* qui publico iudicio reus erit aut minor 20. an. *l. testimonium, 20. eo.* Lege Iulia Papia iudiciorum publicorũ prohibetur quoq; ne inuito alicui denuntietur vt testimonium dicat aduersus socerum, generum, vitricum, priuignum, sobrinum sobrinam, sobrino sobrinaue natũ, eosue qui propiore gradu sunt, liberũ, liberosq. eius patronum, vxoremue & liberos eius, *l. lege Iulia, 4. eod. P.* Mediator quoquo seu proxeneta, non cogitur dicere testimonium pro altera parte eorum, inter quos mediator fuit, altero repugnante: vtroque vero consentiente cogitur, §. *quoniam vero. de testi. in Auth.* Item qui vexandi caussa potius vocatur quam testimonii, non cogitur venire, *l. sed si quis ex signatoribus, quemad. testam. aper. P.*

39 ¶ Vocatio † itaque iure communi testium examinandorum necessario pro forma substantiali probationis, facienda erit: nisi agatur de casibus quibusdam, in quibus dicunt non requiri citationem, maxime si reperiatur in iudicio examinandus, *Iaſ. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, n. 37. de offi. proconſ.* Sed & cum testis citatione, citari vel vocari debet aduersarius, vt adsit productioni & receptioni testium & iuramento ab illis præstando: nã nisi aduersario præsente, vel vocato & contumace, non possunt hæc fieri *l. ſi quando. §. ſed cum minime de teſti. Cod. l. iudices*, C. *de fid. inſtru. ca. in nomine Domini & c. 2. de teſtib. §. & hæc vero. eod. in authen.* Sunt tamen casus, in quibus vocatur in examinatione testium aduersarius, quorum aliquos colligit Ludouicus Romanus, sing. 366. Primo examinanda vel audienda est mulier, iuramentum est præstandum in domo eius vbi examinatur, non vocato aduersario, *Bart. in l. ad egregios, de iureiur.* qui tamen si velit interesse eius iuramento, debet ad eius domum venire: quia & is qui testimonium recipit, ad eam venire non dedignatur, *iuxta l. 2. §. fin autem dignitas, ae iureiuran. prop. c. 1. dan. C. l. 1. C. de offi. diuerſo. iudic.* Secundo, in inquisitione criminũ, examinantur testes sine vocatione aduersarii, *Hoſt. & Io. And. in c. qualiter & quando, in 2. de accuſ.* Tertio, non vocatur in examinatione testiũ ad futuram rei memoriam contra eum, cuius timetur Tyrannis vel potentia, *Hoſt. & Io. And. in c. quoniam frequenter. vt lit. non cõteſta. non proc. ad teſt. recep. ſed ſi quis, in teſti. C.* Quarto, si fiat examinatio testiũ de idoneitate & sufficientia alicuius, *Innoc. in c. fin. in fi. de trãſ. epiſc. & in c. cum in, de præſumt. & c. bonæ, de poſtul. prælato.* Quinto, si testis sit examinandus contra dominum hæreticum, *c. ſi. de hæret. in Sex.* Sexto, si Iudex ex officio testimonio recipiat de notorio, aut de fama publica, *Innoc. in c. bonæ, de electio. & in c. cum in tua, de ſponſal.* Septimo, si testes extra diem adsignatum aduersario recipiantur, *d. l. ſi quando. C. ae teſti.* Octauo, quando casus fortuitus superuenit alicui in aliquo loco, cuius testatio ad releuandam eius culpam exigitur: testes ibi examinantur de casu vbi accidit, sine vocatione eius contra quem fit attestatio, quorum nihilominus testimonium admittitur, *in l. ſi quis, de naufrag. lib. 11. C. & ibi Bart. Antonius Corſet. in ſingula. in ver. teſtis, ſingulari incipiente, in loco vbi quis patitur.* Et probatio casus ex naturali iustitia probationem admittit iure gentiũ, non attentata solẽnitate iuris ciuilis, *l. ſcire oportet, §. ſuſceſſit. de ex. cauſ. P.* Nono, quando testis producitur parte præsente, non est opus alia citatione, *Bal. in l. alia, in vlt. col. de iis quib. vt indi. C.* Decimo, examinatio necessaria testiũ extra prouinciam, potest sine aduersario fieri, *l. generaliter, §. his de præſentib. perſonis ſiantis, C. de reb. cred.* Vndecimo, quando ante litis cõtestat onem testes audiuntur, sine absententium tamen præiudicio, non citatur aduersarius, *l. laudabile, iun. gio. fin. C. ae admoca. diuerſ. iudicum.* Videbis alium casum apud Alexandrum, in l. ait prætor, §. si debitorem, de his quæ in fraud. cred. P. & plures alios apud Bertachin. in tomo 3. in ver. teste parte citata. Adfert & Maranta in praxi, in 6. par. in primo membro, veri. citatio, vnum & triginta casus, in quibus aduersarius ad repetitionem & iuramenta testium nõ citatur.

¶ Vocantur † & recipiuntur testes tantum ordinario iure post 40
litis contestationem, non antea, *ca. 1. & toto tit. vt lite non conteſta. non proceu. ad teſt. recep.* nisi vel timor mortis immineat: vel ratione partis quæ vocanda esset, quæ posset illam mortem inferre: vel ratione testium, qui dum litis expectatur contestatio possent mori, vel quia ipsi longius abituri sunt: ex quibus caussis ante contestationem litis examinantur, ne probationis facultas pereat, *Felin. & alii in c. quoniam frequenter, eodem Ægid. concluſio. 616. incip. etiam teſtes, de teſtib. vide ca. cum olim, 34. de teſtib.* Verum antequam illi audiantur, summarie & de plano doceri debet coram Iudice, de caussa, cur ante litem examinari postulentur, quod de morte dubium sit, quod nouiss post multum tempus sint redituri, quod sint peregrinaturi testes, *Bart. in l. in lege Aquilia, §. ſi delectum, ad leg. Aquil. P. Panor. Felin. & alii in d. ca. quoniam frequenter, vt lit. non conteſt. &c. & in c. Albericus, de teſtib.*

¶ Tria † itaque iuramenta testis hic in futuram caussam præ- 41
stat: primum, de futura absentia. Secundum, de veritate dicenda, *Felin. in d. ca. quoniam frequenter, 4. colum. Rota, dec. 292. in antiq.* Tertium, quod testimonium ante publicationem non patefaciet, *Octauian. Weſtrius in introductione, in aula Roma. actio. lib. 6. c. 2.* Et sic de his caussis examinari possunt testes, antequam egeamus testimonii, vt etiam ex c. significauit, 41. de testib. liquet.

¶ Hinc † colligimus vocatos testes & venientes, iurare debe- 42
re de dicenda veritate: alioquin enim examinati non præeunte iuramento, non probant, *l. iuriſiurandi, C. de iſtib. & c. tuis quæſtionibus, & c. de teſtibus, eod. tit. ca. iuriſiurandi, 4. q. 3. ca. hortamur, 3. quæſt. 9.* modo tamen iurandi seruato secundum qualitatẽ personarum iurantium. Nam quidam eleuata & extenta manu, *vt in l. quodam, de probat. P.* vel admota ad pectus iurant, vt sacerdotes: alii, propositis sacrosanctis Euangeliis, *auth. ſed iudex, de epiſc. & cler. C. c. fin. de iuram. cal. cle. 1. de homicid. cle. 1. §. porro, de hæreti.* alii propositis & tactis, *vt l. rem non nouam, C. de indic. cum ſimil. c. fin. de iura. calum.* Omnes tamen cuiuscunque sint qualitatis & conditionis, hodie iurare coguntur, etiam si essent Cardinales, *c. nuper, & c. licet vniuerſis, de teſtib. d. l. iuriſiurandi.* Et ita iuramentum est de forma & substantia testimonii, vt disputat Iason, ad l. admonendi, nume. 191. & 192. & ibi quoque Riparius 194. Verumtamen proditum est, iuramentum remitti posse testibus à litigantibus vtriusque, *interpre. & Felin. n. 5. in c. tuis quæſtionibus. de teſtib. Iaſ. in l. nemo poteſt. nu. 26. de leg. 1. & in l. admonendi, num 196. de Afflict. deciſ. 191. nu. 1.*

¶ Officium † vero erit aduersarii vocati, in testium receptione, 43
& ratione protestari se nullo modo receptioni eorũ cõsentire, & exceptiones se propositurũ esse: neque enim est opus si quas in promtu non habet, extemplo allegare, ne interim remoretur litis acceleratione, *Baldus in l. ſi quis teſtibus, C. de teſti. vide Ioa. Gal.*

Digitized by Google

lum, in quæstio. decis. per are. q. 125. in antiq. Verum protestatio debet esse conditionata, vt protesteris testimonia illorum te impugnaturum, in quantum contra te facient. Nam interdum si iuuari posses illorum depositione, & sine protestatione hac excepisses contra fidem testis, vix est vt pro te, dicta eius accepta re permittatur. Et ita cautius quidam faciunt, qui nolunt vocati interesse receptioni.

44 ¶ Officium † porro iudicis est, vel eius cui delegatur examinatio, prospicere ne multitudo superflua pro vno articulo probando examinetur vel producatur *l. 1. §. fin. de testib. P. l. cum causam, eo.* Statuit constitutio Ludouici 12. anno Domini 1499. art. 13. in negotiis exiguis, vbi vnum aut duo probanda venerint, ne plures quam decem testes examinentur, & supra hunc numerum reiiciantur, *facit c. venerabili, 52. eo. c. inquisitionis, de accusa.* Idem obseruauit Daniel, *Danielis c. 13.* Et art. 11. vt seorsum examinentur & separatim, non simul: & artic. 15. vt in examine reddant rationem & causam sui testimonij, *sine illa eorum nihil probant. c. cum causa, 47. de test. c. fin. §. solam, 4. q. 3. c. si habes, 24. q. 3. §. & licet dudum, de test. in auth. Si tamen testes dixerint simpliciter se scire, valebit nihilominus testimonium, nã interrogati de causa, c. sicut, de re iudic. l. de pupillo, §. qui nuntiat, de ope. no. nuntia. P.* Non admittendi dicere testimonium, ex honestate tamen non necessitate, iure pontificio nisi ieiuni, *c. 1. de testib.* quod & lege Langobardo. statutum, *l. si. eo. lib. 2. legum Langobar.* Exstat & in capitularibus Caroli Magni lex, in capit. de diuersis admonendis. cap. 15. vt nullus ebrius in mallo, id est, iudicio, possit suam causam requirere, nec testimonium dicere. Et ne comes placitum, id est, iudicium habeat, nisi ieiunus. Et rursus cap. de pace cap. 11. *Omnino nullus nisi ieiunus ad iuramentum, vel ad testimonium admittatur. Si refutatur dicat qui eum refutat & probet, quare illius testimonium recipere noluerit. Et de ipso pago, non de altero testes eligantur, nisi forte extra comitatum longius sit causa inquirenda. Et si quis fuerit periurus, perdat manum aut redimat.* Iudex vel delegatus examinationem testium subinde, potest & per se, & per delegatum vel collegam peragere.

45 ¶ Verum † siue à se, siue ab scriba iurato, vel alio audiatur, debet post depositionem vel testimonium quod testati sunt, illis iubere relegi, vt inquiratur num illud ita dixerint, & num velint addere vel diminuere. Vocant pragmatici, *Recollir les tesmoings.* Et ita dictum est aresto, testes recolendos esse, & aliter fidē non haberi testimonijs, vt refert Ioan. Gallus in quæst. 126. in decisis per aresta parlamēti, pro quo facit cap. cum clamor. de testib. Fiunt examinationes sumtibus producentis, *l. quoniã, 10. C. de test. Ferar. in form. iura. testiū, in ver. citati. n. 1. Spec. tit. de teste, §. qualiter, nu. 12. vide decis. c. Tholos. 274. Boer. dec. 203.*

46 ¶ Non † examinantur autem, post publicationem in causa, & renuntiationem in eodem articulo, quamuis pro aliis valeat eorum productio, *c. per tuas, 48. cum venissent, 35. de testib. ca. iuranit, de proba.* Sicuti neque post publicationem, exceptiones contra testes possunt offerri aut probari, nisi ad notitiam causa exceptionis nuper peruenerit excipientis, vel ante publicationem fuerit protestatus se velle obiicere exceptiones, *c. præsentium auctoritate, 31. c. testimonium, de testib. vide ca. intimauit, 18. & c. causam quæ, & c. ex tenore, 35. c. cum causam, 42. c. constitutu, 47. eod.* Quando autem post publicationem probationis aduersarij aduersarius admittatur ad cõtrariam probationem, docebit te c. ex tenore, de testibus, quando productio quarta testium sit indulgenda, c. significauerunt, 36. eod. tit. quando aliter sit statuendũ, videbis in c per tuas, 45. & c. constitutus, 46. eod. titul. & ad cuius instantiam sint dicta testium publicanda, in eod. c. constitutus, de testibus.

47 ¶ Quibus † omnibus peractis suo ordine, exceptionibus & replicationibus & testimoniis collatis & perpensis, iudicis erũt partes dispicere, num probent testes, & qui præponderẽt, actoris an rei, si ambo probationibus æquis certare videantur. Non enim contrariæ istæ probationes testium abrogant sibi fidem, sed præualent digniores & verisimiliora dicentes. Et si ex vtroque latere paritas sit dignitatis, & fidei, maior numerus vincet, *ca. in nostra præsentia, de testib.* Si vero æqualis per omnia probatio, absoluendus est reus, *c. 3. de probatio.* quia res recidit in primum statum, ac si probatum non esset, & actore non probante reus absoluendus, *l. qui accusare, C. de eden.* Et promptiores sumus ad liberandum, quam ad condemnandum, *l. Arrianus, de actio. l. fauorabiliores, de regu. iur. c. inter dilectos, de fid. instrumen. l. respiciendum, de pœn.* Exceptis causis quæ per se fauorem merentur, & pro quibus in dubiis semper iudicandum, quas notat cap. fin. de re iudic. & gl. ad c. 1. in verbum, *vt liberali*, de probatio. Item si probatum est reum deliquisse, contraria directo quod non deliquerit, probatio non erit admittenda, *c. ad nostram, 12. de probat.* contra, si indirecte, *c. series, & c. ex tenore, & c. tum literis, 33. de testib.*

48 ¶ Annotabit † Iudex non admitti testimonium de auditu dici solo. *c. quoties. §. & ibi glos. in ver. credere. & c. licet eod.* quanquam & id consideretur, eo quod & diligenter sunt testes examinandi, & de singulis circunstantiis prudenter inquirendi, de causis videlicet loco, tempore, scientia, crudelitate, fama, visu, auditu, certitudine, iuxta c. causam quæ, 37. de testib. Et si dubie & obscure deposuit testis, iterum examinandus est, *c. cum clamor, 53. eod.*

¶ Finis † testium admittendorum, est fidem facere & probare. Ideo & acta & testium dicta coram vno Iudice, faciunt fidem 49
inter easdem personas coram alio: vt in c. causam, quæst. 11. de testib. c. fin. de probat. Si tamen coram arbitro fiant in iudicio, liberum erit de nouo testes audire, si viuant: si mortui namque, testimonia fidem facient, *c. præsentata, 50. eo.* Verum illud obseruabit Iudex, vt probationes quidem reprobationis testium admittat, & permittat testes produci probatorios & reprobatorios probatoriorũ, sed nõ reprobatorios reprobatoriorũ, *in c. licet dilectus, 49. de testib.* ne in infinitũ extendantur lites. Ex quibus omnibus, vt tandē pedē à testium calculo subducam planum est, quæ istius probationis inducendæ rationes sint & causæ. Atque summa hæc videtur vtilitas, vt faciant ne quid lateat facile actorum, & ne calliditate plurium hominum adueniente, ordo causæ pericliteretur, §. 1. *de testi. in Authen.* Iuuat suffragium sacræ paginæ, † *In ore duorum vel trium stabit omne* 50
verbum, Deuter. 19. 2. ad Corinth. 13. l. vbi numerus, de testib. P. ca. in
omni negotio, & c. licet, eod. ca. pluralis locutio. de reg. iur. in 6. etiam si ageretur contra summum Pontificem, vt ait glo. in cap. præsul, 2. q. 5. quam sequitur Panorm. in c. at si clerici, de iudic. & in ca. cum esses, colum. 5. de testam. & in c. per tuas, in fi. de maior. & obed. Decius in c. ex literis, col. 8. de proba. dummodo testes sint omni exceptione maiores, id est, nõ sint suspecti, & reprobari non possint: non aliter, *glos. in c. 1. de consang. & affin. c. ne testib.* Vocarunt antiqui hos testes, assiduos, ab assibus & diuitiis, quas putarunt fidei in Rempub. præcipuum vinculum, *Gel. lib. 16. c. 10.*

¶ Et † quanquam grauius onus sit probare per testes, quam 51
per instrumenta, *Spec. in tit. de probat. §. 2.* tamen communiter hæc firmior est, *§. si vero, de fid. instrum. in Auth. c. cum Ioannes, col. tit. apud Gregor. c. tertio loco, de probatio.* & frequentior. Excepta 29. casibus, in quibus scriptura præualet testibus, quos notat Speculat. in tit. de instr. edit. §. quos illic potes videre. Sed & pleraque negotia sunt, quæ sine instrumentis & scriptura peruntur. Et fuerũt tantummodo probationes per testes antequã scripturæ inuenta esset formula. Et idcirco ad hanc speciẽ probandi testium, vt ad antiquiorem, firmiorem, & necessariam cõfugimus, quinimo nec scripturæ probant, nisi testium auctoritate fuerint insignitæ. Neque publica documenta aliud sunt, quam testes publica auctoritate donati. Ideo ad illorum vt omni exceptione maiorum testimonia confugimus, & publica testimonia priuatis præferimus, *l. in donationibus quæ actis, C. diuina. l. consuet. & l. cum de indebito, de proba. l. si alterius, C. si minor maior. dixer.*

¶ Et † si falsitas instrumentis obiiciatur, statim ad testes re- 52
deundum est & refugiendum, *c. ex tenore, de testib. l. optimam, ff. contrah. stipul.* Quo si æquilibrio & ad aginam contrahent testes instrumentarij & instrumentum, quid agere debeas, & quid sequaris, docebit glos. vlt. ca. tertio loco de proba. Quomodo vero puniantur falsi testes, iam vt opinor latis dictum est alibi, *in crimin. lib. 36. Syntag. c. 5.*

¶ Iterum † nota Charundam, vt tradunt, primum mulctam 53
mulctam illis indixisse, *Aristo. lib. 2. Ethic. c. 10.* At Francisci nostri, iussit ann. 1532. puniri falsos testes & notarios morte, eius speciem reliquit arbitrio Iudicum. Apud Romanos vero, olim Tarpeio monte deiiciebantur, *G l. lib. 20. 1.* Apud Indos, extremis digitis decurtabantur, *Strab. lib. 15.* Lege vero dicta, à Mose lata, falsus testis casuē pœnas patiebatur, quas is, quem esset calumniatus, erat passurus, si verum fuisset testimonium, *Iosephus, lib. 4. Antiquit. Iudaic. c. 6.* In legibus Lãgobar. dicitur, lib. de testib. l. si duo testimonia, lex est: *Si duo testimonia de quibus re testimonia uerint, & inter se discordauerint, tunc comes eligat unum ex una parte, & alium ex altera, & illi duo testes discernant cum fustibus, vt ipsi qui de ipsa falsitate conuicti fuerint, dextera manus amputetur.*

De Probatione & Productione Instrumentorum.

Cap. 14.

1 *Instrumentorum nomen generale quid contineat.*
2 *Instrumentum scripturæ quid, & diuisio. nu. 3.*
4 *Authenticum, & authentica scriptura quid.*
5 *Sigillum quam auctoritatem habeat.*
6 *Scriptura priuata, & effectus eius.*
7 *Scripturarum vnde diuersa nomina.*
8 *Instrumenta & scripturæ de quibus fiant.*
9 *Scripturæ publicæ à quibus fiant.*
10 *Instrumentorum publicorum conficiendorum forma.*
11 *Instrumentorum edendorum finis.*
11 *Verba dispositiua, enuntiatiua, seu relatiua instrumenti, quid & in quibus probent.*
13 *Exemplum instrumenti quando fidem facit.*

Digitized by Google

14 *Instrumenta quando non faciant fidem publicam.& seq.*
15 *Falsi crimine tenetur qui falso instrumento vtitur.*
16 *Testes instrumentis adhibiti,an possint probare contra tenorem instrumenti.*
17 *Instrumenta contra alias, quam contrahentium personas & heredes earum,non probant.*
18 *Scripturæ contrariæ si fidem sibi abrogant.*
19 *Instrumenta cancellata in quantum probant.*
20 *Scripturæ priuatæ fidem quam faciant.*
21 *Scripturæ cur probet,rationes adferuntur.*

1 INter probationes † legitimas ea est,fit per scripturam, vocant per instrumenta. Ceterum instrumentorum nomen cõtinet omne quod instruit causam,& ipsos testes,*l.1.de fid. instru. P.l.notionem.99.§.1.de ver.sig.in P.* Instruere vero,est apparare. & instrumenta ea omnia per quæ aliquid perficimus, vel quæ ad commode vtendum aliqua re, necessario parantur considerata vnaquaque re, ratione cuius instrumenta dicuntur. Sic instrumentum culturæ reperies,*l.quæsitum, de fundo instr. P.* & instrumenta domus, *d. l. quæsitum, est, §.si domus instrumentum, eod.* instrumenta fundi, *l.2.eod.* lanionis, *l.cum de laniomis.eod.* pictoris & piscatoris, *l.item pictoris, eod.* Quæ instruunt memoriam gestorum etiam instrumenta dicuntur, & quia maxime id fit per scripturas quibus fides adhibetur,instrumenta vt plerumque dicuntur scripturæ authenticæ & probatæ: vt in titu. de fide instrumen. Et sic etiam communi vsu loquendi, instrumenta distinguuntur à testibus, *c. quoniam contra, de testi.*

2 ¶ Apud † Græcos teste Harmenopulo,lib.1. Promtuar. cap. 8.Instrumentum συμβολαιογραφον dicitur, commentarium quoddam & 3 descriptio conuentorum, quia communicatio conuentusque personarum, συνάλλαγμα dicitur. ¶ De † instrumento itaque quod scriptura constat,hic agendum est .Scriptura porro alia publica,alia priuata: vnde aliud publicum aliud dicitur priuatum instrumentum. Publica scriptura est,quæ fidem seu probationem facit publicam coram Iudice,sine alio adminiculo,*l.nouo.in c.1. de fid. instrd.instrumenta §.l.rationes.6.C.de probat.l.fin.C. de re iud.* Authentica vero scriptura quæ per manũ publicam vel per Iudicem cũ trium testium vel saltem duorum subscriptione vel testimonio,facta est,*glo.in d.c.1.de fid.instrum. §.sed instrumenta,de instru.fid.& cau.ca.quoniam contra, de probatio.* vel cum alio testium à legibus requisito numero, secundum negotiorum definitam naturam, *vt in l.fi.de codicil.C.l fi.C. de don.cau.mor.l. hac consultissima,C.de testa.cum simil.* Et vt Bald.scribit,*in l.Imperator,col.de stat.homi. & in l.2.quan.fisc.vel priuat.& c.C.& in l.quoties, C.de iur.* instrumentum,est veritas apparens, probatio probata & non probanda. Publica manus seu scriptio,id est,scriptura notarij,priuata manus cum sigillo publico,faciunt publicã scripturam,*c.2.de fide instrum.*

4 ¶ Authenticum † αὐθεντικὸν, dicitur quod cum auctoritate est, seu cum potestate & efficacia, *adhuc* potestas auctoritas. Et αὐθέντης est αὐθεξούσιος,auctor proprie potestatis, quanquam non ignorem Gazam,libello περὶ μυῶν,referre,antiquis hoc nomen tantum significasse, τὸν αὐτόχειρα, scilicet carnificem cædis auctorem & percussorem: vt & apud Apollonium Rhodium, αὐθέντας ἀμύκλοιο,interfectores Amyci. Verum postea & ante mille annos significare cœpisse idem quod apud Latinos est auctor. ¶ Sigil- 5 lum † tantam præbet auctoritatem literis, quantam vult is qui auctoritatẽ cõcedere potest & proinde si persona sit publica,publica erit eius sigilli consignatio,vt quando mãdata sua Iudices iubent sigillari, *c.post cessionem,ca.7.de probatio.facit l.nec arbitris. C. de recep.arbit.* Iudicandi nempe munus,publicum est, *l.quippe,de iud.*

6 ¶ Priuata † scriptura contra dicetur, quæ istis circumstantiis caret,& à priuatis fit,quæ & domestica dicitur: & ideo aliis quam scribentibus non solet obesse.nec contra alios probare,*l. instrumenta,§.l.rationes,6.l.exemplo.7.C.de prob.l.fina.de cõuenti.fisc. debito.lib.10.C.titu.2.*

7 ¶ Habent † scripturæ publicæ & priuatę diuersa nomina, ratione eorum quibus accedunt,& quæ geruntur. Nam publicæ dicuntur,instrumenta,contractus,obligationes,postquam in mũdum per tabellionem redactæ sunt,*l.contractus,de fide instrumen. C.*instrumenta pignoris,*l.contrahitur, de pignor.* in vltima voluntate,testamentum,*l.heredes palam,de testa. P.* vel codicilli,*l.fi.C. de codicil.cum simil.*Scriptura quam creditor debitori facit soluenti, in testimonium solutionis est acceptilatio, vulgo quitantia, Græcis ἀποχή,quamuis & acceptilatio verbis fieri possit,sine reali solutione,in quo & acceptilatio quæ omnino liberat, differt ab apocha,quæ non liberat sine solutione,*l.si acceptolatum,19. §. fin.de accept.*P.Est & ἀντιγραφὴ. de debito cautio facta creditori à debitore in præstationibus annuis, iuxta l.plures, de fid.instrumento.Inuenies de apocha plures text.in iure,*l.fi.§.Titius,de cõd. inde. P.l.qui tabulas,27.§.apocha,de fur.tot.tit.de apoch. pub.lib.10.C.* & alibi dictam securitatem,*l.2.3.4.eo.*Et si pro rebus,quæ in publicum censum deferuntur,fiat,& apocha publica nuncupantur. Dicuntur,& scripturæ publicæ fidei faciendæ causa emulgatę & exaratæ monumenta,*l.1..de iis qui ad Eccles.confu. l. consulta diualia,C.de testam.l.in donationibus,31. C.de donat.l.sine apud acta,C.de transact.* ¶ Instrumenta † priuata & publica fiunt generali & cõ- 8 muni regula de omnibus rebus:nisi si nominatim prohibeatur: veluti cautum est,ne publica instrumẽta fiant de alienatione rerũ Ecclesiasticarum sine solemnitate statuta,*l.iubemus, 14. §. iis tabellionibus,de sacros.Eccles.*C.nec.de alienatione feudi,sine consensu domini, *§. cæterum, de prohi.feud. alien.per Fred.*& ne testamenta aliter fiant quam per permissum,*l.iubemus,29.§. fin.C. de testa.*ne de contractibus illicitis aliis & vsurariis conficiantur retineanturve a notariis vel priuatis.

¶ Fiunt porro scripturæ publicæ, à publicis personis,tabel- 9 lionibus,notariis,non ab aliis,*c.pen.& fin.de fid. instrum.* Fiebant & olim instrumẽta,publica fide,ab argentariis,*l.si quis,6. l.argentarius,10.§.1.& si.de eden. P.Bald.ad rubri. C.eod.num.21.*Et si quis obiicit:instrumentum factum non fuisse à tabellione,is qui asserit,debet docere fuisse tabellionem eum qui fecit, *decis. capel. Tholos.330.Paul.Cast.in consiliariis,de testam.milit. C. Guid. Pap. doc.96.& cons.136.*Expediuntur & scripta actaue ab amanuensibus seu actuariis iudicum fide publica,*vt in l.1.de apoch.lib.10.C. l.consulta diualia,C.de testa.l.1.de iis qui in Eccle.manu. C.cum simil.*quæ intelligenda sunt,si modo aliud non officiat instrumẽtis, vel personis tabellionum,vel amanuensium:vt quod prohibitum,sit,ne instrumenta conscribãt:si essent publice,non si secreto,excommunicati,nam tunc probatio illis abrogatur,*glo.in ca.decernimus,de jen.excom.in Sex.c.licet eod.Felin.in c.ad probãdũ, 2.col vers.ceterum,de re iudic.vide Chass.in §.5.des institces & droicts d'eccles,ad ver.messagers & sergeans,num.7.in consti.Burgund.*

¶ Forma † conficiendi instrumenta in forma probante,po- 10 nitur in l.cõtractus, de fid. instrumen C. & in Nouel.Iustinian. 44.d.73.176.§. insi.per, vt rogetur tabellio à partibus qui hac probante scriptura egent, vt fiat & retineatur instrumentũ: & vt hoc instrumento factum fuisse contineatur,*§.nos autem,de tabellio.in Authen.gloss.in auth.si quis in aliquo,de eden.*C.*& ibi Bar. num.8.& 9.*Rogatio sit primo ab iis quorum interest fieri, & reneri instrumentum.Et si de contractu agatur,ab vtroq. contrahentium:si autem de aliis quæ pendent ab vnius voluntate, ab eo rogari debet:vt in protestatione,testamẽto,& similibus,*c.1.de fid.instru.vide Alexan.ab Imo.cons.109.in 2.par.consil.*Secundo,Notarius debet plane intelligere antequam perscribat, quid geratur,vel dicatur,*d.§.nos autem tabellio.in Authen.l.1.in fi.de auctor.tut. P.*Tertio,debet fieri instrumentum de re licita,vt dixi.Quarto,adhibendi sunt duo vel tres testes, aut plures,secundum exigentiam negotii,quo de agitur: vt si de testamento, septem: de codicillis,quinque.& sic de similibus.Porro subscriptio testium adhibitorum facienda est, pro modo & necessitate constitutione regia imposita,vel ab statuto,*§.oportet,de instrum.fide & cautè in Auth.§.vt ergo,de tabellio.in Authen.*alioquin sufficit iure secundum Salycetum,*in contractus,num.13.& ibi alii,interp. de fide instrum.*C. subscriptio notarii, vel personę publicæ. Sed neq. in actis publicis auctorandis sæpe exiguntur testes, *l. in donationibus,C.de donati.l.omnium,C.de testa.l. scriptura. C. qui pot. in pignor. hab.* & tandem in mundum reducitur & fit ingressatio secundũ l. contractus,de fid.instrumentor. Quanquam in Gallia non eadem requirantur per omnia, & fit forma probans editionis instrumenti,etiam in charta papyracea à notario, si modo per eum subscribatur, vt alibi in tabellionibus & notariis docuimus.

¶ Finis,propter quem instrumentorum formulę editæ sunt, & tot solemnitatibus testibusq; vallatę,est probatio veritatis rei gestæ,vel factæ,vel sermonis prolati,*l.contrahitur,de pigno.P.l.non figura,de actio. P.*ita probatio rei facta dicitur,quando exstat eius instrumentum,*ca.cum dilecti,de dona.c.cum olim,& ibi Panormit.de censib. ca. licet causam,de probatio.*

¶ Et † tum maxime instrumentum publicum facit fidem cer- 11 tã & manifestam,quando nihil contra illud opponitur, *l. fin. in ver.manifestum,de reb. cred.C.gl.& Bald.in l.generali,de sacrosan.eccles.*C.& verba actus eius temporis quo quid factum fuerit, sunt dispositiua:aut enuntiatiua actus qui potuit in instrumenti conuentione fieri:contra,si is alterius sit tẽporis. Vt si in instrumẽto venditionis rerum fiscalium, dicatur,vt visis subhastationibus vel hastis & licitationibus:nam ea relatione non probantur subhastationes,quæ sunt alterius temporis, *probatur in l.fi.sine cen.& reliq. fun. compa. non posse. C.*Similiter,si in instrumento dictum sit, vendidit filius Sempronii talem rem: rei quidem venditio probatur, sed non filiatio Sempronii. Idipsum dicendum est de relatione solemnitatum quæ dicuntur interuenisse:nam illas rei latio,vel instrumentum non probat:sed aliunde oportet probationes petere,*l.optimam, C. de contrah.emt.*Eadẽ dicuntur de scriptura publica iudiciali,in qua Iudex dicat,vt in sententia, visis litis contestatione,instrumentis & depositionibus testiũ, &c. nã per illam relationẽ,illi actus non probantur,sed oportet aliũde fidem de illis facere, *Lanfranc. de Oria. ad c.quoniam contra, ad ver.instrumentorum productiones num.38. & 39. de probat.dec. capel Tholos.328.*Et qui in aliquo instrumento alterius mentionem fecerit,illud oportet quoque exhibere,*auth.si quis in aliquo,*C.*de e-*

Digitized by Google

den. Notant tamen Bart. & Bald. *in d. l. si quis in aliquo*, relatum fidem facere, si id quod refert & ipsum relatum, fuerint gesta & transacta inter easdem partes. Exempli caussa si agatur de solutione pretij venditionis factæ, dicaturque in instrumento, *Soluit integram summam pretij debiti ex venditione eidem soluenti facta per accipientem, vt apparet per instrumentum talis diei, per me, vel per talem retentum, l. procurator, C. de eden. l. si quæ, & l. Pomponius, famil. ercisc. P. l. 2. de fide instrum.*

13 ¶ Diuersum, † si prius instrumentum, vel scriptura relata, fuerit facta inter alias personas. Et ita apographa seu descripta vel exempla ex publico instrumento non probant, nisi exhibeatur prototypus instrumenti seu autographum: aut nisi apographum fuerit transcriptum & collatum optime cum suo originali, iussu & auctoritate Iudicis, per aliam personam publicã, & legitime vocato aduersario cuius interest, *Bart. & alij interp. in d. auth. si quis in aliquo, de eden. text. in ca. penult. & fin. de fid. instrum. §. illud quoque, vt frat. fil. in Auth. l. chirographis, de admini. tut.* Idipsum dicendum est, de verbis relatiuis per Notarium in instrumento, *prout constat ex instrumento manu talis scripto à me viso, Bart. Socin. conf. 266. incip. in caussa, vers. primum decidit, & in conf. 231. inci. cum in præsenti, 2. par. conf. Alex. 6. conf. 4. vol. Lanfran. in prox. cita. loco, num. 40.*

14 ¶ Obseruandi † cum istis casus, in quibus neque ipsa instrumenta in suo dispositio fidem faciunt nec probant. 1. Si errauerit tabellio seu notarius, in substantialibus instrumenti: vt neque is possit emendare errorem, nisi parte vocata & Iudice statuente, si coram Iudice agitetur quæstio erroris, *Bald. ad rub. de fid. instrument. Bart. in l. si librarius, & ibi text. de reg. iur. Guid. Pap. dec. 503. & dec. 131. facit l. 2. de erro. addno.* Quod si extra substantialia errauerit, veluti in indictione, vel in nominibus testium, aut in aliis quæ sui officij sunt, ea potest corrigere etiam non vocata parte, *Lanfranc. ad d. c. quoniam contra, ad ver. instrumentorum productiones, num. 36. Felin. & Panorm. nu. 3. ad c. ex literis, de fid. instru.* nisi dicatur instrumentum falsum. Nam tunc, nullo modo potest illud corrigere. Aliud enim est errare, aliud falsum committere. Et emendari non potest quod factum, tabellioni infert officij priuationem, *Bald. ad d. rubr. de fid. instrumen. facit l. si quis ex argentariis, §. coguntur, de eden.* P. Liquet etiam, instrumentum falsum non probare, neque suspectum de falso committendo fidem facere: puta, quia alias condemnatus de falso is fuerit, *l. 3. de fide instrum. C.* vel quia rasura sit in loco substantiali, aut circa annum aut diem, aut similia, ex quibus tantum redditur falsum instrumentum, *Bald. l. 1. & Sal. in l. si ex falsis, C. de transact. Felin. in c. fraternitas, de haret. & in c. ex literis, de fid. instrum. Bald. in l. fina. C. de edict. diui Adr. tol.* maxime dum agitur de negotiis quæ pro solemnitate requirunt scripturam, vt scribit Guid. Papæ. decis. 582.

15 ¶ Atque † cauere sibi debet qui huiusmodi instrumentum de falso suspectum producit: nam qui falso vtitur instrumẽto, etiam si non commiserit falsum, eadem pœna qua tenetur qui fecit, plectitur, *l. pen. C. de probat. l. 3. C. de fid. instrumen.* Effugiet tamen pœnam falsi, si dum interpellatur, num velit instrumento eo vti, inficietur se velle vti, *d. l. 3. eo. C.* Verumtamen notandum est pendente quæstione de falso, stari instrumento, & interim debitorem qui excipit de falso, secundum illud consignare debitum debere, *l. satis apertum, ad leg. Corn. de falsis. C.* Mouet hic quæstionem Papæus, num is qui aliquando pro se produxit instrumentum, vel qui subscripsit, possit illud arguere falsi, quando contra eum producitur: eum vide cum distinctione decis. 503.

16 ¶ Secundo † fides abrogatur instrumento per testes ei contrarios. Distinctio tamen adhibetur: nam si testis contrarius sit vnus ex testibus adhibitus instrumento super numerum requisitum, qui contra quam scriptum est asseueret, ceteris comprobantibus scripta non officit: quod si sit de numerariis testibus requisitis qui resistat descriptis, reddit suspectum, vt fides ei nõ adhibeatur, *in l. 1. §. fina. quem. testa. aperi.* Multo magis si sint duo vel plures testes adhibiti, qui inficientur ea dicta fuisse quæ scripto comprehensa sunt, *l. cum Ioannes Heremita, & ibi Felin. de fid. instrum.* Supernumerarij vero aut extra testimonij rogationem adhibiti, etsi diffiteantur, non obsunt, *Bartholom. Socin. conf. 94. incip. præstantissimi, 2. partis.* Sed remanebit nihilominus controuersia erroris, si testes vnum supposititum instrumentum pro alio subscripserint, cum testes instrumentum subscripsisse dicuntur, vt in l. fi. C. plus val. quod agi. Quid autem statuendum sit, si debitor vel alius dicat, de scripto non fuisse rogatum notarium, sed de alio, consule l. optimam, C. de contrah. stipul. Quod si dicat rogatum quidem fuisse notarium, sed aliud fuisse gestem: puta dicat simulatum negotium, id probari non potest per testes, sed per aliud instrumentum, *l. generaliter, & ibi Bart. & Bald. C. de non num. pecun.* At si neget adfuisse solemnitatem, quam interuenisse refert instrumentum, probare poterit per testes. Et plus valet quod agitur, quam quod simulate fit, *rub. plus vale. & l. 1. 2. 3. 4. lib. 4. C. titu. 22. l. si cum pater, vester, 17. ad Senat. Velleia. C.* Veluti quando quod turpissimum est, vel dolosum: si vxoris nomine maritus contrahat, nam certe non vxori, sed marito acquiritur, *d. l. si cum pater, idem in l. cum ea quæ, 17. de transact. C. cum simil. ibi not.* videlicet quando instrumentũ simulatum docetur. Alioquin enim statur verbis instrumenti, nec vlla interpretatio aliena admittitur, *l. ad probationem, 21. de probatio. C. & ibi Bald. & in l. lecta, 46. in 2. oppo. si certum petat. P. id firmare videtur expresse l. cum precibus, 18. de probatio.*

¶ Tertio, † instrumenta fidem amittunt contra alias personas, quam quæ in illis conuenerint, *Socin. conf. 59. incipit, visis, vol. 1. per c. illud, de præsum. per reg. res inter alios acta &c. l. iurisgentium, §. ante omnia, de pact. P. rubri, res inter alios acta, C.* nisi heredes, vel successores sint vniuersales conuenientium, in quos tranſeunt eadem iura & actiones rẽtiue & passiue, *l. veteres, C. de contra. & commit. stip. l. vni, vt actio. ab hered. & c. l. si necessarius, §. de vendi. do, de pignor. actio. P. Iason, in l. 2. §. item si in facto, in 1. notabili, de verb. oblig. P.* 17

¶ Quarto, † si diuersæ aut contrariæ scripturæ producantur, mutuo sibi fidem abrogant, *l. scripturæ, 4. C. de fid. instrum. c. imputari, eod. apud Grego.* Idipsum & quando eadem scriptura sibi repugnantia continet, *l. vbi repugnantia, 149. de reg. iur. in l. si Titius, de cond. instit. l. fin. §. 1. de vulga. P.* aut ambigua omnino, *l. si fuerit, de v. b. dub. P. l. viæ, de seruitut. l. per seruum, §. denique, de vsu & habita, P.* Si calumniosa & mendacia sint, *l. 2. & fin. ae fid. instru. l. ca. si ad scripturas, 9. distinct.* 18

¶ Quinto, † instrumenta cancellata non faciunt probationẽ aut fidem debiti, *l. si chirographum, de probat. P. §. 1. quib. mod. tol. oblig.* nisi in quantum per illa constet debitum fuisse: nam priuatio præsupponit habitum, *l. Iulianus, de diuort. P. l. decem, de verb. oblig. P.* Quo fit, vt neque instrumenta cãcellata possint describi vel ingressari, aut in mundum vocari, nisi parte vocata cuius interest, eaque consentiente: vt disputat & probat decisio capellæ Tholos. 417. Fieret enim, interdum, vt bis per instrumentum debitum peteretur, quod bona fides non patitur, *l. bona fides, de regu. iur. P.* 19

¶ Sexto, † scripturæ priuatæ, chirographa, rationes, annotationes, inuentaria particularia, non faciunt fidem, nec probationem pro eo qui scripsit sibi, aut in præiudicium alterius, idque per se, *l. instrumento, §. l. rationes, 6. l. exemplo, 7. de fide instrumen. C. l. fin. de consuen. fis. debito. lib. 10. C.* cum aliis autem adminiculis, de quibus Guid. Papæ. decis. 44. probare possunt, *facit l. non nudi, & l. non epistolis, C. de probat.* Contra scribentem vero probabunt, si constet, vel confiteatur se scripsisse, vel subscripsisse, *l. plures, de fid. instrum. C.* vel inficiatus conuincatur, aut testibus, aut comparatione literarum, *l. comparationes, & l. & sic contra. ctus, eod. cum auth. quæ ibi sequitur, §. 1. & §. si vero, de instrum. fid. & caut. Authen. si quis, qui pot. in pig. hab. C.* In summa autem, in quibus caussis scriptura priuata facit pro scribente, *vt in l. Nerua, de nego. gest. P.* in heredem facit contra scribentem, *Ange. in l. quidem, §. nummularios, de eden. P. gl. & Alex. in l. publica, depos. l. quidem, de exceptio. P.* Et si epistola memorans debitum scripta sit per debitorem, vel ab alio per ipsum subscripta, contra debitorem probabit, *l. si contra ter calumniam, de episcop. & cler. C. l. si filius, ad Maced. P.* 20

¶ Ceterum, † rationes cur probatio fiat per scripturam, veritatis indagandæ & conseruandæ necessitas docet. Ne liceat ipsis testibus variare: & vt memoria retineatur gestorũ sit miot & certior, *l. contrahitur, de pign. P. l. in re, de fid. instrum.* Sed & plura sunt quæ sine scriptura perfici vel geri legitime nõ possunt, quæ enumerat Guid. Papæ. decis. 582. Sunt & postremo obligationes efficaciores ex quibusdam scripturis, vt tradunt de instrumentis dictis *garentigiatis*, quę habent paratam exsecutionẽ, *vide interp. in l. si quis pecunias, C. depos. Bald. in l. 1. C. de exsecut. rẽ iudic.* de quibus vide Barth. Chass. ad §. 6. ad ver. *contre les principals obligez, tit. Des censes.* in consuet. Burgun. 21

De Purgatione vtraque, vulgari, & canonica.

Cap. 15.

Lib. 5. Decret. tit. 44. & 45.

1 *Purgatio quid. Diuisio in vulgarem, & canonicam. num. 2. & sequen.*
3 *Purgatio vtraque pro quo indicatur.*
4 *Purgationis vulgaris forma & species. & seq. §. 6. 7. 8. 9. & 10.*
11 *Purgationes vulgares sublatæ.*
12 *Dæmonum quædam præstigiæ.*
13 *Purgationes Idololatrorum, teda, ouo, & sulphure.*
14 *Purgatio iuratoria quomodo fiat: & vbi, nu. 16.*
15 *Compurgatores iuratoriæ purgationis quorsum adhibiti, & quales esse debeant.*
17 *Compurgatorum numerus quantus esse debeat.*
18 *Iuramentum purgatorium in quibus exonerat iurantem.*
19 *Purgatio canonica à quo indicitur, & quando relevat. Eius effectus, absolutio, vel condemnatio. nu. 20.*
21 *Sententia criminis, & erronea num transeat in rem iudicatam.*

22 *Iure-*

Digitized by Google

22 *Iuramenti purgatorii necessitas, & rationes. Iure diuino receptum. nu. 23.*

INter† species probationis vel iustificationis vt dicunt, ponitur purgatio, quę est præsumptionum: indiciorum, vel accusationũ non probatarum, perfecta elisio. Vel purgare, est se excusare, & innocentiam suam ostendere: vt in l. is qui reus, de public. iudic. P. l. fin. de acquiren. rer. dom. P. cum similibus. Sicuti & per torturam diximus elidi indicia, si nihil fassus fuerit qui tormenta passus est. Et videtur esse tortura species purgationis canonicæ.

2 ¶ Dicimus† autem purgationem esse, vel vulgarem, vel canonicam. Vulgaris erat, quæ à vulgo erat inuenta vel seruata: canonica, quæ visa est iuri idonea, & recepta fuit à sacris canonibus.

¶ Fit† purgatio vtraque pro crimine illato præsumto verisimiliter, sed non plene probato, *ca. 1. 3. & ea. quoties, 5. ca. cum in inuentute, 12. de purga. cano*, quando infamatio graue generat scandalum, quo casu etiam inito tunc purgatio canonica imponitur, *c. inter solicitudines. 10. eod. c. qualiter, §. 1. de accusa.* Si tamen notorium crimen esset, non esset inducenda purgatio, sed punitio, *c. 4. & c. pen. ca. cum dilectis, de purgat. cano.* Late patent crimina quibus quis infamari potest, & de illis quoque purgationis tractatio diffusa est. Sed & de surreptione rescripti fieri poterit, *c. ex parte, de offic. ordina.* & de ciuilib. interdum non plene probatis, *vt ca. quod ad consultationem, de sent. & re iudic.* Fieri debet purgatio ab eo, qui oneratur aliquo crimine, vel præsumtione, vel diffamatione: si modo non fuerit alias deprehensus in furto, periurio aut falso testimonio, *ca. 1. de purg. cano.* Adduntur & compurgatores, *d. c. 1. & fin. eod.*

4 ¶ Forma† & modus purgationis vulgaris erat multiplex secundum diuersos mores corruptos vulgi, & ideo prohibita, *c. ex tuorum, 20.* Cuiusmodi quæ fiebat per aquam frigidam, per consecratam & benedictam, bibitam, *c. sententiam, ne cleric. vel mona.* Forsan volebant imitari aquam Zeli, quam Deus statuerat in lege antiqua, Numeror. 5. pro detegenda suspecta de adulterio, *ca. in libro namque, 2. q. 6.* Fuit & sublatum examen aquę frigidę, in Capitularib. Caroli Magni, capit. fin cap. 26. Et in legib. Langobard. *l. vt examen. tit. quali. quis se defend. deb. lib. 2. leg. Lang.* Sic† statuisse Lotharium refertur. *Examen aquæ frigidæ, quod hactenus fauebant amissis, omnibus modis interdicatur, vt non vlterius fiat.* Fiebat etiam per aquam feruentem, quæ etiam reprobata est, *d. c. sententiam. ne cler. vel mona. ca. omnibus, c. consuluisti, c. Mennam, 2. q. 5.* de qua purgatione vide l. si quis ex leui, de homicid. libet. homin. & leg. Langobard.

6 ¶Item† & alia quæ fiebat per ferrum candens, quando ex tactu non sequebatur adustio, *proxime cita. iurib.* Refert Iacobus Meierus, lib. 5. annalium Flandrię, Philippum comitem Neoportuensem, anno Domini 1164. edidisse leges nouas, inter quas hæ, *Si quis vulnus in nocte acceptum alicubi imputauerit, si scabinis dignum videbitur, ferro candenti se excusabit accusatus, si sufficerit, manum perdit.* Item, *Si fur vocatus accusatus fuerit, ferro candenti se excusabit: si culpabilis permanserit, suspendetur: & si accusans ut ante iramento defecerit, accusatus liber erit.*

7 ¶ In† Capitularibus Caroli Magni facta dicitur hęc probatio, ad decem vomeres ignitos, *Capitu. Caroli Mag. & ca. legum quæ data sunt pro occisio. clerico. 5. De eo qui occidit*, inquit lex *proximum suum metuens me in seruitium, seu in seruitutem per eum traheretur, si negauerit se illum occidisse, ad nouem vomeres ignitos iudicio domini examinandus accedat.*

8 ¶ Erat† & vulgare examen crucis, quod prohibetur lege Lãgobardica hac, *l. sancitum, tit. qual. quis se defend. deb. lib. 2. leg. Langob. Sancitum est, vt nullus deinceps quamlibet examinationem crucis facere præsumat, ne Christi passio quæ glorificata est, cuiuslibet temeritate contemni habeatur.* Vt merito castigandi sunt anules mores, vt sortilegia, dum furtum indagant, vel per Astrolabii inspectionem, cap. 1. de sortileg. vel per immissionem breuium in aquam frigidã vel benedictam: & vel per cribrum & forfices, inuocatis per eam diuis, in quibus vulgus maxime abutitur.

9 ¶ Cefert† Gregorius Turonensis, *lib. 2. histor. Franc. c. 1.* speciem aliam purgationis vulgaris, dum scribit Beatum Britium Episcopum Turonensem, calumnia impetitum à populo, mulierem impręgnasse, ad quam cubicularius eius vestimenta deferre solitus erat abluenda, eumque innocentem: tamen vt satis faceret populo, prunas ardentes pileo imposuisse, easque ad se proximius amotas ad sepulcrum Sancti Martini vna cum populo comitante, illæsis vestibus accessisse & detulisse, dicentem se ita impollutum esse à muliere. Huicque purgationi potius credidisse populum quam præcedenti miraculo, quod certe diuinius. Nam vt idem scribit, cum Britius negaret se scelus commisisse: iussit ad se infantem ex ea muliere editum adferri, *Halic. lib. 2. histor. Rom. Liuius, Valer. Max. lib. 8. c. 1.* qui cum oblatus fuisset, triginta tantum dierum exsistens, adiuratus per Iesum Christum locutus est, non fuisse ex eo genitum.

¶ Meminit† de alia specie purgationis Dionys. Halicarnass. qua Tuscia Vestalis suspecta violatæ pudicitiæ se expurgauit. Ea enim falsis testibus accusata, iussa pro se dicere, petiit Tyberim, Sacerdotum permissu, & prosequente populo hausit aquã cribro vacuo, eamque vsque in forum perlatum effudit ad pedes Pontificum, & liberata est, accusatore nec viuo postea nec mortuo comparente.

¶ Fiebat† & per duellum purgatio, de quo postea, quæ etiam 11
sublata est, *c. 1. & 2. de vsu gar. ca. monomachia. 2. q. 5.* vt cetteræ omnes purgationes vulgares, in quibus potius Deus tentaretur & ad iracundiam prouocaretur, quam verum haberetur Innocentiæ testimonium. *c. si. ae pur. cano. c. quæritur, 22. q. 2. c. est nulla, 23. q. fin.* Et subrogata vel recepta tantum purgatio iuratoria, quæ canonica dicta est. Sicuti enim nec omnia Deus punit in hoc seculo delicta, sed suo iudicio quædam reseruat. sic & nõ omnia vult ad punitionẽ vel ad temerariam accusationẽ reuelare, *c. si omnia, 6. q. 1.* Et occulta non sunt fori istius seculi, sed Dei solius, *ca. compescant, 32. quæst.* Sepe etiam per fallax hoc iudicium vulgare tentata Deo ex præsumptionibus innocens damnabatur impie, *c. significantibus, de purgat. vulg. P.* & dęmones miracula imitabantur & perstringebant oculos vt vel innocenti illuderent, vel impium liberarent meritis pœnis. Sic enim etiam D. Augustinus, lib. 22. c. 16. Ciuitatis Dei. 12

¶ Dæmonum† præstigiis concedit factum Tusciæ: nam etiam vt diximus, postea nec viuus nec mortuus comparuit accusator. Et quod scribunt Liuius lib 2. de bello Punico, & Ouid in Fastis, Valer. Max. & alii de Q. Claudia Vestali, quæ cum aduersus pudicitiæ rumore laboraret, quod cultus esset studiosior, cũ nauis qua mater vt dicebant Idololatriæ Deum, vehebatur ex Pessimunte Phrygiæ Romã, hæsisset in Tyberi, nec vi virũ boumq. moueri posset, discincta zona & naui illigata, precata est illam Deam, fallam, vt si castam se nosset illam sequeretur, nauemque duxit. Item quod scribunt de Actio Nauio Augure, qui coteũ dissecuit nouacula, Cic. *de diui. l. b. 1. Liu. in 1.* 13

Improbant† ista & similia omnia paganica & præstigia Christiani, & expiationes per illa facta: & vt expiationes eiusdem idololatriæ, quæ fiebant tribus modis, teda, ouo, sulphure, *vide Apulesum, de Asino aureo. l. b. 11.* neque probamus eos qui

——*cuperent lustrari, si qua darentur*
Sulphura cum tedis: Satyrographus, de sulphuris expiatione, Plinius *lib. 35.* quanuis
Et veniat quæ lustret annus lectumque locumque.
Dejerat & tremula sulphur & ora manu, Ouid. *de arte amati.*

Hæc itaque reiecta cum sint, & τὰ ἐν τῶν καθαρσίων ὦα, id est, *ova purgationum*, vt ait Lucianus, *in Alexand. tit.* κατὰ πᾶσι ἀνθρώποις. iuramenti sola purgatio remanet, *ca. si quis, 4. ae purg. cano.*

¶ Eius† forma est, vt qui infamatus est de aliquo crimine ve- 14
risimilibus suspicionibus, iuret super sancta Euangelia Romæ aliquando ad beati Petri corpus, *vt c. habet, & c. Mennam, 2. q. 5.* se immunem esse ab eo delicto, neque illud commisisse per se, aut per impositam personam, si id crimen exigat *l. quoties, 5. de purg. ca. c. lawabitem, § fin. de frigid. & male.*

¶ Accedũt† & compurgatores, id est, viri alii qui pariter iu- 15
rant se credere, quod qui iurauit, vere iurauit: & quod secundum suam conscientiam, ille sit immunis ab illato crimine, *d. c. quoties, & d. c. constitutus. 9. & c. ae testib. 13. de purg. cano.* Compurgatores porro, debent esse honestæ personæ & vicinæ, quæ nouerint viuendi ritum ipsius qui se purgat, *d. c. constitutus & c. cum dilectus. 11. & c. fin. ca. cum P. Mancanella c. quanto, & c. quia sæpe, de præsumt.* honestate in illis considerata vt sint bonæ famæ nec sint pro aliquo crimine condemnati, *d. c. constitutus.*

¶ Locus† & & purgationis faciendæ dicitur idoneus, vbi infa- 16
matio appareret vt si à populo infametur, coram populo fiat iuramenti purgatio & compurgatio. *arg. c. 1. de pœn. & ca. ex tua, de simonia.* Si inter clericos tantum, coram illis, *ca. 2. in fine, de purga. cano. ca. qualiter in 2. § fin. de accusat.* Vt ibi moriatur & pereat seu aboleatur fama, vbi pessime orta dicitur, & tollatur de loco scandalum, *c. Mennam, 2. q. 5. c. illud, 33. dist. c. de crimine, 15. q. 5. c. postquam, de elect. c. si peccauerit, 2. q. 1. c. inter soli itudines § attendentes de purg. cano. authent. qua in prouincia, vbi de crim. age opor.*

¶ Compurgatorum† numerus non est certus, & idem omni- 17
bus personis definitus iure. Nam interdum, cum septima manu se purgare iubentur in causa matrimonii soluendi, quæ se à cõiugali congressu intactas dicunt. *c. laudabilem, de frig. & malefic.* Mandat Lucius tertius summus Pontifex fieri purgationem septima aut quinta manu sicut expedire iudici videbitur, *c. ex tuarum, 8. de purg. cano. c. si legitimi, c quoties, 2. q. 5.* In legibus Ripuariis tit. 19. de ictu seruorum sex sufficiunt. Innocentius tertius iubet decanũ purgare se ab infamia & criminibus illatis nõ probatis plene, cum decimaquarta manu: id est, cum quatuordecim compurgatoribus sui ordinis, *c. inter solicitudines, eod. de purg. can.* Concilium Triburiense, nobilia addit compurgatores 12 *c. 1. eo. ca. nobilis, 2. q. 5.* Alibi & plures, vel pauciores inueniuntur necessarii: vt recte in hac quæstione definiamus, ex Iudicis arbitrio cõpurgatorũ numerum adhibendum esse: is autem eũ determinabit, pro modo infamiæ, & pro grauitate criminis, & habita ratione personarum, & scandali subborti ex diffamatione, *c. ex tuarum, vbi sicut expedire agnoueris glo. in c. 1. in verb. duodecim, gloss. ca. inter solicitudines, in ver. decimaquarta manu, de purg. can. in ca. omnibus, ca. presbyter, fin. 2. q. 5.* vt & duorum compurgatorum nu-

Digitized by Google

merus interdum sufficiat, *c. cum in iuuentute, 12. de purga. cano.*

18 ¶ Sed † & solius se purgantis iuramẽtum purgatorium sufficit interdum, in quibus confessio eius vel negatio exigitur, vt in iuramento calumniæ explicauimus, illudque docetur in exemplis l. fina. §. licentia, de iur. deliber. C. l. eos qui, 26. §. fin. de vsur. C. l. præsenti, §. sicubi, de iis qui ad eccles confug. l. fin. de fide instrum. C. l. fin. §. fin. de bon. auctо. iud. possid. C. l. final. §. fin autem dubitatur, de iure domin. impet. C. l. 4. §. sed si inscio, de eden. P. l. properandum, §. 2. de iudic. C. l. si quis decurio, ad legem Cornel. de falſ. C. l si de meis, §. fina. de arbit. P. l. 1. §. si quis argentum, depoſ. l. actione, §. 1. de furt. l. Marcellus, rer. amotar. P auth. nouo iure, de pœnis iud. qui male iudi. C. Sed & in concilio Guarmaciẽſi, ſingularis purgatio ſeruata, docetur pro deprehendendo furto in monaſterio facto, exhibita communione, cum his verbis, *corpus Domini ſit tibi hodie ad probationem, c. ſæpe contingit, 2. q. 5.* Quæ tamen formula ſublata fertur, eo quod ſuſpectis non eſt danda euchariſtia, *c. dilecti, de purg. cano. ca. tribus, de conſe. diſt. 2.*

19 ¶ Sed † non cuiuſque Iudicis eſt, purgationem infamato ſtatuere, ſed tantum eius qui de negotio cognoſcit, vel cognoſcere debet de quo infamatur: alioquin ſi ab alio ſtatuatur ea purgatio, non releuat infamatum, *c. cum dilectus, 15. in fin. de purg. cano. ca. ad audientiam, de conſuet. ca. licet, de offic. lega. cum ſimil.* Quia non prius peruenitur ad purgationem, quam cognitũ ſit ab eo qui de criminib. cognoſcere poteſt, an infamatio vel accuſatio ſufficiat ad condemnationem: nam tunc ſi ſufficiat condemnat, nec opus eſt alia probatione ſeu purgatione, vt in notariis, *d. c. cum dilectus, & ca. ſi quis de gradu, de purg. cano. ca. euidentia, de accuſ. c. de manifeſta, 2. q. 1.* an vero probata non ſit, ſed ſit veriſimilis aut nõ veriſimilis: vt ſi veriſimilis ſtatuat purgationem, *arg. c. ſi quis, de gradu*, ſi non ſit veriſimilis, non ſtatuat, *ca. cum in iuuentute, 12. de purg. cano.* Sed & prius quam quis cogatur purgationem illam ſolemnem facere, vocari debet & examinari de fama, ne inauditus condemnetur aut abſens, contra iuris diuini & humani regulas, *c. Deus omnipotens, 2. q. 1. c. de illicita, 24. q. 3. l. inauditum, ad l. Cor. de ſica. P. l. abſentem, de pœn. cum ſimil. d. c. cum dilectus, circa finem, & c. cum ſit Romana, de appell.* Sententia quoque ea de re ferenda. Quæ omnia non poſſunt fieri niſi ab idoneo Iudice & competente. Alioquin ſi fiant à non ſuo, nullus ſequetur effectus, *c. nouit, de ind.* nam poteſt cogi in diffamatione & ſcandalo vt ſe purget infamatus, *c. 4. §. fina. & c. 2. & c. nos inter, 6. de purga. cano. c. ſi mala, 2. q. 5.* niſi ad ſuperiorem iudicem appellauerit, *a. c. nos inter, & c. licet, & c. irrefragabili, de offi. ordina.* Præfigit ordinem iudicialem antequam fiat purgatio, gloſſ. ad cap. 2. ad ver. *ſuſpendatur*, & gloſſ. ad cap. inter ſolicitudines, ad ver. *conſtitutio*, de purg. cano.

20 ¶ Sequitur † autem ex bene ſtatuta purgatione per Iudicẽ, vt ſi nolit ſe purgare, vel ſi in purgatione defecerit qui iuſſus eſt ſe purgare, habeatur pro condemnato & conuicto, *d. c. inter ſolicitudines, §. quod ſi forſitan, & c. 2. de purg. cano.* quemadmodum is qui de calumnia iurare recuſat, *c. fin. §. 1. de iura. cal. auth. principales, §. ſi quis autem, de iureiur. prop. cal. dan.* Et nolle ſe ſacramẽto hoc obſtringere purgationis, reatus iudicium viſum eſt Victorino. Is enim cum Germaniæ præeſſet, conatus eſt domi ſemotis arbitris, legato ſuo perſuadere, ne ſe pecunia corrumpi ſineret: cumque illud non impetraret, ad tribunal venit, iurauit ſe nunquam vlla munera accepiſſe, neque quoad viueret accepturum. Mox idem præcipit legato, vt ſimili ſacramento ſe obſtringeret, is conditionem recuſauit, quare eum abdicari officio iuſſit, vt ſcribit Xiphilinus in Commodo. Iurare etiam cogebantur olim lictores oliuarum, neque oleum, neque oleam ſurripuiſſe, neque alium quemquam ſuo dolo malo. Aliter enim neque argentum & mercedem, neque oleum oleaſve habebant, vt ait Cato, lib. de re ruſti. cap. 144. & 145. Quod ſi purgatione negauerit ſe commiſiſſe de quo infamabatur, & innocentiam oſtenderit per compurgatores, abſoluitur & dimittitur in pace, *c. ex tuarum, in fi. & c. ſi. in fi. de purg. can.* Explicat autem gloſſ. fin. in cap. ex tuarum, 8. de purgat. canoni. eum qui legitimo modo & coram ſuo Iudice ſe purgauit, maxime præſente accuſatore, non poſſe iterũ accuſari de eodem crimine: ſed perinde haberi ac ſi ſententia abſolutus fuiſſet, cum iuſiurandum hoc videatur eſſe deciſorium, & maioris auctoritatis, quam tranſactio aut res iudicata, *l. 2. & 3. §. 1. de iureiur. P.* Et ſaltem idé conſequimur per iuramentum, quod per ſententiam conſequeremur, *l. ſed & ſi. §. ſi cum de hereditate, de iureiur. P.* Item quod popularis actio extinguatur iureiurando citra colluſionem præſtito, *l. eum qui, §. in popularibus, eod.* Nec de eodem crimine bis quærendum eſt, *l. licet nuptæ, cauſa poſtab. P. ca. de his, de accuſ. ca. ſi illic. 23. q. 3.* niſi noua infamia ſuperuenerit, quæ firmet & probare videatur priorem abolitam iuramento purgatorio. Nam ex ea cauſſa abſolutus, iterum accuſari poteſt, *c. veniens, de accuſa. c. admonere, 33. q. 2.* & eidem indici noua purgatio, *c. ceterum, de iur. cal. ca. cum in iuuentute, de purg. cano. c. ceterum, de teſt. cogen. ca. paſtoralis, de excep. d. c. Mennam, 2. queſt. 5.* quemadmodum diximus ex nouis indiciis repeti poſſe torturam ſeu quæſtionem, *hoc lib. C. de tor.*

21 ¶ Et † notantur etiam caſus repetitionis accuſationis, in *l. 3.* de prævaricatio. P. in *l. ſi cui, §. iiſdem criminibus*, de accuſa. P. ca. multi, 2. q. 1. Vnde & cautius in Gallia, reus delatus cum per ſententiam accuſatione liberatur, numquam abſoluitur abſolute, ſed dicitur amplius eſſe inquirendum: interim autem relaxari. Semper enim veritati locus eſſe debet: & errore detecto, & probationibus factis, purgatio quę habet probationem tantum præſumtam rei veritate elidetur, *c. ſignificantibus, 2. de purga. vulg.* Et multo magis, ſi purgatio ſit vulgaris, per quam quis abſolutus ſit vel damnatus: nam ea abſolutio non tranſit in rem iudicatam. Inſpicienda namque cauſſa fundamentalis ſententiæ, nẽpe dubium num res eſſet vel non eſſet, num crimen vel non. Et proinde ſublata cauſſa, & dubio certo facto, ceſſabit ſententia & corruet, *ca. cum ceſſante, de appella. l. adigere, §. quamuis, de iur. patr. c. cum Paulus, 1. q. 1.* Neque hic verum eſt, quod ſententia per errorem lata tranſeat in rem iudicatam, ſi nulla appellatione ſuſpendatur, quod examinat glo. ad cap. 2. de purga. vulga. & in ſumma eius tit. Hoſtienſ. quos videto.

¶ Rationũ † porro purgationis inductæ vna, vt ſaltem ali- 22
qua via delatum crimen & non probatum plene, poſſit aliqua certa ſententia definiri: quia ſententia vel abſolutionem, vel condemnationem habere debet, *l. 1. de re iud.* Item 2. vt ſcandalum quod ex infamia naſcitur criminis impoſiti, aboleatur in bonos & graues ſaltem, *c pen. de pur. ca. c. ecce. 24. q. 3. ca. omnibus, 2. quæſt. 5. 3.* Quod non ſufficit bonum eſſe, ſed etiam exigatur. potiſſimum in perſonis dignioribus, vita quæ aliis ſcandalo eſſe non poſſit, & ſit ſine ſuſpicione etiam mali, *c. 2. de purga. cano. c. nolo, 12. quæſt. 1. & c. non ſunt, 12. qu. 11. ad Roman. 12. 2. Corinth. 8. c. ſi mala fama, 2. quæſt. 5.* Propter nos conſcientia noſtra nobis neceſſaria eſt, &

-hic murus aeneus eſto,
Nil conſcire ſibi, & nulla pallescere culpa.

¶ Propter † alios tamen & neceſſaria bona fama, *d. c. nolo.* 23
Quare & neceſſarium purgatorium iuramentum, receptum eſt lege diuina, vt Deuter. 2. *Si inueniatur in terra cadauer hominis occiſi, & ignoretur reus, ſeniores & maiores nati egredientur, & iurabunt dicentes, manus noſtræ non effuderunt ſanguinem hunc.* Exſtat & alia lex, Exod. 22. *Si quis amico commendauerit pecuniam, aut vas in cuſtodiam, & ab eo qui ſuſceperit furto ablata fuerint, ſi inueniatur fur duplicare debet. ſi latet fur, dominus domus applicabitur ad Deos, & iurabit quod non extenderit manus ad res proximi ſui ad perpetrandam fraudem, &c.* Sed & quando de conſcientia alicuius & periculo animæ quæſtio eſt, iuramento eius creditur: quando in contrarium ſunt probationes, *l. fin. in fin. de iure delib. C.*

De Duello & Monomachia, ſeu Singulari certamine. Cap. 16.

1 *Duellum prohibitum.*
2 *Duellum, & duellatores quid olim, & nunc.*
3 *Monomachiæ & duelli ſpecies.*
4 *Certamina ſingularia militaria. & nu. 5.*
6 *Monomachiæ olim quædam ob neceſſitatem quandam permiſſæ & factæ.*
7 *Duellum vbi permiſſum fuit.*
Pro quibus criminibus permiſſum.
Quis permittere poſſit. Quæ forma duelli indicendi & pugnandi.
Pignus certaminis vt mittatur, quomodo à iudice ſtatuatur.
Certaminis Iudex quis eſſe debeat.
Catadromus duelli quantæ amplitudinis.
Modus & forma vincendi ad duellum & pugnandi. Proteſtationes pugnaturorum, & iuramentum. De pugna. Poſt certamen quid ſtatuendum. Effectus. Et per quos duellum fiat. num. & 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. & 22.
23 *Duelli permiſſi finis, probatio occultorum.*
Et ibi rationes eius.
24 *Torneamentorum permiſſiones, & derogationes.*
25 *Haſtiludia an prohibita.*

INter † ſpecies purgationis vulgaris, duellum ſeu ſingulare 1
certamẽ, aut monomachia ponitur, in c. 2. de purga. vulg. quę etiam ibi prohibita eſt, & in c. monomachiam, 2. q. 5. ¶ Duellum 2
† tamen antiqui idem quod bellum dixerũt. Vnde & per duelles hoſtes, & Bellona duellona dicta, vt auctor in 6. de ling. Lat. Varro, Plautus, *in Capti. Belli domique duellatores optimi.* pro bellatores. Cicero, *2. de legib. Nam eas atque ferrum duelli inſtrumenta.* Liuius, *lib. 6. Belli Macedoni. Quod populus Romanus eo tempore duellum inſiſſet cum rege Antiocho.* Caius, perduelles etiam hoſtes dictos antiquitus fuiſſe cum Cicerone tradit, *l. quos nos hoſtes, de verb. ſig. P. Cic. 1. Offic.* Quo nomine nunc patriæ hoſtes dicũtur proditores, legis maieſtatis rei. *Duellũ*, inquit Sex. Pomp. Feſtus, *bellum videlicet, quod duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur: inde & perduellis qui pertinaciter retinet bellũ.* Singulare certamen duorum hominum dicitur duellum, & ſolius

cum

Digitized by Google

cum solo pugna: Græcis μονομαχία. Duellum in purgatione vulgari, erat certamen duorum ad purgationem illati criminis initum, quo victor purgatus, victus pro convicto habebatur. Duplex illa pugna erat, equestris & pedestris, talisque formæ & modi, quo conuentum erat inter pugnaturos, vel ab illis qui monomachiæ præerant.

3 ¶ Erat † tamen monomachiæ species alia, quæ nō purgationis causa, sed vel virium probandarum & periclitandarū sponte inter aliquos fiebat, vel vt spectaculum præberent populo, ex quibus qui virtutis causa id facerent, non erāt infames: vt pugiles in factis certaminibus, & alij similes. Qui autem vel operas elocabant, vt cum bestiis singulari certamine cōgrederentur, vel gladiatorio munere publicum spectaculum sanguine proprio ederent, infames fiebant, *l.1.§.item Senatusconsulto, cum duob.§§. seq. de postul. P. Athletas, de in ius not. insa. P. l. qua actione, 7.§. si quis in colluctatione, ad leg. Aquil. P.* Vt & tandem gladiatorum cruenta spectacula sublata fuerunt, tanquam in domestica quiete & in otio ciuili horrenda, *l. vni, de gladia. lib. 11. C. vide quæ dixi de hoc lib. 39 Syntagmatis c.5. nu.25.*

4 ¶ Fuerunt † & aliæ monomachiæ ad ostentationem virium & audaciæ introductæ, quibus congredi soliti erant depugnātes, vulgo torneamenta dicta, quorum torneamentorum detestabiles nundinas, ad quas milites ex conducto soliti erant concurrere, improbat & prohibet ius Pontificium, vnde mortes hominum, & pericula animarum sæpe prouenirent, *c. 1. de torneam. lib.5. apud Greg.* Cum tamen hasta decertare, leges Romanorum concederent, *l. solent, §. Senatus. de aleæ lusu & aleatorib. P.* Atque morientibus in torneamentis denegatur ecclesiastica sepultura, *ca.2. de torneam.*

5 ¶ Solitæ † fieri maxime illæ exercitationes pugnarum, ab otiosis militibus in acie, vel in honorem heroum defunctorum. Quemadmodum colligere licet ex Dictys Cretensis libro 3 de bello Troiano, apud quem refertur in certaminibus propositis ab Achille propter victum & occisum Hectorem, vt esset quadrijugis equis Eumelum: bigis, Diomedem & Menelaum: in sagittādo, Merionem & Vlyssem: cursu longo, Aiacem Oilei & Polipoetem: duplici campo, Machaonem: singulari, Eurypilum saltu, Tlepomenum: disco, Antilochum: cæstibus, Aiacem Telamonium: cursu in armis, Diomedem. Proponit & diuersa certamina Phęacū, Homerus, quæ edi tulit Alcinous in aduentum Vlyssis peregrini, publice, præeunte præcone.

6 ¶ Fuerunt † & monomachiæ veluti ex quædam necessitate antiquorum, ad sopiendas bellorum clades imminentes, & ad controuersias sopiendas. Sic singulari certamine Curiatiorū & Horatiorum direptū bellum inter Romanos & Albanos, victis Curiatiis, qui nomine Albanorū causam defendebant, ab Horatio qui pro Romanis vicit. Lege prius posita, vt victis istis aut vincētibus commilitonibus, victores vel victi haberentur illi, quorum causam defenderent, *Liuius, in 1. Valer. Max. lib. 6. c.3.*

¶ Duello quoque Goliæ & Dauidis, illo pro Philistæis, hoc pro Iudæis decertāte, bellum maximum solutum est victo Golia per Dauidem, in singulari cum suis conditionibus pacto certamine, *1. Reg. c.17. ca. monomachiam, 2. q.1.* Quando etiam Vādali ex patriis regionibus egressi, cum rege Gundarico Gallis vastatis postea ad Hispanias transiissent, & pariter Sueui, id est, Alemani Gallæciam apprehendissent, & fuisset inter hos populos orta quæstio, & collegissent vires belli vtrinque: ne multitudo clade interiret, conuenerunt, vt discrimen duobus pueris bellantibus committeretur. Et ita puero vtrinque in duellum emisso, pars Vandalorum victa succubuit, interfectoque illorum puero, Trasimundus successor regni in locum Gundarici, cessit Hispania cum suis, *Greg. Turon. lib.2. histor. Franc. c.2.*

7 ¶ Videtur † tamen hæc monomachia pertinere ad purgationem vulgarem, per quam iuris vel iniuriæ iudicium euentui committitur. Quare & duellum huiusmodi improbarunt quoque iura. Et clericum qui spōte duellum obtulerit, vel oblatum susceperit, deponi iubent: siue victor sit, siue victus fuerit, *ca. 1. de cleri. pugn. in Duel.* & irregularis fit, ac homicida: si per se siue per campionem, vt dicunt, seu pugilem, pro eo datum, occiderit contendentem & monomachum, *c. 2. eod.* Maxime habitus reprehensibilis, quod vel Deum remediis non humanis tentare voluerit, *c. monomachiam, & ea. Mennam, 2. q.5. ca. si nulla 33 quæ necessitas, 23. q.8. & c. quæritur, 22. q.2.* Sed & permittit Deus plerunque in istis duellis, innocentes ab eo quo accusantur crimine, succumbere & necari, propter alia eorum peccata, vt ait c. 1. de purg. vulga. & ita Rhotarius rex, *Quia incerti sumus*, inquit, *de iudicio Dei, & multos audiuimus per pugnam sine iusta causa suam causam perdere: sed propter consuetudinem gentis nostræ Longobardorum, legem impiam vetare non possumus, libr. 1. leg. Longob. tit. de monomachijs.*

8 ¶ Quibus † rationibus etiam mores gentiū plures inter Christianos castigantur. Prævaluit tamen malitia hominum, vt necessarium aliquando fuerit permittere, legibus Germanorū, Hispanorum, Longobardorum, Gallorum, vt videbis in lib. Belissarij Neritinorum ducis, de singulari certamine. Et in legibus proxime nominatarum nationum, in constitutione Philippi regis Gallorum, anni 1306. quam explicat Guido Pap. decis. 617. 618. 619. 620. & seq. vsque ad 624. Et in tractato Ioann. de Lignano, de duello. Quamobrē cum improbi mores vix omnino extrudi potuerint, necessarium leges illis aliquas, ne laberentur in peius, pro fræno adiicere. Primumque definita sunt negotia, pro quibus ad certamē, singulare prouocare liceret tantum. Atque ex consuetudine Longobardorum, de criminibus obiectis licebit se purgare per pugilem, quem cāpionem dicunt, *libr. 1. leg. Longobara. tit. de malefic. l. fina.* Sic mulier accusatæ de occiso marito per venenum, licebat se purgare vel per iuramentū, vel per pugnam seu eundem campionem, *l. fin. de conf. mort. libr. 1. leg. Longob. viae glo. ad §. si quis in ver. duellum, de pace tenen. in feud.* qui argam, id est, cuculum vocasset, de eo accusatus poterat vel cōponere, vel per duellum cogebatur probare, *l. 1. de conuitijs, lib. 1. leg. Longob.* Si quis dixisset per vim venditionem prædij facere coactum, *l. si quis dixerit, tit. qual. quis se defend. de eod.* Belissarius ait in summa, ex legibus Longobardorum permissum esse bellum ex iusta causa, si rei eius, quæ in dubium venit, veritas alio modo probari nequit, si insimulatus criminis lesę maiestatis quis fuerit, & alio modo probare nō possit, accusatori armis cum accusato decernendum est an verum sit crimen: si obiiciatur, quod patrem quis interemit, vel alium durantibus induciis: si alienā vxorem in viri morte criminatus sit, vel adulteram dixerit, vel adulterium alicubi obiiciatur vel crimē furti, vel male possedisse per triginta annos vel incendium, vel si quis neget pecuniam depositam, vel soluto debito nihil debere. In legibus Alemanorum, & cum his duellum committitur & pro controuersia terræ, tit.u. 85. & pro dote, adlata repetenda, titu. 77. In Gallia Philippus rex, in prouinciis in quibus consuetudo esset duelli permittendi, noluit permitti, nisi quatuor concurrentibus, *constit. an. 1306.* Primo, si liqueat crimen esse commissum, *l. 1. §. illud ad Senat. Syllania. glo. in c. 1. in princ. de pace ten. in vsib. feud.* à quo tamen commissum sit, non liqueret. Secundo, vt maleficium quod obiicitur duelli causa, ex eorum genere sit, quod mortis pœnam habeat, *quod ex facto proposito constabit*, ideo excipitur furtum, etiam si pro eo pœna mortis inferatur. Tertio, quod crimen illud proditorie & clam commissum fuerit, & alio modo sufficienter probari non possit quam per duellum, *quia in notorijs & probatis non admittitur purgatio sed sit condēnatio. c.2. ca. cum dilectus, de purg. cano.* Quarto, quod is qui duello prouocatur, & de ipso delicto accusatur, per indicia & verisimiles præsumtiones habeatur suspectus, vt in tortura & in purgationibus paulo ante diximus: alioquin enim si manifestum sit crimen, vt puta quod quis aliquem voluntarie & sponte necesserio occiderit, tunc nec per duellum, nec alio modo accusabitur, quin capitalem subeat pœnam, §. si quis hominem intra pacem, de pace tenen. in vsibus feud. Ex quibus constat, duellum non temere pro omnibus, nec contra omnes sine causæ cognitione, nec ab omnibus concessum fuisse.

¶ Duellum † ideo nonnisi ab eo qui habet vitæ necisque potestatem, permitti potest: neque priuati, qui sibi inducunt propria auctoritate, immunes sunt à crimine læsæ maiestatis, & homicidij pœna, si illud commiserint in monomachia propria auctoriate delata & suscepta. Princeps solus permittit hodie in Gallia. Olim permittebat, causa cognita. Senatus Parisiensis, *Masue. in stylo parlamenta, ti. de adiornam. §. item fallit vbi aliquis aliquem, &c.* curia gubernatoris cum ipso rectore Delphinatus in Delphinatu: Magister militum Galliæ seu Connestabulus, *Guido Pap. q. 622.* Et Philippus rex, inhibuit anno 1307. Senarcho Tholosano ne de bello aliquam litem susciperet, & vt loquitur constitutio, *ne aliquem processum faceret.* Belissarius lib. de singul. certamine cap. 5. pugnandi facultatem duello dare tantum ait, principem liberum nemini subditum, nec sine eius permissu posse fieri. Refert duo exēpla, quare Quintius Crispinus miles, cum eū Badius Campanus iniuria lacesseret, vt si vir esset congrederetur, tamdiu cunctatus, donec Imperatorē consuleret. Et Titus Manlius, cū à Gallo prouocaretur, Dictatorē ita est allocutus, iniussu tuo Imperator, extra ordinē non pugnauerim, nō si certam victoriam agnouerim: si tu permittis, exo prouocatus. *Qui sine publica aliqua administratione maleficum furem, sacrilegum, & periurum, vel quemlibet criminosum interfecerit aut trucidauerit, aut membro debilitauerit, velut homicida iudicabitur: tanto acrius, quanto non sibi à Deo concessam potestatem abusiue vsurpare non timuit, Idem c. quicunque, 23. q.8. c.2. & c. significantibus, de homic.* Vt neq; vltio permissa sit de eo qui nos inuadit & occidere nititur vindicta: nisi accessisset cōsensus principis, qui permittit cum ea conditione, si euadere aliter non possumus mortis periculum, *l.1. sibi, vestram igitur permittimus vltionem quan. lic. vnic. sine iud. si vindic. C. l. Scientiam, §. pen. & l. itaque, ad leg. Aquil. P. l.2. C. ad l. Cor. de sica. l. vt vim, de iusti. & iure.* Et idcirco iudiciorum vigor, iurisque publici tutela in medio cōstituta, ne quisquam sibi permittere valeat vltionē, etiam si alioquin sit aliquis sceleribus implicitus, *l. nullus, 13. C. de Iude.* Prohibitum etiam generaliter, ne quis sibi ius dicat, *l. 1. ne quis in sua can. iud. C. l. 1. quo lega. P. l. penultima, quæ in fraud. cred. P. cum similibus, l. qui iurisdictioni, de iurisdi. omn. iud. P.* ne sibi debitum armata manu repetat, *in l. negantes, de actioni. C.* Nec vitat homicidij pœnam, qui etiam salutis communis inimicum & hostem, sceleribus inquinatum, ne-

Digitized by Google

cauerit. Cum quod seueritati legum eum subtraxerit, tum quod proprium fortassis inimicum sub huiusmodi vindictæ nomine, consilio atrociore confecerit, *l. fin. C. de malef. & mathe.* Bellum iustum tantum est solum, quod indicitur & permittitur à Principe, qui habet gladij potestatem, *c. quid culpatur, 23. q. 1. c. iustum, 23. q. 2. c. igitur, c. omni & c. seq. 23. q. 8.* Et armorum vsus, sine Principe capitalis est, *l. 1. vt armo. vsus &c. lib. 11. C. sit. de armis in Auth. l. 1. ad leg. Iul. de vi pub. P.* Neque ius est rectoribus prouinciarum, vel ducibus exercituum, concedere inter suos milites duellum: quamuis enim gladij ius acceperint à principe, tamé illud limitatum fuit, vt in hostes hoc iure vterétur. Sicuti & miles, ius necandi sed hostem, non regnicolam, habet. Et ideo si tanta temeritate & superbia duces vel exercitibus præfecti impellantur, vt monomachiam permiserint, rei fiunt maiestatis: quia cum in hac causa priuati sint iniussu principis bellum gerere dicuntur, & delectum militum habere, & pro potestate quam non habent principes agunt, quæ capita ad leg. Iuliam maiestat, pertinent, *l. 3. ad leg. Iul. maiest. P.*

10 ¶ Forma † quæ præscripta est duello habito legitimo, hæc, vt primum pignus detur, certaminis ineundi symbolum, mittitur interdum per fœcialem paludatum, qui Heraldus dicitur, interdum & ad prouocatum literæ inducentes monomachiam, quas vocant *lettres de defits ou combat.* Interdum pro pignore chirotheca sanguinolenta sæpe vt ait Belissarius lib. præd. c. 2. Et citatur in ius coram principe, vel coram eo qui potestatem habet permittendi duellum, ad duello determinandam diem, horam, & locum. Estque ea vocatio vadimonium, cuius die dicta sistere debebit vocatus reus & actor. Et cogitur vocatus velit nolit, respondere: datat amen dilatione prætextu absentiæ amicorum, vt Aufrerius scripsit se vidisse iudicari per Senatum Parisiensem, *Aufrer. in styl. parlam. titu. de adiornamen. in can. appell. §. item fallit vbi aliquis, aliquem inuentum Parisiis.* Hic tamen sciendum est, dictum fuisse per curiam supremam Parisiorum, anno 1386. pignora, quæ in placito vocantur vadia, plura proiici non posse, ne ab alio quam ab eo qui prouocat ad duellum: alioquin si id fieret impune posse aliquem detrectare duellum, *scribit Ioan. Gallus, in quæstio. decisis per arresta parlamenti. q. 72.* Alioque placito cautum, ne liceret à curia, pendente controuersia duelli, abire, sine permissione eiusdem curiæ, *Ioan. Gallus, præd. loco q. 171.* In curia agitatur, num iusta sit pugnæ causa, num dubia vel certa, *Belissar. lib. de singul. certa. c. 12.* num debeat permitti, num accipere pignus prouocatus recte recusauerit, num crimen illatum alio modo probari possit, quam duello. Nam hæc est causa finalis duelli probatio. Sicque coram rege vel curia olim dicebant monomachiam, indicentes talem reum commisisse tale crimen, in tali loco, tali hora, proditione vel clam: & tamen se illud probare plene non posse, nec aliter quam proprio corpore pugnando: vel per se vel per pugilem, quem vocabant aduocatum, vel campionem. Sed & discutitur in hoc iudicio, num iniuria quam sibi irrogatam dicit prouocans, verbalis sit, an facti: nam pro verbali verbis repulsa, non fit pugna, vt si pro verbis, tu es fur, alius dicat, tu mentiris, *idem d. lib. c. 14.*

11 ¶ Si † vocatus ad caussam hanc discutiendam non aderit die illi dicta, tanquam in contumacem & confessum de crimine quo interpellatur, fertur sententia. Et secundū Belissar. cap. 2. poterit prouocans imaginem renuentis & detrectantis, per loca pública ad ius ignominiam constituere, vt venire cogatur: etsi adhuc contemserit, infamiæ nota dignus sit. Apud Moscouitas seu Ruthenos, purgatio criminum post accusationem delatam ex consuetudine, duellum etiam est, si velit accusatus postquam in ius vocatus est per *Nedelnisc*, id est, per apparitorem, & caussa fuerit audita, testesque producti contra eum, *Sigis. Liber Baro, in comment. rer. Moscouita.*

12 ¶ Postquam † autem reus prouocatus venerit, potest in iudicio coram Principe vel curia, vel alio idoneo, de sua innocentia verba facere', & modeste saluo honore Iudicis, negare, & asserere falso se fuisse ab aduersario insimulatum, & eum mentitum esse: & tunc potest vel recusare pignus iustis rationibus, vel docere quod recte non sit proiectum, vel quod plures male proiecerint, vel quod crimen duello nō subiiciatur, vel nulla sunt indicia aduersus eum, vel non constet delictum commissum, vel similia quædam. Aut si velit pignus accipere, dicet saluo honore curiæ mentium aduersarium, idque se probaturum, cum auxilio Beatæ virginis Mariæ, & Beati Georgij militis, certamine singulari, vel proprio corpore, vel pugile quem exhibet suo periculo & sumtibus obligatione proprij corporis: & ita se pignus capere, cum reseruatione consilij, & cum arbitrorum electione. Et tunc vtrinque auditis contendentibus per se vel per aduocatos, iudex statuit se adhibito iudicio & consilio iudicaturum, num quæstio pugna decidenda sit, iubetque ea de caussa venire certa die litigantes.

13 ¶ Subinde † dicta fata fertur sententia, ex qua si pugna indicitur, cōstituitur locus, dies, & hora, quibus interesse pugnaturi debēt, Delegatur à principe iudex qui certamini præsit, qui refelli nō possit à prouocante, iuris militaris peritissimus: & si agatur de crimine lęsę maiestatis eligēdus qui præsit prouincię, & de criminibus cognoscere possit: si militibus singulari certamine sit decertandum, dux exercitus cui dominii iure non sit subditus prouocatus, *Belissar. dict. lib. c. 4. & 3.* Prouocatus iudicem, dum modo non suspectum aduersario, locum & arma solet eligere, solum commune, & tempus vtrique.

¶ Locus, † seu arena, aut catadromus, concluditur palis & limitibus, & vt vocant *barriers ou lisses.* Monomachiæ locus habere debet, vt ait Claudius la Sale, *in lib. de Duel.* in longitudinem, centum viginti passus: in latitudinem, octaginta, in catadromo fiunt duo tentoria. Tentorium quod à dextris principis vel certaminis præsidentis est, deputatur prouocanti: quod à sinistris, prouocato. Et in quolibet tentorio, habet pugnaturus susmantile, panem & œnophorum, quæ egressuris ad pugnam offeruntur: potest & quilibet secum edulia deferre, quæ vnius diei victui sufficiant. 14

¶ Die † & hora adueniente pugnæ statæ debent ad catadromum venire armati illis armis quibus pugnare conuentum est: à domo olim non licebat etiam per alium arma quam per se deferre, dispensauit tamen Philippus rex, vt alio præeunte possent per illum deferre. Iussit tamen optimus & Christianissimus rex, vt egredientes domo armati, & singulis fere passibus se salutifero signo crucis præmunirent, & vexilla deferrent, vel præferri iuberent, quibus diuorum, aut crucifixi essent appictæ imagines: non alia de caussa, vt opinor, quam vt Christianos se esse cogitarent, & ad mortem se pergere: vtque se apparatene eidem, si opus esset. In catadromo, die certaminis, præco paludatus seu fœcialis, armorum heraldus prodit in catadromum, & silentio impetrato per triplicem vocem Gallis consuetam, *or oyez, or oyez, or oyez,* refert nomine regis alta voce, diem illam esse statam certamini tali, ad probandum corpore & pugna intentionem suam, postea recta via in catadromi duas portas veniens, & prouocantem & reum vocat iussus à Principe, vel à præfecto iudice. Dehinc vocati ingrediuntur catadromum, & se Principi sistunt & offerunt. 15

¶ Adest † præfectus catadromi, quem vocant *Mareschal du camp*, & præco interim nomine Regis alta voce leges dicit adstantibus qui certamen visuri aduenerunt, præfato silentio prædicto more, *or oyez*, ne quis nobilium vel aliorum arma ferat, non enses, non pugiones, exceptis custodibus catadromi. Secūdo, ne quis inibi equum habeat: alioquin si nobilis sit, equo priuetur si seruilis, aut vilis conditionis, aure truncetur. Tertio, ne quis ingrediatur intra duos fines catadromi, quos vocant *les deux lisses*, exceptis iis qui inibi ordinantur: imminente & inducta id attentantibus pœna mortis. Quarto iubet omnes in terra consedere, non in scamno, sub pœna abscissionis manus vel pedis, vt facilius pugnantes videantur ab omnibus. Quinto, iubet ne quis eorum qui adsit, tussiat, loquatur, signū faciat, spuat, in dicta pœna confiscationis corporis & bonorum. Dum citat præco ad ianuam vtrumque monomachum, num adsit talis: respondet citatus, vel eius aduocatus, adest vocatus & sistit se coram Rege suo, vel superiore principe, vel coram superiore vel iudice competente, armatus vt nobilis, paratus ingredi catadromum & pugnam contra talem vocatum, pro hoc vel illo negotio, tanquam aduersus proditorem & infidum, vel talis criminis reum, cuius rei gratia inuocat testem Dominū nostrum Iesum Christum, & beatam virginem eius genitricem Mariam, Diuum Georgium militem, & alios sanctos. Quibus dictis præfectus catadromi, vel magister campi ad regem vel iudicem it, relaturus quæ dixit ingressurus catadromum. Iubet autem rex aut iudex, eum armatum vti est, vel equitem vel peditem admitti: is vero ingressus cum suo consilio regi sistitur, & vel per seipsum, vel per aduocatum eadem regi dicit, quę præfecto catadromi, caussamque sui aduentus. 16

¶ Protestatur † autem qui admissus est ita, & prouocauit ad certamen. Primo, vt possit pugnare eques aut pedes, prout fatius ei videbitur: cum armis quæ defert, aut sine his, inuadendo aut defendendo. Secundo, quod pugnaturus sit cum armis permissis & non vetitis in regno, quibus si vtatur aduersarius illi adimantur, & nulla alia in eorum locum dantur. Tertio, protestatur, vt si aduersarius arma ferret vetitis artibus, aut per malefícium fabricata, aut breuia, aut incantationes dæmonum, quæ postea manifesta fierent, non ideo lædatur, vel minuatur eius bonum nomen, bonave fama, aut ius, sed aduersarius ob eam plectatur. Quarto, vt si contigerit Sole occidente nondum vulneratum vel victum esse aduersarium, detur ei ex sequenti die tantundem quantum lapsum ex præsenti esset, ad conficiendum integrum diem secundum mores, consuetudinem & constitutiones. Quinto, vt si contingat statа hora aduersarium non cōparere, ne posthac audiatur. Earumque protestationum & petitionum petere potest ius sibi dici. Eadem petit & protestatur, eademque forma admissus aduersarius, seu interpellatus qui pignus duelli susceperit. Postea autem recipiunt se in sua tentoria monomachi. 17

¶ Et † rursus præco secundo vocat in singulas portas catadromi, quæ duæ sunt, conuersus, primum prouocantem, qui admissus, pedes armatus quibus vti vult armis, reiecta lorica, comitatus suis consiliariis & catadromi custodibus, se genibus flexis 18

Digitized by Google

xis coram Principe vel iudice sistit, quem vnus ex latere principis alloquitur & adiurat, proposita imagine Domini nostri Iesu Christi crucifixi, ne immemor suæ sit salutis, recordeturque imminere æternam damnationem: si calumnietur: Deum illum vt adiuuet precatur, si iure pugnaturus: statim prehensis ambabus pugilis manibus subnotis chirothecis, eas ei admouet ad imaginem, verbaque concepta iuramenti quæ ipse sequitur, præit: *Ego talis iuro super memoriam passionis domini nostri Iesu Christi, & insite veri Christiani & sancti baptismatis quæ à Deo consecutus sum, me habere vtique vere arbitror, bonam sanctam, iustamque querelam & ius, in pignoris donatione facta tali, pro tali quæstione & crimine, contra talem qui falsam & impiam vult defendere causam, prout hodie fidem & probationem corporis mei obiectione, faciam, cum Dei auxilio & beatæ virginis Mariæ, & beati Georgij militis.* Hocque præstito iuramento, repetet tentorium cum illis qui eum adduxerant. Eoque reducto custodus catadromi in aliud defensoris pergunt tentorium, & eodem modo forma, & iuramento de iusta defensione deuinctum ducunt ad principem, & reducunt in tentorium. Subinde ambo pugiles à custodibus diuisis, vna ducuntur coram imagine crucifixi & Principe vel iudice, cuius consiliarius vnus, vel præfectus catadromi, seu magister arenæ, pugilibus geniculatis apprehendit manus, & in vtrumque latus crucifixi admouet, & postea iubet iisdem sibi mutuo dexteras dare & iungere, eosque ita verbis affatur. Tu talis, qui prouocasti ad certamen, & tu talis qui suscepisti: videte, perpendite & contemplamini sacratissimæ passionis Dominicæ memoriam, ex qua periculum animæ corporis imminet ei qui iuramento præstito & præstando peieraverit, considerate sententiam iramque Dei in eum qui iniusta contendit, & quod Deus opitulatur iustam causam fouentibus, obstitit autem impiam defendentibus: scitote melius satiusque esse incidere in manus hominum, quam in manus Dei: adhuc superest pœnitentiæ locus, resipiscite antequam contendatis iniuste. Visne tu talis, qui iurasti antea te iustam causam fouere sacramento idipsum confirmare: tunc qui pignus suscepisti, visne iterum idipsum iurare? Hisque dictis, si nolit iurare, & dicti factique pœniteat, relinquuntur arbitrio & misericordiæ iudicis vel Principis ante pugnam, & reducuntur in tentoria propria. Quod, si velint iurare, iurabunt præeunte consiliario Principis, vel Magistro seu Marescallo campi hæc verba: *Ego talis prouocans iuro supra veram imaginem Domini nostri Iesu Christi, in fide baptismi, quod consecutus sum à Deo, in spe gaudiorum Paradisi, quibus abrenuntio & pœnas damnationis æternæ deligo in animam, vitam & honorem meum, si sciens fallo, & ni arbitrer me iustam causam fouere expugnandi talem impium prouocatorem, aduersarium, quem in conspectu habeo viuo, & manu teneo. Huiusce rei gratia invoco in verum iudicem, Deum, beatam virginem Mariam, beatumque Georgium S. militem. Quæ vt fideliter exsequi possim, per iuramenta præsita iuro, me non aeferre nec detenuisse ferre mecum, aut supra equum, verba, lapides herbas, incantamenta, invocationes Dæmonum quæ me possint iuuare, aut ei nocere: neque quicquam aliud præter ius meum, equum meum, armaque mea, & cum hoc oculor hanc veram crucem, & tacco.* Eadem iurat & eodem modo, qui defendere decreuit. Subinde se in pedes erigunt, iubetque consiliarius vel Magister campi, eos sibi iterum mutuo dextras dare, & prouocantem prouocato dicere. *Prouoco te talis quem ego dextera teneo per sacramenta quæ præstiti, causa, ob quam ad singulare certamen te prouocaui, vera est: & ideo iuste te prouocaui, & hodierna die te expugnabo: tu contra, iniustam foues causam, iniusteque eam tueri & defenaere vis: testesque ea de re appello, Deum, beatam virginem Mariam, & beatum Georgium bonum equitem seu militem.* Prouocato autem iubet dicere, se præeunte: *Ego talis, quem dextera teneo, per sacramenta iam præstita dico causam ob quam me prouocasti falsam esse & iniquam, & proinde me iustam ac rationabilem habere defenaendi, teque expugnandi & repellendi hodie aduersum iniustam & falsam obiectionem & criminationem ob quam me interpellasti, cum bene ipse noueris te pessime & impie mentiri: vt in testes, Deum, beatam virginem Mariam, & diuum Georgium bonum equitem invoco.* Hisque dictis genua iterum flectunt, & deosculata imagine crucifixi in tentoria redeunt. Has formulas vir in aulicis negotiis expertissimus Claudius de la Sale præscripsit. Belissarius capite sexto, aliud iuramentum per iudicem vel principem à pugnaturis exigendum docet: *Se non ob aliam causam pugnaturos, quam vt veritas illucescat, nec odio, nec alia quam sui honoris tuendi causa, & in defectum probationum.*

19 ¶ His † peractis in medium catadromi venit præco, & iterum nomine regio quemque adstantium iub et suo loco confedere, quiete, seve temperare à signis, ne tussiat, ne excreet, ne se moueat. Adsunt pugiles ad pugnam parati, quibus omnibus in suis sedibus se continentibus, iubet iterum præco, vt certamen ineant, verbis ter repetitis, *faictes vos deuoirs, faictes vos deuoirs, faictes vos deuoirs:* quibus dictis ipse se subducit iuxta catadromi palos. Explicatur iuxta cuiusque pugnaturi tentorium interim mantile, œnoforus & panis. Prodit in medium præpositus campi seu Mareschallus, & interrogat pugiles, num parati sint ad certamen, illisque se paratos respondentibus, ille progressus in medium arenæ deferens pignus certaminis, seu chirothecam, alta voce clametter, *finite hos ab re*, proicitque pignus in medium certaminis, concurrunt tunc pugiles vel equites vel pedites. Exeunt autem eorum consiliarij vallum seu palos catadromi, finem & exitum pugnæ exspectantes: nisi iudex certaminis aut Princeps permittat vnum aut duos vtrinque adesse catadromo, vt melius certamen obseruent, despiciant, audiant & postulent pro iure suæ partis.

¶ Certamine † inito, quæritur quis pignus lucretur, quod vocant, *cultrer le gage*, aut liberare à pugna. Et dicunt in duobus casibus id accidere: primus, si alter pugnantium fateatur culpam, & se dedit. Secundus, si alter eorum pellatur extra catadromi vallum, vel palos viuus aut mortuus. Nam in hac pugna edicitur, vt ait Bellissarius, cap. 10. ne extra vallum vel septum pugnetur: & extra pugnans pro victo habetur, nisi casu vel sine culpa sua, sepra transiliret, puta si forsan equus ferox se subtrahat fræno non obtemperans, quo casu iudicio omnium habito & suffragiis, sine culpa pugilis factum, in pugnam reducitur. Cautia interim pugnandi mutanda non est, *Bellissarius præd. lib. de singu. certam. c. 11.* nec semel victus iterum prouocare potest. Victo vel prostrato, vel adhuc viuente vel mortuo aduersario, eius corpus relinquitur præfecto catadromi seu mareschalcho campi, vt Iudex vel Princeps de supplicio eius statuat, vel eius misereatur. Victor Principi vel iudici geniculatus se sistit, quærens num debito functus sit officio: quo casu, Princeps à certamine eum absoluit, & ille in propria tentoria cum suis & amicis redit. At si victus adhuc viuit, vel mortuus est, prostratus à præconibus paludatis, seu heraldis erigitur, exarmatur, ligulis armaturæ ruptis, arma per catadromum spatiguntur, & rursus in terram prosternitur, donec iudex & Princeps quid de eo factum velit, statuerit. Obsidibus eius victoti datis & retentis, donec satisfecerint eidem aduersario, & bona & victi fisco addicta fuerint Principis, & si reus vicerit, tutus in posterum ab illato crimine erit, transitque negotium in rem iudicatam, vt neque de eo inquiri postea possit, nec iam inquisita noceant. Si concurrentibus duellantibus cum equis vterque prosternatur eodem mutuoque impetu iudicatur pro defensore: quia actor non probauit, *idem Bellissarius vbi supr. cap.* 19. Ex sententia Bellissarij, *cap.* 15. videtur potestati victoris absolutæ concessus: & ideo ait victorem victo debere imperare honesta, non turpia, obtemperandumque victori, sed non vt nobilis iubeatur agrum colere, fodere, pecora custodire, seruile opus agere, nec oportere in eum crudeliter sæuire.

¶ Et † hæc hactenus de forma duelli dicta sunt, nunc admonco pugnas has fieri debere à personis idoneis tantum, neque duellum permissum, nisi inter personas æqualis fere dignitatis. Et ideo inferior à superiori cui subiicitur, cogi non potest ad pugnam, *Bellissar. eod. lib. ca.* 7. & fere omnes qui non admittuntur in iudicio, reiiciuntur à pugna, turpitudine vitæ notati, infames, desertores exercitus, quæstuariæ mulieri inseruientes, emansores, cauponam exercentes, qui dimicantem in prælio dominum deseruerunt, colonus, villicus, crimine capitali damnatus: deportatus, hæreticus, *idem cap.* 8. Et quia pares debent esse commilitones, si ignobilior ad certamen superiorem prouocet, potest nobilior parem loco sui subrogare: non contra, si nobilior ignobiliorem prouocet. Nam tunc ignobilior vel nobilior, alium non subrogat. Subrogat prouocatus, si minor sit 25. annor. vel maior sexaginta mulier quæ adulterij postulatur, si seruus absens furti accusatur, & si testes sint varij, *de his Bellissar eod. c. 9. exstat. & lex fi. tit. qualiter quisque se defen. debeat, lib. 2. leg. Langobar.*

¶ Victo † tamen subrogato, victus censetur subrogans, *idem Bellissar. de cap.* 9. Meminit Bellissar. *cap.* 3. cuiusdam legis Friderici II. Imperatoris, per quam si prouocatus aliquo corporis membro ad pugnam destitutus maneusque sit, eodem & procurator carere debeat, nec vllo modo eo in ipsa pugnavti. Nec si eques sit procurator, prouocatus vero pedes, vt reo potius quam actori iura fauent. *l. actuarios, de actio. P. l. fauorabiliores, de reg. iur. P.* Finis duelli, est probatio occultorum, & purgatio indiciorum. Inde rationes quoque petuntur, ad missam ex causis & præsumtionibus vrgentibus monomachiam, ne maleficia clam commissa haberent diffugium, & delinquendi tolletur securitas & occasio.

¶ Sed † & nobiles tantum tribuerunt honestati, gloriæ & bonæ famæ, vt potius eorum quam vitæ rationem habendam putent: & præstare honeste mori, quam turpiter cum ignominia viuere. Alij etiam facile credunt, Deum veritatem ma-

Digitized by Google

nifestaturum in hoc certamine. Sed certe, vt litis & iudiciorum dicimus exitus esse incertos & dubios, eo magis certaminis huius truculentum & immanem congressum, aleæque dubiæ rationem sunt Christiani, per rationes in vulgari reprobanda purgatione adductas supra capit. 15. Sed eo maxime, quod quis tentare Deum videatur, & nimium de sua iustificatione confisus, in mortem spontaneam perueniat, inscius an amore vel odio Dei dignus sit, & num pro aliis peccatis, quibus omnes abunde scatemus & cõstringimur, dignus quoq; sit in certamine à Deo relinqui, & eius destitui ope. Recte D. Augustin. libr. 1. de ciuitate Dei, cap. 22. & 23. docet, non esse magnanimi animi, neque Christiani, mortem sibi accelerare. Et vtinam nobiles, quid esset mors, & quid post mortem exspectare oporteat animo conciperent & reuoluerent cuius sint discipuli, & cuius nomine Christiani appellantur: certe, vt arbitror, istas deponerent vanas & tumidas iactationes, & sesquipedalia superba & paganica bella, & Dei iudicium potius expectarent, & vindictam ab eodem hostium & malefactorum, vt ipse Dominus noster Iesus Christus, viuendo & moriendo exemplo suo nos docuit.

24 ¶ Et †si milites efferati aut potius feræ, his non acquiescant, Iudices & reges, quorum munus est salutem Reipub. curare, has monomachias & gladiatoria ferina spectacula non patientur. Quemamodum etiam Tridentina Synodus, in sessio. 9. in decretis reformationis generalis, recte statuit, vt quicunque duellum concesserit, excommunicetur. Ex quo concilio reuocata extrauag. Ioan. 22. titul. de torneam. incipiens: *Quia in futurorum euentibus*, in extrauag. Ioan. 22. per quam tollebatur sancta constitutio Clemen. 5. qui prohibuerat tornamenta seu decursoria, quæ vocant *Ioustes*, quæ habent monomachiæ periculum. Et melius certe etiam est redire ad hanc constitutionem. Quod & Henrici II. Regis nostri casus & infelicissimus euentus docuit.

2 ¶ De †hastiludiis tamen seu exercitiis, quibus nobiles ad hastam vibrandam instruuntur, & de brauio, cursu, & recta directione certant, vel ad annuli amissionem, vocant *la bague*, vel ad picti hominis & vmbratilis pugnam, quem vocant *Quintaine*, nihil reprehendo: ibi enim exercitium sine proposito necandi discrimine, & concursus iustam habet causam.

De conclusione litis.

Cap. 17.

1 *Conclusio in causa quid, num, de substantia iudicij. num. 2.*
3 Forclusion de produire.
4 *Post conclusionem in causa, nihil fieri debet à litigantibus in lite: paucis exceptis. num. 5.*

1 VBi † litigantes satis superque existimant probatã esse suam intentionem, nihil se iudicem morari, quominus sententiam dicat, profitentur, & fit conclusio in causa. Conclusum autem dicitur in causa, quando litigantes renuntiarunt omnibus allegationibus & exceptionibus facti & iuris. *Innoc. in c. pastoralis, & ibi glo. in ver. conclusum, de caus. possess. & proprie. glo. in §. quia vero, &c. de testib. in Authen. ad ver. concluserunt, glo. in c. cum dilectus, de fide instrum.* Illud enim significat verbum *Concludere*, videlicet claudere vtrinque aleam concertationis, ne vlterius progrediatur. Et ideo vnica est, sed ab vtraque parte litigantium simul.

2 ¶ Hæc † de omni negotio controuerso fieri debet, ante sententiam iudicis, vel pro facta haberi: vt inter morosos litigantes & fugientes sæpe iudex statui, habere pro renuntiato & concluso in causa, nisi fiat certo præscripto termino editio, productio & cõclusio. Non enim est de substantia, vt cõcludatur semper, sed quandocunque vbi negotiũ instructũ videbitur esse, iudici sententiam feret. *clem. sæpe. §. & quia, & ibi Cardin. 19. quæst. de verb. sign. Ioan. Andr. in additionib. ad Specul. titul. de renuntiat. & conclu. Felin. ad ca. cum Ioan. & Andr. de re iud.* Et ita non est de substantia iudicij conclusio partium in summariis, beneficialibus, & aliis quibusdam: contra, in profanis ordinariis. *glo. in clem. sæpe, in verb. conclusione, de verb. sign. Felin. in c. cum dilecti. 6. colum. ver. quinto scias, de fide instru.* nisi in causa denuntiationis, vel accusationis, vbi non requiritur renuntiatio, & cõclusio, vt notat Bald. in l. libellorum, de accusat. P. Vide de hoc Guid. Papæ. dec. 72. Quare vtrunque litigantes, probationes edunt penes actuarium, cum repertorio omnium instrumentorum quibus in causa vtuntur, eiurantque productioni alii, concludunt & inter acta producunt conclusiones, quas vocant *leur dire par escript.*

3 ¶ Interdum † Iudex definit tempus, intra quod teneantur litigantes edere quæcunque e voluerint, cum comminatione, post tempus non esse admittendos. Interdum vno solo ex litigantibus edente, is libellum iudici offert, vt rescripto seu appunctamento, iubeatur aduersario edere intra certum tempus, quod vocant *appointement de requeste de forclusion*, de quo responso eiusque significatione, vel intimatione aduersario facta, si liqueat iudici, nihil moratur sententiam eius, quod aduersarius interpellatus nihil produxerit vel ediderit. Interdum coram actuario vel ex consensu, litigantes conueniunt de tempore peremtorio, intra quod & repertorium faciant & edant, & dicant quæ velit, extra quod non admittuntur ad nouas productiones, *glo. in ca. quoniam contra, in ver. conclusiones, de probat.* nisi forsan ex gratia admittantur per rescriptum ad libellum, ea de re iudici porrectum.

4 ¶ Neque post conclusionem dantur dilationes vlterius, *l. cum à nobis, C. de dilatio.* quia finis & effectus eius est vt negotium in causæ prosecutione finitum esse videatur, & propterea non admittatur mutatio modi agendi, *ea. pastoralis, de caus. possess. clem. 2. vt lit. pend.* quia per eam vlteriori productioni renuntiatur. *c audatis, de procur, ca. cum dilectus, de fi. instru. ca. 2. de restit. in integr. in 6. d. clem. sæpe, de verb. sign.*

5 ¶ Exceptis casibus, quos explicat Rob. Maranta, parte 6. sui speculi cap. de conclusione: videlicet quod possit allegari post conclusionem, ius: restitutio in integrũ per minores & ecclesias impetrari: iuramentum in supplementum probationum deferri, dummodo sit petitum ante conclusionem: probatio exhiberi, quæ postea nata est ex confessione aduersarii: possit & probatio per rei euidentiam proponi & per loci aspectum: omnisque probatio alia pro defensiõe rei in criminalibus allegari. Possint quoque interrogationes aduersarii fieri post conclusionem, etiam ad instantiam partis. *vide de his etiam, vltra Marantam, Auferium in decis. capel. Tholo. 174. congerit fere omnia & plura Nicolaus Antonius Gratius, in additio. ad Westrium introductio. ad aulæ Roma. actionem, l. 4. c. 4. num. 25.* Guido Papæ. generaliter praxim docet, decis. 201. quod renuntiatione vel conclusione facta in causa, intellige tamen ante sententiam, potest altera pars litigantium admitti ad producendum literas vel instrumenta, si aliqua ratio euidens moneat iudicem, *adde Cardin. in clem. 1. q. 14. de cau. possess. Specul. in tit. de renuntiat. & conclu.* maxime si instrumenta sint de nouo reperta, quod probatur per iuramentum producentis, *Bar. in l. admonendi, de iureiurand.* Sed & receptum ait, quod testis semel examinatus & publicatus, renuntiatione & conclusione facta in causa, potest iterũ in causa ex officio iudicis examinari. *Bart. & glo. in l. repeti. de quæst. Bar. & Bal. in auth. qui semel, de prob.* C. *Panorm. in c. cum clamor, de testib.* Potest & admittere Iudex, si qua iusta causa ei videbitur, & iuramento à producente recepto. quod malitiose non procedat, super eodẽ articulo post conclusionem, etiam testes examinare. *§. quia vero multi, de testi. in auth.* Sed illud vix fit, nisi necessarium videatur iudici. Neque enim tenetur deferri productioni, vel eam admittere: potissimum si producens claim & inscio aduersario velit edere instrumenta, vt eum supplantet & iudici imponat, vel vt litem differat. Quod si admittat, non absolute admittet instructo negotio, sed cum clausula libello addita, *pour y auoir tel esgard que de raison*, & sine dilatione iudicii. Alioquin enim lites essent immortales, nec finis vllus esset eis, contra quam diligenter & accurate iura statuunt. *l. properandum, de iudic. C. c. finem litibus, de dolo & contum. cum simil.*

DELE.

Digitized by Google

DE LEGITIMIS PERSONIS INTER QVAS IVDICIA FERANTVR.

LIBER XLIX.

De foro legitimo constituendo ratione actorum reorum & negotiorum.

Cap. I.

1 *Continuatio, lib.48.& 49.*
2 *Iudex in actoris & rei persona quid considerabit.*
3 *Actor in iudicio quis dicatur.*
Et reus item.num.4.
5 *Forum quo sortitur ratione domicilij, rei, contractus, & loci solutionis faciendæ.*
6 *Arbitraria actio.*
7 *Sigillorum regiorum submissio, & iurisdictio.*
8 *Incarceratio decreta non suspenditur appellatione.*
9 *Delicti forum quod sit legitimum.*
10 *Iurisdictionis suæ terminos iudex excedere non potest.*
11 *Iudices ecclesiastici & temporales separatas habent iurisdictiones ratione rerum & personarum.*
12 *Clerici de quibus rebus conueniri possunt coram iudice seculari.*
13 *Pœnæ sanguinis non infligantur ab ecclesia.*
14 *Milites hospitalarij S. Ioannis Hierosolymitani, non infligunt pœnas in suis iurisdictionibus.*
15 *Laicus coram iudice ecclesiastico, nec contra clericum coram laico conueniendus est: nisi reconuentione quis utatur.*

1 EXplicato ordine iudiciorum, secundum quem controuersiæ proponendæ sunt & excutiendæ, agendum est de personis, quarum possit esse iudicium. Et quę legitimam agendi vel defendendi personam habere dicantur, vt postea ad sententiam postremo libro, Deo fauente, & ad eius executionem perueniamus.

2 ¶ Etenim †ex persona eorum inter quos controuersia fuerit, & ex genere causæ, iudicium constituendum est. *Vlp. in l.3.§. Iulianus, de lib. exhib. P.* Secundumque modum, vitam personarum, *l. de minore, §. tormenta, de quæstio. P. l. non omnes, à barbaris, de re milit.* & dignitatem, *l. Paulus, de incen. ruin. & naufr. P.* lites ordinari & sopiri debent. Quare personæ actoris & rei, principales iudicij partes, & præcipua membra, *l. inter litigantes, & l. Iulianus, de iudicis. P.* considerari par est: eorumque negotia quę agitant, & coram quo egerint. Quare in summa, sed ordine dicendum quis actor reusque dicatur, quotuplex, de quo quæstio sit, quis agere vel defendere possit. Et num secundum ius coram legitimo iudice contendatur, an is iudex suspectus sit: ob quam causam, aliæ pro illis personæ admittantur, nempe aduocati, procuratores, & similes aliæ. Rationesque eorum omnium erunt singulis attributæ & annexæ.

3 ¶ Actor † in iudiciorum tractatu, is est, qui ad iudicium prouocat, id est, qui asserit iudicio aliquid dari, fieri aut solui debere, qui impellit qui compellat alium primum ad iudicem. *l. 2. §. fi. com. diuid. P. in le. tribus, de iudic. P. l. acti. C. de probat.* Et in præiudicialibus actionibus, is actoris partes sustinet, qui proponit intentionem, secundum id quod intendit. *l. generaliter in præiudiciis. l. 12. de act. P.* Agere etiã is videtur, qui exceptione vtitur. Nam reus in exceptione, actor est, *l. 1. de except. in P.* quia probare tenetur, quod tendit excipiendo. *l. in exceptionibus, 19. de probat.* nisi negatiua sit pura, cuius non est per rerum naturam probatio. *l. 2. eod. P. c. quoniam contr. eo. ap. Greg.* Alioquin actionis verbo non venit exceptio, quia actioni opponitur dum concurrit, & est actionis exclusio. *l. verbum oportebit, §. actionis, de verb. sign. l. 2. de except. P. §. 1. eod. ap. Iustin.*

4 ¶ Reus † relatiuum est ad actorem: & est, qui rei incumbit, qui rem defendit in iudicio. *ca. forus, de verb. sign. Reos autem,* inquit Cic. 4. de Orat. *appello, nos eos modo qui arguuntur, sed omnes quorũ de re disceptatur.* Et rursum, *Reos appello, quorum res est.* Defensor quoque idem est, qui vices eas dem gerit. *l. minor, de procura. P.* Quare duplici modo actores & rei dicentur, in ciuilibus & criminalibus negotiis. actor in ciuilibus dicitur vt plerunque: sed & in criminalibus accusatores qui arcessunt criminis eos, *l. fin. de accusat. C.* Et rei qui defendunt, & accusantur. *tot. tit. de custo. reo. & passim in iure.*

5 ¶ Rei † persona in causa deducenda, in iudicium consideratur præcipue: quia actor debet sequi forum rei. *l. iuris ordinem, & l. in criminali, de iurisd. om. iud. l. heres absens in princ. & §. fin. de iud. auth. habita, ne fil. pro patr. C. c. si clericus, & c. cum sit, de fo. compet. c. experientiæ, 11. q. 1.* Forum autem communi iure quis sortitur & conuenitur in personalibus actionibus, vbi domicilium habet, & vbi maiorem partem habet bonorum. *l. heres absens, de iud. P. l. 2. vbi Senat. vel clari. C. ca. luces, 2. de for. compet.* Et si de rei vindicatione agatur, ibi conueniendus est, vbi res sita est. *can. sane, de for. compet. tit. vbi in rem actio. & c. C. tit. vbi de hered. agi oport. C. tit. vbi de possess. ag. oport. C. tit. de fideicommiss. C. & l. statuimus, C. de episc. & cler.* Verum notat singulariter Hostiensis, *in sum. de for. compet. vers. 9 num tamen notabile.* post Azonem, quod si agatur actione reali, & quis conueniatur in loco domicilij, ibi cogatur respondere reus. Quod si agatur in loco vbi res est sita extra domicilium, non cogatur si nolit ibi respondere, possit tamen si velit: & pro eo casu ponderat integram rubricam, *vbi in rem actio exhiberi debeat vel esse queat.* Alibi itaque vocatus quam in loco domicilij, habet ius reuocandi domum, *l. si quis ex aliena, ad iurisdict. om. iud. l. 2. §. legatus in eod. de iud.*

¶ Sed †& ratione cõtractus, eo loco cõueniri potest, vbi factus 6
est. Contraxisse autem vel quasi contraxisse videtur, qui aliquid fecit alicubi, ex quo aliqua obligatio oriatur: vt si cubi tutelã vel curam vel negotium alicuius tractauerit. *Vlp. in l. heres absens, 19. §. 1. & §. proinde. Callistra in l. interdum, 36. §. fin. l. omnem obligationem, de iud. P.* Si tamen conuenit in contractu de loco vbi fides exsoluenda sit: primum ibi reus vbi solutio facienda est, cõueniri debet: dehinc si ibi non inueniatur, vbicunq; reperietur arbitraria actione. *l. 1. & tot. tit. ad eo quod certo loco. l. 1. C. vbi conuen. qui certo loco da. promis.* Potest & eligi iurisdictio ab actore alia quam domicilij, & iudex alius, qui sit tamen negotio idoneus, si reus in contractu obligationis se submiserit omnibus curiis, & sigillis, vt ait cõstitutio Francisci primi, *des iuges præsidiaux, article. 14. & 19.* Receptũ enim est licere cuique se subiicere aut submittere iurisdictioni non suæ & iudicis inferioris vel æqualis. *l. 1. & 2. & l. receptum, 14 de iudi. l. ille à quo. §. tempestiuum, ad Trebel. l. P.* & renuntiare proprio foro, *l. si quis in conscribendo. de pact. & de epis. & cler.* si inde præiudicium non fiat generale alicui ordini vel dignitati, *c. si diligenti, de for. compet.*

¶ In † Gallia frequens vsus est harum submissionum in con- 7
tractibus, pro quorũ executione pactiscuntur, vt liceat vti sigillis regiis, quæ vel Mõtispessuli, vel aliorum locorum dicuntur, quibus paratior & promptior fit executio per literas corũ, quas vocãt *lettres de rigueur*, quę conceduntur à præfectis vel subpræfectis sigilli, quos ideo dicere possumus iudices chartularios, qui bus per instrumenta & chartas eorum se voluntarie subiiciunt iurisdictioni, *de his constitu. Ludo. 12. promulgata ann. dom. 1499. articu. 161. Iudex præfectorum & subpræfectorum sigilli huius, ponuntur in artic. 147. eius constit.* vt ita eorum sit voluntaria iurisdictio, *Bar. in l. 1. de iudi. P. tradit* Iudi, *chartularios, volontariam habet iurisdictionem.* Chartularij, quod charta conscribatur: vt & chartularij sunt, qui chartas perscribunt. *§. hunc igitur, de armis, in Authen.* Sunt autem tantæ efficaciæ literæ & mandata parui sigilli, vt vbique sine codicillis cancellariæ, qui dicuntur *pareatis*, exsecutio ni demandari possint, *in d. const. Ludo. 12. art. 153.*

¶ Potest † & debitor extra domicilium, per manus iniectionem 8
imminente fuga, auctoritate non sui iudicis contineri, neque hac de causa intercessio admittitur. Sic interpres Alexãder ad l. cui iurisdictio, de offic. eius cui mand. est iurisd. enc, inquit, *cordes autoritates Doctorum, quia volunt quod nunquam iudicis incompetentia possit apponi, contra capturam ratione suspicionis fugæ.* Ratio erit, quia alioquin incompetens iudex ratione tẽporis feriarum, eo tempore & ea ratione, potest eũ capere, vt satisfaciat sisti iudicio *glos. in l. fin. in ver. si ei iussionis, de feriis, C.* Item creditor in eo casu, priuatus quamuis, prehendere fugientem cum re, proprium debitorem potest, *l. ait prætor, §. si debitorem, de his quæ in fraud. cre. P. Ludouic. Roman. consil. 192.* Quod tamen idem Alexander explicat, eam ob rem capi quidem à iudice non suo suspectum de fuga posse, at non retineri, sed remittendum ad iudicem suum, iudicij causa. Satius enim fuit & melius iudicis auctoritate prehensionem fieri, quam propria creditoris. Cũ & regiæ constitutiones prohibeant prehensiones quæ fiebant hoc modo. & vt dicunt, *de se rendre prisonnier corps pour corps*, idque iuxta l. fin. de exhib. reis. C. Et hæc tutior & firmior est via, mandato iudicis prehensiones fieri, quod non moratur prouocatio seu appellatio. Nam sine præiudicio eius (maxime si mandatum seu decretum incarcerãdi præeũte inquisitione eaque iudici cognita, emanauerit) exsecutionẽ legitimam habet, & manus iniici ab apparitoribus possunt, ex constit. Carol. 7. artic. 17. cui consentit Henri-

Digitized by Google

ci 2. constitutio, *Henric. 2. const. 1550. du reiglement de la iustice.* qua 4. August. 1550. artic. 10. cauetur, vt si quis à iudicibus edictali vadimonio euocetur, quod dicũt adiornetur personaliter, dum intra fines territorij illorum est vel qui in eo admisit delictum, non audiatur prouocans, nẽpe vt à præparatoriis iudicij: sed reiiciatur ad eosdẽ iudices, dicturus corã, vel in vinculis causſam translationis incompetentis fori, vel reiectionis iudicis, idque secundum l. si quis ex aliena, de iurisd. omn. iudic. P.

9 ¶ Et † quia in delictis obligatio ex re fit, & ex facto nascitur, vt ex furto, rapina, cęde, *§. 1. de oblig. quæ ex delict. nasc.* ibi quoque vocari potest in ius reus, & pœna exigitur, vbi maleficiũ admissum est, *in l. vbi Senat. vel clari. C. l. 1. & auth. qua in prouincia, C. vbi de cri. agi oportet, cap. si quis episcopus damnatus, 11. q. 3. c. placuit, 6. q. 3.* Vel si errones sint, quocunque loco recipiuntur, *l. 1. vbi de crim. agi oport. C.* facti iurisdictionis latrunculatoris, *de quo in l. solemne, §. fin. de iudic.* aut præpositi marescallorum.

10 ¶ Et hæc † omnia intel ligi par est, si modo res, de quib. contenditur. vel personæ qualitas, eius sunt fori, coram quo iudicium postulatur. Nam alioquin nemo iudex esse potest vltra iurisdictionem sibi concessam, *l. fin. de iurisd. omn. iud. P. l. 1. qui pro sua iurisdict. iud. da. poss. C. l. 1. si à non comp. iudi. C.* aut vltra limitatam rem, *d. l. 1. eod.* vel præstitutum tempus, *l. 2. §. si iudex, de iudic.* nec alibi quam vbi locus iuridicundo dictus est. *l. si vt proponis, in 2. leg. §. quom. & quan. iud. C.* Sic etenim cuique concessa iurisdictio est conseruanda, modo data est: ne ordo politiæ turbetur, confusis actionibus humanis. *ca. peruenit, 11. q. 1.* Aliter à non suo iudice sententia lata, vim non habebit. *l. 1. & fi. C. si à non compet. iud. c. at si clerici, de iudic. ca. ad audientiam, de consuet. ud. c. inprimis, 2. quæst. 1.*

11 ¶ Pro † rebus ecclesiasticis adire debet solus iudex ecclesiasticus, non secularis: pro temporalibus, secularis. *ca. ex transmissa, de for. compet.* Et si quædam res sint, quæ tanquam spirituales, & tanquam temporales considerari possint, iudicis spiritualis vel tẽporalis electio erit. *c. cum sit generale, ca. 8. & vbi gloss. alios casus enumerat, de for. comp. c. cum tu, de vsur. c. tuæ, 5. de proc.*

12 ¶ Sunt † & quædam priuilegia, ob quæ possunt rapi in ius ecclesiasticæ personæ ad tribunal iudicis laici, quæ enumerat Chasſanęus ad rub. *des iustices,* in consuetud. Burgund. vt si non vtantur officio clericali, iuxta clem. vni de vita & honesta. cleric. vt & aresto dictum refert Papus, lib. 1. Rhapso. aresto. tit. 6. aresl. 1. Et si cõmittant delictum Chirurgicam artem exercẽtes, inibi aresl. 2. Si inueniantur in habitu laicali & vulgari, varij coloris, eod. aresl. 3. Si cum stipendio militiæ inseruiant, eod. aresl. 6. Nam eo ipso fiunt irregulares, nisi restituantur, vel, vt dicunt iura, nisi rehabilitentur per summum Pontificem. *cap. fin. de cler. coning. cap. perpendimus, de senten. excom.*

13 ¶ Plerumque † reis ob maleficia imponendæ pœnæ sunt, quę non sunt potestatis proprij iudicis, & ideo ad alium iudicẽ reiiciendi sunt. Veluti si agatur de pœna sanguinis imponenda, vel mortis temporalis: pro qua ecclesia, quæ nõ iudicat de hoc gladio temporali, *ca. clericis, 5. & c. sententiam sanguinis, ne cleric. vel mon. secul. negot. se immisc. c. ex literis, de excess. prælat. c. in archiepiscopatu, de raptor.* remittit reos ad iudices temporales prius exauctoratos seu de gradu clericali deiectos & depositos. *ca. at si clerici, de iudic. ca. nouimus, de verbo sign. c. ex communicamus, de heret. cum simil.*

14 ¶ Qua † ratione Priores seu Commendatarij ordinis militum hospitalis S. Ioan. Hierosolymitani, qui ex religiosorum ratione votorum participant, nullo modo, nec eorum iudices intra fines iurisdictionum suarum, si de pœnis capitalibus vel sanguinis statuẽdis agatur, etiam inter sibi subditos cognoscunt: sed vel reos dimittunt, vel ad seculares curias remittunt puniendos, vt scriptum est, statutis eorum militum, tit. 18. c. 5. & 6.

15 ¶ Iure † communi autem, in aliis cautum, ne clericus à laico iudice, vel laicus ab ecclesiastico iudicetur, *ca. 2. & ca. at si clerici, 4. de iudi. auth. clericus quoque, & const. Frederici statuimus, & auth. nullus, C. de episc. & cler. §. sed neque pro qualibet, de sanct. episc. in Authen. §. 1. vt cleric. apud pro episco. in Auth.* nisi forsan reconueniendo quis velit actorem reum facere. Nam tunc conuentione, iudex alias incompetens, fit competens. *in c. 1. & 2. de mutu. petitio. c. 1. §. cuius in agendo, 3. q. 8. Paul. l. qui non cogitur, 22. de iudic. P. l. cum Papinianus, & auth. & conseq. de sent. & interloc. C.* Exceptis criminalibus quæstionibus, in quibus non admittitur reconuentio nec compensatio, si criminaliter intendentur: cum non relatione criminum, sed innocentia reus purgare se debeat. *l. in qui, de publ. iud. P. c. neganda, 3. q. 11. l. neganda, de in qui act. non poss. C.*

A quibus agatur, & qui conueniri possunt.

Cap. 2.

1 *Agere qui possint aut prohibeantur.*
2 *Excommunicati à quacunque litis parte repelli possunt, & cuiusmodi debeat esse excommunicatio.*
3 *Seruus suo nomine, vel alieno quando esse in iudicio potest.*
4 *Magistratus maiores non poterant esse in iudicio.*
5 *Lis eiusdem rei diuidi non debet coram diuersis iudicibus.*
6 *Accusare vel accusari qui possint in criminibus.*
7 *Filiifamilias quomodo, & pro quibus in iudicio esse possint.*
8 *Vxor pro quibus, quando, & quomodo in iudicio esse possit.*
9 *Eis quomodo inter patrem & filium esse non possit.*
10 *Feriarum tempore an lites, & qua quiescant.*
11 *Minores quando in iudicio sine curatoribus esse possint, vel non.*
12 *Monachus quomodo in iudicio esse possit.*
13 *Capitulum quando potest, vel non potest esse in iudicio, sine consensu sui Prælati.*

AGere & conueniri possunt omnes, qui non sunt nominatim prohibiti in iure. Ideo obiter qui prohibeãtur admonendi sumus, cum distinctione: vt quidam in omnibus, & omni tempore, prohibentur: alii non in omnibus, sed in certis: alii nũnisi tempore quodã: alii, nonnisi de certis & certo modo. De singulis quædam exempla proferam. 1

¶ Inter † illos qui omni tempore, & in omnibus non possunt esse in iudicio, sunt excommunicati, & quamdiu tales remanent: quia in quacunque parte litis illis obiici potest illa exceptio, & reiiciuntur à iudicio. *c. cum inter, c. à nobis, ca. exceptionem, de except.* Ne quisquam cum suæ animæ periculo, & cum illis communicare contra interdictum Ecclesiæ cogatur, *ca. definimus, 4. q. 1. c. nulli, de sent. excomm. in c. 11. & 9. Apost.* Verum qui obiicit excommunicationem, eam probare debet, si non appareat excommunicati confessione, vel alio modo. Eiusque probationis causſa datur à iudice dilatio, in qua si non probetur, litem prosequitur: si vero appareat ex causſa sibi commissa oriri excommunicationem eam soluet: aut si aliunde oriatur, remittet excommunicatum prius absoluendum, ad cõpetẽtẽm iudicem. *in c. prudentiam, de offi. delega.* Interim autem quamdiu nõ probabitur excommunicatio, non reiicietur actor nouo iure, si post exceptionem intra octo dies dilationis non probetur. *c. pia consideratione, de exceptione in 6.* Accedit tex. tit. de excommunicat. non vitand. in pragmatica sanctione, & in Concordatis, quo non vitantur excommunicati in sacramentorum administratione & communione: nisi excommunicetur certa persona, vel certus interdicatur locus, vel ecclesia, &c. & nisi notorie excommunicatus notetur. Quod adhuc de maiori non de minori excommunicatione intelligendum est. 2

¶ Siquidem † maior non minor repellit à communione & ab agendo. *ca. penult. de sentent. excomm. c. Engeltrudam, 3. q. 4.* Secundo, seruus nullo modo ex sua persona in iudicio agere vel conueniri potest ciuili modo, *l. seruus l. cum debitoris, C. de iudic. l. vix est, eod. P. l. non seruum, C. de rei vindic.* quamuis dominis acquirat actionem & suo facto aliis agendi vel defendendi causſam, *l. qui à seruo hereditario, de actio. P. l. 1. & l. sine mihi, 15. de stip. serv. P.* id namque facit nomine alieno, non proprio. Quare si qua iniuria affectus est, non ille, sed dominus eius, etiam eo inuito experitur, *§. seruus autem, de iniur. apud Iustin.* quanquam ipse ex delictis puniri possit, quia naturalis iuris particeps ex eo obligatur, & obligationem, id est, pœnam, soluere cogitur. *l. serui ex delictis, de actio. P. cum simil.* 3

¶ Tertio, † qui erant in maiori magistratu, eoque temporali, pendente administratione neque agere vel defendere poterant. *l. pars literarum, 48. de iud. P. l. 2. de in ius voc. C.* 4

¶ Quarto, † qui de causſa per se alibi introducta, coram alio iudice vult agere, & qui diuidere negotium satagit, non auditur. *in l. nulli, C. de iudi.* Vt si coram vno iudice de causſa possessionis, coram alio vero de eadem causſa eiusdemque rei, & contra eandem personam agere velit, *c. 1. de causſ. posse. & proprie. c. 1. de sequest. posse. c. fin. de iud.* Et vbi cœptum est iudicium, ibi finem accipere debet. *l. vbi cœptum, de iud. P.* Quo fit, vt si plures sint qui de vna re contendant, ad eundem iudicem remittãtur: veluti si agatur iudicio communi diuidundo. *Pompo. in l. 1. & Papin. l. 2. de quib. reb. ad eund. iud. eat. P. l. 1. de consort. eiusd. litis, C.* 5

¶ Quinto, † sunt personæ quæ omnino in criminibus accusare aut accusari non possunt, de quibus abunde à nobis dictum est supra lib. 32. istius Syntagm. à c. 12. vsque ad c. 20. 6

¶ Qui † vero in certis quibusdam negotiis tantum agere vel conueniri possint, ex pluribus exemplis referam pauca. Primum in filiisfamil. qui sine auctoritate patris regulariter agere non possunt, & ideo pater in quibus in iudicio esse debent, auctoritatem eis præbere cogitur. *l. fi. §. necessitate, de bon. quæ lib.* Verum in certis quibusdam casibus, potest esse. *l. filiusfamilias, de action. P. c. fi. de iud. in 6.* quod explicauimus etiam lib. 11. istius Syntagm. ca. 8. num. 24. & 25. Atque Bartol. in l. fi. §. 1. de verbo. obligat. P. addit, filiumfam. minorem 25. ann. litigantem pro re quæ patrem non tangat, non posse adesse in iudicio sine curatore, quanquam à patre fuerit auctoratus. Sufficere tamen, in quantum interest patris, auctoritatem eius. Hodie autem in Gallia ex communi praxi, si maior sit filiusfamil. non desideratur auctoritas patris, & sine eo in iudicio esse is potest. Quod si minor est, in quibus nõ interest patris, cũ curatore dato litigatur. Si vero interfit patris, & pater deneget præstare auctoritatem, cogitur officio iudicis. Et sic Senatusconsulti decisum refert 7

Papo,

Digitized by Google

Papo,li.7.Rhapsod.arresto.tit.7. arest.1.

8 ¶Secundo,† vxor in iudicio esse non potest regulariter per se,sine auctoritate mariti, nisi publica negotiatrix sit, vel nisi de crimine agitur.*Boer.in §.4. de consuet.statuta & iura personarum in consuet.*Bitur. Nos etiam de hoc plura tractauimus in prædicto li.11.huius Syntagm.c.4.nu.21.& seq.Docet & late Chasanæus,quando vxor cõtrahere & esse in iudicio possit,*ad §.5.aes droicts appartenans à gens mariez.* Notat & Masuerius, *vide Masuer.tit.de contumacia,§.item & idem est in vxore,& §.seq.* vxorem in controuersia rerum dotalium vocari debere in iudicio cum auctoritate mariti, quod in hoc censeatur esse sub potestate ipsius:vt & in filiofamil. seruandum, si de rebus quæ patri quæruntur agatur.Quod si inquit,pater vel maritus fuerint adiornati,pro auctorisandis filio aut vxore,& ad diem adsignatã non comparuerint virtute defectus,curia debet filium aut vxorem, si compareant,& hoc si petatur,auctorisare. Notat & Ioan.Faber,in §.fuerat.col.1.de actionibus.Quod ex consuetudine regni Franciæ,vir & vxor simul pro re dotali immobili agunt:sed omnes actiones competentes vxoribus, competere & viris, de consuetudine,pro quibus & viri soli experiuntur, pro quo facit,l.1.§.n.cum l.seq. de iniur.P. Boerius ad §.4. de consuetud. de iure personarum,ad ver, *En cas d'exces*, in consuet. Biturig. Et iure ciuili,non potest vxor agere pro dote coram vllo iudice,seu vir contra patrem vel alium promittentem,*l.si pater, & ibi Sa.. & alij,soluto matrim.P.*constante matrimonio,& nisi eo soluto,*l.in rebus,de iure dot.C.* vel marito vergente ad inopiam,*l. vo adhuc,de iure dot.C.l.si constante,sol.matr.P.* vel si dos illi fuerit legata agere poterit. *l. Seruo legato,72. §.si testator, de lega.1.* Cum tamen hodie ex consuetudine,pro dote siue legata siue constituta, ambo coniuges agant. Vide & de his Boer. quæst. 328 & Masuer.in tit. de dote, §.item maritus & non vxor, in praxi.

9 ¶Item 3.† generaliter lis nulla esse potest,inter patrem & filium in potestate constitutum,*..si.C.ae in ius voc.l.generaliter,eod. P.l.lis nulla,de in.P.l.actiones aduersus patrem,de act.P.* neque emãcipato quoque in patrem vel liberto in patronum dabitur actio:nisi impetrata venia à prætore,seu iudice. *l.pen.& fin.de in ius voc.P.§.si.de pat.temer.lit g.a..Iustin.* Certisque in causis tantum,ex quib.agendi datur à iure facultas:veluti si quæstio sit de peculio castrensi,vel quasi,*d.l.in nulla ae in.l.si quis vxori,53. §. 2.& 3.& l.si adultera,* 1.§.*si de fideiuss.* de petitione alimentorũ, *l.si quis à liberis,de liber.agnos.* aut de aliis,quæ adfert gl. in l. lis nulla,de iud.P.

10 ¶Ratione †etiam temporis,actor vel reus in iudicio contentioso non admittuntur,vt si feriæ sacræ & solemnes sint, quibus iura edixerunt sistere lites,*l.omnes iudices,3.& l. omnes dies, 7.l.quadragintа,6.& l.si.C.de feriis.*& ob tempus etiam aliud feriarum solemnium vel repentinarum,secundum ea,quæ à iure in illis nominatim prohibita sunt.*l.1.C.ne feriis.l.1.eo.P. c.1.eod. ap.*Greg.Exceptis etiam quæ voluntariæ iurisdictionis sunt, *l. 2 & l.actus,*8.C.*eo.Solet,eo.P.* vel ob necessitatem permittũtur, *vt l.prominciarum,9.C.eod.l.1.§.fin.l.2.3. eo.P.* nos plura de feriis suo loco tradidimus.*Supra libr.2. istius Syn.agm. cap. decimosexto.* Imperator Otho,in legibus Langobardicis,*l.2.est.ne fer. lib.2.l. Lang.b.* prohibuit quæstiones litium agitari in natiuitate Domini,in Epiphania,in statis ieiuniorum diebus, in quadragesimalibus, in pascha,te, in ascensione Domini,in Pentecoste,festis præcipuis & Dominicis.Et Emanuel Comnenus,constit. 2. *τῶν ἀνωμότων ἡμερῶν,li.1.iur.orienta.in const.Comneni Emanuelis.* de feriis,tradit dies quosdam esse nefastos omnino & nefastos quodammodo,vt Apostolorum, & sanctissimæ virginis Mariæ, & alios,quos enumerat,in quibus iudicia exercere non licet. Alios partim feriatos & partim fastos,vt sanctorum quorundam, quos ibi enumerat,in quibus quidem mane donec mysteria sacra & diuina facta fuerint,non licet iudicia exercere,postea autem,licet,dummodo actis iudiciorũ nominatim inseratur, quo tempore facta fuerint.Vocabãt hos dies,vt docuimus in feriis, intercisos.Item alios esse omnino fastos,in quibus liceret eque omnia negotia expedire.

11 ¶Qui †vero pro certis & certo modo tantum habent legitimam personam sistendi in iudicio,sicut in primis pupilli & minores,contra quos non recte iudicatur,nisi interuenientibus tutoribus,vel curatoribus,qui pro eis agant vel defendant,*in l.1. & 2.qui legit.person.stan.in iudic.hab.C.l.clarum,de auctor. præsta.* C.Exceptis quibusdã casibus,vt si minor agat de thoro suo violato,seu de adulterio,C.ex parte,de restit.spoliat.vbi & glo.alios notat casus.

12 ¶Monachus † iniuria affectus, non agit per se: sed Syndicus monasterii pro illo,vt non tam ipse iniuria, quam ecclesia lædi videatur,nec ipse remittere iniuriam possit,& condemnatio fiat tanquam pro læsa ecclesia.*c.parochianos,de sent.excommunicat. & ibi glo.*

13 ¶Neque †capitulum vel monasterium agunt sine consensu seu prælati,quando capitulum & monasterium habent nẽgotia cum prælato coniuncta.*ca.cauam,que,in 9.de iniur.c.nouit. ae hæc quæ fiunt à prælatis sine cons. capituli ca.sine exceptione,*12.q.2. Nam quibus alienatio rerum interdicitur, iisdem & actiones exercere vetitum.*l.ait prætor,de iure delib.*P. Alioquin vero, si separata sunt bona collegii & prælati,alterum sine altero conuenire & agere potest.*c.cauceri,de rescript.vbi gl.hanc quæstionem examinat.& glo.in c.2.de procu.* Sed nec in aliis monachus sine licentia Abbatis agere vel conuenire,vel esse in iudicio potest, sine licentia Abbatis,*c.monachi à monasterio,*16.q.1.cum licentia aliquãdo permittitur,*c.de præsentium,eo.*16.q.1. Sunt & aliæ qualitates & conditiones personarum,quæ prohibent esse in iudicio,quas non prosequor, ne mittam manum in falcem alienam contra morem meum. Sed videre illas poteris, in libello satis trito Nepotis de monte Albano,qui dicitur liber fugitiuus, titul. de exceptio.contra reum.

De Iudicum reiectione & subsortitione.

Cap. 3.

1 *Suspicio in iudicio & litigantium & iudicum cauenda.*
2 *Recusare iudicem quia est.*
3 *Suspectus nobis quis dicatur. Suspicionis causæ iudicis quæ legitimæ,nu.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.& 17.*
14 *Iudex est non potest qui aduocatus aduersarij fuit, quando contra.*
18 *Præsidialis curia ex vnius lite reijci potest.*
19 *Recusatio ab iis quorum interest tantum proponitur. Quando vero proponatur & forma proponendi. numer. 20. & 21.*
22 *Iudices omnes ex caussa recusari possunt.*
23 *Scholasticus in Cancellaria potest recusare Doctorem sibi suspectum.*
24 *Recusari an possit tota curia, & consistorium principis.*
25 *Conciliorum generalia recusari non possit.*
26 *Curia parlamentaria tota quando, & quomodo recusari possit;*
27 *Recusatio fauorabilior appellatione.*
28 *Recusatio principis à principe impediri non potest.*
29 *Recusationis finis & rationes. num.30.*

Dictum est coram iudice idoneo conuento reo, ita demum actoris legitimam esse personam. Illud porro explicandũ nunc superest,idoneum maxime eum esse,qui suspectus neutri litigantium sit:nam ex ea sola caussa,quia suspectus, *ca.iudex ab Apostolica,de offi.ae leg.in 6.* reiici debet.Maxima vis est suspicionis in iudiciis, siue de litigantibus, siue de iudice oriatur: sicut de Sylla dixit Plinius,*li.7.c.44.facit ca.accusatoribus,3.q.5.* constare eum ab Antonio fuisse proscriptum secundo,nulla alia de caussa, quam quod antea fuisset proscriptus. 1

¶Recusare † iudicem suspectum,nihil aliud est,quam caussas legitimas legitime adferre,propter quas quis dicat iudicem cognoscere vel iudicare de contentione seu lite non debere. *colligitur ex c.suspicionis,de offi.ae leg & ca.cum speciali,de appella. cap. quia suspecti, 3.q.5.l.fi.de iudic.*C.Recusare, idem est ac declinare,reiicere,aut nolle.*l.recusari.93.ae a.q.hereu.P.l.recusare, 6. ad Treb.* P. 2

¶Suspectus †porro is nobis dicitur,cui non adhibemus fidẽ, cui nos omnino committere nolumus,nec committi tuto putamus,arbitramurque eum potius partes aduersarii iniuste, quã nostras iuste securum. 3

¶Suspiciones †porro quibus reiiciuntur iudices,non tantum sunt illæ,quæ arguunt suspectum tutorem vel debitorem:sed & vltra aliæ,ex odio,& amicitia collectæ & indicata.Tutores suspecti reddũtur vel maxime ex fide,atque administratione callida & fraudulenta,*l.si creditores,15.quæ in fraudem.P. l. in postulãdo,de suspe.tuto.C. l.suspectum.eo.P.§.fin.eod.ap.Iustin.* debitores, ex facultatibus,*d.l.si creditores.*Quatuor autem caussæ iudicium peruersum & suspectum arguunt.*ca.quatuor,& cap.sequenti. qu.* 3.Caussæ ex quibus oriuntur suspiciones, de quibus conqueri quis iuste possit,illæ in genere esse possunt,quæ reiiciunt à testimoniorũ fide testes,paucis exceptis,de quibus glos. in c.cum R.Canonicus,de offic.delega.& in c. accedens.in ver.*subesse*, vt lite non contest.non proc.ad test. examinatio, vbi & leuiores caussæ suspicionis,facilius reiiciunt iudices quam testes: quia plures iudices facilius habentur, quam testes. Caussæ quoque suspicionis referuntur variæ in specie in proxime citatis locis. & à glo.in c.causam quæ,de offic.& pot.iudi.delega. à Ialone, in l.apertissimi.C.de iudic.à Lanfrancio de Oriano,in sua praxi,& repetitio.cap.quoniam contra,de probatio. ad verb. *recusationes*:ab Hostiense in sũma,post finem titu.de offic.deleg.Robertus Marant.part.6.de ordine iudiciorum à nu.24.vsque 74. adfert 40.Quasdam magis quotidianas referam,ceteras videndas apud prædictos interpretes.præterimittam. 4

¶Ergo †primam dicimus caussam suspicionis iudicis esse,si sit consanguineus alterius aduersarii,*..accedẽs,vt li.non contest.&c.* vsque ad septimum gradum,*iuxta gl..l.postremo,de appellat.*.. quia 5

Digitized by Google

ad illum porrigitur succedendi linea, *ca. ad sedem, 35. qu. 5. cum similib.* quamuis vltra quartum non extendatur prohibitio nuptiarum. *c. non debet, de consanguin. & affin.* Sic & procurator qui affinitate aduersario iungitur, potest à domino litis tanquam suspectus, amoueri. *Vlp. in l. aut affinitate, 22. de procur. P. c. absens, 3. q. 3.* Hic tamen arbitror mores regionum sequendos, vt discernamus in quorum gradum affinitatis vel proximitatis producatur affectio,

6 ¶ Secundo, † domesticus aut familiaris, si fuerit aduersarius iudicis: vel contra, si iudex domesticus vel aduersarius fuerit aduersarij, recte recusabitur. *c. insinuante, & c. causam quæ, de inoffic. ad leg. P.* Omnis domesticus familiaris dici potest, *ca. 1. §. fina. qual. iura deb. ex mi. vasal. fideli. li. 2. feud. tit. 5.* Familiaris à familia dictus, non is qui nobiscum aliquando conuescitur, sed qui cõsuetudine pene continua nobiscum degit, & commensalis iudex aduersarii reiicitur ita, *c. accedens, in 2. in li. non cont. & c. apud Gregor.* Familia namque à famulis primum dicta: Famulus autẽ primum dictus Oscis seruus, dehinc appellatio prorogata ad filios & ad amicos quotidianosque commensales, & eos qui in seruitio nostro sunt, etiam liberos homines, *l. pronuntiatio, 195. §. familia, & l. detestatio, 46. §. familiæ, de verb. sig. l. adiles etiam, 25. §. familiæ, ædilit. edict. l. quicunque, 10. de re milit. li. 12. C. l. fi. C. de verb. sign.* ita qui iurisdictioni præest, nec sibi, liberis, vxori, libertis, & quos secum habet ius dicere potest. *l. qui iurisdictioni præst, 10. de iurisdict. om. iud. P. l. lex Cornelia, 5. de iniur. P.* Est & familiaritas, amicitia: vt quando datur licentia ingredienti iure familiaritatis fundum alienum. *in l. qui iure familiaritatis, 41. de acq. poss.* Et quando Callistratus vlteriorem familiaritatem, explicat conuersationem æqualem, vnde contemtus oritur dignitatis. *l. obseruandum, de offic. præs. P.* quia amicitia vel æquales facit, vel æquales recipit. Et familiaritatis consuetudo & affectio, veritatem solet impedire, *c. accusatus, 3. q.* & eo magis firmior amicitia, quo honestioribus familiaritatis quæsita fuit rationibus. *P. de culpa, 223. de verb. sig.* Hic ergo affectio inæqualis in alterum ex litigantibus, sanum iudicium non præsumit. Quare si æqualiter & gradu proximitatis, vel affinitatis, vel familiaritatis, iudici coniungantur omnes litigantes, suspicio cessat. *Trophon. in l. non solum, 9. de vno, de ritu nupt. P.* Sic amore inæquali peruerti iudicium intelligi par est, dum amico & propinquo auxilium ferre contendimus. *c. quatuor. & c. sequ. 11. qu. 3.*

7 ¶† Si tamen aduocatus vel procurator actoris, vel rei, Iudicis commensalis fuerit, vel familiaris, non ideo iudex vt suspectus reiicitur, *c. 1. de offi. iudic. tit. gene. ca. ex insinuatione, & ibi glo. in ver. actuarius, de appella.* Nam & socius socii mei, socius meus nõ est, *l. nam socij, 21. pro soc. P. l. consilij, §. fi. de reg. iur. P. l. Modestinus, de ver. sig. P. c. legitur, 31. dist.*

8 ¶† Subinde neque suspectum dices Iudicem, eo ipso quod in gradu vel affectionis, vel proximitatis, vel affinitatis sit aduersarii, sed tantum si vt suspecti recusetur eius iudicũ, Sine recusatione quippe, & in priuatis negotiis, pater filium, & filius patrem Iudicem habere potest, *l. in priuatis 77. de iudi.* quippe iudicare munus publicum est, & quod omnibus patet, *le. quippe iudicare, 78. eod.* & volenti non fit iniuria, *le. nemo videtur, de regu. iur. l. venator, de restit. vend. Cod. l. cum donationis, Cod. de transl. cum similibus.*

9 ¶† Sed ex superioribus quoque constat, & recusari posse iudicem, si aduersarii dominus sit, *cap. causam quæ, de offi. deleg. l. 1. §. quacunq. prad. pot. C.* Et si regulæ quidem antiquæ fœderis clientis & patroni, quo summa deuinciebantur coniunctione, vt alter alterum nisi iuuaret in omnes, esset sacer & deuouendus, vt ait Dion. Halicarn. in *2. vide & Gel. de gradu officiorum, & quomodo clientes proponantur proximis, libr. 5. ca. 13.* Proculdubio patronus in causa vasalli & clientis, à non cliente recusati iuste poterit. Verum cum iurisdictionem domini territoriorum exerceant in subditos, beneficio & permissione Regis, non ideo suspectũ iudicium, quod subditus litiget corã suo iudice & domino, qui clientulæ ius antiquum non habet: nisi contendamus vasallum sub patrono domino, dici veluti domesticum eius: & ita si cum eo non vasallus agat, declinare eum domini aduersarii iurisdictionem posse. Notat enim Auitus Amerpachius, in consuetudinibus Caroli Magni capitularibus, in capitulari Lotharii quod incipit, *Capitula quæ aliqui ex missis nostris ad nostram notitiam detulerunt, c. 22.* vassum à verbo Germanico declinari *à vase* vel *vasse*, id est cognito, & significare domesticum, & admissum in interiorẽ familiaritatem. A quo tamen dissentire videtur capit. primum, qualiter fidelitatem iurare debeat vasallus, vbi distinguitur inter vasallũ simpliciter, & vasallum qui est domino familiaris, diuersaque vtriusque constituitur fidelitatis forma. Ex vtraq; tamen remanet suspectum Iudicium fore: cum iurẽt sibi inuicem fidelitatem, auxilium, & consilium præbituros: in personis & rebus incolume, tutum, honestum, facile, possibile, contra omnem hominem Imperatore & Rege exceptis, *c. 1. de for. fidel. & c. 1. de no. for. fidelit. in vsib. feud. c. de forma, 22. q. 5. vide glo. in c. accedens, in 1. in ver subesse, vt lite non cont. & c. ap. Greg.*

10 ¶† Sunt & tres iudices socij aduersarii vt suspecti recusabiles litiganti, non socio: vt si iudex & aduersarius sint concanonici; vel eiusdem collegi. *c. cum Raymundus canonicus, de offic. deleg. ea. accusatores, 3. qu. 5.*

11 ¶ † Quarto, si iudex sit oriundus ex eadem patria, cuius est aduersarius, secundum c. accedens, in 2. vt lite non cont. apud Gregor. vt Dauid ea de causa visus est Satrapis suspectus in pugna instruenda contra Israelem, rogarunt que Agidem regem, vt ei commeatum daret & abiret, *1. Reg. ca. 29.* Et Cic. dicebat, non posse illam propiorem esse cognationem quam patriæ, *Cic. 1. de Orato.* Plura hic de patriæ amore dici possunt, quæ ex locis communibus haurire facile est, sed parum apposite forsan: cum mihi non probetur hæc recusationis causa, vt nimium longinqua: ni cum patria & familiaritas coniuncta sit.

12 ¶† Placet autem quinto loco ea suspicionis occasio, quę causam habet si Iudex sit suffraganeus aduersarii, *c. accedens in 2. vt lit. non cont. & c.* quia ei imperari potest.

13 ¶. † Vel sexto, si iudex similem causam ei quam aduersarius mouet, habeat, *ca. causam quæ, in 2. c. 18. de iudic.* verendum enim, ne cum detrimento alterius, suæ causæ præiudicium velit constituere, *l. 1. quod quisque iur. P.* quemadmodum & probe testes reiiciuntur, si participes sint negotii, & similem causam habeat, *c. personas, de testib. c. si testes §. liberi, 4. qu. 3. c. cum ecclesiastica, de except.* Et Iudex nemo esse potest in causa propria, *l. 1. ne quis in sua causa. iud. C. l. qui iurisdictioni, de iurisd. om. iud. P. Neque si sua causa ageretur,* vt ait Cic. *pro Sex. Rosc. testimonium diceret, & si assereret, non crederetur.* Item septimo, qui pro aduersario fuit aduocatus, in ea causa Iudex esse non potest sine suspicione, *l. fi. de assess. C. l. quisquis, C. de postul. gl. in l. cuiusdam, de custo. reo. P. c. postremo, de appellat. l. prætor, 17. de iurisd. om. iud. P.* vel si consultor eiusdẽ fuerit, *Io. Andre. in c. si contra vnum, de off. deleg. in 6. l. Prætor.* aut solicitator, *Rota. decis. 156.* Octauo, & suspectus est, si curauerit Iudex sibi causam committi, *gl. in c. si contra vnum, in addit. de offi. delega. in Sex. in ver. causa legitima. Spec. tit. de recusatio. vers. item si ipse Auferius, tracta. recusa.* qui se ingerit enim, suspectus est, *l. nam ad ea, de proc. P.*

14 ¶† Maximo si pars aduersaria cum nominatim dari Iudicem petierit, quod & mali exempli, & ad verecundiam Iudicis pertinere responsum est à Callistrato, *in l. obseruandum, 47. de iud. P.*

15 ¶ † Similiter nono, si Iudex in ea causa pro aduersario fuerit fideiussor, vt & tãquam in causa propria Iudex merito reiiciatur, *Bal. in l. si cus legetur, de leg. 1.* Exceptiones enim quæ dantur reo ex parte rei, dantur fideiussoribus, *l. adeo si nes, 11. Co. de except. l. omnes, eo. tit. P. l. quod dictum, de pact. P. cum simil.*

16 ¶† Decimo, plane si inimicitiæ præcesserint cum Iudice, recte recusatur ab eo cui inimicus fuit: ne iratus nocere cupiat, vel læsus se vlcisci desideret, *d. c. cum Raymonaus canonicus, & c. cum super eo, de offic. delegat. c. accusatoribus, 3. q. 5.* Et vt ait Plautus in milite glorioso.

Cum inimico nemo cito in gratiam redit,
Opus est nunc tuto loco.

17 ¶† Ex constitutione etiam edita Aureliæ in comitiis, ann. 52. si quis litiget cum vno ex consiliariis fori Senarchi, vel præsidialium, recusare potest omnis curia, & causa reiicitur ad proximã aliam sedem Præsidialem.

18 ¶ † Recusatio proponitur tantum à litigantibus, & ab eo cuius interest iudicium fieri vel non fieri, *ca. veniens, de test. cap. cum super, de re iudi. Panorm. in cap. cum super, de offic. deleg.* non ab alijs, & est voluntaria etiam istis hæc facultas, vt omitti possit.

19 ¶† Ideo pro formula proponendi recusationẽ, obseruatum est, vt proponatur ab initio litis, vix enim post contestatam litẽ exceptio hæc admittitur: nisi post contestationem nupertime causæ suspicionis suboriantur, vel ad notitiam de nouo peruenerint, *l. apertissimi, Cod. de non iudic. c. inter monasterium, de sent. & re iudi. c. pastoralis de except. l. quidam consulebant, de re. iu.* P. Regula quippe generalis constituitur, exceptiones dilatorias transferentes iurisdictionem seu declinatorias, initio litis proponi debere: alioquin contestatione facta omissas repeti non posse, nec litigantes pedem referre iudicio posse, cum iam in iudicem contestatione consentium videatur; *l. nemo, C. de iurisd. om. iud. l. fi. C. de except. l. sed & si susceperit, de iud. P. c. inter monasterium, de sent. & re iudi. c. inducias, §. fi. 3. q. 3.* demto casu quo post contestationem cognita recusationis causa fuerit, *l. non distinguemus, §. cum quidam, de arbi. l. Iulius, de iud.* Quare cõstitutio Caroli 7. statuit, vt qui voluerit proponere tunc causas has recusationis, iuret nuper subortas, vel sibi nunc tantum cognitas, cõstit. *Carol. 7. artic. 64.* Exstat & cõstitutio Francisci 1. edita de iudiciorũ norma & formulis, qua cautũ artic. 113. recuperatores siue cõmissarios & delegatos per curiam, peregre executioni sententias vel aresta demandaturos, posse quidem recusare & reiici, antequã proficiscantur in locũ vbi exsequi debẽt. Et idcirco in cõmissione præsentanda vocantur, quorum interest antequam abeãt, dicturi si quam iustam recusationis causam habeant, quam si tunc nõ proposuerint, non possunt, cum in locũ executionis peruenerint, recusare: forsã vel ex eo quod nudus

exsecu-

Digitized by Google

exſecutor non habet iuriſdictionem contentioſam, quare ſi cauſſæ recuſationis, contra eos proponantur, de earum veritate vel legitima ratione, pronuntiare non poſſunt, vt notat Ægidius Bordinus in paraphr. ad conſtit. regias anni 1539. art. 10. *facit l. ab exſecutore, de appel. P.*

21 ¶† Debent inſuper iſtæ cauſſæ recuſationis edi in ſcriptis, & libello comprehendi, *l. apertiſſimi C. de iud. ca. ſecundo requiritur, de appel. c. quoniam contra, de prob.* vt cogitate non temere proponãtur imminente pœna temere proponenti ex conſti. etiam regiis, pro ſingulis cauſſis temerarijs, in curijs inferioribus 10. libra. turon. in ſupremis 20. libra. Et ita cogunt vel pœnam luere, vel probare cauſſas propoſitas, ideo debent decidendarum recuſationum cauſſa, Iudices ſeu arbitros deligere litigantes, intra certum præſcriptum à Iudice recuſato terminum: vel ſi non conueniant de illis. Iudex ex officio dat, coràm quibus probatio fiat cauſſarum, ſi illæ manifeſtæ & omnino notoriæ non ſint. & iudex neget, *a. l. apertiſſimo, C. de iud. c. cum ſpecialis, iuncta gl. de appellatio. vide c. legitima, eo. in Sex. & c. ſi contra vnum, de offic. de leg. in Sex.* Nam nullum Iudicem ſortiri vel ſubiortiri velle, in reo ſummæ eſt diffidentiæ: in accuſatore calumniæ argumentum. Omnino certe graue eſt, Iudicem recuſare temere. Et id multis ad damnationem plurimum adiumento fuit, quod Catonem, cum qui poſtea inctus eſt Vticenſis, Iudicem in cauſſa ſua reiecíſſent. etenim illi innocentes videri non potuerũt, imo ſatis de ſe conteſti, qui adeo recti, religioſi Iudicis, vtrique optimi ac integerrimi iudicium recuſarint. *Plut. in Catone.* Nẽque hodie recepta eſt Bartoli gl. nec aliorum ſententia, ad l. apertiſſimi, C. de iudic. qua ſtatuunt iure ciuili ſine cauſſa ſuſpectum dictum Iudicem, recuſari poſſe, *arg. l. quia poterat, 4. & Trebell.* Sed ſequimur ius Pontificium, vt non prius Iudex ceſſe deſinat, quam cauſſæ fuerint ſuſpicionis probatæ, *c. 2. requiritur, 41. §. ſi te appellat.*

2 ¶† Recuſari poſſunt omnes cuiuſcunque ſint generis Iudices, ſiue ordinarij, ſiue delegati, ſiue arbitri electi, ſi poſtea ſuſpicio oriatur: quia omnibus conuenit rationabilibus, propter quas recuſatio indulgetur litigantibus. imo & contra eum quem ibi quis delegit, ſi ſuſpectus poſtea reddatur non aliter: nam eum quem quis impetrauit Iudicem, non poteſt recuſare, *gloſſ. & ibi Abbas in fine ad cauſſam, de offic. delegat. Paul. Caſtre. conſ. 442. col. pen. 2. vol.* Abiit in deſuetudinem itaque Authentic. ſi vero contigerit, de iudic. C. quæ ſtatuebat Iudicem ordinarium recuſari non poſſe, ſed ei ſuſpecto adiungendum epiſcopum, & ſeruatur ius Pontificium, quo delegatus & ordinarius recuſari poſſunt, *c. cum ſpecialis, & ea. ſecundo requiritur, §. ſi de appe.*

23 ¶† Et iuſtum etiam putat Antonius Corſetus in ſingularibus, in ver. ſuſpic. poſt Panorm. in ca. cauſſam quæ, in 2. de iudic. vt in examinatione etiam facienda a colleg. & academia vnius ſcholaris, doctor qui ſuſpectus dicitur ichoraſtico reiciatur.

24 ¶† Quin. mo & totum conſiſtorium & regia ciuitas Principis recuſari poteſt, in caput ſuum Princeps ſit ſuſpectus ratione odij vel amici, *l. em. paternalis, de re iudic.* Item & tota ſynodus recuſari, *vt in c. quo. ſuſpect. 3. qu. 5.* collegium, & vniuerſitas tota poſſunt, *Panorm. in ca. ſicc. ex ſuſceptione 4. de for. compet.* ſi negotium ſit cum eo qui eis poſſit imperare, *l. 1. ſi rector prouin. ve. ad eum pertin.* C. aut ille ſuſpectus ſit, aut ſi omnes de collegio, de vniuerſitate ſint ſuſpecti, non aliter. Nam ſi vnus ſuſpectus ſit quãuis primus, qui imperare tamen nõ poteſt omnibus aliis qui poſſint ei contradicere, is ſolus reiicitur tantum, non ceteri. Et ita intelligenda eſt gl. in c. 1. ad ver. interrogatus, ſecundum Felinum ibi, de iudic. apud Gregor. Et ita Synodus Diœceſana vel Prouincialis quidem ſi omnes non ſunt ſuſpecti, & ſi remotis ſuſpectis remaneat numerus iudicio idoneus, recuſari non poteſt.

25 ¶† De concilio vero generali reſponſum eſt in c. de iudic. per interpretes, illud, in quo præeſt ſummus Pontifex, recuſari non poſſe: quia nec ab eo concilio appellari poteſt, ſi legitime congregatum ſit & definitum. Fieri enim non poteſt, vt cũ ex diuerſis mundi partibus plures in nomine Domini, & ſine affectu conueniant, ſuſpecti poſſint cenſeri omnes: nec ab eo, quemadmodum à Synodo appellatur, *Calder. conſ. 6. tit. de appellat. ca. multa, 17. ali.*

26 ¶† Sic curia Parlamenti non poteſt omnino recuſari, ſi numerus relinquatur Senatorum legitimus, remotis ſuſpectis, qui cognoſcere de cauſſa poſſint controuerſa, *Boer. dec. 269. nu. 4.* Reiiciuntur tamen qui cauſſas ſuſpicionis contra totum parlamentum proponunt cum libellis recuſationum, ad Magiſtros libellorum regios, qui referant Principi, iſique ſtatuat in priuato conſilio. de his, num legitimæ ſint iuxta ar. ti. 38. conſtit. Aureliacenſ. Quamuis placuerit in eiſdem comitiis, vt ante dixi, artic. 52. ſingulari iure, vt ſi iis ſit contra vnum conſiliarium ex Præſidialibus, & ſi videatur ita aduertatur, poſſit is reuocare inde litem, & experiri coram proximiore curia præſidiali alia iuridica.

27 ¶ In ſumma à quibus poſt eorum ſententiam licet prouocare, eoſdem licet recuſatione reiicere, *c. ſuper eo. de appel.* quinimo & fauorabilior recuſatio, vt ea etiam admittatur, vbi appellatio denegatur, *gl. in c. in ſingulis, ad ver. & appellatione, de ſta. monacho.* Duo ſunt hæc præcipua litigantibus contra iudicũ improbitatem remedia, appellatio poſt iudicium, recuſatio ante, quæ præcipua eſt: cum melius ſit ab initio ne vnus infligatur proſpicere, quam poſt inuolutam & læſam cauſſam remedium impetrare, *l. ſi. in quib. cau. in int. reſtit. non eſt neceſ.* C.

¶† Vt neque Princeps tollere iure poſſit recuſationis facultatẽ, *gl. & Panor. in c. ad hoc, de reſc. vide Luc. de Pen. in l. curialibus, 66. de decu. li. 11.* C. cum defenſione naturali permittatur iure, *l. vt vim, de iuſtit. & iure. l. 1. §. cum arietes, ſi quadr. paup. feci. dic. P. l. ſcientiam, §. qui cum aliter, ad l. Aquil. P.* Cic. *l. offici. libr. Principio omni generi animantium, &c.* quod non eſt in poteſtate Principis, *c. e. paſtoralis, §. rurſus, de ſentẽt. & re iu. apud Clem.* qui ſincere & ſanctè ſuum cuique diſtribuere debet per ſeipſum, vel curare vt diſtribuatur. 28

¶† Finis autem præcipuus recuſationum & reiectionum Iudicum, vt lites ſine ſuſpicione procedant, & diffinantur ſine vlla captione. Et quia periculoſum ſit coram iudice ſuſpecto litigare, *l. apertiſſimi, C. de iud. c. quod ſuſpecti, 3. q. 5. c. ſuſpicionis, de offi. ord. eg.* Satis namque ſuperque alea iudicij per ſe dura & incerta eſt, vt opus non ſit aliud addi periculum, ſe diſcrimini ſuſpecti Iudicis rem committere. Quod coegit Themiſtoclem dicere, ſi quis mihi duas vias monſtraret, alteram ad tribunal ducentem, alteram ad inferos, multo libentius eam ingrederer, quæ duceret recta ad infernum, *Ælia. l. 9. var. hiſt.* 29

¶† Ex quibus duæ ſubſiſtunt rationes recuſationis admittendæ: prior, quod ea defenſionis ſit, & defenſio naturalis ſit, & cuique permiſſa. Secunda, quia lites ſine ſuſpicione procedere debent. Cui adde, quod omnia iudicia aliena eſſe etiam à ſuſpicione debent odii, fauoris, timoris, & exſpectationis præmii, *c. 1. de ſent. & re iu. in Sex.* quæ ſolent corrumpere iudicũ, *c. quatuor, 11. q. 3.* & violare dictionem veritatis, *c. licet ex quadam, de teſtib.* Accedit 3. quod Iudex ſuſpectus induit quodammodo perſonam litigantis & aduerſarij, & eo ipſo quia ſuccedit in locum litigantis, deſinit eſſe Iudex, nec iudicium ſubſiſtit: quia perſona iudicis abſit, & ſic duarum perſonarum vicem nõ poſſit agere, *l. inter litigantes, & l. Iulianum, 2. de iuriſd. P.* 30

De Procuratoribus ad lites.

Cap. 4.

Lib. 3. P. tit. 3. Lib. 2. C. tit. 13. Lib. 1. Decretal, tit. 38. Lib. 1. Sex. tit. 19. Lib. 1. Clem. tit. 10.

1 *Procurator quis ſit, & vt differat à negotiorum geſtore, nu. 2.*
3 *Procurator ad lites, de quibus rebus conſtituatur, & pro quibus non detur. nu. 4.*
5 *Procuratoris munus, num vile.*
6 *Procurator an alium procuratorem dare poſſit.*
7 *Procuratoris ad lites conſtituendi formula.*
8 *Mandatum ſeu procuratio in initio litis fieri debet.*
9 *Contra procuratores, exceptiones quæ.*
10 *Procuratoris varia conſideratio ex conſtitutione & reuocatione.*
11 *Procuratores ad lites qui dari poſſint, vel non.*
12 *Procuratorum conſtitutiones vel editiones coram quibus actuariis Iudicij edantur.*
13 *Procuratorum conſtituendorum finis, & rationes.*
14 *Procuratores plures ad litem vnam, an conſtitui poſſint.*
15 *Procurator quando non poſſit cogi agere vel aſſentire, Mutari à cliente: item quando, officium eius quale, & quomodo detur vel debeatur ſalarium. nu. 16. 17. 19. & 20.*
18 *Noui procuratoris conſtitutio quando reuocet præcedentem.*
21 *Procuratoris negligentia quando nocet clienti, emendatur expenſis procuratoris.*

PRo factoribus & defenſoribus, accuſatoribus & reis, in quibuſdam interueniunt procuratores & aduocati & aliæ perſonæ, de quibus nunc agendum. Procurator is eſt, qui aliena negotia mandato domini adminiſtret, *l. 1. de procur. P.* vel ad negotia, vel ad lites, vel ad vtramque horum cauſſam, *d. l. 1. de procurat. P. Iul. Paulus, li. 1. ſentent. tit. 3. de procur. c. 2.* In hoc capite tamen non agetur niſi de eo procuratore, qui ad lites conſequẽdas inſtituitur: de alio namque in tit. mandati præcipue agitur. Si tamen procurator generaliter detur ad negotia, ad agendũ datus & defendendum cenſebitur, *c. qui generaliter, de procurat. in Sex. c. 2. eo. Clem.* Differt porro à negotiorũ geſtore, quod procurator nonniſi cum mandato: negotiorum vero geſtor, ſine mandato adminiſtrat & gerit abſentis negotia. *l. 1. & tertia mãd. P. l. ex maleficio, §. ſi quis abſentis, de actio. P. §. 1. de obliga. quæ ex quaſi contr.* Sed & hoc inter procuratorem ad lites, & cognitorem intereſt: quod cognitor dicatur is, cui ſine mandato cauſſã ſuam agendam preſente Iudice, præſens præſenti committit. *l.* 1

Digitized by Google

pen. & fi. de procurat. & cognito. lib. 2. C. Theod. tit. 12. Extat apud Iulium Paulum, libro primo, selecta. sententia. titu. 2. de cognitoribus, deorsum à tit. 3. de procurato. & à titu. 4. mandati. Ioannes tamen Lucius, *lib. 4. plaust. curiæ titu. 11. plac. 4.* existimat cognitores esse, quos dicimus curiæ procuratores: sicque inter triumuiros Regiæ procurationis, constituit duos caussidicos seu aduocatos, & vnum cognitorem, seu procuratorem regiũ, & subcognitoré, *eadem Luc. eo. tit. tit. 9 plac. 2. Substitut. des gẽs du Roy.*

3 ¶ †Datur pro his rebus procurator, de quibus ne detur prohibitum non est: de omnibus ciuilibus negotiis agendis & defendendis quibus interesse non possumus vel nolumus. *Idem eo. plac. 6.* Prohibetur autem ne detur procurator, in actionibus quæ non possunt expediri, nisi præsens fuerit qui agit. Panormitanus in capit. exposit. de dilation. Item prohibetur in actionibus popularibus, nisi quis priuatim pro damno sibi illato agat, sine populari actione: vt si de via publica agat pro suo damno priuato. Et sic quoque ad promouendam actionem sepulcri violati, is ad quem res pertinet, habet procuratorem, *l. in omnibus, C. de procur. c. quia in causis, 7. eo. ap. Greg.* Atque qui de publico agunt, vt priuatum commodum defendant, caussa cognita possunt procuratorem dare, *l. in popularibus, 42. eo. P.* quãuis qui populari actione conuenitur, procuratorem dare possit: reus qui agit, *l. non agendum, 45. §. quæ ita eod. P.* non possit, *l. quo popularis actione, §. ad popularis. l. 9. P. lib. 47. tit. 23.* Popularis actio, quę ius populi tuetur, datur cuique de populo, *l. 1. eo. l. 2. §. hoc interdictum, ne quid in l. 2. pub. P. l. si quis ita quod, de iur. omn. iud.* Ad crimen publicum etiam persequendum, frustra procurator intercedit, *c. veniens, de accusa. l. accusatore defuncto, 13. §. ad crimen, de pub. iud. P. eadem, de procur.*

4 ¶ † Si crimen criminaliter intentetur: contra, si ciuiliter & pro eo quod interest ciuiliter, *a. c. ma, l. de fide. ad l. Cor. de falsis. C. simili. l. 1. de accus. P.* Admittuntur tamen pro reis procuratores, in aliis quæ crimen ipsum non respiciunt principaliter. Sic nuntius, qui & procurator est *l. 1. de procur. P.* potest pro illis caussas legitimas absentiæ, ob quas vadimonio se sistere nõ possunt, ad iudicem perferre, & excusare absentes, *l. seruum, §. publice, eo. l. pen. §. fi. de pub. iudic. P. l. 1. C. de accusatio. l. tunc demum, 15. eo. C.* dicimus in praxi *Exoimner*, à verbo ἐξοιμνύω, id est, iureiurando Excusare. Et Franciscus Curtius, admitti in criminali caussa procuratorem ait, pro allegatione iniustitiæ, nullitatisq; banni, quæ seorsum agitantur à delicto principali, *Franc. Curt. in consil. 29. de testib.* Illustres personę per se quidem in criminibus, in quibus inscriptio exigitur, agere vel defendere debent: sed in aliis, & in iniuriarum caussa, possunt procuratorẽ dare, *l. p. C. de iniur. §. hæc autem, in authen. vt ab illustribus, &c. de hoc, Bald. in tract. de praxi iudicio. cap. 1. admittatur procurator. in mater. criminal. 8, Bar. in l. procurator cui libera. de procur. P. Dyn. in regul. peccatum quod per alium.* Venia ætatis non interpretatur etiam per procuratorem, *l. 2. de his qui veniam ætatis impetr. C.* In Gallia tamẽ cum impetrante curiæ procurator & aduocatus adesse debent. Cæterum no latius, in quibus & quando pro crimine procurator admittatur, diximus in c. 24. li. 32. huius Syntagmatis, vnde poteris alia haurire. Dantur autem procuratores ab illis, qui agere vel defendere possunt, *l. si vnus §. idem Iulian. de iniur. P.* nisi prohibeantur, *l. mutus, 43 §. cum quæritur, de procur. P. c. 1. eo. in Sex.* Metimur enim, vt plerumque facultatem agendi in procuratore, ex potestate constituentis. Nam & laicus in rebus spiritualibus interdum dari potest procurator, *ca. 1. de procur. in Sex.* quãuis is suo nomine spirituali bus nõ possit se immiscere, *c. 2. de iudic.* Iure ciuili nemo constituere cognitoré vel procuratoré in curia, vbi litigabat, cogebatur, *glos. in §. 1. vt ab illustri. & c. in Auth.* at vsus & praxis contrarium statuit, & recepit, vt nemo audiatur in iudicio, quin prius procuratoré seu cognitoré elegerit, & actis de eo fidem inseruerit, per quẽ agere vel defendere velit, dicimus, *fondez procureur & eslire domicille.* Mutus & surdus, per eum modum quo agere possunt, procuratorem dant, *Paul. in l. mutus & surdus, 43. de procur. P.* Seruus, in quo habet actionem de peculio, non aliter, *l. seruum quoque, 33 eod.* Et filiusfamilias, quando est ei actio, *l. si iusfamilias. 8. eod.* & qui de statu suo litigat, *d. l. seruum quoque, §. tum vero.* Pupillus vero vel pupilla, adultus adultave, tutore vel curatore interueniéte, curatorem dare possunt: tutor vel curator pro lite pupillorum vel adultorum, non dant sine illis, sed tantum actorem constituere dicuntur, *l. neque tutores, 11. de procurat. C.* attamen minor in quo ipse potest sine curatore agere, potest & procuratorem dare: vt in caussa matrimonii, *ca. ex parte, de restitut. spolia.* & in caussa spirituali. *ca. fin. de iud. in Sex.* & similibus. Cæterum etsi in aliis dederit, & sententia cum suo procuratore in eius fauorem sit pronuntiata, non ideo quod dari non potuit procurator, qui non est reiectus, inualida erit. *l. non eo minus, 14. de procur. Cod.* Quia minoribus ætas non solet in damno esse, sed ratione eius habet auxilium, *l. 1. qui legit. pers. stan. in sud. hab. C. l. acta, 46 §. fin. de reiud. P. l. quod fauore, de legi. C.*

5 ¶ †Neque etiam infamia dantis, vel dati, probet procuratorem esse. *§. fin. de exceptio. apud Iustin.* Existimarunt namque antiqui, procuratoris munus esse vile, pessimum negotiorum, vt neque decurionatui iungi posse rescriptum sit, *in l. si quis procurationem, 34. de decurion. li. 10. C. tit. 31.* tanquam infamissima vilitas. Verum hoc locum habere non potest in curialibus procuratoribus, seu cognitoribus nostris, in quibus & summa fides & probitas exigitur, earum officiique peritia, vt etiam statutum fuerit, non prius promouendos ad hoc munus, quin per decennium frequentes in curia & assidui cum procuratoribus subadiuuæ munus procuratorium exercuissent, & per triennium fidelem operam procuratoribus in regestro præcipuo adhibuissent, vt liquet ex constit. Caroli 7. an. 1. 47. & constit. an. 1537. curiæ supremæ Paris. art. 3. & 4.

6 ¶ †Subinde procurator datus in lite, alium in eadem dare non potest, ante litis contestationem, *l. quod quis sibi, C. de procur.* sicuti nec actor ciuitatis, per procuratorem publicum negotium agere potest, *l. nec ciuitatis actor, 74. eod. P.* Post contestationem vero litis, licet: vt & tutoribus, post litem contestatam, *l. neque tutores, 11. §. fi. C. eo. Vlp. in l. in causse, 27. ceterum eo. in Sex.* Quia post litem contestatam fiunt litis domini, non antea, *l. nulla dubitatio, 23. & l. procuratoribus, 22. de procur. C. l. 1. de proc. & cognit. li. 2. C. Theod. tit. 12.* In quo & differt procurator ad lites, à dato ad negotia, qui potest quandocunque alium dare procuratorem, *c. 1. §. fi. de proc. in Sex.* Si tamen datur procurator ad lites cum potestate substituendi, recte alium pro se procuratore dare poterit, *ca. 1. §. 1. & c. 3. eod.* excepta caussa matrimonij, in qua, quia arduum est negotium, non potest sine speciali mandato substituere, *c. fi. eo.* Constitutione Franc. 1. an. 1539. *Sur l'abreuiation des proces*, cautum est, art. 13. licere quidem, sed suo periculo, procuratoribus curiæ alios substituere in casu absentiæ vel ægritudinis, qui tamen substituti assidui in curia sint, cum quibus gesta rata, perinde habeantur, ac cum substituentibus facta.

7 ¶†Forma danda procuratorum à Modestino præscribitur, vt in mandato seu procuratione ad lites, nomen constituẽtis procuratorem & constituti describatur. 2. Exprimatur caussa commissa in genere vel in specie. 3. Quod mandans seu constituẽs, polliceatur se ratum & gratum habiturum, quod per procuratorem factum fuerit, eoque nomine obligationem obeat, *l. si procuratorem, 65. de procur. P.* Neque interest sit ne absens vel præsens, cui mandatum sit seu procuratio: dummodo ipse postea ratum habeat, *l. 1. §. fi. cum 6. l. seq. eo.*

8 ¶†Mandatum à procuratore in principio litis requiritur: & antequam pro litigante audiatur, fidem de eo mandato facere debet, *c. 1. eo.* Fitque fides vel productio eius ἀπαγωγικὰ coram actuario curiæ, & in Parlamento coram actuario præsentationũ, idque maxime vt constet de eius potestate, num generalis vel limitata, vel ad tempus, vel ex die vel ad diem, vel sub cõditione, *vt fieri posse animad. l. 2. & 4. de proc. P.* Atque si quis agat sine mandato vel procuratione, reiicitur: exceptis quibusdam personis, quæ sine mandato agere vel defendere possunt pro aliis: vt liberi, parentes, affines, fratres, liberti: qui etiam, si sine mandato egerint, pro iis quibus egerint in reconuentione defendere coguntur, cum ex mandato non habeant limitatam potestatem, *l. sed & hæ personæ, 35. l. seruum, §. fi. eo.* Et maritus pro rebus vxoris in iudicio prosequendis omnibus, censetur iure procurator: nisi mandatum ab vxore in vna tantum acceperit lite, vel re, per cuius expressionem in aliis ademta procuratio videatur, *l. maritus, C. de proc.* Coniunctæ personæ pro coniunctis etiã personis, sine mandato procuratores iure admittuntur, *d. l. sed & hæ, quæ dicuntur coniuncta personæ. in c. nonnulli, de rescript.* nisi agatur de his quæ exigunt expressum mandatum, *gl. in l. exigendi. de procur. C.* vel contra coniunctam in pari gradu personã, vel contra voluntatem eius cuius se faciunt procuratores, *l. Pomponius, 40. §. in re, & ibi gl. de procu.*

9 ¶ † Exceptio alioquin, in casibus non priuilegiatis, duplex in genere est: quarum prior illa, quia procurator non est qui non docet de mandato, *l. si fideiussorum, 29. §. quædam, manu. P.* aut qui non cauet de rato, seu rem ratam dominum habiturum, *l. nõ solum, 39. §. qui alieno, de procur. vide ibi gl.* In qua tamen distinguitur, an de mandato appareat legitimo, quia tunc non tenetur cauere, *l. si procurator, de procur. P. l. 1. C. de fideiuss. leg. si à quo, §. si procurator, vt in poss. leg. P.* aut de eo dubitatur, & tunc cauet, *d. §. qui alieno. l. non solum, & l. 1. C. de procurat.* Quod si constat euidenter non habere mandatum, non admittitur etiam cum cautione, *l. si pupilli, §. fi. de negot. gest. P.* nisi is ex numero personarũ sit, quæ agere possunt sine mandato, quæ de procuratore actoris dici putantur. In procuratore namque rei responsum est, nõ admitti eum, etiam cum mandato sine satisdatione de iudicato soluendo, *§. pen. de satisd. apud Inst. vide glo. in d. §. qui alieno. l. non solum, ad ver. non debet.* In praxi tamen hodie, illæ cautiones non petuntur à procuratoribus, sed sufficit fidem facere de mandato seu procuratione: contra quam non excipitur, vel quia facta recte non est, vel quia ab eo qui potestatem non habuit mandandi, vel quia tempus in ea comprehensum lapsum est, vel quia procurator reuocatus est, vel quod negotium expresso & nouo eget mandato vel procuratione.

10 ¶ † Exempli caussa, generalis procurator non cedit speciali, nisi

n'si expresse reuocatio fiat generalis, vt notat Panorm. ad c. fi. de consuet. nec procurator generalis sine speciali mandato transigere potest, *l. transactionum, C. de transact. l. mandato, de Procu. P.* nec qui totorum bonorum est, vendit sine expressa procuratione, *l. procurator totorum bonorum eo.* Nec generaliter ad lites præsentes & futuras, vel ad litem certam procurator sine speciali mandato potest obicere crimen, vt dicunt *qu'il ne soit admoné*, aut ipse proprio periculo de calumnia tenetur, *Rota decis.* 254. Sunt alia plura quæ exigunt speciale mandatum, etiã post generale ad litem instituendam: vt lis suspecti administratoris, *l. non sit dubium, §. si. de proc.* causa de exhibendis liberis, de deferendo vel acceptando iuramento, *l. sacramentum, de iureiur.* de compromittendo, *Guid. Pap. cons. 118. c. per tuas de arbit.* propositio exceptionis famosæ, de prorogãda iurisdictione, vt ait Guid. Pap. sing. 270. & 962, de liberan. debit. *l. 3. de except. P.* de iuramẽto vel accusatione falsæ scripturæ ab aduersario productæ, vt habetur in stylo magni consilij, artic. 19 pro consensu præstando pro retentione causæ euocatæ, in eodem stylo. Non potest etiam solutionem debiti accipere, nisi & ei illa specialiter committatur, *l. vero procuratori de solution.* vel nisi sit ei bono ũ administratio generalis mandata, *l. vero procuratori, & l. hoc iure, & l. qui hominem, §. Titium, eo. arg. l. procurator cui litera, & l. mandata, ae procurat.* Eget et am speciali mandato, si de euictione suscipienda interpelletur, *Aufrer. in stylo parl. §. item si garantus, sit. de arlat.* quam vocant practici *Garantie*: & quoque de respondendo positionibus seu propositionibus aduersarij agatur, quæ factum clientis respiciant, si post sententiam appellandum sit, *dec. cap. li. Thol. 476. vers. Guid. Pap. 416. c. præpositus, in c. nouit, de appell.* Quia si appellans succumbat, puniri potest ab executore, vel ab eo qui de prouocatione cognouit, *stat. quor. appell. non recip.* Et ita in hoc casu, & generaliter in omnibus in præiudiciũ domini procurator sine mandato speciali, ea non potest agere, per quæ pœnam dominus incurrere potest, *l. 1. §. si procur. & ibi Bar. si quis in ius voc. non obtem. P. gl. in l. 4. §. si procurator, quod quisque. P.* Et proinde aduersarius in his exceptionem hanc, procuratori volenti agere sine speciali mãdato, obicere potest, quod sufficientem non habeat procurationem. Et procurator quoq; si velit à defensione se eximere, contra vrgentem aduersarium potest effugere aleam iudicij, quod de eo non habeat mandatũ, & si velit conueniat dominum. Verũ à defensione se iuste procurator non surripit cum mandatum habet, dicendo se nihil habere quod dicat. Nam & vetitum est, edere mandata penes actuarium, vel se inscribere nomine Procuratoris pro aliquo, prius quam à domino cum mandato quoque memorabilia ad instructionem causæ receperit, idque constitutione Caroli 7. art. 43.

11 ¶ † Alia exceptio cõtra procuratores est, vt quamuis dati sint, tamen ipsi dari non possint, id est, fungi hoc munere non possint, *l. in exceptionibus, 19. §. sed & si, de probatio. P.* quæ etiam omissa si competebat in initio litis, non potest repeti vel proponi postea. Sicuti nec præcedens, quod non sit datus procurator, *l. qui procuratorem dat, 57. §. si quis omiserit, de procur. P. l. 3. de cognit. de procura. lib. 2. Cod. 1. heo.* Possunt autem omnes procuratores esse ad lites iure scripto, qui speciali nomine non vetantur, quia edictum de procuratoribus prohibitorium est, *ic. 1. de proc. in Sex. l. mutus 43. §. cum quæritur, eo. P.* Prohibentur itaque potentiores patrocinium litigantibus præstare in necem vel oppressionem aduersarij, *stat. ut. ne lic. poten. li. 2. C. titu. 14.* quia potentioribus pares esse non possumus. *l. 3. de alien. iud. mut. caus. fac. P.* Et ita fisco & Reip. prohibitum est, patrocinium in lite priuato præstare, *l. 1. & tot. tit. ne fis. vel resp., vocu. ali. & ic. C.* Mandatur & Iudicibus in legib. Wisigotho. *l. quicunque, 8. tit. 2. lib. 3. l. Wisigoth.* vt si viderint potentiorem alteri ex litigantibus patrociniũ prębere, qui possit potẽtia aduersariũ opprimere: vel cogant eum iudicio exire, vel nolentẽ, damnatũ in duas libras eniciãt. Repellũtur & à procuratoris officio, absens, qui ratũ mãdatũ nõ habuit, aut qui habere nõ potest, *l. 2. de procur. P.* item mutus, surdus, *l. mutus & surdus, 43. eo.* decurio, *l. si quis procurator, de decur. li. 10. C.* miles si contra illum excipiatur. *l. militem, & l. qui stipendia, C. de procur. l. neque fœmina, 58. eod. P. l. famosi. ad l. Iul. de adult. P.* contra, si omittatur initio litis exceptio, *glos. in d. l. militem, & l. ita demum, C. de proc. l. filiusfamilias 8. §. veteranis. eo. P.* reus criminis, *l. reum criminum, de proc. C. l. 1. de reus postul. li. 10. C. l. 11 qui, de public. P.* seruus, nisi de statu eius agatur, *l. seruum quoque. §. ex contrario: de procu. P.* religioni alicui dicatus, nisi pro religioso eius vel alterius monasterij, aut consorte litis, idque cum superioris licentia permittatur, *ca. 3. eo. ap. Cic.* fœminæ, quia virile officium, *l. alienam. 18. C. eo. l. neque fœmina 58. eod. P. c. infamis, §. tria, 3. qu. 7. l. fœminas, de reg. iur.* nisi vel in rem suã procuratrices sint, *l. 4. C. de proc. vbi glos. alios casus enumerat.* aut pro parentibus quibusdam & proximis intercedant, iuxta permissionem legum, *l. fœminas, 4. de proc. P.* minor quoq; 25. ann. ad lites procurator esse non potest, *l. minor, 57. eo.* vt nec minor 17. ad negotia, *ca. qui generaliter, 5. eo. in Sex.* etsi pro parte interdum cum mandato audiatur, *l. exigendi à filio, 12. eo. C.* filiusfamilias tamen non prohibetur esse procurator: & ideo dari potest, *l. filiusfamilias, 8. §. ipse quoque, eo. P. l. quæsitum. de in ius voc. ca. qui generaliter, §. ne dum, de proc. in Sex.* etiam sine patris consensu, *l. c. qui generaliter, §. 1.* Possunt & infantes constitui Procuratores, *§. fi. de exception.* sed non cognitores, *Iul. Paul. li. 1. rec. sent. de cogn. tit. 2. c. 1.* Generalis insuper potest statui resolutio, vt quicunque non habet legitimam personam standi in iudicio, non possit constitui procurator ad lites. Ceterum in Gallia, neque ij omnes qui legitimam personam standi in iudicio habent, neque ij qui iure scripto possunt constitui, procuratores sunt in curiis ad lites, sed tantum illi qui delecti erant à curiis supremis olim, & in aliis à iudicibus: hodie vero à rege alicubi ad hoc munus obeundum. In curiis porro inferioribus, vbi procuratores non iunt à rege definiti, nec separati ab aduocatis, aduocati ipsi, vtroque & procuratoris & aduocati funguntur officio, & ij soli qui in eo toro iurati postulationem exercẽt, vel possunt si velint exercere ex maioribus tribunalibus euocati, pro negotij qualitate & genuitate, *extat restrictio numeri procuratorum in curia suprema Paris. in const. Lud. 12. art. 71. Francis. 1. anno 1544. & curiæ ipsius, an. 1537. art. 2.*

12 ¶ † In omnibus tamen cognitoribus seu procuratoribus ad lites, illud commune, vt postquam mandata seu procurationem receperint à litigantibus, illa edant apud actuariũ cautę idoneũ illius curiæ vbi constituuntur. Sunt enim singulis tribunalibus certi actuarii constituti, qui editiones seu præsentationes procurationum recipiant & præscribant in regestis ex constit. Ludou. 12. art. 134. Secundum causæ naturam & iurisdictionis potestatem. Nam procuratio vel præsentatio in causis criminalibus, coram actuario criminali fieri debet in ciuilibus, & coram ciuili in causis domanii seu dominii regii, coram eo qui eius diarium vel ephimerides curat: & sic de similibus.

13 ¶ † Officium huiusmodi procuratoris ab illa insinuatione mandatorum actis facta incipere videtur, & mandatum simul procurator acceptare videtur, dum fidem facit de potestate data. Finis procuratorum est, & ratio præcipua, vt absentes in litibus defendi possint: vel quod ipsi litigantes non possunt interesse: vel quia si interfint, litibus mouendis & excipiendis parum accommodi sint. Sunt & aliæ rationes, quæ procuratoribus sunt communes cum aduocatis, de quibus in aduocatis Deo fauente agetur.

14 ¶ † Plures constitui in vno negotio procuratores olim poterant, *l. 31. §. vnius, ae proc. P.* hodie iure gallico receptum est, vt ex pluribus vnus tantum curet iudiciales actus, vnius procurationem edat, vt dicunt, *qu'vn seul occupe*, idque iuri consentaneum est, *l. quod si nolit, §. si plures. de edil. edict. l. si famosa, famil. erciscę.*

15 ¶ † Quod si is decedat, exspirat mandatum, & opus est vocari iterum clientem, vt veniat ad prosequendam litem, vel vt nouum constituat procuratorem: nam quiescit instructio causæ mortuo procuratore. Idipsum etiam fit, si legitime recusęt executionem procurationis procurator vnus constitutus, & nolit munus hoc cum causæ præstare, puta quod dicat reuocatum esse mandatum, nec posse defendere vel agere, idque doceat: nam prius quam doceat, debet cogi à Iudice pro quo consentiente dominus iudicatum solui exposuit, iudicium accipere, *l. filiusfam. §. procuratorem, & l. si defunctus, ae procur. P. licet, de arbit. P.* Causæ autem ex quibus recusare legitime possit procurationem prius susceptam, quæ in cognitionem tamẽ veniunt, ponuntur in l. filiusfamilias, 8. §. fin. & 6. legib. sequ. de procurat. P.

16 ¶ † Causæ porro quæ dant iustam occasionem mutandi procuratorem domino seu clienti, etiam post litem contestatam (nam ante libere licet) referuntur in l. ante litem 16. cum 11. legib. seq. vsque ad 27. eo. tit. P. In vsu hodie est, in quacunque litis parte posse libere & ex quacũque causa eaque nõ expressa dominum reuocare procuratorem, sine tamen præiudicio aduersarij, in his quæ gesta sunt. Et si is qui reuocatus est se ingerat negotio eo ipso suspectus est, tanquã contra domini voluntatem gerens, *l. quæ omnia, 25. §. 1. de procur.* Ceterum, si post contestationem vel condemnationem litigator seu clients reuocauerit procuratorem, ne in aduersarij perniciem facere possit cautum est. & ideo iubẽtur ordinatione curiæ supremæ Parisiorum edita *sur les congés & defaux*, 1534. art. 25. vt dum reuocatio fit prioris statim alius eligatur & eodem die, procuratorique aduersarij insinuetur: alioquin si actum id non fuerit, cũ procuratore reuocato permittit curia & taxationem impensarum fieri, eumque statuit compellendum, vt ea aliisq; de causis, eius negotiis compareat, & munus suum obeat.

17 ¶ † Censetur porro reuocatus primus procurator eo ipso quod alius in eius locum subrogatus est, *l. si quis cum procuratorio, §. 1. ae proc. P.* quanquam secundus non acceptauerit mandatum, *Bel. decis. 53 o.* nisi secunda constitutio procuratoris sit generalis, quia per illam non reuocatur antea factum in specie mandatum, *decis. Rota. 2. 8.*

18 ¶ † Munus hoc procuratorium ad lites, est regulis cõprehensum in curię supremę constitutione, *des Advocats & Procureurs.* Habẽt & singula tribunalia stylum proprium, cui mordicus adherent, vt difficile sit omnia hic cõprehendere, imo valde onerosum recẽsere quod vel pragmatici tyrones norunt. In summa

Digitized by Google

tamen dicam, officium in eo consistere, vt procurator omnia ex fide & diligentia in lite sibi commissa agat, quæ ipsemet cliens, si præsens esset, & per se litem exerceret, acturus esset, & tanquam amicus ei subueniat & negotium gerat, saltem ex mandato & eius voluntate quam agnouit. Nihil enim amplius debet quam bona fidem, & diligentiam in exsequendo mandato, *l. eidemque & in fundo.* 10. *mand. P.* Nec inuitus procurationē susc ipere, vel susceptam vltra mandata exsequi, sed fidem tantum implere cogitur, *l. inuitus.* 19. *de proc. C. l. filius familias* §. *inuitus, eo. P.* sicut etiam solummodo & potest & debet, quod emissa procuratio præscripserit, *l. maritus,* 20. *eo. C. l. diligenter, mand. P.* nomine domini in eo condemnandus. Neque durior conditio fieri potest procuratoris bene exsequentis, quam domini, præterquam in satisdatione. *l. sed & hæ personæ,* 35. §. *defendere autem, de procu. P. l. 1. C. eo.*

¶ †Omnia ad dominum pertinent, pœna & sumtus, lucrum & damnum, de quibus tantum reddere rationem procurator debet sine commodo suo vel damno, *l. qui proprio nomine,* 46. §. *procurator, l. quacunque ratione de proc. P.* Gratuitum etiam & hoc 19 munus est, quia gratuitum officium amici est, *in l. 1. mand. P. l. item, C. de proc.* §. 1. *mand. ap. Iustin.* alioquin enim interueniente mercedis pollicitatione, locatio esset operarum, *l. qui operas loc. P.*

¶ †Quanquam & procuratoribus renunciationis nomine, salarium præbeatur recte & merito, *l. si remunerandi, & l. salarium, mand. P.* Verum procuratori non est permissum pacisci cū cliē- 20 te de quota parte rei in litem deductæ, puta, vt non quidem expensa cum vsuris legitimis (siquidem legitimæ repetuntur iure) restituantur: sed pars rei aliqua, puta dimidia eius rei quæ in iudicium deducta est, & ex ea lite data erit, *leg. sumtus,* 54. *ad pacī. P. & d. l. salarium. mand. P. l. item te reemisse,* 15. *de procur. C.* Sumtus autem procul dubio in litem factos repetit, mandati actione, *l. qui mutuā pecuniam,* 56. §. *fi. mand. P.* etsi lis talem non habuerit, qualem dominus desiderat exitum, *Bart. in d. §. fin. le. qui mutuam.* Statuit tamen in hac quæstione Carol. 7. constitutione, art. 17. vt procuratores actis suis præscribant, quæ à litigantibus acceperint: neque admittendos nisi ex magna causa ad petitionem vacationum seu salarij, vel operarum expositarum ante annum vnum, vel duos. Et in art. 44. ius illis non esse sub prætextu salarii, remnere instrumenta vel acta litigantium.

¶ †Quemadmodum autem solent curiæ prospicere de salario procuratoribus: sic etiam & prospiciunt, ne ex dolo & nimia negligentia procuratorum, litigantium iura vel minuantur vel lædantur. Quamuis enim procuratoris factum domino 21 seu clienti noceat, *c. 1. vt lit. non contest. & c. & sbigl. & Pano. &* cō tumacia procuratoris, puta, quod debito tempore se non præsentauerit, quod nocet clienti, retractabilis est ex causa negligentiæ procuratoris, rependendo tamen aduersario sumtus in eam causam factos, *Pano. post Inno. & Bart. in d. c. 1. nu. 21. & 22. vt lit. non contest.* Emendatur quoque negligentia procuratoris, vel libello oblato Iudici qui de causa cognouit, vel codicillis à regia cancellaria ea de re impetratis. Subuenitur & clienti contra dolum procuratoris sui, vel contra eius prævaricationem, *l. 1. de aduoca. diuers. iudicio.* Et sæpe curiæ quæ ob tergiuersationes & fugas procuratorum castigant litigantes multis, ob morosas dilationes, retorquent multas aduersus ipsos procuratores, si clientes damnati doceant non suo, sed procuratorum facto culpam inesse. Vt statuit fieri debere curia, in ordinat. de abbreuiandis litibus, art. 7. Et Bart. etiam notat, *in l. si se non obtulit, de re iud. P.* procuratorem teneri ad expensas, quæ contigerint propter eius contumaciam. Et procurator, cuius dolo vel culpa aduersarius obtinuit condemnationem expensarum, tenetur dominum conseruare indemnem, & expensas de suo soluere, *l. vni. §. si procurator, si quis in ius dic. non obtemp. P.*

11 *Solicitatores & Instītores litium: Harpyæ, & mala eorum. nu. 12.*

INter species procuratorum ad lites, sunt Syndici dicti, vel 1
defensores. Græci Syndicos appellant, *l. fi. §. defensores, de muner. & honor.* qui laborem personalis muneris aggrediuntur, & qui ad agendum vel defendendum eliguntur: & proprie illi, qui lites alicuius vniuersitatis vel collegii curant, vt innuit l. i. §. quibus permissum est, quod cuiusq; vniuer. nom. & c. P. vbi gl. hoc interesse inter Syndicum & Actorem vniuersitatis ait, quod vniuersitatis sit defensor vniuersalis in certo genere causarum, *in l. fi. quod cuiusq; vniuersit. nomi. l. item eorum, 6. §. sed si ita, eo.* Syndicus, in vniuersis. Quæ tamen distinctio plerumque confunditur, sicuti liquet ex tit. de Syndico, apud Gregorium lib. 1. Decret. tit. 39. vbi vsurpatur & pro eo, qui causam conuentus & sodalitii ecclesiastici agit, vel dicit, *vt & in c. 1. de procur.*

¶ †A municipibus vel ab aliqua vniuersitate datus procura- 2
tor, dicitur Actor vniuersitatis, non singulorum: quia publico negotio, non singulorum interuenit, *l. 2. quod cuiusque vniuer. nom. P.* Actor porro & Syndicus differunt ab administratore Reipublicæ, vt hic, in administratione: alij, in litibus interueniant. Quare & ex cautione datur actio administratori Reipublicæ, *d. l. fi. eo.* Accedunt & administratoribus curatores ciuitatum, de quibus in l. fi. de administr. rer. ad ciuitat. pertin. lib. 50. P. tit. 8.

¶ †De munere Syndici meminit Demosthenes, dum ait, pro 3
Ctesiphonte, Aristidem fuisse creatum Syndicum ab Atheniēsibus, vt communi causæ Græciæ patrocinaretur, Atheniensiū nomine Et oratione περὶ παραπρεσβείας, lege fuisse Athenis sanctum tradit, ne cui iterum Syndicum fieri liceret creatiue à populo: idque, ne syndicia, hoc est Syndici munera, ad publicam vtilitatem inuenta, verterentur in quæstum compendiumque priuatum. Rursum & pro corona, de Aristide ab Atheniensibus Syndico seu patrono creato, vt pro Delio sacro diceret apud Amphyctionas, ait χρῆσθαι τοῦτον αὐτὸν ὑμῶν σύνδικον ὑπὲρ τῶν ἱερῶν τῶν Δήλῳ. Secundum Speculato. *in l. part. Specul. 3. par. li. 1. ac qui alieno nomine in iudic. interue.*

¶ †Syndicus vocatur in iure Hypocrisarius, vt in §. non autē 4
aliter: quomo. oport. episc. in Authent. vbi tantum Apocrisarij non Hypocrisarij mentio fit. *Nemo,* inquit, *audeat ex episcopis vel clericis, aut aulam principis prius per se venire, quam per medium metropolitani, vel patriarchæ, vel per Apocrisarios diœceseos cuius sint qui proficiscuntur.* Meminit de Apocrisariis capit. conuenientibus. 1. qu. 7. c. significasti, de electio. vbi Apocrisarios sedis Apostolicæ dici puto eos, qui nomine Summi pontificis interessent & agerent: quique dici possent legati Summi pontificis. Scio quid dicat glos. de hoc nomine, sed in erroribus non immoror. Existimo autem dici à verbo ἀποκρίνομαι, quod in neutra significatione significat respondeo. Vnde ἀπόκρισις responsio, & Apocrisarius interpres, qui nomine alicuius vel responsum dat, vel accipit. Et ὁ ὑπὲρ τοῦ πρὸς ἕτερον ἀποκρινόμενος, id est, qui fuit à responsis. & vt ait Suidas, in nomine Διονύσιος, id est, qui respondebat. Sr cuti & dicimus à consiliis eum, qui consilio interest, & à secretis, &c.

¶ †Sic & inter Syndicos annumerant pleriq; delegatos, ques 5
dicunt deputatos, vel cum syndicatu missos ad comitia, aut ad Principem, alicuius rei nomine, Reipublicæ vel patriæ vel ciuitatis explicandæ causæ.

¶ †Posset & dici Syndicus defensor vel curator Reipub. sum- 6
ta in genere nominis appellatione, *de cuius creatione & qualitate tractat lex, nullas, de aucur. C.* Fit & mentio de defensore prouinciæ per Imper. Grat. Valentinian. & Theod. in l. 4. de defens. ciu. li. 1. C. tit. 56. quem dicere possumus *Syndic. in pays,* cuius ibi leges & officium præscribuntur cum potestate, quarū 1. Vt plebi parentis vice sit. 2. Non patiatur rusticos vrbanosque descriptionibus affligi. 3. Officialium insolentiæ & Iudicū procacitati, salua reuerentia pudoris occurrat. 4 Ingrediendi curiā volet ad Iudicem liberam habeat facultatem, & reliqua quę sequuntur, exsequatur.

¶ † Syndicarium quoddam munus etiam Orphanotrophiorum, Hospitalium, & Xenodochiorum curatores, de quib. 7
diximus in personis ecclesiasticis, *supr. libr. 15. Syntagm. huius cap. 28.* quorum & procurator & litium institor, dicitur Syndicus.

¶ †Erat & procuratorij muneris species, quædam formula 8
patrocinij, quæ pro inquilinis adhibebatur. Verebatur enim Athenis in aliis nonnullis oppidis Græciæ, inquilinum in iudicio versari ac causam orare, nisi auctorem vindicemque adhibuisset, quem vocabāt προστάτην, vt ait Hesychius in verbo προστάτης, vbi & docet iudicij quoque speciem dictam ἀπροστασίου, aduersus inquilinos, qui aliquid Athenis sine auctore hoc administrassent. Illud quoque Harpocration testatur, eosque coactos sibi aliquem apud Athenienses assignare præsidem & auctorem.

¶ †His accedit ex iure Romano & Gallico auctoritas quā di- 9
ximus, *sup. hoc li. c. 2.* exigi tutoris vel curatoris in iudicio pup. Iocum.

De Quibusdam aliis Speciebus procuratorum ad lites, vt de Syndico, Actore.

Cap. 5.

Lib. 1. Decret. tit. 39.

1 *Syndicus, & Actor vniuersitatis qui dicantur: vtriusque munus, & differentia. nu. 2. & 3.*
4 *Apocrisarij in iure qui dicantur.*
5 *Deputati seu delegati ad comitia Syndici sunt.*
6 *Syndici patriæ officium & munus.*
7 *Syndici locorum piorum.*
8 *Inquilinorum auctor & defensor.*
9 *Auctoritas quid.*
Et in vsucapionibus & emtionibus auctorem nominare quid item. nu. 10.

Digitized by Google

lorũ & minorum patrisque in cauſſis filiorumfamilias: matriti, in cauſſa vxoris. Auctoritas eſt Græcis, αὐθεντία, videlicet, cuius gratia dictis factiſque cuiuſpiam plurimum deferimus: idque quod quiſpiam approbat. Explicat Paulus, l.3.de auctorit. tut. P. Etiamſi, inquit, non interrogatus tutor auctor fiat, valet auctoritas eius, cum ſe probare dicit id quod agitur, id eſt, ſe auctorem fieri. Et ita differt auctoritas, quæ probat, ab approbato. Neque quiſquam ſibi auctor eſſe poteſt directo, & niſi per conſequentiam negotiorum, in l.1.le. pupillus, §. & leg. quod aiebat, 7. eod. §. fin. cod. apud Iuſtin.

10 ¶ † Sic intelliges in venditionibus, nihil aliud eſſe auctorem nominare, quam allegare & vocare venditionem, qui vim emtioni & approbationem adferat. l. H. rennius Modeſtinus, de emctio. P. & ibi late explicat Bud. ex Gellio & Macrobio. Inde & auctoritas in legib. 12. tabul. & lege Attinia, pro poteſtate & approbatione poſſeſſionis. Quod ſubreptum erit, eius rei æterna auctoritas eſto, Gell. lib. 16. hoc eſt, poteſtas præſcribendi furto ſubſtracta non ſit, niſi æterna ſeu temporis cuius initii memoria non ſit. Et apud Cicer. pro Cæcina, biennij auctoritas, præſcriptio quæ per biennium approbabat pacificam poſſeſſionem.

11 ¶ † Accedunt quodammodo etiam procuratoribus ad lites, inſtitores litium, qui vulgo pragmatici & ſolicitatores dicuntur: eo quod promoueant & accelerent lites, & operam aduocatorum & cognitorum ſeu procuratorum: quorum eſt magna copia in curiis, tum in Gallia, tum Romæ, vbi inuenies quoſdam ſolicitatores aulæ Romanæ expeditionum, qui ſupplicibus in eorum impetrationibus & diplomatum expeditioni operam præſtant, qui vulgo vocantur ſolicitatores literarum apoſtolicarum, vel Iani Zeri, Octauian. Weſt. lib. 2. introduct. in aula Roman. actiones, c. 20. Sunt & alii cauſſarum ſolicitatores ſeu inſtitores, harpyiæ quædam, qui & ſæpe vorant ſalaria procuratorum & aduocatorum & quę muneris illorum ſunt, vel attentant vel eludunt, vt ſibi lucrum reſeruent, ſuppoſitis procuratorum vel aduocatorum nominibus, quod ne facerent poſthac illis, multa dicta & pœna, prohibitum fuit edicto Henrici 2. die 29. Iunii 549.

¶ † Iuſſit quoque eos abire curia & aula ſub mortis pœna, 12 Franc. 1. conſti. Sur la police des gens ſuiuans la cour, huiuſmodi inſtitores: qui certe meræ ſunt iudicum corruptelæ, auctores inuertendarum litium, cautelarum & fraudum impii architecti, concinnatores & redemtores litium, Vlp. in l. nec quicquam §. cæ ca aduocatos, de offi. Proconſ. P. Sed & in regia promtiſſimi regni exploratores, & conſiliorum perquiſitores & detectores. Vt mirum hodie non ſit, ſi conſilia regni non ſortiantur ſuum optimum & decretum finem. Sunt enim iuxta regem, tot muſcę, ſolicitatores dico & nihili auli ci homines, hirudines litigantiũ, qui intellecta renuntiant & reſcribunt, vt ante exitum ab impiis hominibus præueniantur. Quod prudentiſſimus ille rex Franciſ. 1. nouit, coercuit, & prohibuit fraudum maxime illorũ cauſſa, ne literæ cuipiam mitterentur ab illis, vel characteribus incognitis, vel numeris ſeu ziphris præſcriptæ, aut niſi communi idiomate & literis vulgaribus, deque negotiis aliis quam regni.

De Aduocatis.

Cap. 6.

De poſtul. lib. 3. p. titul. 1.
Lib. 2. Cod. titul. 6. 7. 8.
Lib. 1. Decretal.

1 *Aduocati, os & mens procuratorum.*
2 *Aduocati, & eius officii ſynonyma, eiuſque finitio. Et num. 5.*
3 *Patronus litium quis.*
Rhetor & orator item qui. nu. 4.
6 *Procuratores quomodo differant ab aduocatis.*
7 *Aduocatorum diſtinctiones priuatarum & publicarum cauſſarum.*
8 *Aduocatorum ex curiis diuerſa nomina: & diuerſa dignitates ex illis diuerſis numeris. num. 9.*
10 *Aduocati conſiſtoriales Romæ qui, & eorum priuilegia.*
11 *Aduocati pauperum Romæ.*
12 *Aduocati quas cauſſas tueri debent, & eorum iuramentum.*
13 *Aduocatus an poſſit poſtulare contra ſuum dominum directum.*
Et num item in eadem cauſſa pro duobus aduerſarius num. 14.
15 *Aduocatorum album ex quibus repleatur, vel qui poſſint eſſe aduocati: & in illis aſſumendis quæ præcedat probatio: Mores & geſtus eorum quales eſſe debeant. num. 18 19. & 20.*
16 *Aduocati neceſſarii, & dantur à iudice non habentibus, & numer. 17.*
21 *Poſtulare qui prohibeantur, & numer. ſeq. 22. 23. 24. 25. 26. 27. & 28.*
30 *Poſtulare ſententia qui & quandiu & quomodo prohibeantur.*
30 *Aduocatorum futilium & verboſorum pernicies in Repub. & num. 32.*
31 *Loquendi facultatem cur ſere aduocati amittant præmature.*
33 *Aduocatus paciſcens de quota litis quomodo puniatur.*
34 *Aduocatorum officium & diligentia quæ: Eius officii conſtituendi rationes. num. 35. & ſeq.*
36 *Aduocatus nemo bonus in cauſſa propria.*
37 *Aduocati cogi poſſunt cauſſas agere pro opem implorantibus.*

MEns, conſilium, atque os cognitorũ ſunt aduocati, ad quos etiam apparatas cauſſas vel apparandas deferunt procuratores, vt ad primos iudices, conſulendi cauſſa, num tuto ſe diſcrimini iudicii poſſint committere: vbi enim procuratores acceperint à clientibus mandata ſeu procurationem cum iſagogica cauſſæ narratione, vel, vt dicunt, cum inſtructionibus & memorialibus cauſſę, debent conſulere ſuper his aduocatum, qui animaduertat num ius ſit litigandi, vel num à lite abſtinendum ſit, vt ſtatutum eſt ordinatione curiæ ſupremæ Pariſienſis, des Aduocats & Procureurs.

¶ † Aduocatus, cauſſę patronus, orator, rhetor, cauſſidicus: & dum excandeſcit præter modum, à rabie rabula dicitur, qui deſiderium ſuum vel amici, agendo vel defendendo exponit ei, qui iuriſdictioni præeſt, vel alterius deſiderio contradicit. le. 1. §. poſtulare, de poſtul. P. c. infames, §. eſt autem poſtulare. 3. q. 7. Omittam hic magis ſubtiles, quam neceſſarias, & alterius tractationis liberioris explicationes, ſynonymorum aduocatorum.

¶ † Quid enim immorarer in eo, quod Valla ait aduocati nomen latius patere quam patroni cauſſarum, quod patronus à patre, qui reum defendit, & imbecilliorem, verbo aut facto, Valla. lib. 4. Elegant. c. 12. nam & is qui aduerſarium defendit dicetur & patronus cauſſæ.

¶ † Rhetores etiam ſcimus ab aliquibus dici & eos, qui extra iudicium vmbratiles defendunt vel accuſant cauſſas, & proprie declamatores dictos, Sed & pater Rhetores Græcis dictos, vt Demoſthenem & alios, oratores, qui vere in concionibus populi & iudicum conſenſu cauſſas agerent vel defenderent. Et Orator dicitur apud Ciceronem vir bonus dicendi peritus, qui in cauſſis publicis & priuatis plena atque perfecta vtitur eloquentia. Cauſſidicus item dicetur, qui cauſſam ſeu litem exponit.

¶ † Omnes, dum ad tribunal dicunt & qui vocantur, aduocati dicuntur: vt & vocationem teſtiũ dicendi teſtimonii cauſſa, aduocationem dicemus, l. falſi, 20. ad leg. Cornel. de falſ. C. Et proinde omiſſis iſtis omnibus, annotabimus in ſumma, aduocatos nos omnes accipere debere omnino, qui cauſſis agendis quoquo ſtudio operantur, & in omni tractu negotii adfuturi ſunt; l. 1. §. aduocatos, de var. & extraordin cognit. P. Videtur & contineri hac generali appellatione, etiam, procuratores, c. infames, iuncta gl. 3. q. 7. contra, procuratorum nomine aduocati, quia vtrique pro tractu cauſſæ in iudicium aduocantur, vtrique curant & procuratione gerũt clientis, & quædam ſunt etiã veriſque communia, d. l. 1. §. aduocatos, de var. & extraor. cogni. atque vt monui, in tribunalibus iudicum inferiorum, cauſſarum patroni adhuc vtrumque munus obeunt. Et vidi etiam, nam & recens eſt memoria, in ſubſelliis Senarchorum & Præſidialium, indiſtinctum horum officium, donec cœperunt ex ſolicitatoribus & inſtitoribus creari procuratores. Sunt & procuratores Romanę curię, graues viri & doctores, quorum munus non vere procuratorum, ſed oratorum aut patronorum eſt, Octauian. Weſt. lib. 2. introduct. in actiones Romanæ aulæ. c. 19. & ibi Nicol, Andr. Gran.

¶ † Verum nobilitate officii diſtant patroni cauſſarum ſeu cauſſidici à procuratoribus: nam procuratores ſeu cognitores, ſunt veluti adminiſtri & apparatores ſeu exſecutores aduocationis: & procurator vicem perſonę & domicilii tantum abſente cliente ſuſtinet. Patronus ſua auctoritate, conſilio & opera, litigantem in iudicio adiuuat & repreſentat. Sed & procurator cum aduerſario colludens, tenetur actione mandati, l. ſi procuratore, mand. P. l. ſi procurator. C. de proura. aduocatus autem, de præuaricatione, l. 1. de aduoc. diuerſ. iudicio. C.

¶ † Aduocatorum ſeu patronorum, alii dicuntur priuatorum cauſſis & negotiis addicti, alii publicis: vnde illi ſimpliciter 7
aduocati curiarum earum, quarum albo deſcripti ſunt. rubr. de aduo. diuer. iudicio. lib. 2. C. tit. 7. & de aduoc. diuerſ. iudicum, cod. tit. 8. iſti aduocati regis, vel fiſci, tit. de aduoc. fiſc. lib. 2. C. tit. 9. vel generales ſeu publici dicuntur. De priuatarum cauſſarum aduocatione, munere, & legibus prius dicendum, ſubinde Deo fauente, de aduocatis & cognitoribus Regiis & fiſci.

¶ † Priuatorum itaque aduocati dicebantur nominibus 8
ſuarum curiarum vel iudiciorum, vnde tres tituli poſiti ſunt, de poſtlando, de Aduocatis diuerſorum iudiciorum, diuerſorũ Iuſticum. Titulus de poſtulando, generaliter de munere poſtulationis tractat. In tit. de aduoca. diuerſorum iudiciorũ, de perſonis aduocatorum cuiuſque cauſſæ priuatæ vel fiſcalis. In tit. de aduoca. diuerſor. Iudicum, de priuilegiis aduocatorum diuerſo-

Digitized by Google

rum iudicum pro soti dignitate, cui erant cõscripti, quibus vtebantur aut tempore gestionis officii, aut post depositum officiũ aduocationis.

9 ¶† Non enim antiquitus omnes passim ad tribunalia maiora admittebantur causas acturi aut defensuri pro aliis, sed tantum aliqui, cum delectu & certo numero albo conscribebantur, in quo qui non essent inscripti, in eius prætorio non poterant patrocinari, etsi in aliis possent: vt fuerunt interdum quinquaginta tempore Leonis & Anthemii Cæsarum, in prætorio Alexãdrino, *l. petitionem virorum, 13. de aduoca. diuer. iudicio.* C. fuerunt interdum 150. *vt in re. cum aduocatio, 8. l. neminem. 11. C. eo.* in Præfectura prætoriana Romana 64. *l. ad similitudinem, 16. & l. post duos 15. eod.* inter quos adhuc erant delecti quindecim potioris gradus post fisci aduocatos, quorum priuilegiis donabantur *d. l. ad similitudinem*, & ex quorum etiam ordine, seniores in albo per annum vel biennium aduocati fisci eligebantur, & subrogabantur in locum & honorem demortui anterioris, *d. te. petitionem, 13. §. quando autem, eod.*

10 ¶ † Romę nunc in sacro senatu Summi pontificis, qui consistorium appellatur, Decemuiri conscripti sunt, qui intercessiones seu oppositiones electionum ecclesiarum à sede vel consistorio cognoscendas exponerent, dicti Consistoriales aduocati, quibus multa priuilegia indulta sunt: veluti laurea doctorea in vtroque iure Cæsareo & Pontificio doctos iuuenes ornandi: item & locum parentis ipsius ordinis, in filios & nepotes idoneos, alioquin iurisperitos, transmittendis, *vide ae ipsis, & aliis illorum primi Octani. Westrium li. 2. introduct. in aulæ Roma. actio. c. 18.* Sunt alii aduocati in aliis causis & tribunalibus Romæ, non tamen eius priuilegii.

11 ¶ † Sunt & aduocati salario de publico donati, dicti aduocati pauperum in camera apostolica Romę qui pauperum causas fouent & defendunt, vel defendere debent gratis, *idem libr. 2. ca. 7.* præsidium contra potentium iniurias: cum alioquin.

Curia pauperibus clausa est, dat cẽsus honores, Ouid. 1. de arte.

Et vt ait etiam alibi Ouidius, *idem 1. Fast.*

In pretio pretium nunc est, dat census honores,
Census amicitias, pauper vbiq; iacet.

Et hodie in Gallia solent vel debẽt exhibere pauperibus officiũ gratuitum triumuiri regii, seu aduocati fisci.

12 ¶ † Aduocati patrocinium de omnibus rebus est, de quibus iuste moueri vel defendi potest lis: de aliis nequaquam. Et ita iurant diligenter & ex fide officium suum pdæbituros: quod cognita sibi causa improba, vel penitus desperata scientes prudenterque mala conscientia liti non patrocinabuntur. Sed & si certamine procedente aliquid tale sibi cognitum fuerit, à causa recedent.

13 ¶† Dubitandum aliquando, num vasallus contra dominum postulare posset, propter formã fidelitatis, quę habet fidẽ pollici tam, cõsilii & defensionis rerum & personarũ, aduersus quã cõmittens priuatur feudo, *leg. rem non nouã, 12. §. patroni autẽ. ae ind. C.* nisi inquit Speculator, pro sibi coniuncta persona postularet vasallus, *§. 1. de no. for. fidel. & §. 1. de no. for. fidel. in vsib. feud.* Ceterũ Aufrerius refert, *Spec. in 1. par. Spec. lib. 1. parti. 4. de aduocato. §. item quod postulat contra eum arg. c. fi. §. clericus. de posth.* anno Domini 1384. decisum aresto curiæ supremæ quod aduocati possent placitare contra illos quorum sunt vasalli, dummodo non sit quæstio feudi, quod tenetur à dictis dominis, nec de causa contingente honorem personæ domini. Addit Aufrerius, & nisi causa esset notorie iniusta, quia illo casu posset contra dominum patrocinari, vt notat Bald. in simili in c. 1. col. 2. vers. nota ergo cum quæritur, in tit. hic finitur lex Contra. & in §. 1. col. 2. titul. quib. mod. feud. amit. in vsib. feud. Refert etiam Ioan. Gallus in quæstionib. decisis per aresta. q. 24. idipsum fuisse decisum in Parlamento Parisiorum contra Archiepiscopum Rhemensem, eod. anno 1384. & ante anno 1374. At prohibetur, ne clerici cõtra propriam ecclesiam postulent, *Aufrer. in collect. aresi. are. 3.* Non potest etiam, qui vnius clientuli prius causam cognouit, eiusque aduocatus fuit, in ea causa relicto clientulo primo, aduersario patrocinari, *c. fi. de postul.*

14 ¶† Fieret enim collusio proditio causæ, & pręuaricatio prohibita, *l. 1. §. prævaricator, ad Senat. Turpil. P. l. 1. de prævari. P. l. athletas, §. prævaricatur de iu que no. insa.* P. Neque admitto sententiã Speculatoris, quia ait in tit. de aduocato, vnum aduocatũ pro vtraq; parte postulare posse: quẽ sequitur Angel. Clauas. in summa, in ver. aduocatus, n. 17. si causa inquit, sit dubia: semper. n. bonę fidei aduocationis obstat prævaricatio, & sunt cõtrarii litigantes, nec duobus dominis contrariis quis fideliter potest inseruire. Interdictum etiã est pro grauissimis delictis aduocationem vel patrocinium suscipere, *l. per omnes, de defen. ciuita. C. Bal. in authen. habita. 6. col. versicul. & quæro nunquid, de insueta ne fil. pro pat. Cod.* Eligunturque aduocati in curiis primum generaliter ex peritis per ipsos Iudices & in album describi iubent aduocatorum.

15 ¶ † Subinde ex illis litigantes sibi aduocant, vel per illorum procuratores causæ præficiuntur. Idque communi stylo

ęceptum est, omnium fere iudiciorum comprobatione. 16

¶† Ignorandum tamen non est, Claudium Cæsarem cum esset Censor, quempiam nisi sua voce vt cunque quis posset, ac sine patrono, vitæ suæ rationem passum non fuisse reddere, *Sueton. in Claudic. 16.* Sed illud forsan, dum de cognoscendis moribus ageretur, qui facilius, quia personales, ex ipsa persona quam ex relatione patronorum vel procuratorum eliciuntur: in aliis non ita faciendum, in quibus & aduocatus & procurator necessario vsque adeo desiderantur, vt Prætor dixerit edicto, *Si non habebunt aduocatum ego dabo, l. 1, §. ait prætor, de postul. P. l. prouidendum. C. eod.* Et Iudex aduocatos quoque petentibus debebit indulgere, plerumque fœminis vel pupillis, vel alias debilibus, vel iis, qui sanæ mentis non sunt, si quis ei petat: vel si nemo sit qui petat, vltro eis dare debebit, *l. nec quicquam, 9. obseruare, de offi. Proconf. P.* Ideo & Valentinia. in Nouellis constitutionibus, prospexit edicto, ne oppida ab aduocatis desererentur, & ibi eos residere constituit: vt iure causę agerentur & defenderentur, & non temere Sic enim scribit, *Notum*, inquit, *est post fatalem hostium ruinam, qua Italia laborauit, in quibusdam regionibus & causidicos & Iudices defuisse, hodieque gnaros iuris & legum aut raro aut minime reperiri. Nam hæc necessitas fecit perpetuitatem dari prouincialibus aduocatis. &c. in legibus Nouel. Valentiniani tit. 10. de confirmandis his quæ ab administr. &c. alien. sunt.* Clades illi erat quæ ab ingressu Alarici contigerat. Posteaque idem constituit ibidem, ne curię omnino desererentur ab iis viris, qui ad prętorianas aduocationes properarent, neve destitueretur ciuitates: & si ad togam properarent propter priuilegia suffectum curię prestarent, cuius studio perficerent vniuersa, quæ per seipsos fuerant procuranda prouidendum quippe esse, ne prouinciales tenues homines, defensionis inopia ad requirẽda sumtuosa auditoria venire cogantur.

¶ † Non nego tamen apud Polonos, procuratores rarissime vel aduocatos admitti, sed quemlibet causam suam exponere, *Sigis. Lib. Baro, li. de rect. Moscouita. in sanctionibus Basilii.* verum suus cuique proninciæ seruandus mos. 17

¶ † Admittunt porro in officium hoc aduocati, Iudices, tantum idoneos muneri, bonis moribus & conuenienti doctrina præditos, *iuxta l. memini licere. 11. de aduoc. diuers. iud.* eaque de causa vt sciant, num huiusmodi qualitatis sint, cuius esse debẽt, statuitur inquisitio in parlamento Tholosano ex officio, priusquam ad iuramentum & descriptionem admittantur, & antequam cooptentur in hunc ordinem. Ita Carolus Magnus, in capitulari de pace, c. 12. *Praui aduocati tollantur, & vicedomini, & vicarii, & centenarii: & tales eligantur qui sciant & velint iuste causas discernere & terminare.* Boni mores eorum † & in internis & exterioribus actibus perpenduntur. Quare Aufrerius desiderat, *in stylo parlamen. 1. par. c. 1.* in aduocati persona, gestum maturum, vultum lætum, moderatam humanitatem, curialem formam, itæ temperamentum. Quę vberius & ornatius explicat Cicero de Oratore, Quintilia. lib. 2. Instit. orat. c. 10. & alibi. 18

¶ † Eruditio autem & doctrina eorum esse debet quæ superet discipuli gradum. Nam vbi allecti sunt in eum ordinẽ & album, desinunt esse scholastici. Quo factum est, vt die 9. Martii 1386. Regis literæ fuerint propositæ & promulgatę in curia suprema Parisiensi, quibus iubebat Rex omnibus Iudicibus, ne sinerent aduocatos vel procuratores in suis tribunalibus praxim exercere, vel causas agere, qui se vellent eximere à canonis solutione, seu à taliis prętextu scholaritatis, vt refert Ioan. Gallus, *parte 5. stylo parla. de quæstio. decis. per arc. parlam. q. 95. secundum digestum ordinem à Carolo Molineo.* Prohibet Anastasius Cæsar quempiam consortio Aduocatorum associari, antequam per statuta tempora legum eruditioni noscatur inhęsisse, *in l. iubemus, l. 3. §. pro sportulis, vers. nec de cet. ro, & l. petitiones. 5. §. pro sportulis, de aduoca. diuer. iudiciorum* Legum autem discendarum tempus iure præscriptum, *§. sed quia est solitum, in proœ. P. ca. fin. de magistris, c. licet, de præben. c. de cetero, de clerico non resid.* est quinquennium, post quod gradus aliquis magisterii peti potest, non ante. Sicuti & in concilio Basilensi prohibetur, ne ante studium legũ impensum per quinquennium in aliqua nominata academia, quispiã baccalaureus legũ vel iuris Cæsarei fiat vel põtificii, vel nominationes obtineat: exceptis filiis natis ex vtroq; parẽte nobili, quibus sufficit triennium, *§. videlicet de collatio. in pragmat. sanctio.* Quod & constitutione regia Lud. 12. cautum est, anno 1512. art. 8. tanto enim quinquennii tempore Pythagorici silendo discebant, *Suid. in Phythag. Lucia. in Gallo. Athenæus, libro 4. Dipnosoph. c. 19.* Testimonium eruditionis petendum est à iuris professoribus, sub quibus legum & iurium studio operam dederint, ideo & gradus dantur, & veluti testimoniales academiæ probationis codicilli, *l. neminiui licere. 11. de aduoc. diuers. iudicio.* quos cognitori & aduocatis regiis curiis, vbi albo aduocatorum scribi volunt, edere debent, & vna cum literis exhibere: illi vero referunt Iudici se vidisse literas gradus, & inquisitionem quoque de moribus, & proinde consentiunt eorum iuramento, receptioni, & descriptioni. Plinius libr. 2. epistol. Maximo scribens, conqueritur de aduocatis parum ad dicendum aptis, & adolescentibus audacibus, qui irreuerenter & 20

leuiter

leuiter ad declamandum in centumuiralem curiam transirent, infractis pudoris & reuerentiæ clauſtris, cum ante memoriam ſuam, maiores natu ita ſolerent dicere, vt aliquo conſulari producente. Et certe non meretur in magiſtrum eligi, qui nunquã bonus fuit diſcipulus. *c. cũ in magiſtrum, de electio. c. ordinatos. 59. diſtinct. miſerum. 61. diſt.* nec cauſſas in iudicio explicare, qui quomodo explicari deberent, non didicit.

21 ¶ † Poſtulare omnes poſſunt qui ſingulari nota non prohibentur, *Lautus. 43. de procurat. P.* Prohibentur vero edicto, lege, ſententia iudicis: aliqui in totum, pro omnibus, & vbique: alii pro certis: alii alicubi tãtũ: & ad tẽpus: alii in perpetuũ. *l. 1. §. 1. & l. quos prohibet, de poſt. P.* Initiũ fecit Prætor ab iis qui in totũ prohibẽtur poſtulare, in quo edicto, aut pueritiã, aut caſũ excuſauit: pueritiã, dũ minorẽ 17. an. prohibet: propter caſũ veluti ſurdũ *d. l. 1. §. initium.* Indecorũ enim eſt, vt qui curatore adhuc egent, & proximi ſunt tutelæ, quive ſe regere non poſſunt, alios regant, *cap. indecorum, de elect.* Neque ad rem facit, quod Cæſar perhibeatur pro roſtris auam laudaſſe 12. tantum annos natus. Hoc enim & ſimilia raro contingunt, & ſæpe ſi contingant aliorum opera tantum verba in pulpitis velut à Pſittacis efferuntur: cum tamen in ſubſelliis non memoriæ mandata ſufficiat dicere, ſed & pro occurrentibus negotiis, & inſtare, & noua & exemplo inuenire, & aciem aduerſarii ſecundum propoſita retundere oporteat. Videbis tamen Quint. de legitima ætate prodeundi & agendi cauſſas. lib. 12. cap. 6. Ob ſexum a mulier arcetur à tribunalium ſubſelliis, propter pudicitiam ſexus quę quo dammodo notatur conceſſu hominum, *l. 1. §. ſecundo loco, & §. ſexum, de poſtul. P. l. ſemina, de reg. iur. P.* Et quod alienam ſubire defenſionem munus vtile ſit, *l. alienam, C. de proc.*

22 ¶ † Sed & dedit edicto prohibitionis aliquando anſam, C. Aphrania quam corrupte legunt aliqui Codices Calphurniam, *d. l. 1. §. ergo. de poſtu.* quæ aſſiduis lacratibus impleuerat tribunalia, facta mulieb ris calumniæ notiſſimum exemplum: ita vt illius crimine obiiciatur improbis mulieribus Aphraniæ nomen, vt ait Valer. Max. *lib. 8. c. 3.*

23 ¶ † Et fertur aliquando in foro propriam cauſſam dixiſſe, & Senatum miſiſſe Deum conſultum, quidnam res illa ciuitati portenderet, vt ſcribit Plutar. in compaeatione Numæ & Lycurgi.

24 ¶ † 3. Lege prohibentur poſtulare clerici, niſi pro ſe ſuaque eccleſia, aut pro quibuſd à miſerabilibus perſonis ſibi natura coniunctis, *c. 2. 3. de poſtul. Lapud Grę. & acer imacta auth. interdicimus, de epiſc. & cler. c. ſacerdotibus, de clr. c vel mona. ſecula. neg. ſ immiſ.* potiſſimum in cauſſa criminali, & hoc coram Iudice ſeculari, *c. aliquantos. 51. diſtin. c. 1. 23. q. 8.* Ratio adfertur in l. conſulta diualia, C. de teſta. & l. repetita, C. de epiſc & cler. & niſi miſericordia id illis permittat extra ordinem, vt in c. nouimus, de verb. ſign. c. ſi res, 14. q. 6. c. vnico, 15. q. 2. Exſtat Ioan. Xiphilini patriarchæ Conſtantinopolitani conſtitutio, qua cauetur vt nemo deinceps monachus, aut eccleſiaſtica perſona, alienas cauſſas ſuſcipiens in iudicio defendat, præterquam ſi forte ſit cauſſa eccleſiaſtica, & ab ipſo patriarcha iuberetur alteruttius ſubire defenſionem, *l. 2. iur. Oriental. Conſt. 3. I. Xiphili.* quamuis olim aliter fuerit obſeruatum, fuerintque aliquando aduocati, qui in ciuilibus iudiciis ſtationes habebant, & imperiales frumẽtarias teſſeras accipiebant, & ſub primiceriis erant, & à mundanis magiſtratibus confirmabantur: quod & od. oſum viſum fuit, & punitione dignum, *vide d. l. 2. in conſt. Lucæ Patriar. conſtit. tit. de aduocatis. l. & poſtremum,* C. tit. 1. lib 8. *Baſilic. & quæ in præfecti libro digeſta ſunt, tradunt & aduocatorum collegium eſſe, atque à cuiuſcunque temporis præfecto confirmari.*

25 ¶ † 4. Prohibetur lege poſtulare Iudæus contra Chriſtianum: item is qui ſacro baptiſmate lotus non fuerit, & veram fidem non habet, *l. nemo, de poſtulat. C. l. 15. C. de epiſcop. audi. c. infamis, 5. q. 7. c. excommunicamus, de hæret. in 6.*

26 ¶ † Qui in cauſſa eſt Iudex, *l. quiſquis, de poſt. C. l. ſi. Cod. de aſſeſſo.*

27 ¶ † 6. Item & tabellio, quia officium eius vile cenſetur, *l. 1. & 2. de tab. lib. 10. C.*

28 ¶ † 7. Seruus etiam, *l. moris. §. nonnunquam, de pœn. P. l. vniuerſos. C. de decur.* liberi autem minime, ſi literis eruditi ſint, *l. nec ceterorum, C. de poſtul.*

29 ¶ † 8. Item prohibentur imperiti literarum, *d. l. nec ceterorum.* quia illi comparantur cæcis, *c. poſt tranſlationem. §. ſi quis, de renun.* & corpore vitiatis, *c. 1. 36. diſt.*

30 ¶ † 9. Sententiam certis de cauſſis prohibetur aliquibus, vel ad tempus vel in perpetuum patrocinium exercere: atque ideo quamdiu interdictum durat, tandiu arcentur à ſubſelliis. Interdum cum nota infamiæ, vt ob crimen: interdum ſine nota, vt quando ſtudioſis & clericis forum interdicitur, *vt in l. 1. & fi. C. de poſtul. l. quos prohibet, eod. P. l. moris. 9. de pœ. P.* Alphõſus Hiſpaniarum rex cum accepiſſet Gallum medicum acutiſſimi ingenii ſophiſtam, ad cauſſas agendas ſe contuliſſe, forumque omne ſophiſmatibus inuoluere, forum illi prohibuit, decreto edicto, vt omnis lis, quam Gallus patronus ſuſcipere, ipſo iure haberetur iniqua & iniuſta, *Anto. Pano. lib. 4. de dict. fact. Alphonſ.*

38. Et recte Vtopienſes inſulani, omnes aduocatos, qui tractant cauſſas callide, ac leges vafre diſputant, prorſus excludunt. Cẽſent enim ex vſu eſſe, vt ſuam quiſque cauſſam agat, eademque referat iudici quæ narraturus patrono fuerat, *Thomas Morus, li. 2. Vtopiæ.* Mos erat quoque teſte Luciano, *in libro de Gymnaſi.* Areopago, in audiendis aduocatis, litigantes & oratores eorum, quamdiu ea quæ ad rem attinent dixiſſent, perferri à Senatu auſcultante cum ſilentio. Ceterum, ſi quis meditato procemio orationem exorſus fuiſſet, vt Iudicum animos aliqua beneuolentia propenſiores faceret, aut miſerationem aut præcipuam vim atque potentiam adduceret, progreſſo actu, tum præco illi indiceret ſilentium. Neque permiſſa erat Rhetori ad Senatum nugandi libertas, ac verbis cauſſæ inuoluendæ poteſtas, quominus Areopagitæ ea quæ facta eſſent nude poſſent perſpicere. Et certe dolendum eſt, & dignum caſtigatione, quod forum tot inutilia tabularum verba occupent & impleant, tot caterga offerrantur, & in rebus nihil ab ouo, vt dicitur, res reperatur, vel ex Culice Elephas fiat, tempuſque quod miſeris litigantibus pro negotiorum expeditionibus apprime neceſſarium eſt, diffugiis controuerſiis inutilibus præoccupetur & pereat. Lex erat apud Athenienſes, vt narrat Æſchines contra Timarchum, ſi quis orator orationem habeat ad Senatum vel ad populum, de re propoſita ne procul aberret: neve de quaque re dicat, nec bis idem, nec quemquam maledictis vexet, aut ſub Solem quempiam traducat, obloquaturque, aut cum quid ad Senatum refert, de eo repugnanter ne dicat, quæue ad Senatum non pertinent, præſidemve ne vrgeat, ne extrahat concionem, &c. Monet Vlpianus, *in l. nec quicquam. §. 1. de offic. proconſ.* P. iud eem, vt concinnatores vel redemtores cauſsarum obſeruet, reprehendat, & non patiatur. Vocantur concinnatores ibi cauſſarum *διαβολέων συγκομιστὰι, ἰργαλεῖα,* cauſſas perpollientes. Sicut apud Plinium, *lib. 14. c. 20.* poſt Varronem & apud Iuriſconſultos concinnatoria in eadem ſignificatione dicuntur inſtrumenta, *l. inſtrumentum, de penu lega. P.* Valentini. & Valens, idipſum quoque quod ſtatuerat lex Athenienſium, iuſerunt, *l. quiſquis 6. de poſtul. C.* ne vltra quam litium poſcat vtilitas, in licentiam conuitiandi, & maledicendi temeritatem aduocati prorumpant: vtque, ſi quis adeo procax ſit, qui non ratione, ſed opprobriis putet eſſe certandũ, opinionis ſuę imminutionem patiatur: neque conniuentiam commodam, vt quiſquam negotio derelicto, in aduocati ſui cõtumeliam, aut palam pergat aut ſubdole. Eadem iubentur aduocatis à Franc. I. in conſtitutio. & ſtylo prætorian. conſilii & conſtitu. *Sur l'abbreuiation des proces,* art. 10. & Caro. 7. art. 54. Quid enim ſi in iudicio faciendum aliud quam rem ipſam Iudici vere & ſine ambagibus referre, circumſtantias & peripſaſes negotii ſyncere & dilucide exprimere, omiſſis parergis? Quare & recte cautum eſt, vt antequam aduocati in iudicium veniant, teneantur de negotio exponendo Iudici, & concordent in facto, *conſtit. Ludo. 12. ann. 1513. art. 24. & Fran. I. ſur l'abbreuiation des proces du grand conſe. l & arr. eius prætoriani conſilii, ann. 1546. I. Martij.*

¶ † Quam damnoſi ſunt cauſsarum patroni ſibi, Iudici, clientibus ſuis, & aliis, qui inuoluunt, foueant, concinnant lites, & inſolenti eloquentia & conuitiis tutari ſatagunt: vt exitus, res ipſa, temeritas, & legum præſcripta docent. Sunt enim ipſi in primis fidei & iuramenti dati tranſgreſſores, qui iurarint nihil niſi quod iuſtum & defendendum videbitur, pro cliẽtibus acturos, dicturoſque nec deſperatas impiaſque cauſſas ſe defenſuros, *l. rem non nouam §. patroni. C. de re iud.* Eſt hoc præceptum Iſocratis, *in Parene. ſeu orat.* 1. nullæ prauæ rei nec aſſiſtere, nec patrocinare: videberis enim & ipſe committere talia, qualia ij quibus ſuecurris, perpetrarunt. Sic eo modo ſibi nocent, dum in opinionem incidunt iniqui hominis. Et certe vix eſt, vt qui improbas lites fouet, improbus non ſit. Non enim cogitat Dei iudicium, cui rationem dictorum factorumve redditurus eſt. Impiiſſimus qui ſæpe conſulto & ſcienter, veritatis lumen verbis & lingua obſcurare & fucum Iudici facere ſatagit, quo nihil damnabilius eſt, quodve per bonos Iudices à tribunalibus tanquam peſtis explodendum.

¶ † Et idipſum ſæpius vindicat Deus in morte aduocatorum, & ſubito loquendi facultatem ſub mortem adimit, *glo. in §. item ſurdus, quibus non eſt permiſſ. teſta. Ange. in l. ſi quis aduocatus, C. de except.* vt per eam torqueantur linguam qua pernicioſe abũſi peccarunt, *iuxta c. literas, de tempo. ordin. c. paſtoralis, de iure patron. c. fin. de immu. eccleſ.* & ita præcepto ſermone nec animæ, nec bonis nec liberis conſulere poſſunt.

¶ † Nec quicquam impudentius vſquam videris, nihil ſolidius & ſuperbius, rabula in Cicadæ modum obſtrepente, qui diſertus non videtur, niſi tumultu & vociferatione omnia concuſſerit, vt ait Cicero in Oratore. Qui alibi hunc ex albo Oratorum expungit, *Cic. 1. de Orato. Non enim,* inquit, *cauſidicum neſcio quem, neque proclamatorem, aut rabulam, hoc ſermone noſtro conquerimur.* Talem fuiſſe Neuolum ſcribit Martialis, *lib. 1. Epig. 61.*

Dum clamant omnes loqueris tu, Neuole, ſemper,
Et te patronum cauſidicumque putas.
Hac ratione poteſt nemo non eſſe diſertus:
Ecce tacent omnes, Neuole, dic aliquid.

Digitized by Google

Iudici porro officiunt istæ cicadæ, quæ nihil præter verba habent. quod illi veritatem obscurent, & tempus iudicandis litibus decretum, batologia præcipiunt, falsa pro veris inculcãt, decipiuntque, etsi ab aduersario detegantur, iam in vanissimis narrationibus contritum & deperditum non reuocant. Quos autẽ litigantes pari modo conficiunt, & protrahunt fucis iudicium & inanibus verbis, quod vetat lex *l. fin. §. in refutatorijs, Cod. de appel.* quæ magis accelerare iubet exitum, *l. properandum, in prin. & §. illo procul dubio*, C. *de iud.* sumtusque circuncidere. Multitudo etiam causarum & litium, ex vnius temeraria & vana eloquentia, dilationem noxiam accipit concupiti & necessarii exitus.

33 ¶ † Decimo loco, merito arcentur à munere postulandi, qui sordibus & auaritia impia, prætextu honorarii seu salarii in ipsis negotiis quę tuenda suscepérint, emolumenta sibi certę partis, cum graui damno litigatoris & deprædatione poscentes fuerint inuenti: &, interpretes loquuntur, fecerint pactum de quota litis, *l. si quis aduocatorum. 5. de postul. C. c. infames, vers. arcentur. 3. q. 7. lib. 1. de post. li. 2. C. Theod.* Quintilianus, *lib. 12. Orat. inst. c. 7.* ad defendendos reos, præmio adduci, proximum esse latrocinio ait, & pacisci morem esse pyraticum. Et Senatusconsulto Valuliano declaratum est eum qui improbe coemit alienam litem, pacto vt quicquid ex condemnatione in rem ipsius redactum fuerit, inter eos communicetur, lege Iulia de vi priuata teneri, *Madestius in l. ex Senatusconsulto. 6. ad leg. Iul. de vi priuata. P.* Ita prohibetur aduocatis, ne quadruplatores sint, neve interceptores alienarum litium, cum non liceat etiam in euentum litium, maioris pecuniæ præmio procuratorem redimere, *Papinius in l. salarium. 7. mandat.* P. neque vllum contractum pactionéve cum litigatore, quem in suam fidem receperit, aduocato inire, *l. quisquis, §. præterea, de postu. C.* imo redemtores litium aduocati puniuntur, *l. nec quicquam. §. aduocatos, de offic. proconsul.* pactum enim illud ad instruendam aduocationem fieri videtur, & ideo in pœnam legis Corneliæ de falsis quoque qui facit, incidit, *l. 1. §. 1. ad leg. Corn. de falsis. P. coniunge l. lege Cornelia, §. fin. & l. falsi pœna, 20. eod.* P.

34 ¶ † Officium aduocatorum habet bonam fidem & diligẽtiam, vt commoda litigantium perinde ac sua curent, adsint tribunalibus hora consueta, & præscripta, lites non differant vel extendant, vt in ordinatione curiæ supremæ habetur, & cõstitutione Caroli V. Imperatoris edita Augustæ Vindelicorum, anno millesimo quingentesimo quadragesimo octauo, art. 31. l. rem non nouam. §. patroni, & l. properandum, C. de iud. Breues sint in dicendo, scribendo, & consultando. Dabantur quidem olim ex lege accusatori sex horæ ad agendum: reo octo ad defendendum, secundum Plinium, *Nepos, li. 4. Epistol. Vis oscripta 9.* Sed id melius arbitrio Iudicum hodie committitur, pro ratione causæ. Non sint auari, non cupidi seu tenaces: videant diligenter & accurate litis instrumenta, & acta: præuideant quę aduersarius pro se adducere potest, quid contra proponere, & paratas adferant solutiones. Semper in summa aduocatus Deum præ oculis ponat, quodve iustum est tueatur, iniusta repudiet: idque ita fieri Iudex curet. Nihil enim pestilentius est in Republica, malis & prauis oratoribus, vt ait sæpe Demosthenes, potissimum Olynthiacis, & de Corona. Finis etiam & rationes interuertuntur aduocatorum admittendorum, vt tunc satius esset non esse quam admitti tales.

35 ¶ † Permittuntur enim, tanquam necessarii ad præsidium causarum, & ad salutem Reip. Sicque Leo & Anthemius Cæsares, *l. aduocati. 13. de aduoca. diuer. iudicio. C. Aduocati qui diriment ambigua facta causarum: iuuque, defensionis viribus sæpe publicis in rebus ac priuatis lassa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi quam si prælia atque vulneribus patriam parentesque saluarent. Neque enim solos, nostro Imperio militare credamus qui gladio, clypeo & thoracibus nituntur, sed etiam aduocatos. Militant namque causarum patroni, qui gloriosæ vocis constet munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt.* Quare eis tanquam militibus, permissum est etiam exsistentibus in patria potestate, sibi quærere exemplo castrensis peculii, *l. fori tui culmine. 4. eod.* Vtile officium hoc & necessarium est visum, vt consilium præberent legitimum clientibus, & innocentiam defenderẽt, causas discuterent coram Iudice, se vel potentiæ vel malitię vel iniquitati aduersariorum prudenter obicerent, *l. laudabile, 4. de offic. diuers. iudicum.* In hac togata, vt ait Valer. Max. *lib. 7. c. 7. in 1. exempt.* militia: bonæ quippe semper non est fidendum causæ, vt ait Isocrates in paragraphica oratione contra Callimachum, quod pleraque vsu veniant, vel præter sententiam in iudiciis, & quod fortuna potius quam iure quæ ad iudices perlata sunt, iudicentur. Sic Demosthenes contra Midiam scribit Euæonem cũ causam diceret sua culpa non fuisse absolutum, quod nihil eorum gerere in animum induxerit, quæ sæpe eripiunt è maximis periculis reos. Cicero etiam 1. de orato. & alibi sæpe, de damnatione P. Rutilii Rufi conqueritur, ciuis optimi atque innocẽtissimi: eo quod sine Rhetorum ministeriis iudicium illius tractatum sit, *Quia*, inquit, *nemo ingemuit, nemo inclamauit patronorum, nihil cuiquam doluit, nemo conquestus est, nemo rempublicam implorauit*, &c.

36 ¶ † Est & alia causa, cur expediat, imo vero necessarium sit, per alium non per seipsum iudici rem & negotium exponere. Quia facile non est, hominem pluribus pathematibus & effectibus obnoxium, in dicendo causam, vel aduersarii potestate, vel iam concepto terrore non consternari, & voce non deficere & mente: vel ob iniuriam quam sibi credat inferri à maledictis & verbis contumeliosis se temperare, & ira concitum transuersũ à iustis rationibus in alia inutilia non agi. Atque Cicero, cum Philiscus eum exsulem in Macedonia in luctu exsistentem cõsolaretur, tanquam mulieroſum obiurgaret, quodque doctus aliis consuleret: Respondit, *Atque longe aliud est, o Philisce, pro aliis verba facere, quam pro se consulere: nam quæ pro aliis dicimus, ea cum à recta & integra ratione proficiscantur, vtique vim suam obtinent. Verum animus, vbi quis morbus eum occupauerit, obtunditur, caligoque offunditur, ita vt nihil idoneum excogitare possit. Itaque illud dictum vetus, recte dictum est: facilius esse adhortari, quam seipsum contra aduersas res obfirmare*, vt refert Dio Cassius, *libro 31.* Et in praxi etiam obseruatum est, ne quis orare causam propriam in iudicio possit, saltẽ periodum apponere conclusionis. Et proinde si permittatur de re in causa propria, patronus alius causæ aditus & orationi adstans, adiicit dictis conclusionem.

¶ † Item alia de causa, prætor, vt respondit Vlpianus, titulum proposuit de postulando, & de aduocatis, habendæ rationis, sicque dignitatis tuẽdæ & decoris sui causam sine dele- 37
ctu apud se postulet, *l. 1. de post. P. l. obseruandũ, de offi. præs* P. Et ideo & praxis habet ne quis causas oret vel agat, aut defẽdat in eo audiitorio in cuius albo aduocatorũ scriptus nõ est, qui non sit ex collegio aduocatorum, iuxta l. petitionem virorum, 13. de aduoc. diuersor. iudiciorum. C. postquam autem huic collegio scriptus fuerit, potest, imo debet & cogitur operam eius postulãtibus præbere: aliter si cuicunque parti patrocinium denegauerit, foro carere iubetur, *l. prouidendum, 7. de postul. C. l. 1. §. aut prætor, eo. P. l nequicquam. 9. §. obseruare, de offic. Proconsul.* Et Bart. nota. *in l. sanximus, in 1. de aduocat. iudicio. glo. in l. 2. in ver. consensu, de prox. sacr. scrinio. lib. 12. & ibi Bart.* quod doctor potest cogi, aduocare vel postulare in ea ciuitate, in qua id munus incepit. Quia omnis qui insignia alicuius artis vel officii habet, tenetur operam suam in eo præbere postulantibus etiam inuitus, *l. 1. & ibi Bart. sarti. sauer. naut. & c. P. & Bal. in l. filius familias, §. inuitus, de procurat.* nisi forsan iusta ratione excusetur aduocatus: puta, quia sua interest litigantem non suscipere, quod, defendendo illius causam sibi præiudicare possit: nã sicuti quę dicuntur ab electo aduocato censentur dicta per clientem eius, *l. 1. de error. aduoc. C.* ita & dicta pro cliente, retorquẽtur vt plerumq; in aduocatum, *vt in l. fin. de inoffi. testam. P.*

De Aduocatis & Cognitoribus seu Procuratoribus Regis vel fisci.

Cap. 7.

Libri. P. titul. 19.
Lib. 2. Cod. titul. 9.

1 *Aduocatus fisci quis dicatur.*
2 *Procurator Cæsaris seu curator quis.*
3 *Procurator fisci nihil tractat sine aduocato.*
4 *Procurator fiscalis dominorum iurisdictionalium est & aduocatus.*
5 *Aduocati fisci qui & quot essent, & vnde stipendia, & quæ haberent apud Romanos & de Gallicis. num. 6.*
7 *Aduocati & procuratores fisci constituendi finis, & rationes.*
8 *Rationalium officium & munus.*
9 *Procuratores & aduocati fisci de quibus iudicent & cognoscant. Quibus etiam puniantur pœnis abutentes officio: & pro quibus soleant interuenire personis & causis, nu. 10. 11. 12. & 13.*
14 *Aduocatis regiis alia mandata.*
15 *Sub cognitoribus regiis quæ mandata, & quod eorum munus.*

QVamuis † ex superioribus colligere possimus, quæ muneris sunt aduocatorum fisci & rationalium seu cognitorũ: tamen quædam alia admonenda sunt, quæ singulari nomine locum habent in istis. Aduocatus fisci is dicitur, qui causas agit publicas & Principis, & ea ex quibus etiam compendia in fiscũ deferuntur: qui accusat & defendit in quantum Reipubl. interest, sine periculo calumniæ, *l. fisci aduocatus. 3. de aduocat. fiscal. Cod.* 1

¶ † Erat & curator & procurator etiam Cæsaris qui mitrebatur à Cæsare in eius prouincias, & populi, qui publicos reditus colligeret, & qui impensas in Cæsaris præsidiis, negotiis, & in Magistratuum stipendia faceret, *Dio Cass. lib. 53.* 2

¶ † Aduocato fisci procurator fisci nunctus est, qui & rationalis à rationibus Principis curandis & procurandis dicitur. vetitumque illi, ne nisi aduocato fisci præsente, negotia, rationes, vel ærarii sacri causas tractare vel examinare posset, *l. fin. de aduoc.* 3

Digitized by Google

alunc.ff.C. D'cuntur & isti Cæsariani aduocati, *in l.fi. C. de ipa.* Procura or fisci recte aduocatus etiam appellari potest, *gl. in l. non intell gitur.§ fi.in ver. restituuntur, de iure fisc.* C. potissimum quia lites et nunc & negotia Principis committantur. Nam forsan aliquando rationalis & curatoris Cæsaris distincta fuerunt officia, à procuratore seu cognitore fisci, vt illi viderentur pro curatores ad negotia, sed hic ad lites: quo tempore & dicebantur isti procuratores ad lites, aduocati fisci, vel procuratores fisci: illi, procuratores Cæsaris, *vide l.ad fiscum, & l.seq. C. vbi causse fis. Paul. de differentia in l.2.§. si aduersus fiscum.* At aliquanto post, & lites inter se & rationes procuratores & aduocati communicare iussi sunt: vnde & rationalis procurator fisci dictus, quod liquet ex Iulio Capitolino, *vide & Lamprid. & Alex.* in Maximino, *Erat*, inquit, *fisci procurator in Lybia, qui omnes Maximini studio spoliauerat. hic per rusticanam plebem interemtus est: sed cũ per eos, qui rationalem in honorem Maximini defendebant viderem auctores cædis, &c.* In Pandectis hæc duo etiam, vnica inscriptione comprenenduntur, *De officio procurat. Cæsar. & rationa.* libro primo, P. titulo decimonono. In cuius tamen legibus, non fit mẽtio nominis rationabilis, vtrumque etiam nomen eadem de re effari docet Alexander Imperator. *Procuratores meos vel rationales*, inquit, *l.8. de mod. mulctar. C. multæ iudicandæ eius non habere, sæpe rescriptum est l.3. eod.* Gordianus autem explicat, rationales, qui dicuntur Græcis logistæ, etiam dici curatores Reipu. *Curator*, inquit, *Reipublicæ, qui Græco vocabulo logista nuncupatur, mulctandi ius non habet.* Vocatur & ab vno officii actu, dispensator, in l.1. si aduersus fisci. lib.2. C. tit.37.

4 ¶ † Exemplo Principis, episcopi & domini territoriorum, quibus iurisdictio est, habent in suis tribunalibus procuratores fiscales, vel dominicos, qui quæ pertinẽt ad compendia eorum, vel ex mulctis vel criminum proscriptionibus dari dominis iurisdictionalibus procurant & petunt, & vindictæ publicorum criminum, instant. Et apud illos vnus & idem officio procuratoris & aduocati fiscalis, fungitur munere.

5 ¶ † Ferunt primum Adrianum instituisse officium aduocati fisci. Fuit munus huius aliquando temporale, vt reliquorum Magistratuum Romanorum & prouincialium, annuum videlicet: postea ex Leonis Cæsaris constitutione per biennium cõcessum, *l. sancimus*, 12. *& l. petitionem*, 13. *§.1. de aduoc. diuers. iudicio.* C. idque vni in singulis prætoriis commissum, donec bini ex decreto Valentiniani & Martiani facti sunt, *in l. binos*, 10. *& l. post duos*, 15. *eo.* illique delecti ex collegio aduocatorum prætoriorũ, secundum ordinem & seriem albi seu matriculæ, *d. l. petitionem*, 13. *§. quando autem.* qui ex publico, quandiu officium gererent accipiebant stipendiorum nomine 60. auri libras, vt ait Iustinianus, *in l. restituenda, eo.* alibi 50 centos aureos, *l. per hanc. §. sexcentos, eo.* vt non immerito deprædationes, si quæ fierent per illos in prouinciales, seuere puniri iuberentur, *l.1. & 2. de lucr. aduoc. li.*12. C. *tit.* 61.

6 ¶ † In Gallia Princeps noster suos habet regios aduocatos per singula sua tribunalia, vel binos, vel vnum, & cognitorẽ seu procuratorem: quibus etiam constituitur salarium de publico, eaque lege, ne quippiam aliud à clientibus capiant, nõ munus, non stipendia, non salaria: ne fauore aut pretio possint à seueritate & rectitudine officij dimoueri. Quare pro inspectione testamentorum seu elogiorum rerum, & pro formulis intentionis concludendis vel subscribendis dicunt *pour bailler leurs conclusions*, capere illis aliquid permissum, *in constit. Henr. II. sur la suppression des Preuosts des Mareschaux, public. 15. Feb. 1554. art. 25. 26. 27. constitu. Carol. 7. art. 82. constit. Aurelianens. art. 43.* Idipsũ prohibetur illorum suffectis seu subcognitoribus, *in constitu. Aurelianens. artic. 79.* quos vocant, *Substituts des gens du Roy*: nisi aliquid illis honorarium permittatur, auctoritate curiæ de signatum, *constit. Carol. 8. art. 8.* Atque 9. Calend. Martii, 1421. Statuit curia suprema Parisiorũ, regię aduocationis in curia Triuiros priuatis consultoribus operam dare, & ab alio stipendia, auctoramenta, congiariaque auferre licere, *Ioan. Lucius, lib. 4. placito. Curiæ, titul. 9. plac. 8.* Addit & constitutio Caroli 9. Aureliæ edita, art. quadragesimo quarto, vt neque liceat capere beneficia ab episcopis, & aliis litigantibus, qui eius fori sunt cui prę ficiuntur. Permisit tamen Princeps in curiis præsidialibus subcognitores seu regio huic muneri additos, officio consiliarii fungi, quod tamen intelligitur, quando expresse vtrumque officiũ coniunctim datum est, & in aliis causis quam regiis, vbi patrocinium vel procurationem exercuerunt.

7 ¶ † Sunt aduocatis fisci & procuratoribus, leges præscriptæ, tũ notionis, tum etiã officii, vltra communes quæ de aduocatis dictæ iam sunt, quæ etiã in illis locum habẽt. Curaque illis commissa, & cuius caussa creati sunt, satis illos admonet de fine & rationibus suæ dignitatis & officii. Putat Fenestella, *libr. de Magistr. c.* 26. procuratorem Cæsaris eum esse, qui inter Cæsarem & Romanum populum constitutus est Iudex: cum inter priuatum & Remp. iudicium constituendũ esset, ipseq; Princeps quãuis posset, tamẽ nollet sibi ius dicere. Et ideo eũ Magistratum creari placuisse, cui inter se priuataſq; personas competens esset iurisdictio: quique appellatus sit Procurator Cæsaris. Atque huic Magistratui, totius principalis rei licentiam commissam, ita vt quicquid ab eo negotiorum imperialium gestum esset, perinde, ratum haberetur, ac si ab ipso Cæsare fuisset pertractatum, *l.1. de offic. procur. Cæsar.*

8 ¶ † Trãsferebat bona Cæsaris eius nomine & eius cõsensu, non aliter: nec. n. alienare res Cæsaris poterat: iubere tamẽ seruo Cæsaris poterat adire hereditatẽ, & ipse quoq; delatã, opipatã tamẽ & opulentam delaam Cæsari se immiscendo acquirit Cæsari, *d. l.1. §. fin. & l. fin. si quis mihi bona. §. si seruus fisci. de acq. hered. P.*, Si tamẽ eorũ hereditas, quibus institutus est Cæsar, soluẽdo non sit consulitur Imperatori, *Paul. l.2. de offi. procu. Cæsar. P.* Licet & illi interdicere alicui, ne veniat in prædra Cæsaris, tanquam tumultuoso vel iniurioso aduersus colonos Cæsaris: at deportandi, vel deportatos reuocandi ius non habet. *l. fi. eod. P.*

9 ¶ † Rationales quoque priuatæ rei causſis, vel sacris ærariis præsidebant, sed nonisi pr æsente fisci aduocato examen iuscipere poterant. *l. fi. de aduo. fisc. Cod. l. si fiscus*, 7. *de iur. fisc. l.2. si aduers. fisc. libr.*1. 6. *titul.* 37. Res priuata Principis intelligitur patrimonialis, cuius ratio & fisci priuilegio vtitur, *l. fiscus 6. de iur. fis. P.* non tamen de contractibus priuatorum cognoscebant, *l. pen. si mancip. ita fuer. alien. vt manumit. li. 4. C. tit. 57.* neque de ipsa re Principis eo inconsulto transigebant, *l. nulli procuratorum*, 15. *de transact. P.*

10 ¶ † In duo capita omne officium procuratoris & aduocati fisci in summa cogi potest, in causſam cognoscendi seu iudicandi circa ærarium, aut res Principis: vel in patrocinium causſarũ fiscalium, quæ vel ærarii sunt, vel habent vindictæ vel causſæ publicæ qualitatem.

11 ¶ † Et circa primum, Antoninus Cæsar ait, *l.1. C. de iurisd. om. iud. l. cum vendente, l.4. C. vbi cau. fis.* procuratorem suum habere quidem iudicandi potestatem inter certas personas, sed non esse competentem Iudicem in lite priuatorum, nisi ratione consensus eius sententiæ se subiecerint. Sic rescriptum etiam est, *l: 1.2. & 3. si adu. fisc. resti. postu. C.* procuratorem Imperatoris vna cum Præside, præsẽte fisci patrono, causſam petentis restitutionem aduersus fiscum examinare & decidere. Et generaliter Constantinus *Ad fiscum pertinẽtes causſas rationalis decidat omnibus concussionibus prohibendis, l. ad fiscum. 5. vbi causſ. fisca. vel dini. dom. & c. 5. lib. 3. C. tit. 26.* veluti, si agatur de bonis quæ leges vel sententiæ Iudicum iusserunt fisco deferri, *vt in l.1. & 2. C. eod.* de colonis domorum Principis, de inquilinis vel setuis eius, *l. hac lege*, 11. *eod.* de causſis ciuilibus officialium suorum quiexactioni vel chartis inseruiunt; *in l. nullum, Cod. eo. vbi causſ. fis. l.2. de iur. fis. libr.* 10. Quatuor autem casus excipiuntur, in quibus non potest causſarum fiscalium cognitio pertinere ad procuratorẽ, Cæsaris, quos refertgl. in L.1. ad verb. *personas*, C. de iurisdict. omn. iud.

12 ¶ † Reliqua quæ ad patrocinium curamque Triumuirorum regiorumve patronorum & procuratorum pertinent, omnia sunt, in quibus Regis vel Principis vtilitas, vel damnum, vel solicitudo seu officium versatur: vnde recte nosse debent huiusmodi personæ, criminum pœnas, & naturam, quorũ vindictam persequuntur, & titu. *Quæ sint regalia*, in vsib. feudo. & quæ ad Regis curiam & dominium seu domanium ordinarium vel extraordinarium pertinent. Perquirunt quę sint bona vacantia, & à Iudicibus petunt fisco adiici, & incorporari, *l.3. & fin. de bon. vacan. lib.* 10. C. relicta licentia priuatis se defendendi. *l. prohibitum, & l. defensionis faculta, de iur fis. libr.* 10. *C.*

13 ¶ † Vult enim Princeps, nonnisi legitimas easque suo tempore, à fisco inferri actiones & lites, *l. iustas etiam eod.* Statueruntque Valent. & Val. vt si quis vexatus fuisset ab actore rerum priuatarum Principis, vel eius procuratore, posset deferre querelam Rectori prouinciæ, vel Iudici super eorum contumeliis vel deprædationibus, eosque conuictos, publice damnatos viuos concremari. *l. vniuersi, 9. vbi causſæ fisc.* C. Sicque Constantinus, *Fisci aduocatus pœnas metuens, caueat ne fiscalia commoda occultet, neve vllo negotio exsistente, fisci nomine priuatu audeat calumnias commouere, l. fis. 5. de aduoca. fisc. Cod.* Idque eo magis cauendum est, quo ampliora priuilegia, & accusandi publicam facultatem sine periculo delatoris iura Romana & gentium illis concesserunt, *l, ex varia. & l. monẽte, de delat. li.* 10. *C.* imo neq; permiserũt cuiquã sine fisci aduocato denũciare impune, *l. omnes Iudices. 5. eod.* Quod & in Gallia seruatur, neque quisquam priuatus de crimine publico accusare potest sine procuratore regio, cui tamen si denũtiet, & petat eum sibi in causſa iungi, se subscribit denuntiationi: vt si non apparuerit probationes vel calumnioſe denuntiauerit, qui iudicio impetitus est, seueritatem iudicis contra denuntiatores imploret, iuxta l. omnes, de delator. lib. 10. C. Quinimo, si constet calumnioſe & malitioſe prætextu potestatis regium cognitorem seu procuratorem reum quendam & innocentem prosequi, & diuexare, ipse suo nomine condemnandus resarcire damna, & quanti interest vexari *Gaid. Pap. fin.* 82 1. interdum & pœna capitali, si crimen. calumniæ eo prætextu illaatũ ea dignũ fir, *d. l. vniuersi, C. vbi cau. fis.*

14 ¶ † Sed & constitutum est, *Const. Caroli.* 8. *artic.* 8 : *Lud.* 12. *arti* 82. ne prius iungantur regii cognitores litibus pri-

rum, quam consultatio inter se & cum aduocatis fisci fuerit habita, & ita expedire, interesse Regis, liqueat. Si tamen de caussis pauperum, societatum, mendicantium, hospitalium & miserabilium personarum agatur, pium opus facient, & Principis munus partesque exsequentur, si pro illis lites agitent, & eorum caussas teneantur legitimas. Quia nec ipse Princeps earum miserabilium personarum patrocinium aspernati debet, *Si pupilli*, inquit Constantinus, *l. 1. quan. Imper. inter pupill. & viduas, lib. 3. C. tit. 14. vel vidua, aliique fortuna inuidia miserabiles, iudicium nostræ serenitatis exorauerint, pr. sortim cum alicuius potentiam perhorrescũt, cogantur eorum aduersarii examini nostro (etiam om ßis propriis iudicibus) ius coram facere.*

14 ¶ † Iubetur item procuratoribus regiis, vt solicite curent regum constitutiones conseruari, *Const. Henri. II. contra Lutheranos. 1553. art. 46. Franc. I. an. 1539. art. 112.* ordinem iudiciorum in volumine audientiarum præscriptum, sequi, *Const. Carol. 7. artic. 21.* & si quid in curia per Magistratus delinquatur, obseruent, & mercurialibus præscribant, quas suo loco & tempore, & secundum datum illis ordinem referre possint Principi: vtque in acta caussas ciuiles, regias, & criminales, quibus patrocinantur, separatim describant, suoque loco prosequantur: & diligenter, *in constitu. Franc. I. Sur la reformation de la iustice de Normandie, art. 6.* inquisitiones criminum perpendant, illisque quid sibi videatur de decreto interponendo, subscribant, nullo quidem salario postulato eius rei caussa, *in constitu. Francis. I. ann. 1532. art. 110.*

15 ¶ † Ad curam etiam eorum reiicitur cæterum solicitudo carceratorum nomenclatura & expeditio, vt quam citius carcerati soluantur vel damnentur, *vide constit. Carol. 8. art. 80. 85. & 86.* Subcognitores, qui sunt huic muneri præfecti in Senarchiis, & in aliis iurisdictionib. Regiis, sunt veluti substituti procuratorũ generalium & aduocatorum curiæ parlamenti, ad quod fori sui appellationes deuoluuntur. Et proinde statis diebus iuridicis suæ Senarchiæ quibus appellationes fori sui ventilantur, adesse debent, atque procuratori generali rationem gestorum, quæ ad munus suum pertinent, reddere tenentur, ex constitutio. Ludouici 12. anni 1512. artic. 27.

De Salario Aduocatorum.

Cap. 8.

1 *Aduocati salarium quo iure, & quomodo accipiant. Quid salarium quale, & quantum petatur. nu. 4. & 5.*
2 *Honorarium quasi suffragium Aduocatorum quid item. n. 3.*
6 *Aduocatis cur dari debeat salarium. Et num dandum esset, legibus certatum olim. nu. 7.*
8 *Salarium Aduocati quale, & quomodo à clientibus petant.*
9 *Salarium consequitur Aduocatus, etiamsi non postulauerit, & per illum tamen non steterit. Cur autem debeatur, numer. 12. 13. & 14.*
10 *Pactum de quota litis cum aduocato vel procuratore reprobatum.*
11 *Aduocati auari & rapaces quibus similes.*

1 EAdem † ratio non est Aduocatorum & fisci, in percipiendo salario. Nam fisci curatores seu patroni, ex publico solum, vt dictum est, quia publicis negotiis inseruiunt, accipiunt: isti vero, quia priuatorum inseruiunt commodis, ab iisdem messem colligunt: non nomine quidem mercedis, quia non dicuntur locare operas, sed sub amici specie præstare officium & mãdatum suscipere, quod gratuitum dicitur, *l. 1. mand. P.* quanquam remunerandi gratia honor interueniat postea, *l. si remunerandi, 6. eod.* Nam inspicimus quod prius interuenit, & negotii potius naturam, quam quod postea præmii nomine accedit: vt in mensore relatum est, *l. si mens. fals. mod. dix. P.*

¶ † Et proinde quod datur ipsi Aduocato vel procuratori, potius honorarium quam merces dicitur: quia honorandi magis caussa datur: nec merces dici potest, cum scientia legalis, quę hic exigitur, pretio numario nõ possit æstimari, *l. 1 §. proinde de var. & extraordin. cognit. P.*

3 ¶ † Dicitur & suffragium, ab auxilio prębito ab Aduocatis voce vel scripto, *vt tit. de suffrag. C.* Sic enim suffragia dicuntur, vel vocalia, vel tabellaria. vt explicat Budęus. in l. moris. §. illud, de pœn. P. Vtuntur & iura nomine suffragiorum, pro sententia quæ in alicuius vtilitatem vel caussam fertur. *l. illud notandum. 5. quod cuius. vniuers. nomin. P. l. de quibus, de legib. P.* Et hinc suffragari, pro auxilio esse dicimus, *cap. 1. de sent. excom. §. quemadmodũ, de monach. in authent.* & suffraganeos episcopos, qui adiuuant archiepiscopum in prouincia administranda, *ca. 1. & 2. de foro compet. in Sex.* Et suffragium metonymice, pro præmio, suffragii caussa dato: vt in Nouell. Iustinian. Vt Iudic. sine quoquo suffrag. mittan. id est, sine vlla pecuniæ datione. Dicitur & salarium hæc remuneratio, *l. salarium, mand. P.*

4 ¶ † Salarium autem in genere dicitur, annua erogatio, quę in aliquem tuendi eius vel exhibendi caussa fit, *l. fin. de in rẽ ver. P.* stipendium, seu annua merces, *in l. alimenta 16. §. libertis, de alim. lega. P. l. 4. de decret. ab ordin. fac. P.* Scribit Plinius, *lib. 31. ca. 7.* vitam humaniorem, sine sale non posse degere adeoque esse vitæ necessarium elementum, vt transierit intellectus ad voluptates animi quoque: nam ita sales appellantur. Omnisque vitæ lepos, & summa hilaritas, laborumque requies, non alio magis vocabulo constat: honoribus etiã militiæ interponitur, salariis inde dictis magna apud antiquos auctoritate.

5 ¶ † Salarium autem Aduocati & procuratoris, ratione laboris: vel est conuentũ, vel ex officio Iudicis petendũ. Et conuentũ, vel certũ, vel incertũ: vel promissum stipulatione, vel nudo pacto, *viaen. glo. in l. salarium, manda. P. in l. 1. C. de suffra.* Res de qua fit promissio honorarii vel solutio, non est ipsa de qua litigatur, & cuius patrocinium suscepit ipse patronus vel procurator, nec pars eius quia esset pactum de quota litis, quod in aduocatorum discussione paulo ante docuimus vetitum: sed de alia re vel mobili, vel immobili, cuius petitio intentatur secundum legum præscriptam methodum.

6 ¶ † Solo tamen olim dubitatum & varie decisum, num aduocati seu caussarum patroni, possent quippiam & quantum pro opera in postulando clientibus accommodata, accipere, & à quo. Et lex quidem Titia antiquitus prohibebat, ne quis ob caussam orandam pecuniam donumve acciperet, quã sustulit Claudius Cæsar, pecunięque modum posuit vsque ad dona sestertia, seu centum aureos: quam summam egressi, repetundarum tenerentur. vt narrat Cornelius Tacitus, *lib. 11 annal.* Hac taxatione partim submota fuit pernicioſa aduocatorum eius temporis consuetudo, quo nec quicquam publicæ mercis tam venale fuit, quam aduocatorum perfidia: adeo vt Samius insignis eques Romanus, quadrigentis numorum millibus Suillio datis & cognita præuaricatione, ferro in domo eius incubuerit, partim etiam taxatione adhibita, officio huic mediocriter præter Titiæ legis præscripta subuentum est vsui & rebus, inde vt subsidium pararetur: ne quis inopia aduocatorum, potentioribus obnoxius sit. Neque enim gratuito contingit, omitti curas familiares, vt quis alienis negotiis intendat. Qua de caussa & subueniendum de mercede fuit alioquin. Sublatis etiam, vt inquit Tacitus, studiorum pretiis, sunt & studia peritura, vt minus docora. Obtinuit & quondam nihilominus mos, & agitatum de reuocandis veteribus Senatusconsultis, quibus venire aduocationes prohibebatur, sancitumque esset, omnes quicquid negotii haberent, iurare priusquam agerent, nihil se ob aduocationem cuiquam dedisse, causse, promisisse, sed peractis demum negotiis permitterebatur pecuniam duntaxat decem millium dare. Verum & hoc ad Principes reiici placuit, quia in communi malo viueretur, *Plin. Iunior. epist. lib. 5. epist. 14. Valeriano scripta, dum de condemnatione Tuscilii, nominati agit.* Iussit Octauianus Cæsar anno ab vrbe 737. Oratores caussas nullo accepto pręmio agere, qui secus fecisset, eum quadruplicem acceptæ mercedis reddere, *Dio Cass. lib. 54.*

7 ¶ † Cum tempore postea mutati mores, & quando collegia aduocatorum & procuratorum facta sunt officia necessaria, tũc ad illa nisi certi sunt admissi, illique huic muneri intendere curam iussi sunt: & necesse fuit, vel illis tesseras & salaria, vt magistratibus & assessoribus dari, vel ab illis qui eorum vterentur opera, lege tamen circa quantitatem accipiendam adiecta: imo potius pretio alliciendi fuerunt quam ab officio pro denegatione salarii retrahendi. Corrumpuntur enim sæpe aduocati pretio ne loquantur, & illis pecunia silentium, in damnum reorum quos defendere deberent imponit, vt fertur de facto legatorum M. lesiorum. Cum enim Demosthenes audacter respondisset, Milesios neque auxilio dignos quod petebant, neque ex re populi Athenienſis id esse: prolata re in posterum diem, ferunt legatos ad eum venisse, & pecunia donasse ne ageret, sed vt taceret pro populo: atque postridie Demosthenem lana multa collum ceruicesque circumuolutum ad populum prodiisse, dixisseque se non posse agere, quod *συνάγχω*, hoc est, anginam pateretur. Cui tamen aliquis de populo respõdit, non *συνάγχω*, sed *ἀργυρανάγχω*, id est, argentianginam pati. Quod ad Demosthenẽ Critolaus, Gracchus vero ad Demadem Rhetorem refert, *Gell. lib. 11. c. 9. & 10.* Additque in oratione C. Gracchus *Vos Quirites, si velitis sapientia atque virtute vti, & si quaeritis, neminem nostrum inuenietis sine pretio huc prodire: omnes nos qui verba facimus, aliquid petimus.*

¶ † Itaque petunt salarium Aduocati, illud quod clientes spoponderunt, condictione certi, si certum promissum est ex stipulatione. si incertum, actione ex stipulatu. *§. 1. de verb. oblig.* Si sine stipulatione, tantum pacto nudo promissum, condictione l. 1. de suffrag. C. Si nec conuentum nec promissum, officio Iudicis pro modo litis, proque aduocati facundia, & fori consuetudine, iudiciique in quo erat acturus æstimatione adhibita, quæ licitam honorarii quantitatem non egrediatur, quæ est summa centum aureorum, extra quam nulla etiam in pactio salario constituitur, *l. 1. §. in honorariis, & §. sequent. de var. & extraordin. cognit. P.* Minor tamen summa permittitur, consti-

Digitized by Google

constitutione curiæ & Francisci I. aduocatis: quæ tamen etsi singulis Martinalibus inaugurationibus in Parlamentis publicetur & proponatur, vix seruatur. Stephanus Aufrer. in prima parte stylii Parlamenti in principio, dum formam Aduocatos, admonet eos, *Ne lubenter viaticant arramenta, nisi sint seculari de salario suo: exceptis causis pauperum, quas gratis exercere debent: & bene soluentes male soluentibus præponant.*

9 ¶ † Prohibitum itaque non erit Aduocato de salario conuenire cum cliente, aut nomine palmarij seu victoriæ ei aliquid promittere, *d. l. vlt.* C. *de suffrag. l. 1. §. & si nomine, de var. & extraor. cogn.* P. quod consequi potereque poterit, etsi promittens pro parte tantum vicerit, vel transegerit, *l. fin. mand.* P. Neque restituet aduocationis causa datum Aduocatus, si non postulauerit, per illum tamen non steterit quominus susceptam fidem impleuerit, sed forsan per casum, vel per clientem: contra, si per illum steterit, *l. fi. & pen. de condi. ob caus.* C. *l. 1. §. diuus, & §. pe de var. & extraor. cognit. l. properandum, §. honorarius.* C. *de iudic. l. qui operas, loca.* P. Pro salario mobilia data statim transeunt in dominium Aduocati, vel procuratoris: si immobile vero promittatur instrumēti prius requiritur scriptura, & adeptio postea possessionis, volente promittente non etiam inuito, vel iudice auctore facta: alioquin imminet debito amissio, *arg. l. 1. C. de suffrag.*

10 ¶ † Notat Rebuffus tamen in ordinatis constitutionibus per titulos, ti. de Aduocatis, art. 1. inhibitum fuisse Aduocatis & Procuratoribus, ne cautionem, idiochira, vel obligationem acciperent salarij à clientibus vel solicitator bus: fuisseque idiochiron sex aureorum eam ob causam factum, improbatum, argumento vetitæ obligationis factæ ab ægris medico, *in l. medicus, de var. & extraor. cogn.* Et quod prohibitum sit aduocatis & procuratori, contractus inire de parte litis cum clientelo, *l. quisquis, §. præterea, de postul.* multo magis cū solicitatore seu initiatore litis, vt refert fuisse à curia parlamenti Parisiensis pronuntiatum, 7. Iulij 1514. pro Balthazare de Carlat, petente rescissionem contractus contra Ægidium Coneton, de tertia parte debiti, qui declaratus est nullus, vt ait Rebuff. in proxime cita. tit. art. 26. Compescendi enim sunt notus illi vulturum. Sic enim vere Ouidius:

Turpe reos emta miseros defendere lingua,
Quod facit magnas turpe tribunal opes, Ouid. in Elegia.

11 ¶ † Indigni certe oratoris titulo quidam sunt, qui ære patrocinium turpiter vendunt & quibus lites pendere diu, vindemia quædam est, Lupis qui syluas habitāt veraciores, docti legumq; tyranni: crudeliores eorum, qui cum nonnisi funus exstincti laterent, isti viuis scalpunt, & sugunt animam, nec missura cutem nisi plena cruoris hirudo: quique vt possint melius fallere, togam sumunt.

12 ¶ † Attamen, non quia isti excedunt in capiendo, boni aduocati & probi defraudandi sunt mercede, vt habeant vnde viuāt, & vnde sibi subsidia vitæ comparent, *l. si quis derogatis, de aduoc. diuers. iudicio.* C. Inanis est labor, quem præmia nulla sequuntur. Nec magnum est, si pro beneficio & defensione clienti exhibita: is naturali ratione suadente, & impellente, ad remunerationem teneatur *l. sed & si lege, 28. §. consuluit, de pet. her.* P. *l. Attilius Regulus, de donat.* Et ita vendere licet aduocato iustum patrocinium, & Iurisconsulto iustum consilium, *c. non licet, 11. q. 3. c. non sane, 14. q. 5.* id est, pro labore impenso, & opera præstita in cōsultando & postulando, licet quippiam licitū accipere: & potest operas suas locare. Cum nemo teneatur, maxime cum suo detrimento, alteri beneficium conferre, *ca. precariæ, 10. q. 2. l. in commodato, §. sicut, comm.* P. Dicit tamen gl. *in c. non licet, 12. q. 3.* hoc potissimum verum esse, si nonnisi cum labore & librorum euolutione, Aduocati vel Consiliarij munus obeat, non aliter: quia gratis, si extēplo respondere possit, impartire debet hāc opem. Probatur tamen, si aliquid illi eo nomine porrigatur, & illud posse veluti ex liberalitate accipi: & multa certe honeste accipiuntur, quæ honeste non petuntur, *l. 1. §. proinde, in fi.* P. *de extraord. cognit. Et nemo,* inquit, *lex ex iis quos licebit accipere, vel decebit, aspernanter habeat, quod sibi semel officij gratia libro arbitrio obtulerit litigator, l. quisquis, 6. §. nemo, de postul.* C.

13 ¶ † Adfertur alia ratio, quia operarius omnis dignus est mercede sua, *c. quicunque, 12. q. 2. c. cum secundum apostolum, de præb.* 1. Cor. 19.

14 ¶ † Sed & postremo, officium suum nemini debet esse damnosum, *l. sed si quis, in prin. de testa.* P. Esset autem, si hodie cum quis in collegio procuratorum vel aduocatorum esse cogatur, & ibi delatas causas suscipere, gratis teneretur officio fungi. Sic enim breui fame periret, vel sua consumeret. Imo post multos in iure per discendo exhaustos labores, postque sumptos in literis diutinos, quibus quis sæpe suum & parentum patrimonium exinaniuit, turpiter cogeretur mendicare, contra quam dictum sit, leges in paupertate neminem sinere viuere, *§. fi. de her. & falc. in auth.* Et frustra essent leges iuris insertæ, quæ permittunt filiis tamil. aduocatis habere, quasi castrense peculium, & quod inde procedit sibi non patri acquirere, *l. fori tui culminis de aduocat. diuers. iudicio.* C.

DE SENTENTIA ET IVRE IVRANDO, LIBER L.

De sententia formanda in genere.

Cap. I.

1 *Continuatio lib. 50. ad 49. proximum.*
2 *Sententia iudicialis quid, eius diuisio, in interlocutoriam & definitiuam. Quid interlocutoria, & in quibus reuocari nequeat. nu. 4. & 6.*
3 *Iudicatum quid dicatur.*
5 *Definitiua sententia quid.*
7 *Sententia de quo, & à quo feratur.*
8 *Protagoræ & Euathli inuenis controuersia, difficilis iudicatu.*
9 *Veneficij olim difficilis controuersia.*
10 *Bonus vir num quis sit, difficile habet iudicium.*
11 *Iudicandi tres antiquæ formulæ, & tabellarum notæ.*
12 *Iudicis officium, & partes in iudicando. & nu. 13.*
14 *Iudex secundum leges iudicare debet.*
15 *Consultatio quando fiat iudicij, & principis: & quomodo. num. 16. & 18.*
17 *Iudex vtrumque litigantium pari benignitate audire debet, & quare.*
19 *Sententiam dandi in iudicio ferendo plures antiquorum formulæ.*
20 *Tabellaria lex iudiciorum apud Milesios à quo lata.*
21 *Relatio ad principem suspendit officium iudicis referentis.*
22 *Sententia quomodo statui & pronuntiari debeat.*
23 *Sententia à personis & rebus de quibus actum est, ad alias non extenditur.*
24 *Summum condemnatio quare nominatim debet contineri sententia.*
25 *Sententiæ iudicum propter quæ impugnentur, & reprobentur.*
26 *Sententiæ, quæ transit in rem iudicatam, effectus: & in quibus non transeat.*
27 *Res iudicata non retractatur, vel prætextu nouorum instrumentorum, vel alio modo. Eius actio, & executio quomodo fiat. num. 28. & 35.*
29 *Iudicatis quomodo quis satisfacere cogitur, & quomodo interest reipub. sortiri effectum. Transactionis habere vires numero 30. & 32.*
31 *Executor vt modeste se gerere debeat.*
33 *Mortis supplicium quam citius fieri potest, exsequendum.*
34 *Rei iudicatæ exceptio.*
36 *Rei iudicatæ retractandæ remedia, supplicatio, restitutio in integrum, querela falsi.*
37 *Supplicatio aduersus sententias seu rem iudicatam, quando admittatur.*
38 *Restitutio in integrum contra sententias, quando detur, à quibus, & intra quod tempus concedatur: & nu. 39.*
40 *Erroris caussa interuenientibus in iudicio supplicatio vt fiat in Gallia: & à quo, & quomodo aresti parlamenti retractatio impetretur.*
41 *Sententiæ præsidialis retractatio quomodo impetretur, & vbi.*
42 *Supplicare contra sententiam quando non liceat.*

Artes † iudicis præcipue in iudicando 1
consistunt, ideoque postquam materia disposita est, & instructum plene est iudicium, & eius esse iurisdictionem constat, & de litigantium conditione, editioque plena omnium facta, vel per litigantes, aut vbi per eorum procuratores, syndicos, vel aduocatos negotium ex integro explanatum fuit, non debet morari iudex sententiam suam.

¶ † Sententia iudicialis est, idē quod iudicium, nempe pronū- 2
tiatio eius, quod bonum & æquum in proposita cōtrouersia iudici videtur, *l. sicuti, §. sed si quæratur, si serv. vin.* P. *facit, l. 1. vsufru-*

Digitized by Google

quemad. cau. P. l. in proposita autem, pro sec. hac venditio, de contrah. emt. P. absoluendo, vel condemnando, *l. 1. de re ind. P.* vel iudiciũ postremum suspendendo, *quod fit per interlocutoriam sententiam. Sententiam*, inquit Iulianus, *dicere æstimatur is, qui ea mente id pronuntiat, vt secundum hoc discedere eos qui litigant à tota controuersia*
3 *velit, Iul. in l. dicere, de recept. arbit. P.* ¶ † Iudicatum est id, de quo sententia lata est, aut decretum est interpositum. vt dicitur li. 2. ad Herennium. Et rursus Cicero *de inuentio.* clarius, *Iudicatum est, res assensione aut auctoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum comprobata. Id tribus generibus spectatur, religioso, communi, & approbato. Religiosum est, quod iuratis legibus approbarunt. Commune est, quod vulgo omnes approbarunt, & secuti sunt. Huiusmodi, vt maioribus natu assurgamus, vt supplicium misereatur. Approbatum est, quod homines cum dubium esset, quale haberi oporteret, sua constituerunt auctoritate.*

4 ¶ † Sententia duplex, interlocutoria aut definitiua: Interlocutoria est, quæ non decidit principale, vel in totum non finit negotium, sed quæ ad principalis institutionem pertinet: & improprie sententia dicitur. Et proinde in titulo, *de sententiis & interlocutionibus omnium iudicum*, C. distinguitur à sententia interlocutio. Ad hanc interlocutionem pertinent comminationes, epistolæ, subscriptiones iudicum, *l. 2. 4. 5. 6. Commi. vel epist. & c. rei iud. Auth. non hab. l. b. 7. C. tit. 57. Quod enim magno conflictu sententia decerni solet*, vt ait Constantinus Cæsar, *l. fin. eod. & l. fi. C. si per vim vel alio mod. id paucis literis temere descriptis, definiri fas non est.* Idipsum intelliges, si iudex suadeat litigantibus, vt concordẽt: non enim tollit ideo illis actionem, *l. ex stipulatu*, C. *de sent. & interloc. omn. iud.* Et sic in similibus, tot enim sunt interlocutoriæ sententiæ formulæ, quot sunt occasiones interloquendi, *Fel. in rub. de re ind. & Bar. in l. quod iussit, de iu. P.*

5 ¶ † Definitiua sententia contra est, quæ totum negotium terminat & facit, absoluendo vel condemnando, *l. 1. de re iudic. P. l. 3. de sent. & inter. om. iud.* C. *l. 1. & tot. tit. sent. rescin. non posse*, C. *c. illa, de accus.* Et proinde post definitiuam sententiam, iudex qui pronuntiauit, iudex esse desinit eius negotij, ex quo nullum dubiũ superesse perfecta definitione debet, *in l. Paulus respondit, 42. & l. iudex postea quam, de re iud. P. l. si operis, 41. & l. pœnam, 15.* C. *de pœn.* neque enim emendare potest, *l. 1. de sent. ex recit.*

6 ¶ † Cum tamen diuersum statuatur in interlocutoria, *l. quod iussit, de re iud. P.* paucis exceptis, in quibus iudex non potest etiam interlocutoriam reuocare, vt notat Lanfrancus *ad c. quoniam contra ad verbum interlocutiones, numer. 46. & seq. de prob.* Vt ecce, 1. Si iudex per interlocutionem desinat esse iudex, veluti si declaret se incompetentem iudicem, *l. dicere autem, 23. de recept. arb. P. l. significantibus, de off. del.* Secundo, si iudex ferat sententiam absolutoriam ab obseruatione iudicij, *Ang. in l. 1. C. sent. resc. non posse.* Tertio, quãdo executio secuta est interlocutionem, ex qua ius quæsitum est alicui, *Bar. in l. posse. C. de sent. & interl. om. iud.* Sed & quando retractatio interlocutoriæ permittitur, bis tantum licet, *l. vni. iuncta rubr. ne lic. in vna & ea. cau. ter prono. &c.* C. Et si causæ sint grauiores & alicuius ponderis, neque semel nisi caussa cognita, *l. à procedente, C. de dilatio.*

7 ¶ † Feruntur istæ sententiæ de contentionibus in iudicium deductis, *l. vt fundus, com. diuid. P. l. illicitas, §. veritas, de off. præ. sid. P. c. licet Heli, de simo.* & à iudice, cui imposita est iudicandi necessitas, *l. fi. §. iudicandi quoque necessitas, de mun. & hon. P.* & decidendi aliqua sententia lites. In dubio enim siquidem agatur de facti quæstione, potest absoluere, nulla aut aliqua, sed non sufficiente proposita probatione, *l. qui accusare*, C. *de ed end.* At in facto de quo constet, de iure hodie non licet dubitare iudici, sed bene aut male, modum debet dissoluere aut rumpere, *l. cum reis, 18. de pœnis*, C. alioquin si moras nectat iudex, appellatur ab eo ob denegationem, vt dicunt, iuris vel iustitiæ, *iuxta §. si vero, vt diff. iud. in Authen. & §. non permittere, ae mand. princ. ro.* Neque hodie admitteretur illa formula iudicandi, *non liquere*, qua vsi sunt antiqui, quando litigantium contentiones paribus constabant calculis, vtrinque adductis paribus rationibus, vt iudex cogeretur pronũtiare nõ liquere: vt si creditor asserẽs mutuum debitum cum debitore æqualis probitatis dicente soluisse concurreret, *Gell. in lib. 4. ca. 2.* Vt fuit etiã in iudicio & scholis sæpe agitata cõtrouersia, & adhuc lis eius sub iudice, num is qui actũ rhetis emit, possit petere si quid pretiosius ipsis piscibus, veluti aurum captũ sit, quę orta fuit olim inter Ionicos iuuenes, qui actum emerant, & Milesios piscatores, qui post venditionem tripodem mensamque auream mari extraxerunt, quæve ex Senatu Milesiorum ad Apollinis iudicium reiecta, *meminit de hac quæstio. & simil, Valer. Max. lib. 4. c. 1. Suet. lib. de illust. reth. Diog. Laert. in 1.*

8 ¶ † Impleta & inuoluta fuit etiam ea controuersia, inter Prothagoram & Euathlum adolescentẽ, eloquentiæ discendę caussarumq; orandi cupidum, qui se dederat in disciplinam Prothagoræ pacta mercede, cuius Prothagoras petebat mediã partem iam dimidia numerata, & alia promissa eo die, quo primũ Euathlus caussam apud iudices orasset, & vicisset: non enim caussas volebat suscipere agẽdas Euathlus, alioquin agẽdi peritissimus, ne pecuniam soluere cogeretur. Idco à Prothagora in iudicium vocatus, Qua in re impediti iudices, distulere iudicium, adductis vtrinque à contendentibus rationibus, de quibus meminit Aul. Gel. *lib. 5. c. 10. Diog. Laer. in Prothagora.* Attribuit hoc ipsum Pius lib. posteriore annotat. cap. 73. Coraco præceptori, & Tisię discipulo.

¶ † Inuenies & aliud exemplum apud eundem Gell. *lib. 12. c.* 9
7. veneficę, quæ veneno maritum necauerat vna cum filio eius, qui suum filium occiderat, quæ scelus confessa relegata est à Dolabella ad iudicium Athenienſe Areopag: Areopagitæ vero statuerunt, vt post centum ann. iudicio se sisteret cum accusatore, ibidem caussas inuenies. Cicero etiam ad officium iudicis pertinere ait, 3 *Offi. de Val. Max. lib. 7. c. 2.* quædam iudicare nolle.

¶ † Sicuti Licinius Fimbria vir consularis, noluit iudicare 10
de sponsione facta à Marco Luctatio equite Romano, sane honesto, num vir bonus esset. Sapienter enim iudex pronuntiauit se nunquam illam rem iudicaturum: ne aut spoliaret fama probatum hominem, si contra iudicasset: aut statuisse videretur virum bonum aliquem esse, cum ea res innumerabilibus officiis & laudibus contineretur. Sicque plerunque iudices coguntur iudicium differre, quod certa sententia non possunt ratione aliqua plene componere: quare lites quædam remanent diutius sub iudice, vocant practici *mettre le proces au croc.* Et tempus aliquando quædam postea admonet, quæ suspensas lites facilius possunt soluere.

¶ † Proinde in more Romanis positum erat iudicaturis per 11
tabellas, tres tabellas dari diuersis notis sculptas, quarum quam vellent, mitterent in vrnam iudicii. Vna habebat notam literæ A. quæ erat nota absolutionis: altera literam C. quæ erat condemnationis: & alicubi D. quæ mortem significabat, quibus Augustus tertiam notam addidit N. L. id est, non liquere, *Cic. debet formula, pro Cluent. Gell. lib. 14. c. 2. Paul. Pompeius, de re iudic. P.* quæ erat tabula suspensionis iudicii, vel ampliationis, ex qua rei quoque ampliati dicuntur apud Iurisconsul. *Pisae inst. P. in tabella l. decurionum, §. fin. ex quib. cau. maior.*

¶ † Studere porro debet, vt quantum industria & ingenio 12
consequi poterit, id in euoluenda, difficultate impendat, aliqua ita & probata primum cõsideret, *a. l. illicitas, §. veritas, de offi. præsi. c. iudicet, 3. q. 7.* cum non possit facti probationes ex officio supplere, quamuis in iure, quæ desunt a duocatis & clientibus eorum suppleat, *l. 1. vt quæ des. aduoc. iu. art. Supple. l. cum, quem temere, de iud. P.* Concipit litis capita & quæstiones, conferet rationes & responsiones litigantium, diuidet se parata.

¶ † Et si plures quæstiones concurrant terminandæ, maio- 13
rem præferet minori. Et prius de maiori & de criminali, quam de ciuili: nisi vtraque vna sententia possit decidi, puta quod vna in alteram inciderit, *l. pen. & fin. C. de ord. cogn. l. 1. Cod. de his qui acc. non pos.* Præiudiciales præponendæ sunt in decisione quæstiones quoque, nam & illæ naturæ aliis priores sunt: veluti proximitatis caussa ante petitionem hereditatis intestati iudicanda *l. 2. C. de ord. cog.* prius de hereditate, quam de actoris credito hereditario, *l. vt debitum, C. de hered. act.* prius de conuentione, quam reconuentione, *l. 1. de iis qui aco. non poss. C.* prius de vi & possessione, quam de proprietate, *l. fin. de vi, de ind. P. l. qui certum, §. 1. ad l. Iu. de vi publ. P.* Et sic de similibus, quæ seruato ordine debent prius vel posterius præcedere. Nunquam aberrabit iudex, si secundum leges iudicet: nam & secundum leges nihil dicet, habet in mandatis, *l. nemo de sent. & interloc. omn. iud. C. l. & ne innitaris, ae const. c. pura, 3 q. 9 §. quia vero, de iud. in Auth. §. iusiurandum, de defens. ciuit. eo. cum simil.* Et Æschines cõtra Ctesiphontem scribit, iudices iurare, iuxta leges se iudicaturos. In Gallia iurant, se seruaturos constitutiones regias. Et nunc in imperio secundum constitutiones imperii se iudicaturos, *instit. c. editu per Car. V. Imper. artic. 3. & 4.* Et Demosthenes in *l. Orat. cont. Aristogi. & rursum, eadem repet. 2. aduersus eundem. Quæres iudigant, conseruare leges, & earum robur defendere debent, quam ope aduiti boni in ciuitate incolumes sunt: sin autem sinetis eas exolescere, dissoluetur status Reipu. & vt quisque est improbissimus, ita plurimum poterit.* Cicero pro Cluentio, & hoc ipsum & partes alias iudicis his verbis concludit, *Ea sententia iudicis meminisse hominem, cogitare sibi tantum esse permissum, quantum commissum sit & creditum. Et non solum sibi soli potestatem datam, verum etiam fidem habitam esse, meminisse: posse quem oderit, absoluere: quem non oderit, condemnare: & semper non quæ velit ipse, sed quid lex & religio cogat, cogitare. Animadvertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoscat, quæres in quæstione versetur, cum hæc sunt videnda, tum illud est hominis magni, iudicis atque sapientis, habere in consilio legem, fidem, religionem, æquitatem: libidinem autem, inuidiam, metum, & cupiditates omnes amouere: maximi æstimare conscientiam mentis suæ, quam à Deo immortali accepimus, quæ à nobis diuelli non potest.* Quod postremum idem repetit 3. Offic. Cauere & debere ab odio, amore, cupiditate, inuidia, errore, spe, idem tradit 2. de Ora. pro Plancio.

¶ † Et abduci iudices ab institutis suis, magnitudine pecuniæ, in 14
sexta actione, in Verrem. Exstat & his corrumpi iudicium, testimonium, in c. quatuor modis, 11. q. 3. In summa, iudex omni ex parte incorruptus, ex iustitia, quæ virgo incorrupta est, cẽsere & perpendere debet iudicanda, nec debet esse lege clementior in

bis,

Digitized by Google

his, quæ lex disponit, §. *oportet, de iudic. in Auth.* legem dico, ciuilem, pontificiam, & regiam, prout materia decidēda patitur. Iudiciorum enim & in eo differentias cōstitui putamus, vt alia regātur canonibus, alia legibus, alia vtrisq; legibus & canonibus, *Const. Harmenop. lib. 1. prooem. tit. 2.* Iudex quippe qui constitutiones principum neglexerit, lege Cornel. de falsi punitur, *l. 1. ad l. Corn. de falsi. Nec mihi*, inquit Socrates in apologia apud Platonem lib. 27. *Athenienses, si sum videtur suasorem precari neque precando absolui, sed docere atque suadere. Non enim ad hoc iudex sedet, vt per gratiam conceat, seu vt iudicet secundum leges: atque id iureiurando prom sit, non per gratiam cuicunque libuerit consonare, sed iudicare secundum leges.* Et rursum Plato lib. *de regno, Praetoris munus est, vt iuste singula iudicet, vt circa contra contractus omnigenos quid iustum, quid non, consideret: & ad normam legum quam Rex ipse condidit respiciens, de singulis iudicet propria virtute semper adhibita, per quam neque muneribus, neque minis, neque misericordia, neque odio, nec amore legibus transgressis, accusationes dissoluat.*

35 ¶ † Quod si de iure dubitat iudex, debet maiores iudices consulere, *l. cum quem temere, de iud.* interdum etiam Principem, puta, si leges sint contrariæ, si rescripta à Principe emanauerint in causa, contraria: nam horum interpretatio, ad solum Principem à quo processerunt pertinet, *c. 1. §. fin. & ibi etiam glo. in c. 2. de confirm. vtil. vel inutil. c. si quid, 2. q. 7. l. 1. C. de legib.* Neque interim potest litigator, qui rescriptum impetrauit, à sententia qua interloquitur principem consulendum, prouocare: cum possit post rescriptum remissum à Principe, si velit, prouocare, *l. 1. §. hinc consequenter, de app. P.* Laborant aliquando iudices propter defectum iurisdictionis, qua de causa minores, maiores iudices: & maiores Principem consulunt, *l. si quid, & l. solent, §. legatos, iuncta gl. de off. procons. & legat. idem in causis capitalibus statuit Carol. 6. art. 7.* Interdum negotium al. quod inauditum, & inusitatum contingit, cum natura nouas deproperet edere formas, *l. 2. de vet. iure enuc. C. l. 2. de praes. ver. P.* & tunc opus etiam est consilio Principis *§ fin. de iud. in Auth. exemplo Mosis & Iudeum. Exod. 18.* & noua lege, quæ tantum à Principe potest constitui, *C. l. si. C. de leg.* Extra quos casus, & alios similes illis, non est permissum iudici, referre sibi propositum negotium ad Principem, quod possit ex legum præscripto sine dilatione ius dicere, *§. 1. vt iudic. non exp. sacr. iussio. in Auth. c. illat. 9. & §. 1. in meato lit. non fieri sacras formas, in Auth.*

36 ¶ † Quocirca relationem debet præcedere legitima negotij instructio diligens atque accurata consultatio, quæstione plene à litigantibus descripta, vt possit causa relationis iusta concipi, *l. 1. 2. 3. de relat. C. l. fin. quan. appell. sit, P.* Consultatio fit per auditionem eorum, quæ à litigatoribus dicuntur & præscribuntur, & per coniudicum sententias & suffragia. Admonet Suidas consultationem esse iudicis circa attentam dictorum à litigantibus considerationem dum refert iudices olim fabas in ore solitos tenere audiendo lites, ne obdormiscerent: vt milites allium in bello ferebant, indeque prouerbium, *ἵνα μὴ φάγῃ σκόροδα, audi ne manducet, neque allia, ne te fabas edat*, id est, nec militer, nec iudicer.

37 ¶ † Ita Solon & Draco, iureiurando Senatum Athenienſem obstrinxerunt, vt pari benignitate actorem & reum audirent, donec honestiorem & meliorem alterius causam intelligerent. Crudele iudicium est, si quid statuatur antequam cum accusatione comparata sit defensio. Et Poeta,

Nonnisi librato dirimat sententia litem
Parte quod ex vtraque conuiniat examine causam.

Vbi vates significat neque grauiorem, neq; audaciorem iniuriā, quam indicta causa quemquam mortalium iudicare, quod calumniator molitur, *vt ait Luc. in orat. de calu.* Et vt ait Max. Tyrius *Ser. Phil. 6. Vbi constituto iudicio reus agitur, nimis onerosus vtique erit is iudex, qui minime vtrique dicenti per se locum assignet, in hoc potius tyrannum, quam se iudicem praebens.*

38 ¶ † Consultandi modum tradit etiam iudicibus Plato, *l. b. 9. de leg. b. vt audito negotio à coniudicibus, senior ex illis quæ dicta sunt omni aabihita diligentia examinet, post eum cetero omnes consiaerent: qui autem nihil sua discussione dignum censet alteri examinandam ipsam relinquat.* Rogantur & sententiæ plurium in iudiciis definiendis voce nunc vt plurimum, adhibito numero assidentium vel consiliariorum, qui pro interlocutoriis vel definitiuis constitutionibus exigitur.

39 ¶ † Neque vtimur hodie in Gallia formula suffragia ferendi per sortes seu diuinationem, *de quibus in l. sed si ambo, de iud. P. Aul. Gel. lib. 2. c. 4. Nos abunde sup. lib. 34. c. 5.* aut per tabellas, aut per pedariam consensionem, *de qua Bud. in annot. primis ad Pand. ad tit. de Senat.* nec per *κατακεφαλαίαν*, quæ fiebat iudicio populi. Siquidem si credamus Suidæ, in eo verbo, præco dicebat in iudicio populi, exempli causa, cui Midas videtur iniuste fecisse, manum tollat: deinde manum qui volebant, extendebant, vnde erat *κατακεφαλαία*, populi per manuum eleuationem condemnatio: vt *ἀνακεφαλαία*, absolutio.

20 ¶ † Milesij lege tabellaria tamen, vt Romani vsi sunt, quā Hyppodamus Milesius Euriphontis filius de iudiciis tulit, & meminit de ea Aristot. lib. 2. de Repub. Iudicia, inquit, in foro sanciuit Hyppodamus, nō voce aut suffragiis fieri, sed vnumquēque iudicem tabellam deferre, in qua scriberet, si plane condemnaret: si plane absolueret, tam inanem relinqueret: sin partim condemnaret, partim absolueret, id distingueret.

¶ † Relatione pendente non potest iudex definire, vel cognoscere, donec responderit vel rescripserit Princeps, *l. 1. de relat. C. l. iubemus, C. de appell.* Postquam autem responsum acceperit, in relatis & rescriptis, & pariter in alis, mature iudicij ferret ad notitiam libelli, sine præcipitatione, & cum deliberatione consilij: nisi tam breues & leues sint causæ, quæ nec consultationem, nec scripturā requirant, *l. 2. & 3. & Auth. nisi breues, ae sent. ex breuic. recit. lib. 7. C. tit. 44. lib. 1. ae exhib. reis, C.* 21

¶ † In omnibus tamen Deum præ oculis constituet, cum iustis legibus, & extra leges per æquitatem, *c. si de transl. quod si Epheſi, ae eo quod cert. lo. P. Bar. in l. 1. C. de leg.* certam statuet sententiam, vel per se, vel per relationē ad certum, *§. curare, de act. l. 2. 3. 4. de sent. quæ sine cer. quan. C. l. ait Praetor. 5. §. 1. & l. in summa, 59. in prin. & §. 1. de re iud. P.* Deinde proferet litigatorib. ex scripto per se, *l. 1. de sent. ex breuic. recit. C. l. non distinguemus, §. quæsitū, de recep. arb. c. ad audientiam, de consuetu.* Hodie tamen in Gallia, pronuntiatur sententia cognitoribus seu prouocatoribus litigantiū per actuarium seu amanuensem causæ, quemadmodum & videtur permittere, *§. sancimus, tit. Jeu Nouel constit. Vt illustres per procur. causam agant.* Et tamen quæ summarie & de plano, ex tempore in auditorio peroratis causis decidūtur, non egēt scripto vel alia pronuntiatione, *Auth. generaliter, de epiſc. & cler. C.* quāuis postea quod placuerit ex iudicatis, transcriptum edatur litigantibus. Fit autem in scriptis pronuntiatio, diebus fastis, nō nefastis, vel festis, nisi cōsentientibus litigantibus, *l. si feriatus, de fer. P. l. si vt proponis, C. quom. & quan. iud. l. omnes, C. de fer. c. fin. eo. tit.* qui & vocandi sunt ad audiendam prolationem sententiæ, *c. cum olim, de testi.* vt præsentes sint quorum interest, *l. de vnoquoque, & l. quæsitum est, de re indic. P.* vel vocati contumaces, pro præsentibus habeantur, *l. si pro lusorio iudicio, § si de appel. P. l. 2. C. quo. & quan. iud.* vel nisi præsente aduocato vel procuratore eorum promulgentur, *l. si fiscus alicui, de iu fis. P.* in loco maiorum, vel vbi solent sententiæ proferri non secreto, quia tunc nulla esset, *l. cum sententiam, de sent. & interlo. om. iud. C. c. ſua fronte, de appel.* cum cautione, ne ad alias personas quam contendentes prorogetur, *l. 1. C. de sen. & interloc. om. iud.* 22

¶ † Cum enim in iudicio quasi contrahatur, *l. 3. §. idem respondit, ae pecul. P.* quemadmodum in contractibus, *l. iurisgentium, §. ant e omnia, de pac. P.* sententia inter alios acta, & de certis rebus, ad alias personas vel res non extēditur. *titul. res int. alios acta, &c. C. l. sæpe constitutum, §. 3. de re iud. P. l. fi. de fidei. liber. lib. 7. C. tit. 4. l. 1. & 3. si à non comp. iud. d. lib. 7. C. tit. 48. l. 2. 3. 4. quib. re. iud. non no. d. l. 7. tit. 56. l. sæpe, de re indic. P. l. 1. de excep. rei iud. P.* 23

¶ † Et proinde quoque sententia debet nominatim de condemnatione sumtuum litis mentionem facere, ad quos temere litigans condemnandus est, *in l. omnes. §. sine autem alteutra, de iud. C. l. omnes qui, §. fi. de epi. & cler. l. cum quem temere, de iud. P. §. hæc autem omnia, de præsem. litig. c. finem litibus, & ibi gl. in ver. expensis, de do. & cont.* Nam si non adiudicentur sententia sumtus, non possunt peti finita lite, *l. terminato, de fru. & lit. expen. C.* nec taxari seu definiri taxantur namque quando in sententia dicitur, *Condemnamus in expensis, taxa seu definitione earum penes nos reservata,* vel si dicatur, *quas moderamur ad summam talem.* Et antiquitus quidem, expensæ taxari debebant in iudicio, *c. final. quod met. causs. l. 1. §. dies autem, quan. appel. sit.* hodie tamen ex præscripta consuetudine Galliæ, taxatio fit in domo etiam ipsius iudicis, vel alibi per iudicem, vocatis & auditis quorum interest, vel procuratoribus eorum, qui impugnant taxationem, si eam quod iustum est, excedere doceant: vel prouocant à delegato ad taxationem faciendam, vt docet Imbertus libr. 1. Instit. foren c. 52. & id tristissimum in praxi est. 24

¶ † Plura sunt quæ exigunt sententiæ legitimæ & quę obiiciūtur in prouocatione vel retractatione earum, ex quibus nullæ vel inefficaces arguuntur, de quibus non loquar, quod videam teri vulgaribus etiam manibus, libellum Nepotis Albani, qui dicitur Liber fugitiuus, seu exceptionum: vbi inuenies duo capita exceptionum contra sententias interlocutorias, & definitiuas. Multa & Robert. Maranta, in Specu. parte 6. in sententia. Sed neque loquar, cuius sit sententiam ferre: nam tractauimus idipsum paulo ante, lib. 47. c. 9. 10. Et libr. 49. c. 3. qui iudicare possent, & quibus prohibitum esset. Sententia enim & res iudicata, nonnisi à iudice competente, publicave persona, fieri potest, *l. 1. & 3. C. de iurisd. om. iud. C. l. si. eo. tit. P.* 25

¶ † Transeo ad vim sententiarum legitimarum, quæ trāseunt in rem iudicatam. nēpe à quibus prouocari nō potest, vel prouocatum non est intra decem dies, *c. quod ad consultationem, de re iud. Auth. hodie, de appel. C.* vel appellatio fuit deserta, *qui Auth. ex appellat. de temp. appel. C.* & ideo pro veritate habentur, *l. ingenuū, de sta. hom. P. l. res iudicata, de reg. iur. P. viae plura apud Pan. ad tit. de re iud.* Robertus Maranta colligit plures casus, prædicta parte 6. Speculi, in c. de sentētia, à nu 129. vsq; ad 154. in quibus sententia non transit in rem iudicatam, nec tanta est veritatis præsumtio, vt non possit infirmari, *l. post rem iudicatam, 56. de re iud. P.* Indico tantum, & probationes apud illum require. Si sentētia lata 26

Digitized by Google

est iudicio peritorum, mercatorum, ex testibus deponẽtibus de credulitate, de matrimoniali causſa, super ætate ex aſpectu, de excuſtione debitoris, ſi debitor cã iniquam fatetur, ſi ex probationibus reprobatis, quando quis condemnatur ad publicationẽ bonorum ex caſu prohibito, ſi ſentẽtia in ſui tenore iniquitatẽ contineat, ſi ex teſtimoniis vicinorum & conſanguineorum lata, vel prætextu iuramenti neceſſarij falſi, vel ex falſis inſtrumentis, ſi agatur de periculo animæ, ſi cauſſa eius redit ad non cauſſam, ſi à corrupto per pecuniã à iudice lata ſit, ſi de cauſſa beneficij eccleſiaſtici & in præiudicium ſuperioris, ſi cõtra minorem ex falſis allegationibus, & ſi in ea ſit nullitas.

27 ¶ † Poſt rem iudicatam nihil tamen amplius quæritur, niſi ſi præcedentes caſus interuenerint, extra quos nec poteſt per inſtrumenta de nouo reperta fieri retractatio, *l. ſubſpecie, 4. C. eo. l. ſi patronus, 12. de bo. liber. P.* & præſumitur ſemper pro re iudicata, *c. ſicut, in fi. de re iu.* niſi ex aliis quibuſdam argumentis quæ appareant, iudex animum ad iuſtitiæ ſententiam informauerit, *c. cum ad ſedem, 15. de reſt. ſpo.*

28 ¶ † Naſcitur actio ex iudicato, *c. 1. de lit. cont. in 6. l. 1. de exce. rei iud. P.* vt ſatisfiat ſententiæ, *l. miles, 6. §. fin. de re iud. P. l. actori, 8. de reb. cred. C.* exſecutio vero finis eſt & effectus rei iudicatæ, *in l. 1. ſi quis ius dic. non obtem. P. l. exſecutorem, C. de exſec. rei iud. c. quærenti, de off. & pot. iud. dele. c. cum aliquis, de ſent. & re iud.* Et ideo ſi res ſtatim reſtitui poteſt, ſtatim petitur officio iudicis, §. 1. *de off. iud.* At ſi agatur de perſonalibus actionibus iudicato comprehenſis, dantur dilationes iure antiquo, duorum menſium, *l. debitoribus, 31. de re iudic. P. & l. 2. de vſur. rei iud. in C. Theod.* iure 12. tabularum, 30. dierum, *Gel. lib. 20. c. 1.* ex Iuſtinianeo, 4. menſium, *l. ſi. de vſur. rei iud. C.* Stylus etiam cuiuſque curiæ hic obſeruandus eſt, & iudicis voluntas, *l. 2. & l. tempus quod datur, 29. de re iud. P.* Vide caſus & diſtinctiones, intra quod tempus ſententia exſecutioni ſit demandanda, *gl. c. cum apud, 11. q. 3. in c. quærenti, de off. ord.* Facienda autem exſecutio ſecundum id quod ſententia comprehenſum eſt, à qua non licet exſequenti recedere: alioquin iuſte prouocatur, *l. ab exſecutione, 2. C. quor. app. non recip. l. ſi vt proponis, 6. de exſec. rei iud. C.* Poſt rem iudicatam enim, non ante, exſecutio fit, *l. 1. eo. C.*

29 ¶ † Cogitur autẽ condemnatus ſatisfacere, captis pignoribus, diſtractis & addictis, *l. 2. & 3. eod. l. à diuo Pio, 15. per totam legem, l. debitoribus, 31. l. commodis, 40. de re iu. P.* Ponitur ordo capiendorum pignorum, *in l. à diuo Pio, §. in venditione, de re iud.* qui tamen in Gallia non ſeruatur, vt notat Gui. Pap. *deciſ. 288.* & praxis quotidiana docet. Et licitum eſt, exſecutionẽ debiti & ſententiæ ab immobilibus incipere ex conſt. Franc. 1. pub. an. 1539. art. 74. præterquam ſi agatur de prædiis minorum diſtrahendis, vt dictum Senatuſconſulto Pariſienſis Senatus ſcribit Ioanes Lucius, *lib. 7. Plac. tit. 2. plac. 3.* Accedunt & vſuræ poſt quadrimeſtre tempus in cauſſa iudicari, *l. 1. 2. 3. de vſu. rei iudic. C.* coactio manus armatæ & militaris, *l. qui reſtituere de rei vind. P.* carcerum mancipatio, *l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. l. cum eo, 10. ad l. Iul. pec. P. l. nemo, de exact. trib. li. 10. C.* Sunt & paratæ pœnæ contumaciæ aduerſus eos, qui obſequi negant, *l. 1. ſi quis ius dic. non obt. l. contumacia, 53. de re iud. P.* Et ita etiam intereſt Reipubl. mandari ſentẽtias iudicum exſecutioni, etiam ſi per errorem quippiam male iubeatur: propter auctoritatem rerum iudicatarum, *l. ſeruo inuito, §. cum Prætor, ad Sen. Trebel. in P. Quintil. lib. §. Inſt. Orat. c. 1. & Cic. pro Cluentio.* in qua verſatur populi frænum & dignitas, cuius poteſtas in Principẽ, & à Principe in iudices diſtributa permeauit. Sicq; Senatus, cũ populus Romanus inter Ardeates & Arcinios iudicaſſet de ambiguo, Ardeatibus conquerentibus de iudicij iniquitate, cẽſuit quod ſemel à populo Romano ſcitum iudicatumq; eſſet, eius ſalua maieſtate reſcindi non poſſe, *Liuius l. 3. & 4. decad. 1.* Plato teſte Cicerone *3. de legib.* eos ex genere dixit eſſe Tiranũ, qui vt illi Cœleſtibus, ita iſti aduerſantur magiſtratibus. Et Crito apud Platonem, *dialo. 28.* Socrati ait, ſtãdum eſſe iudiciis, quæ ciuitas tulerit. Refert legem Athenienſium Demoſthenes *aduerſus Timocratem*, ὅτι τοὺς ὀφλόντας τῷ δημοσίῳ προστίμημα κατὰ νόμον, ἢ κατὰ ψήφισμα δεσμῷ ἢ τῷ λοιπῷ σφετερισμῷ, εἶναι αὐτῷ ἢ ἄλλῳ ὑπὲρ ἐκείνου ἐγγυητὴς καταστῆσαι, i. *Si quos aerarius vel legibus, vel ſenatuſconſulto damnatus eſt vinculis, aut in poſterum damnabitur, ei pro ſe aut alteri pro eo ſponſores conſtituere liceat.* Cum autem Timocrates legem tuliſſet, quæ immunes faceret etiam æris, iudicatos contra hanc legem, ſubiicit argumentum improbitatis legis à iudicatarum rerum auctoritate etiam lege non retractanda, quæ futuris tamen negotiis imponere conditionem poſſit. εἰκὸς δ' ὦ ἄνδρες δικασταὶ ἐγγυητὴν ἔχειν τὸν ἔχοντα πρὸς ἅπαντα τοῦτον νόμον τὸν εἰσφέροντα, ὃς ἂν τοῦτον λυθῆναι κελεύσῃ, id eſt. *De quibus rebus iudicium ſtatuit ac controuerſiam definiuit, an non importunißime agit qui legem promulgat qua leges illa reſcindantur.*

30 ¶ † Neq; etiam negabit quiſpiam rem iudicatam & trãſactionem pari firmitate donati, *l. non minorem, C. de tranſact.* Et ſaltem ideo res iudicatas eſſe debere inuiolabiles, qua trãſactiones tales ſunt, *l. fratris, eo.* vt quoque idem Demoſthenes alibi ait, *in paragraphe ſeu exceptiones contra Nauſimachum & Xenophitem, circa prin.* legem fuiſſe inter cetera diſponentem Athenis, εἶναι δὲ καὶ τοῦτον ἐν τοῖς ἀναγκαίοις καὶ δικαίοις, id eſt, *De quibus rebus miſſum fecerit & tranſegerit ne liceat litigare.* Vlpianus eius enarrator, in oratorem contra Midiam ſic latius rem explicat, ἐξώλης ὀνομα ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τοιοῦτος, ὃς ἐκεῖνοι, οἱ δικάζοντες ἢ ἄλλως πως ἐν τοῖς πεπραγμένοις ἐπιτίμιον ἔλαβε, μὴ τελῶν ἐκτίνει τὸ ὀφλημα. ἀλλ' ἐγὼ ὑπερήμερος, φησὶ γραφεὶς, ἢ ὀφλὼν ἐκτισάμην ἀλλ' ἐγὼ ὑπερήμερος, φησὶ γραφεὶς, ἢ ὀφλὼν ἐκτισάμην αὐτὸ τῶν χρημάτων ὧν ἔπραξεν τὸ ἐργαστήριον. ἀ ὃ κωλύει ἐκτίσαντα μὴ ἀτιμάσαι. γράφεται αὐτὸν κατὰ τὸ ἐξώλειαν ἢ γίγνεται κατὰ τὸ ἰδιωτικὸν ἢ δημόσιον τὸ αὐτὸ γράμμα λοιπὸν, ὅτι ἀπειθοῦσι τοῖς δικασταῖς ἢ τοῖς νόμοις, id eſt, ἐξώλης, ſeu vndeni, iudicij nomen eſt, *in eos qui decretum iudicum non parent, ſenſus autem eſt huiuſmodi: ſi quis priuatum iudicium vicerit, eum qui victus eſt obnoxium habet, aeinde niſi intra dictum diem iudicatum ſolutum fuerit ſed dilatum, licet accuſare, & inuadere in bona eius donec compleuerit, id quod ſtatutum eſt. Sin prohibuerit eum qui inuadit, & repulerit: poſtulatur damnatus actione vndeni: & præterquam quod priuatum eſt, ſit etiam publicum negotium, eo quod non paruerit iudicibus & legibus.* In Gallia exſtat publicata Caroli 9. Regis conſtitutio menſis Ianuarii, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, *de la iuſtice & rebelles aux officiers & miniſtres d'icelle*, In cuius articulo ſeu capite primo cauetur, vt ſi qui ſint, qui exſecutoribus iudiciorum potiſſimum ſupremorum, ianuas occluſerint, vel non aperuerint iuſſi, vel reſtiterint exſequentibus, vel intra domos ſe cum militibus, vel cuſtodia contra obfirmauerint, domorum vel caſtrorum confiſcatione mulctentur in vtilitatem Regis vel Principis, aut alterius, cuius intereſt, damnoque litis, & cadant ab omnibus exceptionibus, defenſionibus, & iuribus, quæ aduerſum iudicia ſuprema alioquin potuiſſent obiicere iure, cum ſumtuum & quanti intererit aduerſarii condemnatione taxatione ſingulari eius quod intererit ex iuramento eiuſdem in litem cum temperamento iudicis facienda. Dataque poteſtas iudicibus inquirendi, caſtigãdi ſeu puniendi rebelles, pœnis corporalibus & pecuniariis, prout illis iuſtum videbitur. Et articulo ſecundo ſtatutum, vt ſi in ſententiis prouiſionalibus, quæ non obſtante prouocatione ex conſtitutionibus regiis mandari exſecutioni poſſunt, quiſpiam vel damnatus reſtiterit, vel exſequi impediat: poſſit cogi pati vel ipſa obtemperare per prehenſionem perſonę & carceres, & per denegationem audientiæ in prouocatione: donec perfecte ſe ſatisfeciſſe ſententię docuerit. Et inſuper ſi exſequente aduerſario impediat exſecutionem, ipſe propriis ſumtibus exſecutionem interceptam & impeditam perficere damnatur, quos nec repetit, etiam ſi in lite poſtea vicerit, & articulo tertio, additum de rebellione ipſa credi relationi apparitoris ſeu hoſtiarii aut ſatellitis teſtificatæ tamen teſtibus, vt iudex poſſit ea viſa vadimonium, ſeu *adiournement perſonnel*, interim contra rebellem decernere, & poſtea inquirere de rei veritate, vt prehenſionem ſi opus ſit, ſtatuat.

¶ † Art. tamen 6. leges exſequendi dantur apparitoribus 31
& adminiſtris iudicum in ciuilib. cauſſis, vt modeſte ſe gerant, eis. ſi ſecus fecerint indicta, pœna honoraria ſeu honoris, quam vocant, *emende honorable*, iubeturque ne ſecum ducant alias perſonas quam teſtes: ne ferant arma alia præter enſem, niſi iudicis mandato permittatur. Inſuper vt inſignia apparitorum deferantur, puta ancile breue, viſibile liliatum, aut virgam ſeu ſcrulam, vt vocant, *l'eſcuſſon à trois fleurs de lis viſible, de la baguette ou verge.* Et hęc in exſecutione ciuiliem negotiorum dicta ſunt.

¶ † Nam quod ad criminalium ſententiarum pertinet exſecutionem, auctoritas publica maius ſubſidium adfert & firmius: atque prohibet, maioribuſque pœnis ne ea impediatur, vel vi, vel temeritate cuiuſque permiſſa tantum appellatione, *l. addictos, 7. de apoſt. aud. C. l. addictos, de appel. C.* Neque oportet vlla ex parte lictorem remorari, *in conſt. Car. 5. Imp. Germ. de cauſſis capital. c. 79.* qui quidem, vt alibi diximus, iuxta mandata iudicis exſequi debet, & intra tẽpus à iure vel melius à iud ce definitũ. 32

¶ † Non enim ſeruatur *l. ſi vindicari. 20. C. de pa.* quæ tantum locum habere poteſt, quando Princeps ita commotus, vel l. (vt lex loquitur) præter conſuetudinem, pœnam iubet infligi alicui: tunc enim exſpectandi ſunt 30. dies. Non autem, quando iudiciario ordine damnatus quis eſt. Nam ſupplicio quam citius fieri poterit & pœnæ eſt addicendus, ne euadendi vel ſupplicandi detur occaſio, *l. cum reis, 18. de pœn. C.* vel ne carceribus pœna, quæ exilio lui debet compenſetur, *l. oẽs, 23. eo.* niſi prouocatio ſuſpendat iudicatum, intra tempora à iure conceſſa interpoſita, *d. l. addictos, & l. non tantum, de appellat.* Adiici tamen debet aliqua mora per iudicem, in qua poſſit capitali vltimove ſupplicio damnatus interim reconciliari Deo, recordari peccatorum & exomologeſim ſuorum delictorum Chriſtiane & pie facere, & à delictis abſolui, *vide conſtit. Caro. 5. Germ. de cauſſis capital. art. 79. 30. & 103. c. quod inter, de ſent. excom. c. 2. de furt. c. pen. 13. q. fin. gl. in c. 16. q. 6.* Prorogatio vitæ poſt mortis cognitum iudicium, crudeliorem facit pœnam: cum mortis metus pendente dilatione, mentem excarnificet: vt & Sidonius Apollinaris, *lib. 1. epiſt. 7.* de Aruando loquens læſæ maieſtatis damnato eum, ſeuerius punitum dixit, cum ex vetere Senatuſconſulto Tyberiano poſt damnationẽ triginta dierũ ſpatio vitam traxiſſet, vncum & gemonias & laqueũ per horas turbulenti carnificis exhorreſcẽs.

¶† Et quia datur ex iudicato alicui actio, multo magis dabitur 34
exceptio eidem, ſi de eo quo agere poteſt conueniatur, *l. 1. §. nil cui damus, de ſuperficieb. P.* & id fuſe tractatur, *lib. 44. P. tit. 2. de exceptt. rei*

Digitized by Google

cept.rei ind. Impeditque hæc exceptio, ne agatur ex eo, quod actum & iudicatum est, & litis ingressum, *l. si actor. de reb. cred. Iul. Pau. li. 1. rec. sent. tit. 19. & l. b. tit. 5.* quoties videlicet, eadem res seu quæstio, inter easdem personas, & ex eodem modo agendi in iudicium reuocatur post rem iudicatam, *l. 3. 4. 5. l. cum quæritur, 12. cum duabus seq. de excep. rei iudic. P.* Quod & locum habet in heredibus eorum, inter quos iudicatum est, *Iul. Pau. lib. 1. rec. sen. tit. 2. §. 4. exstat. & tit. C. vt act. ab here. & con. here. & l. vn. ex del. def. in quan. hered. ten. C.*

5 ¶ † Et vix nulla contra rem iudicatam supersunt remedia, neque etiam prætextu instrumentorum de nouo repertorum, *l. sub specie, de re iu. C. l. sub prætextu, 1. de trans. C.* nisi forsan agatur de causa publica, aut ex alia iustissima causa id permittatur, *l. Imperatores, 35. de re iud. P. l. vn. de sent. aduer. fis. retract. l. br. 10. C.* vel vt ante dixi, si sententia non transierit in rem iudicatam.

6 ¶ † Et Cicero refert olim præsides de rebus iudicatis denegasse actiones, *Cic. pro L. Flacco.* & extremæ imprudentiæ esse, iudicata labefactare conari, *idem pro A. Cluent.* rerumque iudicatarum infirmationes ciuitatum afflictarum perditis iam rebus extremos exitiorum solere esse exitus, *Cic. pro lege Agrar.* Excipiunt tamen iura remedia contra has sententias, supplicationem, *l. si quis aduersus, & auth. quæ supplicatio, C. de prec. Im. offe. & l. 1. C. de sen. præf. præt.* restitutionem in integrum, *l. 1. & tot. tit. si aduer. rem iudic. C.* querelam falsi, si circumuentam religionem fuisse iudicantis ex falsis instrumentis vel testimoniis doceatur, *l. diuus, 33. de re iu. P. l. querelam, C. de fal. l. 1. 2. 3. 4. si ex fals. instr. vel test. iud. fit, lib. 7. C. tit. 58.*

7 ¶ † Supplicatione cum auctoritate Principis, non alterius auctoritate repetitur iudicium, idque ex causa vel per defectum probationum, vel instrumentorum non productorum, vel per errorem re iudicata, *l. diuus fratres, 27. de pœ. P. l. si quis, & Auth. quæ supplicatio, de prec. Imper. offe.* Huc tamen non pertinet exceptio doli mali, quod iudex factus fuerit, postquam datus est inimicus: quia per speciem appellationis liceat retractare sententiam, *Pau. l. non distinguemus, 37. §. cum quidam, de recep. arbit. P.*

8 ¶ † Magistratus porro qui habent merum & mixtum imperium, & à quibus non potest prouocari restituunt in integrum, tam contra alios actus postulantium, quam contra propriam sententiam, ex causa legitima, *l. in causa, in 2. §. fi. cum duab. ll. seq. de min. 25. an. P.* quæ generaliter duplex est, aut error proprius iudicis vel partis, vel circumuentio aduersarii, *l. præfecti, etiam prætorio, 18. eod. si mentitus, constit. Lud. 12. an. 1495. art. 80 & 89.* Restitutio in integrum contra sententias minorum Magistratuum, poterat fieri per Præsidem prouinciæ, *l. præses prouinciæ, d. tit. de mino. 25. an.* Putarunt & contra sententiam Principis restitutionem in integrum postulari posse, ob omnes allegationes, aut ob prævaricationem aduocati. Verum Princeps solus restituit, cum nec minor Magistratus possit restituere aduersus superioris sententiam, *l. minor, 15. §. 1. eo. tit. de minor. 25. an.*

9 ¶ † Iure ciuili quadriennium dabatur ad proponendam restitutionem in integrum contra sententiam, *l. fin. C. de temp. in integ. restit.* Moribus Gallicis & constitutione regia, decem anni, reputatione facta à 25. anno conceduntur, non amplius: etiam si agatur de alia restitutione, quam aduersus sententiam, & contra contractum etiam nullum. In quo tamen casu, iuxta ciuilia & Pontificia 30. annos restitutioni postulandæ indulgent, *gloss. in l. sient, de præscr. 30. vel. 40. an.* Quod & Parisiensi curiæ supremæ aliquando placuit, vt ex eius placito constat 19. Martij 1534.

10 ¶ † In Gallia, olim non proponebatur prætextu erroris supplicatio, nisi per literas proprio motu Regis concessas, *const. Lud. 11. sur la proposition d'erreur.* Hodie tamen supplicantur & obtinentur codicilli retractationis arresti ex cancellariis eius curiæ, dummodo arestum sit definitiuum: nam contra interlocutorium non proponitur error, cum in definitiuo iudicio possit emendari. Vocant practici hanc supplicationem, *Requeste ciuile en proposition d'erreur*, quam à cellaria decerni & statui operæpretium est, pro rescindendis vel retractandis curiæ supremæ placitis.

11 ¶ † Si vero agatur de sententiis vel iudicis in curia præsidiali iudicatis, retractandis, non est cancellaria consulenda, sed supplicatione curiæ eidem præsidiali ea de re porrecta conqueri licet contra iudicia, vt retractentur si fieri debeat ex const. Henrici 2. *sur l'ampliation de l'edict de creation des Magistrats presidiaux*, 6. Apri. 1551.

12 ¶ † Is tamen qui cum posset appellare, non prouocauit à sententia, non potest contra eam supplicare Principi, sed silere perpetuo cogitur, aut conquestus ignominiæ pœna notatur, *l. 3. vt lit. pen. vel post prouoc. nulli, &c.* C. Transit enim sententia in rem iudicatam, *c. quod ad consultationem, de sent. & re iud.* sed nec ante sententiam, nec pendente lite vel appellatione, supplicare licere, paucis exceptis, inuenies in l. 1. & 2. C. vt lite pendente, aut post prouoc. aut defin. sent. nulli liceat imp. supplic. lib. 1. C. tit. 24.

De Appellationibus.

Cap. 2.

Lib. 49. P. tit. 1. cum seq. Lib. 7. C. tit. 62. cum seq. In Nouell. Iustin. constitut. 23. 93. & 113. Lib. 2. Decret. tit. 28. Lib. 2. Sex. tit. 15. Lib. 2. Clem. tit. 12. 2. q. 6. apud Gratianum. De pluribus appellationum quæst. vide Guid. Pap. q. 436.

1 *Sententia ante decisionem appellationis, vel eius desertionem, non transit in rem iudicatam.*
2 *Appellandi vsus necessarius.*
3 *Appellatio quid. Eius diuisio in extraiudicialem & iudicialem, num. 5.*
4 *Appellationis, prouocationis, & intercessionis secundum aliquot differentia.*
6 *Appellatio extraiudicialis quid, de quibus fiat, & vt in oppositionem conuertatur, quando & quomodo, nu. 7. & 8.*
9 *Appellatur quando ab executore.*
10 *Appellatio iudicialis quid, & quotuplex: à quibus appellari non possit iure ciuili, canonico, & Gallico, nu. 11. 12. 13. & 14.*
15 *Appellatio ab interlocutoria iure ciuili, & Gallico, quando suspendit iudicatum.*
16 *Appellatur in Gallia à denegatione iuris & iustitiæ, & quomodo à detentione longa carcerum, & quid in ea statuendum, n. 17.*
18 *Appellationi non deferens iudex, quomodo puniendus.*
19 *Appellatione remota clausula rescripti, an tollat facultatem appellandi.*
20 *Appellatio manifeste iniusta, an debeat admitti.*
21 *Appellari à sententia criminum, in iure ciuili quando, & in iure Gallico, liceat.*
22 *Appellatio non admittitur à præsidialibus, aut à contumacia, & alius quibusdam.*
23 *Sententiæ quæ sine appellatione rescindantur iure.*
24 *Appellari à quibus iudicibus non possit.*
25 *Appellandi duplex formula, voce, & scripto.*
26 *Appellatio cur ab actuario iudicis à quo scribi debeat.*
27 *Appellare intra quod tempus oporteat.*
28 *Apostoli appellationum quid & quando peti debent. Eorum quinque species. Et in Gallia qualis eorum obseruatio, num. 29. & 30.*
31 *Appellationis prosequendæ tempus, & eius item finiendæ, numer. 32.*
33 *Appellandum ad proximum superiorem, non omisso medio.*
34 *Appellationes criminalium sententiarum, quando omisso medio fiunt ad curiam parlamenti.*
35 *Appellationum iudices quomodo pro varietate negotiorum in Gallia, & alibi constituti fuerint.*
36 *Appellatio ab abusu ecclesiasticorum iudicum quid, & quando, & ad quem fiat.*
37 *Appellationis causa ab interlocutoria ex iisdem actis iudicatur: contra, si à definitiua.*
38 *Appellandum modeste à iudice, & per iudicem sine contumacia respondendum.*
39 *Appellare quis possit, & quis pro alio, nu. 41.*
40 *Appellante vno ex pluribus, quando aliis proficiat vel noceat appellatio.*
42 *Appellans intra quot dies impune renuntiare potest appellationi.*
43 *Appellationis finalis causa.*
44 *Sententia interlocutoria quando non obstante appellatione mandari potest executioni, & nu. 47.*
45 *Attentata contra appellationem, quando reuocentur. Idque duplici via nu. 46.*
46 *Inhibitiones quid in causa appellationis.*
49 *Iudicis male iudicantis pœna.*
50 *Officio iudicandi non priuatur quis, nisi in tribus casibus in Gallia.*
51 *Appellantium temere mulcta & pœna.*
52 *Appellationis admittendæ rationes.*

EX † superiori capite colligi potest, sententiam non transire in rem iudicatam, si appellatum fuerit, & antequam iudicata sit appellatio, aut deserta fuerit, & quieuerit officium iudicis. Quocirca de appellatione dicendum erit necessario. Sic admonet etiam lex antiqua, de qua meminit Cice. 2. *de legib. Magistratus, nec obedientem & noxium eiusm, mulcta, vinculis, verberibusve coercento: ni par maiorve potestas populusve prohibessit, ad quos prouocatio esto.* 1

¶ † Appellandi autem vsus quam sit frequens, quamque necessarius nemo est, qui nesciat, quippe cum iniquitatem iudicatium, vel imperitiam corrigat: licet nonnũquam bene latas sententias in peius reformet, neque enim vtique semper melius pronuntiat, qui nouissimus sententiam laturus est, vt ait Vlp. *in l. 1. de appell. lib. 49. P. tit.* 2

Digitized by Google

3 ¶ † Appellationis finitiones à singulis auctoribus fere confingitur. Dico ego, appellationem esse inuocationem auxilii superioris iudicis, ad emendanda facta per inferiorem. Nam dicere cum Hostiense, suspensionem iudicati per inferiorem, non placet: eo quod non semper appellatio suspendat iudicatū, vt doceri potest ex sequentibus. Dicere quoque esse prouocationem ad maiorem iudicem ratione grauaminis illati vel inferendi, *quam finitionem a. fer. Bar. in l. 1. de appel. P. Pan. in rub. de appel.* minus probatur, quia & temere appellationes, & sine grauamine interpositæ, appellationes dicuntur, quamuis iniustæ sunt, vt in tit. *Quorum appellat. non recip. C.* Omitto & alias finitiones prope similes aliorum. Nec immorabor in significatione generali nominis appellationis & prouocationis, ne extra chorū, vt dicitur. Sed in iudiciali pedem figemus, vel quæ ad iudicialem causſam pertinet.

4 ¶ † Glareanus in annotat. ad 3. lib. Liuii decad. 1. inter prouocationem, appellationem, & intercessionem interesse putat: vt quidam appellationem inter æquales esse existiment, vt à Decemuiro ad Decemuirum, à Consule ad Consulem. Prouocationem, à minore ad maiorem: vt à Consule aut quouis alio Magistratu, ad populum. Intercessionem vero inter vtrosque: vt Tribuni, contra Tribunum: Tribunorum, contra Consulem aut Senatū. Quę tamen in nostro iure nō ita obseruantur, vbi & appellatio & prouocatio confunduntur.

5 ¶ † Dicitur autem appellatio, in extraiudicialem & iudicialem: in quibus & illa membra videntur contineri, quæ quatuor constituuntur. Dum alii dicunt, ante iudicialem, quæ ante litis contestationem fiat, *vt in c. significante, 34. & c. Rodulphus, 35, de rescript.* intra iudicialem vero, quæ post litem contestatem ante iudicium fit, *vt c. 1. de dilat.* iudicialem, à sententia definitiua, *tot. tit. de appel.* & post iudicialem quæ adiicitur exsecutioni, *l. ab exsecutore, eod. P. l. ab exsecutione, quor. appel. non recip. C. c. quoad consultationem, ter iud. cum sim. il.*

6 ¶ † Appellatio extraiudicialis est, quæ causſa adhuc non cœpta interponitur: veluti ab spoliatione, aut electione, quæ pertinet potius ad causſam incoandam, *vide Phil. Fran. in c. bona, de appel. & in c. cum sit, eo.* cum tamen ipsa non incoet, nec per eius interpositionem fiat litispendentia, *Rom. dec. 763. incip. sciendum est, de appel. antiq.* Habetque vim citationis in causſa beneficiali, nam ita appellatus, tenetur absque alia noua citatione comparere coram iudice ad quem appellatur: & si non comparet, in eum quemadmodum in contumacem statui potest, *Phil. Fran. in d. c. bona, Maran. Spec. 6. par. c. de appel. num. 268. tex. & gl. in c. 1. de elect. in 6.*

¶ † In aliis tamen causſis quam beneficiorum ecclesiasticorum, citatio exigitur in hac, *Pan. ad c. cum sit Romana, col. pe. de appel.* Fit autem prouocatio hæc non tantum ab iis: quę geruntur per iudicem exsequendo vel statuendo extra iudicium, & contra alias partes quam litigantes: sed etiam ab iis, quæ aliquis alius contra nos sine iudicio agit, *gl. in l. qui restituere, de rei vind. Phil. Franc. in rubr. de appellat.* Sunt vero plura in hac appellatione actuum extraiudicialium, quę differentiam constituunt cum iudiciali, quæ videto apud Dec. *in c. bona, de appel. Panor. in c. cum sit Romana, & d. c. bona, eo. c. dilecto, de except. c. cum* L. & *A. de re iud. Philip. Fran. & interpretes, in d. c. bonæ memoriæ, de appell.* Solent interdum curiæ, ad quas prouocatio fit, mutare appellationem in intercessionem, quod dicunt *convertir l'appel en opposition*, vt appellans iure exceptionis vel oppositionis audiatur. Verumtamen Carolus 7. in hac quæstione statuit, sua const. art. 22. ne hoc sine causſa fieret, & si cum causſa factum fuerit, ne, nisi cum ratione & delectu, curię retineant litem illam in oppositionem conuersam, sed reiiciant ad proprios iudices.

8 ¶ † Num autem extraiudicialis appellatio suspendat actum, & de eius effectu, vide Bar. *in l. si res, de appel. recip. P. in l. 1. §. solet, quando appel. sit.* Notat autem Imbert. *lib. 2. Inst. forens.* appellationis formam Principis rescripto, in formam intercessionis sępe commutari, neque ideo vlla ex parte appellantis causſam fieri deteriorem, nisi quod iustis sumtibus in eam rem aduersario factis damnatur. Nam quod per appellationem consecuturus erat appellatus, id ei præstat intercessio. Et iudici, apud quem appellatio tractanda est, Princeps mandat per literas cancellarię vt nullam appellationis rationem ducens, causſas audiat intercessionis, de hisque ius reddat. Quin vbi à iudice cui sententiæ exsecutionem suprema curia delegauit appellatum est, vbi etiam licet appellationem in intercessionem conuertere, aut eam, quod frequentius est, in irritam deuocare: scilicet si à leuioris præiudicii interlocutione oriatur appellatio. Verum curiæ supremæ in eam rem concessum rescriptum à cancellaria destinari debet, non illi iudici à quo prouocatum est.

9 ¶ † Obseruandum enim est regulariter, ab exsecutore simplici & mero appellari non posse, *l. ab exsecutore, de appell. P.* 4 Quare si quid is perperam vel male exsequi videatur, obiicienda illi intercessio seu oppositio, *l. à Diuo Pio. §. si super rebus, de re iud. P.* Quod si contenta intercessione, non supersedeat ab exsecutione, rectissime ab eo prouocatur, arq; huiusmodi appellationes suapte natura in intercessionem cōmutantur, vt ita pronuntiatum in iuridicis conuentibus, Pictauiensibus 3. Octob. 1531. refert Imbertus. Satius enim visum est, permittere appellationem, quam cum iure ciuili permittere cōcessam iniuste grauato contra apparitorem defensionem, per quam eam impune permittebat, *l. prohibitum, & l. ae sensionis, de iure fis. lib. 10. C.* Ad arma enim permittendum non est per iudicē eos peruenire, quos iurisdictione potest componere, *l. æquissimum, de vsufru. P.*

¶ † Iudicialis appellatio dicitur illa, quæ de rebus in iudiciū 10 iam deductis in quacunque iudicij parte fit. Hanc triplicē videtur constituere Masuerius, *tit. de appel. nu. 32. §. item animaduertendum quod triplex*, &c. Scilicet eam quæ fit à falso iudicato, quæ à grauamine, & quæ à iuris denegatione. Sed ista diuisio potius ad materiam & causſas, de quibus potest appellari, quam ad aliam substantialem distinctionem pertinet.

¶ Appellari porro generaliter tam in maioribus, quam in 11 minoribus negotiis potest, *l. & in maioribus, C. de appel. l. 3. C. de pœn. ind. qui male ind.* nisi specialiter prohibitum sit: sicuti iure ciuili non potest à sententia interlocutoria, *l. ante sententiæ tempus quor. appel. non recip. C. l. apertissimi, C. de ind. l. 2. de episc. aud. C.* neque ante litem contestatam, *l. fi. de sen. & interloc. om. iud. C.* Disputat hoc Lanfrancus *ad c. quoniam contra, ad verb. appellationes, num. 114. de prob.* Exceptis tribus casibus, primus, si grauamen quod infertur interlocutoria, non possit reparari definitiua, *l. 2. de appel. recip.*

¶ † Secundo, si interlocutoria vim habet definitiuæ, *l. intra* 12 *vtile, de minor. P.* Tertio, si speretur sequi alia definitiua, *l. aut Prætor, eo.* Iure canonico, ab omni grauamine & ab omni sententia, appellare licet, *c. vt debitus honor. c. ex parte, c. cum sit Romana, de appel. tot. 2. q. 6.* à grauamine videlicet præsenti, non à futuro: nisi pro eminenti periculo, & maxime in actu momentaneo, *Masuer. tit. de appel §. 11. incip. Item si appellans, post Bar. in l. eius qui, de appel. recip. facit Cle. appellanti, & ibi interp. de appell.* vel pro comminato, *d. Cle. appellanti.*

¶ † In Gallia tamen prouocationes à prehensionibus vel va- 13 dimoniis, vt dicunt *d'adiournement personnel, ou prise de corps*, non admittuntur, sed non obstante appellatione, demandantur exsecutioni auctoritate iudicis, qui in suæ iurisdictionis homines decreuit, vt cautum constit. Car. 7. art. 14. Caroli 8. art. 91. Franc. 1. *Sur la reformation de la iustice de Normandie*, art. 4. Ordinatione curiæ supremæ Parisiorum, *Sur les conges & de faux*, art. 5. Et hoc iure conforme docet Guid. Pap. *decis. per l. eos, §. super his, de appel.* C. neque enim recipitur prouocatio à simplicibus iudicij præparatoriis: quamuis secundum ius pontificium, liceat etiam appellare à citatione, *c. præterea, de dila. Bal. in l. de episc. aud.* C. cui etiam ius ciuile obsistit: cum vocatus non debeat contemnere iurisdictionem vocantis, *l. si quis ex aliena, de iudic. P. l. ex quacunque, si quis in ius voc. non ier. P. c. veniens, de accus.* Et ita non licere prouocare ab adiornamento, placuisse Senatui Parisiensi in causſa cuiusdam *Bouton*, tradit Ioan. Gallus, in quæst. 137 Si tamen quis sit incarceratus in odium appellationis, recte per delegatum seu commissarium debet liberari, si male sit incarceratus: vel si iuste incarceratus fuerit, debet adduci ad iudicem, ad quem prouocatum est, vt notat Masuer. *d. tit. de appel §. 43.* item si ille qui est incarceratus.

¶ † Sequimur autem in Gallia in aliis ius pontificiū, vt ę quā- 14 cunque sententia liceat appellare, imo & à nulla opus sit appellare, vt si nō appelletur, firma sit, in quo ius ciuile abrogatur, quo sententia nulla ipso iure sine appellatione rescindebatur, *l. 1. C. quan. prou. non est nec. l. ea quæ, C. quo & quan. ind.* Et ita iudex appellationis cognoscet de nullitate sententiæ oppositæ, sicuti tradit Guid. Pap. *dec. 436. nu. 54.*

¶ † Idem autem Guido Pap. *deci. 75.* scribit Ludouicum Del- 15 phinum Viennensem statuisse, anno 1449. ne liceret ab interlocutoriis appellare ciuilibus negotiis: nisi in casibus à iure ciuili permissis, quæ in definitiua reparari non possunt, & ideo iura canonica non seruari in appellationibus interlocutoriarū. Casus autem esse, in quibus ab interlocutoria appellatur, si quæstionem vel torturā, de aliquo statuat iudex, *l. 2. quo. appell recip. C.* si fideiussores dicat idoneos, & non sint, *l. arbitro. qui satisd. cog. P.* si copia actorum negetur, *l. 2. vt lit. penden. C.* si legitimam excusationem tutoris non admittit, *l. 2. fi. & l. si quis tutor, quan. appel sit.* si iubet solui minori pecuniam sine tutore, &c. *l. ita prætor, §. permittitur, de minor. P.* vt apud Papæum videbis. Ex cōstit. Franc. 1. *Sur l'abbreuiation des proces*, art. 4. Et const. *Sur la reformation de la iustice de Normandie*, artic. 3. appellatio ab interlocutoria sententia, quæ reparari potest in definitiua, non prohibet, quominus iudex, à quo peccatū est, possit in principali negotio procedere: nec eam notionem suspendit, quanquā inhibitio ei fiat per literas cancellariæ, aut per codicillos, ne lite pendente, excepta causſa sententiæ, quæ lata est contra allegatam incompetentiam iudicis, vel si prouocatum sit à recusatione nō admissa: nam prouocatio ea suspendit officium iudicis, ex const. Lud. 12. 1499. art. 82. Et Francis. 1. *Sur la reformation de la iustice de Normandie*, art. 4. Nihil tamen prohibet, quin reiectis recusationibus contra iudicem, de lite in eadem sede iudicij, cognosci possit, nō obstāte appellatione, per alium quam iudicem recusatum, per cōstitut. Franc. 1. an. 1539. art. 11. Rebuff. in 163. priuilegio Scholasticorum,

singula-

Digitized by Google

singulari iure Scholasticum posse appellare à qualibet interlocuto. ia tradit. Legitur tamen in stylo parlamenti, titul. *Quorum appellationes non recipiuntur*, quæ diximus de non admittenda appellatione, in Gallia locum habere, in locis, quæ iure scripto vtuntur: sed non in patria consuetudinaria, in qua ab omni grauamine cuiuscunque sententiæ licet appellare: & seruatur ius canonicum, *c. super eo, 2. & c. vt debitus, de appel. vide gl. in c. Iuuenit quorum, 2. q. 6. gl. & tex. in c. cum ad sedem, de rest. spol.* Seruari tamẽ video, quod scribit Gui. Pap. *dec. 74.* vt appelletur in ciuilibus ab interlocutoria, iudex à quo prouocatum est, possit procedere in causa, donec fuerit ei inhibitum ne procedat, per iudicem ad quem appellatum est, aut per literas cancellariæ, quamuis in definitiua appellatione interiecta, quiescat officium iudicis.

16 ¶† Appellatur & in Gallia à denegatione iuris, si interpellatus iudex sententiam dicere differat: idque ex generali Galliæ consuetudine receptum tradit stylus parlamenti, *in r. par. tit. quorum appellationes non recip.* vbi denegatio illa dicitur defectus iuris. Eaque negatio colligitur dupliciter, vel per expressam iudicis declarationem, si dicat se nolle ius dicere: & si iudex taceat, nec tamen ius reddat, quo casu trina interpellatione debet iudex de negligentia argui, in vnaquaque petendo vt ius dicat, *Specc. in tit. de appell. §. qualiter, versic. item quod faciat, gl. in Clem. si. de appel. in verb. repulsione, Imola in c. dilecti. eod. Pan. in c. 1. de suppl. neglig. prælat. in c. cũ in veteri, de elect. vide in arg. c. licet, 10. c. ex tenore, 11. de for. compet. c. administratores, 23. q. 5. & in illis nota.* Et ita potest à negligentia iudicis appellari, quę illis interpellationibus cõuincitur, *Ioan. And. & Panor. in c. dilecto, de appel. Hostien. in c. interposita, eod. gl. in Clem. quamuis, eod. Nic. Mil. in appellatio, versf. appellari potest à iudice reticiente.*

¶† Posset & appellare quis à longiori detentione carcerum,
17 *Guido Pap. dec. 236.* Verum iudex ad quem prouocatur, non cõtinuo soluit eum à carcere, sed vestigia primi iudicis sequendo, acta eius inquiret, quia in eius locum succedit, vt suppleat negligentiam, *l. pen. iud. sol. P. Gui. P. dec. 237.*

¶ In summa, de omnibus rebus, & grauaminibus, & sententiis
18 potest fieri prouocatio. Neque eo superbię debet peruenire iudex à quo prouocatur, vt postquã appellatũ est legitime in sententia definitiua, vel in aliis inhibitus est à superiori, cognoscere vel in negotio quippiam tentare & amoliri, audeat, alioquin iure ciuili puniendus pœna triginta librarum auri, *l. quoniam iudices, & l. iudicib. l. immunitas, de appel. C. l. αὐτοκράτωρ, eod. tit. P.* iure vero pontificio, & Gallico, arbitrio superioris punitur, *ea. priore, de appell.* Expertus & olim est apud Romanos Capito, quãtum deferendum sit appellationibus: is namque, cum reus ab eo ius dicente ad Cæsarem prouocasset, statim in sellam altiorem conscendit, atque ita edixerat, age nunc causam apud Cæsarẽ, eumque causa rursus cognita damnauerat: sed eius superbiæ & insolentiæ pœnas apud Galbam Imperatorem luit, *Xiphil. ex Dion. in Galba.* Facit c. *vt debitus honor. de appellat. d. potioris, de offic. deuers. iudic. C.* Et cõtra huiusmodi iudices aditi potest Princeps, vt aiit Constant. Harmenop. *lib. 1. tit. 21.* In omnibus itaque & ab omnibus, facultas appellandi permissa censetur, nisi specialiter inueniatur prohibita, *gl. in l. qui restituere, in verb. restituitur, de rei vindic. P. l. in maioribus & ibi Bart. C. de appel. Specul. tit. de appell. in §. in quib.* Legeque Iulia de vi publica, qui afficit iniuria appellãtes: bonis cum infamia fisco delatis afficitur, *l. lege Iulia, ad leg. Iul. de vi pub. P.* Speculator autem ponit 37. casus, in quibus censetur prohibita appellatio, *Specul. in dicto §. in quibus, titul. de appel.*

19 ¶† Est & in rescripto interdum clausula, qua datur iudicandi potestas, appellatione remota: quæ appellationẽ remouet, sed tamen non omnem, sed friuolam tantum, qæ non est in iure scripta, *c. pastoralis, cum ibi not. ae appel. gl. in c. vt debitus honor, eod. tit. & c. pastoralis, de off. deleg. vide gl. in l. 1. §. fin. à quib. appell. nõ lic. P.* Sic etiam quoque rescriptum est, vt dũ à Principe notio negotii alicui mandatur, omni exceptione remota, intelligatur locutus tantum Princeps de friuola & aperte perperam obiecta, non de aliis, *c. ex parte, in 2. cum ibi not. de off. dele. Bar. in l. 1. quod vi aut clam. P.*

20 ¶† Et manifeste iniqua appellatio non debet admitti, *c. ex literis, de sponsa. c. cum speciali, §. porro, de appell. c. cum sit Romana, §. fin. eo. tit.* Cum appellatio sit remedium & præsidium innocentiæ, non fomentum malitiæ & fugę litigantium, *d. ca. cum speciali, §. porro, & l. 1. de appel. P.* Nisi forsan in notoriis, adhuc quoddã dubium sit, quod probari per appellationem in sui fauorẽ & contra sententiam possit, illaque causa appellationi inseratur: nam tunc appellatio admittenda, in qua possit non probatum probare, & non deductum in sententia & ante iudicem à quo appellat, deducere coram eo, ad quem prouocet, *ca. ex transmissa, qui filii sint leg. l. obseruare, quo. appel. non rec. C. vide hac de re Phil. Franc. in d. c. cum speciali. §. porro, & in §. consuluit, de appel. Lud. Roman. cons. 324.* Vt ecce si confessus crimen damnatus reuocet suã confessionem, auditur appellans, *c. Romana, §. si autem, de appell. in 6. & ibi Io. And. in gl. l. fi. §. iussus, de appell. P. Barto. & alij in l. 2. quo. appell. non rec. hoc disputat & concludit decis. Cap. Tholos. 176. & ibi Steph. Aufrer. fusissime.*

22 ¶† Non admittuntur iure ciuili in grauioribus criminibus appellationes reorum, veluti raptus, *l. 1. de rap. virg. C.* & falsæ monetæ, *l. 1. C. de fals. mon.* & simil ũ, *l. 2. quæ. app. non recip. C.* etiãsi in aliis vltimo supplicio dignis admittatur appellatio & reorũ, & aliorum prouocantium pro illis, *l. additio is, de episc. aud. C. l. additis, de appel. C. l. non tantum, eod. P.* quod in Gallia receptum in omnibus quoque grauioribus: exceptis quibusdam quæ pertinent ad notionem eorum, à quibus omnis submota est via prouocationis, vt si à latrunculatore secundum legitimæ suæ iurisdictionis calculum, erro, latro, viarum obsessor, populator agrorum, militiæ desertor, & similes damnari iunt. 21

¶† Sic enim placuit Principi. Vt quoque in ciuilibus negotiis præcisa est via appellationis à Præsidialibus, si intra fines pecuniæ postrema iurisdictione comprehensę iudicatum sit: vt ex edicto creationis eius iurisdictionis, & quotidiana praxi certissimum est. Non auditur contumax damnatus appellans, si legitime vocatus, & eo absente & contumace, negotium eius fuerit sũmatim discussum sententia iudicis, *l. ex consensu, 23. §. fin. de appel. P. l. 4. de app. recip. P. l. 1. quo. appel. non rec. C. l. properandum, §. cũ eremodicium, de iud. C.* Item denegan da est appellatio, dum exigitur ratio functionis publici aut priuati calculi, *l. quo. app. non rec. C.* quod vocant *reddition de comptes.* Si statuatur apertio testamenti, *l. pe. C. eo.* Si velit quis tertio appellare, cum antea bis appellauerit, *ti. ne lic. in vna eademque causa ter. prouo. C. §. præbebunt cõsti. 82. de iud. & §. ac præterea, Nouel. 26. c. fin aut, §. post sententiam, & c. si quis, 2. q. 6. c. sua nobis, & c. directe, de app.* Si pacti fuerint litigãtes ne liceret à sententia prouocare, *l. fi. §. fi. ae temp. & repar. app. C.* vel si quis appellare vult, cum professus ante sit se non appellaturum. *l. 1. §. si quis ante sententiam, à qui. app. lic. P.* Non ab arbitris, vt diximus in arbitris superiore libro. Item si res dilationem non recipiat, non remittitur etiã appellatio: veluti vt dictum, si agatur de apertione testamenti, vel de distribuendo frumento, de herede in possessionem inducendo, si de decernẽdo aliquid ex edicto perpetuo, de vendendo pignore, vt scribit Paulus, *in l. fi. de appel. recip. P. cum simil. ibi per gl. nota.* Item nõ appellatur, si iudex interlocutus sit se consulturum Principem, *l. 1. §. hinc consequenter, de appel. P.*

¶† Sunt & casus in iure ciuili, in quibus appellatio nõ est necessaria, & ea reiicitur: veruntamen sententia nõ officit & nulla 23
est, vel rescinditur sine appellatione: puta, quia sententia fiat de iam ab eodem iudicato. *l. 1. quæ sententiæ sine ap. resc. in. P. l. 1. quan. prouoc. non est nec. C. l. post sententiam. de sen. & interloc. P. l. si causa cognita. C. de trãsact.* Si calculi in ea error interuenerit, *d. l. 1. quæ sent. sine appel. resc. l. 2. C. de iure fisc. l. 2. C. de re iud.* Si contra sacras constitutiones iudicatum, *d. l. 1. quæ sent. & c. l. si expressim, de appel. P. l. 2. & l. certa. §. quan. prouoc. non est nec. C.* Si contra absentẽ non cõtumacem, *d. l. 1 §. item cum ex edicto, quæ sent. &c.* Si damnetur is, qui sententiæ tempore in rebus humanis non est, *l. 2. quæ sen. sine app. resc. l. in summa, §. si. de re iudic. P. l. de qua re, §. cum absentem, de iud. P.* Si impossibile præcipiatur in sententia, *l. fin. quæ sen. & c. l. si cum dies, §. ante. & pen. de arb. P. l. duo, de re iud. P.* Si pluribus iudicibus datis vel delegatis, vnus tantum, non omnes pronuntient, *l. cum magistratus, 4. quan. prouo. non est nec. C.* vel si iudex delegatus extra diem sibi constitutæ potestatis iudicet, *in l. cum nõ eo die, quan. prouoc. non est nec. C. l. si vt proponis. 1. quom. & quam. in. C.* Si per sordes venalis lata sit sententia, *l. venales, 7. C. quã. prouo. nõ est nec. l. si filiusfam. de iud. P.* Si statuatur contra minoré, vt decurionatum accipiat patre non consentiente, *l. si pater tum. 8. C. quan. prou. non est nec.* Si contra immunitatem veteranus vocatur ad munera, *l. veteranus, 9. eod.* Et sic de similibus, in quibus tamen in Gallia opus est appellatione, vt monuimus.

¶† Præterea, appellatione reiicietur facta ab iis iudicibus, à
24 quibus prouocari nõ potest. quare nõ auditur appellans à Principe, vel à Senatu, *l. à qui. appel. non est nec. P. l. nec caussas, 15. de app.* à præfecto prætorio, *l. 4. de sent. præf. præt. C. l. à proconsulibus, C. de appell. cum simil. l. 1. de off. præf. præt. P.* quanquam à delegato Principis ad Principem, *l. eos etiam, 16. C. de appel. & consulta.* & à Proconsulib. & Prætorib. *l. si apud vtrũque, 17. & l. à Proconsulib. 19. C. eo.* ad præfectũ appelletur, & à legato proconsulis, & delegatis aliis, *vt in l. pen. & si quis & à quo app. P.* Ex erat apud Cic. *3. de legib.* militiæ, *Ab eo qui imperabit, prouocatio ne esto, quodque is qui bellũ gerit, imperasset ius ratumque esto.* Erant & apud Athenienses, iudices dicti ἡλιαῖαι octoginta capitaliũ causarũ, quinquagenariis maiores, singulari opinione probitatis, dicti Epheræ, quod ab illis non esset prouocatio: ius dicentes vel in Palladio, vel in Prytãneo, vel Delphinio, vel in Phreate, *Suidas in ver. ἡλιαία.* A iudice ex consensu litigantiũ sine cõpromisso, appellari potest, *l. ex consensu, 24. de appel. P. l. fi. C. de iud.* at à cõpromissario, vt diximus in arbitris, nõ licet, *& docet l. 1. C. de arb. l. arbiter, qui satisd. cog. P.* In Gallia quoque docuimus ex cõst. Regiis, ab arbitro prouocari aliquãdo posse, sed prouocationẽ non audiri, nisi perfecte antea executioni demãdata fuerit sententia eius, & pœna soluta adiecta compromisso sine spe repetẽdi. Nõ prouocatur ẽt à condẽnatione personarũ, quas puniri statim Reipubl. interest, vt sunt insignes latrones, seditionũ concitatores, duces factionum, *l constitutiones, 16. de appel. P. l. 2. C. eo.* Et in Gallia id seruatur, ne à latrunculatore appellatio permittatur. Robertus Maranta docebit reliquos casus, in quib. nõ appellatur, qui in Spe

Digitized by Google

culo suo parte 6. tit. de apppel. à num. 267. vsque ad 357. colligit quadraginta sex casus per limitationes. Forma appellandi duplex est, eius quæ voce fit, & quæ in scriptis.

25 ¶ † In ea quæ voce fit, satis est, si dicat quis simpliciter, appello, & apud acta appellauerit, *l. 2. l. à sententia, 5. §. fi. de appel. P. l. litigatoribus. 14. C. eo. tit. & ibi gl.* Hoc dicunt appellare illico, iudice sedente, & pronuntiatione facta. Nam sequente die oportet in scriptis appellare. Eius autem appellationis, quæ scripto fit, forma est, vt libellus habeat scriptum, à quo datus sit qui appellat, aduersus quem, & à qua sententia, *l. 1. §. fin. de appellat. P. explicat l. 3. eo. P. c. cordi, eod.*

26 ¶ † Debet tamen ab actuario iudicis describi vtraque appellatio, *in c. quoniam contra, de probat.* ne appellanti variare liceat, *arg. c. saluberrimum, 1. q. 7.* & sciatur, num intra terminum à iure vel à iudice concessum, prouocatio interposita fuerit: aut num eandem sit prosecutus appellans tempore suo. Nam si hæc suo tempore non fiant, sententia firmatur, *c. personis, 4. de appel.*

27 ¶ † Appellari olim necessarium erat intra biduum, in propria forma: in aliena vero, intra triduum, computandum à tempore sententiæ latæ, *l. 1. §. biduum, & §. in propria, quam. appella. sit, P. l. eos qui, §. fin autem, de appel. C. Nouella const. Iustin. 23. §. & sanximus omnes, l. qui suspectum, 20. de appel. P.* si in præsentem pronuntiatum: nam si in absentem, computabatur à tempore scientiæ, *l. 1. & fin. quan. appel. sit.* Propriam rem dicimus, ex qua commodum aut incommodum ad nos pertinet: alienam, quando ad alium, *d. l. 1. §. in propria, & l. 2. quando appel. sit P.* Ita procurator, nisi in rem suam datus sit, alienam litē fouet, *d. l. 1. §. in propria, & l. 2. & l. qui suspectum, §. fin. de appel.* Hodie vero ex iure Nouellarum, cuilibet tributus spatium appellādi decem dierum, à sententiæ prolatione & scientia numerandum, *Auth. hodie, eod. C. §. 1. eo. de appel. in Auth. const. Nouel. 23.* Ex generali tamen consuetudine Galliarum, post sententiam aut interlocutionem prolatam, statim appellandum est: alioquin nunquam admittitur appellatio postea, ex const. Carol 7. art. 18. Quare Princeps in sua cancellaria, aditi debet, & gratiam & restitutionem nominatim ea de re facere, per clausulam quam vocant, *de relief de n'auoir appellé illico.*

28 ¶ Ex his etiam alia prouocationis obseruantur tempora petendorum apostolorum, incoandæ prosecutionis appellationis, vel exsequendæ incoatam. Apostoli dicuntur libelli dimissorij, id enim verbo ἀποστέλλω, vnde & ἀπόστολος significatur. Per eos enim testatur iudex à quo prouocatum est, talem à sententia tali appellasse, *l. dimissoria, 106. de ver. sig. l. 1. de libel. dimis. P. c. vt super, 4 de appel. in 6.* Debet autem hos, quos apud iudicem, ad quem prouocat, edere debet, petere appellans, sæpe & sæpius ab eo iudice, à quo prouocat, & si non accipiat, idipsum contestari, *d. l. vn. de libel. dimiss.* Sufficit autem, quod vnico actu sæpius petantur in vno & eodem libello, *Clem. quamuis, de appel. C. ca. vt super, & c. ab eo, eo. ap. Greg.* idque intra triginta dies, intra quos iudex tenetur illi dare: & statim prolata sententia, omissa cautione, quæ olim petebatur ab appellantibus, de prosequenda appellatione, *l. eos, 6. §. apostolos, & l. iudicibus, 24. de appellat. C. Innocen. in c. 1. eod.* Et nisi in hoc tempore petantur, videtur renuntiatum appellationi, *d. Clemen. quamuis, de appel. & c. ab eo, eod.*

29 ¶ † Quod autem pertinet ad tēpus, nihil interest inter apostolorum diuersitatem, qui ex causa & parte iudicis concedentis, quatuor accipiunt appellationes, & vnam ex conuentione litigantium, *de speciebus apostolorum, tit. d. appellat. §. sequitur, vers. apostoli, Alex. in c. vt debitus, de appel.* Ita apostoli, quando admittit appellationem iudex, dicuntur admissorij, *l. vn. de libel. dimis. P. & l. dimissoriæ, de verb. signif.* si ob reuerentiam superioris maxime fiant reuerentiales *l. eos, §. superbum, de appel. C.* qui aliquando dantur in forma, de qua Rotæ *decis. 644. in antiq. dic.* quod de appellationibus & apostolis, *Cassad. decis. 7. nu. 5.* Quod si iudex friuolam arbitretur appellationem, nec deferendum ei putet, dicuntur refutatorij: quia nec iudex debet ei appellationi deferre, quam reiicit lex, *c. cum appellationibus, de appel. in 6. vide Rotam dec. 723. in antiq. de refutatorijs, in l. quoniam nonnulli, 18. C. de appel.* Si quando vero iudice absente, coram notario vel alia egregia persona appelletur, literæ illius appellationis testimoniales apostoli dicuntur, *Cassad. dec. 8. nu. 7.* Interdū etiam aduersarius seu appellatus consentit appellationi, & ex eius consensu appellatio defertur ad superiorem, consentiente vel reiicīēte iudice, nihil enim refert: & tunc cōuentionales apostoli dicuntur, per quos non tam per appellationem, quam ius deuolutum negotium tractatur apud superiorem, *c. 1. de for. comp. in 6. Rota. decis. 539. incip. A grauamine, de appel. in antiq.*

30 ¶ † In Gallia videntur esse istæ apostolorum petitiones inutiles, cum deuoluantur verbo appellatione facta, statim ad superiorem appellationes, si fiant intra triginta dies, *vide Guid. Pap. dec. 30.* Et tantum semel coram iudice à quo: comparere debere appellantem, decisum habes apud Guid. Pap. *q. 25.* Statuit *Henr. 2. const. public. an. 1551. Paris. 6. April. Sur l'ampliation de l'edict de la creatiō, &c. des sieges presidiaux.* appellationem in casu edicti præsidialium releuari debere intra sex hebdomadas à tempore interpositæ appellationis: interponi vero intra octo dies, post significationem legitimam sententiæ, quod tempus fatale constituitur appellandi, statuendo releuationem appellationis fieri debere apud actuarium appellationum curiæ præsidialis: & anticipationes quoque appellatorum. Alibi releuatio appellationis debet fieri intra tres menses, post quos appellatio deserta dicitur, & iudici licitum est mādare sententiam exsecutioni, ex constitut. Caroli 8. art. 59. Quod si post trimestre tempus, quis iustam causam impedimenti prætendat, propter quam non potuit literas seu codicillos appellationis intra illud tempus, post interiectam appellationem, obtinere vel leuare, recurret ad officinam æquitatis seu cancellariam, per cuius codicillos seu literas appellationis, restituetur in integrum, *iuxta l. præses prouinciæ, 5. C. de appel.* nihilominus tamen remanente sententiæ exsecutione, ex constitutione eiusdem Caroli 8. art. 60. Voluit & Franc. 1. in const. anni 1539. art. 117. non teneri appellantes petere apostolos, etiam in patria iuris scripti. Potest & proponi vis pro iusto impedimento, quod prohibuit appellare, *l. 2. de in qui propter met. iudic. non appel. lib. 7. C. tit. 67.* Et quamuis prorogatio interdum termini à iudice fieri possit, tamen deserta semel & peremta appellatione, solius Principis est spiritum vitæ ei reddere. Paris de Puteo *in tractat. de syndic. in verb. sententia, §. restat vnum aliud, Boerius decisio. 248. & aa §. 23. titul. des coustumes, in consuetud. Biturig. Guido Pap. cons. 38.*

¶ † Post interpositam & releuatam, vt dicūt, appellationem, ea est prosequenda intra tempus etiam constitutum à lege vel 31
iudice: alioquin fit deserta appellatio, *l. negotiorum, 24. de appel. P.* A lege, in quibusdam negotiis dantur duo menses, vt si à nominatione ad munera appelletur, *vt in l. 1. C. de temp. appel.* in quibusdam plures, habita ratione iudicum, *l. 2. C. eod.* vel locorum, *l. cum antiquorib. 5. eod.* in aliis datur annus, & ex causa biennū, non amplius, *l. 2. & Auth. ex quibus appel. C. de tem. appel. c. cum sit Romana, ne appel.* quæ tempora sunt fatalia, id est, fatum seu interitum inferunt appellationibus, vt negotium sit in eo statu in quo esset, si nulla prouocatio interuenisset: nisi forsan steterit per iudicem ad quem prouocatum est, quominus decidatur: quia tunc non labuntur tempora fatalia, *Auth. si appellatione secuta, C. eo. §. hoc quoque, vt ipse. larg. in auth.* vel si aliud legitimum impediat, *c. ex ratione, §. de appellat.* vt si de causa appellationis compromissum sit, *Auth. si tamen, de tem. appel. in Auth. l. contra maiores, de inoff. testa. C.* (si tamen in amicabiles compositores sine compromisso relatio facta erit, curtent tempora) *Anch. consil. 284. Mollius, in rep. in ver. appellatio, & ver. terminus prosequendi,* vel si appellans sit infirmus, aliudve impedimentum contigerit, de quo per testes fides fiat: vel si testes non habeat, iuramēto præstito, *Rota tit. de appel. decis. 25. alias 155. incip. Si certus terminus, in fi. vltima addit.* Permittit & lex iudici præfigere diem fatalem appellanti, intra quam prosequatur tantum, non autem vt finiat apud superiorem, appellationem, *c. ex insinuatione, & ea ad hæc, in 4. de appel. & c. c. cum causa, de rest. cum ibi nota.* Et ita seruari in curia Romana tradit Rota *decis. 485. in noi fin.* Pap. *de appel.* Westrius *lib. 7. introduct. in aula Rom. act. c. fin.* & Cassad. *decis. 4. tit. de appel.* Veruntamen hoc explicat Octouianus Westrius, obtinere ita demum, si iudex deferat appellationi, & eodem contextu terminum præfigat, & si tempus sufficiens & idoneum præfixum sit: quod ex decisionibus Rotæ firmat, lib. 7. introduct. in aulæ Roman. actio. c. fin. Tractantur hæc in c. cum sit Romana, & c. sæpe, & ibi per interp. de appellat. & in l. præses, §. 1. & ibi gl. & Bart. C. de appellat. vbi tamen Barto. communi reluctatur sententiæ, vide eundem in l. 1. de libel. dimiss. P. Buttrigarium, in c. ex insinuatione, de appellat. Panorm. & Præpo. in c. personas, eod. tit. Intelligunt autem Bald. ad d. l. præses, & Buttriga. in d. c. ex insinuatione, desertam esse appellationē post diem constitutam à iudice à quo, si ei fides non fiat, quod se appellans præsentauerit pro prosequenda appellatione apud iudicem superiorem, quod pertinet ad effectum faciendæ exsecutionis sententiæ: non tamen, vt ideo de ipsa appellatione cognosci non possit, neutra tamen de causa, tempora à lege fatalia præscripta ad prosequendam appellationem, poterunt per factum & consensum litigantium ad longiora tempora prorogari, *gl. in l. properandum, circa princ. de iudi. C. Bar. in Auth. si tamē, C. de temp. appel.* licet possint per eorum pactum expressum, vel compromissum suspendi, *Philip. Franc. in ca. ex ratione, col. 14. & 12. de appel.*

¶ † Et ita tria tempora iam probauimus, fatalia, appellandi, introducendi appellationem, & prosequendi, quæ alio tempo- 32
ri iunguntur finiendæ appellationis. Nam si introducta & cœpta appellationis prosecutione, absit prouocans, vel diffugiat, iudicium pronuntiatur contra eum, iuxta l. fin §. illud, de tempor. appellat. & l. properandum, de iudic. C. & contumacia probata iudicatur. Et si prouocatione cœpta moriatur prouocans, in causis quæ non exstinguuntur morte rei, heres eius tenetur vel prosequi, vel stare sententiæ, *l. 1. si pend. appel. mors interue. lib. 7. C. tit. 66. l. vn. eo. tit. P.* Concesso tamen ei longiore tempore, iuxta l. fi. si pend. appel. mors interuen. C.

¶ † Accedit

33 ¶†Accedit & formæ ſubſtantiali, vt appellatio fiat ad ſuperiorem iudicem eumque proximum, non ad maiorem, vel omiſſo medio ad inferiorem, vel ad parem, alioquin non valet appellatio, & fit remiſſio cum damno expenſarum temere appellantis, ad proximum ſuperiorem. *l. 1. §. fi. & l. præcipimus, & l. Imperatores, de appel. P. l. addictos, C. eo. c. metropolitanum, 2. quæſt. 6. §. fin. de appel. in Auth. in Gallia conſt. regiis, §. 1. ac fruct. appel. in concor.*

34 ¶†Verum hic obſeruatum velim, proximum ſuperiorẽ dici, interdum maiorem omiſſo medio alio iudice, quando vel ratione negotij, vel priuilegij perſonæ, prouocandum eſt ad maiorẽ omiſſo medio. Hicque arbitror leges conſiderandas cuiuſque regni, & conſuetudines probatas, & gradus iuriſdictionis. Sicque conſtitutionib. regiis Galliæ cautum eſt, *l. in conſt. Fran. 1. Sur la declaration de l'article 163. de l'ordonnance de l'an. 1539. Et alia, des Juges preſidiaux, 1537. art. 22. vide de aliis iudicibus, qui immediate ad curiam ſupremam reſortiuntur litem, conſt. Car. 7. art. 15.* appellationes criminalium negotiorum, ad curias ſupremas faciendas immediate à iudicibus inferioribus, & eorum ſententiis, in quibus iudicatũ ſit, de quæſtione ſeu tortura, de afflictione corporis ſeu pœna corporali, fuſtigatione, mutilatione membrorum morte ciuili, relegatione perpetua ſeu bannitione, addictione ad onera publica, mulcta ſeu emenda honoraria erga iuſtitiam, & à denegatione iuris in aliis, non conceſſa venia omittẽdi medium iudicem.

35 ¶†Sed & placuit diſtingui iuriſdictiones ex natura negotiorum, vt ſi agatur de prouocatione à licitationibus vel ſubhaſtationibus curatorum fiſco, ea fiat ad curiam oblationalem Lutetianam, quam vocant. *Cour des aides, in conſtit. Henr. 2. ſur les finãces, an. 1557. 21. menſ. Decemb. artic. 53.* Ad quam etiam deuoluit voluit Princeps appellationes ex cauſſa Salis, vel ad curiam Parlamentorum Burdegaliæ, Delphinatus, Prouinciæ, Conſilii Britanniæ, *ord. Fran. 1. ſur le fait de la gabelle, art. 32. 36.* Litium quoque de leproſariis prouocatio, immediate ad Parlamentum fit, *in conſtitu. Franc. 1. an. 1543.* Prouocatio ſatellitis nemorum, quẽ vocant, *Sergent ou verdier*, fit ad magiſtros proprios aquarũ aut nemorum, *Franc. 1. conſt. ſur les eaues & forests, art. 86.* Et ſi prouocetur à magiſtris aquarum aut nemorum, ad menſam marmoreã Lutetianam defertur, vt vltimo iudicio inibi decidatur, *d. cõſtit. Franc. 1. anni 1535.* Qui prouocant à conſeruatoribus priuilegiorum Regiorum, à Præfectis Caſtellanis, & ab aliis areſtorum executoribus, appellant ad curiam eius Parlamenti, *conſt. Franc. 1. des iuges preſidiaux, & autres artic. 20.* Sic monetales iudices inferiores, ad ſuperiores generales monetales, ex conſtitutione Frãciſci 1. *Sur le fait de monnoyes*, anni 1540. Sunt & alij caſus, in quibus omiſſo medio appellatio fit ad maiorẽ: de quibus vide Hoſtienſem in ſumma tit. de appellation. §. à quo gloſſ. Felinum, & alios, in cap. ſuper quæſtionum, §. porro de offic. deleg. Philippum Francum, in ca Romana §. ab archidiaconis, eodem tit. in 6. Iaſonem in l. qui Romæ §. Seia, de verborum obligatio. Socinũ in tract. Pallentiarum. reg. 23. Rebuffum ad cõſtitutiones regias, tit. *Des ſentences executoire*. Et poterat olim omiſſo medio ad ſummum Pontificem appellari, *c. ad Romanam. c. quoties, 2. quæſt. 5. c. ſi duobus, de appel. gl. & interp. in c. ſi duobus, eod. tit. in 6.* Et hodie etiam permiſſum eſt. Scholaſticis vere ſtudentibus, omiſſo medio prouocare, vel ad Regẽ, ſeu Imperatorem, ſeu ad curias eorum ſupremas. *Bald. Bart. Salyc. ad Authen. habitas, ne fil. pro pat. deciſ. Capell. Tholoſ. 169. Bero. ad §. 1. de iuriſd. omnium iudic. in conſuetud. Biturig. Felin. in c. ſuper quæſtionum, §. porro, de offic. deleg.* Similes plures caſus ſunt, qui tamen priuilegiati & præter communem iuris regulam, qua prouocatio vt excutiatur diligẽtius ad examen iudicum proximorum, & poſtea maiorem reiicitur. Fit tamen à delegato ad delegantem, vel eius ſucceſſorẽ, ordinario iure appellatio, *l. 1. 2. 3. & quis & à quo appel. P. l. præcipimus §. ſi. & l. ſi. de appellat. §. illo, in fi. de ind. in Authen. l. Imperatores, de appel. P.* Cum appellatio interpoſita erat per Bythiniam, Paphlagoniam, Lydiam, Helleſpontum, Inſulas etiam ac Phrygiam ſalutarem, Europam ac Rhodopen, & Hemum montem, ad Præfectum vrbis Conſtantinopolitanæ pertinebat iudicij, *l. cum appellatio, 23. de appell.* vt & appellatio à Prætoribus, *l. ſi utrumque, 17. C. eo.* Quo tempore ſub Domitiano dari cœperunt iudices à Senatu, ab eis ſi quid peccaſſent ad eum prouocatio erat, *Sueto. in Domit.* vt à datis à Conſulibus, ad Conſules, *l. 1. §. 2. de appell.* & à Magiſtratibus, in cauſſis ciuium Romanorũ ad populum, *Liu. in 1. dum de Horat. agit.* ab Epiſcopo vel eius Officiali, ad Archiepiſcopum: non ab Officiali ad Epiſcopum, quia vnũ eorum eſt conſiſtorium, *ca. legitima. de appel.*

36 ¶† Non appellatur regulariter à iudice laico, ad eccleſiaſticum: nec contra, ab eccleſiaſtico ad laicum, vt notat pluribus probat Maſuer. tit. de appel. Ioan. Gallus in areſt. curiæ Parlamen. areſt. 175. Receptum tamen eſt in Gallia, ab Eccleſiaſticis poſſe prouocari ad curias ſupremas Parlamentorum tanquam ab abuſu: quando derogant conſtitutionibus Regiis, Concordatis, & Pragmaticæ ſanctioni aut decretis Sanctorum Patrũ, aut aduerſus laicorum priuilegia quippiam ſtatuunt.

37 ¶†Et hoc iure vtimur. In Gallia etiam & iure, pro forma appellationum datum, vt in codicillis appellationis exprimatur grauamen, vel grauamina, ob quæ appellatur à ſententia interlocutoria: extra quæ non audiatur coram iudice, ad quem appellat, *Maſuer. in tit. de appel. §. 11. item appellans, in praxi. Bar. in l. eius qui, de appel. rec. Pan. & Lupus in c. Romana, §. ſin autem, de appel. gl. & Lanfran. in c. quoniam contra. ad verb. interlocutiones, nu. 118. de prob. facit tex. Cle. appellanti, de appel.* Quo fit etiam, vt in cauſſa appellationis huius iudicetur, an bene vel male appellatum ſit ex iiſdem actis, coram iudice à quo factis, nec admittantur nouæ allegationes vel productiones, *d. Cle. appellanti.* In appellatione autem definitiua, ſufficit dicere appello à definitiua, nullo expreſſo grauami ne: ideo in cauſſa hac appellationis, nouæ allegationes & probationes adferri poſſunt, *in l. per hanc, de temp. appell.*

38 ¶†Subinde appellatio debet fieri modeſte, neque appellans debet iudici qui iudicauit conuiciari: alioquin poteſt ab eo plecti, *l. illud ſciendum eſt, 8. de appel. P. l. & in maioribus, C. eo.* neque etiam conuitiari debet iudex appellanti, *iuxta l. iudici, de iniur. P.*

39 ¶†Adiiciunt, & in codicillis appellationum, quis appellet, vt ſciatur quis iuſte appellauerit. Siquidem non omnes poſſunt prouocare, ſed tantum illi quorum intereſt, *l. ab executore, 4. §. alio condemnato, de appel. P.* Neque enim à ſententia inter alios dicta, niſi ex magna cauſſa, appellare licet: videlicet ſi ſua interſit, *l. 2. §. ſi amus, de appel. recip. vel non, P. l. à ſententia, §. de app. P.* Appellat quilibet pro reo morte damnato, etiam eo inuito, *l. non tantum, 6. eod. l. addictos, Cod. de epiſcop. aud. l. addictos, C. de appel.*

40 ¶†Si plures ſeparatim fuerint condemnati, quamuis ex eadẽ cauſſa, eis pluribus appellationibus opus eſt. *facit & l. 2. de diuer. reſcript. C. l. 1. C. ſi vn com. eaa. ac.* Neque vnius appellatio, vel ex appellatione ſententia, aliis proficit non appellantibus, niſi per omnia eadem cauſſa ſit, & eadem, communique ſit defenſio, vt diſputat Vlp. *in l. ſi qui ſeparatim, leg. 10. cum jun §§. ac appel. P.* Et Alexander Imp. *in l. 1. & 2. ſi unus ex pluribus app. li. 7. C. tit. 68.* maxime ſi cauſſa ſit indiuidua, vt proſit: ſi diuidua, minime, *d. l. 2. ſi vnus ex plur. app. l. ſi communem, quemad. ſerui. amit. l. quæ alienam, de negot. geſt. P.*

41 ¶†Prouocat dominus pro ſeruo, *l. ſerui, 15. & l. Lucius Titius, 18. de appel. P.* pro domino negotiorũ geſtor, *l. negotiorũ geſtor, 24. eod. P.* ſeruus non pro ſe, *d. l. ſerui.* ſed pro domino, *l. ſi. eo.* Admittitur & appellatio facta ab vno ex vniuerſitate pro ſe & ſuis ad hærentibus, vel adhærere volentibus, quos tamen oportet: vt quidam ſentiunt: adhæſiſſe in adiornamento ſeu vocatione ad cauſſam appellationis, & per apparitorem nominari, *Maſuer. §. item & admittitur appellatio, §. 10. de appel. vide Bar. in l. ſcio quæſitum §. ſed & adhuc, de appel. P.* communior tamen eſt ſententia, vt ſufficiat adhærere coram iudice, ad quem prouocatum eſt, vt adhæſio habeat vim ratihabitionis, *gl. in c. vt circa, de electione. in 6. ad verſ. adhærentes, c. 1. eo. tit. c. concertationi, de appel. gl. in Cle. conſtitutionem §. pene, in ver. nec appellationem, de election. plene Bartol. in l. non de appella. recip.* Appellat filius pro patre, dominus pro homine ſuo etiam ſine mandato: vt & Epiſcopus ſine mandato ſpeciali pro ciuitate ſua, & pro ſubditis, vt docet Guido Pap. *deciſ. 203. c. dilecto, de appell.*

42 ¶†Receptum hic eſt, appellanti à Senatchõ vel aliis curiis paris gradus Regiæ auctoritatis licere renuntiare appellationi intra octo dies, ſoluendo quinque ſolidos pro regiſtro. In aliis autem iuriſdictionalium dominorum curiis, emenda ſeu mulcta debetur à renuntiante, niſi interiecta appellatione illico, aut ſedente pro tribunali adhuc iudice, reuocauerit appellationẽ, vt de his eſt teſtis Maſuer. *c. de app. §. 44. item quod ille, &c.* Et in §. ſequent. ait, intimatum ſeu appellatum, dum appellatio ei ſignificatur, poſſe renuntiare liti & cauſsæ appellationis ſine expenſis, ſi dixerit coram apparitore, qui ei ſignificat appellationem, quod non vult defendere, vt ipſe loquitur, ſententiam vel id de quo appellatum, quod apparitor tenetur præſcribere.

43 ¶†Appellationis finalis cauſſa eſt, iniquitatem vel ignorantiam iudicantium corrigere, *l. 1. de app. præ. P.* Proinde donec cognitum de eo fuerit, regulariter ſuſpenditur iudicatum, *l. furti, 6. de iis qui notant. infam. P. l. 1. §. fin. ad Senat. Turpil. P. l. 2. & fin. de P.* maxime ſi exſecutio nõ poſſit reparari per appellationis iudicem, & factũ ſit irreuocabile. Nihilque innouandum eſt (appellatione pendente. in præiudicium appellationis: nec à litigantibus, neque à iudice à quo appellatur: ſiue ea recepta ſit, ſiue non recepta, *l. vni. nihil nouari appel. inter. li. 49. P. ti. 7. c. nõ ſolum. de appel in 6. tot. tit. vt lit. pend. nihil inno. in 6. & apud Greg. l. 3. & l. ſi quis prouocatione, de appell.* C. Statim enim vbi interpoſita eſt appellatio, iudicis inferioris ceſſat poteſtas, & manus (vt dicunt) ligantur eius, ne in eo negotio quicquam agere poſſit *c. veniens, de iureiu. l. vn. C. de integ. reſtit. poſt.* Et quieſcit officium iudicis, vt *in l. ſi ne per ſe, de dilat. C.* propter debitũ honorẽ ſuperioribus & maioribus iudiciis, *c. vt debitus honor, de appel.* Atque iudex ad quem prouocatum eſt, lædi inde videretur, *c. 1. de app.*

Digitized by Google

in 6. Et quia iudex posteaquam sententiam dixit, iudex esse desinit, in definitiua, *l. iudex posteaquam, de iud. P.* exceptis his, quæ innouant causſam, & sine præiudicio appellationis fiunt, in quibus non suſpenditur iurisdictio iudicis à quo, *c. cum teneamur, & ibi Panorm. Phil. Franc. & Decius de appel. c. ex literis, & ibi Panorm. nu. 4. de mair. contract. cont. interd. eccles. & in c. cum teneamur, in 1. notab. de appel. Fel. conſ. 13. num. 3.* Veluti, ſi pendente appellatione, & nondum conteſtata, debitor prehendatur qui appellauit ſuſpectus de fuga. Si marito interdicatur, qui in quaſi poſſeſſione vxoris erat, ne pendente appellatione, vxori ſe immiſceat, *ca. laudabilem, vt lit. pend. Roma. ſtrig. 411.* Si pendente ea prouideatur, ne poſſeſſor in ſua poſſeſſione turbetur, nam ex eo nihil innouatur conſeruando poſſeſſionem, vt ait Staphilæus *tract. de gratia expectatiua. §. citatio perſonalis, num. 15. & 16. Socin. conſ. 45. col. 3. in fine lib. 1.* Item ſi terminum appellanti ad proſequendam appellationem ſtatuat, *ca. cum ſit Roman. & c. perſonas, de appellat.* vel ſi dum timetur de dilapidatione bonorum, interim ſequeſtrum conſtituat, vt ait Specula. *in titul. de appel. §. nouiſſime.*

44 ¶ † Sunt & caſus, in quibus non obſtante appellatione ſententia iudicis à quo appellatur demandari poteſt exſecutioni, ſine præiudicio tamen appellationis, id eſt, vt ideo præiudiciũ non fiat appellationi, quin exſecutio poſſit retractari, ſi ita dictum ſit, & quando exſecutio reparabilis eſt, non aliter. Vt ecce in momentaneæ poſſeſſionis ſententia, vindiciis datis fit exſecutio, *in l. ſi de momen. poſſeſſ. fuer. ap. pel. lib. 7. C. titu. 69. l. quisquis, C. quor. appel. non recip.* Item in ſententia arbitri tam ex conſtitut. regiis quam iure ciuili, *in l. 1. C. de arbit.* Item in ſententia excommunicationis iam latæ, *c. paſtoralis, §. verum, & ibi Panorm. & Philip. Fran. de appel.* ſecus ſi à futura cenſura appelletur, *Felin. in ca. cum non ab homine, de iud.* Cogitur & hodie tamen per commiſſarium deputatum à curia ſuprema, coram qua pendet appellatio, aduerſarius conſentire abſolutioni ad cautelam: iniungiturque Epiſcopo vel eius officiali, vt excommunicatum abſoluat. Rurſum in ſumma dicunt, in omnibus caſibus, in quibus ius friuolam dicit appellationem, non obſtante ea poſſe iudex exſequi & procedere, *ca. cum appellatio, de appel. titu. 6. Socin. conſ. 76. 1. volum.* vel ſi à iure prohibita ſit appellatio, *Innocen. in c. paſtoralis, de off. deleg. gl. in c. nõ ſolũ, in ver. caſibus, de appel. in 6.*

45 ¶ † Sed hæc vera abſolute eſſe poſſunt antequam per iudicẽ ſuperiorem, vel per literas cancellariæ, inhibitiones factæ ſint iudici & parti: nam poſtea certe, omnino quieſcendum eſt iudici & parti. Et facta poſt inhibitiones non aliter, reuocantur per viam attentati coram iudice ad quem appellatum eſt, vt aiunt Butrigarius atque Imola, & Philippus Francus in cap. fin. de appellation. vide tamen limitationes Phil. Franci, in c. bonæ, in 9. conclu. col. 13. eod. tit. Addit plura, & quod cum multa reuocentur attentata Rota in 1. deciſ.

46 ¶ † Duplici autem via reuocari vel reparari attentata, per officii iudicis implorationem: & acceſſorie appellationem proſequendo, docet Cardinalis in cap. dilecti, 3. de appellationib. De Afflictis, deciſ. 351. Quando autem petimus attentata reuocari principaliter per officium iudicis ſuſpenditur cognitio principalis negotij, donec reuocentur, *ca. non ſolum, & ibi interpret. de appellat. in 6.* etiamſi cœptum ſit in cauſſa principali appellationis iudicium, quod non prohibet ad hoc officium redire, vt ait Rota deciſio. 185. in not. ſi pars mea, de appellationibus. Vide late Octouian. VVeſtrium, libr. 8. introduct. in aulæ Romanæ actionem, cap. 4. numero decimoquarto, decimoquinto, & decimoſexto. Vide quando attentata non poſſunt officio iudicis reuocari, niſi cum ſententia principalis negotii.

47 ¶ † In Gallia plura exſecutioni demandantur, quamuis appelletur ab illis, vt vadimonia, citationes, prehenſiones decretæ, *in conſtitut. Henric. 2. ſur la iuſtice criminelle, artic. 10. public. 4. Aug. 1550.* Item non obſtante prouocatione à ſententia interlocutoria, quæ reparari poteſt in definitiua, non impeditur iudex à quo prouocatur, quominus in principali cognoſcat, neque ſuum debet officium & notionem ſuſpendere propter inhibitiones in vim literarum cancellariæ factas, aut per literas ne lite pendente: niſi litigantibus auditis, iudex ad quem, ita ſtatuerit, *conſt. Franc. 1. ſur l'abbreuiation des proces, art. 4. & alia conſtitut. ſur la reformation de la iuſtice de Normandie, art. 3.* Sic etiam prouocatio à taxatione ſportularum ſeu relationis iudicialis, quod vocant, *les eſpices du rapport du proces*, nõ impedit quominus taxatio exigatur, data tamen licentia repetendi appellanti, ſi ita pronuntiatum fuerit, quod præter rationem taxatum eſſe dicetur, *in conſt. Lu. 12. an. 1512. art. do. 44.* Prouocatio tamen à taxatione exceſſiua expenſarum, inhibet petitionem in omnibus articulis, à quibus prouocatum: pro his tamen, à quorum taxatione prouocatum non eſt, fit exſecutio, *conſt. Car. 8. art. 65.* Sic dices de ſimilibus, quæ vſus docebit: ad quæ inhibitiones factæ iudici à quo prouocatur, non trahuntur.

48 ¶ † Inhibitiones vocant, quando regia auctoritate per codicillos cancellariæ, vel per literas compulſorias iudicis ad quẽ prouocatum eſt, mandatur iudici à quo appellatum eſt, ſignificante apparitore, vt acta ad iudicem ad quem tranſmittat, & prohibetur ne in eadem cauſſa poſtquam quippiam amoliatur, *l. 1. nihil noua. app. l. pend. l. 2. de re iud. C. l. 1. C. de erro. calc.* Si quid autem maxime poſt interlocutoriam appellationem attentatũ ſit, reparatur in ſententia appellationis & reſcinditur, *c. ſignificantibus, 49. de appel. d. c. non ſolum, eo. in 6.*

¶ † Quemadmodum etiam per ſententiam appellationis & iudex qui male iudicauit, aut qui temere appellarit, plecti & 49
mulctari ſolent: primum, quod pertinet ad iudicem, ſi dicatur bene appellatũ ab interlocutoria notione cauſſæ iudex à quo appellatur, priuatur, & remanet cauſſa apud iudicem appellationis, *c. vt debitus honor, & c. ex inſinuatione, de appel. l. eius qui cauſſa fin. eo. P.* vel ad aliud tribunal reſcitur. Tenetur & iudex, eius apparitores & adminiſtri, & attentatis, *l. quoniam iudices, de appel. C.* Quid autem, ſi attentauerit in facto irreuocabili, facienõ ſit, vltra mulctam quæ ei indicitur, docet Maſuerius, tit. de appel. *§. fin. l. quoniam, de appell. C. l. fin. l. ad leg. Iul. de vi pub. c. non ita, c. anteriorum, 2. q. 6.* Puniuntur & pro modo admiſſi male iudicantes iudices, ex arbitrio ſuperioris iudicis, vel ex legum determinatione: variis enim modis peccare poteſt iudex, vel grauius vel leuius, *c. quatuor modi, 11. q. 3.* Quomodo vero puniatur, qui pecunia & per ſordes male iudicat, eximus in crimine legis Iuliæ repetundarum. Corrupti quoque iudicis pœnas exemplares poteris videre apud Herodotum in lib. 5. Valerium Maximum, lib. 6. cap. 3. Ammianum Marcellinum, lib. 23. vbi Cambyſes Rex Siſamis iniqui & corrupti iudicis peliem detractam iuſſit ſellæ iudiciariæ intendi, & ibi Otauem eius filium conſidere: atroci ac noua pœna, ne quis corrumpi iudex poſſet, prouidens. Diſtinctiones pœnarum iudicis male iudicantis, per dolum, per imperitiam, per ſordes, vide in Authent. hodie, & toto tit. de pœn. iud. qui male iudic. & l. fi. filiusfamilias, de iudic. P. & vltra has pœnas, Leo & Alexander Imperatores Orientis, in diataxi *περὶ δικασῶν*, lib. 1. iuris Orientalis, imprecantur diras exſecrationes iudicibus, qui contra leges iudicarint, alias, vt inueniant Deum ac cœleſtes omnes, atque incorporeas poteſtates ſibi nunquam aduerſantes, immature ex hac vita excidant potius quam excedant: incommodis afficiantur perpetuis, ædium ipſorum fundamenta ignis tandem deuoret: & poſteritas eo redigatur inopiæ, vt panem oſtiatim quæritet, quod leges quas liberrimas oportet eſſe, ſeruas quodammodo ac captiuas effecerint. Exſecrabile enim eſt, eos quibus gladius à Principe committitur, & poteſtas in bona & corpora ſubditorum, pro libidine in perniciem Reipublicæ abuti.

¶ † Quo fit, vt etiam ſanctiſſime à principibus noſtris Gal- 50
licis cautum ſit, vt ipſi Magiſtratus, puta Senatores, à quibus nulla prouocatio eſt, cenſura notentur, decuriis Senatus in vnum coactis: Pariſiis quidem, per ſingulos quindecim dies in alis parlamentu, per ſingulos menſes ſemel, eaſque cenſuras mittad Principem, qui eorum delicta caſtiget, quos vocant, *mercuriales*, quod in die Mercurij iubeantur fieri, *ita ſtatuit Franc. an. 1539 a. t. c. 130. vide in eum Ioan. Conſtantium, Ludouic. Ianſian. 1599. artic. 39. Henr. 1. in edicto, touchant les Lutheriens, 27. Iun. an. 1551. art. 25.* Factum autem illud eſt, poſtquam cœperunt eſſe Magiſtratus per, etur. Nam antea temporales erant, vt in Italia, & cogebantur poſt depoſitam adminiſtrationem rennente quinquaginta dies in loco vbi geſſerant Magiſtratum, & reddere rationem male iudicatorum iis, qui conqueretentur coram ſucceſſore, *Nouel. conſtit. Iuſtin. 95. tit. vt omn. iud. apud acta min. &c. C. late Parl. de Puteo, in ſuo tract. de Syna.* Et hodie quoque tenentur reddere rationem, ſi quis de illis conqueratur in Gallia, ſed nõ expectatur depoſitio magiſtratus: quia eo facto perpetuo non priuatur quis, *ex conſtitut. Ludou. 11. per rationem Iuriſperitis, ne excuſ. P. vide de hu Gagnin. lib. 1. c. 2.* niſi morte, aut renuntiatione, aut condemnatione ob crimen, *Guil Benedict. Ranutius, in verb. duas habens filias, in n. 38. de teſta.* quod & in aliis iudicibus ſeu officialibus alterius domini quam Regis, locum habet: vt non poſſit illis à dominis, niſi in illis tribus caſibus, iudicis munus aut officij adimi, vt areſto Burdegalenſi pronuntiatum refert Nico. Boerius, in q. 119. in 1. parte. Quamobrem & Senatus mulctis ſæpe inferiorum iudicum ſententias reformando, & iudicando, illos caſtigat & emendat.

¶ † Sed & non patitur temere & perperam, aut malitioſe ap- 51
pellantium impunitas eſſe moras, & diffugia: idque ex conſtitutionibus Regiis, quæ iubent temere vel friuole appellantes, vel intercedentes ſeu opponentes, mulctis plecti, *de l'ordonnance de Roulet & fol appel. in conſt. Franc. 1. an. 1539. art. 96. & 210.* ſexaginta librarum Pariſienſium, *Maſuer. tit. de appel. §. 4. item appellatio*, ad ex arbitrio extraordinarie iudicantiũ, pro modulo cauſſæ, vtilitatis perſonarum, & circumſtantiis negotiorum cum expenſis & damno litis, *conſt. Franc. 1. ſur l'abbreuiation des proces d. grand conſeil, art 32. 35. & 36. 40. & 42.* Iure pontificio qui friuole appellat ab actu, poteſt per iudicem à quo appellat, excommunicari vt contumax, & mulctari, *Pan. in c. ſolicitudinem, in 1. not. de appel. vide gloſſ. tamen, quam ſequuntur interpretes in l. 1. §. fin. à quib. appel. non lic. P. Pan. in c. 2. de appel.* Iure ciuili punitur temere appellans, ordinaria pœna quinquaginta librarum argẽti, *l. ab exſentione, C. quor. appel. non recip.* vel extraordinaria, officio iudi-

Digitized by Google

cis, *in l. eos, §. ne temere, C. de appellat.* interdum amissione caussæ, & nota infamiæ, *l. à Proconsulibus, e.* Sed hæc cũ arbitraria sint, non prosequor: plecti tamen sine caussa & temere litigantes, vel modice vel seuere expedit: vt præscindantur litium tempora, & obuietur malitiis hominũ. Cum & inde iniuria videatur irrogari iudici, à quo temere appellatur: vt & is ideo possit agere iudicio iniuriarum, *gl. fin. in l. fi. C. quand. prouoc. non est necesse. Geminia. in c. cum appellationibus, de appel. gl. 2. in c. si quis præposuerat, 50. dist.*

52 ¶† Curare etiam debent Magistratus superiores, ne beneficio à lege concesso appellationis, abutantur improbi: ne inde iniuriarum occasio nascatur, vnde iura nasci debent, *l. meminerint, C. vnde vi.* Appellationis quippe remedium, non est ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium innocentiæ institutum, *c. cum speciali, 61. §. porro, de appel.* Quæ ratio etiam est receptæ appellationis, contra sententias iudicum iure speciali: cum alioquin pro sententiis præsumatur, quod æquæ iustæ sunt, ex quo de actis constat: quãuis non præsumatur pro processu, si de eo dubitetur, & nisi de eo fides fiat, *notat gl. in d. §. porro, in ver. defecerit.* Altera ratio autem, delatum esse appellationibus, ne via præcluderetur defensionibus, quæ iuris naturalis esse videntur, *l. vt vim, de iust. & iur. P. l. 1. C. vn. vi. Clem. pastoralis. de re iud. l. scientiam, §. quis cum alter, ad leg. Aquil.* Et postremo, vt solidius & diligentius negotiorum merita in diuersis tribunalibus excuterentur, *l. addictos, de episc. aud. C. l. addictos, C. de appellat. l. 1. eod. P.* Fallitur quippe aliquando iudicium hominum, & sæpe in quo differt à diuino: quia Deus non fallit, nec fallitur, sed veritati semper innititur, *ca. à nobis, in 2. de sent. excom. c. Deus quidem, 24. q. 3. c. primum, de consecrat. dist. 2. c. Spiritus sanctus, 1. q. 1.*

De iuramento in genere, & iurandi necessitate.

Cap. 3.

Lib. 11. P. tit. 2. Lib. 4. C. tit. 1. Const. 9. & 48. Lib. 2. Decret. tit. 24. lio. 2. Sex. tit. 11. lib. 2. Clem. tit. 9.

1 *Iuramenti in omnibus rebus necessitas.*
2 *Iurandum non est sponte, sed necessario.*
3 *Clinias Pythagoricus noluit iurare.*
4 *Vltima voluntas iurata, quare mutari poterit sine periurio.*
5 *Ad periurium lubrica via.*
6 *Iurare aliquando expedit, & necessarium.*
7 *Iuramenti tres comites.*

1 NOn immorabor in reddenda ratione, quare seorsum post absolutam totius pene iuris & eius Syntagmatis tractationem, de iuramento dicendum arbitrer: eo quod nulla propemodum negotia sint, in quibus de iuramento quæri non possit & periurio: vt oporteat ita separatim de eo potius semel agere, quam tædiosa repetitione singulis negotiis eadem sæpius inculcare. Inter ea enim quę inuexit humanæ miseriæ necessitas, est iuramentum. Tanta perfidia ex malitia hominum suborta est, vt nihil propemodum firmum aut certum esse videretur, nulla hominum verique reuerentia, vt oportuerit Dei testimonio omnia necessaria & facta & dicta obsignari. Et ideo dominus noster Iesus Christus id omne, quod accederet affirmationi vel negationi simplici in sermonibus hominum, à malo esse dixit, *D. Matth. c. 5. & D. Iaco. c. 5. quod explicat. c. & si Christus, de iureiur. tota 22. q. 1.*

¶† Et proinde nec sponte, nec ex voluntate debemus iurare:
2 sed ad iuramentum necessitas nos debet trahere. Nam vt ait D. Basil. Mag. *in Psal. 14.* αἰσχρὸν πανταχοῦ ὀμνύειν, ἐνταῦθα κατηγορεῖ ἡ ἀνάγκη τίτλος, ἡ τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἀσφάλεια ὑπερβαίνει. *Turpe iam omnino & stultum, seipsum accusare vt indignum fide, & firmitatem ex iuramentis adferre.* Sic Philo Iudæus *li. de Decal. Iam,* inquit. *qui iurat, suspectus est de perfidia: sit igitur cunctator & procrastinando si forte differendo possit euitare ne iuret.* Neque à malo iurantis iurare, sed increduli à quo iurare cogitur, *c. non est contra præceptum, 22. q. 1.*

¶† Pythagoricus Clinias, cum per iuramentum multam trium
3 talentorum illi vitare liceret, iniuriam maluit pati, quam iurare: idque quãuis nõ esset falso iraturus, *D. Bas. Mag. homi. de legem. lib. gentilem.* Iubet & sapiens Epictetus, *Arrius in encom. Epict. cap. 40. Iusiurandum refuge, si potes: sin minus, cum licet.* Respõdit Vlp. *l. quæ sub conditione iurisiurandi, de cond. instit. P.* quæ sub conditione iurisiurandi relinquuntur, à prætore improbari, & relicta capi, perinde ac si nulla imposita fuisset cõditio *Etenim,* inquit, *alij faciles sunt ad iurandum, contemtu religionis: alij perquam timidi, metu diuini numinis, vsque ad superstitionem. Et ne illis consequantur, isti perdant, prætor consultissime interuenit.*

¶† Quare neque prætor iuramentũ eius tuetur, qui nemine de
4 fente iurat: sibi n. ipsi iurat, *l. 3. de iureiu. P.* Vnde illa difficilis in ter interpretes quæstio relata in glo. fi. constitutione sacramenta puberũ, si aduer. vend. C. terminatur. Vt testator, qui in rebus suis iurauit, nemine deferente, non se mutaturum voluntatem testamenti, possit sine metu periurii libere mutare. Vt etiã placuit, neminem sponte iurare teneri, sed posse referre delatum iuramentum, *l. manifestæ turpitudinis, 38. de iureiur. and. l. delata conditione, 9. & l. generaliter, 12. §. sed iuramento, de reb. cred. & iureiu. C.* Et si quãdo quis iurare alio postulante cogatur, is qui postulat, teneatur purgare se prius iuramento de calumnia, & quod malitiose illud non postulet, *l. insiurandum, & ad pecunias, l. 34. §. quæ insiurandum, de iureiur. P.* Sed & ab iis quorum fuit sanctæ fidei probata opinio, iuramentum non fuit postulatum, vt dicemus Deo fauente in cap. De iis qui iurare debeant vel cogantur.

¶† Raro etiam iurandum esse nos admonet, lubrica ad pe-
5 riuria via, vt melius sit non cogere iurare, quam periuriis dare caussam, *in l. 2. de indic. vid. tol. C.* Ita etiam Plato propter facilitatem ad periuria, non passim esse permittendum iuramentum tradit, *Plato 12. de legib. idem in c. ita eng., 22. q. 1.* Et metu periurii timebant iurare Heroes, cum Iasone profecti, vt auctor Orpheus *in Argonaut.*

Οὐκ ἐθέλον ὀμόσσαι ἐπιφραδέες δ' ἔχεσαν. id est,
Iuramenta timentes, signarunt hoc manibus.

¶† Iurandum tamen aliquando, & expedit, & iuramentũ ma-
6 lum non est, etsi à malo & perfidia procedat: sed non passim iurandum, non temere, non pro omni re. Sicut Hieremias ait, *Iurabunt in veritate, iudicio, & iustitia. Hier. 4. c. & si Christus. §. Iacobus, de iureiur. c. animaduertendum. 22. q. 2.*

¶† Sunt enim istæ tres circumstantiæ, quę permittunt & pro
7 bum faciunt iuramentum. Veritatis caussa prima est, ob quã recte iuratur, & pro eo quod verum creditur, *c. homines, 22. q. 2. c. si. 22. q. fin.* Iudicium discretionem habet animi, *vt in c. paruuli, 22. q. 5.* vt sine ea non valeat, vel præstitum sine ea damnabile sit, & contra prohibitionem Dei, *Non accipies nomen Domini Dei tui in vanum, Exod. 20.* Consuetudo quippe iurandi pro quibuscũque rebus & sine necessitate reprehenditur. Et ita monet Ecclesiast. *c. 23. Iuratione non assuescat os tuum, multi enim casus in illa. Nominatio vero Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorũ ne admiscearis, quoniam non eris immunis ab eis.* Et paulo post, *Vir multum iurans non implebitur iniquitate.* Et iterum idem *ca. 27. Loquela multum iurans horripilationem capiti statuet, & irreuerentiæ ipsius obturbatio auribus.* Iustitia postrema iuramenti basis est, vt pro iusto iuretur tantum, non pro re turpi & iniqua, pro qua præstitum iuramentum temerarium & impium est, & non seruandum, *c. tua nos, de iureiur. c. cum quidam, 12. §. fin. c. Quintauallis, 23. de iureiur. ca. fin. 17. quæst. 2. c. si quis, 13. quæst. 2. d. imperialis, iuncta Authen. quod eis, de nupt. Cod.* quia iuramentum non est vinculum iniquitatis, *tota 21. q. 4. & c. inter cetera, 22. q. 2. c. quemadmodum, 25. de iureiu. c. non est obligatorium, de reg. iu. in 6.*

De iuramenti finitione, diuisione, deque iuramento temerario & promissario.

Cap. 4.

1 *Iuramentum quid, diuisio, temerarium quid, & prohibitum, nu. 2, & 3.*
4 *Iuramentum promissorium, & eius vis: vtque ab assertorio distinguatur. nu. 5.*
6 *Iuramenti assertorij exempla.*
7 *Iuramentum promissorium habet obligationem.*
8 *In iuramento censetur excepta superioris auctoritas.*
9 *Iuramento promissorio contrarius actus factus an valeat.*

IVramentum, †est affirmatio vel negatio, sacræ rei attestatio- 1
ne firmata, *vide Placen. & Azon. in sum. tit. de reb. cred.* C. Aristoteli vero, est dictio cum diuina veneratione, probationis expers, *Aristot. in Rhet. ad Alex.* In verbis consistit iusiurandum, §, *sed neque de mand. princ. in Authen.* & ita in affirmatione & negatione. Cicero dicit affirmationem religiosam, *Cic. 3. Off.* Et pro Fonteio, religionem iurisiurandi dicit. Vnde religiosus alibi sæpe pro iuratus: vt religiosus iudex, religiosus testis. Philo Iudæus *lib. de iureiur.* in re ambigua Dei testis dixit citationẽ, quæ nisi fiat in veritatis fauorem, mendacij testem Deum citare, magnum scelus esse.

¶† Iuramenti summa diuisio est, vt aliud sit extraiudiciale, a- 2
liud iudiciale pro re litigiosa. Rursum extraiudiciale, vel temerariũ omnino & improbũ est, vel assertoriũ simpliciter, seu promissoriũ, vel confirmatoriũ contractuũ. Iudiciale vel voluntarium, delatum à parte litigante parti, pro decisione cõtrouersiæ: aut necessarium delatum à iudice, vel ad supplementũ probationum, vel de calumnia, *de iuramento calumniæ supra dixi, lib. 48. Syntag. c. 7.* vel in litẽ, vel mixtũ ex voluntario extraiudiciali

Digitized by Google

& iudiciali necessario: Quorum singula membra, quæ alibi explicata non sunt, persequar.

3 ¶ † Temerarium improbumque omni ex parte iuramentū, dicitur blasphemia, de qua diximus, lib. 33. istius Syntagm. c. 12. Sed & temerarium iuramentum dicitur, quod sit sine discretione, pro quibus non oportet, quando non oportet, & quibus non oportet. Prohibuit autem Deus, ne iuremus per cœlum, aut per terram, sed sit sermo noster, in affirmatiua, *est*, vel negatiua *non est*, *D. Matth. c. 5. D. Iac. c. 5. c. clericum*, 22. q. 1. Prohibent & istas blasphemias & temeraria iuramenta, iura ciuilia etiam mortis pœna indicta, *§. fin. vt non luxur. cont. nat. in Auth. l. fi. §. fin. C. de relig. & sum. fi.*

4 ¶ † Promissorium iuramentum est, quod promissioni vel pollicitationi accedit. Sic enim efficacior causa creditur eius, quod specialiter cōuenit, quam eius, quod ex generali promissione venit, *l. sed & si*, 4. *§. quæsitum, si quis cautio, P.* Et solet plus timeri, quod singulariter promittitur, quam quod generali spōsione concluditur: ideoque quæ generaliter promissa censentur, tamen specialiter cum maiori efficacia iureiurando promittuntur, *c. quamquam omnes*, 23. *dist.* veluti gemina promissione intercedente, quæ firmior simplici est, *l. si mulier*, 22. *C. ad Velleia.* Et iurans non tantum voluntatem suam declarat, sed etiam stabilit. *in l. Antistius Labeo, de acq. her. P. Nullum*, inquit Cicero 3. *Offi. vinculum ad obstringendam vtcunque, iureiurando maiores arctius esse voluerunt: id indicant leges in aui decim tabulis, indicant sacra, indicant fœdera, quibus etiam cum hoste denuncitur fides, indicant notationes animadversiones quæ sacrorum, quæ nulla de re diligentius quam de iureiurando iudicabant.* Et iterum, *idem eo circa fin. quod affirmate quasi Deo teste promiseris, id tenendum est: hoc ad iustitiam & fidem pertinet: nam præclare Ennius, ó fides, alma apta pinus & iusiurandum Iouis. Qui igitur iusiurandum violat, is fidem violat, quam in Capitolio vicinam Iouis optimi maximi, vt in oratione est M. Catonis, maiores nostri esse voluerunt.*

5 ¶ † Si subtiliter causas inspiciamus, possumus distinguere inter simplex iuramentum assertorium, quod de præsenti vel præterito est: & promissorium, quod est de futuro. Sed quia assertio vtrumque continet. Et de non faciendo fit & de faciendo, & de dando & non dando, vel facto & non facto testificationem non separo omnino, *illud etiam tradit Dionys. Halic. in 2.* Et ita poterit quoque hoc iuramentum pertinere ad actus extra iudiciales simul ac iudiciales.

6 ¶ † Huius generis iuramentum erat, quod seruus Abrahæ præstitit domino de adducenda vxore filio, *Genes.* 24. & quod Ioseph facit patri Iacobo, de eo sepeliendo, *Genes.* 47. quod præstitit populus Iudaicus in prouulgatione legis de ea seruanda, *Exod.* 20. Tale, quod exigebat Hippocrates à discipulis medicis, vt ex eius formula liquet: quodque exigitur à iudicibus & patronis causarum. *l. rem non nouam, in princ. & §. patroni, C. de iud.* à militibus, à Galaaditis, *Iudic.* 11. Talia iuramenta fidelitatis inter vasallos & dominos. *c. de forma*, 22. *qu.* 5. *titulis, de forma fidel. & de no. for. fidel. st in vsib. feud. cum similib.* Reges & summum Pontificem *clem. 1. de iureiur.* testium in iudicio examinandorum de dicenda veritate, *l. iurisiurandi, & l. si quando, C. de testi. c. nuper, eo. ti.* Archiepiscoporum, cum iurant in pallii acceptione se iura conseruaturos Sūmi Pontificis, *c. significasti*, 14. *de elect.* & quod præstabant Romani lene Fœmina conceptis verbis, singulis annis, non amplius in singulas cœnas sumtus esse facturos, quam centenos vicenosque æris numos, præter far, oleum, & vinum, *Gel. lib. 2. c. 2.* Illudque quod ponitur in l. fi. §. fi. de iis qui ad eccles. confug. C. quod dominus repetens seruum ad ecclesiam confugientem iurat se ex eo crimine non læsurum. Et illud, de quo ibi meminit gl. & in c. 1. vt lite nō contest. quo maritus repetens vxorem, iurat quod eam non lædet.

7 ¶ † Addit vim, imo obligationem, dictis hoc iuramentū simplex promissorium: neque audiendi sunt qui dicunt iuramentū non esse modum inducendę obligationis, vel naturalis quidem: vt & Bart. & alii in l. si quis pro eo, per illum text. De fideiussoribus male defendunt, *contra quos Corrasius scripsit, in l. admonendi, à nu. 12. vsque ad 25. de iureiur. P.* Nam & palam est, nudam promissionem etiam, & simplicem, inducere naturalem obligationem, *l. Stychum, aut Pamphilum, §. naturalis, de solutio. P.* Ad agendam autem obligationem, additur iuramentum: & proinde fieri non potest, vt diminutionem eius operetur quod inductū est ad confirmationem, *l. si mancipia, de fun. instru. P.* Adde, quod iuramentum fortius est naturali obligatione: & ideo vt iustum pactum eam tollit si de remittenda ea interponatur, *d. §. naturalis, l. Stychum.* Neque l. si quis pro eo. contrarium docet, nam defectus ibi obligationis non pendet ex iuramento, sed ex falsa causa quæ non admittit operarum promissionem: putabant enim esse libertum eum à quo sibi quis promitti operas iurato voluit officiales, quæ non possunt præstari nisi à libertis, *Iason in l. si non sortem, §. libertus, col. 7. de condict. indeb. text. in l. pen. si à par. qui fac. manumi. P.* Sed & videbis esse obligatorium huiusmodi iuramentum promissorium in l. vt iurisiurādi, 7. de oper. libert. lib. 28. P. tit. 1. & in auth. generaliter, de episcop. & cler. C. Neque verum est, quod Bartolus ait, Deo tantum non homini iuramenti promissionem fieri.

¶ † Non negarim tamen, in iuramento simplici promissorio 8
censeri exceptam auctoritatem superioris, *c. venientes, §. 1. ad fin. de iureiur. §. imperialem, in fi. de prohib. feud. alie. per Fred.* vt Summi Pontificis, *gl. in c. constitutus, de rescrip. c. eam te, & c. si vero, de iureiu. c. fi. de pœn. c. alius, & c. seq.* 15. *q.* 6. & Episcopi, qui gratiam iramenti facere possunt: vt & olim Imperator, *l. Imperatores, ad municipa. P.* & Prætor, *l. quæ sub conditione*, 1. *respon. & c. fi. & l. quid enim, de condit. instit.*

¶ † Ceterum verum puto, promissorium vel assertorium iu- 9
ramentum, non officere actui contrario, sed illum valere, quādo noua causa subesset veniendi contra iuramentum, *ib. l. si hominem, manda. P.* Quia & in iuramento apposita clausula censetur, promissionem valere rebus sic, vt tunc erant exstantibus, & in eodem statu remanentibus, *l. quod seruus, de cond. tan. data. P. c. quemadmodum*, 25. *de iureiur.* Item 2. si in alterius præiudicium iuramentum non sit, *c. quamuis, de pac. in Sex.* actus contrarius valeat, *vt gl. in c. vltima voluntas*, 13. *q.* 2. *& in c. cum M. Ferrariensis, de consist.* si dissolutus posset esse in præiudicium tertij. Item si actus secundus præponderet primo, aut indissolubilis sit, & primus natura solubilis, *vt in c. sicut ex literis*, 22. *& c. penultim. de sponsi.* Qua ratione omnes antinomiæ dissolui possunt, quæ de hoc adferuntur, dè quibus vide Paulum Castrensem, consil. 339. & 56. in 1. volum. in nouis. Guid. Papæ. quæst. 569. num. 3. & 4. Tamen notandum à periurio dispensationem gratiam & absolutionem petendam esse à suo prælato, quod & tutius est, etiam in omni alia causa quæ legitima videtur non seruandi iuramenti, vt tradunt Innocentius, Auton. Butrigarius & alij in c. 1. de iureiuran. & alii in ca. cum contingat, eod. titu. Bald. in l. in emtione. C. plus vale. quod agi. Alex. consil. 88. in nouissimo volumine consilior.

De Confirmatorio contractuum iuramento.

Cap. 5.

1 *Iuramentum quos contractus firmat.*
2 *Iuramentum accipit naturam contractus cui accedit.*
3 *Contractus decem modis à iure infirmantur, & quando possunt firmari iuramento. Et nu. seq.*
4 *Iuramentum contra bonos mores, ciuiles tantum, valet in contractibus: non contra naturales.*
5 *Iuramentum non firmat quod est contra publicam vtilitatem principaliter.*
Secus si sit per consequentiam, & non principaliter. Et nu. 6.
7 *Contractus in odium creditorum prohibiti, iuramento an firmentur. Anselm. in fauorem debitoris. nu. 8.*
9 *Pactum nudum & alteri absenti factum firmatur iuramento, & iure Promissio.*
10 *Iuramentum non porrigitur vltra consensum, vel ad incognita.*
11 *Iuramentum non firmat contractum de re prohibita venire in contractum.*
12 *Renuntiatio cuique sui privilegij permissa.*
13 *Iuramentum confirmatorium actus quando transit in heredes.*
14 *Iuramentum dolo extortum, nihil valet. Quid si metu, nu. 15.*

IVramentum † adhibitum contractibus, eos firmat, quando 1
contractus quidem per se inualidi & reprobati omnino non sunt, sed ex aliqua singulari circumstantia impugnari possent. Sic per iuramentum, quod nullum ex defectu potentiæ contrahentium vel alio quodam modo est, validum efficitur, *vt in c. quamuis, de pact. in Sex. c. cum contingat, de iureiur. c. licet, eod. titu. in Sex. conslit. Jacramenta puberum, si aduers. vendit. C.* Verum tot etiā distinctiones istius iuramenti, quot erunt contractuum quibus adiicitur.

¶ † Nam regulare est iuramentum leges accipere, & quodā- 2
modo naturam eius contractus cui interponitur, *Iaso. in l. quod te, col. 8. de reb. cred. P. & in l. si conueniat, de iurisd. omn. iud. P. Chassa. ad §. 5. vers. sed sic est nunc, titu. de succession en ligne, in cons. Burg. Guid. Pap. dec. 96. nu. 3.* Quia veluti accessorium est, quod regitur ex natura principalis cui accedit, *c. accessorium, de reg. iur. in Sex.* Et eo modo intelligi debet quoque, quo principale, secundū terminos & regulas iuris, *l. fi. C. de non num. pec. in l. fi. qui fœmi. cogan. P.* Et proinde si quid in actu vel contractu iniquum esset, iuramentum refugit eius confirmationem: & si actus non consistit per se vllo modo, sic nec iuramētum, *l. cum principalis, de reg. iur. P. c. accessorium, eo. in Sex.* quod non est vinculum iniquitatis, *c. inter cetera, 22. q. 4. c. quanto, de iureiu. c. 1. eod. in Sex. l. non dubium, C. de le. l. si quis inquilinos, §. fin. de lega. 1.* Quæ vt facilius & ordine intelligamus operæpretium est, nos actus & contractus considerare, de quibus fiant, à quibus, & quomodo fiant, item fines & rationes eorum, vt si quo pacto illi possint sustineri, iuramētum eos confirmet: sin minus, nequaquam. Et hanc quæstionem ex professo Bart. in l. si quis pro eo, nu. 5. & seq. de fideiussor. P. fusissime & aliquantum in l. Seius Augerius, ad legem Falcidiā, P. tractat, quam paucis concludemus.

¶ † Et

Digitized by Google

1 ¶†Et vt sciamus, qui contractus non subsistentes iure confirmari possunt: 10. modis contractus à iure reprobari notandum est. 1. quia contra bonos mores sunt. 2. quia contra vtilitatem Reipub. principaliter. 3. quia contra vtilitatem Reipublicæ secundario. 4. propter odium creditoris. 5. propter fauorem debitoris. 6. quod lex eis non assistat, quamuis non reprobet. 7. propter defectum solemnitatis prætoriæ. 8. propter defectum solemnitatis substantialis. 9. propter defectum rei vel materiæ de qua contrahitur. 10. propter aliquas alias vtilitates subditorum. Secundum quos modos, de iuramento confirmatorio illis appositio, tot constituo regulas cum Bartolo, & explicationes aliunde.

4 ¶ † Prima, pacta, conuentiones, actus contra bonos mores, non valent, *l. iurisgentium, §. prætor ait, de pact.* P. *l. pacta quæ contra. C. eod. l. filius qui, de condit. instit.* Hic distinguendum tamen censeo, inter bonos mores ciuiles, & naturales, *l. probrum, 42. de verb. sign.* P. secundum ciuiles, lex omnis lata est, *cap. erit autem lex, 4. distinct. c. consuetudo, 1. dist.* Iuramentum appositum in actu vel contractu qui contra hos bonos mores ciuiles tantum est, obligat: quia seruatum non vergit in dispendium salutis æternæ, *cap. quamuis, de pact. in Sex.* Et cessat suspicio mali quod est contra bonos mores naturales. Siquidem leges & vsu & contrariis moribus induci & tolli possunt, *l. de quibus, de lega.* P. At quando pactum est contra bonos mores naturales, improbatum omnino est, *d. l. iurisgen. §. prætor ait, cum simil.* vt si conueniat, vt flagitium fiat, *l. generaliter, & l. si plagii, de verb. oblig.* P. Et tunc proculdubio non valet confirmatorium ei pacto appositum iuramentum, nec est obligatorium, *c. quemadmodum, c. cum quidam, 10. c. Quintanallis, 23. de iureiur. c. non est obligatorium, & c. in malis, de reg. iur. in Sex. l. si quis inquilinos, § fi. de leg. 1. auth. quod ex, de sacrosanct. Eccl. iurisgen. §. & generaliter, de pact. cum similib.* Naturalia videntur esse iuris diuini, & ita immutabilia seu incorruptibilia, *§ sed naturalia, de iure nat. l. eas. de capitis admin.* P. Et ideo iuramentum veluti super immutabili vt mutetur, impossibilitatem iuris, & facti habet, & extra potestatem promittentis est: & nõ valet, vt pote adiectum super iis, de quibus non potest se obligare promittens, vt in cap. quanto, de iureiur. cum nota 22. quæst. 4.

5 ¶ † Secunda regula sit, improbato pacto, vel actu, ex eo quod est principaliter contra publicam vtilitatem, *vt in c. si diligenti, de fo. compet. l. quemadmodum, & l. 2. de agri. & cens. lib. 11. C.* non cõfirmabitur iuramento, *vt c. quanto, de iureiur. l. non aubinus, C. de legib. l. ceterum de leg. 1. l. Senatus, de contrah. emt. l. augere, §. quamuis, iure patro.* P. cum simil.

6 ¶ † 3. Quod si contractus vel actus improbetur, ex eo quod tendit contra vtilitatem publicam secundario, & non principaliter, cum præcipue prohibitionis vtilitas respiciat priuatam personam: iuramentum confirmabit huiusmodi contractum nutantem aliunde, *Panor. cons. 8. vol. 2.* vt ecce dotis fauor ad publicam vtilitatem pertinet secundario, & principaliter ad mulieres, *l. 1. de iur. dot.* P. *l. 1. sol. matr.* P. Et ita pactum de ea minuenda improbatur, *l. pactum quod dotalis, de pact. C. 1. pactum, Cod. de collat.* accedente autem iuramento probabitur *c. quamuis pactum, de pact. in Sex.* Idipsum in alienatione rei dotalis intellige, *c. cum contingat, de iureiur. apud Grego. c. licet, eod. tit. in Sex.* Nec immorror in distinctione Bartoli, *in l. si quis pro eo, num. 9. de fideiuss.* P. quæ vsu abrogota est: is enim ait, in prohibitione alienandi vetita, animaduertendum, num prohibitio alienationis rei, quæ fit à lege, respiciat tantum rem, vt exemplum ponit in prohibitione fundi dotalis, vt tunc valeat iuramentum & confirmet: an vero personam, vt si dictum est, vt talis persona non alienet, & tunc non valeat etiam iuramento appositio, quod tamen vltimũ reprobatur ab interpretibus, & contrarium seruari tradit Paul. Castr. in auth. sacramenta puberum, si aduerſ. vendit. & in d. l. si quis pro eo, de fideiuss. P. si in fauorem personæ fit prohibitio.

7 ¶† 4. Quando in odium creditoris prohibetur contractus, iuramentum appositum seruandum videtur, *vt in c. debitores, de iureiur. l. non licet, de contra. emt.* P. *l. fin. si quis alt. vel sibi, C. l. significante, de pigno.* quamuis pactum non confirmetur, vt subtiliter distinguit Bartol. *ad d. l. si quis pro eo, num. 10.* Et certe ideo creditores tunc recte ad iuramenta relaxanda iurantibus compellentur, vel gratia fiet facile, *c. 1. de iureiur. c. nouit, de iudic.*

8 ¶ † 5. Quando in fauorem iurantis prohibitus erat actus, vel contractus, & ille iuramentum contractui vel actui adhibet, de eo seruando, valebit & confirmat actum, *vt in auth. sacramenta puberum, si aduerſ. vendit. & in ca. ex rescripto, & cap. cum contingat, de iureiur.* Verum hic adhibendum iudicium. Nam si factũ, in alterius quam eius, cui prohibitum est, præiudicium etiam conuertatur, non firmatur iuramento: vt si quando quis prohibitus sit capere etiam à volente *gl. fi. in l. inuito, 116. §. final. de regul. iur. l. omnes qui, § exsecutoribus, de episcop. & cler. Cod. l. omnibus, C. de sportul.* vel si omnino actus vel contractus prohibeatur, vt dum prohibetur alienatio prodigis, & omnis contractus: ab iis enim iuramentum contractibus appositum nõ tenet, nec contractus firmantur, *Iaco. Butriga. Angel. Castren. Bald. Anchar. Bartol. in l. is cui bonis, nu. 7. de verbor. oblig. Iacob. Aretin. in l. quæ habet, § si pupillus. de tut. auctto. quod eis. de sec. mup.* Quia hic cõsideramus vltra prædictam regulam iuramenti, substantiam & comitem deficientem, nempe discretionem quę adesse debet & iudicium, *c. & si Christus, de iureiur. Hierem. 4.* Prodigi vero idonei non sunt ad iurandum, quia iudicio carent: Idemque dicendum de paruulorum & furiosorum iuramento, & aliorũ, qui quia discretionem non habent, contrahere vel aliud quippiam gerere prohibentur, qui neq; iuramentum licite præstabunt, cum effectu in sui præiudicium.

9 ¶ † 6. & 7. Quando contractui vel actui lex non assistit simpliciter, verumtamen fieri illum non prohibet, iuramentum illum confirmat. vt si adiiciatur pacto nudo, *vt in l. legem quam dixisti, C. de pact. l. iurisgentium, § sed cum nulla, de pact.* P. vel promissioni factę absenti alteri, *l. stipulatio ista, §. alteri, de verb. obl g.* P. quibus cum ius ciuile non det robur obligationis, iuramentum dabit. Veluti etiam nudis pactis ius Pontificium *ca. 1. de pact. apud Greg.* & adiectio pœnalis, alterius nomine factis stipulationibus *§. alteri, de verb. oblig. nuda, C. ae contra. & comms. sisp.* Et inter simplicem loquelam & iuramentum, Deus non tacit differentiam, sed vtrumque seruandum erit, *c. iuramenti, 22. q. 5. cap. quicunq; suffragio 12. q. 2.*

10 ¶ † 8. Si contractus est prohibitus, nec valet ex eo quod forma substantialis ei deest, vt puta verba stipulationi, *l. 1. de verb. oblig.* P. non tenebit etiam adhibitum iuramentum confirmatorium ratione eius contractus, *Bar. in d. si quis pro eo, nu. 14.* Verumtamen, si contractus aliquomodo sustineri possit, valebit meliori iure quo poterit valere, etsi degeneret in alium contractum, *vt in l. vbi stipulatur, de don. cau. mor.* Si modo formalis causa adsit circa consensum. Nam si consensus adsit, nec contractus vllo modo valebit, quia fundamentum non habet, *l. 1. ae pact.* P. *c. cum Paulus. 1. q. 1.* Nec iuramentum quoque illum firmabit, quia nõ porrigitur vltra consensum, *l. fin. de nõ nu. pec. C. l. si. qui satisd. cog.* P. *si libertus ita, de oper. li.* P. *si. in princ. de municip.* neque ad incognita, *c. ad nostram, in 2. de iureiur.*

11 ¶ 9. Si contractus vel actus reprobetur ratione rei, de qua fit, veluti si de re sacra, homine libero, & alius quæ non sunt in commercio hominum, *l. inter stipulantem, § sacram, de ver. oblig. l. si in emtione, 34. omnium de contrah. emt.* P. *cum similib. l. apud Iulianum, § fi. de leg. 1.* iuramento non firmabitur. Quia impossibile continere videtur: & consensus priuatorum non potest supplere defectũ rei: nec per iuramentũ potest deberi res quæ non est, *l. eum qui, § si iuramento, de iureiur.* P & deficiente materia vera vel ficta nulla est obligatio, quia non entis nullę sunt qualitates, *l. eius qui in prouincia, de reb. cred. in fi.* Et ita deest aliud fundamentum iuramenti, veritas, *c. & si Christus, de iureiur.* quia illud pro veritate habetur. *l. sed & si possessori, § si iuranero, de iureiur, in fi.*

12 ¶† Postremo, si in gratiam & vtilitatem singulorum quorundam contractus non admittatur, sine dubio est, renuntiationem, & iuramentum eorum multo magis valere, per regulam, vnicui que licere renuntiare priuilegio in sui fauorem introducto, *l. si quis in conscribendo, C. de pact. & de episco. & cler. cum similib. c. quibus, de pact. in Sex.*

13 ¶† Effectus autem istius iuramenti erit confirmatorii, quando non improbatur vt transeat in heredes, eius qui contraxit, & iure eius vtuntur, *vt in casu c. cum contingat, de iureiur. & c. licet ex. in Sex. Paul. Cast. cons. 65. & 67. & in aut. quod obtinet, de probat. Pet. Ancha. in c. veritatis, de iureiur.* vt valioæ conuentionis etiam efficacia, tenet heredes, *l. si pactum, de probat. Pal. vni. vt act. ab her. & con. her.* quia iuramento acquiritur obligatio, & per consequens actio, *c. quia sacramento, 22. q. 4.* Quocirca confirmatus iuramento contractus, inuito contrahente altero, reuocari non potest: non secus, quam conuentio legitima, *ex l. incommodato, §. sicut, commod. P. l. sicut, de actio.* quamuis in prorogatorio iuramento actus iuratus si reuocabilis sit natura, possit reuocari sequente actu, qui valebit non obstante priore iuramento, & quanquam qui contra fecerit periurus sit, *c. sicut ex literis, & c. si inter, de sponsa. 1 gloss. fin. in c. fin. de procur. in Sex. ad quam plura coniungit Felin. in c. si diligenti, de fo. compet. fa. it l. duobus, §. si. de iureiur.*

14 ¶† Si tamen contractus confirmatus sit dolo initus, & iuramentum quoque dolose extortum fuerit, verum corruit & nullum est, *l. eleganter, de dol.* P. *l. interpositas, C. de transl. isti quidem, §. fin. & l. 3. quod met. cau.* P. 4. C. *eo.* ne quod prohibetur subsistere, alia via permittatur, contra cap. prudentiam, & cap. præterea, de officio delegat.

15 ¶ † Et quamuis iuramentum metu extortum valeat & sit obligatorium, quia metus non excludit consensum, *c. merito. 15. q. 1. l. si mulier, quod met. cau.* P. *glo. in c. abbas, quod met. cau. & gloss. late in c. auctoritatem, 15. q. 7.* attamen si metus sit ad rescindendum negotium idoneus, iuramenti potest facile dari & impetrari absolutio, *vt in c. 2. & c. si vero, de iureiur. & d. c. auctoritatẽ.* Absolutio enim, non restitutio in integrum impetrari debet, *Panor. in d. c. 2. num. 2. per illum tex. de iureiur.* nisi forsan quis velit contra iuramentum ab altero præstitum, restitui in integrũ.

Digitized by Google

quo casu potest petere, *vt in l. nam & postea, §. si minor, de iureiur.* P. Scio tamen Masuerium tradidisse in praxi, tit. de iureiur. §. 10. item si quis agat, post Panor. in c. abbas, & c. ad audientiam, de his quæ vi met. cau. fiunt, & c. si vero, de iureiur. agentem ad nullum declarandum & reuocandum contractum, vi vel metu factum, auditi sine dispensatione iuramenti. Verum tutius arbitror & magis consuli animæ periculo, si dispensatio petatur & absolutio à iuramento.

De Iuramento ad iudicij & sententiæ definitionem pertinente.

Cap. 6.

1 *Iuramenti iudicialis plures species.*
2 *Iusiurandum voluntarium quid.*
3 *Iuramentum conuentionale acceptatum, referri non potest, vis eius: & nu. 4.*
5 *Iuramentum delatum à parte, num cogatur pars acceptare, vel referre.*
6 *Iuramentum remitti potest, & quando Christianus peieraturo remittere debet.*
7 *Iurari aut referri iuramentum delatum, quando, & quomodo debeat.*
8 *Iuramenti formulam quis concipit, & moderatur.*
9 *Iuramentum necessarium, & quomodo differatur.*
Pro quibus non est deferendum in supplementum probationis, numer. 10.
11 *Iuramentum maximum remedium ad expediendas lites, antiquorũ potissimum: hodie vitandum cur.*
12 *Iuramentum supplementi probationis, antequam deferatur, sex cõcurrere debent.*
13 *Iuramentum in litem seu affectionis quid: Pro quibus rebus iureatur in litem: Quis iuret. Quæ concurrãt in eo pro forma: Quid in eo iurare in infinitum: Contra quos: Finis & ratio eius iuramenti. nu. 14. 15. 16. 17. 18. 19. & 20.*
21 *Purgatorium iuramentum.*

1 IN † omni iudicij parte, admonuimus alibi iuramentum fere præire: vt iuramentum calumniæ, *de quo dictum est, l. 48. cap. 7.* quod postulatur ab actore, reo, patronisque causarum: iuramẽtum veritatis dicẽdæ, quod maxime in testibus iuratis, *l. iusiurandi, 18. de testibus*, C. locum habet, de quibus non loquemur hoc loco, sed tantummodo de eo quod pertinet ad decisionẽ negotij, quod triplex constituitur, voluntarium, necessarium, in litem. Vtrumque ex inopia probationum, vel ad circunciendas lites inuentum est.

2 ¶† Est voluntarium iuramentum de re contentiosa, sed extra iudicium & nullo vrgente factum, nec deferente aduersario vel Iudice, quod non prodest iuranti, sibi enim iurat, *l. 3. de iureiu.* P. Neque quisquã cogitur referre delatum, *l. iusiurandũ quod ex conuentione, 17. eo. tit. P.*

3 ¶† Defertur autem iuramentum à lege, *vt in auth. nouo iure, C. de pœn. iudic. qui ma. iudic.* ab homine alio quam Iudice & à Iudice, *l. generaliter, C. de reb. cred. & iureiu.* Ab homine defertur extra iudicium, & in iudicio. Extra iudicium voluntarium est vt dixi: hoc est, in potestate eius cui defertur, est non iurare, neque referre, nisi acceptatum sit ex conuentione: & tunc necessario iurandum est, nec potest referri: & vbi iuratum est, statur iuramẽto *l. 1. & l. iusiurandum quod ex conuentione, & l. qui iurasse, §. fi. & l. sequ. de iureiur. P.*

4 ¶† In iudicio defertur à parte parti, statuente Iudice, & decisorium est litis vel eius articuli de quo iuratur, postquam iuratum est, *l. quod si deferente me iurauero, & l. fi. q. de dol. P. l. si quis cũ debitore, 9. & l. non erit ratum §. dolo, de iureiur. P.* in præiudicij iurantis aut deferentis, non aliorum, *l. si duo patroni, l. ait prætor, 7. l. etiam, 8. l. nam posteaquam, 9 §. fi. l. quia non debet, 11. & seq. de iureiur. P. l. iurisgentium, §. ante omnia, de pac.* P. sicuti quod ex cõuentione est. Et ita vtrumque habebit vim inuiolabilem solutionis, *l. iusiurandum etiam, & l. seq. de iureiur. P.* delegationis, *l. qui iurasse. 26. §. fi. eo. ti.* acceptilationis, *l. iusiurandum à debitore, eod.* si fiat de iis de quibus ea fiunt: item transactionis, & rei iudicatæ, *l. 1. & 2. eo. ti.* tollet obligationem & nouabit, *l. l. qui iurasse, § fin. & l. creditore, 42. & l. idem est, 12. §. idem Iulianus, de iureiur. P.*

5 ¶ † Defertur à parte parti in iudicio, deficientibus omnibus probationibus integris *l. tutor pupilli, 35. eod.* & oportebat olim eum cui deferebatur, vel iurare necessario, vel referre, *l. iusiurandum & ad pecunias in princ. & § ait prætor, de iureiur. P. l. delata*, C. eo. aliter manifestæ dicebatur turpitudinis nolle iurare, vel iuramentum referre, *l. manifestæ turpitudinis, eo. P.* Hodie tamen iure Codicis, nec iurare nec referre tenetur, *l. generaliter, § sed iuramento illato, Cod. de reb. cred.* acceptatum vero exsequi

6 cogitur: nisi † remittat qui detulit, is enim remittere & gratiam iuramenti facere potest etiam absenti per epistolam, *l. Labeo iurisiurandi, 32. de iureiur. P. c. significauit, de censib.* Remittit qui gratiam facit, *l. remittit, 6. de iureiur.* P. Et debet interdum Christianus qui detulit remittere, postquam acceptatum videt: dũ scit & certo nouit, eum qui acceptauit peieraturum si iuret: si enim permittat hoc sciens, homicida eius & suiipsius est, vt delicti dans consulto occasionem, & peccat exigendo, *c. ille qui hominem, 22. q. 5. contra, si nesciat illum falso iuraturum, c. qui exigit, 22. q. 5.*

7 ¶ † Iurari porro vel remitti iuramentum debet statim, atque delatum est iuramentum, eoque modo quo delatum est: aliter nihil reuelat, *l. non erit ratum, §. final. & l. qui per salutem, 33. de iureiur.* Item secundum formam conceptam delatam, *l. 3. §. si. cum 2. sequent. de iureiur. P.* etiam ab eo cui refertur, *iuxta rationem l. iusiurandum, & ad pecunias & l. prætor eod. P.* Nisi Iudex formam moderetur, ex qualitate personæ deferentis & referentis.

8 ¶ † Conceptio quippe iuramenti, plerumque ex arbitrio deferentis fit, vel ex conuentione litigantium, *d. l. iusiurandum, & ad pecunias, §. non semper.* & si non conueniant, arbitrio Iudicis, *d. l. iusiurandum, §. si iusiurandum.* qui addit & formam, & modum, & locum, ex qualitate, vt dixi, personarum, *l. generaliter, §. fi. de reb. cred.* C.

9 ¶ † Ceterum aliquando, petente aliquo ex litigantibus sibi vel aduersario deferri, Iudex defert Iuramentum alteri ex litigatoribus, & quando ei expedire videbitur & ex defectu probationũ plenarum, in supplementum probationis semiplenæ, *l. generaliter, de iureiur.* C. *l. 4. §. hoc autem iudicium, de dam. inf. l. admonendi, de iureiur. P. & ibi per interpre. late, l. in bonæfidei, Co. de reb. cred. l. c. fi. §. fi. de iureiur.* vocant iuramentum necessarium: quod quando, & ex quibus caussis deferatur, fusissime tractatur ab Innocent. in c. fi. de re iudicat. Bartol. Iasone, & aliis, in l. admonendi, de iureiuran. & ab interpretibus, maxime Ioan. Fabro, in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred.

10 ¶ † Obseruatione autem dignum est, in maioribus caussis & magnæ quantitatis, non deferri iuramentum hoc necessarium, sed in leuioribus *glo. & Docto. in d. l. admonendi, & in cap. cum sit partium, de reg. iur. in Sex.* Quare in accusationibus publicorum criminum, & in quibus pœna imminet capitalis, non defertur in defectum plenæ probationis accusatori: quia in criminibus probationes luce meridiana clariores esse debent, *l. fi.* C. *de probat.* Quare potius pro reo absoluendo, illi deferendum erit, *l. prætoriti*, C. *de iu. qui ad eccle. confu.* Sed & in aliis distinguit Bartolus, *in l. maritus, de quæstio. nu. 4.* an pro criminibus agatur ciuiliter, an criminaliter. Si ciuiliter, num actio popularis sit, an priuata: si popularis, exstat decisio in l. eum qui, §. in popularibus, de iureiu. P. Si priuata deferri iuramentum in l. 3. ibi *fine priuati*, & l. si duo patroni, §. Iulianus, de iureiur. Si vero agatur criminaliter, distinguit, an iuramentum deferatur à parte parti, an à iudice: si à parte, an pars seu is cui detulit accusatur publico iudicio, an priuato: si publico, non est locus iuramenti delationi, vel ante vel post litem contestatam: sed debet reus absolui, *l. qui accusare*, C. *de eden. l. Arrianus, de actio.* P. Posset tamen à reo actori deferri, vt ait Bartolus si reus dicat, *volo condemnari si ius iurat.* Quod si de priuato crimine agatur, antequam perueniatur ad iudicium, potest deferri iuramentum, *l. 3. de iureiur.* P. *l. iurisgentium, §. si paciscar, de pact.* P Sed postquam ad iudicium ventum est, eo prætextu accusator non potest desistere, sed reũ debet plene peragere, vel calumniatoris pœnam pati. Sicut & in publicis receptum est appellationibus, *l. & in priuatis, ad Senat. Turpil.* P. Respondit tamen Alexander, in criminalibus in quibus pœna est pecuniaria, deferri posse, *Alexan. cons. 66. vo. 5. per l. in bonæfidei, in verbu, in ceteris, de reb. cred. C. & ibi gloss. 2. facit l. fallaciter, C. de abolitio.* Sed & illud obseruandum Iudici etiam in ciuilibus, vt quando actor bene pleneque probauit, & reus semiplene: non est deferendum reo iuramentum supplementi probationis, ad reprobationem actoris, *Andr. Barba. in additio. ad Bart. in l. 2. C. de iureiur. vide gl. in c. cum sint partium iura obscura, de reg. iur. in Sex.*

11 ¶ † Maximum certe expediendarum litium remedium hoc iuramentum, *l. 1. de iureiur.* Sed cogit illud deferre Iudicem inficiatio aduersarij, non probante tantum plene aduersario, contra quam est iuramentum præsidium & veluti extorta probatio, *l. cum etiam, §.* C. *de reb. cred.* Plato li. 12. de legib. scribit, Rhadamantum, prospicientem suo tempore omnes vno ore Deum esse & confiteri videri, putasse Deo non hominibus iudicia esse committenda. Quocirca simpliciter velociterque eorũ iudicia peregisse. Nam iureiurando in singulis caussis à litigantibus requisito, cito simul ac tuto iudicare solebat. *Nunc vero, inquit, quia mores hominum alij & improbi plures, nec Rhadamanti indicandi modus ille congruit. Itaque prudens legislator in iudiciorum exsecutione, iusiurandum litigantium prohibebit, vt iam accusatoris intentio. quam accusatoris deprecatio sine iureiurando in iudiciis cõscribatur. Nam si iurandi licentia in ciuitate dabitur, vt plura ad Iudices deferuntur quotidie, omnes pene periuri erunt, præsertim qui præsentibus conuiuiis, aliaque consuetudine, ac priuata necessitudine conuncti sunt.* Et paulo post subiicit: *Et qui iudicaturi sunt, nullo modo litigantes permittant, aut iurare persuadendi caussa, ac sibi generique imprecaturi, aut turpiter supplicare, &* c. *Peregrinis autem inter se liti-*

Digitized by Google

se litigantibus, quemadmodum olim, nunc si velint, iurare licebat. Nam cum in ciuitate conseneſcere non debeant, non formidandum ne alios corrumpant. Hęc Plato. Qui Iudices iis verbis monet, ne propter perfidiam hominum, omnium iuramento putent esse credendum, nec pro omnib.

¶ † Quare recordari debent eius quod scribit Maranta, *in 6. par. Spec. in. de iuramento, à nu. 4. vsq; ad* 11. sex requiri copulatiue antequam iuramentum supplementi probationis deferatur. Primo, quod sit semiprobatum per vnum testem omni exceptione maiorem: vel per alias semiplenas probationes. Secũdo, quod is cui defertur, sciat verisimiliter veritatem. Tertio, vt is sit persona honesta, & bonæ vitæ. Quarto, quod causſa non sit magna, sed modica. Quinto, quod semiplena probatio non sit aliquomodo elisa per probationes contrarias. Sexto, quod iuramentum sit petitum ante conclusionem in causſa.

¶ † Sed & multo cautius est agendum, in iuramento quod dicitur in litem: iuramentum videlicet affectionis, quod Iudex concedit petitum actori, vt ex affectione iurata litem postea æstimet quanti sua interſit, vel putet interesse. Vnde iuramentum affectionis dicitur, *l. si per alium, §. 1. ne quis eum qui in ius vocat. est vi exi. l. 1. & 2. & l. videamus. de in lit. iur.* P.

¶ † Considerabit hic Iudex res, personas, negotium & causſas. Res pro qua iuratur in litem, debet esse, in quam cadat æstimatio in specie non in quantitate, *l. numis, de in lit. iur.* P. nisi forsan obligatio quantitatis in locum obligationis certæ speciei succesſerit. *Bart. in l. in actionibus, n. 3. eo.* Actio itẽ pro qua iuratur hoc modo, debet esse bonæfidei, directa, aut in rem, aut ad exhibendum, *d. l. in actionibus, eo. l. 3. §. in hac, commod.* P. contrariæ namque actiones, illud non admittunt, *l. 1. §. depositi quoque & l. ei apud quem, dep. §.* P.

¶ † Persona quæ iurat, debet esse habilis, vt sit dominus litis, *l. vlt. de in lit. iur.* P. non pupillus, *l. videamus, eo.* plura & alia requirit Iason, in dict. l. in actionibus, de in lit. iur. P.

¶ † Pro forma quoque permissionis iuramenti huius, concurrere debent difficultas æstimationis eius quod petitur, contumacia, & dolus proprius præcedens aduersarii, contra quem petitur, *Bart. post gl. in d. l. in actionibus, eo. & ibi Iason hoc bifariam limitat, canonista in c. fin. de eo quod met. can. facit textus in l. semper, §. in hoc autẽ edicto, quod vi aut clã.* P. *probat expresse l. 1. & 2. & l. videamus, §. fin. de in lit. iur.* nisi agatur de actionibus bonæfidei, in quibus sufficit dolus aduersarii, etiam si non concurrat difficultas probationis, *d. l. numis. & ibi Fulgoſ. de in lit. iuran.* P. vel nisi agatur de actione exemto, in qua non iuratur in litem, quia venditor potest liberari præstando id quod interest singulariter emtoris, nec committit ea ratione dolum, *l. 1. de actio. emt.* P. *l. qui tibi in fi. de hered. vel act. ven.* ideo nõ fit taxatio in infinitum, *l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod int. proſer.* nec per consequẽs iuratur in litem, cuius iuramentũ est in infinitum, *d. l. videamus, 4. §. iurare de in lit. iur.* P. id est, vt qui admittitur ad iurandum, ne habeat definitam summam, vel duplum vel simplum rei, pro qua iuratur, vt dicitur in taxatione eius quod interest, *d. l. 1. de sent. quæ pro eo quod int.* C. sed possit ex nutu quantum censuerit sibi præstandum exprimere, & ita iurare. Non autem hic oportet existimare æstimationem esse immensam ex iuramento: nam ad arbitrium Iudicis pertinet, postea æstimare, & modum iureiurando statuere, *d. l. videamus, §. sen. & fi. & d. l. in actionibus, de in lit. iur. l. 3. ad exhi.* P. *l. arbitrio, de dolo.* P.

¶ † Pro culpa non datur hoc iuramentum, sed tunc res sola æstimatur, *l. 2. & l. videamus, §. fi. de in lit. iur.* nec pro aliis, nisi deferente Iudice, *d. l. videamus, §. deferre.* qui dolum considerat, quando commissus sit, & in quibus. Ita & in contractu stricti iuris, si dolus ab initio commissus, & postea in non parendo Iudicis præcepto, nõ restituẽdo, iurabitur in litẽ, *Bart. in d. l. in actionib. n. 14.* aut si in nõ restituendo solũmodo quis contumax sit, *l. 1. & 2. de in lit. iur. l. qui restituere, de res vind.* P. *l. arbitrio, 19. in prin. & §. 1. de dol.* In bonæ fidei iudiciis, si dolus ab initio commissus, & postea in non parendo iudici, iuratur quoque in litem, *in l. si cui. §. 1. loca.* P. Quod si ab initio quidem commissus sit, vt in malæfidei possessore hereditatis, sed cesset post sententiã in non parendo, puta quia forsan res petita interiit, non iuratur in litem, *l. si possessor, in 1. §. fi. de petit. hered.* P. Si tamen cesset in nõ parendo iudicis restitutioni, re exstante, puta quia rem vendiderit, iurabitur, *d. l. si possessor. in fin.*

¶ † Iuratur & contra tutores qui repertorium non fecerint rerum minorum, cum cœperunt tutelam gerere, propter laram culpam quæ dolo æqualis est, *l. tutor qui repertorium, de admin. tuto.* P. *l. 4. de in li. iur.* P. *l. pen.* C. *eod.* Et si contra heredes eorum non iuretur, ex tutorum dolo: nisi & ipsi heredes dolum commiserint in eo inuentario non faciendo, *l. sio. C. eo.* Cuius autem sint partes iurare, docet l. videamus, de in lit. iur. P. Regulare autem est, non iurari in litem contra heredes dolum committentis, nec eos teneri ex eo, si is decesserit ante litem contestatam, idque sine dubio, *l. 2. & 3. eod.* C. At quando post litem contestatam decesſit, distinguitur, ratione actionum bonæfidei vel stricti iuris. Nam in contractibus bonæfidei, aut dolus, aut culpa dolo similis, in casu quo iuratur in litem propter culpam ante litem contestatam commissus, commissave est: veluti si reus ante litem contestatam occiderit, vt in l. pen. de in lit. iur. C. & tunc iuratur contra heredem aut post litem contestatam, & tunc non iuratur, *l. eum qui delatorem, de iure fisc.* Instricti iuris vero actionibus arbitrariis, reo defuncto ante sententiam, non videtur posse iurari contra heredem ex dolo, *vide Bartol. in l. in actionibus, numer. 21. de in lit. iuran.*

¶ † Finis & ratio eius iuramenti supplementum habent probationis, & castigationem doli & contumacię. l. 1. & 4. in fin. de in lit. iuran. Vnde in d. l. 4. §. fin. probatione aduenient, cessat æstimatio per iuramentum facta. vide & §. oportet, de iudicibus in Authen. auth. post iusiurandum, C. de iudic.

¶ † Aliud genus iuramenti, mixtum ex iudiciali & extraiudiciali, diximus esse purgatorii, de quo iam in probationibus diximus, proprio c. de purgatione canonica & vulgari.

De quibus Iuretur, & de iis qui iurare debeant, vel qui cogantur.

Cap. 7.

1 *Iurare de quibus soleat: & qui iurare cogantur, vel non. num. & seq.*
3 *Pueri efficaciter non iurant.*
4 *Puberes & proximi pubertati obligantur iuramento.*
5 *Furiosi non iurant, nec peierare dicuntur quare.*
6 *Iurat quilibet pro suo facto, non pro alieno regulariter.*
7 *Iuramentum in litem non præstatur ab impubere vel pupillo.*
8 *Procurator pro alio iurat ex mandato speciali.*
9 *Iuramentum non præstant virgines vel viduæ ex voto.*
10 *Iuramentum non admittendum eorum, qui vtilitatem sine aliquam sibi vel alio parant.*
11 *Presbyteri an iurent.*

EX † superioribus satis liquere arbitror, de quibus in promissione, assertione, & confirmatione iuretur: nempe de rebus setiis, honestis, vtilibus & necessariis, iustis & discretionem habentibus.

¶ † Prosequor breuiter qui iurare efficaciter vel cum obligatione possint. Et quidem, si quæratur de præiudicio eius qui detulit iuramentum, tuentur illud leges aduersus eum, cuiuscũque sunt sexus aut ætatis, qui iurauit, *l. qui iurasse, 26. de iureiur.* P. Imputare enim sibi debet, qui ei fidit, & qui fidem sibi iutanrantis elegit, *l. cum mandato, de minor. 25. an.* P. Et ætas minoribus, in damnis subuenire, non in prospere gestis obesse consuevit, *l. nõ est minus,* C. *de procurato. l. neq; tutoris, de contra. vel com. stip.* C. *l. 1. C. qui legi. pers. stan. in iudi. hab. l. contra iuru ciuilis regulæ, de pact.* P. At si quæramus de efficatia iuramenti contra alios, & de obligatione iurantis, dicimus etiam omnes iurare posse cuiuscũque sexus sint & ætatis, nisi speciali nota prohibeantur, *d. l. qui iurasse, de mulieribus passim se offerunt iura, c. cum contingat, de iureiur. ca. licet, eod. in Sex. ca. quamuis, de pact. in Sex. cum similib.*

¶ † Excipiuntur autem primum, qui animi iudicia carent, vt pueri paruuli, *c. paruuli. c. pueri, c. honestum, 22. q. 5.* illis nõ est iudicium, *l. 1. §. impuberes, de fal. mone.* C. *l. cum prator, de indic.* P. quod requiritur in iuramento, *c. & si Christus, de iureiur.* non vel le habent, *l. pupillus. de reg. iur.* P. nec discernere possunt, non magis quam furiosus, *l. more, §. fi. cum l. seq. de acqui. here.* P. Sed si iuramento opus est, tutor pro impuberibus iurat, *l. 2. §. quod observari, C. de iurem. calum.*

¶ † Puberes vero obligantur iuramento, *constit sacramenta puberum. C. si aduer. vendit.* & qui proximi sunt pubertati, *l. si. de liber. can.* P. *& Bart. ad d. constit. sacramenta puberum* quia & ex delictis tenentur, *c. 1. de deli. puero. l. impunitas, C. de pœ. l. 2. C. si aduer. del.* Proximus pubertati dicitur, masculus à decem annis & sex mensibus vsque ad quatuordecim: mulier à nouo & dimidio, vsque ad duodecim, *gl. in §. pupillus de inutil. stipul.*

¶ † Furiosus multo magis iuramentum non defertur, nec peierare dicuntur si iurent: quia iudicio etiam carent, *d. l. cum prator, de iudic.* P. neque vllum negotium recte contrahunt vel gerunt, *l. in negotiis contrahendis, & l. furiosi, de reg. iur.* P. *§. furiosus. de inut. stip.* & habentur pro absentibus, *l. 2. §. furiosi, de iure codicil.* sine consensu, *l. qui ad certum tempus, loca.* P. sine animo, *l. 1. §. adipiscimur, de acqui. possess.*

¶ † Vnusquisque etiam pro se tantum, & de facto suo regulariter iurat: & nemo pro alio iurare cogendus est suo periculo: non mater pro filio: non tutor vel curator pro minore vel pupillo. Graue enim visum est, ignorantes & inuitos, sub alieni compendii emolumento periurium anceps subire: volentibus autem licet. Vt & in purgatione vulgari compurgatores iurant pro eo qui se purgat, *c. 1. c. quoties, c. constitutus & simil. de purgat. can.* ¶ † Pupillus autem & impubes in tutelari causſa nõ iurant vel pro se in litem: vt de istis testis locupletissimus Vlp. in l. videamus, 4. de in lit. iur.

Digitized by Google

8 ¶† Per Procuratorem iurare possumus, cum speciali mandato ad iurandum constitutum vel in rem suam: non aliter, *l. iusiurandum quod ex conuentione*, 17. *S. fin. & l. alias autem*, 18. *de iureiur.* P. Quo casu qui alieno nomine iurat, ex mandato iurat in animam constituentis, *c. optatum*, 100. *dist. c. tibi domino* 63. *distinct. vbi glo. ponit formulam iuramenti nomine alieno faciendi.* Sed tamen in litem iurat dominus litis tantum, *l. vulgo præsumitur*, 7. *de in lit. iur.* P.

9 ¶† Iurat pater pro filio, cum dare non oportere, *l. qui iurasse*, 26. *§. 1. eod.* Philo Iudæus lib. de iureiurando & religione, scribit, virginibus & nuptis vouendi iurandique potestatem adimi legibus, quod penes parentes & maritos earum sit, habere voluntatem illarum ratam vel irritam. Et quia virgines per ætatem vim iurisiurandi parum intelligunt, & opus habeant alieno iudicio: aliæ autem ad iurandum procliuiores sint, quam ferat maritorum vtilitas. Hoc tamen distinctum videbis luculēter in lege Dei, Numero. c. 30. Vide & L. 2. §. voto, de pollicita.

10 P. Plato, 12. de legib. iurare eos non †vult, qui ex periurio sibi vtilitatem quandam vel aliis parere possunt: peregrinis litigantibus tamen iuramentum permittit.

11 ¶† Noluit etiam lex Romanorum principum, presbyteros cogi de omnibus iurare, *l. presbyteri, in 1. & in auth. sed iudex, de episc. & cler.* C. *c. si quis presbyter*, 2. *q.* 4. Et in edicto prætoris conceptum refert Gellius, *Virginem Vestalem & Flaminem Dialem in mea iurisfactione iurare non cogam*, *Gel. lib.* 10. *c.* 15. *Feneſt. lib. de Sacerdot. c.* 6. Cur autem hoc introductum ita sit, Plutarchus rationes dabit 4. Problemat. 43. Primum, quia torméti aliquod genus est homini libero, iusiurandum. 2. Quia absurdum est in re parua fidem non habere, cui diuina ac summa credita sunt. 3. Quod iusiurandum in imprecationem periurii desinat. Exsecratio autem omnis tristis & abominanda: vnde nec aliis imprecari Flamines solent. Et laudata Athenis illa sacerdos, quæ populi iussu adduci non potuit, vt Alcibiadem exsecrareturc: dixit enim, precandi se causſa non imprecandi sacerdotio præditam. 4. Quia commune omniumque esset periculum periurii, si homo impius ac periurus pro ciuitate positus, susciperet.

De Iurandi quibusdam Formulis.

Cap. 8.

1 *Iuramentum aliud solemne, aliud non solemne: & quid vtrumque, & seq.*
2 *Solemne iuramentum quid habet.*
3 *Iuramentum non solemne quid.*
4 *Iuramenti concepti antiquorum varie, secundum mores diuersarum regionum formulæ, & exempla. & num. seq. §. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 18.*
16 *in Templo promissa maxime rata habita.*
19 *Iuramenta solemnia Iudæorum: nostra Christianorum: & iurare solemniter quibus diebus non liceat. nu. 20.*
21 *Iuramentorum non solemnium formula, & per quæ soliti sunt populi quidam, & homines iurare. & nu. seq. vsque ad 30.*
31 *Iurare Christianis per quæ vetitum sit.*

1 IVramentum † cuiuscunque generis sit, formam certam habet: sed maxime determinatam, quando conceptis verbis, & certo modo, & non aliter defertur. Vnde & quoddam solēne iuramentum, quoddam non solemne dicitur. Solemne dicitur, quod habet certas solemnitates præscriptas & dictatas, vel à partibus deferentibus: vel à Iudice, vel à lege, cum certa verborum conceptione, à qua varietate iuranti nec recedere liceat, vel si recedatur ratum non erit, *l. 3. & l. non erit ratum*, 5. *l. iusiurandum & ad pecunias*, 34. *§. qui iusiurandum, de iureiur.* Ab aduersario conceptio facta pro modo qualitatis personarum sæpe mutatur & reformatur, *d. l. iusiurandum & ad pecunias*, *§. ait Prætor, & §. non semper.*

2 ¶† Conceptis verbis iurare, est verbis dictatis præeuntibus à deferente ex arbitrio adiurantis, id est, iuramentum postulantis iurare, *l. quicquid adstringendæ, de verbor. obligat.* P. Et cōcipere: est certā formulam constituere verborum: unde *Ipsum* conceptum iuramentum Græcis. Et in hoc iuramento, ne quid mutaretur à iurantibus, verba aliquis præibat, quæ iurans persequebatur: atque inde facilius cognoscebatur si peierarēt, & conscientia contraria mutare vellent verba, vt licet coniicere ex verbis Cornelii Taciti, huiusmodi, *libr. 2. Annal. Senatus inchoantibus primoribus iuramentum concepit, quo certatim omnes Magistratus ceteri, vt sententiam rogabantur, Deum aduocabant, nihil ope sua factum, quo cuiusquam salus lederetur, neque se præmium aut honorem ex calamitate ciuium cepisse: trepidis & verbis iurisiurandi mutantibus, quibus flagitii conscientia inerat, id est, qui delationum conscientia vrgebantur, conceptionem, id est, formulam iurisiurandi imitantibus, vt solent qui fallacitè iurant.* Accedit solemni iuramento vltra conceptionem verborum, locorum certorum definitio, vbi iurandum sit, & rerum expressio, per quas iurādum sit, & quas tangendo iuretur. Sic enim tactu & corporali iuramento magis inuiolabile putatur iuramentum & irretractabile, *l. 3. C. si maior se minorem dixerit, & l. si quis uers. vendit. C.* Si alii concipiunt tangenda sacra lypsana alicuius sancti, diuina Euangelia, crucem salutiferam: antiqui aquam, ignitum ferrum, vomeres, & similia.

3 ¶† Vnde contra constat, iuramentum non solemne esse, quod summarie, & de plano præstatur, sine delectu verborum aut locorum. Quæ exemplis facilius patebunt. Referam enim quædam sacramenta solemnia, & non solemnia, per quæ iurabant antiqui secundum locorum consuetudinem. Plura tamen quam referam præteribo, ne prælum remorer, & quia forsan facilia inuentu sunt.

4 ¶† Narrat Aristoteles de controuersiis olim iudicatos reos, alios iureiurando prestito: alios sine iuramento: & fuisse illis iuramentum per sceptri eleuationem, *Aristo. libr. 3. Politi. c. 10.*

5 ¶† Festus docet Romanos, iurasse lapidem tenentes, & proiicientes his verbis, *Si sciens fallo, me diespiter, salua vrbe arceque bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem*, v. de re hoc iuramento Liuium, & Macrobium, & Erasmum in Chiliad. 2. centu. 6. ad a. 33. *Iouem lapidem iurare.* Cuius formulæ Cicero videtur rationem adferre, 4. *Academica. quæst. Rationem*, inquit, *comprobat maiorum diligentia, qui primum iurare ex animi sui sententia quemque voluerunt. Deinde ita teneri si sciens fefellerat, quod in scientia multa versaretur in vita. Tum qui testimonium diceret, vt arbitrari se diceret etiam quod ipse vidisset, quæque iurati Iudices cognouissent, vt ea non vt esse facta, sed vt videri pronuntiarentur, facit c. 1. de off. Archidia.* Sic iurat apud Plautum Lyconides seruo in fine Aululariæ.

Si te ego sciens fallam, ita me eiiciat diespiter
Bonis, salua vrbe & arce, vt ego hunc lapidem.

Vtebantur & Arabes lapide in feriendis fœderibus, vt auctor est Herodotus, *in 3.* Polybius de fœdere iurato Carthaginensium & Romanorum agens, verba hæc eius iuramenti concepta fuisse tradit, *Polyb. in 3. Historia. Si recte ac sine dolo malo hoc fœdus atque hoc iusiurandum facio, Deus mihi cuncta felicia præstet: sin aliter aut ago aut cogito: ceteris omnibus salvis, in propriis legibus patris, in propriis laribus, in propriis templis, in propriis sepulcris solus ego peream, vt hic lapis è manibus meis decidet.*

6 ¶† In iuramento coniurationis impiæ, Catilinæ cum Antonio, & aliis eius farinæ, mactatus est puer quidam, & iuramentum initum super eius viscеribus, quæ vna postea comederunt, *Dio. Cass. lib. 37.* Salustius in coniuratione Catilinæ etiam tradit Catilinam oratione habita cum ad iusiurandum sceleris sui socios adiceret, humani corporis sanguinem vino permixtum in pateris circumtulisse: inde cum post exsecrationem omnes degustauissent, sicuti in solemnibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum.

7 †† Dictys Cretensis recenset his verbis Agamemnonis aliam iuramenti formulam, *Dict. Cret. li. 1. belli Troiani.* *Agamemnon adferre hostiam lictores iubet, ac mox sublatam super terram, cum eam duo, quibus imperatum erat, suspensam tenerent, gladium regina eiucit, eoque bifariam exscissam hostiam in conspectum vbi dimicare colloqui iussit: dehinc ferrum sanguine oblitum manu retinens, interutramque sacri partem medius vadit, ac postremum transgressus iurat, inuiolatam à se, ad eam diem mansisse Hippodamiam.*

8 ¶† Prope huic simili alia formula, qua iurauit Diomedes & Vlysses Troianis, dum confirmarunt, se seruaturos illis quæ Antenori promisissent. Nā inquit idem Dictys, *idem l. b. 5 Testes inuocarunt in eam rem Iouem summum, terramque matrem, Solem, Lunam, ac Oceanum fere: deinde exsectis in partes duas hostiis, quæ ad eā rem admotæ erant, ita vt pars ad Solem, residuum ad naues spectaret, per medium transierunt.* Syracusii iurabant tacto igne cerei accensi: & ita iurauit Agathocles Amilcari, *Iustin l. b. 22.*

9 ¶† Quadi Germanorum populus, iurabant eductis mucronibus, quos pro numinibus habent, *Beat. Rhenan. lib. 1. rer. Germanica.* Narrat Pausanias, *in Laco. in 3.* ab Sparta in Archadiam tendentibus, non longe abesse equi monumentum, quo in loco Tyndareus dicitur, conuocatis Helenæ procis: super exsectis equi testibus, iusiurandum concepisse, cuicunque Helena desponsaretur, armis se illius iniuriam si à quoquam illæ nuptiæ violatæ fuissent vindicaturum. Cumque hoc illos sacramento adegisset, eo ipso in loco equum defodisse.

10 ¶† Homerus, *Iliad. 19. versi. 257.* aliam formam adfert iuramenti Agamemnonis, qua se purgauit intactam fuisse à se Briseidem. Et à Talthybio apud Agamemnoni oblatum, & ab eo Atridem Agamemnona setas exscidisse, & Ioui obtulisse his verbis iurando.

νῦν αὖ ζεὺς πρῶτα θεῶν ὕπατος τε κράτιστος
γαῖά τε καὶ ἥλιος ἠδ' ἐρινύες, αἵθ' ὑπὸ γαῖαν
ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅστις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ
μή νύ τι κουρίδιον δεσπόσυνον χεῖρ ἐπιβῆναι,

Digitized by Google

Ἦ ῥ' ἔτι σεῖό γε μεῖζον ἐπιχθονίοισιν ἄνασσε,
Ἠ τοῦτ' ἀθανάτοισι θεοῖς ἐπιεικτὸν ἐνίσπες.
Ἦ τοι γὰρ Διόθεν εἰμὲν ἐγὼ καὶ Ζεὺς ἀκάματός περ
πρόσθε μοι ἵζανε δεξιτερὸν γούνων τε καὶ ἐξ ἐμέθεν περ
ἢ ῥ' ἐνὶ μηρίοισι κατέκηεν πίονα μηρὸν
ἠμὲ βοὸς πανδύρου πολυΐνου ἠδὲ λεπάδνου
μῆ' ὑπέδυσ' ἐπιορκήσας βέλος ἰχθυόεσσαν.

Id est

Scitote nunc Iupiter, primus deorum summus & optimus.
Terraque & Sol, & Erynnes, quæ sub terra
Homines puniunt quicunque periurium iurarint.
Quod nequaquam ego puellæ Briseidi manum intuli,
Neque cubilu occasione vsus, neque alicuius alterius rei.
Sederat intacta in tentorio meo.
Si vero quid horum periurio, mihi dij (idololatra loquitur) *mala*
dent.
Dixit: & iugulum apro abscidit sæuo ferro,
Hunc quidem Thalthybius cani maris in magnum fluctum.
Iecit, escam pisc ibus.

¶†Liuius, *li.1.dec.3.* Carthaginensium iurandi modũ descri- 11
bit, inducit enim Hannibalem læua manu agnum tenentem, & dextra silicem lapidem, precantem Iouem & ceteros quos vocat fallos deos, vt si falleret, ita eum mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset, & secundum precationem pecudis caput saxo elisisse.

¶†Qui ad certamen Olympicum descendebant eorumque parentes & fratres, super exta immolati porci, conceptis ver- 12
bis iurare solebant, Nihil se fraudis, nihil deceptionis attulisse, aut secus quam leges paterentur Olympiæ commisisse, *Pausan. in Eliacis.*

¶†Meminit Sophocles & Callimachus, aliique grammatici, 13
morem fuisse apud Græcos in sanciendis fœderibus, vt ferrum candens tenerent, & vt tandiu fœdus perduraret precatos Deũ, quandiu Mydrus μύδρος, latuisset (id enim ferro candenti ac ignito nomen) statimque Mydrum in mari præcipitasse.

¶†Homerus Odyss.2. meminit, de magno quodam suorum 14
deorum iuramento, quod iurasse Telemacho eius nutricem refert:

ὡς ἄρ' ἔφη γρηῢς δὲ θεῶν μέγαν ὅρκον ἀάσατο.
αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ὤμοσεν τε τελεύτησέν τε τὸν ὅρκον. &c.

Id est:

Sic loquuta anus, deorum magnum iuramentum iurauit,
Ceterum postquam iurauit, perfecitque iusiurandum, &c.

Magnum illud quod esset iuramentum, explicasse mihi videtur Plutarchus, *in vita Dionis.* dum meminit de eo quod Callicrates siue Callipus, exhibuit in æde Proserpinæ, à sorore Dionis & Arete vxore interpellatus & adiuratus, de nõ nocendo Dioni. Et ait, αἰσθ' ἑξῆς ἀνὴρ ὁμόσας τὸν μέγαν ὅρκον διὰ τῶν τελουμένων. καταβὰς εἰς τὸ τέμενος μόνος τινὰς ἐδίδους τῶν πίστιν, ἱερὸν τινὸν γενομένων, ἀφεβάλετο τὴν φοφυρίδα τῆς θεοῦ, ἣν καλοῦσι δᾷδα ἢ ἐμβόλιον ἔνιοι. id est. *Illa autem volebant vt iurare maximum iuramentum, quod erat sale. Descendit in templum legiferarum, vt putabant Ethnici, deorum, is qui fidem daturus est, & interea dum sacra quædam fiunt, amictum, vt dicunt, deæ purpureum induit, & tenens facem ardentem iurat.*

¶†Iuramentum ἀρχόντων, Magistratuum præcipuorum Athe- 15
nienſium erat, se legum præcepta seruaturos, nulla munera accepturos, si secus facerent, statuam auream pœnæ nomine se Delphis erecturos, *Iul. Poll. lib.8. & Plutar. in Solo. vita.*

¶†Fiebat & iuramentum solemne apud Ethnicos, applicatio 16
ne iurantis ad altare. Et docet id oratio, quam habuit Hannibal ad Antiochum Regem apud Liuium, *lib.31.85. & Flor. lib.2.c.61. Æmil. Probus in vita Hannibal. Appia. Alex. in Iberico, & Libyco, Poly. in 3. Pater Amilcar, Antiochi parvum admodum me, cum sacrificaret altaribus ad motum, iureiurando adegit, nunquam amicum fore populi Romani.* Cicero quoque, eum qui iurare vellet solemniter, ad aras iurasse innuit. *Ergo*, inquit, *Cic. pro L. Flacco, is qui si aram tenens iuraret crederet nemo, per epistolam quod volet iniuratus probabit?* Et hunc morem etiam fuisse Græcorum idem ipse scribit alibi, *idem pro L. Cornelio Balbo. Athenis aiunt cum quidam apud eos qui sanctè grauiterque vixisset, & testimoniũ publice dixisset, &, vt mos Græcorum est, iurandi causſa ad aras accederet, vna voce omnes Iudices, ne is iuraret, reclamasse.* Meminit & Virgilius, *li.4. Æneid.* de hac solemnitate,

Talibus orantem dictis, arasque tenentem, &c.

Et rursum, *idem li.12.*

Tango aras, mediosque ignes, & numina testor.

Scribunt enarratores epistolæ Acoptij ad Cidippem, ea quæ deferentur & promitterentur in templo & ara maxime rata fuisse.

¶†Aristoteles vero in republica Athenienſium & Philocho- 17
rus prodiderunt, consueuisse Athenienses ad lapidem quendã iuramenta facere. Meminit & Demosthenes oratione in Cononem, ἢ οὐκ ἴδετε ὀμνύντα ἢ ἐξιόντα τοῦ, id est, *& ad lapidem agentes & iurantes.*

¶†Quod & obseruat Harpocration. Apud Suidam, in verba, ὀμνύειν διὰ δορός, id est, *in corio sedere*, traditur morem apud 18
Scythas fuisse, vt si quis ab alio iniuria afficeretur, quam vltum se aduersario fore parem non putaret, vt boue immolato carnes in frusta consciſſas elixaret, & corio humi extento insideret manib. in tergũ reiectis, quo nullũ esse apud Scythas maius supplicandi genus. Qui vero volebat, parte carnium accepta & dextro pede corio insistens, se pro virili esse ei opem illaturum pollicebatur: estque id sanctissimum iusiurandum. Quod per bouis frusta Scythæ faciebant, legitur aliquando Leuitam in populo Iudaico feciſſe, per membra vxoris suæ aduleriis enecatæ, quibus iuratum est ad vindictam maleficij, Iudicum c.19. Scythæ quoque hausto mutui sanguinis sanciunt fœdus & iurant ex more, & ex disciplina quoque Medorum vsurpata, teste Solino, c. 25. & Herodoto. Apud Iudæos, iuramentum fiebat manu posita sub femore eius cui iurabatur, *Genes.24. & 47.* vel leuabatur manus ad cœlum, *Deut.32.* vel iuraturus applicabatur ad deos, id est, Sacerdotes & Iudices, *Exod.c.22.* Inter Christianos, solẽnitas ex arbitrio legum & Iudicum elicienda.

¶†Mittitur ad domum ad egregias interdum personas recu- 20
perator seu commissarius eo nomine, *c. si qui testium. de testi. apud Grego. §. & quoniam scimus, de testi. in Auth. auth. apud eloquentissimum, de fide instrum. C. §. item, eo. tit. in Auth. l. generaliter, §. in omnibus, de iureiur. C. l. & ad pecunias. §. fi. de qualitate, de iureiur. l. P. l. 22. §. fi. de iureiur. prop. cal. dan. C.* Verum solemne maxime præstatur in oratoriis & Ecclesiis, *d. l. generaliter, §. in omnibus de iureiur. C.* in altari, & sanctorum reliquiis certa formula, *ex. habemus, 22. q.1. & c. tibi domino Ioanni, 63. dist.* certis diebus: nam non omnibus diebus permissum erat iurare solemniter, nempe à septuagesima, vsque ad octauam Paschæ: ab aduentu, vsque ad octauam Epiphaniæ: in diebus dominicis, ieiuniorum quatuor temporum, in litaniis maioribus, *c. decrevit, 22. q.5.* Iuratur & tactis Sacrosanctis scripturis, *§.1. & §. nulli, de sanctiss. episc. in Auth. l. rem non novam, C. de iud. l. 2. C. de iura. prop. cal.* vel per Euangelia præsentia *c. quoties, 11. q.7. c. Imperator, 11. q.1.*

¶†Iuramentum non solemne, simpliciter & de plano fit, non 21
adhibita solemnitate. Et iuratum in eo fere ad lubitum, & per ea quæ cuique maioris vel dignioris viderentur venerationis Argilæ, populus minoris Africæ regionis Cyrenaicæ, cum flo- lide tantum naues deos putarent, per eas deierabant, sicut & eas consulebant per oracula, & precabantur, Pompo. *Mela lib. li.1. de situ orbis. c.8.* Veteres alii iurabant per brasicã, Zeno Citiens per Capparim, *Athenæus li.9. Dipnosophi. ca.1.*

¶†Apud Platonem & iurat Socrates per Canem, *Plato in* 22
Hippia. maio. iurabat & per Anserem & Platanum, non quod ea deos putaret, sed ne per Deum iurare cogeretur, vt ait Apollonius Tyanæus apud Philostratum. *li.6. de eius vita.*

¶†Putabant idolatræ iurameutum Stygis paludis vt finge- 23
bant inferorum, diis suis stupendum, omnibusque venerandũ, vt est apud Apollo. Rhodium, *lib.2. Argonau. pag.65.* Et apud Virgilium.

--Stygiamque paludem
Di cuius iurare timent, & fallere numen.

Et apud Hesiodum in Theogonia. Et apud Ausonium,

Quæque piat diuum periuria nocticolor Styx.

Et apud Homerum sæpe, qui & vocat hoc iuramentum magnũ vt Odyssea 2. & 5.

¶†Iurabat Achilles contendens cum Agamemnone, per se 24
ptrum gladio decorticatum, quod folia amplius non fouebat, quod portabant Iudices, reges, & qui leges à Ioue hauserant, *Homer. Ilia. 1.* Magnum iuramentum Æthiopibus iurare per cineres maiorum in vtribus sepultorum, *Diodorus Sicul. libr. 4. cap. 1.*

¶†Iurabat Cyrus rex Lysandro apud Xenophontem, *in œco-* 25
nomic. per Mythram, per magnum numen Persarum, præcipue quod ita secundum Suidam sol illis dicitur. Hesychius tradit Rhadamanteia esse iuramenta, per canem, per anserem.

¶†Iurabant Pythagorici per quaternariũ numerum, tanquã 26
summum, quo fides nitatur & credulitas firmari possit: iuramentumque hoc habitum fortius, vt ait Ioachimus Rhingerbergius li. de ratione studii, eo quod fere apud omnes gentes nomẽ Dei sit fere Tetragrammatõ. Dicunt enim Ægyptij Deu Siue: Arabes, Alla: Persæ, Sire: Magi, Orsi, Mahumetistæ, abgd: Græci, Sios: Tusci, Esar: Latini, Deus: Galli, Dieu: Hebræi, Ioua. Erat que huius iuramenti forma:

Iuro ego per sanctum puræ tibi mente quaternum:
Æternæ fontem naturæ, animique parentem.

Et apud Virgilium Æneas sic Didoni iurat,

Per sydera iuro, & superos. &c.

Et apud Ouidium, 2, Tristium.

Per mare, per terras, per tertia numina iuro:
Per te præsentem, conspicuumque Deum.

Et alibi, *idem in Phyllidis 2. epistola.*

Per mare, quod totum ventis agitatur & vndis:
Per quod sæpe iteras per quod iturus eras.

Digitized by Google

27 ¶† Deierauit per nomẽ Drusillæ ea mortua Caligula, *Sueton. in Calig. c. 24.* Deierauit nunquam Alphonsus Rex Hispaniarũ, nisi per esse patris, *Ant. Panor. lib. 4. de arch. aut fact. Alphon. c. 41.* Ægyptij in iureiurando, allium & cœpas habebant pro diis, *Plinii. 19. c. 6.* Quibus ait Iuuenalis.

Porrum & cæpe nefas violare, & frangere morsu.

Iurauit Nabuchodonosor per thronum & regnũ suum, *Iudith. 1.* Ioseph per salutem Pharaonis, *Genes. 41.* Vrias Etheus per salutem Dauidis Regis, & suam iurauit, *2. Reg. 11.* Permisit quoque lex ciuilis per salutem Principis iurare. *l. si duo patroni, §. fi. de iureiur. P. l. 2. de reb. cred. C.* Fuit tamen Tyberius Cæsar adeo popularis, vt sicut nihil de natali suo prætor alios fieri permisit, neque si quis eam iurasset, ac periurij reus haberetur, id persecutus est, *Dio Cass. li. 57.*

28 ¶† Per genium quoque Principis in iure ciuili iuratum inuenio, bonum puto, *l. si duo patroni, 13. de iureiur. P.* id est, spiritũ custodem. Non enim ignorarunt etiam ethnici, esse nobis Angelum bonum custodem & malum insidiatorem, quos ipsi vocarunt bonum & malum genium. Et Plutarchus refert in Bruto, malum genium apparuisse Bruto in Asia, vide & de his Alex. ab Alexandro, libro 6. Genial. dier. c. 4. Commeminit & de eo iureiurando Tertullianus ad Scapulam libro. *Sed*, inquit, *isdem ipsi qui per genios eorũ in pridiem vsque iurauerant. de quo D. Matth. c. 19. ibi Angeli illorum, vide de custo. in quæ tradit Hesiodus, in Ergis, Plato in Cratyl. & Tymeo. D. Aug. de ciuit. Dei li. 9. c. 11. & ibi Ludouic. Viues.*

29 ¶† Permittebat & ius ciuile iurare per salutem suam, per caput suum & filiorum suorum, *l. non erit ratum, de iureiur. P.* Et per id omne quod quis postulasset sibi iurari, *l. 3. §. fi. & l. qui per salutem, eod. tit.* & illud iuramentum Prætor ratum habebat, *l. non erit ratum, 5. eod.* Iurauit Iacob per timorem Isaaci patris sui, cũ pactum iniuit cum Labano, *Genes. 31.* Iurant monachi per verbum, *crede mihi, glo. ad l. qui sub conditione, ad ver. ad superstitionem, de condi. insti. P. gl. in l. non erit ratum, §. sed si quis, ad verb. religionis, de iureiur. P.*

30 ¶† Vetitum nunc optima ratione Christianis est, vt olim Iudæis à Deo, ne iurent per nomina falsorum Deorum, *Leuit. 5. Deuter. 5. & 10. Exod. 23. Qui iurat in terra*, inquit Isaias, *iurabit in Deo, Isaiæ, 65.* Vetitaque sunt iuramenta improbatæ religionis, *d. l. non erit ratum, §. sed si quis de illerit.* Et duplici pœna, qui per ea iurauit puniendus, *c. mouet, 22. q. 1.* Iuratum antiquis, viuit Dominus, & viuit anima mea in necessitate, *Hiere. 4. c. & iurabunt, 22. q. 1.* Nam ad ornatum iurare etiam per Deum, sine necessitate, blasphemare est, *l. si. de reli. & sumt. fune. C. si quis per capillum, 22. quæst. 1.* D. Paulus 2. ad Cor. 11. iurat, *testis est mihi Deus quod non mentior.* Sufficit Dei auctoritas ad omnimodam confirmationem, veluti & præsentia Principis temporalis supplet omnem auctoritatem, *l. omniũ, C. de testa.* Et Deus per semetipsum iurauit incredulis, & vt fidem faceret, *Genes. 22.* quia maiorem se non habebat per quem iuraret, *D. Paulus ad Hebræ. 6. ca.* In primitiua ecclesia, iurarũt Christiani, vt D. Paulus, *c. si peccatum, 22. q. 1. testis est mihi Deus, & testis anima mea.* Moderniorum, sic, *vel te Deus adiuuet, c. ab isto die, in 2. 35. qu. 6. vide cap. de parentela, 35. q. 6.* Prohibitum autem est iurare, per creaturas, per cœlum, per terram, *D. Matth. 5. D. Iaco. 5. vide c. D. Matth. 23.* Iurabant & Iudæi, vt plerumque, *hæc faciat mihi Deus, & hæc addat*, vt 2. Reg. 3. Apud Alemanos, ex lege vidua iurabat in pectus suum, de donatione facta sibi à marito, vt illa suæ esset potestatis, & dicebatur hoc Alemanis *Nacschait*, in legibus Alem. tit. 57. §. 3.

De Viribus & Effectu iuramenti.

Cap. 5.

1 *Iuramentum maximi ponderis inter homines.*
Seruandum nisi officiat saluti, vel proximo, & aliis exceptis. Eius auctoritas rei iudicatæ, & transactionis, nu. 2. & 3.
4 *Iuramentum litis contestatæ vim habet, aliosque effectus.*
5 *Iuramentum cur maximas vires habeat, & nu. seq.*

2 DE† viribus iuramenti & effectu plura habeo quam dicturus sim, eo quod exstat libellus satis vulgaris eius tractationis, compositus per A. Petrutia. Pauca itaque tantum leuiter attingam. Demosthenes in Bœotum, ὅρκος μέγιστος δεινῆ τε δύναται παῦσαι ἀνθρώποις πᾶσιν. id est, *Iusiurandum maximũ & potentissimũ, apud omnes homines esse censetur.* Et rursum, contra Aristocratem, πανταχοῦ ἀεὶ πλείων τῶν ὀφλημάτων. id est, *bene iurare, vt plerumque hominibus maxime faciendum est.*

2 ¶† Idque omnibus fere gentibus persuasum est, quod præcipit Pythagoras σέβου ὅρκον, *iusiurandum venerare.* Hoc enim iubetur omnimodo seruari, cum neque tutum censeatur venire cõtra iuramentum suum, nisi vergat in interitum salutis æternæ, vel detrimentum proximi, *c. si vero, & ca. cum contingat, de iureiur. c. quamuis, de pact. in Sex.* Docebit te Gellius 7. lib. c. 18. & Cicero 3. Officio. iusiurandum apud Romanos sancte & inuiolate habitum: nisi extra iustitiam, & veritatem sit, *c. etsi Christus, de iureiur. c. 4. Hieremiæ, can. & iurabunt 22. q. 1.* si non ex toto vi, dolove, *d. c. cum contingat, de iureiur.* nec fit temeratium, *c. ita nos, to.* aut illicitum, *c. cum quidam, c. quanto, eo. c. 1. eod. in Sex. c. 1. 2. 3. 4. & c. inter cetera, 22. q. 4.* in quibus facile absolutio fit, *ca. 2. & c. verum, de iureiu.*

3 ¶† Auctoritatem legitimum iuramentum habet rei iudicatæ, & transactionis, & maiorem etiam, *l. 1. & 2. eo. P.* atque delato iureiurando, nihil aliud quæritur, quam an iuratum sit, remissa quæstione an debeatur, tanquam re satis probata, *l. nõ erit ratum, §. 1. & l. sed & si, §. fi. l. duobus reu, 28. §. fi. & l. eum qui, 30. §. si mulier, de iureiur. P.* excluditque actionem intentatam à iurante, & ab illis qui ei succedunt, *l. ait prætor, 7. l. etiam, 8. & l. 9. §. 1. de iureiur.* non tamen aduersus alios.

4 ¶† Alius effectus, vt litis contestatæ vim habeat, *l. nam postea, 9. §. fi. & l. quia non debet, 10. l. sed si est, 11. §. fi. l. idem est, 12. de iureiur. P.* & si iuratum est dari oportere in temporalibus actionibus, iuramentum impedit ne lapsu temporis sequatur liberatio. Et ne præscriptio fiat, perinde ac si lis contestata fuisset, *d. l. nam postea quam, §. si in qui temporali, eod. P. l. si duo patroni, 13. §. Iulianus, eod. tit.* Habet interdum delegationis & nouationis vim, *l. qui iurasse, §. si. eo.* vt alibi diximus. In quibusdam casibus & habetur pro plena probatione, de quibus vide Iasonem, in repetitione l. admonendi, num. 260. de iureiur. Facit & adiectum actui, vt is valeat meliori iure quo valere potest, vide Iasonem in l. stipulatio ista. §. si quis ita, num. 24. de verb. oblig. P. Habet & vim clausulæ specialis derogationis ad clausulam quæ erat in præcedenti testamento. Idem Iason, in l. si mihi & tibi. §. in legatis, nu. 14. de lega. 1. Et in diuisione iuramenti supra docuimus, iuramentum firmare promissiones, & conuentiones, inducere obligationem, purgationem, & alia plura.

5 ¶† Hæc autem omnia suadent, primum fides, quæ geminata est & bis data in iuramento. Per se autem illa satis firma & simplex, *l. 1. de pact. P. l. 1. ac const. princ. P. cum simil.* multo magis & cogitate confirmata. Omnis controuersiæ hominum finis ad confirmationem est iuramentum, *D. Paul. ad Hebr. 6.* Duplicatio securitatis, inquit D. Cyrillus Hierosoly. Archiepiscopus, *Cyrill. Cathec. 11. Illuminato.* est hic modus, cum voluntati iuramentum accedit, vt propter duas res incommutabiles, quibus impossibile est Deum mentiri, fortiorem habeamus fidei consolationem.

6 ¶† Accedit Dei numen, qui inuocatur, & quem decipere nemo potest, nec impune contemnere, *l. 2. de reb. cred. C.* vt docebimus in periurio eodem Deo fauente. Neque sanctius quippiam iuramento videtur in firmanda fide: vt & Bacchis ad Lachem ait, *in Hecy Terentij, actu 5. Sec. 1.*

Aliud si scirem qui firmare apud vos meam possem fidem
Sanctius quam iusiurandum, id polliceret tibi Laches.

Quare maxime huic fidebant olim homines, vt inde Lysander Lacedæmonius, dux versutus multiplex, & subdolus malitiæ suæ argumentum acceperit, qui solebat dicere, vbi leonina pellis non sufficeret, ibi vulpinam esse assuendam, & iubebat, pueros quidem taxillis, homines vero iureiurando fallere, *Plutarch. in Lysandro, Æmil. Prob. in eius. em vita, Cic. 1. Off.* Cum tamen nos numinis reuerentia saltem à periurio abstinere debeat: & metus, ne Deus vlciscatur propriam iniuriam. Sicque interdũ solus metus Dei etiam retinet, quos fides promissa non retineret, *Theodericus Gothorum rex li. 2. Var. Cassiodo. epi. 5.* Plutarchus Lysandri dictum lib. 1. de Alexandri fortuna Dionysio Tyranno adscribit. Διονύσιος ὁ τύραννος, inquit, ἐπίλεγε, εἰ μὲν παῖδες ἐστε παίζοντες, εἰ δὲ ἄλλως ὅρκοις ἐξαπατᾶτε. id est, *Dionysius Tyrannus iubet, pueros quidem talis vtros vero, iuramentis decipere.*

De Periurio, & eius Pœna generaliter.

Cap. 6.

1 *Periurium quid, & eius cum mendacio (cuius octo sunt species) affinitas.*
2 *Iuratio falsa, an periurium sit.*
3 *Iuramenti promissorij periurium quam pœnam admittit.*
4 *Dubium pro certo affirmare, periurium: & dubium quid.*
5 *Periurij pœna, diuina, & canonica.*
6 *Peierandum non esse iubent Ethnici etiam.*
7 *Iuramenti contemti mala plura.*
8 *Periurus ledit Deum, & homines: & ideo vtrisque pœnas debet.*
9 *Periuriorum diuinæ pœnæ, num. 10. & 11.*
12 *Periuria ab hominibus punita. & nu. seq. 13. & 14.*

PEriurium, est mendacium iuramento firmatũ: vel iuramẽti promissorii indiscreta promissio, *Tract. hoc in 3. lib. sentẽ. dist. 39. à Bal. in l. fi. C. de reb. cred.* Et toties quis incidit in periurium, quoties venit contra iuramentũ, *c. 1. & 2. 22. q. 1.* Mendacii octo constituuntur species, in *c. primum est, 22. q. 2.* Nõ mentitur qui animum

Digitized by Google

animum fallendi no n habet:nec qui superiori causſa impeditus non potuit iuramen tum exsequi,c.*Beatus Paulus*,22.q.2. Et Cicero,3.*Officio*. *Non falso iurare, peierare est: sed quod ex animo tui sententia iuraueris, sicut verbum concipitur more nostro,id non facere periurio est. Scite enim Euripides, Iurasti, lingua, mentem iniurata gero.* Et rursum pro Q. Roscio Comœdo,in summa.*Quid interest inter periurium,& mendacium? Qui mentiri solet,peierare consuevit. Quem ego inducere possum vt mentiatur,vt peieret exorare facile potero. Nam qui semel à veritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium quam ad mendacium perduci consuevit,&c.*

2 ¶ †In falsa iuratione, num periurium sit, inspiciendum est, an falsum sit ex parte eius rei quæ iuramento asseueratur, vt si quis putet verum esse quod falsum est,& iuret:in quo nullū est iurantis peccatum, si omni diligentia achibita credat esse verum, *c.homines,& seq.22.q.2.* Si quis enim asseueret aliquid falsum, dummodo id non faciat contra conscientiam, non peccat, *c.1.de scrutinio in ordi.facien.* nisi ignorantia esset crassa & supina iuris vel facti,quo casu est peccatum mortale, & inexcusabile,*l.neque supina,l.regula,§.sea facti,de iur. & facti. ignor. P. l. ea quæ,de contra.emt.P.* Aliquando falsum est ex parte eius tantum qui asseuerat & iurat:cum quis verum esse iurat, quod tamen credit esse falsum,& hic dicitur fallere alium, *c.homines*, 22.q.2. Aliquando falsum est ex parte rei & iurantis, vt qui falsum, & sciens esse falsum, pro vero iurat: in quo prædicto casu qui iurat,peccat,*a.c.homines.*

3 ¶ †In secunda etiam specie periurij, quæ consistit in transgressione iurati, distinguitur pro pœna imponenda: num iuramentum sit de re vel actu faciendo, cuius obseruatio delictum habeat, vt tunc iuramentum non sit seruandum, nec eius periurium punibile, sed potius laudabile, *c. 1.2.3.4.22.q.4.* contra, si seruari possit sine dispendio salutis æternæ, *c. si vero, de iureiur.* Verum 3. loco, indiscreta iuratio periurij instar est, si sine iudicio fiat,nulla habita consideratione, an iurandum, an seruari debeat,vel verum sit. Et dicit tūc Godofredus,esse peccatum,sed veniale seu venia dignum,periurium, *per ca.vnum ouarium,§.crimini,25.dist.*

4 ¶ †Sicut & periurium dicunt interpretes,affirmare iuramēto quod dubitas num sit certum. Dubium porro est, de quo inter sapientes ambigitur, *arg.l.vni.nihil nouæ.appel.pend.P.*

5 ¶ †Scriptum autem est, *Non peierabis in nomine meo*, ait Dominus,*Leui.19.Matth.5.*Et,*Ero testis velox maleficis & periuris,Malachiæ,3.*Et alibi,*lex iustis non est posita,sed iniustis & periuris, 1. ad Timot.1.*Quia in periurio,fides,iuramentumq; negliguntur,*Cic. de Aruspic.respon.* Periuriis pœnitētia talis imponitur, qualis pro
6 adulterio,fornicatione,& homicidio,*c.si.22.q.1.* ¶ †Admonet omnium fere gentium quæ Deum aut aliquam religionem habuerunt,consensus,non peierandum:nec vindicta Dei sequatur, Phocilides in poemate νουθετικῷ seu admonitorio.

μήτ' ἐπιορκίσῃς, μήτ' ἀγνὸς, μήτε ἑκοντὶ,
φεύδεσθαι ζυγὸν ὅρκου ἄθραυστον, ὅστις ὁμόσσῃ. id est,
Ne susiurandum viola,noten'ue volens ve:
Nam Deus æternum periurum quemlibet odit.

Euripides circa finem Medeæ,

τὶς δῆτα κλύει σὺ θεὸς, ἢ δαίμων,
τῷ ψευδόρκῳ καὶ ξαναπτώτῳ. id est,
Quis audiet te Deus,vel dæmon,
Periurum & fraudulentum.

7 ¶ †Ex contemtu religionis iuramenti, oriri mala multa antiqui prodiderunt etiam Ethnici. Et generaliter: Hesiodus in Theogonia.

ὅρκον θ' ὃς δὴ πλεῖστον ἀνθρώποισιν ἀνώγει
πημαίνει ὅτε κέν τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ. id est,
Iuramentum,quod plurimum mortales homines
Ledit,quando quispiam volens peierauit.

Et Zacharias, 5. *Maledictio morabitur in domo iurantis in nomine*
8 *meo mendaciter.* ¶ †Periurus duos potissimum videtur lædere & offendere,Deum & hominem:& si de iudicio agatur,aduersarīū quoq; & Iudicem. Et proinde pœna pro reparatione admissi,& Deo& hominibus luēda est. Quod videtur Aristoteles voluisse, dum ait,nemo vellet peierare cum diuini supplicij metu,tū dedecoris apud homines, *Aristot. Rheto.ad Alexand.vbi agit de iureiur.* Referam quasdā,exempli causſa, pœnas diuinitus periuris inflictas,& alias ab hominibus,& pro reparatione læsi hominis. Nemo inquit Plato li.11.de legib. Deo reuocato mēdacium dicat aut decipiat,aut adulterare verbo vel re quicquā audeat,nisi Deo velit odio esse,cui quidem primū odio est, qui falso iurans Deum parui pendit: deinde qui corā maioribus se mentitur. Et Philo Iudæus,lib.de iuramēto. Significarunt Messenij idipsum inscriptione cuiusdam columnæ, siquidem tempore Aristomenis,columnam vt Calistenes memorat in templo Iouis Lycij posuere,in qua hoc Epigramma erat inscriptum.

Inuenit tamen tempus impio regi pœnam,
Inuenere Messenij prodītorem duce Ioue.
Difficile est latere Deum periurum hominem.

9 ¶ †Salua rex Iupiter,& Archadiam serua, vt ait Polybius 4.li. historia. Audiamus primum Hesiodum, is enim ait, *in Ergis & dieb.lib.2.versu.38.*

πίμπρησι δ' ἐξολέσθαι ἐπὶ χαλεπαὶ τε νέφεα.
ὃς πίσυρα γὰρ φασὶν ἐφ' ἑκάστῳ ἁμαρτόντων
ὅρκου πινυμένους, ἐ ἐσιν τίσις πολὺ δεύτερος. id est.
Quintus, scilicet dies mensis cuiusque, *emitato:quibus difficiles*
sunt & graues.
In quinta enim dicunt,Furias obambulare,
Periurium vindicantes, quod malum contentio genuit periuris.

Et rursum alibi, *Idem in Theologo.vers.795.*

ὅστις τιν' ἐπίορκον ὀνοσσήσας ἐπομόσσῃ
ἀθανάτων ὃς ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου,
πίντῳ πέντε μοῖρας τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτὸν.
ὃς δ' ἂν ἑκὼν ἐπίορκον ἢ ἀκούσας ἐπόμοσσε
βρόσιος, ἀλλά τε πολλὰ κακὰ ἀδήνησε, καὶ ἀδινάς,
γρηυτῆς ὃν λεχέεσσι κακὸν δ' ὅτε κῶμα κελεύσῃ
ἀνθρώπῳ ἐπὶ τῷ ὃν τελέσῃ μέγαν εἰς ἐνιαυτὸν,
ἄλλος δ' ἐξ ἄλλου λίχεται καλεούσιτος ἄλλος
ὀδύνας ἔχων δεινὰς, πολυπήμονα κῆδε ἔχοντα,
ὃς δ' ἂν ἑκὼν ἐπίορκον ἢ ἀκούσας ὀμόσσῃ
ψεύσηται, ἐ δίκλῳ βλάψας νόον ἐν ἀδάμῃ.
τῷ δ' ἀμενηνίη γένεὴ μετόπισθεν ἀμύνει. id est:
Qui quis periurium reiiciis iurauerit
Immortalibus qui tenent verticem nimbosi cœli;
Iacet exsors integrum annum,
Nec ad nectaris vel ambrosiæ proprie accedit
Cibum sed iacet non respirans ac mutus
Stratis in lectis,morbus autem vesternus obtegit,
Aliud ex alio accipit difficillimum certamen,
Nouennio autem relegatur à sempiternis.
Neque vnquam ad consilium sneumanum commiscetur,
Nouem totis annis.

Alias etiam diuinas idem adfert in Ergis, li.1.versi.266.

ὅς δ' ἑκὼν μαρτυρήσῃσιν ἐκὼν ἐπίορκον ὀμόσσας
ψεύσηται, ἐ δίκλῳ βλάψας νόον ἐν ἀδάμῃ.
τῷ δ' ἀμενηνίη γένεὴ μετόπισθε λέλειπται.
ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γένεὴ μετόπισθεν ἀμείνων. id est:
Qui vero testimonis veleus periurium in iurando,
Mentietur, in ius delinquens, immedicabiliter læsus est:
Eius vero posteritas obscurior postea relicta est.
Viri autem iusti posteritas & genus apud posteros præstantior.

Videtur mutuatus ipsum à lege diuina Hesiodus,nam Zacharias ait, *ca.5. Maledictio commorabitur in domo iurantis in nomine meo mendaciter:& commorabitur in medio domus eius & consumet eā & ligna eius & lapides eius.*

¶†Narrat Aristoteles,*li.de mirabil.auscultat.* de diuina vindicta periurii,quæ fit in fonte Palico. *Est fons*, inquit,*in Palice Sicilie,amplitudine declachus aquas ad sex cubitorum altitudinem ejcit,vt inundaturus planitiem omnem videatur,verum eodem loco diffluens consistit.* Porro iureiurando hic sacer haberi solet. *Quæ enim cum quæ libat tabellæ inscribunt, inque fontem abiciunt. Ea si vero iureiurando confirmentur natans in superficie tabula testabitur:sin secus, velut pondere depressa eripitur ex oculis,igneque corripitur periurus. Quo circa fideiussorem capit Sacerdos,qui iusta numinis vindicta sacrum, exsecrandumque si peierarit, asportet.* 11

¶ †Hæc Aristoteles. Apud Corinthum etiam ædificium erat, quod Adytum nominabant, quia erat subterraneus cuniculus, vbi Palæmonem latere arbitrabantur: in quem quicunque siue extraneus,siue Corinthius descendisset, periurij pœnas luebat, *Pausanias in Corinthiacis.* Nō immorabor in miraculis quę quotidie Deus exserit in periuros adactos solemniter iurare,in ara Crucis,vel in templis, per diuorum potissimum Sancti Antonij Lypsana:nulla enim est inter Christianos vel mulierecula, vel puer,qui ea nō nouerit,& sæpe periuros igne sacro cōfici. Deus enim armat etiā creaturas in eos, qui numē suum, maxime ex professo contemnūt & blasphemant peierantes. Vt certe dignū sit quod referatur exēplum Polemarchi,qui cum periurio classem Corinthiorum euasisset,vt ferunt Locri, quoties noctu somnum caperet,à mustelis mordebatur. Et tandem despondit animum,& mortem sibi conscium, *Hieracli.in Paulinis, & Politij Locrens.* Et vt ait Tibulus,*in 1.*

Hah miser & si quis primo periuria celat,
Magna tamen tacitis pœna venit pedibus.

Et Homerus,*Iliad.γ.*

Iupiter omnipotens clarissime maxime diuūm
Inspissans nubes habitans palatia Cœli,
Et tu Sol qui cuncta vides audisque per orbem;
Et Fluuij,& Tellus,& qui periuria subtus
Omnia punitis hominum, qui falsa loquuntur,
Vos mihi vos testes,huc aduro,&c.

Omittam reliqua exempla diuinæ vltionis periuriorū,ne lōgior sim in vulgaribus hominum: doceo quoque fuisse curā ne ea inulta abirent, fere omnium gentium consensu quæ Deum non contemni passæ sunt.

¶ †Et displicere exemplis & facto periuria sibi docuerunt. 12
Vt & in Olympię βουλευτηίῳ seu Senatu fuerit sanctissimum simulacrum Iouis cognominati,Iupiter ὅρκιος,quod vtraque manū fulmen continebat,quasi vlturus omnino fulmine eum qui falleret & violaret iuramentum,vt auctor est Pausanias *in Eliacis.* Apud Iudos falsus testis extremis digitorū decurtatur articulis;

Digitized by Google

Ioan. Bohe. lib. 2. morum omnium gentium, c. 8. Germaniæ etiam idem comprobatum, *in constit. caussarum capitalium Caroli V. Imperato. artis. 107.*

1 § ¶ † Apud Ægyptios vero periurii capite plectebantur, tanquam qui duplici teneretur scelere: vt qui pietatem in Deum violarent, & fidem inter homines tollerent, maximum societatis humanæ vinculum, *idem Bohemus, lib. 1. ca. 3.* In legibus Caroli Magni capitularibus, c. 10. qui periurium fecit, nulla redemtione immunis est, nisi manum perdat. Idipsum in legibus Langobardicis statutum, li. 2. tit. de periur. in l. 2. Caroli Magni, & l. 3. Pipini. Romę, vt air Liuius, de saxo Tarpeio deiiciebatur. Polybius refert etiã, *sub fi. li. 6. Epitho.* vnum ex decem captiuis qui post victoriã contra Romanos apud Cannas per Hannibalem missi erant pro redimendis captiuis, qui iusiurandum eludere conatus esset & fraudulenter euadere, vinctũ à Romanis remissum esse hostibus. Aulus Gellius, *li. 7. ca. 18.* eadem notat, dissentit tamen, quod plures ponat, & non remissos, fœdifragos & periuros dicat, sed à populo contemtos discerptosq;. Et quod eos Censores postea omnium notarum damnis & ignominiis affecerint. Generalem quendã puniendi periurij modum per vltimum supplicium & verbera videtur indicare Philo Iudæus, libro de iuramento & religione. *In periuros*, inquit, *pœna à Deo & hominibus: à Deo grauissima, cum scelere contaminatu non sit propitius, sed vt impios auersatur perpetuo. Ab hominibus, quia hoc illi aut morte mulctabant, aut verberibus.* Erat hic Philo Iudæus, & traditionibus maiorum inhærens, qui tam sancte iuramentum secundum legem diuinam commendauit, & pœna dignum periurium di-
14 xit: † vt nostri seculi Iudæorum reliquiæ, ex putidis suis libris Talmudicis haurientes venenum, ab omni excusatione propter malitiam extorres sint, cum periuriis viam aperiunt: dicunt enim, ille qui frangit iuramenta promissionis, vel vota quæ facit per totum annum, si ea vult esse sine efficacia & vi, surgat vltima die anni, & dicat: quascunque promissiones, iuramenta vel vota, quæ ego facere in toto anno sequente existimo, cassa nulla ve & vana sint. Docuit illos id Talmud pessimum volumen in parte 3. quam dicunt סדר נשים *seder nascim*, id est, ordo mulierum, in מסכת נדרים *masceth nedharim*, id est, tractatus votorum, qui est tractatus 3. tertiæ partis Talmud, habens vndecim capita. Illud autem scribitur in illo tractatu *nedharim, c* 4. Atque qui Iudæorum gerunt nunc nomen, illa lege fruſtratoria votorum vtuntur: veniunt enim ante suum Rabinum, quadam die anni, is autem tenet *torat*, id est, volumen legis in vnis, & coram eo dicunt prædicta vesiba impia, quibus dictis nullum peccatum se committere putant, si Christianos fallant. Et illos hac seruare scribit Hieronymus de sancta fide, ex Iudaismo in catholicam conuersus fidem, in tractatu quem confecit ex dictis Talmud. c. 3. & Magister Ioannes conuersus, li. de concordia legum, tit. 4. c. 7.

De Pœna periurij secundum ius positiuum, scriptum, ciuile, & Pontificium.

Cap. II.

Periuri an puniendi iure ciuili.

1 *Periurorum in iure pœnæ scriptæ, & seq.*
2 *Infamis quando fiat periurus.*
3 *Testimonium non potest dicere periurus.*
4 *Beneficium periuro conferri non potest, & collatum adimendum:*
5 *talis ad damna resarcienda damnandus, quæ quis vt eius periurio consecutus est.*

1 Difficilis † est in iure ciuili quæstio, num periuri puniẽdi sint ab hominibus: cum dictũ sit in l. 2. C. de reb. cred. & iureiu. non puniri à principe, sed satis Deum habere vltorem, quã legem Odofredus intelligendam arbitratur de omni iuramento volũtario, necessario, & iudiciali: quia nihil amplius quærendũ sit, quã in iuratum sit, non etiã an debetur, *l. non erit ratum, § dato, de iureiur. P.* Et contra tamen, conueniri pœna nõ potest, quia delictum grauissimum, & maius crimen, diuinam, quam humanam offendere maiestatem, *Auth. Gazaros, C. de heret.* Et qui in Deum committunt, etiam Principum legibus puniri debent, *l. 1. in fi. de sum. trinita. & fid. cathol. l. 1. C. de apostol. l. Arriani, C. de hær.* Et proinde intelligi debent iura, ne permittant retractare iurata prætextu periurij, & ita in eo quod peieratũ est, satis Deũ periurus vltorem habet: quod pertinet ad religionem contemtam, secundum quosdam, si illud non noceat alteri. Quam communem esse sententiã dicit Iason, in l. si duo patroni, § fi. de iureiur. Verum ego existimaré primum, in iuramento delato per conuentionem parti, per quod is constitutus est voluntarius Iudex, quod pertinet ad deferentem non posset repeti periurij pœnam: quia sibi debeat prospice, *iuxta l. qui interesse, de iureiur. P.* Sed de periurio nihilominus esse à Iudice quærendum, vt puniatur qui falso iurauit, vel peieravit aliter. Neque mihi aduersari videtur d. L. 2. dõ ait, iusiurandi contemtam religionem satis Deum vltorem habere nec periculum corporis nec etiam maiestatis inducere. Nam inde non sequitur, nullam pœnam infligi aliam debere. Quinimo contra sic arguo satis Deũ vltorem habet, ergo pœnis à Deo periuris impositis puniendus est. Et quamuis pœna criminis humanę maiestatis, vel periculum corporis non imponatur: tamen non prohibetur per illã legem alias imponi pœnas, quia excluſio pœnarum corporis & maiestis, permissio est aliarum pœnarum, *arg. l. cum prætor. de iud. P. leg. ex eo. de testib. P. l. quæsitum, § idem respondit, de fide instru.* Sic Boerius decis. 305. disputat iuramentum quidem necessariũ delatum à parte parti in iudicio non relinquere quæstionem post se periurii, vt sit litium finis, at in aliis iuramentis verum id non esse: neque etiam in necessario iure pontificio: ex quo potest puniri periurus. Et ibi disputat quoque in illa verba, *solum Deum vltorem habet*, idque fusissime, vt non oporteat ea referre. Et quando iuramentum nulli prędiudicium adfert, alii, quam peieranti, punitur tantum is in foro animæ & satis Deum vltorem habet: sed si alteri noceat non retractabitur, quidem negotium, excepto casu l. cum cum quis D. de iureiu. quod est decisum ex sacramento, verumtamen, periurus scienter, punitur de periurio, *c. quicunque, 6. q. 1.*

¶ † Itaque periurus multas pœnas in iure paratas habet, 2
primum, vt qui in prędiudicium alterius iurat, extraordinarie arbitrio Iudicis puniatur, pœna criminali, *l. fi. de crim. stell.* P. fustigationis, *l. si duo, § si quis iurauerit, de iureiu.* P. catamidiationis seu mitræ, *l. a. in d. § si quis iurauerit.* in foro conscientię ieiunio quinquaginta dierum *d. c. quicunque 6. q. 1.* eademque pœnitentia quæ homicidis & adulteris imponitur, *c. prædicandum, 22. q. 1.*

¶ † Item 2. punitur infamia iuris & facti, *c. infames 6. q. 1.* po- 3
tissimum in periurio iuramenti confirmatorii & promissorii, *l. si quis maior de transact. C.* Et illud dicit etiam Cicero, 2. de legib. *Periurii pœna diuina: exilium humanũ dedecus.* Hic tamen distinguit Pano. in c. testimonium, de testib. num quis de præterito aut, prędenti falso iurauerit, vt sit tunc infamis ipso iure periurus, licet falsum iurauerit, *ex l. 1. & fin. de crimstell.* Et sic intelligendum putat c. cum dilectus, in fin. de ord. cognit. Item si de periurio condemnatus sit. Quod si iuramentum sit de futuro, & non seruauerit, si quidem sibi aut Deo solum iurauerit, non fieri ait infamem: sin autem alii, vt in contractu fit, infamem esse & cadere actione, *d. l. si quis maior. de transa.* C. *Quod & tractat gloss. & Bart. in l. Lucius, de in qui not. infa.*

¶ † Sed & alia pœna illos sequitur qui semel peierauerint, 4
ne dicere possint in posterum testimonium, *c. paruuli, 22. q. 5. c. testimonium, c. sicut, de testi. gl. in l. 3. § lige Iulia. de testi.* P. per regulam, Qui semel est malus semper talis esse prędumitur in eodẽ genere mali, *vide Alex. cons. 133. ad c. volu. l. si cui, § hisdem, de accus.* P. *l. Cassius, de Sena.* P. etiamsi periurus non sit per sententiã adhuc condemnatus, *Bald. in l. si veteris, 2. per illã l. C. de fide inst.*

¶ † Non valet etiam facta collatio periuro, *Inno. in c. consti-* 5
tutus, in 2. de appel. Rota. decis. 5. de iure patron. in nouis Fred. cons. 50. Pano. in c. querelam, & c. cum nostras, de concess. præb. Quin & à sacer dotio remouetur, *c. 2. & ibi interp. de rescrip.* Sed ego quoque in ciuilibus negotiis iuramento decisis, iustam existimo peierantis esse pœnam, vt periurus teneatur resarcire omne damnum quod sensit alius ex eius periurio: vt etiam ad illud damnum possit agi ab iis qui passi illud sunt, quod & probat Ioan. Andreas in c. 1. de fals. Bart. Chassan. in § fi. de retract. 10. pœna periurii in consuet. Burg. Et ita falsi quæstio efficit, ne iuratum videatur, si probetur: cuius caussa si non rescindatur negotium saltem iudex alia arbitraria pœna emendabit periurium, *vt in l. nullum, 12. C. de testib.* aliter vero sequeretur, vt quis lucrum inde consequeretur vnde pœna affici debet contra iuris regulas, *l. itaque fullo, de furt.* P. & ex dolo suo lucraretur, *l. ne ex dolo, de dol.* P. aut cum alterius iactura contra naturæ ius locupletaretur, *c. locupletari de reg. iur. in Sex. l. iure naturæ, eo. tit.* P. *l. nam hoc natura, de condict. indeb.* P. Videbis ceteras pœnas apud prædictum Chassaneum ad § fi. ad ver, *ou par le serment de*, n. 17. & seq. de retract. in consue. Burg. apud Iasonem. in l. si duo, in 2. § si quis iurauerit, de iureiu. P. Iulium Clarum li. 5. sent. iuris, ti. de periurio. In legibus Georgicis Iustiniani, ti. 5. l. 6. Si armentarius prestito iuramento, de luscatione vel luxatione bouis, quod sua culpa id nõ acciderit sine fraude, isque de periurio conuictus postea fuerit per duos aut tres idoneos fide dignos, lingua mutilatus indemnitatem bouis prestat. In legibus Salicis, ti. 51. de fal. test. § 3. peierasse comprobatus, mulcta 600. denariorum, id est, 15. solidorum culpabilis iudicatur excepto capitali & delatura.

De Interpretatione, Absolutione, Nullitate, & Remissione iuramenti.

Cap. 12.

1 *Periurij euitandi via.*
2 *Dispensatio iuramenti quid, & de quibus fiat: cuius auctoritate, & quomodo cum caussæ cognitione, nu. 3. 4. 7. & 12.*

5 Mem

1 *Metus quis actus irritet ipso iure.*
6 *Iuramentum in malum non obligat.*
8 *Iuramenti dispensatio olim fiebat ab Imperatore & Prætore, quare nunc tantum ab episcopo. An autem ille cuilibet gratiam iuramento facere possit, & quando ad Summum Pontificē eundum sit. nu. 9. dicitur.*
10 *Iuramenti transgressio & obseruatio & dispensatio, quando ad iudicem laicum pertinere possit, & nu. 11.*
13 *Dispensationum iuramenti finis.*
14 *Iuramentum quando non transit in heredem.*
15 *Iuramenti remissio quid sit, quando, & à quo fieri possit.*

1 AD †euitandum periurium, recurritur sæpe ad interpretationem, aut absolutionem, aut remissionem, aut nullitatem iuramenti. Interpretatio fit, quando iuramentum in dubijs in benigniorem partem torquetur, ne periurij nota incurratur, *vt in c. cum to, de testib.* vel quoties potest exceptum à iuramento ostendi vel præsumi. Et ita secundum interpretationem iuramentum debet seruari. Sicque absolutio non est petenda, vbi interpretatio locū habet, *gl. in tex. in c. quanto, in ver. absolutus, de iureiur.* Exempla habes in c. veniens, de iureiur. §. item sacramenta, de pac. iuram. firm. in vsib. feud. Item si erratur, *vt in l. si quis pro eo, 57. d. fidei iuss. P.* Sæpe numerationis quis promittat iurato se soluturum intelligitur iuratum, si mutuo factum, *l. fin. C. de non num. pec.* Et iuramentum de seruandis statutis interpretationem accipiet, de possib. libus, & quæ non obuenient libertati ecclesiasticæ, *c. 1. de iureiu. in Sex.* Et de ducenda vxore quam sponsam habent, interpretationem habet, rebus sic exstantibus, *c. quemadmodum, de iureiu.* Exceptum & item in omni iuramento ius superioris, *...ad nostram, c. 1. de rescr. 1.* Sic de similibus. Iuramentum porro in foro animæ, interpretationem accipit secundum intentionem iurantis, *c. humana aures, 22. qu. 5.* in contentioso autem, stabitur verbis, *c. ex literis, de sponsal.* à quib. non est recedendum, priusquam de contraria voluntate constet, *l. non aliter, de leg. 3. c. imperialem, de ver. sig. l. propexis, qui & à quib. manu. lit. non, fiat* P. Et cum in potestate eius qui iurat, fuit latius & significantius verba concipere, verba potius in eum interpretanda sunt, *in l. veterib. de pact. P. l. quicquid à Iustin. genitæ, de verb.* 1.

¶ †Dispensatio seu absolutio iuramenti, est rigoris disciplinę
2 relaxatio: tolerantia quædam criminis, vel ratione temporis, aut personæ, intuitu pietatis, vel necessitatis, vel vtilitatis, pro modo euentus rei, *c. requisita, §. nisi rigor, 1. q. 7.* Exemplum de persona, in c. tanta nequitia pietatis & necessitatis, in c. si qui, & seq. 1. q. 7. Permittuntur aliqua remittunturque à rigore, vt maius quoddam & lucrum accedat ecclesiæ, vt accidit in naufragij periculo, in quo vrgente necessitate, & naui periclitante, quædam in mare iactantur vt cetera salua fiant, *c. dispensationes, rerum, 1 q. 7.*

¶ †De his vero dispensatio fit, de quib. iuratum, & quæ teneretur quis sine dispensatione seruare. Et ita petitur absolutio
3 quando iuramentum quidem obligat mero iure, verum ex aliquo capite seruandum non videtur æquum. Veluti si quādo qui se obligauit seruando iuramentū, non peccet: & tamen illi quibus fuit iuratum, recipiendo quippiam cōtra quam ius statuat, peccent, scientes omnino sibi indebita quæ alienata capiunt, vt ait Paul. Cast. cons. 112. in 2. part. consilio. exemplum pone in vsuris, *c. 1. c. debitores, de iureiur.* in iuramento metu extorto, *c. 2. eo. ti.* & in illis rebus in quib. contractus prohibitus est odio creditoris, *Bar. in l. si quis pro eo in 4. q. de fidei iuss. P.*

¶ † Iuramentum ipso iure nullum non eget absolutione, in
4 tribus casibus, secundum Felinum, *in c. præterea, nu. 35. de sponsa.* Primus, si interponatur super actu alioquin ipso iure inualido, ad ipsum roborandum, *Pano. in c. quamuis, de pac. in Sex. & in c. cum contingat, col. 2. de iureiu.* Secundo, quando esset coacta o præcisa, *idem Pan. in c. verum, & ibi gl. eo.* Tertio in casib. in quibus annullatur ipso iure actus, ibi & iuramentum nullum, Ancha. con. l. 355. Adde etiam, si seruatum in damnum salutis faciat æternę, *Fel. in c. si vero, n. 4. & 5. de iureiu.* vel salutis corporalis, *gl. 2. in d. c. si vero, eo. cum simil. ibi nota. gl. in c. dilectus, quoad me. can. gl. in c. veniens, de iureiur.*

¶† Notantur actus quos metus irritat ipso iure à gl. in c. ab-
5 batem, quod metus caus. ex metu inquam, qui cadat in constantem virum, *c. sciant cuncti, de elect. in Sex. ...si vero, de iureiu. vide gloss. ...magn. in c. sup. r. hoc, de remunt.* Et iuramenta per metum atrocem extorta, non obligant vllo modo, *c. 2. de iureiu. ...vbi, de elect. in Sex.* etsi interpretes in c. quamuis, de pact. in Sex. cōtendant de hoc: alijs dicentibus, non obligare omnino: alijs autem valere, sed facile dispensatione dissolui, & relaxationem exigi. Et mihi quoque videtur tutior sententia postrema. Non erit tamen obligatorium contra bonos mores naturales præstitū iuramentum, *c. non est obligatorium, de reg. iur. l. non dubium, C. de legib. l. si quis inquilinos §. fi. de leg. 1. c. imperiali, 25. q. 2.* In malis promissis, iuramenta seruanda non sunt, sed rescindenda.

¶† Verum pro malo, quod male iuratum sit, imponenda pœ-
6 nitentia, vt c. qui sacramento, & c. necesse est, 22. q. 4. Male iuratum non obligat etiam iure Pontificio, *c. venerabilem, de elect. c. si publicum, ca. actione quarta, 22. q. 4. cum simil. eius q. 4.* imo magnę sapientiæ est, reuocare hominem quod male promiserit, *c. magnæ sapientiæ, c. definitio incerta, 22. q. 4.* Neque est vocanda fides quæ ad peccatum inuitat, *c. si ad peccatum, 22. q. 4.* Et si is qui extorsit iuramentum impium, seruari postulet, pœna periurij in eum retorquēda est, *Anth. qui de eis ae secun. nupt. C.* Si itaque ius non sustinet actū cui adhibitum iuramentū, non potest dici valere iuramentum, quod accessorium est. Et vide late disputantē, quando dispensatio iuramenti fieri possit, Panormitanum in q. 2. circa finem, vers. *Ego autem ad totalem materiam,* in fine consiliorum. In quibus vero casib. dispensatione egemus, necessaria est superioris auctoritas, qui cognitionem caussæ interponat, *c. venerabilem, de elect. c. magna, & ibi gl. de voto.* si dubium sit num licitum vel illicitum sit iuramentum: nam si illicitum constet, nō exspectabitur, *arg. l. quæ sub conditione, §. fi. de condi. inst.* Sed aliter non licebit venire cōtra propria iuramenta, vel fraude extorta, *Iosue c. 9. c. inter c. tera, §. ...ea super his, & c. seq. 22. q. 4.* sine crimine periurij, *c. prædicandum, 22. q. 1 c. pernemi, de fideiuss. c. & ibi Christus, de iureiu. c. cum dilectus, de temporib.* etiamsi quoque per dolum præstitum esset iuramentum, vel temerarie, vt notat Innoc. in c. venerabilem, de elect. Felinus in c. præterea, n. 35. de sponsa. Quod explicat & restringit eo. Felinus n. 36. nisi immineat necessitas, quia non possit superior haberi ad absolutionem faciendam: vel nisi aliqua magna subesset vtilitas specialis: quod vltimum etiam placet Innocentio, displicet autem Hostiensi, propter c. magno, ne cle. vel mona. At Cardinalis comprobat. si vtilitas comparatur necessitati, & talis sit cui verisimiliter superior dispensaret: tunc enim etiam illicita alioquin permittūtur, *vt in l. ait prætor, §. si debitorem, de his quæ in fraud. cred. gl. in c. inclusis, C. de iudæis. l. si quis in tantam, C. vnde vi. gl. in c. ...gentium, 1. ...si.*

¶† Et ita ego probo. Fiebat olim sacramenti seu iuramenti di- 7
pensatio à Prætore & Imperatore, vt in l. fi. ad municip. P. apud Suetonium Tranquillum in Tyberio, c. 35. Quod apud ethnicos Imperatores, tantum fuit receptum: apud quos antequā veram religionem Christianam amplecterentur, ipsi etiam pontificatum summū gerebant, & inaugurabantur omnibus eius fallę religionis sacerdotiis, non alia de caussa, quam vt omnes religiones & sacrificia in sua haberent potestate, *Dio. Cass. 53. hist. Etiat* & ante Imperatores, Rex Romanorum curans sacrificia, *Dio. ...in 2.* vnde pulsis Regibus, relicta est species, & imago eius, & Rex sacrificulus adiectus, *Fenest. ...sacerdo. c. 11. Liu. in 2. Dion. Hal. in 5.* Vt olim etiam Samuel & Moyses curabant sacrificia, & populum, donec secreta est dignitas Pontificalis à sacerdotali, & diuinum imperium animarum & corporum, duoque gladij & duæ potestates distinctæ, *c. imperium vestrum, 10. dist. P.* vnde cū iuramentum sit mere ecclesiasticum vt quis ab eo liberetur, nō ad laicos vel Imperatores, sed ad episcopum recurrendum est, *c. fi. de fo. compet. in Sex.* Num autem episcopus omnia iuramenta soluere possit, disputat Felin. in c. præterea, n. 17. & seq. per quinque conclusiones, & ibi alij interpretes, de sponsalib. Ego tres referam. Prior Felini conclusio est, quod summus Pontifex de omni iuramento dispensare potest per modum commutationis, dispensationis, & totalis relaxationis. quod plurium interpretū firmat sententias, docet & in glo. in c. quanto, de iureiur. in vers. *absolui*, & ex caussa qualibet iusta. *c. auctor. 15. q. 6. c. magna, de voto, c. ex tua c. 1. c. super his, eo.* Item quia in omni iuramento est excepta voluntas superiores. *...veneris, de iureiu.* Et quod in his quę iuris diuini sunt, Summus Pontifex possit se ex caussa intromittere, etiam si quis iurauerit se non petiturum absolutionem. *Inno. in c. hinc inter. Archi. in c. sum quidam, 25. q. 1.* Secunda conclusio vt quando dubium est, num iuramentum sit licitum vel illicitū, nociuum vel non, aliquo casu vel simpliciter, episcopus potest dispensare à iuramento, *c. conjunctis ne sed. b. c. si vero in 1. c. verū, c. cum quidam, §. 2. de iureiu. c. significasti, de consuet.* etsi seruari possit sine dispendio salutis æternæ: si seruatū turpitudinē habet, vel perniciosum exemplū, ita tamē vt dispensēt tunc episcopus per modū cōmutat onis, nō per modum totalis relaxationis: nisi esset probabile dubium an esset concedenda absolutio vel nō, quo casu alius quam Summus Pontifex aut eius legatus, nō posset absoluere. *c. venerabilem in gl. incipitalis mod., de elect.* Contra potest, si probabiliter appareret, dandam esse absolutionem: veluti quod præstitum esset iuramentum per metum & dolū, quia tunc absoluit, *c. ea aures, & ibi gl. ea quoad met. can. c. cum inter, de renunciat. vt in c. cum contingat, de iureiu. c. 2. de rest. spo.*

¶† Tertia conclusio, vt Iudex secularis nequeat relaxare iura- 8
mentum, vel de eius materia iudicare. *gl. in c. venerabilem, in ver. periurij, de elect. gl. in c. cum sit, de fo. compe. in c. præmissa, 22. q. 1. Fel. in d. c. præterea, n. 28. de sponsalib.* nisi ageretur vel excideretur in foro contentioso de ipso iuramento, non disputando de eius vinculo an sit licitū necne, sed de eius obseruatia. quia tūc Iudex secularis & ecclesiasticus, quilibet in suo foro de eo potest esse Iudex. Vt videbis de secundari, in c. licet, de iureiu. in Sex. de ecclesiastico, in c. fi. de foro cōpe. in Sex. Atq; de transgressione, vterq; Iudex quoq; erit cōpetens, can. rex, 23. q. ...c. nouit, de iud. Sic & Iudex secularis potest cōpellere aduersarium remittere iuramētū turpe vel iniquū, *vt in c. ...ae iureiu.* quod dicunt, *cōsentir à Ion absolution.* Fred. cōsi. 166. Ludo, Rom. sing. 506.

Digitized by Google

Quia cum Iudex laicus competens sit ad cogendum seruare iuramentum, *c. licet, ea. in Sex.* erit & competens vt iubeat consentire aduersarium absolutioni.

11 ¶† Cognoscit etiam secularis Iudex, si periurium quis incurrat. Lud. Rom. sing. 430. Quia & lex ciuilis imponit pœnam vt diximus periurio. *l. 1. ad Sena. Turp. l. si quis maior, de transact. C. cum simil.* Igitur poterit & declarare. Cognoscet etiam de nullitate absolutionis factæ per ecclesiasticum. Sed & notandum illud quod singulariter addit Felinus, *in d. c. preterea, n. 31. de spõs. Pet. Anch. 375. Io. And. in c. in iure, de offi. dele. per c. 1. de off. ord.* interdum nullum esse iuramentum vt si appositum sit super contractu simulato, & tunc cognitio huius iuramenti per modum nullitatis, non est proprie relaxatio, quæ episcopi est, *d. c. preterea, n. 31.* sed declaratio nullitatis, quæ Iudicis est laici, *l. eme. plus val. quod agit.* C. facit l. fi. C. de non nu. pec. Bal quoque hoc notat, in l. 1. in fi. 1. col. versi. modo solet dubitari, & in l. nec patronus, C. de oper. libert.

12 ¶† Ceterum dispensatio iuramenti, cum causæ cognitione fieri debet, *gl. in c. non est de voto, Gui. Pap. decis. 225.* Quamobrem debet vocari aduersarius coram cognoscente de dispensatione, & causæ læsionis proponi & communicari eidem, vt respondeat: alioquin nullam gratiam ait esse Gui. Pap. q. 225. & 140. & decisio capellæ Thol. 62. facit c. licet canon. de electio. in Sex. l. iura, si per vim vel al. mo. C. l. de vnoquoque, de re iud. P. Debetque præcedere summaria cognitio super causis dispẽsationis, an eã fieri suadeat vtilitas, necessitas vel aliud iustũ, *iuxta l. sed si hac l. §. prætor ait, de in ius voc. c. requiritis, §. nisi rigor, 1. q. 7 cũ seq. canonib.* Notabis tamen praxim cũ distinctione quam Aufrerius seruari dixit, ad decis. præd. capel. Thol. 62. quod quando iuramenti ab episcopo vel eius vicario petitur, vt obligatio tollatur quæ contracta erat, tunc est necessaria partis vocatio, & sic procedere prædictas interpretum sententias. Si vero absolutio petatur, non vt obligatio tollatur, sed ad habilitandam personam, vt non obstante iuramento possit detegere fraudem aut dolum ipsius contractus: non sit aduersarii necessaria vocatio, quia ius eius saluum remanet & imminutum, vt possit defendere, quam distinctionem sequitur Oldrad. consi. 120. Sicq; ad effectum agendi, potest parte non vocata iuramento dispensari: non ad effectum causæ vel probationis, vt notat quoque Rota, decis. 767. in antiquis.

13 ¶† Finis dispensationis iuramenti in contractibus, vt æquitas, per quam contractus improbati iure ciuili sint ex causa, etiam non obstante iuramento locum habeat. Vt si agatur de vsurario, de facto contra Macedonianum, de donatione inter coniuges, de alienatione fundi dotalis, de quib. & aliis tractat Gui. Pap. decis. 224. In summa in aliis etiam finis est causa iusta, sine qua nec putat Felinus posse etiam summum Pontificem dispẽsare, *Fel. in c. constitutus, n. 18. de reser. Butr. & Domin. de S. Geminiac. 2. de renuntia. in Sex.* Exceptis 2. casibus: primus, si esset iuratum super actu, in quo esset excepta auctoritas summi Pontificis: quia tunc posset sine causa dispensare, *Gemin. in d. c. 2. Io. And. in c. quanto, de iureiu.* Secũdus si nollet omnino tollere iuramentum, sed dilationem aliquam super obseruatione iuramenti indulgere: quia qui per hanc gratiam differret, non posset dici transgredi iuramentum, *arg. c. non est, de voto, c. ancillam, 32. q. 2. c. memo desperandus, de pœni. dist. 7. l. quoties, de prec. Imp. offe. l. si debitori, de iud.*

14 ¶† Notandum tamen, iuramento in contractibus reprobatis adhibito, etsi iurans ex eo non possit propter periculum periurij sine dispensatione agere: tamen heredem iurantis posse sine dispẽsatione in contrarium experiri, quia in eum illud personale periculum non transit, *Inn. & Host. in v. veritatis, de iureiur.* Vide Gui. Pap. de hoc decis. 224.

¶† Remissio postremo loco, impedit periurium. Ea fit vel antequam iuretur: vel postquam iuratum est, *l. nam postea, §. dato, de iureiur. P. l. actor, C. eo.* Remittit iuramentum, qui defert ante iuramentum: cum aduersario parato iurare, contentus est voluntate suscepti iuramenti, *in l. remittit, 6. de iureiu. P.* Et remittitur postea iuramentum ab eodem, si alterius non interfit iuramentum conseruari, & ita liberat à iurisiurandi obligatione, *Fel. in c. ex administrationis, de iureiu. per illud c. & per c. 2. de spõs. c. 2. de renuntia. c. significauit, de censi. l. si qui & à quib. iura. P.* Et quamuis Deo etiam factum sit iuramentum, tamen quia in vtilitatem deferentis iuratum est, eo remittente remissum à Deo censetur *Fel. in d. c. ex administrationis, num. 2. vbi restrin.* nisi in præiudicium animæ reuocaretur, vel ad diminutionem cultus diuini, quæ omnia firmat Guli. de monte Lauduno, in clem. 1. de vsur. In summa Pisana, in ver. iuramentum. Et nisi post iuramentum remissionem peteret quis periurii, *idem in c. preterea, n. 33. de spons.* Accedit ratio l. nihil tam naturale, de reg. iur. c. 1. eo. apud Greg. l. si quis in conscribendo, C. de episc. & cler. & de pact. Dummodo qui remittit, idoneus sit: vt si non sit pupillus, *l. iurisiurandi, 32. de iureiu. P.* Pro remissione tacita autem habetur, si nollet qui detulit, iurare de calumnia, *l. si non fuer. 8, 37.* Et ita cum summa ope Dei, & singulari eius beneficio: postrema manus imposita est huic operi Syntagmatis, cui immortales æternæque sint actiones gratiarum, honor & gloria, nunc & in secula seculorum, Amen. Deo enim vnico optimo, maximoque maximas habeo gratias, quando omnia euenere nobis, vt opinor, prospere. Scio tamen & mihi conscius sum, non omnia ab omnibus approbanda: variæ enim hominum sententiæ, nec voto viuitur vno. Et certe nõ tam temere vel audacter de me sentio, vt putem semper omnia vere vel sufficienter tradidisse. Noui humanum esse labi, errare, & decipi. Verumtamen Deum obtestor, nunquam vel malitiose vel ambitiose quicquam, vel inuidia interpretum aliorum annotasse vel carpsisse: sed prout mihi rectius videbatur. Relinquo quoque doctis omnib. de me, & eorum quæ scripsi liberum iudicium: emendaturus, si eo fauore me dignentur, si quæ reprehensione digna videbuntur, admonuerint. Sic enim iuuandam Remp. Christianam nostris laboribus existimaui semper optimum, vt nunquam verendum sit, bene agere, & dicta perperam emendare, homini bene nato putauerim. Deus enim solus irreprehensibilis est, qui plusquã Mæcenatis hactenus mihi perpetuo præstantissimum præbuit auxilium. Mirantur autem quidam, quod Deum nomine Mæcenatis etiam appellem. Sed cum virtus illius equitis Mæcenatis Romani, per quem litera ei fuerunt fauore donati suo tempore, à Deo fluxerit: non est quod mirentur, si ob hunc fauorẽ quo Deus hactenus me prosecutus est, Mæcenatem, sed sæpius plus quam Mæcenatem meum dixero. Quemadmodum Deus idem non aspernatur titulos humiliores animalium ab ea parte qua valent Deo auctore: vt Leonis, Phœnicis: Agni, Aquilæ, &c. Et Elementatorum, vt lucis, vineæ: tamen in omnibus quæ dixi scripsique, fidei Catholicæ non abnuo, imo sequar censuram & iudicium.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX RERVM ET VERBORVM, QVAE TOTO HOC OPERE SYNTAGMATIS Iuris vniuersi continentur, ante quidem copiosissimus: sed nunc de nouo quamplurimis verbis & rebus locupletatus.

Quorum prior numerus librum, alter libri caput, tertius (si qui ab eo sunt) capitis distinctiones notat.

A

AARON à Deo vocatus & electus lib. 17. cap. 12.0.27
Aaron coadiutor datus Mosi fratri 15.25.3
Abanima lib.1.cap.10. num.1
Abba vox quid & vnde 15.13.1
Abba, nomen dignitatis, & præpositura eod.4
Abbas ante benedictionem quæ possit 17. 14.3
Ab Episcopo quid differat eod.
Abbas aut monachus nō interfit nuptiis, non suscipiat de baptismo 15.13.17
Abbes Grandis Sylue est in patriagio cū rege 3.4.2
Abbatiæ & prioratus monialium triennales 15.36.3
Abbatiæ non omnes egent benedictione 17.14.4
Abbates, benedicti dicuntur 16.1.37
Abbates benedicuntur, non consecrantur 17.14.2
Abbates qui regalia habeant 3.4.2
Abbatialis dignitatis ratio, & finis, & potestas, seu iurisdictio 15.13.16
ad Abbatias rex Galliarum nominat 15. 13.11
Abbatis appellatio quando primum cœpit 15.13.2
Abbatis nomen superbe vsurpatum, & reprehensum eod.3
Abbatis & abbatissæ electionis confirmatio ad quos pertineat 15.13.12
Abbatis & episcopi differentiæ eod.14
Abbatis beneficia ante possessa incompatibilia, eius confirmatione vacant 17. 14.5
Abbati quæ debet esse ætas 17.6.15
Abbatissa inter sibi subditos & moniales iudicat 47.11.6
Abbatissa sola non alloquatur virum, nō velet virgines 15.11.18
Abbatissæ quæ liceant & prohibeantur eod. 19. illæ ex quibus eligendæ 15.13.9. & earum quæ ætas esse debeat eod.10
Abbatissæ electæ ante confirmationem possent administrare 17.13 8
Abbatum distinctiones ratione exemtionis regulæ Commendæ, & varii ordinis 15.13.7. in Abbates qui possunt eligi eod.8. Benedici debent intra annum post electionem eod 13. & abbates benedicti suos monachos benedicunt, dummodo sint presbyteri 15.13.15
Abbreuiatores maioris & minoris Parci, qui in aula Romana, & munus 15.42.3
Abderites Protagoras docuit Euathlum 27.2.5
Abdias Babylonicus contemporaneus Apostolorum 17.5.1
Abdicare filium, id est, dicere non filium, pater non potest 11.
Abdicarunt sponte quidam regiam potestatem 6.2.8
Abdicatio quid, & quomodo fiebat apud Græcos 11.9.4
Abdicatio quid, & quomodo differat ab exheredatione 44.4.2
Abel pastor ouium 18.24.1
Abelis & Caini sacrificia 2.1.6
Abelis mors & casus quid Adamum edocuerit 11.2.7
Abelis sanguis vindictam à Deo postulabat 31.14.6
Abigail à nomine improbat maritum 32. 8.2
Abigeatus quomodo crescat pœna 37.5.2
Abigeatus pœnæ duæ leges Græcæ Iustiniani 37.5.3
Abigeos celās, qua pœna puniēd⁹ 37.15.3
Abigeus, & abigeatus quid 37.5.1
Abigei crimen, habere equum, si non liceret 37.5.5
Abimelech rex Gerarorum attentans pudicitiam Sarræ, punitur 34.2.13
Abimelech 70. filios Hieroboa occidit 34.11.16
Abimelech super Sichen ciuitatem delatam sal.m dispersit 4.5.15
Ab intestato quomodo in feudo succedatur per plures 6.18.7
Abisag mulier Dauidi data vt eum calefaceret 28.10.8
Abisai puella Dauidi seni data, vt eum calefaceret 9.25.17
Ablatiua vis quæ 36.25.15
Abolita accusatio generali abolitione quando repeti possit 32.23.13
Abolitio quid 32.23.2. duplex, criminis & accusationis, eod.3. priuata vel publica eod.4
Abolitionem non impetrant calumniantes, corrupti à reo accusatores, qui vexarunt iam reum, & si notio non sit integra, si crimina atrociora eod.5
Abolitio accusationis fit morte accusatoris 32.23.7
Abolitio criminis ex parte rei quibus modis fiat eod.8. & 9
Abolitio in quo differt à restitutione in integrum eod.9
Abolitio criminis lege fit morte rei, & temporis cursu eod.10
Abolitio generalis quid, & eius effectus, & quibus de causis concedatur eod.12
Abolitio generalis non remittit pecuniā ex publico crimine sublatam eod.14
Abolitione impetrata cessat Senatusconsultum 32.23.1
Abor fluuius 31.6.1
Abortiuis filiis legitima non debetur 47. 5.52
Abortum ob inimicitias mariti procurās, vt puniatur 36.15.19
Aborsi qui dicti 10.3.14
Abortus procurati pœna 36.15 17. & 18
Abortum faciens olim repudiari poterat, hodie non 9.16 17
Abortum qui procurauerit, homicidii pœna afficitur 7.1.11
Abortum rixa procurantis, legis diuinæ pœna 38.34.3
Abraam decimas ex præda hostium Deo offert 20.4.8
Abraam & Loth à communione discedunt 1.14.11
Abraam filium proprium sacrificio Deo immolare voluit 11.5.5
Abraam Lotho fratri diuisionem obtulit 5.4.18
Abraam Melchisedech decimas soluit 2. 22.2
Abraam ob famem peregrinatus 31.23.1
